



006735'1XXXX



ACTA
SANCTORUM

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur

EX LATINIS ET GRÆCIS, ALIARUMQUE GENTIUM ANTIQUIS MONUMENTIS

COLLECTA, DIGESTA, ILLUSTRATA A

GODEFRIDO **HENSCHENIO** ET DANIELE **PAPEBROCHIO**

FRANCISCO **BAERTIO** ET CONRADO **IANNINGO**

E SOCIETATE JESU PRESBYTERIS THEOLOGIS

EDITIO NOVISSIMA, CURANTE JOANNE CARNANDET

JUNII TOMUS PRIMUS

CONTINENS SEX PRIMOS DIES

QUOS CLAUDIT COMMENTARIUS DE VITA, CULTU TRANSLATIONE

S. NORBERTI, PRÆMONSTRATENSIUM FUNDATORIS

MAGDEBURGENSIUM ARCHIEPISC. ET ANTVERPIENSIUM APOSTOLI

CUM TRIPLICI COROLLARIO ILLUC SPECTANTE

TOTI AUTEM TOMO PRÆMITTUNTUR APOLOGETICA C. J. PRO ACTIS SANCTORUM REPOSITA QUADRUPLICI ANTIRRHETICO ADM. R. P. SEB. A S. PAULO P. CC.



PARISIIS ET ROMÆ

APUD VICTOREM PALMÉ, BIBLIOPOLAM

1867

ACTA

SANCTORUM

PARISIIS. — EX TYPIS V. GOUPY, VIA GARANCIÈRE



FERDINANDVS DEI GRATIA EPISCOPVS
PADERBORNENSIS ET MONASTERIENSIS.
Burggrauius Strombergensis, S.R.Imp. Princeps Comes Pyrmon-tanus, Dominus in Borckl ohe et Lib. Baro de Furstènberg
Obiit XIII *kal. Iulii, A. D.* MDCLXXXIII, *Ætatis suæ* LVI.

Phi. Bouttats sculp.



PARISIIS & ROMÆ, APVD VICTOREM PALME. M. DCCC. LXVII

LEOPOLDO
ROMANORUM IMPERATORI
SEMPER AUGUSTO
AUSTRIACO, CLEMENTI, PIO,
FELICI, VICTORI.

Junius hic, merito Mensis appellatur Natalis. Natalis quippe est Sancti, cujus unius, præter Dei-hominis Deique Matris, regnantium in cœlis omnium Nativitas celebratur in terris, Joannis Baptistæ, quo non surrexit major inter natos mulierum. Natalis idem est gloriosi, cujus unius, post summum Christi Domini Vicarium, regnantium in terris omnium, Nativitas præcipue celebranda venit Leopoldi-Ignatii, quo non surrexit major inter genitos Imperatorum. Istius sancti Joannis Baptistæ sanctissimam Nativitatem colimus hoc mense. Hujus gloriosi Leopoldi auspicatissimam Nativitatem annua memoria ac gratulatione recolimus hoc eodem mense, quem et Augustissimo ejus nomini officiose dedicamus: impares quidem illustrare pro merito Nativitatem vitamque Joannis, quam Digitus Dei in sacro Textu eminenter descripsit: nec minus impares illustrare Nativitatem gestaque Leopoldi, quæ omnium in ore oculisque versantur adhuc, et clarius conspiciuntur in se, quam exprimi in tabula possint. Auditæ in Nativitate Joannis semel fuere gratulantium vicinorum et cognatorum lætæ voces. Audiuntur illæ quotannis in Natali Cæsaris iteratæ, gratulantibus ei Principibus, applaudentibus subditis, gaudentibus exteris, mirantibus universis; qui et præteritis ejus gestis futura metientes, tacito secum animo pensitant, quod illi de Joanne palam interrogabant; *Quis putas* Cæsar *iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo* Itaest. Et quidem tam multipliciter manus Domini Tecum fuit (Ad Te convertimur et nos, in hoc quinquagesimo quinto Natali tuo, gratulabundi, Augustissime atque Invictissime Imperator (ut non inferiora deinceps sperari possint Tibi, quam eluxerunt in Joanne; certe, ut majora, quam hactenus in Te Domini operata est, sperari de cetero possint, et immortalia. Nempe, manus

Domini Tecum fuit, quando hominibus ita disponentibus, ecclesiasticum amplexurus statum, jam habitu ecclesiasticus; a Domino ad Imperii solium, præter hominum expectationem, anno Christi MDCLVIII, juvenili in ætate, elevatus es; uti puer David, præter spem suam et opinionem omnium, a pedo pastorali ad sceptrum Israel. Manus Domini Tecum fuit, quando gravibus aliquoties infirmitatibus olim pressus, non sine vitæ discrimine; variis insuper insidiis appetitus; proditores non paucos expertus; spe Dei semper ab infirmitatibus convaluisti, insidias declinasti, proditores detexisti, comprehendisti, punivisti; mitius tamen, pro innata clementia tua, quam delicti gravitas et reorum impietas merebatur; Clementiæ divinæ, infra meritum punientis peccata hominum, Æmulator. Manus Domini Tecum fuit, quando magni Hispaniarum Regis Philippi IV, utriusque orbis Monarchæ filium, Margaritam-Mariam-Theresiam, Cæsareum introducturus in torum, obstacula varia, ardua, et diuturna, desperantibus eventum hominibus, juvante Deo, feliciter perrupisti; sponsam tandem adduxisti, alter Jacob alteram Rachelem, breviori tamen impendio temporis; ac prolem inde suscepisti suavissimam, novum Bavaricæ Domui daturam heredem. Manus Domini Tecum fuit, quando una alteraque cara conjuge præmaturo fato ereptis, nullum post se relinquentibus heredem masculum, interitura timebatur Augustissima familia, nisi Dominus tertiam superinductam, Eleonoram-Magdalenam-Theresiam Neoburgicam, longiore vita et multiplici prole, deliciis Augustissimi Patris, in spem seræ posteritatis, liberaliter beasset: atque o beet adhuc! Manus Domini, si unquam alias, Tecum fuit quando (ita lætis tristia miscet Deus) Passaviam, cum cara conjuge et liberis Te contulisti, victo ad Arrabonem fluvium exercitu tuo, Ipse invictus: cincta diutina obsidione et tantum non cadente Vienna, Ipse erectus; trepidante Christiano orbe, Ipse intrepidus; fractis omnium animis, ipse constans, illo eodem in sacello, prodigiis Magnæ Dei Matris celebri, ubi aliquot abinde annis lætus lætam duxeras, tunc fisus Deo consolabaris mœstam; Affore e cœlis opem; premi justos, non opprimi; probandos homines adversis, ut aurum igni, quod lucidius inde exit: sicque erecta in spem et ipsa Augustissima conjuge, perseverabatis ambo in oratione; tam efficaciter pulsantes precibus cœlum, ut milites, Deo duce præcipuo, armis propulsaverint profligaverintque a mœnibus Viennæ infestum hostem; solverint obsidione urbem; recreaverint subactam fere Austriam, trepidantem Germaniam, paventem Italiam, lugentem Hispaniam, amans Austriaci Nominis Belgium, Europam, pro liberanda Vienna propugnaculo Christiani orbis, noctu diuque supplicantem, pene universam. Etenim manus Domini

mini Tecum tunc fuit, Piissime Imperator : manus illa, quæ humiliat et exaltat, quæ vulnerat et medetur, quæ mortificat et vivificat, quæ deducit ad inferos et reducit sperantes in se. Manus illa pressum erexit sublimius, humiliatum exaltavit gloriosius, pene victum fecit victorem et triumphatorem. Scilicet, probatus adversis merebaris recreari prosperis; urbe ex una pulsus, expugnare sexcentas; uni cedens semel hosti, hostibus potiri omnibus; transiens ad Occidentem, extendere imperium late in Orientem; timens provinciis propriis, provincias justo bello acquirere alienas plures, quam habuerint unquam Augustissimi Majores; denique visus aliquibus infelix, merebaris feliciter regnare et clementer imperare omnibus. Quid enim non prospere læteque fluxit,ex quo Viennam rediisti victor? Quot urbes illa Tibi peperit obsessa! Quot provincias provincia una vastata! Quot victorias una clades, eaque levissima, ad Arrabonem accepta! Urbes lubet videre expugnatas? Expugnasti, Cæsar, et manus Domini Tecum, munitissimas quasque Hungariæ, Sclavoniæ, Croatiæ, Rasciæ; imo et Bosniæ et Serviæ; partim (qoud gloriosissimum Austriacumque est) longanimitate ac mansuetudine, sine cæde et sanguine tuorum; partim (quod Cæsareum est) armata fortiter manu. Posteriori modo expugnasti præter alias Neoselium, munitissimam arcem, in Hungaria Superiore; Budam, urbem Regiam, in Inferiore, Albam Græcam, emporium tam celebre, quam munitum, in Servia, denuo faventibus Superis expugnandum. Expugnasti modo priori Agriam, Muncatiam, Albam Regalem, Sigetum, Canisiam, et, hoc ipso quo scribimus anno, Giulam. Reliquarum, toto belli tempore captarum, licebit inire computum ex multitudine et amplitudine provinciarum atque regnorum, debellatorum per varia prælia. Pugnasti namque cum hoste sæpius; semper (quod memorabile est) victor. Ita spectavit pugnantem Barcanum, cæsisque decies mille Janizaris, cessit urbs illa victorii præda, armata vi expugnata. Spectavit pugnantem Vazita simul et vincentem, desideratisque armatorum suorum millibus octo, arbitrio victoris se ultro permisit; malens incolas suos, amplius duodecim mille, bello captos tradere, quam Barcani fortunam experiri. Spectavit pugnantem plus vice simplici Regia Buda, cæsisque bis terve memorabili clade Turcis, spectavit se a victore exercitu, spoliis cæsorum divite, et ereptum Mahumeti militare signum præferente, obsessam. Spectavit pugnantem post hæc Strigonium, urbs Archiepiscopalis, jam tum Cæsareis armis expugnata, sed a Turcis denuo obsidione cincta; moxque exercitum tuum, fusis fugatisque hostibus ovantem, libera lætaque excepit. Spectavit denique pugnantem, subacta Sclavonia trajectoque Savo, Bosnia; et victorem, dum in Servia expugnatur Belgradum, bis sensit; mi-

rata tuorum virtutem, qui exiguis cum copiis ausi exercitum aggredi, incredibilem obtinuere victoriam; singuli in quinque pugnantes, plures in loco occidentes quam ipsi numerabant, triginta amplius auferentes hostilia signa, totis potiuntes castris. Et hæ quidem aliæque plures victoriæ, quæ non Cæsaribus fuissent summæ, Cæsari gradus fuerunt ad majores, hostique internecinas. Unam ejusmodi et principium reliquarum omnium conspexit Vienna, qua se conspexit obsidione liberam, jacentibus circum cadaveribus hostium superborum innumerabilibus. Alteram oonspexit Darda; cum trans Dravum munitis castris, etiam provocatus et lacessitus, sed prodire non ausus hostis; ausus vero cis fluvium redeuntes Cæsareos insequi, tam internecina, paludibus fluvioque fugam prohibentibus, affectus est clade; ut eo loci divinitus videri possit deductus fuisse, quo magis absolutam Tibi victoriam daret; præmio laborum suorum victores secuto, Transilvania tota et tota Sclavonia subactis, trajecto hinc Dravo, inde Tibisco. Tertiam ejusmodi conspexit Servia victoriam et ingemuit (erro, exultavit, excusso servitutis jugo) ter cæsis deletisque Turcarum copiis ingentibus, captis bis castris opulentis, captis centum septuaginta et amplius universim tormentis bellicis, captis pariter Nissa et Vidino. Quartam conspexit cum internecione Turcarum Salankama, opitulante manu Domini Cæsareo militi, qui circumdatus ab hoste, ideo circumdatus fuerit permittente Deo, ut citius pugnaret, gloriosius vinceret, pleniorem victoriam reportaret; cæsa hostium multitudine plurima, cæso cum plerisque Ducibus ipso exercitus supremo Ductore, primo Vizirio, captis plusquam centum tormentis majoribus cum totis castris. Et in his quidem, Cæsar, vicisti hostes prælio; nuperrime sine prælio vicisti, ut manifestius appareret, manum Domini Tecum esse. Cinctus quippe obsessusque cum Petri-Varadino totus periclitabatur exercitus tuus, nisi obsessorem exercitum mirabiliter vicisses. Vicisti autem, non ope Angeli, quod mirabile est, ut Ezechias Rex Juda; quo orante pro conservatione Hierosolymorum, * *exiit Angelus et percussit in exercitu Assyriorum centum octoginta quinque millia*, et Regem eorum Sennacherib cum reliquiis fugavit. Non item vicisti, quod mirabilius est, ope cyniphum, ut Jacobus Nisibita Episcopus sanctus; quo orante, advolarunt divinitus examina cyniphum in exercitum Persarum, arcte prementium obsidione Nisibin, et morsu suo actis in furias elephantis atque equis hostilibus, omnes cum Rege suo Sapore fugam capescere compulerunt. Sed vicisti, quod mirabilissimum est, ope guttularum pluvialium quas, orantibus Tecum bonis omnibus, defudit Deus in castra Turcarum, tuos obsidentium, tam crebras, ut tota inundaverint, expulerint

rint

rint inde cum Vizirio suo hostes, et in fugam conjecerint nocturnam. Ita qui mirabilis est Deus in Sanctis suis, et sanctus in omnibus operibus suis, adest suis præcipue amicis, in manu forti atque mirabili, quando vix spes, aut ne vix quidem superest humana, exoratus supplicibus eorum precibus, votis, inediis. Adfuit autem supplici Ezechiæ Regi mirabiliter, sed per Angelos, spiritus ratione præditos eosque potentes. Adfuit supplici sancto Jacobo Episcopo mirabilius, sed per cyniphes, animalcula animata, eaque mordacia. Adfuit vero supplici Leopoldo Cæsari mirabilissime, per guttulas pluvias, rem contemptissimam, et vita, et robore, et spiritu, nedum ratione destitutam. Considerare nunc libeat, Augustissime Cæsar, et mirari longam rerum secundarum seriem, qua renumeravit æquus cœli terræque Arbiter Deus, brevissimi temporis calamitates. Dixeris, specimen dedisse bonitatis ac munificentiæ, qua perbreves amicorum suorum in hac vita labores, præmio compensat in cœlis æterno. Etenim æstas eadem, quæ anno MDCLXXXIII transeuntem vidit et reducem, et victorem, et triumphatorem; cæsis ad internecionem fœdifragis hostibus, liberata Vienna, capto Strigonio, expugnato Barcano, profligatis ante in conspectu ejus, quæ e clade Viennensi supererant, Turcarum reliquiis. Annis vero continuata serie subsecutis.

Millesimo sexcentesimo octogesimo quarto, reportasti victoriam quadruplicem, primam ad Vaciam, mox inde captam; alteram, tertiam, et quartam prope Budam, mox inde obsessam; præter oppida ditioni adjecta, Dotim, Virovitiam, Pappam, Vesprinum, aliaque plura.

Octogesimo quinto, vicisti hostem ad Strigonium, ipsumque obsidione liberasti; expugnasti Neoselium, Vicegradum, Solnocum; recuperasti Filecum, Esperias, Tocajum, Cassoviam, Debrecinum, aliasque urbes.

Octogesimo sexto, expugnasti Budam, inspectante exercitu hostili; cepisti Segedinum, Quinque-Ecclesias, Dardam, Caposvarinum, Simonthornam, Novigradum, et plurima alia.

Octogesimo septimo, consecutus es victoriam, qua vix illustrior ulla fuit, prope Dardam; accepisti emaciatam longa fame Agriam; desertam metu a Turcis Possegam et Essecum, totamque fere Sclavoniam ac Transilvaniam.

Octogesimo octavo, qui memorabilis est occupatione duplicis Albæ, Regalis et Græcæ; submisit se Tibi, ultronea deditione Alba Regalis, extrema expugnata inedia, qua et coacta se dedidit Moncatia; subjecta Tibi fuit, etsi reluctans, Alba Græca, armata fortiter expugnata manu. Ut de Lippa, Lugos, Illoco, Petri-Varadino, Titul, Orsova, Semendria, totaque Servia occupata, et victoria duplici in

Bosnia relata nil memorem.

Octogesimo nono, terna commisisti prælia, et ternas retulisti victorias in Servia, admodum memorabiles: ternas item acquisivisti civitates præcipuas, Sigetum, Nissam, Vidinum; primam fame, alteram metu, tertiam vi, ad deditionem coactas.

Nonagesimo, expugnasti extrema penuria, inexpugnabilem alioquin arcem, Canisiam.

Nonagesimo primo, pugnasti pugnam Salankemensem et fortiter vicisti, tota adeptus castra hostilia.

Nonagesimo secundo, cepisti Varadinum-grande, et arctius Transsilvaniam cum Hungaria connexuisti; nobisque dedisti copiam inquirendi in monumentum sepulcrale sancti Ladislai Hungariæ Regis, illic magnifice olim conditi, et hoc Junio mense a nobis illustrandi.

Nonagesimo tertio, pactis conditionibus Tibi dedita fuit arx firmissima Jena, et cum ipsa accessio facta est immensi tractus terrarum.

Nonagesimo quarto, militavit Tibi æther nubes, et pluviæ, ignominiosam hostes in fugam conjicientes, ad Petri-Varadinum.

Nonagesimo quinto, hoc ipso, quo scribimus, vix inchoato, Tibi se Julia offert, bono omine, pro strena; secuturo, uti speramus, pro natali dono, Temesvarino; expulsis e tota Hungaria ultra Danubium ac Savum Turcis, quo securius feliciusque imposterum possis regnare.

Atque hæc suggerit Junius, S. Joanni Baptistæ, idem et sacræ Majestati tuæ natalis mensis; quo prædicentur magnalia, quæ manus Domini cum utroque noscitur mirabiliter operata esse: sive propria id ipsi impetraveritis virtute, sive meritis Majorum. Uterque enim gens Sanctorum estis: Joannes quidem a sancto patre ac matre genitus; Leopoldus vero a sanctis Majoribus prognatus: quibus etiam annumeres licet, qui sancta sancte venerati, Sanctorum Reliquias solicite quæsiverunt transtuleruntque. Paucorum ex hoc numero nunc memorem me faciunt præ ceteris, Sancti duo, quorum gesta pulcherrima hoc ipso priore Junii tomo leguntur illustrata, Norbertus atque Morandus; religiosissimorum Ordinum, alter Canonicorum Præmonstratensium Institutor; alter Cluniacensium Monachorum Thaumaturgus; uterque Domui Austriacæ obstrictissimus, quod hujus pietate ac opera sacræ ipsorum Reliquiæ, in tutiora loca translatæ, celebriusque cultæ fuerint. Fuit quippe Augustissimus Imperator Ferdinandus II, gloriosæ memoriæ, qui sacra Norberti Lipsana, inhonoratiore loco inter acatholicos Magdeburgenses, fugientibus inde fugatisve Religiosis Ordinis ejus viris, relicta, interposita auctoritate Cæsarea, missaque ac iterata super ea re legatione Magdeburgum, sibi petiit, obtinuit,

Pragam

Pragam transtulit, et honorificentissime ibidem reponenda curavit. Fuerunt pariter Austriaci Principes religiosissimi, Fredericus senior, et Sigismundus ejus filius, Comites Tyrolenses ac Ferretani; nec non Fredericus junior, prædicti nepos, Imperator, nominis sui tertius; qui S. Morandum singulari veneratione prosecuti, argenteam ei statuam bipedalem, et magnum frumenti, ceræ, atque auri pondus offerendum; insuper Vitam ejus describendam, et sacrum Caput transferendum Viennam curarunt. De S. Ladislao Rege, aliisque provinciarum tuarum ac familiæ Sanctis, frequens lectio recurret secuturis in voluminibus. Interea Sanctis, quos modo dixi, sacræ Majestatis tuæ et Familiæ tutelam, finiumque patentissimæ ditionis custodiam committimus. S. Ladislao, Varadini sepulto, fines committimus Orientales: S. Norberto, Pragæ honorifice conservato, Boreales: S. Morando, per Alsatiam Suntgoviamque, Habsburgico-Austriacæ Genti natales provincias, mirabilibus prodigiis et corporis sui depositione celebri, Occidentales. Meridionales tutabitur, quo extendis imperium, mare ipsum; donec manus Domini, quæ tecum tam mirabiliter protendere dominium tuum cœpit, illud porro tam late protendat, ut aliquando domineris a mari usque ad mare. Ita optamus, vovemus, atque oramus Dominatorem Dominantium, Antuerpiæ in sacri Romani Imperii Marchionatu, VII Kalendas Majas MDCLXXXXV, vota eadem nostra cum primo hoc Sanctorum Junii tomo in proximo Natali tuo Tibi stituri, oblaturi, atque iteraturi sæpius

AUGUSTISSIMÆ ET SACRATISSIMÆ MAJESTATIS TUÆ

Devotissimi

DANIEL **PAPEBROCHIUS**,
FRANCISCUS **BAERTIUS**,
CONRADUS **JANNINGUS**,
Societatis Jesu

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS

SOCIETATIS JESU FLANDROBELGICÆ,

ET SUMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

Cum Edictis Philippi II Hispaniarum Regis, deinde Serenissimorum Archiducum Alberti et Isabellæ Belgii Principum, rursumque Philippi III, ac novissime Caroli II Regum, confirmatis 2 Decembris 1692, et Junii 1694, Provincialibus Societatis Jesu, per Flandrobelgicam pro tempore futuris, potestas facta sit eligendi Typographos et Bibliopolas, qui, ad aliorum quorumcumque exclusionem, soli imprimere ac reimprimere et vendere possint libros et opera quælibet, rite approbata, curantibusque ejusdem Societatis Patribus edita aut porro edenda, sub consueto suæ Majestatis Privilegio, non aliter impetrando, quam in scriptis obtenta et præexhibita licentia prædicti Provincialis; idque sub gravibus pœnis, in contraventores aut aliter impressa importantes statutis, ut latius in ipsis patentibus litteris apparet. Cum etiam sua Cæsarea Majestas idem valere voluerit in ditionibus S. R. Imperio subjectis:

Ego infrascriptus, Societatis Jesu per Flandrobelgicam Præpositus Provincialis, potestate ad hoc mihi facta ab Adm. R. P. N. Præposito Generali Thyrso Gonzales, concedo Henrico Thieullier, Typographo et Bibliopolæ Antuerpiensi, facultatem sic imprimendi, et per se aliosque vendendi infrascriptum opus, ex more nostræ Societatis (quod hisce attestor) recognitum et approbatum; videlicet, Tomum primum de Actis Sanctorum Junii, collectis, digestis, et illustratis per Godefridum Henschenium p. m. Danielem Papebrochium, Franciscum Baertium, et Conradum Janningum, Societatis nostræ Presbb. et Theologos. Istam autem facultatem, una cum Privilegio Cæsareo, meæ dispositioni commisso, tali conditione indulgeo, ut præd. Henricus Thieullier teneatur ea se usum probare intra tres proximos ab harum data menses, eademque ad unam solam impressionem vi harum utatur; sic ut pro iteranda impressione, novo meo vel successorum meorum consensu opus sit. In quorum fidem hasce, manu propria subscriptas, consuetoque nostri officii sigillo munitas, dedi, Mechliniæ die decima Martii 1695.

IGNATIUS DIERTINS.

SUMMA

PRIVILEGII REGII.

Carolus, Dei gratia Hispaniarum Indiarumque Rex, Dux Burgundiæ, Brabantiæ etc. Serenissimus Belgarum Princeps, Diplomate suo sanxit, ne quis citra voluntatem P. Danielis Papebrochii e Societate Jesu, ullo modo imprimat vel aliunde invehat ac venum exponat per proximum decennium Acta Sanctorum: qui secus faxit, confiscatione exemplarium, et aliis gravibus pœnis mulctabitur: sicut latius patet in litteris datis Bruxellæ XII Februarii MDCXCII.

Signat LOYENS.

Et ego Daniel Papebrochius, Societatis Jesu, Henrico Thieullier, Typographo et Bibliopolæ Antuerpiensi, permitto, ut, pro una dumtaxat vice, imprimat tomum primum de Actis Sanctorum Junii. Datum Antuerpiæ anno MDCXCIII, XIX Octobris.

APPROBATIO
ORDINARII.

Tomus primus de Actis Sanctorum Junii a Patribus Godefrido Henschenio, Daniele Papebrochio, Francisco Baertio, Conrado Janningo, Societatis Jesu Sacerdotibus, erudite conscriptus, cum adjuncta Apologia, utiliter in lucem dabitur. Ita censeo Antuerpiæ 1695 *die* 23 *Martii.*

ANTONIUS HOEFSLACH
Eccl. Cathed. Can. Grad. Librorum Censor.

PROTESTATIO AUCTORUM

Quod ante prægressos quinque menses identidem sumus protestati, nos in hoc de Actis Sanctorum opere servatas velle Urbani Papæ VIII Constitutiones; neque nostris aliorumve huc referendis Commentariis aliud pondus tribui, quam est historiæ, ab hominibus errori obnoxiis scriptæ ; idem ante hunc primum Tomum Junii denuo protestamur.

Primus hic Tomus, tribus aliis secuturis seorsim præcurrens, continet priores sex dies, in eisque partim breviores Notitias, partim prolixiora Acta, Græca atque Latina, Sanctorum nominatorum plurium quam sexcentorum; innominatorum vero, sed certo numero comprehensorum ac fere Martyrum, septemdecim millium ducentorum quadraginta. Indicantur autem, in ordine Prætermissorum aut ad alios dies relatorum, alii supra trecentos sexaginta. Præ limine ponuntur Opuscula apologetica Conradi Janningi, pro Actis Sanctorum a Daniele Papebrochio elucidatis, opposita Antirrheticis Adm. R. P. Sebastiani a S. Paulo, RR. PP. Carmelitarum in Flandro Belgica bis Provinciali, quadruplici libello vulgatis. Ut autem distinctior quædam Notitia præcipuorum Sanctorum, hoc volumine illustratorum, curiosis detur, serviet hæc Synopsis; eos, more jam alias probato, in tres Ordines Statusque distinguens. Quorum vero Acta vel Commentarii magis faciunt ad mores informandos, ornandas conciones, atque ad colloquia pia, et religiosam super mensa lectionem, eorum nomini addetur Asteriscus *.

IN STATU ECCLESIASTICO.

Agmen ducant, ex Romanis Pontificibus, Eugenius I; ex Patriarchis Alexandrinis, Cerdo et Justus, a S. Marco quartus et sextus; ex Constantinopolitanis, * Metrophanes, quem utrum aliqui sub titulo Byzantinorum præcesserint, jam inde ab Apostolicis temporibus, disputatur, et verosimilius negatur. Ex reliquis Orientis Ecclesiis præcipui nunc veniunt, * Pamphilus Presb. M. cum Sociis, ab Eusebio Cæsareensi intimo suo amico laudatus. * Dorotheus Episc. Tyri M. fabulosæ Synopseos nequaquam auctor; et * Philippus, ex VII primis Diaconis unus; et * Lucillianus, ex Idolorum Sacerdote, insignis Martyr.

Ceteri, fere Occidentales Ecclesias suis virtutibus et miraculis illustrarunt; et in Africa quidem, Carthaginensem, * Cæcilius Presb. S. Cypriani Ep. Magister: In Italia vero, Episcopi plures; Vincentius M. Meraniensem, cum suo Diacono Benigno; Formiensem, Erasmus M. Aquensem apud Insubres, Guido. Presbyteri ornaverunt, Romanam, * Marcellinus, cum Petro Exorcista; quorum Acta, etiam versu. Translationem in Franconiam et miracula pluribus libris descripsit Eginhardus Abbas; Spoletinam, Fortunatus; Aquileiensem, * Bertrandus Patriarcha M. Utini quiescens.

In Gallia eminuerunt Episcopi ex nunc occurrentibus, * Pothinus seu Photinus, Lugdunensis M. cum Sociis; * Clarus, Lectorensis, cum synonymis pluribus male confusus; Illydius, Claromontanus, ex S. Greg. Turon. Aldricus, Senonensis, cujus Vitam scripsit Ferrariensis Anonymus; * Bertichramnus, Cenomanensis, cum decessoribus, quorum series ex Regesto illius Ecclesiæ; ipsius vero Acta, ex illis et proprio prolixissimo Testamento colliguntur; * Claudius denique Vesontionensis et Abbas monasterii a se dicti, unde accepta miracula collegit Petrus Franc. Chiffletius noster, cum variis observationibus, patriam ac familiam Sancti illustrantibus, totamque Vesontionensium Præsulum seriem, accuratiori quam alibi uspiam studio, explicantibus. His adde ex Britannia * Gudwalum Ep. Gandavi in Flandria quiescentem, unde habentur Vita et miracula, a Monacho Blandiniensi; tum etiam Adelgisum Presbyterum in Picardia.

In Germania et reliquo Septemtrione, Quirinus M. Sisciæ in Pannonia: * Bonifacius, primus Archiepiscopus Moguntinus, idemque Hessorum ac Turingorum Frisonumque Apostolus, apud hos etiam Martyr factus cum Sociis, et Fuldam translatus; unde post varia vetustissima Acta, dantur etiam plura miracula, cum Analectis, Fuldensem Abbatiam spectantibus, et varias variis locis Reliquias Sancti: * Conradus, Electus Trevirensis M. et * Meinwercus Paderbornensis, quorum præclara Vita habentur: * Norbertus Magdeburgensis, antea Præmonstratensis Ordinis Fundator, et Antuerpiensium Apostolus; cujus Vita, curante Vener. Hugone ejus apud Præmonstratum successore, accurate descripta, nonnullis Analectis augetur: et sequitur prolixa historia translati Pragam hoc seculo corporis, nonnullarumque Reliquiarum Antuerpiam: deinde Corollarium de Archiepiscopatus Magdeburgensis institutione, atque decessoribus ipsius Sancti, ex MS. Chronico nostro: * Stephanus denique Episc. M. Noralæ in Suecia.

IN STATU MONASTICO.

Ad hunc referendi nonnulli ex prænominatis Episcopis, præsertim Claudius, Bonifacius, Norbertus. Et hujus quidem occasione datur Corollarium 2. de * Abbatia S. Michaelis Antuerpiæ, ejusque Filiabus (ut vocant) Averbodiensi, Tongerloensi, ac Middelburgensi, ex originariis ipsorum locorum monumentis, ubi series Abbatum Chronologice perteruntur usque modo. Ad Præmonstratensem quoque Ordinem spectant SS. Gilbertus Abbas, ejusque antea uxor Petronilla, et filia Pontia.

Ex antiquioribus institutis nominandi hic veniunt Abbates, Caprasius Lerinensis, Liffardus et Urbicius Magdunenses, Petrocus Cornubiensis, Gualterius Servilianensis, * Eneco Oniensis in Hispania: tum Monachus Cluniacensis * Morandus in Alemannia, cujus Miracula operosius collecta; Peregrinus Eremita Camaldulensis, * Francus Eremita in Aprutio.

Ex aliis recentioribus; Franciscani, * Pelingottus Urbinas, Andreas Hispellas, Pacificus Insuber. Ord. Apostolinorum nunc extincti, * Placidus Recinetensis.

Ad hanc quoque classem reduci possunt Peregrini; * Davinus, Lucæ in Etruria; * Nicolaus, Trani in Apulia; * Simeon Armenus, Reclusus Treviris; cujus excellunt, Vita, Miracula et Elevatio, conjuncta cum Elevatione Vener. Popponis Archiep. ac denique * Gerardus Tinctorius, fundator Nosocomii Comensis.

Ab Orientali Ecclesia, occasione S. Dorothei Tyrii, suggeruntur nobis per modum Corollarii; quia dies proprius ignoratur, tres alii * Dorothei Monachi; Thebanus in Ægypto, Archimandrita in Palæstina, et tertius cognomento Junior in Chiliocomo ad Pontum, cujus Acta dantur Græco-Latina.

IN STATU SECULARI.

Ex Regum Merciæ stirpe in Anglia, Wlstanus M. et Lusitaniæ Infans Ferdinandus, pro Christiano exercitu, a Mauris circumvento, obses relictus, et carceralibus ærumnis emaciatus Fessæ in Africa, cujus Acta Secretarius ejus et socius captivitatis descripsit. Genesius Comes in Arvernia. * Artemius nobilis Romanus, cum uxore Candida, filiaque Paulina MM. Justinus Philosophus et Socii, quorum passionem descripsit Eusebius. Milites Martyres; Proculus Bononiæ, et Crescentinus Tiferni. Martyres etiam * Pergentinus et Laurentinus fratres, Aretii in Tuscia; et in eadem Volaterris * Justus et Clemens, quorum dantur Miracula et Translationes. Cerdonibus vero hic offertur Patronus * Theobaldus; miraculis clarus Albæ Pompeiæ apud Insubres.

Nec inglorius in hoc Tomo manet sexus femineus. Adest enim, post plurimas sanctas Martyres nominatim relatas, et Sanctimoniales nonnullas, * Chrothildis, Chlodovei primi Regis Christiani apud Francos uxor et fidei magistra, Parisiis ad S. Genovefæ requiescens; nec procul inde, Pontisaræ, Hildeburgis, nobilissima vidua. Quibus ex veteribus accedunt, Oliva Virgo Anagniæ in Campania Romana; Saturnina V. M. apud Atrebates in Belgio; et * Sophia Senatrix in Thracia.

NOTITIA ICONUM.

Omnium Actis ornandis et illustrandis serviunt figuræ æneæ, affabre sculptæ; in ipso quidem contextu circiter quadraginta; extra illum vero seorsim excusæ,

et suis locis inserendæ dimidio in folio, figuræ novem; integro item aut etiam duplici, figuræ octo; pleraque a manu Henrici Causæi, cælo et encausto præstantis.

Hic tantus tum numerus tum splendor iconum, longe majori quam pro ullo præcedentium Tomorum impensa curatus, cum libri pretium augere coegerit; ipsæ autem per eum sparsæ, quia sub unum aspectum non cadunt, æstimantur difficilius, levi oculo cursimque eas delibantibus; placet earumdém hic reddere distinctiorem rationem, indicato cujusque argumento et loco.

Frons ipsa libri repræsentat Societatem Jesu, Ingenio Studioque stipatam, quæ ex collectis undique Sanctorum Actis, voranti omnia Tempori substractis, compositum veluti thymiama suaveolens in hoc voluminoso opere offert Romanæ Ecclesiæ, ad veri falsique discrimen arbitræ considenti, atque de singulis in æquitate et veritate judicaturæ; dum interim pio eruditoque molimini subvertendo nequidquam allaborat Tempus, Ignorantia, Barbarie et Invidia juvantibus. Proxime sequitur Augustissimi et Invictissimi Cæsaris Leopoldi, Perduellium Turcarumque domitoris effigies, dignati Actis Junii Patronus inscribi. Ex ordine porro, medio in folio, succedunt.

Pag. 451 Monumenta Fuldensia, *ad Acta S.* Bonifacii *illustranda, cum antiqua hujus effigie, Regumque Caroli atque Carolomanni, filiorum Pippini; tum forma veteris apud Fuldam Cucullæ ac Scapularis, et Civitatis Monasteriique Sigilla, ac basilicæ Bonifacianæ simulacrum etc.*

Pag. 500 Ferdinandi Paderborn. ac Monaster. Episcopi *effigies, præfixa, Actis S. Meinwerci, viventis cura illustratis, et memoriæ demortui inscriptis.*

Pag. 553 S. Ferdinandi, Lusitaniæ Infantis, *apud Mauros captivi statua, ut stat in altari; circumeuntibus ex veteri impresso tabellis novem, passionis illius seriem exprimentibus.*

Pag. 765 Mausoleum, *sancto quidem Hermagoræ, primo Episcopo Aquileiensium, Utinum transferendo, a* Bertrando Patriarcha *præparatum sec.* 14*: sed cui ipsummet, pro justitia cæsum, intulerunt Utinenses, integro etiamnum corpore; quale hic sub ara cernitur, exemptum arcæ, cui alias inclusum servatur.*

Pag. 873 Sacellum ferreum *clathrati operis, magnifice coronatum, in ecclesia Strahoviensi Ord. Præmonstrat. Pragæ; erectum ossibus* S. Norberti.

Pag. 874 *Ipsius Sacelli* Ara interior, *ut ibidem exstat; cum forma argenteæ apud Antuerpienses arcæ prægrandis, cui Reliquiæ illius aliquæ includuntur.*

Pag. 929 Specimina Romanorum Antiquitatum, *ad S. Michaelis Antuerpiæ refossarum an.* 1610. *Et hæc quidem in dimidio ad libri mensuram folio; in integro eoque grandiori exprimuntur sequentia.*

Pag. 926 Abbatia S. Michaelis *Antuerpiæ, prima a S. Norberto suscepta in Belgio, qualis hodie cernitur, cum suburbana Domo in* Berschot.

Pag. 923 Ecclesiæ S. Michaelis *conspectus interior.*

Pag. 923 *Ornatissimi ibidem* Refectorii tria latera, *Pictoris Quellini opus eximium.*

Pag. 948 Abbatia Averbodiensis, *Michaeliticæ primogenita.*

Pag. 957 Abbatia Tongerloensis, *ejusdem Michaeliticæ secundogenita, cum* Collegio S. Norberti Romæ, *inde nato.*

Et hæc quidem tabulæ seorsim impressæ libroque insertæ sua se magnitudine facilius produnt; non item quæ intra contextum ipsum magnitudine varia, numquam tamen integram fere paginam implentes, sic inveniuntur.

Pag. 19 S. Justini Philosophi et Martyris *disputantis effigies palliata, ex veteri membrana.*

Pag. 50 *Arca vetus* Statiæ Marcellæ, *in agro Bononiensi reperta,* Proculæ *ibidem* gentis monumentum.

Pag. 58 S. Crescentiani Mart. Crux, *quam circumtulisse prædicabundus putatur.*

Pag. 58 Costa, *credita immanis esse* draconis, *ab ipso Sancto (ut fertur) cæsi.*

Pag. 79 *Arca et altare sanctorum* Proculi Episcopi *et* Proculi Martyris *Bononiæ.*

Pag. 96 *Ecclesia* S. Symeonis, *ex veteri apud Treviros Capitolio formata.*

Pag. 231 *Effigies* B. Nicolai Peregrini, *apud Tranum in Calabria, ex veteri pictura.*

Pag. 286 S. Chrotildis, Reginæ Franciæ *ad S. Genovefæ Parisiis arca argentea.*

Pag. 328 S. Davini Perigrini *Lucæ incorruptum corpus.*

Pag. 327 *ejusdem commentitius et quasi Episcopalis habitus, comparatus vestitui Patriarchæ CP.*

Pag. 333 *Frontispicium Vitæ* S. Morandi, *ex Bibliotheca Cæsarea Viennæ.*

Pag. 451 *Benedictinorum* Casinensium habitus *antiquus, ex veteri membrana.*

Pag. 502 Tumba S. Meinwerci, *Episcopi Paderbornensis.*

Pag. 548 B. Bartholomæi Ord. Apostolinorum effigies, *ex veteri pictura.*

Pag. 550 B. Placidi *Recinetensis, Ordinis ejusdem,* corpus *incorruptum.*

Pag. 553 S. Infantis Ferdinandi, *in Mauros tendentis, effigies ex Vasconcellio.*

Pag. 755 B. Gerardi Modoetiensis *Mausoleum.*

Pag. 755 ejusdem, *ex veteri pictura, effigies.*

Pag. 770 B. Bertrandi Patriarchæ Aquilejen. et Mart. *effigies ad vivum.*

Pag. 793 Reverendiss. D. Joannis Chrysostomi Teniers Abb. Præmonstrat. *Antuerpiæ ad S. Michaelis* insignia; *præfixa dedicatis eidem Actis S. Norberti.*

Pag. 789 Insignia S. Norberti, *symbolice adornata.*

Pag. 871 *Sparsilis* Nummus S. Norberti, *in translatione corporis Pragam.*

Pag. 922 Nummus Eucharisticus, *Tertiariis Præmonstratensibus ad S. Michaelis consepeliri solitus.*

Pag. 926 Abbatiæ S. Michaelis, *ex variis partibus, antiqui prospectus.*

Pag. 926 Murorum Antuerpiensium ad S. Michaelis *vetus et nova facies supra Scaldim.*

Pag. 929 Isabellæ Borboniæ, *Burgundiæ Ducissæ,* tumulus *ad S. Michaelis.*

Pag. 930 D. Antonii de Oignies Equitis *tumulus ibidem antiquus.*

Pag. 933 Abrahami Ortelii *Geographi effigies, ex ejus ibidem cœnotaphio.*

Pag. 933 Sigillum Friderici Imper. *ex autographa apud Michaelitas Charta.*

Ibid. Walteri Abbatis VI Epitaphium, *aptatum postea cuidam* Willielmo Verstegen, *sec.* 16 *ecclesiæ ejusdem* Vicario.

Pag. 939 Arcus triumphalis, *ad portam Abbatiæ præstructus, ingrediente illuc* Philippo II *Belgarum Principe.*

Pag. 943 *Alius,* Principi Cardinali Ferdinando, *Belgii Gubernatori, ibidem erectus.*

Pag. 944 Refugium Bruxellense *Abbatum S. Michaelis.*

Pag. 948 Averbodiensis *Abbatiæ* ecclesia *vetus.*

Pag. 965 Sigillum *vetus* Abbatum S. Michaelis, *cum* Sigillo Synodi Basileensis, *ex Middelburgensibus chartis originariis.*

Pag. 972 Abbatiæ Middelburgensis *prospectus ichnographicus.*

Pag. 973 Ejusdem, *nunc in* Curiam Zelandicam *commutatæ, facies anterior.*

Pag. 3* *Effigies* S. Norberti, *in veteri habitu sui Ordinis, quoad formam, unde Prædicatorum Ordo suum sumpsit.*

CONRADI JANNINGI

PRO ACTIS SANCTORUM HACTENUS EDITIS

OPUSCULA APOLOGETICA

REPOSITA ANTIRRHETICIS

Adm. R. P. Sebastiani a S. Paulo Provinciali Carmeli Flandrobelgici.

ÆQUO LECTORI AUCTOR.

Tacuimus hortatu Eruditorum,

Tempus tacendi et tempus loquendi* esse monet divinus Ecclesiastes. Importuna Amicorum loquendi licentia, dictis scriptisque P. Danielem Papebrochium imprimis, et illustrata ab ipso Sanctorum Acta dudum exagitavit: quam
B opportuno per annos propemodum viginti silentio ita toleravimus, ut priorem moniti divini partem, tacendo suo tempore, implevisse putemus; secuti tum sacræ Scripturæ et rationis ductum, suadentium ut locus iræ ac perturbatis animis quo se colligant detur; tum virorum prudentium ac litteratorum consilium, adhortatorum nos identidem per litteras suas, ut ne propter objectos verborum aculeos sparsasque libellorum spinas deflecteremus a cœpto bene itinere; aut etiam aureis, instar Atalantæ pomis, nedum *Pomis-discordiæ* colligendis, retardaremur a cursu.

præsertim Herovallii,

2 Ita adhortati sunt (ut e plurimis, quorum litteræ penes me sunt, duos producam) viri clarissimi, Antonius de Wion, Dominus d'Herouval; et Carolus du Fresne, Dominus du Cange; quorum sola nomina protulisse, attentionem sibi apud eruditos Lectores conciliasse est. Illorum primus, litteris, Lutetiæ Parisiorum anno MDCLXXXIII die XVIII Martii datis, postquam epistolam non ita pridem sibi familiariter inscriptam Gallice a Domino du Cange (de qua mox) Celsissimi Principis Ernesti Lantgravii cura latine versam sibique submissam acceperat; inter alia duriuscula, ægris auribus displici-
C tura, et propterea hic prætermissa, in hunc modum scribit, alloquens P. Papebrochium, de aculeatis Amicorum libellis: *Quemadmodum hic usque mundus singulariter approbavit vestrum scribendi et sine fuco atque animi præoccupatione veritatem dicendi modum; ita non minori vobis laudi vertet, si contempseritis ejusmodi invectivas, quæ provenire nequeunt nisi a zelo male ordinato, et inscitia historica eorum, qui talia scribunt.... Gravis animi dolor caperet omnes, studia litterarum amantes; si Paternitas vestra quantulamvis partem temporis, quod alibi tam utiliter collocatis, impenderet respondendo scribendoque de argumento, tam parum dubio inter Eruditos, et nullius operæ pretii.*

scripta adversariorum contemnenda suadentis;

3 Alter prædictorum virorum eadem super re sensum suum declaraverat familiariter amico suo Domino d'Herouval præmisso, per litteras anno MDCLXXXII, IV Septembris datas Parisiis: quas hic amicis quoque suis quibusdam communicavit; qui et judicaverunt continuo, luce dignas esse; Prodierunt certe, nescio quo editore; lingua ut scriptæ erant Gallica, et initio anni sequentis etiam recusæ fuerunt Antuerpiæ, cum *Approbatione Ordinarii Censoris Domini A. Hoefslagh*, ita testantis die XIII Februarii MDCLXXXIII: *Epistola hæc; non minus discreta, quam fortis ad occurrendum consequentis scandalosis, utiliter reimprimetur.* Publicata exinde Epistola, sic

et Cangii, qui per epistolam deinde impressam, reprehendit

placuit viris ingenuis, ut mox latinam fecerint non tantum in Belgio, sed etiam in Germania loco non uno: nec alienum putaverit a persona sua, eo curam et operam conferre Celsissimus Princeps de quo supra. Ejusdem Epistolæ, pro ut pridem edita fuit, partem hic potiorem accipe: putabis eo fine E
publicatam ab editoribus suis fuisse, ut arctius nos astringerent ad silendum, ipsi quodammodo facti Apologistæ nostri. Sic incipit:

Libellos acerbitate plenos:

4 *Mi Domine*, Antoni. *Quod nova et curiosa omnia quæ ad manus tuas perveniunt, mihi communices, plurimum tibi debeo. Legi, quæ mihi misisti latina carmina Patris Iagher Benedictini ad S. Lambertum in Styria, de controversia inter PP. Carmelitas et P. Papebrochium, deque nonnullis observationibus, quas hic de illorum opinionibus, de Ordinis sui origine et antiquitate mundo hactenus obtrusis, concinnavit. Moti exinde vehementer PP. Carmelitæ libellos publicarunt, plenos acerbitate et caritati christianæ nullatenus conformes; cum tamen suo potius exemplo ad eamdem nos excitare, vi suæ professionis, obstringantur; teneanturque augere potius, quam diminuere honestorum virorum existimationem. Attamen haud crediderim responsurum his P. Papebrochium; prout facturum illum quidam opinantur; neque inserturum Operibus suis Versus illos; sed neglecturum potius ejusmodi invectivas, quæ non nisi publicantibus nocere possunt: licitæ enim vindictæ speciem arbitror, inimici injurias silentio contemnere. Etenim Patres illi omnibus in scriptis suis tam prudenter hactenus egere, ut nihil nocere illorum exi-* F
stimationi possit, firmius inter Doctos stabilitæ, quam ut a calumnia et obtrectatione sibi timeat.

iisque negat respondendum

5 *Quemadmodum vero omnia perlegi, quæ ab illis hactenus in lucem edita sunt; ita testari possum, maxima eos sinceritate agere, ubique protestantes nullum sibi nisi veritatis indagandæ finem propositum esse; neque fore se ad retractandum difficiles, sicubi erratum esse quis monstraverit; quod etiam pluribus in locis amplissimi Operis sui, Cardinalis Baronii exemplo, facere non dubitarunt. Enimvero extra dubium, et viris doctis perspectissimum est, neminem infallibilem esse, et in conjecturis facile errari, quæ sæpe fallunt, etsi nihil minus auctori videatur. Sane nemini vitio vertendum est, suam de retractata sententiam, edicere, modo Lectori integra sentiendi, quod placuerit, libertas relinquatur: sed qui opinionem suam gravissimis auctoritatibus, et solidis rationibus confirmat, eam ut veritatem indubitatam, edere potest; cum nihil de suo asserat, et res tota ab adductis probationibus dependeat. Contra vero asserta quædam in scriptoribus reperire est, quæ sine crisi præteriri nequeunt; cum tam longe ab omni probabilitate absint, ut qui ea non oppugnaverit, aut ignorantiæ, ut nimiæ credulitatis argui possit. Quæso, enim; quis credet, libros quosdam ab Hispanis aliquibus alias sat eruditis sub nomine Flavii Dexteri,*

hortaturque libere sententiam dicere de rebus improbabilibus,

A *Maximi et Luitprandi publicatos, vera esse illorum auctorum Opera? An succensere PP. Henschenio et Papebrochio, Principis ejusdem subditis, Hispani poterunt; quod suam ea de re sententiam, ut viri boni, cordate edixerint? Idem de libro Joannis Hierosolymitani, ac Vita S. Angeli Martyris Carmelitani sentiendum est, quos, etsi inconcinne compositos suppositosque, PP. Carmelitani velut certa Patriarcharum illorum Opera sustinent, eodem plane fundamento et soliditate, qua Ordinis sui originem veteri ex Testamento deducere nituntur.*

AUCTORE C. J.

6 Consultius credo facerent, si Joannis Phocæ testimonio crederent, qui sub Ordinis illius prima initia vixit, eaque nobis tam dilucide descripsit. Etenim illius auctoritatem nequicquam evertit, librum hunc in Hollandia impressum esse. Nam præterquam quod manuscripta Domini Allatii adhuc Romæ invenire sit; quid, quæso, Hollandorum aut Protestantium interest de origine Ordinis Carmelitani? An præviderunt illi hanc controversiam, ut auctorem apud se impressum falsificarent? Sane veritati potius inhærere deberent boni Patres illi, quam fabulosas origines tam remote conquirere, eodem fere modo quo Græci ac Romani in texenda Civitatum et Provinciarum suarum historia egerunt. Historia sacra, B *cujus Historia de religiosis Ordinibus partem facit, purgata et defæcata esse debet ab omni fabula, ac quidquid illi simile; et cum viri docti eidem se studio applicant, haud parum de Republica merentur. Faciunt hoc Patres Antuerpiani, dum in Vitis Sanctorum concinnandis tam feliciter laborantes, nihil nisi seria, solida, gravissimisque auctoritatibus firmata afferunt; neque, ut nonnulli, ridicula et futilia intermiscent. Si qui vero sint, qui hos labores, ut et errorum suorum detectionem ægre ferant; agant prout libitum illis fuerit: habet hoc Veritas privilegium, ut mendacii nebulas suapte natura dissipet; nec adversariorum scripta vel quidquam nocere poterunt existimationi tantorum Virorum, et de litteris atque Republica tam bene meritorum.*

ut historia ecclesiastica erroribus purgetur.

7 Hactenus Dominus du Cange ad amicum suum Herovallium, qui non ex fama vulgi aut dictis aliorum hic judicat, sed ex propria visione, lectione et ingenio; testatus se nostra de Actis Sanctorum scripta legisse *omnia :* eaque talia esse putat, ut defendi non debeant contra *libellos* Amicorum *acerbitate plenos;* sed *injurias* inde illatas (si tamen ejusmodi libelli non magis Auctoribus suis noceant, quam quibus nocere volunt) per *licitæ speciem vin-* C *dictæ,* SILENTIO *contemnendas esse.* Observavimus igitur, horum aliorumque suasu, *tempus tacendi;* et eatenus monitum, quod præmisi, divinum implevimus; impleturi mox partem moniti ejusdem alteram, opportune *loquendo*, quando majoris auctoritatis scriptori, ipsi Ordinis Carmelitani in Belgio Provinciali, adm. Reverendo Patri Sebastiano a S. Paulo, lubuit, satyrica variorum libellorum scriptione damnata, aliquanto moderatiore uti stylo, et per libros, partim pro defendenda antiquitate sua, partim ad convellenda nostra Sanctorum Acta, impressos, ad Sedem Apostolicam iterato ac sæpius recurrere. Auctoritas enim atque dignitas viri (non tamen modus scriptionis) meretur responsum aliquod, non minus quam aliorum libelli contemptum.

Sic tempore tacendi servato diu,

loqui etiam capimus ob auctoritatem P. Provincialis,

8 Primus igitur liber, quem edidit anno MDCLXXXIII R. P. Sebastianus prædictus, inscribitur LIBELLUS SUPPLEX *pro origine et antiquitate Ordinis Carmelitarum variisque illius historiis... Sanctissimo Domino Innocentio XI exhibitus.* Præmittitur *Libello* SYNOPSIS, in speciem magnifica, sed nihilo solidior quam Libellus ipse, nempe *ut Judices, ad illius examen a sua Sanctitate deputandi, difficultatis nodum ac causæ substantiam mox intueri et assequi valeant.* Egit tam Synopsis quam Libellus, quantum potuit, spatio annorum decem; sed nihil peregit spatio annorum decem in rem suam suæque prætensionis apud Judices deputatos; si tamen tanti Libellum fecerit Sanctitas sua, ut Judices putaverit deputandos, aut ipsum etiam Libellum admittere dignata sit. D

qui edidit an. 1683 Libellum supplicem cum Synopsi,

et illo nihil efficiente,

9 Malum omen. Igitur alia tentandum aliquid est via. Si probanda Romæ nostra curare non possumus; improbanda, et, si Superis placet, prohibenda curemus (quamvis in Inquisitione Hispaniæ id frustra tentaverimus) ab Ecclesia sancta *Sanctorum Acta*, a Papebrochio illustrata; fidem Auctori sic detracturi, etiam ubi agit de rebus nostris. Hunc in finem prodit post decennium ab edito *Libello supplice,* eodem auctore R. P. Sebastiano a S. Paulo, secundum Provinciali, Accusatio P. Papebrochii, E sive EXHIBITIO ERRORUM, quos hic commiserit in scriptis suis de Actis Sanctorum; cujus libri titulum si spectes, jurabis, (ut mitissime dicam) a non Catholico profluxisse calamo; si librum ipsum, a non Historico. Accessit his ejusdem Auctoris MOTIVUM JURIS *pro libro, cui titulus. Exhibitio errorum*, et subinde APPENDIX *ad Motivum illud.* Tres hi posteriores, in titulo suo, offeruntur Sanctiss. Domino nostro Innocentio Papæ XII, feliciter nunc Ecclesiam moderanti, et, si vota nostra valent, in multos moderaturo annos.

ut Romæ curet prohiberi Acta Sanctorum

edit an. 1693 Exhibitionem errorum

et Motivum Juris ejusque Appendicem :

10 Monuit me tum auctoritas adm. Rev. Patris Provincialis, tum sanctitas Pontificii nominis, cui inscribuntur libri prædicti, *tempus loquendi* advenisse; movitque, ut quod sibi dudum indixerat silentium P. Papebrochius, ego rumperem, pauca quæ ad rem faciebant, modeste (ita puto, et judicare poterit Lector) illis reponens. Ad *Libellum* enim *supplicem* reposui *Brevem instructionem*, eamque manuscriptam solummodo, ad informandum eos, quorum intererat; quæ non nisi post decennium publici juris facta est cum altero meo scripto; edita jam *Exhibitione errorum* a P. Provinciali. Eamdem *Instructionem* et alia nonnulla his subjicio perennatura (ut ne querantur amplius RR. PP. Carmelitæ, nulla F nos scripta sua dignari responsione) subjicio, inquam, his *Instructionem brevem ;* et quidem primo loco, utpote primo R. P. Provincialis libro oppositam : subsequetur *Epistola familiaris*, opposita libro ejus secundo : addetur *Expostulatio amica*, opposita tertio : hisce autem, seorsim prius excusis, adhærescere postremo poterit *Post-scriptum* ad præmissa, tam nostra, quam Carmelitana scripta, ut a *Brevi instructione* exorsi scriptionem nostram, *Post-scripto* brevi terminemus, æternum, si modo liceat, tacituri. Accipe igitur hic, Lector, Opuscula illa, pro *Chronologia Patriarcharum Alexandrinorum*, primo quidem Junii Tomo destinata, uti monuimus in hujus Præfatione; sed illis, quæ Apologetica sunt editorum hactenus voluminum, ac proinde hunc sibi locum vindicare videntur, locum suum cessura,

quibus respondetur per aliquot nostros Libellos

BREVIS

BREVIS INSTRUCTIO

CIRCA LIBELLUM SUPPLICEM,

Qui Sanctissimo Domino Innocentio XI, pro origine, et antiquitate Ordinis Carmelitarum, variisque illius historiis, a S. Congregatione Rituum iterato recognitis et approbatis; nec non SS. Pontificum Bullis; adversus P. Danielem Papebrochium Soc. Jesu, eas ut commenta et imposturas explodentem; exhibitus est per Fr. Sebastianum a S. Paulo, Provincialem Provinciæ Flandro-belgicæ, Ordinis FF. Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo : quique editus dicitur, ***Francofurti apud viduam Zudbrodt.***

Acta Sanctorum illustrantibus odium parit,

Etsi Veritas odium pariat apud multos, apud matrem suam tamen, Ecclesiam, dico, Romanam, parere nil nisi amorem potest illustrantibus ipsam, e tenebris in lucem protractam. B Utrumque Veritatis partum, odium nempe et amorem, ipsam illustrando, sibi peperit P. Daniel Papebrochius, decessorum suorum exemplo laudabiliter atque indefesso studio Sanctorum gloriam cum veritate promovens, colligendo illustrandoque ipsorum Acta, tanta cum utilitate Religionis Catholicæ, ut ipsi in Hollandia acatholici Doctores ac Prædicantes fateantur, hactenus nullum prodiisse Opus, quod continuatam in Ecclesia Catholica ad nostra usque tempora Sanctitatem, sacrarum Traditionum atque Rituum successionem, Doctrinæ per singula secula conformitatem, aliaque plura, manifestius commonstret, quam *Acta Sanctorum*, a P. Joanne Bollando inchoata, communi bonorum plausu excepta, singulari Summorum Pontificum favore promota; adeo ut Alexander VII eorum Auctores, tum temporis Godefridum Henschenium et Danielem Papebrochium, e Belgio in Italiam evocaverit, ac bibliothecas, tum Vaticanam, tum reliquas omnes, ipsis examinandas patere, dato ad hoc diplomate, voluerit.

apud aliquos, prolata veritas:

2 Inde in Belgium reversi Patres, ingenti sacrarum notitiarum thesauro divites, cœptum Opus feliciter prosecuti sunt. Cum vero ad Acta S. Bertholdi, primi Carmelitarum, ut ipsimet vocant, Prioris Generalis, die XXIX Martii illustrata, ventum esset; C ne vel a proposito sibi veritatis studio recederent, vel indignationem PP. Carmelitarum incurrerent, tractando quæstionem de origine Ordinis; ab hac abstinendum sibi, salva veritate et amicitia prædictorum Patrum, putaverunt, Acta S. Bertholdi tantum illustrasse contenti, nulla penitus sententiæ suæ de antiquitate Ordinis facta mentione. Patet hoc legenti eadem Acta, impressa Tom. 3 Martii pag. 787. Utinam prudens hoc atque innocens de antiquitate Ordinis silentium (quid enim silentio innocentius prudentiusque, ubi loqui quod sentis, prævides displiciturum offensurumque?) omnibus æque ac plurimis e PP. Carmelitis probatum fuisset! Uni præcipue P. Francisco Bonæ-spei displicuit, qui proinde arrepto calamo librum composuit sub hoc titulo, *Historico-Theologicum Carmeli Armamentarium*; ubi per triginta et amplius paginas, contra PP. Henschenium et Papebrochium nominatim agens, ipsorum silentium, quod dixi, acriter perstringit; ejusque rationem publice reddi, prolixe exposcit. Neque hæc mihi ita asserenti credi velim : *Armamentarium* ipsum pro me, quæ asserui, probabit.

apud PP. Carmelitas, silentium prudens;

cujus rationem reddi, publice poscenti P. Bonaspei

3 Ita per scriptum publicum provocati Patres prædicti, et sua, et Operis sui interesse putaverunt, publico similiter scripto satisfieri provocanti : adeoque Tom. I Aprilis a pag. 764, ad Vitam S. Alberti, rationes silentii sui exponunt. Verum prius quam rationes istæ typis ederentur, subodorati PP. Carmelitæ, illas expectatione sua solidiores esse; E provocationis suæ consilium damnarunt; omnemque continuo moverunt lapidem, tum per se, tum per ipsum Societatis Jesu Præpositum Generalem, ut earum editionem impedirent; obtinueruntque re ipsa illum in finem epistolam a dicto Generali P. Oliva, quam et impresserunt *Libello* suo *supplice*, de quo agimus, pag. 10. Sed uti nunc in hoc *Libello*, ita tunc apud P. Olivam callide tacuerunt de *Armamentario* et expostulatione, publicæ luci a se datis; quæ cum P. Generalis ex suorum informatione postea cognovit, ægre ferre non potuit, responsionem paratam publice postulanti reddi. Porro quæcumque in prædicto *Libello supplice*, pro pace conservanda a PP. Carmelitis gesta, speciose dicuntur, post violatam ex parte illorum pacem per editionem *Armamentarii* gesta esse, observandum studiose est. Iterum dico, studiose observandum esse, *Armamentarium Carmelitanum P. Francisci Bonæspei*, publice provocantis atque obtestantis P. Papebrochium, ut suam de antiquitate Carmelitani Ordinis sententiam ferret, multo prius fuisse editum, quam ipse illius mentionem vel verbo fecerit. Patebit id utriusque scripta inspicienti. Atque hoc modo abunde refutatum est, quidquid in *Libello supplice* ejusque *Synopsi*, objicitur non recte P. Papebrochio, quasi F primum ipse offensionis posuerit lapidem.

satisfit a nostris,

damnantibus mox Carmelitis controversiæ auctoribus, expostulationem suam.

4 Circa reliquum porro *Libellum*, etsi nihil quidquam contineat, quod non pridem aut refutatum, aut gratis asseri monstratum aut scriptis supposititiis atque apocryphis niti ostensum sit; notanda nihilominus nonnulla veniunt. Ac primo quidem, quod variis locis reus agatur Papebrochius læsæ Majestatis Pontificiæ, propterea quod Bullis aliquibus minorem, quam par sit, reverentiam deferat : scilicet iis Bullis, quas pridem Tom. I Aprilis pag. 788, a num. 101, demonstravit apocryphas esse, nec ab ullo unquam Pontifice datas. Quasi vero Ecclesiæ sanctitas auctoritasque sine figmentis salva esse non possit.

Libellus supplex nihil argumenti novi habens,

5 Non item, quod a num. 23 auctoritate Pontificia canonizatam antiquitatem suam velit *Libelli* Auctor : sed vereor ne eadem auctoritate antiquiorem faciat Ordinem, quam ipse velit, ac nomen Fundatoris ab Elia ad Enochum transferre cogatur. Nam numero suo 25 ex Julii II Bulla, qua priores omnes confirmari ait, hæc ipsa verba pro se adfert, scilicet, Carmelitas *Sanctorum Prophetarum Eliæ, Elisei, et Enoch... successionem hereditariam tenere.*

probat Ordinem ab ipso Enoch institutum esse.

Ex

A *AUCTORE C. J.*

Ex quibus si quid pro antiquitate ac veri nominis Institutore probetur; non solum probatur, Eliam atque Eliseum (ut volunt Carmelitæ, sed Enochum quoque (quod tamen nolunt illi) et quidem primarium, utpote tempore priorem, veros Ordinis Carmelitani Institutores esse.

Officia Eccl. nil evincunt pro antiquitate,

6 Tertium noto, nimis indulgenter præsumere Auctorem *Libelli*, ad evincendam antiquitatem prætensam, satis esse, quod illius mentio fiat in Officiis Ecclesiasticis, per sacram Congregationem Rituum aut permissis aut approbatis. Fateor, ex ejusmodi approbatione historiis auctoritatem accedere, neque ullus id negaverit Catholicus: at vero accedere talem, ut falsum subesse non possit historiis, sub approbatione tali legi permissis; aut ut viri eruditi prohibeantur circa illas disputare, ab iisque ratione bona nixi dissentire, ne ipsa quidem sacra Congregatio prætendit. Patitur enim de facto quæstionem agitari de S. Dionysio Parisiensium Patrono, an scilicet idem sit (quod Breviarium Romanum manifeste asserit ad diem IX Octobris) cum Areopagita, an vero diversus: item, an a S. Clemente seculo primo missus sit in Galliam; an tempore Decii seculo tertio. Patitur similiter de historia S. Marthæ, B ad XXIX Julii relata, disputari. Patitur etiam (ut plura missa faciam) contra adventum S. Jacobi in Hispaniam, ad XXV Julii a se assertum, rationibus pugnari. Patitur denique, ab ipsis PP. Carmelitis in controversiam vocari, an S. Dionysius Papa Confessor, qui seculo tertio Ecclesiæ præsedit, Carmelita, ut aiunt; *Martyr* fuerit nec ne. Patitur, inquam, Ecclesia de historiis illis dubitari disputarique, tametsi in Breviario aut Martyrologio Romano legantur, atque inde non unius tantum Religiosi Ordinis, sed quasi totius Ecclesiæ traditio fieri videantur; neque injuriosum sibi putat, si quis oppositam assertioni suæ in historiis, Breviarii sententiam teneat. Quomodo igitur Ecclesia non patietur similiter quæstionem institui de historiis, in privato alicujus Ordinis Breviario contentis, aut ex speciali S. Congregationis favore recitari permissis?

nec disputari de ea vetant:

multo minus id faciunt Officia Ordinum privata,

7 Quomodo item injurius censeri possit cuipiam Ordini, qui ab illius Breviario ac traditione particulari, nixus ratione bona et auctoritate: Historicorum alicujus notæ pæne omnium, recedat? Sed neque ipsi PP. Carmelitæ præcipui, in hoc consentiunt Auctori *Libelli supplicis*: siquidem ea super re C apud S. Congregationem mota difficultate ab Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Auberto vanden Eeden, Antuerpiensium Episcopo; responderunt PP. Carmelitæ Romani utriusque Ordinis, et quidem ipsi Reverentissimi Generales; *Nihil se auctoritatis prætendere Officiis suis inesse, præ aliis continentibus historias antiquas, de quibus exacta certaque haberi modo notitia non potest;* ut videre est tom. 2 Maji pag. 716 a num. 29. Sed neque parem inesse auctoritatem Officiis Regularium privatis, circa historias antiquas, recentissime compositis, et a S. Congregatione pure permissis, atque inest Officiis Ecclesiæ universalis, ab omni memoria legi solitis, et speciali approbatione confirmatis, ex dictis supra manifestum est.

aut Theologi, fidem historicam hic supponentes, non examinantes;

8 Quartum denique noto, in *Libello supplice* num. 53 undequaque congeri auctoritates Scriptorum, partim antiquiorum, partim recentiorum duodecimo seculo. Et antiquiores quidem non nisi duo vel tres citantur, iidemque fidei aut suspectæ, aut omnino nullius esse convincuntur, tom. I Aprilis pag. 760 a num. 50. Recentiores vero, præsertim cum plerique hujus aut præcedentis seculi sint, neque ex professo ac studio proprio, sed unius fere Abulensis fide antiquitatem protensam obiter attingant, parum morari debent ex coævis auctoribus D studio singulari illam examinantes, et appensis diligenter in utramque partem rationibus, tandem mature sententiam suam proferentes. Sed neque obtinent auctoritates pleræque id quod prætenditur, neque evincunt quidquam amplius quam P. Papebrochius ultro concedit. Vide enim sis *Libellum* a num. 69, ubi auctoritates Cornelii a Lapide, Francisci Suarez, aliorumque afferuntur; comperies Auctores præcipuos passim uti particulis similitudinis, dicendo, Eliam *tamquam* Patronum atque Institutorem esse Carmelitarum; Carmelitas *quasi* posteros Eliæ esse; item, *quasi* hereditariam successionem in Monte Carmelo tenere.

nec aliud asserentes, quam Papebrochius ultro concedat,

9 Nihil autem horum negat P. Papebrochius: quin imo docet, quomodo PP. Carmelitæ Prophetam Eliam appellare possint *Ducem, Patrem, Auctorem*, et (si ita volunt) *Institutorem suum*; hoc nimirum sensu, quod per revelationem Prophetæ et jussu ejusdem (quod hactenus fere ignotum, S. Bertholdo primo Priori accidisse, ex contemporaneo Scriptore, tunc Carmelum invisente, ostenditur) Ordo Carmelitanus initium sumpserit; quemadmodum Ordo Servorum S. Mariæ, ob similem revelationem, illam E nuncupat *Fundatricem suam*. Concedit igitur isthæc ultro Papebrochius, et eatenus optime meretur de Ordine Carmelitano, quod solidum ipsi principium assignet retinendi adeo amatum, Eliæ ut Institutoris, titulum: unum interea deprecans, ut ne rem incredibilem, et Acta Sanctorum scribenti maxime importunam, cogatur admittere; videlicet, Ordinem religiosum a Christo nato duodecim fere seculis extitisse, et toto illo tempore nulli cuipiam Scriptorum dictincte innotuisse; eumdem continuatam sine interruptione, a temporibus Eliæ ad duodecimum usque Christi seculum, successionem tenere; et id auctoribus aut domesticis traditionibus, utrisque seculo duodecimo multo junioribus, credi debere. Inde enim fieret, ut pariter cogeretur Papebrochius in *Actis Sanctorum* adscribere eidem Ordini, quotquot fere Palæstina aliæque regiones vicinæ incolas habuere sanctos, puta SS. Hilariones, Serapiones, Spiridiones; Item SS. Basilios, Gregorios, Nazianzenos, Cyrillos Alexandrinos; sed et Joannem Bapt. et ipsam Beatiss. V. Mariam. Hi enim omnes, præter innumeros alios, nominatim a PP. Carmelitis inter suos annumerantur, nonnullique etiam F variis in locis habitu Ordinis donantur, contra præceptum Urbani VIII.

docens, quomodo Elias institutor haberi possit,

et quatenus de antiquitate Ordinis dubitet,

10 Porro Papebrochium, sensu prædicto, concedere Eliam PP. Carmelitis, patet tum alibi, tum ex tom. 2 Maji pag. 710 num. 9. Quousque autem se extendat ipsius impugnatio, melius intelligi non potest, quam ed verbis impugnantis, quibus ibidem pag. 710 num. 18 ita loquitur: *Denique aliud nihil concludam, quam prætensas Carmelitani Ordinis antiquitates ejusmodi esse, ut de iis possit non imprudenter dubitari; atque ipsos dubitantes nullam facere injuriam Ordini, sive cum de illis agere subterfugiunt, majoris boni respectu; sive cum loqui coacti, tandem ingenue confitentur, quid sentiant: quorum primum in Martio secundum fecimus in Aprili.*

nullo Pontificis jussu prohibitus de illa scribere,

11 Denique sine annotatione prætermittere nequeo, quod Auctor *Libelli*, in ipso supplicationis exordio, non minus asseveranter de P. Papeprochio, et quidem primo loco, quam deinde de Patribus sui Ordinis pronuntiet, interdictum tam illi quam istis a Sanctitate sua ulteriori circa rem controversam scriptione: quod de sui quidem certo scite potuit; de illo, nimis temere, ne dicam injuriose, affirmavit, Demus tamen ita esse: profecto si istiusmodi interdictum respectu P. Papebrochii re ipsa factum fuisset, non potuisset severius sibi ipse im-

xerasse

sed sponte sua silens.

A perasse silentium, quam tenuit hactenus; et constanter deinceps tenere animum obfirmavit, nihil importunis quibusvis adversæ partis libellis, ad respondendum identidem provocantibus, a proposito dimovendus; utpote existimans, hactenus allata a se argumenta, ad elucidandam quæstionis propositæ veritatem, satis esse veritatis amantibus; nulla fa- D tis unquam fore aliter affectis. Utinam eadem mens religiosissimis ceteroquin Patribus Carmelitis etiam post interdictum, fuisset, nullumque scriptum eorum, seu proprio seu alieno nomine editum monstrati posset! Utinam et modo foret!

AUCTORE (...

EPISTOLA FAMILIARIS

Ad Rev. Adm. P. Sebastianum a S. Paulo, Provincialem Provinciæ Flandrobelgicæ Ord- FF. Beatiss. Virg. Mariæ de Monte Carmelo, olim Sacræ Theologiæ Professorem Lovanii, circa librum ejus, qui inscribitur;

EXHIBITIO ERRORUM,

Quos P. Daniel Papebrochius S. J. commisit contra Christi Domini paupertatem, ætatem etc: Summorum Pontificum Acta et Gesta, Bullas, Brevia et Decreta; Concilia, S. Scripturam, Ecclesiæ Capitis Primatum et Unitatem; S. R. E. Cardinalium dignitatem et auctoritatem; Sanctos ipsos; eorum cultum, reliquias, acta, scripta; Indulgentiarum antiquitatem; Historias sacras, Breviaria, Missalia, Martyrologia, Kalendaria; receptasque in Ecclesia traditiones ac revelationes; nec non alia quævis antiqua monumenta Regnorum, Regionum, Civitatum, ac omnium fere Ordinum; idque non nisi ex meris conjecturis, argutiis negativis, insolentibus censuris, satyris ac sarcasmis; cum Ethnicis, Hæresiarchis, Hæreticis, aliisque Auctoribus ab Ecclesia damnatis; anno MDCXCIII ***oblata S. D. N. Innocentio XII.***

ADM. REVERENDE PATER,

PAX CHRISTI.

Tria præcipue agit Exhibitio errorum,

Vidimus librum Paternitatis vestræ adm. Reverendæ, cujus titulus incipit, *Exhibitio errorum.* Reliquus hic iterari refugit, ne Auctori suo, pro religiosa modestia, qua subditis prælucere Provincialis debet, ruborem denuo injiciat. Liber ipse duo potissimum tractare videtur; alterum, ut stabiliat summam antiquitatem sacri Ordinis sui; quod opto fieri posse: alterum, ut ad stabiliendam antiquitatem illam, convellat *Acta Sanctorum*; quod Sanctorum Cultores improbare debent omnes, et desperatæ causæ vestræ indicium esse censent. Non enim sunt facienda mala, ut eveniant quæ putatis bona. Tertium quoque addi posset; stylus, commoti animi index; epitheta, æquis auribus gravia; termini, invidiam concitare nati; sententiæ partis alterius truncatæ, pro integris passim venditæ; tituli, plura promittentes, quam demonstrent; suppositiones, non fundatæ, et numquam probatæ, nec facile probandæ; Censores, qui partem inauditam, nec lectis ejus scriptis, condemnant, minus æqui; et alia ejusmodi plura. Sed bona causa talibus adminiculis nulla indiget.

cui respondemus quatenus lacerat Acta Sanctorum,

2 Ad primum nihil attinet respondere, præter dicta pridem suis locis, Patern. vestræ non ignota, et hactenus sibi constantia. Tertium, commiseratione potius, quam responsione dignum est. Secundum considerari potest. Sed cum in illo jam Patern. vestra non tam exagitet P. Papebrochium, quam laceret (si Superis placet) ipsa *Sanctorum Acta*, a populo Christiano utiliter legi solita; ab historiæ ecclesiasticæ peritis ample probata; a Præsulibus, Episcopis, Cardinalibus, summis Pontificibus varie promota; ab omnibus denique, non livido oculo illa legentibus, passim laudata; cum, inquam, Patern. vestra ita tractet indigne *Acta Sanctorum;* nihil miretur, quod nunc silentium rumpamus; non jam causam privatam nostram et scripta de origine Ordinis vestri, sed causam Ecclesiæ et Sanctorum omnium publicam defensuri.

parati mutare quod erratum est,

3 Quamquam ne hanc quidem mihi defendendam sumere velim, illo quo vobis placeret modo; conscribendo librum, et respondendo ad singulos paragraphos vestros: sed, monendo Lectorem, ut cum pervolverit librum vestrum, citata ibi ex Actis Sanctorum loca ipse per se dignetur inspicere, legens præmissa et subjuncta. Hanc ego refutationem libri existimo sufficere et optimam fore. Quod si F minus recte nos passim accusari viderit idem Lector, innocentiæ plaudere; si quid erratum notaverit, benigne nobis indicare dignabitur. Id enim palam esse eruditis omnibus cupio, paratos fore nos, quicumque indicati fuerint errores, cum gratitudine animi corrigere, exemplo decessorum nostrorum, qui id præstiterunt, in ætate S. Francisci de Paula, in Officio sanctissimi Sacramenti, in aliis.

uti alibi fecimus

4 Questi fuerant RR. PP. Minimi, prægrandem sancti Patriarchæ sui ætatem, non recte a nobis imminutam esse. Questi item RR. PP. Prædicatores, male negatum a nobis Divo Thomæ auctori totum Officium prædictum. Utrique productis rationibus ostenderunt querelarum suarum verosimilem æquitatem; et continuo obtinuerunt correctionem nostram, mutatis quæ mutanda erant. Et ecce cessarunt ipsorum querelæ; successit gaudium nostrum ex elucidata magis veritate; perstitit religiosa pax, amor, concordia. Utinam similiter RR. PP. Carmelitæ rationibus non vanis, aut male suppositis argumentis, probent vera esse, quæ esse cupiunt; nos similiter prompti sumus futuri ad subscribendum veritati monstratæ.

5 Videri etiam potest *Protestatio iterata* tomo 6 Maji

AUCTORE C. J.

A Maji præfixa, ubi adm. Rev. D. Claudio Castellano, Canonico Parisiensi, obstrictos nos esse fatemur; et Papebrochius, tamquam singulariter merito de se et *Actis Sanctorum*, eidem inscribit, grati animi causa, amplam Dedicationem, *Paralipomenis ad Conatum in Catalogos Romanorum Pontificum* præfixam, quod inter legendum *Acta Sanctorum* notare errores, nobisque indicare dignatus fuerit. Si eumdem scopum inter legendum *Acta* habuit Patern. vestra, quem iste; et si veritatis illustrandæ studio collegit operose tam multa in libro suo, gratias eatenus agimus: sed aliud etiam beneficium addi rogamus, ut Patern. vestra (neque enim ipsamet crediderit, omnia, illic a se congesta, errores esse) errores veros maturo examine e libro suo excerpere, et scriptos aut typis seorsim editos communicare nobiscum dignetur. Quo facto, majori nos beneficio affectos putabimus; quia magno labori, lectione libri vestri perdendo, parcituri simus, sanctiore studio utilius occupati.

cum gratitudine animi.

6 Quod si animus mihi foret contentionis cupidus, deberem exemplo Patern. vestræ scrutari atque invidiose explicare librum vestrum, uti explicantur a vobis *Acta Sanctorum*: ausim spondere B futurum (ita me Sancti juvent) ut plura proferam e libro vestro reprehensione digna, quam ex *Actis* vos produxistis. Atque illud imprimis ubique in vobis reprehendam; quod temere ipsi reprehendatis, quæ passim reprehendenda non sunt, judicio Eruditorum. Vin' pauca, quæ paucis dici et facile intelligi possunt, hic notem? Arguimur docere, Constantinum Magnum, non a S. Sylvestro Papa Romæ, sed ab alio Nicomediæ sub vitæ finem salutari fonte lavatum esse; non credere pari firmitate, Evangelistam Lucam fuisse Pictorem, ac, fuisse Medicum: non admittere imagines omnes, quæ variis locis honorantur, et a S. Luca pictæ feruntur, revera tales esse: repudiare historiam Inventionis sanctæ Crucis; Acta S. Sylvestri Papæ; Bullas, quibusdam Pontificibus affictas; librum Joannis Hierosolymitani, de institutione Monachorum ad Caprasium; Epistolam, sub nomine S. Cyrilli, tertii in Carmelo Prioris, sese commendantem; Vitam S. Angeli Carmelitæ, ab itinerum ejus individuo socio, ut volunt, compositam; et sexcenta ejusmodi.

Reprehenduntur in nobis a Carmelitis

7 Magnum crimen, et ante hunc diem ab historicæ rudibus inauditum! Næ ego vices doleo Patern. vestræ, quod tam inconsiderate famam suam C ludibrio exponat, vel ipsis in historia ecclesiastica tironibus, cum talia arguit ac reprehendit in Papebrochio, quæ Eruditi passim amplectuntur; ita persuasi auctoritate veterum et elucidatione recentiorum. Vere non una nocte aut subita metamorphosi Theologus bonus, bonus evadit Historicus. Si antiquos legisset auctores Patern. vestra, si legisset recentes, oculorum animique acie in veritatem intenta; non verteret Papebrochio crimini, quod laudi potius vertendum est.

quæ passim laudantur ab Eruditis:

8 Primo loco arguitur, quod Constantinum Magnum sub finem vitæ, non a S. Silvestro baptizatum, dicat. Non gratis id dicit Papebrochius, secutus auctores probatissimos, coævos Constantino atque ad ætatem ejus proxime accedentes. Hos producere (tametsi longior futurus sum, quam vellem) in gratiam Patern. vestræ lubet, ut hic eos legat, sine confusione tamen sui, si possit. Exemplo ex uno de reliquis judicabit Lector.

quale est, baptismus Constantino collatus sub finem vitæ,

9 Primus, et coævus Constantino, et gestorum ejus scientissimus, prodit *Eusebius Pamphili, Cæsareæ in Palæstina Episcopus*, describens accuratissime extremum ejus morbum, iter, baptismi desiderium, baptismum ipsum, testamentum, obitum; quæ legi possunt libro ejus quarto de Vita Constant. cap. 61 D et seqq. Et de baptismo quidem scribit, quod *in suburbano Nicomediæ convocatis Episcopis* infirmus Imperator, desiderium suum baptisma suscipiendi declaraverit, ab iisque *solenni ritu divinis ceremoniis peractis, sacrorum mysteriorum particeps factus sit. Et postquam omnia rite impleta sunt, candidis ac regiis vestibus, lucis instar radiantibus, est amictus; et candidissimo in lecto recubuit, nec purpuram contingere amplius voluit.* Non potuit Eusebius, qui historiam hanc scripsit sub Constantio Constantini filio et successore, non scire, quid patri ejus factum fuerit, præsertim in re tanti momenti et tam solenniter acta: nec præsumi potest ausus fuisse mentiri, a toto mundo mox redarguendus.

ut constat ex Eusebio,

10 Anno ab obitu Constantini vicesimo secundo coacta fuit *Synodus Ariminensis*, in qua, præter Arianos, interfuerunt Episcopi plures quam trecenti Catholici; qui omnes, in Epistola sua Synodica ad Constantium Imp. extante apud Athanasium græce, dicunt, Ἐπειδὴ Κωνσταντῖνος, ὡς ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο βαπτισθεὶς... *Constantino, post baptismum susceptum, vita functo.*

Synodo Ariminensi.

11 Eamdem sententiam *Athanasius*, dum Epistolam Synodicam operibus suis inserit ac approbat, similiter approbasse censendus est: non id facturus E profecto, si aliter se res circa baptismum prædictum habuisset; quod ipse, si quis alius, ac totus pene Orbis Christianus tum novisse poterat. Id etiam ostendit *S. Ambrosius*, semper in Occidente (ni fallor) commoratus, et anno post Constantinum sexagesimo mortuus, in Oratione quam habuit de funere Theodosii Imp. in qua de Constantino mentionem faciens, ait; *Cui baptismatis gratia, in ultimis constituto, omnia peccata dimisit.* Adde *Hieronymum*, non admodum multis post Ambrosium annis mortuum. Dicit is in Chronico, Constantinum, *extremo vitæ suæ tempore, ab Eusebio Nicomediensi Episcopo, baptizatum esse.*

SS. Athanasio, Ambrosio, Hieronymo,

12 A morte Hieronymi potissimum floruerunt, in Oriente Historici Græci, *Socrates, Sozomenus, Theodoretus*, Continuatores Eusebii: quorum primus an. 440 vivens, in Historia sua Ecclesiastica lib. I cap. 39 editionis Valesianæ notat, *Constantinum*, ἐν προαστείῳ διάγοντα τῆς Νικομηδείας, τοῦ Χριστιανικοῦ μεταλαμβάνειν βαπτίσματος; *in suburbio Nicomediæ degentem, baptisma Christianum suscipere.*

item ex Socrate,

13 Suppar Socrati *Sozomenus*, in sua pariter Historia Ecclesiastica lib. 2 cap. 34; rem eamdem F verbis non multum discrepantibus explicat. Paucissimis post utrumque annis obiit *Theodoretus, Episcopus Cyrensis*, cujus Græcus textus sic sonat Latine: *Cum Imperator Constantinus esset Nicomediæ in Bithynia, graviter ægrotare cœpit: cumque secum consideraret quam incertus sit humanæ vitæ exitus, donum sacrosancti baptismatis accepit. Ad hoc namque tempus istud ideo distulerat, quod magno tenebatur desiderio, hoc salutare lavacrum in Jordane fluvio percipiendi.*

Sozomeno, Theodoreto,

14 Proximus illos sequitur *Gelasius Cyzicenus, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus*, Actorum in Concilio Nicæno collector: de quo Photius in Bibliotheca Cod. 88 sic scribit: *Desinit Gelasius in Imperatoris Constantini Magni obitu, quando, divino remissionis peccatorum lavacro suscepto, vitæ hujus maculas, quas communi mortalium sorte contraxisse oportuerat, una eluit. Baptismate vero tinctum refert ab orthodoxo Sacerdote, sacroque ritu; non autem, ut quidam prodiderunt, ab hæreticorum aliquo. Longiorem autem hanc baptismati obvenisse moram, quod ipsis Jordanis fluminis aquis tingi vehementer optasset.*

Gelasio Cyziceno,

15 Quid attinet hisce alios, mediæ ætatis ac recentiores, annumerare; *Cuspinianos, Perronios, Patavios*

et aliis plurimis;

A *Petavios, Lambecios, Valesios, Pagios?* In idem consentiunt cum prædictis omnes, Constantinum *sub finem vitæ* (addunt plerique *Nicomediæ*) baptizatum fuisse, mortuo pridem Romæ Sylvestro. Quare satis sit unum audire, omnium quodammodo loquentem ore, eruditissimum *Petavium*. In Rationario temporum lib. 6 cap. 1 anno 337 sic habet: *Ipso Pentecostes die moritur Constantinus, in suburbano Nicomediæ; ubi paulo ante mortem baptizatum esse PLERIQUE VETERUM affirmant: quibus Cardinalis Perronius nuper adstipulatus est, dum post Nicænam Synodum baptizatum ab Eusebio Nicomediensi Constantinum asseruit.*

quos si legisset Amicus, sine confusione sua tacuisset.

16 Si illa legisset Patern. vestra, quod utique oportebat ab Historico factum esse; qua fronte ausa fuisset vel hiscere contra Papebrochium, quod tot, tam gravium et antiquissimorum juxta ac recentium scriptorum sententiam, de baptismo Constantini, amplectatur; relicta altera de Baptismo Romano, quæ præcipue nititur pseudepigrapha Melchiadis Epistola, et improbanda in multis Vita Silvestrina, quæ fere fundamentum fuit cur posteri id crediderint multi? Habet hic Patern. vestra exemplo in uno B specimen eruditionis, et argumentum confusionis suæ. Hanc ne augeam, missa facio reliqua objecta, majora Papebrochii crimina inspecturus, qualia præferunt Tituli vestri plerique, paragraphis præfixi, ubi passim notatur, *Translationes Sanctorum, Brevia Apostolica et Bullas explodere, et arguere imposturæ: effutire sua: per imposturam agere: impugnare cum hæreticis Imagines sacras et Reliquias Sanctorum: imponere Sedi Apostolicæ, etc.* Graviora sunt hæc enimvero. Sed quid horum probat textus, Titulis tam sacris subjectus? Judicent æqui partis utriusque Lectores. Ego tantum dico, Theologiam mihi meam non permittere, ut talia regeram in Auctorem, magis meritum, ac nocentiorem.

Recensentur alia Papebrochii crimina;

sed majora sunt, illa ipsi imputantium,

17 Possem vicissim ornare Patern. vestram (si par pari referre vellem) elogiis æque honorificis, idque majori cum jure, tum quia provocor, tum quia innocentiæ patrocinor, non talia meritæ. Sed unum pro omnibus sit; non meis verbis leviter effutitum, sed authenticum, probe testatum, et publica auctoritate convictum. Dudum penes me est instrumentum authenticum, quale dixi, publica auctoritate Parisiis anno MDCLXXXIII die XIII Novembris factum, curante Amplissimo viro, Antonio de Vyon, Domino d'Herouval, Consiliario Regis sui, circa imposturam veram atque palmarem, a Patribus C vestris commissam Leodii eodem anno, in impressione infamis libelli, Papebrochium ac Societatem nostram criminantis; cui titulus, *Reponse a la lettre, qu'on a vu courir a Liege depuis peu, sous le titre de N. Conseilier du Roy, contre l'origine et la succession de l'Ordre des PP. Carmes. A Paris; chez la Roche, a l'enseigne de la Vérité*, 1683. Adeo placuit vobis libellus iste, ut etiam latinitati donatus sit, alterique deterioris farinæ, *Salisburgi*, uti præfertur, *apud Gottifridum Junck*, nuspiam illic notum typographum, *anno* MDCLXXXIV impresso, sit insertus; ubi titulus, gallice modo hic præmissus, sic redditur latine: *Responsio ad Epistolam, quæ visa Leodii grassari sub titulo N. Consiliarii Regii, contra Originem et successionem Ordinis Carmelitarum.*

utpote infami libello suo præfigentium

18 Locum impressionis, Latinus hic interpres, uti et impressoris nomen, caute prætermittit: ubi auctor Gallicus locum impressionis posuerat *Parisios*, et impressoris nomen *La Roche*: cum tamen constet mihi, ex amicorum litteris, 16 Julii an. 1683, in loco impressionis datis; Libellum prædictum *Leodii* impressum esse, impressore *Grison, sur le vieux marché, in veteri foro.* Additur præterea sub calcem libelli *Approbatio*, quæ solet esse Censoris, ejusdem ingenii, id est fictitia, quantum quidem D ego potui rescire. Nomen Auctoris, probe mihi descriptum, non debeo indicare Patern. vestræ, quæ illum ignorare non potest: vulgo autem indicare non volo, caritatis causa. Sed præcipua, et (si ita malis) unica imposturæ ratio in hoc consistit, quod Auctor ille vester præfixerit Epistolæ suæ, quæ totum fere conficit libellum, prædicti Ampliss. Domini d'Herouval, rerum omnium ignari, et factum vestrum, ubi rescivit, ægerrime ferentis, illustre nomen. Quapropter ut famæ ac nomini suo consuleret, putavit notam adeo turpem per publicos Tabelliones ac instrumenta a se atque familia sua arcendam. Instrumentum, ut dixi, authenticum penes me est, quod semel impressisse in prima hujus Epistolæ editione, satis sit, ut parcatur honori Ordinis. Judicare Lector inde plura posset de sincera fide Patern. vestræ ac suorum, quam ego velim hic exprimere. Judicabit etiam eadem de re, majori cum certitudine, si inspexerit Bullam Clementis, Papæ X, datam Romæ die VI Maji MDCLXXIII, relatam in Bullario novo, Bulla XXXIV.

AUCTORE C. I illustre nomen Domini d'Herouval,

factum publice detestantis

19 Summo denique crimini datur Papebrochio, quod nonnulla teneat in re historica: quæ Lutherus, E Calvinus (quos tamen is legit numquam) Launoyus ac Natalis Alexander docuerunt. Quasi vero nihil reperiatur veri inter errata plurima hæresiarcharum. Quid vetat, uniones luto permixtos colligere ac servandos reponere? Meminitne Patern. vestra, quod Articulo suo 13 § 13 num. 101, in quem casu incido, ad probandum quædam dicta sua, advocet *Auctores Bibliothecæ Tigurinæ*, cognitos a se ut hæreticos? Nuspiam advocat P. Papebrochius Lutherum aut Calvinum, nuspiam Auctores Bibliothecæ prædictæ. Quod illorum doctrina immerenti imputetur, debet cum aliis ejusmodi beneficiis Patern. vestræ. Miserum vero Launoyum (sed in Carmelitas peccavit) ac magis etiam miserum Alexandrum, quod uterque passim hæreticos comitari, jubente Patern. vestra, debeat; atque Alexander insuper debeat Papebrochii causa culpam neutrius luere, coactus (quasi immemor esset calamitatis suæ qualiscumque) identidem audire ex Patern. vestra, cum ingenuorum indignatione, *damnatum se ab Ecclesia esse.* An religiosum est afflicto addere afflictionem? et pœnam, a Superiore semel inflictam, ab æquali, nihil injuriæ passo, sæpius iterari?

Objiciunt Papebrochio, docere aliqua a prohibitis auctoribus accepta

qui ipsi hæreticos pro se citant,

20 Nolim ego R. P. vestro Philippo Teissiere, qui anno 1682 coram Capitulo Provinciali, Biterris coacto, Historiam Carmelitanam, Thesibus Episcopo loci dicatis, theologice defendendam suscepit, exprobrare, quod Theses ipsius, et in Thesibus Historia Carmelitana, Romana censura notatæ ac legi prohibitæ sint. Et quam multa vos etiamnum sustinetis, quæ damnatis illis Thesibus continentur? Quod Papebrochius citet subinde, ac laudet etiam, Natalem Alexandrum, vitio ei dari non potest; cum id fecerit prius quam libri illius proscripti fuerint: quemadmodum ad crimen imputari non potest ulli, qui hodie laudaverit librum, multa bene ac erudite disputantem; si is forte, propter detecta quædam errata, post mensem aut annum, in Indicem librorum prohibitorum referatur. Papebrochium autem ante damnationem Alexandri prædicti, tantummodo usum fuisse libris ejus, scivit Patern. vestra, citans Art. suo 4 § 7 partem textus hac super re Papebrochiani, Sed cur non totum? An ex toto textu patuisset sinceritas Papebrochii; et omni culpa a legentibus totum, absolvendus putabatur? Totum igitur accipe ex Conatu Chronico-historico pag.* 5 num. 20.

et prohibitas Theses Biterrenses sequuntur. F

Secuti non Natalem in aliquibus ante prohibitionem,

21 *His prænotatis, incipio cum P. Henschenio a primo ac præcipuo Ecclesiæ Capite Christo Jesu, cujus*

Vicarii

A *Vicarii sunt Romani Pontifices, Petri successores. Sed ecce, ipso tempore, quo, utriusque Tomi (4 et 5) impressione jam ferme absoluta, pagina hæc, in duobus ultimis numeris mutanda, iterato destinatur ad prælum; perfertur Roma gravissimum Sanctissimi Domini Nostri Decretum, publicatum istic an.* MDCLXXXIV *die* X *Julii, quo « Libri quidam, Auctore Natale Alexandro, Fratre Ordinis Prædicatorum, in sedecim » volumina distributi (præter alios in quatuor opuscula » divisos) et a primo usque ad duodecimum seculum » inclusive editi, sub titulo,* selecta Historiæ ecclesiasticæ Capita, *a S. D. N. Innocentio PP. XI, » motu proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine damnantur ac reprobantur, ac legi seu retineri prohibentur; ipsorumque librorum omnium et singulorum » impressio, descriptio, lectio, retentio, et usus sub » gravissimis pœnis in decreto contentis, omnino interdicitur. « Ne quis igitur, duos hos Tomos in lucem venire videns post hujusmodi Decretum, et nihilominus in eis dictos libros subinde absque scrupulo allegatos reperiens, observantiam Apostolicorum mandatorum, quam ante singulos Tomos profitemur, eo in casu desideret;* B *monitum lectorem velim, id, prius quam tale Decretum conderetur Romæ, procul inde in Belgio esse absque malo dolo factum, et quidem in iis duntaxat argumentis, quæ sola si Auctor ille tractasset, non putamus incursurum fuisse Sanctæ Sedis indignationem tam gravem. Interim etiam sic impressa pro non impressis haberi cupio; et Pontificiæ voluntati in omnibus atque per omnia morem gestum desiderans, e sexto septimoque Maji Tomis, jam jam ad prælum postulandis, expungo quæcumque alia loca, dictorum librorum mentionem facientia.*

AUCTORE C. J. corrigimus eadem post prohibitionem,

et pro non scriptis haberi volumus.

22 Quid ad hanc assertionem positivam, suspicio contraria et male cohaerens, a vobis loco citato mota? Ille retractat ultro, disertis verbis, cum singulari erga sanctam Sedem Apostolicam reverentia; atquo pro retractatis et non impressis haberi vult omnia, quæ e Natale uspiam adduxerit. Vobis nihilominus lubet suspicari, hanc tam seriam retractationem aliud non esse, *nisi verba et voces, ac frivolam in peccato excusationem.*

23 Sed ad crimina Papebrochii redeo; non quod eluenda putem, quæ probata non sunt; sed quod operæ pretium judicem, hic etiam crimine in uno (quod pace Patern. vestræ liceat monstrare æquo Lectori, quid de reliquis sentiendum sit. Paragra- C phus vester 8 Articuli primi sic inscribitur: *Papebrochius ex meris conjecturis impugnat Præputium Christi Domini, Antuerpiæ asservatum.* Antuerpia mihi vellicat aures: Antuerpia, quam ego alteram mihi patriam esse duco diutina commemoratione: Antuerpia, ubi *Acta Sanctorum* illustrari cœpta, huc usque feliciter, si per vos licet, illustrari pergunt: ubi monumenta publica, Senatus populique in Societatem merita loquuntur: ubi Societas vicissim gratitudinem suam commonstrare non cessat, domi et foris in vinea Domini laborando; in Scholis inferioribus, litteris et pietate imbuendo ætatem teneram; in altioribus, scientia divina instituendo adultam; in sacris pulpitis, dicendo ad conciones; in sacellis minoribus, catechizando ad rudes; in sodalitiis, hortando ad virtutem pueros, adolescentes, juvenes; cœlibes et conjugatos; sacros et profanos; Flandrice, Gallice, Latine; in expiando, labore indefesso, pœnitentes; in dando consilium dubitantibus; in consolando mœstos; in visitando captivos; in confortando infirmos; in assistendo moribundis.

Apud Antuerpienses invidia nobis perperam concitatur.

24 Illa, inquam, Antuerpia, in istis aliisque gratitudinem et zelum nostrum multipliciter experta, propter unum alterumve Societatis alumnum, et eum alumnum, cui (quod novisse potest Patern. D vestra, et illustrata Antuerpia, brevi typis vulganda, manifestum faciet) præ ceteris Antuerpiensium gloria cordi est, indigne concitetur in totum laboriosæ Societatis corpus? At quo pacto? *Papebrochius impugnat.* Quid? *Præputium Christi Domini, Antuerpiæ asservatum.* Quid Præputium Domini apud Antuerpienses, ad antiquitatem Ordinis vestri in monte Carmelo? Quibus autem argumentis impugnat Papebrochius? *Ex meris conjecturis.* Audiamus.

quasi Præputium Christi ipsis eripiamus,

25 *Inter ecclesias* (ait Patern. vestra loco citato) *quæ contendunt, apud se existere sacrosanctum Christi Domini Præputium, non immerito ecclesia Antuerpiensis gloriatur, illud apud se quinque ferme seculis fuisse asservatum: quod Ven. Bollandus, Papebrochii magister Tom.* 1 *Januarii fol.* 6 *censet omnino probabile. Primum. Ex testimonio Capituli Antuerpiensis anno* 1416 *dato. Secundum. Ex testimonio Theobaldi Archiepiscopi Bisontini anno* 1427 *dato. Tertium. Ex testimonio Joannis Episcopi Cameracensis anno* 1428. *Denique ex testimonio Eugenii Papæ anno* 1446. *Quibus accedit Bulla Clementis VIII anno* 1599 *data, qua confirmatur Confraternitas Circumcisionis, jam olim in urbe Antuerpiensi instituta.* Hæc saltem laus, quod E præ ceteris ecclesiis, de Præputio Christi contendentibus, illud adjudicetur Antuerpiensi, et quidem tam variis argumentis, debetur *Actis Sanctorum*, et eatenus id debet Antuerpia Societati.

26 Sed an P. Papebrochius id *impugnet*? Enimvero, inquis; *Ex professo* enim *studere* VIDETUR, *ut antiquissimas Capituli Antuerpiensis litteras, quibus testimonium perhibetur, quomodo Hierosolymis olim ad Ecclesiam Antuerpiensem transmissum fuerit sacrosanctum Christi Domini Præputium, funditus evertat, aut saltem de suppositione et fictione valeat reddere suspectas. Nam, quamvis præfatæ litteræ disertis verbis asserant, sacrum Christi Domini Præputium Hierosolymis Antuerpiam transmissum esse ab Henrico Norse, Presbytero Antuerpiensi, facto Hierosolymitanorum Episcopo; præfidenter tamen asserit Papebrochius, Tom.* 7 *Maji pag.* 702, *Nullum inter Patriarchas Latinos,* qui Hierosolymis sederunt, *locum esse Henrico, de quo litteræ Capituli Antuerpiensis anni* 1416. *Quo asserto, juxta modum argumentandi, seu potius argutandi, ipsi admodum familiarem, Antuerpiensium testimonii probabilitas ac verisimilitudo funditus evertitur.*

27 Nihilne aliud argumenti suppetit? Inde igitur vestræ Patern. VIDETUR Papebrochius *ex professo* F *studere*, ut *funditus evertat* litteras Antuerpiensis Capituli; atque ita *impugnet Præputium Christi Domini, Antuerpiæ asservatum*? Et tamen certo scit eadem vestra Patern. illo loco Papebrochium *ex professo studere* Chronologiæ Patriarcharum Hierosolymitanorum stabiliendæ: quo facit imprimis, ut ne quem annumeret Patriarchis istis, qui annumerari omnino nec potest, nec debet. Sed quid tandem peccavit Papebrochius? *Præfidenter asserit, nullum inter Patriarchas Latinos locum esse Henrico* (cur non Patern. vestra locum ei quærit, ac ostendit esse?) *de quo litteræ Capituli Antuerpiensis, anno* 1416 signatæ. An vero in peccato isto, quod dicis, vel verbulum est quod Præputium sonet, nedum *impugnet?* Alia prorsus, quam vos vultis, et non bene interpretamini, illic habet Papebrochius, huc pertinentia. Imprimis partem profert ipsarum Capituli litterarum. Deinde eas explicat, et conciliare conatur in favorem Antuerpiensium, ac veritatis. Præputium vero tantum abest ut *impugnet*, ut ejus *perpetuam seculorum quinque possessionem, variis documentis testatam*, asseveret *indubitabilem* esse. An hoc *impugnare* est? An ea non legit Patern. vestra? Fidem hic requiro Religiosam, Sacerdotalem, Provincialem

a somniante talia Amico:

cum tamen id ipsis clare asseramus,

A vincialem. Accipe textum Papebrochii, quemadmodum vestrum jam dedi, totum ut jacet : Judices appello ipsum Ven. Capitulum Antuerpiense, ipsamque Patern. vestram, ut coram Venerandis istis viris moderatione animo expendat dicta Papebrochii, et sententiam suam vel confirmet, si ausit ac possit ; vel retractet, si se amet ac amari velit. Ita scribit Papebrochius :

28 *Ex dictis apparet, regnante Balduino I nullum inter Patriarchas Latinos locum esse Henrico, de quo litteræ Capituli Antuerpiensis, signatæ an.* MCCCCXVI, *et a nobis prolatæ 1 Januarii; ubi de Præputio Domini, num. 24 sic loquuntur; « Tradiderunt nobis seniores » nostri, quod olim regnante in Terra sancta felicis » recordationis illustrissimo Christianissimoque Prin» cipe, fundatore nostro, Godefrido de Buillon, Hie» rosolymitanorum Rege, erat cum illo generosus qui» dam vir Antuerpiensis oppidanus, Henricus Noese, » Presbyter et ejusdem Domini Godefridi Capellanus; » qui deinde eorumdem Hierosolymitanorum factus » Episcopus, videns, succedente Balduino, præfati » Regis Godefridi fratre, sævitiam infidelium reinva» lere Paganorum; natalis patriæ nimirum affectus*

B

et per secula quinque possessum testemur.

» amore, conquisitum ante et sufficienti documento pro» batum Domini nostri Præputium, per manus cujus» dam nostratis Capellani sui et nostri, Arnoldi Heer» brant, priusquam morte corporali illic præveniretur, » ut rem tam sacram indignis fidelibus subtraheret, ad » nostram præfatam eccclesiam Antuerpiensem, me» moriale sui perenne, fideliter transmisit. « Facile fuit decursu seculorum trium, in hac per traditionem accepta relatione, variari quidpiam salva rei substantia, quam PERPETVA SECVLORVM OMNINO QVINQVE POSSESSIO, VARIIS DOCVMENTIS TESTATA, INDVBITABILEM FACIT. *Omnia autem consideranti mihi verosimillimum fit, quod Daybertus Patriarcha, cum decretum haberet ab infensi sibi Regis Balduini facie Antiochiam declinare, Vicarium pro se reliquerit Henricum istum, unum fortassis ex Suffraganeis Episcopis suis : et sic traditio Antuerpiensium, Episcopum dixerit, qui solum erat Episcopi Hierosolymitani Locumtenens : cui etiam additum cognomen Noese posterioris forsitan institutionis fuerit, quia seculo* XV *sic appellabantur, qui Henricum istum inter propatruos suos numerabant.* Ita Papebrochius. Quid hic Præputium Christi Domini impugnat? Imo quid illud non confirmat Antuerpiensibus?

29 Hactenus Antuerpia me loqui coegit et nondum sinit tacere. Facit ad gloriam ejus, ne quid

C

Concitatur invidia nobis apud Præmonstratenses,

indignum committamus in sanctum Apostolum suum Norbertum, institutumque ab eo sacerrimum Ordinem. Quid? Nos? in S. Norbertum institutumque ab eo Ordinem? Primordia saltem ejus ex veteri Testamento accersenda non sunt. Rogat me hisce diebus (jocone an serio, vix scio) Vir Amplissimus, Ordinis istius imprimis amans, et mihi pridem familiariter notus : numquid moliremur proximo Sanctorum Junio mense adversus Ordinem Præmonstratensem; simulque proferri jubet librum Patern. vestræ, ab aliquo subditorum vestrorum ei dono datum, monstratque mihi locum, quem hic monstrandum omnibus proferre lubet, ex Art. 22 § 2 num. 19.

30 *Videtur præterea* (inquit ibi Patern. vestra)

quasi impugnaturis eorum Ordinem;

Papebrochius etiam adversus historiam Canonicorum Præmonstratensium aliquid machinari, quod effutiet in Junio, quando edet Vitam S. Norberti, nisi coerceatur. Nam tomo 2 April. in Propylæo, parte 2 num. 29 dicit : » Exortos Canonicos Præmonstraten» ses, credibile est, in principio suo, distinctos fuisse » a secularibus solo colore; haud multum dissimili for» ma tonsuræ atque vestitus usos. « Quasi vero a S. Norberto non minus vestitus religiosi formam acceperint, quam ipsam Regulam.

31 Nisi Prophetam hic agat Patern. vestra, capere non possum, qui de futuris contingentibus et libertati nostræ subjectis, tam asseveranter pronuntiet, determinate futura esse. *Videtur,* inquis, *Papebrochius etiam adversus historiam Canonicorum Præmonstratensium aliquid machinari.* Tacebit potius salva veritate, uti tacere voluit de antiquitate vestra, si passi fuissetis, quam loquatur rationabiliter displicitura Ordini integro. Quid vero est, cur timeant Præmonstratenses, nisi forte a prophetia temeraria Patern. vestræ tantum? Machinatur aliquid Papebrochius, *quod effutiet in Junio, quando edet Vitam S. Norberti, nisi coerceatur.* Nisi Patern. vestra coerceat, nescio quis tandem coerciturus sit; cum putem, nulli uspiam terrarum tantum mali ominis in mentem venisse, quantum hic præsagitur a vobis. D

AUCTOREC. I. quod turpiter fictum ab Amico

32 Prodit hoc ipso primo Sanctorum Junii tomo Vita S. Norberti, ipso adjuvante Sancto. Sed, tacentibus nobis, docet Vita illa, quam irreligiose ac temere hæc et similia *effutita* sint a Patern. vestra, pro tota mali ominis probatione aliud non citante quam hæc verba Papebrochii, et hoc modo : *Exortos Canonicos Præmonstratenses, credibile est, in principio suo, distinctos fuisse a secularibus solo colore, haud multum absimili forma tonsuræ atque vestitus usos.* Miror equidem, quomodo prudenter hinc inferri possit, timendum esse Præmonstratensibus ab editione Vitæ S. Norberti, aut coercendum iis esse auctorem Vitæ edendæ, de qua nemo bonus mali quidpiam ominabatur.

docebit illustrata a nobis Vita S. Norberti,

E

33 Dic amabo, Religiosi Præmonstratenses, nonne Canonici sunt? Quid si modo institutum eorum obtineret, ut haud multum absimili forma tonsuræ atque vestitus uterentur, colore tamen vestium albo distinguerentur a secularibus; an similitudo illa tonsuræ atque vestitus iis magis indecora foret, quam appellatio Canonici? Nihilominus id displicet vestræ Patern. inquienti; *Quasi vero a S. Norberto non minus vestitus religiosi formam acceperint, quam ipsam Regulam.* Certe Regula S. Augustini, quam suis tradidit S. Norbertus, ne colore quidem differt ab eadem Augustini Regula, quam plures alii Ordines religiosi sequuntur ; et tamen indecora Præmonstratensibus non esse putatur, etiam a Patern. vestra : cur igitur vestitus, colore saltem a vestitu Canonicorum secularium diversus, indecorus eis, præsertim initio Ordinis, fuerit? Sed neque ait Papebrochius, *haud multum dissimili forma tonsuræ atque vestitus usos fuisse* Præmonstratenses, initio Ordinis sui, illi formæ, quæ tunc utebantur Canonici seculares; sed illi, quæ exprimitur in lapide effigiato sepulcrali, de qua controversia erat. Ut autem hæc patescant producam, uti supra, ipsum Papebrochii textum integrum, et quidem paulo altius repetitum, partim claritatis causa, partim ut appareat quam aliter citetur a vestra Patern. auctor ille, aliter ipse scripserit; quamque ex incidenti tantum illic mentionem faciat Præmonstratensium. Loco igitur citato, quæstio vertitur, an lapis sepulcralis, in oppido Boppardia ad Rhenum, effigiem exhibeat Carmelitæ; aientibus vobis, Papebrochio negante, et sic inter alia loquente num. 29.

cujus Canonicis indecorum non est,

F

habitum similem forma Canonicis secularibus gestasse initio Ordinis.

34 *Interim ex visis dictisque apparet satis, nihil Carmeliticum videri in lapide Boppardiensi : quem tamen ut præcipuum solidissimumque suæ in Europa antiquitatis fundamentum ostentant aliqui, majori præjudiciorum tuendorum zelo ducti, quam rerum veterum cognitione instructi. Quoniam vero de istic sepulto facilius est pronuntiare, non fuisse Carmelitam, quam distincte definire quis fuerit; optarem plura seculi* XI *ac* XII *monumenta sepulcralia in provinciis Rhenanis eorumque vicinia superessent. Vix enim dubito, quin*

Falso explicat textum nostrum Amicus,

AUCTORE C. J.

A *Priorum seu Præpositorum secularium lineamenta omnia similem fere habitum repræsentarent. Siquidem paulo post exorti Canonici Præmonstratenses (quos credibile est in principio suo distinctos a secularibus fuisse solo colore) haud multum dissimili forma tonsuræ atque vestitus usi sunt; quemadmodum colligere nobis licuit ex antiquis picturis, B. Hermannum Steinfeldensem, seculo* XIII *mortuum, repræsententibus.* Cur Patern. vestra hæc citans, omissa parenthesis nota, confundit sensum? Cur *formam tonsuræ atque vestitus* Præmonstratensis refert ad seculares Canonicos, cum ad imaginem in lapide effigiatam deberet? Cur ultimam orationis partem, præmissorum probationem de visu continentem, præscindit, parum fideliter adducto textu dimidio? Fidem hic requiro, quam supra.

qui in titulis multa jactat,

35 In utroque textu Patern. vestræ, a me paulo ante producto, mirari satis non possum, quomodo tam debilia proferat, ad probandum, per miserum VIDETUR, quæ tam magnifice ac jactanter proponit in titulis. Primi loci titulum supra dedimus: alterius sic habet: *Papebrochius valde insolenter, et successu plane erubescendo, antiqua variorum Monachorum, quos inter Norbertinorum, invadit diplomata et monumenta.* Erubescunt litteræ ipsæ, quantumvis nigræ, quod promittentibus ipsis tam multa ac gravia, præstentur tam pauca et fere ficta. Primo loco, Patern. vestræ VIDETUR *Papebrochius ex professo studere, ut antiquissimas Capituli Antuerpiensis litteras funditus evertat.* Secundo loco eidem VIDETUR *etiam adversus historiam Canonicorum Præmonstratensium aliquid machinari.* Idne probare est thema, tam insolenter et asseveranter in titulo propositum? Si ego de scriptore inepto, qui maledictis utitur pro argumentis, dicam, quod mihi *insanire* VIDETUR: an propterea insaniat?

B *sed pauca probat.*

multa supponens, ut vera,

36 Probet Patern. vestra esse, quæ Papebrochius negat esse, quæque non esse ostendit; non recte vapulans ab eo, qui dicit, supponit, clamitat, et nihil probat. Negat Papebrochius, Henricum Noese, de quo supra, fuisse Patriarcham Hierosolymitanum, et rationem reddit, quia illo tempore, quo fuisset, constat alium sedisse. Vult ipsum Patriarcham fuisse Patern. vestra: sed rationem nullam reddit, qua probet. Improbat ille Vitam S. Angeli, negatque ab itinerum socio scriptam esse ob argumenta plurima; quæ vobis solvenda proponit tom. 2 Maji in Append. et nisi solveritis, nihil facitis. Negat Papebrochius S. Eliam institutorem esse Carmelitani
C Ordinis, ut SS. Dominicus, Franciscus, Ignatius sunt suorum; et pluribus probat tom. 1 Aprilis et alibi, rejectis per argumenta bona documentis incertis, fictis, falsis. Asserit, quod ille negat, Patern. vestra: ut probet, assumit documenta illa, incerta, ficta, falsa, eversa, pro certis, sinceris, veris, inconcussis. Probandum est talia esse documenta ista, non supponendum.

quæ pridem non subsistere monstrata sunt,

37 Neque suppositiones vestræ, probationes ut fiant; aut dicteria scommatave, ut rationes evadant; unquam efficiet auctoritas Censorum, quamvis multorum et e variis Academiis, magis Theologicis, quam Historicis, collectorum; illorum præsertim, qui extra chorum saltant, Judicis personam induentes, ubi Censores tantum rogati sunt, et videri volunt: qui non modo probant, quæ legerunt; sed etiam condemnant, quæ non legerunt: qui statuunt aliquid parte inaudita altera, in favorem auditæ, ac grave præjudicium non audit. Æquiore hic Judice opus est, ut de talium æquitate æquum judicium judicetur. Finge, me coram Titio judice injuriarum agere Patern. vestram ac dicere; inepta, falsa, truncata, injuriosa, scandalosa, damnanda, comburenda scripsisse: putas æquum fore Titium? si non audita Patern. vestra, non lectis ejus scriptis
D quæ accusantur, sic pronuntiet: Ego Titius *Censeo P. Sebastianum a S. Paulo, in iis,* quæ contra librum ejus, *Exhibitio Errorum*, ab Actore *citantur* (*SUPPOSITA CITATIONUM FIDELITATE*) *non satis insistere Spiritui Ecclesiæ Catholicæ et proprii Ordinis sui Carmelitani, circa sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritatem; S. R. E. Cardinalium dignitatem; Sanctorum cum Christo regnantium honorem; Religiosorum Ordinem vetustatem ac probata monumenta.*

quamquam auctoritas Censorum numquam efficiet vera esse,

præsertim si supponendo, judicent de re ignota sibi.

38 Stupeo. *SUPPOSITA CITATIONUM FIDELITATE.* An illud judicandi damnandique fundamentum? Non temere supponendum est judicanti, quod imprimis inspectum, examinatum, ac certum illi esse debet. An, si supponam ego ex sola unius relatione, injustum in casu dicto Judicem esse Titium; justus ego sim, si non auditum illum injustitiæ ac pœnæ condignæ damnem? Si Patern. vestra Censoribus suis cum suo libro simul obtulisset etiam *Acta Sanctorum*, ut non truncata et perperam explicata, sed integra cum præmissis et subjunctis in proprio fonte legere potuissent idque voluissent; tum vero æquiorem, credidero, ac nomine suo digniorem tulissent Censuram. Quapropter appellare
E possem a Censoribus, qui non legerunt *Acta Sanctorum* in quibus ea damnant; ad eosdem cum legerint, Carmelitanis exceptis. Sed alii reperiuntur, qui legant nostra, magis in historicis versati, quam Theologi plerique: nec desunt Itali ac Galli; quos miror nullos a Patern. vestra esse advocatos ad censurandum. An probaturi non fuissent illi scripta vestra? aut reipsa advocati, ut plures alii, probare noluerint?

Libellus supplex, a Rep. Veneta prohibitus,

39 Cur porro præter Censores prædictos, initio libri positos, apparet in medio ejusdem tota caterva Censorum, approbantium *Libellum supplicem* ad felicis recordationis S. D. Innocentium XI P. M. qui ante decennium prodiit, nulla nisi Ordinarii Censoris approbatione munitus? An sine Censoribus istis intrare Romam, et oculos sanctissimi Innocentii, cui offerendus erat, subire ausus non fuit? An illorum auctoritate mota Respublica Veneta rescindet Acta sua, quibus idem *Libellus* apud se recusus, publicari prohibitus ac tenebris addictus fuit?

et Pontificis oculos subire non ausus,

40 Fui ipse Romæ, quando prodiit primum *Libellus* iste *supplex*, uti titulus habet, *Francofurti* impressus; nec non, quando recusus fuit in statu
F Veneto, ac suppressus Superiorum mandato. Submissum etiam e Belgio exemplar obiter inspexi: cumque nihil novi, quod magnopere urgeret, afferri observassem; concepi *Brevem Instructionem* circa *Libellum* istum, qua viros aliquot Illustrissimos de quibusdam eo spectantibus informandos curavi, et sic suam Sanctis causam per ipsos tuendam commisi. Discessurus vero Roma anno MDCLXXXVI, triennio ab editione *Libelli* elapso, curiosus interrogavi unum e prædictis Illustrissimis, qui fere quotidie Sanctissimum Dominum ex officio adibat, de controversia nota probe instructum; Numquid *Libellus* vester unquam oblatus reipsa, visusque fuisset Sanctitati suæ? Negavit ille, addiditque: Si offerretur, nihil effecturum apud æquas Pontificis aures, veritatem præ antiquitate æstimantis. Vivit etiamnum Illustrissimus ille, majori nunc in dignitate constitutus.

colligit plures approbatores, etiam fictos:

41 Lego inter Censuras proxime memoratas, primo loco, *Judicium Universitatis Coloniensis.* Quod et legerint Colonienses ipsi, qui se per litteras apud nos, nihil de fraude suspicatos, excusant; negantes, Universitatem suam approbasse Libellum istum; ac dolentes, seu auctorem ejus, seu alium quempiam, nomine Universitatis abusum, prudentiam atque auctoritatem ejus turpiter prostituisse, et

A et ad delendam notam illam obligari, et forte cogendur. Sed hoc ipsi curaverint. Ego, ne præter propositum meum Epistolæ rationem excedam, finem facio, ubi Protestationem Patern. vestræ, aut saltem ejus partem, uti et meam, hic adjecero.

qualis et Protestatio est Auctoris,

42 Protestatio vestra, quam credebam, imprudenter passim scripta abolituram fuisse, talis est: *Protestor, me abstinere velle et præscindere ab omni censura; contentus demonstrare, quod Papebrochius non minus irreverenter, insolenter, et contemptim dicta Ecclesiæ monumenta, Sedis Apostolicæ auctoritate communita, repudiet; quam hæretici, aut Joannes Launoyus, Natalis Alexander, aliique ejusdem furfuris scriptores, ab Ecclesia damnati.* Hoccine *abstinere* est *ab omni censura*? Sed *vult* tantum, abstinere Patern. vestra. Supponat igitur, Caium, in pectus Titii deliberate adigere pugionem, et exclamare ac protestari, se nolle eum lædere: an propterea videbitur Caius non læsisse Titium, sic percutiendo; et contra mentem locutus non fuisse, sic protestando?

vane exultantis,

43 Pergit Protestatio: *Quod si vero hinc inde Papebrochius nimis acriter et dure corripi et redargui vi-* B *deatur, dum erroris, falsitatis, ac imposturæ passim arguitur* et censuratur; *non habet quod inde conqueratur, cum illorum plerumque evidenter convincatur.* Hoc ultimum ostendat Patern. vestra verum esse, et non dico *evidenter*; sed vel verosimiliter *convincat* quæ ait: et ego protestor, me reliqua, quæ in Papebrochium, quæ in Societatem nostram, quæ in Ecclesiam militantem, quæ in triumphantem scripturiendo peccavit vestra Patern. ex toto cordis D affectu ei, quantum quidem in me est, condonare omnia. AUCTORE C. J.

Protestatio nostra corriget errata.

44 Protestor item, corrigente Ecclesia aliquid in scriptis nostris, aut qualibet privata persona errores in illis veros indicante, futurum ut eos proxima quaque occasione corrigamus. Si Patern. vestra inter illos errata nobis vera dignabitur paucis suggerere, gratias a nobis ampliores expectet: si acta pergat agere ac nugas, nullum expectet responsum.

45 Rogo etiam Patern. vestram, ut hanc Epistolam meam, cum *Brevi Instructione circa Libellum supplicem vestrum*, de qua modo dixi, quamque huic Epistolæ præmisi, patiatur addi ad calcem libri sui, simulque cum illo vendi ac legi. Neque enim moror judicium illorum, qui cum libro vestro hanc etiam Epistolam legentes, reprehensuri sunt, quod mitior sim, quam par est, in amicum exorbitantem. Malo enim videri nimis mansuetus, quam parum prudens, aut parum religiosus. Atque hic finem faciens, me meaque studia, ad majorem Dei et Sanctorum gloriam prosequenda, commendo sanctissimis Patern. vestræ sacrificiis, in osculo pacis. Antuerpiæ, ex Museo nostro, anno a partu pacifico Virginis E MDCLXXXXIII, die V Martii.

ADM. REV. PATERN. VESTRÆ

Servus in Christo

CONRADUS JANNINGUS S. J.

AMICA EXPOSTULATIO

PRO EPISTOLA FAMILIARI

CONTRA MOTIVUM JURIS,

Præter omnem juris formam nuper in vulgus sparsum,

Ab adm. R. P. Sebastiano a S. Paulo, de quo supra.

ADM. REVERENDE PATER.

PAX CHRISTI.

C

Epistolæ famil. opponitur Motivum juris, parum familiare,

Die VII Martii nuperi familiariter misi Paternitati vestræ adm. Reverendæ *Familiarem Epistolam* impressam, comitante eam altera mea manuscripta. Credebam (quod sine inhumanitatis nota omitti non potuit) alterutram saltem responsione pariter familiari dignandam; ut sic mundo constaret, nullas inter Religiosos viros intercedere ac ali simultates; sine quibus, exemplo Sanctorum plurium, disputari potest eruderandæ atque illustrandæ veritatis causa. Cum ecce, post moram trimestrem, video prodire *Motivum juris pro libro cui titulus, Exhibitio errorum* etc. Motivum parum familiare, ac reipsa crambe ter cocta, primum in *Libello Supplice*, iterum in *Exhibitione errorum*, denique in hoc *Motivo Juris*. Ostendit Patern. vestra scriptis illis suis, nolle se familiariter agere cum æqualibus; nolle obedienter cum Superioribus; nolle fideliter ac religiose cum *Actis Sanctorum*, solicite *collectis*, prudenter *digestis*, erudite *illustratis*. Illa monstrare aggredior.

postulans corrigi, quæ offeruntur corrigenda,

2 Familiariter tracto ego Patern. vestram, atque adeo invito ad familiare responsum; cum ipsi in *Epistola Fam.* num. 3 æque ac *Eruditis omnibus palam esse cupio, paratum fore me, quæcumque indicati fuerint in Actis Sanctorum errores, cum gratitudine animi corrigere.* Et num. 5 *magno beneficio afficien-* F *dos nos putavi a Patern. vestra, si errores veros maturo examine e libro suo excerpere, et scriptos aut typis seorsim editos communicare nobiscum dignata fuerit.* Et numero denique 44 cum dixeram: *Protestor, corrigente Ecclesia aliquid in scriptis nostris, aut qualibet privata persona errores in illis veros indicante, futurum ut eos proxima quaque occasione corrigamus.* Adjunxi. *Si Patern. vestra inter illos errata nobis vera dignabitur paucis suggerere, gratias a nobis ampliores expectet; si acta pergat agere ac nugas, nullum expectet responsum.*

si vere monstrentur errata esse.

3 Cur ad has tam amplas, tam amicas oblationes, tam promptam voluntatem corrigendi errata, non proferuntur, amice ac familiariter, vere talia? An alio collimat Patern. vestra tot scriptis suis, quam ut errata in *Actis Sanctorum* corrigantur, Nolim id ego suspicari. Cum igitur ultro offeratur talis correctio; quæ familiaritas est, illam per *Motivum Juris* procul hinc in incertum solicitare? Quis creditor familiariter in jus vocet debitorem suum, multum olei operæque perditurus; præsertim si is sponte se offerat ad dissolvendum omne debitum, quod ostenderit creditor vere deberi? Sed ultima præmissæ sententiæ meæ pars, *Si acta pergat agere ac nugas, nullum expectet responsum*; moverit Patern. vestram, opinor, ad scribendum *Motivum Juris*, ut

ne

A ne responsum acciperet; impleta conditione, sub qua responsum dicitur negandum. Accedunt Eruditorum, eadem etiam nunc sentientium judicia, atque adhortationes, ut nullum demus responsum aliud quam datum est in *Epistola Familiari*. Perstiti et ego, proposito in eodem; donec ab inerudito vulgo, etiam Religiosorum, jactari audivi, post editum *Motivum Juris*, Auctorem *Epistolæ Familiaris* adeo convictum esse, ut redactus sit, quod aiunt, ad metam non loqui. Miserum Auctorem *Epistolæ Familiaris!* Præcipue quod in judicium vocetur ineruditorum, et in gratiam vulgi debeat, contra propositum suum, denuo responsum parare, idque ad vulgi captum; cum Eruditis aliunde de veritate rei satis superque sit persuasum.

AUCTORE I. C. Cur respondeatur hic denuo,

Auctor Libelli supplicis idem et Motivi

4 Quod nolit obedienter agere Patern. vestra cum Superioribus, clamitant citata ejus scripta; in quorum primo, sive *Libello supplice* (quandoquidem de illo sibi etiam plaudat Patern. vestra initio *Motivi* sui) Sanctissimo Papæ Innocentio XI pridem (uti titulus legit) *exhibito*, sic ipsum alloquens, ordiris. BEATISSIME PATER. *Cum Eminentissimus Dominus Cardinalis Cybo, Sanctitatis vestræ nomine per*
B *Procuratorem nostrum Generalem, significari* NOBIS *curaverit, Sanctitatis vestræ voluntatem esse, ut Patres Societatis Jesu deinceps contra Ordinem nostrum aliquid typis edere desistant; utque parte ex altera Provinciæ nostræ Patres, qui adversus præfatos Societatis Patres aliqua in lucem edere in animum induxerant, omnino abstineant; addicens nobis justitiæ administrationem, si quas adversus præfatos Patres habeamus expostulationes; et occasione lucubrationum P. Danielis Papebrochii Societatis Jesu in Actis Sanctorum gravatos nos admodum sentiamus et læsos; Expostulationes nostras ac gravamina, omni qua par est reverentia humilique in omnibus submissione, Sanctitati vestræ exponere audemus, ut jam dudum exoptata desuper administretur justitia.*

mandatum Pontificis, silere jubentis,

5 Grave præceptum, ab ipsa Sanctitate sua, Pontifice Romano, emanatum; per Eminentissimum Dominum Cardinalem Cybo, tunc temporis præcipuum primumque præfatæ Sanctitatis suæ Ministrum; et per Procuratorem totius Ordinis vestri Generalem, nomine Sanctitatis suæ, legitime intimatum; a Patern. vestra, ex propria confessione, pro tali cognitum et susceptum. Videlicet, *Sanctitatis suæ voluntatem esse*, ipsamque velle;.... ut Patres Carmelitæ, qui adversus Patres Societatis Jesu *aliqua in lucem edere in animum induxerant*, OMNINO *abstineant; addicente*
C Pontifice *vobis justitiæ administrationem, si quas adversus præfatos Patres* Societatis Jesu *habeatis expostulationes*. Si revereretur Patern. vestra, ut debet, auctoritatem Sedis Apostolicæ, ac Jesu Christi in terris Vicario debitum præstare obsequium vellet; deberet continuo, ut erat Provincialis, impedivisse nequis subditorum suorum tam luculento Pontificis mandato refragaretur; nedum deberet ipsa, quæ bono suis exemplo tenetur prælucere, mandatum illud transgredi tam palam.

legitime insinuatum

inobedienter transgreditur;

6 Quid enim? Fatetur Patern. vestra, præceptum sibi esse a Summo Pontifice, ne *qui in lucem edat* contra Patres Societatis; utque OMNINO *abstineat* ab editione atque impressione ejusmodi. Nihilominus eadem Patern. vestra, non multo post, etiam tum Provincialis, sciens prudens protrudit in lucem *Libellum* suum, nominetenus *Supplicem*; atque interposito paucorum annorum intervallo, iterum creatus Provincialis (quasi subditus non satis luculentum inobedientiæ erga sanctam Sedem dare specimen posset) iterum effundis partum, pejorem priore, *Exhibitionem errorum*; quin mox et tertium eniteris *Motivum juris*, quo nempe informis ille partus utcumque formetur.

7 Vin'inobedientiam illam clarius intueri? Fingamus duos Conventus Religiosos, imperio Patern. vestræ subjectos, inter se, quacumque demum de causa, contendere maledictis, libellisque famosis, nomen auctoris nullum præferentibus: quæ, uti et scandala aliaque incommoda inde secutura, provide impedire cupiens Patern. vestra, ut decet Provincialem, Conventui, magis insolescenti ac petulanti, imponat justas ob causas, ac legitime intimet sanctæ obedientiæ præceptum, ne imposterum aliquid contra alterum omnino aut scribat aut imprimat. Posito tali casu, si nihilominus ille Conventus, cui præceptum silendi fuit impositum, et quidem ejus Prior, silentium rumperet; et eadem quæ prius maledicta, libellosque verius famosos quam religiosos ingereret alteri Conventui; an Patern. vestra eum pro subdito *obediente* haberet? an impune violasse præceptum pateretur? an scandalum, quod Prior exemplo pessimo subditis dedisset, reparatum legitime non vellet?

D *ut in simili ostenditur clarius:*

8 Neque diluet inobedientiæ vestræ labem, quod liber inscriptus sit *Libellus supplex*, neque quod *exhibitus* fingatur *Innocentio XI*. Quin imo hoc utroque ex capite augetur peccati malitia. Nam primum, sub titulo *Libelli supplicis*, nihil minus quam supplex libellus, nihil magis quam farrago scriptorum, qualia Pontifex edi vetuerat, non solum Societati nostræ, sed Cœlitibus ipsis eorumque Actis injuriosorum, in lucem prodit. Deinde, quod *exhibitus Pontifici* dicatur, mera fictio est, ad imponendum mundo, et auctoritatem; qualem qualem libro comparandam; cum re ipsa Pontifici visus nuspiam sit, secundum scripta mea in *Epist. Famil.* num. 39 et 40. Quæ autem ratio, quæ juris regula, quod tribunal permittit, *Libellum supplicem*, qui soli Principi, cui inscribitur, saltem primum offerri debet; prius quam huic visus fuerit aut cognitus, ab auctore suo publici juris fieri, cum dedecore Principis et abusu nominis ejus; præsertim quando nihil supplicis Libelli (præter unum quem præfert titulum) complectitur? Et tamen Libellum talem, et in eo *expostulationes vestras ac gravamina, omni qua par est reverentia humilique in omnibus submissione*, excepta obedientia, *Sanctitati suæ exponere audetis*.

cujus rei piaculum augetur ex titulo Libelli,
E

9 Ad alterum præcepti membrum, quod Patres Societatis spectat, responsum jam est in *Brevi instructione circa eumdem Libellum supplicem*, num. 11 et ultimo. Videlicet, quod Patern. vestra, Auctor Libelli, de se suisque certo quidem scire potuerit, id quod fatetur, impositum sibi suisque fuisse præceptum Pontificium silendi: quod vero Patribus Societatis id ipsum impositum dicat, nimis temere, ne dicam injuriose affirmat. Cum certissimum sit, mihique ex ipso ore nostri tunc Præpositi Generalis, Caroli de Noyelle, illa super re expresse coram a me interrogati, constet; istiusmodi præceptum nuspiam datum, nedum intimatum Societati fuisse. Nihilominus sine præcepto, arctius silentium tenuit Societas; quam cum præcepto, Ordo Carmelitanus.

simile mandatum Pontificis, Societati non est impositum;
F

10 Quod ipsum *Brevis Instructio*, jam tum a decennio, declaravit his verbis: *Profecto, si istiusmodi interdictum* Pontificium *respectu P. Papebrochii re ipsa factum fuisset, non potuisset severius sibi ipse imperasse silentium, quam tenuit hactenus; et constanter deinceps tenere animum obfirmavit; nihil importunis quibusvis adversæ partis libellis, ad respondendum identidem provocantibus, a proposito dimovendus; utpote existimans, hactenus allata a se argumenta, ad elucidandam quæstionis propositæ veritatem, satis esse veritatis amantibus; nulla satis unquam fore aliter affectis. Utinam eadem mens PP. Carmelitis etiam post interdictum fuisset, nullumque scriptum eorum seu proprio*

quamvis ultro siluerimus.

seu

A *seu alieno nomine monstrari posset*! *Utinam et modo foret*! etiam postquam Patern. vestra, triplici exinde edito scripto, tripliciter Pontificium silendi præceptum elusit. Ego interim pro me, quod pro P. Papebrochio *Brevis Instructio*, sancte spondeo Patern. vestræ, me quoque, cum videam nihil familiariter, parum rationabiliter, agi, nil nisi cramben recoqui, imperaturum mihi silentium, constanter deinceps tenendum, nec importunis quibusvis libellis vestris, ad respondendum identidem provocaturis rumpendum : postquam nunc de modo scribendi vestro juridico primum, deinde de tribus a me propositis in *Epistola Familiari* argumentis; denique pro *Brevi Instructione* mea pauca addidero. Quibus etiam patere poterit, quam parum religiose ac fideliter nos et *Acta Sanctorum* impetatis : quamvis accuratius de illo judicare poterit, quisquis *Exhibitionem* et *Motivum Juris* contulerit cum ipsis *Sanctorum Actis*.

et imposterum tacituri simus.

11 Imprimis igitur scire velim Patern. vestram, non minus difficile esse, ut una nocte et velut subita metamorphosi Theologus subtilis, subtilis pariter evadat Jurisconsultus, quam ut evadat peritus rerum aliquando gestarum Historiographus. Prima B scriptio vestra complectitur *Libellum supplicem* qualemcumque, et quidem Summo Pontifici, hoc est supremo in terris controversiarum Judici offerendum : altera congerit accusationes et approbationes contra *Sanctorum Acta* eorumque Auctores, quibus ipsorum auctoritas labefactetur : tertia, et has et illas tueri, recoctis iisdem argumentis, nequidquam nititur : et ne sua ei desit apud imperitum Lectorem auctoritas, hunc ei titulum apponis, *Motivum Juris pro libro, cui titulus est, Exhibitio Errorum* etc. Egregiam vero laudem juridicam meretur Patern. vestra, quæ sub titulis juridicis tam parum juridice scribat, ut in toto, quantum quantum est, *Motivo juris*, nullum habeat Juris textum, quod sciam, nisi miserrimum unum Brocardicum, ut Jurisconsulti loquuntur, ex Decreto Gratiani sumptum, ad probandum id, quod sine probatione admittitur ab omnibus, videlicet, quod *errare*, sit *unum pro alio putare*.

Motivum juris, contra jus scriptum,

12 Deinde, loco sane non suo, nec ordine juridico, offers Judici (si tamen re ipsa offeras) *Motivum Juris*. Offerri enim prius re ipsa debuit Judici *Libellus supplex*; quod factum non est. Libellum Judex communicari jubet parti; quod item factum non est. Libello demum communicato, ansam defensionis acquirit pars : atque ita litis ordo instituitur. Quæ C omnia si legitime fuissent facta; tum demum potuisset Patern. vestra scribere atque offerre *Motivum Juris*. Jam vero cum illa facta non sint: nescio qua fronte audeat illud offerre, et quidem sanctissimo juxta ac jurisconsultissimo Pontifici. An ut tacite eum reprehendat Patern. vestra, quod partem accusatam non citaverit in judicium ? An vero, ut ei falso persuadeat, a Decessore Innocentio XI citatam partem jam fuisse : cum *Motivum Juris* ei oblatum, supponat citationem præcessisse?

debebat prius Judici offerri, quam publicari

in Judicis contemptum,

13 Certe si Juris consultum velis agere, ac sententiam a Judice ferri desideres; Juris ordinem servare debes; nisi Juris peritis omnibus ludibrium velis fieri. Ad hoc autem non sufficit, ut Libellum supplicem componas, sed ut eum Judici insuper offeras. Ita docet (cogit enim me Patern. vestra Jurisconsultos vel invitum adire) Thuldænus ad Cod. *de in Jus vocando*, in principio : *Exhibito per actorem Judici libello, eum Judex per subscriptionem jubet communicare reo, et reum, responsurum certo die, comparere in judicio*. Hæc autem oblatio libelli, de jure ita est necessaria, ut dicatur esse de substantia judicii, prout ex communi doctrina docet Vantius in tract. *de Nullitate process. ac sentent.* sub rubrica *de Nullitate ex defectu processus, sive ordinis judiciarii* num. D 18 his verbis : *Libelli itaque oblatio, ex supradictorum omnium communi sententia, est de substantia judicii : cum principium et fundamentum causæ ipsius judicii existat; et non solum ratione partium, verum etiam respectu judicis offerri consuevit : videlicet ut ipse judex ex eo modum et actionem intentatam, et numquid sit apta vel non, et sibi concludat, cognoscere possit; ac secundum illius formam sententiam suam dictet.*

et Juris consultorum risum;

AUCTORE C. J.

14 Hic porro juris ordo, non tantum servari debet, ubi inter laicos lite contenditur; verum etiam, docente eodem auctore, citato loco num. 2 *Ordo iste juris etiam in causis, quæ Romani Pontificis judicio deciduntur, servari debet.* Atque hinc discere Patern. vestra potest, quo pacto agendum sibi sit, cum denuo *Libellum supplicem* scriptura est. Quam vero non juridice, ne dicam ignoranter, egerit hactenus, patet ex eo quod, *Libello supplice* non oblato, in *Exhibitione errorum* Accusationes conscribat; nec ipsas, puto, oblatas Judici : atque insuper pro illis confarciat *Motivum Juris*. Risum, si potestis, tenete, Jurisconsulti.

uti et offerri debuit Pontifici,

15 Porro vestra *Exhibitio errorum*, qualis liber est? Judicio Eruditorum, ac præcipue Juris-peritorum, non modo liber, sed et ipse libri titulus, *libellus famosus* est; utpote qui compositus est ad infamiam viri probi, et religiosi, et scriptoris ecclesiastici. De talis farinæ libello ita loquitur Imperator § 1. Instit. *de injuriis : Si quis ad infamiam alicujus, libellum, aut carmen, aut historiam scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit quo quid eorum fierit* : is, (teste Ulpiano, ex quo prædicta verba desumpta sunt, l. 5 §. 9 ff. *de injuriis et famosis libellis*) *si condemnatus sit*, INTESTABILIS *ex lege esse jubetur*. Est autem *Intestabilis*, ut habet Schardius in suo Lexico, *qui testimonii discendi jus non habet*. Atque hinc timere non immerito debet Patern. vestra, famosæ *Exhibitionis errorum* auctor, ne ab omnibus *intestabilis* habeatur; habebitur certe ab iis, qui eam scripti libelli famosi tacite condemnant.

E *Exhibitio errorum quæ est vere libellus famosus,*

16 Neque existimare Patern. vestra debet, plus sibi aliquid hac in re licere, quod Ordinis sui Provincialis sit, quem titulo Patroni Advocative protegere aut defendere teneatur. Defensionem ego vestram neutiquam improbo : sed improbant illam tamen, atque adeo vetant, quando cum injuria et contumelia partis instituitur, Imperatores l. 6 Cod. *de postulando* : ubi universim præscribunt, ut tales F defensores, *non ultra quam litium poscit utilitas* (Lis vestra quæ sit, scitis. Quid eo confert inique convelli *Sanctorum Acta*, et exagitari Auctores eorum?) *in licentiam convitiandi et maledicendi temeritatem prorumpant. Agant quod causa desiderat; temperent se ab injuria. Nam si quis adeo procax fuerit, ut non ratione sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patietur : nec enim conniventia commodanda est, ut quisquam, negotio derelicto, in adversarii sui contumeliam aut palam pergat aut subdole.* Quod communiter illi faciunt, qui rationibus destituti, clamoribus rem putant agendam : de quibus Ammianus 30 : *Cum ad inopiam venerint allegationum, ad effrænatam deflectunt convitiandi licentiam.* Atque hæc de juris peritia qualicumque Patern. vestræ per qualemcumque meam illustrata, sint satis. Progredior ad tria argumenta, pridem a me vobis objecta.

etsi a Provinciali scriptus sit

Non ita Epistola nostra, cujus finis

17 Exposui Patern. vestræ in *Epist. Fam.* num. 2 ac 3, finem quem ipsa sibi proposuit in *Exhibitione errorum*; *convellere* scilicet, ad stabiliendam antiquitatem summam sacri Ordinis vestri, *Acta Sanctorum*, cum magno rei Catholicæ commodo, prægrandibus octodecim voluminibus *collecta, digesta* et

æque ac nostræ hujus scriptionis est, tueri Acta Sanctorum,

AUCTORE C. J.

A et *illustrata*. Atrox sane facinus, desperatione plenissimum, ac homini Religioso Catholico prorsus indecorum! Exposui pariter finem, quem ego intendi; videlicet, communi Ecclesiæ bono, *in defendendis Sanctorum Actis*, a vobis male discerptis, consulere: sic tamen, ut nolim defensionem instituere *illo* (uti loquor num. 3) *quo vobis placeret modo; conscribendo librum, et respondendo ad singulos paragraphos vestros: sed monendo Lectorem, ut cum pervolverit librum vestrum, citata ibi ex Actis Sanctorum loca ipse per se dignetur inspicere, atque legere præmissa et subjuncta*. Idipsum nunc iterum iterumque rogatum et obsecratum velim Lectorem ut faciat: sic facile per se judicaturus est, refutatione libri vestri alia opus non esse, quam collatione ejus cum textu integro Papebrochii.

refutando in paucis exemplis totum librum accusatoris,

18 Quod si intelligere voluisset Patern. vestra, non objecisset mihi, insultabundo similis, illud Hieronymi: *Qui arguitur in pluribus, et in dilutione criminum aliquod prætermittit, quidquid tacuerit, confitetur*. Nego enim, me unquam diluere voluisse librum, centonibus male consutis fartum, et seipsum ingenuis condemnantem: sed voluisse, aio, in duobus tribusve exemplis exhibere Lectori specimen, B unde de toto libro judicium formare posset. Volui insuper aliquid responsi dare, cum eatenus nullum dederamus, propter dignitatem personæ vestræ, moderantis totam provinciam religiosi Ordinis; ratus illam modeste ac familiariter disputaturum fuisse. Volui autem illud responsi paucis dare, propter famam ejusdem personæ vestræ, in dignitate constitutæ; ne, si totum librum simili modo tractassem, Patern. vestra etiam apud suos, despectui foret, cum gravi damno disciplinæ religiosæ. Habes hic, cur responderim; et cur paucis. Nunc Hieronymianæ sententiæ tuæ loco, hanc meam, ubique veram, mihi liceat vicissim proponere Patern. vestræ, in jure ac rationis dictamine fundatam. *Qui arguit in pluribus, et in argutione criminum convincitur statim tria peccasse, ex ignorantia facti, ex mala fide, ex malignitate; in reliquis nullam habeto auctoritatem*.

qui peccat ex ignorantia facti, ex mala fide, ex malignitate.

19 Ostendi in Epist. Fam. num. 8, ignorantiam vestram historicam in Baptismo Constantini. Ostendi. a num. 23, *malam fidem* in Præputio Christi Domini apud Antuerpienses conservato; quod Papebrochium *impugnare*, et quidem *ex meris conjecturis*, asseris; ubi tamen apertis terminis illud An- C tuerpiæ conservatum, et ait, et confirmat. Ostendi, a num. 29, *malignitatem* in eo, quod de futuris vaticinando sacrum Præmonstratensium Ordinem concitare in innocentes coneris, dicendo: *Videtur Papebrochius etiam adversus historiam Canonicorum Præmonstratensium aliquid machinari, quod effutiet in Junio, quando edet Vitam S. Norberti, nisi coerceatur*. Utque suum hoc VIDETUR probet Patern. vestra, citat textum Papebrochii, in rem suam nil probantem; ubi omissa parenthesis nota confundit ejus sensum; ubi refert ad Præmonstratenses, quod alio deberet; ubi ultimam textus Papebrochiani partem, præmissorum probationem de visu continentem, præscindit, parum fideliter adducto textu dimidio. Sed hoc peccatum et proxime procedens de mala fide, locis citatis, ostendi pluribus et tam clare, ut eadem tantum non concedat *Motivum Juris* vestrum: adeo frigide hic purgat auctorem suum, alia fere ad rem non facientia tractans § 5 et 6.

20 Ibidem commiseratione etiam tangor Patern. vestræ, quod num. 102 *omnium maxime injuriosus sis*, tum mihi, cui illic affingis quæ nec posui nec cogitavi; tum tibi, qui illic vel veram affectatam prodis ignorantiam scriptorum meorum, quæ impugnas, *et omnium maxime tibi injuriosa reputas*. Inspice mea denuo num. 35; et damnabis ac revo- D cabis tua num. 102: si tamen inspexeris oculatior, quam fuisti, cum me ausus es arguere *fraudulentiæ*, quod imputem tibi, *quasi per illa*, quæ dixeras de Præputio Domini, *probares hoc thema tuum* § 2 *Art. 22: Papebrochius valde insolenter et successu plane erubescendo, antiqua variorum Monachorum invadit diplomata et monumenta. Ubi tamen*, ais, *per totum illum paragraphum, ne vel verbum de Præputio Christi habeo*. Et addis exultabundus; *Idne refutare est meas assertiones et exhibitiones? Certe talem fraudulentiam a religioso Sacerdote expectaveram numquam*. Nec ego expectaveram. Sed egone tibi imputem quæ dicis? Mirari satis nequeo cæcitatem (nolo enim fraudulentiam interpretari) unde profluxerit illa inconsiderata, ignorans, atque irreligiosa locutio Patern. vestræ. Inspice igitur apertis oculis, ac relege totum meum numerum 35, in quem inveheris. Ostenderam paulo ante, non impugnari (uti arguebat Patern. vestra in Exhibitione errorum § 8 Art. I) a Papebrochio Præputium Christi; allegato prius toto Titulo Articuli vestri prædicti, videlicet illo: *Papebrochius ex meris conjecturis impugnat Præputium Christi Domini, Antuerpiæ asservatum*. Deinde trans- E eo ad ostendendum, quod Patern. vestra Ordinem Præmonstratensem injuste concitet in eumdem Papebrochium. Ac demum sic ordior numerum 35:

Etenim arguit me fraudulentiæ, cujus ipse reus est,

21 In utroque textu Patern. vestræ, a me paulo ante producto (ubi nempe de *Præputio Domini*, et de *Præmonstratensibus* egeram) mirari satis non possum quomodo tam debilia proferat, ad probandum, per miserum VIDETUR, quæ tam magnifice ac jactanter proponit in Titulis. Primi loci Titulum supra dedimus (ubi nempe de Præputio actum fuerat, ac Titulus ejus illic datus, non debebat hic iterari): alterius loci Titulus sic habet: *Papebrochius valde insolenter, et successu plane erubescendo, antiqua variorum Monachorum*, quos inter Norbertinorum, *invadit diplomata et monumenta*. Erubescunt litteræ ipsæ, quantumvis nigræ, quod promittentibus ipsis tam multa ac gravia, præstentur tam pauca et fere ficta. Primo loco (ubi de Præputio Antuerpiæ servato) Patern. vestræ VIDETUR *Papebrochius ex professo studere, ut antiquissimas Capituli Antuerpiensis litteras funditus evertat*. Secundo loco (ubi de Præmonstratensibus, in nos concitatis) eidem VIDETUR *etiam adversus historiam Canonicorum Præmonstratensium aliquid machinari*. Idne probare est thema, tam insolenter et asseveranter in titulo propositum? F Si ego de scriptore inepto, qui maledictis utitur pro argumentis (addo nunc etiam, qui nescit quid reprehendat; qui sibi ipse injurius est, injuste accusando fraudulentiæ alium) dicam, quod mihi *insanire* VIDEATUR; an propterea insaniat?

dum convincitur ex ipsis meis terminis,

22 Hactenus ille numerus 35 totus ut jacet præter inclusa parenthesibus, quæ cæcutientes oculos, eluminandi ergo inserta nunc sunt. Quæ autem, amabo te, ibi vox, quæ littera, quis apex; qui imputet Paternitati vestræ, *quasi per illa, quæ dixeras de Præputio Domini, probares thema tuum* § 2 Art. 22 præfixum? Quilibet profecto non omnino cæcus, facile jam videt ac intelligit, protulisse me Titulos duos, et singulas singulorum protulisse probationes vestras; levissimas sane, nec nisi per miserum VIDETUR probaturas, quod magnifice in Titulis assertum fuerat: non vero tibi imputasse me, quod objicis, quasi per illa de *Præputio*, probes alia de *Præmonstratensibus*. Vide nunc, mi Pater, quam nullo *te consoleris* argumento; quamque vane *tibi persuadeas valde pauca, si aliqua, et quidem non nisi exigui momenti, esse in tuo libro reprehendenda; cum aliqua illi contra evidentem veritatem affingi debeant, ut impugnari possit*. O cæcitatem! Agnosces, opinor, nunc

mihi affinxisse quæ ne somniavi quidem,

A nunc; *affinxisse*, non me tibi, sed te mihi *contra evidentem veritatem*, quæ non sunt; *ut impugnare me posses, et fraudulentiæ* fraudulenter accusare. Agnosces etiam, utri nostrum potissimum competat Gregorianum illud, quod eodem num. tuo 102, loco epiphonematis adversarium enecantis, subdis, sic scriptum. ARROGANTES *viri habere hoc proprium solent, ut dum in nimia invectione prodeunt, etiam invehendo* MENTIANTUR; *et cum non possunt reprehendere juste quæ sunt, reprehendunt* MENTIENDO *quæ non sunt*. Ausus non fuissem terminis tam mordacibus uti in Provincialem Ordinis religiosi, quantumvis apte convenientibus, nisi illos mihi præscripsisset ac improperasset ipse.

unde et jacta in me tela suum redeunt in auctorem.

Conciliantur in Papebrochium Carthusiani,

23 Audivisti etiam, *frivole conari* Papebrochium, *se excusare apud Carthusianos, quod Tomo 2 Martii fol. 250 historiam de prodigio Doctoris Parisiensis defuncti, dixerit, in* CARTHUSIA NON PROBARI. Nihil est, cur se excuset illa super re Carthusianis Papebrochius: sed est, cur detegat Carthusianis ac toti mundo fraudulentiam (da veniam verbo, quod indignitas rei exprimit) Patern. vestræ. Loco a te citato, ad Vitam Dionysii Carthusiani, a P. Henschenio piæ memoriæ illustratam, ubi mensio fit B prodigii prætacti: legisti hanc Notulam: *De hac historia, quam ipsi in Carthusia didicimus non approbari, agendum erit 6 Octobris*. Scribit illic Henschenius, quæ coram didicit in ipsa magna Carthusia, ab ipso Reverendissimi P. Generalis Secretario; qui Patrem illum et Papebrochium, ex itinere Romano-belgico anno MDCLXII die XII Junii Carthusiam ingressos, et summa caritate exceptos, jussu Reverendissimi prædicti per omnia deduxit; juvit; et quæ supra citantur ab Henschenio, cum illa de re colloquium inciderat, pronuntiavit. Quodnam hic peccatum Henschenii, qui dictum Secretarii refert, nihil ipse de quæstione proposita definiens, sed ad VI Octobris differens? Et tamen hoc peccatum tam grave videtur Patern. vestræ, ut non contenta, illud in *Exhibitione Errorum* per integrum Articulum exaggerasse, idem etiam reproducat in *Motivo*. Qua autem verecundia et conscientia, ipse judicaveris et æquus Lector.

quasi reprobet prodigium suscitati Doctoris;

24 Jam vero innocens Notula ista, scripta fuit a P. Henschenio, illa qua vidimus auctoritate, in tomis Martii, qui prodierunt omnium primi post reditum ejus in Belgium. Septennio autem post, anno videlicet MDCLXXV in lucem editur typis Lugdunensibus C tomus P. Joannis Columbi Societatis nostræ, complexus Opuscula varia historica, et primo loco Dissertationem de Carthusianorum initiis, antiquitatem historiæ prodigiosæ ex antiquioribus MSS. probantem. Ut vidit illa Papebrochius, fere anticipat Henschenii mentem, ad VI Octobris decisionem differentis; et aperte favet sententiæ, a Columbo probatæ, in Conatu Chronico-historico parte 1 pag. 32 num. 16 et 17 his verbis. *Nec sane, quia ex Lectionibus de S. Brunone, ad instantiam Academiæ Parisiensis, expuncta est occasio conversionis vulgo jactata, desinit religiosissimus Patrum Carthusianorum Ordo eamdem adhuc ut veram tueri: et Joannes Columbi noster, in capite suorum Opusculorum, ponere non dubitavit Dissertationem de eo argumento, doctam sane*.

cum illud tamen expresse approbet,

25 Et post pauca, ostendens vim *docti* ejus argumenti, annumerat annos ætate Gersonis (qui diu putatus fuit illud prodigium, anno 1420 circiter, primus litteris prodidisse) longe anteriores, a Columbo erutos ex MSS. inquiens, *ipsum testes habere ab anno* 1391, 1383, 1313, *imo* 1298 *et* 1150, *sic ut ultimus solum distet 49 annos a morte sancti Fundatoris, obita anno* 1101. Hæc Papebrochius, quem hic in Carthusianos peccasse arguis, nescio qua fronte. Proferat modo, si ad manum sunt, Patern. vestra simi- D lia instrumenta, non dico annos 49, sed annos etiam bis mille, post raptum Eliæ aut Enochi Prophetæ scripta, et non minus æquus erit Papebrochius antiquitati vestræ, quam est illi prodigiosæ historiæ. Interea tamen vapulat Papebrochius a Patern. vestra, nulla sua culpa, ut vides; diffamatur et apud Carthusianos turpi criminatione, uti etiam apud alios Religiosos Ordines non dissimilibus artibus: quibus tamen, dubito, an gratum sit patrocinium quod Patern. vostra, non rogata, iis impendit contra Papebrochium; saltem postquam vident, illam infeliciter cecidisse causa, non tantum pro Carthusianis ac Præmonstratensibus suscepta, sed etiam sua propria. *Non defensoribus istis tempus eget*, nec Ordines illi.

proferens auctoritates antiquissimas:

VICTORE C. I. unde immerito vapulat ab Amico

26 Sed redeamus ad *Malam fidem*, unde et modo narrata non procul absunt, nisi ad *Malignitatem* malis reducere. Malam fidem consistere in eo diximus, quod arguis, *Papebrochium ex meris conjecturis impugnare Præputium Christi Domini, Antuerpiæ asservatum*. Sunt hi ipsissimi termini, quibus proponit Patern. vestra impugnationem suam in *Exhibitione* Art. 1 § 8; a me fideliter et integre relati in E Epist. Fam. num. 23, ac deinde non semel integre iterati, ac refutati: et tamen in *Motivo* num. 94 legere cogor, quod *astute et callide tibi contra omnem veritatem affricem*, quasi tantum dixeris, Papebrochium *præputium Christi Domini impugnare;* cum tamen dixeris, illum id impugnare, *quatenus Antuerpiæ asservatum*. Atque ego, ita ut tu vis, a te dictum esse, et dico et dixi. Inspice textum meum a num. 23: confunderis, ubique legens conjunctim hæc a me scripta, *Præputium Christi Domini*, *Antuerpiæ asservatum;* de quo agitur, an illic asservatum impugnetur, nec ne. Confundere igitur, et resume honorem illum tibi, quod *astute et callide* non tibi ego dimidium sensum, sed tu mihi suppositum tuum falsum et forte malignum, *contra veritatem affrices*. Qui a veritate stat, nihil est cur *astute*, cur *callide* agat; est cur sic agat, qui rebus diffidit suis, commenta venditans rerum ignaris, ut vel sic eis persuadeat esse quod non est. Quo autem pacto conatur Patern. vestra *Motivum* hic suum liberare mala fide, indigna Religioso viro, magis indigna Sacerdote, maxime indigna Provinciali? Confugis ad litteras Capituli Antuerpiensis. Nihil facis. Dicis: *Papebrochius impugnat Præputium Christi Domini, quatenus Antuerpiæ asservatum*. Et Papebrochius, eodem quem tu citas loco, eamdem veritatem servati apud Antuerpienses Præputii apertis terminis asseverat ac defendit; F *quam* inquiens, *perpetua seculorum omnino quinque possessio, variis documentis testata, indubitabilem facit*. Quid nervosius dici potuit? asserere rem *indubitabilem* esse, mihi sonat, esse *veram*, esse *certam:* sed Patern, vestræ sonat atque explicatur, *impugnare*. Qua fide, bonane an mala? Per se patet.

Mala fide arguitur Papebrochius oppugnare Præputium Domini,

ut Antuerpiæ asservatum,

cum tamen asserat indubitatam ejus ibi possessionem esse,

27 Patet etiam, frustra recurri ad litteras Capituli Antuerpiensis, quæ trium seculorum ætatem non habent, cum admittat Papebrochius, tamquam *indubitabilem* Præputii possessionem esse per *secula omnino quinque*, duobus ante seculis, quam litteræ illæ conscriptæ fuerunt: et possessionem illam, ait, *testatam* esse *variis documentis*; quæ inter referas licet Litteras prædictas. Has, cum prima fronte aliquid falsi continere videantur, conatur Papebrochius explicare et conciliare in favorem Antuerpiensium ac Veritatis, uti dixi num. 27. Sed et hoc Paternitati vestræ, *impugnare* est. Cur non accedis ad Ven. Capitulum Antuerpiense, viros intelligentes, apud quos scriptione illa tua in invidiam vocare Papebrochium frustra conatus es. Ipsos ego fidenter appellabam Judices, quamvis in eorum præjudicium scripsisse

variis documentis testatam.

A scripsisse hic videamur Patern. vestræ. Si bene meritum de ipsis scriptione tua te putas; poteris exspectare aliquem ab ipsis, quantum æquitas sinet, favorem. Accede eadem qua ego confidentia: interroga, an in toto contextu Papebrochii hac de re, aliquid sit, quod *impugnet* illorum possessionem Præputii? an non e contrario sint multa quæ eam confirment? Ni facis; existimare poterunt Venerabiles isti viri, te confirmare sententiam tuam, aut ausum non esse, aut non potuisse; atque adeo illam, cum alteri injuriosa sit, retractari a te debere, si te ames ac amari velis.

AUCTORE C. J.

Ignorantia Amici historica de baptismo Constantini,

28 Venio nunc ad *ignorantiam facti* historicam. Ubi claritatis causa debeo præmittere principium textus vestri hac super re, ut habetur in *Motivo* num. 23: *Dic, ais, quænam ego temere in Papebrochio reprehendo? Primo loco (inquit Epistola familiaris n. 8) arguitur Papebrochius, quod Constantinum Magnum sub finem vitæ, non a S. Silvestro baptizatum dicat. Quam vero isthæc impostura sit evidenter falsa, et contra evidentem veritatem mihi affricta, ex eo liquet; quod nullibi Papebrochium, arguam de eo, quod Constantinum Magnum sub finem vitæ.... baptizatum dicat, sed de eo dumtaxat, quod baptismum* B *Constantini, a S. Silvestro susceptum, explodat tamquam fabulam. Ut videre est in libro meo Art.* 2 §. 3. Evolvamus tantisper propositionem hanc ultimam in duas quas habet partes. Vel arguis Papebrochium dumtaxat ex eo, Quod *baptismum Constantini a S. Silvestro susceptum* neget; vel ex eo, quod negatum insuper *explodat*, et explodat *tamquam fabulam*. Si secundum: dic, quid sibi velit illud *explodere tamquam fabulam*. Vana sonat vox *Fabula*: hominibus quoque competit, quorum aliqui subinde sua culpa fiunt etiam *fabula vulgi*, postquam Eruditorum facti sunt. Igitur in quæstionem venire non potest (quibuscumque demum terminis more suo velit uti Patern. vestra) nisi quod neget Papebrochius, Constantinum Romæ a S. Silvestro baptizatum esse. Huic autem sententiæ opponitur alia de baptismo, eidem in suburbiis Nicomediæ sub finem vitæ collato. Adeo ut, quicumque vult baptizatum aliquando esse Constantinum, si alterutram sententiam admittit, alteram necessario excludat: et bene sequitur, Reprobo baptismum Constantini Romanum; ergo teneo Nicomediensem: et, Approbo baptismum Romanum; ergo reprobo Nicomediensem. Nam cum e C duabus prædictis sententiis altera alteram excludat; qui unam solide firmiterque stabilierit, alteram necessario reprobandam ostendit.

qui si non baptizatus est Romæ,

est Nicomediæ:

aversante Ecclesia baptismum ejus duplicem,

29 Quod enim Patern. vestra in re desperata ad tertiam confugiat opinionem, antiquis omnibus, totis ut minimum octo seculis a morte Constantini ignotam, de duplici ejus baptismo, primo Romano Catholico, altero Nicomediensi Ariano; dubito an ex animi sui sententia faciat: nisi pariter admittat Arianorum ritu baptizatum Constantinum, eorumdem dogmatibus consensisse, in iisque obiisse; et sic Arianum in Arianismo mortuum, semper pro Sancto habitum cultumque fuisse et coli in Ecclesia Catholica. Detestabitur id sine dubio Patern. vestra: verumtamen ex illa sententia id sequi, docet Baronius, præcipuus vester hic, et unicus fere dux, ad an. 324 num. 47 et seq. numquam passurus (quod nec ullus patietur Catholicus) *Constantinum pro Sancto coli in Ecclesia*, et eumdem *impie atque ab Ecclesia penitus alienum migrasse e vita*, qualiter migrasset ex sententia Baronii loco citato, si ab Ariano Episcopo baptizatus sub vitæ finem fuisset: et ex mea sententia, etiam sic migrasset, si rebaptizatus sub finem vitæ fuisset a quocumque demum, etiam non Ariano, Episcopo aut Sacerdote. Quia baptismum secundum Ecclesia Catholica semper detestata est: idque temporibus Constantini D quam maxime notum fuisse oportet, cum paulo ante, controversia gravi illa super re orta: sententia S. Cypriani atque Episcoporum Africanorum, ab hæreticis baptizatos denuo baptizari debere docentium, primum reprobata sit a Stephano Papa, deinde etiam sit damnata a *Concilio plenario*, ut loquitur S. Augustinus, sive Œcumenico Nicæno, cui interfuit Constantinus: idemque noluisset, nec vero potuisset rebaptizari, contra definitionem Ecclesiæ sibi notam, sine gravi delicto.

sine crimine non admittendum.

Injuste postulor ego imposturæ,

30 Jam velim consideret maturius Patern. vestra meam *imposturam, evidenter falsam, et contra evidentem veritatem tibi affrictam*, uti loqueris. Aio, *argui Papebrochium* a vobis, quod *Constantinum Magnum sub finem vitæ*, prope Nicomediam; *non a S. Silvestro* Romæ *baptizatum esse dicat*. Fateor; et iterum aio. Ac ne terminis fabulisque inutiliter occupemur, scire velim, an in alterutra istius propositionis parte arguendus tibi videatur Papebrochius, nec ne. Si in alterutra arguas: nihil *imposturæ*, nihil contra *evidentem veritatem* tibi affricui: cum revera ex supposito *arguas* Papebrochium in propositione præmissa: quod tantum dixi. Si neutra in parte ipsum arguas: fatere id, quæso, palam candide; et ego fatebor, me E non debuisse scribere, *argui a vobis Papebrochium* in eo, *quod Const. Magnum sub finem vitæ, non a S. Silvestro baptizatum esse, dicat*: cum in eo arguendus non sit, ex suppositione iterum confessionis vestræ. Atque adeo nil superest, in quo arguere volueritis Papebrochium, quam quod *explodat* baptismum Romanum *tamquam fabulam*; concedentes, Constantinum *sub finem vitæ baptizatum esse* prope Nicomediam, non Romæ *a S. Silvestro*. Id ipsum autem est quod asserimus nos. Sed nec uspiam, puto, ostendes, quod baptismum illum Papebrochius appellet *fabulam*, multo minus quod illum pro tali *explodat*. Termini sunt illi Patern. vestræ tantum, quibus nolo immorari.

quod rem eamdem dupliciter enuntiem

31 Quamobrem, ut expressius explicarem ignorantibus historicis quæstionis statum, dupliciter quodammodo rem eamdem proposui, conjungendo baptismum Nicomediensem cum non Romano; quia affirmatio baptismi Nicomediensis necessario infert negationem Romani: E. g. Baptizatus est Constantinus Nicomediæ, ergo non Romæ. Uti ex vestra similiter sententia infertur, Baptizatus est Romæ, ergo non Nicomediæ. Si nempe alteruter Baptismus F necessario tenendus est, ut hic supponimus ex præmissis. Ecce quo evaserit, quam dicis, *impostura, evidenter falsa, et contra evidentem veritatem tibi affricta*. Si dicam Patern. vestram, *esse animal rationale*: respondebis, me recte dicere. Si dicam, *esse animal rationale et non irrationale*: argues me per hoc imposturæ? Non credo. Majoris enim expressionis causa, affirmando et negando res oppositas, idem quodammodo bis dico.

majoris expressionis causa.

Baptismum Constantini Nicomediensem

32 Sed relinquamus *fabulas* et *imposturas* auctoribus suis: ac stabiliamus sententiam de baptismo Nicomediensi, a Papebrochio assertam, a me confirmatam, a Patern. vestra negatam, per hoc quod mordicus tueatur Romanum; cujus defensione semel suscepta, indecorum sibi putat non perseverare in errore, aut saltem in opinione multo magis aliena a vero, quam sit opposita nostra. Adduxi pro sententia mea a num. 9, Eusebium Pamphili, Episcopum Cæsareæ Palæstinæ. Adduxi Athanasium Patriarcham Alexandrinum. Adduxi plus quam trecentos Patres Synodi Ariminensis Catholicos, qui omnes eodem quo Constantinus tempore vixerunt, toto mundo sparsi. Adduxi item sanctos Patres et Ecclesiæ Doctores, Ambrosium et Hieronymum. Adduxi Historicos præcipuos, Socratem, Sozomenum,

testantur plurimi coævi;

A num, Theodoretum; qui pariter omnes intra primum a morte Constantini seculum vixerunt, scriptis suis illustres; sine quibus, vix ulla historicæ ecclesiasticæ primorum quatuor seculorum notitia ad nos pervenisset.

Romanum nulli idonei intra secula tria :

33 Adscripsi, ut nostis, auctoribus meis suam cuique ætatem qua vixit. Agat nunc historicum etiam Patern. vestra, similemque notam temporis quo vixerunt Auctores a vobis, sive pro baptismo Romano, sive contra Nicomediensem citati, in medium proferto. Inde, sine alia refutatione, cogeris fateri vel invitus, maximam esse diversitatem inter auctoritates, contemporaneam nostram, et aliquot seculis posteriorem vestram. Certus sum enim, ne vel unum unicum idoneum auctorem, non dico coævum Constantino, sed ne quidem qui intra totum primum, alterum, ac tertium ab obitu ejus seculum scripserit, contra baptismum Nicomediensem, aut pro Romano, produci in medium posse. Cur igitur tanto majorem auctoritatem ac certiorem non præferas minori ac minus certæ?

unde per similitudinem ostenditur,

34 Scripsisse nostra memoria Gallus quispiam narratur, Franciscum primum Regem, numquam a Carolo quinto Imperatore bello captum fuisse : cum-
B que propterea passim irrideretur etiam a suis, respondisse fertur, id se tali scriptione effecisse, ut post centum annos captivitas illa in dubium revocanda sit. Nunc, opinor, nihil dubitat Patern. vestra de captivitate illa Regis Francisci, nixa testimoniis scriptorum, coævorum ipsi facto, et qui temporibus proxime secutis per seculum integrum vixerunt. Nec dubitare nunc incipiet propter auctoritatem præd. Galli, quantumvis magnam aliunde is sibi adeptus sit; qui seculo fere ac dimidio post factum, primus id factum negat, sine teste idoneo, imo contra tot testes factum affirmantes. At vero, si contingeret Patern. vestram post mille annos primum nasci, an fidem derogaret illis, quibus nunc adhibet, contemporaneis et proxime secutis Auctoribus, staretque a Gallo isto ejusque sequacibus? Non puto; nisi forte contingeret illam tunc nasci vitiato admodum intellectu, et qui verum a falso discernere omnino non valeret.

primum indubitabilem, alterum incredibilem esse.

35 Similiter, si vixisset Patern. vestra centesimo (fingamus) a morte Constantini anno, qui fuit a Christi Domini nativitate quadringentesimus tricesimus septimus; habuisset tunc omnes illos aucto-
C res quos enumeravimus, pro baptismo Constantini Nicomediensi, non habuisset ullum pro Romano. Habuisset insuper testes illius veritatis homines fere omnes, qui tunc vixerunt; cum soleant gesta Principum, ad præsertim Imperatorum, singularia atque valde eminentia, diu subditorum animis inhærere, et quasi per traducem propagari ad posteros, uti experimur in exemplo proposito de capto per Cæsarem Carolum V Francisco Rege; quod omnium animis etiamnum insidet, lippisque et tonsoribus notum, frequens in colloquium adducitur post sesquiseculum. Jam vero inter omnia Constantini facta ecquod illustrius et memoria Christianorum sempiterna dignius, illo quo se per baptismum in eorum numero perfecte constituit, eatenus Catechumenus; fidei Catholicæ pridem probatæ signaculum suscepit : et sanctæ Ecclesiæ se subjecit, cum summa omnium consolatione et gratulatione Catholicorum, post tot Imperatorum gentilium, ac ultimam eamque sævissimam Diocletiani persecutionem, primum hunc per baptismum Imperatorem, plene Christianum, conspicientium.

36 Si, inquam, vixisset Patern. vestra centesimo a morte Constantini anno, visis cognitisque qualia diximus; non potuisset tunc aliter opinari de baptismo Nicomediensi, quam nunc de capto Rege Francisco. Uti igitur dimoveri se ab opinamento D
hoc non patitur a scriptore Gallo prædicto, qui contrarium asserit; ita nec debebit abduci ab opinamento illo, a quovis qui post secula aliquot primum scripserit contrarium.

AUCTORE C. J.

Summa hic est auctoritas Eusebii

37 Confundere hæc possunt, quantumvis obstinatum in negandum animum, etiam illius qui mavult totam quatuor primorum et amplius seculorum historiam ecclesiasticam evertere ac eliminare ab Ecclesia, omnem negando fidem Eusebio, Socrati, Sozomeno, Theodoreto, solis, certe præcipuis istotum temporum historicis sacris; quam admittere, Eusebium non esse mentitum, in re tam nota omnibus ac manifesta, ut mentiri non potuisset, quin objectum sibi in os mendacium quotidie erubuisset. Eusebius, inquis, ex D. Hieronymo fuit hæreticus *Arianus, et Arianorum signifer.* Audio : et fuisse Arianum ante Synodum Nicænam concedo : post illam permansisse ac mortuum esse in hæresi, negabunt plerique; et imprimis tota Gallicana Ecclesia, ejusque Martyrologia et Missalia antiquissima; quæ tantum abest ut Eusebium in Arianismo mortuis annumeraverint, ut etiam inter Sanctos reposuerint coluerintque perpetuis fere temporibus. Constat enim jam tunc a seculo nono cultum ei ut E
Sancto delatum fuisse, eumdemque anno MDLXXXVII nondum desiisse. Nam Eusebium hunc inscribit Usuardus Martyrologio suo, quod jussu Caroli Calvi Regis collectum, non tantum, inquit Molanus, *in Gallicanis Ecclesiis*, sed etiam *in Romana et permultis aliis* usurpatum perpetuo fuit.

quem tota Ecclesia Gallicana,

adstipulante Usuardo

38 Dicit autem Usuardus, ut editus est a Molano an. 1568 : *Die XXII Junii. Civitate Cæsaræa Palæstinæ.* SANCTI *Eusebii Episcopi et Confessoris, viri excellentissimi ingenii et historiographi.* Quibus insuper addit alter Usuardi codex MS. antiquus in membrana, ecclesiis Alsatiæ aptatus, et apud nos conservatus : *Qui* Eusebius *tantum dilexit studium, ut nil a Constantino Magno petere vellet, nisi tantum ut gesta Sanctorum sibi mitteret, in quibus suum ingenium ad multorum utilitatem exercere valeret.* Habuit idem Eusebius in Galliis et Missam suam cum Oratione propria : habuit et proprium Officium, in cujus prima Lectione de vita ejus, sic habetur : *Hic* (Eusebius *cum aliquando Ariana hæresi laborasset, ad Synodum Nicænam accedens, Spiritu sancto inspiratus, Patrum sententiam secutus est, ac deinceps usque ad mortem sanctissime cum orthodoxa fide vixit.* F
Extant totæ tres Lectiones et Oratio prædicta cum Missa, apud Henricum Valesium ante opera Eusebii : ubi etiam mentionem facit Codicis MS. Parisiensis Ecclesiæ, ante octingentos annos, ut ait, exarati, qui continet Eusebii historiam Ecclesiasticam Rufino interprete, atque ita incipit : *In nomine Dei summi. Incipit historia* SANCTI *Eusebii Cæsareensis Episcopi.*

perpetuis fere temporibus pro Sancto coluit,

non ideo tacite criminanda Amico,

39 Atque hæc dicta sunto, non quod velim ego canonizare Eusebium. Absit. Pontificii id fori est, cui ego me meaque opinamenta volens lubens submitto. Sed et Pontificii similiter fori est decanonizare (da veniam novo verbo) illum, qui nescio quo usu aut abusu, a tempore immemorabili per tot secula, cultu Sanctorum, in regno tam amplo et bene Catholico, affectus fuit; non Patern. vestræ, quæ illa sua decanonizatione invasit forum alienum, et Pontificiam sibi arrogavit potestatem. Ego, cum Ecclesia Romana nihil declaraverit, quod sciam, super sanctitate aut non sanctitate Eusebii; audax facinus existimo esse Patern. vestræ, quod Ecclesiam Gallicanam totam præsumat tacite criminari imprudentiæ, temeritatis atque erroris, commissorum, et per secula tam multa continuatorum, in colendo Eusebium pro Sancto Neque excusat factum

AUCTORE C. J. plura, hoc in genere culpanda, apud suos inventuro

A vestrum auctoritas S. Hieronymi. Legerunt enim et Galli Hieronymum, ejusque scripta de hæresi Eusebii æque intellexerunt ac Patern. vestra : et illis lectis intellectisque, nihilominus Eusebium pro Sancto habuerunt. Si Galli vicissim inquirerent in Sanctos, quos Ordo Carmelitanus sibi aut fecit aut adoptavit, et breviori tempore coluit; plura invenirent carpenda. Specimen infra proponetur. Dices forsitan, tunc decanonizatum ab Ecclesia Eusebium, cum Gregorius XIII probavit recognitum suo jussu Martyrologium, in eoque pro Cæsareensi Eusebio substitutum Samozatenum. Sed intellige, ex anastasi Doctoris Parisini, in Lectionibus de S. Brunone aboleri jussa, pluribusque similibus exemplis, non continuo falsum aliquid judicari, quia ex Breviario Martyrologiove deletur; quemadmodum expresse declaravit sacra Congregatio Rituum, nequaquam per expunctionem istius anastasis intentum fuisse.

Fides Eusebii historica laudatur

40 Præter hanc sanctimoniæ Eusebianæ laudem, in promptu sunt Auctores plurimi, præstantes, antiqui juxta ac recentes, etiam illi ipsi, qui notam Arianismi, forte non immerito, tribuunt Eusebio; quorum testimonio non minus quam Gelasii Cyzi-B cem, lib. 2 cap. 1, *veri studiosissimus* (quæ historici laus summa est) *et inter veteres ecclesiasticæ historiæ scriptores* FIDE DIGNISSIMUS audit. Imo et ipse S. Hieronymus, tametsi ob Arianismum Eusebio infensior, fidem tamen ejus historicam, aliasque dotes historicum commendantes, laudat Epistola 65 ad Pammachium et Oceanum his verbis : *Ecclesiasticam pulchre Eusebius historiam texuit*... licet *impietatis Arii apertissimus propugnator sit*. Et alibi : *Quis prudentior, doctior, eloquentior Eusebio* (tametsi *assertor Origenis* sit) *inveniri potest?*

etiam a S. Hieronymo.

41 Sed his non obstantibus, semper Arianus manebit Patern. vestræ Eusebius; per me licet; atque ideo omni fide historica indignus; id per me non licet. Nam Hieronymus idem, cui illum tamquam *Arianorum signiferum* insectatur; ejusdem *prudentiam, doctrinam, eloquentiam et historiam ecclesiasticam pulchre*, atque adeo fideliter descriptam, laudat et extollit. Iterum; si, quia hæreticus, historica fide indignus est, jam Martyrologio quoque Romano fidem negare, atque e numero Sanctorum Martyrum eradere debes, quotquot Ecclesia Romana aliunde ignotos, sane plurimos, ex Eusebio inseruit Martyrologio suo; populoque Christiano quotidie le-C gendos, et pro Sanctis colendos proponit.

licet eum pro hæretico habeat.

42 Vide sis, mi Pater, quo te abstraxerit zelus, Eusebio parum æquus; cui si fidem negare pergas historicam, quia fuit hæreticus, tametsi plures tueantur ejusdem sententiam Catholici scriptores; negare fidem pariter debebis Luthero Calvinove hæresiarchis, etiam in iis argumentis, quæ Catholici scriptores non minus quam ipsi tuentur: puta, captum a Carolo V Regem Franciscum: nec ut credas, debebis moveri auctoritate Catholicorum idem scribentium, quia hæreticus aliquis id ipsum affirmat: et negare tibi ego fidem debebo in omnibus, quorum accusas Papebrochium, quia hæreticus nescio quis eumdem in iisdem accusaverit.

Baptizatum in fine vitæ Constantem pro Constantino

43 Auctoritatem aliorum quos citavi historicorum, Socratis, Sozomeni, Theodoreti; item Athanasii, et Synodi Ariminensis trecentorum et amplius Patrum Catholicorum, unanimiter affirmantium, sub finem vitæ Constantinum fuisse baptizatum, evertisse te putas, dicendo, Epistolam illam Synodicam, quæ a prædictis auctoribus recitatur, intelligi debere de *Constante*, non de *Constantino*, sub finem vitæ baptizato : idque præcipue Baronii sic sentientis nomine, te putas evicisse. Nugæ. Admittit Baronius ad an. 324 num. 52; apud S. Socratem, apud Sozomenum, apud Theodoretum legi D *Constantinum* : et sic scriptum ab ipsis istis auctoribus fuisse, si quis sustineat, non difficulter et hoc admittet num. 53; ratus, illorum auctoritatem unius Athanasii lectione, quam et profert, *Constantem* scribentis, facile elidendam. Sed legit Baronius tantummodo textum Athanasii Latinum, ut est apud Nannium anno 1564 editus; ubi nescio quo fato, cum primo loco expresse legatur *Constantinus*; paulo post, ubi de baptismo ejus, irrepsit *Constans*.

legis textus Athanasii;

sed Latinus tantum, a Nannio versus

44 Quod si Baronius legisset etiam textum Athanasii Græcum, anno 1600 primum in lucem typis editum, ex novem codicibus MSS. qui omnes *Constantinum* legunt, concinnatum, addita interpretatione Nannii prædicta; si legisset eamdem Epistolam Græce apud Labbeum et Cossartium, tomo 2 Concil. col. 798; utrobique, ex fide plurium, ut dixi, MSS. legisset Κωνσταντῖνος; atque sententiam suam hac in parte vir ingenuus ac veritatis studiosissimus mutasset. Unum mirari satis nequeo, nec scio quo nomine appellem, an stuporem, an ignorantiam, an fallaciam; non Baronii, sed illius qui Baronium sibi ducem hic sequendum ascivit. Vult enim Patern. vestra, etiam confirmare sententiam Baronii, *Constans* legentis pro *Constantinus*. Factum E bene. Sed quomodo? Num. 48 scribis : *Atque ita legitur in Operibus Græco-Latinis S. Athanasii : uti et apud Labbeum et Cossartium tomo 2 Concil. fol.* 796 (imo columna 798). *Deinde in textu Latino apud S. Athanasium in Epistola de Synodo Arimini et Seleuciæ, tam in margine quam in corpore legitur, Imperator Constans, non Constantinus.*

non item Græcus, ubique Constantinum exprimens

45 Quid? Legitur in operibus Græco-Latinis Athanasii, nec non Labbei et Cossartii, *Constans* pro *Constantinus*? uti mox expresse etiam explicas legi in textu Athanasii Latino tantum, tam in margine quam in corpore? Fateor, in Operibus Græco-Latinis Athanasii et Labbei legi in Latino *Constans* : sed textus ille Nannii est, quem sive semel, sive centies recusum afferas, nihilo ex replicata impressione plus auctoritatis confers. Legere debebat Patern. vestra, aut sibi legendum curare, utrobique textum Græcum, quem citat, noctuis, credo, et vespertilionibus. Utrobique enim reperisset Patern. vestra, et quisquis oculos habet, Κωνσταντῖνος; idque ex consensu novem diversorum codicum MSS. ut diximus. Si reviviisceret modo Baronius, tanta codicum MSS. auctoritas, scio, compelleret virum F mutare sententiam suam; diceretque (quod, lectis Socrate, Sozomeno, Theodoreto, dixerat ad an. 324 num. 53.) *Quis audiens*, Athanasium etiam scripsisse Κωνσταντῖνος, *non statim intelligebat causam* baptismi Constantiniani *Eusebio adjudicandam, nec ullum reliquum esse defensioni locum*; nisi forte Paternitati vestræ.

Ostenditur, Hieronymi textum non curtatum per astutiam

46 Num. 50 quæris; *Sed quid ad S. Hieronymum, in Epist. Fam. dicentem : Constantinus, extremo vitæ suæ tempore, ab Eusebio Nicomediensi baptizatus* (astute *omittitur*, ais) *in Arianum dogma declinavit*. Vis dicam? *Eadem astutia omittitur* illud, *in Arianum dogma declinavit*; qua omittitur reliquus Hieronymi textus usque ad finem libri : quia nempe neutra faciunt ad quæstionem præsentem, quæ præcise tractat de baptismi Constantiniani loco ac tempore. Si locus fuerit Roma, facile conveniet, baptistam fuisse S. Silvestrum; si vero fuerit Nicomedia aut ejus suburbia, non omnino certum est de baptista, qui ulterius inquiri, nec facile uni Hieronymo credi debebit fuisse Eusebius Nicomediensis. Si enim is fuisset baptista Constantini, sane Eusebius Cæsareensis innominatum non prætermisisset, cum id gloriosum sectæ suæ Arianæ fuisset, magnamque ei conciliasset auctoritatem, primum inter Christianos, eumque

et baptistam Constantini non fuisse Eusebium Nicomed.

Magnum

A Magnum Imperatorem Constantinum, a sectæ suæ principe Eusebio Nicomediensi Episcopo baptizatum fuisse. Cum igitur in præsentiarum quæstio non vertatur, in quod dogma declinaverit Constantinus jam baptizatus, neque a quo Nicomediæ baptizatus sit; sed an baptizatus ibi sit potius quam Romæ; frustra adjunxissem illud, *in Arianum dogma declinavit*; imo et frustra adjunxisse videri possum ac volo, illud Hieronymianum, *ab Eusebio Nicomediensi* baptizatum esse. Opinor enim et hoc falsum esse, tum ex ratione supra allata, tum quod aliunde discamus, cujus nominis et loci Episcopus baptizaverit Constantinum.

sed potius S. Petrum Solensem Ep.

47 Fasti quippe Ecclesiæ Alexandrinæ, in Habessinæ gentis Hagiologium metricum relati, nominant baptistam Constantini *Petrum*, *Solorum* in Cypro civitatis Episcopum sanctum : cui ad diem VII Tubæ, qui diei secundo Januarii nostri respondet, accinunt hanc strophen : *Salutem* (dico) *tibi, Petro Solensi, baptistæ Constantini Regis, ejus qui Crucem revelavit* (sive invenit, aut publice colendam adorandamque proposuit). *Dies ministerii tui, facti sunt dies justitiæ et æquitatis administrandæ : quoniam* B *confractus est Dagon, et cecidit Bel, sicut olim Isaias prædixit.* Quibus indicatur per baptismum Constantini, omnem sublatam gentilibus spem esse resuscitandæ aliquando idololatriæ.

etsi ejus non meminerit Eusebius,

48 Sed vereor, ne hic mihi objiciat Patern. vestra silentium Eusebii Cæsareensis, nihil de illo *Petro Solensi*, baptista Constantini, memorantis. Ego vero objiciam similiter Patern. vestræ ejusdem Eusebii silentium circa baptistam Constantini Eusebium Nicomediensem, quem ex Hieronymo credis talem revera fuisse. Et rationem addo, cur silentium Eusebii faveat sententiæ nostræ, ex fastis Habessinis; non faveat vero sententiæ Patern. vestræ, ex divo Hieronymo; idque præcipue e prudentia et subtilitate ingenii, quam Eusebio tribuunt auctores, etiam Hieronymus; et testatam faciunt ipsa Eusebii scripta, non modo historica, sed etiam theologica, quæ passim extant. Prudentis namque et subtilis erat ingenii, nihil publice scribere, quod publice constabat falsum. Atque hac ipsa de causa peccasset etiam contra prudentiam suam; si falso scripsisset, Constantinum sub vitæ finem prope Nicomediam baptismo tinctum esse. Prudentis item et subtilis erat ingenii, Arianismo faventis, ut palam enuntia- C ret, quod salva veritate in rem suam posset; quale erat, prodere nominatim Eusebium Nicomediensem, si is re ipsa Constantinum baptizasset. Erat insuper prudentis ac subtilis ingenii, Arianismo faventis; silentio tegere, quod salva veritate in rem suam tegere poterat; quale erat, non prodere nomen Petri Solensis, qui baptismum contulerat Constantino, recte Catholici; ut ne illa proditione Catholicis videretur prodesse; ubi silendo auctorem baptismi, nulli faciebat injuriam; argumentum vero relinquebat posteris suspicandi, baptismum contulisse Eusebium Nicomediensem, quia in ejus diœcesi baptizatus fuerat Constantinus.

qui nec Eusebii Nicom. meminit

49 Redeo ad textum Hieronymi, ex quo inferri posse nego, una atque alia ejus verba æqualiter credi debere. *Baptizatum* enim *esse* Constantinum, latius patet, et prius cognosci potest, quam, *a quo baptizatus sit* : et ad hæc ipsa cognoscenda, nihil omnino attinet scire, *in quod dogma deinceps declinaverit.* Ego quidem nullus dubito, quin Patern. vestra infans Baptizata sit, ignoro autem, a quo Parocho : nec ad baptismum ejus spectat, a me sciri, in quod dogma deinceps declinaverit, an illorum, qui ex animi sententia defendunt antiquitatem Carmelitanam; an vero eorum, qui pro forma tantum, ne Fratrum suorum incurrant invidiam. Sed et hæc inter nugas repono; et maxime illud, quod num. 52 D respondes ad textum Ambrosii, dicentis; baptismi gratiam, IN ULTIMIS CONSTITUTO, omnia peccata dimisisse; *Nihil*, inquiens, *inde colligi, nisi quod sanctus Pater ibi alludat ad lepram, qua Romæ laboravit Constantinus, ratione cujus reputabatur* IN ULTIMIS CONSTITUTUS. Si sic licet explicare auctores eorumque verba, ut IN ULTIMIS CONSTITUTUM esse, sit *lepra laborare*; leprosi omnes gaudeant, atque ad Patern. vestram confessionis causa concurrant suadeo; ab omni excommunicatione aliisque censuris ecclesiasticis, et peccatis quantumvis gravibus, etiam summo Pontifici reservatis, tamquam IN ULTIMIS CONSTITUTI, continuo absolvendi.

Hieronymi textus porro etiam nutat,

AUCTORE C. I. uti et Ambrosii.

50 Atque hæc satis sunto ad stabilienda argumenta mea, contra objectiunculas Patern. vestræ, pro baptismo Constantini, sub vitæ finem collato : quæ cui veritatem hanc persuadere nequeunt, ei auctor sum ego, ut imposterum abstineat ab historia. Colligere interim, ex dictis huc usque de *Ignorantia facti* historica, potest Paternitas vestra; non agi hic de fabulis, seu veris, seu fictis; sed quæri, an Constantinus baptizatus sit prope Nicomediam, an Romæ; quorum alterutrum necessario dicendum est. Primum asserunt Auctores plus quam trecenti, coævi omnes, toto orbe sparsi, doctissimi juxta E atque sanctissimi, uti vidimus : secundum asserit nemo idoneus testis, qui nominari ut talis possit, intra secula tria sequentia.

Conclusio de baptismo Constantini.

51 Colligere item potest Patern. vestra, quam frustra elevare conata sit auctoritatem Eusebii, ex Baronio præcipue accumulans multa, quibus eum ostendat hæreticum fuisse, quod ne nego quidem : sed in hæresi mortuum, negat Ecclesia Gallicana (cujus plures Episcopi Eusebium noverunt coram in Synodo Nicæna, et negavit semper; nec Baronius aut citati ab eo Auctores eo usque hæresim ejus (quod sciam) extendunt.

An Eusebius in hæresi mortuus sit.

52 Colligere insuper potest Patern. vestra, hæresim non efficere, ut quis continuo in omnibus deliret; ut negare ausit, medio die lucere solem; ut mentiri velit in re toti mundo exploratissima; ut impune mentiatur nemine omnino contradicente, sed omnibus mendacium ejus, uti tale cognitum, pro veritate verissima adorantibus.

Hæresis non facit in omnibus delirare,

53 Colligere etiam potest Patern. vestra, Græcos textus, non solum Socratis, Sozomeni, et Theodoreti, quod fatetur Baronius; sed etiam S. Athanasii (cujus textum Græcum Baronius non viderat, F ideoque Nannii, Latini interpretis errore lapsus, aliter sentiebat) et quidem ex novem codicibus MSS. præter impressos, legere, *Constantinum* in fine vitæ baptizatum esse; nullum vero legere, *Constantem*, uti Patern. vestra sustinere vult, et sustinere nollet Baronius, si illa monumenta habuisset, quæ Patern. vestræ hic indicantur et ante oculos proponuntur, si videre velit.

Græci Codices legunt Constantinum.

54 Colligere denique potest Patern. vestra, explicationem, quam adhibet verbis divi Ambrosii, omnino ridiculam esse. Item textum divi Hieronymi posse ac debere admitti pro illa parte, qua communem cum aliis sui temporis sententiam docet; non vero debere admitti, ubi singularem, aliis inauditam, ac rationi parum consonam tradit. Qua in re stupeo pervicaciam Patern. vestræ, quæ pergit sustinere, indignum fide esse Auctorem qualemcumque, qui in uno aut paucis errasse deprehenditur, ex auctoritate aliorum, aliter sentientium; atque hanc Eusebio negandam fidem a Papebrochio prætendis, quia in uno alterove eum non sequitur, ratione nixus. Certe sibi ipse non credidit D. Augustinus in multis, quæ, ut Christianum ac veritatis studiosum decet, laudabiliter retractavit; uti multi alii fecerunt, quo-

Auctores non, pridem rejiciuntur, etsi in aliquo errent :

ram

A rum gandeo e numero esse Papebrochium, quem ais, AUCTORE C. J. *proprio motu retractasse ultra bis mille errores, quos inter Acta Sanctorum ex ignorantia commiserat.* Laudo veritatis studium in Papebrochio, non minus quam in D. Augustinò : unicum tamen deesse credo, illius errorem, ut numerus bis mille compleatur; ac doleo, quod in tanto errorum numero nihil in causa vestra repererit corrigendum retractandumve, etiam postquam vos multa, opinione vestra, luce clarius demonstrasse jactatis : aut si quid hic etiam retractavit, agnoscite æquum ejus in vos animum.

sic Baronius probatur Amico; ubi de baptismo Const.

55 Insultat nihilominus Patern. vestra Papebrochio num. 42, quod *Eusebium* auctorem habet *modo probatissimum*, ubi de baptismo Constantini, *modo improbatissimum*, ubi nescio quæ in illo reprehendit. Nolim hic pluribus ea proponere, utpote non magni momenti. Sed velim quærere, an idem Baronius, qui Patern. vestræ est auctor *probatissimus*, ubi agit de baptismo Constantini, (quamvis tot alii recentiores, a me citati, Perronii Cardinales, Petavii, Lambecii, Valesii, Hermantii, Pagii, legerint et ipsi Baronium, magis in arte historica, quam profitebantur, versati, quam est Patern. vestra, aut ego; et B illi tamen, salva Baronii pace, non probant baptismum Romanum, probant vero Nicomediensem. Nec putare velim, Patern. vestram se illis omnibus perspicaciorem existimare in penetrandis Baronii argumentis, aut discernenda veritate historica.)

improbatur ubi de origine Ordinis.

56 Velim, inquam, quærere an Baronius, qui auctor est Patern. vestræ *probatissimus*, ubi de baptismo Constantini; sit eidem similiter *probatissimus*, ubi ad annum 1181, num. 13 sic scribit : *Constantior videtur assertio, quod Ordo Religiosorum Carmelitanorum, qui in Palæstina in ipso Carmelo monte fixere sedes, sub Alexandro III Rom. Pontifice sumpsit originem : quoto autem anno ejus Pontificatus, habetur incertum. Horum autem promotor, propagator, et custos fuit ille, qui fungebatur in Oriente legatione Apostolicæ Sedis Haimericus, Patriarcha Antiochenus : qui considerans complures ex Occidente, qui venerant vitam eremiticam acturi in Terra sancta, hinc inde dispersos, expositos barbarorum incursibus; collegit eos in unum, duxitque in montem Carmelum, Eliæ habitatione egregie olim nobilitatum. Fuere ista principia, ex quibus, ut ex parva scaturigine flumen, immensus est auctus cœtus religiosorum virorum.* Hactenus Baronius : qui si hic quoque *probatissimus* est Patern. vestræ, uti debet esse, ne nihil ex eo probet, ubi de baptis- C mo Constantini; jam principium contentionis vestræ cum P. Papebrochio, et caput ejus, omnino sublatum est, et in reliquis facile pax et amicitia vestra coalescet. Credat igitur hic sanctissimus Ordo vester religiosissimo Baronio, si minus honorificum sibi putet, credere Papebrochio. Alia vobis similiter credenda proponit idem Auctor ad an. 444 num. 17.

Pro baptismo Romano nihil evincit Concilium Romanum,

57 Eruditorum, scio, nullus dubitabit, quin allata hactenus argumenta pro baptismo Nicomediensi, talia sint, ut in considerationem venire non possint, quæ afferri solent pro Romano Silvestrino, quantumvis hunc *certa et indubitata probare testimonia* inscite jactet Patern. vestra num. 25 *Motivi sui.* Obiter oculo dignemur *certa* illa et *indubitata* vobis *testimonia. Nam* (uti probas ibidem primo,) *Concilium Romanum, sub S. Silvestro Romæ coactum, in exordio id testatur.* Auctoritas magna et coæva, si modo vera : sed hoc ipsa sibi Patern. vestra persuadere numquam poterit; atque ideo magis miror, quod aliis id credendum ausit proponere. Dic, quodnam istud Concilium Romanum? Cujus viginti Canones circumferuntur, initio loquentes de baptismo Constantini Romano; et extant apud Labbeum tom. I Concil. col. 1545. Sed ibidem extat quoque a Labbeo notarum in margine, quod Canones isti *Henricum* Archiepiscopo Rhemensi, seculo IX florenti, et *plerisque Eruditis videantur suppositi*, uti et ipsi Labbeo, et Christiano Lupo, et Antonio Pagio, et Emmanueli Schelstratio, viris istarum rerum peritissimis, et ex professo talia tractantibus. Ut alios omittam, audi Illustriss. Schelstratium, bibliothecæ Vaticanæ Custodem, Patern. vestræ non minus quam mihi æstimatum, in singulari Dissertatione hoc de Concilio pag. 484 *Antiquitatis illustratæ*, sic concludentem. D

utpote supposititium :

58 *Quia, non solum Dionysius* (qui Romæ Justiniano imperante Codicem Canonum confecit) *Canones hos omisit, sed etiam hoc Concilium, tum ex dictis* per totam Dissertationem, *tum ex falsa Consulum citatione, tum ex Helenæ subscriptione, contra omnium seculorum praxim, quæ mulieres ab Episcoporum Conciliis, et multo magis ab eorum subscriptionibus excludit; tum demum ex numerosissimo et Græcorum Episcoporum catalogo, aliisque, suppositionis arguitur; facile assentior Hincmaro, Metropolitæ Rhemensi; Parisiensium Archiepiscopo de Marca, Christiano Lupo, Philippo Labbeo, ac plerisque Viris eruditis, tacite ab eo citatis :* facile, inquam, iis assentior, *brevem Epilogum et Canones* XX, *de hoc Concilio, ut fertur, restantes, esse suppositos.* Atque hoc Concilium Romanum, est, *certum et indubitatum* vobis, sed solis, *testimonium* pro baptismo Constantini Romano, ideoque primo loco productum. E

nihil Acta S. Silvestri,

59 Videamus alterum. Sunt illud *Acta S. Silvestri*, ais, *in altero Concilio Romano, sub Gelasio primo CVM OMNI HONORE SVSCEPTA.* Bona fides aut intelligentia Patern. vestræ hic iterum deficit Falsum est enim illic scribi, Acta S. Silvestri *cum omni honore suscepta* esse. *Legebantur* tantummodo *a multis in urbe Romana Catholicis, et pro antiquo usu multæ hæc imitabantur Ecclesiæ.* Eatenus autem probantur illic Acta S. Silvestri prædicta, a Gelasio, quatenus ipsa, ut multæ aliæ scripturæ, ibidem expressæ, *suscipi non prohibentur*; quia nempe nihil contra fidem Catholicam continebant, ac utiliter legi a populo Christiano ad multorum ædificationem poterant, uti nunc etiam leguntur tam ipsa quam alia *Sanctorum Acta*, tametsi non in omnibus probata, imo in multis manifeste falsa. Non enim solum ad imitationem sui allicit quod re ipsa præclare factum est, verum etiam quod potest præclare factum fuisse.

compluribus deturpata mendaciis,

60 Considera nunc, quam *certum et indubitatum testimonium* dare possint Acta S. Silvestri : quæ, F ipso Baronio teste ad annum 315 num. 17, *non in omnibus vera sunt*, prout *hodie extant, nimirum deturpata compluribus (ut vidimus*, ait; ac prius monstraverat) *quæ aliunde irrepserunt, MENDACIIS.* Et Baronium fere secutus Labbeus enumerat compendio *mendacia* illa tomo I Concil. col. 1491 sic dicens ; Acta S. Silvestri, *prout hodie extant, pluribus mendaciis scatent. Nam quod referunt, Constantinum ante Helenam Christianum fuisse; Constantium et Constantem Cæsares Augustos hoc tempore in Oriente degisse; Isaac* (alii legunt *Isachar*) *apud Judæos summum Pontificatum administrasse; Helenam ex Bithynia oriundam fuisse; jejunium Sabbati per Silvestrum abrogatum, diem Dominicum per eumdem institutum, ipsumque Silvestrum Pontificem a Melchiade ordinatum fuisse.* (Addere his potest qui volet, Constantinum lepra infectum *per universam*, ut Acta apud Surium loquuntur, *misisse regionem, qui infantes colligerent* crudeliter mactandos, ut eorum sanguine adhuc *bulliente* in piscina lavaretur. Addat etiam, baptizatum Romæ a S. Silvestro Constantinum, rem Gelasii temporibus ubique ignotam. Addat denique, eumdem Constantinum anno Christi CCCXXIV, uti Baronius colligit. Romæ baptizatum fuisse, quo toto anno Romæ non adfuit:) *aliaque plura a veritate omnino*

A *nino aliena esse, præterquam quod id pulchre ostendat Baronius anno* 315 *num.* 12 *et sequentibus; etiam ipsi Canones Apostolorum, et Notæ, quas ibi conscripsimus, aperte demonstrant.*

etiamsi puriora fuerint initio:

61 Objicies, scio; Acta illa, a Baronio et Labbeo credi puriora fuisse, quando Romæ et in multis aliis Ecclesiis lecta, suscipi prohibita non sunt a Gelasio. Nescio equidem qui probent Auctores illi opinionem istam. Potest enim Pontifex ille utilitatem, ex lectione piorum gestorum in vulgus promanantem, spectasse potius, quam rigorem veritatis historicæ: quemadmodum eadem Acta, etiam ut nunc sunt, utiliter legi permittuntur ab Ecclesia. Fuerint tamen puriora tunc, et fuerint purissima, per me licet. Quid concludes ex Actis illis purissimis pro baptismo Constantini Romano? Nihil de baptismo illo Gelasius, ne verbo quidem. Citat solummodo Acta illa, ut hic supponimus, purissima: quæ probari debent a Patern. vestra in puritate sua aliquid locuta fuisse de baptismo Constantini: quod ni feceris, auctoritas Actorum istorum, quantumvis purissimorum, nihilo plus conferet ad intentum Patern. vestræ, quam eo conferant eadem Acta, ut nunc sunt, depravata. Imo quamdiu illa Acta vis pura et authentica fuisse; tam diu Constantini Baptismus B Romanus et lepra, recenti infantium sanguine ex Aruspicum responsis abluenda, abfuisse debent ab Actis illis, non minus quam abfuerint alia impertinentia, paulo ante ex Labbeo prolata. Quis enim de lepra illa aut de illo baptismo somniavit unquam usque ad Gelasii tempora et diu post, idoneus scriptor, Latinus, Græcus, Christianus, Gentilis, amicus aut inimicus Constantino? Unde ergo illa probabis? Ex Actis S. Silvestri, ut nunc habentur? Nulla illis hic fides. Ex Actis illis, ut primitus fuerunt, purissimis? Nihil illa de baptismo et lepra, nisi ostenderis.

Lepra Constantini fictitia.

62 Considera etiam quod Julianus Apostata, annos XXVI, post Constantinum mortuus, objecerit quasi per ludibrium Christianis (uti legitur apud Cyrillum Alexandrinum lib. 7 contra Julianum) baptismum eorum neminem lepra aut alio morbo corporali sanavisse, dicens: *Et leprosi quidem lepram baptisma non adimit.... Adulteria vero, rapinas et omnia omnino peccata eximet?* Qua fronte ita loqui, quantumvis apostata, Imperator ausus fuisset, si recenti memoria in Constantino re ipsa tale miraculum in totius mundi conspectu contigisset, depulsa C per baptismum ejus lepra? Quid etiam impedivisset Cyrillum, quo minus Apostatæ pridem mortui dicta confutaret, allato Constantini, lepra sic mundati, si verum est, exemplo? Sed nihil de illo Cyrillus; respondens tantummodo, baptisma etiam curaturum esse lepram aliosque morbos, si Deus vellet, aut eum in finem illud Christus instituisset. Ut videri potest apud ipsum loco citato.

Nihil etiam evincunt auctoritates Adriani Papæ,

63 Tertium vobis *certum et indubitatum testimonium* profert *Adrianus IV* (ut pone hæc sequitur Patern. vestra Ciaconium, ut ejus etiam errores amet, *Adrianum IV*, pro I scribens) *in Concilio Niceno secundo, et tom.* 2 *Epist. Decretalium.* Obiit Adrianus I sub exitum seculi octavi, annos fere CCC a morte Gelasii Papæ prædicti. Interea temporis Acta S. Silvestri, quæ possunt sedente Gelasio pura et purissima fuisse; possunt itidem ac debent, in supposito illo, depravata esse non admodum diu post; cum Adrianus præfatus, citet Acta illa Silvestrina, jam tum non melioris notæ, quam nunc sunt. Nam idem Adrianus, qui loco vobis favente, scilicet Epistola Constantino et Irenæ Augustis inscripta, atque a Labbeo tomo 7 Conciliorum col. 102 relata, ex Actis S. Silvestri mentionem facit baptismi Romani: idem, inquam, Epistola ad Carolum Magnum eodem tomo 7 col. 939 ex iisdem Actis Silvestrinis D citat Concilium illud Romanum, ad quod Helena Judæos, Scribas et Pharisæos adduxerit, paulo ante hic monstratum nullius fidei esse.

AUCTORE C. J.

Gregorii Turonen.

64 Atque hic quidem primus omnium est, quod sciam, idoneus Auctor, qui de baptismo Constantini Romano ex Actis S. Silvestri meminit. Nam quod Gregorium Turonensem eo trahere velint aliqui, violentum pluribus videbitur: nec immerito. Nam hæc ejus verba, ex Historia Francorum lib. 2 num. 31, ubi baptismum Clodovei, primi gentis suæ Christiani Regis, describit, inquiens; *Procedit novus Constantinus ad lavacrum, deleturus lepræ veteris morbum, sordentesque maculas gestorum antiquorum recenti latice deleturus.* Hæc, inquam, verba de baptismi Constantiniani loco ac tempore nihil exprimunt. Deinde tota Scriptoris, encomiasten hic agentis, intentio per hoc salvatur, quod Clodoveum, primum Francorum per baptisma Christo renasciturum Regem, laudet exemplo Constantini, primi similiter inter Imperatores baptismo Christiano tincti; dicens: *Procedit novus Constantinus ad lavacrum;* cujus deinde effectum describens, per *lepræ veteris morbum*, tam potest spiritualem peccatorum lepram, sane *veterem*, intelligere; quam alludere ad lepram Constantini corporalem; quæ sane *vetus* in ipso non fuerit, cum divinitus immissa, non multo post mira- E culose depulsa dicatur, uti vel ex ipsis Actis Silvestrinis patet. Adhæc, per *lepræ morbum*, non tam corporalem (ne et hoc laborasse Clodoveum insinuet) quam spiritualem intellexisse dicendus est Gregorius; uti mox per *sordentes maculas*, non intelligit alias, quam spirituales animæ.

Anastasii biblioth. et aliorum:

65 Interea tamen, si quis spiritu contradictionis actus, sustinere pertinaciter velit, Gregorium isto suo loquendi modo respexisse ad lepram Constantini corporalem; et hoc ego non morabor gratis concedere; requirens pariter concedi mihi, quod Acta S. Silvestri, quæ sub Gelasio supponimus adhuc proba fuisse, centum spatio annorum, quod inter Gelasii atque Gregorii prædictorum intercessit obitum, vitiata fuisse; et non majorem, quam nunc apud Eruditos, auctoritatem habuisse tempore Gregorii, quamvis in laudem Clodovei Regis, inde deduxerit comparationem, quam vidimus. Jam reliquos Auctores, Adriano Papa prænominato juniores, Anastasium Bibliothecarium, Wandelbertum Diaconum, Nicolaum I Pontificem, Theophanem, aliosque, F qui obiter plerique baptismum Romanum innuunt, nihil attinet refutare alio argumento, quam quo refutavimus auctoritatem hac in re Adriani; quia nempe talia adstruxerunt, ex apocryphis Silvestri Actis, quæ illorum ætate nihilo majoris fidei fuisse censenda sunt, quam modo.

nihil tabula Lateranensis,

66 Pergit denique probare Patern. vestra, per *certa et indubitata* sibi *testimonia*, quod vult, baptisma Romanum: quia prædictis auctoribus suis *accedit antiquissima Romanæ Ecclesiæ traditio, cujus specimen exhibet magna tabula; ex columna secunda a latere dextro navis basilicæ Lateranensis pendens: cujus verba referuntur Art.* 14 § 3 *Exhibitionis errorum.* Videamus ipsa: *Ante annos mille* inquit Tabula *circa annum Christi sexcentesimum, S. Gregorius, et ante istum S. Silvester, Indulgentiam plenariam, quocumque tempore anni, omnibus ad Ecclesiam Lateranensem venientibus concessere.* Non prosequor reliqua, cum ex capite Tabulæ pateat, ipsam initio hujus seculi primum scriptam esse; atque inde satis appareat, quantum fidei mereatur in re antiquissima, mille trecentos ante annos gesta, de baptismo Constantini, quem postea eadem Tabula innuit contigisse Romæ, depulsa a corpore baptizati lepra. Certe Illustrissimus Schelstratius, quem supra laudavi,

indigna Schelstratio visaque citaretur

A davi, ut erat curiosus antiquitatis scrutator, in ecclesia Lateranensi centies spectaverit *Tabulam* prædictam: sed dignam non judicavit, cujus vel verbalo mentionem faceret in *Antiquitate* sua *illustrata* pag. 466 et seq. ubi plurima colligit pro Baptismo Romano, quibus addi non licuit miseræ illi *Tabulæ*. Unum mirari non desino, quod ausit Patern. vestra, tam *certa et indubitata testimonia* vel mediocriter Historicæ Peritorum oculis objicere; quodque tam præfidenter suam hic probationem concludat his verbis: *Quibus aliisque* ANTIQUISSIMIS AUCTORIBUS (maxime antiquos vestros ego supra produxi omnes: nam *antiquissimi* nulli sunt, idonei testimonii) ... *id* (baptismum Romanum) *undequaque tam solide probatur* (si verba qualiacumque, probationes forent) *ut Julius Rufensis tom.* 25 *Vet. Patr. asserat, esse* TEMERITATEM *negare, Constantinum a S. Silvestro baptizatum fuisse.* Qui idem Julius, si modo oculos aperiret, allataque a nobis argumenta inspiceret, assereret profecto, esse TEMERITATEM, *negare, Constantinum sub vitæ finem in suburbiis Nicomediæ baptizatum fuisse.*

AUCTORE C. J.

Hæresis crimen inique objectum Papebrochio,

67 Transeo ad alia, properans ad *Brevem Instructionem* meam purgandam. Paragrapho suo 4 male habet Patern. vestram, quod ego num. meo 19 dicam, *summo crimini* a vobis dari Papebrochio, *quod*
B *nonnulla teneat in re historica, quæ Lutherus, Calvinus ... Launoyus, ac Natalis Alexander docuerunt.* Et irasceris etiam, dicendo: *Itane? Quænam, obsecro, illa sunt? Non ostenditur in toto libro, quod ulla crimini, et multo minus summo crimini, dem Papebrochio.* Concedo; fortassis toto libro te non objicere verbotenus *summum crimen*: at ubicumque de hæresi agis, de *summo crimine* agis: cumque identidem ingeris, Papebrochium *tenere* nescio quæ cum *Wicleffistis*, cum *Illyrico*, cum *Luthero*, cum *Magdeburgensibus*, *aliisque hæresiarchis*: quæro, an intelligi debeat Papebrochius aliquam tenere hæresim, quam isti docent; nec ne.

similiter competit Amico,

68 Si tenet, *summum crimen* admittit: sed non *minus* admittit *crimen* Patern. vestra, quod tale crimen ejus non aliter probet: interest enim totius Ecclesiæ Catholicæ, detegi hæreses in viris Catholicis ac Religiosis. Si non tenet hæresim aliquam cum hæreticis Papebrochius; *Summo* pariter *crimini* dabitur Patern. vestræ, quod innocentem hæresis insimulet, aut in ejus suspicionem adducere conetur, quando invidiose cum hæreticis eum collocat, et illorum doctrinam sequi sugillat; ideoque et excommunicatis et ab Ecclesia damnandis annumerat.

quod cum Luthero credat in unum Deum

C Eadem sane argumentandi ratione ostendam ego, Patern. vestram hæresim sapere, in eo quod *credat in unum Deum*. Nam R. P. Sebastianus a S. Paulo *tenet* cum *Wicleffistis*, cum *Illyrico*, cum *Luthero*, cum *Magdeburgensibus*, *aliisque hæreticis* et *hæresiarchis* fere omnibus; cum iisque credit ac docet, *Deum esse unum*: ergo cum hæreticis excommunicatus est, cum iisque ab Ecclesia damnandus. Ecce pretiosissimus unio tuus, quo vitam æternam compares, tibi cum hæreticis communis est.

69 Antequam paragraphum istum concludas, dicis num. 80: *Videamus denique quænam in re historica Papebrochius teneat cum Natale Alexandro, ex ejus damnatis libris; quorum impressionem, descriptionem... et usum... sub pœna excommunicationis, per contra facientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, soli Pontifici reservata, prohibuit Innocentius XI an.* 1684, 10 *Julii. Unde ut ab incursu hujus excommunicationis coram vulgo excusetur Papebrochius; cum passim dictos damnatos libros citet, sequatur, etiam subinde laudet, varia ex illis describendo ac suis tomis inserendo: hinc astute in Epistola Fam. num.* 20 *sic habetur*: Quod Papebrochius citet subinde ac laudet etiam Natalem Alexandrum, vitio ei dari non potest: cum id fecerit priusquam libri ejus proscripti fuerint. *Quod contra evidentem veritatem esse excogitatum, luculenter patebit ex citationibus infra producendis. Nam cum primum folium Conatus Chronico-historici Propylæi Maji sudaret sub prælo,* FATETUR PAPEBROCHIUS *fol.* 5* *num.* 20, SE ACCEPISSE ET LEGISSE PRÆFATUM INNOCENTII XI DECRETUM: *satis cito proinde (si animus ei fuisset obtemperandi Decreto Apostolico) ut omnia et singula, ex istis damnatis libris excerpta, in subsequentibus foliis, prælo subjiciendis, per totum Conatum expungerentur: et a fortiori, ut expungerentur ex tomo* 6 *et* 7, *aliquot annis post demum impressis.*

D

Citavit Papebrochius Natalem Alex. ante prohibitionem,

70 Hactenus Patern. vestra, quæ, recoquendo hic etiam cramben suam, ac negando contra assertionem Papebrochii, folium illud 5* Conatus Chronico-historici inter ultima impressum fuisse; compellit me quoque, ut cramben recoquam; et quæ Patern. vestra, primum a Papebrochio, folio 5* citato apposita, gustavit; a me in *Epist. Fam.* ingesta in os, digerere non potuit; nunc demum hic tertio cocta exhibeam. Gusta igitur denuo ac digere ex *Epist. Fam.* a numero 20 sequentia: Quod Papebrochius citet subinde, ac laudet etiam, Natalem Alexandrum, vitio ei dari non potest: cum id fecerit prius quam libri illius proscripti fuerint: quemadmodum ad crimen imputari non potest illi, qui hodie laudaverit librum, multa bene ac erudite disputantem, si is forte, propter detecta quædam errata, post mensem aut annum, in Indicem librorum prohibitorum referatur. Papebrochium autem ante damnationem Alexandri prædicti, tantummodo usum fuisse libris ejus, scivit Patern. vestra, citans Art. suo 4 § 7 partem textus hac super re Papebrochiani. Sed cur non totum? An ex toto textu patuisset sinceritas Papebrochii, et omni culpa a legentibus totum, absolvendus putabatur? Quando nempe animadvertissent, illud ipsum folium loqui et fateri, contra pertinacem obstinationem Patern. vestræ, aliter volentis credi, se *impressione jam fere absoluta*, propterea quod mutari quædam deberent, *iterato destinatum fuisse ad prælum.* Totum igitur accipe textum ex Conatu Chronico-historico pag. 5* num. 20,

(quod ei vitio dari non potest)

E

ut testatur ipsum folium, iterato impressum,

71 *His prænotatis, incipio cum P. Henschenio a primo ac præcipuo Ecclesiæ Capite Christo Jesu, cujus Vicarii sunt Romani Pontifices, Petri successores. Sed ecce, ipso tempore, quo, utriusque Tomi* (4 *et* 5) IMPRESSIONE JAM FERME ABSOLUTA, PAGINA HÆC, *in duobus ultimis numeris mutanda,* ITERATO DESTINATUR AD PRÆLUM; *perfertur Roma gravissimum Sanctissimi Domini Nostri Decretum, publicatum istic an.* MDCLXXXIV *die* X *Julii, quo* « *Libri quidam, Auctore Natale Alexandro, Fratre Ordinis Prædicatorum, in* » *sedecim volumina distributi (præter alios in quatuor* » *opuscula divisos) et a primo usque ad duodecimum* » *seculum inclusive editi, sub titulo,* Selecta Historiæ » ecclesiasticæ Capita, *a S. D. N, Innocentio PP.* » *XI, motu proprio et ex certa scientia ac matura de-* » *liberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine* » *damnantur ac reprobantur, ac legi seu retineri pro-* » *hibentur; ipsorumque librorum omnium et singulo-* » *rum impressio, descriptio, lectio, retentio, et usus* » *sub gravissimis pœnis in decreto contentis, omnino* » *interdicitur.* « *Ne quis igitur, duos hos Tomos in lucem venire videns post hujusmodi Decretum, et nihilominus in eis dictos libros subinde absque scrupulo allegatos reperiens, observantiam Apostolicorum mandatorum, quam ante singulos Tomos profitemur, eo in casu desideret; monitum lectorem velim, id prius, quam tale Decretum conderetur Romæ, procul inde in Belgio esse absque malo dolo factum; et quidem in iis dumtaxat argumentis, quæ sola si Auctor ille tractasset, non putamus incursurum fuisse Sanctæ Sedis indignationem*

F

A *gnationem tam gravem. Interim etiam sic impressa pro non impressis haberi cupio; et Pontificiæ voluntati in omnibus atque per omnia morem gestum desiderans, e sexto septimoque Maji Tomis, jamjam ad prælum postulandis, expungo quæcumque alia loca, dictorum librorum mentionem facientia.*

confundens pertinaciam accusatoris Amici,

72 Quid ad hanc assertionem positivam, suspicio contraria et male cohærens, a vobis loco citato mota? Ille retractat ultro, disertis verbis, cum singulari erga sanctam Sedem Apostolicam reverentia; atque pro retractatis et non impressis haberi vult omnia, quæ e Natale uspiam adduxerit. Vobis nihilominus lubet suspicari, hanc tam seriam retractationem aliud non esse, *nisi verba et voces, ac frivolam in peccato excusationem.* Hactenus ego, cum, et pro Papebrochio.

73 *Fatetur* igitur, ais, *Papebrochius se accepisse, et legisse Innocentii XI Decretum,* damnans libros Natalis Alexandri. Ita est. Et ego fateor: ac vellem Patern. vestram similiter fateri, folium illud Propylæi seu Conatus Chronico-historici, signatum 5 *, quod vos *primum* pertinaciter appellatis, etiam postquam in terminis scriptum ibidem legistis, folium illud inter ultima, sive *utriusque tomi* (4 et 5
B *impressione jam ferme absoluta, iterato destinatum fuisse ad prælum;* propterea quod aliqua in illo mutanda judicarentur. Atque hinc patere potest, quam perfrictæ frontis esse debeat, qui pergit obstinate tueri, folium illud, *primum* fuisse, quod tertio doctus fuit, *inter ultima* esse impressum: idque nolit credere Religioso, qui affirmat; oculis suis, quibus legit; folio ipsi lacero, cui integrum substitutum est; bibliopego demum, testaturo, si rogetur, folium prædictum, bis impressum reperiri in massa chartarum solutarum; et prius quidem laceratum adhuc superesse, quando compingendus datur tomus ille; cui alterum substitui debet integrum, quod nempe *impressione jam ferme absoluta,* denuo recudi debuit; uti sæpe accidit rei litterariæ ac impressioni operam dantibus.

commendans candorem inique accusati,

74 Conferre nunc Patern. vestra potest cum ejusmodi homine, obstinato dicam an obcæcato, hominem religiose candidum, atque erga Decreta Romana vere atque religiose observantem: quem ex eodem contextu manifeste potuisti cognoscere. *Fatetur,* inquis, *Papebrochius se accepisse ac legisse Innocentii XI Decretum,* damnans libros Natalis Ale-
C xandri. Ita est, ut dixit; fatetur. Verum cur fateatur, nisi ex ingenito animi candore ac reverentia erga Sedem Apostolicam? Aliud enim non est, cur fateatur. Si, uti passim insimulatur a vobis, subdole voluisset agere, atque citata e prohibitis libris rata habere; poterat relinquere omnia ut erant, et nullam uspiam talis Decreti mentionem facere. Quid enim cogebat facere? Non Summus Pontifex, non Eminentissimi Cardinales, non Illustrissimus Internuntius, non adm. R. P. Generalis Societatis nostræ, aut alius quivis Superior, quorum nullius Decretum aut præceptum nobis intimatum fuit; uti Patern. vestræ intimatum fuit legitime, jussu Summi Pontificis, per Eminentissimum Cardinalem Cybo et Procuratorem suum Generalem, ut fatemini, nequid scriberet contra Patres Societatis Jesu hagiographos. Non denique ullibi prædictum Decretum, Antuerpiæ aut in Belgio, publicatum fuit.

ultro repudiatis citatis ex Natale,

75 Unde igitur istius Decreti potius notitia, quam aliarum rerum plurimarum, quæ quotidie Romæ statuuntur decernunturque, nobis ignoratarum, pervenisset ad Papebrochium? Quidquid de Decreto illo scivit, privata diligentia sic assecutus est, ut dissimulare scientiam illam facillime potuerit. Quod igitur privatam scientiam suam ingenue declaret, atque illico promptum se offerat ad rescin- D
dendum quidquid Decreto illi, antequam editum esset, contrarium scripserit; ac re ipsa rescindat, ex illis libris prohibitis *impressa pro non impressis haberi cupiens;* id alia de causa non fecit, quam ut *Pontificiæ voluntati in omnibus et per omnia morem generet.* Gessit autem eo modo quo potuit, protestationem suam quam vidimus, inserendo foliis, initio quidem libri repositis, sed inter ultima denuo recusis; nec aliter tunc, quam sic protestando, quod factum erat, infectum facere potuit. In futurum vero providens, addit: *e sexto septimoque Maji tomis, jamjam ad prælum postulandis, expungo quæcumque alia loca, dictorum librorum mentionem facientia.*

AUCTORE C. J.

et gratias agentis pro indicatis in tomo 6 et 7

76 Hic vero amo Patern. vestram, et gratias eidem ago, quod perscrutando 6 et 7 tomos Maji, adjuvare dignata sit conatum nostrum, declarataque modo Papebrochii intentionem, indicando in singulis prædictis tomis singula loca, Natalis obiter mentionem facientia, cujuscumque demum Correctoris oscitantia illic relicta. Nam scire oportet, ne cum nimia temporis jactura ingentes tomos jam compositos scrupulose relegeremus, distulisse nos correctionem propositam usque ad ipsam impressionem, ut sic eadem opera ac minori temporis dispendio, et E
legeremus simul et corrigeremus cum erratis typographicis etiam loca, Natalis mentionem facientia. Id autem ita fecimus, ut pluribus rescissis mutatisque, indicata a Patern. vestra duo loca aciem oculorum et mentis, inter corrigendum ad plura distractæ, subterfugerint, ac præter intentionem nostram remanserint immutata: quorum unus reprehendit Natalem, tamquam male meritum de Gregorio VII Pontifice Romano; alter eumdem opponit auctoritati S. Thomæ in quæstione, an Symbolum *Quicumque vult,* sit S. Athanasii, nec ne. Gratias interim denuo agimus Patern. vestræ pro indicatione istorum duorum locorum: non item pro indicatione, aut potius exagitatione, multo plurium e Conatu Chronico-historico corrasorum, quem diximus ante prohibitionem Natalis fuisse fere impressum totum.

et hic statim corrigentis.

77 Ut autem videas, quam ingenue ego agam cum Patern. vestra, quamque nihil magis in votis habeam, quam *quicumque indicati fuerint, errores,* veros nempe, *cum gratitudine animi corrigere,* uti indicabam in *Epist. Familiari* num. 3: nolim duorum præmissorum locorum correctionem differre, F
dum alius de *Actis Sanctorum* tomus edatur: sed hanc ipsam, quæ præ manibus est, occasionem arripio, tum ut citius correctio fiat, tum ut ad plurium notitiam promptitudo nostra perveniat; et hoc ipso loco cum Papebrochio velim monitum Lectorem, cupere nos præmissa duo loca, et si qua sunt alia, eorumdem librorum mentionem aliquam facientia, ex 6 et 7 tomis de *Actis Sanctorum* deleri, quæque illic impressa sunt pro non impressis haberi; desiderantes *Pontificiæ voluntati in omnibus et per omnia morem geri,* tam a nobis, quam a Patern. vestra; a nobis, in obtemperando Decreto, nobis non intimato; a Patern. vestra, in obtemperando mandato Pontificio, ei legitime intimato.

Censores iniqui

78 Paragrapho 7 sumit sibi Patern. vestra rem arduam, ut iniquitatem ipsam æquitatis pallio tegat, et iniquos Censores, æquos esse ostendat; illos, inquam, Censores, qui judicis personam induerunt; qui condemnarunt quæ non legerant; qui statuerunt aliquid, parte inaudita altera, in favorem auditæ, et grave præjudicium non auditæ: illos Censores si Patern. vestra pergat æquitatis laude extollere, confundi poterit tam ipsa, quam illi, a Poeta gentili, æquius multo judicium ferente, eorumque iniquitatem damnante, ubi ait:

Qui

A AUCTORE C. J. *Qui statuit aliquid, parte inaudita altera,*
Æquum licet statuerit (quid si statuerit iniquum?) *haud æquus fuit.*

frustra excusantur, 79 Neque iniquitatis notam evadent, quod *expresse rogati sint a Patern. vestra*, uti excusas num. 106, *ut una præter nudam imprimendi licentiam, suum circa contentum libri* vestri *dignarentur adjungere judicium.* Belle. Sed an rogati etiam fuerunt a Patern. vestra, ut judicarent de libris adversarii, *Acta Sanctorum* illustrata complexis, quos numquam legerant? An rogati fuerunt, ut eorum auctorem damnarent *inauditum*? An rogati fuerunt, ut ipsi nihil inquirentes in scripta adversarii, illa nihilominus, *SUPPOSITA CITATIONUM*, a Patern. vestra adductarum et perperam explicatarum, *FIDELITATE*, condemnarent? Dixi num. 38 *Epist. Fam* non temere supponendum esse judicanti, quod imprimis inspectum, examinatum, ac certum illi esse debet, ut æquus sit. Si tamen isthæc etiam rogati fuerunt a Patern. vestra Censores illi; ut debebant esse, quod volunt, viri prudentes; non debebant in illo obsequi iniquæ postulationi vestræ; neque excusari hic possunt Doctores Theologi a culpa, B tametsi is, qui tale quid postulaverit, persuaseritque, gravioris culpæ reus esse debeat.

80 Atque hoc punctum est unicum fere, quod *eo magis culpandi quo sunt doctiores.* Patern. vestra in gratiam Censorum suorum paragrapho illo 7 monstrare debebat; nempe, æquum esse judicem qui damnat partem *inauditam, non visam, non lectis ejus scriptis a se damnandus.* Et cum nihil minus quam hoc monstraverit Patern. vestra, confidenter tamen sic concludit paragraphum istum num. 119: *Et hinc evidenter patet, quam temere et injuste in Epistola Familiari Censores adeo sapientes, utpote Eximii in sacra Theologia Magistri ac Doctores, nec non publici Professores, tamquam minus æqui arguantur: quod proinde commiseratione potius quam ulteriori refutatione dignum videtur.* Imo ulterior refutatio ad eximendum Censores tales a culpa, omnino necessaria est. Neque enim appellationes *Theologi*, neque *publici Professoris*, neque *Magistri*, neque *Eximii Doctoris*, imo nec *Amplissimi*, si ita vis, faciunt, ut quis *minus æquus* non sit, si inique judicet; imo faciunt, ut magis sit iniquus: cum scientia abutatur sua, eo majori cum delicto, quo scientia majore præditus est. Et istorum tale judicium commiseratione potius quam excusatione revera dignum est.

81 Pergit autem Patern. vestra: *Unde illos* Do-C ctores Theologos etc. *rogatos cupio, quatenus tantam temeritatem dissimulare dignentur: cum a viro magis Historico quam Theologo procedat* (id mihi indecorum non reputo in præsenti materia. Quamvis, Theologus ut audiam ac sim, non debeam cum *Adm. R.* *Injuria, ab adversario illata,* *P. F. Sebastiano a S. Paulo, olim sacræ Theologiæ Professor Lovanii* fuisse. Reputo autem injuriosum mihi, quod subjungis); *et quidem a tali, qui non aliter suos consuevit refutare adversarios, quam sarcasmis, satyris, et insolentibus censuris.* Somniatne Patern. vestra, an delirat, quando sic loquitur? præsertim quando ad hæc sua dicteria probanda, appellat ad Art. 28 num. 8, suæ *Exhibitionis*. Velim ostendat Patern. vestra, me non tantum *refutare*, sed etiam *consuevisse refutare*, quod ais, *adversarios nostros sarcasmis, satyris, et insolentibus censuris.* Articulum prædictum, ut levissime dicam, *somniando citasse debes*, quia ne verbulo quidem mei meminit. Ostende igitur alicunde quos commminisceris *sarcasmos, satyras, et insolentes censuras*, quorum me reum conten-*In ipsum refertur a Legibus.* dis; vel requiram ego fidem denuo a Patern. vestra, non tantum Sacerdotalem, sed et Provincialem. Et requirent jura satisfieri, tum hic, tum alibi, huic suæ Legi, cap. *Qui non* 2 quæst. 3: *Qui non probaverit, quod objicit; pœnam, quam intulerit, ipse patiatur:* D per quam Legem damnabitur Patern. vestra, hujusce opprobrii, *quod non aliter suos consuevit refutare adversarios, quam sarcasmis, satyris, et insolentibus censuris.*

82 Venio ad Paragraphum Patern. vestræ octavum, *Damnatio Libelli supplicis auctori suo,* qui orditur *a valde impertinenti exprobratione*, ut putas, tibi facta; cum dicis: *Nota ulterius in Epist. Fam. num.* 40, *mihi* VALDE IMPERTINENTER EXPROBRARI, *Libellum meum supplicem, in statu Veneto recusum, per Senatum fuisse suppressum. Cum id magis ad confusionem Papebrochii quam meam factum fuerit.* Laudo apertum cor Patern. vestræ, quod agnoscat meritum *Libelli* sui: laudare vero non possum, quod id ad *confusionem Papebrochii* vertat. Quæ, quæso, confusio Papebrochii major ex damnatione Veneta libri vestri, nihil de viro honeste loquentis: quam fuit ex damnatione Romana Historiæ vestræ Carmelitanæ, Biterris in Gallia coram Episcopo loci et Capitulo Provinciali defensæ et Episcopo dicatæ? Quid hic ego *impertinenter exprobro?* ubi obtrudis mihi, loco non suo, cohortem Censorum, cum iisque *judicium Universitatis Coloniensis*, E Universitati illi, rerum omnium ignaræ, male fide suppositum? Ubi Censores approbasse leguntur *Libellum supplicem*, postquam triennio et amplius publicam lucem aspexerat sine illorum approbatione, postquam a Repub. Veneta jussu Inquisitionis, tenebris damnatus fuerat. An mirari non debui, quod pro tali *Libello*, tam adversam passo fortunam, post tot demum annos ex ipsa Hispania accersas Censores? An *impertinenter exprobrari*, cum ad rem tam novam interrogavi, *An illorum* Censorum præposterorum *auctoritate mota Respub. Veneta, rescissura esset Acta sua, quibus idem Libellus supplex apud se recusus, publicari prohibitus ac tenebris addictus fuerat?*

83 Probatur tamen, suppressionem illam Libelli *non Papebrochio confusioni est;* vestri Papebrochio magis confusioni esse, quam Patern. vestræ. *Nam, uti mihi inde* (ex Rep. Veneta) *scriptum fuit*, inquis, *id ex alio capite Libello contigisse non præsumitur, quam ex factione quorumdam Jesuitarum. Pro ut omnino est verosimile. Nam cum dictus Libellus a tot viris Academicis, ex diversis Universitatibus, non absque confusione Papebrochii sit approbatus, non videtur ulli posse displicere, quam Jesuitis.* Non potui quin totum contextum hunc confusionis Papebrochianæ adscriberem, ut Lector consideret ac miretur argumentandi modum qualemcumque, seu theologicum seu historicum, quo illam F confusionem probare vult auctor. Crimen damnati *Libelli supplicis* datur Jesuitis; illis nempe, qui ne digitum quidem, ut dici solet, moverunt, ad curandam proscriptionem tot aliorum libellorum vestrorum, identidem cum ingenuorum virorum nausea protrusorum in publicum, quales sunt.

84 *Heroica Carmeli Regula, a sanctissimo Dei Propheta Elia, vita et exemplo tradita, ab Hierosolymitanis* *uti et libelli, hic enumerati,* *Patriarchis Joanne et Alberto conscripta; ab cujusdam Mystei Scriptoris* (Papebrochii) *vilipendiis vindicata, per R. P. F. Valentinum a S. Amando ejusdem Ordinis Historiographum, antehac S. Theologiæ Professorem. Coloniæ apud Petrum Alstorff Bibliopolam* 1682.

Pomum Discordiæ, sive Dissidii inter P. Papebrochium et Carmelitas Origo, Progressus, Fructus. Auctore, Impressore, Loco, Tempore iisdem; et additur infra *Cum Approbationibus:* sed nullam invenio hujusce ipsius libri Approbationem, nec ullius Approbatoris nomen.

Novus Ismael, cujus manus contra omnes, et manus omnium contra eum: sive Daniel Papebrochius *plerique famosi;* *Jesuita, omnes impugnans, orbi expositus, per D. Justum*

A *stum Camum. In camo et fræno maxillas eorum constringe. Psal.* 31. *Augustæ Vindelicorum Typis Josue Brille-maker. Sub signo Exploratorum in Jericho* 1682.

85 *Jesuiticum Nihil, P. Papebrochio Jesuitæ super ipsius cum Carmelitis quoad Ordinis illius historiam controversia, Carmeliticis scriptis convicto, et ad silentium redacto; demonstratum Auctore Petro Fischero Francone. Ad nihilum redactus sum, et nescivi Psal.* 72, 22. *Salisburgi apud Gottefredum Junck* ignotum illic Typographum, *anno* 1684, sine Approbatione, qua profecto indignissimus est liber, variis fartus opusculis inverecundis, plerisque jam antea seorsim editis, sed effrontis sui auctoris judicio, dignis quæ hic simul recuderentur. Aliquot annumero.

86 *Responsio ad Epistolam, quæ visa Leodii grassari sub titulo N.* (idest Caroli du Fresne, Domini du Cange(*Consiliarii Regii, contra Originem et successionem Ordinis Carmelitarum.* Subticetur hic locus et Impressoris nomen, quæ prius ficta expresserat Auctor textus Gallici, sub hac inscriptione : *Réponse a la lettre, qu'on a vu courir a Liege depuis peu, sous le titre de N. Conseiller du Roy, contre l'origine et la succession de l'Ordre des PP. Carmes, A Paris;*
B *chez la Roche, a l'enseigne de la Vérité*, 1683. Fingitur præterea, fictione ignominiosa, *Responsio esse D. Antonii de Herouval*; Equitis Aurati, Regi Christianissimo a Consiliis et in suprema rationum Curia Auditoris, varia eruditione non minus quam antiquissima nobilitate conspicui. Sed is ubi rescivit abusum nominis sui, ægerrime tulit factum fraudulentum ; turpemque notam, per hoc famæ ac dignitati suæ inustam, per publicos Tabelliones et instrumenta expungendam, atque a se familiaque sua arcendam putavit ; uti et re ipsa arcuit *Parisiis* XIII *Novembris* MDCLXXXIII *post prandium*, coram Notariis Regiis declarando, librum prædictum esse *omnino suppositum..... nomini suo: illumque reprobat in omnibus, tamquam non compositum aut scriptum a se directe vel indirecte.* Instrumentum legi potest ad calcem *Epist. Familiaris* editionis primæ. Alterum *Jesuitici nihili* scriptum hoc est.

87 *Amyclæ Jesuiticæ, sive Papebrochius, scriptis Carmeliticis convictus, suo silentio perditus. Auctore D. N. Consiliario Regio*; sed ficto. Desunt ei locus et tempus impressionis et impressoris nomen. Tertium Scriptum *Jesuitici nihili* sonat

Suada Harpocratis, sive Daniel Papebrochius Je-
C *suita, a Carmelitis convictus, sibi suadens silentium.* Prima editio Libelli facta fuit *Hermopoli, typis Lippiis* 1683. Sequitur *Jesuitici nihili pars* IV

Jesuitica ad Epistolam in Suada contentam Responsio; sed Jesuitis afficta. *Pars* V *Jesuitici nihili* appellatur

Synopsis authentica et curiosa errorum, commissorum a R. P. Daniele Papebrochio e Societate nominis Jesu, contra utrumque sacrum et candidum Carmelitarum Ordinem, et insertorum suo Propylæo atque Commentario in Acta Sanctorum, variis utriusque juris textibus stipata, prodit in lucem Auctore (verone an ficto, equidem ignoro) *R. P. F. Alberto Zennero de Vesalia Clivorum, Ordinis Prædicatorum SS. Theologiæ Magistro et Professore.* Antea seorsim editus Libellus fuit, sine loco etiam ac tempore impressionis, atque impressoris nomine. Concludunt denique totum *Jesuiticum nihil* duo sequentia opuscula, in hac farragine Libellorum forte primum edita, mihi certe antea nusquam visa ; nempe

Jesuiticum Papale, et *Jesuiticum non Papale.* Transeamus ad alia, quæ quidem ad nos pervenerunt, præclara Anti-Papebrochiana opera.

88 *Harpocrates Carmelitanus, R. P. Papebrochio Jesuitæ, Ordinis Carmelitarum impugnatori, loquens per R. P. Maximilianum a S. Maria, Carmel. Ex-* D
calceat. S. Theol. Lectorem, hodieque Antuerpiæ Priorem Coloniæ Agrippinæ, Typis Hermanni Demen Bibliopolæ, anno 1681. Auctor, qui nominatur, voluit persuadere se Auctorem non esse. AUCTORE C. J.

Harpocrates Jesuiticus, R. P. Papebrochium Jesuitam, salutaris silentii debitæque palinodiæ monens, per R. P. F. Valentinum a S. Amando, qui supra. *Coloniæ apud Wilhelmum Friessem.*

89 *Prodromus Carmelitanus sive R. P. Danielis Papebrochii Jesuitæ, Acta Sanctorum colligentis, erga Elianum Carmeli Ordinem sinceritas, velitatim et remissive discussa, ex majori opere, Elias Heroicus inscripto, excerpta, zelo et studio R. P. F. Valentino a S. Amando etc. Anno* 1682, loco et Impressore iisdem.

Debita Papebrochiana, sive Palinodiæ cantatæ et cantandæ a P. Daniele Papebrochio Jesuita. Computus primus, continens debita soluta, sive palinodias cantatas, subductus per D. I. S. Coloniæ apud Wilhelmum Friessem 1688. Caret Approbatione.

R. P. Papebrochius Jesuita, Historicus conjecturalis, bombardizans in Actis Sanctorum, S. Lucam, et SS. Patres, S. Thomam, summos Pontifices, Cardinales, antiquas Indulgentias et Bullas, Breviaria et E
veteres Fundationes Monasticas, restinctus, a Domino Christiano del Mare. Salisburgi apud Gottefredum Jonck 1688. Pro Approbatione est. *Vidit A. V. B. L.*

90 Scribitur nobis etiam nuperrime Luca, spargi per Italiam *dicacissimum Libellum, non quidem in Italia, sed Leodii anno* 1688 *editum*, cum titulo, *Epistola informatoria ad Societatem Jesu.* Nondum mihi contigerat librum illum videre : sed adhibita modica diligentia, tandem ipsum vidi, vere *dicacissimum*, sub hoc titulo integro : *Epistola informatoria ad Societatem Jesu, super erroribus Papebrochianis; sive Hercules Commodianus Joannes Lannoyus Constantiensis, repulsus ab adm. R. P. Theophilo Reynaudo ejusdem Societatis ; redivivus in P. Daniele Papebrochio item Jesuita, commenta propria, titulo Actorum Sanctorum evulgante. Per I. L. M. H. Leodii apud Guilielmum Henricum Arcel, suæ Serenissimæ Celsitudinis Typographum* 1688.

91 Hi omnes libelli (et quot alii ejusdem generis?) prodierunt superioribus annis, plerique mentientes suorum (si tamen præferant) Auctorum, Approbatorumque nomina, et impressionis locum ; atque adeo tantum porrigendi erant Sacræ Congre- F
gationi Indicis, ad hoc ut configerentur : et tamen nullus Jesuitarum tantillum sibi eo collaborandum putavit; utpote persuasorum, tam egregia monumenta nemini magis quam Auctoribus suis ignominiosa esse. Numeret Patern. Vestra, licet, inter illos, cum aliis suis, etiam *Libellum supplicem*, contra expressum Innocentii XI mandatum, idque in civitate hæretica typis vulgatum, et vel ideo ejusdem Innocentii Sanctissimo nomini indigne inscriptum. Hæc causa Venetis damnandi Libellum esse potuit, verosimilior quidem illa, quam quod id curaverit *factio quorumdam Jesuitarum*, quos Respublica ista curat scilicet. Vis tamen ita esse, quia, *ut ibi inde scriptum fuit, id ex alio capite Libello contigisse* NON PRÆSUMITUR. Egregia probatio! Et tamen talis præsumptio, Patern. vestræ *omnino est verosimilis*. Ratio. Quia *dictus Libellus non* VIDETUR *ulli posse displicere quam Jesuitis.* Displicuit certe Inquisitoribus Venetis. An et illi Jesuiticæ sint? Cur porro nulli alteri displicere *videtur* posse? Quia *a tot viris Academicis, ex diversis Universitatibus, non absque confusione Papebrochii* (Academicorum illum dictum oportuit *est approbatus.*

et Romæ damnandi:

si modo porrecti fuissent S. Congregationi;

92 Oblita denuo hic sui est Patern. vestra. Meminisse

A minisse enim debebat, quod Libellus, quando illum *factio Jesuitarum*, ut *præsumitur*, curasset damnandum: a nullo adhuc viro Academico excepto Censore ordinatio) erat munitus; cum muniri cœperit primum anno 1687, anno ut minimum integro post damnationem Libelli Venetam. Et hinc non *exprobrabam impertinenter*, sed commode ad rem interrogabam nuper: *An* Approbatorum *illorum auctoritate mota Respublica Veneta rescinderet Acta sua etc.* Sed, ut mittam has nugas, dic mihi; vel crimen est collaborasse ad damnationem Libelli, vel non est. Si est: crimen majus est Patern. vestræ, quod ex sola *præsumptione*, et quidem aliena, et quæ vobis ipsis tantum *verosimilis* est, sine probatione ulla, crimen imponas viris honestis ac religiosis, et illud ipsum crimen, quod tegere caritas debebat, toti mundo publice manifestes. Si non est crimen: cur igitur *confusioni* sit Papebrochio, si re ipsa factio Jesuitarum eo collaborasset? Quod tamen factum esse, nec Patern. vestra, nec ullus vestrorum, credo, probabit unquam.

Auctore C. J. quod nullus Jesuita putavit operæ pretium esse.

B

An Enoch Proph. institutor Ordinis Carmelit?

93 Venio nunc ad *Brevem Instructionem* meam *circa Libellum supplicem* vestrum, Paragrapho vestro ultimo perstrictam, quam secum Paternitati vestræ attulit nuper *Epistola mea Familiaris*; nunc vero hic eidem præmisimus; dudum quidem compositam, sed pacis amore (quod putaremini, non exaudito supplice illo Libello, deinceps tacituri fuisse) non vulgatam, nisi nuperrime postquam denuo scriptitare elapso decennio cœpit Patern. vestra; cui nihil in illa *Instructione* dignum refutatione occurrit, *nisi quod num.* 5 CONTRA EVIDENTEM VERITATEM, FRAUDULENTER, IN DERISUM ORDINIS CARMELITARUM, *Enoch, de quo in summorum Pontificum Bullis, sumat pro Enocho veteris Testamenti: cum evidenter constet* (*ex Art.* 16 §. 3 *num.* 34. *Annot. Lez. tom.* 2 *fol.* 115 *num.* 24. *Item fol.* 141 *num.* 9. *Et iterum fol.* 177 *num.* 2) *ibi agi de Enocho de Amathim novi Testamenti, qui cum S. Marco Evangelista perrexit in Ægyptum, et post martyrium S. Marci reversus in Montem Carmeli, ibidem sanctissime vixit et obiit anno Domini* LXIV.

Ita colligitur ex Bullis Pont.

94 Audio. Sed imprimis irasci debet Patern. vestra summis Pontificibus, quod *Enoch* in Bullis suis nominaverint; idque *contra evidentem*, uti vos loquimini, *veritatem, fraudulenter, in derisum Ordinis Carmelitarum.* Dico enim, tantum abesse, ut *evidenter*
C *constet* ex locis citatis, in Bullis agi *de Enocho de Amathim*, ut ne agi quidem de illo in dictis Bullis potuerit ullo modo. Distingue tempora, et historicum age. Docebunt te illa, non me *contra evidentem veritatem*, non *fraudulenter*, non *in derisum Ordinis Carmelitarum*; sed ex mente Pontificum, qui Bullam dederunt, locutum fuisse; et quidem, ut parcerem honori vestro, obiter tantum illa attingendo, quæ pluribus ostendere in promptu erat, et nunc me adigit Patern. vestra, ut ostendam.

95 Inspexi igitur loca omnia, quæ citas, ad *evidenter*, ut ais, probandum, agi in Bullis de Enocho de Amathim novi, non de Enocho veteris Testamenti; ac imprimis inspexi citatum Articulum tnum 16 §. 3 num. 24, ubi aliud probationis nil invenio, quam auctoritatem solius Patern. vestræ, quæ in re tam antiqua, quando alios non citat auctores, mihi nulla est. Dicit enim tantummodo, quod *in Ægypto Essenis constructa fuerint monasteria ab Enoch S. Marci comite, qui post martyrium S. Marci, ad Montem Carmelum reversus, instituti Æliani dilatationi strenue operam dedit.* His fidem adhibere nequeo, nisi auctoritas accedat major. Addis igitur continuo: *Prout Sixtus IV, Julius II, et Gregorius XIII suis in Bullis testantur, dicentes;* CARMELITAS SANCTORUM PROPHETARUM, ELIÆ, ELISÆI AC ENOCH, NEC NON ALIORUM SANCTORUM PATRUM, QUI MONTEM SANCTUM CARMELI INHABITARUNT, SUCCESSIONEM HÆREDITARIAM TENERE. Nihil hic Pontifices de Enoch *S. Marci comite*, nihil de *structore monasteriorum in Ægypto*, nihil de *strenuo Eliani instituti promotore*. Hæc igitur probanda supersunt Patern. vestræ. D

quæ intelligi non possunt de Enoch de Amathim,

96 Inspexi deinde Annales Lezanæ, tom. 2 fol. 115 num. 24, et sequentibus quæ citas locis: inveni omnia, quæ modo ex Patern. vestra produxi; et insuper, quod Enoch ille, S. Marci Comes, *in suum Carmelum reversus, contemplationi et orationibus vacans, anno Domini* LXIV *pro septima die Julii diem clausit extremum.* Item, quod *e septuaginta duobus Discipulis Christi*, et quidem *Septimus* ordine electus; et *Episcopus Nicopoli*, sed per *triennium tantum*, fuit. Horum auctoritatem Lezana præcipue fundat in Palæonydoro vestro; quamvis eidem se non satis fidere monstret, his verbis: *Si verum est, quod Joannes Palæonydorus lib.* 2 *cap.* 2 *asseruit, videlicet Enoch de Amathim, Carmeli Fratrum Rectorem et Præpositum circa hoc tempus* (ad annum videlicet Domini. ubi hæc scribit Lezana, XXXVI) *fuisse.*

comite S. Marci Evang.

E

97 Nunc quæro, an RR. Patres Carmelitæ habeant Auctorem antiquiorem Palæonydoro ullum idoneum, qui noverit Enochum illum de Amathim, Christi Discipulum, septimo loco inter Septuaginta duos vocatum, S. Marci comitem, Episcopum Nicopoleos, Carmeli incolam, anno Christi LXIV die VII Julii mortuum: an non habeant? Si habeant; injuriam faciunt tam sibi quam nobis, quod auctorem illum nuspiam producant, qui sane multum afferre lucis historiæ Carmelitanæ posset, ac forsitan satisfacere desiderio utrorumque nostrum, antiquitatem vestram pari studio stabilire cupientium. Si non habeant antiquiorem Palæonydoro; consideret quæso Patern. vestra hujus antiquitatem auctoris, qui a duobus seculis floruit; anno MCCCCXCV Historiam suam, FASCICULUM TRIPARTITUM, absolvit; ac biennio post, typis Moguntinis primum in lucem edidit. Primus is fuit (ut suppono, cum antiquiorem nullum citatis, nec puto citabitis) qui anno MCCCCXCVII in lucem protulit Enochum de Amathim, antea omnibus ignotum. Anno autem MCCCCCXXI creatus Pontifex Sixtus IV, Bullam, quam citatis, numerantem inter majores vestros, uti *Eliam* et *Eliseum*, ita etiam *Enochum Prophetam*, edidit anno MCCCCLXXVII viginti annos ante quam ederet historiam suam Palæonydorus.

nulli noto annis abhinc 200.

F

98 Dic modo, amabo Patern. vestram, quem potuit ac debuit Sixtus IV in Bulla sua intelligere Enochum? an illum antiqui testamenti, qui vere *Propheta* fuit, uti appellatur a Pontifice, et e sacris litteris, æque ac Elias et Eliseus, notissimus est; an alium novi testamenti, uti vos interpretamini, qui nondum notus erat mundo, quando Bulla prodiit; et *Propheta* nuspiam audit, etiam apud vos. Suspicari quis posset; quod edita Bulla Sixtina, doctiores Patres vestri animadverterint sequelam, videlicet, eadem auctoritate Apostolica, qua pro fundatoribus sanctos Prophetas Eliam ac Eliseum adoptatis, admitti etiam debere Prophetam Enoch: atque ideo iidem Patres curam ac studium suum intenderint in præcitatæ Bullæ Pontificiæ explicationem: quam Palæonydorus in rem suam commode invenerit, atque audacter impresserit, jubens mundo nasci ac innotescere novum Enoch.

intelligitur in Bullis Enoch Propheta,

qualis non fuit Enoch de Amathim

99 Si nunc Patern. vestra aut quivis alius, cujuscumque auctoritatis ille demum sit apud suos, asseret, atque imprimeret etiam, sine teste tamen vel auctore idoneo, rem novam ac illustrem, quæ ante annos mille contigerit, sed hactenus mundo non cognitam. Exempli gratia, si produceret Enochum de

Similitudo illustrans prædicta;

A de Aquaveteri Ultrajectinæ diœcesis, eumque faceret Jesuitam aut Franciscanum, qui deinde egressus collegio aut monasterio suo, socius adhæserit S. Willebrordo, cum eoque Romam peregrinatum ierit, Reversus vero, Ultrajecti Episcopatum tenuerit annis tribus, quando eo relicto rediit ad monasterium suum, ubi instituti Ignatiani aut Franciscani dilatationi strenue operam dans, et simul contemplationi ac orationibus vacans, anno Domini DCXLVI die VII Julii obierit. Si, inquam, hæc aut similia de Enocho illo de Aquaveteri, qui, ut suppono, aut numquam fuit in rerum natura, aut saltem nulli ante hac uspiam innotuit, audacter nunc primum assereret aliquis; an Patern. vestra tali assertori, quantumvis magnæ auctoritatis, possit adhibere fidem illa in re? Non credo: ne quidem si ipsamet ejus auctor foret.

quæ convincit obstinatum.

100 Quando hæc considerat Patern. vestra fateri tacite, credo, debet; dicta illa Palæonydori non modo Historicis, verum etiam Theologis ac sibi esse incredibilia; illum post XV secula, tacentibus omnibus, sine teste, sine auctore idoneo excitare e concavo lunæ novum Enochum, Discipulum Christi Domini septimo loco electum. Comitem S. Marci B Evangelistæ, Episcopum Nicopoleos, Priorem et Præpositum Fratrum vestrorum in monte Carmelo, anno Christi LXIV, VII Julii mortuum. Quam vellem ut ne insultasset mihi Patern. vestra circa hanc rem in particulari, quam ego honoris vestri causa, ut dixi, delibare tantum volui in *Brevi Instructione*, non etiam explicare; quod nunc me cogitis facere.

Explicatur quo modo occasio inducendi Enochum novi Testamenti,

101 Quin imo volui in omnem me partem vertere, si quo modo possem solvere nodum illum Pontificium, in favorem vestrum, argumento aliquo, vel speciem veritatis habente: atque incidens in Epistolam Canonicam B. Judæ Apostoli, legi versu 14 *Enoch septimum ab Adam* fuisse: qui tametsi non possit intelligi Enoch novi Testamenti, potest tamen alicui, non nimis subtili, visus fuisse fundamentum præbere, cui inædificaretur novi Testamenti Enoch: tum quod in novo Testamento nomen illud citetur ab Apostolo, ut vidimus; tum quod Auctor hujus Enochi, *septimum* eum fingat inter discipulos Christi Domini, per quamdam analogiam ad illum veteris Testamenti, qui fuit *septimus* ab Adam, et hocce ornatur elogio Geneseos 5, quod C *ambulavit cum Deo, et non apparuit: quia tulit eum Deus.* Quo similiter respexisse potest fictionis Autor, suum faciens Enochum ambulare cum Filio Dei, Domino nostro: qui et sublatus fingi poterit, cum nusquam apparuerit, ne nomine quidem tenus, quindecim seculis fere integris a passione ejusdem Filii Dei.

qui nusquam credibilis redditur ab Amicis;

102 Pro reliquis, quæ tribuuntur huic Enocho, adjunctis, nullam reperio in illo veteri analogiam. Miror autem, quod illa eadem tam singularia et notabilia adjuncta non conentur Patres Carmelitæ ipsi, aliunde credibilia reddere, quam ex Palæonydoro, nimis recenti auctore, quam ut in illis fidem obtineat. Sed nesciunt dubitare in iis quæ volunt credere et credi. Unum tamen, quod Discipulus Christi fuisse dicatur Enoch e LXXII, videtur scrupulum movisse Lezanæ tom. 2 pag. 177, consideranti, in Catalogis Discipulorum Christi, qui passim extant, nullum istius nominis legi. Attamen debuit scrupulus iste cedere opinioni præconceptæ, atque Enoch ille etiam ipsi Lezanæ Discipulus e LXXII et esse et manere: quia, ait, *nomina ipsorum incerta sunt* (quomodo incerta quæ distincte scripta sunt nomina?) *et fortasse aliqui binomii fuerunt, ut propterea inter ipsos, etsi alio nomine, Enoch esse potuerit.* Quid prohibet eodem argumento Lezanam ipsum, Discipulum Christi e LXXII facere? *Potest* enim *inter ipsos fuisse*, seu hoc suo, seu alio nomine notus. D

AUCTORE C. J.

quamquam ab ipsis insertus sit Martyrologus suis,

103 Juvabit porro oblatam hic etiam arripere occasionem, ostendendi modum, quo nonnulli rerum suarum amantiores quam par est, canonizant paulatim quos volunt Sanctos. Hic ipse Enoch de Amathim pro exemplo sit. Illum Patres Carmelitæ paulo antiquiores ignorarunt, recentiores in mundum induxerunt, recentissimi etiam in cœlos invexerunt, atque inter Sanctos collocarunt auctoritate sua. Nam anno MDCXXVIII Petrus Thomas Saracenus in *Menologio Carmelitarum*, cui *catalogum plurium Sanctorum ac Beatorum utriusque sexus Eremitarum B. Mariæ de Monte Carmeli,* adjungit, etiam recenset *Beatum Enoch Episcopum.* Deinde in libello Gallico Valencenis anno MDCLIX impresso (et anno 1681 Namurci tertium edito et aucto, cum nomine Auctoris R. P. Philippi a Visitatione, Religiosi Carmelitæ) sub hoc titulo. *Breviaire des Confreres et Consœurs du S. Scapulaire de N. Dame du Mont Carmel.* Id est, *Breviarium Confratrum et Consororum sacri Scapularis S. Mariæ de Monte Carmelo.* In hoc, inquam, libello præmittitur *Kalendarium festorum B. Mariæ Virginis, et PRÆCIPUORUM SANCTORUM Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo*, (qui, uti post Kalendarium additur, *aut per totum Ordinem Carmelitanum, aut in aliqua ecclesia, coluntur Officio vel aliquo honore publico,) quique deberent particulariter honorari a Confratribus et Consororibus sancti Scapularis*: ac deinde ad diem VII Julii, inter *præcipuos* Ordinis Sanctos, refertur *Enoch* (nempe de Amathim) *Episcopus Confessor*. Extat etiam alius liber, secundum editus Valencenis anno 1670, magis sacer priore, qui continet *Martyrologium Sanctorum Ordinis Carmelitarum*, et in Kalendario præmisso ad VII Julii legit, *S. Enoch de Amathim, Episc. Nicopolitanus.* Hujus sanctitas si talibus porro incrementis augeatur, timendum est, ne brevi etiam (nisi per Sacram Rituum Congregationem illicitum foret) collocetur in Breviario Ordinis, atque Officio et Lectionibus propriis ornetur is, de quo nondum constat, an in mundo fuerit. E

et admotus altaribus.

Plures alii ab ipsis coluntur non sui.

104 Plura etiam occurrunt in eodem Kalendario, quæ risum mihi moveant et commiserationem, quando inter PRÆCIPUOS SANCTOS ORDINIS CARMELITANI lego diebus IX, XIX, XXII, XXVII, XXVIII solius F Januarii (ut reliquos taceam) Sanctos *Telesphorum* ac *Dionysium* Pontifices Romanos, *Anastasium Persam* Martyrem illustrem; *Joannem Chrysostomum* Doctorem Ecclesiæ; *Cyrillum Alexandrinum* Episcopum, quorum nonnullorum gesta in Breviario Romano etiam leguntur, illius inserta a Collectoribus; et approbata ab Eminentissimis sacræ Rituum Congregationis Cardinalibus, viris scientibus atque prudentibus; sed (quod dolendum est) hic tam cæcis, ut nullus illorum in memoratis eorum gestis viderit agnoveritque Carmelitam. Testabuntur quæ dico Lectiones ipsæ in Breviario Romano: ad quod identidem appellat Patern: vestra, infallibilem quodammodo ei, in rebus sibi faventibus, per totam *Exhibitionem Errorum*, adscribens auctoritatem. In non faventibus, uti hic, nescio qualem adscriptura sit. Fateor interim, benigne vobis ab Apostolica Sede permissum esse, aliquot ex prædictis Sanctis aliisque in Kalendario memorato contentis, colere tamquam Ordinis vestri: non tamen permissione illa cautum est, ne quis omnino dubitet, aut etiam disputet, an singuli eorum revera vestri Ordinis fuerint: sed illud vobis probandum relinquitur, quod Pontifex sub hac formula (*sicut nobis relatum est*) benigne concessit.

105 Pergit porro Patern. vestra irasci *Brevi Instructioni*

AUCTORE C. 3: Elias per revelationem tam recte vocatur Institutor Ordin. Carm.

A *structioni*, dicendo num. **129** : *Similiter non minus malevole, contra evidentem veritatem, et in derisum Ordinis Carmelitarum, num. 8 in dicta Brevi Instructione asseritur ; Carmelitas Eliam Prophetam appellare posse, suum Institutorem, hoc nimirum sensu, quod per revelationem et jussu ejusdem... Ordo Carmelitanus initium sumpserit.* Dissentiet a Patern. vestra totus, cum quovis æquo Lectore, Ordo Servorum B. Mariæ, qui non *malevole*, non *contra evidentem veritatem*, non *in derisum Ordinis sui* loqui putat illum, qui B. V. Mariam nuncupat *Fundatricem et Institutricem suam*, quamvis tantummodo per *revelationem ejusdem* Ordo ille initium sumpserit. Dissentiet pariter totus Ordo beatissimæ Virginis Mariæ de Mercede, qui tantum abest ut existimet, *in derisum sui Ordinis* beatissimam Virginem appellari *Institutricem suam*, ut potius supplicaverit summo Pontifici, quo liceret sibi eam sic appellare, ac pro tali habere et colere in Oratione Officii propria, a Sacra Congregatione Rituum approbata, his verbis : *Deus, qui per gloriosissimam filii tui Matrem, ad liberandos Christi fideles a potestate Paganorum, nova Ecclesiam tuam prole amplificare dignatus est : præsta quæsumus, ut quam pie veneramur tanti operis* INSTITUTRICEM, *etc.* Et tamen constat, tum ex Lectionibus subjunctis, tum aliunde, Beatam Virginem per revelationem tantum instituisse, aut instituendum jussisse, prædictum Ordinem de Mercede.

quam B. Virgo Ordinis Servorum.

B

106 Ad ultimum Patern. vestræ numerum seu mantissam quod spectat, scire potuisti, ineptam esse, quam illic innuis, comparationem inter *Joannem Boulese* (qniscumque demum ille sit Hebraicarum litterarum Professor) qui nescio quid scripserit de origine Societatis Jesu ; et *Joannem Phocæ*, qui graphice describit incunabula religiosæ familiæ vestræ in Monte Carmeli. Joannes Boulese scripsisse dicitur anno MDLXXVIII, annos XXXVIII post confirmatam a Paulo Papa III, et aliis deinde Pontificibus, Societatem, per Bullas, quæ extant, originem ejus distincte explicantes. Joannes Phocæ describit incunabula vestra, in Montem Carmelum peregrinatus, qualia ipse illa oculis suis coram inspexit atque auribus audivit ; et prius illa descripsit, quam ulla pro Ordine vestro edita Bulla sit. Majus discrimen illos inter Auctores dari poterit alibi, si visum fuerit. Nunc solummodo velim, ut referat Patern. vestra Bullas Pontificias, tam uni quam alteri Ordini datas, ad eorum principia, considerans quo tempore, quo loco, quibus loquendi formulis respectu utriusque datæ sint ; et cognoscet quantum inter illas intercedat discriminis.

Ingens discrimen inter initia Ordinis Carm. et Societatis

patet ex Bullis Pont.

C

107 Sciri item velim, non tam stolide amari a Societate nostra antiquitatem justo majorem, ut velit Institutorem sibi adoptare *bonum Patrem Standonck*, aut ab ipso originem suam derivare ; tametsi is annos quingentos aut mille ante S. Ignatium, aut etiam temporibus Eliæ floruisset. Mavult Societas nostra (atque idem malle debet tam sacer Ordo Carmelitanus, quam quivis alius) parum stetisse, et multa exiguo tempore ad gloriam Dei præclare fecisse ; quam multos retro annos vixisse, ac desidem inutiliter in proprium dedecus trivisse ætatem. *Senectus enim, non tantum hominum*, sed etiam Religionum, *venerabilis est, non diuturna neque annorum numero*, sed virtutibus et præclare gestis *computata.* Et *ætas senectutis, vita immaculata*, Sap. 4.

Præstat parum vixisse cum laude, quam diu desidem.

108 Atquæ hæc sufficient, non quidem Patern. vestræ cum suis, quibus nulla unquam argumenta, etiam sole meridiano clariora, sufficient ad deponenda præjudicia inveterata ; sed æquis sufficient Lectoribus ad judicandum, baptizatusne fuerit Constantinus Magnus prope Nicomediam, sub vitæ exitum, an vero prius a S. Silvestro Romæ ; quæ præcipua, me inter et Patern. vestram, nunc agitur quæstio : quandoquidem, relicta aut desperata propria causa, alienæ hujus patrocinium susceperis, successu non magis felici. Ad hanc enim evincendam præcipuæ dirigis tuum *Juris Motivum*, scribens in ipso Titulo, illud *signanter offeri SS. D. N. Innocentio XII pro Baptismo Constantini Magni, a S. Silvestro Romæ collato, quem cum.... aliis S. Silvestri Actis explodit* (ita modestiæ vestræ loqui lubet) *P. Daniel Papebrochius Soc. Jesu, tamquam fabulam et mendacia.* Sed fabulam ego istam et mendacia, quæ dicis ; jam ad captum, ni fallor, etiam vestrum et eorum qui Historici non sunt ; elucidata dedi. Reliquæ duæ quæstiones, scilicet de Præputio Christi Domini, *quatenus Antuerpiæ asservato*, atque de Præmonstratensibus, quorum indignationem male conata fuit Patern. vestra nobis concitare ; liquidiores sunt in *Epist. Famil.* quam ut pluribus hic denuo tractari debuerint : præsertim cum illi, quorum interest ; Venerabile, inquam Capitulum Antuerpiense Cathedralis Ecclesiæ, et Venerabiles pariter Domini Canonici Præmonstratenses, saltem multi quos ego novi ; approbent scripta Papebrochii, in quibus a Patern. vestra reprehenduntur et accusantur. D E

Anacephalæosis quæstionum.

109 Quod examinaverim obedientiam Patern. vestræ erga summum Pontificem ; feci, tum quod illam in Papebrochio, ubi non debes, sæpe requiris ; tum quod mentio *Libelli Supplicis*, contra obedientiam Pontifici debitam typis editi, initio *Motivi* injecta, id me monuerit faciendum, ad correctionem illorum, qui minorem, quam par est, Pontificiis mandatis deferunt observantiam.

110 Quod Juris peritum videri me velle, opinari possit Patern. vestra, ex eo quod arguam ipsam inscitiæ juris, propterea quod *Motivum Juris* scripserit, non servato Juris ordine : id equidem liberum relinquo opinioni vestræ ; acturus libentius hic et nunc cum Patern. vestra Historicum ; alio tempore ac loco Theologum ; Jurisconsultum vero non nisi per vos coactus.

111 Censores seu Approbatores *Exhibitionis* vestræ hic non resuscito ; nec prius resuscitabo, quam ipsi, vel Patern. vestra, quæ eos excusare nequidquam conata est, monstraverit æquos esse, qui judicarunt aut condemnarunt partem non auditam, non visam, non lectam. Nequeo tamen, quin sinam nunc vivere in ore omnium, e Censoribus illis unum, qui se ipse resuscitavit in vestro *Motivo juris*, illud etiam approbando, Eximium Dominum *Hermannum Damen, Sacræ Theologiæ Doctorem ac Professorem ordinarium, Archipresbyterum districtus Lovaniensis, librorum Censorem :* qui inter alios, cum non legisset unquam *Acta Sanctorum*, librum qualemcumque, illa *Acta* subruere conatum, approbavit atque ample commendavit, sed *supposita veritate citationum ;* ita ut cæcus videri possit judicasse de coloribus. Quam vero id honorificum Doctori !

Doctor Theologiæ F

Censor cæcus,

112 An autem oculatior idem et prudentior fuerit in approbando *Motivum juris? Scriptum hoc*, ait, ATTENTE PERVOLVI (maturum igitur judicum expecto *ac in eo tam solidas quam peremptorias invenio rationes* (cujus rei aut scripti *peremptorias?* imaginarii, credo) *ut jure merito pro libro suo Motivum juris appelletur et sit* (Infelix *Motivum Juris, contra jus* exhibitum, ut vidimus ; et infelicior Censor, qui sibi persuaderi sivit, *Motivum* illud, *jure merito juris appellari et esse.* Sequitur autem in Censura :) *Quo eodem Motivo, pariter Epistola Familiaris P. Conradi Janningi Societ. Jesu* INVICTE *refutatur etc.* Quæso Patern. vestram, ut roget Eximium illum Dominum Censorem, an, qui Censuram tulit ineptam,

magis prodit cæcitatem suam in secunda Censura.

Supposita

A *Supposita veritate citationum,* contra scripta Papebrochii, quæ non legerat, et forte ne viderat quidem unquam; studiis Theologicis, quæ ejus fori præcipue sunt, immersus; an, inquam is legerit *Epistolam Familiarem,* quam INVICTE *refutatam* per *Motivum juris,* clamitat? Si non legit *Epistolam* illam: meretur Censor censurari denuo etiam hic, uti in *Epistola* prædicta; quod damnet quæ nescit. Si legit *Epistolam;* offer ei, quæso, et hanc *Amicam Expostulationem* legendam; judicetque tum denuo, an non ipse potius INVICTE refutatus sit in refutato hic *Motivo juris,* quod approbavit; quam per *Motivum* et ipsius Censuram, refutetur *Epistola Familiaris,* quæ veritate nixa et simplicitate sua, non putavit, tot sibi opus esse Censoribus, ut se venditet veritatis amantibus; quot adhibiti fuerunt, sed alia de causa, *Exhibitioni errorum.* Veritas enim, nuda amat comparere: numquam magis suspecta, quam cum verborum phaleris ac Censorum elogiis ornata jubetur prodire.

Cur de Enocho de Amathim actum sit:

113 Quod denique egerim de Enocho, veterisne an novi Testamenti intelligendus sit in Bullis Pontificiis, protector me acturum non fuisse omnino, nisi Patern. vestram mordacissime me insimulasset, B *contra evidentem veritatem, fradulenter, in derisum Ordinis Carmelitarum,* argumentum istud, quamvis obiter tantum attigerim, tractasse. Detergenda mihi itaque necessario fuit nota illa turpissima, quasi scripserim, *in derisum Ordinis Carmelitarum,* idque *fraudulenter, et contra evidentem veritatem.* Superi! Ego sic scripserim contra Ordinem Religiosum, florentem, laboriosum, ac mihi singulariter dilectum? Quæ super illa quæstione in *Brevi Instructione* attigi, innocua plane sunt omnia: quæ hic protuli, puto esse vera, non *fraudulenta,* non *in derisum* alicujus scripta, quamvis Patribus Carmelitis fortasse non placitura; culpam interim sui doloris imputaturis Patern. vestræ, non mihi, qui invitus eo accessi et a vobis compulsus: sic tamen comparatus animo, ut si quid, quod humanum est, erraverim; nusquam promptius correcturus sim erratum quam in præsenti quæstione, quæ vobis summi momenti est et multæ sequelæ.

114 Id igitur oro atque obtestor Patern. vestram ut me doceat, qui Pontifex Sixtus IV scripserit in Bulla sua, ac nominaverit hominem, toti mundo eatenus, et postea aliquamdiu, ignotum. Utiliorem sic operam conferet Patern. vestra sacræ Religioni suæ; D quam si de Baptismo Constantini; de Præputio Christi Domini, *quatenus Antuerpiæ asservato;* de rebus Præmonstratensium atque Carthusianorum; aliisque ad vos minime spectantibus, pergat, zelo modoque parum laudabili disputando. *Acta Sanctorum illustrata* impugnare, Ego interea ad illa redeo illustranda, ad gloriam Sanctorum eorumque remuneratoris Dei; non amplius inde abstrahendus a vobis, simili semper pede progressuris; sed (quod protestatus sum alias, ac denuo protestor) tacite correcturus suo tempore ac loco, quidquid Ecclesia Romana in scriptis nostris correctionis indigere judicaverit, aut quivis privatus recte monstraverit.

AUCTORE C. J. cujus meminisse qui potuerit Sixtus 4, cupio doceri.

Conclusio.

115 Si tamen pergat irritare nos porro Patern. vestra, fieri poterit ut adhuc semel silere desinam, daturus libellum non magnum; qualitercumque domum vobis placiturum, sub hoc aut simili titulo: *Refutatio libellorum omnium, a RR. Patribus Carmelitis contra P. Papebrochium, aut Acta Sanctorum quæ illustravit, hactenus editorum, et edendorum posthac.* Fateor non minus invitum id me præstiturum esse, quam præstiterim supra dicta de Enocho de Amathim; præstiturus tamen, si compellar. Quamobrem E consulat, quæso, Patern. vestra otio suo ac meo, ut neuter illud perdamus, rationem pretiosi temporis aliquando reddituri æquissimo rerum nostrarum atque disceptationum Arbitro, qui scrutatur corda et renes, Deo: cuique redditurus est utrique nostrum mercedem, non secundum opinionem hominum, sed secundum opera nostra: quæ quidem mea cum alibi sæpe prava fuerint; et cum, licet in hac atque præcedenti scriptione nullius mihi conscius sim culpæ, non tamen in hac justificatus sum; rogo Patern. vestram, ut suis suorumque sanctissismis Sacrificiis et precibus, tam placatum mihi in die novissimo Judicem illum reddere conetur; atque ego nunc sum Patern. vestræ ac sacro Ordini vestro, mihi in veritate semper amando ac venerando, Antuerpiæ ex Museo nostro, anno a Nativitate Christi Jesu, Salvatoris nostri et Judicis futuri, MDCXCIII die XII Augusti.

ADM. REV. PATERN. VESTRÆ.

Servus in Christo
CONRADUS JANNINGUS S. J.

C F

POST-SCRIPTUM

AD EPISTOLAS PRÆMISSAS.

PRO AUCTORITATE SCRIPTORIS VINDICANDA.

Ad eumdem adm. R. P. Paulum a S. Sebastiano etc.

Auctoritas sua,

Errare possum, fallere non volo; fraudis aut imposturæ falso postulari, æquanimiter fero, commiseratus etiam sic postulantem. Errasse Patern. vestram in iis, quæ mihi fraudi ac imposturæ ducit, nolet ipsa credi. Quid ergo credi voluerit, cum id iterato et loco non uno facit, judicium sit penes Lectorem. Certe, quisquis credi non vult, se errasse in criminando alterum, ubi manifesti erroris convincitur, credi debet calumniatus fuisse. Prodiit non ita pridem *Appendix* Patern. vestræ, *ad Motivum Juris:* in qua cum nihil fere agatur præter sæpius acta et sexcenties agenda; statueram nihil omnino respondere, prout in *Epistola Familiari* et *Amica Expostulatione* declaravi: et vero eatenus quod statueram observabo, ut per libellos seorsim responsurus nihil sim. Attamen (cum viri spectabiles atque eruditi judicent, uti *Acta Sanctorum,* a decessoribus meis illustrata, putantur perennatura; ita eorum Apologiam, qualibuscumque demum scriptis antirrheticis oppositam, debere eadem *Acta* perpetuo comitari) decrevimus talium judicio conformare nostrum, apponendo hic Apologiam, non ita pridem seorsim impressam, in *Epistola* et *Expostulatione* præmissis. Hæc tamen ipsa scripta ut fidem suam apud æquos Lectores retineant, debet sua quoque eorum Auctori fides et auctoritas salva esse. Hanc vero cum *Appendix ad Motivum Juris* elevare per fas et nefas conetur; meum esse debet eamdem integram ostendere et servare.

a P. Provinciali non recte labefactata,

scriptori vindicanda est,

in tribus præcipue exemplis

2 Id autem, prætermissis aliis injuriis omnibus, præstabo tribus præcipue in exemplis, quibus accusor in *Appendice* num. 129 et seq. nulla, quæ evincat

A cat aliquid, probatione addita, ut mox videbimus; quod *ausu valde temerario et successu pudibundo, astute moliar* defensionem Papebrochii: damnorque in illa re *imposturæ*, et quidem *manifestæ*. Adhæc num. 83 accusor, quod *ineptissima glossemata* apponam *summorum Pontificum Bullis*. Denique num. 84 objicitur mihi, quod sim *malevolus criticus, a passione sua excæcatus*; eo quod intelligam in Bullis Pontificum Enochum, Prophetam veteris Testamenti, quem Patres Carmelitæ volunt esse, Enochum de Amathim, discipulum Christi Domini in Testamento novo.

AUCTORE C. J.

retundendo injuriam illatam,

3 Gravia isthæc sunt et cuivis innocenti non toleranda. Nam *impostorem* qui agit Historicus, indignus est qui Historicus audiat, nedum qui philistoriam profiteatur. Qui *ineptissimis glossematis summorum Pontificum Bullas* male explicat atque deturpat Catholicus, summorum Pontificum indignationem merito incurrit. Qui *malevolus criticus*, et quidem *a passione sua excæcatus*, vult scribere historiam Christianus; deleatur nomen ejus e numero Historicorum, non tantum Christianorum, sed et gentilium et scriptorum omnino omnium. Hinc par est, ut B notas tam turpes, quas mihi inurit Patern. vestra, per moderatam defensionem exustas, amoliar. Id autem pace etiam vestra me facturum confido; nisi perinde mecum agere velitis, atque is acturus esse, qui parte ex una apud summos infimosque, sparsis etiam quaqua versum litteris ac libellis, furti accusaret innocentem; ex alia vero parte furcam illi minitaretur, si se suamque innocentiam tueri ac mundo judici probare vellet. Violentia illa foret, plus quam tyrannica.

salva pace ipsorum inferentium.

Nihil scribendum a nobis esse contra antiquitatem Carmelit.

4 Scio quidem adm. R. P. Thyrsi Gonzalez, Præpositi nostri Generalis, mentem esse, ut deinceps nihil scribatur, quod attinet *antiquitatem* Ordinis Carmelitani, eamque ipsum etiam provide ac benigne cum Reverendissimo Patre Generali vestro communicasse; idque pariter me docet *Appendix vestra* num. 136, sic loquens: *Modernus quoque Præpositus Societatis Generalis, Reverendissimus P. Thyrsus Gonzalez, promisit (prout scripsit nobis Reverendissimus P. Generalis noster) se non permissurum ultra contra Ordinem Carmel. a Papebrochio aliquid conscribi vel in lucem edi. Cui omnino est fidendum.* Ne dubites. Sed quando isthæc vobis scripsit Reverendissimus vester Generalis, an simul Patern. vestræ facultatem dedit scribendi *Appendicem suam*; pro-C vocandi me per illam denuo; meque faciendi *impostorem manifestum, malevolum criticum, excæcatum a passione sua, ineptissimum* Bullarum Pontificiarum interpretem etc? Æquitas viri id vetat vel cogitari. Interea Patern. vestra scribit talia de me, post acceptam Epistolam Generalis sui: et volet me obmutescere ad injurias illatas? Religiosæ quidem virtutis exercitium est, injurias patienter et silentio ferre; uti dudum tulimus: idque gloriosum sit in persona privata, cujus contemptus cum damno publico conjunctus non est. At in persona quodammodo publica, qualem me sustinere Obedientia vult, dum *Actis Sanctorum* illustrandis publicandisque jubet operam dare; tolerari ejusmodi contemptus laudabiliter non potest; imo potest tam laudabiliter, quam debet necessario, arceri; ne *Acta Sanctorum* cogitentur ineptissimis glossematis, et imposturis illustrari a scriptore cæco.

doctus a suo R. P. Generali Amicus,

denuo nos provocat scribendo injuriose.

Quo usque se extendere possit mens Generalis Societatis,

5 Quod porro ad mentem adm. R. Patris Nostri spectat; scio pariter, ipsum numquam addixisse Reverendissimo Patri vestro Generali; neque voluisse, aut etiam potuisse prohibere, ne, quod lege naturæ cuilibet permissum est, vel Papebrochius, vel ego, vel alius quivis e subditis suis, injurias, quibus lacessitus sit, depellat, suumque honorem moderate et religiose tueatur. Quapropter id et licebit mihi, tum Nostri, tum Vestri Generalium pace; et id agendo nihil me agere scio, quod vel mandato Patris Nostri, vel promissis, ab eo factis Reverendissimo Patri vestro, adversetur; aut hujus etiam voluntati merito adversari possit, dolituri tamen fortassis, quod Patern. vestra, pacificis litteris suis acceptis, me denuo provocaverit. D

cujus præcepto opus non est nolenti tangere antiquitatem Carm.

6 Neque vero promissis ejusmodi aut mandato opus erat; quibus ego constringerer, ne imposterum contra antiquitatem Ordinis Carmelitani scriberem, qui istiusmodi scriptionem nec scripsi hactenus, nec meditatus fui. Quidquid scripsi ad Ordinem Carmelit. spectans; coactus, uti nunc, a Patern. vestra scripsi, ut illustrata a nobis *Acta Sanctorum* tuerer, contra famosam vestram *Exhibitionem Errorum*, per *Epistolam familiarem* meam. Hic ego nihil contra antiquitatem Ordinis Carmelitarum. Tres præcipue tracto quæstiones in specimen libri male cohærentis; primam de Baptismo Constantini, alteram de Præputio Christi Domini, tertiam de Præmonstratensibus; illic videndas. Subsecuta est deinde, ad retundendum *Motivum juris* vestrum, *Amica* mea *Expostulatio*. Sed neque hic ego quidquam contra antiquitatem Ordinis; nisi forte impactam mihi a Patern. vestra calumniam, E amoliturus, talium alicubi mentionem fecerim, quæ tangi debuerint, ut me defenderem. Quamvis non videam, quid amplius piaculi committeret, qui antiquitates Ordinis Carmelitani illustrandas susciperet, quam qui illustrat antiquitates Ecclesiæ Catholicæ Romanæ. Hæc certe gaudet illustrari: et veritas nusquam lætior est, quam cum pleno die, omnium oculis exposita, velut in theatro conspicitur. Interea nolentibus vobis, nec ego volo illustrare, nedum impugnare antiquitatem, quam etiam probare vellem si possem. Calumnia interim in *Motivo juris* mihi impacta, quam amoliri debui in *Expostulatione mea*, hæc erat, quod *contra evidentem veritatem, fraudulenter, in derisum Ordinis Carmelitarum*, sumam Enochum, de quo in summorum Pontificum Bullis, pro Enocho veteris Testamenti.

quamvis hæc sine piaculo illustrari possit.

7 Huc tota mea impugnatio antiquitatis vestræ reduci debet, si qua est. Nempe dixeram in *Brevi Instructione* num. 5, vereri me ne Auctor *Libelli supplicis* auctoritate Pontificia antiquiorem faciat Ordinem suum, quam ipse velit; ac nomen Fundatoris ab Elia ad Enochum transferre cogeretur: quia Pontifex in Bulla asserit, Carmelitas *Sanctorum Prophetarum Eliæ, Elisei et Enoch..... successionem hereditariam tenere.* Ubi ego Enochum veteris Testamenti intelligo, sed *contra evidentem veritatem, fraudulenter, in derisum Ordinis Carmelitarum*; uti F arguit Patern. vestra in *Motivo juris* num. 128, volens, Enochum de Amathim, Christi discipulum, intelligi. Cumque expositionem meam, sic criminatus, defensionis causa pluribus confirmassem in *Amica Expostulatione* a num. 93; perstringis me denuo mox in *Appendice* a num. 83, quod *ineptissimis glossematis* summorum Pontificum Bullas commaculem ac male explicem, *insipiens aut malevolus criticus, a passione sua excæcatus.*

a me solum oblique tacta ad arcendam injuriam.

Pacem clamans Amicus,

8 Interea aliud non clamat Patern. vestra quam pacem, utique nobis, qui e publicis disputationibus publicisque in ecclesiis vestris Officiis, more patriæ, certis anni temporibus frequentari solitis, non emansimus primi, carissimam; et videreris etiam sincere pacem velle, collaborantibus eo utriusque Ordinis Generalibus, ut videmus; nisi eorum mente intellecta, contrarium re ipsa monstrares, novo libello novisque injuriis lacessendo cupidos silere, et publica, quæ dantur scandala, tollere, eamque ob causam paratos revisere etiam prius ecclesias scholasque vestras

eam semel,

iterumque

A vestras, quam vos nostras; licet primi Vos usum illum religiosum interruperitis; dummodo Officium istud præventionis nostræ pacificum fore intellexerimus. Similiter visa fuisset Patern. vestra a biennio sincere pacem velle, nisi mox novo famosoque libro pene confectam turbasset. Ipsa Patern. vestra tunc Ordinis sui Provincialis, et R. P. Philippus Regaus Societatis nostræ itidem Provincialis, per Flandro-belgicam, rem agebant; alter serio, alter nescio quo animo, ab effectu cuilibet interpretando.

9 De illa Pacificatione ita loquitur Patern. vestra in *sua Append.* num 138 : *Isti Decreto*, laudabili sane, in favorem sententiæ probabilioris a S. Romana Inquisitione edito; sed hic plane otioso, et non alio fine inserto: quam ut novitate aliqua sub magni viri nomine, (quod et in titulo indigne præfigitur) conditus, per se absonus libellus, emptorem inveniret. *Isti*, inquis, *Decreto adjungo Resolutionem R. Adm. P. Philippi Regaus Provincialis Societatis Jesu per Flandro belgicam, quam conceperat, et mihi ab anno intimari curavit per P. Isidorum a S. Maria Magd. de Pazzi Ordinis nostri, Philosophiæ Lectorem; qui ex ejus ordinatione mihi significavit, dictum*

B *Provincialem multum inclinari, pro restauranda pace et concordia inter B. Virg. Mariæ Fratres et Societatis Jesu alumnos, quæ ante hac inter illos semper viguit, donec eam turbavit Papebrochius* (imo Auctor *Armamentarii*, intortis in Papebrochium acutissimis telis; et qui post Auctorem istum decreverunt, abstinendum sibi suisque a publicis Societatis functionibus, et re ipsa primi abstinuerunt et abstinent) *et in istum finem dixit*, Provincialis scilicet Societatis, *per Reverendissimum P. Præpositum Generalem, Societatis suæ Professores admissuros traditionem de origine Carmelitarum ab Elia Propheta in veteri Testamento et hereditaria inde successione, tamquam omnino probabilem et fidem humanam omnino mereri, sicut aliæ similes Ecclesiasticæ historiæ merentur. Cumque Papebrochius huic superveniret discursui, dixit se etiam subscripturum. Quod dictus Lector paratus est juramento confirmare. Verumtamen cum paucis post diebus in lucem ederetur Exhibitio errorum; oblata, non est subsecuta subscriptio.*

pene factam turbat,

10 Quis impedivit subscriptionem *oblatam?* Qui edidit *Exhibitionem Errorum*, infamem vel ipso titulo suo librum. Quis edidit *Exhibitionem* illam? Adm. R. P. Sebastianus a S. Paulo, Provincialis Carmelitarum per Belgium. Quando edidit? Dum pacem tractat, et quidem talibus jam sibi *oblatam*, uti ipse scribit, conditionibus; qualibus Ordo suus acquiesceret. Hoccine est pacem serio velle? Imo, uti is vult; qui dux exercitus cum sit, tempore induciarum adversarium, nil doli suspicatum, ex improviso novis tormentorum ictibus hostiliter invadens, tractationem pacis, propemodum conclusæ, turpiter abrumpit, subdolus pacificator. Sed quid de omnimoda probabilitate successionis hereditariæ? Scio, *Rev. P. Philippum Regaus, tunc Provincialem* nostrum, uti etiam hodiernum, illius successorem R. P. Ignatium Diertins, *multum inclinari pro restauranda pace et concordia* inter utrumque Ordinem, idque primus abunde monstraverit; si (quod ait Patern. vestra) *dixit, per Reverendissimum P. Præpositum Generalem, Societatis suæ Professores admissuros traditionem de origine Carmelitarum ab Elia Propheta* etc. *tamquam omnino probabilem, et fidem humanam omnino mereri.*

novos edendo libros

C

Pacificatio

11 Ubi noto primum, nolle me putari impugnare probabilitatem illam, si quatenus necesse est, de ipsa hic loquar. Deinde, nolle me juramentum exigere a R. P. Isidoro super dictis, quæ, ut labilis est memoria, facile alterantur mutata vocula; et, ut quilibet est rerum suarum amans, facile torquentur, imo sponte prorumpunt in favorem narrantis, quo D plus gessisse, quam gesserit, videantur suis auditoribus. Ita res sunt humanæ. Tertium noto, imprudens promissum in re præmeditata, ubi hic fuisse debuit, alienum videri a nota prudentia R. P. Philippi Regaus. Quomodo enim dixerit, quod *per R. P. Generalem, Societatis Jesu Professores admissuri sunt traditionem*, de qua supra? præceptone ejus coacti, an rationibus moti? Deinde admissurine sunt traditionem illam, *tamquam omnino probabilem* vobis, an etiam *omnino probabilem* sibi? Præceptum R. P. Generalis; ad persuadendum intellectui probabilitatem talis originis, hic frustra foret, ut patet. Tali enim præcepto, mere extrinseco, nisi rationes secum adducat, non subest intellectus, etiam Religiosi; neque illo movebitur ad judicandum, medio die non lucere solem, aut, probabile esse sibi aliisve, quod rationabiliter putat improbabile esse tam aliis quam sibi. Igitur rationibus agendum est : hæ vero peti non debent a P. Generali nostro, in antiquitate vestra parum versato; sed ab ipsis Patribus Carmelitis; qui si tales protulerint, ut ad prudentem assensum probabilitatis optatæ movere possint viros indifferentes et rerum illarum gnaros, frustra recurritur ad R. P. Generalem, ut per ipsum Societatis Professores admittant traditionem vestram, ut probabilem; quam ipsi, quo rerum scientiores sunt, eo citius per se sibi persuadebunt, ducti rationibus quas petimus produci; ut *sibi* quisque probabilem habeat traditionem. At si velis, Professores Societatis illam traditionem tantum admittere, ut *vobis Carmelitis* omnino probabilem : iterum hic nullum erit, præceptum P. Generalis. Rationibus ducendi sumus : quas non difficile erit adducere tam multas (et ego paratus sum adducere, si gratum foret) ut a quovis prudenti viro prudentem, et plus quam probabilem assensum eliciant, quo judicetur, probabilem esse Patribus Carmelitis traditionem suam de origine Ordinis. Si et hoc voluerit admittere et addicere vobis R. P. Regaus, prudenter egit, ut solet; sed imprudenter acturus fuisset, si pro eo obtinendo ab omnibus Societatis Professoribus, recurrisset ad R. P. Generalem suum, in cujus potestate non erat id obtinere. Et huic resolutioni libenter subscribet Papebrochius. Aliam probabilitatem si prætenditis, explicate nobis illam, et aptis argumentis confirmate, assensum obtenturi etiam nostrum, si argumenta, quæ allata fuerint, prævaleant contrariis, aut paria etiam sint.

AUCTORE C. J.

quomodo concedi potuerit

E

a P. Provinciali Societatis.

F

12 Quartum etiam noto, quod prædictus R. P. Philippus Regaus; edita *Appendice vestra*, adhuc Provincialis, a me rogatus responderit; et nunc hujusce Domus Professæ Præpositus meus pergat respondere, se rationabilia addixisse, non tamen meminisse terminorum, quibus pacificatio proposita aut acceptata fuerit oretenus (nihil enim scripto conceptum fuit) nisi quod termino *omnino*, bis in narratione P. Isidori repetito, sciat se usum non fuisse, sed simpliciter concessisse Patribus Carmelitis probabilitatem suam : supervenientem vero P. Papebrochium, a se rogatum, an et ipse concederet probabilitatem illam, respondisse, *omnino*, et conversum hunc ad P. Isidorum dixisse in hunc sensum; *Tenete, prout vobis libitum fuerit, id vobis licere per me, verbis et scriptis, sæpius protestatus fui.* Noto denique, eumdem R. Patrem Regaus mirari, quod Patern. vestra privatam inter vos tractationem pacis, publicam typis faciendo et pro libitu suo interpretando, efficere voluerit, ut post hac nec ipse, nec alius e Societate tam confidenter sit vobiscum de similibus agere, atque ipse egit.

aut concessa etiam sit

13 Redeo ad injurias, num. 2 potissimum attactas, quæ me cogunt non jam pro P. Papebrochio, non

Agit nunc Scriptor pro auctoritate propria,

AUCTORE C. J.

A non pro illustratis ab ipso Sanctorum Actis, sed pro me ipso præcipue ac pro auctoritate mea, agere cum Patern. vestra : quam imprimis rogatam velim, ut circumspectius deinceps scribere dignata, integram pariter suam sibi auctoritatem conservet. Quisquis enim alterius famam lacerat injuste, suam lacerat præcipue. Ut autem meam monstrem sic laceratam esse, compellit me Patern. vestra non jam Historicum, nedum Theologum aut Jurisperitum ; ut in præcedentibus suis, sed Grammaticum agere. Putabam pridem illo me onere docendi defunctum fuisse, cum, ex more Societatis nostræ et voluntate Superiorum, per annos aliquot Grammaticam pueris tradidi ; numquam suspicatus futurum, ut viri, graves ætate, dignitate conspicui, Theologiæ Professores, cogerent me scriptis suis, ad se docendum leges grammaticales et connexiones in oratione observandas, ut commodus inde sensus, ab auctore intentus eliciatur.

et Theologos cogitur Grammaticam docere,

14 Compulsus igitur a Patern. vestra illustrare aggredior quæstiones Grammaticales præcipue tres, de quibus in *Appendice* vestra, inter alia mihi litem movetis. Prima est de intelligentia Decreti, quod Gelasius Papa, in Concilio Romano cum Episcopis B LXX congregatus, edidit super scripturis quibusdam, tum probis, tum apocryphis ; utrum in illo Decreto Pontifex Acta S. Silvestri Papæ *cum omni honore suscipiat* : an vero dicat tantummodo, quod *a multis in urbe Romana legantur* Acta illa ; quodque *pro antiquo usu multæ hoc imitantur Ecclesiæ*. Altera quæstio eodem fere redit, utrum nempe *Scripta*, sive historia, *de inventione Crucis Dominicæ*, in eodem Decreto Gelasii, et ipsa *suscipiantur cum omni honore;* an vero dicantur tantum Scripta eadem, *novellæ quædam relationes esse, quas nonnulli Catholici legunt*. Hinc fiet digressio ad examinandam auctoritatem prædictæ Historiæ; utrum illam Papebrochius merito repudiet. Tertia quæstio grammaticalis versabitur, præter alia, circa pronomen relativo-demonstrativum, *Hæc*, in textu Palæonydori : utrum referat demonstretve illa, quæ remotiora sunt a se in memorato textu, sicque salvare possit Enochum de Amathim ; an referat demonstretve alia, quæ sibi propiora sunt. Hunc in finem proponetur amplior Palæonydori contextus, qui plura curioso Lectori consideranda mirandaque dabit, quam ego notare velim pacis causa; si quo modo amari animi leniri possint. Harum igitur trium quæstionum priorem partem C ita mordicus tenet Patern. vestra, ut dissentienti mihi *impostoris* notam atque alia non leviora, quæ vidimus, affricet : alteram partem ego sic tueor, ut tangar commiseratione eorum, qui adeo alucinantur in rebus apertissimis, ut alucinatio non possit errori, sed debeat ignorantiæ crassæ aut pertinaciæ adscribi. Sed de his judicium relinquamus Lectori; quod ut formet, aliud nihil attinet fieri, quam produci ac legi partem ampliorem, quam profert Patern. vestra, contextuum, de quorum intelligentia disputatur. Ex hisce enim solis, vel puer Grammaticæ studiosus, nil a me doctus, declarabit per se quis sensus genuinus sit. Primo loco inspiciamus Decretum Gelasii et LXX Episcoporum.

cujus tres præcipue quæstiones proponuntur,

commode ex ipso textu intelligendæ.

15 In illo Decreto Pontifex, postquam de auctoritate sanctæ Romanæ Catholicæ et Apostolicæ Ecclesiæ, deque prærogativa et Cathedris S. Petri Apostoli exordium præmiserat, sic instituit de librorum variorum auctoritate atque utili aut inutili eorum lectione orationem : *Qamvis aliud fundamentum nullus possit ponere præter id quod positum est, qui est Christus Jesus : tamen ad ædificationem nostram, eadem sancta Romana Ecclesia, post illas Veteris vel Novi Testamenti, quas regulariter suscepimus, etiam HAS SVSCIPI NON PROHIBET scripturas, ID EST, sanctam Synodum Nicænam..... Constantinopolitanam.... Ephesinam.... Chalcedonensem..... Item Opuscula B. Cypriani Martyris. Item B. Gregorii Nazianzeni...... Item Gesta sanctorum martyrum.* Horum tamen Gestorum aliqua saltem, *ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia et eorum qui conscripsere nomina penitus ignorantur; et ab infidelibus aut idiotis superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur; sicut cujusdam Quirici et Julitæ, sicut Georgii, aliorumque hujusmodi Passiones, quæ ab hæreticis perhibentur compositæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta Ecclesia omnes Martyres et eorum gloriosos agones, qui Deo magis, quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramur. Item Vitas sanctorum Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, et omnium Eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. Item Actis beati Silvestri Apostolicæ Sedis Præsulis, licet ejus qui conscripti nomen ignoretur, a multis tamen in urbe Romana Catholicis legi cognovimus, et pro antiquo usu multæ hæc imitantur Ecclesiæ. Item scripta de inventione Crucis Dominicæ, et alia scripta de inventione Capitis Joannis Baptistæ, novellæ quædam relationes sunt, et nonnulli eas Catholici legunt. Sed cum hæc ad Catholicorum manus pervenerint, beati Pauli Apostoli præcedat sententia : Omnia probate, quod bonum est, tenete.* D E

Profertur textus Gelasii.

qui suscipit non prohibet aliquos libros,

in Decreto enumeratos :

sed præter generalem probationem

16 Antequam hoc super textu disseram, debeo notare; æqualiter hic approbari a Gelasio *Scripta de inventione Crucis Dominicæ* (quæ Patern. vestra sine formidine proclamat, *cum omni honore* ab eodem Gelasio *suscepta esse*) *et alia scripta de inventione Capitis S. Joannis Baptistæ*. Quæ adeo et ipsa debent a Gelasio cum omni honore suscepta esse, secundum vos. Sed in eo cedit acumini Patern. vestræ Theologico perspicacitas Historico-Theologica Eminentissimi Baronii, qui approbationem istam Gelasii nuspiam e textu ejus potuit eruere. Quin imo ex eodem censuram scriptis istis adjunxit ejusmodi, qua nullam eis fidem addat suam, sed potius demat. Loquitur enim Baronius de scriptis, quæ de inventione Capitis S. Joannis Baptistæ tractant, in Annotationibus Martyrologii Romani ad XXIX Augusti litt. b, in hunc modum : *Cujus autem fidei sit Tractatus ille de revelatione seu inventione Capitis S. Joannis Baptistæ, declarat censura Gelasii, quæ sic ea quæ ibi sunt, reliquit Lectoris arbitrio, ut quæ vera vel falsa sint, ante examinet, quam probet.* Erant F nempe ex eadem Pontificis censura, utraque scripta *novellæ quædam relationes*. Deinde reprobat Baronius ibidem scripta illa de inventione Capitis S. Joannis Baptistæ, ut apocrypha; similibus fere argumentis ac nos reprobamus scripta de inventione Crucis Dominicæ. Considera nunc, cum quanta cautione et quo ordine procedat Pontifex in supradictis. Texturus catalogum librorum, Catholicis permittendorum, præfigit universalem hanc omnium approbationem, aut permissionem seu non prohibitionem, quod nempe *suscipi non prohibentur* ab Ecclesia; eoque omnes reducit sequentes scripturas per conjunctionem generalem *id est :* et singula eodem respiciunt membra per particulam *item*, in capite singulorum positam ; quæ suum membrum neutiquam refert ad proxime præcedens ; sed ad generalem, ut dixi, non prohibitionem initio præfixam, aut si id non facit, omnino otiosa est particula illa *item*. Præter hanc autem generalem *non prohibitionem*, adjungit Pontifex nonnullis libris particulares aliquas rationes aut censuras, cur securius, aut minus secure legi ; cur laudari ; cur suspecti esse mereantur,

initio omnibus libris præmissam,

adjungit multis etiam particularem censuram,

quæ ad alios non extenditur libros

A tur. Verum hæc adjuncta Censurarum, in singulis Decreti membris, ad suas quæque Scripturas, de quibus illic agitur, sic adstringuntur, ut extendi ad alias non possint, etiam proxime sequentes; uti fatebuntur vel ipsi grammaticæ candidati, ubi textum quem protuli, non oscitanter legerint. Cur enim hæc membra : *Item scripta de inventione Crucis Dominicæ. Item Actus beati Silvestri :* quæ propriam habent censuram, referantur potius ad censuram membri proxime præcedentis, ubi tantummodo *Vitas Patrum*, illic indicatas, *cum omni honore suscipit* Pontifex : quam hoc ipsum membrum de *Vitis Patrum*, referatur ad censuram proxime itidem præcedentis membri, qua dicuntur quæ iam sanctorum Martyrum gesta *in sancta Romana Ecclesia non legi*, quia ab ignotis, infidelibus, aut idiotis minus apte scripta putantur? Præterea, fingamus sensum esse quem ponit Patern. vestra, *ut Pontifex dictum voluerit : Item Actus beati Silvestri cum omni honore suscipimus : Item scripta de inventione Crucis Dominicæ cum omni honore suscipimus :* debes pariter sustinere, in sequentibus ejusdem Decreti membris, idem debere intelligi, dicique de libris *Rufini, Originis, Eusebii, Orosii*, aliisque ibi indicatis, quod illos *cum omni honore susceperit* Pontifex.

sive præcedentes sive subsequentes.

B Id vero esset confundere et sus deque vertere omnia; nec fieri ullo modo potest, ut legenti reliquum Decreti textum patebit. Interea hic tantum inspice, quæ de inventione Crucis Dominicæ produxi ex Decreto illo; comperies, scripta de illa inventione *novellas quasdam relationes* appellari a Pontifice; quas si *cum omni* honorem *ab eodem susceptas* esse sustinere velis, voles ejus prudentiæ injurius esse.

17 Habes hic, Pater adm. Reverende, partem Decreti Gelasiani et LXX Episcoporum, eadem sinceritate prolatam, qua nuper inde in *Amicam Expostulationem* transtuli pauca, quæ Patern. vestra reprehendit, et carpit, et *imposturæ* arguit more suo; atque *ausu valde temerario et successu pudibundo* a me prolata esse, jactat. Miseret me tanti stuporis ac cæcitatis in Professore Theologiæ et quidem Lovanii illam professo. Verum ut stupor ipse sentiat et cæcitas ipsa videat, quæ nolet; conjungenda cum productis ex Decreto Gelasii quædam hic sunt, ex *Appendice vestra ad motivum Juris*, paulo altius repetita. Sic ibi num. 127 loqueris : *Et ut omnes notabiliores simul et semel comprehendam errores, quos*

Additur his textus P. Provincialis

C *Papebrochius in Notis ad Acta Sanctorum commisit; dico et sustineo, ipsum turpiter errasse, quoties a regula et magistra veritatis recedit* (concedo) : *pro ut centies et centies ab ea recessisse convincitur* (id nego). *Nam cum pro regula et magistra veritatis, proprio motu sibi Papebrochius præscripserit sacrosanctæ Sedis Apostolicæ judicium, a quo firmiter statuit et sancte juravit, nequidem latum unguem declinare velle* (optimum Papebrochii et sanctissimum juramentum) : *ostenditur, ipsum ab eo passim recedere, et toto cælo aberrare, ut patet per totam Exhibitionem Errorum* (quæ passim a toto aberrat textu Papebrochii, nec fidem meretur, nisi postquam Papebrochii scripta, quæ impugnantur, simul etiam lecta sint in fonte suo, non adulterata). *Nam* (ita probas modo dicta) *quæ sacrosancta Sedes Apostolica recipit et approbat tamquam vera, vel ut probabiliter talia; rejicit et reprobat passim Papebrochius, tamquam falsa, mendacia, figmenta, et commenta, pro ut variis in exemplis ostendi hic § 2 et 9 : et* UNUM *hic dumtaxat* PRO OMNIBUS *reproduco* SPECIMEN, NOTATU DIGNUM, *quod habetur num.* 11 *et* 12 (imo 12 et 13). *Ubi ostenditur, quod Papebrochius Historiam inventionis Crucis Dominicæ et Acta S. Silvestri* (*quæ S. Gelasius Papa I an.* 494 *in Concilio Romano, cum* LXX *Episcopis*, CUM OMNI HONORE SUSCEPIT, *cum omni vilipendio et contemptu*

qui omnes errores Papebrochii notabiliores colligens,

notabilissimum inde seligit hunc,

quod apocrypham dicat historiam

rejiciat et repudiet; tamquam figmenta et mendacia D (quod figmenta et mendacia hic somniat Patern. vestra; nulla nempe, aut sua tantum; certe somnianti nocitura præcipue!

AUCTORE c. 1. de inventione S. Crucis:

18 Inde porro relicto Papebrochio, ad me converteris his verbis) *Molitur hic astute Janningus adeo insolentem censuram excusare; sed ausu, valde temerario et successu pudibundo. Dicit enim num.* 59 *in Amica Expost. Falsum est, illic (in Concilio Romano) scribi, Acta S. Silvestri cum omni honore suscepta esse. Legebantur tantummodo a multis in urbe Romana Catholicis, et pro antiquo usu multæ hæc imitabantur Ecclesiæ* (Ita dixi et dico; et dici debere sustinebo coram Grammaticis omnibus contra Patern. vestram, quæ tamen sic pergit ex dicto meo verissimo imposturam, non meam uti putat, sed suam consuere). *Ut autem hujus imposturæ ad oculum appareat falsitas, inspiciendum est Concilium tam antiquæ quam novæ impressionis, quod sic habet : Vitas Patrum.... cum omni honore suscipimus. Item Actus beati Silvestri, Apostolicæ Sedis Præsulis, licet ejus qui conscripsit nomen ignoretur a multis tamen in urbe Romana Catholicis legi cognovimus, et pro antiquo usu multæ hæc imitantur Ecclesiæ. Item scripta de inventione Crucis Dominicæ.* Ita Patern. vestra : quæ et pergit sic concludendo insultare mihi. *Quid ad hæc Janningus?* E *Miserum Auctorem Epistolæ Familiaris! Næ ego doleo vices ejus, quod tam inconsiderate famam suam et auctoritatem ludibrio exponat* (*uti in Epist. Fam. num.* 7 *male mihi ipse prius condoluit*) *tam manifestas imposturas referendo.*

deinde me aggreditur,

et rei verissimæ assertorem

impostorem manifestum facit;

19 Hactenus contextus vester, ut jacet, integer; exceptis parenthesibus, quæ Romano charactere inscribuntur. Sed, *quid ad hæc Janningus?* In caritate conabitur vincere gloriabundam ignorantiam et ignorantem accusationem adm. R. Patris Provincialis. Quis enim ex illo scripto seorsim lecto, non damnet Papebrochium *perjurii*, me *imposturæ*, et quidem *manifestæ?* Evolvamus primo imposturam, sed ea conditione, ut alteruter nostrum, id est, ego aut Patern. vestra, qui imposturam fecisse deprehensus fuerit, se impostorem esse reipsa et palam scripto fateatur. Imposturam fecisse arguor ego, quia dixi in *Amica Expost.* num. 59 *falsum esse;* quod in Concilio Romano, sive Decreto Gelasiano, de quo supra, scribatur, *Acta S. Silvestri cum omni honore suscepta esse.* Jam fassus sum, me dixisse; *falsum esse*, ita legi in Decreto; et iterum dico; et F erit mihi magnus Apollo Patern. vestra, si contrarium monstrare, seque sic purgare possit ab injuria, a maledicentia, ab *impostura manifesta*, mihi injuste impacta. Hæc enim in te recident, nisi monstres in me locum habere. Dicis, ad detegendam imposturam meam, *inspiciendum est Concilium tam antiquæ quam novæ impressionis, quod sic habet : Vitas Patrum.... cum omni honore suscipimus. Item Actus B. Silvestri, Apostolicæ Sedis Præsulis, licet ejus qui conscripsit nomen ignoretur, a multis tamen in urbe Romana Catholicis legi cognovimus, et pro antiquo uso multæ hæc imitantur Ecclesiæ. Item scripta de inventione Crucis Dominicæ.* Ita Patern. vestra.

quia nego, Acta S. Silvestri cum omni honore suscepta esse,

licet negatio illa conformis sit Decreto Pontificis,

20 Sed quis Grammaticus inde concludat, *Actus B. Silvestri* CUM OMNI HONORE SUSCEPTOS ESSE a Pontifice? Nullus omnino. Et multo minus inde concludet aliquis, *scripta de inventione Crucis Dominicæ* sic suscepta esse. Inspice, amabo te Lector, invitatus a R. P. Provinciali, Concilium; aut, si illud ad manum non est, inspice hæc ipsa, pro ut inde prolata sunt; et considera paulo attentius. *Vitas Patrum*, ait Pontifex, *cum omni honore suscipimus.* Optime. Sed similiter cum omni honore suscipiat Actus B. Silvestri, ut ais : Ergo hic sensus e sequentibus formandus est : Item Actus B. Silvestri... licet ejus qui conscri-

uti demonstratur.

 V psit

A psit nomen ignoretur, *cum omni honore suscipimus.* Quo posito, supervacanea est reliqua orationis pars *a multis, etc.* ut legenti patet. Dic porro, quid membrum orationis præcedens absolutum, et per se completum, facit ad membrum sequens, cum priori neutiquam connexum? Illud, *cum omni honore suscipimus*, claudit suum solius membrum, monstratque illo contenta, nempe *Vitas Patrum*, a Pontifice *suscipi cum omni honore.* Non sic suscipiuntur contenta membro proxime sequenti, nedum remotiora : Sed illa suas æque habent clausulas proprias ; et *Actus* quidem *B. Silvestri* hanc habent; quod *a multis in urbe Romana Catholicis legi cognoscantur : Scripta vero de inventione Crucis Dominicæ*, habent hanc; quod *novellæ quædam relationes sint, et nonnulli eas Catholici legant.* Et sic alia habent alias clausulas. Ex quibus etiam videre est, Tò *Item*, singulis membris præfixum, ea non connectere inter se, ut dixi, sed respicere ad generalem omnium approbationem, initio positam, qua singulæ scripturæ *suscipi non prohibentur* ab Ecclesia Romana ; aut certe, si eo nolis respicere, otiosum esse.

AUCTORE C. J.

B 21 Quamobrem certum fixumque maneat, *cum omni honore suscipi* solummodo *Vitas Patrum*, illo membro Decreti contentas ; non item *Actus B. Silvestri*; non, *scripta de inventione Crucis Dominicæ*; non, reliqua quæ sequuntur. Quid igitur causæ dicam esse, quod Patern. vestra, semel a me in *Amica Expost.* num. 59 monita errorem hunc, eumdem videre noluerit; noluerit item legere præmissa et subjuncta in Decreto? Sed deducta fronte, iterato eumdem proponat, defendat, pro verissima veritate venditet incautis Lectoribus ; et mihi, recta monenti non recte insultans, *ausum valde temerarium, successum pudibundum, imposturam manifestam* improperet? Si obstinationi in mala fide aut *imposturæ manifestæ* nolim tribuere, cogar saltem tribuere ignorantiæ, in re apertissima seu veræ seu affectatæ. Vera autem unde ortum ducere potuerit non video, nisi ex eo quod Patern. vestra truncaverit, uti passim scripta Papebrochii *in Exhibitione errorum*, ita nunc etiam Decretum Pontificis LXX Episcoporum.

Quæritur causa cur errorem suum dedoceri noluerit

22 Cur enim sic locutus, *Item scripta de inventione Crucis Dominicæ;* amputas reliqua, manifeste doctura, non posse illa scripta intelligi *cum omni honore suscepta* fuisse a Pontifice : uti jam ostendimus, contra assertionem vestram contrariam et fallacem? Cur etiam priora Decreti, ad intelligentiam C ejus plurimum conferentia, non profers in se ipsis, aut legisse saltem atque intellexisse commonstras ; quæ pariter deductura te errorem fuissent? Neque ex eo, quod Actus B. Silvestri *a multis in urbe Romana Catholicis legi cognoscantur;* aut *novellas de* inventione Crucis Dominicæ *relationes nonnulli Catholici legant;* inferre licet, majorem iis auctoritatem inesse, quam insit Epistolæ, quæ Apostolo Paulo affingitur tamquam ad Laodicenses scripta, de qua divus Hieronymus ; *Legunt quidam et* Epistolam Pauli *ad Laodicenses ; Sed ab omnibus explodi- tur.* Atque hæc pro me dicta sunto ; ex quibus judicium formet Lector, uter nostrum *impostor* sit. Ego talem me fateri non dubitabo, si prudens et æquus in præsenti casu me damnaverit imposturæ. Nunc pro Papebrochio pauca.

R. P. Provincialis, etiam monitus:

23 Dicis : *Quæ sacrosancta Sedes Apostolica recipit et approbat, tamquam vera, vel ut probabiliter talia ; rejicit et reprobat passim Papebrochius, tamquam* FALSA, MENDACIA, FIGMENTA *et* COMMENTA ; *pro ut variis in exemplis ostendi hic* § 2 *et* 9 ; *et unum hic dumtaxat pro omnibus reproduco specimen, notatu dignum, quod habetur num.* 12 *et* 13. *Ubi ostenditur, quod Papebrochius historiam inventionis Crucis Dominicæ et Acta S. Silvestri* (*quæ S. Gelasius Papa primus anno* CCCCXCIII *in Concilio Romano, cum* LXX *Episcopis, cum omni honore suscepit*) *cum omni vilipendio et contemptu rejiciat et repudiet, tamquam* FIGMENTA *et* MENDACIA. Modestius, amabo. Imprimis Acta S. Silvestri a Gelasio Papa I *cum omni honore suscepta esse*, jam credes, opinor, falsum esse. Nolim tamen ego errorem illum Patern. vestræ, *mendacia, figmenta et commenta* dicere ; talia vobis libeat, et (si potest) liceat, Papebrochii scripta reputare. Remittis autem me pro *figmentis* et *mendaciis* istis ad paragraphum 2 ipsius *Appendicis.* Ubi *instanter, instantius, instantissime urges*, ut respondeam ad multa, quæ illic enumeras. Dixi in *Epistola famil.* optimam refutationem libri vestri habiturum Lectorem, si conferat per se scripta Papebrochii cum vestris. Me vestra sufficiat in speciminibus paucis monstrasse qualia et quanti sint. Alibi utilius occupor.

qui unum ex omnibus,

D *dignum notatu,*

reproducit argumentum

24 Attamen cum Patern. vestra multa illic enumerata, hic reducat ad unum, atque unum ex omnibus seligat tamquam Achillem suum præcipuum, idque *pro omnibus reproducat specimen notatu dignum*, uti loquitur : lubet specimen illud unum, notatu dignum, pro omnibus reproductum, tantisper spectandum exhibere, et in illo aliorum omnium imbecillitatem monstrare. Si enim illud, quod ex omnibus ipse eligis, præ omnibus *notatu dignum*, inveniatur debile esse aut nullum ; facile intelligi datur, quantulum tribui debeat aliis omnibus. Certe Patern. vestra nec poterit, nec audebit negare, reliqua sua argumenta, in Papebrochium intorta, nulla esse ; si hoc specimen demonstretur esse nullum. Gustemus igitur fontem ex quo reproducis *specimen notatu dignum.* Sic ais num. 12 (nam num. 11, quem etiam citas, nihil invenio huc spectans) : *Item si non sit redactus* Janningus *ad metam non loqui, probet, Papebrochium recte repudiasse historiam inventionis Crucis Dominicæ, tamquam fabellam, fabulam figmentum etc. cum tamen a S. Gelasio Papa I in Concilio Romano an.* 494, *cum* LXX *Episcopis*, CUM OMNI HONORE SUSCEPTA SIT : *et deinceps, a SS. Ambrosio, Gregorio Turonensi, Andrea Cretensi, aliisque illustribus scriptoribus tradita, et per totam Ecclesiam indubitanter recepta.*

inventus in Papebrochium,

E

quod reprobet historiam de inventione S. Crucis.

25 An non similiter recepta fuit, et hodiedum legitur historia de vita S. Silvestri? Et tamen illam valde apocrypham esse ostendimus in *Amica Expost.* a num. 59 : estque reipsa *deturpata compluribus* (ita Baronius loquitur) *mendaciis.* O ! si Baronius esset Papebrochius, qua crudeliter hic vapularet a Patern. vestra ! An non similiter recepta fuerunt atque hodiedum leguntur Acta S. Judæ Cyriaci? Et tamen scatere compluribus, ut cum Baronio loquar, mendaciis convincuntur Tomo I Maji a pag. 445 quamvis aliter sentire Patern. vestra, nequidquam velit. An non similiter receptæ fuerunt et hodiedum leguntur passiones SS. Quirici et Julittæ, nec non S. Georgii celeberrimi pugilis? Et tamen ab ipso Gelasio Papa jam olim in eodem Decreto, de quo egimus, inter apocryphas scripturas relatæ fuerunt. An non similiter, ut infinita prætercam, Epistola Pauli ad Laodicenses ætate Hieronymi, ut jam vidimus, *a quibusdam legebatur? Sed ab omnibus explodebatur :* Verum quid ego ad Achillem illum vestrum? *instanter, instantius, instantissime* a Patern. vestra requisitus, imo compulsus respondere? *A S. Gelasio Papa I in Concilio Romano an.* 494, *cum* LXX *Episcopis*, CUM OMNI HONORE SUSCEPTA EST *Historia inventionis Crucis Dominicæ.* Id vero falsum, falsius, falsissimum est; nolo enim dicere, splendidissimum esse mendacium. Judicet id Lector ex verbis Gelasii, qui rotunde edicit, Historiam illam esse *Novellas quasdam relationes ;* monetque Catholicos, cum ad eorum manus illæ pervenerint,

F

Illam Pontifex nusquam cum omni honore suscepit,

A rint, memores ut sint sententiæ S. Pauli: *Omnia probate, quod bonum est tenete*; indicans, se illis non multum historicæ fidei adhibere, tantum abest ut *cum omni honore susceperit*. An Pontifici injuriam faciat Papebrochius secundando conatus ipsius? aut neges porro, Papebrochium *Historiam Inventionis Crucis Dominicæ*, sive, uti Pontifex loquitur, *Novellas relationes*, recte repudiasse? Nihil attinet id hic monstrari pluribus, postquam de Historia illa prævium Pontificis Romani et LXX Episcoporum audivisti judicium. Legisti insuper Commentarium P. Papebrochii de Inventione sanctæ Crucis, Tomo I Maji a pag. 365: multorum opinione accuratum et laudabilem: licet ægris nonnullorum oculis atque animis recte capi fortasse nequiverit.

sed novellas revelationes vocat:

26 Ad eam nunc denuo legendam sereniori vultu, remitto Patern. vestram, si volet intelligere; eodemque mitto æquos Lectores omnes, illic inventuros probationes Papebrochii ampliore, quam hic ego velim inserere, brevitati studens. Ostenditur, enim ibi in ipso principio (malum omen!) turpiter errasse auctorem, quisquis ille fuerit, in tempore quo inventa Crux dicitur, quod definit ille *annum ducentesimum trigesimum tertium post Passionem D. N. Jesu Christi*, qui est ducentesimus sexagesimus sextus post nativitatem ejusdem Domini nostri; cum certum sit, Crucem primum inventam post Concilium Nicænum, id est post annum ducentesimum nonagesimum secundum a Passione, trecentesimum vigesimum quintum a Nativitate; atque ita antevertit verum tempus inventionis sanctæ Crucis annos, ut minimum, septuaginta. Eodem anno facit regnare Constantinum Magnum; qui tantum abest, ut tunc regnaverit, ut natus nondum fuerit; atque vix scio an vel nata fuerit Helena mater ejus. Potest certe tunc nondum nata, et tamen Constantini mater postea fuisse, quantum ad temporis intervallum spectat. Facit præterea, *gentem barbarorum multam, super Danubium congregatam, ac paratam ad bellum*, timorem Constantino incussisse *usque ad mortem*; idque *in sexto anno regni* ejus: quando nempe, ex quo regnare cœperat, Danubium aut Orientem nondum viderat, nec aliquanto post visurus erat, subigendo Galliam atque Italiam occupatissimus, et hoc ipso sexto imperii anno, magno apparatu ad Tiberim contra Maxentium movens: quando et signum Crucis conspicatus est in aere; quod auctor Historiæ ei visum fuisse, perperam dicit, quando contra Barbaros ad Danubium movit: quo ne movit quidem, nisi aliquot post annos, ut dixi, rebus in Occidente, pacatis.

ejus Auctor ostenditur multipliciter errare,

B

in tempore inventionis S. Crucis

et imperii Constantini,

C

27 A Danubio commode deduci visus est Auctori *Rex Constantinus in suam civitatem*, utique Constantinopolim; unde *mittens ad Eusebium Episcopum urbis Romæ, fecit eum venire ad se, qui catechizavit eum fidem Christianorum, et baptizavit eum*. Quot hic monstra historica! Obiit Eusebius Papa anno Æræ vulgaris CCCX ex nostra, anno vero CCCXI ex aliorum sententia; et hic est imperii Constantini sextus. Recte hæc coincidunt, cum præmisso temporis charactere, quo barbaros, Danubium transeuntes, repulsos fingit victosque a Constantino fuisse. Quod ut supponamus tam vere factum esse quam esse falsum: quomodo Constantinus in *suam civitatem* CP. tunc venerit, quam anno imperii sui XXIII primum construere cœpit e Byzantio? Quomodo porro conciliabit Patern. vestra hunc locum cum sua de baptismo et baptista Constantini opinione, in *Exhibitione errorum*, in *Motivo* juris, in *ejus Appendice* mordicus, sed cæco modo defensa? Vult Historia illa, ab Eusebio Papa baptizatum Constantinum fuisse, quod nemo idoneus auctor asseruit hactenus, neque ipsa Patern. vestra credere potest etiamsi cuperet. Vult Historia, Eusebium Roma Constantinopolim profectum; qui (ut extiterit tum Constantinopolis) pedem in Pontificatu non extulit Italia; et nescio an extulerit Roma, paucorum mensium, ex nostro calculo, Pontifex. Vult denique, Constantinum Constantinopoli baptizatum esse. Sed neque hoc admittere potest aut Patern. vestra aut ullus historicus.

item in loco visæ illi Crucis in cælo,

D

auctore c. I. denique in ipso Baptista et baptismi loco.

28 Prætermitto plura: cum gustati fontes adeo turbidi atque amari, sufficiens de reliqua aqua judicandi argumentum sint, et tota Historia, ut jacet, ex quatuor MSS. edita, legi possit Tom. I Maji a pag. 449: ubi de *S. Juda Quiriaco*. Prætermitto etiam, falsum esse, quod a *S. Ambrosio tradita sit*, ut ais, Historia eadem de Inventione sanctæ Crucis. Agit quidem Ambrosius de Inventione illa, eamque vere factam esse credit atque asseverat, uti et credit et asseverat Papebrochius: sed de Historia Inventionis, de qua hic; nihil invenio apud Ambrosium: imo quæ de Inventione narrat ipse, ac præcipue de indicio salutiferæ Crucis; plane diversa sunt ab Historia prædicta. Prætermitto insuper, quod Patern. vestra, incauta (ut sæpissime alias) scribat, Ambrosium *deinceps* (a tempore videlicet Gelasii Papæ) tradidisse Historiam Inventionis sanctæ Crucis, atque adeo *deinceps* vixisse; cum tamen seculo ante Gelasium integro, minus anno uno, mortuus sit. Quod si tam parum accuratus historicus es, ubi ipse historicum profiteris, in scriptione propria: qualis eris in scriptione aliena? Denique prætermitto negare, quod Historia illa *per totam Ecclesiam indubitanter recepta sit*, uti ais, sed non probas; cum id dudum pro me negaverit Gelasius, *Novellas relationes* illam appellans: post cujus judicium, quid attinet examinare *Gregorium Turonensem*, *Andream Cretensem*, *aliosque illustres scriptores*, quos non nominas? Omnes enim, si Catholici sunt, subjicient se æque prompte quam Patern. vestra, judicio Pontificio; revocaturi etiam si viverent, sicubi nimis creduli aliorum dictis, ab illo forte recesserint: quod hic, ut dixi, examinare mihi non vacat.

Falsum est, S. Ambrosium probasse historiam prædictam,

et magis falsum probasse post Gelasii tempora:

E

falsum etiam in tota Ecclesia esse receptam.

29 Examinet hæc Patern. vestra, atque tum judicet, uter nostrum *redactus sit ad metam non loqui*: utrum ego *astute molitus sim*, *insolentem censuram* Papebrochii, ut ais, *excusare*, idque *ausu valde temerario et successu pudibundo*; an potius indigeat Patern. vestra causidico, qui adeo insolentem ipsius et iniquam censuram, atque ausum valde temerarium et successum pudendum, excuset, si possit? F Transeo ego a quæstionibus Grammaticalibus circa intelligentiam Decreti Gelasiani, in quantum spectat ad *Actus B. Silvestri*, atque ad *Scripta de inventione Crucis Dominicæ*; ad tertiam iis similem, de intelligentia Bullæ Sixtinæ.

30 Quæstio est, utrum illic per *Enoch* intelligi debeat *Propheta veteris Testamenti*, notus in Genesi; an vero non Propheta, sed *Discipulus Christi e septuaginta*, *comes S. Marci*, *de Amathim* a vobis cognominatus. Illud assero ego, et probo in *Amica Expost.* a num. 93, quo Lectorem remitto. Hoc adstruit Patern. vestra cum suis post Palæonydorum; utque simules, te nihil dimoveri scriptis meis a præconcepta opinione aut pertinacia; *Transeo*, inquis in *Appendice* a num. 83, *ad ineptissimum Janningi glossema circa summorum Pontificum Bullas, dicentium; Carmelitas, sanctorum Prophetarum Eliæ, Elisei ac Enoch; nec non aliorum sanctorum Patrum, qui montem sanctum Carmeli inhabitarunt, successionem hereditariam tenere.* Ubi Janningus *audet asserere, per Enochum intelligi posse, Enochum antiqui Testamenti*. Recte ais. Addo autem, et intelligi debere. Progrederis vero: *Quis, nisi tuis plenus et malevolus criticus, a passione sua excæcatus, per Eliseum, Enochum;*

Quæstio tertia, an per Enoch in bulla Sixti IV

intelligi debeat Propheta antiqui Testamenti!

AUCTORE C. J.

A *Enochum; nec non alios sanctos Patres istos, intelliget aliquos Elia Propheta longe anteriores et seniores, qui in monte Carmelo juxta Elianum institutum numquam vixerunt?*

Non est insipiens qui id affirmat;

31 Vis dicam, quis sit ille *insipiens et malevolus criticus, a passione sua excæcatus?* Omnes illi Reverendi Patres Carmelitæ, qui cum *adm. R. P. Daniele a Virgine Maria, Carmeli Flandro-belgici Ex-provinciali et Historiographo*, in Speculo Carmelitano, anno MDCLXXX quatuor voluminibus edito, ex *Catalogo seu Kalendario vetusti Codicis MS. Carmeli Mechliniensis*, tenent pro *Sancto Ordinis Carmelitani Enochum*, antiqui Testamenti *Prophetam;* licet hic *Elia Propheta longe anterior et senior* sit, et *in monte Carmelo juxta Elianum institutum numquam vixerit.* Sic enim ex Catalogo isto in Speculi prædicti tomo 2, sub initium legitur: XX *Maji, Enoch Carmelitæ Prophetæ.* Neque intelligere hic licet alium, quam Prophetam antiqui Testamenti; quia in eodem Catalogo condistinguitur a prætenso *Enoch Episcopo, discipulo Christi*, et ab *Enoch Patriarcha Hierosolymitano*, de quibus VII Julii et XII Augusti ibidem agitur. Neque tamen hinc inferas, *Enoch Episcopum, Christi discipulum* ante Palæonydori tempora fuisse notum mun-

nisi velint Carmelitæ omnes, incipientes audire:

B do. Constat enim imprimis, Codicem illum MS. Conventus Mechliniensis, quamvis vetustissimus vobis sit, post editam a Sixto IV Bullam, quando florebat Palæonydorus, conscriptum esse. Constat deinde, isthæc de Enoch prædicto, Christi discipulo, recentiori manu Codici adjecta esse: atque ut fieri non potuit ante Palæonydorum; verosimillimum est, aut per ipsum, aut post ipsum, et forte diu post, factum fuisse.

32 Sed pergis *ineptissimum meum glossema* refutare; sic probans, non posse per Enochum intelligi *anteriorem et seniorem* Elia, qui in Carmelo numquam vixerit: quia vobis *evidens est, per Eliseum, Enochum, nec non alios sanctos Patres, in dictis Bullis intelligi non posse alios, quam Eliæ Prophetæ successores, discipulos et sequaces, qui cum ipso, vel post ejus raptum, in monte Carmelo juxta propheticum ejus institutum vixerunt.* Dictum imprudens, et rerum suarum obliti! Infero enim; Ergo *S. Joannes Baptista*, Christi Præcursor: ergo *S. Andreas*, Christi Apostolus; ergo S. Joannis Baptistæ Discipuli, iidemque Enochi de Amathim (ita enim vos gratis supponitis) socii, et in Gallia deinde Episcopi, *S. Mar-*

si debet intelligi successor Eliæ in Monte Carmelo,

C *tialis Episcopus Lemovicensis, S. Saturninus Episcopus Tholosanus primus, S. Fronto Episcopus Petragoricensis, S. Nathanael, Philippi Apostoli germanus, Episcopus Bituricensis;* ergo *gloriosissima Virgo Maria;* ergo *beatissima Maria soror Lazari, et Martha;* ergo *sanctissima Thecla, virgo, Romanorum nobilissima. Pauli Apostoli discipula;* aliique innumerabiles, quos cum Palæonydoro lib. 2 cap. 2 et alibi contenditis, *Carmelitas* fuisse; revera tales numquam fuerunt: quia *cum Elia, vel post ejus raptum, in monte Carmelo* numquam, quod scitur, *vixerunt.* Nihilominus non potest per *Enochum*, in Bulla Sixtina nominatum, intelligi alius (et hoc vobis *evidens est*) quam *Eliæ successor*, qui *in monte Carmelo vixerit.* Atque ita male cauti, exclusionem tot aliorum pro nihilo ducitis; dummodo excludatur e Bulla et numero Carmelitarum Enochus veteris Testamenti; tum quia *in monte Carmelo non vixit*, tum quia *anterior est Elia.*

neque Joannes Bapt. nec multi alii fuerint Carmelitæ,

quia numquam in Carmelo vixerunt.

33 Dic, amabo; si Pontifex scripsisset, *Carmelitas sanctorum Prophetarum Eliæ, Elisei ac* JOANNIS BAPTISTÆ *hereditariam successionem tenere:* an Pontifex e sententia vestra locutus fuisset? Non audebitis negare. Et tamen Joannes Baptista nusquam legitur aut scitur inhabitasse montem Carmelum. Cur igitur debet Enochus inhabitasse montem illum,

Quod anterior Elia fuerit Enochus

ut hic nominari possit a Pontifice et intelligi Carmelita? At, inquit, est Enochus tempore anterior Elia, et posterior illo nominatur in Bulla. Quid tum? Solummodo sequi inde potest, non Enochum, sed Eliam primo loco nominatum, pro præcipuo auctore Ordinis haberi; aut ab Elia principaliter, minus principaliter ab Enocho *hereditariam successionem teneri;* uti Pontifex loquitur. Non sequitur autem, quod Enochus non posuerit principia quædam Prophetici Ordinis, quæ deinde perfecerit Elias. Quis enim reprehendat Pontificem (vos certe nullo modo potestis) si nunc definiat: *Carmelitas Discalceatos, Sanctorum Theresæ, Joannis a Cruce, Eliæ ac Elisei hereditariam successionem tenere?* Et tamen præcipuum Ordinis sui auctorem agnoscere debent Patres Discalceati S. Teresam, quæ fundamenta quædam, ab anterioribus et senioribus posita inveniens, superædificavit Ordinem religiosissimum, cujus ipsa Mater et Auctor et *Fundatrix* merito audit, etiam ex oraculo Pontificio. Similiter ratiocinare illic de Enoch, uti hic de Elia. D

nihil impedit quo minus nominetur Carmelita

34 Præterea nuspiam ibi vocat Pontifex Institutorem aut Fundatorem Ordinis Carmelitani Eliam, aut Eliseum, aut Enochum; sed tantum ait, Carmelitas inde *hereditariam successionem tenere.* Quod sane evidens non est, sonare Institutorem aut Fundatorem proprie dictum; et ad Enochum referri etiam commode potest. Certe ego successionem hereditariam naturæ teneo, propius quidem ab atavo meo tritavoque; sic tamen ut negari non possit, me illam pariter tenere ab Noe atque Adamo, longe anterioribus. Denique considera attentius Pontificis effatum. Bipartitur is illud in *Prophetas* et *sanctos Patres*, utriusque membri partitionem notans per, *nec non*: ita ut priores intelligantur tantum Prophetæ, aut (si illos malis etiam Patres dicere) intelligantur simul Prophetæ ac Patres esse: posteriores vero intelligantur solummodo esse Patres, qui montem sanctum Carmeli inhabitarunt: atque ideo explicari debeat Pontificia sententia hoc modo: Carmelitæ, *sanctorum Prophetarum Eliæ, Elisei ac Enoch* successionem hereditariam tenent; nec non, eidem Carmelitæ, *aliorum sanctorum Patrum qui montem sanctum Carmeli inhabitarunt*, successionem hereditariam tenent. Ex qua propositionis Pontificiæ analysi observabis primo, Enochum non posse illic non intelligi *Prophetam*, æque ac Eliam et Eliseum. Certe si abstrahas Enochum istic e numero Prophetarum, non constat sibi oratio, sed est falsa; si addas ipsum Prophetis, constat sibi; ut patet, ac est vera. Quemadmodum si dicas: Apostoli, a Christo inter duodecim vocati, sunt Petrus, Andreas et Enochus de Amathim: vera esset propositio, si omnes reipsa essent Apostoli. Nunc autem, cum unus talis non sit, propositio est falsa: qui est hypothetica copulativa affirmativa, quæ ut simpliciter vera sit, requirit omnium partium existentiam pro ut enuntiantur existere: ut sit simpliciter falsa tota, satis est deficere existentiam partis unius.

E

a quo et successio aliqua teneatur.

Distinguit Pontifex inter Prophetas et Patres,

F

cujus propositio falsa est tota, nisi Prophetis addatur Enoch,

quia una pars est falsa.

34 Ex eadem propositionis analysi observabis secundo, manifestum etiam fieri, quod habitatio in Monte Carmelo non referatur necessario ad Prophetas, sed per relativum *qui*, aptissime conjungatur cum proximo membro tantum; ut soli Patres debeant in Carmelo vixisse, non item Prophetæ, ex vi Bullæ in qua nominantur; quamvis duo horum reipsa in Carmelo aliquamdiu vixerint. Ita si ego dicam, Jesuitas S. Ignatii de Loyola, nec non aliorum religiosorum virorum, qui institutum ejus secuti sunt, hereditariam successionem tenere; nemo referet relativum *qui* ad Ignatium, quod est primum membrum: referent autem omnes ad secundum tantum; nempe ad religiosos viros, qui secuti sint Ignatii

Enoch non debet vixisse in Carmelo ex vi Bullæ

Censetur censura P. Provincialis,

A Ignatii institutum. Restat igitur ut quærat mihi Patern. vestra Enochum alium, qui sit *Propheta*, præter illum antiqui Testamenti; et respondeat apte ad hactenus dicta, ut merito mihi exprobrare possit (quod nunc immerito facit) explicationem meam sententiæ Pontificiæ esset *ineptissimum glossema, contra summorum Pontificum Bullas*, et quidem *insipientis aut malevoli critici, a passione sua excæcati*. Quantum excæcata esse passio debet, ubi animus tam est perturbatus, ut nihil recti videat aut loquatur; quamvis ubique evidentiam sibi fingat videre et loqui! Sic enim concludis num. 891.

evidentiam videntis, ubi tenebræ sunt,

35 *Cum igitur evidens sit, dictas Bullas necessario esse intelligendas de aliquo Enocho, Eliæ discipulo et sequaci, qui inhabitavit montem Carmeli* (id jam monstravimus *necessarium* non esse: et si pergis *necessario* requirere, expungere e numero Carmelitarum debes S. Joannem Baptistam, cum reliquis quos enumeravimus, aliisque qui numquam videre Carmelum) *et alius inter filios Prophetarum ac sequaces Eliæ non reperitur præter Enoch de Amathim, qui cum Marco Evangelista perrexit in Ægyptum, et post ejus martyrium, reversus in montem Carmeli, ibidem* B *sanctissime vixit et obiit anno Domini* LXIV, *ut refert Palæonydorus in Fasciculo tripartito lib. 2 cap. 2.* (Audiemus te de hoc iterum, ubi monstraveris Enochum de Amathim aliquando extitisse in rerum natura: quod numquam evincet auctoritas solius Palæonydori, annos abhinc ducentos non amplius scribentis) *Hinc per Enochum, in Bullis Pontificum, intelligimus Enochum de Amathim* (ita est, et quidem omnes hactenus scriptores vestri post Palæonydorum, nullus vero ante ipsum): *nisi malit Janningus intelligere Enochum Patriarcham Hierosolymitanum.*

in iisque Enochum de Amathim, Christi discipulum,

ab annis 200 primum in lucem editum, obstetricante Palæonydoro.

36 Si hoc mihi concedas, jam actum est, saltem hic, de auctoritate Palæonydori et omnium eum secutorum. Nolunt hi Enochum intelligi Patriarcham Hierosolymitanum. Junior is est, quam ut possit quæ ipsi volunt antiqua confirmare, seculo XIII mortuus. Reposcent omnes Enochum de Amathim, nihil pensi habentes, quidquid Patern. vestra aliter interpretetur, aut adacta concedat, alium intelligendum Enochum quam de Amathim. Nec sane mihi per ipsos licebit, tametsi *mallem*, per Enochum in Bulla intelligere Patriarcham Hierosolymitanum. Continuo enim clamitarent omnes, æque injurium me esse Ordini suo, et æque, *contra evidentem veritatem*, æque *fraudulenter*, æque *in derisum Ordinis Carmelitarum*, sic a me explicari Bullas Pontificum: quam C id clamitavit Patern. vestra, cum intelligendum dixi Enochum antiqui Testamenti. Ut enim hic Patern. vestræ nimis antiquus, sic ille aliis scriptoribus vestris nimis recens est: ideoque nolunt, nec vero possunt admittere Enochum Patriarcham prædictum, nisi omnes propriam sententiam, jam mortui, revocent in gratiam Patern. vestræ, ac deleant e Bulla Pontificia voculam *Propheta*, qualem expresse notat Pontifex fuisse Enochum, ut monstravimus; pro eaque supponant voculam *Patriarcha*.

Per Enoch non potest intelligi Patriarcha Hierosol.

sine indignatione aliorum Carmelitarum

37 Sequitur deinde numerus vester 88: pro quo notandum hic est, dubium me movisse in *Amica Expost.* num. 97, *An RR. Patres Carmelitæ haberent auctorem antiquiorem Palæonydoro ullum idoneum, qui noverit Enochum de Amathim, Christi discipulum, septimo loco inter Septuaginta duos vocatum, S. Marci Comitem, Episcopum Nicopoleos, Carmeli incolam, anno Christi* LXIV *die* VII *Julii mortuum: an non haberent?* Et post pauca: *Primus fuit Palæonydorus* (*ut suppono, cum antiquiorem nullum citatis; nec, puto, citabilis, qui anno* MCCCCXCVII *in lucem profert Enochum de Amathim, antea omnibus ignotum.* Ita ego loco citato: sed quæ interpretatur Patern. vestra numero suo prædicto, a me *putari et supponi contra evidentem veritatem. Nam*, inquis, *ipse Palæonydorus*, D *quando in Fasciculo tripartito lib. 2 cap. 2 narrat, quomodo Enoch de Amathim, comes S. Marci, post hujus martyrium reversus sit in montem Carmeli etc. subdit: Hæc in Historia Alexandrina, et in Libris de Institutis Monachorum, et in Supplemento Sigeberti de illustribus viris; quæ Palæonydoro sunt longe antiquiora.*

ut ostendat P. Provincialis,

me supponere aliquid contra evidentem veritatem,

AUCTOR C. I. profert textum Paleonydori truncatum,

38 Fateor hæc omnia legi apud Palæonydorum: sed et fateri debet Patern. vestra præter illa legi quædam alia, hic truncata per mysteriosum, *etc.* Et omnia ista ego probe perspecta habui, quando postulavi auctorem *idoneum*, Palæonydoro antiquiorem, qui novisset Enochum de Amathim. Si vere sibi persuadeat Patern. vestra, citari a Palæonydoro Historiam Alexandrinam, Libros de Institutis Monachorum, ac Supplementum Sigeberti, pro *Enocho de Amathim*; quasi nominaverint noverintve hi Auctores Enochum istum: mirabile sane est, quod ipse a me rogatus postulatusque non promas Auctorum verba, Enochum de Amathim appellantia nominatim, aut ejus mentionem quoquo modo facientia. Profecto si talia laterent in citatis Auctoribus, Patern. vestra, scrutata minutissimos quosque E apices per tota *Sanctorum Acta* labore diutino, ut carperet Papebrochium; quovis impendio ac labore erueret e latebris suis thesaurum istum, hactenus frustra quæsitum, in defensionem suam. Atque hæc satis forent ad monstrandum, non *putari et supponi* a me *contra evidentem veritatem*, vos auctorem Palæonydoro antiquiorem pro Enocho de Amathim proferre non posse. Verumtamen, quoniam truncatum per, *etc.* mihi textum objicis Palæonydori, evolvendum mysterium est, productis hic, non tantum latentibus sub illo, *etc*, sed præmissis quoque a principio Capitis; quod sic orditur Palæonydorus:

qui integre lectus nihil habet contra me,

uti hic profertur, ab initio capitis repetitus.

39 *Satis est jam brevibus deductum, quod Joannes Baptista, verus fuerit Religionis Carmeli observator et princeps, cum discipulo suo S. Andrea. Nunc vero de ceteris discipulis ejus restat declarandum. Quamvis vero discipulorum ejus paucorum nomina Evangelistæ exprimant; tamen plures eos fuisse, describunt, qui Patrem suum Joannem Carmelitam, ipsi Carmelitæ, sinceriter observantes, postea Christo, et deinceps Apostolis familiarissime adhæserunt. Horum unus fuit Sylas, comes Apostoli Pauli, de quo habetur Actuum 15 Capitulo. Ipse quievit anno Domini* LXXIV, *Julii die* XIII. *Alter, Martialis filius Addi, Petri Apostoli consanguineus et S. Stephani, Episcopus Lemovicensis, Galliæ, ultima Junii ab hoc seculo migravit. Tertius, Saturninus filius Legiæ Regis Achaiæ, Episcopus Tolosanus primus, martyrio coronatus penultima Novembris.* F *Quartus, Fronto Episcopus Pictagoricensis, qui S. Martham sepelivit. Iste postquam cooperatus fuisset Fratribus in constructione ecclesiæ in honore Virginis gloriosæ in sancto monte Carmeli, fuit in prædicto loco suæ nativitatis Episcopus constitutus. Construxit igitur illic monasterium,* LXX *secum habens discipulos, teste* (a) *Vincentio in Speculo. Vide ibi. Hujus festum colitur* VIII *Kal. Novembris, id est* XXII *die Octobris. Quintus, Nathanael, Philippi Apostoli germanus, qui et Urcissinus dictus est, Episcopus Bituricensis, in Lege doctissimus. Ipse decessit mensis Novembris die* IX. *Et alii Carmelitæ, discipuli Joannis, multi; quorum nomina sunt in Libro vitæ.* Gratulari hic ego in transitu vellem sanctis istis et antiquissimis Gallarum Ecclesiis originem suam, si sperare possem futurum, ut gratulatio mea non videretur ipsis improperium esse. Supersedebo igitur gratulatione ejusmodi tantisper, dum antiquior, in re antiquissima, Palæonydoro mihi auctor monstretur, qui Carmelitam agnoscat in primis prædictarum Ecclesiarum Episcopis.

Ubi Carmelitæ veri dicuntur sancti Joannes Bapt.

Andreas Apost.

Sylas, comes S. Pauli;

Martialis, consanguineus SS. Petri et Stephani;

Saturninus et Fronto, discipuli Christi;

a Nathanael germanus S. Philippi,

et Enoch de Amathim,

A *AUCTORE C. J.*

40 *Istos*, quos modo enumeravimus S. Joannis Baptistæ Discipulos, Episcopos Galliarum primos, *habuit socios sanctissimus Enoch de Amathim, puer, velut alter Samuel, a parentibus in montem Carmeli adductus, virgo permanens. Hic Enoch prius in montem Carmeli Fratrum Rector et Præpositus fuit constitutus. Cum vero locum suorum Fratrum circa Jordanem visitaret, audivit S. Joannem, Christum Dominum commendare, ubi dixit: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Tunc cum quibusdam Fratribus suis deinceps Christo junctus est, ab eo septimus in numerum Discipulorum* LXXII *ordinatus. Et hoc non sine mysterio factum creditur. Nam primus Enoch, fuit septimus ab Adam in linea Seth, translatus in paradisum, significans septimam ætatem, in qua beatus Enoch Carmelita beatam et eremiticam vitam peregit. Inde post Ascensionem Christi, ab Apostolis Nicopoli Episcopus ordinatus, vocatis quibusdam de Fratribus, monasterium ibi constituit. Sed tribus tantum annis illi ecclesiæ præsidens, beato Marco adhæsit. Tandem Marcus ad Romam missus, visitatis Aquileia, Cypro et monte Carmeli, profectionem fecit in Ægyptum. Unde* (b) *Philo: Itaque Marcus, assumpto Enoch eremita montis Carmeli, cum Evangelio quod ipse confeceral, perrexit in Ægyptum.* B *Ubi constructis monasteriis et Fratribus religiose institutis, Enoch ad Terram sanctam post Martyrium S. Marci reversus, in monte Carmeli contemplationi et orationibus vacans, die* VII *mensis Julii diem clausit extremum: ubi anno Domini* LXIV *a Fratribus digno cum honore traditus est sepulturæ. Nam cum in primordiis fidei pauci quidem, sed probatissimi, Monachorum nomine censerentur, qui a beato Marco, qui primus Alexandriæ præfuit, suadente Enoch Christi discipulo, normam suscepere vivendi, eo fervore lectioni, orationique, ac operi manuum diebus et noctibus incumbebant, ut nec escarum quidem appetitus vel memoria, nisi altero tertiove die incideret, corporis interpellante inedia. Hæc* (c) *in Historia Alexandrina, et in Libro de Institutis Monachorum, et in Supplemento Sigeberti de illustribus viris.*

[Marg.: qui ex Rectore Fratrum in monte Carm. — fit discipulus Christi ordine septimus, — et Nicopoli Episcopus fundat monasterium Fratribus suis; — inde Marcum comitatur Romam, — b — et redux in Carmelum, moritur anno 64. — Prima eorum Monachorum disciplina proponitur — ex Historia Alexandrina,]

41 Huc usque Palæonydorus in editione prima, vivente auctore, anno M CCCXCVII absoluta Moguntiæ, *impensis venerabilis Patris Joannis de Cronenberg, Prioris Conventus Moguntinensis Ordinis Carmelitarum.* Quæ similiter ita leguntur in editione secunda, Venetiis anno MDLXX curata, *sumptibus Communitatis Carmeliticæ; ita disponente ejus Patre* C *Joanne Baptista Rubeo, Priore et Magistro Generali dignissimo;* cui ipsam dedicat ejusdem Ordinis *Frater Pompeius Zuccala, Conventus Venetiarum Regens,* doctorali laurea insignis. Tribus in præmisso contextu locis diversis video citari a Palæonydoro nominatim Scriptores, quorum auctoritate confirmet sua dicta. Sub initium, ubi littera a, citat *Vincentium in Speculo*; sub medium, ubi littera b, citat *Philonem* ejusque verba adducit; sub finem vero, ad litteram c, citat *Historiam Alexandrinam, Librum de Institutis Monachorum et Supplementum Sigeberti.* Primus et ultimi Auctores ita citantur, ut præmissa, etiam altius repetita, videri possint ab iis tradita fuisse: cum tamen primus nihil præmissorum habeat, præter illa quæ proxime præcedenti versu dicuntur de *Monachis* LXX, *ad serviendum Domino congregatis a S. Frontone.* Quam alte autem repetenda sint, quæ tribuuntur ultimis Auctoribus, non facile definitus est; nisi quod illa imprimis, et forte sola, utpote proxima, tribui eis debeant, quæ Patern. vestra sub mysterioso *etc.* involvere tenebris conatur, ad altiora extendens auctoritatem eorum, quam par est: absconditis iis, quæ propius et certo noscuntur intelligenda. Quidni auctoritas ultimorum Auctorum æque restringatur ad proxime dicta, quam restringitur auctoritas primi?

[Marg.: teste Palæonydoro; — qui Auctores alios citat — pro proxime dictis a se, — nec pro remotioribus.]

42 Fateor quidem quod imprudens aut pervicax D aliquis imaginari sibi possit, possitque sustinere animo obstinato velle, non tantum pro iis, quæ proxime præcedunt, sed pro remotioribus quoque, citari Vincentium. An autem id Lectoribus suis etiam videri voluerit Palæonydorus, non disputo. Certum interea est; non debere, nec posse, ad remotiora referri auctoritatem Vincentii, solumnodo dicentis (quantum spectat ad præsens argumentum) quod Fronto, Episcopus Petragoricensis, LXX *Monachos ad serviendum Domino congregavit.* Nihil autem ibi Vincentius de conversatione Frontonis cum S. Joanne Baptista ad Jordanem; nihil de mora ejus in Monte Carmelo, nedum de ecclesia beatæ virgini Mariæ ibidem ab eo constructa; nihil de sepulta ab eodem S. Martha. Hæc aliunde debet confirmare Palæonydorus, aut Patern. vestra, si velitis credi. Ut autem mea quæ dico, credatis, non mihi, sed oculis vestris, subjicio verbotenus textum Vincentii, quatenus huc facit, e lib. 9 cap. 43, collatum cum textu Palæonydori de Frontone. Palæonydorus, ut supra vidimus, sic habet: *Quartus*, e Discipulis nempe S. Joannis Baptistæ, *Fronto Episcopus Pictagoricensis, qui S. Martham sepelivit. Iste postquam cooperatus fuisset Fratribus in constructione ecclesiæ in honore Virginis gloriosæ in sancto monte Carmeli, fuit* E *in prædicto loco suæ nativitatis Episcopus constitutus. Construxit igitur illic monasterium,* LXX *secum habens discipulos, teste Vincentio in Speculo.* Vincentius autem sic loquitur: *Fuit etiam S. Fronto, qui a prima ætate Deo devotus, et a Petro Apostolo Romæ ordinatus, atque in urbem Petragoricam, in qua natus est, primus destinatus Episcopus,* LXX *Monachos ibidem ad serviendum Domino congregavit.* Viden', nihil facere auctoritatem Vincentii ad ea quæ paulo remotiora sunt, de sepulta S. Martha et extructa ecclesia; quæ tamen videri potest Palæonydorus tribuisse Frontoni.

[Marg.: ut patet ex eorumdem textu, — collato cum textu Palæonydori:]

43 Conferat modo Patern. vestra, quæ dicimus de citatione Vincentii, cum citatione Historiæ Alexandrinæ atque aliorum duorum; et rationem reddat, cur horum auctoritas altiora in textu respiciat, quam auctoritas illius: nisi reddas, producto Historiæ istius aut aliorum Auctorum textu (uti ego Vincentianum produxi) præsumetur, par utrobique citandi Auctores illos motivum fuisse Palæonydoro, et pari modo citatos esse, nempe ad confirmandum proxime dicta. Hæc autem Patern. vestra in cita- F tione ultimorum auctorum, oculis subjicere verita sepelire optat sub mysterioso *etc.* parum fideliter allato textu. An non infidelis ego historicus forem, si præmissum Palæonydori textum, ubi Vincentium citat, allegarem, suppressis per *etc.* illis omnibus, quæ in Vincentio leguntur; ac dicerem: *Fronto, qui S. Martham sepelivit, postquam cooperatus fuisset Fratribus in constructione ecclesiæ in honore Virginis gloriosæ in sancto monte Carmeli, fuit Episcopus Pictagoricensis constitutus* etc. *teste Vincentio in Speculo.* Infidelis enimvero citatio foret hæc! quæ per *etc.* faceret, ut citati auctoris nihil citaretur; atque lectores manifeste induceret in errorem; opinaturos, a Vincentio doceri, extructam Virgini in Carmelo ecclesiam: quod nequidem somniavit Vincentius, ut videre est apud ipsum loco indicato. Nolo hæc applicare pluribus citationi vestræ et æque mysterioso *etc.* de quo supra: eadem enim utrobique est ratio. Quia tam vestrum *etc.* Lectorem inducit ad credendum, citari Historiam Alexandrinam pro Enocho de Amathim, quod falsum est; quam induceret meum, ad credendum, citari Vincentium pro ecclesia beatæ Virginis prædicta, quod pariter falsum est.

[Marg.: qui parum fideliter allegatur a P. Provinc.]

44 Imo tametsi auctoritas Vincentii referri posset etiam

Pronomen Hæc, proxima refert.

A etiam ad altiora, non potest eo tamen referri auctoritas ultimorum Auctorum; quia hanc ad proxima restringit ipse Palæonydorus per relativo demonstrativum pronomen *Hæc*, quod proxima; uti pronomen *Illa*, remotiora demonstrat: ut sensus Palæonydori sit: *Hæc*, id est, quæ modo retuli, de fervore atque assiduitate Monachorum in lectione, oratione, ac opere manuali, deque abstinentia eorum et jejuniis triduanis (quæ omnia sub *etc.* transmittit silentio Patern. vestra) *in Historia Alexandrina, et in libro de institutis Monachorum, et in Supplemento Sigeberti de illustribus viris.* Jam capio, quid referat demonstratve τὸ *Hæc;* quid item probari possit ex Auctoribus his, quando integer producitur Palæonydori textus. Nihilominus tametsi integer, candide, sine truncatione allegatus is textus fuisset a Patern. vestra; necdum scio, an integra continuo fides Palæonydoro habenda esset, in vaga citatione Historiæ Alexandrinæ Auctorumque sequentium; cum nullum ex iis verbum ipse aut Patern. vestra producat. Ratio dubitandi est, quod in eodem contextu paulo ante, ad litteram b, nominatim citet *Philonem*, verba ejus pro Enocho de Amathim allegans; sed ea verba, quæ nuspiam B in Philone leguntur. Palæonydorus enim postquam multa e genio suo de Enocho de Amathim prolocutus fuerat, quæ supra retulimus; ita loquentem inducit Philonem. *Unde Philo: Itaque Marcus, assumpto Enoch Heremita Montis Carmeli, cum Evangelio, quod ipse confecerat, perrexit in Ægyptum.* Nolo plura adjungere, supra legenda, cum disputari possit an plura ad sententiam Philonis debeant, nec ne, pertinere. Pertinent eo certe quæ hic produxi; quæque propterea Patern. vestra vel ostendere mihi in Philone debet; vel debet fateri, Palæonydorum, sub specioso Philonis nomine ac gravi ejus auctoritate, levia sua somnia de Enocho de Amathim mundo proposuisse, ac diu venditasse incautis pro dogmatibus veris.

Citat Palæonydorus Philonis verba, pro Enocho de Amathim,

45 Ex Philone igitur, ex Philone, inquam, quem præcipue et solum et verbatim hic citat Palæonydorus, nominatim exprimere *Enochum eremitam Montis Carmeli*, utique de *Amathim*, ex illo, iterum dico, Philone debet Patern. vestra eruere Enochum istum: alioquin. Palæonydoro quid fiet? quid fiet Enocho vestro? Hinc porro facile colligitur, spem esse minorem eruendi Enochum de Amathim, ex citata pariter a Palæonydoro *Historia Alexandrina* C aut *libro de Institutis Monachorum*, aut *Supplemento Sigeberti de illustribus viris*, quorum nulla apud Palæonydorum leguntur verba, nedum exprimitur nominatim *Enochus:* uti exprimitur in verbis, Philoni suppositis. Quod si tamen eruere vel hinc eum possis; retractabo, quod silentio auctorum vestrorum ac aliorum nixus, dixi; primum Enochi de Amathim inventorem aut plasten fuisse Palæonydorum.

quæ Philo non habet:

46 Quid hic agat Patern. vestra ad succurrendum vacillanti auctoritati Palæonydori, imprudenter (ne quid gravius dicam) sua inventa pro genuina Philonis sententia obtrudentis? Hærebit hic aqua. Negabis citari *Philonem* a Palæonydoro? Exhibebo Palæonydorum ipsum, anno MCCCCXCVII atque iterum MDLXX impressum, qui te convincet: Appellabis ad aliam editionem, nuper a P. Daniele a Virgine Maria curatam, et insertam Speculo Carmelitano? ubi non leguntur verba illa: *Unde Philo.* Noli, quæso, nisi æque gravis delicti reum velis facere Auctorem Speculi, P. Danielem prædictum, Ex-Provincialem et Historiographum Ordinis; quam ego reum facio Palæonydorum ipsum. Tam enim in vitio est, qui notabilia auctoris, quem profitetur integrum se dare, verba, quia rebus suis non favent, e textu, contra fidem historici, eradit; quam qui

quam citationem alius credit

similia verba, qui favent suis rebus, auctori antiquo D et magni nominis affingit; et contra fidem pariter historici pro veris citat. Primum fecit R. P. Daniel a Virgine Maria (cogit me Patern. vestra importunitate sua optimum alioquin virum, minus honorifice hic nominare) eradens in editione sua Palæonydori, verba illa; *Unde Philo*, credo, quod quæsita in Philone non invenerit, quæ citat hic Palæonydorus. Sed fidelis Historici erat tam notabilem omissionem, inter plura minoris momenti notata, saltem monere lectorem. Alterum fecit Palæonydorus, affingens Philoni verba admodum notabilia, quæ non habet, et sic afficta, pro veris allegat, citato nominatim Philone.

Auctore ... atque infideles historicus uterque

47 Sed ponamus omnia hic fideliter a vobis acta esse quæ egistis: fideliter a Palæonydoro citari Philonem pro iis, quæ non habet Philo: fideliter a Daniele a Virgine Maria deleri nomen Philonis in textu Palæonydori, quem præfatur se integrum edere: fideliter a Patern. vestra abscondi sub *etc.* quæ præcipue intelligi debent per subsequens *Hæc*. Quid inde? *Hæc*, inquis, *in Historia Alexandrina, et in libris de Institutis Monachorum, et in Supplemento Sigeberti de illustribus viris; quæ Palæonydoro sunt* E *longe antiquiora.* An et putas auctores et istos, aut omnino aut saltem in præsenti argumento, idoneos esse (postulavi autem *idoneos*) qui testimonium perhibeant fide dignum? Non hoc quidem probas, quod primo loco probandum esset: sed illos *longe antiquiores fuisse Palæonydoro*, conaris ostendere; idque imprimis de Historia Alexandrina *adeo est evidens* (ita dicis) *ut probatione non indigeat.* Amas tenebras, mi Pater. Dic primum, quam intelligat hic *Historiam Alexandrinam* Palæonydorus; quam, Patern. vestra? Editamne typis, an nondum editam? Si editam; dic, ubi, quando, quo editore? ut mihi: quoque inspicere librum liceat, libenter vobis opem laturo in quærendo Enochum de Amathim, et eruendo illum inde, sicubi lateat. Nisi aliquid horum præstet Patern. vestra; fateberis, non esse *evidens*, Historiam illam Palæonydoro *longe antiquiorem* esse aut omnino extitisse, tametsi a Palæonydoro citetur; uti evidens non est; legi apud Philonem, de quibus supra num. 44; tametsi pariter citentur a Palæonydoro. Fateberis item, credi prudenter non posse, mentionem fieri Enochi de Amathim in Historia illa Alexandrina, nisi aut verba ejus proferas rogatus, aut saltem indices, ubi lateat liber ipse, ut examinari possit. F

Et fideliter istæc acta sunt omnia

nondum constat, qualis sit Historia Alexandrina,

a Palæonydoro citata,

nisi proferatur.

48 Habeo quidem *Chronicon Alexandrinum* editum initio hujus seculi a Radero nostro Monachii; sed nihil ibi de Enocho de Amathim, quamvis tribus locis agat de S. Marco, qui Enochum vos socium datis. Habeo item *Chronicon Orientale*, latinitate donatum, atque in lucem editum ab Abrahamo Ecchellensi Syro Maronita, quod præcipue tractat de rebus Alexandrinis Ægyptiisque, continens inter alia *Historiam Patriarcharum Alexandrinæ*, additque Patriarchis gestorum suorum narrationem aptam, longiorem vero reliquis addit B. Marco Evangelistæ. Sed neque hæc Historia mutit de Enocho de Amathim. Habeo denique codicem MS. prægrandem, adeo carum æstimatumque P. Danieli a Virgine Maria de quo supra, ut sæpius, ad nos invisens osculum ei impresserit, propterea quod eruta inde primum editaque seorsim ab Henschenio fuerat vita S. Petri Thomæ, e Carmelita Patriarchæ CP. eatenus ignota etiam ipsis PP. Carmelitis. Agit hic codex amplissime de rebus Ecclesiarum orientalium earumque initiis et Patriarchis, ac speciatim de S. Marco: sed neque hic verbulum lego de Enocho de Amathim; uti nec in Vita ejusdem S. Marci, a nobis e pluribus MSS. edita atque illustrata XXV Aprilis.

Quæ enim ... nobis sunt,

non noverunt Enochum de Amathim.

A lis. Restat igitur, ut me doceat Patern. vestra; quænam, et ubi, sit *Historia Alexandrina*, quæ meminit Enochi: nisi docueris; laceratum putabo a Palæonydoro codicem esse, postquam illo usus fuerat. Ego ad *Libros de Institutis Monachorum* transeo, inspecturus, quales ii, et quam idonei auctoris sint.

AUCTORE C. J.

49 Tribuuntur a vobis libri isti, tamquam auctori, Joanni Carmelitæ, exinde Episcopo Hierosolymitano XLIV; qui Græce illum conscripserit ineunte seculo V, se tam caute librum suum servari mandaverit, ut seculis omnino duodecim sequentibus, nulli hominum, ad hunc usque diem, textus Græcus sic innotuerit, ut aptum de ejus existentia testimonium protulerit aliquis; ne quidem ille ipse, qui fertur a vobis e Græco Latinum fecisse: judicantibus interim aliis, in illa re versatissimis Scriptoribus, auctorem eorum, hominem esse, non tantum recentiorem, sed et mere Latinum. E quorum numero sunt, imprimis *doctissimi in alma Universitate Coloniensi Theologi ac Professores*; qui Bibliothecam veterum Patrum anno MDCXVIII Coloniæ ediderunt, præmittentes opusculo inter alia hoc suum B judicium; quod *stylus ipse ejus totus Latinus* sit; quod *magis pateat, esse opus auctoris Latini et recentioris; nec esse ex omni parte sinceræ et integræ fidei*: quod *multa sine majorum auctoritate, et fide ambigua operi inserta* sint; quod illa ipsa *satis arguant alium ejus esse auctorem, quam Joannem; et quidem recentiorem*: quod ex ibi præmissis *facile refellatur auctor libri fuisse Joannes* XLIV *Hierosolymorum Episcopus*: denique quod *liber ipse, fide vacillare deprehendatur, cum multa de Monachis Carmelitis, primis Ecclesiæ temporibus jam vigentibus, prodat.*

Libri de institutione Monachorum repudiantur

a Theologis Coloniensibus.

50 Ex eorumdem numero est Reverendissimus Joannes Maria Brasichellensis, ex Ordine Prædicatorum, Magister sacri Palatii Romæ, ac deinde Episcopus Polymnianensis in Apulia. Hic dum erat sacri Palatii Magister, ex officio recognoscens etiam hunc, de quo agimus, librum; judicium de illo suum impressit Romæ anno MDCVII in Indice librorum expurgandorum; quod cum præmisso Doctorum judicio ita coincidet, ut ipsum hi præ oculis habuisse, et partim descripsisse videantur, tanti viri sententiam tantorum suffragio munientes. Abjudicat enim et iste librum Joanni XLIV, inquiens esse auctoris *recentioris* et quidem *Latini*, destitui *majorum auctoritate*, esse *fidei ambiguæ* et *vacillantis*; quia (ecce C totidem verba, quot supra Doctores descripsere) *multa de Monachis Carmelitis, primis Ecclesiæ temporibus jam vigentibus, prodit.*

a Magistro sacri Palatii Romæ,

51 Ex eorumdem numero est Philippus Labbe, qui in tractatu de Scriptoribus Ecclesiasticis, multa erudite disputans atque indagans, sic loquitur pag. 584: *Hunc librum a posteriore aliquo scriptore eoque Latino, fuisse Joanni Hierosolymitano suppositum, eruditissimi et acutissimi viri censuerunt, Baronius, Bellarminus, Sherlogus, et Theophilus Raynaudus in Erotematis, quæ post Wastelianam editionem prodierunt.* Et postea subdit, quod assertores libri, qui auctorem ejus *æqualem et concertatorem S. Hieronymi statuunt, Wastelius, et Michael Nunhos, et Auctor Paradisi Carmelitici; nequaquam id persuaserint Baronio, et Bellarmino, et vix ulli extra suum cœtum;* nedum Raynaudo, quamtumvis Carmeli amico, deque ipso tam bene merito, ut solennes exequiæ mortuo per Ordinem totum decretæ factæque sint. Is in Erotematis suis, post editas a Wastelio Vindicias impressis, æque clamat ipse, ac *clamat stylus libri, auctorem esse Latinum, nec adeo antiquum, ut S. Hieronymi dici possit æqualis.* Bellarmino de Scriptoribus Eccl. jam tum Cardinali, *longe posterior* est auctor libri; utpote qui *dicat, se esse Ordinis Carmelitarum, et describit habitum Carmelitarum. At illis,* D inquit Bellarminus, *temporibus nomen Carmelitarum Religiosorum erat plane inauditum.*

Philippo Labbe,

Theophilo Raynaudo,

52 Ex eodem capite negat Baronius, librum, tam antiquum esse, aut a Joanne XLIV Hierosolymorum Episcopo conscriptum, quia nempe *Carmelitam* se facit auctor; qualem negat fuisse aut esse potuisse Joannem prædictum. Textum ejus ut de Joanne capias, debeo aliquanto altius repetere. Ex occasione enim quod de Cyrillo Alexandriæ Episcopo neget Carmelitam fuisse; negat idem de Joanne. Sic igitur ad annum 444 pag. mihi 21 litt. c loquitur Baronius: *Respuimus atque exsufflamus figmentum illud, incerto auctore proditum, Chronico nimirum, quod extasse fingunt apud quemdam Franciæ Regem, quo tradunt, S. Cyrillum Alexandrinum Episcopum, Monachum fuisse montis Carmeli: cui quidem assertioni Trithemius leviter nimis fidem præstitit. Unde hæc, quæso, incerto Auctori; si, qui certi atque probati sunt auctores, ejusdem Cyrilli æquales, ejusdemque res gestas quam diligenter prosecuti, hæc nescientes, obruta silentio reliquerunt? Vel quæ apud hujus temporis scriptores mentio de culto Carmelo a vitæ Monasticæ Professoribus? Etenim cum apud S.* E *Hieronymum, Palladium, Evagrium, Cassianum, Theodoretum, Cyrillum Monachum et alios seculi hujus quinti Scriptores frequens mentio sit de Monachis in Palæstina degentibus; nusquam penitus apud eos de Monachis Carmelitis. Facessat igitur ejusmodi de monachismo Cyrilli in Carmelo fabella: sicut alia huic haud impar, qua traditur et Joannes,* utique XLIV, *Hierosolymorum Episcopus Origenista, fuisse etiam monachus Carmelita. Sicut enim hæc leviter effinguntur, ita et facile refelluntur.* Hæc Baronius: qui dum negat, Joannem, æque ac Cyrillum, fuisse *Carmelitam Monachum;* negat simul etiam, auctorem esse libri de Institutione Monachorum quo de agimus; quia horum auctor palam profitetur se Carmelitam esse.

ac Baronio;

quia auctor eorum se facit Carmelitam,

quando Carmelita nullus fuit.

53 Imo ipse Trithemius, ceteroquin encomiastes Ordinis Carmelitani effusissimus, non audet in libro *de Scriptoribus Ecclesiast.* Joanni huic, ineunte seculo V, Episcopo Hierosolymitano asserere librum, de quo hic agimus; nec audet eum dicere *Carmelitam*, sed potius Origenis sectatorem. At in libro *de illustribus viris Ordinis Carmelitarum* meminit alterius *Joannis*, qui seculo VIII floruerit, quem et *Beatum* et *Carmelitam* et *Hierosolymitanæ Ecclesiæ Patriarcham*, et quidem *quadragesimum quartum* facit, dicitque *claruisse temporibus Adriani Papæ I, anno Domini Maximi Jesu Christi septingentesimo septuagesimo:* et huic attribuit *volumen insigne*, uti ait, *de principio et profectu Ordinis Carmelitici;* designans procul dubio per hoc volumen, illos ipsos libros, quos sub titulo *de institutis Monachorum*, citatos vidimus a Palæonydoro: quosque alii aliis nominibus indigitarunt. Aliqui enim et quidem paulo antiquiores, hoc titulo usi sunt: *Institutio antiqua Religionis Carmeli.* Alii illo: *Historia de antiquitate Ordinis Carmelitani.* Alii isto: *Liber de institutione primorum Monachorum.* Imo plures Carmelitæ hunc eumdem librum suum, volunt intelligi per illum, quem, teste Gennadio, scripsit Joannes XLIV *in obtrectatores studii sui*, quo nempe S. Hieronymo visus fuit Origeni ultra modum addictus esse.

F

Trithemius laudator Ordinis Carm.

tribuit librum seculo 8

54 Certe titulus quem Trithemius ponit *de principio et profectu Ordinis Carmelitici*, plenius exprimit argumentum libri, atque adeo magis proprie ei convenit, quam quivis prædictorum. Et sane, nisi eumdem librum designet Trithemius; alium sub illo titulo debet proferre, aut saltem indicare, quisquis sententiæ huic nostræ volet contraire. Neque enim credibile est, tam *insigne volumen de Principio et profectu*

A *(si tamen diversus est)*

profectu Ordinis Carmelitici ante typorum inventionem, per secula septem, ex mente Trithemii, conservatum; nulli, præterquam soli Trithemio innotuisse, ne quidem Patribus Carmelitis, qui de libro isto altum silent; licet debuerit aptissimus esse ad commendandum Ordinem ejusque antiquitatem; et aptior fortassis (ita saltem titulus indicat et æstimatio, quam de eo habet Trithemius, *insigne volumen* appellans) quam sit liber (si tamen diversus est) *de institutis Monachorum*; qui plerisque in Conventibus invenitur manuscriptus. Minus etiam credibile est, librum Trithemio, Carmelitis amicissimo, visum, ab ipso his communicatum aut indicatum, et ab his descriptum non fuisse. Denique omnium minime credibile est, librum, typis jam inventis, et per Germaniam creberrime usitatis, post quam Moguntiæ Trithemius sua *de laudibus Ordinis Carmelitarum* impresserat; infeliciter interiisse. Nusquam enim comparet.

55 Designaverit igitur Trithemius librum eumdem, quem Palæonydorus, *de institutis Monachorum*, eumque cum suo auctore, seu vero, seu suppositio, Joanne XLIV, retulit ad seculum VIII, ignotum sibi pro seculo V. Atque hinc conficitur, Trithemii tempore incertum adhuc fuisse, quis libri *de institutis Monachorum* auctor sit: Joannesne qui seculo V ineunte, uti nunc contendit sacer Ordo Carmelitanus; an vero qui seculo VIII præfuit Hierosolymis Patriarcha, uti annis abhinc ducentis idem Ordo cum Trithemio sensit. Nam cum Trithemius *precibus et instantia et crebris adhortationibus* Carmelitarum Crutzenacensium *impulsus*, scripserit Opusculum suum *de laudibus Ordinis Fratrum Carmelitarum* ejusdemque *illustribus viris*; cumque tanto impulsu concinnatum a se Opusculum præcipuis quibusque per Alemanniam Carmelitis, *Joanni Wirici de Nussia Provinciali ac ceteris Patribus in Conventu Agrippinensi capitulariter congregatis anno* MCCCCLXXXXII transmiserit adhuc manu-scriptum, biennio ante quam imprimeretur, ab ipsis legendum, examinandum, et *ut liberet corrigendum*, imo et imprimendum; uti re ipsa anno MCCCCLXXXXIV impressum est Moguntiæ, *operam navante Venerabili et devoto Patre Domino Joanne Lapicida Coloniensi, Priore Carmelitarum in Crutzenacho*, uti docet Epistola *Ratgheri Sycambri Regularis Heynensis*, primæ editioni præmissa. Cum, inquam, Trithemius Opusculi hujus sui hortatores, adjutores, examinatores, censores, correctores, atque editores habuerit tot præcipuos totius amplissimæ provinciæ cum suo Provinciali Carmelitas; et ejusdem Opusculi exinde approbatores ac defensores huc usque habeat Ordinem totum: conficitur, ex mente Patern. vestræ num. 83 *Appendicis*, non solum Trithemium Opusculi auctorem esse, sed omnes etiam prædictos Patres vestros. Asseris enim num prædicto, quod, qui *scripta alterius inducit et approbat..... juxta communem juris regulam sua facit, et pro illorum auctore etiam habendus est*: idque multo magis si etiam correxerit ac imprimi curaverit.

B *cujus auctor Trithemii tempore adhuc incertus fuit;*

C

56 Atque hæc dicta sunto, tum ut appareat acumen Patern. vestræ, quo me vis reum facere omnium, quorum frustra clamas reum esse Papebrochium; tum, idque præcipue, ut appareat Trithemii tempore incertum adhuc fuisse, quis auctor sit libri de Institutis Monachorum, et quo tempore vixerit. Vel enim id sciverunt, Trithemius, qui de laudibus et viris illustribus Ordinis Carmelitani ex professo tractat, et Patres Carmelitæ, approbatores, correctoresque ipsius: vel non sciverunt. Si non sciverunt, quis et quando vixerit auctor libri prædicti: id saltem tunc incertum et obscurum fuerit, quando ipsi, quorum unice intererat, id nesciverunt.

[illegible], uti et PP Carmelitæ, tunc nondum sciverint

D *AUCTORE C. J.*

Si vero sciverunt, quis auctor libri, et quo tempore vixerit; ex eorum scientia ætas certa auctoris definienda est, nempe seculum octavum: quo tenent cum Trithemio, vixisse auctorem et scripsisse librum de quo hic. Verum cum id repugnet hodiernorum Carmelitarum placito communi, ad seculum V auctorem libri adducentium; nec unquam consensurorum sententiæ priorum de ætate Auctoris: quærendi sunt Judices verum scire volenti, indifferentes, neutri parti addicti, fama integri, doctrina conspicui, probitate noti, omnibus æqui, et, quod caput est, rerum, de quibus controversia est, intelligentes. Quales sunt, Cardinales, Baronius et Bellarminus; Episcopus et Magister sacri Palatii, Joannes Maria Brasichellensis, ex Ordine S. Dominici; Doctores ac Theologi Academiæ Coloniensis; cum eruditissimis Sherlogo, Raynaudo, atque Labbeo; adde etiam Trithemium; qui de libris ecclesiasticis eorumque auctoribus, ætate et auctoritate ex professo scripserunt plerique.

Viri indifferentes auctorem ejus putant

57 Horum omnium nullus omnino patitur, librum *de institutis Monachorum* tribui Joanni XLIV, seculi quinti Patriarchæ Hieresolymitano; nullus auctorem ejus patitur Græcum hominem dici; nullus pro illa ætate patitur Monachum inveniri Carmelitam. Omnes auctorem ejus faciunt anonymum Latinum ac recentiorem; præter Trithemium, qui seculo VIII eum attribuit, ut vidimus. In quo cum ei nunc assensuri non sint Patres Carmelitæ, nec ego assentir possim; illis, antiquiorem seculo VIII fuisse auctorem; me, fuisse posteriorem, opinantibus: vocet Trithemium in prædicto Opusculo merum encomiasten, quisquis sanctissimo Ordini Carmelitano favet; non vocet historicum; nisi velit ingens damnum et dedecus inde Ordini obvenire. Tam enim multa in unico, nec longo, Joannis sui XLIV elogio habet monstra historica, ut quemvis Historicum terrefacere merito possint. Monstrum est, Joannem, qui a Trithemio designatur *Hierosolymitanæ Ecclesiæ Patriarcha*, fuisse *Carmelitam*. Non enim pro tali eum Carmelitæ ipsi agnoscunt. Monstrum est, fuisse Patriarcham *quadragesimum quartum*; qui sexagesimus secundus aut circiter computari debet. Monstrum est, *claruisse temporibus Adriani Papæ*; et majus monstrum, *claruisse temporibus Adriani Papæ, anno Christi septingentesimo septuagesimo*; quando nondum erat Papa Adrianus, et Joannes aliquis Patriarcha, jam pridem e vivis abierat. Monstrum denique est, Joannem istum esse *Beatum*, qualis a nullo Martyrologo agnoscitur pro seculo VIII Joannes Patriarcha Hierosolymitanus fuisse. F

Latinum esse ac recentem.

Textus Trithemii examinatur,

58 Sed erro, quod ultimum hoc monstrum adscribam Trithemio, quasi ipse Joannem hunc *Beatum* fecerit: non enim in Trithemii editione prima, anno 1494 aut paulo post curata, invenio titulum *Beati*, datum Joanni. Fuit illa pietas et religio posterorum, et forte solorum recentissimorum, qui tali ipsum titulo decorandum putarunt. Certe qui Carmelitica Trithemii recuderunt Coloniæ anno 1643, sine scrupulo *Beatum* vocant Cetera ditionis. hujus in Joanne isto Patriarcha integre concordant cum editione prima Trithemii. Non sic editio nuperrima, in *Speculo Carmelitano* proposita a P. Daniele a Virgine Maria. Hic enim parte 5 pag. 901 in eodem Joanne Patriarcha e textu Trithemii, nulla addita Annotatione, tollit hæc verba; *Anno Domini Maximi Jesu Christi septingentesimo septuagesimo*; utique superflua ei visa, quia conciliari non poterant cum reliquo textu; quemadmodum superflua ei pariter visa fuerant illa Palæonydori; *Unde Philo*; ideoque prætermissa, quia Philo illic citabatur, supposito Philoni textu alieno.

quem truncatum edidit auctor Speculi Carm

59 Denique restat idoneus auctor inveniendus in

AUCTORE C. J. Supplementum Sigeberti de illustribus viris

A *Supplemento Sigeberti de illustribus viris*, quod tertio loco citatur a Palæonydoro, et quidem pro Enocho de Amathim, uti contendit Patern. vestra. Ego vero ausim sustinere, non magis meminisse Enochi auctorem Supplementi istius, aut magis *idoneum* esse, ut testimonium redidat; quam Enochi meminerint, aut *idonei* ad testificandum fuerint, Auctores Historiæ Alexandrinæ, et Libri de Institutis Monachorum. Palæonydorus, ad probandum extitisse et egisse illa, quæ narrat, Enochum de Amathim, citat *Supplementum Sigeberti de illustribus viris*; et ipsum suscipit Patern. vestra pro tali (quomodo enim erret Palæonydorus, in re vobis tam cara?) imo defendit et probare etiam tentat, Supplementum istud Sigeberti *Palæonydoro longe antiquius esse*, his verbis *in Append.* num. 89 : *Sigebertus juxta Bellarminum floruit anno* MCI. *quadringentis circiter annis ante Palæonydorum. Quid ad hæc Janningus?*

non probatur antiquius esse Palæonydoro;

60 Multa sane : eaque minus temeraria quam illa vestra. Primum : probat Patern. vestra, *Supplementum Sigeberti* longe antiquius esse Palæonydoro; quia *Sigebertus floruit ante Palæonydorum quadringentis circiter annis*. Bellissime. Quid si ego nunc scribam, ut possum, Supplementum Sigeberti; an

imo nullum omnino est.

B Supplementum hoc Palæonydoro antiquius sit? Deinde; doceat me velim Patern. vestra; aut, si id nequeat per se, extundere debebit ex Palæonydoro; quodnam sit illud *Supplementum Sigeberti de illustribus viris*. Novi quidem *Sigebertum de illustribus viris* : estque ille ipse liber, qui *de Scriptoribus Ecclesiasticis* passim inscribitur; quem ipse Sigebertus in fine appellat *libellum* suum *de illustribus viris*. Non novi autem, neque noverunt Trithemius, Bellarminus, Vossius, Labbeus, ubi ex professo de libris Sigeberti Supplementique disserunt, *Supplementum ejus* ullum *de illustribus viris*. Num ita absconderit illud Palæonydorus, ut nulli præterquam ipsi notum fieret deinceps, nisi forte Patern. vestræ? Tertium; docebo ego veriora : existere nempe Supplementa Sigeberti, non libelli de illustribus viris, sed *Chronici* ejus, et quidem triplicia aut etiam plura, si vis. Hæc autem cum non citentur a Palæonydoro, et mihi non vacet ea evolvere, ut Enochum de Amathim inde eruam : rogo Patern. vestram id ut faciat, si Palæonydori et suæ auctoritati consultum velit : ego satis eo collaborasse potero videri, docendo, qualia Sigeberti Supplementa extent; ne frustra fatiget se Patern. vestra atque

C otium perdat, inquirendo nunc frustra in *Supplementum ejus de illustribus viris*, quod antea inquisitum oportebat, quam illud citares ex Palæonydoro pro Enocho de Amathim, ut accuratior Palæonydoro Historicus videri posses : nisi existimaveritis fortassis uterque, efficacius probari non posse, exstitisse hominem, qui non extitit; quam ex libro similiter non existente. Quid ad hæc Patern. vestra?

Ratio, cur longius scriptum hoc sit.

60 Longior hic fui, quam voluissem, nisi importune coactus essem in reddenda ratione *ineptissimi mei glossematis, circa summorum Pontificum Bullas*, quæ mihi sanctæ sunt et erunt, quotiescumque sunt Pontificiæ et non supposititiæ. Longior item fui, ut ne post hac audiam a Patern. vestra *insipiens aut malevolus criticus, a passione sua excæcatus*. Denique longior fui, ut turpissimam notam *impostoris manifesti* ostenderem, tanto mihi injuriosius affricari, quanto minus probaverit Patern. vestra dictum suum. Interea cum ego demonstraverim, nullo me argumento aut ratione a vobis tam honorifice appellari, viderit Lector cui honor iste debeatur præcipue. Certe qui aliis me vult *impostorem* videri, et non probat; iisdem *imponit*.

61 Jam vero retusis, ut opinor, injuriis; binæ supersunt, quibus pauca repono, minæ. Audiuntur D passim per Belgium RR. PP. Carmelitæ minitari nobis sacram Inquisitionem Romanam; eo jam delatos et accusatos libros nostros, brevi proscribendos. Scilicet, postquam frustra eos detulerunt et accusarunt, proscriptionem pariter tentantes, in Inquisitione Hispanica, nobis rerum omnium ignaris. Sed libri pro se, aut Sancti pro libris locuti, sibique patrocinati sunt. Rectius nunc agitis, cari Patres; cum ad Inquisitionem recurritis universalem Romanam : quod antea factum oportuerat, relicta Hispanica. Probo recursum ultimum; nec terreor nomine Inquisitionis, neminem nisi nocentem punituræ; nihil librorum nisi noxiorum proscripturæ : Quales si nostri æquissimis illis Arbitris judicati fuerint; proscribantur, damnentur, urantur; ut meriti fuerint. Nolumus enim ipsi, illos extare nisi in publicum, sanctæ Ecclesiæ Catholicæ bonum; quo labores studiaque nostra unice tendunt.

Minantur nobis PP. Carmelitæ Inquisitionem Rom.

62 Neque hæc jactanter a me dicta accipi velim, quasi nulla in libris nostris putemus errata, aut correctione digna esse. Absit. Homines enim sumus, quorum est errare : sed et Catholici sumus, quorum est catholice sentire, et, siquid per inscitiam humanam aut inadvertentiam vere erratum sit, E Christiana humilitate libenter emendare : idque veri studiosis molestum esse non debet, nec erit nobis. Imo, uti rogamus passim eruditos Lectores, ut animadversa sibi in *Actis Sanctorum* errata, indicare nobis dignentur; quo, istis correctis, perfectius semper evadat Opus; ita sæpe vota nostra eo se extenderunt, ut Superiorum in Ecclesia auctoritate deputarentur viri litterati, Historicæ periti, qui legerent attente, examinarentque mature scripta nostra; et notata in eis errata nævosque, sine quibus vix scribitur aliquid, nobis indicarent, continuo illa cum gratiarum actione ac debita submissione correcturis. Hæc ad minas jam dictas vestrorum per Belgium satis sunto; simul declaratura, quod non simus idololatræ scriptornm nostrorum, quæ quovis tempore, ubi a vero descivisse cognoverimus, corrigere parati sumus, ut sæpius jam dixi.

cui nos scriptaque nostra libenter submittimus.

63 Alteris, Patern. vestræ minis, minus etiam terreor. Minaris enim in *Appendice* num. 139; Quod *si non nisi nugas et quisquilias ad cetera reponam, prout hactenus; alium deputabis, qui nugis meis nugando respondebit*. Primum, gratulari hic potius deberet sibi Patern. vestra quod responsum aliquod acceperit; quam minari mihi, quod parum feliciter scribendo fessa, alium sibi debeat substituere. Scis F enim quod innumeris fere libellis vestris, quorum enumeravi aliquot in *Amica Expostulatione* a num. 84, nullum dederimus responsum : neque Patern. vestræ dedissem ego, si de Antiquitate vestra tantam disputasses. Sed cum *Acta Sanctorum* universa prostituere ac dilaniare, truncatis periodis, non dubitaveris, persona in dignitate constituta; utpote Provincialis Ordinis, alioquin celeberrimi; meum fuit *Acta* eadem defendere; quantumcumque inde vobis detrimentum nasci putaveritis. Non impugno vos, nec impugnabo : defendo, ac defendam *Sanctorum Acta*, quamdiu per Sanctam Ecclesiam Romanam defendere licebit, mihi sancta : æque promptus silere aut errata corrigere, ut dixi, ubi eidem Ecclesiæ visum fuerit. Deinde rogo Patern. vestram, non quidem *instanter, instantius, instantissime;* sed humiliter ac amice; ut ad *nugas et quisquilias meas hactenus repositas* scriptis suis, per similes nugas et quisquilias respondeat meis; sed ad rem. Tertium, non ego provocavi Patern. vestram, sed provocatus respondi pro defensione Sanctorum. Quod si *alium deputaveris* pro te, qui auctor es mutuæ disceptationis nostræ, nolim ego propterea triumphum canere :

Minatur Amicus alium se sibi substitutum, qui scribat

et nugando nugatores nos faciat.

A nere : sed remittam alium istum, ut disputet quocum ei libuerit, et qua libuerit de re. De antiquitate enim vestra non magis cum ipso, quam cum Patern. vestra disputabo : sed nec disputabo cum eo pro *Actis Sanctorum* vindicandis ; quamvis forte subtilius disputaturus, et minus ignominiose *Sanctorum Acta* tractaturus sit, quam decessor suus. Si porro jusseris, cum *nugando respondere*, nugari incipiat, et nugatorem nugari sinemus, quantum libuerit. Interea, sepositis nugis, Patern. vestram, quantumvis mihi Sanctisque iniquam, et sacrum ejus Ordinem amo, juxta ac meum; eroque ei semper amicus, sed usque ad aras : ultra quas progredi nefas est. Antuerpiæ XXII Februarii MDCXCV. D AUCTORE C. J.

ADM. R. P. VESTRÆ

qui supra

CONR. JANNINGUS S. J.

INDEX

SANCTORUM ET MATERIARUM,

Ad primum Tomum Junii pertinentium,

Mrol. Martyrologium, *Mroll.* Martyrologia indicat.

Primas autem aliarum quarumdam vocum, passim truncatarum syllabas, ut Imp. Ep. Ab. *etc. facile quivis per se integre leget,* Imperator, Episcopus, Abbas, *etc.*

A

Abidianus M. *ex Mrol. Hieronymiano* 279
Adalarius *vide* Bonifacius 445
2 Adalgisus sive Algisus Presb. in Theoracia, Picardiæ regiuncula. *Commentarius prævius* circa cultum Corporis, et Acta parum sincera 216 Acta suspecta *ex MS. Monasterii S. Foillani prope Rodium.* Prologus 217. *Cap.* 1 Nativitas, susceptum sacerdotium, iter in Franciam, Fons miraculose elicitus, locus extruendo monasterio inventus. 217. *Cap.* 2 S. Corbicanus remissus in Hiberniam, mortui cadaver per mare receptum, Romana Peregrinatio, mors 220. *Appendix* de S. Adalgisi Elogiis apud Molanum, Myræum, et Bucelinum : et quid de illo per conjecturam credi possit 222
5 Adalherus *vide* Bonifacius 445
3 Adamus Confessor 229. Historia Translationis *Auctore contemporaneo* 329
2 Adjutor Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Agapa, Martyr *ex Martyrologiis* 47
1 Agapitus Monachus, *ex Synaxariis* 131
1 Agapitus Mart. Soc. S. Secundi 50
6 Agobardus, Archiep. Lugdunen. *Sylloge.* De cultu actis, fide, ætate 738
2 Æmilia, *vide* Martyres Lugdun. 156
2 Æmilia altera, *vide* Martyres Lugdunen. 156
2 Æsia M. *vide* Maria Mart. 156
2 Albina, *vide* Martyres Lugdun. 156
2 Asclibiades, *vide* Martyres Lugdun. 156
3 Adalbertus Episc. *Comm. Criticus.* Cultus : Acta majori parte fabulosa 302
6 Aldricus, Archiep. Senonensis. *Comm. præv.* De vita ætate et cultu Sancti 740. Vita. *Cap.* 1 Ortus, studia, acta ab eo Monacho et Abbate 741. *Cap.* 2 Acta in Archiepiscopatu. Morbus, obitus, sepultura 742. *Cap.* 3 Translatio Corporis : Miracula patrata 744
2 Alexander, *vide* Martyres Lugdun. 156
4 Alexander Ep. Veronen. *Sylloge* ex Augustino Valerio 390
6 Alexander, *vide* Amandus 619
6 Alexander Martyr, *vide* Amantius. 618
6 Alexander Martyr, Fæsulanus. *Comm. Historicus* De Sancti Cultu, Actis, Ætate 738
2 Algisus, *vide* Adalgisus 216
4 Alonius Abbas in Ægypto, *ex Synaxario et Apophtegmatis Patrum* 389
6 Amandus, Lucius, Alexander, Audaldus, Martyres Caunenses, *Comm. Criticus,* De eorum cultu patria et Translatione, Actisque talibus, ut videantur a Novidunensibus Martyribus mutuo sumpta 619. Acta Apocrypha 620
6 Amantius, Lucius, Alexander, Andreas, Donatus, Peregrina, *ex Mrol. antiquis* 618
Dissertatio, an illi iidem sint cum sequentibus, Amando, Lucio, Alexandro etc. martyribus Caunensibus, prope Narbonam honoratis 22 *
3 Amasius Mart. *ex Mrol. Hieron.* 281
2 Amelia Mart, *ex Mrol. Hieron.* 164
1 Ammon, M. *ex Eusebio et Hagiol. Habess.* 31
3 Andreas Hispellas Ord. Minorum. *Comm. Hist.* § 1 De Vitæ scriptoribus, obituque et cultu ipsius Beati 356. § 2 De inspectione sacri Corporis anno 1594, duorumque librorum eo spectantium 358. § 3 De Translatione Ossium in novam capsam novumque altare anno 1597, et aliis nonnullis Beati Reliquiis 360. § 4 Novissimus Processus ad probandum veterem B. Andreæ cultum 361
6 Andreas, Martyr, *vide* Amantius 618
2 Antonia, *vide* Martyres Lugdunen. 156
2 Antonina Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
6 Anub Eremita *ex Vitis Patrum aliisque* 631
2 Apollonius, *vide* Martyres Lugdunen. 156
5 Apollonius Martyr, *vide* Marcianus 412
3 Aponus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
Appia, martyr, *ex Martyr.* 47
3 Apronus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Arabus Martyr, *ex Mrol.* 47
4 Arecius Martyr, *vide* Pictus 370
3 Aridus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Aristeus, *vide* Martyres Lugdunen. 156
5 Arius Martyr, *vide* Marcianus 412
2 Arminius, et Mater ejus, Martyres, *ex Fastis Copticis et Habessinis* 165
6 Artemius et Candida Conjuges, et Paulina virgo illorum filia, martyres *Comm. Hist.* § 1 De eorum Passione et Reliquiis in Italia 624 § 2 Corpora et Reliquiæ alicujus S. Paulinæ cum priori confusæ in Hispania et Moravia 625. § 3 Alterius S. Artemii corpus Ipris in Flandria; alibi Reliquiæ 627
3 Athanasius Thaumaturgus *ex MS. Synax.* 319
2 Attalus, *vide* Martyres Lugdun. 156
4 Attalus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 369
6 Attalus Martyr *ex Mrol.* 622
6 Attalus Thaumaturgus apud Græcos, *ex Menæis et Synaxariis* 714
Aucias Rex Martyr *ex Mart.* 47
6 Audaldus, *vide* Amandus 611
3 Auditus *Comm. Criticus.* Ossium sub nomine Auditi translatio ex veteri in novam arcam : nupera figmenta, sub Ovidii nomine recepta, et critice discussa 282

 Aurelius

3 Aurelius Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Ausona, *vide* Martyres Lugdunenses 156

B

1 Bajanus Martyr *ex Martyr.* 47
1 Baricus Martyr, *ex Martyrologus* 47
2 Barbarinus Presb. M. *ex Mrol. Hieron.* 164
6 Bazalota et Euphemia Sanctimoniales, *ex Hagiologio Habessino* 629
1 Benedictus Mart. *ex Ferrario* 56
6 Benignus Diac. *vide* Vincentius Ep. 613
6 Bertichramnus Episc. Cenoman. *Comm. Hist.* § 1 Acta vitæ usque ad susceptum Episcopatum, hujusque initia 699. § 2 Monasteria et Xenodochia a Sancto fundata 701. § 3 Fides Clothario Regi constanter servata, inter ejus adversa a Bertichramno, et reliqua ejus acta 702. § 4 Testamentum Sancti, quatenus continens donata primæ suæ heredi, scilicet Ecclesiæ Cenom. 706 § 5 Fundi legati Basilicæ S. Petri et Pauli, alteri heredi 708. § 6 Legata utrique heredi communiter, et alia piis locis assignata 710. § 7 Legata Regibus, nepoti, pro-nepotibus, aliisque familiaribus 711. § 8 Manumissiones, tam servorum quam mancipiorum sexus utriusque : cura sepulturæ et anniversarii : conclusio cum subsignationibus 713
6 Bertrandus Patriarcha Aquileien. Mart. *Comm. præv.* § 1 Bertrandi distinctio ab aliis ejusdem temporis homonymis, natale solum, Patriarchalis Sedes, tempora vitæ præcipua 764. § 2 Veneratio et cultus Bertrandi publicus 765. § 3 Instrumenta duo, quorum alterum per Indulgentias confirmat cultum prædictum, alterum exhibet compendium vitæ ac mortis. Earumdem ex Cortusiis narratio 767. § 4 Alia Bertrandi Gesta : Vitæ auctor et auctoritas : Beati effigies 768. *Epistola.* Continens præcipua gesta Bertrandi, pro immunitate Ecclesiæ suæ, ab ipsomet scripta, ad Guilielmum Decanum ejusdem Ecclesiæ 770. *Pars altera Epistolæ* 772. Vita et Miracula ex MS. Vallicellano. *Cap.* 1 Vita ante Patriarchatum, in eo liberalitas et solicitudo erga sibi commissos 774. *Cap.* 2 Reliquæ ejus præclaræ virtutes : cædes, posthuma gloria 775. *Cap.* 3 Miracula legitime ac juridice deposita anno 1352 Junio, Julio, et initio Augusti 777. *Cap.* 4 Miracula reliqua in Augusto deposita 779. *Cap.* 5 Miracula mense Septembri deposita 781. *Cap.* 6 Miracula mense Octobri ac Novembri deposita 782. *Cap.* 7 Miracula mense Decembri anni 1352 et 1353 deposita 784. *Cap.* 8 Miracula annis 1355, 1408, 1420, 1480 patrata 787
4 Bistamona, *vide* Sophia 371
2 Blandina, *vide* Martyres Lugdunen. 156
2 Biblis, *vide* Martyres Lugdunenses 156
5 Bonifacius M. Archiepiscopus Moguntinus et Socii Martyres; Eobanus Coepiscopus; Adalarius seu Adalherus, Wintrungus et Walterus, Presbyteri; Hamundus, Scribaldus, Bosa, Levitæ; Waccarus, Gundecarus, Elleherus, Hathevulfus, Monachi; Hiltebrandus et XL Laici. *Comm. præv.* § I Varii vitæ scriptores, quorum præcipuus Willibaldus Presbyter, ab Episcopo ejusdem nominis verosimiliter diversus 445. § 2 Patria, Tempus vitæ et martyrii : Archiepiscopatus S. Bonifacii 446. § 3 Cultus sacer S. Bonificii et sociorum 449. § 4 Effigies S. Bonifacii, ex vetusto lapide et sigillis; nec non monastici tunc habitus formæ, ex picturis seculi IX, Regum item Francorum eodem spectantium 450. Vita I auctore Willibaldo Presb. *Prologus* 453. *Cap.* 1 Infantia, vita monastica, studia, virtutes 453. *Cap.* 2 Sacerdotium susceptum, iter in Frisiam vivente Ratbodo, deinde Romam, hinc in Germaniam, iterumque in Frisiam ad S. Willibrordum 455. *Cap.* 3 Hessis conversis Episcopus Romæ ordinatur Bonifacius, Turingiam excolit, monasteria condit, et tertium Romam abit; dein Synodos celebrat 458. *Cap.* 4 Martyrium S. Bonifacii et sociorum : illius Translatio Ultrajectum, Moguntiam, Fuldam 463. Supplementum, Auct. Presbytero Moguntino. *Cap.* 1 Depositio Gewelibi et Adelberti Episcoporum 465. *Cap.* 2 Varia a S. Bonifacio constituta; Episcopi ordinati 467. *Cap.* 3 Martyrium, Translationes. Willibaldus scriptor indicatus 468 Vita II. Auct. Presbytero S. Martini Ultrajecti. *Prologus* 469. *Cap.* 1 Res gestæ in Anglia, Frisia, Germania. Iter primum et secundum Romanum. Consecratio Episcopalis 470. *Cap.* 2 Tertium iter Romanum : Archiepiscopatus Moguntinus. Labores et horum fructus 471. *Cap.* 3 Excusatio ob miracula non scripta, qualia ab eo patrata 472. Vita III 473. *Excerpta ex vita S. Gregorii, Pastoris Ultrajectini* 476. Analecta Bonifaciana. *Cap.* 1 An et quid a Zacharia Papa et S. Bonifacio actum sit in promotione Pippini ad regnum Francorum 480. *Cap.* 2 Monasterium Fuldense constructum a S. Bonifacio, ejusque corpus ibi depositum, ac deinde in novam ecclesiam translatum. Historia Translationis et dedicationis 482. *Cap.* 3 Laus S. Bonifacii, Fuldæ miraculis Clari. Donationes et Indulgentiæ concessæ. Reliquiæ nunc servatæ Fuldæ, Moguntiæ, Coloniæ 483. *Cap.* 4 Reliquiæ aliorum, ac potissimum SS. Eobani et Adalarii, Erfurti adservatæ 486. *Cap.* 5 Reliquiæ SS. Bonifacii, Hilarii et Cyrobaldi, Brugis asservatæ. Variæ illarum translationes 487. *Cap.* 6 De Cultu et Reliquiis S. Bonifacii in Eichsfeldia 490. *Cap.* 7 Miraculosæ gratiæ cultui S. Bonifacii in Monte-adjutorii adscriptæ 492
5 Bosa *vide* Bonifacius 445
1 Bublosa Mart. *ex Martyrl.* 47
1 Bullodus, Mart. *ex Martyr.* 47

C

1 Cæcilia, Mart. *ex Martyrol.* 47
1 Cæcilia Martyr. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Cæcilius Presbyter *Sylloge*, ex variis Scriptoribus et hodierno Romano 264
2 Calpurnia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
4 Cama M. *ex Mrol. Hieron.* 371
6 Camarus *seu* Camasus Martyr *ex Mroll.* 622
4 Camasus M. *ex Mrol. Hieron.* 369
5 Candida Martyr *ex Mrol.* 415
6 Candida Martyr *vide* Artemius 625
1 Caprasius *Abbas* monasterii Lerinensis. *Comm. præv.* veterum de eo testismonia; aliæque memoriæ 75. Vita ex MS. Lerinensi a Vincentio Barrali editæ 75
1 Carra Mart. *ex Mart.* 47
1 Cassus Mart. *ex Mart.* 47
3 Cassianus M. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Casta Martyr *ex Mroll.* 47
1 Castula Martyr *ex Mart.* 47
1 Castula *alia* Martyr *ex Mart.* 47
1 Castula Martyr *ex Mroll.* 47
2 Castula Martyr *ex Mrol. Hieron.* 164

2 Castula *alia* M. *ex Mrol. Hieron.* 204
5 Castula Martyr *ex Mroll.* 415
2 Castulina Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Castulus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Castus Martyr *ex Mroll.* 47
2 Castus Mart *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Castus Mart. *ex Martyrol.* 47
1 Catulinus Martyr *ex Mrol.* 47
2 Cenonus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
6 Ceratius Episc. Simorræ, in Vasconia. *Comm. Hist.* de cultu et Vita post translationem scripta, incertaque ipsius ætate ac sede Episcopali 697
1 Charito Virgo Mart. *vide* Justinus 16
1 Chariton Mart. *vide* Justinus 16
4 Christa Mart. *ex Mrol. Hieron.* 370
5 Christophorus Mart. *ex Synaxariis* 416
3 Chrothildis Regina, vidua Chlodovei I Francorum Regis *Comm. prævius.* Acta, cultus, Reliquiæ 285. VITA *ex S. Gregorio Turonensi. Cap.* 1 Genus regium; conjugium cum Chlodoveo I Rege Francorum, et in eo peracta 287. *Cap.* 2 Acta in viduitate post mortem Chlodovei Regis: obitus, sepultura 289. *Cap.* 3 Analecta *ex Vita MS. et in Actis Benedictinis excusa* 290
4 Cirinus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 369
1 Clarus Episc. Mart. Lactoræ in Novempopulania. *Comm. Hist.* § 1 Cultus Lactoræ, Auscii, Burdegalæ, Petrocorii, et Sarlati 7. § 2 Cultus sacer apud Lemovices, Tutelenses, Cadurcos, Ruthenos, Albigenses, et Tolosates 9. § 3 Vita *ex MSS. Breviariis Tutelensi et Albiensi* 10. Divinatio de pluribus synonymis Sanctis, his in unam personam conflatis 14
4 Clateus Episc. M. Explicantur ejus cultus ætas, martyrium 368
3 Claudius *puer* M. *vide* Lucillianus 267
5 Claudius, cum Sociis CXXI, aliisque LXIII Martyres in Ægypto, *ex Hagiologio Metrico Habessino* 414
1 Claudius, Ep. Viennensis in Gallia *Sylloge Hist.* Circa ejus cultum sanctosque Viriacum cum ipso attributos 70
6 Claudius Ep. Vesontion. et Ab. Jurensis. *Comm. præv.* de monasterio, ætate, vita miraculis et cultu Sancti 634. *Append.* designatio operis, a Petro Francisco Chiffletio relicti 636. *Vita Brevior ex MS. et Breviariis excusis* 638. *Vita longior*, seculo XIII aut XIV composita 639. MIRACULORUM *liber* I, cum Vita breviore scriptus. *Cap.* 1 Corpus per varia loca circumlatum, miracula facta 641. *Cap.* 2 Alia miracula Arbosii patrata 644. *Cap.* 3 Alia miracula ibidem. Nowæ-villæ et Lugduni facta 646. Miraculorum *liber* II *a Chiffletio collectus.* Præfatio 647. *Cap.* 1 Suffocatus aquis, et moribundus alius salvati; manus cancro exesa restituta. Miles inter hostium tela et in carcere diuturno, nihil damni passus 648. *Cap.* 2 Graviter sauciati ab hostibus, itemque naufragi, vel aliter in mari periclitantes, servati 650. *Cap.* 3 Ex captivitate barbarica vel hostili; extremis suppliciis, vel prædonum manibus, liberati 651. *Cap.* 4 Morbi letales depulsi, abortivi vivificati 654. *Cap.* 5 Mortui suscitati, moribundi salvati 658. *Cap.* 6 Adolescens Sabauda, a gravi dæmonis vexatione liberata: item lapsi aut ruinis obterendi 658. ILLUSTRATIONES CLAUDIANÆ *Petri Francisci Chiffletii* S. J. *Opusculum postumum. Cap.* 1 De Pago Schodingorum, ejusque Ducibus, et eodem comprehensa Salinarum Toparchia, patria S. Claudii 660. *Cap.* 2. An ad Dominos Salinenses, qui septem fere postremis seculis ei toparchiæ præfuerunt, S. Claudii genus propagatum sit. Series eorumdem 662. *Cap.* 3. De S. Claudii integro adhuc Corpore, a quo diversus alius Metenaci 664. *Cap.* 4 Cur S. Claudius Metenacensis æstimari possit unus Sociorum S. Alexandri Martyris Lugdunensis 665. *Cap.* 5 Ordo et locus B. Claudii inter Archipræsules Bisontinos: horum antiqui duo Catalogi ab annis DC, eorumque ratio Chronologica 669. § 1 Primorum quinque seculorum Episcopi 670. § 2 Episcopi qui seculo VI præfuerunt usque ad S. Nicetium, ubi de Privilegio Medardino 673. § 3 S. Nicetius ejusque successores usque ad seculum IX, ubi de vita S. Megetii, atque usu Pallii per Macarium Hierosolymitanum eidem confirmato, et Claudio II 676. § 4 Seculi XI Episcopi: ubi multa de triplici Hugone et Gaufredo Lugdunensi 682. § 4 Episcopi ab anno MCI ad MCLXVI: ubi de Faverniacensibus, primum Abbatissis, et deinde Abbatibus 685. § 6 Reliqui per seculum XII Antistites 689. § 7 Successio Episcoporum usque ad medium seculi XIII 691. § 8 Seculi XIII prosecutio usque ad dimidium XVII 694
5 Clemens Confessor; *vide* Justus 430
3 Coemginus *sive* Keivinus Abb. Glendelac. *Comm. præv.* Cultus Sancti, Actorum fides 303 VITA *suspecta. Cap.* 1 sancti nativitas; baptismus, et vitæ sanctioris tirocinium 304. *Cap.* 2 Vita eremitica et monastica: miracula quædam, et fundatum primum monasterium 306. *Cap.* 3 Monasterii Glendelacensis fundatio: sancti vita solitaria: fraudes dæmonis ipsi detectæ 308. *Cap.* 4 Monasterii ad alteram stagni ripam translatio. S. Coemgini cum SS. Columba, Kierano aliisque amicitia. Fraus dæmonis detecta 310. *Cap.* 5 Miracula et beneficia a Sancto viris Principibus præstita 312. *Cap.* 6 Spiritus propheticus. Spiritualia beneficia variis collata. Obitus. 313
6 Colmocus *seu* Colmus Episcopus in Scotia, ex Breviariis et Scriptoribus Scoticis 748
2 Comminus, *vide* Martyres Lugdunens. 156
2 Concordia M. *ex Mrol. Hieron.* 204
4 Concors Episcopus. *Comm. Hist.* Circa cultum, Episcopatum, ætatem Sancti 404
5 Conon M. ex Synaxariis 416
1 Conradus *seu* Cuno, designatus Archiep. Trevir. Mart. Theologii depositus. *Comm. Præv.* de ejus cultu, Actorumque Auctoribus Coævis 123. ACTA Auct. Theodorico Monacho Theologiensi coævo *ex MS. Prologus* 124. *Cap.* 1 Ortus, Presbyteratus et Præpositura, Archiepiscopatus et captivitas, 124. *Cap.* 2 Martyrium S. Conradi, et sepultura prima 127. *Cap.* 3 Inventio et translatio corporis. Varia mox patrata miracula 128. *Expostulatio* Sigefridi Archiep. Moguntini ad Alexandrum II Pontificem Romanum 130
3 Conus Monachus. *Comm. præv.* Loca cultus, Acta, Miracula 351. *Vita.* Ex vetusta membrana Dianensi 352
1 Cotensa, Mart. *ex Mrol.* 47
2 Cornelius, *vide* Martyres Lugdunenses 156
4 Crescentia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 370
1 Crescentianus, *vel* Crescentius Martyr. *Comm. præv.* De actis, translationibus et cultu 56
Acta ex MS. Urbinatis Ecclesiæ 59
1 Crisprinus Mart. in Africa *ex Mrol.* 42
3 Criscens M. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Cyprius M. *ex Mrol. Hieron.* 280
6 Cyriaca, Valeria, Marcia Martyres: Notitia *ex Synaxariis MSS.* 612

1 Cyriacus, Mart. *socius S. Florentini* 42
1 Cyriacus M. Romæ *ex Mrol.* 42

D

Dacianus Martyr, *vide* Pictus. 370
2 Datula M. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Datus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Davinus Peregrinus Lucæ. *Comm. præv.* Actorum antiquitas; cultus Sancti etiam apud Regulares Canonicos: Ecclesia S. Michaelis, in qua Corpus 320 ACTA. Auct. Anonymo supparis ævi. *Cap.* 1 Adventus et obitus Lucæ: Elevatio Corporis 322. *App.* de tertia quarta et quinta Translatione 325
3 Demetria M. *ex Mrol. Hieron.* 279
4 Dibamona *vide* Sophia 371
4 Dinocus M. *ex Mrol. Hieron.* 369
1 Dionysius Monachus *ex Synaxariis* 131
3 Dionysius puer M. *vide* Lucillianus 267
3 Domitius M. *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Domna, *vide* Martyres Lugdun. 156
2 Donata Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Donata altera Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Donata tertia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Donata quarta Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Donata quinta Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Donata sexta Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Donata M. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Donata altera M. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Donata Mart. *ex Mrol.* 47
1 Donatius Mart. *ex Mrol.* 47
1 Donatus Mart. *ex Mrol.* 47
1 Donatus *alius* Mart. *ex Mrol.* 47
1 Donatus tertius *ex Mrol.* 47
2 Donatus M. *ex Mrol. Hieron.* 164
2 Donatus alter Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Donatus M. *ex Mrol. Hieron.* 279
3 Donatus secundus M. *ex Mrol. Hieron.* 280
6 Donatus M. *vide* Amantius 618
2 Dontula Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
5 Dorotheus Ep. Tyri. *Comm. Hist.* § 1 De duobus Dorotheis, uno Tyri Episcopo, altero Antiochiæ Presbytero 427. § 2 Tyri Episcopatus S. Dorotheo Martyri assertus 428. § 3 Synopsis Apostolorum ac Discipulorum Christi Episcoporumque Byzantinorum, S. Dorotheo adscripta 429. COROLLARIUM de tribus sanctis Dorotheis, Thebano, Archimandrita, et Juniore. *Comm. prævius* § 1 Distinguuntur inter se tres isti. ratione temporis et loci quibus vixerunt 582. § 2 De cultu illorum et vitis, harumque auctoribus, et cur hoc loco dentur. Item de aliis duobus Dorotheis Abbatibus 583. § 3 Dorothei junioris, Vitæ auctor. Hujus scripta, et sedes Archiepiscopalis Euchaita, proponuntur et illustrantur 584. VITA S. Dorothei Thebani Auc. Palladio Episc. Helenopolitano teste oculato 586. VITA S. Dorothei Archimandritæ, ex variis. *Cap.* 1 Ejus sanctitas et scripta, vitæ compendium, studia litterarum 587. *Cap.* 2 Gesta Dorothei circa Dositheum, discipulum suum 589. *Cap.* 3 Quid de obedientia et humilitate docuerit atque exercuerit 590. *Cap.* 4 Magistrum suum in omnibus consulit: suspicionum malitiam discit, atque in alio ostendit 592. *Cap.* 5 Vitia cum tenera sunt, facile; cum inveterata, difficile superari, varie docet S. Dorotheus 593. *Cap.* 6 Modum vitia extirpandi, virtutesque inserendi animæ proponit, similitudine sumpta ab agricultura 595. VITA S. Dorothei Junioris, sive in Chiliocomo Auct. Monacho coævo discipulo ejus. *Cap.* 1 Dorothei natales, fuga, monachatus, sacerdotium 596. *Cap.* 2 Ecstases patitur, et divinitus jussus exstruit monasterium ac templum 590. *Cap.* 3 miracula et mors Sancti. 601
5 Dorotheus junior, monachus in Chiliocomo. De vitæ ejus descriptore Andrea Damario 21 * e

E

Ebustus M. *ex Mrol. Hieron.* 369
4 Eiagonus M. *ex Mrol. Hieron.* 370
5 Elleherus, *vide* Bonifacius 445
5 Elsiarius Monachus, *ex Veteri MS. et Mrol. Saussayi* 496
1 Eneco Abb. Ord. S. Benedicti Onniæ in Hispania *Comm. præv.* Fundatio ac reformatio Onniensis, Sancti cultus et vitæ scriptores 104. VITA *brevior. Ex MS. Monasterii Pinnatensis* 107 ACTA *prolixiora. Cap.* 1 S. Eneconis pia initia et anachoresis 108. *Cap.* 2. Abbas factus Eneco virtutibus et miraculis claret 109. *Cap.* 3 Alia viventis miracula et felix obitus 113. *Cap.* 4 Alius sermo in laudem Sancti, *ex veteri MS.* quo continetur ejus Canonizatio et pœnæ festum violantium 115. *Cap.* 5 Captivi sancti intercessione liberati 118. *Cap.* 6 Ossis unius translatio Bilbilim: Patronatus assumptus, secuta miracula 119. *Cap.* 7 Alia miracula S. Eneconis, *ex lib.* 3 *Dameti* 121
3 Emerita Mart. *ex Mrol. Hieron.* 281
3 Emeritus M. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Epagatus Martyr, *ex Mroll.* 47
2 Epagatus Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 164
2 Erasmus Episc. M. Formiis in Campania *Comm. præv.* circa Acta, translationem, cultum, reliquias, inter plures Synonymos verosimiliter partiendas 206. ACTA *suspecta ex septem antiquis codicibus MSS. Gelasio II Papa, et Mombritio Cap.* 1 Vita in Libano Acta. Tormenta sub Diocletiano tolerata. Mortuus suscitatus, plurimi conversi 208 *Cap.* 2 Tormenta sub Maximiano tolerata: varii conversi, et Martyres effecti. Obitus S. Erasmi 210. *App.* Actorum censura: tormenta alia sancto adscripta: miracula quædam 211
3 Erasmus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 281
2 Estivus, *seu* Palæstinus M. *ex Mrol. Hieron.* 205
2 Evantia M. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Evasia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Evasius Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 164
2 Evasius Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
5 Evasius M. *ex Mrol. Hieron.* 414
1 Evelpistus M. *vide* Justinus 16
2 Eugenius I Papa Romanus *Comm. hist.* circa cultum, pontificatum, et sepulturam 214
Euphemia, *vide* Bazalota 629
6 Eusebia M. *vide* Maria 611
6 Eustorgius II Episc. Mediolanen. *Sylloge* de ejus cultu, actis atque ætate 633
4 Euticus M. *ex Mrol. Hieron.* 569
1 Eutropius Mart. *ex Ferrario* 56
5 Eutychius Episcopus Comensis, *Sylloge Historica* De ejus cultu, vita, translatione 444
4 Expergentus M. *ex Mrol. Hieron.* 370
2 Extricata M. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Extricata *alia* Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Extricatus M. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Exuperia M. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Exuperantius M. Romæ *ex Mroll.* 42
1 Exaperantius M. *ex Ferrario* 56

F

Fædosa, Mart. *ex Mroll.* 47
5 Fappa Martyr *ex Mroll.* 415
2 Fausta M. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Faustina Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Faustinus Mart. *Socius S. Florentii* 33
2 Faustus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Felicia Mart. *ex Mrol.* 47
2 Felicia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
5 Felicianus Martyr *ex Mroll.* 415
2 Felicissima M. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Felicitas M. *ex Mrol Hieron.* 280
5 Felicitas Martyr, *ejus Reliquiæ translatæ Antuerpiam ad templum Societatis Jesu* 415
5 Felicitas Martyr *ex Mroll.* 415
5 Felicula Mart. *ex Mroll.* 415
1 Felinus M, *vide* Gratinianus 22
1 Felix M. *ex Mroll.* 47
2 Felix Martyr *ex Mrol. Hieron.* 164
2 Felix alius Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Felix tertius Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Felix quartus M. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Felix quintus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Felix sextus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Felix M. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Felix M. alius *ex Mrol. Hieron.* 280
5 Felix M. *ex Mrol. Hieron.* 416
5 Felix M. Monachus Frislariæ. 496
5 Ferdinandus Princeps Lusitaniæ *Comm. præv.* De Actis, a Secretario et socio scriptis, inchoato cultu et imaginibus. Diebus obitus et translationis 552. Acta *a Joanne Alvari socio et Secret. scripta. Cap.* 1 Ferdinandi natales : virtutes erga Deum et proximum 554. *Cap.* 2 Aliæ sancti Infantis virtutes : disciplina domestica, expeditio in Africam suscepta 556. *Cap.* 3 Expeditionis Tingitanæ infelix exitus. Reliquiæ christianorum, Septam pro lytro pactæ, dato obside Ferdinando 558. *Cap.* 4 Exempti periculo Lusitani negant reddendam Septam Mauris qui pacta non servarunt: lytrum pro Infante recusat Arzillæ Dominus 560. *Cap.* 5 Arsilla Fessam S. Infans traducitur cum sociis, et per quinque primos menses inclementer habetur 563. *Cap.* 6 Catenis onerati captivi educuntur ad opus faciendum : nuntiatur eis mors sui Regis Eduardi 565. *Cap.* 7 Augentur captivis labores et ærumnæ usque ad exeuntem Februarium 566. *Cap.* 8 Liberatio Infantis variis modis frustra tentata et agitata : ærumnæ ejus exinde auctæ 567. *Cap.* 9 Solatia ab Infante et sociis mutuo data acceptaque 569. *Cap.* 10 Cædes inter-nuntii Mauri : de lytro tractatus irritus : Infantis in proprio gurgustio ærumnæ et exercitia pia 571. *Cap.* 11 Extremus S. Infantis morbus : conspecti in visione Sancti pius obitus, lamenta sociorum 574. *Cap.* 12 : Cadaver Infantis exenteratum suspensumque de muro : sociorum fortuna : Lazaraquii exitus 576 *Cap.* 13 Miracula post mortem. Translatio corporis in Lusitaniam. 578
1 Firmus Martyr *ex Menæis.* 69
2 Firmina Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Flavia M. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Flavia M. *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Flavianus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Fledus Martyr *ex Mroll.* 47
1 Flavius Mart. *ex Mroll.* 47
2 Florentina Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Florentinus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Florentius Martyr Perusii cum sociis. *Comment. hist.* Cultus, *Reliquiæ, Ecclesiæ.* Acta SS. Secundiani et sociorum illis aptata 34. — Appendix de Reliquiis S. Florentii, Perusio Duacum translatis ad Ecclesiam societatis Jesu 37
3 Florus M. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Fortunata Mart. *ex Mroll.* 47
1 Fortunatus Mart. *ex Mroll.* 47
2 Fortunata M. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Fortunata alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Fortunata M *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Fortunata alia M. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Fortunatus II Mart. *ex Mroll.* 47
1 Fortunatus III Mart. *ex Mroll.* 47
1 Fortunatus Mart. *ex Ferrario* 57
1 Fortunatus, presb. Diœc. Spoletinæ in Umbria. *Comm. præv.* de illius cultu, et vitæ auctore 72 Vita auctore Audelao Presbytero, *ex quatuor codicibus* MSS. 72
2 Fortunatus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Fortunatus alius Mart. *ex Mrol Hieron.* 204
2 Fortunatus tertius Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Fortunatus quartus M. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Fortunatus quintus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 205
3 Fortunatus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Fortunatus alius M. *ex Mrol. Hieron.* 280
5 Fortunatus Martyr *ex Mroll.* 416
2 Fontejus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
4 Fortunus M. *ex Mrol. Hieron* 370
4 Fortunion M. *ex Mrol. Hieron.* 369
4 Francisca V. Ord. Servorum B. M. Synopsis vitæ atque cultus 407
5 Francus Eremita 544. Vita *ex MS. Codice Asserici servato .* 544
3 Fructus M. *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Fuscus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Frustina Martyr, *ex Martyr.* 47

G

Gagia M. *ex Mrol. Hieron.* 380
2 Gagus, Mart. *ex Mroll.* 47
3 Gagus M. *ex Mrol. Hieron.* 270
3 Gagus alius M. *ex Mrol. Hieron.* 280
5 Gagus Martyr *ex Mroll.* 415
1 Gajanus M. *ex Mroll.* 47
4 Galdunus M. *ex Mrol. Hieron.* 369
2 Gallica M. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Gallicia M. *ex Mrol Hieron.* 280
1 Gaudentius, Ep. Arbensis in Dalmatia, *Sylloge,* ex Philippo Ferrario et S. Petro Damiani 131
2 Gaudiolus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
6 Gelasius Martyr, *ex Squarcius* 628
1 Gemellina Martyr *ex Mrol.* 47
1 Gemina Mart. *ex Mrol.* 47
2 Geminianus, *vide* Mart. Lugdun. 156
2 Geminus, *vide* Mart. Lugdun. 156
3 Genesius Episc. Claromont. *Comm. prævius* Sancti cultus et Acta : fabulæ rejectæ 315. Vita, *ex MS. Legendario* 316
5 Genesius, Comes Arvernius. *Synopsis* de cultu, ætate, actis, *e Scriptoribus Arvernis* 496. Officium *ex Breviario Camalcriensi* 497
6 Gerardus Tinctorius, Fundator hospitalis Comensis *Comm. præv.* De cultu per S. Carolum Borromæum probato, et Actis coram eo productis 754. Acta jussu S. Caroli Borromæi collecta *Cap.* 1 Fundatio Hospitalis : miracula : mortui sanctitas Olgeatæ cognita 755. *Cap.* 2 Miracula seculo XIV patrata, et a Bonincontro Morigia dum fierent scripta 758. *Cap.* 3 seculo 16 exhibitum Bonincontri MS. Seniorum Modoetiensium depositiones, per Carolum a Basilica Petri exceptæ 760. *Cap.* 4 Prosecutio Informationum

Informationum, de cultus antiqui continuatione sumptarum 762
1 Germanus Martyr *ex Mroll.* 47
1 Getulla Mart. *ex Mroll.* 47
6 Gilbertus Abbas, Petronilla conjux, Pontia filia Ord. Præmonstr. *Comm. præv.* de cultu antiquo et vita recentiori 749. Vita *ex Joanne le Paige.* Prologus 750. *Cap.* 1 Expeditio cum Ludovico VII Rege Francorum in terram sanctam 750. *Cap.* 2 monasteria duo constructa. In illis sancta ejus et uxoris conversatio, obitus et cultus 751. *Cap.* 3 Corporis inventio et elevatio : aliqua miracula 752
5 Gorgias Martyr, *vide* Marcianus 412
3 Gorgonia M. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Gosia Martyr *ex Mroll.* 47
2 Grata, *vide* Mart. Lugdun. 156
1 Gratinianus et Felinus Martyres Perusini, Aronam in Insubriam translati. *Comm. præv.* Acta in Aronensi Monasterio composita et bifariam dividenda 22. Acta Apocrypha, *ex veteri MS. Aronensi.* Pars *prior*, De Sanctorum conversione et Confessione intrepida ante tribunal, *sumpta ex Actis SS. Secundiani et Sociorum, in Acta SS. Florentii et Sociorum licentius transformatis* 25 Pars *posterior*, De constantia Sanctorum varie tentata, eorumque morte, *fere ex ingenio Auctoris conficta* 27
5 Gregorius Martyr, *ex Mroll.* 415
5 Gregorius Martyr, Ep. Lilybætanus. *Sylloge Hist.* De ejus notitia ex Actis S. Gregorii Lilybætani sumpta 426
1 Griccivianus Mart. *ex ferrario* 56
4 Gualterus Abbas. *Comm. præv.* De cultu 397
Vita *ex MSS.* 397
6 Gudwalus, Ep. Britannus, Gandavi in Flandria. *Comm. præv.* de vitæ et miraculorum Actis, ac Sancti ætate 716. Vita *a Monacho Blondiniensi expolita.* Prologus 718. *Cap.* 1 Vita Sancti in patria atque vicino scopulo, ante et post Episcopatum ; nonnullaque miracula 719. *Cap.* 2. Terminus mari positus : Angelorum in Missa ministerium : discessus in aliam ditionem, miraculis roboratus 721. *Cap.* 3 Monasterium constructum. Hereditas obtenta et filius proprietario datus. Alia miracula 722. *Cap.* 4 Miracula S. Gudwali, in mortuo suscitato ; amente, et muto sanatis : item in ove, lupis, et equo patrata 725. *Cap.* 5 Tempus mortis divinitus indicatum : pius obitus, translationes 728. *Embolismus* Sermo de translatione S. Gudwali et Bertulfi 730. *Cap.* 6 Recentiora miracula, Gandavi et in vicinia patrata 732. *Cap.* 7 Alia ejusdem temporis miracula 734
2 Guido Ep. Aquensis in Insubria. *Comm. præv.* De cultu et Auctoribus vitæ 223. Miracula *ex vita MSS. per Laurentium Calciatum* 225
5 Gundecarus, *vide* Bonifacius 445
6 Gurvallus, Ep. Alethensis in Armoricis. *Comm. Hist.* De ejus cultu, actis, ætate, et instituto 715

H

Hamundus, *vide* Bonifacius 445
5 Hathevulfus, *vide* Bonifacius 445
2 Helpis, *vide* Martyres Lugdunenses 156
1 Henneco, *vide* Eneco, 104
1 Heraclia Mart. Romæ *ex Mroll.* 42
5 Helarius, *vide* Javinus 430
1 Hierax M. *vide* Justinus 16
6 Hilarion Junior, Hegumenus Confessor. *Comm. præv.* De ejus monasterio et Vita *ex Græcorum ritualibus* 746
2 Hilarius Martyr *ex Mrol. Hieron.* 164
3 Hilarius et Valerius, Episcopi Carcassonenses *Ex scriptoribus recentioribus* 284
5 Hilarius Mart. *ex Mroll.* 415
1 Hilarus Martyr *ex Mroll.* 47
3 Hilburgis Vidua *Comm. præv.* De vita, unde et cur ea detur 353. Vita *ex veteri Chartulario Pontisarensis monasterii* 354
5 Hiltebrandus, *vide* Bonifacius 445
2 Honorata Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 164
2 Honorata Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Honoratus Mart. *ex Martyrol.* 47
3 Honorata M. *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Honoratus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 205
1 Hortensus Mart. *ex Mroll.* 47
2 Humatus Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 164
3 Hypatius puer M. *vide* Lucillianus 267
5 Hyperechius Martyr, *vide* Marcianus 412

I

Illidius et Leogontius Epp. Claromontani *Comm. prævius* De utriusque cultu, et Vita prioris 416 Vita *Auct. Gregorio Turonen.* 418. Alia *Ex vetusto Breviario Illidiano* 420. Append. De Corporis elevatione et translatione 423. Ecclesia ei condita a Bernowino episcopo. Quæritur an hic episcopus Vesontionensis fuerit an Arvernensis 18 * f
5 Ingenuus Martyr *ex Mroll.* 415
5 Irene martyr, *vide* Marcianus 412
3 Isaacus monachus M. Cordubæ *Comm. præv.* De scriptore martyrii ejusque mentione in Martyrologiis 317. Acta *Auct. S. Eulogio martyre* 317.
1 Ischyrion mart, ex *Eusebio et Hagiol. Habess.* 31
4 Italius M. *ex Mrol. Hieron.* 370
6 Italus martyr, *ex Mroll.* 622

J

Jaunica, *vide* martyres Lugdun. 47
1 Januaria Martyr *ex Martyrologiis* 156
1 Januaria alia mart. *ex Martyrologiis* 47
2 Januaria mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Januaria mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Januaria mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Januaria alia mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Januaria tertia mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Januaria quarta mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Januarissa mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Januarius martyr *ex Martyrologiis* 47
1 Januarius alter mart. *ex Martyrologiis* 47
2 Januarius mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Januarius alter mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Januarius tertius mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Januarius mart. *ex Mrol. Hieron.* 279
3 Januarius alter mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
5 Javinus *et* Herculius, ex *vetusto Martyrolog.* 430
1 Joannes Martyr *ex Mroll.* 47
2 Joannes Erem. Presb. *Comm. prævius* De cultu et vita ejus 254. Acta ex Legendariis 254
2 Joannes Mart. *Sylloge* ex Slavo-Russicis monumentis 257
4 Joannes Mart. Hegumenus, *ex Synaxario* 394
6 Joannes Veron. Ep. *Ex Augustino Valerio et aliis recentioribus* 631
2 Jocunda mart. *ex Mrol. Hieron.* 204

2 Jovianus M. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Jovianus mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Jovinus in Pictav. Diœc. *Sylloq. Hist.* De ejus cultu et genere et professione monastica. 71
4 Jucundianus mart. *ex Mrol. Hieron.* 370
2 Julia, *vide* martyres Lugdun. 156
2 Julia alia, *vide* martyres Lugdun. 156
2 Julia mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Julia alia mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Julia tertia mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Julia quarta mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
4 Julia mart. *ex Mrol. Hieron.* 369
3 Juliana Virgo mart. *ex Mrol. Hieron.* 279
5 Juliana martyr *ex Mroll.* 415
1 Julianus martyr Socius S. Florentii 33
2 Julius, *vide* martyres Lugdun. 156
2 Julius mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Justa, *vide* martyres Lugdun. 156
2 Justa mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Justa mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Justina Virgo mart. *Socia S. Secundi* 50
1 Justinus martyr, Chariton et Socii *Comm. Hist.* § 1 An idem hic qui Justinus Philosophus, et cum Sociis capite plexus, 16 § 2 De anno mortis die cultus ac spatio vitæ 18. § III, Confessio martyrum coram Præfecto Rustico 20
1 Justinus martyr, *ex Ferrario* 56
2 Justus, *vide* martyres Lugdun. 156
2 Justa mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Justus mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Justus mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
5 Justus et Clemens, Confessores. *Comm. Prævius* Acta, ætas, cultus et miracula. 430 Historia Monasterii SS. Justi et Clementis *ex veteribus Actis* 432 Miracula circa annum 1140 conscripta. 434. Appendix I *addita ab Augustino Florentino* 438. Appendix II. *Ex MS. Relatione Volaterranorum* 439. Historia inventi sæpeque translati et recogniti corporis S. Clementis 440
6 Justus, Episcopus Alexandrinus, quintus post S. Marcum, *ex Hagiologio metrico MS. Habessino; et historia Patriarchali* 610
1 Juventius Mart. *Romæ ex Martyrologiis* 42
1 Juventius Mart. Roma in Gallia translatus. Gratiæ curationum intercessione S. Juventii pie attributarum. *ex MSS. Gallicis Casæ-Dei* 43, *et* 45.

K. L

Keivinus, *vide* Coemginus 303
2 Latina Mart. *ex Mrol. Hieron.* 205
3 Laurentinus, *vide* Pergentinus 265
1 Lauta Martyr *ex Martyrologiis* 47
5 Leogontius Episcopus, *vide* Illidius 416
5 Leonides Martyr, *vide* Marcianus 412
1 Liberianus, *seu* Valerianus Martyr 16
3 Libosus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Lifardus et Urbicius Abbates Magdunenses *Comment. Præv.* de cultu, Actis, translatione, ac miraculis 291. Vita *ex antiquis Codicibus* 293. Translatio Corporis et Dedicatio Ecclesiæ Magdunensis 295. Miracula. Prologus 297. *Cap.* 1 Captivi liberati, invasor iniquus morte mulctatus 297. *Cap.* 2 Cæcus et mutus sanati: captivus liberatus 299. *Cap.* 3 a Bernardo Magdunensi Canonico dictatum 301
3 Luca mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
4 Lucentia Virgo, *Ex relatu Claudii Castellani Canon. Parisien.* 403
1 Lucia Virgo martyr *ex Martyrologiis* 47
3 Lucia mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Lucianus mart. *ex Mrol. Hieron.* 281
3 Lucillianus senex; Claudius Hypatius, Paulus, Dionysius, pueri. Paula seu Paulina Virgo, Martyres. *Comment. Præv.* Memoria in plurimis fastis præsertim Græcorum 267. Encomium *Auctore Photio Scevophylace et Logotheta CP. Cap.* 1 Lucilliani vita ante et post conversionem 270. *Cap.* 2 Ejusdem, orta persecutione, in tormentis Constantia 278. *Cap.* 3 Inventos in carcere quatuor pueros pluribus animat ad martyrium Sanctus 274
2 Luciosa mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Lucius mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
6 Lucius et Amantius martyres, Cornelii in agro Parmensi. *Sylloge.* De eorum inventione et cultu 622
6 Lucius, *vide* Amandus 619
1 Lupus martyr *ex Mroll.* 47

M

Macarius, *vide* Martyres Lugdunen. 156
1 Majanus peregrinus, Longariis in Vasconia 1*
1 Major Martyr *ex Mroll.* 47
1 Majorus Martyr *ex Mrol.* 47
1 Majosa Martyr *ex Mrol.* 47
1 Malchus Martyr *ex Mrol.* 47
5 Mammetus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 416
2 Marcella Martyr *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Marcellianus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 47
1 Marcellianus alius Martyr *ex Mrol. Hieron.* 47
2 Marcellina Martyr *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Marcellinus Martyr *Soc. S. Florentii* 33
1 Marcellinus Martyr *ex Mrol.* 47
2 Marcellinus Presbyter, Petrus Exorcista, Thomatus, Rogatus, et alii quadraginta duo Martyres *Comm. prævius.* De eorum cultu, ecclesia, actis 166. Acta *Ex pluribus pervetustis codicibus MSS.* 167. Acta Metrica, *Auctore (ut putatur) Eginharto* 169. Hymnus *Auct. B. Rabano Ab. Fuldensi,* dein *Archiep. Moguntino* 172 Translatio Reliquiarum in Germaniam. *Comm. præv.* § 1 Historia translationis: scripta, loca ad quæ translatæ Reliquiæ, a Ludovico pio Imperatore donata Eginhardo 172 § 2 Reliquiæ Selingenstadii asservatæ, quando eo translatæ: in variis Ecclesiis aliæ atque aliæ 174. § 3 Inspectio Reliquiarum Selingenstadii, facta anno MDCVII 176. Historia Translationis *Auct. Eginhardo tunc Selingenstadiensi Abbate* 177. Prologus 177, *Cap.* 1 Missi ab Eginhardo Romam ad procurandas Reliquias. Obtentæ sanctorum Marcellini et Petri 177. *Cap.* 2 Sacræ Reliquiæ per diversa loca delatæ in Michilinstat, et post varias visiones in Mullinheim, postea Selingenstat dictum 180. *Cap.* 3 Aliquæ Reliquiæ S. Marcellini olim ablatæ, impetrantur; et ad alia loca transferuntur, Miracula facta 183. *Cap.* 4 Miracula in surdis et mutis, contractis et aliis ægris, Mullenheimi patrata. Cerevisia in vinum mutata: cereus ultro accensus 186. *Cap.* 5 Alia miracula Mulinheimi facta, surdis et mutis, paralyticis et amantibus sanatis: lumen iter agentibus nocte concessum. Libellus Imperatori oblatus. 189 *Cap.* 6 Miracula in palatio Imperatoris ad Reliquias horum Sanctorum facta. Cæcitas, contractio, paralysis, febris sublata 193. *Cap* 7 Miracula Valencenis in Hannonia patrata, ad Reliquias horum Sanctorum. Cæci decem illuminati, alii agri sanati 195. *Cap.* 8 Miracula Gandavi, in monasterio S. Bavonis,

S. Bavonis, ad Reliquias horum Sanctorum. Cæci octo illuminati : alii ægri adjuti 196. *Cap.* 9 Ad Reliquias Trajecti depositas sanati cæci, muti, contracti, paralytici. 198 *Cap.* 10 Duo miracula, intercessione SS. Proti et Hyacinthi atque S. Hermetis, in Ecclesia S. Marcellini et Petri patrata. 199 App. 1 De prætensa earumdem Reliquiarum existentia in Suessionensi S. Medardi ecclesia, ex epistola sub nomine Odilonis ad Ingrannum edita 201. Appendix 2 De Reliquiis S. Marcellini, Roma Pedemontium in Campania, hoc seculo translatis 203. App. iii. Restauratio monasterii eorum Hasnoniæ, ex eorumdem apparitione curata per Baldoinum Flandriæ comitem, sanctorum illorum patrocinio mortis periculo bis ereptum seculo xi. Item de eorumdem ibi olim et nunc reliquiis 2 *
3 Marcellus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
6 Marcia, *vide* Cyriaca 612
2 Marcia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Marciana Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Marcianus Martyr *ex Mrol.* 47
1 Marcianus alius M. *ex Mrol.* 47
5 Marcianus M. et Socii, *Comm. Hist.* Cultus apud Latinos ac Græcos ; et martyrii modus 412. Acta *ex MS. Vaticano* 413
2 Marciosa M, *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Marcus M. *ex Mrol* 47
1 Marcus alius M. *ex Mrol.* 47
1 Maria Martyr *ex Mrol.* 47
2 Maria Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Maria alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Maria tertia M. *ex Mrol. Hieron.* 204
6 Maria Mart. *cum Sociabus* Martha, et tribus Virginibus, Eusebia seu Esia et Zenaide matronis, atque Zenaide Thaumaturga. Sylloge conjecturalis secundum notitias in Græcorum fastis repertas 611
2 Marina Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Marius Mart. *ex Mrol. Hieron.* 205
6 Marta Mart. *vide* Maria 611
1 Martialis Mart. *ex Mrol.* 47
2 Martialis Mart. *ex Mrol. Hieron.* 195
4 Martialis Episcopus. *Ex Ugello et Jacobillo* 387
5 Martialis Mart. *ex Mrol.* 415
2 Martinianus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Martinus Mart. *ex Mrol.* 47
1 Martinus alius Martyr *ex Mrol.* 47
2 Martyres iv, Mater cum tribus filiis, *ex Synaxariis* 164
6 Martyres xx Tarsi in Cilicia. *Notitia ex Martyrologiis et Actis S. Bonifacii Martyris* 623
1 Martyres xxiii *ex Mrol.* 47
4 Martyres xxv *ex Mrol. Hieron.* 369
2 Martyres xxxviii *ex Synaxario.* 164
5 Martyres xl, *vide* Bonifacius 445
2 Martyres xlii, *vide* Marcellinus 171
2 Martyres xlviii *ex Mrol. Hieron.* 205
2 Martyres lxxxi *ex Mrol Hieron.* 204
1 Martyres lxxvi, aut clxxii *ex Mroll.* 47
3 Martyres lxxxiii, *vel* xciii *ex Mrol. Hieron.* 279
3 Martyres lxxxiv, aut cii *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Martyres cxx *ex Mroll.* 47
3 Martyres cxlvii *ex Mrol. Hieron.* 279
2 Martyres *plurimi, Antiochiæ Passi, ex Syn.* 165
2 Martyres Lugdunenses xlviii. *Comm. Præv.* circa nomina Martyrum, et quædam de ipsis dubia 156. Acta, ex *Epistola Lugdunensium et Viennensium, Græce edita ab Eusebio, Latine reddita a Rufino. Cap.* 1 Occasio persecutionis Acta aliqua SS. Vetii, Epagati, Zachariæ, Balbinæ et Sancti 157. *Cap.* 2 Fœtore carceris necati S. Pothinus, et alii : Blandina torta. Martyrium SS. Maturi et Sancti ; Alexandri et Attali 159, *Cap.* 3 Martyrium SS. Pontici et Blandinæ. Corpora canibus objecta, igne adusta, et submersa. Virtutes martyrum 161. Appendix de Ecclesia S. Blandinæ. 163
1 Martyres sedecim millia in *Ægypto ex Hagiologio Habessino* 32
2 Martyres Sendomiriæ in Polonia a Tartaris cæsi. *Comm. Hist.* De tempore modoque martyrii et cultu. 258
Quo anno Tartari in Poloniam irruperint, atque Sendomiriam occupaverint 9 * Eorum sepultura, et concessæ indulgentiæ. 10 *
2 Mastilla Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Matrona Martyr *ex Martyrologiis* 47
2 Materna, *vide* Martyres Lugdun. 156
2 Matrona Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Matrona, alia Mart. *ex Mrol.* 47
2 Matrona alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Matrona Mart *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Matura Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Maturus *vide* Martyres Lugdun. 156
2 Mavorus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
5 Maurus Martyr *ex Mroll.* 415
1 Maxima martyr *ex Martyrologiis* 47
1 Maxima, alia mart. *ex Mroll.* 47
1 Maxima, tertia mart. *ex Mroll.* 47
2 Maxima mart. *ex Mroll. Hieron.* 204
2 Maxima alia mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Maxima Mart. *ex Mroll. Hieron.* 204
5 Maxima alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Maxima tertia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Medulphus Eremita in Arvernia, *Ex Officio Ecclesiastico* 74
3 Mefomus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
5 Meinwercus Episc. Paderborn. *Com prævius.* De Vitæ Auctore ejusque ætate, ac Beati cultu 500. Vita *Auct. Abdinghoffensi Anonymo. Cap.* 1 Institutio Episcopatus Paderborn. cui decimus præfuit Meinwercus : hujus natales, studia, Clericatus in aula Ottonis III 503. *Cap.* 2 Episcopatus Paderborn. a Rothario Episc. multimodis restitutus, B. Meinwerco non nihil conferente 505. *Cap.* 3 Factus Episcopus Meinwercus statum Ecclesiæ in spiritualibus ac temporalibus promovet 508 *Cap.* 4 Iter Meinwerci in Italiam cum S. Henrico Imp. ac reditus Paderbornam 511. *Cap.* 5 Beneficia Ecclesiæ Paderbornensi collata Meinwerco procurante et gratitudinem referente 513, *Cap.* 6 Ejusdem argumenti prosecutio 516. *Cap.* 7 Alia beneficia sub simili Episcopi gratitudine Ecclesiæ facta 518. *Cap.* 8 Reliqua beneficia adnitente Episcopo Ecclesiæ facta, absolutum Monasterium Abdinghoffense 521, *Cap.* 9 Mater et vitricus Episcopi gravium suorum scelerum tandem pœnas dant, divinitus castigati 523. *Cap.* 10 B. Popponis Trevir. acta quædam ; plura Meinwerci, præsertim circa monasteria et servos 525. *Cap.* 11 Diœcesis utilitas diversimode ab Episcopo procurata 528. *Cap.* 12 Post reconciliatos inter se SS. Henricum Imp. et Heribertum Archiep. variis fundis donatus Meinwercus 531, *Cap.* 13 Varia inter SS. Henricum Imp. et Meinwercum familiarius acta 534. *Cap.* 14 a Conrado Imp. facta Episcopo Beneficia, aliqua coram illo acta 537. *Cap.* 15 Alia bona acquisita, Monasterium Abdinghoffense Paderbornæ absolutum et donatum 539. *Cap.* 16 Fundata et dotata ecclesia Collegiata in suburbiis, pie moritur Meinwercus 541
1 Melosa Martyr *ex Mroll.* 47

3 Metuana Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280

1 Metunus Martyr *ex Mroll.* 47

4 Metrophanes, Episcopus Constantinopolitanus *Comm. Hist.* § 1 Cultus apud Græcos et Latinos, qualia de eo habeantur Acta. 376 § 2. Utrum ante, an post Synodum Nicænam obierit Metrophanes 378. § 3. Elucidatur idem argumentum, inquirendo quamdiu et quando Episcopus CP. fuerit Alexander, Metrophanis successor 380. § 4. Statuitur tempus et ætas, quibus obiit Metrophanes 381. § 5. Episcopos fuisse Bysantii ante Metrophanem, non probatur auctoritate Nicephororum, sive Patriarchæ sive Callisti, Pseudo-Dorotheum secutorum 383. § 6. Quotus Bysantii Episcopus fuerit Metrophanes 385

1 Minimus Martyr *ex Martyrologiis* 47

2 Modianus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204

4 Mommia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 370

3 Morandus, Monachus Cluniacensis, *Comm. Præv.* § 1 De Vitis, ac die cultus S. Morandi; et unde hi Commentarii potissimum desumantur 332. § 2 De Monasterio Altkirchensi S. Christophori, dein S. Morandi et oppido Altkirchensi eorumque Fundatoribus 334 § 3 Canonizatio S. Morandi: Indulgentiæ concessæ, eorumque diplomata 335. § 4 Cultus S. Morandi apud Cluniacenses per Officium duplex, apud Domum Austriacum per anathemata, apud vinitores per picturas 377. § 5 Sodalitium sub invocatione S. Morandi erectum, ejusque leges, merita Ordinis Cluniacensis eidem communicata 338. § 6 Posterior monasterii S. Morandi desolatio : aliquot Præpositorum ejus enumeratio 339. § 7 Præsens Residentiæ, Ecclesiæ, tumuli et Reliquiarum S. Morandi status, sub Patribus Societatis Jesu 340. Vita *Seculo primo a morte Sancti scripta, a Monacho (ut videtur, ipsius Monasterii Morandini.* Prologus 341, *Cap.* 1 Morandi ortus, pueritia, peregrinatio, monachatus, virtutes 341. *Cap.* 2 Miracula ante et post mortem. Translatio et Canonizatio 343. Miracula Circiter medium seculi xv facta, pleraque in mortuis resuscitatis, *Annotata a D. Martino Granter, Præposito S. Morandi* 345. Recentiora, *descripta ab aliquo e Soc. Jesu* 347. Recentissima *a Patribus Societ. Jesu Collecta* 349. § viii. De vita ejus a Lambecio edita, et de quibusdam in codice MS. Cæsareo, vitæ præmissis 15 * § ix. Variantes lectiones in vita ex editione Lambecii, comparata cum nostra : et nostræ ad illas Annotationes 16 *

5 Mustilus Martyr *ex Mroll.* 415

N

Nabor Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280

1 Neon Mart. *ex MS. Synaxario Divion.* 70

3 Nepor Mart. *ex Mrol. Hieron.* 279

5 Nicander Martyr, *vide* Marcianus 412

5 Nicander Martyr *ex Mroll.* 415

2 Nicolaus Peregrinus, Trani in Apulia Patronus. *Comm. Hist.* Circa ejus cultum; ac Vitæ, Miraculorum, Translationumque scriptores. 329 Acta *quadripartita* ex coævorum Auctorum monumentis. Pars 1, De vita S. Nicolai in Græcia, *ex relatu Bartholomæi Sanctum comitati. Cap.* 1 Quomodo divinitus instructus puer cœperit ambulare, clamando Kyrie eleison, et quid ea causa passus in patria sit 231. *Cap.* 2 Sancti vita eremitica, et variæ ejus in illa probationes : detersa calumnia 233. *Cap.* 3. Transgressus in Italiam Sanctus, non sine miraculis Lupias venit 235. *Caput* 4. Post varia miracula Tarentum abit Sanctus, indeque Tranum, ubi moritur 236. Pars 2 De Sancti adventu Tranum et obitu, atque hunc secutis miraculis, *Auctore Adelferio, teste in pluribus oculato* Prologus 238. *Caput* 1. Vita sancte acta. Obitus pius 239. *Cap.* 2 Miracula ante et post sepulturam facta 241. Pars III De S. Nicolai Canonizatione et Translatione. Prologus 242. *Cap.* 1 Canonizatio S. Nicolai Peregrini. Ecclesia constructa. Miracula patrata 243. *Cap.* 2 Translatio corporis ad novam Ecclesiam : Miracula facta 244. Hymni 247 Pars iv De secunda Corporis translatione. Prologus 248 *Cap.* 1 Inventio partium aliquarum anno 1603, et reliqui corporis an. 1611, 249. *Cap.* 2. Translatio celebratur 5 Octobris : sacrarium instauratur, in quod etiam aliæ Reliquiæ inferuntur an. 1616, 250. *App.* De Ecclesiis in honorem S. Peregrini constructis 252

1 Nina Martyr *ex Mroll.* 47

2 Nina, Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 164

2 Nina, Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 204

2 Nina alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204

2 Nina tertia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204

4 Ninnita Mart. *ex Mrol. Hieron.* 369

4 Ninnoca Virgo *Comm. Hist.* § 1 De certo cultu ejus, sed Actis perquam male consutis, quoad ætatem, genus, et nativitatem Sanctæ 399. § 2 Transitus Sanctæ in Armoricam 407. § 3 Monasterium constructum et dotatum 402. Ætas qua floruerit, et cultus antiquitus ei delatus 13 *

2 Nomitia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204

2 Nondinarus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204

6 Norbertus Archiepisc. Magdeburg. Fundator Ord. Præmonstrat. *Comm. præv.* § 1 Synopsis Vitæ chronotactica : cultus sancitus a Gregorio XIII, a successoribus auctus 797. §. 2 Vita scripta, curante Hugone primo socio et in Præmonstratensi regimine successore; cum Analectis Historiæ translationum, hoc seculo factarum et Corollariis 799. §. 3 De festo Sancti a semiduplicis ad duplicis ordinem translato 800. §. 4 Encomia S. Norberto ejusque Ordini ab ejusdem ævi scriptoribus data 803 §. 5 Auctorum quorumdam seculi sequentis testimonia, Sanctimonialium Ordinis vetus disciplina 805. Vita *ex variis MSS. edita a Joan. Chrysost. vander Sterre, Priore ac postea Ab. S. Michaelis Antuerpiæ. Cap.* 1 Ortus, secularis vita, conversio ad meliorem 808 *Cap.* 2 Ordines sacri suscepti : Verbum Dei prædicatum. Injuria patienter tolerata 810. *Cap.* 3 Quare et quomodo patiantur Sancti mala. Constantia fidei in S. Norberto 812. *Cap.* 4 Persecutiones toleratæ, peregrinationes assumptæ, potestas concionandi obtenta 813. *Cap.* 5 Colloquium cum Episcopo Cameracensi ascitus Hugo socius : conciones habitæ 815. *Cap.* 6 Discordiæ sublatæ et pax firmata 817. *Cap.* 7 Favore Callisti Papæ et patrocinio Episcopi Laudunensis, Præmonstratum cœptum habitari. Diabolicæ tentationes superatæ 819. *Caput* 8 Varii socii acquisiti. Energumena liberata. Reliquiæ acceptæ 821. *Cap.* 9 Professio secundum Regulam S. Augustini. Exercitia virtutum præscripta 823. *Cap.* 10 Socii unius hypocrysis detecta : Ecclesia constructa 824. *Cap.* 11 Tentationes superatæ : Energumeni liberati 826. c. 12 B. Godefridus Cappenbergensis conversus; idem cogitanti Theobaldo Comiti persuasum conjugium 828. *Cap.* 13 Curati cæca et

dæmoniacus. Tanchelini hæresis extirpata Antuerpiæ 830. Embolismus. Epistola Trajectensis Ecclesiæ ad Fridericum Episc. Coloniensem, de Tanchelmo seductore 832. *Cap.* 14 Dæmones sæpius repulsi, lupi cicurati 834. *Cap.* 15 Archiepiscopatus Magdeburgensis aditus : Cœnobium Ordinis in eo constitutum 836. *Cap.* 16 Persecutiones toleratæ, primi Abbates ordinati 838. *Cap.* 17 Privilegia Ecclesiæ suæ ab Innocentio II confirmari impetrat Sanctus. In seditione constantiam tenet : miraculose præservatur a morte 840. *Cap.* 18 Alia conspiratio discussa : iter Romanum. Morbus, et obitus 842. *Cap.* 19 Sepultura Corporis. Triplex apparitio. Epilogus 844. Analecta Norbertina. *Caput* 1 Fratrum Cappenbergensium additamenta ad vitam 845. *Cap.* 2 Ex libro III Hermanni Monachi de Miraculis S. Mariæ Laudun. § 1 Congressus S. Norberti cum Episcopo, deductio Laudunum. Præmonstrati oblati acceptatio 848. § 5 Lauduni erecta S. Martini Abbatia. Hugo Præmonstrati substitutus Norberto. Hujus multiplex commendatio 851. § 3 Cameracensis Episcopatus a Norberto recusatus, Magdeburgensis recusanti impositus 853. *Cap.* 3 De Monasteriis a S. Norberto prope Sanctos et Magdeburgi Fundatis 854. Historia Translationis. *Cap.* 1 Conatus pro obtinendo Corpore, pridem in Belgio cœpti, in Germania promoti, effectu nullo usque ad imperium Ferdinandi II 857. *Cap.* 2 Cæsaris voluntati, Magdeburgi expositæ, consentit tandem Magistratus, res tamen non peragitur 859. *Cap.* 3 Expugnata perticacia civium redit tertium Abbas, securosque reddit de Cæsarea clementia 861. *Cap.* 4 Die 3 Decembris requisitum et tumulo exemptum corpus, devectumque Doxanum prope Pragam 864. *Cap.* 5 Magdeburgensium attestatio super veritate sacri Corporis 867. *Cap.* 6 S. Norbertus Patronis Bohemiæ adscriptus : Translatio festive per octiduum celebrata 869. *Cap.* 7 Descriptio sacelli, in quo Reliquiæ collocandæ erant 872. *Cap.* 8 Vertente anno primum Depositionis, festum institutum et magnifica ducta Processio 875. *Cap.* 9 Ultima statio pompæ, et finis solennitatis totius 877. *Cap.* 10 Antuerpienses, ad Translationem anni 1627 invitati, duos ex suis Religiosos mittunt 880. *Cap.* 11 Abeunt Antuerpia Michaelitæ duo, commendatitiis ad Reliquiam aliquam obtinendam instructi 881. *Cap.* 12 Michaelitæ duo Antuerpia Pragam missi intersunt Translationi; nec sine Reliquiis revertuntur 883. *Cap.* 13 Quid interim actum Antuerpiæ, et quomodo eo rediverint Delegati 886. *Cap.* 14 Festum sancti solennius solito actum. Apparatus ad Translationem Reliquiarum allatarum 888. *Cap.* 15 Processionalis pompa, variis spectaculis interpolata 890. *Cap.* 16 Reliquus procedentium ordo, et per octavam continuata festivitas 893. *Cap.* 17 Octavæ diei functiones eucharisticæ. Brandea variis impertita 895. Appendix Beneficia quædam recentiora Sancti ope impetrata 899. Corollarium I De institutione Archiepiscopatus Magdeburgensis, et primis ejus Præsulibus usque ad S. Norbertum 901 § 1 Fundatio civitatis, in eaque Abbatiæ S. Mauritii, et hujus postea in Archiepiscopium conversio 902. § 2 Archiepiscopatus Magdeburg. institutio ex nostro MS. et primi Adelberti Ordinatio 903. § 3 Adalberti primi Archiepiscopi sanctus obitus : Electi Othrici exclusio ; Giselharii Merseburg. Ep. ad Metropolitæ dignitatem transitus illaudatus 905. § 4 Giselharii Archiep. obitus. Tagmonis Ordinatio, hujusque ex Dithmaro MS. vita, laus, et mors 907. § 5 Brevis Walthardi Archiepiscopatus, ejusque encomia ex eodem Dithmaro 909. § 6 Aliorum Archiepiscoporum successio usque ad S. Norbertum et ultra, ex nostro MS. 912. § 7 Titulus Primatis Germaniæ, quomodo et quamdiu post S. Norberti obitum Magdeburgensi accesserit 914 Corollarium II De ecclesia et abbatia S. Michaelis Antuerpiæ, a S. Norberto suscepta et hactenus florentissima 917. § 1 Translatio ecclesiæ ad Præmonstratenses. 918. § 2 Confirmata Confraternitas inter Marianos Canonicos et Michaelitas 920. § 3 Veteris parochiæ Antuerp. limites, eorumque inter utrosque Canonicos divisio 921. § 4 De Fratribus seu Tertiariis Michaelitarum, eorumque Sanctimonialibus 922. § 5 Topographia ecclesiæ et cœnobii vetus ac nova, iconibus declarata 923. § 6 De forma, mutatione alienatione murorum Abbatiæ ad schaldim, deque Romanis antiquitatibus juxta eos effossis 925. § 7 Hodiernæ Basilicæ et Abbatiæ ornamenta præcipua 928. § 8 Series XVII primorum Abbatum 931. § 9 Successio Abbatum medii ævi, quorum plerique de templo vel domo bene meriti 935. § 10 Abbates seculi XV, de fabrica plerique etiam meriti bene 936. § 11 Reliqui seculo XVI Abbates, eorumque acta gloriosa 938. § 12 Abbates seculi XVII, quibus longam successorum seriem optat Auctor 942. Corollarium III de Abbatiis filialibus ecclesiæ S. Michaelis 945. § 1 Initia et progressus Abbatiæ Everbodiensis primogenitæ. *Ibid.* § 2 Abbatum series a primo Andrea usque hodiernum 946. § 3 De Abbatia Tongerloana secundo-genita, ejusque Prælatis usque ad institutionem Episcopatus Silvæducis 957. § 4 Unio cum Episcopatu facta ac rursum dissoluta. Successio reliquorum 959. § 5 De tertio genita Middelburgensi : ac primum de ejus initiis seculo XII et XIII. 961. § 6 Abbates secul. XIV et dimidii sequentis, sub iisque acta 963. § 7 Reliqui seculo XV Abbates : horum ultimo subjectum Hagense Virginum in Hollandia Monasterium 966. § 8 Ceteri Abbates usque ad constitutum Episcopatum 967. § 9 Primus Episcopus et Abbas Middelburg, et reliqua monasterii a Fœderatis, una cum civitate occupati, fortuna 970

6 Norbertus, Ord. Præmonstratensis institutor, archiepiscopus Magdeburgensis. Appendix. Annus nativitatis, elogia ex Guiberto abb. S. Mariæ de Novigento ; aliud sub nomine Roberti de Monte quando scriptum 22. Candidus Ordini habitus a S. Maria Virgine datus non est 26 *. Capitulum Ordinis generale Præmonstrati quomodo anno MCCXVII celebratum sit 28 *. insignia S. Norberti, epitaphium Bartholomæi ep. Laudunensis ; item Godefridi et Ermensendis, benefactorum Ordinis 29 *. Thenolia, item ecclesia S. Martini Lauduni, Præmonstratensibus concessa 31 *. Quædam de Abbatibus S. Michaelis Antuerpiæ *ibid.* Corrigenda in serie abbatum Tongerloæ 31 *. Privilegium illi loco datum a Burchardo ep. Cameracensi, an dari potuerit Cameraci an. MCCXXXIII 34* Translatio corporis S. Norberti Magdeburgo Pragam, defensa contra Philippum Mullerum 35 *. De historia Sancti Jenæ ad Salam in publica disputatione proposita a Gaspare Sagittario 38 *. Additamentum de institutione et Primatu archiepiscopatus Magdeburgensis

burgensis. § I Archiepiscopus primus a Dietmaro statuitur inauguratus anno DCCCCLXX 41*. § II Ostenditur, primum archiepiscopum ordinatum esse an. DCCCCLXVIII. die XVIII Octobris 42 *. § III An per regiones Polonorum anno DCCCCLXVIII fuerint episcopatus alii, quam qui Magdeburgensi Metropolitæ tunc subjecti fuere 44 *. § IV De Primatu Germaniæ, Magdeburgensi ecclesiæ, ac titulo Primatis, S. Norberto, a quibusdam tributis 46 *. Bulla Innocentii Papæ II super certis episcopatibus in Polonia et citra, Archiepiscopo Magdeburgensi subjectis ; in eamque Annotata nostra 50 *. Rerum, a Norberto gestarum in archiepiscopatu, compendium ; *ex Chronico Magdeburgensi impresso* 52 *. Reliquiæ S. Norberti in abbatia Parcensi prope Lovanium 54 *. De Jordano, primo Posnaniæ et Polonorum episcopo, observanda 55 *. An, Magdeburgensem archiepiscopatum anno DCCCCLXX fundatum esse, scripserit Dietmarus 54 *. Utrum Misnensis episcopatus cum Magdeburgensi, an prius, fundatus sit 57 *
1 Novella Martyr *ex Martyrologiis* 47
1 Novella, *alia* Martyr *ex Martyrologiis* 47
1 Novella III Martyr *ex Martyrologiis* 47
3 Nuptialis Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Nuridinus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 204

O

Obercus M. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Octavius Martyr *ex Mrol. Hieron.* 41
October, *vide* Martyres Lugdun. 136
Oliva Virgo 331. VITA *ex MS. Cajetani* 331
1 Optata Martyr. *ex Mroll.* 47
4 Optatus Episcopus : libri scripti : cultus, ætas. 388
3 Orasus Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 281
2 Oratus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 205
1 Orphytus Martyr. *ex Ferrario* 56
3 Ovidius, *vide* Auditus. 282

P

Pacificus Ceredanensis Ord. Minorum : Vitæ et cultus notitia, *ex variis* 406 *et die* 6, *pag.* 802.
1 Pæon Martyr, *vide* Justinus 16
2 Pafilus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 205
1 Pamphilus Presbyt. Mart. *Comm. præv.* De variis diebus cultus et Actis ab Eusebio Cæsareensi editis 60 *Acta passionis* ex libris Eusebii de vita Pamphili *Pars prior*, Omnium duodecim atque imprimis Pamphili laudes complectens 62 *Idem*, ex Eusebii Historia Martyrum, cap. XI 65. *Pars altera* Sanctorum singulorum certamina et Martyrii exitus 65, *et seq. Appendix.* De Miserabili exitu eorum qui Pamphilum persecuti sunt 68
5 Pambo Martyr, *vide* Marcianus 412
3 Papozinicus M. *ex Mrol. Hieron.* 279
2 Paula Mart. *ex Mrol. Hieron.* 264
2 Paula alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Paula tertia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Paula Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Paula *Virgo Martyr, vide* Lucillianus 267
1 Paulina Martyr, *ex Martyrologiis* 47
1 Paulina Virgo M. *vide* Artemius *ex Martyrologiis* 47
1 Paulus Martyr, *ex Eusebio* 60
1 Paulus Presb. Socius S. Reveriani 39
1 Paulus *alius* Martyr, *ex Martyrologiis* 47
2 Paulus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 209
3 Paulus, *puer Martyr, vide* Lucillianus 267
2 Percus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
6 Peregrina Martyr, *vide* Amantius 628
3 Peregrinus Eremita *Comm. Hist.* Miracula, et cultus antiqui indicia obscurata 362
3 Pergentinus et Laurentinus et CCCC Martyres *Comm. Præv.* de eorum cultu et Actis 265. ACTA vetusta *ex MSS.* 266
3 Perseverantius Mart. *ex Kalendario Carthaginensi* 281
4 Petrocus Abbas *Comm. Præv.* Variæ Corporis translationes et cultus 391. VITA suspecta, *Auctore Joanne Tinemouthensi* 392
6 Petronilla, *vide* Gilbertus Abbas 761
2 Petrus Exorcista, *vide* Marcellinus 166
2 Petrus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Petrus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 287
4 Petrus dictus de Bono, Monachus. *Ex Cluniacensi Chronico* 406
5 Petrus Spina, monachus Ord. S. Basilii, Ciani in Calabria ulteriore. SYLLOGE historica, de fundatione monasterii Cianensis, publico sancti cultu et miraculis 20 *
1 Petruvius Mart. *ex Martyrologiis* 47
6 Philippus, unus ex septem primis Diaconis, Trallensium in Asia Episcopus. *Comm. Hist.* De ejus gestis, et Eunucho per eum baptizato ; Episcopatu, et cultu 608
6 Philippus e septem primis diaconis. Cultus in antiquioribus Usuardino martyrologiis 22 *
6 Philippus Martyr *ex Mroll.* 632
2 Philomenus, *vide* Martyres Lugdun. 156
4 Philippus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 370
6 Phota, *ex Synaxario Divionensi* 726
2 Photinus, *vide* Martyres Lugdunenses 156
1 Photinus Confessor, in Namurcensi Belgii diœcesi, ex traditione et usu loci, ubi colitur 82
4 Pictus Martyr Romæ : Cultus : et Hispanica de loco martyrii figmenta 370
1 Pilingottus, Tertiarius Ord. S. Francisci, Urbini in Italia. *Comm. Præv.* circa vitam et cultum Beati. 144. VITA, *auctore coævo Urbinate, ex MS. civitatis.* Prologus *Cap.* I 145 Spreta mercatura totum se Deo tradit Pilingottus, solitudini, orationi, eleemosynis intentus. 146. *Cap.* 2. Aliæ Pilingotti virtutes, et gratiæ, divinitus ei concessæ 147. *Cap.* 3. Peregrinatio Romana, obitus, sepultura, translatio propter miracula 148
2 Piscina Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
Placidus Ordinis Apostolinorum *Comm. Hist.* cultus, vita, miracula, Ordinis origo et progressus. 547
3 Pompanus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Pompeia, *vide* Martyres Lugdun. 156
2 Pompeia altera, *vide* Martyres Lugdun. 156
6 Pontia, *vide* Gilbertus Abbas 749
2 Ponticus, *vide* Martyres Lugdun. 156
2 Porfirus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 205
2 Posinna Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Posinna alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Possemus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Potamia, *vide* Martyres Lugdun. 156
2 Pothinus, *vide* Martyres Lugdun. 156
1 Potinus Martyr *ex Martyrologiis* 47
1 Prima Martyr *ex Mroll.* 47
2 Prima Mart. *ex Mroll. Hieron.* 204
2 Prima Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
5 Prima Martyr *ex Mroll.* 415
2 Primosa alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Primus Martyr *ex Martyrologiis* 47
2 Primus, *vide* Martyres Lugdun. 156

3 Prisca Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Priscus Martyr *ex Mroll.* 47
2 Priscus Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 164
5 Privatus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 414
1 Procula Martyr *ex Mroll.* 47
3 Procula M. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Proculus Martyr *ex Mroll.* 47
1 Proculus Miles Martyr Bononiæ in Italia. *Comm. Hist.* Ejus a S. Proculo Interamnensi distinctio. Martyrii tempus. Acta apocrypha 48
1 Proculus Episcopus Martyr, Bononiæ in Italia. *Comm. Hist.* De cultu, et duplici translatione corporis, ac martyrii tempore, ejusque diversitate a Proculo Interamnensi 77
1 Ptolomæus M. *ex Eusebio et Hagiol. Abess.* 31
1 Publasius Martyr *ex Mroll.* 47
1 Publius Martyr *ex Mroll.* 47
3 Publius Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Publius alius M. *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Pyrrhus Ep. *ex MSS. Synaxario Divion.* 70

Q

Quartia, *vide* Martyres Lugdun. 156
1 Quietia Martyr *ex Mroll.* 47
1 Quintus Martyr *ex Mroll.* 47
1 Quintus alius Martyr *ex Mroll.* 47
3 Quintus M. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Quintus alius M. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Quirinus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 279
4 Quirinus M. *ex Mrol. Hieron.* 369
4 Quirinus Martyr. *Sylloge* de ejus cultu et conditione 371
4 Quirinus M. Episcopus. *Comm. præv.* Antiquissima Acta, Corpus Romam translatum, indeque a variis possideri assertum 372. Acta vetustissima 303. Hymnus Prudentii 376

R

Reverianus Episc. cum XI sociis MM. Augustoduni in Gallia *Comm. Hist.* Cultus in breviariis et Fastis, tempusque martyrii 39
2 Reducta Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Rodana, *vide* Martyres Lugdunenses 156
2 Rodilia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Rogata Martyr *ex Mroll.* 47
2 Rogata Martyr *ex Mrol. Hieron.* 164
2 Rogata Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Rogata Mart. *ex Mrol. Hieron.* 210
5 Rogata Martyr *ex Mroll.* 415
1 Rogatiana Martyr *ex Mroll.* 47
1 Rogatianus Martyr *ex Mroll.* 47
3 Rogatianus M. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Rogatianus alius M. *ex Mrol. Hieron* 280
2 Rogatus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Rogatus Martyr *ex Mroll.* 47
1 Rogatus alius Martyr *ex Mroll.* 47
2 Rogatus Martyr *vel* Marcellinus 166
2 Rogatus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Romana Martyr *ex Mroll.* 47
3 Romanus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Ronanus Episcopus, Eremita in Britannia Armorica *Comm. præv.* Circa ejus ætatem, vitam et Reliquias 80. Vita *ex Brev. Corisopit.* 81
2 Rofa Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Rufina Martyr *ex Martyrologiis* 47
3 Rufina Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
4 Rusticus M. *ex Mrol. Hieron.* 368
4 Rustulus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 370
5 Rutianus Martyr *ex Mrlol.* 415
1 Rutilia Martyr *ex Mroll.* 47
1 Rutilus Martyr *ex Mroll.* 47
5 Rutilus *seu* Rustulus et Socii duo Martyres *ex Martyrologiis* 371

S

Sabina Mart. *ex Mrol. Hieron.* 205
5 Sacrinus Martyr *ex Mroll.* 415
1 Sailis Martyr *ex Martyrologiis* 47
2 Salpurnia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Samina Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Sammata Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
5 Sanctius Cordubæ in Hispania M. *Ex memoriali Eulogii* 498
2 Sanctus, *vide* Martyres Lugdun. 156
2 Sarmatia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Saturnina Martyr *ex Mroll.* 47
1 Saturnina alia Martyr *ex Mroll.* 47
2 Saturnina Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Saturnina alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Saturnina tertia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Saturnina quarta Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Saturnina quinta Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Saturnina sexta Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
4 Saturnina Martyr *ex Mrol. Hieron.* 369
4 Saturnina Virgo Martyr. Cultus et titulus martyrii 394
1 Saturninus Martyr *ex Mroll.* 47
1 Saturninus alius Mart. *ex Mroll.* 47
1 Saturninus tertius Mart. *ex Mroll.* 47
2 Saturninus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Saturninus alius Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Saturninus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
4 Saturninus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 370
5 Saturninus Martyr *ex Mroll.* 415
5 Saturninus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 416
3 Saturnus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Saturus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Saturus alius Mart. *ex Mrol Hieron.* 204
5 Saturus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 416
5 Scarbaldus, *vide* Bonifacius 445
1 Secunda Martyr *ex Mroll.* 47
2 Secunda Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Secunda alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
5 Secundianus Martyr *ex Mroll.* 415
1 Secundus Martyr Ameriæ in Umbria : item Agapitus et Justina V. M. Pergulæ in Italia *Comm. præv.* Tres urbes hunc Sanctum sibi asserentes, ejusdemque etiam alibi cultus et Acta varia 50. Acta *ex MSS. Lugdunensi et Bodecensi* 51. App. de Corporibus SS. Secundi, Agapiti et Justinæ Martyrum ac Protectorum Pergulanorum 53
2 Secundus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Secundus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
5 Secundus Martyr *ex Mroll.* 415
2 Seleucus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 205
5 Sellemades Martyr, *vide* Marcianus 412
2 Senecio Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Sepaca Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 164
1 Sepacus Martyr *ex Mroll.* 47
3 Septiminus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 281
3 Servulus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 281
5 Servulus M. *ex Mrol. Hieron.* 416
3 Severa Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Severus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Sextus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Sildinus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Sillesia Martyr *ex Martyrologiis* 47
1 Sillica Martyr *ex Mroll.* 47
1 Silvana Martyr *ex Mroll.* 47
3 Silvana Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Silvanus Martyr *ex Martyrologiis* 47
1 Silvanus alius Martyr *ex Martyrologiis* 47
3 Silvanus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280

3 Silvanus alius M. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Silvanus tertius Mart. *ex Mrol. Hieron.* 281
5 Silvanus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 416
2 Silvinus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Silvius, *vide* Martyres Lugdunenses 156
4 Silvius Martyr *ex Mrol. Hieron.* 369
3 Sinereus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
4 Sophia, cum filiabus Dibamona et Bistamona; item S. Warsenopha et matre ejus, *Ex Hagiol. Metr. Anonymi Habessini* 381
4 Sophia Senatrix *ex Synaxario* 395
2 Statuanenus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 281
2 Stephanus Episc. Mart. Noralæ apud Helsingos in Suecia. *Comm. hist.* § 1 De vita, martyrio et cultu *ex Joanne Magno* 226. § 2 De tempore missi in Sueciam gemini Adalwardi, *ex Adamo Bremensi* 226 § 3 De tempore missi post Adalwardum in Sueciam Stephani, hujusque statua Corbeiæ inter Sanctos et die natali 227
1 Surdida Martyr *ex Martyrologiis* 47
1 Symeon Reclusus in porta Trevirensi *Comment. præv.* Sancti ecclesia et cultus. Vita a plurium teste oculato scripta, annique adventus, obitus, et Canonizatio 85. Vita *Auctore Eberwino, Abb. S. Martini Treviris.* Prologus 86. *Caput* 1 Pia educatio, peregrinatio, vita eremitica, et monastica variis locis 88. *Cap.* 2 Iter in Gallias destinatum, variis periculis expositum 89. *Cap.* 3 Notitia cum S. Poppone Archiepiscopo Trevirensi: Reclusio, obitus, sepultura 89. *Cap.* 4 Miracula varia meritis S. Symeonis patrata post mortem et in vita 91. Embolismus De Canonizatione S. Symeonis ejusque ecclesia 92. *Cap.* 5 Quædam paulo posteriora miracula 97. Historia elevationis Sancti Symeonis et venerabilis Popponis. *Auctoribus iisdemque testibus oculatis, Frederico Præposito Ecclesiæ S. Paulini, et Joanne Schelmanno monacho S. Maximini.* § 1 Elevatio S. Symeonis *ex ipsius eccles. veteri manuscripto* 991. § 2 Elevatio venerabilis Popponis *ex MS.* 101
5 Systus Confessor Conjectura: *ex veteri Calendario.* 415

T

Tecla V. M. Antiochiæ *ex Mroll.* 42
1 Tertius Mart. *ex Mroll.* 47
2 Tertius Mart. *ex Mroll. Hieron.* 204
1 Tertula Martyr *ex Mroll.* 47
2 Tertula Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Tertula alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Tertula Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Tertulus Martyr *ex Martyrologiis.* 47
2 Tertulus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Thamatus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 205
2 Theemeda et filii ejus Martyres, *ex Fastis Copticis et Habessinis.* 165
1 Theobaldus, Albæ-Pompeiæ in-Insubria *Comm. præv.* De anno mortis, die cultus, vita et miraculis 132. Vita *Cap.* 1 Ortus, educatio, et reliqua tempore vitæ gesta 134. *Cap.* 2 Morbus obitus, sepultura, miracula 136 *Cap.* 3 Alia miracula, intra annos fere ducentos ab obitu Sancti patrata 137. *Cap.* 4 Inventio Corporis, et mortui post eam suscitati 139. *Cap.* 5 Alia miracula inventionem secuta 140. *Cap.* 6 Gratiæ recentioris memoriæ ad invocationem B. Theobaldi obtentæ 143
1 Theophilus M. *ex Eusebio et Hagiol. Habess.* 31
2 Thespesius M. in Cappadocia *ex Menæis et Synaxariis Græcorum.* 22
2 Thomatus Martyr, *vide* Marcellinus

5 Thyminus Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 416
3 Titonia Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Titus, *vide* Martyres Lugdunenses 156
3 Toga Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Trophina, *vide* Martyres Lugdunenses 156
2 Tulla Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Turninus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204

U

Ulpius, *vide* Martyres Lugdun. 136
1 Urbana Martyr *ex Mrol* 47
1 Urbana alia Martyr *ex Martyrologiis* 47
1 Urbana tertia Martyr *ex Martyrologiis* 47
2 Urbana Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Urbana alia Mart. *Ex Mrol. Hieron.* 204
3 Urbanus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Urbicius, *vide* Lifardus. 291
5 Urbicus Martyr *ex Martyrologiis.* 415
1 Ururia Martyr *ex Martyrologiis.* 47

V

Valens, Diac. Mart. *ex Eusebio* 60
2 Valentina M. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Valentinus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Valeria Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Valeria alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
6 Valeria, *vide* Cyriaca. 642
1 Valerianus *seu* Liberianus Martyr 16
3 Valerius, *vide* Hilarius. 284
3 Veneria Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Veneria alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Venusta Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Veranus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Vericus Martyr *ex Martyrologiis* 47
2 Vetius Epagatus, *vide* Martyres Lugdun. 176
3 Victor Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
3 Victer alius Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
1 Victoria Martyr *ex Martyrologiis* 47
2 Victoria Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Victoria alia Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Victoria Mart. *Ex Mrol. Hieron.* 280
1 Victorina Martyr *ex Martyrologiis.* 47
3 Victorinus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Victorina Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
1 Victuria Martyr *ex Martyrologiis* 47
2 Victuria Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Victuria alia Martyr *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Victuria Mart. *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Victurianus Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
3 Victurina Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
5 Victurus Martyr *ex Mroll.* 415
1 Vincentius Martyr *ex Mrol.* 47
2 Vincentius Martyr *ex Mrol. Hieron.* 164
6 Vincentius Episcopus, Benignus Diaconus, et socii Martyres. *Comm. præv.* de eorum Actis, Reliquiis, ætate, patria et ecclesia 613. Acta *ex MS.*
6 Vincentius Ep. Theatinus *ex Kalendario istius ecclesiæ.* Translatio corporis Magdeburgum, inde Wratislaviam. 629
1 Virianus Martyr *ex Ferrario* 56
3 Vivianus Martyr, *ex Mrol. Hieron.* 280
2 Vitalica Mart. *ex Mrol. Hieron.* 204
2 Vitalis, *vide* Martyres Lugdunenses. 166

W

Waccarus, *vide* Bonifacius 445
5 Walterus, *vide* Bonifacius 445
4 Warsenopha, *vide* Sophia 371
5 Wintrungus, *vide* Bonifacius 445
1 Wistanus e Regia Merciorum prosapia. *Comm. præv.*

præv. Circa ejus natales, cædem, miracula, cultum 83. VITA *ex legenda Joannis Capgravii* 83

Y. Z

1 Ynicus, Ynigo, *vide* Eneco. 105
2 Zacharias, *vide* Martyres Lugdun. 156
6 Zenais M. *vide* Maria M. 611
6 Zenais M. Taumaturga *vide* Maria M. 611
1 Zenon M. *ex Eusebio et Hagiol. Habess.* 31
3 Zetula Martyr *ex Mrol. Hieron.* 280
5 Zoelus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 416
1 Zozimus Martyr Antiochiæ *ex Mroll.* 42
2 Zosimus, *vide* Martyres Lugdunenses 156
2 Zoticus, *vide* Martyres Lugdunenses 156
4 Zoticus Martyr *ex Mrol. Hieron.* 369
6 Zoticus Martyr, *ex Martyrologiis* 622

INDEX
CHRONOLOGICUS.

SECULO I.

Sanctus Philippus ex primis VII Diaconis 608
S. Clateus Ep. M. Brixiæ 368
S. Linus aliquis dicitur rexisse Ecclesiam Vesontinen. 670 e. *Atque exhinc vide Episcopos Vesontionenses Chronologice digestos.*
68 Obiit S. Marcus Evangelista 611 a

SECULO II.

An. 104 S. Clarus dicitur ordinatus a S. Anacleto Episcopus Lectorensis in Gallia 8 b
120 Africa conversa 13 d
127 S. Justus Episcopus Alexandrinus, 5 post Marcum 610 c 611 a
134 Obit ille 611 d
162 Sub Aurelio, Antonini filio, persecutio quinta agitata, et Martyria in Galliis visa 13 e f
177 Persecutio magna : in qua passi Martyres Lugdunenses 157
Passi SS. Pergentinus et Laurentinus Aretii 265

SECULO III.

S. Cæcilius Presbyter Carthagine in Africa floret 264
Passi SS. Florentius et Socii Perusii 33
An. 217 Antoninus Caracalla Imperator vivere desiit 386 b
249 Passi sunt SS. Ammon et Ischyrion cum sociis Alexandriæ 31 d
250 Septima in Christianos excitata persecutio 165 b
252 Sedecim millia Martyrum in Ægypto 32 d
253 Creatus est Imperator Valerianus deinde persecutor 382 f
260 Martyrium subierunt SS. Rufina et Secunda Virgines Romanæ 169 d
270 Cœpit imperare Aurelianus, movens in Christianos persecutionem nonam 267 c
273 Augustoduni passus est S. Symphorianus 40 a Byzantii SS. Lucillianus et Socii martyrium subierunt 268 d. Interamnæ etiam S. Valentinus 80 d
274 Aurelianus Imp. devicto Tetrico tyranno Christianos persequitur 39 f
265 Desinit ille imperare 267 f
282 Moritur Probus Imp. 382 f
284 Tanta inchoata est persecutio Alexandriæ ut inde novam Epocham auspicati sint Ægyptii, Martyrum dictam 32 e
290 Martyres XX Tarsi in Cilicia 623 a b
291 Galerius Maximianus Cæsar persequitur Christianos 375 c, sub eo S. Quirinus Episcopus Martyr in Pannonia 373 e

SECULO IV.

Sub initium passi S. Proclus Miles Bononiæ 49 c, S. Firmus in Græcia 69 b c. S. Crescentianus Tiferni 56 S. Secundus Ameriæ in Umbri. 50
Sub idem tempus floruerunt SS. Leogontius et Illidius Epp. Claromontani 416. S. Jovinus Pictavis 71 c. S. Fortunatus Presb. Spoleti, 72 b e S. Claudius Ep. Vienn. in Gallia 70 c
An. 302 Indicta persecutio Diocletiani et Maximiniani 380 c
303 Passus S. Vincentius Episc. Mevaniensis in Umbria 613 a
305 Galerius Maximianus fit Imp. 375 c
308 S. Pamphilus Presbyter cum sociis patitur Cæsareæ in Palæstina 60 a
314 Concilio Arelatensi I interfuit Agricius Ep. Trevirensis 100 f
323 Passus S. Blasius Episcopus Sebastæ in Armenia 512 b
324 Concilio Romano interest S. Martialis Episc. Spoletanus 387 f
326 Inventa Crux Domini 678 e
328 Dorotheus Thebanus speluncam suam cœpit incolere 583 c
340 S. Alexandro Constantinopolitano Ep. succedit S. Paulus 380 e
340 S. Paulus Episc. CP. ordinatur 17 b
340 Scripta fuit Epistola. Prima Julii Papæ in causa Athanasii ad Orientales ; *sequentibus annis* aliæ duæ 81 b
350 Creditur obiisse S. Martialis Spoletinus 387 c
362 Dorotheus Episcopus Tyri, sub Juliano Martyri 427 b c 582 c
370 circiter obit S. Optatus Milevitanus Episcopus in Africa Scriptor 388 b
376 Obit Geinsericus Rex Wandalorum in Africa 431 c
385 Obit S. Illidius Episcopus Claromont. 416 c
387 Obit Constantinus Magnus Imp. 416 c
393 Salustius Hierosolymorum Ep. obit 582 f
395 Gothi depopulantur Europam : transfertur corpus S. Quirini Martyris 373 a
395 Theodosius senior Imp. obit : sub hoc vixit T. Alonius Ab. Ægyptius 390 e
397 Obit S. Martinus Ep. Turonensis 288 a

SECULO V.

An. 406 Diogenianus Episc. Albiensis 10 e
408 Imperare cœpit Theodosius Junior 671 f
423 Vivere desiit Honorius Imp. 671 f
430 Moritur S. Caprasius Ab. Lerinensis 75 c
433 S. Maximus fit Ab. Lerinensis 677 e
439 Capta a Wandalis Carthago 431 c
149 Moritur S. Hilarius Ep. Arelatensis 75 e
450

450 Obit Theodosius Juniar Imp. 390 e
451 Concilio Chalced. subscripsit Macarius Episcopus Ænonensis 395 c
455 Geinsericus Rex Wandalorum Siciliam et Italiam depopulari cœpit 431 c
480 Regnare cœpit Chlodoveus I Rex Franciæ 288 a
484 Natus S. Claudius Episc. Vesontion. 634 f
584 S. Eugenius Carthaginensis Episcopus relegatur 15 e
493 Theodoricus Arianus factus R. Italiæ 633 d
496 Anemius Carthaginensis Episc. subscripsit eandam Synodicæ 15 d e, et obtigit Chlodoveo Regi Francorum victoria de Alamannis, qua conversus est 287 e
499 Celebrata Romæ Concilia, quibus subscripsit Innocentius Ep. Mevaniensis 613 b
500 Celebrato Romæ Concilio subscribitur S. Quintus Episc. Theatinus. 679 c

SECULO VI,

Floruerunt S. Chrothildis Regina 290 c. Ronanus Episc. et Eremita in Britannia Armorica 89 c, et S. Lifardus atque Urbicius Abbates Magdunenses in Gallia 291 c
509 Obiit Clodoveus Rex Franciæ 285 f
515 Fundatum monasterium Agaunense a S. Sigismundo Rege Burgundionum 662 e
516 S. Claudius electus Ep. Vesontion. 634 f
517 Concilio Epaon. sub S. Avito Ep. Viennensi subscripsit S. Claudius 634 f
520 S. Octavianus, Justus et Clemens creduntur Volaterras advenisse 441 a
523 S. Claudius fit Monachus in Monasterio Jurensi S. Eugendi 635 a
526 Obiit Theodericus Arianus Rex Italiæ 633 e
S. Claudius factus Abbas Jurensis 635 a
527 Imperare cœpit Justinianus 431 c
Injuriosus Ep. Turonensis interfuit Concilio 2 Aurelianensi 290 c
541 Totilas regnum Gotthorum accipit 431 b Injuriosus Ep. Turonensis; cum Marco Episcopo Aurelian. in Concilio 4 Aurelianensi 290 c 292 e
542 S. Proculus Episc. Martyr Bononiæ sub Totila 77 c f
544 S. Florianus Hispalensis Episcopus Martyr, sub eodem 633 c
570 Irruptio Longobardorum in Italiam 738 e
571 Obit S. Gallus Claromont. Ep. 425 d
576 Obit S. Germanus Ep. Parisiensis 711 b
579 Per Longobardos devastata Volaterra, deinde ab Hungaris incendio consumpta 441 e
581 Moritur S. Domnolus Ep Cenomanen. 699 a Mortuus S. Claudius Ep. Vesontion. et Abbas Jurensis 635 a
584 Chilpericus Rex Francorum obit 711 b
586 Baudegisilo Episcopo Cenomanensi, succedit S. Bertichramnus 699 b
588 Constantinus Cornubiæ Regulus ad meliora conversus 400 b
579 Concilio Toletano interfuit Sergius Ep. Carcassonensis 284 c
591 S. Adelbertus factus Episcopus Comensis 302 a Fundatum Monasterium Luxoviense 676 b
593 S. Guntramnus Rex Burg. moritur 699 e
595 Obit S. Gregorius Turonensis 419 f
596 Regnare incipit Theodoricus Rex Francorum 678 a
597 S. Augustinus venit in Angliam 486 d
608 Clotharius Rex Franciæ totum pene regnum amittit. 705 b

SECULO VII.

Sec. VII *initio* S. Molocus, Ep. in Rossia Scotiæ provincia 24
Vixit S. Gudwalus 716 c. Item S. Algisus 222
613 Clotharius Rex Franciæ regnum suum recuperavit 705 b
615 Obit T. Adelbertus Ep. Bomensis 302 a
616 S. Bertichramnus Cenomanensis testamentum condit 699 e
618 Dicitur obiisse S. Coemginus Ab. Hibern. 303 c
619 Bertetrudis Reg. Franciæ moritur 705 c
623 Obit S. Gurvallus Episcopus Aletensis 705 c
Item S. Bertichramnus Ep. Cenoman. 700 b
628 S. Anastasius in Assyria Passus 78 a
636 Rotharius Christianus regnum Longobardorum adipiscitur 738 e
638 Sigebertus R. in Anglia obit, Clodovæus II apud Francos regnare incipit 219 e
657 Fundatum Corbeiense in Gallia monasterium 219 e
657 Obit S. Bavo confessor Gandavi 486 c
662 Mortuus Genesius Ep. Claromont. 316 a
668 Mortuus S. Eata Ep. Lindisfarn. 608 d
691 Commissum prælium Textriciense, quo a Pippino Heristello superatus est Theodoricus Rex Franciæ 681 a
693 Berchtwaldus factus Ep. Cantuar. 458 b

SECULO VIII.

1 Turiavus Ep. in Britannia floret 13 f
Macedonia cum quibusdam provinciis adjacentibus, a Romano Patriarchatu ad CP. abstracta 41 f A Carolo Magno translatæ Burdegdam Reliquiæ S. Clari Ep. et Sociorum 8 f
705 Berwaldus creatur Ab Glaston. in Angl. 458 c
708 Constructum monast. Evesham. in Angl. 84 f
712 Cœpit regnare Luitprandus R. Longob. 458 c
716 Bellum gestum inter Ratbodum Regem Frisonum et Carolum Martellum 447 a
719 S. Bonifacius a Gregorio II Missus in Germaniam Apostolus 458 c. interim Ratbodus Rex Frisiæ paganismo immoritur 447 b 458 c
720 Mauri occupant Hispaniam 498 f
723 Ordinatur Ep. S. Bonifacius 462 a 479 f
731 Moritur Brechtwaldus Ep. Cantuar. 458 b
735 Mortuus Eudo Dux Aquitaniæ 677 c et Venerabilis Beda vitam finit 449 a
736 Burgundia a Saracenis vastatur 677 c
737 Deleti intra Gallias Saraceni 677 c
738 Ultima vice Romam it S. Bonifacius 462 e
739 Odilo Dux Bav. succedit Hugiberto 462 e
741 Obit Carolus Martellus, succedunt Carolomannus et Pippinus filii 447 e 452 b 462 f
743 Luitprandus Rex Longobardorum Evasio II Ep. Astensi diœcesim auget 135 d : obit ipse 458 c
744 Mortuus S. Willibrordus 447 e Fuldense monasterium fundatum a S. Bonifacio 480 e
747 Mortuus Wigbertus Ab. Frislarien. 479 f
Carolomannus in Cassino fit monachus 447 e
750 Coronatur Pippinus Rex a S. Bonifacio jussu Zachariæ Papæ Rex Franc. 480 a b c d e

751 Moritur Burchardus Ep. Herbipolen. 479 f
752 Consecratur S. Rutgangus Ep. Meten. 468 c
754 Pippinus a Stephano Papa iterum coronatur cum filiis Carolo et Carlomanno 452 a
Martyr in Frisia obit S. Bonifacius cum sociis. Vitæ ejus Chrotaxim habes 447 et seq.
755 Celebrata translatio S. Germani Paris. 711 a
771 Obit Carlomannus Junior, frater Caroli Magni 459 b
775 Natus CP. S. Hilarion Junior 748 e
779 Moritur S. Sturmius Ab. Fuldensis 482 e
783 Widikindum et Saxones Carolus Magnus prælio vincit 490 e
790 Natus S. Aldricus Ep. Senonensis 740 c
795 Hathumarus consecratur primus Episc. Paderbornensis 503 c. S. Hilarion Junior ingreditur Monasterium 747 e. *Seculo* VIII *vel* IX Corpus S. Florentii M. delatum Perusiam. 33 c

SECULO IX.

Pro immunitate Ecclesiæ moritur S. Alexander Ep. Fesulanus 739 f. Item S. Stephanus Ep. Noralæ in Suecia 226
802 Nicephorus Imp. regnare incipit 748 e
804 Mortuo S. Alcuino succedit Singulfus Abbas, S. Aldricus fit Monachus 740 b c. Hathumaro Paderborn. succedit Baduradus 503 e
806 S. Nicephorus factus Patriarcha CP. 748 e
807 S. Hilarion Junior factus Hegumenus 748 c
811 Nicephorus Imp. regnare desinit 748 c
811 Floruit et Testamento Caroli Magni subscripsit Bernowinus Episcopus qui videtur Arvernensis fuisse non Vesontionensis 14 d f
814 Carolus Magnus Imp. moritur 460 f 503 f
Leo Armenus Imperator CP. furit contra sacras imagines 748 c
816 Witlasius in Mercia regnare incipit 83 a
817 Hilduinus factus Ab. Suession, 178 c
818 Hieremias Archiep. Senonensis Electus 740 b
Ratgarius Ab. Fuldensis depositus 451 d
820 Occiso Leone Armeno Michael Balbus imperium suscipit 548 f
Fundatum monasterium Corbeiense in Sax. 226 a
822 Corpus S. Lucii Papæ translatum ad Ecclesiam S. Cæciliæ 216 e
Moritur Ægil Abbas Fuldensis 483 a. Rabanus succedit 449 b
Angilbertus Archiepiscopus Mediolanensis et forsan alter ejusdem nominis florent 373 d
826 Institutus Episcopatus Hamburg. 917 f. Reliquiæ S. Sebastiani illatæ in Ecc. S. Medardi 201 e
827 Translatæ Reliquiæ SS. Marcell. et Pet. 176 c
S. Aldricus factus Abbas Ferrariensis 740 d
828 Allatæ Gandavum ad S. Bavonis Reliquiæ SS. Marcellini et Petri 175 b, 196 e, nec non et Trajectum 199 c. S. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus obit 748 e
828 SS. Marcellini S. Petri MM. Reliquiæ Gandavum translatæ 1 * f, 2 * b
828 Theophil. Constantinop. imperare cœpit 748 b. Mortuo Hieremiæ Senonensi Archiepiscopo succedit S. Aldricus 740 d
829 S. Anscharius legatus in Suecia 226 a
830 Reliquiæ SS. Proti et Hyacinthi atque Hermetis translatæ Mullinhemium ad Einhardum 201 f Hilduinus Ab. in exilium missus hoc anno 180 b ab eodem revocatur an. 180 b
835 Concilio apud Theodonis-villam interfuit Baduradus Paderborn. 505 a
839 Witlasius Rex Merciæ moritur, succedit ei Berthulphus frater 83 b c
830 Obiit S. Agobardus Archiep. Lugdun. 737 c d
841 Obiit Theophilus Imp. Iconoclasta 748 a
Commissa pugna Fontanetica, Carolus Calvus regnum dividit : moritur S. Aldricus Archiepiscopus Senonensis 740 f
842 Religio catholica restituta contra Iconoclastas per Theodoram Augustam 746 c. Hilduinus sepultus in Abbatia S. Medardi 180 b. Extructum monasterium Bonæ-vallis 175 f
843 S. Anscharius Sueciam convertit 226 b
845 Obiit S. Hilarion junior 746 b
847 B. Rhabanus creatur Archiepiscopus Moguntinus . 469 e, 485 d
849 Martyrio affectus S. Wistanus Episc. in Anglia 83 b e
851 Cordubæ in Hispania sub Saracenis passus S. Isaac Monachus 317. Item S. Sanctius 317 f
852 Post Bertulphum Burrhedus ultimus Rex Merciorum regnare cœpit 83 c
855 S. Aldricus Ep. Cenomann. moritur 699 d
856 Moritur B. Rabanus Moguntinus 469 d
865 Obit S. Anscharius Archiep. Bremensis 528 b
Consecratur Adalgarus Ep. Æduensis 674 c
873 Ædificata ecclesia cathedralis Coloniæ a Williberto Archiepiscopo 856 c
874 Huoggi factus Abb. Fuldensis 485 f
877 Obitus Luthardi Paderborn. Ep. 505 a, 507 f
887 Bernuinus Vienn. Archiepisc. in Synodo Cabilonensi 163 f
888 Regnare cœpit Arnulfus Rex 485 f
888 Obit Adalgarius Archiep. Bremen. 229 e
893 Carolus simplex regnare cœpit in Francia 9 d
899 Obitus Arnulfi Regis Germ. 486 a
900 Obiit Biso Episc. Paderborn. 505 a
Circa 900 in Eccl. S. Proculi illatum corpus ejus, cum alterius Proculi Reliquiis 78 e

SECULO X

Russi ad fidem conversi a Græcis 131 b
906 Hungari vastant Saxoniam 530 e
912 Obit Huoggi Ab. Fuldensis 486 a
915 Obit Hugo Archiepisc. Brem. 229 a
916 Hungari iterum vastant Saxoniam 530 e
917 Baldricus fit Archiep. Ultraject. 730 e
919 a Norm. Clarom. eversa Eccl. S. Illidii 416 f
927 S. Gerardus Ab. Blandin. 730 e
932 Ingrannus Episc. Laudun. 202 f, Rodulphus regnare cœpit in Gallia 9 d, et Buroldus Episc. Lausan. consecratur 622 c
936 Ethelstanus Rex Ecclesiam exstruit S. Petroco 391 f. Obiit Unni Bremensis Archiepiscopus 505 b
938 Fundatum monasterium S. Mauritii Magdeburgi 902 a
944 SS. Ansberti, Vulfranni, Wandregisili, Condedi celebrata Gandavi translatio 730 f
946 Obiit S. Lucas Stylita 235 a

950 Hugo Episc. Carnot. instaurat monasterium S. Petri in valle 355 c d
954 Lotharius coronatur Rex Francorum 730 f
955 SS. Gudwali, et Bertulphi Reliquiæ allatæ Gandavum 717 f
958 An institutus sit Episcopus Misnensis et non potius decennio post 57* d
960 Ab hoc anno apud Habessinos familia Zachæa Imperium tenuit 606 f
962 Otto Magnus Imperat. Volaterræ mœnia restaurat 441 f
963 Conflagravit Eccl. S. Pauli Romæ 23 b c
966 Cœpit converti Polonia 903 a
968 Ordinatio S. Adalberti primi archiepiscopi Magdeburgensis 38. Fuerint ne ante illum annum Episcopatus in Polonia Magdeburgensi non subjecti 41 *
969 Joannes Zimisces factus Imperator CP. 585 f, S. Forannanus Ab. Valciodor. 216 f
970 Athelbertus Archiep. I Magdeburgensis 903 d Corpus S. Adalgisi translatum in monasterium S. Michaelis 216 f
972 Moritur Otto I Imp. succedit Otto II filius ejus 905 e f
977 Obit Baldricus Archiep. Ultraject. 730 e Willigisus fit Archiep. Moguntinus 469 e
978 Translatum corpus S. Hilarii Episcopi Carcasson. 284 e et 970, Translatæ Aronam Reliquiæ SS. Gratiniani et Felini 24 a
982 Wungerus Episc. Posnan. 907 d. Obit Otto Dux Bavariæ et Sueviæ 505 e. Item Jordanus Episc. Posnaniensis 903 b
983 Otto II Imp. obit eique succedit Otto III 504 d, 907 c. Item Folcmarus Ep. Paderborn. 505 b
994 Odilo fit Ab. Cluniacensis 692 d
996 Martyrio coronatur S. Adelbertus Episc. Pragensis 507 f, 907 c
998 Obit Hugo Capetus auctor 3 stirpis Regiæ in Francia 423 e
Exeunte secula x florent. S. Gaudentius in Dalmatia 131 e, et in Aquitania Guilielmus Ferrei-brachii Dux 97 e, atque S. Colmocus, seu Colmus in Scotia sub Rege Kenneto III 748 c
1000 Conflagravit civitas Patherbronn. 506 b

SECULO XI

1001 Otto III Imp. veneno perit 506 e
1002 Obit Woteloiffus Episc. Osnaburg. 508 b
1008 Ob. Ansfridi Episc. Ultraject. 510 f
1009 Wiperto Merseburg. Episc. defuncto successit Thietmarus 911 e, [et Alfkero Ab. S. Joannis Bapt. Magdeburg. Sigefridus 911 e. Bruno, frater S. Henrici. fit Episc. Augustanus 508 c. et obiit Retharius Episc. Paderborn. 507 b, succedit ei S. Meinwercus 508 c
1011 Willigiso Archiep. Mogunt. succedit Erkinbaldus Ab. Fuldensis 469 d
1012 Obit Tagino Archiepisc. Magdeburg. 908 e Item Wungerus Episc. Posnan. 903 b: et Tiferni celebratur translatio S. Floridi et aliorum SS. Martyrum 571 c
1013 S. Lubentio Archiep. Bremen. succedit Unwanus 510 a
1014 Coronatus S. Henricus Imperator 512 b Petrus Derthonensis Episcopus eligitur 224 e f
1013 Inchoatur monasterium Abdinghoffense a B. Meinwerco 523 c
1016 Obiit Megingaudus Archiep. Trevir. 527 f
1018 Heribertus Archiepisc. Mediolan. 373 d
1019 Thietmaro Episc. Merseburg. successit Bruno 928. et obiit S. Heimeradus Presb. 530 f
1020 S. Symeon Peregrinus cum Cosma socio Engolismis transit 89 e
1021 Terræmotus magnus in Bavaria 533 c
1022 Obiit Sancius Comes Dominus Castellæ, Mon. Onniensis fundator 105 e. Item Thiedericus Monasterien. Ep. cui succedit Sigifridus Ab. Magdeburg. 533 c. Et Thiederico Mindensi sufficitur Albericus, sed non consecratur 533 c
1023 Obit Dietmarus Ep. Osnaburg. 50 f b et Gero Archiep. Magdeburg. 913 a cui successit Hunfridus, Dietmaro autem Hunfredus: Item Arnoldo Halverstad. Brantoch, et Bernardo Aldenburgensi Reinholdus 533 c
1026 Synodus provincialis Moguntina sub Arribone Archiep. in Selingenstat 537 c. Moritur Richardus II Dux Britanniæ 89 f, et Bruno Episc. Tullensis consecratur 633 a
1027 Conradus Salicus Imp. coronatur 538 f
1028 Restauratum mon. Columbense a Fulberto Ep. Carnot. 355 d. Obit Garzias Comes ultimus Castellæ ejusque possessionem adit Sancius Rex Arragoniæ 105 f
S. Symeon Treviris includitur turri Portæ Nigræ a Poppone Archiep. 89 f, et mortuo Richardo III Duce Normanniæ successit Robertus frater 89 e
1029 Reformatur monast. Onniense 89 e, 106 d, et obit Unwanus Archiep. Bremensis 511 b
1030 Guilielmus dictus Brachium ferreum Dux Aquitaniæ obit 89 e, et Gufredus Ep. Volaterranus oratoria SS. Justi et Clementis reædificat 432 b 441 f
1031 Bruno Ep. Augustanus frater S. Henrici Imp. moritur 508 c
10 2 Obiit Rudolfus III Rex Burgund. 224 d, 404 b
1033 Lotharius coronatur Imperator 908 f
1034 Translatæ Reliquiæ S. Adalberti et aliorum Sanctorum ex Polonia Pragam 507 f
1035 Mortuo Sancio Rege Hispaniæ regnare ceperunt filii ejus Garzias et Ferdinandus 119 b S. Guido fit Ep. Aquensis 224 e. S. Symeon Treviris reclusus obit 90 e
1037 S. Eneco factus Abbas Onniensis 104 b
1039 Mortuo Conrado, Henricus III Rex Germaniæ regnat 4 f
1042 Canonizatur solenniter S. Symeon a Benedicto IX, primus, quod sciatur post S. Udalricum Episc. 85, et Gomesius Ep. Burgensis interest Concilio Usillensi 116 e
1043 vel sequenti, Adalwardus senior ordinatur Sueciæ Apostolus 226 f
1044 Moritur Richardus Abbas S. Vitoni 89 d et fundatur Ecclesia S. Pantaleonis prope Lucam 321 a
1045 Heribertus Archiepisc. Mediolan. obit 373 d
1046 Translatio Beatorum Drithmari et Luidolfi Abbatum Corbeiæ Saxonicæ 528 c
1051 Obiit Huneridus, sive Menfridus Archiepiscop. Magdeburg. 913 b. Item Rodulfus Episc. Paderbonensis 530 c
1052 Halinardo Archiep. Lugdun. succedit Humbertus, seu Gaufridus 684 c et moritur S. Atto Episc. Gotholanensis 111 a
1053 Wolfgangus Ab. Abdinghossensis obit 530 c et Victo ac mortuo Garcia, filio Sancii Castellæ R. bellum inter fratres finitur 112 f
1054 Coronatur S. Henricus Imp. 224 f, et B. Bernulfus Ep. Trajecten. moritur 834 b
1055 S. Anno creatur Colonien. Archiep. 126 f
1056 S. Anselmus Episc. Lucensis 321 b

1057 Obit S· Eneco Ab. Onniensis 107 c
1058 Conflagrat civitas Paderbor. 529 d, et Raimberto Ab. S. Clementis Volaterræ defuncto subrogatur Andreas 434 b. Einhardus Episcopus Spirensis ordinatur 126 f
1059 Inauguratur Philipp. I. R. Franc. 355 c, 684 b
1063 Egilhardo Magdeburg. Archiepisc. succedit Wezilo sive Wernherus 913 c
1066 Eberardus Archiep. Trevirensis moritur, eligitur S. Conradus Præpositus Coloniensis 126, qui mox martyr obit 128
1067 Moritur Einhardus Episc. Spirensis 126 f
1068 Translatæ Reliquiæ S. Crescentini Mart. Tiferno Urbinum 57 c
1069 Philippus I Rex Franciæ confirmat fundationem monasterii Pontisarensis 355 c
1070 Reliquiæ SS. Marcellini et Petri Gandavo translatæ ad monasterium Hasnoniense, opera Balduini Montensis Comitis Flandriæ et Hannoniæ 197 e. Moritur S. Guido Episcopus Aquensis 223 a
1070 SS. Marcellini et Petri MM. Reliquiæ Hasnoniæ in monasterio elevatæ 3 * f
1072 Obiit S. Adalbertus Archiep. Bremensis 223 a et Theodoricus Comes Luxemburgensis, qui S. Conradum interfici jusserat, naufragio perit 130 c. Burchardus eligitur Basileensis Ep. 685 b
1073 Defunctus S. Dominicus Silensis 112 f
1075 Moritur S. Anno Colonien. Archiep. 136 f Item Gaufridus seu Humbertus Episc. Lugdunensis 684 d. Scemenus Aucensis, Burgos translatus, utrumque episcopatum conjungit 115 d
1077 Obit Petrus Derthonensis Episc. 224 f. Ecclesia S Thomæ consecratur a Bonizone Ep. Sutrino 167 d, et Gebuinus eligitur Episcopus Lugdunensis 655, b
1079 Obit Hildolfus Coloniensis Archiep. 857 d
1080 Nativitas S. Norberti institutoris Ord. Præmonstratensis consignari potest. 26 * f
1081 Radulphus fit Archiep. Turonensis 297 a, et Alexius Comnenus Imp. CP. 240 d
1082 Arnaldus Episc. Cenoman. moritur 699 a
1085 Nascitur S. Norbertus Sanctis in Clivia 788 c
1090 Theodoricus Episc. Virdunensis moritur 123 c
1091 Ædificatur Ecclesia S. Mariæ Brugis 487 e
1093 Guihelmus de Monteforti fit Ab. Beccensis 355 d. et floret Richardus Episc. Centumcellensis et Bleranus 34 e
1094 Obiit S. Nicolaus Peregrinus Trani in Apulia 229 c
1095 S. Agapitus Medicus in Russia 131 f
1099 Burchardus creatus Traject. Episcopus 834 b Joannes 2 Episcopus Aurelianensis 297 a Capta Hierosolyma a Christianis 437 f
1100 Elevatæ Reliquiæ BB. Ludolfi et Drutmari Abb. Corbeiensium a Marquardo Episc. Osnaburgensi 229 f
1100 Fredericus factus Colon. Archiep. 810 e
Secul XI *ou* XII. S. Petrus Spina Ord. S. Basilii monachus 16

SECULO XII

Floruit et obiit S. Morandus in Suntgovia Monachus 332 a
1101 Lemarus Archiep. Bremen. obit 228 a. Nascitur Theobaldus Magnus Com. Blesen. 854 e
1102 Miraculose translatum corpus S. Adami Conf, Gulionisii in Samnio 330 f
1103 Gualo vel Walo Ep. Parisiensis 297 a
1104 Translatio Corporis S. Lifardi. Dedicatio ecclesiæ Magdunensis 204 a, 295 d
1105 Hartwicus Ep, Ratisponensis 830 b
1106 Probante Paschale II monast. Altkirchense datur Benedictinis 334 e
1106 Paschalis II Papa consecrat Ecclesiam S Illidii Claromont. 416 f. Mortuus Philippus I Rex Franciæ 355 c
1107 Joannes factus Abbas Onniensis 107 a
1109 Obit S. Dominicus Calceatensis 116 b
1111 Joanni Ab. Onnien. successit Dominicus 107 a
1112 Obit Burchardus Episc. Trajectensis 833 f
1113 Monachi SS. Justi et Clementis Volaterris assumunt habitum Camaldulensium 441 f. Ordinatur Bartholomæus Laudunen. 821 a, Tanchelmus anathemate damnatus, Brugis ejicitur 833 e
1115 Obit Dominicus, Abbas Onniensis 107 a et Ven. Hildeburgis vidua Pontisaræ 723 f. Occiditur Tanchelinus hæreticus 833 f. Burchardus creatur Ep. Cameracensis 817 c
1116 Godefridus alias Gaufridus factus Episcopus Carnotensis 854 c
1118 B. Hugo S. Norberto se jungit 816 a
1119 Obit Radulphus Archiep. Turonensis 297 a
1119 Crescentius Card. diaconus SS. Marcellini et Petri, horum ecclesiam a fundamentis restituit 7 * c
1120 S. Norbertus venit Præmonstratum 297 c Synodo Suession. Petrus Abailardus ficte hæreses suas abjurat 803 e
1121 Godefridus Comes Namurc. tradit S. Norberto Eccl. Floreffiensem 823 a Præmonstratum datur eidem Sancto a Bartholomæo Episcopo Laudun. 864 b
1122 Henric. Sanglier factus Archiep. Senon. 751 d
1124 Antuerpiam venit ad destruendam Tanchelini hæresim S. Norbertus 897 eique traditur Ecclesia S. Michaelis, Canonicis ad S. Mariæ migrantibus 921 a
1125 Lotharius Dux Saxoniæ eligitur Rex Romanorum 838 b
1125 An S. Norbertus fit Archiepiscopus ab Udone Ep. Citicensi ordinatus 54 * a
1126 S. Norbertus fit Archiep. Magdeburg. 897 Hartwico Ep. Ratisp. 830 a succedit Conon 810 f
1127 Mortuus B. Godefridus Cappenberg. Ordinis Præmonstratensis 828 e
1129 S. Norbertus Eccl. S. Mariæ Magdeburgi tradit Præmonstratensibus 856 f
1130 Crescentius succedit Rogerio in Episcopatum Volaterranum 432 d, 438 c Rogerius coronatur Rex Siciliæ 546 e Moritur Conon Ratisponensis 810 e
1131 Milo creatus Episcopus Taruanensis 813 f
1131 Obierit Burchardus Ep. Cameracensis, ut nihil decernere potuerit biennio post in favorem monasterii Tongerloani 30 * a Moritur Fredericus Colon. Archiep. 810 e
1132 Electus Albero Trevirensis Archiep. 836 f Frederico Coloniensis suffectus Bruno 852 d Gislebertus fit Ab. S. Petri Gandavi 717 b 736 e
1133 Lotharius Imp. Coronatur 838 b 843 a b
1133 Disceptatur Romæ coram Papa et Imperatore inter Abbatem Fuldensem et Archiepiscopum Magdeburgensem Norbertum de primatu sedendi 50 * a Item, Epistola Innocentii Papæ II, confirmans Archiepiscopis Magdeburgensibus jus Sedis in Episcopos Polonorum 50 * e

1134 Obit S. Norbertus Magdeb. 897 f 843 b 914 c
1134 Obiit, S. Norbertus ex Epitaphio, ipsi posito Magdeburgi 36 * c
1135 Ugo Ep. Cenomannensis ordinatur 699 c Ornifius fit Abbas Dei-loci 751 d. Alphonsus coronatur Imp. Hispaniæ 257 a
1137 Ecclesia S. Pantaleonis prope Lucam data Canonicis Regularibus 321 a
1138 Gaufridus Ep. Carnot. obit 854 c. Item Gislebertus Ab. S. Petri Gandavi 717 b 736 e et Hugo Ep. Coloniensis, cui succedit Hidolfus II 857 d Item defuncto Simone Abbate S. Bertini electus Leoninius 851 d, atque S. Waltmanno Abbate S. Michaelis Antuerp. Emelinus 839 f
1139 Moritur Crescentius Ep. Volaterr. 432 e
1140 Obit Boleslaus Dux Poloniæ, eligitur Uladislaus 630 e Invenitur corpus S. Clementis Conf. Volaterræ 442 d Item Romæ corpora SS. Cornelii Papæ et Quirini Episc. transferuntur ad ecclesiam S. Mariæ trans Tiberim 373 a 446 f
1141 Falco factus Abbas Cavensis 606 f
1142 Trani elevatæ Reliquiæ S. Nicolai Peregrini 246 a, Item in mon. Onniensi SS. Eneconis, Acti atque Tigridiæ per Petrum II Ep. Burgen. 118 b
1144 Obit Alberto Ep. Virdun. 804 c, et Henricus Sanglier Archiep. Senon. 751 d
1145 Corpus S. Vincentii Ep. Teatini traditur Petro Principi Polono 630 e Uladislaus Dux Poloniæ cum uxore ejicitur 631 a d
1146 Falco Abbas Cavensis moritur 606 f et Boleslaus Crispus fit Dux Poloniæ 631 d, Manasses creatur Ep. Aurelian. 292 b
1149 Hartwicus ordinatur Archiepisc. Bremensis 227 f, et Ado II Abbas Jurensis 643 e
1150 Bartholomæus Laudunensis relicto Episcopatu fit monachus 821 e 853 b. Obit Albæ-Pompeiæ S. Theobaldus 132 b. Guilielmus R. Siciliæ coronatur 546 f. Funditur monast. Novem-fontium a S. Gilberto 750 c qui illuc immigrat anno sequ. 751 f
1152 Celebratum Concilium in Hibernia, et declarati quatuor Archiepiscopi, Ardmachanus autem Primas 404 a
1153 Obit Gualterus Episcopus Laudun. 831 f
1154 Obit Rogerius Rex Siciliæ 546 e, et Erfurtum transferuntur Reliquiæ SS. Adelarii et Eobani martyrum 487 a
1155 Coronatur Imp. Fredericus Ænobarbus 635 b
1159 Moritur Milo Episc. Taruanensis 813 f
1160 Ado II Abbas Jurensis exauctoratur 643 e
1162 Magna fames per Italiam 757 f
1163 Obiit S. Joannes Erem. Presb. Urticæ in Castella 256 b, et Leonius Abbas S. Bertini in Flandria 851 d
1164 Mortuus Hugo Ab. Præmonstrat. II 817 d
1166 Obit Guilielmus Rex Siciliæ 546 f
1171 Obit Otto Frater Godefridi Cappenbergensis Præpositus monasterii 829 f
1174 S. Hugo fit Episc. Volaterræ 432 c. Fundatur Hospitale B. Gerardi Modoetiæ 756 a
1175 B. Petrus Tarentasiensis Archiep. obit 690 b
1177 Furto sublatum Corpus S. Petroci ex mon. Bominensi, restituitur jussu Henrici II Regis Angliæ 392 b
1178 Raynaldus e Carthusiano factus Episc. Bellicensis 690 d et Ingrannus Abbas Sanmedardensis 202 e
1179 Concilio Lateranensi interest Amandus Episcopus Vigiliensis 230 b
1181 Obit Berneredus Card. Ep. Prænest. 263 b
1183 Translatæ reliquiæ S. Secundi Mart. 51 d
1184 S. Ugo Ep. Volaterranus obit 432 c
1185 B. Ludovicus Arnesteniensis moritur 847 c
1186 *Aut paulo post,* Obierit Robertus de Monte, adeoque non potest chronicon, quod Sigeberto subjungitur, totum, ut ibi exstat, scripsisse 27 f
1187 Amissa Hierosolyma 437 f
1190 Obit Alfonsus VI Rex Castellæ 257 a
1191 Balduinus Archiep. Cantuar. moritur 84 c
1196 Obit Obertus Tertiagus Archiep. Mediolanensis 757 d
1199 Benedictini incipiunt rehabitare monasterium Sublacense 366 f

SECULO XIII.

Hagiologium metricum Habess. scriptum. pag. 1 b
1203 Mortuus S. Guilielmus Ab. Roschilden. 286 c
1207 Obit Modoetiæ S. Gerardus Tinctorius 754 b
1214 Glendelacensis Episcopatus in Hibernia unitur Dubliniensi 303 a b c
1217 Celebratur Capitulum Ordinis generale in Præmonstrato et quo ritu 28 * f
1220 Nascitur B. Bertrandus Aquileiensis Patriarcha 765 b
1223 B. Andreas Hispellæ ingreditur Ordinem Minorum 357 b
1226 Obit S. Franciscus Assisias 357 b
1233 Ecclesia S. Pantaleonis prope Lucam datur Cisterciensibus 320 f
1234 Reliquiæ S. Chrothildis Reg. Fr. in decentiorem arcam translatæ 286 f
1237 Ecclesia SS. Pergentini et Laurentini prope Aretium tradita Camaldulensibus 265 f
1240 Urbini natus B. Pelingottus 144 c
1242 Incendio perit Ecclesia S. Joannis Baptistæ Lucæ 321 a
1243 Petrus Salpensis Ep. Theatinus, sub altari collocat corpus S. Urbani Episc. Item Theatini 630 a
1246 Celebrata Vesontione translatio Reliquiarum SS. Ferreoli et Ferrucii 694 e
1248 Exusta Cathedralis Coloniæ et nova ædificari cœpta 856 f
1250 Translatæ Reliquiæ S. Livini Ep. M. a Waltero Ep. Tornacensi 486 d
1154 Innocentius IV, curante Bartholomæo Ep. Spoletino, confirmat Minoribus Ecclesiam S. Andreæ Hispelli 358 c. B. Andreas Hispellas moritur et miraculis claret 357 b
1260 Sendomiriæ in Polonia a Turcis cæsi coluntur Martyres 258 b
1260 Martyres Sendomirenses a Tartaris, in Poloncano irruentibus, cæsi 9 * a e
1261 Corpus S. Coni mon. translatum Dianii 351
1262 Obit Ven. Bonfilius I Generalis Ordinis Servorum 3 c
1270 A. Bartholomæus Episc. Vicentinus obit 6 d
1274 Gerardus II fit Generalis Prior Camaldulensium 362 c
1285 Defuncto Carolo Andegavensi Regi Siciliæ, successit Carolus II ejus filius 212 f. Reliquiæ SS. Secundi et Agapiti inventæ, et miraculose translatæ apud Pergulam 56 d
1286 Fundatus conventus Minorum Urbini 144 f
1288 Mortuus B. Peregrinus Erem. Camaldul. 362 f
1289 Datum diploma Indulgentiarum Ecclesiæ SS. Morandi et Christophori 335 e f
1291 Camalduli mortuus Gerardus II Gener. 362 e

1300 Huc usque apud Abassios Imperium tenuit familia Zachæa 606 f. Eodem anno Bonifacius VIII Jubilæum Romæ celebrat : eo it B. Pelingottus 148 e, et Conradus Erem. Augustin. fit Episcopus Urbinas 145 d

SECULO XIV.

1301 Ottobonus creatus Patriarcha Aquileien. 773 d
1304 B. Pelingottus Urbini obit 144 c, 149 b
1306 Guilielmus de Bato-Maurelli Abbas S. Illidii 425 a
1307 Aubertus Anselin de Monte-acuto Episcopus Claromontanus 425 a
1308 Henricus Luxemburg. Electus Imperat. 760 b
1309 Translatæ Reliquiæ B. Bertrandi Convenarum Episcopi a Clemente V 764 b, et defunctus Carolus II Rex Siciliæ 212 f
1311 Elevatæ Reliquiæ S. Illidii Episcopi Claromontani 417 b, 424 b
1312 Obit Guilielmus de Bato-Maurelli Abbas S. Illidii 425 a
1313 Henricus Luxemburgius coronatus Imperator obit an. seq. 760 b. Vitalis fit Archiepiscopus Bisontinus 675 a c
1317 Castrensis in Gall. Episcopatus institutus 82 e
1318 Erectus Episcopatus Tutelensis 9 c
1310 Chorus cathedralis Colonien. perfectus 837 a Bertrandus de Turre Cardinalis 764 b
1322 Henricus Goritiæ Comes defunctus 574 f
1324 Mortuus Ulricus ult. Comes Ferreten. 335 a
1326 Ecclesiæ S. Morandi Indulgentiæ concessæ 336 d e f
1329 Conradus Ep. Urbinas moritur 145 d, et Aubertus Claromontanus 425 a
1330 Altkirchium muro cinctum ab Alberto Austriaco 335 a Instituitur Ordo Militum Jesu Christi in Lusitania 410 d
1333 Obit Vitalis Archiep. Bisontinus 675 c
1334 B. Bertrandus creatus Patriarcha Aquileien. 764 f, et mortuus Bertrandus a Turre 764 c
1335 Obit Bizardus de Camino, prælio victus a B. Bertrando 771 c
1338 Nicolaus Brunus Episc. Tridentinus mortuo Henrico de Metis succedit 772 c. Otto Dux Austriæ filius Alberti Imperatoris obit 771 c, et nascitur B. Placidus Recinetensis 549 b
1339 Concilium Provinciale celebrat B. Bertrandus Aquileiæ 774 e
1340 Guido de Bononia successit Guilielmo de Sura in Episcopatum Lugdunensem 649 f
1341 Fundatum a B. Bertrando monasterium Momalium S. Nicolai 773 e f
1342 Confirmatæ indulgentiæ Ecclesiæ S. Morandi 336 f. Ludovicus Caroli filius electus Rex Hungariæ 773 d
1343 Bertrandus de Albia creatus Cardinalis 764 d
1345 Altkirchii consecratum templum B. M. V. a Joanne de Senna Episcopo Basileensi 353 a
1348 Inventum Corpus S. Florentii M. sistit Perusiæ pestilentiam 33 e. Petrus a Melphiensi Episcopatu translatus ad Concordiensem 772 c
1349 Joannes Pistoriensis fit Episc. Spoletinus 328 d
1350 Obit Bertrandus de Albia Cardinalis 764 d Moritur B. Bertrandus Patriarcha 765 a
1355 Obit Joannes Ducius Nuntius Apostol. 764 c
1360 Urbini denuo inspicitur corpus S. Crescentini M. 57 d, et Hispelli decernitur festum B. Andreæ Minoritæ 358 c
1362 Defunctus Guilielmus de Gennep Archiepiscopus Coloniensis 822 f
1365 Volaterris instaurata Ecclesia S. Clementis Conf. et inventa multa Sanctorum Corpora 432 b Comi secunda translatio S. Fidelis M. 368 d
1370 Joannes Pistoriensis Ep. Spoletinus obit 358 d et insignis Reliquia S. Erasmi per Carolum IV Imperatorem affertur Pragam 207 e
1376 Corpus B. Meinwerci Paderbornæ translatum ad medium Chori 501 d
1383 Joannes I Castellæ Rex abrogat usum Æræ Hispanicæ in Comitiis Segobiæ 119 d
1386 Joannes I Lusitaniæ Rex init possessionem pacificam Regni, victis Castellanis 552 a, et restauratur Lucæ Ecclesia S. Joannis Bapt. 321 e
1387 Obit B. Petrus Luxemburgicus Card. Avenione 649 f
1388 Wernerus a Kunigstein fit Archiep. Trevir. sub quo repertum Corpus S. Symeonis 101 d
1390 Corpus S. Proculi Bononiæ et alterius Sancti ejusdem nominis 781 b, pro quibus constructa Arca 50 a
1394 Monasterium S. Mariæ de Fenestrillis concessum Cisterciensibus 33 f
1397 Mortuus Laurentius Archiep. Brachar. 367 e.
1398 Moritur B. Placitus Recinetensis Ordinis Apostolinorum 519 e
1400 Frustra aperitur tumba S. Symeon. Recl. 85 b

SECULO XV.

1401 Reliquiarum SS. Secundi et Agapiti et Justinæ juridica inspectio Pergulæ 55 c
1402 Natus B. Ferdinandus Princeps Lusit. 554 f
1415 Capta Septa a Joanne I illius patre 562 f
1418 Mortuus Wernerus a Kunigstein Archiepiscopus Trevirensis 101 d
1419 Alarinus Rambardus Episc. Albiensis 140 e
1420 In Parisiensis urbis publica necessitate processionaliter circumlatæ Reliquiæ S. Chrothildis Reginæ 287 a
1422 Belgradum a Turcis frustra oppugnatum 89 d
1424 Moritur B. Bartholomæus Recinetensis Ord. Apostolinorum 549 e, Oddo II factus Abbas Cluniacensis 41 337 a
1425 Moritur B. Guardatus Ordinis Apostolinorum 549 e
1428 Statua S. Morandi argentea donatur a Frederico Seniore Comite Tirolensi 333 f
1429 Levatum Corpus S. Theobaldi, per Alemannum de Rabaudis Episc. Albien. 133 d e 139 e
1431 Habitus designatus Ordini Apostolinorum sub Eugenio IV Papa 548 e
1432 a Turcis capta Thessalonica 47 c, et a Joanne II Castellæ Rege Granata 558 c
1434 Monasterium S. Joannis de Urtica a Canonicis Regularibus translatum ad Hieronymian. 257 e Obit Joannes I Lusitaniæ Rex 558 c
1437 Oddo Abbas Cluniacensis decernit Officium S. Morando 337 b. Fridericus zu Rhyn factus Episcopus Basileensis 346 b. Obsessa infeliciter Tingi, B. Ferdinandus pro copiis liberandis traditur obses. 581 c
1438 Obit Eduardus Rex Lusitaniæ 566 e, ejus frater Ferdinandus deducitur Fessam captivus 532 b qui anno
1443 in captivitate moritur 552 b
1445 Monasterium S. Mariæ de Fenestrillis concessum Servitis 33 f

ACTA SANCTORUM
JUNII
TOMUS PRIMUS.

Quintus hic annus est, ab edito septem voluminibus Majo, *et a morte Venerandi Magistri nostri* P. Godefridi Henschenii *duodecimus, quod* Junius *mensis sacri Anni primum semestre completurus, ad prælum venire gestit. Moram excusant, novi Typographi deligendi necessitas, per mortem Michaelis Knobbari; afflictissimo Belgio interclusa cum exteris regionibus commercia; et experientia incommodorum, ex cœpta prius impressione quam absoluta haberetur tota unius mensis compositio; fructus denique, ex non interrupta progressione sperandus. Quamquam enim justis de causis placeat, successive singulos Tomos edere in lucem; nulla tamen alia re impeditis, facile erit efficere, ut modicis illi sese consequantur intervallis. Interim ad jam nota locupletandi operis instrumenta, novum accessit ex Æthiopia;* Hagiologium *scilicet* Metricum; *non quidem antiquius seculo* XIII, *sed ex vetustissimis Synaxariis Coptitarum Habessinorumque derivatum; unde haud pauciores utriusque gentis Martyres et Confessores in opus hoc confluent, quam ex similibus Græcæ Ecclesiæ monumentis hactenus sese nobis obtulerunt. Specimen thesauri inde eruendi primum dabit, præfigendus huic Tomo* Tractatus de Patriarchis Alexandrinis; *a quibus gens illa, ut fidei Christianæ accepit notitiam, ita et sacrorum Antistites semper petiit; tum varii ante Nestorium et Dioscorum Sancti, ornaturi sex primos, quos idem hic Tomus complectetur, dies. Quod si pari felicitate in manus nostras veniat ipsum Ecclesiarum illarum* Synaxarium, Æthiopicum *vel* Copticum, *una cum* Passionibus Martyrum, *quarum ingens volumen istic haberi intelligo; poterunt in clariorem lucem emergere multi, qui adhuc sub obscura Hagiologii prædicti brevitate latent. Non mireris autem, quod mensis hic* Junius, *æque ac præcedentes, præferat* Henschenii *venerabile nomen; neque existimes, honorandæ memoriæ ejus id indultum potius, quam debitum operæ in præsentem rem collatæ. Etenim vir, non minus actuosus quam eruditus, quemadmodum digesserat majorem partem* Actorum Maji, *interim dum ego* Daniel Papebrochius *absolvo perficioque* Aprilem; *sic etiam, hoc vulgato, commisit mihi quod reliquum erat Maji, cœpitque* Junium *præparare; ea præsertim commentando, quæ plus experientiæ longa exercitatione acquisitæ, et minus temporis deposcebant, ut ætati suæ jam ingravescenti aptiora. Quam multa, quamque minime vulgaria hæc sint, ut clarius demonstraretur; placuit ipsius nomen expressius præfigere, non solum integris lucubrationibus, quibus præter extremam manum contuli nihil: sed etiam illis, quibus affectis dumtaxat plus ipse apposui quam factum repereram; sic tamen ut Additamenta mea ab Henscheniana commentatione secernant initiales nominis litteræ, appositæ margini. Hoc veritati, istud æquitati dabitur; utrumque vero tuæ, Lector, instructioni, ubi id internosci usus exiget. Nolim iterare cetera, ante varios Tomos Maji pridem dicta, de postulata non solum ope, sed etiam amica correctione; de* Supplemento *ad totum semestre, post* Junium *absolutum, edendo; de* Indicibus, *ad omnes eatenus editos Tomos* generalibus: *tantum piarum apud Deum precum suffragium peto, ut ea Christianæ reipublicæ tempora largiatur, per quæ cœpta continuari, et absoluta commode distrahi possint, ad Sanctorum, ipsiusque imprimis Dei majorem gloriam.*

PRIMA DIES JUNII

SANCTI QUI KALENDIS JUNII COLUNTUR.

Sanctus Clarus Episcopus Martyr Lactoræ in Novempopulania.

S. Justinus
S. Chariton,
S^a. Charito,
S. Evelpistus,
S. Hierax,
S. Peon,
S. Valerianus, seu Liberianus,
— Martyres Romæ.

S. Thespesius, Martyr in Cappadocia.

S. Felinus,
S. Gratianus,
— Martyres, Perusia Aronam translati.

S. Ammon,
S. Zenon,
S. Ptolomæus,
S. Ingenes,
S. Theophilus,
S. Ischyrion,
— Martyres, Alexandriæ in Ægypto.

SS. Martyrum Ægyptiorum sedecim millia.

S. Florentius,
S. Julianus,
S. Cyriacus,
S. Marcellinus,
S. Faustinus,
— Martyres Perusini.

S. Reverianus Ep.
S. Paulus Presb.
Socii decem,
— Martyres, Augustoduni in Gallia.

S. Octavius Martyr, Thessalonicæ in Macedonia.

S. Zosimus,
S. Tecla Virgo,
— Martyres Antiochiæ.

S. Crispinus, Martyr in Africa.

S. Juventius,
S. Cyriacus,
S. Exuperantius,
S. Heraclia,
— Martyres Romæ.

S. Juventius Martyr, Roma translatus in Galliam.

S. Lucia Virgo,
S. Aucia Rex,
S. Rogatus,
S. Germanus,
S. Silvanus,
S. Bullodus,
S. Cecilia,
S. Tertulus,
S. Lauta,
S. Victoria,
S. Gagus,
S. Fortunatus,
S. Maxima,
S. Paulina,
S. Appia,
S. Castulus,
S. Coteusa,
S. Novella,
S. Agapa,
S. Carra,
S. Ururia,
S. Bublasa,
S. Fortunatus II,
S. Martinus,
S. Saturninus,
S. Bajanus,
S. Rogatianus,
S. Honoratus,
S. Donatus,
S. Martianus,
S. Saturninus II,
S. Potinus,
S. Paulus,
S. Petrurius,
S. Rutilia,
S. Flavius,
S Quieta,
S. Januaria,
S. Novella,
S. Januarius,
S. Gosia,
S. Fœdosa,
S. Victorina,
S. Matrona,
S. Castula II,
S. Rogatiana,
S. Quintus,
S. Marcus,
S. Gemina,
S. Martialis,
S. Milunus,
S. Paulus,
S. Vericus,
S. Cassus,
S. Saturninus III,
S. Felix,
S. Martinus II,
S. Donatus II,
S. Rogatus II,
S. Joannes,
S. Fortunatus III,
S. Donatianus,
S. Marcianus II,
S. Sailes,
S. Castus,
S. Januarius II,
S. Donatus III,
S. Hortensus,
S. Saturnina,
S. Malchus,
S. Silvanus II,
S. Quintus II,
S. Felicia,
S. Sillesia,
S. Januaria II,
S. Fortunata,
S. Victuria,
S. Maria,
S. Prima,
S. Gemellina,
S. Faustina,
S. Novella II,
S. Donata,
S. Getulia,
S. Baricus,
S. Urbana,
S. Romana,
S. Prima,
S. Tertula,
S. Casta,
S. Maxima II,
S. Urbana II,
S. Optata,
S. Matrona II,
S. Melosa,
S. Metunus,
S. Majorus,
S. Secunda,
S. Urbana III,
S. Gemellina III,
S. Saturnina II,
S. Procusa,
S. Surdida,
S. Silvana,
S. Rufina,
S. Nina,
S. Sepacus,
S. Vincentius,
S. Priscus.
— Martyres Thessalonicæ aut ex parte Romæ.

S. Priscus,
S. Hilarus,
S. Felix II,
S. Castula III,
S. Publius,
S. Arabus,
Alii CXX,
S. Lupus,
Alii XIII,
S. Catulinus,
S. Publasus,
S. Martinus,
S. Gajanus,
S. Marcellianus,
S. Fledus,
S. Marcellianus II,
S. Marcus.
S. Castus II,
S. Major,
S. Proculus,
S. Epagatus,
S. Tertius,
S. Sillica,
S. Fertula,
S. Majosa,
S. Timotheus,
S. Marcellinus,
S. Rutilus,
S. Germanus II,
S. Joannes II,
S. Maxima,
Alii LXXV
aut CLXXII,

Martyres Thessalonicæ, aut ex parte Romæ.

S. Proculus Miles, Martyr Bononiæ in Italia.
S. Secundus Martyr, Ameriæ in Umbria.
S. Agapitus,
S. Justina V.
Martyres, Pergulæ in Italia.
S. Crescentianus, sive Crescentinus
S. Justinus,
S. Griccivianus,
S. Virianus,
S. Orphitus,
S. Exuperantius,
S. Benedictus,
S. Eutropius,
S. Fortunatus,
Martyres, Tiferni in Umbria.

S. Pamphilus Presb.
S. Valens Diac.
S. Paulus Confess.
Martyres Cæsareæ in Palæstina.
S. Firmus Martyr,
S. Neon Martyr.
S. Pyrrhus Episc.
apud Græcos.
S. Claudius, Episcopus Viennensis in Gallia.
S. Jovinus, in Pictaviensi Galliæ diœcesi.
S. Fortunatus Presbyter, in Spoletina Italiæ diœcesi.
S. Medulphus, Eremita in Arvernia. NOT. I
S. Proculus, Episcopus Martyr, Bononiæ in Italia.
S. Ronanus, Episcopus, Eremita in Britannia Armorica.
S. Photinus Confessor, in Namurcensi Belgii diœcesi.
S. Caprasius, Abbas monasterii Lirinensis.
S. Wistanus, e regia Merciorum prosapia in Anglia.
S. Symeon, reclusus in porta Trevirensi.
S. Eneco, Abbas Onniensis in Hispania.
S. Conradus seu Cuno, designatus Archiepiscopus Trevirensis.
S. Gaudentius, Ep. Arbensis in Dalmatia.
S. Agapitus,
S. Dionysius,
Monachi in Russia.
B. Theobaldus, Confessor, Albæ Pompejæ in Insubria.
B. Pelingottus, tertii Ordinis S. Francisci Urbini in Italia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Opera R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ ubi aliud non indicant litteræ in margine appositæ.

Beati Bonfilii, I Generalis Ordinis Servorum, [illegible] 1262) *notatur in Catalogo* [illegible] *betico; non* Junii, *sed* Januarii *diem* I *notans: quando obiisse eum etiam scribit Gianius in sui Or*-[illegible] I Januarii.
[illegible] beata memoria, *inserta est scriptis additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Dedimus* [illegible] VI Januarii.
SS. [illegible] Martyres [illegible] *nologio Sirleti, sed majori encomio, quando cum Latinis eorum Acta dedimus,* XIII Januarii.
[illegible] *ctorum ac Beatorum Ordinis Carmelitici, hoc die notatur: Auctor vero in Notis MSS. addit quod* ejus dies anniversaria celebratur, de consensu et [illegible] *crusa an.* 1686. [illegible] *fuisse* XXV Januarii. *In* [illegible] *nere* Libellum, statim ab obitu scriptum de Vita et miraculis ejus, *quem in monasterio Mantuano, cui Parvi-Carmeli nomen, asservari asserit Hippolitus Donesmundus, Part.* 2 *Hist. Mant. ad an.* 1495.
Paula Junior, Virgo Romana, neptis S. Paulæ Vi-[illegible] *tholomæo Piazza, in Santuario seu Menologio Romano perpetuo. Non reperimus ejus nomen in ullis Fastis, neque hic Auctor indicat qua in Ecclesia colatur, aut in qua ejus Reliquiæ asserventur. Cete*-[illegible] XXVI Januarii.
S. Probatius, Presbyter Novigenti in agro Parisiano, *colitur hodie et* natalis *dicitur. Nos Vitam ejus dedimus, quando* Reliquiarum inventio *celebratur,* IV Februarii.
S. [illegible] apud Antiochiam, *inserta est MS. Florario Sanctorum. De hac re quæsivimus ad Vitam S. Claudii* [illegible] Februarii.
S. [illegible] guria facta anno MDXCVII, *indicatur a Ferrario in* [illegible] *lectis*

lectis. Varia Acta S. Secundi, *cum pluribus Translationibus, dedimus die ejus natali* xxx Martii.

SS. Felicis, Fortunati, et Achillei Martyrum translatio in Navarram, ad cœnobium S. Georgii Azuellensis, *refertur in Hagiologio Lusitano Cardosi, scribentis* nativitate Lusitanos esse. *Nos Acta vitæ et martyrii, Auctore coævo, dedimus ubi et dictæ translationis meminimus) die* xxiii Aprilis.

SS. Florentius et Vindemialis Episcopi, Patroni Tarvisii, ob corpora eorum ibidem adservata, *referuntur a Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ. Eorum Acta dedimus* xi Maji.

S. Eulogii, Presbyteri et Martyris Cordubensis, translatio Ovetum, *indicatur a Galesinio et Ferrario : de ea egimus ante Vitam ejus* xi Martii.

S. Maximi, Martyrum,
S. Venerandi,
S. Vulfranni, Episcoporum,
S. Eremberti
S. Condedi Presbyteri,
Translatio corporum, Fontanellæ, cœnobio diœcesis Rotomagensis, refertur a Saussayo, et Molano *et* SS. Vulfranni et Eremberti *a Wione, Dorganio, Bucelino, ex Breviario Fontanellensi. De hac Translatione late agitur post Vitam* S. Vulfranni, *a nobis illustratam pag.* 49 *die* xx Martii.

At Vitam S. Eremberti Episcopi *dedimus*, xiv Maji.

Acta martyrii SS. Maximi et Venerandi, xxv Maji.

Vita vero S. Condedi *danda erit* xxi Octobris.

S. Firmus Martyr, *ob corpus Roma Viennam Austriæ anno* 1643 *translatum, ad ecclesiam S. Josephi Theresanarum, ibidem officio duplici colitur, sicut diximus, ubi de S. Fabio* xxi Maji.

S. Hilarius Episcopus Tolosanus, *et quidem tam primus et quam Secundus ejus nominis, refertur in Martyrologio Gallicano Saussayi. De eo late egimus, et num duo Synonymi sint statuendi, quæsivimus die* xxi Maji.

S. Florentius monachus, hoc die mortuus Fulginii, *refertur a Jacobillo in opere de SS. Umbriæ, et a Ferrario in Catalogo generali. Is depositus in ecclesia Cathedrali ibidem, sub ritu Duplicis, hodie colitur ; verum quia res gestæ, a S. Gregorio Magno scriptæ, cohærent cum Actis S. Eutychii Abbatis in agro Nursino, simul coluntur in Martyrol. Rom. quod et nos secuti sumus,* xxiv Maji.

S. Vincentius, Lirinensis *monasterii cœnobita, hodie refertur a Petro de Natalibus, Canisio, et aliis; ut diximus ad ejus Vitam* xxiv Maji.

S. Joannis I Papæ et Martyris translatio *refertur in MS. Florario Sanctorum. De ea egimus ad Vitam ejus* xxvii Maji.

SS. Sisinnius, Martyrius, et Alexander, Martyres in agro Tridentino, *referuntur cum Vigilio Episcopo in Viola Sanctorum, Hagenoæ anno* mdviii *excusa. Eorum Acta dedimus* xxix Maji.

S. Madelgisili Eremitæ aliqua elevatio, Centulæ *hoc die facta scribitur, uti diximus ad ejus Acta* xxx Maji.

S. Petronilla Virgo, *hoc die solita est coli in Ecclesia Aquileiensi, videlicet propter solemnitatem SS. Cantii, Cantiani et Cantianillæ translata. De ea et aliis egimus* xxxi Maji.

S. Vincentius Martyr Romæ *refertur a Molano, Greveno et aliis : est is, littera prima transposita,* S. Juventius, *seu* Inventius, *qui cum aliis tribus Martyribus hoc die colitur. Imo* Viventius, *magis usitato nomine, appellatur in nonnullis MSS. uti infra dicemus.*

Stephanus et Lya, conjuges ex Teutonia adducti,
Benedictus Episc.
Paulus Abbas,
Leo et Donatus,
Martinus et Marcus — eorum filii.
Joannes Diac. Lyæ frater.
— *Martyres in Lucania sub Saracenis.*

Offeruntur nobis ex cujusdam perantiqui (ut dicitur MS. Codicis ecgrapho, per Abbatem Cajetanum communicato, et inter Card. Baronii collectanea asservato, in Bibliotheca Vallicellana Romæ sub littera O ; tamquam a Ludovicio Pio *adducti in Italiam, ad restauranda Episcopia et monasteria ; et quasi eorum omnium corpora, revelante S. Marco Evangelista, insimul reperta fuissent, eo quo passi fuerant loco, circa civitatem* Atissam in Lucania ; *quo nempe pater cum quinque filiis se receperat, post varia pro fide tolerata tormenta, in civitate ejusdem Lucaniæ* Pallonia, *sub Principe* Pallonio, *Italicas Provincias vastante, et Jovis ceterorumque gentilismi deorum cultore, aperto scilicet divinitus carcere, sani integrique egressi : cujus martyrii fama, ex Firmana ubi habitabat Provincia, excita* Lya, *cum* Marco *adhuc lactente et fratre, cum iisdem ad viri filiorumque sepulcrum orans expiraverit; idque tempore Justini atque Ludovici Pii, Imperatorumque, vastantibus Lucaniam primum* Parthis, e Septentrione *advectis ; deinde* Saracenis, *e Cilicia. Inventa autem dicuntur corpora* anno Incarnationis mxxxix, gubernante Romanam rempublicam III Rege Henrico, II Conradi Cæsaris filio, secundo anno regni ejus, *vel (ut in fine legitur)* anno iii regni ipsius. *Hæc omnia quam male cohæreant, nemo vel modice in historia versatus non videt. Enormiter discrepant* Justini *et* Ludovici *tempora, scilicet integris tribus seculis :* Atissam *et* Palloniam *civitates nullas novit Italia, vetus aut nova.* Henricus, *inter Germaniæ Reges hujus nominis Tertius, primum regnare cœpit a morte patris Conradi ipso anno* 1039 *obita : neque facile capias quos fabulator intelligat* Parthos a Septentrione, *nisi forte Tartaros, quos in Italiam penetrasse nusquam legimus. Merito igitur tam absurdam rhapsodiam contempsit Baronius, neque dignatus fuit usquam nominare : apud omnes etiam scriptores de Sanctis Italiæ, altum de istis silentium.*

Justus et Virianus Martyres *indicantur a Greveno et Canisio, et* Virianus *etiam a Bellino ac Molano.* Virianus *a Saussayo,* Viennæ *Episcopus adscriptus ; sed propter Ferrarium, qui citans Maurolycum profert in Notis, quæ hic attribuit* Viventio, *melius* Juventio *dicendo : de quo infra acturi latius, lucem nobis majorem adferri optamus.*

S. Eusebius Martyr *indicatur in MS. Carmelitano, forsan ob Reliquias alicujus* Eusebii, *ad quemdam ejus Ordinis Conventum allatas.*

S. Theocus, Presbyter Noviomi, *indicatur in MS. Florario. Est nobis hactenus ignotus. Non etiam est mentio ejus in Breviarii Noviomensis Kalendario, neque a Saussayo.*

Martyrius, Episcopus Viennæ, *incriptus est MS. Florario. Verum cum Viennæ talis Episcopus non fuerit, an aliunde talis advenerit, aut ejus Reliquiæ eo translatæ fuerint ; necdum potuimus scire.*

Helladius, Eladius, Gallus *additur* S. Claudio Episcopo Viennensi, *aut loco illius ponitur in Martyrologiis nonnullis, ut infra ad hujus Natalem examinamus.*

Ludgard, devota Christi matrona, in Sanctarum Virginum congregatione, quam in Brixmon S. Anscharius ordinavit, totum patrimonium suum offerens, cœlesti Sponso chorum castitatis suo nutrivit ducatu. *Ita Crantzius lib* i *Metropolis cap.* 41. *Hanc Wion in Appendice, quod Natalis ignoretur, et non colatur, retulit, addito titulo* Sanctæ. *Secutus Menardus. Arturus vero in Gynæceo ad hunc diem retulit. Quæ de ea extant, ex Crantzio jam retulimus, nec plura audemus aliunde sperare.*

Leonartius,

Leonartius, Episcopus et Confessor in Britannia, *insertus est dicto MS. Florario: sed quis ille fuerit, necdum assequi potuimus.*

Dicullus, Eremita cœnobii Bosanhamo, *ut Sanctus memoratur a Camerario in Menologio Scotico: verum a Dempstero ejus* Elevatio *hoc die refertur, at Natalis* XI *Februarii; quo die a Ferrario, citante Dempsterum, proponitur* Bosanhamus Eremita *majori mendo, sed hoc ad hunc diem emendato* Dicullus *legitur. Allegatur a Camerario Vita S. Wilfridi, quam auctore Eadmero dedimus* XXIV *Aprilis, ubi num.* 46 *agitur de laboribus ab eo in Sussexia susceptis, et ista adduntur:* Erat ibi Monachus quidam de natione Scotorum, nomine Diculus, habens monasterium permodicum, in loco qui vocatur Bosanham, *seu* Boschan, inter *Cliceestrium et Thernæum insulam, ad lacum versus Hantoniam. Alius est* Dicullus *Presbyter, in Vita S. Fursæi apud Bedam lib.* 3 *cap.* 19; *qui in altera S. Fursæi Vita,* 16 *Januarii num.* 37, Tibulla *appellatur. De hoc Colganus, ad ejusdem Fursæi Vitam pag.* 92 *non audet definire, quis ille sit ex novem nomine* Diculli *ibidem propositis: cui et nos assentimur ignorantes utriusque cultum ac diem natalem. Utrumque in unum virum conflavit Dempsterus, in Hist. Eccl. Gentis Scotorum pag.* 203, *et librum ab eo scriptum more suo commiscetur.*

Albertus, Episcopus Rigensis, legislator Militiæ Gladiferorum, *cum titulo* Beati *inscriptus est Menologio Cisterciensi Chrysostomi Henriquez. At Claudius Chalemot abstinet a titulo* Beati, *uti et Krantzius; ob cujus relationem dubitat Chalemotus an revera fuerit Cisterciensis. Plurimum is laudatur lib.* 1 *Historiæ Livoniæ, quam Balthasar Russowenus Germanice edidit.*

Petrus, in eremo fontis Avellani Eremita, *indicatur a Menardo, sed solum cum titulo* Venerabilis.

Valentius Presbyter, apud Provinciam Valeriam ante ecclesiam sepultus, qui ante caulas furem vervecis detinuit; *memoratur cum titulo* Sancti *a Petro de Natalibus, lib.* II *cap.* 101, *quod ejus Natalem ignoravit. Hunc Ghinius retulit ad diem primum Junii: et citatur ab utroque S. Gregorius lib.* 3 *Dialog. cap.* 22. *Sed is nomen Presbyteri non expressit; qua autem narrat, asserit se accepisse ab Abbate suo Valentiniano. Hinc et ulteriora monumenta de cultu hujus Anonymi desideramus.*

Petrus, S. Roberti Abbatis apud Molismum discipulus, inde Cistercium digressus, ac piis operibus clarus, *refertur hoc die cum titulo* Beati *a Chrysostomo Henriquez in Menologio Cisterciensi, Claudio Chalemoto in Serie Sanctorum et Beatorum et illustrium virorum Ordinis Cisterciensis, et a Gabriele Bucelino in Menologio Benedictino. Ast Saussayus in Martyrologio Gallicano, solum inter Pios recensuit: nec inveni in Kalendario Cisterciensi, Divione sub an.* 1617 *excuso. Dedimus* XXIX *Aprilis Vitam S. Roberti primi Abbatis Cisterciensis, ubi nihil de eo.*

Germanus, Rex Sardiniæ, postea Monachus Ordinis Cisterciensis, *memoratur a Ferrario in Catalogo generali, quasi memoria ejus Calari recolatur; in Notis autem allegat* Tabulas et monumenta Ecclesiæ Calaritanæ, *nobis ignota, additque quod de eo inveniatur aliquid* apud Lauream Evangelicam. *Edidit hanc Angelus Manrique, et lib.* 3 *discursu* 7 *agit de viris illustribus Sanctitate Ordinis; sed absque mentione hujus Germani; cujus memoria nihilo minori premitur silentio a Chrysostomo Henriquez, Claudio Chalemoto, Bucelino, et aliis.*

Vereor autem, ne in allegandis Tabulis Ecclesiæ Calaritanæ, æque infelix Manrique fuerit atque Ferrarius. Nam Dionysius Bonfant, in Triumpho Sanctorum Sardiniæ lib. 13 *cap.* 40, *ut Calaritanis Regem istum adscribat, solius Ferrarii, et modo allegatæ ab eo Laureæ, auctoritate nititur. Interim Ferrarium, mutatis ejus verbis auctisque (ut alibi eum quam in suo, ad marginem tamen citato Catalogo, legisse videri debeat) mutato etiam Sancti prætensi nomine, sic ordiri facit:* Kalendis Junii S. Gumerus Calaritanus, Sardiniæ Rex etc.: *deinde (ac si longius illo eloquium texeret) addit:* Vixit hic Rex Sardiniæ tempore D. Bernardi Abbatis Claravallensis. *Quia vero eo tempore Pisani Sardiniam, armis obtentam, designatis a se Judicibus quatuor regendam commiserant, eorum unius Constantini filium fingit* Gumerum, *qui, æque ac ceteri, Regis sibi nomen usurpaverit: qui etiam in vulgi comtemptum venerit factus* Monachus, *et locum proverbio, in stolidum hominem usurpari solito, dederit,* Mirad ita Gunari, *id est,* En qualis Gumerus. *Denique Patrem Pintum reprehendit Manrique, quod in dubium revocarit, sit ne S. Gumarus (cui omnino in promontorio Calaritano stat dicatum templum,* Sardis *de* santu Gunaru *dictum) sit ne inquam S. Gunarus hic alius a S. Januario; quod dubium minime absurdum mihi videtur; esto nunc, (abolita distinctiori notitia ejus cui dicata ecclesia est) Romano Martyrologio assueti recentiores, didicerint magis integrum* Januarii *nomen pronuntiare, quando de Neapolitanæ Urbis Patrono fit sermo; quem tamen nihil prohibet cogitare ibi sub nomine* Gunaru *cultum fuisse, et forsan ante tempora Pisanorum. Sed hæc ipsismet Sardis porro dijudicanda relinquimus; satisque habemus hic indicasse, cur sæpius cunctemur Triumpho isti plaudere.*

Conradus, e claro Baronum genere prognatus, monachus et archigrammateus in monasterio Ordinis Cisterciensis Heina, sive Hegena, quod olim in Hassia fuit, virtutum gratia conspicuus, *refertur in Kalendario Ordinis Cisterciensis anno* 1617 *Divione excuso, et cum titulo* Beati *memoratur ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino et Jongelino in Abbatiis Hassiæ et Thuringiæ. Allegatur antiquum MS. de Ordinis, in quo ista leguntur:* Conradus, in Heina monasterio Hassiæ monachus, multa miraculorum gloria continue fulgens. *Ita solent* Obitualia *ut vocant, seu dies obitus virorum illustrium annotari in Kalendariis et Martyrologiis; neque inde cognoscitur cultus aut veneratio Ecclesiastica eorum. Allegantur secundo Collectiones Philippi Seguini, Prioris Caroli Loci in diœcesi Silvanectensi, quæ si aliquando excudantur, certius judicium de re tota ferri poterit.*

Alphonsus Navarretus, ex Ordine Prædicatorum primus Martyr in Japonia, *refertur hisce Kalen. Junii in Anno sancto Ordinis S. Dominici, Gallice et Belgice excuso. At virtutes et martyrium ejus describuntur a Joanne Rebue in Triumpho Martyrum cap.* 5 *et tribus sequentibus.*

Joanna de Durve, prima Abbatissa pro Coletanis Clarissis facta Camberiaci in Sabaudia an. 1470, multa sanctitatis insignia in vita edidit; ejusque corpus, post centum ab obitu annos integrum et suavissime redolens, inventum fuisse, *scribunt Waddingus in Annalibus, et Harolus in Epitome ad dictum annum, non indicato anno aut die mortis, aut titulo* Beatæ *addito, quod facit Arturus in Martyrologio Franciscano et Gynæceo Sacro; Nicolai Federeli historiam allegans, unde ejus simulque sic repertæ* Mariæ Cavaleriæ *notitiam hausisse profitetur Waddingus.*

Leonardus

Leonardus Assisias, S. Francisci in prima profectione Syriaca socius, *ab eodem Arturo ad hunc quoque diem cum titulo* Beati *refertur: de quo nihil scitur quod non habeatur in Vita S. Francisci, quando, si cultum Ecclesiasticum habet, de eo latius poterit agi.*

Petrus Nedæus, Ordinis Minimorum Provincialis, non sine eximiæ sanctitatis opinione *indicatur* obiisse, et Nigeoni jacere; *sed inter Pios, in Martyrologio Gallicani Saussayi.*

B. Germani monasterii Parisius, dedicatio cryptarum, in honore ac veneratione Dei Genitricis Mariæ et B. Petri Apostoli, Sanctorumque Martyrum Georgii, Aurelii, atque Nathaliæ, ubi principalis ara nomini ejusdem Virginis et B. Petri ceterorumque Apostolorum consecrata est. Ad caput vero sanctorum Martyrum est altare in honore S. Michaelis, beatarumque omnium cœlestium Virtutum. Et ad pedes ipsorum SS. Vincentii, Sebastiani, Christophori, Andochii, Tyrsi et Felicis. Est ibi et altare in honore Macarii, Dionysii, Rustici et Eleutherii, omniumque Sanctorum Martyrum. Etiam ad ud S. Marcelli, Genovefæ Virginis, Savini, Audoeni, Anoberti, omniumque Confessorum et Virginum. *Ita Usuardus in primario Martyrologio, quod extat in monasterio S. Germani de Pratis, scriptum ante mortem Caroli Calvi, cui ipsum auctor dicavit, uti nos docuit Joannes Mabillo. Quare ist in memoriam hic indicandam censuimus.*

SS. Marcellini et Petri Martyrum, suscepti corporum Gandavi *loquitur* [illegible] *Saussayum, in Martyrol. Gallic. Acta damus* II Junii.

SS. Alcibiades et socii, Martyres Lugduni, sub M. Aurelio Antonino, *hodie nominantur a Ferrario in Catalogo generali. Passi sunt in comitatu S. Photini Episcopi, et simul celantur* II Junii.

S. Erasmi natalis *invenitur in MS. Casinensi. Colitur ipse* II Junii.

Agoardus, Episcopus Lugdunensis, *cum titulo* Sancti, *proponitur a Ghinio in Natalibus Sanctorum Canonicorum. At Saussayus aliique referunt (et* [illegible] *Pios)* VI Junii.

S. Philippus, Presbyter apud Cæsaream Palestinæ, *memoratur in MSS. Leodiensibus S. Lamberti, et S. Laurentii, ab aliis* VI Junii.

Rodulphus, Episcopus Eugubinus, vir magnæ au[illegible] *Martyrologio Benedictino. Wion quoque lib. 2 in Eu*[illegible] 26 Jun. [illegible] *Sancti et* Beati, [illegible] *De eo* [illegible] XXVI Junii.

S. [illegible] maxima celebritate colitur. *Ita Ferrarius, Wion, Dorganius, Bucelinus; idemque censetur, qui* Sala[illegible] hanc urbem translatus. *Verum Augustinus Flo*[illegible] *pus asserit. Hæc controversia ad* S. Theobaldi Eremitæ Salanicensis *Acta aptius proponetur; ubi,* [illegible] S. Theobaldus Abbas, *hodie coli solitus; Lectorem tamen* [illegible] § 3 [illegible] XXX Junii.

B. [illegible] Episcopus [illegible] Patriarcha Hierosolymitanus, *claruit anno* 1270, *qua occasione multa de eo diximus post Tom. 7 Maji in* [illegible] *Tom. 3* [illegible]

ejus dare hoc die, sed per errorem: scribi enim debuit tum ibi tum XXI *Maji in Prætermissis* I Julii.

Laudulphus Episcopus apud Laudenses, *ut* Sanctus, *indicatur a Galesinio; ut* Beatus, *a Ferrario in Catalogo generali, et ab Ughello Tomo 4 in Episcopis Astensibus: qui, ex Kalendario antiqui Breviarii Ecclesiæ Astensis, asserit, eum obiisse, quando de eo poterit agi,* IX Julii.

SS. Wiltadus et Ruffinus, Martyres in Anglia, *referuntur in Martyrologio Anglicano primæ editionis, eoque citato a Ferrario. Sed quæ ibi dicuntur, quasi in odium fidei a proprio patre Vulfhero Rege fuissent occisi, late rejicimus ad Vitam S. Ermenildæ Reginæ, uxoris dicti Vulfheri* XIII *Februarii* §. 3. *Cultum tamen eorumdem tuetur Alfordus in Annalibus Ecclesiæ Anglosaxonicæ, ad annum* 669 *num.* 9 *et* 10, *atque cum Martyrologio Anglicano secundæ editionis passos ait (quando ea res poterit examinari)* XXIV Julii.

Elpidius, Episcopus et Confessor, *adscriptus est Additionibus Greveni ad Usuardum. Videtur esse* S. Helpidius, Episcopus Lugdunensis, *referendus ad* II Septembris.

Juvencus, Presbyter et poeta Evangelicus, *inscriptus est Martyrologio Hispanico Tamayi Salazar, citantis MS. Martyrologium Hieronymi Roman de la Higuera: ideo forsan, quod hoc die colatur* S. Juventius Martyr Romæ. *Idem nihilominus Tamayus, velut isti MS. parum fidens, rejicit illius Natalem in* [illegible] *(quando poterit cultus examinari)* XII Septembris.

S. Cypriani translatio reliquiarum Rothonaci in Flandria, *memoratur a Molano, Canisio, Saussayo. Dies ejus natalis est* XIV Septembris.

S. Nicomedis, Presbyteri et Martyris, dedicatio Ecclesiæ Romæ, *indicatur a Rabano, Usuardo, Adone, Notkero, et hi eo addunt:* Cujus martyrium celebratur XVII Kalendas Octobris. *In nonnullis MSS. appellatur* Natalis S. Nicomedis, *et in Apographo Parisiensi Martyrologii Hieronymiani* [illegible] *Martyres Romanos,* Juventinum et alios, *tamquam eorum socius. In variis Poloniæ Ecclesiis colitur Officio trium Lectionum. De eo, cum Martyrologio et Breviario Romano, agetur* XV Septembris.

S. Gaudini, S. Principii, S. Lupi, Episcoporum — Elevatio corporum *in-*[illegible] *a Saussayo, Molano, Galesinio, Ferra-rio: ex his*

S. Agricolæ Presbyteri

S. [illegible] XI Februarii.

S. Principii, fratris S. Remigii, XXV Septembris.

S. Lupi, [illegible] Episcopi [illegible] XI Octob.

S. Agricola Presbyter, perperam Episcopus dictus, XX Octobris.

S. Romedius, Confessor Tridentinus, *cum aliquo elogio refertur a Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ, quod* prima Dominica mensis Junii celebretur Dedicatio ipsius Ecclesiæ: cujus festum [illegible] *ad dictum diem notavimus,)* in Vita, *quam ex veteribus* MSS. *Tomo 3 Bavariæ sanctæ exhibuit Raderus, consentientibus quibusdam Martyrologiis, dicitur obiisse et coli* I Octobris.

Damianus, Presbyter Confessor [illegible] S. Andreæ Reliquias [illegible] S. Regulo [illegible] *Dempstero, in Menologio Scotico, hoc die; a Camerario, sequenti die. De eo poterit agi, aut cum S. Regulo utrique memorato,* XVII Octobris, *aut in Actis S. Andreæ Apostoli* XXX Novembris.

S. Paulus Episcopus, creatus a S. Petro Apostolo missus in Galliam Narbonensem, et factus primus Episcopus

Episcopus Lodovensis, *refertur a Jacobo Branche in libro de Sanctis Arverniæ et Velauniæ, sed tamquam die Translationis, natalem autem recoli dicit* I Novembris.

S. P. N. Hypatii memoria *hodie occurrit in Mæneis excusis variisque Synaxariis MSS. Suspicamur eumdem esse, qui cum titulo* Episcopi Gangrorum *notatur in Græcorum Typico, et absque ullo charactere in Synaxario Coptico, quemque cum Latinis referemus* XIV Novembris.

S. Amatoris, Episcopi Augustodunensis, translatio *inscripta est MS Florario. Dies ejus natalis est* XXVI Novembris.

S. Proculus, Episcopus Interamnensis, Martyr Bononiæ. *colitur ibidem in Ecclesia Parochiali* S. Proculi Militis, *et refertur ex MS. Strozziano, atque a Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ. Nos hoc die ad Vitam* S. Proculi Militis *de eo nonnulla dicimus, plura daturi die Natali* I Decemb.

SS. Gisleni, Sulpicii Episcopi, et Leocadiæ Virginis translatio, celebratur in monasterio Cellensi, nunc S. Gisleni dicto, *uti in Natalibus Sanctorum Belgii indicat Molanus, ad diem ejus Natalem (quod ad hunc diem alii faciunt)* IX Octobris.

De S. Sulpicio Episcopo *egimus* XVII Januarii.

De S. Leocadia Virgine *agendum erit* IX Decemb.

SS. Ischyrionis Ducis et Militum quinque, *in Ægypto vario martyrio enectorum sub Diocletiano, laudatur* passio *in hodierno Romano, omnibus antiquioribus Græcorum Latinorumque Fastis ignota. quapropter, licet Baronius in Notis addat*, de iisdem apud Græcos *agi; moneatque diversos ab iis esse, de quibus sub Decio passis ex Dionysii Alexandrini epistola agit Eusebius lib. 6 cap. 42; non audemus tamen diversos opinari, donec alicunde clarior nobis eorum notitia offeratur. Scimus enim Baronium, cujus arbitrio potissimum processit Martyrologii innovatio et amplificatio, Græcæ linguæ ignarum, circa Sanctos Græcorum adjutum solo quod Sirletus illi verterat Menologio, in quo ipso nullus comparet* Ischyrion: *proinde veremur ne Scholus aliquis imposuerit; et cum bona illius venia, differimus ulteriorem circa Martyres istos tractationem, usque in* XXII Decembris.

DE S. CLARO EPISCOPO MART.

LACTORÆ IN NOVEMPOPULANIA

COMMENTARIUS HISTORICUS.

G. H.

§. I. Cultus Lactoræ, Auscii, Burdegalæ, Petrocorii et Sarlati.

Acta minus certa.

Celebris *est sacra veneratio, per provincias Aquitanicas,* S. Clari, *ut* Episcopi et Martyris, *a quo primum hujus mensis diem auspicamur, boni potius ominis causa, quam quod clarum nobis sit, cum supra memoratis omnibus priorem ætate fuisse. Refertur is quidem a plerisque ad initia constitutarum in Galliis Ecclesiarum, primorumque ibidem Martyrum tempora; sed utraque quam minime certis definiantur terminis, non est hujus loci demonstrare. De eo apud Labbeum, tomo secundo Novæ bibliothecæ, in Hagiologio Franco-Galliæ pag.* **700,** *ista leguntur.* Kalendis Junii. In Galliis civitate Latora (Lacoram *scribunt alii, idque olim nomen fuisse aiunt ei, quæ nunc* Lactora *et* Lectora *dicitur vulgo* Laitoure) natalis S. Clari Episcopi, Archiepiscopi, et Martyris. qui cum idolis sacrificare nollet, primo verberibus affectus, deinde carceribus mancipatus, ibique Angelica visitatione confortatus, ad ultimum cæso capite martyrium consummavit. *Hæc ibi. Est* Lactora *urbs Episcopalis Aquitaniæ tertiæ seu Novempopulaniæ, sub Ausciorum metropoli, a qua non procul abest, ad eumdem Gersium rivum sita: sed et* Auscii *esse aliquas* S. Clari *Reliquias infra dicetur.*

Cultus Lactoræ,

et Auscii.

2 *Saussayus, in Supplemento Martyrologii Gallicani, ad hunc diem ista scribit:* In agro Lectorensi sub Auscensi metropoli, Natalis S. Clari, Episcopi et Martyris: qui, quo tempore primum Evangelii lumen irradiabat, divinis hujus radiis collustratus, ex Africa Romam venit: ubi in schola Apostolorum eruditus, tanta fide, sapientia, zelo dilatandæ Christi gloriæ eminuit, ut post edita jam circumquaque præclara gratiæ, qua affluebat, specimina, majoris dispensationis idoneus censitus ab Anacleto Papa sanctissimo, Apostolorum auditore et herede, ordinatus ab eodem Episcopus, in Galliam fuerit directus, ad Agrippinenses tum silvestres populos ut eos finitimasque gentes Evangelicæ lucis splendoribus illuminaret. Qua in regione cum multos ad Christum convertisset; hinc in Aquitaniam proficiscens, Petrocoriorum urbem adiit, Frontonis Apostolici viri, Anianique ejus sequacis jam prædicationibus Christianis imbutam, ac eorumdem ad præmium abscessu, susceptæ salutiferæ institutionis pene oblitam: quam ad Christum reducere annixus est, constituit. Sæviebat tum gravissima pestis, a qua dum corpora divina virtute liberaret, ipas animas, lue exitialis superstitionis infectas, ab hac superna ope eripuit. Verbo enim divino armatus, falsorum deorum oracula obmutescere fecit, delubra evertit, sacrificulos, qui Jovis et Martis execrabilem cultum exercebant, alter Elias zelator divinæ gloriæ de medio sustulit. Nec modo urbem hanc, sed oppida vicina et pagos adjacentes, divina eloquentia vitæque sanctimonia et prodigiorum coruscatione, a nefandis idolorum ritibus ad veri unicique rerum Conditoris et Reparatoris cultum feliciter abduxit. Inde, quo opus divinum amplius promoveret, ad Lectorenses progressus est. Apud quos dum eodem fervore Apostolici spiritus idola comminueret; a satellitibus satanæ interceptus, vinculis constrictus, raptatusque ad Jovis simulacrum; ibi, cum nefanda sacra facere urgeretur, ob denegatum pseudonumini cultum variis excruciatus tormentis; demum, ne triumphatori laurus deesset, capite cæsus, diademate cruento proprii sanguinis redimitus, supernam æternamque ad ovationem perrexit: cujus effusus sanguis semen evasit Christianorum copiosum. Unde his in populis, quos cruento enixu Christo Servatori peperit, memoria ejus perpetua permansit in gloria: a quibus potens etiamnum ut Opitulator imploratur. Eo enim dono perpeti a Deo clarificatus prominet, ut qui divinæ lucis gerulus, dum inter mortales ageret, a tenebris infidelitatis ereptas humanas mentes lumine divinæ agnitionis et gratiæ irradiavit, corporeos oculos caligine offusos gratæ lucis restauret aspectu. Tum insignis Cœlitis exuviæ, partim Ausciis in monasterio

Petrocorii

Lactoræ,

ubi et martyrio coronatus est.

AUCTORE G. H.

A rio S. Orienti, partim Burdigalæ (ubi etiam Christum annuntiavit) in sacrario S. Eulaliæ honorifice conservantur.

Ætas incerta.

3 *Hactenus magnifica et (prout ætas ejus tunc erat) juvenili plane eloquentia Saussayus* Agrippinenses *Romanos Colonos, tamquam* Silvestres tunc, *cum* Clarus *vivebat* populos, *parum congrue describens. Acta veriora* S. Orientii, *Episcopi Ausciorum, illustravimus ad Kalendas Maji, omissis aliis, quæ plane fabulosa esse judicavimus, Sanctumque, juxta meliora Acta seculo* v *florentem; fingunt fratrem S. Laurentii. Ea conferens cum Actis* S. Justini *Bigorrensis, inter* S. Clari *socios nominati, ad jam dictas Kalendas Maji æque rejectis ut fabulosis; vereri compellor, ne similis farinæ etiam sit ipsiusmet* S. Clari *Vita, qua prælucente, seu potius ejus compendio in tres Lectiones ad usum Ecclesiæ Lectorensis diviso, ista scripsit Saussayus, sua ex conjectura eum faciens,* S. Frontone *Petrocoriensi Episcopo, et* S. Aniano *juniorem. Nullum Gallia* S. Anianum *novit, nisi Aurelianensem,* XVII *Novembris illustrandum, quem constat temporibus Attilæ circa medium* v *seculi floruisse.* S. Fronto *colitur* XXV *Octobris; cujus Acta non satis solida, passim pro-*
B *feruntur, et a Francisco Bosqueto, libro primo Historiarum Ecclesiæ Gallicanæ capite* 13, 14 *et* 15 *discutiuntur. Ipsa poterit Lector ibidem videre, interimque notare, quam incerta sint pleraque Sanctorum veterum per Aquitaniam Acta, quamque non multum iis fidendum sit, quæ de* S. Claro *dicuntur: manente nihilominus certo ejus cultu, a quo duæ itidem parochia in Novempopulania appellantur, et earum altera est Lectoræ vicina.*

Aliud Elogium ex Dadino Alteserra,

4 *Antonius Dadinus de Alteserra, lib. 4 Rerum Aquitanicarum cap.* 11, *ista de S. Claro scribit:* Anno CIV, tempore Trajani, Clarus ab Anacleto Papa ordinatus Episcopus, cum sociis Justino, Severo, Gerontio, Polycarpo, Jona, Babilio, missus in Gallias, Christianæ fidei propagandæ causa. Primum ad Colonienses iter convertisse dicitur, eosque mysteriis fidei auctorasse; inde longo itinere Albiam Aquitaniæ oppidum pervenisse: quo ut pedem intulit, mulierem energumenam curavit: per biennium quo ibi stetit, multos ad fidem convertit. Quo elapso Anthimium reliquit successorem; et una cum Babilio, perpetuo laborum socio, migravit Lactoram, urbem Novempopulaniæ, salutarique adventu eam liberavit sævissima peste, qua affligebatur: et quamplurimos Christo fideles comparavit. Sed ple-
C be tumultuante, velut in hostem deorum, raptus in templum, et ut idolis sacrificaret incassum solicitatus, cum Babilio socio capite cæsus est. Corpus ejus quiescit apud Ausciam in basilica S. Orientii. Gesta ejus MSS. Afrum natione dictitant: sed facilius mihi suaserim fuisse Romanum, quod Roma missus sit, ac ea ætate Romæ fuerit illustris Clarorum gens. Nempe A. Gellius, qui Romæ floruit proxima Adriani ætate, memorat L. Clarum Præfectum Urbi, et Eratium Clarum itidem Præfectum Urbi et bis Consulem: ut in libris nostris, D. Antoninum Erycio Claro rescripsisse invenio. *Ita Dadinus Alteserra. At quæ citat Acta MSS. veremur ut alia sint quam infra danda ex MSS. Breviariis: hæc autem non modo non dicunt,* longo itinere, *aditam* Albiam; *sed* Coloniæ proximam civitatem *faciunt; adeoque intelligi non possunt de ea Colonia Agrippina, quæ (præterquam quod ab Aquitanis longissime distet) nequaquam transeunda fuit Roma venienti* Claro: *multo minus censeri debet primam Ecclesiæ suæ ordinationem ei debere, cujus nullam prorsus memoriam retinet.* Anacletum Papam, *iisdem Breviariis nusquam nominatam, nesciremus divinare unde acceperit Alteserra, nisi Lectorensis Ecclesiæ Officia propria, auctoritate Ludovici de la Rochefoucauld Episcopi edita, Lectiones de* S. Claro *proponerent, veluti* ex Breviario Burdigalensi D
et Vasatensi aliisque monumentis *compilata; quæ Breviaria needum habemus, præsumimus autem in aliquo eorum Anacletum nominari. Sed nec ibi nec alibi hactenus legimus simul cum* Claro *passum* Babilium; *et gratis præsumitur* Clari *nomen familiæ potius quam hominis fuisse, contra ceteros omnes, ex Africa Sanctum adducentes. Joannes Chetus in Episcopis Galliæ, allata Vitæ epitome, scribit* Clarum martyrio coronatum Kalendis Junii Trajano imperante, *quod esset intra annos* XCVIII *et* CXVII; *unde autem sumptum sit æque nescio, nec sine congruæ antiquitatis testimonio facile recipiendum puto.*

Aliud ex Sarlatensi Proprio:

5 *In Petrocoriensi agro inferiore Sarlatum est, urbs Episcopalis; ubi sub ritu duplicis majoris colitur Kalendis Junii* S. Clarus, *de quo Lectio quarta impressa Parisiis anno* 1677, *cum reliquis illius Ecclesiæ propriis, ab Armando Girard Canonico compositis, editisque jussu Episcopi atque Capituli. Ibi etiam invenire est Hymnum ad Vesperas et Laudes proprium, sub hac Collecta.* Deus, qui B. Clarum, Martyrem tuum atque Pontificem, contra hostis antiqui sævitiam dimicantem, Angelica visitatione confortasti; da nobis ejus imitatione ita contra spiritualia nequitiæ decertare, ut adversa quæque tuo superemus auxilio. *Lectio prædicta talis est.* Clarus E
ex Africa oriundus, propugnandæ fidei studio, cum sex aliis sociis, Justino, Gerontio, Severo, Polycarpo, Joanne et Babilio, natale solum relinquens, Romam venit. Inde a Romano Pontifice Episcopus consecratus, atque in Gallias ad prædicandum Christi Evangelium missus, primum Coloniam, tum Albiam et vicinas circumquaque provincias peragrans, multos ab idolorum cultu revocavit, ac fide lumine illustravit. Vesunam Petrocoriorum, quæ S. Frontonis prædicationibus Christiana religione imbuta fuerat, ingressus, eam a gravissima quæ grassabatur peste liberavit. Dehinc plebe ad pristinos errores reversa, dæmonum oracula obmutescere fecit, delubra evertit, sacrificulos Martis de medio sustulit, regionemque omnem a nefanda idolorum cultura ad veri Dei cognitionem adduxit. Tandem Lectoram profectus, et verbum Dei cum incredibili zelo annuntians, ab idolorum sacerdotibus post varia tormenta in carcerem conjectus, noctu ab Angelo invisitur, et de instanti suo exitu admonetur. Sequenti vero die cum Babilio, uno ex sociis capite cæsus est. Corpus Lectoræ primo sepultum est, inde agente Carolo Magno Burdegalam translatum, atque in templo S. F
Eulaliæ collocatum, magna Christianorum religione honoratur.

Cultus Petrocorii:

6 *Hæc ibi. Spectant ad Metropolitanam Burdegalensem Episcopatus Petrocoriensis et Sarlatensis, ut videatur cultus* S. Clari *vel ideo istic promotus. De* Petrocoriis *tamen, atque de* peste *sublata, altum alibi est silentium; nisi quod Ferrarius* S. Clarum Episcopum Martyrem habere suum cultum apud Petrocorios *asserit in Catalogo generali: sed aberrat, dum annotat, eum, cum ibidem* fidem prædicasset et Ecclesiam rexisset, variis suppliciis affectum, demum capite plexum esse: *hoc enim dicitur apud Lactorenses contigisse. Eodem modo in urbe et diœcesi Burdegalensi sub ritu duplici colitur, et potissimum in Ecclesia parochiali S. Eulaliæ, ubi legitur vetus inscriptio in muro Sacelli sculpta, et ab Hieronymo Lopez in Metropolitanæ suæ Burdegalensis descriptione pagina* 132 *his verbis relata.* Carolus Magnus hanc capellam fundavit, et retro altare septem corpora sancta imposuit, qui pro fide Christi martyrio coronati sunt: quorum nomina sunt, Clarus, Justinus, Gerontius, Severus, Polycarpus, Joannes et Babilius. *Addit autem dictus Hieronymus,* eadem omnia singulis annis, Dominica prima post festum Clari,

Burdegalæ, capella a Carolo Magno fundata.

A Clari, in processione solemni circumferri. *His motus et nixus auctor Lectorensis Proprii, sic finit* VI *Lectionem :* An sex socii eodem insultu passi sint, gesta non referunt *(imo eorum semel dumtaxat in egressu ex Africa meminerunt, solus Alteserra Babilium Sancto jungit martyrii socium)* Passos tamen esse, sive illo sive alio tempore, traditio est. Ut autem in vita conjuncti fuerant, sic eorum sacræ Reliquiæ eodem loculo in ecclesia S. Eulaliæ Burdigalæ recumbunt; illuc a Carolo Magno (ut ex veteri scripto, lapidi ejusdem Basilicæ insculpto, legitur) allatæ. *Tum additur :* Natalis S. Clari dies Kalendas Junii celebratur maximo Burdigalensium applausu, aliorumque; ex vicis et pagis passim eo quotannis solent accurrere, crebris, quæ per ejus suffragia solent consequi, pellecti beneficiis. *Saussayus, cum eadem inscriptione componens Alteserræ testimonium, asseverantis,* corpus S. Clari quiescere apud Auscium in Basilica S. Orientii, *dixit;* hujus Cœlitis exuvias partim Ausciis, partim Burdegalæ conservari. *Nos ea re parum movemur : quia novimus partes corporum, subinde non magnus, in ejusmodi casibus sæpe nominari* corpora : *neque volumus dubitare de vera sanctitate* B *illorum membrorum, quibus et Albienses et Tutelenses gaudere mox infra dicemus.*

§. II. Cultus sacer apud Lemovices, Tutelenses, Cadurcos, Ruthenos, Albigenses et Tolosates.

Cultus Lemovicis

S*upra nominatus Saussayus, necdum eorum quæ in Supplemento postea scripsit notitiam nactus, in ipsomet suo Martyrologio ad hasce Kalendas Junii* Lemovicis, *inquit*, S. Clari, Episcopi et Martyris, meritis magis, quam monumentis clari. *Scilicet, quia in Breviario Lemovicensi (quod auctoritate Raymundi de la Martonie Episcopi recognitum, et anno* MDCXXV *excusum est) præscribitur officium Ecclesiasticum* de S. Claro, Episcopo et Martyre, *sub ritu simplici; et de Communi unius Martyris recitatur Oratio,* Infirmitatem nostram; *Lectio autem* III, Principes persecuti sunt me gratis. *Id agro Lemovicensi inferiore urbs præcipua est* Tutela, *ubi Abbatia S. Martini in Sedem Episcopalem erecta est anno* MCCCXVIII. *Ibi in Cathedrali servantur Reliquiæ* SS. Clari, Laudi, Ulfardi, Baumadi, *et eorum festa celebrantur, respective,* I *Junii,* XX *Septembris,* III *Junii,* IV *Augusti. In Cronico Gaufredi*

Reliquiæ et Patronatus Tutelæ.

C *Prioris Vasiensis, apud Labbeum tomo* 2 *Novæ bibliothecæ pag.* 286, *de istis urbis Tutelensis Patronis hæc leguntur :* Tutelam Wlfardus et Laudus tuentur cum Claro, per quem serena tempora; et Baumardus, per quem imbribus plena, Dominus sæpe contulit orbi. *Quæ ante Dissertationem Stephani Baluzii de hisce Sanctis, Tutelæ sub annum* MDCLVI *excusam, Bernardus Guidonis ita clarius exponit in MSS. Nominibus Sanctorum Lemovicensis diœcesis :* S. Wlphardus, S. Laudus, S. Clarus, S. Baumadus Tutelam tuentur et juvant. Per Clarum clara et serena tempora dantur, per Baumardum terra infunditur : sicut sæpius est compertum. *Deinde* ex Chartulario Tutelensi *ista adduntur :* Donum Geraldi S. Martino. Sacrosanctæ basilicæ S. Martini Tutelensis cœnobii, ubi almifici Confessores Christi, Clarus atque Laudus, humati quiescunt : ubi præsenti tempore Domnus Odo Abbas præesse videtur... Factum est hoc in mense Madio, anno III, regnante Carolo Rege. *Item* Donum Benedicti Presbyteri. Sacrosancto cœnobio Tutelæ, quod est fundatum in honore almi Martini Præsulis, ubi corpora Sanctorum requiescunt, Clari Martyris atque Laudi Præsulis... Facta est cessio ista in mense Madio, anno nono, quod Rodulphus Rex cœpit regnare. *Ubi videntur intelligi Reges, Carolus Simplex et Rodulphus,* D *quorum prioris annus tertius convenit in annum Christi* DCCCXCV : *Rodulphi annus incidit in annum* DCCCCXXXII.

Dona Sancto facta annis 895 et 932 sine titulo Episcopi,

AUCTORE G. H.

8 *Hic* S. Clarus, *modo* Confessor, *modo* Martyr *appellatur, nulladum Dignitatis Episcopalis facta mentione. Eadem abstinet vetus* Hymnus, olim cani solitus in ecclesia Tutelensi die festo S. Clari kalendis Junii, *inquit Balusius. Is autem est hujusmodi.*

quo etiam abstinet vetus Hymnus

Clari recurrit annua-Dum gloriosi gloria,
 Totus piorum sobriis-Orbis resultet laudibus.
Tutela, tanti Martyris-Servans thesaurum corporis,
 Tu persona gaudientius-Tui Patroni laudibus.
Turbas per orbem plebium-Converterat Gentilium;
 Divina dicta severat-Messis beata creverat.
Sacer sator fructum sui-Laboris, ac miles Dei
 Palmam triumphi nobilis-Cœlestibus refert thronis.
Terris reliquit dulcia-Ossum suorum pignora :
 Collata nobis cœlitus-Colamus hæc devotius :
Beatus horum spiritus-Revisat ut nos sæpius,
 Reddatque summo Numini-cum Patre, Proli, Flamini.

die festo cani solitus.

9 Quonam vero tempore, *inquit Baluzius,* quove demum modo Tutelam delatæ sint sacræ Reliquiæ sancti hujus Martyris, nescimus; illud tantum nobis compertum est, has octingentos annos in Ecclesia E Tutelensi fuisse conservatas... Vulgo tamen fertur fabula... quam hic narraturi sumus. Mons est urbi contiguus, quem vulgato vocabulo Podium S. Clari appellamus; ubi nemus olim fuisse tradunt, cum Tutela nondum urbis formam erat adepta, nihilque apud nos erat præter monasterium Benedictinorum. Illac forte transiens quidam homo, qui Sancti nostri Reliquias secum portabat, incidit in feram nemoris hospitem atque ab ea devoratus est. Hic hominis casus, sive quod comes itineris prodiderit, sive quod ita voluerit Deus, brevi divulgatus est, atque ad nostrorum Monachorum aures illius fama pervenit. Hi in nemus ire destinarunt : sed semper eos belluæ cogitatio ab incepto removit : donec audacior aliquis hortatus est, sumptis fustibus audacter omnes ad expugnandam bestiam progrederentur. Ita factum : receptum est Caput S. Clari cum aliquot ossibus, omniaque simul in ecclesiam Tutelensem delata sunt, ubi hodieque ostenduntur. Fabula quidem hæc, Lector, sed quæ fortassis indicat, miraculo receptas Divi nostri Reliquias. Hujusce tamen expeditionis monasticæ, si ea fabula non esset, extare videretur rude argumentum, ni fallor. Non certa anni tempestate Canonici Tutelenses, fustibus armati; vestes F talares et superpellicea induti, magna populi frequentia comitante, bini solenniter eunt in montem; ibique rite Sacris operati, data populo pace, eodem ordine redeunt in Ecclesiam Cathedralem.. *Hæc Baluzius, nescio cur tam absolute istam vulgi narratiunculam, explodens ut* fabulam; anilemne *dubitans,* an puerilem *appellet; ubi simplicitatis quidem antiquæ multum, sed ἀσύστατον vel ἀδύνατον nihil.*

Vulgi de modo translationis narratiuncula

nonnullo veteri argumento nixa,

10 *Ut ut est, ex prægressis apud eumdem Baluzium discimus, quod* dies hujusce Translationis, in veteri Breviario Tutelensi, notata reperitur, vicesima octava mensis Maji *Ipsas etiam Reliquias, Tutelam quandocumque et quomodocumque delatas, ibidem miraculis claruisse, constat ex Hymno sequenti, olim cani solito die tali; in quo, æque ac in Lectionibus de vita, videmus usurpari* Pontificis *sive* Episcopi *titulum.*

et 28 Maji recoli solita,

Martyr beate, summe, Clare, Pontifex,
 Ægris salutis sæpe mirus artifex;
 Cæcis habendi promptus auctor luminis,
 Cujusque demum restitutor debilis,
 Cujusque sævi mox repulsor dæmonis.
Sanator adsis talis ægris moribus,
 Illuminator talis orbis mentibus,
 Gressus reforma claudicantium debiles,

cum Hymno proprio;

A Pacis viam, salutis atque tramites
AUCTORE G. H. Pergant citi, durent et illassabiles.
Quidquid misellis intulere criminis
Astu maligno dæmones, nequissimis
Mentes agentes persuasionibus,
Precando dele : dona posce Spiritus,
Grates tibi quo concinet noster chorus.
Festum frequentat obsequentum concio,
Colitque supplex nostra te devotio :
Tu corde mundos, atque justos actibus,
Tutos periclis ac malis ab omnibus,
Terra levatos redde nos cœlestibus.
Rerum parenti Trinitati simplici,
Cum Patre, Nato, septiformi Flamini,
Devota laudum personent præconia ;
Grates agantur, concinatur gloria,
Per hæc et ultra quæque semper secula. Amen.

qualis etiam recentiori stylo Sarlati canitur.

11 *His propter majoris antiquitatis speciem sic relatis, adduntur ex proprio Sarlatensi recentioris compositionis Hymni duo ; epitomen mox proferendarum Lectionum accuratius complexi, in hunc modum :*

Divina providentia-Clarum venire compulit,
Cum sex viris ex Africa-Plagasque nostras appulit.
B Plenus superno Numine-Solvit statim caliginem
Verbi superni semine,-Vitæ parans originem.
Gentes feroces Galliæ-Lavit sacro baptismate,
Vagosque cives Abbiæ-Certo reduxit tramite.
Idola Martis destruit Delubra purgans sordibus ;
Vesunæ fidem detulit-Miris pollens virtutibus.....

Alius Hymnus sic proponitur.

Christi decorum militem Dignum supremis laudibus,
Virtute Clarum divitem-Lætis canamus mentibus
Hic mole fractus corporis-Ferri catena stringitur,
In ima missus carceris-In quo poli lux nascitur.
Hunc Angelus præsentia-Solatur, admirabili
Tunc pectoris constantia-In carne fulget debili.
Amore mentem roborat-Dum mortis horam præsciit.
Corpusque plagis præparat-Nusquam metu qui servìit.
Crudelis instat carnifex-Sanguis repente funditur :
Sed non movetur Pontifex-Nec mens pavore frangitur.

Confraternitas, ab anno 1486

12 Sed nec illud silendum est, *ait Baluzius*, huic nostro Sancto dicatam esse Sodalitatem (Confraternitatem recepto vocabulo vocant) in Ecclesia Tutelensi institutam anno MCCCCLXXXVI die XIII Novembris. Huic nomen dedere Clemens Briliacus Episcopus Tutelensis (*quem Sammarthani asserunt possessionem adeptum* XXXI *Maji anno* MCCCCXCV)
C Leodegarius Velianus, Abbas de Sully et Cellerarius Ecclesiæ Tutelensis. *Quod autem attinet serenitatem*, S. Clari *invocatione solitam postulari, ut nobis auctor est, annis ab hinc* CCCL, *supra laudatus Bernardus Guidonis, id confirmat Baluzius exemplis duobus, sumptis ex Veteri Codice, prisca Tutellensi lingua conscripto, ipsumque originalem contextum in fine libelli sui legendum exhibet. Versio ejus Latina hæc est* : Anno MDVIII die XXVIII Maji, qua Translatio S. Clari celebrari solebat in Ecclesia Tutelensi, cum pluviæ frugibus incommodarent, Caput S. Clari populo ostensum est, atque integros unum et viginti dies patuit : ut cuilibet licitum esset ad sacras illius Reliquias orare, quo tandem rediret sua cœlo serenitas. Non ægre impetratum est. Siquidem toto illo tempore, quo sanctum Caput oculis mortalium ostendebatur, raro pluit. Anno MDXXXII solennis processio in urbe Tutelensi facta est die VII mensis Aprilis, perque urbem circumlatæ sunt sacræ Reliquiæ SS. Clari, Laudi, Ulfardi et Baumadi. Huic ceremoniæ præsentes fuerunt Canonici, Presbyteri parochiarum S. Petri et S. Juliani de urbe, Optimates et populus. Hæc autem fiebant, ut Sanctorum precibus exoptatam aeris temperiem daret Deus.

caput ostensum anno 1508,

processio anno 1532,

D *Proxima Lemovicensi agro et Tutelensi diœcesi est* Cadurcensis urbs, *cum sua diœcesi, ubi* S. Clarum, Episcopum et Martyrem, *hisce Kalendis Junii sub ritu semiduplici coli, scimus ex Festis propriis dictæ Ecclesiæ Cadurcensis. Imo et ejus memoriam celebrari in Ecclesia et diœcesi* Ruthenensi *vicina, apud Ferrarium legitur : idemque ex charta ad nos missa constat. Nec procul admodum distat urbs ejusdem Aquitaniæ primæ*, Albia *sive* Albiga, *a qua Albigenses hæretici suam appellationem acceperunt. Hujus* primus *civitatis* Episcopus, S. Clarus *nominatur, apud Gulielmum Catellum, Claudium Robertum, Joannem Chenu, et fratres Sammarthanos ; qui similiter omnes secundo loco ponunt* Antimium discipulum Clari, *neque deinde inveniunt quemquam ante* Diogenianum, ad annum circiter CCCCXI. *Honoratus autem Albiæ Sanctus Officio ecclesiastico, cum Lectionibus propriis de Vita atque hac Oratione*. Omnipotens sempiterne Deus, qui per gloriosi bella certaminis, ad immortalem triumphum, B. Clarum, Martyrem tuum atque Pontificem, extulisti; da cordibus nostris dignam pro ejus solennitate lætitiam; ut cujus hic membra pio amore amplectimur, ejus precibus adjuvemur.
E *Denique scriptum est nobis, etiam* Tholosæ *eumdem Sanctum coli : an autem et Reliquiæ ejus ibi sint aliquæ, necdum comperimus.*

Cultus Cadurci,

Ruthenis,

Albiæ.

Tolosæ.

§. III. Vita ex MSS. Breviariis Tutelensi atque Albiensi.

D. P.

Ex Breviariis seculo XV aut XVI scriptis

Præter *Psalterium, Clericis omnibus, tam intra quam extra claustrum viventibus, commune, et a singulis ex antiqua obligatione solidum ab antiquo quotidie cantari vel recitari, prout nunc quoque habetur distributum per hebdomadæ ferias horasque diurnas ac nocturnas, sed cum propriis recentiusque institutis, ad singulas Hymnis, Capitulis, Versiculisque ; præter Psalterium, inquam, habebant majores quæque ecclesiæ, puta Cathedrales Abbatialesque, Lectionaria, Passionalia seu Legendaria, et Homiliaria, ad publicum nocturni Officii productioris usum ; sic ut ex primis legerentur libri Scripturæ sacræ, pro temporum varietate ; ex secundis, Sanctorum Vitæ aut Martyrum Passiones ; ex tertiis, Sanctorum Patrum Homiliæ, secundum Ordinem Dominicarum, et Evangeliorum. Quorum omnium, ordinate per anni circulum describendorum, initium factum videtur post seculum* X. *Sed cum eorumdem prolixitas, grandia complura implens volumina, molis majoris esset, quam usus ;* F *ideoque paulatim invaluisset, ut, juxta ejus qui Choro præsidebat præscriptum, ex singulis solum deliberentur aliqua ; cœperunt, seculo ad summum* XIV *(nec enim antiquiora exempla facile quis inveniet) describi Lectionum Sacrarum breviaria, quæ possent minorum ecclesiarum publico et singulorum Clericorum privato usui deservire : ex quibus demum seculo* XVI *extitit et nomen sumpsit illud, quo nunc utimur, Ecclesiastici Officii* Breviarium. *Medii istius generis fuit illud, quod in nostro Tutelensi Collegio manu exaratum reperit amicus noster Stephanus Baluzius, jam tum in studium illustrandæ antiquitatis intentus; unde et occasionem sumpsit, Tutelensi (quam parabat) historiæ præmittendi Dissertationem, supra num. 7 laudatam. Apparebat enim ex numero Lectionum* XII, *in quas distributa Sancti Vita erat, Breviarium istud, juxta monastici Ordinis formam, descriptum fuisse ad usum Monachorum illorum Tutelensium, quorum Abbatia in Episcopium conversa fuit anno* MCCCXVIII *(uti dictum est) servato tamen monastico Ordine, usque ad annum* MDXIV, quo Capitulum ex Regulari factum est Seculare, *uti apud Sammarthanos docet idem Baluzius, Decanos Tutelenses enumeraturus. Simile aliud Breviarium, sed ex forma Canonicali*

Tutelensi, Albiensique

A *niculi descriptum, ideoque Sancti Vitam intra numerum* IX *Lectionum concludens, exaratumque ad usum Ecclesiæ Albiensis, reperit ante nos quinquaginta annos talium curiosus aliquis, et quæ ibi invenit Patronorum Albiensium Propria, manu sua transcripsit in quaternum, apud nos asservatum.*

14 *Porro licet utrobique appareat contextus, ex prius scripta Vita acceptus verbotenus; mirabili tamen modo factum est, ut, cum utriusque Breviarii Collector compendii causa bonam prioris contextus partem omitteret; Tutelensis quidem primas octo Lectiones continuo tenore transcriberet, ultimas quatuor acciperet ex fine; Albiensis vero inde sibi crederet inchoandum, ubi de adventu Sancti Albiam inchoatur narratio, quo usque fere se extendunt prædictæ octo Tutelensium Lectiones. Ita ex utroque Breviario quadamtenus integrari potest contextus Vitæ, quæ ipsa tamen composita fuit, prælucentibus quibusdam ipsius Sancti* Gestis, ab antiquioribus scripto quodam transmissis; *quibus Auctor addidit alterum librum Miraculorum, magno cum historiæ damno deperditum. Etenim ex eo potuisset innotescere, tum locus ille præcipui cultus, ubi tot miraculis Sanctus claruit, et nova istæc Vita composita fuit; tum Auctoris ætas, quam ne magnam esse præsumamus,* B *facit prioris libri stylus verbosior; ut necesse non sit, ipsa ab anterioribus scripto transmissa gesta, seculo* XII *aut* XIII *vetustiora credere. Ea autem si vel originaria, ut primum fuerunt; vel saltem integra, uti Breviariis scribendis servierunt, habuisset Baluzius; dubitat communis noster ipsiusque amicus Armandus Gerard, in epistola per quam Dissertationem prædictam nobiscum communicavit, utrum ille* ingentem *in Tutelensi Breviario* thesaurum *repertum sibi credidisset. Non ambigo certe, quin ea qua ultimum fuit grandiori veterum monumentorum dijudicandorum experientia, minus ei fidere voluisset, quam voluit juvenis, annorum tunc solum* XXVI. *Hoc ut per se arbitrari lector possit, placet prædictas Lectiones integras proferre, sic ut litteris* T *et* A *ad marginem positis pateat, ex quo quidque acceptum sit Breviario.*

unde habetur integer liber Vitæ,

ex gestis antiquioribus sumptæ.

15 Sanctus igitur *a* ac beatissimus Clarus, et Pontifex gloriosus, regionibus *b* Africanis (ut antiquiore quadam scriptura traditum nobis est) oriundus; et in occiduas orbis partes, pro pereuntium salvatione populorum, superna miseratione directus; Gallicis vel Aquitanicis gentibus, primo quidem magnificis prædicationibus, pietatis, virtutumque multimodarum satis mirabilibus gestis emicuit vere clarus; C dehinc passionum, multum mortalibus admirandarum, fortissima tolerantia clarior est effectus; ac demum in superiori curia receptus, cœlestium collatione beneficiorum, assiduisque miraculis, jam per orbem splendet usquequaque clarissimus. Hæc in primis ita proposita, deinceps, eodem quo proposita sunt ordine, probabiliter asseramus. Primo videlicet ex ipsius gestis, ab anterioribus (ut prætaxatum) scripto quodam notitiæ nostræ transmissis; ac deinde ex his, quæ cœlesti sede locatus, sæpius confert miraculis *c* salutaribus terris.

T. I. *a* *b* *Ex Africa oriundus,*

16 Septem, ut tradunt, comites fuerunt; qui Christiana fide pariter imbuti, parique fidei fervore ac sancti operis incitati, patriam ac parentes, et quæ possidebant omnia relinquentes, urbem Romam de transmarinis partibus decreverunt expetendam. Nomina eorum, Clarus et Justinus, Gerontius et Severus, Polycarpus et Joannes, atque Babilius. Hi igitur Romam, ut dictum est, tendentes, cum ad civitatem quamdam, vocabulo (ut fertur) *e* Joppen, navigio provehente, venissent; populus ibi non parvus prædicatione illorum ad Deum verum ab idolis est conversus. Pro qua re, dira in eos Principum civitatis ira commota, persecutione denique gravissima excitata, injuriis multis afflicti, ac de civitate D tandem exturbati, iter dein expleturi cœptum, marinum repetivere navigium.

c T. II. *d* *cum sociis sex* *e*

17 Igitur Romam longa *f* satis navigatione provecti, inibi decreverunt aliquantulum demorari. Summum denique Sedis Apostolicæ *g* Pontificem adeuntes, illius sæpius et ad instructionem animæ, gratia colloquii: et ad corporum subsidium, munifica largitione sunt usi. Interim fama currente, nuntio percepto, quod in Gallicis atque Aquitanicis partibus multi coronarentur gentili persecutione martyrio, *h* tantæ gloriæ sancta cupiditate permoti, illuc statuunt iter dirigendum, ubi per majoris tolerantiæ meritum, gloriæ celsioris assequerentur et præmium.

f T. III: *g* *Romam venit:* *h*

18 Nam ubi optati hujus perceperunt rumoris auditum, S. Clarus sodales convocans ceteros, hujusmodi adhortatione affatus est illos. Quid, quæso, est, o venerandi sodales, o Christianissimi viri, quod cum ad relinquendam pro Christo patriam, parentes ac proximos, atque ad superanda omnia delectabilia mundi, animum dudum assumpserimus invictum, viceritque in tali certamine ille in nobis qui dixit: Ego vici mundum, nunc pro eodem mundanam remoramur pati pressuram; et tamquam semipleni, ne dicam penitus vacui fiducia, qua nos jubet in hoc quoque confidere, cunctamur forsitan capessendam, ipso in nobis certante, victoriam? E Quid juvat huc usque mundana prælia subegisse; cum in tantis jam victores, nunc ad martyrialium titulos gloriarum et feminæ præeant et infantes? Accingamur igitur ad certaminis bella divini: properemus ad loca, in quibus candidatorum consortia Martyrum, et præmia possimus sublimiora mereri.

T. IV. *excitat illos ad martyrium:*

19 Arma, inquit beatus Clarus, capiamus, Fratres, ad dimicandum, quibus induti sancti et humiles corde nesciunt vinci; hoc est, fidei fortitudinem, spei longanimitatem, dilectionis Dei, qui tantum nos dilexit, pro toto posse sincerissimam recompensationem, ac per hoc semper invictam pro ipso libenter omnia perferendi constantiam. Sin aliud forsan placet cuiquam vestrum, aut hoc ipsum, qualiter fiat, consilio putatis prudentiore tractandum; ad præsens noster cœtus fidele super hoc in commune consilium capiamus.

T. V.

20 Ad hæc unus ex beatis illis comitibus, scilicet S. Severus: Tu, (inquit) beatissime Clare, per quem nos Dominus ad tam salutifera dignatur hortari, ipso credimus inspirante, poteris consiliator quoque in hoc optimus fieri. Incunctanter itaque tuum nobis consilium absque dubio secuturis expone. Tum ille: Quantum (inquit) videor mihi primitus habendi viam videre consilii: Sanctissimus Urbis Papa ac summæ Sedis Antistes, super his consulendus nobis maxime: quia ex quo huc devenientes, hic ad tempus moraturi remansimus, et colloquiis ipsius et beneficiis familiariter ac liberaliter usi sumus.

T. VI. F *et suadet a Papa consilium petere.*

21 Ite, inquit beatus Antistes, Christi Domini gloriantes et gloriosi nomine, ipsius auxilio fulti ac freti munimine: et, ut audistis, in partibus Aquitanicis, gentili persecutione multis pro pietate laborantibus Christianis, vestri adjunctione concurrite: ut et ipsi, non tantum solatio vestro et adhortatione, verum etiam fortissimæ tolerantiæ roborentur exemplo: et nesciis adhuc fidei Christianæ vestra prædicatione conversis, Christianitas ipsa, quam vel delere penitus vel saltem minuere malignitas inimica conatur, multiplicato potius Christianorum numero semper augeatur. His ita sacratissimus Antistes peroratis, ceteros, ut de singulis placuit, Ecclesiasticis aliis gradibus sublimavit; beatissimum vero Clarum ad summi Sacerdotii delegit *i* ac sacravit Officium.

T. VII. *In partes Aquitaniæ mittitur:* *Episcopus consecratus*

22 Itaque sanctus Clarus, ad summum Sacerdotium

T. VIII.

A tium Apostolica (ut diximus) sacratione provectus, cum *k* Presbytero Babilio civitatem quamdam, Coloniam nuncupatam, commodum sibi duxit prædicationis gratia expetendam : quam fama conceperat populositate multa divitiisque nimis refertam, sed deditam idolis, et Dei veri cultus penitus ignaram *l*.....

A. I. *Coloniæ degit,* 23 Beatissimo Claro apud Coloniam residenti, et populorum, per ipsum Domino acquisitorum, curam ibidem cum summa devotione gerenti, nuntiatur, proximam quamdam, Albiam nomine, civitatem, totamque illius circum circa regionem, dæmoniacis adhuc cultibus oberrantem, ita divino diebus illis mulctatam esse judicio, ut et animalium quorumcumque, et hominum peste sævissima desæviente, tota citius deleretur ; si non illi cujuscumque aut Dei, aut Deo donante hominis ope celerrime subveniretur. Tum Clarus beatissimus, pereuntium procurare salutem jam dudum assuetus, horum quoque eo maxime corporalem grassari doluit interitionem, quo divinæ veritatis ignari, post temporalem corporis mortem, æternam sine dubio subibunt animarum peritionem. *inde Albiam discessurus,* Quapropter adscitis Ecclesiæ suæ Clericis, sibique cohærentibus omnibus fidelissimus ac religiosis, perlati nuntii causam eis in notitiam defert, verbisque multis ac monitis instantibus suadet, populo maxime vicino, in servitute [diaboli] *m* pereunti, pia a se debere miseratione concurri.

B

A. II. 24 Quo tandem persuaso, Me, inquit, ipsum illuc oportet accedere, nec tantæ rei curam (me torpente segnitia) aliis delegare : et quia hinc abeunti mihi, quo fine res futuræ progrediantur ignoro ; *constituit Sabinum Episcopum,* vos totius Ecclesiæ urbis hujus administrationem, quo singuli officio [fungimini] procuretis, edico. Fratrem Sabinum (quem moribus, et actibus, totiusque vitæ religiosæ virtutibus adornatum, Episcopali officio [existimo] aptum) nostri loco summum hic delegamus *n* Sacerdotem. Rannulfo *o* et Ramfredo *et alios ministros Ecclesiæ.* specialiter administrandam verbi Dei delegamus prædicationem. Ceteros omnes Presbyteros, et Diaconos, aliisque officiis diversis gradibus ministrantes, suo quemque ordine, Ecclesiasticis mandamus institutionibus atque utilitatibus deservire. Florentium *p* vero *q* atque Eugenium, et Montanum *r*, itineris nostri comites ac socios decernimus assumendos.

A. III. 25 Tuitionem autem omnium vestrum, Ecclesiæque defensionem, sub Dei ac Domini nostri Jesu Christi protectione et auxilio, Domino duce, injungimus Aldemario ceterisque Magistratibus urbis, eidem Domino Christo vero pietate et digna devotione subjectis, ut tempore vitæ præsentis, libero et securo Domini famulatu, et vobis et illis æternæ vitæ gloriam conquiratis. Tum singulos deosculans, custodiæque supernæ commendans, ac demum valefaciens universis, cum dilectis comitibus iter est aggressus. Prosecuti sunt tamen illum alii plures, pro discessu ejus lacrymas non parvo dolore fundentes ; et cum eo ad regionis illius fines usque progressi, ipso tandem sunt supplicante regressi.

C

A. IV. 26 Ille autem cœpti maturator itineris, cum jam prætaxatæ propinquaret mœnibus civitatis, puella quædam, nomine Asteria, dæmone furente correpta, vocibus magnis inclamare civibus cœpit, *In accessu ad Albiam,* urbi illi jam proximum adventare virum, per quem omnis illa regio ad Deum verum unumque converteretur et solum. Mox et simulacra, dæmonicis responsionibus assueta, insolito ob illius viri præ- *proditur ab energumena,* sentiam obticuere silentio. Itaque simul omnes, turba quidem plebeia præcipue vocibus arreptitiæ, simulacrorum vero silentio templorum permoti Pontifices, de talibus quidnam cunctis portenderent, mutuis cœperunt ad invicem tractare consiliis. D

27 Tunc unus ex civitatis Primoribus, nomine Yboldus, qui (ut conjicimus) nonnulla de fidei Christianæ doctrina, fama tantum discurrente, crudelo tamen auditu perceperat, ea quæ audierat ita hæsitantibus cœpit intimare concionibus. Jam dudum in his quoque Occiduis partibus ad multorum pervenit auditum, in Orientalibus regionibus extitisse olim virum quemdam, nomine Jesum, sapientissimis eloquiis, ac salutiferis prædicationibus, virtutibus quoque nimium admirandis præpotentem satis atque magnificum. Is etiam multis sibi credentibus, suoque inhærentibus discipulatui, eamdem contulit salutaria prædicandi et admirabilia operandi virtutem : atque ad hoc ipsum totum eos direxit in mundum, ut et prædicamentis suis et gestis, ad veram edocerent homines sapientiam, et maxime de unius summi ac veri Dei cognitione cultuque instituerent : idola vero, quæ errore colebantur antiquo, velut malignorum latibula dæmoniorum, contemnenda penitus, et abjicienda docerent.* Quæ vidilicet doctrina per totius Asiæ, atque Africæ, Europæ quoque innumeras regiones tanta est jam disseminatione ac fructificatione multiplicata, ut pene nos soli, in hoc orbis Occidui angulo constituti, divinæ hujus sapientiæ salutiferæque doctrinæ adhuc videamur ignari. Unde puto, jam fortasse per aliquem talium doctorum, ad nos usque tanti boni notitiam propinquasse; idque et arreptitiæ vocibus inclamari, et simulacrorum, aut potius dæmonum in eis latentium, repentina taciturnitate monstrari : qui vel ipsius agnoscendæ veritatis proximatione deterriti, vel suæ proximæ dejectionis mœrore confecti, jam sibi servientium aut non audent, aut nequeunt attendere famulatum. A. V. *et Christi fide palam annuntiata,* A. VI. E

28 His auditis, dum ad invicem de talibus conquirunt, et fabulantur ; urbis portam vir beatus ingreditur, quem quidem, ex circumjacentibus agris et suburbicis locis, plurima concurrentium circumsepserat multitudo ; qui venerantissimæ personæ habitus incessusque religiosi insolita visione suspensi, maxime prædicationis ejus dulcifluo intentissime auscultabant omnes eloquio. Hic ergo continuo etiam civitatis et proceres quique junguntur et populares ; et quæ sint, vel quid sibi vellent quæ diceret, omnes curiosissimas ad discendum erigunt aures. Quibus beatissimus Clarus, divinitus docendi gratia semper plenus, summam totius obtinendæ salutis sacris et necessariis explicuit verbis ; totamque illius [civitatis] circumcirca regionem, dæmoniacis adhuc cultibus oberrantem [percurrit] ; itaque divino auxilio ei adjuvante, populum eum convertit, et ad Christi baptismi gratiam innovavit. *convertit Albienses :* F

29 Cum igitur B. Clarus Albiæ per trium annorum spatium moram fecisset, et multis miraculis per eum a Deo factis, et multa turba hominum ab ipso Pontifice baptizata, et Episcopo nomine Anthimio *s* in eadem civitate nomine Albia constituto; ad quamdam urbem, nomine Lectoram, perrexit, ubi divini verbi solita jacere semina cœpit. Verum optata diu pro Christo comprehensione passionisque proximatione gaudentissimus duci jubetur ad templum Martis, aut sacrificiorum ritibus sponte subdendus, aut pœnis omnibus immanissime discerpendus. *t* * Igitur sacrilegam perductus ad aram, statuamque Martis in loco cernens editiore statutam ; oculis corporis directis ad cœlum, obtutibus autem mentis ad Dominum, dum verbis illi supplicat paucis, illa statim corruit statua Martis, atque ita perfracta deducitur ad nihilum, ac si in eo loco tale quippiam numquam fuerit visum. Obstupuerunt paratarum ministri A. VII. *Lectoram abit :* A. IX. *ob statuam Martis dejectam*

A *flagris cæditur:* ministri pœnarum, perditum Deum suum summum: ingemuere Pontifices, sanctumque Martyrem flagris et verberibus durissimis attrectantes, ad Judicum audientiam reducunt; acclamantes, nunc magum illum ac maleficum evidentissime comprobatum, qui tantam reverendi statuam numinis, manibus intactam, præcantationibus solis, contritione ac perditione subita deduxisset in nihilum. Ad hæc furor rabidus audientium concitat sensus, et ad pœnarum crudelium inferenda instigat duriora supplicia. *T. X. in equuleo tortus,* * Itaque per cardetum trahi præcipiunt nudum; inde in catasta extentum fortiter mactari duris ictibus plumbatarum. Dehinc toto triduo suspensus in equuleo, dum nulla potest flecti aut acerbitate aut diuturnitate supplicii, jubetur rursus in carcerem *A. VIII.* trudi.

30 Sed non erat illius benignissimi talium militum Regis absque solita consolatione diutius relinquere *T. XI.* tolerantiam tantam pro ipsius nomine certantis. * Angelico rursum *u* fruitur obsequio, Angelico monetur et docetur alloquio, securus efficitur de victoria indubie proximeque futura; ac sic absque ambiguo secutura, spe beata, perfruitur jam corona. *u ab Angelo confortatur,* B Astans namque ei post noctem Angelus dixit: Constans esto, nil timeas, quia die crastina, pugna felici peracta, martyrii te glorioso sublimante triumpho, in solio residebis, Christo collocante atque coronante superno.

31 Acceptis dictis Angelicis, post noctis moras, *T. XII.* deductis tandem tenebris, dies optata succedit. Produci rursum jubetur e carcere, atque judicio præsentiæ principalis astare. Interrogatur, utrum se adhuc incœpti vel sero pœniteat, jussionibus obtemperandum jam sibi esse decernat. Eumdem se respondet esse, qui fuerit, ejusdemque animi fide inviolabili perpetuo fore promittit. *constans in fide* Tum vero certissime jam probato, quod constantiæ tantæ virtutem inanissimo flectere labore tentarent, supersedendum quandoque ceteris judicant pœnis; mortis illum acceleratæ compendium, capitis obtruncationem subire decernunt. Ita mœnibus urbis eductus, perductusque ad locum tanta sibi præteritorum temporum diuturnitate desideratum, orationem ad Dominum fudit, *gladio occiditur;* seque, atque omnes quos illi acquisierat, regendos eidem suppliciter commendavit: ac sic, genibus flexis, cervicem spiculatori hilaris et promptus extendit; totoque civitatis populo spectante, et la-
C crymas amarissimas profundente, ictu gladii percussus occubuit.

32 *Hic videtur libri primi fuisse finis; libri autem secundi initium fuisse assumptum ab Albiensis Breviarii Collectore pro Lectione* IX; *cujus Lectionis numerum quidem notatum invenio in ecgrapho nostro; sed non ipsa verba. Labori enim (ut videbatur) superfluo parcens scriptor;* Post ejus, *inquit,* virtutum Anacephalæosim, ita ait (*Breviarium scilicet, ubi illa Anacephalæosis recitabatur.*) *et post mortem miraculis claret. A. IX.* De illis, quæ hic vivens operatus et passus est, editus prolixior jam videtur esse liber: de iis vero, quæ per illum mirabiliter gesta sunt, post ipsius ad superna conscensum, alterum putamus pro nostro posse, Domino juvante, cudendum: *qui liber utinam adhuc alicubi supersit. Interim licebit præsumere, scriptum Albiæ fuisse; ibique ad corpus ejus patrata miracula: siquidem corpus ipsum Albiæ haberi testatur, quæ de ipso recitatur Oratio, licet forte non integrum, sed Reliquiis per varias civitates divisis imminutum.*

ANNOTATA.

D. P. a *Particula* Igitur, *in principio Legendarum plurium sic posita, indicat continuationem cum aliquo præcedenti Prologo, quem Lectionum scriptor omiserit:* D *quemque desiderari dolemus, aliquid de occasione scriptionis ætateque auctoris et ipsiusmet vitæ verosimiliter docturum, si inveniretur.*

b *De Ecclesia Africana, sub Primatu Carthaginensi, egregium plane librum edidit an.* 1679 *Emmanuel a Schelstraten, tunc adhuc nostræ Antuerpiensis ecclesiæ, postea Vaticanæ Basilicæ Canonicus et Bibliothecæ Custos; sed pro dolor! in maximarum rerum principio morte præmatura nobis ereptus anno* MDCXCII; *ubi cap.* 2 *docet contra Baronium, non fuisse fidem Christi in Africa ab Apostolis eorumve discipulis prædicatam, primumque eo inductam post annum circiter* 100 *aut* 120: *quod juverit observasse pro infra dicendis.*

c *Vereor ut sincera hæc lectio sit, forte scribendum erat,* Salutaria: *De illo miraculorum libro certus nos decebit ultima Lectio Brev. Alb.*

d *Hos pariter omnes, uti num.* 6 *dictum, Carolus Magnus, Burdegalæ retro altare unum, invenitur recondidisse, ut Martyres; unde fortassis occasio data Vitæ hujus Auctori, ipsos hunc S. Claro socios adjungendi: quod si fuissent, plures illi haud dubie Ecclesias sua prædicatione divisim illustrassent, ab iisque ut Sancti* E *colerentur, saltem plerique: nunc trium dumtaxat nomina,* Justini *scilicet,* Gerontii *et* Severi, *Gallicanis fastis reperiuntur adscripta. Primus* I *Maji colitur Bigorræ; sed quæ ejus extat Vita fabulosissima, ibidem a nobis rejecta est; alter festum habet* IV *Maji prope Atarum; sed tam hic quam iste reputantur Confessores: tertius, ut Abbas, memoratur in Supplem. Saussayi* I *Augusti, eorumque omnium an pertineat aliquis ad* S. Clarum, *merito potest dubitari.*

e Joppe *notissimus Palæstinæ portus, nec aliam hujus nominis urbem norunt Geographi. Toto igitur Mediterraneo exerrarunt, quisquis eo adduxit ex Africa Romam navigaturos; nisi gratis comminisci quis velit, prius propositum fuisse Hierosolymis loca sancta visitare, aut tempestate fuisse expulsos; mirumque est huc non animadvertentem Baluzium, cum scripsisset,* Mare ingressos qua patet in Italiam facilis via, *incunctanter addidisse, quod* Joppen pervenerunt.

f Longa *satis, si ex Joppensi portu repetita navigatio, utpote leucarum, circiter* 700: *at si ex Africa, sic proprie dicta Romanorum Provincia, cujus caput Carthago, non longior quam leucarum* 200 *trajectus fuerit.*

g *Melius hic nomen Pontificis omittitur, quem* Anacletum *quidam dixerunt, unum ex primis successoribus* F *Petri.*

h *Sulpitius Severus, qui an.* 422 *floruit, lib.* 2 *Hist. sacræ:* Sub Aurelio, Antonini filio, *inquit,* persecutio quinta agitata, *an.* 162, ac tum primum inter Gallias Martyria visa, serius trans Alpes Dei religione suscepta. *Quod licet sic explicet eruditissimus Bosquetus, ut non neget a tempore Apostolico cœpisse, aliquam Evangelii lucem splendescere in Gallia, Martyresque nonnullos subinde factos; Severum tamen intellexisse velit* illustria et in omnium oculis *patrata* Martyria, *quale Lugdunensium Martyrum fuit; et qualia hic Auctor sibi est imaginatus.*

i *Bertrandus Turrianus, Tutelensis Decanus an.* 1587, *qui scripsit Institutiones Ecclesiæ suæ,* a quodam S. Eugenio, quem B. Dionysii discipulum fuisse contendit, Episcopum factum Clarum *ait, apud Baluzium pag.* 13.

k *Quamquam* Colonia Nemausus, *Galliæ Narbonensis civitas, notæ antiquis Romanis sit; eaque transiri potuerit Roma in Aquitaniam euntibus: non est tamen* Albiæ, proximæ (*ut mox dicitur*) civitati, *vicina, nisi ex* 40 *leucarum et amplius intervallo: nec unquam aut illa aut alia ulla Galliæ civitas invenitur antiquitus nominata simpliciter* Colonia. *Nota tamen erat, quando*

scribebat

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMÆ PASSIS,

JUSTINO, CHARITONE, CHARITO, EUELPISTO, HIERACE, PÆONE,

ET VALERIANO SEU LIBERIANO.

D. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§. I, An idem hic qui Justinus Philosophus, et cum Sociis capite plexus?

CIRCA AN. CLXVII

Græci his septem Martyribus ita tribuunt totum hujus diei Officium in suis Menæis, ut de iis solis sint Στίχοι sive Versus, tam Assimiles quam Similes, (Προσόμοια et Ὅμοια illi appellant) Tropariaque et Canonis omnes Odæ; quas quidem ex antiquioribus esse, a Sanctis Joanne Damasceno, Sophronio, aut eorum Collegis compositas, probat defectus elegantiarum, a posterioribus Hymnographis passim observatarum, qui et Acrostichos fere Hymnos composuerunt, et ipsi Achrostichidi suum nomen aut inseruerunt aut subtexuerunt. Quin autem iidem Græci, saltem post compositum et ordinatum Officium istud, sacræ hujus turmæ antesignanum Justinum, crediderint diversum a celebri ejus nominis Philosopho, suis pro re Christiana Apologiis immortale nomen in terris, atque Martyrii lauream commerito in cælis; dubitare non sinit geminatum ex Synaxariis Elogium, cum aptatis utrique distichis, diversum mortis genus exprimentibus; quibus unus κωνείῳ, cicuta potatus dicitur; alter ξίφει, gladio plexus: quemadmodum pluribus deduxi ad XIII Aprilis, quo Philosophus a Latinis colitur. Ex titulis quoque Synaxariorum formatum Typicum, eam ipsam æstimationem diversitatis confirmat, et Caput κδ'. 1. 24. complectens Regulam divini Officii pro mense Junio, sic ordiditur. Εἰς τὴν α' In primam diem, Τοῦ ἁγίου Μάρτυρος, Ἰουστίνου τοῦ Φιλοσόφου, ἑτέρου Μάρτυρος, Ἰουστίνου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, Sancti Martyris Justini Philosophi, et alterius Justini ac Sociorum ejus. Imo Menologium Slavorussicum, quod Baro Sparuenfeldius Suecus nobis ex Moscovia attulit a se Latine redditum (ut infra, ad proprios duos ejus gentis Sanctos, dicetur) addit, Philosophum quidem passum, anno CC, sub Severo; Alterum vero anno CXXIII, sub Hadriano: qui anni vel Græco more numerentur, sic ut octennio adjecto revocari ad calculum communis æræ debeant, et anno CCVIII et CXXXI respondere: vel more Moscovitico quo usum vulgaris æræ, teneri sequenti die ostendam. Quamquam in præsenti casu parvi referat id notasse: cum Severus imperaverit ab anno vulgaris æræ CXCIV ad CCXI; Hadrianus ab anno CXVII ad CXXXVIII: et in utroque æqualiter erret Moschorum Chronologia, quia ad Antoninum qui Hadriano successit Imperium Justinus Philosophus scitur pertinere.

Duos Justinos faciunt Græci, B

in Menæis ac Typico:

C

2 Istis sic excusis Menæis ac Typico nec non Moschorum Menologio consentiunt omnia, quotquot vidimus et longum esset enumerare, Synaxarian MS. in eo diversa a Menæis, quod, omissis partibus ceteris Officii ad Sanctos spectantis, solas eorum synaxes sive festivitates indicent; cum brevi uniuscujusque elogio. Hic satis fuerit indigetare omnium antiquissimum, ex MS. Cryptæ-ferratæ sumptum, atque Imperatoris Basilii Porphyrogennetæ nomine insignitum, quia ab ipso vel ipsius jussu collectum, ubi sic legitur: Μηνὶ Ἰουνίῳ α'. Ἄθλησις τοῦ ἁγ. Μάρτ. Ἰουστίνου τοῦ Φιλοσόφου. Mense Junio die I. Certamen sancti Mart. Justini Philosophi: et subjungitur Elogium, quod, prædicta XIII Aprilis prætermissum, placet hic Latinum exhibere; quale infra, cum reliquis hujus mensis Sanctorum Elogiis, daturi sumus Græce; est autem hujusmodi: Justinus, Christi sapientissimus Martyr, erat ex Neapoli Syriæ, vir Philosophus et multam habens scientiam. Hic Christum diligens, et eum odientes aversatus, divino quotidie zelo magis magisque succendebatur. Quapropter et Romam veniens, sub imperio Antonini, et librum scribens, partim quidem contra errorem idololatriæ, partim vero de fide in Christum, tradidit eum Imperatori: qui sapientiam ejus demiratus atque scientiam, eum non solum non interfecit, sed etiam collaudavit. Quoniam autem etiam in suis inter idololatras dissertationibus idolorum cultum demonstrabat esse perniciosum, et Christianorum religionem scriptis explanationibus stabiliebat; odium incurrit Crescentis Philosophi, qui his stimulatus, non prius desiit insidiari, quam ipsum de medio sustulisset. Menæa distinctius (nescio an et verius) sic finiunt periodum, In vidia porro Crescentis Philosophi, multis toleratis tormentis, enecatur; tum addunt, certo non minus quam vere, Is vitæ puritate atque innocentiæ ad virtutis fastigium pervenit; omniaque scientia tam divina quam humana plenus, libros sane doctissimos atque utilissimos cunctis fidelibus reliquit, qui legentibus eximiarum rerum cognitionem adferunt minime vulgarem. Est autem Neapolis, sive (ut Menæa) Flavia Syriæ, civitas Samariæ, Sichem antiquis dicta. E

in Synaxariis autem aliud Philosopho,

3 Hinc porro ad alterum, velut alterius Justini ac Sociorum Elogium, sic progreditur idem Basilii Imperatoris Synaxarium: Καὶ Ἄθλησις τοῦ ἁγ. Μαρτ. Ἰουστίνου καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ. Et certamen sancti Martyris Justini ac Societatis ejus: tum subjungit: Etiam hi Sancti Romæ versabantur, docentes in Christi nomine; comprehensi autem ab Urbis Præfecto, primum carceri sunt inclusi; post multos deinde dies jussi sunt coram illo sisti. Examinavit autem Justinum Præfectus, atque post multas variasque interrogationes; Dic, inquit, Justine, utrum fustigatum te decollatumque omnino credas in cœlum conscendere. Responditque Justinus, Spero hereditatem regni cœlestis consequi, si ejusmodi cruciatus prompto animo sustinuero. Cui Præfectus, Ergone opinaris quod in cœlum ascendes, ibique recipies bonorum quorumdam retributionem? Et Justinus: Non opinor solum, inquit, sed certissima persuasione id teneo. Tunc Præfecti jussu, capite plexus est, sicut et Sancti qui cum eo erant. Eadem fere habent excusa Menæa; sed Sociorum nomina, in Elogio præterita, sic proponunt in titulo, Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Eodem (scilicet primo) die, τῶν ἁγίων Μαρτύρων, Ἰουστίνου, Χαρίτωνος, Χαριτοῦς, Εὐελπίστου, Ἱέρακος, Παίονος, καὶ Βαλεριανοῦ. F

aliud his 7 Martyribus elogium scribunt,

et omnes capite plexos dicunt.

4 Singulis istis Divionense Synaxarium, in assignandis cuique Sancto distichis propriis accuratius ceteris, more suo plausit: sed erravit cum Justinum, velut

a

A *a* Justino *diversum, primo post eum loco posuit in titulo.* Μνήμ. τῶν ἁγ. Μαρτ. Ἰουστίνου, Ἰούστο, *etc. cui errori consonare distichon subsequens sic videtur:*

Οὔπω τεμεῖν Ἰοῦστον ἔφθη τὸ ξίφος,
Καὶ τὴν κεφαλὴν γονυκλίνων Ἰουστῖνος.
Necdum aderat ensis, demeret Justo ut caput;
Cervice quando flexa Justinus stabat.

Ast fortassis Auctor vocem istam Ἰοῦστον, *non appellative usurpavit, sed adjective, ut in significatione nominis luderet; et in versu, quamvis Græco, Latinum usurpaverit epitheton; quo sensu per minusculam scribi voluit* ἰοῦστον, justum, *sub intelligendo* virum : *reliqua autem disticha sic sonant,*

Θεῖος Χαρίτων, καὶ Χαριτὼ Παρθένος,
Τμηθέντες ἐκμυροῦσι θείων Χαρίτων.
Charitum diarum codice unguento fragrant,
Chariton capite imminutus, et Charito virgo.

Acta Latine versa solum Mulierem *appellant, unde non sine fundamento suspicari licet, quod Græce scriptum sit,* γυνή *sed Poeta, sciens* Charites *sive* Gratias *semper Virgines fingi, plus credidit elegantiæ futurum in designata ad etymon allusione, si* Virginem *diceret: quemadmodum Poeta idem, versui serviens,* ξίφει, gladio *cæsos Martyres dicere maluit, ubi Surius in Actis* Securi *ponens, credere facit Græce scriptum invenisse* πελέκει.

B

singulisque proprium epigramma accinunt.

5 *Quemadmodum autem Poeta lusit in nominibus* Justi, Charitonis, et Charitus; *ita ad ceteros pergens, inquit:*

Εὐέλπις Εὐέλπιστος ἐστὶν εἰκότως,
Ὡς κλῆρον ἔσχε τὸν Θεόν, τμηθεὶς κάραν.
Merito bene-sperans dictus est Evelpistus,
Cui capite plexo Numen in sortem obtigit.
Ὁρμᾷ πρὸς ἄθλους Ἱέραξ ὡς ἱέραξ,
Τμηθεὶς δὲ θηρᾷ ψυχικὴν σωτηρίαν.
Hierax ut accipiter prosilut ad certamen:
Et sectus, animæ venatus est salutem.
Παίων ὁ Παίων δυσσεβῶν πίστιν λόγοις,
Χειρὶ ξιφήρει παίεται κατ' αὐχένος.
Fidem impiorum voce percutiens sua,
Collum feritur dextera ensifera, Pæon.

Ita etiam per diphthongum in titulo Actorum nomen hoc scribitur, licet in contextu et in titulo Menæorum dicatur Πέων: *sed hoc, nullum habet etymon: a* Παίω *autem* Cædo, Ferio, *fit participium* Παίων, οντος, *quo alludit hoc Epigramma. Nihil tale occurrebat in nomine* Liberiani, *quod in Actis scriptum reperit, Poeta*

C *non* Valerianum, *lusit ergo in vocibus* Μέλος Membrum, *et* Μέλων. Cum cura quærens, *hoc modo:*

Δείξεις τί καὶ σὺ τῷ Θεῷ τμηθὲν μέλος,
Μέλων τὸ κρεῖττον, Λιβεριανέ; Κάραν.
Ecquod refectum proferes membrum Deo,
Liberiane, quærens quod optimum? Caput.

Canon ejus diei videtur unicum solum Justinum agnoscere,

6 *Ceterum, quamvis Synaxariorum inventor primus,* Justinos *duos distinctis utrumque Elogiis proposuerit; cumque secutus Poeta qui elogiis singulis suo prælusit Epigrammate; de auctore tamen Canonis merito dubites, an plus quam unum* Justinum *hic agnoverit, cumque* Philosophum; *utpote qui alia in aliis laudans, puta fiduciam animi, generositatem, constantiam, ac fortitudinem,* Justinum *specialiter commendet a Sapientia. Sic qui in secundo Versu Similari dictus fuerat,* ὁ θεῖος Ἰουστῖνος, divinus Justinus; *Ode* έ *laudatur, ut* Πνεύματος θείου πλησθεὶς, Spiritu divino repletus; *Ode autem* ϛ' *sic orditur,* Οὐρανόθεν τὴν κλῆσιν δεξάμενος, ὥσπερ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, θεόσοφε, εὐθυδρομήσας ἄριστα. Divinitus vocatus ad fidem *quemadmodum toto primo capite Vitæ, ex ipsiusmet operibus sumptæ, ad diem* XIII *Aprilis legitur*) rectum cursum optime tenuisti, o Martyr Deum Sapiens, sicut et venerabilis Paulus, *Ode vero* ζ' *secundum Strophen habet hujusmodi:* Σοφία Θεοῦ Ἰουστῖνος ὁ σοφὸς κεκοσμημένος, τὴν τῶν ἑλλήνων ἀπεμώρανε φιλοσοφίαν, ἐν χάριτι πείσας

cumque Philosophum.

προσκυνεῖν Τριάδα. Dei sapientia ornatus sapiens Justinus, Gentilium Philosophiam fatuam reddidit, atque persuasit Trinitatem adorare in charitate. D

AUCTORE D. P.

7 *Hæc considerans, animumque reflectens ad Acta infra danda; cogito, interrogationes quidem Præfecti, responsaque Sanctorum cum subsecuta sententia, verbotenus accipi potuisse* (*sicut et accepta videntur*) *ex Actis judicialibus, coram tribunali descriptis, adeoque eatenus certissima esse censenda; sed executionem sententiæ, atque ac exordium, addi debuisse ab eo, qui prædicta voluit in formam historicam redigere, ac proinde ea non esse paris auctoritatis cujus sunt cetera. Certe,* edicta, per singulas urbes ac regiones proposita *contra Christianos, a quibus initium sumitur, nulla eo tempore, quo Martyres hi passi sunt, nova fuerunt; sed solum a crudelibus avarisque Præfectis, præter mentem Imperatorum, urgebantur vetera, tantumque non absolute revocata. Hinc Tertullianus, non solum Latine per se, in Apolog. cap.* 5; *sed etiam Græce apud Eusebium lib.* 5 *cap* 5, *circa finem hujus in quo versamur secundi seculi, ita scripsit:* Quales, *inquit,* leges istæ, quas adversus non soli exequuntur impii, injusti, turpes, truces, vani, dementes? quas Trajanus ex parte frustratus est, E vetando inquiri Christianos? quas nullus Hadrianus, quamquam curiositatum omnium explorator; nullus Vespasianus, quamquam Judæorum debellator, nullus Verus, *sive* Severus (*ut aliqui mallent legere*) impressit? *Ut autem hic deprehenditur impegisse Auctor, in eo quod ex se addidit; cur non possimus formidare, ne idem ipsi acciderit et in altero; neque satis certo sciverit, an et quomodo fuerit executioni data sententia; quæ potuit ab Imperatore Marco, mitis ingenii viro et Philosophorum amantissimo, suspensa fuisse, saltem quoad* Justinum. *Etenim Aponius, minime contemnendæ vetustatis scriptor, et quem Labbæus noster probat circa annum* DCLXXX *floruisse, sub finem libri* I *in Canticum Canticorum, super illo Versiculo,* Filii matris meæ pugnaverunt adversum me, *hæc ait:* Sicut de magno viro Justino Philosopho historia refert factum: qui ex sua vanissima Philosophia ad veram Philosophiam Christi cum convertitur, et conversus pro vera religione contra Gentiles pugnat, et quosdam filios matris Philosophos (*mallem* Philosophiæ *legere*) redarguit blasphemantes, callide in secreto vocatus, ab iis Magistris interfectus est: *ubi ultima verba, librariorum aut evanidæ scripturæ vitio perperam lecta, sic puto restitui ad mentem auctoris posse;* callide in secreto necatus ab iis, Martyr Christi effectus est. *Quidni autem circuta in potu F præbita, ut habent Menæa? Neque huic opinioni repugnat Eusebius lib.* 4 *cap.* 16, *cum ait, quod* Justinus sacro martyrio coronatus est, fraude ac machinationibus Crescentis Philosophi, *sive, ut Græce legitur,* Φιλοσόφου Κρήσκεντος τὴν ἐπιβουλὴν κατ' αὐτοῦ συρράψαντος, Crescente Philosopho accusationem ejus subornante: *quod Auctor Chronici Alexandrini vertit* Κρίσκεντος αὐτὸν ὑποβάλλοντος, Crescente ipsum deferente. *Quid enim vetat credere, prius delatione subdola, deinde veneno usum Cynicum?*

neque distinctionem certo probant Acta,

utpote initio ac fine post additis aucta:

et Aponius clam interfectum Philosophum ait.

8 *Ergo quidquid in Aprili disputavi in contrarium, sic accipiat lector, ut per me liberum ei sit Baronianam hic sequi sententiam, ipsique Philosopho sequentia Acta aptare; non quidem quia id suadeat Epiphanii locus, recte istic a nobis emendatus, et sano sensui restitutus, sub eaque correctione nihil huc faciens; sed quia optime quadrant Philosopho* Acta, *vere germana ut ait Baronius*) atque sincera, nullisque paraphrasibus circumdata, sed prout descripta fuerunt ex Actis publicis. *Mirum autem non amplius mihi videtur, quod in Actis istis nihil de Justini vita anteriore, nihil de* Crescentis *machinationibus legatur: quia scilicet Auctori solum cura fuit, fideliter Græce reddere, quam reperie-*

Acta unde huc edita?

A *bat, tam authentice descriptam Martyrum confessionem;* AUCTORE D. P.
additis dumtaxat initio ac fine lineis paucis, quibus, ut dixi, forma historiæ maneretur. Atque utinam, originaria Latina haberemus! Iis deficientibus damus Græca ex eodem Cryptæ-ferratæ MS. Codice, unde accepta Lipomanus Sirleto misit, iterum Latine reddenda. Damus autem ex beneficio Illustriss. Emmanuelis Schelstratii, Bibliothecæ illius Præfecti, sub hoc titulo, *Μαρτύριον τῶν ἁγίων Ἰουστίνου, Χαρίτωνος, Χαριτοῦς, Παίονος καὶ Λιβεριανοῦ, μαρτυρησάντων ἐν Ῥώμῃ, πρὸ ιε' εἰδῶν Ἰουλίου. Μηνὶ Ἰουνίῳ πρώτῃ Μαρτύριον etc. *et cum hoc Græco textu recudi facimus Surianam versionem, licet inter Vitas a Lipomano ac Surio collectas jam sæpius recusam; notisque Annotationibus amolimur scrupulos, qui videbantur obstare, quo minus unus idemque* Justinus *credatur, a Synaxariorum primo Compilatore, eumque secutis ceteris, perperam in duos distractus.*

§ II. De anno mortis, die cultus, ac spatio vitæ.

B Præfectus Urbis, *in Actis nominatus* Rusticus, Q. Junius Rusticus an. 161 Consul Ordinarius,
coram cujus tribunali interrogati Sancti capitis sententiam tulisse dicuntur, nihil habet quo talis distractio probetur necessaria; sed ejus prætitulata Præfectura optime componi potest cum iis temporibus, quibus Justinum *obtulisse alteram suam Apologiam scribit Eusebius lib. 4 cap. 16, id est (ut dicitur in fine capitis 14) quando,* mortuo Antonino Pio, Marcus Antoninus ejus filius cum Lucio fratre successit. *Successit, autem anno* CLXI, *et usque ad* CLXIX *conregnarunt. Interim vero Præfecturam Urbis gessisse* Rusticum, deinde Præfectus Urbis
certissimum sit ex Divorum Fratrum *jam nominatorum* Rescripto, *quod Ulpianus lib.* I *de Appellationibus allegat, refertque in lib. 49 Digestorum, Tit.* I *num. 3, Rescripti verba hæc sunt* Cum per errorem factum diceris, uti a Judice, quem ex rescripto nostro ab amplissimis Consulibus acceperas, ad Junium Rusticum amicum nostrum, Præfectum Urbis provocares, *etc. Urbis ergo Præfectus fuit* Rusticus, *sed quo anno ex novem prænotatis? Non primo: nam tunc ordinarium Consulatum gessit cum Vettio Aquilino; non etiam multis annis post; si quidem ipse Eusebius Sanctorum Polycarpi et Pionii Martyrium cap. 15 relatum, in Chronico suo adscribat anno* VI *prædictorum Imperatorum, qui fuit Christi* CLXVII: *Chronicum au-*
C *tem oblatam a Justino Apologiam alteram adscribit anno Imperatorum istorum* VI, *seu potius* V; *nam primus ipsorum annorum perperam geminatur in toto Chronico simul cum Consulatu, quem tamen illi perfectum semel tantum gesserunt: et hic annus* V *convenit cum Indictione* XIII *Consulatuque* Pudentis et Orphiti, *cum* anno certe 166
anno VI *perperam composito; utrumque autem simul notant annum Christi* CLXV. *Cumque etiam Chronicon dicat,* Justinum ὁ μετ' οὐ πολὺ, non post multum temporis, divina martyrii laurea exornatum, *haud necesse fuerit ducere ad factam esse aliorum mortem quantum uno, forte* LXVII *aut* LXVIII, *vel etiam* LXVI. *Etsi enim persecutio notetur vehementior fuisse anno* LXVII, *cum tamen ea fuerit, non edicto Principum, sed populariter concitata; potest ea aliquando citius cœpisse, et occasionem Justino dedisse ex Asia Romam iterum abeundi veniendi. Neque mirum cuiquam videatur, quod qui initio Imperii præfati dicitur Consul fuisse, postea gesserit Urbis Præfecturam. Quam enim familiare eo ævo fuerit, ut ex* nusquam iterum designatus Consul
Præfectis Urbis, Consules; et Consulatu annuo trimestrive perfuncti, rursum fierent Urbis Præfecti, docebit utramque Series, ab anno CCLIV *expansa apud Bucherium pag. 236, ubi usque ad Diocletiani Imperium nihil frequentius. Fuit autem* Rusticus *ille primo apud M. Aurelium loco. Nam, uti in hujus Vita scri-*

bit Julius Capitolinus, ipsum Stoicæ disciplinæ peritissimum præcipue et sectatus et reveritus *est Imperator:* is domi militiæque pollebat: cum quo communicavit *idem Imperator* omnia publica privataque consilia; cui etiam ante Præfectos Prætorio semper osculum dedit, quem et Consulem iterum designavit, cui post obitum statuas a Senatu postulavit. D
Obitus autem illi, et præreptus per eum secundus Consulatus, videri potest Dei vindicta, propter injustam in Sanctos sententiam, eodem mox anno secuta.

10 *Ad diem quod attinet, jam dixi ad* XIII *Aprilis;* Dies 13 Aprilis Philosopho electus videtur ad arbitrium Usuardi,
Usuardo, qui Justini Philosophi *nomen primus Latinis fastis inseruit, nullam alium videri causam fuisse ad talem diem signandum, quam quod eo die notata forsitan fuerit in aliquo Hieronymiani Martyrologii ecgrapho* SS. Carpi Papyli et Agathonici memoria, *quorum historiæ subjunxerit Eusebius narrationem de* Justino. *Causam eos conjungendi etiamnum subsistere judico; nec facile inveniendam aliam causam id tali die faciendi, non possum dubitare diutius; quia, postquam istam conjectando proposui, ad manus nostras pervenit ipsum illud Hieronymianum Martyrologium, a Francisco Maria Florentinio Lucensi e duplici ecgrapho sumptum, collatumque cum ecgraphis Epternacensi, Corbeiensi, ac Blumiano; in quibus omnibus nullum talis sic apparet Martyrum istorum vestigium, quod sequi Usuardus potuerit. Tot autem simul ecgraphis in ejusmodi omissione concordantibus, aliud aliquod exstitisse, ubi ista descripta habebantur, vix jam amplius potest per conjecturam utcumque rationabilem teneri. Restat ergo ut fateamur, Usuardum, ausum aliquid esse supra Bedam ac Florum, qui iis solum diebus inscripserunt quidpiam quibus, Sanctorum aliquem inveniebant vel coli antiquitus vel passum aut mortuum. Quid vero ausus ille sit? Id quod postea in Romano* E
Martyrologio Baronius, in Franciscano Arturus a Monasterio; ut, quos annua memoria dignos omnino existimaret, nullo addito passionis aut mortis die, hunc iis suo legerent arbitratu; ut jam excusabiliores videri possint, qui sibi id licere putaverint, quod tanto antiquior Usuardus in similibus non existimavit illicitum. Idem dixerim de Græcorum Synaxariis, et Sanctorum per annum colendorum Hagiographis; Justinum sicut et 1 Junii a Græcis.
scilicet et Socios *ab ipsis ad hunc* I *Junii relatos, non ex aliqua certa scientia (hæc enim neque ex Actis neque aliunde eruitur) sed ex beneplacito; quia tali die non reperiebatur alius, specialis Officii honore dignus. Quod autem Acta eorumdem invenerit Lipomanus in Cryptæ ferratæ Codice diei* XII *adscripta; id cum alibi nusquam reperiatur, nescio cui vel causæ vel errori imputari debeat.*

11 *Acta Metaphrasti adscripsit idem Lipomanus,* Acta non scripsit Metaphrastes
ex eoque Surius et alii; eo ducti errore, quasi omnes quæcumque extant Græcarum Vitarum collectiones, ab eo essent. Errorem hunc integro et erudito de Simeonum scriptis opere redarguit Leo Allatius, plurimas earum propriis Auctoribus suis restituens; alias Metaphrasti adjudicans, ex styli sibi proprii characteribus noto; non paucas vero adespotas relinquens, quæ tamen certe non sunt Metaphrastis, atque inter alias ipsa hæc Acta, quibus distincte cognitum Interpretis Græci nomen, numquam auctoritatis tantum dare posset, quantum ipsis dat proprius suus character, quia ea facit æstimari ex judicialibus Actis transcripta. Talia in unum grande opus, quod modo non extat, collegisse Eusebium Pamphili, Bollandus noster indicat in Generali Præfatione ad Vitas Sanctorum, ante Januarium Cap. 1, §. 3; sed ex Iatinis Græca fecit Eusebius
idemque fusius demonstravit Florentinius Admonit. 3 prævia ad suum Martyrologium. Allegant ambo loca Eusebii, remittentis in sua Ecclesiastica historia lectorem ad opus speciale, quo cujusque ibi recensiti confessiones sigillatim, libertas sermonis, apologiæ pro fide, coram populo ac judicibus, *continentur: qualia cum*

A *cum hisce in Actis citra fucum ullum explicata legantur, cur non licebit opinari ea esse illius prædicti grandioris operis Eusebiani partem unam, ipsius* Justini *Apologiis pro fide primum adscribi solitam a Græcis; ac deinde, paucis additis in principio ac fine, translatam in libros de Vitis Sanctorum, absque designatione diei alicujus, quem postea Synaxariorum institutor elegerit. Porro cum priorem omnem* S. Justini Philosophi *vitam* XIII *Aprilis deduxerim, omissa ejus Sociorumque confessione, quam alterius esse persuasum tunc habebam; restat nunc saltem ea exhibeam, liberum Lectoribus relinquendo, ut expensis utrimque momentis rationum eligant, duosne an unum* Justinum *malint admittere.*

Epiphanii de Justino locus correctus,

12 *Interim placeat Epiphanii locum de illo, ex Panario Hæresi* 26 *seu* 46, *iterum legere, sicut eum censeo transpositione emendandum; enormiter enim mendosum esse nemo non fatetur. Ego sic legerim.* Οὗτος ὁ Ἰουστῖνος Σαμαρείτης ἦν τὸ γένος, [ἐπὶ τῆς ἡγεμονείας Ῥουστίκου καὶ Ἀδριανοῦ Βασιλέως, ἐτῶν τριάκοντα ὑπάρχων ἐν καθεσθάσῃ ἡλικίᾳ] εἰς Χριστὸν πεπιστευκὼς καὶ μεγάλως ἐξασκηθεὶς, ἀρετῆς τε βίον ἐνδειξάμενος, τὸ τέλος ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσας, τελείου στεφάνου καταξιοῦται, ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως. Hic Justinus,
B cum genere esset Samaritanus, Consulibus Rustico et Hadriano Imperatore annum agebat trigesimum, et in constanti, jam ætate] Christo credidit, beneque exercitatus et vitam cum virtute ducens, denique pro Christi nomine martyrium subiit, perfecta corona digna habitus, in urbe Romana. *Epiphanii contextus, sicut alias habetur, ad finem periodi totius collocans lineam, a me parenthesi clausam, atque ad initium translatam, duplicis mox erroris convincitur; quod* Justinum *faciat solum tricenarium concipi cum Martyrium subiit; quodque id acciderit* Rustico et Hadriano Coss. *qui annum Christi* CXIX *signant in Fastis. Non ita hebes Epiphanius fuit, ut,* Justini *Apologias legerit, et non cogitaverit, quantum is annus distet ab illorum ætate, quibus ipsas Sanctus obtulit: an autem idem voluerit in fine periodi additum,* ἐπὶ Ῥουστίκου Ἐπάρχου τῆς πόλεως, sub Rustico Urbis *Præfecto, idque librariorum culpa exciderit, nolim divinando asserere; cum satis sit sensum clarum, et (ut puto) veracem, modica illa conversione fecisse; cumque Epiphanius potuerit Acta Confessionis Romanæ legisse.*

facit eum anno 119 tricenarium,

13 *Eusebius, lib. 4 cap. 8, Scriptores enumerans, qui sub Hadriano floruerunt; cum Hegesippum nominasset;* sub idem tempus, *inquit,* etiam Justinus,
C germanus veræ Philosophiæ amator, adhuc in Gentilium scientiis se exercens, ætatem conterebat. *Fortassis autem idem in aliquo Scriptorum suorum, quod Epiphanius viderit, et nos lateat, trigesimum ætatis suæ annum reliquit, prædicto Rustici et Hadriani Consulatu signatum. Non tamen tunc dixerim fuisse conversum. Etsi enim virilis ætas nominari sæpe incipiat ab anno* XXIX, *rectius tamen Macrobius, in Somnium Scipionis cap.* 6. Notandum, *inquit,* quod
D numerus septenarius se multiplicat, *ut est anno* XLIX, facit ætatem, quæ proprie perfecta et habetur et dicitur. *Hanc si habuit convertens se ad Christum* Justinus; *toto quo Hadrianus regnavit tempore permansit in ethnicismo, id est usque ad annum* CXXXVIII; *et primam suam pro Christianis Apologiam obtulit Antonino, Hadriani successori, annos natus* LX; *decimo quinto aut decimo sexto post anno martyrium fecit, octogenario quam septuagenario propior. Petrus Halloix, editæ seorsim Vitæ* S. Justini, *quæ illi præludium fuit majoris operis, præposuit, ex veteri nescio ubi reperta pictura, effigiem ipsius, in Pallio Philosophico, cum hoc Tertulliani lemmate;* Gaude Pallium et exulta, melior jam te Philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti. *Repræsentatur autem, ut hic vides, ætate plena et in senium vergente, sed robusto corporis habitu: digitis autem micantibus in modum disputantis; et Dei unius veritatem, quam dexteræ index extentus notat, syllogistica demonstratione, per tres priores sinistræ digitos significata, evincentis; nisi malis ea ratione in Essentia unum, in Personis trinum Deum exprimi, quasi hoc dicente* Justino, *quod in prima ad populum Antiochenum concione S. Meletius, cum simili digitorum confirmatione dixisse perhibetur a Theodoreto, allegato ad* XII *Febr. num* 11; Tria sunt quæ intelliguntur, sed velut de uno loquimur.

ad Christum conversi fere quinquagenarium,

adeoque martyrium subisse an ætatis 70 vel 77.

Ejusdem in Pallio philosophico effigies.



S. IVSTINVS PHILOSOPHVS ET MARTYR.

§ III. Confessio Martyrum coram Præfecto Rustico.

Ex Actis judicialibus olim Græce versa, ex MS. autem Græco rursum Latine reddita a Guilielmo Sirleto, editaque a Lipomano et Surio.

Ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀνόμων ὑπερμάχων τῆς εἰδωλολατρείας, προστάγματα ἀσεβῆ κατὰ τῶν εὐσεβούντων Χριστιανῶν, κατὰ πόλιν καὶ χώραν ἐξετίθετο, ὥστε αὐτοὺς ἀναγκάζεσθαι σπένδειν τοῖς ματαίοις εἰδώλοις. Συλληφθέντες οὖν οἱ ἅγιοι ἄνδρες εἰσήχθησαν πρὸς τὸν τῆς Ῥώμης Ἔπαρχον, ὀνόματι Ῥουστικόν· ὧν εἰσαχθέντων πρὸ τοῦ βήματος, Ῥουστικὸς ὁ Ἔπαρχος εἶπε πρὸς Ἰουστῖνον· Πρῶτον πείσθητι τοῖς θεοῖς, καὶ ὑπάκουσον τοῖς Βασιλεῦσιν. Ἰουστῖνος εἶπεν· Ἄμεμπτον καὶ ἀκατάγνωστον,

Quo tempore nefarii superstitionis idolorum propugnatores regnabant; impia, contra Christianos pietatem ac religionem servantes, per singulas urbes ac regiones, edicta proposuerunt, *a* ut quicumque Christiani deprehensi essent, idolis sacrificare cogerentur. Comprehensi igitur sancti illi viri, adducti sunt ad Urbis Romanæ Præfectum Rusticum nomine. Quibus ante tribunal constitutis *b*, Rusticus Præfectus dixit Justino: Age, esto diis

Ad Rusticum V. P. ductis Sanctis, *a*

b

A diis ipsis obediens, et Imperatoriis edictis. Illi autem Justinus respondit : Nemo unquam reprehendi aut condemnari poterit, quod Salvatoris nostri Jesu Christi præceptis obedierit. Tum Rusticus *c* Præfectus : In cujusnam, inquit, eruditionis ac disciplinarum genere versaris *d*? Cui Justinus : Omnium quidem disciplinarum genus discere conatus sum, veræ autem Christianorum disciplinæ adhæsi ; quamvis illa non placeat his, qui falsæ opinionis errore ducuntur. Tum Rusticus dixit : Illane, miserrime, eruditione delectaris ? Maxime, inquit Justinus ; quoniam recto cum dogmate Christianos ipsos sequor. At Præfectus : Qualenam est istud dogma ? Respondit Justinus : Quod Christiani homines cum pietate servamus, hoc est, ut Deum unum existimemus factorem atque creatorem omnium, quæ videntur, quæque corporeis oculis non cernuntur ; et Dominum Jesum Christum, Dei filium confiteamur, olim a Prophetis prænuntiatum, qui et humani generis judex venturus est *e*, salutis præco et magister iis, qui ab illo bene didicerint. Ego quidem, ut homo, imbecillis sum, et longe minor, quam ut de infinita illius Deitate aliquid magnum dicere possim. B Prophetarum munus hoc esse fateor : scio enim quod hujus ipsius, quem Dei filium esse dixi, in orbem terrarum adventum multis antea seculis divinitus prædixerunt.

c

d *primus ab eo interrogatur Justinus:*

eoque Christianorum dogma laudante;

e

15 Quæsivit Præfectus, quem in locum Christiani convenirent *f*. Cui respondit Justinus, eo unumquemque convenire, quo vellet ac posset. An, inquit, existimas, omnes nos in eumdem locum convenire solitos? Minime res ita se habet, quoniam Christianorum Deus loco non circumscribitur; sed, cum invisibilis sit, cœlum et terram implet, atque ubique a fidelibus adoratur, et glorificatur. Tunc Præfectus : Age, inquit, dicas, quem in locum conveniatis, et discipulos tuos congreges. Respondit Justinus : Ego commoror, toto quo hic sum tempore, supra domum Martini cujusdam ad balneum, cognomento Timotinum *g* : veni autem nunc in urbem Romam *h* secundo ; neque alium quempiam locum, nisi quem dixi *i*, cognosco : ac si quis ad me venire voluit, communicavi cum illo veritatis doctrinam. Ergo Christianus es tu ? inquit Rusticus. At Justinus : Maxime, Christianus ego sum. Tunc Præfectus dixit Charitoni ; Dic, an et tu Christianus es? Cui Chariton : Christianus ego sum, Deo ipso adjuvante. Quæsivit Rusticus a *k* Charito C muliere, num et ipsa Christi fidem sequeretur. Cui respondit illa, se quoque, Deo dante, Christianam esse. Tunc Rusticus dixit Evelpisto : Tu vero quisnam es ? Evelpistus, servus Cæsaris, Et ego, respondit, Christianorum sum : sed is erat, a Christo ipso libertate donatus, et illius beneficio atque gratia ejusdem spei, particeps factus.

f *et ad eorum ecclesiam hospitari,*

g *h* *i* *ac talem quoque esse professo;*

k

16 Post hæc Præfectus quæsivit ab Hierace, num et ipse Christianus esset. Cui Hierax dixit : Certe Christianus et ego sum ; eumdem enim Deum colo atque adoro. An, inquit Præfectus, Christianos vos fecit Justinus ? Ego, inquit Hierax, et fui, et ero Christianus. Stans autem et Pæon dixit : Ego quoque sum Christianus, Et quisnam, inquit Præfectus, te docuit ? Respondit ille : A parentibus bonam hanc confessionem ego accepi. Post hunc Evelpistus dixit : Et ego Justini quidem sermones magna cum voluptate audiebam, sed a parentibus tamen et ipse Christianus esse didici. Tum Præfectus: Et ubinam parentes tui sunt ? In Cappadocia *l*, inquit Evelpistus. Quæsivit Præfectus et ab Hierace, ubinam gentium essent ejus parentes, Cui respondit Hierax : Verus pater noster Christus est, et mater fides, qua in ipsum credimus : terreni vero parentes mei mortui sunt. Ceterum ego ab Iconio *m*

interrogantur etiam ceteri:

l

m

τὸ πείθεσθαι τοῖς προσταχθεῖσιν ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν D Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Ποίους λόγους μεταχειρίζεις; Ἰουστῖνος εἶπε· Πάντας μὲν λόγους ἐπειράθην μαθεῖν, συνεθέμην δὲ τοῖς ἀληθέσι λόγοις τῶν Χριστιανῶν, καὶ μὴ ἀρέσκουσι τοῖς ψευδοδόξοις. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπεν· Ἐκεῖνοί σε ἀρέσκουσιν οἱ λόγοι, πανάθλιε; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ναί· ἐπειδὴ μετὰ δόγματος ὀρθοῦ ἕπομαι αὐτούς. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Ποῖόν ἐστ' δόγμα; Ὅπερ εὐσεβοῦμεν εἰς τὸν τῶν Χριστιανῶν Θεὸν, ὃν ἡγούμεθα ἕνα, τοῦτον ἐξ ἀρχῆς ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τῆς πάσης κτίσεως, ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου, καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν παῖδα Θεοῦ, ὃς καὶ προκεκήρυκται ὑπὸ τῶν Προφητῶν, μέλλων παραγίνεσθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, σωτηρίας κῆρυξ καὶ διδάσκαλος καλῶν μαθητῶν· κἀγὼ ἄνθρωπος ὢν, μικρὰ νομίζω λέγειν πρὸς τὴν αὐτοῦ ἄπειρον θεότητα, προφητικήν τινα δύναμιν ὁμολογῶν· ἐπὶ προκεκήρυκται περὶ τούτου, ὃν ἔφην νῦν Θεοῦ υἱὸν ὄντα· ἴσμι γὰρ, ὅτι ἄνωθεν προεῖπον οἱ Προφῆται περὶ τῆς τούτου παρουσίας γενομένης ἐν ἀνθρώποις.

Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Ποῦ συνέρχεσθε, Ἰουστῖνος εἶπεν· Ἔνθα ἑκάστῳ προαίρεσις καὶ δύναμίς ἐστι· πάντως γὰρ νομίζεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι ἡμᾶς πάντας; οὐχ οὕτως δέ· διότι ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν τόπῳ οὐ περιγράφεται· ἀλλ' ἀόρατος ὢν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληροῖ, καὶ πανταχοῦ ὑπὸ τῶν πιστῶν προσκυνεῖται E καὶ δοξάζεται. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπεν· Εἰπέ, ποῦ συνέρχεσθε, ἢ εἰς ποῖον τόπον ἀθροίζεις τοὺς μαθητάς σου; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ἐγὼ ἐπάνω μένω τινὸς Μαρτίνου τοῦ Τιμωτίνου βαλανείου, καὶ παρὰ πάντα τὸν χρόνον τοῦτον· ἐπεδήμησα δὲ τῇ Ῥωμαίων πόλει τοῦτο δεύτερον, καὶ οὐ γινώσκω ἄλλην τινὰ συνέλευσιν εἰ μὴ τὴν ἐκείνου, καὶ εἴ τις ἐβούλετο ἀφικνεῖσθαι παρ' ἐμοὶ, ἐκοινώνουν αὐτῷ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον. Ῥουστικὸς εἶπεν· Οὐκ οὖν λοιπὸν Χριστιανὸς εἶ; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ναὶ, Χριστιανός εἰμι· Ῥουστικὸς Ἔπαρχος τῷ Χαρίτωνι εἶπεν· Εἰπέ, Χαρίτων, καὶ σὺ Χριστιανὸς εἶ; Χαρίτων εἶπε· Χριστιανός εἰμι, Θεοῦ κελεύσει. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος πρὸς τὴν Χαριτὼ εἶπε· Σὺ τί λέγεις, Χαριτοῖ; Χαριτὼ εἶπε, Χριστιανή εἰμι τῇ τοῦ Χριστοῦ δωρεᾷ. Ῥουστικὸς εἶπε τῷ Εὐελπίστῳ· Σὺ δὲ τίς εἶ; Εὐέλπιστος, δοῦλος Καίσαρος, ἀπεκρίνατο, Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι, ἐλευθερωθεὶς ὑπὸ Χριστοῦ, καὶ τῆς αὐτῆς ἐλπίδος μετέχω, χάριτι Χριστοῦ.

Ῥουστικὸς Ἔπαρχος τῷ Ἱέρακι εἶπε· Καὶ σὺ Χριστιανὸς εἶ; Ἱέραξ εἶπε· Ναί, Χριστιανός εἰμι· τὸν γὰρ αὐτὸν Θεὸν σέβομαι καὶ προσκυνῶ. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπεν· Ἰουστῖνος ὑμᾶς ἐποίησε Χριστιανούς; Ἱέραξ εἶπεν· Ἤμην Χριστιανὸς, καὶ ἔσομαι. Παίων δὲ ἑστὼς εἶπε· Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Τίς ὁ διδάξας σε; Παίων εἶπεν· Ἀπὸ τῶν γονέων παρειλήφαμεν F τὴν καλὴν ταύτην ὁμολογίαν. Εὐέλπιστος εἶπεν· Ἰουστίνου μὲν ἡδέως ἤκουον τῶν λόγων, παρὰ τῶν γονέων δὲ κἀγὼ παρείληφα Χριστιανὸς εἶναι. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Ποῦ εἰσιν οἱ γονεῖς σου; Εὐέλπιστος εἶπεν· Ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ. Ῥουστικὸς τῷ Ἱέρακι λέγει· Οἱ σοὶ γονεῖς ποῦ ἐστίν; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο λέγων· Ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν πατήρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ μήτηρ ἡ εἰς αὐτὸν πίστις· οἱ δὲ ἐπίγειοί μου γονεῖς ἐτελεύτησαν· καὶ ἐγὼ ἀπὸ Ἰκονίου τῆς Φρυγίας ἀποσπασθεὶς ἐνθάδε ἐλήλυθα. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε Λιβεριανῷ· Τί καὶ σὺ λέγεις; οὐ δὲ σὺ εὐσεβεῖς; Λιβεριανὸς εἶπε· Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι· εὐσεβῶ γὰρ καὶ προσκυνῶ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν.

Ὁ Ἔπαρχος λέγει πρὸς τὸν Ἰουστῖνον. Ἄκουε, ὁ λεγόμενος λόγιος, καὶ νομίζων ἀληθινοὺς εἰδέναι λόγους, ἐὰν μαστιγωθεὶς ἀποκεφαλισθῇ, πείσῃ ὅτι μέλλεις ἀναβαίνειν εἰς τοὺς οὐρανούς; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ἐλπίζω ἕξειν αὐτοῦ τὰ δόγματα· ἐὰν ὑπομείνω ταῦτα· οἶδα καὶ πᾶσι τοῖς οὕτω βιώσασι παραμένειν τὸ θεῖον χάρισμα, μέχρι τῆς ἐκπληρώσεως τοῦ παντὸς κόσμου. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Τοῦτο οὖν ὑπονοεῖς ὅτι ἀναβήσῃ εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἀμοιβάς τινας ἀποληψόμενος; Ἰουστῖνος εἶπεν. Οὐχ ὑπονοῶ, ἀλλ' ἐπίσταμαι καὶ πεπληροφόρημαι. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Τὸ λοιπὸν ἔλθωμεν εἰς τὸ προκείμενον καὶ κατεπεῖγον πρᾶγμα· συνελθόντες οὖν ὁμοθυμαδὸν θύσατε τοῖς θεοῖς. Ἰουστῖνος εἶπεν· Οὐδεὶς εὐφρονῶν

ἀπὸ

A ἀπὸ εὐσεβείας εἰς ἀσέβειαν μεταπίπτει. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπεν· Εἰ μὴ πείθεσθε, τιμωρηθήσεσθε ἀνηλεῶς. Ἰουστῖνος εἶπε· Δι' εὐχῆς ἔχομεν διὰ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τιμωρηθέντες σωθῆναι· ὅτι τοῦτο ἡμῖν σωτηρία καὶ παῤῥησία γενήσεται ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ παγκοσμίου βήματος τοῦ δεσπότου ἡμῶν καὶ σωτῆρος. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ Μάρτυρες εἶπον· Ποίει ὃ θέλεις, ἡμεῖς γὰρ Χριστιανοί ἐσμεν, καὶ εἰδώλοις οὐ θύομεν.

Ῥουστικὸς Ἔπαρχος ἀπεφήνατο λέγων· Οἱ μὴ βουληθέντες θῦσαι τοῖς θεοῖς, καὶ εἶξαι τῷ τοῦ Αὐτοκράτορος προστάγματι, μαστιγωθέντες ἀπαχθήτωσαν, κεφαλικὴν ἀποτιννύντες δίκην, κατὰ τὴν τῶν νόμων ἀκολουθίαν. Οἱ ἅγιοι Μάρτυρες δοξάζοντες τὸν Θεὸν, ἐξελθόντες ἐπὶ τὸν συνήθη τόπον ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλὰς, καὶ ἐτελείωσαν αὐτῶν τὴν μαρτυρίαν ἐν τῇ τοῦ Σωτῆρος ὁμολογίᾳ. Τινὲς δὲ τῶν πιστῶν, λαθραίως αὐτῶν τὰ σώματα λαβόντες, κατέθεντο ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ, συνεργησάσης αὐτοῖς τῆς χάριτος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Phrygiæ abstractus huc veni. Quæsivit Præfectus a *n* Liberiano, quidnam et ipse diceret : num Christianus esset, an in deos pius? Cui Liberianus : Et ego, inquit, Christianus sum : colo enim et adoro solum verum Deum. D *n*

17 Tunc Præfectus conversus ad Justinum dixit : Audi tu, qui eloquens esse diceris, et putas te veram disciplinam tenere; si a capite per totum corpus flagello cæsus fueris, persuasumne habes, fore ut in cœlum ascendas? Cui Justinus : Spero, inquit, me habiturum, quod habent, qui Christi dogmata servaverint, si hæc ipsa, quæ dicis, perpessus fuero : scio enim omnibus, qui sic vixerint, divinam gratiam conservari, quoad totus mundus consummetur. Ad hæc Præfectus Rusticus : Ergo futurum opinaris, ut in cœlos ascendas, mercedem aliquam recepturus? Non opinor, inquit Justinus, sed scio : et hoc tam certum habeo, ut nihil dubitem. Rusticus dixit : Veniamus deinceps ad id, quod propositum est, et nos urget. Convenite simul, et uno eodemque animo diis sacrificate. Ad hæc Justinus: Nemo; inquit, qui recte sentiat, pietatem deserit, ut in erorem atque impietatem delabatur. Præfectus

omnibus autem ad tormenta et mortem se offerentibus.

o Rusticus dixit : Nisi jussis nostris parere volueritis, cruciatus *o* sine ulla misericordia patiemini. Justinus

B autem : Maxime nos in votis habemus, propter Dominum nostrum Jesum Christum cruciatus perpeti. ac E

salvari : hoc enim nobis salutem et fiduciam conciliabit, ante ejusdem Domini et Salvatoris nostri terribile illud tribunal, cui totus mundus divino jussu assistet. Idem et reliqui omnes Martyres dixerunt, hoc addentes : Fac cito, quod vis : nos enim Christiani sumus, et idolis non sacrificamus.

18 Hæc audiens Præfectus, talem sententiam pronuntiavit : Qui diis sacrificare, et Imperatoris edicto

p parere noluerunt, flagello cæsi, ad capitalem pœnam abducuntur, quemadmodum leges præcipiunt *p*. Ita-

q que sancti Martyres, Deum collaudantes, ad consuetum locum producti, post verbera *q* securi percussi sunt.

r et in Salvatoris confessione martyrium consummarunt *r*. Post hæc quidam fideles clam illorum corpora sustulerunt, et in loco idoneo condiderunt; cooperante gratia D. N. Jesu Christi, cui gloria in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

a *Hoc de edictis exordium familiare fuit plerisque, post datam Christianis a Constantino pacem, Acta Martyrum vel antiqua colligentibus, ut hic noster fecit, vel pro deperditis nova scribentibus : fallunt tamen dum identidem edicta recentia videntur indicare, quoties nova exoriebatur persecutio, sæpius non tam Imperatoribus imputanda, quam Præfectis, publico populorum aut privato suo in Christianos odio servientibus. Nam ex Tertulliano scimus, quod a tempore Trajani usque ad tempus scripti Apologetici, id est, usque ad finem seculi* 2, *nulla nova lex contra Christianos emanasse dicatur.*

b *Hic incipiunt ipsa Actorum judicialium verba, quæ in Vita* S. Justini (*ut eam collegit noster Petrus Halloix*) *pag.* 116 *num.* 24 *a me prætermissa possent*

C *restitui, mutatis mutandis in isto numero.*

c *Hic verus est titulus : Græce* Ἔπαρχος, *proximus aut par Consulatui magistratus, de quo Cedrenus in Theophilo.* Ὁ Ἔπαρχος, ἐν Θεοῦ καὶ τῆς Βασιλείας χειροτονίας τὸ κρίνειν λαβὼν, τοῖς πολιτικοῖς χρῆσθαι νόμοις. Præfectus (*scilicet* Urbis regiæ, τῆς βασιλίδος) a Deo ac regia auctoritate judicandi potestatem accipiens, civilibus ad jus dicendum utitur legibus. *Erat ergo is qui antiquitus, cum adhuc summa potestas apud Consules esset ante Julium Cæsarem,* Prætor Urbanus *nuncupabatur. Itaque, licet* Præsides Provinciarum *etiam* Ἔπαρχοι *dicebantur, nomen tamen* Præsidis *paulo ante bis usurpatum a Sirleto expunxi, et titulum* Præfecti *substitui, quo etiam solo deinceps Sirletus est usus.*

d *Hinc Surius argumentum sumpsit* Justinos *distinguendi :* Non enim tam obscurus, *inquit,* Justinus fuit, ut id ex eo percunctari Præfectum oportuerit. *Verum ut ille in Asia notissimus fuerit, Romæ hospes erat modici temporis : deinde, ut Philosophum esse eum sciverit Præfectus, intererat scire,* Stoicumne *se an* Peripateticum *profiteretur; quæ duæ sectæ potissimum tunc Romæ æstimabantur : quare in hoc argumento nullum amplius præsidium pono, ut alias feci num.* 6.

e *Plenum discretionis responsum, et opportunum excusandis prædicatoribus Evangelicis apud Sinas aliasque cultiores nationes, dum non statim eorum oculis auribusque* Christum *proponunt* Crucifixum. *Eodem facit Dissertatio* XIIX. *nostris ad Chronologiam Pontificum Paralypomenis inserta pag.* 140.

f *Hic mihi videor subodorari occultas machinationes Crescentis, quibus Christianos eorumque doctorem* Justinum *insimularent apud Præfectum, tamquam clandestinos cœtus, quietique urbis periculosos, agere solitum.*

g Timotinum *Sirletus legit, idem autem et* Novatianum *appellabatur; scilicet a* Novato *et* Timotheo *fartribus, ejus fabricatoribus; eratque illud in ecclesiam Christianorum conversum a S. Pio Papa, uti legitur*

in Actis SS. Praxedis et Pudentianæ, quæ videre est a nobis illustrata ad 19 *Maji.* F

h *Scilicet, circa an.* 150, *quando primam pro Christianis Apologiam obtulit, et iterum nunc, cum venerat oblaturus secundam : de quibus vide* §. 3 *Comm. nostri in Aprili.*

i *Nempe ut primi proprium : quare neque hinc debuerat sumi argumentum prætensæ distinctionis, ut feci num.* 6 *prædicti Commentarii,*

k *Græce* Χαριτὼ, οῦς, *ut* Dido, us. *Ideo non placet quod Sirletus, expressius sexum notaturus,* Charitinam *vocaverit. Qui sequitur* Παίων *etiam penultima longa* Παίωνος *inflectitur.*

l *Sed et reliquos fere fuisse extraneos, eoque fidentius præ aliis comprehensos, suspicari faciunt nomina plerorumque Græca : quin etiam verosimile est, Romæ existentem* Justinum *vix alios quam Græcos auditores habuisse.*

m *Hactenus quidem unicam hujus nominis civitatem, Lycaoniæ caput, in Cappadocia novimus; et peregrino alicui ignosci posset,* Phrygiæ *nomen usurpanti pro tota Minori Asia : sed Iconiensi alicui, qualem se dicit* Hierax, *non quadrat ejusmodi abusus nominis. Quare*

vehementer

A diis ipsis obediens, et Imperatoriis edictis. Illi autem Justinus respondit : Nemo unquam reprehendi aut condemnari poterit, quod Salvatoris nostri Jesu Christi præceptis obedierit. Tum Rusticus *c* Præfectus : In cujusnam, inquit, eruditionis ac disciplinarum genere versaris *d*? Cui Justinus : Omnium quidem disciplinarum genus discere conatus sum, veræ autem Christianorum disciplinæ adhæsi ; quamvis illa non placeat his, qui falsæ opinionis errore ducuntur. Tum Rusticus dixit : Illane, miserrime, eruditione delectaris ? Maxime, inquit Justinus ; quoniam recto cum dogmate Christianos ipsos sequor. At Præfectus : Qualenam est istud dogma ? Respondit Justinus : Quod Christiani homines cum pietate servamus, hoc est, ut Deum unum existimemus factorem atque creatorem omnium, quæ videntur, quæque corporeis oculis non cernuntur ; et Dominum Jesum Christum, Dei filium confiteamur, olim a Prophetis prænuntiatum, qui et humani generis judex venturus est *e*, salutis præco et magister iis, qui ab illo bene didicerint. Ego quidem, ut homo, imbecillis sum, et longe minor, quam ut de infinita illius Deitate aliquid magnum dicere possim : Prophetarum munus hoc esse fateor : scio enim quod hujus ipsius, quem Dei filium esse dixi, in orbem terrarum adventum multis antea seculis divinitus prædixerunt.

primus ab eo interrogatur Justinus:

eoque Christianorum dogma laudante;

B

15 Quæsivit Præfectus, quem in locum Christiani convenirent *f*. Cui respondit Justinus, eo unumquemque convenire, quo vellet ac posset. An, inquit, existimas, omnes nos in eumdem locum convenire solitos? Minime res ita se habet, quoniam Christianorum Deus loco non circumscribitur; sed, cum invisibilis sit, cœlum et terram implet, atque ubique a fidelibus adoratur, et glorificatur. Tunc Præfectus : Age, inquit, dicas, quem in locum conveniatis, et discipulos tuos congreges. Respondit Justinus : Ego commoror, toto quo hic sum tempore, supra domum Martini cujusdam ad balneum, cognomento Timotinum *g* : veni autem nunc in urbem Romam *h* secundo ; neque alium quempiam locum, nisi quem dixi *i*, cognosco : ac si quis ad me venire voluit, communicavi cum illo veritatis doctrinam. Ergo Christianus es tu ? inquit Rusticus. At Justinus : Maxime, Christianus ego sum. Tunc Præfectus dixit Charitoni; Dic, an et tu Christianus es? Cui Chariton : Christianus ego sum, Deo ipso adjuvante. Quæsivit Rusticus a *k* Charito muliere, num et ipsa Christi fidem sequeretur. Cui respondit illa, se quoque, Deo dante, Christianam esse. Tunc Rusticus dixit Evelpisto : Tu vero quisnam es ? Evelpistus, servus Cæsaris, Et ego, respondit, Christianorum sum : sed is erat, a Christo ipso libertate donatus, et illius beneficio atque gratia ejusdem spei, particeps factus.

et ad eorum ecclesiam hospitari,

ac talem quoque esse professo;

C

16 Post hæc Præfectus quæsivit ab Hierace, num et ipse Christianus esset. Cui Hierax dixit : Certe Christianus et ego sum ; eumdem enim Deum colo atque adoro. An, inquit Præfectus, Christianos vos fecit Justinus ? Ego, inquit Hierax, et fui, et ero Christianus. Stans autem et Pæon dixit : Ego quoque sum Christianus, Et quisnam, inquit Præfectus, te docuit? Respondit ille : A parentibus bonam hanc confessionem ego accepi. Post hunc Evelpistus dixit : Et ego Justini quidem sermones magna cum voluptate audiebam, sed a parentibus tamen et ipse Christianus esse didici. Tum Præfectus: Et ubinam parentes tui sunt? In Cappadocia *l*, inquit Evelpistus. Quæsivit Præfectus et ab Hierace, ubinam gentium essent ejus parentes, Cui respondit Hierax : Verus pater noster Christus est, et mater fides, qua in ipsum credimus : terreni vero parentes mei mortui sunt. Ceterum ego ab Iconio *m*

interrogantur etiam ceteri:

τὸ πείθεσθαι τοῖς προσταχθεῖσιν ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν D
Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Ποίους λόγους μεταχειρίζεις; Ἰουστῖνος εἶπε· Πάντας μὲν λόγους ἐπειράθην μαθεῖν, συνεθέμην δὲ τοῖς ἀληθέσι λόγοις τῶν Χριστιανῶν, καὶ μὴ ἀρέσκουσι τοῖς ψευδοδόξοις. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπεν· Ἐκεῖνοί σε ἀρέσκουσιν οἱ λόγοι, πανάθλιε; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ναί· ἐπειδὴ μετὰ δόγματος ὀρθοῦ ἕπομαι αὐτούς. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Ποῖόν ἐστ' δόγμα; Ὅπερ εὐσεβοῦμεν εἰς τὸν τῶν Χριστιανῶν Θεὸν, ὃν ἡγούμεθα ἕνα, τοῦτον ἐξ ἀρχῆς ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τῆς πάσης κτίσεως, ὁρατῆς, τε καὶ ἀοράτου, καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν παῖδα Θεοῦ, ὃς καὶ προκεκήρυκται ὑπὸ τῶν Προφητῶν, μέλλων παραγίνεσθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, σωτηρίας κήρυξ καὶ διδάσκαλος καλῶν μαθητῶν· κἀγὼ ἄνθρωπος ὢν, μικρὰ νομίζω λέγειν πρὸς τὴν αὐτοῦ ἄπειρον θεότητα, προφητικήν τινα δύναμιν ὁμολογῶν· ἐπὶ προκεκήρυκται περὶ τούτου, ὃν ἔφην νῦν Θεοῦ υἱὸν ὄντα· ἴσημι γὰρ, ὅτι ἄνωθεν προεῖπον οἱ Προφῆται περὶ τῆς τούτου παρουσίας γενομένης ἐν ἀνθρώποις.

Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Ποῦ συνέρχεσθε, Ἰουστῖνος εἶπεν· Ἔνθα ἑκάστῳ προαίρεσις καὶ δύναμίς ἐστι· πάντως γὰρ νομίζεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι ἡμᾶς πάντας; οὐχ οὕτως δέ· διότι ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν τόπῳ οὐ περιγράφεται· ἀλλὰ ἀόρατος ὢν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληροῖ, καὶ πανταχοῦ ὑπὸ τῶν πιστῶν προσκυνεῖται E
καὶ δοξάζεται. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπεν· Εἰπὲ, ποῦ συνέρχεσθε, ἢ εἰς ποῖον τόπον ἀθροίζεις τοὺς μαθητάς σου; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ἐγὼ ἐπάνω μένω τινὸς Μαρτίνου τοῦ Τιμωτίνου βαλανείου, καὶ παρὰ πάντα τὸν χρόνον τοῦτον· ἐπεδήμησα δὲ τῇ Ῥωμαίων πόλει τοῦτο δεύτερον, καὶ οὐ γινώσκω ἄλλην τινὰ συνέλευσιν εἰ μὴ τὴν ἐκείνου, καὶ εἴ τις ἐβούλετο ἀφικνεῖσθαι παρ' ἐμοὶ, ἐκοινώνουν αὐτῷ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον. Ῥουστικὸς εἶπεν· Οὐκ οὖν λοιπὸν Χριστιανὸς εἶ; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ναὶ, Χριστιανός εἰμι· Ῥουστικὸς Ἔπαρχος τῷ Χαρίτωνι εἶπεν· Εἰπὲ, Χαρίτων, καὶ σὺ Χριστιανὸς εἶ; Χαρίτων εἶπε· Χριστιανός εἰμι, Θεοῦ κελεύσει. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος πρὸς τὴν Χαριτὼ εἶπε· Σὺ τί λέγεις, Χαριτοῖ; Χαριτὼ εἶπε, Χριστιανός εἰμι τῇ τοῦ Χριστοῦ δωρεᾷ. Ῥουστικὸς εἶπε τῷ Εὐελπίστῳ· Σὺ δὲ τίς εἶ; Εὐέλπιστος, δοῦλος Καίσαρος, ἀπεκρίνατο, Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι, ἐλευθερωθεὶς ὑπὸ Χριστοῦ, καὶ τῆς αὐτῆς ἐλπίδος μετέχω, χάριτι Χριστοῦ.

Ῥουστικὸς Ἔπαρχος τῷ Ἱέρακι εἶπε· Καὶ σὺ Χριστιανὸς εἶ; Ἱέραξ εἶπε· Ναὶ, Χριστιανός εἰμι· τὸν γὰρ αὐτὸν Θεὸν σέβομαι καὶ προσκυνῶ. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπεν· Ἰουστῖνος ὑμᾶς ἐποίησε Χριστιανούς; Ἱέραξ εἶπεν· Ἤμην Χριστιανὸς, καὶ ἔσομαι. Παίων δὲ ἑστὼς εἶπε· Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Τίς ὁ διδάξας σε; Παίων εἶπεν· Ἀπὸ τῶν γονέων παρειλήφαμεν F
τὴν καλὴν ταύτην ὁμολογίαν. Εὐέλπιστος εἶπεν· Ἰουστίνου μὲν ἡδέως ἤκουον τῶν λόγων, παρὰ τῶν γονέων δὲ κἀγὼ παρείληφα Χριστιανὸς εἶναι. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Ποῦ εἰσιν οἱ γονεῖς σου; Εὐέλπιστος εἶπεν· Ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ. Ῥουστικὸς τῷ Ἱέρακι λέγει· Οἱ σοὶ γονεῖς ποῦ ἐστίν; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο λέγων· Ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν πατήρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ μήτηρ ἡ εἰς αὐτὸν πίστις· οἱ δὲ ἐπίγειοί μου γονεῖς ἐτελεύτησαν· καὶ ἐγὼ ἀπὸ Ἰκονίου τῆς Φρυγίας ἀποσπασθεὶς ἐνθάδε ἐλήλυθα. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε Λιβεριανῷ· Τί καὶ σὺ λέγεις; οὐ δὲ σὺ εὐσεβεῖς; Λιβεριανὸς εἶπε· Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι· εὐσεβῶ γὰρ καὶ προσκυνῶ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν.

Ὁ Ἔπαρχος λέγει πρὸς τὸν Ἰουστῖνον. Ἄκουε, ὁ λεγόμενος λόγιος, καὶ νομίζων ἀληθινοὺς εἰδέναι λόγους, ἐὰν μαστιγωθεὶς ἀποκεφαλισθῇ, πείσῃ ὅτι μέλλεις ἀναβαίνειν εἰς τοὺς οὐρανούς; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ἐλπίζω ἕξειν αὐτοῦ τὰ δόματα· ἐὰν ὑπομείνω ταῦτα· οἶδα καὶ πᾶσι τοῖς οὕτω βιώσασι παραμένειν τὸ θεῖον χάρισμα, μέχρι τῆς ἐκπληρώσεως τοῦ παντὸς κόσμου. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Τοῦτο οὖν ὑπονοεῖς ὅτι ἀναβήσῃ εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἀμοιβάς τινας ἀποληψόμενος; Ἰουστῖνος εἶπεν. Οὐχ ὑπονοῶ, ἀλλ' ἐπίσταμαι καὶ πεπληροφόρημαι. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπε· Τὸ λοιπὸν ἔλθωμεν εἰς τὸ προκείμενον καὶ κατεπεῖγον πρᾶγμα· συνελθόντες οὖν ὁμοθυμαδὸν θύσατε τοῖς θεοῖς. Ἰουστῖνος εἶπεν· Οὐδεὶς εὐφρονῶν

ἀπὸ

A ἀπὸ εὐσεβείας εἰς ἀσέβειαν μεταπίπτει. Ῥουστικὸς Ἔπαρχος εἶπεν· Εἰ μὴ πείθεσθε, τιμωρηθήσεσθε ἀνηλεῶς. Ἰουστῖνος εἶπε· Δι' εὐχῆς ἔχομεν διὰ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τιμωρηθέντες σωθῆναι· ὅτι τοῦτο ἡμῖν σωτηρία καὶ παῤῥησία γενήσεται ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ παγκοσμίου βήματος τοῦ δεσπότου ἡμῶν καὶ σωτῆρος. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ Μάρτυρες εἶπον· Ποίει ὃ θέλεις, ἡμεῖς γὰρ Χριστιανοί ἐσμεν, καὶ εἰδώλοις οὐ θύομεν.

Ῥουστικὸς Ἔπαρχος ἀπεφήνατο λέγων· Οἱ μὴ βουληθέντες θῦσαι τοῖς θεοῖς, καὶ εἶξαι τῷ τοῦ Αὐτοκράτορος προστάγματι, μαστιγωθέντες ἀπαχθήτωσαν, κεφαλικὴν ἀποτιννύντες δίκην, καὶ τὴν τῶν νόμων ἀκολουθίαν. Οἱ ἅγιοι Μάρτυρες δοξάζοντες τὸν Θεὸν, ἐξελθόντες ἐπὶ τὸν συνήθη τόπον ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλὰς, καὶ ἐτελείωσαν αὐτῶν τὴν μαρτυρίαν ἐν τῇ τοῦ Σωτῆρος ὁμολογίᾳ. Τινὲς δὲ τῶν πιστῶν, λαθραίως αὐτῶν τὰ σώματα λαβόντες, κατέθεντο ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ, συνεργασάσης αὐτοῖς τῆς χάριτος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Phrygiæ abstractus huc veni. Quæsivit Præfectus D
a *n* Liberiano, quidnam et ipse diceret: num Christianus esset, an in deos pius? Cui Liberianus: Et ego, inquit, Christianus sum: colo enim et adoro solum verum Deum. n

17 Tunc Præfectus conversus ad Justinum dixit: Audi tu, qui eloquens esse diceris, et putas te veram disciplinam tenere; si a capite per totum corpus flagello cæsus fueris, persuasumne habes, fore ut in cœlum ascendas? Cui Justinus: Spero, inquit, me habiturum, quod habent, qui Christi dogmata servaverint, si hæc ipsa, quæ dicis, perpessus fuero: scio enim omnibus, qui sic vixerint, divinam gratiam conservari, quoad totus mundus consummetur. Ad hæc Præfectus Rusticus: Ergo futurum opinaris, ut in cœlos ascendas, mercedem aliquam recepturus? Non opinor, inquit Justinus, sed scio: et hoc tam certum habeo, ut nihil dubitem. Rusticus dixit: Veniamus deinceps ad id, quod propositum est, et nos urget. Convenite simul, et uno eodemque animo diis sacrificate. Ad hæc Justinus: Nemo; inquit, qui recte sentiat, pietatem deserit, ut in erorem atque impietatem delabatur. Præfectus

omnibus autem ad tormenta et mortem se offerentibus.

o Rusticus dixit: Nisi jussis nostris parere volueritis, cruciatus *o* sine ulla misericordia patiemini. Justinus
B autem: Maxime nos in votis habemus, propter Dominum nostrum Jesum Christum cruciatus perpeti, ac E
salvari: hoc enim nobis salutem et fiduciam conciliabit, ante ejusdem Domini et Salvatoris nostri terribile illud tribunal, cui totus mundus divino jussu assistet. Idem et reliqui omnes Martyres dixerunt, hoc addentes: Fac cito, quod vis: nos enim Christiani sumus, et idolis non sacrificamus.

18 Hæc audiens Præfectus, talem sententiam pronuntiavit: Qui diis sacrificare, et Imperatoris edicto
p parere noluerunt, flagello cæsi, ad capitalem pœnam abducuntur, quemadmodum leges præcipiunt *p*. Ita-
q que sancti Martyres, Deum collaudantes, ad consuetum locum producti, post verbera *q* securi percussi sunt,
r et in Salvatoris confessione martyrium consummarunt *r*. Post hæc quidam fideles clam illorum corpora sustulerunt, et in loco idoneo condiderunt; cooperante gratia D. N. Jesu Christi, cui gloria in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

a *Hoc de edictis exordium familiare fuit plerisque, post datam Christianis a Constantino pacem, Acta Martyrum vel antiqua colligentibus, ut hic noster fecit, vel pro deperditis nova scribentibus: fallunt tamen dum identidem edicta recentia videntur indicare, quoties nova exoriebatur persecutio, sæpius non tam Imperatoribus imputanda, quam Præfectis, publico populorum aut privato suo in Christianos odio servientibus. Nam ex Tertulliano scimus, quod a tempore Trajani usque ad tempus scripti Apologetici, id est, usque ad finem seculi* 2, *nulla nova lex contra Christianos emanasse dicatur.*

b *Hic incipiunt ipsa Actorum judicialium verba, quæ in Vita* S. Justini (*ut eam collegit noster Petrus Halloix*) *pag.* 116 *num.* 24 *a me prætermissa possent*
C *restitui, mutatis mutandis in isto numero.*

c *Hic verus est titulus: Græce* Ἔπαρχος, *proximus aut par Consulatui magistratus, de quo Cedrenus in Theophilo.* Ὁ Ἔπαρχος, ἐκ Θεοῦ καὶ τῆς Βασιλέως γαληνότητος τὸ κρίνειν λαβὼν, τοῖς πολιτικοῖς χρῆσθαι νόμοις. Præfectus (*scilicet* Urbis regiæ, τῆς βασιλίδος) a Deo ac regia serenitate judicandi potestatem accipiens, civilibus ad jus dicendum utitur legibus. *Erat ergo is qui antiquitus, cum adhuc summa potestas apud Consules esset ante Julium Cæsarem,* Prætor Urbanus *nuncupabatur. Itaque, licet* Præsides Provinciarum *etiam* Ἔπαρχοι *dicebantur, nomen tamen* Præsidis *paulo ante bis usurpatum a Sirleto expunxi, et titulum* Præfecti *substitui, quo etiam solo deinceps Sirletus est usus.*

d *Hinc Surius argumentum sumpsit* Justinos *distinguendi:* Non enim tam obscurus, *inquit*, Justinus fuit, ut id ex eo percunctari Præfectum oportuerit. *Verum ut ille in Asia notissimus fuerit, Romæ hospes erat modici temporis: deinde, ut Philosophum esse eum sciverit Præfectus, intererat scire,* Stoicumne *se an* Peripateticum *profiteretur; quæ duæ sectæ potissimum tunc Romæ æstimabantur: quare in hoc argumento nullum amplius præsidium pono, ut alias feci num.* 6.

e *Plenum discretionis responsum, et opportunum excusandis prædicatoribus Evangelicis apud Sinas aliasque cultiores nationes, dum non statim eorum oculis auribusque* Christum *proponunt* Crucifixum. *Eadem facit Dissertatio* XLIX. *nostris ad Chronologiam Pontificum Paralypomenis inserta pag.* 140.

f *Hic mihi videor subodorari occultas machinationes Crescentis, quibus Christianos eorumque doctorem* Justinum *insimulaverit apud Præfectum, tamquam clandestinos cœtus, quietique urbis periculosos, agere solitum.*

g Timiotinum *Sirletus legit, idem autem et* Novatianum *appellabatur; scilicet a* Novato *et* Timotheo *fratribus, ejus fabricatoribus; eratque illud in ecclesiam Christianorum conversum a S. Pio Papa, uti legitur* F
in Actis SS. Praxedis et Pudentianæ, quæ videre est a nobis illustrata ad 19 *Maji.*

h *Scilicet, circa an.* 150, *quando primam pro Christianis Apologiam obtulit, et iterum nunc, cum venerat oblaturus secundam: de quibus vide* §. 3 *Comm. nostri in Aprili.*

i *Nempe ut primi proprium: quare neque hinc debuerat sumi argumentum prætensæ distinctionis, ut feci num.* 6 *prædicti Commentarii,*

k *Græce* Χαριτώ, οῦς, *ut* Dido, us. *Ideo non placet quod Sirletus, expressius sexum notaturus,* Charitinam *vocaverit. Qui sequitur* Παίων *etiam penultima longa* Παίωνος *inflectitur.*

l *Sed et reliquos fere fuisse extraneos, eoque fidentius præ aliis comprehensos, suspicari faciunt nomina plerorumque Græca: quin etiam verosimile est, Romæ existentem* Justinum *vix alios quam Græcos auditores habuisse.*

m *Hactenus quidem unicam hujus nominis civitatem, Lycaoniæ caput, in Cappadocia novimus; et peregrino alicui ignosci posset, Phrygiæ nomen usurpanti pro tota Minori Asia: sed Iconiensi alicui, qualem se dicit* Hierax, *non quadrat ejusmodi abusus nominis. Quare*

vehementer

A *vehementer impellor ut credam, in ipsamet proprie dicta Phrygia aliud fuisse* Iconium, *dictum* Phrygiæ, *ut a celebriori altero distingueretur. Sic cum aliam* Antiochiam, *quam celeberrimam Syriæ civitatem, volunt scriptores designare, dicunt,* Antiochiam Pisidiæ, Ciliciæ, *etc.*

n Valerianum *Menæa nuncupant.*

o *Synaxaria de* Justino Philosopho, multis *revera* tormentis prius toleratis enectum *dicunt: quod absque antiquiori teste additum, nolim amplius sumi in argumentum distinctionis.*

p *Quæ sequuntur verba sunt ejus, qui originariis Actis judicii initium ad finem addidit.* D

q *Consueto Romanis supplicii genere, ut decollationi præmitterentur virgæ, quarum fasces ideo Magistratibus supremis una cum securibus præferebantur, jam inde ab Urbe condita: ideoque id magis placet quam* Gladius, *quem Epigrammata præferunt.*

r *Auctor non præsumpsit de suo diem addere; uti plerique illi fecerunt, qui diu post scripserunt Acta Sanctorum, publico cultu pridem celebrium; quod non parum facit ad commendationem sinceritatis.*

G. H.

DE S. THESPESIO

MARTYRE IN CAPPADOCIA.

Ex Menæis et Synaxariis Græcorum.

CIRCA CCXXX.

Cultus apud Græcos.

Memoria S. Thespesii *celebratur in Tabulis hodierni Martyrologii Romani, ad Kalendas Junii, hisce verbis:* In Cappadocia S. Thespesii Martyris, qui sub Alexandro Imperatore, et Simplicio Præfecto, post alia tormenta, decollatus est. *In Notis additur,* agere de eodem hac die Græcos in Menologio, ubi et ejus martyrium pluribus describitur, *et ad marginem tempus martyrii indicatur* circiter annum CCXXX, *quo imperabat Alexander, qui regnavit ab anno* CCXXII *usque ad annum* CCXXXV. *Galesinius etiam ex* Chartophylacio, *ut ait* Græco *Synaxario MSS. (uti intelligere credo) asserit se* hujus Martyrium acceptum, Latine breviter expressisse. *Sirletus Latine verbotenus reddidit encomium, quod ex magnis Menæis Græcorum, et nonnullis Synaxariis MSS. legitur, estque hujusmodi.* B

Eloquium ex MSS.

2 Οὗτος ἦν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀλεξάνδρου Βασιλέως, διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κρατηθεὶς παρὰ Σιμπλικίου Ἄρχοντος Καππαδοκίας, Καππαδὸξ ὢν καὶ αὐτὸς, ἄγεται ἐπὶ τὸν εἰδώλων ναὸν, θυσίαν προσενέγκειν τοῖς εἰδώλοις. Μὴ πεισθεὶς οὖν, ἀλλὰ δὲ μᾶλλον χλευάσας τὰ εἴδωλα, κρεμασθεὶς ξέεται, καὶ εἰς κλίβανον πυρούμενον ἐμβάλλεται. Τῇ δὲ Χριστοῦ χάριτι ἀβλαβὴς διαμείνας, ἄγεται πάλιν εἰς τὸν τῶν εἰδώλων ναὸν, ἔνθα θυσίας προσῆγον οἱ Ἕλληνες, καὶ πλησιάσας, τὸν βωμὸν καταβάλλει. Παραχρῆμα οὖν εἰς τήγανον ἐμβάλλεται πεπυρακτωμένον, ἐλαίῳ καὶ πίσσῃ καὶ στέατι γέμον. Καὶ ἐπὶ δυσὶν ἡμέραις ἐν αὐτῷ προσκαρτερήσας ἐξέρχεται ἀβλαβὴς, μηδ' ὁτιοῦν καύσεως ἐν τῷ σώματι ἔχων· καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν μετήγαγε διὰ τὸ τοῦ θαύματος μέγεθος. Ἐξάγει οὖν αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ τῇ ξίφους καταδικάζει τομῇ. C

Hæc quin sit Actorum prolixiorum Synopsis, vix equidem dubito: ea dum adhuc desiderantur, Latinam accipe ipsius Epitomes translationem. E

quo notantur varia ejus tormenta,

3 Hic Alexandro Cæsare imperante, propter fidei Christianæ professionem a Simplicio Præside Cappadociæ, (nam et ipse Cappadox erat) comprehensus, ad idolorum fanum, ut iis sacrificaret, ductus est. Verum non passus persuaderi, magis etiam explosit idola et irrisit. Qua de causa in eculeo suspensus cæditur, et in ardentem fornacem conjicitur: sed gratia Christi cum illæsus permaneret, rursus ad templum idolorum, eo tempore quo Pagani sacrificia offerebant, trahitur: qui ubi ad aram accessit, illam evertit. Continuo igitur in sartaginem accensam, oleoque ac pice et adipe bullientem conjicitur: quam cum duos dies fortiter tolerasset, inde sanus salvusque, nulla corporis parte ustulatus exivit. Quo ingenti miraculo multos infideles ad Christi fidem adduxit: propterea que extra urbem eductus, capitali sententia ad securim damnatur.

patriaque et palæstra Cappadocia.

Hæc ibi, Urbem quidem nullam nominando, facilem tamen conjecturam relinquendo, quod ea fuerit Cæsarea; *quia in hac solitum Provinciæ Præsidem Romanum residere, intelligimus ex eo, quod ipsa deinde fuerit* Cappadociæ Metropolis: *nam dispositionem politicam sequi solebant Christiani in Metropolibus eligendis. Alius ab hoc est* Thespesius junior, *ex urbe Galatiæ Gangra oriundus, qui cum patre Eustachio in persecutione Maximiani Nicææ in Bithynia martyrium est passus, recoliturque* XX *Novembris, etiam Martyrologio Romano inscriptus; cujus similiter Acta requirimus, et inveniri optamus.* F

D. P.

DE SANCTIS MARTYRIBUS PERUSINIS,

GRATINIANO ET FELINO,

ARONAM IN INSUBRIA TRANSLATIS.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Acta in Aronensi monasterio composita, et bifariam dividenda.

SUB DECIO.

Aronense Ord. Bened. cœnobium

Arona peropulens emporium, *ut Tristanus Chalcus lib. 7 loquitur, ad Verbanum apud Insubres lacum sita* (*non vero inter Comum et Bergomum, uti mihi alias, de Episcopis Mediolanensibus agenti, ad nomen Theobaldi istic sepulti, imposuit quædam similitudo nominis cum* Airano) Arona, *inquam, Mediolano distat minus quam* XL P. M. *Ipsum, jam inde a temporibus Otthonis II Imperatoris, nobile habuit Benedictini Ordinis monasterium: de cujus conditore ibidem in Ecclesiæ membranis leguntur descripta, per modum Epitaphii, carmina nonnulla, quadamtenus quidem, necdum tamen perfecte rythmica; talia*

A *talia vero, qualia demonstravimus seculo* X *atque* XI *in usu fuisse, priusquam ipsa seculo* XII *ad summam perfectionem adduceret Leo iste, unde nomen Leoninorum versuum acceperunt. Refert illa carmina Carolus Novariensis Episcopus, in sua Novaria agens de Arona ; propterea quod hanc credat ad suam diœcesim olim pertinuisse, licet deinde Mediolanensi cesserit ; refert autem ea pag. 78 hoc tenore, paulum ex verosimili conjectura correcto.*

conditum a Principe Adamo.

Membra sub hoc tumulo requiescunt Principis, [Adæ,
Qui quoque dum vixit clarus in orbe fuit.
Bellator fortis fortes perterruit hostes
Mœnia, Roma, tua arma * timuere sua,
Jura dabis terris, quæ quondam florida cunctis ;
Hic tibi quod voluit fecit, et indoluit.
Hic Regem dira multis placavit ab ira,
Clarus erat cunctis omnibus iste modis.
Hos Perusina Sanctos adduxit ab urbe,
Et statuit templum hoc in honore Dei.
Fecit cœnobium, sub normæ, tramite dignum,
Sufficiens victum Fratribus esse dedit ;
Quo Regi Regum valeant servire per ævum,
B Et Dominum rogitent quo sibi det requiem.

* Timere

2 Adamum *hunc videtur prælaudatus Tristanus Chalcus, lib. 6 Hist. Mediolan. lib. 6 ad an.* 968, *inter eos numerare, quibus* Ottho II, *defuncto patre in Italiam veniens*, dum Cassiani moratur, concessit possessionem legitimam earum rerum atque urbium, quas in Italia possidebant ; cujus rei, *inquit*, Archetypam tabulam in Ticinensi Bibliotheca vidimus. *Quod autem, in Historia translationis mox danda, illius faciendi fundandique monasterii auctor vocetur* Amizo, *non magnopere me angit, neque cogit ut binominem fuisse illum dicam ; cum unum idemque nomen credi possit* Adam *et* Amizo, *formatum ex nomine priori, per aphæresim primæ syllabæ* Ad, *Italis usque adeo familiarem, sicut et terminatio diminutiva*, izo. *Sic ex* Adalberto *vel* Adalberone *factum videtur* Albizo ; *ex* Odeberto, Obizo, *ubi etiam intervenit ultimæ syllabæ truncatio per quam ex* Bonifacio, Bonizo ; *ex* Gebehardo Gebizo. *Longe* [illegible]. *Sunt qui etiam pro* Amizone, *scribunt* Obizonem. *Sed hoc ut diversum est nomen, ita diversam signare personam existimo ; exinde vero natam confusionem, quod* Adami *seu* Amizonis *filius aliquis aut nepos* Obizo, *eidem Aronensi Abbatiæ multa contulerit beneficia, ob quæ* [illegible] *habetur.*

alias Amizone dicto,

3 *Ut ut est, prior iste sub Otthone I Romam copias forte duxisse, et Porticum Paulinæ Basilicæ incendisse, si non possit, certe non satis prohibuisse ; sub* Otthone *autem* II, *inflictæ sibi divinitus pœnæ remedium invenisse Perusii ; indeque allatis* Sanctorum Gratiani atque Felini *corporibus, struxisse atque ornasse cœnobium perhibetur : et additur :* Actum est hoc anno Dominicæ Incarn. DCCCCLXIII. Indictione VII, Regni vero Domini secundi Ottonis XVIIII, Imperii autem ejusdem XII. *Uterque hic annus annum Christi notat* DCCCCLXXIX, *unde perplexi hærent Aronenses, quid censeant de prænotato* DCCCCLXIII ; *eo magis, quod cum tali anno componi soleat* Indictio VI ; *sed hæc tantum currit usque ad Septembrem, a quo capta fuit numerari* Indictio VII. *Hujus Indictionis mense tertio, videlicet Decembri, Otto I Romam cum exercitu venit, Synodum coegit, deposito Joanni XII Leonem VIII substitui fecit; quo tempore Paulina porticus potuit sic conflagrasse, ut ipsum quoque illius tectum vetustum, haud parum inde passum sit, ruinæque mox factæ præparatum. Memoriam hujus ruinæ eamque mox secutæ reparationis, in restaurata similiter Porticu positam, recitat Joannes Severanus, in opere de VII Ecclesiis Urbis parte 1 pag.* 394 ; Leoni *quidem* III *illam adscribens, sed absque ulla verosimilitudine. Etenim Anastasius Bibliothecarius, minutissime ac prolixissime enumerans sarta tecta ab illo* Leone *curata, et plurima ejusdem in Basilicam Paulinam collocata donaria atque ornamenta, nihil dicit de reparatione tecti. Hæc autem nec alteri cuiquam consequentium* Leonum *potest cum fundamento adscribi, usque ad prædictum VIII ; mox quidem a sua ordinatione per seditiosos Romanos expulsum, sed satis cito ab Imperatore restitutum, ut toto quo reliquo supervixit anno* DCCCCLXIV, *et trimestri sequenti, absolvere opus deproperatum potuerit, juxta prædictam memoriam, quæ sic habet* . D

qui [illegible] *sub Otthone I, de incensa porticu S. Pauli* [illegible].

quam mox Leo VIII restauravit,

[illegible]

4 Exultate, Pii, lacrymis in gaudia versis,
Et protectori reddite vota Deo ;
Cujus sic tenuit resolutum dextera tectum,
In vacuum ut caderet tanta ruina solum ;
Solum ut invidiæ Princeps tormenta subiret,
(*Ottho videlicet, cujus Duci ac Militi damnum imputabatur*)
Qui nullum ex ampla strage tulit spolium.
Nam potiora nitent reparati culmina templi,
Et sumpsit vires firmior aula novas ;
Dum Christi Antistes cunctis Leo partibus ædi
Consulit, et celeri tecta reformat ope ; E
Doctorem ut mundi Paulum plebs sancta beatum
Intrepide solitis excolat officiis....

testibus versibus in ea positis.

Sequebatur commendatio fidelis laboris, a Felice Presbytero *et* Adeodato Levita *istuc collatæ, versibus quatuor dissimilis maleque tornati metri, ideoque hic prætermissis; cum jam satis ex allatis constet, causam esse cur* Leoni VIII, *nullam cur* III *opus istud adscribatur. Interim cum habeamus justificationem Æræ et Indictionis superius notatæ ; apparet, quod eidem quoad gesta sub Ottone I fideliter transcriptæ, imperite appositus fuit annus Regni et Imperii Ottonis II, fundationi Aronensi seu potius Translationi corporum Sanctorum separatim adscribendus. Nunc ipsam Translationis historiam accipe, uti Aronæ nobis descripta est, ex veteri nostrorum nunc ibi Patrum membrana, nonnihil per conjecturam correcta.*

Item Amizo an. 979 sub Otthone 2.

5 Multorum itaque temporum, *post* [illegible] *Martyrum passionem*, [illegible] curriculo, accidit ut Comes Amizo, [illegible] incola, Dux Imperialis exercitus sub primi Ottonis imperio [illegible], ex Militibus [illegible], Regi [illegible] ignoto judicio, combureret porticum S. Pauli Apostoli. Cujus reatus ipse * periculum sustinens ; *ut qui auctores sceleris non satis castigavit (sic enim facti invidiam videtur Auctor, lenitam voluisse, licet plus* [illegible] brachii et dexteræ [paralysi tactus], *idque istius delicti vindictam divinitus immissam interpretatus*, remedium quæsivit ex tam nefario opere. Quo perculsus timore, et Matris Ecclesiæ offensæ dolore ; non longo post tempore, Secundo Ottone Imperatore, invenit Perusiæ quod quæsierat, se perditum gaudens restaurare ex Salvatoris [illegible]. Unde [illegible] operante virtute, ejusdem civitatis Episcopum, cujusdam tam culpæ [illegible] tremore. Sed quia Miles seculi Miles maluit effici Christi, non destitit impetrare, quod animo ardebat implere. Pretiosorum corpora Martyrum Gratiani et Felini postulavit ; quæ, quod mirabile est, movere nullatenus potuit, priusquam fide obnixe firmavit, se in patriam suam cum magna reverentia ducturum ; ibique cœnobium quod inceperat, ad honorem eorum, ædificaturum ; ubi reverentissime Patris Benedicti divinitus celebrarentur officia ; quem Pontifex suppliciter imploraverat [illegible] quam vellet suscipiendo pecuniam, redderet delinitam : a quo id non poterat extorquere, nisi Sanctorum corpora quæ petierat, et ex Christi amore postulaverat, danda firmaret ; et quia aliter efficere non potuit,

Perusii sanatus ab inflicta sibi pœna,

* Opere

Martyrum corpora ab Epis[copo] petiit

A tuit, potius quam reatus sui probaret periculum, promiserat dandum. Inito autem consilio, evocatis militibus silentio præcepit, ut, ignorante populo, Sanctorum corpora, ab ecclesia quæ est sita juxta Tiberim fluvium, haud procul ab eadem urbe, in qua tumulata jacebant, levarentur ac Duci traderentur. Sed ea nocte, qua hæc fiebant, nuntiatum est urbi, tantum thesaurum auferri ab eis. Qui cum magna festinatione persecuti sunt Comitis milites. Sed percussit eos Dominus cæcitate magna, Sanctorum amore et eorum liberatione, et ita ad propria tristes et confusi remeati sunt, quod tam pretiosis corporibus essent privati. Ipse autem Comes Episcopo de Imperatore, fideli animo, ut promisit, omnia complevit, et tanti thesauri pignora duxit ad dicta dilecta loca * : ubi usque hodie illorum clarent miracula, quorum patrociniis, Christi opitulante gratia, mereamur gaudere per infinita secula. Amen.

atque Aronam transtulit,

6 *Ad signum *, linea antepenultima notatum, in margine adscribatur* — videlicet ad castrum quod Arona dicitur, in quo et cœnobium in honore eorum ac Salvatoris Domini extruxit, juxta ripam Laci majoris. *Sed intelligi debet pridem ad* Salvatoris honorem *extructum, scilicet statim a suscepta admissi sacrilegii pœnitentia perfectum fuisse etiam* ad Sanctorum honorem, *illatis illuc corporibus, ob valitudinem tractu, eorum intercessione receptam. Qui autem Corpora sancta donavit Episcopus, certo nequit nominari. Nam Ughellus, Joannem quidem nominat, Otthonis I Constitutionibus subscriptum, anno* DCCCCLXIV; *sed paulo post obiisse ait, neque invenit successorem nisi Cononem, anno* DCCCCXCIX *ordinatum. Fuerit ergo intermedius aliquis, qui quo suo malo merito incurrerit indignationem junioris Otthonis, nihil attinet divinare; mature tamen sibi consuluit, quæsito Amizonis patrocinio, cum forte hac Perusia transiret, Roma revertens; non jam ab expeditione militari, sed a votiva peregrinatione suscepta sanitatis recuperandæ ergo, quam is reperit Perusiæ aut prope eam in vicina juxta Tiberim ecclesia, cujus nunc memoria nulla superest, et in qua tunc sancta Corpora jacebant. Dixi, Episcopum mature sibi providisse de patrocinio, compulsum timore Imperatoris denuo venturi in Italiam, ad compescendos Saracenos, in Apuliam Calabriamque immissos a Basilio II Græcorum Imperatore; atque ad vindicandam dotem, uxori suæ Theophanoni a Joanne Zemisce istic assignatam.*

et veniam illi impetrat Imperatore irato.

B

C 7 *Tali porro occasione ac tempore fundatum et sacris Reliquiis munitum Cœnobium, quamdiu sub Regularibus Abbatibus manserit, incompertum hactenus manet. Novariensis Episcopus Carolus asserit, posteriori tempore solitum fuisse primariis viris commendari; qualis fuit Hieronymus Calagrani, Pontificius Cubicularius secretus, quando anno* MCCCCLXXXIX *restaurata ecclesia est, Sanctorumque prædictorum corpora sub præcipuo altari, sub quo etiam nunc requiescunt, fuerunt collocata, inscriptis hisce litteris*: Sanctissimorum Martyrum Gratiniani et Felini corpora, sub Decio Cæsare passa; Imperatore Ottone II divinitus e Perusia huc advecta; æde instaurata, ad hanc aram pie translata et hic condita, anno Sal. MCCCCLXXXIX, sedente Innocentio VIII Pontif. Max. Jo. Gal. Sf. Vicec. Duce Med. VI, Jo. et Vital. Borromæis Aron. Comitib. Hier. Calagrani Papien. Cubicul. secreti, cœnobii Præfecti, jussu et impensa. *Qui porro tunc Comites Aronenses erant Borromæi, ipsam quoque Abbatiam, a familia Ferraria Vercellensi aliquamdiu detentam, in suæ gentis jus translatam tenuerunt,* donec S. Carolus, Archiepiscopus Mediolanensis, ipsam cum amplissimis aliis sacerdotiis, illustri admodum Christianæ moderationis exemplo, dimisit, *inquit Carolus Novariensis,* ac Patribus Societatis Jesu tradi curavit : quos in Braidensi ecclesia Mediolani, ad publicum civitatis D salutareque commodum, poni curaverat, qui Patres Aronæ divino cultui, ac incolarum utilitati salutique, certis conditionibus adjectis, inservirent : ii autem Collegium ibi constituerunt, in quo Religionis Novitii probarentur.

Deinde an. 489 sub Abbate commend.

translatæ sunt ad novam arcam corpora;

ac denique locus Jesuitis traditus;

8 *Apud hos servatur etiamnum vetus codex Membraneus, Sanctorum Legendas continens, interque eas Acta* SS. Gratiniani et Felini, *pro* Kalendis Junii, *quibus coluntur. Eorum se exgraphum habuisse protestatur Carolus Episcopus, cum anno* MDCXII *Novariam suam ederet; habuit etiam illud Philippus Ferrarius, sequenti mox anno excudi faciens suum Sanctorum Italiæ Catalogum; miraturque quomodo Baronius, qui verosimiliter auctor fuit, ut in Martyrologio Romano, Gregorii XIII jussu reformato legeretur,* Perusiæ SS. Martyrum Felini et Gratiani Militum, qui sub Decio genus omne martyrii pertulerunt ; *ac deinde, mutata post triennium phrasi,* qui sub Decio variis tormentis cruciati, martyrii palmam gloriosa morte perceperunt. *Miratur, inquam, et merito miratur Ferrarius, quomodo Baronius, in suis ad idem Martyrologium Notis, citet* Monumenta Ecclesiæ Perusinæ, quæ *inquit*, manuscripta accepimus ; cum Perusiæ nulla extet horum Martyrum memoria. *Actorum quoque notitiam nullam ibidem extare, vel inde probatur, quod Perusini scriptores, pro eo ipso tempore, pro quo illa faciunt Episcopum* Florentium, *nullum alium noverint quam* Decentium, *nominatum in Actis* S. Florentii et Sociorum Martyrum. *Hæc autem Acta, cum verbotenus eadem sint cum Actis* SS. Secundiani Marcelliani *et* Veriani *Patronorum Tuscanellensium, qui coluntur* IX *Augusti; et solis Martyrum locorumque nominibus diversa: rursus fuisse transformata et Aronensibus hisce Patronis aptata, mutata tamen phrasi et pluribus novis circumstantiis additis, vehementer miraremur; nisi compertum experientia haberemus, quam sæpe et facile superioribus seculis facta sit ejusmodi commutatio; volentibus subinde Monachis quibusdam, magis piis quam doctis, undecumque potius mutuari suorum Patronorum Legendas, quam fateri se nullas a majoribus accepisse.*

apud quos servatur Codex MS. in quo Acta,

allegata Baronio,

sed pro parte sumpta ex Actis S. Florentii,

9 *Talem circa annum* XX *hujus seculi, transcriptam sibi Arona accepit noster Heribertus Rosweydus, pro præsenti quod meditari et promittere cœperat opere. Eamdem deinde, absque historia Translationis, quam supra dedimus, quamque recentiori manu Codici antiquiori insertam esse, testatur quidam ex nostris, post eamdem Legendam Italice redditam, atque Bollando nostro missam anno* MDCLIX : *et argumentum inde sumit credendi, quod liber ipse, una cum sanctis Corporibus, fuerit Perusia allatus Aronam. Sed neque persuadere mihi possum, ipsammet Legendam* SS. Florentii et Sociorum, *quam dixi et mox ostendam,* SS. Gratiniano atque Felino *fuisse aptatam, non esse recentiorem Aronensi fundatione; neque omnino inducere valeo animum ut credam, tam projectæ adfingendum impudentiæ fuisse Perusinos, ut uno eodemque tempore legerent in suis ecclesiis Legendam duobus Sanctorum Martyrum paribus, sub sola nominum diversitate, communem; esto decipi potuerint ab aliquo, qui* S. Florentio *et sociis Perusiæ passis aptavit Acta* SS. Secundiani et Sociorum, *Centum-cellis ad mare passorum; sicut postea decepti sunt Aronenses.*

neque valde antiqua.

F

10 *Interim eorum compendium habemus, tam in veteri Mediolanensi Breviario anni* 1539, *in tres divisum Lectiones; quam in reformato anni* 1635, *contractum ad unam. Et in veteri quidem etiam duplex Oratio propria præscribitur, quarum prior hæc est :* Deus qui hunc diem victoriosissimo Sanctorum Martyrum tuorum Gratiniani et Felini certamine decorasti; fac quæsumus omnes, ad eorum festivitatem devote confluentes, illorum meritis veniam assequi, quam dictis

Cultus etiam Mediolani :

A suis diffidunt posse promereri. *Atque ex hoc Breviario censeo potius, quam ex ullis Perusinorum monumentis, illata in Gregorianum Martyrologium nomina commendationemque tormentorum. Qualia autem ipsa sint Acta, unde Lectiones Breviarii sumptæ, juvat ipsismet verbis productis cognoscere, conferendo ea cum Actis* SS. Secundiani et Marcelliani *infra producendis. Solum hic addiderim, pro* Gratiniano, *Romani Martyrologii Amplificatoribus obrepsisse* Gratianum ; *et qui in Actis Aronensibus* Felinus *semper dicitur terminatione diminutiva ex nomine* Felicis, *quantum possum conjectare ; quasi* Felicinus) *in Kalendario Missalis Mediolanensis anni* 1522 Fininum, *in Breviario vero anni* 1539 Filinum *scribi, et utrobique ante* Gratinianum *nominari : quod utrumque ex Aronensium usu correctum fuit, in Kalendariis et Breviariis annorum* 1582 *et* 1635 : *scriptumque* Felini et Gratiniani. *Porro, si vera est conjectura,* Felinum, *pro* Felicino *Perusinis dicto, Aronensium usu obtinuisse ; haud absurda foret etiam altera, qua putaretur* Pontem-Felcino *vulgo nuncupatum, Tiberique instratum, ultra secundum ab urbe Perusia milliarium versus Euroboream, nomen habere a vetusta ibidem* S. Felicini, B *Aronensibus* Felini *dicti, ecclesia ; ex qua Sanctorum corpora acceperit* Amizo. *Atque ita eorum notitia et cultus Perusinis venerit in oblivionem ; maxime si nulla ibi jam amplius remansit ecclesia vel capella ; aut, si qua loco superest, ea in alterius Sancti titulum ac patrocinium pridem transiit, uti sæpe consuevit fieri. Simili fortassis modo exolevit notitia et cultus* S. Gratiniani *in eodem territorio Perusino : cujus tamen vestigium supersit in nomine loci, vulgo* Rocca-Gratian *dicti, quem Chorographica regionis istius tabula ponit Perusiæ ad meridiem, intervallo trium milliarium, ad occiduam Gennæ fluvii ipsam urbem prælerlabentis ripam ; vel potius in loco* S. Griciniani, *eadem in tabula nominato, quinque milliaribus in Boream ex altera parte civitatis.*

an olim Perusii ad Pontem-Felcini?

et Roccam Gratiani?

ACTA APOCRYPHA

Ex vetere MS. Passionali Aronensi.

PARS PRIOR

De Sanctorum conversione, et confessione intrepida ante tribunal,

C *Sumpta ex Actis SS. Secundiani et Sociorum, in Acta SS. Florentii et sociorum licentius transformatis.*

Sanctissimornm Martyrum, Gratiniani scilicet et Felini, passiones et certamina scripturi, cum et ipsi a cunabulis essent Pagani, quo ordine ad agnitionem Christianæ fidei pervenerint, in prima fronte referendum, aptum censuimus : quatenus inde, velut a fundamento, narrationis solidius ædificium surgat *a*.

a

b

Persecutione suscitata sub Decio et Valeriano,

2 Cum igitur Decius *b* Cæsar Romani Imperii monarchiam esset adeptus, instinctu diaboli, contra Christianam Religionem, gravi admodum exarsit odio. Valerianus quoque Præfectus, persecutor crudelissimus, erat Christianis valde infestus ; et in eorum necibus, tamquam ferocissima bellua, grassabatur. Imperator ideo, cum eodem Valeriano Præfecto, legem sanxit, ut ubicumque Christiani invenirentur, ad idolorum sacrificia continuo compellerentur ; ac, si resisterint, diversis lacerati pœnis interirent. Sancti autem Dei Martyres, inexpugnabilibus fidei armis imbuti, Christique amore inflammati, eorum tyrannidi repugnabant interriti ; miroque modo quanto atrocius puniebantur, tanto roborati Dei adjutorio, et spe æternorum gaudiorum arrecti, ad pœnas, quasi invitati ad epulas, læti festinabant. At sævus Paganorum furor de Sanctorum patientia, unde sedari debuit, gravius exarsit, eos diverso tormentorum genere dilanians. Alii namque familiaribus privati rebus, proscriptione damnati, alii exilio deputati, alii carceribus mancipati, alii ferreis nexibus stricti, alii verberibus secti, alii vivi decoriati, alii detruncatione membrorum deformati, alii ferarum morsibus dilaniati, alii plumbatis cæsi, alii laqueis strangulati, alii aquis submersi, alii ignibus exusti, alii gladiis transverberati, et quidquid insuper crudelitatis carnificum sævitia excogitare potuit perpessi sunt. *c* D

Ex MS.

c

eorum instigatores Gratinianus et Felinus,

3 Præfati autem viri Gratinianus et Felinus, cum adhuc essent Paganis irretiti erroribus, etiam ipsi Christianos persequebantur, contra eos Cæsaris et Præfecti animos crebris suggestionibus et consiliis instigantes. Erant quippe nobilitate conspicui, et mundanæ sapientiæ disciplinis apprime eruditi : unde grandi honore in palatio habebantur, et magna familiaritate apud Imperatorem et Præfectum utebantur, eorumque consultu Reipublicæ negotia sæpius ordinabantur *d*. Illis ergo, ut prædiximus, gentili errore diutius occupatis ; tandem divina pietas, E quæ omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem suæ veritatis venire, cum eos ad vitam præordinatos sciret, tali ordine ad fidei suæ notitiam perduxit. Gratinianus *e* siquidem, cum quadam die contra Christianos, solito more, Valeriano Præfecto consilium præberet ; subita supernæ visitationis gratia, quasi quodam sole illustratus, cœpit animo pertractare Christianorum constantiam ; quomodo idolorum culturas abominarentur, et temporales pœnas non solum contemnerent, sed potius pro Christi nomine amplecterentur. Perpendens igitur, eos, sine quadam magna spe præmiorum, tam gravia nullo modo pati posse ; illico Felinum, utpote familiarem et prudentem virum, accersiri curavit, cum illo collaturus quæ animo conceperat.

d

e

miratus constantiam Christianorum,

causam ejus inter se quærunt :

4 Post multimodas ergo confabulationes, et philosophicarum quæstionum disputationes, Gratinianus de Christianis intulit dicens : O amice, miror nimium, cur Christiani tanto desiderio tormentis affici, et pro Christo mori exoptant : suspicor enim eos post mortem aliquid sperare. Felinus respondit : Tu forsitan suasionibus eorum seductus, Christianus fieri, et ad exemplum eorum cruciari et mori desideras ? Gratinianus, inquit : Fateor me in Christianæ religionis amorem aliquatenus animum inclinasse. Felinus dixit ; Ex qua occasione ? Gratinianus respondit : Quia dicunt, post mortem, alteram vitam esse, hac mortali multo præstantiorem, nullo fine terminabilem, indeficienti lumine coruscantem, inæstimabili deliciarum copia affluentem ; in qua animæ, quæ fidem Christi observant, inenarrabili dulcedine satiantur ; illi autem qui contra Christum sentiunt, inextinguibilibus flammis traduntur. Resurrectionem quoque corporum in fine mundi, et judicium futurum affirmant ; in quo judicio omnes, qui Deos quos colimus adorant, perpetuis inferni cruciatibus damnandos asserunt ; Christi vero cultores, æterna beatitudine remunerandos. Quoniam ergo melius est, post mortem vita perfrui beata, quam inferni pœnis cruciari ; idola contemnere, et in Christum credere desidero.

et Gratinianus eis se accessurum professus,

5 Felinus dixit : Si hæc ita veraciter esse, ulla mihi ratione potueris approbare, ipse quoque Christianus fiam. Tunc Gratinianus, gaudio repletus, ait : Miror prudentiam tuam illos putare Deos, qui arte hominum fiunt, qui muti et surdi probantur, qui nullo sensu vigent. De Christi autem divinitate noli dubitare, in cujus gestis legitur, quod cæcos illuminasset, dæmones effugasset, mortuos suscitasset, et innumera

idem persuadet Felino :

A innumera miracula fecisset; postremo, cum sua sponte mortuus et sepultus esset, resurrexisse et ascendisse in cœlum, nullo modo dubitetur. His Felinus auditis, etiam ipse credidit.

Ex MS.

f

qui simul accedentes ad S. Florentium Ep.

6 Interea fama S. Florentii *f*, Perusinæ civitatis Episcopi, pervenit ad eos. Ipse autem S. Florentius, tunc temporis persecutionis impetum paulisper declinans, latebris quibus poterat seipsum occultabat; non autem metu passionis, sed potius ut Sanctorum animos, quos in tormentis deficere formidabat, confortaret; et eos qui de idololatria ad Christianitatem transfugerant, sacri baptismatis unda ablueret. Ad hunc ergo Gratinianus et Felinus venientes, prostrati cœperunt osculari pedes ejus, dicentes ad eum; Sanctissime Præsul, miserere nostri, et illumina nos servos tuos, ut viam veritatis possimus agnoscere, et ad vitam æternam mereamur pertingere. Ille autem, fidei eorum congratulans, dixit; Si indubitanti animo ad fidem D. N. Jesu Christi accedere desideratis, consequens est ut primum abrenuntietis idolis, deinde in confessione et fide veri Dei, sacro baptismate, ab idololatriæ sordibus expurgemini. At illi cum lacrymis dixerunt: Jam quidem, B abdicata simulacrorum superstitione, Christum verum Dominum credimus et confitemur: sed nos miseros, qui hactenus, vero Deo contempto, idola falsa, surda, et muta adoravimus; et ad voluntatem Cæsaris et Præfecti, tot Domini Sanctos cruciavimus, quid facturi sumus? Quos S. Florentius blande consolans; Desinite, inquit, contristari, nec metuatis: credite tantum, et baptizabimini, et accipietis remissionem peccatorum vestrorum. Quibus plenius de fide instructis, ait; Crastino ad me revertimini, ut baptismum salutis et fidem Christi accipiatis.

idololatriæ renuntiant

g

baptizatique et chrismate uncti,

h

7 Eadem autem die Valerianus Præfectus fecit apprehendi cum *g*, et diutissime cruciatum jussu Cæsaris detrusit in carcerem. Gratinianus vero ac Felinus iis compertis, ad quemdam Presbyterum nomine Timotheum *h*, virum æque sanctissimum, festinantes perrexerunt. Quos cum ille inopinate introeuntes vidisset; suspicabatur eos ad se comprehendendum, et ad martyrium ducendum venisse. At ipsi, ex morte salutantes eum, ceciderunt ad pedes ejus, dicentes; Rogamus te, per omnipotentem Deum, quem tu prædicas, ne tardes nos baptizare. Tunc B. Timotheus, gaudio repletus per omnia, secundum Catholicam fidem catechizavit eos, et in nomine Trinitatis baptizatis, Ite; inquit, ad B. Sixtum *i*, Romanæ Ecclesiæ Episcopum; et ipse vos C Chrismate sancto confirmans, signaculo Christi consignabit. Qui jussa ejus ocyus exequentes, a S. Sixto confirmati ac consignati sunt. Eodem autem die in domos suas regressi, facultates suas pauperibus erogare cœperunt.

i

8 Cum hæc ita agerentur, et jam non parum temporis elluxisset, cœpit mirari Præfectus, cur SS. Gratinianus et Felinus redeundi ad palatium tamdiu moras innecterent; scripsitque ad eos epistolam, hæc continentem. Valerianus Præfectus Gratiniano et Felino, amicis et consodalibus carissimis, salutem. Vobis igitur, o amici, vestram præsentiam tanto tempore subtrahentibus, in quamdam nos solicitudinem, misistis: putavimus enim vos aut forte infirmatos, aut certe aliquos Christianos in custodia constrictos habere. Nunc ergo, quia respublica vestro consultu opus habet, ad nos maturius venire ne tardetis, rogamus. Perlectis itaque litteris, SS. Gratinianus et Felinus dixerunt ad ceteros qui secum erant Christianos: Cognoscite, Fratres, nostræ resolutionis tempus instare: induti ergo armis fidei, præparemus nos ad bellum. Memores estote præcepti D. N. Jesu Christi, dicentis; Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Erant autem cum illis isti quinque, D ipsi quoque in eodem tempore in nomine Trinitatis baptizati, videlicet Marcellianus, Faustinus, Fortunatus, Justinus, et Virianus.

accersuntur ad Præfectum,

9 Cum ergo se invicem ad martyrium cohortarentur, Sancti Gratinianus et Felinus dixerunt, Nos ibimus ad palatium. Marcellianus ceterique responderunt; Et nos pergemus vobiscum, pro nomine Christi quæque tormenta sustinere parati. Diluculo igitur omnes pariter surgentes, profecti sunt ad palatium *l* Calisti, ubi id temporis Decius Cæsar et Valerianus Præfectus metabantur. Sanctis autem Gratiniano ac Felino ad Præfectum ingressis, dixit Præfectus: O viri eloquentissimi, verane sunt quæ audivimus de vobis! At illi, Quid? inquiunt. Quia, inquit, magicis Christianorum artibus seducti, facti estis Christiani; ac Diis omnipotentibus contemptis, adoratis Christum, qui propter superstitionem suam a Pilato crucifixus, mortuus et sepultus esse traditur. Sancti Dei responderunt: Et quare, cum dixisti crucifixum, mortuum et sepultum; non addidisti, quia surrexit et ascendit ad cœlos? Valerianus dixit; Vere, ut video, Christiani estis. At illi incunctanter responderunt; Vere, Christiani sumus. Præfectus autem; Nolite, ait, E o amici, clementissimi Principis gratiam, et amicitiam nostram perdere. Sancti Dei: Amicitia tua tecum sit: nos illa opus non habemus, quia Deo inimica esse dignoscitur. Valerianus subridens ait: Cessate ab hac stultitia, antequam veniatis ad tormenta. Christi autem milites imperterriti responderunt: Cessa tu, miser, ab insania tua, et ab effusione sanguinis Sanctorum innoxii, antequam inextinguibilis gehennæ incendio tradaris: noveris autem nos tormenta tua omnino non timere.

eique cum sociis se sistunt,

l

ac fidem intrepide profitentur:

10 Tunc Præfectus, furore commotus, jussit eos trudi in carcerem. Cumque a ministris ducerentur; *m* Sancti Marcellianus ceterique socii cœperunt publicis vocibus clamare, Ut quid innocentes isti injuriantur? Si forte pro Christi nomine, et nos Christiani sumus. Qui mox jubente Præfecto comprehensi sunt, et pariter missi in carcerem. Illis vero in obscurissimum carcerem detrusis, ecce subito lux cœlitus emissa totum carcerem ingenti claritate illustravit. Erant autem ibidem et alii Christiani catenis coarctati: e quibus unus nomine Feciolus, qui jam sex menses habebat in carcere, audiens Sanctos Dei introeuntes, cœpit clamare; Qui sunt isti servi Dei, intrantes tabernaculum servorum Dei? S. Felinus dixit: Speramus de Christi clementia, quod nos quoque in sortem servorum computare dignabitur. Feciolus autem, cum F lucis splendorem videre nequiret, dixit ad S. Felinum; Extende manum tuam ad me; quam protinus extendit. Quam cum Feciolus attigisset, et ipse vidit lumen, et dixit: Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum! sicut unguentum descendens de capite in barbam, barbam Aaron: et descendat super nos benedictio Dei. Et responderunt omnes, Amen.

m traduntur carceri,

ibique illuminant cæcum

Psal. 132

11 Interea Valerianus Præfectus, ad Decium Cæsarem ingressus, ait; Suggero Pietati vestræ, Gratinianum et Felinum, vestræ Sublimitatis ministros, Christianos effectos. Imperator respondit: Qua ratione credam quod asseris? ipsi enim Christianis semper erant infensi, et pœnas ei inferebant: quomodo ergo fieri potuerunt Christiani? Præfectus dixit: Per salutem vestram, sine dubio Christiani sunt: ego jam eos misi in custodiam eo quod Reipublicæ jussa contempserunt. At Decius Cæsar: Fac eos, inquit, cum honore, ut soliti erant, aspectibus nostris præsentari. Tunc Valerianus Præfectus, missis ad carcerem ministris, Sanctos Gratinianum

præsentati Decio Imp.

A tinianum et Felinum, absolutos vinculis, ante Cæsaris tribunal fecit adduci. Quibus introductis, Decius Cæsar ait; Jam diu præstolati sumus, putantes vos aliqua nobis de Christianis suggesturos, qui Deorum et Reipublicæ desertores, Imperii nostri quietem turbare nituntur; sed, ut jam diu comperimus, vos eorum magicis artibus seducti, facti estis Christiani, et Deorum culturam contemnitis, ac jussa nostra et publicas leges pro nihilo ducitis.

dem tuentur,

12 Cui Sancti Dei respondentes, dixerunt : Hactenus nos miseri, publicis legibus servientes et jussionibus vestris obtemperantes, multa mala commisimus, scilicet multum sanguinem Sanctorum effundendo, unde tartareo plecti meruimus supplicio : verum per misericordiam Dei jam indulgentiam consecuti, ulterius ad hæc scelera præceptis tuis parere non possumus. Decius dixit: Jam palam est vos ad Christianam superstitionem declinare. Christi milites responderunt: Nos non ad superstitionem, ut tu dicis sed ad religiosam veri et omnipotentis Dei culturam declinavimus. Imperator dixit, Nolite in hac pertinacia remanere: sed accedentes, Diis, secundum piissimos ritus, libamina offerte. Sancti Gratinianus

B et Felinus responderunt: Stulta suades, o Imperator, ut qui semel ab idolorum sordibus mundati sumus, eorum cœno iterato, veluti sues nos immittamus. Sine dubio autem te nosse volumus, quod posthac idolis surdis et mutis, quibus semel abrenuntiavimus, cervices numquam inclinabimus. Decius Cæsar dixit: Publicam Deorum blasphemiam publicis necesse est vindicare tormentis. Sancti Dei dixerunt: Ne putes nos minis tuis terreri: tormenta tua pro deliciis computamus, quæ nobis etiam nunc refrigerium parant, tibi autem perenne incendium. Tunc Decius, nimio furore succensus, dixit ad Valerianum Præfectum; Istos profanos, qui publice Deos blasphemant, et nobis tormenta minantur, jubemus vivos excoriari, et eorum coria igne comburi, ipsos autem super prunas et cineres in carcere projici. Porro fortissimi athletæ Christi, secundum regiam jussionem crudelissime dilaniati, gratias referebant Deo, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.

atque torquentur

ANNOTATA D. P.

a *Cultior multo stylus quam sit originalium Actorum, ætatem etiam posteriorem sapit.*

C b *Cœpit* Decius *imperare anno Christi* 249, *mense circiter Majo occisus an.* 251, *ad finem vergente ; habueratque crudelitatis suæ socium* P. Licinium Valerianum, *Præfectum Urbis a se creatum; ac deinde, post illius successorumque breve Imperium, dictum Imperatorem an.* 253. *Nec enim duos* Valerianos *statuendos ostendi ad Catalogum Rom. Pontiff. agens de S. Lucio num.* 5.

c *Totus hic excursus Aronensis Auctoris est, nec in aliis Actis apparet quidquam, præter persecutionem, paucis verbis indicatam.*

d *Breviaria,* Milites *faciunt: quod secuti sunt Romani Breviarii Amplificatores, atque etiam Ferraarius: Ast* Togatum *faciunt, tam* Florentium *quam* Secundianum *Acta ipsis adscripta, idque etiam huic tenori aptius congrueret.*

e *Alia Acta* Florentii, *alia* Secundiani *nomina hic substituunt ; siculi mox, ubi hic* Felinus, *ibi* Julianus *aut* Marcellianus *nuncupatur: et utraque in argumentum adducunt Virgilianos ex Sibilla versus, Evangelioque Matthæi ac Lucæ.*

f *Tam Urbevetanum quam Perusina MSS. Sanctos suos immediate adducunt* Timotheo Presbytero.

g *Scilicet* Florentium *Episcopum : sed alia duo nihil de apprehensione cujusquam habent.*

D h *Eadem* Presbyterum *faciunt de titulo* Pastoris : *qui Titulus Romæ fuit, non Perusii : ubi et* Timotheus, *ibi* Presbyter, *sed annis* 100 *ante tempora Decii : de quo in Actis SS. Pudentianæ et Praxedis* 19 *Maji.*

ex ms.

i *Commune omnibus Actis vitium, sumptum ex Actis S. Laurentii, in hoc corruptis; eo quod persecutio, qua passus sanctus Levites est, passus dicebatur in persecutione* Decii et Valeriani *(ab isto enim cœpta, cum auxilio alterius tunc solum Præfecti; ab hoc, postea Imperatore facto, continuata est) et sic inepte compositus fuit tyrannus* Decius, *cum* SS. Sixto *et* Laurentio *Martyribus, toto fere octennio post Decii interitum superstitibus. Aronensia autem in hoc gravius exerrant, quam alia Acta; quod Perusiæ omnia gesta fingunt, ubi neque* Decius, *neque* Valerianus, *neque* Sixtus *Sedem suam habuerunt ; alia proinde multo convenientius adscribunt omnia* Urbi Romæ, *quoad usque* Centumcellas *aut* Perusiam *exules Sanctos ducunt : ibi autem tunc Pontifex erat* S. Fabianus *aut* Cornelius.

k *Urbevetanum,* Secundiano *ac* Marcelliano, *accessisse* Virianum *dicit; Perusina,* Florentio *et* Juliano *jungunt* Cyriacum, Marcellianum et Faustinum, *de quibus nos infra.*

E l Salustii Palatium, *ex Actis S. Laurentii, nominat Urbevet. Pro quo facile hic potuit obrepsisse* Calisti, *cujus Palatium nullum novimus Romæ, sed Cœmeterium cunctis nominatissimum.*

m *Urbevetanum, solum* Secundianum, *Perusina solum* Florentium, *ductum dicunt, quibus mox socii meruerint jungi, eo qui hic scribitur modo.*

n *Totus hoc art. abest ab aliis Actis : Feciolum autem istum nescio unde sumptum conjectem.*

o *Alia Acta, loco istorum tormentorum, ponunt exilii sententiam, a Decio latam ; et Urbevetana quidem,* Centumcellas ; *Perusina vero,* Perusiam *ablegant suos Sanctos, cum mandato ad Proconsulem provinciæ.*

PARS POSTERIOR

De constantia Sanctorum varie tentata, eorumque morte,

fere ex ingenio Auctoris conficta.

Cum vero reducti essent in carcerem, ecce Angelus Domini apparuit eis, dicens : Pax vobiscum, Fratres. S. Gratianinus dixit : Nos alteram pacem, nisi D. N. Jesu Christi, non credimus, pro quo et F tormenta sustinere desideramus. Angelus dixit : Hanc et ego vobis apporto : Angelus enim ipsius sum, et habeo medicinam perquam animæ vestræ curentur, fides roboretur, corpora pristinæ sanitati restituantur. Hæc Angelo dicente, sani effecti sunt, et suavissimus odor totum carcerem implevit. Tunc Sancti Dei, jactantes se ad pedes ejus, rogaverunt ut benedicerentur ab eo, acciperentque fortitudinem et gratiam, ne forte deficerent in pœnis. Angelus autem benedicens eis dixit: Qui Verbum Patris, descendens in uterum Virginis, homo fieri dignatus est, ut perditos terrigenas salvaret, et in se sperantes confortaret; ipse vos salvare, confortare, et benedicere dignetur ; ut, triumphato mundi principe, cœlesti palma digni efficiamini. His dictis Angelus ab oculis eorum ablatus est.

Sancti visitantur et sanantur ab Angelo;

14 Porro Valerianus Præfectus, existimans eos jam mortuos, duobus militibus, Superantio scilicet et Cyriaco præcipit, dicens: Ite, et cadavera illorum magorum efferentes, ex muris civitatis longius projicite. Illi ergo adeuntes carcerem, cum vidissent Sanctos Martyres splendido amictu circumfulgentes et tantum lumen circa eos, stupefacti dixerunt; O viri gloriosi

ad usque missi milites duo, visa cœlesti luce convertuntur.

A gloriosi et omni veneratione dignissimi, quos hujus *HI 98* tanti luminis claritas mulcet, quos tantæ gloriæ jucunditas fovet, quos suavissimi odoris fragrantia reficit ! At nos miseri, tanto splendore reverberati, vestram gloriam vix tenuiter sentire sufficimus. Sancti Martyres dixerunt ; Et vos quoque, si in D. N. Jesum Christum credere, et in nomine ejus baptizari vultis, hujus gloriæ, imo perennis vitæ fieri participes potestis. Superantius vero et Cyriacus, pedibus eorum provoluti, cœperunt dicere ; Credimus et confitemur, quia alius non est Deus præter Christum, qui in se sperantes tanto honore glorificat. Tunc Sancti Gratinianus et Felinus, videntes corda eorum luce fidei illuminatum, miserunt eos ad S. Timotheum Presbyterum : qui eos in Christo corroborans, et de fide plenissime instruens, baptizavit. Quibus baptizatis et ad carcerem regressis ecce Valerianus Præfectus ad carcerem progreditur, quasi mortuorum corpora (ut putabat) visurus. Inveniens autem Superantium et Cyriacum, cum S. Gratiano et Felino sedentes, et studiose meditantes gravi ira exarsit ; et jussit eos ferreis catenis custodiri in carcere, quoad usque decerneret qua pœna B eos perderet.

a Lucilla carcerem noctu illuminatum inveniens,

15 Erat autem ea tempestate quædam nobilis matrona, nomine *a* Lucilla, uxor Aspasii Proconsulis : quæ, cum non longe a carcere habitaret, audito quod Gratianus et Felinus mancipati essent custodiæ, assumpsit secum panem et aquam, et circa mediam noctem accenso lumine ingressa est interiora carceris. Videns autem omnia, quæ intus habebantur, adeo ingenti luce illustrari, ut lumen quod in manibus portabat omnino obscurari videretur, stupefacta ait ; Ecce jam septem anni sunt, quod istum carcerem notum habens, reclusis in eo necessaria ministravi, et numquam sine luminaribus intrare potui ; modo autem media nocte ingressa, supra solem invenio splendentem. Unde ista nova lux his in locis, hactenus atra obscuritate obsessis? S. Felinus dixit : D N. Jesu Christus lux indeficiens, illuminat omnes homines, in hunc mundum venientes ; qui spirituali lumine animas nostras illuminavit, ipse etiam, ad consolationem servorum suorum, ejus loci caliginem, hoc quo vides modo, pellere dignatur : ipse enim est verus Deus, creator cœli et terræ, et omnium quæ in eis sunt, cujus nutu tempora currunt, cujus odore reviviscunt mortui, cujus tactu confortantur infirmi, cujus potestas non deficit, cujus opes non decrescunt, in quem qui C credunt cœlestis regni municipatum merebuntur, contemptores autem ejus pœnis infernalibns damnabuntur.

b Christiana fieri petit:

16 Tunc Lucilla, pedibus Sanctorum provoluta, ait : Adjuro vos per Christum, facite me Christianæ religionis participem *b*, quatenus ad hanc perpetuam felicitatem, quam prædicatis, pertingere merear. Sancti Martyres dixerunt : Si ex toto corde in Christum baptizata fueris, in perpetuum salvaberis. At illa, Credo, inquit, Dominum Jesum Christum verum Deum esse, et in nomine ipsius baptizari omnimodis desidero. Tunc Sancti Dei, ejus cognito fervore, gratias agentes Deo, qui solus errantium mentes illuminat, ut viam veritatis possint agnoscere, dixerunt ad Lucillam : Vade ad S. Florentium Episcopum ; ipse dicet tibi, quid te oporteat facere. Lucilla autem ait ad eos : Ecce attuli vobis panem et aquam : sumite ergo et reficite corpora vestra. S. Felinus dixit ei : Sicut palea non potest cum tritico in horreis recondi, sic nec nos communicare tibi, aut a te aliquid accipere possumus, nisi te permittas baptizari. His Lucilla auditis exiit cum festinatione ; et ad domum suam regressa, sumptis secum vestibus candidis et argento et auro,

baptizaturque a S. Florentio Episcopo,

venit ad S. Florentium Episcopum ; et prostrata D ad pedes ejus, deprecabatur eum, ut baptizari mereretur. At ille gaudens baptizavit eam, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

17 Ut autem baptizata est, confestim sancto Præsuli valedicens, cum magno gaudio reversa est : et veniens ad domum Felini, invenit uxorem ejus nomine Paulinam, epulis et lætitiæ vacantem, et dixit ad illam : Felinus vir tuus, catenis constrictus in carcere tenetur *c* ; et tu lætam te exhibes ? Paulina dixit ; Qua ex causa ? Lucilla ait, Quia credidit in Christum, rerum omnium creatorem. Paulina dixit : Ipse persequi solebat et punire Christianos : qua ergo ratione ipsum Christianum credam ? Lucilla respondit : Ego quidem, veniens ad carcerem, inveni Felinum, Gratinianum, Faustinum, Cyriacum, Superantium Cæsarium, Justinum, Virianum, Marcellianum, Benedictum *d* et Fortunatum; cum aliis centum viginti Christum colentibus, custodiæ mancipatos : ipsa quoque per verba eorum credidi Christo, et baptizata gratias ago Domino meo, qui me in ancillarum suarum numero computare dignatus est. Ad Gratiniani quoque uxorem cum hæc eadem Lucilla detulisset ; continuo ambæ clamantes festinabant publice ad carcerem. Ingressæ igitur, cum sanctos Martyres vidissent, cum grandi ululatu clamabant dicentes ; O dulcissimi Domini, unde vobis tam subita mutatio ? Quid vobis visum est relinquere Deos, quos semper coluistis, et ignotum Deum adorare ? Cur Principum jussa et publicas leges contemnitis ? Quibus dominis nos et familias vestras relinquitis servituras ? Quare turpissima morte damnari desideratis ? At Christi bellatores, super petram fundati, his lamentationum fletibus non solum immobiles, sed multo fortiores effecti, responderunt dicentes : O infelices et Deo odibiles, cur nos a via veritatis avertere, et ad pristinum errorem revocare nitimini ? Sufficiat vobis vestra captivitas, quare nos captivare molimini ? Quare nos laqueis diaboli, quibus semel eruti sumus, iterum innodare tentatis ? Tollite deprecatorias suasiones, et vos potius nostris acquiescite, ut relicta simulacrorum vanitate, Deum verum creatorem vestrum cognoscatis.

c rem nuntiat uxoribus Sanctorum,

d

E

quæ frustra eorum animos sollicitans

18 Interea igitur cum Lucilla, pauperum multitudine ad prandium convocata, facultates suas illis distribueret ; Aspasius inopinate superveniens et valde admirans ; cœpit vehementer quærere causas, cur tanti pauperes illuc convenissent, curque domus suæ substantiam dissipasset. Lucilla respondit : Quia Scriptura dicit, Qui dat pauperi fœneratur Deo. Aspasius dixit : Quid est fœnerari Deo ? Lucilla respondit : Egenis eleemosynam porrigere, et a Deo mercedem recipere perennem : reddet enim Deus mercedem laborum Sanctorum suorum. Aspasius dixit : Quis Deus ? Lucilla respondit : Deus, totius creaturæ conditor et humani generis redemptor. Aspasius dixit : Quis te hoc docuit ? Lucilla respondit : Dominus meus Jesus Christus. Aspasius ait : Ergo Christiana es tu ? Lucilla respondit : Ancilla Christi sum, et ei servire volo. Tunc Aspasius valde iratus, cœpit pugnis et calcibus cædere Lucillam, ita ut omnes qui erant in domo pauperes fugissent. Qui cum crudeliter cæsam in carcerem trusisset, cippo pedes ejus constrinxit. Cognito autem quod per Sanctos Gratinianum et Felinum credidisset, cœpit contra eos clamare, dicens ; O magos ! o maleficos ! qui mentes hominum alienant. Qui eadem verba sæpius iterando, ad Imperatorem ingressus est, nuntians ea quæ facta fuerant. Tunc Imperator, furore repletus ; Cito, inquit, tollite jugum *e* ferreum igne candens, et collis Gratiniani et Felini impositum, jungite eos ad invicem ; et cum catena ferrea

Lucilla, a viro dispensa pauperes alere,

F

Prov 19

Sap. 10

ab eodem cæditur et vincitur.

e

A ferrea Lucillam ad medium jugi subligatam; et sic eos pariter meis conspectibus exhibete. Sine mora autem bellatores Christi, ad jugum ferreum secundum regiam jussionem colligati, cum S. Lucilla præsentati sunt. Jugum autem, cum ex nimia succensione quasi vivens carbo ardere videretur, nullam eis intulit læsionem.

19 Quibus Decius Cæsar visis, subridens ait: Huc usque non vidi homines jugo subnexos, sed boves; nec mulierem, sed saxa aut ligna vehentes. S. Gratinianus respondit: O Imperator; tu, cum sis mortalis, et post modicum vermis et putredo futurus, corpora nostra, quandoque qualicumque morte moritura, in tuam potestatem tradita, ludibriorum contumeliis afficere poteris; animas autem lædere non vales. Decius dixit: Miseri, multum de vobis doleo, quia subita nescio qua abrepti vesania, Diis debitam venerationem exhibere contemnitis; et publicarum legum decreta et jussa nostra parvipendentes, in hac obstinatione persistere vultis, unde tormenta et crudeles interitus vos expectant. Ad quæ sancti Martyres responderunt, dicentes; Scias, nos nec blandimentis seduci, nec minis terreri, nec

Imperator eo audito, jugo ferreo candenti innexam cum Sanctis,

B pœnis frangi posse: unde tormenta, quæ minaris, quid tardas inferre? Nos parati sumus, pro nomine Christi, omnia sustinere; et non solum non formidamus ea, verum toto animi desiderio læti expectamus; scientes, quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare regnum Dei. Triticum quippe, quanto plus in area tunditur et conculcatur, tanto purius in horrea reconditur. Tunc Aspasius Proconsul cum clamore dixit: O bone Imperator, cur hosce homicidas punire tardas, qui uxores suas deserentes, meam et aliorum conjuges præstigiis seducentes, concubuerunt cum eis; insuper Reipublicæ Deos deserentes, sacrificare contemnunt? Fas non est vivere tales. Cæsar dixit: Quoniam Reipublicæ utiles et necessarii esse poterant, dedimus eis vivendi inducias, sperantes posse eos aliquatenus ab hac pertinacia resipiscere. Nunc ergo rursus retrudantur in calcerem, crastino aut Deos adoraturi, aut crudelissimæ mortis sententiam procul dubio subituri.

frustra sollicitati·

20 His ergo in carcerem reductis, ecce Angelus Domini, circa mediam noctem aperiens carcerem, duxit eos ad domos suas: qui uxores suas et totam pariter familiam ad fidem Christi convertentes, S. Timotheum Presbyterum acceserunt, rogantes, ut eos qui crediderant baptizaret. Quibus peractis, et

illi vero ab Angelo et S. Florentio visitati,

C omnibus quæ habebant pauperibus erogatis, ante lucem regressi sunt in carcerem. Sanctus quoque Florentius Episcopus, veniens ad eos in carcerem, salutavit illos, dicens: Fratres, confortamini in Domino, viriliter agite; temporales cruciatus ne formidetis, memores promissionum Dei dicentis, Si transieritis per ignem, flamma non nocebit vos, et odor fumi non erit in vobis: et iterum, Capillus de capite vestro non peribit: in patientia vestra possidebitis animas vestras. De his igitur promissionibus certi, nolite in pugna lassescere: prope enim est, ut ad illum triumphum pertingatis, post quem nec ullus belli metus restabit; sed semper victoria, de die in diem cumulanda, sine fine permansura est. At Sancti Dei, unanimiter cum lacrymis ad S. Florentii pedes se prosternentes, rogaverunt, ut pro ipsis Dominum supplicans, sua eos benedictione confirmaret. Tum S. Florentius super eos sic oravit, dicens; Domine Jesu Christe, pastor bone, qui pro salute humani generis carnem induisti, et pretioso sanguine tuo nos redemisti, qui in te credentibus regna cœlestia promisisti: benedic et sanctifica hos famulos tuos, de tua pietate præsumentes, ac in tua fide corrobora: ut sentiant tuum juvamen, qui confitentur sanctum tuum nomen: da eis patien-

ejusque benedictione muniti,

tiam et fortitudinem, ne mundi prosperis illaqueentur, nec adversis frangantur; et fac eos plenissimam consequi misericordiam, et ad tuam pervenire gloriam. D

Ex MS

21 Cumque omnes, finita oratione, respondissent Amen, et se de terra elevassent; apparuit illis Dominus Jesus Christus, signum sanctæ Crucis in manibus tenens, super solis splendorem emicans: cujus a dexteris juvenes elegantissimi, candidissimis vestibus circumamicti, thuribula aurea suavissimo odore incensorum fragrantia portabant: qui autem a sinistris, coronas auro gemmisque rutilantes gestabant: et dixit ad sanctos Martyres: O amici mei, data sunt vobis signa virtutum, quibus adversariorum tyrannidem vincatis: surgite, ad mensam meam invitati: paratæ sunt vobis deliciæ et mansiones, inenarrabili jucunditate amœnissimæ. Post modicum videbitis me, et ego ducam vos in regnum patris mei, ut immarcescibiles coronas, cum indefectibili odorum suavitate, recipiatis. His dictis, signo sanctæ Crucis consignavit eos, et ablatus est ab oculis eorum. Illi autem immenso repleti gaudio, consona gratiarum actione divinam collaudabant clementiam, quæ eos visitare et consolari dignata est. E

confortantur a Christo apparente.

22 Illis autem laudibus divinis vacantibus, et sitibundo pectore palmam martyrii desiderantibus, Decius Cæsar jussit sibi in palatio Calisti tribunal parari; præcepitque ut tota civium f unanimitas ad spectaculum conveniret, et si quis adesse negligeret Imperatorem offenderet. Commota est ergo civitas tota, et turbis undique ex adverso confluentibus, Sanctos Dei exhiberi imperavit. Quibus adductis ait: Forsitan adhuc in vestra pertinacia perdurantes, jussis nostris resistitis, et Diis offerre libamina contemnitis? Martyres Christi constanter responderunt; Jussis tuis, ad sacrilegia compellentibus, numquam obtemperabimus, nec dæmonum latibulis divinum cultum exhibebimus. Decius dixit: Quæ sunt dæmonum latibula? Sancti Martyres dixerunt; Simulacra, quibus vos ignorantia excæcati divinum honorem impenditis: in eis enim dæmones, quasi serpentes in foveis latitantes, suæ deceptionis veneno suos cultores necant, et perpetuæ morti immergunt. Tunc Decius Cæsar, tamquam leo frendens, jussit eos in eculeo suspendi, et ungulis latera eorum radi, ipso sub voce præconia clamante, Deos blasphemare nolite. At Sancti Dei, pulcherrimo vultu jucundi, dixerunt ad Decium: Gratias agimus tibi, Imperator, qui nostræ voluntati serviens, proprii sanguinis nos unguento perfundis: hanc epulationem semper optavimus. Ille autem, eorum insultationes non ferens, publicum consessum cum Valeriano Præfecto confusus reliquit; g Promoto Tusciæ provinciæ Consuli præcipiens, ut quam crudelissime posset ipse eos tormentis laniaret: qui continuo, lateribus eorum sulphure aspersis, flammas jussit apponere. F

sistuntur Decio,

f

et variè cruciati,

g

23 Tunc subito unus ex ministris, arreptus dæmone, cœpit clamare, dicens: O Sancti Dei, Gratiniane et Feline, quare me incenditis? Alius quoque, nihilominus a diabolo suffocatus, repente cecidit, et mortuus est. Parentes autem illius qui a dæmonio vexabatur, ad sanctos Marytres confestim accedentes, ciciderunt ad pedes illorum dicentes: Servi Dei altissimi, nequitiam nostram ne attendatis, sed ad gloriam et honorem Dei vestri succurrite miseris, misereminí supplicibus, ut iste, qui in ultionem injuriarum vestrarum vexatur, per pietatem vestram liberetur. Quibus sancti Martyres dixerunt: Ite ad Deos Imperatores vestri, pro quibus zelantes in servorum Dei cædibus grassamini, et ab ipsis auxilium postulate. Verumtamen ne forte injurias nostras

liberant unum ex lictoribus a dæmone,

ex Ms.

A tras ulcisci, et malum pro malo reddere videamur; quamvis hoc malitia vestra non mereatur, precibus vestris acquiescimus. S. Gratinianus itaque, arreptitii manum apprehendens, ait: Audi, maledicte diabole, adjuratus per immensum nomen Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi: discede a plasmate Dei, et ne ulterius ad ipsum redire audeas. At continuo horrisona voce exclamans, dixit: O nomen terribile, quod me cogit exire: et eodem momento arreptus homo curatus est.

aliumque mortuum suscitant,

24 Ad mortuum quoque cum Sancti Martyres accessissent, cum lacrymis divinam clementiam implorantes, hanc orationem fuderunt, dicentes: Domine Deus, Rex omnipotens, rerum omnium creator, cujus potestati etiam mors ipsa subjecta est; respice ad preces servorum tuorum, et pro tui nominis gloria resuscita hunc mortuum, ab hoste humani generis suffocatum, ut omnes circumadstantes agnoscant, quia tu solus unus Deus es, qui mortificas et vivificas, deducis ad inferniam et reducis. Et completa oratione reviviscens mortuus surrexit, et cœpit clamare dicens, Unus Deus Christianorum, et nemo est alius præter eum, cujus ditioni omnia B obediunt, cui omnia serviunt, quem etiam inferi tremunt, quem miser iste mundus non cognoscit; omnes autem Dii gentium dæmones, qui innumerabiles in hoc aere circumvolantes, animas hominum quasi aucupes tendiculis suis irretire cupiunt; et quas illaqueare possunt, barathro inferni immergunt, ubi est fletus et stridor dentium, ubi dolor sine remedio, ubi horrenda tenebrarum densitas, ubi stagna ignea sulphureis exhalationibus ferventia, ubi mors quæritur et non invenitur, ubi nulla spes terminandæ calamitatis; ibi Decium Imperatorem, et Valerianum Præfectum, et omnes idolorum cultores, inenarrabiles tormentorum angustiæ, nullo termino finiendæ, manent.

hinc conversis multis,

25 His visis et auditis, turbæ circumstantes attollunt clamores in cœlum, dicentes; Non est Deus præter Christum, qui facit mirabilia magna solus: et crediderunt ex eis fere quinquaginta viri, exceptis mulieribus et parvulis, inter quos Aspasius quoque Proconsul credidit. Quo comperto, Decius Cæsar furore stimulatus, jussit Valeriano Præfecto, cum idolorum Pontificibus, per totam civitatem, plateas, et vicos perscrutari et quærere Christianos, ut cum Sanctis Gratiniano et Felino capite plecte- C rentur: et inventi sunt centum quinquaginta tres. Quibus omnibus capitalem dans sententiam, præcepit, ut longe a civitate, trans Tiberim scilicet, ducerentur. Sancti igitur Martyres, transvecti fluvium,

capite omnes plectuntur;

ducti sunt in desertum locum, in pago qui vocatur *i* Fanestri, uno milliario a Perusina civitate; et ibi decollati sunt. Quorum corpora dum speculatores in flumen *k* projicerent, unda divino nutu acta denuo in littus exposuit. Sanctus autem Vincentius *l* tunc temporis Perusinæ civitatis Episcopus, accersito S. Timotheo Presbytero et omni Clero suo, corpora collegit, et cum debito honore sepelivit. Ceterum nomina sanctorum Martyrum, quæ nobis de tanto numero comperta sunt, continua subnotatione describuntur. Siquidem Gratinianus et Felinus, primi, velut duces belli, truncandas cervices ultro- nee flexerunt: deinde Superantius et Cyriacus, D Marcellianus et Justinus, Virianus et Benedictus, Fortunatus et Florentius *m*: vocabula autem ceterorum liber vitæ in cœlis scripta continet. Passi sunt autem sancti Martyres sub die kalendarum Juniarum; regnante Domino Jesu Christo, cui est honor et imperium, una cum Spiritu Sancto, per infinita secula seculorum. Amen.

1 Junii.

ANNOTATA.

a Lucilla Christianissima femina, *consanguinea S. Tiburtii Martyris sub Diocletiano, laudatur in Actis SS. Petri et Marcellini 2 Junii.* Aspasius Vicarius *nominatur in Actis S. Agnetis 21 Januarii, sub eodem Diocletiano, sed quantum hic distat a tempore Decii!*

b *Parum apte fingitur nunc primum petere ut fiat Christiana, quæ jam septimum annum assueverat vinctis ex caritate ministrare.*

c *Quasi vero comprehensio viri tam publica, potuisset uxorem latuisse tam diu.*

d Cæsarius, Benedictus, Fortunatus, *in aliis præcitatis Actis nusquam comparent, nec eorum simul passorum ulla uspiam mentio.*

e *Antonius Gallonius, in suo de Martyriorum instrumentis tractatu, nihil tale habet; adeoque nec reperit in ullis probatis Actis, unde tractatum istum formavit; neque nos tale quid invenimus hactenus.* E

f *Neque credibile est, neque alibi uspiam legitur, ejusmodi tali occasione edictum; imo nec possibile est, ut unum in locum tota una civitas colligeretur.*

g *Hic ad contextum Perusinum redit Auctor, non tamen mutat judicii locum, quia* Perusiæ *rem omnem gestam conceperat; quam hactenus Acta alia adscripserant* Romæ, *ubi revera* Decius *cum* Valeriano *Christianos vexarunt: unde illa, post primas interrogationes in exilium ejectos Sanctos tenent, ibique porro tortos et capite plexos.*

h *Idem habent alia Acta; sed tacent de miraculis, subsecutis vindictam, in unius curatione et suscitatione alterius.*

i *Hujusmodi pagum nullæ exhibens tabulæ: at qua proximus urbem alluit Tiberis, milliaribus duobus eum distare scribit Cæsar Crispoltus, in sua Perusia Augusta pag. 7. Perusina Acta* Funestum *nominant, seu* Boscum funestum, *et cis flumen collocant; Urbevetanum vero* Coloniacum, LXII milliario ab Urbe, *scilicet Romana.* F

k *Eadem originaria Acta,* in Mare *præcipitari corpora faciunt; quia circa* Centum-cellas *rem gestam ponunt.*

l *Neque hunc Perusini noverunt, sed* Decentium: *et eorum Acta dicunt, ab eo missum* Superantium, ecclesiæ S. Mariæ Rectorem: *similiter Urbevet. solum nominat* servum Dei Adeodatum, *qui noctu veniens collegerit corpora in littus ejecta; hæc autem majorem habent veri speciem, quam hic notat processio Cleri totius, tempori persecutionis tam diræ parum congrua.*

m *Nolim nominibus sic fortuito collectis augere Sanctos hujus diei; interim noto quod* Marcellianus *et* Verianus *in propriis suis Actis dicuntur decollati, sub die* quinto Idus Augusti.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

AMMONE, ZENONE, PTOLEMÆO,

INGENE, ET THEOPHILO MILITIBUS :

ITEM ISCHYRIONE PROCURATORE,

ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO.

A. CCLIX.

D. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

Notitia eorum ex Eusebio, cultus ad Habessinos ex Ægypto derivatus, confusa ad Latinos memoria.

B

Ex Epistola S. Dionysii Alexandr.

Eusebius Pamphili, lib. 6 Historiæ Eccles. cap. 34 sive 41 secundum Valesium; recitat Epistolam S. Dionysii, Episcopi Alexandrini, ad Fabium Antiochenum, narrantis, quomodo, persecutionis Decianæ publicato edicto (quod anno CCXLIX affixum in ea urbe perpendit) consternati alii, alii ad fortiter agendum animati sint. Tum ad singularia quorumdam certamina nominatim descendens; post laudatum quemdam, Nemesium, falso accusatum ut latronum socium et his ipsis passum graviora, de quo Romanum hodiernum IX Decembris, sic progreditur in eadem Epistola recitanda præcitato loco Eusebius.

habetur 5 Militum illustris confessio,

2 Ἄθρουν δέ τι σύνταγμα στρατιωτικὸν, Ἄμμων, καὶ Ζήνων, καὶ Πτολεμαῖος, καὶ Ἰγγένης, καὶ σὺν αὐτοῖς πρεσβύτης Θεόφιλος, εἱστήκεισαν πρὸ τοῦ δικαστηρίου. Κρινομένου δέ τινος ὡς Χριστιανοῦ, καὶ πρὸς ἄρνησιν ἤδη ῥέποντος, ἐπρίοντο οὗτοι παρεστηκότες, καὶ τοῖς τε προσώποις ἐνένευον, καὶ τὰς χεῖρας ἀνέτεινον, καὶ συνεσχηματίζοντο τοῖς σώμασιν. Ἐπιστροφῆς δὲ πάντων πρὸς αὐτοὺς γενομένης, πρίν τινας αὐτῶν ἄλλως λαβέσθαι, φθάσαντες, ἐπὶ τὸ βάθρον ἀνέδραμον, εἶναι Χριστιανοὶ λέγοντες· ὡς τόν τε Ἡγεμόνα καὶ τοὺς συνέδρους ἐμφόβους γενέσθαι· καὶ τοὺς μὲν κρινομένους εὐθαρσεστάτους ἐφ᾽ οἷς πείσονται φανῆναι, τοὺς δὲ δικάζοντας ἀποδειλιᾶν. Καὶ οὗτοι μὲν ἐκ δικαστηρίων ἐπόμπευσαν καὶ ἠγαλλιάσαντο τῷ μαρτυρίῳ, θριαμβεύσαντος λαμπρῶς αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ. *Eadem, verbis dumtaxat subinde aliis,* *C* *habet Nicephorus Callistus, Eusebium sequi solitus, lib. 5 cap. 31; Eusebii autem verba, Latine sic reddo.*

eaque ultronea.

3 Confestim autem militaris quidam manipulus, Ammon et Zenon, et Ptolomæus et Ingenes (*Valesius* Ingenuum *vertit*) nec non senex Theophilus, coram tribunali adstitit. Ubi cum in quæstionem adductus Christianus aliquis, ad fidem negandam propenderet; adstantes illi fremere, vultibus annuere manus tendere, totisque corporibus gesticulari. Igitur conversis ad ipsos omnibus, priusquam alii ipsos comprehenderent, procucurrerunt ad subsellia, seque Christianos esse professi sunt; ita ut tum Præfectum quam assessores ejus appareret perterrefieri, nam rei quidem animatissimi cernebantur ad quæcumque patienda sibi forent, judices vero contremiscebant. Isti igitur ex prætorio ovantes procedebant, et exultantes propter confessionem; Deus vero per ipos gloriose triumphavit. *Hæc Eusebius, non consuetus in manuscriptis exemplaribus propria nomina majusculis litteris præsignare, sicut Latini faciunt, et nos etiam in Græcis prælo parandis. Nunc autem dubium inde nascitur, an ultimo loco laudatus* Senex, *proprio nomine dicendus sit* Theophilus; *an solum sic adjective vocetur, id est* Deo carus *vel* Deum amans. *Sane si nomen proprium foret, non videtur omittendus fuisse Arrenius, cum quo paulo ante ab Eusebio nominantur,* ὁ πρεσβύτης Ἰουλιανός. Senex Julianus; ἡ σεμνοτάτη πρεσβῦτις Μερκουρία reverendissima anus Mercuria. *Nomen tamen* Theophili *hic teneo, ut proprium; quia Eusebii verba Nicephorus sic reddit,* καί τις πρεσβύτης Θεόφιλος, et senex quidam Theophilus, *quæ Phrasis communi intellectui paret.*

ad stuporem ipsorummet judicum

Eorum nomina, an propria omnia?

E

4 *Ex ipsius epistolæ verbis haud satis certo etiam intelligitur,* Confessoresne *dumtaxat, an* Martyres *quoque habendi sint illi quinque, de quorum completo per mortem agone nihil distincte legitur. Sed dubium hoc nobis solvunt Fasti Alexandrini, a Cl. V. Jobo Ludolfo, eruderati. Cum enim Hebessini, sub nomine Æthiopum Axumitarum antiquitus noti, Alexandrinæ Ecclesiæ ritu susceperint tempore S. Athanasii, certissimi nobis testes esse possunt eorum, quos Ecclesia illa colit Martyrum; sicuti Ruthenorum sive Moschorum Fasti nonnihil nos juvant ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ confirmandos usus, circa cultum Sanctorum ab illa acceptorum. Fastis illis concinnandis primum servierunt Kalendaria Coptica, a Seldeno quidem olim reperta, insertaque operi de Synedriis Hebræorum, sed ipsi mendosa nunc conscripta et a Ludolfo emendata: potissimum autem eodem servivit Hagiologium metricum, cujus tam multa specimina jam dedi in Tractatu ad hunc Tomum Præliminari.*

Ex Hagiologio Æthiopico MS

nuper nobis Latine reddito,

F

5 *In hoc Hagiologio, sive (ut Ludolfus appellare mavult) Sanctorum Encomio, sic fere legitur ad diem* VII *mensis decimi ipsis Sene, Coptis Baune dicti, qui dies nostris Junii Kalendis respondet:* Salutem dico quinque militibus, qui galea tecti et coronati fuerunt, cum eis; scilicet Aschirone; *de quo eodem etiam in stropha hæc præcesserant,* Saluto Aschironem, qui patienter tulit tentationem, cum ejus verenda caputque scinderet Arrianus apostata, et ex quo in Christo est vita privatus. *Hic autem omnino esse videtur* Ischyrion, *de quo dicturus Alexander Episcopus apud Eusebium, cœptam narrationem sic prosequitur.* Sed et alii complures, per oppida et vicos, a Gentilibus discerpti sunt; quorum *unum exempli gratia commemorabo.* Ἰσχυρίων ἐπετρόπευέ τινι τῶν ἀρχόντων ἐπὶ μισθῷ. Τοῦτον ὁ μισθωσάμενος ἐκέλευσε θύειν· μὴ πειθόμενον, ὕβριζεν· ἐμμένοντα, προεπηλάκιζεν· ὑπομένοντα, βακτηρίαν μεγίστην λαβὼν, διὰ τῶν ἐντέρων καὶ τῶν σπλάγχνων διήλασεν, ἀπέκτεινεν.

habetur dies cultus, et quidem ut Martyrum,

alii etiam Ischyrioni,

6 Unius ex Magistratu rem procurabat Ischyrion quidam, mercede conductus. Hunc jussit is qui ipsum conduxerat idolis immolare, et non obsequentem sibi tractavit injuriose; persistentem in proposito affecit contumeliis; ac denique frustra se esse

sed cum aliquot personarum diversitate

AUCTORE D. P.

A esse videns, grandi accepto baculo, trans viscera et intestina confixum interemit. *Sic autem cum hoc prima auctoritatis teste concilioreerim Habessinum Poetam, ut inter contumelias, quibus Ischyrionem herus apostata, Armenius vel Mercator) affecit, fuerit atrocior omnibus verendorum abscissio: et per ipsum illud vulnus sursum adactus nodosus baculus, intestina visceraque transierit; sic autem confixi caput cultro sit abscissum. Sed hæc certius distinctiusque suggerent Æthiopica Synaxaria vel Menæa, si aliquando huc transferantur, suppletura Copticorum et Alexandrinorum Synaxariorum defectus; et compendio exhibitura eorum passiones, quorum vix nomina habentur ex Kalendariis. Nicephorus, Eusebium transcribens*, Ischyrionis conditionem sic *explicat* [illegible] Cum a claro quodam ejus loci viri domus procuratio mandata fuerit, *uno verbo* Œconomum *dicerem us*.

haud æque cum Eusebio conciliandu,

Latinorum circa ipsos errata

7 *Romani Martyrologii recognitores et amplificatores sub Gregorio XIII, prædictorum Martyrum obscuram aliquam notitiam hoc die nacti, sic scripserant, et sic etiam nunc legitur:* In Ægypto Sanctorum,

B Ischyrionis, Ducis, militum, et aliorum quinque militum, qui sub Diocletiano pro Christo diversis modis perempti sunt. *Error, non minus in conditione Martyris, quam in nomine Imperatoris commissus, haud me movet, ut hos alios esse suspicer quam de quibus hoc ipso die Habessini, et in Epistola Alexander: solum hæreo unde sumptum esse suspicer, sic erraum exemplum. Licet enim Baronius in Notis addat, de* iisdem apud Græcos *agi, non comprehendo quosnam* D *velit. Sirleti Menologium, quale extat a Canisio editum nihil simile habet, si aliud amplius accuratiusque Baronius habuit ab eodem Sirleto, cujus solius oculis ipse Græca Menæa et Synaxaria legit; pergam mirari, inter tot quæ vidi MSS. Græca istius generis, necdum unum occurrisse, ubi de istis Martyribus quidquam legeremus.*

dies 21 Decembris Ischyrioni lectus

8 *Ne autem ad Eusebium et Nicephorum fortassis respexisse Baronius videatur, prohibet ipsemet cum addit:* Alius hic (*Ischyrion*, ab illo *est*, cujus meminit Dionysius Alexandrinus. *Diversum scilicet credi faciebant errores prænotati; et suppositititus Beda, ex Usuardi auctoritate eumdem referens ad* XXI *Decembris. Usuardi antiquioris verba ad istum diem hæc sunt:* Alexandriæ beati Schyrionis. *Pseudo-Beda impressus* (Clericonis) Martyris. Is cum ad sacrificandum blanditiis atque injuriis cogeretur, et contemneret; præacuta sude transverberatus per viscera, neci traditur: *quæ ex Usuardo transcripta, restituto tamen* Ischyrionis *antiquo nomine, leguntur in hodierno Romano: sed ad hasce Kalendas melius reponentur, si quando Martyrologium corrigetur. Interim hoc exemplo discimus, etiam antiquos Martyrologos, qualis Usuardus fuit, licentiam sibi assumpsisse augendi sacros* E *Fastos, lectis ad arbitrium Natalibus eorum, quorum quam certa ex Eusebio erat et illustris passio, tam erat eo tacente ignotus dies; certius noscendus, si Orientalium Ecclesiarum Fasti Occidentalibus noti fuissent.*

ad Usuardi arbitrium.

DE SEDECIM MILLIBUS MARTYRUM

IN ÆGYPTO SUB DECIO.

D. P.

SYLLOGE HISTORICA.

Ex MS. Hagiologio metrico Anonymi Habessini.

CIRC. AN. CCLII.

Armenius *iste, qui* S. Ischyrioni *præmemorato necem manu propria intulit, et cujus nomen latere pergeret, nisi Habessinus Poeta ipsum indicasset; videri potest in Præfectura Ægypti successisse et, quem Dionysius Episcopus sine nomine reliquit, et persecutionem, Decii extinctis sub Gallo et Volusiano continuatam, exercuisse.*

Sub Armenio Ægypti Præfecto

C *Siquidem idem Poeta, post Martyres prædictos, aliorum ingentem sic celebrat multitudinem.* Salute Myriadem et sex mille, qui numerati fuerunt (*scilicet inter Christi Martyres*), propterea quod vel igne cremati sunt, vel foras expulsi passionis suæ agonem absolverunt, sub manu Armenii (*utique tunc Ægypto præsidentis*). Utinam illi meorum hostium capita pedesque conculcent, et quocumque profectus fuero mecum vadant. *S. Dionysius, Episcopus Alexandrinus hoc tempore, in sua ad Fabium Antiochenum epistola, apud Eusebium, lib. 6 cap. 42, juxta Valesium post relata eorum (de quibus supra egimus) Martyria.* Sed et alii complures *inquit*, per oppida et vicos a Gentilibus discerpti sunt. *Eorum, qui tota Ægypto judicio publico damnati a Præside, vel in exilium acti sunt, et quidem tam grandi numero, ille quidem non meminit: sed verosimile est, ejus epistolam, haud diu post edictorum promulgationem scriptam, non ultra primum Decii annum procedere, nec attingere acta anni* CCLII *ac* LIII, *quibus Gallus et Volusianus regnarunt, et sub quibus* Armenius *præfecturam gesserit.*

censentur Martyres cæsive 16000:

2 *Ludolfus, in Æthiopicis suis monumentis, reperit, numerum Martyrum et Confessorum, sub persecutione Diocletiani, ascendisse ad* centum quinquaginta millia ob fidem Christi cæsa, et septingenta millia solum vertere coacta; *ab anno scilicet* CCLXXXIV, *adeo celebri Christianis Alexandrinis, ut ab eo auspicati sint novam annorum numerandorum Epocham, Martyrum dictam, usque ad* CCCIV; *sicut autem Æthiopes invenerunt ab Ægyptiis collectum numerum, tota Provincia morte vel exilio punitorum sub Diocle-* F *tiano; sic potuerunt etiam invenisse numerum eorum, qui ab initio Decii usque ad exordium Valeriani, per annos quatuor passi vel relegati fuere, aut fuisse vulgo censebantur. Nec enim velim tantam turbam, uno die vel loco passam credere; cum Eusebius, lib. 8 cap 9. exaggerans gravitatem persecutionis sub Diocletiano exercitæ, dum ipse in partibus Thebaidis degeret, pro magno referat, quod* nunc deni, interdum viceni et amplius, quandoque et centeni, viri simul ac mulieres cum parvulis, uno die interficerentur, variis ac per vices alternatis suppliciis addicti. *Quamquam sic etiam cap. 8 dicat, idem Eusebius,* Ægyptios, qui donum martyrium perpessi sunt, *tota illa persecutione*, prope innunerabiles *fuisse*, cum uxoribus et liberis. *et cap.* II *refert*, urbem quamdam Christianorum in Phrygia, igne injecto crematam totam, cum viris, mulieribus ac parvulis, Christum Deum invocantibus: *et sic contingere potuit, ut, si non in Deciana persecutione, saltem in Diocletianæa, vere,* in sola Jatrippa (*aliis* Atribis *est civitas Episcopalis*) perierint XXV millia; alibi cum quadam S. Hilaria cæsa fuerint VII millia DCC; VI millia et CCCC et LXXXV cum Stratonica: VI millia

neque id videri debet incredibile,

si sub Diocletiano interempti sunt ad 150000, relegati 700000.

A c et xxx cum Martyre Theodoro; alibi iv millia et xxx *etc. sicut ex suo Habessino Poeta refert Ludolfus, in Præfatione ad Æthiopicos Fastos, citans dies* xxv *Julii*, xx *Martii*, xxvii *Februarii*, *et* xxv *Octobris.*

Atque hæc ex Hagiologio Æthiopico,

3 *Hæc ideo deduxi, ut intelligat Lector, quam non leve subsidium operi nostro conferendum sit ex illo Habessino Poeta. Neque enim Sanctos dumtaxat, sive Ægyptios, sive Æthiopicos, nobis in argumentum propositos inveniret ibi lector; sed etiam festa plura, præsertim Mariana, Parthenophilis opportuna. Puta profestum, hodie, et festum, cras celebrandum: unde utriusque diei cantus sic incipit; Profesti quidem:* Sicut Elias aperuit januam pluviæ, in sexto mense D anni tertii; sic hodie apertum fuit templum tuum, Maria: aperi autem clausam animam meam, ut ei infundatur justitia et pax. *Ipso autem Dedicationis festo:* Dedicationem templi tui celebro, Maria, eo loco ædificati, ubi filius tuus scaturire fecit benedictionis aquam. In nomine tuo, utilissimo nomine, donetur ei qui istic oraverit hora quacumque, datum optimum et donum perfectum. *Operæ pretium fuerit scire distinctius occasionem ædificandæ ejus ecclesiæ, cujus hic recolitur Dedicatio, videtur enim indicari miraculosus fons aliquis, eo loci repertus.*

AUCTORE D. P.

ubi etiam hoc et sequenti die notatur Dedicatio ecclesiæ Marianæ.

DE SANCTIS MARTYRIBUS PERUSINIS

FLORENTIO, MARCELLINO, CYRIACO JULIANO ET FAUSTINO,

IN UMBRIA ITALIÆ PROVINCIA.

D. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

E

Cultus, reliquiæ, ecclesiæ: Acta aliena, ad ipsos, traducta.

SUB DECIO

Dies 5 Junii perperam adscripti,

Postquam ex Romano Martyrologio, ad mandatum Gregorii XIII recognito et aucto, propositi universæ Ecclesiæ sunt hi Sancti Martyres, ad v *Junii recolendi, quasi* Perusiæ *tali die colantur,* in persecutione Decii capite cæsi; *idem qui in ista recognitione et amplificatione potiores partes habuit Cæsar Card. Baronius, tum adhuc Congregationis Oratorii Presbyter, ipsumque mox Notis illustravit, in hisce ait, quod de iis agant* antiqua MSS. illius Ecclesiæ. *Verum hæc ipsos Sanctos* hac die celebrat, *teste Philippo Ferrario in utroque Catalogo*, quod ex Actis Kalendis Junii mortem pro Christo oppetierint. *Unde, et ex jam supra dictis, apparet, Amplificatores Martyrologii parum fidel informatione usos, circa Martyres Perusinos: apparet etiam aberrasse a veritate Jacobillum, cum Sanctos ex auctoritate Romani Martyrologii referens ad diem* v, *dicit hanc fuisse diem Passionis eorum, primam vero Translationis. Sed nec ipsa dies* v, *dies Translationis fuit, talis saltem cujus aliqua extet memoria, quæ nulla invenitur* C *ante annum* MCCCXLVIII, *quam etiam allegat ipse Jacobillus, ut inventam apud Pompeium Pellinum, Auctorem Historiæ Perusinæ, sub annum* 1622, *tribus voluminibus vernacula lingua editæ.*

coluntur 1 ut natali suo.

2 *Memoriam istam ex veteri MS. habemus, ipsiusmet Pellini manu transcriptam, post vetera Acta Italice reddita ex Latinis, ante prolixiorem ipsorum paraphrasim, quam ille Historiæ suæ inserendam paraverat, et ante impressionem obtulit Illustrissimo ac Reverendissimo Episcopo suo, Neapolioni Comitulo, honoris Dei ac Sanctorum ejus promovendi studiosissimo seni. Originaria Memoriæ prædicta verba, ex Italico Latina, hæc sunt:* Anno MCCCLVIII die ii Maji inventum est corpus S. Florentii, quod erat sub altari Majori; et die iv Maji (*Erat hæc tunc Dominica*) processerunt omnes Religiones atque Confraternitates civitatis ad ecclesiam S. Florentii; et portatum fuit Corpus ejus in processione quasi per totam civitatem, ex devotione, orando Deum, ut per suam misericordiam dignaretur sistere maximam pestilentiam, quæ grassabatur (*addit Pellinus*, non tantum hic, sed etiam in omnibus aliis locis, intra extraque Italiam; *et Matthæus Villanus lib.* 1 *cap* 1. Inguinariam *appellat, omninoque universalem fuisse testatur*) Cessavit autem illa in hac civitate, per intercessionem gloriosi Martyris S. Florentii, et postea repositum fuit supradictum Corpus in præfata ecclesia, sub altari majori, inventumque fuit quod ipsum Corpus esset sine capite.

Corporibus an. 1348, 4 Maji translatis,

purgatur ab inguinaria peste civitas Perusina:

3 *Ecclesia ista, una cum adjuncto monasterio, Benedictinorum Monachorum olim fuit; qui eidem hodiedum tenent Perusiæ Abbatiam S. Petri, in eam ecclesiam, (quæ prius Cathedralis fuit) inducti anno* DCCCCLXV *ab Honesto tunc Episcopo, uti scribit Ughellus; antea forsitan ad* S. Florentii *commorantes; atque ita, translato jam Abbate, ipsa* S. Florentii *ecclesia in Prioratum conversa, multum de splendore debuit amisisse, et quod consequens fuit etiam defloruisse fervor devotionis popularis erga* S. Florentium. *Hujus autem Corpus illuc illatum crediderim statim a prima monasterii fundatione, seculo forsan* VIII *aut* IX, *cum maxime per Italiam multiplicabantur hujus instituti monasteria, derivata ex Cassino, per B. Petronacem restaurato, disciplina. Jacuerat Corpus illud antea, teste Jacobillo, in suburbana Parochiali ecclesia, dicta* S. Mariæ a Fenestrellis *unde forsitan in præmissa Passione SS. Gratiniani et Felini nomen* Fanestri *irrepsit* nunc autem Montarone, id est Mons Tyrrhenus, *inquit Jacobillus; addens, quod hæc suburbana ecclesia,* renovata sub annum MDXXV, fuerit membrum ecclesiæ S. Florentii Perusini; *atque, ut ego quidem censeo, a principio fundationis Benedictinæ in ea urbe. Sed cum ibi jam frequentia, ac verosimiliter etiam disciplina, prorsus defecisset;* aggregatun est monasterium Abbatiæ Montis-acuti Ordinis Cisterciensis; ac deinde anno MCCCXCIV concessum Monachis itidem Cisterciensibus Bosci funesti, a Corpore-Christi cognominatis; ac denique anno MCCCCXLV introducti illuc fuerunt Patres Ordinis Servorum Beatæ Mariæ, atque etiamnum ibi habitant. *Ita Jacobillus.* F

In hac est ecclesia S. Florentii,

sub eaque locus primæ sepulturæ Sanctorum,

4 *Hæc deduxisse eo juverit, ut sciatur, quæ fuerit fortuna sacri Corporis, e suburbano in urbem deportati ex eo loco, ex quo ipso forsitan* SS. Gratiniani et Felini *corpora accepit Amizo, Aronam transferenda (ut supra dictum, anno* DCCCLXXIX. *Est autem verosimile,*

forsitan illis et SS. Gratiniano ac Felino olim communis.

AUCTORE D. P.

A le, quod eosdem die i colendi cum S. Florentio, alia nulla antiquis causa fuerit, quam quod simul tali die passi crederentur. Hoc etiam videntur indicare Aronensia Acta, licet Florentium fecerint Perusinum Episcopum, cui Vincentius aut Decentius successerit, sacrorum curator Corporum. Neque id esset difficile creditu, si haberetur certius aliquod fundamentum, quam sunt Acta Aronensia. Nunc obstant ipsiusmet S. Florentii Acta, quorum exempla in ecclesiis SS. Florentii et Petri monasticis, atque in Cathedrali S. Laurentii extitisse, sibique visa esse, scribunt Pellinus atque Ferrarius, et Jacobillus, eorum saltem oculos secutus; etsi illa nusquam nunc apparere intelligam, post inquisitionem sedulam a nostris Perusinis Patribus, meo rogatu, factam. Puduit fortassis diutius ea exhibere, tamquam Acta SS. Florentii et Sociorum, quæ constabat verbotenus (si nomina propria mutes) eadem esse cum Actis SS. Secundiani et Sociorum, die ix Augusti occurrentium; quæ ut sola fuerunt antiquitus nota, sic et in vetustioribus Legendariis pluribus plurium nationum inveniuntur sub horum nominibus, non item sub nominibus istorum, nulli veteri Martyrologio inscriptorum.

Qui cum ipsis et diem et Acta communia habent,

B 5 Hoc ut clarius pateat, simulque certius de secunda eorumdem Actorum metamorphosi superius indicata; placet illa producere ex MS. Codice ecclesiæ Urbevetanæ, qualia etiam inveniremus a Surio in aliqua Germanicarum Bibliothecarum reperta, nisi is dictionem paulo Latiniorem reddidisset, labore forsan temporibus istis congruo, nunc autem parum grato studiosis antiquitatis. Interim malim credere, metamorphosim Actorum primam factam Perusiæ, post inventionem supra memoratam anni MCCCXLVIII; reflorescente Sanctorum cultu, et Monachis magnum putantibus, si nulla eorum possent Acta ostendere. Hinc vero consequens fieret, metamorphosim alteram, eo exemplo factam Aronæ, post similem inventionem anno MCCCLXXXIX; nisi forte oculari testimonio, arbitris ad talia exercitatis, demonstrari possit, Aronensis Codex multo esse vetustior.

sed mutuo sumpta ab Actis S. Secundiani et Sociorum,

6 Non tamen propter Actorum, sic mutuo sumptorum incertitudinem, putet aliquis incertum nobis reddi posse Martyrium et cultum S. Florentii, tanti temporis (uti ostendimus) usu firmatum. Nam etiam anno MCCCC, Cisterciensibus jam possidentibus ecclesiam cum corpore; dum iterum maxima pestilentia grassaretur Perusiæ, et plurimi civium quotidie morerentur; summa cum diligentia Magistratuum, nec minori C impendio æris publici, curatum est (ut ex MSS. vulgaribus docet Pellinus, ipsa formalia verba transcribere professus) quatenus processiones instituerentur; ad quod extracta fuerunt corpora SS. Florentii et Cyriaci, et processionaliter per omnem civitatem circumlata; propter singularem fiduciam, quam in eorum intercessione tali in occasione repositam habebat populus Perusinus. Hoc factum, ut eum, anno circiter MDCXXII; coram ipso Illustrissimo ac Reverendissimo Neapoleone, de majori capsa, quæ sub altari principe in ecclesia S. Florentii erat, extraherentur minores duæ; Pellinus ibi præsens, et velut peritissimus rerum Perusinarum, quarum tunc texere inceperat historiam, interrogatus, quid eis contineri putaret; fidenter responderit; quidquid id esset, sive cinerum sive ossium, videri esse S. Florentii; atque in eam opinionem induci se quibusdam locis MSS. Codicum relictorum a civibus nonnullis, qui solliciti fuerunt, ut quidquid temporibus suis accidebat dignum memoratu, dietim consignarent chartis. Talia loca in unum colligere jussus Pellinus, exaravit Commentarium istum, quem curante P. Silvestro Petra-sancta Romæ accepit noster Bollandus. Huic porro inserta Translatio Actorum Italica, deficiente Latino originario contextu, prælucebit nobis ad promissam ipsorum cum Actis S. Secundiani et Sociorum collationem. D

Corpus S. Florentii an. 1400 iterum pestem sistit,

et anno 1622, ab Episcopo lustratur.

7 Alteri præfatarum capsellarum inclusa fuisse ossa S. Cyriaci, etsi sustinere Pellinus noluit, videri tamen possit haud absimile vero; esto is adhuc propriam ecclesiam habeat extra urbem, primo abinde milliario versus meridiem; cui additum fuisse monasterium testatur Jacobillus, et unde ipsa temporum injuriis desolata corpus in urbem allatum si fuit, nusquam aptius potuit collocari, quam cum socio passionis cultusque Florentio. Locum istum vulgus San Chierico appellat, quod potius S. Clericum, quam S. Cyriacum, natum est significare. Ab hoc autem non procul distat, inquit jam sæpe citatus Jacobillus, alia ecclesia S. Faustini, ubi ejus corpus forsitan adhuc latet. Ex altera vero ad Boream parte, sed intervallo milliarium quinque, est Mons-Juliani, simili fortassis de causa sic dictus; ita ut solum supersit quærendus locus, S. Marcellino olim aut nunc proprius; quibus si jungendi SS. Gratinianus et Felinus, eorumdem vestigia jam videmur invenisse in Ponte-Felcino, et loco S. Griciniani, milliari ab urbe quinto, seu malis Roccam-Gratiniani, tertio in Boream lapide.

Sociorum ecclesiæ propriæ extra urbem monstrantur

8 Pellinus atque Jacobillus, ut persuadeant Acta mox danda a S. Florentio et sociis translata fuisse; assumunt ad S. Secundianum ac Socios, potius quam e contrario, quod de suorum Martyrum vera existentia constet ex inde nominatis ecclesiis, ipsorumque in his vel olim vel etiam nunc corporali præsentia; isti autem, inquiunt, SS. Secundianus, Marcellianus, aut Verianus, quo loco Tuscaniæ passi aut conditi sint, non constat; et Perusia, inquit Jacobillus, nunc Umbriæ caput, Tuscanæ tamen civitas est. Sed vehementer eos errare puto, dum Tuscanæ nomen, ut nunc, ita et olim accipiunt pro tota Hetruria sive Tuscia. Acta Centumcellis judicatos dicunt tres istos Martyres, extraque urbem plexos capite, et corpora jactata in mare: et hæc omnia plusquam LX. P. M. distant Perusia; prope autem, id est XVI dumtaxat milliarium intervallo, Boream versus, ad Martæ fluminis dexteram ripam, est civitas, Tuscania veteribus dicta, ævo autem sequiori quo Acta composita sunt, Tuscana; eratque (ut in Lexico Geographico Ferrarius) urbs alias Episcopalis, ampla et dives, unde Tuscanienses populi dicti a Plinio; et multi existimant, eam quæ Hetruria dicebatur, ab ipsa dictam esse Tusciam: sed sexdecies expugnata et diruta, nunc est urbs parva, Viterbiensique Episcopatui unita; cujus etiam ecclesia Cathedralis, aliis pulcherrima, nunc diruta, dicitur S. Petri in Tuscia; et in ea visitur etiamnum hæc inscriptio, Richardus Præsul Tuscanus, Centumcellens. et Bleranus anno MXCIII. Hinc ergo intelliguntur Acta, cum dicunt quod S. Secundiani et Sociorum Orationes florent in ecclesia B. Petri Apostoli, in civitate Tuscana: cui clausulæ consonans Epitome metrica, hoc versu concluditur:

E

Interim Acta manent propria S. Secundiano et Sociis,

extra Centumcellas passis,

F

et Tuscanæ nunc Tuscanellæ conditis

At caro Sanctorum jacet hic veneranda virorum.

Cetera dicemus ad IX Augusti; nunc autem vetera Acta habe, alias conferenda, cum editione Surii, licet minus sincera; et Bonini Mombritii, licet contracta.

ACTA

SS. Secundiani et Sociorum, IX Augusti,

SS. Florentio et Sociis inepte aptata.

Sub quinto die idus Augusti, in Coloniaco, quod appellatur Colonia, temporibus Decii Cæsaris, sub Valeriano Præfecto, maxima persecutio orta est Christianis *a*. Eodem tempore erat quidam [Secundianus] *b* Togatus, qui præsidebat Palatio, vir eloquentissimus

Orta persecutione sub Decio.

a

b

eloquentissimus mundanæ artis, sive Rhetoricæ, aut Musicæ, vel Philosophiæ, vel Arithmeticæ, necnon et Astronomiæ. Hic omnibus Illustribus *c* erat placens sine reprehensione. Eodem tempore, dum consilium præberet Secundianus Valeriano Præfecto contra Sanctos Martyres, hæc cogitatio ei fuit, dicens in corde suo : Quare tanta ambitione desiderant Christiani mori pro nomine Christi, magis quam vivere? et utitur hoc consilio, ut diligentius perquireret et veraciter cognosceret. Et audiens Secundianus Togatus famam cujusdam viri sapientissimi, nomine Marcelliani, qui et ipse persecutor erat Christianorum; rogavit eum ad domum suam venire. Et cum venisset ad eum Marcellianus, gaudio ambo repleti sunt; et cœperunt ambo simul de sententiis philosophiæ disputare; et reversi sunt ad grammaticam doctrinam, et cœperunt ambo simul de hoc sermone Virgilii sermocinari, unde scivisset Virgilius *d*.

Secundianus cum Marcelliano de Christianis disserens,

Jam nova progenies cœlo dimittitur alto :

Jam venit et Virgo, redeunt Saturnia regna *e*...

a et quasi æstuabant in hoc dicto, de quo locutus fuisset Virgilius.

2 Eadem hora dixit Secundianus, Redeamus ad consilium simplicitatis doctrinæ. Respondit Marcellianus; Quod simplicitatis consilium? Secundianus dixit, de Christianis, qui tanto desiderio mori volunt pro nomine Christi, et trucidari magis quam vivere. Marcellianus dixit; Tu ex responsis eorum doctus es; vel ex qua caritate mori desiderant aut spe pro nomine Christi? Secundianus dixit; Quia dicunt esse judicium post mortem : et resurrectionem; et quia idola et simulacra, quæ adoramus, hæc ipse Christus eorum zelatur. Marcellianus dixit? Quid est Christus? Respondit Secundianus; Quantum ad allegoricum proprietatis sensum, Unctus. Marcellianus dixit, Si Dei Unctus est, Deus esse dignoscitur? Secundianus dixit; Miror prudentiam tuam, qui legisti libros ejus : dum in studio ambo occuparemur, et aliqua absconsa aut futura cognoscere desiderabamus et capere : tu melius nostri nos pervenisse ad libros ejus, et quæ narraverunt discipuli ejus bene in cognitione mea retineo, et dico; Quia sic dixerunt historiographi ejus, Lucas et Matthæus, cæcum natum illuminasse, leprosos mundasse, mortuos suscitasse, et de cœlo responsum audisse, et confessionem dæmonum dicentium, quia filius Dei est ipse Christus, pro quo summa ambitione magis isti mori desiderant quam vivere. Unde ergo hoc dico; Quantum eorum testimonio probatur, ipse est; Deus et ut isti superius designant et affirmant, filius Dei, cui Deus loquitur. Quem quidem occisum a Pontio Pilato, prædicant crucifixum, lancea foratum, sepultum; et post tertiam diem vivum, et manducantem viderunt multi; et post dies aliquot in cœlo ascendisse oculis videntibus, qui eum crucifixisse testantur. Quando hoc autem dignoscimus, et alia multa legisse meminimus, quomodo adoramus Deos, quos cognovimus semper turpiter vixisse? Marcellianus dixit; Vere retineo omnia me sic legisse. Secundianus dixit : Ergo modo cognoscamus, quia justus amor est Christianorum, qui pro Christi nomine mori desiderant.

et quæ de Christo legerant commemorans,

3 [Ipsis hæc] et his similia dicentibus, venit ad eos quidam amicus eorum *f* Virianus, et cum introisset ad salutationem eorum; cœpit de doctrina mundanæ artis eorum aliqua interrogare. Secundianus Togatus dixit : Ego infelix, qui semper adoravi idola falsa et muta, quid facturus sum? qui cruciavi omnes Sanctos, ad gloriam Valeriani, et ad meam confusionem? Respondit Virianus et dixit : Ego amens effectus sum : hic aliam doctrinam cognosco. Magistri et amici Principum, nolite hoc judicare : quia vos eritis in eorum reorum numero, qui hanc doctrinam prædicant. Respondit Secundianus Togatus, et dixit; Audite me, et credamus Dominum Deum Christum; et eorum exemplis credamus, qui sic desiderant vitam istam amittere, ut æterna fruantur. Respondit Virianus, Si est aliquid æternum, Justum est quæri. Secundianus dixit; Ego multorum sanguinem fundendo cognovi. Eadem hora miserunt ad quemdam Presbyterum, nomine Timotheum de Titulo Pastoris : qui cum venisset et introisset ad eos, sic eum salutavit Secundianus, dicens ei, Rogo te per Christum, quem tu prædicas, ne tardes me baptizare in nomine Domini Jesu Christi. Ita quoque Marcellianus rogabat. Tunc beatus Timotheus Presbyter catechizavit eos, qui ita dixit in confessione *g* : Credis in Deum Patrem Omnipotentem? et dixit, Credo. Item dixit beatus Timotheus Presbyter; et in Jesum Christum filium ejus, unicum Dominum nostrum? et respondit, Credo. Item, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine? et ille respondit, Credo. Et dixit beatus Timotheus Presbyter, Et ego te baptizo, in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti, ut credas remissionem peccatorum. Respondit, Credo, cum lacrymis. Item Virianus et Marcellianus similiter baptizati sunt. Accersitus est autem B. *h* Sixtus Episcopus, et signavit eos signo Crucis.

cum ipso et accedente Viriano

ex ms.

decernit fidem profiteri,

atque baptismum suscipit.

4 Ab eadem autem die cœperunt facultates suas pauperibus omnes dispensare. Post menses duos requiritur Secundianus Togatus a Valeriano Præfecto; cui nuntiatum est quod Christianus factus esset; nam et alii *i* Scholastici, Marcellianus et Virianus, facti sunt Christiani. Respondit Valerianus Præfectus : [Quomodo potest hoc fieri : nam ipse persequebatur Christianos? et] *k* quasi propter amicitias misit ad eum Epistolam hanc : Fratri Secundiano Togato, Valerianus Præfectus, solicitus amicitiæ nostræ. Quod non ad consilium nostrum occurras, miror : tamen dignare ad nos venire, quia sunt propter quæ te requiramus : quare ad rem publicam cognoscendam mature occurrere non differas. Et accipiens hanc epistolam, legit S. Secundianus : et dixit ad sanctos Martyres Marcellianum et Virianum : Fratres, cognoscite quia venit tempus nostrum : præparamus nos ad bellum : jam arma induti sumus fidei, nihil pertimescamus. Et dixit ad Marcellianum et Virianum : Ego solus pergam ad Valerianum Præfectum. Responderunt et dixerunt : Nos itaque tecum veniemus. Et perrexerunt diluculo omnes tres ad palatium *l* Salustii, quia ibidem habitabat cum Decio. Et nuntiatum est Valeriano Præfecto, eo quod Secundianus Togatus adesset.

Postea ad Valerianum Præfectum accersitus,

ipsum cum sociis adit intrepidus:

5 Hoc audiens Valerianus, exiens, sedit in basilica quæ cognominatur *m* Asclepii. Et dum introisset ante eum, in subito immutatus est vultus ejus : et dixit ad eum Valerianus; O virum eloquentissimum in omni prudentia, quid est quod audio de te? Cui dixit Secundianus : Nihil ego dixi, quid audisti? Respondit Valerianus : Audivi ab aliis, quod amens effectus sis. Respondit Secundianus Togatus, et dixit ad Valerianum Præfectum : Ego quidem prudentior effectus sum. Dicit ei Valerianus Præfectus, ergo ad quid nomen Christianitatis sortitus es? Respondit Secundianus, et dixit ad Valerianum Præfectum : Si intelligeres aut scires; tu [idem] desiderares. Non recordaris, quanti et quales sint Martyres Domini mei, qui contempserunt mundum, despexerunt divitias, ut ad vitam æternam pervenirent, quos ego per tuam jussionem cruciavi? Miser ego infelix, qui habeo opprobrium sempiternum! Tamen credo, quia relaxat

fidemque Christus palam professus,

Ex Ms

A laxat mihi Dominus meus Jesus Christus, qui regnat in æternum. Valerianus Præfectus dixit, Ergo Christianus effectus es? Secundianus Togatus dixit; Et vere Christianus. Tunc subridens Valerianus Præfectus dixit; Noli, amice, perdere amicitiam antiquam [meam et] Cæsaris. Secundianus dixit: Amicitia tua tecum sit, quæ inimica dignoscitur creatori nostro: et tibi [consule] Nam si ad quod natus es scires, abominans idola, mundus esses. Ideo sic dicit Isaias Propheta, Qui mundi sunt mundi fiant, et *n* qui sordidi sunt adhuc sordescant: tu autem semel sordidus factus es.

in carcerem ducitur,

6 Valerianus dixit; Amice, numquid ego tibi aliquam injuriam feci? Ego amicitiam antiquam non despicio, sed curare festino: et jussit eum in custodia retrudi. Et dum duceretur a militibus, Virianus et Marcellianus cœperunt clamare? Ut quid retruditis innocentem? Si autem pro Christi nomine, et nos Christiani sumus. Tunc nuntiatum est Valeriano Præfecto de aliis duobus. Tunc Valerianus Præfectus præcepit ipsos simul in custodia retrudi, dicens; Usque dum referuntur Cæsari, teneantur. Et ingrediens ad Decium Cæsarem Valerianus Præ-

uti et socii:

B fectus, invenit eum lætissimum: cui ita dixit: Per culmen vestrum et subjectionem meam, pietati vestræ lætissima hora præsens suggero, si cognovit pietas vestra, Secundianus Togatus, vir prudentissimus, Christianus effectus est. Cui respondit Decius Cæsar? Non potest fieri: ipse cruciabat omnes qui hoc nomen ausi sunt confiteri: quomodo potest fieri ut et ipse hoc sortiatur nomen? Valerianus Præfectus dixit: Ego eum jam discussi, et reum custodiæ mancipavi. Decius ad Valerianum Præfectum dixit: Maturius ad me deducatur. Valerianus Præfectus dixit: Præcipiat mansuetudo vestra. Alia die præsentatur aspectibus Decii Cæsaris: et dixit ad eum Decius Cæsar; Secundiane, quare vultus tuus immutatus est? Secundianus dixit, melior aut clarior est? tum Decius Cæsar vidit vultum ejus sicut Angeli; et subridens dixit ad eum: Patrocinetur tibi prudentia tua antiqua. Respondit Secundianus, ipsa est insipientia et inimica unicuique. Tunc Decius Cæsar dixit ad eum, Quid respondes? Respondit Secundianus dicens, Christianus sum. Decius Cæsar dixit ad eum, recede ab insania, et vive β. Respondit Secundianus; Tu recede et vive: quia vivus mortuus es.

inde sistitur Decio Imp.

7 Eadem hora Nuntiatum est Decio Cæsari,

C quia alii duo Scholastici similes ejus essent in Custodia. Et dixit Cæsar Decius cum furore, In exilio deportentur. Valerianus Præfectus dixit ad Decium Cæsarem, Quo præcipit pietas vestra? Decius Cæsar dixit, Deducantur Centumcellis *o*, et tradantur Promoto Consulari, et coarctentur offerre diis sacrificia. Eadem vero die ducti sunt a militibus quinquaginta *p*, et traditi sunt Quarto Promoto Consulari. Eadem hora acceptos misit eos in custodia cum triginta militibus, vinctos catenis, quia hoc præceptum est: Non merentur vivere, si non sacrificaverint diis secundum consuetudinem antiquam. Et cum hoc dixisset Promotus Consularis Tusciæ, alia die jussit, sibi in civitate Centumcellæ, in foro tribunal parari: et sedens in tribunali, jussit ante se, in conspectu omnium et magistratuum, simulacrum Saturni et tripoda deferri: et præcepit Secundianum et Marcellianum et Virianum adduci. Qui adducti sunt quasi victores Christi. Respondit ad eos sub voce præconia: Introducantur contumaces Cæsarum et rebelles deorum. Quibus introductis, dixit ad eos Promotus Consularis Tusciæ: Quare non obeditis præceptis Principum, et humiliatis vos diis? Respondit Secundianus: Nos præcepta Dei omnipotentis mereamur audire, non

qui ipsum cum sociis Centum-cellas relegat.

ubi a Promoto Consulari interrogati,

D diaboli. Promotus Consularis Tusciæ dicit ad eos: Audite me, prudentissimi viri et amici sapientiæ, et sacrificate. Responderunt omnes: Nosmetipsos, si meremur, sacrificium Deo offerimus, non diabolo; cum quo vos et Principes vestri in æternum jam damnati moriemini, facientes voluntatem hominis ad tempus.

8 Eadem hora jussit expoliari eos, et fustibus cædi sub voce præconia, dicens, Præceptis Principum obedite. Et dum diu cæderentur, clamabant dicentes, Gloria tibi, Domine, quia meruimus introire in requiem tuam. Et jussit eos Promotus Consularis Tusciæ a terra levari: Quibus dixit: Ecce Sacrum: sacrificate. Illis autem expuentibus in simulacrum, cecidit et confractum est. Hoc audiens Promotus Consularis Tusciæ evanuit, et iratus jussit eos omnes singulatim in eculeo suspendi, et radi latera eorum unguibus *q* caprarum, dicens eis sub voce præconia, Sacrificato diis. Illi autem oculos ad cœlum levantes, dixerunt; Gratias tibi agimus, Domine Jesu Christe. Et iratus Promotus Consularis Tusciæ, jussit ut ad latera eorum lampades ponerentur. Et dum assarentur, subito mortuus est unus

fustibus cæsi,

et ungulis in eculeo lacerati,

ac lampadibus usti,

E minister carnificum: et alius, arreptus a dæmonio, cœpit clamare et dicere: O Secundiane, Viriane, Marcelliane, Sancti Dei omnipotentis, quid nos torquetis? Tunc videns hoc Promotus Consularis Tusciæ, iracundia plenus, dedit in eis sententiam, ut capite truncarentur, et corpora eorum jactarentur in mari.

9 Qui ducti sunt in locum, qui appellatur Coloniacum, qui dicitur Colonia, sexagesimo secundo *r* miliario Urbis Romæ; et ibidem decollati sunt, et corpora eorum jactaverant in mari. *n* In ipsa nocte venit quidam servus Dei nomine *s* Deodatus, et collegit corpora, quæ invenit ad littus maris, et duo capita: alia autem die, invenit aliud caput *t*, et junxit corporibus Sanctorum Secundiani, Marcelliani et Viriani, illustrium virorum; quos et sepelivit juxta locum ubi decollati sunt, sub die quinto idus Augusti. Quorum orationes florent in ecclesia B. Petri Apostolici in civitate Tuscana, ζ regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria per infinita secula seculorum. Amen.

capite plectuntur.

ANNOTATA D. P.

a *Deest hoc exordium Mombritio, neque eo usus est Perusinus transformator; quid autem hic sibi velit* Coloniacum, quod appellatur Colonia, *necdum assequor. Seneschallus, infra laudandus, in hoc exordio etiam notat* Præfecturam Valeriani, *scriptam pro* Censura, *quam ille hoc tempore exercuit, non autem* Præfecturam urbis. *Valerianum enim, antequam Censor constitueretur, Decii exercitui præfuisse, testatur Pomponius Lætus in Decio; satisque significat Trebellius in Valeriano; dum refert eum, cum a Senatu designaretur Censor, fuisse* in suo procinctu, *quod expeditionem militarem sonare docent Festus, Paulus Diaconus, et alii.* Præfecti *ergo nomen hic latius accipitur, prout subinde accipi notat Baronius ad an.* 260 *et* 284.

F

b *Deerat hoc loco nomen* Secundianus, *pro quo in MSS. Perusinis semper nominatur* Florentius; *et loco* Marcelliani, *mox nominandi,* Julianus. *Quod ad titulum* Togati *attinet, Lipsius lib.* I *Elect. cap.* 13 *erudite docet, quomodo* Toga, *florente Republica, vestis communis Romani populi, sub Imperatoribus exoleverit, manseritque Senatoribus dumtaxat et Magistratibus.*

c Illustres *dicebantur honoratiores quique in Imperio,* Præfecti Prætorio, Præfecti urbi, Quæstores, Magistri militum *etc. de quibus aliisque vide Joannem*

A *nem Seldenum, peculiari libro de Titulis honorariis.*

d *Virg. Ecl.* 4 *in quem locum Pontanus noster*, commenti simile *censet, quod Sebastianus Corradus, in* 1 *Æn. et ex eo Ramus narrant, duos hosce Martyres*, hujus Eclogæ versibus consideratis, ad Christiana sacra accessisse. Nempe, *inquit*, argumenta nulla πειθανώτερα vel legerant vel audierant. *Sed non hoc dicunt Acta: solum affirmant, inde ductum initium sermonis conferendi de Christo. Neque tam remota illa inductio fuit, qua sæpius usi Christiani paulo eruditiores. Nam et Lactantius lib.* 5 *cap* 7, *agens de adventu filii Dei ad homines, huc ita respexisse videtur.* Sed Deus, ut parens diligentissimus, appropinquante ultimo tempore, nuntium misit, qui vetus illud seculum fugatamque justitiam reduceret. Rediit ergo species istius aurei seculi; et reddita quidem terris, sed paucis assignata justitia est, *nomine* Virginis *per Poetam signata.*

e *Acta hæc versibus ornavit aliquis, tamquam summarius capitum, qui deinde continuo inter prosam textu transcripti sensum turbant in MS quare eos inde eximo, et loca litterulis Græcis noto, ipsos versus infra simul omnes daturus, sub iisdem litterulis.*

B f *Perusina MSS. pro* Variano, *adducunt hic* Cyriacum, Marcellinum, et Faustinum

g *Catechesis hæc verbotenus sumpta est ex Actis S. Laurentii, 'apite antea S. Hippolytum cap.* 15 *apud Surium.* Timotheus *autem hic, apud Surium, vocatur* Presbyter de titulo Pastoris; *sed hoc acceptum videtur ex Actis SS. Pudentianæ et Praxedis, per anachronismum integri unius seculi: cum sub Pio Papa floruerit iste Presbyter.*

h *Jam dixi, quo errore hic et alibi cum* Decio *componatur* Sixtus, *sexennio post ejus mortem primum Pontifex factus. Sub Valeriano, jam non amplius Præfecto seu potius Censore, sed Imperatore: nominandus erat* Fabianus *aut* Cornelius.

i Scholastici, *id est*, Oratores, *seu* viri litterati, *unde S. Augustinus in Dialect.* Cum Scholastici solum et primitus dicantur ii, qui adhuc in Schola sunt; omnes tamen, qui in litteris vivunt, nomen hoc usurpant. *Ita* Serapion *apud Hieron. de Script. Eccles.* ob elegantiam ingenii, cognomen Scholastici meruit.

k *Hoc vel quid simile excidit per librarii festinationem: neque nobis hic succurrere potuit Mombritius, tota parte priori valde contractus. Secutus ergo ad hiatum supplendum Aronensia Acta sum: nam et Perusina, ex defectuoso similiter exemplo sumpta, pariter*
C *hic deficiunt; ut unum omnium fontem intelligas, ipsum forte Urbevetanum codicem.*

l *Ita etiam S. Laurentius, cap.* 17, *dicitur Decio præsentatus* in Palatio Salustiano.

m *Pellinus, Italice locum hunc reddens*, in Basilicam vicinam, *inquit: ita enim habet textus, quasi in Perusinis MSS. defuerit nomen. Hinc contra Marlianum colligit Seneschallus, Palatium Decii fuisse proximum ædi, quæ nunc dicitur* S. Laurentii in Panisperna.

n *Non est hic locus Isaiæ, sed Joannis in Apocalypsi cap.* 22 *v.* 11; *eumdem tamen sic etiam ex suis MSS. recitat Pellinus.*

o *Perusina*, Perusium: *distant autem* Centumcellæ, *hodie* Civita-Vecchia, *ad mare Tyrrhenum sitæ, ab urbe Roma* P. M. 40. *Nota autem Seneschallus*, Consulares *dici, non solum eos qui Consulatum gesserint, qualis nullus in Fastis invenitur* Promotus; *sed omnibus Præsidibus Thusciæ, aliisque paucis, honorarium eum titulum fuisse.*

p *Eadem MSS.* triginta.

q Caprarum ungulas, *inter tormenta Martyrum, necdum alibi legi: interim placet sententia Seneschalli nostri, existimantis hic significari* ferrea instrumenta, sua bisulca extremitate caprinam ungulam aliquousque referentia; *utique* deradendis sulcandisque lateribus, *uti Tertullianus, Hieronymus, Augustinus loquuntur, aptiora; quam quorum figuram exhibet Gallonius, libro de cruciatibus Martyrum Tabula* 13 *litt. A.* D

AUCTORE D. P.

r *Tali ratione intelligeretur locus aliquis in finibus Castrensis Comitatus, ubi interim nullum nominis talis vestigium. Perusina*, procul a civitate, ad unum milliare cis Tiberim, in loco silvoso dicto Funesto: *et consequenter* in Tiberim *jactata corpora dicunt.*

s *Eadem MS.* Superantium *nominant, missum ab Episcopo Decentio*. Rectorem (*nota tituli novitatem ex usu fere hodierno* ecclesiæ S. Mariæ.

t *Eadem nihil mutant circa numerum inventorum capitum; quod tamen ratio consequentiæ videbatur exigere.*

Porro exempta textui Hexametra hæc sunt, quorum plura forte in principio desunt.

α Ortus tum Christi laudatur versibus istis,
β Decius ast verbis conatur vertere Sanctos.
γ Verberibus duris Sanctos condemnat et urit.
δ Sacrum ferre diis hos cogis, inepte Promote.
ε Sputo Sanctorum mox frangitur ast simulacrum. E
ϛ Carnifices vero lacerant pro nomine Christi.
ζ Imperat, et ferro Sancti truncantur acerbo.
η In mare Sanctorum jactantur membra piorum.
ϑ At caro Sanctorum jacet hic veneranda virorum.

APPENDIX

DE RELIQUIIS S. FLORENTII,

Perusio Duacum translatis, ad ecclesiam Societatis Jesu.

Allatis a n. 1650 Duacum Reliquiis S. Florentii,

R*ev. P. Florentius de Montmorency, non solum illustri generis nobilitate, sed etiam præcipuis quibusque in regenda Societate, tam universa quam Belgica altraque, muneribus gestis, pene usque ad summam Generalatum, inter nos celeberrimus fuit. Hunc, mortuo P. Francisco Piccolomineo, electus a X Congregatione successor, post Alexandrum Gottofredi, Gosvinus Nichel, cum utrique Belgicæ Provinciæ, olim feliciter ab ab eo gubernatæ, Visitatorem destinaret anno* MDCL; *venit is cum sacrarum Reliquiarum, in Italia copiose collectarum, thesauro tanto, ut nullum pene sit utriusque Provinciæ templum vel oratorium, cui non impertierit alicujus Sancti corporis notabilem portionem.* F *Quod autem, pro singulari erga nominis sui Patronos reverentia, habebat carissimum,* Os *scilicet* crurale S. Florentii Martyris Perusini, *donavit collegio Duaceno, cui ter Rector præfuerat, exaltationemque solemniter fecit sequenti mox anno celebrari. Eam actionem illustriorem ut faceret Michael Seneschallus, vir omnino eruditus, libellum edidit sub hoc titulo,* Nobilis agon S. Florentii, Togati Romani, invicti Martyris Perusini, pestilentiæ depulsoris, et adversus illam Tutelaris: *ubi eleganti paraphrasi donantur Acta, superius producta; additis etiam Notis, unde nonnihil mutuatum me profiteor supra.*

Acta illustrantur a Michaele Seneschallo

2 *Addidit etiam Præfationem, cum similibus notis; in quibus haud omisit indicare convenientiam horum Actorum cum Actis SS. Secundiani ac Sociorum: ac primum conatur nonnihil differentiæ inter utraque invenire; sed huic differentiæ non multum fidens, eo propendit, ut Acta illa, non fuerint a S. Secundiano translata ad S. Florentium; sed contra.* Statim enim verosimilius *ipsi* apparet; Centum-cellis, non ita nobili olim urbe et pridem funditus diruta, intercidisse S. Secundiani monumenta, quæ postea sint aliunde suppleta; quam ut Perusiæ perierint Acta S. Florentii;

et quadamtenus defenduntur ut genuina:

A rentii; quæ civitas jam inde a Cæsaris Augusti temporibus, non tantum stetit, sed etiam floruit, ad hunc diem. Deinde, cum Decius eo anno, quo sanctos hosce Martyres necavit, nec omnino extremo, dicendus sit interisse; ægerrime in exeuntem Julium mensem, quo si Actis credimus, Secundianum jussit ad Promotum duci, differetur postremus Decii ex urbe discessus et profectio in Mœsiam, ubi sæpius conflixit cum hoste, quem et aliquando velut obsedit. At si ineunte Junio, post damnatum Florentium, expeditionem suscepisse dicatur Decius, satis commode potuerant perfici omnia quæ ab historicis narrantur. *Verum non sunt hæc talia, ut magnum momentum conferre possint ad huic vel illi prius tribuenda Acta, pluribus post utriusque passionem seculis scripta; et quæ sub nomine S. Secundiani inveniuntur Acta, multo antiquiora sunt, quam quæ sub* S. Florentii *nomine.*

describitur ejus ecclesia Perusii,

3 *Ipsius libelli Caput* 12, *relata corporis translatione Perusiam, sic concludit Seneschallus.* Est templum illud *quod a* S. Florentio *nominatum, in prævio Commentario diximus* ex antiquissimis quæ Perusiæ visuntur; adeo ut negent primordiorum ejus ullam B extare memoriam, in veteribus urbis monumentis. Hoc unum in confesso est, jam inde a principio jus parochiæ habuisse, ac, post varias rerum vicissitudines, Eugenii IV Pontificis Maximi auctoritate RR. PP. Servis B. Mariæ cessisse. In eo prostat S. Florentii effigies, juvenili specie, orantis habitu, posito genu altero, junctis manibus, oculis in cœlum sublatis; gladio lateri, non tam appenso, quam adjacente: quod postremum (ut audio) quidam Perusii sic interpretantur, quasi ensis insigne sit muneris, obiti in aula Cæsaris, cui Florentium a consiliis fuisse volunt. Sed præterquam quod id procul sit a vero (ut ut moribus nostris eo gestamine se distinguant ab aliis Principum administri, etiam Togati) tamen florente Imperio, ac nominatim Decii ætate, usurpatum, haud scio an facile probari possit. Potius crediderim, eo significatum; fuisse gladio amputatum caput fortissimo Christi militi. Juvenilis vultus refundi potest in morem illorum temporum barbæ ad cutem abradendæ; quo fit ut in antiquis statuis ac nummis, etiam virilis ætas, blandum quemdam adolescentiæ vigorem spiret.

effigies,

et tutela contra pestilentiam,

4 *Pergit deinde Seneschallus demonstrare cap.* 13, *quod* S. Florentius pestilentiæ depulsor, et contra C eam Tutelaris *est habitus, iisdem, quibus in Commentario prævio sumus usi, argumentis, anni* MCCCXLVIII *et* MCCCC, *additque* vexillum elegans anno MDCCLXXVI aræ S. Florentii appensum, in supplicationibus contra grassantem pestilentiam futuro tempore instituendis, circumferendum. Et *recentissime*, inquit anno MDCXXIX, cum Tuscia universa sævissimæ luis contagione devastaretur, Perusini, publico civitatis Concilio habito, rursum S. Florentium inter singulares suos Præsides ac Patronos adlegere ad diem XXIX Januarii. Clientes autem suos ita texit Martyr, ut ne minima pestilentiæ aura, inter tot vicinarum urbium funera, fuerint afflati. *Libellum denique claudunt instrumenta publica, fidem facientia Translationi, Perusiæ Duacum factæ, initium sumendo ab eo, quod in suo* S. Florentii Conventu *signaverunt* RR. PP. Servi B. V. Mariæ, Provinciæ Mantuæ.

Publicantur actus

5 Nos infrascripti fidem facimus, et verbo veritatis attestamur, particulam ossium et reliquiarum S. Florentii, positam in capsa lignea, colorata colore rubeo et aliis coloribus... signata sigillo parochiali ecclesiæ S. Florentii per me F. Jo. Baptistam Petrocchium de Perusio, Ordinis Servorum dictæ ecclesiæ Parochum, de mandato R. P. Mag. Hippolyti Bæzani de Ferraria, totius Religionis Servorum Prioris Generalis, sub data, Bononiæ die XVIII et XXII mensis Decembris MDCXLIX consignatam, D in dicta capsula Ill. et Rev. D. Josepho Mariæ San-Felice, Perusii et Umbriæ Gubernatori Generali; vere, realiter, et cum effectu fuisse, et esse deductam, sublatam, et extractam (ex eademmet capsula, in qua asservantur Reliquiæ dicti S. FLORENTII, existente super altari Reliquiarum dictæ ecclesiæ; S. FLORENTII, civitatis Perusii, et ejusdem Ordinis Servorum. Et hoc dicimus et attestamur, quia vidimus, perspeximus, et præsentes fuimus. In quorum fidem, Ego idem Fr. Jo. Baptista qui supra, scripsi, subscripsi, et solito sigillo dictæ Parochiæ munivi, et medio juramento confirmavi, hac die quinta Februarii MDCL. Ego Fr. Carolus Bonacquistius de Perusio, Ordinis Servorum, quia vidi, perspexi et præsens fui, ideo subscripsi manu propria ad fidem.

extractionis ex arca per Patres Servitas;

donationis factæ P. Jo. Paulo Oliva,

6 *His acceptis idem San-Felicius, jam designatus Archiepiscopus Consentinus, dedit, ad* R. P. Joannem Paulum Oliva, *tunc* Collegii Germanici Rectorem et Concionatorem Pontificium, *postea Societatis universæ, P. Goswino Nickel defuncto, Præpositum Generalem, hujusmodi litteras.* Adm. Rev. Pater ac plurimum observande. En sacras S. FLORENTII Reli- E quias, una cum suis Tabulis authenticis, quibus et meum ipse Testimonium adjunxissem, nisi hæ a RR. PP. Servitis profectæ abunde sufficerent. Novit Paternitas vestra, qua ex causa hactenus mittere distulerim, quamque cupiam ex animo illi ad primos nutus obsequi. Die Lunæ postremo huc primum Roma reversus est ille e Patribus, qui penes se sacræ lipsanothecæ clavem asservabat; moxque me hic expertus est rigidum promissi exactorem. Sanctum donum non mitto ea elegantia exornatum, quæ rebus divinis debetur; eo quod, cum Patres Servitæ illud ad hunc modum sua pyxide concluserint, noluerim ego in aliam transferre, ne id authentico ipsorum Instrumento fraudi esset. Sed neque per temporis angustias mihi licuit novum illi ornatum adjicere, prout optassem. Gratum habeat Paternitas vestra pretiosum munus hac theca contentum, et una sincerum affectum ejus qui illam singulari veneratione prosequitur. Perusiæ, die VI Februarii MDCL.

a Gubernator Perusino;

et approbationis per Vicarios Atrebatenses.

7 *Sequenti anno veniens (uti dixi) in Belgium R. P. Florentius de Montmorency, Insulis* 1 *Julii testatus est, se* inclusum in *dicta* Capsula os notabile S. Florentii, Martyris Perusiæ, cum adjuncto testi- F monio authentico accepisse Romæ, de manu R. P. Joannis Pauli Oliva, et illud dedisse Collegio Societatis Jesu Duaci. *His autem visis;* Vicarii Generales Sedis Episcopalis Atrebatensis vacantis, fidem facimus, *inquiunt*, et attestamur, pro parte R. P. Huberti Wiltheim, Vice-Provincialis Gallo-Belgicæ Societatis JESU, et Rectoris Collegii Duacensis, Diœcesis Atrebatensis, exhibitam nobis fuisse Capsulam ligneam, signatam sigillis quinque, eadem forma qua sigillum a latere instrumenti suprascripti est expressum; quam capsulam, in præsentia R. P. Antonii le Febure ejusdem Societatis Presbyteri reseravimus; et in ea primum reperimus suprascriptum Instrumentum, una cum Epistola Ill. et Rev. Domini Josephi Mariæ San-Felice, Perusii et Umbriæ Gubernatoris Generalis, scripta ad R. P. Jo. Paulum Oliva VI Februarii MDCL; qua declarabat, sese ad eum transmittere sacras Reliquias S. Florentii Martyris, extractas et sibi consignatas, ut in eodem instrumento. Deinde gossipio candido decenter coopertum invenimus Os præfatum ejusdem S. Florentii, a RR. PP. Fr. Jo. Baptista Petrocchio, et Fr. Carolo Bonacquistio Presbyteris, Religiosis Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis, capsulæ præfatæ inclusum. Quibus omnibus visis, et diligenter

genter

A genter consideratis, præfatum Os, tamquam veram particulam Reliquiarum S. Florentii Martyris, permisimus, et permittimus in Ecclesia Societatis Jesu Duacensi (cui R. P. Florentius de Montmorency, ejusdem Societatis in Belgio pro tempore Visitator, illud pia largitione donavit) publice Christi fidelium venerationi exponi. Datum Duaci Anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo, Mensis vero Octobris Die decima tertia.

CARD. FR. DE LAURETEN.
Archid. Atreb. Vic.

Illæ pretiosa Hierotheca condita anno 1625,

8 *Quid porro Duaci actum sit, accipe ex Historia Collegii istius, pro more Societatis nostræ annue continuari solita; ubi post enumerata varia ornamenta, thesauro ecclesiæ anno* MDCLII *illata, sic legitur.* Accessit deinde hierotheca caput pectusque referens S. Florentii Martyris Perusini, cui insertum est Os crurale ejusdem sancti, donum R. P. Florentii de Montmorency : qui cum Romæ Societatis nostræ Assistens degeret, Reliquias illas, ope Magnatum Italorum, a Patribus Servitis Perusinis impetravit : deinde ex amicorum liberalitate conflata pecunia, hierothecam, facile quadringentis aureis æstimatam, fabricandam curavit.

solenni pompa deferuntur in templum,

Pridie vero festi, quod in quintam Junii incidit, sacræ illæ reliquiæ e Schola Theologica Collegii Aquicinctini, prælucente longo ordine tædarum, quas ferebant partim selecti magno numero adolescentes, partim Sacerdotes nostri linteati cum stola, in templum nostrum per vicinas plateas, a primariis Patribus delatæ, et in altari ad hoc parato collocatæ. Hic eo die vesperæ decantatæ. Postridie magno apparatu Sacrum ab eodem R. P. Florentio de Montmorency celebratum; concio ad populum habita de laudibus invicti Martyris; ad cujus cultum passim exarserunt animi, ideoque potissimum, quod adversus pestiferam luem adesset novus Tutelaris, cujus ope constaret Perusinam civitatem non semel ab illa fuisse liberatam. Ergo ad totum octiduum producta solennitas, modo Magistratu, modo ipsa Universitate, modo aliis Ordinibus Sacrum solenne curantibus, et vota sua ferentibus. D

Miracula D. F.

ac deinde in supplicatione contra pestem instituta,

9 Valuit autem plurimum ad cultum ejus proferendum vita ejusdem Martyris, et nobilis agon eleganti stylo latine, tum etiam vernacule typis vulgata : cœpitque Sanctus eo coli impensius, quod sub æstatem pestilens morbus paulatim gliscens, satis multos in civitate corripuit. Cum vero de more a Clero ac Religiosis Ordinibus publica per urbem et mœnia supplicatio esset instituta; et ad eam, rogante Magistratu, Sancti quoque Florentii reliquiæ a Sacerdotibus externis deportarentur, ita ut locum haberent inter Clerum : is honor hospiti novo exhibitus offendit pauculos quosdam, ac nominatim Patres Dominicanos; qui cum ventum esset ad templum D. Virginis, in quo quiescendum erat, negaverunt se ulterius, nisi mutato ordine, perrecturos. Et vero reliquiæ S. Florentii eo die ibi manserunt, quasi Deo illis majorem cultum reservante.

primo cum aliis,

Etenim nonnulli cives, illi jam tum addicti, conspirarunt, ut nova Supplicatio instauraretur, quæ esset propria S. Florentii; cujus etiam ipsi ultro curam et sumptus susceperunt : et annuente atque concitante Magistratu, haud multis diebus interjectis, itum est per primarias plateas ad templum supra memoratum D. Virginis, factoque ibi primum Sacrificio, processum est solenni pompa ad universæ urbis ambitum per mœnia. Credi vix potest, quantus tunc fuerit populi concursus, quanta pietas : et invitabat plurimos veluti ademptus honor D. Florentio, hac ratione restituendus, ipso etiam cœlo sua serenitate adgratulante. E

post seorsim, successu optimo.

Hoc asserunt qui sunt provectioris ætatis, numquam magis piam, nec magis frequentem supplicationem Duaci visam esse. Neque vero defuerunt plurimi, qui postmodum, seu inter pericula pestis immunes, seu etiam ab ea correpti et subinde liberati, se id S Florentii meritis debere faterentur. Restitutæ cuipiam piæ personæ sanitatis pendet ad ejus imaginem anathema, corona argentea; et multi prætcrea a variis accensi cerei tota æstate, fere quotidie arserunt.

DE SS. REVERIANO EPISCOPO,

PAULO PRESBYTERO, ET X SOCIIS,

C MARTYRIBUS AUGUSTODUNI IN GALLIA. F

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Cultus in Breviariis et Fastis, tempusque Martyrii. G

ANNO CCLXXII

Augustodunum, *antiquissima Æduorum urbs, in Gallia et hodierno Burgundiæ Ducatu, celebrat hoc die per suum territorium varios, in odium fidei Christianæ jussu Aureliani Imperatoris occisos; quando is apud Catalaunos Tetricum tyrannum devicit, atque in deditionem accepit, et iter per Æduos instituit, anno Æræ vulgaris* CCLXXIV. *Eo tempore Martyres hi, Roma in Gallias profecti, certamen gloriosum perfecisse referuntur in Actis, diu post inventionem corporum scriptis, quæ ex veteri codice MS. collecta nobis transmisit Petrus Franciscus Chiffletius. In eo Codice semper quidem legebatur* Regianus, *sed ejus loco restitutum erat recentiori manu* Reverianus : *quod nomen cum ipso et aliis antiquis Auctoribus detinemus : Gallice* S. Riran *dicitur.*

Tempus martyrii

Acta Ms.

Memoria in Fastis,

2 *Porro Usuardus, in omnibus codicibus manu exaratis et typo cusis, ista habet ad hasce Kalendas Junii :* Augustoduni SS. Reveriani Episcopi, et Pauli Presbyteri, cum aliis decem, qui sub Aureliano Principe martyrio coronati sunt. *Usuardum describunt Bellinus (qui* Reverentianum *appellat) Grevenus, Maurolycus, Felicius, Molanus, Galesinius, aliique, cum hodierno Martyrologio Romano. Petrus de Natalibus lib 5 cap. 43 ista scribit .* Reverianus Episcopus, et Paulus Diaconus, cum aliis decem Martyribus, apud civitatem Augustodunum passi sunt. Qui omnes pro confessione nominis Christi, sub Aureliano Principe, coronam passionis a Domino perceperunt, Kalendis Junii, ut dicit Ado ex Hieronymi Martyrologio. *Hæc ibi. Verum in genuinis Martyrologiis Adonis et Hieronymi ista non reperiuntur; sed in aliquibus MSS. contextui Adonis additi illi sunt, et Episcopus* Rivianus *scribitur. Saussayus in Martyrologio Gallicano, primo loco eos celebrat his verbis :* Augustoduni Æduorum natalis Sanctorum Martyrum, Reveriani Episcopi, Pauli Presbyteri, et aliorum decem, qui pro Christo

A Christo (quem unice et ardenter coluerunt) glorificando depugnantes, sub Aureliano Principe, superatis fortiter suppliciis, insigni martyrio coronati sunt. *Hæc Saussayus, qui non videtur Acta habuisse.*

et Breviario Æduensi.

3 *In Breviario, ad ritum diœcesis Æduensis, auctoritate Jacobi Hurault Episcopi, sub annum* MDXXXIV *excuso, memoria* S. Reveriani *una cum* S. Nicomede *ad hasce Kalendas Junias recolitur, hac præscripta Oratione :* Deus qui nos beatorum Martyrum tuorum, Nicomedis et Reveriani, meritis et intercessione lætificas; concede propitius, ut qui eorum beneficia poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur. *Hæc dies* Dedicatio natalis S. Nicomedis Presbyteri et Martyris Romæ, *indicatur ab Usuardo, Adone, et aliis. Verum ejus solennitas in Breviario, etiam Romano, celebratur* XV *Septembris. De supra relato accessu Aureliani in Gallias agunt Vopiscus cap.* 32, *Eutropius lib.* 9 *et alii. Est etiam* S. Symphorianus *martyrio coronatus Augustoduni sub eodem Aureliano ; sed eo ibidem non præsente, et quantum colligimus anno præcedente* CCLXXIII, *atque* XXII *Augusti : ad quem diem ista exactius discutienda.*

B

ACTA

Ex veteri MS. a P. F. Chiffletio communicata.

Post fidem Christi ubique divulgari captam,

Postquam Dominus et Salvator noster Jesus Christus, devicto mortis imperio, gloriosa humanitatis substantia, ascendit in cælos; per totum orbem, cum sancta Ecclesia Catholica, per beatos Apostolos, ita Evangelium Christi [illegible], ut etiam terminos universæ terræ transcenderet. Tunc antiquissimus anguis, cernens fortitudinem suam evulsam, regnumque suum diruptum; invidiæ facibus inardescens, contra Christi milites, per truculentissimos Principes, sævissima excitavit certamina. Quantum vero diverso genere tormentorum diversisque adinventionibus contra eos nitebatur, tantum per Spiritum sanctum corroborati, usque ad palmam victoriæ in agone certabant : ita ut omnis Ecclesia, velut ex gemmis pulcherrimis, sanctorum Martyrum virtutibus adornata, in fide Catholica magis magisque floreret in mundo.

2 Igitur eodem tempore, cum impiissimus Aurelianus, ab Orientali *a* parte egressus, Ecclesias Dei a
C vastando, in Galliarum usque venisset partes; B. Reverianus *b* Episcopus cum sociis suis, ordine scilicet Episcopali, pro fide Christi dimicare cupiens, ab urbe Roma egressus, pervenit ad locum, quo morabatur Aurelianus; intra Augustodunense territorium ingressus. Mox verbum Christi, ut solitus erat, omnibus annuntiare cœpit. Audiens hoc Aurelianus Rex, ante præsentiam suam eum cum sociis suis præcepit adduci. Qui cum adducti essent, multa dona ac munera eis pollicitus est, ob hoc ut quoscumque potuissent, transferrent ad idolorum culturam, maxime tamen quos ipsi docuerant. A facie Regis B. Reverianus cum Paulo egressus, gratiam Christi omnibus plus prædicare, ac sedulo ministerio accepto insistere cœperunt. Cernens frustrari voluntatem suam Aurelianus, et quod nec muneribus nec argumentis verborum eos avertere a fide Christi posset, vocans eos dixit : Antiquæ legis edicta observate, quæ jubent a nullo contemni sacrificia Deorum : quod si offerre nolueritis, diversis vos pœnis interimi præcipiam : et non eripiet vos de manibus meis ullo modo auxilium vestri Christi.

b

S. Reverianus cum Sociis Roma in Gallias profectus,

sistitur Aureliano,

3 Reverianus Episcopus, timore nudus, fidei fervore vestitus, respondit : Dominus noster Jesus Christus, filius Dei vivi, ipsi est, qui fecit cœlum et D terram, et omnia quæ in eis sunt : ipse solus Deus immortalis, quem confitentur Angeli et omnes virtutes cœlestes, eripere non potest de pœnis tuis. Nos tamen sacrilega et vana idolorum cultura, deos ligneos lapideosque, quibus adorando similis effectus es, qui nec vocem habent, et sensu per omnia carent, non adorabimus : sed tota mente et voce confitebimur Christum, redemptorem humani generis, qui venturus est judicare vivos ac mortuos, et destruet aerias potestates, quarum tu vas et servus esse videris. Tunc impiissimus Aurelianus, verba illius ferre non valens, jussit eos a præsentia sua omnes amoveri, et a lictoribus flagellis torqueri, et diversis tormentis affligi, postmodum capita singulis amputari. Qui omnes, Christum Dominum clara voce confitentes, sponte colla lictoribus submittentes, decollati sunt : Primus Reverianus Episcopus, et inde Paulus Presbyter, cum suis sociis numero decem, cum gaudio regna cœlestia intraverunt. Putabantur linguæ eorum Deum prædicare præcisis jam capitibus. c

et flagellatus capite plectitur, cum S. Paulo et aliis.

4 Sancti igitur Martyres, cum ab iniquissimo Aureliano fuissent interfecti, seipsos ostendere multis virtutibus, per auxilium Christi Domini, cœperunt. Cum id Regi nuntiatum esset, præcepit militibus suis dicens : Viros stultos, quos propter Deorum culturam nostra sententia jussit puniri, projicite in vasta solitudine, ut eorum corpora a bestiis devorentur, et humanæ consuetudinis careant sepultura. Erat tunc matrona in eodem loco, nomine *d* Maxima, amore Christi accensa, quæ locum curavit inspicere, ubi sancti Martyres projecti fuissent. Ministris autem abscedentibus, venit ipsa cum servis suis, et omni cum honore corpora sanctorum Martyrum sepelivit, et ibi diutius absque notitia hominum latuerunt. *d*

Corpora per viam matronam sepulta, E

5 Sed omnipotens Deus noluit ut manerent incogniti, sed in consolatione fidelium pro illo certantium manifestare præcepit thesaurum occultum. Septem namque Monachi, de urbe Roma egressi, in eumdem pervenerunt locum, quo corpora Sanctorum requiescebant, secum vero deferebant Reliquias sanctorum Apostolorum Petri et Pauli. Cum inibi ad hospitium declinassent, fatigati ex itinere, media nocte audierunt quasi sonitum Angelorum multorum, sublime Deum laudantium. Exurgentes vero, apparuit illis claritas magna, cum magno splendore. F Illi autem stupefacti de tam immensa claritate, secum cogitare, quidnam agerent, cœperunt. Timore concussi nimio, fugere per eremum decreverunt. In media itaque via steterunt duo splendidissimi viri devoluti, ut nullatenus viam quam destinaverant in itinere arripere possent. Agnoscentes vero quod prædicta pignora Sanctorum exinde ferre non valerent, ea in eodem loco reliquerunt; et oratorium *e* ab Aboleno Presbytero desuper fuit ædificatum. e

et splendore nocturno indicata,

oratorio honorantur;

6 Sed quia ad notitiam ipsius, S. Reveriani præsidia non pervenerunt, juxta ipsum oratorium pretiosa corpora latebant. Cumque inibi attentius excubarent, pietas Dei non sinebat diutius terra pretiosa corpora occultari : quia in claritate Altissimi splendidiores sole fulgebant. Aperta est vero terra per imperium Christi, et apparuerunt Sanctorum corpora pretiosa, absque ulla diminutione membrorum : quia non potuit bestia nec vermis quidquam ex illis contaminare, quos protectio Altissimi circumdabat. Tum vero desuper per misericordiam Dei ecclesia fuit ædificata. Ab eo die quo pretiosum B. Reveriani apparuit Corpus, qui omnia creavit ex nihilo, liquorem olei in eodem loco ita jugiter perstillare fecit, ut numquam aliunde ibidem ab hominibus fuisset oleum illatum. Quicumque vero ægrotantium

reperiuntur integra,

oleum stillant

A tantium fideliter exinde detulerint, statim pristinam recipiunt sanitatem.

miraculis clarescunt

7 Illud quoque non silebo, quod cunctorum oculis auribusque perpatuit. Post prædictam revelationem, cujus supra fecimus mentionem, omnibus diebus omnibusque temporibus, per intercessionem pretiosorum Martyrum, cæci illuminantur, paralytici gressum recipiunt, surdi auditum, multi eloquium, dæmones de obsessis corporibus ejiciuntur. Tantas virtutes tantaque miracula explicare non valebo, quantum in eodem loco sedule Domino largiente conferuntur. Det mihi pius Dominus veniam, quia multa præterii qui vix pauca conscripsi. Passi sunt autem sancti Martyres die Kalendarum Juniarum f, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per infinita secula seculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

a *Nempe a parte Italiæ; quæ, respectu Galliæ, Orientalis censetur; et ubi Aurelianus, anno* 272, *urbem Romanam muris cinxerat; edictaque renovarat.*

B b *At cujus Sedis? Mirarer ego, si non fuerit ordinatus a S. Felice Papa I, pro ipsamet Eduensi Ecclesia: hæc enim, jam inde a tempore S. Polycarpi, per ejus discipulos Andochium ac Thyrsum, fidei lumine fuit illustrata; cujus interim Episcopi omnes nos latent, usque ad S. Amatorem, quem ordinatum anno* 388 *ostendit Henschenius, ad ejus Acta* 1 *Maji. Interim nulli hactenus in mentem venit S.* Reverianum *Augustodunensibus Episcopis annumerare.* D

IX vs.

c *Utinam vetustiori ac certiori testimonio constet, id non figurate hic dici.*

d *Hujus* Maximi *nulla alibi notitia; fortassis et nomen gratis inventum fuit, ut alias sæpe factum in martyriis, plura post secula primum scriptis.*

e *Roma Augustodunum venientibus; ad ultimam totius itineris leucam, occurrit vicus* S. Petri *dictus; fortassis occasione hujus oratorii, ubi olim silvula esse potuit, quæ hic pro* vasta solitudine *accipitur;* Abolenus *vero iste oratorii conditor, quando vixerit, optarem invenire posse: sic enim de horum Actorum ætate posset aliqua fieri conjectura. Eam interim non valde magnam ausim concipere; discere autem velim, an vel in jam dicta S. Petri suburbana parochia, vel alibi adhuc supersit corpus aut memoria aliqua S.* Reveriani *et Sociorum.*

f *MS. Floriarum:* Sub Valeriano Principe coronati sunt anno salutis 266, persecutionis vero anno 8: *quæ nec inter se, neque cum Actis cohærent.* E

DE SANCTO OCTAVIO,

MARTYRE THESSALONICÆ IN MACEDONIA.

G. H.

Ex Martyrologio Hieronymiano.

Notitia ex Fastis S. Hieronymi,

Inter illustriora instrumenta, de cultu et veneratione Sanctorum, est vetustissimum Martyrologium, dictum S. Hieronymi. Hujus quatuor hactenus adepti sumus apographa, quorum antiquissimum monasterii Epternacensis in agro Luxemburgi, ab initio impressionis Actorum Januarii habuimus, ejusque initium laminis æreis edidimus ante tomum secundum Actorum mensis Aprilis, ut vel ex forma ac vetustate characteris ejus dignitas posset agnosci. Accessit dein secundum apographum, in monasterio Corbeiæ Gallicanæ repertum, et a Luca Dacherio tomo

C *4 Spicilegii insertum, excusumque Parisiis anno* MDCLXI. *Postea Franciscus Maria Florentinius aliud ecgraphum apud Lucenses suos reperit, cui nos Epternacense descriptum concessimus, et ipse tria ista apographa vulgavit Lucæ anno* MDCLXVIII, *atque sub finem adjecit observationes ex quarto apographo D. Henrici Julii Baronis de Blum, Cæsarei nunc Pragæ Consiliarii, quod nostro instinctu eidem submissum fuit. Ex isto tam vetusto atque ex tot ecgraphis integrato Martyrologio, pergemus hoc mense Sanctos proferre, atque pro viribus illustrare. Est autem hoc ubique initium:*

2 Kalendas Junii. In Thessalonica Octavi. *Martyrologium Rabani,* In Thessalonica natale Octavi. *Notkerus,* In Thessalonica nativitas S. Octavii. *Similia habentur, in pervetustis MSS. Richenoviensi in Suevia, Rhinoviensi in Helvetia, Augustano S. Udalrici, Trevirensi S. Maximini, Parisiensi Labbei, Corbeiensi, Aquisgranensi, et aliis, uti etiam in Martyrologio sub nomine Bedæ vulgato, et apud Grevenum in Auctario Usuardi, Martyres esse, et hunc et alios fere omnes, in istis Martyrologiis relatos, satis certo cognovimus, ex eorumdem constanti usu, licet illud non addatur. Notissima est etiam urbs Macedoniæ* Thessalonica, *de qua et infra latius agemus.*

nomen in Fastis Latinis:

3 Octavium *interim nullum Fasti Græcorum noverunt: quod sane non magnopere miramur. constat enim nobis ex epistola Nicolai Papæ I, Thessalonicensem Archiepiscopum Vicem Romani Pontificis gessisse per utramque Epyrum, Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam utramque, Mysiam, Dardaniam, et Prævalim; unde etiam Justinianus Imperator Novella* 13 *indicat, se a Vigilio Papa obtinuisse Justinianæ primæ, patriæ suæ, ut ejus pro tempore Antistes, Archiepiscopus fiat, et in subjectis sibi Provinciis locum obtineat Sedis Apostolicæ Romanæ. Quod si totus ille Vicariatus, a Romano Patriarchatu ad Constantinopolitanum* abstractus *deinde fuit (sic enim loquitur antiquus hujus Patriarchatus Diatypus apud Leunclavium) id tamen primum factum est, sub iconomachis Imperatoribus seculo* VIII; *ex eo autem tempore major cura fuit Græcis easdem provincias sibi conservandi, quam earum Sanctos suis fastis adscribendi, quos paucissimos dumtaxat ibi invenies.* F

D. P. cur non et in Græcis?

DE SS. ZOSIMO ET TECLA VIRGINE,

MARTYRIBUS ANTIOCHIÆ.

G. H.

Ex antiquis Martyrologiis.

Nomina in MSS.

Antiqua *Martyrologii Hieronymiani apographa, Epternacense et Corbeiense Parisiis excusum, hos Sanctos ita referunt :* In Antiochia Zosimi et Teclæ Virginis. *Eadem, sed omisso titulo* Virginis, *leguntur in apographis ejusdem Martyrologii, Lucensi et Blumiano; item in MS. Richenoviensi et alio Reginæ Sueciæ per Holstenium laudato atque vulgato, uti etiam apud Notkerum. Ast* Tecla *etiam* Virgo *appellatur in MSS. Casinensi, Altempsiano, Trevirensi quodam S. Maximini, et alio Corbeiensi. Rabanus priorem solum nominat his verbis :* Et in Antiochia Zosimi. *Quæ etiam leguntur in Martyrologio sub nomine Bedæ vulgato, et in MS. Kalendario ante opera S. Isidori posito. Denique, palæstra*
B
Antiochia *omissa, refertur* Zosimus *in MSS. Augustano S. Udalrici, Parisiensi Labbei, et apud Grevenum in Auctario Usuardi.* Zozonus *vero appellatur in MS. Aquisgranensi. Hactenus de iis plura non reperimus.*

2 *Cum autem* Antiochia *simpliciter nominatur; quamquam ejus nominis plures in variis Provinciis sunt urbes, intelligitur plerumque* Antiochia Syriæ, *prima S. Petri Apostoli Sedes, ideoque inter Patriarchales etiam prima post Romanam; cui propria Synaxaria si aliunde eruerentur, de istis Sanctis, aliisque plurimis nunc ignotis, haud pauciora verosimiliter docerent; quam nunc discamus ex Synaxariis Constantinopolitanis, una cum Religione diutius asservatis.* *Quæ hæc Antiochia?*
E

DE SANCTO CRISPINO

MARTYRE IN AFRICA.

G. H.

Ex antiquis Martyrologiis.

Tertio loco : *memoratur hic Martyr in quatuor Martyrologii Hieronymiani vetustis apographis :* In Africa Crispini. *Quæ eadem leguntur in pervetustis MSS. Richenoviensi, Romano, duplici Cardinalis Barberini, Trevirensi S. Maximini, et alio Reginæ Sueciæ præcitato, in quo ita legitur :* In Africa natalis S. Crispini. *Ast omissa palæstra memoratur* S. Crispinus *in MSS. Augustano S. Udalrici, et Parisiensi Labbei, et Pragensi : at* Crispinus *in MS. Aquisgranensi, et* Crispus *apud Grevenum in Auctario Usuardi. Atque hæc in codicibus reperta sufficiunt, ut illius Martyris a nobis recolatur memoria inter Sanctos alios hujus diei, donec aliunde affulgeat aliquid amplioris lucis.*

DE SANCTIS JUVENTIO, CYRIACO EXUPERANTIO ET HERACLIA

C

MARTYRIBUS ROMÆ.

G. H.

Ex Martyrologiis.

F

Nomen S. Juventii,

Martyrologium *Romanum hunc mensem ad has Kalendas Maji ita auspicatur :* Romæ S. Juventii Martyris. *Annotat Baronius :* De eo vetera manuscripta, ex quibus Molanus hac die, *scilicet in ea editione, qua iste solum usus est anni* 1568. *Ast in duabus aliis post secutis, quasi animadverso primæ editionis errore, legitur,* Romæ S. Viventii Martyris, *et ita habent etiam Martyrologium Coloniæ et Lubecæ anno* 1490 *excusum, atque Grevenus in augmento Usuardi, et nonnulla MSS. ejusdem Usuardi exemplaria, ad usum Belgicarum Ecclesiarum aucta ; in quorum etiam pluribus et in MS Florario legitur,* Romæ S. Vincentii Martyris. *Martyrologium Bellini, secundum morem Romanæ curiæ Parisiis anno* MDXXI *auctius editum, et Galesinius cum dicto Martyrologio Romano consentiunt, et habent* Romæ S. Juventii Martyris. *Idque malumus retinere, quia antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa, quarto loco de illo et tribus sociis agunt, et fere ista habent :* Romæ Joventii, Cyriaci, Exuperantii, Heracliæ. *In aliquibus legitur etiam,* Juvenci, Cyriaci *et* Eracliæ.

potius quam Viventii.

2 *Ex his nomina* Juvenci *et* Cyriaci *sunt in Martyrologiis Trevirensi S. Maximini, et duplici Romano Cardinalis Barberini. In MS. Pragensi legitur* Viventii et Cyriaci. *In Corbeiensi* Joventiæ, Cyriaci. *In MS. Reginæ Sueciæ,* Romæ Cyriaci cum aliis tribus, *quos retulimus. MS. Ughellianum Romæ* Viventii, *et Strozziannum Florentiæ* Viventii. *MSS. Atrebatense et Tornacense,* Romæ natalis S. Exuperantii ; *pro quo in MS. Coloniensi S. Mariæ ad gradus scribitur,* Operantii, *et additur* Joventi : *pro quo etiam* Juventii *legitur in MS. Augustano;* Joventi *in Parisiensi Labbei. Servamus ergo primo loco* S. Juventium Martyrem *cum Martyrologio Romano, ex consensu plurimorum; eique adjungimus* Cyriacum, Exuperantium, Heracliam *ab aliis additos. In apographo Corbeiensi S. Hieronymi interponebatur nomen* Nicomedis Martyris : *sed, uti inter Prætermissos et in alios dies rejectos diximus, est solum hoc die* dedicatio ejus Ecclesiæ, *festum vero ipsius recolitur solenni veneratione ad diem* XV *Septembris.* *et 3 Sociorum, in antiquioribus MSS.*

3 *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ celebrat* S. Juventium.

A *ætas ignota* S. Juventium, martyrio affectum Romæ, qua tamen persecutione, et quo martyrii genere passus sit se reperire non potuisse *ait : quod et nos passim de antiquis Martyribus fatemur ; quoniam in præcitato Martyrologio, S. Hieronymi solum nomina et palæstra Martyrii soleant indicari; et ex illo passim alii suos Fastos transcripserint. Interim Maurolycus, de* Viventio (*haud dubie* Juventium *intelligens, littera prima transposita) ita scribit :* Romæ S. Viventii, ex Gallia Presbyteri, qui Theodosii et Valentini temporibus claruit. *Hoc ille unde habuerit difficile est divinare ; et in talibus sæpe deprehenso per gratuitam fictionem fallere, difficilius fuerit habere fidem. Maurolycum more suo descripsit Felicius.*

4 *Mirabile est autem quomodo Ferrarius, dum in* Gallia S. Virianum Presbyterum et Martyrem *celebrasset, in Notis potuerit citare* Maurolycum, qui illum sub Valentiniano et Theodosio Imperatoribus claruisse, Romæque martyrio coronatum scribit. *Sed hoc nobis documento sit, quam perperam legantur sæpe et describantur Auctores. Videtur uterque Valentinianum Imperatorem voluisse indicare : Ferrarium autem secutus fuit Saussayus in Martyrologio Gallicano, cum S. Claudio Episcopo Viennensi adjunxit Helladium Episcopum, et* S. Viriauum Martyrem, in pietatis agone coronatum. *Bellinus et Molanus, omissa palæstra, solum meminerunt* S. Viriani Martyris ; *cui Grevenus in Auctario Usuardi, et Canisius in Martyrologio Germanico, addunt socium his verbis :* Justi et Viriani Martyrum. *An ergo sicut ex* Juventio *factus est* Viventius *aut* Vincentius, *ita etiam* Virianus? *Nolumus id definire : sed neque ejus nomine augere numerum Sanctorum hujus diei, ob defectum antiquorum Catalogorum : satisque habemus rem indicasse, et nomina inter Prætermissos retulisse, si forte aliquis majus lumen possit affundere, ut ex hisce tenebris etiam lector eruatur.* Justinus *quidem et* Verianus *nominantur in Actis Aronensibus SS. Gratianini et Felini, velut cum ipsis hoc die passi Perusii ; sed eos nihil huc spectare arbitramur.*

An ex Juventio factus alius Virianus?

B

eique Justus additus?

5 In sacello, quod est a dextro latere nobilissimi amplissimique Templi nostræ domus Professæ Neapolitanæ, sub auspiciis et nomine Beatissimæ Virginis Dominæ nostræ, inter ceteras Sanctorum Sanctarumque Reliquias, quarum sacer ibi thesaurus reconditur, multa extant fragmenta præcipua Corporis S. Juventii Martyris ; asservanturque in basi pectoralis statuæ inauratæ ejusdem Sancti, vultu juvenili depicti. Hic sacrorum lipsanorum thesaurus, ex Martyrum cœmeteriis Romæ Apostolica auctoritate extractus, et ab Illustriss. ac Rev. D. Cardinali Sfortia Neapolim delatus, ac Dominæ Portiæ Cigalæ Ducissæ de Cardinate, et Principissæ Satriani, donatus est ; uti ex litteris authenticis, manu publicorum Notariorum super eo confectis, constat. Ab hoc rursus Patri Antonio Cigalæ Societatis Jesu concessus ac traditus, diu servatus fuit in capsulis ligneis, sub altari maximo ejusdem Templi; unde postmodum ad supradictum sacellum translatus, et capsulis inauratis, et semistatuis item inauratis, Martyrum vultus repræsentantibus reconditus, in lateralibus sacelli parietibus piæ fidelium venerationi exhibetur. *Ita nobis inde scriptum fuit anno* MDCXCI *a R. P. Josepho de Lucus, monente, de ipso* S. Juventio *Officium sub ritu Duplici recitari a nostris, quasi nihil dubitantibus ejus illas esse qui in Romano Martyrologio memoratur. Credebantur quidem hujusmodi festa cessatura, per Decretum die* XIX *Octobris* MDCXCI *publicatum : sed experientia docuit usum semel pie inductum, non absque incommodo abrogari posse; suspensaque quodammodo Decreti executio, omnia in eodem quo reperit statu reliquit. Ipsum tamen hic reponere juvat, ad memoriam posteritatis.* Cum sacrorum Rituum Congregationi innotuerit, quam plures abusus irrepsisse circa recitationem Officii, sub prætextu Decreti ab eadem Congregatione evulgati de anno MDCXXX, et in Breviario Romano impressi, in quo permittitur posse in ecclesia recitari Officia, et Missas celebrari, de Sanctis, quorum Corpora vel insignes Reliquiæ in illis asservantur ; Eminentissimi Patres, eidem Congregationi præpositi, iisdem abusibus evellendis præcipue intenti, inhærendo Decretis alias in similibus editis, declararunt, prædicta Officia Sanctorum, ratione Corporis seu insignis Reliquiæ recitanda, intelligi debere de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, et dummodo constet de identitate Corporis seu insignis Reliquiæ ejusdemmet Sancti, qui reperitur in Romano Martyrologio descriptus. De ceteris autem Sanctis, in prædicto Martyrologio non descriptis, aut quibus a sancta Sede non fuerit specialiter concessum, (*Exceptis tamen excipiendis, juxta Decretum Urbani VIII, nihil mutari volentis circa eos pro quibus immemorabilis temporis præscriptio militat*) Officia et Missas recitari vetuerunt, non obstante quod ipsorum Corpora vel insignes Reliquiæ in ecclesiis asserventur : quibus tamen, ab Ordinariis locorum approbatis, debitam fidelium venerationem, prout hactenus servatum, sed absque Officio et Missa, sub pœnis de non satisfaciendo præcepto recitando Officium aliisque in Constitutione B. Pii V contentis. *Optarem ego neminem inveniri posthac tam simplicem, ut solum nomen sufficere credat ad probandam identitatem in Decreto requisitam : alias novissimus error fieret pejor priori, cum sola ex Martyrologio petita nomina imponantur Reliquiis Roma offerendis ; cum centeni fuisse potuerint Synonymi Martyres Romæ passi.*

D. P. S. Juventii Reliquiæ,

C

D *Auctore D. P. an Neapoli?*

Effectu cur caruerit Decretum,

E

de Officio pro talibus non recitando

F

DE S. JUVENTIO MARTYRE,

ROMA IN GALLIAS TRANSLATO.

D. P.

Ex Monumentis Monasterii Casæ-Dei Diœcesis Ebroicensis.

Duo sunt hujus nominis monasteria in Gallia Ordinis Benedictini (ut tertium Præmonstratensium taceamus) virorum unum, apud Arvernos, a primo suo Abbate ac Fundatore S. Roberto, cujus Vitam XXIV *Aprilis illustravimus, celebritatem haud parvam consecutum; alterum nobilium virginum, inter Parisios et Rotomagum, ad neutram tamen harum civitatum, sed ad Ebroicensem utrique vicinam pertinens diœcesim. Hoc monasterium suam, si non fundationem, disciplinam certe peculiarem accepit ab Archimonasterio Fontis Ebraldi, fundato per alterum B. Robertum, cognominatum de Arbrissello, cujus similiter Vitam dedimus* XXV *Februarii. Huic, et Sanctimonialium numero, et peculiarium Congregationi isti Institutionum observantia florentissimo, annis abhinc non multis, Christi scilicet* MDCLXVII, *nobile accessit Romæ patrocinium, cum corpore* S. Juventii, *quem hoc die proponimus colendum suaserunt Superiores;*

Casæ Dei Sanctimonialium Fontebraldensium cœnobio

donatum corpus.

A *res, communi illo plurium errore abducti, quo advectorum Roma Martyrum nomina, sive simul inventa cum corporibus, sive arbitratu Vicarii Pontificii delecta, requirunt plerique in Romano Martyrologio; et repertum istic diem assumunt, quasi proprium et quem acceperunt Sancto. Equidem ejusmodi usum probare non possum, utpote fontem plurimæ confusionis circa sacras Reliquias synonymorum Sanctorum. Sed id facilius redargui potest, quam corrigi; interim, sub ejusmodi protestatione, serviendum est usui, quem penes arbitrium est, et jus, et norma, non solum loquendi, sed etiam Sanctos colendi.*

2 *Processus verbalis, ut vocant seu instrumentum Translationis peractæ, placet ex Gallico Latinum facere; quia eo fere continentur omnia, quæ nobis de prænominato Sancto dicenda supersunt: sic autem habet:*

post Vicarii Pontificii litteras authenticas anni 1665,

Henricus de Maupas du Tour, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Ebroicensis, Consiliarius Status ordinarius Regis Domini nostri, omnibus præsentes litteras visuris, salutem et benedictionem in Domino. Notum facimus, quod hac die Martis x Maji MDCLXVII, venimus in Abbatiam Casæ Dei, deductam et dependentem a Regali Abbatia Fontis-Ebraldi, Ordinis S. Benedicti; ubi dilecta nobis filia B ac soror in Domino, Mater de Bernieres de Percy, antehac Priorissa ipsius Domus, coram D. Priorissa ac Religiosis ejus, exhibuit nobis attestationem quamdam P. Eusebii de Neufchastel, Presbyteri Religiosi tertii Ordinis S. Francisci ac Procuratoris generalis, tunc ad Curiam Romanam pro negotiis Ordinis constituti, datam in Conventu Dominæ nostræ Miraculorum de Urbe, die XXIV Novembris MDCLXV; qua continebatur, quem dedit D. Octavianus Carafa, Archiepiscopus Patracensis, et Vices-gerens Eminentiss. Cardinalis Ginetti, Vicarii Generalis S. D. N. Alexandri Papæ VII, ipsi donaverit corpora SS. Parthenii et Juventii Martyrum, inclusa duabus capsis ligneis, quæ declarat donavisse se P. Provinciali dicti Ordinis in Conventu annua, itemque attestationem prænominati P. Martialis, debite signatam et sigillatam, cum subscripto, Datum Parisiis in conventu Nazareth, festo Visitationis B. Mariæ II Julii MDCLXVI; qua mediante donat præfatæ Dominæ de Bernieres de Percy, tunc Priorissæ, unam præfatarum capsarum, qua contineri dicebatur corpus S. Juventii Martyris; supplicabat autem prædicta Domina, ut procedere dignaremur ad reserationem ipsius capsæ, eum in finem nobis C oblatæ, atque ad verificationem Reliquiarum sacrarum prædicti sancti Martyris, quæ intus debebant contineri.

et alias donatoris an. 1666

3 Nos autem, hujusmodi supplicatione moti, sublatis quibus ea capsa obserabatur sigillis, primo omnium vidimus authenticam membraneam, signatam, E. Ar. Patracensis, Romæ VI Julii anno MDCLXV; cujus vigore prænominatus D. Archiepiscopus Patracensis, Vice-gerens S. D. N. Papæ, testatur, dedisse præd. Fratri Eusebio de Neufchastel, Procuratori Ordinis Pœnitentium in Curia Romana, corpus et ossa S. Juventii Martyris, alias de mandato suæ Sanctitatis a se extracti ex cœmeterio Calixti, cum nomine pariter reperto in lapide: quæ authentica ita signata sigillabatur sigillo, clauso intra capsulam æneam, similibusque sigillis ipsi arculæ forinsecus appositis.

rite inspectas,

4 Sub hac certificatione sustulimus panniculum violacei serici, intra quod gossypium bene album erat, et hinc involutæ Reliquiæ præfati Sancti Martyris; atque sigillatim, caput integrum, a quo tamen sejuncta maxilla inferior, cum dentibus octo, seorsim adjacebat; et ex altera parte duo ossa brachiorum, duo ossa quæ peronina dicuntur, una vertebra integra, duo ossa femoris, duo ossa coxendicis dextræ et sinistræ, duæ tibiæ, una fibula D cruralis, plures digiti tam manus quam pedum, plura alia ossicula et ossium particulæ, cum phiala repleta sanguine Martyris, etiamnum rubente, licet sicco: ex quibus Reliquiis, de consensu ipsius Dominæ de Bernieres, os unum femoris datum fuit D. Abbatissæ Fontis-Ebraldi; et aliæ quædam particulæ similiter donatæ sunt personis, in protocollo hujus verbalis Processus, in nostra Secretaria asservata, nominatis.

Reliquias etiam sigillatim recognitas;

5 Alias porro jam enumeratas Reliquias collocavimus intra lipsanothecam inauratam, paratam hunc in finem atque per nos benedictam; quam permisimus exponi venerationi fidelium: deque tota hac actione jussimus formari Processum verbalem, coram Mag. Joanne Bernard, Doctore Medico; Paschasio d'Osse, et Philippo Drugeon, Magistris Chirurgis juratis: qui nobiscum pariter signarunt et attestati præsentibus sunt; quæ etiam relectæ, datæ sunt in dicta Domo Casæ-Dei, diœcesis nostræ, anno et die suprascriptis. Signatumque erat Henricus E. Ebroicensis, subtusque notatus Bonneville de mandato ipsius Domini Episcopi *qui etiam consensit, ut ipsæ Sanctimoniales die x Maji Translationem Sancti quotannis celebrarent Officio Ecclesiastico.* E

approbat Episcopus Ebroicensis 1667

6 *Addunt eædem, quarum cura hæc nobis descripta et transmissa sunt, præfatos medicum et chirurgos, consideratis attentius ossibus, censuisse, quod* Sanctus iste Martyr fuit sectus per medium serra lignea. *Ferrea an lignea, non credo ex inspectione sequentorum discerni potuisse: alterum tamen dici puto, quia sic legatur serratus S. Isaias Propheta. Sed hoc Judæorum fuerit: Romanos ligneis serras ad supplicia usurpasse nusquam legi. Præterea judicium istud chirurgicum ambiguum facit, modus serrandi antiquorum, explicatus a Casaubono in Suetonium lib. 4 cap.* 27, *dicentem, quod Caius Cæsar* multos honesti ordinis medios serra secuit: *ubi*, Medietatem accipe, *inquit Casaubonus*, longitudinis et staturæ, non latitudinis corporis: sic enim medios, ducto a capite principio, dissecabant: *idque etiam ex Dione probatur; de rebellantibus sub Trajano in Africa Judæis asserente, quod* multos medios a capite serrabant, ἀπὸ κορυφῆς διέπριον. *Quod autem talis fuisse antiquorum serratio passim conciperetur, probare potest aureus codex Menologii seu Synaxarii, jussu Basilii Imperatoris Porphyrogennetæ scriptus, hodieque in Bibliotheca Vaticana servatus, unde effigiem Isaiæ Prophetæ suis super eum commentariis præfixit noster Cornelius a Lapide pag. 46, ubi in recessu picturæ is repræsentatur, tale supplicium flexo genu suscipiens a capite.* F

Serra dissectum Martyrem judicarunt Chirurgi:

id quomodo credi possit stante capitis integritate?

7 *Sed hoc aliis curandum relinquo, non improbaturus interim, si piæ istæ Virgines suo illi Patrono, pro signo martyrii, cum palma serram appinxerint; sicut S. Simoni Apostolo solet fieri. Magis huc spectat, quod (ut illæ huc scribunt)* Clemens Papa IX plenariam Indulgentiam, ad septennium valituram, anno MDCLXVII concessit, omnibus die I Junii ad festum celebrandum confluxuris: *quodque* Clemens Papa X, *successor prioris*, anno MDCLXXII, Confraternitatem, sub S. Juventii patrocinio institutam, approbavit, variisque Indulgentiis locupletavit, pro die I Junii et Dominica sequenti: quibus diebus infinitus ad Casam-Dei concursus est populi, plurimis miraculis fervorem suscitantibus, quantum verbo explicare nemo valeat. Eorum tamen miraculorum, quia approbatum publica auctoritate nullum est, nullum perscribitur: nec vero magni æstimanda corporalia beneficia sunt, collata cum spiritualibus, in conversione perquam admirabili plurimorum, a recta salutis via pridem exerrantium. *Ita epistola, ex*

Addita Indulgentiæ,

et Confraternitas:

A *ex eo loco ad me data anno* MDCLXXVIII *die* X *Julii. Biennio autem post significatum per aliam epistolam fuit, quod sacro Corpori ex piorum eleemosynis ac monasterii impensis curatum sit altare ex ligno, eleganter sculpto et inaurato. Quibus non contentus, cum mihi mitti petiissem quidquid publicis scriptis consignatum habebatur utile, excerpsit Jaquelina de Sabrevois, ejusdem loci Religiosa, ex pluribus medio juramento legitime depositis, præcipuas aliquot Gratias, nec enim adhuc placet vocare Miracula, ad invocationem ipsius Sancti, ut pie creditur, divinitus impetratas, omissis ceteris, vitandæ prolixitatis causa, ad illustrandum nomen ignoti alias Martyris.*

secuta miracula

8 *Utinam vero nunc etiam possem explicare, quid factum sit corpore* S. Parthenii, *pariter extracto cum corpore* S. Juventii, *et a præfato P. Procuratore, transcripto in jus potestatemque P. Martialis, prænominati. Putavit ille,* S. Parthenium *esse, cujus memoria consignatur in Romano Martyrologio ad diem* XIX *Maji, una cum socio Calocero: qui ambo Eunuchi uxoris Decii, ab eodem martyrio affecti creduntur, et in eodem cœmeterii Calixtini crypta sepulti, in qua postea conditus fuit S. Sixtus. Faceret hoc sane conjecturam P. Martialis de suo* Parthenio *acceptabiliorem aliena, nisi tam illustrium Martyrum corpora, atque ac*

Simul erutum corpus S. Parthenii;

B *corpus S. Sixti, constaret a tempore quam longissimo in lucem protracta, et collocata fuisse et diu honorata in aliqua Romanorum basilicarum, quarum nonnullæ ipsorum adhuc Reliquias habere gloriantur. Potuerunt tamen eorumdem partem ad se delatam credidernnt Monachi Mauri-montis in diœcesi Catalaunensi, fundati sub ipsorum patrocinio a quodam Nanceio Comite, fortassis ante tempora Caroli Magni. Sed et San-Remigiani Remis Cœnobitæ, simili possessione gloriantur. Hoc autem alterutros velle dejicere, argumento tam incerto, quam est inventio tam recens Martyrum fortassis anonymorum, aut solo eo nomine cognitorum, quod pluribus eodem in cœmeterio sepultis potest fuisse commune, plus quam temerarium foret.*

temere credetur ejus esse, qui colitur 19 Maji.

GRATIÆ CURATIONUM,

Intercessioni S. Juventii pie attributarum.

Ex MSS. Gallicis Casæ-Dei.

In nomine Domini, die VIII Julii, anni MDCLXVII, adstitit coram nobis, Fr. Michaele Barbot, Presbytero religioso et Confessario Casæ-Dei, nec non

C Curato parochiæ ejusdem loci, Thibaldus Vautier, ex burgo Novæ-lyræ; qui nobis visus est vir pientissimus, ac actibus devotionis prorsus singularis, quos eum exercere conspeximus in nostra conventuali ecclesia, in qua corpus S. Juventii Martyris requiescit; quique publice habetur homo probus ac fide dignus. Hic, post susceptam in eadem nostra ecclesia sanctissimam Communionem, asseruit nobis, coram venerabili et tactis reverenter sanctis Evangeliis, quod annis abhinc duobus genibus paralysi dissolutis, in eum fuerit statum redactus, ut nec unum quidem passum promovere posset, nisi duobus utrimque fulcientibus illum: insuper adeo inhabiles sibi manus fuisse, ut nihil iis operari valeret. Et ille quidem ad hujusmodi infirmitatum levamentum plures medicos a se consultos ait, ac nominatim Dominum l'Orieux ex oppido Aquilæ, Dominum de Vaux, Dominum du Val, et Dominum Vattier medicum Regium: qui cum varia ei præscripsissent applicuissentque remedia, nihil solatii attulerunt. Tandem eum incessit devotio faciendæ ad S. Juventii honorem Novenæ: quem in finem huc veniens XXIX Junii, prout dictum est, paralyticus; cœpit, quinto ipsius Novenæ die, per se ambulare sine cujusquam adjutorio, et ad quemcumque D res peteret usum movere manus. In quorum fidem chirographum suum huic scripturæ apposuit, coram Rev. Matre Priorissa pluribusque Religiosis, ad crates majores eum in finem collectis, aliisque personis dicti miraculi testibus, anno et die prædictis ✝ Thibault Vautier.

Sanantur vir paralyticus,

AUCTORE D. P.

Subsequuntibus hic et infra F. M. Barbot, *et* Jacobo Gautier, Secretario (*ut reor*) *Confraternitatis S. Juventii.*

2 Die atque anno prædictis, comparuit, coram nobis qui supra, Catharina le Febure, uxor Petri Gravelle, ex parochia Novæ-Lyræ, quam scimus probis moribus ornatam publica cum approbatione vivere ac fidem mereri, exhibens nobis Magdalenam Gravelle, filiolam suam duodennem; susceptoque sanctissimo Eucharistiæ sacramento, et tactis sacrosanctis Evangeliis, coram Venerabili, in ipsa Casæ-Dei ecclesia, dixit, quod præfata Magdalena filia sua, jam inde a festo Nativitatis proxime præterito, fluxu quodam humorum supra utramque coxendicem descendentium sic afflicta fuerit, ut nec unum quidem passum posset sine adjutorio promovere. Se quidem ad eam sublevandam plures medicos et chirurgos advocasse; inter quos fuerint. E Medicinæ professor de Fretigny, et quidam dictus Mag. de la Fonteine, chirurgus juratus in burgo Novæ-lyræ; a quibus præscripta remedia varia frustra applicuerit infirmæ. Recurrisse ergo se ad divinum auxilium, S. Juventio Martyre intercedente implorandum, institutione votivæ Novenæ; cujus causa ad hanc ecclesiam venerit cum filia sua prænominata: quarto autem die dixisse sibi infirmam, quod sentiret rheuma illud molestum a coxendicibus deorsum labi, dum intra ecclesiam orabat: et coram omni populo, qui suæ istic devotioni instabat, ambulavit usque ad ostium ecclesiæ: atque exinde sic magis magisque roborata est in dies, ut eam viderimus ipsi libere ambulantem, nec nisi bacillo quem manu tenebat innixam. In quorum fidem prænominata Catharina le Febure, scribere nescia, manus suæ signum ✝ apposuit hisce, coram Rev. Matre Priorissa Maria de Bretigneres, Genovefa de Fermeres, aliisque Religiosis, nec non prædictis testibus ac Secretario.

et puella una,

3 Die atque anno prædictis, comparuit, coram nobis qui supra, Antonetta Bounard, uxor Guilielmi Gril, ex parochia Novæ-lyræ, mulier bonæ F vitæ bonorumque morum (uti nobi constat) ac fide digna; quæ medio suo juramento tactisque Evangeliis, ante Venerabile in dicta ecclesia, nobis obtulit filiam suam Carlottam, annos quindecim natam; quam asseruit a mense Decembri præterito super unam coxendicum passam catarrhum, quo omnino impediebatur gressum formare, nisi alienis manibus sustentaretur: adversus quem morbum complura remedia ei præbuerit Medicus de Fretigny. His autem nihil proficientibus, recurrisse se ad Dei potentiam, quam infinitam cogitabat, meritis S. Juventii implorandam. Cumque devotionem prorsus singularem erga Sanctum istum concepisset, decrevisse se in ejus honorem Novenam instituere, cum filia sua infirma (ut dictum est) intra ecclesiam hanc, ubi corpus ejus asservatur. Tertio autem die dixisse sibi prædictam filiam, quod subito senserit se vehementer alleviatam: unde mox etiam per se solam surgens ambulare cœperit, coram multo istic præsente populo, scipione dumtaxat nixa, ac porro robustior indies evasit. In quorum fidem signum suum ✝ hic apposuit Antonetta prædicta, coram iisdem utriusque sexus testibus, qui supra nominantur. Prædictis autem tribus Gratiis attestati sunt proximo die, primo Augusti, D. Philippus le Marchant,

atque altera :

Marchant, Presbyter Sacellanus in Nova-lyra; et Nicolaus Leyson, ibidem Sacellanus in ecclesia S. Ægidii: quem admodum iisdem antea, scilicet xxv Julii, attestati erant Rector Parochiæ Novæ-lyranæ, dictus de Champigny; et Jacobus le Paon, ibidem Presbyter.

item mulier, a qua ac priores gradi non valens;

4 Die x Julii MDCLXVII, comparuit, coram nobis qui supra, Joanna Maillard, ex S. Germano de Martigny diœcesis Sagiensis, cum suo marito Antonio Bouvet, nota nobis ut proba ac fide digna mulier, receptisque Sacramentis et contactis Evangeliis, coram Sanctissimo, dixit, se a mense Martio proxime elapso, descendentibus in tibias humoribus impeditam fuisse, atque omni gradiendi facultate privatam. Cumque ex præscripto medici de Fretigny varias experta esset medicinas, neque profecisset quidpiam; ægram se, ut erat, venisse in hanc ecclesiam invocandi S. Juventii causa, Novenæque in ejus honorem exordiendæ. Tum vero domum rediisse se, atque proximo (qui Dominicus erat) die, potuisse nemine auxiliante pedibus suis adire ecclesiam parochiæ suæ, uno horæ quadrante distantem, ad Missam ibi audiendum: qua finita similiter domum per se reverterit: et hodie, qui dies ultimus Novenæ est, huc advenit, gratias actura Deo et S. Juventio, pro miraculo et favore sibi exhibito; in cujus memoriam baculum suum hic reliquit, et veritati testimonium dixit, coram prænominata Priorissa et Religiosis pluribus, et Ludovico Bourdin, Francisco de la Noe, Antonio Bouvet marito, et Roberto Maillard fratre suo, omnibus prædictæ parochiæ S. Germani de Martigny inquilinis, velut oculatis testibus miraculi: quod etiam manus suæ signo firmaverunt singuli, anno et die quibus supra. Similique fide attestatus fuit eidem Gratiæ, ut oculis suis conspectæ, Parochiæ istius Curatus, Joannes de Boucher; nec non is qui infirmam curavit medicus vel chirurgus, F. Focault.

puer cæcus per triduum,

5 Die XII Julii MDCLXVII, comparuit, coram nobis qui supra, notus a probitate et fide Nicolaus Malorsel, hujus parochiæ Casæ Dei subditus: qui modo prædicto juratus asseruit, quod filiolus suus trimulus Thomas, factus fuerit cæcus die XXVI Junii præcedenti, defluente in ejus oculos humore noxio: quamobrem ad S. Juventium recursu habito, die Visitanti Elisabetham Virgini sacro, petierit supra se in persona filii recitari Evangelium sancti Martyris. Hoc autem facto domum regressus, reperit puerum uno jam oculo videntem. Cumque ab uxore, et pluribus qui istic opus faciebant mercenariis, quæsivisset horam et modum, quo illuminatus puer eo oculo fuerat; intellexit, id eodem momento contigisse, quo Evangelium super se fecerat pronuntiari. Tertio autem die post, cœpit etiam altero oculo videre puer: adeo ut nunc ambobus, sine ullo vel minimo impedimento, utatur: in cujus rei fidem ipse chirographum suum hic apposuit.

mulier surda per annos 30,

6 Die xv mensis atque anni jam notati, comparuit, coram nobis qui supra, hujus parochiæ incola, Thomasia du Bois, notæ fidei ac probitatis mulier; quæ jurata ut supra, affirmavit, quod annis ab hinc triginta, supra auris sinistræ lunulam gesserit pustulam, quæ non solum auditum præcludebat, sed etiam acerrimos dolores ipsi pariens, omnem ea parte contactum vestrum horrere faciebat. Hæc cum ad nostram ecclesiam venisset in die Translationis S. Juventii Martyris, ceremoniæ illi interfutura, Sanctique auxilium imploratura; speciali devotionis affectu moveri se sensit, eodemque impellente bis terve huc rediit, cœptas preces continuando. Exinde vero ita integre curatam se ait, ut nullo remanente incommodo quidlibet expedite audiat; quod et nos coram experti sumus, et ipsa coram Dominarum Religiosarum Conventu nobis inspectantibus subsignando firmavit.

morienti loquela redditur,

7 Die XXIV Septembris anni MDCLXVII, adstitit, coram nobis qui supra, Francisca Bugiel, inquilina parochiæ du Bois Renauld, quam virtute ac fide præditam novimus; suoque juramento, ut alii, testata est, quod D. Jacobus Lignardiere maritus suus, post octo dierum ægritudinem, lapsus in syncopem, sine loquela ac sensibus per octo integras horas jacuerit. Cum autem ipsa, admonente Tomasia du Bois, ex parochia S. Germani de Rugles, hic pariter præsente et subsignante, votum pro marito concepisset, per intercessionem S. Juventii obtinere ei cupiens a Deo, vel vitam jam desperatam, vel loquelam, saltem ad peragendam peccatorum confessionem; hactenus voti compos facta est. Recuperavit enim æger usum linguæ tantisper; et de peccatis rite confessus, denuo in syncopen relapsus est; nec ullum postea verbum protulit, sed intra unam circiter horam obiit: quemadmodum prænominatæ matronæ duæ, prior nominis, posterior Crucis subsignatione affirmarunt, coram nobis et Reverendis Matribus Conventus, anno ac die prædictis: sequentis autem Octobris die III, idem fecit ipse Curatus prænominatæ Parochiæ, Joannes du Bois dictus.

donec Confessionem faceret:

sanantur puer a morsu canis rabidi,

adustione manus,

8 In parochia Willariensi prope Viridem-silvam, vulgo le Verd-bois, bimulus puer, Philippus Souti nuncupatus, admorsus fuit a cane rabido; nihil tamen mali exinde passus, quia mater filiolum S. Juventio commendarat: sed cum hæc negligeret votum factum implere, contigit ut idem puerulus manum sibi adureret; quæ, mox ut votum iteravit mater, curata ei est. Verum, tardante illa etiam hac vice, et puero micas quasdam panis deglutiente, earum una transversim inhæsit gutturi; tantumque infirmatus ille est, ut jamjam moriturus putaretur. Tum vero tertium et serio Sanctum appellavit mater; votique compos facta, illud cum gratiarum actione personaliter, exolvit, mense Majo anni MDCLXVIII. Carolus Hue, annos septem natus, ex parochia de Chaumont prope Gacé, oculum unum sic amiserat, ut eo omnino videret nihil, quamvis supra pupillam nihil etiam videretur quod usum ejus impediret. Parenti autem ejus utroque Sanctum Martyrem invocante, post biduum apparuit sanus pueri oculus, quo is nunc sine molestia utitur.

et mica intra guttur hærente

item alteri extinctus oculus,

gangræna desperata,

9 Ægidius le Royer, annos natus sexaginta sex, gangrænam in una coxendicum patiebatur plane formatam; depositusque a medicis, etiam ipse spem vitæ longioris deposuerat, eo quod cor sibi deficere sentiret, consumptis omnino viribus. Votum nihilominus fecit S. Juventio: et ecce caro putrefacta cœpit continuo separari ab integra, ad stuporem medicorum; neque diu post integre convaluit æger. Hoc autem factum est in parochia Magdalenæ Vernolii, mense Decembri anni MDCLXVIII. Joanna Chardet, ex parochia vulgo Chandey dicta, fluxionem aliquam patiens supra stomachum et brachia, sic ea gravabatur, ut non absque grandi molestia ambulare posset, ob respirandi difficultatem; brachiis vero agere nihil. Ergo ad conventualem ecclesiam Religiosarum Casæ-Dei adduci se fecit I Junii MDCLXX, ipso die quo ibi celebrabatur festum S. Juventii; petiitque supra se Evangelium recitari. Hoc autem facto, statim sensit sibi longe melius esse, ac domum citra difficultatem rediit multum consolata: deinde per novem dies continuavit devotionem suam, post quos plenissima sanitate frui sese dixit.

molestiam thoracis,

10 Dives quidam Alenzonii mercator, Dominus Bonvous dictus, Rotomago redibat mense Septembri anni

A anni MDCLXXIV : qui transiens per oppidum Aquilæ, in eademque pernoctans ad diversorium Equi-albi, tam atrocibus arthritidis cruciatibus torqueri cœpit, ut nihil magis quam mortem optaret. Cumque nihilo melius sibi esse sentiret postridie, et tamen vellet equum conscendere ad iter suum prosequendum; quatuor hominibus opus fuit, qui de lecto sublatum sellæ imponerent, inter clamores et ejulatus tam horribiles, ut omnibus compassionem moveret. Interim suggestum ei ab aliquo circumstantium fuit, ut sese commendaret glorioso Martyri S. Juventio : quod mox tanta cum fiducia præstitit, ut in momento omnis dolor resederit, ac malo liber Alenzonium D redierit : ubi exinde negotiis suis sine incommodo ullo vacavit; et in gratiarum actionem huc misit stipem pro Missa, ante capsam Sancti dicenda. Testes hujus gratiæ sunt quotquot prædicto diversorio propinqui habitant, quemadmodum asseruit nobis civis Aquilanus perquam honestus, Guilielmus Anquetin de la Chapelle nuncupatus; quia sua ipse manu miraculosam istam curationem descripsit. Atque hæc ex multis pauca sufficere credimus. Datum ex Monasterio Casæ Dei VIII Novembris anni MDCLXXV.

DE SANCTIS MARTYRIBUS,

LUCIA VIRGINE, AUCIA REGE, ROGATO, GERMANO, SILVANO, BULLODO, CÆCILIA, TERTULO, LAUTA, VICTORIA, GAGO, FORTUNATO, MAXIMA, ROGATA, PAULINA, APPIA, CASTULA, COTEUSA, NOVELLA, AGAPA, CARRA, URURIA, BUBLASA, FORTUNATO, MARTINO, SATURNINO, BAJANO, ROGATIANO, HONORATO, DONATO, MARCIANO, SATURNINO, POTINO, PAULO, PETRUVIO, RUTILIA, FLAVIO, QUIETIA, JANUARIA, NOVELLA, JANUARIO, GOSIA, FOEDOSA, VICTORINA, MATRONA, CASTULA, C B ROGATIANA, QUINTO, MARCO, GEMINA, MARTIALE, MITUNO, PAULO, VERICO, CASSO, SATURNINO, FELICE, MARTINO, DONATO, ROGATO, JOANNE, FORTUNATO, DONATIANO, MARCIANO, SAILE, CASTO, JANUARIO, DONATO, HORTENSO, SATURNINA, MALCHO, SILVANO, QUINTO, FELICIA, SILLESIA, JANUARIA, FORTUNATA, VICTURIA, MARIA, PRIMO, GEMELLINA, FRUSTINA, NOVELLA, DONATA, GETULLA, BARICO, URBANA, ROMANA, PRIMA, TERTULA, CASTA, MAXIMA, URBANA OPTATA, MATRONA, MELOSA, METUNO, MAJORO, SECUNDA, URBANA, GEMELLINA, SATURNINA, PROCULA, SURDIDA, SILVANA, RUFINA, NINA, SEPACO, VINCENTIO, PRISCO, HILARO, CASTULA, PUBLICO, ARABO, ET ALIIS CENTUM VIGINTI. LUPO CUM ALIIS XXIII. ITEM CATULINO, PUBLASO, MARTINO, GAJANO, MARCELLIANO, FLEDO, MARCELLIANO, MARCO, CASTO, MAJORE, PROCULO, EPAGATO, TERTIO, SILLICA, TERTULA, MAJOSA, TIMOTHEO, MARCELLINO, RUTILO, GERMAMO, JOANNE, MAXIMA CUM ALIIS LXXVI, AUT CLXXII

THESSALONICÆ, AUT EX PARTE ROMÆ PASSI.

G. H.

Notitia nominum ex vetustis Martyrologiis.

I JUNII

Thessalonica, *urbs Macedoniæ celeberrima, peregrinatione et duplici Epistola S. Pauli notissima, dein Archiepiscopalis, etiamnum ampla, populosa et dives, cum portu commo-* E *dissimo in intimo recessu sinus Thermaici, Venetis ab Amurathe secundo Turcarum Imperatore erepta fuit circa annum* MCCCCXXXII. *Huic urbi adscribitur cohors Martyrum, promiscui sexus plus quam trecentorum : quorum nomina centum triginta octo celebrantur in antiquo Martyrologio S. Hieronymi, ex tribus potissimum apographis, scilicet Epternacensi, Corbeiensi, et Lucensi; in quarto apographo Blumiano plurimorum nomina Sanctorum desunt, ab amanuensi prætermissa. Dividimus hos Martyres quasi sub suis Decanis in Decades, ut si quid annotandum observemus, facilius possit a lectore percipi.*

Martyres adscripti Thessalonicæ

2 *Sic ergo autographa quatuor incipiunt :* Thessalonicæ Luciæ Virginis, et Auciæ Regis, Rogati, Germani, Silvani, Bullodi, Ceciliæ, Tertuli, Lautæ, Victoriæ. *In ductrice totius cohortis consentiunt omnia apographa dicti Martyrologii. In MS. Augustano S. Udalrici et Parisiensi Labbei ista leguntur.* Thessalonicæ Octavi, Luciæ. *De S. Octavio supra egimus, MSS. Treverense, S. Maximini Casinense, et Altempsianum;* Thessalonicæ S. Luciæ Virginis. *MS. Reginæ Sueciæ ab Holstenio excusum.* In Thessalonica, Luceiæ Virginis et Euceriæ Regis, et aliorum multorum. *Notkerus easdem Romæ adscripsit, ubi eorum dicitur* Nativitas Lyceæ Virginis et Auceiæ Regis

Luciæ Virgo et Auciæ Rex

Barbarorum, Rogati, Germani, Silvani, cum aliis plusquam trecentis. *MS. Vaticanum S. Petri, ad Supplementum genuini Martyrologii Bedæ, ante tomum 2 Martii a nobis editi, ita habet;* Thessalonica Luciæ Virginis, et Aucegæ Reginæ Barbarorum. F *In apographis Epternacensi et Blumiano legitur,* Auciæ Regis; *in Corbeiensi,* Auceiæ Regis barbari; *in Lucensi,* Acaeii Regis Barbarorum. *Iterum die* XVIII *Decembris, in eodem Lucensi legitur,* Romæ Luciæ Virginis et Auceiæ Regis, *et in dicto Corbeiensi* Romæ Luciæ Martyris et Auceiæ Regis. *Verum desunt hæc tali die et mense in antiquissimo Epternacensi MS. ut videantur illic forsan non debito modo intrusa. Iterum infra, ad diem* XXV *Junii,* Thessalonicæ *tribuitur memoria* Luceiæ Virginis et Aceiæ Regis, *in apographis Corbeiensi et Blumiano; at solius* Luceiæ Virginis *in Epternacensi, nec non,* Luceiæ Virginis, et Acciæ Virginis *in Lucensi, sed vitio amanuensium. Interim dicto* XXV *Junii eadem apud Rabanum Notkerum, et auctorem Martyrologii sub nomine Bedæ excusi habentur, et Romæ tribuuntur, ubi apud Adonem et in Martyrologio Romano solum Luciæ Virgo. Nos aliqua Acta habemus S. Luciæ Virginis, abductæ a Rege : quæ cum eo reversa, martyrio coronata esset Romæ; sed num forsan Thessalonicæ, et inde Romam translata, non liquet. Interim ad dictum* XXV *Junii accuratius de istis, acturi, hic relinquimus antiqua Martyrologia in suo vigore. Quid autem si Aucias* Rex, *prælio aliquo victus captusque a Romanis, Thessalonicam*

an Romæ potius coronati?

A alonicam venerit : et unde quasi in triumpho Romam AUCTORE G. H. it transmisisset, cum Lucia et parvo comitatu, reliquis concaptivis Thessalonicæ coronatis; et sic huic loco attribuantur etiam Rex cum Lucia Virgine? Id sane nobis maxime probaretur. Sed ad Socios progrediamur.

I Decas 3 Mentio Rogati, Germani et Silvani est in omnibus apographis, absque ulla mutatione; uti etiam apud Notkerum. Ballodus etiam Balodius scribitur; uti Cæcilia etiam Cicilia. Tertulus et Lenta, invariata ubique scriptura, servantur : sed loco Victoriæ, etiam II, Victurinæ et Victini habetur. Secundæ Decadis classem faciunt SS. Gagus, Fortunatus, Maxima, Rogata, Paulina, Appia, Castuli, Cotensa, Novella, Agapa. At alii eloquuntur nomina Gai sive Ragati, Fortunatæ, Maximæ, et Agapæ, loco Appiæ : Castula vero deest in Epternacensi, est tamen in aliis tribus ; et loco Co- III, tensæ est etiam nomen Cotensi. Tertiam Decadem constituunt SS. Carita, Cirus, Baldasa, Fortunatus, Marcianus, Saturninus, Bajanus, Rogatianus, Honoratus, Donatus. Pro varia lectione servantur scripta nomina Cassæ, Baldassæ, Marcini, Rogatianæ. Rogatiani autem memoria celebratur etiam in MSS. Pratensi, Leodiensi S. Laurentii, Treverensi S. Ma- B ximini, et in MS. Florario, et in editis supra relatæ Luciæ, uti eius Virginis, ipsa per ad civitatem Thessalonicæ. In MS. Richenoviensi, fit mentio Honorati et Donati. At nomen S. Fortunati est in quodam Kalen- IV, dario ante opera S. Isidori, asservato in bibliotheca Vallicellana. In quarta decadis serie collocantur SS. Marcianus, Saturninus, Petrus, Paulus, Petronius, Rutilus, Flavius, Quieta, Januaria, Novella. Et e varia lectione recensentur Publius pro Paulo : item Perminus, Notilia, Quinta, Januarius, Novellius. V, Quintæ decadis ordinem tenent SS. Januarius, Gosia, Fadosa, Victorina, Matrona, Castula, Rogatiana, Quintus, Marcus, Gemma : variante autem scriptione leguntur nomina Januariæ, Gegosiæ et Sosiæ, Falosæ, Victurinæ, Castuli et Gastulæ, item Gemnæ pro Gemmæ. Post Matronam vero desiderantur viginti duo Martyres, in MS. Blumiano.

VI, 4 Sexta decade nominantur SS. Martialis, Mitunnus, item Paulus, Vernius, Cassus, item Saturninus, Felix, item Martinus, Donatus, item Rogatus. Alia vero scriptione leguntur Martianus et Rogata : et VII, nomen Felicis desideratur in MS. Epternacensi. Septimæ decadis manipulus, SS. Joannes, Fortunatus, Donatianus ; item Marcianus, Sailis, Castus ; item C Januarius ; item Donatus, Hortensius ; item Saturninus. Nomen Joannis deest in apographo Lucensi : et variante lectione procedunt vocabula Fortunatæ, Sanlis, Ortiensis et Horninsi. Castus adjungitur S. Luciæ in MSS. Aquisgranen. Augustano, et Parisiensi Labbei ; item apud Grevenum in Auctario Usuardi. Sequebatur vero hic repetitum Martini nomen, sed in solo Corbeiensi apographo, quem omittimus.

5 Octavæ decadis ordo hic est, SS. Malchus, Sil- VIII, vanus ; item Quintus, Felicia, Sillesia ; item Januaria, Fortunata, Victuria, Maria, Prima. Pro D varia lectione sunt nomina Quintini et Matriæ, loco Quinti et Mariæ. Nonæ decadi tribuuntur, SS. Gemellina, Faustina ; item Novella, Donata, Getulla. IX, Baricus, Urbana, Romana, Prima ; item Tertula. Addebatur, præter Gemellinam, adhuc Gemella in solo Lucensi ; quam omisimus : atque post Gemellinam deinde decrant quindecim nomina in apographo Blumiano : et in ceteris variant lectiones, Getuli et Zetulæ ; Primæ, et Tertullæ ; loco Getullæ, Primæ et Tertulæ. Pro Faustina quoque videtur Faustinus cum socus legi in MS. Ultrajectino et Treverensi, illo S. Mariæ, hoc S. Martini. Decimam decadem sibi faciunt, SS. Casta et Maxima ; item Urbana, Optata, Marcina, Melosa, Meturius, X, Majorus, Secunda, Urbana. Interim varie exprimuntur nomina, Orbani, Mittuni, Melosi, Secundinæ seu Secundi ; loco Urbanæ, Metuni, Majori, et Secundæ. XI, Nomen quoque Urbanæ bis erat in solo Lucensi. Undecima decadis classi attribuendi, SS. Gemellina, Saturnina, Procula, Surdida, Silvana, Rufina, Nina, XII, Sepacus, Vincentius, Priscus. Alia est scriptura cum aliis anonymis Jam, Gendidæ, Nivæ ; loco Proculæ, Surdidæ, Ninæ. Nomen Prisci est in Kalendario MS. ante Psal- E terium S. Isidori. Duodecima turma sit sequentium, SS. Hilari, Felicis, Castulæ, Publii, Arabi, cum a iis centum viginti ; Lupi, cum aliis XIII. Ex his in MS. Augustano S. Udalrici refertur mentio SS. Castuli, Arabi, et aliorum CXX, sed Castulæ, Publii et Arabi etiam in MS. Parisiensi Labbei. Item Lupi, in eodem et Aquisgranensi MS. atque in Greveni Auctario ad Usuardum : in quo etiam fit mentio Publii.

6 Decimus tertius coeptum decem manipulus, exur- XIII, git ex nominibus SS. Catulini, Publasi, Martini, Gajani, Marcellini, Fledi ; item Martiani, Marcellini, Casti. Pro decima quarta decade habentur nomina, SS. XIV, Proculi, Epagati, Tertii, Sillinæ, Fertulæ, Majosæ, Timothei, Marcellini, Rotili, Germani ; ubi alia lectio habet Pagati, Tertullæ, et Festalæ. Rutili et Rogati loco Epagati, Fertulæ, et Rotili. Demum pro conclusione restat Memoria Joannis et Maximæ, cum aliis centum sexaginta duobus. Ita Epternacense apographum ; at Lucense Johanis, Maximæ, cum aliis LXXV, quem numerum etiam habet MS. Blumianum, et nomen Maximæ cum Epternacensi ; quod nomen deest in iterum anonymi. Corbeiensi, et subduntur alii nonaginta. In pervetusto Martyrologio Gellonensi, sive S. Guilielmi de Deserto, Luca Acherio tomo 13 Spicilegii vulgante, ista leguntur. Kalendas Junii, Thessalonica Octavi, Lu- F ciæ, Casti, Publii, Lupi, Crispini, Claudii, Maximæ, et consentiunt MSS. Codices Abbatiæ S. Galli, aliudque MS. cum quibus Acherius suum contulit ; aliisque interpositis adduntur nomina Castulæ et Arabi, de quibus hic agimus : additur etiam ibidem nomen Romani, cum interpunctione ; ut videatur alius Martyr intelligi ; sed quia Romana Martyr inter reliquos fuit, inde nomen Romani formatum videtur.

DE S. PROCULO MILITE MART.

G. H.

BONONIÆ IN ITALIA.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

Ejus a Proculo Interamnensi distinctio, martyrii tempus, Acta apocrypha.

CIRCA CCCIII.

Philippus Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, ad hasce Kalendas Junii, duos proponit Proculos Martyres Bononiæ passos, alterum Militem, de quo hic agimus ; alterum Episcopum Interamnensem, quem relinquimus posteris, ut ad Kalendas Decembris dignentur eum honorare, eo quod antiqua Martyrologia ad illas eum referant. Ita MSS. Casinense charactere Longobardico,

S. Proculi Episcopi Interamnæ cultus 1 Decemb.

A *dico, et aliud quod Romæ reperimus in Bibliotheca Ducis Altempsii*; Interamnæ natalis S. Proculi, Episcopi et Martyris. *MSS. quoque Vaticanum Ecclesiæ S. Petri, et aliud monasterii S. Cyriaci, in Supplemento genuini Martyrologii Bedæ, a nobis ante tomum secundum Martii vulgati, ista proferunt :* Interamnæ sive Narniis, S. Proculi Episcopi et Martyris. *At Maurolycus ista scribit :* Narniæ sive Bononiæ, S. Proculi Episcopi et Martyris, sub Totila Rege Gothorum. *Narniæ vero soli adscribunt eum Galesinius et Baronius in Martyrologio Romano, qui præter recentiores allegat Usuardum. Sed hic solum* Presbyterum *appellat : addit autem in Notis Baronius in* codice S. Cyriaci, omnium vetustissimo (*ut supra diximus*) Interamnæ sive Narniis *attribui* S. Proculum. *Sed hæc sufficiant de Episcopo, in quo quanta facta confusio sit, cum duos diversissimæ ætatis et urbis Episcopos Martyribus et in unam conflatis personam, infra apparebit, ubi de Bononiensi sub Totila passo agemus; vetustiori Narniensi ad Kalendas Decembris remisso : at quæ habemus de* Proculo Milite, *hic damus*.

At S. Proculi militis cultus I Junii,

2 *Gabriel Palæotus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis et Archiepiscopus Bononiensis, in suo Archiepiscopali Bononiensi, anno* MDLXIV *Romæ excuso, sub finem, Catalogum Sanctorum et Beatorum Bononiensium addit, ubi inter Martyres ista indicat ;* S. Proculus Martyr sub Maximiano, non ut vulgo fertur, sub Justino Imperatore aut Theoderico Rege. Meminit enim ejus S. Paulinus Nolanus, qui vixit ante annum quadringentesimum Christi. *De hoc agemus* B *xv Junii : versus autem ejus hos allegant Baronius, ad hasce Kalendas Junii, et Sigonius infra citandus.*

inter Patronos Bononienses recensiti a S. Paulino,

His Socius, pietate, fide, virtute, corona.
Martyres Agricola, et Proculo, Vitalis adhærens,

Et alibi

Vitalem, Agricolam, Proculumque Bononia con- [dit :
Quos jurata fides pietatis in arma vocavit ;
Proque salutiferis texit victoria palmis,
Corpora transfixos trabalibus inclita clavis.

qui et a S. Gregorio indicatur

3 *In præcitatis ad jam dictum Martyrologium Notis, harum Illustrissimus Auctor sic prosequitur :* De natali die S. Proculi Martyris, solenniter celebrari solito, scribit S. Gregorius libro I Dialogorum capite 9, in Bonifacio, circa medium. De illo etenim et non alio, ut de Martyre celeberrimo, cunctis notissimo, ibi agi persuademur. *Verba S. Gregorii sunt* C *ista :* Alio namque tempore B. Proculi Martyris natalitius propinquabat dies, quo in loco vir nobilis, Fortunatus nomine, manebat : qui magnis precibus ab eodem venerabili viro postulavit, ut cum apud beatum Martyrem Missarum solennia ageret, ad benedictionem dandam in suam domum declinaret. *Reliqua legi possunt a nobis edita, et quatenus licuit illustrata, ad Acta S. Bonifacii Episcopi Ferentini, et diem* XIV *Maji num.* 2. *Idem porro Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad annum* 303 *num.* 122 *Bononiensium Patronos sic colligit :* Bononiensis nobilis civitas præclaros habet Martyres Vitalem et Agricolam, *referendos* IV *Novembris ;* Hermetem, Aggæum et Cajum, *relatos* IV *Januarii.* Sed et Proculus quoque tunc ibi insignitus est corona martyrii, clarissimus fama Martyr. Verum quod ejus martyrii Acta deperdita sint, alia commentandi occasio data est : sed consule notata a nobis in Martyrologium Romanum, ubi quod per errorem irrepsit nomen Episcopi. *Quo errore sublato, ista in dicto Martyrologio jam leguntur :* Bononiæ S. Proculi, Martyris, qui sub Maximiano Imperatore passus est. *Ferrarius in Catalogo generali addit, eum* Militem *fuisse : addere etiam potuisset, Bononiensium Patronum unam, ab hoc tam antiquo, et aliquando primario Pa-*

relatus in Mrlio Rom.

trono civitatis, Proculam *nuncupari. Martyrologium* D *Ducis Altempsii, quod Romæ MS. vidimus, ad diem* V *Junii meminit* Proculi Martyris Bononiæ.

Corpus in ecclesia illi dicata :

4 *Masinius in Bononia perlustrata, ad hasce Kalendas Junii asserit,* S. Proculum Martyrem, haberi inter Patronos urbis Bononiensis, ac fuisse Militem illius, et credi ex familia Tencararina, eique dicatam Ecclesiam Parochialem monachorum nigrorum Congregationis Casinensis Benedictinorum, in platea S. Mamoli sitam ; in eaque sacrum ejus corpus quiescere, una cum corpore alterius Proculi, Episcopi Interamnensis ; et eorum capita hoc die exponi, atque olim a Gregorio XIII anno MDLXXXIV concessas Indulgentias plenarias. *Addit vero,* S. Proculi Episcopi Interamnensis *hoc die esse* festum Translationis, *at* natalem *ejus haberi* diem primum Decembris, *uti supra monuimus. De Martyrio autem* S. Proculi *Militis idem Masinius, sic scribit :* Martyrio coronatus est anno CCCIII, extra portam S. Mamoli, prope ecclesiam S. Mariæ Vallis-viridis ; ubi in loco, in quo capite plexus fuerat, erecta est Crux lapidea cinerei coloris : et ecclesia, jam S. Proculi dicta, olim fuit S. Sixto dicata, et per modum Confessionis subterranea.

anno 1390 inclusum arcæ,

5 Postea, *inquit prælaudatus Masinius*, anno MCCCXC Abbas, Joannes curavit construi arcam marmoream, cui corpora horum duorum Sanctorum E fuerunt inclusa. Postea anno MCXXXVI die XVII Februarii, uti constat per instrumentum authenticum Joannis Evangelistæ Muttugliani, fuerunt dicta corpora visitata et recognita coram Suffraganeo et Vicario generali, Augustino Zanetto, et Comitibus Alexandro Pepulo et Vincentio Orso, in eam rem a Regimine Bononiensi assumptis et aliis. Quando dicta Arca Sigillo Civitatis fuit obsignata, et transportata ad Capellam Comitum Isolanorum, nunc S. Hieronymi dictam, in qua etiamnum reperitur : *et prædictæ Translationis festum quotannis agitur, cum Indulgentia plenaria, a Gregorio XIII impetrata. Ipsius Translationis monumentum et arcæ utrique* Proculo *communis figura repræsentabitur infra, ubi de* Proculo *Episcopo.*

et anno 1136 recognitum.

Acta apocrypha, in quibus

6 *Baronius supra,* Acta deperdita, *et* alia commentandi occasionem datam, *asserens, videtur insinuare ea, quæ S. Antoninus scripsit 3 parte Chronici, titulo* 24 *cap.* 13 §. 4 ; Proculum *asserens sub Justino Imperatore passum ; quod etiam a Palæoto rejectum diximus. Interim Sigonius lib.* I *de Episcopis Bononiensibus sub initium, agens de Diocletiani persecutione, ista* F *ex S. Antonino describit :* Cum Marinus ab Imperatore Bononiam, ad exercendam in Christianos persecutionem, missus, rem pro potestate crudelissime gereret ; Proculus, miles Christianus, rei indignitate permotus, securi sub veste recondita, sub noctem domum illius adit ; ac secreto admissus, sermone quem postularat omisso, securim in caput ejus adigit, atque eo prostrato tacitus abit. Nece inde comperta, Proculus, indicio cujusdam Hebræi proditus ac deprehensus, cum se illius cædis auctorem fuisse gloriaretur, et ipse gladio obtruncatus est. *Hæc ibi ; quæ, citato Sigonio etiam retulit Ferrarius ad hasce Kalendas Junii : ad quas rem aliter et magis Christiane explicat Galesinius, his verbis :* Bononiæ S. Proculi Martyris, qui Marini Prætorii Præfecti jussu, ob Catholicam fidem varie excruciatus, demum securi percussus coronatur.

Marinum Præfectum occidisse dicitur,

7 *His relatis citat Galesinius S. Antonium ; sed eum accuratius legit aut saltem fidelius expressit Sigonius, neque rem ita a Sancto Historiographo, sed sæpe nimis credulo, scriptam dubitavit curator editionis Lugdunensis anni* MDLXXXVI ; *ideoque in margine adnotavit.* Facinus inauditum, vix ut puto credibile. *Idem puto posse dici de sequenti actu, ex sola fide tam*

et resectum caput ipse sustulisse.

A *apocryphæ Legendæ nequaquam recipiendo, quem a S. Antonino etiam sumpsit idem Sigonius hisce verbis:* Quod autem mirabile fuit, detruncatus surgens, caput manibus dicitur collegisse, atque usque ad eum locum detulisse, ubi postea ædes ei cum monasterio est constituta. *Felsineorum id est Bononiensium Marmorum illustrator Comes Carolus Cæsar Malvasia, utriusque Juris ac sacræ Paginæ Doctor Collegiatus, in patrio Archigymnasio horis vespertinis Legum Interpres Primarius ac Emeritus, nec non Cathedralis Ecclesiæ Canonicus, anno quo hæc scribimus* MDCXCIII *pie defunctus; Sect. 5 cap. 3 Marmoreum lapidem producit, cujus in tabula dicit* renovatam legi antiquissimam Epigraphen, *temporis diuturnitate absumptam, hoc tenore:* Hic S. Proculus Miles Bonon. sacro martyrio coronatus extitit, abscisso capite, quod illuc ubi nunc ipsius templum conspicitur, manibus propriis detulit anno Dni CCCIII. *Eadem Lectoribus suis assertive proponunt Ferrarius et Masinius, rati rem non carere certo exemplo in Dionysio Parisiensi, aliisque pluribus Gallicanis Martyribus. Verum (uti jam*

AUCTORE D. P.

Nomen Bononiæ frequens,



alibi sæpe monuimus, credibile est tales rescissorum capitum gestationes, acceptas ex statuis picturisve, ipsos Martyres repræsentantibus cum capite ante pectus in manibus: quo solum indicabatur, eos in hoc membro, pro fide resecto, martyrii palmam meruisse; sicuti dum SS. Agatha et Apollonia pinguntur cum dentibus aut mamilla in manibus. Istis ergo dimissis, unum solum addo de nomine Proculi, *ipsum usitatissimum Bononiensibus fuisse, etiam sub Imperatoribus Gentilibus. Probat hoc alterius duorum consimilium ex marmore sarcophagorum inscripto, qualem hic vides. Alterum hujus* Proculi *patri, filio suo,* F. C. *id est* fieri curavit, *eadem* Statia C. F. *id est* Caji filia, *et sic inscribitur* T. Veneio Q. F. *(Quinti filio)* Paullo, Statia C. F. Marcella Mater: *utrumque,* post mille et quadringentos circiter annos, ex propriis fundis castro S. Georgii conterminis erutos, patriæ et domus ornamento consulens Philippus Senator Cospius, transferri curavit anno MDCLXXXI, *ut habet marmoreus eisdem appositus titulus. Debemus ipsos Felsiniorum marmorum prælaudato Illustratori, inter quæ sect. 7 cap. 1 repræsentantur, additis erudita super eorumdem forma, materia, titulis Observatione ad quam lectorem talium curiosum remitto: solum noto, tum ibi tum in aliis pluribus inscriptionibus, quas præcitata sect. 5 cap. 3 licebit collectas expendere,* Proculi *nomen aut tertio (quod summæ nobilitatis apud Romanos erat) aut saltem secundo loco scribi, quod etiam utriusque sexus libertis conveniebat; et ubique non nomen sed cognomen haberi. Unde merito suspicare quis possit, idem sentiendum de hoc Martyre, cujus solum ultimum nomen inscriptum sit fastis, ut magis usitatum: quemadmodum* Ciceronem *sæpius, quam* Tullium *dicimus;* Marcum *vero, primo ac proprio nomine, vix unquam.* D E

ci in Romanis Epitaphiis

cognomen familiæ.

DE SANCTO SECUNDO

MARTYRE AMERIÆ IN UMBRIA,

ITEM SS. AGAPITO ET JUSTINA VIRGINE,

MARTYRIBUS PERGULÆ IN ITALIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

C F

Tres Urbes, hunc Sanctum sibi asserentes; ejusdemque etiam alibi cultus, et Acta varia.

CIRCA CCCIII.

Cultus Ameriæ,

Plures *Italiæ civitates* S. Secundum Martyrem, *de quo agimus, hisce Kalendis Junii, inter suos Patronos et Protectores assumunt; ac primo* Ameria, *urbs Episcopalis Umbriæ, in amœno fertilique colle sita, quo abductus* S. Secundus, *et inde ad fluvium Tiberim, huic injectus fuit. Id sic exponitur in Martyrologio Romano.* Ameriæ S. Secundi Martyris, qui sub Diocletiano in Tiberim projectus, martyrium consummavit. *Antonius Maria Gratianus, Episcopus Amerinus creatus anno* MDXCII, *mortuus anno* MDCXI, *scripsit* opus egregium, de septem Ecclesiæ Sacramentis, de Sacrificio Missæ, aliisque rebus Ecclesiasticis, *Venetiis anno* MDXCVII *excusum. Huic operi sub finem adjunctæ sunt* Vitæ Sanctorum Amerinæ Ecclesiæ Patronorum, *quos inter est* S. Secundus Martyr, *in cujus Vita sub finem ista leguntur:* Corpus translatum postea Ameriam creditur, ubi ad Romanam portam, paulum extra mœnia, vetusta in æde, quæ S. Secundi nomine nuncupatur, repertus marmoreus lapis est, ita inscriptus: Hic jacet corpus S. Secundi Martyris. Corporis tamen ipsius nullæ reliquiæ, nullum aliud vestigium extat. Et Amerinus populus Martyrem ipsum, inter Sanctos urbis adoptatum, religiose colit. *Hæc ibi. Dein Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ asserit,* non longe ab urbe Ameria conditum; ubi postea templo ab Amerinis excitato, Secundus, urbis illius Tutelaris, ab eis præcipuo honore colitur.

ubi et Ecclesia S. Secundi:

2 *Altera civitas, quæ* S. Secundum *inter suos quoque Protectores colit, est* Eugubium, *in Ducatu Urbinate Episcopalis, ad radices Apennini, sed a Gothis diruta, quæ creditur olim fere pertigisse ad locum, ubi nunc parochia* S. Secundi *visitur: sed hæc, civitate nunc altius in montem educta, paulo longius nunc cernitur: ejus autem mentio fit in Vita S. Ubaldi* XVI *Maji. Degunt ibi modo Canonici Regulares Congregationis S. Salvatoris, qui non solum dicta in Ecclesia, solenni cultu venerantur* S. Secundum, *sed etiam in tota Congregatione, soliti celebrare antiquiorum suarum Canonicarum Patronos, sub ritu semiduplici agunt* X *Maji festum,* SS. Secundi, Secundini et Agabii Martyrum; *in Officio autem hanc recitant Orationem:* Propitiare quæsumus Domine, famulis tuis, per Sanctorum Martyrum tuorum Secundi, Secundini, et

Item Eugubii

cum ecclesia et monasterio

A et Agabi merita gloriosa; ut eorum pia intercessione, ab omnibus semper muniantur adversis. *Deinde ad secundum Nocturnum præscribuntur Lectiones, recitandæ ex Actis martyrii* S. Secundi, *et dicitur passus* Kalendis Junii. *Tum additur:* Festivitas SS. Secundini et Agabii et sociorum, qui apud Cirtham in Numidia, sub persecutione Valeriani passi sunt, tertio Kalendas Junii (*imo Maji*) quorum corpora in eadem Ecclesia S. Secundi tumulata jacent. *Sunt cum iisdem in Numidia passi* S. Jacobus Diaconus et Marianus Lector, *quorum etiam corpora Eugubii in æde Cathedrali illis dicata asservantur.*

tum Pergulæ, cum Agapito et Justina,

3 *Tertia civitas, veneratione Sanctorum Martyrum* S. Secundi, Agapiti *et* Justinæ Virginis *celebris est*, Pergula, *in eodem Ducatu Urbinate, ad flumen Cesanum, ab Eugubio versus mare ad* XX M P *dissita. De inventione Reliquiarum, imo et Translatione horum Martyrum, ad Ecclesiam S. Augustini apud Pergulanos, damus infra authenticum Instrumentum, quod Henricus Lindanus Societatis Jesu Sacerdos Belga, Laureti olim pœnitentiarius, nobis submisit, simulque Officium proprium Ecclesiasticum, quo totum desumptum est, in Hymnis, Antiphonis et Re-* B *ponsoriis, ex Actis Martyrii quæ damus ex MS. Pergulano.*

4 *Quarta civitas est* Tuscanella, *in Hetruria, unde nobis missus pridem est fide publica Commentarius MS. de* XXV *Sanctis ibidem in Cathedrali quiescentibus, usui futurus* IX *Augusti, quando coluntur tres ibidem Patroni primarii, scilicet* SS. Secundianus Marcellianus et Verianus, *quorum interim Acta aliqua hodie dedimus, occasione SS. Florentii et Sociorum, quibus fuerunt aptata. Inter illos etiam ibi nominatur* S. Secundus, *cujus idcirco Officium ibidem fit hodie sub ritu duplici, de communi unius Martyris; festum autem Translationis, a Lucio Papa III celebratæ, a Suburbana tunc S. Petri ecclesia ad Urbanam S. Mariæ majoris anno* MCLXXXIII, *recolitur die* IV *Maji. Sed credi potest Secundus iste, ab hoc de quo agimus diversus, et Roma allatus Tuscanellam fuisse ex cœmeteriorum aliquo, quando illuc indidem allatæ fuerunt Reliquiæ SS. Cornelii et Pontiani Pontificum.*

ac denique Tuscanellæ

5 *Quinta civitas est* Spoletum, *in qua quæstioni subjectus Sanctus, et variis cruciatus tormentis, accepit sententiam submersionis. Hisce Ludovicus Jacobillus, tomo primo de Sanctis Umbriæ Italice edito, addit urbem Romanam, eo quod dicatur* S. Secundus *ibidem ex* C *genere Aureliani Imperatoris procreatus, ac Christianam religionem amplexus, tempore persecutionis cum aliis Christianis latuisse in cœmeteriis et catacumbis, atque inde in Umbriam fugisse. Pro qua re citantur Lectiones MSS. in Ecclesia S. Francisci Gualdi asservatæ, quas non vidimus. In Pulvesa quoque, lacus Trasumeni insula, est ecclesia cum monasterio Olivetanorum, S.* Secundo *dedicata, ubi et os grande brachii asservatur.*

Idem dicitur Spoleti cruciatus,

Romæ natus ex

Ecclesia Pulvesæ

6 *Dantur a nobis primo loco Acta martyrii, non qualia optaremus ex scriptis Proconsularibus, vel saltem insigni antiquitate venerandis; sed qualia seculo* X *potuerunt fuisse composita, ex majorum traditione; ex qua nomen judicis, locumque et modum martyrii, credimus haberi potuisse; cetera, scilicet sermones inter Sanctum et Proconsulem habitos, accipimus ut ab Auctore ex verosimili composita. Fuerunt illa Acta nobis ex MS. Pergulano missa a prælaudato Lindano; contulimusque ea cum MS. Codice Bodecensis in diœcesi Paderbornensi monasterii eruta per Joannem Gamansium, item nostrum: ex his enim videntur compositæ Lectiones, quæ a Canonicis Regularibus Congregationis S. Salvatoris recitantur. Amerini, istis non contenti, quod stylus simplicior videretur, alia condiderunt pluribus verbis deducta: quorum exemplum anno* MDLXVIII *a Tullio Geraldino exoratum, reperimus Romæ apud Joannem Baptistam Marum, Ecclesiæ Collegiatæ S. Angeli in foro piscium Canonicum; ipsumque contulimus cum alio MS. quod repertum in Bibliotheca Vallicellana Patrum Congregationis Oratorii, curavimus describi, licet nonnulla carmina et alia quædam interposita essent, quæ minus placebant: neutrum tamen nunc producendum putamus; quia neutrum, præter stylum, novi quidpiam adfert, quo operi huic inseri mereatur. Tertia Acta accipimus a Fabio Chisio, Nuntio Apostolico, monasterio Westphaliæ nobis submissa anno* MDCXLVI. *Fuit his postea Summus Pontifex, et Alexander VII appellatus. Sunt hæc ab Antonio Maria Gratiano Episcopo Amerino, ut supra dictum, edita, et in tertia editione Suriana recusa; ideoque magis omittenda putavimus, quod ibi legi possint: satisque erit ex omnibus quædam observanda in Notis collocare.* D

Acta Martyrii

AUCTORE G. H.

omissis aliis,

ex MS. Pergulano.

ACTA.

Ex MSS. Eugubino et Bodecensi.

Prologus

Omnia, quæ a Sanctis gesta sunt vel geruntur, *a* si quis studiose voluerit perquirere, et sibi et pluribus ædificati nis exhibet fructum; ut quasi arbor fructifera non sine causa prohibetur terram occupare; [quæ], dum vivit, tum ipsa suis pomis ornatur, et omnes qui ex ea [volunt] fructum percipere saginantur. Scribimus, ut ex gestis audivimus, quid egerint, quid locuti sint, quid passi sint Sancti. Ideo audientes, ostendite vos esse Catholicos, qui Christi semper victorias legitis et libenter auditis. E

S. Secundus sub Maximiano latens Eugubii,

2 Tempore imperii Maximiani Cæsaris exiit edictum *b* ab urbe Roma, per provincias et civitates seu per castella, ut, ubicumque Christiani inventi fuissent, sine auditione punirentur. In illis vero temporibus, per vicinas civitates, multi Christiani erant absconditi; inter quos beatissimus Secundus, ex genere Aureliani *c* Imperatoris ortus, sub cujusdam domo religiosæ et Christianissimæ feminæ, nomine Eudoxiæ, erat absconditus in civitate Julia, quæ *d* Eugubia est dicta, quæ continuis diebus alimoniam ei administrabat: eratque B. Secundus, totus in fide Apostolorum eximius, et prudens Christi minister, et susceptor Sanctorum, vigiliis et orationibus serviens Deo die et nocte. Et quia nequit lucerna sub medio abscondi, neque civitas supra montem posita; factum est, sub Dionysio Proconsule in civitate Spoletina constituto, dum ei fuisset jussio injuncta Maximiani Augusti, cœpit studiose quærere Christianos per loca diversa [illegible], ut vicini vicinos, propinqui propinquos, amici amicos traderent. F

capitur, et ductus Spoletum,

3 Ex quo [illegible] pervenit ad aures Proconsulis fama B. Secundi. Iste vero Proconsul Dionysius, audiens de B. Secundo, quod Christianus esset; in furorem nimium accensus, missis apparitoribus qui eum arctarent, quam celeriter jussit suis aspectibus præsentari. Qui venientes cum magno strepitu, invenerunt eum hora tertia in cubiculo Eudoxiæ matronæ: et statim sine misericordia rapientes eum ligaverunt funibus, et perduxerunt Spoletum. Proconsul vero audiens adventum ejus, gaudio gavisus est magno: qui statim eum sibi præsentari jussit, cui et dixit: Ex qua provincia est, juvenis? B. Secundus læta voce respondit: Christianus sum, et Christi discipulus. Dixit ei Proconsul: De quo genere es? B. Secundus ait, Quantum ad nobilitatem, de genere sum Aureliani Imperatoris, renatus in fide sanctæ Trinitatis. Dixit ei Proconsul, Sacrifica diis omnipotentibus, et esto amicus Cæsaris, ut decet

EX MSS. fidem profitetur: D.P.

A decet virum de tanta prosapia. B. Secundus respondit ; Ego meipsum offero sacrificium Deo in odorem suavitatis : nam dii gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit; dii vero tui, impositis nominibus ab hominibus mortuis, lignum et lapides esse probantur *e*. Proconsul dixit ; Ergo non sunt dii, quos elegit Romana Religio? B. Secundus respondit : Non sunt dii : [nam] ut legitur in codicibus vestris, quam male nati sunt! quam iniquos, crudeles et sceleratos habuere parentes! et quia semper dolose vixerunt, pessima morte vitam finierunt, ituri ad mortem perpetuam, unde te adhuc revocare potes.

crudeliter cæsus, divinitus confortatur:

4 Proconsul hæc audiens, iracundia plenus, jussit eum expoliari, et nudum [sub] voce præconia cædi; dicens; Quos Cæsar et Romana religio colit, blasphemare noli. Et tamdiu passus est B. Secundus, [illegible] tortores deficerent : et exinde jussit eum [Proconsul] in obscurissimi loci ima retrudi. Qui dum inclusus esset, statim lux de cœlo circumfulsit eum, et facta est ei vox, audientibus eis qui circumstabant carcerem; Secunde, Age quod agere cœpisti, quia corona martyrii laureatus, possidebis gaudia cœli. B Altera autem die eductus de carcere adstitit ante Præsidem, qui ei dixit : Secunde, noli proterve agere, consule tuæ nobilissimæ juventuti, et sacrifica Deo Herculi, et esto amicus Cæsaris. B. Secundus respondit : Ex quo invisibilis et verus Deus cœpit a credentibus coli, pax et exaltatio Christianæ religionis fuit, quæ [promittit] illam sperantibus retributionem, quam daturus est Deus his qui diligunt illum : vobis vero cæcis, qui omnia bona, quæ a creatore omnium seculorum omniumque creaturarum Domino Jesu Christo conceduntur, non creatori, sed creaturis et idolis manufactis, surdis et mutis adscribitis, nisi conversi fueritis de vanitatibus et superstitionibus vestris pessimis, æternus retribuetur interitus :

recusans Herculi sacrificare

5 Proconsul vero, torvo vultu, plenus furore, respondit : Quid variaris per multa? nihil tibi prodest vana loquacitas : sacrifica Deo Herculi : sin autem, per salutem Maximiani Imperatoris, maximis te interficiam pœnis, et crudeli morte superbus superbe finieris. Dixit ei B. Secundus : Erras, Dionysi, [illegible] Deum cœli et terræ, qui genus humanum condidit et creavit, et adorem idola lignea et lapidea manu facta. Respondit ei C Proconsul : Elige unum de duobus : aut sacrifica diis omnipotentibus, aut diversis te interficiam pœnis, Dicit ei B. Secundus : Numquam tibi bene sit, canis perdite, fili iniquitatis et perditionis. Et iratus Proconsul jussit eum in eculeo levari, et diu torqueri. Dumque levatus fuisset B. Secundus in eculeo, acriter torquebatur. Tunc respexit cum lacrymis ad cœlum, et dixit : Domine Jesu Christe, qui condidisti cœlum et terram et omnem ornatum eorum, et fecisti hominem ad imaginem tuam, et dixisti ; Ego sum Deus, et non est alius præter me ; exaudi servum tuum indignum in ista hora, et mitte Angelum tuum sanctum, qui idolorum templa subvertat, quia tu es benedictus in secula seculorum. Amen. Et subito factus est terræmotus, et eversum est templum *f* Herculis, in quo sacrificabat Imperator semel in anno *g*, et erat templum pulchritudinis et amplitudinis magnæ.

in eculeo torquetur;

precibus evertit idolum,

iterumque torquetur,

6 Et dum nuntiatum fuit Dionysio Proconsuli, scidit vestimenta sua, dicens : O quam cito artes tuæ magicæ prævaluerunt, ut Dominum nostrum Herculem in pulverem converteres ! Et jussit eum deponi de eculeo, et iterum in carcerem retrudi, sine cibo et potu. Beatus vero Secundus exultans ibat, et signo sanctæ Crucis se muniens, vanas declinans delirationes et pro nihilo ducens tormenta momentanea, quasi quis ad epulas invitatus, delectabatur : D et iterum Angelicis visitationibus consolatus est. Die vero quinto decimo impius Proconsul B. Secundum præsentari fecit, et cum carduis flagellari, et plumbum bulliens in os ejus mergi : ipse vero gratias agens dicebat; Conforta me servum tuum Deus meus, et destrue minas adversariorum meorum. Converte eos, Domine, ut cognoscant te, et resipiscant ab idolorum cultura, quia tu es benedictus in secula seculorum. Cumque egisset orationem B. Secundus, statim terræmotus factus est magnus, ita ut fugeret Proconsul.

h Ameliæ cum saxo submergitur:

7 Et die altera jussit dari sententiam, ut duceretur B. Secundus ad Ameliam *h* civitatem, præcipiens quæstionariis, ut ligato magno saxo in collo ejus demergeretur in Tiberim. Cumque pervenisset B. Secundus ad ripam fluminis, ligaverunt ei milites saxum molare ad collum. Ipse vero genibus flexis orabat dicens, Domine Jesu Christi, fili Dei vivi, qui præcepto Patris mundum salvasti, miserere servo tuo, et mitte Angelum tuum, qui suscipiat servum tuum, qui es benedictus in secula seculorum. Amen. Et completa oratione projecerunt eum in Tiberim; et reversi sunt. E Quos statim Dei nutu invasit ferocissimus ursus, et occidit ex iis octo viros; ceteri vero dilacerati fugerunt. Confitentes vero Christum, quem credidit B. Secundus, venerunt ad B. Eutychium Presbyterum, miseruntque ad pedes ejus se, dicentes; Miserere nostri, Domine, et doce nos fidem B. Secundi, quem nos injuste per jussionem Dionysii necavimus in fluvio, et fac nos Christi esse consortes. B. Eutychius dixit eis, Si ex toto corde in Christum creditis, omnia condonantur vobis. At illi una voce dixerunt : Credimus in Christum, in quem credidit B. Secundus. Et accepta aqua baptizavit eos, et confirmatos in fide sanctæ Trinitatis dimisit in pace : erant autem viri duodecim.

i puniuntur lictores.

ipse sepelitur k

8 Piscator quidam nomine Maurus, dum quadam die piscaretur, invenit corpus S. Secundi juxta ripam fluminis sine mola *k* ; statimque apprehendens recondidit sub arbore. Quæ cum divulgata fuissent, ivit supra dicta Eudoxia, et tulit corpus B. Secundi, et transtulit in civitatem Juliam, quæ Eugubia dicitur, unde dictus Sanctus ductus fuerat : et sepelivit eum prope *l* jam dictam civitatem Eugubiam, milliario XVI in pace *m*. Ubi florent orationes ejus in multorum virtute miraculorum, usque in hodiernum diem : F ad honorem D. N. Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto est honor et gloria, in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

a *Hæc prima verba, initio plurium hujusmodi Virorum, toties mihi lecta memini, sed confuse dumtaxat, ut si cogitassem singulas annotasse, primum Auctorem fuerim forte inventurus : sed quod factum est nondum, alias fieri poterit.*

b *Edictum hoc, ex ingenio suo compositum, proponit Auctor MS. Amerini, lateque deducit.*

c Aurelianus, *occisus an.* 275, *post plures brevissimi temporis Imperatores, successorem denique an.* 284 *nactus est Diocletianum : qui an.* 286 *collegam sibi optavit* Maximianum Herculium. *Hic deinde, Imperio cum Collega cedens an.* 304, *istud resignavit in* Galerium Maximianum, *nihilo ipso minorem hostem Christianorum quoad vixit, id est usque ad an.* 311. *Et hunc intelligendum putavit Henschenius, quando initio Commentarii sui prænotavit annum* CCCX ; *ad quod movisse eum potuit honorifica, paulo post martyrium, sepultura; qualis subinde ab Actis indicatur, nec videtur curari potuisse persecutione fervente. Sed*

hoc

A *hoc argumentum satis leve est, cum levis sit ipsa Actorum fides quoad istud punctum. Quid quod* Herculi *jubeatur sacrificare Martyr, tamquam ipsius Imperatoris præcipuo Numini? quod priorem potius indicaret.*

d Eugubium *aliquando dictum fuisse* Juliam, *nullus, qui quidem vulgo innotuerit hactenus, antiquorum dixit.*

e *Bodecense addit*: Ecce in conspectu tuo præsens assisto, et corpus meum paratum est sufferre omne genus tormentorum, propter amorem Domini mei Jesu Christi... Ego Christum confiteor labiis, et corde puro non cesso invocare eum; et ipse mihi reddet coronam pro certamine hoc, quod in ejus nomine suscepi, secundum promissum suum verum,
1 Cor. 2, 9 quo scriptum est, Quia oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se.

f *Gratianus Episcopus, id factum ait, antequam torqueretur in eculeo Martyr, prius scilicet duci jussum ad templum; cumque illud haberet in conspectu, orasse ut subverteretur.*

g *MS. Bodec. addit*, quod habebat auri plusquam quadraginta centenaria.

h Amelia *hodie, antiquis* Ameria, *et sic scribunt*
B *Acta inde allata: distat autem a Tiberi* 5, *a Spoleto* 30 p. m.

i *Gratianus Episcopus* Spoletum redeuntes. *Egimus nos* 15 *Maji de S. Eutitio Presbytero, cumque sub Maximiano, potius quam sub Claudio, passum ostendimus: curabat autem ecclesiam Ferentinam in Hetruria, modico trans alteram ripam Tiberis intervallo.*

k *MS. Amerinum*, Sanum et integrum, ut dormire videretur: *Gratianus Episcopus*. Nulla limosi gurgitis, quo plures per dies obrutum fuerat, illuvie deformatum.

l *Tenent Pergulani et Eugubini, prædium istud fuisse in loco qui nunc dicitur* Serra S. Ondæ; *et hæc tali spatio revera abest Eugubio, solum* 5 *milliaribus distans Pergula. Est autem ipsa* Serra *prædicta districtus quidem Eugubini oppidum, sed parum apte dicitur propinquitatem esse, quod solum adest milliario* XVI *Amerinum MS. legit.* In prædium suum, ab Amerinis mœnibus ad quadraginta passus distans, intulit; ibique cum spiritualibus canticis, cum decenti honore sepelivit.

m *Idem MS. sic finitur.* Passio ejusmodi Kalendis Junii celebratur. Eodem in loco, crescente religione Christiana, templum non inelegans constructum fuit; ad quod devote confluentes, quacumque
C corporis invaliditate gravati, sanantur; peccatorum vero mole depressi, contriti corde et ore confessi, pœnarum Indulgentias consequentur

APPENDIX

De corporibus SS. Secundi, Agapiti et Justinæ Martyrum ac Protectorum Pergulanorum.

I*dem qui nobis transcripsit Passionem* S. Secundi, *consequenter in eodem folio chartæ (minutissimo namque charactere erat usus) descripsit aliorum quoque*
Acta S. Agapiti x Maji desiderata, *duorum Sanctorum Legendas, quales Pergulæ inveniebantur, et hæc causa fuit, cur hoc loco depositum folium frustra requisiverim pro die* x *Maji ejusque Appendice propter* S. Agapitum, *cujus passionem credebam diei isti assignatam. Illo ergo inter Prætermissos relato, defectu notitiæ sufficientis de cultu, scripsi semel iterumque ad varios, quos credebam Pergulæ posse aliquid, pro recuperandis S. Agapiti Actis. Tum vero bis ea accepi: primum quidem, curante Patre nostro Frederico Burlamacchio; et iterum, interventu Adm. R. P. Dominici Frederici ex Congregatione Oratorii S. Philippi Nerii, commorantis in vicina Pergulæ civitate Fano; viri litterarum amantis si quis alius, et litteratorum æstimatoris; quod manifestum faciunt tum ante acta vita, tum præsens bibliotheca, quam comparavit sibi instructissimam et concinnavit ornatissimam. Verum absoluta jam habebatur impressio, non solum Tomi secundi, ad quem spectasset Sanctus iste; sed etiam septimi, cui subnectuntur Appendices ad priores tomos, et ubi iterum indicaveram desiderium amissa Acta recuperandi. In penultima nihilominus libri pagina* 861, *suggerens rursum quædam corrigenda vel addenda in ipsis Appendicibus, etiam memini istorum Actorum; cumque ipsa judicarem operi nostro haud quaquam inserenda esse, eorumdem notitiam aliquam dare volui; pleniorem discussionem promittens dandam in Supplemento Maji, cum accepissem solutionem dubii, circa diem suborti, Decimusne an Undecimus, Maji Sancto festus haberetur.* D *atque triplici ecgrapho postea accepta,*

2 *Interim intelligo, quidquid de die Martyrii sit, commune tribus prædictis festum* Pergulæ *agi Dominica prima Junii, atque duobus diebus sequentibus, cum celebribus nundinis, ut omnino congrue hic simul collocentur. Ad Acta* S. Agapiti *quod attinet, Auctorem video secutum Acta præmissa* S. Secundi, *ex quibus persecutionem* Maximiani, *Præsulemque* Dionysium *sumpsit; nec non* Eudoxiam Matronam, *Eugubinam, quæ corpus Eugubium attulerit; de suo autem addit cetera, ob quæ supprimenda illa alias putavi, et nunc etiam puto. Etenim (ut istic dicta verbo repetam) Acta ista, præterquam quod valde sero composita sint, cum jam* Cruciferorum *celebris esset appellatio (nam* Cruciferorum copiosa multitudo ex Hispania dicitur applicuisse Eugubium, et jussu Dionysii Præsidis, ligatis ad terga manibus, ad Curiam tracta (*quibus se* Agapitus, *jam ante eodem prægressus, adjunxerit*) *tam insulse consarcinata sunt omnia, ut illa, non casu, sed studio seposuisse videatur Henschenius. Nam et eam* quæ nunc Provincia Ducatus (*Spoletini scilicet*) appellatur, *tunc dictam fuisse* Numidiam; *et civitatem,* quæ nunc Eugubium nuncupatur, *tunc fuisse dictam* Cirtensem Coloniam (*ex Africa in Italiam male traducta nomina*) *antea vero* Juliam, *vel a Julio Cæsare, vel a Julia uxore Octavii Augusti (filiam dixisse debuerat) vel denique a Julio Albæ Rege Ascanii filio;* et persecutionem Decianam, *quam ibi* Agapitus *vicerit, conjungit cum* tempore Maximiani Imperatoris, *quo is martyrium denique consummarit* anno Domini 300, *intervallum dimidii seculi complexus. Sed hoc ultimum fortassis fuerit scioli alicujus librarii vitium, qui congruum crediderit* Decianam *scribere* persecutionem, pro Decima, *qualem Eusebius in Chronico aliique scriptores Ecclesiastici appellant istam, quæ sub Diocletiano et Maximiano mota, omnium crudelissima fuit.* *prorsus apocrypha esse monstrantur* E F

3 *Cetera, quæ insuper finxit Auctor, sunt; quod* Agapitus *iste*, de Hispania nobilique parentela genitus, *atque* de stirpe Regia ducens originem, cum maxima ac copiosa multitudine virorum atque mulierum, *advenerit; quod* custos carceris, nomine Dapelius, *visa constantia Martyris inter tormenta, miraculisque ejus causa patratis ad terrorem Gentilium* (*nam inter alia* et sanguis pro pluvia tunc etiam descendisse de cœlo perhibetur) *quod, inquam,* Dapelius *iste (Sanctorum fastis ignotus hactenus) cum eo simul pariter jussus sit capite plecti,* et plures alii eamdem sententiam pertulerunt. *Denique sic concluditur Legenda tam apocrypha.* Eodem vero die quædam nobilissima matrona, civis Cirtensis Coloniæ, reversa est in propriam civitatem, deferens corpus B. Secundi de Amelia civitate: et procurrens ad locum qui Pons-marmoreus vocabatur, ubi Sanctorum *cetera quæ supposita,* *et finis exhibetur.*

A ctorum corpora canibus et feris devoranda dimittebantur, multos Christianos plorantes invenit, exspectantes et ipsi capitalem sententiam, sanctissimique Agapiti deplorantes exitum. Interrogans Eudoxia cujusmodi conditionis fuerat, referebant omnia, per eum et contra eum gesta. At illa, nimio dolore percussa, licet intrepida, corpus B. Agapiti inde sublevavit, nullo contradicente. Deinde cuidam viro, nomine Pharulus, pecuniam multam pollicita est, si caput B. Agapiti de pelago sanguinis extraheret et sibi præsentaret. Erant enim rupes saxorum circa flumen, ubi sanguis Sanctorum et capita mergebantur; itaque piscis lacus piscium videbatur esse, ex sanguinis multitudine. Descendente vero Pharulo in flumen, ad perquirendum sanctum Caput, nutu Dei factum est, ut a tribus piscibus educeretur; extendensque manus suas Pharulus, et capillos apprehendens, ad Eudoxiam usque perduxit. Fuit autem maxima lætitia inter Christianos de tali inventione et miraculorum ostensione: nam, cæcus, quidam ibidem illuminatur, nomine Tarsus; et possessus a dæmone, Phandalus nomine, liberatur. Passus est autem B. Agapitus anno Domini ab Incarnatione 300, de mense Maji die xi. B

Auctore D. P.

4 *His, tam insulse compositis, videri potest Pergulana plebs, velut certissimis Actis, acquievisse, læta se tandem Protectoris sui* Agapiti *Legendum habere; uti jam pridem* S. Secundi *Legendam prædictam, Eugubio acceptam habebat, requirens insuper de* S. Justina *similem historiam, quam et præsumpserit quispiam, styli elegantia majori, quam [illegible] instructus, et [illegible] scribere, priorum duorum inhærendo vestigiis; finxeritque, quod* temporibus Maximiani Imperatoris, Rex quidam in partibus Hispaniæ Agobardus, regnum possidebat copiosum; cui erat filius pulcherrimus, nomine Agapitus: qui a B. Agapio Episcopo sacrum baptismum suscepit, una cum Sorore sua Justina, Virgine pulcherrima. *Hæc deinde de fratris sui peregre futuro martyrio edocta per somnium, similisque felicitatis cupidine succensa, consulto Agabio, cum eodem aliisque sexcentis,* Crucis signo signatis in humero dextro, *in quibus quingentæ Virgines, clam recesserit fratrem requisitura; veneritque in* Numidiam, in villam quamdam ejusdem provinciæ, quæ Mugis dicta erat: *de qua scilicet in Legenda S. Agapiti legebam, quod* Mugilio vulgo dicitur, *quodque erat* vicina civitati quæ dicebatur Cirtensis Colonia, nunc vero Eugubina nuncupatur. *Ibi* Justina *interrogando compericns, eodem loco pridie plexum cum aliis* nobilissimum juvenem annorum viginti Agapitum nomine; *benedixerit Deo, sociosque animaverit ad martyrium. Nec mora, supervenientes militibus satellites, omnes ad Cirtensem Coloniam perduxerint, ac Dionysio Præsidi præsentarint: qui mox* Justinæ *forma captus, uxorem habere frustra optaverit; sed constantem in Christi confessione, libidini publicæ exponi fecerit. Verum dehiscentem terram absorbuisse duos lascivos juvenes, vim parantes; quare latum est in [illegible] nec tertio quidem ictu ferrum collo infigere carnifex [illegible] conversionem;* Dandalus ejus filius, arrepto gladio, ambos capite privavit: statimque Dionysius una cum filio suffocatus est, corporaque eorum a canibus rapacissimis supervenientibus devorata sunt. Eudoxia vero accipiens corpus ejus, una cum Beatis Agapito et Secundo, Martyribus Christi, sepelivit in suo oratorio, anno quo supra.

Nec melioris fidei sunt Acta S. Justinæ

illi superexstructa,

C

5 *Sic finitur etiam hæc narratio*, dignum (*ut dicitur*) patella operculum. *Prior occasionem aliquam ex Usuardi ubique vulgatissimo Martyrologio accepit, ubi ad* XXIX *Aprilis refertur.* In Numidia apud Cirthensem Coloniam, Natale Sanctorum Martyrum Agapii et Secundini Episcoporum, persecutione Valeriani. D *Hoc dissimulato placuit ob vicinam nominum* SS. Secundo et Agapito, *in Eugubina diœcesi cultis, Martyrii palæstram eamdem assignare, nominibus locorum ex Africa in Italiam tractis: simili scilicet audacia, qua postea Consarcinatores Adversariorum Juliano Petro affictorum, eosdem Sanctos in Hispaniam traxerunt, Secundinum apud se illis assignando, sicut ad diem* XXX *Aprilis diximus, propter alios a Martyrologio consequenter relatos. Factum bene, quod de Pergulanis figmentis nihil scierint illi; alioqui præbituri bene amplam materiam Tamayo Salazario, haud illubenter ex iis sufarcinaturo solitum suum Hispanicum Martyrologium. Nos utrisque contemptis, progrediamur ad certiora veri cultus argumenta; ac primum videamus, qua ratione credant Pergulani, tria illa corpora, quorum causa conficta sunt istæc omnia, ad se esse perducta. Habemus ea de re scripturam, jam dictis narrationibus initio succenturiatam, sed in progressu verosimiliorem: cujus ecgraphum, ex Codice MS. Pergulano conventus Augustiniani nactus Jacobillus, nobis illud sua manu transcripsit, hoc tenore.*

Nomen ... Cirthensis Colonia unde utrisque

6 Corpora S. Secundi, de genere Aureliani Imperatoris, et SS. Agapiti et Justinæ sororis ejus, filiorum Arnobardi, Hispaniarum Regis; cum passa fuissent, tempore Maximiani Imperatoris, in Cirtensi Colonia, postea Julia, ac deinde Eugubio nuncupato, anno Incarnationis Domini nostri CCCV; ob miraculorum signorumque multitudinem in eorum morte. Eudoxia, nobilis eademque piissima matrona ejusdem civitatis, curavit invenienda ac sepelienda in suo prædio, procul a dicta civitate ad XVI millia passuum, qui locus hodie appellatur Mons-vetus Serræ S. Ondæ, vulgo la Terra delle Capre, sub districtu ejusdem civitatis Eugubii. Verum cum tempore Alexandri Papæ IV, plura signa super eorum sepulcra apparere cœpissent, et inter arandum boves genuflexi fuissent; convenit multitudo, et inventis Reliquiis dictorum corporum, quæstio maxima orta fuit inter finitimos, videlicet Eugubinos, Callienses, et Pergulenses. Qui tandem communi consensu imposuerunt illas in [illegible], quæ a tauris indomitis veheretur: qui eas divino nutu ad oppidum Pergulæ, in Umbriæ finibus celebre, neque ad dextram neque ad sinistram declinantes, maxima cum omnium admiratione, anno Domini MCCLXXXV detulerunt, in ecclesiam Eremitarum S. Augustini: ubi fuerunt reconditæ in quodam sacello, non procul ab altari majori ad partem dexteram, quod modo altare Pietatis appellatur, ob imaginem sanctissimæ Virginis, cum filio e cruce deposito ibi existente, fere sub organo.

E *Corpora in diœcesi Eugubina revelantur,*

et devehuntur an. 1285 Pergulam,

F

7 *In [illegible] tabulis, ad decimum sextum milliare versus Euroboream, notatur* Terra de S. Onda, *sic verosimiliter dicta a vicina parochia dicta* S. Abonda, *fortassis* S. Abundantium *Patronum habente (sunt enim Italis perquam familiares ejusmodi nominum truncationes) ex parte autem Boreali, quinque milliarium intervallo eadem Terra respicit* Pergulam; *ex parte vero Occidentali* Callium, *intervallo milliarium octo. Hæc ergo omnia optime congruunt: sed si corpora tali modo reperta sunt, ut dicitur, et sicut credibile est reperta esse; apparet intellectui non præoccupato, quod de ipsis Sanctis, quomodo aut quando passi sint, nihil tunc sciretur: sed repertis, uti solet, nominibus, cum alius nullus inveniretur* Secundus *quam Ameriæ passus, adessetque forsitan notitia aliqua talium corporum Eugubio istuc allatorum; placuit ipsis applicare Legendam* Secundi *[illegible], non [illegible]* *Ameriam, ut habent loci Acta, sed* XVI *milliario ab Eugubio, servato tamen nomine Sanctum sepelientis* Eudoxiæ. *Quibus ita positis, non verebor opinari,*

loco viciniorem quam Callium.

absque ulla notitia Mat[illegible]

Pergulanorum

Pergulanorum Legendas omnes, seculo XIII *aut* XIV *compositas esse, post inventionem prædictam, sculptumque ad memoriam lapidem, de quo infra. Qui porro actum Pergulæ sit anno* MCCCCI, *prosequitur idem* ***Codex, Jacobillo transcriptus. Verba Codicis illius ad*** *manum sunt; præ ipsis tamen placet authenticum rei gestæ testimonium, quod ex MS. Pergulano sic accepimus:*

coram Magistratu ac multis præsentibus.

8 In nomine Domini. Amen. Noverint universi, præsentem paginam atque publicum instrumentum inspecturi, videlicet in anno D. Jesu Christi MCCCCI, Indictione IX, tempore Pontificatus sanctiss. in Christo Patris, Domini D. Bonifacii Papæ IX, die duodecima mensis Maji, decreto Nobilis viri, Gentilis Ludovici de Auximo, hodiernæ Potestatis terræ Pergulæ, pro Magnif. et Excell. Domino D. Pandulfo de Malatestis, d. terræ Pergulæ, ejusque civitatis, territorii et districtus pro S. R. Ecclesia Vicario Generali, et prudentium atque discretorum virorum, Petri-Stephani, Confalonerii Communis Terræ præd. et Leonardi Berardi, Antonii Simonis, Francisci Lucæ, Colæ Marci, Philippi Dominici, et Miliani Nicolæ, de numero et Officio Septem Communitatis ante dictæ; præcedente solenni et matura deliberatione generalis Concilii, Consiliariorum, et hominum de d. Concilio, congregatorum in Palatio de Plano, ad sonum campanæ tubæ more solito congregatorum, cupientium et desiderantium veritatem perquirere et agnoscere de Reliquiis venerandi et honorandi Martyris B. Secundi, cujus Reliquiæ dicebantur fuisse et esse in sepulcro seu pilo, existente in ecclesia S. Augustini Ordinis Fratrum Eremitarum, sive in burgo dicto S. Augustini Terræ præd.

totoque Augustinianorum conventu,

9 Præfati Domini Potestas, Confalonerius et Septem supradicti, in societate comitiva, videlicet nobilium virorum et discretorum, Jacobi Enrigi, Ludovici Jacobi, Dominici Gibellini, D. Francisci, D. Secundi qu. Bartoli, Nicolai Bradoli, Joannis Palmeroli, Nicolai Deotajuti, Petri Benvenuti, Cecci Angelutæ, Nicolai Colæ, Angeli Sancti, Benvenuti Marchi, Angeli Marchi qu. Pacis, Joannis Bartoli, et aliorum plurimorum, hominum fide dignorum de d. Castro, accedentes ad ecclesiam anted. Et voluntatem eorum et omnium de Consilio anted. Fr. Stephano Priori d. loci, et Fr. Petrutio, Fr. Bartobello, Fr. Lucæ, Fr. Francisco, Fr. Jacobo, Fr. Ludovico declaraverunt et petierunt a dd. Fratribus, se velle certificari de Reliquiis antedd. Qui Fr. Stephanus Prior præd. et Fratres Conventuales supradd. una cum D. Gentile Potestate præd. et Dominis Confalonerio et Septem supradictis aliis, accedentes ad d. sepulcrum, ipso Priore et Fratribus præmissis, stolis paratis et accensis cereis, atque divina Officia solenniter et alta voce cantantibus, humiliter et devote, præfatum sepulcrum, constructum placidis ferreis plumbo conficcatis, aperuerunt aliquali rimula, per quam aspiciebatur caput præd. Martyris Secundi, et etiam aspiciebantur duo alia capita.

aperto sepulcro primum visa capita,

deinde tres capsulæ,

10 Quibus visis, cupientes certius et efficacius certificari, latius præd. sepulcrum aperuerunt: in quo quidem sepulcro erant tres cassetellæ ligneæ, in quibus et qualibet earum erant Reliquiæ sanctæ, et desuper ipsas erant tria Capita. Et ante dd. cassetellas erat quidem lapis et tabula, in qua tabula erant sculptæ litteræ, continentiæ infrascriptæ: videlicet. Sancti Martyres Secundus, Agapitus, et Justina Virgo, sub Maximiano Imperatore passi. Secundus captus fuit in civitate Juliæ, in domo Eudoxiæ: deductusque fuit Spoletum et ponitur in patibulo, deinde a Dionysio Vicario pectinibus flagellatur, quia sacrificare Deo Herculi renuit. Qui oravit, et templum cecidit. Postmodum missus ad Ameliam, plumbum bulliens mergitur in os ejus, et projectus in Tiberim cum mola ad collum Quæstionariis redeuntibus venit ursus, et occidit octo ex eis; alii autem qui evaserunt, baptizati sunt a S. Eutitio. Maurus vero piscator veniens piscari, invenit corpus et sepelivit. Audiensque B. Eudoxia, corpora Sanctorum tulit, et detulit in domum suam, prope Juliam milliaris XV, et sepelivit eos. Beatus autem Agapitus, gladio percussus in capite, martyrium consummavit: cujus percussio in suo capite manifeste apparet: sororque ejus Justina decollata est.

cum synopsi Martyrii,

11 Ex alia vero parte d. tabulæ et lapidis erant sculptæ litteræ, videlicet, Præfati sancti Martyres sunt reperti tempore Alexandri Papæ. Cum enim plura signa super eorum sepulcris apparerent, et visa fuissent animalia ibidem genuflectere, et divulgatio est peracta; quæstio est orta inter circumstantes. Tandem convenerunt omnes. Imponunt dd. corpora tauris indomitis: qui divino nutu ad terram Pergulæ pervenerunt, neque ad dexteram neque ad sinistram declinantes, et dicta Corpora in ecclesia seu loco Fratrum Eremitarum S. Augustini, cunctis de tali miraculo stupentibus, detulerunt. B. Secundus martyrizatus fuit V Idus Junii. Quibus visis, inspectis et cognitis, pulsantibus campanis, dictis Clericis et Fratribus cantantibus et benedicentibus, inventionem præd. tam magnificam, veris indiciis, declarationibus, et fide dignis probationibus decoratam [declaramus]. In cujus rei testimonium Tabelliones et fide digni publici Notarii, ad perpetuam et fide dignam rei memoriam, se cum eorum signis et publicatione subscripserunt.

et elevationis sub Alexandro IV,

ac nota dies quo quisque passus sit,

Ego Petrus Hieronymus d. terræ Pergulæ, Imperiali auctoritate publicus Notarius, per omnes dictos, Gentilem Potestatem præd. Confalonerium et alios supra nominatos, ut supra legitur et narratur, præsens interfui; et ad robur, et firmitatem veritatis et prædictorum fidem me subcripsi, et meum signum apposui. †

atque de omnibus publica fides.

Et ego Bartholomæus qu. Gradoli d. terræ Pergule, Imperiali auctoritate Notarius et Judex ordinarius, et nunc Cancellarius et Notarius Reformationum d. terræ, his omnibus supradictis præsens interfui, et rogatus me subscribere, ad satisfactionem et validitatem atque fidem plenariam de prædictis, me in testem subscripsi, et meum sigillum apposui. †

12 *His summatim relatis, progreditur MS. Codex Augustinianorum, transcriptus a Jacobillo in hunc modum:* Anno Domini millesimo quingentensimo septuagesimo secundo, XVII Kalendas Maji, regente Domino Guidebaldo Urbini Duce, supradictæ Reliquiæ, pro majori commoditate organi conficiendi, fuerunt a dictis Fratribus translatæ ad sinistram partem in aliud sacellum illi simile, prope altare majus, arca marmorea et craticea ferrea ære publico constructis: et prima Dominica Junii, cum duobus diebus sequentibus, magno populi concursu in dicta ecclesia ad harum Reliquiarum honorem solenniter celebratur anniversarium, ex publicis illius loci decretis et statutis. Caput S. Secundi, argenteo ornatu decoratum, intra tabernaculum ex aurichalco confectum, et a docta manu celatum atque aureatum, multis votis argenteis hinc inde pendentibus, per totum fere oppidum summa cum reverentia, comitantibus Religiosis, Magistratu, Militia, et reliquo Populo, solenniter defertur. In reditu vero processionis, dicta Universitas quotannis candelarum et cereorum libras decem offert. In loco ubi fuerunt repertæ dictæ Reliquiæ, in dicto Monte-veteri, extat hodie ecclesiuncula dicata D. Secundo

Eadem in decreto anniversarii requisita.

Translatio anno 1572 in aliud sacellum.

ubi Sancti a Populo et Magistratu annuo censu honorantur:

AUCTORE D.

A Secundo, quæ est titulus Beneficii simplicis, perpetuam residentiam non requirentis. Accedit ad S. Secundi venerationem, quod ubi primum novus Prætor pervenit ad terram hanc Pergulæ, ex antiqua consuetudine et statuto, tenetur visitare Reliquias S. Secundi, comitantibus Magistratu et multis civibus, et offerre cereos et florenum unum monetæ veteris ad minimum, antequam juret se fideliter operam præstiturum, in suo munere rite legitimeque fungendo. *Eadem habemus confirmata per Epistolam ipsiusmet Gubernatoris Pergulani, D. Joannis Francisci Leia, scriptam ad prælaudatum P. Dominicum Frederici, Pergulæ die XXVIII Martii anni MDCLXXXVIII, quam epistolam autographam asservo: et ex ea etiam nobis constat, dictum caput S. Secundi solum processionaliter circumferri; alia autem duo capita, prædictæ processionis tempore, conspicienda præberi*

capita vero quotannis ostenduntur.

aperta crate, cujus quinque claves habeantur; tres in potestate Priorum Universitatis Pergulanæ, duæ penes Patres Augustinianos servari dicti: quorum Religiosorum in dicto loco antiquitas hinc melius illustratur, quam ex Alphabeto Augustiniano Herreræ, qui illius Conventus memoriam nullam potuit invenire ante annum MCCLXXXVIII.

B

13 *Quod nunc attinet ad controversiam, inter tres civitates, propositam in Commentario prævio Henschenii nostri; puto rem sic posse explicari, ut, Amerinensibus, nullas nunc amplius Reliquias S. Secundi ostendere valentibus, ablatæ illæ fuerint, post compositam istic illius Legendam, in qua ejus ut adhuc præsentis fuerat mentio; translatæque ad Secundi nunc Eugubinæ ecclesiæ Canonicorum Regularium; eodem forte tempore, quo Eugubium allata sunt* SS. Mariani et Jacobi, Secundini et Agabii, Martyrum Cirthensium, *corpora.*

S. Secundi Reliquiæ videntur Ameria ablatæ

Eugubium,

D

Et hæc quidem primum cesserint ecclesiæ Cathedralis Canonicis, a Priore suo S. Ubaldo, necdum Episcopo, sub annum MCX *ad Regularem vitæ communis formam adductis. Cum autem alia nova Cathedralis, sub nominibus* SS. Mariani et Jacobi, *anno* MCX*: haberetur perfecta, et ex veteri in novam transferenda essent Sanctorum corpora; sicut diximus factum est, ut corpus S. Ubaldi Episcopi extra urbem efferretur, sursum in montem ad locum nunc ipsi proprium; sic etiam factum videtur, alio quocumque modo, ut* SS. Secundini et Agabii *Reliquiæ deorsum veherentur ad* S. Secundi *Regularem item ecclesiam; unde contigerit ut communi cum* S. Secundo *cultu deinceps honorarentur die* X *Maji, sicut dixi inter Prætermissos est dictum.*

indeque post unum alterumve Translationem

14 *Hoc tamen non obstante, factum esse puto, ut caput cum potioribus ossibus, cumque corpore aliquo* S. Justinæ. V *Idus Junii eatenus cultæ, delata fuerint ad extremos Eugubinæ diœceseos fines; ubi, præ nominibus* Secundini *atque* Agabii, *placuerint nomina* Secundi *et* Agapiti, *tanquam famosiorum vulgo Martyrum, itaque creditus prior sit passus* die X Maji, *posterior vero captus communi cum* S. Justina *cultu honorari die* IX Junii: *præ qua deinde Pergulani, sacrum istum thesaurum nacti, placuit eximere primam mensis Dominicam, quia ipsis Kalendis passus creditur prope Ameriam* Sanctus Secundus; *quem Eugubini et Pergulani simul quidem sibi vindicant, simul tamen habere, saltem totum, non possunt. Habebunt autem suum singuli totum, si alterum Romanum, alterum Afrum credere velint; an autem alterutrius, vel etiam alterius sit Caput, quod Patres Servitæ habent in sua Sacristia Viterbii; argento inclusum, nequeo divinare.*

caput cum ossibus S. Justinæ Pergulam.

E

DE SANCTIS MARTYRIBUS

CRESCENTIANO VEL CRESCENTINO,

JUSTINO, GRICCIVIANO, VIRIANO, ORPHITO,

EXUPERANTIO, BENEDICTO, EUTROPIO, AC FORTUNATO,

G.H. C

TIFERNI ET URBINI IN ITALIA.

F

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Actis, translationibus, et cultu.

SUB DIOCLETIANO

Duas insignes *Ecclesias* S. Crescentianus, *ut Patronus, complectitur; scilicet* Tifernensem, *quæ civitas vulgo* Città di Castello, *dicitur, juxta quam etiam martyrium sustinuit, et quam diuturna corporis sui requie honoravit; atque* Urbinatem, *cui depositum ejus tandem concessum fuit, et ubi jam* Crescentinus *vocatur. Prior Ecclesia Sanctorum memoriam insuper retinet; in cujus veteri Kalendario Fr. Angelus de Comitibus, in Floribus ecclesiæ istius Italice editis anno* 1627, *et Jacobillus inter Sanctos ac Beatos Umbriæ, legerunt hæc verba ad Kalendas Junii:* SS. Crescentiani, Justini, et aliorum Martyrum. *Omnes autem sic nominatim in Collecta, ad Missam et divinum Officium recitari solita:* Da quæsumus omnipotens Deus, ut qui Sanctorum tuorum Crescentiani, Justini, Griccviani, Viriani, Orphiti, Exuperantii, Benedicti, Eutropii, atque Fortunati solennia colimus, etiam virtutes imitemur. *Ferrarius, in suo Catalogo Sanctorum Italiæ, de solo agit* S. Crescentino Martyre Tiferni, Patrono Urbinate, *et allegat* monumenta eccles. Urbin. *Jacobillus de eodem acturus, ante omnia citat in testimonium,* Lectionarium antiquum MS in Eccles. Tiphern. *Sed illud hactenus nusquam invenitur, nisi isto nomine Jacobillus intelligat, libellum MS. qui apud D. Franciscum Ignatium Lazzari ibidem reperitur, sub hujusmodi titulo;* Sanctorum et Beatorum civitatis Tiphernatum Vitæ, a Nicolao Manasseo Tifernate, Cathedralis ecclesiæ Canonico, in hanc formam ac seriem redactæ atque descriptæ.

S. Crescentiani cultus hoc die,

cum Sociorum memoria

2 *Accepi sane, curante D. Florido Veccellari ibidem Canonico, et favente prædicto Domino Lazzari herede Canonici Manassei,* Vitam S. Crescentiani, *prout ibi habebatur, distinctam in sex Lectiones: quas intelligo etiam impressas fuisse, et Tiferni usurpatas, priusquam Romæ approbarentur aliæ, haud paulo succinctiores; quas similiter accepi, impressas typis Cameralibus anno* MDLIV. *Interim neque in Lectionibus prædictis, tam antiquis quam novis, neque in aliis Urbino transmissis, de quibus infra, verbum ullum habetur*

quorum tamen non meminerunt Acta.

A tur de Sociis; nedum quod illi sint passi, ut Jacobillus ait X Septembris, aut quod tali die istic colantur. Nolim ergo Socios Martyrii dicere, sed cultus; neque tamen commemorando separare, quos conjunctim a Tifernatibus recoli solitos, patet ex Collecta præmissa. Conjungendi autem cultus causa sufficiens fuit, quod a tempore, cujus nulla extabat memoria, simul omnes fuerant unum in locum conditi; fortassis a S. Florido, S. Gregorii Magni contemporaneo, Tifernatium Episcopo et Patrono; cui cum S. Amantio, Presbytero suo, eumdem locum frequentasse plurimum dicitur. Ibidem omnes illi, cum ipso S. Florido, requieverunt, teste Jacobillo, quoad usque Petrus Tifernensis Episcopus, ecclesiam suam Cathedralem, S Laurentio ante nuncupatam, in nomine S. Floridi restaurandam curavit; in eamque intulit tum ipsius Sancti Episcopi corpus, tum etiam aliorum Sanctorum quatuor, Græciniani scilicet, Viriani, Orphiti, et Exuperantii, aliis in ipso loco relictis; ubi eos adhuc, excepto S. Crescentiano manere crediderim, cum de ipsorum alio facta translatione nihil legatur. Fr. Angelus Conti Cappucinus, qui sub titulo Speciosorum Florum (Flori Vaghi) an. 1627 edidit Vitas Sanctorum ac Beatorum Tifernatium, priorem Translationem factam fuisse scribit sub annum MXII: fuisset ergo Petrus iste longo tempore Episcopus, siquidem Ughellus eum vixisse ait, anno MXLVIII, et quædam bona dedisse Canonicis S. Floridi.

nedum ut passorum 10 Sept.

Ex illis translati aliqui an. 1012 in civitatem,

B

3 Petro, hujus nominis secundo, Hermannus successit, qui anno MLX S. Floridi Canonicam divisisse legitur, admissis fortassis in partem Præbendarum Regularibus. Hermannum autem secutus est Folcus: qui Mainardo Episcopo Urbinati commoditatem præbuit auferendi transferendique corpus S. Crescentiani anno MLXVIII, capite dumtaxat Tifernatibus relicto: cujus pars non exigua, Paulo Papa V Ecclesiam regente, in civitatem Castelli non mediocri pompa fuit importata, ubi valde honorifice in Cathedrali ecclesia custoditur, uti in fine Tifernensis MS. Legitur: Hoc vero MS. (nisi sola postrema verba Manasset additamentum sint) oportet compositum fuisse admodum recenter: siquidem Paulus V, anno MDCV creatus, vixit usque ad MDCXXI: eamdemque novitatem indicat cultior ac verbosior phrasis: quapropter, omnibus consideratis, antiquiorem sincerioremque multo textum haberi censeo in MS. Urbinate: quod fortassis Tiferno allatum sit a Mainardo, ac deinde duabus ultimis punctis successive auctum, quibus continetur primum translatio, deinde elevatio sacri corporis. Urbinatum igitur MS. placet præferre Tifernensi, quamvis existimem etiam istius primum fontem non multo antiquiorem esse ætate Mainardi, atque ex traditionibus seu picturis compositum paulo ante medietatem seculi XI. Accepi autem ipsum Romæ, a D. Joanne Besangia, Archivii Basilicæ Vaticanæ Præfecto; juxta ecgraphum autem authenticum quod ille possidet, sumptum ex Codicibus tam antiquis quam modernis Archiepiscopatus Urbinatis, fidem faciente Ænea Paduano I. V. D. Reverendissimi Domini Archiepiscopi Vicario Generali; et attestantibus eidem Jo. Francisco Rota, Canonico atque Vicario Capituli, Lelioque Fidele, Curiæ Archiepiscopalis Cancellario, sub die XXVII Februarii MDCLXXIII.

et anno 1068 ipse S. Crescentianus Urbinum;

C

unde etiam dantur accepta Acta:

4 Diem translati Corporis, scilicet XVIII Decembris, annue festivum haberi Urbinatibus, scribit Ferrarius, in Catalogo Generali, his verbis; Urbini in Italia Translatio S. Crescentiani Martyris, civis Tifernatis. Eo etiam die, anno MCCLXX, ab Episcopo Francisco, sacra Ossa fuisse requisita et inventa, docent quæ damus Acta; eumdem tamen diem ante istas etiam fuisse Translationis a Mainardo factæ, non habeo unde affirmem, nisi crebra in hoc opere exempla, quibus docemur similibus actibus sæpius electum atque eumdem,

agitur ejus Translatio 18 Dec.

D

jam ante festivum, ad cavendam festorum multiplicationem. De ipso interim Mainardo hoc obiter dixerim, pium istum laborem compensatum ei divinitus videri, cum titulo beatitatis apud posteros, quando corpus ipsius, tamquam Beati, sub altari collocatum fuit, anno MCCCCXCIX, II Kal. Junii, prout ad hunc diem inter Prætermissos docui. Porro non solum Tiferni atque Urbini ecclesiam habet hic de quo præcipue agimus Sanctus; sed etiam in territorio Eugubino, quemadmodum affirmat Jacobillus; addens, eum ibi, æque ac Urbini, Crescentinum vocari.

quo die an. 1499 relevata ossa.

Cultus Eugubii

5 In loco qui dicitur Saddi, extra Tiferni urbem Sanctum mactatum a carnificibus, humatumque a Fidelibus, Acta dicunt, et constans traditio tenet; nec desunt qui putent Saddos pro Sanctis dici. Erat autem locus ille, juxta Angelum et Jacobillum, tunc solitarius; nunc autem parochiam habet, cujus ecclesia inquit Angelus et ex eo Jacobillus antiqua satis est, et tribus distincta navibus. Sub ejus altera medietate ellossa humus, cryptam seu subterraneam ecclesiolam pandit, per gradus utrimque positos adeundam: et habentem altaria duo, supra quorum unum, ipsa in calce murum tegente, depicta visitur imago Sancti, in specie juvenis cataphracti, et equo insidentis, atque Draconem lancea configentis: estque pictura illa per quam vetus. In altari vero superioris ecclesiæ primario, quod Illustriss. D. Julius Vitellii, tunc ipsius ædis Præpositus (Præpositura enim est, a Cathedrali dependens) postea patriæ suæ dignissimus Episcopus, extrui fecit in capite mediæ navis, sumptu suo ultra duas laterales protensæ anno MDCXXIV; in altari, inquam, primario servatur inter alias Reliquias magna pars galeæ, qua Sanctum usum esse, fides est popularis, neque inutilis: imposita enim capitibus cephalalgia laborantium dolores sedat; quemadmodum paucis abhinc annis expertus est homo [illegible], id est anno MDCXXVII, vivens, et annos tres supra octoginta natus. Qui insuper refert, ex suis majoribus audivisse, quod ubi nunc est præmemoratum altare, ibi olim fuerit vepretum, supra quod luminaria aliqua nocturnis horis solebant videri; et horum indicio inventas Reliquias esse, quæ in urbem illatæ totam suavissimo odore impleverunt. His lectis, pia me incessit cupido, videndi formam illius ferri, quod Sancti Galeam plebs appellat. Hujus desiderii compotem me benigne fecit Ecclesiæ Tifernatis Canonicus, D. Floridus Uccellarius, missa delineatione, ex qua cognovi lunatam esse laminam pedum Tifernensium fere duorum, vix tamen dimidium pedem latam uspiam, arrosum autem undeque; qualis etiam est alia, prioris quartam fere partem æquans: sed neutra quidquam habet unde judicari alterutra possit pars galeæ fuisse, seu Romanæ seu Barbaræ.

Locus Martyrii Saddorum dictus;

E


ibi pars galeæ, ad capitis dolores levandos utilis;

F

6 Eadem in ecclesia servari ait Angelus, duplicis Crucis signum, quod prædicando ad populum manibus præferre solebat Sanctus, e simplici ligno, digito uno latius, palmo longum, cujus etiam longitudinis et latitudinis ferme est manubrium; transversa vero pars una, digitorum quatuor; altera parte, cui titulus aptari possit, solum digitis tribus exstante. Hæc Crux, inquit ille, una sui parte operta est lamella quadam, quæ videtur ænea certisque sculpturis ornata; quæ usque hodie servatur intra capsulam, bene inauratam, una cum parte cranii, in ecclesia Saddorum supra altare dextræ navis, et cum multa devotione monstratur populo simul cum sacris Reliquiis. Laudo devotionem piumque usum; et Crucis signum, a quocumque vel quandocumque illuc allatum, magnas sit pro venerari [illegible]. Sed quod ipsum tam sit antiquum atque prætenditur, vereor ut credi prudenter possit. Hoc certum; non solitos primis istis seculis fuisse Christianæ prædicationis, licet intrepide ac

item crux antiqua;

Sancti fuisse



ac citra dissimulationem prædicarent Christum, eumque Crucifixum; Crucis ipsius effigiem præferre manibus in conspectu Gentilium; qua de re plura legere qui volet, legat in Paralipomenis ad meum Conatum Chronicohistoricum de Romanis Pontificibus Dissert. 49 *num.* 13. *Habuerit illam in privato usu Sanctus; vel etiam ipsius Ecclesiæ donaverit aliquis diu post; antiquitatem tamen haud parvam sapit manubrium ipsi adhærens, ea forma qua Græcanicas passim expressas videmus, non item Latinas: ideoque operæ pretium censui totam quanta est spectandam in priori columna exhibere; sicut illam delineatam accepi a Canonico Uccellario, licet absque expressione cælaturæ præfatæ, quia huic formandæ deerat tali in loco pictor, nec debebat aliunde accersiri, cum eruditionis nihil haberi inde possit.* D

7 *Ut ut est, dignior illa est religiose servari, quam ossa quædam, ejus (ut fertur) Draconis, quem Sanctus ad liberandos Tifernates occiderit,* prope Tiberim, eo loco, *(ut scribit Angelus)* quo nunc consistit ecclesia Commendariæ Melitensis, dicto Regnaldello, ad unum sclopi jactum distante a mœnibus; ubi in ecclesia conspiciuntur pendentes ex muro scapulæ geminæ, quarum una quatuor palmos longa sit, larga duos et totidem digitos; altera, paulo minor tempore exesa utraque; alia vero ossa, etiam prægrandia, monstrantur in crypta ejus; quam dixi, Saldorum ecclesiæ tamquam ejusdem Draconis. E

alia vero quædam ossa draconis ut fertur a sancto occisi

Legantur ergo quæ ad S. Georgii Acta XXIII *Aprilis* § 3 *disserui de dracone, pedibus vel equo S. Georgii subjici solito; deque multis draconibus et serpentibus, qui passim occisi vel pulsi leguntur a Sanctis, locum aliquem ad fidem inibi prædicandam ingressis: quos alios non esse censeo quam idololatriam debellatam, et dæmonem veteri possessione depulsum. Ossa illa, (si tamen ossa sunt, et non saxa in ossium formam naturaliter concreta, qualia sunt quæ passim gigantum ossa creduntur) ossa; inquam, illa (sicut ex delineatione mihi missa, et hic expressa apparet si ad invicem conjungantur, perfectum integræ unius costæ arcum constituunt, cui subjensa pedum Tifernensium scala una cum unius pedis in novem uncias divisi mensura, indicat, ipsam prætensam costam dimidium pedem latam, et plus quam septem longam fuisse. Unde si de mensura animalis, quod tales costas habuerit, fiat æstimatio, elephantis, et quidem valde proceri costa hæc judicari posset, Elephantos autem peregre advectos sæpe habuit et vidit Italia; dracones, quorum latera costis instructa fuerint, credo numquam. In hoc enim cum serpentibus conveniunt dracones, quotquot ab Aldrovando, omnium historiam undecumque scrutato, describuntur; quod continua una per totum corpus spina procurrant, qua contracta laxataque celerrimo jactu vibrantur eo quo festinant, ita ut volare videantur: quamquam* F

quæ potius et plantis videri debeant.

A *quam et alati inveniri dicuntur. Idem judicium esto de scopulis, quas elephas tantas quantas Angelus scribit habuisse potuit; non item dracones, qui scopulis carent.*

ACTA

Ex MSS. Urbinatis Ecclesiæ.

Crescentinus, sub Diocletiano.

Tempore Diocletiani Imperatoris, sæviente adeo in Christianos persecutione, ut etiam inaudita causa ubique locorum acerbissime ex edicto Imperatoris in eos animadverteretur; Crescentinus, Patronus noster, vir pietate, religione, magnitudineque animi clarus, nobilibus Christianisque parentibus ortus, Romanus patria, professione autem Miles, mortuis parentibus suis, cum adhuc adolescens omnia fere sua bona in Christi pauperes erogasset, ab Urbe postea sæviente persecutione fuit expulsus. Imitatus autem Evangelium illud, Dum vos persecuti fuerint in una civitate fugite in aliam, in Hetruriam se contulit; constititque ad Tiberim in agro Tiphernati. Ibi cum audisset draconem quemdam teterrimum atque immanem Tiphernum sæpe numero circuire;

Roma Tifernum fugit.

B qui non solum cominus bruta hominesque crudeliter vorabat, verum etiam longe plures halitu suo pestilenti ac venenoso inficiens cominus necabat; ægre ferens Vir sanctus, precibus cum lacrymis ad Deum optimum maximum fusis, divino numine admonente, percepit, civitatem illam antiqui serpentis diaboli fraudibus deceptam, vana et muta idola colere; ex quo tam dira pestis ab illo dracone (Deo ipso permittente) fuerit concitata: qui si, rejecto idolorum cultu, ad Deum vivum et verum confugerent, ab ejus misericordia, Crescentino ipso intercedente, liberari mererentur.

ubi lethiferum draconem grassantem audiens

2 Quamobrem, vir Dei sanctus ac Miles Crescentinus, Dei verbum constanti mellifluaque oratione cœpit prædicare: credentibusque illis, atque sacrosancti baptismi gratiam suscipientibus; ipse, in Deo omnem collocans fiduciam, Christi signaculo insignitus, adversus immanem illam bestiam forti ac magno animo perrexit; lanceaque arrepta, divino suffultus præsidio, non sine magna omnium admiratione, draconem illum interemit: ob cujus rei tam præclaræ gestæ admirationem, fidelium atque credentium numerus in dies magis magisque augebatur. Humana tamen gloria minime ob eam causam est elatus Crescentinus: imo Deo omnium opifici

eumdem interficit.

solitariam ibidem vitam instituit,

C immortales referens gratias, equo militaribusque armis, quæ sola sibi Roma discedens reliqua fecerat, itidem in pauperes erogatis, in cellulam quamdam prope Tiphernum, quam suis manibus ipse construxerat, sese abdidit; ibique jejuniis, orationibus, sanctissimisque operibus vacans, totus in Deo erat: nihilque aliud die noctuque aut cogitabat aut agebat. Confluebat vero ad virum hunc undecumque sanctissimum, populorum multitudo multis ex partibus frequens: quos ille tum prædicationis Christi pabulo reficiebat, tum etiam, si quos languentes, paralyticos, debiles, aridos, cæcos, mutos surdos, aliove quopiam morbo affectos comperisset in pristinam perfectamque sanitatem summi Dei virtute revocabat.

et miraculis coruscat.

3 Cum autem fama tanti viri longe lateque percrebuisset, ad Romanum Imperatorem quoque pervenit; esse videlicet in Hetruria Christianos homines, cives Romanos, qui Romanos deos detestantes, Nazareni crucifixi doctrinam cultumque amplexarentur, enixeque docerent. Quare commotus Imperator, Flavo, tunc temporis Hetruriæ Præfecto ac Tipherni commoranti, edixit, ut curaret, nequis Christianum nomen nominaret, sed Romanorum

Romano Præfecto Flavio

D Deos duplicati supplicii pœna coli ac venerari cogeret. Tunc igitur diabolus, bonis semper invidus, tyrannicam ipsius Flavi rabiem adversum Crescentinum concitavit; etenim ne Christi nomen populo prædicaret, sævissimus ille tyrannus ei acerrime minatus interdixit, At vero Spiritu Sancto plenus Crescentinus, tamquam lucerna ardens, quæ abscondi sub modio nequit, validius cœpit prædicare Jesum Christum, per Prophetas nuntiatum pro genere humano de Virgine nasci atque eos qui in eum crederent, baptismique gratiam in ejus nomine susciperent, omnium primi hominis peccatorum labem delere posse. Quam ob rem ira percitus crudelis, tyrannus, Crescentinum in forum adduci jussit, eique imperavit, ut supplex Deos suos adoraret. Cui audacter respondens Crescentinus dixit, Deos tuos non adoro: vana etenim, cæca et surda sunt idola, atque opera manuum hominum. Tunc tyrannus ignem ingentem jussit accendi, Beatumque Crescentinum in medias flammas projici. Quod cum factum fuisset, et ipse Deo gratias agens, illæsus permaneret; sævissimus ille tyrannus, furore correptus, beatissimum Christi Martyrem plurimis pœnis cruciatum mandavit interfici, ejusque corpus inhumatum relinqui.

EX MS URBIN. fidem Christi professus,

et car. tortus,

E

4 Itaque Satellites eum vestimentis suis exeuntes, manibus ac pedibus ligatis nudoque corpore, per terram adeo immaniter traxerunt, ut sacro ejus sanguine inter trahendum lapides permulti fuerint cruentati; idque tamdiu quamdiu ad præfinitum sibi locum pervenerunt: ubique plurimis variisque cruciatibus affectus, semperque in confessione Christianæ fidei constantissime permanens; tandem capite obtruncatus martyrii palmam Beatissimus Martyr est adeptus; ejusque anima sanctissima in æternæ felicitatis gloria, cum canticis hymnisque angelicis est donata, glorioso corpore inhumato relicto. Quod videntes Christiani, illud clam collegerunt, et honorifice sepelierunt in loco qui dicitur Saddi; ubi in ejus honorem constructum extat templum: in quo ob tanti Martyris memoriam sanctus Floridus, et sanctus Adamantius Confessores, summa Pietate, ac Religione; diu postea sunt commorati, diemque suum obierunt ibidemque eorum Corpora sunt, sepulta. Passus est autem Beatus Crescentinus imperante Diocletiano, Kalendis Junii, anno Domini ducentesimo octuagesimo septimo.

raptatur ad locum supplicii:

capite plexi corpus

honorifice sepelitur

F

5 Cujus Corpus in dicta ecclesia requievit usque ad tempora Henrici Quarti Imperatoris, Henrici tertii Imperatoris filii. Cum enim Tipherni Fulco, vir nobilissimus, caritate ac virtutum omnium genere abundans, Episcopus esset; contigit ut Mainardus, vir illustris, omni gratia et sanctitate plenus, Urbinatis Ecclesiæ Episcopus, cum ipso Fulcone conquereretur, quod Urbinatium cui præerat ecclesia Sanctorum careret reliquiis. Quod cum audisset Fulco, ipsumque Mainardum fidelissimum Christi servum esse cognosceret; ob ejus pietatem ac religionem, beatissimi Crescentini Martyris Corpus ei promisit. Quare gaudio exultans Mainardus, clam vocatis Abbatibus, Monachis, Sacerdotibus, ac religiosis viris, laicali indutus vestimento, veraci Fulconis promissione fretus, illuc cum his omnibus se contulit, ubi S. Crescentini Martyris Corpus jacebat; atque cum psalmis, hymnis, ac plurimo thure, eum de loco in quo jacebat extraxit. O quanta odoris suavitas, quantaque dulcedo, sancto illo Corpore defosso, eos qui ibi aderant replevit! Cum autem Mainardus Episcopus, cum Clero et Populo Urbinate, thesaurum illum tam pretiosum ad Urbinatem Ecclesiam summa cum veneratione deferret; exeuntes Tiphernates, magna cum armatorum hominum manu, eos persequebantur, ut illud Corpus eis auferrent

quod ipsum promissum Fulconis Episcopi,

abstulit Mainardus Episcopus Urbin.

frustra insequentibus cum Tifernatibus.

A ferrent. Divina autem providentia, quæ in sua dispositione non fallitur, nec voluit Urbinates tanto beneficio fraudari; statim auxilium præbuit. Nam cum Mainardus supplex oraret Deum, ut se cum universo populo ab illis persecutoribus liberaret, Corpusque sancti Martyris illæsum servaret candida eos adeo obtexit nubecula, ut ab hostibus illis numquam conspici potuerint. Quamobrem Mainardus cum cœtu suo incolumis sanctissimum illud Corpus summo cum gaudio ad Urbinatem Ecclesiam transtulit, anno Domini millesimo sexagesimo octavo.

EX MS. CALL.

ann. 1068

6 Tunc Mainardus Episcopus templum miro ordine ac opere fabricari instituit, in quo sanctissimum illud Corpus maxima cum laude, honore, et gloria collocavit, in crypta, quæ est ab Occidentali parte, ubi præbet beneficia poscentibus. O quot cæci illuminati, leprosi mundati, paralytici sanati sunt! Cujus miracula neque etiam nostris temporibus deficiunt. Traditum quoque est a majoribus nostris, quotiescumque Urbinates adversus hostes suos beatissimi Martyris Crescentini advocati Vexillo usi fuerunt, semper victorias mirificas consecutos fuisse. Anno vero Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, die vero XVIII mensis Decembris, cum refrigescente hominum religione apud nonnullos dubium esset, an Divi Crescentini corpus in ea crypta reperiretur; Franciscus Episcopus Urbinas, divino primum nutu, deinde Canonicorum consensu, aliorumque Prælatorum ac Clericorum voluntate, ipsum Corpus denuo perquisitum invenit; sublatoque ex hominum animis incredulitatis errore, et antiqua religione revocata, supernæ bonitatis immensitas plurima alia edidit miracula. Pie quoque credendum est, non nostris quidem meritis, sed ipsius sancti Martyris orationibus, precibusque gloriosis, ita felici rerum statu civitatem hanc nostram Urbinum tamdiu perdurare, ut nulla sit ex finitimis hisce civitatibus, quæ hac in re huic nostræ aliqua ex parte sit comparanda. Oremus ergo Deum omnipotentem maximum, ut S. Crescentini Martyris Patroni nostri intercessionibus conservet suos Præsules, defendat Clericos, tueatur Populum, atque Urbem istam ab omni hoste, periculo, fame, ac tempestate; ut Populus ad eum veniens, per ipsum Deum laudet, et suis meritis vivat cum eo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat, in secula seculorum. Amen. D

Exhinc claret miraculis Sanctus,

Urbinatium Patronus.

B E

DE SANCTIS MARTYRIBUS

PAMPHILO PRESBYTERO,

VALENTE DIACONO ET PAULO,

CÆSAREÆ IN PALÆSTINA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De variis diebus cultus, et Actis ab Eusebio Cæsareensi editis.

ANNO CCCVIII.

Hodiernæ Romani Martyrologii tabulæ, post nomen S. Juventii Martyris, *cui (utpote* Romæ *passo) primi loci prærogativa deferebatur, reliquorum huic diei adscriptorum Sanctorum seriem sic prosequitur.* Cæsareæ in Palæstina, B. Pamphili, Presbyteri et Martyris, viri admirandæ sanctitatis et doctrinæ, atque in pauperes munifici: qui ob Christi fidem, in persecutione Galerii Maximiani, primo sub Urbano Præside cruciatus, deinde sub Firmiliano iterum revocatus ad C pœnas, una cum aliis martyrium consummavit. Passi sunt etiam tunc Valens Diaconus et Paulus, aliique novem, quorum memoria aliis diebus celebratur. *Baronius, in suis ad hunc diem Notis, indicat, quod de* Pamphilo *agant Usuardus, Ado, ac ceteri Latinorum, post quos numerandus, qui primus præ aliis a Baronio appellatur Beda, supposititius est, et fere collectus ex Adone: nam verus Beda hoc die vacat omni Sancto: et hæc unica videtur esse causa cur, nescio quis, Beda et Floro posterior Martyrologus, Adone autem et Usuardo prior, eumdem hunc diem elegerit commemorando annuatim* S. Pamphilo. *Ille autem et omnes eum secuti, cum Gregoriani Martyrologii curatoribus primis,* Persecutionem Maximini *nominaverunt; eo quod hic a Galerio Maximiano Cæsar declaratus, tyrannidem in Palæstina præsens exercuerit, quam Romæ urgebat Imperator Galerius; quem magis placuit nominare curatoribus novæ editionis, respectu cujus Baronius in Notis solet priorem vocare* Martyrologium Romanum vetus; *licet illæ editiones invicem secutæ sint paucorum dumtaxat mensium intervallo.*

Relatus in hodierno Romano Pamphilus, cum 2 sociis,

solus autem a vetustioribus.

2 *Porro vetustiores isti Martyrologi,* Pamphilum *solum nominant: cui reformati, quod dixi, Martyrologii Curatores adjunxerunt* Valentem et Paulum; *hos enim ex undecim martyrii Sociis solos prætericrant, cum ad* XVI *Februarii septem eorum retulissent;* Eliam *scilicet,* Jeremiam, Esaiam, Samuelem, *et* Danielem; Porphyrium, *item atque* Seleucum; *ad diem vero* XVII *ejusdem mensis* Theodulum ac Julianum; *nulla apparente hujus divisionis causa. Etenim ex eorum Actis constat, eodem omnes die* XVI mensis Peritii, hoc est secundum Romanos ante diem XIV Kalendas Martias, *id est* XVI Februarii, *ad tribunal adductos ultimoque affectos supplicio fuisse. Ideo Græci, in suis Menæis et Synaxariis omnibus, simul omnes tali die referunt; uti et Græcos secutus Galesinius; licet, Latinis deinde aptare se volens, iterum retulerit hodie* Pamphilum, *sed solum, cum amplo elogio; quemadmodum Græci eumdem* Pamphilum *iterum sibi commemorandum censuerunt in Menæis, die* V Novembris, *scilicet ex Eusebio. Hic cum, libro de Martyribus Palæstinæ cap. 7, narrasset, tali die Cæsareæ passos SS. Silvanum atque Domninum, tresque alios ad metalla damnatos, alios vero post crudelissima tormenta in carcerem conjectos; primam* Pamphili *confessionem his verbis subtexuit.* F

Socii plerique referuntur 16 Febr.

Ipse a Græcis etiam 5 Nov.

3 Inter quos erat et Pamphilus, omnium sodalium mihi longe carissimus, qui præ cunctis nostræ ætatis Martyribus, ob eximiam virtutem, præcipuam laudem est consecutus. Ac primum Urbanus, totius Provinciæ Palæstinæ Rector; ejus tum in arte dicendi tum in philosophia peritiam experimento aliquo cognoscere volens, deinde sacrificare illum jubens; cum renuentem minasque illius aspernantem videret; supra modum efferatus, gravioribus eum tormentis

occasione primæ confessionis suæ:

A tormentis excruciari præcepit. Post hæc ungularum, quibus latera ejus persulcaverat, crebritate ac pertinacia, tantum non carnibus illius pastus vir immanissimus; cum ex his omnibus nihil præter dedecus atque ignominiam retulisset, tandem illum ceteris qui in carcere erant Confessoribus aggregavit: *nequaquam impune, ut ibidem fusius prosequitur Eusebius; alteram ejusdem confessionem, cui et immortuus Sanctus est explicaturus cap.* XI. *Ad priorem interim spectat, hoc die* V *Novembris relatum in Menæis Distichon.*

Φρουρᾷ δαμασθεὶς καὶ πρὸς τῆς φρουρᾶς ξέσει,
Διπλοῦν λάβε σοι Πάμφιλε εικότως στέφος.
Carcere subactus, et ante carcerem ungulis,
Accipe coronas, Pamphile, ex merito duas.

dubites tamen an ut diversus

Ex titulo tamen, quo dicitur, Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγ. Πάμφιλος ξεσθεὶς καὶ φυλακισθεὶς τελειοῦται, *id est,* Eadem die S. Pamphilus, ungulis laniatus, et carcere maceratus, extinguitur; *dubites, an Auctor commemorationis hoc die faciendæ, vel saltem an concinnator istius Distichi, non finxerint sibi* Pamphilum *aliquem, cum prædictis coronatum ipso* V *Novembris, diversum ab eo qui* XVI *Februarii commemoratur.*

Acta ex Eusebio 16 Febr. Latine data,

B 4 *Magister meus Godefridus Henschenius, secundum eam quam Bollandus præscripserat necessitatem, sequendi qua posset Romanum Martyrologium hodiernum; ad prædictos* XVI *et* XVII *Februarii primum de septem, deinde duobus S. Pamphili Sociis sic egit; ut ex Eusebii libro de Martyribus cap.* XI *daret quæ ipsos præcise spectant; integra omnium Acta ex Metaphraste (ut Lipomano Surioque nominabatur) reservans ad hunc* I *Junii, quo S.* Pamphilum *Latini omnes nominabant: sed nullo quod scire possimus fundamento alio, quam arbitrariæ electionis. Id ego licet factum non valde probem, maluissemque pertractatam rem totam fuisse Februario mense, hic tamen sequi cogor; ut saltem nunc suppleam, quod ibi deest. Quæ autem Metaphrasti ab illis imputantur Acta, dabo ego, qualia ipse suæ Collectioni inseruit, non ut a se, sed ut ab Eusebio composita; quomodo etiam Græca accepimus ex MS. Mediceo Regis Franciæ sub hoc titulo.* [d]Ἄθλησις τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ Μαρτύρων, Παμφίλου, Οὐάλεντος, Παύλου, Σελεύκου, Πορφυρίου, Θεοδούλου, Ἰουλιανοῦ, Αἰγυπτίων, συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου. Certamen Sanctorum et gloriosorum Christi Martyrum, Valentis, Pauli, Seleuci, *(excidisse videntur nomina* Θεοδούλου, Ἠλία, Ἱερεμίου, Ἡσαΐου, Σαμουὴλ καὶ Δανιὴλ), Theodulsi, Eliæ, Jeremiæ, Isaiæ,
C Samuelis et Danielis) Ægyptiorum *(quod soli quinque ultimi erant)* conscriptum ab Eusebio Pamphili: *hoc enim cognomen in amici cari memoriam assumpsit, semperque usurpavit, Eusebius, Cæsareensis Episcopus, et historiæ hujus scriptor.*

nunc ex MS. dantur Græco-latine,

Idem de Pamphilo scripserat libros tres,

5 *Et hic quidem Eusebius, prædicto de Martyribus Palæstinæ libro etiam* Pamphili *Sociorumque Martyrium inserturus, post breve exordium capiti* XI, *laudato strictim* Pamphilo, *sic loquitur;* Hujus viri reliquas virtutes resque præclare gestas, quæ prolixiorem orationem desiderant, jam pridem nos in peculiari opere quod de ejus vita conscripsimus, tribus libris complexi sumus. *Hinc cum Hieronymus, in libro de scriptoribus, Eusebii scriptis annumerasset, de Vita Pamphili libros tres, Martyrologus ille antiquior, qui Usuardo Adonique prælusit, utrique hæc verba a se accipienda dictavit;* Cujus, *vel hujus* vitam Eusebius Cæsareensis Episcopus tribus libris comprehendit. *Atque utinam hi nunc extarent! Extat interim (ut ego quidem existimo) eorum Caput ultimum præcipuumque, ultima scilicet sancti Martyris ac sociorum confessio; quam deinde ipsemet Eusebius, rhetorico ornatu prætermisso, verbis alioqui plerisque iisdem Historiæ suæ, sive libro de Martyribus (ut dixi) inseruit. Equidem non possum hic assentiri Valesio,*

D *Eusebii interpreti eruditissimo, in Notis existimanti, non hoc esse partem illius majoris operis; sed Metaphrastem, nactum Historiæ præfatæ plenius exemplar quam modo habeamus, talia etiam scribere potuisse, quæ nunc in eadem Historia non leguntur. Absit ut mutilatam dicamus tam insigniter fuisse, quam modo habemus, Historiam Eusebii; eodem argumento ceteras quoque ejus partes in suspicionem similis mutilationis adducturi. Dicatur potius, suis prioribus scriptis usum Eusebium in lucubratione posteriori, omissis quæ minus necessaria erant, cetera iisdem aut fere iisdem quibus ante verbis inde transcripsisse. Atque hoc ut verosimilius fiat, priorem contextum Græco-latinum accipe, collatum cum contextu, qui est in historia, non quidem quoad verba singula (hæc enim inter se conferre volentibus, ad manum erit gemina editio Christophorsoni atque Valesii) sed quoad puncta digniora notatu.*

AUCTORE D. P. unde hic sumptum videtur caput ultimum.

6 *Prius tamen ex Menæis audi, quid, communi et proprio omnibus duodecim Martyribus die* XVI *Februarii, de iis canant Græci. Exordiuntur illi Versiculos similares hoc modo,* Ἀποστόλων ἰσάριθμοι, ἀθλοφόροι γενόμενοι, λογισμὸν ἰσοζήλον ἀνελάβετε. Numero æquales Apostolis, in certamen progressi, concepistis animum pari zelo æstuantem; *tum Canonem proponunt, in Odas more consueto distinctum; cujus*

Duodenarius horum Martyrum numerus

E *hæc Acrostichis:*

Δήμον δωδεκάριθμον ἀθλοφόρων ἄνευ λέπω.
Victricem pugilum duodenum canto cohortem.

Hic autem Canon, post Oden sextam, et ejusdem argumenti Contacia duo, interpolatur lectione Synaxarii, Actorum epitomen continente, post aptata singulis Martyribus suis Disticha hujusmodi, cum frequenti ad nomina allusione.

versibus laudatur apud Græcos 16 Feb.

Ὑπὲρ τὸ πᾶν σε Πάμφιλος φιλῶν, Λόγε,
Καὶ τὴν τομὴν ἔγνω τῆς καλῆς φίλην.
Te, Christe, amando Pamphilus super omnia,
Capitis amabilem æstimavit jacturam.
Παῦλον Σέλευκος, καὶ Σέλευκον Οὐάλης,
Βλέπων τομὴν χαίροντα, τὴν τομὴν φέρει,
Paulum Seleucus, atque Seleucum Valens,
Promptum secari videns, secari tulit.
Ἥλαντο πρὸς πῦρ Μάρτυρες θεῖοι δύο,
Θείου πόθου πῦρ ἐν τρέφοντες οἱ δύο.
Saliunt ad ignem Martyres divi duo,
Unum ignem alentes ambo divini amoris.
Σταυροῦσι δοῦλοι τῆς πλάνης ἐπὶ ξύλου,
Καὶ Θεόδουλον, δοῦλον Ἐσταυρωμένου.
Errore capti sigunt Theodulum cruci,
Esse Cruci-fixi, famulum se professum.
Κλήσεις Προφητῶν, καὶ τελευτὰς Μαρτύρων,
Λαχοῦσι πέντε Μάρτυρες, τετμημένοι.
Prophetica nomina et Martyricos fines,
Capite minuti Martyres quinque obtinent.

F

7 *Plenius singula intelligentur ex Actis mox dandis quorum interim in Menæis ac Synaxariis hæc est Epitome.* Οὗτοι ἅγιοι Μάρτυρες, ἐν τῷ ἕκτῳ ἔτει τοῦ κατὰ Διοκλητιανοῦ διωγμοῦ, εἰς τὸ μαρτύριον ἐλήλυθασιν ἐκ διαφόρων πόλεων, καὶ ἐπαρχιῶν, καὶ χωρῶν, εἰς μίαν τὴν ἐν Χριστῷ πίστιν συνελθόντες· ὁ δὲ τρόπος τῆς συλλήψεως γέγονεν οὕτως. Ἐν τῷ μέλλειν αὐτοὺς τὰς πύλας τῆς πόλεως Καισαρείας παριέναι, τῶν φυλάκων πυνθανομένων τίνες τε εἶεν καὶ ὅθεν ὥρμηνται, Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ἀπεκάλυψαν, καὶ πατρίδα τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ· ὅθεν κατασχεθέντες ... Παμφίλῳ παρέστησαν. Καὶ ὁ μὲν Ἠλίας, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τέσσαρες Αἰγύπτιοι, μετὰ πολλὰς βασάνους τὴν διὰ ξίφους ὑπέδεξαντο τελευτήν, συναποτμηθέντος Παμφίλου καὶ τῶν λοιπῶν. Ὁ δὲ Πορφύριος, τοῦ κυρίου αὐτοῦ Παμφίλου τὸ σῶμα αἰτήσας, κατεσχέθη καὶ παρεδόθη πυρὶ· Σέλευκος δὲ καὶ Ἰουλιανὸς, τὸ τοῦ Ἁγίου κατασπασάμενοι σῶμα, τῇ φλογὶ ... ὁ δὲ Θεόδουλος, ἐπὶ ξύλου σταυρωθεὶς, ἐτέλεσε τὸ μαρτύριον. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. Sancti hi Martyres,

cum epitome Actorum

A sexto Persecutionis a Diocletiano motæ anno, ad martyrium tracti sunt; ex diversis urbibus, professionibus, et conditionibus, in una Christi fide alumnati. Modus autem comprehensionis ipsorum, talis fuit. Cum essent ingressuri portas Cæsareæ, interrogantibus custodibus, quinam essent et unde venirent, Christianos sese nominaverunt, et patriam dixerunt habere supernam Jerusalem: quapropter ad Firmilianum Præsidem sunt adducti. Et Elias quidem, ac socii ejus quatuor Ægyptii, post varios cruciatus, capitis sententiam gladio exceperunt; decapitati vero cum ipsis sunt Pamphilus ac reliqui. Porphyrius porro, reposcens domini sui Pamphili corpus, comprehensus atque igni traditus fuit; similiter et Julianus, Sanctorum deosculans corpora, conjectus in rogum est, Theodulus autem in crucem actus. Eorum synaxis celebratur in sanctissima magna ecclesia.

At forte D. P. in Menæis

8 *Hactenus Græci, sed recentiores: nunc Latinum ex vetustioribus unum Hieronymum audiamus, qui Scriptoribus ecclesiasticis annumerans* Pamphilum, *cap. 75 sic de eo loquitur:* Pamphilus Presbyter, Eusebii Cæsareensis Episcopi necessarius, tanto bi-

Pamphili elogium ex S. Hieronymo,

B bliothecæ divinæ flagravit amore, ut maximam partem Origenis voluminum sua manu descripserit; quæ usque hodie in Cæsariensi bibliotheca habentur. Sed et in duodecim Prophetas viginti quinque ἐξηγήσεων Origenis volumina, manu ejus exarata reperi: quæ tanto amplector ac servo gaudio, ut Crœsi opes habere me credam. Si enim lætitia est unam epistolam habere Martyris, quanto magis tot millia versuum, per quos mihi videtur sui sanguinis signasse vestigia? Scripsit, antequam Eusebius Cæsareensis scriberet, Apologeticum pro Origene, et passus est Cæsareæ Palestinæ sub persecutione Maximini. *Ita ille in libro de Scriptoribus; sed quoad* Origenis Apologeticum, *velut a* Pamphilo *scriptum, primo quidem in epistola ad Pammachium et Oceanum conatur se expedire ab objecta sibi Pamphili Martyris auctoritate; ostendit, quam non sit verosimile,* quod doctus vir primos ingenii sui fructus quæstionibus et infamiæ dedicarit; *sed et hoc concesso, negat inde scriptum, eo probandum quod Martyris sit, nisi etiam veniam peccata defendere,* quia qui postea Martyres, prius peccatores fuerunt. *Postea vero in Apologia prima, adversus Rufinum, postquam ostenderat,* cur Origenem in quibusdam ante laudaverit; *illum arguit, quod sex Eusebii libros pro Origene Latinos fecerit, primum tamen tulerit sub nomine* Pamphili, *atque ita Martyri calumniam fecerit; tandemque evidenti argumento evincit* Pamphilum Martyrem nihil omnino operis condidisse. Ipse enim Eusebius, *inquit,* amator et præco et contubernalis Pamphili, tres libros scripsit elegantissimos, vitam Pamphili continentes; in quibus cum cetera miris laudibus prædicaret, humilitatemque ejus ferret in cœlum, etiam hoc in tertio libros addidit: Quis studiosorum amicus non fuit E Pamphili? Si quos videbat ad victum necessariis indigere, præbebat large quæ poterat. Scripturas quoque sanctas, non ad legendum tantum, sed et ad habendum tribuebat promptissime; nec solum viris, sed et feminis, quas vidisset lectioni deditas. Unde et multos codices præparabat, ut, cum necessitas poposcisset, volentibus largiretur. Et ipse quidem proprii operis nihil omnino scripsit; exceptis Epistolis, quas ad amicos forte mittebat; in tantum se humilitate dejecerat; veterum autem tractatus Scriptorum legebat studiosissime, et in eorum meditatione jugiter versabatur.

D *qui prius ei tribuit Apologeticum pro Origene:*

sed de hoc postea dubitavit

sed postea absolute negavit, Rufinique fraude suppositum censet

ACTA PASSIONIS.

Ex libris Eusebii Cæsareensis de Vita Pamphili,

Juxta MS. Medicæum Regis Christianissimi.

PARS PRIOR.

Omnium duodecim atque imprimis Pamphili laudes complectens.

C Tempus nunc monet, coram omnibus aperire theatrum magnum istud ac celeberrimum Sancti Martyris Pamphili, et eorum qui cum ipso vitam finiverunt admirabilium virorum, et per varia pro pietate certamina circumductorum. Etenim licet plurimi ex nobis, tempore persecutionis contra nos publicatæ, strenue sese gesserint; horum tamen, de quibus nunc sermo est, rarissimum agonem nobisque cognitum, ideo potius scripsimus; quia in eo statim apparebit, velut sub uno aspectu, omne genus tum ætatis corporeæ, tum spiritualis conditionis, vitæque et studiorum diversitas magna; sed imprimis varietas tormentorum, atque exinde secundum martyrii cujusque consummationem paratarum cuique coronarum. Nam videre erit, quosdam eorum qui inter ipsos erant Ægyptiorum *a* juniores atque omnino pueros; alios autem nostrorum (in quibus etiam Porphyrius erat) viribus simul corporis simul et animi prudentia robustos; eos scilicet qui cum dilectissimo meo censebantur, Jamnitem *b* Paulum, Seleucumque et Julianum, ambos ex Cappadocia regione huc advectos. Erant etiam inter illos quidam sacra canicie et profunda ornati senectute; Valens nempe, Ecclesiæ Hierosolymorum Diaconus, et nomen suum verificans *c* Theodulus.

Martyrium hoc præ ceteris laudans Eusebius,

in eo miratur varietatem ætatum,

a

b

c

Καιρὸς δὴ κατὰ πρὸς πᾶσι τὸ μέγα καὶ περιφανὲς ἀνιστορῆσαι θέατρον, Παμφίλου τοῦ ἁγίου Μάρτυρος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τελειωθέντων θαυμασίων ἀνδρῶν, καὶ πολυτρόπους εὐσεβείας ἄθλους ἐπιδεδειγμένων. Πλείστων γὰρ ὅσων κατὰ τὸν ἐγνωσμένον ἡμῖν διωγμὸν, ἀνδρισαμένων, τὸν περὶ ὧν ὁ λόγος ἀγῶνα σπανιώτατον, ὃν ἡμεῖς ἔγνωμεν, ἱστορήσαμεν, ἀθρόως ἐν αὐτῷ πᾶν εἶδος ἡλικίας τε σώματος, καὶ ψυχῶν ἀγωγῆς, βίου τε καὶ ἀναστροφῆς διάφορον περιειληφότα, βασάνων τε ποικίλοις εἴδεσι, καὶ τοῖς κατὰ τὸ τέλειον μαρτύριον ἐνηλλαγμένοις στεφάνοις κεκοσμημένον. Νέους τε γὰρ ἦν ἰδεῖν καὶ κομιδῇ παῖδας τῶν σὺν αὐτοῖς Αἰγυπτίων τινάς, ἡμῶν τοὺς δὲ ἄλλους, (ἐξ ὧν καὶ ὁ Πορφύριος ἦν) ἀκμαίους τε τῷ σώματι τε ὁμοῦ καὶ φρονήσει, τοὺς ἀμφὶ τὸν ποθεινὸν μοι ὄνομα, καὶ τὸν Ἰαμνίτην Παῦλον, Σέλευκόν τε καὶ Ἰουλιανόν, ἄμφω τῆς Καππαδοκῶν γῆς ὡρμημένους· ἦσαν δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ ἱερᾷ πολιᾷ, βαθυτάτῳ τε γήρᾳ πεπυκασμένοι, Οὐάλης Διάκονος τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας, καὶ ὁ τοὔνομα ἐπαληθεύσας Θεόδουλος. F

Τοιαύτη μὲν οὖν ἐν αὐτοῖς ἡ τῶν ἡλικιῶν ἐτύγχανε ποικιλία· ψυχῶν δὲ ἀγωγαῖς διηλλάττοντο, οἱ μὲν ἰδιωτικώτερον, οἷα παῖδες καὶ ἁπλούστερον ἔτι τὸν νοῦν φρονοῦντες, οἱ δὲ καὶ πάνυ στιβαρὸν καὶ ἐμβριθὲς κεκτημένοι τὸ ἦθος· ἦσαν δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ τοῖς τῶν ἱερῶν μαθημάτων οὐκ ἀνεπιστήμονες, συγγνωμῶς δὲ ἅπασιν ὑπερφυὴς

καὶ

A καὶ ἐναρετὸς ἡ ἀνδρεία προσῆν. Οἷα δέ τις ἐν ἀποστίλβουσιν ἄστροις ἡμεροφανὴς φωστήρ, ἐν μέσοις διεπρεπεν ἐξαστράπτων, ὁ ἐμὸς δεσπότης (οὐ γὰρ ἑταῖρον προσειπεῖν ἔτι μοι θέμις τὸν θεσπέσιον καὶ μακάριον ὡς ἀληθῶς Πάμφιλον) παιδείας γὰρ οὗτος τῆς παρ' Ἕλλησι θαυμαζομένης, οὐ μετρίως μετῆν, τῶν τε κατὰ τὰ θεῖα δόγματα καὶ τὰς θεοπνεύστους γραφὰς (εἰ χρή τι θρασύτερον, πλὴν ἀληθές, εἰπεῖν) ὡς οὐδέτερον ἔχοι τις φάναι τῶν κατ' αὐτὸν ἄμεινον· μεῖζον δὲ τούτων ἐκέκτητο τὸ πλεονέκτημα, τὴν οἴκοθεν, μᾶλλον δὲ θεόθεν αὐτῷ δεδωρημένην σύνεσίν τε καὶ σοφίαν.

Καὶ τὰ μὲν περὶ ψυχὴν οὕτως εἶχον οἱ πάντες· βίου δὲ ἀξίᾳ καὶ ἀναστροφῆς πλείστη τις ἐν αὐτοῖς ὑπῆρχε διαλλαγή· τοῦ μὲν Παμφίλου ἐξ εὐπατριδῶν κατάγοντος κατὰ σάρκα γένος, ἐπισήμως τε ταῖς κατὰ τὴν πατρίδα πολιτείαις διαπρέψαντος, τοῦ δὲ Σελεύκου ταῖς κατὰ τὴν στρατείαν ἀξίαις περιφανέστατα τετιμημένου, τῶν δὲ τῆς μέσης καὶ κοινῆς γεγονότων ἀγωγῆς. Οὐκ ἦν δὲ αὐτῶν ὁ χορὸς οὐδὲ τοῦ οἰκετικοῦ γένους ἐκτός, ὅτε γὰρ ἡγεμονικῆς οἰκετείας θεράπων αὐτοῖς συγκατελέγετο, καὶ ὁ Πορφύριος, τὸ μὲν δοκεῖν, τοῦ Παμφίλου γεγονὼς οἰκέτης διαθέσει γε μὴν ἀδελφοῦ καὶ μᾶλλον γνησίου παιδὸς οὐδὲν ἢ ἐλλείπων τῆς πρὸς τὸν δεσπότην κατὰ
B πάντα μιμήσεως. Καὶ τί γάρ; ἀλλ' εἰ φαίη τις, αὐτοὺς ἀπάσης ἐν βραχεῖ τύπον ἐκκλησιαστικοῦ συστήματος περιειληφέναι, οὐκ ἂν ἐκτὸς βάλοι τῆς ἀληθείας, πρεσβυτερίου μὲν ἐν αὐτοῖς ἠξιωμένου τοῦ Παμφίλου, διακονίας τε τοῦ Οὐάλεντος, τῶν τε τὴν ἐπὶ τοῦ πλήθους ἀναγνώσεως εἰληχότων τάξιν, εἰληχότων ἑτέρων· ὁμολογίας διὰ καρτερωτάτης μαστίγων ὑπομονῆς, ἔτι πάλαι πρὸ τοῦ κατὰ τὸ μαρτύριον τέλους τοῦ Σελεύκου διαπρέψαντος, καὶ τὴν τῆς στρατιωτικῆς ἀξίας ἀποβολὴν ἀνδρείως καταδεξαμένου· τῶν τε λοιπῶν ἐπὶ τούτοις, ὡς κατηχουμένων καὶ πιστῶν τουτὶ λοιπὸν [illegible] ἐν εἰκόνι μικρᾷ [illegible] ἐκκλησίας ἀφομοίωμα [illegible] ἀναπληρούντων.

Οὕτω παράδοξον τὴν τοσούτων καὶ τηλικούτων μαρτύρων [illegible] [illegible] Μωσῆ [illegible] [illegible] μουσικῆς [illegible]

Ὑπο[illegible] [illegible] Δ[illegible] Π[illegible] Πο[illegible] [illegible] Μαρτύρων.

Τ[illegible] [illegible]

2 Hæc ergo inter eos erat ætatum varietas: sed et mentis exercitatione distinguebantur; cum alii rudiores essent, utpote pueri, simpliciori adhuc intellectu utentes; alii jam formatam ac solidam haberent vivendi consuetudinem. Quin etiam inveniebantur inter illos haud inexperti diviniorum disciplinarum. Omnibus tamen æque congenita erat excellens quædam atque virtute fulta animi fortitudo. Præ omnibus autem, tamquam præ scintillantibus astris luminare majus, enicabat eorum medius Dominus meus; nec enim amplius fas mihi est *d* Sodalem appellare, venerandum ac vere beatissimum Pamphilum. Etenim disciplinarum, Gentilibus æstimatarum, peritiam haud mediocrem consecutus; in divinis dogmatibus ac cælitus inspiratis scripturis, omnium qui secum versabantur (audacter, sed tamen vere, dico) apparebat versatior; insuper autem pollebat prærogativa, propriæ scilicet, aut potius a Deo donatæ, intelligentiæ ac sapientiæ. D AUCT. EUSEBIO. *eruditionis,* *d*

3 Sed quo ad animam constitutis singulis, major adhuc differentia erat conditionum. Nam Pamphilus quidem, nobili secundum carnem genere prognatus, etiam præsignis erat muneribus in patria publice gestis: Seleucus vero, præcipuis in militia honoribus fuerat decoratus; cum alii mediæ ferme conditionis essent. Sed neque in choro isto servile genus deerat, cum ex Proconsulari familia adjunctus eis fuerit servus Porphyrius; specie quidem tenus Pamphili mancipium, reipsa autem nihil a fratre, aut potius filio genuino discrepans, et nusquam a Domini sui imitatione deficiens. Ecquid porro? Si quis dixerit, ipsos omnem ecclesiasticæ ordinationis formam numero suo complexos esse, nihil extra veritatem dixerit: cum Presbyteri dignitate ornatus fuerit Pamphilus, ad gradum Diaconatus evectus Valens, alii Lectorum munere fungi e [illegible] plebe consuessent, Seleucus vero, etiam ante Martyrium [illegible] decoratus esset nobili confessione per generosam verberum tolerantiam, fortiter etiam dignitatis militaris jacturam perpessus; ceteri vero, tamquam Catechumeni aut Fideles, veluti in imagine parva repræsentarent similitudinem numerosæ Ecclesiæ. *generis,* E *atque Ordinis,*

4 In hanc ergo in illa contemplari nobis licet, admirabilem talium atque tantorum Martyrum de[illegible]; [illegible], nullus tamen eorum ordinum deerat, qui solent inter homines reperiri. Nempe, quemadmodum in lyra chordarum [illegible], acutæ [illegible] graves, aliæ [illegible], mediæque, per musicam artem belle concordantur: sic et in istis juvenes cum senibus, servi cum liberis, docti et indocti, nobiles et [illegible] [illegible], Diaconi atque Presbyter; [illegible] mode sapientissimo Musices Magistro Dei Verbo, suam singuli per tormentorum tolerantiam ostendentes virtutem, pulcherrimos beneque concordes confessionis modulos eorum tribunalibus personabant: omnium denique fine, per consummationem martyrii, pientissimam simul doctissimamque concludentes melodiam Deo omnium conditori. *tamquam chordarum in cithara,* F

5 Sed et consideratione singularis dignus est illorum numerus. Propheticum repræsentans chorum: erant enim universim duodecim, quot etiam Patriarchas, Prophetas atque Apostolos fuisse accepimus. Neque aliorum quam talium esse dixerim, *e* vel uniuscujusque eorum multiplicem fortitudinem, inter sectiones laterum, et laniatorum deinde corporis totius membrorum attritiones per cilicinos ex lanis caprinis pannos, et intolerabilia verbera variaque et commutata identidem tormenta, ac graves *duodenarii numerum,*

immanissimosque

A immanissimosque cruciatus; quos cum ad imperium Judicis lictores intenderent manibus pedibusque, omni violentia nitebantur cogere Martyres ad aliquid illicitum faciendum.

AUCT. EUSEBIO

generosa, Responsa

6 Quid porro necesse est referre illas semper memorabiles eorum voces, quas medios inter dolores sereno ac læto vultu sapienter reponebant interrogationibus judicis, generose ridendo ad ejus tormenta, aut gratioso quodam modo eludendo propositas ab eo quæstiones? Interrogante enim illo, undenam essent; pro eo quod de terrena civitate responderent, veram ei suam indicabant patriam, ab Hierusalem se esse prædicantes, intelligebant autem cœlestem illam Dei, quo festinabant, civitatem; et alia ejusmodi varia dicebant, inexpertis sacrarum rerum non intelligibilia, et solis divinæ fidei consortibus manifesta: quibus Judex magis exacerbatus, animoque æstuans, neque quid ageret comperiens, ne illis cederet, quascumque excogitabat machinas; ac denique dejectus spe omni, unicuique eorum victoriæ assignavit bravium. Sed in hoc quasi varius erat modus: nam duobus quidem eorum adhuc Catechumenis, suus per ignem baptismus obtigit: alteri salvificæ passionis imagini as-

B similati, ceteri vero qui cum dilecto meo erant diversa inter se præmia partiti sunt.

tormenta tolerata,

Sed præ omnibus laudat Pamphilum,

7 Atque hæc dixerit aliquis, ipsorum volens in genere meminisse; sigillatim vero eos prædicaturus, jure merito totius chori ducem imprimis laudaverit. Pamphilus hic fuit, vir Dei amantissimus, et vere amicus *f* omnium, secundum significationem nominis sui, Cæsareensis Ecclesiæ ornamentum: nam et Presbyteralem cathedram Presbyter existens glorificavit, ornans simul et ornatus eo quod ibi offertur sacrificio. Sed et aliis quoque in rebus vere divinus erat, divinæque inspirationis particeps: cum per omnem vitam cunctis fuerit virtutibus cumulatus, longe quidem valere jubens delicias atque divitias, totum vero sese tradens verbo Dei. Renuntians enim universæ quæ sibi a parentibus obvenerat substantiæ, eamque nudis, imbecillis egenisque distribuens, ipse vitam ducebat proprio carentem, exercitationeque nobile sibi vitæ sibi comparabat philosophiam.

f

g

g [Erat autem ex Berytensium civitate, ubi primam ætatem egit in iis quæ ibi erant puerorum gymnasiis: postquam vero ingenium ejus ad virilem ætatem maturuit, transivit ad sacrarum litterarum

C studium; vitæque formam, omnino divinam et propheticam, suscepit; seque Dei verum Martyrem, etiam ante vitæ finem probavit]

8 Et talis quidem erat Pamphilus: secundus vero cum illo ad agonem processit Valens, grandæva ac

γὰρ ὁπόθεν εἶεν, τὴν ἐπὶ γῆς πόλιν φράζειν παρέντες, τὴν ὄντως ἐν αὐτῇ ἀνεδήλουν πατρίδα, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἑαυτοὺς ἀναγορεύοντες, ἐνενόουν δὲ ἄρα κατὰ τὸν αὐτῶν νοῦν τὴν ἐπουράνιον τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἣν καὶ ἔσπευδον πόλιν, καὶ ἄλλα δὲ τοιουτότροπα, ἄγνωστα μὲν καὶ ἀσύνοπτα τοῖς τῶν ἱερῶν ἀγεύστοις, μόνοις δὲ αὐτοῖς καὶ τοῖς ἐκ τῆς θείας πίστεως ὡρμημένοις ἀριδηλότατα προσέφερον· ἐφ' οἷς δὲ μάλιστα ὁ δικαστὴς ἀγανακτικῶς, καὶ μάλα ὀργίλως ἀσφαδάζων, καὶ τὸν λογισμὸν ἀπορούμενος ποικίλως, ὡς ἂν μὴ ἡττηθείη, τὰς κατ' αὐτῶν ἐπενόει μηχανάς· κἄπειτα πεσὼν τῆς ἐλπίδος, τέλος ἑκάστῳ τὰ τῆς νίκης ἀποφέρεσθαι παρεχώρει βραβεῖα. Ποικίλος δ' ἦν αὐτῶν καὶ ὁ τῆς τελευτῆς τρόπος· Δυεῖν μὲν τῶν ἐν αὐτοῖς κατηχουμένων τῷ διὰ πυρὸς βαπτίσματι τελειωθέντων· Ἑτέρου δὲ τῷ τοῦ σωτηρίου πάθους σχήματι παραδοθέντος· τῶν δὲ ἀμφί τὸ ποθεινόν μοι ὄνομα, διαλλάττουσι βραβείοις ἀναδησαμένων.

D

Τάδε μὲν οὖν φαίη ἄν τις καθολικώτερον τούτων μεμνημένος, κατὰ μέρος δὲ ἕκαστον ἐπεξιών, εἰκότως ἂν τοῦ χοροῦ τὸν πρωτοστάτην μακαρίσειε. Πάμφιλος οὗτος ἦν, ὁ θεοφιλὴς ὄντως ἀνὴρ καὶ πάντων ὡς ἀληθῶς φίλος τε καὶ προσήγορος, ἐπαληθεύων τὴν ἐπωνυμίαν, τῆς Καισαρέων ἐκκλησίας ὁ κόσμος. Ἐπεὶ καὶ τὴν τῶν πρεσβυτέρων καθέδραν πρεσβύτερος ὢν ἐδόξαζε, κοσμῶν τοῦτο καὶ κοσμούμενος τῇ ἐνταῦθα λειτουργίᾳ· ἦν τοῖς ἄλλοις δὲ θεῖος ἦν ὄντως καὶ θείας μέτοχος ἐμπνεύσεως· ἐπεὶ καὶ παρ' ὅλον αὐτοῦ τοῦ βίου ἀρετῇ πάσῃ διαπρέψας ἐτύγχανε, μακρὰ μὲν χαίρειν εἰπὼν τρυφῇ καὶ πλούτου περιουσίᾳ· ὅλος δὲ ἑαυτὸν ἀναθεὶς τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, ὑποδύμενος γένη τὰ εἰς αὐτὸν πρὸς γονέων καταντήσαντα, τῆς δὲ καὶ πένησιν ἀπανταχοῦ [illegible] διαλύσας [illegible] ἀσκήσεως καρτερικωτάτης τὴν ἔνθεον μετήει φιλοσοφίαν. Ὡρμᾶτο μὲν οὖν ἐκ τῆς Βηρυτίων πόλεως, ἔνθα τὴν πρώτην ἡλικίαν τοῖς αὐτόθι ἐπαίδευτο παιδευτηρίοις· Ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς φρονήσεως εἰς τελείους ἀνδρὸς αὐτῷ προῆκε, μετέβαινεν ἐπὶ τὴν δὲ ἐπὶ τὴν τῶν ἱερῶν λόγων ἐπιστήμην· ἀναλαμβάνει δὲ ἔνθεον καὶ προφητικοῦ βίου τρόπον, καὶ Θεοῦ μάρτυρα αὑτὸν ἀληθῆ ἑαυτὸν καὶ πρὸ τελευτῆς τοῦ βίου παρίστη.]

Ἀλλ' ὁ μὲν Πάμφιλος τοιοῦτος ἦν· δεύτερος δὲ μετ' αὐτὸν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρῄει Οὐάλης, γέρων καὶ ἱεροπρεπεῖ πολιᾷ τετιμημένος, αὐτῇ τε προσόψει σεμνὸς καὶ ἱερὸς πρεσβύτης, ὃς μὲν ἄλλα τῶν θείων γραφῶν εἰ καί τις ἄλλος ἐπιγνώμων· τοσαύτην γε τοι μνήμης αὐτῶν ἀνεσπάσατο, ὡς μηδὲ ἀποδεῖν τοῦ ἀπὸ γραμμάτων τυχεῖν τὰς ἐκ μνήμης ταύτας ἀναφερομένας τῶν ἱερῶν μαθημάτων ἀπαγγελίας. Διάκονος ἦν, καίπερ ὢν τοιοῦτος, τῆς Αἰλίων ἐκκλησίας. Τρίτος ἐν τοῖς δὲ κατηριθμεῖτο Παῦλος, θερμουργότατος καὶ τῷ πνεύματι ζέων ἀνήρ, ἀπὸ τῆς Ἰαμνιτῶν πόλεως ἐγνωρίζετο· ὃς δὴ καὶ πρὸ τοῦ μαρτυρίου διὰ καυτήρων ὑπομονῆς, τὸν τῆς ὁμολογίας ἀγῶνα διηθλήκει.

E

F

tum Valentem,

h

et Paulum

reverenda canitie conspicuus, ipsoque aspectu venerabilis senex: insuper vero divinarum Scripturarum intelligens si quis alius, earumque memoriam complexus tam firmam, ut ad earum, quas in ea repositas servabat, sacrarum professionum usum non egeret præsidio litterarum consequentiæ. Quamvis autem talis esset, Diaconatus tamen gradu in *h* Æliensi Ecclesia erat contentus. Tertius denique numeratus Paulus, actione simul et spiritu ferventissimus, ex Jamnia civitate oriundus: qui etiam ante martyrium ferri candentis tolerantia confessionis certamen exantlaverat.

ANNOTATA D. P.

a *Procul ab Auctoris mente aberravit Interpres, apud Lipomanum et Surium, cum vertit*: Adolescentes et pueros, atque adeo plane infantes, ex iis qui erant cum ipsis (*fortassis* Ægyptiis *interpres scripserat, uti debebat*) alios autem pubescentes... nempe mihi carissimum Jamnitem Paulum.

b Jamnia *sive* Jamna, *urbs Maritima Palestinæ, haud procul Joppe, sed totis* 20 *horariis leucis dissita a Cæsarea, cujus Archiepiscopo subest, etiam urbe Maritima in confinüs Phœniciæ.*

c Θεόδουλος *enim*, Dei servus, *interpretatur.*

d *Prædictus Interpres pro* ἑταῖρον, ἕτερον, alium; et *vertit*; non est mihi fas aliter appellare.

e *Videtur hic aliquid deesse Græco textui, ad sensum complendum.*

f Πάμφιλος, *quasi* Πάντων φίλος, Omnium amicus

g *Quæ sequuntur, non videntur hoc loco scripta ab Eusebio; sed ab eo, qui ex tertio ejus libro de Vita Pamphili hujus ac sociorum Martyrum excerpsit, suæ collectioni inserendum, huc collata ex libro ejusdem Eusebii primo, ne prorsus acephala esset narratio, quæ de priori vita nihil haberet: itaque judicavi ea his signis [ ] a reliquo*

A *reliquo contextu abjungenda : quod si fecisset Valesius, non dubitasset credo eorum causa hanc compositionem diversam ab historia Eusebiana censere* D

AUCT. EUSEBIO.

h Ælia *id est*, *Hierusalem*, *ab* Ælio Adriano *sic dicta*, *postquam illa ab eo in monte Calvariæ restaurata*, *situm mutavit ; Judæis novam urbem ingredi prohibitis.*

Idem, ex Eusebii Historia Martyrum, Cap. XI.

Ut appareat, quam non verosimile sit, hanc Passionem ex alio paulum prolixiori Historiæ Eusebianæ textu quam vulgo habeatur, acceptum; sed alterius anteriorisque operis partem esse, quam deinde in aliud opus auctor transtulerit; placet hic alterum contextum subjicere.

Καιρὸς δῆτα καλεῖ, τὸ μέγα καὶ περιβόητον ἀνιστορῆσαι θέατρον, τῶν ἀμφὶ τὸ τριπόθητον ἔμοιγε ὄνομα Παμφίλου τελειωθέντων. Δώδεκα δ' ἦσαν οἱ πάντες, προφητικοῦ τινος ἢ καὶ ἀποστολικοῦ χαρίσματος καὶ ἀριθμοῦ κατηξιωμένοι· ὧν ὁ κορυφαῖος, καὶ τῇ τοῦ κατὰ Καισάρειαν πρεσβείου τιμῇ κεκοσμημένος μόνος, ἐτύγχανεν ὁ Πάμφιλος· ἀνὴρ καὶ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον πάσῃ διαπρέψας ἀρετῇ, ἀποτάξει καὶ καταφρονήσει βίου, τῇ τῆς οὐσίας εἰς ἐνδεεῖς κοινωνίᾳ, κοσμικῶν ἐλπίδων ὀλιγωρίᾳ, φιλοσόφῳ πολιτείᾳ καὶ ἀσκήσει· μάλιστα παρὰ τοὺς καθ' ἡμᾶς διαπρέπων τῇ περὶ τὰ θεῖα λόγια γνησιωτάτῃ σπουδῇ, B ἀτρύτῳ τε ὧν προὔθετο φιλοπονίᾳ, καὶ τῇ περὶ τοὺς προσήκοντας καὶ πάντας τοὺς αὐτῷ πλησιάζοντας ὠφελείᾳ· οὗ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρετῆς κατορθώματα, μακροτέρας ὄντα διηγήσεως, ἐν ἰδίᾳ τῆς τοῦ κατ' αὐτὸν ὑποθέσεως βίου γραφῇ ἐν τρισὶν ἤδη πρότερον ὑπομνήμασι παραδεδώκαμεν. Ἀλλὰ γὰρ ἐπ' ἐκεῖνα τοὺς φιλοτίμως καὶ ταῦτα εἰδέναι ἔχοντας ἀναπέμψαντες, τὴν νῦν ἑπώμεθα τῆς κατὰ τοὺς Μάρτυρας ἀκολουθίας. Δεύτερος μετὰ Πάμφιλον ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρῄει, ὁ σεμνῇ πολιᾷ διαπρεπὴς, Οὐάλης, τῆς ἀπὸ Αἰλίας Διάκονος, αὐτῇ προσόψει σεμνότατος πρεσβύτης, τῶν θείων γραφῶν εἰ καί τις ἄλλος ἐπιστήμων· τοσαύτας γέ τοι μνήμας αὐτῶν ἐνεστήριξατο, ὡς μὴ δεῖσθαι τῆς ἀπὸ γραμμάτων ἐντεύξεως, τὰς εἴ ποτε λέξεις γραφῆς οὕς ὅλων ἀπομνημονεύοντι διεξιέναι. Τρίτος ὁ θερμουργότατος καὶ τῷ πνεύματι ζέων, ἀπὸ τῆς Ἰαμνιτῶν πόλεως, ὃν αὐτοῖς ἐγνωρίζετο Παῦλος, τοῦ μαρτυρίου διὰ καυτήρων ὑπομονῆς τὸν τῆς ὁμολογίας διαθλήσας ἀγῶνα.

Tempus nunc est, ut magnum illud ac celebre spectaculum, eorum qui cum Pamphilo (cujus nomen mihi quidem desideratissimum est) martyrium consummarunt, posterorum memoriæ tradam. Erant omnes numero duodecim, prophetica quadam seu potius apostolica gratia, et numeri æqualitate donati: quorum princeps eminebat Pamphilus, solus ex eorum numero, Presbyterii apud Cæsaream dignitate decoratus; vir toto vitæ suæ tempore in omni virtutis genere spectatissimus, seu fugam et contemptum seculi consideres, seu bonorum largam E in pauperes erogationem, seu secularium honorum ad quos aspirare poterat despicientiam, seu denique arctioris et philosophicæ cujusdam vitæ exercitationem. Sed præ cunctis nostræ ætatis hominibus eminuit in eo viro ardentissimum studium sacrarum litterarum, et in iis rebus quas sibi perficiendas proposuerat indefessa laboris assiduitas ac diligentia; ad hæc singularis, in proximos cunctosque qui ad ipsum accesserant, beneficentia. Hujus viri reliquas virtutes resque præclare gestas, quæ prolixiorem orationem desiderant, jam pridem nos in peculiari opere, quod de ejus vita conscripsimus, tribus libris complexi sumus: si qui igitur harum rerum cognoscendarum cupidine tenentur, eos illuc amandasse contenti, in præsentiarum cœptum de Martyribus nostris narrationem prosequemur. Secundus post Pamphilum in certamen descendit, Æliæ urbis Diaconus, Valens, augusta canitie conspicuus, ipsoque aspectu venerabilis senex, qui divinas Scripturas præ ceteris egregie callebat; eas etiam usque adeo fideli memoriæ complectebatur, ut nihil omnino interesset, an ex codice ipso legeret, an cujuslibet scripturæ integras paginas recitaret. Tertius inter eos claruit Paulus, Jamnitarum oppido oriundus, vir in agendo fervidus et ardore spiritus plenus ; qui ante martyrium candentis ferri ustiones perpessus, confessionis coronam retulerat.

C

PARS ALTERA.

F

Sanctorum singulorum certamina, et martyrii exitus.

Τούτοις ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς δυεῖν ἐτοῖν χρόνον κατατριβομένοις, ὑπόθεσιν τοῦ μαρτυρίου γέγονεν Αἰγυπτίων ἄφιξις, τῶν σὺν αὐτοῖς τελειωθέντων· οἳ κατὰ τὴν Κιλικίαν αὐτοῦ τοὺς καταπονουμένους ἐν τοῖς μετάλλοις, μέχρι τῶν τόπων καταστήσαντες, ἐπὶ τὴν οἰκείαν ὑπέστρεφον· κατὰ δὲ τὰς εἰσόδους τῶν κατὰ Καισάρειαν πυλῶν, τίνες εἶεν καὶ πόθεν ἀφικόμενοι, πρὸς τῶν φυλάκων ἐρωτηθέντες, καὶ μηδὲν τ' ἀληθοῦς ἀποκρύψαντες, Χριστιανοὶ δὲ φάντες, ἐν τάξει κακούργων τρόπῳ ἐπ' αὐτῷ φώρῳ ληφθέντων κατειλημμένοι· πέντε δὲ ἦσαν τὸν ἀριθμόν. Οἱ δὲ προσαχθέντες τῷ Ἄρχοντι, κἀπὶ τούτου παρρησιασάμενοι, δεσμοῖς μὲν αὐτίκα παραδίδονται, τῇ ὑστεραίᾳ δὲ, Περιτίου μηνὸς ἓξ καὶ δεκάτῃ, κατὰ Ῥωμαίους δὲ τῇ πρὸ δεκατεσσάρων καλανδῶν Μαρτίων, αὐτοὺς δὴ τούτους, σὺν τοῖς ἀμφὶ τὸν Πάμφιλον, τῷ Φιρμιλιανῷ προσάγουσιν. Ὁ δὲ τῶν Αἰγυπτίων ἀπεπειρᾶτο μόνων, πρὸ τῶν βασάνων εἴδεσιν παντοίοις διαγυμνάζων τοὺς ἄνδρας. Τὸν μὲν οὖν προήγορον αὐτῶν εἰς μέσον ἀγαγών, τίς εἴη καὶ πόθεν ἠρώτα. Ὅστις, ἀντὶ τοῦ κυρίου ὀνόματος, προφητικόν τι ἑαυτῷ προσάπτει· τοῦτο δὲ

Cum prælaudati tres Sancti biennium egissent in *a* carcere, occasio martyrii oblata ipsis est per eos, qui etiam cum illis extremo affecti supplicio fuerunt Ægyptios. Hi a Cilicia revertebantur domum, postquam illuc usque deduxerunt ad metalla damnatos *b*; atque ad ingressum portarum Cæsareæ interrogati *c*, qui essent, et unde venirent; cum neque ejus quod erat quidquam dissimularent, seque Christianos, esse profiterentur; instar maleficorum ipso in facinore deprehensorum, fuerant comprehensi, numero quinque : ad Præsidem autem adducti, eademque fiducia usi, continuo in vincula dati erant. Postridie vero, qui XVI dies erat mensis Perisii, hoc est juxta Romanos dies XIV ante Kalendas Martias, iidem, simul cum illis qui Pamphilo aderant, Firmiliano exhibentur. Qui solos Ægyptios tentandos sibi sumens omni genere tormentorum, nudari viros jussit; deinde, eum qui præcipuus inter omnes videbatur in medium adducens, quis esset et unde interrogabat. Hic cum loco proprii

a Appulsi Cæsaream exules Ægypti, 15 Feb.

b

c

capiuntur et postridie sistuntur judici,

A [illegible] prophet[illegible] cum aliquid ipsi [illegible]; [illegible] et alii fecerunt [illegible] nominibus sibi in patria inditis.

[illegible]

10 Eliam ergo et Heremiam, Isaiam et Samuelem atque Danielem sese ipsos appellare audiens Præses [illegible] enim [illegible] illis ostentare quem [illegible] tus [illegible] gerebant animam veri Judæi ac Israelitæ [illegible] operibus, sed etiam vocabulis *d* clare prolatis) ipse quidem virtutem [illegible] sibi a Martyre [illegible] non intellexit; sed porro perrexit interrogare, quæ ipsi esset patria. Martyr vero, eodem compendio usus, alteram emisit vocem, dicens, Jerusalem sibi patriam esse, eam scilicet intelligens, de qua Paulus [illegible], Quæ [illegible] est Jerusalem libera est, quæ est mater nostra: et alibi, Accessistis ad Sion Montem et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem. Talia igitur cogitabat Martyr. Sed Præses, mentem terræ affixam habens, [illegible] esset Jerusalem, et ubi terrarum sita *e* studiosius requirebat; quin et tormenta admovebat, ut quod verum esset fateretur. Sed enim Martyr manus post tergum retortas, pedesque [illegible] luxatos habens, verum se dixisse [illegible] interrogaretur, quænam [illegible] sita esset ea quam dicebat civitas Jerusalem; Solam hanc Christianorum patriam esse respondit, atque illos solos nec alios ullos [illegible]; consistere vero ad Orientem, juxta lucem atque solem. Et hæc quidem rursus juxta proprium suum sensum philosophabatur, nihil commutatus [illegible] tormentis, sed [illegible] Judex vero angustiabatur, ratus, Christianos urbem aliquam, Romanæ [illegible] sibi condere; multusque in eo erat ut percunctando discerneret, et [illegible] Orientalem, quæ sibi [illegible] ubi esset. Videns tamen ad verbera magis etiam immutabilem manere juvenem, et in prioribus responsis perseverare; capitalem tandem contra eum mortis sententiam pronuntiavit.

assumptisque sibi nominibus prophetarum,

Gal. 4, [illegible]

Heb. 12, 22,

patriam sibi esse Jerusalem profitentur,

et capitis damnatur,

11 Et res quidem hujusce Martyris talem, veluti cujusdam dramatis, exitum habuerunt; ceteros deinde Ægyptios, cum ad diversimoda quoque experimenta nudasset, eumdem in modum agitavit. Tum ad Pamphili Sodales [illegible], [illegible] jam pridem variis essent cruciatibus tentati. Quare supervacaneum ratus iisdem quæstionibus homines subjicere; [illegible] interrogavit, an vel nunc persuaderi sibi [illegible]. Audiens vero ex singulis extremam confessionis vocem, consimilem in eos tulit sententiam capitis, [illegible]

una cum Pamphilo et sociis

12 Sed nondum tota tragœdia [illegible] Quomodo autem peracta est? Revocavit enim juvenis quidam de medio turbæ tribunal circumstantis, prosiliens ex famulitio Pamphili; revocavit autem [illegible] sepulturæ [illegible] Pamphili verna [illegible] *f* [illegible] peritissimus, morum ac sapientiæ titulo omnibus encomiis major, ut qui cum tali viro sese exercue[illegible] qui, ut [illegible] suum sententiam; ex media turba vociferans, oravit ut corpora sibi sepelire liceret. Præses vero, non tamquam homo, sed ut fera, vel si quid fera immanius [illegible] neque juventutis rationem ullam habens, solum quia didicit adolescentem se Christianum fateri, carnificibus præcepit omnes in eo torquendo vires contendere. Cum ergo jubenti sacrificare abnuisset admirabilis ille; non jam ut carnem humanam, sed ut lapidem aut lignum aut aliud quodcumque inanimatum, [illegible] viscera, pre-

[illegible] Porphyrius corpora Dominum [illegible]

[illegible]

[illegible] D

Ἠλίαν [illegible] Ἱερεμίαν, Ἠσ[illegible] τε καὶ Σαμουὴλ καὶ Δανιὴλ [illegible] Ἰουδαῖον [illegible] Ἰσραηλίτην [illegible] τοῦ Μάρτυρος [illegible] Ὁ δὲ [illegible] Ἱερουσαλὴμ [illegible] Παῦλος, Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ [illegible] Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. [illegible]

[illegible] E

[illegible]

[illegible] F

[illegible]

A [illegible]

[illegible]

B [illegible]

C [illegible]

[illegible]

[illegible]

cepit tyrannus excarnificari corpus ejus, qui durius facto, agnovit tamen in vanum id agi. Licet autem absque voce et pene absque anima gemeret Martyris corpus jaceret, inanitis tamen atque defessis Judex jussit laceratas ejus carnes ac latera q setaceis pannis confricari atque detergi, tandemque, velut exsatiatus crudelitate, lento ac longius posito igne Martyrem consumi præcepit. Ita ille, ante consummationem Pamphili, ultimus progressus ad agonem, Dominum suum prævenit abdicatione corporea. D

13 Erat autem videre Porphyrium instar sacri athletæ universi certaminis victorem gloriosum, dissectum corpore, sed facie splendidum, lætaque et intrepida mente ad mortem procedere, utque divino plenum spiritu, et tanquam in habitu philosophico, solum injectam sibi instrumentum, quasi pallium gestantem, despicientemque omnia; et mortalem atque humanam hanc vitam contemnentem, absque ulla mentis formidine ad rogum procedebat. Cum vero ad ipsum jam propinquaret flamma, tanquam si nihil molestiæ pateretur vir ille strenuus; inconcusso atque constanti sensu, quæ sua erant legabat familiaribus, usque in illud tempus servans oris serenitatem immutatam. Ut vero in his suis pro lubitu valuerit, totus ad Deum conversus est: et [illegible] quod rogus ad intervallum circumpositus erat, hinc inde captabat ore flammas, quas [illegible] incitatus ad propositam sibi viam; hoc autem faciebat, aliud nihil quam Jesum inclamans.

c lento [illegible] tus, *[illegible]* E

14 Tale fuit certamen Porphyrii: qui vero ipsius mortem Pamphilo nuntiavit Seleucus: ejusdem cum ipso factus illico est sortis particeps. Etenim ipsum Porphyrii finem Pamphilo nuntiantem, simul et Martyrum catervam osculantem, comprehenderunt milites, atque ad Proconsulem adduxerunt: qui ipsum, utpote festinantem simul cum præcedente Porphyrio hinc migrare, jussit capitali sententia plecti. Venerat hic ex Cappadocia, vehementerque inclaruerat h militaribus exercitus, et non mediocriter apud Romanos promotus fuerat, quin etiam ætate et corporis robore viriumque magnitudine et virtute plerosque hominum antecedebat: nam vultu ipso admodum spectabilis præ cunctis, speciem præferebat undequaque dignissimam, formæ eximiæ gratia. Fuerat autem initio persecutionis propter fidei confessionem certantibus adnumeratus per tolerantiam verberum; sed abdicata militia æmulator factus eorum qui ad pietatem exercentur, Christi germanum militem sese probavit; orphanis desolatis ac viduis protectore carentibus, omnibusque cum penuria et imbecillitate conflictantibus, provisor factus, patris aut curatoris ad instar, cunctorumque desperatorum laboribus atque ærumnis medelam ferens: quapropter a Deo, qui talibus magis quam victimarum nidore ac sanguine delectatur, martyriali exitu dignus est habitus. Porro decimus hic athleta, una eademque consummavit agonem suum die; atque ut par est credere, martyrio suo amplissimam cœli portam cum reserasset, simul et Pamphilo ipsi spatiosus ad Dei regnum patefactus est ingressus.

quod cum Pamphilo nuntiasset Seleucus.

h jam olim [illegible] stigmatus,

F

capite plexus est

15 Seleuci vero vestigia secutus est Theodulus, pius ac venerabilis senex, in Proconsulari familia primo honore dignatus, tum morum ætatisque prærogativa, tum filiorum trium i generatione inclitus: qui eadem ac Seleucus factitans, et Martyrum aliquos osculo devenerans, Domino suo adductus fuit, eumque ad majorem quam alii ira undantem concitans, ipsam, salutaris confessionis passionem excepit cruci traditus.

deinde Theodulus crucifixus. i

16 Sub hæc, cum etiamnum deficeret unus, adfuit qui duodenarium numerum impleret Julianus: qui

A qui ea ipsa hora peregre adveniens, et vixdum ingressus civitatem; cum intellexisset quæ erant acta, et ad Martyrum conspectum festinasset accedere; ubi eorum corpora humi jacentia vidit, circumfusus singulis, omnes est osculatus. Hoc agentem comprehenderunt ministri cædium, atque adduxerunt Præsidi: qui congrue proposito suo faciens, etiam hunc lento igni tradidit. Ita etiam Julianus, gestiens atque lætitia exultans, et Deo tantis se bonis dignato magna voce gratias agens, susceptus est inter choros Martyrum. Erat autem hic quoque genus ex Cappadocia; quoad mores vero plenus pietate ac plenus fide, vir mansuetus atque discretus, studiosus in omnibus, et Spiritus sancti suavitate redolens, eoque dignus factus tali cum beato Pamphilo exitus martyrialis corona.

AUCT. EU-SEBIO

ac denique Julianus igni traditur.

Ὁ δὲ ἀκόλουθα τῇ προαιρέσει τελῶν, μακρῷ καὶ τοῦτον πυρὶ παραδίδωσιν. Οὕτω δῆτα καὶ Ἰουλιανὸς σκιρτῶν καὶ ὑπεραγαλλόμενος μεγάλῃ τῇ φωνῇ, τῷ τηλικούτων αὐτὸν ἀγαθῶν ἀξιώσαντι Θεῷ χάριτας ὁμολογῶν, μαρτύρων ἐν χοροῖς ἀνελαμβάνετο. Ἦν δὲ καὶ οὗτος, τὸ μὲν γένος τῆς Καππαδοκῶν, τὸν δὲ τρόπον, πλήρης μὲν εὐλαβείας· πλήρης δὲ πίστεως, πρᾶος ἀνὴρ καὶ ἐπιεικὴς τά τε ἄλλα σπουδαῖος, καὶ πνέων εὐωδίας ἁγίου Πνεύματος, τοσοῦτον συνῳδὰ στέφος σὺν τῷ μακαρίῳ Παμφίλῳ τῆς τοῦ μαρτυρίου τελειώσεως ἠξιώθη. D

Ἐπὶ τέσσαρας δὴ ἡμέρας τοσαύτας τε νύκτας προστάξει τοῦ Φιρμιλιανοῦ τὰ πανάγια σώματα τῶν τοῦ Θεοῦ Μαρτύρων βορὰ τοῖς σαρκοβόροις θηρίοις ἐξέκειτο. Ὡς δὲ οὐδὲν αὐτοῖς προσῄει, οὐ θήρ, οὐκ ὄρνεον, οὐ κύων, ἐξ οἰκονομίας Θεοῦ, λειφθέντα σῶα καὶ ἀβλαβῆ τῆς προσηκούσης τιμῆς καὶ κηδείας λαχόντα, τῇ συνήθει παρεδόθη ταφῇ, ναῶν οἴκοις περικαλλέσι ἀποτεθέντα, ἐν ἱεροῖς τε προσευκτηρίοις, εἰς ἄληστον μνήμην τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ τιμᾶσθαι παραδεδομένα.

Corpora quatriduum feris objecta, illæsa sepeliuntur.

17 Sanctissima eorum corpora, de mandato Firmiliani, per dies quatuor totidemque noctes jacuerunt, ferarum carnivorarum dentibus exposita. Cum vero nulla neque fera neque volucris, aut canis quisquam, per Dei dispositionem, ea contingeret; integra illa atque intacta relicta, congruo cum honore et cura, consuetæ sepulturæ sunt tradita. *k* repositaque in ædium sacrarum pulcherrimis et oratoriis sanctis, in perpetuam memoriam Dei populo ad honorem data.

B

ANNOTATA D. P.

E

a *Ecgrapha nostra Medicæi MS.* ἐπὶ τῆς Κρήτης, in Creta, *quasi isti ibi exulassent : sed corriguntur ex MS. Lipomanni, atque ex ipsomet Eusebio, hæc in compendium contrahente, et* τῆς εἱρκτῆς *scribente.*

b *Additur in Hist.* ὁμολογητάς, Confessores.

c *Additur ibidem.* Perinde ac priores illi quos supra commemoravi (*scilicet Ægypti alii, qui cap.* 10 *narrabuntur*, XIX Kal. Januarias comprehensi) *professos, se ad* ministeria Confessoribus in Cilicia constitutis exhibenda *profectos : quorum alii quidem*, eadem qua illi quibus ministraturi venerant, pœna damnati sunt, oculis ac pedibus inutiles redditi (*uno scilicet oculo eruto, et cruris unius succisis nervis*) tres vero ex ipsis, in urbe Ascalone, in qua vincti tenebantur, cum admirabilem animi fortitudinem ostendissent, diverso martyrii exitu occubuere. Quippe unus illorum Ares nomine, flammis consumptus est; reliquis duobus, quorum unus Probus, alter Elias vocabatur, caput gladio præcisum. *Coluntur autem hi a Græcis* 19 *Decembris, quasi quinto die post comprehensionem supplicio affecti.*

d *Ibidem alia datur ratio, mutatorum nominum,* quod *scilicet* propria forsan idololatrica essent, *a falsorum Deorum nominibus sumpta, ut sunt* Dionysius, Bacchides, Athenæus *aliaque similia. Non tamen ex hac Eusebii conjectura, multo minus ex isto horum Martyrum facto, recte quisquam intulerit, in frequenti Christianorum primorum usu fuisse, gentilia nomina baptizandis commutare, in nomina Patriarcharum, Prophetarum, vel Apostolorum, aliaque e sacris Scripturis petita.*

e *Nempe jam inde a tempore Ælii Hadriani, et anno Christi* 179 *restaurata urbs* Jerusalem, *mutato nomine erat et dicebatur Ælia; ut antiquatum pridem nomen potuerit Romano Præsidi peregrinum prorsus accidere; maxime si noverat, Ægyptios esse quos interrogabat.*

f *Utraque hæc commendatio deest in Historia.*

g *Hoc quoque tormentum eadem Historia prætermittit.*

h *Ibidem legitur,* Ἐκ ἐν στρατείαις ἐπιλέκτου νεολαίας, in delecta ad militiam juventute.

C i *Trium filiorum patribus præmia apud Romanos fuisse proposita, notius est quam ut hic moneri debeat : atque id hic dici credo* τριγονείας πατέρα : *Valesius tamen aliter vertit,* quod tertiæ jam stirpis nepotes haberet; *sed hoc Straboni scribitur* Τριγενεία. F

k *Deest hæc clausula in Historia : quam tamen Eusebio abjudicare nihil nos cogit, qui Vitam Pamphili æque ac Historiam ecclesiasticam scripsit, cum jam Constantinus lege lata permisisset Christianis sacras ædes condere, et Martyrum corpora eis inferre. Si quis tamen malit hæc ab alio addita credere, nolim ei operosius contradicere.*

APPENDIX

De miserabili exitu eorum qui S. Pamphilum persecuti sunt.

Ex Eusebii libro de Martyribus cap. VII *et* XI.

Judex ipse postea capite plexus,

Operæ pretium fuerit hoc loco commemorare, quemadmodum, divini Numinis providentia impios illos Præsides ulta est. Etenim Firmilianus, qui Martyribus Christi adeo contumeliose insultaverat, cum aliis extremo supplicio adddictus, capite truncatus est... Urbanus vero, *qui primus in S. Pamphilum sævit*, cujusmodi pœna apud justissimum Dei tribunal afficiendus sit, ob sævitiam quam in Sanctos est usus, ex ipsis quæ in hac vita expertus est, quasi præludiis, licet agnoscere. Nam statim post illa quæ adversus Pamphilum nefarie admiserat, cum adhuc Provinciam administraret, ultio divina corripuit: quæ quidem hominem illum, qui hesterno die in excelso tribunali residens, jus dicebat, militum satellitio stipatus totiusque Palestinæ rector; quique contubernalis tyranni, utpote amicorum præcipuus, et commensalis fuerat; repente unius noctis spatio spoliatum, cunctis hisce dignitatibus nudavit; et coram ipsis, qui nuper illum ut Præsidem coluerant, pudore atque ignominia perfudit; et abjectum atque ignavum, vocesque ac preces muliebri more fundentem, universæ quam rexerat gentis conspectui exhibuit; ipsum denique Maximinum, quo sese maxime ille efferebat, utpote ei carus imprimis

quod et decessori ejus Pamphilum prius persecuto, acciderat.

A mis et acceptus ob ea quæ adversus nostros crudeliter agebat, inexorabilem et crudelissimum judicem in ipsa urbe Cæsarea ei constituit. Post plurima enim opprobria, quibus, ob illa quorum convictus fuerat D crimina, affectus est; tandem Imperator capitali eum sententia damnavit.

DE SANCTO FIRMO,

G.H.

MARTYRE APUD GRÆCOS.

Ex Menæis et Menologiis Græcorum.

SUB MAXIMIAN.

Elogium ex Martyrologio Rom.

In hodierno Martyrologio Romano, post memoriam, S. Ischyrionis, a nobis ad XXII Decembris rejecti, laudatur constantia S. Firmi Martyris, qui in persecutione Maximiani acerbissimis plagis affectus, lapidibus percussus, ac demum capite cæsus est. *In notis allegatur Menologium, a Cardinale Sirleto collectum, in quo ista habentur*: Eodem die S. Firmi Martyris, qui sub Maximiano Imperatore pro Christi fide comprehensus, ductus est ad Præsidem, Magnum nomine. Cumque persuaderi non potuisset, B ut idolis sacrificaret, nudus nervis cæditur, suspensus laniatur, totiusque corporis compage soluta, postremo capite obtruncatus, certaminis coronam assecutus est.

Menologio Sirleti,

2 *Eadem aliquando latius in ipso, unde Sirletus sua hausit, Græco fonte sic leguntur.* Οὗτος ἦν ἐν τοῖς χρόνοις Μαξιμιανοῦ· διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν συλληφθεὶς, ἄγεται πρὸς Μάγνον· καὶ μὴ πεισθεὶς σπονδὰς προσενεγκεῖν τοῖς εἰδώλοις, γυμνωθεὶς μαστίζεται νεύροις· καὶ ἀνατεθεὶς ξέεται, καὶ ξυρῷ τὰ νεῦρα τέμνεται καὶ ἐξαρθροῦται τὰς ἁρμονίας· καὶ τὴν κοιλίαν καὶ τὰς κνήμας καὶ τοὺς μηροὺς μαχαίραις κατατέμνεται, καὶ λίθοις βάλλεται· καὶ τέλος τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, καὶ τὸν στέφανον τῆς ἀθλήσεως δέχεται. *Quæ sic Latine ad verbum redduntur*: Hic, propter fidem Christi, in persecutione Maximiani comprehensus, ad Magnum ducitur. Et cum persuaderi non posset, ut libamina idolis offerret; vestibus spoliatus, loris cæditur, et suspensus ferro laceratur; nervos novacula secatur, compagem corporis totius dissolvitur; bipennibus ventrem, tibias, et femora inciditur; lapidibus obruendus exponitur; ac demum capite plexus, martyrii coronam accipit. *Hæc in Menæis: quæ etiam leguntur apud Maximum Episcopum Cytherorum* ἐν βίοις Ἁγίων.

Menæis,

C 3 *Petrus Galesinius ait e Græco se convertisse illius martyrium hisce verbis*: In Græcia item S. Firmi... Martyris, qui in Maximiani persecutione ob fidem captus, nullis vel acerbissimis plagis, quas ei Magnus Præfectus infligi jusserat, potuit e gradu pietatis amoveri: quare postremo lapidibus percussus, non modo tormenti hujus vi superatus non est; sed victor, datis demum pro Christo Redemptore cervicibus, egregia corona donatur. *Hæc Galesinius, pro palæstra assignans* Græciam, *quo nomine passim intelligit ditiones Orientales, in quibus linguæ Græcæ usus vigebat. Nos maluimus scribere in titulo*, apud Græcos *quod apud eos sit in veneratione. Cum autem tam Sirletus quam Galesinius, nihil alter sciens de altero, conspirent in nominando* Præside Magno, *quia sic verosimiliter repererunt in Menologiis manuscriptis; per typographorum inertiam credi possit Menologio irrepsisse,* τῷ Μάγνῳ *pro* τῷ ἐπάρχῳ Μάγνῳ; *alias conjicere liceret in Perside coronatum Sanctum, ubi* Magorum, *velut Pontificum, præcipua auctoritas, et contra Christianos acerbitas fuit.*

Galesinio,

Præses Magnus.

4 *Interim quia nulla certa notabatur palæstra in Martyrologio Romano; nuper Hispani aliqui, nescio qua audacia, quotquot sic invenerunt istic expressos ignotæ regionis Sanctos in suam traxerunt Hispaniam; ac nominatim hunc S. Firmum, nuper apud ipsos completo, Chronico Flavii Dextri inscripserunt hoc modo*: Anno CC, in Mellaria urbe Hispaniæ Bæticæ, S. Firmus Martyr, qui acerbissimis plagis affectus, lampadibus exustus, ac tandem succiso capite martyrium consummavit, sub Præside Hispaniæ Marco Aurelio Vero, viro Consulari. Cujus etiam corpus decursu temporis Romam delatum est, et prima die Julii maxime colitur. *Hactenus prædictum Chronicon apud Franciscum Bivarium; ast apud Ludovicum Carum dicitur prima* die Janarii *maxime coli. Ita illi, ne videantur sua ex Martyrologio Romano descripsisse. Verum numquam probabunt, Sanctum istum Romæ habuisse ullo die anni aliquem cultum, nisi quem habent omnes Sancti Martyrologio Romano, Gregorii XIII jussu innovato, a centum circiter annis inscripti. Præterea quod corpus Romam delatum fuerit, per meram fictionem est adjectum.*

An recte ad Hispanos translatus S. Firmus

E

5 *Tali ergo non alia certitudine, id est cæca cupiditate undecumque augendi Sanctorum Hispanorum numerum, inscriptus est* S. Firmus *Martyrologio Hispanico Joannis Tamayi de Salazar primo loco: qui Auctor deinde, ex illo pseudochronico ac Menologio prolixum texit Elogium; ac tamen ut in Notis Menologium Menologiique interpretes arguat, quod verum Præsidis nomen ignorarint, idque aggreditur ex vetustorum lapidum inscriptionibus illustrare: tum operose distinguit* Menraliam *Ptolomæi, a* Mellaria *Plinii, deque eorum situ disputat; quibus omnibus referendis, tamquam ægri capitis somnio, nemo prudens chartam illinat. Non puto tam simplices fuisse Theresianarum Viennensium directores, ut cum illæ, aliquas S. Firmi corporis Romæ accepissent, hujus illius esse* Firmi *crederent ipsi; credidisse tamen existimo ex communi multis usu, non posse eidem colendo a se diem aptiorem notari, quam hunc quo talis nominis Sanctus occurrebat in Romano Martyrologio: quod probare non possumus, nec volumus vehementer accusare. Nos de tali translatione egimus alia occasione die* XXI *Maji, uti jam dictum inter Prætermissos.*

Alius ad hoc colitur Viennæ in Austria.

F

NOT. 2

D. P.

DE S. NEONE MARTYRE,

ET S. PYRRHO EPISCOPO.

Ex MS. Synaxario Divionensi.

I JUNII

Pulchrum illud Synaxarium, quod, in charta bombycina spissiori scriptum, invenimus Divione, apud Petrum Franciscum Chiffletium nostrum; et, ex densitate materiæ ac characterum forma, annos minimum quadringentos excedere judicavimus; pluribus laudatum a me ad XI Martii, ubi eo primum feliciter usus sum, agens de S. Hesychio Thaumaturgo: Synaxarium, inquam, Divionense, post aliorum hujus diei Sanctorum Elogia, ac nominatim (si recte memini) prælaudati S. Firmi; *duorum, nusquam alibi nominatorum Sanctorum notitiam suggerit hac ratione:*

Prior gladio cæsus dicitur,

Ὁ ἅγιος Μάρτυς Νέων ξίφει τελειοῦται. Sanctus Martyr Neon, gladio consummatur; *et additur*

B *Distichon:*

Ἐρυθρὰν πρὶν ἡ γραφὴ πόντον λέγει,
Καὶ γῆν ἐρυθρὰν ἐκτμηθεὶς τελεῖ Νέων.
Scriptura Rubrum nobis ostendit mare.
Tu capite sectus rubricas terram, Neon.

posterior a virginitate laudatur:

2 *Tum subditur:*

Ὁ ἅγιος Πύρρος Ἐπίσκοπος, ὁ παρθένος, ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται. Sanctus Episcopus Pyrrhus, cognomento Virgo, in pace requiescit, *et huic similiter aptatur Distichon.*

Ἑστὼς Πύρρος πύργος ἁγνείας μέγας,
Δι' οὗ θεωρεῖ τὸν Θεόν, γοῦν θεὶς κάτω.
Cum castitatis turris excelsa, inclito
Constructa Pyrrho, jam staret; vidit Deum,
Sub pedibus humilem proterens terræ humum.

primus nobis hujus nominis Sanctus.

3 *De tempore ac loco, quo prior martyrium subiit, nihil ausim vel divinando dicere. Quamquam enim huic Synaxario familiare præ Menæis sit, eorum Martyrum, quorum prolixius Elogium texitur, etiam Socios peculiari Disticho honorare: quia tamen in elogio* S. Firmi *non nominatur* Neon, *temerarium sit opinari velle, illius aliqua prolixiora extitisse Acta, ex quibus* Neonis *nomen et martyrium Auctor Synaxarii istius acceperit. De* Pyrrho *multo minus licet conjectare quidpiam; cum aliquem ejus nominis hactenus non invenerim vel in Vitis Patrum vel alibi; multo minus aliquem, singulariter commendabilem a servatæ virginitatis prærogativa. Simul inventos, simul dare placuit;* Pyrrhum *vero eo etiam libentius, quod in Italia multi etiam nunc vocentur* Pyrrhi, *qui Patronum requirunt, quod is nobis primus obvenerit Græco nomine: cum nomine Latino habeamus* Rufos *plures, Cælitum numero adscriptos.* Neones *Græcis minus rari sunt: tres enim eo nomine Menæa suggerunt, cum Sociis diversis passos, scilicet* XXIV *Aprilis,* XXV *Septembris, et* XXX E *Octobris: nomen autem habent* ἀπὸ τοῦ νεοῦν, *quod est* Innovare.

4 *In pervetusto Synaxario Græco MS. Collegii Claromontani Societatis Jesu Parisiis, quod videtur olim in Ecclesia Constantinopolitana in usu fuisse, agitur de* Pyrrho *ad diem sequentem, eique ibidem duo Socii alii sic junguntur:* Μνήμη τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Πύρρου Ἐπισκόπου, Γερασίμου καὶ Ἐράσμου. Memoria sanctorum Patrum nostrorum Pyrrhi Episcopi, Gerasimi et Erasmi. *Floruit seculo Christi quinto* S. Gerasimus Abbas, *in Palæstina prope Jordanem, cujus Acta illustravimus die quinta Martii: sed nihil suppetit unde definiam esse eumdem. Colitur etiam die sequenti* S. Erasmus Episcopus et Martyr, *Formiis in Italia sub Diocletiano mortuus, et ante in Illyrico plurima passus: sed cum talis ibidem etiam referatur cum proprio et congruo titulo,* πολυάθλου, *id est,* multorum certaminum; *nulla est apparentia quod idem iterum proponatur cum titulo* Sancti Patris nostri.

Item Pyrrhus 2 Junii cum Gerasimo et Erasmo.

C

DE SANCTO CLAUDIO,

EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA. F

SYLLOGE HISTORICA

G. H.

Circa ejus cultum; Sanctosque Virinianum et Juventium, Viennæ perperam cum ipso attributos.

SEC. IV

Quam plurimos habet Ecclesia Viennensis in Gallia Episcopos, Sanctorum Catalogo adscriptos. Hisce Kalendis Junii colitur S. Claudius, *cujus sacræ venerationi testimonium præbent antiqui Martyrologii Hieronymiani quatuor apographa, in quibus ista sub forma annectuntur.* In Vienna Claudii Episcopi. *Verum per errorem amanuensium in codice Epternacensi legitur* Dati Episcopi. *Adstipulantur quam plurima MSS. Romanum Cardinalis Barberini, Augustanum S. Udalrici, Coloniense S. Mariæ ad gradus, Treviriense S. Maximini, Leodiense S. Laurentii, Bruxellense S. Gudilæ, Tornacense S. Martini, Atrebatense Ecclesiæ Cathedralis, atque Florarium. Item in suis Martyrologiis Viennensis Ado Archiepiscopus Viennensis, Auctor Bedæ suppositius, Grevenus et Molanus in Additionibus Usuardi; Galesinius, Canisius, et Ferrarius cum Martyrologio Coloniæ atque Lubecæ sub annum* 1490 *excuso; omnia his fere verbis:* Viennæ depositio S. Claudii, Episcopi et Confessoris.

Cultus in antiquis Fastis

2 *Habemus duplex MS. Martyrologium Ecclesiæ Viennensis, alterum ipsimet Viennæ anno* MDCLXII *descripsimus, alterum Divione nobis donavit Petrus Franciscus Chiffletius, ubi de hoc Sancto Antistite in utroque legitur tale encomium.* Kalendis Junii, Viennæ natalis S. Claudii Confessoris, Archiepiscopi decimi tertii Viennensis; qui, regnante Magno Constantino Imperatore, Ecclesiam suam sanctissime gubernavit. Hic eloquentia et doctrina præditus, interfuit primo Nicæno Concilio, palmamque cum Patribus dicti Concilii de Donato hæretico Africano

Encomium ex Ms Viennensi.

A Africano reportavit; decretisque ejusdem Concilii, Primatum suæ Ecclesiæ, contra Marianum Arelatensem Archiepiscopum, obtinuit. Obiit feliciter in Domino, miraculis fulgens: conditusque in Ecclesia Apostolorum Viennæ, memoria perenni celebratur. *Hæc ibi. De Primatu isto plurimum pro Ecclesia Viennensi Gallice disputat Nicolaus Chorerius, in statu politico Provinciæ Delphinatus cap.* 10, *uti et adverso alii pro Ecclesia Arelatensi. Idem Chorerius cap.* 11 *hoc elogium concinnavit.* S. Claudius Verus præsedit in Concilio primo Arelatensi, anno CCCXIV, aliquot mensibus post suam consecrationem. Hic fecit ex istis Prælatis, qui plurimum zelosi et constantes fuerunt, ut observarentur decreta Concilii Nicæni. Mortuus est I Junii anno CCCXXIV. *Verum neque hæc satis subsistunt, et manifestus in anno* CCCXXIV *obitus est error, quia dictum Concilium Nicænum tantum anno* CCCXXV *celebratum est. Inter Episcopos Concilii Arelatensis septimus habetur* Verus, *et a Sirmondo, Labbeo aliisque dicitur* Episcopus Viennensis: *sed is* S. Claudii Successor *habetur apud Sammarthanos in Archiepiscopis Viennensibus. Ado in Chronico ista huc referenda habet, sed non satis ordinata; nam postquam* B *egit de Concilio Nicæno, ista scribit:* Uno eodemque tempore et illud Sacratissimum Concilium apud Arelaten sexcentorum Episcoporum colligitur. Marino tunc Episcopo ejusdem civitatis, existente apud Viennam Claudio, in Catholico dogmate clarissimo Episcopo. *Quod hujus de* S. Claudio *additamentum, censemus certissimum; reliqua, de Conciliis Nicæno et Arelatensi, dubiæ fidei.*

et ex Chorerio,

Aliud ex Chronico Adonis,

non satis probatur

3 *Quemadmodum in MS. vetusto Epternacensi, supra indicato, loco* Claudii *nomen* Dati *est suppositum; ita omisso* Claudio *in MS. Martyrologio Reginæ Sueciæ, ab Holstenio in Animadversis ad Martyrologium Romanum vulgato, ista habentur:* Viennæ depositio Helladii Episcopi: *in MS. Parisiensi Labbei,* Eladi: *et in MS. Pragensi,* Galli: *et ita apud Notkerum, et in MS. Lætiensi conjunctim legitur;* Viennæ Claudii et Helladii Episcoporum. *Verum nullus apud Viennenses extitit* Helladius Episcopus. *Hinc Saussayus aliud effugium excogitavit, et præter* S. Claudium, *retulit* Helladium et Virianum, *his verbis:* D Viennæ Allobrogum S. Claudii, Episcopi quoque et Confessoris. Hic, abeunte ad præmium S. Paschasio, dignus ob clara religionis insignia, qui ejus locum repleret præ omnibus judicatus, paribus prudentiæ ac pietatis studiis Episcopatum iniit, quibus hunc laude dignis officiis executus est: demumque vita gloriose divineque exacta, dives bonorum operum cumulis, emeritæ beatitudinis recepit donativum. *Quæ de omnibus Sanctis Episcopis dici possunt. Dein sic prosequitur idem Saussayus.* Ibidem depositio S. Helladii Episcopi, S. Claudii Symmystæ, et Confessoris gloriosi. Ibidem S. Viriani Martyris, in pietatis agone coronati. *At neuter horum est in duplici MS. Ecclesiæ Viennensis Martyrologio.* Helladii *sive* Eladi, *aut* Galli *nomen, loco* Claudii *videtur intrusum. Circa alterum videtur deceptus Saussayus Auctario Molani ad Usuardum, ubi Præposita littera* B *(qua Beda intelligitur) ista referuntur;* Viennæ S. Claudii XI Episcopi: *ac dein post litteram* R, *sic legitur:* Item S. Viriani Martyris; *ubi Saussayus loco item posuit* Ibidem, *nulla facta reflexione ad litteram* R, *qua indicatur, secundum Romanæ curiæ morem* E *editum Martyrologium Bellini; in quo non fit ulla mentio* S. Claudii; *sed post* S. Caprasium Abbatem monasterii Lerinensis: *ista subjiciuntur.* Item S. Viriani Martyris. *Ferrarius quoque adjecit aliud additamentum, his verbis:* In Gallia S. Viriani Presbyteri et Martyris: *citanturque ab illo, primum Molanus, apud quem non fit mentio* Galliæ *aut* Presbyteratus. *Secundo allegatur Maurolycus, apud quem nulla* Viriani *fit mentio, sed ista Viventio tribuuntur:* Romæ S. Viventii, ex Gallia Presbyteri, qui Theodosii et Valentiniani temporibus claruit. *An loco* Viventii, *litteris primis transpositis, legendum sit* Juventii, Martyris Romæ, *supra de hoc agentes quæsivimus. Hoc solum indicamus, neque* Helladium, *neque* Virianum *Viennensibus videri ascribendum, nisi certiora quod optamus, proferantur monumenta.*

Loco Claudii scriptum Dati Helladii, Eladii, Galli.

AUCTORE G. H.

et additur Virianus Martyr.

aliis Viventius,

aut melius Juventius.

DE SANCTO JOVINO,

IN PICTAVIENSI GALLIÆ DIOECESI.

C

SYLLOGE HISTORICA

F

G. H.

De ejus cultu, genere, et professione monastica.

SÆC. IV.

Memoria in Martyrologiis,

Memoria *Sacra* S. Jovini *inscripta reperitur variis Martyrologiis, ex quibus fuit aliquod Romæ in Bibliotheca Ducis Altempsii, in quo ad hasce Kalendas Junii ita legebatur:* Pictavis S. Jovini Abbatis. *Eadem plane leguntur apud Bellinum de Padua, in Martyrologio secundum morem Curiæ Romanæ auctius et uso Parisiis sub annum* MDXXI. *Bellinum describit Molanus in additionibus ad Usuardum, et hunc sequuntur Galesinius, Canisius, Ferrarius. Citatis etiam Molano et Galesinio, eumdem inscripsit suo Martyrologio Benedictino Arnoldus Wion, cum hac Annotatione:* Quis autem is fuerit, aut quo tempore floruit, nondum scire potui. *Unde autem scivit fuisse sui Ordinis Benedictini? Hoc nempe præsumere, quam dubitare maluit. Interim sequuntur Dorganius et Menardus. In MS. quodam Reginæ Sueciæ, sub nomine Usuardi, aliquanto plus habemus conjectum his verbis:* In Hension monasterio, S. Jovini Abbatis et Confessoris.

2 *Henricus Ludovicus Castaneus de la Rocheposay, Episcopus Pictavorum, concinnavit Litanias Pictonicas, quibus inscripsit* S. Jovinum Abbatem Hensionensem; *in suis vero ad eas Notationibus sic scribit:* Prima Junii. Jovinus, ex illustri familia in territorio Lodunensi natus, Hensionensis monasterii, quod nunc S. Jovini de Marnis dicitur, progagator extitit: ibidemque demum obiit, et humatus est. Locus ille olim vocabatur Ansion. *Idem Episcopus, in Adjunctis, ista addit:* Maxentius Pictavorum Episcopus, Sanctus dicitur in Vita S. Maximini Trevirorum Episcopi, cujus, et Sancti Jovini Abbatis, frater erat. *Vitam S. Maximini dedimus* XXIX *Maji, scriptam seculo* VIII *per Anonymum San-Martinianensem, in quo de hac familia sub initium ista proferuntur:* Sanctus ac Deo dilectus Maximinus, Aquitanicæ originem duxit provinciæ. Frater vero ejus Maxentius nomine, et alter Maximus, Tertius vero Jovinus, et sancta eorum soror Maxima, in ipsa Pictavensi nati fuerunt provincia. Postquam itaque S. Maximinus frater ejus, et Jovinus divinis bene eruditi fuerunt

et Litaniis.

Fuit frater, Maxentii et Maximini Epp.

AUCTORE G. H.

A fuerunt, Maxentius in Pictavensi electus est urbis Pontificatus ordine : *Hæc ibi, Saussayus in Martyrologio Gallicano, ad hæc alludens :* Pictavis, *inquit*, S. Jovini Confessoris, B. Maxentii ejusdem municipii Antistitis, et S. Maximini Trevirensis Episcopi fratris, discipulique S. Hilarii : post cujus gloriosum transitum, solitariæ vitæ deditus, Angelica puritate vitam transegit. Cujus venerabili memoriæ, quam sanctissimæ vitæ meritis comparavit, dicata est cœnobitica sui nominis Ecclesia, de Marnis cognominata, ubi hodie colitur propria Tutelaris condigna honorificatione. *Hæc ibi. Mortuum esse* S. Maximinum *anno CCCXLIX probavimus ad ejus Vitam : et in Annotatis diximus*, Maxentium, *non* XIV, *sed* VIII *aut* IX *statuendum Episcopum, ante S. Hilarium, cujus etiam arbitramur potius condiscipulum et coævum fuisse* S. Jovinum.

colitur in monasterio ipsi dicato.

3 *Bucelinus nihilominus in Menologio Benedictino, suo Ordini favens, eum illi sic adscribit :* Pictavis S. Jovini Abbatis. Fuit hic frater S. Maxentii, claruitque temporibus Chlodovei Galliarum Regis, filiorumque ejus Childeberti, Chlotarii, Theodorici et Clodomiri. Extat æternum celeberrimæ ipsius sanctitatis monumentum, perinsignis Abbatia, ejus honori dedicata in diœcesi Pictaviensi, vulgo Sainct Jovin appellata, alias S. Jovyn des Marnes. *Citatur primo Hugo Menardus; qui, etsi in Observationibus alleget* tempora Chlodovei primi et filiorum ejus, *addit tamen* posse dubitari, an fuerit instituti Benedictini monachus. *Citatur dein Claudius Robertus, scilicet in Abbatiis Galliarum, qui hæc solum habet :* S. Jovini monasterium O. B. Jovyn des Marnes D. Pictaviensis. *Sed isto modo S. Joannes Baptista, SS. Petrus et Paulus aliique Apostoli, imo Salvator Christus et Michael Archangelus fuissent Ordinis Benedictini. Nos, quia dicitur* frater S. Maxentii *Episcopi Pictaviensis, et* S. Maximini *Trevirensis, arbitramur etiam seculo Christi quarto, diu ante tempora Chlodovei Regis et S. Benedicti, claruisse : ejus vero monasterium, si ab ipso est institutum, postea accepisse Regulam S. Benedicti. Citatur supra Martyrologium Ducis Altempsii iterum ad XX Junii videtur ejus meminisse, his verbis :* S. Jovini Presbyteri et Confessoris. D

Non fuit Benedictinus.

utpote seculo 4 mortuus.

B E

DE S. FORTUNATO PRESB.

DIOECESIS SPOLETINÆ IN UMBRIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De illius cultu, et Vitæ auctore Audelao Presbytero.

CIRCA A. CCCC.

Cultus sacer

Acta MSS.

Tabulæ *Martyrologium Romanum, ad hasce Kalendas Junii, hujus Sancti mentionem faciunt his verbis :* In Umbria S. Fortunati Presbyteri, humilitate et virtutibus clari. *Ubi in Notis Baronius ista addit :* Ejus res gestæ ex manuscriptis Spoletinæ Ecclesiæ acceptas legimus, est earum exordium : Fuit quidam vir venerabilis, *etc. Præter hæc habemus*, desumpta ex quibusdam fragmentis, quæ conservantur in ecclesia dicti S. Fortunati *et fuerunt divisa in sex Lectiones, ad Matutinum recitari solitas. Eam habemus ex MS codice Bibliothecæ Congregationis Oratorii Romæ signato littera* K, *a folio* 226. *Hoc ita exorditur :* Fuit quidam vir, Fortunatus nomine, [illegible] venerabilis. C *Verum ei hisce deest Prologus Auctoris, qui se* Audelaum *appellat, ac erat Presbyter circa annum* [illegible] *Cum illo ipsam damus, transcriptam ex MS codice Episcopi Spoletini, sub hujus fide publica, ante ac post notata, sicut eam accepimus cum Notariali et Episcopali sigillo, hunc in modum :* In Dei nomine. Amen. Anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo decimo octavo, Indictione prima, die vero octava mensis Junii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri D. Pauli, divina providentia Papæ quinti anno decimo quarto, infrascripta est copia sive transumptum Vitæ B. Fortunati Presbyteri, repertæ in quodam libro manuscripto folio integro, in charta pergamena, existente penes Reverendissimum Dominum Episcopum Spoletinum, et per me Notarium et Cancellarium substitutum infrascriptum, de verbo ad verbum fideliter extractæ, cujus tenor talis est.

Auctor Audelaus Presbyt.

2 *Eam Vitam habemus, desumptam ex tripartito Lectionario pergameno, quod manuscriptum adservabatur apud Paulum San-vitalem Episcopum Spoletinum, qui huic Ecclesiæ præfuit ab anno* MDXCI *ad annum* MDC. *Eadem denique habebatur in Collectione P. Mauri, in prædicta Oratorii Romani Bibliotheca; ibique subnectebantur varia de cultu S. Spei Episcopi Spoletini, a quo Ecclesiam Turritanam, ad honorem* S. Fortunati *fuisse consecratam, infra dicitur. Ludovicus Jacobillus, Tomo primo de Sanctis Umbriæ, edidit Italice Vitam* S. Fortunati Presbyteri, *quem appellat* unum ex tribus Protectoribus oppidi Montis-Falconis, *ad cujus territorium spectat* Turrita, *ubi* Presbyterum curatum egit Sanctus, *al*[illegible] *parochia ista* XII p. m. *Spoleto, Monti prædicto propinqua ad unum solum milliare, et ideo prædictus. Jacobillus, in Correctionibus ad 3 Tomum monet,* Turritam *distinguendam a* Villa-turris, *loco item Spoletinæ diœcesis;* Turritæ *autem* S. Fortunatum *vixisse et sepultum esse, propius ad dictum montem milliario dimidio; ubi per S. Speum Episcopum Spoletinum, dedicata sit postea sub ejus nomine ecclesia, quæ anno* MCCCCXLVI *data fuit Fratribus Franciscanis de Observantia, ibidem nunc Conventum exstructum habentibus, et altare ad honorem* S. Fortunati, *ad quod corpus ejus ferendum curarunt, ejusque festum magna cum solennitate celebrant hisce Kalendis Junii. In territorio Hispellensi, haud procul a Conventu S. Catharinæ eorumdem Minorum de Observantia adhuc visitur, inquit Jacobillus, antiquissima quædam Ecclesia, dedicata eidem* S. Fortunato, *cujus ibidem antiqua imago extat, vestitu Sacerdotali, cum Calice ac Hostia in manu.* F

plures transscripta.

Ecclesia, Sancti,

Patroni in Monte Falconis.

VITA

Auctore Audelao Presbytero.

Ex quatuor codicibus MSS.

Gregorius Romanæ Urbis Antistes, cum Petro Archidiacono suo multorum Patrum descripsere miracula in Dialogorum voluminibus ; [sed] nescio qua occasione prætermiserunt scribere Vitam Beatissimi Fortunati Presbyteri. Ego tamen, minimus omnium hominum, Audelaus, non sapientia præditus neque intelligentia imbutus, tanti viri et talis Vitam scribere

Prologus.

A scribere [aggredior] elingui *a* sermone. [Nihil autem ex nobis ipsis dicemus] quod vero a Venerabili* Simone Presbytero audivimus, scribere posteris studuimus. Pro eo obsecro vos, quicumque lecturi estis parvum opusculum, ut detis veniam [si prætermisi] quod oris mei facundia minime potuit enarrare.

a

* *al.* Fermino

Presbyter labore suo alit pauperes:

2 Fuit quidam vir venerabilis Fortunatus nomine, Turritanæ Ecclesiæ Presbyter, quæ a Spoletana urbe plus minus duodecim milliaria posita est. In qua dum officium sibi commissum perageret, quotidie tamen laborabat manibus, unde victus necessaria consequeretur. Inde agitur, ut quidquid de labore prædicto suo consequebatur, solicitus suæ paupertatis, pauperibus atque peregrinis fratribus impertiebatur. Cum pauperibus alebat esurientes, nudis vestimenta præbebat, et orphanis, atque viduis, et peregrinis, quæ necessaria erant præbebat.

b

Angelo sub specie peregrini

donat inventos aureos:

3 Contigit autem, ut quadam die, cum operaretur in agro qui dicitur *b* Agellus, boves manibus suis tenens arabat. Cum autem arasset, reperit duos denarios; quos statim colligens, orario suo ligavit,
B et rursum opus quod cœperat faciebat. Mox vero e contra aspiciens, vidit peregrinum quemdam sibi eleemosynam postulantem. Cui vir Dei ait: O quicumque es, vade ad Cellam, et ego veniam post te, et dabo tibi, quod petis. At ille magis ac magis clamabat, dicens succurre mihi, o homo Dei Statimque memoratus est Beatissimus Fortunatus, quod invenisset duos denarios; vocavitque ad se Angelum, quem sperabat pauperem esse, dicens; Accipe istos denarios, Frater: quod tibi necessarium fuerit, eme. Qui dum ipsos denarios porrigeret, inventi sunt in manu ejus aurei, fulgentes sicut sol. Ille tamen eos apud se omnino retinere noluit, sed libenti animo porrexit petitori; deinde ille abiit, et B. Fortunatus, quod cœperat opus, perficiebat.

columba super caput visa,

moritur:

4 Non post multum intervallum, subito venit columba nive candidior, et ascendit super caput ejus. [ubi] diutius residens perrexit ad cœlos. Hanc autem columbam nos credimus, quod Dominus noster Jesus Christus pro corona ei misisset. Quod ita est: nam et locus ipse in quo hoc contigit, usque hodie Meritanus appellatur. Post hæc autem vir Dei reversus est ad cellam suam, et non post multos dies migravit ad Dominum, et sepultus est in agro, qui dicitur Agellus, ubi usque hodie in pace positus quiescit *c*.

c

claret miraculis:

C 5 Miracula autem, quæ in vita sua operatus est, præ multitudine spatiorum præteritorum minime potuimus invenire, et propter oblivionem hominum: tamen post ejus obitum quotidie Dominus ad corpus ejus mirabilia et virtutes ostendere dignatur. Quia aliquando [Sanctorum] animæ, neque in vita sua, neque in ipsa corporis egressione, aliqua miracula ostendunt. Postquam autem egressi fuerint de corpore, maximis atque potentioribus emicant signis. Ibi tamen Christiani populi omni tempore ejus beneficia sentiunt; unde ex pluribus unum mihi delectat miraculum enarrare, quod olim contigit.

d

e

S. Severus,

f

Magister militum

6 Quidam vir *d* Severus nomine, civis Martanus *e*, militiæ gerens officium, dum operaretur in agro suo, qui erat juxta viam Salariam juxta Martam, occultum thesaurum ei omnipotens Dominus palam fecit. Qui illico arrepto gladio, bovem cum quo arabat in frusta concidens, ejus ventriculum emundatum auro replevit; et id, quod superfuerat, Romam detulit, suoque *f* Imperatori dedit. Tunc ii qui aderant ministri Augusti dixere. Quid dignum huic rei recompensandum est? Et accepto consilio fecit eum Imperator Magistrum militum. Tunc ille accepta potestate cœpit de hoc, quo fuerat ab Imperatore honoratus, ad laudem Domini nostri Jesu Christi basilicam construere. Cumque opus perficeret, crevit fama ejus per cunctam Italiam. Patricius quidam *g* residebat Ravennæ; et audita hujusmodi fama inflammatus est spiritu adversus eum. Misit itaque milites ex officio suo, ut ubicumque eum reperissent, absque honore eum suis præsentarent aspectibus. Exeuntes autem illi fecerunt, ut eis fuerat imperatum. D

A. MUDELAO EX MS.

g

comprehensus, jussu Patricii Ravennatis,

intelligens miracula S. Fortunati,

illi vovet basilicam,

7 Qui comprehendentes eum, vinctum ducebant per viam Salariam; [sed] venientes ad Pontem fractum dimiserunt viam publicam, et errantes cœperunt semitam, quæ duxit eos usque ad locum, ubi S. Fortunatus sepultus quiescebat; et viderunt ibi multitudinem Christianorum ad orationem procedere. Severus autem sciscitatus est unum ex accolis loci illius, dicens: Cujus hic Sanctorum merita veneramini *h*? Cui respondentes dixere: Fuit hic quidam sanctæ conversationis Presbyter; Fortunatus nomine, ipse hic multa mirabilia ostendit; duos cæcos illuminatos, tres leprosos mundatos, unum puerulum a dæmonibus liberatum; ideoque nos eum hic adoramus. Tunc Severus hoc audiens, elevans oculos suos ad cœlum, expansis manibus ait; Sancte Fortunate, si de vinculis his liberatus, et in E pace reversus fuero; non prius domum meam ingrediar, nisi hic in nomine tuo basilicam ædificavero.

h

cuique apparentes

jussu dimissus,

8 Pergentes ita milites cum eodem viro, rectum iter arripuerunt, et pervenerunt *h* Luciolis, et ibi pausaverunt. Eadem autem nocte, quando Severus ipsum votum voverat, venit S. Fortunatus in visione ad Patricium illum, qui jusserat eum ligari; dicens: Nisi Severum Magistrum militum dimitti jusseris, non te patiar vivere. Quo audito, statim direxit alios milites, qui ubicumque ei obviarent, statim dimitterent. Qui exeuntes invenerunt eum in Luciolis, et dixerunt ei: Misit nos Patricius, ut dimissus revertaris in pace in domum tuam. Ille tamen, postquam dimissus est, voluntarie perrexit Ravennam. At ubi vidit eum Patricius, pronus in terram corruit dicens, Ignosce mihi Pater, et ne memineris iniquitates meas, quas in te exercui, quia tu justus es; ideoque peto ut indulgeas mihi: et dimisit eum cum magno honore. Qui cum cœpisset carpere iter, pervenit ad locum, ubi voverat votum: et ibi stetit, donec a fundamentis ibi fabricaret basilicam S. Fortunati, quæ usque hodie cum omni veneratione posita constat. Spes *i* autem Spoletanæ civitatis Antistes, abiit F cum Sacerdotibus et Clero suo, et ipsum sanctum corpus cum omni diligentia condidere, et in nomine Beati Confessoris ipsam Basilicam *k* consecraverunt; ubi exuberant beneficia ejus usque in præsentem diem. Cujus Natalis celebratur Kalendis Junii *l*.

votum solvit

i

k

l

Ejusdem virga in arborem conversa, contra dæmonia salutarem

9 Cujus et virga, qua flagellare boves laborando consuevit, dum vixerat (ut omnes circumquaque loci illius habitantes affirmant) ab eo plantata fuit; quæ in tanta magnitudine subito radicata excrevit, ut pro amore ejusdem Sanctissimi Patris ab omnibus ejus magnitudo pulchritudinis devotisssime veneretur. Quare usque hodie locus ipse ad Arborem-Sanctam ab incolis nuncupatur: cujus et particulas arboris, productas ad munitionem et defensionem artis dæmoniacæ, Christianus populus certatim in domibus, devotissime conservare non negligunt; ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, cui sit honor, virtus, et potestas, per infinita secula seculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

a *Ecgrapha nostra eliduit: sed apparet sensum haberi mutilum, quem utcumque supplevi, addendo quædam* [ ] *inclusa.*

b

A b *MS. Mauri*, Avellus. *Fuisse autem prope Montem Falconem asserit Jacobillus.*

AUCTORE D. P.

c *Addit idem*, In devoto ibidem constructo sepulcro.

d Severus *hic ut* Sanctus *refertur a Ferrario, in Catalogo Sanctorum Italiæ et alio Generali ad diem 23 Octobris, citatis Tabulis Ecclesiæ Spoletinæ. At Jacobillus retulit eumdem ad Kalendas Februarii; cui consentiunt Acta MSS. ab hoc nobis donata ex MSS. oppidi Gualdi.*

e Martana, *a barbaris destructa, ubi nunc parochia S. Mariæ in Pantava, in territorio Tudertino,* VIII M. P. *a Turritana dissita. Ita Jacobillus.*

f Honorio, *inquit Jacobillus, et consentit Actas Spei Episcopi mox nominandi; quem Ughelius sedisse ait ab anno 420 ad 453.*

g *Vita S. Severi præcitata* Vaccum *vel* Graccum *nominat; eumque describit ut hominem gentilem, Ravennæ positum a Longobardis, qui Severum ideo comprehendi jusserit, quod Romano Imperatori militaret contra jus Longobardorum, fines suos usque ad Tudertinum civitatem extendentibus; et interim nominatur Imperator Constantinus: quæ valde male subsistunt: nam Longobardi non ante an. 568 in Italiam venerunt,* D *imo nec Gothi ante an. 476. Sed hæc melius in Supplemento Februarii.*

h Luceoli *apud Urbinates, inter Eugubium et Callium, etiam a barbaris excisi.*

i S. Spei *aliquod encomium additur in MSS. Mauri, et dicitur ejus festum celebrari* VIII *Kalendas Decembris, ad* IX *Kalendas referunt alii.*

k *Anno 423 id factum, scribit Jacobillus.*

l *Hic finitur Apographum, Spoletani Notarii addita formula:* Regnante Domino Jesu Christo, *et sequitur subscriptio hoc modo:* Et quia ego Marcus Martanus de Spoleto, publicus Apostolica auctoritate Notarius et ad præsens in Cancellaria Palatii Episcopalis Cancellarius constitutus, suprascriptam copiam ex suo proprio originali fideliter extruxi, et cum eo concordare inveni; ideo me subscripsi, et signum solitum nomine meo apposui †. *Fidem mox facit* Laurentius Castruccius, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Spoletanus, *sub data* 8 Junii 1618. *Sequentia autem de Virga Sancti, conversa in arborem, addimus ex duobus MSS.*

B E

NOV. 3

DE S. MEDULPHO EREMITA,

IN ARVERNIA GALLIÆ PROVINCIA.

G.H.

Ex Officio Ecclesiastico.

Cultus sacer:

Joannes *Molanus, in secunda editione suarum Additionum ad Usuardum, hunc Sanctum nobis sic profert:* Arverniis S. Medulphi Confessoris, magnæ sanctitatis viri. *Molano citato, eumdem suo Martyrologio inscripsit Galesinius, et utriusque exemplo Ferrarius Catalogo generali. At Saussayus in Martyrologio Gallicano, pro Confessore, scripsit* Monachum, *hoc modo:* Arverniis S. Medulphi Monachi, magnæ sanctitatis viri: qui cœlestium contemplationi insistens, in beata confessione vitam finivit. *Bucelinus in Menologio Benedictino, transcriptis ex Saussayo eisdem verbis, sui Ordinis, eum fuisse conatur persuadere tur.*

Officium Ecclesiasticum

2 *Jacobus Branche, in tractatu de Vitis Sanctorum Arvernorum et Velaunorum plus aliquid luminis confert, dum asserit primo, in* Ecclesia Claromontana C hoc primo die Junii, festum S. Medulphi Officio Ecclesiastico celebrari: *secundo,* S. Medulphum Gallice *appellari* Sancti Mion, *et sub hoc nomine* parœciam extare, quatuor leucis ab urbe Claromontana *dissitam, in* ditione Limaniæ et Vaucensi. *Hujus autem* parochiæ ecclesiam Medulpho dicatam, atque olim præsentationi Abbatis Menatensis Ordinis Benedictini fuisse subjectam, *ut que ait*, ex Bullis Paschalis II et Alexandri III Pontificum Romanorum constare, hoc vero tempore attributam Canonicis Arthonnianis; Corpus autem requiescere in Ecclesia Menatensi. *Hæc de cultu ex Branchio et aliis allegerat Henschenius; addens de vita et Latine redderes, quæ idem Branche Gallice scripserat, citatis Lectionibus Breviarii Claromontani, quod non habemus. Sed defectum hunc, post mortem Henschenii, nobis anno 1688 supplevit per litteras rogatus Petrus Allemand, Claromontani nostri Collegii Rector, ipsis quæ nobis deerant Lectionibus descriptis, atque humanissime transmissis Antuerpiam, hoc tenore:*

Ecclesia et parochia,

D. P. Acta ex lectionibus.

Nobilis et natus puer,

3 Venerabilis Christi Confessor Medulphus, nobili prosapia et sanguine in Arvernia Christianis parentibus natus; a tenera ætate, quam in baptismo susceperat fidem et gratiam, ita excoluit, ut coætaneos facile religione et pietate superaret. Hunc adultum Deus tantis supernaturalibus donis ditavit; ut ex omnium sententia, hominum religiosorum sui temporis princeps haberetur. Orando dies noctibus, et noctes diebus jejunus adjungebat; a quo ne diverteretur Angelico exercitio, fideliter silentium, etiam a pueritia, inusitata tenellæ infantiæ consuetudine, observabat.

silentium et jejunium servat

4 Ipsius parentibus, ut vicinorum et affinium amicitiam patrio de more servarent, solemne celebrantibus convivium; cibis carneis bene coctis et conditis, palatoque sapientibus, vesci recusavit: non quod abominabiles crederet, sed ut concupiscentia edomita attentius et castius Deo inhæreret. Illum parentes, affines cæterique convivæ nihili faciunt, ludibrioque habent, quasi hiemali tempore, gelu rigentibus omnibus, sibi pisces apponendos in montanis Arvernicis speraret: quibus Medulphus nihil motus, laudabili suæ consuetudini institit. Ecce medio in convivio deficit aqua, mittitur ad fontem servus, qui situla hauriat. Mirum dictu! Prægrandis magnitudinis piscis in eam irrepsit: qui opipare Medulphi alimento toto die sufficeret.

in convivio carnes recusans

F

piscis miraculo offertur:

5 A Fonte rediens servus, cum aqua piscem effudit. Mirati convivæ Dei providentiam; quamque irriserant Medulphi abstinentiam, magno habuere in honore. Ille relictis omnibus mundanis illecebris, nihili faciens terrenæ dignitatis fastigia; Anachoretarum habitum et vitam secutus, in Eremo Tiernensi apud Arvernos elitescens, totum se Deo dicavit. Virtutis operibus inhians, ab oratione ceterisque religionis officiis, nusquam toto vitæ curriculo animum relaxavit: frequentibus miraculis clarus, in magna sanctitate Kalendis Junii animum Deo reddidit. Reliquias in loculis asservat cœnobium Menatense.

transit ad vitam solitariam.

et sancte obit.

6 *Hæ lectiones pro secundo Nocturno compositæ, eæque (ut apparet) non valde antiquæ. Iis hoc solum addiderim,* Tiernensem eremum, *quam incoluit Sanctus, inveniendam in vicinia oppidi, quod Gregorio Turonensi*

Locus exercitationis et cultus.

A *ronensi* Thigernum, *alii* Thiernum, *et vulgo* Thiers *dicitur, ad amnem Durollam; eo forte loco, qui secunda ab inde leuca etiam hodie nomen* Cellæ, *tenet et Claromonte* x, *Menato* XIV *leucis distat; est enim montuosa illa et Silvestris regio. Ipsum vero* Menatum, *a S. Menelio temporibus Brunechildis conditum monasterium, atque a Ludovico Pio sub Benedictinæ Regulæ observantia restauratum, versus confinia Borbonensis tractus, adjacet flurio* Sioule *vulgo dicto: ubi, sicut et per reliquam diœcesim, cum præmissis Lectionibus, hac etiam propria usurpatur Oratio* Quæsumus omnipotens Deus, ut plebs tua tibi toto corde deserviens, Intercedente Beato Madulpho, Confessore tuo, et beneficia mereatur jugiter et pacem. Per Dominum nostrum etc. D

7 *Prælaudatus Bouche, relato quod Lectiones habent miraculo de pisce, hoc etiam addit; ex traditione videlicet populari vel antiquis picturis, unde et priora habentur: nec enim videtur quidquam antiquitus scriptum exstitisse. Alio tempore equus alicujus vicini in rabiem lapsus, videbatur flammas oculis ac naribus spirare, et currebat tam terribiliter, ut ad eum accedere nemo auderet. Hunc* S. Medulphus *facto sanctæ Crucis signo arripuit; adeoque quietum reddidit, ut absque ullo periculo auderet eum parvulus puer ascendere.*

Equus furibundus domitus signo Crucis.

Not. 4

DE SANCTO CAPRASIO,

ABBATE MONASTERII LERINENSIS.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Veterum de eo testimonia aliæque memoriæ.

B

CIRCA CCCCXXX

Laudatus a SS. Eucherio, et Sidonio Apollinari,

Sancto Caprasio *testimonia illustria perhibent duo Auctores coævi, ambo Episcopi, ambo ob sanctitatem vitæ Cœlitibus adscripti; scilicet S.* Eucherius, Lugdunensis, *cujus verba infra in* Actis num. 7 referuntur *et* S. Sidonius Apollinaris *Episcopus Arvernorum, qui eodem cum* S. Caprasio *seculo vixit, sed aliquanto junior, et in suo Eucharistico ad Faustum Rejensem Episcopum, Lerinensis eremi laudes describens, ista canit:*

Fratribus insinuans, quantos illa insula plana
Miserit in cœlum montes, quæ sancta Caprasi
Vita senis, juvenisque Lupi. quæ gratia patrem
Mansit Honoratum. *etc.*

item a Reverentio Arelatensi

2 *His duobus accedit is, qui Vitam S. Honorati, scripsit, quam dedimus, sicuti etiam hic allegatur, sub nomine* S. Hilarii *æque coævi Episcopi Arelatensis, ad diem* XVI *Januarii. Verum postea cognovimus, eam, non ab Hilario scriptam, sed ab aliquo juniore, verosimiliter Reverentio, si non Hilarii successore, certe vicinæ alicujus Sedis Episcopo; cujus verba placet inde huc accuratius transcribere, quam infra fiet num. 7 jam indicato* Exeunt, *inquit Auctor iste, agens de peregrinatione S. Honorati, ejusque fratris S. Venan-*

C *tii;* Exeunt de terra, et de domo, et de cognatione sua, et exemplo pari vere Abrahæ filii demonstrantur: Nequid tamen juvenili ausu temere ab ipsis inceptum putaretur; assumunt senem perfectæ consummatæque gravitatis, quem semper in Christo Patrem computantes, Patrem nominabant, S. Caprasium; Angelica in terra adhuc conversatione degentem. Cujus quamquam Dilectio vestra nomen hactenus ignoraverit, et adhuc nesciat vitam, amicis eum suis Christus annumerat. Hunc, tamquam ordinatorem in Domino atque custodem suæ ætatis, assumunt, quos custodes sibi plurima juventus elegerat. Quæritur ergo peregrinationis latebra, fugitur fama virtutis. Ubicumque itur, ibi alia, velint nolint, fama pariebatur. Felices terræ et portus beati, quos cœlestem patriam sitiens peregrinus illustrat. Alii Orientis oras, et quæcumque alia plena Sanctis loca, accipiendi exempli gratia, accedunt; hi quidquid adeunt, exemplis bonis suscitant. Spargitur ubique substantia, et in omni accessu eorum bonus Christi odor fragrat. *Hæc S. Hilarius mortuus anno* CCCCXLIX, *id est annis novemdecim post obitum* S. Caprasii, *si hujus decessus apte in Actis proferatur.*

Peregrinatur cum SS. Honorato et Venantio,

et hoc mortuo

3 *Peracta peregrinatione. secesserunt* Sancti Caprasius et Honoratus *in insulam Lerinensem, ubi* S. Honoratus *monasterium construxit, ab eoque etiamnum insulæ et monasterium S. Honorati appellatur. Sub hoc consenuit* S. Caprasius; *ac tandem circa* annum CCCCXXX ex hac vita, ad optata gaudia supernorum, transiisse *traditur in ipsis Actis, quæ vel ex hac annorum Christi supputatione colligimus, non nisi septimo Christi seculo fuisse conscripta. Ea ex annoso codice ejusdem cœnobii Lerinensis a se descripta, vulgavit Vincentius Barralis Salernus Monachus Lerinensis, uti inde translata sunt ad editiones Surianas, unde ipsa hic addimus.*

E

cum S. Honorato degit Lerini,

mortuus circa an. 430

Acta 7 seculo scripta

4 *Ibi dies obitus assignatur hisce Kalendis, ad quas Sanctus celebratur apud Usuardum, Adonem Notkerum, aliosque recentiores, cum hodierno Martyrologio Romano his, fere ubique verbis* Ipso die, 1 *Junii*, S. Caprasii, Abbatis monasterii Lerinensis. *Petrus de Natalibus lib. undecimo Catalogi cap.* 162 *ista habet:* Caprasius, Abbas monasterii Lerinensis, quievit in Christo Kalendis Junii. *Trithemius lib. 3 de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap.* 179 *eum ipsis ita adscribit:* Caprasius, Abbas Lerinensis monasterii, vir maximæ humilitatis et mansuetudinis, regularis disciplinæ zelosus observator, magna sanctitatis suæ monumenta reliquit. Ejus gesta habentur, cujus festum agitur Kalendis Junii. *Ad quæ a se relata Vincentius Barralis Salernus, non sine stomacho subjungit hæc verba:* Vide quæso qua ratione illum sibi assumit in Ordinem divi Benedicti, cum Caprasius sanctus divum Benedictum præcesserit spatio centum fere annorum. *Porro gesta ejus, quæ asserit haberi; aut non vidit, aut oscitanter legit.*

Memoria in Fastis sacris,

F

etiam Benedictinis, sed perperam

5 *Idem Vincentius Barralis, parte secunda Chronologiæ Lerinensis, edidit Corollaria sanctarum Reliquiarum, in Lerinensi Ecclesia asservatarum: et pag.* 185 *primo loco, inter Reliquias Sanctorum Confessorum non Pontificum, collocat* S. Caprasii Abbatis corpus, *quod etiam nunc istic in veneratione habetur. Reliquias ejus nonnullas in sua Lipsanographia recenset Collegium Societatis nostræ Monasterii Westphaliæ, sed quales aut quantas non exprimit*

Corpus Lerini.

VITA

Ex MS. Lerinensi a Vincentio Barrali edita.

Videmus quamplurimos homines, Gentilium libros

Ex MS. Lerinensi. *Vitæ Sanctorum legentibus utiles.*

A bros studiose perlegere, fabulas poetarum comœdiasque et carmina perscrutari: alios cernimus Ethnicorum gesta, quibus juxta hujus mundi stultitiam aliquid strenue gessisse cernuntur, curiose perquirere, tenacique memoria retinere: quosdam etiam perpendimus, talium perditorum hominum libentius historias allegare, quam Sanctorum doctrinas, virtutes et exempla referre: cum tamen Sanctorum vitam et merita recitando, quam maxima cunctis animæ sit utilitas. Nam in hoc ut Propheta admonet Dominum laudamus in Sanctis ejus, (*Ps. 150, 1*) qui in illis semper mirabilis apparet; insuper ejus propitiationis gratiam Sanctorum interventione promeremur; et eorum consideratione, virtutum nobis incitamenta præparamus. Omissis igitur stultorum hominum studiis, gloriosi Patris nostri Caprasii, cujus hodie festum colimus, virtutes ac merita ad memoriam revocemus.

Caprasius post Philosophica studia,

2 Fuit itaque B. Caprasius ingenuus ac spectabilis genere, sed, quod laudabilius est, virtute mentis excelsus, a primævo juventutis flore Philosophiæ artibus imbutus, miroque claruit ingenio. Sed tandem, divina præventus gratia, prudenter attendens, quia, juxta Apostoli dictum, Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum; (*1 Cor. 3*) B et, quia scientia inflat, caritas autem ædificat; elegit potius stultus ab hominibus reputari, ut apud Deum sapiens mereretur haberi; illa secreta sapientiæ divinæ adipisci cupiens, quæ Pater cœlestis abscondit a sapientibus et prudentibus; sed sua dignatione, parvulis id est humilibus et simplicibus, revelavit. Nec suo est desiderio fraudatus; nam pius et misericors Deus, qui tam salubre propositum cordi ejus inspiravit, gerendi gratiam et perficiendi virtutem ministravit.

humilitatem sectatur;

3 Beatus igitur Caprasius, verus Christi discipulus, mundanam illam relinquens Philosophiam, Evangelicam aggressus est disciplinam. Imprimis possessiones, et quæcumque in hoc seculo habere poterat, amore Christi contemnere, pauperibusque distribuere disposuit. Evangelicam ergo, illis expeditus, aggreditur paupertatem; onusque mundanæ solicitudinis deponit, et juxta Apostoli doctrinam, quæ retro sunt obliviscens, ad ea quæ anteriora sunt se extendit. (*Phil. 3, 13*) Omnia hujus seculi concupiscibilia arbitratus est ut stercora, ut Christum lucrifaceret: et ut soli Deo liberius vacaret, non solum corde, sed etiam corpore ab hominum aspectibus et seculi conversatione recessit; C et in quadam arcta aridaque solitudine monasticam vitam ducere, solitariamque institutionem aggredi deliberavit.

opes omnes distribuit in pauperes: *in solitudine degit*

4 In qua nimirum eremi solitudine ad tantum virtutum apicem provectus est, ut non solum sibi ipsi proficeret, sed etiam quam plurimorum Deo militantium Monachorum Pater et dux efficeretur: qui ejus exempla sectantes pariter et doctrinam, latam viam et spatiosam quæ ducit ad mortem deserentes, arctam quæ ducit ad vitam æternam, Christo auctore ingredi contendebant. Interea ejus magisterio se subdidit ille Christi Præsul, virtute, sacerdotio et nomine *a* Honoratus, Lerinensis monasterii Pater, qui postmodum Arelatensi Ecclesiæ præfuit Episcopus: cui etiam adhæsit pretiosissima illa gemma, interno splendore perspicua, beatus videlicet Venantius, *b* ejusdem S. Honorati frater, qui ambo præfatum sanctum senem Caprasium, pro suo vitæ merito et eximiæ sanctitatis prærogativa, Domino sic ordinante, tamquam Patrem et Ordinatorem in Domino, atque custodem suæ adhuc teneræ ætatis elegerunt.

a *cum SS. Honorato et Venantio,* *b*

5 Qui videns prædictos egregiosque duos Juvenes, Christum sitientes, Honoratum videlicet atque Venantium, patriam ac parentes pro Christo velle relinquere, eorum approbans propositum, per terras mariaque eos assidue comitatus est, licet jam esset ætatis gravitate confectus. Transcursis igitur, e Nicomedia *c* immensis terræ marisque spatiis, vir Domini Caprasius cum duobus regalibus gemmis, Honorato scilicet et Venantio, Cisalpinam ingressus provinciam, talibus lampadibus, fidei igne fulgentibus, sanctam insulam *d* Lerinensem illustravit. In quorum adventu illa sacra Lerinensis insula divino mox est cultui mancipata, summæ religionis privilegio decorata. O felix virtutum Magister, qui tantos ac tales meruit habere discipulos! O laudabilis Pastor animarum, qui talium gloriatur in Christo spiritualium propagine filiorum. Quanti putamus fuisse meriti, quantæ virtutis virum hunc, qui, ut ita dicam, Magistrorum valuit esse Magister? Quam felix et beata habitatio illius sanctæ Lerinensis insulæ, quæ tam præclaris est munita Patronis, per Dei providentiam ad multorum utilitatem de tam longinquis ignotisque regionibus adductis!

cum iisque peregrinatus, *c* *Lerinum secedit* *d*

6 Vir ergo Domini Caprasius fervidus erat caritate, humilitate dejectus, mitissimus pietate, in spe firmissimus, modestus in incessu, obedientia promptus, abstinentia singularis, aspectu serenus, E contemplatione sublimis, longanimitate fortis, orationis instantia continuus, nihil in hoc seculo consolationis quærens, nihil desiderans, nisi Christum, quem solum desiderando assequebatur. Beatam quærendo vitam, beatam agebat: optabat a peccatoribus segregari, et jam non solum a peccatoribus sed etiam a peccatis segregatus erat: omne in Dei laudibus tempus habere volebat, et toto tempore Deo vacabat: appetebat Sanctorum congaudere cœtibus, atque etiam in præsenti adhuc vita positus similiter gaudebat: Christo frui cupiebat mente, et fruebatur.

ubi omni virtute excellit,

7 Vir iste beatus pro virtutum magnitudine tantæ fuit opinionis et famæ, ut multi sanctorum Doctorum suæ tempestatis, ejus dignæ conversationi testimonium perhiberent, ac de ipso in suis tractatibus memoriam facerent. Unde præcipuus ille Lugdunensis Ecclesiæ Antistes *e* Eucherius, in fine libri, quem de Eremi laude conscripsit, cum de sanctis Lerinensis insulæ incolis loqueretur, hunc virum Dei inter reliquos præcipue nominavit, ita dicens: Hæc videlicet Lerinensis sancta insula, nunc possidet venerabilem gravitate Caprasium, veteribus sanctis parem. Hæc nunc habet sanctos senes illos qui diversis cellulis Ægyptios Patres nostris Galliis F intulerunt. Et Beatus Hilarius, in sermone, *f* quem funebrem in S. Honorati laudem habuit, B. Caprasium perfectæ consummatæque gravitatis fuisse, angelica in insulis conversatione degisse, et inter Christi amicos connumeratum describit.

uti testantur Hilarius et Vita S. Honorati; *e* *f*

8 Cum ergo beatus Caprasius annosus plurimum grandævusque esset atque decrepitus, et tempus suæ resolutionis instaret, ut *g* legitur; apparuit ei S. Michael Archangelus, atque suum felicem exitum post biduum imminere, divino nutu revelavit. Nec incongrue quidem, ut angelico viro migraturo ex hac vita, angelica legatio occurreret: quæ sanctam illam animam, et ab hostili improbitate defenderet, et cœlestium civium gloria sublimaret. In ejus igitur extremis convenerunt gloriosæ et inclitæ memoriæ Sacerdotes, *h* Faustus scilicet, *i* Theodorus, *k* Maximus et Hilarius, cujus mentionem jam dudum fecimus: qui beati viri Caprasii conscius meritorum, suæ Pontificalis dignitatis obitus, ad ejus pedes residens, ipsius se orationibus commendabat; atque ut sui memor esset, grandi cum humilitate efflagitabat; non indignum reputans tanto eremi incolæ obsequium

g *mortemque obit a S. Michaele præmonitus,* *h i k*

A obsequium impendere, ipsiusque eximiæ sanctitati dignitatem Sacerdotii substernere.

9 Quid igitur officii nos peccatores et indigni huic beato viro, jam cum Christo regnanti, poterimus exhibere; cum audimus, tantum Pontificem, ejus adhuc in terris positi suffragia tanta cum humilitate deposcere? Ejus ergo intercessionis opem ardenter imploremus, auxilii ejus beneficia poscamus, illius vitam atque mores pro nostræ modulo virtutis imitemur. Transiit autem ex hac vita vir Dei Caprasius ad optata gaudia Supernorum, die Kalendarum Juniarum, in sacra Lerinensi insula, circa annos humanæ redemptionis triginta super quadringentos, inibique sepultus; regnante Domino nostro Jesu Christo, in secula seculorum. Amen.

et invocatur ab Auctore.

ANNOTATA. G. H.

a *Vitam* S. Hilarii Arelatensis *dedimus* 5 *Maji.*

b S. Venantii, 30 *ejusdem.*

c *Hinc Saussayus in Martyrol. Gallicano opinatur,* B Nicomediensem patria *fuisse* S. Caprasium; *uti* 30 *Maji* patriam S. Venantii *statuerat* Græciam *et tamen* 16 *Januarii* S. Honoratum, *fratrem ejus, dixerat* Arelatensem : *nos hos tres in Gallia progniatos arbitramur, et peregrinatos* Nicomediam, *inde navi in Syriam et Ægyptum ; ut vel sic infra,* Ægyptios patres *dicantur* intulisse Galliis, *id est sanctitatem Eremitarum Ægyptiorum.* D

d *At* S. Venantius, *in peregrinatione vita functus, non pervenit vivus Lerinum ; sed postea corpus ejus translatum eo fuit. Quod σφάλμα Saussayus et alii non notarunt, sed secuti sunt.*

e *Colitur* S. Eucherius 16 *Novembris.*

f *Jam locum integrum dedimus, sed monuimus Sermonem illum videri Episcopi, tunc multo junioris, quam fuerit S. Hilarius : idque jam ostensum est in Appendice ad diem* 5 *Maji Comm. Pr. ad Sermonem istum* §. 2.

g *Non satis liquet quo spectet hæc parenthesis ; nisi indicetur antiquior aliqua Lerinensis monasterii scriptura, nunc ignota ; vel saltem Antiphona quæpiam, de ipso cantari solita, aut quid simile : nec enim præsumendum est antiquiorem aliquam Vitam huic Auctori visam, qui tam parum scivisse se ostendit.*

h *De* S. Fausto, *Episcopo Rejensi, egimus* 16 *Januarii; sed postea intelleximus eum potissimum coli* 28 *Septembris.*

i *Vincentius Barralis, parte* 2 *pag.* 149, *recenset Sanctos Lerinenses, quorum dies natalis non scitur ; inter quos est* S. Theodorus, Monachus et Martyr ; E *num autem hic de eo hic agatur, non constat.*

k S. Maximus, *successor S. Honorati in regimine Lerinensi, dein Episcopus Rejensis, colitur* 27 *Novembris.*

DE S. PROCULO EPISC. MART.

BONONIÆ IN ITALIA,

COMMENTARIUS HISTORICUS

De Cultu, et duplici translatione corporis, ac Martyrii tempore, ejusque diversitate a Proculo Interamnensi.

D. P.

ANNO DXLII.

Hactenus creditus fuisse Interamnensis Episcopus,

Post exhibitum hoc die Commentarium Henschenianum de S. Proculo, Milite Martyre; *nihil hoc loco dicendum videri posset, de contumulato eidem* S. Proculo Episcopo Martyre, *si hic, quod jam Henschenius fecerat, esset rejiciendus ad* 1 *Decembris, quo Interamnæ colitur* S. Proculus Episcopus Martyr, *cujus ibidem etiam corpus ostenditur.* C *Id vero crederetur tanto in speciem æquius, quanto minus ipsimet Bononienses, qui similiter eo nomine corpus ostentant, cum Interamnensibus nunc certant de eo ; credentes, quod is qui Bononiæ passus est, Interamnensis Episcopus fuerit, ex Syria cum S. Anastasio in Italiam advectus. Ne autem ex corporum duplicitate videatur existere controversia inexplicabilis, ambæ partes in hoc fere conveniunt, ut duos* SS. Valentinos, *totidemque* Proculos Episcopos Interamnenses *faciant ; quorum primus Interamnæ, secundus Bononiæ obierit ; sicut faciunt Perusini* Herculanos *duos, et Narnienses, duos* Juvenales. *Sed hoc, meo quidem judicio, aliud non est quam velamen ignorantiæ, indiciumque maximæ confusionis, temporibus locisque inductæ, ex variarum personarum homonymia ; eo etiam auctæ, quod* S. Herculani *Perusini Acta qualiacumque, mutatis duntaxat nominibus, applicata fuerint* S. Proculo Interamnensi. *Istis ergo omnibus sepositis, de eo qui Bononiæ etiamnum requiescit, et communem cum* S. Proculo Milite *cultum habet, hic seorsim agendum, tamquam Bononiæ nato, et verosimiliter ex antiquiori ea in urbe Patrono nomen a parentibus nacto, ibidemque Episcopo ordinato.*

ob applicata ei Acta S. Herculani.

2 *Ac primum retexo illud, quod in Appendice ad diem* v *Maji, atque ad nomen S. Theodori Episcopi Bononiensis, dixi, num.* 4 ; *omnibusque iterum consideratis fidentius jam dico ; nihil esse causæ, seclusa tam perplexorum Actorum farragine, quin credatur, mortuo prædicto* S. Theodoro, *suffectum fuisse hunc* S. Proculum, *assumptum ex ipso Cleri Bononiensis corpore, circa annum* DXL. *Hic vero Gottherum Regi Totilæ, post fusos circa Padum Justiniani Duces, torrentis instar Florentiam properanti, ad eum Bononia avertendum occurrerit, pastoralis suæ curæ mercedem a barbaro victore consecutus mortem anno* DXLII. *Scio, Totilam cum Gothis suis non fuisse Gentilem idololatram, qualem Acta ipsius et S. Herculani fingunt; sed sub Arianismi professione Christianum ; scio etiam apud Procopium legi, quod victoria illa ejusque potitus Totilas,* multa in captivos humanitate sibi devinciebat animos, ita ut eorum plerique Romani homines Gotho Duce in Romanos arma ferrent.

Melius dicetur suffectus S. Theodoro Bononiensi Ep. sub an. 540, Bononiensis ipse, F

3 *Quam vero parvi facienda sint ista quæ dixi Acta, apocrypha quam quæ maxime, vel hinc Lector intelligat, usque nihil moveri discat ; quod Sanctos, cum aliis octo sociis omniumque duce et institutore* S. Anastasio, *ex Syria Romam advectos, ab* Urbano *Papa susceptos ordinatosque, dicant tempore* Juliani Apostatæ ; *quo ipsos ad necem quærente, dispersi per varias Italiæ civitates, fidem iis annuntiaverint, et ecclesias singuli singulas illustraverint ; ac tandem duo ex illis,* Herculanus *scilicet et* Proculus, *a Totila Gotthorum Rege sint interfecti ; cum ab* Urbano *ad* Totilam *fluxerint anni omnino* CCC *ac* XX ; *ut frustra hic se torqueant, qui isti peregrinorum Syronum adventui alia tempora nituntur aptare. Nam si omnium istarum Legendarum fons primus requiratur, invenientur ipsa*

quam ex fabulosis S. Anastasii et filiorum venisse ex Syria :

AUCTORE D. P.

A *primigenia* S. Anastasii filiorumque ac nepotum *Acta, ex veris quidem Sanctorum verorum nominibus conflata esse, sed locis temporibusque diversorum. Nam qui ibi dicitur ad Aquas Salvias Juliani jussu decollatus, cujus nomini erectum eo loco monasterium sit, ubi integrum caput ostendatur; est* S. Anastasius *Monachus, in Syria captus a Persis, atque in Assyria Martyrium passus anno* DCXXVIII. *Tum narratur Martyrium nepotum trium, quasi diu post patrem, et tamen sub* Diocletiano ac Maximiano *passorum, qui tanto seniores Juliano fuerunt. Fuse etiam describuntur* S. Brictii, *unius ex filiis crediti, gesta cum* Eugenio *Papa, qui primum creatus fuit anno* DCLIV *: ut nihil absurdius fingi possit. Sed non propterea minus credibile mihi fit Martyrium* Proculi Bononiensis, *attendenti, quæ Totilas tum in S. Herculanum Perusinum perpetravit, teste Gregorio Magno in Dialogis, quæque* Proculo *huic perperam inepte applicantur; tum quæ designavit in S. Fulgentium Episcopum Utriculanum, teste eodem Gregorio lib. 3 cap.* 12, *a nobis relato ad* XXII *Maji, quem ut reverentius haberet Rex Totilas, non nisi maximo miraculo inductus fuit. Nempe clemens iis volebat videri, quos armorum socios malebat quam adversarios; sed erga imbelles Episcopos truculentior erat, zelo Arianæ impietatis actus. Non est tamen hæc nostra de* Proculi *Bononiensi Episcopatu, Martyrioque sub Totila recens opinio, ut alicui forsan videri possit: sed ante annos centum multis Bononiæ communis fuit, teste Constantio Felicio, in eo quod sub annum* MDLXXVII *Italice edidit Kalendario Historico: ubi cum* I *Decembris refert* Proculum, *Bononiæ martyrizatum sub Totila, eique dedisset titulum* Narniensis Episcopi, *mox addit,* sive ut alii dicunt Bononiensis.

non obstantibus Actis apocryphis contrarium asserentibus.

B

4 *Istis ergo omissis, et* Proculo *Bononiensibus Episcopo dato; ipse, eo quem diximus vel alio quocumque modo aut tempore defunctus,* fuit tumulatus a civibus *teste Antonio Paulo Masino in Bononia perlustrata ad hunc diem* juxta viam vulgo Mirasol grande dictam, pone palatium Rovinorum. *Neque dubitaverim, quin pro affirmanda sanctitatis ejus fide multis tumulum miraculis clarificaverit Deus: non tamen inter illa numeraverint defuncti pueri suscitationem, et incorrupti post plures annos corporis integritatem, nullo apparente vestigio vel sectionis in collo, vel lacerationis in dorso; quia hæc omnia verbotenus accepta esse video ex Actis S. Herculani. Ceterum quocumque modo in primo illo suæ sepulturæ loco clarificatus sit* S. Proculus Episcopus; *ablatus inde fuit nescio quo tempore;* et Crux quæ ibi steterat; *inquit Masinus,* posita est in media pila, ad sinistrum angulum ejus viæ, quæ ducit ad Deiparam de Miramonte dictam: in qua etiamnum cernitur vetus effigies Crucifixi. Ipse vero tumulus valde parum aberat ab ecclesia S. Ambrosii, circa annum MDLXXVI profanata; ejusque ibi adhuc cernuntur vestigia. Ecclesiam illam adjunctasque ei domos ad jus Monachorum S. Proculi olim pertinuisse, patet ex contractu Caroli Rovini, anno jam dicto cum ipsis initi, ad eum locum, ubi palatium struere volebat, eximendum ab onere census annui, ipsis Monachis solvendi.

Fuit is tumulatus primo ad viampublicam

C

5 *Possidebant hi locum et ecclesiam subterraneam, prius* S. Sixto *dicatam; in eamque, ad suos usus refectam aut potius a fundamentis extructam novam, sub honore et nomine* S. Proculi, *utriusque Sancti corpus transtulerant, circa annum* DCCCC *: hoc enim colligitur ex monumento, quod allegatur, quodque mox videbimus transcriptum esse ex celatura arcæ, intra quam Joannes Abbas anno* MCCCLXXXX, *die* XVII *Februarii feria* V *post Cineres, sacra Corpora composuit; ut oporteat ea ibidem jacuisse, vel sub sua quemque ara divisim, vel conjunctim sub communi una. Allegant hanc inscriptionem Faleonius atque Masinius. Hic vero etiam meminit inspecti solenniter arcæ ante sesquiseculum, ex fide authentici instrumenti, cujus ecgraphum legitimum nobis curavit Illustriss. Comes Valerius de Zanis, quodque ex Italico sic Latine reddo.* D

inde translatus ad ecclesiam S. Sixti, nunc dictam S. Proculi:


6 Anno MDXXXVI, Indictione VIII, die XV Januarii; cum Reverendi Fratres monasterii S. Proculi Bononiæ, Ordinis S. Benedicti Monachi, reædificarent ecclesiam suam; videntes ex veteri et ruinosa novam atque magnificam facere, ad honorem Dei et S. Proculi; cumque ideo movenda loco esset arca, continens corpora prædicti S. Proculi Martyris, Sanctique Proculi Episcopi; aperuerunt eam coram Rev. D. Augustino de Zanettis, Suffraganeo atque Vicario generali Reverendiss. D. Episcopi Bononiensis, et Magnifico D. Comite Alexandro Pepuli, Mag. Vincentio de Ursis, et Mag. Joanne Anzarolo Curato Patriciis Bononiensibus, assumptis, deputatis atque electis a Magnifico Regimine Dominorum Quadraginta-virorum, Reformatorum status libertatis Bononiensis. Mota autem fuit prædicta arca a loco suo solito, et deposita intra capellam ab Isolanis fabricatam, existentem in dicta ecclesia; quoad usque a Magnifico Regimine deputatus ei fuerit locus conveniens: ipsa vero inveniebatur ut sequitur. Est arca illa grandis ex marmore Lucensi, longa pedes Bononienses sex, larga duos cum dimidio, alta tres; pes autem Bononiensis excedit Geometricum tres uncias sive pollices cum dimidio. Habet illa ad utrumque caput festonem (ut vocant) unum, et zonas duas cum pancarpiis, duabusque columellis canniculatis ad angulos: crucem vero parvam sub festonibus, atque operculum supra quatuor ejusdem coloris laterculos positum, superneque insignitum Cruce, et regula terminatum. Sub hoc operculo in fronte arcæ spectantur duo Angeli, tenentes tabulam, sic incisam † MCCCLXXXX, die XXVI Februarii, posita in ista arca [integra] corpora beatissimorum Proculi Episcopi et Martyris, et Proculi Militis et Martyris, de Bononia, quæ latuerunt in isto loco circa quingentos annos; et in isto monasterio fuerunt composita, tempore [Reverendi Patris] Fratris Joannis, Abbatis dicti monasterii, et per eum collocata, ut videtur. *Quæ ut clarius intelligas, ecce tibi formam ejus æri incisam, una cum mensura altaris, et ipsius arcæ titulo ad longum expanso, iisdem quibus exprimitur litterarum ductibus, in quinque lineas partitis: infra quas cur plus quam dimidia par spatii nullis litteris insculpta vacet, aliis divinandum relinquo.*

ubi an. 1536 loco mota et aperta fuit arca,

E

F

cum notitia depositorum in ea corporum an. 1390.



7 Arcæ isti prætendebatur munimentum quoddam figlinum, tribus compositum partibus, cum portula in medio, duabusque figuris ex utroque latere, disjunctum tamen ab arca : quod cum deberet removeri, in plura frusta confractum est. Eo remoto, apparuit in medio arcæ fenestella, ferro interius affixo craticulata : per quam cratem videbatur capsula, cooperta panno floribus figurato, cum assere superposito ; in qua capsula dicebantur esse Reliquiæ prædictorum gloriosorum Proculorum. Porro cum moveretur arca, D. Suffraganeus prædictus, Stolam indutus Sacerdotalem ; et Fratres, cum cereis ardentibus multaque reverentia, Te Deum concinentes ; atque ingens virorum et mulierum turba, cum candelis ad ecclesiam venerant, ipsam arcam ad locum ubi servanda erat comitaturi. Deinde cratis ferrea obtecta fuit folio uno chartæ regiæ, quinque locis sigillato per Dominos Regentes; addito etiam sexto sigillo monasterii : et de omnibus sic actis, ex commissione Magnifici D. Confalonerii justitiæ, ego Evangelista Matulianus, Notarius et Cancellarius Magnificæ Communitatis Bononiensis, tamquam publica persona, confeci scripturam publicam. Actum in ecclesia S. Proculi, coram Correctore utriusque Facultatis, Doctore Mag. Francisco Marci Antonii Torelli, D. Hippolyto Zacchini Secretario ecclesiæ, testibus vocatis et rogatis. Nota et rogitum mei Evangelistæ Matuliani, Notarii rerum præfatarum rogati.

quæ sigillata transfertur,

8 Ad majorem porro securitatem et reverentiam prædictarum Reliquiarum, prædicta arca, sigillata ut supra, sublata est cum debita veneratione a Fratre quodam, in conspectu Rev. D. Abbatis multorumque Fratrum, et Magnificorum DD. Assumptorum prædictorum, absente dumtaxat Magnif. Mag. Joanne Jacobi Curato, qui postea supervenit. Deinde foramina omnia prædictæ craticulæ gypso fuerunt obturata, sic ut inspici arca interius nequeat : deinque gypso rursus toti crati inducto, impressum fuit tribus locis sigillum majus Cancellariæ Bononiensis, in quo spectantur leonculi duo, unus tenens vexillum Cruce insignitum, alter simile vexillum cum inscripta voce Libertas. De quibus rursus Joannes Evangelista qui supra confeci scripturam publicam etc. + Et ego Franciscus Fani, Professus in S. Proculi, transcripsi præsens ecgraphum ex originali, delato in domum D. Vincentii Matuliani, Nobilis Bononiensis ex nostra S. Proculi

iterumque firmius sigillatur,

AUCTORE D. P.

culi Parochia, anno MDCXXIV. *Hactenus missum nobis ecgraphum, absque ulla mentione inspectarum propius Reliquiarum; cum earum capsula non modo non reserata, sed nec educta quidem extra arcam fuerit; ut nihil hic dici possit de numero aut qualitate ossium intus contentorum. Saltem non debent in iis censeri Capita: nam hæc a Joanne Abbate debuerunt jam olim fuisse sequestrata, cum ipsa hodiedum per Monachos publice exponantur, die prædicta Translationis, proposita etiam Indulgentia plenaria ex largitate Gregorii XIII, signata die* XXX *Junii:* MDLXXXIV, *sicut docet Masinius.*

servatis extra eam capitibus.

9 *Eidem sic composito altari, circumdatus nuper est ex gypso ornatus satis elegans, curante, pro suo in utrumque Sanctum Proculum pietate Illustrissimo Comite Valerio de Zanis, parietem utrumque, intra quem area cum altari consistit, complexus; cum pulcherrimis duabus statuis, a Guidone Rheno excellenti pictore designatis, quas utrique pilæ, arcum medium sustinenti, dorsum obversum applicaturas, formari idem Zani significavit; sed potiori parte jam sculpta, non fuit operæ pretium illarum causa totum novum opus facere. Satius fuerit chartæ, alias hic vacaturæ, inserere iteratam mentionem duorum illorum tumulorum, quorum supra feci mentionem, de* S. Proculo *milite agens; et* Proculi *nomen, quam antiquum, tam usitatum Bononiensibus fuisse docens. Exhibuit eos nobis Illustriss. Comitis Caroli Cæsaris Malvasiæ, Canonici Bononiensis, insigne opus, huc dono missum ac nuper allatum, cui titulus* Marmora Felsinea; *in quo pag.* 383 *reperio etiam ampliorem eorumdem sarcophagorum illustrationem ab Illustrissimo ac Reverendissimo D. Abb. Antonio Felice Marsilio, Metropolitanæ Bononiensis Archidiacono continuatam. Et Malvasia quidem diem suum obiit, ipso quo hæc scribo anno* MDCXCIII; *grataner tamen commemorandus est ejus erga hoc opus affectus singularis; quo etiam nomini meo inscriptum voluit aliud suum elegantissimum opusculum, cui* Pantheon in Pindo *titulum fecit; eo quod elegantissimis Epigrammatis canat celebriores quosque per annum Sanctos. Porro ubi, et a quo tumuli isti reperti fuerint, titulus indicat, ipso quo nunc consistunt loco affixus hujusmodi.* Marmoreos Q. Venei et Statiæ Marcellæ sarcophagos, post mille quadringentos circiter annos, e propriis fundis, Castro S. Georgii conterminis ductos, patriæ et domus ornamento consulens, Philippus Senator Cospius huc transferri curavit, anno MDCLXXXI.

Novus altaris ornatus.

cur alii duo Sarcophagi hic additi?

10 *His in gratiam amicorum, et pro honore nominis* Proculi *deductis, transeo ad* S. Proculum Interamnensem; *quatenus is creditus fuit ad Bononienses spectare. Quamquam autem ad* I *Decembris pertineat definire, unusne an plures* Proculi *Interamnæ dandi* Episcopi *sint; anticipando tamen hic significo, propendere me magis, ut unum solum fuisse opiner; eumque* S. Valentini Martyris, *anno* CCLXXIII *passi, discipulum atque Levitam; qui, una cum Sociis Ephebo atque Apollonio, Magistri et Episcopi sui sepulturam curavit; ipsemet deinde cum iisdem Sociis Martyrio coronatus, nec fortassis unquam consecratus Episcopus; eo quod tempore persecutionis non ita promptum esset, trucidato uno, mox e vicinia adducere comprovinciales Episcopos ad alium ordinandum. Episcopum tamen passim haberi puto, quia saltem Sede vacante vicariam curam ejus gessit, quo ad usque comprehenderetur etiam ipse. Ab hoc alium secundum comminiscendi nulla est necessitas, siquidem duos induxit sola fides habita Actis apocryphis* S. Proculi Bononiensis, *velut Interamnensis:*

Interamnensibus Proculus solum unicus videtur fuisse an. 273.

11 *Ex hac tamen fide processit, quod cum Interamnæ anno* MDCV *inventa essent corpora Sanctorum* Valentini, Proculi, Ephebi atque Apollonii; *cupientes Canonici etiam habere aliquid de corpore* Proculi, *ut sibi jam persuaserant,* Secundi; *egerant per Cardinalem Franciscum Rapacciolum, ab anno* MDCXLVI *datum sibi Episcopum, ut a Cardinali Ludovisio, tunc etiam Archiepiscopo Bononiensi, impetraret* cranium seu partem capitis, *uti scribit Jacobillus in Catalogo insignium Reliquiarum Umbriæ pag.* LIV. *Sed fallitur, cum ejus corpus haberi ait* in ecclesia S. Pauli; *quod Masinio suam Bononiam recudente sub annum* MDCLXVI, *id est quinquennio post editum Tomum III Jacobilli, adhuc habebatur* in ecclesia S. Proculi. *Franciscus Angelonius, Auctor Historiæ Interamnensis anno* 1646 *vulgatæ, Narnia Bononiam eunti* Proculo *(nam et ipse fabulosæ Legendæ inhæret)* Volusianum *quemdam nominat, qui Interamnam venientem hospitio exceperit; et allegat Lectionaria Bononiensia, in quibus scriptum habeatur, quod idem* Volusianus *partem effusi sanguinis in vasculo collegerit, cum eoque Interamnam redierit: qui sanguis multis ibi miraculis claruerit, ac nominatim illuminatione cæci, atque curatione feminæ sanguinis fluxum patientis; quæ mallem* ad S. Proculum Interamnensem, *S. Valentini aut successorem aut vicarium, referre.*

Bononienses tamen suum rati:

illi, partem capitis impetrarunt

An ejus etiam qui ibi est sanguis?

DE S. RONANO EPISCOPO

EREMITA IN BRITANNIA ARMORICA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Circa ejus ætatem, Vitam et reliquias.

SEC. VII.

Britanniæ Gallicanæ, *sive Armoricæ, incola* S. Ronanus *vixit in inferiore ejus regione, primum autem* in oris Leonensibus, *ad Oceanum Britannicum, istuc ex Hibernia appulsus. Urbs regionis hujus Episcopalis appellatur* Leonensis S. Pauli, *vulgo* Sint Pol de Leon, *a primo suo Episcopo Paulo, cujus varia Acta illustravimus ad diem* XII *Martii. Inde* S. Ronanus ad Silvam Cornubiæ Nemeam *migravit, ibique vitam reliquam peregit. Est* Cornubia *in sinu Oceani Armoricani sita, cujus urbs Episcopalis est* Corisopitum Curiosolitarum, *vulgo* Kempercorentinum *appellatur, a primo suo Episcopo et Patrono præcipuo S. Corentino, cujus Acta danda erunt* XII *Decembris die ejus natali. In hac urbe et diœcesi, hisce Kalendis Junii, celebratur* festum S. Ronani, Episcopi et Confessoris, *sub ritu duplici: ex cujus antiquo apud nos Breviario damus, aliqua Acta, olim ad Matutinum recitari solita, quæ etiam fuerunt jam pridem a Petro Bernardo Societatis nostræ Sacerdote submissa. Habemus insuper Proprium Sanctorum Ecclesiæ Corisopotensis, anno* MDCXLII *excusum, in quo ad hasce easdem Kalendas, sub ritu duplici* Ronanus *colitur, et Lectiones secundi Nocturni sunt ex eadem Vita, sed magis contracta: sub finem vero, quæ in priore deerant, de ejus obitu et Reliquiis nonnulla referuntur. At citato Breviario Corisopitensi, et alio Leonensi, quod*

Vixit in Leonensi

et Corisopitensi diœcesibus:

Acta dantur ex hujus Breviario,

non

collata cum Vita ab Alberto le Grand scripta.

A *non habemus, Vitam* S. Ronani *edidit Gallice Albertus le Grand inter Vitas Sanctorum Britanniæ Armoricæ, ex qua nonnulla infra et in Annotatis observamus. Et is quidem in titulo solum* Anachoretam *appellat, in ipsa vero Vitæ relatione etiam* Sacerdotem. *Interim, præter Lectiones secundi Nocturni, omnia præscribuntur in Officio Ecclesiastico recitanda de Communi Confessoris Pontificis, et Oratio est :* Exaudi quæsumus Domine preces nostras, quas in B. Ronani Confessoris tui atque Pontificis solennitate deferimus *etc. in tertio autem Nocturno legitur* Homilia in Evangelium, Vigilate quia nescitis etc. *de Communi.*

Vixit sub Rege Grallono

2 *De tempore quo vixit* S. Ronanus *hæc habentur. Infra in Vita invisit eum* Grallonus, Britonum Rex, *de quo pluribus egimus die* III *Martii, ad Vitam* S. Winwaloei Abbatis, *qui in monasterio Landevenneco a se constructo, dicitur* Grallonum, Regem Cornubiæ *aut* occiduorum Cornubiensium, *ultro ad se venientem excepisse ; et hunc Winwaloeum floruisse seculo Christi sexto ostendimus, idemque de* S. Ronano *dicendum arbitramur. At quod Bertrandus Argentræus lib.* 1 *Historiæ Britanniæ cap.* 22, *cumque secutus Albertus le Grand voluit, dictum Grallonem sive Gradlonem*

6 seculo.

B *mortuum esse anno quadringentesimo quinto, et tunc in monasterio Landeveneco sepultum, atque ante sub eo floruisse* SS. Winwaloeum et Ronanum, *satis refutavimus ad Vitam dicti Winwaloei, ad quam Lectorem remittimus.*

Ejusdem Capella primaria

3 *Petrus Bernardus, ad Vitam nobis submissam, adscripserat* asservari corpus S. Ronani integrum in Cathedrali : *et sic in Proprio Sanctorum dictæ Cathedralis Corisopitensis dicuntur* ejus Sacræ Reliquiæ in Ecclesiam Cathedralem illatæ. *Albertus vero le Grand adjungit,* corpus ejus ab initio in eremitorio sepultum : dein lapsu temporis in oppidum in cacumine montis S. Ronani ab ejus nomine, patria Aremorica lingua, appellatum *Loc Ronan-cout-Nevent,* quod ædes Ronani fuerit : ubi ab antiquis Principibus, ut ejus memoria ibi celebraretur, pulchra capella constructa et dotata fuit, a peregrinis totius Britanniæ illius frequentata, ad ejus Reliquias, arcæ splendide exornatæ inclusas, debite honorandas : quarum reliqua pars in Ecclesia Cathedrali Corisopitensi asservatur. *Præterea* in dicto S. Ronani eremitorio postmodum plures habitarunt Eremitæ, qui sanctitate vitæ illustres fuerunt : inter

Reliquiæ,

eremitorium ;

C quos fuit Robertus anno MCII consecratus Episcopus Corisopitensis, *cujus meminerunt Sammartani in Episcopis ejus Ecclesiæ, a quibus dicitur* Episcopus XIX Eremita apud Locinianum, ab eoque Ecclesia Cathedralis restaurata, cum esset vetustate diruta ; ac debitum naturæ persolvisse anno MCXXX. *Demum, uti adhuc apud Albertum legitur,* singulis septenniis instituitur ad hasce Kalendas Junii solennis processio, cum sacris S. Ronani Reliquiis, gestatorio splendido adornato impositis, et circa montana ejus delatis : ad quam processionem accurrit maxima hominum ex tota regione multitudo. Plures etiam per dictam Britanniam capellæ S. Ronano sunt dicatæ, inter quas aliqua est apud Leonenses dicta Loc-Ronan-arfrancq, ubi septum regium est, et est parœcia S. Ronano sacra, Renan dicta.

processio singulis septennis:

aliæ capellæ.

Alius ab eo Ronanus in Anglia.

4 *Venerabilis Beda, lib.* 3 *Historiæ Anglicanæ cap.* 25, *refert* Ronanum Sixtum, *in Synodo Pharensi anno* DCLXIV *habita, strenue Catholicam Paschæ observationem contra Finanum Episcopum defendisse. Hunc Colganus* VIII *Januarii, ad Vitam S. Finani in Notis num.* 6, *ait in* Britannia Armorica coli primo Junii ; *quoniam Vitam ejus dare cogitabat ex Breviario Corisopitensi. Verum in hoc nihil simile habetur : ac plane integro seculo junior iste fuit* S. Ronano *de quo hic agimus. Nos de* Ronano Scoto *egimus* VI *Februarii, inter Prætermissos.*

D

VITA

Ex Breviario Corisopitensi.

Sanctus Ronanus, in Hiberniensi regione oriundus *a*, in pueritia litterarum studiis a parentibus traditus cælestium fluenta doctrinarum sitibundo pectore hausit, puer irreprobus : quod autem legit ac didicit, sapienter intellexit, et menti memoriter mancipavit. Fuerat ei quotidie summa vigilantia, in mandatis Dei infatigabiliter seipsum exercendo. Deinde virtutum meritis sibi suffragantibus, ad usque solium *b* Pontificale Dei gratia sublevatus, boni operis notitiam in populo sibi commisso Doctor sparsit egregius. Qui Sacerdotii sui diebus, placens Deo inventus est justus, per gratiam sancti Spiritus illum custodientis, in omnibus Domini justificationibus. Postea vero, illud Evangelii in animo evolvens, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me, et, Omnis qui reliquerit domum, aut fratres et sorores, aut patrem et matrem, aut uxorem aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam æternam E possidebit ; patria, amicis rebusque paternis pariter omissis, transfretato Oceano in Britanniam delatus est, et applicitus oris Leonensibus, ibidem mansit, in Dei servitio die noctuque perseverans. Moram autem faciente viro Dei in prædicto climate, miraculis crebris populo cœpit innotescere, quæ per eum Dominus operabatur assidue. Cæcis enim orando visum restituebat, ægrotantibus sanitatem, ex obsessis corporibus dæmones ejiciebat : unde hominum frequens multitudo quotidie veniebat ad eum, in angustiis deprecatura subsidium, qui obtenta salute in sua cum gaudio redibant.

a Episcopus ordinatus in Hibernia,

Luc. 9, 23

Mat. 19, 29

transfretat in Armoricam, ad Leonenses :

miraculis claret :

2 Sciens autem vir Dei inibi, secundum Apostoli præceptum, orationi sine intermissione, non posse vacare, propter hominum ad se venientium multitudinem ; remotiora eremi loca cupiens penetrare, Angelo Dei comitante, venit in Cornubiam usque magnam silvam, vocabulo c Nemeam, juxta quam silvam erat quidam rusticus, fidei Christianæ cultor specialissimus præ omnibus inibi commorantibus : ad cujus domum cum vir sanctus pervenisset, ab illo ad hospitium vultu hilari receptus est. Cum vero per aliquot dies in præfati ruricolæ domo mansisset, F rogatus est ab hospite, unde veniret aut quo tenderet, sibi narraret. Cui S. Ronanus dixit : Ego quidem genere Scotus, natione transmarinus, egens omnium quæ mei patris fuere sponte factus, ob illius amorem qui pro nobis gratuita pietate factus est egenus ; in hoc exilium veni ultroneus, dimittens minora, et majora in die retributionis ab ipso recipere certus. Evolutis autem paucorum dierum curriculis, sæpe dictus vir sanctus quoddam cœpit oratorium struere, in quo orationi vacaret assidue, suo sibi hospite suppetias inferente. Ædificatum est hoc oratorium juxta, silvam Nemæam, scilicet nemus olim nimis amplum, ac belluarum ferax latibulum : quo in loco vir sanctus, Domini se mancipavit obsequio, creber persistens in oratione et jejunio.

migrat in silvam Cornubiæ Nemeam:

oratorium struit:

3 Temporis autem interea prætereunte spatiolo, sancti viri per prædictum clima felix fit cognitio, sanctæ operationis ejus indicio, quæ ad usque summi Principis notitiam pervenit ; nam civitas supra montem posita diutius abscondi nequivit. Unde factum est, ut *d* Grallonus Britonum Rex, qui tunc temporis illius gentis monarchiam tenebat, collocutionis ejus gratia usque ad ipsum volenti animo perveniret. Cumque a S. Ronano, unde et cur ad has partes venerat animadvertisset ; benedictione ab illo percepta, repedavit ad propria. Cœpit interea plebium

visitur a Rege et aliis.
d

[illegible] ab uxore hospitis vexatur

A bum multitudo sancti viri frequentare oratorium, et desideranti animo mellifluum ejus appetere colloquium. Verum præ omnibus supradictus hospes, ejus inhiabat sermonibus: nam cum illo sæpe per totum diem incibatus manebat: qua de re uxor ejus male sollicita, illum irritare cœpit, illum sibi vocans adversarium. Aliquando ad virum Dei iracunda currebat, atque illi imputabat, quod vir suus eam desereret; quam Sanctus, ut solebat, piis affatibus demulcebat. Quadam autem die, cum Vir sanctus ante ostium staret, vidit lupum ovem ore ferentem, et ad silvam properantem: et superno fretus juvamine, imperavit illi invasam ovem dimittere: et citius dicto lupus ovem dimisit. Nec solum hoc semel aut bis vel ter ab ipso factum est, verum etiam quotiescumque in tota illa vicinia factum consimile accidebat.

oves a lupo liberat:

4 Quadam die eadem mulier scelestissima, nomine Queban, filiam suam quinquennem in arcam reposuerat, panem ei cum lacte ne ploraret adhibens: quæ primo morsu strangulata expiravit. Interea per totam viciniam discurrens, filiam suam quæsitura, quam in arca posuerat, perditam simulabat; B et ante cellulam sancti viri proruit, ita clamans: Biforme portentum, devorator hominum et seductor; parum ne tibi erat meum mihi surripuisse maritum, nisi insuper et filiam devorares? Tunc sanctus vir eam intuens, dixit: O mulier, cur me, Christianæ fidei confessorem, tuæ filiæ esse voratorem? Illa nihilominus prædictum Regem Grallonum adivit et Ronanum, non solum pecorum, sed etiam hominum et præsertim suæ filiæ voratorem asserit. Rex autem hoc nolens relinquere indiscussum, ad sanctum Dei virum nuntium destinavit; qui eum ad se venire fecit. Interea spiritu Sancto revelante, D Sancto Dei patenter innotuit, quod de filia Queban fecerat, et ubi eam occultaverat, quidque eidem accederit. Quod sanctus vir, in conspectu Regis et omnium qui aderant, ut evenerat, veraciter narravit. Currunt ergo plurimi ad domum mulieris, et filiam in arca mortuam invenerunt; quam ob rem Queban lapidibus obruere voluerunt, quia in sanctum Dei virum tam nefandum fingere præsumpsit opprobrium: a quorum manibus vir Dei lapides excutiens, ipsorum iracundiam compescuit; et filiam Queban oratione facta resuscitavit. Qui cum in Christo postmodum sanctissime quievisset, ejus sacræ Reliquiæ in Ecclesiam Corisopitensem illatæ fuerunt.

eadem fingente filiam suam a Sancto devoratam,

ipse eam vere interea mortuam resuscitat

ANNOTATA.

a *Albertus le Grand asserit, habuisse* parentes mediocris fortunæ et idololatras, ipsumque fuisse eruditum scientiis profanis, sed divinitus cognovisse superstitionem paganismi, et amore veræ religionis transivisse in Britanniam magnam, ibique instructum fuisse ac baptizatum: *Verum Britanniam, magna ex parte, occuparant Anglo-Saxones idololatræ, Hibernia autem tota satis Christiana fuit seculo* 5 *et* 6.

b *Idem Albertus ait*, eum, post susceptos Minores Ordines, Subdiaconatum et Diaconatum, fuisse consecratum Sacerdotem: et Episcopum *coli, supra diximus*. E

c Nemeti silva, *Alberto* Nevet, tribus leucis Kempercorentino dissita.

d *Idem Albertus addit*, coram Grallone Rege, puellam fuisse resuscitatam.

e *Sequentia adjungimus ex Proprio Ecclesiæ Corisopitensis.*

DE S. PHOTINO CONFESS.

IN NAMURCENSI BELGII DIOECESI

P. D.

Ex traditione et usu loci, ubi colitur.

Cultus Dominica I Junii.

Namurcum inter et Bovinium ad Mosam, prope Abbatiam Molinensem, vicus est Anhée *vulgo dictus, ubi anno* MDCXLVII, *cum per diœcesim istam transitum haberet Bollandus noster, præter ecclesiam et domum Pastoris nihil videbatur, habitationibus rusticorum longius inde remotis;* C *sed magna festivitate, prima quoque* Dominica Junii, *coli dicebatur* S. Photinus Confessor, *vulgo* S. Stan *vel* S. Stamp *mirabili sane conversione nominis* qui contra morbos puerorum invocatur. *Plura et distinctiora rogatus quærere Collegii nostri Namurcensis Rector, Petrus de Troyen, respondit per litteras, anno* MDCLXXXIX *die* XX *Septembris datas, in hæc verba:* Fui in vico d'Anhée ubi S. Photinus, vulgo S. Stamp, honoratur: sed nihil de eo ibi discere potui, nisi quod seniores loci credant, Reliquias inde ablatas a Francis. Prior autem Molinensis Abbatiæ mihi dixit, ab uno ex senioribus Monachis audivisse, quod femina, quæ infantem, invalidum et gradiendi facultate destitutum, attulerat ad sacellum Sancti, ipsum invocando, eumdem reduxerit gradi incipientem. Verum nihil talium beneficiorum authentice habetur scriptum; solum dici pro certo potest, magnum esse concursum feminarum ad sacellum istud, apportantium illuc liberos suos, ad formandum gressum imbecilles. *Hactenus ille. Quia autem de Francis facta mentio, recordor, inter ipsos* VI *Augusti, contra claudicationem et podagram coli* S. Stapinum, *quem Theophilus Raynaudus, in Opusc. de Titulis cultus Sanctorum specialis, num.* 24 *Episcopum Castrensem facit, licet eo loci nesciatur fuisse Episcopatus ante annum* MCCCXVII, *quando Albigensis in Gallia diœcesis divisa primum fuit. Propter veterum autem omnium de eo silentium, ac similitudinem gratiæ ipsi cum* S. Photino *attributæ, inducor ut suspicer, eumdem esse; cujus notitia ex Belgii semi-Teutonici confinibus ad Francos pervenerit, non ita pridem sub ejusdem aut similis significationis nomine, non proprio, sed ducto a genere gratiæ, ab illo sperari et impetrari solitæ. Etenim Belgis* Stan, *pedibus insistere est;* Stampen, *pedibus terram pulsare, quid firmitatem notat;* Stappen, *gradum ponere, passusque formare: quæ eodem spectant omnia.* F

patrocinium ad levandam infantium imbecillitatem,

similitudo cum S. Stapino, Podagricorum Patrono.

DE

DE S. WISTANO,

E REGIA MERCIORUM PROSAPIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Circa ejus natales, cædem, miracula, cultum.

AN. DCCCXLIX

Heptarchiæ Anglo-Saxonicæ apud Britannos, latissimum unum regnum Merciæ, quam plurimas complexum fuit provincias, ubi inter ultimos Witlasius *Rex, anno* DCCCXXVI *constitutus, præfuit usque ad annum* DCCCXXXIX; *tunc mortuus, et in monasterio* Ripadio, *vulgo* Rependon *et contracte* Repton, *in provincia Darbiensi, sepultus. Habuerat filium* Wimundum, *sed dysenteria mortuum, jam ante sepelierat. Ex hoc filio erat ei nepos* S. Wistanus, *de quo hic agimus, quique invalescente Danorum irruptione, ob ætatis defectum, non potuit regno præesse. Interim, teste Ingulpho in sua historia,* Witlasio successit in regnum Bertulphus frater suus, regnavitque similiter tredecim annos, Athelvulphi Regis West-saxoniæ tributarius, *scilicet usque ad annum* DCCCLII, *quando et ab Ethelwolfo, Rege Occiduorum Saxonum, subrogatus est, ob peritiam bellicam,* Burrhedus, *ultimus Rex Merciorum. Interim sub regno Bertulphi, anno* DCCCXLIX, Berfertus filius suus, *ut scribit dictus Ingulphus,* in sancta vigilia Pentecostes, consensu patris sui Bertulphi, cognatum suum S. Wistanum, filium Wimundi, filii Witlasii et Alfledæ filiæ Ceolulphi quondam Regis (tanta ferebatur ad regnandum ambitione) crudeliter ac impie interfecit. *Wilhelmus Malmesburiensis, tam in Regum quam in Pontificum Anglorum Gestis, hanc cædem ita describit.* Nec vacabunt laude tua paginæ nostræ, felix puer Wistane, filii Wimundi, filii Withlasii Regis Merciorum, et Elfledæ filiæ Celuulfi, qui fuit patruus Kenelmi. Te, inquam, non tacebo, quem Berfertus cognatus nefarie peremit: norintque posteri, si qui has litteras cognitione dignas duxerint, nihil in seculo indolis tuæ nobilitate gloriosius, qua irritatus infestus latro te mortificaverit; nihil in Deo puritate tua innocentius, qua invitatus internus arbiter te honorificaverit. Nam cœlo dimissa columna lucifera, densæque noctis dirumpens pallia, profundæ caveæ scelus detexit, carnificis nequitiam arguit. *Westimonasteriensis, dicto anno* DCCCXLIX *descripta cæde illa, addit:* Illius martyrio non deficere miracula. Nam de loco, ubi innocenter occisus est, columna lucis usque ad cœlum porrecta, omnibus loci illius incolis per dies triginta stabat conspicua. *Hæc Westmonasteriensis, quem describunt Joannes Bromton in Chronico, et Cardinalis Baronius in Annalibus dicto anno num.* 19.

Avo Witlasio Rege,

patre Wimundo natus.

B

a cognato occisus

columna lucis honoratur

C

2 *De corporis sepultura et translatione ita Ingulphus:* Corpus innocentissimi Martyris, tunc Ripadio delatum, juxta Withlasium avum suum humatum, posterioribus annis, per fidelium devotionem, ad Eveshamium est translatum. *Quod sic explicat Malmesburiensis:* Venerandæ Reliquiæ levatæ parentum officio, Rapendunæ locatæ sunt; tunc temporis famoso monasterio, nunc est villa Comitis Cestrensis: cujus gloria, pro situ vetustatis exoleta, nunc Eveshamum inhabitas, dignus qui faventium votis serenus indulgeas.

sepultus Ripadii,

transfertur Eveshamum.

3 *Hisce prælibatis magis secure ducemus Lectorem ad aliqua Acta* S. Wistani, *a Capgravio in Legenda Sanctorum edita, quæ censeri possunt certiora, quatenus etiam a præcitatis Auctoribus attinguntur, et ibi plenius explicantur. Appellatur autem in iis Actis* Rex Wistanus, *propter jus regnandi debitum ipsi, licet de facto regnum non obtinuerit. Secutus est, ad hasce Kalendas Junii dictam Legendam Richardus Witfordus, in Martyrologio Anglice Londini sub annum* MDXXVI *excuso, quod Latine translatum ita sonat.* In Anglia Evesham festum S. Wistani, Regis ejusdem regni et Martyris, qui a tyranno quodam gladio est occisus. Qui tyrannus contra omnes leges matrem occisi cupiebat sibi ducere in uxorem, hac ratione eum volens e solio deturbare. Hic porro tyrannus magis efferatus est, postquam Regem suum occidit, de cujus sanctitate publice constabat, ut qui columnæ adinstar pulcherrimæ ab ipso martyrii sui loco in cœlum usque se porrigebat, eaque specie ad triginta omnino dies apparuit.... Multa quoque alia miracula Dominus noster in Sancto suo operatur. *Hæc ibi non absque mendis, uti ex dictis apparet.*

Acta dantur ex Capgravio

Elogium ex Martyrologio Witfordi.

E

4 *Aliud elogium est in secunda editione Martyrologii Anglicani Wilsoni hisce Kalendis Junii, quod in editione prima, pridie erat collocatum; et secutus fuerat Ferrarius, qui tamen iterum hoc die retulit* Wistanum. *Verum infra dicitur* passus Kalendis Junii, *idque (ut ex Ingulfo, Westmonasteriensi, et aliis retulimus)* in vigilia Pentecostes: *ergo anno* DCCCXLIX, *quo Cyclo Solis* XVIII *Lunæ* XIV, *littera Dominicali* F, *Pascha celebratum fuit* XIV *Aprilis, et festum Pentecostes secunda Junii.*

Tempus cædis

VITA

Ex Legenda Joannis Capgravii.

Sanctissimus et eximius Christi *a* Martyr Wistanus, Regali Merciorum ex prosapia extitit oriundus, Rege *b* Wimundo et Elfleda Regina parentibus progenitus. Qui in pueritia constitutus quam bonæ indolis fuerit, quantisque pietatis indiciis floruerit, cum annos pubertatis attigit, bonis actibus comprobavit. Mortuo autem *c* patre ejus, in regnum ejus successit: malens tamen cœlestis hereditatis heres fieri, quam hereditati perituræ adhærere; exemplum Domini secutus, imperia terrena respuit; commutansque ea pro cœlesti hereditate, *d* Reginæ matri et regni Proceribus, regni commisit habenas. Erat autem Princeps quidam, nomine Brithfardus, qui ut Domino suo in regno vel viventi substitueretur, vel mortuo succederet, sive juste, sive injuste, operam omnimodam dare cœpit. Cupiditate itaque regnandi successus, cæco amore Reginæ succenditur; ut si ad ejus matrimonium posset attingere, per eam regi gubernacula adeptus, facilius Regis nomen consequeretur. Cumque ad Reginam nuntios misisset, illa fraudis ejus nescia, donec super his cum filio suo et Proceribus consilium habuisset, responsionem distulit. Beatus itaque Wistanus super his requisitus, Spiritu sancti gratia edoctus, tale matri suæ fertur dedisse consultationis responsum: Mater mea carissima, Brithfardus cognatus meus et compater tuus, qui me de sacro fonte baptismatis suscipiens ad

Pie educatus

a

b

F

c

d

dissuadet matri viduæ nuptias cum Brithfardo:

A ad regnum cœleste regeneravit, te petit uxorem: sed acquiesce consiliis meis, et sponsum tibi non moriturum tradam. Quicumque enim nubunt Christo, accipientes ipsum sponsum, perpetua dote dotantur in regno cœlorum. Et illa, Si ita est, inquit, impleatur sermo, quem dixisti, ut Brithfardo vel alii morituro non nubam. Wistanus igitur de matris continentia spe certissima concepta, nuntiis præfatis matrimonii impedimenta revelavit. Quo audito, Brithfardus conatus est de morte Wistani tractare: ut eo de medio sublato, propositum suum sceleratum ad finem perducat nefandissimum.

EX LEGEND. 1. CAP.

2 Furore itaque tyrannico accensus, crimen læsæ majestatis incurrere non veritus, Dominum suum verbis pacificis, sed cogitationibus fraudulentis, ad colloquium supplicatorie, ut ipsum dolose perimeret, invitavit. Acquiescens autem Rex dum collocutioni advenisset, apud locum, qui usque [nunc] Wistanostowe nuncupatur, convenerunt: et Brithfardus cogitabat, qualiter Dominum suum seorsum a turba dolo teneret et occideret: quod quidem non bene ausus fuerat attentare ob plebis timorem, quæ cum Rege venerat. Recogitabat tamen ille, quod si B Principem prius percussisset, milites ut acephalos non timeret: venerant enim, Brithfardus, et qui cum eo erant clanculo armati contra inermes. Illis igitur in unum convenientibus, Dominum suum, sicut filiolum, ad pacis osculum invitavit, seorsum dicens: Veni, et in pace sancta osculum da mihi, filiole mi. At ipse pacis amator accedens ad eum ait: In nomine sanctæ pacis, quæ est Deus, osculer te, ut in ejusdem nomine osculer a te. Brithfardus vero, nec Domino terreno parcens, nec cœlestem veritus, deosculando eum extraxit gladium, quem sub latere suo clam habebat: et caput Domini sui quassando, cum capulo letale vulnus in cono *f* ejus infixit: quidam vero alius de circumstantibus mucrone corpus Regis perforavit. Supradictos autem nuntios, scilicet Jubaldum Mann, et Edulphum (eo quod post veritatem agnitam semper beato Martyri, veritatis assertori, ut vero Domino, veritatis imitatores adhæsissent) detestabiles ministri ejusdem Brithfardi gladio interemerunt. Nec mora, idem Brithfardus divino judicio percussus, statim amens effectus est: et nec ad Reginæ matrimonium attingere, nec ad Regiam dignitatem sublimari a Domino permittitur.

ab hoc ad colloquium invitatus,

inter oscula occiditur

f

Occisore amentia punito,

3 Passus est autem Kalendis Junii, et pretiosum C corpus terræ relinquens, gloriosam animam cœlo intulit. De loco autem, in quo innocenter occisus est, columna lucis usque ad cœlum porrecta, omnibus incolis loci illius apparens, per triginta dies stabat perspicua. Delatum est autem corpus Martyris, ab his, qui tunc præsentes aderant, ad monasterium de Rependon; et in mausoleo avi sui Wiglavi *g* condigno honore et summa reverentia est humatum. Nec multo post specialis filius et Martyr Regis superni, ad specialem filiam Romanæ Ecclesiæ, ecclesiam videlicet *h* Eveshamensem, divina disponente gratia est translatus: ut locum, quem Kenredus Rex regia potestate regiæ libertati donavit, ejusdem Regis consanguineus, B. Wistanus, ut alter quodammodo substitutus Patronus, regia potestate protegeret, et Martyris præsentia sanctificaret.

corpus columna lucis honoratur,

g

depositum Rependoni,

h

dein Eveshami

4 Cum autem B. Wistanus martyrio, ut præfertur, coronaretur; omni anno per unam horam illius diei, qua gladiis impiorum occubuit, in eodem loco ubi columna lucis apparuit; capilli, quales videntur in capite hominum *i*, oriuntur; ut per capillos, a capite ejusdem adolescentis avulsos, in eodem D loco effusos et dispersos, qui a fidelibus tunc ibi præsentibus colligi non poterant, adhuc tamen ibidem permanentes, et annuatim crescentes, veridica Salvatoris approbetur sententia, qua dicitur, quia capillus de capite vestro non peribit. Et cum multi Martyres capitis abscissione martyrium compleverunt; iste non abscisso capite, sed tantum cono capitis quassato, in modum coronæ victor occubuit. Cum enim *k* Balduinus Archiepiscopus Cantuariensis super prædictis certificari vellet; instante die natali ejusdem Martyris; misit illuc viros religiosos et fide dignos, qui illuc accedentes per spatium unius horæ diei passionis suæ; in eodem loco circa capellam, quæ ibi sita est, inter herbam viridem capillos quasi hominis, quos manibus suis palpaverunt et ore osculabantur, videre meruerunt. Et iterum post modicum nihil in eodem loco nisi solam herbam perspexerunt.

ubi capilli ejus sparsi quotannis renascuntur.

i

Luc. 21, 18.

k

5 Cum enim *l* Walterus Abbas, qui primus Francigenarum Ecclesiæ præfuit Evishamensi, multas Sanctorum invenisset Reliquias, igne illas probari decrevit. Reliquias etiam B. Wistani, de cujus sanctitate dubitabat, in ignem copiosum immisit. Sed E Dominus ita illas illæsas conservavit, ut flammis divisis intactæ permanerent, colorque in ossibus mutatus non est. Unde perterritus Abbas, tremulis manibus testam capitis gloriosi Martyris, cum ab igne ad locum pristinum deportaret de manibus ejus subito in terram cecidit, tantumque rivum sudoris emisit, quantum aliquis virorum quolibet accidenti de se emittere posset. Quo viso, omnes Dei laudantes magnalia, voces ad sidera tollunt, et caput cum ceteris membris in feretrum honorifice reponunt.

l

Reliquiæ ab igne illæsæ permanent.

ANNOTATA.

a Martyr, *ex communi olim consuetudine quia violenta morte occubuit.*

b *Imo avo* Witlasio *Rege, et patre* Wimundo, *ante avum defuncto, ac proinde non obtinuit regimen Merciorum, nisi sub patre, et forsan in aliqua Merciorum provincia; unde potuit* Rex *appellari.*

c *Imo avo, cui debuisset succedere.*

d *At* Bertulphus, *frater Witlasii, fuit constitutus Rex Merciorum.*

e Brithfardus, *alius* Berfertus, *filius Bertulphi, tunc regnantis.*

f Conus *dicitur*, Apex galeæ, *forsitan a figura, pineam nucem referente, hic autem sumitur pro* Vertice capitis. F

g *Alius* Witlasii, *ut supra dictum.*

h Eveshamense cœnobium, *in Wigorniensi Comitatu et Hundredo Blakenhursto, ad Avonam fluvium, a Rege Merciorum Kenredo et S. Egwino Episcopo Wigorniensi, circa annum* 708 *constructum.*

i *Etiam hoc miraculum in suo Martyrologio descripserat Witfordus, loco superius signato per .... cujus ibi verba idcirco omisimus exhibere, quod sensum commodum non facerent; ita digesta, ac si capilli isti, miraculo e terra nascentes, succrescerent* ex capite Martyris, juxta capitis adipem, adeo firmiter, ut nemo hominum avellere queat aut frangere, aut etiam die mox sequenti.

k Balduinus, *post 8 annos Sedis mortuus dicitur, anno* 1191.

l Walterus, *ex Monacho cœnobii Corasiæ Abbas præfuit fere octo annos, mortuus* 19 *Januarii anni* 1086, *vide monastici Anglicani tomum* 1 *pag.* 151.

DE S. SYMEONE,

RECLUSO IN PORTA TREVIRENSI.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sanctì ecclesia et cultus; Vita a plurium teste oculato scripta, annique adventus, obitus, et Canonizationis.

ANNO MXXXV.

Est in urbe Trevirensi Ecclesia Collegiata S. Symeonis, *eaque una ex septem dudum eminentioribus, de cujus situ et consecratione Joannes Eren et Joannes Schekmannus in Epitome seu Medulla Gestorum Trevirorum anno* MDXVII *excusa, hæc scribunt.* Ecclesia S. Symeonis Confessoris, juxta portam nigram sive Martis, magnis quadratis lapidibus et grossis quidem fabricata est. Primum turris erat altissima, ut adhuc apparet, et locus munitionis, quam inclytus Præsul Poppo vertit in domum orationis. Nonam etiam S. Michaeli dicata, sortita est nomen Symeonis, ex frequentibus miraculis, quibus sacer Symeon coruscaverat: multis gradibus ascenditur ad eam. Sumptuosissima tecta per singula habitacula loci illius erecta sunt, non petris, sed plumbo. Hic Symeon Syracusis oriundus fuit. Constantinopoli litteras didicit, Hierosolymas septem annis ductor peregrinorum fuit; Monachus præterea in monte, ubi legem Moyses in tabulis lapideis percepit; post ductus ad Treverim, per inclitum Popponem Archiepiscopum Trevirorum, et eidem turri inclusus, tandemque in ea sepultus, anno Domini MXXXV obiit. Hunc canonizatum iri procuravit inclitus Poppo prædictus a sancta Sede Apostolica, exigentibus illud miraculis continuis. Anno MCCCC, nona die Januarii, aperta fuit tumba S. Symeonis, nec inventum corpus ejus, præsidente in Metropolitana Sede Trevirensi Wernhero Archiepiscopo. *Dein variis de Poppone Archiepiscopo, interpositis, enumerantur titulo secundo* Reliquiæ hujus Ecclesiæ potiores seu majores, *his verbis.* De sancta Cruce præstans particula. Caput S. Symeonis, birretum ejus, unus calceorum ejus, scapulæ ejus, spina dorsi integra, et alia membra ejus: item cilicium ejus: de cerebro S. Symeonis, de sudario ejus. Et multæ aliæ Reliquiæ, de instrumentis passionis Christi et vestibus, de Apostolis, Martyribus, Confessoribus, Virginibus, quas hic ad unguem prosequi inutile rati sumus...... Ostensio Reliquiarum fit quarta feria in Hebdomada pœnosa. *Hæc illi. Etiam apud Abbatiam S. Maximini, inter Reliquias, in Analectis post Vitam 29 Maji num. 9 enumeratas, recensentur aliquæ de S. Symeone Confessore* Trevirorum: item articulus digiti ejusdem: item pars scapulæ ejus: item vitta seu birretum lineum ejusdem.

Ecclesia S. Symeonis

B

hujus elogium.

Canonizatio,

reseratio tumba

C

Reliquiæ exponi solitæ

2 *Vitam et miracula* S. Symeonis *scripsit* Eberwinus, Abbas S. Martini in urbe Trevirensi. *Ita antiquissimi omnes MSS. attestantur, quorum aliquis extat in ipso S. Martini monasterio; alius (ut sub finem legitur) est descriptus anno* MCLXXXVIII, *in quibus est hujusmodi titulus.* Præfatio Eberwini Abbatis S. Martini in Vitam S. Symeonis. *Idem scripsit Vitam S. Magnerici Trevirensium Archiepiscopi, in Ecclesia S. Martini hujus monasterii a se fundata sepulti, a nobis die XXV Julii dandam, in qua ejus [illegible] sus similis apparet. Præterea in Actis S. Richardi* **Abbatis S. Vitoni dandis XIV Junii, dicitur et in itinere Hierosolymitano [illegible] referuntur ab Hugone Flaviniacensi cap. 20 et 26** *Chronici Virdunensis tom. 1 Bibliothecæ MSS. Labbei nostri. Porro Richardus Wasselburgicus, in suis Antiquitatibus Galliæ Belgicæ et Episcoporum Virdunensium, asserit fol.* CCXX, S. Richardum abiturum Hierosolymam, primo venisse Trevirim, ibique assumpsisse comitem itineris hominem sanctum, nomine Eurinum, dicti loci Abbatem. *Ita varie nomen scribitur,* Eberwinus, Everwinus, Everbero, Ebroinus, Eurinus, Ebrewinus. *In hac peregrinatione adjunctus illis Antiochiæ socius S. Symeon, ut infra num. 13 dicitur, exponit per ordinem, quæ sibi adjuncta essent, vel quæ contigissent. Hinc in Prologo testatur se scribere, quæ ex ejus ore audivit, et num. 8,* se huic operi adjungere, quæ suis temporibus in monasterio montis Sinai sibi retulit contigisse. *Prætera num. 19 Eberwino ad se vocato exponit Sanctus, quæ de sua sepultura desideraret fieri: et num. 20, continuus de morte ejusdem [illegible] se ait,* infirmum corpore, et debilem invalitudine pedum, et reperisse adhuc viventem, et jam ultimum spiritum trahentem; *et exequias, seu preces tunc recitari solitas,* expendisse. ***Quæ nullo modo dici possunt*** *de priori absente Abbate Theologiensi seu Dologiensi, de quo monasterio mox ad Vitam S. Conradi designati Archiepiscopi Trevirensis agemus. Vita ergo hæc ab Eberwino, Abbate Trevirensi S. Martini, scripta est;* ***et quidem proximis ab obitu Sancti annis, cum miraculis quibus tunc clarebat; et, ut Canonizatio impetraretur, Romam ad Summum Pontificem delata. Illis vero aliqua deinde miracula adjuncta sunt, potissimum ultimum, quod vadit contigisse anno*** MLXXXVI.

Vita scripta ab Eberwino Abb. S. Martini Trevir.

ex certa scientia,

E

proximis ab obitu annis

3 *Acta hæc integra, cum dictis miraculis, damus ex MS. codice Ultrajectino, in quo sub finem ista annectuntur.* Habetis omnia Divi Symeonis miracula, et totam ejus Vitam: nihil deest neque Vitæ neque miraculis, sed omnia de verbo ad verbum habetis, ut scriptum est, et habetur in libro originali Ecclesiæ Sancti Symeonis. ***Eadem autem omnia continentur in eisdem Actis, ex Hollandia nobis transmissis,*** *et forsan ex codice Ultrajectino descriptis. Omissis vero illis miraculis, quæ capite IX sive ultimo habentur, eadem Acta leguntur apud Laurentium Surium, sed, ut præfatur, mediocriter [illegible] stylo. Ex Surio autem accepit Octavius Cajetanus, et inseruit Tomo 2* ***de Vitis Sanctorum Siculorum. Nos omnia ea habemus*** *primigenio stylo, non solum in prælaudatis MSS. sed etiam in quodam vetusto MS. nobis per Dominum Gaulterum Gelduorum [illegible] Cancellarium donato, nec* ***non in Legendario perquam insigni, quondam Valcellensi,*** *nunc nostro, cujus mentionem sæpe facimus mense Majo, sæpius eamdem iteraturi usque ad finem operis, prodiit enim per menses singulos [illegible] in plures tomos. Eadem quoque Acta habemus ex MSS. Trevirensibus Carthusiæ [illegible] S. Maximini, sed in loco [illegible] miraculorum [illegible].* ***Contulimus etiam illa ipsa Acta cum quodam MS.*** *Romano Suecico, in [illegible] quarta exarato. Insuper habemus eadem Acta usque ad num. 28 in alio insigni codice litteris BB. signato, tempore transumpta*

datur ex variis MSS

F

cum Actis canonizationis,

et elevationis.

sumpta ex MS. monasterii Bonifontis in diœcesi Remensi. Denique, sine Prologo et capite ultimo miraculorum, inventa sunt eadem in Bibliotheca Cæsarea Viennæ. Hisce subjungimus, quæ contigerunt circa Sancti Canonizationem, descripta ex MS Codice Ecclesiæ ipsius et Annalibus Trevirensibus Christophori Broweri. Demum Historiam elevationis, factæ anno MCCCC, *auctore Friderico Præposito S. Paulini (qui eidem elevationi interfuit) damus ex eodem codice Ecclesiæ Symeonianæ desumptam. Nec omiserim indicare, varia huc spectantia contineri in duorum Sanctorum Actis, hoc mense Junio elucidandis, scilicet S.* Meinwerci, *Paderbornensis Episcopi die* V, S. Richardi, *Abbatis S. Vitoni supra relati*, XIV. *His pro die* XVI *addi possent Acta* Popponis *Archiepiscopi Trevirensis, qui cum S.* Symeone *longum iter Hierosolymam usque peregit, indeque reversum eumdem a se Turri nigræ inclusum fovit, ac postmodum ejus Canonizationem procuravit, atque Eberwinum in ejus gestis et miraculis illustrandis plurimum juvit; ut ipsa merito fuerint ab Auctore inscripta, illi, qui et Ecclesiam ipsi fabricavit, et Canonicorum in ea fundavit Collegium, et ad pedes, jam Sancti declarati sepeliendum se curavit, sed cur prædicta illius Acta non audeamus tamquam* Beati *aut* Sancti *dare, licet in titulo sic vocetur, rationem reddimus inter Prætermissos.*

Ejusdem alibi mentio

4 *Memoria porro S.* Symeonis *reperitur deinceps Martyrologiis passim inserta. Habemus nos unum valde illustre, sub nomine Usuardi, ex quo Molanus suum crevisse et auxit quodque præ aliis nobis visis hactenus antiquius æstimavimus; nunc autem cogimur mutare sententiam; quia ibi reperimus elogium S.* Symeonis; *sed cum solo titulo* Beati, *unde conjectura verosimili opinamur, ipsum quidem ante ejus Canonizationem, sive annum* MXLII, *id est intra annum ab obitu Sancti septimum, fuisse exaratum, non autem citius. Elogium illud est hujusmodi.* Treveris civitate, depositio Beati Symeonis Monachi, qui profectus ex monasterio in Monte-Sinai constituto, Rectoris sui obsecundans imperiis, inque memoratam Metropolim deveniens, non paucis annis remotiorem vitam strenue exercuit; tandemque vocante Domino ad cœlestia migravit, quo se feliciter vivere, miraculorum celeberrima testatur exhibitione. *Sunt et alia apud nos plura Martyrologia, nomen Usuardi et Atonis præferentia, in quibus sic legitur:* Treveris civitate depositio S. Symeonis Diaconi, Monachi, Inclusi, *aut* Reclusi in Turri nigra. *Imo in Beda vulgato, expresse legitur,* Treviris S. Symeonis Reclusi: *quo nostra de illius Martyrologii suppositione sententia, ante 2 Tomum Aprilis indicata, valde confirmatur; cum quadringentis annis ante S. Symeonem e vita decesserit Venerabilis Beda. Istos antiquiores, secuti sunt passim recentiores Martyrologi, quorum catalogum texere tædiosum foret.*

Nomen in supparis ævi Martyrologio,

et aliis variis

5 *Joannes Trithemius, in Chronico Hirsaugiensi, asserit,* Symeonem anno MXX claruisse, in civitate Trevirensi inclusum, ejusque Vitam descripsisse Evervinum Abbatem de Doleia, et anno MXXXVII mortuum. *Ubi tria simul menda accumulantur, exiguam scriptoris illius accurationem, alias sæpe notatam, testantia. Nam anno* MXXVIII *inclusus est, et anno* MXXXV *vita functus* Symeon: *Vitam vero scripsit Eberwinus Abbas, non Theologiensis, ut supra ostendimus, sed Trevirensis S. Martini. Baronius,* ad annum MXXXVII, et mortuum scribit, et in numerum Sanctorum relatum; ac res præclare gestas extare apud Surium, omni fide consignatas. *Verum si otium ei fuisset ad eas ipsas relegendas, scivisset obiisse Sanctum anno* MXXXV, *relatum vero esse in numerum Sanctorum, post septem ab obitu annos, scilicet* MXLII *Browerus quoque in Annalibus Trevirensibus, seductus a fallaci inscriptione, mortem retulit ad annum præcedentem* MXXXIV; *secutusque Trithemium, uti et Cajetanus noster, auctorem Vitæ fecit* Abbatem de Doleia, sive Theologiensem: *quæ omnia ex supradictis ipsisque Actis corruunt. Idem Trithemius, lib. 3 de viris illustribus Ordinis S. Benedicti, eumdem Symeonem ipsis inserit; et vel oblitus vel corrigens notata in Chronico, Vitæ scriptorem facit* Eberwinum Abbatem Trevirensem, *ac Sanctum ait* claruisse anno Domini MX. *Trithemium sequuntur Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus. Sed ex Actis non satis constat, eum vixisse secundum regulam S. Benedicti; neque id præsumi debet, nisi aliunde saltem probetur tum Benedictinos habitasse in Monte Sina, aut Bethlehemi in Palæstina.*

Trithemii et aliorum menda.

An Benedictinus?

6 *Codex MS. Carthusiæ Trevirensis, omisso Prologo, præponit sequentia Disticha, quæ in alio MS. ex Hollandia ad nos misso, una cum Prologo referebantur, uti hic subjungimus, licet non satis elaborata.*

Prologus Vitæ metricus.

Perlege mente bona (moneo) hæc, præclare viator;
  Namque preces dulces hæc tibi charta refert.
Quæ aures mulcebuntque tuas, ceu cantus amœnus,
  Omnibus atque rebus frugiferæque magis.
Hic puer, hic discas et normam recte vivendi,
  Præclari exemplo nunc Symeonis hujus.
Huc igitur propera: variis hæc prata redundant
  Floribus, haud humile stirpe viri geniti.
Dæmonis adversus laqueosque profecto dolosos
  Nunc (mihi crede) utilis, ingeniose puer,
Qui insidias nostræ sine fine parare saluti
  Nititur, et nobis nocte dieque malum;
Atque, lacessiti semper de more leonis,
  Fugit, et intendit reticulosque homini.

VITA

Auctore Eberwino, Abbate S. Martini Treviris.

Ex VIII *codicibus MSS.*

PROLOGUS.

Domino et Venerabili Popponi Archiepiscopo, frater Eberwinus, Abbatis nomine indignus, devotos utriusque hominis famulatus. Mones; imo jubes, sanctissime Pater, ut impar ingenio, stultus eloquio, aliquid de vita et conversatione et obitu viri Dei Symeonis, et de miraculis, quæ per eum Dominus operatus est, edisseram: multisque, ad laudem et gloriam Domini desiderantibus scire, notum faciam. Fateor grande onus mihi infirmo imponis: maxime cum toto corpore debilis tremendum Dei judicium pertimescam, si aliquid falsitatis confingam. Confisus igitur de Dei adjutorio, tuis jussionibus, quamvis tremens, obtempero; plano, brevi, et simplici sermone describens, quæ vel ipse ex ejus ore audivi, vel a fidelibus viris ab ipso audita, sive de miraculis visa, didici. Tui igitur examinis est judicare, si istud tantillum opus jubeas in publicum venire; sive tuis Scholasticis ad corrigendum, exornandum, dilatandumve tribuere. Quidquid enim in me reprehendetur, tibi potius præcipienti, quam mihi obedienti necessario imputabitur.

Auctor jussu Archiepiscopi scribit

certo sibi cognita

CAPUT I.

Pia educatio. Peregrinatio. Vita eremitica et monastica variis locis.

Igitur vir Dei Symeon, patre Græco, Antonio dicto, matre Calabrica, in Sicilia civitate Syracusana progenitus, a nobilissimis et Christianis parentibus Christianiter est educatus. Cum vero bonæ indolis puer septem annorum esset, a patre, qui militaturus erat.

Syracusis natus,

A

eruditus Constantinopoli,

erat, Constantinopolim deducitur; ibique eruditissimis viris sacris imbuendus litteris traditur: et in timore Domini diligenter enutritur. Adultus itaque incremento virtutum indies cœpit augmentari: vidensque quosdam ex nostris partibus, desiderio infatigabili currere ad sepulchrum Domini; desiderabat et ipse pro nomine Christi peregrinari. Despectis ergo, cunctis mundi vanitatibus, abjectis desideriis carnalibus, domum, patriam, parentesque relinquens, pauper pauperem Christum sequi cupiens, sanctorum gratia visitandorum locorum, Hierosolymam venit; ubi infatigabili desiderio, quo venerat, loca passionis resurrectionis, atque ascensionis sæpius frequentando, aliquamdiu mansit.

adultus abit Hierosolymam,

3 Post hæc cum Hilario quodam sanctissimo viro, qui pro hoc negotio *a* ibidem habitabat, per septem annos ductor peregrinorum fuit. Jam jam quidem, totus in amore Christi fundatus, requisivit, si illis in partibus aliquis inveniretur, pro nomine Christi solitarius; cujus instrui moribus, cujus subdi valeret dogmatibus. Audivit quemdam super ripam fluminis Jordanis, in cujusdam reclusione turris, commorari, virtutibus præclarum, sanctitate conspicuum. Illum ergo tota mentis intentione sitiens, illius alloquio atque consortio frui concupiscens, requisitum reperit, inventum dilexit; eique tota dilectione adhæsit; et ei quantum potuit devotissime ministravit.

a

et ibi deducit peregrinus 7 annis.

B

recluso serviens,

4 De illo Christi servo vir Dei Symeon multa solitus erat narrare: et quod prophetiæ spiritum habuisset, plenius his verbis edicere. Cum quadam die in inferioribus ejusdem turris partibus habitarem, et mulierculas, quæ camelos et cetera animalia in flumine adaquare venerant, inaniter et lascive per fenestram prospicerem; per spiritum, quidquid vanitatis retinerem in corde, vir Dei in superioribus manens, et me omni modo videre non valens, cognovit; factoque signo in loco quo verba loquentis audire possem, evocavit, mihique stupenti, quæ egeram vel cogitaveram, increpando retulit; atque tali sermone dulciter corripuit: Quid tibi fili prodest, patria bona reliquisse; si mundi desideria et carnis illecebras in corde vis retinere? Si ergo cupis discipulus Christi fieri, non debes deinceps vanitatibus mundi implicari. Decet enim Dei servum, spirituali virtute esse circumseptum, ne callidus tentator decipiendi inveniat aditum. Cumque inter has et alias sermocinationes verecundo me videret rubore perfusum. Noli ait, noli fili timere, bonam spem, per Dei gratiam, habeo de te. Tuum est enim contra hostem pugnare, Dei est, auxilium præbere ut possis evincere. Credo in Deo meo, quia majora tibi parantur certamina; sed confide, quia divina præsens aderit clementia. Et inter cetera, Deus, inquit, retribuat tibi carissime servitium, quod mihi per hos annos impendisti: ego vero, quia frequentiam populi amplius non possum pati; cedendum est mihi alio, ubi secretiori possim vivere loco; inter turbas enim frequentantium neutiquam valeo implere propositum. Cumque multis lacrymis illum rogarem, ut quocumque iret sequi possem, non assensit; sed, me ad alia occupato, aufugit; meque, ignorantem quo abiret, occulte reliquit.

et per fenestram prospiciens, ab eo corripitur:

C

[illegible] fugiente deserto,

5 Igitur Symeon Dei famulus, tanto Patre viduatus, cogitare cœpit, quid ageret; anxiari, quo se verteret; nec erat qui nutantem animum consolaretur; unde magis magisque turbabatur. Jam tunc eremiticam et solitariam vitam concupierat: sed quomodo inciperet fas non erat. Igitur Vitas Patrum frequenter legens et relegens, intellexit nullum in eremo sibi posse præesse, nisi prius in monasterio didicerit subesse: nec perfectum aliquem fore in contemplativa, qui exercitatus non fuerit in activa vita. Consolatus ergo, Bethleem, nativitate Christi præclaram civitatem, adiit; seque in monasterio S. Mariæ Monachum fieri expetiit, quod et obtinuit. In omni ergo monasterii districtione probatus, atque Diaconatus officio functus; post duos annos, ad aliud monasterium, quod est situm ad radices Montis Sinai, in eo scilicet loco ubi S. Moyses ardentem vidit non ardere rubum, secessit: ubi ab Abbate receptus, per aliquot annos in servitio Fratrum mansit. Crescente siquidem desiderio Abbatem humiliter rogavit, ut liceret eum in aliquo secretiori commanere loco, et impetravit. Super ripam igitur Rubri maris parvulam sibi speluncam in quadam rupe invenit, ubi per duos ferme annos solus habitavit. De monasterio vero, secundum numerum dierum, numerus sibi omni Dominica mittebatur panum: aqua stillans de rupe sitienti haustum præbebat: hoc pastus edulio, aliquamdiu in eodem mansit loco.

D

S. EBERWIN EX MSS. Monachus et Diaconus, Bethlehemi, circit annis 3,

tum in Monte Sina annis aliquot:

dein solitarius prope mare Rubrum an. 2

6 Cum vero a navigantibus, vel etiam ab his, qui propter varios usus sanitatum oleum colligebant quod firma de petra prope speluncam illius fluebat, frequentari cœpisset; Fratrem quoque qui sibi panem deferebat frequentatione et longitudine itineris fatigari vidisset; sciensque se homines amplius latere non posse, ad monasterium repedavit; et juxta cujusdam viri sancti habitationem cellulam sibi acquisivit. Hujus fidei se totum commendans, et magistrum eum post tantos labores adoptans, illius vivebat imperio: quippe qui eum aliquando ab oratione, lectione, vel opere vacantem paterne reprehendebat; et quasi noviter conversum, instanter arguebat *b*. In vertice autem Montis Sinai, eo videlicet loco quo Moyses gloriam Domini, vidit et legem in tabulis lapideis scripsit, aliud monasterium erat, quod propter Arabitas incursantes, qui per illam eremum semper vagantur, omni habitatore desertum remanserat: ubi, post hæc exercitia, vir Dei Symeon mittitur, et ubi moretur præcipitur.

redit ad Montem Sinai,

E

b

et in vertice ejus solus degit:

7 Impletur quod jubetur: et nunc machinamenta antiqui hostis perpetitur. Nocturnis horis Missam ut celebret dæmon hortabatur: ipse, non plene dormiens, nec perfecte vigilans, contradicit; non debere sine Presbyterii ordine aliquem hoc ministerium implere. Econtra inimicus instat, se Dei legatum esse, Christum hoc velle; nec decere sanctum locum ministerio tali diutius privari. Renitentem ergo et contradicentem, adjuncto sibi consortio alterius diaboli, de lectulo educunt: ante altare jam vigilantem statuunt, Missam indicunt. de Stola utrimque altercatur. Hostis, more Presbyteri, Symeon more *c* Diaconi, contendebat sibi imponi. Tandem Dei famulus ad se reversus virtute orationis et signaculo sanctæ Crucis, inimicum repellit, seque delusum ingemiscit.

tentationes dæmonum.

F

oratione et signo Crucis repellit:

c

8 Post hæc ad monasterium regressus est, suoque magistro iterum subditur; cui [illegible] insidias diaboli, districtiori se abstinentia constringit; per aliquot hebdomadas, in die tantum Dominica cibum sumens. Regula autem monasterii talis erat, ut non prohiberetur quicumque jejunare vellet. Dignum ergo duxi huic operi adjungere, quod suis temporibus in eodem monasterio mihi retulit contigisse. Per totam Ægyptum orta est fames valida, ita ut in sola civitate *d* Babylonia mortuorum corpora numerarentur usque ad centum millia: civibus, refertis auro, gemmis, ceterisque ornamentis, morientibus præ inopia panis. Fratres, igitur monasterii, pro tempestate constricti, ex toto corde Deum invocant; ut qui filios Israel in eodem deserto paverat pane cælesti, se [illegible] dignaretur misereri. S[illegible] consilio, cum psalmis et orationibus ad modicam cellulam, qui superfuerat frumenti, accedunt, et quæ ab Abbate in mandatis acceperant, ut

regressus ad monasterium

tantum die Dominica comedit

famem [illegible] millions hominum.

A. FRERWIN. EX MSS. *frumentum in monasterio non deficit.*

A ut unusquisque quo abire vellet licentiam haberet, unanimiter se consolantur, ut quamdiu unum granum ibi inveniri posset nullus recederet. Mira res! Ab ipsa die usque ad novum fructum non defecit illud frumentum, cum quotidie sumeretur: et non solum victui Fratrum parabantur, verum Arabitis, qui cum mulieribus et parvulis clausuram monasterii obsederant, abundantissime distribuebatur. Sed ad propositum redeamus.

ANNOTATA. D. P.

a Ituleni *id est Hierosolymis: ita legitur in MSS. S. Maximini et alio nostro; et hic casus cœpit. Apud Surium legitur* in Lycaonia; *in aliis MSS.* Laodicia, *et intelligitur Laodicea urbs ampla Syriæ ad Orontem fluvium. At Lycaonia aut regio Asiæ minoris, aut urbs Phrygiæ minoris procul aberant, et perperam intrusæ hic sunt.*

b *Hugo Flaviniacensis in Chronico Virdunensi cap.* 26 [illegible] Monachis in monte Sina moris est, die Dominica [illegible], et Missa celebrata [illegible] semper Fratres dimittere, ob exequias sacri corporis S. Catharinæ, B quibus [illegible] Fratres succedunt [illegible] oleum quod de illo effluere non desinit, vitreo vase supposito, de alimentis [illegible] reservandum, [illegible]. Inter quos [illegible] B. Symeon [illegible] septimanæ [illegible] [illegible] et [illegible] Trinitati. Rodonum [illegible], *Hugo.*

c *Vocant Præsules* [illegible] *Stola* [illegible] *ante pectus; Diacono, per humerum dextrum defluit ante et retro, colligiturque sub axilla sinistra:* [illegible] *hoc* [illegible], *dæmoniacam illusionem censendam, qua quid suadetur contra* [illegible] *majorum.*

d Babylonia [illegible], *ad Nili bifariam se dispertientis,* [illegible] *Delta* [illegible], *a monte Sina 270 millibus passuum circiter distat.*

CAPUT II.

C

Iter in Gallias destinatum, variis periculis expositum.

In loco solitario degit,

Vir itaque Domini Symeon, omnes labores suos quasi nihilum ducens, et amore solitudinis interius ardens, de monasterio [illegible] exiens, eremum perscrutatur; et ubi sine humano auxilio solus vivere posset, inquirit diligenter, et speculatur. Itineris [illegible] in vestigio nullo [illegible] impresso, [illegible] potuit [illegible], ne [illegible] vel ab aliquo posset inveniri. [illegible], quem secum portabat, lassus [illegible] se diu non posse vivere [illegible] sustentatione, gaudens resumebat. Tandem de altissimis rupibus deorsum spectans, parvissimam planitiem, contra morem eremi raro gramine virentem, respicit: seque illuc, non sine magno periculo, deponit. Parvum fontem reperit: Deo gratias reddidit: ibique manere disponit. Deliciæ, quas secum detulerat, erant Psalterium, sanctum Evangelium, vas ad potandum, panis, semina caulium: præter pauca vestimenta nihil aliud possidebat. Data semina, post dies triginta, jocundum sine igne præbuerunt victum. Cum capreolis et aliis eremi bestiolis, ne sibi caules auferrent, cum ad potandum venissent, frequens habebatur prælium. Post multos ergo dies ab Abbate requiritur, ubi Frater Symeon haberetur. Responsum a D quodam Fratre est, in eremo illum esse, se scire; sed ubi locorum, nescire. Ad requirendum Fratres circumquaque mittuntur: et ut ad monasterium revertatur per obedientiam mandatur. Diu requisitus, vix post aliquot dies invenitur: et, secundum Abbatis præceptum, ad monasterium regreditur.

sed jussus ad monasterium redit.

indeque destinatus in Galliam, a

10 Interea Fratres aliqui, pro necessitatibus loci Occidentalibus partibus directi, moriuntur. Pecunia, pro qua Fratres aberant, quæ de terra Richardi *a* Comitis Normanniæ, monasterio debebatur, ab ipso diligenter conservatur; et ut aliquis fidelis Frater mitteretur, qui eam monasterio deferret, per legatos mandatur. Communi consilio ad hanc obedientiam, famulus Dei Symeon destinatur. Ille prius renuere, aliud sibi animo decrevisse, multum abesse sibi vanitatibus hujus seculi deinceps immisceri: propositum, quod retinebat in corde, ut liceret implere, quibus poterat verbis humiliter cœpit precari. Cum vero prædicaretur non suam voluntatem, sed Præpositi eum sequi debere jussionem, assensum præbuit; sed [illegible] per visionem agnovisse, illud iter inutile fore; multa se adversa in via pati debere, quod et contigit. Nam cum, paraturus quæ ad navigandum erant necessaria, Babyloniam venisset, a portariis tenetur; et, quasi ignotus et patriæ delator, cum sua suppellectile ad palatium ducitur, trahitur, calumniatur. Expurgatus igitur de quibus criminabatur, liber abire jubetur. Portarius, quod virum innocentem ad sedem adduxerat Imperialem, tunditur, colaphizatur, propellitur. Igitur famulus Dei Symeon libertate donatus, per aliquot dies in civitate moratur.

Babylonem explorator detinetur, E

et liberatur:

navim ingressus admonitusque de piratis,

11 Interea naves de Venetiis illuc cum mercibus venerant: hanc compositis rebus cum quodam Fratre Monacho intrat. Cum igitur prosperis ventis per Nilum navigatur, forte aliæ naves obviant; in illis et illis locis piratas, ad prædam congregatos, nuntiant: illorum gladios evadere non posse, nisi per aliquod tempus, dum segregentur, libeat eis navigationem exspectare. Cumque aliæ atque aliæ naves eadem frequentarent; et nauta, confisus in sua virtute et armis, non attenderet; famulus Dei Symeon, proprio eum vocans nomine, dixit; Si tibi frater, de cœlo Christus Angelum misisset, tu territus aspectum illius ferre non posses: nunc vero quia hodie, heri, et perendie, non unum, sed plures legatos misit tui consimiles, legationem Dei non negligenter suscipere deberes. Crede consiliis meis, et F vel per istos tres dies expecta: fortassis ab isto periculo liberabit nos miseratio divina: quod si non feceris, et te et nos omnes perdis. Ille ergo, non acquiescens omnimodis, sequenti die in latrones incidit. Ab hora diei tertia usque ad prope horam nonam utrimque debellatur: sed cum latrones viderent se pugna nil prævalere, ad dolos convertuntur: ut in navim recipiantur, pugnaturi adversus alios latrones, humiliter exposcunt; contradicente Symeone famulo Dei, ne in navim recipiantur. Depositis igitur armis, et omnibus quasi post laborem quiescentibus, prædones, qui novem erant, unanimiter insurgunt, et gladios impie stringunt: fortiter undique feriuntur; inimica cædes exercetur: ipsi quoque navarcho primum caput amputant, ceteros crudeliter mactant, omnes pariter occidunt et jugulant: solus Christi famulus Symeon in puppe stat: illum qui non deserit sperantes in se, toto corde exorat: ab omnibus acclamatur, ut inimicus consiliator perimatur: ut caput amputet, ferus gladiator adest. Ille, rejecta veste, projecit se in flumen. Multa post illum jacula jaciuntur: sed non potest perire, quem Christus vult salvare. Per fundum graditur, psalmus in corde ruminatur; In mari via tua,

moram frustra suadet

Sociis post pugnam fraudulenter cæsis,

A tua, et semitæ tuæ in aquis multis. Ergo per vices natando, per vices in fundo gradiendo, in littore, valde lassus, tandem nudus exponitur.

natando nudus evadit.

12 Post hæc ad vicum qui proximus erat tendit; si homines illi Christiani an Pagani essent, scire non potuit. Instructus enim Ægyptiaca, Syriaca, Arabica, Græca, et Romana eloquentia, linguam illius gentis intelligere non potuit. Biduo ita nudus mansit: tertia die quidam ex ipsis hominibus miseratus, vilissimum vestimentum illi projecit: quo indutus, per multas tribulationes et angustias, Antiochiam venit: ubi a fidelibus viris caritative susceptus, induitur, amplexatur et honorifice sustentatur. In brevi Patriarchæ et ipsis Principibus habetur notissimus: omnes enim qui eum noverant, quasi dulcissimum Patrem venerabantur et diligebant.

Antiochiæ honorifice habetur.

13 Eo igitur tempestate contigit *b* Richardum Abbatem, virum perfectis viris imitabilem, piæ devotionis gratia sancta Hierosolymæ velle invisere loca. Dum ergo per Antiochiam iter *c* haberemus, ibique necessitate itineris cogente aliquamdiu moraremur; famulus Dei Symeon junctus est nobis in amicitia, prædictum Abbatem Richardum adoptans sibi in Patrem: cui cum exposuisset per ordinem B quæ sibi injuncta essent, vel quæ contigissent; addidit, nullis periculis vel angustiis se retineri posse, quin Abbatis sui mandata impleret pro posse. *d* Imus ergo et redimus; eumque nobiscum venire paratum invenimus. Cumque in comitatu nostro esset, frequenter injuriatus atque flagellatus, quasi mitissima ovis patienter portavit. Pervenientes itaque usque ad civitatem *e* Belegradam, quæ est in confinio Bulgariorum atque Ungariorum, a civitatis infidelissimo Principe prohibitus est nobiscum transire. Igitur flens, et Deo gratias agens, reliquit nos tristes atque flentes.

b in comitatu Richardi Abb. profectus c

d multaque passus,

e Belgradi detentus invitus:

14 Per multas denique angustias et latronum insidias revertitur usque ad mare; quo transvecto, prosperumque iter faciens, per Romam pervenit in Franciam. A quodam igitur sibi noto Comite *f* Wilhelmo benigne suscipitur; et apud eum aliquamdiu moratur. In illis ergo partibus quidam Monachus Cosmas *g* nomine, vir sanctissimus, quem secum de Antiochia adduxerat, moritur: unde multum contristatus cum recogitasset, quia [illegible] dispositione Dei, post multas lacrymas consolatur. Destitutus vero omni humano consilio, totam spem suam ponens in Domino, solus venit Rotomagum, C quæ est civitas Nortmannorum nobilissima, S. Audoeni Confessoris corpore et meritis valde præclara: ubi cum Richardum Comitem jam *h* mortuum reperisset, et de pecunia et censu, qui de terra illius pro eleemosyna suo monasterio debebatur, nullum sibi responsum daret; mortificatus aliquantulum, non pro suo labore, sed quod [illegible] montis Sinai frustratus esset tanta utilitate: toto corde conversus ad Deum, quid ageret quærit consilium. Occurrit autem animo ut suum carissimum Patrem, Richardum scilicet Abbatem, nosque suos comites inviseret: quod et fecit. Per longum autem tempus moratus est nobiscum; et, ut leviter concludam, quamdiu apud nos mansit, irreprehensibiliter vixit.

unde Romam venit, f

g

et Cosma Socio mortuo perget Rotomagum h

inde ad Richardum Abb.

ANNOTATA D. P.

a *Hic est* Richardus II Dux Normanniæ, *post longum regimen mortuus anno* 1026. *De ejus et Normannorum pietate Glaber Rodulphus, Cluniacensis Monachus, lib. 1 Historiarum sui temporis cap. 5 ista scribit:* Dona amplissima sacris Ecclesiis pene in toto orbe mittebant, ita ut etiam ab Orientes, scilicet monte denominatissimo Sina, per singulos annos Monachi Rotomagum venirent, qui a prædictis Principibus plurima redeuntes auri et argenti D suis deferrent xenia. Hierosolymam vero ad sepulcrum Salvatoris centum auri libras secundus misit Richardus, ac quosque cupientes illuc devote peragrare, donis juvabat immensis.

ÆBERWIN EX MSS.

b Richardus, Abbas S. Vitoni, *in diœcesi Virdunensi, mortuus anno* 1044 *die* 17 *Junii. De hoc plurimus agitur in Chronico Virdunensi, unde nec intelligitur hanc ejus peregrinationem anno* 1022 *fuisse institutam.*

c *Aderat* Eberwinus *scriptor, hinc reliqua hujus capitis in prima persona pluralis numeri profert.*

d *Relicto S. Symeone Antiochiæ dum eo redirent, uti legitur in Chronico Virdunensi cap.* 20 *et* 23.

e Belegrada, *alias* Alba Græca, *ad confluentias Savi et Danubii in Rascia provincia a Turcis an.* 1442 *et* 1456 *frustra oppugnata, et tandem an.* 1521 *capta, anno* 1688 *a Duce Bavariæ feliciter recuperata, portam Christianis patuisset usque in Thraciam ipsamque Constantinopolim, nisi iterum fuisset amissa an.* 1690.

f *Forsan* Guilhelmo IV, *Pictavorum Comite et Aquitaniæ Duce,* [illegible] *Febr.* [illegible] *ante Vitam S. Gerlaci* [illegible] 14 *cognominabatur* Ferrebrachia, *et ab anno* 1000 *ad* 1030 [illegible] E

g *Hic est* Cosmas [illegible] *in Concilio Lemovicensi* 2. *anni* 1032 [illegible] *monte Sina, et de* [illegible] *expectantes Principem civitatis* [illegible] *ambo ab* [illegible] *bus graves, doctrina Catholicæ fidei perfecti* [illegible] *et litteris Græcis et Latinis ad* [illegible] *Apud Sinam nomen Cosmæ* [illegible] *autem* [illegible] *anno* 1020, [illegible] *Abbatis S. Martialis, a quo primum* [illegible] *inter* [illegible] *hospites illi ex Sina; et ipse tunc recens Abbatiam obtinuerat: unde* [illegible] *tur.*

h *Mortuus Dux erat anno* 1026 [illegible] *Symeon ad eum* [illegible] *hunc autem succedens* [illegible] *Richardus II, solum biennio supervixit, an.* 1028 [illegible] *Robertum* [illegible] *passus, nec habuit successorem.* I

CAPUT III.

Notitia cum Poppone Archiepiscopo Treverensi, Reclusio, Obitus, Sepultura.

15 Interea Domnus Poppo, Archiepiscopus, sanctæ Trevirensis Ecclesiæ nostræ [illegible] devote Prophetam de Christo dicentem, Et erit sepulcrum ejus gloriosum, [illegible] Hierosolymam ivit: huncque famulum Dei eundo et redeundo secum comitatorem ac conviatorem habuit: eique post reditum, in suo Episcopatu quocumque vellet manendi facultatem obtulit, et libentissime concessit. Ex revelatione igitur Dei prospectans sibi locum Symeon famulus Christi, ubi solus posset vacare orationi; in turri quæ antea Nigra-porta vocabatur, parvum tugurium expetiit: ubi Domnus Præsul Poppo, præsente Clero et populo, in festivitate S. Andreæ *a*, eum reclusit, [illegible] erat seculo, devotus [illegible] ut vero credimus, vir sanctissimus, silentio et multis jejuniis attenuavit corpus suum, in primis aliquando solo pane, aliquando vero reficiens aqua infuso legumine. In nostra siquidem terra, propter infirmitatem

Cum S. Poppone Archiepiscopo Hierosolymam abit et redit

Isaiæ. 11 10

a ab eo recluditur in turri nigra.

tatem stomachi, usus est semper modico vino.

[illegible] præstigias dæmonis oratione profligat.

16 Illo etiam tempore non defuerunt graves tentatoris insidiæ. Per noctes enim audiebat rugitus leonum, ululatus luporum, grunnitus porcorum, cæterarumque diras infestationes ferarum, quæ primo impetu facerent, ut eum devorarent. Illud tugurium, et ut verius dicam sepulcrum, immensis clamoribus replebant. Cum siquidem voces audiret, et [illegible], nihil cernere valebat. Expansis denique manibus stans in oratione, cum se nec inclinare nec vertere auderet, nec etiam somnum capere posset, fideli mente conversus ad Dominum, oravit; dicens : Domine, si corpus meum est traditum his feris ad devorandum, scio tamen quia tu [illegible], quam redemisti tuo pretioso sanguine. Confidentem ergo in te, scio quia nulla me vivum extrahent de ista reclusione : quidquid ergo disposuisti de me, fiat mihi secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Respectu igitur divinæ clementiæ, liberatus ab hac infestatione, sensit sibi in proximo aliam adesse. Videbatur nempe sibi, quod vultures, corvi, aquilæ, milvi, et cæteræ volucres cœli congregatæ, id ipsum per fenestras irrumpere vellent : sed cum sæpius facto

alias oratione et jejunio

B impetu nihil prævalerent, ingenti clamore ipsum locum replebant. Voces igitur audiens, nihil penitus videbat. Certus itaque quod diabolus hæc monstra immitteret, ut terrorem sibi incuteret; attentius orabat, et supra vires jejunabat. Liberatus etiam ab hac tempestate, quadam nocte, cum pervigil maneret in oratione, sensit totam fabricam illius turris [illegible] in profundum mergi. Recognoscens vero insidias diaboli, fiducialiter canere cœpit; Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero ad infernum, ades; si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua. Et [illegible] quievit.

[illegible] Ps. 138, 9

17 Alia quoque nocte, cum expergefactus oculos aperuisset, vidit cellulam ipsam immenso lumine fulgere: et primum miratus, cum recordatus esset Apostolum dicentem quod Satanas transfigurat se in Angelum lucis; Domine Jesu Christe, ait, non istud lumen quæro in terris ; sed tuum lumen, quod [illegible]. Corporalibus siquidem oculis ipsum antiquum hostem teterrimum et [illegible] sæpius venientem multimodis argumentis, oratione et signo Crucis repellebat.

in lumine [illegible] fraudem dæmonis : 2 Cor. 11. 14

C

[illegible]

18 Sed cum ipse inimicus nulla infestatione per se valeret nocere, insidias adversus Dei famulum per membra sua mox [illegible]. Tunc siquidem temporis, peccatis nostris promerentibus, nimia aquarum inundantia increvit seculis. Causa periculi hujus Symeon imputabatur ab omnibus : hunc maleficum esse, pro suis sceleribus hoc malum mundo imminere, ut deponatur a *b* Pontifice populus acclamat [illegible] lulam viri Dei properatur, saxa in altum projiciunt; tugurii fenestras obruunt, Symeonem lapidare contendunt. [illegible] sed athleta Christi Symeon, fundatus supra firmam petram, immobilis persistebat; atque Deo gratias reddens pro persecutoribus gaudens orabat. Quantas postea cruces, quantas inibi pertulerit passiones, quis nosse valeat ? quis digne describere queat ? Solus hæc novit scrutator cordium : ipse enim fuit sibi vivere, et mori lucrum.

[illegible] persecutionem [illegible]

[illegible]

19 Interea volventibus annis, vir Dei Symeon resolutionem sui prævidit corporis Denique Domnum Episcopum rogat, ut expensas et operarios, qui sibi lectum componant, mittat : ipse in parte sui diversorii locum sepulturæ parat : Hæc inquiens, requies mea in seculum seculi : hic expectabo diem Domini; hic habitabo, quoniam elegi eam. Paucis postmodum transactis diebus, ipsum ego humilis adii vocatus : et qui pedum illius osculo eram indignus, in cellulam ab eo sum intromissus, Post orationem, amplexus, oscula, et fletus consedimus. Revolvuntur in primis multa de thesauris sanctæ Scripturæ, de orthodoxa fide, de salute animæ : postremo, Revelante Deo, inquit, dissolutionem mei corporis in proximo adesse cognovi. Peto humiliter, ut hoc corpusculum meum his vestibus exuas; istisque quas mihi ad hoc paravi, ornatum reinduas, et in hoc locello diligenter componas. Cui cum obstupefactus responderem, Quid, Pater, si Domnus Præsul ad Domum *c* S. Petri vel ad aliud monasterium te vult sepeliri ? Respendit : Indica illi ex nostra parte, ut pro Christi nomine hæc peregrina membra consentiat hic putrescere, et me permittat hic diem Domini expectare. Igitur cum iterum interrogarem, quid si præsens non fuero : Eris, inquit : eris : et, sicut disposui, de me ordinabis. Cumque valde tremens attentius in illum intenderem, sensi fateor odorem de corpore ejus fragrantem, omnibus aromatibus suaviorem. Miratus ergo multum, alia secreta ex illius ore audivi, quæ hic scribere non libuit.

D

disponit de sua sepultura:

E

20 Interpositis ergo centum et quinque diebus, in octavis Pentecostes infirmatus; Stephano, qui ei serviebat, injungit, ut sibi per aliquot dies requiem daret, [illegible] plus solito contemplationi vacare posset. Ille unum diem expectat : in tertia feria ad vesperam signum facit : corbem cum pane ad fenestram suspendit : mane facto sicut dimiserat intactum reperit, multumque anxius ad eum ascendit. Interrogatus, hoc solum respondit : Quid vis ? vade in pace. Ille timens, Gozeloni Clerico, qui viro Dei satis familiaris extitit, per ordinem pandit, quia Domnus Symeon valde infirmaretur; nec sibi, sicut solitus erat, loqueretur, Clericus in quinta feria illum visitat : Famulus Dei nullum responsum dat : sed tamen de manu ejus potum suscipit, seque in lectum suum recolligit. In die octava, dum revisit illum valde diluculo, in extremis reperit, mihique notum facit. Concitus cucurri : infirmus toto corpore, et maxime debilis pedum invalitudine, quasi sanus ascendi sine dolore : reperi adhuc viventem, et jam ultimum spiritum trahentem. Exequias quæ pro absolutione animæ debebantur, cum solis duobus Fratribus, Aselmo scilicet et Roberto, qui mecum advenerant, prout potuimus expendimus : sicque anno Dominicæ incarnationis millesimo trigesimo quinto animam sanctam, hora tertia Dominicæ diei, in *e* Kalendis Junii, beniguissimo cui semper servierat reddidit Creatori.

d [illegible] contemplationi vacat.

F

[illegible]

e

21 [illegible], Clerici, Deo sacratæ Virgines, vulgus promiscui sexus, et quicumque audire poterant, ad tanti viri funus properabant. Igitur, sicut ipse disposuerat, imo [illegible] componimus; et cum psalmis et laudibus Dei in sepulchro collocamus : quod apertum dimittentes, qui vigiliis et obsequiis deservirent, deputamus. In crastino tota civitas quasi vir unus congregatur : interior domus ornamentis Ecclesiasticis decoratur. Dum ergo exequiæ communiter celebrantur, sancti viri corpus, sicut solent homines in calidissimis balneis, sudare cœpit. Miramur omnes; aliqui sudorem extergebant, vivere eum credentes. Sed cum multis modis probatum esset, quia non de vivo corpore ille sudor proflueret, et hoc sine providentia Dei non fieret; visum est omnibus ut illud tanti viri

valde solenniter [illegible] dus,

[illegible]

corpus

A corpus non negligeretur, sed a Clericis per proximos triginta dies deputatis vicissim custodiretur.

ANNOTATA. D. P.

a Anno **1028**, *uti indicatur in Vita S. Popponis, haud diu post reditum ab urbe Sancta, quo videntur applicuisse* **2** *Maji : tali enim die invenitur in Diario Trevirensis ecclesiæ notatum* Jejunium, quod promiserunt Domino facere quotannis, qui fuerunt in Hierusalem cum Tr. Archiepisc. Poppone. *Ita Browerus.*

b *In Vita Popponis ita explicatur :* Popponem conveniunt : sed ille sciens virum sanctum, pudicum, ornatum moribus, eorum animadversioni et pravitati refugit animum inclinare.

c *Id est, ad Cathedralem ecclesiam. Eximiæ autem antiquitatis et firmitatis fabrica hæc est, S. Petro sacra, de qua multis Ortelius in Itinerario Gallo Brabantino pag.* **324**; *quales ecclesias Italis, Gallis et Germanis absolute* Domum *vocari, notius est quam ut hic debeat indicari; ut mirum sit id non notari in Glossario Cangii, ubi tamen ex S. Hilario in Ps.*
B **126** *scribente,* Domum Dei vel Templum *vulgo promiscue dici indicatur.*

d *Die* 25 *Maji : nam festum Pentecostes fuerat celebratum die* **18** *Maji, unde si retro numeres* **1005** *dies intermedios, venietur ad* 7 *Februarii, quo priora acta fuerint.*

e *Dominica secunda post Pentecosten : quando anno* **1025** *cyclo Solis* **10** *littera Dominicali E, Pascha celebratum fuerat die* 30 *Martii. Fallax igitur est Diarium S. Petri, allegatum a Browero, et Romanis grandioribus litteris ab eo expressam, ac si monumentum aliquod lapideum foret, hisce verbis :* Kalendis Junii anno MXXXIV. Indic II, Conrado secundo regnante anno X, imperante autem VIII, Poppone videlicet Trevirorum Archiepiscopo honorem sui Pontificatus regente XVIII; obiit B. Symeon. *Quanto melius congruunt Characteres ceteri omnes cum anno* **1034**, *tanto certius fit errorem non esse librarii, sed auctoris; qui proinde nullatenus præsumi possit, ipso quo Sanctus obiit ævo scripsisse, sicut præsumit Browerus.*

CAPUT IV.

Miracula varia, meritis S. Symeonis patrata, post mortem et in vita.

C Igitur, post horam nonam, sepulcrum diligenter clauditur : cumque Clerici vice sua in cellula, ubi humatum erat corpus viri Dei, psalmos canerent; *Corripitur ad corpus dormitans,* unus negligentior dormitare cœpit : qui gravi depressus somno, audivit quasi de cœlo ingentem sonitum supervenisse sancto loco : quo territus, aliis excitantibus, est expergefactus. Oculis igitur apertis vix sensum recepit : sed per aliquot horas officium linguæ perdidit. Admonitus ergo ab aliis, ut, quam non poterat sermone, confessionem faceret in corde; ante sepulcrum viri Dei veniam petiit, pectus tundit, sicque ejus meritis absolutionem linguæ recepit, et quæ contigerant sibi enarravit. Cumque eadem sibi contigissent iterum dormitanti, omnibus nimio terrore perterritis, extra cellam, ad pedes scilicet viri Dei, deinceps psallere placuit : credimus siquidem Angelicam ibi visitationem advenisse, quam mortalia corpora non poterant ferre.

23 In tricesima itaque obitus viri Dei Symeonis die, multus populus, cum cereis et aliis donis, ad sepulcrum cœpit confluere. *Die 30 ab obitu* Quædam ergo anus de civitate, quæ per plures annos curve incedebat, et se omnino erigere non poterat, cum reliqua multitudine venit; et ceteris ascendentibus ad sepulcrum viri Dei, et ipsa si ascendere posset tentare cœpit. D Erecta igitur toto corpore ascendit, viro Dei gratias reddidit; sicque, mirantibus civibus qui eam noverant, sana et incolumis ad domum remeavit. Multi etiam infirmi, variis doloribus et infirmitatibus detenti, in ipsa die sunt liberati. Ex tunc sepulcrum viri Dei a populo frequentatur ac veneratur. *Vetula annis XX ex MSS curvatum, multis contracta, et varii ægri.*

24 Cum ergo commodius ascensus in ædificio turris pararetur, quoddam lignum a multis trahebatur : et cum jam in altitudinem elevaretur, rupto fune cœpit multitudini, quæ convenerat et subtus stabat, mortem minari. Exterritis ergo omnibus atque ut vir Dei Symeon adjuvet acclamantibus, mirabile dictu! quasi manibus sustentaretur, fluctuando paulatim deponitur; atque multitudine perterrita utrinque locum dante, ad terram sine periculo acclinatur : qui autem periculum evaserunt, laudes Christo referunt; et Symeoni, tanti miraculi ministro, gratias reddunt. *Trabs ex alto labens nemini nocet*

25 Hic duo miracula libet inserere, quæ iidem ipsi qui sanati sunt testificantur in ejus vita contigisse. *Vivens sanat oculis infirmam ac pene mortuam,* Cum per longum tempus quædam femina, Cæcilia dicta, valida invalitudine corporis vexaretur, E et præ nimia ægritudine oculorum visu omnimodis privaretur; quadam nocte in somnis vidit, quod si de manu viri Dei Symeonis cibum sumeret, ab ipso morbo liberata fieret. Mane facto maritum interrogat, quis Symeon esset; dicens se illum per visionem vidisse, et si de pane illius gustasset sibi salutem promissam esse. Ille saluti uxoris congaudens, cœpit diligenter inquirere de viro Dei Symeone. Dictum est ei a quodam Gozelone Clerico, quia is esset, qui cum Domino Episcopo de Hierosolymis venisset, et cum eo maneret. Deo gratias ille refert : visionem suæ uxoris profert, et ut de manu ejus cibum accipere mereatur humiliter deprecatur. Clericus per ordinem viro Dei nuntiat : et ut quod petebatur impleat multum rogat, et vix impetrat. Cum ergo panem et piscem, cum viri Dei benedictione sancta transmissum, jam desperata et pene mortua mulier suscepisset; panem comedit, de pisce oculos inunxit, atque ita obdormivit. In galli cantu expergefacta, et cum lumine oculorum, plena corporis sanitate recepta, ad opus resedit, et mirantibus amicis, Jesu Christo gratias reddidit, qui per merita famuli sui Symeonis perfectam sanitatem sibi concessit.

F *et puerum hydropicum*

26 Quidam puerulus, nomine Bezelinus, hydropisis morbo miserabiliter distentus, cum etiam a medicis desperaretur (venter enim, virilia, et quæque interiora ita intumuerant, ut vix incedere, stare, vel sedere valeret) petiit se ad virum Dei Symeonem deduci; dicens quod medici non possent illum curare. Adductus igitur, et per tres dies de illius potu potatus, quarto demum die cœpit inde meliorari; sicque oratione viri Dei restitutus est pristinæ sanitati.

27 Quædam mulier, de Mettensi pago progenita, quæ manum dexteram, digitis in palmo adherentibus, aperire numquam potuerat, ad sepulcrum viri Dei Symeonis venit : manum cum fide supponit : moxque digitis extensis dextram sanam viri Dei meritis extraxit. In festivitate, quæ dicitur ad Vincula S. Petri, alia mulier, quæ sinistrum brachium cum manu contractum habebat, ad sepulcrum viri Dei Symeonis venit; quæ, extensis nervis et rupta cute, sub omni celeritate medelam promeruit et sana recessit. *a* *Ad sepulcrum sanantur contractæ duæ,*

28 Eodem tempore quidam puer mutus ad sepulcrum viri Dei est adductus : officio linguæ est restitutus. Alius similiter mutus cujusdam Adelardi Presbyteri puerulus, dum ad viri Dei sepulcrum mittitur, in via loquitur. Domum reversus sicut antea *a et totidem muti.*

A antea mutus efficitur, iterum autem cum votis ad sepulcrum remissus, perfecte sanatur. Quadam Dominica die, dum quædam puella, cujus brachium ventri inhærebat, ad sepulcrum famuli Dei Symeonis venisset, brachium; quod excrescente carne jam vix videri poterat, præsente populo exilivit, et perfectam sanitatem quam petebat promeruit.

A EBERWIN. EX MSS. puella a conserto ventri brachio,

29 In alia Dominica die quædam mulier, de Villa fratrum quæ vocatur Mandricium *b*, cum parvula filia, quæ cæca a nativitate fuerat, venit ad viri Dei sepulcrum. Dum ergo Missa celebratur, puella illuminatur. Matrem igitur respicit, sed non cognoscit. Illa interrogans quid sibi esset, cognovit quod filia sua videret. Gavisa, læta [illegible] misericordiam populo nuntiat: populus virtutem Christi in meritis viri Dei Symeonis laudat. Sed cum Clerus magnitudinem tanti miraculi non crederet, subito parentes illius amici et [illegible] de Villa advenerunt, qui illam a nativitate cæcam testificati sunt. Mox tota ecclesia Christum laudat qui famulum suum Symeonem tot miraculis glorificat. Quidam Adalmannus Presbyter, civis Treverensis, iter faciens, hospitatus est in domo cujusdam hominis, qui filium B habebat cæcum. Suasit ergo, ut ipsum ad sepulcrum viri Dei duceret, misericordiam inveniret. Ille votum faciens censum aliquot annis viro Dei promittit; moxque in domo ejus puer lumen recepit. Videntem itaque ad sepulcrum adducit, et gratias viro Dei Symeoni reddit. Quædam mulier de pago Treverensi, per [illegible] cæcitate gravata, dum sepulcrum viri Dei per aliquot dies frequentaret, meritis illius est illuminata. Ad sepulcrum viri Dei, quædam dæmoniaca adducta, quæ quod poterat dentibus mordebat et manibus laniabat, per noctem ibi ligata mansit: et mane facto a dæmone liberata, incolumis remeavit ad propria.

b item tres cæci

et energumena,

30 Quidam servus Palatini Comitis habuit ancillam, cujus una manus arida, imbecillis, et tam parva erat, ut ad nullum opus valeret. Cum ergo sibi non prodesset, ipsam ancillam tradidit ad sepulcrum viri Dei Symeonis. In ipsa nocte mirum in modum, ipsa manus in tantum crevit, atque sanata est, ut alteri dissimilis non esset.

Curatur manus arida,

31 Quidam Miles, nomine Bertrannus, quamdam in servitio habuit ancillam, quæ ita paralysi toto corpore dissoluta est, ut de lecto surgere, nec in latus aliud se vertere posset. In cophino igitur ad viri Dei sepulcrum deportata, per aliquot hebdo- C madas ibi prope est hospitata. Cum igitur in quadam solennitate populum videret ad Missam festinare, et ipsa subito de lecto exiliens, cum eis cœpit ambulare. Ad sepulcrum igitur viri Dei veniens, et sua vota coram populo promittens, quæ deportata fuerat aliorum manibus, sana et incolumis propriis ad propria repedavit pedibus. In Kalendis Novembris, cum placuisset Domno Episcopo in ædificio turris, ubi corpus viri Dei sepultum erat, unum altare in honore omnium Sanctorum consecrare: multus undique populus cœpit confluere. Dum ergo fit apparatus, et Domnus Præsul expectatur, quidam puerulus contractus ante sepulcrum viri Dei erigitur.

sanantur paralytica

et contractus:

32 In eadem die, cum quidam juvenis, cum ad tantam lætitiam ascendere vellet, cum reliqua multitudine; nullo modo valet. Impingitur ergo a populo, trahitur atque portatur; sed vires portantium deficiunt, et ipse toto corpore sanus magis magisque fit ponderosus. Consultus igitur, Confessionem de peccatis suis facit; et tandem ad vesperam levis factus ascendit; emendationem vero vitæ viro Dei Symeoni promittit, sicque lætus domum redit. Alio tempore cum quædam meretrix ad sepulcrum viri Dei accedere vellet, quasi a quodam repellente repulsa de gradu cecidit: et exanimis facta, cum D putaretur a populo statim moritura, foras trahitur. Sed cum de illo ædificio exportata esset, quasi nihil mali passa in pedes constitit, et de illa civitate concita aufugit.

peccator ab accessu prohibetur

item meretrix.

33 Quidam rusticus, Godefridus nomine, cum debile corpus ac pene dissolutum manibus atque genibus rependo miserabiliter traheret, et quinque menses viri Dei sepulcrum indesinenter frequentaret; quadam die profusis lacrymis virum Dei his vocibus interpellare cœpit: Eia, famule Dei Symeon quam durus et quam immisericors mihi factus es? quotidie te quæro, quotidie te invoco; tu ad misericordiam non flectere, soli mihi denegans beneficium quod aliis impendis. Certe deinceps ad te venire recuso: jamjam desperatus domum remeo. Sed quid dicam vicinis, amicis, et propinquis meis? Noli, noli, Sancte Dei, tam immisericorditer me miserum dimittere, vel quantulumcumque tuæ benignitatis munusculum mihi indigenti concede. Tunc animo conturbatus ad hospitium se retrahit, ordinaturus in crastinum qualiter ad patriam reportari possit. Igitur præ nimio dolore gravi somno depressus, post galli cantum quasi in extasi factus, vidit quemdam venusto vultu cum magno lumine assistere sibi, E hisque verbis delectabiliter affari: Quid jaces, homo? Surge velociter, et ad viri Dei Symeonis sepulcrum concitus procede. Cumque ille responderet, se non posse ire; sæpius illuc venisse, ut nihil profecisse. At ille contra, Ego te, inquit, adjuvo, ego te sustento: jam nunc noli tardare: præsto sum auxilium tibi præbere. Excitatus denique, sensit membrorum virtutem sibi redditam, seque melioratum, qui solebat curvus atque prostratus infirmis repere manibus, ad viri Dei sepulcrum, mirante nimis populo, toto corpore erectus, resolidatis ascendit pedibus.

Misere contractus et 5 menses ad sepulcrum moratus,

atque desperans de sanitate,

post nocturnam ibi visionem sanatur.

34 Ea tempestate, cum Trevirorum civitas tantis polleret miraculis, ad Domini Symeonis sepulcrum apportatus fuit puer octo annorum, cui morbus ambulandi eripuerat officium, pro quo jam triduo Symeonem interpellarat devotio parentum. Forte erat apud nos de Alemannia Monachus, non mediocriter liberalibus institutus disciplinis, verum tantis non bene credens miraculis, qui etiam tunc præsens aderat. Cum ibidem Dei effulgent miracula, et exorabile beati Symeonis meritum votis adspirat adstantium; puer utrisque manibus altari adhærebat, donec membrorum resoluta compage, sanus adstitit F erectus in corpore. Itaque ingreditur pedibus, sed tremuli titubant incessus, quos nondum naturæ docuerat usus. Tandem sanus rediit: isque, de quo diximus, visis credidit, Deum laudavit, hæcque commemorans lætus abscessit. *c*

c

ANNOTATA.

a *Hic finiunt Acta in MS. Bonifontis et aliquo illustri MS nostro.*

b Mandericium *alias* Madricium, *an forte* Manderen [illegible] Wallerfangen [illegible]

c *Addebatur pro clausula in MS. Max.* Per omnia benedictus Deus, in secula seculorum. Amen.

EMBOLISMUS D. P.

De Canonizatione S. Symeonis, ejusque ecclesia.

Eodem anno MDCLXXXX, *quo ego Antuerpiæ in lucem dabam Tractatum meum Chronico-historicum, ad universam*

Canonizationum Romæ petendarum initium,

A *versam Romanorum Pontificum Seriem, sub titulo Propylæi ad Acta Sanctorum Maji, quo cum tunc pariter prodibat Tomus quartus ac quintus; et jam Parisiis publicata fuerunt Acta Sanctorum Benedictinorum, ad seculum quintum Ordinis spectantium, collecta cœpta a Luca Acherio, absoluta autem et illustrata a Joanne Mabillone, viro eruditissimo et sæpe mihi laudato atque laudando. Contigit autem, mira prorsus dispositione, ut nihil alter sciens de altero, inter condenda operis principia hæc Parerga, uterque in idem argumentum, de Canonizatione Sanctorum, non dogmatica ratione, ut alii antehac plures, sed Historica deductione tractandum inciderit. Sicut ergo mihi contigit Pontificatui Joannis XV, a quo S. Udalricus Augustanus Episcopus anno* DCCCCXCIII *est canonizatus, subjicere Dissertationem XX (in altera, quæ designata habetur editione, futuram XXXV) de* solemnium Canonizationum initiis atque progressibus, *sic ille Præfationis suæ Paragraphum* VI *inscripsit* de Canonizatione Sanctorum, Indulgentiis, cultu, ac Rosario B. Virginis etc. *Has duas lucubrationes, inter se collatas, magnam sibi mutuo lucem adferre, assumptumque argumentum ferme exhaurire, deprehendet quisquis utramque attente leget.*

factum esse seculo X

B 2 *Paragraphum istum prælaudatus Mabilio in hunc modum orditur, in Præf. pag.* LVII Inter alia, quæ seculi X religionem probant, illud non præmittendum, quod, ad referenda in Sanctorum classem nova piorum nomina, postulata est Romani Pontificis auctoritas. Scio, Bellarminum et alios viros doctos in ea fuisse persuasione, hujusce rei originem ad S. Swibertum, id est ad seculum VIII esse revocandam. At cum eorum fundamentum falsis Actis atque litteris innitatur; non ante hoc seculum X, indubitata ejus rei exempla reperire licet. *Dissertationis meæ hoc est principium.* Quando loco jam plus quam uno declaravimus, Epistolam, quæ circumfertur sub nomine S. Ludgeri, de Canonizatione S. Suiberti facta a Leone III, purum ac merum esse figmentum (*demonstratum hoc qui volet videre, legat Bollandi nostri super ea re Commentarium* I *Martii*) nec minus fidenter rejecimus priores illas Canonizationes, S. Kiliani et Sociorum, atque S. Trudperti, a Luca Castellino attributas Zachariæ Pontifici ejusque successori Stephano II: (*fidenter, inquam, quia demonstratione et auctoritate credidi id solidari, ut videre est ad Pontificatum Zachariæ*) non est prætereundum hoc loco, exemplum Canonizationis solennis, a Romano Pontifice celebratæ, quia primum de quo nequeat dubitari; Sancti scilicet Udalrici Augustani Episcopi, vita hac mortali functi anno DCCCCLXXIII, die IV Julii.

simul et Jo. Mabilio in Actis Bened.

et ego in Propylæo Maji asserimus:

C 3 *Simile principium utriusque lucubrationis, dispar valde secutus est progressus; sed talis, ut neutra quidquam contradicat alteri, invicem vero (sicut jam dixi) egregie juvent ambæ; et præteritum uni, suppleant altera; quamvis quoad hoc nulla alterutri affulserit notitia tum similis utrimque studii. Ea scilicet evidentia fuit et vis compertæ utrimque veritatis, quæ sibimet esse contraria numquam potest. Haud tamen eadem fuit utrique fortuna. Illi cum suis Benedictinis res erat in Gallia, uni veritati sic intentis, ut ea causa non ægre ferrent Svibertinam Canonizationem fictitiam dici, etsi fictionis auctores scirent ex suo Ordine extitisse; ego, in Germania inferiori scribo, ubi necdum tanti fiunt disquisitiones historicæ, ut vulgo etiam persuasum sit, utiliter vocari in controversiam ea, quæ seculorum aliquot tolerantia inerti, jus alicujus præscriptionis videntur obtinuisse. Hinc minus placet aliquibus, quod ad Zachariæ Papatum dixi de* Alexandro VII, *summo Bollandi amico et æstimatore, qui in Canonizatione S. Thomæ de Villa-nova usus fuerat exemplo Canonizationis Swibertinæ; nihil dubitare me,*

sed dispare successu

pergo tamen asserere,

D quin si Epistolam, unde hæc sumpta apud alios invenerat, sapientissimus Pontifex legere potuisset, ut est a Bollando examinata, optavisset quidem ista numquam fuisse edita; haud tamen credidisset, refutatione ista quidquam detractum suæ Pontificiæ auctoritati: neque enim hac uti se putabat, cum in argumento pure historico ea protulit, quæ plurimi ante ipsum alii in tali occasione. *Experiantur eruditorum nunc Romæ virorum judicia, si qui dubitant; et desinent mirari quod ita scripserim.*

AUCTORE D. P.

4 *Proximum ergo Udalricianæ Canonizationi exemplum, quod quidem noverim hactenus, a* Symeonis *Canonizatione petitur: quam sicut a Benedicto Pepponem Archiepiscopum postulasse Browerus docet, ita ejus super ista re Epistolam, ex vetustis membranis transscriptam, nobis legendam exhibet his verbis:* Reverendissimo Patri Patrum; gratia et nomine Benedicto, Poppo, licet indignus, divina tamen largiente clementia, sanctæ Trevirensis Ecclesiæ Minister, cum totius affectus dilectione, debitam subjectionem. Superiore tempore, cum annuente venerandæ memoriæ Joanne, in hac sancta Sede Apostolica prædecessore vestro, amore visionis sepulcri Dei hominis Jesu Christi, Jerusalem profectus peregre fuissem; in regione nostra pravorum hominum supercrevit iniquitas, ita ut nec adhuc manus possint ab incepta retrahere nequitia, omnia per circuitum diripientes ac devastantes. Super quo sæpissime deprecatus faciem Domini mei Regis, quatenus manum mihi porrigeret suæ animadversionis, nihil profeci. Sæpe etiam supra nominato Prædecessori vestro pro eodem supplicavi, nec quidquam usque adhuc consolationis impetravi. Quamobrem desidero, ut vel nunc solatietur mihi Deo amabilis Paternitas vestra; mittatque virum de honoratioribus ac prudentioribus vestris, qui mihi in necessitatibus meis consilio simul et auxilio suffragetur. Auxilietur, dico, de adversis; consilietur vero de his, quæ latere non credo aures vestræ Sanctitatis. At vero si hactenus Vos latuerunt, jam nunc obsecro, uti benignum litteris meis accommodare velitis auditum. *Sedit* Joannes XIX, *hujus* Benedicti *decessor ac patruus, ab anno* MXXIV *ad* MXXXIII, *imperante* Conrado, *ad quem se quoque frustra confugisse Poppo scribit; interim vero, sicut Frithelo et Bertramus, Epternacenses Advocati, multas Abbatiæ quam tueri debebant faciebant injurias; ita alios, qui Adalberonis Præpositi Pauliniani contra Popponem sectati fuerant partes, credibile est Treverensi ecclesiæ diu et impune graves fuisse, de quibus hic queritur Archiepiscopus. Ejus porro pro* Symeone *supplicatio talis fuit.*

secundum qui Canonizatus scitur fuisse S. Symeonem,

E

scribente pro eo ad Benedictum 9 Poppone Archiep.

et Legatum mitti

F 5 Vir quidam vitæ sanctitate laudabilis, apud nos diebus istis ex hac vita migravit: quem, si signis et virtutibus, quæ per eum Dominus operatur, credere debeamus, procul dubio eum cum Sanctis æternæ beatitudinis habere consortium non dubitamus. Sed non tam signis, quæ fidelibus et infidelibus communia sunt; quam fidei virtus, qua fideles ab infidelibus sequestrati sunt, qua ipsa, dum adhuc in corpore maneret, plurimum viguit, de ejus sanctitate nos certos reddit. Proinde accessivit nos tam Clerus quam populus Ecclesiæ nostræ, obsecrantes, uti litteris nostris ad hanc Apostolicam Sedem, cui vos auctore Deo præsidetis, cum illius Viri sancti Vita et Miraculis missis peteremus; quatenus, si ita vobis cautum videatur, dato nobis vestri Apostolatus decreto, nomen ejus liceat cum Sanctorum nominibus conscribi, ceteraque honoris Sanctis debiti ipsi impendi; itaque, quid solatii, quid consilii, super allevatione angustiarum nostrarum, hinc et inde obortarum, Prudentia Vestra mihi ineundum decreverit; sine longa temporis dilatione dignemini insinuare. Honor vester et meritum apud Deum et ho-

ac S. Symeonem canonizari petente.

A mines augeatur. *Erat* Benedictus, *cum anno* MXXXIII contra jus fasque *ordinaretur*, puer annorum circiter duodecim, *ut scribit Rudolfus Glaber, haud facile hoc in puncto refutabilis, uti suo loco ostendi; et usque ad annum* MXLV, *quo Gregorio VI Pontificatum cessit*, semper luxuriis inquinatum *eum fuisse, queritur S. Petrus Damiani; neque hæc latere Popponem poterant. Vide tamen quomodo personam Christi, in ejus tam indigno Vicario, sanctus Archiepiscopus vereretur. Ille, cum Epistola scribebatur, fortassis annum necdum vigesimum attigerat; nec enim in tanta Romanæ Curiæ corruptione cito res expedita est, sed crebris* nuntiorum indiciis crebrisque litterarum characteribus *actam causam, significat Bulla, anno* MXLII *expedita; ut inter prænotatam Epistolam et Responsum* Benedicti *facile potuerit effluxisse triennium aut quadriennium. Responsum ex MSS ecclesiæ S. Symeonis, una cum Bulla descriptum nobis, ita sonat.*

AUCTORE D. P.

Ille, post annorum aliquot consultationem,

laudat Popponem ob suum confugium ad Sedem Apostolicam:

6 Benedictus Episcopus, Servus Servorum Dei, Popponi Patri, tam suis meritis quam divino charismate Trevirorum Archiepiscopo, salutem carissimam cum benedictione Apostolica. Sumptis Reverentiæ vestræ litteris, et lectis, atque relectis; in B imo cordis eorum vim reposuimus, ut vobis petentibus desiderata concederemus. Nam illius regulam Magistri nos oportet, in quantum possumus, imitari, qui se bene petentibus non est obstinatus, se in veritate quærentibus non est prolongatus, nec ad fores suas perseveranter pulsantibus ad aperiendum retardatus. At nos, licet tardius quam cupivimus, ad sonum tamen pulsationis vestræ, ut debemus, pro affectu respondemus. Neque enim facimus quod volumus: sed divinitus ut faciamus accipimus, quæque suis temporibus superna dispositio coaptavit. Quod igitur meministis, Sedem Apostolicam, cui ex divina dignatione præsidemus, totius ecclesiasticæ Pastoralitatis esse refugium, ut votis vestris ad eam confugientibus annueremus, meritis amplexibus hæc ipsa verba donavimus. Quippe cum sit origo et fundamentum Ecclesiarum, Domino confessionem Petri taliter compensante, Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; dignum plane videtur, ut omnis Christiana fidelitas ad eam concursum habeat, et ipsa omnibus manum solatii porrigat. Vobis vero, in congressu positis, ad iniquitates pravorum hominum debellandas, ac spirituali gladio puniendas, quem in rebus divinitus vobis C commissæ vicis Adjutorem Præsulem a nobis poposcistis.... dirigimus; quem quidem et honestas morum, sicut nomine indicat, et sagax animi pulchritudo decorat. Quem huic negotio aptissimum censuimus, quia Domini fidelem servum, et prudentem cognovimus; ut cui et astutia serpentis est et columbæ simplicitas; de cujus quodammodo labiis fluunt mella, pro captu audientium cœlestis ambrosiæ plena. Quare et eum a corpore nostro velut dextrum separavimus brachium, precantes ei salutem et gaudium. Dirigimus ergo illum ut solatietur vobis in necessitatibus vestris, tam scilicet in opere Consecrationis, quam et in unctione Confirmationis; et si quid in necessitatibus aliis Domino favente valebit, pro libitu Sanctæ vestræ Fraternitatis. Ut autem illum tractare uti decet non detrectetis vel dissimuletis, nulla credimus admonitione indigetis; cum vestra benignitas inde sit profusior, unde est sanctior.

submittit in auxilium ejus Præsulem,

7 *Quod fuerit Apostolici hujus Legati nomen, quæve conditio, nusquam expressum Browerus reperit; prima nominis sui littera signatum eo loco fuisse, ubi ecgraphum nostrum posuit* En, *nullum sensum aptum faciens, conjectura haud inverosimili (ut mihi quidem videtur) ducor; cum ita ejus ævi perpetua consuetudo ferret. Ex omnibus autem litteris, nulla occurrit quæ ab eam non intelligentibus ecclesiæ S. Symeonis librarius citius potuit videri* En, *quam littera* G, *more ejus ævi ab infimo* D *labro deorsum protracta cauda, quasi esset* Cn. *Porro,* honestas morum, *quam nomine ipso indicare Legatus dicitur, conjecturæ nostræ propius admovet* Gratianum Archipresbyterum, *laudatissimum virum; qui deinde* Benedictum et Silvestrum, *de Pontificatu contendentes, ab ejusdem usurpatione prudenter deduxit; et Pontifex electus, ipsemet dictus est* Gregorius IX. *Hanc autem Electionem fuisse legitimam, licet postea minus probatam Imperatori Synodoque Sutrinæ, ostendimus Dissertatione propria; secundum quam deponi non potuisset, nisi ultro cessisset. Sed prosequamur Responsum Benedicti, ad id quod præcipue petebatur, sic venientis.*

forte Archi-Presb. Gratianum;

8 De cetero ad virum illum Symeonem veniendum, quem numerosis coruscantem miraculis, divinis præfulgentem virtutibus, ostenditis. Ex quo liquet, eum in fragili corpore thesaurum bajulasse spiritualis gratiæ, ut non solum sibi præviderit ad salutem; sed aliis quoque atque aliis ad multiplicem sanitatem. Quia igitur ad illam æternam beatitudinem, illamque summæ felicitatis perpetuitatem, ac cœleste consortium pervenisse creditur; sicut opere E signorum frequentius panditur; nostræ Apostolicæ auctoritatis sententia, judicium divini arbitrii secuta, et consensu complurium Fratrum nostrorum suffulta, decernit eumdem virum Dei Symeonem, posthac semper et ubique Sanctum debere nominari, ejusque Natalem sicut aliorum Sanctorum, reverentissime singulis annis celebrari: non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat, dicit Apostolus. Ergo laudetur, vigeat, placeat, celebretur, perametur et colatur, nomenque 2 Cor. 10, 8
illius Martyrologio inseratur. Ipse intercedat pro peccatis et negligentiis nostris, et omnium commissorum nobis, apud clementissimam divini Numinis majestatem; ut mirabilia, quæ visibiliter exhibet circa infirmorum corpora, in animabus nostris occulta virtute dignanter exhibeat. *Hactenus Epistola, a Cancellario Pontificio vel aliquo inferioris notæ ministro, nomine Pontificis, moribus parum Apostolici, stylo tamen Apostolico conscripta. In ecgrapho nostro appensum repræsentatur sigillum, cui altera quidem facie, alias vacua, circum ductum in orbem fuerit nomen* ✝ *BENEDICTI; altera impressum caput S. Petri, cui superne* ✝ *imminet, unde in orbem circumductæ tres litteræ, P P E, idem valent quod, PAPÆ; sed lineamentis tam rudibus, ut nisi ex autographo (si* F *tamen hoc inveniri adhuc possit) vel saltem ex alio ejusdem Pontificis, accuratior expressio mihi mittatur, operæ pretium non putem talis sigilli figuram æri incidendam curare, quod alias facere voluissem, nullibi adhuc nactus genuinum Pontificis istius Sigillum. Sed neque satis discernere potui, volueritne ecgraphi nobis missi scriptor significare, Sigillum istud ab Epistola dependisse, an vero (quod alias verosimilius foret) a sequenti Canonizationis Bulla, cujus accepimus hunc tenorem.*

asserit a se Symeonem Sanctis adscribi:

uti fuit per Bullam Benedicti 9,

9 Benedictus Episcopus, Servus Servorum Dei, omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Sacerdotibus, et universo Clero, cunctisque Populis, tam regni Teutonici, quam etiam quarumcumque nationum vel linguarum, salutem carissimam cum benedictione Apostolica. Divinæ majestatis inenarrabilis auctoritas, semper inenarrabilia faciens, sicut in Sanctis suis mirabilis prædicatur, ita et operibus declaratur, dans eis virtutem et fortitudinem curare omnem languorem et omnem infirmitatem. Quod donativum ipse Deus, spiritualium donorum distributor et auctor, militibus suis, quorum non est numerus, in hoc etiam mortali corpore, dum in seculo degerent, propterea concessit; ut et iidem ipsi super, spe divinæ retributionis habentes sancti Spiritus fidele pignus;

docentis, quod uti semper aliqui in vita virtutibus,

A pignus; fiducialius ac fortius inniterentur, et gentes, divina, mysteria intuentes, omni superstitione postposita, ad viam Christianæ veritatis, ex intimo cordis converterentur; alios vero, quorum similiter incomprehensibilis est multitudo, post vincula tantum carnis, his opibus virtutum donavit atque magnificavit; ut corporeis exuviis in sepulcro positis, et membris in favillas resolutis, sentientibus atque videntibus mirabilia fides inculcaretur et cumularetur, eos illic feliciter vivere, ubi vera est et æterna vita: ad quam nemini accedere licet, nisi vitæ temporalis oblectamenta exosus, ad illam tota semper mentis intentione suspiret, si quando mereatur de peregrinatione ad patriam, de exilio ad postliminium revocari. Igitur quoniam crebris nuntiorum indiciis, crebrisque litterarum characteribus, clamor magnus strepensque rumor ex Trevirorum partibus usque Romam pervolavit, esse inibi viri cujusdam Symeonis admirabile corpus, signis et prodigiis, virtutibus et miraculis radians, ut sol meridie sereno aere; terram strictius osculati, Dominum benediximus toto corde, tota mente, totis viribus; qui nostris temporibus dignanter, intra sanctam suum B corpus Ecclesiam, hoc præcipuum membrum divino lumine accendit, ut sit lucerna ardens, posita super candelabrum, quæ luceat omnibus qui sunt in domo Domini.

et post obitum miraculis fulgent;

ita Symeon:

10 Itaque conventi atque pulsati a clarissimo fratre nostro D. Poppone, ejusdem Treviris Archiepiscopo, ut quod nobis visum fuisset de celebratione ejusdem sanctissimi viri salubri definitione nostræ Apostolicæ auctoritatis statueremus atque decerneremus; omnibus, quos in salutatione prænotavimus, notum his litteris facimus, quid ex ea re censuerimus. Nam collecta Romani nostri Cleri splendida Fraternitate, cum partus sacratissimæ Virginis annuo recursu per hunc orbem radiaret, concordi deliberatione determinavimus, et alta sententiæ radice fundavimus, eumdem virum Dei Symeonem, quem Dominus commendat atque probat, significatione tantarum virtutum, sanctitatis et gratiæ plenum, ab omnibus populis, tribubus et linguis sanctum procul dubio esse nominandum, ejusque natalem singulis annis recurrentem passim solenniter observandum, et ferialiter celebrandum et venerandum, adinstar diei festi: nomen quoque ipsius Martyrologio cum Sanctorum nominibus suo loco inserendum. Cui sententiæ hoc etiam subdidimus, ut quisquis hujus nostræ constitutionis temerarius contemptor et cervi- C cosus refragator exstiterit, primo se noverit Dominum graviter offendere, deinde Sancti illius patrocinia, imo omnium Sanctorum, quorum contubernio gratulatur, nostramque de cetero Apostolicam nullatenus debere benedictionem sperare, conservatoribus ea multipliciter donatis, in omnia secula seculorum. Amen.

quem Sanctis adscribit 8 Sept. 1042.

11 *Nullus dubito, quin hæc Bulla fuerit expedita sub forma Cancellariæ Romanæ usitata, atque adeo consuetis tali in re subscriptionibus, quales invenio sub Bulla, apud Ughellum Tom.* I *col.* 126, *hujus ipsius Pontificis nomine data, anno* MXXXIII; *ubi post clausulam* in secula seculorum. Amen, *legitur* Scriptum per manus Sergii Scriniarii et Notarii sacri nostri Palatii, mense Novembris, Indictione sexta (*imo secunda, computando Indictiones more tunc Romanis adhuc usitato, auspicantibus illas a Kalendis Septembribus. Et is error librario, sexta pro* secunda *transcribenti imputari potest*) Benevalete.

Ea Bulla quomodo subscripta fuerit,

Benedictus, Sanctæ Fallaritanæ et Castellanæ Episcopus.

Ego Gregorius, S. R. E. designatus in regimine sanctæ Tudertinæ Ecclesiæ.

ex alia simili intelligitur.

Ego Leo, Diaconus sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Benedictus, Oblationarius. D

Benedictus, Cardinalis tituli Equitii.

Bonizo, Presbyter, et Vicedominus sanctæ Rufinæ, et designatus gratia Dei Episc. Tuscanen.

Ego Crescentius, Subdiaconus de Joanne de Romano.

Ubi, vel primo ante omnes scribendus, Benedictus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Episcopus, *qui transcribenti excidit, propter mox subscribentem alium æque* Benedictum; *vel, si ipsimet originali subscriptio summi Pastoris defuit, deprehenditur dissoluti hominis tanto in munere negligentia; per quam nec diplomata quidem, suo nomine expedienda, dignabatur manus propriæ subscriptione firmare.*

12 *Quomodo porro prædicta Bulla fuerit executioni mandata, tertio post rem Romæ actam mense, ad illius calcem, in Codice ecclesiæ* S. Symeonis, *sic legitur subnotatum.* Anno Dominicæ Incarnationis MXLII Indict. X (*auspicando hic Indictiones a Kalendis Januariis; quod hinc videri potest jam tum in Galliis ortum habuisse; secus atque Romæ tum fiebat, uti modo notavimus; e cujus usu* Indictio XI *foret, a Kalendis Septembribus inchoata*) Benedicti Papæ nono, Regisque Tertii Henrici, Conradi Regis filii, IV, canonizatus E est Beatus Symeon Trev. IV feria, XV Kalend. Decemb. * piissimo Archipræsule Poppone, anno Ordinationis suæ XXVI, jussu et litteris Noni Benedicti Papæ, est Congregatio Canonicorum ibidem ordita. *Annum recte notatum certo probat concursus feriæ cum Kalendis, secundum litterarum Dominicalium ordinem apte cadens, cum eoque etiam optime convenit Archiepiscopalis Ordinationis annus* XXVI, *ducendus juxta Browerum a Kalendis Januarii anni* MXVII. *Recte etiam se habet annus Regis, cui pater suus obiit* IV *Junii anno* MXXXIX. *Eadem quoque habet Browerus usque ad* *; *nisi quod legat* Indictione IX, Benedicti Papæ decimo, *inversis scilicet per nescio quam inadvertentiam numeris, pro eo quod originaliter, ut vidimus, legatur, et legi debeat,* Indictione X, Benedicti Papæ nono. *Nam hic ordinatus quidem est* MXXXIII *anno, sed exeunte, videlicet die* IX *Decembris: atque adeo in Novembri anni* MXLII *adhuc currebat ei* annus nonus, *non* decimus, *perperam apud Browerum suppositus; fortassis ab ejus interpolatore. Neque enim, quæ composuerat ipse, ad ipsius quoque arbitrium fuerunt impressa; sed ad Consiliariorum Electoralium, in quibus tunc scoliti aliquot, judicium correcta et mutata; cumque ne sic quidem placerent satis, suppressa denique fuerunt omnia. Non tamen ita supprimi potuerunt, quin esset* F *unde fieret secunda impressio; non quidem, qualem vellet posteritas, ex ipsius Broweri autographo, quod nusquam repertum fuit; sed qualem interpolatores prælo siverant subjici; uti ea nunc habetur, allaborante Maseno sub auspiciis Caroli Casparis a Petra, Archiepiscopi et Electoris Trevirensis curata, anno* 1670.

Fuit autem celebrata Canonizatio 17 Novembris,

an Benedicti 9, Popponis 26.

13 *Secundum hanc ergo editionem a nobis allegatur Browerus; qui Popponis gesta prosequens,* Subinde, *inquit,* idem Poppo, tametsi, quod Benedicto Pontifici conqueritur, improborum crescente licentia, plurimum ex direptionibus et hostili populatione damni undique caperet; pro eximio tamen suo in B. Symeonem amore, memoriam vitæ ejus impensius honorare cupiens, templum ei locavit in veteribus iis ruinis antiquæ molis quam vivus insederat; eumdemque locum, nobili illic adducta congregatione Canonicorum, ad incrementum honoris, luculento patrimonio stabilivit. Atque hinc collegium B. Symeonis inchoavit, Virgini matri et B. Michaeli dicatum, quod ad nostram usque memoriam viris, inter ceteros doctrinæ morumque probitate claris, egregie floruit. *Et hoc est quod paucis verbis indicat MS. Non multi porro fluxerunt anni, quin exhibitæ* S Symeoni *liberalitatis fructum reciperet pientissimus Antistes. Siquidem*

Ædificata ecclesia et Canonicis fundatis

moritur Poppo 1047 16 Junii.

AUCTORE D. P.

A *Siquidem anno* Dominicæ Incarnationis MXLVII Henrici secundi Regis XVII, Imperatoris autem primo, XVI Kal. Julii, obiit hujus Trevericæ Sedis Deodilectus Archiepiscopus Poppo, *uti refert Browerus, ex Epitaphio quod erat inscriptum sepulcro, quod ipse sibi in æde a se ædificata elegerat, uti inferius indicat idem, apparens Bavaricæ eundem matronæ.*

Descriptio ecclesiæ Browero,

14 *Annalibus Trevirensibus præfixitur, per modum Tractatus præliminaris, Propylæum Treviricarum antiquitatum, quorum Caput XXI, de porta Martis,* nunc templo S. Symeonis, *dignum hic ascribi, sic debetur.* Inter urbana opera, elegantia præstat et magnitudine molis, B. Symeonis collegialis ædes; quæ a septentrionibus ad publicam urbis portam se offert; tenetque spectantium oculos admiratione fabricæ, quam non abs re, clarus memoria nostra Geographus Abrahamus Ortelius, unde scripsit admirandam, et cui nec in tota hac Gallia putavit superesse parem. Quippe incredibili saxorum leucophæi coloris magnitudine surgit in excelsum, junctis, non cæmento aut interlita calce, sed ferreo lapidibus, tanta firmitate, ut rupis in modum coalita, adversus omnem impetum subsistat. ... Forma est quadrangula, altera parte scilicet longiuscula, duabus utrimque turribus ad Romanum exemplar instructa, quatuor ab imo solo contignationibus invicem sibi superpositis, et opere parietum extrinsecus duplicato. Qua in publicum urbis obvertitur, tertio conspicitur fenestrarum ordine inter columellas semirotundas: qua vero respicit Aquilonem, partem explet mœnium, D proportione ad decorem usque exactissima. At ubi se portæ præbet civitatis, a Poppone Caresano Trevirorum Archiepiscopo, novis operibus exculta est, adjectis spectaculi causa circa ambitum odæi podiis et mænianis, ut forma congrueret. Denique multo aggere comportato et affuso, ab urbis foro insigni eminens altitudine, per clivum aditur gradibus lapideis, intra supraque Clero et religione frequens..... Interior species operis nulla laxitate, fornicibus undique restricta, et impedita concamerationibus, nisi quo ad usum templi a posteris explicata cernitur, arguit vix ulli usui locum eum fuisse, præterquam aris, simulacris, idolis, cujusmodi in Capitoliis erigi colique mos erat.

æstimante illam antiquis pro Capitolio fuisse,

16 *Ita Browerus. Masenius, qui ejus opus Notis et Additamentis, a primo contextu secretis, amplificavit et illustravit; ad præcitatum Caput adjecit amplam Appendicem,* de Portis urbis Trevericæ, ex quibus Nigra hodiedum superest, in templum conversa. *Ac primum Casparis Meriani proponit sculptam eleganter tabulam, qua latus ecclesiæ urbem respiciens spectandum datur; quod hic minorem in tabulam contractum vides. Deinde laudata veteris structuræ elegantia, quam melius oculis judicibus, quam auribus æstimabis,* Hoc *inquit* opus, tam priscis quam novis structuris conspicuum, argumentum posteris esse poterit, quantum hæc ætas in architectonica a veteri discrepet. Nova atque accessoria opera suo se vultu habi-

speciem ac firmitatem operis admirante,



A tuque manifestant; minuti lapides, planique ac minus solidi parietes; fenestrarum arcus longiores, sed multi; columnæ ac limina proscripti, satis indicant superiorem turrim navim que totam templi posterioris seculi opera, manus laboriosa, accessisse, ut et ædiculas in templi capite, et sacellum in latere, et geminum in fine versus portam urbis chorum, suis tamen non invenuste cornicibus inter columellas coronatum..... In latere Septemtrionali versus novum chorum S. Symeonis, aliquot annis illudeam inclusi mortuique, angustum tuguriolum, abditumque velut sub graduum recessu cubile, quod erectum vix caput hominem, etiamnum visitur: *notaturque in tabula littera* O.

** imo Meridionali*

16 Structura vetus, olim sine tecto, pluviæ patebat; porticibus tamen elegantissimis quaquaversum per utramque turrim mediumque circumdata, per quas sese ad facilem defensionem circumferre liceret. Illæ ad septemtrionem pedes quatuor, ad meridiem septenos complexæ sunt; et ad dextram lævamque largis fenestris, quas æqualia mediarum columnarum spatia intersecant, decenti symmetria exornantur. Fabrica hæc, qua ab ortu in occasum vergit,

dimensionesque ejus explicante.

B procurrit longius, et centum ac triginta pedum esse censetur; a septemtrione in meridiem non nisi quadraginta sex pedes assequitur. Clauditur utraque tum occidentalis quam orientalis facies turribus validissimis; illud quod interjacet spatium fornicibus ductis conjungitur, sub quibus olim portarum arcus patentes liberum dabant commeantibus aditum; ut etiamnum superne eminentes ad septemtrionem arcus demonstrant, qui aggesta nunc terra clausi propemodum sepeliuntur. Ad meridiem, præter congestum terræ clivum, hac ætate per gradus late explicatos, sensim in ipsum primum fornicem, qui inferioris templi pavimentum est, emtimur, quod pavimentum per ipsas quoque turres fornicibus stratas extenditur: quæ tutum inferiori sui parte recessum vel ad vina vel etiam ad arma pyriumque pulverem recondendum præbent. Unde Philippus Christophorus, proximus ante Carolum Casparum Elector, translatis alio Canonicis, locum hunc in militare rursum munimentum transferre statuit: sed improvisa captivitas, hæc illius consilia intercepit.

17 *Credo et satis apud Deum precibus effecisse Sanctum, ne locum de cætero* [illegible] *tam* [illegible] *nostra* [illegible] *detegimus; quando Francis, absque ullo sacri profanique discrimine omnia circum urbem vastantibus,* [illegible] *S. Symeonis templum* [illegible]

C [illegible] *ab ejus ruina. Quia tamen humanis manibus condita opera,* [illegible] *et lapidibus* [illegible] loco vix dimoveant, *idque* junctura in muris firmissima, occultis tantum plumbi ferrique vinculis devincta, *sit ut* [illegible] eludat, [illegible] *isti* S. Symeonis *ecclesiæ*.

CAPUT V.

Quædam paulo posteriora miracula.

a Lapsus ex alto in [illegible]

Puer quidam scholaris a, Wigericus nomine, cum, ut hæc ætas assolet, die quadam vino intemperanter abusus, secretum sibi requiescendi locum eligeret; altissimum ex latere ecclesiæ conscendit solarium, ibique se inter columnas dormitum incautius extendit. Cum subito quo nescitur motu expergefactus, priusquam se recipere posset, lapsus est in præceps: et super congeriem lapidum, qui forte subtus D positi erant, ita graviter cecidit, ut in toto ipsius corpore nil foret reliquum, quod non dissolutum videretur aut attritum. Ad sonitum itaque ruinæ qui propinqui erant trepidi accurrunt: eum vix spirantem, et corpus fere exanime reperiunt. Levatus in alveolo componitur, et cum desperatione communium ad lectulum deportatur. Visum interim est Præposito ecclesiæ, ad dominum pueri ipsius postulationem oportere fieri, quatenus altari Beati Confessoris traderetur; si forte ejus servitio, divina eum clementia reservaret. Quod mox ut impetratum est, et effectum; brevi et efficaciter convaluit puer, ut nullum pristinæ sanitatis detrimentum postea sensisset.

In servitium S. Symeonis oblatus convalescit.

36 Deselinus quidam, Tolmari Chorepiscopi servus, et rei domesticæ procurator, subito tibiarum b correptus dolore, augescente indies morbo ita paulatim tabescebat, etiam eum tandem membrorum destitutus officio, ut inutilem et invisam sibimet vitam duceret. Quem recuperandæ salutis voto, cum dominus ejus ad memoriam Sancti viri deductum obtulisset, non multo post integræ redditus sanitati, in officiis ecclesiæ, ut nemo expeditior, continuatim permansit.

Tabescens et membrorum usu destitutus, sanatur b

37 Cæcus quidam, e partibus longinquis, tot beneficiorum fama ipse quoque in spem adductus, cum E parentibus et amicis ad jam dicti Sancti memoriam venit; ubi aliquot dierum spatio continuatim in oratione perseverans, divinæ pietatis gratiam exspectabat. Cujus dum vota tardior sequeretur eventus, amaro satis animo; Quantum est, inquit, serve Dei, ut me infelicem consueto in quolibet beneficiorum munere excludas, et tantæ concivium meorum expectationi vacuum dimittas? Sicque desperando a sociis reduci se in patriam expetit. Jam iter arripuerant, jamque per portam civitatis ipsi ecclesiæ contiguam exibant; cum orbata sensim oculis luce tenui, cœpit quodammodo quasi per obscurum præcedentes se comites notare; et repercussus insolita [luce], eos ut quantocius reduceretur invocare. Quod dum illi accelerare contenderent, priusquam ad sepulcrum ascendisset, visum ex integro recepit: moxque humo prostratus, pro increpatione, dignas intercessori suo gratis egit.

Cæcus diu frustra moratus ad sepulcrum, post moram in oratione tractam rediens illuminatur.

38 Simili quoque devotione mutus quidam, comitantibus se amicis, ad sepulcrum sancti viri proficiscebatur: dumque per rupes, quæ valli Trevericæ F imminent, descenderet; inter alias quas prospiciebat ecclesias, hanc, ex qualitate operis sæpe audita, cognovit: quam dum ille, utpote fideli æstuans desiderio, secum miraretur, subito in verba prorumpens, Estne, inquit, B. Symeonis ecclesia? Hinc sane, ut ex multis, æstimari potest, quantum distent divina judicia: quia gratia sanitatis, quæ vix tandem cæcum, cum desperatione jam descendentem, revocavit; muti sperantis votum prævenit.

Loquela donantur, mutus in [illegible]

39 Alius etiam diverso tempore mutus, celebri quadam solennitate, cum ipso loci sui Presbytero magnaque suorum frequentia, in ejusdem sancti Confessoris ecclesia, divinum, quod a Clero agebatur, auscultabat Officium; cum interim divina miseratione in vocem resolutus, laudes Deo sæpius repetendo, sermonis concessi primitias Christo misericorditer dicavit auctori. Ad vocem autem exclamantis turba circumstantium confluente, et quid jam accidisset perquirendo, narranti vix exhibita est fides; quoad Sacerdos, quem diximus, cum omni civium quibuscum venerat comitatu accedens, in conspectu ipsius Pontificis et omnium qui tunc aderant, rem suo testimonio comprobaret.

et alius inter Officium divinum,

40 Matrona quædam ex Bavaria nobilis, gravi et diuturno languore lecto affixa jacebat, multisque medicorum studiis pertentata, omnem fere, quantum ad

Matrona Bavara, valde ægra

AUCTORE D. P.

a S. Poppone monita,

A ad hominem, recuperandæ sanitatis spem projecerat. Nocte vero quadam per visionem beatæ memoriæ *c* Dominus Poppo Archiepiscopus astitit, et manifesta quasi allocutione persuasit, quatenus absque mora ad memoriam S. Symeonis proficiscens, ejus intercessionem pro imminente necessitate expeteret. Cui dum illa, et valetudinis suæ difficultatem, et loci ubi requiesceret obtenderet [ignorantiam] *d*; Age, inquit, modo profectionem para, ego iter monstrabo, ego te ad illum perducam, ad cujus pedes ipse requiesco. Post visionem mulier statim evigilans, receptis incredibili modo viribus, eadem hora surrexit, domumque circuiens, totam familiam excitavit, et ut necessarios commeatus itineri festini parent, servis indicit. At ille languoris vehementia, ut fit, alienatam mente putantes, correptam violenter ad lectum reducunt; atque inter manus ne domo erumperet eo usque detinent, donec sano ejus attendentes sermoni, rem, ut erat, simulque et jam quid pararet, certius agnovissent. Missis itaque de nocte cunctis, maritum, qui tunc forte aberat, celeriter revocavit: quo ducente Treveros profecta, ante sepulcrum Beati Confessoris vota sua et gratias ipsi retulit.

Treviros ire,

sanam se invenit et sepulcrum adit.

41 Quidam ex familia Hesperni, noti admodum B et illustris viri, de possessione ejusdem quæ Osternia dicitur, pro sua qualibet necessitate oblationem Sancto Dei devoverant, quam consueta appellatione *e* Repensinne vocant. Cumque certos panes annuatim Treveros reportarent, atque in villa, qua in itinere pernoctabant, revelantes sarcimulas, viatici sui partem relinquerent; contigit forte unum ex votiva summa panem ibidem inter cetera remansisse. Hunc in redeundo, cum aliis quæ ibi fuerant; pariter assumentes, abundantibus in via cibariis domum referunt integrum. Ibi demum incisus, mirum dictu ita cœpit sanguinem manare; acsi animali cuilibet vulnus inflictum cerneres. Stupefactis autem ad quos res pertinebat omnibus, et negligentiæ suæ reatum cum tremore professis, delatus est in ecclesiam ibidem panis; ubi mirandum simul et terrificum videntibus, non parvo tempore, spectaculum præbebat. Hoc nobis, siquando inter nos de virtutibus Beati Confessoris sermo oriretur, narrare *f* solet Frater noster et Canonicus Ecclesiæ Majoris, filius videlicet domini ejusdem familiæ, et possessionis C ubi res accidit; ad quem etiam quadra ejus panis, causa fidei transmissa est, indurato jam cruore undique infecta.

Panis ex voto non oblatus, sanguinem manat.

42 Quidam inquilinus de Barna *g*, super Mosellam (ut nostis) flumine sita, gravi correptus languore, toto paulatim corpore tabescebat; jamque inveterata valetudine, integro aut eo amplius anno in tantum sumendi victus fastidium devenerat, et panis maxime quo potissimum corpus sustentaretur, ut gustum ejus, quasi mortiferum aliquid, omni modo abhorreret. Cumque jam de vita in desperationem omnium venisset, penitusque lectulo jaceret affixus, nocte intempestate salubri quodam recreatus visu; citatam nomine uxorem ad se festinanter vocavit, stipulam sibi præberi postulans, *h* qua (ut moris est) fidem sponsionis faceret, Treveros se iturum. Quem illa increpans, Quonam, ait, modo tantum iter miserande suscipies, qui nisi alienis sustentatus manibus, se minimum quidem e lecto progredi valeas? Et ille, Certum est, inquit, mihi, ut intendi, viam tentare, et Deo auxiliante utcumque vel manibus reptando Beati Symeonis attingere limen. Nam modo mihi quidam assistens voce consolatoria monuit, ut ad memoriam ejus quantocitius properarem, ibique me per merita ipsius sanitati reddendum confiderem. Itaque spopondit, et sine mora ad civitatem iter instituit; ubi, inter

ex tali desperatus de vita,

visione nocturna monitus:

eundum receptis per incrementa viribus, eo usque D convaluit, ut ad sepulcrum viri sancti consistens, vix aliqua perpessæ infirmitatis vestigia persentiret. Inde ad me, qui tunc forte aderam, domum meam divertens, ut primus illi in profectum excutiendi fastidii panem porrigerem, expetiit. Cui congratulatus ego, mox subcineritium panem tenuem et delicatum deproperare comparavi; et eo quo oportuit divinæ miserationis respectu, manu mea præbui comedendum. Igitur postquam aliquantum ex eo sumpserat, pariter et cibi fastidio et languoris omni debilitate recreatus est; receptaque brevi ad integrum sanitate, Deo et Sancto ejus gratias agens, lætus domum rediit.

ad sepulcrum sanatur:

43 Alius quidam, nostri juris homo, Odo nomine, de Villa quæ Roie *i* dicitur, tanta jam inde a pueritia membrorum fuerat affectus vulneratione, ut scabellis innitens per terram dissolutum traheret corpus. Hunc cum, propinquorum solicitudo ad urbem delatum, ad confessionem viri Dei statuisset; oblatis ibidem pro copia, fusisque pro ægroto precibus, supernæ consolationis respectum expectabant. Nec diu salutaris effectus fidelium vota suspendit, quin mox in pedes resurgens toto erectus est corpore; sicque membrorum restitutus officio, Sancti E Confessoris, [ope] perseveranti incolumitati usque modo perfuitur.

i item alius scabellis repens.

Anno Dominicæ incarnationis secundum Dionysium *k* MXXXVI, II Idus Maji, in Ascensione Domini, venit ad sepulcrum Sancti Symeonis Confessoris mane juvenis quidam, nomine Bertinarius a navitate surdus et mutus, qui confestim officium linguæ recepit et auris: in ipsa vero receptione divinæ misericordiæ, dum lingua reseratur et auris, sane a sathana mundatur; cujus impedimento credi poterat fuisse ligatus. Sanguis [enim] erupit sibi auribus, ore, et naribus: ubi manifestata visitatio Spiritus sancti non dubitatur, et emundatio dæmonii, cui simile in Evangelica veritate repetimus.

k Ann. 1036 mutus et surdus loquelam et auditum recipit.

ANNOTATA D. P.

a *Hoc miraculum, in MS. S. Maximini et apud Surium (unde totum hoc Caput accepimus) præponebatur ei miraculo, in quo finivimus Caput 4; quodque priora tempora ideo spectare credimus, quia solum meminit* sepulcri; *etiam ante Canonizationem frequentati; non autem* Ecclesiæ, *post illam constructæ, cujus sequentia omnia faciunt mentionem, ab eodem tamen auctore verosimiliter conscripta, excepto ultimo anni* 1068, *quod omnino videtur aliis additum, ipso quo contigit tempore.* F

b *MSS.* Tabearum, *quod per conjecturam correximus.*

c *Eadem*, Comes quidam, *quod sensum nullum facit.*

d *Ita sensum suppleo, alias mutilum, nisi quis malit,* longinquitatem, *substituere.*

e *Fortassis* Repensinnes; *est enim* Sinner *Germanice mensura 26 librarum,* Repa *feretri sacri operculum, cui imposita ad istam aut aliam certam mensuram panum oblatio, tale nomen acceperit.*

f *MSS. Maxim.* Netel, *quasi proprium nomen hoc esset, sed tunc desideraretur verbum.*

g Bern-seu Beronis castellum *nominat Browerus lib. 11 num. 13, a prædonibus in acriter defensum, quod, eis ejectis, cum Poppo Archiepiscopus in suam redegisset potestatem, dissipatis ac dirutis propugnaculis funditus excidit: atque ex hinc sola istic mansisse videtur colonorum habitatio, nomen antiquum retinens, quod tamen topographi nusquam exprimunt.*

h *Ita corruptum in MS. sensum restitui, pro eo quod*

A *quod legebatur,* postulans Treveris se stipulationem aqua *etc.*

i *Neque* Roya *hæc uspiam exprimitur.*

k *Characteres conveniunt cyclo Lunæ 4 Solis 4: et littera Dominicali* D *Pascha celebratum fuit die quinta Aprilis: apparet autem hoc saltem postea ab aliis esse additum.*

HISTORIA ELEVATIONIS

Sancti Symeonis et Venerabilis Popponis;

Auctoribus iisdemque testibus oculatis, Frederico Præposito ecclesiæ S. Paulini, et Joanne Schekmanno Monacho S. Maximini.

§. I. Elevatio S. Symeonis ex ipsius ecclesiæ, veteri manuscripto.

Vero devoto, populo Trevericæ urbis indeque felici, humilis urbis ejusdem indigena Fredericus, Ecclesiæ Sancti Paulini meritis B *et nomine indignus Præpositus, in pugna utriusque hominis feliciter triumphare.*

Præfatio scriptoris, Noscitis, ut reor, non tam patrum majorumque nostrorum relatibus, quam veteribus historiis, propriisque nostris vetustissimis codicibus, quantis virtutibus quantisque laudum præconiis omnium Creator aspectu singulari hanc urbem sanctam concessit pollere præ ceteris, quæ transacto vanitatis *a* tempore, dignæque perdito homine, *b* quem pœnituit Creatorem plasmasse, cum legalibus est orsa *c* præceptis, atque operose condita, Septeno anno Abrahæ *d* Patriarchæ. Porro hæc urbs beata hoc legum tempore virtutibus extitit adeo per orbem famosissima, ut etiam antequam caput mundi Roma [esset,] ejus potentiam longe lateque pertimesceret. *de urbis Trevirensis vetustate,* Itaque plenitudinis succedente tempore, dum idem Creator omnium misericordia motus, per Verbum incarnatum plenitudinem gratiæ mundo infunderet universo, hanc etiam urbem beatam, sub anno octavo Apostolatus Romæ beatissimi Petri Apostolorum principis, præ ceteris fide illustravit et gratia. Namque idem ipse Claviger tres probatissimos viros Eucharium *f* videlicet, qui et tertius erat in ordine C Septuaginta duorum, Valerium, et Maternum (qui præclaram gentem Trevirorum in Christi fide efficaciter instruxerunt) ad eamdem famosissimam urbem destinavit. *conversione ad fidem,* Post illos quoque beatissima Helena Augusta hanc sanctam urbem, de qua et originem *g* duxit, cujusque vir Constantius (de quo et Constantinum genuit Imperatorem piissimum) in Campo Martio, nunc in Ecclesia S. Paulini memorata, honorifice *h* tumulatus; per beatissimum Agritium, Patriarcham *i* Antiochenum, Domini nostri tunica inconsutuli, *k* et clavo ejusdem, corpore B. *l* Matthiæ multisque aliis religiosis (ob natalis amorem, beatissimo etiam cooperante Sylvestro) ditavit muneribus. *ac Sanctorum ejus claritate.* Quot putas postea religiosissimi viri eamdem sanctam civitatem præmissorum adierunt contemplatione, ipsamque propriis suis cruoribus, et gloriosis consecraverunt obitibus? quorum revera, relectis voluminibus hujus sanctæ civitatis veteribus, tot reperiuntur, quod eorum beatissima corpora *m* sacratissimæ basilicæ in se continere non sufficiunt: atque horum sciscitator devotus nimirum dicere poterit, Terribilis est locus iste: vere quidem Dominus est in eo, et ego prius nesciebam.

2 Inter quos, ut proposito vacem, ad hanc sanctam civitatem novissimus venit, divina disposi- D tione, ardenti ad hoc desiderio Sancti patris Popponis hujus urbis Antistitis, tunc Hierosolymis peregrinationis causa morantis, quidam vir de *n* Græcia natus, vir sanctissimæ vitæ et religionis, vir revera magnorum miraculorum tam in vita quam in morte; Sanctus videlicet Symeon, ecclesiæ Nigræ portæ Patronus: qui etiam in monte Sinai, ubi felicissimus Moyses gloria Dei fruebatur, strictissima vita monachali, sub ordine Levitico, religiosissime potitus est: quique ad hanc sanctam veniens urbem, ut solitarius divinæ contemplationi strenuissime vacaret, in memorata Nigra-porta (ideo olim sic dicta, quod bellicis congressibus, tristibusque inde ingruentibus novellis fuerat disposita *o*; nunc vero in honore ipsius beatissimi viri spiritualiter militantibus consecrata) per præfatum sanctum Antistitem Popponem magno spiritus ardore includi; atque inibi venturi Judicis diem desiderabat expectare supremum. *A. SCHEKMANNO.* *Post vitam sancte peractam a S. Symeone* Denique in eodem loco septem annis inclusus malignorum spirituum insidias, infestationesque multiplices perpessus, vicit vivendo sanctissime; atque nacto hujus calamitatis triumpho, multis contestantibus miraculis, sub anno Domini millesimo tricesimo quinto, ei qui dedit animam reddidit Altissimo, propter quod et digne E Catalogo Sanctorum connumeratus est. *eumque, ob miracula post obitum patrata Sanctis adscriptum,* De cujus quidem vita, virtutibus, et miraculis magna apud nos reperiuntur *p* volumina: ad cujus beatissimi viri pedes commemoratus sanctus Pater Poppo, singularis dilectionis titulo, voluit tumulari; et quemadmodum in vita sua dilexerunt se, ita et in morte etiam non sunt separati.

3 Igitur succedente modo anno Domini millesimo quadringentesimo, placuit Altissimo hunc Trevericæ urbis thesaurum felicissimum, a tanto tempore absconditum, inveniri; *anno 1400* atque hanc beatissimam lucernam, divina succensam virtute et gratia, in hac quoque sancta civitatis Porta, multis signis et miraculis coruscantem, aliquo modo sub modio non latere; sed supra Portam eamdem veluti poni supra candelabrum; ut devotis ingredientibus cordibus lumen suæ virtutis, Domino auxiliante, pio ministraret affectu. Exiit igitur sermo iste divinitus inter quosdam Fratres Ecclesiæ memoratæ: qui, ut firmiter creditur, instinctu sancti Spiritus, tanto desiderii ardore pro hac re sunt accensi, ut eadem hora, gaudenter assumpta se ad hoc disponendi facultate, postpositisque aliis, operam dumtaxat huic rei quam poterant præbuere devotam. F Adveniente vero sancta feria sexta, quæ fuit quinto *q* Idus Januarii; *feria 6 die 9 Januar.* ego indignus, cum Michaele Decano, Joanne urbis Officiale ac Jacobo Canonicis et Fratribus carissimis, de conscientia Joannis Ecclesiæ Præpositi; ipsa Ecclesiam, appropinquante nocte, gratia hujus desiderati thesauri reperiendi, cum ingenti ardore introivimus pariter et tremore. *nocte media* Cumque sancto hoc cœpto negotio cum desiderio valde diu fuisset laboratum; multorumque pavimentorum dura perforata soliditate, in eo loco quo ejus tumba post *r* altare stat eminenter erecta (ne desperatio tæderet) auxiliante Domino, in medio fere noctis silentio, hoc sacratissimum corpus, a die ejusdem depositionis, ut apparuit, integrum reperimus et intactum. *corpus invenitur integrum,* Supra cujus etiam pectus beatissimum plumbea resedit tabula, litteris conscripta sic vetustissimis. Hic jacet quidam Symeon, de Babylonia *s* natus; in Sinai Monachus: hic autem solitarius obiit, Kalendis Junii. *cum lamina:* Valde utique gavisi in Domino, atque hujus beatissimi viri Symeonis Caput, cum parte una Brachii sinistri, ceterisque ipsius manuum et pedum reliquiis, de hoc sacratissimo corpore sumptis, impetrata indulgentia Reverendissimi Patris et Domini, Domini *t* Werneri, hujus sanctæ *et capite aliisque partibus inde sumptis.*

A sanctæ urbis Archipræsulis, cum gaudio summaque qua potuimus excepimus veneratione. Porro residuum corpus, in plumbea reconditum tumba, cum plumbeto u, indigna manu mea super re gesta conscripto, priori est loco recommendatum.

ex scrinio reconditur u

4 Et quidem ut hoc sanctissimum lumen supra candelabrum poneretur; sancta Clericorum et Civium congregatione die post hoc Dominica, prima videlicet die Februarii, cum Missarum solemniis, multaque tam Cleri quam Populi in Christo devotione, sicuti et ipsi vidistis, religiosissime omnibus est ostensum. Propterea, ob perpetuam memoriam, qualiter omnipotens Deus hunc sanctissimum virum, in hac ostensionis hora, visibiliter de cælo mirificaverit, cordibus non subticebo devotis. Noscitis quippe, et vos ipsi vidistis, quomodo Sabbato præcedenti, die noctuque, tenebrosa aqua in nubibus aeris tantam atque adeo succedentem infudit pluviam, ut etiam Dominica die memorata, sine aliquo spei intervallo, et per ipsam totam postea continuaret hebdomadam; quod, præsertim ipsa die Dominica, apud nos non fuerat spes, in proposito loco, retro tumbam per fenestras foras præparato,

Caput cum aliis ostensum 1 Februarii in Dominica,

post copiosam pluviam,

B propter populi multitudinem, eidem posse hoc sacratissimum lumen ostendere. Igitur fusis ad Dominum, et hunc beatissimum virum precibus devotis, pro competenti aura, saltem in hujus sanctissimi Capitis aliarumque reliquiarum ostensione; ecce mirificavit Dominus Sanctum suum. Nam adveniente hora qua hujusmodi beatissimæ tractabantur Reliquiæ, ostensionesque earumdem, lucerna cœli, clarissimo videlicet solari aspectu hac turbidissima aura citius penetrata, illi sacratissimæ lucernæ adeo visibiliter de cœlo arrisit, ut etiam nobiscum clarificato cœlo, contra naturam temporis, Sol ipse, non hiemales, sed omnibus sensibiliter radios infunderet æstivales; et hæc sancta Porta cum Propheta digne clamaret, Dominum glorificando. Quantum tu illuminas lucernam meam, Domine! Quot putas et quanta in hac hora devota corda, præ gaudio tanti cœlestis miraculi, sua pectora lacrymis profluentibus, a quibus et nos similiter continere non potuimus, contundebant, atque laudes omnipotenti Deo dignas referre conati sunt: quia et hujus beatissimi viri precibus visitavit Dominus plebem suam Trevericam, oriens ex alto. Quis ergo præmissorum rerum scitator de hac Porta narrare non queat dicere; Vere non est hic modo aliud nisi domus Dei, et amodo Porta cœli [vocabitur]. Quis quoque cum

reddita repente serenitate:

cum gaudio et lacrymis omnium.

C electionis vase non audeat enarrare; Eratis aliquando tenebræ, sub hac quidem nigra Porta; nunc autem lux in Domino, sub hoc beatissimo viro. x

x

ANNOTATA D. P.

a *Videtur intelligere tempus ante diluvium, quo Deus humanum genus quasi suo dimisit arbitrio, nulli alteri legi quam naturæ, in sola ratione fundatæ, adstrictum.*

b *Id est, humano genere universo per diluvium extincto, præter Noe cum suis.*

c *Alteram mundi ætatem sive Legis scriptæ intelligit, quæ censetur cœpisse cum Abraham.*

d Datur hæc venia antiquitati, *inquit Livius*, ut miscendo humana divinis, primordia urbium augustiora faciat. *Non usque adeo desipuere Trevirenses, Christianitatis luce inter primos perfusi, et ex sacris litteris saniora edocti, quam ut a Marte cum Romanis, de quibus loquitur Livius, vel alio fictitiorum Deorum, conditoris sui genus deducerent: simili tamen antiquitatis quam maximæ studio ductus eorum aliquis, sumpto ex veteri historia fundamento, commentus est* Trebetam, *Nini filium, Semiramidis privignum; qui incestos novercæ suæ detestatus amores, in hanc Galliam Belgicam venerit, ac* Treveros, *a nomine suo dictos condiderit. Quia autem ea de re Treveris dubitare piaculum habetur, neque proprio, sed alieno arbitrio Annales suos texebat Browerus, quos etiam sub prælo plurimum interpolatos dedignabatur, non potuit idem evitare, quin isti narrationi caput 3, 4 ac 5 daret: non tamen se continuit, quin Caput 6 adderet sub titulo* censuræ, *sic exordiens.* Speciose quidem, nisi me multa fallunt, hæc eam in partem disputata sunt (*adductis scilicet Auctoribus non contemnendis, qui talia susceperunt*) quam ut concessam et exploratam, lubentes (scio) sument tollentque philopatrides, id est patriæ nimio plus quam studiosi. Qui tamen si pensi nihil habebunt aliud, quam majorum origines illustrari seu opinione seu certa via; retineant sane per me licebit, non Trebetham modo urbis suæ conditorem, sed Catholdum suæ civitatis principem, ... et Arimaspem. . . . hæc enim libri Gestorum fronti apta emblemata nexaque pulchre prætenduntur. Equidem, qui in vetustatis, si non possessione, at vestigiis, semel pedem posui, ne patrocinium accommodasse foro videar, facere non possum, quin illam superiorem orationem, quasi Penelopes telam, illico retexam: siquidem Marco Tullio teste, nihil esse tam incredibile constat, quod non dicendo fiat probabile. *Hoc sperasse videtur Masenius in suis ad hoc caput Additamentis, sed quibus aliud consecutus non est, quam ut videatur orator melior quam historicus, non solum ab exteris, sed etiam a suis suis paulo eruditioribus, Tritthemio, Turkio, aliisque. Henschenius enim totum hunc primum numerum jusserat: sed fidelitatis esse credidi, nec ista quidem oculis lectoris subtrahere, superioris seculi credulitati liberius ignoscituri, cum intelliget quod ea ne hoc quidem cultiori ævo satis excuti ex animis Trevirensium possit. Interim noto, septimum Abrahami annum, secundum Salianum nostrum, incidere in annum mundi* 2005, *ante Romam conditam* 1295, *ante Christum natum* 2010.

D

e *Hinc ille vulgatus apud Treverenses versiculus:*

Ante Romam Treveris stetit annis mille trecentis

E

f *Coluntur* S. Eucharius 8 *Decembris, quando licebit expendere, qua fide ejusmodi admittenda opinio;* Maternus, *Tungrensibus potius adscribendus,* 14 *Septembris;* Valerius, 19 *Januarii; ad quem diem omnium trium communia Acta edidit et Notis illustravit Bollandus.*

F

g *Browerus ad an.* 327 *num.* 4 *allegat pervetus Eusebii Chronicon, in majoris ecclesiæ Bibliotheca asservatum, ubi hæc narrantur, et* Treverensis Galliæ indigena nuncupatur Helena. *Locum hunc vulgato Eusebii Chronico exemptum mala fide fuisse, Enenius quiritatur: fatetur autem, deprehendisse se* charactere dissimili et extra ordinem, ad obitum Constantii Cæsaris, *ita ibi scriptum esse. Masenius, eo non obstante, nititur veritatem Trevericæ traditionis hac in parte in Additamentis probare. Senior opinio Bithynam Helenam facit, qua de re agemus* 18 *Augusti: vide interim quæ Bollandus habet ad num.* 32 *de Vita S. Agricii* 13 *Januarii.*

h Constantius *obiit Eboraci in Britannia. Corpus Treviros translatum nec Browerus nec Masenius ausi fuerunt asserere, sed hanc rem silentio prætererierunt, nisi locus quærentem me fugerit.*

i *Hoc fuisse* S. Agricium, *non admittit Browerus: putat tamen quod potuerit designatus fuisse, sed prius quam ordinaretur traductus in Gallias: verum frustra omnia, cum is anno* 314 *Concilio Arelatensi* 1 *interfuisse inveniatur, multo prius quam Palæstinam Helena peteret, Crucis Dominicæ quærendæ causa.*

k Tunicæ *illius ac* Clavi *figuram et mensuram, æri*

accuratæ

A *accurate insculptam, exhibet Masenius, in Additam. ad an.* 327.

l *De Corpore* S. Matthiæ *Treviris, vide* 24 *Februarii nostri: sed quoad modum, auctorem, ac tempus translationis, scito pauca quæ hic dici, neque cum veritate consistere; utpote multis post seculis scripta a quodam anonymo Trevirensi, sed secuto traditiones populares, parum distinctas.*

m Martyres Trevirenses *potissimum intelligit, quorum* pene innumerabilium in persecutione Diocletiani, sub Rictio Varo Præside, ob Christi fidem vario mortis genere necatorum (*ut habet Romanum Martyrologium*) Commemoratio *agitur* 6 *Octobris.*

n Græciæ *nomine comprehendendo etiam utramque* Siciliam: *quarum ea quæ cis Pharum est, olim etiam* Magna Græcia *dicebatur, et matri* Symeonis *patria fuit; ipsi vero Sancto Syracusæ, ut scribit auctor familiaris.*

o *E contrario altera ad* Orientem, Porta-alba *vocabatur*, amœnis, *inquit, Masenius* educta et ornata turribus, *quæ*, post res feliciter militiæ gestas, ovantes triumphantesque excipiebat; unde ad referendas diis gratias, Romanorum more incedebant ad Capitolium, quod in editiori situm fuisse clivo, quem nunc occupare S. Crucis oratorium videmus, B haud immerito existimamus; quamvis Browerus, ad Martyres, humili nimis loco et Portæ nigræ vicino, fluctuanti tamen opinione, collocet: *recte autem* fluctuanti opinione *id fecisse Browerum (addo, vel ejus interpolatores) dicit Masenius; cum in Proparasceve dixit*, meo quidem judicio nihil ulla hujus urbis regione, ad Capitolium inveniendum, statui potest, illustrius vel accommodatius, *quam opus ipsius Nigræ-portæ:* ita tenet arcem hæc fabrica, atque ex Vitruvii descriptione excelsiorem occupat aream, unde civitatis olim pars maxima conspici potuit. Nam quæ in Imperio Romano splendidæ civitates habuere Capitolia, eæ, principem Urbem imitatæ, loco ferme condiderunt illa editissimo, quo spectatior et augustior esset Deorum cultus, quorum in tutela quæque civitas.

p Magna *quidem* Volumina *ad S. Symeonis ipsimet vidimus an.* 1668, *sed in quibus de* Symeone *præter jam edita nihil, quam aliorum per annum Sanctorum Passiones et Acta: si quæ propria de ipsius miraculis fuerunt, ea dolemus intercidisse.*

q *Currente tunc littera Dominicali* D. *Fuit autem ad* 9 *Januarii adscripta hæc* S. Symeonis elevatio *in MS. Florario Sanctorum, in Martyrologio sub annum* 1490 C *Lubecæ et Coloniæ cuso, atque in Auctario Greveni ad Usuardum. Browerus;* hujus *inquit*, Inventionis anniversariam Clerus, titulo Apparitionis aut (ut scribunt quidam) Apertionis, conservat memoriam.

r *In Vita num.* 22 *dicitur*, corpus viri Dei humatum in cellula, *eadem scilicet in qua vixerat, angusta et sub gradus retrusa, quæque in tabula notatur littera* O, *et num.* 24 *dicitur, accurrenti ad sepulcrum venerandum populo*, commodus ascensus paratus in ædificio turris: *ac denique num.* 31 *in eodem* ædificio turris, ubi corpus viri sepultum erat, unum altare consecratum, *quinto post Sancti obitum mense. Istis autem locis cum hoc collocatis, ubi dicitur laboratum fuisse*, multorum pavimentorum dura perforata soliditate, in eo loco quo Sancti tumba, post altare stat eminenter eruta; *aliud non possum intelligere, quam altare istud fuisse erectum, non in ipsa Sancti cellula, sed supra illam; in capite scilicet ejus pavimenti, quod per totam inferiorem ecclesiam supra primum ordinem portarum extenditur. Post altare vero existimo constructam stetisse tumbam, vacuam illam quidem, sed quæ nomen venerationemque habebat sepulcri, cum verum sepulcrum directe subtus illam esset, loco tum forsitan undique clauso. Hic locus antea foras per fenestram patebat, et intus verosimiliter per ostiolum in turri; per quod ostiolum Archiepiscopus* D *aliique familiares ingrediebantur ad Sanctum, quos non est credibile per fenestram ascendere solitos. Ita capio, quomodo multiplex pavimentum fuerit pertundendum: quod non fuisset faciendum, si ad locum sepulturæ ingressus patuisset.* AUCTORE D. P.

s *Browerus, eamdem inscriptionem referens, omittit* το, natus, *utpote contrarium Vitæ, in qua dicitur,* in civitate Syracusana progenitus; *cum* Babylone *solum dicatur injuriose detentus, quando volebat in Europam transire. Fortassis Sanctus, quærentibus cujas esset, solebat,* De Babylone, *respondere,* Babylonis *nomine,* mundum *intelligens quem dimiserat. Manet nihilominus mirum, quomodo id plumbo insculpi sint passi, qui distinctius patriam ejus norant; nisi ipsemet, ita scribi præcepit.*

t Wernerus, a Kunigstein *cognominatus Cratepolio, præfuit ab anno* 1388 *usque ad* 1418.

u Plumbetum, *Gallica terminatione, diminutivum a* plumbo, *sumitur hic pro* lamella plumbea, *cui quæ verba Auctor inscripserit, ipso tacente, nemo dixerit, nisi fuerit capsa reserata; quod factum videtur aliquando fuisse; quandoquidem num.* 1 *Comm. prævii, multo major pars ossium sacrorum nunc dicatur in ecclesia* E *Cathedrali asservari, quam hic indicetur sublata.*

x *Mirum est, nihil addi de loco et ornatu, quo deposita arca fuit: nihil de translatione Reliquiarum ad eamdem Metropolitanam: nisi hæc, post absolutam hanc scriptionem, curata fuerint. Si autem etiam curata diu post, mirum, quod nullum aliud extet indicium temporis vel auctoris, saltem in hierothecis deprehendendum, per tesseraria scuta, notasque numerales. Ipsi arcæ nunc leguntur inscripti hi versus:*

Plebs Trevirum gaude, Sancto Symeone Patrono,
Illius hic tumulum supplice mente cole.

Et quoniam eadem in arca reconditæ sunt etiam quædam Reliquiæ SS. Nerei et Caroli; *hæ (ut credo) Imperatoris, cognomine Magni, Aquisgrano allatæ; istæ Romani Martyris, ex Urbe advectæ; adduntur Germanici Rythmi duo, quorum primus monet, auribus vel oculis ægros debilesque, et mutos ad* Symeonem *recurrere; alius indicat, a* S. Nerio *curari podagram, et a* S. Carolo *pestem pelli.* NOT. 6

§. II. Elevatio Ven. Popponis ex MS. Sanmaximiniano.

Sequebatur *præmissam Relationem, prolixa exhortatio ad peccatorem impœnitentem, qui dicebat* in corde suo, Non est Deus; Numquid Deus dormit? Numquid et Sancti ejus dormiunt? qui modo. neque signis et miraculis nobis non apparent? *ostenditque Auctor, hæc merito talibus subtrahi; eosque hortatur ad pœnitentiam de commissis agendam, utque* exemplo et doctrina beatissimi Symeonis, nostræ carni non plus serviamus quam sit opportunum; sed ejus infirmitatem ita reficiamus, ac cibo potuque nutriamus, ut absque relucta, ad usus, non vitiorum, sed exercendarum habeatur virtutum: et sicut ipse beatissimus Symeon, ipsam, divina concurrente gratia, feliciter triumphavit; sic et nos, resectis carnis semper ad mortem trahentis concupiscentiis, eamdem etiam opitulante Domino salubriter vincamus. *Nos, istis omissis quæ nihil faciunt ad historiam, subjungemus Elevationem* venerabilis Popponis, *a Schekmanno descriptam; quoniam neque satis ejus probatur cultus, ideoque visus ipse fuit referendus inter Prætermissos die* XVI *hujus mensis; neque Acta, quæ duplicia habemus, tam antiqua sunt tamque singularia, ut mereantur saltem ad calcem diei istius poni, per modum Appendicis, propter indicia alicujus inchoati cultus. Damus autem illam Elevationem, prout ab* F *Alexandro*

Schekmannus San-Maximinianus.

AUCTORE G. H. Maximiliano Imperatori offert Vitam Ven. Popponis,

A *Alexandro nostro Wilthemio accepimus an. 1647, ex autographo, cui præfatio Epistolaris hæc proponitur:* Magnificentissimo excellentissimoque Principi, Domino maximo, D. Maximiliano Romanorum Imperatori electo, invictissimoque Cæsari Augusto, ac Germaniæ et Hungariæ Regi serenissimo, illustrissimo Archiduci Austriæ, Clarissimo Duci Burgundiæ, Brabantiæ, Lotharingiæ, Lutzenburgi etc. Splendidissimo Comiti Flandriæ, Tyrolis etc. Lantgravio Alsatiæ, Palatino Salzburgi, suo gratissimo Domino, Joannes Schekmannus Trevir. solo nomine cœnobita Maximinicus, salutem optat et felicitatem.

6 *Præfationem sequitur Vita, Vitam narratio,* quomodo inventa *fuerit* Tunica inconsutilis D. N. Jesu Christi XIV *Aprilis anno* MDXII, *ipsomet Maximiliano ad eam requirendam divinitus inspirato; et die* III *Maji, Imperatori exequias uxoris Blancæ celebranti, Proceribusque et populo universo ostensa; ac rursus quinto post anno, in die Epiphaniæ, exhibita. Tum additur, quomodo.* Altera Epiphaniarum *a*, quæ quarta Sabbati fuit, S. Symeonis ecclesiam, ubi incliti Popponis diu Trevirensis Antistitis, corpus quiescit, Missarum solennia auditurus adiit D. Imperator, Heroum comitatus caterva. Missæ officio, non

a

B strenue minus quam reverenter perfecto, D. Augustus abdita quædam et secretiora ejusdem visitabat ecclesiæ loca; et reperit, non tam magnificam et fortem structuram, quam mirificam et humilem Anachoretæ habitaturam. Movebatur exinde pius ejus animus, et totus incaluit spiritu, subministrante mirificationis materiam hinc abjecto et angusto (ut ita feram) tugurio Symeonis, illinc mirabili ædificio Popponis. Cum ecce cor devotissimum piissimi Domini Maximiliani tetigit divinus ardor, et Sanctorum cultus cumulatior: datque mandatum, pariter et preces admittit, apud R. D. Richardum *b* Archiepiscopum qui et ipse tunc aderat, super inquisitione assentiat corporis incliti Popponis, sui antiqui prædecessoris. Assensus est Præsul, statuitque rem, in Capitulo illius decentissimi Collegii, Canonicorum judicio discutiendam simul et determinandam. Conciliantur venerabiles Canonici, petunt desuper consultaturi facto quid opus sit. Tandem pariter convenientes, et opportunam se nactos opportunitatem inquirendi corporis gratia gaudentes, ac Imperialis Majestatis sublimitati grato concurrentes assensu, venerandum corpus postera die inquirendum decernunt. Percipit hoc Dominus Imperator, fitque alacer et hilarior; lætatur et omnis amica cohors, quæque necessaria sunt disponuntur.

cujus ille corpus requiri jussit an. 1517,

b

C 7 Advenit crastinus dies, et ordinantur qui huic negotio solennizando interessent. Augustalis potentia direxit illuc spectabilem virum D. Joannem Spronts, Præpositum Brixinensem, ad hujusmodi actum principalem Commissarium; egregium etiam D. Balthazarem Merklyn, Præpositum in Waltkirck, ejusdem ecclesiæ S. Symeonis Decanum ac Cæsareum Consiliarium. D. Archiepiscopus vero misit R. D. Joannem, Episcopum Cirenensem, generalem suum in Pontificalibus Vicarium, et nobilem D. Ropertum Montreal, Abbatem et Dominum Epternacensem; nec non eximium D. Joannem de Ave, tum Pontificii tum Cæsarei juris Doctorem, Officialem et Ordinarium Curiæ Trevirensis. Comparuerunt et alii præclari et ingenui viri, D. Joannes de Hoechperch, Præpositus in Phortzen, Spirensis diœcesis, Orator illustris Principis D. Marchionis Badensis, Secretarius item ejusdem Principis; Emericus, Comes in Lynygen; Wilhelmus Montreal nobilis Armiger, germanus D. Episcopi Tornacensis; aliique plures, Prælati, Doctores, Sacerdotes, nobiles, ignobiles, cives, intranei et extranei; præsentibus quoque illius ecclesiæ Canonicis, D. Mattheo, Decretorum Licentiato, ejus ecclesiæ Præposito, ceterisque omnibus Capitularibus loci, cum singulis membris et personis. D

ad quod convenientibus deputatis 8 Jan

8 Quibus in nomine Domini congregatis, post meridiem diei memoratæ, circa primam horam, cum devotione et reverentia, divertunt ad mausoleum, ubi pretiosa illa margarita, corpus loquor D. Popponis, humata seu potius reclusa jacebat. Et primum quidem tabulam ligneam reperiunt, in qua incliti Popponis imago sub forma Episcopi, cum diademate *c* depicta erat, tenentibus duobus Angelis mitram Pontificalem; in cujus circuitu, per gyrum laminæ inauratæ, in summitate, Salvatoris imago fusilis, ænea æque et deaurata; in pede rursus imago Popponis (ut conjecturari facile est) configurata, dum vitales carperet auras, Popponis faciei. Præfert enim calvitium et maxillas depressas, elevatas autem genas; ut Popponem effigiatum fuisse asserunt. Porro in quatuor angulis quatuor Evangelistæ, sub figuris animalium, per circuitum vero duodecim Apostoli, quibus mediabat hoc sequens Epitaphium, ex parte mutilum et sententiæ imperfectioris; tametsi integrum cerneretur, quod syngraphum hic annotavimus: ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M. XL. V. XVI KALEND. IVLII, OBIIT HVIVS E TREVERICÆ SEDIS DEO DILECTVS ARCHIEPISCOPVS POPPO, CLARA MANENS POPVLI LVX, SPES GRATISSIMA CLERI, CINER. *d* DOC. HVNC VT CONSOCIIS AGGREGET ANGELICIS, CONFLORADA CEDRVS, VENERABILIS REDDERVS PRÆSVL SPIRITVS OSSA TEGEBAT, HENRICI IMP. AVGVSTI PRIMO *d*

detegitur imposita sepulcro effigies cum diademate,

c

et epitaphio.

d

9 Dehinc fusum *e* quid lapideum coloris jecorii, superficiem tumuli tegens. Amoto illo, rursum (ut moris est sepulcrorum) conspicitur coopertorium: quod sublevantes, optatum se invenisse thsaurum gavisi sunt gaudio magno valde: et intrantes (ut ita loquar) domum sepulcri, invenerunt corpus incliti Popponis, reclinatum in saxis, et Episcopalibus insigniis involutum. Nuntiatur interea maximo Principi Maximiliano Cæsari Augusto, jam jamque abituro, et quasi hujus rei experimentum præstolanti, quod tantopere desiderabatur inventum. Qui mirum in modum exhilaratus, ovanter equum inscendens, et in hoc Treverianis se salutem et lætitiam procurasse gavisus, urbem egressus est.

e

et corpus invenitur.

10 Puto, narrationis series exigit, quomodo repertum sit corpus odorum, et qualiter adhuc jaceat, disseramus. Excisum est monumentum in saxea *f* grandea testudinis, ab intus delinitum sive obductum cœmento subtili: cui impositum corpus venerabile, mirificante Domino Sanctum suum, nullam vidit corruptionem. Nempe totum integrum, totum solidum, F totum nervatim, membratim, articulatimque cohærens; ut cerneres Popponem, jam non quingentis ferme annis defunctum; sed proxime vita excessisse. Cervical, cui caput inclinabatur, solum tabidum. Supra pectus istud in plumbo habetur *g* anaglyphum, magnis et antiquis litteris, POPPO TREV. ARCHIEPS. OBIIT DECIMO SEXTO KALEND. IVLII. Brachia per latera extensa: dextrum aliquanto curvius. Manus dextra Baculum pastoralem gestat: porro in digito quarto ejusce manus annulus aureus, cum lapide pretioso (uti apparet) griseo. Inde, quinto digito adhibito, patenulam tenet auream: læva manu patula, servat calicem parvum aureum, intra palmam et pollicem. Casula Sacerdotalis, sericea coloris nigri, præstans valde et integra, cujus subductura aforis conspicitur: verum sericum intus versum: extremitas ejus per circuitum ligatura quam pretiosa ambitur. Oraria seu Stolæ duæ, humeris et scapulis circum ligatæ, ut celebrantium mos est Presbyterorum, ad genua usque dependentes, utraque sanguineo colore, quæ auro mundissimo et rutilante in oris decoratæ, ceu pridie imposuisses. Dalmatica sericea glauca sive

adhuc integrum.

f

g

in habitu Archiepiscopali,

A sive crocea, adeo pura et recens ut hesterna die crederes reconditam. Manipulum sericum albi coloris. Sandaliis calceatur mira arte et operositate confectis. *h*

h et lineamenta priora servans ;

11 Contemplabantur hæc omnia, et gyrabantur ac regyrabantur absque ulla læsione. Corpus exanimum, aridum et contractum, indicat adhuc sua longitudine, Popponem, dum viveret, staturæ elegantis fuisse hominem. Præfert caput calviciei adhuc indicia, foras prominens. Profundi oculi, quod seriosi hominis esse dicunt : nasus procerus, quod providi et considerati ; os exiguum, quod temperatam moderatamque locutionem [indicare] asserunt; mentum longum, attamen inferius angustum, modestum et pium præfigurare ; maxillæ humiles, sublimiores aliquantulum genæ, facies, manus, digiti, ungues oblongi ; totum denique corpus modificatum aptatumque ; et, ut paucis absolvam, declarat mortuum Popponem, industria fuisse notabilem, et (ut de Salvatore legitur) blandum bonis et mitibus, severum perversis et terribilem. His omnibus ita visis et compertis, clausum est monumentum.

iterumque inspicitur 27 Jan.

12 Verum, licet verbum fidei sit ex auditu, veritas tamen in visu et tactu potissimum latet : aliter enim visa et tacta, aliter audita narrantur. B Quocirca mihi abjectissimo, Fratri scilicet Joanni Schekmanno, Cœnobitæ S. Maximini extremo, id gratiæ, id beneficii collatum est, qued merui et ipse videre, tractare et tangere. Siquidem post præfatam reclusionem, sexto Kalend. Februarii, reapertum fuit monumentum viri Dei Popponis, quo tandem firmius et solicitius [rei veritas] roboraretur : accersitusque fui et adductus, ut viderem et scriptis traderem conspecta. Veni, vidi, credidi, et gavisus fui. Vidi, inquam, omnia ita se habere ut præscripsi : credidi, vere hunc Sanctum esse et Sanctorum numero catalogoque insertum cœlo ; quem indolui nihilominus terris incognitum, et (quod aiunt) nec Kalendariis nec Martyrologiis inscriptum : gavisus autem, quod tanto tempore mortuus Poppo non computruerit.

13 Levavi hinc in corde meo orationem, juxta illud Isaianum, pro reliquiis, pro induviis, pro exuviis, quæ inventæ fuerant incontaminatæ. Contrectavi indignus singula : devotione inflammatus venerabilem capitis verticem adii, exhorrui, expavi, C sed honore, sed amore. Reperi membra fixe cohærentia; tractavi casulam et id genus ornamenta; traxi hac et illac : non scindebantur, non dissolvebantur, sed dabant gloriam Popponi sanctitate amicto. Baculum Pontificalem e manibus tuli, aspexique solicite, si quid memorabile foret in eo : deprehendi in summitate ejus laminulam argenti ductilis connexam per circuitum, aureis floribus exornatam, inter quos hi quinque continebantur apices, divisim unus ab altero, P. T. P. G. T. Interpretationi animum appuli : et quod Dominus dedit utile ratus sum inserere, salva tamem cuivis meliori expositione, id meo judicio videntur sonare apices præscripti quinque, POPPO TRANQVILLVS PRESVL GREGIS TREVERICI ; vel certe istud, POPPO TVTVS PASTOR GREGIS TREVERICI ; aut aliud, *l* POPPO TVTOR PVSILLI GREGIS TREVERICI. Virga Pastoralis de ligno quercino vel fagino creditur, differentis tamen ligni et pretiosioris est uncus.

Is. 37, 4. et ab ipso Auctore contrectatur :

l item baculus Episcopalis

14 Et quid longius immorer ? Quod vidi, quod manus meæ palpaverunt, de viro Dei scribo, et posteritati relinquo enarrandum in seculum seculi, ad laudandum nomen Sancti Domini, ad magnificandum et exaltandum Popponem almum : quem Deus optimus maximum dignetur notum facere hominibus, et lucernam de sub modio tollere, et supra candelabrum collocare, ut videant et confundantur zelantes populi, quoniam non sit abbreviata, sed adhuc extenta manus Domini ; et patrare mirabilia, potiora quam unquam fecit parata. Diligenter post hæc linteaminibus cooperuimus corpus clarissimum, et demisso lapide polyandrum sollicite communivimus (prius enim facile patebat accessus) foramina rimasque obstruximus, ne aut vermium vel soricum irrumpentium læderetur corrosione, aut penetrantis auræ attactu consumeretur. Et quidem sic reliquimus corpus odorum in tumba, sine aliqua diminutione ; donec provideat de servo suo Poppone Altissimus ; et exaltaverit eum, nedum ad proximos suos verum et apud gentes remotiores ; concesseritque eum sublimari in ecclesia plebis, et in cathedris seniorum laudari, concelebrari ; ut juxta Prophetam, laudabilis mereatur esse populus, cujus est Dominus Deus ejus, quem benedixit Dominus exercituum : cui laus, honor, potestas et gloria in secula seculorum. Amen. *k* D

A. SCHEKMANNO. ac denique diligenter clauditur

usque in tempus Canonizationis.

k

15 Non deerunt forte, non deerunt quidam stulte submurmurantes, quod non in præsenti ævo, ut in priori, ad sepulcra Sanctorum miracula fiant ; ignorantes profecto, et nihil pensi habentes, quia necesse fuit tunc virtutibus innotesci, ut improperantium, Ubi est Deus eorum ? vox insultationis de medio tolleretur (signa enim infidelibus data sunt) E at nunc confirmatis in fide, horum nihil opus est : majusculum eos munus manet profusiorque merces, offerentibus jam Sanctis vota precesque fidelium intra sacrarium exauditionis, obtinentibus veniam peccatorum, et gratiam impetrantibus. Hic damus intelligi nequaquam, quod Poppo hic noster miraculis non claruerit, quod frivolum esset dicere : sed ut obviemus, si qui forte fabulaturi essent, non eum Sanctum reputari debere [ab iis], qui scriptis minime perceperunt, eum miraculis coruscasse. Quid quæso, quid præsefert illa frequens confluentia mulicularum impraegnatarum ad ejus tumulum ? quid jam in partu laborantium vota portendunt ? quid denique jam exeuntium puerperio vult concursus ? nisi quia olim in subveniendis hujusmodi præsto fuit, et est, semperque erit. Plures periclitantes in partu invocatus liberavit confestim, semineces revivificavit pusiones, plerumque examines fortificavit. Sed generare solet fastidia copia magna, et cito vilescunt quæ crebro vota ferunt ; proinde non reputantur miracula, quod frequenter fiant. F

Prægnantium ad illius recursus frequens.

ANNOTATA D. P.

a *Anno* **1517**, *currente littera Dominicali* D, *Epiphania cadebat in feriam* III, *sicut etiam ceciderat an.* **1512**. *Quod igitur in exemplo nostro sic legebatur*, Vix bini post hæc effluxerant anni, et D. Maximilianus Imperator Augustissimus, Epiphaniam Domini celebraturus, ipsius festi Vigilia Treviros venit ; *non Schekmanni, sed librarii sphalma esse credidi; et fidenter correxi*, Vix quini.

b Richardus, ex nobili familia Gryfen-clau a Wolfrats, *electus an.* **1511**, *præsedit usque ad* **1540**.

c *Cum* Diadema, *nota sit Sanctitatis, posset sufficere habendo inter Beatos Popponi, si publica ei auctoritate factum constaret ; et si talis imago, non in sepulcro condita, sed in altari fuisset exposita.*

d *Browerus :* Ceterum incisum æri, eleganti litterarum forma, quondam Epitaphium, laminis plerisque vel amissis vel detractis sic legitur, ANNO etc. *Versuum hæc vestigia.* ... CLARA MANENS LUX.... SPES GRATISSIMA CLERI.

HUNC ET CONSORTIIS JUNGERET ANGELICIS.

Ubi notat idem Browerus, quod prima mox fronte deprehenditur, præpostere repositam structuram ver-

perperam

A.SCHEKMANNO

A suum. *Hoc vero soli transcribenti imputandum est, qui perperam exorsus legere, versus prosæ præposuit; quod in ejus modi circumductis per limbum epitaphiis facillime imperitis contingere, patuit Boppardiæ; ubi repertum epitaphium, quam male præterque usum et sensum legerint qui primi illud transcripsere, ostendi tum in Propylæo ad 2 Tomum Aprilis, pag.* XXXVII, *tum accuratius in Chronologia Patriarch. Hierosol. ante 3 Tomum Maji pag.* LXVI. *Utinam aliquis similiter exprimere lineamentis curasset tabulam in sepulcro Popponis inventam (num ut nunc supersit, vix possum ex Broweri verbis sperare) licuisset fortassis conjectura haud infelici supplere hiatus, per hemistichia ipsis proportionata; neque difficile foret indicare eorum inter se ordinem. Hac autem spe cessante, dedi qua scripsit Schekmannus; in cujus autographo relinquitur vacuum pro linea plus quam una spatium; et additur quod ne contextum turbarem omisi)* — Ut autumo, quia erravit laicus, apicum fabricandorum ignarus, simul et omittens. *tum iterum scribitur* ANNO etc, *ut supra, mutatis dumtaxat duabus vocalis, suggerendo quod videatur, pro* CIVIUM DOCTOR, *scriptum fuisse* CINER. DOC.

B e Fusum lapideum, *id est (ut puto,* crusta gypsea.

f Grandea *: ita ecgraphum nostrum : quid si* Granchia *legatur, intelligaturque area supra fornicem plana; quomodo etiam aream triturariam dici, docet exemplo allato Cangius in Glossario; licet alioqui vox ea proprie significet* horreum. *Sed et nos* Granarium *dicimus supremam cujusque domus contabulationem.*

g Anaglyphum *credo hic, in significatione prorsus* D *contraria, sumi pro* exarato.

h *Mirum, nullam hic fieri mentionem* Pallii *Archiepiscopalis, nullam* Tunicellæ *qua subtus Dalmatica indui Episcopum oportuisset, aut etiam* Cinguli.

i *In margine etiam addebantur hæc duo :* Poppo Trev. Præsul, gratia Trinitatis, vel, Poppo tuere pusillum Gregem tuum. *Verum vehementer fallor, si* Popponis *nomen aliquæ harum litterarum signent, ipsæque non fuerint ibi sculptæ etiam diu ante ordinationem Popponis. Deinde arbitrarium est, illis ita positis in orbem, ut singulis flos aureus intercurrat, ordiri lectionem a quacumque littera volueris : nolo igitur divinare.*

k *Hic finiebatur liber secundus : quod sequitur sumpsimus ex fine libri prioris de Vita; ad cujus calcem etiam dicitur, quod* Popponis obitum comperientes Dani, quorum dici et esse meruit Apostolus (ut fideliter testatur antiquitas) sepulcrum ejus frequenti aditu visitantes, se suaque illi commendarunt. *Antea autem narraverat Schekmannus, quomodo ante Pontificatum in Daniam se contulerit, invitatu Ottonis cujusdam Danorum Ducis, et quam utiliter ibi laborarit* Poppo. *Sed, ut animadvertit Browerus, alius* E Poppo *iste fuit, Slesvicensis Episcopus, longe senior Treverensi, ab Ottone Imperatore et Adaldago Bremensium Archiepiscopo, missus ad Ericum Regem, uti Adamus Bremensis lib. 2 cap. 26 scribit, varia ejus miracula narrans.*

D. P.

DE S. ENECONE ABBATE

ORD. S. BENEDICTI, ONNIÆ IN HISPANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Fundatio ac Reformatio Onniensis, Sancti cultus, et Vitæ scriptores.

ANNO MLVII.

Cum *Pinnatense vetus in Arragonia monasterium, Rege Sancio curante, ex Archimonasterio Cluniacensi in Gallia Paternum Abbatem simulque disciplinam accersisset sub annum* MXX, *uti dictum* XXIX *Maji ad Vitam primam ... Eremitarum SS. Joannis et Voti; denuo istic efflo-* C *rescere cœpit Regulæ Benedictinæ observantia, quin etiam aliqua ibi antea fuerit nolim ego disputando controvertere. Hinc ergo educti nonnulli anno* MXXIX, *fuerunt in* Onniense S. Salvatoris monasterium *inducti, annis abinde circiter viginti, videlicet Æra* MXLVIII, *primo fundatum Sanctimonialibus, sub Tigridia Comitis Sancii filia, prima istic Abbatissa constituta,* ut præesset ad regendos Dei cultores et omnes Deo devotas, *sive* ut Dei famulis famulabusque curam regiminum penderet; *unde intelligitur illud quasi duplex monasterium fuisse, qualia nunc sunt Ordinis S. Birgittæ. Situm ejus necdum potui accurate cognoscere, nullis quod sciam tabulis,* Onnian *exprimentibus, nec historicis Hispanis de eo signando quidquam solicitis, quia de notissimo loco agebant. Magnam enim celebritatem ei jam pridem conciliarat miraculosa Deiparæ imago, ad quam cum filio S. Ferdinando, extremum ægro ac tum forte duodenni, sub annum* MCCXC *excurrit Burgis mater ejus Regina Berengaria, uti deductum legitur Parergo* I *ad Chronicon Sancti Regis, num.* 10 *et* 11, *die* XXX *Maji. Junior Sancius, in quodam privilegio apud Yepezium tom. 5 pag.* 469, *situm monasterium dicit* juxta fluvium Visicæ : *sed nec hunc tabulæ exprimunt. Propius eo nos ducit Tamayus in Vita num.* 18, *ipsum aiens et oppidum* Beroviscam *ingenti fame laborasse : hoc autem oppidum vulgo* Birbesca *in Castella est ad confinia Cantabriæ, Burgis distans leucis 7 ad Septentrionem. Quæ Birbesca cum fluviolo in chartis anonymo adjaceat, verosimile est, ipsum esse supra dictum* Visicam *vulgo* Bi- F *risca dictum, qui et loco nomen dederit quasi* Burgum Visicæ, et Onniam *habeat sibi adjacentem. Is deinde labitur in Iberum, a fonte suo eatenus tenuem.*

Circa 1010 fundatur Virginibus monasterium et anno 1029 reformatum pro viris,

prope Birobiscam,

2 *Secundus huic loco Abbas præfuit* S. Eneco, *vel* Henneco ; *aliis* Ynicus, *vulgo* Ynigo, *penultima correpta, licet in veteri de Vita sermone scribatur* Enecco; *quod nomen sanctus nostræ Societatis fundator, sibi in baptismo datum, credidit Latine reddi debere* Ignatium, *et sic eo usus semper est; atque exinde obtinuit apud omnes Hispanos hoc nomine dictos, cum ipsi eum propria lingua sua exprimunt. Est illud nomen alioqui Gothicum viderique posset Teutonico* Innich *vel* Ennech *respondere,* Internumque *seu* Domesticum et familiarem *significare. Sancti illius antiqua et originaria Acta penitus exciderunt, neque ex iis quidquam superesse invenio, præter breve compendium, insertum Processui dissolutionis unionis Oscensis et Jaccensis, invento a nobis et descripto Romæ, uti prænotata* XXIX *Maji dictum. Compendium istud collatum cum aliis similibus, ex Cæsaraugustano et Burgensi Breviario veteri transcriptis, primo loco dabimus; deinde prolixiorem alteram Vitam ex Martyrologio Hispanico Joannis Tamayi de Salazar, allegantis idem ipsum Burgense Breviarium aliosque Scriptores in Notis citatos,* ex

Abbatem accipit S. Enneconem.

de cujus Vita dantur vetera quædam fragmenta,

A *ex quibus accepisse debuit multa illa miracula, quæ Vitam reddunt tam prolixam. Inter istos autem præcipuum (nam alii allegati, puta Villegas, Maldonatus, Marietta etc. brevissimi sunt) præcipuum, inquit, oportet fuisse* P. Joannem Baptistam Dametum, *qui* Acta *Sancti Bilbili* scripsit tribus libris; *ipse in eadem* Bilbili, *vulgo* Calatayud *natus, humanitatis atque rhetorices Professor in Collegio ibidem Societatis Jesu, uti ait Yepesius tomo 6 Chronici Benedictini pag. 275* ℣: *ut mirum sit, quod ejus nomen neque in Bibliotheca Scriptorum Societatis nostræ reperiatur, neque etiam in Bibliotheca Scriptorum Hispanicorum Nicolai Antonii: eoque solicitius egi, ut eos libros obtinerem, sicut et obtinui anno* MDCLXXXVIII, *beneficio nostri tum ibi Rectoris R. P. Joannis Gregorii. Ex illo tom. Yepezius præcitatus quam Tamayus sumpserunt quidquid habent de vivendis mortuique miraculis, acceptis ex veteri libro MS. cujus mentionem faciens Breviarium Burgense; inde tu, inquit,* quæ nunc potissimum miracula referamus, consulto omnia prætermisimus ad gestorum ejus volumina lectorem cupidum relegantes. *Maluissem equidem illa ipsa antiqua volumina nancisci;*

cetera ex Vita per Dametum collecta an. 1612,

B *neque scribendis Onniam ac Burgos litteris peperci, ut obtinerem: sed [illegible] autem miraculis, quæ similiter petii, respondit mihi Angelus Bonitus Archivista, ea propter frequentiam a pluribus retro annis scribi desiisse, quasdam autem notitias recentiores contineri tom. 7 Fr. Argaiz, qui modo non facile haberi a me potest.*

3 *Edidit opus suum Dametus anno* MDCXII *adeoque triennio citius quam quintum Chronici Benedictini Tomum [illegible] Yepezius (postus, parce admodum [illegible] Onniensibus fuisse [illegible] ederet biennio post Tomum suum sextum, ea inde sumpsit, quæ suo videbantur instituto sufficere, quæque ex ipso Latine reddemus, quando fontem ipsum adire necdum licet, ex eoque haurire totam miraculorum seriem. Octodecim annis ante Dameti librum prodierat Cæsaraugustæ alius liber, per Doctorem Michaelem Martinez del Villar compositus,* de Patronatu, antiquitatibus, regimine, ac viris illustribus Bilbilitanæ civitatis, atque Archidiaconus ejus, *quem similiter nancisci cuperemus. Etenim inter primos* S. Eneconis [illegible]; S. *Joannis Pinnatensis Martyrologium, ubi legitur.* Heneco Aragonensis et Monasterii Divi Joannnis

dum antiquiora non impetrantur

Fuerat is forte Monachus

C Baptistæ Monachus, *[illegible] ut post ea antiquis de Vita ejusdem memoriis non intelligitur, ipsum, [illegible] ad Abbatiale munus assumeretur, habitum religiosum sumpsisse in isto monasterio. Hoc confirmaturus in ejusdemmet monasterii historia Joannes Britius Martinez pag. 404, adducit instrumenti cujusdam veteris, coram Enecone loci Priore facti transumptum hoc tenore.* Ego Eneco Lopez, una cum uxore mea Omnica, votum vovemus Deo et S. Petro, ut iremus Romam: et antequam illuc iremus, venimus ante præsentiam Domini Abbatis; et Eneconis Prioris, quem Magistrum assumpseramus nobis; et Seniorum S. Joannis, qui tunc erant cum Abbate: et placuit nobis, omnes facultates nostras, præsente Enecone Priore, in tres partes dividi etc. *Verum neque nomen Abbatis Paterni, neque annus Æræ tunc currentis exprimitur, unde dijudicari possit, an saltem tempus conveniat: et solum inde infertur* Eneconis *nomen iis partibus satis celebre fuisse. Quod autem dicitur Martyrologium, quantum ad allegata ex eo verba, potius dici debet Necrologium, Martyrologio adjunctum; ubi* Eneco *iste* Aragonensis, *idem fortassis qui supra Prior, mortuus indicatur; et forte alio longe die (nam hic dissimulatur) quam quo constat obiisse* S. Eneconem Abbatem.

et Prior monasterii Pinnatensis,

4 *Interim his nixus recentioris pro eodem monasterio Martyrologii conditor, ita scripsit:* Kalendis Junii Luna N, Onniæ cœnobio, Religiosis, sub Paterno Regulari primo Pinnatensi Abbate, edoctis et reformatis, a Rege Sancio tradito; post Garziam, primum ejus Abbatem, et inter alios præfati Paterni discipulum, cum vir Dei Eneco Aragonensis, et monasterii Divi Joannis Baptistæ Monachus, opinione sanctitatis præclarus, in illa montium solitudine, vitam religiosissimæ asperitatis sub monachali habitu multis annis ageret; cumque neque litteris neque nuntiis a Rege solicitatus nihil proficeret; tandem ipso Rege ad virum Dei accedente, vix multis precibus obtinuit, ut Onniam se transferret, ibique Præsidem ageret: qui piam et exemplarem vitam agens, ipsamque multis ac stupendis miraculis claram, in cœlum evolavit, anno millesimo quinquagesimo septimo. *Æræ scilicet vulgaris, pro qua antiquiores notassent Æræ Hispanicæ annum* MXCV.

D *[illegible] sicut indicat recentius Onniense Meleum,*

5 *Simili styli novitate procedit Sancii Comitis Epitaphium, lingua vulgari positum, et [illegible] Tigridiæ memoriam cultumque confirmans, [illegible] reddendum ex Yepesio tom. 5 pag. 323* ℣. Serenissimus Dominus Comes Sancius, fundator Regiæ hujus domus Onniensis: qui fuit filius Comitis Garciaz Fernandii, et nepos Comitis Fernandi Consalvii, Dominorum Castellæ: qui quidem Dominus Comes Sancius fundavit a suo principio hoc monasterium Onniense, in honorem Salvatoris nostri, ac gloriosæ Virginis Dominæ nostræ, beatique Archangeli Michaelis; multisque possessionibus ac largis redditibus magnifice datavit: ibique ab initio posuit D. Tigridiam filiam suam Abbatissam, cum aliis [illegible] Hæc autem D. Tigridia habita fuit pro Sancta; jacetque sepulta in prædicto monasterio, in capella Crucifixi *[illegible] inquit Yepes, [illegible]* *intra ligneam quidem, sed pretiosam arcam*). Post mortem vero istius Virginis, reformatum fuit istud monasterium Onniense, per Serenissimum Regem D. Sancium seniorem, generum Comitis Sancii prædicti, collocatis in eo Religiosis sub Regula et Ordine gloriosi Confessoris S. Benedicti; quos Religiosos accersiverat prædictus Rex Sancius ex Cluniacensi in Francia monasterio: posuitque ibi primum Abbatem gloriosum S. Eneconem, cujus sacrum corpus jacet in hoc monasterio, intra propriam capellam. Transiit autem D. Sancius Comes ex hac præsenti vita, ad beatam gloriam, V die mensis Februarii, anno Domini MXII.

E *et nihilo vetustius [illegible] Comitis Sancii,*

in quo memoria primæ fundationis,

F

6 *Concordat hic annus cum Annalibus Sobrarbiensibus apud [illegible] Era* MLX obiit Comes Don Sancius, qui bonas leges condidit *[illegible]* (*nam latus alterum obtinent Reges*) *posita est* Urraca Comitissa, *mater Trigridiæ, inter filias tertio genitæ, defuncta [illegible] Maji anno* MXXV. *[illegible] eorum filii Garziæ, ipso suæ dominationis initio extincti anno* MXXVIII: *per cujus mortem Castellæ possessionem adiit Rex Arragoniæ Sancius, jure uxoris suæ Dominæ Majoris, dictorum Comitum primogenitæ. Ex his intelligitur* Tigridia *sub idem tempus obiisse: siquidem charta reformationis Onniensis apud Yepezium num. 45 in Appendice, ita signatur* † facta charta Privilegii Æra MLXXI, [illegible] die Sabbato, V Kalendas Julii, *id est anno Christi* MXXIX: *quo tamen anno currente littera E Sabbatum cadebat in* IV Kalend. Julii *ut videatur aliquid transcribendo erratum. Placeat interim ipsam chartam, ad præcedentium confirmationem et sequentium illustrationem, quatenus historica est, ex Yepezio accipere.*

atque Abbatissæ Tigridiæ, [illegible] parentibus et fratre sepultæ:

7 Sancius, gratia Dei Hispaniarum Rex, cum omnibus

AUCTORE D. P. *ejusdem Comitis gener Rex Sancius an. 1024 declarat,*

A omnibus Episcopis, Ducibus, Comitibus et Optimatibus, in Provinciis suo imperio subditis degentibus, Donno Papæ sanctæ Romanæ Sedis et Apostolicæ Ecclesiæ (*Joannes XIX hic erat*) et totius orbis Archiepiscopis, et omnibus ecclesiastici Ordinis, cunctisque populis Christianis, prospera vitæ præsentis, et gaudia supernæ felicitatis. Dum nullo meo merito, sed solo gratuito dono et misericordia Dei, ad regni gubernacula perveni ; regimen et curam, solicitudinem et vigilantiam, tam ecclesiasticarum rerum quarum secularium mihi esse commissam intellexi : de quibus omnibus Deo et immortali regi, æquissimo judici, rationem me redditurum esse cognovi, pro bene dispositis præmia recepturum, pro neglectis vero lucturum. Et propter hoc ingenti timore pressus, anxietateque magna solicitatus, ad exorandam Domini misericordiam me omni anxietate converti. Pondus enim oneris mihi impositi vires meas, intellectum, et sapientiam excedere vidi : et idcirco quod mihi deesse sensi, hoc a Deo fore impetrandum duxi dignum, et in corde meo optimum judicavi. Et quoniam monente Apostolo in fide postulavi, et in oratione mea non hæsitavi, effectum meæ justæ petitionis, B Domino concedente, accipere promerui ; et dispositionem totius Regni, præeunte misericordia Dei nobiliter ordinavi ; et, ut notum est universo orbi, magna parte oppressa Hispania et expugnata a spurcissima gente Agarenorum, decentissime fines nostrarum provinciarum ampliavi.

quomodo expulsis Saracenis

et dilatato regno suo,

8 Tandem itaque respectu divinæ miserationis, omnibus occursibus malis et cunctis adversitatibus remotis ; omniumque sacrilegorum hæreticorum, quondam religiositatem patriæ pestifere opprimentium, versutiis canonicali disciplina resecatis ; incidit meæ menti summa Christianæ perfectionis, quam Dominus juveni, salvationem animæ suæ quærenti, demonstrans ait ; Si vis perfectus esse vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni sequere me. Quam perfectionem dum in imperio, mihi a Deo commisso, deesse comperi, vehementer dolui. Nam Ordo monasticus, omnium ecclesiasticorum Ordinum perfectissimus, tum temporis omni nostræ patriæ erat ignotus. Dum ergo assiduis precibus Dominum exposcerem, ut mihi dignaretur auxilium præbere ; ut id, quod mente retinebam, possem ad effectum perducere ; et perfectione monastici Ordinis tenebras nostræ patriæ C illuminare ; tandem, inspirante Deo, a prudentibus ac religiosis viris salubre reperi consilium ; quibus referentibus didici, quia perfectionem hujus sanctæ quam requirebam professionis, nemo perfectius ostendere poterat, quam Congregatio monasterii Cluniacensis ; quæ in eodem tempore, clarius ceteris monasteriis S. Benedicti, perfecta florebat regulari religione, auxiliante Deo, et Abbate Odilone administrante.

cupiens disciplinam monasticam eo inducere, Matth. 19, 21

9 Igitur super hoc negotio accepi ab omnibus Episcopis nostris et Optimatibus consilium ; et unum ex patriotis nostris, virum (quantum hominibus possibile est ad cognoscendum) religiosum et timoratum, vocitatum Paternum, cum devoto comitatu religiosorum sociorum, misimus ad prædictum Cluniacense cœnobium, ut in ipso perfectionem monasticæ vitæ cognosceret ac disceret ; qua sufficienter imbutus, ad patriam nostram rediret, et sitienti patriæ nostræ potum monasticæ professionis propinaret. Quod, donante gratia Dei, ut ordinavimus, factum est. Nam isdem vir, doctrina disciplinæ regularis cum suis sodalibus perfecte instructus, prospere ad nos reversus est. Quem primo doctorem monasticæ vitæ in monasterio S. Joannis de Penna constituimus ; et, ut Fratres sub ipso regulariter viverent, eum Pastorem animarum D præfecimus ; et prædictum monasterium, ut firmiter in stabilitate regularis vitæ persisteret, regalibus donis atque firmissimis privilegiis munivimus, quatenus hoc irritum facere nulli liceret ex nostris successoribus.

Cluniacum miserit qui eam ibi discat Paternum:

et per hunc instituerit monasterium Pinnatense,

10 Hoc ergo monasterio regulari dispositione decenter ornato, omnes Episcopi et Principes totius regni communiter consilium inierunt, et ad me venientes unanimiter petierunt ; ut, sicut monasterium S. Joannis de Penna decoraveram monastica religione ; sic etiam honorarem eadem regulari B. Benedicti professione Onniense monasterium, a religioso Sancio Comite in honore S. Salvatoris constructum, et amplissimis donationibus prædiorum ac pretiosissimis suppellectilibus sanctæ Dei ecclesiæ congruentibus ditatum. Quam eorum petitionem justam esse considerans, libenter accepi, et tota mentis intentione. Destinavi ergo viros nobiles, semper lateri meo adhærentes, ad monasterium S. Joannis de Penna ; et Dominum Paternum, quem ibi Abbatem venerandæ Congregationis præfeceramus, ad nos venire, cum aliquantis religiosis Fratribus, postulavi. Qui benigne obediens meis E justis petitionibus, quod ab eo petebam sine aliqua dilatione impetravi : depulsisque mulieribus, in Onniensi monasterio sine aliqua reverentia habitantibus, consensu et voluntate atque petitione omnium patriæ nostræ Episcoporum ac Clericorum, statuimus ibi Congregationem religiosorum Monachorum, quibus Abbatem Garsianum nomine, secundum Regulam S. Benedicti, communi etiam Fratrum acclamatione præposuimus ; Dominum vero Paternum, Abbate loci diligenter instructo, et Congregatione honorifice ordinata, ad proprium monasterium remisimus.

deinde et Onniense reformarit,

posito ibi Abbate Garsiano,

11 Ut ergo inconvulsa et stabilis in perpetuum remaneat hujus Congregationis ordinatio, auctoritate et jussione Domini Papæ, omniumque in regno nostro degentium Episcoporum, munivimus eam Regali et Pontificali Privilegio : placuitque mihi et omnibus, ut scriptis traderetur hujus Privilegii affirmatio ; quatenus omnibus malignis, Abbatem et Congregationem hujus loci opprimere conantibus, omnis auferretur occasio etc. *Hinc sequitur tenor privilegiorum loco concessorum ; cui primo loco subscribunt*, Julianus Burgensis, Pontius Palentinæ, *et* Joannes Alabensis Ecclesiæ Episcopus *et* Ego *inquit* Sanctius, Dei gratia Hispaniarum F Rex, coram omnibus Episcopis *etc.* hoc Privilegium S. Salvatori et omnibus Monachis ibidem Deo famulantibus, tradens confirmo, et manu propria hoc signum + pono, coram præsente Abbate Garsiano ; factum Domini Regis et Patris *sui similiter confirmantibus*, Ranimiro, Garsea, Fredinando ; *post quos*, Ego *inquit*, ancilla Christi, licet indigna Regina, nomine Domna Major, factum Domini Regis ac filiorum meorum coram omnibus confirmo ; *subscribentibus ex ordine testibus septemdecim, et concludente* Garsea Scriba.

ipsumque multis privilegiis ornaverit.

12 *Atque hic de Onniensis monasterii initiis perfandi finis esto, occasione* S. Eneconis : *quem nonus ab illo Dominicus Abbas, in Sermone de quo mox, transivisse de hoc seculo ait* tempore Ferdinandi, in Castellæ Regione et Gallecia regnantis, *anno* regni ejus XXIII, *id est (siquidem a patris Sancii morte numeres) anno Christi* MLVII, ex quo regimen pastorale susceperat, denarii geminati et amplius spatio consummato ; *ut oporteat eum cœpisse circa primos menses anni* MXXXVII. *Yepezius tamen Abbatem constitutum ait Æra* MLXXVI, *qui foret annus sequens. Tum porro et ceteros Abbates loci enumerat usque ad annum* MDCXIII ; *cum antea pag.* 331 *texuisset Catalogum*

Garsiano successit S. Eneco ab an 1038 ad 1057,

A *gum monasteriorum* LXXIII, *olim a monasterio Onniensi dependentium. Quibus omnibus omissis, redeo ad* S. Eneconem, *cujus corpus de terra elevasse dicitur Octavus monasterii Abbas Joannes, habito etiam Sermone, quem ex parte repræsentat Tamayus. Cum autem anno* MDXCVIII *sacrum corpus retegeretur, inventum est supra corpus membrana, quæ dicebat ; ipsum translatum ad altare, in quo tunc reperiebatur, ex claustro ; primæ scilicet sepulturæ loco ; et, quod* floruit mira sanctitate et miraculis, et ideo auctoritate Apostolica relatus est in numerum Sanctorum. *Rexit Monasterium istud* Joannes Abbas, *secundum Yepezii Catalogum, ab anno* MCVII *ad* MCXI ; *et huic successit* Dominicus *usque ad annum* MCXV ; *quem Yepezius dicit Latino sermone scripsisse Vitam et laudes* S. Enecouis. *Dametus non fuit hoc ausus definire sed ignotum sibi Auctorem esse confessus, ipsum Latine primum, dein Hispanice dedit post cap. 2 lib. 2, qui nobis in Vita prolixiori inchoabit Caput 4, ubi fuse agemus de sacri corporis translatione et miraculis. Itaque hic finio Præfationem cum hac, quæ alibi innititur, oratione propria :* Excita Domine in ecclesia tua Spiritum, cui B. Eneco Abbas servivit ; ut eodem nos replente, studeamus amare quod ama- B vit, et opere exercere quod docuit.

ejus corpus an 1598 translatum.

VITA BREVIOR

Ex MS. Monasterii Pinnatensis,

Inventa Romæ inter MSS. Card. S. Severinæ, et collata cum vetustis Breviariis.

Sanctius Cantabrorum Rex, cum Mahometanorum Hispanias occupantium vires multis præliis perdomuisset *a ;* ad ea, quæ Christianæ pietatis sunt, post bella conversus, in hoc totus erat, ut monasticus Ordo, (cujus ea tempestate vix tenue vestigium apud Cantabros extabat) suo regno illustrando induceretur. Cluniacum itaque, Galliæ clarissimum Monachorum cœnobium, cujus sanctitatis fulgor sub Odilone Abbate latissime tunc splendebat, Paternum virum religiosum misit : ut sanctioris vitæ normam inde reportans in Hispaniam transferret. Unde reversus Paternus primum cœnobio Divi Joannis, Pennæ nomine, insignito, præficitur.

a Sancius Rex institutum Cluniaci Paternum,

præficit loco S. Joannis della Penna,

2 Tandem Episcoporum, et Regis Procerumque consensu Onniæ cœnobium viris religione insigni- C bus, qui sub Paterno edocti erant, incolendum traditur, (pulsis ex eo Monialibus *b*, quarum vita parum monasticæ regulæ respondebat. Onniæ namque cœnobium Sanctius Comes, hujus sanctii Regis socer, a fundamentis condiderat. Primus igitur Onniæ Abbas Garsias constitutus, omni Sanctitate cœnobium illud moderabatur. At vero cum excessisset e vivis *c* Garsias, Sanctius Rex omni sollicitudine satagebat, ut cœnobio quod tam mira dilectione prosequebatur, dignum Abbatem imponeret. Erat eo tempore apud Aragonenses vir Dei Enneco, opinione sanctitatis præclarus, qui in montium solitudine vitam rigidissimæ asperitatis sub Monachi habitu multis annis agebat *d* : quem cum Sanctius Rex Onniensi cœnobio præesse cuperet, pluribus illum nuntiis, ut ad se veniret, solicitabat : quibus cum nihil proficerat, Rex ipse ad Dei virum accessit, a quo vix multis precibus obtinuit ut Onniæ Præsulem ageret. Nec eo contentus pius Rex, plurimis donis ac muneribus et privilegiis donatum cœnobium, multo illustrius quam antea fuerat reddidit.

et Onniæ Garsiam, b

c

dein S. Eneconem: d

3 Enneco ergo, statim ut Monachorum regiminis habenas suscepit, veri Pastoris officio fungebatur : alebat scilicet pauperes, ægrotantibus aderat ; D quæ sua erant oblitus, alienis profectibus invigilabat ; miraculis *e* adeo quotidie clarus, ut Dominus servi sui sanctitatis famam latissime diffunderet. Nam et nobiles quidam, sed pessimis moribus præditi, cum Dei virum crebris injuriis divexarent, mutuis se vulneribus confecerunt, cum amicissimi inter se semper extitissent. Sed et rusticus quidam, qui in cœnobii agro colendo suam operam Dei viro negarat, hortum suum reliquis virentibus aridum conspexit ; quousque viri Dei jussu, aqua benedicta sparsus hortus, in nativum virorem ariditatem commutaret. Impetravit præterea suis precibus a Domino largissimum imbrem, cum tota illa regio æstu et sterilitate nimia pene interiret.

qui miraculis claret

AUCTORE D. P. e

4 His igitur pluribusque aliis miris indies clarior factus Enneco, apud Sotum longum *f* extra cœnobium, ægrotare graviter cœpit. Qui dum ad cœnobium deportatur, visi sunt illi occurrere eximia pulchritudine pueri, accensas lucernas deferentes : quorum laborem itineris miseratus vir Dei (crediderat enim illos pueros esse, cum revera Angeli fuissent) ad circumstantes conversus hortabatur, ut E pueros, labore itineris fessos, foverent ; cum nil tale cernerent qui eum comitabantur. Ingravescente denique morbo evolavit in cœlum Kalendis Junii, anno Domini millesimo quinquagesimo septimo *g* : cujus meritis post obitum, ad illius sepulcrum, multa et stupenda miracula Dominus quotidie operatur.

f æger Angelis prælucentibus Onniam reversus,

moritur anno 1057.

g

ANNOTATA D. P.

a *Brev. Burgense addit*, ditionis fines latissime producendo, ad Pyrenæos usque saltus.

b *Idem*, feminis parum pudicis ; *occasionem scilicet suggerente periculoso Clericorum seu Monachorum contubernio, qui istic sacra ministrabant sub Abbatissæ obedientia.*

c *Ita etiam Breviaria. Quidam regimen ejus definit ab Æra* 1155 *ad* 1162 *id est ab anno Christi* 1117 *ad* 1128. *Ast* Yepez *tom. 5 pag.* 326 *promotum vult ad Episcopatum Aragonensem : additque temporibus iis solitos etiam Episcopos a Provinciis nominari, sicuti in Charta Sancii Regis notatur* Episcopus Alabensis. *Quia autem in Concilio quodam anni* 1162 *decretum fuerat a Ranemiro Rege, juxta ordinationem Sancii Patris in priori Concilio cui cum aliis quatuor* Garsias Najarensis *Episcopus interfuisse dicitur*, ut Episcopi Aragonenses ex Monachis cœnobii S. F Joannis Pinnatensis habeantur et eligantur ; *consequens esse vult Yepez, ut indidem Monachus* Garsias *fuerit ; et exinde forte dumtaxat sumpsit ejusdem* Episcopatum Aragonensem. *Verum, sicut ex instrumento reformationis prænotato, satis clare habetur Garsiæ Monachatus ; sic ex eo quod in Append. tomo 3 pag.* 11 *profert instrumento, non satis constat de veritate Synodi utriusque ; quippe cui subnotatur* Data sententia VII Kal. Julii Æra MLXII : *quod ut excuset Yepez, annos Christi notari vult præter usum Hispanorum eo tempore, quorum Æra communem præcurrebat annis* 38. *Quod si tamen aliunde probetur* Garsias Najarensis *vel* Aragonensis Episcopus, *eum malim distinguere ab Abbate.*

d *Brev. Cæsaraugustanum addit*, cujus celebris fama longe lateque, frequentibusque miraculis resonabat.

e *Idem pro miraculis lectorem remittit* ad gestorum ejus volumina ; *quæ desideramus nancisci.*

f Solduegum *nuncupant Yepez et Tamayus : prior etiam, duabus leucis a monasterio abesse ait. Cæsaraugustanum Brev. etiam* Sotum-longum *nominat. Burgense omisso nomine,* vicum quemdam.

g *Idem Burgense annum tacet, sed exprimit eum Cæsaraugustanum.*

A *Cæsaraugustanum. Yepez tom. 6 pag.* 272 *refert compendium vitæ, Onnia sibi submissam vulgari lingua, atque adeo recentissimæ compositionis; ubi dicitur obiisse Sanctus, an.* 1071, *et huic mavult inhærere; fatetur tamen ipsemet saltem annum unum detrahi debere numero, tom.* 5 *pag.* 465 ℣. *Instrumentum producens Regis Sancii, ejus qui ad Zamoram periit, et regnare cœpit an.* 1057, *datum in favorem Ovidii Abbatis Onniensis æra millesima centesima octava, id est.* 1070 *Quem quidem* Ovidium *pag.* 338 ℣. *vixisse ait usque ad an.* 1085, *et eumdem dici etiam* Olecum *nuncupari a quibusdam. Similiter autem tom.* 6 *pag.* 273 ℣. *ex Chartis Onniensibus probari ait,* S. Enneconem *etiam nominari* Obecum. *Sed ex dictis mihi verosimilius fit, donec aliud probetur,* Obecum *seu* Obizonem, *ab utroque diversum, medium collocandum inter* Enneconem *et* Ovidium.

ACTA PROLIXIORA

Ex Tamayo, Yepezio, et Dameto.

CAPUT I.

B

S. Eneconis pia initia et anachoresis.

a Sancio Castellæ Comite ac filio mortuis,

Igitur postquam nobilissimus Sanctius Comes migravit a seculo, et Garsias filius ejus apud Legionem proditione *a* interfectus est, Rex Sanctius Minor, prædicti Comitis gener, Aragonensium scilicet et Cantabrorum Rex eorum successit imperio: qui, Redemptoris nostri opitulante clementia, magna ex parte ejecta et expugnata spurcissima Agarenorum gente, fines regni decentissime amplavit. Ab ipsis namque Pyrenæis usque ad oppidum *b* Nagera, quidquid infra continetur a potestate paganorum eripiens, iter S. Jacobi, quod barbarorum timore prærupto calle peregrini declinabant, absque impedimento, recto tramite direxit.

succedit Rex Sancius;

Accensus itaque zelo ejusdem Redemptoris, cujus ope sæpius de inimicis victor extiterat, statuit regnum suum a sordibus et profanationibus dictæ gentis penitus emundare, et ecclesias atque monasteria quæ olim jam diruta fuerant renovare. Christique servorum gregem et B. Benedicti Regulam per monasteria ordinare. At vero divina gratia concedente, omnibus occursibus malis remotis, omniumque hæreticorum quondam religionis puritatem C pestifere inquinantium versutiis canonicali disciplina resectis, incidit in ejus mentem summa Christianæ religionis perfectio. Jam Ordo monasticus, lucidissimus ecclesiasticæ hierarchiæ splendor, omni nostræ patriæ, tunc temporum fere ignotus erat.

colensque monasteria restaurare

2 Audiens igitur laudabilem famam Cluniacensis monasterii, quod eodem tempore regularis ordinis perfectione pollebat: cupiens velut apis prudentissima fructus bonos facere, quemdam religiosum virum, Paternum nomine, qui ex longo jam tempore, a seculo cum sociis suis remotus sedebat, ad Venerabilem Odilonem Cluniacensem Abbatem cum convenienti sibi apparatu direxit. Quem Venerabilis Pater Odilo Abbas, in amorem gloriosi Sanctii Regis Hispaniarum, honorifice recepit, et eum apud se non parvo tempore retinuit. Qui postquam doctrina disciplinæ regularis cum suis sodalibus plenius est instructus, ad patriam cum magno gaudio est reversus. Quem statim Sanctius Rex primum Doctorem monasticæ vitæ in monasterio S. Joannis Baptistæ de Penna constituit. Deinde, petitione atque consensu Episcoporum et Principum Regni, hoc idem agere disposuit in Onniensi Cœnobio, quod religiosus Sanctius Comes, socer ejus, a fundamento construxerat. Feminas denique, quæ ibidem

Paternum Cluniacum mittit.

Onniense cœnobium monachis donat:

sine reverentia habitabant, expellens, congregationem religiosorum Monachorum, per supradictum Paternum Abbatem, introduxit; quibus Abbatem Garsiam nomine, secundum Regulam S. Benedicti præposuit: tunc vero Paternum Abbatem, Pastore loci diligenter instructo, et Congregatione honorifice ordinata, ad proprium remisit monasterium. D

3 Erat eo tempore in Aragonensi provincia quidam vir Sanctus, Eneco nomine, qui ab ipsis suæ ætatis primordiis, omnipotenti Deo deservire disponens, ejus gratia præeunte, in omnibus bonis exercitiis vitam agebat. Hic autem, sicut ex antiquitatis memoria retinetur, a seculi tumultu segregatus, solitudines montium petiit; ubi, juxta desiderium suum, plenius Deo posset vacare. Fuit ergo sanctus vir (ut constans traditio est) ex urbe oriundus Bilbilitana, quæ hodie Calatayud *c* creditur in Celtiberia, ex Muzaralibus parentibus progenitus: quos et alios Christianos, etsi oppressos servitute retineret Saracenorum jugum; attamen ad fidem Catholicam deserendam nulla compellebat violentia. Ex hisce quippe parentibus, in commune bonum, inter rudera sectariorum, velut rosa inter spinas, natus est Eneco; cujus primævos infantiæ et pueritiæ progressus obliteravit penitus aut temporum lapsus, aut scriptorum incuria. E Credibile est, illum Deum, quem in exemplar Monasticæ perfectionis elegerat, a primis, ut aiunt, unguiculis, æqualibus dotibus implevisse, et ... expolivisse, ut tempore messis ... semen in Ecclesiæ abacis splendidioribus appareret.

S. Eneco Bilbilitanus,

c

4 Transacta ... primæ ætatis aurora, cum primum perfectæ discretionis cœpisset animo lux oriri, qualem ad virtutis portum semitam eligeret cogitabat. Et licet Religionis anchoram continuis et repetitis amplexibus arripere destinaret; ast naturæ imbecillitas et antiqui serpentis virus fere omnia adolescentis conamina deturbabat: quousque Numinis aura iterum spiritum vivificans, velocius ad iter deperditum traducebat. His auxiliis ad vitam redux tiro, sæpe sæpius intra se cogitabundus audiebat: Nonne vides, infirme pugil, quas ubique diabolus extendit insidias? quos struit laqueos, ut quotidie hominum animas decipiat? Hic blasphemiis innodatos inspectabis; illic perjuriis deditos intueberis: alii te ad turpitudinem proprio exemplo perducent; alii te avaritiæ nexibus implicabunt. Iste te seducet ad vindictam; ille te præcipitem verbis fallacibus propulsabit. Quo ergo te vertes? F Quid nisi malorum in seculo pelagum conspectabis? quid nisi undantium peccaminum volumina perscrutaberis? Quid aviculam a laqueis liberat, nisi ejus pennæ? Ergo quasi columba candida alas tuas extende, in desertum evola, et cape tegumen in foraminibus petræ. Sic, per varios tentationum anfractus, cor Eneconis diu videbatur procellis obrui; donec Deo favente, sedatas maris undas respexit obtutus, et salutis lucifer cœpit in naufragantis visceribus exoriri; quo ad superiora claritatis specimina perductus, patriam, parentes et omnia deserens, Dei protectione vallatus, ad Pyrenæi juga, velut alter Loth e patriis flammis diffugiens, solitariam ut duceret vitam strenuus eremita conscendit.

religionem inire cupit.

ad Pyrenæos eremita futurus abit:

5 Tunc temporis per Hispaniæ circulos, cœnobium prælibatum S. Joannis de Penna, virtutibus, recollectione, et sanctitatis fama florebat; de quibus instructus Eneco, gressus illuc dirigere proposuit, ut sub S. Benedicti Regula, quæ totius orbis ambitum mirificæ, sanctitudinis symbolo collustrabat, subque tantorum virorum disciplina et consortio, quorum opinio universos terræ terminos adimplebat, agonista militaret strenuus. Hæc sane ad actum

celebre tunc monasterium Pinnatense ingreditur:

A actum perducens spiramina, ad monasterii ostium accessit adolescens : qui Monachis intentionem et singula propositionis et itineris accidentia propalans, cucullam humiliter poposcit. Sancti etenim viri omnia a juvene relata ruminantes, ipsiusque humilem efflagitationem contuentes, et intra se reputantes, quod istius viri receptio in maximum Dei honorem Ordinisque glorificationem esset futura; unanimiter in eorum consortium, opitulante Domino, cooptarunt. Ergo Christo nomine dato, exutis secularibus indumentis, insimulque omnibus mundi fomitibus, novus miles monachali præcinctus lorica, proposuit omnia inimici irritamenta calcare. Sic in arenam tiro descendens, diaboli insidias ita facillime propulsabat, ut licet ille tamquam leo rugiens sæpius circuiret novitium, cogitans illius pia conamina, perturbare; attamen Dei præsidio, et monachi strenuitate toties victus recessit, quoties cum pugile arma fuit ausus diabolica temeritate conferre.

Professionem emittit

6 In hisce et similibus congressibus Eneco tirocinii tempus consumpsit; quo expleto, secundum Regulam S. P. Benedicti, adstantibus et probantibus illius Regiæ domus Abbate et cœnobitis, voluntarie votum emisit. Quo nexu denuo lætus, si B primo se præbuit nomine et re verum religionis sectatorem; postmodum ita vita et moribus regulæ leges servavit, ut voti dulci vinculo adstrictus, omnia virtutum semina in cordis intimo, ad sui Patris imitationem, religiosa speculatione plantaret. Abhinc in choro divinas laudes persolvebat quotidie, pœnitentiis carnem domabat, eamque spiritui subjiciebat; et demum lectione sacra mentem feliciter illustrabat. Semper fuit senioribus obediens, æqualibus humilis, inferioribus affabilis et mansuetus, ita ut omnes et singuli in eo speciosum invenirent perfectionis et religionis exemplar. d

Anachoretam agit,

7 Post hæc, cum plurimum temporis, in hujus vitæ sociabilis et activæ ministerio, salubriter exegisset; solitariam et contemplativam profundo viscerum ardore peroptabat, quæ suæ peregrinationis cursum compleret. Hujus perfectionis stimulos proprio reseravit Abbati : qui Eneconis spiritum examinans, variisque religiosis machinationibus ejus mentem exercens, cognito divini Numinis consilio, et trutinato perfecti hominis conamine, illi facultatem non sine lacrymis impertivit. Qua obtenta, vale dicto Fratribus, Anachoreta inclitus in Aragoniæ montes secedens, oratorium *e* ædificans, et tugurium effodiens, primævos illos solitariæ perfe- C tionis Ægypti, Thebaidos, Nitriæ, et Syriæ antesignanos fuit ad amussim, quantum Deus permiserat, imitatus. Abhinc sciens abstinentiam esse primum Eremitæ gradum, sic cupediarum sarcinam contempsit, ut nequaquam, nisi panem cum sale mixtum, aut campi gramina comedisse probatum sit. Cetera equidem jejuniorum, mortificationum, pœnitudinum, et humiliationum opera communia felici semper implevit spiritu; et licet eremi durities et laborum rigor prorsus sancti viri consumere vires viderentur; tamen ejus spiritus divinis sic fuit inspirationibus, oratione interveniente, confotus, ut quidquid asperitas destruere conaretur, Dei pietas solidaret.

plurimis ejus secutis vestigia.

8 Non ergo potuit lux ista diu sub modio spelæi obscurari, quin potius passim ejus virtutum lumen, per vicinos territorii vicos refulgens, universam fere regionem illustravit. Exhinc oppidani in eremum accurrentes, illud sanctitudinis prodigium demirantes attoniti, ad ejus pedes provoluti, ut eorum misereretur, gravi submissione petebant. Illos Anachoreta beatus benigne suscipiens; in fidei regulis instructos, et salutaribus monitis imbutos dimittebat; qui in propria repedantes contriti et alacres, viri Dei virtutem, laxatis linguæ membranulis, evulgabant. Alii intra illius montis cavernas D domicilia struentes, ibidem vitam anachoreticam eligebant; ubi ab Enecone instructi, et ejus exemplo attracti, perfectissimum in posterum agonem eremiticis congressibus explevere *f*. Quo non solum fama operum sancti viri intra parietes circumscribebatur privatos, sed etiam ad opulentiores urbium domos Regumque aulas pertingebat mirabilis et sonora.

EX TAMAYO.

ANNOTATA. D. P.

a *Scelus id creditur fuisse Veremundi Legionensis qui secundam Castellani filiam Tarasiam uxorem habebat, speranti sibi Castellam vindicare : ejus hoc Epitaphium legitur in ecclesia S. Joannis Legionensis,* H. R. Dominus Garsia, qui venit in Legionem, ut acciperet regnum, et interfectus est a filiis Velæ Comitis. *sed corpus Onniam exinde translatum putat Yepez, ista referens Tom.* 5 *pag.* 325.

b *Vulgo* Najara *in Castella inter Iberum flumen et oppidum S. Dominici de Calceata, olim Episcopalis civitas.*

c Calatayud, *civitas Arragoniæ, a Cæsaraugusta in occasum leucis circiter* 20 *distans, Castellæ veteris* E *finibus propior :* ibi, *inquit Dametus,* parentes creduntur habitasse, ubi nunc est monasterium S. Benedicti, juxta portam Cæsaraugustanam : *talis autem credulitatis fundamenta citat Codices MSS. olim visos, nunc deperditos; et quod Princeps Berengarius, Petronillæ Aragonorum Reginæ maritus, an.* 1148 *donaverit Onniensi monasterio prædictam S. Benedicti ecclesiam, sitam in vico Mosarabum; utique quia ibi credebatur natus S. Eneco.*

d *Hæc de Sancti monachatu prius suscepto eatenus verosimilia tantum sunt, quatenus in Breviariis dicitur Sanctus,* sub Monachi habitu *in eremo vixisse; adeoque vetustiori teste egent. Neque dixeris non convenisse ut Monachis præficeretur, qui ipsemet numquam in monasterio vixerat, esto habitum forsan ab aliquo Abbate susceperat, uti S. Torellus* 16 *Martii : idem enim et S. Benedicto evenisse in ejus vita legitur.*

e *Dametus tribus Bilbili leucis ponit primum Sancti eremitorium, nomine* Thobet, *quod vult derivari a Græco* Θεοτόκος Deipara.

f *Hæc quoque, ut et alia plura ex Dameto, rhetorica facultate uso, accepta videntur, non ex veteri auctoritate.*

F

CAPUT II.

Abbas factus Eneco, virtutibus et miraculis claret.

Garsia Ab. Onniensi mortuo

Cum enim apud Montana Aragoniæ hæc ab Enecone agerentur; evenit, quod Garsias, primus Abbas Onniensis, B. Odilonis discipulus, et Paterni socius, qui Regis Sanctii jussu illud cœnobium, ad formam Cluniacensis, regendum susceperat, ubi monasticam Regulam diu collapsam erexerat, e vivis sublatus est. Quod Rex ægre ferens, totis viribus constituit præfato monasterio talem virum præficere, qualem illa novella plantatio, quæ Garsiæ directione concreverat, exposcebat. Ad id pectore volvens quemdam in Abbatem eligeret, Deo inspirante, in ejus regiam mentem S. Eneconis devenit opinio, quam variis monitionibus experimentisque præcognitam satis habebat. Ex quo sibi persuadens, nullum inveniri posse in regnis suis virum, qui Abbatis defuncti locum impleret, nostro Monacho sanctiorem; quantocius nobilibus oratoribus electis, illos ad Enecanem exegit, quatenus sanctum Anachoretam ad illud monasterii opus attraherent, ipsique conscripsit, ut voluntarie sub sua protectione et directione monasterium acciperet Onniense; præferens

a Rege designatur Eneco,

A propriis commoditatibus et consolationibus commune bonum et omnium necessitudinem : constito, quod Dei munificentia ad hoc illum tot virtutibus imbuerat, ut corda illuminaret aliorum, et viscera proximorum divini amoris flammis incenderet.

Ex Tamayo

10 Obstupuit Eneco orationi Nobilium ; et Regis litteras demiratus, postquam illos caritative suscepisset, et Principis scripta velociter ruminasset, humili et silentioso murmure respondit : Quod in me Rex prudentiæ specimen invenit et discretionis, ut, ad istam Abbatiatus sarcinam perferendam, cogere imbecillem destinaret homunculum? Quo pacto, si meam non est expertus fragilitatem, contendit me Prælatum eligere ; hominem, patientia vacuum, ut debilium imperfectiones sufferam? spiritu alienum, ut deviantium torpores accendam? scientia nudum, ut errantium ignorantias edoceam? Hei mihi! si pro aliorum salute corruo, si pro alterius bono de proprio deficio, si propter publicam utilitatem ab ipsis meis rationibus aberro. Ergo tutius est inter silentium et securitatem memetipsum custodire et tueri, quam inter aliena pericula periclitari. Melius est enim Christo parere, quam Regi : cui ista dicite, B ne quem perfectum concepit Præsulem, imbecillum postmodum agnoscat peccatorem. Eremitæ profundam Oratores demirantes modestiam, accepta a Dei viro benedictione abiere : et Sanctio, quæcumque inspexerant et audierant, admirabili compendio retulere. Ast Rex (cujus cor in manu Dei est) non ex illa eventus ambagine cedens, quin potius resistentia beati viri animum erigens ; alios religiosos viros emisit, qui B. Eneconis obstacula diluerent : et ad implementum electionis, exemplis propositis, cohortarentur. Ast ille omnia postponens, in suo semper proposito remanebat.

qui modeste ejus nuntiis respondet

11 Istius vero reluctationis constantia Regi provido calcar erat, ut sicut in viro Dei tugurii affectio vires contra ejus augebat instantias ; ita Principis prudentia, omnibus nervis, sancti Monachi humiles renixus ad suum placitum traducere properaret. Quod ut efficacius consequeretur, ipse Sanctius personaliter in eremitorii Eneconis conscendens spelæum, ab eo benedictionem expostulans, ita prosequitur. Dei voluntas, a quo, Pater, est mea, in æternum fuit et est, constituere in cœnobio Onniensi talem Abbatem, quod ejus prudentia et virtutibus, non solum religionis fervor conservetur in illo, sed etiam magis ac magis perfectio monastica adaugeatur. C Hoc perfici quo jure poterit, nisi electo tali viro, qui hisce dotibus ornatus, et antiquam foveat disciplinam, et suo exemplo in posterum religionis apices extendat? Regni cœnobia sum scrutatus, et licet plurimos religione conspicuos, sanctitudine claros, observantia famosos, et prudentia celebres adinvenerim ; Deus, cujus inscrutabilia sunt judicia, meum direxit animum, ut neminem nisi te, in hoc muneris pensum sublimare curarem ; forte quia nullus Dei voluntatem meamque intentionem aptior te inter tot millia esset impleturus. Hoc ergo cognito, ut quid pertinaci humilitate Dei et meo placito resistere conaris? Si quod a Deo accepisti, non tibi accepisti ; ut quid sine fructu de accepto rationem dabis? Agricola sane ille cœlestis, qui nec injustus est nec avarus, licet de sterili et inculto campo usuras non exigat, attamen severus est in expetendo decimas fructuum, quos in cordibus seminavit justorum. Nonne legisti de servo, qui cum ex talento nihil lucrifecisset, propter hoc immissus in tenebras exteriores, infructificationis pœnas luit? Nec prosunt prætensa imbecillitatis conamina, quæ potius ex humili et timido pectore, quam ex veritatis ratione prosiliunt. Et esto quod sit, ut cogitas ; quo sensu de Numinis providentia diffidis? Ille ergo qui impertitur onus, nonne potens est dare vires, ut perferas? D Qui in manu servi fidelis clavum ponit, nonne sapientiam, constantiam, et spiritum ministrabit, ut illum regat et moderetur strenue? Ergo de istis dubitare, remissionis est, timiditatis est, et Spiritui sancto resistere est ; quod in tanto viro, nec suspicari, nec credere Regia nostra valet auctoritas : cui obedire, Apostoli præceptum est. Omnia hæc Regis verba, servus Dei auscultavit corde submisso : et postquam utrimque fortiter et clamose disceptatum est ; tandem B. Eneco Principis cessit voluntati, statuens humili potius obedire fide, quam proterva resistere timiditate. Ergo cognita per Sanctium sancti Anachoretæ acceptatione, lætabundus illum secum traxit ; et in Onniense introducens monasterium, regimen illius tradidit et commendavit. Cui cœnobio non tantum de celebri Abbate dignatus est providere, sed etiam illud copia munerum ditavit, inter quæ, insignia peripetasmata, aurea vasa, et gutturnia argentea, munificentiam Regiam et Christianam pietatem significantia.

sed ipsiusmet prudenti alloquio

motus cedit et fit Abb.

12 Non ergo Dei servus istum quæritabat honorem, ipsa eum dignitas perquisivit : nam ut ex prælibatis apparet, istius favoris pensum, non ex humano E processit conamine, sed ex Numinis descendit afflatu. Abhinc Deus, qui istam Ecclesiæ militantis fabricam suo nutu disponit, eo ipso quod Enneconem ad aliorum regimen attrahere decrevit, Patremque ac Magistrum suorum elegit servorum, illico ipsum tantis charismatibus ornavit, quanta ad opus ministerii peragendum prospexerat expedire : ita ut nec Monachi alienum quærerent Pastorem, nec Abbas extra metam gregis aliud investigaret imperium. Quale sit discrimen inter electionem divino placito factam, et ambitionis dispendio consecutam, in hoc dignoscitur. Nam illam subsequitur auctoritas, prudentia, directio, concordia, et cetera quæ Deus ministrat timentibus se ; istam comitatur superbia, avaritia, injustitia, carnificina, et alia plurima, quæ ipse electus intra se generat mala, aut ad populi exterminium, aut ad sui celerem ruinam. Hæc etiam differentia magistratus, qui ex pretio, vel qui ex gratia venit : ille ut meritis datus, spem sui debet æquare ; iste, ut per munera quæsitus, a periculo expectationis alienus est. Omnia hæc in nostro cognoscimus Enecone : qui tamquam a Deo per merita sublimatus, tantam, ut Dei ministrum [decet], adhibuit curam circa sui contemptum et officii gloriam, quod nihil in eo tam antiquius Fratrum observaret speculatio, quam unicam illam resignationem ad Numinis placitum, et profundam dispositionem, qua ad recipienda divina et cœlestia F beneficia humiliter capax efficeretur. Tum vero licet pristini illius mores accurata essent castigatione compositi ; tamen non ignorans aliam esse privati hominis rationem, aliam præsulatum gerentis conditionem ; vitam omnesque mores pro officii dignitate transformandos decrevit, præcipue illos quos ad muneris exercitium convenire putavit.

suavis in regimine

et prudens

13 Ergo in eo primum obtinuit locum Caritas, qua sic Fratres profundo dilexit amore, cujuslibet bonum desiderans, ut unusquisque pars ejus viscerum videretur. Hac enim dilectionis exuberantia, ignorantes docebat placidus, afflictos solabatur misericors, debiles sublevabat pacificus, infirmos recreabat pius, devios reducebat providus, et omnibus pater ac magister absque fastidio erat et suavis. Nec ob hoc, quotiescumque exposcebat occasio, a rigoribus abstinebat : nam cum perfectionis monasticæ augmentum in subditis existere satageret, nec nimia facilitate peccamina remittebat, nec summo jure negligentias increpabat. Istis sane temperamentis, sic subditos in statera religionis pondere æqualiter

eximius caritate

A æqualiter pensitabat, ut nec summo rigore deficerent, nec nimia mansuetudine insolescerent : ideoque nec asperitate formidabilis, nec benignitate videretur contemptibilis, quin potius reverentia dilectus, et amore cultus, ad usque vitæ terminum, fuit a singulis. Nec tamen propter aliorum curam in suæ perfectionis augmento claudicabat ; quia quanto sollicitus erat in proximorum procuranda et dirigenda salute, tanto in colligendis virtutum manipulis singulos providus antecibat : ex quo ejus pœnitentia et mortificatio ita sublimis et inimitabilis visa fuit, ut quamquam solitariam deseruisse cognoscimus vitam, non tamen ejus rigorem, quo corpus assidue aspero mucrone domabat. Abhinc ejus sanctitatis et prudentiæ, qua Onniense regebat Cœnobium, sic per Hispaniæ limites fama personuit ; ut plurimos a Domino permotos, calcatis mundi illecebris, ad portum Religionis attraheret. Inter istos unus fuit quidam Episcopus Gotholanensis, nomine Actus *a* : qui cum sine Sede vagaretur, monachatum induens, tantam vitæ monasticæ perfectionem est assecutus, tanta abstinentia præditus, contemplatione donatus, silentio imbutus, ut dum viveret, religionis pondus
B super ejus humeros reportaret ; postque e vivis sublatus, miraculis clarus, et juxta magistri sepulcrum tumulatus, merito inter Sanctos fuerit absque dubitatione conscriptus.

perseverans in exercitiis sanctitatis :

14 In Oratione tam frequens erat, et præter solitam in choro adeo mentali vacabat, ut ejus vi singularia a Domino beneficia retulerit. Inter Onniensis Cœnobii ascetas erat quidam Monachus, asperrima conditione elatus, et inæquali superbia imbutus : illum sanctus Abbas suavi verborum lenocinio monebat, et aliorum exemplo rebellem animum mansuefacere procurabat, disponens, ut cognita sui vilitate ad altiora haud erigeret spiritum. Frater monita reducere ad calculum promittebat, sed frustra ; quia aut propter diaboli suggestionem, aut propter pravam naturam, et nimium proprii amoris fastum, protinus tanquam canis ad vomitum ad pristinos redibat errores. Monachus quippe desiderio correctionis ista perpendens, et periculum in quo ex defectu humilitatis (quæ semper est mater et radix virtutum et totius perfectionis) versabatur agnoscens, humiliter lacrymabundus a sancto deposcebat Abbate, ut donum humilitatis illi oratione a Domino flagitaret assidua. Annuit Dei servus, et Numini petitione proposita, lacrymis institit ; donec Dei visceribus commotis, quidquid petere destinaverat,
C impetravit. Abhinc Monachus sic ingenii rationem mutavit, ut ex superbo humilis, ex aspero mansuetus, et ex turbulento fuerit inventus pacis amator.

oratione superbum fratrem corrigit

15 Sed nec hic totus orationis apex. Inter duos populos monasterio proximos, circa lucri rationem, dura contentionum altercatio versabatur : quæ omissis juris apicibus, conjuratione inita, aliis in aliorum ruinam irrumpentibus, bello aperto, utriusque oppidi exterminium jamjam minabatur. Hæc in aures devenit S. Eneconis discordia : qui zelo Dei accensus, et proximi excidium aversatus, utriusque populi jurgia exterminare constituens, illorum duces est humiliter allocutus. Altera pars illico arbitrum nominavit Abbatem ; altera vero, latronis famosi et strenui militis ductu superba, nequaquam ad pacis commoda devenire constituit. Quod cum sanctus vir agnovisset, statim hominem illum perditum, homicidiis et latrociniis contaminatum adiens, sua illi aperuit maleficia, ejus in seminandis inter illos accolas conflictationibus insolentiam deturpavit : quibus ut obsisteret, et Dei misericordiam consequeretur, necessarium opus erat, ni æternæ mortis experiri vellet supplicia, et ad deplorandum scelera

populos dissidentes placat :

hominis perditi facinora revelat :

D præterita animum erigeret : excitatam a se jurgiorum tempestatem sedare niteretur ; deincepsque a similibus flagitiis abstineret : ei toto corde promittens, se a Domino orationibus suorum remissionem scelerum impetraturum. Hæc audiens homo ille nequam, luminis jam cœlestis illustratus auxilio, ad sancti Abbatis pedes provolutus, pœnitens, lacrymis et suspiriis instanter suorum veniam peccaminum expetebat. Ex hinc et ad socios verba convertens, a proposito iniquo illorum contumaciam revocans, inter utriusque oppidi acies trophæum pacis erigens, odiis sedatis, in fœdera amicitiæ utrumque militem mira auctoritate traduxit.

EX TAMAYO.

16 Hac insigni victoria lætus Eneco, socio pœnitente latrone (qui vestigia sancti Abbatis, donec promissam culpæ veniam adipisceretur, haud deserere constituerat) in cœnobium repedavit. Illum in itinere Christiana animadversione edocuit suorum facinorum gravitatem ; et ut redivivus ad veniam accederet, contritionis antidotum propalavit : ejus necessitatem expressit, illius essentiam demonstravit, formam per confessionem placida elocutione detexit. Ergo ad cœnobium appulsi, cellulam est ingressus Prælatus : qui orationi vacans, a Domino lacrymarum imbre perfusus, ut maculas illius miserabilis peccatoris pretioso Filii sui sanguine diluere ac delere dignaretur, exposcit : cui orationis penso persistens, aut itineris fatigatione compulsus, aut somni potentia devictus, debitum naturæ *b* persolvit. Vix mortis imago viri Dei potentias implicaverat, quando ipse et latro ante Dei tribunal in spiritu arrepti, sibi visi sunt audire vocem dicentem : Etsi nulla sit paritas de lumine ad tenebras, nec comparatio adsit inter servum fidelem et infidum mancipium ; attamen, Eneco, istius hominis, pro cujus salute rogasti, criminibus veniam concedimus indulgenter. Quo audito alacer Abbas e somno excitatus, latronem adivit : a quo insomnii relationem faciens, illum ad perseverantiam conversionis admonuit. Quod ut facilius et felicius adipisceretur latro, cucullam petens, antiquo homine exuto cum operationibus suis, novum induit ; et Fratribus humilitatis, caritatis, obedientiæ, et ceterarum monasticæ perfectionis virtutum exemplar imposterum extitit.

cumque sua oratione correctum,

E

b

in monachum recipit.

17 Nec Abbatis orationis efficacia minus apparuit potens in alio, etsi dissimili successu. Juxta Onniense sane cœnobium duo erant Proceres, tam amicitia conjuncti, quam pravis moribus et insolentioribus operationibus familiares. Isti, dæmonis suggestione compulsi, sancti viri opera deridebant ; F
et ad majora prolapsi, non solum verbis præclara ejus facinora lacerabant, sed et opere bona cœnobii et possessiones destruere sunt aggressi. Ista quippe Deus aliquando permittit, ut malorum insultibus exerceantur et boni : nam sine labore patientia, sine controversia humilitas, aut sine agone quo pacto perfulgeret corona ? Omnia hæc arrogantiæ Procerum tentamina sanctus Abbas perferebat patienter, quousque insigni modestia illorum molestiam, sibi et Fratribus impactam, cœnobiique possessionibus facessitam, verbis ad pietatem moventibus compescere conatur : quorum nec emendatione secuta, nec a proposito animos avertere cognoscens ; ad Orationem confugiens, vindictam adversus Procerum proterviam a Domino est humiliter expetitus. Ejus precibus auditis, mane Proceres inter se irruentes (nulla cognita causa) transfixi ensibus occubuere. Quo audito sanctus vir de divino judicio stupefactus, et de successu dolens, rigidam Numinis ultionem, e suis flagitationibus obvenientem, toto vitæ tempore deploravit *c*.

Proceres ipsi infestos Deus punit

18 Spes, certa expectatio futuræ beatitudinis est : et cum hæc virtus desumat suum esse perfectum a

spe in Deum fultus,

EX TAMAYO

A a solo Deo ex toto corde; ideo nullus firmiorem consequitur spem, quam ille qui Deo familiariter adhæret: quia quanto profundius cum Numine commercium initur, tanto spei firmitas peraugetur. Ratio est, quia hæc fiducia ex cognitione perfecta bonitatis generatur, ex quo qui Dei familiaritate perfruitur, ejus habere præcognitam bonitatem necessum est. Ista igitur virtutis praxis, sic ossibus adhærebat Abbatis, ut nihil unquam extra Dei placitum speraret, nihil nisi spe divina perficeret. Abhinc quotidie a Domino innumera impetrabat mirabilia. Onniense sane oppidum et Berovisca intolerabili fame laborabant: agricolæ, et aliorum pauperum catervæ, famelici absque auxilio jacebant. Aliqui, prout est subtilis necessitas, adiere Cœnobium: ubi cognito, quod Monachi per tempus, Dei miseratione, vitam transigebant impransi, populos ad miraculum convocantes, partem in prodigio, corde contriti et profusis lacrymis, expetebant. Omnia quæ erant in cœnobio edulia pauperibus distribuens Eneco, eorum famem pro tempore refecit: ast postea subventione intellecta, tanta hominum et mulierum cum familiis facta est conventio, ut camporum planities adjacentium maximas occu-

tribus panibus ingentem multitudinem alit:

B paret. Hæc ingens turba cibum a sancto deposcebat Abbate: qui tres tantum panes in cœnobio adesse cognoscens, illos in cophino adsportari jussit; et spem in Domino reponens, fidei zelo succensus, et caritatis ardore flagrans; Nonne (dixit) potens est Deus, ut ex petra panem ministret? Quo dicto, panes in frusta scindens, pauperibus erogavit: quos postquam pane saturatos dimisit, tres integri panes inventi sunt: quibus per quatuor mensium spatium, omnem illam multitudinem, et quotidie accrescentem, absque diminutione pavit.

latrones sibi insidiantes constantia sua convertit:

19 Ab hac firma in Deum spe traxit originem contemptus ille, quo omnia adversantia despiciebat: ideo nec ægritudinem incommoda timebat, nec mortis turpitudinem formidabat, nec casus ceteros miserandos evenientes, aut propter virtutis probationem, aut ex hominum malitia procreatos, pertimescebat. Ab hinc tanta ejus constantia fuit, ut, cum a cœnobio per sex milliarium spatium, ut orationi quietæ vacaret, secederet; evenerit, quod quidam latrones, potius terroris incutiendi causa, quam spolii lucro, sancti Abbatis tugurium invadere conarentur. Ast cum sequenti nocte ad

C istud perficiendum facinus cellulam quæritassent, talem Deus in eorum conamine obcæcationem induxit, ut toto noctis tempore per montem vagantes, penitus a sancti viri diversorio aberrarent. Tandem multo mane in eum incidentes, unus eorum ad instar tonitrui audaci voce infrenduit: Quid Eneco faceres, si inter latronum laqueos esses detentus? Sanctus vir placido ore respondit: Cantabit vacuus coram latrone viator. Cui fur: Forte si non divitias, nonne tibi vitam adimere possumus? Sanctus Abbas dixit: Optime loqueris: sed cum vita mihi potius pondus sit, quam subsidium; illam si ademeris, præmium; si reliqueris, sarcinam præstabis. Tum prædonum turma, illud animi et constantiæ specimen demirans insigne, venia postulata recessit; et explosis latrocinii moribus, propriam unusquisque salutem correptus pœnitudine quæritavit.

exercitiis manualibus

20 Communis fuit, inter sanctos Anachoretas et religionibus addictos viros, admirabilis usus conjungendi, cum exercitiis spiritus interioribus, aliqua exteriora corporis et pœnalia; ita ut sæpe sæpius suavem Mariæ quietem cum Marthæ curis connecterent et vigiliis: isto enim opere, nec aliis molesti erant, sed potius pauperibus auxiliares: quia ex lucro laboris manualis, et sibi edulium et famelicis dapes colligebant. In hoc ergo Eneco, antiquorum

D Patrum vestigia sectans, per aliqua temporum intervalla, in hisce exterioribus operibus manus ad aratrum apponere satagebat. Non extra lineam erit, aliqua circa hoc mirabilia, a sancto Præsule, patrata, proponere. Vineam juxta monasterii circulos conserere Dei servus propriis manibus decrevit; et aliquibus convocatis in subsidium agricolis, omnes libenter præceptum Eneconis subiere; dempto uno, qui agrestis et durus, potius ad proprium lucrum, quam ad opera caritatis aspirans, sancti viri monita despexit. Sed quidquid campestris iste, tunc temporis et antea, in hortulo plantaverat, Deo sic volente, nec fructum emisit; nec in posterum usui fuit; donec rusticus stupefactus, ad sancti Abbatis pedes accurrens, veniam de præterita inurbanitate postulavit. Cujus misertus Eneco, vocato Fratre, illi pelvim aqua lustrali plenam tradidit, monens ut arborum radices aridas aqua illa rigaret. Monachus præceptum adimplens, virtute divina, eo ipso quod stipitum radices humorem illum benedictum bibebant, frondibus et floribus arbores visæ sunt plenæ, suo tempore fructus domino reddituræ.

nolentis juvare rustici ideoque uniti

arboribus vigorem reddit.

ANNOTATA D. P.

E

a Actus *sive* Atto, *Tamayo perperam* Tactus, *cujus Vitam ex veteri MS. ita refert Yepez Tom* 5. *pag* 326 §. *sed Hispanice; qua lingua si scriptus liber est, non est tam antiquus, si Latine, mallem verba ipse dedisset; nunc accipe ex Hispanico Latine facta.* Beatus S. Atto fuit Episcopus Catalauniæ seu Aragoniæ, et S. Eneconi familiaris, cujus amore dimisit patriam suam, quam Interdicto subjecerat propter multa ejus peccata; volensque Deo soli cum ipso servire, ipsum valde lætificavit adventu suo. Benigne autem exceptus est atque honorifice habitus per aliquot dies, quibus insimul vixerunt, divinis laudibus sanctisque de Deo colloquiis intenti. Postea vir sanctus assignavit ei locum prope monasterium, qui Aldenal (hodie Aldéa) dicitur; ubi aliquanto tempore S. Atto laudabiliter conversatus requievit in pace, Æra 1080 (*notat hic annum Christi* 1052) eumque B. Eneco in suo monasterio sepelivit, ac fere quindecim annis postea vixit, *adeoque mortuus esset an.* 1067. *Hactenus MS. quo relato.* Mox, *inquit Yepez* referentur aliqua miracula, quæ Sanctus patravit tempore suæ translationis, quæ prætermitto, quoniam de S. Enecone multa me deficiunt, *ut videatur loqui de miraculis* Eneconis, *non* Attonis; *postea tamen dicit quod* Attonem; tanti fecit Conventus Onniensis, ut deposuerint eum in capella, in qua depositus erat S. Eneco, eumque venerentur ut Sanctum; *nullo tamen (quod sciam assignato die), Martinus del Villar, in Patronatu Bilbilitano, etiam meminit cujusdam Episcopi Sancti ex Catalaunia, qui Episcopatum dimiserit desiderio* Eneconis; *hunc vero ipsum ait ad multos in Hispania Episcopatus suscipiendos invitatum, semper eosdem recusasse, præ sua Abbatia, in qua se credebat majus Deo obsequium præstare.*

Vita S. Attonis Episcopi Catalaunii,

defuncti an. 1052

F

et Onniæ pro Sancto habiti

b *Phrasis hæc* mortem *significare solet; Tamayus* somnum *intelligit.*

c *Addit Yepez, pacificum Sanctum, una cum S. Dominico Silensi (de quo agemus* 20 *Decembr. vixit autem hoc ipso tempore, defunctus* 1073) *multum laborasse in pacificandis Sancii Regis filiis, Garcia et Ferdinando; sed frustra. victo tamen et morienti Garciæ extrema officia Christiani Sacerdotis exhibuisse. Fuisset id anno* 1053, *quo bellum inter fratres, Garciæ majoris natu cæde finitum, narrat Mariana lib.* 9 *cap.* 4.

CAPUT

A

CAPUT III.

Alia viventis miracula, et felix obitus.

Nihil est scelestis horribilius nihil contemptibilius justis, quam opera Satanæ. Ratio differentiæ est, quia cum illi jure belli, ut mancipia, diabolo subjaceant; et isti ut victores quotidie de illo strenuas palmas obtineant; sic est, quod illi timent, isti triumphant. Singularia de hoste communi noster obtinuit Abbas trophæa, quorum ecphrasim numerare longum: aliqua tamen subjiciemus. Erat in urbe Burgensi mulier, unicum filium a dæmone obsessum habens: quæ cum primum intellexit, S. Abbatem Onniensem innumeris clarere miraculis; filium ad pedes traduxit Eneconis, a quo salutem energumeno flagitabat. Vir Dei, lacrymarum matris misertus, manu puerum accipiens, in ejus os insufflavit, et protinus malignus spiritus juvenem magno cum stridore deseruit. Homo quidam uxorem suam, a dæmone vexatam, ad Onniense Cœnobium perduxit; et infirmitate, sancto Abbati proposita, salutem conjugi beati viri

Tres energumenos liberat,

B precibus recuperavit. Vir quidam nomine Timotheus, sic a maligno spiritu torquebatur, ut passim cogeretur caput in parietes impingere; ex quo multis periculosisque vulneribus affligebatur, ita ut miser ad ultimum vitæ terminum properaret: nam cum tabes ex vulneribus emanans fœdis progenuisset vermiculos, isti cutem, ossa, et cerebrum corrodebant. Tantam miseriam videntes consanguinei, ægrotum ad cœnobium Onniense advexerunt. Cujus spectaculum intuens Eneco, cor ad Deum elevans, fide et spe plenus, signum Crucis super energumeni corpus expressit: cujus tactu dæmon vociferans, liberum reliquit Timotheum; et, quod plus est, vulnera, vermibus scatentia, illico curata sunt nec locum dedere cicatricibus.

21 Leviora sane fuere hujusmodi trophæa contra diabolum parta, quæ sancti Abbatis virtutem commendarunt, alia secreta, et ab oculis hominum aliena, illustriora perhibentur. Horum ergo certamina inter hominem interiorem et vitia mentalia peraguntur: nam ibidem superbia, nimio sui amore saucia, adversus humilitatem decertat; ibidem livor efferus, odio conjunctus, cupit expellere caritatem; hic illecebræ castitatem deturpare consti-

dæmonis tentamenta sæpius vincit

C tuunt; hic antiquus serpens, vitiorum et scelerum pædagogus, astuto imaginum colore virtutes subvertere nititur; ex quo sæpe minatur, ut detrudat; aliquando promittit, ut fallat; multoties erigit, ut evertat; et denique semper laudat, ut animus intumescat. Hoc sanctum Abbatem embolio passim fraudulenter petebat a tergo, quia cum illum devincere aperto marte non posset, ad fabulas astuta fraude confugiens, virum Dei in laqueo jactantiæ comprehendere destinavit. Abhinc miraculum panis pauperibus erogati ob oculos ponens, ejus excellentiam verborum lenocinio extollebat. Ast sanctus Abbas, cognita inimici fraude, intra cor humiliter submissus, totam miraculi virtutem Deo tribuens, diaboli figmentum ad nihilum reduxit. Hoc victus serpens congressu, alios quantocius exercere decrevit: sed cum ejus machinamenta destruerentur, hastam abjiciens, digitum est exerere compulsus, et Eneco triumphans victoriam alacer decantavit.

23 In sanitatis dono singularis fuit: nam quos ægritudinum gravitas jam extra potentiam Physicæ constituebat, a sancto Abbate ad sanitatem redactos, passim tum medicorum tum plebium cœtus mirabatur. Erat apud Vallem-Oleti, quidam Comes

Dono curationum præditus,

Asturicensis, nomine D. Gonsalus Munhiz, qui in lectulo per longum temporis tramitem, paralyticus jacebat. Ad hujus ægritudinis curationem, quidquid medicina paraverat, effecit, sed frustra: mirabilia demum Eneconis auscultans, protinus sibi persuasum habuit, quod per illius Sancti merita proculdubio erat ad sanitatem reversurus. Istius persuasionis efficaciam cum uxore pertractans, illi ut ad sanctum Abbatem pergeret persuasit: quæ conjugis placitum adimplens, magno stipata famulatu, ad Onniense cœnobium protinus properavit. Hoc viso sancto Abbate, ad ejus pedes provoluta; Credo equidem, dixit vir Dei, te meam agnoscere necessitatem; quoniam suspicor, spiritu divino cordium te penetrare secreta. Cui sanctus Abbas: Scio virum tuum per sexennium prolixa laborare paralysi, cujus ut periculo occurras, hanc meam scapularem suscipe vestem; cum qua revertere, et super illum extende, sicque illius Dominus miserebitur. Hac Comitissa responsione contenta, oblatis viro Dei pretiosis muneribus, quæ sanctus Abbas recusavit, in patriam redux, vestem super Comitis corpus extendens, illico salutem integram omnium admiratione recepit. Qui postmodum in obsequii gratitudinem cœnobium adiens, viri Dei benedictionem promeruit. E

D *EX TAMAYO.*

paralyticum sanat.

24 Nec hocce solum caritatis officium ad divites et proceres Dei servus specialiter dirigebat, quin potius illud ad pauperum solamen apertis visceribus porrigere destinabat. Ad ejus ergo misericordiam famam, Lugduno Galliæ, quidam pauperculus amicum suum, manibus et pedibus truncum, Onniam advexit; illumque coram S. Abbate prosternens, ægri miseriam, et tanti itineris laborem significavit. Unius miseria, et alterius caritate motus Eneco, oleo lychni in ecclesia ardentis ungens infirmum, illi integram sanitatem restituit actutum.

pauperem infirmum liberat,

25 Serpens, horridus et exitiabilis, totam Onniensis territorii plagam miserabiliter depascebat, adeo ut hominem integrum deglutiret, bovemque aliaque animalia duobus morsibus dilaniata devoraret, cujus tanta erat strages, quod nec bubulci, nec ceteri pecuarii armenta secure agere valerent. Omnia cum isthæc conspiceret Eneco, caritate proximorum exæstuans, agricolis et aliis rusticis præcepit, quod in excelso montis cacumine rogum extruerent capacem. Quo facto, omnibus a tergo genuflexis, sanctus Abbas stans preces ad Dominum direxit, ut suorum misereretur populorum. Statim F imperiose draconem interpellavit, qui coram accedens, collum erigens, et caudam vibrans, præceptum viri sancti quasi ratione præditus exspectabat. Tunc Dei servus imperitavit serpenti, ut sese in rogum conjiceret flammantem; animal obediens, brevi ejux atrox compago consumpta est. Abhinc totius regionis circuli, a tanto periculo liberi, gratias Domino, et sancto reddiderunt Abbati.

serpentem necat

26 Quædam mulier, quæ per tria lustra marito conjuncta vivens, filios nondum susceperat, ex quo vitam cum conjuge in amaritudine transigebat; nimis afflicta ad pedes evolavit Eneconis: qui feminæ speciem diffugiens, vix ejus verba auscultare curabat. Ast mulier, vocibus causam sui doloris intonans, solamen a sancto deposcebat Abbate. Ille re intellecta, et feminæ lacrymarum occasionem prospectans, firmam de futura sobole spem promittens, domum lætam dimisit; quæ post annum elapsum, marito peperit primogenitum.

sterili prolem impetrat

27 Prophetiæ donum a Domino singulariter accepit, ut ex duobus, quos traditio refert, casibus innotescet. Ingens inter duorum oppidorum accolas contentio exorta est, quorum aliud Catholicorum erat, alterum Saracenorum civium. Ita quippe utriusque

a Prophetiæ dono illustratus,

A utriusque bilis exarserat, ut extructis aciebus, signato milite, et aperto Marte, quodlibet vi armorum defendere, quod ratione non poterat, conabatur. Hujus rebellionis insolentia ad sancti Abbatis pervenit auditum; qui relicta cella, ad palæstræ locum conscendens, utriusque agminis primarios reducere sermonis efficacia destinavit. Ducem Agarenorum phalanx habebat, hominem hispidum, et barbara conditione notatum, qui (licet ceterorum consensus esset, ut armis abjectis ad pacem confugerent) ipse pertinaciter in horrida congressus feritate perstitit. Hunc Eneco semel et pluries humiliter et efficaci verborum pondere est allocutus, ut a proposito desisteret, sed frustra: quia immanis ille homo, potius subiturum se mortem, quam concordiam permissurum, obtestatus est. *Duci Saraceno mortem prædixit:* Tunc vir Dei, cœlestis Numinis cognitione adflatus, audientibus cunctis respondit: Tu tibi ipsi, fili, legem posuisti, quia inter tot militum turmas, tu solus mortem obibis. Neque hic supplicii finis; nam tuum corpus, non humus, sed vultures et feræ deglutient. Eventus Eneconis verba firmavit, quia prælio inito, nullus alius occisus inventus fuit, nisi homo B ille incultus; cujus corpus, licet arena et frondibus sui tegere sunt aggressi, tamen demum partim laniatum et a feris devoratum, tantum relictis ossibus, invenere. Hoc miraculum corda omnium admiratione complevit, præcipue Saracenorum; qui Dei mirabilia credentes, omnes protinus catervatim Christo nomina dedere. *b*

28 Nec illud missum faciemus oraculum. Plantaverat vir Dei vineam juxta fluminis ripas, quæ Dei irrigatione crescebat, quam ut destrueret, et sanctum virum molestiis afficeret, homo quidam agrestis, et inurbanus, ex oppido *c* Tamaiensium oriundus, suum omne pecus quotidie in novalia immittebat: nec his contentus, etiam arbores, quas sanctus Abbas suis manibus conseverat, eradicabat. *et sementem monasterii depascenti pœnam prædicit,* Illum Eneco pacifice monuit sæpius, nec propterea ab incepto opilio recedebat. Hominis contumaciam Dei servus demirans, potius ore prophetico quam ultrice, dixit bubulco: Ego te sum caritative cohortatus, et tu ab impio facto non desistis; cito super te justum Dei perveniet judicium, ita ut risus et populi fabula conspecteris. Quod et evenit: nam brevi surdus et gibber apparens, cachinnum accolis et exteris excitavit, ita ut erumperet in risum universa vicinia.

29 Ergo nostra sancti Abbatis Eneconis ad feli- C cem exitus tramitem perveniens oratio, sciendum est; quod existens servus Dèi in *d* Solduegensi oppido, annorum plenus et meritis dives; ultimam vitæ horam præscivit, qua e carnis vinculis solutus, ad Sponsi thalamum accedere festinabat. Ast ut Fratres suos solaretur, ad cœnobium iter arripiens, *Tyro et domum redeunti* cum juxta illius terminum noctu pervenisset, duo puerili facie decori, candidis vestibus induti, facemque quilibet in manibus habentes, viæ occurrunt; et sanctum senem comitantes, itineris semitam collustrabant. Quod cum scirent Monachi, conventualiter ad cœnobii ostium occurrentes, suum *prælucent Angeli,* Præsulem exspectabant; qui accedens, et illis benedicens, nonnullis jussit, ut duobus illis adolescentibus, qui viam facibus aperuerant, aliquid subsidii et levaminis propinarent. His quæsitis, haudquaquam ullus inventus est, credentes Fratres sanctum virum, aut ægritudinis gravitate oppressum, aut, quod verisimilius est, vi profundæ contemplationis gravatum, illud præcepisse.

30 Eneco vero, supra pauperem lectulum recumbens, cum jam corporis sui fabricam ossium stridore resolvi, et spiritum cœli cacumina conscendere paratum præsentiret; sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum expostulans, et illud profunda D devotionis humilitate et lacrymarum imbre suscipiens; exhortatis ad religionem Fratribus, et ultima benedictione donatis, animo quietus, et intra semetipsum contractus, in hæc verba prorupit; En, Domine mi Rex, et animæ meæ Sponse, hora a me *eisdem que animam deducentibus* diu desiderata imitat, qua hujus vitæ laboribus resolutis, tuam gloriam spiritus desiderat æternam. En jam, discisso corporis tegmine, nubisque densæ opacitate distracta, lucis perennis radios conspicere non gravabor. En jam; ex Babylonicæ vinculis servitutis liber effectus, in Sion pergere pacificam animus exardescit. Te amo, tuum conspectum desidero, in te speravi; non me ergo confundas in æternum. Cum ista sanctus Abbas ruminaret, Angelicæ voces auditæ sunt, et totus cellæ ambitus cœlesti lumine fuit repletus: deinde alia vox de fulgore erumpens, dixit: Anima beata, exi de corpore servi mei; qui a longinquo veniens, ut mihi obediret, omnia quæ possidebat reliquit, et secutus est me: ergo veni in gaudium Domini tui, ut cum eo in æternum glorieris. His dictis visus est Eneconis spiritus, luce præeunte in cœlum conscendere, et Angeli concinentes; Benedictus est, Domine, E electus tuus, ut intret in tabernacula tua in seculum. Monachi vero, qui ista inter lætitiam, et mœrorem conspectabant, magna voce clamabant, dicentes: Pater venerande, Abbas excellens, Confessor illustris, Beatissime Eneco, respice afflictionem nostram; et nobis tuis filiis, adhuc in hac lacrymarum valle exulibus, impetra a Domino, ut miserias diluat, mala avertat, et ad æternam salutem omnia concedat benignus auxilia, quibus tecum in cœlis sine fine lætemur. Obiit sanctissimus Abbas Kalendis Junii.

31 Corpus viri Dei monachi in feretro deponentes, funus apparatu et pompa celebri perficere decreverunt, ut in morte honestarent, quem Patrem *moritur I Junii.* cognoverunt in vita. Altera die cereis accensis, et psalmis de Ecclesiæ more decantatis, ad cœnobii claustrum Corpus pertulere sacratum; et ipso in elevato tumulo collocato, ultimum officii debitum persolvere. Quo expleto; aditum multitudini, tam *Tumulatus* fidelium, quam Saracenorum, et Judæorum, qui undequaque convenerant, ut sancti viri contingerent exuvias, cujus in vita tot insignia acceperant beneficia, præbuere. Nec absque miraculis exquiæ. Paralyticus, lecticam pertingens, statim sanitatem accepit. Quisquis ægritudine laborans sarcophagum, vel sudarium tetigit, ab infirmitate discessit immu- F nis. Sic innumeri Deum glorificantes, a passioni- *miraculis claruit* bus liberi, gaudentes repedarunt ad propria *f*. Post funebre Officium, Joannes illius cœnobii Monachus, qui S. Eneconi in Prælatura successit, *g* in sui Patris laudem concionem texuit hujusmodi.

32 Vidimus, Fratres carissimi, vidimus, et inter lacrymas atque singultus vidisse gaudemus: vidimus quomodo tollitur justus, et nemo considerat. *Oratio funebris, a successore dicta,* Neque ulli Christianorum incredibile debet videri, si in transitu sanctissimi Patris nostri Eneconis, unus angulus speciali terræmotu *h* concussus est, in cujus obitu pene totus orbis ingemuit. Et sane quis locus est in orbe terrarum tam remotus aut abditus, quem transitus Sanctissimi Patris Nostri Eneconis non commoverit? Aut quis Christianæ Religionis ita alienus effectus est, qui audita morte ejus non planxerit? Flevit tamen Ecclesia, quod talem Sacerdotem atque Abbatem amisit: sed exultat Paradisus, quod talem Sanctum suscepit. Plangunt populi, et lætantur Angeli; gemunt provinciæ, sed gaudent loca Sanctorum, ad quæ quotidie evolare cupiebat, cum diceret; Quam amabilia sunt tabernacula tua, Domine Deus virtutum; concupiscit

A cupiscit et deficit anima mea in atriis tuis. O virum sanctum, et omni ore laudabilem! qui sic vixit, ut non sibi tantum, sed etiam nobis; quia quod habebat erat pro nobis. Fuit sicut lucerna ardens in domo Dei, non sub modio posita, sed super candelabrum constituta, ita ut etiam multos suo præclaro lumine redderet luminosos. Suavis enim et mitis fuit, etiam cum in superbia seculi versaretur. Cum autem ad Christum conversus esset, aperuit horrea sua pauperibus, apothecas suas ad se venientibus patefecit; nam parum agebat proximos alere, nisi etiam undique evocaret, quos pasceret atque vestiret. Quantos, inquam, oppressos erexit? quantos captivos redemit? quantos intricatos ære alieno creditoribus suis reddita pecunia liberavit! Una scilicet negotiatione, et planctus debitorum extersit, et creditorum gaudia reparavit. Numquam sic iratus est, ut in ira misericordiæ immemor fuisset: neque enim poterat vir ille irasci, qui contumelias despiciebat, et odia vitabat. Numquam in judicio sine misericordia sedit, qui noverat misericordia vestiendum esse omne Christianorum judicium; dicente venerabili Scriptura proprie. Misericordiam

Ps. 100

B et judicium cantabo tibi, Domine. Justitiæ quoque benignioribus Spiritus sanctus elargitur: et quantum æquitati et justitiæ favet, tantum suis gratiæ pietatisque benignus indulget: et ideo tenebat rigorem in examinatione justitiæ, misericordiam autem in definitione sententiæ præferebat. O admirabilem virum, atque omnium Sanctorum laude censendum! Hic etenim omnium Patriarch[illegible] exempla secutus: fidelis, ut Abraham; credulus, ut Isaac; benignus, ut Jacob; magnificus, ut Melchisedech; providus, ut Joseph; rapax, ut Benjamin: rapuit enim divitibus, ut pauperibus erogaret: et tamen plus divitibus, quam pauperibus profuisse cognoscitur, quia pauperibus in hoc seculo profuit, divitibus in futuro providit. Ergo; ut dicere cœperam, fuit mansuetus, ut Moyses; Sacerdos, ut Aaron; innocens; ut Samuel; misericors, ut David; sapiens, ut Salomon; Apostolus, ut Petrus; amabilis, ut Joannes; cautus, ut Thomas; doctor, ut Paulus; videns, ut Stephanus; fervens, ut Apollo. De solicitudine autem et cura sui monasterii et ecclesiarum, in fide et caritate omnes Apostolos, Episcopos, et Abbates imitatus est. Hæc [illegible] se habuit, hæc in tempore conversationis suæ fideliter custodivit; et ideo, cum de hoc corpore ad

qui singulis [illegible] [illegible] virtus [illegible]

C cœleste habitaculum vocaretur, sicut superius dixi, doluit terra: sed lætatur cœlum; flevit caro, sed spiritu gloriatur; denique non solum Christiani, sed etiam Judæi atque Pagani, ingenti fletu, scissis etiam vestimentis, ad S. Eneconis exequias convenerunt. i

ANNOTATA.

a *Addit ex Dameto Yepezius, tom.* 6 *pag.* 277. Exierat in hortum monasterio vicinum Sanctus, non tam solatii capiendi causa, quam orationis quietioris. In limine offendit hominem paralyticum, rogavitque quis esset. Ille, se horti dominum professus, quid patiebatur exposuit. Misertus ejus Eneco, imperavit, ut surgeret: ipsoque instanti surrexit æger, dimissus ab infirmitate tam gravi. His aliisque curationum signis longe lateque diffamatus, undique requirebatur ab ægris. Quos licet modis omnibus subterfugere conaretur, vincente tamen, totosque circum agros perscrutante diligentia eorum, qui suis suorumque morbis postulabant remedia, cogebatur tandem iis se dare: sed ita, ut gloriam exinde proventuram declinans, sanitatem cunctis redderet; uni post duos, alteri post tres dies, aut etiam post septem, manifestandum.

b *Vereor ut hoc miraculum, diversum sit ab eo quod supra, mutatis circumstantiis et verbis, relatum invenitur num.* 15; *nisi in antiquo codice eadem ut diversa referantur.* D

c *Oppidum Onniæ vicinum concipio, unde et ipse Auctor cognomen familiæ suæ traxerit,* Tamayo.

d Saldu[illegible]ndo, *medio fere inter Burgos et Vallisoletum [illegible], a quo loco si solum duabus leucis distat monasterium, ut ait Yepes, toto cælo erraret qui ipsum circa Birbiescam quæreret. Quare vel hic vel istic erratum est, cum Burgos medium sit inter utrumque oppidum, utrimque æquali* 6 *leucarum intervallo. Mallem ergo* Sotum-longum *mihi demonstrari, ubi reperiatur. Sanctam vadicant Breviaria: et quod nec a Tamayo vocatur* terminus *monasterii, de hoc vero credibilius, solum duabus leucis abfuisse.*

e *Hæc omnia [illegible] Dameti autem sapiunt, quia nullum apud auctores legere antiquiores.*

f *Yepes ait, sepulcrum fuisse in latere uno claustri, quo Monachis æque ac secularibus facilis erat accessus.*

g Successit, *sed intervallo notabili: nam ut* Obeconem *(vocant, de quo supra) successit ad* Enecom, Ovidius, Theodorus, Arsicius, Martinus, *et* Julianus, *post quos demum* Joannes *Æra* 1145, *id est, an. Chr.* 1107 *incepisse dicitur in Catalogo Abbatum, ab Yepes et mona[illegible] [illegible] [illegible]. 5 pag.* 338 *Nisi forte Joannem perperam adscribat Sermo, Onneconi adscribendus; vel Eneconi Joannes, Joanni* Obeco, *et huic demum* Ovidius *successerit; quod facile crediderim, patiente intervallo id annorum* 13, *quod inter Eneconis mortem et Ovidii primam notitiam intercedunt. Certe oratio omnis quæ sequitur, cujusque textum antiquam Latinum etiam Yepez debibat [illegible] Dametum auctorem suspicari non possis) immediatum successorem [illegible].* E

h *Hic* terræmotus *merebatur specialiter Actis vitæ interseri, nisi metaphorica eo loco est.*

i Hactenus, *inquit Tamayus,* Acta et Concio; quæ, licet trunca et imminuta conspicitur, multam redolet antiquitatem: *integram ergo exhibeat qui potest; vel saltem indicet, ubinam sic trunca inveniatur.*

CAPUT IV.

Alius sermo in Laudem Sancti, ex veteri MS. quo continetur ejus Canonizatio, et pœnæ festum violantium.

F

Temporibus Garciæ Regis, et Ferdinandi Serenissimi Regis fratris ejus, qui corpus Beati Isidori Episcopi ab Hispalensi civitate Legionem transtulit, florebant in Hispania in Regione Castellæ, virtutibus et sanctitate duo clarissimi viri, quasi duæ lucernæ ardentes super candelabrum positæ, ad illuminandam Ecclesiam Christi; videlicet S. Eneco, et S. Dominicus: tales enim erant, de qualibus Apostolis et discipulis dicebat: In medio nationis pravæ et perversæ: inter quos lucetis sicut luminaria in cœlo fixa. Ii siquidem venerabiles viri a glorioso Rege Ferdinando plurimum venerabantur, et pro sanctitatis suæ reverentia in magna gratia habebantur. Erant namque vita beati, sermone veraces, humilitate præcipui, caritate diffusi, castitate pollentes, eleemosynarum largitionibus clari, abstinentia præditi, virtutibus celebres, vigiliis et orationibus assidui, Scripturarum lectionibus intenti, verbo prædicationis et doctrinæ amabiles. Talibus cœlestis conversationis exercitiis fulgentes, tam Deo, quam hominibus placebant. Cum itaque inter ambos germanos Reges, gravissimum bellum fuisset exortum, prædicti Reverendi Abbates ad locum certaminis advenisse traduntur; hac procul dubio causa et intentione,

S. Eneco cum S. Dominico

Phil. 2. 15

frustra conatus fratrum Regum dissidia componere.

A Tamayo.

tentione, quatenus si fieri posset, precibus et exhortationibus suis, instantis belli certa pericula vitarent, et sævientium fratrum inexorabilem discordiam, pace composita, ad concordiam provocarent. Sed quia animositas Garciæ Regis, sicut fertur, nullatenus superari potuit, nec ad pacis fœdera inclinari; bello infestissimo inchoato, Garcias Rex peccatorum suorum mole prægravatus, victus interficitur: ad quem venerabilis Eneco Abbas accedens caput ejus dum adhuc spiraret (sicut traditur) in manibus suis accepit; et precibus suis animam ejus commendans, usque ad locum sepulturæ regalibus ejus exequiis indefessus adhæsit. In vita quippe sua prædictus Rex Garcias supradictum famulum Dei Eneconem valde dilexerat, et eum regalibus muneribus ornaverat, atque pro ejus amore venerabile cœnobium S. Salvatoris, cui Deo auctore præsidebat, plerisque possessionibus et monasteriis locupletando dilataverat.

Garsiam cæsum sepelit.

34 *Dubitat Dametus, cum eodem fere tempore floruerint in Hispania duo* Sancti Dominici, *alter de* Calceata *dictus, cujus Acta illustravimus* XII *Maji, tamquam defuncti anno* MCIX: *alter* Silensis *cognomine, cujus Vita edita a Tamayo* XX *Decembris, ut mortui anno* MLXXIII; *sed omissis miraculis, quorum integrum codicem ex originali hactenus non potuimus orando obtinere; cum, inquam, duo coævi* S. Dominici *fuerint, dubitat Dametus, uter hic intelligendus videatur. Sed ratio temporum facile persuadet Siliensem, ætate priorem, hic intelligi. Etenim ambo Reges* Ferdinandus Castellæ *et* Garsias Navarræ *primum regnare cœperunt a morte patris eorum Sancii anno* MXXXV: *eorumque contentio finem habuit in morte Junioris, qui prælio victus, juxta Marianam anno* MLIII, *ex vulneribus obiit, tumulatus per* S. Eneconem *apud Naxaram, intra ecclesiam S. Mariæ, quam idem Rex Garcias a fundamentis erexerat. Hæc interfatus, redeo ad cœptum Sermonem.*

Quis ille Dominicus?

35 Postquam autem per multa tempora vivendo, prædictum monasterium sanctitate et vita laudabili decoraverat, et ipsam patriam exemplis bonorum operum, et verbo doctrinæ illustraverat; senex et veneranda canitie decoratus, denarii geminati et amplius numeri spatio annorum consummato, ex quo regimen et pastoralem curam regendi monasterii susceperat, vitæ suæ cursu finito, lætus ad siderea regna migravit. Transivit autem ab hoc seculo tempore præcellentissimi et Christianissimi Regis supradicti Ferdinandi, vigesimo tertio Regni ejus anno; qui tunc temporis, non solum in Castella, sed etiam Legione, et in Gallecia regnabat. Post transitum vero suum in Onniensi cœnobio, ubi sanctum corpus ejus habetur, omnipotens Deus ad laudem nominis sui, et ad declaranda merita illius hominibus, plurima miracula dignatus est operari, quorum quædam per negligentiam scripta non sunt. Nam cæci ibidem illuminati sunt, energumeni plurimi mundati: et Claudi erecti, plerique incarcerati, liberati; et alii a diversis languoribus; meritis illius erepti sunt. Operantur autem illic divina beneficia, orante beatissimo Patrono nostro Enecone, omnibus qui fide recta et mente devota auxilium Domini Salvatoris perseveranter petunt; et benedicitur ac laudatur ibidem quotidie a servis suis Jesus Christus filius Dei; in cujus honorem quondam a nobilissimo Comite Sanctio idem Cœnobium constructum fuit.

Ipse moritur anno 1057

C

et Onniæ sepultus miraculis claret.

36 Procedente deinde tempore incredibili populorum devotione, circa venerabile sepulcrum ejus, accrescente, Petrus bonæ memoriæ Burgensis Episcopus, auditis beati Eneconis miraculis, ad monasterium venit. Quidam cæcus (sicut fertur) in ejus præsentia beati viri meritis lumen oculorum, quod non habebat recipiens, plenariæ restitutus est visioni. Quod videns venerabilis Pontifex, tanti miraculi stupore repletus, Deum et beatum Confessorem cœpit glorificare; et indutus Pontificalibus vestibus, sicut in mandatis acceperat a beato Papa Alexandro, in memoriam Dei Electi, divina mysteria gaudenter celebravit: decantando altisona voce, cum religioso cœtu Monachorum, unius Confessoris Officium, scilicet, Os justi meditabitur sapientiam, etc. Quod deinceps in ejus honorem decantari præcepit; instituens Episcopali auctoritate festum ejus annualiter, Kalendis Junii, cum reverentia celebrari: concedendo, pro beati Confessoris honore, omnibus fidelibus ad diem festum Natalis ejus occurrentibus, quadraginta dierum absolutionem. Deinde post multum temporis, ad usus divini Sacrificii, in ejus nomine fabricatum est altare, in quo divina frequentantur sacramenta, orante beato Patrono nostro Enecone pro omnibus, qui suam fideliter gaudent frequentare memoriam.

Petrus Burg. Episc.

D

jussu Alexandri Papæ Sanctum declarat:

37 *Sedit* Alexander Papa II (*neque enim de* Alexandro III, *nonaginta fere annis posteriore, sermo hic esse potest*) *ab anno* MLXI *ad* MLXXIII: *quo interim tempore Tamayus, ad diem* XX *Julii Burgensium Episcoporum Catalogum texens, nullum invenit* Petrum; *sed ejus nominis primum inducit in Sedem anno* MCXXXVIII: *et tamen ab anno* MXLII, *quo Gomezius Concilio Coyacensi interfuit, usque ad* MLXXV *quo Aucensis Episcopus Simeonus Burgos translatus, utramque Ecclesiam inseparabiliter conjungit, Apostolica fultus auctoritate; nullum alium nominat, quem, aliquem fuisse ab utroque alium facile quivis concesserit; nec laborabit ut credat* Petrum *nominatum, si consideraverit, eumdem Tamayum, in suis Episcoporum Catalogis, plus quam vice simplici in Actis S. Ferdinandi a me convictum omissionis aut transpositionis importunæ circa Episcopos Hispalenses et alios. Hoc porro notatum oportuit, non causa carpendi Tamayum, cujus non tam requiro diligentiam, subinde nimiam; quam prudentiam in veris suppositisque auctoribus discernendis; sed ne ob istic prætermissum ab eo* Petrum, *quisquam dubitare velit de* S. Eneconis *Canonizatione, Alexandri II auctoritate facta, et tam luculento testimonio asserta; cui inhærens* Gregorius XIII *per expressum Breve,* capellam ejus visitantibus, tamquam Sancti, a suis Prædecessoribus Canonizati, Indulgentias largitur pro 1 Junii, *inquit Yepez pag.* 280. *Redeo ad Sermonem.*

videtur id factum circa an. 1070.

E

38 Nos itaque Fratres carissimi, beati patris nostri Eneconis, honorabilem transitum celebremus; et debitis laudibus et officiis Christum Regem collaudemus, qui eum in vita sua, sanctitate decoravit; et hodie in cœlis, æterna beatitudine remuneravit. Hodie beatus Confessor, a terrenis ærumnis ereptus, in cœlestis ædificii structura, beata sorte, per manus summi Artificis collocatus est. Hodie B. Eneconis anima, feliciter a carnis corruptione soluta, comitantibus Angelis, ad cœlestis patriæ gaudia æterna pervenit. Congrue in hac die, qua beati Patris nostri transitus celebratur, Davidici psalmi versiculus decantatur; In memoria æterna erit Justus: digne etenim in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit Angelorum. Huic etiam beatissimo viro illud Davidicum eloquium recte potest aptari: Justus ut palma florebit, et sicut cedrus Libani multiplicabitur. Palma est arbor pulcherrima, et inferius tactu aspera, et quibusdam tumoribus inæqualis, quæ non pulchra sit ubique, pulchrior tamen est in superioribus. Radix vero ejus circa terram, hispida et quasi aridis corticibus involuta: ubi vero ad superiora procedit, visu et amplitudine pulchræ viriditatis expanditur, et dulcissimorum fructuum suavitate repletur, et quasi quibusdam radiis ornata

F

Hic laudandus ille,

Ps. 111.

Ps. 91.

tamquam assimilatus palmæ

A ornata distenditur. Similiter Electorum vita in hoc mundo, quasi despecta videtur, et multis corticibus obvoluta, quia asperitatibus et tribulationibus angustatur : superius vero, id est, in illa summa æternitate, quasi pulchræ viriditatis foliis et amplitudine beatæ retributionis expanditur. Bene ergo dicitur, quod Justus sicut palma florebit ; quia sicut palma non arescit æstate nec hieme, sed semper viret ; sic Justus ille beatissimus (de quo loquimur) non aruit sicut arbor infructuosa, quæ sciditur, et in ignem mittitur ; sed etiam bonorum operum floribus virens, remuneratione jucundæ viriditatis expanditur.

præsertim in fine suo,

39 Vir iste beatus, sicut palma florebat : quia dum fuit in hoc seculo, nec prosperitate elevatus, nec adversitate fractus est. Florebat sicut palma : quia nec viruit æstate, sicut fœnum ; nec decidit in hieme sicut flos fœni ; sed serviens Conditori sine querela, actione bonorum operum semper floridus extitit. Florebat sicut palma, quia sicut radix palmæ aspera est, coma vero in cacumine pulchra, et fructuum suavitate plena, et quasi quibusdam radiis ornata distenditur ; sic conversatio illius in mundo fuit laboribus plena, sed jam in supernis probatur B esse pulcherrima, cum jam fulget sicut Sol in regno patris sui, ornatus pulchritudine immortalitatis, et satiatus suavitate cœlestis dulcedinis. Florebit sicut palma : quia sicut arbor palmæ tota est pulchra, sed tamen pulchrior extitit in fine ; sic vita B. Eneconis, diversis decorata virtutibus, pulchra fuit ; sed mors multo pulchrior extitit, cum præsenti vita consummata, in fine laborum suorum mercedem a Salvatore percepit, Propheta attestante, qui ait : Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. (Ps. 126.) Omnis qui dormit in morte, perdit hereditatem quam videbatur in seculo habere ; quia moriens, eam secum ferre non valet : cum autem dederit dilectis suis somnum, recipit hereditatem ; quia pro contemptu temporalium, incipit possidere hereditatem paradisi, quam non habebat. Sic nimirum inclitus iste Pater noster, migrans a seculo, perdidit in morte temporalia cuncta, quæ possidebat sine amore ; et cœpit æterno possidere amore cœlestia cuncta, quæ nec visa habere gestiebat ex corde. Cedrus est arbor magna, et palma multo excellentior, lignum scilicet bene olens, et ad portanda pondera fortissimum ; quod licet procerum nascatur ubique, tamen in Libano monte celsius invenitur. Ita justus multiplici laude celebratus, et C cedri proceritatem, et pulchritudinem palmæ dicitur habere. Sic ergo justus multiplicatur ut cedrus, et sicut palma florebit : quia sicut palma tarde et post longa tempora fructificat, et refert hominibus fructum diu desideratum : sic beatissimus iste Confessor, post longos vitæ præsentis labores, recepit diu desideratum gaudium paradisi : multiplicatus sicut cedrus Libani in supernæ patriæ ampla hereditate, eleemosynarum et bonorum operum fructu, florebit in æternum ante Dominum. Fœno vero comparantur peccatores, quod delectabili viriditate oritur, sed celerrimo fine siccatur.

Comparatur etiam Cedro

et formicæ Salomonicæ,

40 De hoc etiam beato viro, ejusque consimilibus per Salomonem dicitur, Formicæ, populus infirmus : qui parat in messe cibum sibi. (Prov. 30.) Quid per formicas, nisi strenua vita Monachorum significatur ? quia Deo, in comparatione amatorum seculi istius, per vilem habitum et humilitatis gratiam, velut formicæ in tempore messis, fructum bonorum operum, unde in futuro satientur, congregare non cessant. Unde scriptum est : Qui operatur terram, satiabitur panibus : qui vero sectatur otium, in egestate erit. (Prov. 12.) Ille ergo terram suam strenue laborat, qui per labores corporis, et quotidiana bonorum operum exercitia, panes vitæ æternæ acquirit. Vir autem iste beatus, D terram corporis sui operando, saturabitur panibus : (EX DAMETO) quia juxta Apostolum, (1 Cor. 9) castigando corpus suum, et in servitutem redigendo, nocturnas exercuit vigilias, uberesque pro peccatis fudit lacrymas, et carnem suam maceravit jejuniis : pro quibus modo panibus supernis, et præmiis saturatur æternis. Hodie, Fratres, beatus Confessor Eneco, a corporali eductus ergastulo, cœlestem Hierusalem stola gloriæ indutus, lætus ingreditur; ubi sine fine Dominum in æternum laudabit, sicut concinit David dicens : (Ps. 38) Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Non est laboriosa, sed amabilis et optanda servitus, in Dei laudibus perpetuo assistere : hæc nimirum est quietissima ac felicissima civium supernorum actio, gratiarum hymnorumque vota suo semper dicere Conditori. Perfectorum omnium animæ, solutæ a corporibus, usque ad diem universalis judicii, sanctæ et individuæ Trinitatis præsenti visione perfruuntur : in novissimo vero die omnes Electi, resuscitati a mortuis, in contemplatione sui ejusdem Conditoris, qui in tribus Personis unus est Deus, æterna spiritus simul et carnis immortalitate gaudebunt. Beatus (inquam) Eneco, in illa æterna patria collocatus, et jam animæ stola ditatus, laudes semper lætus suo decantat E Creatori : peracta tandem generali resurrectione, sicut ceteri Sancti, duplici stola renumerabitur ; quia corporis simul et animæ æterna jucunditate lætabitur.

post labores fruitur æterna saturitate.

41 Nunc qualiter Omnipotens Deus plurimos, qui sui famuli Eneconis festum colere negligebant, salubriter flagellaverit, breviter dicamus. Presbyter quidam apud Spinosam, Petrus nomine, commissam sibi regebat ecclesiam ; hic in die Sanctis Eneconis, cum operariis suis ad agri opera perrexit : et non dans honorem diei festo, quamvis corriperetur a quibusdam, subito pede lapso cecidit, et crure colliso per aliquot dies in lecto jacuit ; et adeo debilitatus extitit, quod omni tempore vitæ suæ nunquam absque baculo incedere valuit. Insuper tres boves, ex illis qui terram vertebant, subito ceciderunt, et mortui sunt. Præterea incendium ignis invasit domos eorum qui laborabant, quod vix potuit extingui labore multorum undique concurrentium. Irrruit ergo timor super omnes, qui viderant et audierant, et cœperunt deinceps colere festum B. Eneconis Abbatis. Alio tempore quidam Abbas Saliensis, Dominicus nomine, in die S. Eneconis cum F operariis suis ad arandum ecclesiæ agros exivit : redargutus tamen a quibusdam redeuntibus ad sepulcrum beati Confessoris, eo quod non coleret diem festum, fertur talia verba dixisse : colamus et nos patrui nostri Salvatoris, hujus ecclesiæ quondam Abbatis ; diem, quia bonus homo fuit. Vix verba compleverat, cum ecce subito divino verbere percussus, ad terram prosternitur ; et trementibus membris cœpit spumare, angustiari, et quasi ad exitum appropinquare. Eadem insuper hora facta sunt fulgura et tonitrua ; et lapides prægrandes corruentes de cœlo, coegerunt agricolas ab opere cessare, qui nolebant gratis diem sanctum colere. Et nos ergo, Fratres, sicut Propheta admonet, levemus corda nostra, cum manibus ad Deum ; et beatissimum Patrem nostrum Eneconem assidue veneremur, ac sicut ad Ezechielem dicitur, Fili hominis, (Ezech. 3.) speculatorem dedi te domui Israel ; illum non solum speculatorem et defensorem istius loci et patriæ suscipiamus ; sed etiam intercessorem et advocatum apud Deum eum habeamus ; quatenus, meritis et precibus ejus, ab omnibus periculis et angustiis liberati, mereamur cum eo, in æterna beatitudine, Christum Dei Filium collaudare : qui cum Patre et Spiritu

Festum ejus violantes puniuntur.

A Spiritu sancto vivit et regnat, per omnia seculorum. Amen.

EX VARIIS *et mulier Sanctum blasphemans*

42 *His ex sermone Abbatis Dominici sumptis, aliud simile sic aliunde adjungit Yepez.* Mulier quædam Onniensis, habitans in oppido Friaz, *ad citimam Iberi ripam posito, haud procul a Birbiesca atque adeo Onniæ proximo,* ibique marito juncta, mulieribus ad festum Sancti agendum procedentibus, sola præsumpsit operi consueto se accingere, unde scandalum patientes aliæ, redarguebant eam; quæ cum esset natu Onniensis, Friaziarum mulierum saltem non sequebatur exemplum. Quibus illa indignanter respondit; Non provisurum Sanctum necessitatibus domus suæ. Vix ea dixerat temeraria; cum ecce subito obmutescens, non potuit ultra os blasphemum aperire: et brachia, quæ ad laborem extenderat, retrorsum tracta, nulli deinceps usui illi fuerunt.

Transfertur corpus

43 Tempore Adephonsi, cognomento Imperatoris Hispaniæ, venerabilis Joannes ejus nominis II Abbas Onniensis, ex Sedis Apostolicæ facultate, sacrum corpus B. Eneconis, ejusdem cœnobii Abbatis, in alium sublimem locum transferri decrevit. B Ad Imperatoris ergo prælibati, hoc [consilium] Joannis Abbatis pervenit auditum: qui fama sancti viri miraculorum arreptus, actus translationis specialiter auctoravit, accitis secum Episcopo Burgensi, et aliis Præsulibus et Proceribus. Cum autem primum theca, qua reconditum erat corpus venerabile, fuit aperta; sic odor cœlestis et suavis totum cœnobii ambitum occupavit, ut omnes in admirationem rapti glorificarent Dominum, corde, voce, et opere: imo quod plus fuit, fragrans odoris nebula, ad quinque ægrotorum nares pertingens, protinus eos restituit sanitati. *Ita ex Dameto Tamayus ad* XIX *Januarii, qui deinde in Notis,* Crederem, *inquit* eam primam Translationem (*ego* Elevationem *arcæ in tumbam, supra claustri pavimentum extantem*) evenisse circa annum Domini MCXLII (*tunc autem secundum eumdem, Burgensis Episcopus fuit* Petrus *non* I, *ut putat ipse, sed* II, *annum jam quintum ecclesiam illam regens et usque ad decimum tertium superstes*) quia tunc Onniense cœnobium cœpit ab Imperatore Alfonso muneribus et honoribus sublimari, ut notavit Prudentius de Sandoval in Historia Alfons. VII fol. 174. *Addit Yepez Tom.* 5 *pag.* 338 §. *quod idem Abbas, qui S. Eneconem, etiam* transtulit SS. Acti et Tigridiæ corpora, eaque loco decenti posuit.

circa an. 1142

C

44 *Narrata translatione prædicta, et eam comitatis miraculis in genere laudatis;* Ut autem appareat, *inquit Yepez pag.* 278, non hac solum vice Deum pro Sancto suo operatum miracula; ponam hic etiam alia, ipso quo in veteri historia narrantur stylo. Eodem tempore magna siccitate laborabat regio circumjecta monasterio: itaque ad Onniensium accolarumque instantiam, instituta fuit devota supplicatio populi, et corpus Sancti per omnes plateas circumlatum, non frustra: nam eodem die copiosus imber de cœlo lapsus, sitibundam humum copiosissime inundavit. Quod exhinc perpetuum quasi beneficium locis istis fuit, quoties terræ ariditas pluviam postulabat, *ut infra videbitur: nunc cetera ex Tamayo Dametum transcribente prosequor.* Post multum temporis *a celebrata Translatione prædicta,* ad usus divini Sacrificii, in nomine S. Eneconis fabricatum est altare, sub cujus cavo beati Confessoris exuviæ sunt reconditæ; ibidemque divina frequentabantur Sacramenta, orante beato Patrono nostro Enecone pro omnibus, qui suam fideliter gaudent frequentare memoriam. *Orationis ejusmodi efficaciam probant miracula, quæ ex veteri MS. plura profert Dametus apud Yepezium pag.* 281 *sic exordiens libri 3 caput* 2. Nullus est locus, quantumcumque D clausus, qui non reseretur ad vocem Domini Sanctos suos honorantis, ejusdem potentiæ participatione quadam, aperiendo carceres, firmis pessulis et portis ferreis clausos, atque defensos armato milite, ad hoc solum excæcato, ut cetera suis oculis contuentes, videre nequirent per medium eorum transeuntes fideles, qui S. Eneconem invocarant.

eodem circumlato impetratur pluvia,

dein ipsum sub altare reponitur.

CAPUT V.

Captivi S. Eneconis ope liberati.

In oppido Salas juxta Onniam, Miles erat nomine Petrus Martinez, quem Rex Arragoniæ, cujus nomen non exprimitur, Populetum in Catalauniam deportari captivum jussit, et carceri perquam obscuro claudi. Hic famem et frigus aliasque ærumnas patientem, cum deficerent humana consilia et auxilia omnia, ad S. Eneconem invocandum se vertit, ut sibi in tanta calamitate succurreret. Id cum sæpius semperque ardentius faceret, crescente cum ærumnis postulandi instantia et impetrandi fiducia, vidit die quodam post solis occasum senem ad se ingredi, toto vultu splendidissimum; qui dicebat, E Ne timeas: frater enim tuus, modo est in ecclesia S. Salvatoris, cum cereis atque oblationibus, tui causa ferventer atque humiliter Deum deprecans. Interroganti autem Militi quis esset: Ego, inquit, sum S. Eneco, de cœlo ad te missus, ut orationem tuam exauditam, et vincula disrupta nuntiem. Surge ergo, et me sequere. Ad hanc vocem surrexit Miles, ruptasque catenas in humeros sustulit, testimonium daturas facti in se miraculi, et sequebatur Sanctum. Euntibus autem illis patuerunt ambæ carceris portæ: quas successive pertransierunt, nec non et custodes ante eas positos, sed somno sopitos. Ita egressus Miles vix ad clivum montis vicini pervenerat, cum expergefacti custodes, et fugisse captivum suum videntes, cœperunt post eum cum canibus currere. Unde perterrefactus nec jam ultra liberatoris sui memor, recepit sese sub quasdam petras; viditque, ipse nemini agnitus, non solum prætereuntes illos, sed etiam canes, quorum idem tunc obstruxerat fauces, qui olim conclusit ora leonum. Irrito ergo conatu fatigati redierunt unde venerant; et Miles Onniam veniens, appendit ibi cum gratiarum actione catenas, quas sibi miraculo solutas narrabat.

Militi captivo apparens Sanctus,

eum e carcere educit,

e quærentibus invisibilem reddit

46 Nihilo minus illustre fuit quod sequitur. F Cum ante tempora Serenissimorum Regum Ferdinandi et Isabellæ (qui Hispanias noxia et periculosa Maurorum societate liberarunt, omnes ejiciendo) plurimæ civitates et oppida in eorum potestate permanerent, indeque existerent frequentia inter ipsos et Christianos certamina; contigit nostros incursionem adversus eos facere, qui in Valentino atque Aragonensi regno adhuc residebant; sed infelici successu, ita ut florem nobilitatis infidelibus captivam cogerentur dimittere. Inter hos Oscam abducti sunt Capitanei ex generosioribus duo, Dominicus Perez Aragonius, et Gomesius Tellii Castellanus; Cæsaraugustam item Ferdinandus Gonzales et Lupus Sanchez aliique; Secorbiam vero Equites alii quatuor. Hi omnes cum gravibus affligerentur ærumnis, venerunt in notitiam frequentium gratiarum, quas S. Eneco Abbas Onniensis, tali in casu vocatus, conferebat infelicibus captivis. Eum ergo invocarunt etiam ipsi, suaque prece frustrati non sunt. Apparuit enim illis senex, habitu venerabilis, jussitque ut sine metu carcere quique suo egrederentur. Dictum, factum. Et quamvis eos in equis sequerentur Mauri, ad hoc solum videbantur adesse, ut

liberantur plures capti a Mauris

A ut ipsos ab aliorum occursu tuerentur, nihil eisdem quos minime conspiciebant molesti. Ita simul omnes, intra unam eamdemque hebdomadem Onniam pervenerunt, gratias agentes Deo ad sepulcrum sancti Abbatis, ibique dimiserunt captivitatis suæ signa.

47 Alius ex Aragonia Eques, Stephanus nomine, ex vico Cubel dicto, multis annis militiam secutus, cum domum regressus esset, divendita ibidem majori substantiæ suæ parte, venit ad gloriosum S. Eneconis sepulcrum ; actisque velut liberatori gratiis, ejus porro patrocinium sibi postulavit. Redeunti voluntas subiit Romam eundi, sed euntem apprehenderunt Mauri : qui nulla alia causa moti, quam innato sibi contra Christianum omne nomen odio, brachia illi ac tibias confregerunt. Ita male habitum cernens transfuga quispiam ; Videamus, inquit, an iste vester S. Eneco, qui tam multos ex carcere liberavit, te quoque liberaturus sit, brachiis tibiisque confractum. Mirum dictu ! Ipsa eadem nocte, illum qui ex animo interim opem poposcerat, monuit Sanctus, ut ad maris littus accederet, inventurus ibi quatuor Christianos, cum navi-

item Eques brachiis ac tibiis fractis;

B cula ipsum præstolantes. Surrexit homo, totus jam sanus ; et inventis in littore sociis sese jungens, cum ipsis rediit in Hispaniam, atque pro hoc novo beneficio gratias suo egit liberatori.

48 Conchæ vir erat S. Eneconi devotissimus, propter multa quæ narrari audiverat stupendaque miracula ejus. Hic venatum progressus in densam silvam, factus ipse est præda Maurorum, ibi in insidiis subsistentium, qui captivum suum deduxerunt Xatibam in regno Valentino. Invocavit ille sanctum suum Patronum, exinde devotior ei futurus, si se quoque dignaretur favore optato. Audiit autem orantem Sanctus, et apparens monuit infelicem, ut sese ad egressum accingeret : postea vero iterum apparens, jussit iter carpere. Verum ille fidei parum, multum autem timoris habens cum ne tunc quidem egredi præsumeret ; tertium conspiciendum se præbuit Eneco, et diffidentem increpans dixit : Ut quid hæres hoc loco contra mandatum meum ? Surge et sequere me. Sic animos indeptus, suique jam securus, exiit e carcere. Vix autem Xatibæ portas transierat, quando occurrerunt, ei tres lupi, ad ejus defensionem cum ipso per diem procedentes, et cum ipso dormientes noctu ; atque sic comitatus Tervelam venit, indeque Concham, ubi favorem a Sancto

ac denique alius,

ter apparente Sancto.

C sibi præstitum enarravit. Finis nullus foret si singula hoc in genere facta prosequi vellem : solum dicam, quod omnium linguis calamisque cessantibus, eorum multitudinem testarentur catenæ et compedes, superiori seculo in capella Sancti conspici soliti De his testatur P. F. Turibius de Melleda, qui anno MDCI centenarius obiit, in conventu Onniensi legitime interrogatus, dum ibi de Vita et miraculis Sancti informationes juratæ sumerentur ; quod tempore tumultuum civilium in Castella, tota circum regione in armis posita, Onnienses Patres, inter quos fuerat educatus a puero, formidasse ne irrumpens in monasterium seditiosorum multitudo diriperent pretiosam omnem suæ domus gazam ; ideo adductis fabris ferrariis assumpsisse compedes et catenas pendentes in capella S. Eneconis, ex quibus confectæ sint quatuor grandes crates, ad tuitionem ipsius capellæ atque domus : idemque affirmavit alius tum centenarius, habitans in Penchez, Thomas Fernandez ; tantoque id potuit affirmare certius, quod suis ipse manibus cudendis cratibus allaborasset, numerassetque, vincula unde debebant confici, plus minus ducenta. *Hactenus ex Dameto Yepezius, nunc ex eodem narrantem Tamayum audiamus alterius translationis historiam.*

cætera hujus generis testantur appensæ apud Onniam catenæ.

49 Cum locus, in quo priori vice sacrum corpus fuerat depositum, aut Monachorum incuria aut temporum lapsu, penitus in oblivionem redigeretur, non sine magno Cœnobitarum mœrore ; evenit ut Joannes Bacca, Abbas Onniensis, religione et gravitate conspicuus, forte Dei inspiratione commotus, corpus sanctissimi Patris exquirere decreverit : cujus intentionis propositum Monachis aperiens, tot contradictionum agmina sunt exorta, quot Fratrum capita notabantur. His demum devictis, accitis secum S. Mariæ Maparensis S. Æmiliani, et Ovarenensis cœnobiorum Abbatibus, altare prædictum evertere cœpit die XVIII Januarii, anno Domini MDXCVIII, quousque sub eadem ara invenit sacra pignora sancti Abbatis : quæ, in pervetusta lignea arca inclusa, suavissimam odoris fragrantiam respirabant. Supra corpus hæc in pergaminea pelle inventa est epigraphe. Corpus beati Eneconis, Abbatis hujus monasterii, qui floruit mira vitæ sanctitate et miraculis, et ideo auctoritate Apostolica relatus est in Catalogum Sanctorum. Obiit anno Domini MLVII. Sepultus fuit in claustro, et inde translatus

D *Ex variis. Neglecto paulatim sacri corporis loco,*

educitur illud anno 1598

E est in hoc altari. *Ex hujus Epigraphes stylo et verbis, primum colligo, in supra memorata corporis elevatione nullam loci factam mutationem fuisse ; sed solum altiorem tumbam in claustro excitatam, in qua corpus, ligneæ ac portatili arcæ ad processiones depositum, servaretur : multo autem post, ab illa tumba ad hoc altare, factam esse translationem, quam vel ex anno Christi notato pro Æra Hispanica, nec non ex phrasi recentiori, intelligas celebratam fuisse sub finem seculi* XIV ; *postquam Joannes I Castellæ Rex ejusdem Æræ usum abrogavit, in Comitiis Segobiæ celebratis, anno* MCCCLXXXIII.

de altari, sub quo videtur positum sec. 14 exeunte,

50 Sic invento corpore Magistri, *inquit idem qui supra Tamayus*, protinus magnum gaudium omnium ora implevit, maxime Joannis Abbatis, illius operis assertoris : qui argenteam capsam affabre laboratam construi jubens, et sacra pignora in eo recondens illam in propria capella, cum populorum concursu et celebri plausu honorifice collocavit, ubi per Dei misericordiam innumera recensentur miracula. *Addit Yepez pag.* 278 ℣. *quod* collocavit illam ibidem, intra sumptuosam tumbam, supra quam Sancti statua efformata conspicitur cum mitra et pedo : in altari vero prædictæ capellæ depictus visuntur plurima ejus miracula . . . . . Sed nulla in re magis atque luculentius potentiam suam ostendit hic Sanctus (*utor verbis J. Bapt. Dameti*) quam in pluvia, dum exigit necessitas, impetranda : *id quod exemplis confirmare necesse non fuerit : siquidem in circumjectis Onniæ terris, ac potissimum Terræ sec., nihil frequentius est ; et ex oppido jam nominato producuntur testes, qui affirment inde plus quam ducentis vicibus missum esse Onniam, ad aquam a sancto Abbate obtinendam, secuto semper successu sperato.*

et reponitur in arcam argenteam,

pluviis sæpe impetratis celebre.

CAPUT VI.

Ossis unius translatio Bilbilim, patronatus assumptus, secuta miracula,

Unnam, *inquit Yepes Tom. 6 pag.* 283 ℣. S. Eneco sic nosceretur et honoraretur, ut in civitate Bilbilitana, vulgo Catalayud dicta, ubi natum esse pro certo tenent incolæ, et innumeros præstat favores. Hinc illi miro desiderio exardescebant obtinendi aliquam ipsius Reliquiam : scientes autem corpus integrum in monasterio Onniensi servari, varia interposuerunt officia apud Religiosos istos, ut voti sui compotes fierent. Hujus anno MDC (*hunc nobis annum Tamayus notat*) tandem potiti sunt ; reluctatis quidem aliquamdiu Monachis, propterea quod grave dammum

An. 1 ... Bilbilitanis, apud quos natus putatur Sanctus.

EX VARIIS.

A damnum æstimarent, vel tantilla sacri corporis parte privari; sed denique persuasis, Sancto ad incrementum honoris futurum, si tam devotis erga se civibus quadamtenus præsens exhiberetur. Aperta igitur arca est, tot annis intacta, et legatis Bilbilitanis datum os unum brachii, quod summa cum reverentia et gaudio recipientes, in patriam suam deportarent. Ad hujus rei nuntium exhilarati cives, nulli pepercerunt operæ atque impendio, ut quam dignissime exciperent, quod tamdiu concupierant. Dametus, ut qui privatim Sancti hujus historiam scribendam assumpsit, late excurrit ad singularia quæque magnifice explicanda: mihi, Chronicon Ordinis generale texenti, tam prolixo esse non licet. Legatur igitur Auctor ipse, et videantur in eo processiones solennes, illuminationes ædium, poemata varia et hieroglyphica, repræsentationes, taurilia, ludi, et quidquid excogitari potest ad publicam lætitiam explicandam. Missam Pontificaliter cecinit Fr. Didacus de Yepez Episcopus Tarraconensis, et per totam Octavam Ordines varii; habiti quoque sunt sermones quotidie in monasterio Virginum Benedictinarum, apud quas deponere Sacram Reliquiam placuit.

obtento tandem sacri corporis osse,

solenni pompa ipsum excipiunt,

B

52 Neque his contentus fuit civium affectus. Voto insuper publicitus facto obligaverunt se, ad Natalem quotannis I Junii feriatum habendum, sub hac formula: Quandoquidem gloriosus Pater S. Eneco, Ordinis S. Benedicti, et Abbas monasterii Onniensis, filius fuerit hujus Bilbilitanæ civitatis; quodque ad supplicationem Prætoris ac Magistratuum ejus, Abbas, Monachi, et Conventus prædicti monasterii, ipsi fecerint gratiam unius ossis brachialis ex sancto ejus corpore, quod modo depositum est in ecclesia Collegiata S. Mariæ Majoris; mox transferendum et collocandum in ecclesia monasterii S. Benedicti, tamquam ipsius Sancti domo paterna (quam quidem translationem hæc civitas mandavit ut quam solennissima potest pompa procedat) ad Dei Domini nostri gloriam, majorem sancti Patris Eneconis honorem; atque ut ei acceptior sit devotio et gratiora sacrificia civitatis; velitque tamquam ejus filius esse specialis ipsius Patronus et Advocatus, in quacumque necessitate, averruncando, grandines, fulmina, tempestates, contagiosos morbos et alias quascumque calamitates: idcirco prædictus Senatus in Patronum et Advocatum civitatis recepit gloriosum Patrem S. Eneconem, contra quascumque calamitates et miserias, quibus inquilinos hujus civitatis, peccatis ac demeritis suis id exigentibus, continget divinitus flagellandos subjacere: promisitque omnium civium et habitatorum, tam præsentium quam futurorum nomine, observare festum sui singularis Patroni et Advocati S. Eneconis. Sacra Religio Benedictinorum celebrat festum illud prima die mensis Junii, qui fuit dies gloriosi transitus ejus, sicut et Archiepiscopatus Burgensis universus: Senatus autem noster speciali voto obligat se suosque successores omnes, ad curandam ejusdem festi observationem, tamquam Patroni, ea forma et modo, quo in Ecclesia Catholica solent observari festa Sanctorum aliorum, ex mandato speciali tamquam Patronorum, specialiter a civitatibus electorum.

et sibi Patronum eligunt,

ac festum, feriatum a populo habendum, decernunt.

C

53 Hactenus formula illius voti, quod Episcopus Tarraconensis D. Fr. Didacus de Yepez confirmavit, et annue summa cum religione impletur; Sancto crebris favoribus et miraculis demonstrante, quam accepta sibi ejusmodi devotio sit, quemadmodum mihi scribit P. Fr. Eneco de Catalayud: quædam etiam in particulari referens, quibus prætermissis, exhibeo particulam cujusdam epistolæ, quam idem Religiosus mecum communicavit, scriptam a Joanne Hieronymo Gonzalez de Sisamon. D Jurato majori civitatis, ad Fr. Petrum de Torrecilla Abbatem Onniensem; ubi inter alia leguntur hæc verba. Quod ad devotionem versus S. Eneconem attinet, ea usque modo belle procedit; confidoque de misericordia Domini nostri, eamdem magis magisque augendam, quia civitas nulli pepercit sumptui, ad talem occasionem congruo. Fecit enim ædificari magnificum sacellum, cum picta eleganter tabula: et affirmo Paternitati vestræ, quod licet in hac civitate alia sint sacella, majora isto; nullum tamen futurum sit elegantius elaboratum, et magis ad sensum præsentis ævi. Etenim quantum procedebat opus, tantum etiam in anima mea augebat Deus desiderium ipsum partibus omnibus absolutum reddendi. Idem sensus operariorum omnium erat, maximo cum animi sui sensu festinantium ad tanti Sancti fabricam consummandam. Habet insuper sacellum hoc tabernaculum cum clathris, ceruleo colore et auro tinctis, portulisque speciosis, in formam adamantum laboratis argento et auro: cujus tabernaculi quinque sunt claves, ita distributæ, ut Prætor unam, Jurati majores duo singuli singulas, Judex et Præfectus Confraternitatis totidem servent; hæ autem illis committuntur sub juramento, ore ac manu præstito coram publico Scriba, id in Acta referente: neque potest tabernaculum ipsum nisi omnibus præsentibus et Notario publico reserari: in eo autem reponitur Reliquia gloriosi istius Sancti, inclusa argenteo brachio, centum quinquaginta uncias appendente; cujus curandi officium mihi impositum fuisse gratulor.

Erhinc ob frequentia ejus ibi miracula,

et elegans sacellum conditum,

cum elegantiori sacrario;

E

54 Anno MDCIX die V Aprilis tanta fuit Bilbili aquæ penuria, quia jam inde ab Octobri vix quidquam pluerat, ut ex arefacta prorsus tellure nullus rusticani laboris fructus ab agricolis speraretur. Decreverunt igitur Prætor atque Vicarius generalis, una cum civibus, solennissimam processionem, a toto simul Clero Religiosisque Ordinibus et Confraternitatibus omnibus, cereos ardentes gestaturis, instituendam, ad ecclesiam S. Benedicti, pro deportanda inde Reliquia S. Eneconis in ecclesiam S. Petri Francorum; ubi Missa cantaretur celebraretur que Octava in honorem Sancti, quatenus eo intercedente Deus necessariam terris pluviam largiretur. Erat tum dies serena atque clara, nulla uspiam apparente nubecula: et tamen, mox atque efferri Cruces cœperunt, et Confraternitates procedere, tam copiosi defluxerunt imbres, ut nulla ratione potuerit pompa progredi: quare, civitate non minus exultante quam admirante, ibidem in loco cantari solennissime fecere, Te Deum, pro beneficio tam singulari. Tanta autem subito collecta est aqua, ut quæ platea principalis est urbis omniumque largissima, instar fluvii aut sinus marini redundaret. Postquam autem imber cessavit, decreverunt ad ædem S. Benedicti procedere, non jam petituri recipiendum, sed gratanter agnituri receptum beneficium; deductaque est quæ fuerat promissa Octava, cum maximo concursu et solennitate. Deinde in Acta publica relata res est, et ad S. Benedicti reportata Reliquia, sicut adducta fuerat. Neque tunc tantum, sed alias sæpe experta est civitas, Deum cœlorum claves manibus Eneconis quasi commissas credere.

An. 1609. ad siccitatem depellendam,

indicta supplicatio cum Octava,

F

pluviam optatam elicit:

55 Itaque licet illum multa magnaque miracula decoraverint, usque ad mortuorum suscitationem; tamen per omnia montana cœpit haberi et coli S. Eneco, tamquam Patronus et Advocatus, pro ea quæ petenda judicatur aeris constitutione obtinenda. Quod, præter exempla a Dameto adducta, mihi etiam testatur relatio Archivistarum Onniensium, Fr. Didaci Nunnez et Fr. Eneconis de Catalayud prælaudati,

eoque titulo præcipue ab agricolis colitur Sanctus,

A prælaudati, qui etiam complura scripta mihi communicarunt, quibus istiusmodi veritas multipliciter confirmatur. Prolixum esset referre singula, clausulam tamen unam, ex epistola Fr. Enecon[i]s, necesse habeo huc adducere, qua mihi dicit : Etsi istic habeas miraculum Virovescæ patratum, addam tamen testimonium quod hic accepimus ex ore Alfonsi de Soto, Scribæ, Notarii et Secretarii ecclesiæ Archidiaconatus Virovescæ; scilicet, collegisse ipsum testimonia de pluribus quam quadraginta vicibus, quibus oppidum Virovescæ misit Onniam deputatos suos, modo ad pluviam, modo ad serenitatem exorandam, et semper optatum exitum habuisse preces : se vero ab annis circiter quadraginta usque tunc, adhibitum fuisse ad excipiendum testimonia istius rei, etiam Religiosorum ipsius domus, omnia idem affirmantia.

etiam Virovescæ,

56 Ad alterius generis miracula quod attinet; non vacat, ut jam dixi, colligere omnia quæ Dametus retulit, vel ego aliunde accepi. Duorum præmemoratorum Archivistarum, quorum supra meminimus, plusquam quadraginta vetusta miracula ad me misit, aliis vero ab anno millesimo [illegible] recentiora supra viginti, quibus Dominus operatus est per S. Eneconem, [illegible] ad ejus intercessionem miseros multos mortales, a variis infirmitatibus; illuminando cœcos, auditum surdis reddendo, et dæmonia expellendo : quæ cuncta jam edita a Dameto satis esse possint, ut S. Eneco agnoscatur ab Hispania, imo a Christianitate universa, velut unus ex nobilioribus et clarioribus Sanctis, quos olim habuit Ordo Benedictinus. *Ita quidem Yepez [illegible] vero, [illegible] ab eo propositum [illegible], [illegible], de Sanctis quibuslibet monumenta colligendi, et ad posterorum memoriam [illegible] transmittendi; [illegible] per nostri Burgensis Collegii Patres, ab Oniensibus Cœnobitis [illegible] transsumptum plenum [illegible] antiquo [illegible] miraculorum [illegible], simulque ex Bilbilitano Collegio petii Hispanicum Dameti librum, ex quo [illegible] jam [illegible] miracula, [illegible] alia quæ sequuntur.*

Alia miracula ad 50 antiqua,

et 20 recentiora, Onniæ scripta,

nec dum inde potuerunt haberi

CAPUT VII.

Alia Miracula Sancti Eneconis, ex lib. 3 Dameti.

Volabat quaquaversum fama miraculorum S. Eneconis, quæ cum oculis suis spectare cuperent Castellani aliquam multi, Onniam profecti sunt, onusti muneribus Sancto offerendis. Jamque ad Iberi ripam pervenerant. Hunc vado transituri, dum aliquantum quietis in ripa capiunt, notant eum tam vehementer intumuisse, ut vadabilis nusquam inveniendus speraretur. Ergo inventam ibidem cymbulam, solo ducti impetu perveniendi ad locum optatum, nullaque prudentia usi, plures simul conscendunt quam portare illa posset : moxque in medium abrepti torrentem, fundum subsidente navigiolo petunt. Oritur confusus omnis ætatis ac sexus clamor, Deum Sanctumque Eneconem in auxilium vocantium : qui continuo, divina quadam sustentante virtute, super aquas visi sunt ferri, magni æque ac parvi, et ad alteram ripam pertingere. Fuerunt ex accolis qui cymbam terræ attraherent, et tentando iterum trajectui aptarent : non enim priorum exemplo alii absterreri potuerunt, quo minus eamdem experiri fortunam vellent; si res ita caderet, favorem etiam eumdem sperantes. Nec sua eos spes fefellit. Rursus subsidente navigio apparuit in ripa venerandæ canitiei senex, barba prolixa et pedo notabilis : qui cum elevata manu benedixisset periclitantibus, salvi evaserunt omnes veluti de faucibus mortis; senex autem disparuit, relinquens eos novo obligatos beneficio.

Onniam peregrinantes complures,

subsidente bis navigio, salvi perducuntur.

EX VARIIS.

58 Dominica quadam Adventus anni MDXCIX, puer dictus Joannes, filius Michaelis Alfonsi hortulani Onniensis, et Mariæ Rufæ, biennium natus, cum pueriliter alluderet rivulo, versus conventum currenti ad usum vertendi molendini; abstulit eum torrens usque ad puteum... .; itaque obtexit aquis, ut solum extremitates pedum extarent. Ea forte hora omnes indigenæ, ad templum egressi, domibus suis aberant, præter puellam unam; quæ viso casu cucurrit quiritans, auxiliumque implorans. Eo clamore interpellata concio, dicentem subsistere fecit, turmatimque accurrit ad molendinum. Tollunt de aqua puerum jam mortuum, feruntque cum viva fide ad ecclesiam. Monachi acceptum corpusculum imponunt altari Sancti; cujus meritis conciliatus Deus suam mox exhibuit misericordiam. Aperuit enim oculos et os parvulus; exclamavitque, Sancte Eneco, Sancte Eneco. Hinc effusa omnium secuta lætitia, imprimis parentum : sed cum hi puerum vellent domum reducere, abnuit ille; dicens, vidisse se istic senem quidem, sed tamen formosum valde Monachum. Mater vero, quæ eodem anno vel paulo post debilitatem pedum incurrit, cum devote [illegible] Abbatem Onniensem invocaret, subito erecta in pedes fuit, et absque [illegible] cœpit commode ambulare.

puer submersus,

ad altare Sancti resuscitatur:

ejus matri pedes curantur

59 In Rivo-sicco mulier erat, nomine Maria, usu linguæ privata. Hæc cum multa audisset de beneficentia mirabili Abbatis Onniensis, decrevit ad ejus [illegible] se, non sine firma spe recuperandæ loquelæ. Neque spes vana fuit. Ut locum attigit, solutum est vinculum linguæ ejus : quare nihil morata præ gaudio, redire festinabat. Monuit eam in somnis Deus, ne ante solutas debitas gratiarum actiones discederet e loco; quod tamen illa contemnens, perseverabat in voluntate statim abeundi. Tanta pervicacia non impune abiit; sed mox toto contracta corpore, agnovit ingratitudinis suæ meritum. Tribus tamen hebdomadis ita permansit, donec ad sepulcrum regressa, sanitatem petere et sperare cœpit : eaque obtenta, non eguit amplius monitore, ut cereis donisque oblatis geminatum in se beneficium testaretur. Simile quid accidit cuidam Urracæ; quam cum S. Eneco liberasset a tanta corporis totius debilitate, ut necesse haberet manibus pedibusque reptare, domum redibat lætabunda, nec cuiquam receptam gratiam indicare curabat. Verum [illegible] ubi domum suam attigit, eadem ipsi infirmitas rediit : cujus cum illa causam non agnosceret, aperuit eam cuidam ipsius filio manifestus sanctus Abbas; jussitque ut mater Onniam regressa, denuo salutem ibi peteret, eaque obtenta miraculum prædicaret, sicut et fecit.

Muta loquelam recipit.

sed ingrata contrahitur ac pœnitens sanatur,

simile quid in curata paralytica.

60 Mulier Castellana, manu manca, cum audivisset meritis Sancti multa miracula fieri, sumptis secum candelis aliquot, in consanguineorum comitatu cœpit Onniam proficisci, ad sepulcrum sancti Abbatis : sed eunti occurrerunt latrunculi nonnulli, et cereis vestibusque spoliatam dimisere. Pervenit illa nihilominus Onniam, ibique cum lacrymis ante altare cœpit Sancto exponere infortunium suum : ceteris autem qui aderant, causamque planctus intelligebant, suas etiam preces adjungentibus, recuperavit misella manus suæ usum intra biduum; latrunculi autem nequitiæ suæ mercedem cito retulerunt : unus enim eorum decimo quinto post die invasus a dæmone, crudeliter ab eo torqueri cœpit : alter vero, toto corpore paralyticus, venit ad sepulcrum Sancti, clamans; Sancte gloriose, adjuva me, quamvis graviter contra Deum et te peccaverim. Cumque delictum

Manu mancæ sanatur

et ablata recipit, furibus punitis

Ex variis

A delictum suum coram secularibus æque ac Monachis palam enuntiaret, pollicereturque curaturum se, ut quidquid ablatum mulieri erat confestim restitueretur; statim restitutus est pristinæ sanitati.

Sacrilegus homicida

61 Pejus simile delictum successit alteri. Burgis Onniam venerat mulier nomine Juliana cum filia. His autem preces ad sepulcrum per duos dies totidemque noctes continuantibus, visum cuidam Martino est, venisse illas multa pecunia instructas; qua ut potiretur, nulla habita loci sanctitate, utramque crudeliter interfecit. Eo facto voluit de loco egredi. Sed non potuit. Prætor, nesciens quo indicio deprehenderet homicidam, coram sepulcro Sancti in orationem se dedit, ut sibi is dignaretur auctorem facti revelare; ne forte innocens aliquis, ex suspicione apprehensus, immerito violaretur.

deprehenditur et plectitur

Dum autem sic abiret suum executurus officium, incidit in hominem solitarium, et toto vultu consternatum: qui conscientiæ stimulis actus ultra in ipsius manus se dedit, crimenque confessus meritum supplicium luit. Nec minus memorabile est quod sequitur.

62 Anno MCC Laurentius quidam Francus, Murciæ in præsidio collocatus, cum alearum lusui perdite addictus, post amissas pecunias, chlamydem, B vestem, indusium apposuisset victori, voluit etiam gladium obligare. Verum alter negavit, licere Militi arma exponere. Quare rabie percitus; Meos

blasphemat aleator,

ergo, inquit, oculos obligo, in ejus qui ipsos dedit opprobrium. Ipso momento, quo blasphemiam eructabat impius, oculi ambo illi retro versi in caput sunt: unde corporaliter excæcatus impius, oculos mentis aperuit; et delicti quidem veniam obtinuit pœnitens, sed cæcitatem sibi relictam ferens rediit

amissum ideo visum

in patriam; indeque peregrinatus Compostellam, denique Onniam venit ad ecclesiam et capellam S. Eneconis. Hic cum triduum egisset, die noctuque incumbens orationi, mane quodam apparuit ei S. Eneco, dicens, Acceptam a Deo esse pœnitentiam

tandem recuperat.

ejus, visumque protinus restituendum. Experrectus ad hæc totus alacer, ut oculos sibi redditos sensit tanti æstimavit receptum divinitus beneficium; ut seculo toti renuntians, ad quoddam desertum se receperit, ubi pœnitentiis asperam vitam egit.

63 Arriola quidam, nomine Penna, consueverat

Ex horto pisciumque infestus

occulte subintrare in hortos monasterii, ex eisque quos maturos notaverat fructus colligere. Neque his contentus, hamis injectis furabatur truttas C aliosque pisces, ibi in quodam stagno asservatos. Venit in suspicionem facti homo, ex quibusdam indiciis; sed ab Abbate monitus crimen negavit, dicens ex flumine sese truttas capere. Hinc deinde fidentior, statuit simul et semel auferre pisces quotquot illic erant, injectis quibusdam herbis, quarum vi omnes a fundo ascenderent, quos mox injecto

excæcatur,

rete colligeret. Huic intentus operi, divinitus ita excæcatus est, ut portam qua intraverat reperire nequiret: unde consternatus animo, intra fruticeta quædam se abdidit. Mane autem facto veniens hortulanus, pisces omnes mortuos reperit, Monachisque nuntiavit. Qui cum Deo Sanctoque Eneconi supplices petiissent malefactorem revelari, sub vesperam

deinde visum recipit.

ingressi hortos sunt, ibique repererunt hominem prorsus cæcum orantemque delicti veniam. Hac obtenta, petiit etiam in qualitate Donati inter Monachos recipi, eorum servitio totam deinceps vitam impensurus: quæ ut monasterio esset utilior, placuit Deo et Sancto, visum diutius postulatum reddere, itaque ad mortem usque vivens servivit.

Manu mancus, dum opus juvat, sanatur.

64 Erigebatur paries quidam Onniæ juxta capellam Sancti: cui operi cum passim auxiliares manus porrigerent quotquot aderant peregrini; adolescens quidam, qui simul venerat, monitus a Monacho fabricæ præfecto, ut quid adstaret sic D otiosus, manum exhibuit mancam. Cui Monachus, Ne dubites, fili, mox ut cœperis laborare cum aliis, divinum senties adjutorium. Tum vero cœpit ille manu una petras porrigere laborantibus: statimque expertus est alteri quoque manui vigorem rediisse, et lætus perrexit utraque uti. Puer quidam laboravit febribus tam ardentibus, ut utriusque oculi visum amiserit. Rogavit is suos parentes, ducerent ad S. Cæciliam: nec frustra id factum, unius enim

cæcus ex febri illuminatur:

oculi lumen ibi recuperavit, noctes aliquot insomnes ducens in ejus ecclesia. Ipsa autem sancta Virgine revelante, alterius oculi restituendi honorem servari sancto Onniensi Abbati, oblatam sibi in somnis notitiam parentibus indicavit; et Oniam delatus, utroque oculo lumen hausit.

brachium dorso affixum gerens,

65 Juliana, mulier Lezanensis, tam gravi tenebatur infirmitate, ut brachium sinistrum non posset ab humeris removere, quibus quasi agglutinatum videbatur; extremitates autem digitorum adeo fixe inhærebant spinæ dorsi costisque, ut hedera non possit firmius trunco cui adnascitur adhærere. Triste erat cunctis spectaculum; dum varia obibat infelix sanctuaria, nec uspiam inveniebat remedium. Tandem autem Onniam appulit Sabbato quodam, totam- E que noctem pervigilavit, tanto solicitius remedium postulans, quanto gravior calamitas premebat.

Onniæ solvitur.

Mira sunt Dei per Sanctos suos opera. Ipso articulo temporis, quo cœpit ille misellam visitare, incepit illa toto corpore tremere, livescere atque distendi: itaque paulatim brachium, humeris affixum, refigi et statui naturali restitui. Factum id extra Ecclesiam ante tumulum Sancti: ipsa vero mox ecclesiam ingressa, ante altare S. Salvatoris brachia in gratiarum actiones explicuit, mansitque eo loco aliquamdiu, quo miraculum pluribus manifestum fieret.

Curatur extreme debilis,

66 Adolescens quidam, Martinus nomine, Gama oriundus, gravissime infirmabatur, et præ salutis desiderio omnem expendebat pecuniam: qua cum nihil proficeret, remediaque humana nullam amplius spem facerent: in somnis admonitus est ad domum atque sepulcrum S. Eneconis se conferre, ubi procul dubio fieret voti compos. Postridie suum is desiderium indicavit parentibus, atque ad illum implendum postulavit viaticum. Negabant illi id adeo debili jam convenire. Cumque persisterent in negando ipsi commeatu; videns Martinus non posse se, cum F bona illorum gratia, ire quo vocabat cœlum; secreto exivit domo, ut melius potuit; quantumque magis appropinquabat monasterio, tanto ampliores sumebat vires; quas tunc plenas se habere sensit, cum tertio die Onniam advenit.

Liberatur energumena, una

67 Pampelonæ habitabat mulier possessa a dæmone, a quo ut liberaretur omnia fere Occidentis obivit Sanctuaria. Onniam ut venit, ibique cœpit insistere precibus; die quadam obdormiscens, vidit senem venerabilem, candidis indutum, baculoque Pastorali conspicuum: qui cum tantæ illius deprecationis causam quæsivisset, et responsum accepisset, septem annos esse quod importunum hospitem circumferebat; bono illam animo esse jussit; proxima enim Dominica liberandam ab inimico. Factum est ut dixerat, ipso enim die et hora, in forma flammæ

et altera.

exivit dæmon, misellam haud parum consolatam relinquens. Fuit et alia nobilis generis mulier, cujus filiam cum possideret dæmon, aliis nonnullis mediis frustra tentatis, adhibuit ipsa omnium vanissimum, magicas scilicet incantationes: quas etiam frustra experta mater, et facti pœnitens, ad sepulcrum Sancti Onniam accurrit; ibique obtinuit facillime, quod per humanas vel diabolicas artes frustra quæsierat.

68

A

puer festo sancti natus,

68 Vetustiori isti prodigio recentius aliud nostrorumque temporum adjungamus. Eques Salamanticensis, gignendi heredis cupidus, eum obtinuit festo S. Eneconis: suadebant ergo familiarium aliqui Eneconem nominandum puerum; alii, illum minus notum habentes, volebant paterno nomine dici: et hæc prævaluit sententia, eo quod istis in partibus minus notus S. Eneco haberetur. Sic ergo baptizatus est infans: sed diebus aliquot post baptismum transactis, cum nulla ratione lac caperet infans; accesserunt parentes, ignari quod consilium caperent, ad ecclesiam S. Vincentii Martyris, ubi Onniensis quidam Monachus, Fr. Andreas Delgado, re intellecta, declaravit patri quis esset S. Eneco: unde mutata appellatione, puerum Eneconem vocandum decrevit, ideoque scapulari nigro ipsum induerunt: quo facto revaluit qui mori censebatur, et lac sugere cœpit. Præteritis nuper annis pestilentia ingens per Castellam est grassata; in qua multi ad auxilium Abbatis Onniensis non frustra recurrerunt, sed in primis Molinæ incolæ, qui ad suggestionem Monachi cujusdam nuncupato voto festi celebrandi, immunes a contagio remanserunt. Eodem tempore quidam Eques, cum uxore et filia, nudis pedibus Onniam advenerunt, ut a pestilentia præservarentur. Reversis ergo illis, omnes per viciniam mortui, solusque cum familia mortem evasit Eques iste, sicut et Presbyter quidam Sancto devotus. Quid porro dubitet quin erga exteros tam benignus, simili in necessitate succurrere soleat Onniensi suæ domui? Hæc sane quater afflata contagio, Patronum semper experta est, nec unquam grave damnum tulit.

nequit lac sugere quoad Eneco nominetur

D *Ex votis immunitas a peste obtenta*

DE S. CONRADO SEU CUNONE,

DESIGNATO ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI MARTYRE, THEOLOGII DEPOSITO.

B E G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De ejus cultu Actorumque Auctoribus coævis.

ANNO MLXVI

Theologiense *monasterium Archidiœcesis Trevirensis, oppido S. Wendelini, qui ibidem Abbas fuit, proximum, ita nuncupatum ferunt, quod præcipua ibi de divinis rebus commentatio fieret, et monachi illi sacris addiscendis litteris vacarent;* cum ante Dominicæ Thabaletum *appellaretur, et præterfluens rivulus adhuc* Tholey *dicatur. Ad illud monasterium, translatum est corpus* S. Conradi seu Cunonis *Martyris; quod ipsum, ut Acta infra num.* 18 *docent,* sui juris esset; *unde etiam plurimi ex Abbatibus ejus, fuerunt promoti ad Episcopatum* Virdunensem, *cui ipsum quoque monasterium subjectum aliquando fuisse, patet ex Actis infra num.* 18. *Ex istis primus fuit S.* Paulus, *cujus Acta illustravimus* VIII *Februarii. Bruschius, Tomo* 1 *Germaniæ sacræ,* 2, *edit alios etiam Abbates. Verum neque ipse partem eorum, quorum nomina retulerat, inter Episcopos* Virdunenses *recenset; neque Tomo* 2, *inter Abbates* Theologienses. *Nos, scilicet de Ecclesiastica* S. Conradi *veneratione, intelleximus ex litteris Nicolai Antonii Societatis nostræ, Treviris residentis,* S. Conradum seu Cunonem, in monasterio Theologiensi, Kalendis hisce Junii ritu Martyris solennissime coli.

In Theologiensi monasterio,

colitur S. Conradus

2 *Transtulit corpus, in festo S. Apollinaris* XXIII *post* Conradi *martyrium die, ut Episcopus Virdunensis* Theodericus, *cognomento Magnus,* Virdunensis *Comitis filius; qui post hunc annum* MXVI *adhuc vixisse asseritur, usque ad annum* MXC. *Huic Episcopo inscripsit Vitam, Martyrium, et historiam miraculorum* S. Conradi *Theodericus monachus Theologiensis,* imperio Fratrum *seu Monachorum* constrictus, *Auctor scilicet coævus; qui num.* 19 *testatur,* miracula, quæ Deus per eum operatus est, se partim vidisse, partim seniorum relatione didicisse. *Ea Acta damus ex pervetusto codice nostro, quem anno* MDCXLVIII, *cum Ruremondæ essem, donavit mihi Amplissimus Dominus Gualterus Gelriæ Cancellarius, in quo codice etiam habuimus Vitam S. Symeonis reclusi Treviris, hisdem Kalendis Junii anno* MXXXV *defuncti, jam a nobis relatam. Eamdem* S. Conradi *Vitam descripsimus ex pervetusto codice Trevirensi monasterii S. Maximini, eamdemque reperimus anno* MDCLXVIII *Luxemburgi in Thesauro antiquario P. Alexandri Wilthemii Societatis Jesu, unde et descripsimus Prologum, qui in aliis codicibus deerat. Horum illustre compendium nobis subministravit codex MS. Carthusiæ Coloniensis.*

Hujus Acta ab Auctore coævo,

data ex MSS.

3 *Christophorus Browerus, lib.* 12 *Annalium Trevirensium, ad annum* MLXVI, *deducit vitam et martyrium* Conradi; *et subjungit, quæ de eo leguntur apud Lambertum Schafnaburgensem de rebus gestis Germanorum, ad eumdem annum* MLXVI; *uti et in Chronico Henrici Contracti, quod desinit cum martyrio hujus Sancti. Loca horum, quæ ibi videri possunt, ita habentur in Chronico Sigeberti Gemblacensis.* Cuno, qui et Conradus, Præpositus Coloniensis, ab Imperatore Henrico ad suscipiendum Archiepiscopatum Trevirensem missus, captus a Comite Trevirorum Theoderico, et a militibus ejus in silvam ductus, de rupe tertio præcipitatur: et adhuc illæsus, gladio transverberatur. Corpus ejus foliis silvæ obtegitur: quod a rustico inventum, ad villam defertur et sepelitur. Inde a Theoderico Virdunensium Episcopo transportatum ad Tolegium monasterium, multis statim miraculis a Deo glorificatur. *Quæ ex ipsis Actis sunt descripta, et a Wassenburgio in Episcopis Virdunensibus Gallice redduntur; atque paucioribus verbis referuntur in Chronico Conradi Abbatis Urspergensis. Addit Browerus, ex Annalibus domesticis,* facinoris hujus indignitate tanta exarsisse ira Cæsarem, ut civitati Trevericæ excidium comminatus fuerit, sed Sapientum monitis placatum posuisse furorem. *Subjungimus ipsis Actis* expostulationem Sigefridi Archiepiscopi Moguntini, ad Alexandrum II Pontificem Romanum.

mentio in antiquis Chronicis

F

4 *Memoria porro* S. Conradi, *hisce Kalendis Junii, refertur in Kalendario MS. S. Maximini, et Catalogo MS. Sanctorum Trevirensium, atque in Auctario Greveni ad Usuardum, sub annos* 1515 *et* 1521 *Coloniæ excuso, his verbis.* Cunonis, qui et Conradus dicitur, Præpositi majoris Ecclesiæ Agrippinæ Coloniæ et Martyris. Qui anno Domini MLXVI ab impiis de altissimo monte tertio præcipitatus deorsum, cum mansisset illæsus, gladiis impiorum interfectus, miraculis claruit. *Secuti Molanus, Canisius, Ferrarius,*

memoria in Martyrologiis.

Ghinius,

Ghinius, Saussayus, Gelenius. Majus ex Actis elogium extat in MS. Florario Sanctorum, sed ad xix Maji.

ACTA

Auctore Theodorico Monacho Theologiensi coævo.

Ex variis MSS. Codicibus.

PROLOGUS.

Acta hæc Theodoricus Mon. dedicat Theoderico Episc. Vird.

Cum summa veneratione excolendo, Domini exercituum Angelorum Deo dilecto, advena ejusdem nominis, minimus cuculligerii agminis, inæstimabiles divitias Dei gloriæ supereminentis. Sit benedictum nomen Domini Altissimi, cujus vos, o Præsulum decus, juramento incommutabili æternaliter, decore æterni estis decoratus Sacerdotii; non impar utique Melchisedech, Dei filio assimilati, imo consimilis eique coæqualis, secundum ordinem Pontificalis officii. Quia enim semper decorem dilexisti domus Domini, non immerito effici meruisti sacrarium Spiritus sancti; cujus unctio docet vos præ omnibus, qualiter sublimioribus se æquiparare, et infimis vestra sublimitas norit condescendere. Inde est, Pater sanctissime, quod opprobrium ego hominum et abjectio, ausum sumpsi vestræ innotescere Celsitudini: et insulsum hoc et agreste pulmentum, a sale vestræ nulli modernum comparabili scientiæ offerre condiri, et ab auctoritate si placet roborari, si displicet cassari. In quantum unum cum Deo estis, sapientia nobis et justitia ab ipso factus estis. Sapientia, ut insipientia corrigatis; justitia, ut æqua lance justa et injusta pensetis, ut ait Philosophus Plato, beatas respublicas fore, si his vel studiosi regere sapientiæ, vel earum rectores studere contigisset sapientiæ: qualem vos unum non adulatio, cui nescimus deservire; sed ipsa fateri docet veritas, quam nostri est ordinis corde et ore proferre. Inter hos, qui pro posse suo diversas in tabernaculo Dei offerrunt species munerum, non vacua manu apparere conatus sum. Arbitratus etiam vobis præstare obsequium, si non diutius paterer obliteratum, illius Mantuani concini stylo dignum, Martyrem vestrum. Vestrum, inquam, vestrum; quia omnis gloriæ, quam habet in terris, vobis Deus cooperator est; vestræque adscribitur caritati, quod saltem sedem habet sepulcri in Episcopatu olim commisso sibi. Ego hoc non aliquo supercilio sectabor, sed Fratrum constrictus imperio, quibus etiam ultra vires debitor sum in omnibus parere, cum me noviter desolatum et destitutum, pro Christi nomine et respectu Regulæ, in sui dignati sunt collegium aggregare.

scripta ex desiderio Monachorum:

2 Igitur, o et præsidium et dulce decus nostrum, qui et in catalogo sanctæ Ecclesiæ Pontificum per Decalogi observantiam Virdunensis; et per angelicam in terris vitam, in æternæ quietis et libertatis filiorum Dei jubilæo, divinæ remunerationis denarium, et ultimo die bravium octo suspiratis beatitudinum; hoc munusculum spirituale vestri advenæ æquivoci gratanter suscipite; et quia in mystico Rationali pectoris vestri mirifice fulgit doctrina et veritas; secundum datam vobis a Deo sapientiam, spiritualia spiritualibus comparando discutite: et, quantis vigiliis et sudore hoc nobis constiterit perpendentes, si non est obliterandum, recidite, superflua, hiantia supplete, minus lucentia clarificate, incompta comite; ac, si magis hoc idoneum judicatis tineas quam mentes pascere, aliud caute sectantes vestris meritis condignum opus dignemini procudere: quia non magnopere super insumpto inani labore dolemus, si sub tam justo et incorrupto judice causam perdimus, si pretiosa pro vilibus, si pro cocti lateris munere mundum aurum recipimus.

ejusque judicio subjicit:

3 Merito omnium sententia reprehensibilis judicatur, cujus merito non habetur, quod habitum honori et utilitati prodesset plurimorum: unde et nequam servus illo divino oramine Dominica gratia privatur, qui talentum sibi commissum maluit terra occultare; quam, eo ad lucrum dato, tum conservis prodesse, tum dominicis usibus deservire. At nos cum habeamus in promptu inde torpendo similiter iram, unde rursus operando mereri valemus gratiam; si ille dignetur adesse, sine quo nihil possumus facere; a quo est omnis sapientia et omne donum perfectum; qui disertas fecit linguas infantium, et cum voluit animal brutum fecit facundum. Si, inquam, ille apertum os nostrum dignetur implere; et suum, qui ubi vult et quando vult spirat, Spiritum cordi nostro inspirare; optamus non pigrum servum male otiando imitari, sed potius aliquantum nos exercitando eum æmulari, qui duplicatum in negotio talentum suo domino retulit, et bonum gradum acquisivit, et majora adipisci promeruit. Ad hoc etiam sapientissimus Ecclesiastes, omnium saluti consulens, quasi uni loquens, hortatur omnes dicens; Quodcumque valet manus tua agere, instanter operare; quia nec opus, nec ratio, nec scientia erit apud inferos, quo tu properas: quo ne unquam nos contingat properare, B. Conradi patroni nostri succurrant interventiones, ad cujus laudem atque honorem posteris laboramus mittere, quanti martyrii passione coronavit eum Dominus gloria atque honore. Ubi lector cupidus novorum, non requirat phaleras verborum, quia vulgari atque aperto sermone, ex industria, quæ scribimus studuimus reddere lucida atque aperta; interdumque, quod non erubescimus fateri, interveniente imperitia, consimilibus nobis idiotis condescendit latinitas inculta atque impolita.

ne talentum in terra defodiat:

Eccle. 9, 10

et profitetur uti se simplici sermone.

4 Sed de nominis ejus varietate primo congruum videtur multis dissidentibus satisfacere, si non et ipsi teneremur eadem scrupuli dubietate. Alii enim eum Conradum nominant, alii, et præcipue sui patriotæ et consanguinei, Cunonem appellant; alii utriusque nominis, quasi binominem fuisse autumant; nos vero diversorum opinioni cedentes, Deique illud notitiæ relinquentes, dum cujuscumque sit nominis non diffidimus scriptum in cœlis, tandem in nomine Domini aggrediamur textum narrationis. *Hactenus Auctor, Gallicæ verosimiliter linguæ, quam Teutonicæ peritior: cujus idiotismos si notos habuisset, intellexisset utique, quam familiare sit cunctis gentibus, communi cum Belgis Teutonismo utentibus, primam proprii cujusque nominis syllabam pro integro nomine usurpare: atque ita (quod omnes norunt) passim* Coun *dicitur, idem qui* Counraet; *voce composita, et* Consilio strenuum *significante.*

Unde et Conradus et Cono appellatur.

CAPUT I.

Ortus, Præsbyteratus et Præpositura, Archiepiscopatus et Captivitas.

Beatus Martyr Conradus, qui et Cuno, ex nobili prosapia oriundus, fuit ex Suevia oppido *a* Pulinga, patre Eylolfo, matre Azecha: qui cum essent secundum seculi dignitatem non infimi, rebus et divitiis opulenti, et amplissimis prædiis dilatati; in hoc dabatur intelligi, quod hic eorum filius, vas dilectionis esset futurus, quia non ad ipsa secularia, qua licet temporaliter, tamen libere, utpote tantorum patrimoniorum hæres, uti potuisset; sed ad Ecclesiastica officia divina prædestinatione deputatus est; tamquam ipsis parentibus ejus, a Domino diceretur, Ego

Natus in Suevia parentibus locupletibus.

A Ego sum pars hereditatis ejus. Itaque datur a genitoribus sanctæ litterarum doctrinæ; prima ætas illa, quo plus crepitantibus sub ferulis flebat, eo amplius de die in diem ibat de virtute in virtutem, cum processu ætatis ad incrementum probitatis, visurus Deum Deorum in Sion cœlesti, cujus etiam mensuræ Philosophia mater se aliquando cohibebat: huncque suis laribus obversantem, lacte et alimentis usque ad virilis animi robur, enutrire gestiebat: quem Dei gratia ita reddidit sapientem, ut de his minime esset de quibus dicitur; Ubi scriba, ubi sapiens, ubi conquisitor hujus seculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi? sed ex his quos docet Apostolus, dicens; Volo vos quidem esse sapientes in bono, simplices autem in malo.

et scientia varia instructus.
1 Cor. 120
Rom 16, 19.

6 Inde bivium Pythagoræ ingressus, sinistrum ramum cavens, [studuit] dextro incedere. Qui cum matura ætate potitus et sui juris esset effectus, qualiter natale solum reliquerit, qualiterque metropolim Germaniæ Coloniam Agrippinam expetierit, sicut a diversis diversa comperimus, diversa referre censuimus. Ferunt quidam, quod studio majoris exercitii (ut illa minor assolet ætas) apud eamdem urbem
B peregrinari voluit: quidam, quod amore *b* B. Annonis, ejusdem Sedis Antistitis, qui affinitate et propinquitate sibi proximus putatur, illo advenerit; quidam, quod isdem Antistes, tempore suscepti honoris, secum huc advexerit; nam et ipse Suevus erat natione. Quid tamen horum verius sit, ipse melius novit, qui eum præscivit et prædestinavit, conformem fieri passionis filii sui; et quem prædestinavit, vocavit; et quem vocavit, justificavit; et, ut hodie cunctis liquet, magnificavit. Unde nulla inest dubietas cordibus nostris, quin, qualiscumque fuerit causa a patria digressionis, portenderet auspicium beatæ passionis. Et quis diffidat huic a Domino, etsi non aperte, dictum tamen in cor jussum illud: Exi de terra tua, et de cognatione; et veni in terram quam monstravero tibi, et benedicens benedicam tibi.

Coloniam migravit:
b
Gen. 12, 2

7 Ipsam terram sibi omnipotens Deus monstravit, in qua et non parum gratiæ dedit ei, sicut laus testatur, quæ nunc in fine canitur. Nam prædictus Præsul sanctissimus Anno (cujus laudabilia opera etsi quorumdam invidorum siluerit lingua, muta lapidum clamabant ædificia, quibus ædificavit, et ædificata auxit Episcopii sui monasteria) Beatum hunc advenam ipse advena, sed exaltatus Dei dextera, benigne collegit, humane tra-
C ctavit, et, cum libuit et dignum judicavit, majori gradu evectum et assumptum extulit, proprius stare jubens ordine proximo, honoreque Presbyterii sublimatum, secundo loco post se statutum, majorem Propositum majoris domus suæ Sedis hoc est S. Petri collocavit. Prima hæc cura credita est sibi quamquam strenue et idonee in conspectu Dei et hominum administraverit, tot testes adhuc existunt, quot eum nosse potuerunt.

a S. Annone Archiepiscopo exceptus,
ordinatur Presbyter et Præpositus Eccle Cathedr.

8 Sub eodem tempore quartus *c* Henricus, patris æquivocus, teneris sub annis, noviter patre Augusto de medio facto, strenue in sceptris agebat; quem sæpe dictus Pontifex S. Anno, veluti vir totius prudentiæ et aulicæ nutrituræ, rogatus ab *d* Augusta vidua matre educandum susceperat; huncque liberalibus litterarum studiis traditum, in divinis et humanis imbuebat, utque regiam prolem decebat, *e* decenter educebat. Cujus occasione magisterii, aliquando et regni negotia procurabat, et ubi res exigebat, discipulo manum consilii porrigebat; quantoque illud, quod scriptum est. Ad magistrum respicit, quidquid a discipulo delinquitur, metuebat; tanto ne quid sinistri, quod sibi esset imputandum, reipublicæ eveniret, cavebat: recolensque illius Salomonici, Diligite justitiam, qui judicatis
D terram, recto legum moderamine frænos nobilium urbium juvabat regere, jus civile bonis reddere, reos terrere, sua cuique recte dispensare. Quapropter rectos et sapientes quosque ad regimen Ecclesiarum provehi suadebat, quia scriptum sciebat, Multitudo sapientium, sanitas est orbis terrarum. Inde est, quod cum, ut sibi visum est, rei utilitas ita poposcisset, et ut urbs Treverica *f* suo Pastore viduata esset; memoratum virum Conradum, quem quidem ad hoc aptum noverat, et idoneum censuit, subrogavit. Et licet inscrutabili Divinitatis arcano, talis viri Dei promotio sui Martyrii esset occasio; tamen nulli dubium, quin si, ut dicitur, hunc desideravit Episcopatum, desideravit opus bonum; quia hoc esse moribus affectabat, quod esse debere nomen ipsum indicat. Itaque sæpe dicti Præsulis sui instinctu et consilio, Martyr Christi ante futurus quam Episcopus, adductus in medio et dignus acclamatus, suscepit a manu *g* Regia Pontificatus insignia scilicet *h* Pastoralem baculum, et sponsalem Ecclesiæ annulum, interim dum sacri chrismatis unctione ordinaretur sponsus Ecclesiæ.

c
ab eoque, Henrici IV adjutore in regimine,
d
e
A. THEODORICO EX MSS.
Sap. 1, 1
Sap. 6, 16
f
destinatur ad Archiepiscopatum Trevirensem
1 Tim. 3
g
h

9 Nec mora commissus ipsius Regis Legatario, venerabili, videlicet Spirensis urbis Episcopo Einhardo, *i* Sedi commissæ, id est, urbi Trevericæ
E dirigitur. Quæ, licet sanctissimis, et nusquam terrarum majoribus Episcopis dudum a Deo fuerit insignita, ut non immerito secunda diceretur Roma; suis tamen peccatis exigentibus, indignam fuisse his ultimis temporibus tali Pontifice credimus; quod et rei probavit eventus. Nam audito ejus adventu, unde infelix in hac parte in melius proficere debuit, inde in deterius male consulta ruit. Mox quippe ab initio homicida diabolus (cujus invidia mors intravit in orbem terrarum, quem imitantur qui sunt ex parte ejus) quos in ea suæ partis scivit, vesaniæ suæ furore inflammatos, ad sui imitationem, id est, ad homicidium incitavit. Et ubi urbs post Romam in toto orbe, in qua plures quam ibi olim habuerit ipse Diabolus et sui cultores, et suæ nequitiæ satellites? et licet, quæ fuerat magistra erroris, jam sit discipula veritatis, tamen, pro dolor! adhuc in ea reperit de suis membris, quæ ad persequenda et perimenda Christi membra commovit. Similia passionis Dominicæ, in hujus quoque Sancti viri passione videmus evenisse. Sicut enim Judæorum Sacerdotes et Pontifices, docti Lege et Prophetis, indoctum populum ad necem Salvatoris
F incitabant; ita et, quod dictu nefas est, quidam de Clero, laicum populum, quem debuerant compescere, magis ad tale flagitium studebant provocare. Nam et *k* Theodericum, urbis Præfectum convenientes, cum multis suasoriis verbis, tum diversis assertionibus verisimilibus, ad extinguendum beatum virum animabant. Hinc tumultuantes, vulgarique more perstrepentes, Episcopum, non electum, non recte statutum, numquam suam urbem intraturum, numquam sui dominaturum, modo sacramentis, modo contestationibus, modo maledictis jurabant: eumdem Præfectum, defensorem urbis et patronum, nec talia pati debere inclamantes adulatorie, hunc aiebant perimi debere, hoc sui honoris esse, id sanctis locis gratum fore, non speciem criminis, sed esse zelum justitiæ et rectæ defensionis; et insuper, quod in hoc peccabitur nobis adhereat, nobis reputetur: quod quasi aperte dictum videtur. Sanguis ejus super nos et super filios nostros.

i
et accipit Pontificatus insignia,
tum, incitante diabolo,
k
et tumultuante populo,

10 Vir gloria temporali suffultus, his et hujusmodi malis adhortationibus, ineptisque sponsionibus illectus, milites requirit, arma corripit, et præcone clamante, quicumque non affuerit, Præsidem offendit, omnis civitas occurrit. Majus etiam signum, ad

a Theoderico Comite,

A ad concitandum vulgus sonatum, quod debuit esse ad completionem divini Officii, extitit ad incitationem totius mali. Erat siquidem tardior hora, cum debuerant servi Dei diurna celebrare Officia, secundum Canonicum institutum. Tunc ii, quibus erant in corde peccati nox et tenebræ, eadem hora, cum armorum apparatu concurrunt; ascensisque equis, venienti Pastori, non ut oves, sed ut lupi rapaces, ad devorandum obviam exeunt. Qui quarto ab urbe milliario, habita mansione in oppido quod *l* Biedburch dicitur, cum ipso Venerabili Episcopo, cui, ut diximus, commissus erat, nihil tale suspicatus, pernoctabat, futurum mane ut putabatur, ut ab eodem Domino, Regis vice urbi præsentaretur, et ut est consuetudinis, a Clero et populo solemniter exciperetur. Sed frustra pietas omnipotentis Dei viduatæ et destitutæ urbi primo Rectorem procurabat: frustra et paterna voce monebat, Noli timere, filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi mansuetus; cum mallet ipsa ejus sanguine pollui, quam ab eo saltem ad horam regi. Facto mane, data quinta decima Kalendarum Junii die, jam sole illucescente, clientulorum turba accelerat surgere, se invicem ad eundem convocare, accurate (ut illud nobile collegium solet) ornare; equos sternere, et quidquid hujusmodi est decenter parare. Cum subito, insperate, et improviso ab hostibus se, non tam circumventos, quam et obsessos vident.

A. [illegible] ex MSS

l — *in oppido Biedebuch*

18 Maji

B — *circumcingitur*

11 Quid agerent, qui nil morte dignum in eos deliquerant, cur ab his rei habebantur? Tandem et ipsi ad arma concurrunt, pro vita, si posset fieri, decertare disponunt. Sed quomodo persequeretur unus mille, et duo fugarent decem millia? Prævaluerunt mali, ubi obstabant pauci; effractisque januis, non tamen sine utriusque partis sanguine, atrium domus ingressi, cubiculum quo uterque semper quiescebat proruperant: qui eorum strepitu jam ante expergefacti, inter judicium quod adesse cernebant, misericordiam Dei expectabant; quam ipse, permittens modo ad damnationem horum fieri quod nolebat; ideo ut credimus differebat, quia majorem gloriam servo suo Conrado reservabat. Cuncta ergo, quæ manibus occurrebant, equos, vasa, vestes, et ipsam quoque supellectilem eorum diripientes, memoratum Spirensem Episcopum, non sine injuria, utpote rebus suis spoliatum, abire siverunt; Beatum vero Conradum, captum et vinctum, immisericorditer et inhumane, cum cachinno et exprobratione, ad municipium super amnem Mosellam situm, cui nomen Urzich *m* pertrahentes, custodiæ mancipaverunt; fortassis dum apud se tractarent, quam exitiali morte eum perderent.

omnibus direptis et Episcopo Spirensi dimisso,

detinetur captivus

C — *m*

12 Sed *n* interim reor hic supersedendum, ut cum eis, qui canino dente garriunt, hunc non electum, quia non canonice, et quia non electum, ideo, non canonice promotum, de modo promotionis habeamus conflictum. Non ab hominibus solum et non a Deo, sed a Deo pariter et ab hominibus eligi debere, non solum affirmamus, sed et contradicentibus, non debere, frontem defensionis opponimus. Dicit in amoris Cantico sponsa de sponso Christo, id est, Ecclesia de Episcopo Christi sponsi sui Vicario, Dilectus meus electus ex millibus; aperte dans intelligi, non qualemcumque facile assumi, sed a multitudine ex multitudine eligi, qui boni sit testimonii. Et in initio nascentis Ecclesiæ, Mathias ad Apostolatum divina electus est sorte: Stephanus quoque ad Diaconatum Apostolorum, immo sancti Spiritus electione. Et quid prodest mille testimoniis paginam nostram occupare? Qui ergo hunc a sancto viro Annone divinitus inspirato promotum, a Deo non credunt electum; eadem mentis amentia non credant, a Deo electos, quos a sanctis Apostolis divinitus inspiratis diximus constitutos. Sed et sancti Patres, sanctorum Canonum auctores, cum viderent, abundante iniquitate et refrigescente caritate, in sancta Ecclesia tales per simoniacam hæresim subintrare, qualium uni clamat Beatus Augustinus, O Episcope, nisi centum solidos dedisses, hodie Episcopus non fuisses; sanxerint in ipsis sententiis Canonum, ut eorum verbis utar, ubicumque possit inveniri dignus, statuatur ubicumque fuerit opus. Hoc ex ipsis Canonibus, hoc ex Pontificum Decretis, hoc ex Registro Beati Papæ Gregorii, multis lectionibus approbamus. Multos quoque tales in Chronicis regia potestate constitutos ostendemus, quorum constitutionem Deo placuisse, post patuit in eorum operatione. Talis extitit ipse, cujus sanctitatis jam in omnem terram exivit auditus, a quo Patrem nostrum Conradum promotum supradiximus: quem si Agrippina, utpote sibi antea ignotum *o*, nescivit eligere; modo tamen digna fuisse tanto gloriatur Præsule. Sed fortassis objiciunt qui illorum partis fautores sunt, quia ex suis elegerunt quem dignum æstimaverunt. Sed cavendum ne eis occurrat illud Propheticum, Væ qui dicunt bonum malum, et malum bonum. Nam si ex Deo, et cum Deo, et in Deo, qui elegerunt essent, numquam sanguinem innocentem invidia et concupiscentia inflammati condemnassent. Quisquis ergo sapientiæ moribus institutus, studiis improborum haberis dissimillimus; nihil est quod admireris, si in hoc seculo Sancti circumflantibus agitantur procellis, quibus hoc maxime propositum est, pessimis displicere; quorum quidem tametsi est numerosus exercitus, spernendus tamen est, quoniam nullo duce regitur, sicut de hujus Sancti persecutoribus post suo in loco dicemus.

n

Cant. 5, 10

Interim rite electus ac promotus ostenditur,

D — *exemplo ipsiusmet S. Annonis*

o

E — Is. 5, 20

ANNOTATA G. H.

a *Plura in Suevia reperiuntur oppida quorum nomina terminantur particula* linga (*quod veteri Flandrico* limum *seu* lacunam *significare, Corn. Kilianus notat*) *maxime circa Danubium et Neckarum, ut* Vilinga, Uberlinga, Eslinga, Rutlinga, Etlinga, Nerlinga, Dillinga, Gislinga, Fridlinga, Dutlinga, Palinga, Ridlinga, Wendlinga, etc. *omnia humili et irriguo loco sita loca, sicut et* Pulinga *in Wirtenbergensi Ducatu, 4 leucis a Tubinga versus Ortum.*

b S. Anno, *creatus Antistes anno* 1055, *mortuus anno* 1075 *die 4 Decembris quo colitur, et quo Vita ejus erit elucidanda, ubi dicitur, quod* ex Alemannorum populis duxit originem. *Suevia autem, præsertim superior, inter Danubium et Rhenum, proprie dicta* Alemannia *est.*

F

c Henrico III *mortuo, 5 Octobris anni* 1056, *successit* Henricus IV, *natus annos 8 aut 9.*

d Agnete, *sapientissima muliere.*

e *Hæc etiam in Vita S. Annonis explicantur.*

f Eberardus *Archiepiscopus anno* 1066, *in Vigilia Paschæ, Judæorum fraude interiit. Tunc inquit Schafnaburgensis,* Episcopatum ejus, per interventum Coloniensis Archiepiscopi, suscepit Bruno Præpositus Coloniensis.

g *Ita etiam de S. Annone Auctor Vitæ:* Suscepit regiis ex manibus virgam pastoralem, patris ac magistri figuram prætendentem; suscepit et annulum, in dotem fidei conservandæ ad Deum et ad sponsam suam sanctam Ecclesiam. *De qua consuetudine, tunc sub* Investituræ *nomine introducta ac postea meliori jure abrogata, sæpius egimus.*

h *MS. nostrum*, ferulam regiminis indicem.

i *Einhardus, aliis Æinardus,* Edardus, Elinhardus, *creatus anno* 1058, *mortuus anno* 1067, *qui dicitur consilio et prudentia sua plurimum juvisse dictum Henricum IV Imperatorem.*

k

A k Dudericus Comes, adolescens, Major-Domus Ecclesiæ Trevirensis, tam natura ferox quam ætate. *Ita Schafnaburgensis.*

l Bideburch, *seu* Biedburgum, *oppidum Luxemburgensis Ducatus hujus et Trevirensis agros terminat.*

m *MS. S. Maxim.* Castrum cui nomen Urtich, *omisso situ loci :* Vicinum ea tempestate castrum, *asserit Browerus : Addit Sigefridus Archiep. Mogunt. infra, quod* gravissima de loco ad locum transportatione afflictus *sit Sanctus, ut locus cædis deinde patratæ, longius a Treviris, in confiniis Lotharingiæ, requirendus videatur.*

n *Omnia hujus numeri usque ad finem capitis desunt in MS. nostro.*

o *Auctor Vitæ S. Annonis. De hoc ista habet.* Coloniam ingressus, protinus caninis rictibus oblatrantes audivit ; Quis iste est? vel, Quis eum constituit Principem et Judicem super nos? *etc.*

CAPUT II.

Martyrium S. Conradi et sepultura prima.

13 Jam redeamus ad propositum, et nobilem Martyris triumphum notitiæ tradamus fidelium. Diebus *a* quatuordecim athleta Christi apud memoratum castrum custodiæ fuit deditus ; non quia dies mortis ejus, pietatis gratia, ab his esset dilatus, quorum interim crudelitatis non erat modus ; sed quia nondum venerat hora qua erat vocandus, a quo est et in utero formatus. Die vero *b* quinto-decimo, cum prædicto Theoderico, Præside sacrilego et Christiani nomine prorsus indigno, profanæ crudelitatis rabies aspirasset, ut jam innocentis sanguine satiari cuperet ; a custodia eductum, quatuor filiis nequam, qui suæ rabiei satisfacerent, tradidit illudendum ; hoc eis sub mandato interminatus, quia si ejus vitam levi cruciatu auferrent, se sua gratia privandos scirent. Qui optatam sibi occasionem in eum crassius sæviendi, suoque posse Domino ... levi placere gavisi, dæmonico spiritu exagitati, ad supercilium montis eum duxere propinqui ; qui tantæ erat densitatis et altitudinis, ut ab hoc præcipitatus, ante membratim divulsus, quam putaretur mortuus. In hujus ergo cacuminis vertice, veste nudatum, sola interula tectum, facie velatum, ligatis manibus post tergum, statuere. En, inquiunt, experiri habemus, an ad Episcopatum elegerit te Deus : quod tunc liquebit, cum incolumem te e ruina hac stabilierit. Cumque, cum hujusmodi derisione non timuissent reverendum virum præcipitare ; divinæ pietati libuit manifestare, hunc quidem se eligisse, sed eos eo indignos esse. Nam ab alto deorsum ruens, non solum vivus, sed etiam toto stetit corpore illæsus : non sine admiratione ejus qui velit attendere, membra collisa fuisse, nisi revera constiterit Dominum manum supposuisse. Visa hac virtute, saxeum pectus impiorum non est motum pietate : sed assumptum denuo ; Hoc ipsum, inquiunt, experiemur iterato. Secundo experti, tertio attentare sunt ausi. Jam ter probatum a Deo glorificatum, ter ab ipso servatum illæsum, parvipendit obcæcata mens perfidorum, corde impœnitenti thesaurizans iram sibi in die furoris Domini. *d*

1 Junii,
a
b
traditus a carnificibus,
... de monte ... illæsus
c
ter vicibus, semper illæsus,
d

14 Quisquis signa et miracula requiris, quibus hunc Sanctum fuisse jure fatearis ; perpende, an fuerit virtutis divinæ, molem gravis corporis ter (ut ita dicam) avolare, vel ab alto solotenus ruere, aut certe per devexa scabrosa montis interpositis ubique scopulis deviare, salva sui integritate ; cum nec quid haberet indumenti quod (spinarum) vel sentium aculeos posset tueri. Quod si non invidum, immo fidelem habes oculum ; non inconvenienter illud Davidicum hujus in laude fateberis cantandum : Angelis suis mandavit de te, ut in manibus tollant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Simili etiam præcipitio Fratrem-Domini *e* Jacobum, legimus ludibrio habitum ; sed quod semel ille, ter subiit iste ; quia fortassis minoris adhuc meriti, majori habebat supplicio augmentari. Sed tanto ambo feliciores, quanto et illius Dominici verbi non immemores, Non est servus major Domino suo, quem videlicet adhuc *f* juvenem, per susceptæ carnis infirmitatem, Diabolus altius assumptum, hortatus est ad præcipitium ; quem et postmodum ejusdem Diaboli membra duxere ad montis supercilium, ut præcipitarent eum.

... nec ... credit miraculo
D
Ps. 90, 12
e
Joan. 13, 16
f
Matt. 4, 8

15 Nondum de pœna satiati carnifices crudelis tyranni, Quia, inquiunt, non bene saliens substitisti, gladius noster dominabitur carni tuæ. Hinc ad tumulum damnationis suæ gladiis eum appetiere, sicque decollatum, collegio Martyrum, Martyrem sociaverunt. Ita ille ter beatus, ludibria et verbera expertus, insuper et vincula et carceres, in occisione gladii mortuus est. Cujus spiritus assumptus ab Angelis, cum multiplicibus triumphis vultui præsentatus est Omnipotentis ; ejusque odore innovata est curia cœlestis, dum hinc lilia ex stola Sacerdotali candentia, hinc redolent rosæ vernantes ex passionis sanguine. Corpus exanime vepribus et frutetis operuerunt, suoque Domino tale nuntiare gaudium abiere. A quo requisiti ; Ubinam esset Episcopus ; Illi inquiunt, Pontificalem mitram imposuimus, sed Treverim non venturus ultra, nec Pontificalem Cathedram est recturus. Tali derogatione sancto viro insultantes, forsitan ignorabant, quod sit ventura dies, in qua præ angustia spiritus gementes, dicent intra se pœnitentiam agentes ; Hic est quem aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperii ; nos insensati, vitam ejus æstimabamus insaniam, et finem illius sine honore : quomodo ergo computatus est inter filios Dei, et inter Sanctos sors illius est? Quia ergo ejusdem tyranni timore, membra Christi hostiæ nemo audebat terræ mandare, diebus *g* quadraginta inhumata jacuere, instar Beati Stephani Proto-martyris, avibus cœli et bestiis agri exposita ; sed Dei providentia a nulla harum fuere contacta. Inde ea proximæ villæ hoc est Lonseti *h* convicanei, pietate moti, tandem clam elevavere ; et apud eamdem villam, sexto Idus Julii, ante fores ecclesiæ, honore quo potuerunt sepelierunt. Passus est itaque anno millesimo sexagesimo sexto Incarnationis Dominicæ, quarta Indictione, data *i* prima die Kalendarum Junii.

ac tandem decollatur :
E
Corpus repribus opertum,
g
die 40 illæsum sepelitur.
h
F
i

16 Paulo ante quam pateretur, cœlitus missus *k* cometes, in Occidentali parte multis noctibus apparuisse visus est, divinæ nimirum ultionis index : nam vox ejus innocentis sanguinis, a Deo vindictam postulantis, tantum clamorem intulit cœlis, ut adhuc de manu totius orbis ultionem videatur expetere ira superni Judicis. Sed quia Dominus differendo responsum est ei, Modicum tempus sustine ; sed statim eodem anno, eodemque tempore, sancta Ecclesia et maxime Metropolis Treverica, tanto dissensionum et perturbationum cœpit agitari turbine, ut diutina bellorum per civile bellum fluctuatione, quid sit pax, videatur ignorare *l* jam, nisi tribuat tempus miserendi, cujus populus et oves pascuæ sumus, quem confitemur Dominum ac Deum laudamus, in secula seculorum. Amen.

k
Morti ejus cometes præluxit :
... bella civilia

ANNOTATA G. H.

a *Scilicet a* 18 *Maji usque ad finem ejusdem mensis,*

b *Hoc primo die Junii.*

c *Hermannus Contractus.* Dum eum ter per quoddam

A THEODORICO EX MSS.

A dam præcipitium dejecissent, et nihil ei, nisi brachium collidere possent; unus ex illis pœnitentia ductus, ab eo veniam impetravit, quod postea est factum. Alius autem volens eum decollare, maxillam ejus tantum abscidit.

d *Quæ hoc numero referuntur, desunt in MS. nostro.*

e S. Jacobi, Fratris-Domini *Acta dedimus prima Maji.*

f *Imo annorum ætatis triginta, ut accurate alibi deduximus.*

g *A prima Junii ad* 10 *diem Julii*, *seu* vi Idus Julii, *ut infra habetur.*

h *Browerus vel editor ejus Masenius, in margine notavit*, Lonsetum trans Mosellam. *MS. S. Maxim.* Lonset.

i *In MS. S. Maximini enormi mendo scriptum*, tertia Nonas Julii.

D. P.

k *Cometes apparuit mense Majo, et duravit per* 40 *dies, sed sub finem magnitudo ejus decrevit: quo tempore S. Conradus fuit occisus. Ita Henschenius oblitus auctorem notare, quem necdum reperi. Browerus, hac Vita citata, ait quod* hoc anno crinita stella paschalibus apparuit: *Pascha autem celebratum fuit* 24 *Aprilis.*

l *Inserebantur in MS. S. Maximini nonnulla, de Hildebrando facto Pontifice Romano, et Gregorio VII dicto, ac diu post (scilicet anno* 1073*) creato. Quæ nos accurate deducemus ad Sancti hujus Vitam, die* 24 *Maji.*

CAPUT III

Inventio et translatio Corporis. Varia mox patrata miracula

Juxta quod scriptum est, Justus quacumque morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, quia gratia et misericordia est in Sanctos ejus, et respectus in Electos illius; beneplacitum fuit Deo memoriam Martyris et Sacerdotis sui honestiori decorare sepulcro, et Theologiense cœnobium tali augere Patrono, [illegible] ex latere a Mauritio astaret, et ex alio pauperculæ Congregationi manum conferret. Et quia, qui recipit justum id nomine justi, mercedem justi accipiet; hujus æternæ mercedis [illegible] venerabilis Antistes, cujus pio favente studio, utraque provenit exhibitio Martyris, scilicet et de loco viliori elevatio, et ad decentiorem translatio. Unde mirabilis Deus in Sanctis suis, qui [illegible] Conrado, [illegible] unius hominis, sed diversæ [illegible], diversa exhiberi tribuit dona honoris: a Theoderico [illegible] Tyranno, coronam Martyrii; ab [illegible] Præsule dignissimo, honesti quietem sepulcri. Sed quia ipse retributor bonorum et ultor malorum, [illegible] post passionis textum, martyris ad nos scribamus adventum. [illegible] Virdunensis Ecclesiæ Præsul Theodericus, cum eodem anno apud *b* Novellis castrum, suæ Diœcesis curas agens; *c* in festo S. Apollinaris solennia celebraret Missarum, tempore sacrificii, repente spiritus Beati, [illegible] diximus, quasi avis circumvolitantis per altaris circulum, turbatur visione. Qui infra Actionem, defunctorum deductus ad memoriam, hujus, cujus audierat cædem recordatione Martyris, [illegible] lacrymarum perfusus est imbre; ut eum subito in contemplatione raptum nemo ambigeret circumstantium. Cumque finitis eisdem solenniis, subucula *d* compuncti Sacerdotis, loco pectorali, non parvis maderet distillata guttis; cunctis mirantibus, nec veritatem rei sciscitari audentibus, ipse Dominus, cui adhuc inerat lacrymosus vultus, non tam fatu

C

Sap. 4, 7

a

Theodericus Ep. Virdun.

b

d

D

linguæ, quam ipso cœpit opere clamare; præfati spiritus visione, illud divinitus reductum ante oculos mentis suæ, Quia justus perit, et nemo percipit corde, cum sit memoria ejus in pace. Mox enim convocata domesticorum et clientulorum multitudine, hos sacramentis, illos precatoriis astringebat verbis; ut qui eorum recens occisum ostenderet, locum projecti cadaveris designaret; sua gratia, suo deinceps beneficio non careret. Putasne lentus extitit, qui hac in re sui senioris votis satisfacere valuit; cum cunctis luce clarius patesceret, id mandati, dum sacramenta offerret, in illa Spiritus visione a Deo qui ea acceptaverat, accepisse, ex cujus præsentia illa gratiosa lacrymarum inundatio profluxisset?

viso sub Missa spiritu Martyris,

Is. 57, 1

18 Nec mora, quibus nota erat res propius accedentes, plus fidelis nitebatur apparere, qui veriora Episcopo anticipasset narrare. Domine, inquiunt, hæc et hæc passus, tali in vico habetur humatus [Vicum quidem et viam qua aditur scimus: locum vero sepulturæ penitus ignoramus. At qui curam ipsius, spiritus sui admonitione, avis (ut dicis) specie, tibi intimavit; non dubium, quin et exuvias corporis quocumque indicio revelabit]. De his ergo utcumque certificatus, tractabat apud se vir pius, qualiter occultum thesaurum suæ inferret Ecclesiæ, ubi locus orationis Martyri pateret quandoque. Sed quia difficultas longe remotæ regionis effectum denegabat suis desideriis, volvebat rursus animo, conari saltem [illegible] sub sua esset [illegible], et congruo sibi quiesceret honore. Tandem salubri reperto consilio, ad Theologiæ cœnobium, quia sui juris propius non erat illum, disposuit advehendum: ubi nobilium colitur memoria Martyrum, Mauritii videlicet, ejusque sociorum. Missaque legatione Abboni ejusdem monasterii Patri, hoc ipsum studuit intimare, celeriterque in vico Lonset, quo Sanctum tumulatum audierat, sibi, cum his quæ exequiis conveniunt, obviari mandat. Qui parere promptus, [illegible] gavisus, allatis secum de Fratribus, cum hujusmodi apparatu, constituta die, constitutum properavit ad locum. At venerabilis Episcopus, dubius quos eventus inventionis haberet exitus, cum militari manu advenerat. Sed non facile ab incolis quæsita obtinere valebat, quia sæpedicti Tyranni metu, nec hunc scire se, nec tumulatum apud se fateri audebant. Sed [illegible] apud eos erant [illegible] ejusdem Martyris sanctitate, quam per duodecim, quibus apud eos detinebatur dies, multis signis et prodigiis fuerant experti, quibus tam fuerant ingrati, quam et laude Dei [illegible] non ac quiescebant, armis rusticum illud vulgus illata vi deterrebat. Sed quaquaversum [ibat, nemo indicabat ubinam] esset: optatis tamen, Deo volente, et aliquo vim passo prodente, potitus est: elevatamque ab absconso lucernam, attulit super candelabrum hujus Ecclesiæ, ubi nunc intrantibus domum Domini claro refulget lumine.

requiri corpus jubet;

E

e

illudque ad Theologiense cœnobium,

F

repertum transfert,

19 Tunc vestitum fuit sacrum corpus veste Sacerdotali (officio enim Presbyteratus eum functum, quod nos superiori textu retulimus, asserebant) compositisque ordinatim membris, et Missarum solenniis completis, sanctum funus illud cum canora processione deduxerunt ad locum sepulcri; et cum congruenti obsequio sarcophago *f* imposuerunt. Quomodo autem illud ipse Dominus Episcopus, pretiosi epitaphio a se edito exarati lapidis ornaverit operculo, operosique operis metallo, nulla nostri styli facultas suppetit revolvere. Scilicet ibidem est videre, si quid deest imperitiori linguæ. Hoc memoriale sui nominis fecit idem Pontifex in diebus suis, quod in memoria manebit ante Deum in æternum.

et solenni pompa depositum.

f

A æternum. Octavo Kalendas Augusti auctum est hoc domicilium Cœlite tali : qui cujus meriti sit in cœlis, ejus caro mortua testatur in terris. Nam ad ipsius tumulum cum adveniunt ægri, sanitati recepta compotes redeunt sui voti : unde ab hymnidicis Angelorum choris, gloria, laus et honor sit nomini Omnipotentis, qui Beatum hunc assiduis coruscare facit miraculis : de quibus, ad utilitatem fidelium, pauca referemus ; sed plurima omittimus, quæ priorum nostrorum desidia silentio præterita, nobis manent incognita, sed Deo sunt nota. Hæc sunt ergo miracula, quæ per eum operatus est Dominus, nobis partim videntibus, et partim seniorum relatione didicimus.

epitaphio ornat.

20 Cum *g* vas illud, quod vulgo Tonnus nominatur, in quo videlicet sacrum fuerat corpus allatum decreto Pontificis ipsius ingesto esset igne cremandum ; ne quid forte cruoris, quod ex defuncti corporis recenti adhuc vulnerum sanie facile in interiora vasis poterat hærere, iret neglectum ; repente exteriores ligaturæ, id est circuli, invisibili pulsu evulsi, in altum aeris exiliere ; quasi sensati flammis consumi refugerent, quas post obsequium Martyri exhibitum non meruissent. Quos quanto quis sur-
B sum se surrigens gestiebat rapere, tanto altius ferebantur, quasi mobiles venti flamine : donec defe- tigato inani conamine, concursus vulgi, tanti novitate miraculi attoniti, viciniusque aeris perlubricum rem per longa spatia suspicientis, tandem erumperet in clamorem laudis divinæ, adjunctus Monachorum et Clericorum catervæ. Quo deinde prodigio, quave operatione deorsum sub noctis quiete deciderint, ignoratur. Hoc unum fideli relatione a Fratribus ejusdem monasterii accepimus, et ab oppidanis illis prædicatur, quia in lucis crepusculo solotenus reperiebantur. Quos cum nullus ad ullos usus suos auderet continere, communi consilio, ad testimonium tanti miraculi, appensi ante fores sunt ecclesiæ, ubi tandem decrevere, quilibet frustatim ab infirmantibus, quos hujus miraculi fama venerat, ob medelæ remedium asportati, in variis eorum usibus consumpti, utilius ad honorem et gloriam Dei quam flammis defecerunt usti.

g

Circuli vasis, in quo fuerat corpus, ultro dissilientes,

diu hærent sublimes in aere,

dein foribus ecclesiæ appenduntur

21 Tertia sepulturæ suæ die, tabula lignea, quæ interim fossæ erat superposita, illius loculi motu, est *h* vibrata : statimque quæ ante eum juxta altare candelabro non ardens ardebat candela, non aliter quam velut eos apparentes videntes. Abhinc æditui excubabant ibidem lumen lucernæ continuatim non adhi-
C bitis. Sequenti Adventu solemnitatis Vinculorum B. Petri Apostoli, mulier contracta sanitati est reddita ; credo quasi pro quadam recompensatione diem ejus tali honorans miraculi decore, cujus in Agrippina dudum fuerat filius ipse ; cujus et Vicarius fieri debuerat in Treverica urbe. Postea curvati duarum mulierum digiti, ejus nominis invocatione sunt erecti. Sibi famulantes tardius, multis aliquando terrorum increpationibus corripuit idem Beatus, quæ nos, ob incredulos, præterimus. Filia cujusdam nobilis Reginradi, utroque orbata lumine, sed et ancilla cujusdam similiter nobilis Militis, languore detenta ; mulier nihilominus alia, cujus fuerat remota a suo loco maxilla, pariter consecutæ sunt ad ejus sepulcum sanitatis optata gaudia ; illa lumen oculorum, istæ incolumitatem membrorum.

candela ultro accenditur

h

Sanantur contractæ tres,

i

curantur ægri varii,

22 Tria in uno homine Sanctus ostendit beneficia : qui cum esset a dæmone obsessus, et careret officio linguæ et auditus, ad tumulum ejus hæc utraque est adeptus, et ab hoste maligno liberatus. Rustici sex, quorum pariter pedes, culpa insolventiæ cippo stricti erat ab exactore, sancti nominis ejus invocatione, nullo manum apponente, solvi meruere. Puer deinde lunaticus, et alius cujusdam

energumenus,

D Militis Wigerici puer domesticus, cujus jam per annum panem fastidiebat stomachus, pari voto advenere, suique recuperatione pariter Sancti virtutem persensere. Sed et ex familia *k* B. Willebrordi adveniens cæcus, sui illuminatione, similia est expertus : cui licet facile isdem Beatus Confessor, hoc ipsum valuerit conferre, tamen in hoc Martyris non invidit gloriæ. Duo denique claudi, in anniversario sepulturæ suæ, ad sepulcrum ejus sunt erecti. Mulier quoque cæca et paralytica, sanitati est reddita. Quidam etiam puer a calculi liberatus est molestia.

A THEODORICO EX MSS et captivi liberantur

k

23 Dicendum est hic cujus fuerit pietatis, cum cuidam Folcardo Militi, qui unus fuit ex hostibus qui injecerunt in eum manus, reddiderit bona pro malis. Qui videlicet cum divina ultione, multo jam langueret tempore, tandem rediens ad se, et in Sanctum Dei se clamans et confitens peccasse, juxta cordis veram pœnitentiam, ejus meruit indulgentiam. Qui ut convaluit, non ingratus collati beneficii, vota veniens solvit, gratias egit, et nunc usque singulis annis censum suæ liberationis solvere non desinit. In eo tamen signum insanabilis infirmitatis apparet, ut quamdiu vivat, peccatum in servo Dei
E commissum luat. Eumdem denique ab hostibus captum et compedibus vinctum, ejus nominis invocatione constat liberatum.

Unus carnificum pœnitens, exauditur.

24 Det certe frontem qui vult in parietem, quia non reticebimus de ejus persecutore Theodorico, quæ sunt nota orbi universo. Hic denique, auditis tot miraculorum præconiis, nequaquam fidem accommodans asserentium verbis, incredulo corde, an hæc vera essent, temeravit experiri per se. Qui dum adveniens, non sine fastu superbiæ, valvis appropinquaret basilicæ, quæ sacra pollebant pignora martyrizati a se ; non sine sui persensit verecundia, quanta intro haberetur virtus divina. Nam repente invisibili obstaculo sacras ingredi ædes prohibebatur immeritus homo, cui nec Martyris tumulum videre, nec sui Oratorii limina concedebatur attingere. Cumque iteratis conatibus ingredi niteretur sæpius, huicque ex adverso resisteret eadem virtus ; tandem quæ experiri venerat, cum nimia confusione abiit expertus. Quem dum, ut suæ consuleret saluti, hortarentur fideles et propinqui ; Sancto scilicet satisfaciendo, et aliquid prædiorum pro eleemosyna suæ pauperi Ecclesiæ conferendo ; surda aure floccipendit vir vanus audire, cui imminebat respectus iræ supernæ. *l* Non post multum
F temporis, nescio quo spiritu, tendens Hierosolymas, naufragium *m* passus, motus incurrit maris ; et ad ima descendens profundi, irrevocabili fato, Deo judice, solvit pœnam *n* sui sceleris. De quatuor his qui eo jubente eum peremere, potius quam loqui, maluimus silere : hoc tantum sufficiat dicere, diversis pœnis et evidentibus malis ab hac substractos luce.

Theodoricus persecutor, ne ad ingredi ecclesiam Martyris,

casu demergitur

l

m

n

25 Sibi famulantes tardius, his aliquando correxit signorum increpationibus, Beatus Pater Conradus. Semel Natalis Domini die, cum excubitorum negligentia coram se posita non arderet candela ; repente divinitus est accensa. Simili modo, ut superius diximus, cum vice altera eadem culpa inibi deesset lucerna, subito, fabrica totius sepulcri mota, eadem virtute cereus, qui forte aderat, luce enituit clara. Non dissimile et illud extitit, quod coram se non firmus hærens cereus, dum super sarcophagum velamine opertum corruit, diutius ardendo jacens, et ardens jacendo, ipsum velamen inustum servavit.

Et ejus complices male pereunt

miracula candelarum ad sepulcrum,

26 Non expectet quisquam a me tam multa audire, quam ad indicium sanctitatis suæ divina gratia voluit declarare : quia, ut sæpius me memini dixisse,

Alia plura omissa.

A THEODORICO EX MSS.

A dixisse, priorum nostrorum desidia, multa manent oblitterata; plura etiam nos omittimus ex industria, partim multorum invidiæ, partim incredulorum condescendentes misericordiæ, qui nec scriptis, nec verbis præbent assensum, nisi viderint oculo ad oculum. Credant saltem ex suis uni, idest Folcardo suo colonæ, cujus in præsentia cæcus alius amissa recepit lumina. Jam avidis auditoribus modum de his imponat stylus, quia (ut ait B. Gregorius) signa infidelibus monstranda sunt, non fidelibus, quibus ad salutem sufficere posset, etiamsi minus dicta essent. Si fides non deest petentium, nunquam deest suffragium: quia quod sibi adhuc carnis infirmitate circumdatus fieri noluit, utique aliis facere non renuit. Cujus assidua interventio nos commendet omnipotenti Deo, cui sit laus in secula seculorum.

ANNOTATA G. H.

a S. Mauritius *Cœnobii Patronus, Dux Martyrum Thebæorum, colitur 22 Septembris.*

b *MSS nostrum et Colon.* Navelis.

c *MS S. Maxim.* die quadam. *At festum S.*
B *Apollinaris incidit in diem 23 Julii.*

d Subuculam *videtur intelligere* Casulam, *phrasi satis incongrua.*

e *S. Maxim.* devotione, *minus recte: mox enim infra dicitur, ipsum tunc jam Fuldensis fuisse.*

f *Ipso festo S. Jacobi 25 Julii. Idem dicitur ad calcem Actorum in MS. S. Maximini et additur quod* Octavo Idus Julii *facta inventione corporis ipsius,* ad rupem ubi decollatus est.

g *Hæc minutiora desunt in MS. S. Maximini.*

h *Item MS.* Maceria ejus sepulcri quadrata ne funditus est mota.

i *Die itaque 27 Julii MS. S. Maximini,* In Solemnitate Apostolorum Petri et Pauli, *et eadem mutatio in vetustiore ms. est, post capita Martii Fedo num. 24. Sigebertus asserit,* exilio muletatam a Deo.

k *Locus, ad Epternacense S. Willibrordi monasterium spectantes.*

l *Hermannus Contractus,* Tres autem Milites, *inquit,* ceteris illius auctores, digna ultione postmodum sublati sunt: nam unus illorum accepto cibum deglutire non valens, alius manus suas lacerantes periit. *De quarto ob pœnitentiam emendato jam C tacuit.*

m *Flores temporum Hermanni Januensis ista habent:* Anno Domini MLXXII Diethericus (*alias* Theodericus *aut* Deodericus) Comes de Lucemburgh, qui Conradum occidit, pœnitens Jerusalem ivit, et cum multis in mari submersus fuit. *Andreæ du Chesne, in Historia Genealogica Lucemburgensis, inter quinque filios Frederici primi Comitis Lucemburgensis est* Theodericus: *sed num idem hic relatus fuerit, non constat, nisi quod tempora conveniant.*

n *Bertholdus Constantiensis in Appendice ad Hermannum Contractum, de salute æterna Theoderici bene sperans, ita scribit ad annum* 1073. Theodericus Comes, pœnitentia ductus... licet multa pericula obstarent, ardenti tamen fide cum multis aliis Hierosolymam cœpit ire. Qui cum mare navigio intrarent, subita tempestate circumventi, statim obtenebrata die, quo irent incerti, cœlesti lumine sæpius exhilararentur. Denique non jam mortem in periculis D timentes, sed vitam æternam præmeditantes, marinis fluctibus emundati a peccatorum sordibus, migrarunt ad Dominum, XIII Kalendas Martii, scilicet Theodoricus Comes, Wideroldus, Marquardus, cum aliis centum et tredecim.

EXPOSTULATIO

Sigefridi Archiepiscopi Moguntini,

Ad Alexandrum II Pontificem Romanum.

Quia maxime quæque Ecclesiasticæ disciplinæ negotia ab ipso Præsulum vertice debent examinari, cujus, ex injuncta omnium Ecclesiarum solicitudine, speciale privilegium est; quod per nos non possumus corrigere, ad patrocinium Almitatis Vestræ referimus. Quod etiam pridem ad vos pervenisse cognovimus, de crudelissima et inaudita vere designati Trevirensium Episcopi, qui Christianis temporibus nefandissima et sceleratissima Neronianæ et Decianæ persecutionis cruciamenta expertus, horribili et execrabili pœnarum genere addictus est E morti. Ad cujus monstruosæ necis ultionem, testamenti sui recordatus, primum assurgat Dominus Jesus Christus, deinde vestræ Auctoritatis fortissima et patrocinialis manus. Sacris namque Canonum decretis sancitum est, ut sicubi Episcopus ordinetur, qui vita vel moribus a tanta discrepet dignitate, vel qui ad tantum ascendat apicem subreptione, non electione; ei audientiam non negari, et hoc etiam præter sententiam Romani Pontificis non debere fieri. In qua re si Clerus vel populus cujuslibet civitatis se seculari potentia viderit prægravari, ad sacram vestræ Sedis defensionem habeat confugium: cui, præcipiente domino, delegatus est Primatus omnium Ecclesiarum. Nunc vero, nedum isti, de quo agitur, canonica daretur audientia, nedum vestri examinis expectaretur sententia, quasi furtiva latrocinantium manu captus et spoliatus, dein gravissima de loco ad locum transportatus ac afflictus, tandem, ut asserunt, communi eorum consilio, morte turpissima multatus est. Qua de re quam graviter unanimitas Fratrum sit concussa, quam atrociter audacia facinorosorum hominum ad sacri Ordinis injuriam sit erecta, vestræ F Sanctitatis est prudenter perpendere; et hoc nefarium scelus canonice ulciscendo, ne de cetero tale quid præsumatur, posteris exemplum relinquere. Orat ergo Sanctitatem Vestram socialis Fratrum nostrorum concordia, et hoc a Vestri Culminis patrocinio tota implorat Ecclesia, ut tanti sceleris auctores diligentissime perquiratis, inventos districtissime puniatis. Qui si forte dissimulando latent, gladio Spiritus sancti, velut putrida membra de corpore Christi abscindatis: et ut omnes etiam Sacerdotes nostri eos perpetuæ maledictionis anathemate feriant, firmissime præcipiatis.

Hæc, de communi Episcoporum sententia, Sigefridus Archiepiscopus apud Browerum, qui addit: Nec dubium, quin, tandem non solum in facinoris auctores, sed in ipsum quoque Trevericum Clerum, juxta expetierit ultio atque censura.

DE

DE S. GAUDENTIO,

EPISCOPO ARBENSI IN DALMATIA.

Sylloge ex Philippo Ferrario, et S. Petro Damiani.

Sæc. XI.

Arba, *urbs Episcopalis in insula ejusdem nominis, ad oram Dalmatiæ, sub Dominio Veneto et Archiepiscopo Jadertino, inter Vegiam ad Occasum, et Curictam ad Ortum, Episcopis suis adnumerat* S. Gaudentium, *cujus meminit in Catalogo generali ad hunc primum Junii Ferrarius his verbis* : Arbæ in Liburnia, S. Gaudentii, Confessoris. *Est autem* Liburnia, *pars Dalmatiæ inferioris, cum parte maritima Croatiæ. Citat Ferrarius in Notis* Tabulas Ecclesiæ Arbensis *addítque cetera ignorari. Joannes Lucius lib. 2 regni Dalmatiæ et Croatiæ cap.* XI, *meminit* Gaudentium Episcopum Dalmatiæ, *cujus sanctitatem paucis describit Petrus Damianus, opusculo* XIX *de Abdicatione Episcopatus, ad Nicolaum II Romanum Pontificem : ubi Capite primo, inter alia exempla, istud inserit :* Veteranus quoque Gaudentius, Absarensis Episcopus, cujus ego familiaritatis dulcedinem merui, per quem Deus jam non ignobile miraculum fecerat, Episcopatum dimisit ; et de Slavonico regno navigans, littoribus Anconitanæ urbis applicuit : a qua non longe, post biennium, feliciter obiit. *En Sanctitatis insignia in* Gaudentio : *qui, ob dimissum Episcopatum, forsan a Ferrario solum* Confessor *cognominatur. At pro Absarensi aut Arbaensi urbe, nominata est a S. Petro Damiano* Absarensis, *cujus mentio est apud Lucium lib. 2 cap. 6 ubi Absarus dicitur* pene deserta. *Sed Sedem illi factam Episcopalem needum potuimus usquam legere, nisi in jam citato Petri Damiani tractatu. Hæc sunt, quæ de S. Gaudentio proponimus viris in Dalmatia eruditis, et nobis dubia ; quoniam cupimus ulteriorem scientiam adipisci. Sed ab Anconitanis quoque, quoniam prope illos obiit, intelligere vellem, si aliqua ejus, in urbis vicinia, supersit memoria. Habemus Notitias Historicas Anconæ a Juliano Saraceno, Ecclesiæ illius Decano vulgatas anno* 1675, *absque ulla talis Gaudentii mentione, ubi tamen debuisset præcipue coli : sed forte, translato in Sedem propriam corpore, cessavit omnis ejus colendi apud Anconitanos occasio. Interim tempus Episcopatus ejus referimus ad seculum Christi undecimum, quo et Nicolaus II Papa et Petrus Damianus floruerunt.*

Cultus S. Gaudentii

B

An Episcopus a Petro Damiano laudatus,

cum titulo Absarensis?

E

DE SANCTIS MONACHIS RUTHENIS

AGAPITO ET DIONYSIO

D. P.

Ex gentis Synaxariis.

ANNOTATA.

Post editam anno MDCLXXX *primam Maji nostri partem, cui Ephemerides Græco-moschas præmiseram, pro modulo tunc nostro explicatas ; accepi Moscua litteras* P. Georgii David, *unius e nostræ Societatis operariis, rem Catholicam ibidem cum Collega procurantis, quibus se a me petebat juvari in comparandis necessariis libris, ut omnem adhibere posset operam circa istarum regionum Sanctos, eos præsertim, qui etiam a Russis Romanam communionem professis suscipiuntur. Nihil poterat jucundius accidere mihi, jam pridem persuaso, sicut in Præfatione ad Ephemerides prædictas ostendi, Genti illi, ad Christianam fidem adductæ circa annum* DCCCCXC, *a Græcis quidem, sed tunc bene Catholicis, nihil obesse debere schisma diu post susceptum, quo minus proprii illius Sancti, ante illud mortui, a Catholicis quoque ut tales recipiantur. Misi ergo eidem exemplaria aliquot tabularum nostrarum, cum meis super illas Commentariis ; et præter correctiones, quas optaveram (nec enim dubitabam, quin per ignorantiam linguæ hallucinatus aliquoties fuerim) accepi Latine redditum* Sobornik, *id est* Synaxarium Ruthenorum, diœcesis Kijoviensis ; *continens non solum* Sanctos, *a Græcis acceptos ; sed etiam* Peczerienses, *id est in* Pieczary *primario gentis prope Kioviam monasterio coli solitos.*

Accepta Kioviensis Synaxarii versione

C

quo etiam Moschi utuntur,

2 *Anno deinde* MDCLXXXIX *Antuerpiam venit nosque invisit Prænobilis* D. Joannes Gabriel Baro de Sparwenfeld, *pro Rege Sueciæ diu Moscuæ versatus, ac linguæ scientissimus, cujus etiam Dictionarium confecerat. Is patriæ historiæ causa directus in Hispaniam, nostrorumque MSS. eo spectantium inspectionem atque usum ad aliquot dies nactus*, Menologium Slavo-Russicum, *vetustissimæ impressionis nobis reliquit ; atque e propriis MSS. dictavit alterum, quod ipsum se verbotenus transtulisse aiebat, facta cum variis variarum editionum exemplis, nec non cum MSS. codicibus collatione ; præcipue autem ex eo, quod anno mundi* VII M. CLXXXVII *secundum Moschos, anno autem Christi, secundum nos* MDCLXXIX *Indictione* II *mense Augusto prodiit Moscuæ, sub magno Duce Theodoro Alexeide et Patriarcha Joachim, adhuc vivente, cum istud Synaxarium seu Menologium nobis dictabatur. His præsidiis ita comparatis additurus erat prælaudatus P. David prolixioris Synaxarii, plurimas Sanctorum Vitas continentis, versionem Latinam, nisi emigrare coactus fuisset, et cedere turbini qui nuper Imperium Moscoviticum concussit, relegata in monasterium Principissa Sophia, quæ pro duobus fratribus minorennibus Imperium administrabat. Placet interim, ad aliorum exstimulandam diligentiam, qui possent ulteriores distinctioresque Sanctorum istorum notitias suppeditare ; pauca hic proponere de prætitulatis duobus Monachis Sanctis.*

et alteri Menologio Slavo-Russico

alteriusque recentioris interpretatione.

F

3 *Utriusque Justini ex Græcorum Menæis memoriam ; ad Kalendas Junii, quæ Moschis* Tscherwets *dicitur, in Menologio Sparwenfeldii, sequitur commemoratio* sancti ac beati Agapiti, medici, non cupidi vindictæ Patschiurici, qui vixit anno MXCV, *id est proxime ab inducta ad Ruthenos fide. Georgius David eumdem in suo Synaxario ponit, non primo, sed secundo post Justinum loco, cum solo titulo* Monachi Peczerienzis. *Impressa utrique Justino subjungunt solum* Agapitum : *in cujus elogio vereor ne vocabulum aliquod Ruthenicum, ad* vindictam *et* mercedem *significandam ambiguum, qualis est in scripturis vox* Retributio,

innotescit nobis S. Agapitus,

AUCTORE D. P. inter primos a gentis conversione

A Retributio, *Interpretem fefellerit, ut vindictæ non cupidum scriberet; quem præstitisset dicere non cupidum mercedis; hæc enim Sanctis Medicis passim apud Græcos laus datur, quod gratis curarint: unde et* Ἀνάργυροι, argentum non capientes, *cognominantur* SS. Cosmas et Damianus; *et* XIV *Aprilis, ad Vitam priorem S. Lidwinæ Virginis Hollandiæ num. 24 litt. e noto*, Godefridum de Haga, *medicum Alberti et Wilhelmi Ducum Bavariæ et Hollandiæ Comitum, cognominatum vulgo fuisse* Sonder-danck, *id est* Gratuitum. *Nihil autem impedit eumdem simul et* Monachum *et Medicum fuisse; et talis in Actis Martyrum Sabaitarum* XX *Martii num. 63 invenitur* Thomas *quidam*, expertissimus Medicus simul et religiosissimus Abbas. *Quod* Patschiurici *titulum attinet, is an a monasterii nomine vel aliunde sit sumptus, alias discere ac docere potero.* D

cum titulo Monachi ac Medici.

4 *Post* Agapitum *Sparwenfeldio, sed Georgio David ante illum, indicatur* Memoria B. P. N. Dionysii Gluschinici, *vel* Illustinensis, Taumaturgi: *de cujus ætate, virtutibus, miraculis, plura extare ex stimo, et aliquando obtinenda spero. Nunc nomen solum retulisse sit satis, in spem futuri temporis; utque occasione ejus cui adjunctus invenitur, Agapiti, quem sua ætas extra dubium ponit; similes post hac relaturus inter prætermissos, donec de eorum orthodoxia aliisque adjunctis plenior nobis adferatur instructio.*

item Dionysius Thaumaturgus.

DE BEATO THEOBALDO

D. P.

ALBÆ-POMPEIÆ IN INSUBRIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

B **De anno mortis, die cultus; Vita et miraculis, antiquitus scriptis, hoc seculo perditis; atque eorumdem versione Italica.** E

AN. MCL

Alba Pompeia *provinciæ Montisferrati, prope flumen Tanarum, juxta Apenninum apud Insubres civitas antiqua, et saltem a seculo Christi quarto Episcopalis est, sub Archiepiscopatu Mediolanensi; quam Tom. 4 Italiæ sacræ describens Ughellus, asserit col. 402, in ejus Cathedrali requiescere corpora* SS. Fulredi, Cassiani, et Frontiniani Martyrum, Theobaldi civis Albensis, *et aliorum. Est illa S. Laurentio dicata, eratque exigua satis, cum viveret ejusque ministraret* Theobaldus; *qui ideo videtur inter ipsam et ecclesiam S. Silvestri via media sepeliri voluisse, quia futurum erat, ut miraculis ad tumulum crebrescentibus tanta afflueret copia eleemosynarum, quod aliquando commoditatem præberet ejus a fundamentis in formam tam amplam ædificandæ, ut ipsius sepulcrum ea includeretur, fieretque paucis excepta cunctis quas speciosiores habet Italia. Obierat ipse anno* MCL, *quando Cyclo lunæ* II, *solis* II *litt. Domin. A, Pascha celebratum fuit* XVI *Aprilis, atque adeo festum Ascensionis (cujus die Octava annue colitur)* XXV *Maji. Ferrarius, notavit annum* MCCL; *et quia hic annus Pascha habuit* XI *Aprilis, atque adeo Ascen-* C *sionis festum* XX *Maji, ideo in utroque Catalogo adscribit* Theobaldum XXVII *Maji; eumdem haud dubie adscripturus Kalendis Junii, si centum annis citius mortuum esse scivisset.*

Colitur in Octava Ascensionis

anno quo is obiit 1150

cadente in 1 Junii.

2 *Ambiguum forte notam numeri, in Vitæ exemplo quod acceperat signati, poterat explicuisse ei (si vidisset) marmoreus titulus, qui pridem sic legebatur juxta altare:*

SANCTUS THEOBALDUS.

✝ In sepulcro, sub altari isti constructo, jacet venerabile corpus B. Theobaldi; qui de villa Vici oriundus, et Albæ vita functus MCL, defunctus latuit, et ex mente hominum abierat fuit. Sed divina inspirante clementia, Reverendiss. DD. Alerinus de Ranbaudis, Episcopus et civis Albæ, die ultima mensis Januarii MCCCCXXIX, circa horam quartam noctis, adstantibus venerabilibus Dominis, Presbytero Gilio de Vitis Archidiacono, Presbytero Antonio de Bernardis de Portremolo Præposito, Stephano Ruben Diacono Canonico Ecclesiæ Albensis; Egregiisque Joanne Rambaudo, Bergliano Cerrato, Francisco Bergogno, Antonio Ruber, et Thoma Rambaudo, civibus Albæ, dictum corpus reperitur: et die 1 Februarii, adstante populo civitatis Albæ, levata fuere, per prælibatum Dominum Episcopum, caput et cuncta ossa, genuum, cistarum, digitorum, manus et pedes, ad honorem et gloriam B. Theobaldi. Amen Hoc opus fieri fecit prælibatus D. Episcopus Albensis et Comes, MCCCCXXIX.

Corpus inventum 1 Febr. anno 1429

3 *Ea signanter expressos habere numeros, interrogantem me anno* MDLXXXII, *retulit fecit ipsa Albensis* Civitas, *ad alia etiam plura quæsita publica auctoritate respondens, cum humanissima diligentiæ nostræ in rebus etiam minutioribus requirendis acceptatione, ne nihil nisi exploratum de suo hoc Sancto imprimeretur. et eosdem numeros auctor Vitæ B. Margaritæ Sabaudiæ, anno* MDCXXVIII *edita, simili modo expresserat, ex Protocollo Notarii D. Theobaldi Rigi, continente* Inventarium Sanctorum quæ sunt Albæ, *ubi etiam de nostro hoc Sancto, partim Italice, partim Latine, sic habetur,* Est ibi insuper corpus B. Theobaldi Confessoris, nondum Canonizati, repositum in reliquiario, quod invenitur in sacristia ecclesiæ Cathedralis; de quo Sancto habentur scripturæ antiquissimæ, et multa ejus miracula, a Notariis authenticis subscripta. Et hic Albæ semper in Octava F Ascensionis solennizatur festivitas ejus, atque in ecclesia Cathedrali S. Laurentii; ubi est Capella cum altari et statua, ex marmore omnia, jam inde ab anno 1525 constructa per Illustriss. D. Andream Novellum Episcopum. Sub altari autem prædicto, ad latus Evangelii, antiquus est lapis ex marmore, una cum imagine præfati S. Theobaldi insertus parieti, infrascripta Latina verba insculpta habens: ea scilicet quæ hic num. 2 legisti. *Ex antiquis illis scripturis, quarum Notarius meminit, ille seculo verosimiliter superiori istud Inventarium texens, habuit Ferrarius et post prolixum Sancti elogium allegat,* Vitam MS. in qua ad quinquaginta eorum miracula leguntur, et in iis tres pueri ad vitam revocati, et quam plurimi ab insanabilibus morbis curati.

Quæ de eo extabant scripturæ authenticæ

cum ejus miraculis,

4 *Utinam thesaurus ille plurium Vitarum, fideliter transcriptarum et ad Ferrarium undequaque transmissarum, adhuc alicubi integer conservetur, atque nobiscum communicetur! Suppleret ille defectum plurium, quarum exemplaria jam perierunt; sicut perierunt illa, quæ de S. Theobaldo habebantur. Nam sicuti scripsit mox laudandus Malabayla, in fine Vitæ a se*

perierunt sub ruina turris,

A *se Latine redditæ :* Albensis Episcopii tabularium, in turri palatii Episcopalis servabatur ; quæ turris vetustate fatiscens corruit; omnesque scripturæ, integro fere sexennio, quo ea Sedes vacavit, sub illius ruina temporum injuriis obnoxiæ, ita corruptæ a moderno Episcopo repertæ sunt, ut nulli omnino usui esse potuerint. *Episcopus hic* Paulus Brictius *fuit, qui sub annum* MDCXLII *Romæ assumptus et consecratus*, cum primum solenni pompa Albam est ingressus, duplicem jacturam, quam turris campanaria ex ruina inopinata attulerat, Episcopalium nempe ædium et antiquorum recentiorumque monumentorum, resarcire aggressus ; nonnulla summo labore et industria congessit, ædes autem magnifice restauravit, *uti scribit Ughellus. Sed Vitam et miracula* S. Theobaldi *restaurare non potuit : essetque jactura prorsus irreparabilis, nisi Baccalaureus Dominicus Passoni, ex ordine Conventualium S. Francisci, postquam Sanctum his pro concione laudaverat, ex antiquo originali sua manu transcripto eumdem, una cum miraclis circiter triginta, Italicam fecisset, et Taurinensibus Cavalleriorum typis vulgasset anno* MDCXXVI, *nulla facta prædictæ ruinæ mentione, quæ ipsomet vel sequenti anno debuit contigisse. Hanc Ita-*

post an. 1642 *restauratæ:*

B *licam Vitam rursus Latinam fecit* Philippus Malabayla, Congregationis reformatæ S. Bernardi Ordinis Cisterciensium Generalis emeritus ; *prout illam nobis donavit, in eadem dignitate anno* MDCLXI *constitutus, ac postea S. R. E. Cardinalium numero adscriptus, Joannes Bona, bene de hoc opere merendi cupientissimus : quare versione illa libenter hic utimur, ex Italico suppleturi quidquid omissum compererimus facta collatione diligenti, optantes nihilominus ut originalis styli ecgraphum, quale vel Ferrarius vel Passonus habuit, inveniatur uspiam, serviturum operis Supplemento.*

superest tamen ex iis sumpta Vita Italica :

5 *Primum miraculum, cujus authenticam fidem Passonus reperit, scriptum erat anno* MCCL *; et hæc forsan causa Ferrario fuit existimandi, quod tali anno* Theobaldus *obierit Sed quod miracula nulla prius scripta fuerint, factum ego dixerim, quia Sancti sepulcrum, inter duas ecclesias positum, a neutrius Clero (ut fieri natum est) initio procurabatur; postquam autem convenit ut eleemosynæ illuc collatæ applicarentur ecclesiæ Cathedrali, cœpitque* S. Theobaldus *inter Patronos urbis haberi ; major quoque cura videtur adhiberi cœpta iis notandis, quæ impetrandæ solenni ca-*

in hac mirac. 1 adscribitur an. 1250 :

C *nonizationi aliquando servirent. Tali etiam occasione apertum idem sepulcrum fuerit, et os unum inde sublatum, quod ipso festo aliisque diebus venerabundo populo peregrinisque osculandum daretur ; furto autem sublatum atque in Burgundiam delatum est. Festum Albæ agitur, non solum die Octava Ascensionis, quo fortassis mortuus est, et ex tali præsumptione a nobis ad hunc* I *Junii collocatur : sed etiam* I *Februarii, quo corpus translatum fuit in portatilem arcam, sacristiæ committendam. Mansit autem sepulcrum vacuum, ad quod anno* MDXXI *erectum esse sacellum, nobis asserit responsum civitatis Albensis, corrigens errorem, fortassis typographicum, quo in Vita B. Margaretæ (ut supra vidimus) id adscribitur an.* 1525.

festum inventionis:

6 *Etenim ibi nominatus Episcopus, Andreas Novellus, apud Ughellum dicitur ipso anno* MDXXI *locum fecisse nepoti suo Hippolyto Novello : laudatur vero in Epitaphio suo apud eumdem Ughellum, quod* proprio publicoque ære basilicam restituit, Canonicos, proventus, choros, sacramque suppellectilem addidit. *Cœperat Ecclesiam Albensem regere Andreas anno* MCCCCXCIII *; videturque per eum factum esse, ut* B. Theobaldi *sepulcrum, translatis ad sacristiam ossibus vacuum, novæ ampliorisque basilicæ spatio includeretur. Si enim tempore Alerini Episcopi, ea quæ nunc est amplitudo fuisset ; nihil apparet causæ, cur in Sacristiam transferret Episcopus elevata e sepulcro ossa ;* D *magna vero, si illud adhuc stabat in platea sub dio. Ita autem manserunt omnia usque ad annum* MDCLV *: quando (sicut nobis Alba scribitur) ipsum* altare, cum marmorea tumba tiuloque præmemorato et statua, in aliud satis magnificum translatum est, ubi hodieque visitur marmoreum totum, et pluribus iconibus decoratum. *Modus autem, quo memoria inventionis seu translationis, anno* MCCCCXXIX *factæ, colitur anniversarie, hic est.* Veniente I Februarii, IV hora noctis, unius circiter horæ spatio, pulsantur campanæ Cathedralis ecclesiæ; et per Collegium Canonicorum exponitur Caput ipsius Sancti, super ejus altari, cum cantu Litaniarum et Hymnorum, Iste Confessor, atque, Te Deum laudamus : ad ejusque adorationem pars populi major devote accurrit.

altare constitutum an. 1521 :

AUCTORE D. P.

translatum 1655.

7 *Ecclesia Montis-Regalis, cui proximum adjacet Vicus oppidum, patria Sancti, ipsi Metropoli nomen tribuens, quo vulgo* Mondevi *dicitur ; eumdem Sanctum colendum suscepit, feria* II *post festum Sanctissimæ Trinitatis ; instituto fortassis non admodum antiquo, sed ad annum* MDCIV *referendo, quo prædictum oppidum Vicus aliquam* S. Theobaldi *Reliquiam accepit, Clemente VIII per Apostolicum Breve sic annuente.* Cle- E mens Episcopus, Servus servorum Dei, dilectis filiis Universitati et hominibus loci de Vico, Montis-regalis diœcesis, salutem et Apostolicam benedictionem. Meritis devotionis vestræ inducimur, ut piis et honestis petitionibus vestris, iis in primis, quæ in venerationem Sanctorum suarumque Reliquiarum, hujusque vestræ singularis devotionis augmentum cedere dignoscuntur, favorabiliter annuamus, easque ad exauditionis gratiam admittamus. Cum itaque, sicut exhibita Nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, ob singularem devotionis, quem erga S. Theobaldum, qui ex loco vestro de Vico Montis-Regalis Diœcesis, Provinciæ Taurini, oriundus existit, cujusque corpus in civitate Albensi reconditum veneratur, geritis affectum, et alias aliquas Reliquias ejusdem Sancti ad eumdem locum transferri facere summopere desideratis ; Nos vestris votis hujusmodi annuere, vosque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, nec non vos et vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus F quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis, ut aliquas ejusdem S. Theobaldi Reliquias sacras a dicta civitate de licentia inibi præsidentium extrahere, et ad dictum locum transferre, ac in ejusdem loci Parochiali vel alia ecclesia decenter et honorifice, pro ut convenit, collocare seu extrahi et transferri et collocari facere, libere et licite valeatis, Apostolica auctoritate tenore præsentium, licentiam et omnimodam facultatem concedimus et impertimur. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, et impartitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quarto, sexto Kal. Maji, Pontificatus nostri anno tertio-decimo.

In Monteregali colitur post Dom. Trinitatis,

occasione Reliquiæ Vicum translatæ,

permissu Clementis VIII an. 1604.

VITA

A Philippo Malabayla ex antiquis monumentis collecta, et a Fr. Dominico Passoni Ord. Minorum Italice aucta.

CAPUT I.

Ortus, educatio, et reliqua tempore vitæ gesta.

Prologus.

Qui pia sedulaque perpendet mente, qualem erga hunc Sanctum sese Deus exhibuerit, facile intelliget, quam vere de ipso Deo pronuntiet Ecclesia, Qui licet sis magnus in magnis, mirabilia tamen operaris in minimis. Minimum siquidem fuisse Theobaldum, natales ipsius; minimum, res familiaris; minimum, instituta vivendi ratio; minimum, denique existimatio, in qua vivens apud mortales fuit, aperte ostendunt. Et nihilominus, quæ in commendationem hujus sui minimi servi operatus est, perpetuoque operatur Deus, adeo sunt mirabilia, ut ex iis conjicere liceat, inter magnos quosque Sanctos locum obtinuisse. Nec sane immerito. Quamquam enim in his, quæ modo recensuimus, minimus idem fuerit; non minimus tamen, immo maximus in humilitate et caritate, quarum priore exaltationis, ac proinde magnitudinis; posteriori vero essentialis beatitudinis mensuram constitui, sacræ Paginæ testantur: quemadmodum perspectum fiet ex iis, quæ de ejus vita, ex probatis vetustisque monumentis, scripturi sumus.

In oppido Vico prope Montem-Regalem

2 In ea Liguriæ parte, quæ ex planitie inter Tanarum et Sturiam posita, subter fluente fluvio Ellero, in colles assurgit; extat oppidum, Vicus dictum, jam olim ex Jul. Cæsaris Commentariis notum, nostra vero ætate longe notius, ob Beatissimæ Virginis Imaginem, ab anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto innumeris apertisque miraculis coruscantem, et inaudita populorum frequentia inibi cultam ac celebratam. In hoc igitur oppido, integro seculo antequam in proximo monte, tunc Vici dicto, Montis-Regalis coalesceret civitas (Astensi Episcopo id concedente, quod quidquid intra Sturiam et Apenninum ac Alpes continetur, ad Astensis Ecclesiæ tum spiritualem, tum temporalem ditionem, Regum *a* Longobardorum ac *b* aliorum in Italico Regno successorum munificentia, tunc pertineret) in hanc lucem editus fuit Theobaldus: sui nominis celebritate et familiam, et patriam, et Albensem civitatem aliquando illustraturus. Parentum nomina etiamsi exciderint, memoriæ tamen proditum est, genitorem e Rugeriorum honesta familia extitisse; et ab utroque, uti erant non vulgari in Deum pietate, puerulum in Dei timore educatum: huncque adeo fecisse eorum votis satis, ut in ipsamet pueritia futuræ sanctitatis non obscura argumenta præberet. Unde cum adolevisset, et de illa consequenda sedulo cogitaret, Deoque inspirante persuasum haberet, ipsius fundamentum esse humilitatem; ne quodpiam impedimentum afferret illi jaciendo existimatio, in qua apud suos erat; statuit cum Patriarcha Abraham egredi de terra sua, et de cognatione sua, et de domo patris sui; eoque ire ubi pro libito se demittere, et contemptui haberi magis liceret.

ab natus et educatus,

3 E natali igitur solo Albam proficiscitur: et, ne otiosus panem manducaret, cuidam cerdoni se instituendum tradidit. Erga quem, et illi inserviendo, et variarum virtutum exempla præbendo, qualem se præstiterit, quæ nunc subjiciemus manifestum facient. Jam eam artem callebat Theobaldus, cum cerdo ipse, adversa ac suprema laborans valetudine, domesticis rebus se optime consulturum censuit, si eas Theobaldo administrandas committeret. Ipso itaque advocato, summa amoris cum significatione, ita illum alloquitur: Theobalde fili, optime tu nosti, a me ad hunc diem loco filii te habitum; quandoquidem quibus sis virtutibus præditus optime perspiciens, singulari amore te sum prosecutus. Nunc igitur, cum exitus mei horam instare intelligam, summo animi affectu hunc meum filium Jacobum tibi commendo: quo filius tuus efficiatur secundum spiritum, qui secundum carnem fuit a me genitus. Quapropter te deprecor, ut tu illum educes, et in pietate instruas; eamque artem quam tu a me didicisti, illum edoceas, et indissolubili juncti amore vitam simul ducatis. Te præterea rogo, ut hanc meam filiam Veridiam in uxorem ducas: quo vinculum amoris et te et filium ac filiam firmius devinciat, hacque ratione et dominus et maritus huic sis; et filio simul et pater et frater; ac utrique humanus ac pius consolator efficiaris. Non mediocriter ad ejusmodi verba atque preces commotus fuit Theobaldus: quippe qui et morituri erga se tam egregiam cerneret voluntatem, et futurorum orphanorum sortem summopere miseraretur: et tamen quod rogabatur præstare non poterat. Ab ipso namque tempore quo rationis compos esse cœperat, virginalem puritatem retinere animo præfixerat. Quod cum hero ipsi, ne negantis verba alio retorqueret, significare cogeretur; ille tam sanctum propositum comprobando, eidem in Dei nomine benedixit. Quam benedictionem cum propior morti factus etiam familiæ fuisset impertitus, in Christo obdormivit: eique defuncto Theobaldus, ut justa solverentur, curavit.

Albæ servit cerdoni

a quo oblatam filiam ducere uxorem renuit

4 Tum vero aptiorem viam, ad humilitatem animique demissionem consequendam, existimans esse omnimodam paupertatem, quam esset ad eam diem instituta vivendi ratio; heræ suæ quadraginta Astenses libras quas habebat in pauperes erogandas tradidit: et illi ac filiis valedicens, cum ipso Salvatore egenus factus, arrepto baculo, ad S. Jacobi Galliciæ peregrinationem, eleemosynam ostiatim corrogaturus, aggreditur. Ea vero devote perfunctus, Albensem civitatem repetiit; et cum suam heram adiisset, domum quamdam apud S. Mariam de *c* Ponto incolentem, quæ Patribus S. Francisci legato deinde obvenit, summa exultatione ab ea excipitur ac detinetur. At ipse longe diversum vivendi modum tenere sibi præfixit. Siquidem humilitatis ac paupertatis amore magis ac magis accensus, rejecta cerdonis arte, tollendis sarcinis se dedidit: quod ejusmodi ministerium vilioribus jumentis commune, abjectissimum crederet. Pecunia vero ex eo percepta panes comparabat; quibus tres in partes divisis, retenta earum una in sui sustentationem, duas reliquas in pauperes erogabat. Cumque uno pane se cibare consuesset, deliciarum loco placentæ illi erant; quas in tres partes item dividens, iis solerter inspectis, minimam sibi reservabat, ceteris eisdem pauperibus elargitis. Id porro cum perspiceret quidam pistor e Frumentorum familia; iniquo animo hoc ferens in viro pauperculo; dæmonis instinctu percitus, placentæ adipem suillum aliquando miscuit, ac Theobaldo dono dedit. Qua fraude a Theobaldo animadversa, quamquam irasci ab eo alienum esset, tamen ob rei indignitatem, Deo permittente, in hæc verba prorupit: Maledictus cum sua generatione iste sit, nec semen ejus multiplicetur. Quæ verba incassum minime fuere prolata. Res namque ipsa docuit, pistorem subiisse illam Psalmistæ imprecationem: Dilexit *d* maledictionem, et veniet ei. Verum Theobaldus, ubi animum ab ira collegit, et terminos sibi propositæ patientiæ se excessisse cognovit; errorem detestatus, illum Confessione Sacramentali

peregrinatur Compostellam:

reversus bajulum agit:

eleemosynas largitur

d Ps. 108, 18.

A sacramentali expiare festinavit. Nec hoc contentus, in illius pœnam S. Laurentii Cathedralem Albæ ecclesiam everrendi, ac ipsius lampades concinnandi et accendendi, quamdiu viveret, munus sibi desumpsit.

verrit ecclesiam:

5 Nec vero sola ab aliis cibis abstinentia corpus suum afflictare consueverat: sed jejuniis, quantum permitteret virium sustentandarum necessitas, et duris flagellis, et longis vigiliis: ita ut neque in ipsa quiete ab illius afflictatione quiesceret; quandoquidem pro cubili nuda terra, pro cervicali truncus illi usque ad obitum fuit. Quæ quidem, non tam quod ad subjiciendum spiritui corpus opportuna, et ad expienda peccata adque meritum consequendum essent idonea; sed quod ad orationis studium plurimum conferrent, ipse præstabat. Huic enim adeo deditus erat, ut nec etiam inter ferenda onera ab illa cessaret: sed vultu quidem ad terram demisso, mente vero cœlo intenta procederet, præ caritate, qua totus in Deum semper et ubique ferebatur. Cujus quidem caritatis quanta esset excellentia, quæ ab ea dimanare in proximos caritas solet, indicio erat. Neque enim solum dividendo cum pauperibus coemptos panes, quotidiana mercede sui laboris, illam, uti supradiximus, exercebat; sed quibuscumque poterat modis misericordiæ et spiritualis et corporalis opera erga omnes, maxime vero erga pauperes et infirmos præstando: in quo quantum Deo se gratum redderet, ex miraculo, quod hic sumus enarraturi, datur intelligi.

deditus mortificationi et orationi,

6 Die quadam ipsius hera, frumenti saccum ad pistrinum ferendum, illi tradidit; et ut apte moli curaret, rogavit. Paruit lubenter ac solicite Theobaldus: verum e pistrino egredientem eum cum sacco farinæ, pauperes, qui ob ingruentem eo anno annonæ caritatem frequentes pistrinum obsidebant, circumstant, morantur, persequuntur, occurrunt. Illos itaque miseratus, cujusque esset farina oblitus, hanc inter illos distribuit. Ubi vero saccus ille vacuus, damni adeo de se bene meritæ heræ illati ipsum commonefecit, tanto pudore afficitur, ut vix respirandi facultas ei daretur. Quo pudore etiam permotus, Deo utique inspirante, saccum ipsum arena *e* complevit: adiensque domum heræ, et ea forte absente, contra januam projecit. Mox ut dedecus subterfugeret, quod ubi fraus appareret, ipse prout rebatur, erat subiturus, ex Albensi civitate egressus, ad castrum, Rhodum dictum, se contulit. C Hera igitur domum reversa, viso sacco, illum in domum intulit, in eoque farinam optime molitam deprehendit: et ex ea statim panem, longe majoris quantitatis et bonitatis, quam farinæ copia aut conditio ferret, confecit. Memor præterea Theobaldi, placentam in ejus gratiam, quod illum eo genere panis delectari cognovisset, compegit. Eo vero non comparente, illum tota urbe inquirere cœpit. Cumque obvios quosque percunctaretur, et in iis mulierem quamdam Rhodo tunc venientem; hæc se illum ibi vidisse respondit; eademque Rhodum reversa, Theobaldum quodam loco metu delitescentem conspiciens, qua solicitudine ipsius hera eum inquireret, ut placentam ex recens molita farina illi traderet, significavit. Hæc audiens Theobaldus, et divino prorsus miraculo, panem ex arena confectum intelligens, Albam rediit, domumque heræ recta contendit; quæ summo gaudio eum excipiens, placentam illi tradidit. Ipse vero, veluti quadam religione tactus, placentam nequaquam comedit; sed communi pane ab hera simul tradito refectus, illam pauperibus Christi erogaturus, seposuit.

loco farinæ in pauperes distributæ e saccum implet arena: quæ in farinam conversa est.

D

ANNOTATA D. P.

Ex Ital. Passoni.

a *Diploma* Luitprandi Regis *Longobardorum, Evasio secundo Episcopo Astensi anno* 743 *datum, edidit Ughellus in Episcopis Astensibus columna* 478.

b *Diploma* Ludovici II Imperatoris, *concessum Staurato* XI *Episcopo, habet idem Ughellus col.* 480, *ac deinde aliorum.*

c *Passonus* Pontem Tanari, *appellat.*

d *Idem cod. n Psalmi versu utitur; omninoque apparet, Malabaylam fere verbotenus secutum esse phrasim Passoni.*

e *Hanc quoque arenam ex* Tanaro *sumptam, idem ait.*

CAPUT II.

Morbus, obitus, sepultura, miracula.

Ob hunc igitur tam insignem favorem etiam ac etiam Dei amore succensus, vitæ activæ simulque contemplativæ ardentius incumbere perrexit. Infirmos quosque, et pauperiores in primis, solicitius visitabat. Se omnibus debitorem profitebatur: et quodcumque poterat auxilium sive subsidium cuivis ultro etiam præbebat. Ab iis E operibus ubi vacatio dabatur, in Ecclesia S. Laurentii, sive interdiu sive noctu, orationi totum se dabat. His igitur tum corporis macerationibus, tum caritatis operibus, tum denique sacris meditationibus seu precibus perpetuo intentus Theobaldus, lento corripitur morbo. Quo cum hera illum diu acriterque afflictari cerneret: suadere ei conatur, ut pro nuda terra, truncoque, molliori strato ac cervicali uti vellet. Ad quod ipse respondit: Si corpus meum in prospera valetudine ejusmodi quieti dedi, quanto magis in adversa hoc facere pergam, illius amore, qui pro nobis in duro ligno vitam profudit. Ubi autem eadem mulier ad finem vitæ Theobaldum appropinquare cerneret; petiit ab eo, quo loco, si ex hac vita eum Deus tunc evocaret, corpus suum condi optaret. Cui Theobaldus, spiritu sancto utique dictante: Si Canonici Cathedralis S. Laurentii acquiescerent, vellem sepeliri in spatio* illo, quod inter ipsorum et S. Silvestri ecclesiam interjacet: si vero non consentiant ipsi, voluntas Dei fiat. Quæ audiens mulier, viri sanctitatem admirata, sese il- F lius precibus commendat: et Theobaldus, ea abscedente sentiens se ad extrema deductum, Deo totum se commendat; et oculis ad cœlum elevatis humilem spiritum emittit, ab eo æternam gloriam consecuturum, pro quo humanam gloriam, exemplo sane æque memorabili ac novo, ceteraque humana omnia posthabuerat. Accidit hoc porro anno *a* millesimo contesimo quinquagesimo; eoque ipso temporis momento, campanarum omnium, quæ erant in civitate, sonitus, divina prorsus virtute, exaudiri est cœptus. Ad quem commota universa civitate, singuli a singulis qui obviam fierent, quidnam hoc prodigium sibi vellet percunctari; et illius causæ pariter ignari, universi contremiscere. At Theobaldi hera, rem suspicata, locum ubi jacebat Theobaldus adiens, corpus ejus in tabula humi imposita extentum et exanime reperit. Qua re perterrefacta, domoque egressa, Theobaldi obitum vulgare festinavit: et quæ sibi cum illo accidissent, Episcopo et Clero significavit.

*Æger commoditatem lecti spernit: disponit de sepultura: * Ital. Buggia o Secca. moritur: campanis ultro sonantibus.*

8 Episcopus itaque, indicta supplicatione, cum Clero ac populo, prælata Cruce, ad locum ubi Beati viri cadaver jacebat, accessit: ipsoque super eadem tabula elato, solenni ritu ad S. Laurentii ecclesiam procedit, sacrum Missæ sacrificium pro illius anima oblaturus.

Sepeliri nequit in ecclesia S. Laurentii,

A oblaturus. Quo peracto, cum sacrum cadaver humi condere vellent; neque eo ipso loco terram egerere, neque cadaver alio ferre, ulla ratione dabatur. Ad quæ Episcopo ceterisque omnibus stupescentibus, procedens quidam mendicus e Narbonensi provincia, Episcopo, omnibusque aliis audientibus, ita locutus fuit. Ego ab hoc homine, dum viveret, audivi, in illo spatio (e regione sitam aream digito indicando) aliquando ostentum aliquod esse appariturum. Erat autem hoc idem illud inter S. Laurentii, et S. Silvestri interjacens satis grande spatium: ad quod cum, ad mendici verba et designationem, oculos intendissent astantes; conspiciunt in eo duo candelabra, iisque superpositas accensas faces, inque illorum medio, in monumenti modum, elaboratam e candidissimo marmore capsam. In qua cum nullum, quantum discernere licuit, repositum fuisset cadaver, in eam opinionem omnes sunt adducti, ut in hujus Beati honorem divino prorsus opere ea inibi fuisset statuta. In hoc igitur sarcophago, cum divini nominis glorificatione, conditur Theobaldi corpus; ipsoquemet tempore campanarum sonitus finem accepit. Exequiis igitur solenni more celebratis; tot miracula ad hujus Beati invocationem coruscarunt, B ut haud facile sit illa sigillatim recensere: siquidem harum rerum fama, celebritasque nominis B. Theobaldi nequaquam intra viciniora loca sese continuit; sed in circumstantem omnem regionem, ac etiam longius manavit. *b* Verum, ne numerando singula prolixiores simus, neve copia ipsa nos pauperes effecisse videatur, defunctorum, ad ipsius invocationem vitæ redditorum, mentionem dumtaxat faciemus; ut ex eorum numero, quod hoc miraculorum genus omnium maximum habeatur, nec ita frequenter aliorum Sanctorum meritis factum legatur, ceterorum miraculorum frequentia facile conjici possit: hoc tamen prænotato, ex eleemosynis, ab invisentibus hujus Beati sepulcrum oblatis, intra breve tempus ædificatam turrim campanariam, fornices Cathedralis, et Hospitale in egenorum gratiam. Itemque in Burgundia in ejus honorem excitatam ecclesiam, ratione hic subjicienda.

sed in monumento marmoreo,

b claret miraculis

9 Nonnullis a morte S. Theobaldi decursis annis, æditui Ecclesiæ S. Laurentii attributus fuit in socium quidam Clericus Gallus: qui temporis opportunitate captata, B. Theobaldi sepulcro clam reserato, ex ipsius corpore detractam costam, in capsula ad id comparata reposuit: et Alba discedens, versus Galliam iter arripuit. Cum vero Burgundiam ingressus esset, vitæ laborem quiete ac somno C levaturus procubuit, capsulamque ipsam lateri devote apteque admovit. Ubi vero evigilavit, et institutum iter prosecuturus, capsulam e terra levare voluit; tanti ponderis divina prorsus virtute illam sensit, ut nec movere eam quacumque ratione posset. Quid igitur faceret? Abscedere sine illa nequaquam volebat; loco ab hominum habitatione remoto se diu non posse consistere, optime intelligebat. Inops igitur consilii, ipsoque miraculo perterrefactus, veniam opemque ab ipsomet B. Theobaldo, cujus sepulcrum violaverat, lacrymans et ejulans efflagitare occepit. Forte autem evenit, ut Archiepiscopus *d* ejus regionis illac iter haberet. Hic cum Clericum flentem ac ejulantem conspexisset; quidnam causæ esset illum interrogavit: isque quomodo res se haberet ex ordine exposuit. Ad quæ Archiepiscopus permotus, ex equo descendit, capsulamque ipsam sustollere nititur. Verum omni conatu in irritum cedente; id divinitus factum existimat; quo hujus Sancti memoria in illis etiam regionibus recoleretur. Quamobrem ipsomet loco ecclesiam, et apud ecclesiam nobile monasterium excitari curavit.: quæ utraque ad hanc diem in felici perseverarunt statu.

Costa furto in Burgundiam delata, moveri nequit:

d ideoque ibi ecclesia struitur.

Sed jam ad enarranda miracula veniamus, ab eo D quod in ipsamet Burgundia accidit incipiendo.

10 Apud Vesontium in Æduis, adolescens, decem et octo annos agens, patrique, utpote unicus filius, unice carus, eo absente morte correptus, ac jam in linteo ad sepulcrum deferendus, inter nænias decantantes jacebat. Quod cum patri nuntiatum fuisset, hicque simul in mentem venissent, quæ de miraculis, B. Theobaldi meritis a Deo patratis ferebantur; summa cum fide, et lacrymarum vi, ad ipsum Beatum conversus, votum vovit, si ad vitam adolescens revocaretur, se illum Albam ducturum, ante ipsius sepulchrum gratias acturum. Ad hoc votum reddita statim defuncto vita, maximo cum omnium stupore. Et pater, voti memor, gratias pro beneficio relaturus, Albam venit; secum deferens publicum documentum a septem juratis testibus subscriptum: quo de re plena fides fiebat. Et filius, ubi ecclesia, in qua jacebat Beati corpus, illi ostensa fuit, genua submisit; linteum, quo fuerat obvolutus, secum delatum, capiti imposuit, ac ita ad illius sepulcrum cum patre accessit; ad tam pium spectaculum commotis qui aderant, et omnibus simul laudes Deo concinentibus, [ipsumque linteum devote osculantibus: sicut etiam E fecit Fr. Aubertus, Conversus et Massarius ipsius sancti; testificans, se et alios plures quam mille, vidisse dictum juvenem, et linteum quod ferebat præ devotione osculatos esse, idque anno MCCC.] *e*

Ibidem mortuus suscitatur:

11 Apud Rhodellum, castrum haud longe ab Alba situm, mulier quædam suo puerulo integrum tradiderat panem; ex quo cum ille frustum majus quam œsophagi latitudo ferret, deglutire occepisset; in ipso œsophago illud ita hæsit, ut nec pervadere ad stomachum, nec rejici quoquo modo posset. Cui malo cum nullo omnino remedio occurri posset, et puer pro mortuo jam haberetur; conversa mater ad B. Theobaldum, ut filio subveniret, illum deprecatur: statimque puer, rejecto frusto, omni periculo eximitur. [Et hoc in dicto castello accidit anno MCCXXVII.]

e alius a periculo mortis liberatur.

12 Apud castrum *f* Aynaldum, Diœcesis ac ditionis Astensis ecclesiæ, duo viri specum quemdam ingressi, subsequente eos puella, terram in ea fodere et egerere pergebant; cum ex superiori specus parte terrea moles excisa ac delapsa, viros simul cum puella longe superans, omnes intercluso halitu vita privavit. Vulgata per locum hujus rei fama, inter ceteros accurrit mater puellæ: et ubi cum viris terrea illa massa contectam filiam intellexit, ad B. Theobaldum conversa, vovit, se cum filia al- F tare ipsius visitaturam, si illam sibi vivam incolumemque redderet. Mirum dictu. Egesta sensim terra, duo viri mortui efferuntur; puella vero viva et illæsa deprehenditur: [idque anno MCCCXIX.]

f puella sub ruinis servatur.

13 Anno millesimo trecentesimo trigesimo, die prima Junii, *g* Gulhelmus quidam ex Alexina conjuge filium susceperat, Martinum nomine; qui adversa extremaque laborans ægritudine, parentibus vitæque simul subtrahitur. Qua orbitate percussi illi, puerum ipsum se delaturos ad B. Theobaldi tumulum spondent, si visum illum, ipsius meritis, reciperent. Annuit Deus illorum votis; puerumque ad vitam revocavit. Quem idem parentes, ubi primum per bellorum tumultus licuit, ante Beati sepulcrum sistentes, coram [D. Job Archipresbytero et D. Francisco Raggio Canonico dictæ ecclesiæ] pluribusque et Clero et Civibus, illum et mortuum, et suscitatum suo juramento affirmarunt, [ac nominatim Joannes Cavalerius, Petrus de Ancisa, atque Jacobus Faucilla.] *h*

g Anno 1330 mortuus suscitatur.

h

ANNOTATA

A

ANNOTATA D. P.

a *Per errorem unius cyfræ notatur apud Ughellum ex Ferrario annus* 1250 *: sed et in Italico textu mendum irrepsit, impressusque legitur annus* 1550.

b *Malabaylæ solius verba hæc sunt. Passonus ipse hoc Caput sic prosequitur :* Grandia certe fuerunt dona et eleemosynæ, in honorem Sancti collata a populo undique concurrente ; adeo et ex iis, per Dei inspirationem, intra prædictam civitatem facta fuerint quatuor insignia opera : primum ecclesia ipsa, tum campanile, deinde fornices Cathedralis ac denique Hospitale pauperum. Atque hæc ita ordinata fuisse videntur, ut per ædificationem ecclesiæ, cui alia duo ædificia connectuntur, demonstraretur ipse Albensibus futurus pacis mutuæque unionis conservator ; per campanilis erectionem, civitatis defensor ; per fornices Cathedrali inductos, consiliarius opportunus ; et denique per Hospitalis fundationem, procurator pauperum, velut heredum a se relictorum. *Hæc Passonus : qui mox aggreditur narrare miracula,* aliquanto post mortem *(ut ait)* tempore, *puta intra* B *paucos menses,* undique cœpta annuntiari. *Primum autem quod Notarialiter exceptum fuit, signatur numero anni* 1250. *Tum demum sequitur, quod, priori omisso, hic Latine exhibet Malabayla.*

c *Ferrarius, in Annotatione ad elogium supra indicatum, arbitratur hoc et sequenti numero relata,* perperam huic Beato attribui, *sed* congruere S. Theobaldo Eremitæ et Abbati, *quem ipse retulit ad Kalendas Junii, non absque magna rerum confusione. Nos hujus* S. Theobaldi Eremitæ *varia acta et miracula prælo paravimus danda ad* XXX *Junii, diem ejus natalem : in quibus nihil de mortuo apud Vesontionem suscitato reperimus : proinde putamus dubium posse relinqui utrius* Theobaldi *cultus in Burgundia prior ac potior sit : etsi istic nunc ignoretur Albensis, confusus cum altero, per Gallias reliquas celebriori.*

d *Passonus solum ait,* Quidam Archiepiscopus *: sed Vesontionensem fuisse merito interpretatur Malabayla : quis enim alius loco isto ecclesiam et monasterium struxisset ?*

e *Pauca hæc, sed ad Ferrarii dubitationem tollendam perquam necessaria, omiserat Malabayla ; uti et deinceps aliqua, quæ similiter ex Italico restituemus : eademqae opera palam faciemus, verum esse quod dicitur ;* Compendia, dispendia.

f *Italice,* Castellinando, *exprimitur.*

C g *In Italico est* dies 3 Junii.

h *Quod sequitur Caput continet miracula prætermissa a Malabayla, quæ hic immediate ex Italico reddimus.*

CAPUT III.

Alia miracula, intra annos fere ducentos, ab obitu Sancti patrata.

Captivus a carcere liberatur.

Aliquanto tempore post mortem B. Theobaldi, cœperunt ex omni parte audiri miracula, quibus magis magisque inclarescebat ejus fama : ut sanctitas, quam vivens manifestaverat, infinitas animas adducendo in viam virtutis, etiam hic in terris manifestaretur post mortem. Inter alia singulariter adnotatum est, quod tempore Archipresbyteri Jacobi accidit, qui tamquam oculorum testis veritati perhibuit testimonium. Vir quidam, in die Parasceves hæbdomadæ sanctæ, præparabat sese ut instans Pascha cum sua familia hilariter celebraret : sed ipso sabbato comprehensus injuste, atque in obscurum carcerem detrusus est. Hic intra se considerans eminentiam festi, suæque familiæ mœstitiam vovit S. Theobaldo, quod si dimissus a custodia, D diem istum cum familia posset devote celebrare, suas ipse compedes portaret ad locum sepulturæ illius. Voto autem facto, miraculose liberatus est a carcere isto, suasque illuc compedes attulit. Qua de re prædictus Archipresbyter, homini ipsi locutus atque de cunctis quæ acciderant optime instructus, confecit publicum testimonium anno MCCL.

EX ITAL. PASSONI.

item altus.

15 Quidam Jacobus Ferrarius, ex loco Calociofu abductus in vincula, ab incolis Castelli Cissonis in diœcesi Albensi, invicem cujusdam rei, istic detenti, tenebatur intra vas ligneum tabulis coopertum, appositis ad diurnam nocturnamque custodiam duobus ut minimum aut tribus hominibus. Hic sciens quanta sit Dei et sanctorum ejus misericordia, iis sese ex intimo cordis affectu commendavit, auxilium poscens. Cumque non exaudiretur, recordatus B. Theobaldi, maxima cum devotione poposcit ejus opem ; promittens, quod si ex illa custodia liberaretur, ad ejus altare visitandum veniret cum compedibus quibus tenebatur adstrictus, et face cerea ad mensuram longitudinis suæ. Contigit ergo, cum prædicti custodes pransum recessissent, et sua in prece perseveraret compeditus ; ipsum absque violentia vel instrumento E quopiam educere pedem unum de ferro. Quod sentiens, metuensque ne strepitu ferri proderetur, ipsum alligavit alteri pedi ; itaque aufugiens, factum coram multis declaravit anno MCCCXXVII, die XVI Junii.

sanatur male affectum brachium

16 Alio tempore contigit ut quidam Henricus Tuglarinus nomine ex Agliano diœcesis Papiensis, prope Astam, circa festum S. Martini proxime præteriti, gravissimum patiebatur cruciatum in brachio, ita ut nullatenus posset illo se juvare. Hic facto voto, quod si intra istum et sequentem diem sanaretur, cum face accederet Albam ad visitandum ejus altare; subito liberum se sensit ab omni cruciatu. Idem vehementer patiens ex oculis, quibus jam admodum parum aut nihil videbat, fecit votum de visitando altari cum certo numero candelarum atque facum : et intra brevissimum tempus recuperavit ex integro videndi facultatem : atque eodem die votum suum adimplens, prædicta enarravit, anno Domini MCCCXXVIII, die III Februarii.

item oculi debiles :

impetratur proles mascula :

17 Anno MCCCXXXI die XIX Aprilis, in claustro S. Laurentii Albæ, volens D. Faciottus Mussus ex plebe Lezii diœcesis Albingaunensis, coram D. Francisco Baggio Canonico ipsius ecclesiæ, ad honorem et gloriam Dei Sanctique Theobaldi, mani- F festare in societate Richinæ uxoris suæ, miraculum et gratiam divinitus receptam per merita supradicti sui Beati ; dixit et juramento suo affirmavit, coram testibus præsentibus D. Archipresbytero ecclesiæ, et Tuebaldo de Zopis, adm. Rev. Petro Vaccone, aliisque multis, quod liberis carerent, eosque se impetraturam speraret uxor sua, si votum S. Theobaldo fecisset ; vovit, quod si prolis masculæ gratiam sibi faceret, positura ei esset nomen Theobaldi ; eamque ipsa vel maritus suus Albam adduceret ad ejus altare visitandum, ibique curaret celebrandam Missam cum oblatione certæ eleemosynæ. Quod cum exequeretur, etiam addidit, se votum ejuscemodi fecisse, persuasam a D. Alegrantia, uxore quondam Friderici Nigri, in prædicto loco habitantis, quæ sibi dixerat ; quod cum solum haberet filias, facto simili voto duos pepererit filios, quorum unum appellaverit Theobaldum, alterum Jacobum : quos ipsa Richina vidisse se et cognovisse affirmabat, atque etiam tum vivere unum ex iis Jacobum : et hunc esse adventus sui causam affirmabant ambo conjuges ; excusantes quod, propter impedimenta bellorum, prius venire Albam non potuerint.

18 Invenitur etiam quod anno MCCCXXXVI, quidam nuncupatus Guilielmus Vitiola, ex Delfinatu, affirmavit

EX LAT. P SSONI

A mavit cum juramento, coram D. Raimundo Raphaele Vicario D. Episcopi Vintemiliensis, quod cum unico suo filio Mentonem veniens a Castello Capistelli, simul ambo capti fuerint a quibusdam ferocibus grassatoribus : qui postposito Dei timore et animarum suarum salute, filium in conspectu patris crudeliter jugularunt ; ipsum autem inhumaniter verberatum ligarunt, concluseruntque intra obscurissimam quamdam speluncam, inde per nocturna silentia alio abducendum. Hic ergo considerans quanto in periculo versabatur, toto cordis affectu commendavit se S. Theobaldo ; promittens quod si per ejus intercessionem a tali discrimine salvus evaderet, septem continuis annis peregrinabundus oberraret, ubique et semper manifestando, ad ejus honorem et gloriam, hujuscemodi miraculum. Ecce autem contigit venatores Comitis Gorbiani, aprum insequi ; qui mox atque speluncam attigit, ubi vir iste ligatus tenebatur, divina dispositione et meritis B. Theobaldi conversus in mansuetudinem, ad illius pedes sese prostravit. Cumque etiam venatores illuc pervenissent, nec auderent propter obscuritatem loci speluncam ingredi, in qua nesciebant hominem ligatum teneri : ipse eos audiens, contenta voce

salvatur necandus a latronibus,

B cœpit clamare : Intrate, Domini mei, intrate securi, quia hodie Deus miranda operatus est per merita B. Theobaldi, ut sanctitas sua omnibus mundi partibus manifestaretur. Tali voce animati venatores intraverunt, inveneruntque ligatum hominem et aprum jacentem ante pedes ejus ; et hunc quidem ceperunt absque violentia : istum vero interrogaverunt, quomodo illuc inductus itaque alligatus esset. Audito deinde eo quod acciderat, solutum vinculis dimiserunt liberum ; latrones autem insecuti, unum ex iis apprehenderunt occideruntque. Ut autem magis confirmaretur devotio erga B. Theobaldum, prædicta omnia fuerunt authentice descripta coram prædicto Vicario.

ex obscura in quam erat detrusus spelunca.

19 Anno Domini MCCCXXXVI Indictione * IV, die XVIII Septembris, præsentibus in claustro S. Laurentii civitatis Albensis D. Martino Hassa Presbytero dictæ ecclesiæ, Auberto Bovulo, et Bergerono Tabernario ; Joannes Cerrutus. filius Manfredi Cerruti de Pauca-palea, affirmavit cum juramento, Dominis Jacobo ecclesiæ Archipresbytero et Cralevineo ejusdem ecclesiæ Archidiacono, quod cum se contulisset ad trituram faciendam in quamdam

* male XV.

Diro carcere clausus

C aream prope Lombriascum, cœperint inter se verbis contendere Angerius Coia de Cherasco et Jacomellus Porta de Pauca palea. Cumque prædicti Castelli Dominus prædictum Angerium vellet captivum abducere, spopondit pro eo ipse Joannes in sex libras Viennenses. Angerium deinde fuga elapsum intelligens Lombriasci Toparcha, ipsummet Joannem comprehendi fecit, ferreisque compedibus constrictum habuit in carcere. Qui se eo redactum videns, Deo sanctoque Theobaldo vovit, quod si per ejus merita ab ejusmodi carcere liberaretur, compedes ipsas ferret ad ejus altare. Hoc autem voto facto, nocte sequenti mirabiliter egressus est e custodia, transiens appositam sibi custodiam geminam atque sex canes, per muros excelsos fossasque limosas ; itaque in Paucam-paleam venit, portans prædictas compedes, et quæ sibi acciderant sub juramenti fide enarrans.

mirabiliter evadit

20 In nomine Domini et gloriosæ matris suæ, sanctique Laurentii et B. Theobaldi, nec non totius Curiæ cœlestis, registratum fuit sequens miraculum in civitate Alba, in ecclesia S. Laurentii, anno MCCCLIV Indictione VII, die IX Junii, coram infrascriptis testibus, Presbytero Alexandro Benevelli Capellano d. ecclesiæ, Antonio Berruto, Nicolino Mazabarra, Jacobo Baudino, Manfredino Businо, Daniele Ferrero, civibus Albensibus, et aliis D pluribus testibus advocatis. Coram quibus Arnulphus Albi, filius qu. Petri Albi de Bastia-nova, cum Bermunda uxore d. Petri diœcesis Papiensis, juratus affirmavit, in præsentia D. Guilhelmi Gassa Archipresbyteri d. ecclesiæ, et tantæ multitudinis virorum atque mulierum, in prædicta ecclesia congregatæ, volens publicare et palam manifestare miraculum et gratiam, sibi divinitus factam per merita B. Theobaldi. Dixit autem et confessus est, quod cum existens adhuc puer, tam gravi infirmitate detinebatur, ut septem continuis diebus loqui non posset. Venit interim ad Bermundam, matrem ipsius Arnulfi quædam mulier, nomine Asturga de Alba, suadens ut filium suum commendaret S. Theobaldo, allegansque miraculum aliud, quod B. Theobaldus fecerat, his fere verbis : Filius Gerardi Martini, vicini nostri, eadem qua nunc filius tuus Arnulfus, laborabat infirmitate, seque commendavit B. Theobaldo cum voto visitandi Albæ ejus sanctum altare : pater vero ejus Gerardus insuper obligavit quamdam portionem terræ arboribus consitam. Et ille quidem subito sanatus est, inquit ; sed cum terminum adimplendi voti transire permisisset filius Gerardi, neque Albam se conferret ; omnes prædictæ terræ arbores E nocte una subito exaruerunt, nec una quidem planta viridi remanente.

Pueri moribundi mater,

audita curatione alterius

21 Hæc audiens Bermunda mater d. Arnulfi dixit, quod nollet eum in finem obligare arbores, sed potius maritum suum patre inque ipsius Arnulfi et quemdam hujus fratrem, pollicens Deo et S. Theobaldo, quod si filius suus liberaretur ab ista infirmitate, volebat eum post exactum annum unum deducere Albam, ad visitandum ejus sanctum altare atque sepulcrum. Quibus dictis votoque per matrem facto, cœpit loqui Arnulfus, atque dicere hæc verba : O mater, perquam difficulter fieri poterit, ut ego adhuc parvulus visitem istud sanctum altare : verumtamen post annos quinque eo ibimus. Stupebant quotquot præsentes aderant, cum scirent certo d. Arnulfum tot jam diebus fuisse privatum loquela : nunc autem et sanum videntes et loquentem audientes ; dabant gloriam Deo et B. Theobaldo. Postquam vero Arnulfus annorum duodecim ætatem attigit, venit Albam comitatus quodam Arenoso Restagno, visitavitque altare B. Theobaldi. Sed quia erat juvenis, non præcise implevit quantum præmiserat, citiusque recessit. Itaque paulo ante præteritam mortalitatem recidit in F eamdem infirmitatem, rursumque septem continuis diebus loquela destitutus mansit. Tum vero recordatus gratiæ, olim a Deo receptæ meritis B. Theobaldi, denuo se ipsi commendavit, promittens venire Albam ad visitandum ejus beatum corpus : et subito liberatus fuit, atque Albam venit impleturus votum : quæ omnia ipse Arnulfus juravit super sancta Evangelia.

voto facto recuperat filio loquelam,

quam idem grandior iterum simili voto recipit.

22 Anno Domini MCCCLIV, Indictione VII, die X Junii, in ecclesia S. Laurentii Albæ, coram altari B. Theobaldi, comparens Petrus Tenascus de Morra, dixit, et tactis sacrorum Evangeliorum scripturis cum juramento confessus est, in præsentia D. Garavagni Mavenasci Archidiaconi d. ecclesiæ, et Capellanorum Alexandri Benevelli et Stephani de Nuce, necnon Theobaldi Maleti, Joannis Gerrini et Joannis Ferreri, civium Albensium ; quod tanta correptus infirmitate, ut se neque manibus neque pedibus posset juvare, ideoque cogeretur manere in lecto, in quo jacuerat jam inde a Dominica Carnisprivii usque ad IX Junii ; volens inde liberari, fecit ad se vocari Mag. Bertrammum de Monte-viridi. Adfuit hic statim cum nonnullis ipsius Petri amicis, quibuscum definivit, quod infirmus adduceretur sibi Albam. Ergo mox atque Morra discessit Bertrammus cum sociis

Toto corpore paralyticus sanatur.

A sociis, idem Petrus votum fecit Deo atque B. Theobaldo, quod si ab illa infirmitate evaderet, iret visitatum sanctum ejus altare et sepulcrum: idque tanto cum spiritus ardore vovit, ut vehemens ei supervenerit sudor, quo durante manuum ac pedum juncturæ crepitum ediderunt, ac si violenter distractæ ab aliquo fuissent; duranteque adhuc eodem sudore indormivit Petrus; et postquam evigilavit, ab omni malo liberatum se sensit, meritis B. Theobaldi.

CAPUT IV.

Inventio corporis et mortui post eam suscitati.

a Jam *a* ducenti et septuaginta novem, ab obitu et sepultura B. Theobaldi, decurrerant anni; et, licet pro certo haberetur, ipsius corpus in sacello eidem dicato humatum existere, ipsa tamen temporum diuturnitas, frequensque mutatio ecclesiæ inservientium, quin etiam ipsa rerum humanarum vicissitudo, locum quo proprie conditum esset marmoreum illud sarcophagum, oblivione contriverat. Quæ res cum sensim antiquam erga hunc Sanctum devotionem

B non parum indies imminuisset; placuit illi, qui, cujus meriti apud ipsum hujus Sancti caritas et humilitas ac ceteræ virtutes essent, tot miraculis olim significarat, ut istudmet corpus innotesceret: indeque efficacius ad ipsarum Reliquiarum venerationem, et ad ipsius Sancti viri exempla sequenda, fideles quique novis miraculis invitarentur. Hæc

b itaque cura cum *b* Alarinum Albensem tunc Epi-

Anno 1429. 31 Januarii scopum aliquandiu sollicitasset, ea tandem se liberare sequenti ratione decrevit. Anno millesimo quadringentesimo vigesimo nono, ultima die Januarii, quarta hora noctis, adhibitis secum Gilio Vitia, Albensi cive, Cathedralis Archidiacono; Antonio Bernardi, Apuano Præposito; Stephano Rubeo,

Inventio corporis: campanæ ultro sonant: Diacono ac Canonico; nec non Joanne Ribaudo, patruo; ac Thoma Ribaudo, ipsius Episcopi fratre, aliisque e præcipuis civibus, adivit S. Laurentii ecclesiam; ingressusque S. Theobaldi sacellum, præmissa oratione, jussit refodi terram, eo loco, quo traditio etiamsi incerta ferebat, fuisse humatum S. Theobaldi corpus. Haud alte vero egesta terra, apparuit marmorea capsa; et ejus operculo remoto, ipsius Sancti corpus. Quo ipso temporis momento, innovato priori miraculo, quo sancti viri obitum Deus denuntiarat, campanæ omnes civitatis, nullo mortalium eas trahente, sonitum edere cœperunt.

C Eo vero civium auribus completis, attoniti ad ecclesiam Cathedralem omnes accurrunt. Cumque inventum detectumque S. Theobaldi corpus cognovissent; certatim omnes, cum Episcopo et Clero, immensis laudibus Deum pro accepto munere glorificarunt. Quin etiam in Sancti patrocinio exinde veluti postliminio excitata fiducia, prior etiam mira-

miracula innovantur culorum frequentia fuit innovata *c*: [quemadmodum

c ex designatione temporis, quo rursum nonnulli mortui (aliis miraculis ratione jam allata prætermissis) suscitati post hanc inventionem leguntur, apparebit.]

24 Anno millesimo quadringentesimo vigesimo nono, eo ipso tempore, quo Alarinus Episcopus,

quadrimus extinctus S. Theobaldi corpore invento, ut illud decentius et tutius custodiretur, novum locum ad ipsius sarcophagum collocandum parari curabat; accidit, ut Catalani Falleti ex Dominis Burginali quadrimus filius, posteaquam idem ejus pater, itemque Parochus pro more, ultimum spiritum trahentem Crucis signo munivissent, animam exhalaret. Qua ex re ipse pater summo dolore percitus, ipsius menti occurrentibus miraculis, quæ Deus ad S. Theobaldi invocationem operabatur, genua flectit, et lacrymis perfusus, votum orationemque in hæc ipsa verba emisit: O Beate Theobalde, o Beate Theobalde, D

qui tot miracula in mundo facis, subveni quæso *EX ITAL. PASSONI*

mihi famulo tuo, ita ut quod a te minime vereor petere, tuis meritis consequi merear. Nimirum ut hic meus filius, quem modo expirare conspexi, per tuam intercessionem vitæ sanitatique restituatur: quod quidem si obtinere dignus fuero, integro anno oleum in sustentationem lampadis, quæ in tuo sacello super tuum sepulcrum accensa perseverat, erogabo. *per votum patris de oleo lampadi afferendo,* Hoc voto nuncupato, ad locum, ubi puerum defunctum reliquerat, et unde ad sepulcrum erat jam jam deferendus, rediit: et ex ipsius conspectu ingravescente dolore, gemens ac lacrymans, super illum projecit se. Cumque inter ipsos gemitus oculos in defuncti faciem identidem defigeret, se- *reviviscit*

mel tandem animadvertit puerum movere palpebras; tum oculos dulcem in modum aperire, moxque suspirium emittere, acsi e terræ sinu vitæ spiraculum tum excepisset. Hæc igitur videns, qua lætitia res ipsa exigebat gratias egit; deinde Albam petens, easdem ante sepulcrum Beati repetiturus, Alarino Episcopo, prædicto operi insistenti, hæc omnia, adstantibus [ipso Domino Episcopo], Canonicis, aliisque pluribus [quos longum esset nomi- E

nare singulos] enarravit: votumque suum studiose persolvit.

25 Apud Malianum, castrum item et diœcesis et ditionis Astensis Ecclesiæ, Lorenzina ex Dominis *Resuscitantur, alius quadrimus* Montisboni exorta, uxorque quondam Manuelis Alferii Maliani Condomini, posthumum ediderat filium, (patris nomine ut assolet in posthumis) Manuelem appellatum. Hic cum quartum jam attigisset annum, gravi febri corripitur, omnique remedio incassum adhibito, morti debitum solvit. Id cernens mater, tota lacrymis perfusa, in genua concidens, hæc verba effatur: O Beate Theobalde, qui te adeo celebrem mundo miraculis exhibes, teque invocantibus benignum præstas; adjuva me miseram servam tuam, inter infelicissimas quasque matres merito recensendam, quod hoc unico filio me mors orbavit. Unde, o Beate Theobalde, te exoro, ut precibus tuis vitæ reddatur hic meus filius: promittoque ubi resuscitetur, illum propriis brachiis deferre, quousque super sepulturam tuam illum deponam, o Beate Theobalde, sub tua custodia commoraturum, ac in pietate omni cura instituendum. Mirabile dictu! Voto emisso, a morte ad vitam ac ad sanitatem rediit puer. Et mater, eum vivum et incolumem cernens, lætitia gestiens, in humeros

F sustulit, et e vestigio Albam pedes contendens, ingressaque sacellum B. Theobaldi, super altari deposuit; eoque Sancto Theobaldo oblato ac commendato, rem uti se habuerat [adm. Rev. D. Archidiacono et D. Archipresbytero, et] multis qui convenerant enarravit, quæ publicis monumentis fuit consignata. *d* d

26 Anno millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, decima Februarii, in ipsa Albensi urbe, Jacobo Vero, Albensi cive, lectulo cum uxore Cortesina, et eorum puellula Florina, decumbente; Cor- *et anno 1435 puellula,*

tesina mater nocte intempesta ipsam puellulam aliqua ratione afflictari sensit. Surgens igitur, accensoque et admoto lumine, gravi morbo eam laborare deprehendit. Excitat itaque non maritum modo, sed duas alias mulieres, quæ in eodem cubiculo quiescebant. Qui omnes, cum præter alia ingravescentis morbi signa, lac sugere infans recusaret, reliquam noctis partem illius curæ intenti transegerunt. Ubi vero illuxit dies, frigidam, et animam exhalantem signo Crucis pro more communiunt. At pater, inter feminarum ejulatus in mentem revocans miracula, quæ identidem de B. Theobaldo aliunde ferebantur, ad hunc conversus; vovit se, si filia vitæ

EX ITAL. PASSONI,

A vitæ redderetur, oblaturum ad ipsius sepulcrum ceream statuam, et forma, et magnitudine ipsam puellam referentem. Quæ cum usque ad eamdem intempestam noctis horam, qua morbo correpta fuerat, frigida, immobilis, et exanimis, uti apparebat, jacuisset; ea ipsa hora repente suspiria emittit, oculos aperit; et statim uberibus admota, lac suxit; et nedum vivens, sed omnino incolumis extitit: quemadmodum Jacobus ipse, ad sepulcrum B. Theobaldi accedens, præstito in manibus [adm. Rev. Stephani Rubei Præpositi ecclesiæ Cathedralis, coram Augerio Rapano, Vincentio et Thoma Fratribus Ruffinis, atque Guilielmo Clerico de Rocca] idoneis testibus, sacramento affirmavit.

e ac puer quinquennis,

27 Anno eodem, die secunda Junii, [in quem diem ipsius Sancti festum isto anno cadebat] *e* Guilielmus Zavaterus quinquennis puer, gravi febre correptus et afflictatus, e vita tandem demigravit. Id ubi Georgius illius pater materque Beatrixina, nec non Georgii parentes Odinus et Violanda, conspexere; eodem pariter instincti spiritu, ad B. Theobaldum conversi [sunt. Singulariter autem Beatrixina defuncti mater et uxor Odini Violanta, votum B nuncupant, si vivus ac sanus redderetur eis puer, ceream imaginem, ejus magnitudinem ac pondus exæquantem, ad illius sepulcrum delaturos. Cumque inde Odino abscedente, ad aliorum comploratum concursu vicinorum facto, rumor percrebresceret; Odinus ipse eo rediit, ut clamitantes feminas compesceret; quod et præstitit, feliciori sane ratione. Nam ubi in puerum oculos defixit, ipsum caput movere, manumque ad faciem attollere conspicit: et alta suspiria, veluti ex profunda abysso emittere audit: quocirca ut finem lacrymis imponant jubet, quandoquidem puer a morte apparebat revocatus. [Hæc audiens Beatrixina, et filium vivum intuens, Deo atque B. Theobaldo gratias plurimas egit, votumque a se factum Odino indicavit]: statimque apparuit pristinæ sanitati puer redditus, et quamprimum voto se exolventes, rei gestæ amplissimum testimonium, in acta redactum, præbuerunt] coram adm. Rev. Presbytero Salomone de Grincis Archipresbytero, Stephano Rubeo Præposito, Thoma de Regibus, et Bassiano de Lauda Canonico. *f*

f altus unius mensis

28 In eadem Albensi urbe anno eodem, Stephanus Barberius e Bertina uxore filium sustulerat: qui cum, altero ab ortu vix exacto mense, quieti traditus esset die tertia Martii, circa horam quartam noctis vociferari longe altius, quam pro ætate C cœpit. Ad quam vociferationem excitati parentes, consurgunt; infantemque jam intermortuum ad ignem deferunt: ubi inspectantibus eisdem parentibus, aliisque qui ad eorum clamores convenerant, idem infans extremum efflavit spiritum. Unde supremo dolore perculsa mater, simulque in memoria repetens ea, quæ hujus generis de B. Theobaldo ferebantur miracula; spe concepta, cum gemitu et devotione ad illum conversa, ita illum affatur. O B. Theobalde, si hunc meum filium mortuum, vivum sanumque recepero, illum primo mane ad sepulcrum tuum deferam, rem omnibus patefaciam, vigiliamque tui festi quandiu vixero jejunabo. Emisso a matre et a circumstantibus comprobato voto, puer statim vivus et ita sanus apparuit, ac si numquam morbo aliquo laborasset: [et mane sequenti in capella B. Theobaldi præsentatus fuit, ipsique commendatus: et Stephanus atque Bertina præsentes miraculo, nec non Bernardus Berecottus, aliique ex adstantibus, omnia sicut dictum est acta fuisse juraverunt: Evangelia tangente Stephano in manibus Dominici Galliani Notarii, instrumentum conficientis, rogatu ipsius Stephani, coram adm. Rev. Thoma de Regibus et Salomone Archipresbytero atque Canonico majore Cathedralis Albensis, D et magna populi multitudine, die VI Martii MCCCCXXXVI.]

g et adolescens 14 annorum.

29 Apud Podium Varinum, *g* Poerinum vulgo dictum [diœcesis Taurinensis, mulier quædam Richa nomine, uxor Bartholomæi de Scavaronis, professa est et tactis corporaliter Scripturis juravit, in manibus Dominici Galliani Notarii, coram adm. Rev. Salomone de Grincis Archipresbytero, Stephano Rubeo Præposito, Presbytero Bassiano de Comitibus Palatinis de Laude, Canonico majore Cathedralis Albensis, in sacristia præd. ecclesiæ S. Laurentii; quomodo anno MCCCCXXXV, circa festum S. Michaelis, quidam suus filius] Joannes, quatuordecim annos natus puer, totis octo diebus febri vehementi exagitatus, omni cibo potuque abstinuerat, nullum penitus cognoverat, nullum omnino verbum protulerat, et nono tandem die ex hac vita ad aliam transitum fecerat. Quod cum ipsius parentes Bartholomæus Scavaronus, et Richa perspexissent, funeri necessaria jam parabant, libitinarioque linteo cadaver involverant; cum superveniens quædam ex vicinioribus mulieribus eorum commater, ad Richam conversa, spem illi fecit, si E B. Theobaldum invocaret, ejus meritis filium resurrecturum. Unde illa vovit, si vivum sanumque filium reciperet, eum se ad ipsius sacellum deducturam, integramque noctem ibi pervigilem traducturam, et tantum salis quantum filius ipse penderet oblaturam. Mira res! His ab ea vix prolatis, emittit puer alta suspiria, ac si e profundo excitaretur somno: et intra breve spatium sanitati plenæ restitutus, Albam a matre votum persolutura deducitur, die vigesima quinta Aprilis, anno millesimo quadringentesimo trigesimo sexto. Ubi, excipiente Notario, publice coram pluribus hæc omnia deposuit.

ANNOTATA D. P.

a Solum centum septuaginta novem *anni sunt apud illos, qui anno* 1250 *mortuum scribunt, consequenter errantes.*

b Alarinus Rambardus, *vir sanctitate illustris, administravit dictam Ecclesiam annis* 37, *ab anno* 1419 *usque ad* 1456, *quo obiit* 21 *Julii.*

c *Verba sequentia Malabaylæ sunt, cujus paralipomena mox supplebimus: nam quod hic sequitur, secundum dumtaxat in Italico est.*

F

d *Hoc vero inter impressa est quartum: et quod mox sequitur, ibi est nonum.*

e *Latinum numerum* binarium 11, *pro zyfra* II *qua significantur* undecim, *Passonus sumpsit, eumque secutus Malabayla: sed secundam diem notandam esse, probat Pascha anni* 1435, *celebratum* 17 *Aprilis, ut Ascensio inciderit in* 26 *Maji, ejusque Octava in* 2, *non* 11, *Junii.*

f *Quod sequitur habet ante se in Italico contextu alia quinque miracula, hic omissa.*

g *Impressum Italicum,* Poggio-Marino.

CAPUT V.

Alia miracula, inventionem secuta.

Succurritur periclitanti puerperæ,

Tribus post inventionem glorios S. Theobaldii diebus elapsis, acerbissimis partus doloribus urgebatur uxor Gerardi, ab Alexandria quidem cognominati, civis tamen Albensis, sicut et illa; neque poterat quidquam cibi aut potus sumere: quapropter mulieres circumstantes cœperunt de ejus vita desperare, scientes ipsam toto biduo gustavisse nihil. Instabant ergo primum quidem precibus blanditiisque

A blanditiisque, deinde etiam acerbioribus ac minacibus verbis, ut sumeret aliquid: sed frustra omnia. Quo viso, nec aliam producendæ vitæ spem videntes superesse, converterunt se ad B. Theobaldum precibus invocandum. Aderat inter alias illuc vocata D. Joannina de Marchionibus Incisæ, uxor D. Borghini Cevati: quæ recordata, quod cum corpus B. Theobaldi inveniretur, fecisset ei pro sua devotione quasdam reculas suas admoveri, dixit adstantibus; Si vobis videtur, faciam huc adferri quædam, ante biduum admota corpori B. Theobaldi: quo reverenter atque devote invocato, si illa applicentur ventri mulieris hujus, credo equidem per illius merita mox liberandam; atque hoc tanto mihi videtur convenientius, quanto aliunde minor spes vitæ apparet, cum illa jam tertium diem jejuna maneat, incipiatque alienari a sensibus. Suggestionem probare omnes, orareque ut statim executioni propositum mandaretur, priusquam mori misellam contingeret. Mox autem atque allata sunt quæ Joannina dixerat, et parturientis ventri admota; sine sensu doloris (sicut ipsa affirmavit) enixa est filiam, eo ipso articulo quo se jam mori arbitrabatur, et Theobaldam vocari fecit, in memoriam sui liberatoris: quod ita revera contigisse, multæ ex ibi præsentibus mulieribus, atque imprimis D. Joannina, jurejurando affirmaverunt.

admotis iis quæ corpus sanctum attigerant,

B

31 Decimo post dictam inventionem die, accidit Jacobo de Carmaniola diœcesis Taurinensis, ut *a* Carmaniola Albam in equo veniret; equus autem, veluti diaboli ipsius occursu consternatus, ferociter rugire, excutere frænum, erigere se in pedes posteriores, moxque calcitrando in priores redire inciperet, tanto cum impetu, ut equitem suum everterit; denique, pedum altero intra stapedem implicato, calcar adhæreret ipsius equi ventri. Hinc aucta animalis consternatio simul, et duplicata a strepitu raptati per terram corporis, ad effusissimum cursum illud impulit fere ad medium milliare. Neque sisti ratione ulla poterat procurrentis impetus; quoties enim Jacobus præ dolore clamabat contentius, toties novo terrore ad currendum vehementius impellebatur equus. Tandem recordatus, se vidisse corpus B. Theobaldi, atque considerans, fieri posse ut per ejus merita ipsum misericordia divina salvaret; votum concepit de adeundo, mox atque Albam advenisset, ejus sepulcro, ibique unius libræ cereum offerendo; si in præsenti discrimine adesse sibi et equum sistere dignaretur. Et ecce subito mansuefactus ille et immobilis constitit, acsi multis vinculis constrictus teneretur: itaque Jacobus, toto illo raptationis tam terribilis spatio nihil magnopere læsus, glorificavit Deum atque B. Theobaldum, et utrique debitas cum votiva oblatione gratiarum detulit actiones.

a

et homini, raptato ad longum spatium ab equo.

C

32 Gratiam quoque particularem a Beato obtinuit Bartholomæus Palidus, civis *b* Astensis, cum summum dentium pateretur cruciatum, isque quotidie recrudescens intolerabilis omnino evaderet, ac miserum cogeret in omnem se partem torquere, nullo uspiam invento solatio, nedum remedio. Id videns illius uxor Margarita, et recordata quod haberet aliqua sibi donata ex iis, quæ B. Theobaldi corpus attigerant; indicavit marito suo, addens quod intellexerat ipsum multa et illustria miracula facere: confideret ergo, et reculas illas gingivis ac dentibus suis applicaret, sub invocatione ipsius Beati, qui eum ab immani illo cruciatu esset liberaturus. His auditis Bartholomæus: Eia, inquit, confestim adferto quæ dicis, nam ego mori omnino mavelim, quam diutius tale tormentum sustinere. Ivit mulier, attulit reverenter quæ habebat, accepit Bartholomæus cum reverentia non minori, et

b

Curatur dolor dentium,

D tacturus dolentes sibi partes; O B. Theobalde, inquit; si per tuam intercessionem et merita, atque ad contactum harum tuarum Reliquiarum, merear ab hisce pœnis liberari; promitto offerre tibi dentem argenteum, tuamque gloriam qua potero prædicare. Dixit: tactisque gingivis et dentibus, statim dolore omni liber fuit: et quid acciderit sibi, coram Episcopo atque aliis multis, juratus enuntiavit.

EX ITAL. PASSONI.

33 Ambrunensis quidam in Delphinatu civis filium habebat extreme ægrum, sic ut pro mortuo jam haberetur, nulla vitæ spe amplius apparente, et letali frigore membra omnia occupante; ad quod spectaculum impatiens doloris genitor, pene extra mentem rapiebatur, Deum Sanctosque in auxilium advocans. Ita dum angitur, supervenit ab Alba juvenis quidam, Blasius de Asta dictus, filius Antonii, et dixit; Commenda hunc filium, pro quo tantopere te affligis, B. Theobaldo, cujus corpus atque Reliquiæ in urbe Albensi novis et novis quotidie illustrantur miraculis. Nec pluribus opus fuit: conversus ad S. Theobaldum Ambrunensis ille, vovit filium illum suum, si ab hac infirmitate salvus sibi præstaretur, Albam adducere ad ejus sepulcrum: statimque restitui sibi puer cœpit; atque intra biduum perfecte sanus, non tantum parentem, sed totam civitatem admiratione complevit, propter tam citam a morbo tam desesperato curationem. Non diu autem cunctatus voti memor pater, filium suum Albam adduxit, sepulcrum visitavit, promissum implevit, et res tota fuit exposita collecto ad Missam populo, per adm. Rev. Patrem Theobaldum de Bosco, Ordinis Prædicatorum, in cathedrali Albensi, prima Februarii anno MCCCCXXXIII. *c*

servatur puer moribundus Ambruni,

E

34 Alius Bartholomæus de Baudisero, Albæ commorans, dolebat gravi infirmitate oppressum filium ad extrema tendere: itaque positis humi genibus, Beatum cœpit orare Theobaldum, ut qui tam multis ubique clarebat miraculis, etiam filium hunc suum servando a morte, cujus jam frigore tenebatur, vellet efficaciam suorum meritorum ostendere; addens, quod in gratitudinem pro tali beneficio quotannis jejunaturus esset in ejus pervigilio, festumque celebraturus, et imaginem ceream libræ unius oblaturus, atque filium deducturus ad ejus Altare. Vix autem votum pronuntiarat; cum ecce puer pristinæ redditus sanitati, visus est velut a somno evigilare. Quare, post redditas Deo Sanctoque gratias, de mandato adm. Rev. D. Archipresbyteri Dominique Præpositi et aliorum Canonicorum, ipsiusque imprimis Bartholomæi rogatu, tam certum miraculum publico instrumento consignatum fuit, per manum Jacobi Ambrosii civis Albensis, anno MCCCCXXXIII.

c

item alius Albæ:

F

35 Mulier quædam, nomine Simona, uxor Petri Maliani civis Albensis, ambulabat per domum quodam vespere in vigilia S. Catharinæ, anno MCCCCXXXIV, habens in manibus accensam ex cannabina virga faculam: qua una cum lumine deficiente, videns mater sequentem a tergo filiolam septennem, reliquum adhuc ardentis virgæ frustum præ iracundia projecit versus illam, abire jubens; sed adeo infeliciter, ut impacta dextero oculo pruna, ipsum excuteret e capite, atque ejus loco ibidem maneret duabus integris *d* horis ardens, nemine audente ignem cavo inhærentem extinguere, propter nimios quos puella patiebatur dolores. Tandem eo per se deficiente, inspicientes filiolæ vultum Petrus atque Simona, viderunt oculum prorsus amissum, nec illius absque miraculo restituendi spem ullam esse. Mater ergo fiduciam concipiens erga B. Theobaldum, ex notorum sibi miraculorum ab eo factorum multitudine; positis humi genibus ei commendavit

restituitur oculus titione excussus,

Ex Ital. Passoni.

A davit filiam; vovitque, si oculum redderet, adducturam se ipsam ad ejus altare. Nec mora; obtinuit gratiam concupitam, votumque implevit una cum marito. Consenserunt etiam ambo, ut ad honorem Dei Beatique Theobaldi ipsum miraculum, idem qui supra adm. Rev. P. Theobaldus, coram Reverendiss. D. Episcopo Dominisque Canonicis et multa populi frequentia, explicaret, die prima *e* Februarii, anno MCCCCXXXV.

sanatur subito factus immobilis:

36 Erat Henricus Canosi, de loco Publicarum diœcesis Astensis, quodam in prato supra fines Albenses, cum duobus bobus curruque, habens secum filium Bernardinum, aliosque duos homines de loco prædicto. Volens autem redire domum, tam gravi subito correptus fuit infirmitate, ut nullo modo potuerit de terra surgere, aut omnino se commovere. Quod videns Bernardinus filius et duo ejus comites, ut melius potuerunt exceptum inter brachia Henricum detulerunt in locum Piobensem, ducentes una carrum et boves. Postea domum relatus æger, cum nihilo melius habere pergeret; atque alieno ad quemcumque motum egere auxilio; et in memoriam reduceret beneficia, quæ rite invocan- B tibus opem suam præstabat quotidie B. Theobaldus; vovit, si ab ista infirmitate liberaretur oblaturum se ex cera formatam tibiam librarum duarum: quo facto convaluit, et hoc ita esse cum juramento affirmavit, in manibus adm. Rev. D. Salomonis Archipresbyteri Albensis, anno MCCCCXXXV die VII Junii, asserens ea sibi accidisse die IX Februarii anni jam dicti.

maritus diu absens,

37 Cum nobilis vir Bartholomæus Bertone de Chieri, diœcesis Taurinensis, versus Franciam indeque in Flandriam iter instituisset; eoque digresso, uxor ejus, neque per litteras, neque per missos expresse ad id nuntios, quidquam de eo rescire posset; adeoque mortuum potius quam vivum crederet virum esse, sciret tamen, quam multis mœrentibus opportune succurrisset B. Theobaldus; ipsi et Deo votum fecit, dicens; Intellexi, o gloriose Sancte, quod magna indies atque infinita miracula patres: placeat etiam miseræ mihi atque afflictæ indulgere hanc gratiam, ut maritus meus Bartholomæus, de quo pluribus jam annis absente nihil plane possum resciscere, brevi mihi nuntietur sanus esse, et domum suam revertatur incolumis: promitto autem, quod si fuero exaudita, capellam tuam Albæ visitabo personaliter, ibique ex argento inaurato ca- C licem offeram, ac festum tuum quoad vixero devote celebrabo. Nec diu dilatum mulieris piæ votum fuit:

ad votum uxoris præsens sistitur:

tertio enim post die prædictus Bartholomæus, sanus et incolumis domum rediit: Quo viso pene extra se rapta mulier, cum marito, quem lætissima receperat, Albam venit, impletura votum; et sub Missa, quam fecit celebrari die XXIV Novembris, calicem obtulit, coram adm. Rev. D. Archipresbytero Cathedralis ecclesiæ, et Francisco Bergogno, atque innumera civium Albensium multitudine; in quorum præsentia juravit mulier, omnia sic accidisse uti narrabat.

38 Bertolina, uxor Petri Millini, de Placolino diœcesis Astensis, die IV Februarii anno MCCCCXXXVI, coram adm. Rev. D. Salomone de Grineis Archipresbytero, et Bassiano de Comitibus Palatinis de Laude, ambobus Canonicis Cathedralis Astensis, et Guilielmo Moreno cive Albensi, personaliter constituta in ecclesia prædicta, super sancta Evangelia juravit, inter manus Domini Galiani Notarii, rogati de sequentibus publicum conficere instrumentum; quod mense Septembri, die ejusdem mensis septimo, in Vigilia Nativitatis Deiparæ, graves febres supervenerint filio suo Gangul-

convalescit puer depositus a medicis,

fo; quæ tredecim hebdomadarum spatio sic illum fatigaverunt, ut mentis impos vix jam amplius nisi D balbutiens loqueretur, idque debili voce, quam ægre quisquam caperet: præterea neminem amplius agnoscebat æger, sicut ipsemet Gangulfus, in prædicti Notarii manibus, sub jurejurandi religione asseruit. Insuper dixit Bertolina mater, quod medici ad filium curandum advocati, eum pro desperato et cito morituro dimiserant: quare magno cum planctu afflicta ipsa, se convertit ad Dei et B. Theobaldi auxilium implorandum; vovens, si ab illo tam gravi atque letali morbo convalesceret Gangulfus, adducturam se ipsum Albam ad ejus sacellum, cum cerea face ad filii longitudinem dimensa, et tota vita jejunaturam in Vigilia ipsius festi. Et hoc voto nuncupato, ad maximum stuporem omnium, sanari Gangulfus cœpit: et brevi liberatus ab omni infirmitate, pene oblitus fuit se unquam ægrotasse, sicut ipsemet coram prænominatis testibus affirmavit.

39 Jacobus Abellonius, filius Antonii civis Albensis, carrum cum bobus ducens, ei imposuerat filium suum Abellonium, annorum octo puerum: sed cum acrius ad cursum stimularet boves, decidit E subtus carrum puer, sic ut ejus duæ rotæ per illum transierint; et rotarum vi oppressus, semimortuus videretur, quippe qui nec linguam ultra posset movere. Hoc intuens afflictissimus Jacobus pater, animoque turbato, vix ullam de vita filii spem amplius habens, acceptum inter brachia domum detulit cum lacrymis. Quo viso, tam mater pueri quam avus Antonius et uxor Agnesina, ipseque Jacobus, simul omnes lugentes lamentabantur; cum dicti Antonius atque Agnesina, affulgente eis divina gratia illuminati, cœperunt B. Theobaldum in vota vocare; et Antonius quidem promisit nepotem, si a contritione illa sanus evaderet, adducere ad altare Sancti cum face unius libræ; Agnesina vero addidit, quod esset ibidem vigilatura totam unam noctem in oratione. His dictis cœpit loqui puer, petiitque de lecto tolli in quo jacebat, et statim voluit manducare: postero autem die tam sanus apparuit, ac si ejusmodi infortunium numquam ei accidisset. Omnes itaque pro tanto beneficio debitas Deo ac B. Theobaldo egerunt gratias; et Antonius atque Agnesina votum indilate implentes, juramento singula confirmarunt, coram Illustrissimo Episcopo Albensi, die V Martii anno MCCCCXXXVI; addentes se firmissime credere, quod puer non aliter quam ope B. Theobaldi viveret; quippe quem medici omnes dixerant morti proximum, et vivere nulla ratione posse. F

item alius sub curru obtritus.

40 Eodem die et anno, et coram eodem Illustrissimo Albensi, multisque civibus, idem Antonius Abellonius juravit, quod præcedentis anni MCCCCXXXV mense Junio, tam gravi fuerit oppressus infirmitate, ut absque alieno auxilio nec convertere quidem in lecto se posset. Hæc infirmitas cum multos dies cum tenuisset, desperatione motus, in suum auxilium advocavit diabolum; factique mox pœnitens, cœpit amare plangere, et ad Deum sanctumque Theobaldum conversus dicere: Oro Deum cœli atque B. Theobaldum, qui tot facit miracula, ut indulgeant mihi errorem hunc quo diabolum invocavi, et ut per ejus preces merear hoc morbo absolvi: atque promitto, quod pristinæ redditus sanitati, curabo fieri facem unius libræ; quam, a domo usque ad capellam ejus genibus reptans, offeram super altari in ecclesia Cathedrali. Deinde quietem ac somnum etiam capere cœpit, a quo expergefactus persanatum se sensit, et ab omni liberum infirmitate: quod et testatus est, votum factum complens.

item in desperatio æger.

ANNOTATA

A

ANNOTATA D. P.

a Carmagnola *vulgo, pari fere spatio Italicorum decem milliarium distans Taurino et Alba, nonnihil a recta via declinando ad Lybanotum.*

b Astæ *seu* Villæ-novæ Astensis, *similis in contrarium situs est, declinando ad Euroboream : sic ut quatuor ista loca rhombum conficiant æquilaterum, sed diametro inter Carmaniolam Astamque duplo breviori, quam inter Albam atque Taurinum.*

c *Zyfra quidem Italici impressi est* 1434 ; *omnino tamen puto abundare unitatem, et legendum * esse* 1433 , *tum quia ordinem temporis videtur servare Auctor, et sequens miraculum adscribitur anno* 1433; *tum quia hoc anno, habente litteram Dominicalem D,* 1 *Februarii incidit in Dominicam , quo populus obligatur Missam audire, non item anno sequenti.*

d *Non est credibile hunc fuisse verum ignem, cum nec integra quidem virga cannabina ardere diu possit; sed apparentem aliquam lucem in oculo, qualis ab oculis cattorum solet in tenebris absistere, dum instar prunæ videntur ardere.*

B e *Fortassis in solennibus ad festum Purificationis Vesperis; erat enim feria* 3, *et littera Dominicalis B.*

CAPUT VI.

Gratiæ recentioris memoriæ, ad invocationem B. Theobaldi obtentæ.

Juvatur parturiens;

Quantumcumque sint magna atque eximia miracula, seculis antegressis per S. Theobaldum patrata; nihilo minora sunt illa, quæ nostra hac ætate ac pene sub oculis nostris fecit : ex quibus cum sint quotidiana et innumera, pauca dumtaxat hic juvat attexere, idque ipsis fere authenticarum attestationum verbis. Sic ergo lego. Ego Odinus Corteveggius de Alba, fidem facio et attestor in verbo veritatis, quod anno MDCXXIII die x Augusti, uxor mea Violanta. partus doloribus pressa, nec tamen eniti fœtum toto biduo valens ; ideoque ab omnibus desperata ; mox atque commendata fuit B. Theobaldo, sub voto curandi, ut illius benedictum Caput exponeretur supra suum altare, cum debito luminarium apparatu ; peperit filium, salvum salva ipsa : qui hodieque adhuc vivit, per Dei et B. Theobaldi auxilium.

C 42 Anno Domini MDCXXV die XXXI Maji comparuit Nobilis Franciscus Boatius, civis Albensis, coram adm. Illustri et Rev. D. Cæsare Antonio Dertonensi, Doctore utriusque Juris, Comite Palatino, Archipresbytero Cathedralis ecclesiæ et Vicario Generali Illustriss. ac Reverendiss. D. Episcopi Albensis ; qui tactis ex more Scripturis cum juramento manifestavit atque narravit, qualiter ante annos tredecim uxor sua, nomine Isabella, peperit sibi filiam, in baptismo dictam Bernardinam, cui manuum altera una cum brachio usque ad cubitum in contrarium versa, magno mœrore afficiebat matrem. Quapropter ipse advocavit chirurgum, nomine Mag. Bernardinum Parruzza ; qui inspecta infantulæ manu, dixit fieri posse, ut, cum ea adhuc parvula esset, in naturalem statum reduceretur distortum membrum ; ideoque applicavit ei ligneas quasdam regulas. Sed quia his adstricta vehementius clamabat infans, et intolerabilem ei dolorem creari, testabantur signa quædam imminentis spasmi ; ipse Franciscus vocavit alium chirurgum Mag. Baptistam Cruce, qui de consensu uxoris suæ Isabellæ regulas ligneas dissolvit, a brachio et manu filiolæ prædictæ; mandans ne amplius iis uterentur, quandoquidem inde nasceretur periculum spasmi. Afflixit ea denuntiatio

manus distorta a nativitate

D matrem, quæ naturali jam privata remedio, ad spirituale respiciens, licentiam a suo marito petiit faciendi votum B. Theobaldo : qua obtenta votoque nuncupato, absque ullius applicatione medicinæ, intra menses duos sanata est parvula, brachiumque cum manu ad suum locum redit : quod ipse ac uxor miraculo factum esse crediderunt semper, sæpiusque voluit idem Franciscus votivam ea de re tabellam confici, ad S. Theobaldi altare affigendam.

EX ITAL. PASSONI

in statum naturalem reformatur:

43 Ad gloriam et summam laudem B. Theobaldi, Nobilis Joannes Baptista Abellonius deposuit casum memorabilem, et grandi admiratione dignum, coram præd. D. Dertonensi Vicario et D. Petro Antonio Comite, Notario ac cive Albensi Cancellario Curiæ Episcopalis, hoc qui sequitur modo. Anno MDCXXVI die XXV Junii, ego Joannes Baptista Abellonius stabam trans Tanarum, eo loco ubi quoddam ipsius fluvii brachium per instratas desuper tabulas transitur : et vidi ex dictis tabulis in flumen cadere puellas duas, annorum circiter decem, istic ubi magna erat aquarum profunditas : quare cœpi alta voce clamare et invocare Deum ac Dominam nostram sanctissimam et B. Theobaldum, dicens : O B. Theobalde, ora Dominum ac Dominam nostram, E ut duas istas creaturas juvare velint. Cumque identidem replicarem, O B. Theobalde, adjuva creaturas istas ; una quidem earum, nomine Aurelia, filia quondam Mag. Octavii Valsica, per seipsam emersit ab aqua et littus tenuit; altera vero, nomine Catharina, filia qu. Mag. Baptistæ Canis, semper manebat sub aquis velut mortua, nec quidquam ejus supra aquam apparebat nisi vestis : quapropter pergebam orare et dicere ; O B. Theobalde, adjuva creaturam istam. Paulo post advenerunt viri piscatores tres, quorum unus Baptista Orion, alter Joannes Jacobus de Angelis, tertius Baptista de Valle nuncupantur, et simul adhuc omnes in vivis sunt : qui procurrentes in aquam, prædictam puellam inde extraxerunt velut mortuam. Sed statim atque Tanari ripam tenuerunt, loqui illa cœpit, admirantibus illis quomodo adhuc viveret, quæ tamdiu sub aquis fuisset. Ego vero Joannes Baptista Abellonius respondi : Videte, fratres, Dei hoc miraculum est, per intercessionem B. Theobaldi, cui ipsam commendavi. Et hujus rei fidem fecerunt etiam ipsi piscatores prænominati inter manus præfatorum D. Vicarii et Cancellarii, cum juramento tactis Scripturis. Eorumque examen et attestatio fidelis conservatur, ad perpetuam magni hujus F Beati memoriam, una cum ejus antiquissima Vita quæ scripta reperitur.

salvantur puellæ duæ in fluvium lapsæ:

44 Anno MDCXXVI, die VIII Julii comparuit Antonius Aimale de Vico, coram Illustri et adm. Rev. D. Scipione Valimberto Vicario generali Montis-regalis : qui per suum juramentum præstitum inter illius manus affirmavit, quod ante annos decem plumbea glande trajectus in latere sinistro ; etsi periculosum eo loci vulnus letale omnino esse crederetur ; quia tamen, mox atque se ictum sensit, commendaverat se intercessioni B. Ubaldi, et exinde semper firmam fiduciam habuerat consequendæ per ipsum sanitatis ; cum jam vulnus illud tribus quatuorve annis apertum, et multum semper puris emittens portasset ; vovit B. Theobaldo, quod pro parochiali ecclesia Vici mappam emeret, super ejus altari servituram : deinde venit Albam, accedensque ad ecclesiam Cathedralem, coram altari Sancti iterum se ipsi commendavit, petiitque sanari ab illa passim credita incurabili plaga. Minus autem quam media hora fluxit, quin toto corpore sanum se senserit, et aptum cuivis humanæ actioni, qui antea ægre movere se potuerat, et aliena ope ambulare.

curatur vulnus immedicabile:

EX ITAL. PASSONI. *alius a latronibus liberatur.*

A 45 Anno MDCXXVI die VIII Julii, comparuit Andreas Mollea de Vico, coram prædicto Illustri et adm. Rev. D. Scipione Valimberto, Vicario Generali Montis-regalis : qui per juramentum suum intra illius manus præstitum affirmavit, quod annis abhinc octo, in festo sanctissimæ Trinitatis, rediens Vicum a loco Trinitatis, vidit tres milites volentes spoliare quosdam circumforaneos, habentes in humeris officinulam ligneam. Quibus cum ipse Andreas se opponeret, volens eos ab hominibus istis spoliandis abducere dissuadendo, illi simul omnes contra ipsum gladios hastasque verterunt : quibus jam aliquantum læsum se videns, neque posse mortem evadere, commendavit se B. Theobaldo, cujus festum Vici agendum erat die sequenti. Et hoc facto venit in suum auxilium alius quidam miles, ex eorumdem trium cohorte ; cujus interventu evasit salvus, una cum duobus aliis, quemadmodum constat ex testimonio rogato a D. Joannino Burio, Notario et Cancellario Episcopali Montis-regalis, die et anno prædictis.

46 *Hactenus reperta apud Dominicum Passoni : quod sequitur, ex ipso originali instrumento, sic immediate ad verbum accipe.* Anno Domini MDCLII, die B Veneris, III mensis Maji, coram Perill. et Rev. adm. D. Dominico Bonello J. V. D, Præposito Ecclesiæ Cathedralis, et Illustriss. ac Reverendiss. D. D. Fr. Pauli Britii, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Albensis et Comitis, Vicario generali ; comparuit D. Octavius Bonanatus, oppidi Cherasci, qui suo juramento præstito exposuit, lingua sua Italica ut infra : Cum præterita Quadragesima die XIII Martii, graviter infirmus essem, et depositus a medicis, D. Vincentio Ferrario et D. Michaele Merretto ; eo quod chirurgus, ex eorum præscripto aperiens mihi venam brachii dexteri, ferrum trans ipsam venam adegisset. Ego vero, qui paucis diebus antea legeram Vitam B. Theobaldi, et grandia quæ per eum Deus fecerat miracula ; ipsum mihi advocavi in adjutorem ; totoque corde ei commendans salutem meam, vovi quod gratia impetrata, ad suum altare in ecclesia hac Cathedrali offerrem facem et candelas duas ex cera, ibidemque curarem celebrandam Missam in gratiarum actionem. Voto autem nuncupato melius habere cœpi, atque intra paucos dies recuperavi pristinam sanitatem nihil dubitans eamdem acceptam referre glorioso isti Sancto, sicut hodieque facio votum meum

Ex aperta imperite vena periclitans,

complens. Interrogatus de certitudine scientiæ, D respondit : Scio quod medici mihi dixerint, vix unum e centenis tali accidenti supervicturum, idque etiam sciunt domestici mei omnes, quorum ipsorumque medicorum testimonia promitto huc dirigere. Interrogatus de generalibus ; respondit ; Sum de Cherasco, ætatis annorum circiter XLVI, et possideo circiter mille libras annuas : et se subscripsit una cum Testibus ad hæc adhibitis, adstantibus et rogatis. Suprascriptæ depositioni, medio juramento factæ, præsens interfui, ac de mandato suprad. D. Vicarii generalis recepi et scripsi. Ego Bernardinus Curtius, Civis et Notarius Albensis, Curiæque Episcopalis d. Civitatis Cancellarius.

voto facto convalescit :

47 *Alii an addenda haberent interrogati Albenses, in sua ad me epistola, nomine Civitatis totius data,* Pudet, *inquiunt,* respondere ; nam post annum MDCXXVI, quo impressa est Vita, plura visa fuerunt miracula : quæ tamen, ob incuriam Albensium Sutorum (Regunt hi sacellum dicti Sancti, propter Sodalitium inibi ex iis compositum) non fuerunt in authenticas scripturas redacta. Extat tamen memoria celebris gratiæ, nempe ecclesia pervenusta in civitate Astæ Sancto dicata, et jussa E construi a D. Marchione Ghirone Villa, anno MDCLVII, in gratiarum actionem pro beneficio accepto, in persona D. Marchionis Galeatii Villa ejus nepotis ; qui letale vulnus in bello passus, præter spem medicorum, ut sanitati restitueretur, S. Theobaldo commendatus a Marchione patruo, pristinam valetudinem illico obtinuit ; obtulitque eidem Sancto argenteam lampadem, egregiæ magnitudinis, Albæ appendendam. Ceterum quotquot fere Albæ vivimus, eo Protectore vivimus : nam cum adversa valetudo aliquem ex civibus ita obruit, ut amplius non obtineant humana remedia, ad S. Theobaldum recurritur ; ejusque capite, quod deaurato argento circumtegitur, super suum altare ad publicam venerationem exposito, cum toto et Capituli et civium confluxu, vix est ut infirmi non convalescant... .... His Civitas Albæ ad quæsita R. P. Papebrochii respondet, Beatumque Theobaldum ejus calamo enixe commendans, ejus pariter precibus seipsam vovet ; deprecans Deum optimum maximum, ut qui adeo mirabiliter pro suis Sanctis laborat in terris, ei æternum det cum ipsis vivere in cœlis. *Amen. Amen.*

item Nobilis letaliter saucius.

C F

DE BEATO PILINGOTTO,

TERTIARIO ORDINIS S. FRANCISCI,

URBINI IN ITALIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Circa Vitam et cultum Beati.

D. P.

ANNO MCCCIV.

Primi inter Urbinates,

Querebatur Maynardus, Urbini Episcopus, apud Fulchum Episcopum Tifernatem, nullum suæ civitatis proprium Patronum haberi ; eoque titulo ab eo impetravit corpus S. Crescentiani Martyris, sicut hoc ipso die diximus, sub annum MLXVII *: neque postea per duo aut amplius secula, alius Urbinatibus obtigit (res in Italicis civitatibus rara) ante hunc de quo agimus* B. Pilingottum, *quem aliqui* Pelinum-Gottum *nominare debere censent. Vixit is ibi paterna in domo Tertiarius seculo* XIII, *vita functus anno* MCCCIV *: et mox ab obitu miraculis tantis claruit ; ut in communi ecclesiæ Franciscanæ cœmeterio humatum corpus, coacti sint Fratres elevare, transferreque in ecclesiam suam,* super quo altari constructo, Missarum solennia ad ejus commendationem et gloriam quotidie celebrantur, *uti num.* 24 *testatur Auctor Vitæ coævus ; scribens viventis virtutes,* sicut ex secum conversantibus reperit, *ut habet num.* 4. *Non est tamen altare istud sub ejus nomine consecratum ; sed S. Laurentio Martyri sacrum esse, scribit Lucas Waddingus Tom.* 4 *Annalium, ubi ad. an.* 1399 *num.* 37 *latius agendum sibi sumit de Urbinate sui Ordinis Conventu, cujus,*

Beati cultum solennem obtinentis,

A *cujus, sub annum* MCCLXXXVI *fundati, alibi breviter meminerat; pluribus hic etiam acturus de* B. Pilingotto; *nisi id fecisset ad annum obitus, prolixam vitæ epitomen texens.*

Vitam scripsere varii:

2 Scripserunt de eo, *inquit idem Waddingus*, Marianus Florentinus, (*qui, ut notatur in margine*, citat Legendam MS Veterem) Marcus Ulisipponensis, Auctor Anonymus MS. Et cives Urbinates aliam mihi Vitam miserunt longiorem, vetusto charactere scriptam, incerto Auctore, additis multis et variis miraculis. *Hæc procul dubio illa est, quam supra laudavi; nec aliam puto visam Mariano Florentino: Ecgraphum ejus fidele transmisit mihi Roma sub annum. 1676 dignissimus Waddingi successor Franciscus Haroldus, nuper vita functus, una cum ejusdem Vitæ traductione Italica (cujus auctor ad calcem fuisse dicitur* P. Fr. Franciscus Undefessi Minor Observans) *usui nobis nonnulli in Annotatis futura: notavit autem ad calcem Latini ecgraphi Haroldus;* in prima facie folii albi, quod præcedit hanc Vitam, esse sequentem Notam:

nos antiquiorem, scriptam a coævo damus.

Vita Beati Pelini Gotti Urbinatis

B

N. B.

D. Augustino Veluti d'Urbino.

Scriptorisne an possessoris nomen id sit, quis certo dixerit? Possessoris, ego divinarim, propter nomen, recentiori stylo divisum. Ut ut est, interest istud non tacere; si forte Urbinatium alicui occasionem id præbeat, quiddam ulterius investigandi, nosque plura docendi.

plures recentiores eumdem referunt inter Tertiarios.

3 *Meminerunt illius, non solum Arturus a Monasterio, in suo Martyrologio Franciscano; sed etiam qui vulgari lingua de Tertiariis Franciscanis scripsere, Italice quidem Hieronymus Comboni, Belgice vero Jacobus Raps: nec præteriisset illum diligentissimus Umbrorum Sanctorum ac Beatorum investigator Ludovicus Jacobillus, nisi se continere statuisset inter hodiernos Umbriæ limites, a quibus Galli Senones putantur abscidisse eam omnem regionem, quæ nunc Ducatu Urbinate continetur, pulsis inde Umbris, et* Umbriam Senoniam *appellasse. Quomodo idem Beatus, Philippi Ferrarii diligentiam in utroque Catalogo fugerit, magis mirari quis posset; verum parvi refert, quis Hagiologorum* Pelingotti *meminerit, vel non meminerit; quando constat de publico ejus cultu, cujus certissimum testimonium ex Actis civitatis, Rubrica 4 Statutorum Illustriss. Communis Urbini pag. 3, hic accepi, beneficio*
C *P. Fr. Gregorii Mantoni Urbinatis.*

Publica ad corpus processio pridie festi,

4 Item quod per eosdem Dominos Priores, cum assistentia Potestatis et Civium, alia fiat luminaria et oblatio, in honorem S. Pilingotti, die ultima Maji de sero, honorifice discedendo ab ecclesia S. Augustini, et eundo ad ecclesiam S. Francisci, ubi illius sanctissimum Corpus residet. In qua luminaria portari debeant duo dupleria, ad minus septem librarum pro quolibet, ante Dominos Priores, sumptibus prælibati Illustrissimi Ducis, cum tubis præcedentibus; et eos sequi teneantur omnes Capitanei Artium dictæ civitatis, cum eorum dupleriis, Artium sumptibus conficiendis; prout hactenus observatum; et omnes duplerios offerre ad ecclesiam S. Francisci. *Hactenus formalia verba ipsius Statuti, Latine scripti, atque adeo ante inductum in publica Acta linguæ vulgaris usum; idque sub aliquo Duce Urbinate. Titulus vero Ducis, Comitibus Montis-Feretrii, primum a Sixto IV collatus fuit in Frederico, anno* MCCCCLXXIV. *Notandum tamen, novi nihil ibi statui, sed* hactenus observatum. *Inchoatur ergo festum Sancti post primas Vesperas, ultimo die Maji cantatas; et (sicut Gregorius Mantoni mihi scribit)* continuatur toto sequenti die 1 Junii ex devotione populari: neque aliud quid fit, *in Missa scilicet aut in Officio.*

confirmata post annum 1474

Est autem Duplerium (*ut hoc obiter dicam*) *fax cerea,* D
a funium seu ellychniorum intortorum numero nomen sortita, quod Intortitium *alibi nominatur.*

AUCTORE D.

5 *Incidit mors* B. Pilingotti *atque adeo initia cultus eidem delati, in tempus* Fr. Conradi, ex ordine Eremitarum S. Augustini, viri longe doctissimi, *teste Ughello; quem a Capitulo Urbinate electum Episcopum Clemens V confirmavit, anno* MCCCX, *ut ex Pontificio Regesto asserit idem Ughellus; isque sedit usque ad annum circiter* MCCCXXIX. *Hunc Herrera, in Alphabeto Augustiniano existimat illum esse, cui Fr. Augustinus de Ancona, Beati titulo in Ordine decoratus, suum in libros Priorum Commentarium sic inscripsit,* Viro religioso, Fr. Conrado, Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini, filio nobilis et sapientis viri D. Guidonis Comitis de Montefeltrio, *qui si postea factus Episcopus Urbinas est (ut verosimile faciunt ejus natales ex Comitibus Urbini, collati cum nomine Episcopi hoc tempore sedentis) non est existimandum, eo inscio quidquam actum circa elevationem Corporis et translationem ejus sub altare. Et quia ex Comitibus Feltrii (ut dicitur) erat; quidni idem sit, de quo in Vita agitur num. 8, quique exemplis Beati istius eo profecerit ad mundi contemptum, ut factus Eremita Augustinianus sit; factus autem Episcopus, auctor extiterit oblationis, Comitum sumptibus a Magistratu faciendæ, et a Successoribus Ducali jam titulo ornatis continuatæ.* E

Obiit tempore Conradi Ep. Urbin.

B. Augustino de Ancona laudati;

a quo videtur elevatum Corpus

VITA

Auctore coævo Urbinate.

Ex MS. civitatis per P. Haroldum communicato.

PROLOGUS.

Signum magnum apparuit in cælo, et lux clara data est mundo; quæ cum Angelis jam in triumphanti Ecclesia manens, tanto lumine et claritate membra quædam Ecclesiæ militantis irradiavit; et eorum corda sancti Spiritus amore tam ardenter inflammavit, ut peccatorum obscuritatem et foveas dimittentes, seipsis et mundi deliciis contemptis, solum Christum colerent, qui solum novit congruis temporibus generi humano exhibere medicinam. Hæc est enim stella matutina, in medio nebulæ claris vitæ micans fulgoribus, quæ sedentes in tenebris peccatorum et umbra mortis iniquitatum, illuminatione præfulgida dirigit in lucem gentium, F ut sit salus mea in æternum. Hæc est lux, de qua Propheta clamat, Populus qui ambulat in tenebris vidit lucem magnam: de qua bene Armarium secretorum Dei, Apostolus et Evangelista Joannes, in Apocalypsi vaticinatione veridica loquitur; Vidi, inquit, alterum Angelum, ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi: qui et Dei Angelus non immerito dici potest, propter summam et odoriferam puritatem, nec non virginitatem quæ secum ab infantia sua semper crescebat. Hic est etiam vellus Gedeonis, qui, terra universa salutis humilitate carente, solus dilectionis Dei, et proximi, et pauperum compassionis tanta roris pinguedine perfundebatur, ut de plenitudine sua, omnes qui perfecte ad Deum accedunt, possint accipere.

Laudatur Beatus, mundo datus pro stella,

Is. 9, 2

et quia Angelus fuit castitate:

2 Unde quia, secundum Redemptoris nostri sententiam, lux accensa sub modio poni non debet, sed super candelabrum ut omnibus luceat; indignum valde videtur et durum, de vita, moribus, et miraculis tam gloriosi Confessoris et Militis Christi sic surda aure transire, ut de ea nihil ad posteros transmittatur. Sed quia insufficiens sum ad hujus venerabilis Patris vitam plenarie conscribendam, non

Mat. 5, 15, cujus Vita veraci ac simplici stylo scribitur

A non ut historiam texam, opus istud sum aggressus; *Ex MS. veteri.* sed potius, ut de vita, moribus et miraculis particulas aliquas breviter et succincte, sicut a viris dignis fide reperi, conscribam; ne in oblivionem propter memoriæ labilitatem ducatur; sed potius mens bona et Christo secreta, vitam ipsius rememorando, in ejus dulcedine conquiescat, et ipsius exemplo ad currendum post crucem fortius animetur.

CAPUT I.

Spreta mercatura, totum se Deo tradit Pilingottus, solitudini, orationi, eleemosynis intentus.

Pilingottus igitur, servus et amicus Altissimi, de civitate Urbini non infimis *a* ortus natalibus, ab infantia suæ nativitatis, semper Christum gerebat in pectore; et, ut mirabilius dicam, tanta ipsum Pater misericordiarum puritate firmavit, ut non solum diabolicas versutias, et mundi delicias, et inquinamenta deseruit, verum et puerilibus omnibus rejectis, omnia velut fœtidissima stercora reputans, semper videbatur ad majora pertendere; sicut ex B vitæ ipsius cursu luculenter apparet; ut jam ex certis indiciis dici posset, Puer iste aliquid magni erit. Jam enim igniculus quidam cordis ejus teneritudinem, ad Redemptoris sui amores, tanta perfectione disponebat, ut quasi cera liquescens solum divinum, velut imprimendum sigillum, expectaret.

a *Ab infantia Deum exorsus amare,*

renuit mercatoriis lucris intendere,

Nam cum pater suus mercator esset, et pannos quamplurimos venales haberet; si quando bonæ indolis juvenem dimisisset, ut de iis petentibus responderet; non ut mercator vel sui ipsius negotii curam gerens, respondebat; non bonitatem, ubi non erat, promittebat; non spondebat, ubi se non posse, credebat, sicut mercator dudum solicita cura facit; immo, ut vir consiliarius et venientium advocatus, semper aiebat minora, ad eorum utilitatem, nolens ad suum damnum sequi majora: sic divino deducebatur consilio. Cernens itaque pater, mentem hujus in divinis captam, et lucrativis mercationibus non præbere assensum; cœpit eum ab hujusmodi, velut insufficientem, retrahere.

totumque se tradit devotioni

4 Quid plura? Etiamsi de omnibus Christi Confessoribus legatur; Non est inventus similis illi; et intelligatur hoc, quantum ad aliquam gratiam perfectionis; de Confessore isto, omni laude dignissimo excellentissime dici potest, respectu illius altissi- C mæ puritatis, quæ animæ et corpori ita medullitus inhærebat, sicut ex secum conversantibus reperi, ut jam ex hoc mereretur, non humanam, sed angelicam sortiri vitam. Sic a multiloquio cessabat, ac orationi instanter vacabat; et divinum officium, velut animæ cibum spiritualem, omnes ecclesias circuiens, semper quærebat. Cum autem, ex frequenti orationis usu, flamma desiderii cœlestis in eo vehementer succresceret; et jam, propter amorem supernæ patriæ, terrena omnia despiceret quasi nihil; cœpit ad Christum tanta anhelare dulcedine, ut illum solum et non alium sui cogitatus apprehenderent.

Dominica Passionis raptus in ecstasim,

5 Denique, dum incepta Quadragesima, in jejunio et contemplatione non modica, pervenisset ad Dominicam quæ dicitur de Passione, tanto ipsum ardore ignis Spiritus sancti inflammaverat, ut jam humanam conversationem abominans, quasi ebrius spiritu, bellum contra inimicum inire disposuerit. Surgens itaque mane in fervore spiritus, pro vexillo saccum sumpsit, fune ad collum ligato, quasi accusans se tantum tardasse. Versus Episcopatum iter arripuit, et ante altare Virginis gloriosæ gradum D figens, ipsam cœpit genitricem invocare. Cumque in hac meditatione diu persisteret, tanta fuit illius anima ibi divini amoris dulcedine penetrata, ut per diem medium ibi permanens quasi abstractus, videretur in cœlestibus habitare. Denique dum hæc agerentur, rumor per civitatem insonuit, quasi vir pius ad suspendium cucurrisset; præsertim cum aliqui ad collum ejus funem viderent ligatum: et factus est concursus populorum ac religiosorum, eo quod vir bonus reputabatur.

6 Accedentes autem et parentes ejus, imperabant ei præ dolore, ut jam stultitiam hujusmodi deponeret. Ipse vero cœpit ut bonus æmulator existere, et ad ea quæ dicebantur nihil penitus respondere; *b* et quasi fortis Elisæus *b* tam amabili et suavi perfruebatur raptu, ut extra seipsum stans, de iis quæ circa ipsum gerebantur penitus non videbatur auscultare. Novissime vero huc accedens mater sua, venit cum lacrymis, amplectens eum ut secum loqui dignaretur. Qui naturali pietate motus, matri responsum negare non potuit. Audientes autem et parentes ejus reliqui, cœperunt eum quasi violenter ad domum retrahere, ut una cum eis jus hereditarium possideret. Quibus ille ait: Nolite quæso, fratres mei, nolite mihi molesti esse. Sentio enim me thesaurum reperisse absconditum, quem cupio venditis omnibus acquirere, et quæsitum conservare: E habeo enim Dominum Jesum Christum, qui pretiosior est omni lapide, pulchrior omni luce, suavior omni odore, dulcior omni sapore, superior omni thesauro, et excelsior omni virtute. Videns itaque quod eos quietare non posset, talem a patre accepit promissionem; videlicet, quod in mundi conditionibus, quas in corde suo Deo voverat horrere, nullatenus se implicaret; et de facultatibus suis pauperibus Christi, juxta suum posse caritatis eleemosynam exhiberet. Et aliis multis ab eo acceptis promissionibus, quas longum foret enarrare per singula, una cum eis ad domum rediit.

tandem acquiescit domumque redit.

Solitus ut ecstaticus per urbem incedere,

7 Manens præterea sic Vir sanctus, tanta cœpit mentis elevatione ad Dominum conscendere, ut jam videretur humanum abhorrere consortium. Plateas aliquando vel vicos non circuibat; per domos non discurrebat: sed in sua manens domo, soli Deo vivo et vero servire cupiebat. Si quando vero ad ecclesiam pergens per plateas iter haberet, non capite sursum levato, non circum vagis oculis huc atque illuc prospiciebat: sed, sicut probus miles Christi, ne ictu alicujus vanitatis et tentationis cor suum vulnerari posset, mente ad cœlum levata et oculis defixis in terram, sic ubique incedebat; et, quasi transiens per inimicos, suum iter cito perficere cupiebat F (velut sagitta ab arcu egrediens non desistit, nisi scilicet quo a sagittario dirigitur) in tantum ut vix salutationem ab aliis factam perciperet.

apprehendenti se comiti nihil respondet; *c*

8 Denique dum Comes quidam *c* tantam conspiceret in juvene tenerrimo perfectionem, cœpit admiratione non modica simul et dilectione ad ipsum perstringi, taliter ut omnino secum colloquium habere proponeret. Observabat igitur quando ecclesiam egrediebatur; et accurrens, cepit per manum; atque eum, per magnum spatium tenuit, expectans aliquod ab eo audire responsum. Ille vero, ut alter Elias in curru igneo ascensus, quasi insensibilis nihil penitus respondebat. Quod cernens, admiratio supercrevit, nec non dilectio non destituit. Videns itaque eum non humanum imo angelicum sitire consortium, liberum abire permittit. *d* Hic solitariam vitam amabat, amicam mœroribus; et ut Deo possit servire liberius, sæpe proposuit in eremum aliquam se transferre; ut orationis dulcedine vacans, justa desideria, quæ secum ab infantia succreverant, posset implere. Sed retractus violenter a parentibus, frequenter

d *ægreque ab eremo petenda cohibetur*

A frequenter, impressa manens in caritate et humilitate, studuit Domino servire.

Frequenter jejunans,

9 De abstinentia quid dicam? Quadragesimam et quælibet jejunia singularia, quasi de eis famelicus, perquirebat : aliis autem temporibus super his diebus, quater saltem in hebdomada corpus proprium in jejunio macerabat. Proinde non solum cibos delicatos, velut abominabiles refugiebat; verum etiam, admixtione aquæ vel liquoris alterius, ut plurimum reddebat insipidos. Quoties autem de comestibilibus, quæ sibi in partem succedebant, aliquid præter sustentationem naturæ de industria poterat reservare, non de hoc gulæ propriæ complacebat; sed, ut prudens negotiator, continuo de mensa prosiliens, ad pauperum sinus proponebat deferre. De infinitis autem unum referam.

sibi subtracta largitur pauperibus.

etiam in solenni epulo,

10 Accidit in die quadam magni festi, in quo solent homines inter epulas congaudere, ut dum mater et pater cum universa familia epulando ad mensam sederent comiter ; cœpit gloriosus iste Dei famulus cogitare, quod non sufficeret sibi soli vivere, si pauperes Christi fame moriebantur; præsertim cum inter omnes virtutes, quas cordi suo medullitus B impresserat, cura de pauperibus nutriendis excelleret. Rememorans denique pauperculum quemdam convicinum, qui inopia peribat et fame; cœpit, sicut bonus pater, panem in luctu et tristitia comedere, semper illum præ oculis tenens. Dum igitur ultra se continere præ compassione non posset, aliquantulum juris cum pane, quantum ad sustentationem sufficeret, deglutivit; carnes vero et reliqua pretiosa, quæ pro parte acceperat, sub chlamyde deferens, perrexit ad virum : et his ante positis, hilari vultu discessit, memorans quod ait sermo Apostolicus; Hilarem enim datorem diligit Deus : quanta autem compassione et caritate hic fuerit motus, et quanto gaudio qui suscepit fuerit profusus dicant hi qui sentiunt. Quoniam autem de operibus pietatis referre cœpit, non præteribo, quod, cum sibi innata esset quædam ad pauperes inclinatio naturalis, qua tanta compassione pro eis stringebatur, ut si quando temporum mutationes ad frigora cerneret, velut pater de ipsis curam gerens clamabat, Heu! heu me ! quid modo facitis pauperes Christi ? quid facitis inopes et mendici? Fame et frigore peribitis et ego vos juvare non possum; anteponens semper, quod ait sermo dominicus, Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. C

eorum semper memor.

2 Cor. 9, 7.

Mat. 25, 40.

ANNOTATA D. P.

a *Vita Ital.* Natus ut videtur multis) anno MCCXL; ejusque baptismale nomen, sicut ex personis fide dignis intellexi fuit Pelinus : sed quia majores ejus genus duxerunt a Gotthis nominatur communiter Pelingottus. *Si de* Gotthis *antiquis agatur, non facile hanc familiæ istius originem Urbinates probabunt. Potuit majorum aliquis seculo* 12 *vel* 13 *nomen* Gotti *habuisse, quod posteris pro cognomine fuerit, et forte etiam nunc sic.* Giottum, *ex* Guidotto *contractum pro* Guidone, *novit Italia, pictorem famosum, et ad Vitam S. Humilianæ Florentiæ nominatum nobis* 19 *Maji.*

b *Lib. 4 Regum, ubi de* Elizæo *nihil invenio, quo respicere videatur hæc comparatio.*

c *Verosimiliter Guido Comes Montis-feltrii, Urbini Dominus; aut filius ejus Conradus, factus deinde Eremita Augustinianus et forte Episcopus Urbinas, sub quo* Pilingottus *obiit.*

d *Addit Vita Ital.* qui continuo accurrit ad majus altare coram quo in terram prostratus, oculisque et corde in sanctissimum Sacramentum defixus, totum diem immotus perstitit : neque hoc una tantum vice, sed sæpius etiam ipsi accidit.

CAPUT II. D

EX MS. VETERI

Aliæ Pilingotti virtutes, et gratiæ divinitus ei concessæ.

Præ studio humilitatis,

Humilitatem autem, velut omnium virtutum et meritorum conservatricem, tam tenerrime diligebat, ut despectus et vilis omnium conspectibus apparere studeret. Dum enim nocte quadam sancte considerans, videret se ab hominibus quamplurimum venerari ; cœpit considerationem insistere, qualiter sic agere posset, ut ab omnibus fatuus cerneretur : et Christi passionem qualiter fuerit ligatus, qualiter verberatus, qualiter ab omnibus vilipensus rememorans, de mane in die Veneris, tempore frigoris intensissimi, in fervore spiritus surgens, ad plateam magnam perrexit, et ibi se catenis ligavit ad locum, ubi consueverunt latrones et fures vinculati ad spectacula detineri; et ibi tamdiu sic stetit, ut præ frigoris nimietate se mortuus ab omnibus cerneretur ; accurrentes autem parentes ejus, ipsum ad domum reportaverunt. Et ex tunc cœpit Deus Pater sibi in secreto mirabilia operari. Alebat siquidem et E matrem infirmissimam, cui tanta reverentia et sollicitudine serviebat, ut, quasi pedissequa vel servus emptitius, humilitatis officia domus suis manibus perficere non desisteret : ipsam levabat, ipsam portabat, ipsam si necesse erat lavabat, ipsamque in omnibus adjuvabat, quasi mater suum consuevit filium educare.

in foro se ridendum exponit.

et infima domus ministeria obit :

vili vestitu et parco somno utitur

12 Molliciem autem vestimentorum summa perstrictione correxit, portans ea de saccis et aliis petiis diversimode repetiata, in tantum ut parentes ejus præ rubore ipsum videre non possent. Super unam assidem continuo jacens, dormiebat solum, quantum naturæ negare non poterat; et statim surgens ad orationem pergebat. [Nihil] ducebat ad gaudium, nisi omnes suos actus consolidabat ad statum debitum. Et tunc omnia extrinseca deponens, tanta dulcedine, tanta suavitate, tanto ardore sursum ejus anima trahebatur in Deum; ut, quasi spirituali cibo lætatus ad seipsum rediens, amara et ad portandum difficillima, pro Christi amore sibi dulcia videbantur. Retulit tamen cuidam amico secretiori, quod ad eam ex elevatam mentis elevationem numquam conscendere poterat, nisi in oratione persistens multum fuerit fatigatus. Et ideo dicebat, quod frequenter Christi passionem suis cogitatibus F anteponens, oculis ad cœlum elatis, brachiis ad modum crucis protensis, et mente ad spiritum tota levata, tanto spatio orationi ardenter insistebat, ut ad se redienti musculi brachiorum et nervi, venæ et reliqua organa corporis, quasi dirupta præ nimietate laboris, cadere videbantur.

multum se in oratione fatigat

præ fervore spiritus,

13 Tempus continue furabatur, si poterat, ut orando cibum animæ quæreret, quem amabat. Reperi autem a viris dignis fide, eum tantam orationis excellentiam habuisse, quod orando sic inflammabatur, ut in virum alterum mutatus quasi ebrius spiritu sopiretur. Si quando autem de Christo cum aliis loquebatur, anima ad consueta recurrens, tanta lætitia perfundebatur, ut in ipsius laudes prorumperet statim. Et ut de multis unum referam, accidit ut die quadam, ipse cum duobus Christi famulis caritative insimul comedentes, corporalem cibum sumentes, fortiter cœperunt divinis colloquiis insistere : et usque ad finem perseverantes, tanto ardore mentis, contigit ut vir Dei in vocem prorumperet talem. Hic est, inquit, Christus. Illi exorantes eum dixerunt. Tace, Frater; tace, ne fatui deputemur. Et ille subjunxit : In veritate, si me ire permittatis, ad plateam pergam; et illic astantibus cunctis me accusabo,

A accusabo, deferens in manibus de his quæ manducavi, quia vorator et comestor sum, et Deum meum, ut possum, non laudo.

EX MS. VETERI.

Apud piam mulierem prandenti

14 Accidit præterea die quadam, ut honesta Christi famula, quæ sibi honesta familiaritate connectebatur, instanter posceret eum secum comedere, ob illius amorem, qui propter nimiam caritatem omnibus se familiarem exhibuit. Tandem vir Dei suis precibus acquiescens, die una ad eam divertit ut secum comederet. Dum ergo ad mensam pariter sic sederent, panem tantum et aquam sumentes; cœpit illa rogare, ut in scypho aliquantum sui potus dimitteret, quem ob ejus devotionem sumere cupiebat. Videns ergo mulier quod suæ petitioni non præberet assensum, observavit quando aquam sumebat; et ei surripiens scyphum de manu, alacri facie cœpit bibere. Et cum gustasset, comperit, aquam puram in vinum optimum fore mutatam : et

aqua in vinum vertitur:

ait ad virum Dei; Vides, Frater, qualia tuis meritis Christus dignatus est operari : ecce enim aqua, quam tibi obtuli, vinum optimum facta est. Quod cum ille audisset, doluit ex intimis cordis visceribus, et præcepit ut nemini panderet, donec Altissimus eum de terra dignaretur levare. Non potuit tamen hæc celare mulier, quin aliis Christi servis ex nimia B alacritate panderet.

acriter se ipsum et sæpe flagellat:

15 Proinde corpus proprium subjiciebat disciplinis, multis asserens, per hæc, vitia de nostra fragili carne extirpari. Accipiebat enim surculos olivarum subtilissimos, et ipsis aliquantulum retortis se tam acriter verberabat, ut diebus pluribus corpus semivivum remanens, humana cogitare nequibat. Hoc tam sæpe frequentabat, ut ex hoc natura prostrata non modicum pateretur laborem. Sic autem ipsius anima, per orationis frequentiam ac passionum tolerantiam, Christo suo redemptori erat amoris vinculo unita, ut jam Spiritu sancto edoctus, futura et occulta cognoscens, frequenter de ipsis veluti propheta aperto sermone loquebatur. Cum enim secundum Scripturam; Omnis qui male agit, odit lucem; erant aliqui contra eum et [artus] suos, velut canes latrantes, et eis suis sermonibus detrahebant, [et conabantur] ad certam interpretationem deducere; dicentes, quod de his humanam laudem, non divinum beneplacitum expeteret.

obloquia patienter sustinet

Joann. 3. 20

prophetice insinuat se clarificandum post mortem,

16 Cum autem die quadam cum suis sociis, de hujusmodi quasi conturbatis, sermonem revolveret; aliquantulum in loquendo gradum fixit, velut super hoc divinum expectaret responsum : et postmodum C aperiens os suum, sociis ait; Vere, Fratres, tempus veniet, quo universo mundo, utrum filii Dei legitimi vel naturales simus, ex operibus apertissime demonstrabitur. Et, ut mirabilius dicam, cum hoc suis aperiret in ecclesia, sedebat recte supra locum illum, ubi jacet nunc honorifice tumulatus; quasi minus dicens, plus sub velamento intelligebat; volensque, quid Deus pro sui amore post felicem transitum esset facturus, patenter insinuare. Insuper; cum fratrem quemdam carnalem haberet, cui universorum Gubernator in tantum piissimam suam manum subtraxerat, ut de peccato in peccatum cadens, quasi cæcus et sus lota in volutabro luti, laqueos peccatorum quotidie circuibat; de quo omnes, quasi Christo jam mortuo, diffidebant : cumque quidam de illo in dolore præ tristitia loquerentur; ipse eis hilari facie respondit; Nolite, inquit, timere : adhuc enim, his omnibus rejectis, bonus Christi servus efficietur.

et fratrem suum a vita lubrica convertendum.

alteri scrupulos eximit:

17 Alio quoque tempore Frater quidam, sibi amoris vinculo fortiter alligatus, cum in conscientia scrupulum quemdam haberet, obscurum non modicum; cœpit eum precibus flagitare, ut de hoc quid esse deberet ostenderet. Cui vir Sanctus, divino irradiatus fulgore, tanta mentis serenitate dubietatis vulnus amputavit, ut postmodum Frater, D conscientia solidata, Christo conformiter vivere non dubitaret. His autem et aliis pluribus interpositis, quæ reperi, quorum enarratio in longum multum protenderetur, sincero cordi et intellectui non obscuro satis constat aperte, eum fuisse sancti Spiritus eruditione illustrem, et prophetali spiritu non ignarum. Conscientiæ autem et animæ puritatem tam solicito studio conservabat, ut si quandoque cogitatione, locutione, vel aliqua operatione leviter deliquisset, continuo accurrens in charta scribebat; ne ad oblivionem ductus, quod Deum offenderat, occultaret : et saltem omni die Veneris ad suum Confessorem accedens, chartam deferebat in manibus, de omnibus humiliter se accusans.

quot hebdomadis confitetur de scripto.

CAPUT III.

Peregrinatio Romana, obitus, sepultura, translatio propter miracula.

Inter omnia vero quæ Deus pro suo servo operari dignatus est, unum referam mirabile de suppressis. Cum enim secundum divinum eloquium, si ipsi homines virtutes Sanctorum tacebunt, lapides clamabunt; quod homines occultare nitebantur, Angeli revelabant; ut quod humana lingua aliis non prædicabat, sancti Spiritus scientia ubique per orbem terrarum in occultis mentibus imprimebat. Tempore enim Indulgentiæ Romanæ *a*, ipse cum duobus sociis, *b* pariter incedens, obviarunt viro cuidam ignoto. Quos cum ille vidisset, quasi alius per ipsum loquens, in vocem talem prorupit : Nonne hic est ille vir sanctus de Urbino? Quod cum socii audissent, stupefacti, inter se cogitare cœperunt, quid hoc esset; præsertim cum illum extraneum et incognitum cernerent. Deinde unus de sociis Viro Dei ait; Audis qualia de te ab incognitis proferuntur? Ille vero ad partem aliam conversus, flere cœpit amare; eo quod semper desiderio fuerat fatigatus conspectibus omnium vilescere, ut ex hoc Deo in occulto vacare posset liberius, et ex nunc cerneretur, se ab humana laude tam velociter exaltari.

E

Romam profectus ad Indulgentias,

a

b

ab homine ignoto sanctus prædicatur :

19 Deinde vero perveniens ab Urbem, matronam quamdam venerabilem et sanctam in suis comperit foribus : quem cum illa vidisset, illico accedens ad eum, compellebat ad ipsam divertere. Cui acquiescens ipse cum sociis, secum nocte illa permansit. Quæ introductum cœpit eum honorare, et juxta se positum affabilitate quadam cœpit alloqui eum, velut fratrem; ipse vero tanto rubore affligi cœpit, ut jam se pœniteret intrasse. Cui illa sic ait : Ne quæso, frater, rubore conturberis : quadraginta enim F anni sunt *e* quibus juxta me hominem non permisi sedere : nunc autem anima mea tanta irroratur lætitia, stans juxta te incognitum, ut hoc sine causa provida et occulta fieri non posset. De mane vero surgens, visitatis Sanctorum liminibus, ad eleemosynam Summi Pontificis accessit, quam pauperibus singulis diebus jusserat erogari : quem cum dispensator conspexisset, distribuenti sic ait; Noli huic, sicut et aliis, partem minimam dare; sed ut petierit, quantum et quando, semper impende; quasi superno ductus consilio, intus perfectionem agnosceret, quæ foris hominibus lateret.

hospitio ultroneo honorifice excipitur,

e

inter pauperes largiori eleemosyna donatur.

20 Ut autem sit ad unum dicere, quantumcumque divinas consolationes et revelationes, quas Pater misericordiarum sibi faciebat, ad nutum cerneretur abscondere, nec non et propriam perfectionem vel virtutem occultare; semper occultata, cordium Perscrutator in tantum hominibus propalabat, ut jam de eo, mundo et Ecclesiæ Christianæ, lumen et claritatem non modicam expectarent; et civitatem propriam

Sic a Deo palam hominibus manifestus,

A propriam suis meritis a periculis omnibus protegendam. Sed, ut principio diximus, a sua cœpit pueritia Domino servire; potissime tamen a duodecimo anno et supra, tanta vitæ austeritate corpus proprium fatigavit, ut in orationibus, jejuniis, flagellis, frigoribus, itineribus, disciplinis, lacrymarum effusionibus, et aliis operibus maceratus, natura sic prostrata esset, ut sibi durum vivere foret, et desiderio expetivit animæ suæ ut moreretur : quem suus Magister ex alto prospiciens, tamquam bonum militem et fidelem, voluit exaudire.

mori optat.

21 Cœpit ergo famulus Dei gravi infirmitate tam fortiter detineri, ut jam eum omnes fere proximum morti conspicerent. Venientes autem ex Confratribus suis causa visitandi, et si necesse fuisset, obsequium impendendi, videbant ipsum semimortuum amissa loquela jacentem : et incipientes de Deo aliquid loqui, protinus vir Dei, licet recessurus in proximum, hæc tam subtili auditu percipiebat, ut statim in vocem laudis exterius diserta lingua prorumpebat, quasi incolumis perstitisset. Cum vero anima illa purissima ad recessum se præpararet, bella quædam *d* volucris, alba et pulchra, quasi de B suo ei congratulans transitu, circa ejus faciem evolare non desinebat. Quidam vero circumstans, eam abigere nitebatur, sed pro importunitate non poterat; ita ut ab omnibus crederetur certissime, ejus Angelum fore, qui eum custodiens usque in finem, animam illam gloriosam carne solutam expectaret, ut eum socians ad vitam illam perduceret, quam Christus illi pretioso suo sanguine acquisivit.

Extremo in morbo solum de Deo loquentes audit :

d

visitatur ab Angelo, sub specie avis viso :

22 Accedentes autem et maligni spiritus, sibi errores præsentare non desistebant, ut a quo in vita semper devicti fuerant, saltem in morte laqueo aliquo capere possent. Ipse vero in agone existens, frequente dicebat : Quare errores hujusmodi ad me defertis, cum eis acquiescere non proponam. Cumque in tentatione sic diu fortiter in fide mansisset, quasi aurum electum et igne probatum, adversariis omnibus devictis, clara voce ait; Amodo securi eamus. Unus autem de astantibus dixit : Quo ibis, Pater? At ille ait, Ad gloriam paradisi. Et hæc dicens pulchra facta est facies ejus, et membra omnia per se ipsa ordinate collocata sunt; et aliquantulum subridens, anima illa gloriosa, beata, sancta, et immaculata, æternum præmium receptura, sumpto vexillo victoriæ de inimicis, carne soluta, et Angelis sociata, quasi jubilando ad patriam tam dulciter et suaviter migravit, ut simul astantes per longum C spatium dubitarent, utrum esset mortuus vel vivus. Migravit ergo famulus Domini ex hoc mundo ad Patrem anno ejusdem Domini MCCCIV, prima die Junii, *e* prima hora noctis, qua solent matutinæ laudes Domino decantari : jussit autem suum corpus apud Ecclesiam B. Francisci tumulari, ut quem vivendo in mundo conatus est imitari, in morte quoque ab eo nolebat separari.

vincit dæmonum tentamenta,

et placidissime moritur,

an. 1304 1 Junii.

e

23 Mirum in modum, dum suus ex hoc mundo transitus omnibus innotuisset, factus est concursus populorum, hominum et mulierum, juvenum et senum, et una cum Clericis et Religiosis, ad ecclesiam cum hymnis et canticis detulerunt : et ibi circa ipsum omnibus completis exequiis, corpus Sancti cum multis laudibus honorifice commendarunt. Sed quia omnium providus dispensator Deus, Sanctos suos et amicos humana lingua vel industria non vult exaltari, ex altissimo suo consilio factum est, ut communi cœmeterio conderetur; ut ibi a Deo primo initium suæ exaltationis acciperet; et homines hæc attendentes, eum crederent omni veneratione fore condignum.

Celebratis honorifice exequiis,

communi cœmeterio conditur.

24 Cum unus ergo [pauperum] *f*, infirmitate gravissima detentus, diebus octo sic ab ejus oculis somnus discessisset, ut quasi amens effectus fatuus videretur; die sequenti sibi se devotissime commendavit, ejus subsidium postulando. Adfuit pius Pater, cui cura de ipsis fuerat; et eum subito sic pristinæ reddidit sanitati, quasi semper incolumis perstitisset. Hoc vero audiens alius, cujus brachium sic confractum fuerat, ut per artificiale remedium sibi subveniri non posset; fusis lacrymis ad ejus confugit auxilium, cui etiam pius Pater non defuit; imo ut Christi medicus bonus, statim brachium tanta sanitate consolidavit, ut quasi jam pristinæ fracturæ immemor esset effectus. Quid plura? tot et tantis cœpit vir Dei coruscare miraculis, et populorum undique ad ejus sepulcrum in tanta multitudine turma cœpit confluere, ut ecclesiam ipsam et locum omnem circa sepulcrum diebus ac noctibus sic incessanter occuparet, ut Fratres ipsius loci ex hoc molestiam non modicam paterentur : qua de causa compulsi sunt, exhumatum corpus in ecclesia cum hymnis et canticis deportare. Mirabile certe, licet multis contradicentibus, divina tamen deducente virtute, in ecclesia supra locum illum *g*, ubi jacet honorifice tumulatus, ut supra expressi, de sui et E suorum [ossium] exaltatione, mirifice prophetavit, super quo altari constructo, Missarum solennia ad ejus commendationem, et gloriam quotidie celebrantur.

f

D

EX MS. VETERI. duobus ad ejus invocationem sanatis,

coguntur Fratres transferre corpus ad ecclesiam,

g

25 Porro sicut vir iste beatus mirandis virtutum signis in vita claruerat, sic et a die transitus sui, et in præsens per diversarum regionum partes, præclaris miraculorum prodigiis, divina cum præcedente potentia, coruscat. Nam cæcis et surdis, mutis et claudis, hydropicis et paralyticis, dæmoniacis, naufragis et captivis, ipsius meritis remedia conferuntur, omnibusque morbis, necessitatibus et periculis subvenitur. Igitur hic est ille, qui languores multorum purgat, aquas salsas peccatorum in dulcedinem lacrymarum vertens. Hic est flos, a reatibus purgans, cujus odore mortui peccatis, reviviscunt. Hic rubus ardens, cujus ardore debiles et tepidi accenduntur. Hic est lapis angularis, tentationibus conquadratus, in superna Hierusalem collocandus. Hic est Sampson dux fortissimus, inimicorum opera per omnia devastans. Hic est fons de paradiso dulcedinis egrediens, per exempla salubria irrigans universam cordium inimicorum Christi ariditatem. Hic est balsamus odoris, ad cujus influentiam nares peccatorum ab æternis gehennæ laqueis absolvuntur. Hic est Moyses ille sanctissimus, viam præbens F populo per desertum, ut eos ad terram promissionis conduceret. Hic est Judas ille Machabæus, qui multum orat pro populo et pro universa civitate sancta Hierusalem, ita ut omnes qui puro corde, et conscientia non ficta, ejus implorant auxilium, petitiones eorum firmiter salutarem consequantur effectum.

quod exinde omnigenis claret miraculis.

Laudatur ab Auctore :

et antiquis Patriarchis comparatus

26 Ad Confessorem ergo istum piissimum nostrorum cordium vota medullitus convertamus, ut per ejus merita an ore sancti Spiritus inflammati, æterna fiducialiter appetamus : in Christum quoque oculos nostri intellectus celeriter dirigamus, ut per sua lucis exempla monstrata nostros actus lucidos reddere valeamus; ut dulcedine suavitatis æternæ gustata, cordiales angustias et tentationes facilius deponamus; et inde nostras animas atque corpora, actus quoque, sensus et operationes, cuncta cordis et oris, flexis ante eum genibus, et lacrymis contritionis et pœnitentiæ irrigati, fiducialiter committamus. Quia ipse, ut pius et misericors, veniet et salvabit nos; et si moram fecerit, nihilominus expectemus, eum incessanter precibus invocando, quia veniens veniet et non tardabit, illuminans abscondita tenebrarum, et tunc laus erit unicuique

invocandus et imitandus proponitur,

A a Deo. Ita quod ipsius meritis et intercessione corda nostra interius sic ardore sancti Spiritus accendantur, ad congrue operandum; oculi nostri radio lucis æternæ sic illuminentur, ad caute incedendum; mens nostra sic æternorum dulcedine repleatur, ad caduca reliqua non appetenda; gressus nostri et operationes sic perducantur, ad non dijudicandum; ut his malis omnibus, quæ nostris meritis patimur, exuti, vitam illam beatam feliciter intrare possimus, quam Christus nobis suo pretiosissimo sanguine et super crucem de plagis sacratissimis effuso acquisivit; ubi ipse cum Angelis et Archangelis, atque Sanctis omnibus, cum Patre, in perfecta æternitate Personarum, manet gloriosus Deus, per infinita secula seculorum. Amen.

Ex MS. veteri. omnibus omnia futurus.

ANNOTATA.

a *Jubilæum celebravit Bonifacius VIII anno* 1300, *quo vixisse Beatum sentit Waddingus.*

b *Vita Ital. addit*, Tertiariis.

c *Eadem :* Multi enim anni sunt, quod ex revelatione de te mihi facta, adventum tuum singulari cum desiderio expectavi.

B d *Epitaphium nostrum*, bellua quædam velut hic alta : *quod perperam scriptum correxi per conjecturam ex Waddingo sumptam, uti et alia paucula, sed nullius momenti, quorum tam evidens patebat correctio, ut eam indicare fuisset superfluum. Vita Italica*, Columba alba.

e Ætatis anno LXIX, *inquit eadem.*

f *Hanc additionem exigere videntur sequentia verba*, cui cura de ipsis fuerat.

g *Vita Italica*, Id est ad altare Martyris Christi S. Laurentii.

CAPUT IV.

Quædam miracula post mortem.

Pauca ex multis.

Ut autem de bonis, per ipsum a Deo nobis collatis, gratias referamus; ad Omnipotentis gloriam et honorem, et Confessoris sui veridicam commendationem, aliqua ipsius per fideles testes approbata et conscripta miracula breviter intexere disposui; sed sufficientia propria negat, et miraculorum multitudo ac varietas studium plurimum et laborem cum sudore requirit: maxime cum ipse quotidie per diversas mundi partes, divina se protegente vir-
C tute, novis et innumeris decoretur miraculis. Quare per omnia scribendo discurrere non propono, quasi numerum invenire cupiens; sed aliqua solum breviter tangam, secundum quod languorum diversitas, et infirmitatum varietas deposcit.

et primo de Cæcis illuminatis.

a 28 Apud Castrum-Leonem *a*, mulier quædam a magno tempore sic visum ex toto amiserat, ut aliquid minime cernere posset. Audiens ergo famam viri sancti, per omnes circumstantes partes crebrescere, et quod Deus suis precibus multos de cæcitate ad visum revocasset, interius ardore devotionis accensa, et spem recuperandæ sanitatis assumens, ad ejus sepulcrum cum grandi fiducia se poposcit deduci. Cum autem super ejus sepulcrum, lacrymabili facie suum exposcens auxilium, diu permansisset, aliquantulum mulier obdormivit: tandem consurgens, ad propria cum suis cœpit redire, nullo in ea sanitatis signo apparente. Dum ergo juxta civitatis portam egressa esset, elevans oculos suos, subito et præter cursum ordinemque naturæ, omni velamine ablato, res per tantam itineris distantiam percepit, ut jam viderentur oculi vetulæ senescentis in juvenilem vigorem fere mutari. Pro- D
rupit itaque mulier, alacri vultu et prudenti animo, in Confessoris Christi laudes debitas et honores, cujus meriti interventione sentiebat se esse sanatam.

29 In Comitatu Anconitano, vir quidam oculum dextrum sic ex toto confractum per magnum temporis spatium habuerat, ut non solum illius intuitu aliqua cernere non posset; verum etiam, propter magnam ejus deformitatem, ab omnibus monoculus videbatur. Tandem audita fama Viri, devotione qua decuit, se suæ protectioni commisit. Mirabile certe. De sero emisit votum, cui pius Pater affuit, velut languorum perfectissimus curator, et ei oculum prius confractum debita harmonia subito reparavit, ut in eo vestigium livoris alicujus minime appareret. Surgens vero mane, et se liberatum intuens, clara luce ad ejus sepulcrum quam cito venire disposuit, ubi laudes gratas redderet Deo, qui dignatus fuerat eum, ob merita Sancti, a tali plaga curare.

De Mutis et Paralyticis.

30 Apud Castrum Tavoleti *b* in Comitatu Arimini, ubi sanctus Pater multa dignatus est operari E b
miracula, pater et mater filium habebant, qui jam quintum ætatis annum compleverat, et nulla ei facultas loquendi videbatur adesse. Cum pater ipsius et mater tristitia plurima et dolore vexarentur, præsertim cum posteritatem aliam non haberent, votum vovere Domino, quod si vincula linguæ ejus solvere dignaretur, ejus sepulcrum honorifice una cum puero visitarent, et miraculi novitatem omnibus innotescere procurarent. Emisso autem voto, subito audientibus cunctis puer aperiens os suum dicit; Mater, volo portari ad ecclesiam Sancti qui me liberavit. Stupefacti vero qui aderant ad tam insoliti miraculi novitatem, et votum adimplere studentes, ex tunc cœperunt ad Sanctum devotione interna solicite famulari.

31 Sacerdos quidam de Monte *c* Coupiolo, per annos quadraginta paralysim linguæ vehementissimam passus est, et per artis remedium alicujus sibi subvenire non poterat. Cumque se Confessori Christi devotissime fusis lacrymis commendasset, tantam meruit linguæ ejus ob merita Sancti recipere sanitatem, ut ex tunc ita diserta lingua, et aperto sermone loqueretur, acsi numquam impedimentum aliquod habuisset. Veniens ergo ad sepulcrum ejus, sibi gratias de tanto beneficio referens, retulit Fra- F
tribus gestæ rei ordinem, sicut fuit; promittens ob hoc se ad Curiam summi Pontificis accedere, si necesse foret aliquando, propter ejus Canonizationem, et ibi de omnibus verum testimonium reddere, sicut in veritate habebat.

De Contritis.

32 Vir quidam Joannes nomine, de Civitate Fuligni, dexteram tibiam a tempore suæ nativitatis sic contractam et aridam habebat, ut sine baculo et difficultate non modica ambulare non posset: in genu vero grossitiem quamdam ex nervorum contractione habebat, propter cujus timiditatem genua invicem ambulando collidebantur, cujus causa dolorem continuum patiebatur. Cum ergo sui animi angustiam cerneret tantam, ad istius Confessoris Christi auxilium implorandum, omnes sui cordis affectus convertit; et veniens ante suum altare, lacrymas fundere et tacitos ululatus emittere non desistebat; firmiter credens, Sancti pietatem, quam tantum commendari audierat, ad suam exaudiendam petitionem deflectere. Præ nimia vero lassitudine cœpit aliquantulum obdormire. Dum autem sic dormiret

A dormiret, sibi in visu apparuit sanctus Pilingottus: qui apprehenso genu et tibia, vertit se ad Crucem Christi, quæ ibi depicta erat: et ait; Domine, libera eum. Infirmus vero hoc audiens, ex desiderio liberandi, responsum alteri surripuit, et ait: Et ita Pater, libera me. Et hæc dicens, extendit manus suas, ut Sanctum caperet: et excitatus est; statim duos panes reperiens, sibi in manibus dimissos a Sancto. Audientibus autem cunctis qui aderant et videntibus, cœperunt tibia et genu quodam stridore concuti, et nervi contracti extendi. Alii autem accurrentes acceperunt pallium, quod Sancti fuerat, et super ipsum imposuerunt. Et statim membra illa ita perfecte consolidata sunt, ut ibi infirmitatis vel doloris alicujus nullum de cetero signum videretur.

d 33 Vir quidam de Monte-locco, *d* per annos viginti duos, pedes contractos et ad invicem retortos habuerat; itaque ambulando non pedis plantam, sed quod vulgariter collum dicitur, super terram ponebat: nec propter hujus infirmitatis inveterationem tam longam, dolores cessaverunt; sed potius ex abundantia humorum ad locum defluentium, quotidie augmentabantur. Cum ergo Sancti merita

B vigorose ut potuit invocasset, statim cœpit ita visibiliter liberari, ut sine difficultate quocumque vellet posset accedere. Porro vir iste non fuit tanti beneficii immemor vel ingratus; sed statim iter arripiens ad ejus sepulcrum, ei gratias rependere debitas non postposuit. Mirum in modum! Consueverunt homines ex itineris labore quamplurimum fatigari, nervi vero et organa corporis fortiter debilitari: iste autem ut venire cœpit, continuo virtute quadam supernaturali fortificatus est, atque membra omnia consolidata sunt, ut de cetero ambularet, ac si numquam infirmitate aliqua fuisset detentus.

34 In civitate Fani vir quidam per longum tempus periculosam fracturam sic passus fuerat, ut intestina omnia ad virilia membra *e* descenderent: non valens autem ambulare præ cruciatu, quo diu noctuque torquebatur, votum fecit S. Pilingotto, et subito sanum se reperit. D

EX MS. VETERI. *e*

35 Erat Urbini vir quidam, adeo graviter infirmus, ut aliquando dies et noctes octo insomnes egerit, ac pene a mente alienus videretur: sed et hic, mox ut se B. P. Pilingotto commendavit, sanitatem recepit. Quod cum alius quidam eadem in civitate infirmus rescivisset, cui fractum brachium nulla adhuc potuerat arte sanari; invocavit etiam ipse auxilium Sancti, et similiter demissus est ab infirmitate sua.

ANNOTATA D. P.

a Castro-leone, *inter Urbinum et Æsium via fere media, Urbino distat* 18 p. m.

b. Decem milliaribus Urbino, *inquit Vita Ital. et omittit ad quem Comitatum spectet. Recte: nam hodie videtur ad Urbinatem spectare, cujus metropoli duplo propior est, quam Arimino, et sic Topographia Italiæ Jo. Ant. Magini, atque hunc secutus Jo. Blavii Atlas,* Tavolettum *notant intra fines Urbinates.* E

c *Vita Ital.* Capiolo: *neutrum nomen exhibent Topographicæ mappæ.*

d *Ita etiam locum nominat Vita Ital. sed neque hunc in tabulis reperio.*

e *Hic deficit MS. in quo verosimiliter olim plures alii tituli notabantur. Quæ autem sequuntur, adjunxit auctor Vitæ Italicæ: quia insuper reperit, vocem* resanatus, *quæ etiam est in ecgrapho nostro.*

SECUNDA

SECUNDA DIES JUNII

SANCTI QUI QUARTA NONAS JUNII COLUNTUR.

Sanctus Pothinus seu Photinus Episcopus, Martyr Lugduni in Gallia.

S. Zacharias Presb.
S. Vetius Epagatus,
S. Macarius,
S. Aschlibiades,
S. Silvius,
S. Primus,
S. Ulpius,
S. Vitalis,
S. Comminus,
S. October,
S. Philomenus,
S. Geminus.
S. Julia,
S. Albina,
S. Grata,
S. Æmilia,
S. Potamia,
S. Pompeia,
S. Rodana.
S. Biblis,
S. Quartia,
S. Materna,
S. Helpis,
S. Maturus.
S. Sanctus Diaconus,
S. Attalus,
S. Alexander,
S. Ponticus,
S. Blandina,
S. Justus,
S. Aristeus,
S. Cornelius,
S. Zosimus,
S. Titus,
S. Julius,
S. Zoticus,
S. Apollonius,
S. Gemmianus,
S. Julia altera,
S. Ausona,
S. Æmilia altera,
S. Jamnica,
S. Pompeia altera,
S. Domna,
S. Justa,
S. Trophima,
S. Antonia,
} Martyres Lugduni in Gallia.

S. Vincentius, S. Felix,
S. Nina, S. Castula,
S. Priscus, S. Epagatus,
S. Sepaca, S. Amelia,
S. Hilarius. S. Donatus,
} Martyres ibidem.

S. Barbarinus Presb.
S. Humatus,
S. Evasius,
S. Honorata,
S. Rogata,
} Martyres.

Sancti triginta octo Martyres, apud Græcos.

Sancti Mater et tres liberi, Martyres apud Græcos.

Sancti plurimi Martyres Antiochiæ.

S. Theemeda cum filiis,
S. Armenius cum matre,
} Martyres in Ægypto.

S. Marcellinus Presb.
S. Petrus Exorcista,
S. Thomatus,
S. Rogatus,
Sancti Quadraginta duo,
} Martyres Romæ.

S. Secundus,
S. Maxima,
S. Martinianus,
S. Silvinus,
S. Flavianus,
S. Paulus,
S. Petrus,
S. Victorina,
S. Saturnina altera
S. Paula,
S. Julia,
S. Matrona,
S. Fausta,
S. Extricata,
S. Antonina,
S. Saturnina,
S. Donata,
S. Reducta,
S. Maxima,
S. Florentina,
S. Fortunata,
S. Maxima altera,
S. Urbana,
S. Felicissima,
S. Justa,
S. Flavia,
S. Matrona altera,
S. Marciosa,
S. Valentina,
S. Fortunata altera
S. Venusta,
S. Donata altera,
S. Maria,
S. Gallica,
S. Tertula,
S. Vitalica,
S. Evantia,
S. Julia altera,
S. Summata,
S. Posinna,
S. Saturnina tertia,
S. Concordia,
S. Donata tertia,
S. Felix,
S. Valentinus,
S. Januarius,
S. Mastilla,
S. Lucius,
S. Maria altera,
S. Marcella,
S. Percus,
S. Datula,
S. Victuria,
S. Jovianus,
S. Maxima tertia,
S. Felix alter,
S. Tertula,
S. Castulina,
S. Tulla,
S. Gaudolus,
S. Medianus,
S. Justus,
S. Saturus,
S. Saturus alter,
S. Felix tertius,
S. Dontula,
S. Samma
S. Januaria,
S. Fortunatus,
S. Saturnina quarta
S. Julia tertia,
S. Nina,
S. Honorata,
S. Donata tertia,
S. Victoria,
S. Marcia,
S. Donata quarta,
S. Calpurnia,
S. Extricata,
S. Felix quartus,
S. Saturninus,
S. Donatus,
S. Cenonus,
S. Primosa,
S. Secunda,
S. Januaria altera
S. Rogatus,
S. Faustus,
S. Fonteius,
S. Tertulus,
S. Paula altera,
S. Rogatus alter,
S. Secunda altera,
S. Januaria tertia,
S. Martialis,
S. Felix quintus,
S. Sextus,
S. Fortunatus alter,
S. Januarius alter,
S. Adjutor,
S. Fortunata tertia,
S. Nomitia,
S. Paula tertia,
S. Rogata,
S. Victoria altera,
S. Donata quinta,
S. Mavorus,
S. Posinna altera,
S. Prima,
S. Urbana altera,
S. Turninus,
S. Januarius tertius
S. Senecio,
S. Julia tertia,
S. Marciana,
S. Nondinarus,
S. Castus,
S. Datus,
S. Florentina,
S. Victoria altera,
S. Piscina,
S. Castulus,
S. Saturninus alter
S. Victurianus,
S. Fortun. quartus,
S. Nina altera,
S. Nundinus,
S. Saturnina quinta
S. Cæcilia,
S. Marina,
S. Luciosa,
S. Felicia,
S. Maxima quarta,
S. Prima altera,
S. Firmina,
S. Evasius,
S. Sildinus,
S. Tertius,
S. Fuscus,
S. Marcellina,
S. Rota.
S. Evasia,
S. Sermatia,
S. Rodilia,
S. Maria tertia.
S. Salpurnia,
S. Castula,
S. Saturnin sexta,
S. Justa,
S. Jocunda,
S. Julius,
} Martyres Romæ Passi.

Alii septuaginta sex.

S. Marius, S. Oratus, S. Jovinianus, S. Latina, S. Fortunatus S. Sabina, Martyres ibidem.

Sancti Quadraginta octo Martyres Romæ.

S. Thamatus, S. Pafilus, S. Honoratus, S. Estiaus seu Palæstinus, S. Selecus, S. Porfirus, S. Rogata, Martyres Cæsareæ.

S. Erasmus Episcopus, Martyr Formiis in Campania.

S. Eugenius I, Papa Romanus.

S. Adalgisus, Presbyter in Theorascia, Picardiæ regiuncula.

S. Guido, Episc. Aquensis in Insubria.

S. Stephanus, Episcopus Martyr Noralæ apud Helsingos in Suecia.

S. Nicolaus Peregrinus, Trani in Apulia.

B. Joannes, Eremita in monte Hisp. Urticensi.

S. Joannes Megalo-martyr Bialogrodi in Bessarabia.

SS. Martyres, Sendomiriæ in Polonia trucidati a Tartaris.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI

Opera R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ, nisi aliud indicent litteræ additæ in margine.

Sancti Hermilus et Stratonicus Martyres, *memorantur in pervetusto Synaxario Ecclesiæ* CP. *uti pridie apud alios Græcos. Eorum Acta martyrii illustravimus* XIII Januarii.

Ceolachus, Cellacus, Colatus, vel Colachus, Episcopus Lindisfarnæ et Leichfeldensis, Apostolus Merciorum, *ut* Sanctus *memoratur a Camerario in Menologio Scotorum, et in quodam MS. Kalendario Ordinis S. Benedicti. Ven. Beda lib.* 3 *Hist. Angl. cap.* 21 *inter Episcopos Mediterraneorum Anglorum et Merciorum nominat* Ceollach, de natione Scotorum, qui Episcopatu relicto reversus est ad insulam Hy. *Egimus de eo inter Prætermissos (quibus quod addamus non occurrit* XIV Febr.

S. Nicephorus, Patriarcha Constantinopolitanus, *solenni veneratione colitur a Græcis, et eorum exemplo memoratur a Molano, Ferrario et aliis. Nos cum Latinis illustravimus ejus Acta* XIII Martii.

S. Walarici Abbatis Relatio de Flandria, ad proprium locum, *inscripta est MS. Centulensi. Historiam relationis cum illius Actis dedimus* I Aprilis.

D. P. S. Marcellini Episcopi Depositio *indicatur in vetustissimo Epternacensi Martyrologio S. Hieronymi, post relatos Martyres Romanos quamplurimos, ut videatur indicari* S. Marcellinus Papa *sive* Episcopus, *potissimum cum ejus mentio in dicto apographo, antiquiores omnes Ecclesiæ Romanæ Episcopos referente, nusquam habeatur. Hoc si admittatur, mutanda erunt, quæ de ejus fine et sequenti Pontificatus initio dixi in Conatu Chronico hist. ad Pontificum Rom. seriem. In MSS. Vaticano S. Petri, Parisiensi S. Victoris, et alio Reginæ Sueciæ, adjungitur* Saturninus, *et forsan cum eo depositus. Est* Saturninus *hoc die inter Martyres Romanos, ut videatur his facile potuisse adjungi. In MS. Trevirensi legitur*, Romæ S. Marcelli Martyris cum aliis CCCC, *et in apographo Lucensi appellatur* Marcellus Episcopus; *Socii vero ibidem, si non tanto numero, saltem ultra trecentos, referuntur. In Blumiano scribitur nomen* S. Marcellini Presbyteri. *Colitur autem Marcellinus Papa* XXVI Aprilis.

S. Romanus Martyr Tarsi in Cilicia *refertur a Rabano hoc die et a pluribus die quinta Junii. At dies natalis est* XIV Maji.

Damianus, Comes S. Reguli, *indicatur a Camerario in Menologio Scotico. De eo egimus inter Prætermissos* I Junii.

Pyrrhus Episc. *refertur in Synaxario Claromontano cum* sanctis Patribus nostris Gerasimo *et* Erasmo; *de his nihil ultra scimus, de illo egimus* I Junii.

S. Acacius Martyr *ponitur in MS. Synaxario Ecclesiæ CP. nullo addito loco aut tempore seu persecutione, ut difficile sit de hoc judicare, cum plures* Acacii *Martyres in hoc opere occurrant.*

Dorotheus, qui decollavit SS. Marcellinum et Petrum, cum vidisset animas illorum ferri ad cælos, pœnitentiam agens, baptizatus, sub Julio Papa quievit in pace; *uti in Actis martyrii horum infra refertur num.* 11 *et* 14. *De eo seorsim ut Sancto agitur in Martyrologio Coloniæ et Lubecæ edito anno* 1490, *et apud Grevenum atque Canisium. Ibidem omnia sunt relata : sed quia neque Ferrarius aliique Romani de eo seorsim agunt, neque nomen antiquis Martyrologiis ullis reperimus inscriptum, hoc indicasse sufficiat.*

B. Marcellini Martyris Romani exuviæ, ab Urbano Papa VIII concessæ, in monasterio Sanctissimæ Trinitatis Excalceatorum, apud oppidum Socuellamos Hispaniæ, honorifice coluntur. *Ita Tamayus de Salazar in Martyrologio Hispanico; addens*, se memoriam in hunc diem reposuisse, quia de alio ejusdem nominis agunt hodie antiqua et recentiora Martyrologia, in quibus de hoc altum silentium. *Et nos de* S. Marcellini Presbyteri et Petri Exorcistæ *Reliquiis, variis in locis reservatis, infra agimus : a quo hunc plane diversum arbitramur.*

SS. Nicolaus et Trainus, Eremitæ in Sardinia, *hoc die referuntur a Ferrario, in Catalogo Sanctorum Italiæ, occasione* S. Nicolai Tranensis. *Eorum corpora religiose elevata dicuntur anno* 1227, *Vita autem et miracula describi in veteri libro edito per Ludovicum Episcopum Civitatensem; quem librum, æque ac librum Francisci Faræ de rebus Sardiniæ, optaremus nancisci, maxime si prædicti Sancti certum aliquem cultus vel elevationis diem habeant, prout indicare videntur Dimas Serpi et Dionysius Bonfant. Quod si festi illius dies certus, in quo etiam Indulgentiæ proponuntur, dignæ quarum a nobis mentio fiat, indicatus fuerit, sive ipsorum proprius, sive cum Deipara loci Patrona communis, conabimur ad eum de iisdem plenius agere.* D. P.

Anastasia Oliveti, *scilicet Monacha, Sanctorum ac Beatorum Ordinis Carmelitici Aciei bene ordinatæ inscripta per Philippum a Visitatione, nescio unde ei ut* Sancta, *vel hoc die mortua, innotuerit; neutrum dicit in Annalibus Lezana, agens de ea velut Ordinem suum professa ad an.* 521. *Certe ultima ejus memoria, quæ exstat in Vita S. Sabæ, de ea solum agit, ut tum, cum illa scribebatur*, in monte Olivarum *adhuc* virtutibus florente, *nusquam vero ut jam defuncta.* D. P.

SS. Deodati Episcopi, Maldegarii, Fulberti, Amsilionis, Lamberti et unius Innocentum translatio, in monasterio Latinico, *inscripta est Additionibus Molani* D. P.

[illegible] ad [illegible] anno 1583 [illegible], [illegible] quo [illegible] in Martyrol. [illegible] Wionis, [illegible], Menologium [illegible], [illegible] et [illegible] Verum [illegible] Ordinis [illegible] Patres [illegible] sed [illegible] *rogavimus nihilominus nostrum P. Hardoynum, ut* [illegible] *[illegible] sint; [illegible] nihilominus festa coli ut sequitur :*

S. [illegible] Episcopi, [illegible] Carnotensis, [illegible] *dignum, [illegible] cultus inter Prætermissos [illegible] est* x Aprilis.

S. [illegible] Episcopi, [illegible] Narbonensis [illegible] tur xix, *iste* xxii Junii.

S. [illegible] Episc. et Martyris, [illegible] vii Septembris.

S. [illegible], *[illegible]*, xi Octobris.

SS. Innocentium, [illegible] xxviii Decembris.

S. Malegarii [illegible] *[illegible] qui Martilus in Hannonia [illegible]* xx Junii.

Odo, ex Priore monasterii Cantuariensis S. Salvatoris, Abbas Bellensis in Anglia, [illegible] *Mauritio, Matthæo, et Bucelino* [illegible] *Quod primus, quantum scimus, [illegible] Bilaus. [illegible] tamen sunt Pitsæus, Harpsfeldius, Menardus et Bucelinus. Non est in Martyrologio Anglicano Wilsonis; [illegible] de ejus cultu [illegible]*.

Beatus Dubdalethus, filius Kellaci, Comorbanus [illegible] SS. Patricii et Columbæ, hoc 2 Junii, ætatis suæ anno octogesimo, in pace quievit. *Ita Colganus parte 3 ad Acta S. Patricii, ex [illegible] pag. 297, et addit, eum, juxta quatuor Magistros, successisse Muiredaco, anno 965 [illegible], et sedisse Archiepiscopum Ardmacanum annis 33, [illegible] 998.*

Ratruda Virgo, in monasterio Plumbariolo prope Montem Casinum, *cum titulo Sanctæ [illegible] a Bucelino; sed a nemine [illegible], quod sciamus :* ***ab illo autem citantur*** Leo Ostiensis et M. Ant. Scipio, *[illegible] Quæsivimus [illegible] et reperimus, Leonem lib.* 1 *Chronici Casinensis cap.* 8 *[illegible] tamquam filia Ratchisi Regis Longobardorum, [illegible] monachi [illegible]* ***eo loco, propriis sumptibus extructo dotatoque***, sub magna cautela, et districtione regulari vitam agens, ultimum diem clausit. *Verum tamen neque ipse Leo, neque Angelus de Nuce in Notis, ei tribuunt titulum* Sanctæ, *uti nec M. Ant. Scipio in Elogiis Abbatum Casinensium, ubi in S. Petronace Abbate, (de quo egimus 6 Maii)* Ratrudæ *meminit; nec denique Mabilio in 3 Seculo Benedictino. Dum vero videtur Bucelinus [illegible].*

Conallus Episcopus, S. Columbæ discipulus, in monasterio Divini Juris, *memoratur in Menologio Scotico Dempsteri, ejusque Historia Ecclesiastica pag.* 167, *ubi monasterium* Divini-Ruris *appellat, asseritque* floruisse anno 609. *Dempsterum describit* Ferrarius, *citatque Hectorem Boethium, sed hoc [illegible] ejus [illegible] de ejus [illegible]*

Z[illegible] M[illegible], [illegible] Abbas [illegible], *qui [illegible]* [illegible] *potest. [illegible] a Greveno in Auctario Usuardi, Heraclidem Ponticum [illegible]; sed [illegible] in suo Paradiso [illegible] meminit nec alius quod scimus. Idem nihilominus refert [illegible] Ferrarius, [illegible] ejus in genere. [illegible]* S. *Z[illegible]* [illegible], *qui* in pace *[illegible]* xxiv *Martii, [illegible] possumus affirmare, num unus idemque hic referatur.*

Thomas de Argentolio, Præpositus Ecclesiæ Atrebatensis [illegible] Ecclesiæ suæ [illegible], propter justitiam ac libertatem Ecclesiæ, a sicariis interfectus anno MXXVI, *memoratur a Molano in Natalibus Sanctorum Belgii, et [illegible] Ecclesiæ [illegible] Molanus. Natalis Martyrii [illegible], uti [illegible] DD. Canonicis [illegible], [illegible]* Eadem die occisus Thomas Præpositi, pro quo [illegible] quinquagesima solidos, anno MCXXVI. *Ejus memoria, sed [illegible] charactere, [illegible] est in Martyrologio, Gallice Lovanii an.* 1624 *impresso, et [illegible]*.

Joannes, in monasterio Brabantiæ Villariensi Ordinis Cisterciensis admissus, adhuc probationis annum agens, post [illegible] vitam peractam [illegible], *[illegible] titulo Beati [illegible] ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino. Laudatur in Chronico Villariensi.* NOT. 7

Adelheydis, cum quinquaginta Virginibus, vixit in Isnensi oppido Sueviæ Imperiali, et laudatur plurimum a Joanne Nider, *lib.* 4 *Formicarii cap.* 11 *et lib.* 2 *cap.* 11, *non [illegible] die obitus : quem [illegible] Artur[illegible] a Monasterio hunc* 2 *Junii*, *et primus eam honorat titulo* Beatæ.

Udalricus, [illegible] de Zile, dein monachi Zwifaltensis depositio, *ut* venerabilis viri, *memoratur a Bucelino in Menologio Benedictino.*

Arnoldus a Gertrudis-Berga, Capellæ Hannoniæ pago prope Enghiam, Carthusianus, cum opinione sanctitatis mortuus, *post Dorlandum refertur a Rayssio; sed* Venerandum *solum compellat.*

Ludovicus de Estrada, Abbas monasterii Horti B. Mariæ, in diœcesi Hispaniæ Seguntina, Ordinis Cisterciensis, et totius Congregationis Castellæ Superioris, Generalis, mortuus hoc die anno MDLXXXI, ante Societatis Jesu propugnator; *inscriptus est Menologio Henriquez, Chalemoti et Bucelini; sed solum cum titulo* beatæ recordationis, *aut* piæ memoriæ, *aut* venerabilis.

Leonardus Assisias, S. Francisci socius, *refertur a Jacobillo, quod alium pro hoc die non haberet. Allegat is [illegible] Martyrologii Franciscani, in quo primo loco ad præcedentem diem habetur, uti tum inter Prætermissos diximus.*

Jacobus Coppenus, Alemariæ anno 1575 ab hæreticis occisus, *ut* Martyr, *post Opmerum, indicatur a Rayssio.*

Joan. Bernardus, *an.* 1599 *ab Indis occisus,*		Ordinis
1 Joann. Luneburg. *in Saxonia, an.* 1240.		S. Francisci,
2 Joan. a Rupescissa, *Villa Fran. an.* 1357.		*memorantur*
4 Rubinus Mirtilli, *in Lusitania, an.* 1447.		*ut* Beati *in*
7 Alphons. de Tapia, *in Hispania, an.* 1598.		*Martyrologio*
3 Guil. a Castellione, *in Italia, an.* 1415.		
5 Gaspar a Josepho, *in Hispania, an.* 1576.		
6 Joannes Laicus, *Salmanticæ, an.* 1577.		

Paula Isabella, *Virgo Mediolani, an.* 1447, *Franciscano Arturi, et* Paula Isabella *in ejusdem Gynæceo sacro. Horum varii laudantur a sanctitate*

vitæ

vitæ apud Waddingum et Hueberum; sed de cultu aliquo, saltem inchoato, silent : neque eorum quemquam titulo Beati honorant.

Joanna de Guilhem, *Ordinis Eremitarum S. Augustini, Oriolæ in regno Valentiæ, anno* 1607 *mortua, miraculis clara, translata est anno* 1616 *in altare. Vita, per paginas* 30 *deducta, extat apud Simonem Gerundensem de S. Martino, in Historia S. Augustini et aliorum Sanctorum, Beatorum et Illustrium Ordinis : sed in hac Vita abstinet auctor a titulo* Beatæ, *quem tamen ei tribuit Arturus a Monasterio, in Gynæceo sacro.*

Isaac Monachus et Martyr Cordubæ, *memoratur in MSS. Pragensi et Ultrajectino, in aliis cum Martyrio Romano* III Junii.

SS. Pergentinus et Laurentinus fratres, in Tuscia, sub Decio gladio necati, *referuntur in MS. Treviensi S. Martini, ab aliis* III Junii.

S. Genesius, Episcopus et Martyr, Lemovicis in Gallia, *indicatur a Ferrario*, ex Kalendario Ecclesiæ Lemovicensis; *sed addit*; cujus urbis Episcopus fuerit, quandove Martyr effectus fuerit, necdum se potuisse scire. *Habemus Breviarium Lemovicense anni* 1625, *in cujus Kalendario nusquam fit mentio ullius* Genesii. *Esse tamen duas parochias* S. Genesii *in Archipresbyteratu Briveti ansi, indicatur in Registro beneficiorum Lemovicensis diœcesis. Forte est* S. Genesius, *Episcopus Claromontanus, sed Confessor : qui colitur sequenti die* III Junii.

S. Lifardus, Episcopus Confessor, *indicatur in additionibus scriptis Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Est* Lifardus, Episcopus Martyr, IV Februarii; *aut* Lifardus, Presbyter Confessor, *sequenti die* III Junii.

S. Attalus, *est in MS. Synaxario Ecclesiæ. Videtur ille esse, qui ab aliis refertur* VI Junii.

S. Arthemius cum suis *indicatur a Greveno in Auctario Usuardi. Putamus eumdem esse, quem alii nobiscum differunt ad* VI Junii.

SS. Vincentius, Primus, et Felicianus, Martyres Agenni, *celebrantur in Martyrologio Gallicano Saussaji. Verum* Primus et Felicianus *passi sunt* Romæ; *et* Vincentius, Agenni; *perperam hic conjuncti : quos, sub debita distinctione, referemus* IX Junii.

S. Odo, origine Danus, ex Episcopo Wiltoniensi Archiepiscopus Cantuariensis, hoc IV Nonas Junii, *inscriptus est Martyrologio a Richardo Whitfordo edito, et Londini Anglice anno* 1506 *excuso. Verum*, IV Nonas Julii, relicto seculo cœlestia penetrasse, *dicitur in Vita a Capgravio edita, et assentiuntur alii. Varia ergo ejus Acta daturi sumus* IV Julii.

S. Procopii Abbatis in Bohemia Canonizatio, *hoc die facta, recolitur a Wione, Menardo, Ferrario, et aliis. Dies ejus natalis est* IV Julii.

S. Udalricus, Episcopus Augustanus, *inscriptus est MS. Leodiensi S. Laurentii, et MS. Florario. Ejus natalis est* IV Julii

Malcolmus Rex Scotiæ, maritus S. Margaritæ, ab Anglis anno 1097 occisus, *ut* Sanctus Martyr, *a Wilsono inscriptus est Martyrologio Anglicano, anni* 1608; *suntque eum secuti Camerarius et Ferrarius. Allegatur Molanus in Appendice ad Usuardum : sed is in prima editione habet illum ad diem* XV *Octobris, et secuti sunt Canisius in Martyrologio Germanico, Ferrarius in Catalogo generali, atque Dempsterus in Menologio Scotico qui etiam varios alios dies eum refert, non tamen hunc secundum. Quia autem omnia ipsum spectantia fere continentur in Vita uxoris S. Margaritæ Reginæ; constituimus (nisi alia certior ratio indicetur) utriusque simul causam agere, non ad* VIII Junii, *quo solebat Margarita coli; sed ad diem, qui cultus ejus sacro destinatus jam est,* X Junii.

S. Helenæ, Matris Constantini Imp. memoriam Venetiis, *asserit Arturus a Monasterio in Gynæceo sacro celebrari in Anthologio Græco, Additionibus Molani ad Usuardum, Ferrarii Catalogo generali. Hi autem non* 2 *Junii, sed* 2 *Maji cum* S. Constantino *filio ipsam referunt : de ea autem cum Martyrologio Rom. agemus* XVIII Aug.

B. Isidorus Confessor, a S. Neophyto Episcopo Œconomus Ecclesiæ Sanctorum Fratrum constitutus, *dicitur ab auctore Gloriæ Leccinorum anno* 1685 *primum vulgatæ, Carolo scilicet Antonio Conversano, laudari in Vita S. Neophyti Episcopi apud Cajetanum. De illo agimus X Maji, et S. Neophyti Vitam examinabimus* I Septemb.

Caprasius, *Prior Carmeli et Joannis Hierosolymitanus, in ejus certi librum de Institutione Monachorum; nullus per veterum Carmelitarum Kalendariis hactenus adscriptus; cum titulo Sancti collocatur, in Corolla selectorum ex Carmelo florum, Teutonice edita ad usum menstruæ sortitionis, an.* 1685 *Antuerpiæ. Alii, cum Lerinensi Caprasio confusum, adscribunt* I Julii.

licet Bostius et Palæonydorus obiisse dicant XX *vel* XX Octobris.

S. Florus, Episcopus Confessor, *colitur Officio novem Lectionum in propriis Ecclesiæ Claromontanæ, et in Ordine excuso pro anno* 1656. *De eo egimus pridie seu Kalendis Junii, inter Prætermissos; quia ab eo die, propter festum S. Medulphi, huc translatus est. In Ecclesia autem Cathedrali* S. Flori, *uti et in variis Fastis, colitur* III et IV Novemb.

S. Ermemburga Angla, *indicatur in additis a Carthusia Bruxellensi ad Grevenum : ab aliis refertur* XIX Novembris.

Udalricus Anachoreta, socius B. Nicolai in Helvetia *Vitam habet apud Murerum inter Sanctos Helveticos : et quia ex Bavaria oriundus, jam ante habebat apud Raderum in Bavaria Sancta. Vitam* Nicolai, *probato utcumque aliquo cultu, dedimus* XXII Martii, *ubi num.* 68 *agitur de hoc illius socio : sed neque ibi, neque ab Auctoribus supra allegatis, ullum pro* Udalrico *publici cultus argumentum adfertur.*

Stanislaus Posnaniensis, Carmelita, *Concionator ferventissimus, in Prussia confossus ab Idololatris et an.* 1420 *hodie sepultus apud suos. Bydgostiæ in Cujavia, ex Catalogo Patronorum Poloniæ, Romæ probato et Cracoviæ reviso, refertur inter Vitas Beatorum Polonorum, a Martino Baronio collectas, cujus his fere verba dedimus, neque de cultu aliquid requirendo comperimus : vide sis Lezanam, in Annalibus alios Ordinis Auctores allegantem, ad annum prædictum.*

DE

DE SANCTIS XLVIII MARTYRIBUS LUGDUNENSIBUS,

POTHINO SEU PHOTINO EPISC. ET ZACHARIA PRESB. VETIO EPAGATO, MACARIO, ASCLIBIADE, SILVIO, PRIMO, ULPIO, VITALE, COMMINO, OCTOBRE, PHILOMENO, GEMINO, JULIA, ALBINA, GRATA, ÆMILIA, POTAMIA, POMPEIA, RODANA, BIBLIDE QUARTIA, MATERNA, HELPIDE, MATURO, SANCTO DIAC. ATTALO, ALEXANDRO, PONTICO, BLANDINA, JUSTO, ARISTEO, CORNELIO, ZOSIMO, TITO, JULIO, ZOTICO, APOLLONIO, GEMINIANO, JULIA, AUSONA, ITEM ÆMILIA, JAMNICA, POMPEIA, DOMNA, JUSTA, TROPHIMA, ANTONIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Circa Nomina Martyrum et quædam de ipsis dubia.

ANNO CLXXVII.

Lugdunum, *antiquissima urbs Galliæ, et celeberrimum etiamnunc emporium, triumphat hoc die in suis Martyribus, quorum memoriam celebrant passim omnia* **Martyrologia**. *Nos nomina in quinque decurias distribuimus. Harum prima est* Pothini Episcopi, Zachariæ Presbyteri, Vetii Epagathi, Macarii, Asclibiadis, Silvii, Primi, Ulpii, B Vitalis, Commini. *Ex his* Vetius Epagathus *unus idemque est: in Martyrologii Hieronymiani apographis solum* Vettius *seu* Vethius *appellatur: apud Adonem et alios* Epagathus *dumtaxat: apud Gregorium Turonensem lib. 1 de Gloria Martyrum cap. 49, recensetur et interpretatione duo censeri. Altera decuria* **est** SS. **Octobris, Philomeni, Gemini, Juliæ, Al**binæ, Gratæ, Æmiliæ, Potamiæ, Pompeiæ, Rodanæ. *In aliquibus MSS. variant lectiones,* Albam, Milian *et* Rodan. *Apud Gregorium Turonensem loco* Potamiæ, *est* Posthumiana, *et* Rodane *scribitur. Tertia decuria est* SS. Biblidis, Quartiæ, Maternæ, Helpidis, Maturi, Sancti Diaconi, Attali, Alexandri, Pontici, Blandinæ. *Pro* Helpide *est etiam* Helpis quæ et Amnas: *apud Gregorium Turonensem* Elpeni ipsi Stamis, *et deest* Attalus, *post Helpidem vero additur.* Hi sunt autem, qui bestiis traditi sunt. *Quarta decuria est* B. Justi, Aristei, Cornelii, Zosimi, Titi, Julii, Zotici, Apollonii, Geminiani, Juliæ. *Tres ... cum* Ausonia *desunt apud Greg. Turonensem; apud quem etiam ante Aristeum ista leguntur in MSS. et apud Adonem,* Hi sunt, *qui* in carcere spiritum reddiderunt. *Dein quintam decuriam, sed* C *non integram faciunt nomina* Ausonæ, Æmiliæ, Jamnicæ, Pompeiæ, Domnæ, Justæ, Trophimæ, Antoniæ: *quarum tres priores, in Beda supposititio, seorsim habentur etiam IV Junii. Apud Turonensem additur* Mamilla, *et alia nomina exprimuntur diversimode. Et hi quadraginta octo Martyres, Lugduni passi, isto numero asseruntur in tribus Martyrologii Hieronymiani apographis. Apud Adonem omittitur* Sanctus Diaconus, *et post* Gratam *additur* Rogata, *sed hanc cum Martyribus alibi passis jungendam, de quibus infra agimus, notatur in dictis apographis. In Corbeiensi solum* quadraginta sex *prætitulantur, et interim enumerantur nominibus expressis,* quadraginta octo: Julius *autem in quartam decuriam a nobis relatus, solum in dicto Corbeiensi reperitur. Beda in suo genuino Martyrologio, et MS. Reginæ Sueciæ, quod Rosweydus laudat, nominant* S. Blandinam cum aliis XLVII. *In MSS. Gellonensi, Augustano, Laudensi et S. Galli, indicantur* Photinus *et* quadraginta octo Martyres, *sed tot sunt simul cum* Photino. *Usuardus recenset* Fotinum Episcopum, Zachariam Presbyterum, Sanctum Diaconum, Epagatum, Maturum, Attalum, Albanam, Gratam, cum aliis quadraginta; *atque ita, etiam in illo, simul censentur,* quadraginta octo: *quos etiam numero illos computat Turonensis, sed in nominibus variant.*

Nomina Martyrum,

numero 48,

2 *Acta martyrii conscripta fuerunt ab Ecclesia Viennensi et Lugdunensi, ad Ecclesias Asiæ et Phrygiæ, suntque edita libro quinto Historiæ Ecclesiasticæ, Græce primum apud Eusebium Pamphilum, dein Latine a Rufino Presbytero; et hanc Latinam editionem* **hactenus in pretio habuerunt Ecclesiæ Latinorum;** *adeo ut passim inde eruta extent Acta in MSS. codi-* E *cibus; quorum autem ad nos ectypa pervenerunt, hi sunt: Codex Lugdunensis, ad Collegium S. Justi pertinens; Augustanus, Marci Velseri; Trevirensis, monasterii S. Maximini; Bodecensis, Canonicorum Regularium in Westphalia; secundo nostrates aliqui, et unus a Petro Lolo Jurisconsulto Bellovacensi repertus. In horum aliquibus Acta reperiuntur contracta, aut* **mutato ordine prolata nomina, vel vitiata: et sic in** *tomo secundo Mombritii præponitur* Passio SS. Pontici et Balbinæ Martyrum; *et alibi eadem inveniuntur sub titulo* SS. Pothini et sociorum Martyrum. *Ex eadem Latina editione desumpta sunt verba Martyrologiorum. Hinc apud Usuardum, Episcopus Lugdunensis per litteram* F *scribitur* Fotinus, *pro quo tamen Ado per literas* Ph. *nomen* Photini *expressit, quod conformiter ad etymon nominis,* ἀπὸ τοῦ φωτὸς *sumpti, Latine* Lucidus *diceretur: et hoc secuti passim posteriores. At S. Hieronymus de Scriptoribus in Irenæo* Pothinum *cum aspiratione in medio; et Græci, apud Eusebium atque Nicephorum,* Ποθεινὸν *scribunt,* ἀπὸ τοῦ πόθου, *quasi dicas* Desiderabilem. *In apographo* **autem Epternacensi Hieronymiani Martyrologii,** Potinus *habetur, omissa prorsus aspiratione. In MSS. vero Lucensi et Corbeiensi loco* Pothini, *legitur* Rogatiani, **nescio qua librariorum oscitantia. Rainaudus in** F *Indiculo Sanctorum Lugdunensium,* Pothinum *cum aspiratione in medio depuat esse enarrandum. Res exparvi momenti est, modo unus idemque sanctissimus* **Episcopus Lugdunensis intelligatur.**

Acta martyrii;

nomen Photini varie scriptum.

3 *Beda in suo genuino Martyrologio elogium* SS. Blandinæ et Pontici, *refert hujusmodi:* Ipso die in Lugduno, S. Blandinæ cum quadraginta septem Martyribus: cui a prima luce usque ad vesperam tormenta semper innovantes, ad ultimum victos se confitentur, quæ et secundo die pulsata cruciatibus, non superatur. Tertio quoque die religata ad stipitem, atque in crucis modum distenta, bestiis pabulum præparatur. Quam cum nulla ex bestiis auderet attingere, rursum revocata ad carcerem; quarto etiam verberibus acta, craticulis exusta, et multa alia perpessa, ad ultimum gladio **jugulatur. Tunc et Ponticus, puer annorum quindecim, per omnia tormentorum genera cum ipsa circumactus, et materna ejus cohortatione roboratus,** ante illam martyrium consummavit, sub Antonino **Vero. Scriptum in Historia Ecclesiastica libro quinto,** *scilicet a Rufino Presbytero.*

Elogium SS. Blandinæ et Pontici ex Beda

4 *Sed difficultas oritur, quod* Balbina secundo die, pulsata cruciatibus, non superata *dicatur, et istæc*

Unde differentia inter Eusebium et Rufinum?

A *istæc apud Bedam et apud Rufinum etiam latius; apud Eusebium autem eadem tribuuntur* Biblidi, *ad fidem, semel negatam, constantius profitendam reversæ: de qua differentia inter utrumque Auctorem, ut judicare per se possit lector, arbitrium ei relinquemus in Notis. Jam sicut* Biblidis *non meminit Rufinus, ita etiam Eusebius non facit mentionem* S. Zachariæ *Presbyteri, quem laudat Rufinus, et quem commemorant omnia Martyrologii Hieronymiani apographa; Turonensis etiam, Usuardus, Ado, Notkerus et alii. Num ergo Rufinus, codicem Eusebii sinceriorem nactus, aliter reddiderit, quam fuerant omnia exemplaria, ad quæ curatæ editiones? aut ex germana Viennensium et Lugdunensium epistola supplevit quæ de* S. Zacharia *Eusebius omiserat? aut denique, solita interpolandi libertate, quæ de* S. Zacharia, *S. Pothini collega aliunde comperta habebat, intrusit in epistolam Eusebii, paraphrastes hac in parte, potius quam interpres? Nos cum Raynaudo id disquirentes, ratam habemus notitiam* S. Zachariæ Presbyteri; *cum ipse etiam Eusebius fateatur truncatam se proferre dictam epistolam; paucorumque dumtaxat Martyrum in iis gesta contineantur, ceterorum nomina aliunde debeant innotuisse Auctori*
B *Martyrologii Sanctoque Gregorio.*

Variæ conjecturæ de S. Rodana:

5 *Hic vigesimo primo loco videtur numerare* Rodonem, *quæ* Romanæ *Martyrologio est, reliquæque secundam Decuriam claudit; et Paradino, Historiæ Lugdunensis memorias colligenti, atque Joanni Mariæ de la Mure Pagi Forensis, vulgo* le Porez, *Historiam scribenti, amplam dedit conjectandi materiam. Nam vetus apud Lugdunenses domus, in qua justitia administrabatur, sive Curia, antiquis in titulis* Rodona *dicitur, et vulgo* Roanne; *quod nomen retinuisse conjectant ab ista Sancta Martyre, quæ ejus olim domina fuerit aut inquilina. Sed hoc non plus verosimilitudinis habere censeo, quam quod Araris, suscepto Martyrum sanguine copiose tinctus, nomen mutaverit, ut vulgo deinceps diceretur* Saone. *Nec minus gratis cogitatum videtur, quod eadem sancta Martyr civis fuerit* Rodumnensis *oppidi, vulgo* Roanne *dicti, nec nisi* XIV *leucis Lugduno dissiti. Habeant sibi figmenta istæc novitia quicumque talibus delectantur: majorem fidem meretur vetus quæ extat Homilia de* S. Blandina, *in qua* Pothini *et aliorum mentio habetur. Hanc S. Eucherio Episcopo Lugdunensi attribuimus; licet eam S. Fausto Episcopo Reiensi addicere malit Philippus Labbe, de Scriptoribus Ecclesiasticis, ubi de Eucherii Scriptis agit sub finem. Auctor istius Homiliæ gratulatur urbi*

de S. Blandina vetus Homilia.

C *Lugdunensi tam* illustre Martyrum trophæum: *quod scilicet* populos Martyrum possideat. *Gregorius Turonensis, lib.* I *de gloria Martyrum cap.* 49, Athanaci *passos scribit, dictosque* Martyres Athanacenses. *Est* Athanacum *apud Lugdunenses, ubi nunc Abbatia S. Martini, et Societatis Jesu tirocinium, ad ipsam Rhodani Ararisque confluentiam.*

Locus martyrii Athanacum.

Tempus cædis post Soteris obitum,

6 *De tempore persecutionis ista apud Rufinum leguntur in Proœmio libri quinti.* Igitur Soteri Episcopo, octo annis in urbis Romæ Sacerdotio ministrato, duodecimus *non distinguendo scilicet Cletum et Anacletum)* ab Apostolis succedit Eleutherius. *(Quomodo ea legantur apud Eusebium diximus* XXII *Aprilis, ante Acta SS. Epipodii et Alexandri et Sociorum quatuor et triginta, in eadem persecutione et in eadem urbe Lugdunensi martyrium passorum; imo et eodem die* XXII *Aprilis dedimus Acta S. Soteris Papæ; ostendimusque eum vita functum esse* CLXXI, *atque tunc accepisse successorem S. Eleutherium; cujus Pontificatus tempore,* septimo decimo anno Imperii Antonini Veri *(is est annus Christi* CLXXVII) per multas orbis Romani provincias, ex acclamatione et seditione vulgi, persecutiones dirissimæ concitatæ sunt, ita ut multa millia Martyrum per loca singula fierent, *uti passim ex hoc nostro opere constabit. Ex his dedimus* XIII

sub S. Eleutherio,

anno 17 Antonini Veri,

Maji SS. Glyceriam Virginem et Laodicium carceris
D custodem, Heracleæ in Thracia Martyres; *et* XIV *Maji,* SS. Victorem militem et Coronam, in Ægypto passos. *Sed et inter tot Martyres, quorum sola nomina singulis diebus proferimus, arbitramur plurimos ad hæc tempora referendos. Ex Actis Sanctorum, ad secuturos menses pertinentium, placet huc adducere quæ de S. Marcello, Cabilonensium Apostolo, ex veteri Legendario Ecclesiæ Cabilonensis et aliis MSS. danda erunt ad diem* IV *Septembris, ubi ista leguntur:* Igitur sub Antonino Imperatore, generaliter adversum omnes Christianos præcepta impiæ persecutionis extiterant, quæ a Præfectis Vicariisque eorum, Præsidibus ac Præpositis provinciarum, et obtemperandi studio, et Christianæ religionis odio, et sacrilegæ persecutionis instantia, custodita vehementissime complebantur... Eodem igitur tempore in urbe Lugdunensium quinquaginta præstantissimi viri, pro Christianæ religionis cultu, in ergastulorum custodia subdendi immanibus suppliciis retrudebantur. Ex quorum numero S. Marcellus et S. Valerianus venerandi Martyres fuerunt. Quibus obseratis, nocturno tempore, Angelicæ visitationis affectu, ad egressum liberum denuo reclusa divinitus claustra patuerunt. Reli-
E quorum vero felix consummatio a Lugdunensibus [perscripta fuit; et] Proceribus summoque Senatui, vel circumjectis ejusdem urbis Cabilonensis oppidis populisque, per manifestum passionis ordinem, ut de ipsis legitur, gloriosi certaminis victoria non habetur incognita. *Si non fuerint publica contra Christianos omnes edicta Antonini, (qualia Tertullianus cap.* 5 *Apologiæ negat fuisse) agnoscenda saltem sunt privata rescripta contra eosdem aut contra eorum aliquos, qualia infra num.* 13 *contra S. Attalum facta dicuntur.*

AUCTORE G. H.

Idem habetur ex Actis S. Marcelli.

7 *Rufinus caput primum sic auspicatur:* Galliarum nobilissimæ urbes Lugdunensium civitas habetur et Viennensium, quas præcipiti lapsu præterfluit Rhodanus nobilissimus fluviorum. In his quæ et quanta erga Dei Martyres gesta sunt, supra memoratis Antonini Veri temporibus, descripta per ordinem ab eis ad Ecclesias Asiæ et Phrygiæ, fideli relatione transmissa sunt. De quibus, ut fides certior habeatur, ipsa scriptorum exempla subjiciam. *Ado Viennensis Episcopus in Martyrologio,* Lugduni *hos passos asserit: sed in Chronica ait,* ex Viennensi et Lugdunensi urbe implesse martyrium, *scilicet Vienna Lugdunum adductos, ubi Præses aderat: et* Sanctus *num. 5 infra, dicitur* Diaconus Viennensis. *Merito*
F *igitur, horum* XLVIII *Martyrum esse ecclesiam Viennæ, legitur in Vita S. Clari Abbatis Viennensis, Kalendis Januarii edita num.* 12. *Ceterum cum nominatur Asia, ut a Phrygia distincta, intelligitur ea Proconsularis Asiæ, cujus caput est Ephesus, uti etiam Actorum cap.* 2 *num.* 10 *sumitur.*

Rufino, et aliis

ACTA MARTYRII

Ex Epistola Lugdunensium et Viennensium,

Græce edita ab Eusebio, Latine reddita a Rufino.

CAPUT I.

Occasio persecutionis, Acta aliqua SS. Vettii Epagati, Zachariæ, Balbinæ, et Sancti.

Servi Christi, habitantes apud Viennam et Lugdunum, Galliæ urbes, fratribus cunctis, qui per Asiam et Phrygiam, eamdem nobiscum redemptionis Christi fidem et spem gerunt; pax vobis, et gratia, et gloria a Deo Patre et Christo Jesu Domino nostro.

EX EPIST. ECCLES. ET VIEN.

A tro. Tribulationis nostræ magnitudinem et Gentilium furorem, quem sanctis Martyribus intenderunt, sicut est, enumerare, ne præsentes quidem ipsi sufficimus, nedum et plena comprehendere. Omnibus etenim viribus congressus est inimicus; tamquam qui jam per acerbitatem persecutionis adventus sui ostentaret initia, et per hoc instrueret et informaret ministros suos, adversum servos Dei, omne ministerium sceleris celeritate explere: ita ut primo *a* domorum nobis prohiberetur habitatio, tum deinde usus balnearum, post etiam processus ad publicum; ad ultimum ne omnino in quolibet loco, domi forisque, publico privatoque, videremur. Sed aderat Dei gratia, quæ languidiores quosque nostrorum de manibus eorum eripiebat: producebat autem in medium viros stabiliores columnis, qui possent per patientiam suam non solum ferre impetus, quos excogitabat inimicus, sed et ultro expetere, et sponte se omnibus vel opprobriorum vel tormentorum cruciatibus objectare; et lassescentibus jam pene tortoribus, ipsi adhuc parum putare, pro eo quod nondum sibi hunc esse quodammodo, ad Christum festinantibus, crederent; rebus B fere ipsis ex patientiæ virtute clamantes: Quia non sunt dignæ passiones hujus temporis, ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. Ferebant ergo fortiter acclamationes contra se, et probra atque injurias populi, et contumelias eorum laudes suas ducebant. Sed et verberari se ab eis, ac lapidari, et concludi patienter accipiebant; æquanimiter suscipientes quæcumque illis furentis vulgi excogitasset insania. Denique quodam tempore, astantes Tribuno et Primoribus civitatis, pro rostris ac multitudinis populi correpti, et in carcerem trusi sunt Fratres, usque ad præsentiam *b* Præsidis, eique advenienti offeruntur: in quos ille tanta crudelitate usus est, ut sævitiæ ejus species singulas nemo possit exponere.

Inter acerbas persecutiones a

athletæ Christi,

ad omnia sustinenda parati,

sistuntur Præsidi: b

2 *c* Vettius igitur Epagatus, unus ex Fratribus, qui et in Deum perfectam caritatem, et in homines integram custodiret, cujus vita, cum esset adolescens, ita examinata erat omnibus et probata, ut etiam gravissimis senibus præferretur. Incedebat enim in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela, ad obsequiaque servorum Dei promptissimus erat. Is, cum zelo divino et fervore spiritus plenus, tam crudelia servis Dei supplicia C videret inferri, et contra jus fasque tot pœnas humanis visceribus excogitari; indignitatem rei ultra non ferens, poposcit se audiri, pro civibus optimis, et quibus nihil impietatis commissum probari poterat, locuturum: erat enim nobilissimus inter nos et eruditissimus. Verum cum defensionem non reciperet obstinatio Judicis, inquirit tantum ab eo, si et ipse Christianus esset. Utque Christianum se esse, clarissima et libera voce testatus est, Tamquam Advocatus, inquit, Christianorum: et ipse vinctorum numero sociatur.

c

pro illis periclitans, S. Vettius Epagathus,

ipsis adjungitur,

3 Sed in hoc illi, quid dicerent, quidem ignorabant: ille vero habens in se advocatum pro nobis Jesum, hoc nomine meruit honorari, sancti Presbyteri *d* Zachariæ, qui erga Sanctos plenitudinem caritatis ostenderat, secutus exemplum: qui et ipse, dum Fratribus adest, et defensionem libertatis, quæ in nostra religione consistit, exequitur, Dominicum secutus exemplum, animam suam pro ovibus suis posuit et pro amicis: et ideo cum hoc pariter, velut discipuli fideles Christi, in regno venturo sequentur Agnum quocumque ierit. Hic igitur optimis et fidelissimis ducibus usus omnis reliquus Sanctorum chorus, prompti et alacres animas suas pro fidei libertate ponebant. Aliqui autem impares et infirmiores inventi, et ad illatæ persecutionis subeundum pondus invalidi, decem ferme numero, D lapsu suo, luctum nobis et ingentem tristitiam reliquerunt; et multorum animos, quos prior fides accenderat, infregerunt. Unde et omnes valde perterriti sumus, non propter tormenta quæ crudelius videbantur inferri, sed pro exitu confessionis incerto; quia multo nos gravius lapsus nostrorum, quam ea quæ inferebantur tormenta, cruciabant. Comprehendebantur tamen quotidie, quos dignos Dominus judicabat in lapsorum numerum subrogare; ita ut ex *e* utraque Ecclesia, omnes qui studiosi et magni videbantur, et quorum labore et industria regebantur Ecclesiæ, universi pariter tenerentur.

sicut et S. Zacharias Presbyter: d

Interim pro 10 lapsis,

succedunt alii.

e

4 Accidit autem etiam servos comprehendi quorumdam ex nostris, Paganos; quoniam quidem publice jussum fuerat requiri omnes et teneri. Quique dæmonis instinctu, cum tormenta pertimescerent quæ inferri Sanctis videbant, monentibus se in hoc ipsum militibus quibus ita fuerat præceptum, commenti sunt adversus nos, veluti *f* Thyestæas cœnas et incesta Œdipia perpetrantes; et alia quæ nec proloqui aut cogitare nobis fas est, et qualia nec credere quidem possumus, aliquando apud homines gesta. Quæ cum de nobis diffamata fuissent in vulgus, horrori maximo et execrationi apud omnes E homines esse cœpimus; et etiam apud eos, qui prius aliquid moderationis erga nos servandum esse censebant: et omnes simul fremere adversum Christianos atque insanabili odio furere cœperunt. Tunc vidimus compleri illud quod a Domino dictum est Quia veniet tempus, in quo omnis qui occiderit vos, putet se obsequium offerre Deo.

et gentilium odio, per calumnias in eos dictas inflammato,

f

Joan. 16. 2

5 Post hæc jam supra omne narrationis genus est, et suppliciorum et cruciatuum modus, qui sanctis Martyribus inferebatur, perurgente satana: quo scilicet etiam illorum confessione, tale aliquid eliceretur a nobis esse commissum, in quod omnes pari atque eodem furore persistebant, vulgus, judex, officium, milites; perurgentes, præcipue nomine Sanctum quemdam, Diaconem Viennensem; et Maturum, neophytum quidem, sed in fide et patientia robustissimum; sed et Attalum Pergamenum civem, qui columna et firmamentum Ecclesiæ nostræ in omnibus fuit; et Blandinam feminam, per quam Christus ostendit, quia ea, quæ apud homines despecta sunt et in contemptu habentur, in magna gloria apud Deum ducuntur; et quia caritas ejus, quæ fragilia sunt per naturam, facit esse fortissima. Cum enim omnes de ea trepidaremus, sed et ipsa F carnalis ejus Domina, quæ erat una ex numero Martyrum, vereretur, ne forte Blandina cederet in tormentis, et pro debilitate corporis vix ad primæ confessionis tormenta sufficeret; tanta tolerantiæ virtute firmata est, ut resolverentur prius et concidérent carnificum manus, qui sibi pro contentiosa judicis animositate invicem succedebant. Denique a prima luce usque ad vesperam, tormenta semper innovantes, ad ultimum victos se confitentur; stupentes, quomodo in ea spiritus permaneret, cum nihil in illa ex corporis sanitate resedisset. Sed illa vere Beata, ut postmodum nobis ipsa disseruit, quoties vocem confessionis emisit, et, Christiana sum, exclamavit, toties novæ vires corpori reddebantur; et, tamquam ablatis per confessionem doloribus, instaurabatur recentior ad agones; eoque magis quo intellexerat, quod vox pia sensum doloris extingueret, sæpius et alacrius, Christiana sum, et nihil apud nos mali geritur, proclamavit.

quodam præ ceteris torquentur,

imprimis S. Blandina,

sed hæc dicendo, Christiana sum, mire confortabatur.

6 Diaconus quoque, Sanctus nomine, etiam ipse supra quam dici potest, et supra quam humanam fas est ferre naturam; acrius insistentibus ministris dæmonis, quoad aliquid ab eo elicere possit confessionis illicitæ; nova pœnarum genera pertulit, et

Sanctus Diaconus similiter respondens semper.

quæ

A quæ longe substantiam humanæ conditionis excederent. At ille vir Deo plenus, in tantum crudelitates eorum risit, et ferinam in quæstione sævitiam, ut numquam dignatus sit, vel quis esset genere, unde domo, vel patria, nomen saltem suum eis fateri: sed de his singulis interrogatus, nihil aliud in omnibus tormentis, nisi *g* Christianum se esse, respondit: hoc mihi nomen, hoc genus et patria est: aliud, inquit, omnino non sum quam Christianus. Unde et incredibilis eos agitabat insania, quod tantis pœnarum generibus consumptis, extorquere ei ne professionem quidem proprii vocabuli potuissent. Ad ultimum candentes laminas æris et ferri, erga inguinis loca et delicatiora quæque membrorum, instauratis ignibus adhibent: ex quo carnes quidem ejus adustæ igni defluebant, ipse vero permanebat immobilis, inconcussus, intrepidus; cœlestibus æternisque fontibus, qui procedunt *h* de ventre Jesu, humanas in se temperans flammas. Verumtamen membris omnibus Martyr erat, et toto corpore unum vulnus horrebat. Periit in eo humanæ formæ agnitio. et non solum quis esset, sed et quid esset, tormentorum crudelitas ne agnosci posset abstulerat. Christus tamen in eo solus per martyrii gloriam re-

B cognoscebatur, qui per ejus patientiam destruebat adversarias potestates, et suos milites per tolerantiæ roborat exemplum; ostendens omnibus, quia terribile nihil est, ubi diligitur Pater; nihil doloris est, ubi fides Christi est. Sed artifices scelerum nequaquam Martyris erubuere virtutem. Post paucos etenim dies, considerantes, quod si tumentibus adhuc vulneribus, quæ indignarentur etiam ad mollissimum manus tactum. tormenta rursus inferrent, et denuo membra jam putrefacta vexarent; unum e duobus fore, aut in suæ eum impietatis jura cessurum, aut si in tormentis animam posuisset, terrorem crudelitatis et metum ceteris intentandum. Sed hoc longe contra quam impii cogitaverant cessit. Nam quod vix credi ab infidelibus potest, restitutum est in primam speciem corpus ejus, per secunda tormenta: et officia membrorum, quæ abstulerat prima crudelitas, secunda reparavit; ita ut iterata supplicia non sævam pœnam contulerint, sed medelam.

Christianus sum.

etiam laminas ignitas patitur.

quin et post iterata tormenta,

recipit sanitatem.

ANNOTATA G. H.

a *Intelliguntur* certæ domus, *Græce* οἰκίαι, *sive hæ fuerint* ædificia publica, *ut vertit Christophorsonus; sive* ædes amicorum, propinquorum, opificum,

C *ut interpretatur Valesius. Quin et* concludi (*scilicet in domibus suis*) patienter ferebant.

b *Præsidis, Græce* ἡγεμόνος. *Quid si Legatus intelligatur, et forte Severus, postea Imperator? Nam cum tunc* provinciam Lugdunensem Legatum accepisse, *scribit Spartianus.*

c *Gregorius Turonensis lib.* 1 *Historiæ Francorum cap.* 39 *asserit*, Leucadium quemdam, primum Galliarum Senatorem, fuisse de stirpe Vetii Epagati, quem Lugduno passum pro Christi nomine superius se memoravisse ait, *scilicet cap.* 27; *eumque addit* inter XLVIII Martyres primum fuisse. *Imo ipsummet Gregorium Turonensem, per Leocadiam aviam, genus duxisse ab eodem, asserunt Clerici Turonenses, in hujus Vita* 17 *Novembris danda.*

d *Hujus* S. Zachariæ *Presbyteri in Martyrologiis antiquis, etiam S. Hieronymi, memoria secundo loco post* Pothinum *refertur, et confirmatur hæc Rufini historia contra Eusebium, qui videtur* Zachariam Presbyterum, *ideo dumtaxat nominare, uti Epagati laudem extollat, tamquam justi, et in hoc comparandi* Seniori Zachariæ, *id est, patri Joannis Baptistæ.*

e Utraque Ecclesia, *scilicet Lugdunensis et Viennensis, et in hac tunc fuisse* Justum Episcopum, longo tempore exilio maceratum, et Martyrem gloriosum D effectum, *asserit Ado in Chronico. Ejus natalis incidit in diem* 6 *Maji, quando Acta ex variis collecta dedimus. An autem is qui supra inter Martyres trigesimo primo loco habetur* Justus, *censendus sit fuisse* Episcopus Viennensis, *eo quod dicantur illis adjuncti*, quorum labore *et* industria regebantur Ecclesiæ, *non audemus resolvere; nullum enim nomen* Justi *legitur, nulla addita dignitate; quæ tamen in aliis annotatur.*

EX EPIST. LUGDUN. ET VIEN.

f *Hæc tunc Christianis objecta, docent illa Athenagoræ sub initium Apologiæ:* Tria nobis rumoribus impingunt scelera, Deorum impietatem, cœnas Thyestæas, Œdipodis concubitus. *Tertullianus cap.* 7 *Apologiæ, illa sic evulgat;* Dicimur sceleratissimi, de sacramento infanticidii. et pabulo inde, et post convivium incesto, quod eversorum luminum canes, lenones scilicet, tenebras, tum et libidinum impiarum inverecundiam procurent. *Similia Minutii, Arnobii, aliorumque illius ævi scriptorum Apologiæ docent. Arbitrantur aliqui nomen Fratris et Sororis inter Christianos commune, ad incesta commercia detortum: mysterium Eucharistiæ tractum ad cædem infantis, farre contecti, etc.*

E

g *Hanc passim vocem Martyrum fuisse, constat ex hoc opere. Ita Acta* S. Concordii Episcopi Spoletani *habent Kalendis Januarii: item* S. Luciani Presbyteri Antiocheni VII *Januarii; qui cum ter dixisset,* Sum Christianus, cum ultima voce emisit spiritum: *et sic de aliis.*

h *Alluditur ad illa verba Christi Joannis* VII, Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.

CAPUT II.

Fætore carceris necati S. Pothinus et alii: Blandina torta. martyrium SS. Maturi et Sancti, Alexandri et Attali.

Sed et *a* Blandina, quam paulo ante commemoravimus, simili exemplo ad supplicia secunda revocatur: quæ cum semiviva pene, et in mortis quodam confinio posita, iteratis fuisset pulsata cruciatibus; velut somno quodam subito evigilans, in memoriam futuræ beatitudinis venit; et voce constanti, tamquam de excelso et edito concionaretur ad populum; Multum, inquit, erratis, o viri, quod putatis infantium visceribus vesci eos, qui nec mutorum quidem animalium carnibus utuntur. Et sic in confessione

F perdurans, iterum numero Martyrum sociata retruditur.

a *S. Blandina inter resumpta supplicia concionatur*

8 Sed posteaquam per beatorum Martyrum patientiam tyrannica evanuere supplicia, aliis rursum diabolus machinis oppugnare parat famulos Dei: quo scilicet afflictione carceris et pœnali squalore consumpti, ac septimo, ut dicunt, puncto *a* in nervo pedes (contra quam credi fas est) distenti, intimo tenebrarum loco, per omnia pœnarum genera, quæ furentium sævitia excogitare poterat, deperirent. Quam plurimi ergo hoc genere in ergastulis consumuntur, Domino suscipiente eorum hujuscemodi exitum, cujus nec ibi defuit divinæ majestatis auxilium. Aliquanti etenim ex his qui sævissima tormenta pertulerant, nec humanæ aliquid medelæ permissi sunt consequi, mirum in modum virtute Domini convalescere et subitam mentis alacritatem, ad desperatum corporis robur, recuperare cœperunt; ita ut cohortatione sua ceteros ad patientiam confirmarent: et impatientes erant pœnarum illi magis, qui nuper fuerant correpti, et quorum corpora nondum tormenta solidaverant; illi denique erant, qui fœtoris horrore et conclusionis tenebris necabantur.

ob carceris fætorem varii extinguuntur

EX EPIST. LUGDUN. ET VIEN.

A 9 Verum Beati b Pothini, Lugdunensium Episcopi, gloriosam martyrii confessionem fas non est silentio præterire: qui cum nonagenario major esset ætate, et corpore utpote illius ævi invalidus; senio jam mortuus, solo martyrii amore vivebat. Ducitur autem ad tribunal, imo potius defertur; senio et languore resolutus: cujus ad hoc solum anima servabatur, ut Christus per eum magis licentius in fragili corpore triumpharet. Statuitur interea senior pro tribunali, ac tum plebis undique clamor attollitur: Hunc ipsum esse clamant c Christianum. Tunc vero a Præside interrogatur, quisnam esset Christianorum Deus. Respondit: Si dignus fueris, scies. Hinc vero cunctos velut rabies immensi cujusdam furoris invasit, ita ut qui prope astabant, pugnis, alii calcibus subigerent senem, nec ætati nec gravitati aliquid deferentes; illi vero qui longius erant, quidquid furentibus teli venisset in manus, certatim jaciebant, ita ut unusquisque summi sibi esse delicti duceret, nisi aliquid in senem sceleris attulisset: d per hoc etenim vindicandos Deos suos esse credebant. Quem cum semivivum prope ejiciunt in carcerem, ibique tamen dum post biduum spiritum reddidit.

b S. Pothinus post varias injurias et tormenta,

d ibidem obit

B 10 Per idem tempus immensa Dei quædam dispensatio procurata est, et misericordia ex insperata Christi Domini arte conquiritur, quod numquam fere prius a persecutoribus gestum meminimus. Omnes hi, qui primo comprehensi negaverant fidem, correpti traduntur in carcerem, et æquo supplicio subduntur; nec tamen quod negaverant proderat eis; neque enim quasi Christiani, sed tamquam homicidæ et incesti detinebantur, habentes utique duplicem pœnam, quoniam quidem ceteros quidem supplicia mitigabat, spes et promissio martyrii, Christique caritas et sancti Spiritus gratia relevabat afflictos; isti autem, ipsis pœnalibus catenis et pondere carceris gravius conscientia retinebat, ita ut vultu ipso et aspectu discernerentur a ceteris: quod illi producebantur de suppliciis læti, et divinum nescio quid in ipsis vultibus præferentes, vincula sua, velut ornamenta pretiosa ducebant, per squalorem carceris, Christi bonus odor effecti; ita ut viderentur sibi, non in ergastulo, sed in myrotheca conclusi: at illi alii tristes, demersi, ipsis quoque conspectibus horridi, et omni turpitudinis deformitate teterrimi, sed et ipsis Gentilibus in multo opprobrio expositi erant, tamquam C degeneres et ignavi, qui fidem perdiderant, et crimen invenerant; et qui Christianorum quidem nomine caruerant, homicidarum tamen pœnas non effugerint. Quæ cum ita viderent ceteri, incredibiliter corroborati sunt; ita ut comprehensi, absque ulla animi mutatione constantes, se nihil aliud quam Christianos esse confiterentur e. Et cum quædam in his locis fuissent longius prosecuti, post aliquanta iterum hæc subjungunt.

Apostatæ cum reliquis inclusi detinentur :

tam dispari inter pœnas animo, quam causa.

11 Post hæc jam per diversas species, martyrii certamina velut coronam quamdam variis floribus compositam, Dominus Jesus Christus intexens, offerebat Patri; ut ab eo velut victores, magni agonis remunerationes æternorum sumerent præmiorum. Nam Maturus, et Sanctus, et Blandina, et Attalus, f munerum diebus, innumeris millibus Gentium diversarum ad spectaculum congregatis, statuuntur in medio arenæ. Et rursum Maturus cum Sancto, quasi nihil prius gestum fuisset, ad omnia tormentorum et verberum genera renovantur; certantibus omnimodis adversariis, quatenus eorum patientiam frangerent, et ab ipso ut ita dicam vertice, coronas eorum diriperent, insanis populi vocibus instigati. Sed illis eo magis animos roborabat spes vicinæ jam gloriæ, quam sibi jam jamque manu contingere, et contrectare dextris videbantur. Cumque et D suppliciorum genera, et spectaculorum pœnæ jam tempus fuisset absumptum, nec moveri ullatenus a sententia valuissent, cum etiam sellæ ferreæ superpositi, consumptam verberibus carnem ignis subter ministratus exureret; ad ultimum infatigabiles Martyrum spiritus, ferro cæsis cervicibus effugarunt.

SS. Maturus et Sanctus novis suppliciis afflicti,

capite plectuntur :

12 Blandina vero, religata ad stipitem, atque in crucis modum distenta, bestiis pabulum paratur. Quæ tamen in ligno pendens, vultu interrito et satis læto, orationem fundebat ad Dominum, qua et sibi constantiam, et ceteris agonis sui consortibus perseverantiam precaretur; et facile vota sperabat implenda, quæ propriis juvabat exemplis; simul et illud edocens, quod passionum Christi consortibus, certum sit etiam gloriæ ejus donanda esse consortia. Sed cum nullo ex bestiis corpus ejus auderet attingere, deposita de ligno, rursum revocatur ad carcerem, aliis adhuc agonibus præparanda: ut per multas victorias caput quidem tortuosi serpentis attereret, Fratrum vero animos ad tolerantiam concitaret per hoc, quod ipsa in parvo et fragili corpore tot certaminibus permaneret invicta, et per singulos agones discederet coronata.

S. Blandina, a feris illæsa, recluditur in carcere :

E 13 Attalus quoque populi vocibus postulatur. Erat enim valde nobilis, et, quod cunctis nobilius est, vir optimæ conscientiæ, et in fide Christi per omnia semper exercitia Martyr. Cumque circumactus fuisset in amphiteatro, titulo se præcedente, in quo scriptum erat, Attalus Christianus; fremere vulgi insanientis furor vehementius cœpit. Sed cum Præsidi indicatum fuisset, esse eum Romanæ civitatis virum, jubet eum cum ceteris in carcerem recipi; simul et ad Cæsarem refert, ejusque sententiam, quid de eo juberet exspectat. Verum inter moras positi in carcerem, non infructuosum sibi tempus transire patiuntur; sed vigore animi et alacritate fidei suæ, eos qui infirmiores videbantur animabant; et ipsi nondum Martyres, cohortationibus suis Martyres faciebant. Ex quo magnum gaudium matri nascebatur Ecclesiæ, videntis filios suos, qui pene decidisse videbantur in mortem, per hos reparari ad vitam: et monitis eorum multi, qui jam negando velut aborsum quoddam effecti fuerant, quasi iterum parturiebantur, et Christus in eis iterum formabatur. Docebantur enim ab his, quia Deus non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.

ad eumdem S. Attalus, qua Romanus, remittitur :

ubi multi reducuntur ad fidem :

F 14 Igitur cum a Cæsare rescriptum fuisset, ut persistentes quidem punirentur, negantes autem dimitterentur; die quodam celeberrimo, in quo ex omnibus provinciis coeuntes, nundinas apud nos agere solent; in ipso frequentissimo conventu tribunal ascendens, præsentari sibi Judex Christianos et introduci, ad suppliciorum pompam præbendam cunctis qui aderant, jubet. Rursum itaque cruces, rursum pœnæ, rursum tormenta reparantur: et si qui forte cives Romani reperti sunt, hos plecti capite decernit, ceteros vero bestiis tradi. Ingens tamen ab omnibus gloria Christo conferebatur, pro his qui antea negaverant, et dimitti, neque negantes potuerunt; nunc vero, cum negantibus venia præstaretur, in confessione persisterent, et de perditionis grege revocati, in numero Martyrum jungerentur. Igitur cum erga supradictos quæstio haberetur, Alexander quidam, genere Phryx, medicus disciplina, vir religiosus et prudens, et vitæ ac morum probitate cunctis carus acceptusque, amore Dei concitatus, cum assisteret tribunali, nutibus hortabatur ad confessionem eos, in quos quæstio agitabatur, ita ut omnibus qui astabant palam fieret, quid animo gereret. Cumque id populi notassent, indignantes maxime pro iis, qui quod prius negaverant,

quos ad constantiam animans Alexander

A virant, rediviva nunc confessione revocabant, conclamaverunt adversum Alexandrum, hæc ipso instigante committi. Qui jussus a Præside in medium statui, et quis esset interrogatus, Christianum se esse, libera professione testatur. Quem continuo præparandum bestiis condemnavit: et postera die simul cum Attalo producitur: quem contra præceptum Cæsaris, gratificari populo volens, etiam ipsum tradi bestiis jussit. Sed cum ferarum nulla Sanctorum corpora contigisset, omnibus eos verberum, ceterarumque pœnarum suppliciis cruciatos; ad ultimum in conspectu populi, in medio arenæ, jugulari jubet; B. Alexandro, in omnibus quas perpessus est pœnis, ne unum quidem penitus proferente sermonem; sed ab initio usque ad finem intra semetipsum semper cum Deo loquente, et in laudibus ejus ac precibus permanente. Attalus *g* vero, cum prunis subterjectis in sella ferrea torreretur, cumque nidor carnis ad nares et ora inspectantis populi perferretur; voce magna exclamavit ad plebem; Ecce hoc est homines comedere; quod vos facitis. Quid a nobis, velut occultum, inquiritis facinus, quod vos aperta luce committitis? Nos enim neque comedimus homines, neque aliud quid mali egimus. Et cum B interrogaretur quod nomen haberet Deus, respondit; Qui plures sunt, nominibus discernuntur: qui unus est, non indiget nomine.

et Attalus objiciuntur bestiis, illæsique jugulantur.

g post acerbissima quæque fortiter tolerata.

ANNOTATA C. II.

a *Sequentia non de* S. Blandina, *sed de* Biblide, *quæ inter Martyres est vicesima prima, isto modo explicantur apud Eusebium.* Porro Biblidem, unam ex eorum numero, qui fidei confessionem pernegassent, cum jam diabolus a se prorsus absorptam putaret, cupiens etiam per blasphemiam in Deum, condemnationem ejus augere, ad supplicium deducendum curavit; eamque velut fractam et ignavam, impia in nos et flagitiosa probra loqui impulit. Illa tamen in tormento rediit ad se, atque (ut ita dicam) ex profundo somno excitata est, præsenti supplicio quodammodo submonita, ut de æterna gehennæ pœna serio cogitaret: ac contra, quam diabolus expectabat, malevolis Christianorum obtrectatoribus ex adverso sic respondet: Quomodo ejusmodi viri liberos suos devorare in animum poterunt inducere, quibus ne licitum quidem sit sanguinem animalium ratione carentium comedere? Et ab eo tempore se Christianam ingenue confessa est, et sorti numeroque Martyrum adjuncta. *Hæc ibi. At Rufino consentit Beda* C *supra relatus, ubi hæc lectoris judicio relinquimus.*

a *Hinc intelligo* Nervum (*id est, pœnale lignum, super quo Martyrum corpora, velut nervi in cithara, tendebantur*) *septem punctis notatum fuisse, tamquam gradibus levioris graviorisve tormenti, a Judice præscribendi; nec ultra septimum procedere tendendo licuisse, aut potuisse, citra præsens periculum mortis, quam opus erat caveri in quæstionibus.*

b S. Pothinus *sive* Photinus, primus Lugdunensium Episcopus *appellatur a Gregorio Turonen. lib.* 1 *Hist. Fr. cap.* 27. *Raynaudus de S. Pothino ista addit:* Altaris, a B. Pothino primo Lugdunensi Archiepiscopo (*sic denominat*) primo trans montes in honorem Beatæ Virginis constituti, meminit Innocentius IV in diplomate ad Rectorem et Clericos Ecclesiæ S. Nicetii, olim a S. Petro denominatæ, et (ut ait Innocentius) primæ Sedis et Cathedralis Lugdunensis. *Hæc Raynaudus.*

c *Aliqua MS.* Christum *aut* Deum. *Eusebius* ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ Χριστοῦ · tamquam ipse Christus esset.

d *Lubet addere quæ S. Eucherius Lugdunensis Episcopus, in Sermone de S. Blandina, de martyrio S.* Pothini, *primi sui Episcopi, scribit.* Præstitit, *inquit,* inter ista divina providentia, ut in tantis patriæ sa- D crificiis etiam Pontifex non deesset: rapitur ad impiam quæstionem grandævus et plenus dierum beatus Pater noster Pothinus, Ecclesiæ hujus Antistes, et pro eruditionis ut credimus merito, gregi suo jungitur; ac post Dominici corporis sacrificium, profanis tribunalibus, novam de se hostiam Christo oblaturus infertur. Senilis infirmitas, per injurias et afflictiones furentium ministrorum, ita celerem sortitur exitum, ut intelligeres ad tempus illud soli martyrio reservatum. Felix cui, in ipso vitæ limine constituto finem suum non tam naturæ contigit debere, quam gloriæ. Corroborantur hic piæ mentes tanti parentis exemplo, et parata supplicia non tam excipiunt quam invadunt.

EX EPIST. LUGDUN. ET VIEN.

e *Hactenus fuerant Epistolæ verba: quæ hic succedunt Eusebius ejusque interpres Rufinus, connectionis causa, de suo interponunt, ut mox ad aliam Epistolæ ejusdem partem transeant.*

f Munerum dies *solennes et ordinarii erant, quando licebat spectacula ferarum populo exhibere. Hinc cum populus rogaret, ut Asiarcha Philippus in Polycarpum leonem immitteret, respondit Philippus, id sibi integrum non esse, cum jam* venationes *absolvisset; uti legitur in Epist. latina de Polycarpi Martyrio apud nos* 24 *Januarii num.* 10, *pag.* 782, *vel ut Christophorsonus* E *vertit;* Quoniam jam ferarum certamina confecta erant, *vel ut Rufinus exposuit;* Quia jam editionis suæ munus explesset. *Ubi notamus loco citato litt.* O, *quod editiones illæ,* munera, certamina, venationes *dici soleant, uti fuse docet Hallous.*

g *In Vita S. Justi Episcopi Viennensis 6 Maji dedimus, ex Archivio Viennensi, epistolam S. Pii Papæ ad ipsum Justum, ubi is asserit,* Athalum, epistolas Martyrum portantem, ad se venisse, et gaudium ineffabile fecisse de triumpho eorum. *Baronius anno* 166 *num.* 3 *conjectat, ipsum esse de quo hic agimus.*

CAPUT III.

Martyrium SS. Pontici et Blandinæ. Corpora canibus objecta, igne adusta et submersa. Virtutes Martyrum.

Post hos, novissimo jam munerum die, Blandina rursus inducitur cum Pontico, puero fere annorum quindecim; quique et in primorum cruciatibus jussi fuerant semper astare; quo magis ceterorum videntes supplicia, terrerentur. Statuuntur ergo in medio, jubentur jurare per Deos. Illi vero e contrario nul- F los esse aiebant illos, per quos jurare cogerentur. Cumque aliis quam plurimis verbis exprobrarent Gentilium Deos, insanire magis in eos cœpit populi multitudo, neque teneram pueri ætatem, neque sexum feminæ miserantes: sed per omnia tormentorum genera, quasi quodam eos circulo peragentes, nihil deesse pœnis patiebantur, quod crudelitas invenisset. Tunc Ponticus, maximum patientiæ robur *a* materna cohortatione suscipiens, et perseverans in confessione fidei, impollutum spiritum reddidit.

SS. Blandina et Ponticus puer variis pœnis torquentur,

in quibus hic moritur:

a

16 Beata vero Blandina, ultima omnium, velut omnium nobilis mater, præmissos ad Martyrii coronam filios, insequi jam secura festinat, exultans et ovans velut ad thalamum sponsi, invitata ad nuptiale convivium. Ex quo fiebat ut in verberibus non trepidaret, et craticulis adusta gauderet, ac tam hilaris videretur et læta, quasi inter dapes regias accubaret. Post hoc ad bestias traditur: sed *b* intacta ab his perdurat. Inde etiam aliud excogitatur crudelitatis genus, ut rete constricta objiceretur tauro ferociter instigato: a quo cum fuisset innumeris ictibus lacessita, et toto arenæ ambitu jactata, nihil

ista craticulis adusta,

a bestiisque illæsa, jugulatur.

EX EPIST. LUGDUN. ET VIEN.

A hil penitus læditur; sed permanebat læto semper vultu, mente constanti, spe ipsa et animi præsumptione cum Christo jam colloquens. Ad ultimum gladio jugulari jubetur, stupentibus ipsis etiam impiis et dicentibus, quod numquam fuerit femina, quæ tanta ac tam ferre potuerit.

17 Sed ne sic quidem satietatem aliquam capere crudelitas quivit. Antiqui etenim serpentis virulentia concitati feri ac barbari mores, modum esse nesciebant. Et ipsa quippe Sanctorum patientia, sævior eis contentionis rabies accendebatur; et velut pudore quodam fatigabantur, quod major inesset constantiæ, quam eorum crudelitati virtus: et ex hoc ad [illegible] Judex [illegible] et populus, ut scriptura impleretur quæ dicit, iniquus adhuc inique agat, et injustus adhuc faciat injuste. Igitur inaudito sævitiæ genere, eorum qui necabantur in carcere corpora, canibus videbantur exponi; adhibita simul custodia die noctuque, ne qui collectas reliquias, humanitatis intuitu traderet sepulturæ. Sed si quid forte vel bestiis vel igni reliquum ex corporibus Martyrum fuerat, ipsaque cum truncis suis capita punitorum, insepulta per custodiam militum, servabantur; et quærebatur, si quid ultra posset humana crudelitas, etiam in eos qui jam vitæ limen excesserant Exultabant tamen Gentes, magnificantes simulacra sua, quorum virtute datam in illos vindictam dicebant: si quis vero inter ipsos paulo mitior vel humanior videbatur, Ubi nunc est, aiebat, Deus eorum? et quid eis profuit ista religio, pro qua etiam animas posuerunt? Igitur apud illos erat varium istud insultationis genus, apud nos vero ingens luctus habebatur, præcipue quod non possemus humi tradere; quippe quibus ne noctis tempore aliqua ad hoc opportunitas præbebatur, neque muneribus placare custodes, neque precibus, aut ullo alio genere copia erat; ita attente et solicite curabant, ne daretur extremis ossibus sepultura.

Apoc. 22

Corpora Martyrum objectantur canibus,

B

et non permittuntur sepeliri

18 *c* Post aliquot autem dies, cum nullam sepeliendi gratiam præstitissent, accensa ossa Martyrum et in favillam redacta, cum reliqua terræ pulvere in Rodanum fluvium dispersere, ne usquam eorum reliquiæ residerent. Quasi vero hæc agentes, Deum vincerent, et sicut dicebant, spem eis per hoc resurrectionis adimerent. Sperantes enim, aiebant, de sepulcris quandoque se esse resurrecturos; idcirco, novam eam quam persuadentes sibi superstitione, læti se tormentis mortibusque subjiciunt; nunc videamus si resurgent, et si potest eis adesse Deus eorum; et eripere eos de manibus deorum. *d* Hæc sunt quæ illis temporibus gesta, ex Epistola Fratrum Lugdunensium, declarantur: ex quibus, quid etiam per ceteras provincias geri potuerit, conjectura capienda est.

c

Ossa cremata in Rodanum projiciuntur.

d

19 Referuntur adhuc in ipsa Epistola, quædam C etiam de humanitate et mansuetudine Beatorum Martyrum, quæ dignum puto ad hæc suis sermonibus, sicut cetera, sociari. Quique aiunt, ad imitationem Christi (qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo) in tanta gloria positi, et semel et iterum, ac frequentius Martyres facti, post bestias, post ignes et laminas, neque se ipsi Martyres dicebant, neque aliis, ita se appellantibus, indulgebant. Sed si forte aliquis nostrum, vel in epistola, vel in sermone, eos Martyres nominasset; increpabant acrius, dicentes; quod hæc appellatio soli Christo debetur, qui solus fidelis veritatis est Martyr, et qui primogenitus est ex mortuis et auctor vitæ æternæ; vel certe illis solis aptum hoc esse vocabulum, qui post bonam confessionem discedere de hac vita et pergere meruerunt ad Deum. Nos autem, aiebant, humiles et egeni, optamus, ut ipsa saltem in nobis confessio tuta permaneat. In quo et ea Fratres cum lacrymis obsecrabant, ut pro eis Deum deprecarentur, quo perfecto confessionis signaculo martyrium mererentur accipere: et tanta in eis humilitas erat, ut cum rebus ipsis essent Martyres, nominis tamen jactantiam fugerent. Apud Gentiles vero cum omni fiducia consistebant, nobilitatem animæ, per contemptum injuriæ et suppliciorum patientiam, demonstrantes. Erant ergo inter Fratres, humiles; inter persecutores, elati; suis mites, adversariis terribiles; Christo subjecti, diabolo erecti; humiliabant se sub potentissima manu Dei, per quam nunc sublimius exaltati sunt. Placabant omnes, accusabant neminem; solvebant omnes, ligabant nullum; orabant etiam pro persecutoribus suis, utentes sermone S. Stephani primi Martyris, et dicentes; Domine, ne statuas hoc peccatum: adversum quos eo vehementiora diabolus prælia concitabat, quod per nimiam caritatem, quam habebant in Christo Jesu, etiam ipsos qui lapsi fuerant, et quos jam immanis illa bestia absorbuisse crediderat, rursum in os de internis ejus visceribus educebant; et velut matres erga parvulos suos, ita erga eos toti profusi miserationum visceribus, inhærebant omnipotenti Deo; effundentes pro ipsis fontes ac flumina lacrymarum, vitam petebant eis a Deo, et tribuebatur eis: nec sibi gratum iter ducebant eundi ad Dominum, vel lætam putabant martyrii fore coronam; si partem membrorum suorum, de Ecclesiis raptam, velut spolia quædam, detentari a diabolo permisissent. Super omnia autem, pacem et ipsi diligebant, et nobis servare mandabant: nec aliam sibi, nisi per pacem, viam ad martyrium construebant; caventes, ne ultra jam post se dissensionem Fratribus, ne Ecclesiæ matri mœstitiam derelinquerent: sed semper pacem habendam, pacem Fratribus custodiendam, et caritatem præcipue tenendam, quæ est unitatis et concordiæ vinculum, commonebant *e*. Hæc non inutiliter (ut opinor) a nobis, ad ædificationem legentium, memoriæ tradita sunt: quæ ex tantorum virorum auctoritate descendunt propter eos qui tumidi et inflati adversum Fratres feruntur; et si qui forte titubaverint, miserationum Christi viscera ab eis putant penitus excludenda.

laudantur, quod sæpius torti,

nolebant Martyres appellari.

D

Act. 7

orabant pro persecutoribus,

lapsos ad fidem reducebant,

E

pacem omnibus commendabant.

e

20 Refertur adhuc in eadem scriptura et alia narratio, quam cognitionis causa, his inserere dignum putavi. Asclibiades *f* quidam erat in numero eorum, qui pro Christo vincti tenebantur. Hic vitam satis arduam et austeram gerebat, nihil cibi volens accipere, sed tamtum sale et pane cum aqua utebatur. Cumque hujus vitæ rigorem vellet etiam in carcere tenere; Attalo, post primam confessionem suam, quam in amphitheatro confessus est, revelatur, quia non recte faceret Asclibiades, creaturis Dei et ipse non utens *g*, et aliis formam scandali derelinquens. Quibus cognitis B. Asclibiades cœpit omnia cum gratiarum actione percipere; quia quæ illi revelabat Spiritus ut doceret, et huic ut sequeretur, idem spiritus persuadebat; adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

S. Asclibiades, pane sale et aqua vescens,

F

f

g

cælitus monetur aliis cibis uti.

ANNOTATA. G. H.

a *Hinc nonnulli S. Blandinam fecerunt matrem S. Pontici. Verum apud Eusebium dicitur*, Sororis exhortationibus excitatus, *ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς προτρεπόμενος*. *Igitur non aliter dicitur* materna exhortatio; *quam mox*, velut omnium nobilis mater, *καθάπερ μήτηρ εὐγενής*. Viennæ beatæ Martyris Blandinæ sanctorumque XLVIII Martyrum ecclesiam *esse indicatur in Vita S. Clari Abbatis* I *Januarii cap.* 6. *ubi apparet* Virgo beatissima Blandina eum consolans, *et quod eum* ad

cœlestia

A cœlestia regna cum S. Marcello sit ductura, addicens.

b *Exclamat S. Eucherius in Homilia de hac S. Blandina :* Honorant bestiæ, dum sævire non norunt. Ubi sunt qui dicunt, venerationem sacris Martyrum deferendam non esse corporibus? Ecce cruentæ feritatis immanitas, quæ religionis non recipit sensum, defert venerationis obsequium... et ad malorum damnationem, quid honoris Sanctis debeatur, agnoscit.

c *Loco sequentium, apud Gregorium Turon. de Gloria Mart. cap. 49, leguntur ista.* Postquam hæc gesta sunt, cum Christiani mœrorem maximum haberent, quasi deperissent beatæ Reliquiæ; nocte apparuerunt viris fidelibus in eo loco, quo igni traditi sunt, stantes integri et illæsi. Et conversi ad viros, dixerunt eis : Reliquiæ nostræ ab hoc colligantur loco, quia nullus periit e nobis : ex hoc enim translati sumus ad requiem, quam nobis promisit rex cœlorum Christus, pro cujus nomine passi sumus. Hæc renuntiantes viri illi reliquis Christianis, gratias egerunt Deo, et confortati sunt in fide ; colligentesque sacros cineres, ædificaverunt basilicam B miræ magnitudinis in eorum honorem : et sepelierunt bona pignora sub sancto altari, ubi se semper virtutibus manifestis cum Deo habitare declaraverunt. Locus autem ille, in quo passi sunt, Athanaco vocatur ; ideoque et ipsi Martyres a quibusdam vocantur Athanacenses. *Hæc Gregorius, et ex eo Ado in Martyrologio, qui addit ista :* Horum festivitatem cives Lugdunensis urbis, omnibus undequaque lætanter accurrentibus per descensum fluminis, cum hymnis et canticis gratulationis concelebrantes, Missarumque solennia in Apostolorum ecclesia (ubi sancti cineres eorum conditi servantur) festive Domino reddentes, ex antiquorum traditione, ipsam diem Miraculorum appellant. *Hæc Ado. De loco* Athenaco *supra actum ; ecclesia autem Apostolorum, sive S. Petri, jam sub titulo S. Nicetii habetur.*

d *Hic iterum interfatur Eusebius, illa ipsa forte mox relaturus ad finem, quæ superiori capite III. e abstulerat e medio Epistolæ, quam utinam integram et invariatam servari contigisset!*

e *Rursum Eusebius loquitur.*

f *Varia MSS.* Alcipiades : *verosimile est quod* Asclepiades *vel* Alcibiades *germana sit lectio. Equidem nihil mutare præsumpsi ; sed communem in hoc nomine Martyrologiorum scripturam secutus sum : quomodo etiam* Epagatus *retinui, etsi melius scriberetur* Epagathus.

C g *Non quia ipsa communis ciborum abstinentia culpabilis erat; sed quia coram aliis usurpata, singularitatem habebat, caritati et mutuæ unioni, tali in articulo non convenientem : quod non debet ad omnem casum trahi ; multo minus ad Religiosorum cœtus, in quibus abstinentia non reputatur singularitas ; sicut nec indulgentia Regulæ conformis, immoderatio.*

APPENDIX D. P.

De ecclesia S. Blandinæ.

Bernuinus Viennens. Archiep. Sicut iterata sæpius certamina, eaque atrociora, S. Blandinam præ aliis celebrem fecere ; sic venerationem etiam peculiarem ei conciliarunt apud majores, ut et Ecclesiæ eidem nominatim nuncuparentur. Hujus rei testimonium insigne in lucem eruit D. Louvet Doctor Medicus, ac Serenissimæ Dominæ de Domba Consiliarius ; et Tomo 12 Spicilegii Acheriani pag. 136 anno 1674 inserendum dedit, ubi nunc legitur sub hoc titulo. D

Bernuinus, Viennensis Archiepiscopus, dat facultatem Ratberto instaurandi ecclesiam S. Blandinæ. *Interfuit Bernuinus Synodo Cabilonensi anno DCCCLXXXVII, subscripsitque habito privilegio Confirmationis, Ingelranno Abbati Carilocensi per eamdem Synodum concesso. Brevis ipsius contextus talis est :*

circa an. 860 collapsam ecclesiam, 2 Curam rerum ecclesiasticarum penes arbitrium et vigilantiam Episcopalem remorari, nullus qui jura ecclesiastica cognovit, dubitare potest ; ut eorum studio intendat, qualiter diruta, vel vetustate aut negligentia dissipata reparari debeant. Quapropter ergo Bernuinus, sacræ Sedis Viennensis Archiepiscopus, cum in Dei nomine et amore, studium hujusmodi gererem ; adiit nostram præsentiam quidam venerabilis Presbyter et Abbas, Ratbertus nomine, pro quadam ecclesia, quæ est in honore S. Blandinæ Martyris dedicata, atque in Monte Quiriaco sita ; *Ratberto Ab. reparandam,* quatenus ei licentiam daremus, uti de suo proprio, tam pro Dei amore, quam pro æternæ mercedis retributione, studiosissime illam reædificaret : siquidem pene destructa et annihilata, tam pro vetustate E quam et pro obsidione civitatis, decorem et honorem domus Dei amiserat. Cujus benevolentiam et studium pietatis collaudantes, non solum benigne annuimus, sed etiam ut summopere perficeret et omnimodis, cum maximo gaudio hortati sumus. Et, ut major accresceret tantæ bonitatis voluntas, insuper *sibique et nepoti suo usufructuarie tenendam concedit.* ei libentissimo animo concessimus ; ut tam ipse, quam nepos illius, nomine Straderius, dum adviveret, si res ad effectum perveniret, pro tanti laboris sudore, tam de ipsa ecclesia, quam et de his quas habet rebus et acquirere potest, potestatem habeant construendi, et usu fructuario operandi.

3 Notum itaque sit omnibus, sanctæ Dei Ecclesiæ hujus rectoribus et successoribus nostris, religiosissimi hujus viri tantæ pietatis studium, et nostrum super hujusmodi assensum et auctoritatem ; quatenus eis deinceps nullus auferat, si vitæ nostræ cursum supervixerint, quod cum tanto studio laborantes perfecerunt ; et sic canonice illis confirmamus, quod prompta eorum voluntas in reædificatione hujus domus Dei libentissime impendit, et nostrum favens assensus annuit. Quod si aliquis temerario ausu disturbaverit, iram Dei omnipotentis incurrat, et anathematis vinculo (nisi resipiscat) perpetualiter subjaceat : quoniam, sicut auctoritas F mandat canonica, ut jura ecclesiastica, a sanctis et antiquis Patribus constituta, juniores inviolabiliter observare debeant ; ita necesse est, ut futuri quique Præsules Ecclesiarum, majorum et prædecessorum suorum edicta inconcussa teneant : *successoribus ut idem teneant sub anathemate adstrictis.* quod si secus fecerint, nulli dubium, quod sanctorum Canonum excommunicationi subjaceant. Igitur ut nullus audeat nostræ auctoritatis testamentum contemnere, manibus et scriptis propriis, cum consensu suffraganeorum nostrorum, firmantes roboravimus.

4 *Credideram equidem Montem-Cyriacum esse requirendum haud procul ab urbe Viennensi ; quæ quo anno obsessa fuerit circa tempora Bernuini Episcopi necdum comperi ; neque occurrit unde discernam cujus monasterii ex pluribus quæ diœcesis habet,* Ratbertus *Abbas fuerit : quare hæc omnia Viennensium rerum studiosis explicanda dimitto, qui plura forte suggerent ad hoc argumentum spectantia.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS LUGDUNENSIBUS,

VINCENTIO, NINA, PRISCO, SEPACA,

D. P. ## HILARIO, FELICE, CASTULA, EPAGATO, AMELIA, DONATO,

Ex Martyrologio Hieronymiano.

Hos Martyres a præcedentibus esse distinguendos, colligimus ex Epternacensi Hieronymiani Martyrologii apographo; ubi, post relatos priores, ista interponuntur. Item alii in Lugduno, *quorum decem recensentur sub his nominibus,* Vincentii, Ninæ, Prisci, Sepacæ, Hilarii, Felicis, Castulæ, Epagati, Ameliæ, Donati. *Horum nominum aliqua in aliis ecgraphis paulum diversa leguntur;* Niceæ, Priscæ, Æmiliæ *et* Donatæ. *Post* Castulam *vero alius titulus in dicto Epternacensi ponebatur, scilicet,* In eodem loco. *Ast in aliis tribus apographis, sub eodem titulo* Lugduni, *comprehenduntur, quod et nos facimus. Et hæc* Vincentius *est in MSS. Gellonensi, Augustano S. Udalrici, Parisiensi Labbei, et S. Galli in Helvetia.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS.

B

BARBARUNO PRESBYT. HUMATO, E

G. H. ## EVASIO, HONORATA, ROGATA.

Ex eodem Martyrologio.

Post relatos Martyres Lugdunenses, præposita particula Alibi, *indicantur nomina horum Martyrum, in sæpius jam citatis apographis Martyrologii Hieronymiani, scilicet* Barbaruni Presbyteri, Humati, Evasii, Honoratæ, Rogatæ. *Scribitur etiam* Honorati. *Loco* Rogatæ *in MS. Corbeiensi additur* Vincentia, *et formata videtur ex* Vincentio *Lugdunensi primo in posteriori ordine. Si quis tamen velit eam apponi reliquis ut sextam, per nos licebit.*

DE SANCTIS TRIGINTA OCTO

MARTYRIBUS APUD GRÆCOS.

G.H. Ex Synaxario MS. Divionensi.

C *Memoria horum Martyrum continentur in MS. Græco Synaxario, quod Divione apud Petrum Franciscum Chifletium Societatis nostræ reperimus, et ad diem secundum Junii ita proponitur.* Οἱ ἅγιοι, Μάρτυρες λη', οἱ λουτρῷ βληθέντες, καὶ τῆς θύρας σφραγισθείσης, τελειοῦνται. Sancti Martyres triginta octo, in balneum immissi, foribus occlusis vitam finiunt. *Deinde hi versus adduntur :*

[illegible]

[illegible] F

Nequidquam Athletis balnei clausæ fores,

Dum Christus adstat clamitans ; Ego ostium.

Scilicet Joannis x *versu* IX. *Ubi autem id factum, frustra quæsieris.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS

MATRE ET TRIBUS LIBERIS.

Ex eodem Synaxario MS.

In jam citato, MS. Græco Synaxario Divionensi seu Chiflettiano celebratur. [illegible] *et ad* [illegible] S. Mater cum tribus liberis suis, gladio martyrium complet : *Deinde ex more Distichon subjungitur hujusmodi :*

[illegible]

Ἰδοὺ βοᾷς, ἐγώ, καὶ τὰ παιδία.

Percussa gladio prole cum tota parens ;

Adstans, ecce clamas ; ego et pueri mei.

Sunt autem hæc verba Isaiæ Prophetæ, in persona Christi loquentis de se ac discipulis suis, Cap. VIII *versu* XVIII, *quæ sensu eodem allegat Paulus ad Hebræos* II *versu* XIII, Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. Ecce ego et pueri, quos dedit mihi Deus.

DE

D

DE PLURIMIS SS. MARTYRIBUS,

ANTIOCHIÆ PASSIS.

G. H.

Circa tempus Martyrii, ex Eusebio Conjectura.

CIRCA AN. CCL.

Videntur passi sub Decio Imp.

Celebravimus cum Martyrologio Romano, ad diem XI *Martii*, commemorationem plurimorum sanctorum Martyrum, qui Antiochiæ, mandato Maximiani Imperatoris, sævissimis affecti suppliciis, ad palmam martyrii pervenerunt. *At modo, cum pervetusto Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod spectat ad Collegium Claromontanum Societatis Jesu Parisiis, exhibemus multitudinem Martyrum, ibidem sub Decio Imperatore coronatorum. Verba Synaxarii sunt ista:* Καὶ τῶν ἁγίων μυρίων τῶν ἀθλησάντων ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ δυσσεβοῦς Δεκίου. *Ubi* τὰ μύρια *per se significant* decem millia, *sed illo nomine etiam* copiosa multitudo indetermi-
B nata absque ullo certo numero *intelligitur, sicut apud Latinos* sexcenta *dicere usitatum est. Indicatur ergo* commemoratio Sanctorum quamplurimorum Athletarum, qui Antiochiæ sub Imperio impii Decii certaverunt. *Fuit hæc septima in Christianos persecutio, anno Christi* CCL *excitata; qua inveteratum in Christianos odium Gentilium, omnes sub Romano Imperio situs inundavit Ecclesias, ut e sententia Baronii de ea merito dici potuerit:* Nisi abbreviati fuissent dies illi, *non* fuisset salva omnis caro. *In hac persecutione Decii, teste Eusebio lib.* 6 *cap.* 32, *martyrium subierunt* S. Fabianus Papa Romæ XX *Januarii*, S. Alexander Episcopus Hierosolymorum Cæsareæ in Palæstina XVIII *Martii, et quod huc potissimum spectat*, S. Babylas Episcopus Antiochenus XXIV *Januarii, quando horum Acta illustravimus. Horum meminisse videbatur sufficere, ut possent huic tempori applicari, quæ de Martyribus sub Diocletiano passis scripsit Eusebius his verbis:* Quid nunc opus est reliquos nominatim commemorare, aut multitudinem hominum recensere? *Et deinde.* Ea quæ Antiochiæ gesta sunt, quid opus est in memoriam revocare? *et similia, quæ ad citatum supra* XI *Martii retulimus. Forte de hisce Sanctis Martyribus, aliquibus saltem, etiam nominibus expressis, in hoc opere nostro ex antiquis fastis mentio fiet: tamen, ne memoria illorum deficiat, judicavimus illorum venerationem communem, in Ecclesia Constantinopolitana ab annis septingentis aut etiam pluribus solitam celebrari, Lectori hic proponendam.* E

sæviente quam maxime persecutione,

teste Eusebio.

DE SANCTIS MARTYRIBUS ÆGYPTIIS

THEEMEDA ET FILIIS EJUS; ARMENIO ET MATRE EJUS.

D. P.

Ex Fastis Copticis et Habessinis.

In Æthiopicis fastis relati

Laudati, die præcedenti, Alexandrinæ Ecclesiæ Fasti; *ad diem* VIII *decimi mensis*, Sene *Habessinis, Coptis* Baune *nominati; id est ad diem secundum Junii hæc proferunt nomina:* Teemeda et filii ejus, Armenius et mater ejus: *et in columna media, inter Æthiopicum textum ac Latinam Ludolfi versionem, ubi ponuntur verba ex Coptitarum Fastis,*
C *lingua litterisque Arabicis descripta, legitur Latine addita vox* Martyres. *Fastos ipsos Coptitarum Joannes Seldenus, in ultimo suo ac postumo de Hebræorum Synedriis libro, profitetur haberi penes se*, ad calcem Evangeliorum exemplaris, Arabice antiquitus in Ægypto perpulchre conscripti seu absoluti, VIII die Musri mensis Coptici, id est, I Augusti, Juliani, anno æræ Martyrum VIII, seu Christi MCLXXXVI. *Hic vero, legitur memoria solius* Thamedæ et prolis ejusdem, Martyrum.

et in Hagiologio metrico,

2 *Iis tamen recte jungi* Armanium, *persuadet Poeta Habessinus, in suo Hagiologio metrico, utroque conjunctim salutem dicens, hoc modo:* Saluto Teemedam et filios ejus, Armenium et matrem ejus, qui inter se diviserunt onus ipsius matris *(interpretatur Ludolfus, ego* Christi *jugum intelligere mallem)* scriptis in columna Jerusalem effigie et nomine; *scilicet Christi et Dei.* Ipsi, per sui martyrii sanguinem fide-jubeant, in retributione futura, pro male et recte factis, *sive propriis Poetæ eos invocantis, sive fidelium communiter omnium. Videntur autem sic nominari utrique, ut unicam Martyrum turmam constituant, in quibus verificatum sit illud Apocalypseos* 3 ℣. 12. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, et foras non egredietur amplius, et scribam super eum nomen Dei mei, et nomen civitatis Dei mei novæ Jerusalem, quæ descendit de cœlo a Deo meo. F

videntur in Ægypto passi,

3 *In sensu Ludolfi intelligentis* onus matris, *quod inter se diviserint, filia* Theemeda cum liberis, *et filius* Armenius; *fuerint illi forsan pro matre sua, hic anonyma, frustra quæsita a persecutoribus, adducti ad tribunal fidemque professi: quibus superveniens ultro ipsa, facta sit particeps communis cum liberis et nepotibus coronæ. Sed hæc mea conjectura est, tum dijudicanda, cum ex alterutrius gentis monumentis, martyrii istius notitia plenior eruta fuerit. Interim eos qui utrique genti communiter coluntur ut Martyres, Ægyptiis adscripserim potius quam Habessinis: cum hi ab ipsis fidem acceperint Christianam tempore S. Athanasii, finitis jam persecutionibus Gentilium Imperatorum, quæ absque fundamento extendi non deceat ultra provincias Romano Imperio subjectas, qualis numquam fuit Habassia sive Auximitica Æthiopia.*

sub Imperatoribus Gentilibus.

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMANIS

MARCELLINO PRESBYTERO,

PETRO EXORCISTA, THOMATO, ROGATO,

ET ALIIS QUADRAGINTA DUOBUS.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Eorum cultus, Ecclesiæ, Acta.

Sub Diocletiano

Plurimi hoc die Martyres coluntur

Illustris est hic dies secundus Junii Martyribus Romanis et Lugdunensibus. De hisce supra egimus, de Romanis, in pervetusto MS. Martyrologio Treverensi Ecclesiæ S. Martini, ista leguntur: Romæ Marcell. Martyris cum aliis quadringentis. *Princeps hic tot athletarum ab aliis* Marcellinus *appellatur. Damus nos suis nominibus expressos Martyres centum sexaginta quatuor, et certo numero signatos centum sexaginta sex, universim trecentos et triginta, quos in quatuor classes universales distribuimus, ut lector de singulis suum judicium ferat. Notkerus cum de* SS. Marcellino et Petro *egisset, ista addit:* Item Romæ centum octoginta Martyrum, et multo plurium, quorum nomina Deus scit solus. *Omnia porro Martyrologia auspicantur hunc diem ab iisdem* SS. Marcellino et Petro, *de quibus et aliquibus Sociis, in vetustissimo Martyrologii Hieronymiani apographo Epternacensi, ista leguntur:* IV Nonas Junii, Romæ natalis Petri Exorcistæ, et Marcellini Presbyteri, Thomati, Rogati, cum aliis quadraginta duobus. *In aliis tribus ejusdem apographis nomen* Marcellini *præponitur: in reliquis illa cum Epternacensi consentiunt, nisi quod in Lucensi mentio* Thomati *non fiat, qui etiam in uno* Thomaus *scribitur.*

inter quos celeberrimi, Marcellinus et Petrus,

2 *At solemnissima mansit veneratio* SS. Marcellini et Petri, *etiam Canoni sanctissimæ Missæ insertorum: quorum memoria in omnibus Latinis fastis sacris, tam manu exaratis quam prælo excusis, celebratur. Usuardus ista habet:* Romæ beatorum Martyrum Marcellini Presbyteri et Petri Exorcistæ, qui multos in carcere ad fidem erudientes, post dira vincula et plurima tormenta, decollati sunt sub Judice Sereno. *Quibus in Martyrologio Romano additur;* sub Diocletiano, in loco, qui dicebatur Silva-nigra, quæ postea in honorem Sanctorum mutato nomine Silva candida appellata est. *Plura ex ipsis Actis referuntur apud Rabanum, Adonem, Notkerum, et alios posteriores.*

via Lavicana sepulti,
D. P.

3 Horum corpora, *ut in iisdem Actis legitur,* collegit Lucilla, et posuit in vehiculo noctu, et adduxit via Labicana milliario ab urbe tertio, et sepelivit sub die IV Nonas Junii in pace. *Verum Ado, cum aliis Actis MSS. ita legit:* Quorum corpora, revelantibus se beatis Martyribus, tulerunt postmodum Lucilla et Firmina Christianissimæ feminæ; et juxta S. Tiburtium, in inferiore parte cryptæ, sepelierunt, quinto Kalendas Septembris. *Quidquid de ista depositione sit censendum, certe natalem eorum hoc II Junii celebrari consuevisse, Martyrologia omnia confirmant; iisque adstipulantur liber Sacramentorum S. Gregorii Papæ, eoque antiquior Codex, fere ex SS. Leonis et Gelasii ordinatione, ante nongentos annos descriptus, atque a Josepho Maria Thomasio Romæ non ita pridem vulgatus; vetus item Kalendarium Romanum, a Joanne Frontone illustratum. De titulari eorum Ecclesia ista leguntur in Vita S. Silvestri Papæ apud Anastasium Bibliothecarium:* Eisdem temporibus Augustus Constantinus fecit Basilicam beatissimis Martyribus Marcellino Presbytero et Petro Exorcistæ, inter duas Lauros et Mausoleum, ubi beatissima mater ipsius sepulta est Helena Augusta, in sarcophago porphyretico via Lavicana, milliario ab Urbe tertio. *Hæc ibi, quibus similia habentur in Vita S. Helenæ ad diem* XVIII *Augusti excutienda, propter aliquos Græcos, asserentes Constantinopoli sepultam fuisse. Ast antiquissima Acta S. Silvestri, a nobis edita in Catalogo Antiquiorum Pontificum ante Tomum primum Aprilis, ista habent de Constantino Magno:* Eodem tempore fecit basilicam sanctorum Martyrum Marcellini Presbyteri et Petri Exorcistæ; *quæ, ut diximus, explicat Anastasius cum aliis, in ejusdem Silvestri Actis. Idem Anastasius asserit, in Actis Honorii Papæ, qui ab* DCXXVI *ad* DCXXXVIII *Ecclesiæ præfuit, eum* innovasse cœmeterium beatorum Martyrum Marcellini et Petri, via Lavicana. *Ibidemque adhuc* retineri venerandas imagines Marcellini et Petri, musivo opere nobiles, *asserit Baronius Tom. 9 Annalium ad an. 826 num. 16. Ichnographiam ecclesiæ, forma rotunda extructæ, atque amplissimi atrii in quadrum circumducti, et parietinarum etiamnum residuarum iconismum, vide Tom. 2 Romæ subterraneæ pag. 51. Imagines ipsas nobiscum rogatus communicare, talium eruditator curiosissimus Illustriss. Joannes Ciampinus, Magister Brevium gratiæ, ac litterarum Apostolicarum Major Abbreviator, nec non in utraque Signatura Referendarius, suo ulteriore veterum Monumentorum præsertim Musivorum Tomo, Urbi ac Orbi notus, respondit, se quidem eo statim pictorem misisse; sed hunc, cum nihil inveniret, ex accola sene didicisse, injuria temporis prorsus esse delapsas, ab ipso tamen ibi olim visas.*

G. H.
illique ecclesia honorati a Constantino Magno;

D. P.
cujus adhuc supersunt parietina

G. H.
Alia prope Lateranensem illis erecta

4 *Alia fuit ecclesia* SS. Marcellini et Petri, *in urbe Romana, quæ juxta Lateranensem basilicam sita est, et ipsa vetustissima, quam nonnulli etiam a Constantino Magno constructam opinantur; sed hoc asserere nolumus. Ejus in Synodo Romana, sub S. Gregorio Magno habita et libro Registri cap. 88 relata, fit mentio; ubi inter Presbyteros subscribit,* Albinus SS. Marcellini et Petri: *quem tunc fuisse titulum Cardinalitium censet Onuphrius, de septem Urbis Ecclesiis cap. 2: ibidemque mansit Statio* XVIII, *Sabbato post Dominicam secundam Quadragesimæ. In eadem, aut forte in priore basilica, ab eodem Gregorio Magno habita fuit Homilia sexta in Matthæum, quæ ejusdem Ecclesiæ titulo hunc in modum prænotatur;* Homilia habita ad populum, in basilica SS. Marcellini et Petri, die natalis eorum. *De hac Ecclesia scribit Anastasius,* Gregorium III fecisse a novo ecclesiam SS. Marcellini et Petri juxta Lateranis. *Præfuit hic Papa ab anno* DCCXXXI *ad annum* DCCXLI, *quo obiit et colitur* XXVIII *Novembris. At seculo nono Benedictus*

in altera vel in homiliam habuit S. Gregorius

Papa III

A *Papa III et Nicolaus primus restaurarunt ecclesiam quamdam eorumdem Sanctorum; sed utram, plurimum disputat Aringhus lib. 4. Romæ subterraneæ cap. 9, quem consule. Ibidem adhuc eorum Reliquias esse scribit Carolus Bartholomæus Piazza, in Sanctuario Romano anni* 1675.

5 *Ipsa Acta martyrii edidit Laurentius Surius, sed limato stylo. Nos eadem damus primigenia phrasi, ex* *Acta martyrii ex MSS.* *vetustissimis codicibus MSS. scilicet Audomarensi, Ecclesiæ Cathedralis; Windbergensi, Ordinis Præmonstratensis in Bavaria; Trevirensi duplici, altero S. Maximini, altero S. Martini; ac duobus nostris, signatis AA et z, tertioque continente Acta mensis Junii. Habuimus eadem in quatuor MSS. codicibus Reginæ Sueciæ numero* 13,81,482, *et* 863 *signatis. Eademque extare Capuæ in monasterio S. Joannis et in Cæsaris-insula, et in MS. Passionali anni* 1148 *apud Præmonstratenses in Parchensi prope Lovanium Abbatia servato, intelleximus ex litteris Silvestri Agossa Presbyteri Capuani, Joannis Grothausen Societatis Jesu; et Adriani de Vaddere Supprioris Parcensis. Nec lubuit plures codices examinare, aut etiam Acta in aliis reperta annotare, potissimum quod esset magnus in plerisque MSS. consensus. In MS. Trevirens. S. Martini erant hinc inde nonnulla omissa:* B *compendium in Martyrologiis.* *in MS. Ultrajectino erant plurima contracta. Simile huic compendium ab Adone editum est in ejus Martyrologio, quod seculo* IX *conscriptum fuit. Multo brevius est elogium, quod in genuino Bedæ Martyrologio, ex octo MSS. ante Tomum secundum Aprilis a nobis edito habetur hujusmodi.* IV Nonas Junii, Romæ Marcellini Presbyteri et Petri Exorcistæ; qui multos in carcere ad fidem erudientes, post dira vincula et plurima tormenta decollati sunt, sub Judice Sereno: et qui eos decollavit, vidit animas eorum splendide ornatas ab Angelis ferri in cælum; et pœnitentiam agens, sub Julio Papa baptizatus est in senectute sua, nomine Dorotheus. *Hæc ibi. Subjungimus Acta martyrii horum Sanctorum descripta versibus trochaicis, non omnino perfectis, quorum Auctorem Surius, et cum eo passim alii, censent Eginhardum, de quo infra agemus; quin et in Floriacensi MS. reperisse se ait Mabillonius hunc titulum,* Incipit rythmus Einhardi, viri eruditissimi, de Passione Christi Martyrum Marcellini et Petri. *Cum Eginhardo vixit, sed aliquanto junior, B. Rabanus Abbas Fuldensis, dein Archiepiscopus Moguntinus, eruditione et sanctitate clarus; qui inter sua poemata edidit hymnum* XXVII, de SS. Marcellino *Eadem Acta Carmine scripta.* C et Petro Martyribus, *ac præclare confirmat ipsa Acta martyrii; quum Hymnum, qui brevis est, etiam hic dabimus. Porro non de solis istis duobus historia horum agit; verum ejus occupant Sanctus Arthemius, ac ejus conjux, Candida, ejus uxor; et Paulina Virgo, a dæmone liberata; omnes per dictos Sanctos ad fidem Christi conversi et martyrio coronati: de quibus infra ad diem sextam Junii, cum Usuardo, Martyrologio Romano, aliisque, seorsim erit agendum.*

6 *Cremonæ in Italia, cultu admodum celebri, honorantur prædicti Sancti Martyres, ubi a Synodo diœcesana anni* MDXCIX, *proposita fuit tabula de diebus festis, ex præcepto seu consuetudine veteri colendis,* *Cremonæ festum* *præscribitur quæ ad hanc secundam Junii,* festum SS. Petri et Marcellini, in civitate Patronorum. *Josephus Brescianus, in Diario Cremonensi anni* MDCXXXVIII, *etiam scribit,* coli hos Martyres ut Protectores hujus *ob Reliquias ibidem asservatas.* urbis: *additque*, in ecclesia Cathedrali sub Confessione asservari eorum sanctissima corpora. *Esse eam Deiparæ Virgini in cælos assumptæ dedicatam, indicat Ughellus Tomo 4 Italiæ sacræ, in sua de Episcopis Cremonensibus præfatione: et in Arnulpho scilicet Episcopo de his Reliquiis ista scribit:* Hujus Episcopi temporibus, satagentibus Gulielmo S. Benedicti Cremonensis, Abdoneque S. Laurentii

Abbatibus, SS. Petri et Marcellini sacra ossa trans- D tulerunt in ecclesiam S. Thomæ, a Benizone Episcopo Sutrino Legatoque Apostolico consecratam, anno MLXXVIII, die XII mensis Maji. *V DIOBE G. II. ad an. 1078.*

7 *Carolus Sigonius, lib.* 16 *de Regno Italiæ ad an.* **1213**, *indicat exarsisse bellum Cremonenses inter et Mediolanenses, hosque ab illis in prælio cæsos tanta felicitate, ut non solum multi Mediolanenses fuerint occisi, sed etiam ad sex millia capti.* Hanc, *inquit*, victoriam tam inopinatam cum mirabunda spectaret civitas, religiosa ac pia illa statim incessit opinio, eam non humano auxilio, sed præsenti sanctorum Martyrum Petri et Marcellini subsidio esse partam. *et propter victoriam anno 1212 obtentam* Etenim cum imminente pugna imbellis multitudo supplex in urbe, ad eorum sepulcra, vota in æde Divi Thomæ pro victoria faceret, duas exinde exire, atque eodem subinde se referre columbas aspexit. Qui vero in castris erant, duos juvenes, equis albis insidentes ac vestibus albis indutos, acri sese impetu in aciem Mediolanensium incitantes, ac vi et virtute sua cuneos eorum tamquam cœlesti quodam fulmine perrumpentes, ac demum terga dare cogentes, viderunt. Qua re animadversa, et cum duarum columbarum urbano omine comparata, Cremonenses pro certo habuerunt, se cœlesti duorum Martyrum præsidio tanta victoria esse potitos. Itaque communi decreto festum eorum, quod IV Idus E Junias agebatur, in posterum IV Nonas celebrari sanxerunt. *Hæc ibi: quæ citato Sigonio Bzovius ad annum* MCCXII *retulit. Nec plura de hisce Reliquiis nacti sumus, unde, quando, et qua occasione, acceptæ sint. De eisdem corporibus in Germaniam (ut creditur) anno* DCCCXXVI *translatis infra agemus: itemque de Reliquiis* S. Marcellini, *hoc primum seculo Roma translatis Pedemontium, Campaniæ felicis nobile oppidum.*

ACTA MARTYRII

Ex pluribus pervetustis Codicibus MSS.

Benignitas Salvatoris nostri, Martyrum perseverantia comprobata, eousque processit, ut et fidei amicos augeret, et inimicos eorum ex ipsis inferorum claustris erueret. Denique, dum Roma a *a S. Petrus cæsus et carceri inclusus,* Paganis teneretur; Petrus, Exorcistæ officium gerens, cum multis verberibus cæsus, missusque fuisset in obscurissimam habitationem carceris, atque ibi in vinculis ferreis maneret immobilis; custos carceris, F nomine Arthemius, unicam habens filiam, nomine Paulinam Virginem, quam unico diligebat affectu, cum a dæmonio vexaretur, et quotidie plangeret; dixit ad eum vir Dei Petrus Exorcista: Audi consilium meum, Arthemi; et crede unigenitum filium Dei vivi, Dominum Jesum Christum, qui est liberator omnium in se credentium; si vere credideris, mox salvabitur filia tua. Cui Arthemius respondit: *suadet Arthemio fidem,* Miror prudentiam consilii tui: te Deus tuus liberare non potest, cum illi credas, et quotidie pro ejus nomine plagas et vincula perferas: quomodo poterit filiam meam liberare, si ei ego credidero? Et Petrus dixit: Dominus meus potens est liberare me de istis vinculis, et de omnibus pœnis, sed non vult impedire coronam meam: vult enim ut cursum meum *et ejus filiam a dæmone liberet:* perficiam per temporalem passionem, ut possim adipisci gloriam sempiternam.

2 Arthemius dixit: Si me vis credere Deo tuo, ecce ego hodie multiplicabo super te catenas, et claustra omnia carceris muniam; te autem ipsum *cinctusque vinctus, in ejus ædes se venturum addicit:* in tenebrosa custodia solum includam: et si de his omnibus liberaverit te Deus tuus, credam illi: et hoc tamen tunc faciam, cum liberatam videro filiam. Tunc B. Petrus subridens, ait: Infirmitas fidei tuæ

poterit

A poterit curari, si hoc ipsum quod asseris facias. Arthemius dixit : Credam illi, si te ex istis vinculis eripuerit. Petrus dixit : Vade in domum tuam, et præpara mihi mansionem : quia, te non aperiente mihi, neque absolvente me ab his vinculis, neque mihi ducatum præbente, ibi ad te veniam, in nomine Domini mei Jesu Christi. At ubi illic venero, palpabunt manus tuæ, et probabunt me oculi tui, et eosdem sermones tecum loquar : et si sic credideris, salvabitur filia tua. Hoc autem fiet, non ad libitum tentationis tuæ, sed ad declarationem deitatis Domini mei Jesu Christi. Tunc agitans caput Arthemius, dixit : Iste homo, nimiis passionibus fatigatus, aliena loquitur.

Ex MSS.

quod dum ille narrat uxori,

3 Et hæc dicens abscessit : et veniens in domum suam, enarrare cœpit conjugi suæ nomine Candidæ. Cui Candida dixit : Miror te existimare insanum, qui tibi sanitatem promittit ; aut non esse sincerum, qui sanitatem nostræ filiæ se asserit collaturum. Numquid tibi longa tempora constituit ? Arthemius dixit : Hodie venturum asserit. Candida dixit : Si hoc fecerit, quis dubitet verum esse Deum Christum, quem credit ? Arthemius dixit : Horreo fatuitatem tuam. Si enim dii ipsi de cœlo descendant, non eum B absolvant a vinculis : etiamsi ipse Jupiter ad eum vadat, *b* aperire ei non poterit. Respondit Candida : Utique ideo magnificabitur Deus ejus, et credendum illi erit si hoc fecerit, quod facere non potest, (ut asseris) nec Jupiter ipse. Et hæc dum ambo loquerentur, et clauso diei lumine nox initium suum splendore stellarum demonstraret ; adest homo Dei Petrus Arthemio et Candidæ, indutus vestibus candidis, habens in manu sua triumphum Crucis. Ad cujus vestigia corruit Arthemius cum uxore sua Candida, et exclamaverunt dicentes : Vere Deus unus est, et verus Dominus Jesus Christus. Statimque filia eorum, nomine et corpore Virgo Paulina, a spiritu immundo vexata, et ipsa Deum confessa, ante pedes ejus corruens, purgata est; ita ut in aere clamaret ipse dæmon, dicens : Virtus Christi, quæ in te est, Petre, ipsa me relegavit, et separavit a virginitate Paulinæ.

b

supervenit Petrus

et liberat puellam :
e

4 Et cum hæc fierent, omnes qui in domo Arthemii erant, baptizati sunt et crediderunt. Nuntius vero cucurrit ad eos qui in vicino loco morabantur, ita ut fieret amplius quam trecentorum virorum multitudo ; mulierum vero abundantior numerus, clamantium omnium et dicentium, Præter Christum C non est alius Deus omnipotens ; in conspectu enim eorum et a dæmonibus obsessi liberabantur, et omnes infirmi sanabantur. Cumque omnes unanimiter, qui in domo Arthemii convenerant, cuperent fieri Christiani ; abiit vir Dei Petrus, et adduxit S. Marcellinum Presbyterum, a quo omnes unanimiter baptizati sunt in domo Arthemii. Qui Arthemius, cum esset custos carceris, ingressus est ad eos qui erant in vinculis ; et dixit ad eos : Si quis vult credere Christo, exeat liber, et veniat ad domum meam ut faciat se Christianum. At illi omnes, promittentes se Christo credere, egressi sunt ; atque venientes ad domum Arthemii, a S. Marcellino Presbytero baptizati sunt, consecratione illuminati. Interea dum hæc agerentur, pestilentissimus judex, Serenus nomine, incurrit infirmitatem *d* et in omni spatio ægritudinis ejus, datum est tempus omnibus baptizatis, ut sermone quotidiano Marcellini Presbyteri et Petri in fide Christi confortarentur, per quadraginta et amplius dies.

conversos ad fidem ultra 300 ac plures mulieres

baptizat S. Marcellinus,

uti et captivos ab Arthemio adductos,
d

omnesque per 40 dies confortat

5 Post hæc Commentarienses miserunt ad Arthemium Carcerarium, ut noctu præsto esset cum personis quæ erant in carcere. Illi autem omnes qui baptizati fuerant, osculabantur manus eorum et dicebant : ut si quis vellet ad martyrium venire, intrepidus iret ; si quis autem vellet excedere, abiret D illæsus. Cum ergo primo pullorum cantu sederet Serenus Vicarius, et juberet audiendas intromitti personas ; ingressus Arthemius dixit : Petrus, Exorcista Christianorum, quem castigatum et semivivum in carcere esse præcepisti, hic in nomine Dei sui vincula omnium solvit, et ostia omnium patefecit ; atque omnes faciens Christianos, fecit eos abire quo vellent. Ipse tamen cum Marcellino Presbytero nusquam abscessit sua voluntate : nam quotiescumque volui eum custodire, nusquam comparuit.

Quid actum, Judici indicat Arthemius,

6 Tunc Vicarius Serenus, furore nimio accensus, jussit Marcellinum Presbyterum et Petrum Exorcistam intromitti sub voce quæstionaria. Quibus intromissis, Serenus dixit : Mitius vobiscum carnifices agerent, si sacrilegium vestræ Christianitatis omitteretis : nunc autem et noxios et criminosos egredi carcerem fecistis. Marcellinus Presbyter dixit : Tamdiu criminosus in suo crimine est, quamdiu Domino Jesu Christo non credit : at ubi crediderit, statim omni culpa ablutus, summi Dei filius nuncupatur. Cum hæc et his similia diceret Marcellinus Presbyter, jussit eum Serenus pugnis cædi in arteriis ambabus. At ubi defecerunt cædentes, præcepit eum separari a Petro, et mitti nudum, ubi vitrum fractum aspergi fecerat ; et ibi vinctum claudi, E et lumen et aquam ipsi negari.

is jubet sisti Sanctos :

et pugnis cæsum Marcellinum carcere claudi,

7 Petrus Exorcista, conversus ad Serenum, dixit : Cum sis Serenus nomine tuo, totum te nubilum et tenebrosum factis ostendis : et cum sis homo mortalis, pœnas promittis : minis et terroribus conturbare te existimans immortalem fidem, quæ regnat in mentibus Christianis : insuper et Sacerdotem Dei summi Marcellinum Presbyterum, quem debueras exorare deprecari pro te, ut a criminibus incredulitatis tuæ potius fuisses absolutus, pugnis cædi fecisti, et gravissimæ mancipasti custodiæ : de quo facto ille quidem gloriatur et gaudet, tu autem in æterno luctu et lacrymis sempiternis eris. Tunc Serenus jussit et Petrum in vinculis recipi, et pedes ejus in cippo arctissimo constringi.

ac deinde etiam Petrum.

8 Factum est autem, dum separati essent in custodiis, et Marcellinus Presbyter in vitreis acutis nudus mitteretur, Petrus vero Exorcista in ferro et cippo ; apparuit Angelus Domini Marcellino Presbytero, oranti modo, et induit eum vestimentis suis, et dixit ei : Sequere me. Et dum sequeretur Angelum Domini Marcellinus Presbyter, ingressus est cum eo ubi Petrus Exorcista erat in cippo et ferro : F et hunc absolvit, et dixit ad eos : Sequimini me. Et dum sequerentur eum, pervenerunt in domum, in qua erant omnes qui baptizati fuerant unanimiter orantes. Quibus dixit Angelus, ut per septem dies confortarent populum, qui per eos crediderat, et post septem dies ostenderent se Vicario Sereno.

ambo ab angelo educuntur ad nuper baptizatos

9 Postero die mittitur ad carcerem, et non inveniuntur Petrus neque Marcellinus ab inquisitoribus : et dum non essent inventi, nuntiatum est Judici. Tunc Judex jussit mitti ad Arthemium, et uxorem ejus Candidam, et filiam eorum nomine Paulinam virginem : quos cum vidisset, coarctari fecit ut sacrificarent diis. Arthemius et uxor ejus Candida, una cum filia, sic dixerunt : Nos Dominum Jesum Christum confitemur, filium Dei vivi, et ideo nulla ratione sacrificiorum possumus pollui ritu. Quibus auditis, Vicarius Serenus totos simul jussit immenso pondere ruderum obrui in via Aurelia. Factum est autem ut hora, qua ad passionem pergerent, in eodem loco omnes Christiani occurrerent S. Marcellino Presbytero et Petro Exorcistæ ; videntesque Officiales tantum populum, fugerunt. Sed post eos sequentes juniores de populo Dei, tenuerunt,

SS. Arthemius, Candida et Paulina educti ad mortem,

A runt, et blandis sermonibus cœperunt eos hortari ad fidem. Illi autem dum nollent credere, tam diu a populo custoditi sunt, quo usque Missas faceret S. Marcellinus Presbyter in crypta, in qua puniendi venerant Sancti. At ubi completa sunt quæ sunt Dei, abscessit *e* a Presbytero omnis populus.

Missam S. Marcellini audiunt,

e

10 Cumque silentium factum fuisset; Marcellinus cum Petro steterunt, dicentes ad eos, qui credere nolebant; Ecce in potestate nostra fuit ut læderemus vos, sed non fecimus: in potestate nostra fuit, ut tolleremus vobis Arthemium et Candidam atque Virginem eorum, sed nec hoc fecimus: nunc autem in nostra potestate fuit, faciente Dei gratia, ut abscederemus, nec hoc fecimus. Quid vobis ad hæc? At illi, frementes in Dei homines, Arthemium gladio percusserunt, sanctam vero Candidam atque Virginem per præcipitium, id est per liminare cryptæ jactantes, lapidibus obruerunt: Marcellinum vero Presbyterum et Petrum Exorcistam alligaverunt, manibus a tergo ligatis, ad arborem, et reliquerunt qui eos custodirent, quo usque nuntiaretur Vicario.

Arthemius gladio,

SS. Candida et Paulina lapidibus occiduntur:

B 11 Cumque Vicarius omnia quæ gesta fuerant cognovisset; jussit eos duci ad Silvam-nigram quæ hodie ex honore Sanctorum *f* Silva-candida appellatur, et in eadem ambos pariter decollari. Cumque ventum fuisset in media Silva, ipsi sibi manibus suis mundaverunt locum a spinis: in quo orantes et sibi dantes pacis osculum, genu posito decollati sunt. Hi autem qui decollaverunt eos, testificabantur, se vidisse animas eorum, exeuntes de corpore, quasi virgines, ornatas gemmis et auro, splendidissimis vestibus indutas, atque Angelorum manibus sublevatas, ad cœlos per auras ferri gaudentes.

Marcellinus et Petrus decollati.

f

12 Erant autem Lucilla et Firmina Christianissimæ feminæ, parentes *g* S. Tiburtii Martyris *h*, cujus nobilitas et in terris inter Senatores magna fuit, et inter Martyres magnificentior probatur in cœlis. Hæ dum amore parentis *i* Martyris a sepulcro non recederent, et sibi contruxissent cubiculum, atque ibi [diu] noctuque perseverarent; apparuit eis in visu S. Tiburtius, cum his duobus Martyribus; et instruxit qualiter ambularent, et corpora eorum de Silva-nigra auferrent, atque ibi juxta se in inferiori parte in crypta sepelirent: quibus adjutorio fuerunt duo Acolythi Ecclesiæ Romanæ.

g h

a Lucilla et Firmina sepeliuntur:

i

C 13 Hæc omnia Damasus, cum Lector esset, puerulus didicit ab eo qui eos decollaverat, et postea factus Episcopus *k* in eorum sepulcro his versiculis declaravit.

Epitaphium a S. Damaso scriptum

k

Marcelline tuos, pariter Petre, nosse triumphos
Percussor retulit *l* Damaso mihi, cum puer essem.
Hæc tibi carnificem rabidum mandata dedisse,
Sentibus in mediis vestra ut tunc colla secaret,
Ne tumulum vestrum quisquam cognoscere posset,
Vos alacres vestris manibus mundasse sepulcra,
Candidulo occulte postquam jacuistis in antro,
Postea commonitam vestra pietate Lucillam
Hic placuisse magis sanctissima condere membra.

l

14 Ipse autem qui eos decollavit, nomine Dorotheus, publicam pœnitentiam gessit paganus, S. Julio Episcopo *m* et omni populo indicans quæ vidisset; et baptizatus est in senectute sua, et per bonam confessionem pervenit ad misericordiam Salvatoris, cui est honor et gloria, in secula seculorum. Amen. *n* Quorum corpora, beatissimorum scilicet Marcellini Presbyteri et Petri Exorcistæ Martyrum, collegit Lucilla, et posuit in vehiculo noctu, et adduxit via Lavicana *o* milliario ab urbe tertio, et sepelivit sub die quarto nonas Junias *p* in pace.

Lictor conversus

m

n

o

p

D

ANNOTATA G. H. ET D. P.

EX MSS

a *Varia MSS.* comprobaret.

b *MS. Trevir. S. Martini,* non poterit eum liberare.

c *Varia MSS.* diu obsessa.

d *Ita et melius unum ex nostris MSS. MS. Trevir. S. Martini;* Et omne spatium ægritudinis ejus dabatur eis baptizandi. *Aliud,* Datur tempus baptizandi, baptizati autem.... confortabantur.

e *Aliqua MSS.* Sub Presbyterio. *MS. Audomar.* jussu Presbyteri.

f *Ibidem an.* 260, *pro Christo capite plexæ fuerant* SS. Ruffina et Secunda, *milliario ab urbe octavo,* 10 *Julii; ubi hodieque superest vicus dictus* Casale S. Ruffinæ, *civitas olim Episcopalis et Cardinalitia; quam deinde desertam ab incolis, Calixtus II an.* 1120 *Portuensi conjunxit, unde dictum Casale distat* 7 p. m. *Inter utrumque autem locum, sita est* Silvula, *Kircheri judicio eo loca sita, ubi veteres* Silvam-candidam *nominarint. Vide ipsius Chrorographicam tabulam, Latio illustrato præfixam.*

g Parentes, *id est,* Consanguineæ.

h S. Tiburtius M. *creditur esse is, qui sub Imperatore Diocletiano et Maximiano, circa hoc idem tempus, passus Romæ, recoletur* 11 *Augusti, notus ex Actis S. Sebastiani.* E

i *MSS.* Parentum Martyrum, *cum inter eos solus nominetur Tiburtius; quare vel scribis imputandum, vel agi de* SS. Marcellino et Petro.

k *Creatus est* Damasus *Pontifex anno* 366, *inter cujus Carmina, a Martio Milesio Sarazanio collecta, et cum aliis opusculis ejus edita Romæ an.* 1638, *hoc* XII *numeratur.*

l *Deest in aliquo MS. nomen* Damasi, *et versus sic incipitur;* Olim percussor retulit mihi — —

m Julius, *Episcopus creatus fuit an.* 337, *sedit annis minimum* 30 [illegible] *puer noluisse* Damasus; *qui cum anno* 384 *octogenarius obierit, debuit* [illegible] *Persecutionis; adeoque hæc audivisse ex Dorotheo, diu ante ejus baptismum sub Julio, cujus initio Damasus jam tricennium erat.*

n *Sequentia desunt in variis MSS. et apud Surium, neque satis apte cohærent præcedentibus.*

o *Notat Baronius ad* 11 *Aug.* Non ab ipsis urbis portis milliarium numerari, sed a columna in foro Romano ad hoc posita, ut auctor est Plinius lib. 3 cap. 5, [illegible] *Romæ in Capitolio servari.* F

p In pace *promiscue inscribi coemeteriis, tam martyrum quam aliorum, hinc intelligis: ut ergo ex hac formula non recte negabitur alicujus Martyrium; sic præsumi hoc non debet, ubi ea adest; nisi certiora passionis argumenta, pro corporibus sic repertis, pariter adsint.*

ACTA METRICA,

Auctore (ut putatur) Eginharto,

ex editione Suriana.

Erat quidam Exorcista, sanctus Petrus nomine,
Qui doctrinam magni Petri secutus Apostoli,
Veram fidem Jesu Christi prædicavit gentibus.
Malignorum adjurator fuit iste-dæmonum,
Atque atros verbo potens effugabat spiritus,
Perque signum sanctæ Crucis ægros sanos fecerat.
Quem Pagani comprehensum duris nectunt vinculis,
Ac per multa laniatum tormentorum genera,

S. Petrus comprehensus, diu cæditur:

Ad

A Ad extremum tenebroso mancipârunt carceri :
Impudentes arbitrati, quod per artus corporis
Pœna multiplex prævaleret Christi fidem tollere :
Sed cor cœlo fixum manens nescit flagris cedere.
Cui custos deputatus præfuit Arthemius,
Qui reorum turbam atris constringebat vinculis
Atque claustra caligosi servabat ergastuli :
Erat cui cara valde nata, Virgo * nomine,
Quæ invasa præferoci vexabatur dæmone,
Et paterna sæva pœna cruciabat pectora.

** Imo Paula, alias Paulina*

2 Quod cum Petrus comperisset, compellat Ar-[themium,
Monens simul et exhortans Christi miles inclitus,
Mercaretur sancta fide ut salutem filiæ.
Deum, dixit, crede Christum, qui creavit omnia,
Qui cœlum ac terram que sua continet in dextera,
Et qui mira potentia protegit quod possidet.
Hæc beato prædicante Petro Christi famulo,
Custos ille tenebrosi carceris Arthemius,
Plura dicta contra refert, sed eadem frivola :
Non est, inquit, verum, Petre, neque verisimile,
Meam tuus possit Christus ut salvare filiam,
Qui nullum exhibet suis solamen cultoribus :
Ferret, puto, si valeret, opem suis famulis.
Sed hoc illum non valere produnt illa verbera,
B Quæ tu dudum propter ipsum tolerando deficis.
Ad hæc Petrus vultu læto pauca verba referens,
Christum, inquit, confitemur, et in ipsum credimus;
Qui est solus seculorum Salvator et Dominus.
Ipse valet, quidquid sibi placuerit, facere,
Tam cœlo terraque potens, quam et ponti fluctibus,
Cui servit totum suis cœlum cum sideribus.
Ille potest, quandocumque sibi placet, solvere
Duros nexus catenarum, quibus vinctus teneor,
Et de cunctis tormentorum pœnis tutum reddere.
Sed meum credo quod nolit impedire bravium,
Quin peccatis depurgatum pervenire faciat,
Per tormenta passionis, ad perennem gloriam.
Vellem tamen, o Arthemi, faceres periculum,
Verum fiet, anne falsum, quod de Christo credimus,
Quodque illum tam potentem omnes esse dicimus.

suadet Arthemio fidem Christi, ut filiam a dæmone liberet :

3 Ad hæc antri carceralis custos, nondum cre-[dulus;
Fiat, ait, quod hortaris, hodieque clareat,
Valeat quid Christus tuus, quem me rogas credere.
En ego nunc tuis vinclis supperaddam vincula,
Teque ipsum tenebroso clausum linquam carcere,
Atque antri postes seris stringam firmioribus.
C Si te tantis innodatum liberarit nexibus
Christus vester, ac solutum sospitem reddiderit;
Credam illum, atque Deum colam sine dubio :
Ea tamen ratione, si redemptam videro,
Ipso Christo faciente, meam caram filiam,
Ab illius dominatu, quo vexatur, dæmonis.
Tunc subridens fortis ille Petrus Christi famulus,
Fides, ait, imbecilla confirmari poterit,
Si, quæ verbis promisisti, factis adimpleveris ;
Meque, humana sine ope atque adminiculo,
Isto tetro quo includor liberatum carcere,
Domus tuæ limen pede penetrasse videris :
Non tantum contemplatu, sed palmarum tactibus,
Explorando comprobabis ipsum tibi assistere,
Quem inclusum dimisisti tenebroso in carcere.
Ad hæc verba crebro caput agitans Arthemius,
Et non credens Deum posse tanta bona facere,
Tali Petro servo Christi respondet affamine :
Homo, inquit, mente captus, aliena loqueris,
Quod ex multis accidisse reor passionibus,
Quas tu diu propter sectam Christianam sustines.

arctius vinctus et clausus,

se ad ejus adventurum addicit.

4 Ita dixit, et abscessit, seque domum contulit,
Conjugique cuncta suæ, cognomento Candidæ,
Valde stupens atque mirans dicta Petri retulit.
Cui conjux dubitanti corde fatur credulo,
Se mirari quod insanum voluisset dicere, D
Quem audisset sospitatem filiæ promittere;
Nec hoc diu differendum esse quod promiserat,
Sed præsenti se facturum fateretur tempore,
Et quod dixit ac spopondit, hodie clarescere.
Ille vero contra nitens, uxorem increpitat,
Cur his verbis fidem daret : et appellat fatuam,
Quia Christum Deum Petri tam potentem crederet.
Non est, ait, numen ullum, sed nec ipse Jupiter,
Quod eumdem sic conclusum possit vinclis solvere,
Vel ex antri tetro lacu liberum dimittere.
Illa Petri verbis credens, quibus se promiserat,
Per virtutem Jesu Christi mira posse facere,
Tali sibi resistentem repulit elogio :
Hoc est, inquit, quod augebit Dei sui gloriam,
Cum per illum erit factum, quod patrare nequeunt
Illa magna, quæ a nobis nunc coluntur, numina.

id dum Arthemius uxori narrat,

** I. EINHARTO*

5 Hæc dum simul ac vicissim alternando confe-[runt,
Atque solis orbe merso, stellæ noctem proferunt :
Ecce Petrus, ut promisit, adest admirantibus,
Signum Crucis manu gestans, veste fulgens candida;
Seque verum Christi servum, et non falsum aliquid
Esse monstrat, dum multorum contrectatur manibus.
Hæc cernentem stupor ingens arripit Arthemium ;
Atque Petri sine mora pedibus advolvitur,
Deum solum verum Christum magnis clamans voci-[bus. E
Hoc et conjux, hoc et cuncta consonat familia,
Esse nullum nisi Christum, rerum potentissimum,
Quem beatus prædicasset Petrus atque coleret.
In adventu cujus ipsum, quod eorum filiam
Diu male possidendo vexabat, dæmonium
Fugit statim, et invitus Dei virum prædicat,
Ut maledicto malum atrox audiretur aere :
Virtus, dicens, Christi, Petre, in te manens pepulit
Me de illa, quam tenebam usque modo, Virgine.

supervenit cum Cruce in manu:

et filiam liberat.

6 Hæc tum Petro faciente per virtutem Spiritus,
Fama velox per vicina statim loca volitans,
Multos valde congregavit viros atque feminas.
Nam non minus quam trecenti convenere masculi,
Mulierum quoque major numerus confluxerat,
Simul omnes admirantes sanctam Christi gloriam.
Etenim cernebant cuncti, quod in Christi nomine
Omnes morbi sanarentur per supernam gratiam,
Perque sacra Petri jussa pellerentur dæmones.
Et videntes, corde puro capere desiderant
Fidem Christi salutarem : simul atque flagitant,
Ut in sacri mererentur unda fontis ablui.
Huc statim, vocante Petro, venit Christi famulus,
Magnus Martyr et Confessor Marcellinus Presbyter, F
Ut novellum confirmaret baptismate populum.
Quæ dum essent adimpleta competenti ordine,
Nutu Dei quaterdeni dies evoluti sunt,
Per quos Sancti novæ gentis nationem roborant:
Ut in Christo permanentes, creaturas colere
Nolint, vitam neque istam velut magni quippiam
Amplectantur ; immo velint propter ipsum perdere.

accurrentes plures ibi sanantur

baptizat S. Marcellinus

7 His exactis, adest sævi missus lictor Judicis,
Jubens omnes, qui fuissent tetro clausi carcere,
Ad conspectum nocte prima Arbitri assistere.
Quod extemplo cum audisset atri custos carceris,
Blandis vinctos, qui aderant, vocibus alloquitur,
Irent cuncti, quoquoversum vellet quisque pergere :
Qui ad palmam, inquit, regni pervenire cogitat,
Ille mecum ad Sereni Judicis præsentiam,
Pœnas ibi subiturus, pergere non hæsitet.
Si quis vero nondum vitam mundialem spernere
Valet, atque tormentorum est pavore territus,
Eat liber, quo voluntas illum sua tulerit.
Ecce autem Judex, primo noctis gallicinio,
Surgit vigil, ac furenti voce jubet noxios
Suis omnes alligatos exhiberi visibus.

Arthemius vinctos liberat

Huic

A Huic præsto tenebrosi custos astans carceris,
Petrus, ait, Exorcista, quem puniri jusseras,
Per virtutem sui Christi cunctos vinctos solverat;
Et catenis absolutos, ire jussit liberos.
Ipse tamen Marcellinum quemdam secum retinens,
et plumbatis cæditur, In quo semel missus erat [illegible] custodia.
Hæc dicentem [illegible] imperat Vicarius
Plumbo cæsum, atque vinctum carceris Arthemium
In obscuram atque arctam recipi custodiam,
ducuntur, ad judicem Sancti 8 Sanctos Marcellinum atque Petrum Martyres
Quæstionem habiturus de illorum actibus,
Suo jubet sævus Judex tribunali assistere.
Quos ut torvis coram stantes conspicatur vultibus,
Blandis primo compellandos arbitratur vocibus:
Ut eorum permutaret mentium propositum.
Pœna, dixit, vos minore plecti posse dicerem,
Nisi cunctos criminosos, qui vobiscum carceris
Antro clausi tenebantur, effugisse cernerem,
Et hoc factum vestro nossem Christiano dogmate,
Per quod male miserorum mentibus illuditis,
Marcellinus respondet objurganti, Fascinantes ac fallentes magicis versutiis.
Cui magnus Christi martyr Marcellinus Presbyter,
B Forti pectus pietatis plenum gerens spiritu,
Pauca quidem, sed non parva, vere contra reddidit;
Non est, inquit, criminosus, nec dicendus noxius,
Qui, omisso paganismo, Christo corde credere,
Atque illi sana mente serviendum judicat.
Hoc qui facit, Dei summi filius vocabitur,
Et a cunctis peccatorum absolutus sordibus,
Vere esse, quod vocatur, Deo dante visitur.
Hæc dicentem Marcellinum imperat minaciter
et cæsus pugnis, Sævus Judex, sub [illegible] pugnis cæsum subigi;
Et in locum, omni luce qui careret, pergi;
In quo vitrum super humum fecit fractum spargier,
Ac eum super [illegible] nudum sternier,
Atque vinctum volutari illis in fragminibus,
Omni victu abstineri Christi jubens famulum:
Ut his pœnis enecatus, interiret propere,
Cui fidem extorquere se non posse viderat.
sternitur super vitri fragmina 9 Tum deinde Petrum vocans, talibus alloquitur
Nolo, inquit, arbitreris, iterum eculeo
Te torquendum, vel ignitis exurendum faculis.
Immo noris, quod nectendus nodis fortioribus,
Stipitique applicatus luce stabis crastina,
Ac ferarum laniatu vitam brevi finies.
Tunc beatus respondendo Petrus forti pectore,
Iram volens contumacis concitare Judicis,
Tali voce sævientem provocat insaniam;
C Cum Serenus vociteris, miror validissime,
Petrus quoque judicem objurgat, Cur tam tetro vultum geras obfuscatum nubilo,
Ut mensuram pervidere propriam non valeas.
Esse namque te mortalem universi novimus;
Et tu, velut quiddam magnum in te vigens lateat,
Grandes pœnas minitaris Christiano populo;
Stulta nimis ac feroci confidens audacia,
Immortalem Christi fidem, de credentum cordibus,
Exturbari unquam posse pœnis temporalibus.
Sacerdotem quidem Christi, quem rogare poteras,
Ut pro tuis exoraret plurimis excessibus,
Pugnis cæsum atque vinctum mancipasti carceri:
De quo tamen tristi facto, vero lætus gaudio,
Magnus ille Martyr Christi modo nihil queritur;
Immo rerum Conditori dignas refert gratias.
His auditis, efferatus tormentorum arbiter,
Petrum jubet catenarum comprehensum pondere
et vinctus truditur in carcerem, Oneratum, in obscuram recipi custodiam:
Et in cippo furibundus præcipit arctissimo,
Plantas simul atque crura pretiosi Martyris,
Ne abire prævaleret, includendo comprimi.
10 Sed cum essent toto modo separati Martyres,
Celso missus visitator cœli venit culmine,
Ad beatum Christi testem consolandum, Angelus.
Qui dum Sanctum invenisset vitro superpositum

D Marcellinum, sine veste nudo vinctum corpore,
[illegible] utrumque solvit Angelus, Christo Deo supplicantem, sicut erat solitus;
Solvit statim, et opertum indumentis propriis,
Quoquoversum præcedentem se sequendum imperat,
Eo ducens [illegible], ubi Petrus fuerat.
Cumque esset illo ventum, veniens Dei nuntius,
Petro statim absoluto, Marcellino præcipit,
Ut se ambo præcedentem sequerentur pariter.
Quem sequentes intraverunt domum quandam subito,
In qua erat congregatus Christianus populus,
Qui per ipsos ad divinam doctrinam pervenerat.
Tum præcepit ille magnis Angelus Martyribus,
ut baptizatos confirment: Ut catervam congregatam confirmare studeant,
Per septena proximorum dierum volumina:
At tum demum sævienti se tyranno proferant,
Ostendantque parum posse illius potentiam,
Contra Dei continentis cuncta providentiam.
11 Tum sequenti luce jussit Judex crudelissimus,
capti damnati, Arthemius, Candida et filia, Ut ministri visitarent loca, quibus Martyres
Clausos simul et ligatos custodiri jusserat.
Cumque hos non repertos referentes dicerent:
Ire jussit, et adduci, una cum Arthemio,
Ejus quoque mulierem cognomento Candidam,
E Atque natam eorumdem, nuncupatam Virginem;
De qua Petrus Exorcista dæmonem expulerat;
Et purgatam, Regi Christo credulam reddiderat.
Hos adductos ille truci intuitus oculo,
Diis jussit, immo tetris ut litarent larvulis,
Atque sacram Christi fidem abnegando linquerent.
Et cum nolle pervidisset imperata facere,
Jussit sævus in ingenti ruderum congerie
More pressi noxiorum, necarentur pariter.
Qui cum vincti ducerentur viam per Aureliam,
Vident simul Marcellinum atque Petrum Martyres;
Et cum eis multam valde populi frequentiam,
Quibus visis, profugisse tremefactos asserunt,
Qui beatos Confessores, catenarum pondere
intersunt Missæ celebratæ a S. Marcellino Prægravatos ac depressos, puniendos traxerant.
Quos ut pii fugientes turba vidit populi,
Præcurrendo festinavit prævenire pavidos:
Ac mulcere cor furentum verbis cœpit mitibus.
Sed non valens quod volebat [illegible],
Loco fixos retentavit, donec Christi famulus
Marcellinus obtulisset salutarem Hostiam.
Nam in specu, quo futura sperabatur passio,
Martyr Christi celebravit Missarum solennia.
Queis completis, abcesserunt quos abire jusserat.
12 Tum conversi Marcellinus atque Petrus Martyres
F Ambo simul perfidorum alloquuntur populum,
Atque tali furibundos compellabant famine:
En vidistis, quod in nostra ditione fuerat,
Ut vos modo, quo vellemus, valeremus lædere,
Et quos vinctos tenebatis, vi ereptos tollere.
Sed hoc nolle Christiana fecit patientia,
Quam suorum inferendo famulorum sensibus,
Suo mites ac modestos Christus facit munere.
Et nunc quidem nos, superna suffragante gratia,
Hinc abire poteramus, si hoc ferret animus.
Vos contra quid possitis, tandem palam dicite.
pater decollatur, Tum frendentes ac frementes satanæ satellites,
Primo ipsum, quem trahebant, trucidant Arthemium,
Ense duro ferientes effecerunt Martyrem:
Cujus neci conjunxerunt conjugem ac filiam.
uxor et filia saxis obruuntur, Quas per cryptæ liminare præceps datas, obruunt
Saxis simul atque magnis arenarum molibus.
13 Tum beatos assertores veritatis alligant
Marcellinum atque Petrum, avidos martyrii;
SS. Marcellinus et Petrus adducti in Silvam-nigram Annectuntque catenatos arborum stipitibus,
Donec tetro nuntiarent tormentorum arbitro,
Atque ipso comperirent decernente Judice,
Quali morte magni forent consumendi Martyres.
Qui dum cuncta cognovisset gesta, quæque jusserat,
Nigram

A Nigram jubet intra silvam sanctos duci Martyres,
A EGINHARTO Et inibi capitalem capere sententiam.
Quo cum eos deduxissent dæmonum satellites,
Illi læti et alacres laudantesque Dominum,
Locum suæ passioni largiorem faciunt;
Nam et spinas atque vepres evellebant manibus
plectuntur capite, Ipsi suis, ut purgando terram puram redderent,
Sacrum erat quæ illorum exceptura sanguinem.
Tunc orantes, atque pacis sibi dantes osculum,
Genuflexo percussorem patienter perferunt,
Ac projecta gravi petunt cœlum carnis sarcina.
Quorum ipse, qui eosdem magnos Christi Martyres
Ferro jussus jugulavit, se vidisse fassus est,
Carnis vinclis absolutos evolasse spiritus
ab Angelis in cælum deducti Forma quasi virginali, tectos veste fulgida,
Auroque atque radiantes ac gemmarum lumine,
Angelorum coruscantium circumdatos agmine,
Lætabundos cum immensa lucis affluentia,
Supra cuncta penetrando celsa mundi sidera,
Sublevatos ad æterna cœli regna scandere.

14 Duæ quædam referuntur Romæ natæ feminæ,
a Lucilla et Firmina sepeliuntur. Una dicta est Lucilla, Firminaque altera,
Veram puris retinentes Christi fidem cordibus;
B Quæ propinquæ ter beati Martyris Tiburtii,
Ad illius sacrosanctum assidentes tumulum,
Deo gratas vigilando ducebant excubias.
Quibus ipse, cum beatis semet comitantibus
Marcellino atque Petro, manifeste retulit
Per soporem, ubi sacra jacuissent corpora
Eorumdem electorum: atque simul admonet,
Ut euntes absque mora, illa statim auferant,
Et in crypta suum prope curent corpus ponere.
Quæ præceptis obsequentes, Nigram silvam adeunt,
Sublatosque Beatorum inde portant cineres;
Et in specu deponentes, jusso loco tumulant.
Quas ad ista peragenda adjuvisse referunt
Duos quosdam de sacratæ Sedis Apostolicæ
Clericis, quos ordo sacer nominat Acolythos.

15 Hæc ut gesta referantur, retulisse asserunt
Martyrium a S. Damaso Papa descriptum. Illum ipsum, qui eosdem interemit Martyres,
Et ab illo didicisse Damasum Pontificem,
Cum ætate puerili, per eadem tempora,
Sub magistro ministraret, et ad magnum cresceret
Rerum culmen, tunc Romana Lector in Ecclesia;
Post hæc cuncta memorasse, ac mandasse litteris,
Cum illius almæ Sedis obtineret apicem,
Et in tota Principatu polleret Ecclesia.
C Ille autem, qui beatos Martyres percusserat,
Dorotheus cognomento, per divinam gratiam
Ad baptismi sacramentum pervenisse dicitur:
Sacram Sedem tunc regente Julio Pontifice,
Publicam simul puramque gessit pœnitentiam:
Atque morum probitate consequi promeruit
Sempiterni Salvatoris salutarem gratiam,
Per illorum, quos percussit, beatorum Martyrum
Nunc et semper memorandam miram patientiam.
Qui de mundi triumphantes principe diabolo,
In supernis collocati semper gaudent sedibus,
Coram Christo, per æterna seculorum secula.

HYMNUS

Auctore B. Rabano Abbate Fuldensi, Dein Archiepiscopo Moguntino.

Claras laudes ac salubres, posco Fratres, dicite,
Quas proferre cogit apte nunc Sanctorum gloria.
O victores gloriosi his ovate laudibus.
Quot virtute Regis almi fortes vidi Martyres,
Marcellinus atque Petrus jam vicerunt seculum.
O victores gloriosi etc.
Quos arx orbis et regina Roma quondam protulit, D
Ipsa misit ad supernum Regis Christi solium.
O victores etc.
Exorcista Petrus extat, Marcellinus Presbyter,
Plebem sacram convocantes, ambo Christo præparant.
Verbo curant, ac medelam ægris præbent artubus,
Ex insanis foras arcent vim horrendam dæmonis.
Qui torquentur, cæsi flagris, exarantur unguibus:
Vincti retro hi catenis includuntur carcere:
Nam in cippo Petrus arcto, Marcellinus crustulis
Fracti vitri decubando, toto nudus corpore.
Judex ater quos Serenus certat pœnis vincere,
Illi laudes valde dignas Christo Regi personant.
Qui de cœlis misit ipsis mox solamen Angeli,
Ut de vinclis liberati, quoquo vellent, pergerent.
Ipsi vero roborati, confortati Martyres,
Post Sereno jam parati præsentari properant.
Tunc Serenus turbulentus, valde iratus præcipit,
Ut in silva tracti foras truncarentur candida.
Quo profecti gratulantes celsa scandunt sidera,
Laudes illic sempiternas Christo dicunt Principi,
Hoc Hymnista carmen offert, pauper vobis, Martyres;
Qualecumque sit tenete, servus vester obtulit,
O victores gloriosi, his ovate laudibus.

E

DE TRANSLATIONE

RELIQUIARUM IN GERMANIAM.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. 1. Historia Translationis scripta. Loca ad quæ translatæ Reliquiæ, a Ludovico Pio Inperatore donata Eginhardo. G. H.

Inter eximios ac summa claritudine nominis excellentes scriptores, qui sub Imperio Caroli Magni ac Ludovici Pii floruerunt, merito censendus est Eginhardus *sive* Einardus; *a cujus eleganti calamo exaratam Vitam Caroli Magni, (hunc autem a secretis sive Notarius fuisse dicitur) illustravimus ad diem* XXVIII *Januarii. Edidit etiam Andreas du Chesne, tomo secundo Scriptorum historiæ Francorum, Annales Regum Francorum Pippini, Caroli Magni, et Ludovici, quos ab eodem auctore conscriptos ait, et ab anno* DCCXLI *ad annum usque* DCCCXVIII *deductos, atque in Appendice ejusdem tomi secundi adjunxit ejusdem Eginhardi epistolas, ante non excusas. Verum quod huc potissimum spectat, digna tam illustri auctore, est historia de Inventione et translatione sacrarum Reliquiarum, sanctorum Martyrum* Marcellini Presbyteri et Petri Exorcistæ, *deque illustribus ad eorum merita atque intercessionem patratis miraculis.* Egregium, *inquit Baronius ad an.* 826 *num.* 10, monumentum, quo cum historiæ sincerissima asseratur veritas, Deum plane mirabilem in Sanctis suis, novis signis atque prodigiis, omnes qui legunt, intelligant. *Idem Baronius, cum quamplurima inseruisset suis Annalibus miracula, num.* 35 *sub finem interrogando ista subjungit:* Sed qui ista divinitus prænuntiata inventio sanctorum Martyrum, translatio, et circumductio, et editio facta miraculorum? Nisi ut populis tunc extantibus, atque posteris successuris, cultus sanctorum Martyrum, velut in silice sculptus, amplissimis notis remaneret perpetuo consignatus; cum voluerit Deus ab eodem ista scribi, qui Caroli Magni res gestas scriptis mandasset, quo nullus fidelior, nec existere (sententia Lupi Ferrariensis docti viri) hoc tempore luculentior. *Hæc Baronius. Nos dictam Historiam reperimus in MS. codice Reginæ Sueciæ num.* 863 *signato, et contulimus cum editione Laurentii Surii, ac more nostro illustramus. Mabilio, ipsam,* quia

Eginhardus, illustris Scriptor,

F *edidit historiam Translationum SS. Marcellini et Petri.*

Ea hic datur ex MS. et Surio.

A *quia prolixior est, noluit seculi sui* IV *parti* I *inserere; sed compendio tradit præcipua puncta, cui præfigit insignem Epitomen de vita Auctoris; qui cum inter alias plures Abbatias etiam Fontanellam in Gallia possedisset, eum ibidem ut Sanctum coli ait* XX *Februarii; quamquam eumdem esse putet, cujus* Commemoratio *in vetusto ibidem Breviario notatur* XVIII; *nec tamen de eo agit inter Sanctos Benedictinos, ac ne inter Prætermissos quidem ejus meminit: neque ipse nobis ad jam dictos dies alicunde innotuit ut Sanctus.*

Loca, ad quæ translatio facta,

2 *De sepultura horum Martyrum apud Romanos supra egimus. Nunc, quia de locis, ad quæ ab Eginhardo destinata et delata fuerunt, agendum nobis est; arbitramur gratum Lectori fore, si proferamus diploma Ludovici Pii, quo ea dicto Eginhardo donavit: quod est hujusmodi.* In nomine Domini, Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Ludovicus, Divina ordinante providentia Imperator Augustus. Imperatoriæ Celsitudinis moris est, fideliter sibi famulantes donis multiplicibus atque honoribus ingentibus honorare atque sublimare. Proinde Nos, morem parentum nostrorum, Regum videlicet prædecessorum nostrorum sequentes, libuit Celsitudini nostræ, fidelem quemdam nostrum, nomine Einhardum, de quibus- B dam rebus proprietatis nostræ honorare, atque in sui juris potestatem liberalitatis nostræ gratiam conferre. Nec immerito: quippe cum et fidelitatis obsequio et obedientiæ devotione hoc apud Serenitatem nostram digne mereatur adipisci, qui totis nisibus usquequaque nostro servitio, et nostris jussionibus fideliter parere studet. Inde noverit experientia atque utilitas omnium fidelium nostrorum, tam præsentium quam et futurorum, quia concessimus eidem fideli nostro Einhardo, nec non et conjugi suæ Immæ, in partibus Germaniæ, locum qui vocatur Michlinstat, in silva quæ vocatur Odonawalda: in cujus medio est basilica lignea modica constructa, de qua in omnem partem quaquaversus pertinent ad eumdem locum inter campum et silvam leugæ duæ, id est rasta una. Intra cujus mensuræ circumplexum, manent præsenti tempore, servi nostri proprii quatuordecim, cum uxoribus suis et filiis. Præter hos sunt in eodem loco, inter masculos et feminas, mancipia quadraginta. Hunc locum cum terminis suis, sub integritate, et mancipiis suis, nec non et villam quæ dicitur Mulinheim, quæ est in pago Moynegowe, sita super ripam fluminis Moyni, C quæ quondam Drogonis Comitis fuit possessio, et habet basilicam parvam muro factam; in qua villa sunt mansi novemdecim, et servi præsenti tempore manentes cum uxoribus et liberis numero tredecim: sicut et in altera villa eodem vocabulo, supra eumdem fluvium, quæ vocatur inferior Mulinheim, in qua sunt mansi quatuor, et servi manentes totidem, cum uxoribus et parvulis, qui pertinent ad superius dictam villam. Hanc villam, id est superiorem Mulinheim, cum appendiciis suis et mancipiis propriis ad eam pertinentibus, et hæc omnia suprascripta, cum ecclesiis, villaribus, domibus, mancipiis, silvis, terris, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, cultum et incultum, cum omnibus adjacentiis et appenditiis, totum, et ad integrum, prædicto fideli nostro Einhardo, et conjugi ejus Immæ, in proprium per hanc nostræ donationis auctoritatem concessimus; ita videlicet, ut quidquid ab hodierno die in futurum, de prædictis rebus et locis, ut et de his quæ ad eas pertinent, jure hereditario facere voluerint, in omnibus potiantur arbitrio faciendi; et nullus ex fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ et nostris, de præscriptis rebus, memorato fideli nostro et conjugi suæ a nobis concessis, aliquid abstrahere aut minuere tentet: sed liceat eis ipsas res quiete habere et possidere, et cui voluerint jure hereditario relin-

donata a Ludovico Pio,


sunt Michlinstat.

et Mulinheim,

ut apparet ex diplomate,

quere. Et ut hæc auctoritas largitionis nostræ, per D curricula annorum, inviolabilem atque inconvulsam perpetuo obtineat firmitatem, et a fidelibus nostris tam præsentibus quam et futuris, seu etiam a successoribus nostris, a nobis facta verius certiusque credatur, ea manu propria subterfirmavimus, et annuli nostri impressione signari jussimus.

AUCTORE G. H.

Signum  H Ludovici Sereniss. Imperatoris.

Helisachar recognovi. Data III Idus Januarii, anno, Christo propitio, primo Imperii Domini H. Ludovici piissimi Imperatoris Augusti, Indict. VII. Actum Aquisgrani palatio regio. In Dei nomine feliciter. Amen. *Annus is erat* DCCCXV.

3 *Hactenus Diploma Ludovici Pii, nobis Helingenstadio, de quo mox agemus, transmissum, et apud Justum Reuberum inter veteres scriptores Germaniæ excusum: quod omnino genuinum sincerumque censemus. De formula, qua diploma est inchoatum, egimus ante Tomum secundum Aprilis parte* I *Propylæi antiquarii de Diplomatis discernendis num.* 29, *et diximus, quod Ludovicum Pium patrem avumque secuti fuerint Lotharius imperator et Lotharius Junior. Signum seu monogramma est ipsius etiam Ludovici Pii. Eodem modo* Helisachar recognovit *diplomata signata pro monasterio S. Dionysii et pro monasterio S. Maximini, et in hoc ista habentur.* Signum Ludovici Serenissimi Imperatoris. Helisachar recognovi et notavi. Datum IV Nonas Junii, Christo propitio, anno secundo Imperii D. Ludovici piissimi Imperatoris Augusti Indictione VIII. Actum Aquisgrani Palatio regio I. D. N. F. A. *Id est, ut supra exponitur,* In Dei nomine feliciter Amen. *Arbitramur autem superius reponendam* Indictionem VIII, *facili descriptoris errore in* VII *mutatam. Jam vero ipsum diploma expendamus. In hoc primum donationes fiunt* Einhardo et conjugi suæ Immæ, *ut si ipse prius ex hac vita decessisset, ista frueretur donationibus.*

cujus sinceritas probatur.

E

4 *Quæ fuerit ista* Imma *non constat. Lupus Ferrariensis epistola* 2 *ad Eginhardum, agens de ejus obitu, appellat,* venerabilem conjugem. *Mortua autem est sub adventum Reliquiarum SS.* Marcellini et Petri, *ut constat ex epistola tertia Eginhardi ad Lupum, et quarta Lupi ad Eginhardum. Quod aliqui scripserunt fuisse filiam Caroli Magni, invitati diplomatis silentio et ipsius Eginhardi in Vita Caroli Magni, atque aliorum antiquorum, plerique recusant admittere.*

Imma Eginhardi uxor:

5 *Fabulam certe sapiunt, quæ de utriusque amoribus, ab ipsomet patre deprehensis, et indulto ad dedecus operiendum matrimonio honestatis, narrat Chronici Laurishamensis scriptor. Sed quid facias, si ipse Eginhardus, id quod in Vita Caroli dissimulavit, videtur prodere Epist.* 34, *ad Lotharium Imperatorem, hunc appellando suum* nepotem? *non aliter utique quam per uxorem, quæ illi amita fuerit. Ita Mabilio, ubi de S. Angilberto agit, qui ex Bertha, ejusdem Caroli Magni similiter filia, et similiter Eginhardo prostituta, negari non potest. Nithardum et patrem ejus ... nisi ipsomet Nithardo asserenti fidem ... audeat derogare.* Nepotitas *quidem, sive Nepotismus Lotharii ad Eginhardum, salvari posset, etiamsi hic non fuerit gener Caroli; si* Imma *concipiatur fuisse filia Engueranni Hasbaniæ Comitis, soror Ermengardis Imperatricis, unde natus Lotharius est, primogenitus filiorum Ludovici Pii. Sed Nithardi mater, filia esse Caroli non potuit, nisi notha vel spuria; qualis*

an filia Caroli Magni?

AUCTORE G. H.

A *cum etiam fuerint* Pippinus Gibbosus, *ex Hilmitrude natus*; Euphrasia, *S. Laurentii apud Bituriges prima Abbatissa*; Rotildis, *Mater Hetti Trevirensis Episcopi*; *et* Anonyma, *mater Richbodi Abbatis apud Labbeum in Tabulis Genealogicis; liquet Carolum, octies vel novies viduum, saltem viduitatis tempore aliquos liberos genuisse extra matrimonium; inter quos Angilberti et Eginhardi uxores numerari, cur tantopere absurdum censeatur, non video; sed bene cur eam Ludovicus Pius, in prælaudati diplomate, dissimulet sororem agnoscere: item cur omnes tales nominare prætermiserit Eginhardus in Vita num.* 23. *satis utique habens nominasse liberos, aut gloriose genitos ex Reginis tribus, aut saltem sine dedecore procreatos ex Concubinis quinque; quarum primam, post mortem secundæ uxoris Fastradæ; alias quatuor, post mortem tertiæ Luidgardis successive duxit Carolus. Hæ quippe, licet nec Uxorum nec Reginarum decore et privilegiis gaudebant, erant tamen veræ conjuges, Christiano more conjunctæ, adeoque honestæ proles sic natæ. Hujusmodi matrimonia (quæ aliqui hodie vocant, matrimonia conscientiæ, aut sinistri lateris) antiquo Juri Romano satis nota, etiam ecclesiastico obtinuisse ut absque turpitudine essent, sicut erant absque peccato, apparet ex Concilii* B *Toletani I can.* 17, *ubi præcipitur*, quilibet unius mulieris, aut Uxoris aut Concubinæ (ut ei placuerit) sit conjunctione contentus. *Atque hæc dicenda mihi semel fuerunt, ne extrema* Caroli Magni *ætas, tanta cum virtutis opinione traducta, ut* Sancti *titulum mortuus meruerit, fornicario concubitu existimetur polluta, ex vulgi errore,* Concubinæ *appellationem solis iis tribuentis, quæ corporis sui usum uni viro commodant, nullo interim legitimo nexu devinctæ.* Imma *porro et vir ejus, mutuo consensu sequestrati thoro fuisse cognoscuntur, ex hujus epistola ad Lupum Ferrariensem, in ordine aliarum tertia, cujus tale est exordium*; Omnia mihi studia omnesque curas exemit atque excussit dolor, quem ex morte olim fidissimæ conjugis, jam nunc carissimæ sororis sociæ, gravissimum cepi. *Sejunctio autem illa videtur facta esse ante annum* DCCCXXVI; *si jam tum Abbas et Sacerdos erat, uti videtur, Eginhardus.*

non certe vel ex Regina vel ex Concubina legitime ducta.

G. H.

6 *Donationes in prælaudato diplomate factæ sunt duorum locorum, de quibus mox in ipsa Translationis* SS. Marcellini et Petri *historia late agitur. Horum locorum primus nominatur* Michlinstat in Silva Odonawalt *quem locum, inquit infra sub initium, Egin-* C *hardus*, secretum atque a populari frequentia valde remotum, se liberalitate Ludovici Principis consecutum, inter Neccarum et Moinum fluvios medium interjacentem: *et addit num.* 14, a Moino fluvio circiter leugas sex distantem. *Est etiamnum illud oppidum in Comitatu Franconiæ Erpacensi, super fluvium Mimmilingum. At* Silva Odonawalt, *dicitur hodieque* Ottenwalt, *ubi spatium terræ latissimum et aliquot veterum pagorum capax. Consule Marquardum Freherum par.* 2. *Originum Palatinarum cap.* 6, *et Matthæum Merianum in descriptione Franconiæ pag.* 34. *Hunc ergo locum valde amavit Eginhardus; in eoque,* non solum domos et habitacula ad manendum, verum etiam basilicam, divinis officiis faciendis congruentem, non indecoris operis ædificasse *se testatur, in quam* Reliquias SS. Marcellini et Petri *Roma delatas curavit* inferri, *et* velut in perpetuo permansuras deponi. *Hinc porro varia visione monitus, sacras Reliquias transtulit in* Mulinheim, *quando (ut Sacerdos et Abbas) sicut inquit num.* 20, in loco editiore altare sub divo ereximus, ac feretro prope altare deposito, Missarum solennia celebravimus.

Locum Michlinstat amat Eginhardus,

et ibi curat deponi Reliquias

D

§. II. Reliquiæ Selingestadii asservatæ: quando eo translatæ: in variis ecclesiis aliæ atque aliæ.

Est Mulinheim *alter locus, liberalitate Ludovici Pii Imperatoris donatus Eginhardo,* in pago Moynegowe, super ripam fluminis Moyni, *seu Mœni, et* habebat basilicam parvam muro factam, *uti supra in diplomate legitur, cui* villa Mulinheim inferior *adjuncta. De hac Translatione Rudolfus, Presbyter et monachus Fuldensis ac discipulus B. Rabani, in præfatione Vitæ hujus necdum Archiepiscopi, a nobis edita ad diem* IV *Februarii, ista habet:* Ossa quoque beatorum Martyrum Marcellini et Petri, Proti atque Hyacinthi, cum Reliquiis S. Hermetis, non minore miraculorum gloria, in diversis sanitatibus infirmantium quotidie fulgent: quæ et ipsa Roma translata, et Einhardo Abbati adducta, juxta Mœnum Germaniæ fluvium, in villa quæ prius Mulinheim, nunc autem Saligunstat dicitur, digna celebratione a fidelibus venerantur. De quarum translatione simul et virtutibus, quas per eos Deus operatus est, quia diligenter memoriæ traditum est, hic dicere omitto. E *Vides ut post scriptam ab Eginhardo Translationis historiam, quam laudat iste Rudolfus, ipsum* Mulinheim, *ob virtutem miraculorum patratorum, meritis et intercessione horum Martyrum,* Saligunstat *seu* Seligenstadium, *id est* Beatorum civitas, *appellari cœperit. De Reliquiis* SS. Proti et Hyacinthi, *nec non* S. Hermetis, *agitur sub finem cap.* 10 *historiæ jam dictæ. Distat autem* Seligenstadium, *Franco-furto tribus leucis, Aschaffenburgo duabus, in diœcesi Moguntina situm. Nos anno* MDCLX *per Germaniam tenentes iter in Italiam, pervenimus* Seligenstadium XXV *Augusti; humaniterque ab Abbate excepti, sequenti die sacris operati sumus in Abbatiali templo, quod a* SS. Marcellino et Petro *nomen præcipue habet: in choro autem vidimus sepulcrum Eginhardi fundatoris et primi Abbatis, absque alio religiosiori cultu, quem Fontanellæ ipsi deferri, potius quam ibi, mirum satis est.*

Transferuntur Reliquiæ Mulinheim.

mox Seligenstadium dictum

8 *De novo templo, a se construi cœpto, Eginhardus Epistola* XLVI *ista alteri Abbati scribit:* Quando in Palatio simul positi, de tecto basilicæ beatorum Christi Martyrum Marcellini et Petri, quam ego nunc, licet, cum magna difficultate, construere molior, locuti sumus; constitit inter nos de plumbo emendo, contra pretium quinquaginta librarum. Sed quamvis opus basilicæ nondum ad hoc perductum sit, ut tegendi necessitas me admonere compellat: F tamen propter incertum vitæ mortalis terminum, semper videtur esse festinandum, ut bonum, quod nobis inchoatum, Domino auxiliante perficiatur. *Hæc ibi. Ejusdem constructionis mentio habetur epistola quinquagesima: perfecti vero ab Eginhardi successore Ruthlaico operis, meminit B. Rabanus qui eodem cum Eginhardo tempore vixit, sed aliquanto junior, his editis versibus:*

Novam ibi ecclesiam construit Eginhardus

Salvator mundi, qui cœli sceptra gubernas,
Imperio et dominans cuncta regis proprio,
Adsis propitius, servorum atque annue votis,
Tu miserans præsta quæque rogant famuli:
Martyribusque tuis hoc addas justus honori,
Reddere quod possint munera larga suis,
Hos Christi testes Romana ascivit ab urbe
Vir probus Einhardus, constituitque locum.
Cujus successor, perfecta Presbyter aula
Ratlaicus, Sanctis tradidit hunc titulum.
Quos tu, Christe, Deus æterna in secula serva,
Cumque tuis Sanctis præmia redde poli.

adjungit Ratlaicum.

Christophorus Browerus, in suis ad hos versus scholiis, Einhardum, *inquit,* basilicæ conditorem memorat; hujusque successorem Ratlaicum, Presbyterum et Abbatem

A Abbatem (cujus industria solertiaque corpora illa in Urbe extracta et ad Mœnum translata sunt) basilicæ novam fabricam vel aulam adjecisse, qua Martyres decentius accubarent; atque ad tituli decus poposcisse ingenium amici poetæ. *Hæc ibi latius explicantur. Nonnulla etiam attinguntur in Einhardi Epitaphio, per eumdem Rabanum conscripto, quod inter Poemata ejus videri potest.*

Ex Reliquiis istis

9 *Translationem porro istam factam esse* decimo sexto Kalendas Februarias, *testatur infra num.* 20 *Eginhardus: qui dies Selingenstadii celeberrimus mansit, festo S. Antonii Abbatis in alium translato, et inscribitur Florario Sanctorum, memoraturque a laudato Rodulpho in dicta Vita B. Rabani num.* 13 *Annum tunc fuisse* DCCCXXVII *constat ex sequentibus. Nam ordinatis* Clericis, ad Palatium *Imperatoris Aquisgranense*, magna cum exultatione regressum *se fuisse asserit Eginhardus num.* 21; *ac dein cap.* 3 *describit congressum cum Hilduino Abbate, et Reliquias olim allatas, ab eoque sibi Aquisgrani redditas, deponit in oratorio; actum (ut num.* 68 *et* 69 *dicitur)* anno quarto decimo Imperii Ludovici Pii, *is est Christi* DCCCXXVII. *aliquæ* Reliquiæ SS. Marcellini et Petri Aquisgrani ab Einhardo Abbate acceptæ, *et inde* ad monasterium S. Salvii *versus Valencenas sunt delatæ; ad quas* in pago Hasbanio tertio decimo Kalendas Julii miraculum factum, *ibidem narratur. Dein cum memoratis Reliquiis discessit Mulinheimium Eginhardus: qui inde* mense Novembrio (*ut dicitur num.* 44) in palatio [illegible] *ad Comitatum se disposuit, et conventui Procerum interfuit mense Februario. Inde regressus Mulinheimium, rogatu monachorum Gandensium monasterii S. Bavonis, misit eo Reliquias memoratorum Martyrum, quæ illuc, ut num.* 76 *dicitur*, anno DCCCXXVIII venerunt, quinto Nonarum Julii. *Quo etiam anno misit idem Eginhardus partem aliquam suarum Reliquiarum Trajectum, ubi* miraculum factum, xviii Kalendas Julii, die Dominica, *num.* 85 *narratur, anno scilicet eodem* DCCCXXVIII.

aliquæ Valencenas transferuntur:

B

aliæ Gandavum et Trajectum an. 828

10 *Et hi sunt characteres temporis, circa translationem horum Sanctorum ab Eginhardo indicati, optimeque inter se cohærentes.* [illegible] *Annales ipsiusmet Eginhardi, aut potius sub ejus nomine editi*, [illegible] *sub finem* [illegible] DCCCXXVII [illegible] Corpora beatissimorum Martyrum Marcellini et Petri de Roma sublata, et Octobri mense in Franciam translata, multis signis atque virtutibus clarificata

C sunt. *Ubi Francia Orientalis intelligitur, cujus pars* [illegible] *et Mulinheimium est.*

11 [illegible] *Annalium, quisquis est, loco jam allegato utramque translationem* [illegible] Reliquiæ SS. Marcellini et Petri [illegible] *Romæ requirendarum occasio prima, sumpta est ex* [illegible] *Hilduino de translatione S. Se*[illegible] *Reliquiæ, ut patet ex Actis* 20 *Januarii editis, illatæ in ecclesiam S. Medardi primum sunt, die* IX *Decembris anni jam dicti. Respondeo, sermonem illum fuisse de translatione, non facta jam tum, sed facienda, destinandoque eum in finem Legato ad* [illegible] *facillime fieri potuit, ut Eginhardi Notarius*, [illegible] *rit, quam Hilduini legatus Romam appelleret. Pererat enim ante mensem Januarium* [illegible] *constitutus*, [illegible] *fama* [illegible] *Legatorum illorum, qui Ingelheimii ab Imperatore auditi fuerunt illo eodem anno*, circa Kalendas

[illegible] post

D Junii, *ut scribitur in gestis Ludovici Pii.*

AUCTORE G. H.

11 *Raysszius in Hierogazophylacio Belgico non solum meminit Reliquiarum, cum Hasnoniensi Abbatia communicatarum; sed etiam asserit particulas de ossibus* SS. Marcellini et Petri *asservari* Tornaci in Ecclesia Collegiata S. Amati, et Cameraci in cœnobio Canonicorum Regularium S. Autberti. *Item* duo ossicula esse in monasterio Crispiniensi Ordinis Benedictini, *duabus a Valencenis leucis. Et hæc de Reliquiis eorum, in Belgio honoratis. Eginhardus epistola* x, *Hetti Archiepiscopo Trevirensi circa has Reliquias ista scribit:* Sicut ex litteris Sanctitatis vestræ vos velle cognovimus, ita sine dilatione facere curavimus, mittendo videlicet vobis Reliquias, quas vos habere velle ad dedicationem novæ basilicæ vestræ scripsistis. Et quidem libenter id facimus, qui talem fiduciam in vobis habemus, ut quæcumque pars de sacris beatorum Martyrum cineribus ad vos pervenerit, talis ei honor exhibeatur, qualem totis eorum corporibus exhibere debueramus. *Hæc ibi, quæ de* SS. Marcellino et Petro *intelligenda esse ostendit singularis ejus erga hos Martyres affectus, passim in epistolis Eginhardi elucens, ac potissimum epistola* XL, XLIII, XLV, XLVI, L, *et aliis. Est in diœcesi Trevirensi infra Confluentiam pagus Valendar, oppido similis, amplus et pulchra ecclesia decorus, in qua dicuntur asservari* notabiles Reliquiæ SS. Marcellini et Petri, *earumque memoria ad diem* XVII *Januarii inscripta est Martyrologio, Coloniæ et Lubecæ sub anno* 1490 *excuso, his verbis:* In villa Valendar, sub Confluentia, territorio Trevirensi, SS. Marcellini et Petri Martyrum. *Quæ fere eadem leguntur apud Greveum in Auctario Usuardi, et in Martyrologio Germanico Canisii: atque intelligendi esse puto de Reliquiis, prænominato Archiepiscopo Trevirensi concessis.*

Reliquiæ aliæ in variis Belgii locis.

Aliquæ donatæ Archiepiscopo Trevirensi,

E

in pago Valendar honorantur.

12 *Carolus du Fresne Dominus du Cange cum magno reipublicæ litterariæ damno vita functus Parisiis anno* MDCLXXXVIII [illegible] MDCLXVIII [illegible] *Bonæ-vallis in* [illegible] *cujus istud est exordium.* Anno ab Incarnatione Domini octingentesimo quadragesimo secundo, regnante Karolo, fratre Lotharii et Ludovici, anno tertio regni ipsius Karoli, instructum est [illegible] Bonævallis, per [illegible] et quemdam militem, Fulconem nomine, in honorem sanctorum Martyrum Marcellini et Petri, quos Eynardus de partibus Germaniæ in Gallias transtulit. Prædictus miles bonæ memoriæ, scilicet Fulco, videns locum habilem ad habitationem Monachorum... tradidit prædictis Sanctis et Monachis totam [illegible] videbantur. *An etiam aliquæ Reliquiæ horum Martyrum* [illegible] 11 *Junii, asserit*, SS. Marcellini et Petri corpora requiescere in cœnobio Hasnoniensi, plura tamen ossa in S. Victoris Massiliæ. [illegible] *Nam Hasnonii* [illegible] *monasterium S. Bavonis: et Honoratus Bouche lib.*4 [illegible] *cap.* 4 § 2 [illegible] *Reliquias monasterii S. Victoris, absque ulla mentione horum Martyrum. Accuratior est Masinus in Bononia perlustrata, qui indicat ibidem antiquam esse* ecclesiam SS. Marcellini et Petri, [illegible] MCCCXII *fuisse hospitale sub regimine S. Mariæ, de* [illegible] MDCXXI [illegible] *ræctam, sed anno* MDCXXIV *exoneratum, et datam S. Barbatiano, in eamque anno* MDCXXXVI *translatam confraternitatem S. Georgii. Præterea scribit, aliquas*

Bonæ-vallis ecclesia SS. Marcellini et Petri,

F

horum

A *horum Martyrum Reliquias esse in basilica S. Stephani. Denique in Metropolitana Pragensi S. Viti habentur eorum Sanctorum* particulæ, *de quibus Pessina Decanus in Phosphoro pag.* 513 *ait, quod sunt* simul in fascia sericea rubri coloris religatæ: *sed* unde allatæ, non constat.

ac Pragæ in Bohemia.

§. III. Inspectio Reliquiarum Selingenstadii, facta anno MDCVII.

Scriptore Joanne Conrado Baur,

Joannes Suicardus, Elector et Archiepiscopus Moguntinus, ob contagionem circumcirca grassantem, in cœnobio Selingenstadiensi anno MDCVII *commorans, devotione erga sanctos Martyres* Marcellinum et Petrum *motus, solennem lustrationem Reliquiarum instituit: quam Joannes Conradus Baur, dicti monasterii Prior, ocularis inspector et testis, sequentibus verbis descripsit.* Anno supra millesimum sexcentesimum sexto, gliscente in Germania passim epidemiæ morbo, præsertim Moguntiæ Metropolitica, et Aschaffenburgi Archiepiscopali residentia insigni, dum quilibet asylum tutioribus in locis requirit, Reverendiss. Illustrissimus Archi-Præsul et Prin-

Suicardus Archiep. commorans Selingenstadii,

B ceps Elector Mogontinus Joannes, Suicardus, habita secum deliberatione cum suo Comitatu aulico (relicta tamen sua Cancellaria ordinaria in arce oppidi Hostensis) ad nostrum sanctis Martyribus Marcellino et Petro dicatum monasterium in oppido Selingenstadiensi, velut ad locum aeris temperie præcipuum, de consilio medicorum, quinto Octobris dicti anni, se contulit; ac ibidem in septimam Maji anni sequentis MDCVII permansit. Fuit vero tanta hiberni istius temporis humiditas et imbrium inundatio, ut cuivis admirationi esset; aeris autem tepiditas, ut vix glacies reperiri potuerit, quæ unius anseris ponderositati resisteret. Interim Illustriss. Princeps Elector, pro animi sui magnitudine, diversis muniis et exercitiis se occupans, sedulo divinis assistebat Officiis; ita ut dies numquam præterierit, qua non vel ipse Sacrificium in altari incruentum Deo offerret, vel offerenti assisteret, ac festivis Dominicisque diebus, superpelliceo seu rocheto indutus, crucem pectoralem gestans, summo Sacro et Vesperis devotissime interesset. Interdum etiam munia Episcopalia, licet grandævus, libenter et generose obibat. Nam cœmeterium prope Osteine sacravit; et in festivitate S. Thomæ Apostoli, decantata prius solenni Missa, in Pontificalibus et

pietati indulget.

C Pallio Archiepiscopali, pluribus utriusque sexus personis diversæ ætatis, Sacramentum Confirmationis contulit. Erat quoque ei solenne, nonnumquam pro animi et corporis relaxatione venationi operam dare.

13 Certis etiam temporibus sacræ se dabat lectioni, atque Doctorum virorum discursibus seu colloquiis delectabatur; inter quæ incidit historica quædam relatio de gloriosis Sanctorum Martyrum Patronorum nostrorum Marcellini et Petri Reliquiis, eorumdemque miraculis, quam in Annalibus suis Ecclesiasticis Illustriss. Cardinalis Baronius ad annum Christi DCCCCXXVI intexuerat. Perplexitatis occasionem dedit; quod in Gallias translatæ assererentur, et nonnulli scriptores Belgici idem referrent. Hinc incitati animi ad veritatis inquisitionem; præsertim quod ex antiqua traditione et historica relatione viderent et intuerentur sacram illam tumbam præsentem, in qua firmiter censerentur sacra illa Lipsana recondita esse; quæ sibi Galliæ, sinistro forsan rumore, non vererentur asserere. Itaque Illust. Archiepiscopus pro ratione officii sui, ad omnem submovendam dubitationis ansam, proque majore Dei Sanctorumque gloria et honore, resolvit thecam illam sacram, pretiosissi-

thecam Reliquiarum inspecturus,

mum continentem Reliquiarum thesaurum, solenniter lustrare et elevare. Itaque ut augustiori id fieret ritu, penultima Januarii MDCVII, quæ incidebat in feriam quintam, triduanum cum vigiliis ac orationibus indixit jejunium. Unde triduo illo pendente, quod Purificationis B. Mariæ festum antecedebat, magna devotione tumba sacra ex altari summo, per Religiosos vestibus sacris indutos, ipso etiam Archi-Præsule devote manus applicante, in mensa decenter ad hoc aptata, ante summum altare deposita est, perque diem noctemque continuatæ preces. Et quia summum altare non inveniebatur more ceterorum munitum sepulcro, nisi quod sacra tumba cum Reliquiis in eo firmata fuisset; a viris summis et sacræ Theologiæ Doctoribus breviter est ventilata quæstio, num amota sacra arca liceret super eo altari Missas tenere vel celebrare. Habita ergo inspectione loci ac altaris constitutione, visisque in saxo signis consecrationis, resolutum est licere: pro majori vero scrupulorum assecuratione, superpositæ sunt minoribus thecis inauratis inclusæ prædictorum Sanctorum Reliquiarum particulæ, simulque caput S. Marcellini, quod extra

D

indicit triduanum jejunium:

E sarcophagum servabatur. Finitis vero precibus primmæ diei, accessit ad tumbam sacram Archi-præsul curiosior, eam nonnihil aperturus et scrutaturus: metuebat enim, ne forte per dolum Reliquiæ aliquando fuissent sublatæ, signanter, quod nulla extaret hominum memoria de scrutatis iisdem, sicque actum ageret. Sed vix introspexit, quin subito perculsus divino quodam timore, supernaturalem quamdam virtutem in iis quæ viderat persentiens, statim recluserit; et scrutationem lustrationemque accuratam in diem Purificationis Virginis Matris distulerit. Quo autem festivitas illa celebrior redderetur, delata sunt Aschaffenburgo, aliisque locis ornamenta Ecclesiastica, ut pluvialia, dalmaticæ, ex auro argentove fabricata, quibus Præsules præcipuæque personæ amicirentur.

inspectam.

14 Adveniente igitur sacro B. V. Mariæ Purificationis die, Illustrissimus Archi-Antistes divina peracturus, Basilicam ingrediens, sacrisque indutus, ante omnia, recepto ac laudabili Catholicorum ritu, et juxta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ antiquam institutionem, benedicens dispositos cereos, singulis distribuit adstantibus. Deinde sacrum Missæ officium decantaturus, Thiara Pontificali ac Pallio redimitus, ornatusque, altare accessit; Cantoribus interim omni instrumentorum Musicorum genere, nec F

festo Purificationis,

non vocum dulcisona modulatione, adstantium aures demulcentibus, devotionemque excitantibus. Diaconi officio fungebatur Rev. et Prænobilis Dominus Fridericus a Sickingen; Subdiaconi vero Rev. itidem ac Prænobilis Dominus Daniel Adamus a Vechenbach; Sacellanorum officio fungentibus Rev. et Eximiis Viris, P. Joanne Nellingio, Ordinis Prædicatorum Concionatore; et Friderico Hamerman, S. Theologiæ Doctore.

14 Peracto Missæ sacrificio, solennis admodum instituta est processio, ex æde Monasterii ad Parochiam, deportantibus sacrum feretrum quatuor Presbyteris Religiosis, albis casulis indutis. Præibant Religiosi Conventuales, canticis spiritualibus Deum in Sanctis suis laudantes. Subsequebatur Reverendissimus Archi-Mysta, Venerabile Sacramentum Eucharistiæ deferens, quem antecedebant Nobiles Ephœbi, tædas seu faces accensas portantes. Latera Antistitis claudebant Ministri altaris; thurificantibus Rev. et Eximiis Dominis Stephano Webero Juniore, S. Theologiæ Doctore; et Joanne Bertzio, Collegiatarum Ecclesiarum B. Mariæ ad gradus Moguntiæ, et SS. Petri et Alexandri Aschaffenburgensis, respective Canonicis et Scholasticis.

solenniter circumfert

Pone

A Pone subibant Reverendissimus D. Stephanus Weberus Senior, Misiensis Episcopus, suffraganeus, et in Pontificalibus Vicarius Moguntinus; Et Rever. Dominus Monasterii nostri Abbas, Martinus Kreys; uterque pluviali, mitra, et baculo pastorali decorati. Post quos Processionem ornabant, et sequebantur Rev. D. Christophorus Weberus, Decanus Aschaffenburgensis, et in spiritualibus Commissarius; R. D. Cornelius Gobelius, Sigillifer, et Canonicus S. Petri Moguntiæ; ambo S. Theologiæ Doctores, ac decursu temporis sibi invicem succedentes Suffraganei Erfordenses; R. D. Jodocus Dreumerus, Canonicus Aschaffenburgensis; Duo Patres Societatis Jesu, P. Joannes Busæus scriptis clarus, et P. Joannes Michaelis: cum nonnullis aliis Ecclesiasticis, modo memoriæ non occurrentibus.

in Magno comitatu ordinis utriusque

15 Nobilium vero subsequentium hæc sunt nomina; Guilhelmus a Exonexberg, Magnus Balivus, Equestris Ordinis Joannis Commendator Moguntinus; Casparus ab Eltz, Supremus Aulæ Præfectus; Hartmutus a Cronenberg Senior, Vicedominus Aschaffenburgensis; Joan. Philippus ab Hoheneck, Marescallus, Hartmutus a Cronenberg frater Junior Illustriss. Principis, Satrapa in Hoechst; Joannes B Adamus ab Hoheneck, Satrapa in Bensheim; Marsilius Christophorus ab Ingelheim, Venatorum Magister; Joannes Florentius a Bluningen, Stabuli Præfectus; Joannes Conradus a Vorburg in Delsburg, Consiliarius aulicus; Wolffgangus Fridericus ab Ulm, Erardus a Muckental, Casparus ab Eltz, Gualterus a Cronberg, Philippus Julius a Welber, Antonius Loesch ab Hilkershausen, Joannes Wolffgangus von der Leyen, Fridericus a Lesenbera, Joannes Nicolaus a Steckheim, Carolus Nicolaus a Sponheim, Joannes Udalricus ab Hedersdorff, Nobiles Ephœbi, Quirinus Wolffskehl a Wolckenburg, Joannes a Weichsell, Rodolphus a Waldenstein, Hermannus a Blutz, Reinhardus a Schutz ab Holtzhausen, Otto a Kerslingerode, Philippus a Florentius a Bluningen. Hos sequebantur Clarissimi Juris Consulti: Casparus Fleiserbein, Joannes Petrus Ebersheim, Joannes Fabricius Medicinæ Doctor, Joannes Ludiger Cameræ Magister, Jacobus Hensel, Wendelinus Faber, Conradus Scherer, Secretarii; Wendelinus Rodt Quæstor, Adamus Hoffman scriba Cameræ, Wolffgangus Erlenbach Cancellista, ceterique Aulæ sectatores secundum statum suum, qui plerique C cum sua Celsitudine Seligenstadium venerant, ibidemque permanserant. Claudebant processionem Senatus populusque Seligenstadiensis, cum vicinis incolis et parochianis, qui frequentes convenerant.

Senatus populusque,

18 Hac igitur solenni processione finita, repositaque in Chori medio tumba sacra, cum benedictione dimissus est populus. Et quia tardior se hora protraxerat, Reverendiss. Archi-Præsul, sumpta prius refectione, ad Basilicam sese rursum contulit, comitatus præcipuis ex antenominatis personis, simulque Prælato nostro, et duobus Patribus Conventualibus; ac clausis undique ostiis, præmissis orationibus, Illustriss. Princeps discooperuit, et prout Eginhardus monasterii Fundator, sequenti in historia sua de translatione Sacrarum Reliquiarum beatissimorum Martyrum Marcellini et Petri scribit, magnis saccis sericis sacras Exuvias involutas, cum singularum inscriptionibus, magno cum stupore reperit. Nec eo contentus, reclusa decenter tumba, oblatoque pretioso tapete serico, aurea cruce insignito, quo ea cooperiretur, continuo ad lustrandum quoque eas, quæ in sacrario servabantur, Reliquias perrexit, et singularum catalogum fieri mandavit: completaque visitatione, Caput S. Marcellini Presbyteri et Martyris, quod separatum a ceteris erat, in tumba pro majori custodia reposuit, atque diversis signaculis arcam obsignavit. Quibus omnibus D peractis, cum debita devotione sacrum feretrum in loco pristino repositum est, absolutoque omnium indice, ad sua quisque se recepit.

inspiciuntur Reliquiæ

AUCTORE G. H.

19 *Hactenus Seligenstadiensis Prior, haud paulo melius posteritatis instructioni consulturus, si indicem repertorum intra tumbam sacrorum ossium voluisset exhibere, cum suis singulorum inscriptionibus; unde intelligi posset, quid et quantum de uniuscujusque corpore istic conditum aut reliquum fuerit. Certe ad irruptionem hæreticorum, præcipitantibus se in fugam Monachis anno* MDCXXXI, *minori cum incommodo accidisset*, SS. Marcellini ac Petri *Reliquias in saccis confundi, cum Reliquiis* SS. Marii, Marthæ, Audifacis et Abacuc, *idem* Proti *et* Hyacinthi; *sicut confusas fuisse didicimus, cum dudum anno* MDLX *essemus, unde nec data fuit opportunitas eas videndi. De Reliquiarum earumdem translatione Suessiones, est Epistola, sub nomine* Odilonis Monachi, ad Ingrannum, *cujus partem pridem edidit Andreas du Chesne, Tomo* 2 *Francicorum pag.* 650; *integram vero inseruit Mabillo Sæc.* 4 *part.* 1 *pag.* 411: *sed ea tam contraria est relationi Eginhardi, totque scatet figmentis, ut omnino indigna hoc opere videatur, scripta fortassis seculo* XI. E

Ex postea sunt confusæ cum aliis

HISTORIA TRANSLATIONIS

Auctore Eginhardo

tunc Selingenstadiensi Abbate, ex MS. Reginæ Sueciæ et Surio.

PROLOGUS.

Veris veri Dei cultoribus, et Jesu Christi Domini nostri Sanctorumque ejus non fictis amatoribus, Einhardus peccator. Qui vitas et facta justorum, ac secundum divina mandata conversantium hominum, litteris ac memoriæ mandaverunt, non aliud mihi efficere voluisse videntur, nisi ut ad emendandos pravos mores, et ad illa mandata Dei omnipotentis [illegible], per ejusmodi exempla, quorumcumque animos incitarent. Feceruntque hoc, non solum, quia livore carebant; sed quia caritate, quæ omnibus cupit esse consultum, granditer abundabant. Quorum laudabile propositum quia tam in propatulo est, ut, præter ea quæ dixi, nihil aliud eos moliri voluisse lucidissime clareat; cur a multis imitari non debeat, F omnino non video. Ac proinde quia mihi conscius sum, quod libri, quos de translatione corporum beatorum Christi Martyrum Marcellini et Petri, signisque ac virtutibus, quæ per eos Dominus ad salutem credentium fieri voluit, qua potui facultate conscripsi, eadem sunt voluntate atque intentione compositi; eosdem edere, ac Dei amatoribus ad legendum offerre decrevi. Arbitror enim, quod hoc opus non solum inane ac supervacuum cuilibet fidelium videri non debeat: sed etiam fructuose atque utiliter me laborasse præsumo, si efficere potuero, ut in laudem sui conditoris animus illa legentis assurgat.

Scopus sacrarum historiarum,

et hujus scriptionis

CAPUT I.

Missi ab Eginhardo Romam ad procurandas Reliquias. Obtentæ Sanctorum Marcellini et Petri.

Cum adhuc in Palatio positus, ac negotiis secularibus occupatus, otium quo aliquando perfrui cupiebam, multimoda cogitatione meditarer; quemdam locum secretum atque a populari frequentia valde remotum

A remotum inveni, atque illius, cui tunc militaveram, Principis Ludowici liberalitate consecutus sum. Is locus est in saltu Germaniæ, qui inter Neccarum et Moinum fluvios medius interjacet; ac moderno tempore ab incolis et circummanentibus *a* Odonwald appellatur. In quo cum, pro modo facultatum ac sumptuum, non solum domos et habitacula ad manendum, verum etiam basilicam, divinis Officiis faciendis congruentem, non indecori operis ædificassem; dubitare cœpi, in cujus potissimum Sancti vel Martyris nomine atque honore dedicari deberet. Cumque in hac animi fluctuatione plurimum temporis esset evolutum, contigit ut quidam Diaconus Romanæ Ecclesiæ, nomine Deusdona, pro suis necessitatibus Regis opem imploraturus, ad Palatium veniret: ibique aliquamdiu moratus, cum, peracto propter quod venerat negotio, Romam redire pararet; quadam die humanitatis causa, velut peregrinus, ad prandium nostræ parvitatis a nobis est invitatus: ibique inter prandendum plura locuti, eousque sermocinando pervenimus, ut de translatione *b* corporis B. Sebastiani, ac neglectis Martyrum sepulcris, quorum Romæ ingens copia est, mentio fieret. Inde ad dedicationem novæ basilicæ nostræ

A. EGINHARDO.

a Eginhardus solicitus, cui Sancto dedicaret Ecclesiam,

cum Deusdona agit de Reliquiis obtinendis;

B sermone converso, percunctari cœpi, quonam modo ad id pervenire possem, ut aliquid de veris Sanctorum Reliquiis, quæ Romæ requiescunt, mihi adipisci contingeret? Hic ille primo quidem hæsitavit, et qualiter id fieri posset, se nescire respondit. Deinde cum me de hac re solicitum simul et curiosum esse animadverteret, altera die se percontationi meæ responsurum esse promisit.

3 Post hæc, cum iterum a me fuisset invitatus, protinus e sinu libellum mihi porrexit, rogans ut eum solus perlegerem; sibique de his, quæ in eo scripta erant, quid mihi placeret, indicare non dedignarer. Accepi libellum, et ut ille petiit, solus secrete perlegi. Continebatur in eo, esse sibi domi plurimas Sanctorum Reliquias, easque se mihi dare velle, si meo fultus adjutorio Romam reverti potuisset. Compertum sibi fore, quod duos mulos haberem, quorum si alterum sibi darem, ac secum hominem meum fidelem mitterem, qui illas Reliquias ab illo reciperet, mihique deferret, statim eas mihi se missurum. Complacuit mihi suadentis consilium, statuique fidem sponsionis incertæ celeriter experiri: ac promte, dato quem petebat mulo,

et suum fa[illegible] socium Ratleicum:

C addita propter viaticum pecunia, notarium meum, nomine Ratleicum, qui et ipse orandi causa Romam ire volebat, cum eo proficisci jussi. Igitur ab Aquisgrani Palatio profecti (nam ibi eo tempore *c* Imperator cum suo comitatu erat) Augustam Suessonis venerunt: ibique cum *d* Hildoino Abbate in Monasterio S. Medardi locuti sunt, quia memoratus Diaconus ei pollicitus est, se efficere posse, ut corpus B. Tiburtii Martyris in ejus veniret potestatem. Quibus ille promissis incitatus, misit cum eis quemdam Presbyterum, hominem nimis callidum, nomine Hunum, jubens ut acceptum a Diacono memorati Martyris corpus sibi deferret. Inde iter ingressi, Romam, quanta poterant celeritate, pergere cœperunt.

adjungit eis [illegible] Hildoinus [illegible]

4 Contigit autem, postquam Italiam intraverant, ut puer notarii mei, nomine Reginbaldus, tertiana febre correptus, non modicum profectioni eorum ac laboribus faceret impedimentum, quoniam his horis, quibus ille febrium æstibus tenebatur, iter agere non potuerunt. Erant enim pauci, ac per hoc ab invicem separari nolebant. Cumque hoc incommodo iter illorum non mediocriter fuisset retardatum, illi tamen prout poterant illud accelerare contenderent; tribus diebus priusquam ad Urbem venirent, apparuit in visu illi febricitanti quidam homo in habitu Diaconi, perquirens ab eo, quam ob rem

[illegible] febri patienti, apparens, Sanctus [illegible]

dominus suus Romam ire festinaret? Cui cum ille D et promissa Diaconi de Reliquiis Sanctorum mihi mittendis, et de his quæ Hildoino Abbati pollicitus est, prout illi comperta erant, exponeret; non ita erit, inquit; sed longe aliter, quam vos existimatis, causarum propter quas venistis, exitus adimplebitur. Nam Diaconus iste, qui vos Romam venire rogavit, aut parum, aut nihil de his, quæ vobis promisit, facturus est; ac proinde volo sequaris me, atque ea quæ tibi ostensurus atque dicturus sum, mente solicita cures advertere.

5 Tunc manu comprehensum, ut sibi videbatur, montis præcelsi cacumen secum conscendere fecit: in quo cum simul positi consisterent; Convertere, inquit, ad Orientem, et subjectos oculis tuis campos intuere. Quod cum fecisset, et campos, de quibus sibi dixerat, fuisset intuitus; videt in eis molis immensæ fabricas, in modum magnæ cujusdam civitatis extructas: et interrogatus ab eo, si sciret quid hoc esset; se nescire respondit. Tum ille; Roma est, inquit, quam vides; statimque addidit; Dirige oculos in interiora civitatis, et contemplare si aliqua tibi in his locis appareat ecclesia. Cumque sibi quamdam ecclesiam *e* apparere dixisset: Vade, ait, et Ratleico nuntia, quoniam in ecclesia, quam modo E vidisti, illa res est recondita, quam ille Domino suo debet adferre: et ideo det operam, ut eam quanto celerius fieri potest accipiat, et ad dominum suum revertatur. Cumque ille diceret, quod nemo de his, qui secum venerant, in hujusmodi re fidem dictis suis esset habiturus; respondit et dixit: Tu nosti, quod omnes qui tecum hoc iter agunt, tibi conscii sunt, quia complures dies in febre tertiana laborasti, et nondum te ab illa ullam habuisse remissionem. Et ille, Ita est, inquit, ut dicis. Quapropter, ait, volo ut pro signo tibi sit, atque his quibus verba quæ dixi relaturus es, quoniam ex hac hora, febre, qua usque modo detinebaris, sic per Dei misericordiam cariturus es, ut te ulterius in hoc itinere non contingat. His dictis expergefactus, omnia quæ sibi vidisse vel audisse videbatur, Ratleico referre curavit. Quæ cum Ratleicus Presbytero secum pergenti exposuisset, visum est ambobus, ut experimentum somni ex veritate promissæ sanitatis approbarent: nam eadem die, juxta qualitatem febrium, quibus laborare consueverat, febricitare debebat is qui somnium viderat. Et ut non vana illusio, sed potius vera revelatio fuisse ostenderetur, F neque illa die, neque ceteris quæ illam secutæ sunt, ullum in corpore suo consuetarum febrium sensit indicium. Sicque factum est, ut et visioni crederent, et fidem Diaconi promissis non haberent.

ostendit Romam et ecclesiam

in qua reperiendæ Reliquiæ,

atque infirmum curat:

6 Igitur Romam venientes, juxta basilicam B. Petri Apostoli, quæ dicitur Ad Vincula, in domo ipsius cum quo venerunt Diaconi, hospitium acceperunt; manseruntque cum eo per aliquot dies, opperientes promissorum ejus adimpletionem. Sed ille, qui suas pollicitationes perficere non valebat, ipsum quod non poterat, quibusdam procrastinationibus palliabat. Tandem locuti cum illo, cur eis illo modo vellet illudere percontati sunt; rogantes simul, ne se diutius fallendo detineret, et reversionem suam vanis spebus impediret. His ille auditis, cum cerneret se hujusmodi calliditate eis jam amplius non posse imponere; primo notarium meum certum fecit de Reliquiis mihi promissis, quod eas habere non posset; eo quod frater suus, cui et domum, et cuncta quæ habebat, inde abiens commendaverat, negotiandi gratia Beneventum esset profectus, ac se penitus ignorare quando esset reversurus. Et quia ei Reliquias illas, sicut et ceteram supellectilem, ad servandum commiserat; nec omnino se scire posse, quid de his fecisset, quoniam eas in eadem domo

sic [illegible] ad [illegible]

dum [illegible] Deus[illegible] [illegible] quer[illegible]

A domo nusquam invenisset : proinde videret quid faceret, quia de parte sua nihil restaret, quod sperare posset. Postquam hæc notario meo dixit, et ille se ab eo illusum ac male sibi impositum quereretur ; nescio quibus vanis ac frivolis etiam Presbyterum Hildoinum allocutus, spe simili animatum, a se fecit abscedere. Postridie vero cum valde tristes videret, hortatus est ut simul cum illo ad cœmeteria Sanctorum pergerent, videri sibi quod in eis aliquid tale inveniri posset, quo eorum desideriis satisfieret; nec fore illam necessitatem, ut in patriam vacui reverterentur. Cumque eis hoc consilium placuisset, vellentque ut quantocius id, ad quod faciendum eos hortabatur, inchoarent; more solito negotium dissimulavit, et eos, quorum animi tunc paululum erant erecti, in tantam desperationem hac dilatione dejecit, ut, omisso illo, statuerent in patriam, quamvis infecto negotio reverti.

explorat Ratleicus Basilicam S. Tiburtii,

7 Sed notarius meus, recolens somnium quod puer suus viderat, cœpit comitem suum hortari, ut sine hospite suo irent ad cœmeteria, ad quæ visenda ille eos se ducere velle promisit. Itaque invento atque conducto duce locorum, quem monstratorem, primo B ad basilicam B. Tiburtii Martyris, in via Lavicana, tribus ab urbe passuum millibus distantem, veniunt; Martyrisque tumulum quanta possunt diligentia contemplantur ; et utrum sic, ut alii non sentirent, aperiri posset, cauta circumspectione considerant. Deinde in cryptam ejusdem basilicæ contiguam, in qua beatorum Christi Martyrum Marcellini et Petri corpora erant tumulata, descendunt ; atque explorata etiam illius monumenti qualitate discedunt, existimantes hoc factum hospitem suum posse latere. Sed aliter evenit, quam arbitrati sunt. Nam licet ipsi nescirent, quibus indiciis, cito tamen ad illum hujus facti notitia pervenit. Verensque ne sine illo voluntati suæ satisfacere debuissent, statuit consilium eorum festinando prævenire. Et quia ille ejusdem locorum plenariam atque omnimodam notitiam habebat, blande illos alloquitur, hortaturque ut illuc simul veniant ; et si Deus votis eorum favere dignaretur, communi consilio facerent, quidquid eis videretur faciendum.

inventisque ibi Reliquiis SS. Marcellini et Petri

[illegible]

8 Assensum est ejus voluntati, tempusque ad aggrediendum pari consensu constituunt. Tunc peracto jejunio triduano, noctu ad locum nullo Romanorum civium sentiente perveniunt : ingressique basilicam S. Tiburtii, primo altare illud, sub quo sacrum ejus corpus situm credebatur, aperire tentaverunt. Sed parum successit eorum voluntati molitio operis inchoati : nam monumentum, durissimo marmore extructum, inermes ad aperiendum conantium manus facile repellebat. Igitur, omisso illius Martyris sepulcro ad tumbam Beatorum Marcellini et Petri descendunt ; atque ibi, invocato Domino nostro Jesu Christo, et adoratis sanctis Martyribus, lapidem, quo summitas sepulcri tegebatur, de loco suo levare moliuntur. Quo sublato, vident sacratissimum S. Marcellini corpus in superioribus ejusdem sepulcri partibus positum, tabulamque marmoream ad caput positam ; quæ titulo, quem continebat, evidens indicium dabat, cujus in eo loco Martyris membra jacuissent. Quod, ut par erat, cum summa veneratione suscipientes levant, et munda sindone involutum Diacono ferendum atque servandum tradunt. Ac ne ulla sublati corporis indicia remanerent, lapidem loco suo reponentes, in urbem ad hospitia revertuntur. Diaconus autem corpus beatissimi Martyris, quod acceperat, juxta basilicam B. Petri Apostoli, quæ vocatur Ad Vincula, ubi et ipse domum habebat, se servare velle ac posse affirmans, fratri suo nomine Lunisoni ad custodiendum commisit : arbitratusque, notario meo hoc satis factum D esse, cœpit illum hortari, ut accepto corpore B. Marcellini, rediret in patriam.

et aufert S. Marcellini corpus

[illegible] ambo

9 Sed ille longe aliud meditabatur ac mente volvebat. Nam ut mihi postea retulit, videbatur illi nequaquam sibi licere, cum solo B. Marcellini corpore in patriam regredi ; quasi ratus esset, ut corpus B. Petri Martyris, qui ei socius in passione fuerat, et per quingentos et eo amplius annos in eodem sepulcro unacum illo requieverat, illo inde transeunte, ibi remaneret. Atque hac cogitatione mente concepta, tanta animi sui parturitione simul ac perturbatione laborabat, ut nec cibum capere, nec somno acquiescere dulce sibi videretur atque jucundum, nisi Martyrum corpora, sicut in passione ac monumento conjuncta fuerant, sic etiam peregre profectura jungerentur. Sed de hoc qualiter fieri posset, vehementer ambigebat : noverat enim neminem a se Romanum inveniri posse, qui sibi ad hoc ullum ferret auxilium, sed ne talem quidem, cui hæc animi sui secreta auderet ostendere. In hac cordis anxietate constitutus, reperit quemdam Monachum peregrinum, nomine Basilium, qui ante biennium de Constantinopoli Romam venerat : atque ibi in monte Palatino apud alios Græcos, qui ejusdem professio- E nis erant, cum quatuor discipulis suis hospitium habebat. Hunc adiit, atque ei quam patiebatur sollicitudinem aperuit. Tum consiliis ejus animatus, et orationibus fretus, tantam accepit in corde suo constantiam, ut statueret rem, quamvis cum periculo capitis sui, celerrime experiri. Vocatoque ad se comite suo Hildoini Presbytero, cœpit cum eo tractare, ut iterum ad basilicam B. Tiburtii, sicut prius fecerant, clanculo pergerent ; ac tumbam, qua Martyris corpus reconditum credebatur, aperire denuo molirentur.

optans et S. Petri Reliquias nancisci,

consulit Monachum Græcum,

10 Placuit consilium ; assumptisque, quos secum adduxerant, pueris, hospite eorum penitus ignorante quo irent, clam nocte profecti sunt. Cumque ad locum ventum esset, votis pro re prosperanda ante ædis januam factis, ingrediuntur : divisisque sociis inter se, Presbyter ad corpus B. Tiburtii quærendum in ipsius basilica cum aliquibus remansit ; Ratleicus cum reliquis in adhærentem eidem ecclesiæ cryptam ad B. Petri corpus accessit ; apertoque sine ulla difficultate sepulcro, sacra sancti Martyris membra nullo prohibente sustulit ; et serico pulvino, quem ad hoc præparaverat, recepta diligenter involvit. Interea Presbyter, qui corpus Beati Tiburtii quærebat, magno labore frustra consumpto, postquam se vidit nihil posse proficere, relicto opere, in cryptam ad Ratleicum descendit ; et quid sibi faciendum esset, ab eo quærere cœpit. Cui cum ille arbitrari se diceret, quod S. Tiburtii essent inventæ, eique id de quo dicebat ostenderet (Nam paulo ante, quam idem Presbyter ad eum in cryptam venisset, reperit in eodem sepulcro, in quo SS. Marcellini et Petri sacra corpora jacuerunt, foramen quoddam rotundi schematis, trium ferme pedum longitudine introrsus excavatum, pedali amplitudine patens, et in eo minuti pulveris non modicam portionem repositam) visum est ambobus, quod hic pulvis de corpore B. Tiburtii ossibus inde sublatis remanere potuisset : et ob hæc, ut difficilius inveniretur, medio loco inter B. Marcellinum et Petrum in eadem tumba fuisset repositus : convenitque inter eos, ut eum Presbyter sumeret, et pro Reliquiis B. Tiburtii secum deferret.

eoque per vim illas tollit,

nec non cineres creditos S. Tiburtii

11 His ita transactis atque dispositis, cum rebus, quas repererunt, ad hospitia sua reversi sunt. Post hæc Ratleicus cum hospite suo locutus, rogat ut sibi sacros B. Marcellini cineres, quos ei ad servandum commendaverat, reddat, seque in patriam redire

A Eginhardo et alias quasdam ab hospite accipit.

A redire volentem nulla non necessaria dilatione detineat. Cui ille non solum quod repetebat sine mora restituit, verum etiam de sanctorum Reliquiis in una ligatura collectis, haud parvam portionem mihi deferendam obtulit : et requisitus de nominibus eorum, mihi se illa dicturum, quando ad me venisset, respondit. Monuit tamen, ut eadem veneratione, qua ceteræ sanctorum Martyrum Reliquiæ colerentur, et quod non minoris apud Deum essent meriti, quam B. Marcellinus et Petrus : et hoc me esse crediturum, cum primum ad me nominum illorum notitia pervenisset. Suscepit ille munus oblatum, atque id, ut sibi persuasum erat, sanctorum Martyrum corporibus sociavit.

ANNOTATA D. P.

a *MS. Reginæ*, Holanoluuald, *alibi* Odonowald.

b *Nondum quidem facta, sed postulanda, ut supra dixi.*

c *Surius* Augustam Suessorum, *quo etiam modo in Vita S. Medardi 8 Junii a Fortunato appellatur num.* 36 *post Acta quæ dabimus.*

B d *Hilduinus factus Abbas anno* 817, *sed anno* 830 *in exilium pulsus, et revocatus anno* 833, *mortuus et in Abbatia S. Medardi sepultus anno* 842. *Fuit idem etiam Abbas S. Dionysii et S. Germani apud Parisienses.*

e *Hanc esse ecclesiam* SS. Marcellini et Petri, a Constantino Magno constructam, *asserit Baronius anno* 826 *num.* 16, *quod* esset ob sui amplitudinem et altitudinem longius perspicua.

CAPUT II.

Sacræ Reliquiæ per diversa loca delatæ in Michilmstat, et post varias visiones in Mullinheim, postea Selingenstat dictam.

Ratleicus socios Papiam præmissos sequitur.

Inito consilio cum hospite suo, sacrum illum ac desiderabilem thesaurum, in scriniis reconditum atque signatum, per Lunisonem fratrem ejus, cujus superius fecimus mentionem, nec non et Presbyterum Hildoini, qui secum venerat, Papiam usque deportari fecit : ipse cum eodem hospite suo Romæ substitit, opperiens atque auscultans per continuos septem dies, si de sublatis Sanctorum corporibus aliquid ad notitiam civium pervenisset. Cumque vi-
C disset nullam a quolibet extraneo de hoc facto fieri mentionem, latere illud existimans, post eos, quos præmiserat, sumpto secum hospite suo, profectus est. Quos cum Ticini, apud basilicam B. Joannis Baptistæ, quæ vulgo *a* Domnanæ vocatur, ac tunc ex beneficio Regum ad meam pertinuit potestatem, adventum eorum præstolantes invenissent; statuerunt etiam, ut et ipsi aliquot diebus ibi morarentur; et propter jumentorum, in quibus venerant, refectionem, et propter seipsos ad longiorem viam præparandos.

et Deusdona cum socio Suessionas dimisso,

13 In hoc morarum suarum articulo fama exiit, Legatos sanctæ Romanæ Ecclesiæ a Pontifice ad Imperatorem *b* directos, illo brevi esse venturos. Itaque veriti de adventu illorum aliquid sibi incommodi, vel etiam impedimenti accidere posse, si se ibi deprehenderent; decreverunt ut quidam ex eis abeundo, adventum eorum festinando prævenirent; alii in loco remanerent, et re, de qua soliciti erant diligenter investigata, post eorumdem Legatorum abscessum socios suos, quos præmiserant, sequi properarent. Cum ita inter eos de hac re constitisset, Deusdona cum Presbytero Hildoini Legatos Roma venientes præcessit : et Augustam Suessiorum, ubi Hildoinum esse rebatur, quanta potuit festinatione

D contendit : Ratleicus vero cum thesauro, quem secum habebat, Papiæ remansit, exspectans donec Legati Sedis Apostolicæ præterirent : ut illis Alpes trangressis, viam suam securius carpere potuisset. Veritus itaque ne Presbyter Hildoini, qui cum Deusdona præcesserat, quique omnium, quæ apud eos gesta vel tractata fuerant, plenariam atque integram notitiam habebat, quia vafer ac lubricæ fidei videbatur, aliquid impedimenti sibi in via, qua ire dispositum habebat, machinari debuisset, altera sibi eundum judicavit : missoque ad me procuratoris nostri Ascolfi puero cum litteris, quibus me et de reversione sua, et de allatione thesauri, quem divinitus adjutus invenerat, certum efficeret; ipse postquam Romanos ex conjectura mansionum, quæ eis parabantur, Alpes superasse putavit, Papia relicta, sexta die ad *c* S. Mauritium venit. Ibique, comparatis quæ ad hoc necessaria videbantur, sacra illa corpora, loculo inclusa, feretro imposuit; atque inde promovens, palam et aperte, cum adjutorio populi occurrentis, portare cœpit.

ipse cum Reliquiis Agauno

Solodurum pervenit:

14 Ubi autem locum, qui Caput laci *d* vocatur, prætergressus, bivium *e*, quo itinera in Franciam ducentia dirimuntur, attigit : dexteriorem viam ingressus, per Alamannorum fines usque ad Solodorum *f* Burgundionum oppidum venit. Ibi obvios
E habuit, quos ego, post indicium adventus illius mihi factum; de *g* Trajecto ei occurrere jussi. Nam ego tunc temporis juxta Scaldim fluvium in monasterio S. Bavonis *h* eram, quando litteræ notarii mei per puerum procuratoris nostri, cujus superius mentionem fecimus, mihi redditæ sunt. Ex quarum lectione de adventu Sanctorum certior factus; illico unum ex familiaribus nostris Trajectum ire, ibique Presbyteros atque alios Clericos, nec non et laicos secum sumere, ac Sanctis venientibus ubicumque primum potuisset, obviam festinare præcepi. Et is nihil moratus, cum his quos secum duxerat in loco memorato, post paucos dies his, qui Sanctos adferebant, obviavit : junctique simul, comitantibus jam atque hinc inde concurrentibus hymnidicis populorum turmis, cum ingenti omnium lætitia Argentoratum *i* urbem, quæ nunc Strasburg appellatur, celeriter veniunt. Inde per Rhenum secunda aqua navigantes, cum ad locum, qui Portus *k* vocatur, venissent, orientalem fluminis ripam egressi, quinta mansione ad locum Michilunstat *l* nuncupatum : cum immodica hominum
F in Dei laudibus exultantium multitudine, perveniunt. Is locus est in eo saltu Germaniæ, qui tempore moderno *m* Odonowald appellatur, et distat a Mœno flumine circiter leugas sex. In quo cum basilicam noviter a me constructam, sed nondum dedicatam invenissent, in hanc illos sacros cineres intulerunt, et velut ibi perpetuo permansuros deposuerunt.

atque inde post acceptos Clericos submissos,

Argentoratum, et Michilstadium.

15 Cumque id mihi fuisset allatum, confestim illuc, quanta potui celeritate *n*, venire festinavi. Ubi cum triduo post adventum nostrum exacto, quidam puer Ratleici, jubente eo, officio Vesperarum completo, ceteris exeuntibus solus in ecclesia remansisset; et clausis januis, juxta illa sacra corpora in parva sellula quasi vigilaturus consedisset; subitaneo somno depressus, vidit quasi duas columbas per dexteriorem absidæ fenestram volando intrare, et in culmine lecti super ipsa Sanctorum corpora considere : quarum altera tota alba, altera cani et albi coloris mixturæ variæ videbatur. Cumque in eodem culmine diutius deambularent, et consuetum columbis gemitum vicissim velut colloquentes edidissent, rursus per eamdem fenestram egressæ, non comparuerunt : secutaque vox supra caput pueri sonuit : Vade, inquit, et dic Ratleico, ut indicet domino suo

ubi sancti indicant se velle alio transferri.

A suo, quia isti sancti Martyres nolunt, ut eorum corpora in hoc loco requiescant : alium enim elegerunt ad quem celeriter migrare dispositum habent. Hujus vocis auctor ab eo videri non potuit : qua tamen finita, evigilavit, somnoque excitus, reverso ad basilicam Ratleico, quid vidisset indicavit. At ille in crastinum, ubi me primum convenire potuit, quid sibi puer suus retulisset, mihi nuntiare curavit. Ego autem, licet hujusce visionis arcanum spernere non auderem, statui tamen operiendum alicujus signi certioris indicium : atque interim illos sacros cineres, de linteis in quibus ligati venerant sublatos, sericis ac novis pulvinis insuere feci. Cumque in eorum inspectione Reliquias B. Marcellini minoris quantitatis, quam S. Petri esse cernerem ; arbitratus sum eum in statura corporis sui minoris fuisse mensuræ, quam S. Petrum. Sed hoc aliter se habere, furtum postea patefactum approbavit : quod um, vel quando, vel a quo, vel qualiter admissum ac proditum sit, suo loco dicturus sum : nunc ordo narrationis inchoatæ texendus atque tenendus est.

16 Igitur postquam illum magnum atque mira-
B bilem, omni præ auro pretiosiorem, inspexi thesaurum; loculus, in quo idem continebatur, propter vilitatem materiæ de qua compactus erat, cœpit mihi oppido displicere. Quem emendare cupiens, quadam die, post completum vespertinum Officium, præcepi uni ex æedituis, ut mensuram loculi virga collectam mihi afferret. Cum ille hoc facturus cereum accenderet, et circumpendentia pallia, quibus idem loculus tegebatur, sublevaret; animadvertit loculum mirum in modum humore sanguineo undique distillantem : et rei novitate perterritus, hoc quod viderat propere mihi nuntiare curavit. Tum ego, cum his, qui aderant Sacerdotibus accessi, et illud stupendum atque omni admiratione dignum miraculum aspexi. Nam ut columnæ atque abaci vel signa marmorea, pluvia instante, sudare ac circumfluere solent ; sic loculus ille, qui sacratissima corpora continebat, vero cruore madens, et ex omni parte perfusus inventus est. Terruit nos insolita et numquam prius audita miraculi species. Quapropter, inito consilio, triduanum jejunium cum supplicationibus facere decrevimus, ut ex revelatione divina scire mereremur, quid sibi vellet, quidve faciendum moneret magnum illud et ineffabile prodigium. Itaque peracto illo triduano jejunio, cum jam
C advesperasceret, humor ille cruoris horrendi subito cœpit arescere; ac mirum in modum, qui per continuos septem dies more perennis aquæ sine intermissione distillabat, sic intra paucissimas horas exiccatus est, ut eo noctis tempore (nam Dominica erat) quo signo dato ad antelucanum Officium celebrandum ecclesiam intravimus, nullum jam in loculo vestigium illius posset inveniri. Lintea vero, quæ circa loculum pendebant, ut eodem fuerunt humore repersa, ita ut erant sanguineis maculis infecta servare jussi : in quibus adhuc magnum illius inauditi portenti paret indicium. Constat enim humorem illum saporis fuisse subsalsi, ad lacrymarum videlicet qualitatem : et tenuitatem quidem aquæ, colorem autem veri sanguinis habuisse.

Sanguis e Reliquiis eorum fluit tribus septem;

qui post triduanum jejunium sistitur quidem,

17 Eadem nocte cuidam ex pueris nostris, nomine Ruodlando, per quietem duo juvenes visi sunt adstitisse, qui ei, ut ipse testatus est, de transferendis Sanctorum corporibus multa mihi dicenda mandaverunt, et ad quem locum, vel qualiter id fieri deberet, ostenderunt : et ut hoc mihi sine mora fuisset nuntiatum, terribiliter comminando præceperunt. Qui mox ut me adire potuit, omnia quæ jussus fuerat, mihi intimare curavit. Quibus auditis, curis ingentibus æstuare, et quid mihi esset

perguunt in eorum sancti translationem urgere

agendum, animo tractare cœpi : utrum iterum je- D
junia et supplicationes celebrandæ, ac Deus rursus pro nostra curiositate sollicitandus ; an aliquis, Deo devote ac perfecte serviens, esset quærendus, cui anxietatem cordis nostri et curarum nostrarum querimonias indicare, quemque rogare potuissemus, ut orationibus suis a Deo nobis hujus rei manifestationem impetraret. Sed ubi vel quando ille talis Christi famulus a nobis posset inveniri, præsertim in illa regione, in qua tametsi quædam cœnobia, ab eo loco in quo eramus, haud longe posita, esse constabat; tamen, propter rudem in his locis ejus conversationis institutionem, aut rarus aut nullus erat, de cujus sanctitate tale aliquid vel tenuis fama loqueretur. Interea dum his anxiatus curis sanctorum Martyrum suffragium implorassem, atque omnes qui una nobiscum erant, ut idem facerent, sedulo commonuissem, factum est ut per continuos dies nulla nox præteriret, in qua vel uni vel duobus, vel etiam tribus sociorum nostrorum, in somnis revelatum non fuisset, quod illa Sanctorum corpora de eo loco in alium essent transferenda. Ad extremum autem cuidam Presbytero de his qui ibi nobiscum
E erant, nomine Hildfrido, apparuit in visione, ut ipse fatebatur, vir quidam habitu Sacerdotali, canitie veneranda conspicuus, candida veste indutus, qui eum talibus verbis compellavit : Cur, inquit, Einhardus tam duri cordis tantæque obstinationis est, ut tot revelationibus non credat, ac tot monita divinitus missa arbitretur esse contemnenda? Vade et dic ei, quia hoc, quod beati Martyres de suis corporibus fieri desiderant, infectum remanere non poterit, quamvis ille hactenus voluntatem eorum in hac re facere distulisset. Etiam tunc, si non velit ut hujus facti meritum ad alium transeat, festinet eorum adimplere jussionem ; et ad locum, quem ipsi elegerunt, corpora illorum deportare non negligat.

A. EINHARDO.

variis apparentes.

18 Post has aliasque multimodas ad me perlatas admonitiones, visum est mihi illam sacrorum cinerum translationem non esse diutius differendam : ac proinde, inito consilio, decrevimus, ut id, quanto celerius fieri potuisset, perficere certaremus. Igitur omnibus, quæ ad hanc devectionem necessaria videbantur, raptim et cum summo studio præparatis; prima luce, post completum matutinum Officium, sacrum illum et inæstimabilem thesaurum, cum ingenti luctu ac mœrore illorum qui in loco erant remansuri, sustulimus, atque iter ingressi portare F
cœpimus; comitante nos pauperum turba, quæ illo per eos dies ob eleemosynam accipiendam undecumque confluxerat : nam circa manentes populi, quid apud nos ageretur, penitus ignorabant. Erat cœlum grave sordidis nubibus, et quæ in imbrem pluviam cito resolvi possent, nisi id divina virtus fieri prohiberet : nam tota nocte illa intantum sine intermissione pluebat, ut nobis iter illud ea die inchoari posse minime videretur. Sed illam nostram dubitationem, ex infirmitate fidei venientem, superna gratia per suorum merita Sanctorum, longe aliter atque existimavimus, habere se fecit, quando viam, per quam incessimus, in aliam quam sperabatur qualitatem vidimus fuisse commutatam : nam et luti parum invenimus; et rivos, qui in tam grandi ac jugi pluvia, ut ea nocte erat, crescere solebant, pene nihil crevisse reperimus. Ubi vero de saltu egressi, proximas villas accessimus, frequentibus obviorum ac Deo laudes dicentium turbas excipimus : qui nos per octo fere leugarum spatium comitati, nobis ac nostris et in sacro onere ferendo devoti adjutores, et in divinis laudibus dicendis impigri fuere concentores.

Istis motus Auctor

illam orditur serenato repente cœlo.

19 At ubi vidimus, quod ea die ad locum destinatum pervenire non poteramus, divertimus ad vil-

A EGINHARDO. Ad eas in Ostheim depositas, *o*

A lam Ostheim *o* appellatam, quæ viæ nostræ contigua cernebatur: et inclinante jam vespera, in basilicam B. Martini, quæ in eadem villa est, sancta illa corpora intulimus. et sociis nostris ad excubias ducendas ibi dimissis, ego cum paucis, ad locum quo tendebamus, festinando præcessi; et ea, quæ ad receptionem sanctorum corporum usus postulabat, per noctem præparavi. Ad basilicam vero, in qua illorum sacrosanctum thesaurum dimisimus, sanctimonialis quædam paralytica, nomine Ruodlang, de monasterio Machesbach, quod ab eadem ecclesia unius leugæ spatio disparatum erat, ab amicis suis ac propinquis in carro adducta, cum juxta feretrum Sanctorum inter ceteros vigilans atque orans pernoctaret, recepta omnium membrorum sanitate, propriis pedibus, nullo sustentante, vel quolibet modo adminiculante, ad locum unde venerat, in crastinum regressa est.

paralytica sanatur;

20 At nos albescente cœlo surgentes, sociis nostris venientibus obviam ire perreximus; habentes nobiscum immodicam vicinorum nostrorum multitudinem; qui fama adventus Sanctorum exciti, ad hoc primo diluculo pro foribus nostris constiterunt, ut una nobiscum Sanctis obviam procederent. Et B occurrimus eis in eo loco, ubi Gaspentia *p* fluviolus Mœno miscetur. Inde pariter incedentes, ac Domini nostri Jesu Christi misericordiam collaudantes, sacras illas beatissimorum Martyrum exuvias ad Mulinheim *q* superiorem (Sic enim moderno tempore locus ille vocatur) cum magna omnium qui ibi adesse potuerunt lætitia et exultatione, detulimus: sed præ nimia populi multitudine, quæ præcedens cuncta compleverat, neque ecclesiam adire, neque feretrum in eam inferre valuimus: idcirco in campo adjacente, atque in loco editiore, altare sub divo ereximus; ac feretro pone altare deposito, Missarum solennia celebravimus. Quibus expletis, ac multitudine ad sua recedente, in ecclesiam a beatis Martyribus jussam, eorum sacratissima corpora intulimus: ac feretro propter altare locato, iterum Missam celebrare curavimus: ibique inter celebrandum, puer quidam, annorum circiter quindecim, nomine Daniel, de paga Portiano, qui huc inter alios pauperes mendicando venerat; atque ita curvus erat, ut nisi supinus atque jacens cœlum aspicere nequivisset, ad feretrum accessit; ac subito, velut ab aliquo impulsus, corruit: cumque diu velut dormienti similis jacuisset, correctis omnibus membris, C et recepta firmitate nervorum, coram oculis nostris surrexit incolumis. Facta sunt hæc decimo sexto Kalendas Februarias *r*, et erat ejus diei tanta et tam clara serenitas, ut æstivi splendorem solis adæquaret; atque ipsius aeris tam mitis atque jucunda tranquillitas, ut veris temperiem apricitate blanda præcederet.

p eadem in Mulinheim perferuntur.

q coram iis Missa sub dio celebratur.

et puer misere contractus revalescit. *r*

21 Postridie vero sacra beatorum Martyrum corpora, novo loculo recondita, in absida basilicæ locavimus; et sicut in Francia mos est, superposito ligneo culmine, linteis ac sericis palliis ornandi gratia conteximus, apponentes altare; ac duo vexilla Dominicæ passionis, quæ in via feretrum præcedere solebant, hinc atque inde erigentes; locum illum divinis Officiis celebrandis, pro modulo paupertatis nostræ, idoneum atque aptum facere curavimus: Ordinatisque *s* Clericis, qui inibi assidue et excubias ducerent, ac divinis laudibus dicendis curam soleter impenderent, ipsi non solum nostra sponte, sed etiam regali diplomate, quod nobis in via obviam venerat, evocati, Domino iter nostrum prosperante, ad palatium *t* sumus cum magna exultatione regressi.

Iisdem reconditis, adjungitur Clericorum collegium *s* *t*

D

ANNOTATA D. P.

a *Impressa* Donnarum, *seu* Dominarum. *duæ enim erant Papiæ* S. Joannis Bapt. Ecclesiæ, *quarum una, a Theodelinda Regina fuit magnificentissime extructa et dotata, de qua Bernardus Saccus Hist. Ticinen. lib. 9 cap. 5, eamdemque Stephanus Breventanus, lib. 3 cap. 11, aut a* Burgo *cognominari, quia sit extra primum murorum ambitum; aut etiam* a Palude. *Aliud tamen vetus cognomen fuit: nam Paulus Diaconus, de gestis Longobard. lib. 4 cap. 49, de Gundiberga Regina, Theodelindæ filia, agens;* Hæc, *inquit,* id exemplum suæ genitricis, sicut illa in Modicia, sic et ista intra Ticinensem civitatem, basilicam in honorem B. Joannis Bapt. construxit. *Saccus addit, lib. 9 cap. 9, quod eam,* in honorem sui sexus, Donnarum *(id est mulierum)* nuncupavit. *Quomodo autem aut quando hæc data sit Monachis, atque ita in Eginhardi jurisdictionem venerit, Ticinensibus indagandum relinquo: interim Platinam recte corrigit Saccus, qui in Vita Joannis IV, illam ecclesiam Terracinæ adscripsit, et in eumdem errorem (cujus nulla uspiam occasio apparet) traxit Sabellicum.* E

b *Scriptor Gestorum Ludov. Pii, ad an.* 826, *hujus legationis meminit, et Ingelhemii auditam ait* ad Kalend. Junias, *eaque functos, Leonem Centumcellen. Episcopum, et Theophylactum Nomenclatorem, pro tunc Romano Pontifice Eugenio II.*

c Agaunum *intelligit, ubi* S. Mauritius *cum Thebæis martyrio coronatus, nomen loco dedit, uti dicitur 22 Septembris: est autem locus in Sabaudia ad Rhodanum, 9 circiter Leucis distans Seduno Helvetiorum, quod ei ad Orientem jacet.*

d Lacus Lemanus *seu* Genevensis, *initium sumit ad oppidum* Neuville, *ita forsan mutato nomine hic dictum, 5 leucis infra S. Mauritium.*

e Bivium *hoc haud longe ultra Lacum concipio, distinctiorem notitiam libenter a locorum peritis accepturus.*

f *Hoc tempore* Solodorum *seu* Solodurum *est urbs fœderatorum Helvetiorum, quorum tota ditio olim inter Alamannos et Burgundos divisa fuit, sic ut horum pars etiam Minor Burgundia diceretur. Distat autem* Solodurum *ob oppido S. Mauritii plus quam 40 leucis in Boream.*

g Trajectum *ad Mosam infra Leodium intelligitur.*

h S. Bavonis monasterium *erat in urbe Gandensi, quo loco castrum nunc est erectum: nam et hanc Abbatiam, eique vicinam S. Petri in monte Blandinio, Eginhardus tenebat, qui utriusque in suis epistolis meminit.* F

i *Iter Soloduro* Strasburgum, *civitatem ad Rhenum sitam, atque Alsatiæ Metropolim, censetur esse leucarum circiter 50.*

k *Videtur hic* Portus *inveniendus paulo infra Neckari et Rheni confluentes, id est, infra Manhemium, unde 8 circ. leucis distat, qui signatur locus.* Mansiones *autem hic dicuntur, quæ Germanis* Rast, *loca quietis et sesquihora fere ab invicem distant, ad commoditatem onera portantium instructa reclinatoriis, 4 fere pedes elevatis a terra.*

l Michelstatium, *seu* Michelstad *in Comitatu hodierno Erpachensi.*

m *Hodie* Ottenwald.

n *Emenso circiter 120 leucarum itinere, quantum Gandavum (ubi tunc erat Eginhardus) distat Michelstadio, adeo ut, si mense Octobri illatæ illuc Reliquiæ sunt, credi possit Ratleicus huc appulisse mense Novembri, vel etiam Decembri.*

o Ostheim, *notatur ad exitum Silvæ Ottonianæ, tribus fere leucis antequam veniatur Selingenstadium.*

A p *Utique inter Selingenstadium et Aschaffenburgum; quamvis nullum ibi rivulum exprimant tabulæ topographicæ, nedum* Gaspentiæ *nomen.*

q Mullinheim, *est* Selingestadt, *ut supra dictum.*

r *Festo scilicet S. Antonii, eo anno* 827 *cadente in Feriam* 5.

s *Putat Mabilio, quod* Eginhardus, *hoc in opere,* Clericorum nomine Monachos intelligat; Aut certe dicendum est, *inquit.* Clericos primum, postea Monachos institutos fuisse eo in loco. *Posterior conjectura magis genuina mihi videtur: nec enim tam facile fuit statim monasterium condere, quam Clericos aliquot, interim ibi deservituros, ordinare; monasterium tamen vivente adhuc Eginhardo factum, colligit Mabilio ex ejus Epist.* 4, *ubi Werdricus quidam Fuldensis Monachus, per sui Abbatis licentiam, dicitur Selingenstadii conversatus. quæ licentia haud ita facile data fuisset, si nullos dum Monachos locus habuisset.*

t *Intelligitur Aquisgranense, ubi tum Ludovicus Pius Imp. residebat.*

CAPUT III.

B *Aliquæ Reliquiæ S. Marcellini, olim ablatæ, impetrantur. et ad alia loca transferuntur. Miracula facta.*

Liber II a Aquisgrani colloquens cum Hilduino de Reliquiis Auctor,

Transactis adhuc dum paucis, postquam ad Comitatum a veneram, diebus; ego, secundum consuetudinem aulicorum maturius surgens, primo mane palatium petii. Ibi cum ingressus, Hildoinum, cujus libro superiore mentionem feci, ante fores regii cubiculi sedentem, atque egressum Principis operientem, invenissem; ex more salutatum surgere, atque ad quamdam fenestram, de qua in inferiora palatii conspectus erat, mecum accedere rogavi. Ad quam pariter stando incumbentes, de translatione sanctorum Martyrum Marcellini et Petri, nec non et de miraculo, quod in fluxu cruoris, quo loculum eorum septem diebus sudasse commemoravi, ostensum est, mirando multa sumus locuti. Cumque ad id loci sermocinando venissemus, ut etiam de vestimentis, quæ cum corporibus eorum inventa sunt, mentio fieret; atque ego miræ subtilitatis vestem B. Marcellini fuisse dicerem; ille, velut qui rem æque ut ego notam haberet, vera me de vestibus dixisse respondit. Hic ego stupefactus atque admirans, percontari cœpi, unde illi hæc vestimentorum, quæ numquam viderat, notitia contingere potuisset. C At ille me intuitus, paululum siluit: ac deinde, Satius, inquit, esse arbitror, ut per me cognoscas, quod me tacente, tamen per alios celeriter es cogniturus: et ego illius rei sim proditor simplex, quam fortasse alter si prodiderit, non simpliciter enuntiabit: neque enim potest, quia sic natura comparatum est, ut hoc quisquam veraciter dicere nequeat, cujus notitiam non per seipsum, sed aliorum relatione fuerit assecutus: tuæ tantum fidei committo, qualiter inde mecum acturus sis, postquam meo relatu omnem rei gestæ veritatem agnoveris.

23 Cui cum me non aliud acturum, quam quod inter nos conveniret, brevi sermone respondissem; Presbyter, inquit, ille, qui ad deferendas B. Tiburtii Reliquias Romam meo jussu profectus est, cum id, propter quod illo venerat, ita ut volebat perficere nequivisset, jamque notarius tuus, acceptis, de quibus loquimur, sanctorum Martyrum Reliquiis, domum redire statuisset; iniit cum illo consilium, ut illo Romæ paululum moras faciente, ipse, cum Lunisone *b* fratre Deusdonæ et cum hominibus ejus, qui illos sacros cineres ferre debebant, Papiam usque præcederet, ibique illius ac D Deusdonæ præstolaretur adventum. Placuit ambobus ista conventio, illisque Romæ substantibus, Presbyter cum Lunisone ac pueris Reliquias ferentibus Papiam proficiscitur. Quo cum esset perventum, scrinia sacros cineres continentia in ecclesia tua pone altare sunt posita, atque ab excubantibus in eadem basilica Clericis ac laicis diligenti solertia custodita. Quadam vero nocte, cum et ipse inter ceteros ad easdem excubias in ecclesia vigilaret; contigit, ut ipse asserit, circa mediam fere noctem, ut obripiente paulatim somno, universi qui intra eamdem basilicam vigilandi gratia convenerant, præter se solum obdormirent. Tum sibi in mentem venisse, visumque fuisse non sine magna quadam causa factum. ut tot hominibus tam subitaneus sopor obrepserit: ratusque sibi oblata occasione utendum, surrexit, atque accenso lumine, ad scrinia silenter accessit. Tum filis sigillorum admota cerei flamma crematis, scrinia sine clave celeriter aperuit; ac de utroque corpore portionem, quæ ei videbatur accipiens, sigilla ut erant integra filorum crematorum summitatibus annectit; nulloque id E factum sentiente, in loco suo resedit. Post hæc sublatas tali furto Sanctorum Reliquias, cum ad me fuisset reversus, detulit: primoque illas non S. Marcellini vel Petri, sed S. Tiburtii esse asseveravit. Deinde cum nescio quid vereretur, secrete mecum locutus, quorum Sanctorum essent Reliquiæ, quoque modo eas fuisset adeptus, patenter aperuit. Habemus illas apud S. Medardum in loco celebri honorifice collocatas, ubi ab omni populo cum magna veneratione coluntur; sed utrum eas nobis habere liceat, in tuo manet arbitrio.

Hilduino partem earum Papiæ sublatam audit,

et ipsi Hilduino allatam:

24 His auditis recordatus sum, quid in itinere, quo proxime ad Palatium proficiscebar, a quodam hospite meo audierim. Qui inter cetera, quæ mecum loquebatur, Numquid nosti, ait, qualis de sanctis Martyribus Marcellino et Petro per hanc regionem fama dispersa sit? Cumque id me nescire responderem; tum ille; Dicunt, inquit, qui de *c* S. Sebastiano veniunt, quod Presbyter quidam Hildoini Abbatis, qui una cum notario tuo Romam profectus est, cum inde reverterentur, et in quodam loco communi diversorio uterentur, tuis omnibus ebrietate ac somno depressis, et id quod agebatur penitus ignorantibus, scrinia quibus Sanctorum corpora continebantur, aperuisset, eaque inde sustulisset, atque abiens Hildoino detulisset, et modo apud S. Medardum sint: in scriniis vero tuis parum quiddam sacri pulveris remansisse, quod ad te F per notarium tuum perlatum sit. Horum reminiscens, eaque cum his quæ ab Hildoino dicebantur conferens, non modica mentis perturbatione commotus sum; ob hoc præcipue, quia nondum inventum habebam consilium, quo illam execrabilem atque astutia diaboli ubique divulgatam famam extinguere, ac de cordibus deceptæ multitudinis depellere potuissem. Illud tamen optimum judicavi, ut Hildoinum rogarem idipsum mihi reddere, quod de meis scriniis sublatum, et ad se delatum atque a se receptum, post illam spontaneam confessionem, negare non poterat. Quod etiam quanta potui instantia facere curavi: et licet ille paulo durior ac difficilior, quam optaveram, in assensione fuisset; victus tamen est sedulitate precum mearum, cessitque improbitati meæ, qui se paulo ante nullius jussioni, in hac præsertim causa, cessurum pronuntiaverat.

quod quia jam fama spargere cœperat;

restitutionem petit:

25 Interea missis ad Ratleicum et Lunisonem litteris (erant enim in eo loco, ubi Martyrum corpora collocavi) qualis per totam pene Galliam de iisdem sanctis Martyribus fama esset, eis indicare curavi: commonefaciens eos, ut cogitarent si aliquid

aliis ... Romæ se ... factum, asseren...,

A BGINHARDO.

A quid tale vel simile his, quæ Hildoinus de facto Presbyteri sui asserebat, in via eorum factum advertere vel reminisci potuissent. Qui statim ad me in palatium venientes, valde disparem his, quæ Hildoinus dicebat, fabulam detulerunt. Nam in primis omnia, quæ Presbyter ille Hildoino retulerat, falsa esse testati sunt; neque ullam posteaquam Roma exierunt, vel illi Presbytero vel cuilibet alteri datam fuisse occasionem, per quam ad ejusmodi facinus perpetrandum aditum habere potuisset. Sed hoc ipsum, quod de sacris Martyrum cineribus aliter atque debuerat accidisse, constabat Romæ in domo Deusdonæ, per avaritiam Lunisonis et vafritiam memorari Presbyteri contigisse: eo videlicet tempore, quo corpus beati Marcellini de tumba sua sublatum, in domo Deusdonæ servabatur: modumque facti talem fuisse dixerunt. Memoratus ille Hildoini Presbyter, spe, quam de S. Tiburtii corpore adipiscendo conceperat, frustratus, ne omnino vacuus ad dominum suum reverteretur, quod fide non poterat, fraude assequi molitus est. Nam Lunisonem aggressus, quia pauperem ac proinde cupidum esse cognoverat, oblatis ei quatuor aureis nummis, quinisque argenti solidis, ad B proditionem faciendam allexit. Accipiens enim oblatam pecuniam, arcam in qua corpus beati Marcellini erat a Deusdona depositum atque inclusum, aperuit; et illi nequissimo nebuloni auferendi ex ea, quod vellet, qualem ipse optaverat potestatem fecit. Nec bene in ea rapina parcus fuit: nam tantum de sacris beati Martyris cineribus sustulit, quantum vas, sextarii mensuram habens, capere posse videbatur. Hoc eo modo factum esse, ipse qui id cum memorato Presbytero machinatus est Luniso, pedibus meis provolutus flendo testatus est.

idque de corpore solius S. Marcellini:

26 Tum ego, rei veritate comperta, Ratleicum ac Lunisonem eo unde venerant redire præcepi. Ac deinde cum Hildoino locutus, conventione inter nos facta, quando sacræ mihi Reliquiæ redderentur, duos Clericos de domo nostra, Hiltfridum videlicet ac Filimarum (Alter Presbyter, alter *d* Subdiaconus erat) ad recipiendas eas Augustam *e* Suessionum pergere jussi, mittens per eosdem ad locum, de quo eædem Reliquiæ auferendæ erant, benedictionis gratia nummos aureos numero centum. Qui ubi ad monasterium S. Medardi in die Palmarum *f* venissent, per traditionem memorati sunt, C et recepto illo, propter quem missi fuerant, incomparabili thesauro; comitantibus secum duobus ex eodem monasterio Fratribus, quanta potuerunt celeritate, ad palatium reversi sunt: Reliquias tamen non mihi, sed Hildoino detulerunt. Quas ille recipiens, in oratorio domus suæ fecit custodiri, usque dum transactis Paschalis festi occupationibus vacuum tempus haberet, quo mihi id, quod reddendum erat, priusquam redderet, ostendere potuisset. Completisque post sanctum Pascha octo vel eo amplius diebus, cum Rex venandi gratia de palatio fuisset egressus; Hildoinus, secundum quod inter nos convenerat, memoratis Reliquiis de oratorio suo, ubi servabantur, sublatis atque basilicæ sanctæ Dei Genitricis illatis, altarique superpositis, me ut eas susciperem fecit acciri. Tum capsam, in qua Reliquiæ continebantur, aperiens, ostendit mihi ut viderem quid esset, quod et ille redderet, et quod ego reciperem.

mittit tamen Suessionas, qui ea lata Aquisgranum ferant

ubi ab Hilduino altari imposita recipit;

27 Exin sublatam de altari eamdem capsam manibus meis imposuit, dataque oratione competenti, præcentoris etiam officio functus, antiphonam laudi Martyrum convenientem Clericis ad psallendum paratis imposuit, nosque cum illo inæstimabili thesauro recedentes, usque ad ostium basilicæ concinendo prosecutus est. Processimus inde paulatim D cum crucibus et cereis, laudantes Domini misericordiam, usque ad oratorium, quod erat in domo nostra vili opere constructum; eique, quia aliud ibi non habebatur, illas sacras Reliquias intulimus. In illa vero processione nostra, quam de basilica usque ad oratorium nostrum nos fecisse dixi, quid miraculi acciderit, censeo non esse tacendum. Egredientibus enim nobis de ecclesia, laudemque Domino Deo nostro excelsa voce canentibus, tanta vis suavissimi odoris eam partem vici Aquensis, quæ ab ecclesia ad Occidentem respicit, totam implevit; ut illa fragrantia pene omnes ejusdem partis habitatores, itemque universi, qui pro quibuslibet causis atque negotiis eadem in parte aderant constituti, ita divinitus commoverentur; ut omissis quæ in manibus habebantur operibus, cuncti cursu rapidissimo primo ad ecclesiam, deinde quasi per vestigium ad oratorium nostrum, in quod illas Reliquias illatas esse audierant, summopere festinarent. Fit immodicus intra: septa nostra exultantis simul atque admirantis populi concursus: et cum magna pars eorum, qui confluxerant, id quod agebatur quid esset ignoraret; gaudio tamen et E exultatione repleti, Dei omnipotentis misericordiam collaudabant.

et ad oratorium suum defert,

odore suavissimo viam implente.

28 Postquam autem fama crebrescente divulgatum est, Reliquias S. Marcellini Martyris in eum locum esse delatas, non solum de eodem vico Aquensi, et vicinis atque adjacentibus villis, verum etiam de longinquioribus locis ac pagis adeo frequens atque innumera multitudo congregata est; ut nobis ad Officium in eodem oratorio celebrandum, præter vespertinas horas atque nocturnas, haud facilis pateret introitus. Adducebantur undique debiles, et variis affecti languoribus, circa et foris parietes, a propinquis suis atque amicis collocabantur. Videres ibi pene omnia infirmitatum genera, per virtutem Christi Domini, et per meritum beatissimi Martyris, in omni sexu et ætate curari. Cæcis visus, claudis incessus, surdis auditus, mutis sermo redditur: paralytici etiam, et qui totius corporis viribus destituti, alienis manibus apportati sunt, sanitate recepta, propriis pedibus ad sua revertebantur. *g*

crebra ibidem patrantur miracula

29 Hæc ubi ad regias aures relatione Hildoini perlata sunt, statuit primo, ut ad palatium regressus, oratorium nostrum in quo hæc fiebant, Martyrem venerabundus accederet; sed ne id faceret, F eodem Hildoino suggerente prohibitus, ad majorem basilicam Reliquias deferri præcepit: ibique delatas, humili supplicatione veneratus est: celebratisque Missarum solenniis, obtulit beatis Martyribus Marcellino et Petro quoddam prædiolum, situm juxta fluvium Aram, vocabulo *h* Ludovesdorf, habens mansos quindecim, et vinearum aripennes novem. Obtulit et Regina cingulum suum, ex auro et gemmis factum, pensans libras tres. Quibus expletis, relatæ sunt Reliquiæ ad locum suum, in oratorium videlicet nostrum, fueruntque ibi diebus quadraginta vel eo amplius *i*, usque dum Imperator palatio egrediens, venandi gratia solenni more silvas peteret. Quo facto, et nos comparatis, quæ ad profectionem nostram necessaria videbantur, cum eisdem Reliquiis de vico Aquensi promovimus. In ipso autem nostræ egressionis articulo, cum Missarum solennia celebrarentur, anus quædam in palatio notissima, annorum circiter octoginta, nervorum contractione laborans, in conspectu nostro curata est. Quæ, ut ipsa narrante didicimus, per quinquaginta annos hoc morbo detenta, more quadrupedum genibus manibusque nitendo, officium ambulandi reptando impleverat.

Imperator offert prædiolum, Imperatrix cingulum.

Contracta 50 annis sanatur.

A *In occursu Reliquiarum,*

30 Inde iter ingressi, suffragantibus Sanctorum meritis, sextodecimo die Mulinheimum vicum, in quo sacros beatorum Martyrum cineres ad Comitatum profecturi dimisimus, Domino adjuvante pervenimus. In quo itinere quantum gaudii, quantumque lætitiæ, de illarum adventu Reliquiarum, populis in eadem via consistentibus accesserit, neque mihi silendum est, nec tamen ita ut fuit, plene dici atque enuntiari potest. Dicendum tamen est, ne res ad Dei laudem maxime pertinens, quasi per desidiam silentio suppressa videatur. Ac primum quidem gestit animus id referre, quod palatio egressi, in multorum præsentia nos vidisse reminiscimur. Vurmius *k* dicitur fluviolus, duobus fere passuum millibus ab Aquensi palatio distantem habens pontem. Ad quem venientes, propter multitudinem, quæ nos eousque de palatio prosequebatur, jamque redire volebat, ut orandi locum haberet, parumper constitimus. Ibi quædam de orantibus cum alio ad Reliquias accedens, sociumque respiciens; Propter amorem, inquit, atque honorem hujus Sancti ære alio, propter quod te mihi obnoxium esse non ignoras, absolvo: debebat enim ei, ut ipse fatebatur, dimidiam argenti libram. Itemque alter socium suum manu comprehensum ad Reliquias trahens, Patrem, ait, meum occidisti, ac proinde inimici eramus ad invicem: nunc autem, propter amorem atque honorem Dei, et hujus Sancti, deposita simultate, fœdus tecum jungere atque inire volo, ut abhinc in futurum perpetua inter nos amicitia permaneat: [illegible] testis, et ultor in eum, qui hanc pacem prior irrumpere tentaverit.

k creditor debitorem absolvit,

B *et filius [illegible] condonat:*

31 Hic illa turba, quæ nobiscum de palatio fuerat egressa, adoratis atque osculatis sacris Reliquiis, cum multis lacrymis, quas præ nimio gaudio continere non poterat, domum revertitur: alia multitudine, quæ ibi nobis obviavit, nos comitante, atque Kyrie eleison sine intermissione cantante, usque ad eum locum, in quo simili modo ab aliis occurrentibus excipiebamur: quæ tunc similiter, ut prior, supplicatione facta ad sua reversa est. Hoc modo per singulos dies, a prima luce usque ad vesperam, comitatibus ac Domino Christo laudem dicentibus populorum turbis, ab Aquensi palatio usque ad memoratum Mulinheim vicum, Domino iter nostrum prosperante, pervenimus. Atque ibi illas Reliquias super altare, pone quod loculus sacros Martyrum cineres continens positus erat, gemmata [illegible] nio, ut fieri solet, sed etiam signis quibusdam ac terroribus, ad vigilantium curam pertinentibus, ostensum est, beatos Martyres [illegible] fuisset [illegible].

illis magna [illegible]

C *et in gemmata capsa reconduntur.*

32 [illegible] basilicæ deputati fuerunt, nomine Landolphus, cui tunc signi tangendi cura commissa fuerat, habens stratum suum juxta australem basilicæ januam. Qui cum, secundum consuetudinem nocturni ac matutinalis Officii, solenni more surgeret, signumque moveret; completoque ante lucem eodem Officio, rursum dormire vellet; clausis ecclesiæ foribus, coram sanctis Martyrum cineribus supplicandi gratia se prostravit. Ibi cum Psalmum quinquagesimum, ut ipse asserit, dicere inciperet; audivit juxta se in pavimento velut sonitum pedum hominis, huc atque illuc ibidem deambulantis. Consternatusque pavore non minimo, erexit se paululum in genua, et in omnem partem circumspicere cœpit, æstimans aliquem de pauperibus, clausis ecclesiæ januis, in quolibet angulo delituisse. Cumque nullum alium, quam se solum intra parietes basilicæ esse comperet; iterum se ad orationem inclinavit, ac Psalmum, quem prius inchoaverat, repetivit: sed antequam unum ejus versum complere potuisset, capsa quæ altari imposita sacras B. Marcellini Reliquias continebat, repentino crepitu tam vehementer insonuit, ut quasi malleo percussa dissiluisse putaretur. Duo quoque ostia basilicæ, quæ jam clausa erant, occidentale videlicet atque australe, velut aliquo pulsante atque impellente, simili modo sonuerunt.

S. Marcellinus innuit se [illegible] socio conjungi.

D A *EGINHARDO.*

33 Quibus exterritus ac stupefactus, cum quid sibi agendum esset penitus ignoraret; surgit ab altari, et in lectum suum se pavitando projecit: subitoque sopore depressus, vidit sibi quemdam ignoti vultus virum assistere, qui se talibus verbis compellaret: Certumne est, ait, Einhardum sic ad palatium properare velle, ut Reliquias S. Marcellini, quas huc detulit, prius in locum, de quo sublatæ fuerant, non reponat? Cum ille se hujus rei ignarum esse respondisset; Surge, inquit, primo diluculo, eique ex auctoritate Martyrum præcipe, ne hinc abire vel alicubi pergere præsumat, antequam Reliquias illas loco suo restituat. Expergefactus surrexit, et ubi me primum convenire potuit, hoc quod sibi fuerat imperatum, mihi intimare curavit. Sed neque ego segniter in hujuscemodi negotio aliquid [illegible] sine ulla morarum interpositione adimplendum esse judicans; ipsa quidem die ea, quæ ad hoc necessaria videbantur, præparare jussi; sequenti vero sacras illas Reliquias corpori, de quo sumptæ fuerant, cum summa diligentia sociare curavi. Quod factum quam gratum beatissimis Martyribus foret, attestatione miraculi subsequentis liquido comprobatur. Nam proxima nocte, cum ad matutinum Officium in basilica solenniter sederemus; senex quidam gressuum officio destitutus, genibusque ac manibus nitens, reptando ad orationem intravit. Is coram omnibus nobis, per virtutem Dei et merita beatissimorum Martyrum, eadem qua ingressus est hora, ita perfecte curatus est, ut ad incedendum ne baculi quidem sustentatione ulterius indigeret. Qui etiam et surdum se per continuum quinquennium fuisse, simulque cum officio pedum auditum sibi redditum affirmabat. His ista peractis, ad Comitatum, sicut superius me facere voluisse retuli, ibidem [illegible] sum.

ac deinde etiam [illegible] mandat.

E

[illegible]

F

ANNOTATA D. P.

a *[illegible]* 827 *[illegible]*

b *Hic jam [illegible]* Junii [illegible] 15, *[illegible]* Lunæ.

c *[illegible] S. [illegible] ubi Reliquias* S. Sebastiani *[illegible] jam supra [illegible]: ita rursum infra num.* 87 *quidam* ductus *dicitur ad* S. Sebastianum.

d *Aliquibus* Diaconus.

e *Surio* Suessorum.

f *Ergo* 14 *Aprilis*, *nam Pascha eo anno* 827 *celebratum erat* 21.

g *Aliqua ex his miraculis infra toto capite sexto referuntur.*

h *Surio* Ludovestropf. *Fluvius* Ara, *cui adjacet, in Juliacensi Ducatu oriens, per Agfliam intrat diœcesim Coloniensem; seque Rheno immergit inter Coloniam et Confluentiam, ad Zunichium oppidum.*

A EGINHARDO.

A i *Ex parte usque ad exitum Maji, vel initium Junii.*

k *Vulgo* Wurm, *haud longe supra civitatem ero-ticas, ac circa Hensbergam Ruræ influens. Mabilio, nescio quo errore,* Wimiobum *legit, ad eumque locat* Mulinheimium vicum, *contra expressam hujus loci sententiam.*

CAPUT IV.

Miracula in surdis et mutis, contractis et aliis ægris Mullenheimi patrata. Cerevisia in vinum mutata. Cereus ultro accensus.

LIBER III.

Prologus de ordine in narratione miraculorum.

Sed plurimas virtutes atque miracula, quæ beatissimi Martyres Christi Marcellinus et Petrus, postquam eorum sacratissima corpora de Roma in Franciam delata sunt, per diversa loca fecerunt; imo potius, per illorum beata merita et pias orationes, ipse Rex Martyrum Deus et Dominus noster Jesus Christus, ad salutem hominum operari dignatus est; necessarium judicavi brevi præfatione perstringere, quod ex his quæ scribere disposui, major pars ad notitiam meam aliorum relatione perlata est: quibus tamen ut fidem haberem, ex his quæ ipse
B vidi et coram positus agnovi, tam firmiter mihi persuasum est, ut sine ullo dubitationis scrupulo vera esse crederem, quæ ab his dicebantur, qui se illa vidisse testati sunt; tametsi personarum, a quibus hæc audieram, aut parvam aut nullam eatenus notitiam haberem. Ceterum de his omnibus ea primum scribenda videntur, quæ in eo loco gesta, et in eo ipso visa sunt, ad quem suos sacratissimos cineres iidem beatissimi Martyres transferri præceperunt. Deinde illa, quæ in Aquensi palatio sub ipsis aulicorum obtutibus facta memorantur. Tum ea quæ per diversa loca, ad quæ, religiosis viris petentibus ac me tribuente, sacræ illorum Reliquiæ delatæ sunt, gesta referuntur, censui esse ponenda: ut hoc ordine in relatione servato, nihil remaneat ex omnibus signis atque miraculis, quæ ad nostræ parvitatis notitiam pervenire potuerunt. Sed jam, nunc præfatione completa, ipsa quæ dicenda sunt, miracula proferamus.

Sanantur adolescens contractus,

35 Postquam sacra beatissimorum Martyrum corpora, sicut jam in superioribus demonstratum est, ipsis jubentibus et nobis morem gerentibus, ad locum, in quo nunc requiescunt, cum ingenti fidelium populorum exultatione perlata; et celebratis
C in campo Missarum solemniis, manibus Sacerdotum, quorum ibi tunc non parvus numerus erat congregatus, in basilicam deportata sunt; feretrumque quo vehebantur juxta altare positum est, et iterum aliud Officium ibidem celebrari cœptum; subito quidam adolescens, renum dissolutione affectus, atque ideo curvus ac baculis innitens, de media circumstantis populi multitudine, prorupit, seque ad adorandum inclinare cupiens, in genua procubuit; sed mirum in modum, velut corpore se revellente vel potius retrahente, supinus cecidit, similisque dormienti diutissime jacuit. Tum quasi evigilans, in sessum se erexit: ac deinde post paululum, nullo adminiculante surrexit; stansque in medio circumfusæ multitudinis, una cum ceteris de recepta sanitate gratias agendo, Dei misericordiam collaudavit. Hic se de pago Portiano cum aliis pauperibus ac peregrinis illuc venisse, Danielemque vocari, nobis percontantibus indicavit. Eadem fere hora, eodemque (ut ita dicam) momento, quo is de quo nunc diximus, intra ecclesiam et coram ipso altari, per virtutem Christi et intercessionem Martyrum, sanitatem est consecutus; mulier quædam paralytica, et pene omnium membrorum officio destituta, pro foribus ecclesiæ jacens, in auxilium sui sanctos Martyres

paralytica,

D invocavit; et mox, cunctis cernentibus qui circa steterant, cœpit commotis visceribus velut nauseabunda concuti, ac deinde magnam vim phlegmatis ac bilis vomendo projicere. Quo facto, paululum aquæ frigidæ sumens, de loco in quo jacebat se levari rogavit, et baculo nitens basilicam introivit; adoratisque Martyribus ac recepto membrorum vigore, ad propria repedavit.

36 Interea quidam homo, Vuillibertus nomine, haud longe a basilica, in qua nunc beatorum Martyrum corpora requiescunt, domum habens; inter ceteros, qui advenerationem Sanctis exhibendam convenerant, ad feretrum accessit, et quasi pro dono quadraginta denarios obtulit. Qui cum a nobis fuisset interrogatus quis esset, quidque sibi vellet hujusce muneris oblatio; retulit, se ante paucos dies gravissimo languore correptum, ad extrema fuisse perductum, adeo ut ab omnibus, qui se viderant, desperatus admoneretur, ut omnes facultates suas pro remedio animæ suæ celeriter erogaret: seque ita fecisse. Jamque omnibus quæ habebat, ad quæ pia loca danda forent dispositis, unum ex servis suis cum ingenti gemitu fuisse conquestum,
E quod perperam ac valde negligenter ab eis factum esset in eo, quod nihil de bonis ejus Sanctis nuper de Roma venientibus datum esset. Tum se circumstantes interrogasse, si aliquid de rebus suis superesse scirent, quod ad Martyres mitti potuisset. Erant enim adhuc in Michilunstat, et nondum aliquibus signis inclaruerat, quod inde migrare deberent. Tunc quemdam respondisse, quoniam de omnibus rebus ejus unus tantum porcus remansisset, et non esse deputatum, quo dari deberet; tunc sibi complacuisse, seque præcepisse, ut venundaretur; et post obitum suum pretium illud ad Martyrum luminaria mitteretur. Quibus verbis expletis, tam subitam se asserit sensisse medelam, ut protinus omni dolore fugato, etiam edendi desiderium habuerit; ciboque sumpto in tantum brevi confortatus sit, ut in crastinum ad omne opus, quod rei familiaris necessitas postulasset, procurandum vel faciendum percommode ire potuisset. Post hoc porcum illum fuisse venditum, et hoc esse pretium ejus, quod ex voto beatis Martyribus offerebat.

languore lethali correptus,

37 Reliquas virtutes atque miracula, quæ per eos Dominus ad salutem hominum operatus est, quoniam quo ordine dicantur nihil referre video, ita ut memoriæ occurrerint censui describenda: quia in earum relatione magis quid et quare, quam quando
F aliquid gestum sit, considerandum est. Collocatis igitur in eadem basilica more solenni beatorum Martyrum Reliquiis, cum secundum ecclesiasticæ institutionis consuetudinem sacra Missarum solennia quotidie celebrarentur; contigit ut quadam die, cum divina res ageretur, et nos in superioribus ejusdem ecclesiæ locis constituti, super subjectum atque in inferioribus constitutum populum intenderemus; Clericus quidam seminudus, qui inter ceteros ad idem Officium venerat, atque in media multitudine consistebat, tam gravi ruina subito collapsus est, ut mortuo similis in pavimento diutissime jacuisset. Quem cum stertentem aliqui ex circumstantibus levare atque erigere conarentur; tanta vis sanguinis ex ore et naribus erupit, ut tota anterior pars corporis, id est, pectus et venter, et usque ad vestem qua inguina tegebantur, hac esset exuberatione perfusa. Qui cum allata aqua fuisset refocillatus, resumptis viribus clare locutus est. Nam postmodum a nobis interrogatus, testatus est se ab infantia sua usque in præsens neque audire aliquid, nec loqui potuisse. Patriam sibi esse Britanniam, se natione Anglum; matrem suam visitandi gratia, quæ Romæ peregrinaretur, iter arripuisse, atque ita

a nativitate surdus ac mutus Clericus

inter

A inter ceteros peregrinos, qui una Romam ire volebant, in illum locum pervenisse : sed sociis suis abeuntibus se substitisse ; ipsumque diem, quo sanus factus est, septimum esse ex quo in locum illum venerat. Cumque ab eo nomen ejus quæreremus, respondit se nomen suum penitus ignorare, pro eo, quod ex eo tempore, quo obsurduit, numquam nomen suum audierit.

[illegible] mulier, f. 38 Exin post aliquot dies, cum more solemni ad vespertinum Officium in ecclesia fuissemus congregati, puella quædam surda et muta, quam de *b* pago Biturigum pater ejus ac frater salutem quærendi gratia per multa Sanctorum loca trahentes, tandem illuc perductam inter ceteros in eadem ecclesia stare fecerunt, subito velut insania quadam excitata, tabulas, quarum crepitu ad eleemosynam petendam utebatur, quanta potuit virtute concussit, atque in populum ante se constitutum furibunda projecit. Tum ad sinistrum ecclesiæ parietem accurrens, velut in eumdem ascensura, trium vel eo amplius pedum saltu in altum dato, supina corruit : et cum ibi paululum mortuæ potius quam dormienti similior jacuisset ; atque eruptione sanguinis, qui ex ore ac naribus nimius profluebat, esset pene tota respersa ;
B a circumstantibus sublata, atque in medium basilicæ deportata est. Cumque et ibi aliquamdiu jacuisset, velut de gravi somno experrecta resedit ; ac deinde manus his qui astiterant porrigens, ut in pedes erigeretur, quibus poterat nutibus oravit. Erecta ad altare deducitur : ubi cum Ratleicum inter alios Clericos, qui juxta altare constiterant, stantem ac se respicientem cerneret, protinus in hæc verba prorupit : Tu es, inquit, Ratleice : tu, aït, hoc nomine vocitaris : tu es servus horum Sanctorum. Quam cum ille percontaretur unde hoc scisset, vel quis ei nomen suum indicasset : Sancti, inquit, isti, qui hic requiescunt, quando velut dormiens jacui, accesserunt ad me, et miserunt digitos suos in auriculas meas, dixeruntque mihi ; Cum surrexeris, et ad altare accesseris, Clericus ille juvenis, quem coram te assistere ac te intendere videris, scito quod ille Ratleicus vocatur, et ille servus noster est : nam ipse est, qui ad hunc locum corpora nostra detulit. Et revera ita erat. Siquidem ipse erat, quem, propter Sanctorum Reliquias a quodam Diacono recipiendas, nobisque deferendas, Romam nos misisse in primo libro memoravimus. Et hæc quidem hoc modo coram nobis, per virtutem beatissimorum Martyrum, depulso infirmitatis spiritu, integerrimam corporis sui sanitatem est consecuta : quam pater ac frater qui eam illo deduxerunt, a tempore nativitatis suæ surdam et mutam semper fuisse testati sunt.

a Sanctis apparentibus nomen et gesta Ratleici [illegible]

[illegible] corpore tre- [illegible]

39 Miraculum autem, quod nunc narraturus sum, ego ipse non vidi, sed verbis eorum, quorum hoc relatione mihi compertum est, non minus quam propriis oculis credere possum : ideoque non ut auditum, sed potius ut a meipso visum, incunctanter ac sine ulla dubitatione proferre decrevi. Mercatores quidam de civitate Moguntiaca, qui frumentum in *c* superioribus Germaniæ partibus emere, ac per fluvium Mœnum ad urbem devehere solebant, cæcum quemdam natione Aquitanum, nomine Albricum, mercedis a Deo promerendæ gratia navi suæ impositum, sicut ipse petiverat, ad basilicam beatorum Martyrum deduxerunt. Qui cum ibi egressus, atque in domo custodis ecclesiæ esset hospitio receptus ; septem vel eo amplius dies ibidem moratus est. Habebat enim præter cæcitatem (quæ ei propterea quod oculis carebat, naturalis jam esse videbatur) horribilem ac fœdam totius corporis infirmitatem. Erat enim omnium membrorum ingens tremor, qui eumdem tam gravi quatiebat incommodo, ut propriis manibus cibum ori suo porrigere D penitus non valeret. Is cum die quadam, horis antemeridianis in hospitio jacens, obdormisset; vidit per soporem quemdam sibi assistentem, seque monentem ut cito surgeret, atque ad ecclesiam festinaret ; tempus dicens advenisse, quo de illa miserabili passione per virtutem Sanctorum liberari deberet. Expergefactus, atque ad ecclesiam ductus, pro foribus in quodam lapide consedit. Agebatur tunc in ecclesia more solenni divinum Officium, et expletis orationibus quæ sacram Evangelii lectionem præcedere solent, ipsum legi cœptum est. Cujus cum vix duo versus fuissent legendo completi, ecce repente velut vim patiens, tremulosus ille vociferatus est, dicens : Adjuva me, S. Marcelline. Quo clamore tametsi omnes, qui in ecclesia erant, haud parva forent perturbatione commoti, majore tamen parte propter reverentiam Evangelicæ lectionis in loco remanente, plures ad videndum quænam causa hujus clamoris existeret accurrerunt : et ut postea testati sunt, invenerunt eumdem, in eo quo consederat loco, extenso ac resupinato corpore jacentem, mentumque ac pectus cruore ex naribus profluente inundatum. Qui cum ab eis erectus, et paululum aquæ frigidæ sumens fuisset recreatus; retulit sibi E visum fuisse, tunc cum illam vocem emiserat, quod aliquis eum pugno in cervicem percussisset, atque ideo beati Martyris auxilium implorasset. Ceterum hunc ictum tam salutarem ei fuisse constat, ut ex illo temporis momento nullum illius fœdæ agitationis vestigium in ejus corpore ulterius appareret. Is postea per duos fere annos in eodem loco mansit, et ut ipse testatus est, nulla nox in hoc biennio fuit, in qua per somnium eosdem, qui eum salvum fecerunt, Martyres non vidisset ; multa quoque ab eis audisset, quæ aliis dicere jubebatur : ex quibus pleraque nunc impleri cernimus, quæ ille tunc futura esse prædixit.

A EGINHARDO

40 Post paucos dies vidimus et alium quemdam, simili morbo implicitum, in eadem basilica, per eorumdem Sanctorum merita, non dissimili modo curatum. Nam quadam nocte, cum ad matutinum Officium celebrandum, et divinæ legis lectiones audiendas in ecclesia sederemus, intravit quidam habitu Clericali, trementibus membris ; baculoque nitens, titubantia vestigia ægre gubernabat. Cumque se juxta parietem ad orandum inclinaret ; ingenti voce emissa, repentino casu cernuus ruit ; ac parva F temporis mora interposita, ab eo quo tenebatur incommodo sanus surrexit. Is, cum ab eo quæreremus, si aliud aliquid præter quod nos omnes videre potuimus, sibi visum fuisset ea hora, qua salutem est consecutus : dixit, se paulo ante quam basilicam fuisset ingressus, ad ecclesiam veterem (quæ Occidentem versus a nova basilica, in qua Martyres tunc quiescebant, parvo spatio distabat) orandi gratia venisse, et cum eam clausam offendisset, pro foribus orasse. Deinde cum se erexisset, et ad ecclesiam ire cœpisset, vidisse quemdam Clericum, veneranda canitie, stola alba indutum, eo quo et ipse ire volebat se præcedentem. Quem, ut ipse asserit, secutus est usque ad ostium basilicæ : quo cum ambo venissent, is qui præcedebat substitit, sinistro posti se applicans, quasi vellet ut ille prius ingrederetur, quem ipse paulo ante præcesserat : cunctantique ut ante se intraret, annuendo imperavit. Qui cum intrasset, et ad orandum se inclinasset, post tergum ejus stetit, et cum pugno in cervicem percussit atque prostravit, et confestim evanuit. Quem tamen nemo alius, nisi solus ille qui sanatus est, videre potuit.

et Clericus.

41 Sub idem fere tempus, cum quadam nocte surgentes, ad ecclesiam iremus ; invenimus pro foribus ecclesiæ quemdam puerum, in porticu jacentem,

Contractus, quindennis puer,

A A Fol. 5 [illegible] centem, adeo miserabiliter contractum, ut mento genua jungerentur. Qui unum, ex his qui nos sequebantur, rogavit, ut se in ecclesiam deportaret; et ille, misericordia motus, sustulit eum, et in ecclesia juxta cancellos jacere fecit. Qui confestim irruente sopore, ubi jacuit obdormivit; nec prius evigilavit plene, quam de illa miserabili contractione, per suffragia Sanctorum, ita perfecte sanatus est, ut evigilans per se, de loco in quem alio portante delatus est, surgeret, atque ad altare Deo gratias acturus accederet. Is tamen, ubi dies illuxit, et nos cum eo loqui potuimus; retulit se tribus vicibus, prius quam signum ecclesiæ sonuisset, a quodam sibi ignoto Clerico excitatum, atque admonitum, ut nequaquam prætermitteret, quin tempore matutini Officii in ecclesiam veniret. Se quoque ita fecisse, ac postea, sicut nos vidimus, in ecclesia dormientem integram sui corporis sanitatem recepisse. Et hic quidem annorum circiter quindecim esse videbatur.

42 Alium itidem vidimus, non puerum, ut hic erat, sed valde senem atque decrepitum, pari morbo affectum, eodem in loco, simili modo, simili in tempore curatum. Quem et ipsum nocte quadam,
B cum propter matutinum Officium celebrandum ad
et senex et surdus ostium ecclesiæ venissemus, in ipso limine reperimus, qui genibus nitens, duobus se baculis sustentabat, ac sic illo tardissimo motu ad ingrediendum nos morabatur. Cumque post tergum ejus constituti, illam pigram promotionem præstolaremur; tanta suavissimi odoris fragrantia, de basilica procedens, nares nostras implevit, ut omnium aromatum ac thymiamatum artificiosam compositionem sua præstantia superaret. Intravit tandem, et coram nobis juxta cancellos quasi ad dormiendum procubuit: nos quoque basilicam ingressi, nostris locis constitimus, ac simul cum aliis Psalmos, qui dicebantur, solenni more cantavimus. At ubi prima Lectio recitari cœpta est, audivimus eumdem senem gemere, et quasi qui vim pateretur, auxilium implorare; ac deinde interjecto parvi temporis spatio, vidimus in sessum se erigere; ac protinus baculis, quibus incessum regere solebat, assumptis, etiam in pedes constitisse. Et nos quidem hæc vidimus: ipse autem fatebatur sibi visum fuisse, quod se jacentem quasi duo quidam apprehendissent, unus per humeros ad brachia, alter per crura et pedes, ac si trahendo, nervos suos qui contracti erant extendis-
C sent. Et quia præter hoc contractionis incommodum etiam surdum se fuisse asserebat, dixit sibi cum in sessum fuisset erectus, velut ictum pugni validissime ferientis in caput supervenisse; vocemque simul ut in futurum audiret imperantis audisse. Hic senex
d hoc modo sanatus, de pago Helvetiorum qui nunc *d* Aragaovin vocatur, se venisse, et natione Alamannum esse testatus est.

43 Alius, autem simili modo nervorum contractione debilitatus, qui se de vico Leodico, ubi S.
e Lambertus *e* corpore requiescit, venisse dicebat,
ac Leo[illegible] quidam quadam Dominica nocte, post peractum matutinale Officium, nobis jam de ecclesia regressis; cum, propter eos qui de longe venerant, et ad sua redire festinabant, Hostiæ salutaris sacramenta Presbyter ex more celebraret; coram omnibus qui aderant, in pavimentum cecidit, ibique parvo temporis spatio velut soporatus jacuit; dein, quasi de somno expergefactus, nemine se sublevante surrexit. Cumque unus ex circumstantibus baculos, quibus ante uti solebat; et, cum caderet, de manibus ejus elapsi procul jacebant; sumeret, eique porrigeret; renuit, dicens: Absit a me, ut eos ulterius attingam. Sed et iste ad hunc modum curatus, in patriam repedavit, de qua, reptando potius quam incedendo, ad Martyrum limina pervenerat.

44 Nec multo post, cum ego mense Novembrio, D
secundum consuetudinem in palatio hiematurus, ad Comitatum ire disponerem; jamque iter ingressus, transmisso flumine Rheno, in villam regiam, cui Sinciacus *f* vocabulum est, ad manendum venirem; *f*
et post cœnam, quæ aliquam noctis partem occupaverat, in cubiculi secretum, ubi quieturus eram, cum familiaribus meis me recepissem; minister qui potum nobis porrigere solebat, quasi novi aliquid nuntiaturus, festinanter intravit. Quem ego intuitus; Quid tu, inquam, narrare vis? Nam ut video, habes nescio quid, quod ad nostram vis perferre notitiam. Tum ille, Signa, inquit, duo coram nobis modo facta sunt, quæ vobis indicare veni. Cumque eum, quidquid vellet, dicere jussissem; Modo, ait, cum de cœna surgentes hoc cubiculum intrastis, ego cum sociis meis descendi in cellarium, quod huic cœnaculo subjectum est. Ubi cum cervisiam ministris petentibus distribuere cœpissemus, supervenit puer missus a quodam conservo nostro flasconem ferens, quem sibi impleri flagitabat. Qui cum esset impletus, petiit ut etiam sibi de eadem cervisia quantulumcumque daretur ad bibendum. Datum est in vase, quod casu vacuum supra cupam, in qua E
cervisia erat, positum fuerat. Sed ubi hoc haustu- *cervisia mutata in vinum:*
rus ori admovit, cum ingenti admiratione; vinum hoc, non cervisiam esse, clamavit. Cumque eum is, qui et flasconem impleverat, et idipsum, quod illi datum fuit, de eodem foramine traxerat, mendacii cœpisset arguere: Sume, inquit, et gusta; et tunc me non falsum, sed potius verum dixisse probabis. Sumpsit ille atque gustavit, sibique similiter vinum hoc, non cervisiam sapere testatus est. Tunc tertius et quartus, ceterique qui aderant, singillatim gustando et mirando, totum quod in vase fuerat ebiberunt. Quotquot autem inde gustaverunt, meri, non cervisiæ id saporem habuisse, testati sunt.

Auctori [illegible] Sinciaci, [illegible]

45 Interea, cum in hujus signi admiratione attoniti stuperent, contigit ut cereus, cujus lumine ibidem utebantur, et tunc propter cupam parieti affixus ardebat, nemine contingente in madens humore pavimentum caderet; atque ita esset extinctus, ut ne parvissima quidem in eo scintilla remaneret. Quem unus eorum arripiens, ad ostium cucurrit; sed horrore tenebrarum permotus, priusquam egrederetur, in ipso limine stans, Sancti, inquit, Martyres Marcellinus et Petrus nos adjuvent. Ad quam invocationem cereus ille, quem manu tenebat, accensus F
est. Hæc ubi audivi, confestim Deo omnipotenti, ut *cereus divinitus accensus.*
par erat, laudem dixi et gratias egi, qui Sanctos suos semper et ubique glorificat, et nos famulos suos, qui sacras eorum Reliquias tunc nobiscum habebamus, de tantis virtutibus lætificare dignatus est. Illum autem, qui hæc mihi nuntiavit, expleta narratione ad mansionem suam secedere jussi. Ceterum cum me ad quiescendum in lectulo collocassem, cœpi mecum multa volvendo tractare atque mirari, quidnam sibi vellet, quidve portendere posset illa cervisia in vinum, id est, deterioris potionis in meliorem facta mutatio; aut cur in eo loco, id est, in regia domo, ac non potius in eo, ubi beatorum Martyrum, qui hæc prodigia per virtutem Christi fecerunt, sacratissima corpora recondita sunt, hujuscemodi miraculum evenisset. Sed licet ad hujus quæstionis certam indaginem longa ac solicita cogitatione pervenire nequirem, certum tamen habui et certum semper habebo, illam divinam atque supernam virtutem, per quam hæc atque alia hujusmodi miracula fieri creduntur, nihil unquam sine causa vel facere vel fieri sinere in creaturis, quas ad suam providentiam et gubernationem pertinere non dubito.

ANNOTATA

A

ANNOTATA G. H.

a *Id jam supra num.* 20 *legimus : sed* Pagus Portianus *quis sit, adhuc requirimus.*

b *Scilicet in Aquitania prima, ad quam fama miraculorum devenerat.*

c *Scilicet ex Marchionatu Culembachio, Episcopatu Bambergensi, et contiguis Bohemiæ locis.*

d *Nunc* Argow, *ab interfluente* Ara *sic dictus Pagus, totius Helvetiæ veluti centrum occupat, ac Lucernatibus paret.*

e S. Lambertus, *Episcopus Trajectensis, colitur* 17 *Septembris.*

f Sinciacus, *vulgo* Zinsich, *oppidum diœcesis Coloniensis, supra Bonnum leucis* 4.

CAPUT V.

Alia miracula Mulinheimi facta, surdis et mutis, paralyticis et amentibus sanatis. Lumen iter agentibus nocte concessum. Libellus Imperatori oblatus.

B

Ad Conventum Procerum Aquisgranum profecto Eginhardo,

a

Igitur inde digressus, sicut superius dixi, ad Comitatum perrexi. Nam Imperator Ludovicus eo tempore Aquisgrani palatio consistens, conventum Procerum ibi fieri *a* media fere hieme præceperat : ubi et ego inter ceteros adesse jussus, quia de vicinia beatorum Martyrum abesse cogebar, parum jucundas in palatio moras faciebam. Ideoque post unum ex quo illo veneram mensem exactum, misi quemdam ex nostris, nomine Ellenhardum ; præcipiens ei, ut ad limina beatorum Martyrum quanta posset celeritate festinaret ; visitatisque Fratribus nostris, quos inde digrediens ad divinum servitium faciendum ibi dimiseram, atque omnibus quæ ibidem agerentur diligenter exploratis, ad nos cito recurreret. Qui cum illuc venisset, tribus ibi mansit diebus. Quarto vero cum jam ad nos reverti disponeret, cæcus ille, nomine Albricus, cujus in superioribus * fecimus mentionem, detinuit abire parantem : affirmatis eum non prius iter suum ingressurum, quam tale signum fieri vidisset, cujus relatione me lætum atque oppido gaudentem efficeret. Addidit etiam, beatissimos Martyres præterita nocte sibi in somnis apparuisse, atque hoc in mandatis dedisse, ut perquireret quemdam pauperem, nomine Gisalbertum, immani gibbo depressum, ac proinde curvum et brevibus baculis innitentem ; atque inventum in cœnaculo, quod supra porticum basilicæ est, tempore matutini Officii, juxta Reliquias quæ ibi erant, collocaret : eo quod ibi, per merita et virtutem Sanctorum, quorum illæ Reliquiæ essent, de illa gibbi deformitate atque curvitatis incommodo liberari deberet. Paruit ille suadenti, atque iter, quod aggredi paraverat, distulit in crastinum. Ac cæcus ille, jussum pauperem perquirens, invenit, et ut sibi præceptum erat, in superioribus ecclesiæ partibus juxta prædictas Reliquias, Officii matutini tempore, collocavit. Erant autem illæ Reliquiæ, quod nondum noveramus *b*, B. Marii Martyris, et uxoris ac filiorum ejus, Marthæ videlicet, Audifacis et Habacum. Quæ utique simul cum Sanctorum Marcellini et Petri corporibus, et in eodem loculo ad nos perlatæ sunt : sed is qui eas detulit, cujus essent Reliquiæ reticuit : nam ille, qui eas mihi miserat, promisit se ad me esse venturum, ac nomina Sanctorum, quorum hæ Reliquiæ forent, per semetipsum mihi indicaturum, quod postea factum est. Pauper vero, qui juxta illas a memorato cæco fuerat collocatus, cum secunda Lectio ad nocturnum Officium ex more legeretur, edito ingenti clamore, non

num. 39

nantiatur gibbosus et curvus curatus,

C

ad Reliquias SS. Marii, Marthæ Audifacis et Habacum.

b

modicum pavorem audientibus incussit. Ad quem cum nonnulli Clericorum, una cum illo qui hoc ibi opperiri jussus fuerat, accurrissent; invenerunt eum, pronum atque extentum propter altare jacentem ; pavimentumque, quod ori ejus subjectum erat, plurimo sanguine madens. Quem levantes et allata aqua refocillantes ; sanum et rectum, neque ulla camelinæ illius tortitudinis signa retinentem, in inferiores ecclesiæ partes gratulabundi deduxerunt. Quo miraculo in hunc modum peracto, is quem illuc miseram, ad me cum summa festinatione regressus, cum ea quæ viderat retulisset, magno nos gaudio atque exultatione replevit. D

A. EGINHARDO.

47 Nec multo post Ratleicus, qui sacros Martyrum cineres, sicut in superioribus demonstravimus, Roma detulit ; ut ipse afferebat, jussus venit, deferens libellum, complura capitula continentem : cujus rationem talem esse retulit dicens, sibi cæcum illum, cujus modo fecimus mentionem, ex auctoritate Martyrum præcepisse, ut ea capitula describeret, mihique deferret, ac diceret ut ea susciperem, atque Imperatori legenda offerrem. Suscepi ab eo libellum atque perlegi, emendatumque ac noviter scriptum Imperatori, ut jusserat, obtuli. Et ille quidem suscepit atque perlegit : sed de his quæ per hunc libellum facere jussus vel admonitus fuerat, perpauca adimplere curavit. Quid autem illa capitula continerent, aut quid ab eo factum, quidve dimissum sit, alio potius in loco, quam in isto, commemorandum est. Illud tamen non solum non prætereundum, quin imo aperte ac dilucide censeo conscribendum, qualiter revelatum et jussum sit, ut libellus ille fieri, atque Regi dari debuerit : quæ Ratleicus hoc modo contigisse retulit. Ante paucos, inquit, dies, cum in ecclesiam ad agendum nocturnum Officium ex more convenissemus, adiit me cæcus ille, quem nostis, rogans ut in partem aliquam secretiorem cum illo secederem. Feci ut volebat, et cum eo cellulam, in qua quiescere solebam, ingressus sum. Tum ille prior. Hac, inquit, nocte, paulo ante quam somno signi rum excitati surgeremus, apparuit mihi per visum quidam vir, canitie venerabilis, veste candida indutus, virgam auream manu tenens, ac talibus me verbis compellavit : Vide, inquit, Albrice, ut cuncta quæ tibi dixero, bene intelligas, eaque adeo tenaci memoria retineas, ut etiam aliis qui illa scripturi sunt exponere valeas. Volo enim ut scribantur, et Ludovico Imperatori ad legendum per Seniorem vestrum ostendantur : sunt quippe valde necessaria *c*, non solum ad cognoscendum, verum etiam ad faciendum Principi, in cujus regnum isti Martyres divina jussione venerunt. F

libellum quemdam, Ludovico Imper offerendum,

E

c

48 Tunc incipiens, duodena vel eo amplius capitula per ordinem pronuntiavit ; mihique præcepit, ut tibi et aliis quatuor, quos tibi dicturus sum, illa enumerem atque exponam : et post hæc tu libellum facias, eumque Seniori tuo, qui nunc in palatio moratur, deferas ; eique ex Martyrum auctoritate præcipias, ut eumdem, quanto celerius possit, Imperatori offerat. Deinde subjungens, Nostine, inquit, quis ego sim, qui tibi ista præcipio? Tum ego nihil hæsitans, S. Marcellinum eum esse respondi. Et ille, Non ita est, inquit, ut opinaris : sed Gabriel Archangelus ego sum, personamque ac formam Marcellini idcirco assumpsi, quia Dominus Deus, omnium rerum atque causarum ad istos Martyres pertinentium, curam mihi commisit : et nunc veni, ut hæc tibi indicarem, quæ scribere præcepi : quoniam divinæ voluntatis est, ut ea ex auctoritate eorum ad notitiam Regis sine morarum interpositione perveniant. Tu vero, sicut tibi præcepi, primo diluculo post completum matutinum Officium, nuntia quæ audisti his quibus ea nuntiare jussi. Tum ego,

Angelus Gabriel jubet, scribi.

A ego. Nemo est, inquam, qui credat, quod Angelus mecum locutus sit, aut me ista nuntiare mandaverit. Non erit, inquit, ita; sed dabo signum, quod facias coram eis, quo videlicet nullam ultra dubitationem habebunt, de his quae ad eos ex mea jussione pertuleris. Proinde volo dicas Ratleico, ut exhibeat tibi duos cereos novos, qui nondum accensi fuissent : et unum ex eis dextra, alterum sinistra tenens, sta coram altari, et cum omnia quae tibi praecepi narrando compleveris, dic eis qui haec audiunt, ut in hoc credant vera et ab Angelo Dei esse mandata, quae dixisti, si hi cerei in manibus tuis, sine adhibitione ignis visibilis, fuerint videntibus illis illuminati. Quo facto, scriptus est libellus, mihique allatus, ac per me Regi oblatus, ab illo quoque acceptus atque perlectus est. Ideirco visum est mihi, inter cetera miracula libelli hujus facere mentionem, quia per occasionem, qua ille scribi jubebatur, contigit illa mirabilis et inusitata cereorum accensio, quam per merita beatorum Martyrum fieri debere, ipse qui eos illuminavit Angelus prænuntiavit.

A EGINHARDO et veritatem visionis

ultronea accensione 2 cereorum probari.

49 Sub idem fere tempus, cum Ratleicus a nobis B ad basilicam Martyrum regressus est, allatus est nobis inde alter libellus, continens verba et ratiocinationem cujusdam dæmonis, qui se Vuiggonem nominavit : quae facta est ab eo coram multis testibus ante altare, juxta quod sacri Martyrum cineres repositi sunt, ad interrogationem Presbyteri, qui exorcismum super energumenum legerat : quod hoc modo contigisse narratur. Praedium est in pago Nithagonne, vocabulo Hengstat, pertinens ad Monasterium S. Nazarii, de quo puella quaedam, annorum circiter sedecim, ab eodem erratico spiritu possessa, ad basilicam Martyrum a parentibus suis adducta est. Quae cum ante tumbam sacra corpora continentem venisset, et Presbyter super caput ejus exorcismum, secundum consuetudinem, perlegisset; ac deinde dæmonem, qualiter et quando in eam fuisset ingressus, percontari cœpisset; non Barbara lingua, quam solam puella noverat, sed Romana locutione Presbytero respondit. Cumque Presbyter miraretur atque interrogaret, unde illi Latinæ linguæ notitia, cum parentes ejus, qui ibi præsentes astabant, hujuscemodi sermonem penitus ignorarent? Parentes, inquit, meos numquam vidisti. Tum Presbyter, Tu ergo, inquit, unde es, si isti non sunt parentes tui?

Diabolus per obsessam puellam Latine loquitur;

C 50 Et dæmon per puellam, Ego, ait, sum satelles atque discipulus satanæ, et multo jam tempore apud inferos janitor fui : sed modo per annos aliquot, cum sociis meis undecim, regnum Francorum vastavi; frumentum et vinum, et omnes alias fruges, quæ ad usum hominum de terra nascuntur, juxta quod jussi eramus, enecando delevimus; pecora morbis interfecimus, luem ac pestilentiam in ipsos homines immisimus; omnes quoque adversitates et cuncta mala, quæ jam diu pro meritis suis patiuntur, nobis facientibus atque ingerentibus eis acciderunt. Hic cum Presbyter ab eo quæreret, quanam de causa ei fuisset hujusmodi concessa potestas; Propter malitiam, inquit, populi hujus, et multimodas iniquitates eorum, qui super eum constituti sunt : qui munera et non justitiam diligunt, qui plus hominem quam Deum metuunt, qui pauperes opprimunt, viduas et pupillos ad se vociferantes exaudire nolunt, nulli justitiam nisi mercanti faciunt. Præter hæc sunt et alia multa ac pene innumerabilia, quæ tam ab ipso populo, quam a rectoribus ejus quotidie committuntur; ut sunt, perjuria, ebrietates, adulteria, homicidia, furta, rapinæ; quæ nemo fieri prohibet; et cum facta fuerint, non est qui vindicet. Potentiores quique turpibus lucris inserviunt; et loco superiore, quem propter regendos D inferiores acceperunt, ad superbiam et inanem gloriam abutuntur : odium et invidiam, non tantum inter extraneos, quam inter propinquos et affinitate conjunctos exercent : amicus amico non credit, frater fratrem odit, pater filium non diligit : rari sunt, qui fideliter ac devote decimas dent, rariores qui eleemosynas faciunt, et hoc ideo, quia quidquid Deo vel pauperibus dare jubentur, id sibi perire arbitrantur. Iniquas mensuras et injusta pondera, contra Dei præceptum, habere non verentur; fraude se alterutrum circumveniunt; falsa testimonia dicere non erubescunt, dies Dominicos ac feriatos non custodiunt, sed in his, sicut in ceteris, prout voluntas eorum tulerit, operantur. Propter hæc et alia multa, quæ Deus aut præcepit hominibus ut facerent, aut prohibuit ne facerent, quia populus hic per contumaciam mandatis ejus inobediens effectus est; permissi, immo jussi sumus ea facere in rebus humanis, quæ superius enumeravi, ut perfidiæ suæ pœnas luant. Sunt enim perfidi atque mendaces, cum hoc servare non curant, quod in baptismo promiserunt. Hæc omnia dæmon per os barbaræ puellæ Latine locutus est.

asserens, se ad populi et magistratus peccata punienda deputatum,

E 51 Et cum Presbyter imperando urgere cœpisset ut exiret, Exibo, inquit, non propter tuum imperium, sed propter Sanctorum potestatem, qui me in illa diutius manere non permittunt. His dictis, puellam in pavimentum projecit; atque ibi aliquantulum, velut dormientem, prono corpore jacere fecit. Post paululum vero illo recedente, quasi de somno evigilans, per virtutem Christi et merita beatorum Martyrum, puella, cunctis qui aderant cernentibus atque mirantibus, sana surrexit, nec post exactum a se dæmonem Latine loqui potuit : ut palam posset intelligi, non illam per se, sed dæmonem per os ejus fuisse locutum. Heu ! proh dolor ! ad quantas miserias tempora nostra sunt devoluta, in quibus non boni homines, sed mali dæmones doctores sunt; et incentores vitiorum ac persuasores criminum, de nostra nos correctione commonent.

sed Sanctorum potestate cogi ad discessum

52 Eodem fere tempore Sanctimonialis quædam, nomine Marethrudis, de pago *f* Vuetareiba, quæ dira paralysis ægritudine per decem annos tam immaniter tenebatur, ut tanto temporis spatio pene nullo ad humanos usus corporis officio fungeretur, et jam a parentibus suis erat desperata, quoniam F ad omnia Sanctorum loca, ad quæ ipsi poterant pervenire, eamdem deduxerant. Sed tandem ab eisdem tunc ad basilicam Martyrum adducta, et tempore nocturnalis Officii juxta cancellos posita, per merita et intercessionem eorumdem Sanctorum, diu desiderata sanitate sine mora donata est, adeo integre atque perfecte, ut omnium membrorum firmitate recepta, quæ illuc lectica venerat, pedibus ad propria remearet. Sed ubi domum redire cœpit, in ipso itinere eadem, qua liberatam se gaudebat, infirmitate corripitur. Itaque reversionis suæ pœnitentiam agens, iterum se ad Martyrum limen reduci rogavit. Moxque ut reducta est, quam discedendo amiserat sanitatem, sine ulla dilatione recepit. Voto igitur facto, ut sua sponte de Sanctorum obsequio jam amplius discedere non deberet, parvam sibi cellulam haud procul ab ecclesia ad manendum construxit : ac deinceps religiose conversata, in obsequio beatorum Martyrum cum magna devotione permansit.

Paralytica annis 10 semel iterumque convalescit

53 Aliam quoque feminam constat, non multo post, per eosdem beatissimos Martyres magno incommodo liberatam : quæ res hoc modo gesta esse cognoscitur. In pago Nithagonne fundus est, Ursella vocatus, qui a basilica Martyrum sex fere leugarum

femina os distortum,

A rum intervallo dirimitur. In quo mulier quædam, cum mane facto de somno evigilans in lecto suo resideret; et juxta consuetudinem expergiscentium, protensione brachiorum et assidua oscitatione, ad discutiendum marcorem, se extenderet; os paulo diductius, quam debebat, aperuit; disjunctisque juxta aures maxillarum coagmentis, hians rictus constitit immobilis, nec jam os claudere valens, personæ *g* quam homini similior effecta, gravissimas incautæ oscitationis pœnas luebat. Hoc ubi mulierculis in eodem fundo habitantibus innotuit; accurrunt, herbisque et frivolis incantationibus male habenti succurrere moliuntur: sed non habuit effectum vana ac superstitiosa præsumptio, vexabatque potius laborantem atque lædebat, quidquid imperitæ manus, velut studio medendi, eidem adhibuerunt. Interea frater mariti ejusdem mulieris supervenit, salubrique consilio rogavit, ut ad basilicam Martyrum sine mora duceretur, ibi affirmans esse sanandam, si unquam foret receptura sanitatem. Statimque jumento impositam ducere incipiunt appropinquantes autem basilicæ, de jumento depositam pedibus incedere faciunt. Cumque eo loci B ventum esset, ut jam turricula, quæ signa basilicæ continebat, ab eis conspici potuisset; eique ut ad eam videndam oculos levaret, hi qui eam ducebant imperarent; aspexit, vidit, ac sine ulla interposita mora sanitatem recepit. Ibi omnes pariter in terram corruunt, divinam misericordiam, quibus valent laudibus extollunt, surgentesque ad basilicam propere pergunt; et adoratis sanctissimis Martyribus, ac votis pro modo facultatum persolutis, ad propria cum multa exultatione revertuntur. Vidimus nos eamdem feminam, et cum illa locuti sumus; et ea, quæ circa illam gesta fuerant, ipsa narrante didicimus.

q

visa turri basilicæ rectificatur.

54 Nunc illud referre volo, quod ipse in die natalitio beatorum Martyrum contigisse vidi. Puer quidam surdus et mutus, qui ante triennium illuc venerat, et in domo custodis ecclesiæ ostiarius ab eo fuerat constitutus; festo die jam finito et Officio vespertino consummato, cum juxta ostium sederet, repente consurgens basilicam intravit, et a dextris altaris pronus corruit. Cunque eum ædituus, qui [illegible] ante altare pronum ac tacentem invenisset, continuo mihi hoc indicare curavit. Nos autem, qui tunc una eramus, ecclesiam celeriter ingressi, eumdem, sicut ab æditno repertus est, jacentem invenimus. Quem cum levari ju- C beremus, velut gravissimo sopore depressus, excitari non potuit. Tandem igitur quasi evigilans erexit se, cernensque nos circumstantes surrexit, atque ad eos qui prope sibi assistebant, Latine locutus est. Sunt quidam ex nostris qui dicunt, eumdem puerum fere ante sex menses, cum in cujusdam hominis nostri domo noctu dormisset, duo quædam verba per soporem fuisse locutum; et auditum, quo [illegible] recepisse: quod ita factum inde conjiciebatur, quia, postquam de illo somno experrectus est, cuncta quæ ei a quolibet imperabantur, ac si intelligeret, facere curavit. Sed hoc videtur in hac virtute præcipuum, quod idem, non Latine sed Barbarice sibi loquentem intellegebat; [illegible] autem, non Barbarico sed Latino sermone loquebatur. Qui cum beatos Martyres se vidisse, et multa quæ [illegible] dicere deberet, ab illis se audisse narravit: sed cum ea, velut in in crastinum dicturus, in præsenti referre distulisset, in tantum illi per oblivionem deleta sunt, ut nihil de his omnino se audisse recoleret. Hunc ego, quia nomen suum ignorabat, propter prosperum virtutis effectum, Prosperum vocari jussi. Qui adhuc superest, et apud custodem ecclesiæ, in eodem quo prius fuerat, permanet officio.

Surdus et mutus [illegible]

[illegible]

D

A EGINHARDO item alius sed Teutonice:

55 Pridie vero quam hic Prosper loquelam recepisset, hoc est, in vigilia ejusdem festivitatis, venit quidam juvenis, similiter surdus st mutus, in basilicam: et cum supplici gestu opem Sanctorum imploraret, adjuvante Domino, et ipse plenariam de utroque morbo meruit recipere sanitatem. Hunc itidem, ut priorem, quia nomen suum nunquam audierat, Godescalcum appellavi. Is tamen, non ut Prosper, sed ut sibi gentilitium erat, Barbaro sermone loquebatur, postquam ei per merita Sanctorum copia fandi concessa est.

56 Cum me quædam necessitas, secundum consuetudinem, Comitatum Regis adire compelleret mense Decembrio, in ipsis (si bene recordor) Kalendis de loco Martyrum promovens, sequenti die ad Castrum, quod moderno tempore Vuisibada *h* vocatur, ibi mansionem habiturus, adveni. Ibi cum, propter saltum, qui eidem loco contiguus est, commodius transeundum, solito maturius surgeremus; profecti sunt pueri, qui nos cum impedimentis præcedere debuerunt. Sed postquam, de vico in quo mansimus egressi, viam carpere cœperunt, tanta E eos tetræ noctis caligo circumdedit, ut quo se vertere deberent, omnino scire non possent. Erat præterea frigus ingens; et tecta pruinis terra, videndæ viæ copiam denegabat. Ipsa quoque montium juga, per quæ eundum erat, nubibus obsessa, quam longe vel prope essent videri non poterant. Accessit ad hæc etiam vallibus insidens nebula, quæ sua crassitudine visum impediens, iter moliri cupientes, remorabatur. Qui cum tot obstaculis se impediri cernerent, nec quid agerent in promptu haberent; equis desiliunt, et viam, quam videre non poterant, palpando quærere tentant. Sed ubi hoc parum successit, ascensis denuo equis, errori quem abominabantur, se potius committere, quam moras facere decernunt. Igitur paululum per tenebras procedentes, ad Crucem, quæ in via, per quam ituri erant, ob memoriam B. Marcellini erat posita, perveniunt. Causa autem ejusdem Crucis ibi ponendæ erat, quod in eo loco habitatores vici, in quo eadem nocte mansimus, mihi ante biennium de palatio revertenti, et Reliquias beati Martyris Marcellini, quæ tunc mihi redditæ fuerunt, deferenti occurrerunt; eamque ob recordationem hujus facti, ad venerationem beati Martyris, quasi pro titulo vel monimento ponere curaverunt. Quo cum prædicti F pueri, errando potius, quam iter agendo pervenissent; inierunt consilium, ut ibi socios suos qui [illegible] rent, sonitu buccinæ ad se congregarent; ac deinde [illegible] beatos Martyres [illegible] ferendam invocarent, sublatisque in altum vocibus Kyrie eleison ter decantarent.

57 Quo facto, tantus super eos totidem vicibus [illegible] ut diurnæ claritatis candorem adæquaret. Quæ coruscatio tantum eis commodi ad iter suum agendum attulit, ut consumpta nebula tenebrisque discussis, via quoque [illegible] quamvis per silvas et opacos nemoribus montes, absque erroris impedimento, usque ad ortum auroræ [illegible] cujus afflatu non solum nebula, verum etiam illa, quæ tunc et montes totumque silvam operuerat, pruina ita consumpta est, ut tertia corruscatione peracta, nullum illius algoris vestigium penitus appareret. Hæc nobis ad vesperam ejusdem diei, postquam ad mansionem venimus, hi qui viderunt atque

noctu difficillimum iter aggressi,

h

ad Crucem S. Marcellino positam orant,

[illegible] juvantur.

A. EGINHARDO.

A atque experti sunt, narraverunt. Quorum verbis fidem adhibentes, Dei omnipotentis misericordiam cum gratiarum actione laudavimus, eo quod nos per merita Sanctorum suorum in omnibus necessitatibus nostris adjuvare et consolari dignatus est.

Presbyter furiosus,

58 Quamquam omnia magna sint, et ad divinam debeant referri potentiám, quæ propter mortalium salutem ex meritis beatorum Martyrum gesta cognovimus; in eo tamen miraculo, quod nunc memoriæ mandare decrevi, tam patenter Dei omnipotentis virtus clare cognoscitur, ut nulli dubium relinquatur, quin in omni creatura sua quidquid voluerit facillime possit efficere. Suntiligua *i* dicitur villa in pago Nithagouue, in qua Presbyter quidam nomine Vualtbertus, tenebat ecclesiam. Is mente captus, magno suorum mœrore, ad basilicam Martyrum adductus est. Ex quibus tres erant fratres ejus, unus Presbyter et duo laici, quartus erat Monachus propinquus ipsius de monasterio Hornbach, *k* in quo et ipse Presbyter a parva ætate fuerat educatus. A quibus cum requirerem, si adhuc aliquid medelæ a quolibet medico eidem fuisset impensum; Statim, inquiunt, cum eum hac passione comperimus fuisse correptum, ad monasterium in quo nutritus fuit, a nobis adductus est. Ubi cum

post irritum medicorum conatum ad Martyres ductus,

B ei medici secundum artis suæ peritiam multa fecissent, nec morbum ab eo depellere potuissent; suaserunt nobis amici nostri, ut eum ad horum Sanctorum misericordiam duceremus : confidimus enim, quod illum salvare possint, sicut alios multos accepimus hic fuisse salvatos. Post hæc hospitio recepti, quatuor diebus fuere nobiscum, ducentes eum quotidie ad ecclesiam, et coram sacris Martyrum cineribus jacere facientes. Quinta vero die, frater ejus Presbyter, et Monachus qui cum eo venerat, petierunt ut eum cum duobus fratibus suis laicis reciperem, donec ipsi reverterentur : nam post triduum se dicebant esse reversuros. Feci ut voluerunt, cumque Presbytero nostro Hilfrido commendavi. Is cum a Presbytero receptus, et in cellulam in qua ipse manebat fuisset inductus : circa vesperam, ejusdem diei, commota vehementius qua tenebatur insania, unum e fratribus suis, qui eum custodiebant, arrepto cultro, quod furenti casus obtulerat, voluit occidere : sed ille necem fugiendo declinavit, et nostris hominibus, qui prope erant, de vesania illius indicavit. Tum Presbyter, cui cura eum custodiendi a nobis erat injuncta, suggessit mihi si-

C mulque persuasit, ut eum vinciri permitterem. Vinctus igitur catenis ferreis, in lecto collocatur ; obseratisque foribus, solus in cubiculo relinquitur. Excubant ante ostium fratres ejus, et velut erumpere valentem pervigili cura custodiunt. Ceterum vincula, quibus tenebatur adstrictus, ejusmodi erant , ut dum in his esset, non in dextrum aut sinistrum latus se convertere, neque aliter nisi supino corpore jacere potuisset.

menti redditur ablatis ultro vinculis.

59 Dormivit itaque, ut ipse testatur, neque ante mediam noctem evigilavit. At ubi galli cantare cœperunt, expergefactus, vidit se non solum vinculorum nexibus solutum; verum etiam morbo insaniæ, quo laboraverat, liberatum : statimque ad laudes Deo dicendas tota mente conversus, Psalmis et Hymnis, quos præ nimia gratulatione tametsi solus erat satis clare decantabat, omnes in vicinia ejusdem cubiculi dormientes excitavit. Tum surgens, ad ostium accessit; fratresque suos, qui ibi excubabant, ut se ad requisita naturæ foras exire permitterent, rogavit. Illi autem hunc insanientis dolum rati, nequaquam ei assentire ausi sunt; sed accersito hospite suo, qui eum ibidem incluserat, ut cum eo loquatur exorant. Qui postquam cum eo locutus est, atque ex ratione responsionum suarum

D sanæ mentis esse intellexit; aperto ostio, quo volebat, ire permisit; reversumque recipiens, quid de vinculis, quibus eum oneratum incluserat, factum esset, inquisivit. Et ille, Catena, inquit, qua me vinxisti, salva est : et si vis scire ubi sit, quære eam et invenies. Accenso itaque lumine, invenerunt eam ante lectum, in quo ipsum quiescere fecerant, jacentem eo modo compositam, atque eisdem nodis adstrictam, quibus tunc fuerat, quando eum cum ea in eodem lecto collocarunt, ac solum in eodem cubiculo dimiserunt. Quis hoc fecisse credendus est, nisi ille qui de nihilo creavit omnia; et qui in rebus quas condidit talia potest facere, quæ nec intellectu comprehendi, nec humanis possunt sermonibus explicari? Quis enim aut cogitatione conjicere, aut verbis valeat enarrare, qualiter ille Presbyter his vinculis fuerit absolutus; cum nobis certissimum sit neminem esse, qui se solus possit ejusmodi nexibus exuere, si eis fuerit simili modo constrictus. sicut idem Presbyter fuit, quando solus in illo cubiculo inclusus est? Hi vero, qui eum ibidem dimiserunt, postquam reversi sanum et mentis ac memoriæ suæ compotem invenerunt, læti et laudantes Deum simul cum eo ad propria regressi sunt. Hoc ita gestum, non quorumlibet testium relatione didicimus, sed ipsi per nos, quia ibidem

citra solutionem nodorum

E tunc eramus, Deo volente cognovimus : atque ideo fiducialiter scribimus, quod nos contigit oculata, ut dicunt, fide cognoscere. Verum quia cuncta, quæ de Martyrum virtutibus scribenda suscepimus, nequaquam possunt præsenti sermone compleri ; hic liber iste finem accipiat, ut ea quæ restant, ab alio rursus exordio commodius inchoentur.

ANNOTATA D. P.

a *Eginhardus in Annalibus de Gestis Ludovici Pii asserit, ad annum* 828, Conventum Aquisgrani factum esse mense Februario.

b *Hæc late deduximus ad diem* 19 *Januarii, quo coluntur hi Martyres* Marius, Martha, Audifax et Habacuc.

c *Annalium Fuldensium Auctor, ad an.* 874 *putat, quod si Ludovicus ea observare curasset, forsitan passurus non fuerit ea purgatoria per annos* 34, *quæ se pati filio suo Ludovico, Seligenstadii Comitia habenti, revelavit, petens inde suorum precibus liberari.*

d *Existimo legendum, tum hic, tum infra num.* 53 Nithagouue : *est autem tractus ille sic dictus a* Nitha *fluvio, vulgo* Nid, *qui Mœno illabitur infra Franco-* F *furtum, eo loco ubi nunc est oppidum* Hoechst ; *quod hic nominari* Heccostat *nolim divinando suggerere; cum inter Moguntinæ diœceseos loca inveniam nominari* Hetstat, *haud prorsus absimili vocabulo, sed in topographica tabula prætcrito.*

e Monasterium S. Nazarii ultra fluvium Rhenum, vulgo Laurisham *aut* Lorishaim, *ubi corpus S. Nazarii depositum esse a S. Godegrando Episcopo, diximus ad hujus Vitam* 6 *Martii : idem latius dictum ad Vitam S. Nazarii* 12 *Junii. Consule Marquardum Freherum parte* 1 *de Originibus Palatinis cap.* 6.

f *Hoc quoque nomen, ut recte scriptum sit, vereor ; quia suspicor,* Wetteraviam *legi debere,* Wettera *fluvio irriguam regionem ; inter Licham oppidum, ubi is oritur ; et Assenheim, ubi se Nithæ jungit.*

g Persona, *proprie ac Latine, dicitur* larva ; *hinc* personatus *id est* larvatus.

h *Vulgo* Wisbaden *id est* Alba-balnea, *in Rhingavia, fere e regione Moguntiæ, sesquileuca ab urbe.*

i *Fortassis* Suntilinga, *terminatione Alamannis familiari; ipsam tamen nusquam exprimunt tabulæ.*

k Horenbach, *duabus leucis a Bipontina civitate distans, oppidum sub diœcesi Metensi, in finibus Palatinatus,*

A *latinatus, paulo propinquius ad urbem, habet sibi contiguum* Alt Horenbach, *id est,* Vetus; *quod ibi forte monasterium fuerit, postea, hæresi ibidem prævalente, in profanos usus conversum, teste Bucelino.*

CAPUT VI.

Miracula in palatio Imperatoris ad Reliquias horum Sanctorum facta. Cæcitas, contractio, paralysis, febris sublata.

LIBER IV.

Præfatio de ordine sequentium miraculorum a

In relatione signorum atque virtutum, quas me in hoc libro scribere velle proposui, illæ in capite ponendæ videntur, quæ in palatio factæ, non solum ad plebis, verum etiam ad ipsius Principis ac Procerum ejus, omniumque (ut ita dicam) aulicorum pervenere notitiam : et non tantum propter hoc, sed etiam propter illud, quod in *a* oratoriolo nostro, ubi eadem miracula gesta sunt, non aliæ tunc temporis, quam beatorum Marcellini et Petri Reliquiæ fuerunt : ut quidquid ibi sanitatum atque signorum factum esse cognoscitur, singulariter ac proprie ad illos pertinere ac referri debeat, quorum solis constat ibi fuisse Reliquias. Fecerunt ibidem beatissimi B Martyres, sicut in sequentibus demonstrabimus, in aliorum Sanctorum locis multas virtutes atque miracula, quæ quibusdam velut communia illis, cum his Sanctis in quorum basilicis facta sunt, non immerito videri possunt; ob hoc præcipue, quoniam qui apud Deum æquales creduntur meritis, non absurde putentur in patrandis miraculis communiter operari. Sed hoc aliter esse ea ratione convincitur, qua demonstratur, nullas in his locis factas fuisse virtutes, antequam in illa memorata beatorum Martyrum essent delatæ Reliquiæ. Sed jam nunc, ut promisimus, ea quæ in prædicto palatio sunt gesta miracula perstringamus.

61 Erat quidam juvenis inter cubicularios Regis, natione Græcus, nomine *b* Drosus, qui febre correptus, aut negligentia suorum, aut inscitia medicorum, jam per aliquot menses longa atque adversa valetudine laborabat. Is, posteaquam Hildoinus Abbas Reliquias B. Marcellini, sicut in secundo libro demonstratum est, nobis reddidit, a quodam visione monitus est, ut ad oratorium nostrum veniret, ibique cereum quatuor denariis emptum accenderet, ac S. Marcellinum Martyrem, cujus caput ibi esse asserebat, sibi in adjutorium invocaret; sciretque se, si hoc faceret, ea qua jam diu laboraverat infirmitate cito C esse cariturum; credidit admonenti, et id quod imperatum fuerat, quanta potuit celeritate complevit. Statimque sanus factus, et receptis membrorum viribus, propriis pedibus ad sua regressus est.

b Quartana febris;

62 Erat ibidem alter æque juvenis, nomine Gerlacus, de urbe Remorum, inter eos, qui propter ædificia palatii construenda, jussi de illa civitate venerunt. Is ante dimidium fere annum in eodem vico, tam valida atque immani nervorum contractione correptus est, ut pedes natibus et genua mento cohærerent. Hunc socii atque propinqui in ulnis suis ferentes, ad memoratum oratorium detulerunt; et quia aliter non poterat, pronum jacere fecerunt; sanctumque Martyrem, ut ei sanitas redderetur, cum magna devotione rogaverunt. Dies erat Dominica, atque hora diei tertia, quando illuc allatus est : jacuitque ibi usque ad horam nonam. Cumque Officium ejusdem horæ a Clericis esset solenniter impletum; ecce de capsa, quæ sacras beati Martyris Reliquias continebat, tanta suavissimi atque insueti odoris fragrantia egrediens sic totam oratorii cellulam implevit, ut in admirationem ejus, omnes qui aderant, incunctanter assurgerent; ac se mutuo, an

contractio nervorum in viro,

D idem omnes æqualiter sentirent, curiosa interrogatione perquirerent. Cum subito vident eum, qui juxta jacebat, velut a quibusdam tenentibus trahi; et membra, quæ morbo erant contracta, extendi : intelligentesque divinam adesse virtutem, tulerunt hominem, et coram altari collocaverunt. Qui cum ibi positus, cum multis lacrymis divinum imploraret auxilium; cunctis cernentibus ita correctus est, ut qui manibus alienis subvectus in oratorium venerat, propriis pedibus de oratorio procederet. Testimonium tamen quam perpessus est passionis, adhuc in suo corpore circumferre cognoscitur : nam crure ac pede sinistro sic postea claudicavit, ut ad regendum incessum baculo semper indiguerit. Hoc cur non sit percuratum, dicant qui velint : ego enim id me video non aliter posse conjicere, nisi ut existimem, interiori ejus saluti competere, ut aliqua in eo exterioris debilitatis vestigia remanerent.

A EGINHARDO.

63 Juliacus *c* vocatur antiquum municipium, a vico Aquensi octo leugarum spatio disparatum, de cujus territorio puella quædam, simili morbo similique modo affecta, a matre atque aliis propinquis suis ad memoratum oratorium adducta; cum præ multitudine hominum, qui tum forte propter Missarum audiendarum solemnia illuc convenerant, intrare E non posset; extrinsecus eam ad orientalem oratorii fenestram collocarunt, expectantes opportunitatem, ut recedente populi frequentia, facilius oratorio inferri potuisset. Sed ubi ad medium fere Officium ventum est, et expleto Evangelio Hostiæ salutaris oblatio peracta est; cœperunt eam angustiæ stomachi; et erumpente per totum corpus sudore, velut in soporem labi. Quibus signis divinam adesse virtutem haud dubitanter conjicientes, de eodem loco levatam, quam lecticulæ, quæ propter jacebat, soporatam superposuerunt. Ibi coram omnibus, qui hujus miraculi conspiciendi gratia concurrerunt, integerrimam omnium membrorum sanitatem, in unius horæ momento Domino præstante recepit. Erant autem inter ceteros spectatores et Judæi, quorum unus David nomine, post hujus signi expletionem, ad fenestram cubiculi, in quo ego tunc eram, celeriter accurrens, meque compellans, narravit quod viderat, et benedixit, gratias agens Deo, qui per Martyres suos tanta mirabilia ad salutem mortalium operari dignatus est.

c

et in puella

64 Erat in eodem vico cæcus quidam provectæ ætatis, qui, ut ipse asserebat, ante triennium subita cæcitate percussus, inter alios pauperes stipem ostiatim mendicare solebat. Is cum in tugurio suo F dormiret, vidit per soporem, quemdam sibi assistentem atque dicentem, ut si videre vellet, ad oratorium nostrum iret; ibi esse medicum, qui ei roganti lumen reddere potuisset. Renuit ille, et lumen quod offerebatur abominatus, Quid, ait, mihi nunc cum visu, quem jam olim perdidi? melius mihi est, si eo careo, quam si habuero. Modo mendicante, homines exaudiunt, et ea quæ necessaria sunt, præstant : nam videntem mendicare non decet : senex autem et debilis operari non possum. Tum ille qui cum eo loquebatur, Vade, inquit, et noli morari : nam velis nolis visum recepturus es. Paruit ille imperanti, perrexitque ad oratorium, atque in eo pernoctavit; et cum illa nocte nihil esset factum, ad tugurium suum reversus est. Cui denuo is qui prius per soporem apparuit, et similiter ut ante imperaverat, ad oratorium pergere præcepit. Fecit ille, ut jussus fuerat, sed ne tunc quidem aliquid actum est. Tertio vero commonitus venit, et ubi coram altari ad orandum se prostravit, visum recepit. Hunc nos, dum adhuc cæcus esset, inter alios pauperes ac debiles multoties in domo nostra mendicantem vidimus : ideoque alium illuminationis ejus testem non

Illuminatur, cæcus invitus.

A. [illegible] non quæsivimus, quia sufficere nobis credebamus testimonium non fallentis conscientiæ nostræ.

65 Cum ex his aliisque compluribus virtutum operationibus, per circumpositos vicos et pagos, salutaris fama crebresceret; mulier quædam de pago *d* Ribuarensi, multo jam tempore cæca, visum recipiendi et desiderium simul et fiduciam habens, ad memoratum oratorium se rogavit adduci. Cumque illo venisset, tres totos dies, totidemque noctes ibidem orando et jejunando continuavit. Sed cum ad præsens nullum in se exoptatæ sanitatis sensisset indicium, domum reducta est [illegible] interpositis diebus, spe recipiendi luminis haud vane concepta, iterum se ad sacras Reliquias deduci rogavit. Quo cum ab uno puero duceretur (nam qui prius eam illo deduxerant, spem ejus velut inanem ac supervacuam judicantes, alterius cum illa ire noluerunt) ubi ad cœmeterium Aquensis palatii, quod in monte, qui eidem vico ab orientali parte imminet, situm est, eodem comitante atque ducente pervenit; ibi, quasi obviante sibi divina gratia, diu desideratum lumen recepit. Tum [illegible] atque attonita constitit, puer que [illegible] ut sequeretur imperavit. Hactenus, inquiens, quo tu præcedens [illegible] autem tuo ductu non egeo, quia viam, qua ire debemus, video: et hunc vicum in quo sacræ Reliquiæ sunt, ad quas venire disposui, Domino adjuvante conspicio. Tu tantum vide et cura, ut me recta via ad oratorium Martyrum in ipso vico adducas. His dictis [illegible] perrexit, gratias egit, factique in se miraculi nobis indicium fecit, vidensque et gaudens ad propria remeavit.

66 Ascvilarem vocant fundum Regium, ab Aquensi palatio quatuor leugarum spatio distantem, in quo quidam homo erat diutina præcordiorum infirmitate detentus [illegible] modo desperatus. [illegible] posse videretur. Quæ [illegible] consuluntur [illegible] feminæ, in eodem fundo habitanti, in somno revelatum est, [illegible] quæ et [illegible] molestiam [illegible] posset, et, quia sæpe vacua esset, sanitatem [illegible] Ceterum si [illegible] fieri vellet, ad Aquense palatium iret, oratorium [illegible] modo plenariam eum consecuturum sanitatem. Quod ubi ei annuntiatum est, convocatis amicis ac proximis, [illegible] plerent. Qui mox jumento impositum, ad oratorium adducunt; atque in eo, ut jussum fuerat, collocantes, abeunt, post triduum reversuri. Ille autem ibidem [illegible] morbi, quo multo tempore tenebatur, assereret re[illegible] ad se reversis, ac sanum sicut optaverant invenientibus; non dorso jumenti, ut venerat; sed pedum suorum officio ad propria, cum ingenti et sua et illorum gratulatione atque lætitia, regressus est.

67 Est [illegible] circiter leugis ab Aquensi vico disparatus *f* Ganglu[illegible] habitatores [illegible] filiam [illegible] paralysi [illegible] confectam habebat, ut [illegible] ullum pene [illegible] movere potuisset: audita virtutum fama, spem de [illegible] filiæ salute pro corde concepit; [illegible] nusque sublatam ulnis propriis, ad memorantum [illegible] deportare curavit. Quæ cum illo antemeridiano tempore, hora videlicet prandii, pervenisset, D et Clericorum neminem ibidem invenisset (nam reficiendi causa paulo ante discesserant) tamen ingressa, filiam juxta se in pavimento collocavit. Ipsa autem perparvum cereum, quem pro munere detulerat, accendens; ante illam in eodem pavimento posuit, seque ad orandum coram sacris cineribus cum summa devotione prostravit. Quo facto, sine ulla interposita mora, puella, per supernam gratiam omnium membrorum sanitate ac firmitate recepta, matre non sentiente, surrexit; cereumque qui coram se jacebat sustulit, ac post tergum jacentis constitit. Quæ cum oratione completa, caput de pavimento levasset; et nec cereum, nec filiam in eo quo posuerat loco esse vidisset, surrexit; conversaque, filiam pone se cum cereo stantem, Deum laudans ac lætabunda, conspexit. Igitur cum nullum ibi, cui de virtute quæ gesta fuerat referre posset, adesse videret (nam præter pauperes, qui ibidem mendicandi gratia excubabant, nemo intra oratorii parietes, excepta se ac filia sua, tunc erat, quando illud miraculum factum est) votis cum gratiarum actione solutis, domum cum filia sana atque incolumi repedavit. Cujus virtutis indicium qualiter ad E nos perlatum sit, paucis expediam. Gerwardus, *g* Palatii Bibliothecarius, cui tunc temporis etiam palatinorum operum ac structurarum a Rege cura commissa erat, de Noviomago veniens, palatium Aquense petebat. Is cum in memorato fundo [illegible] noctem mansisset, [illegible] ab hospite suo, si aliquid novi de palatio nuper audisset. Cui ille, Nihil, inquit, modo apud aulicos tam celebre est, quam signa et virtutes, quæ fiunt in domo Einhardi, per quosdam Sanctos, quorum Reliquias in oratorio domus suæ habere dicitur: ad quarum venerationem omnes vicini nostri quotidie festinant, et quicumque infirmus illo fuerit adductus, illico curatur. Cœpitque de filia mulieris illius, qualiter ante paucos dies salva facta sit intimare. Tum Gerwardus: Vade, ait, et eamdem mulierem adduc ad me, ut ipsa mihi dicat, quod audire desidero. Venit mulier, et omnia prout gesta erant, patenter exposuit. Gerwardus vero, cum [illegible] ad Regem venisset, ea quæ de hoc signo revelatione illius feminæ compererat, eidem indicavit. Rex autem, cum ego secundum consuetudinem ingressus coram illo starem, quid sibi Gerwardus de hoc miraculo retulisset, tam mihi, quam F ceteris sibi astantibus, divinam misericordiam atque potentiam admirando simul atque laudando, [illegible]nuavit. Sic nos contigit signum, quod nobis ignorantibus in domo nostra gestum est, ex hujusmodi relatione cognoscere.

Margin notes: *d* et cæca: *e* levatur diutina præcordiorum infirmitas *f* Paralytica puella sanatur, *g* ex relatione bibliothecarii, Auctori innotescit

ANNOTATA D. P.

a [illegible] 21 et 22 [illegible]

b [illegible] *in Styria natus.*

c Juliacum, *oppidum munitissimum cum arce, et caput* [illegible]

d [illegible] Ribuariorum, super Rhenum posita.

e *Hoc fere* [illegible] *Juliacum* [illegible] *vulgo* [illegible] *forte addita* [illegible] *quod cineres significat, distinctus ab altero duabus leucis remotiori, vulgo* Holtzwiler, *quod lignorum-villare.*

f Gangelt *est oppidum agri Juliacensis, ex quo oriundus*

A *oriundus Jacobus Kret vadt indicavit nobis*, Gangluden fuisse circum illud oppidum districtum aliquem certum, et sic sæpius appellari *het landt van Mille, Gangelt, ende Vucht* eaque loca dici funiculum triplicem fuisse.

g *Hunc Gerwardo scribens Eginhardus Epist. totam* 14, *inter alia habet ista*: [illegible], ut omissis Martyrum excubiis, quibus indesinenter adesse et interesse jussus sum, Palatium petam.

CAPUT VII.

Miracula Valencenis in Hannonia patrata ad Reliquias horum Sanctorum. Cæci decem illuminati, alii ægri sanati.

Hæc de miraculis beatorum Martyrum, quæ in Palatio gesta sunt, in præsenti opere commemorasse sufficiat. Nunc ad eas virtutes veniendum est, quæ in locis facta sunt, ad quæ, religiosis viris petentibus, me largiente, venerandæ eorumdem Martyrum Reliquiæ venerunt, et in quibus hactenus cum magna reverentia coluntur. Quas primus omnium Georgius Presbyter et Rector monasterii S. Salvii a Martyris, quod in pago Fanomartensi, in vico Valentianas appellato, in ripa Scaldis fluvii situm est, me dante suscepit, et per quemdam Diaconum ad memoratum monasterium de Aquensi palatio destinavit. Is autem [illegible] secum habens, cum in pago Hasbaniensi ad vicum regium, quem b Vuasidium vocant, venisset; atque in prato, quod vico proximum erat, reficiendorum jumentorum gratia consedisset, ecce unus de [illegible] depressus; maxillis etiam, ex nimio dentium dolore, quem ut ipse dicebat, diutinum patiebatur, nimio tumore distentus, furcam ferratam in collo ferens, idem pratum festinus intravit; et cur pratum suum depascerentur, stomachando percunctatur. Cui Diaconus, qui Reliquias Martyrum ferebat, et eas tunc in summitate virgæ, quam ob hoc in eodem loco fixerat, suspendere parabat; Melius, inquit, tibi est, ut coram his Sanctorum Reliquiis, quas hic in manibus habeo, prosternaris; Deumque roges, ut te, per merita eorumdem Sanctorum, de dolore, quem pateris, liberare dignetur: nam tumor, qui in facie tua videtur, testatur [illegible] magnum in ore tuo esse dolorem. At ille hæc audiens, projecta furca quam manu ferebat, ante Reliquias pronus corruit; et, ut Diaconus ei suasit, pro salute sua Domino supplicavit. Nec longa interposita mora, ita sanus ab oratione surrexit, ut nec tumor in facie, nec dolor in dentibus, nec gibbus, quo premebatur, remaneret in dorso. Ac proinde concito gradu vicum ingressus, omnes propinquos ac vicinos suos, in eodem loco constitutos, ad laudem Dei dicendam, et gratias Christo Domino referendas, invitavit. Confluxit in pratum ingens populi multitudo, et pro eo qui sanatus fuerat, gratias actura circumjacentis regionis turba congregata est. Rogant omnes Diaconum, ut illam noctem ibi moraretur: nec ille eis hoc negare poterat, quia parati erant, nisi assentiret, etiam invitum detinere. Ducunt deinde pervigilem noctem, et in Dei laudibus tota regio resonabat. In crastinum autem, cum Diaconus iter suum capere cœpisset, omnis illa congregati populi frequentia abeuntem cum ingenti devotione comitata est; nec ante vel subsistere vel discedere voluit, quam ab aliis, quos miraculi hujus fama commoverat, obviam sibi venientibus fuisset exceptus. Hoc modo sacræ Martyrum Reliquiæ, ex hujus occasione miraculi, a populis illarum regionum exceptæ, et ad basilicam S. Salvii, quo eas memoratus Georgius miserat, Domino ducente perlatæ sunt. Hoc signum ipsius Georgii relatione constat mihi esse compertum: de ceteris autem, quæ nunc dicenda sunt, ab eo libellum accepi, cujus ordo vel series hunc in modum habere cognoscitur.

69 Anno quarto decimo c Christo propitio Imperii Ludovici Augusti, cum ad corroborandam Christiani populi fidem, sicut in initio nascentis Ecclesiæ, signa et prodigia in ipso Regis palatio per merita Sanctorum suorum, Dominus dignaretur ostendere; petiit et obtinuit Georgius Presbyter Aquisgrani palatio, ab Einhardo Abbate, Reliquias beatorum Christi Martyrum Marcellini et Petri, quorum corpora ipse de Roma per homines suos allata nuper acceperat; easque in capsa, quam auro et gemmis decenter ornaverat, reconditas, per Diaconum suum, nomine [illegible], ad basilicam S. Salvii Martyris, quam ipse eo tempore per beneficium Regis tenebat, dirigere curavit. Qui Diaconus cum ad villam regiam, quæ Vuasidium vocatur, venisset, [illegible] Qui cum hortante Diacono coram Reliquiis, quas ille ferebat, se ad orandum prostrasset; et Dominum Christum ut sui misereretur, devote ac suppliciter invocasset; per intercessionem Sanctorum Marcellini et Petri, cuncta corporis incommoditate depulsa, sanus ab oratione surrexit. Factum est hoc miraculum tertiodecimo Kalendas Julii, [quod a me superius plenius est enarratum: quia ego illud juxta relationem memorati Georgii conscribere curavi.] d

70 Diaconus autem cum Reliquiis tertia die Valentianas veniens, cum eas in basilicam S. Salvii, [illegible], quidam juvenis de villa regis, quæ L[illegible]na vocatur, Dominicus nomine, qui eo morbo, quem Græci spasmum appellant, jam per annum integrum sic vexabatur, ut manus ejus dextera penitus [illegible], molam verteret, moveretur in gyrum; statim in ipso [illegible], per merita beatorum Martyrum, coram omni populo ita curatus est, ut post hæc nullum illius horrendæ agitationis pateretur incommodum. Exinde die quarta, in festivitate videlicet B. Joannis Baptistæ, [illegible], quæ se annum unum cæca fuisse testata est, dum Missarum solennia celebrarentur, invocatis beatis Martyribus, lumen, quod ex fide petierat, cunctis qui aderant videntibus, per illorum merita recepit. Similiter in festivitate S. Salvii, quæ evenit sexto Kalendas Julii, quidam homo surdus et mutus, inter solennia Missarum, per suffragia Martyrum, et auditum et loquelam recipere meruit. Eadem die anus quædam de pago [illegible], Rodeltrudis nomine, quæ per tres annos lumen cœli non vidit, in eadem celebratione Missarum, visum recepit. Quinto Kalendas Julii puer quidam annorum circiter septem, f Domitianus nomine, qui fuit cæcus a nativitate, dum divinum celebratur Officium, per merita beatorum Martyrum illuminatus est.

71 In vigilia vero beatorum Apostolorum Petri et Pauli, id est, quarto Kalendas Julii, puella quædam parva, nomine [illegible], habens ætatis annos, ut putabatur, novem, quæ tribus annis nihil viderat, tempore salutaris Officii in media populi multitudine constituta, Martyrum suffragantibus meritis, lumen amissum ex divina miseratione recepit. Eadem die quidam homo, nomine Dado, de villa g Ponticulo vocata, qui annos sex curvus erat, et ad cœlum se erigere non poterat, ideoque brevibus anticulis, sustentandi se gratia sub axillis positis, cernuus incedebat: is eadem hora, eodemque in loco,

[Margin notes: quod et libello, scripto de miraculis, comprobatur · ex quo referuntur etiam curationes. · spasmi integro anno tolerati, · et cæcitatis, · item surdi et muti. · cæcæ 3 annis, · cæci unius, · et cæcarum atque curvi.]

A loco, per misericordiam Dei et per merita beatorum Martyrum, erectus ac sanus effectus est.

a GANDARO.

72 Die quarto Nonarum Juliarum, quædam vidua nomine Adalrada, quæ annis quatuor oculorum lumine privata nihil videbat, audita virtutum fama, spem visus recipiendi non vana fide concepit; arrepto que baculo, sola sine ductore ad Valentianas ire contendit. Cumque vico appropinquare cœpisset, visum est ei, quod velut unum solis radium oculo dextro conspiceret: ac proinde divinam clementiam puro corde deprecata est, ut per intercessionem Sanctorum suorum ecclesiam B. Salvii se videre permitteret. Statimque exaudita est, et quod optaverat, Domino miserante, sine mora est consecuta. Ipsa quoque die, altera quædam femina de pago Noviomensi, nomine Ruotlia, quinquennio cæca, inter Missarum solemnia lumen quod amiserat, Christo Domino per merita Sanctorum suorum donante, recepit.

nec non paralytici,

73 In octavis Apostolorum, id est, pridie Nonas Julii, quidam homo, Gunthardus nomine, de eodem pago, velut paralysi percussus, ad basilicam S. Salvii a suis adductus est: qui (ut dicebant) jam B unum annum habebat in eadem infirmitate; et tam vehementer in sinistra parte corporis sui debilitatus est, ut nec manum ad os ducere, nec se vel lavare vel calceare valeret. His, per misericordiam Dei meritaque Sanctorum, tempore matutinalis Officii, in ipsa solennitate sanus effectus est.

h item duorum cæcorum et cæcarum totidem,

74 Similiter et alius homo, nomine Hildebonus, veniens de monasterio, quod ad duos *h* Gemellos appellatur, cum ab infantia cæcus esset, ac lumen cæli in tota vita sua non vidisset, in celebratione Missarum, eadem die, in eadem basilica, per eosdem Sanctos, eodem Domino miserante atque auxiliante, visum recepit, et omnia quæ prius non vidit, clare videre meruit. Die vero Nonarum Juliarum, puella quædam parvula, nomine Reginlindis, quæ non amplius quam septennis esse videbatur, cum tribus annis oculorum suorum lumine caruisset, et inter ceteros in basilica ad divinum Officium audiendum constitisset; intervenientibus Sanctorum meritis, coram omni multitudine, illuminata est. Quarto Idus Julii cæca quædam, nomine Aagia, quæ duobus fere annis visu carebat, intra sacra Missarum solemnia, suffragantibus sibi Sanctorum precibus, a Domino Jesu Christo illuminata est. Eadem die cæ- C cus quidam valde senex de villa *i* Gandiacis, Ermenwardus vocabulo, qui annis quatuordecim nihil videre potuit, ad vespertinum Officium ecclesiam ingressus, beatos Martyres invocavit; ac statim cæcitate depulsa, diu desideratam lucem, Domino adjuvante, recepit.

i

atque energumenæ.

75 Septimo Kalendas Augusti, puella quædam, quæ ab immundo spiritu vexabatur, in basilicam adducta, dum sacræ oblationis Officium celebratur; per virtutem Christi et merita beatorum Martyrum, fugato dæmone, integerrimam mentis et corporis meruit recipere sanitatem. Hæc sunt miracula atque virtutes, quas Dominus noster Jesus Christus, per merita sanctorum Martyrum suorum Marcellini et Petri, in vico Valentianas, ad salutem humani generis, operari dignatus est: quæ memoratus Georgius Presbyter brevi libello collecta nobis mittere curavit, et nos huic operi nostro censuimus inserenda. Hic est *k* Georgius Veneticus, qui de patria sua ad Imperatorem venit, et in Aquensi palatio organum, quod Græce hydraulica vocatur, mirifica arte composuit.

k

D

ANNOTATA D. P.

a *Colitur S. Salvius 26 Junii, ubi ostendemus fuisse* cœnobium Clericorum, *quod Baldericus lib.* 2 *Chronici Cameracensis cap.* 31 *appellat* monasterium Canonicale S. Salvii Episcopi et Martyris. *Est modo Prioratus Ordinis Cluniacensis ab anno* 1103, *prope Valencenas ac fere in suburbiis, quem locum vulgo* Famarts *dici, notat Mabilio.*

b Wasidium, *forsan* Weset, *seu* Veltweset *inter Trajectum et Bilsenam, quod* Wased *potest fuisse dictum.*

c *Estque is annus Christi* 827, *potissimum mense Junio, quo hæc contigerunt.*

d *Hæc verba, ab Eginhardo interposita,* [ ] *includenda censui.*

e *Forte* Lessina *oppidum Hannoniæ, aut* Liptines *prope Laubium, ubi sub Carolomanno in villa Regis Synodus habita est.*

f *Putem scribendum.* Domitianus, *vel* Donatianus.

g *Sunt quidem in vicinia Valencenis Flandriæ Gallicanæ, inter Duacum et Tornacum,* Pont a Rache, et Pont a Marq, *sed alterutrum locum hic signari nomine* Ponticuli, *temere quis dixerit.*

E

h Monasterium ad duos Gemellos *hic dici videtur, quod Ambianis in Picardia vulgo nominatur* S. Martin des jumeaux, *a Guidone Episcopo sub an.* 1073 *postea restauratum.*

i Gandiacas *adhuc nescio invenire circa Valencenas.*

k *In Annalibus Francorum Pithœanis ad an.* 826, *ista leguntur*: Georgius quidam Presbyter de Venetia, cum Baldrico Comite Forojuliense veniens, organum hydraulicum Aquisgrani fecit. *Quo perfecto, factus est Rector monasterii S. Salvii; et anno* 827 *obtinuit Reliquias dictas.*

CAPUT VIII

Miracula Gandavi, in monasterio S. Bavonis, ad Reliquias horum Sanctorum. Cæci octo illuminati; alii ægri adjuti.

Inter miracula Gandavi facta,

Alter libellus mihi oblatus est de monasterio S. Bavonis, quod situm est juxta Scaldum in loco Ganda vocato, ubi idem amnis Legiæ fluminis commiscetur, a *a* Fratribus ibidem Deo servientibus: quorum rogatu Reliquias memoratorum Christi Martyrum ad idem monasterium misi, in quo hæc per ordinem *a* gesta reperta sunt. Anno ab incarnatione Domini F nostri Jesu Christi octingentesimo vicesimo octavo, venerunt Reliquiæ sanctorum Christi Martyrum Marcellini et Petri ad monasterium S. Bavonis, die quinto Nonar. Julii feria sexta *b*, Indictione VI. Tertia vero die, id est, Dominica proxima, quæ *b* fuit tertio Nonas Julias, quædam puella cæca, nomine Hartlinda, de villa quæ *c* Furseanum appellatur (quam pater et mater testati sunt octo annis oculo- *c* rum officio caruisse) cum ante altare, super quod *curantur* sacræ Martyrum Reliquiæ erant positæ, fuisset adducta; coram omnibus qui aderant, visum, Domino miserante, recepit. Inde post dies octo, id est, quarto Idus Julii, adducta est altera puella similiter cæca, nomine Helmrada, de villa *d* Magle nuncu- *d* pata: cujus parentes de ea retulerunt, quod octava die postquam baptizata fuit, subita cæcitate percussa *cæca ab* sit. Quæ et ipsa statim coram sacris Martyrum ci- *infantia,* neribus lumen, quod jam dudum perdidit, Domino sibi reddente, recepit. Exin die tertia, quod fuit *incurvata,* pridie Idus Julii, venit illuc puella quædam curva, nomine Bildrada, de villa Boderetio *e*, quæ pertinet *e* ad monasterium S. Vedasti. Quæ cum ante memoratas Sanctorum Reliquias, pro restitutione salutis suæ, Dominum Christum suppliciter invocasset: coram

A coram omnibus qui aderant erecta est, et integrum corporis sui statum in momento temporis recipere meruit.

A cæci, f 77 Postea vero, duodecimo die Kalendarum Augustarum, femina quædam, nomine Eddela, ancilla Sancti Amandi, de villa Baceroda vocata, quæ plurimis annis oculorum lumine caruisse dicebatur, ibidem fideliter orans visum recepit. Eodem die servus quidam S. Bavonis, Eberaldus vocabulo, de *g* villa *g* Millinio, qui et ipse per plures annos lumen cœli non vidit, cunctis qui aderant cernentibus, eodem in loco diu desiderata luce donatus est. Ipsa quoque die duæ viduæ, quæ plurimis annis cæcæ fuerant, ibidem illuminatæ sunt: quarum altera *h* nomine Elidwara, de villa *h* Accinio, altera Reberta *i* vocata, de villa Vuerinmio *i* fuisse narratur.

18 Deinde post dies vigintiquinque, id est, in festivitate Assumptionis S. Mariæ, femina quædam *k* vocabulo Angarhilda, de villa Gomaco *k*, coram sa-*incurvata alia,* cris Martyrum Reliquiis, omni populo cernente, et id, quod evenerat admirante, ita incurvata est, ut penitus se ad cœlum videndum erigere non posset. Eademque sequenti die, id est decimo septimo Ka-B lendas Septembris, in eadem ecclesia cum Evangelium legeretur, eodem populo teste, ita erecta atque in statum pristinum restituta est, ac si numquam per ullam corporis sui læsionem ad terram fuisset inclinata. Postea vero, secunda et vicesima die men-*claudus,* sis Septembris, id est decimo Kalendas Octobris, homo quidam de pago *l* Texandria, ex villa quæ *l* Apenia nominatur, vocabulo Liudoldus, qui propter sinistri cruris ac pedis imbecillitatem duobus se baculis ad incedendum sustentabat; ita ibidem in conspectu populi perfecte curatus est, ut ultra jam in ambulando baculorum adminiculo non egeret.

79 Quarta vero die post patrationem hujus miraculi, id est septimo Kalendas Octobris, juvenis *surdus et mutus, m* quidam surdus et mutus, sinistra quoque manu contractus, nomine Hunwaldus, de villa *m* Corvio nuncupata, cum ante sacras Martyrum Reliquias venisset, atque ibi suppliciter orasset; statim per virtutem Christi, depulsis universis quibus afficiebatur incommodis, ita sanus effectus est, ac si numquam aut surdus aut mutus, aut ex contractione nervorum in manu fuisset aliquo modo debilitatus. Sequentique die, hoc est sexto Kalendas Octobris, *paralytica,* femina quædam, nomine Engilgarda, quæ per mul-C tos annos dira paralysis passione tenebatur, eadem in basilica, per merita beatorum Martyrum, coram omni populo, est curata. Erat eadem ancilla perti-*n* nens ad Episcopium Tornacense, de villa quæ *n* Vuerecundia nominatur: in crastinum vero, id est quinto Kalendas Octobris, altera quædam femina, *o* nomine Ramburga, de villa *o* Bertingaheim, simili passione in inferiori corporis sui parte valde debilitata, cunctis qui aderant videntibus coram eisdem Sanctorum Reliquiis, perfectam eadem parte suorum firmitatem recepit, atque a morbo, quo per decem annos laborasse ferebatur, Deo volente, in momento temporis liberata est.

p 80 Eadem die vir quidam cæcus, nomine Germarus, de villa *p* Sclaltheim, quæ juxta ostium Scal-*cæca,* dis fluminis in maritima Frisonum regione posita est; cum ibi, pro calamitate quam patiebatur, Dominum misericordiam et beatos Martyres invocasset, diu negatum lumen cum lætitia recipere meruit. Quarta autem die, postquam hoc signum Domino volente contigit, id est, pridie Kalendas Octobris, quædam ancilla S. Bavonis, vocabulo Gundrada, de *q* villa, *q* Aldingaheim, quæ tribus fere annis solem non viderat, ubi se coram altari ad orandum prostraverat, lumen quod amiserat, Christo Domino per merita Sanctorum suorum largiente, recepit.

ANNOTATA G.H. et D.P.

a *Horum* Fratrum *sive Monachorum Abbatem fuisse Eginhardum, ab anno* 826, *scribit Meyerus in Annalibus Flandriæ; addens, quod is,* Sacerdos Cæsaris Ludovici, cœnobium, incendio deformatum, restituerit, vagosque Monachos in unum reduxerit. *Hisce addit Sanderus lib.* 4 *Rerum Gandavensium cap.* 4, *eum* impetrasse a Ludovico Imper. approbationem privilegiorum cœnobii Gandensis et alia privilegia nova. *Quæ utinam extarent, ad confirmandam collationem hujus Abbatiæ Eginhardo factam. Quod autem asseratur eum scripsisse in Vita Caroli Magni, ambos frequentius simul Gandav. fuisse, non habetur in hujus Vita, ad diem* 28 *Januarii a nobis illustrata. Sed anno* 826 *se fuisse Gandavi in monasterio S. Bavonis scribit ipsemet supra num.* 4. *Fuit Lupus, ejus familiaris, Abbas Ferrariensis in* [illegible] *Senonensi, et simul S. Judoci super mare in Pontivo. Ita potuit simul habuisse Eginhardus aliquam curam monasterii S. Bavonis, licet habitaret Helingenstadii. Idem Epistola* 12 *petit censum, sibi apud S. Bavonem et in Blandinio debitum.* *A. EGINHARDO* D

b *Hæc accurate conveniunt in dictum annum* 828 *cyclo Solis* 25 *litteris Dominicalibus ED.* E

c *An* Furseniam, [illegible] *datum sit* 12 *seculo* Furnas, *alteri conjectandum relinquo, donec aliquid propius huc referibile inveniatur.*

d *Videtur esse hodiernum* Machelen, *inter Cortracum et Gandavum via fere media. Relictæ fuere horum Sanctorum Reliquiæ in dicto S. Bavonis monasterio usque ad annum* 1070; *quando Balduinus Montensis, Comes Flandriæ et Hannoniæ, in cœnobio Hasnoniensi ad Scarpum fluvium, tribus ab urbe Valencenensi leucis, pro Canonicis secularibus monachos Benedictinos introduxit, eisque templum reparavit: ac quod curavit transferri ex dicta S. Bavonis ecclesia* Reliquias SS. Marcellini et Petri, *capsæ inauratæ impositas, et gemmis pretiosis exornatas, ut referunt Guillelmus Gazetus in Historia Ecclesiastica Belgii, in Lietberto* 32 *Episcopo Cameracensi et Atrebatensi pag.* 162; *Henricus D'outremannus lib.* 1 *Historiæ Valencenensis, cap.* 8, *Locrius et alii. De hisce Reliquiis ista* [illegible] *in* [illegible] *Belgico:* Quod Molanus asserit, iconomachorum rabie feretrum ac omnia pene eorum sacra ossa devastata esse, ex falsa aliquorum relatione scripsisse autumo. Ea enim piarum quorumdam hominum studio Valentianis occultata, hodieque salva Hasnonienses Ascetæ pie in pulcherrima ac pretiosissima auro argentoque celato capsa commonstrant, quod ex sincera informatione, facta et exhibita Domino Georgio Colveneiro, Universitatis Duacensis Cancellario, ac Sacræ Theologiæ Doctori, nec non [illegible] Professori, mihi certissime constat. *Hæc ibi.* F

e [illegible]

f Baceroda, *vulgo* Baesroy, *ad Scaldim in Brabantia,* [illegible] *Gandensi in* [illegible].

g Millinium, *an* Melle [illegible] Mulhem, [illegible]

h Accinium, [illegible] Essene, [illegible] *Episcopatu Iprensi.*

i Werinmium, [illegible] Wernhout, [illegible]

k Gomacum, [illegible] Coyeghem, [illegible] *Castellania Cortracensis.*

l Texandria, *alias* Taxandria, [illegible] Campinia, [illegible] Apeniam [illegible]

m Corvium [illegible]

A EGINHARDO.

A n Werecundia *in diœcesi Tornacensi, vulgo* Warcoin *ad Scaldim, inter Cortracum et Tornacum, huic quam isti propior.*

o Bertingaheim, *forte fossis contractum* Berthem, *in Decanatu Ardenburgi sub Episcopo Brugensi.*

p Schaltheim, *mutatis per tot secula vehementer æstuariis Scaldis, verosimiliter nunc latet, aquis haustum et deletum.*

q Aldingaheim, *forte* Maldingaheim, *ut sit hodiernum* Maldeghem, *Brugis distans ad tres leucas, Gandavo ad quinque.*

CAPUT IX.

Ad Reliquias Trajecti depositas sanati cæci, surdi, muti, contracti, paralytici.

a Trajecti ad Mosam,

Tertium quoque libellum detulerunt mihi Fratres de monasterio *a* S. Servatii Confessoris, quod situm est in ripa Mosæ fluminis, in vico qui hodieque Trajectus vocatur, et distat ab Aquensi palatio octo circiter leugas, estque habitantium et præcipue negotiatorum multitudine frequentissimus. Cujus textus, si bene recolo, in hunc modum videtur esse compositus. Adventus Sanctorum Christi Martyrum B Marcellini et Petri, ad vicum Trajectum, contigit pridie Nonas Junii. Nam ipso die venit eis obviam de eodem vico immanis multitudo populi, ad susceptionem illorum congregata, laudans et benedicens Deum super immensa atque inenarrabili misericordia sua, qua per tantos Patronos populum in se credentem et confidentem visitare dignatus est. Cumque his laudibus, et lætitia spiritali usque ad basilicam B. Servatii perventum esset, celebratisque cum magna omnium gratulatione Missarum solemniis, et universis ad sua reversis, feretrum, quo sacri cineres advecti sunt, a dextris altaris juxta cancellos collocatum est: totusque ille dies, cum ingenti eorum in vico consistentis populi exultatione atque jucunditate, consummatus est.

post acceptas devote Reliquias,

82 Cumque ad vespertinum Officium juxta consuetudinem celebrandum, eamdem basilicam fuissemus ingressi; aderat inter ceteros puer quidam, nomine Fergisus, quem pr pinqui sui de pago *b* Cundensio, ante paucos dies illac venientes, adduxerunt cæcum a nativitate. Qui subito coram omnibus in pavimentum cecidit, ibique aliquamdiu velut sopore depressus jacuit: moxque apertis ocuC lis lucem, quam numquam ante vidit, Christo Domino per merita Sanctorum suorum donante, conspexit. Exin, quinta die, id est, sexto Idus Junii, homo quidam, cognomento Hildimarus, qui surdus erat et mutus, coram eisdem sacris Sanctorum Reliquiis, et auditum pariter et loquelam per virtutem Christi recepit.

b sanantur cæci, muti, surdi,

83 Eodem quoque die puella quædam, de familia S. Lamberti, nomine Adallinda, quæ non solum surda et muta, sed etiam cæca, totoque corpore tam miserabili modo ex nervorum contractione erat complicata, ut genua pectori jungerentur, juxta sacras Martyrum Reliquias a suis posita, et visum et auditum, loquelam etiam omniumque membrorum rectitudinem ac salutem, coram omnibus, qui aderant, mirabili celeritate divino munere consecuta est. Postridie vero, id est, quinto Idus Junii, quidam servus regius, nomine Berohadus, de villa Crysciaco *c*, in dextera sui corporis parte per totum ex nervorum contractione debilitatus et inutilis factus, cum ante memoratas Sanctorum Reliquias venisset, statim erectus, et sanitati quam desiderabat sine mora est redditus. Similiter et puella quædam de ipso vico Trajecto, vocabulo Theothildis, cujus dextera manus erat simili contractione in tantum complicata atque distorta, ut ad omnem usum esset inutilis;

contracti: c

hæc eadem die, ante easdem Sanctorum Reliquias, D pari modo curata est.

84 Quibus visis, populus in basilica congregatus, cœpit, præ nimia exultatione atque lætitia, in hymnis et litaniis, sublatis in altum vocibus, laudes Domino decantare. Cum subito intravit puer quidam surdus, atque in media plebis multitudine stupefactus et attonito similis constitit. Ac deinde, cum ante altare sancti Salvatoris, quod in media ecclesia positum est, pervenisset, erumpente protinus de naribus ejus sanguine, quo diu privatus fuerat, auditus officio donatus est. In crastinum autem, id est, quarto Idus Junii visum est nobis, ut feretrum, quod sacros Martyrum cineres continebat, altius elevari deberet; ad hoc videlicet, ut aliquanto eminentius esset, quam altare cui appositum erat, et facilius ab accedentibus cerni potuisset. Idque nobis facientibus, et inter faciendum Litanias cum Dei laude canentibus, puella quædam de familia S. Servatii, a nativitate sua pedibus ex contractione distortis, manibus etiam ex nervorum distensione dissolutis, insuper et muta, quam parentes in basilicam sui detulerunt, et coram feretro posuerunt, subito sanitati est reddita; ita ut eadem hora et E loqui, et incedere, et manibus ad omnia necessaria perfecte uti potuerit.

et Reliquiis altius elevatis

paralytica et muta,

85 Femina quædam de ipso vico Trajecto, cum haberet ancillam cæcam, nomine Adalgardam, ingressa basilicam tradidit eam sanctis Martyribus Marcellino et Petro, ut per eorum suffragia visum recipere mereretur, ibique dimisit. Quæ cum, post peractum vespertinale Officium, in eadem ecclesia substitisset; subito, velut ab aliquo impulsa, in pavimentum cecidit; atque ibi diu volutata, tandem, cum ingenti circumstantis populi stupore atque admiratione, clare videns surrexit. Contigit hoc Idibus Junii ad vesperum, ipsa noctis incipiente crepusculo. Homo quidam de Provincia Burgundia ex territorio *d* Gennavensi, nomine Theotgarius, ea passione laborans, quam medici Græco vocabulo Spasmon appellant, Latine autem, ab assidua membrorum agitatione, Tremulosa non incongrue vocari potest; venit in basilicam, atque in media populi turba, quæ ad audienda Missarum solemnia, ut in die Dominico moris est, fuerat congregata, constitit. Cumque, post recitatam Evangelii lectionem, Christianæ credulitatis symbolum recitaretur; tremulosus ille subito ad terram corruit; et dum divinum F Officium peragitur, pene immobilis ac mortuo quam viventi similior jacuit: multoque ex naribus ejus sanguine manante, post completum sacrum Officium, cum magna inspectantis populi admiratione, sanus ac sine ulla trepidatione surrexit. Factum est hoc miraculum decimooctavo Kalendas Julii, die Dominico, sicut superius comprehensum est.

cæca, d

spasmum patiens,

86 Quarta autem feria, id est, decimoquinto Kalendas Julii, puer quidam, nomine Folchardus, de monasterio quod *f* Meldradium vocatur, qui erat cruribus ac pedibus miserabili contractione distortus, eodem in loco, coram omni populo, curatus est. Undecimo Kalendas Julii venit quidam homo ad ecclesiam, et inter ceteros intravit, cujus dextra manus simul cum brachio modo mirabili movebatur in gyrum, acsi molam vertere deberet, idque incessanter agebat. Is dicebat, ob hoc sibi hanc inquietudinem accidisse, quia die Dominica contra vetitum moleret; et jam annum integrum evolutum esse, ex quo hujusmodi pœna mulctatus est. Qui cum ad sacras Martyrum Reliquias appropiasset, ibique fideliter eos invocasset, moralis illa commotio subitanea quiete sopita est. Hic homo de monasterio Scotorum, quod Fossæ *g* vocatur, se venisse, Dothiumque appellari dicebat.

e contractus, f tremulus, g

A *surdus et mutus.* 87 In vigilia S. Joannis Baptistæ, quæ est die nono Kalendarum Juliarum, venit quidam vir Trajectum ad basilicam S. Servatii, qui se de civitate Tornaco esse fatebatur. Is, ut ipse aiebat, fuit ab infantia surdus et mutus : ductusque a suis ad S. Sebastianum, cœpit ibi et audire et loqui, sed inefficaciter, quoniam verba ejus vix intelligebantur : ipse quoque, cum alii ad eum loquerentur, tenuitatem auditus sui dissimulare non poterat. Qui ubi ad matutinum Officium venit, coram sacris Reliquiis procumbens, obdormivit. Nec multo post, velut aliquo excitante evigilans, quis os suum pugno percussisset, a circumstantibus perquisivit. Cui cum omnes, neminem hoc fecisse, respondissent, surrexit : eademque hora sanus factus, perfecte, sine ullo impedimento, et audivit et locutus est.

Cereus ultro accenditur 88 Eadem die, dum sacra Missarum solennia celebrantur, femina quædam, nomine Adallindis, duos cereos ad lumen in ecclesia faciendum detulit : quorum unum dextra manu cuidam ex custodibus, ut accenderetur, porrexit; alium autem interim, quasi de illo postea illuminandum, manu sinistra retinuit. Sed mirum in modum, dum custos sibi datum accendit, ille qui in manu feminæ remansit, cunctis B cernentibus divinitus accensus est.

Paralytica, ter in visu monita Trajectum ire, 89 Monasterium Sanctimonialium, Eike *h* vocabulo, situm super Mosam fluvium est; in quo quædam Deo sacrata, nomine Saliga, toto corpore, excepto dextro brachio, diro paralysis morbo dissoluta jacebat. Huic per quietem quidam ex vicinis suis astitisse, ac tali sermone eam compellasse visus est, ut diceret : Quid agis? Cui cum illa non aliud, quam se in lecto suo quiescere, respondisset, Audistine, inquit, aliquid de Sanctis, qui in Trajecto ad S. Servatium venerunt? Cui cum nihil de his se audisse respondisset ; Surge, ait, velociter, atque illuc properanter venire contende : nam ibi es omnium membrorum tuorum receptura sanitatem. Sed cum expergefacta nihil de his facere curasset, iterum sequenti nocte ab eodem similiter admonita, ut Trajectum pergeret ; illa tamen, ut prius, spreta monentis voce, quo jubebatur distulit proficisci. Tertia vero nocte vidit eumdem sibi astare, et cum quadam severitate, cur monita sua contempsisset, interrogare; baculoque, quem tunc manu tenere videbatur, latus ejus percutere, atque ut Trajectum velociter pergeret, imperare. Nec illa jam ausa trinæ visionis auctoritati resistere, accitis ad se propinquis et amicis, Trajectum ut sibi jussum erat C defertur, et in basilica B. Servatii juxta sacros *ibi sanatur.* Martyrum cineres collocatur. Cumque ibi promissæ sanitatis præstolaretur eventum, quinto demum die postquam illuc venerat, cum magna omnium admiratione, perfectam totius corporis sui meruit recipere sanitatem.

ANNOTATA. G. H.

a *De hisce Reliquiis hodiedum repertis, ista nobis pro sua humanitate transmisit D. Albertus Leonardus van Eyll, Canonicus Ecclesiæ Trajectensis* : Anno Domini MDCCXXIII, mensis Aprilis die XXV, cum aliquantulum elevaretur lapis altaris S. Petri Apostoli, in crypta Ecclesiæ Collegiatæ S. Servatii, et nonnihil ex una parte inclinatus esset; deprehensum est corpus altaris, cui lapis innititur, intus esse cavum et confectum ex unico lapide, intus cavato, ad instar vasis, ad capacitatem duorum pedum in longitudine, et sesquipedis in latitudine et profunditate; in eaque concavitate repositam capsulam plumbeam, longitudinis fere unius pedis, cujus operculo insculptum et exaratum erat, Reliqviæ Marcellini et Petri Mart Erant autem dictorum Martyrum cineres, involuti sudario adhuc integro, sed quod minimo at- D tactu in cineres resolvebatur. Erant autem cineres *A. EGINHARDO.* illi in ea quantitate, quam sudarium capere poterat. Has Reliquias viderunt in dicto altari, Reverendus Dominus Decanus Winandus a Gelria, Guilielmus Tophius Cantor, et Joannes Stevart, Canonici prædictæ Ecclesiæ S. Servatii. *Carmen de dicto S. Petri altari.*

Hac Marcellini cineres clauduntur in ara,
Nec non ossa Petri, patratis inclita signis :
Hunc dedit Einhardus thesaurum nobilis Abbas,
Quando recensebant a partu Virginis almæ
Bisque quater centum annos, nec non bis decem
[et octo.

Hactenus a dicto Canonico van Eyll submissa. S. Servatii acta et miracula illustravimus ad diem XIII *Maji.*

b Condensium, *an forte* Condrusium? *Diœcesis Leodiensis portio, vulgo* le Condroz?

c *Ex pluribus* Cresciaci *nomine dictis locis, celebrius est illud, quod in Melodunensi Galliæ diœcesi situm, regia etiam nunc jurisdictione pollet.*

d Gennabum *in finibus Aurelianensium ad Ligerim, hodie* Gien, *ut quibusdam cum aliquo in nomine fundamento placet;* Genabus, *Lucano.* E

e *Cum hic concursus exigat litteram Dominicalem* D, *et hæc habeatur anno* 828, *nec deinde ante annum* 834; *verosimile fit, eodem circiter tempore Valencenas et Trajectum Reliquias missas fuisse. Idemque opinari licet de Gandavo.*

f Meldradium, *vulgo* Meldert, *in Brabantia prope Hugardam, ubi B. Pipinus, ad honorem S. Ermelindis Virginis, Sanctimoniales constituit, uti pluribus ducitur ad* 29 *Octobris.*

g Fosse, *oppidum districtus Leodiensis, de quo actum a nobis* 1 *Maji ad Vitam S. Ultani, primi istic Abbatis.*

h *De hujus monasterii constructione egimus* 22 *Martii, ad Vitam Herlindis et Relindis Virginum et sororum, quæ cum patre Adalhardo dictum monasterium construxerunt.*

CAPUT X.

Duo miracula intercessione SS. Proti et Hyacinthi atque S. Hermetis in ecclesia SS. Marcellini et Petri patrata.

Restant adhuc duo valde præclara miracula, quæ non solum tegenda silentio non censeo, quin potius F illorum conscriptione convenientissimum quarto volumini, quod in manibus habetur, finem me facturum esse confido. Et licet eadem signa beatis Martyribus Marcellino et Petro cum aliis Sanctis possint *Alia duo miracula a scriptore visa,* videri communia, ex eo quod unum eorum in adventu Reliquiarum Sanctorum *a* Proti et Hyacinthi, *a* et juxta ipsas Reliquias gestum est ; alterum vero in die natalitio S. Hermetis, suis ipsius Reliquiis contigisse certum est; ideo tamen ipsis præcipue adscribenda videntur, quoniam in ea basilica facta sunt, in qua eorum sacratissima corpora requiescunt. Gestorum autem fides ad nos pertinet, qui præsentes fuimus, et quibus ea divina pietas videre concessit. Ac proinde omissa præfatione, ad ipsa quæ dicenda sunt miracula veniemus.

sub Gregorio IV. 91 Gregorius Romanæ urbis Episcopus, qui *b* Eugenio simulque Valentino in Pontificatus honore successit, cum Titulum S. Marci Evangelistæ, in quo Presbyter fuerat, ampliare, et in eo monasterium vellet extruere ; quæsivit per cœmeteria et ecclesias longius ab Urbe constitutas, sicubi Sanctorum Martyrum corpora posset invenire : inventaque Titulo, quem opere magnifico extruxerat, curavit

A EGINHARDO.

A ravit inferre. Casu igitur factum est, ut eo tempore, quo sepulcrum beatissimi Hermetis erat aperturus, et sacrum illius corpus inde fuerat sublaturus; unus ex nostris, qui eodem anno supplicandi gratia, ut moris est pœnitentibus, Romam venerat, congregatæ ad basilicam Martyris multitudini cum ceteris peregrinis interesset. Is negotio, quod agebatur, diligenter inspecto, spem adipiscendarum memorati Martyris Reliquiarum, licet corde simplici, non tamen sine causa concepit : et Deusdonam Diaconum, cujus in primo libro crebram fecimus mentionem adiens, obnixe rogavit, ut ex his quantulumcumque a custodibus loci acciperet, mihique deferendum sibi præstaret. Qui confestim precibus ejus annuens, id se sine mora facturum pollicetur : datoque custodibus pretio, non solum S. Hermetis, sed etiam Sanctorum Proti atque Hyacinthi, quorum in eadem basilica corpora erant posita, Reliquias accepit. Et illas quidem per quemdam familiarem suum, cui Sabbatino cognomen erat, simulque et nostrum, qui ei ut hoc faceret persuasit, mittere curavit : quod autem de corpore B. Hermetis potuit adipisci, ipse ad nos veniens, pro ingenti munere detulit. Cum autem de adventu Reliquiarum B Sanctorum Proti et Hyacinthi nobis esset indicatum, obviam illis processimus ; easque, ut par erat, honorifice suscipientes, atque basilicæ cum hymnis et orationibus inferentes, propter corpora beatorum Marcellini et Petri, cum feretro quo venerant, collocavimus. Ubi cum in crastinum mulier quædam de proximo prædiolo, quod Baldradestat nuncupatur, dæmone possessa cum cetero populo fuisset ingressa ; cœpit nequam spiritus fremere, ac prostratam in pavimento collidere, suamque malitiam coram omnibus confitendo publicare. Cumque a Presbytero se exorcizante fuisset interrogatus, quis esset, unde venisset, quando et cur in eam intrasset; ad singula respondit, seque non solum dæmonem, sed etiam omnium viventium pessimum esse testatus est. Et cum Presbyter ab eo causam tantæ nequitiæ requisisset, malam voluntatem hanc sibi tribuisse fatebatur. Rursus cum ab eo quæreret, si unquam in cœlo fuisset; in cœlo se fuisse, et inde propter superbiam dejectum esse, confessus est. Eidem percontanti, utrum Christum Dominum, nec ne vidisset; ait in inferno eum a se visum, tempore quo pro humani C generis salvatione mori, atque illuc descendere dignatus est.

post exceptas Reliquias SS. Proti et Hyacinthi

Dæmon per energumenum multa loquitur,

92 Ubi vero ad id ventum est, ut eum interrogaret, si nomina Martyrum nosset, quorum Reliquiæ pridie eidem ecclesiæ illatæ sunt; Notissima, inquit, mihi sunt eorum nomina : quia quando passi sunt, præsens astabam, ac de eorum sempiterna gloria ingenti torquebar invidia : quos etiam hic modo patior infestissimos : cruciant enim me tormento incredibili, atque invitum de hoc vase, in quo diu latitabam, exire compellunt. Cui Presbyter, Cum exietis, inquit, quo perrecturus es? Ego, ait, in viam pessimam perrecturus, et longinquas desertasque regiones periturus sum. Post hæc cum et occasionem et modum ingressionis suæ jubente Presbytero exposuisset, conversus ad feminam ; Ego, inquit, infelix mulier, antequam exeam, ossa tua collidam atque confringam, teque debilem ac nostræ societatis memorem relinquam. Et cum illa, velut infirmitatis suæ conscia, cœpisset voce supplici atque submissa Sanctorum auxilium implorare ; ille statim, per os ipsius cum ingenti austeritate fremens et increpitans, loqui volenti silentium imperavit. Erat enim nobis, qui præsentes eramus, ad videndum valde mirabile, quod ille spiritus immundus per os ejusdem mulierculæ tam diverso modo loquebatur; et nunc masculinæ, nunc femininæ vocis qualitatem sic ad purum exprimebat, ut non una sed duæ in ea D acriter altercantes, seque adinvicem convitiis lacessentes personæ, esse viderentur. Et revera duæ erant, diversa inter se voluntate dissidentes : dæmonis una, possessum a se corpus collidere cupientis : mulieris altera, hoste quo tenebatur liberari desiderantis : quæ diversitas voluntatum, ex disparitate vocum ac dissimilitudine verborum, quæ inter se jactabant, satis clare atque aperte poterat intelligi. Completo igitur juxta consuetudinem Mysterii cœlestis Officio, nobisque ad curanda corpora de basilica egredientibus ; jussimus feminam cum custodibus ibidem, donec reverteremur, opperiri ; fiduciam habentes, quod per virtutem Christi et merita Martyrum suorum, perfidus possessor ejus cito foret exiturus. Neque nos spes nostra fefellit. Nam post refectionem ad ecclesiam regressi, exacto dæmonio sanam illam et incolumem, ac per omnia mentis suæ compotem, atque in Dei laudibus exultantem invenimus. Et hoc quidem signum in adventu Reliquiarum beatorum Christi Martyrum Proti et Hyacinthi, juxta modum a notis comprehensum, constat esse completum : illud autem, quod S. Hermeti adscribitur, quo sit ordine gestum, præsenti E narratione clarebit.

et fatetur per Martyres torqueri se,

qui aliquamdiu altercatus

tandem discedit.

93 Colonia metropolis est in finibus Ribuariorum, super Rhenum posita : ex qua femina quædam erat, a renibus deorsum diutina nervorum distensione in tantum debilitata, ut negato sibi crurum ac pedum officio, non aliter quam sedens, porrectis in anteriora pedibus, ac manibus in terram positis innitens, seque hoc modo promovens, vicem ambulandi explere potuisset. Hæc, auditis miraculis atque virtutibus, quas Dominus per sanctos Martyres suos Marcellinum et Petrum, in curatione infirmorum atque debilium, operatus est ; ad basilicam eorum venire gestivit : et quoniam aliter commode nequiverat, in nave mercatorum, qui illo ad festivitatem eorumdem Sanctorum ibant, advecta est : venitque illuc ad diem natalitium, atque ibi spe recuperandæ salutis aliquamdiu morata est. Sed ubi vidit curationem suam esse dilatam (et revera dilata erat, non negata : quia non alibi, sed ibi ; neque tunc, sed alio tempore fieri debuit) statuit Moguntiacum proficisci. Erat enim in proximo festivitas S. Albani c Martyris, cujus apud eamdem urbem c et basilica et percelebre monasterium est. Quo cum venisset, et apud memoriam Martyris, pro restitutione salutis suæ, Domino supplicasset ; vidit per soporem quemdam juvenem Clericum sibi assistentem, ac novos calceos manu ferentem, atque ut eos F acciperet pedibusque indueret imperantem : se quoque ita fecisse. Illum deinde præcepisse, ut his calceata ad locum, unde illo venerat, reverteretur, ibique adventum Medici præstolaretur, qui eam esset proculdubio sanaturus. Quæ ubi evigilavit, visioni fidem accomodans, quanta potuit celeritate ad Sanctorum Martyrum salutifera limina reversa est : ac per duos menses in eodem loco inter alios pauperes conversata, pollicitationem visiones opperiebatur. Cum interim circa medium fere mensem Augustum Deusdona Diaconus, cujus in primo opere hujus libro crebram fecimus mentionem, Roma veniens, unum articulum digiti B. Hermetis Martyris pro magno nobis munere detulit. Quem accipientes, capsula reconditum, in superiori parte basilicæ, supra ipsum occidentalem ecclesiæ introitum, collocavimus. At femina, quæ, ut dixi, visione divinitus admonita illuc venerat, et duobus jam exactis mensibus, nihil promissæ opis sibi advenisse cernebat, delusam se vano somnio existimans, reditum in patriam meditari cœpit. Statuitque cum negotiatoribus, qui se reducerent, ut proxima d Dominica, quæ d quinto

Femina contracta,

et ad S. Albanum profecta,

per visionem jussa redire,

A quinto Kalendarum Septembrium die simul cum anniversaria S. Hermetis solennitate erat futura, navem eorum in regionem suam reversura conscenderet. Jamque instante nocte, quæ diem profectioni conditum erat sine dubio præcessura, cum nos secundum consuetudinem, completo nocturnali Officio, ad quiescendum fuissemus egressi; ceteris exeuntibus, femina illa introire volens, in ipso limine consedit: ibique coram omnibus stupore quodam oppressa, paruinper obticuit: ac deinde erumpente ex omnibus pedum unguibus aliquanto sanguine, ad se reversa, manum circumstantibus porrexit, erectaque in pedes, ad sepulcrum Martyrum ambulare cœpit. Quo cum pervenisset, ad orationem coram altari prosternitur, ibique tamdiu jacuit, quoadusque Hymnus, quem exultantium simul atque mirantium multitudo Deum laudans devotissime cantabat, compleretur. Quo finito, sana surrexit, sed in patriam ulterius redire noluit. Merito igitur miraculum istud B. Hermeti adscribitur, cujus die natalitio, et sub cujus Reliquiis gestum esse constat. Sed nequaquam sanctissimi Martyres Marcellinus et Petrus ejusdem operis exortes esse possunt, in quorum basilica patratum est; et quos ipsa, quæ curata est femina, toto peregrinationis suæ tempore, ut se adjuvarent, B semper invocavit.

in festo S. Hermetis sanatur.

94 Hæc sunt, quæ de innumeris Sanctorum virtutibus, aut a nobis visa, aut fidelium veraci relatione comperta, litteris ac memoriæ mandare decrevimus, quæ Christi amatoribus ac Martyrum ejus veneratoribus ad legendum grata fore non ambigo: quoniam mihi [illegible] videtur impossibile [illegible] quod ut fiat, Deo omnipotenti placuerit. Incredulis autem ac Sanctorum gloriæ detrahentibus, [illegible] esse non dubito, ne omnino [illegible], suadendum censeo: ne forte vilitate nostri sermonis offensi, blasphemiam [illegible] proximum, [illegible] se [illegible].

Epilogus de veritate scriptorum.

ANNOTATA G. H.

a Coluntur SS. Protus et Hyacinthus [illegible] Septembris, ac S. Hermes 28 Augusti.

b Ergo [illegible] 2 [illegible] 827 [illegible] 27 [illegible] Valentinus [illegible] 40 [illegible] 844, [illegible] refert Baronius ad annum 829.

C c S. Al[illegible] Martyr [illegible] 21 [illegible].

d [illegible] 830 [illegible] Dominica [illegible].

APPENDIX I. D. P.

De prætensa earumdem Reliquiarum existentia in Suessionensi S. Medardi ecclesia, ex Epistola, sub nomine Odilonis ad Ingrannum edita.

Ipse Eginhardus, auctor præmissæ Historiæ, [illegible] nihil [illegible] possit, nisi [illegible] opinai [illegible]; [illegible] stylus ipse scribentis [illegible]. Narrat ille, ingenue ac sine fuco, num. 15, quomodo in sacrorum cinerum inspectione, Reliquias B. Marcellini minoris quantitatis invenerit, quam S. Petri; ignorans majorem illarum partem furtim sublectam. Narrat deinde num. 23, quid sibi, de loco ac modo patrati furti, narraverit Abbas Hilduinus; et num. 25, quomodo loci alibi et aliter id factum juraverit is, qui præcipuus fuerat adjutor facinoris. Utrique consentiunt, ad solum S. Marcellinum

Eginhardi summa in præmissis [illegible]

pertinuisse rapinam; quamvis interim diffamatum fuerit per Gallias, de SS. Marcellino et Petro nihil ad Eginhardum pervenisse, nisi parum quiddam sacri pulveris; quapropter is apud Hilduinum institerit, et facile impetraverit, ut ablata sibi pars sacri thesauri restitueretur, eo successu qui reliquo cap. 3 exponitur. Non dissimulat præterea Eginhardus, de eodem thesauro communicasse se aliquid Valencenensi S. Salvii, et Gandensi S. Bavonis monasteriis; unde mirandum non fuerit, si Suessionensi quoque S. Medardi cœnobio, post fideliter reddita quæ male erant ablata, similem quoque gratiam fecerit. Verum id factum esse ante annum DCCCXXX, et ante completam jam scriptionem, præsumi non debet in illius ea de re silentio. [illegible] tam accurato scriptore fuisse.

D *A EGINHARDO, ac sinceritati,*

96 His non obstantibus, [illegible] San Medardensibus, aut [illegible] opinio [illegible] S. Marcellinus [illegible] Hilduinus [illegible] etiam de Petro vulgus crederet; resuscitata postliminio fabula illis addidit etiam ceteros Sanctos, quorum pulveres [illegible] Deus [illegible] 46; [illegible] S. Sebastiani [illegible] Liber de translatione Reliquiarum S. Sebastiani Martyris et S. Gregorii Papæ, in Suessionense S. Medardi monasterium, scriptus ab Odilone Monacho seculo x, [illegible] MS [illegible] Epistola Odilonis ad Ingrannum [illegible] magnificæ fidei reverendo, omniumque laudum præconio efferendo Ingranno, omnium sub norma cœnobitalis disciplinæ degentium peripsema. Ergo [illegible] est, [illegible] XII [illegible] Epistola [illegible] ad Ingrannum de adventu et susceptione corporum sanctorum Martyrum Tiburtii, Marcellini et Petri, Marcelliani et Marci, Probi et Hyacinthi, Mauri et Martini, [illegible] Abdonis et Sennis, quæ est pridie Idus Julii. Sic [illegible] MS [illegible].

F

contraria Epistola,

adscripta [illegible]

[illegible]

97 [illegible] Marcellini et Petri Martyrum translatione, [illegible] dissimulant, vel negligenter dissimulando invidiose ab[illegible] git. Tum addit; Nihilominus et B. Tiburtii Martyris adventus, et exceptio corporis ejus ratiocinando describitur, et gloriosa [illegible] Hermetis, [illegible] suscipitur [illegible] SS. Abdonis et Sennis [illegible] lii, et corpora creduntur in Basilicam S. Marci a Gregorio IV Papa. Hic [illegible] corpus S. Hermetis, [illegible] XXVIII Augusti, anno [illegible] XXX, [illegible] ibi casu præsens, concupivit ex eo aliquid; et, sicut num. 91 narratur, [illegible] corporibus SS. Proti et Hyacinthi, [illegible] Natalis recurrit XI Septembris. S. Juliani is, cum S. Petro et aliis XVIII passus Romæ, refertur VII Augusti. sed neque de hoc, neque de S. Hermete verbum posthac in Epistola

auctorem arguit [illegible] zelo

multa incongrua commentum,

A *Epistola ultim.* SS. Marcus et Marcellianus *celebrantur* XVIII *Junii; eorumque corpora jam olim in ecclesiam SS. Cosmæ et Damiani in Campo vaccino illata, ibidem etiam anno* MDXXII *fuerunt reperta, uti suo loco dicemus.*

AUCTOR D. P.

98 *Horum quia non meminit Eginhardus, uti nec* SS. Hermetis atque Juliani, *præsumere possumus, particulas aliquas, velut ab eorum corporibus sumptas, Roma esse advectas Suessionem; licet auctor et tempus translationis lateat. De* S. Tiburtio *narrat Eginhardus, quomodo frustra quæsitum ejus corpus fuerit; ejus tamen habiti sint cineres, reperti in sacculo, corporibus* SS. Marcellini et Petri *adjuncto: quæ quia non valde fundata præsumptio fuit, placuit Presbytero Hilduini ac Reliquiis* S. Marcellini *subducere: et de his fortassis verificatur, quod* pridie Idus Julii, *sicut in fine hyperbolymææ Epistolæ dicitur, venerabilis Hilduinus suscepit* corpora sanctorum Martyrum Tiburtii et Marcellini: *non item, qui pariter nominantur,* Petri, Marii, Marthæ Audifax et Abacum. *Non etiam hoc factum fuerit* anno Domini æ Incarnationis DCCCXXVIII, *ut ibi præmittitur: jam enim ostensum est, id factum esse biennio citius; idque prius quam S. Sebastiani Reliquias idem acciperet, sub finem anni* XXVI.

tam de corpore S. Tiburtii quam de aliis,

B *Prorsus fallitur aut fallit Epistolæ auctor, quando istorum septem Sanctorum corpora dicit* simul *fuisse* apud S. Medardum, in loco celebri honorifice collocata, penes venerabile corpus incliti Martyris Sebastiani, cujus adventus et exceptionis corporis ille tertius annus tunc extitit. *Nam (ut taceam, quod a die* IX *Decembris anni* DCCCXXVI, *usque ad* XXV *Julii* DCCCXXVIII *solum intercesserint anni unus, menses* VII, *dies* IX) *non est ulla ratione verisimile, quod restitutis fideliter* S. Marcellini *Reliquiis, ex tunc Roma allatis quidquam remanserit penes Hilduinum, præter cineres, sub nomine* S. Tiburtii *acceptos: si quid autem ex aliis ad Eginhardum delatis postea idem Hilduinus suscepit, sic esset illud post scriptam ab Eginhardo Historiam translationis; et hæc scripta non fuit ante annum* XXX *istius seculi.*

et tempora fœde confudisse:

99 *Ex his intelligitur scriptoris San-Medardensis, res ac tempora confundentis zelus, quam fuerit indiscretus. Fide autem nihilo meliori processisse, demonstrari ex eo potest; quod Historiam ab Eginhardo descriptam habens præ oculis (hoc enim probant integræ lineæ inde sumptæ ipsissimis ejus verbis) dissimulet tamen quidquid illic de suscepto Notario Romam misso narrat; imo Eginhardum eo solum nominat, quod ipsius hospitio usus fuerit Aquisgrani Deusdona, et cum ipso Suessionem venerit ad Hilduinum. Deinde* corpus S. Tiburtii, *quod num.* 10 *Eginhardus negat potuisse inveniri; adhibito frustra primo conatu, repertum fuisse asserit auxilio superveniens illius Basilii Monachi; quem quidem studiose requisitum, ducemque et præcipuum ministrum præfatæ actionis adhibitum fuisse, sed frustra, Eginhardus testatur. Tertio fingit, inter aptandos trium jam repertorum Sanctorum corporibus loculos, contigisse,* ut dum Sanctorum Martyrum Marii, Marthæ, Audifax et Habacum, noctu causa orationis, cum prælato Archidiacono *Deusdonam intelligit, quem solum erat Ingannuta dixisse)* circuirent cœmeteria; divinæ consolationis perceperunt oracula, quorum consolationibus et indiciis evidenter instructi, eorum pariter quatuor tollerentur corpora, et præfatorum celerius admiscerentur loculis Sanctorum, *testante interim Eginhardo, quod eorum cineres ultro sibi obtulerit Deusdona, ferendos in Franciam. Denique comminiscitur Auctor Epistolæ, Hilduini legatarios, cum legatis Apostolicis Papæ repertis in Gallias venisse; et quos intellecto furto* primos querulos habuere derogatores, postmodum per omnem viam fidissimos reperisse suffragatores; *edoctos scilicet quantum Legationi suæ pondus accedere*

ac dissimulasse quod recens Eginhardi historia,

C

eumdem truncando citari;

posset, per gratiam Hilduini apud Imperatorem Ludovicum maximam: cum tamen ex Eginhardo sciamus, quod Deusdona, cum Presbytero Hilduini, Legatos Roma venientes præcessit *(utique male sibi ab illis metuens) ut in tutum subduceret quas Eginhardi Notario furatus erat* S. Marcellini *reliquias; cum cineribus, creditis esse* S. Tiburtii, Augustam Suessorum quanta potuit festinatione contendens. D

100 *Unum ergo ex tota hac Epistola videor mihi posse, ad honorem* S. Marcellini, *excerpere, quod missi Suessionenses, æque atque Notarius Eginhardi, transitis Alpibus jam in tuto positi; seque* SS. Tiburtii Marcellini et Petri corpora *afferre professi,* Thesaurum desiderabilem palam et aperte, cum adjutorio populi accurrentis, usque ad diu præoptati ruris confinia, deportavere. Jam tum temporis adventus Sanctorum fama non minima longe lateque sese resperserat; et ideo, velut ex umbilico terræ, innumerabilis erumpebat populus circumquaque. Ipsa denique Augusta Suessorum, a duobus fere millibus, tota pene civitas eis obviam ruit; et sacras illas beatorum Martyrum exuvias, usque ad transitum fluminis Axonæ, laudantes Deum in jubilo vocis, cum laudibus deduxere. Ex alia parte fluminis religiosa Monachorum concio, ecclesiasticis redimita infulis, cum pluribus aderat fidelium turmis; quæ geminatis gaudiis, tantis se frui gaudet patrociniis, et adesse præsentium Martyrum spectaculis. Inde pariter incedentes, et diem variis luminibus augentes, cum thymiateriis procedunt et Crucibus auro gemmisque affabre pretiosis, distinctis ordinibus solenniter exultantes; inque hymnis et canticis spiritualibus invehunt in secretis basilicæ S. Medardi penetralibus.

in hoc tamen verax; quod Reliquias honorifice exceptas Suessione dicat.

E

101 *Atque hæc etiam eo serviunt, ut librum de translatione SS. Sebastiani et Gregorii, serium totum ac gravem, et stylo pro ætate seculi X satis elimato scriptum, cum hac Epistola, turgidæ magis ac minus puræ Latinitatis conferens, duos eruere possit Auctores diversos: quorum primum Oydilonem vocari, quem facile credimus Jolyano MS. aliis nomen reticentibus; tanto difficilius recipimus* Odilonem, *scripti secundi Auctorem, eoque magis suspectabilem, quod etiam ipse ad Ingramnum sicut et ille dirigat scriptionem suam. Quamquam enim Sammarthani, nobis* Ingrannum *nominent, ex Priori Corbeiensi, primum Abbatem Marchianensem, dein San-Medardensem factum anno* MXLVIII, *cujus tempore scripta esse potuerit fallax epistola; Translatio tamen SS. Sebastiani et Gregorii omnino videtur dirigi ad multo seniorem* Ingrannum, Decanum Monasterii S. Medardi, Episcopum postea Laudunensem ordinatum, *ut constat ex Chronico Frodoardi ad annum* DCCCCXXXII: *ubi observat Mabilio,* tunc temporis plerumque in monasteria, quibus seculares Abbates præerant, ubi ita fiebat, fuisse per Decanos Monachos, quos etiam Pro-Abbates et Præpositos vocabant. *Hinc et tamquam superiori suo scribens* Oydilo, suscepto, *inquit* paternitatis vestræ minime spernendo imperio, stupens hæreo: licet enim Monachale cingulum in agonia spiritualis militiæ professus sim; et ad omnia, tametsi difficilia imponuntur, paratum me esse debere, lectionum sanciat regulare; ingenue tamen testor, ad exequendum id quod injungitis, nequaquam me fore idoneum.

Falsus Odilo potuit vixisse sec. 12,

F

verus ad Ingrannum Decanum scripsit an. 932

102 *Ita ille, de se humiliter et erga Ingrannum reverenter, utrumque autem phrasi clara: e contrario suppositilius Odilo, nihil tale præfatus, incipit a fide, relationi suæ fallaci superciliosius sic exigenda;* Omnia quæ dicuntur, nequaquam certæ rationis auctoritate discutiuntur: quæ vero visa dicuntur, audita referuntur, habita demonstrantur, veridicis attestationibus approbata roborantur. *Ita ille.*

Quid dignum tanto dabit hic promissor hiatu?

Eginhardi

A *Eginhardi contextum truncatum mala fide, pejori interpolatum; ut vel hoc titulo discernendi Auctores fuerint, ne unius scripti accusatio fidem detrahat narrationi alterius, nullo alio ex capite suspectabilis. Hic enim, licet non fuerit rei gestæ coævus, uti Bollandus noster in Januario suspicatus est, tractis eo nonnullis phrasibus auctoris Ano qui, propter Tituli Prologique defectum; tamen proximo seculo vixit et scripsit, quo longe posteriorem esse eam de qua agimus Epistolam, omnino credendum; ut diuturnitas prætérlapsi temporis potuerit fiduciam dedisse fingendi relationem, tam contrariam indubitabili Eginhardi scripto.*

non autem uno seculo citius,

103 *Quod autem* Odilo ad Ingrannum *scribens de translatione S. Sebastiani, hoc quo facta est tempore vixerit, adeo non probant verba in Comm. prævio num. 37 allegata, ut ex Historiæ num. 83 contrarium potius argui possit. Cum enim gratulatur Auctor sibi ac suis, quod suorum* dapsilitate Patrum [illegible] *meruerint esse participes, nunquid non plures* [illegible] *res (ut sic loquar) generationes interjici Translationi illorum et scriptioni suæ? Dicit quidem num. 84 denuntiatum Suessionis eversionem, per S. Sebastiani Reliquias propulsatam,* [illegible] B nostris superfuere temporibus, sine suspicione falsi, [illegible] *immediate;* [illegible] *qui ab his* [illegible] *narrationem istam. Corrigendus ergo in Januario erit hic locus.*

uti Bollando visum ante cognitum illius nomen

APPENDIX II. D. P.

De Reliquiis S. Marcellini, Roma Pedemontium in Campania, hoc seculo translatis.

Horum *Sanctorum Reliquias* [illegible] *Roma,* [illegible] *in prævio Commentario* [illegible] *num. 4,* [illegible] *Romæ, editi* [illegible] *anno* MDCXXV. [illegible] *Romæ* [illegible] *Carolus Bartholomæus Piazza* [illegible] *pag. 184:* [illegible] *Panvinio* [illegible] *Ant*[illegible] *non solum Translatio in Germaniam præmemorata, sed etiam recens memorata* [illegible] *S. Marcellini, translatum Pedemontium,* [illegible] *in* C *Campania Felici oppidum. De hoc, deque ipsis eo allatis hoc seculo Reliquiis, Fr. Bartholomæus a S. Joanne Baptista, Guardianus ibidem Fratrum Minorum strictioris Observantiæ, a S. Petro de Alcantara introductæ, scripsit in hunc modum, ad P. Josephum de* [illegible] *qui nobis* [illegible] *translationis notitiam* [illegible] *monumenta* [illegible] *misit anno* MDCXCII, *sic ex Italico Latine sonantia.*

Roma allata ossa duo,

105 Pedemontium, ad Matesii montis, qui Apennini procursus quidam est, radices situm, Dominos Cajetanos de Aragonia, pluribus jam seculis [illegible] parchas [illegible], oppidum [illegible] millibus animarum hodiedum habitatum, postquam [illegible] sustulit celebris illa anni MDCLVI epidemia. In eo propter [illegible] salubritatem Alifanus Episcopus ordinarie residet; et tres Collegiatæ numerantur ecclesiæ, præter alias variarum utriusque sexus religiosorum plures, sub Titulis S. Mariæ Majoris, S. Mariæ Annuntiatæ, et S. Crucis. Prior hoc etiam præcellit duabus aliis, quod dotata sit Reliquiis S. Marcellini, Presbyteri ac Martyris Romani, cujus cranium ferme dimidium illuc attulit anno MDCXLII Petrus Paulus Medices Episcopus Alifanus; et nuper, anno scilicet MDCLXXXV, os brachiale integrum adjunxit D Episcopus Lazzara.

ad ecclesiam Mariæ Majoris Pedemontii,

cum [illegible] *et* [illegible]

106 Ambo [illegible] intra capellam, sub Episcopo Mediceo ædificatam, inclusa statuæ argenteæ: quam, mox ut prior Reliquia allata est, fabricandam curavit Illustriss. D. Diana de Capua, Ducissa Laurentiana, avia Ducis [illegible]; qui majorum suorum insistens vestigiis, non desinit curare, ut quotannis ad diem II Junii quam solennissima ordinatissimaque supplicatione pompa instituatur, novo hujus sui Domini Patrono. Talem enim decreto publico optavit Pedemontana Communitas, et habere concessit sacrorum Rituum Congregatio, per Decretum ann. MDCXLV; addito etiam per novum sequentis mox anni Decretum, præcepto, quo aliæ etiam duæ Collegiatæ, nescio quo [illegible] se intelligerent ad Officium ritu Duplici de S. Marcellino celebrandum.

inclusa argenteæ statuæ

107 Ex hoc [illegible] gratias Pedemontani [illegible] Patrono, *qua processionaliter circumlata,* sed [illegible] litteris authenticis consignandarum curam suscepit hactenus nemo. Ex his quædam [illegible] ut impossibile sit eas oblivione deleri. Puta, quod urgente communi necessitate, [illegible] tua, quin semper secuta sit optata vel pluvia vel serenitas. Imo notatum sæpius est, quod [illegible] pluvia [illegible] pompa, [illegible] progredi, quasi suspensis tantisper imbribus, donec ea regressa in ecclesiam esset. Anno [illegible] MDCLXXX supervenit locusta tam copiosa, ut de totius anni [illegible] existimarent [illegible] Episcopus [illegible] ad [illegible] nocte [illegible] et agros [illegible] reliquit. Anno MDCLXXXVIII [illegible] Campaniam [illegible] Pedemontium [illegible] quod etiamnum servatur.

eliciuntur aut pluvia aut serenitas:

pelluntur locustæ,

sistitur terræ motus,

108 Denique [illegible] MDCXCI, cum [illegible] resuscitatas duorum Collegiorum Canonicalium [illegible] versus [illegible] Congregatione [illegible] litteræ, ipsis ab Episcopo [illegible] S. Marcellino competere omnes præerogativæ, quibus gaudent ex Apostolica constitutione primarii quique civitatum Patroni; cum forte per æedituorum incuriam extincta esset lampas in ipsius Sancti sacello ardere so- F lita; eadem [illegible] reluxit; quemadmodum juratis testibus mox declaratum [illegible] publicis consignatum. Ad ejusdem cultus confirmationem facit, quod non multis ab hinc annis ferrarius faber, obloquens æmulorum [illegible] contempto [illegible] festi mandato præsumeret [illegible] opere [illegible] rupta est intra manus ejus forceps qua ferrum [illegible] a fornace: idemque accidit [illegible] secundæ eidem usui applicitæ: quibus ille experimentis culpam suam agnovit, et quod evenerat, ad honorem Sancti sciri etiam publice voluit.

extincta lampas [illegible]

festum violans castigatur.

109 *Hactenus litteræ* [illegible] *Guardiani:* [illegible] *non omisit* [illegible] *sacræ Congregationis* [illegible] *quas requisiveram majorisque momenti esse* [illegible] *ras testimoniales prædictorum Alifanorum Episcoporum, non solum de* [illegible] *ecclesiæ istius Reliquiis S. Marcellini; sed etiam de ipsis, a Romana Sanctorum Marcellini ac Petri ecclesia sumptis, misit tamen de* [illegible] *cum legerentur auditis, fidem certam successor Guardianus Fr. Joannes Joseph a Cruce, sua et*

Optantur [illegible]

A et quatuor Discretorum chirographis firmatam, asserens
AUCT. RE. D. P. omnia in Archivo Episcopalis mensæ custodiri. Absque istis interim numquam cessabit rationabilis formido, omnibus Roma allatis Reliquiis communis, ne illæ, quibus Pedemontani gloriantur, alicujus Anonymi aut etiam sub tali nomine revera inventi sint,
unde accepta Reliquiæ sint nuper e cœmeterio propriam elevati, cum notis Martyrii pro Christo tolerati, et ad cultum publicum exponi permissi; qui sine fundamento et omnino gratis creditur esse sanctus Presbyter Petri Exorcistæ socius, D
cujus nunc festum agitur. Quamquam ne tali quidem casu improbanda sit pietas Pedemontanorum, verum Martyrem sub aliena forsitan persona, venerantium; eoque dignorum ipso intercedente frui gratiis, quas is, cujus Reliquiæ haberi putantur, eisdem potest divinitus obtinere: cum in talibus sæpe secundum orantium fidem contingat, quod curiose scrutantium non impetraret diffidentia.

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMANIS

NOT. II SECUNDO, MAXIMA, MARTINIANO, SILVINO, FLAVIANO, PAULO, PETRO, VICTORINA, MATRONA, FAUSTA, EXTRICATA, ANTONINA, SATURNINA, DONATA, REDUCTA, MAXIMA, ITEM SATURNINA, PAULA, JULIA, FLORENTINO, FORTUNATA, MAXIMA, URBANA, FELICISSIMA, JUSTA, FLAVIA, MATRONA, MARCIOSA, VALENTINA, FORTUNATA, VENUSTA, DONATA, MARIA, GALLICA, TERTULA, VITALICA, EVANTIA, ITEM JULIA, SAMMATA, POSINNA; ITEM SATURNINA, CONCORDIA; ITEM DONATA, FELICE, VALENTINO, JANUARIO, MASTILLA, LUCIO, MARIA, MARCELLA, PERCO, DATULA, VICTURIA, JOVIANO; ITEM MAXIMA; ITEM FELICE, TERTULA, CASTULINA, TULLA, GAUDOLO, MODIANO, JUSTO, SATURO; ITEM SATURO; ITEM FELICE, DONTULA, SAMINA, JANUA- E
B RIA, FORTUNATO, SATURNINA; ITEM JULIA, NINA, HONORATA, DONATA, VICTORIA, MARCIA, DONATA, CALPURNIA, EXTRICATA, FELICE, SATURNINO, DONATO, CENONO, PRIMOSA, SECUNDA, JANUARIA, ROGATO, FAUSTO, FONTEIO, TERTULO; ITEM PAULA; ITEM ROGATO; ITEM SECUNDA, JANUARIA, MARTIALE, FELICE; ITEM FELICE, FORTUNATO, JANUARIO, ADJUTORE, FORTUNATA, NOMITIA, PAULA, ROGATA, VICTORIA, DONATA, MAVORO, POSINNA, PRIMA, URBANA, TURNINO, JANUARIO, SENECIONE, JULIA, MARCIANA, NONDINARO, CASTO, DATO, FLORENTINA, VICTURIA, PISCINA, CASTULO, SATURNINO, VICTURIANO, FORTUNATO, NINA, NUNDINO, SATURNINA, CÆCILIA, MARINA, LUCIOSA, FELICIA, MAXIMA, PRIMA, FIRMINA, EVASIO, SILDINO, TERTIO, FUSCO, MARCELLINA, ROTA, EVASIA, SARMATIA, RODILIA, MARIA, SALPURNIA, CASTULA; ITEM SATURNINA, JUSTA, JOCUNDA, JULIO, ET ALIIS SEPTUAGINTA SEX.

Notitia ex Martyrologio Hieronymiano.

G. H. *Progredimur cum antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis; et cum Francisco Maria Florentinio, in suis ad hunc diem Annotatis, ostendamus,* aliam hanc esse Sanctorum Pugilum utriusque sexus numerosam cohortem, Ro-
Martyrum Decuria prima, manæ urbis indigenam. *Itaque Athletas hosce in suas decurias seu decades distribuamus, uti supra ad primum*
C *diem fecimus; quo facilius magisque ad captum Lectorum possimus varias lectiones indicare. Primam ergo decuriam constituant nomina* Sanctorum; Secundi, Maximæ, Martiniani, Silvini, Flaviani, Pauli, Petri, Victorinæ, Matronæ, Faustæ. *In his parva differentia est; et solum pro* Flaviano *legitur etiam* Flantanus, *et* Victuriæ *loco* Victorinæ *scribitur. Secundæ decuriæ hæc sit series;* SS. Extricata, Antonina, Saturnina, Donata, Reducta, Maxima; item Saturnina, Paula, Julia, Florentinus, *ubi variante lectione*
II, *scribuntur,* Extricatus *et* Florentina, *atque loco* Reductæ *etiam* Neducia. *In tertia decuria consistunt* SS. Fortunatus, Maxima, Urbana, Felicissima, Justa, Flavia, Matrona, Marciosa, Valentina, Fortunata. *Inter hasce plerasque nominis variatur scriptura, cum nomina* Maximi, Orbani, Martiæ, Valentiæ *et* Fortunati *alicubi notentur. Quarta decuriæ manipulus sic*
III, *recensetur:* SS. Venusta, Donata, Maria, Gallica, Tertula, Vitalica, Evantia; item Julia, Sammata, Posinna. *Hic major occurrit differentia scriptionis: nam pro* Tertula, *etiam nomen* Tertullæ, Tertuli *et* Testulæ *legitur: pro* Evancia *autem etiam* Evantia,
IV, Evantius *et* Evaneus, *item pro* Sammata *etiam* Semmata, *et* Sammatia *habetur; ac demum loco* Posinnæ, *etiam* Possina *reperitur.*

2 *Quintæ decuriæ classis sic enumeratur.* Item Saturninæ, Concordiæ, item Donatæ, Felicis, Valen- V.
tini, Januarii, Mastillæ, Lucii, Mariæ, Marcellæ. *Pro varia autem lectione serviunt* Januaria, Mastula, *vel* Mustilla *seu* Mascula, Marta, Marcilla. *Sextæ decuriæ ordo est* SS Perci, Datulæ, Victuriæ, Joviani; item Maximæ, item Felicis, Tertulæ, Castulinæ, VI.
Tullæ, Gaudoli. *At alio modo scribuntur nomina* Proci,
ac Maximi: *et nomen* Tullæ *in aliquibus abest. Pro* F
septima decuria offeruntur SS. Modianus Justus, Sa- VII,
turus; item Saturus; item Felix, Dontula, Samina, Januaria, Fortunata, Saturnina. *Ex his in aliis desunt nomina* Secundi, Saturi, Saminæ; *pro quo legitur etiam nomen* Sarminæ, *et* Fortunatæ; *ac loco* Dontulæ *habetur* Donatus; *nisi censeatur diversus.* VIII.
Octavæ decuriæ adscribuntur Sanctæ, Julia, Nina, Honoria, Donata, Victoria, Marcia; item Donata, Victoria, Marcia, Donata. *Ex his tamen omittuntur a nobis tres ultimæ, quia desunt in omnibus Ecgraphis, licet isto modo legantur in antiquissimo Epternacensi: plures aliæ etiam in MS. Blumiano desunt. Nonæ decuriæ manipulus censebitur esse* SS. Calpurniæ; Ex- IX.
tricatæ, Felicis, Saturnini, Donati, Cenoni, Primosæ, Secundæ, Januariæ, Rogati. *Sed variant nomina* Extricati, Saturninæ, Donatæ, Cenonæ *et* Zenoni, Primosi, Secundi, Rogatæ.

3 *In decima decuria coordinantur nomina* SS. Fau- X.
sti, Fontei, Tertuli; item Paulæ; item Rogati; item Secundæ, Januariæ, Martialis, Felicis. *Ex his varians lectio subjicit appellationes* Fontaci, Tertullæ, Rogatæ; *aliquibus vero deest nomen* Felicis.
Undecimam decuriam implent SS. Fortunatus, Ja- XI,
nuarius

A nuarius, Adjutor, Fortunata, Nomitia, Paula, Rogata, Victoria, Donata, Mavorus : *cum aliqua tamen varietate scribuntur*, Januaria, Fortunatus, Nomentia, *seu* Nominotia, Donatus, Majorus *et* Maturus. *Duodecimæ decuriæ nomina sunt* SS. Posimæ,
XII, Primæ, Urbanæ, Tunnini, Januarii, Senecionis, Juliæ, Marcianæ, Nondinari, Casti. *Pro differentia scribitur etiam* Urbani, Senectionis, *seu* Senecionis *et* Sitionis. *Decimæ tertiæ decuriæ classem faciunt*
XIII, SS. Datus, Florentina, Victuria, Piscina, Castulus, Saturninus, Victurianus, Fortunatus, Nina, Nundinus. *At differunt in scriptione* Castula *et* Catulus, Fortunata, Nica, Nundina *et* Nonnidus. *Decimæ quartæ decuriæ ordo continetur nominibus* SS. Saturninæ, Cæciliæ, Marinæ, Luciosæ, Feliciæ, Maximæ, D AUCTORE G. H. XIV.
Primæ, Firminæ, Evasii, Sildini : *variant autem* Saturninus *et* Sildina. *Decima quinta decuria hæc est :* SS. Tertius, Fuscus, Marcellina, Rota, Evasia, Sarmatia, Rodilia ; item Maria, Salpurnia, Castula : *ubi iterum aliqua lectionis varietas est in nominibus* Tusci, XV
Sarmitiæ, Rotillæ, Calpurniæ. *Demum pro epilogo additur memoria* Saturninæ, Justæ, Jocundi, Julii, cum aliis septuaginta sex. *In alio MS. contrahitur* alii anonymi.
numerus ad sexaginta septem : *et tres ultimi, nominatim expressi, solum sunt in MS. Corbeiensi.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMANIS

MARIO, JOVINIANO, FORTUNATO,

G. H.

ORATO, LATINA, SABINA.

Ex eodem martyrologio.

B E

A*djungebantur hi sex Martyres præcedenti quidem exercitui, ubi quoque videntur etiam Romæ coronati ; ut tamen lectori defatigato quies detur aliqua, sejungimus a ceteris nomina* SS. Marii, (*in alio MS* Mariæ,) Joviniani (*pro quo etiam* Jovinianus *et* Joviniana *scribitur*) Fortunati, Orati, *sive* Oratii, Latinæ *et* Sabinæ. *Subjungebatur* depositio Marcellini Episcopi, *quem arbitramur esse* S. Marcellinum Papam *sive* Episcopum Romanum, *de quo egimus* XXVI *Aprilis, uti supra inter Prætermissos diximus, et sic finitur longa classis Martyrum Romanorum simul conjunctorum.*

DE SANCTIS QUADRAGINTA OCTO

G. H.

MARTYRIBUS ROMANIS.

Ex eodem Hieronymiano Martyrologio.

I*n quatuor vetustis Martyrologii Hieronymiani apographis reperimus hanc Martyrum classem, a præcedentibus hactenus Romanis Martyribus procul separatam, interpositis longa serie Martyribus Lugdunensibus, supra honoratis, et aliis de quibus mox agemus : ac tandem sub finem hujus diei ista subduntur :* Romæ Martyrum quadraginta octo : *de quibus cum Nothero pronuntiare possumus, quorum* nomina Deus scit solus ; *essque putamus ex numero illorum, quos ille* centum et octoginta, *et auctor Martyrologii MS. Trevirensis ecclesiæ S. Martini* quadringentos Romæ *hoc die passos scribunt : forte autem ad hunc diem relati sunt, quod fuerint a S.* Marcellino et Petro, *quorum Acta supra dedimus,* in carcere ad fidem eruditi, *ac postea martyrio coronati, eaque de causa, non cum aliis, sed sub finem relati.*

C F

DE SS. THAMATO, HONORATO,

SELEUCO, PORFIRO, PAFILO, ESTIVO, SEU PALESTINO, ROGATA

MARTYRIBUS CÆSAREÆ.

G. H.

Ex eodem Martyrologio.

P*ost relatos Martyres Romanos, referuntur in omnibus quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis, hi sex Martyres, passi Cæsareæ civitate, ut arbitramur, Palæstinæ, ubi et præcedenti die septem coronati memorantur. Horum primus est* Thamatus, *tum* Honoratus, *dein* Seleucus : *quamquam aliquis etiam hujus nominis sit præcedenti die, quia hunc ab illo diversum arbitramur. Sequitur* Porfirus, *in MS. Blumiano* Porphurus ; *tum* Pafilus *seu* Paphilus, *in MS. Corbeiensi* Plauntilus : *dein* Estivus *in MS. Epternacensi, pro quo alius est* Palestinus. *Denique consensu omnium additur* Rogata. *Horum Antesignanus* Thamatus *inducitur in MSS. Gellonensi, Augustano, S. Galli, et Parisiensi Labbei.*

DE S. ERASMO EPISCOPO,

MARTYRE FORMIIS IN CAMPANIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Circa Acta, Translationem, Cultum, Reliquias, inter plures Synonymos verosimiliter partiendas.

SUB DIOCL. ET MAX.

Illustre martyrium S. Erasmi Episcopi declarant antiqua Acta, eisque conformia Martyrologia. Acta habemus in quamplurimis codicibus MSS. quorum unus, charactere vetustissimo a nongentis forsan aut saltem octingentis annis exaratus, apud nos est: ceterorum accepimus fidelia ecgrapha; nempe ex duobus codicibus Trevirensibus S. Martini et S. Maximini, ex Passionali pergameno Ecclesiæ Fridslariensis, atque ex MS. Ultrajectino. His accedunt Acta a Mombritio edita, nec non MS. Græcum in Bibliotheca Vaticana, signatum 866, a nobis cum Mombritii editione collatum, cui etiam similia habentur recusa in editione 3 Surii. Alia Acta habemus in alio MS. codice nostro, qui olim pertinuit ad monasterium Ultrajectinum S. Pauli, sed hinc inde aliis verbis deducta. Alia copiosiori phrasi composuit Gelasius Papa secundus, cum adhuc esset Joannes Cajetanus, sacri montis Casini Monachus et Sublacensis, eaque avunculo item Joanni dicavit, quæ Romæ una cum Vita Auctoris excusa anno MDCXXXVIII. *ibidem lector poterit reperire. Similiter mox Michael Monachus, in Sanctuario Capuano pagina* 510, *allegat aliqua Acta hoc exordio,* Triumphales victorias; *quæ nobis nepos ejus ex sorore Dominus Silvester Aversæ submisit. Denique et alia, diversa ab his omnibus, accepimus; sed similiter a posteris interpolata. Proinde solum unica Acta damus, ex præcipuis primoque indicatis MSS. Nam et hæc, utcumque vetusta sint, non sunt tamen primæ conditionis notæ, sed aliquot seculis post Sancti martyrium ex traditione composita; neque carent justa suspicione gratuitæ fictionis. Præter illa tamen non omisimus etiam indagare, quæ Vincentius Bellovacensis lib.* 11 *cap.* 23 *et tribus sequentibus, ac Petrus de Natalibus lib.* 5 *cap.* 75 *habent.*

Acta MSS antiqua.

B

2 *Inter Martyrologia, eminet id, quod censetur a S. Hieronymo exaratum, et in apographo Epternacensi, post varios Martyres jam relatos, ista habet ad hunc secundum Junii,* In Campania Herasmi; *in apographo Labbeano,* In Campania Erasmi Martyris; *in apographo Corbeiensi Parisiis excuso,* In Campania Erasmi Episcopi. *Rabanus Episcopus Moguntinus, in suo Martyrologio, hoc cum ex Actis ornat elogio:* Eodem die, *secundo Junii*, natalis est Erasmi Martyris, qui in Libano monte eremum petivit, ibique mansit annis septem, ubi et multa miracula fecit. Hic a Diocletiano Imperatore comprehensus, propter fidem Christi multa passus est. Quia illum, jussu Imperatoris immissum, carnifices fustibus et plumbatis cædebant, plumbo et pice et sulphure, cum cera et oleo fervente perfundebant: postea in carcerem missum pondere ferri gravabant, quod Domini virtute in cinerem versum est, et nihil eum læsit, ipse vero mortuos suscitavit, et multos debiles sanavit. Deinde vero ab Angelo Domini admonitus, in Italiam perrexit, ubi et Maximiano Imperatore multa tormenta passus, ad extremum cum palma martyrii ad æternam vitam migravit. *Usuardus ad diem* III *Junii, primo loco eum refert his verbis:* In Campania natalis S. Erasmi, Episcopi et Martyris. Hic sub Diocletiano Augusto, primo plumbatis, dein fustibus graviter maceratus; post resina, sulphure, plumbo, pice, cera, oleoque perfusus, illæsus apparuit. Deinde sub Maximiano diversis atque immanissimis suppliciis cruciatus, tandem vocante Domino, sancto fine quievit. *Addo et tertium encomium ab Adone, ad diem etiam tertium, ita prolatum:* In Campania natale B. Erasmi, Episcopi et Martyris, sub Diocletiano et Maximiano. Qui jussu impii Diocletiani Imperatoris, primo plumbatis crudeliter cæsus, deinde fustibus diutissime maceratus, post resina, sulphure, plumbo, pice, cera, oleoque solutis perfusus, ingenti miraculo illæsus apparuit. Quod cum multi viderent, E fidem Christi, relictis idolis, susceperunt. Inde immenso pondere ferri constrictus, in carcere reclusus est sub dira custodia: de qua Angelica visitatione solvitur atque eripitur. Verum postmodum, clarissima miraculorum ipsius gesta fama vulgante, tentus est ab altero Imperatore Maximiano, a quo diversis suppliciis tortus fuit in tantum, ut tunica ærea ignita vestiretur; indeque in olla, quæ plumbo, pice, cera, resina, et oleo fervefacta erat, missus, virtute Domini omnia superans, illæsus exinde progreditur: sicque tandem, ad confirmandum ceteros, a Domino servatus, Campaniam munitus Angelico solatio pervenit. Ubi cum plurimos sive in fide roborasset, sive ad fidem convertisset, vocante Domino, martyrio clarus, sancto fine quievit. *Hæc Ado: Quæ, vel contracta, sicut etiam apud Notkerum et Bedam supposititium. Secuti passim recentiores Martyrologi, quos enumerare omittimus. Sufficiunt enim tres illustres Auctores jam relati, qui ante annos octingentos aut septingentos floruerunt, ut sciamus quid antiquitus ex Actis vetustioribus, licet non probatissimis, crederetur fuisse circa varia tormenta, sub utroque Imperatore tolerata a Sancto.* F

C

Floro et Rabano

Usuardo,

Adone

3 *Palæstra sub Diocletiano fuit* Antiochia *Syriæ, in cujus Provincia seu Patriarchatu fuerat alicujus civitatis Episcopus. At sub Maximiano primum constantiam Sancti probat Sirmium, metropolis Illyrici Occidentalis; deinde haud procul inde positum* Sidrugidum, *seu potius* Sigidunum, *aut* Singodunum; *utraque civitas aliis ibidem Martyrum triumphis celebris, et in Notitia Imperii sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ collocata, atque ita etiam Italiæ annumerata. Inde Angelico solatio* Curratium *deductus* Erasmus *fuit, quod est insula Hadriatici, aliis* Carricia *seu* Carricium, *nunc* Veglia *dicta. Hinc navigatum est in Italiam, et* Formias *appulsus* Erasmus, *ibi tandem sancto fine quievit. Fuerunt* Formiæ, *Ciceroni, Livio, et aliis antiquis memoratæ, olim urbs Episcopalis: sed ea a Saracenis excisa translata inde Sedes est ad vicinam urbem* Cajetam, *unde jam dicitur Italis* Golfo di Gaeta, *qui antiquis erat* Sinus Formianus. *Et Cluverius, lib.* 3 *Italiæ antiquæ,* Liquide apparet, *inquit,* ipsum oppidum Mola, antiquas illas esse Formias, IV p. m. *ultra Cajetam sitas. Etenim toto illo Appiæ viæ spatio passim occurrunt plurimæ Romanæ vetustatis monumenta, passim aliquam Formianorum mentionem facientia; quorum unum e marmore exhibetur a Leandro Alberto in Latio, et ex hoc in Theatro Urbium*

Palæstra martyrii

Obitus Formiis

A *bium Neapolitanarum Joannis Blarii, quod* Antonino pio Trib. potest. XI. Cons. IIII. PP. *posuere*) Formiani publice. *Nunc* Molæ *nomen factum loco a frequentia Molarum, quas e vicinis collibus defluentes, cum gratissimo strepitu, aquæ circumagunt.*

D. P.

4 *S. Gregorius Magnus illustre testimonium præbet lib.* 1 *Registri Epistola* 8, *relata etiam ab Auctore Vitæ Joanne Diacono lib.* 3 *num.* 14; *dum scribit* Bacaudæ Formiensi Episcopo, quatenus Formianæ Ecclesiæ, in qua corpus B. Erasmi Martyris requiescit, adjungi debeat Ecclesia Minturnensis. *Verum illud* Cajetam *deinde* translatum, quo etiam Gregorius IV Pontifex Romanus Episcopatum transtulit, *asserit præcitatus Leander Albertus. Obiit Gregorius IV anno* DCCCXLIV. *Ughellus Tom.* I *Italiæ sacræ col.* 579, *acturus de Episcopis Cajetanis, docet, quod, sicut Gregorii Magni temporibus, eversa* Minturnarum veterum *fortuna, creverunt* Formiæ, *unica sibi diœcesi illa, ut jam unus utriusque Episcopus esset; ita eversis Formiis per Saracenos successerit* Cajeta *anno* DCCCXLII, *qui fuit Gregorii IV annus* XVI. *Leander ex Blondo excidium Formiarum adscribit anno* DCCCLVI. *Utrumque sic putem conciliari posse, ut bis in* Formias *Saraceni incurrerint; ac primum quidem spoliis amplis* B *contenti, pepercerint ædibus sacris ac profanis; tantum tamen terrorem incusserint civibus, ut Clerus populusque migrandum Cajetam statuerint, secumque abstulerint ossa sui Patroni: reversi deinde post tredecim annos Barbari, et desolatam ferme civitatem invenientes, conceptam ex frustrata spe prædæ opulentioris rabiem converterint in muros atque tecta, funditusque everterint quæ auferre non poterant. Ita salvabitur id in quo consentiunt omnes, de nova translatione sub Pontificatu Joannis VIII, facta anno post priorem translationem trigesimo. Creatus est enim Joannes iste anno* DCCLXXII; *et sedit annis* X, *inter ultimum autem Gregorii et primos Joannis annos, triginta omnino anni intercedunt. Gloriantur etiamnum Cajetani se possidere* corpus S. Erasmi Episcopi et Martyris: *cujus memoria celebratur in Breviario Romono, et passim in variis antiquis Breviariis. Ipse vero Sanctus, ob miraculorum et cultus toto fere orbe Christiano frequentiam, numeratur inter* XV *Auxiliatores Sanctos, uti diximus cap.* 7 *miraculorum S. Georgii,* XXIII *Aprilis.*

ubi corpus teste S. Gregorio.

inde translatum Cajetam seculo 9.

C. II.

Monasterium S. Erasmi a S. Benedicto constructum in Hernicis,

5 *Sanctissimus Patriarcha Benedictus videtur* S. Erasmo *adductus fuisse. Etenim in Vita S. Placidi ejus discipuli, die* V *Octobris elucidanda, scribit Gordianus, aut sub ejus nomine alius, iste* Benedictus ad Casinam castrum pergere cœpit, *relicto scilicet Sublaco.* C Cumque juxta civitatem Alaternam (*Alatrinam et Alatrium alii appellant, urbem in Hernicis*) devenisset..... inde juxta civitatem Herculanam devenit, in locum scilicet, qui Aureola ab accolis appellabatur: in quo dum pervenisset, agnovit per Spiritum sanctum, congregationem religiosorum virorum ibidem esse futuram: fundamentaque ipse, pro Ecclesia construenda, manibus suis jaciens: præcepit discipulis suis Placido atque Mauro, quatenus eamdem ecclesiam, in honore sancti Martyris Erasmi a se fundatam, ad finem perducerent, sicque Casinum venirent, quod et fecerunt. *Et nonnullis interpositis referuntur possessiones, a Tertullo patre S. Placidi traditæ S. Benedicto, interque illas*, Domum, *inquit*, in qua Placidus filius ejus natus fuerat in urbe Roma in Cœlio monte, B. Erasmi nomini dicans, Patri Sanctissimo ex toto concessit: *ubi monasterium Benedictinis Monachis extructum fuisse, in eoque Monachum extitisse* Adeodatum Papam, *asserunt Antonius de Yepez ad an.* 531 *cap.* 1, *et alii. Præfuit Ecclesiæ* Adeodatus *a morte S. Vitaliani vita functi anno* DCLXXI *exeunte, ex calculo Collegæ nostri Papebrochii, usque ad* XVIII *Maji, anni* [illegible] *De quo Anastasius Bibliothecarius, in ejus Vita, inter alia ita scribit:* Monasterium S. Erasmi, situm in D Cœlio monte, in quo concrevisse visus est prædictus sanctissimus vir, multis novis ædificiis augmentavit, et multa ibi prædia conquisivit, Abbatemque et congregationem ibi constituit. *Ita MSS. Hujus monasterii vix ulla extare vestigia indicat Carolus Bartholomæus Piazza: sed festum celebrari, et in vicina ecclesia S. Stephani Rotundi aliquas ejus servari Reliquias; item in Ecclesia S. Mariæ in Campo sancto, vicina ecclesiæ S. Petri, ibique in sacello illi dicato haberi pedem ejus: aliquas etiam esse in ecclesia S. Mariæ Majoris, et in ecclesia SS. Sergii et Bacchi.*

et Romæ,

ab Adeodato Papa auctum:

[illegible]

Reliquiæ Romæ:

6 *Insuper prælaudatus S. Gregorius Magnus, lib.* 1 *Registri Epist.* 23, *agit de* Paulino, Presbytero monasterii S. Erasmi, quod in latere montis Soractis situm est. *Masinus in Bononia perlustrata, ad hunc* II *diem Junii, asserit* in ecclesia S. Jacobi majoris esse caput S. Erasmi, Episcopi et Martyris, repositum in altari majori, cum variis aliis Reliquiis, acceptis a Cardinale Alexandro Riario. *Fuit hic a Gregorio XIII anno* MDLXXVIII *inter Cardinales* E *assumptus. Interim Cæsar Eugenius Caracciolus, parte* 2 *Neapolis sacræ pag.* 315 *scribit,* S. Erasmi, Episcopi et Martyris, medium caput et duo brachia, *asservari in ecclesia S. Georgii Majoris Patrum Piorum Operariorum: et par.* 1 *pag.* 71 *ait, aliquam* S. Erasmi Reliquiam in ecclesia S. Mariæ de Sapientia *honorari. Rev. Pater Joannes Filomarinus Societatis nostræ, ob amicitiam Neapoli anno* MDCLXI *nobiscum contractam, anno sequenti scripsit de* aliqua Reliquia insigni, hoc est cruce S. Erasmi Martyris, Romæ a Reverendissimo Domino Vicesgerente, in forma authentica dono data nobilissimæ cuidam Dominæ Neapolitanæ, tunc ibi degenti; transmissam mox Neapolim, ubi, servatis servandis, auctoritate Ordinarii aperta et exposita venerationi et cultui fidelium fuit. *Pessina quoque Decanus Pragensis, in suæ Metropolitanæ Ecclesiæ Phosphoro pag.* 511, *numerat* S. Erasmi Ep. M. partem insignem, allatam a Carolo IV Imper. an. MCCCLXX; et aliam minorem, ex Italia. *Sed nulla aut tunc potuit, aut modo dari potest certitudo, quod omnes ubique Reliquiæ sint ejusdem* S. Erasmi, Episcopi et Martyris.

monasterium in Monte-Soractis:

Reliquiæ Bononiæ,

Neapoli,

7 *Ægidius Gelenius, in Fastis Agrippinensibus, ad hunc quoque diem meminit* S. Erasmi, Episcopi et Martyris, cujus Reliquiæ apud S. Severinum Coloniæ ob multa beneficia in magno honore sunt, et ibidem pervetus sacellum existit. Caput vero in Carthusia Coloniensi conservatur: et in majore F Nazaretho, apud Ubios, caput S. Erasmi Thebæi militis et Martyris. *Quidni et* Caput in Carthusia *asservatum fuerit aliquod ex sociis aut S. Gereonis aut S. Victoris, aut ex aliis Martyribus Coloniensibus? quod etiam videtur dicendum de Reliquiis* S. Erasmi, *quæ ibidem in Ecclesiis Collegiatis S. Severini et S. Mariæ ad Gradus, et in Ecclesia Parochiali S. Lupi, et Abbatia S. Pantaleonis dicuntur haberi. Simili modo* corpus S. Erasmi, *quod Serrarius asserit Moguntiæ in veneratione esse, sit alicujus Martyris ex sociis Aurei et Justinæ, aut ex Martyribus Trevirensibus, aliisve assumptum. Georgius Cardosus, in Hagiologio Lusitano, longissimum encomium de martyrio* S. Erasmi *texit, et sub finem subdit,* sanctum ejus caput in Carthusia Eborensi, cum aliis Reliquiis devote asservari, acceptum ab Ecclesia majore Cajetana, *scilicet ut in Commentario additur,* per Theotonium Brigantinum Archiepiscopum, istius Carthusiæ Fundatorem. *Et nostra Professa Domus S. Rochi Ulissipone, inter multas insignes Reliquias illuc illatas a Joanne Borgia, et solennissima pompa receptas anno* MDLXXXVII *die* XXV *Januarii, Ferculo* VIII *attribuit Reliquias hujus Sancti, uti tunc inter Prætermissos dictum.*

Coloniæ,

Moguntiæ,

Eboræ in Lusitania,

D. P.

A AUCTORE D. P. *dictum. Item Collegium Monasterii Westphaliæ partem aliquam habere se ait in Armario D, aræ suæ summæ.*

sed aliorum istius nominis Martyrum,

8 *Sed deficiente ulteriore probatione, admittimus quidem, Ulissipone ac Monasterii Reliquias aliquas, Eboræ vero Caput haberi alicujus* S. Erasmi; *non tamen continuo Martyris Cajetani; quod non amplius adesse inter alias Reliquias ejus, Cajetæ hactenus adservatas, prius esset demonstrandum; ac deinde illud potius Eboram delatum, quam Coloniam, Bononiam, aut Neapolim. Idem eodem in casu, circa alias aliorum Sanctorum Reliquias, esset observandum, prius quam adeo asseveranter alicui adscribantur loco, cum præjudicio alterius, certiori possessione fulti; ut de aliis taceam, idem jus ex sola homonymia prætendentibus. Hoc autem de Reliquiis,* Eugubii *atque* Veronæ *expositis sub eo nomine, tanto justius dixerim; quanto plura sunt ossa quæ istic habentur.* Franciscus Corna, *apud Augustinum Valerium Episcopum, inter Veronensium Sanctorum monumenta,* in libro, quem *(ut ad hunc pag. 1)* pedestri et nativo sermone conscripsit anno salutis MCCCCLXXVII, de antiquitate Veronæ ac de Sanctorum Reliquiis, quæ in ea reperiuntur, *asserit (ut idem Episcopus habet pag. 83 §.)* B *quod* in ecclesia S. Mariæ antiquæ asservantur ossa S. Erasmi.

uti etiam Veronæ,

9 *Jacobillus, post Tomum 3 de Sanctis Umbriæ in Append. de Reliquiis pag.* v. In ecclesia S. Secundi extra muros Eugubii habentur, *inquit,* caput et brachia S. Erasmi Martyris, illuc allata anno ... ex a Parochia S. Erasmi, quæ sesquimilliari distat a civitate. Eo in oppido a multis jam seculis servabatur corpus ipsius Sancti, et usque in hodiernum diem monstratur sepulcrum, Longobardicis inscriptum characteribus. *Hos autem Latinis saltem characteribus expressos oportuit, si legi poterant; sin minus, repræsentari formas, a talium peritis forsan explicandas.* Sanctus hic, *inquit idem,* maxima in veneratione rusticorum est, patronus habitus contra morbos boum; qui quoties male habere judicantur, ad ipsius ecclesiam et corpus adducti, ultro dicuntur procumbere in genua; orantibusque pro eorum sanitate dominis, ipsam recuperare. Ad ejusdem Sancti honorem, consecrata etiam est Parochialis ecclesia Fractæ *(oppidum est ad Lesæ ac Tiberis confluentes situm,* x p. m. *ab Eugubio, in confiniis Perusini Ducatus)* quæ ecclesia jam inde ab anno MCCCCXCIX, mense Episcopi Eugubini unita fuisse invenitur.

et potissimum Eugubii, ubi caput et brachia,

allata ex vico S. Erasmi,

C

multo forsitan junioris,

10 *Fortassis autem hic* Erasmus, *Longobardicam irruptionem non præcesserit; sed prope Eugubium repertus, sicuti Camerini Venantius, ab iisdem adhuc Arianis Barbara immanitate discerptus fuerit, et propter homonymiam cum priori ac vetustiori confusus. Certe in hujus Actis antiquis nusquam legitur, quod* intestina *ei fuerint* extracta *de ventre, in quo tamen tormenti genere, Romanis Tyrannis ignoto, sed Barbaris non insolito, constitutus* Erasmus, *in Belgio et Germania passim exprimitur; idcirco invocari solitus contra ventris tormina colicosque dolores, sed et a prægnantibus ac parturientibus Patronus postulari. Ita in Antuerpiensis suburbii Borgerhautana ædicula, conspicitur tabella, nudum cum insignibus Episcopalibus Martyrem repræsentans humi stratum, sub tornatili cylindro (alii veru pingunt) cui circum volvuntur lente extracta e ventre intestina: similisque pictura in Paderbornensi diœcesi est, antiquo cultu et miraculis celebris hodiedum, de qua infra. Die autem* VII *Novembris agemus* de B. Ernesto, *Zwifaltensi in Suevia Abbate, qui sub medium seculi* XII *cum Cruce-signatis profectus in Terram-sanctam, abductusque in Persicam servitutem, martyrium complevit,* visceribus per umbilicum extractis, *ad palum terræ infixum, circum quem currere flagellatus adigebatur, quoad mortuus collaberetur.* D

cui intestina de ventre extracta sint a Longobardis.

ACTA SUSPECTA.

Ex septem antiquis codicibus MSS. Gelasio II Papa, et Mombritio.

CAPUT I.

Vita in Libano Acta. Tormenta sub Diocletiano tolerata. Mortuus suscitatus, plurimi conversi.

Facta est persecutio *a* Christianorum a Diocletiano Imperatore, ut si quis inventus fuisset, qui non sacrificaret diis, multis interiret suppliciis. Hoc audiens B. Erasmus, eremum petivit annis septem, ubi multa mirabilia fecit, in monte qui dicitur Libanus, die ac nocte Dominum deprecans, nam et esca ei per corvum veniebat. Multas enim virtutes per eum Dominus faciebat, ita ut Angeli cum eo loquerentur. Diversæ etiam feræ veniebant in cellulam ejus, et prosternebant se ad vestigia ejus; et facta est ad eum vox de cælo, dicens: Erasme, descende *b* ad tuam civitatem. Et statim surrexit, et descendit in civitatem Antiochiam. Cumque descendisset, multi qui vexabantur a spiritibus immundis, occurrebant ei. Tunc B. Erasmus imponebat eis manus in nomine Domini, *c* et statim salvi fiebant: multos etiam per baptismum convertebat ad Dominum.

a

S. Erasmus in eremo divinitus conservatur:

rediens Antiochiam energumenos liberat:

b

E

c

2 Hoc audiens Diocletianus Imperator, jussit B. Erasmum teneri, et præsentari sibi. Cumque introduceretur, sedente Imperatore pro tribunali, interrogavit eum, dicens; Quid vis esse; aut de quo genere es? Tunc B. Erasmus dixit: Christianus sum et Christum confiteor. Erat autem B. Erasmus, non solum spiritu, sed et corpore pulcher, vultu etiam Angelico: oculi ejus sicut radii solis, loquela ejus sine ulla offensione. Respondebat securus, non trepidabat: ad quem ait Imperator: Acquiesce, et sacrifica diis meis, ut non male moriaris. Dicit ei B. Erasmus; Hoc, Imperator, numquam facturus sum, ut lapidibus et sculptilibus, quibus tu ipse similis es, ego sacrificem; sed ego sacrifico Deo vivo, qui fecit cælum et terram, mare et omnia, quæ in eis sunt: ipsi soli serviet anima mea, nam tibi numquam consentio. F

coram Diocletiano Christum confitetur,

renuit Diis sacrificare:

3 Tunc Imperator furore repletus, jussit ministris, plumbo tundi ejus latera. Qui dum cæderetur, respexit in cœlum et dixit: Gratias ago tibi, Domine Jesu Christe, qui es via in te credentium, quia perveni ad quod desideravit anima mea; adjuva servum tuum, ut non absorbeat me abyssus mortis. Tunc Imperator dixit: Erasme, video te juvenem pulchrum: consule animæ tuæ, et sacrifica diis meis; et dabo tibi aurum et argentum, vestemque inæstimabilem, et faciam te nobilem *d* in palatio meo. Dicit ei B. Erasmus: Lupe rapax, seductor animarum, non præmia tua separabunt me a caritate Christi: aurum, et argentum, et vestes tuæ inæstimabiles, sint tecum in diem perditionis tuæ: ego autem habeo loricam fidei, quam infernus corrumpere non potest: tu vero, cum patre tuo diabolo, eris in igne æterno arsurus.

plumbatis cæditur:

respuit oblatas divitias et honores:

d

4 Imperator furore repletus, jussit B. Erasmum fustibus mactari, et ter nonis *e* mutavit: et cum videret dorsum ejus, nulla in eo macula videbatur: universa vero plebs clamabat, dicens: Vere magnus est Deus Christianorum, qui tantam virtutem operatur in illo. Imperator dixit: Erratis, populi, artes maleficiorum operatur iste. Dixit B. Erasmus: Nonne

e

fustibus verberatus,

A ne et tu diabolus es, similis illi qui protoplastum de paradiso ejecit? Impie carnifex, draco iniquitatis, dux maleficiorum, maleficia mea Christus est, filius Dei, quem Virgo genuit Maria *f* ex Verbo Dei, quem Prophetæ venturum prædicaverunt, qui solvit peccata mundi, *g* illuminans tenebras ignorantiæ nostræ, qui te percutiet in æternum, cui tu rationem redditurus es. Imperator furore repletus, jussit B. Erasmi carnes ungulis ferreis effodi. Ille autem gratulans et psallens, Propheticum psalmum Deo canebat, dicens: Posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam, morticina servorum tuorum bestiis terræ.

Christi potentiam inculcat: *f* *g* *ungulis ferreis laceratur:* Psal. 78.

5 Tunc Imperator, furore repletus, jussit ministris plumbum, et picem, et sulphur, et resinam, cum cera et oleo solvi, et B. Erasmum perfundi. Stabat autem Angelus Domini cum eo, qui ei refrigerium præstabat. Tunc B. Erasmus dixit Imperatori, Ubi sunt minæ tuæ, et furor tuus magnus? ecce corpori meo præstitisti magnum refrigerium. Universa vero plebs clamabat, dicens: Dimitte hominem justum et Episcopum civitatis *h* suæ, quia Deus Christianorum operatur cum illo. Et ecce subito fa-B ctus est terræ motus magnus, tonitrua et coruscationes, ita ut pene tertia pars populi moreretur. Angelus vero Domini cum B. Erasmo stabat, et cæcos homines ad Christi lumen deducebat. Imperator autem fugiens, putabat civitatem ab ira Deorum perire. Qui locutus est ad populum, et dixit: Iste, quem vidistis, deos blasphemavit; ideo talis est conturbatio.

ab ardenti liquore illæsus, *h*

6 Tunc Imperator, furore repletus, jussit B. Erasmum in carcerem introduci, et sexaginta pondera ferri in cervicem vel in manibus ejus imponi: et præcepit ministris, ut si quis inventus fuisset vel aquam ei dare, morte moreretur. Imperator autem annulo suo signavit ostia carceris: et circa mediam noctem exclamavit Erasmus, dicens: Domine Jesu Christe, accelera et libera me, ne glorietur inimicus in servis tuis, neque dicant gentes, Ubi est Deus eorum? Et ecce subito carcer illuxit et fragravit, quasi fuisset aromatibus plenus: et visa sunt velut duodecim candelabra ardentia ante B. Erasmum Martyrem et Episcopum. Angelus Domini ingressus fuerat ad eum, dicens: Erasme, ecce ego veni ad te. Et statim liquefactum est ferrum tamquam cera; et in medio eorum stabat psallens, et benedicebat Dominum, dicens; Benedictus es C Domine, qui fecisti cœlum et terram, cui adstant Angeli et Archangeli cum tremore, et numerus Martyrum qui passi sunt propter te; qui fecisti misericordiam cum servis tuis, et liberasti Zydrach, Misach et Abdenago de medio fornacis ignis ardentis, et de manu Nabuchodonosor Regis; et Daniel servum tuum de lacu leonum, oblato prandio per Abacuc Prophetam; et Susannam de falso crimine liberasti, et mecum fecisti misericordiam. Et ecce, Angelus Domini dixit ad eum: Erasme, exsurge, et ambula in *k* Italiam: ibi tibi Dominus æternam vitam tribuet in seculum seculi. Et quasi columba Christi plaudens, Sidugrido *l* se deposuit. Alia vero die Imperator currens ad carcerem, signaturam annuli invenit: cumque designasset, præcepit ministris: Adducite magum, qui Deos nostros pro nihilo fecit. Ingressi autem carcerem, nusquam illum invenerunt: ferrum vero sicut cinis inventum est. Et factus est clamor magnus: Hominem non invenimus: jam et ipsum ferrum cinis nobis esse videtur. Quod ut audivit Imperator, alapam sibi in fronte percussit, dicens: Væ mihi! delusum est regnum meum. Quid dicturus ero populo? Venerunt enim quasi quadraginta millia virorum et mulierum, ad spectaculum militis Christi: turbabatur tota civitas, in timore grandi posita: D Christiani [servum] Christi quærebant; viduæ et orphani Episcopum requirebant, dicentes; Quid fecisti de homine isto? Tunc Imperator, timore perterritus, dixit, quod a Deo ejus in cœlum raptus esset, et per premium magnum se redemit.

carcere includitur, *ab Angelo educitur,* *k* *Sidugridum transfertur:* *l* *turbato Imperatore et civibus,* EX MSS.

7 Cum autem B. Erasmus in Sidugrido venisset, multos in Christi nomine baptizans, omnia virtutibus operabatur: nam infirmos et cæcos orationibus salvabat. Erat autem nobilis et primarius civitatis, nomine *m* Anastasius: cujus filius mortuus fuerat, et corpus ejus ad sepulcrum deferebatur. Jussum enim fuerat a Domino S. Erasmo, ut eum suscitaret et redderet parentibus suis. Et apprehendens B. Erasmus sepulcrum ejus, dixit: Anastasi, si credis in Domino Jesu Christo, qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, recipies filium tuum salvum; multa autem turba populi mirabatur ad hæc verba. Anastasius dixit: Et tu potes filium meum resuscitare? B. Erasmus dixit: Non ego, sed Dominus meus Jesus Christus, cui ego servio. Anastasius dixit: Si filium meum mihi sanum reddideris, credo ego et domus mea, et populus universus. Tunc B. Erasmus jussit corpus ejus E deponi, et secreto patrem et matrem jussit stare: et flexis genibus super corpus ejus, dixit: Puer, in nomine Jesu Christi surge. Cumque surrexisset, voce magna exclamavit, dicens: Vere magnus est Deus Christianorum. Pater, usque nunc erravimus: dei quos colebamus nihil sunt: vidi enim eos in inferno non habere requiem a tortoribus. Deus autem unus famuli sui Erasmi magnus est. Et credidit Anastasius, et tota domus ejus, et populus universus. Qui in illa hora fuerunt ibi baptizati, sunt quasi *n* quadraginta millia hominum. Tunc B. Erasmus exclamavit voce magna dicens: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, qui congregasti populum tuum in via veritatis: tu enim Evangelica voce dixisti, Petite et accipietis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Benedic Domine populum tuum hunc, quem acquisisti tibi. Et facta est ad eum vox de cœlo, dicens: Erasme, serve bone, qui pro me laborasti in terra, omnia quæcumque petieris dabuntur tibi. Et benedixit Dominus populum hunc, qui et credidit in illa hora: et omnia idola, quæ colebant, evertebantur. Per septem annos Erasmus docens populum et confirmans in doctrina Christi, dicebat; Custodite mandata ejus quæ audivistis, et magnalia Dei quæ fecit in F vobis. Induite vos fide, et etiam fideles estote.

m *filium Anastasii resuscitat,* *et multos convertit.* *n*

ANNOTATA G. H

a *In ceteris MSS. etiam Græcis, incipiunt Acta:* In Antiochia civitate facta est *etc.* Ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ πόλει [illegible]. *In MS. Corsendonc. plura, et a Gelasio II Papa plenius prosequuntur, ut dictum est supra.*

b *Hinc etiam alicubi* Antiochenus *habetur.*

c *MSS. aliqua addunt, et* imperabat dæmonibus, et statim effugabantur.

d *MS. nostrum* 2. in civitate ista: *Græcus, in* urbe hac, *Græce,* ἐν πόλει μου, In civitate mea.

e *Idem MS.* ternos bis mutans. *Græce* ῥαβδοτυπηθῆναι ὑπὸ τῶν ὑπηρετῶν, fustigari a ministris.

f *Variant MSS. Ex* Verbo Patris, *seu* Christi, *Ex* Verbo Christum, per Verbum Patris.

g *MS. nostrum* 2. Qui omnia ligata et abscondita patefecit, et ubi erant tenebræ lumen fecit oriri: qui et portas sua virtute et potestate confregit, ubi religavit patrem tuum diabolum, qui te sibi lucratus est: qui in fine seculi venturus est judicare vivos et mortuos.

h

A h *Hinc colligimus fuisse non Antiochia, sed in Patriarchatu Antiocheno, Episcopum.* ex MSS.

i *MS. Capuanum* : adeo ut omnes qui aderant illic populi, subitaneo se interire crederent interitu *Vincentius*, ita ut civitas ab ira Dei tota perire putaretur.

k Italia *hic late sumitur pro regno Italico, quod a Diocletiano commissum erat Maximiano; ut idem rursum erat regnum Maximiani, et regnum Italicum, sive Italia. In Notitia autem Imperii*, sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ erat Illyricum Occidentale.

l *Nomen varie exprimitur. In antiquissimo MS. nostro habetur*, Sidugrido : *ubi arbitramur, litteris transpositis, intelligi* Sigudunum, *vel* Singodonum, *urbem Episcopalam in Illyrico Occidentali sub Sirmio metropoli, vulgo* Sigetinz *Lasio, aliis* Zenderin, *et* Semender. *In aliis MSS. legitur* Lucrido. *Mombritio* Lucida. *Vincentio* Lucerida. *Porro locum ibidem assignandum, ad Tibiscum aut Danubium, sequentia exigunt. Si enim de Syria fugit et Spiritu per Armeniam, potuit transfretato Ponto Euxino venisse in Illyricum Occidentale, aut propter verbum* ambula,
B *itinere terrestri versus Septemtrionem circumivisse.*

m *Forte in baptismo, propter illum resuscitatum, est* Anastasius *appellatus.*

n *Ita passim MSS. At Mombritius cum Vincentio*, centum triginta animæ promiscui sexus, *MS. Capuanum* quatricenti, *forsan* quadringenti.

CAPUT II.

Tormenta sub Maximiano tolerata. Varii conversi et Martyres effecti. Obitus S. Erasmi.

Audiens Imperator Maximianus quæ facta fuerunt in civitate Sidugrido, *a* a Probo, iniquissimo homine et sacrilego, dicente; Audi, pie Imperator, quæ facta sunt in civitate tua : Regnum tuum delusum est, et Dii nostri nescio a quo homine et sacrilego Antiocheno subversi sunt : qui confitetur illum Jesum Christum, qui crucifixus est ab hominibus in Judæa, Dominum esse. Quot ut audivit Imperator, jussit B. Erasmum teneri, et præparatum tribunal ascendit, et ingressus est B. Erasmus : ad quem ait Imperator : Dic tu, scelerate homo, quæ tibi est religio? Tunc B. Erasmus tacuit, sed oculis in
C cælum respexit. Imperator dixit : Nihil loqueris? Et jussit maxillas ejus contundi : Tunc B. Erasmus dixit : Lupe rapax, plene iniquitate malefice, quid persequeris servum Dei? Imperator dixit : Quem confiteris? B. Erasmus dixit : Jesum Christum filium Dei. Imperator dixit : Nonne hic ipse est, qui crucifixus est ab hominibus in Judea? Tunc B. Erasmus dixit : Ipsius ego servus sum. Imperator dixit : Talis sis, qualis et ille est, et sic moriaris. Tunc B. Erasmus subridens, dixit illi : Optime Imperator, bene dixisti mihi, ut illius ego merear vestigia sequi : et effusio sanguinis illius illuminatio nostra est, quem si velis agnoscere et in illum credere, salvus eris. Imperator dixit : Tu in illum credas, et genus tuum. B. Erasmus dixit : Optime dixisti mihi : plane, quia sic credimus, et hostias laudis et jubilationis munera offerimus ei, qui salvavit mundum suum a peccatis eorum. Imperator dixit : Consule tibi, atque acquiesce : et sacrifica Diis meis : B. Erasmus dixit, si videro Deos tuos, forte facio.

a — *Jussu Maximiani captus Erasmus* — *fidem alacriter confitetur:*

9 Tunc gaudio repletus Imperator, cum universo populo perrexit usque ad templum Jovis, et jussit hominem Dei deduci ad civitatem *b* Sirmitanam; et præcepit organa et omne genus musicorum in templo præparari. Et hoc videns B. Erasmus, ingemuit D
corde; et oculis suis ad cælum respexit, dicens : Christe fili Dei vivi, esto præsens in ista hora : et mitte Angelum tuum, qui mihi auxilietur et confirmet me in ista pugna diaboli, quam mihi præparavit. Cumque pervenisset in templum B. Erasmus, conversus ad Imperatorem dixit : Quid est Imperator? Ubi est Deus, quem me jubes adorare? Imperator autem, apprehendens manus ejus, ingressus est templum, et ostendit ei statuam æream magnitudinis cubitorum duodecim, et dixit : Ecce hic Deus meus, cui ego servio. Statim ut diabolus aspexit in faciem Martyris Christi, cecidit statua, et in cinerem versa est, et exivit *c* draco magnus ex illa, et *d* occidit pene tertiam partem populi. Imperator se videns esse delusum, ascendit equum, et ad palatium pergebat, percutiens pectus suum, et dicens : Væ mihi! delusum est regnum meum, nescio a quo homine Antiocheno. Media autem pars populi clamabat : Sancte serve Dei, ora pro nobis, ut non pereamus ab isto dracone. Tunc B. Erasmus dixit : Credite in Domino, in quo ego credo, et salvi eritis, et nolite seduci. Tunc B. Erasmus imperavit draconi, ut ultra quemquam hominum non contaminaret. E

b — *Sirmii adducitur ad statuam Jovis, mox collapsam :* — *c* — *d* — *Draconem coercet.*

10 Videns autem universus populus Christianorum, quantas virtutes operabatur Deus per servum suum, cœperunt laudare Christum. Tunc B. Erasmus dixit : Ecce quales virtutes operatur, qui credit in illum. Et tunc baptizati sunt quasi *e* quadraginta millia hominum : erat enim certamen in cœlo et spectacula Angelorum, et pars diaboli quodammodo pugnabat. Tunc B. Erasmus exclamavit voce magna, dicens : Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Qui autem conversi erant ad Dominum, responderunt : Amen. Conturbata est civitas omnis Sirmitana : conterritus vero Imperator misit armatos, et jussit omnes qui ad Deum conversi erant gladio puniri. Martyrizaverunt autem trecentos triginta homines, qui commendaverunt se orationibus sancti Martyris Erasmi. quibus ait : Ite in nomine Domini feliciter in sanctam civitatem, quam præparavit Dominus, et ego post modicum tempus ibo. Erant autem Angeli currentes per nubes cœli, suscipientes animas eorum; et triumphantes Martyres per gloriosam passionem, usque ad cœlum audita est vox psallentium, Via justorum recta facta est, et iter Sanctorum præparatum est. Quod videns B. Erasmus, gratulatus est, ut bonus Pastor super oves suas, quas tradidit F
Christo.

convertit multos, — *e* — *ex quibus 330 martyrio coronati.*

11 Tunc Imperator furore repletus, jussit B. Erasmum teneri, et diversis tormentis torqueri : et jussit ministris tunicam æream adversus staturam ejus adferri, et igneam fortiter eum vestiri, dicens : Nunc videbo, si Deus tuus eripiet te de manibus meis. Tunc B. Erasmus dixit : Carnifex plenus iniquitate, filius diaboli, verecundiam tuam laudo, quia deterior es cane : dixi tibi, et nunc dico, non timeo minas tuas : et si ampliora supplicia facias, cor meum non trepidabit. Et signans, se signo Crucis vestivit se tunica ignea, psallens propheticum Psalmum, dicens. Transivimus per ignem et aquam, Psal. 65.
et induxisti nos in refrigerium. Item, tamquam aurum in fornace probasti omnes, qui in te credunt, et Sap. 3.
sicut holocausti hostias suscepisti. Statim tunica ignea, qua indutus fuerat, facta est frigida, sicut nix; ut nulla macula super eum inventa fuisset. Tunc B. Erasmus dixit : Ecce, Imperator, confusus es, et cum patre tuo diabolo eris in igne arsurus. Populus autem clamabat; Vere magnus est Deus Christianorum, qui tantas virtutes operatus est in illo. Imperator dixit : Artes sunt maleficiorum, ut igni

tunica ignea indutus,

A igni imperet et deos nostros deludat. Tunc B. Erasmus dixit : Stulte Imperator, mecum est Christus filius Dei, qui igni imperat et deos tuos deludit ; lapides et æramina surda, ab hominibus conflata, quibus tu ipse similis es. Nam Dominus meus Jesus Christus vivus est, et virtutibus vincit. Imperator dixit : Quamdiu injurias tuas tolerare possum ? Tunc B. Erasmus dixit : Etiam et ego miror inverecundiam frontis tuæ, quia non erubescis.

et ollæ ferventi immissus, servatur illæsus:

12 Tunc Imperator, furore repletus, jussit ministris suis ollam urnarum viginti parari, et plumbum et picem, simul cum cera et resina et oleo solvi ; et replere et succendi. Et fecerunt ministri, sicut præceptum eis fuerat : et fervefacta est olla, et fluctuans sicut mare. Tunc B. Erasmus dixit Imperatori : Ista olla est meum refrigerium. Et, facto signaculo Christi, descendit in eam : statimque vox Domini super aquas, Dominus majestatis intonuit, et effudit unam undam ex olla, et ustulavit Imperatorem. Qui clamavit : Arde homo Dei, ora pro me. Tunc B. Erasmus dixit : Væ tibi, lupe rapax et filius gehennæ ignis, quem paravit tibi Deus, simul cum patre tuo diabolo et ministris ejus : B scio quia cor tuum obduratum est, sed propter populum istum circumstantem erit tibi bene. Et quievit illi dolor : multi autem in illa hora crediderunt.

13 Imperator autem, videns se falsum esse, jussit Martyrem Dei recipi, et in arcta custodia haberi, et ingentia ferri f pondere colligari. Cumque orasset, apparuit ei juvenis similis filio Dei, vocans illum et dixit ei : Erasme, surge, ego sum Michael Angelus, missus ad te ut ducam te in Campaniam provinciam, [in civitatem] quæ vocatur Formia, ad docendum populum. Et apprehendens eum ejecit illum de civitate Sirmitana : veniensque g Curratium naviculam a Domino paratam invenit, et transmigravit eum in provinciam h Campaniam. Alia vero die turbatus est Imperator, quod eum non invenisset, dicens ; Quia Deus eripuit eum. Servus autem Dei Martyr Domini venit et sedit in civitate Formiana ; at septem diebus per divinam gratiam requiescebat. Angelus autem Domini panem ei quotidie ministrabat. Et facta est die i vox de cælo dicens ; B. Erasme, veni et requiesce in civitate, quam paravit Deus fratribus tuis Martyribus et Prophetis ; et recipe fructum laboris tui : per te enim ego honorificatus sum in cælo et in terra. Et respiciens B. Erasmus in cœlum, vidit coronam inerrabilem, et occursuram sibi decoram multitudinem Apostolorum et Prophetarum ; et inclinavit C caput suum, et dixit : Domine, suscipe animam servi tui : et completa oratione reddidit spiritum. Et visa est anima ejus candida tamquam nix, et quomodo ab Angelis deducebatur cum gloria magna, et cum illis lætus cælum penetrabat quarto nonas Junii. Tunc B. Erasmus pro viduis et orphanis precabatur : Domine, unigenite Dei Patris, qui me fecisti requiescere in loco meo, qui est locus habitationis tuæ, concede, ut qui me petierit in nomine tuo, recipiat k [a te] suam mercedem Sabbato et Dominica. [Ego autem Erasmus] non recedam a loco isto * Passus est autem beatissimus Martyr Erasmus temporibus Maximiani et Diocletiani, regnante Domino nostro Jesu Christo,] cui est honor et gloria, in secula seculorum. Amen

Angelus ...

ANNOTATA G. H. ET D. P.

a *Erat in præcipuo MS.* Lucrido : *sed ex priore reposuimus*, Sulugrido.

b Sirmium *metropolis Illyrici Occidentalis, seu Pannoniæ inferioris, sive Serviæ, a quo prior locus non procul abfuit. Consule Geographiam sacram Caroli a S. Paulo pag* 75. *Fuisse autem* Sirmium *palæstram plurimorum Martyrum ex nostro opere constat : et quidem sub Maximiano Imperatore passum ibi S. Sirenum seu Sinerium, egimus* 23 *Februarii.* D

AUCTORE D. P.

c *Gelasius*, ingens serpens.

d *MS. nostrum :* Et gyrans per totam ædem templi, flatu suo fere occidit tertiam partem populi. *Sed hoc et alia plura fabulam sapiunt.*

e *Ita passim MSS. et Mombritius*, quasi mille homines : *Gelasius*, fere mille homines : *MS. nostrum* 2, plures conversi sunt.

f *MSS. Ultrajectinum nostrum* 2, mille pondera ferri imponi super collum ejus.

g Curratium, *Ortelio, in Pannoniæ et Illyrici veteris tabula*, insula Curicium, *seu* Curicia, *haud procul ab Istria dissita, nunc* Veglia *dicta.*

g *Potuit navi appulisse in aliquo portu Aprutii, et inde Formias ambulasse.*

i *Item etiam Græce legitur. In nonnullis MSS.* tertio Nonas, *atque hoc secuti sunt Usuardus, Ado, et alii. Mombritius, non simpliciter mortuum tali die, dicit ; sed*, Passus est autem, *inquit*, beatissimus Martyr Erasmus, quarto nonarum Juliarum. *Ubi, præterquam quod erratum sit in mense, deflectitur ab Actis, sicut morte defunctum Erasmum scribentibus ; E adeoque dicendi et ad vitæ sæpius mortifera tormenta, Martyrem vocantibus. Quæ porro hic sequuntur rectius omisit scriptor Lipsiensis, quam Mombritius secutus est.*

k *Sensum hic nullum habebant MSS. ubi legebatur*, recipiat mercedem Sabbato et Dominica, cui est honor etc. : *sed sensum supplevi partim ex Græcis, partim ex Mombritio : in Græcis enim sic legebatur :* [illegible] Ego vero Erasmus Sabbato et Dominica a loco isto non recedam : *quæ verba Martyri affixa nihil dubito.*

APPENDIX D. P.

Actorum censura : tormenta alia Sancto adscripta : miracula quædam.

Acta hæc, licet antiqua,

14 *Qui quis hæc Acta contulerit cum paucis illis, quæ ex Proconsularibus Martyrum quæstionibus excepta fide publica inveniuntur, subducta manibus tyrannorum, ecclesiasticas omnes scripturas abolitas volentium ; satis mecum agnoscet, non esse ipsa primæ illius notæ, ac neque secundæ, quæ fidelium memoriæ a typographia, sine fuco atque simpliciter scripta sunt tradita, sed omnino tertiæ quibus Passiones Martyrum, cultu et veneratione celebrium, iis habentur circumstantiis adornatæ, quas opportunas sibi scriptores censuere, admirationis ciendæ quam veritatis explicandæ studiosiores. Hinc tot illæ cælitus allapsæ voces, hinc ipsorummet Imperatorum singulis in quæstionibus præsentium altercationes, ut plurimum infra personarum suarum dignitatem, ineptæ inflictæ, et ad Martyrum preces oblatæ pœnæ ; hinc accumulata supra fidem tormenta, et solis instrumentorum nominibus diversa ; hinc præsentis populi, aut divinitus prostrati, aut ad fidem conversi, numerus supra verosimilitudinem auctus, aliaque similia ; quæ omnia in Actis præmissis invenias, eo etiam difficiliora creditu ; quod quæ Antiochiæ et Sirmii gesta dicuntur, censeri debeant Formiis scripta ; quo eorumdem tam distinctam pervenisse, ex locis adeo remotis, notitiam, haud est credibile ; præsertim post aliquot seculorum lapsum, quibus scriptum nihil ea de re fuerit.*

minus tamen sincera,

15 *Istis tamen, antiquitus scriptis, et ex parte confictis, non contenta posteritas, in augendas eas narrationes*

A *tiones prona, quæ excitandæ pietati ornandæque religioni videntur conducere; eisdemque sic auctis eo facilius credula, quo minus licitum æstimat de talibus dubitare; alia atque alia tormenta passioni, jam plus quam satis exaggeratæ, adscripsit. Horum series, una cum priori tota Legenda, quæ sumpta fuit in argumentum novemdecim tabularum pictarum, ecclesiam Cajetanam ornantium, circum illam spectatur, cum hisce subscriptionibus a nostro Nicolao Beatillo quondam ad Bollandum transmissis*, I. Mundo editus, sacro fonte baptismatis abluitur, atque litterarum studio traditur. II. Fidem Christi B. Erasmus Gentibus prædicat, atque Episcopus consecratur. III. Vinctus Diocletiano Imperatori præsentatur, quem Christi fidem confitentem pugnis in faciem cædi jubet. *Hoc Severum jussisse Maximianum, habent Acta.* IV. Plumbatis cæsus, in bullienti olla immergitur: *hoc etiam Severum factum iste ac alia* et populus adstans infidelis fulmine prosternitur. V. Jussu Angeli Evangelium Christi Gentibus annuntiat; ac denuo comprehensus, in altissimam foveam præcipitatur; sed ab Angelo extrahitur: *non denuo comprehensum dicunt Acta, sed post primam quæstionem carceri mancipatum* VI. In oleo pice ac resina torquetur, *num.* 5,

AUCTORE D. P.

in picturis Cajetæ expositis,

varie augentur:

B *sub prima quæstione;* deinde campanæ ardenti supponitur, quæ nutu divino est fracta. *Merum hoc figmentum est: nec enim campanas, et quidem tantas ut hominem suppositum operirent, noverat seculum istud: tacent autem de tali tormento Acta.* VII. B. Erasmus sua prædicatione multos ad Christum convertit, *num.* 7. VIII. Quos in fide Christi instruxit, baptizat, et ut aliis Gentibus Evangelium Christi prædicaret illinc discessit, *Antiochia videlicet*, IX. Dum verbum Dei Gentibus prædicaret *Sirmium scilicet* a satellitibus rapitur, atque in æterrimo carcere clauditur. *Tacent hoc Acta, uti et quod sequitur.* X. Ab Angelo meruit consolari, atque a vinculis liberari: *sed denuo capitur, quarta jam vice juxta has picturas, at juxta Acta solum secunda;* et Imperatori *Maximiano* sistitur, *num.* 8, XI. Jussu tyranni tunica ferrea candenti induitur; sed rore cœlesti infrigidatur, illæsusque servatur, *num.* II.

et alterantur:

16 *Quæ porro sequuntur, nulli certo loco adscribuntur, et in Actis non attinguntur.* XII. Diocletianus, se vinci erubescens, jussit B. Erasmum exulare. XIII. Dolio, clavis acutis intrinsecus repleto, immissus, ex monte devolvitur: et ab Angelo extractus, jubetur annuntiare Christum. XIV. Virgis ac flagris acerrime cæditur, dentes ei excutiuntur; ac

additis etiam tormentis alibi non scriptis.

C jubente Deo iterum ivit prædicatum. XV. Prunis subjectis assatur, ac postea unguibus manuum ejus acutissimi clavi infiguntur. XVI. Quatuor equis discerpitur, sed a Christo denuo curatur ac sanitati restituitur. *Sic distractus, non erat restituendus sanitati; sed reductis ad invicem partibus jam inanimis, revocandus in vitam.* XVII. Ejus intestina extrahuntur: sed Christus illum in vita conservans, jussit ut nomen ejus Gentibus, annuntiaret. *Sub isto quidem tormento jam passim Sanctus pingitur, sed alter forsan Erasmus hoc supplicii genere martyrium consummavit; quod causam dederit multa miscendi.* XVIII. Constanter prædicans multos ad Christum convertit, ac in fide stabiles baptizat. XIX. Angelus ei diem obitus sui annuntiat. Coronam e cœlo sibi missam aspicit, et sic orans spiritum cœlo reddidit, *idque Formiis, secundum Acta.*

17 *Hactenus de picturis Cajetæ spectandis, et qualemcumque historiam repræsentantibus vitæ, quæ Joanne Casinensi, postea Damaso Papa II, ad historiam Translationis Cajetam factæ venturo, sic concluditur:* Sepultus est autem *S. Erasmus* ad Occidentalem ejusdem civitatis *Formianæ* partem, juxta Amphitheatrum, a Probo Episcopo, *hunc dumtaxat noto: et*

Corpus Formiis translatum Cajetam,

in eodem loco multis temporibus, videlicet usque ad D ejusdem Urbis excidium, requievit. Plurimorum namque post ejus transitum annorum curriculis revolutis, cum ab Agarenorum exercitu destructæ fuissent Formiæ; Cajetani cives, metuentes ne, vel vi vel furto, pretiosum beati Martyris corpus, si ibidem relinqueretur, amitterent; illud intra urbis suæ mœnia transtulerunt, et in adito sanctæ ac gloriosæ Dei genitricis et virginis Mariæ recondiderunt. Post annos triginta cum Summus Pontifex et universalis Papa Joannes Sanctæ Romanæ et Apostolicæ præesset Ecclesiæ, Bonus, Cajetanæ civitatis Episcopus, una cum Docibile Joannis Patricii jam defuncti Filio Patricio, B. Erasmi Martyris requisivit exuvias. Inventas autem, eo loco, quo superius positas memoravimus, terra profundius fossa occuluit, et desuper adversus meridiani climatis aspectum, in honorem Martyris altare construxit. lapis etiam in gradibus, qui juxta altare sunt, positus est, quibusdam characteribus insignitus, in quibus continentur hæc scripta: In hoc loco inventum est corpus Sancti Martyris Erasmi, illibatum et integrum, temporibus Joannis Papæ, a Bono Cajetano Episcopo.

et post annos 30 requisitum invenitur.

18 *Eadem ex jam dicta Vita Cajetæ inventa, transmisit nobis prælaudatus Beatillus, sed nonnihil interpolata. Nam ad verba,* Annorum curriculis evolutis, E * *additur*, scilicet ab Incarnatione D. N. Jesu Christi anno octingentesimo quinquagesimo sexto, temporibus Gregorii Papæ IV, et Joannis Magni Cajetæ Patricii; *ubi apparet annum eversarum funditus Formiarum, cum Pontifice, ante duodennium mortuo perperam jungi. Certiori verosimiliter notitia ad secundum * apponitur facta Translatio,* septimo Kalendas Novembris. *Sed ad tertium **, Joannis Papæ *nomini additus numerus* X, *processisse non potuit ex errore priori, per quem secunda post annos* XXX *Translatio. anno* DCCCLXXXVI *debuisset facta fuisse: tali enim anno omnes consentiunt Stephanum V sedisse. Joannes autem X, secundum nostram Chronologiam, primum sedere capit anno* DCCCCXV. *Sed redeo ad Gelasianum contextum, qui sic continuatur.* Quibus autem modis ad hoc usque tempus (*puta usque ad annum circiter* DCCCLXX *vel* LXXX) quibus, *inquam*, modis beatus Martyr suæ patrocinetur civitatis civibus, quantisque virtutum signis præsentem se eis semper esse demonstret, non est hujus scriptionis evolvere. Fiunt autem et in loco, ubi nunc requiescit, et in loco, ubi ante apud Formias positus erat, crebra ejus meritis et intercessione miracula: omnibusque F digne pulsantibus aperitur, digneque petentes accipiunt quæ precantur. Præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Sub Joanne Papa IV,

atque exinde ibi claret miraculis.

19 *Ex istis tamen miraculis ad nostram notitiam pervenit nullum, præter unicum, in quadam sacrorum monumentorum collectione, a Cardinali S. Severinæ dimissa suo ex Sorore nepoti, Illustriss. D. Josepho Costæ, apud quem eam vidimus Romæ anno* MDCLX: *ubi inter alia legebatur quod sequitur, sub hoc Titulo,* Novum miraculum S. Erasmi factum, regnante Domino nostro Carolo II *filius: qui fuit Caroli Andegavensis, utriusque Siciliæ primi ex Francorum gente Regis, defuncti anno* MCCLXXXV, *superstes patri usque ad* MCCCIX *præfatum Titulum sequebatur exordium tale:* Deus noster, lux vera, quæ omnem hominem illuminas venientem in hunc mundum, in tantum odit opera tenebrarum, ut Apostolos suos in mundum universum, prædicaturos evangelium omni creaturæ, missurus, eis præceperit, dicens; Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, et quod in aure auditis prædicate super tecta. Quoties ergo gloriosus in Sanctis suis, et in majestate mirabilis,

Ex his unum scribitur,

A rabilis, suam dignatur Ecclesiam, Sanctorum meritis, decorare miraculis; non talia ponenda sub modio, vel in tenebris relinquenda; sed potius divulganda voce præconia super tecta, et quantum possibile est quotidie singulorum auribus inculcanda; ut spes nos pulcherrima foveat, in eo qui est omnium vera salus.

anno 1300 relatum

20 Sane, meritis et virtute mirabilis Christi Martyris et Pontificis Erasmi, miraculum cunctis sensibus admirandum [contigit] diebus proximis in majori ecclesia Cajetana, ubi ipsius corpus sanctissimum requiescit; præsidente venerabili Patre Domino Mattheo, tunc ipsius Civitatis Dei gratia Præsule; et coram pluribus Clericis et Sacerdotibus Cajetanis divulgatum extitit seriatim, prout describetur inferius, per quemdam Catalanum: qui cum quodam gallione Provincialium ad portum Cajetæ venerat, die secunda mensis Septembris, quintæ decimæ Indictionis, Pontificatus Domini Bonifacii octavi anno sexto. *Omnia hæc annum* MCCC *notant, quando mense Septembri inchoabatur Indictio* XV, *et Bonifacius iste adhuc numerabat annum* VI *Pontificatus, ad quem ordinatus fuerat* XXIII *Januarii* MCCXCV: *ex quo errasse intelligitur qui* [illegible]

B tr[illegible] *factum miraculum scripsit in titulo.* Retulit enim, ipse eodem die secundo mensis prædicti, dictus Catalanus, lacrymabili vultu, pio affectu, et mente devota, offerens primo ante ipsam relationem, in altare dictæ Ecclesiæ, pro voto quasi adimplendo, quasdam furcas cereas, in quibus furcis quædam statua hominis ceræ pendebat suspensa: quia nuper ipse relator injuste fuerat in partibus Provinciæ condemnatus ad furcæ suspendium, et post latam sententiam ductus fuerat ut suspenderetur: verum antequam suspensus existeret, B. Erasmum Martyrem invocavit ut sibi assisteret, ipsumque adjuvare suis meritis et divino præsidio dignaretur. Et post hæc per gulam [illegible] subito suspensus fuit, [illegible] ab ipso loco suspendii [illegible] Deus autem, veniæ largitor et humanæ salutis amator, cujus benignæ aures Prophetam clamantem de profundis in ventre ceti post triduum non absque mysterio exaudivit, suspensi clamore ac B. Erasmi meritis exaudivit, in puncto quo mortis instantis [illegible] Stante itaque prædicto suspenso, et pro mortuo ab omnibus derelicto, ibidem statim apparuit super furcas invocantis invocatus Antistes Erasmus, in specie seu forma hominis,

ab illo qui injuste suspensus,

invocato S. Erasmo ab eodem fuerat conservatus.

C tenentis in manu ensem evaginatum: et cum dicto ense præcidit funem, in quo pendebat suspensus; et [illegible] suspensus ipse in terram cadens, illæsus evasit, magnificans Deum et Martyrem gloriosum Erasmum, ad cujus invocationem a morte tam crudelissima sic subito mirabiliter extitit liberatus. O beata urbs Cajetana, quæ talem ac tantum habere meruit protectorem, qui prædicta scribentem una cum legente protegat ac etiam auditorem.

Neapolitanum castrum vulgo Sant Elmo dictum,

21 *Est Neapoli insigne castrum, in summo monte a Carolo V Imperatore extructum; quod urbi imminens,* [illegible] *est, Castel Sant-Elmo vulgo dictum, de quo Leander Albertus in Campania loquens,* Santeremense *castellum nominat, quasi a Sancta eremo* [illegible] *pronuntiant Itali ex usu Græcorum, quorum etiam lingua et* [illegible] *toto Neapolitano regno* [illegible] *post Christum natum seculo* [illegible] *Neapolitanæ Italicus scriptor,* Sant ermo, [illegible] Sant Eramo [illegible] *D. hoc magnopere non laboro, cum sciam quam facile* [illegible] *liquidæ* [illegible] *et contra. Sed* [illegible] Sant elmi, [illegible] *usque in Lusitaniæ maritima* [illegible] *nomine jam olim, ad portum a S. Sebastiano dictum,* *ecclesiam fuisse, quæ nato deinde Ordini Prædicatorum* D *cessit; merito censui,* XV *Aprilis ad Acta S. Petri Gonzalvii, ex eo Ordine, cui vulgus* Santelmi *cognomentum tribuit; ex ejusmodi cognomento non probari, ipsum ad* Santelmorum *in Lusitania familiam pertinere; sed illud optatum ei fuisse a nautis, præsentem ejus opem inter tempestates invocati experiri solitis, apparente super navim facula, quam prisci* Helenam *nuncupabant, ipsi vero* Sant-Elmum *vocare didicerint, a Neapolitani littoris nautis, solitis in tali necessitate* S. Erasmum, *Formiis et Cajetæ civitatibus littoreis nominatissimum, appellare. Sane non minus* Ἔρασμος *(sic enim Græce scribitur) quam* Ἔρασμος, *potuit in* Ἔλμος *usu vulgi contrahi, ac deinde* Ἔλμος *pronuntiari. Est enim* Ἔρασμος *nomen Græcum, ab* ἐράω, Amo, *item quod* Ἐράσμιος Amabilis, *participiale contractum ex* ἐράσιμος, amandus, *sicut a* γελάω rideo, [illegible] *dus derivatur. Magis autem verum est fieri, ut titulus* Sancti *præfigatur usu vulgi* Erasmo, *tot miraculis claro, cujus eo in monte sacellum aliquod vel etiam parochia fuerit; quam* Eremo, *sanctitatem nullam nisi ab incolis aptæ habere. Maneat ergo, quod aliis* [illegible] *istam nautarum vel quorum Santelmum invocantium, originem potius habere* ab Erasmo *vetustissimo Sancto, quam ab altero diversi* [illegible] *nominis longe* [illegible] *neque hactenus probato ad* Santelmorum *familiam pertinere, qui* Gonzalvi *cognomen* [illegible] *in Ordinem intulit. Quare conjecturam tam rationabilem nemo velit carpere, ut propositam ex* [illegible] *ergo decora Ordinis, maximam in hoc opere nostro partem atque adeo etiam laudem ex eodem habentis.*

ab hoc S. Erasmo nuncupari censentur.

AUCTORE D. P. et ecclesia in Lusitania,

E

22 *Porro ad probandum quod cultus* S. Erasmi *toto* [illegible] *Christiano diffusus est, præter Romanum Breviarium ubique nunc vulgatum, faciant vetera Ecclesiarum Hispanicarum, Gallicanarum, Germanicarum et Belgicarum Breviaria, apud nos asservata; lubet tamen Warburgi, Paderbornensis in Westphalia veteris Saxoniæ parte* [illegible] *proferre* [illegible] *sacelli et cryptæ Sancto* [illegible] *sicut eam a nostris per eam diœcesim Missionariis accepi hoc tenore.* W[illegible] terra, qua pene occultabatur, permisso dumtaxat angusto ingressu, erutum nunc visitur sacellum. Ei olim quidem spectabile templum incubuerat, cujus nunc præter relationes majorum vix quidquam est reliquum: nisi illud ipsum rude [illegible] sacellum, seu crypta S. Erasmi nomine olim consecrata, tam omni religionis antiquo usu superiore ætate exuta, ut mulieres tantum accepto a progenitoribus more, morbidis mancisque pueris isthinc salutem peterent, reportarentque [illegible] Hæc [illegible] ex voto comprecatione simul atque perfuncta, vidit repente erectum in pedes, et e sacello præcurrentem sibi [illegible] filium, qui [illegible] spatio, omni pedum officio destitutus ad movendum se loco, ad eum usque diem [illegible] egerat fueratque [illegible] Res [illegible] civitatis evenit, ita et magnam illi admirationem, et sacello nomen fecit, atque fama et juramento liquidius confirmata, calamitosos aliunde homines Warburgum traxit; movitque et Missionarios nostros, ut hoc demum anno, bona Celsissimi Principis pace, [illegible] S. E[illegible] que [illegible] celebriore atque [illegible] nes opportuniore, id loci supplicatio duceretur.

Varburgi in Vestphalia,

ad Sacellum Sancti adductus puer

F

[illegible] cultatem recipit.

23 [illegible] post [illegible] SS. Trinitatis Dominica, qua supplicationis solennia, supra quam exspectari pro auspicio poterat, religiose magnificeque habita sunt, tanto e longinquo etiam

[illegible] institu[illegible] pro[illegible]cessione,

A AUCTORE D. P. etiam affluentium hominum numero, ut repentina ex oppido opus fuerit mutuaque opera Patrum Prædicatorum, qui tribus e Societate nostra Sacerdotibus, binos e sua familia in secretas confitentium expiationes mitterent auxilio, reliquis in proprio templo eadem re occupatis. Suntque prædicti Patres meriti bene, cum hoc nomine, tum quod re divina, quam faciebant, extructam stationem nostram honorarent: subinde composito ad familiare vexillum ordine, in sacram ambulationem officiose se ipsi inferrent comites; sed ad et aptiorem festivæ pietati circuitum transitumque, permitterent asceterii sui ambulacra, aliaque offerrent omnia, quæ vel ad augmentum facere viderentur, vel ornamentum. Utrique Warburgensi oppido, suo et utriusque Ecclesiæ suæ cultu, decore prodeunt; invitatu nostro e vicinia pagi, ad sacra sua signa dispositi se addebant, ibantque distincti ad Parochorum ductum atque approbationem universorum; ut qui raram istam ordinatamque in tam numeroso hominum confluxu continuationem, multum prædicarent, aliisque hoc certe capite longe anteferrent. Amplum nec levis pretii vexillum, eviscerati in glomum B Thaumaturgi martyrio graphice signatum, aliaque ejusdem Sancti monstrabilis statua, quæ ad splendorem deferebantur: perinde et Missalis liber non inelegans, qui non ita pridem advenit, corrogato aliunde per Missionarios ære isti sacello, nova omnia, obtigerunt. Sed ne, dum adscititius sacelli cultus instruitur, sacellum ipsum incultum maneat, tectoque suo ut hactenus nudatum: rogatus modestissime per Missionarios Celsissimus Princeps, clementissime annuit, ut quo magis in administranda usurpandaque divina sacraque re concurrentium

Instauratur religio loci an. 1679.

commodis serviatur; non tectum modo, sed præ tecto aliud paris cum sacello fornicato dimensionis fastigium, velut sacellum sacello, sumptu Principali atque ad Missionariorum moderationem, proximo vere imponatur. D

favente insigniter Episcopo Paderborn.

24 *Hactenus ad me illorum unus, anno* MDCLXXIX, *tribus ante annis quam moreretur ipse Celsissimus Princeps.* Ferdinandus Furstenbergius, *Paderbornensis ac Monasteriensis Episcopus, operis nostri Patronus singularis; cujus etiam liberalitate Warburgi erectum stabat prædictorum Patrum Prædicatorum cœnobium: et utroque in diœcesi alia plurima loca pia, vel a fundamentis educta, vel splendide restaurata, vel insigniter ornata locupletataque numerantur: quorum tot beneficiorum meritum secutum est animam, ex hac vita mortali abeuntem anno* MDCLXXXIII, IX *Junii, et merces in æternum manebit. Quod apud me est Sanctuarium Paderbornense, olim a nostro P. Joanne Gamans congestum, ex cujusdam Werneri libro 3 de Westphalia cap. 8. quod est de Sanctis Westphaliæ, hæc suggerit.* In Walburch est capsa S. Erasmi, cum tribus Virginibus sacris, scilicet Alheide, Arngarde, Gertrude. *Hinc suspicabar, eo loci olim Parthenonem fuisse, in quo tres illæ insigni sanctitate claruerint, et sepultæ sint, ac forte etiam elevatis de terra corporibus in unam simul capsam sint conditæ, cultæque ut Beatæ. Sed R. P. Joan. Kloppenborg, quo ad prosequendam et luci dandam historiam Westphalicam utebatur Princeps prælaudatus, quoque etiam nunc utitur illius dignissimus in Paderbornensi Sede successor, suspicionem istam excussit, firmiter asseverando, nullum Warburgi unquam Parthenonem fuisse, atque adeo Virginum istarum Reliquias aliunde eo allatas.* F

S. Erasmi ibi olim capsa cum 3 Virginibus sanctis.

DE S. EUGENIO PRIMO,

PAPA ROMANO LXXVII.

COMMENTARIUS HISTORICUS

Circa cultum, Pontificatum, et sepulturam.

ANNO DCLVII

C *Quamquam hic Sanctus Pontifex, neque Usuardi Martyrologio inscriptus, neque ullis antiquiorum Fastorum Conditoribus notus videatur fuisse; ejus tamen cultus non adeo recens est, ut ante Gregorianam Romani Martyrologii reformationem nullus fuerit; præsertim in Italia, ubi major cura fuit augendi numerum Sanctorum Pontificum, qui non raritus, Anastasio aliisque veteribus laudata, cultum meruisse videbatur. Cum ergo de illo scriberet Bibliothecarius sicut a Majoribus acceperat, quod* Eugenius, natione Romanus, de Regione prima Aventina, Clericus a cunabilis, ex patre Ruffiniano. .... fuit benignus, mitis, mansuetus, omnibus affabilis, et sanctitate præclarior..... qui etiam sepultus est ad S. Petrum Apostolum, sub die IV Nonas Junii; *Ecclesiæ quædam Italicæ, Usuardi Martyrologium additionibus nonnullis augentes, ad jam dictum diem ita scripserunt;* Romæ, depositio seu transitus S. Eugenii Papæ I et Confessoris; *ex vulgari scilicet opinione, quæ nihil apud Anastasium distinguens, quem ille nominat diem sepulturæ, semper et ubique accipiendum pro die obitus, persuaserat hactenus: cujus ego opinionis errorem et originem primus detexi conversumque, in Propylæo Maji sive Conatu Chronico-historico ad Seriem Romanorum Pontificum Dissertat.* IV, *quæ juxta novam in Paralipomenis partitionem fiet aliquando* VII.

Ex commendatione Anastasii,

ante annos 200 adscriptus est Fastis nonnullis.

2 *Ejusmodi autem Martyrologia,* Eugenium *Sanctis adnumerantia, tria reperimus. Florentiæ unum, in Bibliotheca Medicæa Magni Ducis ad ædem S. Laurentii scriptum in membranis; alterumque similiter MS. apud Carolum Strozzi Senatorem; et tertium, ex illis verosimiliter impressum, anno* MCCCCLXXXVI *per Franciscum de Bonaccursis Presbyterum. Nonnulli in Germania, quos secutus est Auctor editionis Coloniensis, anno* 1521 *curatæ, Martyrologii Germanici vulgator Canisius; nomen ejus (nescio qua ex causa) adscripserunt* XXII *Januarii, uti inter Prætermissos tunc diximus. Aliud MS. habuit Petrus Galesinius, Protonotarius Apostolicus; qui novum Martyrologium collectis undequaque Sanctis conscripsit, et Gregorio XIII dedicatum evulgavit Venetiis anno* MDLXXVIII; *ubi pari modo referebatur* Eugenius, *sed ad diem* III Junii, *fortassis ex errore librarii, in Anastasiano aliquo exemplari, pro* IV *Nonas scribentis* III. *Ibi cum illius Pontificis grande elogium, fere ex Anastasio depromptum, et quidem primo loco dedisset Galesinius prælaudatus, in Notis ad eumdem* III *diem sic scribit;* Cum Martyrologii opus aggressi sumus, illud nobis in primis proposuimus, ut Pontifices Romanos diligenter adscriberemus, uno omnium sermone sanctitatis laude celebratos; qualem Eugenium hunc esse ex Pontificalium Annalium monumentis accepimus. *Intendebat quidem Galesinius ut hic suus labor,* Romanæ F

Florentiæ inventis.

deinde a Galesinio, sed ad 3 Junii,

A manæ Ecclesiæ usui ac singulos anni dies accommodatus, *Ecclesiis omnibus communis fieret: verum non potuit Romanis censoribus eum sic probare, ut non judicarent, justo prolixiorem ut plurimum esse, quam qui cum Officio Canonico recitandus præscriberetur, ut alias rationes prætermittam. Interim occasio data fuit alterius Martyrologii concinnandi, cujus Auctores, castigata Galesinii prolixitate, et correcto quo ad diem errore, non primo, sed ultimo loco legi jusserunt,* Romæ S. Eugenii Papæ et Confessoris. *Et hoc secuti Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, atque Constantinus Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum, suo quique arbitrio Elogium grandius composuere, adhibitis qui interim prodierant Annalibus Ecclesiasticis Cæsaris Baronii.*

ac denique Romano pro die 2

3 *Hic ad an.* DCLII *de* Eugenii *promotione sic scribit* Ubi in exilium actus est S. Martinus, absque ulla spe restitutionis; Calliopas implevit Romæ, quod in mandatis acceperat ab Imperatore *Constante;* nempe ut in locum Martini alius subrogaretur Pontifex. Restitisse diu visus est Clerus Romanus conatibus ejus, ab eo tempore quo ab urbe idem S. Martinus abductus fuit; asserens, contra jus fasque tentari facinus, ut vivente Romano Pontifice alius B in ejus locum substituatur, diuque alte catum est. Verum, ne cogeretur Romana Ecclesia subire periculum quod imminebat, ut, nisi ipse Clerus eligeret, daretur invitis ab Imperatore Romanus Episcopus, qui ejusdem esset cum ipso hæresis *Monothelitica* propagator; eam duram conditionem eligendi alterius Pastoris subire coacti sunt inviti. Itaque elegerunt Eugenium... qui ante maximam comparaverat laudem, quod, ab incunabulis fere, ecclesiasticis muneribus mancipatus, per gradus singulos, majoribus in virtute progressibus conscendisset; maximamque sibi populi conciliarit benevolentiam, quod erga pauperes semper munificentissimus extitisset. Talem igitur tantumque virum delegerunt loco Martini Ecclesiæ præesse, vicaria tamen, dum ille viveret, Præfectura; quod fieri contigit hoc anno, non. Augusti, ut colligitur ex Anastasio dum ejus Sedis tempus numerat. *Verum hoc qui convenit, si hic Sedis ejus numerat* annos duos et menses quatuor; *cum a die* II *Junii, per menses quatuor retrocedendo, debuisset electus fuisse* Eugenius *initio Februarii? Interim in omnibus exemplaribus, ad quas tracta est Regii e ttio Anastasii, inveniuntur* menses octo, dies viginti quatuor: *nec uspiam hactenus inventi* menses quatuor.

Electio excusata a Baronio:

virtus laudata

C 4 *Ego, in prætitato Conatu meo, agens de S. Martino, partim ex ipsiusmet Epistolis, partim ex fideli cujusdam Christianissimi Relatione; ostendi, quod, ad* ipsum sub calumnia tentatæ proditionis deponendum, missus a Constante juniore Theodorus Calliopas, jussionem Principis exhibuit XVII Junii, ipsumque captivum cœpit XIX ejusdem mensis, feria V, adeoque anno DCLIII, *probante id cursu litterarum Dominicalium, quarum dum currit* F, *talis congruentia invenitur.* Tum ductus in Græciam, Martinus, variis moratus est locis, ac novissime in Naxo insula annum integrum; ubi videtur Depositionis suæ sententiam accepisse ab Imperatore (*tyrannicam scilicet atque valoris nullius*) et consensisse, ut Eugenius, *Romæ (uti dictum) pridem electus,* Vicarius ordinaretur. *Ordinaretur, inquam,* Urbis Romæ Episcopus Vicarius, *et quidem cum jure successionis; eadem ratione, qua tempore persecutionum olim sæpius factum, ex mente Henschenii nostri probavi, in præcituto Conatu meo dicta Dissertat.* IV *alias* VII, *agens* de tribus Episcopis, a S. Petro pro Urbe Roma ordinatis, deque Vicariis Episcopalibus, tam ipsius quam aliorum plurium successorum. *Scilicet ostendi, optime salvari veterum Catalogorum calculos, ab anno qualiscumque etiam Vicarialis Ordinationis; sumendo Epochas* Romanorum Episcoporum; *quo titulo justius dicebantur tales, etiam priusquam Pontifices fierent, cum prærogativa supremi Capitis; quam qui deinde dicti etiam fuerunt* Episcopi Romani, *et nunc* Episcopi Cardinales *nuncupantur.* D

Fide, non electum tantum anno 653,

electus Episcopus annuente Martino,

5 *Istis sic deductis, conformiter ad* Eugenium *procedens scribo, quod* tempore Constantis Imperatoris, ab invito aliquamdiu Clero declaratus pro Electo, vel potius pro absentis Martini Vicario, anno DCLIII mense Junio, die circiter XXIII; postea, eodem Martino ex Insula Naxo verosimiliter annuente, ordinatus (*nam de eo in Epistola 2 loquens pro eodem* præcipue *orat, tamquam* pro *Romani Cleri populique* Pastore, qui eis, *ut ait,* nunc præesse monstratur); Ordinatus, *inquam* anno DCLIV, IV Septembris in Dominica; ac tandem, ex verosimili ejusdem Martini cessione, facta anno DCLV, circa Pascha summus Pontifex; sedit universim annos II, menses VIII, dies XXV, *computato etiam die mortis, quem non videtur Anastasius comprehendere;* defunctus anno DCLVII, XXXI Maji, *id est, post mortem S. Martini* (*obitam anno* DCLV *die* XVI *Septembris,* anno I, mensibus VIII, diebus XV: *quo saltem toto tempore fuit summus et indubitatus Pontifex, independenter a nostra præsumptione de Martino, aliquot mensibus ante mortem se abdicante: qua de re videbimus ad* XII *Novembris, quando Romæ colitur idem Martinus, eo corpus illuc translatum. Baronius, cum subductis aliter, sed erronee, calculis, scripsisset* Eugenium *superfuisse Martino* non amplius quam sex menses et dies viginti tres, *obiisse autem anno* DCLV; *cumque non inveniret ab Anastasio mentionem ullam fieri ordinatorum ab ipso Presbyterorum Diaconorumve, scilicet Cardinalium, sed tantum Episcoporum* XXII *per diversa loca;* visus est, *inquit* modeste usus Pontificia potestate, quod vivente Martino optime sciret, se non legitime sedere potuisse Pontificem, sed tantum loco ipsius veluti Vicarium se gerere. *Equidem ipse quoque tanto magis miror istud Anastasii de Presbyteris Diaconisque ordinatis silentium, quanto plus temporis eidem in supremo Pontificatu concedo; nolim tamen dubitare, utrum* Eugenius *unquam se pro vero Pontifice gesserit, sicuti dubitare videtur Baronius.* E

an. 654 4 Septemb.

ac deinde summum Pontificem agnitum:

6 Hujus temporibus, *inquit Anastasius.* Petrus Patriarcha Constantinopolitanus, in locum Pyrrhi suffectus, direxit Synodicam ad Sedem Apostolicam, juxta consuetudinem, omnino obscurissimam et ultra regulam; non autem declarans duas operationes aut voluntates in Domino Jesu Christo. Et F accensus Populus vel Clerus, eo quod talem Synodicam direxisset; minime est suscepta, sed cum majore strepitu a sancta Dei Ecclesia projecta; ut etiam nec eumdem Papam dimitteret Populus vel Clerus Missas celebrare in Basilica sanctæ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ, quæ appellatur ad Præsepe, nisi promisisset hic ipse Pontifex, minime eam aliquando suscipere. *Addit vero Baronius:* Ex quibus plane innotuit Imperatori, impossibile esse hæresim in Ecclesia Romana plantare; cum perspicue intueretur, quod non Pontifex tantum, sed Clerus omnis et Senatus Populusque Romanus, adeo libere ingenueque detestari solerent et execrari, quidquid suspicionem haberet hæreticæ pravitatis. *Factum id crediderim in festo Nativitatis Dominicæ, quando Romanis Pontificibus moris erat in Liberiana S. Mariæ-majoris Basilica Missas facere; idque primo post Martini deportationem semestri: nam anno* DCLIII *Petrum Pyrrho suffectum, recte ex Nicephoro colligit Baronius, et ex Theophane clarius apparet. Jam tum ergo Pontificalia munia obibat* Eugenius: *hoc autem facere non potuit, nisi Ordinatus Episcopus; neque Episcopus, etiam Vicarius tantum*

qui cum adhuc solum esset Vicarius anno 653:

coactus a populo fuit Petri CP. Synodicam repudiare,

priusquam obiret Pontificalia.

A tantum, legitime ordinari, nisi assentiente Martino; unde hunc tali Ordinationi annuisse confirmatur. Nam ut sacrilegam Ordinationem susceperit Eugenius, in eaque præsumpserit ministrare, non patitur sanctitas viri suspicari; nec etiam Populi ac Cleri zelus, qualem jam vidimus, id passus fuisset; eoque adeo recenti Bonifacii III Constituto anni DCVII, quo vetabatur sub anathemate, ut nullus Pontifice vivente præsumat loqui de successore, aut partes sibi facere; nedum invito illo alium ordinare, etiam Vicarium.

AUCTORE D. P.

Ejus erga pauperes et Clerum liberalitas.

7 Sicut autem de Deusdedit Papa dixit Anastasius, pro anno DCXVI, divisit per obsequia sua et ad omnem Clerum rogam unam integram; atque de ejusdem successore Bonifacio V, quod Clerum amavit, et rogam integram Clero suo dedit; ita etiam laudat Eugenium, quod rogam Clero solitam tribuit, et in1 gentibus eleemosynam ministravit. Atque hoc quidem in die Ordinationis factum videtur, uti etiamnum faciendum præscribit Pontificale, explicatum a me ad XIX Maji, inter poemata Jacobi Cardinalis, de Coronatione Bonifacii VIII versu 333 Annot. Y. Eo autem non contentus Eugenius, addidit, ut etiam die transitus sui, pauperibus vel Clero suæ familiæ Presbyterii in integrum erogari præciperet. Cangius in Glossario, B et Magrius in Hierolexico conveniunt, satisque patet Anastasium legenti, tam Rogam quam Presbyterium, largitionem pecuniariam esse, eoque solum differre, quod Roga etiam daretur laicis, et a laicis, puta Imperatoribus et Regibus; Presbyterium vero dumtaxat dicebatur id, quod in Presbyteros suos atque etiam Diaconos Cardinales, aliosque Curiæ ministros Clericos distribuebat Pontifex. Quo autem respectu dicatur, hoc integrum, illa integra, nusquam reperi explicatum: grande quidpiam tunc fuisse debuit, quod adeo signanter meruit apud Anastasium notari.

Sepultura ad S. Petrum 2 Junii.

8 Idem Anastasius dixit, Eugenium sepultum fuisse ad S. Petrum: et ideo Romanus Canonicus, qui sub Eugenio III annis post istum quingentis Vaticanæ Basilicæ descriptionem edidit, recudendam post Commentarium nostrum de SS. Petro et Paulo, nomen ipsius retulit inter Pontifices ibidem tumulatos; sed nec ipse, nec ejus Scholiastes Paulus de Angelis sub Innocentio X, ullam suo tempore inventam superstitem memoriam ejusmodi sepulturæ allegant: id quod nobis argumento D est, nec seculo quidem XII notum fuisse illius cultum, et sepulcrum penitus obscuratum. Plus aliquid, sed temere, præsumit Georgius Cardosus ad hunc diem, in Hagiologio Lusitano. Cum enim P. Ludovicus Lobo, nostræ Societatis Sacerdos, anno MDCXIX in Lusitaniam detulisset corpus alicujus S. Eugenii Martyris, ex cœmeterio Callisti erutum de licentia Pauli V, in gratiam Dom. Catharinæ de Mendoza Ducissæ de Aytona, maritum suum Legatum Regis Catholici Romam secutæ; quia capsulæ, in qua Reliquiæ tradebantur, inscripserat aliquis, studiosior placendi quam solum certo comperta asserendi, Corpus S. Eugenii Papæ, cujus festum celebratur 2 Junii; nihil dubitavit in suis Annotationibus asserere Cardosus, Martyrem Eugenium Papam obiisse; et in cœmeterio S. Callixti, vel ab initio sepultum, vel illuc a Basilica Vaticana translatum.

Sine fundamento Lusitani prætendunt se habere ejus corpus,

et quidem ut Martyris ex cœmeterio Callisti,

9 Horum nihil vel minimam veri similitudinem habet; cum seculo VII nulla Romæ occasio fuerit martyrii tolerandi; neque in cœmeteriis, antiquis ac fere obstrusis, sepeliretur tunc aliquis; nedum ex urbana Basilica quispiam illuc vel tunc vel postea inferretur. Hæc ergo retulisse, refutasse sit. Quia tamen Lusitanis E placet eo usque esse credulis, et indicatum sibi, ad arbitrium nescio cujus, diem retinere; addantur etiam ex Cardoso, illud cujuscumque S. Eugenii corpus, cum ipse scriberet anno MDCLXVI, fuisse in potestate Don Didaci Lobo, Baronis de Alvito, Metropolitanæ Ulissipponensis Canonici, qui illud a P. Ludovico fratre suo acceptum in Oratorio domestico collocavit. Quid autem factum sit corporibus duobus, præmemoratæ Ducissæ pariter indidem extractis ac traditis, sub titulis S. Lucii Papæ et Mart. atque S. Anastasiæ Virg. et Mart, non vacat quærere. S. Lucium Papam, una cum corpore S. Cæciliæ ac Sociorum, in hujus ecclesiam a se constructam pridem transtulit Paschalis Papa I anno DCCCXXII; uti dictum est ad illius Vitam IV Martii. S. Anastasia, Virgo Martyr, sub Aureliano Romæ passa cum Cyrilla, colitur XXVIII Octobris: sed et hujus corpus pridem elevatum fuisse oportet, si vere ad illud spectant Reliquiæ, quæ ut tales Romæ ostenduntur in ecclesia S. Mariæ, a Populo nuncupata.

cum Corporibus Lucii P. M et Anastasiæ V. M. erutum.

DE S. ADALGISO

C

SIVE ALGISO PRESBYTERO

F

IN THEORACIA PICARDIÆ REGIUNCULA.

P. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Circa cultum Corporis, et Acta parum sincera.

SEC. VII

Monasterium S. Michaelis in Sylva Theoracia, ad eam Picardiæ partem attinente, quæ inter Hannoniam Campaniamque procurrit; testibus Auberto Miræo in Fastis Belgicis, atque Molano in Natalibus Sanctorum Belgii, Ecclesiastico cultu veneratur hodie S. Adalgisum, aliis Algisum; Confessorem Presbyterum; cujus sacrum Corpus, ad se relatum opera Eilberti Comitis Fundatoris sui, magno cum honore et religione susceperat, circa annum DCCCCLXX: ut habent Acta Translationis S. Eloquii danda 3 Decembris, ex antiquo MS. Valciodorensis monasterii, circa annum MLXXX exarato: in quo sic legitur: Religiosus Comes (Eilbertus) venerabili Heresindi conjugi suæ, denominatum a B. Forannano aperuit consilium, ut ipsa consors istius propositi solertia sua investigaret cum eo actionem, quam suo conamine ad profectum utilitatis niteretur adducere: sua namque opera Basilicæ B. Michaelis Archangeli memorabile Corpus B. Adalgisi Confessoris, paulo ante acquisierat, et ipsum in ea cum ingenti devotione et venerationis honorificentia reposuerat. Cum igitur Translatio S. Adalgisi ad monasterium S. Michaelis celebrata fuerit, paulo antequam Eilbertus Comes, de transferendo S. Eloquii Corpore, cepisset consilium, quod sub Valciodorensi Abbate S. Forannano perfecit; cumque is munus hoc auspicatus fuerit anno DCCCCLXIX, et ab hoc septem dumtaxat annis supervixerit Eilbertus (ut habent Acta S. Forannani XXX Aprilis illustrata;) oportet medio inter hæc tempore celebratam esse Translationem S. Eloquii, et paulo ante S. Adalgisi; adeoque circa annum, ut dixi, DCCCCLXX.

Translatio Reliquiarum ejus,

facta sub an. 970,

confirmat antiquum cultum.

A *2 At cur ante omnia de Reliquiis? cum quidquid ad earum, tum elevationem, tum translationem spectet; ultimo loco reponi soleat in hoc opere? Id eo consilio factum, ut de cultu antiquo constaret, priusquam ad Acta procederemus; existimo enim translationem hanc certissimum esse monumentum venerationis ab immemorabili tempore. Eodem multum conferret, quod ait Raissius in Hierogazophylacio Belgico, brachium hujus Sancti inter Reliquias Maricolensis monasterii numerari: verum cum in catalogo manuscripto Reliquiarum istius monasterii tam earum, quæ ibidem antiquitus fuerant asservatæ; quam aliarum, quibus hæc eadem ecclesia ab anno* MCXXXVI *ad* MDX *ornata fuit, non reperiam hunc sacrum thesaurum: cogor suspicari, habitas eas fuisse in veneratione non magna, aut hoc primum seculo huic monasterio donatas.*

Brachium Maricolis.

3 Ex eo autem, quod primi Corporis Translatio facta sit ad ecclesiam Ordinis S. Benedicti, sitam in Galliæ et Belgii confiniis; principium sumpsisse existimo, ut nomen ejus in pluribus celebraretur Benedictinorum, Belgarum, Gallorumque Martyrologiis; Menardi imprimis, Dorganii et Wionis: quamvis in antiquis Ordinis ejusdem Breviariis nullam repererim

Memoria ejus in Martyrologiis:

B *hujus Sancti memoriam. Florarium Sanctorum nihil de eo habet, præter nomen et titulum Confessoris. Saussayus in Martyrologio Gallicano ii Junii, breviter S. Algisum ornat elogio; vero quidem, sed quod Sanctis pluribus posset applicari:* In territorio, *inquit,* Laudunensi depositio B. Algisi, Presbyteri et Confessoris, divinæ gratiæ operibus et testificationibus clari. *Magis proprium eidem dedit Baltasar Wilhelmus, in Hagiologio Belgico Gallice edito, quod ex Molano aut Bucelino hausisse videtur,* in monasterio S. Michaelis in Thierachia honoratur corpus S. Adelgisi, Presbyteri Hiberni, qui catechizabat et prædicabat circa Lætitiam. *Sed cum sancti hujus festum differt in tertiam Junii contra reliquos Martyrologos, errasse potius eum crediderim, quam id justa quadam de causa fecisse: error in præsentem diem facile irrepere potuisse. Longius abiit Camerarius in Menologio Scotico, memoriæ S.* Adelgisi *assignans* xx Januarii, *itque certo Musæo: qui tamen (sicut ibi inter Prætermissos diximus) æque ac Molanus, aut de eo hac die, Molani et Bucelini elogia in appendicem rejeci, cum lector judicium de Actis formaverit, ex quibus elogia fuere composita. Claudius Castellanus in Hagiologio vocabulario, vulgare nomen ait esse* Augis.

Liesses

Acta minus authentica

4 Acta habemus ex Monasterio S. Foillani apud Rodium, quæ Auctor (ut ipse asserit) ex Patrum

C scriptis et fideli seniorum relatione collegit. *Quæ eadem in Betlemitano Canonicorum Regularium monasterio prope Lovanium vidisse se testatur Molanus. Sed cum varia in iis reperiantur, quæ totam historiam reddant minus credibilem, non facile adducar ut credam, illa* Patrum scripta *ipsius ætate multo antiquiora fuisse; et ipse satis manifeste indicat, usque ad suum tempus, Acta* S. Algisi *in unum non fuisse collecta. Quapropter suspicor, nihil ipsum habuisse præ oculis, quam Acta S. Fursei meliores notæ, et Bedam; in quibus de sociis quidem S. Fursei agitur, sed de* S. *Algiso mentio est nulla. Cum tamen hic passim tunc crederetur in eorum comitatu Gallias attigisse; credidit Collector ille, quæ de Hibernorum Sanctorum vita monastica, transituque in Gallias scripta erant; de* S. Algiso *quoque posse narrari. Cetera de fonte miraculoso, de extructa cellula, de accepto Corbicani Corpore, de S. Petro Apostolo in visione apparente, ex Patrum fideli relatione scripsit: sed non propterea omnino certa narravit. Porro Molanus ex præmemorata Vita suum hausit quod de hoc Sancto proponit Elogium; quo omnia fere complexus est, quæ ad historiæ seriem faciebant: ita ut reliqua exornandi ergo ab Auctore addita, omnibus sanctis Monachis facile possent*

D *adaptari. Quam ob causam judicaverat decessor noster P. Godefridus Henschenius, Vitam illam longiorem supprimendam, nihilque de hoc Sancto imprimendum præter Molani Epitomen. Verumtamen expedire mihi visum est, ut etiam de his Actis publice propositis, additisque (uti solemus) Annotationibus, unicuique liberum relinquamus, quod placuerit judicare; ex eoque deducere, quam fidem Molanus et Bucelinus aliique eos secuti hic mereantur.*

proponuntur judicio lectoris.

5 Exstant etiam Acta S. Ettonis Episcopi, in quibus mentio fit de S. Algiso, *nihilo tamen majoris sunt auctoritatis, forsitan minoris; dum Auctor Sanctum hunc, quem ubique reperio unicum, dividit in duos; alterum* Algisum, *alterum* Adelgisum et Aldegisum *vocans, utrumque S. Fursei socium aut fratrem: ita enim habet:* Erant igitur tunc temporis septem fratres, animo et fide in Christo concordes, licet de omnibus, non simus certi, utrum fuerint carnali nativitate germani (*ut sincere, ita recte hoc inseruit* Foillanus Episcopus, et fratres ejus, Ultanus et Furseus, Eloquius et Algisus, Etto et Aldegisus. *Et paulo infra, alio in monasterio Algisus, obiisse dicitur, in alio* Aldegisus. *Ego vero, ubi de uno laboramus satis, alterum quærendum non existimo, ut laboremus magis; præsertim cum*

Acta S. Ettonis suspectæ fidei,

non recte S. Algisum in duos dividunt.

E *scriptor hic, non alia ratione ad divisionem illam motus videatur, quam aliquali, apud varios Autores non antiquos, reperta nominis dissimilitudine.*

ACTA SUSPECTA

Ex Manuscripto Monasterii S. Foillani prope Rodium.

PROLOGUS AUCTORIS.

Quæ de vita et virtutibus beatissimi et præcellentissimi Patris nostri Algisi Patrum in scriptis reperimus, et Patrum seniorum nostrorum fideli narratione comperimus, in unum redigere curavimus. In uno quidem ea quæ scripta erant, inconvenienter tamen dictata, corrigere volentes; in altero autem illa quæ scripta non erant, et a majoribus fideliter referebantur, litterarum apicibus tradere cupientes. Hoc autem quod fecimus, nemo deputet præsumptioni, quoniam non egimus hoc typo elationis, sed causa devotionis: non ut nos jactaremus aliquid esse, sed ne divina opera indecenter negligeremus, et negligenter oblivioni traderemus.

Ex seniorum narratione scribit Auctor.

F

CAPUT I.

Nativitas, susceptum Sacerdotium, iter in Franciam. Fons miraculose elicitus, locus extruendo monasterio inventus.

Magnifica omnipotentis Dei opera, quæ ad laudem sancti sui nominis, in Sanctis suis patrare voluit ipsius benigna potentia, fidelium devotio, saluti posterorum profutura, describere curavit; indignum ducens, non saltem, vilibus paginis ea, quæ æterna sunt atque salubria, committere; cum mundi hujus amatores transitoria quæque et noxia operosis sculpturis studeant commendare. Etenim Sanctos suos præscia futurorum Dei sapientia ante mundi constitutionem sola elegit et post mundi constitutionem suo quosque tempore sublimiter glorificavit. Quorum primi fuerunt Patriarchæ et Prophetæ, de quorum semine longe ante promissa benedictio omnibus gentibus collata est. Quos subsecutus est gloriosus Apostolorum chorus, qui Christum Dominum corporeis oculis intueri, et ei adhærere meruerunt: quem videre multi Reges et Prophetæ voluerunt, nec viderunt

Laudandus Deus in Sanctis suis

Ex mss.

runt. Cum ipsis, et post ipsos, elevato jam Christo ad Patris dexteram, triumphatrix Martyrum turba, stolis albis candida, Agnum Dei sequi devotissime non recusavit, et pro ejus amore glorioso certamine usque ad mortem certare non dubitavit. Post quos ordo gloriosus Confessorum ecclesiam Dei, verbo prædicationis et exemplo piæ conversationis, sublimare laboravit; qui licet gladio humanæ persecutionis vitam non finierint præsentem, tamen seipsos Deo in arca cordis immolare jugiter studuerunt hostiam vivam, sanctam, Deo placentem. Inter quos, quasi sidus quoddam lucidissimum inter alia cœli sidera, beatissimus Confessor et Patronus noster Sanctus Algisius virtutum fulgore rutilabat, et lucis suæ radios ad effugandas de cordibus hominum peccati tenebras, mirabiliter emittebat.

inter quos S. Algisus eminet.

2 Hic de transmarinis partibus, de Hibernia scilicet, claris parentibus ortus, laudabili vita in hoc mortali corpore laudabiliter conversatus, Christo Domino devota mente studuit adhærere. Parentes vero ipsius, pro sibi concesso cœlitus pignore, pia vota Deo omnipotenti offerebant; orantes Deum, quatenus suæ proli conferret sensum et intellectum, ad serviendum sibi in perpetuum. Quem a pueritia litterarum studiis tradere decreverunt, ut gemina eruditus scientia, ad salutem audientium, de thesauro cordis sui valeret proferre nova et vetera. Quod per Dei gratiam efficaciter adeptus, Domino servire decrevit, cunctis vitæ suæ diebus. Eo tempore fulgebat præclarissimus et Deo amabilis vir *a* Furseus, insulæ Hibernensis Scottorum Episcopus, qui piis insistens actibus, sedulum Domino exhibere curabat officium. Qui soli Deo cupiens omnimode placere, socios secum ad serviendum Christo aggregavit, quos Deus omnipotens gloriosissimos sibi famulos, gratuita bonitate præelegit. Cum quibus beatissimus Algisus, et venerabiles fratres sui beatus *b* Etho et sanctus *c* Gobanus, pariterque, sanctus *d* Eloquius famulatum debitæ servitutis Deo solvebant: pleni sapientia, et Spiritu sancto, eruditi doctrina divinarum Scripturarum, parati reddere rationem omni petenti de ea, quæ in Deo erat, fide. Et vere beati viri isti, quos elegit Dominus in caritate non ficta, qui docti de lege divina die ac nocte meditabantur in ipsa, quoniam voluntas eorum semper erat in ea.

In Hibernia natus claris parentibus,

S. Fursco se jungit,

3 Cum igitur sic in Dei laudibus, una cum beato Præsule Furseo, venerabilis Pater Algisus, et fratres ejus, multique alii unanimiter perdurarent; adveniente opportuno tempore, supradictus Antistes eosdem Christi famulos cum Clericis Episcopatus sui convocavit, et cœpit eos hortari, præcipiens eis, et dicens: Fratres et filii mei dilectissimi, ite, et induite vestimenta vestra; et præcingite lumbos vestros, in virtute sancti Spiritus et fide sanctæ Trinitatis; et præparate vosmetipsos ad sacros Ordines, et ad gradum Sacerdotalem *e*; ut mereamini benedictionem illius suscipere, qui vos redemit de æterna morte. Qui monitis ejus lubenti animo assensum præbentes, ab eodem beatissimo Præsule, sancto cooperante Spiritu, sacrorum Ordinum accipiunt consecrationem, pariterque corporis Christi vivificam participtionem. His ergo rite secundum Ecclesiasticam consuetudinem expletis, ad propria reversi sunt, gratias Deo agentes. Sequenti ergo nocte, quæ erat Dominica, cum singuli in stratu suo quiescerent, et circa sextam horam noctis vigilarent; tamquam in excessu mentis effecti, meruerunt simul audire vocem Domini dicentis, Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos, super mensam meam regalem in regno meo. O vox lætitiæ et salutis! O vox exultationis et consolationis in tabernaculis Justorum! O vere beata istorum Sanctorum gloriosa devotio, quæ de corde puro et conscientia bona procedens, jam paulatim dulcedinem æternorum gaudiorum degustabat; ut magis ac magis per fidem justificaretur, spe futurorum bonorum lætificaretur, donec tandem per caritatem, quæ numquam excidit, illic glorificaretur.

et ab eodem ordinatur.

Cælesti voce invitatus cum sociis,

4 In crastinum ergo die Dominica, venerabilis Pater Algisus, cum germanis fratribus suis, beato scilicet Gobano et sancto Ethone, viroque Dei Eloquio, et aliis quamplurimis, beatissimum Antistitem Furseum festinanter adiit, licentiam eundi Romam a bono Pontifice requisivit, ut cum ipsius benedictione, ad limina Apostolorum Petri et Pauli et aliorum Sanctorum, piarum orationum munus valeret offerre. At venerandus Pontifex hæc audiens, et de his, quæ in visione audierant, gratias agens; voti eorum atque peregrinationis esse comes pio affectu desiderans, beatissimo Algiso, fratribus ejus, et aliis, qui cum eo ad se venerant, hilari voce respondit: Certe absque me non dimittam vos illuc ire.

a S. Furseo veniam eundi Romam flagitat;

5 Convocatis ergo beatus Antistes *f* Furseus germanis fratribus suis S. Ultano et B. Foyllano, dixit ad eos: Fratres carissimi, vultis mecum Christum sequi? Qui respondentes, Domine, Pater, inquiunt, quocumque ieris, et nos tecum. Similiter beatissimus Confessor Algisus, convocans ad se venerabiles fratres suos, Ethonem Presbyterum, Eloquium quoque, et B. Gobanum, una cum filio *g* suo spirituali, quem a sacro fonte susceperat nomine Corbicano, simulque servum suum nomine Rodalgum, dixit ad eos: Carissimi, eamus et sequamur Christum, et offeramus illi nosmetipsos in holocaustum. Responderunt et dixerunt ei: Fiat nobis secundum tuam loquelam. O beatum virum, qui non solum sibi, sed etiam aliis prodesse studens, eos quos carnis propinquitate habebat affines, etiam in divinorum operum exercitatione habere volebat consortes. Acceperunt ergo simul benedictionem atque absolutionem a beato Antistite Furseo, seipsosque Domino commendantes, et ipsi gratias agentes. Beatus quoque Furseus, accepta ab eis benedictione, Domino Deo auxiliante, venit cum eis in pace ad littora maris. Navim igitur ingressi, cum magna tranquillitate mare transierunt; sicque apud *h* Corbeiam, in territorio Ambianensi sitam, venerunt: ubi est ecclesia in honore B. Petri Apostolorum Principis satis honorifice constructa.

eaque impetrata itinere se committens, una cum illis,

in Galliam navigat,

6 Ubi cum magno honore suscepti, monasterium sunt ingressi; et ante altare beatissimi Petri solo prostrati, devota mente hanc orationem effuderunt: Oramus te, Domine Deus, Rex omnipotens, qui es, et qui eras, et qui venturus es; qui cum magna tranquillitate nos mare transire fecisti, per medios fluctus maris, et salvos atque incolumes usque huc nos venire fecisti, ; te, clementissime, deprecamur ut deducere digneris unumquemque nostrum ad locum destinatum, quem nobis præparasti ab origine mundi. Amen. Hac oratione completa exurgentes cum lacrymis, et suspiria longa trahentes, de monasterio exierunt; et invicem se osculantes, in Christi nomine sunt separati: corpore quidem alter ab altero recedentes, sed tamen vinculo caritatis et fidei sibi indivisibiliter adhærentes. Qui per diversa Gallicæ provinciæ loca Dominum prædicantes, unusquisque ad locum sibi a Deo destinatum pervenit: ubi orationibus et vigiliis atque piis actibus singuli insistentes, usque ad finem vitæ Domino Deo devotissime famulari studuerunt.

ubi ab invicem digressi prædicant.

7 Beatissimus ergo Algisus, Domino Deo Omnipotenti seipsum attentius commendans, et vias ejus sibi notificari humiliter deposcens, Laudunum usque pervenit.

A pervenit. Ubi a Rege Clodoveo honorifice susceptus, accepit ab eo licentiam providere condignum suæ habitationi locum, ubi cum sociis, qui eum sequebantur, Christo Domino libere posset puro exhibere famulatum. Cui beatus Algisus cordis sui secreta insinuans, egressus est ab eo, veniensque cum sociis suis, *i* Corbiciano, viro scilicet Dei glorioso, et duobus servis suis, Rodaldo et Careberto, in quadam eremo silvæ Terascinæ, quæ Cellula vocabatur, juxta locum qui mons S. Juliani dicitur, super fluvium *k* Oysiæ fixit baculum suum in terra: statim meritis beatissimi viri ebullivit ibi fons magnus, qui usque *l* hodie locum irrigat, et multis ac diversis infirmitatibus præstat medicinam. Viso autem hoc miraculo, beatus Confessor Algisus, gavisus, est gaudio magno valde, laudans Deum et dicens; Domine glora tibi. Moxque ibi advenerunt duo energumeni ad beatum virum, orantes ut in Christi nomine liberaret eos a dæmonio. Pro quibus dum in oratione se humiliter prostravisset, corde pio et mente devota Deum exorans, surrexit ab oratione, et imposuit illis manus. Cumque fecisset signum Crucis super eos, statim Liberator omnium B precibus Sancti sui, liberavit eos a dæmonio. Actum est autem hoc miraculum coram omnibus et restituta est sanitas illis, ut noverint cuncti legentes quod Dominus hoc signum pro beato viro ibi fecerit primum: longum est enim enarrare, quanta in partibus transmarinis per eum omnipotens Deus operari dignatus est miracula.

permittente Clodoveo Rege, locum exstruendo monasterio quærit Algisus,

et post dictum miraculose fontem

energumenosque curatos,

8 Recessit ergo vir Dei, et locum quemdam non longe a fonte adiit, ubi congruum sibi habitaculum invenit, et noctem illam in orationibus et vigiliis transegit. Illucescente die, eo nesciente, servi ejus abierunt in montem; et sibi silvam securibus cedentes, cœperunt viriliter laborare. Et ecce Angelus Domini in columbæ specie apparuit illis ibi laborantibus, portans in rostro ramum de silva cum foliis, ipsis cernentibus, ab eo loco, usque ad locum qui eis a Deo fuerat prædestinatus. Ex tunc appellatus est *m* locus iste Cellula, in qua egregius et pius Confessor propriis manibus construxit ecclesiam. Recesserunt autem illi a monte, et persecuti sunt Angelum Domini usque ad supradictum locum, ubi suum Patronum orantem invenerunt, et Angelum Domini stantem juxta eum. Quem videntes servi ejus, nimio timore correpti sunt. Surrexit autem C vir Dei ab oratione, et accepta securi sum servis suis cœpi laborare in eo loco, ubi Angelus frondes attulerat in ore. Sanctus igitur Algisus et supranominati servi ejus, beatus scilicet Corbicanus, pariterque Rodaldus et Carebertus, laudabant Dominum nostrum Jesum Christum, qui eis ostendere dignatus fuerat tam pretiosum et tam grande miraculum.

ducta Angelo [illegible]

ANNOTATA F. B.

a 16 *Januarii dedimus Acta* S. Fursei, *qui per Gallias Angliamque miraculis claruit, idem frater* SS. Foillani et Ultani. *Verum an* Episcopus *ille fuerit, merito dubitant aliqui; cum neque in Vita ejus, neque apud Bedam, ulla mentio fiat talis Ordinis suscepti. Quidam eum a* S. Martino *Papa ordinatum existimant nulla ipsi certa assignata diœcesi: adversantibus iis, qui asserunt, numquam illum ultra Galliam fuisse profectum, et Italiam ne vidisse quidem. Sane qua ratione persuasus* S. Martinus Furseum *Episcopum ordinasset, reversurum in Galliam, Angliam aut Hiberniam, quæ suis propriis non carebant Episcopis? In vita S. Mochæmoci seu Pulcherii Abbatis,* 13 *Martii numero* 41, Fursus *aliquis appellatur Episcopus; sed quis persuadebit de eodem esse sermonem? Colganus, in Appendice ad Acta* S. Fursei *cap.* 5 *in fine, dicit eum in vita S. Cronani* D *a suo Synchrono Episcopum vocari: dedimus illam* 28 *Aprilis; vel auctoris Synchroni non est, quatuor aut quinque seculis post mortem Sancti composita. Concedimus nihilominus ei Episcopalem dignitatem, non alibi quam in ipsa Hibernia susceptam; eo quod ordinariæ Abbates regionis illius tum temporis simul essent Episcopi. Nec tamen credo, quamvis illam habuerit, in Galliis usum Episcopali potestate: nisi forsitan ad ecclesiam sui monasterii consecrandam, suosque Monachos ordinandos, sicuti in Vita secunda numero* 27 *dicitur ecclesias ædificasse ac consecrasse; et hoc loco, Sacerdotii Ordinem S. Algiso aliisque contulisse. Itaque facile dabitur ratio, cur apud Hibernos scriptores videatur vocari Episcopus, quamvis apud Francos nulla de Episcopatu ejus reperiatur memoria.*

EX MSS.

b *Colitur* S. Eto *Episcopus* 10 *Julii, ad quem diem poterunt examinari, quæ de eo supersunt manuscripta.*

c *Celebratur festum* S. Gobani 20 *Junii.*

d S. Eloquius 3 *Decembris referendus.*

e *Videntur uno die tres sacros Ordines simul suscepisse, sed hoc ignoscendum Hibernis.*

f *An* S. Furseus *Romam peregrinatus sit, dubium omnino manet, ut supra diximus: quamvis illa fortassis* E *intentione exierit Hibernia.*

g *Molanus existimat, filium spiritualem* S. Gobani *fuisse, sed potius id referendum est ad* S. Algisum, *ut dicitur num.* 10.

h *Difficile est Auctorem hoc loco ab anachronismo expedire: nodum proponamus.* S. Algisus *sub* S. Furseo, *disciplina in Hibernia egit, ut paulo ante dictum est; eoque ibidem relicto, cum sociis suis recta navigavit in Galliam:* Furseus *autem aliquando post tempore transivit in Orientalium Anglorum provinciam, quo appulit regnante ibidem Sigeberto, ut testatur Beda; adeoque saltem ante annum* 636: *nam* 638 *Sigebertus obiit, et constructum ibidem monasterium facile duos annos insumpserit. Ex his consequens esset;* S. Algisum *ante annum* 636 *Galliam attigisse, quo* S. Furseus *attigit Angliam. Quomodo ergo* Clodoveum II, *ut dicitur num.* 7, *Lauduni [illegible] palatio, ab eoque facultatem monasterii exstruendi accepisse? qui anno* 638 *primum regnare cœpit. Quomodo Corbeiense intravit monasterium? quod anno* 657 *primum fundatum est, Clo- [illegible]* 2 *[illegible] Regis de fundatione Corbeiæ exstat mandatum Tomo* 1 *conciliorum Galliæ, et apud le Cointe ad annum* 657 *num.* 13. Clotharius Rex Francorum vir illuster. Ad mer- F cedem nostram in Dei nomine credimus pertinere quidquid pro animæ salute locis Sanctorum conferimus, ut perenniter proficiat, et gloriam Deo auxiliante habere mereamur. Igitur dum Nos et præcelsa genitrix nostra, Domna Baldechildis Regina, Monasterium in honore Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, et S. Stephani Proto-martyris, super fluvium Somna, in loco qui dicitur Corbeia, quem Guntlandus quondam possederat et ad fiscum nostrum pervenerat, ubi præest venerabilis vir Theodefridus Abba, pro æterna Numinis intuitu ædificari præcepimus, ut Monachi sub sancta Regula ibidem debeant conversari. Cognoscat strenuitas vestra etc. *Opponet aliquis in hoc mandato Regis Clotharii, non de exstruendo primum monasterio agi, sed de ejus confirmanda fundatione, reditibusque ampliandis; quod indicatur his verbis,* ubi præest venerabilis vir Theodefridus Abba: *non enim recte inchoari dicitur, cui Abbas jam tum præerat. Item præteritum* ædificari præcepimus, *videtur hoc indicare. Fateor verba hæc patiuntur aliquanto ante exstructum, aut dedicatum esse monasterium: non tamen adeo retrotrahi tempus primæ fundationis potest, ut ad annum* 636 *perveniatur; cum Theodefridus primus Abbas adhuc præesset, nec videtur Baldechildis Regina ad viginti annos distulisse*

monasterii

A *monasterii a se exstructi confirmationem et dotationem. Neque ad Acta S. Ettonis prius citata confugiendum, ut nodus dissolvatur: nam illa reperiuntur multo difficilior alius. Ignoscendum potius Auctori, bona fide, ut ab aliis audierat, scribenti.*

i Nominum horum seriem fateor vitiatam esse ab Algisiensi, quod nomen Franciscum reddit verosimile.

k Oysa, et Oesia vel Aisia, (quam multi scriptores vocant et hoc nomen) 12 [illegible] Picardiæ, cujus Thierasciæ pars est. Ubi autem S. Algisii fons miraculosus et non sterilem, ubi sita sint, aut fuerint, nemo proprius assignat, hoc Auctore.

l Cum adeo hic sincere exhibeat, neque hæc asserat contra antiquam relationem; sed de fonte, suo tempore celebri, eum tantum; fides ei habenda est, ut Auctori Synchrono: credendumque fontem miraculosum tunc exstitisse, qui postmodum celebraretur a S. Algisio repertus. Ceterum frequens admodum Hibernis Sanctis talium [illegible], præcipue aquæ, quæ [illegible], ut nomen erat in ipso flumine; non tollit illud omnem de ejus veritate formidinem, potuit etiam fieri, ut bonam devotionem ex eo fonte in honorem Sancti habentium, beneficia B *etiam supernaturalia, impetraret.*

m Id est, monasteriolum, quod quatuor aut quinque Eremitas capere posset: nam Cella aut [illegible] in monasterium dicebatur; ut exempla passim obvia probant.

CAPUT II.

S. Corbicanum remittit in Hiberniam, mortui cadaver per mare recipit. Romam peregrinatur: moritur.

9 Post non multum temporis relatu horum pervenit ad quosdam transmarinos; qui et ipsi gratias agentes de his quæ audierant, reliquerunt omnia quæ habebant, et simul cum sancto *a* Annuino mare transierunt, ac Domino Deo ducente pervenerunt ad beatissimum Algisum in Cellulæ-locum. Quos ut vidit vir Dei, cum ingenti gaudio omnipotenti Deo gratias agens, gratanter eos suscepit, et voce clara dixit: Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum. Et osculati sunt se invicem; et sic cum gratiarum actione sumpto cibo, illa nocte quieverunt in pace. Cumque dies crastina illuxisset, beatus Annuinus et socii ejus cum B. Algiso et servis ejus, cœperunt Deo auxiliante labori fortiter insi- C stere.

S. Algisum accedunt novi socii ex Hibernia

10 In tempore illo condidit ibi beatus Sacerdos Algisus basilicam, in honore B. Petri Apostoli et ceterorum Apostolorum, nec non et Sanctorum omnium. Qua peracta, vocavit beatissimum Corbicanum, suum in baptismate filium, dixitque ad eum: Fili carissime, Corbicane, expedit ut vadas in patriam meam trans mare, et indices patri meo et matri, fratribus et sororibus, quod tibi videtur de nobis. Te autem illis imperante, venumdetur portio mea, quæ ad me pertinet de rebus proprietatis meæ, et mittatur mihi per te. Hoc unum illis edicito, quia jam amplius [illegible] hinc venerunt ad me [illegible] revertere, scis tu me iturum Romam ad limina Apostolorum Petri et Pauli. Adhæc gloriosus Martyr Dei Corbicanus respondit: Domine mi, etsi mors evenerit mihi, quid erit de thesauro? Beatissimus Confessor Algisus dixit ad eum: Ecce, si tibi mors evenerit, indica patri meo et matri meæ, ut thesaurum ponant juxta latus tuum, et te involvant linteamine cerato, et corpus tuum ponant in duabus cutibus animalium, et te consuant undique; deinde in mare ponant, et divinæ gubernationi te committant; confido enim in Domino, quod ipsius clementia te huc D recto cursu reducet.

qui illuc S. Corbicanum remittit

11 Gloriosus vir Dei Corbicanus, dictis beatissimi Patris Algisi auscultans ac obediens, cum ipsius benedictione iter arripuit et Deo ducente ad mare usque pervenit. Quod cum Christo opitulante pertransisset, venit ad parentes sanctissimi Patris sui Algisi, ipsius mandata ad eos deferens. Qui super tali nuntio immensa lætitia repleti sunt, de filio suo [illegible] audientes. Hoc autem modo portionem suam [illegible], et pretium [illegible], quæ vendiderant, B. Corbicano ad S. Algisum deferendum detulerunt. Cumque vir Dei Corbicanus ad Patrem cum thesauro se [illegible] disponeret regredi, vocibus corporis cœpit destitui. Sentiens ergo per spiritum vir sanctus mortem sibi imminere, advocavit ad se parentes B. Algisi: quibus, secundum quod a sancto Patre de morte sua in mandatis acceperat, retulit, et ut ita facerent ex parte ipsius imperavit; quod illi gaudenter se facturos [illegible] spoponderunt. Ingravescente [illegible] languore, gloriosus vir Dei Corbicanus, longe a beatissimo Patre corpore positus, sed tamen fide et caritate semper E proximus, ex hac luce subtractus est, beatarum cœlestium animarum gloriose in Christo in cœlestibus sociatus *c*.

Hic cum thesauro rediens ad Algisum moritur,

12 Cujus venerabile corpus, secundum sanctissimi Patris mandatum linteamine cerato involutum est, et sic a parentibus B. Algisi in cutibus animalium, thesauro juxta latus ejus reposito, decenter (ut decebat) reconditum. Post hæc, ut sibi jussum fuerat, in mare illud posuerunt, divinæque [illegible] devotis precibus devotissimi viri membra commendantes. Ecce, inquam, commendator Domine, tibi soli derelictus est pauper Corbicanus, qui propter te sæcularia, quæ possidebat, reliquit, et te secutus, seipsum, ut tibi placeret, contempsit. Numquid tu, Domine, pupillo et peregrino non eris adjutor? De te enim confidens piissimus Algisus, sic fieri de eo mandavit, cum de tua potentia omnino non dubitavit. Venerabilis quoque filius ejus Corbicanus, non de se, sed de gratia tua, quam fideli famulo tuo Algiso contulisti, magna fiducia usus est, cum ad mandatum Patris sui, corpus proprium tradi permisit undis marinis, non veritus allidi membra propria scopulis, vel absorberi abyssi profundis, sive contemnendum procellis, vel transportari in locis peregrinis, aut vocari piscibus marinis. Credidit enim F fidelis servus, fidem Patris sui apud te plurimum valere; et de tuo, non de suo, tam stupenda jubere. Voluit potentia tua, bone Jesu, in hoc facto fidelis famuli tui Algisi magnifice implere, quod fidelibus tuis dignatus es promittere; Qui credit, inquiens, in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet. Etenim Petrum, dilectum tuum devotumque discipulum, super undas maris sicco vestigio ad te venire, adhuc in corpore viventem, potenter fecisti; et hujus gloriosi viri corpus, per tot maris pericula, per tot diversorum fluminum volumina, sine mortali remige ad Patrem suum adducere dignatus es. Magnum illud; majus istud. Plus enim fuit per longissima marinorum fluctuum spatia, per ignota diversarum regionum loca, per multimoda fluminum inferius defluentium curricula, ad partes superiores corpus exanime referre fidelis famuli; quam te præsentialiter jubente, solidum se mare præbuisse plantis devoti discipuli. Ut quid enim [illegible] Petrus, [illegible] Petrus ad te venire? Cum te videret præsentem, te audiret jubentem, nil adversi timuit te præsente: etenim si timuit, non de te habuit, sed de se. Magnum ergo utrumque miraculum: utrumque tamen cui

et cadaver ejus ut mandatum fuerat) mari commissum, haud minori quam olim S. Petrus miraculo,

A cui ascribendum est? Potentiæ tuæ, gloriæ tuæ. Sine te nihil potuit Petrus, nihil possit Algisus: apud te enim nihil impossibile, qui facis omnia possibilia credenti. Tu quoque, Domine, qui Jonam Prophetam, in ventre ceti a te servatum, tua potentia de abysso revocasti; ad Patrem Algisum corpus Corbicani reducere facile potuisti. Nam: sicut quidam ait,

——— Subditur omnis
Imperiis natura tuis, rituque soluto,
Transit in adversas, jussu dominante, figuras.

Angelis quippe tuis mandaveras de eo, ut corpori ejus ubique non deesset eorum custodia; et manus tua deduxit eum, et dextera tua tenuit eum, donec veniret recto cursu per Isaram fluvium, usque prope locum, ubi manebat beatissimus Sacerdos in Cellulæ-locum. Erant autem ibi pastores supra ripam fluminis, animalia sua in pratis pascentes: qui cum viderent sacrum corpus super aquam natando superiora petere, licet ignorarent quid esset; cœperunt magno conatu insistere, quatenus hoc quod videbant, valerent ad se attrahere: sed quanto magis hoc implere conabantur, tanto magis conatu suo B frustrabantur: cum enim ex una fluminis parte illud apprehendere vellent, ad aliam ferebatur. Quo miraculo stupefacti, mirari cœperunt quid hoc esset.

cum Thesauro redit per undas ad Algisum:

13 Interea nuntiatur hæc beatissimo Patri Algiso. Qui per Spiritum sanctum intelligens hoc esse corpus gloriosissimi Corbicani, ad locum quantocius properat. Qui ut super ripam fluminis advenit, statim, ac si ab eo vocatum fuisset, ad eum corpus beati viri se contulit. At beatus Sacerdos hæc videns, quarum in Domino exultaverit, quantas gratiarum actiones Domino nostro Jesu Christo reddiderit, lector facile poterit agnoscere, si magnitudinem facti tacita secum mente studuerit inspicere. Accepto ergo corpore sanctissimo, beatissimus Algisus Pater ad suum oratorium jussit deferri: et recepto thesauro, qui ad latus ejus positus fuerat, honorifice ibidem fecit sepeliri, in hymnis et confessionibus laudans clementiam Dei, qui tam grande miraculum in servo suo dignatus est operari.

qui Romam peregrinatus,

14 Post hæc beatissimus et Deo amabilis vir Algisus, sicut longe ante voverat, quodque in proposito habuerat, Romam perrexit, per totum iter Deum sibi invocans adjutorem, ut ipsius Deitati debitam digne posset persolvere servitutem. Qui Romam C veniens ad Beati Petri basilicam, piis orationibus studuit excubare: et quod diu ardenter desideraverat, locum, ubi steterant pedes ejus crebris lacrymis irrigare. Fertur, quod dum idem vir Deo dilectissimus, in eadem basilica clementiam Dei, et B. Petri aliorumque Sanctorum sanctis interpellaret precibus; inter cetera orationum suarum vota, dari sibi Sanctorum pignora devota mente divinæ Majestati deposcebat, quæ secum deferre ad locum sibi a Deo delegatum cupiebat. Cui per visum B. *d* Petrus Apostolorum Princeps apparuit, et ea quæ petierat, Sanctorum scilicet pignora, detulit.

d

Reliquias Sanctorum impetrat a S. Petro sibi apparente;

15 Inter quæ pilum de barba B. Jacobi Apostoli cum eidem sancto viro dedisset; Domine mi, inquit, Petre, modicum est quod mihi contulisti. Adhæc B. Petrus respondens, Quia tibi, inquit, hoc visum est modicum, non ramanebit tibi totum: recipiensque B. Petrus pilum, rupit medium. Statim sanguis de pilo cœpit stillare: viso autem hoc B. Algisus medietatem pili gratanter recipit; et cum aliis Sanctorum reliquiis gaudens, et Deo gratias agens, recondidit. Peragratis ergo Sanctorum oratoriis, beatissimus Sacerdos Algisus, seseque Deo attentius commendans, ad locum proprium regredi disposuit.

16 Rediens ergo Roma venerandus Dei amicus, itineris sui Deum comitem habens, Sanctorum meritis et orationibus fultus, laudabat et glorificabat D Deum omnipotentem, qui et desiderium suum clementer impleverat, quod ad Sanctorum Apostolorum limina orare diu concupierat. Cum ergo ad cellulam suam redisset, ibi cum discipulis suis in Dei laudibus usque ad finem vitæ permansit: Deum semper sitiens, mente sedula cœlestibus inhærens, corpus castigans et servituti subjiciens, ne aliis prædicans ipse reprobaretur. Quanto desiderio Deum videre anhelabat, ipsius beatissima anima! quam ardenter satiari cupiebat æternæ beatitudinis gloria! qui ut Christo Jesu valeret magis placere, non solum sibi, sed et aliis curavit prodesse. Profuit sibi, cum omni custodia servans cor suum, vitam suam custodivit sine crimine; profuit aliis, cum doctrinæ spiritualis alimenta commissis sibi ovibus solerter studuit ministrare. Ut autem efficacius in cordibus auditorum proficeret ejus doctrina, quod monebat verbo, commendabat exemplo; et quod dicebat loquendo, demonstrabat vivendo; sciens et intelligens, quod doctrina est rectæ vitæ ornamentum, vita autem doctrinæ firmamentum. Idcirco prius curavit implere, quod postea debuit docere. Carnem suam mortificans cum vitiis et concupiscentiis, suggestionibus adver- E santis inimici non consensit; voluptates et blandimenta hujus vitæ non dilexit; quoniam in his omnibus sibi requiem non quæsivit. Ubi requiescere vir beatus concupivit? In hereditate Domini, in monte sancto Dei. Ergone quod quæsivit, non invenit? Numquid mentiri potest, qui dixit, Quærite, et invenietis? Invenit utique sanctus Pater requiem cum Christo, quia quæsivit eum in toto corde suo; non pedibus de loco ad locum currendo, sed sermones ejus diligenter custodiendo, quibus fideles suos ipse Christus salubriter admonebat ita dicendo: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum: et iterum, Qui amat patrem aut matrem super me, non est me dignus: et alibi, Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.

Ex urbe reversus asceticis vacat et aliorum saluti;

Mat 16, 24 et Luc. 9, 23 Mat. 10, 37 Mat. 19, 29 et Mat. 10, 29

17 His studiose et sedula meditatione [attendens] beatissimus coheres Christi Algisus, maluit parentum carnalium carere consortio, quam Jesu Christi non obedire imperio; maluit terrenæ habitationis contemnere patriam, quam tam beatæ promissionis, non acquirere gloriam. Ut ergo Christo expeditus deserviret egregius vir Algisus, domum, gentem, F cum patria sprevit, de Dei gratia non diffisus. Quid ergo? Numquid vana facta spes ejus? Estne invalida manus tua, bone Jesu, quin quod promisisti impleas? Absit. Etenim si contempsit terrestria, adeptus est cœlestia. Beata plane commutatio! Dedit lutum, ut possideret terram viventium: dedit plumbum, ut æternæ claritatis reciperet argentum: dedit stannum, ut divinæ sapientiæ mereretur aurum: dedit vile æramentum, ut æternarum ditaretur thesauris gemmarum. Sed cur in laudibus tanti viri hæc eum dicimus dimisisse, quæ divitibus hujus mundi satis vilia videntur esse? Aurum autem et argentum et gemmæ, hujus mundi amatoribus pretiosissima sunt. In hoc mundo tamen nihil pretiosum reputandum est, quia transitorium est. Quia vero in hac mortali vita auro et argento et gemmis nil pretiosius est, comparatione eorum quæ videntur, ea quæ corporaliter videri nequeunt insinuantur. Quidquid ergo beatus et Deo dilectus Sanctus iste mundi amatoribus pretiosissimum cernebat, ad comparationem futurorum bonorum vilissima reputabat. Reliquit ergo transitoria, ut assequi valeret æternaliter manentia: reliquit domum mortalem, ut cœlestem ingrederetur Jerusalem; parentum suorum carissimos erga se affatus, pro Christi amore contempsit, ideo ad

terrena pro cœlestibus relinquens,

A ad Patrem gloriæ gloriose coronandus ascendit: cujus meritis et precibus ab eodem Patre mereamur adjuvari, qui nos redemit sanguine unigeniti Filii sui, cooperante gratia Spiritus sancti, cujus honor et imperium floret et permanet, in secula seculorum. Amen.

Ex MSS. ascendit ad gloriam.

ANNOTATA F. B.

a S. Annianus necdum eruendo nobis innotuit.

b Martyr hic vocatur, non quia violenta morte obiit, multo minus pro fide; sed potius, quia moribus Christi fidem testatus est; et mortuus, Dei omnipotentiam, fluctibus et mari imperantem.

c Nullos quidem divinæ omnipotentiæ terminos pono: optarem tamen certiorem tanti miraculi testem; et donec talem repererimus, tantisper judicium suspendemus.

d Non abhorrent hæc a figmentis similibus Hibernorum, præsertim quod de pilo dicitur; simile tamen quid legitur de S. Gregorio Magno, in Vita per Joannem Diac. lib. 2 num. 42, ubi, pro Reliquiis S. Leonis, datum ejus brandeum, et cultello punctum sanguine fluxit, ad corrigendam quorumdam exiguam fidem, qui majoris notæ Reliquias speraverant.

B

APPENDIX F. B.

De S. Adalgisi elogiis, apud Molanum, Myræum, et Bucelinum: et quid de illo per conjecturam credi possit?

Habes hic fontem omnium, quæ quot de hoc Sancto exstant Elogiorum; non usquequaque limpidum, sed fabulosis additamentis, velut cœno quodam, turbidum. Hinc primo profluxit, quod Molanus composuit, et ex eo postea mutuatus est Myræus. In Basilica S. Michaelis in Therascia Silva, natalis S. Adalgisi Confessoris gloriosi. Fuit is Presbyter Hibernus, et fratrem habuit S. Ettonem, qui Lætias ad Helpram quiescit. Ipse vero (ut in historia Ettonis posteritati proditum est) inter Isaram et Helpram Christum prædicavit. *Acta S. Ettonis, de quibus in Commentario Prævio, sic habent.* Sanctus autem Eloquius, cum B. Algiso, in loco quodam habitaverunt ab hominibus remoto, intra Elpram fluvium et Isaram in Theracensi pago, usque dum exces erunt vita. *Existimo ergo non aliam prædicationem hic intelligi, quam vitam, in vicinis aquis et silvis degentium, instructionem Helpra fluvius Hannoniæ, sæpius in Sanctorum gestis memoratus, brachium quoddam Sabis esse videtur.* In sua historiæ libro primo, *inquit Molanus*, describitur B. Fursei exemplo, cum aliis collegis, Corbeiam venisse, et inde divinitus distributis locis, Laudunum cum Corbiciano viro glorioso, et servis ejus Roldilda et Careberto, qui Angelico indicio cellulam construxerunt juxta montem S. Juliani, super fluvium Oisæ, ubi etiam S. Adalgisus fontem multorum medicinam ebullire fecit.

Elogium ex Molano.

C

19 *Fuerunt autem cum eo, venerabiles Fratres ejus* B. Etto, *et* S. Goleinus, Corbiensis Pater spiritualis, pariterque S. Eloquius: e quibus Corbicanus, pro vendenda hereditate, in Hiberniam remissus est; eoque peracto reditum parans, periclitatus. Ipse nihilominus cum thesauro remitti voluit S. Adalgiso; unde ad eum cum thesauro per mare advectus est, inclusus cutibus animalium, et involutus linteamini cerato. Beatus vero Adalgisus, postquam e Roma Reliquias contulerat, et Sanctissima vita doctrinam suam firmaverat, cursum suum explevit, secunda die Junii. Eilbertus autem Comes, qui suis Walciodorensibus Eloquium dedit: is idem suæ fundationis monasterio, quod S. Michaelis dicitur in Therascia, Beati Adalgisi corpus acquisivit. *Hactenus Molanus.*

20 *Hunc secutus Bucelinus:* In territorio, *inquit*, Laudunensi, depositio S. Algisi, Presbyteri et Confessoris. Fuit Algisus Hibernus natione, professione Monachus, regio ortus genere (*Regium istud genus nescio quo testimonio probet*) et, ut nonnulli volunt, Sanctorum Fursei et Foillani frater Germanus. (*S. Fursei fratrem fuisse, falsum convincitur ex priori Vita, si qua illi fides.*) Quibuscum orationis gratia ad limina Apostolorum Romæ divisens, inde eo litus adnavigans in Galliam se contulit. *limina Apostolorum, post ædificatam cellulam, solus invisisse dicitur in priori Vita.* Substitere apud Corbeiam primum, dehinc propagandæ fidei zelo, divisis inter se provinciis, in diversas demigrarunt. Adalgiso Laudunum cum confiniis obtigit, ubi monente Angelo, cellam struxit: et ex arida fontem prodigiose elicuit, cujus aquæ diversissimis postea morborum generibus medebantur. Fuit Adalgisus populorum inter Isaram et Helpram Apostolus, quos profligata idololatria ad fidem Christi et gremium sanctæ Matris Ecclesiæ perduxit: et æternas demum cumulatus meritis, ad præmia æternitatis concessit. Claruit anno 650.

D

Item ex Bucelino,

21 *Conferantur hæc duo inter se Elogia, iisdem ex fontibus hausta. Quoad res rerumque ordinem quanta diversitas! Ita fieri necesse est, ubi sine debita discussione, perlectis Sancti cujuspiam Actis, eorum compendium componitur, prout memoriæ inhæserit, et calamo celeriter scribentis effluxerit. Videmus autem, quam nihil certi de Sancto hoc, præter cultum ab immemorabili, haberi possit; conjecturis igitur, dum alia deficiunt, tantisper indulgeamus.*

utrumque non satis accurate compositum.

E

22 *Ante omnia certum notissimumque est, seculo Christi septimo, plures Episcopos et Abbates, natione Hibernos, e patria sua in Gallias trajecisse: de S. Ul*tano, *constat ex Vita S. Gertrudis* XVII *Martii, a coævo conscripta; de* S. Furseo, *ex Beda* XVI *Januarii; de* S. Foranmano, *ex Vita* XXX *Aprilis. Probant id etiam variorum monasteriorum fundationes, sub ejusmodi Sanctis Abbatibus aut Episcopis extructorum: quin, si alia deessent, ipsa Sanctorum quorumdam Acta, tribus quatuorve ut minimum seculis post mortem eorum conscripta, et si non erant fide digna, quia tamen uniformiter hoc narrant, aliquod veræ historiæ detegunt indicium. Contigit autem iste tam frequens Hibernorum in Gallias transitus, vel propter crebra inter Regulos illarum regionum bella, per quæ in eorum patria, minus aptum præbebatur vitæ monasticæ otium; vel quod, cum usitata esset Hibernis ad limina Apostolorum peregrinatio, sæpe fieret, ut in itinere aut reditu, Deo ita disponente, locus idoneus exstruendo monasterio offerretur et acceptaretur: pro ingenio nationis, ad vitam peregre agendam proclivis.*

Per conjecturam credi potest, Sanctis Hibernis in Galliam venientibus

F

23 *Sed inter tales Sanctos, natione Hibernos, numerare* S. Adalgisum *aut* Algisum, *non sinit nomen Francicum, non sinit silentium Bedæ aliorumque melorum Auctorum, nusquam eum inter Fursei socios numerantium, dum de iis faciunt mentionem. Quapropter credibilius mihi fit, quod Sanctus ille, se* B. Fur*seo, ejusque sociis in Galliam venientibus, adjunxerit, et in Latiniacensi monasterio vitam monasticam aliquamdiu duxerit; donec Sacerdotio initiatus ejusdem Fursei ministerio aut mandato, ad vitam solitariam aspirare cœpit. Impetrata igitur ab eo venia, cum uno alterove socio alium in solitudine locum requisiverit, talemque divino nutu repertum annis aliquot inhabitarit; usque dum peregrinationem Romanam susciperet ad visenda Apostolorum limina. Ubi etiam Sanctorum quorumdam sacras exuvias sibi comparare potuit; sive a* S. Petro *in visione apparente, seu potius ab ejus aliquo successore vivente, forsitan* S. Martino *Pontifice. Ita diximus* XIII *Maji in Commentariis de S. Servatio Tungrensi Episcopo, iterumque dicemus* XXIX *Junii, Clavem eam quæ in Trajectensi gazophylacio servatur,*

se adjunxisse Algisus,

vitamque eremiticam duxisse,

tamquam

A *tamquam ipsi a S. Petro cælitus donata, earum unam videri, quas de sepulcro Apostolico Romani Pontifices consueverant, pro grandi munere, donare aut mittere, et ideo ejus formam exhibebimus. Ut ut est, petiit S.* Algisus *in reditu, etiam Corbeiensis monasterii initia sua præsentia exornasse, atque ita prioris adventus fingendi causam præbuisse. Post hæc ad cellulam suam reversus, plenus meritis abiit ad Dominum, currente adhuc Christianæ æræ seculo* VII, *puta sub annum* DCLXX. D

AUCTORE F. B. usque ad mortem.

DE SANCTO GUIDONE,

EPISCOPO AQUENSI IN INSUBRIA.

G. H.

Comm. prævius De cultu et Auctoribus Vitæ.

ANNO MLXX.

Cultus ut Episcopi et Patroni.

M*ontisferratum amœna est Longobardiæ Cispadanæ regio, a Principibus Palæologis deficiente prole mascula, ad Ducem Mantuanum Fredericum ejusque Successorem per matrimonium translata. Inter hujus civitates, est urbs Episcopalis ad Bormium fluvium ob lalnea, quæ fundunt aquas morbis salutares,* Aquæ *appellata; olim* Aquæ Statiellæ, *sive* Statiellorum *dictæ; uti pluribus deducit Cluverius lib.* 1 *Italiæ antiquæ cap.* 10. B *Sedis hujus Episcopus fuit* S. Guido *seu* Vido, *præcipuus ejus urbis et diœcesis Patronus : qui ibidem requiescit in Ecclesia Cathedrali, ab ipso constructa et Deiparæ Virgini consecrata. Hanc postea incolas* Guidoneam *dixisse, indicat Ughellus tomo 5 Italiæ sacræ in Episcopis Aquensibus, ubi illud Vitæ compendium habet.*

Compendium Vitæ

2 S. Vido, Aquensis Episcopus, nobilibus ortus parentibus in castello Meladio hujus diœcesis, Bononiæ litteris operam dedit, nobilioresque disciplinas feliciter assecutus est : reversusque in patriam, Cathedralis primum Canonicus effectus est. Ea in dignitate adeo perfectioris vitæ præbuit exempla, ut defuncto Episcopo a Canonicis nullo refragante sufficeretur. Detractans autem, ex obedientia compulsus est ad onus; rexitque Ecclesiam ab anno MXXXV usque ad annum MLXX, miro pietatis ardore, instituitque Clerum ad puriores mores. Cathedralem, quæ ibi hodie spectatur, ipse in honorem B. Mariæ Virginis ædificavit, quam postea de nomine Sancti Vidoneam dixerunt. Cœnobium monialium ex Ordine S. Benedicti fundavit, illudque amplissimis fortunis adauxit. Alteras duas ecclesias construxit, ditissimumque suum patrimonium Ecclesiæ sibi creditæ legavit, ejusdemque ditionis fecit C Meladium, Bistaurium, Setebrium, Castellotumque, oppida quæ ipse possederat. Igitur plenus meritis evolavit ad Superos IV Nonas Junii, anno MLXX; sepultusque est in Cathedrali, in marmoreo sepulcro; fulsitque sicut in vita, sic et in morte, quam plurimis spectatissimisque miraculis. Ejus festum solemni ritu ab iis populis concelebratur, tamquam Aquensis civitatis Divi Tutelaris. *Hæc Ughellus. Loca indicata in ejus diœcesi continentur, ex illis præcipuum* Meladinum *seu* Melatino, *vulgo* Malazzo *Sancti patria, satis vicinum civitati ipsi est.*

Vita ex MS antiquior datur,

3 *Acta duplicia, nobis Taurino submissa fuerunt anno* MDCLXIV *a Joanne Jacobo Turinetto, dudum Collegii Societatis Jesu Rectore, et studiorum nostrorum insigni fautore : quem anno* MDCLXII *Roma redeuntes Taurini adhuc invenimus, senem grandævum, vel usque affectus retinentissimum. Priorum Actorum hic erat titulus.* Vitæ Divi Guidonis, Præsulis Aquensis et Patroni, brevis translatio. *Altera Vita, ex qua seorsim notamus aliqua, et nonnulla in Appendice mandamus, est recentior,* a Laurentio Calceato anno MDLVIII Aquis scripta; *ubi hæc Oratio sub finem additur :* Beati Guidonis Confessoris tui, Domine, supplicatione placatus, et veniam nobis tribue, et remedia sempiterna concede. *Habemus et MS. carmen de Vita* S. Guidonis, *auctore Dominico Nano de Mirabello, cive Aquensi, cujus diligentiæ litterati debent Polyantheam, omne genus scriptorum sententiasque proferentem. Carmen tamen istud etiam omittimus, tum quia foliorum pars inferior humore corrupta est, tum quia nihil singulare continet, quod in primis Actis non habeatur. Demum de* S. Guidone *agit Ferrarius in Catalogo generali, et in alio Sanctorum Italiæ, ubi etiam compendium Vitæ profert. Sunt etiam, teste Claudio Castellano, qui Latine* S. Vidam; *alii qui vernacule* S. Guit *appellant.* E

recentior omittitur.

VITA

Ex MS. Aquensi, Taurino submissa.

In provincia Lombardiæ, ineunte Principatum Rodulpho *a* Imperatore, gloriosus Dei Confessor et Pontifex illustris Guido, claris natalibus *b* ortus, plurium castrorum, *c* Meladii videlicet, Cartosii, Casteleti, Bestagni, Septebrii, Aheri, Ursariæ, ac ceterorum, simul cum octava parte civitatis Aquis, antiquus Dominus. Hæc Aquensis urbs est olim Silvia, a Silvio *d* conditore denominata, una ex nobilissimis et opulentis tunc temporis urbibus, quæ in Provincia haberentur; celeberrima ob aquarum in ea undique scaturientium excellentiam et diversitatem, ac virorum bello et virtute strenuorum, et Romanis olim confœderatorum (quos Statellites, ut historici referunt, appellabant) cognita; etsi hodie (heu temporum calamitas!) ad instar parvi oppidi redacta sit. Ab ineunte igitur ætate Guido memoratus, dum moribus honestis a nobilissimis et gravissimis ejus parentibus institueretur; utroque brevi tempore orbatus, ut erat virtutis et sanctitatis æmulator, patrimonialibus quibuscumque tutori simul ac nutritio commendatis, hisque una ac patria relictis, studiorum causa Bononiam contendit. F

a
b
c

Divitibus parentibus orbatus, d

Bononiæ studet,

2 Ubi aliquot annis, non minus sanctis moribus quam litterarum disciplinis incumbens, socios et æmulatores sui in utroque studii honore devicit; ac spiritu supra cœlum transcendens, Dei optimi maximi servituti se totum devovens, Sacerdos religiosissimus consecratur. Sic patriam repetens, paternos lares, non ut dominus et princeps, sed velut peregrinus, et ignotus, humilitate illustratus ingreditur: grateque propterea a *e* parentibus recipitur, atque (ut mos erat) ubi lotio pedum ei imprimis offerretur, quam longo itinere fatigatus libenter admisit, Dei nutu ita ab eis recognitus recitatur. Siquidem devotus hic Christi imitator, notam quamdam a teneris in cruce gerebat, nutritoribus ipsius cognitam. Hæc eumdem in pedum lotione prodidit : sicque exclamantibus iis Dominum et Patronum suum, exinde magno (ut decebat) honore in ædibus interius receptus fuit, congratulantibus et exultantibus undequaque omnibus.

et fit Sacerdos.

e

Reversus ut peregrinus,

agnoscitur a suis.

IX. Possessiones recipit:

A 3 Fama dehinc reditus Guidonis fusius increbrescente, ad eum subditi extemplo confluunt; omnes hunc muneribus cursitatim (ut Patronum decet) honorant; nonnulli quoque illorum, fortassis de ipsius reditu non ultra sperantes, qui propterea Guidonis prædia ceteraque id genus bona usurpaverant, restituunt, remittuntque continenter omnia. Is vero e contra eos humaniter benigneque excipiens, munificentiæ hos et illos absque distinctione muneribus ditat, oneratque: ac liberalitate splendidissima perfectæ indolis adolescens strenue adeo elargiebatur, ut mox omnium in se oculos mirabiliter verteret, virtutum omnium et sanctitatis splendore ex tunc in adolescentia perfecte adeo illustratus.

f 4 Interim vita cessit Episcopus Aquensis, *f* Canonicique, quibus jus erat Pontificem eligendi, in unum ex more congregati, divino afflatu Guidonem, ob vitæ sanctimoniam, et integritatem, *g* magno omnium consensu et expectatione, sufficiunt, tametsi hujusmodi onus egregia humilitate recusantem; quod divo quoque Ambrosio, et aliis ad Pontificium ascitis, legitur contigisse. Suscepto igitur Pastorali regimine, quod mira devotione simul et auctoritate

ordinatur Episcopus Aquensis:

B regebat, Evangelicum illud, quod jam pridem imbiberat, alte retinens; videlicet talentum sibi traditum totis viribus exaugendum; universo patrimonio, quod habebat, Cathedralem imprimis ecclesiam, ante sub titulo S. Petri in dicta civitate nimis antiquatam, et aeris intemperie fere inhabilem, eminentiori dictæ civitatis loco, ampliorem et ornatiorem sub invocatione Assumptionis Beatæ Virginis, quam Advocatam ex corde gerebat, ab imis fundamentis instituit proprio ære; illamque Archidiaconatu, Præpositura, Archipresbyteratu, et Canonicatibus duodecim exornavit et auxit, prout hodie adhuc cernitur: accersitisque una Reverendissimis Dominis *h* Episcopo Dertonensi *i* et Oberto Episcopo Januensi, viris undequaque laudabilibus et dignissimis, eam devote consecrarunt, anno a Nativitate Domini millesimo sexagesimo septimo; *k* Indictione sexta, Henrico *l* Imperatore tertio. Monasterium quoque monialium Ordinis Divi Benedicti, ad nutum nobilissimæ matris ejus *m* Lanceæ, sub eomet titulo, S. Mariæ de Campis nuncupato, ad ejus et totius populi publicam utilitatem et devotionem, una etiam cum palatio Episcopali extruxit, ditavitque patrimonialibus bonis.

construit Cathedralem,

h i

k

l

m

monasterium sanctimonialium et Episcopium:

C 5 Vixit autem semper abstinentissimus, jejuniis et orationibus vacans; libidinisque omnis omnino expers tota vita perseveravit; ut clarissimum sanctitatis exemplum posteritati reliquerit. Contigit autem, divina (ut creditur) dispositione, quod sanctus hic Christi sectator in gravem capitis invaletudinem incideret, ut de salute non immerito dubitari posset: ob quam causam, cum gregi sibi credito non se satis præesse posse animadverteret, fratre ejus *n* Oppizone Episcopo Laudensi accersito, eidem in manibus *o* memorati Henrici tertii Episcopatui cessit; quem restituta exinde sanitate iterato resumpsit, eumque indies majori semper sanctitatis fervore, multo post tempore adeo religiosissime rexit, ut vivens adhuc miraculis claruerit.

præit exemplo:

in morbo substituit alium;

n

o

6 Ceterum adveniente die, quo laboris et ærumnarum maximarum præmium se propediem recepturum sentiebat, ne quid deesset ad tantorum operum perfectionem, in his totus dependens, reliquum patrimonium simul cum *p* castris prænominatis omnibus, et parte urbis prædictæ, in spiritualibus et temporalibus, libere in perpetuum et irrevocabiliter donavit dicavitque Ecclesiæ Cathedrali Aquensi, succedentibusque pro tempore Episcopis: hæc omnia approbante Imperatore Longobardorum, anno ab Incarnatione Christi millesimo sexagesimo quinto, D constantibus de hisce omnibus etiam hodie privilegiis et scripturis authenticis.

possessiones donat Ecclesiæ,

p

7 Quibus postremo feliciter et sancte, per annos triginta sex, quibus Pontificatum prudentissime administravit, expletis, multisque insuper miraculis undequaque clarus; cum in sanandis ægris, mancis, ac corpore multifariam vitiatis; tum in succurrendo prægnantibus ac vinctis in compedibus seu catenis, et hujusmodi infinitis, ad ipsum in Dei honorem passim vota exponentibus, mirabiliter liberando; viam demum universæ carnis ingressus, immaculatum et sanctum Deo reddidit spiritum, anno Domini millesimo septuagesimo, die secunda mensis Junii. Corpore [autem] ipsius splendidissime ac miraculis indesinenter in vita, in mortis articulo, et post mortem, ut decuit, sanctificato, marmoreaque hic in arca usque in præsens recondito, meritissime veneratur.

clarus miraculis,

moritur, anno 1070, 2 Junii.

ANNOTATA D. P.

a Rodolphus Imperator, *et in altero MS.* Imperator Italiæ, *est aliis* Rodulphus III Rex Burgundiæ E Transjuranæ *et* Alamanniæ, *aliis* Rodolphus II Rex Arelatensis et Burgundiæ Cisjuranæ Superioris, *cognomento* Ignavus *et* Iners, *quod sub eo regnum illud divisum sit in clientes, occupantes singula dominia. Quæ præclare deducit Honoratus Buchet lib.* 6 *Historiæ Provinciæ in Rodulpho III, qui regnavit ab anno* 993 *usque ad annum* 1032.

b *Calciatus in Prologo*, Regia stirpe *propinatum scribit, et fabulam narrat de Imperatore, qui in* Podio Aquæ, *uno ab urbe milliari, hospitio exceptus a rustico, ejus filiam adamavit, genitoque ex ea filio* Dominium totius fere contractæ *assignarit.*

c Melladio *dicuntur parentes ab Imperatore, scilicet Rodulpho, ditati, ibique* S. Guido *natus.*

d *Hoc fusius explicat Mirabellus Poeta, hisce versibus:*

Hanc satus Ænea Trojano condidit urbem
Silvius, atque illam proprio de nomine dixit.

Ille scilicet, quem Virgilius lib. 6 *Æn. ex Lavinia post mortem Æneæ, privignum Ascanium metuente, fingit in silvis editum, ac postea Albæ Regem, ex quo successores omnes dicti sint* Silvii: *sed quid huic, ut fabulosus non sit, in Insubria tam procul a Latio rei aut spei fuisset, ut urbem ibi conderet? Verosimilius est* Aquas-Statellorum *Strabonis, aut* Statyellorum *Plinii has esse; cujus incolas Livius* Statellates, *Cicero* F Statiellenses *nominat: nam quod Merula et Hermolaus appellationem trahant ad Alexandriam palearum, minus probari potest: fortassis autem librarium mendum est quod hic* Statillites *scribantur.*

e Parentes *intelliguntur* Consanguinei. *Calciatus exceptum Sanctum dicit ab uxore Castaldi absentis, penes quem cura bonorum erat, et ab illa pedes ejus lotos: quæ, ut nutrix ejus, noverat signum innatum cruri seu tibiæ; ipsumque marito indicaverit.*

f *Nomen latet, estque hiatus apud Ughellum, a Gotofredo, sub annum* 967 *Episcopo, usque huc.*

g *Calceatus* Canonicum *tunc fuisse ait.*

h Petrus Derthonensis, *electus anno* 1014, *altra* 60 *annos Episcopus, e vivis sublatus dicitur anno* 1077.

i Obertus Genuensis *donationem Ecclesiæ S. Syri fecisse anno* 1052 *legitur apud Ughellum, habuitque successorem Conradum anno* 1084.

k *Additur apud Calceatum*, tertio Idus Novembris, *qui dicto anno littera Dominicali conveniebat in diem Dominicam et festum S. Martini, et erat* Indictio sexta, *a Septembri inchoata.*

l *Hic* Henricus, *patre adhuc vivo, coronatus est quinquennis anno* 1054: *idemque patri sub annum* 1056 *mortuo successit, postea Ecclesiæ rebellis.*

A m *Fortasse legendum* nobilissimæ Matronæ Lanceæ : *nam initio dixerat* utroque parente brevi orbatum *fuisse adhuc puerum* Guidonem. *Calceatus hoc animadvertens, monasterium ab eo conditum ait*, pro remissione animæ, nobilissimæ ac reverendissimæ matris suæ D. Lanceæ ; *addit etiam quod monasterium istud* permanet, distans parum a civitate.

n *Ita eum vocat Calceatus, additque titulum* Marchionis : *Otizo scribitur in Episcopis Laudensibus apud Ughellum, qui eum a Gregorio VII laudatum ait, et memoratum in gestis Nicolai II Papæ anno* 1061. *In ecgrapho nostro, nescio quo errore, scriptum erat* Caz.

o *Necdum scilicet damnato et abrogato Laicalium Investiturarum abusu.*

p *Calceatus ea sic nominat* : Castrum Meladini, et villam totam cum habitantibus in ea, quod fuit ædificatum de patrimonio suo super unum monticulum ex opposito Meladii, versus Orientem, distans a Meladio quantum jactus est arcus : quartam partem Meladii : totum Castrum et villam Cartosii ; totum Castellettum, et Bistagnum, et Setebrium ; quartam partem Alicis, et quoddam alium castrum quod Ursas vocabatur ; et octavam partem civitatis B Aquensis. *Ita ille, qui deinde post miracula sequentia addit, quomodo Alexandrini, Aquensium inimici, ipsum castrum anno* 1300 *funditus destruxerint, habitatoribus ad ecclesiam S. Crucis migrare compulsis. Inimicitias autem illas ortas ait ex oppignoratione castri Setebrii, facta anno* 1260 *per Ugonem Episcopum pro libris Papiensibus* 800 ; *frustra conantibus successoribus, reddita ex condicto pecunia, locum redimere : Alexandrinis vero pignus reddere detractantibus.*

MIRACULA

Ex Vita MS. per Laurentium Calciatum.

Ad Omnipotentis Dei honorem et gloriam, Beatique Guidonis Patris nostri commendationem, aliqua ex miraculis, per eum demonstratis divinitus, post ipsius in cœlis glorificationem, breviter enarrabo.

a *a* Fuit quidam de civitate Aquensi, Manfredus Engeramus nomine, qui propter guerras captus apud

b *Captivus eo invocato liberatur :* *b* Niciam tenebatur in vinculis. Iste præ nimia paupertate, non poterat sibi impositam redemptionem solvere ; et quia nullum auxilium humanum ad sui C liberationem expectabat, quotidie multum corde affligebatur et tribulabatur spiritu. Accidit autem Deo inspirante, ut beatum ac venerabilem Guidonem ad sui miserendum cum summa devotione multis precibus et fletibus invocaret ; eo quod pluries audiverat, Deum per ipsum multa signa et miracula ostendisse ; promittens quod sacras ipsius reliquias cum catenis in manibus visitaret, si eum de illo carcere dignaretur eripere. Illico voto facto, vincula pedum suorum fracta conspexit cecidisse in terram : et apertum sibi iter ad exeundum conspiciens, catenas in manibus deferendo, per hostes liber transivit. Qui gaudio magno repletus ad corpus B. Guidonis, cum summa devotione, ac reverentia venit : et vincula ad sepulcrum ipsius, in rei memoriam sempiternam, fecit appendi : quæ servantur ibi usque in præsentem diem.

8 Quidam de castro Setebrii Aquensis diœcesis, Arnaldus nomine, cum vinculis arctissimis teneretur apud Vidisonum *c* in quadam arca lignea, valde clausa et constricta fortissime ferro, in tantum ab inimicis affligebatur, quod vix poterat præ nimia c carceris arctitudine respirare. Qui videns se humano auxilio destitutum, cum devotione maxima et lacrymis invocavit auxilium beatissimi Guidonis sui patroni. Et voto facto, arca subito aperta est. Et sic Deus meritis B. Guidonis, carcere fracto, ruptisque compedibus, illæsum hominem reduxit ad propria. Et licet hic ad præsens non omnia scribantur ; tamen multi in vinculis adstricti, propter guerras et propter alias causas diversas, invocato ejus auxilio de carceribus sunt liberati. Fama enim currebat antiquitus, quod nullus de sua diœcesi, invocato nomine ipsius, poterat in carcere teneri : et hoc pluries patuit per effectum. D *Ex Ms item alius arca inclusus,*

9 Vir quidam, nomine Scotha de Bistagno, Aquensis diœcesis, dum quadam die vanitate repletus ivisset Aquas male dispositus, accessit ad sepulcrum Sanctissimi et venerabilis Guidonis : et videns ibi linteamen quoddam, quo arca ipsius cooperiebatur, subjectione non humana, linteum illud accepit, et furtim exportavit, atque ex illo fecit unam camisiam fieri. Quod cum factum esset, dum vellet redire ad terram suam, omnes portas civitatis quæsivit, nec per aliquam potuit exire ; dum esset clara dies, et omnes portæ essent apertæ. Tunc funestus homo, videns et cognoscens virtutem Sancti, pœnitentia ductus, voto facto et furto restituto, liber ad terram suam ivit. *furatus linteum, exire nequit,* E

10 Clericus quidam natione Aquensis, vir honorabilis, et ecclesiæ majoris Canonicus ; qui postmodum Episcopatum *d* multo tempore rexit, gravem corporis infirmitatem incurrit : et quia specialem devotionem habebat ad S. Guidonem, ipsius suppliciter exoravit auxilium, petendo ab infirmitate liberari. Oratione completa, illico sanatio sequitur corporalis. d *liberatur æger a morbo,*

11 Cuidam Clerico, dum culpam inhonestissimam commisisset, periculum imminebat maximæ confusionis et verecundiæ, et etiam vix poterat evitare mortis periculum ; nec humano auxilio, absque sui maxima diffamatione, poterat liberari. Ipse autem, videns se positum in tanta arctitudine et periculo, devote invocavit Sancti Dei auxilium, petendo a confusione et periculo liberari : et voto emisso, et perpetua correctione promissa, illico honestissime liberatur. Multa quidem et alia, tam in vita gloriosissimi Patris hujus quam post obitum, perpetrata innotuere miracula, quæ styli non sunt officio designata : hæc autem breviter annotata sunt, ad instructionem sanctitatis ipsius, ad ædificationem fidelium in Aquensi diœcesi commoratium, ad laudem F quoque et gloriam ejus qui facit mirabilia magna solus, qui Trinus et unus Deus vivit et regnat, per infinita secula seculorum. Amen. *alius ab infamia*

ANNOTATA D. P.

a *Antea dixerat* : De sanctitate autem vitæ, ac virtute miraculorum B. Guidonis, quæsivi diligenter ; et quæ certa reperi, brevissimo compendio annotare curavi.

b Nicia *vulgo* Nizza, *in Provincia et ora maris Ligustici, sub Duce Sabaudiæ Episcopalis civitas.*

c Vidisonum *qua regione situm sit, necdum reperi.*

d *Etsi apud Ughellum imperfectus satis habeatur Episcoporum Aquensium Catalogus, ex iis tamen quos recenset, nullus huc aptius adducetur, quam* Actius *sive* Azzo, *qui jam inde ab anno* 1103 *Episcopus fuit, et anno* 1135 *translatus dicitur ad Sedem Vercellensem.*

DE S. STEPHANO EP. MART.

D. P.

NORALÆ APUD HELSINGIOS IN SUECIA.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§. I. De vita, martyrio, et cultu, ex Joanne Magno.

SEC. IX

Ex Corbeia Saxonica monasterio,

Corbeia Saxonica *Monasterium Ordinis Benedictini est, a Ludovico Pio Imperatore ejusque conjuge Juditha, sub annum* DCCCXX, *fundatum ad Visurgim; non solum ad universam Saxoniam, cujus tunc latissime patebat nomen, in recens suscepta Religione Christiana verbo exemploque formandam; sed etiam in spem fidei per provincias septemtrionales, tunc adhuc barbaras et paganas, aliquando disseminandæ. Hinc assumptus S.* Anscharius, *Bremensis Episcopus quartus, cujus Acta noster Henschenius illustravit in Februario, cum Archiepiscopatum Hamburgensem fundasset; Apostolatus sui insignia in Daniam Sueciamque promovit; primum quidem ad eas gentes missus legatus, anno* DCCCXXIX; *deinde eodem ultro profectus, sub annum* DCCCXLIII; *quando liberum Christianismi exercitium ab Olao Sueconum Rege impetravit, Ecclesiasque ordinavit, instituto qui eas regeret ac promoveret Episcopo. Quis deinde Christianæ rei istic status fuerit, non vacat hoc loco examinare fusiusque deducere.*

unde eductus S. Anscharius fidem Danis Suecisque prædicarat,

B

2 *Joannes Magnus, anno (ut ipse scribit)* MDXXXII *consecratus Bononiæ Archiepiscopus Upsalensis in Sueciam, cum ex Italia regressus Gedani ageret anno Ordinationis suæ quarto, ibidem scripsit vulgavitque Historiam Pontificum Metropolitanæ ecclesiæ suæ, in Regnis Sueciæ et Gothiæ. Ibi cum narrasset, quomodo deficientibus a fide Olai successoribus Regibus, ipsa ibidem vacillaverit; donec insigni Deiparæ Virginis miraculo moti populi, qui jam fere ad pristinam idololatriam relapsi erant, resipiscere cœperint, cum Rege suo Erico Stenchillo;* Quia, *inquit*, messis multa erat, operarii autem pauci; curavit Rex Stenchillus oratores mittere ad Bremensem Archiepiscopum, pro viris doctrina et sanctitate præcipuis, qui reparandæ Christianæ rei essent idonei, et pro divini cultus augmento nulla adversa formidarent. *Missos autem ait* Adalwardum *atque* Stephanum, *quorum primi clarum aliquod cum tenuisset, subjungit alegium secundi, rursus eidem quæ de Adalwardo dixerat compendio referens, tamquam utrique communia: verum omissis istis, expositis sequenti §. ceteras ex Adamo certo excerptis, sola ea excerpta, quæ Stephanum, eidem Adamo ignotum, tangunt.*

ad eamdem restituendam ordinatus Stephanus,

C

3 Stephanus, in monasterio Corbeiensi ab adolescentia educatus, et in divinis studiis ita institutus est, ut dignus haberetur, qui super candelabrum in domo Domini collocari posset. Igitur ab Archiepiscopo Bremensi, (cui tunc cura et legatio Sedis Apostolicæ imposita erat, de convertendis ad Christum regnis Aquilonaribus) datus est Suecis, cum et comite individuum Adalwardo, uterque Episcopi, ambo apostolica vita et doctrina clari essent, ambo Evangelicæ prædicationis gratia insignes, ambo pro Christo mori parati.... Hi postquam amplissimo honore, a Rege et populo terræ in Sigtunensi civitate excepti fuissent, et illam civitatem (quæ tunc inter grandiores regni habebatur) cum tota vicina regione ad Christum convertissent ... Adalwardus, in civitatem Birchensem divertens, atque in orationibus et divini verbi prædicationibus residuum vitæ suæ continuans, vitam finivit temporalem; Stephanus autem ad Helsingos se convertit, omnium Suecorum optimos, etiam quando pagana superstitione seducti idolis serviebant. Huic genti non tam difficile erat virtutis viam prædicare, cum terra illa ex sua natura probos homines gignat et educet. Proinde Stephanus non parvum populum, ex illis Aquilonaribus terris, Christo acquisivit: Historia enim Suetica aperte fatetur, quod innumerabilis populus ejus sanæ doctrinæ acquierit. Tandem, decurso tam laudabili stadio, cum nihil restaret, nisi ut mercedem laborum suorum acciperet gloriosam; placuit Deo, omnium honorum auctori, ut per palmam martyrii coronam et felicitatem consequeretur sempiternam. Itaque in terris Helsingorum, quorum primus et præcipuus Apostolus erat, martyrio coronatus est; sepultusque in ecclesia et villa Norala, Australiori parte Helsingiæ, ad nostram usque ætatem signis et miraculis per divinam clementiam illustratus a Deo, cujus honorem et gloriam quantum potuit, dum viveret, illustravit.

dicitur inde profectus cum Adalwardo Episcopo.

Helsingos convertisse

et Martyr Noralæ coli,

E

4 *Hactenus Joannes, Upsalensis Archiepiscopus, Helsingos sua diœcesi complexus, testis continuati S.* Stephano *cultus; sed nihil solicitus, nec in hoc, nec in aliis de quibus agit, ut annum diemque mortis explicaret. Primum fortassis non potuit, eo quod antiquorum nemini cura fuerit Sueticorum, non dico Episcoporum, sed saltem Regum tempora per annos digerere. Nec scio quæ vel cujus sit Suetica illa* Historia, *quam allegat Joannes; quamque oportet minime vetustam fuisse ac parum fidam, si ipse ex ea errores hausit infra notandos. Secundum, scilicet diem, quem nosse facile poterat, perdurante ad sua usque tempora cultu, accipiemus infra, nempe II Junii, a P.* Joanne Kloppenburgio. *Hunc ego interim satis laudavisse mihi videor, si dixero, quod Celsissimus Mæcenas noster*, Ferdinandus Furstenbergius p. m. *idoneum censuerit, qui Westphalicam historiam, ex præparata ab ipsomet Principe materia, auctoritate a Nicolao Schatenio, perficeret continuaretque; quidem jam typis subjectam accepimus libris decem, usque ad obitum Caroli Magni; nec non etiam ex hanc primam partem Annalium Paderbornensium, usque ad annum* MCCXXVIII; *reliquas vero propediem expectamus.*

2 Junii.

F

§. II. De tempore missi in Sueciam gemini Adalwardi, ex Adamo Bremensi.

D*efiniendi quadamtenus temporis in Titulo quæsiti, optimam rationem suggerit nobis Adamus Bremensis, qui Historiam suam ecclesiasticam usque ad obitum Adalberti Archiepiscopi produxit, id est, usque ad annum* MLXXII. *Ex eo namque colligimus, quod illius Adalberti et sua ætate contigerit miraculum, cujus supra facta est ex Joanne Magno mentio: quodque eo ipso tempore regnaverit* Stenkillus, *a quo Episcoporum ancto unde missionis istius et prædicationis resumptæ ordinem certius licebit texere. Hic ergo sub finem Historiæ, Septemtrionalia regna, Adalberti Legationi subjecta et per eumdem curata, describens; cum etiam* Sueoniæ vel Suedia brevem *fecisset* descriptionem;

Ex Adamo coævo scriptore

A descriptionem; In eadem, *inquit*, provincia nuper res contigit memorabilis, et pro dignitate gestorum longe divulgata. Quidam enim e Sacerdotibus, qui ad Ubsolam dæmonibus adstare solebant, nequidquam juvantibus diis factus est cæcus. Cumque vir sapiens infortunium orbitatis suæ culturæ idolorum imputaret, quæ superstitiosæ venerans, potentissimum Christianorum Deum offendisse videbatur; ecce ipsa nocte apparuit sibi Virgo, decora nimis; interrogans si in filium ejus credere vellet, ut visum reciperet, abjectis quæ ante colebat simulacris. Tunc ille, qui nihil ardui renueret subeundum pro hoc dono, ita se facere lætus spopondit. Ad hæc Virgo; Scito, inquit, certissime, hunc locum, ubi nunc tantus innocentium cruor effunditur, in meo dedicandam proxime honore: in qua re ne tibi aliqui dubietatis signa remaneant, in nomine Christi, qui est filius meus, tu recipe lumen oculorum tuorum. Mox ille lumine recepto credidit, pertransiensque totas in circuitu regiones, facili fide Paganis persuasit, ut crederent in eum qui cæcos illuminavit.

post medium secul. XI,

cæcum sacrificulum a Deipara curatum,

6 Quibus miraculorum causis impellentibus; statim noster Metropolitanus, obediens ejus voci qui dicit, Respicite et levate oculos vestros, quoniam regiones jam albæ sunt ad messem; ordinavit in illas partes Adalwardum Juniorem, de Bremensi Choro assumptum, virum litteris et morum probitate fulgentem: cui etiam per legatos clarissimi Regis Stenkil Sedem posuit in Sictona civitate, quæ distat ab Ubsola itinere diei unius. *Ita tunc Bremæ vivens Adamus, absque ulla* Stephani *mentione; quem etiam distinctius excluserat antea, ubi enumerans* quos Metropolitanus *Adalbertus* ad gentes ordinavit, in Suediam, *inquit*, consecravit sex, Adalwardum et Acelinum; item Adalwardum et Tadicum, nec non Simonem atque Joannem Monachum. *Ubi duos* Adalwardos *distingui vides*, *quorum* Senior, *inquit Adamus;* olim nostri Decanus claustri, *anno I Archiepiscopi Adalberti, id est Christi* MXLIII *vel sequenti*. Sueonum genti ordinatus Episcopus; *ac primum repulsus, dein ab afflictis ærumnis barbaris revocatus*, tanta omnium suscipi alacritate meruit, ut gentem Wirnelanorum et Scritifingorum integram Christo lucratus, etiam miracula virtutum in populo fecisse legatur.

eaque occasione missum Brema Adalwardum Juniorem.

B

post alterum, missum an. 10, sub Emundo R.

7 Eodem *quo iste* Adalwardus senior *agebat* tempore, mortuus est Emund Rex Sueonum; post quem Steinkil nepos ejus levatur in regnum; qui fidelis erat Domino Jesu Christo, et de cujus religione omnes Fratres testimonium perhibebant qui eas partes adierant. *Idem autem* Christianissimus Rex defunctus est, *circa annum Adalberti* XXII *Christi* MLXV: post quem duobus Ericis de regno certantibus, omnes Suedorum potentes in bello occubuisse feruntur: nam et ambo Reges ibi perferunt. Ita prorsus deficiente omni regali prosapia, et status regni mutatus, et Christianitas ibi turbata est valde. Episcopi quos illuc Metropolitanus ordinavit, *puta* Simon atque Joannes Monachus, *supra nominati*, persecutionem metuentes, domi sederunt; solus Episcopus Schoniæ procuravit Ecclesias Gothorum, et quidam Sueonum Satrapa Gniph ad Christianitatem populum confortavit.

C

cujus successor Stenkillus Christianus obiit an. 1065,

et Episcopis fere Suecia caruit,

8 *Atque hæc ex Adamo descripta eo serviunt, ut intelligatur, quam parum verosimile sit, quod scripsit Joannes, pariter cum Adalwardo, occasione miraculi prænarrati ordinato, ordinatum quoque fuisse* S. Stephanum *de quo agimus. Et ille quidem primo scripserat, ordinatos ac missos eos fuisse ab* Anschario, vel ejus successore; *deinde, in post scripta Regum historia, dixit, quod* tunc Metropolitanus erat Adalgarius vel ejus successor, *Hogerus scilicet, quorum prior anno* DCCCLXXXVIII, *secundus anno* DCCCCXV *obiit. Neque postea rectius Joannes melius supputavit temporum rationem. Cum enim lib. 4 cap. 2 dixisset; quod* Ludovicus, Caroli Magni filius, convertit Suecos per S. Ansgarium, anno salutis DCCCXVI (*quamquam per errorem cap.* 16; *numerat* centum fere et sexaginta annos usque ad tempora Olavi, cognomento Schot konung, cujus ingenita benignitate et summa prudentia effectum est, ut Christiana fides, quæ hactenus in aliquot Suetici Regni partibus viguerat et vigebat, ab universo Gothorum et Sueorum Principatu efficaciter constanterque, abjecto ubique falsorum deorum cultu, assumeretur. *Etenim* Olavus *iste, prælaudati* Stenkilli (*ut ipse censet pater aut filius, certe successor, regnasset ex illo calculo anno Christi fere* DCCCCLXXVI, *id est annis fere* XC *citius, quam obiit ipse* Stenkillus. *Invenitur quidem apud Joannem lib.* 18 *cap.* 9 Stenkillus *alius*, Olavi Schotkonunk ex sorore nepos.. .. qui omnes animi sui vires ad augendam propagandamque Christi fidem ita accommodavit, ut prioris Stenkilli, non solum nomen, verum etiam pietatem in se transtulisse videatur, et ut hic ad Adalgarium misses legatis, Adalwardum et Stephanum; ita ille ab Adalberto divinæ legis doctores impetravit. *Sed sic* Stenkillos *et* Olavos *geminando, aliud non facit Joannes, quam declarare incertissimam et confusissimam Regum seriem a se concetam, neque visam sibi fuisse Adami historiam, ex quo certiora discere potuisset.*

D

necdum ordinato Stephano,

aut ad regnum promoto Olavo.

Jo. Magnus male hunc et Stenkillum geminat,

E

9 *Alius ejusdem Joannis error, et ex Adamo corrigendus, prodit se in elogiis* Adalwardi *et* Stephani *Episcoporum; quos cum male Episcopos Upsalenses fecisset, multo prius quam urbs illa, Suecorum tunc Pantheon, postmodum Regia, Sedem acciperet Episcopalem; dicit Upsalam excurrisse, atque idola confregisse: sed eo successu, ut commotis ad seditionem popularibus*, Stenkillus *regnum ac vitam amiserit; Episcopi autem virgis cæsi, necesse habuerint alio se conferre. Contraria omnia scribit Adamus. Postquam enim in fine operis narrasset, quomodo* Adalwardus, magno prædicandæ fidei fervore Suediam ingressus, omnes. qui in Sictona erant et in circuitu, brevi temporis spatio ad Christianam fidem adduxit; *addit etiam, quod* conspiravit cum sanctissimo viro Egnone, Sconiensi Episcopo, ut pariter adirent illud templum Paganorum, quod Ubsala dicitur, si forte aliquem Christo laboris sui fructum ibi possent offerre; omnia tormentorum genera libenter suscepturi, ut illa destrueretur domus, quæ caput erat Barbaricæ superstitionis; illa enim diruta vel potius cremata, fore ut tota gentis conversio sequeretur. Quam Confessorum voluntatem piissimus Rex Stenkil in populo murmurari sentiens, callide submovit eos a tali cœpto, asserens, et illos statim morte damnandos, et se regno depellendum; quod malefactores in patriam duxerit, et facile omnes ad Paganismum relapsuros. Talibus autem Regis allocutionibus consentientes Episcopi, omnes Gothorum civitates peragrabant, idola confringentes et multa Paganorum millia deinceps lucrantes ad Christianitatem.

atque idolum Upsalense ab Adalwardo eversum asserit.

F

§ III. De tempore missi post Adalwardum in Sueciam Stephani, hujusque statua Corbeiæ inter Sanctos, et die Natali.

I*doneus auctor mihi videtur Adamus, suo illo de* Stephani *ordinatione ac missione silentio, ut credatur eum, qui neque in SS. Anscharii et Remberti Vitis invenitur nominatus, neque inter ordinatos pro Suecia ab Adalberto; hujus Pontificatu posteriorem esse, et post Historiam ab Adamo editam primum inclaruisse. Er-*

Adalberti Archiep. successor Leimarus

poldus

A poldus Lindebrogius, qui inter Rerum Septemtrionalium Scriptores, an. 1609 a se Francofurti collectos editosque, primus nobis dedit Adamum; aliam Bremensium Archiepiscoporum Historiam eidem subtexuit, perductam usque ad annum MCCCXXV; in qua primus ab Adalberto censetur Leimarus, vir litteratus et prudens, qui sedit annis XXX, et obiit anno Domini MCI. Ad hunc ergo pertinuit, pacatis et poscentibus Sueonibus Episcopos dare, postquam ordinati ab Adalberto defecerant; maxime si verum est, ut præsumere licet, quod tota gens fuerit sub Olao, Stenkilli successore, conversa. Certe hujus Archiepiscopi tempore eorum numerus et auctoritas tantopere crevit, ut cito potuerint, tam ipsi quam vicinorum regnorum alii, Hamburgensis Archiepiscopi jurisdictioni subtrahi; unde et in antiquis Notitiis Episcopatuum, ante annos quingentos aut sexcentos scriptis, apud Carolum a S. Paulo, inveniuntur recensiti Archiepiscopi, Londensis, Nidrosiensis atque Ubsalensis, cum suis quisque Suffraganeis; et in Historia Archiepiscoporum Bremensium laudatur Hartwicus, anno MCXLIX creatus quod magno studio enisus est pro recuperandis Suffraganeis Episcopis universæ Daciæ, Norwegiæ, Sueciæ, quos Hamburgensi Ecclesiæ pertinuisse quondam memorat antiquitas: sed cum obsequiis et largitionibus variis, apud Papam et Cæsarem, nihil profecisset; ne omnino careret Suffraganeis, aggressus est jam pridem oblitos Episcopatus Slaviæ suscitare. B

A. CL. BL. D. P.

sub Olao Stenkilli successore,

necdum erecto Archiepiscopatu Upsalensi

11 *Videmur ergo posse tenere, quod* S. Stephanus (*de cujus apud Helsingos Apostolatu et cultu non possumus dubitare*) *fuerit inter primos, qui sub Olao Christiano Rege et Christianismi promotore, post mortem tamen Adalberti, ordinatus Suecicæ gentis Episcopus, Martyrium apud Helsingos, et in eorumdem oppido* Norala *sepulcrum invenit, idque ante finem seculi* XI. *Idem etiam vere potuit, ob tentatam Ubsalensis fani eversionem, flagris cæsus fuisse, sicut scribit de eo Joannes Magnus, hoc solum deceptus, quod decus illud commune fecerit cum Adalwardo, a simili animositate jam antea Stenkilli Regis suasionibus dimoto. Est autem* Helsingia *Sueciæ regio, secundum sinum Bothnicum sita, et ab Uplandia (cujus caput Ubsala est) interjectu Gestriciæ semota, atque in mediterranea protenditur versus Occidentem ad leucas plures quam triginta, haud paulo minus protensa versus Boream in longitudinem. Ad hujus Provinciæ ingressum sub gradu* LXI *Polaris altitudinis,* Noralam *habent tabulæ, velut oppidum memorant. ubi utrum occisus pro fide* Ste- C phanus *sit, an vero ex plagis Ubsalæ acceptis mortuus, vel etiam post obitam alibi mortem ad Helsingos suos reverenter translatus, divinare nolo.*

videtur Suecis ordinasse Stephanum ante an. 1100

Helsingiæ Apostolum.

12 *Habuit Hamburgensis Ecclesia, et habet forsitan etiam nunc, pervetustum Codicem, in quo conjunctim et consequenter scriptæ leguntur Vitæ SS.* Willehadi, Anscharii, *atque Remberti, Archiepiscoporum et Septentrionis Apostolorum; unde easdem Vitas accepit, atque anno* 1642, *sub titulo Triapostolatus, Coloniæ vulgavit Philippus Cæsar. Ibi post ultimam earum leguntur subscripta nomina Episcoporum Septemtrionalium septemdecim, sicut ea inde produxit Henschenius in Commentario prævio ad Acta S. Anscharii num.* 45. *Et hic quidem satis recte observat, fieri non posse, ut qui postremam Vitam scripserunt Corbeienses monachi, S. Remberto synchroni, eidem addiderint tam multorum nomina, qui tribus post Anscharium seculis* (*addo, et post Rembertum*) *ordinati sunt; sed frustra conatus est inter illos invenire sex ordinatos ab Adalberto, cui coævi etiam fuerint ceteri per Norvaciam ac Daniam. Quid igitur? Mabilio libro* 2 *de re Diplomatica cap.* 20 *docet, quod* Synodicis diplomatibus non solum præsentes Episcopi subscribebant, sed etiam absentes, imo et futuri : unde factum est, ut vetustis illis monumentis, post præsentium nomina, aut certe inter finem contextus et eorum subscriptiones, amplum non raro sit relictum spatium, quod absentium et futurorum subscriptiones capere poterat. *Causas addit*, ne novas semper ad Privilegiorum confirmationem litteras obtinere necesse esset; nec cunctarentur futuri ea confirmare, quæ in vetustis monumentis ab antecessoribus suis roborata vidissent. D

In codice Hamburg. post Vitam S. Remberti, repertæ subscriptiones,

non solum non sunt Episcoporum illi coævorum,

13 *Cum ergo ad calcem Codicis Hamburgensis lego tot Episcoporum nomina, una manu scripta (sicut Nota* 79 *testatur Philippus Cæsar) primum cogor credere, Codicem istum transcriptum esse ex alio antiquiori ac verosimiliter Bremensi, cui singuli illi diverso propriæ manus charactere sigillatim subscripserint; causam autem subscribendi non fuisse Synodicum aliquem conventum Episcoporum; sed proprium aliquod Leimari inventum. Hic nempe, ex fidei per Septemtrionalia regna, suæ provisioni commissa, incremento jam grandi, futurum prospiciens id quod factum est, ut tandem datis cuique regno Archiepiscopis propriis illa suo Archiepiscopatui substraherentur; unum in librum conscribi jusserit tres illas Apostolorum Borealium, suorum decessorum, Vitas; quibus nomina sua subscriberent, quotquot vel ipse, vel sui successores ordinaturi essent gentibus illis Episcopos; eoque et auctoritatem Vitis illis adderent, et Sanctis ipsis honorem facerent; revera autem argumentum indubitabile relinquerent posteris, subjectionis suæ.* E

sed nec Synodice postea collectorum;

verum potius successive additæ,

14 *Primus ibi subscribit* Slepn, Episcopus Scalternodensis; *secundus* Symon Episcopus Halsinodensis; *tum alii quindecim ex tribus regnis, Episcopatuum titulis partim inveniendis in antiqua Notitia gemina apud Carolum a S. Paulo, partim ignotis cum hæc scriberentur. Ex iis certo ad Sueciam pertinent,* Ecilinus Scarensis, Adalbardus Sictunensis, Joannes Bircacensis, et Theodolfus *item* Sictunensis. *Henschenius num.* 74 *præfati Commentarii, eorum aliquos ab Adalberto ordinatos credit, eosdemque esse quos Adamus nominat,* Acilinum, Adalwardum, Joannem Monachum, *imo etiam* Tadicum *atque* Simonem; *cum unum ait* supra *scribi* Thedolfum, *alterum* Stemphi, *cujus etiam* Halsinodensem *Episcopatum Helsingiæ adscribit. Fuerit sane Halsinodensis Episcopatus, alias ignotus, in Helsingia; quam nomen nactam putant aliqui ab* Hals *seu* Halsa, *salubritate seu salute,* Heyl *Belgæ pronuntiant. Ego ex* Stemphi (*quod nomen nec apud Adamum, nec alibi reperire hactenus potui*) *potius* Stephanum *fecerim, quam* Simonem, *cum quo eumdem fecit Joannes Vastovius in Vite Aquilonia, seu Vitis Sanctorum qui Gothorum Sueorumque regna illustrarunt pag.* 44. *Si tamen mihi constaret, in Gothia Sueoniave aliquem aliquando fuisse* Scalternodensem *Episcopatum, potius quam in Dania vel Norwegia; crederem* Slepn, *male transcriptum lectumve fuisse, et originaliter exaratum* Steph, *atque ita signari Helsingorum Apostolum, qui primus ordinatus a Leimaro, primus quoque subscripserit; alii vero successive, sub eodem aut ejus successore; omnes tamen prius quam Upsala proprium haberet Episcopum, nedum Archiepiscopum; et eo tempore, quo* Sictunensis *et* Bircacenses *Episcopi, postea Upsalam translati, adhuc nominabantur.* F

ubi primus aut secundus Stephanus esse videtur.

15 *Nunc prius quam veniam ad cultum* S. Stephani, *pro hoc* II *die Junii, exhibenda mihi est notitia Sanctorum Beatorumque, quos Corbeia colit, vel ut Patronos, vel ut in ea Monachos. Dabit hos gemina Kloppenburgii prælaudati epistola, anno* MDCLXXXVI *data; quarum prior nomina, altera dies singulorumque natales, diverso charactere interponendos, exprimit hoc tenore.* Fui nuper (*videlicet in Octobri anni elapsi* MDCLXXXV) cum Celsissimo Principe nostro Hermanno Wernero Wolff-Metternich de Grachi, Episcopo

Corbeiæ in novo Choro positæ Sanctorum statuæ:

A scopo Paderbornensi, Corbeiæ; quo tempore, in eleganti istic templo, vidi in summo altari collocatas justæ magnitudinis humanæ statuas, cum titulo SANCTI. Nimirum, a dextro latere, S. CAROLI MAGNI (XXVIII *Januarii*) in sinistro, S. LVDOVICI PII (XX *Junii*): deinde in choro sequentes Divorum statuas, qui aliquando monasticen in hoc asceterio professi fuerint, cum titulo S. aut B. ut subjungo. B. HEIMERADI (*qui tamen Monachus non fuit, colitur autem* XXVIII *Junii*) S. LVDOLPHI, Abbatis Corbeiensis (XIII *Augusti*), S. WARINI, Abbatis Corbeiensis (XXVI *Septembris*); S. ALTFRIDI, Episcopi Hildesiensis (XV *Augusti*); S. HOGERI, Archiepiscopi Bremensis (XX *Decembris*); S. REMBERTI, Archiepiscopi Bremensis (IV *Februarii*); S. STEPHANI, Episcopi Upsalensis in Suecia (II *Junii*); B. DRVTHMARI, Abbatis Corbeiensis (*posset hic conjungi* S. Ludolfo, *quicum est elevatus*); S. PASCHASII RADBERTI, qui aliquando in hac nova Corbeia vixit (XXVI *Aprilis*); S. ADELARDI, Abbatis Corbeiensis (II *Januarii*); *S. WIMONIS, Archiepiscopi Bremensis et Hamburgensis (XXI *Octobris*); S. ADELGARII, Archiepiscopi Bremensis et Hamburgensis (XV *Maji*): S. ANSCHARII, Archiepiscopi Bre-

et in his S. Stephani,

** imo UNNONIS?*

B mensis et Hamburgensis (III *Februarii*); S. GREGORII V, Pontificis Maximi (XVIII *Februarii*).

16 In fenestris sequentes erant effigies depictæ, cum titulo Sancti, ut subjungo. S. MERCVRII, Patroni Corbeiensis (XXV *Novembris*); S. JVSTINI Martyris Patroni (I *Junii*); S. STEPHANI, Patroni (XXVI *Decembris*); S. MARTINI, Episcopi Patroni (XI *Novembris*); ob Reliquias notabiles, quas de prædictis quatuor Sanctis habent: deinde S. THIAGRIMI, secundi Episcopi Halberstadensis (XIX *Junii*); S. HOGERI (*de quo jam supra*). Omnes hi mihi noti sunt, excepto S. Stephano, cum non habeam Vastovium (*hic illum ignoravit in sua Vite Aquilonari*) aut alium rerum Suecicarum scriptorem, (*horum quoque nemo præter Joannem Magnum illius meminit*). Quid jam vobis videatur de hisce Sanctis aut illorum judicio, qui ipsos tali titulo honorarunt, intelligam alias; ego saltem hæc præsens annotare volui. Eodem tempore fui in sacello, vel quasi crypta templo conjuncta, in qua religiose asservantur Reliquiæ B. B. Ludolfi atque Druthmari Abbatum; olim a Marquardo, ex Abbate Corbeiensi Episcopo Osnabrugensi, elevatæ anno MC, et ante aram sanctæ Crucis repositæ; deinde a Christophoro Bernardo de Galen, Episcopo Monasteriensi et Administratore Cor-

ubi et quatuor Patronorum, quorum ibi Reliquiæ,

atque corpora BB. Ludolfi et Druthmari Abbatum

C beiensi, cum novum templum molirentur Monachi, inventæ, integra corporum compage, in deauratis loculis anno MDCLXII, unde translatæ sunt in sacellum, de quo antea, ubi et easdem veneratus sum.

anno 1100 et 1662 translata.

17 *Amplexus diligentissimi viri amicam pro Sanctis sedulitatem, de singulis me visurum respondi, cum ad eorum dies vel in Supplemento quinquemestris, tunc fere absoluti, redirem, vel ordine reliquorum septem mensium ad Natales supra indicato accederem. Opus adeo recens, quale est novum Abbatiæ templum, cum iis quæ nunc ibi visuntur statuis et fenestris, solum non posse sufficere ad aliquem inserendum huic de Sanctis operi, absque ulteriori vetustiorique probatione. De* Gregorio Papa V, *jam indicasse me, in Paralipomenis ad Conatum Chronicohistoricum in Catalogos Pontificum pag. 83, nullo quidem antiquiori auctoritate constare, quod aliquando fuerit Corbeiæ Monachus; id tamen Corbeiensium traditioni facilius credendum, quam quod ibi olim fuerit cultus ut Sanctus. Nec mirum, quando Romanorum Fastorum collectoribus videatur non suffecisse, quod in Lateranensi Pontificio sacello* Alexandri II, Victoris III, Urbani II, Paschalis II, et Gelasii II *imagines, æque ac SS. Leonis et Gregorii, eo nomine primorum, Diademate conspicerentur insignita, jam inde ab ætate Callisti II, et cum titulo* ses. *Itaque nec mihi suffecisset statua,* Stephano (*de quo agimus*) *cum titulo Sancti in choro Corbeiensi posita ante annos circiter triginta; nisi de recepto apud Helsingos cultu, et usque ad inductam eo hæresim Lutheranam continuato, certum me reddidisset Joannes Magnus: nunc autem solum restat, ut Kloppenburgius doceat, unde et quibus auctoribus scripserit,* II Junii *ipsi fuisse aut haberi Natalem.* D E

AUCTORE D. P. statua ipsa, licet ab annis solum 30 posita,

tamen addita continuato apud Helsingos cultu,

18 *Fecit hoc ille per aliam epistolam, significans auctorem sibi fuisse Henricum Soterum in descriptione regni Sueciæ, ex quo aliisque in sua Westphalia Sancta, jam prælo parata, tale et encomium ipse ad hunc diem scripserit.* Noralæ in Suecia natalis S. Stephani, qui una cum Adalwardo in Sueciam a D. Anschario missus, et tertius Upsalensium Antistes creatus, seditione idololatrarum exorta, reliquit Upsaliam, et ad Helsingos se contulit, adeoque innumerabilem hominum multitudinem ad Christiana sacra perduxit, ut primus ac præcipuus Helsingorum Apostolus habeatur. Tandem martyrio coronatus in cœlum evolavit anno DCCCLXXXIX: nutritus olim in nova ad Visurgim Corbeia, ubi hodiedum statua ejus, Sancti titulo decorata, in choro templi, inter alios loci indigenas Sanctos, conspicitur. *Diem si scivisset Bucelinus, haud dubie eum in suo Menologio Benedictino prodidisset; sed neque tunc scivit cum istud edidit anno* 1655; *neque sequenti cum Annales* F *Benedictinos vulgavit, ipsum* Stephanum *laudans ad annum* DCCCXIII *et* DCCCLXXXIX. *Diem etiam nescivit Joannes præcitatus, alias eum notaturus in suo Chronologico Sanctorum indice, ubi* Simonem *nominat.*

probat titulum Sancti Stephano hic datum.

DE S. NICOLAO PEREGRINO,

TRANI IN APULIA PATRONO.

COMMENTARIUS HISTORICUS

D. P.

Circa ejus cultum, ac Vitæ, Miraculorum, Translationumque scriptores.

Tranum *seu* Trane, *vulgo* Trani, *urbs Apuliæ antiqua et maritima, in septemtrionali limite Bariensis regionis, creditur habuisse seculo Christi tertio Episcopos* Redemptum *et* Magnum, *invicem suffectos; quorum hic in persecutione Decii gloriosus Martyr, colitur ut Sanctus* XXIX *Augusti; alter, ex Actis successoris tunc illustrandis, solum innotuit.* Celebratur vero Tranum a Provincialibus, *inquit Ughellus tom. 7 Italiæ sacræ,* propterea quod Præsidialis est Sedes totius Provinciæ terræ Barii, et Regia hic habetur Audientia, seu Collegium Judicum Regiorum. *Neque hoc tantum; sed et Archiepiscopalis facta est civitas seculo undecimo: cum eoque titulo primus, seculo XI exeunte, prodit* Bizantius senior; *idem qui* S. Nicolaum, Peregrinum *ex Græcia, Trani excepit, et decimo tertio post die defunctum tumulavit, ac miraculis inclarescentem curavit quarto post anno per Urbanum II canonizandum. Curatum*

ANNO MXCIV.

In Tranensi Archiepiscopali ecclesia,

A *ratum autem id est molimine non magno: siquidem ne tunc quidem alia celebritate opus fuit, quam qua sub annum* DCCCCLXXXXIII *canonizatus fuerat S. Udalricus Augustanus Episcopus; scilicet quod in Synodo Lateranensi surgens Archiepiscopus,* venerabilis viri Nicolai nonnulla miracula, coram universo Concilio scripto edita recitavit; et eumdem Dei hominem in Sanctorum Catalogo annumerari instantissime postulavit; *cui mox per speciale Breve commisit Pontifex, ut* quod ei revelante Domino visum fuerit, maturiori deliberatione constituat. *Ipse vero hoc fecit statim a reditu, fundamentaque jecit novæ Metropolitanæ Basilicæ; quæ, post annos quadraginta sub altero* Bizantio *absoluta,* Deiparæque assumptæ titulo *consecrata,* S. Nicolaum, *illato illuc corpore,* Patronum præcipuum colit, *teste Ughello; prout hodieque facit.*

Auctore D. P. ab anno 1098 susceptus Patronus,

2 *Scriptum, coram Urbano Papa recitandum, composuerat Archiepiscopi sui jussu* Adelferius: *quod quia vitam Sancti in Græcia, adventumque in Italiam vix paucis verbis attingebat; decrevit Bisantius Junior, dum adhuc viveret* Bartholomæus, Græcus Monachus, *et Sancti in Italiam pergentis comes,* litteris quoque mandari quædam de multis jam dicti Sancti viri virtutibus et miris actibus, quæ nondum fuerant B figuris linearum impressa; et qualiter, quamque honorifice ipsius sacri corporis sit celebrata translatio. *Primum qui præstitit, nomen suum non curavit exprimere; sed satis habuit num. 17 et 28 indicare quod scribenda sibi narravit* Monachus *prædictus,* verbo temperatus et verax, *prout partim* ab ipso *Sancto* multa precum obsecratione et prudentia extorsit, *partim* propriis oculis vidit. *Posterius complevit* Diaconus Amandus; *non is qui postea Bizantio II successit in Archiepiscopatu, et in Concilio Lateranensi anni* MCLXXIX *dicitur* Amantius; *uti suspicatur Ughellus; sed quem ipse eidem Concilio interfuisse ait cum titulo* Episcopi Vigiliensis, *eo nomine secundum. Hic enim in Prologo ad Translationem SS. Sergii, Mauri et Pantaleonis,* XXVII *Julii illustrandam, testatur, se scribere,* sicut, *inquit,* jam dudum, apud nobilissimam urbem Tranensium, nos scripsisse B. Nicolai Peregrini, Confessoris Christi Translationem recolimus. *Dicitur Antonius Pauli, Generalis Vicarius Tranensis, in Prologo Vitæ a se Italice editæ anno* MDCXVII, *existimavit, etiam prius illud opusculum, de vita Sancti anteriore, compositum ab Amando esse; et hoc videtur innuere Prologus scripti posterioris: sed contrarium suadet utriusque scripti stylus per-* C *quam diversus; et forte linguæ Græcæ usum non habebat ille tantum, ut per se agere cum hospite posset.*

miraculis mox ab obitu scriptis, clarescere corporat Nicolaus:

scripta deinde Vita fuit ex certo auditu,

deinde Translatio ab Amando Diacono Tranensi

postea Episcopo Vigiliensi

3 *Archiepiscopus Caracciolus, anno* MDCXI *Romam mittens omnium trium istorum scriptorum ecgrapha (in quibus primum locum obtinet istud quod tempore secundum fuit) testatur, qualiter* in archivio, *suæ* Metropolitanæ Tranensis ecclesiæ, conservatur quidam vetustissimus liber, in charta membrana scriptus, in quo vita, mors et translatio B. Nicolai Peregrini continetur: ex quo libro, de mandato et ordine suo, fuit facta copia, *quam nos in Vallicellana Patrum Oratorii Bibliotheca reperimus Romæ, et transcribi curavimus; aliam similem, ex ipso illo antiquo libro immediate sumptam nacti Neapoli, a P. Nicolao Beatillo nostro; tertiamque item Romæ a Ferdinando Ughello nobis donatam. Suspicamur autem, prædictum* Amandum, *omnium trium sic insimul conscribendorum curam habuisse: quam tamen mallemus posse confirmare, ex aliquo tribus illis Partibus communi Prologo, qualis non invenitur; sed solum in tertiæ Partis Prologo dicit* Amandus, *quod Archiepiscopus, quem alloquitur, se* Diaconum et famulum *ejus,* quæ litteris firmari quærebant, memoriæ commendare jussit. *Ut ut est: vel ipse, vel alius ejus collectionis curator, videtur sub finem primæ Partis omitti jussisse imme-*

Tria istæc uno in Codice antiquitus collecta,

sed puncto uno nexu ita.

diatam morbi ac mortis causam, verbera scilicet Sancto D *Trani inflicta; atque ita invidiam omnem inhumanitatis illius devolvisse in Tarentinum Archiepiscopum, cujus jussu antea quoque fuerat fustigatus Sanctus. Sed de hoc intelligi nequit, quod eum moriturus Sanctus, injuriæ immemor, ad se fecit vocari: et enim debet de Tranensi sumi; quem hoc ipsum magis stimulaverit, ut agnitum pereuntem puerum, sanctitatem tanto honoraret propensius, quanto ignotam habuerat inclementius.*

4 *Ex istis sic tripartitis Actis, insignem mox epitomen, Sapphico metro haud ineleganti, composuit* Franciscus Camenius Perusinus, *quam ex veteri MS. post suam Italicam Vitam dedit Antonius Pauli; una cum Duplici Hymno ad Vesperas et Laudes, ex vetustis Breviariis MSS. asserens, in iisdem etiam haberi Lectiones de Vita, non solum secundam ac tertiam, sed etiam primorum Actorum partem confirmantes. Hæ tamen abrogatæ fuerunt, postquam novas, et ex solo Adelferii scripto collectas, Clementi VIII approbandas obtulit* Archiepiscopus *Andreas de Franchis, quas Sacra Rituum Congregatio, referente Cæsare Cardinali Baronio, permitti posse Tranensibus censuit sub Officio per modum Duplicis cum Octava; anno* MDCII *die* III *Junii. Solum quoque Adelferium præ oculis habuerunt Petrus de Natalibus, lib. 5 Catalogi Sanctorum cap.* E *78; Paulus Regius, Vico-Æquensis Episcopus parte 2 pag. 348: qui nescio quo auctore)* Nicetam sive Nicolaum *vocat; et Philippus Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ ad hunc diem. Neque id mirum; quia solius ipsius libellus, Romanæ Synodo Pontificique lectus et approbatus, mox etiam inter Sanctorum Legendas referri cœpit, annis aliquam multis prius quam aliæ duæ Partes scriberentur: et tale Legendarium, ait Antonius, etiamnum asservari, scriptum fortassis a tempore* Bisantii Senioris. *De cujus nomine, intra dimidium seculum bis recurrente, minus miraberis, si videas apud Ughellum inter Vigilienses Episcopos col. 1272, donationem ecclesiæ S. Margaritæ factam anno* MCXCVII; *cui subscripserunt,* Bisantio Vigil. Episcopus, Bisantio Archidiaconus, Bisantius Presb. et Primicerius, *cum Leone Archipresbytero: sic ut inter quatuor Ecclesiasticos subscribentes (alii enim duo ibidem subscripti, Falco Imperialis, et Damarus, Regiæ Curiæ Judices, laici erant) tres istius nominis fuerint, quod proinde debuit iis partibus valde frequens fuisse.*

et in compendiosos hymnos contracta fuerunt.

Epitomæ aliæ ex solo Adelferii scripto sumptæ.

5 *Hoc per transennam dicto, redeo ad Acta, quæ ex Auctoribus coævis vel coæ vel aliunde habemus tripartita: quartam, paris auctoritatis, in his quæ noviter adjunguntur, et spectant Inventionem sacri corporis, secundamque Translationem, factam anno* MDCXI, F *adjungit prælaudatus* Antonius Pauli, Archiepiscopalis Vicarius, *testis oculatus; post Vitam, ex tribus præfatis Latinis Partibus Italice redditam, eodemque anno Neapoli impressam, cum Dedicatoria ad ipsius Translationis auctorem,* Fr. Didacum Alvarez, Archiepiscopum Tranensem et Salpensem, *signata die* X *Decembris. Hanc ergo Partem Latine redditam, quidquid hic edimus appello* Acta quadripartita, ex coævorum Auctorum monumentis; *et quartæ Parti, per modum Prologi præmitto epistolam ipsiusmet Archiepiscopi Didaci, prædictam Vitam, Trani recusam anno* MDCXVII, *una cum particula Reliquiarum, offerentis Philippo III Hispaniarum Regi, die* X *Aprilis. Addo denique* Appendicem, *ex* Historia Panegyrica de vita et miraculis *ejusdem* Sancti, *nuperrime id est anno* MDCLXXXVI, *edita Neapoli, auctore* P. Agnello Bruni *Societatis Jesu,* ad instantiam Illustriss. ac Reverendiss. D. Pauli Ximenii Alexandri, Archiepiscopi Tranensis et Salpensis; *atque per hunc die* XXII *Februarii dedicata,* Excellentiss. Domino Gaspari de Haro et Guzman, Marchioni del Carpio etc. Viceregi et Capitaneo Generali pro regno Neapolitano. *Qui P. Agnellus*

Translationis secundam anno 1611 scripsit Antonius Pauli.

et Appendicem anno 1687 Agnellus Bruni.

A *Agnellus biennio post Neapoli periit, collabente parte templi istic nostri speciosissimi obrutus, damnum grande sua morte grandius civitati fecit, cui erat perrarus. Omnibus autem antiquis et novis sic collectis, existimo vix ullum esse in hoc opere Sanctum paulo antiquiorem, de quo pari jure dici possit, nihil nisi primæ notæ ac certitudinis allatum a nobis esse; nec quidquam aut superflue iteratum, aut cum historia detrimento omissum.*

In Germanicis Martyrologiis refertur 30 Maji

6 Obiit beatissimus Nicolaus Peregrinus anno Dominicæ Incarnationis millesimo nonagesimo quarto, Indictione secunda, mensis Junii secundo die, Feria sexta. *Ita, Characteribus omnibus optime inter se cohærentibus, pro anno habente litteram Dominicalem* A, *Adelferius testis oculatus: et quia eodem anno Pascha celebrari contigerat* IX *Aprilis, contigit etiam ut mors illa caderet infra Octavam Pentecostes. Interim ipsius S. Nicolai notitia, trans Alpes in Germaniam delata, et usque ad mare Balthicum propagata fuit, tamquam si* XXX *Maji obiisset. Docet hoc (quod tamen nescio unde acceptum censeam) Martyrologium sub titulo Doctrinalis Clericorum impressum Lubecæ* D *anno* MCCCCXC, *ubi dies iste sic terminatur:* In Apulia S. Nicolai Peregrini, miraculis clari. *Florarium MS. et Viola Sanctorum Hagenoæ, impressa anno* MDVIII, *prolixius elogium illi texunt; Florarium quidem sic incipiens,* In territorio Apuliæ depositio S. Nicolai etc. *Viola autem sic;* Item cujusdam S. Nicolai. *Tum communiter progrediuntur, et addunt;* cognomento Peregrini, qui Apuliam intravit; et Crucem manu bajulans, tamquam simplex et rectus, simpliciter discurrebat, benedicens Deum: dabat etiam poma et similia pueris et aliis, ut cum eo Deum laudarent. *Pro quibus in Additionibus Greveni ad Usuardum, sic legitur:* Hic columbina simplicitate ductus, præceptnm Domini de Cruce tollenda implere cupiens, ligneam Crucem manu gestans, Kyrie eleison insonans; innocentes pueros, qui hæc secum clamitarent, post se ducens, oppidi loca percurrebat: tandem in pace quievit, miraculis clarus. *Eadem in suum Martyrologium Germanicum Canisius refert; sed ita ut sibi quoque lectam Vitam indicet, dum insuper originis Græcæ meminit, vilisque habitus. Ast Doctrinale et Florarium sic finiunt elogium.* Hunc Archiepiscopus, et alii qui sibi sapientes videbantur, spernebant: [et verberibus] affectum tamquam peripsima abjiciebant. Patuit demum E quis fuit, quia et in vita et in morte miraculis claruit, et Patronus illorum esse meruit, quorum ludibrium aliquando fuit.

AUCTORE D. P.

cum elogio prolixiori ex Vita.



9 *Habetur Trani Sanctus, veteri pictura expressus; sed Agnellus similiorem ipsi Sancto existimat statuam, etiam antiquam, de qua num.* 97; *et utrobique ait, capillum leviter crispum exprimi; sed in statua nasum æque ac faciem decentius in longitudinem protendi quam contrahatur in pictura: ab hac vicissim suppleri, quod dare nequivit statua, colorem scilicet oculorum, splendide ac gratiose nigricantem. Tali indicio motus petii Trano statuæ illius lineamenta transmitti, quæ æri incisa darem, et accepi, curante R. P. Nicolao Parthenio Gianettasio, editis Piscatoriis Nauticisque Virgiliana Bucolica Georgicaque feliciter imitato. Est autem tanto pluris ea facienda (et hoc spectasse Agnellum censeam) quod Sanctus egregio cuidam apud Neapolim sculptori apparens, cunctanti similem statuam effingere, jusserit vultus atque habitus sui lineamenta considerare diligentius. Dicitur autem infra num.* 97, *eo facto ita artifici successisse opus, licet Trani numquam is fuisset, nec aliam inde accepisset ideam, quam auribus susceptam ab eorum qui spectaverant ore; ut omnes juraverint simillimam esse Tranensi. Sumpta igitur hinc lineamenta accipe, potius quam ex pictura.* F

Statua Trani facta,

alia Neapoli apparenti Sancto feliciter assimilata.

ACTA QUADRIPARTITA

Ex Coævorum Auctorum monumentis.

PARS PRIMA.

De vita S. Nicolai in Græcia.

Ex relatu Bartholomæi, Sanctum comitati.

CAPUT I.

Quomodo divinitus instructus puer, cœperit ambulare, clamando Kyrie eleison: et quid ea causa passus in patria sit.

Firmam, utilem, sufficientem, et veram substantiam constituit virtus *a* ..... Quantus igitur iste est, qui nobis propositus est Sanctus.... Nicolaus: qui ab infantia sua gratia Dei plenus, omnes in se virtutes

a

Ex MSS. Magna sanctitatis puer

A tutes continuit, ac per ipsas quasi ipsius cœli itinera calcans, spei ardens incendio, heres regni fieri summopere studuit, ut sine macula criminis perveniret ad Christum. De ipso namque dici potest, Beatus vir qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecuniæ thesauris : quis est hic, et laudabimus eum ? fecit enim mirabilia in vita sua

b c prope Stirum in Achaia natus,

2 Hic venerabilis puer, ex quadam villa regionis *b* Helladis, quæ circa S. Lucæ *c* Stirensis celebre monasterium sita est, atque sub ejusdem monasterii potestate consistit, trahens originem ; parentibus, secundum seculi dignitatem infirmis, agricultoribus videlicet et pauperculis genitus, nec litterarum disciplina aut artis cujusquam industria doctus fuit. Sed, cum jam fere octo esset annorum, ad pascendas per varias partes oves a matre dirigitur : quas modico tempore custodivit. Nam sancti Spiritus splendore succensus, et divinæ gratiæ benedictione præventus, mutatus in virum alterum, repente clamare quadam die, Kyrie eleison, altissima voce cœpit : quodque semel inchoatum est opus, divinam scilicet misericordiam, devoto corde

incipit octennis clamare Kyrie eleison;

B ac voce perseveranter usque ad finem [invocare], secundum quod sibi Christus visibili specie suggerens docuit, diebus ac noctibus consummans, ad magna virtutum culmina, et gratiæ incrementa pervenire promeruit.

quare domo pulsus duodennis;

3 Ex hoc igitur mater ipsius vehementissime dolens, ipsum minis ac verberibus cœpit dure cogere, cupiens filium a tali ut putabat stultitia revocare. Sed ut cognovit, quod eum a cœpto cursu distrahere non valeret, cum jam duodecim factus esset annorum, ipsum de domo repulit; ac ne in eam ingredi ulterius audeat, amaro animo contestatur. Qui corde pacifico de villa secedens, ascendit in quemdam altissimum montem, villæ propinquum : in cujus latere speluncam invenit, in qua ursa aspectu horribilis habitabat. Quo cum ingredi voluisset, ursa, fremens et irata consurgens, impetuose cucurrit ad eum. Quam cernens vir sanctus, corde magnifico, signo Crucis se muniens, securus dixit ad ursam : Præcipio tibi, in nomine Jesu Christi, ne hunc locum intrare præsumas. Quo audito, parens Christi discipulo, loco cessit, et ab omni regione illa disparuit. Ipse vero habitavit ibidem, herbis crudis et silvestribus solum vescens, et diebus ac noctibus, Kyrie eleison, in cœlum oculis

in speluncam ursæ secedit :

C ac manibus sublevatis, fiducialiter agens, devoto corde clamabat.

quem mater energumenum rata,

4 Hoc viro Dei sine intermissione agente, Monachus quidam subito ei adstitit quadam die, aspectu venerabilis, barba prolixa, corpore nudus, capillis canus ; et Ave illi dicens, ac nomine eum proprio vocans, ad virtutum incitavit amorem ; in multisque ipsum exhortans, cum eum plenarie instruxisset, vale faciens ei, velox in desertum aufugit. Post hæc mater ipsius, anxia eum affectione requirens, cum suæ habitationis locum solicita didicisset, dato pretio filium capi fecit. Quæ suspicans eum dæmonio agitari, Monachis degentibus in præfato S. Lucæ monasterio, quod Stirum dicitur, obtulit, sicut moris est; existimans eum Sanctorum virtute liberari : ubi multo tempore afflictus, curationis gratia, a prædictis innumera mala cum gratiarum actione sustinuit. Quæ autem mala nobilis hic athleta a Monachis non est passus ? Nam primum, vexatum a dæmonio suspicantes, post multas plagas et verbera, de ecclesia ejecerunt. Qui expulsus, quæ adeo patienter flagella portaverat, ante fores ecclesiæ perseverans, et Kyrie eleison clamando orans, Deo referebat.

Stiris Monachis tradit curandum :

5 Deinde ipsum in turri summa cum diligentia recluserunt, desuper lapidem magnum ad turris D ostium devolventes. Qui ibidem positus, cum Dominum jugiter laudare non cessaret; circa noctis medium, ipso Kyrie eleison clamante, subito tonitruum factum est, et cum tonitruo lapis ablatus est ab ostio turris. Qui egressus, ad ecclesiam abiit, ac more solito alta voce clamabat Kyrie eleison. Propterea detentus a Monachis, iterum catena ligatus, in quadam cella retruditur. Sed sacræ Missæ mysterio celebrato, ipso consueto modo orante, catena, velut araneæ tela resoluta, cecidit super terram. Qui sumpta catena accessit ad refectorium, ubi Monachi convenerant ad prandium : et Kyrie eleison orans, posuit eam in oculis eorumdem. At iterum extra monasterium ejicitur, ut insanus. Repulsus vero, divina virtute, dum orat, supra solis radios sublevatur ; ac intra monasterii muros latus, et in ecclesiæ *d* trullo portatus, miro modo ascendit, Kyrie eleison more solito orans. Quo audito, Monachi, qui post prandium in suis cellulis quiescebant, hinc inde discurrunt. Quorum unus, ex obedientiæ mandato, cum gravi baculo ascendens ad eum, ipsum graviter ac dure cædens, de ecclesiæ trullo descendere fecit, cum multa festinantia et furore. E

a quibus turri includitur vinctus ;

indeque solutis catenis egressus fustigatur,

d

6 Post hoc autem contra Sanctum Monachi, quin imo potius vastatores, consilium inierunt, ut eum maris profundo demergerent, et innocentem suffocare decernunt *e* ; eo quod a clamore præfato, secundum quod optaverant, eum commutare nequirent. Nam et quod nequiter decreverunt, confestim student effectui mancipare : ipsumque furtive capientes, posuerunt in navi; ac ligatis manibus et pedibus, inverso capite, in maris pelago submerserunt. Sed misericordiarum Deus suum servum in tanto periculo non neglexit : nam de profundo eum piscis, qui delphinus dicitur, apprehendens, oreque manuum ac pedum ligamina solvens, Sanctum sine læsione portavit in terram. Qui super lapidem magnum conscendens, Kyrie eleison alta voce clamabat, gratias agens Deo, qui eum sua benignitate liberaverat. Venti autem subito procella consurgens, tempestatem suscitavit in mari. Cumque *f* [Monachi, qui eum mari immerserant, ipsimet] pene submergerentur ; humili corde, et immemor sine ira malorum quæ in ipsum ostenderant, de terra ad eos clamavit dicens ; Clamate, Kyrie eleison : quod devoto animo facientes, sancti viri orationibus liberati sunt a periculo mortis. Qui salvati, ex tunc Sanctum dimiserunt in pace. Ipse vero recedens ab eis, et cohabitationem eorum, ad quos invite fuerat introductus, fugiens, ad matrem reversus est : et accipiens de domo *g* mannariam, asciam, et cultellum, ascendit in montem ; ubi aliquanto tempore manens, cedrina ligna cædebat; faciensque ex eis Cruces, erigebat eas in locis inaccessibilibus, triviis, et præruptis ; et sic Dominum laudans, diebus singulis faciebat.

e

et mari mergitur.

f

sed et hinc liberatus persecutores suos a morte servat.

F

g

7 Angelico fervore vestitus simul et puritate hic puer mirabilis, dulci caritate flagrabat : pioque zelo motus, unicum fratrem, se minorem, Georgium nomine, quem habebat, cogitavit una secum in Dei nomine retinere. Quem a matre segregans, in quemdam montis locum solitarium valde tulit, ac dixit ei : Hic obsecro te, frater carissime, mecum unanimis persevera, et usque ad tres dies in oratione vigiles perduremus : spero enim quia Dominus, qui secundum consilium suæ providentiæ super nos futura disposuit, nobis [providebit] ex sua misericordia et bonitate, quam cito monstrabit. Ora igitur ut mecum clarificeris, et nomen tuum clarificetur per ipsum. Georgio autem morante cum ipso, in specie columnæ igneæ, cujus summitas pertingebat ad

Cruces variis locis erigit,

fratrem suum ad se pertrahit :

A ad cœlum, adstitit ei Angelus Domini; et sumpsi eos atque portavit in locum excelsum, qui Orachus *h* nominatur; et dixit ei: Hic locus glorificabitur per te usque in finem seculi, Nicolae.

et hoc ad matrem regresso

8 Georgius autem, detentus somno, graviter dormiebat: cum vero sanctus Dei Angelus recessisset, interrogavit et dixit, In quo loco sumus, o frater? Cui Nicolaus respondit, in loco sumus Dei, qui Orachus dicitur. Cui Georgius: Non sufficiebat tibi, o frater, solitariam in hoc loco vitam tenere, nisi et tecum me similiter morari compelleres? Quomodo matrem nostram desolatam relinquimus, præter me et te non habentem solatium vel juvamen? Cui sanctus dixit: Pater misericordiarum, qui omnium curam gerit, eam custodiet ab omni malo, proteget, et defendet; consolans eam et salvans eam in hoc seculo, et etiam in futuro. At vero Georgius, Sancti exhortatione et salubri consilio spreto, elegit mundanam solicitudinem atque curam; et recedens a fratre, ad matrem quam citius revolavit. Unde namque prophetia dicit? Dilexit maledictionem, et veniet ei; et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo. Sanctus vero in loco ubi eum Angelus portaverat, remanens, ligna cædens, sibi

Ps 108, 18
solus in monte perseverat,

B tuguriunculum fabricavit; ibidemque ex cedrinis lignis faciens Cruces, per desertum more solito erigebat.

frustra fratrem revocare conatus.

9 Non post multos dies domum rediens, spiritu Dei ductus, anxia caritate quærebat, si quo modo posset fratrem suum Georgium similiter secum in Dei servitio detinere, veræque vitæ bonam viam instruens eum, obsecrabat cuncta relinquere, quærens ex toto corde salutem ejus, evangelica quædam verba inferens et efficacia penitus ad salutem: et dicebat ei: Veni, et gradiamur invicem ac moremur, et simul Christo, Deo et Domino nostro, nihil soliciti militemus: sed quod ipse Dominus noster Jesus Christus discipulis suis dixit, Nolite soliciti esse quid manducetis, aut corpori vestro quid induamini. Propterea, frater, nihil solicitus sis super matre nostra: speremus in eum qui fecit cœlum et terram, et non despiciet obsecrationem nostram, sed exaudiet nos in quibus et quando in vocaverimus eum. Qui audire ipsum omnino noluit. Secessit ergo Sanctus, et iterum ascendit in montem, in quo sibi cellulam ipse paraverat, et habitavit ibidem.

Luc. 12, 22

ANNOTATA D. P.

C

a *Truncandus mihi fuit Prologus hic, lineis aliquot primis tam male ubique transcriptus, ut sensus nullus commodus haberetur; ea tamen verba legebantur, quæ nihil ad historiam facere (etiamsi sensus integer haberetur) apparebit satis.*

b *Ecgrapham unum* Hellade. *Est autem* Ἑλλὰς Græcia.

c *Est hic* S. Lucas Stylita, *cujus Vitam, sub cognomento Junioris, illustravit Henschenius ad 7 Februarii. Hic enim ultimum habitavit in loco,* Soterium, *dicto, Σωτήριον autem contractius dici Στήριον, idem notat in Comm. prævio num.* 1: *quidni etiam contractius Στῆρον, prout hic num.* 3 *scribitur* Stirum: *nam Græcum η quod a veteribus pronuntiabatur sicut oves balant medii et hodierni ævi usus offert ut* I. *sic infra num.* 14 Irene *scribitur* Irini, *quia Græce* εἰρήνη. *Obiit* Lucas *iste an.* 946, *ad cujus sepulcrum crebrescentibus miraculis, monasterium excitatum scitur ex vita num.* 70. *Ferrarius, nihil horum sciens, pro* Stiro, *legendum credidit* Scyrum Insulam; *sed illud locus mediterraneus est, inter* Achaim *et* Epirum, *uti testatur Agnellus Bruni, quas inter sita provincia hodie* Livadia *dicitur, continens Phocidem, Locridem et Ætoliam.*

d Trullus, *vulgari nomine* Cupula, *Latine* Tholus D
diceretur, rotunda fabrica, supra templi tectum plerumque et in hujus umbilico assurgens. EX MSS.

e *Aquellus paucorum malignitati hoc tribuit, qui moribus discoli, importunum admonitorem de medio sublatum cupiebant. Sed si apud nos, tanto melius instructos, nefarius ille usus invaluit, ut ex canis rabidi morsu rabidos suffocare, ne aliis noceant ipsos quoque admordendo, putetur genus misericordiæ esse, (quod tamen merito redarguit noster Joannes Roberti, in quæstionibus Hubertinis qu.* 10) *quid mirum, si rudes isti Monachi, ut tunc erant res in Græcia, consultum putaverint tollere de medio energumenum (ut rebantur) cui sacri exorcismi nihil proderant.*

f *Hiulcum subinde sensum in ecgrapho nostro, per socordiam librarii (ut par est credere) pauculis verbis additis inter has notas* [ ] *supplendum sensui.*

g *Vulgo* Mannaia, *quod* Securim *interpretantur Academici Cruseani, in suo vocabulario Hetrusco; quasi* Manuariam *dixeris, quia utraque manu vibretur.*

h *Sic etiam legit Antonius Pauli, ut dubitare nequeam quin vera sit lectio: etsi ejusmodi nomen necdum repererim ubi sit.*

E

CAPUT II.

Sancti vita eremitica; et variæ ejus in illa probationes: detersa calumnia.

In loco arenti refocillatur aqua divinitus ostensa:

Cum puer iste sanctus, continuo orans, laborans et vigilans, ac Kyrie eleison clamans; in supra scripto loco, in mira cordis lætitia, perduraret; una dierum Angelus Domini sibi apparuit, atque dixit, Ave, Nicolae: et intulit post hæc hujusmodi verba dicens: Quare hoc opus sine utilitate fecisti? Qui respondit, Quidquid vult Dominus meus, fiat. Angelus autem dixit ei: Ex quo voluntatem Dei fieri dicis et optas, utique bene facis: aquam autem hic non habens, quomodo in hoc loco poterit habitare? Qui ait, in miserantis Dei misericordia spero, quia et hic mihi aquam sua bonitate præparabit. Angelus autem Domini, modicum inde secedens, ostendit ei locum quemdam, et dixit: Hunc, quem tibi ostendi, locum effodies, ac in eo aquam invenies emanantem: sed hujus loci homines hic te morari non sinent. Et Sanctus; Si nolunt me in hoc loco manere, avertat ab eis Dominus vultum suum.

a equo feroci impositus

11 Post hæc una dierum voluit ascendere homo F
Dei in locum qui *a* in Zerichiis nominatur: quem cernens a longinquo illius loci Abbas, Theodorus nomine, Kyrie eleison suo more clamantem; probare eum volens, Monachis suis dixit: venite, imponamus eum super equum ferocissimum; ut cognoscamus, si vere vir sanctus est. Ipso autem solito more orante, Angelus Domini sibi apparuit, atque dixit; Viriliter age, Nicolae, ac confide: quia Dominus tecum est. Quem apprehendentes Monachi, equo superimpositum dimiserunt. Equus autem, omni feritate deposita, cum esset effrænis et præceps ad currendum, statim Sancti virtute in omnem mansuetudinem est conversus, et deinceps ove vel agno mitior est effectus: quod videntes Monachi, cognoverunt, quia vere eum Dominus sancta sua gratia affecisset. Nocte igitur superveniente, cum Sanctus modicum obdormisset; ecce consuetus Angelus Domini adstitit illi, et assumens eum portarit in montem, ubi ei speluncam plenam luminis monstravit. Quam ingredientes, invenere in ea tres imagines, videlicet Jesu Christi Domini nostri, et gloriosæ virginis Mariæ matris ejus, atque Joannis Baptistæ ipsius Domini Præcursoris: ante quas tres imagines, tres lampades plenæ lumine dependebant;

cum reddit mansuetum,

cognoscit in visu Tranum a se clarificandum:

Ex Mss.

A debant; et adoraverunt eas. Angelus autem Domini sustulit eum : et in Longobardiæ *b* partibus, in locum juxta mare situm qui Tranum dicitur, transportavit, et dixit ei : Iste locus per te usque in finem mundi glorificabitur, Nicolae : quia hujus regionis homines te expellent, ut non maneas cum eis, vel retardes diutius cum eisdem.

ablata sibi ferramenta miraculo recipit :

12 Qui evigilans, locum speluncæ præfatæ cum summa diligentia sæpius requisivit : fuerat enim hæc ei ab Angelo Domini in extasi præostensa. Pertransiens igitur locum montis frequentius ac requirens, cum visam speluncam invenire non potuisset, ad locum, qui Orachus dicitur, remeavit : ubi ligna cedrina cædens, et ex eis Cruces faciens, secundum quod sibi videbatur, eas in locis congruis erigebat. Quidam autem homo, Petronius nomine, de villa unde ipse extiterat oriundus, qui pecora pascebat in monte; quodam die accepit ei mannariam, asciam, et cultellum, et in domum suam occulte portavit. Sanctus autem hæc per Spiritum sanctum præsciens et cognoscens, ea reperit, eique dixit : Frater, per Dominum, redde mihi ferramenta quæ sustulisti, cum quibus Dei servitium operabar. Qui confestim ea sibi negavit. Sanctus vero dixit B ad eum : Nonne habes ea reposita in domo tua, in angulo? Qui nec sic redargutus aperte, acquiescere voluit. Dixit ei Sanctus : Vis vadam in domum tuam, et inveniam ea? Qui ait : Vade. Qui statim sine mora discedens, invenit ea in angulo domus, in sporta reposita, secundum quod dixerat: suscipiensque ea, festinus ad cellam propriam repedavit

fustigatus a Procuratore Stirensi,

13 Non cessabat autem vir Dei laborare et fatigari sedulo propter Dominum : et laboranti obviavit quidam Monachus equo insidens, nomine Maximus, Stirensis monasterii Dispensator : qui homo immitis et austerus verbis et actibus existebat : quem Sanctus humiliter et reverenter salutans alloquitur tali modo : Quomodo, venerande Pater, subjectos tuos pauperes homines male tractas, injuste opprimis et affligis, ac sine misericordia ipsos supra virtutem agere et operari compellis? Cumque Sanctus, hæc verba et alia similia dulciter protulisset; de equo descendens Monachus Maximus, antiquo ad cor odio revocato, a prædictis verbis sumpta materia, Sanctum baculo, quem portabat, tam crudeliter verberavit, quod ei pedes ac crura confregit ex toto, sicque dissipatum semimortuum C derelinquit. Jacens igitur Sanctus, plagis ac doloribus repletus, Deo gratias agens, somno præreptus, vidit in somnis S. Lucam, Stirensis monasterii fundatorem, sibi assistentem ac dicentem : Viriliter age, Nicolae, ac confortetur cor tuum, quia Dominus tecum est : ipsumque Crucis signaculo muniens, continuo resanavit. Qui surgens, abiit in Zerichiis, ubi Monachus qui eum percusserat dormiebat; et Kyrie eleison alta voce declamans, [eum] evigilavit. Qui turbatus quosdam convocans, una simul cum canibus, eum persequi jussit : qui eum manibus contrectantes, ipsum divino miraculo tenere nesciebant. Sanctus autem conscendens arborem quamdam, sibi salutem bene mercatus, de ipsorum manibus exilivit.

sanatur a S. Luca Stylita.

c d Materteræ ob inobedientiam mutæ, loquelam reddit :

14 Secedens inde, ad sororem matris suæ, Irini *c* nomine, ivit, secum vestimenta sua deportans : cui quidam prætereuntium dederunt olerum *d* aliquam quantitatem. Ipse autem olera dividens, Irini mediam partem dedit, dicens; Hanc partem tu comedes, et aliam intactam matri meæ reportabis. Quæ sumens, comedit de parte quam Sanctus jusserat reservari : quo facto confestim vocem et loquelam amisit. Sanctus autem, quod evenerat sciens, abiit; ac Crucis signaculo consignatam restituit sanitati. Post hæc autem prima die intrante Julio, D in monasterio Phari metochio, quod *e* Stirisca dicitur, secus mare sito, adveniente solennitate gloriosorum Martyrum Cosmæ et Damiani, quos *f* Anargyros vocant, Stirensique Abbate cum suis Monachis ibidem annua festa colentibus, in gaudio concurrentibus cunctis, venit Sanctus pariter cum eisdem. Cum igitur divinæ Missæ assisteret, volens Christi sacrosanctum Corpus et Sanguinem sumere, ab Abbate velut anathema cum injuria de ecclesia jubetur expelli. Contristatus Sanctus super hoc et modicum lacrymans, iterum ecclesiam introivit : ac post tres dies, solennitate peracta, secum Romam ire proposuit.

e f repulsam a sacra Communione sustinet :

ob receptam in suo comitatu puellam,

15 Et accedens ad quamdam propinquam villam, cœpit solito more clamare Kyrie eleison. In qua dum moraretur, iterum malignus diabolus, hominum saluti contrarius, adversus Sanctum paravit insidias, ac rursus perplexitatem tentationis suscitavit contra eum. Juvenis quædam pulchra facie, aptum observans tempus, prostravit se coram Sancto, obsecrans cum lacrymis, quod eam tonderet; et suæ peregrinationis, habitu mutato, consociam faceret, ac sic sequeretur eum quocumque iret. Hoc audiens homo Dei, super fervore, facie tenus ostenso, E simpliciter admiratus, et instructam decenter ex corde fidei, secundum debitum, breviter vitæ forma monstrata, dimisit. Agitata igitur intrinsecus impetu vehementi, muliebria vestimenta deposuit, ac vestimentis monasticis se vestivit; et ingressa quamdam vicinam ecclesiam, Sanctus ei comas abscidit, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, omnibus servatis, quæ secundum morem in assumptione habitus monastici dicuntur.

patitur calumniam,

sed innocens probatur.

16 Comitabatur igitur hæc mulier Sanctum ut socius : cumque ad villam aliam pervenissent, Kyrie eleison clamaverunt. Quam quidam ex domesticis et propinquis, inspectam attentius cognoscentes, comprehenderunt : a quibus inquisita, inculpabilem se et innocuam hujus rei asseruit; omnem vero culpam Sancto imponens, ipsum seductorem et stultum ac pestilentem deceptorem esse, dicebat; et quædam accusationis et calumniæ alia verba plurima, mendaciis plena, Sanctum infamando componens : propter quæ affectus injuriis atque verberibus cæsus fuit graviter a prædictis. Plurimis igitur ex affinibus puellæ supervenientibus, appellavit Sanctus ad villæ Principem, postulans quod de falso sibi imposito crimine inquisitionem faceret. Princeps autem F feminam [haud] negligenter requirens, interrogavit eam, unde aut quomodo ipsius tonsuræ causa et habitus mutatio extitisset. Femina vero, propriam conscientiam habens sui redarguentem, eam super hujusmodi negotii veritate statim confessa est; seipsam hujus rei fuisse radicem et causam, Sanctum vero tali vitio et negotio innocentem aperte manifestavit et dixit.

ANNOTATA D. P.

a *MS.* Euzichia, *itaque hic etiam legit Antonius : sed infra num.* 13 *idem nomen verosimilius scriptum recurrit; nisi quod Antonius singulariter legat in* Zerichio.

b *Hic misso a se ecgrapho adnotat Beatillus,* Longobardiam *dici* Apuliam : quia Longobardi eam diu possederunt, et tunc possidebant cum locis vicinis, totoque Beneventano Principatu : *et sic etiam rem intellexit Antonius, mutata pro tempore phrasi scribens cap.* 3, *quod Sanctus in visione illa delatus sit* ad maritima terræ Barrii, ac nominatim circa Tranum.

c *Jam dixi sic Græce pronuntiari, quod alias scribi et pronuntiari deberet,* Irene.

d

A d *Antonius, et ex eo Agnellus,* Olivarum *legisse videntur, semel iterumque.*

e Stirisca *videtur diminutive dici a primario* Stiri *monasterio, et fuisse ad littus maris juxta Pharum aliquam, unde etiam cognominatur; atque* Metochium *adjective dicitur, quod omnibus ad eam oram appellentibus, causa adeundi monasterium et venerandi corpus S. Lucæ, pro hospitio esset : Μετόχι enim, teste Portio, in suo Romano, id est Constantinopolitano hodierni idiomatis Lexico,* Vicus *est. Cangius quoque in Glossario mediæ et infimæ Græcitatis plures allegat Auctores, quibus Μετόχιον sit* cella monastica, a majori monasterio dependens, *aut etiam quodvis* monasterium. *Supra ex num. 6 intelligitur, ipsum etiam primarium monasterium non longe fuisse a mari, cum in illud mergere Sanctum voluerint Monachi.*

f Ἀνάργυροι, *id est* Sine argento, *quod gratis curarent. Coluntur autem* SS. Cosmas et Damianus *a Græcis 1 Julii, tamquam Romæ passi, et diversi a Synonymis aliis Confessoribus in Asia, 1 Novembris colendis.*

CAPUT III.

B *Transgressus in Italiam Sanctus non sine miraculis Lupias venit.*

a Assumptis Sancti socius aliquot.

Propterea Sanctus unde recessit, et abiit in terram quæ *a* Nepactum appellatur; ubi quidam Monachus, Bartholomæus nomine, Sancto adhæsit cum aliquibus, et ipse peregrinationi deditus : qui Bartholomæus de hoc mirando viro cuncta nobis narravit, secundum quod sunt superius annotata, quæ ab ipso idem audivit, vel cum multa precum obsecratione et prudentia extorsit : quæ autem subsequuntur propriis oculis vidit, ab eo tempore quo Sancto in itinere comes fuit. A Nepacto igitur transfretare volentes, dum in littore morabantur, consummat et perficit hujusmodi utile, congruum, et miraculo dignum. Marc namque ingressus femoralibus utebatur, et sive stans, sive sedens, sive incedens, sive aliquid aliud faciens, solicite Kyrie eleison devote clamabat, sua solita consuetudine ductus : qui autem simul pergebant et peregrinabantur cum ipso, eum submergere ac suffocare optabant. Ipse autem non post multum de navi exiliens, in maris pelago se præcipitavit : unde, se Dei protegente virtute, eductus, in terram, quæ Hydruntum dicitur, transportatur : sed a Bartholomæo Monacho coactus, [narrare] causam et modum suæ salutis, dixit : Domina quædam, de cœlo descendens, apprehensum de profundo pelago huc me portavit *b*. Hi autem qui cum Sancto mare transibant, similiter ad castrum *c* Hydruntum applicuerunt.

Hydruntum venit, vectus per mare [illegible];

C *b c*

18 Erat autem tunc Hydrunti navis quædam permaxima, quæ multis diebus extra portum vento contrariante permanserat, nec perducere eam valebant ad terram. Dixit autem Sanctus navis rectoribus et patronis : Si vultis quod navis ad portum veniat, quod vobis dicam implete et facite. Qui dixerunt ei, Dic, Pater. Qui ait : Quando in navi ero et vobis innuam, tunc navim trahite. Qui dixerunt ei, Vide ne forte nos derideas, Nicolae. Qui sublevatis oculis in cœlum, et consuetam orationem Kyrie eleison faciens, magna voce dixit ad eos qui extra manebant, Tollite, trahite. Tunc navis per seipsam confestim incepit incedere, nec destitit donec pervenit ad terram. Ex hoc didicerunt Hydrunti habitantes, qualis virtutis et directionis hic sanctus puer existeret, qui ipsius crucem et canulasthium *d* sumentes cum fide, a vexationibus et infirmitatibus curabantur. Non enim desinebat Dominus sanitates et mirabilia facere, Sanctis meritis et orationibus sacris : ipse autem sine intermissione cum pueris die ac nocte clamabat, Kyrie eleison. D

Ejus opera appellere fuit navi [illegible] adverso vento prohibitæ [illegible] ad portum. *d*

19 Cœperunt ergo tam masculi quam feminæ in viro Dei cognoscere et sentire virtutem : propterea supplices dicebant ei : Scimus, o Pater, quia omne quod postulaveris a Domino continuo impetrabis : igitur nostri miserere, pro nobis Dominum interpella, ut a barbarorum captivitate perpetua tuis orationibus liberemur; et nostri parentes, qui captivi tenentur, per te participent et obtineant libertatem. Sanctus autem dixit eis : Confidite, fratres, et credite ex omni virtute vestra, quia Dominus noster Jesus Christus in suis sanctis Evangeliis dixit, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, omne quod postulaveritis fiet vobis. Igitur post Sancti mortem, secundum quod prædixerat, *e* factum est. Erat autem consuetudo civibus Hydruntinis Virginis gloriosæ imaginem, cum processione psalmis et hymnis, de ecclesia in ecclesiam transportare, pro peccatis ipsorum et omnium indulgentiam postulantes. Una igitur die, cum Litaniæ celebrarentur, et Sanctus processionem sequens Kyrie eleison cum ceteris decantaret; obviavit cuidam viro seni, quem adorans, ei dixit; Salve, mi frater et domine, unius factoris mecum similisque plasmatis, et amplexus est eum. Dixerunt autem ei Christiani qui aderant; Videte, quis Judæos adorat et salutat. Et ponentes Virginis Dei genitricis imaginem coram ipso dicebant; Abba, Dominam nostram, Dei genitricem, adora. Qui ipsorum dictis acquiescere noluit. At ipsi eum aliquantulum percusserunt, ipsique dixerunt, Adora, Abba. Qui dixit, Nolo eam *f* adorare. Cum autem ab eis percussiones multas et verbera suscepisset, repente de terra surgens, cœpit hymnos, gratiarum actiones ac laudes psallere ei; in cœlumque oculis sublevatis clamabat : Gloria tibi, Domina; gloria tibi, Domina mundi et Regina : quia, propter superlaudabile nomen tuum et gloriam, hodie anima mea glorificata est.

Ex MSS. [illegible] cœptus pro Sancto honorari.

Lu 17 9

e

con sibi opinionem amentiæ.

E

f

20 Ex tunc recessit de Hydrunto, et ivit ad quamdam villam quæ dicitur Sugiana *g*, quæ sub eadem civitate consistit : intransque ecclesiam S. Nicolai Myrensis, adstantibus hominibus dixit : Clarificabitur locus iste usque ad finem mundi. Multisque ibidem moratus diebus, miracula plura fecit : indeque recedens, ad viam sui itineris cursum vertit. Occurrit autem ei in monasterio S. Laurentii, quod est secus viam, homo quidam multo tempore a dæmonio agitatus. Sanctus autem, propter inhabitantem in se spiritum Jesu Christi hoc intelligens, dixit ei : Frater, aperi os tuum. Qui aperiens os suum statim, post trinam Crucis impressionem sibi a Sancto factam, fuit a dæmonio liberatus. Qui castrum ingressus quod Olympium *h* nuncupatur, extra civitatem, Kyrie eleison more solito clamavit. Intrans autem in templum S. Zachariæ *i*, quasi circa horam diei primam, cum pueris Kyrie eleison clamans, ingreditur civitatem. Obviavit autem ei quidam, cui nomen erat Joannes; qui, cum vidisset Sanctum talia facientem, glorificavit Dominum, et dixit; Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, quia vidi hominem, tuo nomini ex toto corde gratias referentem; Sanctumque modicum comitatus est. Et ecce quidam alius homo, occurrens eis, Joanni dixit; Adhære illi, quia futurum est te cum ipso esse, et conglorificare Dominum omnibus diebus vitæ tuæ. Admirans autem Joannes ait; Vere gerit Dominus curam mei, quia vult me cum isto Monacho simul esse beatum. Id ipsum ab alio discens, super ea quæ sibi dicebantur stupebat; parentesque timens, in semetipso dicebat; Quomodo hunc sequens a parentibus potero occultari? nam me omnino hoc facere prohibebunt : occulte autem eum sequebatur.

g Inde digressus,

F *energumenum liberat.*

h

i

Innotescit ut Sanctus.

21 Cum autem ibidem diebus pluribus extitisset orationis

A orationis gratia, ad propinquum *h* Episcopatum profectus, cœpit Kyrie eleison profundo mane clamare. Quem Theodorus Episcopus cernens talia facientem, detentum crudeliter verberavit. Ipse autem ut immobilis, verbera et plagas viriliter sustinens et portans, ab ecclesia elongatur; et secedens in partem aliam, Kyrie eleison suo more clamabat. Erant autem ibi duo fratres, quorum unus vocabatur Joannes et alius Rumtibertus : ii una mane Sanctum comprehendentes, ligatis manibus et pedibus, reclusum posuerunt in cubiculo domus suæ : quibus recedentibus, lux magna in domo refulsit; et invisibiliter solutis vinculis, clausisque et signatis portis apertis, Kyrie eleison clamans, illæsus de domo potenter exivit. Qui videntes Sanctum tam cito egressum, sine læsione de domo : detentum iterum inquirebant, quis ejus solvisset vincula, et portas aperuisset. Quibus ille respondit : Deus meus, invisibiliter veniens, me de vestri carceris vinculis liberavit. Multa itaque miracula et sanitates in illo loco fecit : consolabantur autem omnes, et laudabant Dominum, dicentes: Gloria tibi, Domine, quia vidimus mirabilia de servo tuo, puero isto et ministro Nicolao.

Ex Mss. Lupias veniens fustigatur ut stultus: h

sed et hic agnoscitur.

B

ANNOTATA D. P.

a Nepactum, *Antonio Pauli* Hepatum *scribitur : vox autem dubio quin* Naupactus *signetur, portus Locridis, hodie* Lepanto, *ad ostium sinus a se nuncupati, inter Achaiam et Peloponnesum, Classis Turcicæ clade seculo superiori, et nuper a Venetorum victoria nobilitatus locus.*

b *Nescio cur hanc rem omiserit referre Antonius.*

c Hydruntum, *vulgo* Otranto, *Iapygiæ portus, horarum circiter* 130 *navigatione* Lepanto *distat.*

d Canulasthium *quid sit, nesciens divinare Antonius, dissimulavit Italice reddere. Suspicarer viatorium baculum seu scipionem Sancti intelligi, ut sit diminutivum a* Κανοῦλα *Græco-Barbara voce; nisi in ipsius imagine viderem, pendulam a zona vel latere peram Sancto fuisse, qua sibi oblatas eleemosynas condebat, indeque empta poma, dispensanda pueris ipsum sequentibus, ad cantandum Kyrie eleison. Interim autem quod* κανοῦν canistrum *quoque significet Græcis, quidni etiam* Ascoperam?

e *Antonius addit, prædictionem de captivis liberandis impletam fuisse, quando sub Urbano II, Christiani*

C *Terram-sanctam occupaverunt, id est circa annum* 1098. *Quod autem ad civitatem Hydruntinam attinet, fuit illa quidem an.* 1480 *occupata a Turcis, qui magnam civium in fide constantium multitudinem martyrio coronarunt; sed recedente hostili excercitu, cito ac fortiter recuperata est ab Hispanis. Nos de isto civium Martyrio agemus* 14 *Augusti.*

f *Non quia Deiparæ aut imaginum ejus cultum improbabat Sanctus, cujus contrarium mox ostendit; sed quia eo loco, ubi in tanta erat sanctitatis opinione, volebat stultitiam simulare, et plebis iram contra se irritare; exemplo non facile imitando, in rebus præsertim sacris : ideo prudenter fecit Antonius, hunc articulum transiens, ne vulgus, cui scribebat, inde scandalum sumeret.*

g *Sic etiam locum nominat Antonius : sed distinctius situm ejus non indicat : neque nomen* Sugianæ *exhibet tabula topographica illius tractus.*

h *Similiter nec* Olympi *nomen invenitur, quod hodie antiquatum esse, videtur Antonius indicare, et Agnellus absolute affirmat : utrumque locum inter Hydruntum et Lupias quærendum censuerim.*

i *Paulus Regius, in tabula Sanctorum Regni Neapolitani, præfixa operis tomo* 1, *indicat* Zachariam et Socios Martyres in terra Tauriani, *ea forte quam* D *Nicolaus Samson, in sua Geographia Regia Italiæ,* Taurisanum *vocat, idque in territorio Hydruntino collocat. Libenter scirem, quo die Sanctus iste colatur; et quo loco de eo agat Regius; nec enim potui invenire : quia prædicta Sanctorum tabula solis constat nominibus, absque nota paginarum quibus tractetur de singulis.*

k *Agnellus Episcopatum* Tarentinum *intelligit. Sed hic Archiepiscopatus erat, et distat ab Hydrunto itinere horarum* 20, *sive* p. m. 60 *circiter, neque scitur seculo* XI *ei præfuisse aliquis* Theodorus. *Adde quod infra num.* 27 *Sancti Tarentum adventus describitur, tamquam ad urbem ab hac diversam. Hydruntino autem Episcopatui ita proximus Lyciensis est, ut utriusque Cathedrales solum* 22 p. m. *sive leucis* 7 *distent ab invicem; hic vero reperio* Theodorum Episcopum, *apud Ughellum, qui* florebat an. 1057, *et debet per annos* 40 *aut plures Sedem istam tenuisse, si ei immediate successit* Formosus *sive* Formulus, *cujus prima notitia Ughello occurrit pro anno* 1114. *Pro eodem Lyciensi Episcopatu hic intelligendo facit, quod Agnellus infra num.* 94, *affirmet ipsum post Hydruntum primum fuisse, qui Sancti jam canonizati cultum sibi arrogaverit, extructa ipsi ecclesia.* E

CAPUT IV.

Post varia miracula, Tarentum abit Sanctus; indeque Tranum, ubi moritur.

Hic igitur una dierum, hanc eamdem civitatem ingrediens, et perveniens ad portam cuidam præpotenti civitatis *a* Principi et ex officio terram regenti, obviavit, qui cum suis servitoribus equitabat : extensisque in cælum manibus, Kyrie eleison exclamavit. Expaverunt equi a subita voce et manuum extensione; retroque conversi qui erant sedentes ceciderunt in terram : unus autem ex eis non paucis alapis Sanctum cecidit. Militibus igitur suum carpentibus iter, subito qui Sanctum percusserat, de equo cadens, dispersa sunt omnia viscera ejus, et crura confracta; et manus, quæ Sanctum percusserat, arida est effecta; diebusque pluribus quasi semimortuus miserabiliter jacuit. Ad quem vocatus Sanctus, misericordia motus est. Accidit autem quod Comes, ratione regii tributi, duos fratres in carcere detinebat, quia jus regium solvere non volebant. Hujus rei causa rogatur a consanguineis prædictorum, Comitis adire præsentiam, et supplicare pro F eis qui in carcere tenebantur: quod Sanctus audiens, abiit clamans Kyrie eleison. Obviavit autem ei primus de familia Comitis, qui procidens coram Sancto dedit ei cappam et *b* sandalia, rogans quod ea susciperet propter Dominum. Quæ Sanctus suscipiens, et aliquantulum ambulans cum homine supradicto, cæco cuidam occurrit. Quem ut vidit Sanctus, totus in lacrymas est conversus, et inclinatus in faciem, ad pedes ei cecidit; procumbensque orabat Dominum, ut cæco peccata remitteret, et pœnitentiæ participem efficere dignaretur. Cæcus autem procidens dicebat, Pater, indulge mihi.

a Percussorem suum, divinitus punitum, precibus sanat:

homicidii reo, et ideo excæcato,

23 Hic cæcus quemdam habuerat socium et in mercatione consortem : cum quo dum semel pergeret ad mercandum, insidians ei occidit ipsum, et abstulit pecuniam quam portabat. Post hæc, non multis diebus elapsis, Princeps hoc audiens civitatis captum detinuit et cæcavit. Ipse vero, suum peccatum intelligens et cognoscens, dolens deprecabatur Dominum, quod sibi propitius indulgeret. Sanctus autem, sic cuidam adhærens columnæ, et amare pro cæco plorans, rogabat Dominum, ut cæco misereretur : et interpellabat Dominum Jesum Christum,

visum restituit:

A stum, dicens; Certifica me, Domine Jesu Christe, si dignus est hic cæcus de peccato suo apud te veniam invenire. Qui dum sic attentius orat, in cujusdam turris verticem transportatur. Debebant autem eum illa die quidam ad prandium tenere, in domo in qua ipse hospitabatur. Angelus autem Domini accessit et dixit ei: Confide Nicolae, Dominus tibi compassus est. Ipse autem seipsum Crucis signaculo consignavit. Dixit ergo Angelus ad eum, Exaudita est oratio tua, ac cæci peccatum dimissum est: et hoc tibi nuntiare sum missus; et tu eum illumina. Qui Dominum glorificans, de turri cum Angelo sanus descendit in terram: et accedens ad cæcum, tacto oculorum loco, statim et visum et oculos mirabiliter reparavit.

c vinctus et inclusus ecclesiæ S. Demetrii,

24 At quidam ipsum detinentes, ad templum S. Demetrii *c* Martyris induxerunt; vinctisque pedibus ac manibus, dimiserunt in templo. Alii autem, accedentes ad eum; dicebant; Quomodo Pater, de turri sanus et incolumis descendisti? Quibus Sanctus respondit, Penitus virtus Altissimi obumbravit mihi, et a nocumento custodivit me: ipsi vero Sanctum in templo dimiserunt inclusum. Ipse vero non desinebat Dominum exorare et glorificare, B gratias agens super iis, quæ gloriose per eum operabatur. Et ecce circa horam noctis mediam, Angelus Domini adstitit, et lumen refulsit magnum in templo: resolutisque vinculis, Kyrie eleison clamans, mirabiliter de templo est eductus: et intrans ubi campanæ pendebant, campanas pulsare cœpit. Qui autem ibidem propinqui erant, tenentes eum interrogabant, Quis te solvit a vinculis? aut quis tibi templum aperuit? aut quomodo huc tali hora noctis veniens introisti? Qui dixit ad eos: Dominus ac Deus meus hoc in me fecit. Sacrista autem tenuit eum, volens manifestare gloriosa miracula, quæ per Sanctum suum Dominus virtuose patrarat. Sanctus autem, suum pallium ante imaginem S. Demetrii Martyris suspendens, dixit; Non cesset Dominus per ipsum prodigia facere et miracula in iis qui infirmi sunt usque consummationem seculi. Quod et fit usque in hodiernum diem: omnes enim, quotquot fide accedunt et tangunt, liberantur, Sancto interveniente et mediante, a quacumque detinentur infirmitate.

ibi pallium relinquit, et inde miraculis clarum;

25 Perseverabat autem in ecclesia Sanctus. Quædam autem femina, eum probare volens, virili habitu se vestivit, et cum eo remansit: ipse vero adversarii astutias ignorabat. More solito igitur Sanctus C tota quasi nocte in oratione et vigilia perduravit: volensque aliquantulum obdormire, in medio eorum posuit Crucem pretiosam Domini, quam portabat. Vidit igitur tunc illa mulier tentatrix, columnam igneam, quæ a cœlis usque ad caput S. Nicolai irradians pertingebat. Quæ cum vidisset mulier, sobria facta, egressa narravit omnia, quæ de Sancto miranda, gloriosa conspexerat. Hæc et his similia Sanctus in Longobardia facere non cessabat: nam puerum quemdam, quasi annorum octo, cui nomen Pulexetus *d*, qui erat primorum et nobilium civitatis filius, Sanctus signavit sanctæ Crucis vivifico signo; et ex tunc cœpit puer miracula facere vice Sancti, infirmitates expellere, dæmonia ejicere, et omnes languores curare.

et cum femina tentatrice noctem inscius agens,

objecto igneæ columnæ defenditur: d

puero confert gratiam miraculorum, e

26 Ex tunc Sanctus inde recedens, in castrum *e* Evectum abiit, unius diei itineris spatia a prædicta civitate remotum, Kyrie eleison more solito clamans: ubi in cujusdam viduæ pauperis domo manens, per quosdam devotos viros Christi dilectores, ei quæque necessaria ministrare studebat. Nam ligna proprio dorso ferens, ad hospitium reportabat, dicebatque ei; Mulier, Domino dispensante, in domo non deficiet tibi, per me servum suum, gratia et misericordia Dei nostri. In hoc autem castro, quemadmodum et in ceteris villis, civitatibus et castellis, indesinenter Kyrie eleison clamabat. Sic Sanctus iste, Kyrie eleison psallens, Pœnitentiam agite, omnes Christiani, clamabat; quemadmodum impiis Judæis gloriosus Christi Præcursor clamavit. Propterea quidam *f*..... illusores, Sanctum Domini capientes, in modum Crucis tonsum, Diaconum *g* derisive fecerunt: Deus autem ipsum opere in Ordine Diaconatus instituit.

viduæ pauperi benedicit.

D

pœnitentiam prædicat: f g

27 Egressus autem inde in aliam civitatem *h*, Tarentum nomine, venit clamans, Kyrie eleison, et Pœnitentiam agite. Ad clamorem igitur ejus civitatis *i* Episcopus conturbatus: erat autem nox: die vero lucescente multas vehementes plagas Sancto infligi fecit. Tantum namque eum inhumane et die verberaverunt, quod sanguis ejus terram circumquaque tingebat. Qui inde discedens, in civitatem *k* Tranum nomine venit; ab importabilibus et multis prædictorum plagis corpore laniato. E nimis male sentiens, in infirmitatem cecidit dolorosam et gravem; vocatusque recubuit ante fores ecclesiæ sanctæ virginis Dei genitricis *l* Mariæ. Ubi lumen inenarrabile et ineffabile ipsum cœlitus circumfulsit, eique a corpore peregrinationem prædixit ad Dominum Jesum Christum. Ad hæc nihil curans Sanctus hic innocens de offensa, eum qui se percusserat Episcopum *m* convocans, indulgentiam ab ipso accipere postulavit. Equidem remittens Episcopus, indulgentiam Sancto dedit; sed, propter offensionem quam in eum fecerat, verius eam ipse suscepit. In ultimis autem Sanctus quasi spirans, signa et mirabilia faciebat. Nam in extremis adhuc vivens, quale miraculum Salvator in nuptiis, fecit. Aquam enim postulans, et ex ea aliquantulum bibens, residuum cuidam assistentium dedit: qui accipiens et bibens, non aqua, sed dulce erat vinum, redolens et suave, multo delectabilius nostro, ac longo ab ipso medio distans.

h

i idem Tarenti faciens fustigatur: k

unde Trani ægrotans, l

m ibi se moriturum discit:

aquam in vinum mutat

28 Hæc omnia mihi Monachus Bartholomæus narravit; qui erat homo humilis et affabilis omnino, verbo temperatus et verax. Hic autem Sanctus numquam phantasma dæmonum habuit aut vidit; excepto quod semel in littore dormiens, in eoque circa noctis medium facto tumultu evigilans, se videre putabat quamdam de quodam sinu navem egredientem, Agarenorum multitudine plenam, contraque ipsum portari impetu vehementi: ipse autem Kyrie F eleison clamans, eam confestim exterminavit. Indutum vero se, quasi per ludum, habitu *n* monastico a Stiri Monachis, asserebat; unde nihil secundum morem abrenuntiantium seculo perfecerunt. Decentius vero et honestius hoc contemplando et bene vivendo [illum] ornavit; et usque in finem, simpliciter et innocenter, sine macula et offensione, se custodivit. Sic igitur hic B. Nicolaus vivens, talemque conversationem, et institutionem a cunabulis et juventute ostendens, sicut bonus et Domino collectus, placentia ei, opera et virtutes demonstrans, a laboribus terrenis assumptus, ad bona amabilia et concupiscibilia transmigravit; ut bonorum sibi repositorum a dilecto frueretur, eorumque perenni voluptate satiaretur, et oraret pro nobis ad Dominum, ut æternorum bonorum consortes efficeremur, gratia et misericordia Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto est gloria, honor, et imperium, in secula seculorum. Amen.

et dæmonum victor,

post vitam rigidissime actam. n

pie moritur.

A

A. ADELFERIO EX MSS.

ANNOTATA D. P.

a *Ughellus Tom. 7 Italiæ sacræ col.* 95, *exhibet instrumentum donationis, anno* 1115, 15 *Augusti, Indict.* 8 *factæ Ecclesiæ Lyciensi, cui præmittitur* ✝ Signum Crucis, manu Domini Goffridi, Lycii et Hostuni Comitis, *donatoris, et primus subscribit* Joannes Vicecomes. *Iste autem Goffridus potuit etiam fuisse Comes hic notatus, aut saltem hujus filius.*

b *Agnellus credit Nicolaum* Tandolia *pauperibus cessisse, eo quod nudipes perseveraverit incedere :* Cappum *certe seu* pallium, *ut infra nominatur, cito dimisisse legitur.*

c S. Demetrius M. *a Latinis* 8, *a Græcis* 26 *Octobris commemoratur, etiam in Calabria, Græcis ritibus ut plurimum et diutissime usa; celeberrimumque, ibidem habet cultum; unde ab ejus nomine istic invenitur dictum oppidum, inter Gallipolim et Hydruntum media fere via positum.*

d *Errat Agnellus, cum Hydruntinum facit hunc puerum : ipse autem Antonium secutus,* Dulcettum

B *vocat.*

e *Antonius rem narrat, sed locum relinquit anonymum : unde intelligo MS. Tranense haud satis legibile hic fuisse. Quid si* Castrum S. Viti *intelligi credas? Abest hoc Lycio* p. m. 26 *itinere horarum* 8.

f *Ecgraphum nostrum* civitatis *illusores, legendum forte,* Sanctitatis : *ego vocem non necessariam omittere malui.*

g *Neque Græcorum, neque Latinorum Rituale Diaconos tonsurandos præscribunt : sed Clericis Monachisque ordinandis tonsuram impendit, incisis in fronte, in occipitio, et ad utramque aurem capillorum extremitatibus : ac denique in vertice cincinnis tribus, veluti ad Coronæ sacræ initiamentum. Hæc deinde tam Monachis quam Clericis, si prius formata non est, a tonsore perficitur. Verum quid miremur nihil rite factum in ordinatione derisoria? Antonius cap.* 5, *ait* Capillos *Sancti, cum Tranum venit, fuisse* longos more Graecanico, et in formam coronæ circum caput sparsos.

h *Distat* Tarentum *a Castello S. Viti* 22 p. m. *in Occidentem, intercurrente Apennino.*

i *Ughellus in correctionibus, ad tomum* 7 *positis post Indices, correctum volens quod in Archiepiscopis Tarentinis scripserat col.* 171 *ex Juvene; et Albertum*

C *(quem hic Draconi successorem dederat pro anno* 1072, *sufficiens Basilio, pro annis* 1084 *et* 85 *noto nititur Donatione, cui* Albertus *cum Archiepiscopo Cusentino Rodolfo subscripsit anno* 1092 *seu potius* 1093, *Indict.* 15, v *Idus Decembris.*

k *Distat* Tranum *Tarento* p. m. *circiter* 60; *Beatillus autem hic aliquid deesse putat, quo, intelligatur, sequentia, antequam Tarento Sanctus discederet, accidisse. Equidem deesse aliquid censeo etiam ipse : sed non aliud quam similem scilicet fustigationem, Tranensis quoque Episcopi jussu inflictam : quæ tamen omissa fuerit, non quidem ab Auctore, cuncta ut acceperat hactenus fideliter referente, sed jussu Amandi aut alterius trium partium collectoris; non satis animadvertentis, quam male omnia, istis sublatis, cohæsura essent.*

l *Hæc Cathedralis Trani erat : quod etiam facit ad prænotatam suspicionem firmandam : nam quæ eidem Virgini sacra habetur Tarenti, ad littus maris sita, non videtur prima excipere potuisse ex adversa prorsus parte advenientem Nicolaum. Cathedralis autem S. Cataldo urbis Patrono sacra est.*

m *Quis credat, Tarentinum Episcopum, tanto intervallo requisitum a Sancto, aut Trani præsentem tunc fuisse? Tranensis Episcopus Bisantius, utcumque pius* D
ac postea de Sancto optime meritus, potuit tamen, ad primam nocturni clamoris insolentiam, idem fecisse, quod Tarentinus Albertus; factum deinde excusasse ipso coram audito, quod tamen sequentis partis auctor Adelferius, ipsius jussu scribens, dissimulavit, æque ac alibi inflicta verbera.

n *Antonius ait simplici penula usum, quæ usque ad genua solum pertingeret, cetera nudum ambulasse. Agnellus cap.* 20 *indicat, quod illa, licet tam diu gestata; inventa sit quasi nova, nusquam lacera, nusquam decolor : quod forte ex Processu adhuc inedito sumpsit.*

PARS II.

De Sancti adventu Tranum, et obitu eumque secutis miraculis, Auctore Adelferio, teste in pluribus oculato.

Ex tribus MSS. et Ughello.

PROLOGUS.

E

Fructuosum ac posteris commodum et profuturum est, cum Sanctorum memoria, litterario tradita studio, legentium vel audientium corda ad vitæ cœlestis exemplar informarit. Hoc itaque non paucis pernecessarium fore animadvertens, reverentissime Pontifex Bisanti, et divini juris cultor ac præceptor mihi Adelferio, vestræ sanctitatis famulo, de vita et miraculis beatissimi Nicolai, agnomine Peregrini, quæ certiora compererim, præcipis enarrare. Quod profecto dilective prosequerer, nisi ignorantiæ conscientia confunderet mentem. Ast cum tantæ profunditatis intueor pelagus, in me reversus, quibus queam superare remegiis, non invenio : funemque a portu convellere expavesco : ne procellosis quassus fluctibus, naufragium patiar, et placidi sinum æquoris minus attingam. Cujus rei causa, in tanta doctissimorum copia; cur me potissimum, venerabilis Pater, nullius prærogativa solertiæ suffragatum, secernas, mirans stupesco : cui et naturæ et ætatis debilitas officit.

Auctor excusat tenuitatem :

30 Sed quoniam divinorum præceptorum non immemor, Christi Ecclesiarum atque Sanctorum diligentissimus procurator existis; jussis tuis (quia repugnare nullo modo ausim) non audaciæ temeritate, sed obedientiæ devotione parere conabor : confido enim; quod si præceptum obedientia, obedientiam quoque sequetur effectus. Miracula igitur F
beatissimi Nicolai Peregrini, Confessoris Christi, quibus Archiepiscopatus ac *a* Synkellatus tui beata floruerunt tempora, quæ nullius scilicet mihi relatu comperta, sed proprio oculorum intuitu cognita, carptim explicare aggredior : indubitanter credens, Præsul insignis, meritis tuis et precibus, omnipotentis Dei Matrisque ejus et Virginis gloriosissimæ Mariæ, hujusmodi Sancti, cujus gero affectum, patrocinium obtinere; ut, quod animus fideliter exoptat, exprimat lingua.

a scribit a se visa miracula

ANNOTATIO D. P.

a *Iisdem plane verbis styloque tam simili utitur in Præfatione, is qui Vitam* S. Leucii *edidit,* Joanni *Archiepiscopo Tranensi inscriptam (sedit autem hic paulo ante Bisantium, ob conniventiam cum Græcis depositus a Nicolao Papa II an.* 1059) *ut dubitaturus non sim, in recognoscenda die* XI *Januarii, cum, qui istic* Anonymus *est,* Adelferium *nuncupare. Quid sit* Synkellatus, *male hic scriptus* Synkillatus, *explicat ille infra num.* 41, *dum* Bisantium *appellat* Archiepiscopum Tranensem

A nensem et Augustalem Synkellum. *Non solum ergo inter Ecclesiasticas dignitates* Synkellatus *censetur, proximus ab Episcopo gradus; sed etiam secularium titulorum unus, honoris causa fuit Tranensibus Archiepiscopis ab Imperatoribus Constantinopolitanis attributus; itaque Archiepiscopali titulo non inferior, sed par æstimatus, et pluribus verosimiliter Episcopis Græciæ communis, quomodo inter* XII Pares *Franciæ, sex numerabantur Ecclesiastici; videlicet Archiepiscopus Remensis, cum Episcopis Laudunensi, Lingonensi, Bellovacensi, Catalaunensi, Noviomensi.* Bisantii *autem hujus tempus concluditur intra annos* 1071 *et* 1118, *quibus ultima ac prima notitia invenitur decessoris* Delii *et successoris* Hucbaldi; *licet nequeat definiri, quanto citius hic cœperit, ille diutius vixerit.*

CAPUT I.

Vita sancte acta. Obitus pius.

Cum Romanæ Sedis secundus Antistes gloriosissimus *a* Urbanus, opere et doctrina præpotens, et eloquentiæ fonte redundans, Apostolorum et Apostolicorum vestigia prosequens, ac pastorali cura intentus, Ecclesiarum feliciter gubernaret regimina; et *b* Alexius Imperator excellentissimus, Catholicæque fidei cultor, Constantinopolitano subnixus solio, Romani Imperii retineret habenas; adolescens quidam, genere Græcus, Nicolaus nomine (qui postea a peregrinationis eventu Peregrinus a nobis cognominatus est, ad Italiam transfretavit. Hic vero in S. Lucæ monasterio Styro, quod in Græciæ partibus situm est (prout aiunt) diutius *c* obversatus, vitam egit Angelicam. Cumque Dominica præcepta, quæ crucem tollendam, sicque Dominum jubent sequendum, solicitus animo pertractaret; non modo spiritu, sed carneis manibus crucem ardenti desiderio complectens, monasterio discessit; et, ut Christum sequi valeret, secularia damnans oblectamenta, peregre profectus est. Qui ubi Hidruntum appulit urbem, ibidem paululum commoratus, populum sese ignorantem deseruit, arreptoque itinere venit Tarentum: quo aliquamdiu *d* commanens, quædam (ut perhibent) miranda patravit, ob idque omni fere vulgo honori est habitus. Sed quia summa deliberarat Majestas, Tranensem urbem tanto decorare Patrono, et pretioso ditare cadavere, ob justorum merita; Tarento vale dicens, per urbes *e* maritimas C incedens, quas enumerare supervacaneum ratus sum, tertio decimo Kalendas *f* Junii Tranam demum adventavit.

a — B — *Nicolaus, ortu Græcus, b* — *in monasterio S. Lucæ degit. c* — *adit Hydruntum, d* — *e* — *et Tarento Tranum venit 20 Maji; f*

32 Ingressus itaque civitatem, et Christi crucem, sicut ei vulgo solitum erat, bajulans, puerorum ex more collegit multitudinem: quibus prævius quæque urbis loca circumiens, in Dei laudibus semper accensus, Kyrie eleison clamitare numquam cessabat: puerosque consequentes, ut et ipsi quod præcinebat succinerent, Argiva lingua adhortabatur. Quibus, ne se desererent, sed magis magisque multi assequerentur, pomorum fructibus variorum dulciter blandiebatur. Namque si quos acciperet eleemosyna nummos, non tenaci illectus ambitione, marsupiis postmodum reservandos anhelabat inferre; sed ex ipsis poma empta pueris dispertire. Quod Tranenses, insolito perculsi negotio, insani hominis esse arbitrabantur: ipsumque (pro nefas! referens horresco) illusioni ac contemptui velut dementem plerique habebant. At nonnulli, quibus altior erat sensus, hujusmodi opera perspicacius contemplantes, miræ sanctitatis meriti eum esse (sicut paulo post in propatulo claruit) constanter asserebant: atque eumdem tamen, etsi longe aliter *g* atque decebat, venerabantur: de cujus vita et moribus nemini est facile cuncta proferre; non si Tullius orator clarissimus nunc ab inferis reviviscat, et præsens adsit. Quis enim tam est facundæ loquacitatis, ut depromere queat ejus spiritum, numquam ab oratione laxatum? Quippe etsi interdum silere videbatur, in ipso (ut ita dicam) silentio divinæ gratiæ introrsum susurrans vacabat.

pueros alliciens, cum illis Kyrie eleison clamat: — *g* — D — *A. ADELFERIO EX MSS.*

34 Tanta inerat ejus abstinentiæ frugalitas, ut singulis decursis diebus perduraret jejunus; neque alia hora, nisi vespertina dumtaxat parum per panis et aquæ sumere consuevit, non saturitatis causa, sed ne longiori jejunio deficeret: cui [tamen] non, ut assolet, ex jejuniorum sedulitate macies; verum, acsi numquam abstineret, pinguedo contigit? Qui cum esset primævæ indolis, ac novo lanuginis flore genas vestiente continentiæ deditus, nequam seculi labem, qua hæc ætas coinquinari solet, fugiens exhorruit. Paupertinis indutus panniculis, nudis pedibus semper incedebat. In vigiliis vero adeo pernoctabat, quod plerumque noctu astans oraret. O virum omnimoda dignum veneratione, cujus vox melliflua suavissimis insonabat eloquiis! qui tantæ se ostendebat efficaciæ, ut columbinam servaret simplicitatem, et serpentis prudentia non careret! Sed E ecce dum beatissimi Nicolai Confessoris Christi singula merita monstrare conatus sum; longius altiusque processi, et ad quantitatem virtutum ejus pene nihil dixisse videor. Nunc ad narrationis ordinem stylum verto.

pane et aqua victitat: — *moderatus in vestitu et somno:*

35 Cum beatissimus Nicolaus, officiis insistens divinis, puerili agmine urbis mœnia sæpius circumiret; Bisantius, præclarus Archiepiscopus et litterarum industria non mediocriter præditus, vulgi rumore permotus, quidnam esset, solicitus exquisivit. Cui cum foret relatum juvenem Græcia oriundum in urbe applicuisse, nescium aliud agere, nisi Kyrie eleison vocitare; ad se eum confestim venire jubet *h*. Cumque vir Dei coram Præsulis præsentia ductus adstaret; interrogatus ab eo, cur hæc ageret; sereno vultu, mitibus alloquiis, tale dedit responsum: Domine, ait, quem nulla latent Evangelica jussa, nequaquam tibi occultum est, qualiter Dominus noster Jesus Christus præceperit, ut, si quis post eum vellet abire, crucem tolleret suam, seque sequeretur: ipsisque discipulis iterum dixisse nosti, quod nisi conversi essent, et sicut parvuli efficerentur, in cœlorum regnum non intrarent. His igitur animadversis, Crucis signaculum interius exteriusque gerere, et sub parvuli forma F pergere non erubui, non hominum illusiones vitavi. Quod utrum oporteat agere, tuo judicio derelinquo: nam apud vos, nisi tibi displicuerit, mihi velle est immorari; sin alias, hac ultroneus urbe proficiscar. Cum hac, et alia summa ratione connexa sermocinantem beatissimum Nicolaum sagacissimus Archipræsul audiret; intellexit, eum Dei famulum, et magni meriti esse: ac deinde hujuscemodi protulit verba: Cum tua, inquit, oratione cognoverim, quod divino præcepto tanta susceperis, cur ergo te jubeam recedere? Malo equidem ut usque in solennitatem beatissimorum Apostolorum Petri et Pauli hic immoreris, consuetas laudes non deserens; et quæ victui sunt necessaria, tibi assidue venienti ultro concedam.

Bisantio Archiepiscopo reddit rationem facti: — *h* — *Luc. 9, 23* — *Mat. 18, 3*

36 Talibus inter se dictis, Christi athleta Nicolaus, cœlesti motus instinctu, Archiepiscopum, plura dicere volentem, medio sermone reliquit; eoque salutato, ejus aspectu ocius abscessit. Quem diu expectatum ubi puerilis cernit frequentia, læta omnis ad obsequendum ruit. Lætus ergo et ipse, cum vidisset pueros, veloci ut solebat incessu, vultu hilari, spirituque ferventi præcedens, voce canora urbis loca implebat: nam et pueri subsequentes (quos

repetit cum pueris Kyrie eleison:

A (quos pomorum demulcebat largitione) consonis *A. ADELFERIO EX MSS.* respondebant vocibus. Plebem videas universam jam desiderare illum videre. Quis enim oris ejus dulcedine non cuperet satiari, cujus allocutio Angelis erat comparanda? Sed quia ingenii angor paupertate, non est meæ opis omnia quæ occurrunt seriatim evolvere. Ideo ad rei exitum pergo festinus.

37 Beatissimus igitur Nicolaus cum apud urbem Tranensem triduo degeret, puerisque stipatus Dei misericordiam indesinenter postularet, quarto denique die languore correptus, cujusdam hospitis (Sabinus *i* nomine) lectulo occubuit, et febricitari *i* *æger invisitur a pluribus,* acriter cœpit. Quod ubi Tranensibus est cognitum, tantus quidem erat concursus omnium, sed maxime mulierum, quæ nimio amore flagrantes, eum visere exoptabant, ut domus qua jacebat vix eos caperet, Nullus femineus prætermissus est gradus, qui non ad eum visendi conflueret gratia. Ipse virginum chorus, quia luce adesse nequibat, tenebras tota intentione et desiderio præstolabatur, ut vespera ascendente ad ipsum properarent. Nullo temporis momento domus erat vacua: sed ex visitantium copia B diurnis plena, nocturnis plenior spatiis, populo multiplici frequentabatur: circa lectulum assistentes, quo sibi benediceret, supplices exorabant. Pueros quoque, quos paterno fovebat affectu, constat plurimum doluisse; stratumque circumdantes, acsi parente orbati, flebiliter conquerebantur. Quibus vir Dei, mansueti ut erat pectoris, leniter locutus, solatii causa Crucem gestandam tradidit, solitas laudes circumquaque cantaturis. Cum autem omnipotens Deus famulum suum in labore positum vellet quiescere, et mundo virtutum ejus merita demonstrare; ut Tranensis civitas ejus radiis illustrata semper lucesceret, ad convivii sui epulas invitare dignatus est. Secundo itaque die mensis Junii *k* *k* nis soluto debito, cœlo spiritum reddidit.

38 Cujus sanctimonia quam præcelsa, quamque *moritur 2 Junii,* fuerit veneranda, hic jam liquidius enituit. Nimirum, quasi Angelica tuba clangore intonaret ingenti, sic velox fama totam repente perculit urbem; et beati viri nuntia mortis, populum omnem replevit: qui protinus, velut cœlitus foret inspiratus, et divino oraculo commonitus, ad beata funeris ejus obsequia gratulabundus concurrit. Nemo plane usquam remansit in urbe, qui hoc declinaret spectaculum; non viri, non mulieres, non defuerunt adolescentulæ, non defuerunt infantes. Verum omnis C civitas in unum collecta (mirabile visu) certatim *corpus accursu omnium honoratum,* confluxerunt. Neminem opera detinuerunt officialia: sed mirum in modum, omnibus posthabitis et parvipensis, eo concurrebant; quo et honestus ordo Clerorum, numquam alias copiosius devotiusque, festinavit. Quod primum maximumque miraculorum fuisse, nemo quis dubitet: cum in advenæ et peregrini funere, necdum per eum signo ostenso, tanta utriusque sexus congregata est copiositas: quod idcirco gestum reor, ut miraculorum insignia plures testes haberent.

39 Postquam autem funereas explevere exequias, *defertur ad ecclesiam B. Mariæ: l* gloriosissimum corpus impositum feretro, populosa præcedentium sequentiumque frequentia, ad B. Mariæ *l* ecclesiam, non sine divino numine, honorifice detulere, Repleta vero ecclesia, major pars foris astabat, quia populo exclusa, ingredi non valebat. Cumque in medio ecclesiæ B. Nicolaus foret locatus, universa plebs manus pedesque ejus osculatum devotissime pergebat. Gaudebant omnes illum cernere, illumque membratim deosculari: ac si quis forte quorumdam impetu præpeditus Sancti careret osulo, magna afficiebatur mœstitia. Quantus equidem deosculantium fuerit accessus, grabati indicat fractio: cujus compages populo irruente mi- D *claret miraculis.* nutatim soluta est. O inenarranda benignitas Redemptoris! Quem nulla viderant prodigia facientem, jam pro Sancto colebant: quippe et infirmos quosque deferentes, super Sancti corpus spe restituendæ salutis ingerebant: neque ea res eos habuit falsos. Ubi enim perfecto feretro, nitidissima B. Nicolai membra luculentissimus, jussu Archiepiscopi, qui secus altare est locus contineret, et ex Missali Officio parum superesset; innumeræ deinceps per eumdem Christi famulum virtutes ostensæ sunt: quæ non solum hoc temporis, quando beata Christianorum fides est florida; sed in exordio, ad Ecclesiæ ædificationem sufficerent.

ANNOTATA D. P.

a *Urbanus II præfuit Ecclesiæ a die* 12 *Martii anno* 1088, *usque ad* 29 *Julii anni* 1099.

b *Alexius Comnenus Imperator CP. a Kalendis Aprilis anni* 1081, *usque ad* 15 *Augusti anno* 1118.

c *Fortassis ab anno ætatis* 13 *usque ad* 17: *adhuc enim puer vocabatur et videbatur, undevicennis cum obiit. Gratis autem dicit Ferrarius, quod* Institutum S. Basilii *sit* amplexus: *jam enim ex num.* 28, *vidi-* E *mus nihil circa ejus receptionem aut vestitionem legitime actum; unde nec Monachi habitum in Italiam attulit, sed simplicis Eremitæ vestitum, scilicet penulam, absque capucio, absque scapulari, et absque pallio; quomodo etiam pingitur, et quidem imberbis adhuc.*

d *Imo potius* Lycii: *nam brevior ei Tarenti mora fuit, juxta num.* 27.

e *Si Tarento* Ostunum *ivit Sanctus, ad Adriatici maris oram, unde discesserat, regressus unius diei itinere; præter oppida littoralia complura, attigisse potuit Episcopales civitates, Monopolim, Conversanum, Barium, Bitectum, Bitontum, Molfettam, Vigilias, Andriam, omnes aut mari adsitas, aut inde non remotas longe. Neque plus requirit primæ partis contextus. Agnellus tamen cap.* 9 *ait, quod Sanctus, utriusque Calabriæ littora legens, ingentem quasi arcum peregrinando formaverit: quo casu in prima illa parte, multa vel omissa fuerint a Monacho Bartholomæo, vel longe major, quam alias videatur, factus in originali Tranensi hiatus.*

f *Ergo die Sabbati post Ascensionem Domini. Nam anno* 1094 *Pascha celebratum est* 9 *Aprilis.*

g *Id est,* multo infra condignum.

h *In consequentibus demonstrata Sancto per Episco-* F *pum benignitas, non prohibet duriorem initio tractationem ab eodem susceptum, priusquam referentibus aliis cœpisset dubitare, stultine vociferatio talis esset, ac sublimioris instinctus effectus. Verbera autem prius Trani inflicta, tam potuit hic auctor dissimulare, quam dissimulavit similem a Tarentino Episcopo injuriam; nec non causam postremi morbi.*

i *Addit Agnellus cap.* 24, hospitale cubiculum istud meruit deinde, ob reverentiam Sancti, in sacellum converti; magisque etiam honorari a tempore, quod cum omnes circum ædes solo straverit annorum sexcentorum decursu, tugurio tamen isti aut non potuit aut noluit adferre nocumentum.

k *Baronius ad Annum* 1094 *num.* 38. Hoc eodem anno, *inquit,* Tranensis in Apulia Ecclesia nobilis, magis illustratur S. Nicolao cognomento Peregrino, dum ex hac vita migrat in cœlum IV Nonas Junii. Ita Deus copioso imbre gratiarum fecundiorem reddidit eamdem Ecclesiam, quæ merito ejus cultum propensiori studio semper est prosecuta.

l *Antonius, et post eum Agnellus, eamdem ecclesiam appellat* S. Mariæ de Ursis; *quod ei cognomentum postea crediderim additum a cognomento restauratoris: et forte a Familia Ursina, ex qua tres consequenter Archiepiscopos*

A *chiepiscopos Tranum habuit, Latinum, Joannem et Cosmam, ab anno 1439 ad 1481.*

CAPUT II.

Miracula ante et post sepulturam facta.

Ante sepulturam cæca illuminatur;

Quædam igitur puella Tranensis indigena, cui Mundellæ vocabulum est, lumen, quod trium annorum spatio amiserat, cupiens; ad ecclesiam, quo Sanctus detinebatur, anxia cum cetera turba convenerat, sperans salutem posse adipisci, tametsi Sancti fama nondum vicina compleverat. Quæ ubi super venerandum irruit corpus, nobis astantibus, diem clarum prospexit. Quæ res miraculorum initium, et B. Nicolai vitæ testis extitit, et infirmantium corda in maximam spem arrexit. Hoc ergo signum mulierem aliam, Bisantiam nomine, cominus astantem, cujus brachium jam dudum aruerat, propius accedere compulit : quæ circumfusæ multitudinis densitatem vix irrumpens, ad desideratum corpus tandem pervenit. Cumque osculans inhæreret, pristinæ restituta et saluti : et spectantium

curantur mulieres infirmæ duæ.

B animos in Christi laudem permovit erumpere. Mulier etiam quædam, Alva vocabulo, doloris nimietate fatigata, corporis nodositatem ab olim fuerat passa. Cumque ad ecclesiam ducta, super Sanctum fuisset effusa, sacrum corpus corporis extemplo nodum absolvit. *a*

a *Corpus traditur sepulturæ.*

41 Cum hæc et alia quamplurima per beatissimum Nicolaum efficerentur miracula, jamque dies inclinaretur ; Bisantius Tranensis Archiepiscopus, et Augustalis Synkellus, genere clarus, facundia clarior, nullique secundus, cum omni Clero accedens, venerabile corpus reverenter abstulit; et in quemdam ejusdem ecclesiæ angulum, cum laudibus et honore debito deducens, dignæ tradidit sepulturæ : glorificans Deum, qui urbem Tranen tanto locupletavit thesauro. Recondito itaque sacro corpore, non solum virtutum magnalia non cessarunt, verum uberiora fiebant, sicut subsequens insinuabit sermo. Puer igitur quidam Tranigena, cum ab infantiæ esset contractus ætate, longævo jam ægritudinis labore defecerat. Is ergo B. Nicolai opinione percepta, contractione desiderans enodari, ad ejus tumulum propere allatus, optato potitus est beneficio. Adolescens quidam, Petracca nomine, nobili

Sanantur 2 Contracti,

C genere ortus, cujus artus proprio officio destitutos continua innodarat *b* contractio, cum juxta venerabile corpus adsisteret ; quod optanter poposcit, populo adstante, munus obtinuit.

b

42 His ergo peractis, beatissimi Nicolai fama passim discurrens, non tantum finitimos, verum longinquos, Tranensem accersibat ad urbem. Qui inopinato exciti terrore, infirmos variis ægritudinibus laborantes, ad sanctum corpus devotissime deferebant. Porro languentium copia numerum superabat, e quibus plurimos reddita sanitas repatriare concessit. *c* Vigiliensis quidam, nomine Desigius, cujus membra sedulo cruciatu detenta, jam dudum nodosa torpuerant ; dum B. Nicolai deprehenderet mirabilia, ad ejus arcam desideranter accessit : qui paulo post extentus, domum propriis pedibus repedavit. Interea homo quidam Calabriæ incola, audiens innumeras virtutes, quæ per Christi famulum Nicolaum in urbe Tranæ jugiter ostentabantur, ipsius sarcophagum credula spe advenit, resumendi luminis, quo indigebat, fiducia. Qui post pusillum clari visus adepta gratia, ad propria ovanter discessit.

varii aliunde venientes; *c* *contractus,* *cæcus,*

43 Paucis interim decursis diebus, quædam mulier *d* Terliciensis, quæ nuncupabatur Maria, cujus corpus totum erat nexibus colligatum, ut singula

d

membra suis vacarent officiis, ad sanctum deducitur D tumulum. Hæc autem urbem Tranensem ingressa, respicientium introitum terruit : quippe quia in asino sedere non poterat, in cophino ad instar globi allata est. Cumque coram Sancti procumberet tumulum, incredibile memoratu est quam facile pristinam receperit sanctitatem.

A. ADELFERIO EX MSS.

contracta alia;

44 Modico temporis elapso, cum Beatissimi Nicolai celebre nomen per totius Italiæ climata latius increvisset; contigit quemdam Flandrensem, Andream nomine, quem, præter brachii dextri ariditatem, dæmonis manciparat nequitia, Tranensem profectum ad Ecclesiam, Sancti suffragium oraturum [adesse]. Hic itaque prope reverendum corpus assistens, spectanti populo pavorem addidit ; nempe, ubi spiritus immundus molestius infestarat, solotenus consternatus semianimis palpitabat. Taceo equidem quod marmorea capite pulsaverit pavimenta, quodque sui oris spumæ ora linierint. Quadam tamen die juxta altare, quo Sanctus prius jacuerat, astans ; subito effectus *e* integer, palmas utrasque, multis videntibus, ad cœlum erexit illæsas ; et dæmonem, interventu B. Nicolai, abscessisse gavisus, Omnipotenti grates egit immensas. Hoc profecto gloriosum miraculum neminem Tranensium latuit ; nam in Curia benignissimi Archiepiscopi diu permaneus, ejus denique jussu Hierosolymam adiit lætus. E

energumeni, vir unus, *e*

45 Eodem fere tempore mulier quædam, Anastasia vocabulo, ex oppido *f* Mutilæ, quam nequissimus superirruens spiritus crudeliter vexabat, sanguinolenta crines, oraque lacerata, ad beatissimi Nicolai Peregrini refugium accessit anhela : quem alacrem illico sensit adjutorem : siquidem ante ejus obdormiens sepulturam, dæmonio est liberata. Quæ expergefacta, interrogantibus se qualiter hoc acciderit, respondebat ; vocem dicentem sibi audivisse : Surge, mulier, quia sana facta es etc. Post multum temporis, cujusdam nostri concivis uxor, vernaculo nomine Rossula, dæmonio tenta, ad Sancti ducitur tumulum. Cumque eam pessimus dæmon instanter fatigaret ; pluraque execranda ejusdem ore loqueretur, nonnulla etiam de B. Nicolao Peregrino proferret ; multis præsentibus, ab ea discessit. Quam ante præclari Archiepiscopi conspectum dominus ejus libertati donavit.

f *mulieres duæ.*

46 Sub ipso denique tempore puer quidam, Urso nomine, quem nodositas artuum thorum servare coegerat, B. Nicolai Peregrini, cujus nomen acceperat, auxilium expetivit, et in præsentiarum F suæ assecutus est petitionis effectum. Siquidem eadem hora infirmitate solutus, quo Sanctus quiescebat plurimis comitantibus citissimis passibus properavit. Hoc itaque gesto, mulier quædam, cujus vocabulum erat Gemina, infirmitatis magnitudine enervata, quatuor annorum cursu membrorum officio ita erat destituta, ut saltem manus neque ad os ducere posset. Hæc vero lectulo domi recubans, B. Nicolao, de quo multa et magna audierat, preces effudit. Quæ haud mora exaudita, incolumis assurrexit ; et ad Sancti tumulum, magna comitante caterva, velocissimis incessit gressibus ; Deo gratia agens, qui per famulum suum Nicolaum Peregrinum sui misertus est.

item clinici duo.

47 Hæc de beatissimi Nicolai Peregini, Confessoris Christi miraculis paucis dumtaxat, itemque breviter delibatis perstrinxi ; optimum factum ratus prolixitatem vitare : cum nec omnia, nec per omnia, uti gesta sunt, prosequi valuerim, quem tempus deseret, copia numquam. Ad notitiæ igitur sufficientiam sagaci lectori abunde æstimo dictum, cui ex his, quantus, qualisve Beatus extiterit Nicolaus, evidenter patebit. Itaque, portu, quo mihi erat cursus, contacto, tempestivum est anchoram jacere,

Epilogus brevitatem excusat.

A Adelferio ex MSS. et Sanctum invocat.

A jacere, classemque stabilire. Gaudeat igitur, et exultet Trane, quæ in fine seculorum tot meruit videre miracula. Gaudeat: inquam, semper, cui beatissimo virgo Maria tantum concessit Patronum. Gaudeat, quæ tantarum virtutem irradiata splendore, inter urbes Apuliæ quasi lampas æterna luce splendebit. Committamus ergo nos ejusdem beatissimi Nicolai suffragio, quatenus suæ benignitatis precibus poscat nobis salutare remedium, et continua protectione nos a præsentibus et futuri muniat adversitatibus; quique a nobis digne celebratur et colitur, pro nobis existat perpetuus intercessor: ut, sicut ipse unus de Angelicæ militiæ numero perenniter jubilat in cœlestibus, ita et nos æterni gaudii concedat esse participes, O Beatissime Nicolae, supplicum vota respice, precesque attende: cunctisque Tranensibus auxiliare propitius; præcipue Bisantio, Tranensi præclaro Archiepiscopo, nec non imperiali Synkello, cum universo sibi Clero commisso; qui tuæ celebritatis desiderantissimus institutor, mihi Adelferio, suorum famulorum infimo, ad tui nominis laudem, hæc præcipit scribenda; quatenus te protegente, perpetuo tueatur præceptor et scriptor. Obiit autem beatissimus Nicolaus Peregrinus anno Dominicæ Incarnationis
B millesimo nonagesimo quarto, Indictione secunda, mensis Junii secundo die, feria sexta. Regnante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, et sancto Spiritu, vivit et regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

g

48 Cum non sim tanti, Præsul venerande Bisanti, *g*
Nec dictare bonus, tu tamen addis onus.
Vestris præceptis parens hortamine mentis,
Scribere conabor, sit licet ipse labor.

Epitome.

Advenit partes has, has qui noverat artes,
Proclamare: Meus, tu miserere, Deus. *h*
Dextra crucem gestat, Christi laudamine præstat.
Hunc populus ridet, cum sua facta videt.
Nam loca, cum turbis puerorum, circuit urbis:
Quos pomis placat, non tamen ore vacat.
Progreditur lætus, gaudens, ac corde facetus,
Spiritus afflatus cœlitus estque datus,
Clamans quoque foro, dum pergeret ore canoro;
Junctum languori contigit ecce mori.
Educens luctum vulgus ruit undique cunctum:
Illum jure petunt, ecclesiamque ferunt.
Hic sunt ostensæ virtutes denique densæ;
Quas plebs miratur, huic stupor atque datur.
C Nam cæci cernunt, et claudi quam bene pergunt,
Quot bona dantur eo, non numerare queo.
Gaudeat ergo Trane, cui fulsit amabile mane:
Quæ meruit donum tam retinere bonum.
Te rogo defenses, Nicolae beate, Tranenses.
Pontificemque tuum, Alferiumque suum.
Omnia cernenti sit gloria Cunctipotenti,
Qui Deitate manet Trinus et Unus. Amen.

ANNOTATA G. H.

a *Agnellus cap.* 26, *omisso hoc tertio miraculo, aliud secundo loco narrat, de quadam muliere,* Nua *nomine*, cui paralysis sic dissolverat, membra, ut ossa nequaquam cohærere, sed in pelle velut in sacco jacere viderentur: quæ alienis manibus ad sacrum deportata corpus, priusquam ipsum attingeret, sanitatem totius corporis receperit.

b *Ita MSS.* contractio: *at Ughellus excudit,* contritio.

c Vigiliæ, *vulgo* Biseglia, *urbs Episcopalis sub Metropoli Tranensi, quinto ab ea milliario dissita.*

d Terlitium, pulchrum opulentumque oppidum, *inquit Leander Albertus, vulgo* Terlozzi, *sex M. P. a mari, apud Ughellum* Telliciensis mulier.

D e Integer *Ughello* liber.

f Mutila, *vulgo* Motala, *in agro Hydruntino, haud procul a civitate Bariensi. In MS. Beatilli* Fantilæ.

g *Desunt hi versus apud Beatillum, qui etiam ante Vitam poni cum Prologo potuissent.*

h *Sic namque,* Kyrie eleison, *Latine redditur,* Domine miserere.

PARS III.

De S. Nicolai Canonizatione et Translatione.

Auctore Amando Diacono Tranensi. Ex MSS. et editione Ughelli.

PROLOGUS.

Puræ voluntatis conceptus, ex quo sancti Spiritus semine procreatus excrescit, opportuno tempore ad lucem quærit egressum, honesta imitatione nutritur, perficitur et roboratur. Cum igitur, Bisanti, venerabilis Archiepiscopus sacræ Tranensi Ecclesiæ, innata benignitate animum intenderes, ut B. Nicolai Corpus, solenniter et festive, ad domum in suo E
nomine constructam, transferres; non solum ad hujus tam honesti propositi executionem, divina gratia, insita bonitas, honestas negotii, sancti viri reverentia te armavit; verum etiam præcessoris tui beatæ memoriæ Bisantii Archiepiscopi (qui te a pueritia Ordinibus sacris instituit, et doctrinis Ecclesiasticis educavit) solicitudo, et studia erga eumdem virum beatissimum incitavit, ut cordis cogitatum digno effectu perficeres; et [operi] quod ipse magna devotione incepit, a te perfecto, devotius ultimam manum imponeres. Sed quoniam præfati Archiepiscopi præcessoris tui pietate jubente, litteris est commendatum, quod in ejusdem viri sanctissimi transitu multiplex divinæ virtutis indicium patuit; æque litteris quoque mandari decrevisti quædam, de multis jam dicti sancti viri virtutibus et miris actibus, quæ eo temporis nondum fuerant figuris linearum impressa; et qualiter, quamque honorifice ipsius sacri corporis sit celebrata translatio. Quippe pii Patris vestigiis, pius filius et Episcopalis dignitatis heres egregius, inniti studuisti.

Exemplo prioris libelli,

50 Eodem igitur divinæ caritatis ardore me Amandum Diaconum, quamvis immeritum suæ paternitatis famulum, quæ litteris formari quærebant, memoriæ commendare jussisti, onus laboris, cum honoris munere temperans. Quare, quia numquam F
jussionem tuam in quolibet negotio, meo exequi officio, pro viribus recusavi; huic tam præclaro desiderio minime sum ausus contradicere: licet res sit ardua, et exercitatiori pertractanda ingenio: ne, si aliquatenus a tam pulchro munere declinarem, vel callida ignorantiæ simulatio videretur, vel ad inobedientiæ præcipitium simulatio laberetur. Ut ergo cujusdam sapientis viri utar eloquio: difficillima tuæ jussionis recusatio, sit mihi audacis incepti excusatio. Verum quoniam libellus iste scilicet ad tantæ censuræ præsidium confugit; ut eum ab æmulorum morsibus, auctoritatis clypeo tuearis, vehementer efflagitat, Christi Confessori officiosus, jussioni tuæ pronus, compendii studiosus, multis profuturus: hinc ad virtutum profectum et appetitum cœlestium, hinc ad vitiorum detestationem et terrenorum contemptum.

Auctor jussus scribit sequentia

CAPUT

A

CAPUT I.

Canonizatio S. Nicolai Peregrini, Ecclesia constructa. Miracula patrata.

Bisantius Senior Archiep de Canonizatione agit,

Divina igitur pietas, ubi B. Nicolao Peregrino Confessori liberum ex hac luce, ad cœlos dedit egressum; sacro ejus corpore in angulo ecclesiæ collocato, signisque mirificis cœlitus decorato: visum est dignum fore justitia, humilitati congruum, posteris utile, si viri Dei miracula, quæ jam sacris vivebant apicibus, in Sanctorum numerarentur catalogo, auctoritatis Apostolicæ mandato subnixa. Hoc, inquam, venerabili Archiepiscopo, de quo supra mentio facta est, animo revolvente, eaque propter Clero populoque Tranensi collecto; an, quod ipse faciendum fore prævideret, communi favore ratum omnium censeret assensus, voce modesta, veneranda gravitate, inquisivit. Ubi, quod cunctis placeret, clamatum est; quasi divino firmatus oraculo, cum viris egregiis de Clero et populo, *a* Synodale concilium petiit, quod eo tempore Romæ felicis memoriæ secundus Urbanus, summæ Romanæ Ecclesiæ Pontifex, celebrabat. Cum autem primum, coram sacro conventu Domini Papæ, fandi data est copia; post salutationis affectum et osculum, vitam sancti viri et ejus transitum declaratum miraculis, breviter idem Archiepiscopus (ut erat) ore modesto, expressit; reputans hoc quoque ad gloriam Dei, et sancti viri præconium, et urbis Tranensis successum pertinere. Quæ res a tanto etiam sacrorum virorum consessu attente audita est, et fide verba consequente accepta; et quod Deus in Sanctis suis est gloriosus; sit communiter ab omnibus collaudatus.

a

B

ac rem proponit in Concilio Romano:

52 Mox beati viri miracula, sicut chartis nuper erant impressa, sacris Domini Papæ manibus sunt præsentata. Quibus avide perlectis, communi Fratrum Consilio, Romanus Antistes, ea (ut erat) lenitate respondit; se totumque cœtum venerabilem devote hausisse, et credere quidquid de viro sancto, tanto testimonio didicisset: ejusque honestæ petitioni præbere assensum, totumque ipsius quod peteret voluntati committere, a nulla parte gestorum fidem subtrahentes. At Reverendo Archiepiscopo instanter postulante, sententiam ore sacro editam, sacris summus Præsul jussit litteris informari, plumbeoque sigillo (ne quis ambiguitati locus restet) insigniri. Et ne oblivia sacræ nocere possint historiæ; Apostolicæ litteræ in armario Tranensis Ecclesiæ sunt repositæ: quarum sententiam, omnium exponendam notitiæ, huc me jussisti, Archiepiscope venerabilis, inserere.

ubi Miracula lecta probantur,

et Canonizatio conceditur.

53 Urbanus Episcopus, servus servorum Dei, clero et ordini, nobilibus et plebi Trani consistentibus, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum, largiente Domino, nuper cum magna Episcoporum Abbatumque frequentia, synodale concilium ageremus; Venerabilis frater noster Bisantius, vestræ civitatis Archiepiscopus, venerabilis viri Nicolai (qui apud vos Peregrinus cognominatur) nonnulla miracula coram universo concilio, scripto edita recitavit; et eumdem Dei hominem, auctoritate nostra, in Sanctorum Catalogo annumerari instantissime postulavit. Nos igitur causam ipsam eidem Fratri nostro commisimus; de ejus nimirum probitate ac scientia nihil hæsitantes, ut quod ei revelante Domino visum fuerit, maturiori deliberatione constituat; ad laudem et gloriam illius qui gratuita misericordia famulos suos mirifice gratificare consuevit.

Bullam edente Urbano II.

54 Prædictus autem Archiepiscopus, in suam reversus Ecclesiam, commissione Apostolica et benedictione comitante, in B. Nicolai Peregrini honore incepit ecclesiam; tanti viri veneratione dignum existimans, ut qui jam in cœlo a Deo sedem receperat, ab hominibus quoque in terra oratorii mereretur honorem: in quo suppliciter postulantibus mitis adesset; in cujus fundamentis primum lapidem cum benedictione constituit, ut et suam devotionem ostenderet, et populi desideria incitaret. Ex eo autem tempore, quot quibusque suorum fidelium Deus omnipotens, ejusdem sancti viri meritis, pristinæ salutis statum reddiderit; quotque periculis oppressos liberaverit; humana lingua enarrare non sufficit. Ego tamen, Pater colende, tuæ jussioni obsequens, in ejusdem Dei viri ope confisus, de innumeris quædam elegi, plurima id genus intacta relinquens.

D

AUCTORE AMANDO Ecclesia construitur:

Miracula patrantur.

55 Quodam itaque tempore, dum servus cujusdam, Petrus nomine, navicula duceretur, piscationis exercitio deditus; eum dæmon invasit, mentemque priorem expulit, atque hominem toto sibi cedere jussit *b* pectore. Tunc rabiem spuma prodidit: et a diro *c* vectore possideri, morsus et concussio dentium patefecit. Domum ducitur coarctatus, qui quos non potest manibus morsibusve lædere, verbis lacessit. Tremor videntes occupat, omnes divina ultio ad sui cognitionem reducit, et ad morum correptionem hortatur. Tandem salubri consilio, quem dæmon possidebat (ut erat manus collumque innexus, ante tumulum Christi Confessoris adducitur. Quod ubi hostis callidus dirusque invasor persensit; velut jam nunc æternis cruciatibus arctaretur damnandus; eum reniti summo conamine videres; et eos, quibus constrictis nexibus nocere nequibat, voce horribili, oris fremitu volebat terrere. Ubi tandem suas insidias vexator incassum videt procedere, neque prospicit aditum evadendi; prædicit se hominis Dei meritis a domo sua urgendum, et infra noctis vigilias vas quod invaserat relicturum. Locum, in quo erat ille quem dæmon infestabat, frequentia civium utriusque sexus celebrem fecerat: orationes ad Dominum fundi communi voto, gemitus adstantium edocebat; omnes una voce virum Dei flagitabant. Cum subito, circa galli cantum, vir Dei orantibus affuit, immundum spiritum ejecit, et Dei creaturam ab invasore liberam fuisse sanguinis vomitu patefecit. O quanta tunc fuit hominum exultatio: quanta et quot Dei sunt celebrata præconia! qui sic Sanctum hunc glorificare voluit, sic in illius gloria collaudari. Tunc vir ille, quem Sanctus Dei liberaverat, a servitutis quoque jure solutus, longo tempore sub S. Nicolai servitio se devovit. Postea vero sacræ religionis habitum sumpsit, eumque religiosam agere vitam in S. Benedicti *d* monasterio (quod Salerni est) plerique nostrorum videre.

b

c

E

Servus energumenus,

liberatur, et fit Monachus:

F

56 Plerique quoque carceribus mancipati, hujus beati viri opem in suis miseriis invenerunt. Quidam enim, cum arctius præter carcerem ferreis compedibus urgerentur, hujus hominis Dei auxilio suppliciter postulato, seris emotis, ferro pedum virtute divina soluto, eum datorem libertatis propitium, et ducem itineris invenerunt. Quoties quoque ejus oratorium petentibus, depulsis morborum varietatibus, integritas sit restituta, plurima imaginum species cerearum, formæque argenteæ indicant: quæ votorum pignora, in templi viri Dei fastigiis, ad honorem Dei et gloriam, sunt suspensa. Sæpe ubi sacrum limen tetigere, quorum ventrem vel brachia orbes ferrei pœnitentiæ nomine ambierunt, ad divinæ virtutis testimonium, crepante ferro, corporis animæque salutem adepti sunt.

salvantur captivi,

et varii ægri;

57 Quanta navibus laborantibus facile impendantur

A dantur beneficia nemo digne sufficit explicare. Nam cum quædam navis, sanctum hominis sepulchrum petentibus onerata, alta pelagi jam teneret; hiems horrida æquora movit, puppes socias usque ad extremitates Dalmatici littoris vexatas ejecit, præter navium naufragia magna pars naufragorum interiit. At navis illa, quæ a leonis signo navis Leonis dicebatur, cum pro libitu tempestatis fortunæ commissa duceretur, scopulo cuidam in medio maris imposita, hinc inde procellis impugnatur, jamjam invaditur, periculum mortis fluctus insurgens minatur, rectores enim et nautas artis ratio et vires reliquerant, salus jam pene erat exhausta; cum omnes nautæ atque peregrini, opem Christi militis Nicolai Peregrini efflagitant. Tunc Peregrinus Nicolaus subvenit peregrinis se petentibus, singulare auxilium benignus largitur, adest in extremis agentibus. Res mira! Sub ea specie, qua per urbem incedebat, expeditus in gubernaculo adstare visus est, navem a scopulo et a periculo liberavit; ad portum quemdam, per mediam hiemen et densas noctis tenebras, procellis invitis, advexit. Hoc multis narrantibus fidem meruit: et ne quis maligno animo Deo derogot, qui a per Sanctos suos usque ad consummationem seculi operatur; ad rei patratæ memoriam, B navis cerea, cum omnibus suis paratibus, adhuc in eadem pendet ecclesia: Confessorque Christi Nicolaus, in ejusdem navis gubernaculo, sicut apparuit, exstat: quod quidem navis rector, ut vovit, reddidit.

Auctori Amando item naufragium metuentes

S. Nicolao apparente et navem regente

58 Quod autem nunc narro miraculum oculata fide comperi. Cum navis quædam, Palmiferis *e* onerata, rediret a Syria, in qua etiam cum ceteris ego existerem; ventus a cardine Australi primo lenis aera movit, paulo post vehemens irruit: cœlum tenebris clausit, vires pelagi suscitavit: navis cursu rapido pellitur; utriusque veli sinu tumente, insolita celeritate rapitur. Cum furor venti repente proræ tumida vela, in partem oppositam sinu converso, supinat, atque circa malum implicuit: nam in modum crucis illa puppis mali utriusque brachia deducebat. Spem salutis et rationis usum timor urgens abstulerat: navis magis magisque interitum minabatur, vis maris fluminisque crescebat. Tunc metus instans vocis clauserat iter, et colore plumbeo imminens mors ora cujusque infecerat. Nova vota timori sunt inventa novo: nam votum erat nautis, malum crepare per medium, quatenus leviore in- C commodo a majori eriperentur periculo. Cum subito nautarum quidam a puppe, Nicolai Peregrini opem voce maxima invocat, dicens: Sancte Nicolae, cujus hodie festum agitur, adjuva pereuntes: eo enim die ipsius viri Dei natalia colebantur. Ad hanc vocem omnium peregrinorum ora laxata sunt, dicentium; Sancte Nicolae Peregrini, adjuva peregrinos. Statim vis venti retorta est, velumque ad status rectitudinem cunctis stupentibus constitit, interventu viri Dei ab imminenti periculo fuisse liberatos, cujus etiam ope Hydrunti littus eodem die contigimus.

item alii cum ipso scriptore,

Sancto invocato.

ANNOTATA G. H.

a *Concilium Romanum duplex habitum sub Urbano II, in quo potuit id actum fuisse, anno* 1098 *et* 1099; *post obitum S. Nicolai anno* 4 *aut* 5.

b *Apud Ughellum est excusum,* peccatore, *sed mendo typographico pro* pectore, *prout legitur in MSS. Actis, ab ipso nobis donatis.*

c *MS. Vallicellanum,* rectore.

d *De hoc Salernitano monasterio, Benedictinis restituto, plura habet Leo Marsicanus, lib.* 3 *Chronici Casinensis cap.* 14, *et in suis Notis Angelus de Nuce.*

e Palmiferi. i *Peregrini, ab Hierosolymis revertentes, ubi, in signum impleti voti, palmæ ramum benedictum accipiunt, eum deinde in processionibus solennibus circumlaturi, præsertim in Dominica Palmarum: qua de re videndus Quaresmius lib.* 3 *cap.* 16. D

CAPUT II.

Translatio corporis ad novam Ecclesiam: Miracula facta.

Cum autem jam tempus accederet, in quo beati viri Reliquias ad domum propriam divina pietas vellet transferri; idem B. Nicolaus quibusdam religiosis personis per somnia persuasit, quatenus nuntiarent se velle suas Reliquias loco sibi parato reponi, nec oportere differri ulterius. Vestræ igitur electionis tempori, Præsul venerabilis, est servatum, quod præteritis temporibus aliis non est concessum. Hoc enim prius vehementer optabas, hoc satagebas explere: ad hoc exequendum te dignissimum reddidit longus votorum affectus. Quid enim Deo gratius? E quid cœlesti præmio dignius? quid in hac vita honestius? quam Christi militibus deservire, eos digno cultu excolere, atque debitam illis reverentiam exhibere? Cum itaque tempus visum est opportunum, quo et motus Apuliæ fuisset *a* sedatus: et si qua divina gratia vellet ad suam gratiam et gloriam, et honorem sui militis exhibere miracula, multitudo undique collecta eorum fieret testis; tuæ prudentiæ placuit, et vicinos et longinquos Episcopos invitare, ut sacer Episcoporum cœtus sacro corpori ad proprium oratorium ferendo famulatum impenderet, illudque honorifice collocaret. *b* Abajalardus igitur Brundusinæ Ecclesiæ Archiepiscopus, tam generis quam morum claritatis illustris, vir magnæ scientiæ, cui Tranensis affuit; Ostuniensis *c* Episcopus et Arianensis *d* Ecclesiæ Præsul; Rappollensis *e* Episcopus, Andriensis *f* Episcopus, cum aliis *g* Episcopis, et denso Abbatum et Monachorum Collegio convenere. [Præterea tota fere Apulia est excitata.]

Ad translationem Reliquiarum

a

conveniunt multi Episcopi, Abbates, Monachi,

b

c

d e

f g

60 In hoc etiam magna Omnipotentis virtus apparuit: Nam catervatim quæque Apuliæ urbs, vicus vel municipium, suos populos ad sancti viri mittebant honorem: tantus enim fuit concursus hominum, quod eos spatium urbis vix caperet. Quis tunc ferreus nulla, etiam sancti hominis adhuc signa expertus, ex sola tantæ multitudinis devotione, hunc virtutibus perfectum non judicaret? hunc Deo per omnia placuisse non intelligeret? hunc pro se non exoraret? Scilicet, hunc vere sanctum prædicaret, qui ad suæ translationis honorem tot urbium domos, tot villas et castra exhauriret? Unum omnium votum, unus erat affectus, præstolantium signa cœlitus exhiberi: nam diversorum morborum varietatibus læsos cum tanta frequentia convenisse cernebant. Quis verbis sufficeret explicare, quanta exultatio, quanta spes infirmorum? ut jam esset indicium, sanitate proxima, eos ad sospitatis statum esse divina ope redituros.

et populus Apuliæ, F

61 Noctis igitur captato silentio, cui dies Dominicus *h* succedebat, cum prima quies animalium artus implicando foveret; locum illum, ubi corpus sanctissimum quiescebat, paucis religiosis Sacerdotibus comitatus, Archiepiscope venerande, ingrederis: ad sacrum tumulum non sine magno timore accedis; modeste aperis. Cum subito thesaurum, sacri corporis glorioso nitore micantem, conspicis: odoris suavissimi novitatem miraris; ossa ipsius, sicut erant, roseo colore nitentia, intentus intueris. Illud

h

Tumulus apertus reverentiam incutit.

A Illud corporeum, in quod ejus caro sanctissima transiit (nec enim ipsum terram, vel pulverem audeo appellare) novitatis specie oculos mirantium tenet infixos. Tunc timor et reverentia, ne sacras contingas Reliquias, te retardant: quibusdam tuorum comitum hoc officium, sub obedientiæ jure committis. *Reliquiæ imponuntur arcæ:* Quare præcepto coacti faciunt; quod dum faciunt, expavescunt. Thesaurum itaque illum in arca cypressina, quæ ad hoc erat parata, cum summa reverentia reponunt; sigillo consignant; custodibus ecclesiæ nocte illa servandum committunt.

62 Vixdum sol terras luce laxaverat, ecclesiæ *deferuntur ad ædem propriam,* ambitum et atria populosa multitudo replevit. Christi Sacerdotes conveniunt, hymnos concinunt, laudes consonant, ora omnium ad Christi præconia resolvuntur. Oneri sancto Episcopi subeunt: qui postea referebant, numquam se in re ejusdem mensuræ tantum pondus fuisse expertos: morum enim gravitas et constantia est ad ossa collecta. Dum autem sancti viri Reliquiæ, ferentibus Episcopis, *2 columnis nubium honoratæ:* ad propriam domum portantur; cum nulla ubique nubes serenitatem aeris impediret; repente duæ columnæ nubium, ab illius ecclesiæ culmine ad cœlum erectæ, adstare visæ sunt, tota eas multitudine quæ B erat extra ecclesiam intuente. Milites etiam Templi Domini, qui paulo remotius ab urbe distabant hoc cernentes; dixerunt, illud stupendum miraculum sacri corporis translationem indicare. Erant enim luce quadam perfusæ, recto ductu æthera contingentes: per quas, ut opinor, cœlestium civium, ad sui concivis honorem, erat descensus. Collocato igitur hominis Dei corpore, columnæ illæ nubeæ visus aciem *clarent miraculis.* reliquerunt. De illo autem, quod in tumulo viri Dei per ossa sacra remanserat, quidam Episcopi secum tulerunt, et per ejus haustum variis infirmitatibus subvenerunt. Quot autem et quanta virtutum signa ostensa sint et fiant quotidie, me fateor ad ea scribendum deficere. Quæ tamen litteris commendabo, verissima ratione cognovi. Hæc enim, quæ præsens servat oratio, ab ore Domini Russonis Sacerdotis venerabilis avido pectore hausi, qui est ejusdem sacri corporis custos, et nostræ ecclesiæ Primicerius: ideoque multa de sancto viro perspicacius est expertus, quædam magno studio quæsita inveni.

i

63 Quidam Comitanus *i*, videndi officio sic pri- *Illuminantur cæci, Comitanus,* vatus, ut ei nox continua rerum differentias demeret; inter populi frequentiam ante aram Christi Confessoris est ductus: et cuidam columnarum innixus, C ne aliquo impetu populi [dimoveretur] cum lacrymis opem viri Dei rogabat, sperabat; cum improvisum viri Dei sensit auxilium; nube remota visum promeruit. Mirabile dictu, quod erat mirabilius factu. Inspecta luce, per se ad altare accedit. Sacerdotibus se præsentat, gratias Deo agit innumeras, B. Nicolaum Peregrinum magna devotione collaudat, ad celebres laudes ora populi laxat; in ore omnium nil resonat, nisi Dei et B. Nicolai præconium. Haud *k* *Salpitanus,* dissimiliter *k* Salpitanum quemdam, longo tempore lucis ademptæ incommodo infelicem, divina pietas respexit. Nam cum ad beati viri ecclesiam cum ceteris conveniret, subita visione cœlitus illustratur; videt et sine duce ambulat, quem ductor secum ad tam sancta traxit spectacula.

64 Gallorum quidam dives et nobilis, dum Syriam peteret, casu lumen oculorum prorsus amisit, ut nec rerum colores, nec lucis et tenebrarum vices aliquatenus valeret discernere. Qui reversus, *et Gallus dives* famam beati viri audivit, turbæ se inseruit, famulorum ductu ad ecclesiam venit, lampades duas utraque manu coram sacro altari prætendit; prece continua manantibus lacrymis Beato supplicat Nicolao; corde, ore clamat ad Deum. Cum tandem vultus hominum, jam diu desuetos, divina clementia conspicit, gratias Deo debitas reddit, beatum D virum laudibus extollit ad cœlum; postremo con- AUCTORE AMANDO versus ad turbam mirantium, et Deum in tanta virtute laudantium, cordis votum manifestat sermone, dicens; Deo et B. Nicolao devote promitto, mox ubi rediero, me fundaturum ecclesiam *l* in *l* honore B. Nicolai Peregrini, eamque tot prædiis et redditibus dotaturum, quæ ad trium Clericorum usum sufficiant. *qui redux sancto ecclesiam construit:* Quis tunc præ gaudio lacrymis non manaret? quis Deo non benediceret? quis divinæ virtutis potentiam satis admirari valeret? in cujus ore nomen S. Nicolai non resonaret? Virtus rebus exhibita spem præbet miseris, invalidis tristibus optatam potiendi salutem.

65 Puer igitur quidam *m* Asculanus, cum dira *m* paralysis valetudine teneretur, ad domum viri Dei ductus, ad incolumitatis statum rediit. Itemque quidam vir *n* Potentianus, qui simili laborabat peri- *n* culo, simili ope viri Dei evasit. *sanantur 2 paralytici;* Puella quædam Trani degebat, quæ sic erat movendi officio a pectore deorsum destituta, ut membrorum majori parte præmortua, solo usu capitis et brachiorum vivere videretur. Quæ simul ac juxta sacram viri E Dei aram, sub cujusdam globi specie, propinquorum manibus est deposita; interventu beati viri divina virtus eam respexit; multis videntibus surrexit, stetit, et ambulavit. Quod miraculum ubi per populum est vulgatum, concursus omnium replet eccle- *item tertius,* siam. Res mira. Vident in ea membra vivere, quæ prius mortua fuisse didicerant; perspiciunt, nervis ad usum movendi laxatis, ambulantem, quam solum corpore nodoso et pene lapideo pressisse cognoverant. Quis igitur digne possit exprimere, quanta laudum frequentia ecclesiæ ambitum opplevere, quot vocibus æthera pulsavere: merito enim in Sanctorum beneficiis Deus est extollendus, qui facit mirabilia magna solus. Haud secus quædam *o* Rubensis *o* puella membrorum motu ab humeris deorsum privata, haud dissimilem B. Nicolai opem promeruit. *et aliæ duæ,* Similis eventus de simili periculo, in quodam Vigiliensi puero, viri Dei ope, multis innotuit.

66 Puppis quædam a Syria rediens, fere jam vota tenebat *p*, Leucada visam et cognitam jam transibat, *p* cum Circææ procellæ, subito motu maris et aeris, *naufragium metuentibus succurrit apparens Sanctus:* terræ prospectum auferunt. Navis vi venti ducitur, ars eam rectoris distituit: bis duabus diebus et noctibus amisso gubernaculo ventis quassatur et flu- F ctibus: omnes opem flagitant Nicolai, ejus auxiliare solitumque præsidium corde petunt et voce. Cum vir Dei orantibus affuit; eam formam et habitum, qua per nostram urbem solebat incedere, assumpsit; rectori et palmigeris ostensus, navem munit, inordinata ordinat. Mox paulatim navis illa minus pelagi, quæ prius vincebatur, exuperat. Cum rector a peregrinis perquirit, an illum adolescentem, sic Græce vestitum, unquam alias fuissent intuiti. Qui se numquam nisi modo eum vidisse, ipsius etiam ope se a periculo eripi, credere [responderunt]. Mox nec veli nec remigii arte, sed sola viri Dei ope, Trinacriam sunt advecti, portum Syracusanum tenentes. Hoc ultimum, hoc insigne miraculum ab ejusdem rectoris ore audivi.

67 Sed quoniam libellus iste jam pertingit ad metum, finem votis et precibus omnes communiter exoremus. O Beate Nicolae Peregrine, cujus opem *qui invocatur,* infirma et laborantia corpora sentiunt, medere animabus, morbos vitiorum tuo interventu repelle, motus carnalis concupiscentiæ seda, statum mentis robora, fer opem miseris; adsis invocantibus, nautas rege, peregrinos Peregrine guberna; urbem Tranum tuere; Archiepiscopum Bisantium, prorsus tuo cultui devotum, ab omni nocivo incursu defende; Clerum et Tranensem populum protege; meque humillimum

A limum tuum famulum, in tua ope confisum custodi : omnesque quos tuo festo per annum bis *q* lætos efficis, ad æterna gaudia et festa continua exemplo et imitatione levato ; donante mediatore Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto, vivit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

AUCTORE AMANDO *q*

transfertur et an. 1143, 4 Octobr. *r*

68 Sancti autem et beatissimi Nicolai Peregrini Translatio celebrata est, ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi anno millesimo centesimo quadragesimo *r* tertio, sexte Indictionis, quarto nonas Octobris, totius Catholicæ Ecclesiæ jura tenente Innocentio secundo Apostolicæ Ecclesiæ Antistite ; Rogerio vero magnifico Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, et Principatus Capuæ Sedis potentiam pacifice obtinente ; præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria, in secula seculorum. Amen. *s*

s

ANNOTATA.

a *Cum* Rogerius I, *utriusque Siciliæ Rex, ab Anacleto Antipapa coronam accepisset ; tota pene Apulia privatus fuit, ab iis qui Innocentii III Catholicas partes tenebant. Et hanc ille quidem fere recuperaverat anno* 1138: *sed non Barium cum circumjecta regione, sub qua ipsum etiam Tranum censetur : recuperavit autem ante mortem ipsius Innocentii, obitam anno* 1143 24 *Septembris : atque adeo cessabant motus bellici, otiumque fuit anno* 1142 *celebrandæ Translationi, ut infra notabitur.*

B

b Abaialardus, *aliis* Bailardus, *Archiepiscopus Brundusinus, in agro Hydruntino, sedit ab anno circiter* 1119 *ad annum* 1144 *aut sequentem. Primus istic Episcopus habetur S. Leucius, cujus Acta illustravimus* XI *Januarii : distat autem urbs ea Trano* p. m. 66.

c *Ita corrigo, quod in MS. et apud Ughellum scribitur* Astuniensis, *qualis nullus uspiam fuit. Correctionem autem probat ipse Ughellus, qui texens Catalogum Ostunensium Episcoporum, proximæ Brundusinæ metropoli subjectorum, sed satis imperfectum, post* Dattum (*ante quem alios nullos reperit*) *anno* 1071 *præsentem dedicationi Casinensi, memorat* Aleonymum, *qui Translationi huic interfuit an.* 1143: *atque hinc transit ad Maraldum, pro anno* 1185; *prætermisso* Petro, *quem ante hunc constat anno* 1170 *transtulisse Reliquias S. Barsanuphii, sicut ostendi ad* XI *Aprilis num.* 21 *Distat autem Trano* Ostunum p. m. 60.

C

d Arianum, *oppidum mediterraneum Hirpinorum, in Principatu ulteriore, urbs Episcopalis sub Beneventana metropoli ; cujus Episcoporum catalogus apud Ughellum valde imperfectus est, et desunt qui inter* Gerardum *pro an.* 1098 *ex Guilielmo Tyrio notum, et* Bartholomæum *an.* 1179 *præsentem Concilio Lateranensi, rexerunt Ecclesiam istam, quæ Trano distat* p. m. *circiter* 50.

e Rapolla, *urbs provinciæ Basilicatæ, nunc fere deserta et Episcopatu Melphitano unita ; Trano distat* p. m. 42. *Nomen ejus qui tunc fuerit Episcopus, apud Ughellum deest : cui præter* Ursum, *anno* 1079 *notum, nullus nominatur usque ad annum* 1237.

f Andria *urbs Episcopalis sub Tranensi metropoli, a qua* 8 m. p. *distat de qua pluribus infra* 9 *Junii ad Acta S. Richardi Episcopi, primi inter nominatos : ceterorum Episcoporum nomina, præterquam unius* Christophori, *latent usque ad an.* 1179.

g *Forte* Vigiliensis, *unus e duobus Archiepiscopi Tranensis Suffraganeis, hactenus nobis Anonymus, quia latent nomina Episcoporum ab anno* 1107 *ad* 1179. *Proximi inter* p. m. 20 *alii, omnes fere Barensi Archiepiscopo suberant : qui Archiepiscopus, tam prope Trano quam Brundusinus, cur vel non invitatus fuerit, vel adesse non potuerit volueritve, causam videmur ex Ughello eruere: cum de Joanne tunc Archiepiscopo, in locum depositi ab Innocentio II Angeli substituto, loquens dicat, quod,* fœde eam Sedem regens, una cum ipso Angelo, ab Eugenio III depositus est anno 1151. D

h *Infra num.* 82 *dicitur ea arcula, fuisse* longa palmos tres, larga duos.

i Cornetum *aliquod invenitur in Pontificia ditione: sed vix possum credere ipsum hic indicari; etsi toto Neapolitano regno nullum nominent Chorographi.*

k Salpe *nunc vicus sub Episcopo Tranensi, olim ipsamet civitas Episcopalis trans Aufidum fluvium,* Salapia *dicta, in vicina Capitanatæ, olim Dauniæ provincia, haud procul a mari : distat Trano* p. m. 13.

l *Hic mihi imploranda Gallorum curiosorum diligentia, ut ejus ecclesiæ locum requirant et indicent. Consultus enim a me Claudius Castellanus, Canonicus Parisiensis, respondit, vereri, ne antiquata specialiori notitia, ibi nunc patronus colatur S. Nicolaus Myrensis.*

m Asculum *in jam dicta Capitanatæ provincia,* vulgo Ascoli di Satriano, *a quo diversum* Asculum *in ditione Pontificia, quod* Asculum Picenum *dicitur,* E *primum autem illud distat Trano* p. m. 40

n Potentia *urbs Basilicatæ provinciæ Episcopalis ad radices Apennini, distans Trano plusquam* 50 p. m.

o Rubus, *vulgo* Ruvo, *urbs Episcopalis ditionis Barianæ, Trano octo* p. m. *dissita.*

p Leucas *promontorium Epiri, fere e regione Italiæ et Hydruntinæ ditionis.*

q *Duplex festum intelligo diem obitus, hunc* 2 *Junii; et diem translationis, a die* 4 *Octobris, festo S. Francisci impedita, ex antiquo usu translatæ ad diem* 5, *ut infra videbimus.*

r *Cum moriebatur Sanctus, anno* 1094, *initium anni sumebatur Tranensibus a Kalendis Januarii, ut probat concursus feriæ* 6 *cum* 2 *Junii. Hic vero, vel dicendum est initium sumi a* 25 *Martii, novem mensibus citius; vel corrigendus est textus, scribendumque* anno 1142 : *hujus enim anni mense Septembri inchoabatur* Indictio sexta, *et sequenti mox Octobri adhuc vivebat Innocentius II; qui alterius anni Octobrim non vidit, sed obiit (ut supra dictum)* 24 *Septembris. Antonius eumque secutus Agnellus, ut annum* 1143 *retinerent, nec Dominicam amitterent, seque anniversariæ commemorationi aptarent, pro* IV Nonas *scripserunt* diem quintum Octobris, *quasi Amandus dixisset* III Nonas. F

s *Hactenus Codex Tranensis; unde sumptum ecgraphum Vallicellanum (ipsum illud credo, quod Romam missum fuerat, ad impetrandam proprii Officii recitandi licentiam) subjunctam sibi habet attestationem Notarii transcribentis, sub hac forma,* Ego Joannes Baptista Petrutius, Presbyter et Canonicus majoris Archiepiscopalis Tranensis Ecclesiæ, publicus Apostolica auctoritate Notarius, de ordine et mandato Illustrissimi et Reverendissimi Domini Julii Caraccioli Archiepiscopi Tranensis, ex quodam vetustissimo Codice in pergameno scripto, conservato in Archivio dictæ majoris Tranensis Ecclesiæ, præsentem copiam Vitæ, Obitus, et Translationis, nostri gloriosi Confessoris et Protectoris Nicolai Peregrini, mea propria manu extraxi et exemplavi, de verbo ad verbum, ut jacet : factaque diligenti collatione concordat : meliori tamen semper salva. Ideo ad fidem et requisitionem qui supra Notarius, hic meum, quo in pubicis utor, signum, rogatus et requisitus, apposui. *Huic testimonio attestatur deinde ipse Archiepiscopus, subsignante præter ipsum Secretario ejus,* Vincentio Dethio. *Hic autem Archiepiscopus creatus anno* 1593, *testimonium istud signavit anno* 1596; *sequentique mox anno translatus ad Castrensem*

A *trensem ecclesiam, locum fecit* Andreæ de Franchis, *qui etiam ipse, post impetratam proprii Officii concessionem, anno* 1603 *ad Acheruntinam Metropolim transiit.*

Ceterum non tunc primum cœpit Officium de S. Nicolao *fieri; ad cujus Matutinum more prisco verosimiliter sumebantur Lectiones, ex prælaudato vetusto Codice. Etenim ad calcem utriusque vitæ Italicæ mox laudandæ habentur Hymni duo, pro Vesperis Laudibusque, una cum Lectionibus brevioribus reperti in vetustis Tranensis ecclesiæ Breviariis MSS. Alius item prolixior* Hymnus, a Francisco Cameno Perusino ante annos quingentos, *adeoque ante annum* 1117 editus, *fuit, ac forsan immediate post Canonizationem ante finem seculi* XI : *qui potuit pro Sequentia ad Missam servisse. Hunc ergo placet, quia elegans vitæ compendium continet, hic subnectere; ac deinde minores duos ex Breviariis, tamquam luculentissima veteris cultus et patronatus argumenta.*

HYMNUS VETUSTISSIMUS,

A Francisco Cameno Perusino compositus.

B

Sidus o Cæli Nicolae fulgens,
Magne protector populi Tranensis,
Da (precor) vires tua concinenti
Inclita mira
Helladis Græco genitus parente,
Et gregis pastor Dominum vocabas,
More Mystarum, Miserere semper
Kyrie clamans.
Altius spirans, ovibus relictis,
Eligis specum recubantis ursæ :
Quam fugas signo, Dominique jussu,
Quo tremit orbis.
Hic senex forma Monachus verenda
Astitit nudus tibi, canus ora ;
Teque confirmat monitu salubri,
Inde refugit.
Anxia tandem caperis jubente
Matre, percussus retineris arce,
Cœlitus facto tonitru sed exis,
Obice rupto.
Rursus incassum cohibent catenis :
Solveris semper manibus Tonantis,
Et super solis radios canoro
C Tolleris ore.
Redditum terris scelerata furtim
Turba te vinctum mare mergit alto :
Excipit delphin laqueis resectis,
Teque revexit.
Mox salutarem repetens eremum,
Erigis cedro Crucis alma signa :
Ducis et fratrem : videt ille miram
Igne columnam.
Angelus transfert radians utrumque :
Tu tamen constans toleras in antro
Quidquid excelsi monuere sancta
Dogmata Christi.
Hinc rapi vivus toties mereris,
Et modo spectas radiosa luco
Lucido supplex simulacra Divum,
Lampade trina.
Hic Tranum monstrat, tibi mox futurum,
Nuntius cœli, titulum perennem,
Usque ad extremum genus hujus orbis
Æde sacrata.
Quot subis pœnas meritis olympi ?
Immerens ictus quoties tulisti ?
Saucio tu leta Superi medentur,
Numine summo.
Dum parant nautæ tibi machinari D
Fluctibus letum, pia Virgo tutum A ADELFRIO EX MSS.
Vexit Hydruntum, variasque pellis
Illico pestes.
Ad Tarentinos gradiens, cruorem,
Dive, fudisti graviter repressus :
Inde migrasti celebres Tranenses,
Hospite grato.
Kyrie hic tutus miserere clamas,
Teque sectatur puerilis aura :
Namque concentûm similem rogabas,
Munere pomi.
Pane cum lympha reficis pusillum
Corpus, indutum tunicam misellam ;
Et nudis semper pedibus meabas,
Supplice lingua.
Hic adhuc spirans, sitiens aquarum
Poculum poscis, bibis ; at relictus
Humor est nectar, velut egit olim
Christus Jesus.
Quis tuas plene, Nicolae, laudes ?
Mira quis posset numerare magna ?
Tu Crucis signo redimis loquelam,
Dive, sorori.
Quos tua incedunt ope claudicantes, E
Quot vident orbi ? movet expedite
Ante contractos numerosus artus
Undique supplex.
Dæmones pellis miseris ab alvis
Compedes multis manicasque solvis,
Naufragas puppes hiemem ferentes,
Hostis et arma.
Dive, tranquillum mare siste nautis,
Dive, pro nostra vigiles sàlute :
Ut poli æterna requie fruamur,
Sospite cursu.
Sit Deo Patri decus, atque Nato,
Spiritum sanctum veneremur æque :
Trinus ac unus Deus est ubique
Præpete seclo. Amen.

ALII DUO HYMNI

Ex MSS. Breviariis Ecclesiæ Tranen.

Exultet cœlum laudibus,
Fulget terra virtutibus,
Colit Mater Ecclesia F
Nicolai sollennia
Castus ab annis teneris,
Mundique spretis prosperis,
Pauper factus pro paupere
Christo, ditatur æthere.
Notis discedens laribus,
Abrahæ novus æmulus,
Urbes lustrat agminibus,
Vacans orationibus.
In Crucis laude jubilat
Mente, quam manu bajulat :
Crucis virtus est gloria,
Laus, et ejus victoria.
Jacob assumens baculum ;
Jordanis transit loculum :
Tempsit athleta perfidum
Hostem, stravit et seculum.
O summi Regis signifer,
Nicolae sat celeber ;
Preces funde pro populo,
Degente in periculo.
Præsta pater ingenite,
Jesu cum sacro Flamine,
Ut Nicolai meritis
Bonis fruamur cœlicis. Amen.

Jesu

A

Jesu nostra redemptio,
Amor, et vita pauperum ;
In Nicolai laudibus
Preces admitte supplicum.
Hic manna pastus cœlitus,
Corde mitis, Angelicus ;
Dulcis fuit alloquio,
Alacer in obsequio.
Solis occasu modice
Se pane cibat, latice.
Non afficit esuries,
Nec gravavit ingluvies.
Joseph abjecit pallium,
Affectans vitæ bravium ;
Christum sequendo Dominum,
Catervas fugat Dæmonum.
Sacro repletus Flamine,
Ac puerorum agmine
Stipatus, mente sedula
Dei fatur magnalia.
Sic nudus nudum sequitur,
B Ejus Crucem amplectitur,
Hostem nudus aggreditur,
Cœlum dives ingreditur.
Præsta etc.

PARS IV.

Ex Vita Italice edita per Antonium Pauli.

De secunda sacri corporis translatione.

PROLOGUS ARCHIEPISCOPI.

Majestati Catholicæ Philippi III Regis, Domini nostri, devotissimus ejus Vasallus et Capellanus, Fr. Didacus Alvarez, Archiepiscopus Tranensis.

Episcopus Regi tamquam fundi domino,

Apud omnes ferme nationes, Rex potentissime, lex fuit inviolabiliter observata, ut quotiescumque thesaurus aliquis reperiebatur, indicium ejus daretur Principi ipsius loci. Id autem tunc maxime fieri convenit, quando repertæ sunt res magni pretii, talesque ut facere multum possint ad Regni totius conservationem, amplificationemque, aut sanctæ fidei dilatationem, cujus tam studiosa est C Majestas tua, exemplo Regum Catholicorum, decessorum ac progenitorum suorum.

indicat thesaurum a se repertum ;

69 Scit ergo Majestas tua, quod ab annis pluribus quam quingentis, in hac Archiepiscopali Tranensi ecclesia, fuerit cum maxima solennitate, multorumque Præsulum concursu, coram grandi extraneorum multitudine, depositum corpus venerabile gloriosi S. Nicolai Peregrini, Patroni ac Protectoris hujus Metropolis ac Diœceseos : cujus sepulcrum multis annis visitatum honoratumque fuit, non solum a Tranensi populo civitatibusque vicinis, sed etiam ex regnis longe semotis ; alliciente peregrinorum frequentium fama, tum ipsius Sancti, tum miraculorum grandium, quibus illuminabantur cæci, erigebantur claudi, et omnis generis infirmi curabantur. Hinc tam largæ undique eleemosynæ

qui olim summo in pretio habitus,

conferebantur, ab iis qui propter recepta divinitus beneficia testes se profitebantur gratiarum, per illius intercessiones obtentarum ; ut ex iis fabricari potuerit ecclesia Archiepiscopalis nova tam speciosa tamque sumptuosa, ut omnibus intuentibus ipsa quoque pro miraculo sit ; evidenterque declaret reverentiam, quam Sancto ipsi habuerunt tanti operis conditores.

70 Verum processu temporis valde refrixit ejusmodi religio : sive id fecerint bella quibus sæpius concussum est Regnum, seu discordiæ civiles intra ipsam civitatem gliscentes, seu aliæ denique causæ cognitæ Deo, ejus occultissima judicia nequit intellectus humani debilitas penetrare. Usque eo autem hic defectus processit, ut penitus etiam amissa memoria fuerit loci, tantum thesaurum continentis ; quamquam dubitaret nemo, quin is etiamnum haberetur in Archiepiscopali ecclesia : utpote quem constabat illuc allatum fuisse, ex ea quæ hodie S. Jacobi nuncupatur, et olim metropolitica fuit. Quapropter complures Tranenses Antistites, ac nominatim Don Talsa et Don Caracciolus, eumdem studiose requirendum assumpserunt : sed irrito conatu. Felicior illis fuit Don Andreas de Franchis, qui majori diligentia usus, quemadmodum in progressu historiæ dicetur, reperit quædam illius ossa a genu deorsum ; majori ac præcipua corporis parte ignota remanente : donec placuit Majestati tuæ ad hujus Ecclesiæ Tranensis Archiepiscopatum benigne me deligere, cui non requirenti contigit felici casu illam quoque reperire : ut posset Sanctus ipse Propheticum istud usurpare, Inventus sum a non quærentibus me : palam apparui iis qui me non interrogabant.

deinde diu neglectus latuera : *quo a decessoribus 2 frustra quæsito* *Rom. 10, 20*

D E

71 Quapropter gloriari potest Majestas Tua, seque felicissimam reputare, quod ex tribus gloriosis istius nominis Sanctis, quorum corpora divina providentia voluit in Italia reverenter servari; duo, videlicet S. Nicolai Bariensis, et S. Nicolai Peregrini intra tuum regnum Neapolitanum habeatur ; tertium vero, quod est S. Nicolai Tolentinatis, licet alibi honoretur ; ad hoc tamen Regnum quasi radicaliter pertinet, cum is fuerit a parentibus sterilibus impetratus, voto ad primum facto. Neque gloriari tantum, sed etiam secura degere sua Majestas potest : eo quod veneranda, tam istorum Sanctorum quam aliorum toto Regno inveniendorum ossa, ipsis ubi servantur civitatibus et oppidis sint pro firmissima ac minutissima arce..... maxime ubi debitus illis honor servatur.

nunc revelato gloriari Rex possit;

per eum enim olim floruisse Tranum,

72 Id sane experti sunt Tranenses cives tui. Dum enim memoria apud eos vigebat sancti sui Patroni ac Protectoris, ejusque corpus visitabatur atque honorabatur a populis ; conspiciebatur hæc civitas bonis spiritualibus æque ac temporalibus abundare; ornata publicis privatisque palatiis : copiosa familiis nobilitate præstantibus: plena civibus, prudentia ac gravitate conspicuis; frequentata ab exteris nationi F bus, omnis generis pretiosas merces eo vænum afferentibus. Fama autem gloriosi Peregrini nostri sic diffundebatur, tantumque creverat festorum illi decretorum numerus, et processionalium pomparum, quibus natalis ejus colebatur magnificentia, ut cum insignis quidam navarchus Tranensis, Comes Martinus vulgo nuncupatus, salvam deduxisset classem quamdam numerosissimam Regis Alfonsi hoc nomine primi ; possetque rem quamlibet aliam sibi ac posteris suis mercedis loco postulare ; aliud petere non voluerit, quam ut sibi illisque stabiliretur prærogativa perpetua, deferendi ad processiones istas vexilli, sub ipsius sancti nomine benedicti. Verum statim atque cum memoria loci, ubi corpus erat, etiam elanguit prisca erga Sanctum devotio ; pariter deficere cœpit incolarum numerus, Nobilium frequentia, copia facultatum, ædium venustas : et plateæ civitatis, quasi spinis ac vepribus consitæ, deserti alicujus potius quam habitationis humanæ speciem præ se ferre : ut optime ei conveniret de Jerusalem dictum Isaiæ v capite ; Domus multæ desertæ, grandes et pulchræ, absque habitatore ; idque quod apud eumdem sequitur capite

defluxisse autem eodem neglecto,

A capite XXXII, Super humum populi mei spinæ et vepres ascenderunt; quanto magis super omnes domos gaudii civitatis exultantis.

et nunc retecto quasi resuscitari

73 Nempe hæc omnia venerunt super illam, quia domi non erat S. Nicolaus Peregrinus, seu verius sic erat quasi non esset. Erat, quia revera ipsius corpus servabatur in ecclesia; non erat, quia diffluxerat ejus notitia ac veneratio. Ex quo autem divinæ bonitati placuit, ut eo quem supra insinuavi casu a me retegeretur; dicere potuimus, domi esse S. Nicolaum. Neque enim exinde tantum frequentior cœpit esse Sacramentorum usus, ferventior spiritus, ecclesiæ cultiores; sed etiam manifeste apparet auctior frequentia popularis, crescit numerus nobilium familiarum, proficiunt opes, restaurantur ædes; ac tota denique civitas, velut e profundo miseriarum eruta, assurgit ad priorem paulatim fortunam; adeo ut sperandum sit, quod, si adhunc modum pergat Deus eam perfundere divino suarum gratiarum rore, quo ipsa in devotione erga Sanctum proficiet, pristinum omnino splendorem recuperatura brevi sit. Hic ergo est thesaurus, Rex potentissime, cujus inventionem significare Majestati tuæ

Mitti ergo cum particula corporis Vitam an 1617 recusam,

B mei esse officii censui: de quo ut certior esse possis; mitto particulam Reliquiarum, et Vitam ipsius Sancti; de tua insigni religione ac pietate confidens, quod utramque gratissimam habebis, ex utraque fructum capturus suavissimæ voluptatis; maxime cum videbis eodem vix dum reperto commoda exinde tot provenisse: quod totum vertat Deus ad laudem suam, exaltationem sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, et gloriam tuæ Majestatis, quam ipse nobis annis multis felicissimam servet. Ita vovebam, in tua fidelissima civitate Trani, die x Aprilis, MDCXVII.

a suo Vicario sibi oblatam an 1611,

74 *Hanc Epistolam sequebatur ipsiusmet Auctoris Dedicatoria, directa ad Archiepiscopum, qui Historiam vulgari lingua scribi jusserat, qualis impressa fuerat in prima libri editione, sub die* x *Decembris* MDCXI; *ad cujus compositionem usum se fatetur Auctor*, gemino Codice perquam vetusto, altero quidem ubi inter aliorum Sanctorum Vitas continebatur scriptum Adelferii, quale ad Canonizationem ab Urbano II impetrandam oblatum ipsi fuit; altero, quo Amandus Diaconus Vitam sancti ab initio ad finem translationemque corporis complexus est. *Hæc autem duo opuscula non tam assumpsit ille in notæ scriptionis augmentum, quam verterat ex Latino*

C *Italice fecit: posterioris autem certitudinem confirmat*, *primum* ex tabula Græcanica, quæ in ipsius S. Nicolai ecclesia etiamnum cernitur, et proxime a morte ejus picta creditur, effigiem venerabilem repræsentans cum multis circum circa miraculis, eodem Amandi opusculo explicatis; veteribusque duobus Breviariis MSS. ante plura secula, ubi Lectiones et Hymni exinde sumpti inveniuntur; *et hi quidem quos supra exhibui. Postquam autem ostendit illud ipsum scriptum fideliter explicavit Antonius, capite* XIV *describit augustissimam amplissimæ Basilicæ fabricam, ab utroque Bisantio in nomen S. Nicolai erectam, cui in proœmio dixerat impensa*, plus quam ducenta millia ducatorum *fuisse; ingens eo tempore summa: deinde progreditur ad Caput* XV *unde nobis fiet Capitis sequentis initium.*

unde habentur ultima Inventio et Translatio.

CAPUT I.

Inventio partium aliquarum an. 1603, *et reliqui corporis an.* 1611.

Archiep de Franchis,

Labente tempore, usque adeo refrixit Tranensium erga Sanctum religio, ut neque sciretur ubinam esset sacrum illius corpus, neque ullo in honore haberetur sacellum ejus; quod jam potius formam cœmeterii habebat, quam oratorii. Tandem vero D Tranensis Archiepiscopus, D. Andreas de Franchis, filius istius Vincentii, qui non solum eruditis libris suis seculum illustravit, sed etiam felici nobilium Prælatorum ac Jurisperitorum prole; in eam cogitationem venit, post restauratam ecclesiæ fabricam, et officinas pro Nundinis fabricatas, in dextro latere viæ ad illam ducentis, locupletatam Sacristiam et mensam Archiepiscopalem, non sine impendio millenorum aliquot scutorum; venit, inquam in eam cogitationem Dominus Archiepiscopus de Franchis, ut resuscitaret memoriam venerationemque S. Nicolai, requirendo ipsius corpus. Variis ergo ecclesiæ locis suffodi pavimentum jussit: sed nihil reperiens, accersiri ad se jussit D. Joannem Vincentium Barachiam, nunc Canonicum præbendatum, tunc Subdiaconum prædictæ ecclesiæ; eo quod fama esset, cognitum ipsi haberi locum desideratum.

EX ITAL. A PAULI.

ex Subdiacono, servati diu arcani conscio,

76 Hic varie requisitus interrogatusque cum nihil proderet; flecti tandem cœpit, dicente Archiepiscopo, decretum sibi esse, suffodere totum pavimentum chori circa princeps altare: quod ne contingeret cum tam insigni ecclesiæ detrimento, fassus demum est, sibi a suo patruo. D. Petro Baracchia, sub extremum vitæ articulum dictum esse, E quod Reliquiæ S. Nicolai Peregrini defossæ jacerent, in angulo ecclesiæ, in cornu Epistolæ altaris Majoris; itaque per succedaneam revelationem annorum plus quam quadringentorum, solitam sub obitum fieri, ex illo se accepisse. Ipso ergo eodem die, scilicet IV Maji anni MDCIII, post Vesperas, ad ecclesiam se contulit Archiepiscopus, Vicario suo Generali, Archipresbytero, et Canonicis non nullis comitantibus; jussitque adductum eodem cæmentarium fabrum, eo quem Subdiaconus indicaverat loco, terram effodere: qui post impressum aliquoties ligonem, detexit duo candida marmora, sub iisque capsulam æque marmoream coloris varii, ad modum basis, cum suo operculo item marmoreo, longam palmum cum dimidio, largam unum. Dissoluto autem quo operculum arcæ connectebatur plumbo, reperta intus sunt humana ossa parvula, digitorum et genuum, nonnullaque longiora, cum parte hepatis intra byssinum album convoluta. Nulla quidem scriptura apparebat, quæ fidem faceret S. Nicolai ea esse: fides tamen ab universo populo habita est, mox ut de inventione tali constitit; propter indicia plurima concurrentia, in Processu desuper confecto F explicata. Erant Reliquiæ illæ omnino siccæ, multumque accedebant ad candorem: prorsus enim siccus erat locus: vetustissimas autem probabat earumdem fragilitas. Sic repertas reponi in sacristiam Archiepiscopus jussit, cum intentione earumdem veritatem populo declarandi, nisi ex atque a Clemente Papa VIII desuper requisito habuisset responsum; quod non habuit, morte præventus, non sine luctu civitatis totius.

extorta loci notitia usus, an. 1603,

partes aliquas sancti Corporis invenit et moritur.

77 Vacavit post D. Andream Sedes triennio, interimque elanguit negotium totum, quoad usque ad hunc Archiepiscopatum regendum electus fuit D. Fr. Didacus Alvarez, ex ordine Prædicatorum. Hic eodem quo suus decessor zelo impulsus, pro populo Tranensi, nihil ardentius desideranti, quam ut procederetur ad declarationem prædictam; cum Romam profectus ad limina Apostolorum, Sanctissimo D. N. Paulo Papæ V ex ordine narravisset quæ acta erant, nec ullum alicujus momenti dubium examinantibus occurreret, quod moram longiorem suaderet; responsum a Pontifice accepit, ut, secundum formam a Concilio Tridentino præscriptam, ageret. Hoc constituto rediit Tranum Archiepiscopus, anno Domini MDCX, mense Decembri: suoque Generali Vicario Antonio Pauli imperavit, recognosceret

Didacus Alvarez successor,

an 1610 recognoscit acta,

A sceret quam diligentissime Processus, sub Archiepiscopo de Franchis formates, prosequereturque institutum examen civium seniorum ac fide digniorum. Tum vero convocata est Synodus diœcesana, in Kalendas Septembris anni MDCXI; in qua, præter Metropolitanæ hujus, Barlettanæ, et Coratensis ecclesiarum Dignitates, convenerunt plus quam ducenti Religiosi, Theologi, Canonistæ, Doctores, aliique ex præcipuis hujus civitatis. His omnibus Archiepiscopus causam quæ agebatur exposuit; factaque relatione Processuum, et argumentis pluribus adductis per Vicarium generalem, quibus facienda declaratio suadebatur; conventum unanimiter ac sine controversia in eam sententiam est, quæ sine hæsitatione decernebat, veras illas esse Reliquias S. Nicolai Peregrini, atque ut tales inferendas in ipsius sacellum.

EX PROC. A. PAULI.

et an 1611 causam proponit Synodo,

78 Id ut faceret ab universis continuo rogatus Archiepiscopus, magno cum animi sui solatio, per universam Provinciam et circumjectas regiones, publicari fecit novam Translationem, faciendam die V Octobris; eodem nempe, quo a tempore immemorabili consueverat celebrari prima, cum solenni B processione Indulgentiaque plenaria, ad instantiam ipsius Archiepiscopi a Pontifice Paulo V concessa. Præterea mandavit idem Antistes, ut inferior ecclesia Sancti, quæ cœmeterii instar squallebat, repurgata restaurataque, novis fenestris cratibusque instrueretur. Quod cum factum esset, eodem quoque illata est grandis ex candido marmore tumba, cui sic imponeretur arcula, ab Archiepiscopo de Franchis reperta, ut sub altari S. Nicolai posita, pluribusque marmoribus et saxis operta, nequiret furtim subduci a quoquam. Verum ultimo die Septembris, cum eum in finem humus post altare Sancti effoderetur; apparuit ægre processurum consilium, ponendi istic tumbam prædictam. Etenim, statim in principio operis, deprehensa est moles durioris cæmenti, altare ipsum cingens: quod altare, cum totum sit ex pretiosorum marmorum tabulis compositum, metuebant fabri, ne illud auferentes referentesque, ipsum aliqua in parte frangerent.

qua probante decernitur facienda Translatio,

in quem finem altare suffodientibus,

79 Sancto autem omnia ad sui inventionem disponente, contigit eodem mane Tranum advenire peritissimum latomum: qui auferendum reponendumque altare absque ulla læsione pollicitus est, tanto majori cum gaudio Archiepiscopi, quod jam cœpisset suspicari alicujus Sancti corpus sub ara C illa delitescere. Hac ergo sublata, inventa primum est tabula marmorea cum foramine figuræ ovalis: in quo foramine narrabant Canonici vidisse se præteritis annis, ferruminatam inhæsisse tabellam æneam, similis figuræ, cum insculpta S. Nicolai Peregrini effigie, quam tunc temporis domi suæ asservabat D. Joannes Antonius Ventura ipsius capellæ Prior. Allata ergo tabella illa ænea, ab ipsoque Priore agnita, et ovali imposita foramini, inventa est eidem congruere. Tum marmore illo prægrandi sublato, occurrit cæmentarii operis et misturæ subrubræ massa durissima: quæ maximo cum labore cuneis ferreis paulatim diffracta, retexit duo Græci marmoris saxa, tam firmiter inhærentia marmoreis altaris gradibus, ut necesse fuerit malleis ferreis grandioribus ipsa comminuere.

occurrit solidior compages marmorum,

80 Inter hæc supervenit Archiepiscopus, comitante eum P. Mag. Fr. Damiano Alvarez fratre suo, et Canonicis aliquot. Videns autem quam ægre, quamque grandibus malleorum ictibus diffringerentur tabulæ istæ marmoreæ; cogitare cœpit, fieri posse, ut sub iis inveniretur reliqua pars corporis S. Nicolai: in eamdemque opinionem multi etiam alii venerunt, verosimile id faciente ipsius Sancti effigie, olim collocata supra foramen primi marmoris, ut dictum est. Quapropter mandante Archiepiscopo, ut usque ad imum altaris fundamentum fodiendo procederetur; tandem multo molimine eo usque perventum est, ut vacuum aliquid resonare inciperet: inventaque est laterum atque lapidum minorum firma compages, qua una ex parte resoluta, detecta fuit capsula lignea. Hoc viso mandavit Archiepiscopus, ut auferretur a capsula omnis circumcirca calcis lapidumque materia: noluit tamen eamdem prius aperire, quam accuratione summa, nec sine lacrymis teneroque cum sensu devotionis, omnia contemplatus, ipsam quoque considerandam obtulisset Dignitatibus, Canonicis, Syndicoque atque Electis Universitatis; qui tunc erant, ex Nobilitate quidem, Franciscus Mondellus Dionysius Sifola, Angelus Liazarius, et Joannes Lucas Staffa; ex Populo vero, Mutius de Luca, Claudius Palumbus, Franciscus Ventura, et Cæsar Campilia, istuc eum in finem advocati. D

sub iisque occultata arcula lignea,

qua a cunctis diligenter considerata,

81 Viderunt ergo cupressinam esse capsulam, tres palmos longam et duos largam, antiquitus ab Archiepiscopo Bisantio curatam, qualis etiam nunc E in tabula vetusta picta conspicitur. Hanc cum Presbyteri duo reverenter aperuissent, stantem in loco aliquantulum profundo et vivis saxis undique cincto; admotis eo facibus viderunt majorem partem eorum omnium ossium, quibus humanum unum corpus integratur, coloris inter rufum ac rubrum, quæ propter vetustatem et loci humiditatem fragilia valde erant; sicut etiam ipsa capsula: quare cum eam attollere Presbyteri vellent, in frusta discessit. Ergo Archiepiscopus ipse, injecit collo Stolam sacram; et genuflexus, propriis manibus ossa singula extraxit; atque tribus in pelvibus collocata, deferri jussit in Sacristiam, ubi conservabantur Reliquiæ ceteræ. Tunc palam conspectum est caput, licet non integrum; maxillæ cum dentibus, pectus, costæ, humeri, spina dorsi, aliaque multa ossium fragmina: item fragmenta quædam vestis rufæ, manticæ atque chordæ, quas gestare Sanctus solebat cum viveret, cum quinque nummulis ætatis istius, quos ipsum credibile est eleemosynæ nomine accepisse: pulvis denique cinerum rubicundus, sigillum appressum capsulæ, omnia denique signa, comprobare apta, quod a tempore primæ translationis ea sic composita fuerint.

reserataque,

apparent ossa totius fere corporis,

et transferuntur in Sacristiam.

CAPUT II.

Translatio celebratur 5 Octobris, Sacrarium instauratur, in quod etiam aliæ Reliquiæ inferuntur an. 1616. F

Ad istius inventionis famam repleta est jubilo civitas universa; affirmantibus unanimiter omnibus, nolle Sanctum membra sua divisim coli, sed insimul velle conservari omnia: quandoquidem occasione paucarum Reliquiarum ejus reponendarum sub altari, repertæ fuerint ceteræ omnes. Ab urbe per circumjectas late regiones didita fama eadem multo plures exivit, ad præsentiam futuræ Translationi impendendam: invitati nihilominus sunt nominatim, Reverendiss. D. Salutius Episcopus Rubensis, et D. Bovius Episcopus Molfettanus; indictaque est Synodus diœcesana universo Tranensi Clero, in diem primæ Translationis anniversarium. In hunc etiam diem ornata est ecclesia a summo usque deorsum variis pannis, non solum Italicis, sed etiam Flandricis, diversimode configuratis; sic ut omnes faterentur numquam in hac provincia visam ecclesiam, tam splendide excultam; ad quam ipso die solennitatis communiori calculo censendi sunt concurrisse ad octo millia extraneorum. Primæ autem

Sparsa rei fama,

Tranum ingens fit concursus:

tem Vesperæ fuerunt quam solennissime decantatæ ab Archiepiscopo, residente in throno suo, atque ex adverso in alio considentibus Antistitibus prænominatis.

ubi 5 Oct. coacta Synodo diœcesana

83 Sequenti mane, prius quam ad ecclesiam procederetur, congregata fuit coram Archiepiscopo Synodus in Palatio ejus; cui, præter Prælatos jam nominatos, intervenerunt Dignitates Ecclesiæ ac Diœcesis Tranensis; deinde Archipresbyter atque Cantor Bituntinus, Archipresbyter Rubensis et Primicerius Molfettanus, cum multis Doctoribus atque personis in urbe honoratis. Coram his proposuit Archiepiscopus negotium, quod erat præ manibus: quæsivitque, an prænarratæ inventioni subesse possit scrupulus aliquis vel dubium. Cœperunt ergo Episcopi ambo jam dicti, ratiocinio perquam bene fundato, demonstrare, atque evidenter comprobarunt, Reliquias, tam primas, quas reperit Archiepiscopus de Franchis; quam recens inventas, habendas esse ut veras certasque Reliquias S. Nicolai Peregrini; propter manifesta ac supra relata indicia, quorum singulorum efficacia diffusius explicatur in Processu. Declaraverunt insuper, quod nova inventio nullatenus derogabat priori; quia inter se comparata ossa, peritorum medicorum et chirurgorum judicio, ejusdem inter se proportionis erant; accurateque numeratis omnibus nullum reperiebatur superfluum, aut ad unius ejusdemque corporis constitutionem incongruum; deficiente solummodo Brachio, quod in argentea lipsanotheca vetustissimi operis, et imagine Sancti insignita, continebatur; servari solitum supra sepulcrum, in sacristia ipsius ecclesiæ. Addideruut etiam et probaverunt, nequaquam esse novum, quod intra unam eamdemque ecclesiam, unius ejusdemque Sancti Reliquiæ variis locis partim sepultæ, partim aliter compositæ haberentur; imo id ipsum communiter inveniri factum, propter bellorum furtorumque pericula.

declarata est veritas inventarum Reliquiarum. B

84 His aliisque rite expensis per jam dictos Prælatos, eorumdem sententiam universa Synodus comprobavit; additis etiam rationibus aliis, vi quarum decreta conscriptaque declaratio, secundum statuta Tridentini Concilii, publicata est inter Missarum solemnia; in eamdem quæ diem indicta Translatione solemnis, post Vesperas decantatas: et ad hunc finem utræque Reliquiæ compositæ fuerunt intra arcam, holoserico rubro obductam, quo possent
C facilius circumgestari. Cœpit autem post horam vigesimam tertiam pompa procedere ab ecclesia; quam in longissimam seriem extenderunt, non solum Religiosi ex tota collecti Provincia, sed etiam Confraternitates, Barletta Vigiliisque adductæ, Clerusque Diœcesanus: et hos inter censebantur tres chori musicorum, laudes atque hymnos Sancto canentium; post istos vero sequebantur Canonici hujus Metropolis, per vices sacræ arcæ ferendæ humeros commodare jussi; ac denique claudebatur agmen ab Archiepiscopo Tranensi, Rubensique et Molfettano Episcopis, Pontificalia indutis. Hoc ordine per omnes præcipuas plateas circumducta est pompa, circuitu plus quam mille passuum, duarum et semis horarum spatio; deponebanturque Reliquiæ ad Sedilia quatuor regionaria, ad quæ astabant totidem perquam splendida altaria; ubique autem explodebantur tormenta bellica, mortariola, et sclopi, varie dispositi; collucentibus etiam ignibus festivis, in formas draconum, pyramidum, atque gigantum artificiose compositis: adeo ut Civitas, licet gravata tantopere, videatur hic voluisse exhibere specimen magnificentiæ suæ veteris.

quæ sub [illegible]

in novam tumbam deponuntur;

85 Finita processione, tres jam dicti Antistites, manibus suis extra arcam sustulerunt Reliquias, intra velum sericeum viride sigillatas; collocaruntque supra altare S. Nicolai, intra tumbam marmoream, ex unico saxo totam; et supra eam poni jusserunt tres marmoreas tabulas, atque altare, in formam ac situm priorem reduci. Ex ipsis autem Reliquiis, præter brachium antiquitus separatum, placuit Domino Archiepiscopo foris etiam asservari Caput, Humerum, et Maxillam, cum pauculis fragmentis ossium, ad commune populorum solatium intra proprias lipsanothecas recondenda: quæ aliaque majoris momenti ac pretii in honorem Sancti tam gloriosi designata, faciat Deus executioni mandari. Facturum autem, sperare possumus: quia jam nunc tantopere crevit vulgi devotio erga ipsius ecclesiam capellamque, ut nullus præterlabatur dies, quo eo non confluant plurimi, non solum cives, sed etiam exteri, non sine anathematis ac luminaribus, in testificationem receptarum gratiarum, infirmantibus collatarum, offerendis. Neque hic omisero ad conclusionem confirmationemque prædictorum subjungere, quod propter famam miraculorum ingentium S. Nicolai, statua ejus marmorea fuerit Neapoli, nobilissima civitate, posita antiquitus ad latus dexterum portæ majoris Archiepiscopalis, supra capitellum columnæ unius, inter imagines Sanctorum Januarii, Agnelli, aliorumque: ubi ipse conspicitur in habitu Peregrino, cum hoc lemmate: SANCTVS NICOLAVS PEREGRINVS, TRANI PROTECTOR.

D

EX ITAL. A PAULI

præter paucas seorsim servandas.

Statua vetus Neapoli

E

86 Neque istic constitit fervor et diligentia Archiepiscopi D. Fr. Didaci Alvarez; quin potius accensus magis magisque est zelus, cupientis devotionem gregis sui erga Sanctum extimulare novis novisque incitamentis. Quapropter consilium cepit omnes Reliquias, quæ superius in sacristia servabantur, transferendi in capellam ipsius Sancti, velut in commune sanctuarium. Cum enim neque locus, neque modus quo istic detinebantur, esset talis, ut frequentius possint a populo honorari; videbantur sacra istæc ossa debito cultu venerationeque destitui. Jussit igitur ex nuce eleganter laborata construi portas quatuor columellatas; quarum duæ, etiam dum clausæ starent, prospectum tamen darent in chorum minorem, ubi singulis sabbatis canitur Completorium cum musica, duæ ex utroque latere fictæ soli servirent ornatui: omnes autem cum postibus ac super liminaribus suis, egregie ex eodem ligno sculptis, palmorum septem altitudinem attingerent, sustinerentque percurrentem supra totum opus coronidem, duobus palmis sublimiorem ipso altari Sancti. Ex hinc vero incipit paries cavari in repositoria, interstincta octo columnis Corinthii operis, atque portarum postibus perpendiculariter imminentibus: super has vero rursum altera circumducitur coronis, cui velut quatuor frontispicia insistunt, singula singulis portis respondentia: clauduntur que repositoria ista quatuor, totidem grandibus vitreis. Duo porro repositoria lateralia, dividuntur singula in loculos decem; quorum septem capaces sunt justæ medii corporis statuæ, ceteræ minoribus lipsanothecis relinquuntur, hoc ordine, ut inferiores loculi singuli habeant altitudinem palmorum trium, latitudinem duorum; alii deinde duo his supereremineant, alti palmos duos, lati sesquipalmo; supremum autem locum occupent loculi tres, alti palmo ac semis, lati palmo et quadrante; inter quos ad ornamentum operis excavantur in hemicyclum tres alii, pro minoribus quas dixi lipsanothecis. Hinc sequuntur fenestræ duæ, supra portas ad chorum ducentes; et inter ipsa repositoria, medium locum supra altare obtinet repositorium quintum, configuratum in formam Crucis, altæ tres et latæ circiter duos palmos. Supra secundam vero coronidem circumducuntur in modum fenestellarum quatuor repositoria, mediis statuis aptata; in centro autem

Sanctuarium Trani novo ornatur opere,

F

et aptatur collocandis lipsanothecis,

A. autem ipsius frontispicii excavantur tres minores loculi, partim ornamenti causa, partim reponendis minoribus reliquiariis designati; ita ut totum hoc Sacrarium universim numeret loculos quadraginta quatuor, pro totidem lipsanothecis distincte ordinateque digerendis. Porro hoc Sacrarium clauditur quatuor portis, ex nuce sculptis; quarum singulæ tribus pulcherrimis seris firmantur; ut ne promiscue patens accessus reverentiam minuat, prospectum autem non excludant sepimenti columellæ, quibus pars superior portarum ornatur: inter portas vero, et quæ ipsas stipant utrimque columnas, nuceam coronidem sustinentes, post infimum sepimentum assurgunt ex ferro hastilia longa, in lilium auratum desinentia.

[illegible] ordine pulcherrimo.

87 Hunc in modum adornato Sanctuario, intra capellam Sancti instituit Archiepiscopus, anno MDCXVI, die v Octobris, generalem denuo processionem: in qua prænotatæ lipsanothecæ omnes circumferrentur per civitatem: de quibus Reliquiis haud abs re fuerit referre aliquid. Prima maximeque memorabilis est frustrum carnis, in quod miraculose conversa fuit Hostia Eucharistica, quodque B ad stuporem omnium hactenus incorruptum servatur. Est autem traditio apud Tranenses vetustissima, quod Deus miraculum illud fecerit, cum Judæa mulier propositum haberet sacrum illud pignus in sartagine torrere: monstraturque etiamnum ubi id accidit, post decursum plurium seculorum. Servatur vero hæc Reliquia, in tabernaculo argenteo, quod ex speciali affectu fabricavit vir nobilis Fabritius Cornei. Huic appositæ sunt duæ particulæ Crucis Dominicæ, quarum una includitur Cruci argenteæ, tres palmos altæ, cum tali ad pedem inscriptione, Don Fabritius de Lagni, Miles S. Jacobi de Spada, et Camilla de Franchis, conjuges, ex legato hoc opus anno MDC. Subtus autem inveniuntur notata hæc verba. Ex antiqua Canonicorum et urbanorum traditione, signum hoc sanctæ Crucis, auro cinctum, dum furto subtractum in pectore cujusdam detinetur, scissa zona in Metropolitanæ ecclesiæ solum decidit. Andreas de Franchis, Frater Archiepiscopus, hic annotari jussit, anno ejusdem Jubilæi.

Horum, an. 1616 translatorum una,

miraculosam Crucis particulam,

88 Ibidem conservatur Brachium S. Feboniæ virginis Martyris, sua adhuc carne vestitum; pars Humeri S. Blasii, Episcopi Martyris, unde continua emanat fragrantia, ad stuporem cunctorum eam C percipientium; pars Brachii S. Leucii, Archiepiscopi Brundusini et Protectoris Tranensis; aliud item Os ex corpore ejusdem; Os ex corpore S. Petri Apostoli, tres Digiti S. Cosmi Martyris, pars Costæ et Digitus S. Agathæ Virg. et Mart. Os ex corpore S. Stephani Papæ et Mart. Digitus S. Roberti; Os ex corpore S. Christophori Mart. Digitus S. Ambrosii, Archiepiscopi Mediolanensis; Brachium S. Philippi Apostoli; Os ex corpore S. Barnabæ Apostoli. Est ibi etiam capsula argentea, plena Reliquiis pretiosis, donata cuidam apud nos ecclesiæ S. Marci a republica Veneta, inter quas nominantur spectabiliores aliquæ partes ossium, SS. Juliani Mart. Jacobi Apost. Margaretæ Virg. et Mart. Philippi Apost. Catharinæ Virg. et Mart. atque Agathæ, præter minutiores particulas Sanctorum plurium, quos longum sit nominare singulos. Invenitur quoque eodem in Sanctuario Brachium gloriosi S. Nicolai Peregrini, jam inde ab anno MCXLIII in prima Translatione seorsim habitum; nec non capsula argentea, intra quam Archiepiscopus de Franchis bonæ mem. partem Hepatis ejusdem S. Nicolai, cum quatuor illis obolis vetustate corrosis, quos intra peram Sancti repertos supra diximus; sigillumque ferreum veteris arcæ cupressinæ, intra quam inventa fuit potior pars sacrorum ossium. Est ibi D denique medii corporis inaurata ex ligno statua, cum capite argenteo, ex liberalitate prælaudati Archiepiscopi D. Didaci Alvarez: qui intra eam condidit partem Capitis Maxillæque cum nonnullis Dentibus ipsius Sancti, qui publicis privatisque civitatis hujus calamitatibus remedium, et nostris animabus auxilium ferat, ut cum ipso mereamur æternæ gloriæ participes in cœlo fieri. Amen.

aliæ alias insignes Reliquias continent,

quibus accedunt singulares quædam S. Peregrini

APPENDIX

De Ecclesiis in honorem S. Peregrini constructis.

Ex altera Vita, Italice ab Agnello Bruno edita.

Auctor hic, priore posterior totis annis septuaginta, Caput XXVIII *Historiæ suæ Panegyricæ, impendit Basilicæ Tranensi; non tamen eam sibi sumit, architectonice delineandam, sicut fecerat Antonius, accuratione majori, quam ut tam minutam singularum partium descriptionem dimensionemque patienter quis E legere in hoc opere possit: sed eam rhetorice summatimque laudat, et stylo nobis aptari. Cum ergo dixisset, in elaboranda vasta illa mole, pietatem Tranensium cum magnificentia certavisse, sic ut tota Italia, paucis aliis sit invenire magnitudine et elegantia pares;* Sita est, *inquit*, in parte altissima civitatis, ad littus maris; ut Sanctus, inde et huic et illi præsidens, ipsam haberet pro theatro beneficentiæ utrimque dispartiendæ; ipsiusque ecclesia uni serviret ad custodiam pro arce, alteri pro pharo ad securitatem: quibus sane titulis apte decorabitur, tum propter firmitatem murorum, sexcentis omnino annis nullamdum a tempore injuriam sentientium; tum propter eximiam sublimitatem operis, ad ipsas pene dixerim nubes assurgentis. Non potest tamen unum templum dici, quod revera trinum est; non quidem conjunctis lateraliter ædificiis tribus, loco distinctis; sed uno supra alterum fabricato, ad similitudinem globorum cœlestium, aut potius Paradisi, cujus fundamenta æque pretiosa describuntur ac muri.

Descriptio Metropolitanæ Tranensis,

firmissimo opere laboratæ,

90 In prima ecclesia, quæ ceteris major per communis soli superficiem extenditur, contemplanda deficit oculus; pluriesque eum intendere opus est, ut illa bene consideretur; tantum usitatam vulgo F mensuram excedit, in tres divisa naves, quas utrimque sustinent arcus, duplici fultæ ordine viginti octo columnarum utrimque, ex uno solido marmore omnes; quibus in media navi correspondet superior ordo alius columnarum totidem, qui ipsi, augustius ultra alias assurgenti, pro corona est. Cetera omnia tam frontispicii quam murorum fabrica, ex quadratis lapidibus sic assurgit, ut quam solida est eorumdem connexio, tam sit etiam ordinata, lineis æqualiter ductis, acsi panni unius texturam referrent. Jam vero quæ intra solum depressæ per gradus subeuntur ecclesiæ duæ, vix quidquam a superiori nec inter se differunt, nisi quod secunda ecclesia fulciatur columnis, infima vero pilis quadratis, instar turrium solidis, magnitudinisque immensæ. Fabrica autem tam nobilis, nostra memoria magis etiam fuit decorata, sub ea operis parte quæ templi supremi tribunæ subjacet, quam solemus ecclesiastico vocabulo appellare Confessionem, ubi S. Nicolai corpus servatur; quamque in prægressis Sanctuarium nominavimus. Hoc autem novum opus fieri curavit Don Franciscus Andreæ Tranensis, Presbyter et Canonicus Metropolitanus ac Prior S. Nicolai. Hanc partem, quæ potest Gazophylacium dici, sustinent

substructione triplici, quarum prima supra terram tollitur,

dux in fundamentis,

A stinent viginti octo columnæ; eamque discernunt in fornices quater replicatos; parietes autem circumcirca, sub dimidiatis per singulas intercolumnia arcubus, vestiuntur picturis, manu peritissima efformatis, partemque ex vita Sancti referentibus; ex quibus pendent imagines Sanctorum Episcoporumque civitatis hujus, qui videntur non tantum ornare locum, sed etiam idem in terris facere S. Nicolao, quod in cœlis; id est, accipere et refundere mutuo splendorem gloriæ.

habent elegantissimam confessionem et Sacellum Sancti,

91 Altare ubi tumba est, sacri custos corporis, quam speciose simul ac pretiose sit fabrefactum, vix potest exprimere lingua vel calamus; totum musaico ut vocant opere, tam mira varietate lapidum pretiosorum distinctum, ut dubites materia opus an opus materiam superet. Id tamen quod Sanctuario, huic, meo quidem judicio, præcipuum confert ornamentum, est frequentia atque devotio, tam civium quam peregrinorum, illuc accurrentium: sine quibus ardentium istic jugiter cereorum ac lampadum multitudo, aliud non essent, quam tenebræ meræ. Verum singulis diebus Veneris (quoniam tali die cessit ex hac mortali vita Sanctus) et diebus quindecim, mortis diem prægressis (quorum tres sanus, et duodecim infirmus Trani est commoratus), tam exaggerata istic spectatur religio accurrentium, ut singuli videri possint totidem majores festivitates; B eo maxime, quod visitationi sancti Corporis plerumque jungatur Confessio et Communio sacra: quamquam illi ipsi quindecim dies solum possent nominari Vigilia, respectu eorum quæ fiunt die secunda Junii, Sancti Natali.

atque altare,

ubi feriis omnibus sextis, et quindena ante festum, frequens usus Sacramentorum

92 *Hinc transit Agnellus Capite* XXIX, *ad* mirabilem mutationem sacri Corporis, *in eo positam, quod Amandus, scriptor primæ Translationis, num.* 60 *Archiepiscopum Bisantium juniorem alloquens,* Ossa, *inquit,* sicut erant roseo colore nitentia, intentius intueris; illud enim corporeum, in quod caro sanctissima transiit (nec enim ipsum terram vel pulverem audeo appellare) novitatis specie oculos mirantium tenet infixos. *Dixit autem Agnellus, quod* sacrum corpus illud, licet viventis formam amiserit, non tamen conversum sit in terram aut cineres, sed in materiam quasi igneam; in qua tempore inventionis discernebatur ab ossibus caro: et illa quidem rubebant, ut corallia; hæc vero, rosarum massas æquabat colore, fragrantia vero multum superabat. *Accipiat hanc paraphrasim ut volet* C *lector, et præsumat (si lubet) Panegyristam aliquid distinctioris notitiæ invenisse in Archivio Tranensi, quam declarent Amandi Diaconi verba, satis obscura. Certe non aliunde hausisse potuit, quam ex processu anni* MDCXIII, *quod tacuit Antonius, quodque Cap.* XXXI *asserit,* Joannam Sifoli et Annam Bellarborem, virgines devotissimas, cum juramento testatas; eo tempore, quo de translatione S. Nicolai cogitabat Archiepiscopus Alvarez, visum a se fuisse supra novæ ecclesiæ campanile ipsummet Divum, splendida circumfusum luce, specioso in amictu, et statura gigantea. *Insuper quod,* cum Archiepiscopus idem, eodem anno, Episcopo Minerbinensi dedisset in pyxide particulam sancti Corporis, ejusque lator, Lucas Petri-Angeli, ipsam vellet Minerbinum auferre, die XXVIII Martii, admodum pluvio, (sive quia tunc pluviæ non timentur in Apulia, sive ex quadam præcipitandi reditus necessitate) et iret una cum pluribus aliis eamdem viam tenentibus; secutus eum imber est, toto itinere continuus, qui omnes a capite ad pedes perpluit, præter thesauri sacri latorem. Hic autem testatus est insuper, ambulavisse se velut sub papilione crystallino, in quod deciduæ guttæ videbantur circum ipsum cadere, quo certius miraculum esset, quod tam multos habuit spectatores ac testes, quam multi fuerunt viæ comites. D

Ossa et caro, quo statu inventa.

Sanctus super campanili visus.

Reliquiarum lator intactus ab imbre.

EX ITAL. A. BRUNI.

93 *Exhinc sequitur Caput* XXXII, *priusquam veniatur ad summarium miraculorum supra narratorum ex Amando; quod Caput inscribitur,* De aliis ecclesiis S. Nicolao fabricatis in regno Neapolitano; et honoribus in ista metropoli atque alibi eidem exhibitis, *quæ sic pertexuntur.* Tranensis quidem civitas initium fecit ædificandi ecclesiam suo sancto Protectori; sed ejus devotionis laudem non semper sola tenuit. Prima hac in parte illius imitatrix (quantum equidem rescire potui) fuit Hydruntina, quæ prima etiam Italicarum urbium illum excepit hospitio. Hanc secuta urbs Lupiensis est, provinciæ caput: ubi inter plura alia illustre est templum, a Guilielmo Bono Siciliæ Rege ædificatum Sancto, propter sanitatem illius intercessione ista in urbe recuperatam. Istic enim sic infirmitatus, ut a solo cœlo medela speranda videretur, votum pro ea ipsi fecit; et exauditus, non sibi tantum, sed etiam toti Regno fuit, suam incolumitatem a vita Regis pendere æstimanti. In ejus autem beneficii memoriam sempiternam, donavit eidem ecclesiæ Princeps piissimus castellum unum, quod ab optimi mellis inde provenientis copia, nuncupatur Lyciense Meledunum, quasi Mellis-donum. Castellum istud decursu temporis (ut fit) translatum ad alios dominos, modo E numeratur inter antiquiores ac nobiliores Baronatus, quos in hac Provincia obtinent Domini Comites Lezzanelli, ex illustrissima Paladinorum familia.

Ecclesia fabricata Hydrunti,

et Lupiis.

94 Sed præstitus Hydrunti ac Lupiis honos S. Nicolao, nihil habet ad illum, quo dignata eumdem est Neapolitana civitas; utpote qui uno solum gradu censetur inferior summo. Etenim Metropolitana illa ac Regia urbs, marmoream S. Nicolai statuam, reposuit inter alias Neapolitanorum Patronorum statuas, in frontispicio Archiepiscopalis Ecclesiæ. Tribus inde milliaribus distat amplissimum oppidum, Casoria dictum. In hujus loci ecclesiæque ministerio cum anno MDCLXII versaretur D. Franciscus Andreæ, idem qui Trani cultum Sancti amplificaverat, ornando sepulcrum ejus; innotescere istic Sanctum fecit referendo quæ noverat de vita et virtutibus ejus. Semen hoc, quasi fortuito jactum, tam altas radices in animis Casoriensium egit, ut primos sibi in Nicolao venerando viderentur ambire, fabricando eidem argenteam statuam; et hac male perdita, alteram similis metalli majorisque pretii substituendo. Eadem Casoria, incredibili cum apparatu, anniversarium Nicolai diem ita celebrat, ac- F si esset unus e præcipuis anni solennitatibus: ejusdemque honori instituit Solidalitatem parvulorum, solitorum die Natali ipsius procedere, cum sua quique in manibus Cruce, ad exemplum S. Peregrini: quo nomine multi istic nuncupantur in baptismo, quia ut Protector universim ipse ibi colitur.

Neapoli statua saxea,

Casoriæ argentea,

et Sodalitas puerorum,

95 Pervenit hujus rei fama ad aures Fr. Francisci de Sarria, ex Ordine Prædicatorum Tranensis Archiepiscopi: qui impulsus desiderio, auditu percepta etiam oculis usurpandi; Neapoli, ubi tunc commorabatur, Casoriam accessit, anno MDCLXIII die XVII Maji; et famam vero minorem fuisse comperiens, atque inquilinorum erga Tranensem Protectorem collaudans pietatem, eamdem dignatus est confirmare, concessa particula Reliquiarum. Nec minus Sanctus egit, ad demonstrandum quam sibi gratus esset ejusmodi affectus: quod equidem probare possem exemplis pluribus variarum gratiarum, S. Nicolaum ibi invocantibus concessarum: sed iis omnibus prætermissis, sufficiet unam retulisse, quæ singulariorum paterni erga Casarienses affectus demonstrationem continet; et juratis testimoniis affirmata, in archivio Tranensis Archiepiscopii descripta invenitur, verbis quoad substantiam hujuscemodi.

atque Reliquia:

EX ITAL. A. BRUNI. item ectypon statuæ Tranensis,

A 96 Desiderabatur Casoriæ ectypon statuæ, Trani veneratæ, formatum ex creta; ad quod deinde exigeretur statua S. Nicolai, quæ tunc curabatur, et postea facta argentea est. Hujus rei cura commissa fuit cuidam ea in arte præcellenti Andreæ Falconi: qui opus quidem faciendum promisit, sed aliis pluribus præventus, modum ac tempus non reperiebat solvendi promissi. Jam dies XVII Aprilis transierat, et de statua non plus cogitabat Andreas, quam si de ea nemo sibi unquam locutus fuisset: imo egressus Neapoli operis cujusdam causa, securus commorabatur in domo Patrum Operariorum Piorum, a Deipara montana nomen habente. Hic, quodam die respiranti ab opere et quietem meridianam captanti, videndum se obtulit S. Nicolaus in habitu Peregrini; dixitque: Surge eia, et fac ut quamprimum absolvatur statua mea. Id ille somnium esse ratus, reddidit sese sopori captando. Cum ecce D iterum ei Nicolaus apparuit, rursus ipsum suscitans, et segnitiem redarguens, ac denique commendans, ut quam simillimam sibi faceret; eoque dicebat, Considera me attentius; simulque conspicuum magis ipsi se præbuit, et disparuit. Experrectus Andreas, nihil dubitavit, quin a cœlis esset somnium istud; eo quod inveniebat imaginem Sancti, tam vivaciter phantasiæ suæ impressam, ut eam nequiret credere effectum esse simplicis ac naturalis somni. Statua vero, secundam istam ideam formata, verum id esse demonstravit. Cum enim lineamenta vultus sacri accepisset, rudi dumtaxat verborum ambitu commendata sibi; collata tamen illa cum Tranensi, quæ creditur ad viventis expressa vultum, tam similis apparuit, ac si ab una manu ambæ essent.

phantasiæ sculptoris impressum a Sancto.

DE S. JOANNE EREMITA PRESB.

B

URTICÆ IN BURGENSI CASTELLÆ VETERIS DIOECESI.

E

D. P.

Commentariolus prævius, de cultu et vita ejus.

ANNO MCXLIII.

In loco anachoreseos suæ celebris

Castellæ veteris Regiam, Burgos *vulgo dictam, antiquis nuncupatam fuisse* Aucam, *Villanovanus apud Ortelium asserit: sed hic optat, ut Auctores suos produxisset, quos vir Geographiæ veteris studiosissimus nusquam potuit reperire. Non admodum procul Burgis* Aucam *illam fuisse, probant Montana, diœcesis ejusdem partem septemtrionalem percurrentia ab Occasu in Ortum, vulgo* Montes d'Oca, *antiquam nomenclaturam retinentia. In his montanis, qua asperiora sunt, situs est vicus ab* Urtica *dictus,* XII *dumtaxat milliaribus ab urbe, palæstra eremiticæ præstitulati* Joannis, *et monasterii istic vel ab illo vivente, vel eodem jam mortuo et miraculis declarato erecti sedes. Hic ille mori voluit: hic ejus sacrum corpus habetur, hic cultus præcipuus, tota autem diœcesi minime vulgaris. Siquidem Burgensis apud nos Breviarii Kalendarium ad hunc* II *Junii præscribit festum* Joannis de Ortheca, IX Lectionum, III capparum. Duplex: *ipsas autem Lectiones, consequenter recitandas, proponit Breviarium ex initio Vitæ mox proferendæ, cum hac propria Collecta:* Omnipotens sempiterne Deus, qui B. Johannem, Confessorem tuum atque Presbyterum, Sanctorum tuorum collegio sociasti; concede nobis, adhuc in valle lacrymarum laborantibus, ut ejus preces et merita, ad impetrandam gratiam tuam tibi præstent auxilia. *Neque per Romani Breviarii susceptionem abolitum est festum, sed mutatum Officium. Similia aut eadem fortassis omnia, invenienda in Breviariis, Compostellano, Salmantino, Calagurritano, Palentino, Seguntino et aliis, e quorum aliquo eum recepit Philippus Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum.*

proprio Officio per Castellam colebatur.

C

2 *Vitam, unde Lectiones sumptas dicimus, ex tribus antiquis Legendariis, Burgensi, Asturicensi et Segobiensi, diligenter (uti ex margine apparet) inter se collatis, edidit Tamayus, miraculis tamen paucis auctam, sumptis ex nostro Ribadineira: qui, sicut et alii Vitarum ejusmodi Hispanice redditarum evulgatores, in suo Flos-Sanctorum illam proprio stylo exposuit. Ipsam ex Tamayo hic damus, post operam frustra datam ad obtinendum fidelius et nusquam interpolatum exemplar. Et in illis quidem MSS. quæ Tamayus vidit unus communis error est, quod is, cujus res omnes gestæ initium ducant ab an.* MCXI, *uti ex Annotatis apparebit, obiisse legatur anno* MLXIII, *quod per meram antiquioris librarii oscitantiam factum, omissa literra numeri centenarii C evidens esse censet Tamayus: nec abhorret a verisimilitudine conjectura quod usque eo Sanctus vixerit, cum num.* 10 *dicatur* ad senectutem devenisse. *Sed si ultimi duo articuli ab eodem quo priora auctore sunt, non possunt illa, ut ex Legendariis antiquis sumpta dicantur, multum excedere annorum ducentorum ætatem; scripti enim articuli illi fuerunt, postquam Urticense cœnobium anno* MCCCCXXXIV *Hieronymianis Eremitis obvenit, loco cedentibus qui eum prius tenuerant Canonicis regularibus. Itaque valde propendeo ut credam, vetustæ Legendæ, cum num.* 12 *finitæ, et seculo fortassis* XIV *compositæ ab aliquo ex Canonicis Regularibus, Appendiculam istam auctoris Hieronymiani postea accessisse. Fortassis etiam ampliorem Legendam Ribadineira habuit, in qua miracula erant ab eo relata. Plura de* Joanne *præfari non est opus, cum cetera quæ huc faciunt ad Vitam ipsam annotari commodius possint.*

Acta dentur a Tamayo ex MSS. 3.

ACTA

Ex Legendariis MSS. edita a Joanne Tamayo de Salazar.

F

Solennem Sanctorum memoriam ad hoc sancta retinet Ecclesia, ut illorum pia gesta, minus eruditis piæ vitæ fiant exemplaria. Sicut enim prava pravorum dogmata, imitatores suos prava imbuunt doctrina; ita pia Sanctorum gesta, fidelibus sanctæ Ecclesiæ veritatis monstrant vestigia. Inde est, quod Religio consuevit Christiana commendare memoriæ, mediante scriptura, quæ ad augmentum fidei esse cognoverit auxiliaria, juxta illud Apostoli: Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Ab ista igitur commendabili consuetudine, occasione sumpta, Vitam B. Joannis, Presbyteri et Confessoris Christi, proposuimus compendiose commendare scripturæ; non tam præsumptioni scientiæ nostræ inhærentes, quam illi divino eloquio incumbentes, quo dicitur: Aperi os tuum etc. Remota igitur præsumptione, adhibitaque piæ mentis devotione, illo Prophetico utentes eloquio: Audiam quid loquatur in me Dominus, rem ultra vires ingenii nostri arduam incipimus. Quod si forte defecerit intelligentiæ nostræ ratio, sufficiat piæ mentis intenta devotio.

Ex usu Ecclesiæ Vitas Sanctorum scribendi,

Rom. 15

Vitam hanc edendam sumit Auctor.

Ps. 80, 11

Ps. 84, 9

A *Adolescens Joannes sacris Ordinibus initiatus,* 2 Beatus igitur iste Joannes, Confessor Domini, et amicus, natione Hispanus, in territorio Burgensi, in rure campestri, Quintana Fortunii *a* nomine, ex parentibus non infimis oriundus fuit. Qui cum adhuc teneræ esset ætatis, inutilia declinans exercitia [humanæ mortalitatis *b*], et quasi Deo se offerens, litterarum studio adhæsit; ut cum Psalmista posset (Ps. 19, 8) dicere: Hi in curribus, et hi in equis; nos autem in nomine Dei nostri magnificabimus. Inde est quod implevit Dominus petitiones suas. Transeunte deinde temporis curriculo, sancto instans proposito, jam juvenis, exutus puero, ad sacros Ordines promotus est; quibus adscriptus, attentius solito, corde, voce, et opere, divino obtemperavit obsequio.

propter civilia bella, ab Aragonio suscitata, 3 Factum est autem in diebus illis, quod seminata discordia, tota ferme in guerram converteretur Hispania. Post mortem namque *c* Ildephonsi, potentissimi Regis Hispanorum, qui sine herede virilis sexus obierat, Rex quidam surrexit de Aragonia; qui habens prædicti Regis filiam in uxorem, totam sibi subjugare volebat *d* Hispaniam, cum non esset qui ei in bello resistere posset. Quod attendens pacis amator B. Joannes, propter afflictionem B patriæ nonnullas ni (fallor) profundens lacrymas, indoluit. Cumque dispersionem et exterminium gentis agricolæ, ingruente militia, consideraret, sciens in tumultu bellorum, causa consimili, propriam perdere posse substantiam; diffiniens apud se, eam quamtulamcumque multo rectius in operibus *perculsus patriæ sic turbatæ,* misericordiæ expendendam, aiebat intra se; Væ mihi! Quare affligitur populus Dei? Quare perversitas superbiæ offendit metas innocentiæ? Hic figmentum illud verum est poeticum:

Quidquid delirant Reges plectuntur Achivi.

bona sua vendit, 4 Et sic pietatis visceribus affluens substantiæ suæ partem pauperibus erogavit, quorum possessiones hostilis asperitas subrueret; partem sibi retinens, non ad avaritiam, sed potius ad omnipotentis impetrandam gratiam. Quia cum videret nullatenus se posse habitare in terra nativitatis suæ, sumpto consilio contemplationis divinæ, proficisci proposuit Jerusalem. Sumpta igitur supradicta parte substantiæ, quæ quasi obnoxia erat temporali perditioni, et eam in itinere sanctæ peregrinationis *Hierosolymam peregrinatur:* expendens; in thesauris scientiæ, ubi rubigo nec tinea demolitur, collocavit; et sic vir Dei, virtuti innitens fidei, pacem quærens, guerram fugiens, (Ps. 131, 7) C locum pacis Jerusalem visitavit; ut juxta Psalmistam, adoraret, ubi steterunt pedes Domini. Completo itaque proposito, adeptoque voto, aliquantulam temporis moram Jerosolymæ faciens, ad propria repedare destinavit.

in reditu evadit periculum naufragii, 5 Cumque reverteretur, cum instantia mare ingressus, cum magna peregrinorum turba, ventus pestilens conturbavit maria, ut eorum pene confringerentur navigia. Quod vir Dei attendens, pro se et aliis peregrinantibus misericordiam Dei exposcens, oratione vix consummata, ex improviso pestilentia sedata est. Qua de re proposuit cum mente devota, si Deus cum prosperitate eum reduceret ad Hispanorum regna, ad honorem B. Nicolai fabricare ecclesiam, cujus precibus se credidit evasisse maris contumaciam. *S. Nicolao [illegible],* Quid plura? Mare evasit, per terram iter arripuit, Christo duce Beatoque Nicolao Confessore, et summa cum incolumitate ad propria repedavit. Quo facto, divinæ constanter maluit vacare contemplationi, quam terrenæ inhiare commoditati; (Mat. 24, 13) juxta illud quod scriptum est, Qui perseveraverit usque in finem, salvus erit.

seque ad eremum confert, 6 Sed quoniam quandoque solicitudines terrenæ, populique frequens instantia, mentem retrahunt a contemplatione divina; adoptavit eremum, in qua Deo, remuneratori in te sperantium, vitam suam penitus dedicavit. Erat autem in Ocensi *e* Silva locus terribilis, prope stratam B. Jacobi, Urtica nomine, in quo latrones totius silvæ sua habebant diffugia; et ibi nocte transgredientibus insidiantes, cupiditate temporalis pecuniæ, quæ semper avidas mentes hominum excæcat, quamplures necabant, alios suffocabant, et alios spoliabant; ut neque etiam indigenæ ad illum locum accedere ausi essent. Hunc locum vir Dei elegit habitare, hoc affectu et desiderio, ut excluso perversorum latrocinio, ibi divino vacaret servitio; recolens fortassis illud quod legitur de B. *f* Bonifacio, qui a Pantheo Romano templo exclusa multitudine dæmonum, illud construxit in memoriam omnium Sanctorum. D EX TAMAYO. *e* *latronibus insessam.* *f*

7 Sed quia, sine Regali consilio et auxilio, tale quid incipi videretur præsumptio; sumpto a viris industriis consilio, ad Ildefonsum honoratissimum Regem Aragoniæ, qui longa exercitatione militiæ jam sibi regnum subjugaverat Hispaniæ, perrexit: quem vir Dei justis precibus aggrediens, locum impetravit ab eo optatum. Inde summa cum lætitia repedans, ut Deus suæ operationis fundamentum esse appareret, ad honorem ipsius et in B. Nicolai recordationem, oratorium fabricare incepit. Sed quoniam, ut superius est dictum, maxima latronum multitudo ibidem latitabat; quidquid Vir Dei in die faciebat, latronum perversitas in nocte diripiebat; quia timebant opus sancti Viri suæ iniquitati fore nocivum, vehicula et ea quæ erant operi necessaria fraude arripiebant, et temerariis ausibus confringebant; et sancti Viri corpori mortem, operi combustionem, substantiæ dispersionem minabantur: quæ omnia Vir Dei contemnebat, sciens consummationem boni operis, non esse ex homine, sed ex Deo. *Ibidem exstruit oratorium S. Nicolai,* E *illis frustra impedire conatis:*

8 Cumque consummata esset ecclesia, ædificavit et juxta eam asylum, in quo peregrini haberent refugium, quibus ipse pro posse necessaria ministrabat. Quod attendentes fideles, ad eum confluebant, et summa cum devotione de rebus suis ei offerebant: quem etiam quasi Christi vicarium, in pœnitentiis suis reconciliatorem habebant. Nec tantummodo vulgus, sed et Principes, ac etiam Imperator *g* Hispaniæ, qui prædicto Regi successit in regno, inter sese et Deum, mediatorem ponebant: et divina favente gratia erant ei oves, et boves, et pecunia sufficiens. Sed ne forte putaretur omnia hæc congregare velle ad avaritiam, in fluvio, qui dicitur Iberus, a quo tota Hispania alio nomine vocatur Iberia, pontem firmavit in vico, qui dicitur *h* Lucronium, in quo partem non modicam substantiæ sibi a Deo commissæ expendisse dignoscitur. Similiter in urbe Naxara, *i* de novo pontem fabricavit; qui impetu aquæ multoties corruptus, summo cum labore et expensis, ab eo multoties est restitutus. Juxta vicum B. Dominici pontem ligneum fecit, super torrentem de montibus Cuculsæ descendentem, cujus longitudo quingentorum passuum spatio distenditur. Inter locum etiam habitationis suæ, et villam Octaporcam *k* nomine, manibus propriis stratam posuit, in locis humentibus et aquosis, ut Jacobipetæ, longo fessi labore, facilem transitum haberent. *item hospitale pro peregrinis,* *g* *ex affluentibus ad opus eleemosynis:* F *h* *i* *et pontibus structis publico consulit,* *ac viam sternit* *k*

9 His et aliis operibus, quibus Vir Dei studebat, ejus fama sonuit in finibus Hispaniæ; unde sanctarum domorum et hospitalium Rectores ad eum confluebant, ut eos viam vitæ et disciplinæ doceret, et in regimine sanctarum domorum instrueret. Qui se cum possessionibus sancti Viri arbitrio determinationique [subjiciebant]: et omnes fere domus et hospitales, a Lucronio usque ad civitatem Burgensem, ejus consilio et auxilio regebantur. Erat enim tantæ abstinentiæ, ex quo eremum habitare cœpit, *Regit omnia circum Xenodochia,*

A pit, quod in die semel tantum cibum sumeret. Singulis etiam annis tres Quadragesimas jejunabat, abstinens a cibis omnibus, qui motus carnis illicitos excitare possunt. In gestu autem, habitu, et persona, etiam ignotis verus Eremita apparebat.

ex Tamayo ipse vir magnæ abstinentiæ.

10 Deinde cum Vir Dei devenisset ad senectutem, et habitaret in civitate Naxarensi, accidit ut asinus, quem pro vehiculo habebat, camum de corio factum disrumperet; quem cum Vir Dei manibus propriis repararet, subula pupillam oculi sui perforavit. Qui cum cassum lumen sentiret, et auribus Pontificis Roderici, summæ honestatis viri, qui tunc temporis illius diœcesis curam gerebat, infortunium insonuisset; ac sanctum Virum, quem pro Patrono habebat, accessit. Cui cum Vir sanctus, tam senectute quam infirmitate gravatus, assurgere vellet, lumine cœlitus sibi reddito, eum inspexit.

Extinctum subula oculum miraculo recipit:

11 His et aliis virtutibus Vir Dei illustratus, ad cœlestes epulas est a Domino invitatus. Sed antequam ad obitum veniret, eum Dominus carnali infirmitate correxit: et cum obitum suum præsentiret, et ut verius loquar præsciret; vocato Consule Lupo, qui dominium civitatis obtinebat, et omni Consilio, eos communiter exoravit, ut eum jam morti proximum, apud Urticam, ubi propriam habitationem habuerat, transmitterent. Qui honorifice, summo cum luctu et mœrore, eum a civitate sua eduxerunt; et facta oratione pro pace Ecclesiæ et terræ fructibus, et pro vivis et pro defunctis fidelibus, benedixit civitati, et ejus pariter habitatoribus. Deinde a suis conservis et aliis pluribus ad locum deportatur optatum: in quo paucis vivens diebus, rebus benigne dispositis, obdormivit in Domino, anno Domini, n MCLXIII, quarto Nonas Junii.

deficere se sentiens, B *petit Urticam revehi:* n *ibique mortuus*

12 Post cujus mortem, miraculorum fama crebrescente, multorum concursus factus est populorum; inter quos quædam puella de Burovia, spiritu maligno cruciata, adfuit; quæ postquam ad sepulcrum sancti Viri accessit, callidus hostis sentiens se non posse resistere, quasi ludens, ait se perversi viri cujusdam imaginem gerere, qui nomine Castellano Garsias Pelictri dictus fuerat. Sed quia fas non est ab hoste doceri, non sine divino nutu hæc dicta fuisse possumus arbitrari; ut scilicet perversi caveant, ne post mortem suam imaginem informent diabolo. Ob hoc ergo tota cum tripudio lætatur Hispania, quæ talem Patronum meruit habere in gloria. o

claret miraculis, o

C 13 Mira hujus patrocinii lux spirat in eo, præcipue in conjugibus; ut qui multis annis steriles et improles convixere, seque ipsi commendavere, prolem impetrent. Nimirum quemadmodum S. Joannis parentes, qui multis annis in matrimonio convixerant infœcundi, postea filium, fusis ad Deum precibus, impetrarunt; ita vult Dominus, ut idem sanctus Eremita similium beneficiorum sit, et agnoscatur, et colatur Patronus.

sterilibus prolem largiens,

14 Marita quædam sterilis, Viri sancti meritis insperatam filiam impetrarat; quæ cum nonnihil adolevisset, matre lactucas in ripa fluminis abluente, non procul molendino, præceps in aquas decidit; quarum vortice impetuque abrepta, in molendini rotas incurrit. At mater protinus exclamavit: S. Joannes de Urtica te servet: quo dicto puellula molendini rotas illæsa, comi renidens ore, transiit et evasit. Infans biennis, item Urtica oriundus, profesto Dominicæ Ascensionis die, in altum præceps puteum delapsus, fuerat suffocatus; qui a patre ad sacellum Viri sancti delatus, ejusdem patrocinio fuit ad vitam revocatus.

lapsos in aqua servans,

15 Festo quodam ejusdem sancti Viri die, nonnemo suum tonderi gregem curavit; et ne quid ejusmodi servilis operis pro tunc fieri curaret admonitus, neglexit, sed non impunis. Nam cum postridie, juxta templum monasterii illius, ducentæ ex eo grege, qui pridie tonsus fuerat, oviculæ ducerentur, omnes collapsæ simul extinctæ sunt. Quotannis festi solennitas ejus celebratur, maxima populi frequentia; qui de cunctis illus confinibus, aliisque remotioribus oris ad eam solennitatem concurrit; multaque funebria affert vestimenta, quæ velut anathemata in templo suspendantur; in eorum sempiternam memoriam, qui vel a limine mortis ad vitam revocati, fuerant iis induti; vel jam ea moribundis parata habuerant, et postea Viri sancti prece pristinam valetudinem recuperarunt. p

D *puniens violatorem sui festi;* *hujus ingens celebritas.* p

16 In hoc S. Joannis de Urtica domicilio diu vixere Canonici q Regulares, usque ad annum Christianum MCCCCXXXI, quibus Priores ab ipsismet electi præfuere. Sed Burgensis Episcopus Paulus de S. Maria, qui Judaicam execratus impietatem Christo nomen dederat, vir longe doctissimus, postea id domicilium S. Hieronymi cœnobitis concessit certis conditionibus, assentientibus tribus, qui superstites adhuc erant, Canonicis Regularibus; a quibus denique jus omne resignatum est, anno Christiano MCCCCXXXIV; sexto Idus Januarii. Præfectus est cœnobio F. Alphonsus de Bonilla, sicque jus omne domicilii illius in ordinem S. Hieronymi transivit: quod Eugenius Papa VI bullis Apostolicis confirmavit.

q *Locus a Regularibus ad Hieronymianos transit an. 1431* E

17 Dein anno Christiano proxime numerato Postridie Kalend. Martii, cum transferre vellent Viri sancti Corpus, ex S. Nicolai sacello, ad templum monasterii in operosum quod ei extruxerant mausolæum; multique Præsules et Viri principes, ad eam solennitatem cohonestandam, convenissent; sub ipsum processionis instituendæ tempus, subito impletum est templum sacellumque aviculis, nive candidioribus, alias numquam visis; quæ hinc inde lætabili concinio circumvolantes, cœlestem suavissimi et gratissimi odoris fragrantiam spirarunt, populumque recrearunt. Ipsum vero S Joannis Corpus immotum restitit: itaque Dominus significavit, velle se sacras illas sui famuli exuvias illic relinqui; sicque immotæ restiterunt.

qui an. 1434 corpus transferre frustra nituntur,

18 Ante paucos annos idem sanctum Corpus, in aliud operosius mausoleum, tamen in eodem sacello, translatum est; repertæque sunt omnes ejus carnes consumptæ, præter ipsum cum ossibus cor; quod erat omnino recens, integrum, illibatum, tabisque purum. Atque in hoc domicilio magna Deo gloria accessit, postquam S. Hieronymi Cœnobitis traditum est; non eo tantum quod cultus divinus auctus fuerit, sed quod raro suæ religionis atque virtutis exemplo, cunctos illos accolas ad virtutum studia (ut amant) incitarint, et quod multas erogent eleemosynas omnis nationis hospitibus, ad S. Jacobum in Gallæciam peregrinantibus: nam quoties annonæ caritate pestilentiaque laboratum est, semper unicum miseris in ea tota regione fuere perfugium. Quod Christianæ Religiosæque caritatis officium Deus, qui caritas ipsissima est, sæpe miraculo probavit; et reditus eorum, quamvis exiles, si tot tantisque expensis conferantur, liberaliter auxit: pro magna scilicet fiducia in S. Joannem, qui Cœnobium hoc in eum finem fundavit.

deinde elegantius eodem loco Mausoleum struunt: F *cui magnus sub illis splendor accessit.*

ANNOTATA D. P.

a Quintana, *et* Quinta, *Hispanis dicitur villa, prædium. Breviarium Burg.* Quintana Hortuno, *ex usu recentiori, pro* F *initiali* H *pronuntiantium.*

b *Verba inclusa* [ ] *Burg. et Astur. deesse notat Tamayus*

A *Tamayus; et sic alia, quæ inclusa invenies, scias vel istic vel in Segobiensi deesse.*

c *Alfonsus* 6 *Castellæ Rex, qui Toletum a Mauris recuperavit, obiit an.* 1109, *relicta filia Urraca, quæ vidua Alfonso Arragonio nupserat. Hic cum parum fideret Castellæ Proceribus, omniaque administranda daret Aragoniis, ac se non quasi pro tutore privigni Alfonsi ex Berengario Comite Burgundiæ nati, sed pro Rege gereret; multum perturbationis Castellæ intulit, modo contra uxorem, modo contra privignum belligerando.*

d *Id est, quantum fere in ea Christianorum erat: nam Bæticam adhuc totam Saraceni tenebant.*

e *Tamayus* Oscensi; *sed hoc ab* Osca *civitate, vulgo* Huesca *duceretur.*

f Bonifacio *scilicet IV, qui Pantheon dedicavit sub an.* 608.

g Alphonsus Urracæ filius, *Imperator coronatus an.* 1135, *eo quod ceteris in Hispania Regibus potentior esset: huic a consiliis et aliquando a Confessionibus fuisse Joannem, ait Ribadineira, sed sine teste.*

h Lucronium, *vulgo* Logrogno, *in confinus Navarræ, antiquis* Juliobriga.

i Naxara, *inter Iberum et oppidum S. Dominici Calceatensis, ad eumdem torrentem, quem Marietta* B Nagerillam *nominat.*

k *Eidem Mariettæ* Atapuercas; *et forte melius.* D Atar *enim, alligare dicitur,* Octar *nihil significat.*

EX TAMAYO.

l *Frequentes scilicet eo tractu: ad usum peregrinantium Compostellam, ex Navarra et Gallia.*

m Rodericus, *Tamayo* Calagurritanus et Naxarensis Episcopus; *idemque varia ejus Acta profert, signata anno* 1145, 51, 5, *et* 6.

n *Supplevi deficientem centenarium, quem Tamayus satis habuerat notasse in margine: patet autem correctio ex eo, quod senio gravis tum fuerit, ut supra dictum, et initio civilium bellorum juvenis.*

o *Videtur hic haberi finis veterum Actorum, sequentia miracula Ribadineira adjunxit, nescio unde accepta.*

p *Quoniam præfatur Tamayus antiquis Actis hæc miracula a se addita: videtur indicare quod sequentia etiam acceperit ex vetustis Legendariis quæ allegat: fieri tamen potest ut Acta vitæ sint uno seculo antiquiora, quam Appendicula hæc.*

q *Quia num.* II *dicitur Sanctus,* a suis conservis *delatus Urticam, consequens esse putat Tamayus, ut eum locum priores tenuerint Eremitæ, istic a Joanne instituti; quod non negaverim, mallem tamen certiori* E *testimonio roborari.*

DE S. JOANNE MARTYRE

BIALOGRODI IN BESSARABIA.

D. P.

Sylloge, ex Slavo-Russicis monumentis.

CIRCA SEC. XIII.

Bialogrod, id est Castrum album,

a Turcis occupatum an. 1484

Daciæ inferioris ad Pontum Euxinum pars extima, Tyræ (vulgo Niester dicti) et Istri sive Danubii fluminibus intercepta, Tartarorum Budziacensium, Turcis Tributariorum, hodie sedes Bessarabia est; cujus præcipuum oppidum, ipsius Tyræ ostio adsitum, Moscis* Belogond, *Polonis* Bialogrod, *Slavis* Belgrado, *Turcis* Ac-Girmen, Moncastro *Walachis, Græcis* Asprocastron *dici, asserit in sua Geographia Michael Antonius Baudrandus; docetque tot nominibus eamdem subesse* Albicastri *notionem. Hoc famosum satis emporium, et unde ipsa quoque regiuncula tota* Bialogrodensis Tartaria *sæpe nuncupatur*, anno MCCCCLXXXIV, *teste Matthia de Michovia Chronicorum Polonicorum lib. 4 cap.* 73, Bajazetus C Turcarum Imperator, cum maxima potentia, tempore veris Bessarabiam ingressus, obsidendo expugnavit. *Quandonam eamdem Provinciam, Polonis verosimiliter aut Moldavis olim subditam, occupaverint Tartari, mallem scire; quia Menologium et Synaxarium Ruthenicum, unde prætitulati Martyris notitiam accipimus, antiquiora esse opinor prædicta Turcarum invasione.*

ante quod tempus annis 35

2 *Illa certe antiquiores sunt figuratarum Ephemeridum Tabulæ, quas ante primum Tomum Maji vulgavi; quarum ætatem, mihi tunc nondum observatam, hac deprehendi ratione. In fine primi mensis, id est Septembris, repræsentatur omnium ultimus* S. Gregorius, *Magnæ Armeniæ Apostolus et primus Patriarcha; capiti autem, non solum supra scribitur nomen,* A ΓΡΗΓΟΥΙΙΙ, *uti in ectypo nostro; sed juxta originarias ligneas figuras, addi debet,* ΙΝΔ. Β. Ι. *id est, nota* Indictionis XII: *qua formatas tabulas primum fuisse,*

factæ Ephemerides figurata Moscorum,

licet sæpius forte innovatas, prorsus mihi persuadere cœpi, postquam ad ipsius Sancti pedes, in eodem prototypo, reperi notatas litteras Θ Μ. *quæ Latino numero* XLIX *respondent: nec enim dubitare potui, quin hic haberetur annus tum currentis seculi, tali Indictioni respondens. Quæsivi ergo in chronotactica Glossarii Cangiani tabula, ad id confecta, annum aliquem* XLIX, *cum* XII *Indictione concurrentem, primum apud Græcos, quorum Æra annos octo pauciores numerat quam vulgaris nostra; sed nullum reperi: reperi autem a tempore conversæ Moscoviæ, in æra nostra vulgari, post* MCX *et post* MCCCC. *Hinc confirmatus in eo quod audieram, Moschos, in annis numerandis, more Latino progredi; non diu hæsitavi, utrum annum e duobus eligerem; cum in Tabulis illis invenirem nonnullos seculo* XII *verosimiliter posteriores; et Harduinus noster, Tabulas meas accuratius scrutatus, certo compertum sibi esse scribat, ex argumentis necdum publicandis, quod ipsæ fuerint seculo* XV *confectæ. Interim etiam sic consequens fit ipsas Tabulas esse Turcica in Bessarabiam irruptione annis* XXXV *priores.*

F

Joannem habent;

3 *His ita deductis, curiosius contuli Junii nostri figuras cum originariis; et deprehendi Sanctos* Joannem, *de quo hic, et* Martianum *Martyrem Ægyptium die* VI, *non omnino ad fidem prototypi Moscovitici vestitos, sed pro talari ac longiori veste, cum qua ibi exprimuntur eodem fere quo* S. Theodorus *schemate, indutos sago militari, quod sicuti debet in* Marciano *corrigi, sic verosimiliter debet etiam corrigi in* Joanne. *Non est tamen firma illa illatio; cum* SS. Alexander *die* IX, *et* S. Leontius *die* XVIII (*quos certo constat fuisse milites*) *togati quoque exprimantur in prototypo, recte circa hos a nobis correcto. Tamen, cum tam hic, quam isti vestitus, eorum sit Sanctorum, quos antiquitus apud Græcos cultos eædem Tabulæ repræsentant; manet hactenus, quod sicut dixi in Notis ad Ephemerides,* Vestis forma non præfert indigenam *id est Ruthenicum Sanctum; qualem manifeste præfert vestitus* SS. Antonii, Joannis et Eustatii *Martyrum, Vilnæ in Lithuania seculo* XIV. *Verum conjecturam istam de peregrinitate* Joannis *eatenus verosimilem, valde dubiam mihi reddit, distinctius jam cognita præcipua quædam ejus hoc die celebritas apud Moschos, cum ignoratione ejusdem apud Græcos comparata. Neque enim solum in Moschorum Ephemeride figurata, de qua hactenus, componitur*

habitu quidem Græco,

cum

A *cum* S. Justino, *Græcis celebratissimo, his ignotus* S. Joannes : *sed in Menologio Sparwenfeldii sic legitur, post memoriam duplicis S. Justini a Græcis acceptam.* Item S. Megalo martyris Joannis Novi, passi Bielogoradii.

AUCTORE D. P.

sed cum titulo Megalo-Martyris,

4 *Sanctos et Sanctas* Megalo-martyras *id est* Magnos Martyres, *invenio a Moschis dici inter viros quidem* XV *Septembris* Nicetam, XX Eustachium, XX *Octobris* Artemium, XXVI Demetrium; XXV *Novembris* Clementem Papam, VIII *et* XVII *Februarii, utrumque* Theodorum Ducem *ac* Tironem; XXIII *Martii*, Georgium; *inter Virgines vero*, Marinam, Euphemiam, Ecaterinam, Barbaram, Anastasiam : *quos omnes magnifico isto titulo appellare Rutheni didicerunt a Græcis. Hi autem cum nullum* Joannem *sic appellent; imo nullum habeant tantæ notæ, ut istius respectu hic de quo agimus* Novus *seu* Junior *vocetur; primum quidem ita vocari eum censo respectu* S. Joannis Baptistæ; *sicut respectu S. Stephani Proto-Martyris*, Junior *dicitur is qui sub iconomachis est Constantinopoli passus; Maria Neptis Abrahami Pœnitens, respectu Ægyptiacæ; Bacchus seculo* X *passus in Palæstina sub Saracenis, respectu ejus qui cum*

et Junioris.

B *Sergio coronatus est sub Maximiano. Existimo deinde,* Joannem *non solum Martyrio et cultu, sed etiam nativitate, vel saltem commoratione Biolograd ensem fuisse; cum adhuc Bessarabia tota, et quidquid intra Borystenem atque Danubium Euxino Ponto adjacet regionum, Russorum jam Christianorum nomine et imperio continebatur : seculo autem* XII *vel* XIII *accidisse, ut Lithuani adhuc gentiles, vel etiam Crimenses Tartari, ambo enim Russorum hostes fere continui fuerunt ab illo tempore) facta incursione Biolograd um occuparint; ibique repertum* Joannem *excarnificarint, multo prius quam ea regio, Russis adempta, Tartaris cederet in possessionem. Titulus enim* Megalo-martyris *non potuit ipsi nisi longiori tempore, per multa miracula, et celebrem corporis venerationem, acquiri.*

Videtur is Biologrodensis fuisse,

et ad sec. 12 pertinere.

5 *Liceat porro, occasione hujus* Megalo-martyris Joannis *quædam hic attexere ex Gallica relatione Guilhelmi le Vasseur Domini de Beauplan, tom. 2 Atlantis Blaviani lib. 5 Latine reddita. Describitur ibi vi*cus Pieczary, dimidio infra Kioviam milliario *situs*, cum claustro in quo Archimandrita *totius Russiæ*, ordinariam; Metropolita vero, honorariam habet sedem. *Ibi, inquit,* subtus montem claustro vicinum reperire est cavernas plurimas, plenas cadaveribus, ultra mille ac quingentos annos sepultis, necdum tamen dissolutis : *tum addit hæc :* Dicitur passim cavernas hasce a priscis Christianis, gentilitiæ violentiæ se subducentibus, Deoque vero quiete servituris, conditas esse (*neque id dissimile vero videbitur consideranti, Romanum Imperium usque ad Borystenem extensum illuc usque, etiam sensisse ferocium persequentium Christianos*) habitatasque eremitis; *sicuti ex simili occasione iisdem fuerunt habitata deserta Ægypti extremæque Thebaidis.* Ibidem videre, *inquit Auctor*, est cadaver Sancti cujuspiam Joannis, integrum ad lumbos usque conspicuum, inferior enim pars infossa est terræ ut videri nequeat. Hujus loci Monachi referebant, dictum S. Joannem, præviso obitus sui tempore, manibus suis effodisse foveam, corpusculo suo condendo aptam; non in longum quidem more consueto, sed profundum versus : cumque adstantibus Fratribus ultimum vale dixisset, in eam sese dimisisse : Dei vero nutu factum, ne totum corpus, quamvis satis fossæ esset, terræ immergeretur; sed ut dimidium saltem extaret, velut ad prærogativam sanctitatis. *De hujus ætate et vita, operæ pretium fuerit certiora doceri; et num forte is ille sit, cujus Georgius David, ad diem* IX *Novembris, reperit in illius gentis Synaxario memoriam, his verbis :* et Venerabilis Patris nostri Joannis Kolovæ.

D *Pieczarense prope Kiovium cœnobium,*

cum incorrupto corpore alicujus S. Joannis,

E

forte 9 Novembris colendi.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

SENDOMIRIÆ IN POLONIA PER TARTAROS CÆSIS,

D. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS

C

De tempore modoque Martyrii et cultu, ex Cromero et aliis.

ANNO MCCLX.

M*artinus Cromerus, Origines ac Gesta Polonorum, adhortante Sigismundo Augusto, libris triginta complexus, usque ad annum* MDVI : *cum lib. 9 pag. 237 narrasset civiles motus, quibus post annum* MCCLVIII *Polonia distracta fuit; mox subjungit, quomodo interim* Tartarorum ingens vis, Nogaio et Celebuga ducibus, in Poloniam sese per Russiam mense Decembri effudit, Russis ipsis adjutoribus atque ductoribus; summaque celeritate usi, et Lublinensem oram prætergressi, in Sendomiriensem fecerint impetum : *ubi direptis monasteriis Zavichostensi Virginum Clarissarum, atque Lyssemensi, Sendomirense oppidum incenderint; et arcem, nullo respirandi spatio defensoribus dato, die nocteque cœperint oppugnare. Verum id illi faciebant, inquit,* nullo operæ pretio : nam a multis arx gnaviter defendebatur. Pleraque enim omnis vicina nobilitas, et oppidani atque agrestes multi, cum uxoribus, liberis et fortunis suis, ad primum adventum hostium, eo confugerant. Ibi Russorum Duces, qui in castris Tartarorum erant, primum per internuntios, deinde per se, cum Petro de Crempa Præfecto arcis agunt, ut, si se arcemque servatum ire velit, ad Tartarorum Duces in castra veniat; et imperata se facturum professus, parvo se arcemque et omnem multitudinem redimat: fidem dant nihil in ea re fore periculi; se hæc ita confecturos.

Tartari Vistulam transgressi

per socios Russos ad se eliciunt Præfectum arcis Sendomirien.

F

2 Credidit Præfectus, Russos, Christiani sanguinis misericordia commotos, quemadmodum præ se ferebant, illa suadere et recipere: confirmabant autem promissa sua, impetratis aliquot dierum induciis. Itaque Præfectus, cum Sbigneo fratre et Primoribus ex nobilitate, ad castra hostium proficiscitur : Duces barbarorum, ut erat edoctus a Russis, adorat; de salute sua et arcis supplex agit. Barbari, ut sunt fallacissimi fideique expertes, in supplices impetum faciunt; spoliatos et verberatos immaniter obtruncant; et confestim sublato clamore, effuso cursu in arcem, nihil tunc hujusmodi expectantibus defensoribus, invehuntur; et in cæde hominum, omnibus perterritis et latebras quærentibus, promiscue grassantur... defessi autem cædendo, reliquum vulgus gregatim in Vistulam impulerunt. Tanta vero cædes in arce tunc facta esse dicitur, ut sanguis cæsorum usque ad Vistulam difflueret,

eoque perfide mactato improvise irrumpunt,

et fœdam stragem edunt,

NOT. 12

A fueret. *Fluvius, uti et celeri tunc, glacie concretus, ripæ suæ sinistræ adhærentem* Sendomiriam *habet, Polonicarum versus Russiam regionum ultimam: quæ ante annos circiter viginti hanc cladem prægressos, scilicet anno* MCCXL, *similem ab iisdem Tartaris fuerat incursionem passa. Etenim illi, ut ab eodem Cromero narratur lib.* 8 *pag.* **211**, *similiter* transmisso Vistula flumine glacie concreto, Sendomiriam expugnavere: Coprounicense monasterium, quod etiam Pocrivuniense appellatur, diripuere; utrobique præter cives magnam agrestium et nobilium multitudinem, quæ illuc confugerat, una cum Monachis, interfecere.

sicut anno 1240 fecerant in Monast. Coprunicensi.

3 *Hæc ideo ita inter se comparavi: quia Cromerus, loco prius citato, dubius hæret an revera anno* MCCLX, *an autem præcedenti invasa arx Sendomiriensis sit, propter auctoritatem Dlugossi, priori anno id factum scribentis, in secundo scilicet qui necdum typis prodiit sed* ***manuscriptus servatur Historiæ Polonicæ tomo.*** *Dubium vero utcumque soluturus, suspicatur, bis Tartaros tunc in Poloniam incurrisse;* quod quidem mihi, *inquit* fit credibile, quod priorem illam sub brumam initio mensis Decembris factam esse scribit idem

Cromerus opinatur arcem captam 2 Junii,

quia tunc festum agitur cæsorum in ea,

B *Dlugossus:* eam *vero,* qua Sendomiria capta est, æstatis initio accidisse constat ex eo, quod in hodiernum usque diem strages illa, quasi Martyrum Christi, anniversaria celebritate, postridie Kalendas Junii, Sendomiriæ magno populi concursu recolitur, magna Alexandri quarti Pontificis maximi Indulgentia cumulata ac dedicata. *Sedit Alexander IV ab anno* MCCLIV *ad* MCCLXI, *cladem istam immediate secutum, defunctus* XXV *Maji; cujus utinam Bulla proferretur, verosimiliter certius aliquid nos edoctura de tempore et veritate Martyrii! Etenim vix mihi possum persuadere, voluisse Pontificem, omnes et singulos quos publica ista calamitas involvit, Martyrum titulo honoratos. Nam licet Religionis Christianæ odio præsumi possint moti fuisse Barbari ad scelus tam immane; verosimile tamen est, aliquorum specialiter eminuisse virtutem, in amplectenda morte potius quam fidem oblatæ vitæ causa ejurarent. Hac certe, non alia de causa,* XIV *Augusti venerantur cives Hydruntini illi circiter octingenti cives, quos anno* MCCCCLXXX, *tertia post captam a Turcis urbem die, recusantes ad Mahometismum transire, barbarus gladius contrucidavit; non autem alia longe plures quos cum Archiepiscopo suo, enecavit primus furor irrumpentium in urbem, nullo Ducum imperio.*

sed non est verisimile quod promiscue omnium.

C 4 *Sicut autem istos, uno in loco extra urbem pro fide trucidatos, varia postmodum cœlestia prodigia docuerunt esse venerandos ut sanctos; ita crediderim, digressis barbaris et redeuntibus, qui mortem aut vincula evaserant provincialibus, accidisse Sendomiriæ aliquid, quo isti docerentur, certam aliquam cæsorum congeriem speciali veneratione dignam censeri a Deo, corporibus forsitan per miraculum conservatis, aut cœlesti lumine circumfusis. Illa autem in urbem illata fuerint* II *Junii, præhabito Romani Pontificis assensu atque Indulgentiis anniversariæ ornata. Quibus positis, sicut vidimus Tartaros, in populatione anni* MCCXL, *occupata Sendomiria, expilavisse* Procrivuniense monasterium *(ita enim et Topographicæ tabulæ locum nominant, alias* Copronitz *dictum, sex fere leucæ spatio Sendomiria dissitum, ad eamdem Vistulæ ripam circa annum* MCLXXXV *Cisterciensibus fundatum) sicut, inquam, tunc monasterium illud expilavisse Tartaros vidimus et Monachos occidisse; ita credibile est fecisse eosdem etiam altera vice novemdecim post annos; et quidem in iis circumstantiis, in quibus dictorum Monachorum fides et constantia eluxit certius, et singularius meruit honorari. Id omnino supposuit Gaspar Jongelinus, in Notitia Abbatiarum Cisterciensium per regnum Poloniæ,* de Monachis Martyribus in hoc cœnobio, *jubens legi Cromerum pag.* 236.

[illegible] pisse,

eaque fuisse Monachorum Coprunicen,

D 5 *Auctoritatibus istis nixus Chalemotus, in serie Sanctorum Beatorum ac illustrium Virorum Ordinis, diem* II *Junii sic exorditur:* In Polonia, in cœnobio Claræ-provinciæ, seu Cuprunicensis, memoria beatorum Martyrum, Monachorum hujus loci, qui in odium fidei a Tartaris Sendomiriæ occisi, suo sanguine locum illum illustrarunt; eorumque triumphus ibidem singulis annis fidelium concursu recolitur, concessis quibusdam Indulgentiis sacra eorum corpora visitantibus, ab Alexandro IV summo Pontifice, hac die qua inscripti sunt Kalendario. *Sed cui? An Sendomiriensi? Utinam! Nam si ibi expressus est titulus Monachorum, facile credam, non solum Cuprunicenses, ante vicennium expertos furorem Tartarorum, hac vice in Sendomiriensem arcem confugisse; sed etiam, quod arce per dolum sic capta, aliquid circa eos vel vivos vel mortuos contigerit, ob quod eorum corpora fuerint deinde honorificentius quam aliorum collecta et publicæ venerationi exposita. Donec autem certius informatus circa hæc fuero, tenebo festum, cujus idoneum testem habeo Cromerum, Warmiensem Episcopum, vel tum cum scribebat vel postea creatum; at-* E *que illud* Sendomiricensium Martyrum *appellabo, suppenso ad* Cuprunicensium Monachorum *appellationem calamo et judicio.*

Auctor: D. P. presumit solum Cistercienses,

6 *Hactenus scripseram, quando opera R. P. Ignatii Dirtius, post administratam laudabiliter supremo jure Provinciam nostram Flandrobelgicam, missi in Poloniam Visitatoris, cum titulo Viceprovincialis, quod* ***deinde etiam in vicina Lithuania fuit; accepi anno*** *hujus seculi nonagesimo;* ex Actis Actorum Officialatus Consistorii Sendomiriensis, sub sigillo Perill. et adm. Rev. Domini, D. Christophori de Dembika J. V. L. Canonici et Officialis Zendomiriensis, Præpositi Stolnicensis, S. R. M. Consiliarii, extractum et extraditum, *quod fecit* Albertus Carolus Mrouczynski, sacra auctoritate Apostolica et Consistorii Sendomiriensis Notarius Actuarius M. PP. *transumptum ecgraphi authentici, ex quodam Brevi, quod fuit per Bonifacium PP. VIII* datum Romæ apud S. Petrum III Idus Novembr. MCCXCV: *quod ecgraphum* anno MDCXVI, die Veneris XVI Martii, *perrexit* ad Officium Consistorii Sendomiriensis Actaque personaliter veniens Vener. Matthæus Brzostowski, Vicarius et Vicedispensator Vicariorum ecclesiæ Collegiatæ B. Mariæ Sendomiriensis, tenens in manu schedam certam, legibiliter descriptam, In- F dulgentiarum certarum, ad ecclesiam suprad. Collegiatam B. Mariæ V. spectantium, et petens eamdem ad Acta suscipi et ingrossari. Schedæ vero ejus tenor talis erat.

sed ex authentica ***copia*** *Indulgentiarum anni* 1295.

scripta anno [illegible].

7 Bonifacius Octavus Episcopus, Servus Servorum Dei, Filiis suis in Christo dilectis ac fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem sempiternam et Apostolicam benedictionem

[illegible] desolatione facta anno 12[illegible] 2 Febr.

Venientes ad nos Filii nostri dilecti, Rodzella, Decanus Sandomiriensis ecclesiæ, cum suo socio nomine Alberto, qui dicebat se esse Canonicum ejusdem ecclesiæ; nobis lacrymose narraverunt quod venientes impii Pagani, quos dicebant Tartaros, terram Sandomiriensem subintrarunt; et castrum Sandomiriense subvertentes, multimodam ibi multitudinem Christianorum occiderunt, quorum non erat numerus, et quorum sanguis defluebat usque ad fluvium qui vocatur Wisla. Hoc facto intraverunt ecclesiam S. Mariæ, quæ ibi est; et ipsam spoliaverunt, et incenderunt, et multos ibidem Christianos interfecerunt, et captivaverunt, et cremaverunt; et multas Sanctorum Reliquias, quæ ibi erant, disperserunt; et hoc factum esse dixerunt, in Festo Purificationis S. Mariæ Virginis. Et sub anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono,

A nono, prædicti Pagani, sic talia mala facientes, recesserunt. Nos vero eorum petitionibus et lacrymis annuentes, interrogavimus quid postularent. Qui dixerunt petimus, ut ecclesia prædicta possit relevari, et reparari adhuc, et a vestra Paternitate aliquibus Indulgentiis et Privilegiis communiri.

8 Nos vero inito consilio Fratrum nostrorum Cardinalium, auctoritate omnipotentis Dei, et sanctorum Petri et Pauli, et auctoritate nostra eidem ecclesiæ S. Mariæ Sandomiriensi, dedimus, donavimus et assignavimus, easdem Indulgentias, quas habet Ecclesia Nostra Romana, quæ S. Mariæ ad Martyres nuncupatur. Ut ergo ad eamdem solennitatem, avidius et cupidius Fideles convenirent Christiani; omnibus pœnitentibus et confessis, in die S. Mariæ ad Martyres in ecclesia Sanctæ Mariæ Sandomiriensis existentibus, secunda die mensis Junii, stipendia spiritualia, Apostolica largitione concedimus, trecentos sexaginta et sex annos, vel tot quot sunt dies in anno, de vera Indulgentia cum totidem carenis. Carena autem continet in se triginta dies, quibus anima in purgatorio pœnitere

ei Indulgentias esse datas pro 2 Junii,

B debet, una Carena delebitur; et eamdem Indulgentiam vere pœnitentes et confessi Fideles, in eadem ecclesia, per Octavas festi ejusdem, quærentes, misericorditer consequentur. Statuimus etiam in eadem ecclesia S. Mariæ Romæ, et similiter Sandomiriæ, quod fiat Processio omni feria sexta, cum Vexillis et Reliquiis Sanctorum, excepto festo Duplici vel novem Lectionum, cum Offertorio, Protege, et Litania; et a prædicta Processione, toties quoties contigit, omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui ibi tunc interfuerint, septem annos et totidem carenas misericorditer præsentibus æviterne indulgemus.

quales tunc erant Romæ pro festo S. Mariæ ad Martyres:

9 *Ex hac Bulla primum constat* annus *et* dies *cædis patratæ, scilicet* MCCLIX, II Februarii, *non Junii: ex eadem deinde intelligimus prætensum Alexandri Papæ Privilegium, cujus nulla hic mentio perquam ambiguum esse; et* Alexandri *nomen ex hoc fortasse obrepsisse Crommero, quod audiens Indulgentias Roma obtentas fuisse, crediderit obtentas ab eo qui tunc, cum recens adhuc clades erat, Pontificatum obtinebat. Proinde nequaquam certum est, quod vel iste, vel alius ullus Romanus Pontifex, vel etiam ipsimet tunc Sendomirienses, censuerint pro Martyribus venerandos,* D *quos Tartari mactaverant; itaque corruit universa ratiocinatio conjecturalis prior, in eo fundata, quod illi nunc pro Martyribus habeantur. Apparet enim Bonifacium VIII aliud nihil intendisse, quam ut desolata ante annos* XXXVI *ecclesia, Indulgentiarum in ea constitutarum beneficio relevaretur, per eleemosynas fidelium eo alliciendorum: eumdemque Pontificem concessisse ecclesiæ Sendomiriensi, in qua tanta fuerat cædes Christianorum a Barbaris patrata, easdem Indulgentias, quas Romæ concesserat pro die* II *Junii ecclesiæ* S. Mariæ ad Martyres, *vulgo* Rotundæ, *sub tali titulo ante annos fere* DCXC *dedicatæ a Bonifacio Papa IV.*

non autem pro Martyribus habitos sic cæsos

10 *Ostendi ego in Conatu Chronico historico ad Pontificum Catalogos Dissertatione* 8, *alias futura* 13, *Indulgentias ecclesiam aliquam visitantibus primum concedi cœptas seculo* XI; *easque initio paucorum dierum; sed easdem successu temporis sic fuisse amplificatas, ut tempore Nicolai IV, qui Bonifacium VIII ferme immediate præcessit, singulis pene diebus obtinerentur aliquæ in Vaticana Basilica. Proinde mirum videri non debet, si ipse Bonifacius tantas dederit al-* E *teri isti Bonifacianæ; quam si ab isto restauratam exornatamque conjectaverim, non puto id absque verosimilitudine futurum; jam enim fluxerant anni ferme* DCC *quod S. Gregorius id ultimum fecerat, plumbo ipsam contegens. Tali etiam occasione crediderim, potiusquam sub Bonifacio IV quod in ipsius ecclesiæ Codice MS. reperisse se ait Baronius in Notis ad* XIII *Maji,* illata illuc esse duodetriginta curribus ossa Sanctorum Martyrum; e diversis Urbis cœmeteriis effossa, solenniterque comportata ac decentissime collocata. *Quam enim alienum fuerit prioris Bonifacii tempore, commovere Sanctorum corpora; patebit ex Epistolis S. Gregorii, producendis inter Analecta de SS. Apostolis Petro et Paulo* §. 6. *Processu tamen temporis exolevit Romæ festivitas diei* II *Junii, et quidem cum Octava celebrandæ: remansit autem Sendomiriæ, unde hæc nobis notitia affulsit; credique paulatim cœpit, ibi occisis Christianis fuisse institutum festum, quod fuerat institutum Martyribus Romanis, in Bonifacianam Basilicam comportatis. Vide Propylæum Maji, ubi de Bonifacio Papa IV.* NOT. II.

aut ipsis tale festum Romæ institutum;

sed ob tunc illata in Rotundam plurium Martyrum ossa.

DIES

TERTIA DIES JUNII

SANCTI QUI III NONAS JUNII COLUNTUR

Sanctus Cæcilius, Presbyter Carthagine, in Africa.

S. Pergentinus,
S. Laurentinus,
Fratres — Martyres Aretii in Hetruria.

Sancti Quadringenti,
S. Lucillianus Senex,
S. Claudius,
S. Hypatius,
S. Paulus,
S. Dionysius,
pueri — Martyres Byzantii in Thracia.

S. Paula, seu Paulina Virgo

S. Quirinus,
S. Abidianus,
S. Gagus,
S. Donatus,
S. Nepor,
S. Papozmicus,
S. Januaria,
S. Demetria,
Sancti CXLVII,
Martyres in Africa.

S. Juliana V.

S. Marcellus,
S. Avidius,
S. Gagus,
S. Donatus,
S. Mefomus,
S. Possemus,
S. Saturnus,
S. Januarius,
S. Victor,
S. Virianus,
S. Urbanus,
S. Felix,
S. Veneria,
S. Rogatianus,
S. Fortunatus,
S. Extricatus,
S. Victurina,
S. Gorgonia,
S. Toga,
S. Felicitas,
S. Valeria,
S. Prisca,
S. Paula,
S. Fortunata,
S. Donata,
S. Victuria,
S. Sinereus,
S. Cassianus,
S. Quintus,
S. Zetula,
S. Victurinus,
S. Silvanus,
S. Gagia,
S. Rogatianus II,
S. Aurelius,
S. Apronus,
S. Nabor,
S. Quintus II,
S. Mituana,
S. Libosus,
S. Emeritus,
S. Sextus,
S. Fructus,
S. Severus,
S. Secundus,
S. Januarius II,
S. Florus,
S. Titonia,
S. Donata II,
S. Januaria,
S. Severa,
S. Januarissa,
S. Honorata,
S. Saturninus,
S. Victoria,
S. Matura,
S. Lucia,
S. Neptunalis,
S. Crescens,
S. Pompanus,
S. Cyprus,
S. Tertula,
S. Lucas,
S. Silvana,
S. Publius,
S. Obercus,
S. Justa,
S. Domitius,
S. Procula,
S. Rufina,
S. Valeria,
S. Januaria II,
S. Silvanus II,
S. Felix II,
S. Veneria II,
S. Silvanus,
Sancti LXXXIII, vel LXXXXIII, — Martyres.

S. Victor,
S. Fortunata II,
S. Exuperia,
S. Flavia,
S. Justus,
S. Matrona,
S. Faustina,
S. Gallicia,
S. Januaria III,
S. Fortunatus II,
S. Publius,
S. Romanus,
S. Petrus,
S. Urbana II,
S. Apenus,
Sancti LXXXIV aut CII,
Martyres Romani.

S. Emerita,
S. Septimius,
S. Saturninus,
S. Amasius,
S. Orasus,
S. Luccanus,
S. Servulus,
S. Erasmus,
Martyres

S. Perseverantius, Martyr in Africa.

S. Auditus, sive Ovidius, Bracaræ in Lusitania.

S. Hilarius,
S. Valerius,
Episcopi Carcassonenses in Occitania Galliæ provincia.

S. Chrotildis Regina, uxor Chlodovei primi, Regis Francorum Parisiis.

S. Liphardus,
S. Urbitius,
Abbates Magdunenses in Gallia.

S. Adalbertus, Episcopus Comensis in Italia.

S. Coemgenus, sive Keivinus, Abbas Glindelacensis in Hibernia.

S. Genesius, Episcopus Claromontanus in Arvernia.

S. Isaacus Monachus, Martyr Cordubæ in Hispania.

S. Athanasius Thaumaturgus, Monachus in Asia Minore.

S. Davinus, Peregrinus Lucæ in Hetruria.

S. Adamus, Galionisii, in Italia.

S. Oliva Virgo, Anagniæ in Italia.

S. Morandus, Monachus Cluniacensis in Suntgovia.

S. Conus, Monachus Ordinis S. Benedicti, Dianii in Italia.

Ven. Hildeburgis Vidua, juxta Pontisaram in Francia.

B. Andreas, Ord. Minorum Hispelli in Umbria.

B. Peregrinus, Eremita Camalduli in Hetruria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Opera R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ, nisi aliud indicent litteræ appositæ Margini.

Sancti Danielis, Levitæ et Martyris Patavii, translatio *inscripta est Catalogo generali Ferrarii, citatis Tabulis Ecclesiæ Patavinæ. Aliqua ejus Acta dedimus, alia habemus danda* III Januarii.

Pega Virgo Angla, soror S. Guthlaci, Romæ mortua, *indicatur a Wilsono, in secunda editione Martyrologii Anglicani : et hoc secutus Alfordus est ad annum* 720 *num.* 4. *Edovardus Mathew, cum* XI *Aprilis egisset de S. Guthlaco, sequenti* XII *Aprilis agit de* S. Pega. *Nos cum Menardo Acta ejus dedimus* VIII Januarii.

Tergeminorum Lingonensium susceptio Reliquiarum, ad primum S. Antonii templum in agro Viennensi, *celebratur apud Viennenses, teste Saussayo in Supplemento Martyrologii Gallicani. Illorum Acta illustravimus ad diem* XVII Januarii.

Ferrus, Episcopus et Confessor in Gallia, *inscriptus Catalogo Ferrarii, asserentis se ita acceptum* ex Catalogo sibi e Lotharingia submisso. *Hunc Saussayus in Supplemento.* In Lotharingia S. Ferri, Episcopi et Conf. titulis divinæ beatitudinis gloriosi. *In MS. Florario aliquid ulterius habetur his verbis :* Ipso die S. Ferri Episcopi, primitus panni-tonsoris. Hic multis loquelam præstitit, et multos aliis ægris sospitatem. *Optaremus aliquid accedere lucis de ejus Episcopatu et actis. An forte* S. Severus, Episcopus Ravennæ panni-tonsor? *cujus Reliquiæ in Germaniam delatæ. Colitur* I Febr.

S. Tresanus Confessor, *indicatur a Camerario in Menologio Scotorum.* De eo, *inquit,* Dempsterus et alii. *Verum apud Dempsterum nullus reperitur* Tresanus, *sed* 3 *Decemb.* Trefanus in Campania Galliæ : *cujus Acta dedimus* VII Februarii.

Translatio ossium S. P. N. Martyris Regis Demetrii, Moscoviæ ac totius Russiæ Thaumaturgi,
D. P. *indicatur nobis ex Ruthenorum Synaxario quod P. Georgius David vertit, ubi puto* Rectoris, *non* Regis *debere legi, et ipsum esse cujus in Kalendario figurato nomen indicatur, tamquam natali suo die, cum titulis Hegumeni Prylukensis et Volohodensis Thaumaturgi* XI Februarii.

S. Elpidius, B. Jacobi Apostoli discipulus, Toletanus Episcopus, in Chersoneso passus, *refertur a Tamayo Salazar in Martyrologio Hispanico, ex Juliani Petri Chronico, atque Hali carmine, sed nuper adinventis. Egerat ipse 4 Martii, de eo et aliis sex ; nos autem figmenta illa rejecimus die, quo ipsi Sancti, in vera, non fictitia, Chersoneso passi, coluntur* VII Martii.

S. Conus Abbas, *Panormi in* Sicilia, *indicatur a Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ, Lectore remisso ad Martium, ubi de ejusdem nominis Monacho Naxi seu Nesi in eadem Sicilia egerat, sicut et nos fecimus. Idem Ferrarius in Catalogo Generali*
D. P. *eorum qui non sunt in Romano, eumdem* Abbatem *recolit* ex Tab. Eccles. Panorm. *sed merito in dubium revocat, sitne idem qui Nasi colitur,* cum Acta non viderit. *Neque nos alia vidimus, quam istic dentur ; neque Cajetanus aliquem ejusmodi Abbatem novit, Panormitanis proprium : quin etiam Panormo responsum accepimus an.* 1689, *omnino unum solum* Conum *esse, cujus ibi Reliquiæ quidem habeantur, sed moto nuper an eæ satis insignes essent dubio, desitum sit celebrari Officium, qua de re agi poterit in Supplemento ad* XXVIII Martii.

Isaac, Abbas Spoleti, *legitur apud Maurolycum. Vitam dedimus* XI Aprilis.

S. Richarii Sacerdotis relatio corporis ad cœnobium Centulam, *celebratur in Martyrologio MS. Centulensi. De ea egimus ad diem natalem* XXVI Aprilis.

Gaufridus, Abbas Saviniaci in Gallia, *suggeritur ab Henriquez in Menologio Cisterciensi, inter Omissa referenda ad hanc 3 Junii citato Menardo, qui de illo agit Kalendis Maji, occasione elevatorum corporum hujus et aliorum. Consule dicta inter Prætermissos et alios rejectos* I Maji.

S. Dunstanus Abbas, *indicatur in Menologio Scotico Camerarii, citata* historia Leslæi, *sed non indicato ejus loco ; et* Wione lib. 3 : *sed hic agit de* S. Dunstano Abbate Clusteniensi, *dein* Episcopo Wigorniensi et Londinensi et Archiepiscopo Cantuariensi : *cujus varia Acta illustravimus die* XIX Maji.

B. Bona Pisana, *a* XXIV *Aprilis ad hunc diem perperam a nobis olim transmissa, dimitti debuit (quod istic corrigel) ad* XXIX Maji.

S. Erasmus, Episcopus et Martyr, *memoratur ab Usuardo, Adone, Notkero, et aliis ; nec non Synaxariis Græcorum cum titulo* Πολυάθλου, *a multitudine agonum sumpto ; et in nonnullis Actis dicitur hoc die quievisse ; adduntur que* CCCXXV *Martyres. Nos eum ex antiquioribus et pluribus tam Actis quam Martyrologiis dedimus* II Junii.

Audiani *nomen insertum est Kalendario, addito post Martyrologium Patricianum, acephalum repertum a nobis Neapoli apud Antonium Caracciolum. Quis ille sit optaremus scire.*

S. Ulfardus Confessor *colitur hoc die Tutelæ in inferiore Lemovicensi agro : is a Bertrando Turriano, Decano Tutelensi, appellatur,* Liphardus, *ad cujus Vitam num. 8 adducimus, quæ de eo habet Stephanus Baluzius Tutelensis. Coli etiam dicitur Nonis Augusti, si qua suggerantur certiora, poterunt tunc illustrari.*

S. Kevinus, Abbas in Levinia prope Mentoth, natus in insula Rothesan quæ postea Buta : et sane in Ducatu Rosæ cella visitur vulgo Kilkevin, postea tamen curam nescio cujus monasterii gessit, Alexandro Millo auctore. Putat non nemo, eumdem esse cum Koengo : de quo Giraldus Cambrensis in Typographia Hiberniæ. Scripta non extant. Vixit anno 807, colitur 3 Junii. Ex nundinis concursu maximo celebratis id constat. *Ita Demsterus in Historia Ecclesiastica gentis Scotorum pag.* 419, *eumdemque refert in suo Menologio Scotico ad hunc eumdem diem. Sunt notæ provinciæ* Levinia *vulgo* Lennox, *et* Mentetha *ei vicina. Alius est.*

Kevinus, Abbas in Hibernia ; *relatus hcc die in MS. Florario ; item a Greveno, Canisio, Ferrario ; potissimum si idem sit cum* S. Coemgino *ut sentit Usserius pag.* 956 *et* 1048. *Unde a Scotis et Hibernis plus lucis desideramus.*

Cronanus *cognomento* Coriarius, *ut dicitur in Vita S. Coemgini, quam infra dabimus* vir sanctus et pius, qui claram Cellam Domino ædificavit, *juxta Prophetiam in eadem vita num. 44 relatam, hac die*

coli

coli solebat. Nam Cronano rogante, ut eodem cum sancto Coemgino die ex hac vita migrare liceret; respondet hic Sanctus: Non uno die nos ambo ibimus ad cœlum, id est, non eodem anno: sed tamen in ipso die migrationis meæ, post tempus migrabis ad Christum, et uno die postea solennitas nostra erit, et sic factum est. Optaremus plura et certiora de hujus Sancti cultu scire.

Eleutherius, Eremita Anglus, post Hierosolymitanam peregrinationem, in Italiam reversus, sancte obiisse in Apulia dicitur, in Martyrologio Anglicano Wilsoni coli; in oppido Arca, cujus meminit Leander Albertus in Samnitibus, et alii in Aprutio citeriore. Solet Ferrarius in Catalogo generali describere Martyrologium Anglicanum: at hic de hoc S. Eleutherio silet, etiam in Catalogo generali Italiæ. Ejus etiam meminit David Romæus in Indice Divorum, qui nati vel humati sunt in Neapolitano regno. Non potuimus etiam invenire ejus memoriam apud Alfordum, et alios Anglorum scriptores: ideo fortassis quia tempus vitæ et mortis aut omnino ignoratur, aut a Wilsono indicatur. Optantes ergo informari de veneratione ipsius sacra et rebus gestis, in Apuliam scripsimus.

Berneredus seu Bernardus, Abbas Benedictinus SS. Crispini et Crispiniani apud Suessionenses, dein Cardinalis et Episcopus Prænestinus, dicitur obiisse hoc tertio Junii anno 1181, in monte Casino. Ejus aliqua Vita, Gallice scripta, nobis submissa est e monasterio Corbeiensi: quia de veneratione nihil constat. Ughellus in Episcopis Prænestinis columna 227 et sequenti de eo quidem agit, absque titulo Beati: felicem tamen ejus obitum miraculis clarum fuisse ait, ex epistola Petri Cellensis. Nulla ejus mentio in Fastis Benedictinis aut Catalogo Sanctorum Italiæ Quare et nos certiorem venerationis alicujus publicæ notitiam expectamus.

Maria, Peregrina vocata, et Conversa Ordinis Cisterciensis Lorvanii in Lusitania, quæ in spiritu loca sacra Palæstinæ visitavit, cum titulo Beatæ indicatur in Menologio Henriquez, et in alio Cisterciensi citato a Georgio Cardoso in Hagiologio Lusitano; qui nihilominus abstinet a titulo Beatæ, ac solum inter Venerabiles eam recenset.

Lifardus, Conversus Hemmerodensis cœnobii Ordinis Cisterciensis laudatus a Cæsario Heisterbacensi lib. 4 Historiæ memorabilium sui temporis c. 4 et lib. 10 c. 54 hoc die (quo colitur S. Lifardus Presbyter Aurelianensis) refertur ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino, qui dant titulum Beati, Gelenius in fastis Agrippinensibus, solum appellat Venerabilem, aitque antea fuisse Coloniensem Patricium.

Micia ab Apostolis, ut Beata Soror Ordinis S. Dominici, refertur in Anno sancto ejusdem Ordinis, et cum longo elogio a Georgio Cardoso in Hagiologio Lusitano.

Richardus Rosbel | Guardiani Ordinis S. Francisci,
Hugo Richeus | sub Henrico VIII Rege Angliæ occisi. Referuntur in Martyrol. Franciscano.

Paulus Jovia, Ordinis Minorum Sacræ Theologiæ Magister, pietate et miraculis clarus, memoratur a Waddingo ad an. 1289 num. 15, et alibi; et ab Haroldo ad an. 1283 num. 23, sed absque titulo Beati; quem tribuit ei Arturus in Martyrol. Francisc. Waddingus ait, non mediocrem sanctitatis opinionem obtinuisse.

Gonsalvus Vaz, nativitate Maurus, professione fidei D. P. Christianus, post militaria multa contra suos contribules facinora, in earumdem manus lapsus et Tetuanum abductus, crudelissimeque excarnificatus, tam generose mortem istam multiplicem sustinuit, Christum invocans et Mahometem execrans, anno 1516 die 3 Junii, ut Joannes III Lusitaniæ Rex, rite de omnibus informatus, eumdem a Leone X canonizari petierit, et ab eodem Commissoriales ad Episcopos Septæ atque Finchalis obtinuerit; quæ tamen per ipsius Regis mortem effectu caruerint, forsitan aliquando resumendæ: quare eumdem Hagiologio suo inseruit Cardosus, cum uterino ejus fratre Joanne, sub annum 1524 similia passo: quod hic volui indicare.

Antonius ab Elvas, in Lusitania an. 1491 | Ordinis S.
Onuphrius a Caramanico, in Aprutio, | Francisci,
Laurentius, laicus in Hispania, an. 1517 | indicantur
Elisabeth Peralta Segobiæ, an. 1519 | in Martyrologio Arturi ut Beati, et Elisabeth etiam in ejus Gynæceo.

S. Cyrinus, Episcopus et Martyr Aquileiæ, cum aliis ducentis, profertur in MS. Trevirensi S. Martini, ut dicetur IV Junii.

S. Illidius, Episcopus Massiliæ, cujus corpus requiescit in ecclesia S. Victoris, indicatur in Saussayi Supplemento, et ante ipsum in Catalogo generali Ferrarii: qui addit, se nescire cujus loci Episcopus fuerit, neque se illius Acta vidisse. Habemus Officia propria S. Victoris, inter quæ sunt Lectiones tres de S. Illidio Episcopo Claromontano, sed ad diem ejus natalem, quo Acta damus, V Junii.

Failbeus Abbas in Trioit proponitur in Menologio Scotico et Historia Eccles. Dempsteri, in qua dicitur Acta S. Columbæ scripsisse, ad quæ de ipso agetur IX Junii.

S. P. N. Achillas, Papa Alexandriæ, repertus a nobis in MS. Synaxario Conventus S. Ludovici Parisiis in Vita S. Honorati apud Combefisium: in fastis Habessinorum, Sanctos ab Alexandrina Ecclesia acceptos notantibus, omnino prætermittitur; idcirco (ut existimo) quia Arium suscepit in Ecclesiam: quapropter cita morte percussum divinitus scribit Auctor Historiæ Patriarchalis, ab Abrahamo Ecchellensi Latine edita: quæ ipsum nominat Archelaum; et dicit obiisse decima nona Brunæ; quo tamen die de illo inter Sanctos nobis agendum non putamus. Est autem nobis XIII Junii. D. P.

S. Theodechildis, ut filia S. Chrotildæ Reginæ, et Fundatrix S. Petri Vivi Senonibus, refertur una cum hac a Saussajo et Arturo. Videntur nobis in unam conflatæ personæ plures: quas conabimur discernere proprio unius earum die XXVIII Junii.

S. Numerianus, Episcopus Trevirensis, memoratur tertio Nonas Junii, a Molano in prima editione Usuardi aucti, Canisio, Ferrario. In Martyrologio Romano et Breviario Trevirensi tertio Nonas Julii proinde agendum de eo V Julii. D. P.

Bonizo, Episcopus Sutrinus, et Placentinus, et Martyr, antea Abbas S. Savini, refertur a Bucelino in Menologio Benedictino. At Ferrarius, die quo alii, XIV Julii.

Samuelis Prophetæ festum, ut ex celebrioribus unum, rubrica notatur a Jobo Ludolfo in Fastis Æthiopicis, Poetam Hagiologum Habessinum secuto: colunt eum Græci et Latini XX Augusti. P. D.

S. Gregorii Episcopi Ultrajectini translatio inscripta est MS. Florario, et Martyrologio Germanico Canisii. Dies ejus natalis est XXV Augusti.

S. Ositha Virgo inscripta est Martyrologio MS. Altempsiano, in Anglia aucto, et MS. Bruxellensi S. Gudilæ. Colitur ab aliis VII Octobris.

Festum Joannis, et descensus libri Abrahæ, super quem sit pax, reperitur inter festa Christianorum Coptitarum, recensita secundum ordinem Kalendarii apud Seldenum, lib. 3 de Synedriis Hebræorum D. P. pag. 371, ex MS. cujusdam Calcasendii Mahumetani, sic a Christiano aliquo edocti. Nequeo aliunde divinare

divinare quis iste Joannes *sit. Si loco* libri *liceret legere* Limbi, *utque Arabicus textus pateretur, (multa enim ex Seldeni autographo vitiosissime constat esse post ejus mortem impressa) suspicari possemus, de* Joanne Baptista *agi : cujus ante Christum mortui descensus ad* Limbum, *seu sinum* Abrahæ, *hoc die recolatur. Librum* Abrahæ *nullum novimus ; ipse vero* Abraham *colitur a Græcis et Latinis* IX Octobris.

B. Sindulfi Episcopi Confessoris translatio *inscripta est MS. Usuardo vetusto et optimæ notæ, et* S. Sindulfi Episcopi translatio *legitur in MS. Florario. Nudum nomen* S. Sindulfi *est in Martyrologio MS. Coloniæ, apud Carmelitas asservato.* Sindulphus, Episcopus Viennensis, *colitur* X Decembris : Sindulphus, Confessor in agro Remensi, XX Octob. D

Erpo, Abbas Siburgi a S. Annone institutus, *indicatur cum titulo* Beati *in quibusdam Fastis Westphaliæ, recenter collectis a Joanne Velde, citata Vita S. Annonis, ad quam poterit fieri mentio Erponis* IV Decembris.

S. Thomas Apostolus *inscriptus est antiquo Martyrologio S. Hieronymi, et variis aliis. Colitur is* XXI Decembris.

S. Thomæ, Martyris et Archiepiscopi Ordinatio, *inscripta est MS. Altempsiano, aucto uti dixi in Anglia. Videtur intelligi* S. Thomas Cantuariensis, *qui colitur* XXIX Decembris.

DE S. CÆCILIO PRESBYTERO,

G. H.

CARTHAGINE IN AFRICA.

Sylloge, ex variis scriptoribus, et hodierno Romano.

E

B L.

SEC. II

S*acræ Martyrologii Romani, sub Gregorio XIII recogniti et aucti, Tabulæ, ad hunc textum Junii, ista habent :* Carthagine, S. Cæcilii Presbyteri, qui S. Cyprianum ad Christi fidem perduxit. *S. Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 67, ita utriusque meminit :* Cyprianus Afer primum gloriose Rhetoricam docuit : exinde, suadente Presbytero Cæcilio, a quo et cognomentum sortitus est, factus Christianus, omnem substantiam suam pauperibus erogavit ; ac post non multum temporis electus in Presbyterum etiam Episcopus Carthaginiensis constitutus est *etc.*

Memoria in Martyrol. Rom. et apud S. Hieronymum ;

2 *Omnia hæc in S. Cæcilium Magistrum redundant. De quo S. Pontius Diaconus, S. Cypriani Episcopi discipulus, a nobis memoratus die* VIII *Martii, in Vita ejusdem S. Cypriani, ad diem* XIV *Septembris illustranda, sic habet :* Erat sane illi etiam de nobis contubernium viri justi et memorabilis memoriæ Cæcilii, et ætate tunc et honore Presbyteri, qui eum ad agnitionem veræ Divinitatis a seculari errore correxerat. Hunc toto honore atque omni observantia diligebat, obsequenti venerationi suscipiens, non tam ut amicum * animæ coæqualem, sed tamquam novæ vitæ parentem. Denique ille, demulsus ejus obsequiis, in tantum dilectionis immensæ merito provocatus est, ut de seculo excedens, accersitione * jam proxima, commendaret illi conjugem ac liberos suos ; ut quem fecerat de sectæ communione participem, postmodum faceret pietatis heredem. *S. Pontium in laudando Cæcilio secuti passim posteriores sunt, inter quos Paulus Diaconus ita exorsus est Passionem S. Cypriani :* Temporibus Valentini iniquissimi Imperatoris, fuit in Carthagine, quæ est in Africa, gloriosissimus vir, nomine Cyprianus : qui primo quidem Rhetoricam docuit, deinde a quodam Presbytero, nomine Cæcilio, conversus ad fidem Christi, nomen quoque sortitus est Cæcilius.

item in vita S. Cypriani per S. Pontium,

* *coæqualis sectæ.*

C

* *accertione*

apud Paulum Diaconum,

3 *Inter alia Acta Martyrii S. Cypriani aliqua MSS. Romæ in Vallicellana Patrum Oratorii Bibliotheca reperimus, cum hoc initio Prologi.* Cyprianus Afer, Rhetor præcipuus, Carthaginensis Cathedræ Episcopus, a quodam Cæcilio Presbytero illectus, etiam ab eodem venerabili Sacerdote cognomentum sortitus est : cujus peritia ac sanctitate non solum Carthago emicat, sed pene universa Ecclesia suo fulget eloquio. *Atque hæc esse puto MSS. allegata in Baronianis ad Romanum Martyrologium Notis : neque enim vetusta ulla MSS. Martyrologia (vidimus autem quæ Romæ sunt omnia)* Cæcilii *nomen uspiam habent. Denique Jacobus Pamelius in Vita S. Cypriani, a se ex ipsius scriptis collecta, ista habet :* Catechistam habuit, qui et illum ad agnitionem veræ fidei traduxit, Cæcilium Presbyterum ; a quo et Cæcilii prænomen sortitus est : cujus ipse quoque meminit Cyprianus, ad Florentinum epistola. *Est hæc epistola* LXIX, *in qua se* Cæcilium Cyprianum Episcopum Christianorum *appellat.*

et in Actis tam MSS.

quam a Pamelio editis

4 *Hactenus noster Henschenius, diligentissime scrutatus, non solum illa quæ Gregoriani Martyrologii Curatores vidisse potuerunt MSS. sed et centena alia : ut omnino certum evadatur, illos hic quoque usos ea libertate, quam vidimus assumpsisse etiam alibi, et præsertim ad Acta S. Gregorii Nazianzeni* IX *Maji, cujus consanguineos et amicos plures, cum titulo Sanctitatis Romano Martyrologio primi inseruerunt ; electo ad id qui commodior visus est die, nullo vel exemplo vel auctore. Est quidem in antiquissimo Carthaginensis Ecclesiæ Kalendario, quod tertio Tomo Analectorum veterum Mabillo insertum edidit anno* 1682, *aliquanto post Henschenii mortem, ad* II Idus Majas *inscripta memoria* Sanctæ Felicis, Cæcili, et Comitum ; *estque verosimile, hos esse illos Quadraginta, qui in Hieronymiano Martyrologio nominatim recensentur, veluti* Nonis Maji in Africa *passi, inter quos* Felices *duo,* Felicia *una, unus item* Cecilius *sive* Cecilus ; *sed hunc esse* Cæcilium Presbyterum , *Cypriani institutorem, quis nisi temere divinaverit? Ad* hunc autem III Nonas Junii *alium dici est de illo silentium ; nec alibi istic uspiam ejus nomen.*

Titulus Sancti quomodo a 100 *annis ei tributus,*

F

ut et dies hic?

5 *Præsumere tamen possumus sancte mortuum, qui sancte vixit, et tam egregium Episcopum ac Martyrem enutrivit. Quibus vero facultas data a Pontifice fuit Martyrologii, non solum ad vetera MSS. corrigendi, sed etiam additis aliunde Sanctis augendi, ii licere etiam sibi putaverint, tum* Sancti *titulum, tum diem certum in commendato sibi opere attribuere laudatis apud Veteres atque id bene mereri visis. Utrumque certe jam olim fecisse videntur Latini illi, qui Martyrologiis inseruerunt multos, etiamnum in Romano legi solitos ; quorum vel miracula vel virtutes in libris Dialogorum sic narrat S. Gregorius, ut de modo aut die mortis eorum habent nihil, neque aliunde sciantur eorum corpora, in locis ubi vixerunt obieruntve, ullam venerationem habere. Liberaliores etiam hoc in genere fuerunt Græci, dum suis Synaxariis inseruerunt quam plurima eorum nomina, qui vel in Sacris Scripturis, vel in Sanctorum Actis, vel denique in Vitis Patrum*

quomodo hactenus relinquatur.

D. P.

A *Patrum ut nuncupamus, inveniebantur laudati, absque ulteriori notitia. Sed hæc exempla ut valent excusandis, ante Urbani VIII decreta, Baronio et sociis, ad Romani Martyrologii editionem adhibitis; quorum judicium quamdiu non improbat Ecclesia, neque nos præsumimus improbare: non tamen ideo tenebamur etiam probare aut sequi Fastorum monasticorum aut nationalium conditores, qui post illa Decreta licitum sibi esse voluerunt, illustribus sui Ordinis aut Nationis viris* *Sanctitatis aut Beatitatis titulum addere, et diem illis* D *quasi Natalem, quem nusquam invenerant, arbitratu* AUCTORE D. P. *suo legere. Sed hoc quoque judicium Sacræ Rituum Congregationi dimittimus; cujus arbitrio si nunc fieret Romani Martyrologii reformatio, fortassis omitterentur nonnulli de quorum antiquo cultu et cultus die non satis constat. Nostrum non est in Martyrologio isto mutare quidquam. Ideoque et* S. Cæcilium, *sicut invenimus, ita relinquimus.*

DE SANCTIS FRATRIBUS

PERGENTINO ET LAURENTINO

ET CCCC MARTYRIBUS, ARETII IN HETRURIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De eorumdem cultu et actis.

B SUB DECIO Aretium, *sive prima consonante duplicata* Arretium, *antiqua una Hetruriæ urbs, et a Livio inter tres nobilissimas numerata, sicut sub Gentilibus scriptores illustres jam tum habuit, ita postmodum gloriæ suæ potuisse censetur, cum Christianam fidem suscepit, quod factum est prædicante S. Romulo, S. Petri Alumno, et Hetruriæ Apostolo ac Fæsulano Episcopo, sub Nerone* VI *Julii per martyrium coronato. Sed ea civitas, ob continuam persecutionem, non potuit nisi paulatim Evangelii lucem accipere. Interim sub Decio Imperatore patriam suam illustrarunt* SS, Pergentinus et Laurentinus fratres, *fortes Christi veri Dei Athletæ, strenuique* Prædicatores, *qui eamdem meruerunt martyrii palmam obtinere. Ita in Actis antiquis, quæ mutato stylo edidit Surius, quæque Josephus de Caselis Aretinus anno* MDCXLII *elegantissima paraphrasi Italica donavit, ac Benedictus Angelus Pal... Romæ edidit, damus primigenia et plura, accepta ex pervetusto Codice Trevirensi monasterii S. Maximini, et ex collectione Gallonii, quam licuit nobis Romæ perlustrare, ubi inter alia ... ad id usi benevola gratia Patrum Congregationis Oratorii. De illis autem intelligi voluimus, quod Baronius in Notis ad Martyrologium asserit, ea fuisse accepta ab* Acta antiqua ex MSS.
C Ecclesia Aretina. *Eadem, sed contracta, habemus ex MS. Ultrajectino S. Salvatoris, et illustre compendium edidit Petrus de Natalibus, lib.* 5 *Catalogi cap.* 80. *Ad eadem Acta allusit Usuardus in suo Martyrologio, dum ad hunc diem tertiam Junii ita scribit:* Apud Aretium, civitatem Tusciæ, sanctorum Martyrum Pergentini et Laurentini fratrum; qui persecutione Decii cum essent pueri, post diversa supplicia tolerata, et magna miracula ostensa, gladio cæsi sunt. *Eidem habentur in Martyrologio Romano; et additur* sub Tiburtio Præside, *circa quem consentiunt plurima MSS. Martyrologia, etiam sub nomine Adonis, et posteriora a variis excusa: Ipse Wandelbertus his olim eos versibus honoravit* et memoria in Martyrologiis?

Pergentinus item Laurentinusque, cruoris
Et generis Ternas gemino fulgore venustant.

2 *Dicuntur in Actis num.* 3 Verbo prædicationis suæ multos ad fidem Christi perduxisse: *et per eorum miracula num.* 4, multi crediderunt Domino Jesu Christo, et ipsi ministri crediderunt Christo. *Iidem num.* 6 *conversos ad fidem instruunt, et mittunt ad Cornelium Sacerdotem, ut baptizentur.* Sed et baptizati sunt fere sexaginta viri; *et num.* 5 *amplius quam* ducenti viri crediderunt. *In antiquo Martyrologio Hieronymiano apographo Epternacensi ista leguntur:* Apud Aretium Tusciæ, Laurentii et aliorum quadringentorum. *Rabanus in suo Martyrologio:* In Tuscia, Laurentii, et aliorum quadringentorum. *Notkerus*; Apud Aritium, civitatem Tusciæ, sanctorum Martyrum Pergentini et Laurentini fratrum... et aliorum plurimorum quadringentorum. E An 400 Martyres jungendi?

3 *Verosimile sit, huc spectasse supposititium Bedam, cum ad diem sequentem posuit,* S. Laurentium *cum aliis quadringentis in Tuscia, ac voluisse scribere Quadringentos quamquam in Actis nihil de ipsis legatur. Verisimile quoque fit trium auctorum testimonio eos revera Aretii passos esse: quapropter eosdem in titulo proposuimus. Fortassis inter illos etiam fuit* Cornelius Presbyter, *qui in Actis* Sanctus *appellatur: et* Pergentina soror, *in MS. Florario, Greveno Canisio aliisque recentioribus indicatur, partim hoc, partim non, ut Valentinus. Qui supra* Laurentius, *etiam* Laurentinus *appellatur; is apud Bellinum, in editione Veneta anni* 1498, *est* Valentinus: *sed in editione Parisiensi anni* 1521, *facta correctione, dicitur* Laurentinus; *ut mirum non sit si errore amanuensium scriptus est* Laurentius. *Non tamen arbitramur hos quadringentos cum* SS. Pergentino et Laurentino, *eodemve aut die aut anno martyrium subiisse; sed diversis eos autem post mortem Decii fuisse coronatos, ob aliquam, cum his martyribus connexionem, atque simul cum illis collocatos.* F

D. P.

4 *In fine Actorum dicitur, post Christianos noctu collecti, una cum* Pergentina *Sanctorum sorore,* sepelierunt eos non longe a Civitate prope fluvium qui dicitur Castrum *quomodo etiam ad* XIX *hujus mensis videbimus Sanctorum Martyrum Gaudentii Episcopi et Culmatii Diaconi corpora sepulta,* non longe a civitate Aretii, juxta Theatrum et flumen Castrum, *idem forsitan de quo Leander in Tuscia, supra Aretium* flumen, e jugis ubi Mons-acutus, in Arnum profluens Ciassa. *Hoc certius,* templum Sanctorum Martyrum Pergentini et Laurentini non longe ab urbe Aretia situm visi, *uti scribit Augustinus Florentinus Hist. Camald. lib.* 2 *cap.* 35; *eodem verosimiliter, aut vicino loco, ubi condita primum corpora fuerunt: quod templum circa* MCCXXVII *Camaldulensibus traditum fuisse idem Auctor ibidem ait. Istic etiam ipsa sacra pignora servari atque in veneratione præcipua haberi vix dubito, nisi forte ob varias temporum calamitates intra urbem ablata illa sint: quod nihil prohibet quominus Reliquiæ nonnullæ etiam alio translatæ credantur. Aliquas certe* S. Laurentini *Martyris* Corpora ubi sepulta?

asservari

A *asservari Bononiæ, in ecclesia Sanctimonialium sub nomine Jesu Mariæ, in via Galeria, indicat Masinius in Bononia perlustrata, ad hanc III Junii. Si sciri posset, unde eas habuerint, certius definiretur, sintne Patroni Aretini, an non. Verum intelligo ex responso Illustriss. Comitis Valerii de Zanis, non modo instrumentum donationis nullum; sed nec Reliquiam quidem ipsam, licet diligentissime quæsitam, nunc inveniri; ut oporteat exiguam plane fuisse particulam, cui affixum nominis Schediasma Masinius quidem legerit, sed ipsum postea casu dilapsum perierit.*

Particula aliqua an Bononiæ?

ACTA VETUSTA

Ex MSS. codicibus variis.

Sub Decio

In diebus Decii Cæsaris urbis Romæ, multæ persecutiones erant adversus Christianos, multaque præcepta proposita, ut si quis Christum coleret, diversis pœnis interficeretur; inventi vero si non sacrificarent, capitalem subirent sententiam. Eodem tempore, dum peragraret impiissimus Decius Cæsar universas civitates regionesque, cum suis consiliariis et ministris, venit in civitatem Aretinam

apud Aretium Christiani fratres

B Erat autem unus ex Consiliariis Decii Cæsaris, nomine Tiburtius, exercens crudelissimam persecutionem adversus Christi nomen. Tunc unus ex Paganis dixit ei : Sunt hic duo viri, fratres uterini, Pergentinus et Laurentinus nomine, de genere nobili; qui Christianos se profitentes, quotidie ad scholam pergunt et erudiuntur litteris, ut plenissime Christi præcepta, quæ scripta sunt, cognoscere possint. Si eos sic dimiseris, magnum malum adveniet civitati isti, totumque populum istum ad Christi culturam perducent. Tunc Tiburtius his auditis, in ira furoris sui jussit eos accersiri, et ante suum conspectum adduci. Milites vero cum festinatione comprehenderunt eos, dixeruntque ad Sanctos : Dominus noster Tiburtius vos vocat : nam non nostra potentia ducimini. Cumque ducerentur, dixit Pergentinus ad Laurentinum fratrem suum : Modo appropinquabit certamen nostrum. Respondit B. Laurentinus, et dixit : Domine frater, non metuamus ista tormenta, sed potius timeamus æternum supplicium, et Redemptorem nostrum, qui docuit ut non timeremus eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Pergentinus dixit : Eamus viriliter, et stemus in fide, præcepta tyranni non metuentes. Sed ego eligo te priorem, ut respondeas C Judici : quoniam tibi data est scientia loquendi et respondendi, major quam mihi.

comprehensi, animant se mutuo :

Matth. 10

adducti ad Tiburtium,

2 Cum autem perducti fuissent ante conspectum Tiburtii; dixit eis : Quare ista audio de vobis, ut relinquatis Deos quos colunt piissimi Imperatores, et quibus Dominus noster cervicem flectit; et sequimini Christum, qui a Judæis interfectus est? B. Laurentinus dixit : Nos alium Deum nescimus præter ipsum Jesum Christum, filium Dei vivi, qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt. Deos, quos tu dicis, scimus esse, omni pollutione coinquinatos, surdos et mutos, sine visu vel auditu; et nisi custodiantur ab hominibus, rapiuntur; et ne ab aliquo dejiciantur impulsu, vinculis ferreis coarctantur et plumbo : qui nec sibi, nec aliis auxilium præstare possunt. Tiburtius Consiliarius dixit : Parco modo vobis, quoniam de genere nobili estis. Ite et relinquite istam vanam religionem, quam colitis : nam si iterum ista audio de vobis, diversis cruciatibus vos interire faciam.

et constanter fidem professi,

dimittuntur :

3 Tunc Beatissimi Laurentinus et Pergentinus exierunt de conspectu Tiburtii; magisque accensi in fide Christi, quotidie Dominum deprecabantur, die noctuque flectentes genua sua. Per singulos itaque dies crescebat fides sancta in operibus multis; D et verbo prædicationis suæ, multos ad fidem Christi perducebant. Et quia veritas abscondi non potest, Evangelista testante, qui ait, Non potest civitas abscondi super montem posita, neque accendunt lucernam, et ponunt sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt; et quia lux lucet in tenebris; Pagani, videntes mirabilia quæ Deus operabatur per Sanctos suos, et quia multi ad fidem Christi convertebantur; indignati sunt, et comprehenderunt eos, duxeruntque ad Tiburtium Consiliarium. Qui dixerunt ei : Nihil profuit verbum prædicationis tuæ. Ecce isti, quos docuisti ut recederent a vanitate superstitiosa, non solum non audierunt te, sed etiam per magicas artes suas totum populum subverterunt. Tiburtius Consiliarius dixit ad Sanctos, Quare sic fecistis, ut nec piissimum Cæsarem, nec me volueritis habere propitium. S. Pergentinus respondit : Nos propitium habemus Dominum Jesum Christum. Propitiationem tuam illi quærant, qui Christum propitium habere non merentur; et terrores vestros illi metuant, qui Regem æternum non metuunt.

multos convertunt :

Matt. 5, 15

reducti ad Tiburtium

4 Statim Tiburtius, exiliens de sede sua, scidit E vestimenta sua, et ait : Numquid non vobis inducias dedi, ut relinqueretis vanam doctrinam? Sed Christum vestrum nunc me præsente *a* prædicatis. Jussitque Sanctos levari catenis, et fustibus diutissime cædi. Cumque cæderentur, psallebant Sancti, dicentes : Domine Deus in adjutorium nostrum intende, Domine ad adjuvandum nos festina : et subito arefacta sunt brachia eorum, qui cædebant eos. Videns hæc Tiburtius, stupefactus est : ministri vero præ dolore clamabant : Brachia nostra velut arefacta sunt : rogamus vos servi Dei, orate ad Dominum vestrum pro nobis : et si nos salvos fecerit, credimus in ipsum. Sancti vero deprecati sunt Dominum, et salva facta sunt brachia ipsorum. Videntes ea multi qui aderant, crediderunt Domino Jesu Christo : sed et ipsi ministri crediderunt Christo, et laudaverunt Dominum una voce, dicentes : Non est alius Deus præter ipsum, quem prædicant Laurentinus et Pergentinus servi ejus. Dixit S. Pergentinus ad eos qui crediderunt : Audite Fratres, audite et intelligite nostra præcepta, et baptizemini, et eritis liberi ab omni nexu iniquitatis.

suspensi cæduntur fustibus; a

brachia lictorum arefacta sanant,

et convertunt multos.

5 Videns hæc Tiburtius, timuit : Beatissimos autem Laurentinum et Pergentinum jussit retrudi in carcerem : et jussit ut neque panem neque aquam darent eis. Cum autem introducti fuissent in carcerem; dixit S. Pergentinus ad Laurentinum fratrem F suum : Frater, surge, invocemus Dominum nostrum Jesum Christum in auxilium nostrum. Et surgentes psallebant dicentes; Domine Deus salutis nostræ, in die clamavimus et nocte coram te, intret oratio nostra in conspectu tuo, inclina aurem tuam ad preces nostras, Domine. Itaque per tres dies et noctes non sumpserunt cibum : Angelus enim Domini de cœlo veniens, fere in medio noctis tempore, attulit eis panem cœlestem, et dixit : Surgite et comedite, quæ Dominus vobis transmisit ut manducetis. Ingressus vero est Angelus Domini, et totus carcer illuminatus est; et carcerarii, præ pavore exterriti, facti sunt velut mortui, et obdormierunt. Sancti vero, refecti pane cœlesti, psallebant dicentes : Misericors et miserator Dominus, escam dedit timentibus se.

In carcerem retrusi,

post triduanum jejunium,

reficiuntur pane per Angelum dato :

6 Post hæc venerunt qui crediderunt in Christo, ut visitarent Sanctos, una cum Pergentina germana ipsorum : et attulerunt, ad custodes munera ut eos ad Sanctos intromitterent sed carcer apertus erat, et carcerarii velut mortui jacebant. Intraverunt ergo ad Beatissimos Pergentinum et Laurentinum, et

conversos ad fidem instruunt,

A et jactaverunt se ad pedes eorum, et cum fletu dixerunt; Domini Patres, ecce carcer apertus est, et custodes tamquam mortui jacent. Venite et exite hinc, et alibi moramini (quia vita vestra nobis necessaria est) et nos amplius instruite, de nomine Domini Jesu Christi. Responderunt Sancti dicentes: Absit a nobis, Fratres, ut hanc rem faciamus; et coronam, quam per fidem nostram meruimus, perdamus nunc: sed audite præcepta nostra, Fratres. Est hic unus de Sacerdotibus, nomine Cornelius, propter timorem Tiburtii nunc latitans: Ite et inquirite eum, et si invenire potestis nuntiate ei hæc omnia: et quanta Dominus noster Jesus Christus in nobis operatus est: quia ipse nos, et parentes nostros, vel nostram germanam, docuit de nomine Christi, et baptizavit. Ipse vos baptizabit aqua et Spiritu sancto. Baptizati vero, permanete in fide. Jactaveruntque se iterum ad pedes eorum, et planxerunt diutissime, et rogaverunt Sanctos, dicentes: Rogamus vos, Domini nostri, ut oretis pro nobis ad Dominum nostrum, ut salventur animæ nostræ. Sancti vero prædicaverunt eis, et oraverunt pro eis ad Dominum, et dixerunt: Domine Deus, Rex

et baptizandos mittunt ad Cornelium Presbyt.

B immortalis, qui permisisti nos ad fidem tuam venire; tu permitte et hos omnes ad tuam misericordiam pertingere. Et signantes eos emiserunt a se: exeuntes autem, quærebant *b* Sanctum Cornelium Presbyterum. Cumque invenissent eum, nuntiaverunt ei omnia de Pergentino et Laurentino. Gavisus est autem Sanctus Cornelius gaudio magno: statim catechizavit eos: et baptizati sunt fere sexaginta viri.

b

7 Audiens hæc omnia Tiburtius Consiliarius, jussit Beatissimos Pergentinum et Laurentinum, cum omni festinatione, ante suum conspectum perduci. Cumque perducti fuissent, ait illis: Per maleficia vestra evertistis totam civitatem istam. Respondit S. Laurentinus et dixit: Non sunt maleficia: sed beneficia Dei. Nos malefici non sumus, sed servi sumus Domini nostri Jesu Christi. Tiburtius dixit: Quid multum verbosamini? Aut sacrificate Deo Jovi, aut diversis pœnis nunc vos interficiam. S. Laurentinus respondit: Tu adora Deum Jovem, et genus tuum: nam nos Christum adoramus. Tiburtius vero indignatus est, jussitque adduci prunas viventes, et super prunas jussit Sanctos nudis pedibus stare. Cum autem stetissent super prunas, subito mortui sunt carbones, et facti sunt sicut frigida aqua. Populus itaque magis credebat in Jesu Christo. Dixerunt Pagani ad Judicem: Vides quoniam

Super prunas stant pedibus illæsis;

C

D nobis nihil proficit: si eos amplius dimiseris, et civitatem et totum populum perdes. Tiburtius itaque jussit adduci Jovem ante suum conspectum, et ait ad Sanctos: Sacrificate Deo Jovi. Dixit S. Pergentinus ad Tiburtium; Modo videbitis sacrificium nostrum. Et accesserunt prope idola: populus autem timorem faciebat, et cedebant ut ipsi sacrificarent Deo Jovi. Posueruntque Sancti genua in terra, et adoraverunt diutissime ad Dominum: cumque elevassent capita a terra, statim idolum liquefactum est tamquam *c* plumbum: jactaveruntque se iterum in terram, et egerunt gratias Domino Jesu Christo.

Ex MSS.

statuam Jovis in pulverem redigunt: c

8 Factus est clamor magnus in populo, et crediderunt in illa hora, in Christo Jesu, amplius quam ducenti viri. Pagani vero irruentes super Sanctos, *d* diutissime eos cædebant. Videns hæc Tiburtius, et se victum esse a Sanctis, feriens alapam in fronte sua, dixit, Væ mihi! superatus sum. Et jussit statim Sanctos capitalem subire sententiam. Milites vero duxerunt eos foras civitatem ad decollandum. Cumque ducerentur, Sancti dixerunt ad milites: Rogamus vos, fratres, sustinete paululum, ut deprecemur Dominum nostrum Jesum Christum. Et

diutisime cæsi, d

E jactantes se in terram, adoraverunt, et dixerunt; Tu es Protector noster, Domine; in manus tuas commendamus spiritum nostrum. Statim unus ex militibus, evaginato gladio amputavit prius caput Laurentini, et Pergentini similiter abscidit. Milites vero reversi sunt ad Dominum suum Tiburtium, renuntiaveruntque ei quæcumque fecerunt. Tunc Christiani, una cum Pergentina sorore ipsorum, collegerunt se noctu, et sepelierunt eos, non longe a civitate Aretina, fere mille passus prope fluvium qui dicitur Castrum. Passi sunt autem Beatissimi Martyres Christi, Laurentinus et Pergentinus, sub Decio Imperatore in civitate Aretina, tertio Nonas Junii: regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est laus et gloria, in secula seculorum. Amen.

capite plectuntur,

3 Junii

ANNOTATA G. H.

a *MS. Aretinum Romæ asservatum*, deprecamini.

b *Nomen hujus* Cornelii Presbyteri, *necdum reperimus Sanctorum Catalogo aut Fastis adscriptum, sed forte inter 400 Martyres comprehenditur.*

c *MS. Aretinum*, tamquam pulvis. *Petrus de Natalibus*, idolum in pulverem redactum est.

d *MS. S. Maximini*, mactaverunt eos, et diutissime cædentes, semivivos reliquerunt.

F

DE SANCTIS LUCILLIANO SENE

CLAUDIO, HYPATIO, PAULO, DIONYSIO, PUERIS

ET SANCTA VIRGINE PAULA SEU PAULINA

MARTYRIBUS BYZANTII IN THRACIA.

C. J.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Memoria in plurimis Fastis, præsertim Græcorum.

CIRCA CCLXXIII

Cœpit Romani Imperii habenas Aurelianus anno vulgari CCLXX, *tenuitque ad annum* CCLXXV, *movens interea in Christianos persecutionem, quam S. Augustinus nonam appellat. In hac, per Gallias quidem Christianæ fidei confessionem sanguine suo subscripsere SS. Reverianus Episcopus, Paulus Presbyter et Socii decem; de quibus 1 hujus egimus: Byzantii vero in Thracia mirabile martyrium passi sunt hoc III die*, SS. Lucillianus *(qui alias* Lucianus *dicitur)* Claudius, Hypatius, Paulus, Dionysius et Paula. *Ex his* Lucillianus, *cum in provecta ætate e sacrificulo idolorum factus esset Christianus; comprehensus, cruciatus, conjectusque in carcerem*

Sub Aureliano passi SS. Lucillianus et Socii,

carcerem, quatuor ibidem pueros itidem Christianos, modo nominatos, invenit, confortavit, secum ad palmam martyrii cælumque duxit. Denique Paula (*quæ et* Paulina) *cum vulnera horum Martyrum curasset, mercedis loco et ipsa comprehensa, varie cruciata, ac tandem necata, post illos ad sempiternam cœli gloriam Martyr evolavit.*

celebrantur in Menologio Basilii Imp.

2 *Horum ipsorum Martyrum memoria celebris, apud Græcos præsertim, agitur hodie; ac primo quidem in MS. Menologio Basilii Imperatoris, annos abhinc facile septingentos exarato; quod ita habet:* Λουκιλλιανὸς, ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Αὐρηλιανοῦ πρότερον ἱερεὺς τῶν εἰδώλων ὑπάρχων ἐν τῇ πόλει Νικομηδείᾳ, γηράσας δὲ τῇ ἡλικίᾳ μετετέθη δὲ πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ἐκρατήθη καὶ παρεδόθη Σιλβανῷ τῷ Κόμητι· καὶ μὴ πεισθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, συνετρίβη λίθοις τὸ πρόσωπον· καὶ τυφθεὶς ῥάβδοις, ἐκρεμάσθη κατὰ κεφαλῆς ἐπὶ ξύλου· εἶτα βληθεὶς εἰς φυλακὴν, εὗρεν καὶ παιδία τέσσαρα, διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἀποκλεισθέντα, Κλαύδιον, Ὑπάτιον, Παῦλον καὶ Διονύσιον· καὶ περιχαρὴς γενόμενος, ἐστήριξεν αὐτὰ πρὸς τὴν πίστιν· καὶ μετ᾽ αὐτῶν τῷ Κόμητι αὖθις παραστὰς, καὶ μὴ πεισθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, ἐβλήθη εἰς κάμινον πυρός· καὶ ἐξελθὼν ἀβλαβὴς, ἤχθη δέσμιος μετὰ τῶν παιδίων εἰς τὸ Βυζάντιον· καὶ τὰ μὲν παιδία ἀπεκεφαλίσθησαν, αὐτὸς δὲ σταυρῷ προσηλωθεὶς, ἐτελειώθη.

3 Lucillianus, Christi martyr, sub Imperatore Aureliano passus, antea idolorum Sacerdos Nicomediæ fuerat; deinde vero ætate jam provecta ad fidem Christi convertit sese, captusque et Comiti Silvano traditus est: cumque induci non posset ad negandum Christum: lapidibus faciem contusus, virgis cæsus, in caput e ligno suspensus est: tum in carcerem conjectus, invenit quatuor pueros, ibidem fidei Christianæ causa inclusos, Claudium, Hypatium, Paulum et Dionysium; quos delibutus gaudio in fide confirmavit, et socios habuit, cum denuo Comiti præsentatus fuit: a quo, nequidquam persuadere conato, ut Christum negaret, in caminum ignis immissus, et sine noxa indidem egressus, cum pueris vinctus Byzantium deductus est: ubi pueri quidem capite minuti, ipse vero in crucem suffixus, vivere desierunt.

uti etiam S. Paula Virg. Mart.

4 *Hæc Menologium Basilii; quibus continuo subjicitur encomium* S. Paulæ, *interposito tamen novo hoc titulo* (Καὶ ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Παύλης τῆς παρθένου. Et certamen sanctæ martyris Paulæ Virginis) *contra quam faciunt Menæa, quæ* Paulæ *nomen cum nominibus* Lucilliani et puerorum *conjungentia, contextum utriusque encomii continuant sine interruptione. Sic igitur de* Paula *loquitur in Menologio præfato:* Ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Παῦλα, συμπαροῦσα τῇ ἀθλήσει καὶ τοῖς ἀγωνίσμασι τῶν ἁγίων Λουκιλλιανοῦ καὶ τῶν παίδων, κατά τε τὴν φυλακὴν καὶ τὴν ὁδὸν, ἀπεσπόγγιζε τὰ αἵματα καὶ τῶν τραυμάτων τὰ ἕλκη, θεραπεύουσα κατὰ δύναμιν τῶν Ἁγίων τὰ σώματα· ἦν γὰρ ἐκ προγόνων Χριστιανὴ, καὶ τοῦτο ἔργον ἦν αὐτῇ, τὸ ἐπισκέπτεσθαι τοὺς ἐν φυλακαῖς, καὶ τοὺς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυροῦντας θεραπεύειν καὶ διατρέφειν· διὰ ταῦτα οὖν κρατηθεῖσα, ἤχθη καὶ αὐτὴ πρὸς τὸν Κόμητα Σιλβανόν· καὶ μὴ πεισθεῖσα θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, ἐτύφθη σφοδρῶς· καὶ ταῖς ἐπιφοραῖς τῶν ῥάβδων τὸ σῶμα διαλυθεῖσα, ἐπιστασίᾳ Ἀγγέλου ἐγένετο ὑγιής· καὶ πάλιν προσαχθεῖσα τῷ Κόμητι, εἰς κάμινον ἐνεβλήθη πυρός· καὶ ἐξελθοῦσα ἀβλαβὴς, ἐπέμφθη καὶ αὐτὴ εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ ἀπεκεφαλίσθη ἔνθα καὶ ὁ ἅγιος Λουκιλλιανός.

5 Paula Christi Martyr, cum præsens adesset certamini et conflictationibus Sanctorum Lucilliani et Puerorum, tam in carcere, quam per viam, spongia detergebat eorum sanguinem, et vulnera mundabat a pure; itaque pro viribus curabat Sanctorum corpora. Erat enim ex parentibus Christianis prognata et fidelis, in id præcipue intenta, ut visitaret carcere detentos, et mederetur atque aleret pro Christi nomine martyrium subeuntes. Quamobrem comprehensa, et ipsa ducta est ad Comitem Silvanum: cumque induci non posset ad sacrificandum idolis, crudeliter cæsa et verberibus virgarum toto corpore laniata, Angeli, visibilem se monstrantis, curatione sanitatem recuperavit. Deinde ad Comitem reducta, in ardentem conjecta est fornacem, e qua exivit illæsa: tum missa etiam ipsa Byzantium, præciso capite, Martyr obiit, eodem quo S. Lucillianus loco. *Perparum ab hisce discrepant quæ de memoratis Martyribus leguntur in magnis Græcorum Menæis excusis, uti etiam in Synaxario MS. Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod Menologio Basiliano fortasse vetustius est, servaturque in Collegio Parisiensi Societatis Jesu; nisi quod addant,* S. Lucillianum domicilium habuisse non procul ab urbe Nicomedia: pueros (*quos* tres *tantum ponunt Menæa*) *cum sancto sene* in caminum ignis immissos, flammasque superveniente imbre extinctas esse.

6 *In encomio* S. Paulæ *vix plura super addunt prædicta Menæa et Synaxarium: quia tamen de illa mentio nulla fit in Actis encomiasticis, quæ mox daturi sumus; juvat hic textum integrum Synaxarii, saltem latine proferre; qui sic sonat.* Sancta autem virgo Paula, quæ præsens erat, in via curabat eorum vulnera, et finito martyrio colligebat Reliquias. Hauserat enim a parentibus Christianam fidem, et exercere se gaudebat adeundo carceres, fovendo, medicando, alendo pro Christi nomine patientes. Hinc ipsa quoque comprehensa, ad Comitemque deducta, cum idolis litare nollet, spoliata vestibus, primum loris, deinde virgis cæditur: et postquam iteratis verberibus et multiplicatis plagis crudeliter saucia et laniata esset, ab Angelo ipsam visitante sanitati pristinæ restituta, atque ad perferendum martyrium animata est. Post hæc denuo sistitur Comiti, cui quod crudelitatem suam exprobrare ausa esset, os contunditur graviter, et custodia redditur: ex qua porro iterum protracta in quæstionem, et in fornacem injecta, integra et inviolata inde exivit. Denique, prolata sententia, capitis damnata; et Byzantium, uti jusserat Comes, avecta; eodem in loco, ubi S. Lucillianus cum pueris certamen absolverat, et ipsa, cervice refecta, martyrii palmam reportavit. Celebratur autem horum (*nempe Lucilliani, quatuor Puerorum, et Paulæ*) festum in sacratissimo eorumdem templo, quod prope abest ab æde Archistrategi Michaelis in Oxia.

quod ecclesias duas profert Cangio ignotas,

7 *Neutra illarum ædium nota est eruditissimo Cangio in Constantinopoli Christiana. Quare in gratiam illorum, qui antiquitatum Byzantinarum studiosi sunt, ipsum contextum Græcum, ea continentem, hic repræsentare ex Menæis impressis lubet, cum Synaxarium ad manum non sit, ut inde proferre nunc possim. Aiunt igitur Menæa:* Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῶν μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι πλησίον τοῦ Ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ, ἐν τῇ Ὀξείᾳ. *Codex M. Bibliothecæ Ambrosianæ in quarto, signatus* 1, *num.* 364, *simile elogium* S. Paulæ (*quam* Paulinam *appellat*) *exhibet, præter clausulam modo dictam de templis. Codex MS. Chiffletianus, eadem fere quæ Menæa excusa prosecutus, hosce qualescumque versus subjungit.*

Σταυρῷ ἀμφὶ τρίτην Λουκίλλιον θανάτωσαν,
Οὐχ ὡς ὁ Χριστοῦ καὶ τίτλον φέρων ἄνω;
Lucillianum tertia occidit cruce,
Christi ferentem numquid ut titulum supra?
Οὐκ ἄξια πρὸς μέλλον, ὡς Παῦλος, κλέος
Τὰ νῦν πάθη φάσκουσα, τέμνεται Παῦλα.
Quæ patimur hic, nil sunt futuram ad gloriam,
Paula, inquit, uti Paulus; et gladio cadit.
Τοὺς παιδαρίσκους, ὧν ἀριθμὸς δὶς δύο,

Θεοῦ

A Θεοῦ πατρὸς τίθησιν υἱοὺς ἡ σπάθη.
Ætate pueros bis duos, Dei patris
Mucrone diro filios ensis, facit.

nec non Sirletus,

8 *Encomia præmissa, sed contractiora, legere est etiam in Menologio Græcorum Jacobi Sirleti, eoque citato in Martyrologio Romano. Magnis Menæis impressis similia sunt quæ habentur apud Maximum Cytherorum Episcopum in Vitis Sanctorum: utrobique etiam tres tantum Pueri adnumerantur*, Claudio *prætermisso, et passi dicuntur sub* Libanio Præside; *qui aliis* Silvanus Comes *appellatur. Anthologium novum, auctoritate Clementis VIII excusum Romæ*, de S. Lucilliano *et* Pueris *illa fere habet, quæ supra jam dedimus, sed de* S. Paula *ejusve elogio nihil meminit.*

Horologium Cryptæ-Ferratæ,

Horologium, secundum vetustum ordinem et Typicum monasterii Cryptæ-ferratæ anno MDCLXXVII *Romæ impressum, in adjuncto sibi Menologio aliud non habet* III *Junii, quam*, τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λουκιλλιανοῦ, Sancti Martyris Lucilliani. Ejusdem *meminit Molanus*; ejusdem et Sociorum, *Galesinius*. Certamen S. Lucilliani et Pauli (Paulæ *potius*) et Puerorum, qui cum ipsis erant, *notat Kalendarium Arabo-ægyptiacum, ex Arabico Latine factum a Gratia Simonio, Collegii Maronitarum Romæ pridem alumno, deinde*

Molanus, Galesinius,

B *Archiepiscopo Tyrensi in Syria creato. Kalendarium item nostrum Græco-Moscum, primo Maji Tomo præfixum; tam* Paulæ, *quam* Lucilliani *et Sociorum* quatuor Puerorum *notitiam habet, repræsentans omnes in una eademque imagine ibi videnda. Menologium vero Slavo-Russicum, quod Baro Sparwenfeldius Latinum nobis dictavit*, sancti Martyris Lucilliani et sociorum *passionem sub* Aureliano *adscribit anno* CCLXXIII; *unde rursum convincimur annos Moschis computari secundum Æram vulgarem: nam secundum Græcos, octennio nobis lentiores, computatur mortuus esse Aurelianus, anno* CCLXVII, *qui nobis obiit anno* CCLXXV, *atque adeo si computum Græcorum sequerentur Russi: dicere deberent passum esse* Lucillianum *anno* CCLXV, *aut saltem ante obitum Aureliani.*

et Kalendarium Arabo-ægyptiacum,

uti et Græco-Moscum.

9 *Ejusdem* Reliquias, *Constantinopoli in propria collocatas æde, ut supra dictum est, multis claruisse miraculis, patet ex epilogo Encomii mox dandi: an inde, ante vel post captam urbem a Latinis primum, deinde a Turcis, et quo ablatæ sint, nobis non constat. Nicolaus Des-Guerrois, de Sanctis Ecclesiæ Trecensis agens, proponit ordine mensium festa Sanctorum istius diœcesis: et die* III *Junii affert* S Lucillianum Martyrem cum Sociis suis: *neque in indice Alphabetico ait*, brachium ejus esse in S. Stephani: *porro in corpore libri sub anno* 350, *postquam fuse ac fere supervacaneis verbis historiam protraxit, pro conclusione asserit*, S. Lucillianum cum sociis *martyrium subiisse* tempore Juliani Apostatæ, circiter annum CCCLXII; ac Trecenses, in ecclesia Collegiata S. Stephani, possidere brachium ejus. *Si tamen ultima istius asserti pars non sit fundatior quam prima; ambas pro conjecturis habendas existimo: in tempore enim Martyrii assignato, centum fere annis aberratur; quoniam illud non sub* Juliano, *sed* Aureliano *contigisse constat, ex præmissis. Antonius Massini, in Bononia perlustrata, ad hunc diem scribit, in civitate illa*, Reliquias S. Claudii Martyris, asservari in ecclesia S. Petri; *et* S. Paulæ Virginis et martyris, in ecclesia S. Mariæ Servorum. *Suspicabar Reliquias hic intelligi aut insignes, ob quas divinum Officium dici posset, aut certe admodum notabiles, quæ in peculiari honore essent: sed id suspicari, saltem de Reliquiis* S. Paulæ, *non patitur Eruditissimi Comitis Valerii Zani, illa super re a nobis consulti, rescriptum, sic inquientis*: De S. Paula Virg. et Mart. apud Patres Servitas nulla reperitur authentica scriptura, nulla memoria; nec scitur unde Reliquiæ istæ sint extractæ, aut quomodo illuc apportatæ. Porro frustulum exiguum ossis est, reconditum cum aliis Reliquiis in grandi tabernaculo; exponiturque solennioribus festis in ara principe, cum aliis Reliquiarum capsis, inauratis et crystallo tectis. *Quamobrem cur ad hunc diem potissimum retulerit Masinius Sanctos hosce, aliam subesse causam non opinor, quam quod in Martyrologio Romano hodie eadem nomina occurrant.*

Reliquiæ an et quales Trecis

C

et Bononiæ.

D AUCTORE C. J.

10 *Quæ jam præmissimus elogia, fundamentum laudationis suæ suppeditarunt Encomiastæ, cujus mox orationem subjiciemus. Quidquid enim ille amplificat, inde videtur hausisse; nisi quod sub calcem insinuet, aliquod beneficium curationis sibi ægroto a* S. Lucilliano, *cum Pueris apparente, collatum esse. Oratio illa MS. hactenus nuspiam per typos publicæ luci data, extat in Bibliotheca Vaticana; estque illa ipsa, quam in Ephemeridibus Græco-Moscis die* III *Junii querimur nobis adhuc deesse. Postea vero exemplum ejus, Romæ describi curatum, ipse mecum non ita pridem in Belgium contuli, Latinum feci, et illustrare conatus fui: atque inde nunc primum tam in una quam altera lingua publici juris per typos fit. Titulus, qui nomina Martyris præcipui et Auctoris continet, iste præfigitur*: Φωτίου, τοῦ μακαριωτάτου Σκευοφύλακος τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ Λογοθέτου, ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Λουκιλλιανόν. Sancti Martyris Lucilliani Encomium, auctore beatissimo Photio, sanctorum Apostolorum Sceuophylace ac Logotheta. *De auctore nihil nobis aliunde innotuit. Per ecclesiam sanctorum Apostolorum, cujus Scevophylax fuit, illa verosimiliter intelligenda est, quæ a Constantino Magno primum excitata sub illo titulo, et Imperatorum sepulturæ destinata, æmula deinde fuit sanctæ ac celeberrimæ Sophiæ.*

Acta unde sumpta?

E

11 *Aliam quoque Vitam eorumdem* SS. Lucilliani et Sociorum *incerto Auctore indicat Leo Allatius in Diatriba de Simeonum scriptis pag.* 119, *cum hoc exordio*: Βασιλεύοντος Αὐρηλιανοῦ ἦν διωγμὸς μέγας τῶν Χριστιανῶν ἐν τῇ Νικομηδέων πόλει. *Sed illam hactenus nancisci non potuimus. Fortassis ea nobis dubium solveret, fueritne post conversionem suam Christiani Sacerdotii Ordine initiatus* Lucillianus, *nec ne? Tacent de tali Sacerdotio omnia, quæ huc usque adduximus, monumenta: sed asserit Oratio Photii, mox danda, num.* 2 *his verbis*; Ὁ μυστὴς τῆς Χάριτος γενόμενος, *quod* Sacerdos gratiæ factus sit. *In eamdem sententiam propendit jam tum P. Papebrochius in Ephemeridibus supra citatis, priusquam vidisset orationem Photii; credo, quia istic repræsentatur Lucillianus in casula, cum libro Evangeliorum in manu, uti fere Sacerdotes solent.*

An Presbyter Lucillianus?

F

12 *Hagiologium Metricum Habessinorum, cujus Latinam versionem Jobus Ludolfus nobis commodavit, certos nos reddit*, S. Lucilliani *ac Sociorum passionem in Ægypto quoque notissimam fuisse; imo apud eosdem olim extitisse pleniorem integrioremque illius historiam. Siquidem ejus notitia, per Ægyptios ad Æthiopes translata, etiam maxillas ei confractas fuisse docet: sic enim ibi ab Auctore salutatur*; Saluto Lucianum, (*nam sic scribitur*) qui consecutus est laudem cum quatuor [pueris] patienter sustinendo tormenta: quia sacrificium Excelsi præferebat sacrificiis idolorum: quapropter maxillam ejus confregerunt saxis, et transfoderunt eam: itaque animam suam reddidit. *Ubi etiam haud obscure confirmatur Presbyteratus ejus, a Photio assertus.*

Talem Habessini agnoscunt in suis Hagiologiis.

ENCOMIUM

Auctore Photio Scevophylace et Logotheta C. P.

Ex MS. Bibliothecæ Vaticanæ.

Interprete Conrado Janningo.

CAPUT I.

Lucilliani vita, ante et post conversionem.

A laudatione olim deterritus Auctor,

Olim incensus cupidine laudandi præclara eximii Martyris Lucilliani gesta, abstinui ab opere, propter tenuem quæ mihi erat facultatem dicendi: excellentia quippe certaminum et magnitudo præclare gestorum deficere animum, silere linguam jubebant. Vere enim, vere magna fuere, quæ Martyres sustinuere labores ac certamina: quæ, omne laudandi argumentum et dicendi facundiam superant. Si namque tolerantiam ipsorum summam
B considerantes, animo percellantur ipsi etiam corpore carentes spiritus; quo pacto poterit mortalis homo dignis illos prosequi encomiis? Posteaquam vero temporis lapsu exarsit magis in animo meo cupiditas, et vehementius succendit amorem, quo Martyrem Lucillianum prosequor: præsertim cum accederent amicorum præcepta, ad illud ipsum incitantium et excutientium torporem: denique cum ex solutio debiti, non ostentatio sermonis, facta sit præsens tractatio; existimavi æquum non esse, me, si minus pro dignitate virum commendare possim, id quod facultas dicendi mihi tribuit, non conferre. Quibus enim laus, non extranea sed domestica, affert fundamentum dicendi; his profecto deficit eloquendi facultas, multo inferior manifesta operum exhibitione. Ad hæc cum laudationis hujusce lucrum respicio, et quod inde proventurum est emolumentum considero (erit enim legendi lux animæ, et in audientibus excitabit zelum divinum atque exemplorum imitationem) sperans in Deo, qui copiam orationis mihi conferet; et supplex orans Sanctum, cujus laudes percurrimus, ut cooperetur nobiscum: prompto animo palæstram hanc ingressus, initium dicendi feci; sciens gratum fore acceptumque
C Deo et Martyri ejus, quidquid pro viribus dixero.

rationes affert, cur nunc ausit inchoare.

Lucillianus ex idolorum sacrificulo,

2 Beatissimus igitur Lucillianus (ut hinc narrationis exordium sumam) lucida mundi stella, altisonus veritatis præco, omnium mihi æstimatissimum aliisque desideratissimum nomen; idolorum sacrificulus primum fuit, sub ignorantiæ media abscondens splendorem animæ suæ: postea vero Sacerdos gratiæ effectus, radiis fidei suæ illuminavit mundum universum. Ac ne quis suspicetur, injurium esse me sancto Martyri, quia prioris vitæ ejus mentionem facio; nisi et magnum Paulum et Evangelistam Matthæum eadem labe velit aspersos: istorum enim alterum, postquam summum virtutis culmen attigerat, non puduit pristinæ conversationis suæ narrationem instituere; alter vero, evangelicam pertexens historiam, Publicanum se ipse apertis terminis appellat. Neque enim anteactæ vitæ gestis confunduntur, qui illis in melius mutatis laudabiliter vivunt.

illustratus Evangelii luce,

3 Posteaquam igitur, divinæ prædicationis beneficio, ubique terrarum annuntiatum publicatumque fuit grande prodigium adventus Salvatoris nostri, hominem induti; inter alios qui ad ejus cognitionem adducti sunt, etiam Lucillianus noster fuit, divina sagena captus et fidei retibus involutus; nihil indigus vocis de cœlo vocantis, aut fulguris

Πάλαι μὲν ἐγκωμιάζειν τὰς τοῦ μεγίστου Μάρτυρος Λουκιλλιανοῦ ἀριστείας ἐφιέμενος, ὑπὸ τῆς περὶ τοῦ λέγειν στενότητος ἀνεκοπτόμην τῆς ἐγχειρήσεως· τό τε γὰρ ὑπερφυὲς τῶν ἄθλων καὶ τῶν κατορθωμάτων μέγεθος, ἰλιγγιᾷν μὲν τὸν νοῦν, σιγᾷν δὲ τὴν γλῶτταν καλῶς ὑπετίθεντο. Μεγάλοι γὰρ ὡς ἀληθῶς, μεγάλοι τῶν Μαρτύρων οἱ πόνοι τε καὶ ἆθλοι, καὶ πᾶσαν ὑπεραίροντες ἐγκωμίων ὑπόθεσιν καὶ λόγων δεινότητα. Εἰ γὰρ τὸ τῆς καρτερίας αὐτῶν ὕψος, καὶ ἀσώματοι νόες κατεπλάγησαν, E
πῶς ἂν βροτείως νοῦς ἀξίως τούτους ἐγκωμιάζειν ἐξισχύσειεν; Ἐπεὶ δὲ πόθος, ὑποσμύχων ἔνδοθεν τὸν περὶ τὸν ἀθλοφόρον διαπύρως ἀνέφλεγεν ἔρωτα, ἄλλως τε καὶ τὸ τῶν φιλτάτων ἐπίταγμα συνελθὸν, εἰς τοῦτο ἔφθη προτρεπόμενον καὶ τὸν ὄκνον συναναθοιρούμενον, καὶ χρέους λοιπὸν ἔκτισις, οὐκ ἐπίδειξις λόγων, ἡ ὑπόθεσις γεγένηται· οὐ δίκαιον ἡγησάμην τῆς κατ' ἀξίαν εὐφημίας ἀπολειπόμενος καὶ τῆς δυνατῆς ἀμελῆσαι· οἷς γὰρ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐπείσακτος, ἀλλ' οἴκοθεν φέρει τὸ βέβαιον, τούτοις ὡς ἀληθῶς ἥττηται καὶ τῶν λόγων ἡ δύναμις, κατὰ πολὺ λειπομένη τῆς ἐναργοῦς τῶν πραγμάτων ἐμφάσεως. Ἔτι δὲ καὶ πρὸς τὸ τῶν ἐπαίνων κέρδος ἀφορῶν καὶ τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν λογιζόμενος (ἔσται γὰρ τῷ τε λέγοντι φωτισμὸς ψυχῆς, καὶ τοῖς ἀκούουσι ζῆλος ἔνθεος, καὶ τῶν ὁμοίων μίμησις) ἐπὶ τὸν τοῦ λόγου πάροχον Θεὸν ἐλπίσας, καὶ τὴν τοῦ ἐγκωμιαζομένου πρεσβείαν συνεργὸν γενέσθαι καθικετεύσας, προθύμως ἐμαυτὸν πρὸς τὸν ἀγῶνα τόνδε τῶν λόγων ἐπέδωκα, φίλον ἐπιστάμενος Θεῷ καὶ τῷ Μάρτυρι τὸ κατὰ δύναμιν.

Ὁ μακαριώτατος τοίνυν Λουκιλλιανὸς (ἵνα ταύτην ἀπαρχὴν ποιήσωμαι τῆς διηγήσεως) ὁ διαυγὴς τῆς οἰκουμένης φωστὴρ, ὁ μεγαλοφωνότατος τῆς ἀληθείας κῆρυξ, τὸ πάντων ἐμοὶ τιμιώτατον καὶ πᾶσιν ὁμοίως ποθούμενον ὄνομα, ἱερεὺς εἰδώλων ὑπῆρχε τὸ πρότερον, καὶ τῷ τῆς ἀγνοίας γνόφῳ τὸ διαυγὲς τῆς ψυχῆς ἐγκαλυπτόμενος· μύ- F
στης τῆς χάριτος γενόμενος ὕστερον, καὶ ταῖς ἀκτῖσι τῆς πίστεως καταλάμψας τὴν σύμπασαν. Καὶ μή μοί τις μικροψύχως καθυβρίζειν ὑπολογίσαιτο τὸν Μάρτυρα, τῆς αὐτοῦ προτέρας διαγωγῆς μνήμην ποιούμενον· ἐπεὶ καὶ τὸν μέγαν Παῦλον καὶ Εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον παραγράφοιτο· ὧν ὁ μὲν ἄκρας ἀρετῆς ἐπιβὰς, τὴν προτέραν ἀναστροφὴν διηγεῖσθαι οὐκ ἀπαξιοῖ· ὁ δὲ, τὴν εὐαγγελικὴν διεξιὼν συγγραφὴν, τελώνην ἑαυτὸν ὀνομάζων οὐκ ἐγκαλύπτεται. Οὐ γὰρ τοῖς προτέροις ἐπαισχύνονται, τοῖς δευτέροις ἐγκαλλωπιζόμενοι.

Ἐπεὶ δὲ τοῦ θείου κηρύγματος πανταχόσε γῆς καταγγελλομένου τὸ μέγα τεράστιον τῆς ἐν ἀνθρώποις τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας διηγγέλλετο, ἄγον ἅπαντας πρὸς τὴν αὐτοῦ ἐπίγνωσιν, καὶ οὗτος ἀγρεύεται θείᾳ σαγήνῃ, καὶ τοῖς τῆς πίστεως δικτύοις ἐμπερικλείεται, οὐ φωνῆς ἄνωθεν καλούσης προσδεόμενος, οὐδὲ ἀστραπῆς τὰς ὄψεις ἀμαυρούσης τὴν ἀσέβειαν παιδευόμενος· ἀλλὰ σώφρονι νῷ πρὸς τὴν ἀλήθειαν μεταστοιχειούμενος. Πατρίδος γὰρ τῆς οὐρανίου τέκνον ὡς ἀληθῶς ὑπάρχων, καὶ ἐν ταύτῃ προγνωστικῶς πολιτογραφηθεὶς, οὐκ ἐπὶ πολὺ νοθεῦσαι τὴν εὐγένειαν ἐκαρτέρησεν· ἀλλ' ὡς προγνωσθεὶς καὶ προκληθεὶς παρὰ τοῦ τὰ πάντα σοφῶς Θεοῦ διακυβερνῶντος καὶ διεξάγοντος, ἔσπευσε σύμμορφος τῆς τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰκόνος χρηματίσαι, δικαιωθεὶς τῇ χάριτι καὶ βασιλείας κληρονόμος γενησόμενος. Ὅτε τοίνυν ὁ καιρὸς ἐνέστη τῆς κλήσεως,

A κλήσεως, οὐκ ἀναβολῇ καὶ ὑπερθέσει ταύτην παρεπέμψατο, ἀλλὰ ταχὺς ὑπήκοος τῷ καλοῦντι γνωρίζεται, καὶ τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ῥοπὴν εὐγνώμονι λογισμῷ παραυτίκα ἐπιδείκνυται· διὸ καὶ τὴν ἐπὶ γῆς πατρίδα, καὶ γένος ἅπαν, καὶ εὐκληρίαν, καὶ τὴν προσοῦσαν ὑπαρξιν παρὰ φαῦλον θέμενος, καθάπερ γῆ καλὴ καὶ εὔφορος, τὸν καταβληθέντα σπόρον τοῦ θείου κηρύγματος ἐν ἑαυτῷ δεξάμενος, τῷ θείῳ προστρέχει λουτρῷ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τήν τε προγονικὴν παλαιότητα, καὶ τὸν ἐκ τῆς δεισιδαιμονίας ῥύπον αποτιναξάμενος, ὅλος λοιπὸν καθαγνίζεται, καὶ τὸν καινὸν ἀμφιέννυται ἄνθρωπον, τῇ τοῦ φωτὸς μετουσίᾳ φῶς γινόμενος, καὶ τῇ τοῦ πνεύματος παλιγγενεσίᾳ, υἱὸς Θεοῦ χρηματίζων ἀψευδέστατος.

Ἀλλ' ἐπείπερ τῷ δώρῳ τῆς χάριτος δεῖ τινος καὶ πρὸς ἐργασίας, ἵνα μὴ τὸ ὅλον τοῦ μόνου τοῦ χαρίσματος, ἀλλά τις δειχθῇ καὶ τῆς τοῦ συνεισενέγκοντος εὐγνωμοσύνης φιλοτιμία· ᾔδει δὲ ὡς αἱ ἐν ἡσυχίᾳ καὶ μονότητι ἀρεταὶ κατορθούμεναι, μονιμώτεραι πως καὶ δυσκίνητοι καθίστανται, ὅλης πρὸς ἑαυτὴν τῆς ψυχῆς συννευούσης, καὶ τῷ ἀνεπιθολώτῳ καὶ ἀταράχῳ τοῦ νοὸς πρός τε τὴν τοῦ λείποντος κτῆσιν θερμῶς ἐπισπευδούσης, καὶ τὴν τοῦ κτηθέντος φυλακὴν βεβαίως κατεχούσης, ἐντεῦθεν εἰς τι χωρίον καθαρὸν θορύβου καὶ πάσης ταραχώδους συγχύσεως καὶ βιωτικῆς τύρβης ἀπανίστατο, τῇ τε τῶν

B γραφῶν μελέτῃ τὸν θεῖον ἀνάπτων σπινθῆρα, καὶ ταῖς θείαις θεωρίαις τὸν νοῦν ἐλλαμπόμενος, πρὸς δὲ τὴν τῶν ἀρετῶν ἀνάληψιν ἐξασκούμενος, διὰ ταύτης πολυπλασιάζειν τὸ τῆς χάριτος τάλαντον κατηπείγετο, δικαιοσύνῃ λαμπρυνόμενος καὶ ἀνδρείᾳ ψυχῆς κατακοσμούμενος, φρονήσει κυβερνῶν τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια, καὶ τοῦ χείρονος τῷ κρείττονι διδοὺς τὴν κυριότητα, τὴν δὲ σωφροσύνην ἔκπαλαι σύνοικον ἔχων, τότε καὶ μᾶλλον τῇ ταύτης αἴγλῃ ἐπωραΐζετο, αὐτοκράτωρ κατὰ τῆς τῶν παθῶν τυραννίδος σαφῶς ἀγωνιζόμενος· φιλοπτωχίας ἐπιμελούμενος, καὶ δι' αὐτῆς πρὸς ἀγάπην χειραγωγούμενος, χρηστότητα ἐπιδεικνύμενος, καὶ ἐπιεικείᾳ τρόπων σεμνυνόμενος, τὴν ἔφεσιν δὲ πᾶσαν πρὸς τὸν ποιήσαντα ἐπανάγων, τὸν δίκαιον καὶ κατὰ φύσιν θυμὸν τοῖς νοητοῖς θηρίοις παρέθηκεν, καὶ τὸν θεῖον φόβον ὥσπερ τινὰ τῶν τοιούτων καλῶν ἐπιστήσας φύλακα, πρὸς αὐτὴν ἔφθασε λοιπὸν τὴν θείαν ἀγάπησιν, ὑπ' αὐτῆς πρὸς τὸν τῶν ἀρετῶν κατάλογον παιδοτριβηθεὶς, καὶ πρὸς ταύτην αὖθις καλῶς περαιωθείς.

Ταῖς οὖν τοιαύταις ἀρεταῖς καὶ ὁμοίοις ἀγλαϊζόμενος, τῷ θείῳ ἔρωτι ὅλος ἐγίνετο κάτοχος, φωτὶ προσλαμβάνων ὡς ἀληθῶς φῶς, καὶ ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν ὑψηλοτέραν τε καὶ σεβασμιωτέραν ὁσημέραι ἀναγόμενος. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα οὕτως αὐτῷ καλῶς διεπέπρακτο, οὐκ ἦν δὲ ἄρα τῷ

C τοῦ φθόνου γεννήτορι τὴν τοσαύτην τοῦ ἀνδρὸς ὑπενεγκεῖν προκοπὴν καὶ λαμπρότητα, ἀντιστρατηγεῖν διεγνώκει, καὶ πρὸς τὴν κατ' αὐτοῦ πάλιν χωρεῖν ἠπείγετο, δεινὸς ἀνταγωνιστὴς καὶ δυσμενὴς ἀντίπαλος δειχθῆναι φιλονεικῶν· ἐλάνθανε δὲ ἄρα τὸ δι' εὐχῆς αὐτῷ καὶ αἱρέσεως ἔργον προξενῶν· ἔδει γὰρ τὸν ἐν μηδενὶ τῶν καλῶν ἀπολειφθέντα, καὶ τῷ τῆς μαρτυρίας στεφάνῳ κοσμηθῆναι, καὶ Χριστοῦ τὰ παθήματα ἐν τοῖς οἰκείοις μέλεσι περιφέροντα, λαμπρᾶς καὶ τῆς ἀντιδόσεως τυχεῖν.

oculorum aciem obtundentis, ut impietatem dedoceretur; sed provida mente ad veritatem conversus est. Cum enim verus patriæ cœlestis filius esset, in eaque ex prævia Dei scientia adscriptus civis, non diu degenerem esse sivit nobilem indolem suam; sed veluti præscitus ac prædestinatus a sapientissimo rerum omnium rectore et gubernatore Deo, summo studio connixus est, ut imaginem filii ejus in animam suam induceret, per gratiam justificatus et heres regni cœlestis factus. Cum igitur instaret tempus vocationis ejus, non eam distulit, interponendo moram; sed illico obsecutus vocanti, grato monstravit animo suam ad virtutem propensionem. Hac ipsa de causa terrenam hanc patriam suam, universum genus, hereditatem amplam, totamque rem familiarem pro nihilo ducens; et adinstar bonæ ac fertilis terræ, immissum in animam suam divinæ prædicationis semen recipiens; ad sacrum baptismi lavacrum properat: majorumque suorum vetustos ritus, et quos per dæmoniorum cultum contraxerat sordes excutiens, omni ex parte mundatur, ac novum induitur hominem; ex participatione lucis totus lucidus, et spirituali regeneratione sincerissimus Dei Filius effectus.

D INTERP. C. I.

et contemptis rebus omnibus baptizatur:

4 Quoniam autem divinæ gratiæ donum, societatem alterius etiam agentis requirit ad operandum; ut ne totum opus tribuatur sibi uni, sed aliquod insuper ostendatur ab illo cui collatum donum est, gratitudinis studium: noveratque Lucillianus, virtutes, quæ in quiete ac solitudine adolescunt, stabiliores fieri ac firmius perseverare; toto animi nisu eo contendens, ac mente imperturbata serenaque quod deerat virtutis acquirere studens, et quod acquisierat constanter servans; in locum, a turbis omnique specie tumultus semotum, abiit; et sacrarum litterarum meditatione cœlestem igniculum fovens, et rerum divinarum contemplatione mentem illustrans, toto pectore in virtutum consecutionem incumbens, piis exercitiis gratiæ divinæ talentum brevi tempore multiplicabat, justitia splendebat, fortitudine animi ornabatur, prudentia moderabatur sensus, honestati in vitia dominatum dabat; temperantiæ, quam pridem sibi familiarem habuerat, tum vel maxime elucebat fulgore; ut generosus imperator, contra affectuum tyrannidem præclare pugnabat; voluntariam paupertatem curabat, per eamque ad charitatem deducebatur; benignitatemque exhibebat, modestia morum venerabilis. Porro omnem animi sui affectum transferebat in Deum justamque et consentaneam naturæ iram contra spirituales feras depromebat. Denique timorem Dei veluti custodem tantarum virtutum constituens, ad Dei tandem pervenit amorem; a quo in virtutibus, quarum modo catalogum texui, exercitatus fuerat; et ad quem virtutes ipsas, quas acquisierat, postliminio referebat.

E

gratiæ Dei cooperaturus,

a turbis secedit, et virtutum exercitio se dat:

F

5 Hisce igitur aliisque instructus luculenter virtutibus, totus amore Dei incaluit, lumini gratiæ lumen adjecit, et de virtute in virtutem sublimiorem ac præstantiorem, quotidie gradum fecit. Dum autem tam præclare suas res agit Lucillianus, ferre non potuit invidiæ parens progressum ejus tam insignem; sed bellum eidem decernens, propere ad arma concurrit, ac prælium init, terribilis hostis et truculentus adversarius apparere cupidus; sed ignorans, ipsi se præparare quod et maxime erat in votis: oportebat quippe illum, qui ne ad latum quidem unguem ab honestate recedebat, etiam Martyrii corona redimiri: et illum qui Christi passionem in membris suis circumferebat, etiam illustre præmium mereri.

hinc invidia diaboli contra eum exsurgit.

ANNOTATA.

a *Metaphorice ne duntaxat* Sacerdos gratiæ *hic vocetur Sanctus, an ordinem Presbyterii sus cepisse inducatur, supra quæsivimus et indecisum relinquimus.*

b *Ecaraphum* παραθήκη, *quod visum est correctius exprimere spirituales quam bestias, intellige, vitiosas affectiones animi.*

CAPUT

CAPUT II.

Ejusdem, orta persecutione, in tormentis constantia.

Excitata persecutione. Pervasit itaque universum terrarum orbem persecutio gravis, et fluctuum in modum commovit omnia. Litteræ namque ab Imperatore quaquaversum dimissæ, impuris dæmoniis jubebant immolare eos qui in manus venissent; id vero facere nolentes per omnimodos cruciatus extremo mortis supplicio afficiendos. Cum ergo cruor, ad idolorum simulacra per scelus effusus, omnem late terram pollueret; ac nidor, e sacrificiis ac libaminibus ascendens, aera inficeret, dæmoniis ob miserorum cultorum amentiam tripudiantibus et exultantibus gaudio; ipsa naturæ lex, contra naturam ignorabatur, patribus naturalem affectum in rabiem ferinam mutantibus, *filii a parentibus, et hi a filiis traduntur judicibus:* et prognatos ex sese liberos manibus tyrannorum tradentibus; filiis vero propinquitati sanguinis nuntium omnino remittentibus, et genitores suos ad miserabilem amandantibus mortem; ab iisdemque tam nefanda committentibus, negabatur et ludibrio
B afficiebatur rerum omnium conditor Deus; dæmones vero, quorum hereditas infernus ac tartara sunt, divinitatis nomen sortiebantur.

capitur etiam Lucillianus, 7 Tunc temporis scilicet famulus Christi Lucillianus, a ministris impietatis inquisitus, et (cum nequeat civitas abscondi supra montem posita, ut divina aiunt eloquia) inventus, tyrannoque præsentatus fuit, ab Hebræo aliquo proditus: qui militum cohortem jussus assumere, ad comprehendendum atque adducendum Sanctum emissus erat. Adducitur itaque præclarus Martyr ad tribunal tyranni, facie serena divinæque gratiæ decore perfusa, mente vero ad conspectum instrumentorum quibus torquendus erat imperterrita. In hunc intuitus tyrannus, ob constantem Martyris vultum pavore plenus, sic inquit:

et a tyranno ad negandum Christum sollicitatur minis 8 Quid tandem hic, qui deorum nostrorum sacrificia cultumque negligit, ac novitium Deum, recens necatum, quemque majores nostri non tradiderunt nobis, in superos refert? Hujusce tu hactenus cultui adhæsisti? Quem vero tandem, quam pulchrum, quam amabilem, ex falsa et vana ista fide tua, fructum cepisti? Non vides, quid Imperatorum jussa postulent? quam horrenda illos maneant tormenta, qui Christum asserunt
C Deum esse et nominant? illis vero, qui mandata faciunt Imperatorum Christumque negant, quam magna distribuantur, divitiæ, gloria, honor? Quamobrem te hortor, ut cruciatuum violentiam et adstantia supra caput pericula considerans, senio tuo parcas, et in mortem adeo miserabilem non te conjicias. Quid enim utilitatis tibi inde, si mori eligas? Nempe utile tibi est, privari serenissima hac luce, quæ pulcherrima juxta ac suavissima, lætitiam affert omnibus: volupe tibi est, flagris et gladiis membra omnia concidi: suave tibi est, igni ustulatum occumbere: optabile tibi est, in numerum sceleratorum hominum adscribi: gratum tibi est, *ac promissis:* feris avibusque carnivoris pabulum fieri. Ecquis, amabo te, sana præditus mente, libertati præferet tam insanam cupidinem? Quapropter si me audieris, mentemque illam deposueris, et quem veneraris Christum negaveris; mortem effugies, et divitias amplissimas honoresque summos, si volueris, per nos consequeris; insuper familiaris fies Imperatoribus, et conspicuus ac gloriosus apparebis in paucis. Si vero renueris, scito, gravibus tormentis toto corpore excruciatum, diræ neci tradendum te.

9 Ad hæc generosus pugil, magis confirmatus in Christum animo, ac zelo plenus divino, tyrannum

Διωγμοῦ τοίνυν τὴν σύμπασαν γῆν καταλαβόντος, καὶ κυμάτων δίκην ταύτην ταράττοντος, γραμμάτων τε πανταχοῦ παρὰ τοῦ κρατοῦντος ἐκπεμπομένων, καὶ θύειν δαίμοσιν ἀκαθάρτοις τοὺς ὑποχειρίους διακελευομένων, ἢ τοὺς ἀντιτείνοντας παντοίαις ὑποβαλλομένους τιμωρίαις θάνατον τὴν ἐσχάτην τελευταίαν ἐπιφέρεσθαι, τοῦ τε εἰδωλικοῦ λύθρου καὶ μιάσματος πᾶσαν γῆν καταχραίνοντος καὶ ταῖς ἐκ θυσιῶν καὶ σπονδῶν κνίσαις τὸν ἀέρα καταμολύνοντος, δαιμόνων τε ταῖς τῶν ἀθλίων θεραπευτῶν εὐηθείαις κατορχουμένων, ὅτε δὴ καὶ φύσεως νόμος παρὰ φύσιν ἠγνόητο, πατέρων τὴν φυσικὴν στοργὴν εἰς θηριώδη γνώμην μεταλλαττόντων, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν φύντας τυραννικαῖς χερσὶ προδιδόντων, παίδων δὲ τὴν πρὸς πατέρας οἰκειότητα πάμπαν ἀρνουμένων, καὶ οἰκτίστῳ θανάτῳ τούτους παραπεμπόντων, ὅτε καὶ ὁ πάντων κτίστης καὶ Θεὸς παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα τολμώντων ἐξηρνεῖτό τε καὶ ἐνυβρίζετο, οἱ δὲ ᾅδην καὶ τάρταρον κληρωσάμενοι δαίμονες θεότητος ὀνόματι ἐπεφημίζοντο. E

Τότε δὴ καὶ ὁ τοῦ Χριστοῦ θεράπων Λουκιλλιανὸς παρὰ τῶν τῆς κακίας θεραπευτῶν ἀνεζητεῖτο, τότε καὶ ἀνηυρίσκετο (ἐπεὶ δὴ οὐ γὰρ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη, κατὰ τὸν σωτήριον λόγον) τῷ τυραννοῦντι δῆλος καθίσταται, πρός τινος Ἑβραίου τῷ γένει καταμηνυθείς· ὃς στρατιωτικὴν φάλαγγα ἐκ προστάξεως ἀνειληφώς, συλληψόμενος τὸν Ἅγιον, καὶ πρὸς αὐτὸν ἄξων ἐκπέμπεται. Προσάγεται τοίνυν ὁ καλλίνικος Μάρτυς τῷ τοῦ τυράννου βήματι, λαμπρὸν ἔχων τὸ πρόσωπον, καὶ θείας χάριτος μεμεστωμένον, καὶ πρὸς οὐδὲν τῶν ἀμυντηρίων ὀργάνων τὸν νοῦν ἐκπληττόμενος. Πρὸς ὃν ἀτενίσας ὁ τύραννος, καὶ θάμβους ὑπόπλεως τῷ στερρῷ τοῦ Μάρτυρος γενόμενος, ἀπεφθέγγετο·

Τί δῆτα ὦ οὗτος, τῆς τῶν ἡμετέρων θεῶν ἱερουργίας τε καὶ θεραπείας ὀλιγωρήσας, καὶ καινὸν θεὸν καὶ πρόσφατον, καὶ ὃν οὐδὲ οἱ πατέρες οὐ παρέδοσαν ἐπιγραφόμενος; ὀπίσω τῆς τούτου δουλείας ἐναπέδωκας; τί δὲ λαμπρὸν καὶ ζηλωτὸν ἐκ τῆσδε τῆς κατεφρονημένης καὶ κενῆς πίστεως κεκαρπωσαι; Οὐχ ὁρᾷς τί τὰ τῶν κρατούντων διατάγματα παρακελεύεται; πῶς τοὺς τὸν Χριστὸν θεὸν ὀνομάζοντας δεινοὶ διαδέχονται τιμωρίαι; τοῖς δὲ τοῖς αὐτῶν θεσπίσμασιν εἴκουσι καὶ τοῦτον ἀρνουμένοις, πλοῦτος, καὶ δόξα, τιμή τε μεγίστη παρ' αὐτῶν ἀπονέμεται; Ἐννοήσαντα τοίνυν τὴν τῶν κολάσεων ἐπιφορὰν καὶ τῶν κινδύνων τὴν ἐπαγωγήν, φείσασθαί σε τοῦ ἰδίου γήρως παρακαλῶ, καὶ μὴ οὕτως οἰκτίστῳ σεαυτὸν παραδοῦναι θανάτῳ. F Τί γὰρ ἔσται σοι κέρδος ἐκ τοῦ τὸν θάνατον ἑλέσθαι; ὅτι ἀγαθόν σοι ἡ τοῦ λαμπροτάτου φωτὸς τούτου στέρησις, ὡς μὲν καλοῦ, ὡς δὲ γλυκέος, ὡς δὲ πᾶσιν εὐφροσύνην παρέχοντος; Ἀλλὰ τερπνόν σοι ἡ διὰ μαστίγων καὶ ξιφῶν τῶν μελῶν ἐκκοπή; ἀλλ' ἥδιστον ἡ διὰ πυρὸς τελευτή; ἀλλ' ἀσπάσιον ἡ μετὰ κακούργων συγκαταρίθμησις; ἀλλὰ φίλιον ἡ ἐξ σαρκοφάγων θηρίων καὶ ὀρνέων βορά; Καὶ τίς ἔχων σώφρονα νοῦν, τῆς ἀνέσεως προτιμήσαι τὸ τὴν τοιαύτην ἔκφρονα βούλησιν; Εἰ τοίνυν ἐμοὶ πεισθῇς, τὸν ἕωλον λογισμὸν ἀποσεισάμενος, καὶ ὃν σέβεις Χριστὸν ἀπαρνησάμενος, κερδανεῖς μετὰ τοῦτον τὸν θάνατον διαδρᾶναι, καὶ πλοῦτον παρ' ἡμῶν μέγιστον, καὶ τιμὴν εἰ βούλει πλείστην, γνώριμός τε κατασταθήσῃ Βασιλεῦσι, περίοπτος καὶ ἐπίδοξος ἐν πᾶσιν ἀποδεικνύμενος· εἰ δέ γε πρὸς ταῦτα ἀνανεύσειας, ἴσθι ὡς δειναῖς τιμωρίαις τὸ σῶμα καταναλωθήσῃ, οἰκτίστῳ θανάτῳ παραπεμπόμενος.

Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ γενναῖος στρατιώτης, πλέον τῷ εἰς Χριστὸν ἀναρρωσθεὶς φρονήματι, καὶ ζήλου θείου γενόμενος ἔμπλεως, πρὸς τὸν τύραννον θαρσαλέως ἀπεκρίνατο· Τὴν μὲν τῶν θεῶν ὧν ἔφης ἱερουργίαν μᾶλλον δὲ τὰ τῆς πλάνης ὄργια (εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν) ὦ δικαστά, ἕως μὲν τὸ τῆς δεισιδαιμονίας κάλυμμα τῇ ἐμῇ ψυχῇ περιέκειτο

A κειτο καὶ τὸ τῆς διανοίας ὄμμα ἐπεσκίαζεν, ἐξετέλουν τε καὶ παντοίως τούτους ἐθεράπευον· ἄγνοια γὰρ σκαιᾶς τις ὑπῆρχε τῆς τυφλώσεως. Ἀφ' οὗ δὲ τὸν πάντων κτίστην καὶ δημιουργὸν Θεὸν ἐπέγνων, καὶ ταῖς ἐμαῖς ἀκοαῖς ἡ τούτου δι' ἡμᾶς ἄκρα συγκατάβασις ἐνηχήθη, καὶ οὓς πρώην δεινῶς ἐθεράπευον οὐ θεοὺς ἀλλὰ δαίμονας ἔμαθον ὑπάρχοντας, ἐπ' ὀλέθρῳ ταῖς τῶν τιμώντων ψυχαῖς εὐφημουμένους, οὐκέτι ἀνεκτὸν ἡγησάμην, λόγῳ τιμηθεὶς παρὰ τοῦ κτίσαντος, τὰ τῆς ἀλογίας διαπράττεσθαι· ἀλλ' ὡς ἐχέφρων, τὸ κρεῖττον τοῦ χείρονος ἐκλεξάμενος, πρὸς τὴν τοῦ κτίσαντος θεραπείαν ἐμφρόνως ἐναπέδραμον, πολλὰ μεμψάμενος ἐμαυτοῦ καὶ τῆς πρώην ἀγνωσίας καὶ περιπετείας. Τί δὲ τῶν ἀγαθῶν οὐ πεπορίσμεθα ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐπιγνώσεως καὶ λατρείας; ῥίζα γὰρ συνέσεως καὶ τροφὸς ψυχῶν ἡ πίστις, καὶ ζωὴν εἰσοικίζουσα τοῖς δεχομένοις αὐτήν· ἡ γὰρ ἐπίγνωσις τούτου, πάσης ἀρετῆς ὑπάρχει χορηγός· ἁγνείας γὰρ διδάσκαλος, καθαρότητος εἰσηγήτις, σεμνότητος σύμβουλος, φιλαδελφίας καὶ ἀγάπης σύνδεσμος, καὶ τὸ ἔτι μεῖζον, ἀθανασίας πάροχος, σωτηρίας πρόξενος, δουλείας ἀπαλλαγή, ἁμαρτημάτων κάθαρσις, οὐρανίου βασιλείας κληρονομία, πρὸς τὸ ἀρχαῖον κάλλος ἐπάνοδος, πρὸς τὸν κτίσαντα ὁμοίωσις.

B Μὴ τοίνυν λέγε νέον τὸν Θεὸν ἡμῶν, ὃς πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀχρόνως γεννηθείς, αὐτοῦ καὶ τοῦ χρόνου δημιουργὸς ἐγένετο, καὶ τῆς ἡμετέρας ὑπάρξεως αἴτιος· ὃν [illegible] οἱ ἡμέτεροι πατέρες, τὸ ὄμμα τῆς διανοίας ἑκόντες καμμύσαντες, ἠγνόησαν, καὶ διαβολικαῖς πλάναις ὀλεθρίως ὑπήχθησαν. Πρόσφατοι γάρ, ὡς ἀληθῶς, οἱ παρ' ὑμῶν σεβόμενοι θεοί, ὕλης ἐντέχνου καὶ ἀνθρωπίνης ἐπινοίας ἔργον ὑπάρχοντες, καὶ κενῷ τινι τῆς τιμῆς ὀνόματι περιβεβλημένοι, οἷς εἴ τις ἀφέλοιτο τὴν κενῶς καὶ ματαίως ἐπ' αὐτοῖς ἐπιτεθεῖσαν δόξαν, καταγνώσεται πάσης τῆς [illegible] τοῦ δόγματος, καὶ γνώσεται τὴν ἀλήθειαν [illegible]· ὀφθαλμοὺς γὰρ ἔχουσι, κατὰ τὸν μέγαν Δαβίδ, καὶ οὐ βλέπουσιν· ὦτα, καὶ οὐκ ἀκούουσι· [illegible] χεῖρας, καὶ [illegible] πόδας, καὶ βαδίζειν [illegible] οὐδ' ἐκ τοῦ στόματος [illegible] προΐεσθαι τοῖς δεομένοις. Διὸ καὶ τοὺς σεβομένους αὐτοὺς ἐν κατάρας μοίρᾳ τιθεὶς ὁ αὐτὸς Προφήτης, ὁμοίους αὐτοῖς τοῖς προσκυνουμένοις τε καὶ σεβομένοις εὔχεται γενέσθαι, ὅτι τὴν τιμήν, ἣν ἔδει τῷ πάντων κτίστῃ καὶ Θεῷ προσνέμειν, [illegible] οὐκ ἀπώκνησαν. Οἱ δὲ τούτων πάλιν πρωτότυποι καὶ δι' αὐτῶν θεραπευόμενοι δαίμονές εἰσιν, ἐμπαίζοντες τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς, καὶ εἰς τὸ ἑαυτῶν τῆς καταδίκης πῦρ ταύτας συγκαταφέροντες.

C Ἀπειλὰς δὲ καὶ προστάγματα βασιλικὰ καταφρονοῦμεν, τὰς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Θεοῦ ἐντολάς τε καὶ διατάξεις ἐπίπροσθεν ἄγοντες. Πλοῦτος δὲ καὶ δόξα εἰς οὐδὲν ἡμῖν λελόγισται, ἐπειδὴ βασιλείας οὐρανῶν κληρονομία ἀπόκειται. Ἀγαθὸν δὲ ἡ τοῦ φωτὸς τούτου ἀπόλαυσις· ἀλλ' ἕως ἂν εἰς εὐσέβειαν μηδὲν κώλυμα γινόμενον τοῖς κεχρημένοις ταύτῃ παρεμποδίζοι· εἰ δὲ τὸν ψυχῆς ὄλεθρον ἐκ τῆς αὐτῆς μετουσίας ἐπιφέρειν δοκοίη, προτιμητέα ἡ στέρησις· πρὸς μείζονα γὰρ αἴγλην ἀσβέστου καὶ ἀϊδίου φωτὸς παραπέμπει. Ξίφος δὲ καὶ δεινὰς τιμωρίας ἡδέως ὑπομένομεν· ἀθανασίαν γὰρ ἡμῖν προξενοῦσι. Εἰ δὲ καὶ πυρὶ δοκιμάσεις τὸ σῶμα, γνῶθι ὡς ἐκεῖνο μὲν ἐνδώσει φθαρτὸν ὂν καὶ ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἀναλισκόμενον, ψυχὴ δὲ μᾶλλον ἡσθήσεται τῶν ὑλικῶν ἀπαλλαττομένη πραγμάτων. Ἡ δὲ διὰ Χριστὸν μετὰ κακούργων συγκαταρίθμησις, ἐνδόξους μᾶλλον ἀποφανεῖται, ὡς μετόχους τῶν αὐτοῦ παθημάτων, καὶ κοινωνοὺς ὑπάρξαντας, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς μετὰ κακούργων τῷ σταυρῷ προσεπάγη. Ἡ τῶν θηρῶν καὶ ὀρνέων βορά, σῖτον καθαρὸν ἀποδείξει, καὶ ἄξιον ἄρτον τῆς ἄνω βασιλικῆς τραπέζης. Αὐτὸς ὁ θάνατος, ἀθανάτου βιοτῆς πρόξενος καὶ ζωῆς ἀϊδίου ἀπόλαυσις. Εἴ τι οὖν σοι παρίσταται, τὸ δοκοῦν προθύμως ἐπιτέλει· οὐ μόνον γὰρ οὐ μεταπείσεις τῆς εἰς Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἐλπίδος, ἀλλὰ καὶ πλειόνως σαυτὸν τῆς προπετείας καταμέμψῃ· ὄψει γὰρ νεαρὸν καὶ ἀκμαῖον φρόνημα, ἐν γηραιῷ τῷ σώματι

intrepide sic contra aggreditur : Fateor deorum me quos dicis sacrificia, aut potius (si verum eloqui fas est) fraudis mysteria o Judex, obtulisse olim, et eorum cultui impense studuisse, quamdiu superstitionis velum obvolutam animam meam et mentis aciem obumbratam tenuit : ignorantia quippe, cæcæ superstitionis causa erat. Ex quo autem omnium creatorem et artificem Deum cognovi ; ex quo summa ejus demissio auribus meis illapsa est ; ex quo, quos olim studiose colui, non Deos, sed dæmones esse didici, qui in perniciem animarum ipsos venerantium laudantur; non amplius ferendum putavi, me ratione donatum ab illo qui me condidit, a ratione aliena et absona operari ; sed uti mente præditum decet, quod honestum est inhonesto præferens, ad Creatoris mei venerationem prudenter accurri ; multis incusans me ipse, meamque in qua pridem versabar ignorationem ac temeritatem. Quid porro bonorum consecuti non sumus ex ipsius agnitione atque cultu? radix enim intelligentiæ et animarum cibus est fides, quæ vitam confert illis a quibus suscipitur. Dei quippe cognitio omne virtutum genus in animam inducit : utpote quæ castitatis magistra est, munditiei auctor, modestiæ consiliaria, fraternæ charitatis et dilectionis vinculum ; quodque amplius est, immortalitatem confert, salutem impertitur, servitute liberat, purgat peccata, regni cœlestis hereditatem adit, ad pristinum decus reducit animam, et creatori suo similem reddit.

D

INTERP. C. J cui ipse rationem conversionis suæ reddit;

et vero fidei cam prædicans,

E

10 Ne itaque dixeris novitium Deum nostrum, qui ante secula et tempora genitus ex Patre, ipsius temporis conditor fuit, nostræque substantiæ causa extitit : quem majores nostri, mentis oculum sponte sua malitiose claudentes, ignorarunt, ac diabolicis fraudibus in perniciem inducti sunt. Novitii enimvero dii vestri, elaboratæ materiæ et humani ingenii opus, vana honoris specie circumvestiti ; quibus siquis ademerit attributam stolide ac vane, gloriosam vestem ; despiciet omnino totum futile apparatum, et veritatem agnoscet, detegentibus dolum sensibus. Habent enim oculos, ut magnus testatur David, et non vident ; aures, et non audiunt ; nares et non olfaciunt ; manus, et tactu privati sunt ; pedes et progredi nequeunt ; imo ex ore suo vocem emittere nullam possunt, qua respondeant invocantibus sese. Propterea illos, qui tales colunt, in maledictorum referens numerum Propheta idem, optat similes fieri iis ipsis, quos colunt adorantque, diis : quia honorem, universorum Conditori ac Deo deferendum, non dubitarunt inanimæ præstare materiæ. Rursus ii, qui deorum vestrorum prototypi sunt, in ipsisque honorantur ; quid nisi dæmones sunt, illudentes hominum animabus, easque in suum ipsorum damnationis rogum secum pertrahentes?

deos nihil esse ostendit;

F

11 Hinc Imperatorum jussa minasque contemnimus, unius Salvatoris nostri ac Dei præcepta et ordinationes iis præhabentes. Divitiæ autem et gloria nihili a nobis fiunt, quos regni cœlestis hereditas manet. At bona est hujusce lucis usura. Nempe quamdiu sese fruentibus nullum ex parte religionis impedimentum objecerit : si vero animæ interitus cuipiam inde immineat, præferenda luci lucis privatio est ; quippe quæ ad splendidiorem inextinguibilis perpetuæque claritatis fulgorem adducit. Gladiis porro et pœnis, ceteroquin gravissimis, hilari lubentique subjicimur animo : immortalitatem enim nobis illa pariunt. Quod si et igne probare corpus meum volueris ; scito, id igni traditurum te, quod corruptibile est et paulatim similibus adversis consumitur : anima vero jucundius exinde gaudebit, gravi terreaque mole liberata. Quod autem reponendi sumus in numero maleficorum ; id propter Christum si fiat, gloriosiores multo nos reddit, tamquam

seque ad pœnas quaslibet paratum commonstrat.

A quam participes consortesque passionum ejus; cum et ipse cum maleficis cruci confixus fuerit. Quid ingluvies ferarum et avium carnivora? Frumentum mundum nos faciet, dignumque regali mensa in cœlis panem. Denique mors ipsa, immortalis vitæ origo, et æternæ gloriæ principium nobis est. Quamobrem, si quid tibi præsto est, perfice protinus quod moliris: tantum enim abest, ut a spe, quam in Christo vero Deo fixam habeo, me dimoveris; ut te ipse potius temeritatis accusaturus sis. Videbis namque, juvenilem ac robustum in corpore senili animum prompte in arenam descendere; et machinationes omnes, sive a te, sive ab agente per te dæmone excogitatas, in nihilum recidere.

INTERP. C. J.

12 Ad hæc irasci tyrannus, totusque furere, et minas generoso Martyri horrendas intentare; sed quæ ab ipso fortiter repulsæ, nullo successu ad auctorem suum rediere. Deinde productis in medium tormentis, nihilo segnius tolerantiam suam reipsa probavit Lucillianus, quam ore edixerat: nempe ad stuporem cædentium, verbera et cruciatus impavide instar adamantis perferens. Equidem, amabo te, cônsidera quam intolerabilia ipsi inflicta sint. Saxis theologico ejus ore contuso, reliquum corpus virgis, iisque alternis, sine intermissione vapulavit. Hinc sanguis quidem in modum fluminis per terram manabat: caro autem, verberibus concisa, intolerabilem affe-
B rebat dolorem; fibræ ac nervi convulsi sedibus suis dimovebantur; ossa contrita, dolore suo generosissimum athletæ animum fregissent, nisi Numinis supremi jussu consolidata fuissent. E

Torquetur varie Sanctus.

προθύμως τὸν ἀγῶνα ὑποδυόμενον, καὶ πᾶσαν μηχανὴν D τοῦ τε καὶ τοῦ διὰ σοῦ ἐνεργοῦντος καταλυομένην.

Πρὸς ταῦτα ἐμβροντηθεὶς ὁ τύραννος, καὶ ὅλος ἐμμανὴς γενόμενος, ἀπειλὰς τῷ γενναίῳ Μάρτυρι δεινὰς ἐπανετείνετο· αἱ δὲ τῇ τούτου στερροτάτῃ γνώμῃ ἀντωθούμεναι, κεναὶ πρὸς τὸν βάλλοντα ἐπανέστρεφον. Εἶτα βασάνων πεῖραν τοῦτον ἐδοκίμαζεν· ὁ δὲ τοῖς λόγοις σύνδρομος τὴν διὰ τῶν ἔργων καρτερίαν ἐπιδεικνύμενος, καθάπερ τις ἀδάμας, τοὺς πόνους ὑποφέρων, τοὺς παίοντας θαυμασίως ἐξέπληττεν. Καὶ ὅρα τὰ τῶν βασάνων ἀνύποιστα· λίθοις γὰρ τὸ θεολόγον αὐτοῦ στόμα συνθλῶντες, ῥάβδοις ἀλλ' ἐπαλλήλοις καὶ συνεχέσιν ἐπιπολὺ τὸ λοιπὸν σῶμα κατῃκίζοντο· ἐντεῦθεν οἱ μὲν τοῦ αἵματος ὀχετοὶ ποταμοῦ δίκην εἰς γῆν ὑπέτρεχον, σάρκες δὲ ταῖς πληγαῖς συγκοπτόμεναι ὑπερόριον τὴν ἀλγηδόνα ἐπῆγον· ἶνες δὲ καὶ νεῦρα συσπώμενα τῆς ἰδίας ἁρμονίας ἐλύοντο· ὀστᾶ δὲ συντριβόμενα, τὴν γενναιοτάτην ψυχὴν τοῦ ἀθλητοῦ ῥήξειν ἠπείλουν, εἰ μὴ τῇ κελεύσει τοῦ κτίστου συνείχετο.

CAPUT III.

Inventos in carcere quatuor Pueros pluribus animat ad martyrium Sanctus.

Ab immanitate cruciatuum reditum est ad blanditias atque adulationes, sed quæ firmiorem etiam mentem Martyris commonstrarunt. Quapropter inops consilii tyrannus, in carcerem remisit Christi pugilem, præclaram de impietate victoriam reportantem, et victricis coronæ præmia meritum. Ibi quotquot reperit, verbo veritatis ad fidem convertit. Ibi puerorum aliquot, Deo carorum, venerabilium, et veritatem egregie prædicantium, verus pater revera effectus est. Quos enim superstitio parentum carnalium vinxerat, eosdem fides Christi spirituali patri conciliavit: et cui corporalis natura vocabulum patris negaverat, Spiritus sancti gratia illud ipsum, cum magna piorum filiorum felicitate, attribuit. Illi siquidem fulgurantem ejus faciem intuiti, et martyrium, per quod vitæ hujus terminum
C attacturus, viamque ad Superos sibi facturus esset, ingenue considerantes (celeriter namque mundæ animæ perspiciunt quæ eventura sunt) gaudio simul et lacrymis perfusi, ad pedes viri sancti prociderunt, locutique in hunc modum sunt. Commodum ad nos ingressus es, generose Christi pugil, qui omnia fraudulenti tyranni atque impurorum spirituum, per ipsum operantium machinamenta fecisti irrita, Christumque rerum omnium conditorem ac Deum religiose prædicasti. Commodum ad nos venisti, qui de nefandæ idololatriæ errore per diabolum excogitato triumphasti, quique lumine cognitionis divinæ animas hominum informasti. Vere non despexit orationem nostram Dominus ille, propter quem hoc carcere damnati sumus; sed misit spiritualem nobis patrem, qui sermonis divini pabulo esurientium animas confortet, ac potu pietatis reficiat: misit nobis columnam ignis, quæ nos præcedat, gressusque nostros recta ad Deum dirigat: commonstravit nobis, quocum certare alacriter certamen nostrum, ac desideratam consequi victoriam debeamus.

Martyris constantia.

in carcerem reductus Sanctus varios convertit,

et pueros aliquos, ipsum pro patre habentes,

14 Nemo posthac separare poterit nos a suavissima consuetudine tua, o Pater, tametsi universas contra nos creaturas concitaret ad inducendam fraude aliqua separationem. Frui carnalium parentum conspectu nobis non licuit, postquam religionem

Πάλιν κολακείαι τὴν δριμύτητα τῶν πόνων διήμειβον· ἀλλ' ἔτι μᾶλλον στερρότερον τὸ τούτου φρόνημα ἐναπέφαινον· ὅθεν ἀμηχανίᾳ συσχεθεὶς ὁ τύραννος, ἐπὶ τὴν εἱρκτὴν τοῦτον τέως παρέπεμπε, λαμπρὰ κατὰ τῆς ἀσεβείας τὰ τρόπαια ἐπιφερόμενον, καὶ τὴν τῶν νικητικῶν στεφάνων ἀπαρχὴν ἑαυτῷ ἤδη προμνηστευόμενον. Ἐν ᾗ γενόμενος, πάντας τοὺς ἐκεῖσε τῷ τῆς ἀληθείας ἐφωταγώγει λόγῳ· ἐν ᾗ καὶ Παίδων, θεοφιλῶν καὶ σεβασμίων, καὶ τὴν ἀλήθειαν λαμπρῶς ἀνακηρυττόντων, πατὴρ τῷ ὄντι γνήσιος γίνεται· οὓς γὰρ δεισιδαιμονία σαρκικῶν πατέρων διέζευξεν, τούτους ἡ πίστις πνευματικῷ πατρὶ συνήρμοσεν· καὶ ὅπερ ἡ σωματικὴ φύσις τὴν πατρὸς προσηγορίαν οὐκ ἐχαρίσατο, ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις εὐκληρίᾳ θεοσεβῶν παίδων ἀντημείψατο. Οἵ τινες ἐξαστράπτουσαν αὐτοῦ τὴν τοῦ προσώπου μορφὴν θεασάμενοι, καὶ τὸ, δι' οὗ τὸ πέρας τοῦ βίου ληψόμενος μαρτύριον πρὸς Θεὸν τὴν ἄνοδον ποιήσεται, νοερῶς ἀποπτευσάμενοι (ὀξεῖαι γὰρ αἱ καθαραὶ ψυχαὶ πρὸς τὴν τῶν μελλόντων ἐπίγνωσιν) F χαρᾷ καὶ δάκρυσιν ὁμοῦ ληφθέντες, τοῖς αὐτοῦ ποσὶ προσκυλινδούμενοι, πρὸς αὐτὸν τοιαῦτα ἀνεφθέγγοντο· Καλῶς πρὸς ἡμᾶς ἐλήλυθας, ὦ τοῦ Χριστοῦ γενναῖος στρατιώτης, ὁ πᾶσαν μηχανὴν τοῦ δολίου τυράννου καὶ τῶν δι' αὐτοῦ ἐνεργούντων ἀκαθάρτων πνευμάτων καταργήσας, Χριστὸν δὲ τῶν πάντων κτίστην καὶ Θεὸν εὐσεβοφρόνως ἀνακηρύξας· καλῶς πρὸς ἡμᾶς ἥκεις, ὁ τὴν φαντασιώδη πλάνην τοῦ διαβόλου καὶ τῆς δεινῆς εἰδωλολατρείας θριαμβεύσας, φωτὶ δὲ θεογνωσίας τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς φωταγωγήσας. Οὐ παρεῖδεν ὁ, δι' ὃν ἡμεῖς τὴν τοιαύτην εἱρκτὴν κατεκρίθημεν, Δεσπότης καὶ Κύριος τῆς ἡμετέρας δεήσεως· πέπομφεν ἡμῖν πατέρα πνευματικὸν, τῷ ἄρτῳ τῶν θείων λόγων τὰς ἡμετέρας ψυχὰς στηρίζοντα, καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας πόματι δροσίζοντα· πέπομφεν ἡμῖν στῦλον πυρὸς, ἡμῶν προπορευόμενον καὶ τὰ πρὸς Θεὸν διαβήματα εὐθέτως ἰθύνοντα· ἔδειξεν ἡμῖν, μεθ' οὗ τοὺς ἀγῶνας προθύμως διανύσαντες, τοῦ ποθουμένου τέλους τευξόμεθα.

Οὐκέτι ἡμᾶς ἰσχύσει τις διαζεῦξαι τῆς σῆς γλυκυτάτης συνηθείας, ὦ πάτερ, κἂν πᾶσαν αὐτὴν καθ' ἡμῶν κτίσιν κινήσῃ, μηχανορραφῶν τὴν διάστασιν. Οὐκ ἀπηλαύσαμεν σαρκικῶν γεννητόρων, σχέσεως τὸ εὐσεβεῖν ἐχόμενοι· ἀλλ' ἰδοὺ εὖ εὕρομεν πνευματικὸν πατέρα, ὃν ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις ἡμῖν ἐδωρήσατο. Μεμισήμεθα παρὰ τῶν διωκόντων

A διωκόντων τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἀγαπηθησόμεθα παρὰ τῶν στεργόντων τὴν ἀλήθειαν· καταπεφρονήμεθα ὑπὸ τῶν εἰδωλομανούντων, ἀλλ' ἐπιμελείας τευξόμεθα παρὰ τῶν θεοσεβούντων. Ἀλλ' ἄγε δή, γλυκύτατε πάτερ (τοῦτο γάρ σε οἱ διὰ Χριστὸν δεσμοὶ προσαγορεύειν ἡμᾶς προὐξένησαν) ἄγε τὰ σὰ χείλη ἀναπετάσας, καὶ λόγους μελισταγεῖς ἐκ τῆς θεοφορήτου σου γλώττης προέμενος, ὄμβρισον ἡμᾶς τῇ σῇ πνευματικῇ διδασκαλίᾳ καταποθέντας τῷ τῶν δεινῶν καύσωνι· διέγειρε ἡμῶν συννενευκότα τὰ φρονήματα τῇ χρονίῳ κακώσει· ὅπλισον ἡμᾶς τοῖς τῆς θείας γραφῆς ὅπλοις, ὅπως στεῤῥοὶ πρὸς τὰς μεθοδείας εὑρεθῶμεν τοῦ ἀντιπάλου. Καλόν, πρὸ πολέμου, τὰ τοῦ πολέμου μελετᾶν· καλόν, πρὸ τῆς παρατάξεως, τὰ εἰς ταύτην συντείνοντα διερευνᾶν· ἥδιστον, πρὸ τοῦ ἀγῶνος, τὰ πρὸς τὸν ἀγῶνα συντελοῦντα εὐτρεπίζειν· εὐπρεπέστατον, πρὸ τῆς συμβολῆς, ἕτοιμον ἀναφαίνεσθαι. Τότε γὰρ ἐπιστημονικῶς τε καὶ ἐμπείρως τοῖς ἀντιπάλοις συμπλεκόμενοι, ἀοίδιμον καὶ ἔνδοξον τὴν νίκην ἀπενεγκοίμεθα· οἱ γὰρ εὐβουλίᾳ τὴν ψυχὴν μὴ προστηριχθέντες, εὐχείρωτοι τοῖς δελεάζειν ἐπιχειροῦσι καθίστανται· τοῖς δ' ἐκ μελέτης καὶ ἀσκήσεως πρὸς ἀγῶνα χωροῦσιν, οὐ ῥᾳδία γίνεται ἡ καταπτῶσις.

Τούτοις τοῖς λόγοις ἡσθεὶς ὁ Μακαριώτατος καὶ δακρύων σταγόσι τὸ πρόσωπον ὑφ' ἡδονῆς περιῤῥαντισθεὶς
B (φιλεῖ γάρ πως ἐν τοῖς ὁμοίοις οὖσα ψυχὴ καὶ δάκρυον ἐκ συμπαθείας προΐεσθαι) πρὸς τοὺς ὑπὸ Θεοῦ χαρισθέντας αὐτῷ παῖδας, τοῦ λέγειν οὕτως ἀπήρξατο· Εἰ μὲν ἑώρων ὑμᾶς, ὦ εὐσεβέστατοι παῖδες, ἄκοντας πρὸς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα χωρήσαντας, καὶ τῇ παρεπομένῃ τῇ τῆς γνώμης ἀκουσιότητι λύπῃ καταθρυπτομένους... πρὸς τε τὰ κρείττω τὸ φρόνημα ἐπαλείφουσα καὶ θρασυτέρους ἀποφαίνουσα. Δύναται γὰρ καὶ λόγος, ἐν καιρῷ προσφόρῳ προτεθείς, ἐπικρατέστερος τῆς διὰ τῶν ἔργων πείρας γενέσθαι· καὶ ὃ πολλάκις ἐπίδειξις ἔργων οὐκ ἤνυσεν, λόγου ῥύμη εἰς τάχος μετεποίησεν. Ἐπειδὴ δὲ λογισμοῖς μὲν ἑκουσίως, γνώμῃ δὲ [illegible], τρόπῳ δὲ [illegible] τὴν κάκωσιν ταύτην ἐπεδέξασθε, καὶ τοῖς δεσμοῖς τούτοις ἐγκαλλωπιζόμενοι καὶ σεμνυνόμενοι, μᾶλλον ἢ πλούτῳ καὶ δόξῃ ἕτεροι, [illegible] τὸ πρᾶγμα εὐφραινόμενοι [illegible], πῶς ἂν ἐν καιρῷ [illegible]; Οἱ γὰρ καὶ ἑτέρους τῷ καθ' ἑαυτοὺς ὑποδείγματι ἐπιστηρίζειν δυνάμενοι, οὐκ ἄν ποτε τῆς παρ' ἑτέρων διδασκαλίας ἐνδεεῖς καταστάιητε.

Πλὴν τοῦτό φημι· Ὅτι ὁ μὲν παρὼν αἰών, ὦ ἐμοὶ ποθεινότατα τέκνα, βραχύς τε καὶ ἐλάχιστος, καὶ τὴν [illegible] οὔτε γὰρ ἡ τερπνότης [illegible]
C [illegible]. Ὁ δὲ μέλλων αἰών, ἑστῶσαν τὴν φύσιν ἔχων, τοῖς μὲν τὴν ἀρετὴν καλῶς ἀσκήσασι, καὶ Θεῷ εὐαρεστῆσαι σπουδάσασιν, ἀδιάδοχον καὶ τὴν εὐφροσύνην παρέχει· τοῖς δὲ τὸν παρόντα αἰῶνα ἀγαπήσασι, καὶ ὀπίσω τῶν ἡδονῶν πορευθεῖσι, καὶ τῇ ἀπολαύσει τῶν τερπνῶν τοῦ βίου δεινῶς αἰχμαλωτισθεῖσιν, ἀπέραντον καὶ τὴν κόλασιν προξενεῖ. Διὸ τοῦτο σαφῶς ἐπιστάμενοι, ὀλίγων ἡμερῶν αἰῶνα ὅλον ἀντιλλαξώμεθα· τοῦτο γὰρ συμφέρον τε καὶ βέλτιον. Εἰ γὰρ καὶ ὁ κάματος ἡμῖν τοῦ σταδίου σφοδρῶς ἐπίκειται, ἀλλ' ἐστὶν ἐγγὺς ὁ Κύριος, Θαρσεῖτε κράζων, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον· εἰ δὲ ἐπίπονα τὰ παρὰ τῶν τυράννων ἐπιφερόμενα, ἀλλὰ τῇ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει καὶ τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι κατευμαριζόμενα, τῆς τούτων ἀπονοίας ἐπικρατεστέρους ἡμᾶς δείξει· αἱ τούτων ἀπειλαί, ἡδεῖαν ἡμῖν τὴν δεσποτικὴν φωνὴν προξενήσουσιν. Εἰ δὲ καὶ τὸ σῶμα δεινῶς κατατείνουσι, καὶ τὴν τῶν μελῶν σύνθεσιν ἐκ τῆς ἰδίας ἁρμονίας διιστᾶν φιλονεικοῦσι, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν φύσιν δεινῶς ἐνυβρίζουσιν, ἔστιν ὁ ταῦτα ἰάσασθαι δυνάμενος, καὶ οὐκ ἔτι μὲν ἡμᾶς τῷ χοῒ πάλιν καὶ τῇ φθορᾷ συνάψει, ἑαυτῷ δὲ πάντως δι' ἀφθαρσίας ἑνώσει, τῇ τοῦ παντοκράτορος αὐτοῦ καὶ θείου Πνεύματος δυνάμει τε καὶ χάριτι.

Δεινὸν τὸ ὁρώμενον πῦρ· ἀλλὰ τὸ τῆς γεέννης πῦρ ἐν νῷ λαμβάνοντες, ῥᾳδίως τοῦ συνδούλου πυρὸς περιγενοί-

hanc amplexi sumus : sed ecce opportune invenimus spiritualem Patrem, quem gratia specialis Dei donavit nobis. Oderunt nos quidem qui persequuntur veritatem ; sed qui eamdem diligunt, diligent nos quoque : despiciunt nos qui insana colunt idola, sed qui verum colunt Deum laudabunt nos. Nunc age, suavissime Pater (sic enim compellandi te causam præbent suscepta amore Christi vincula) age aperi labia tua, et mellilua verba ore tuo divino prolocutus, irriga animas nostras, cruciatuum æstu absorptas, salutari doctrina tua : excita mentem, diutina adversitate deficientem : circumda nos armis sacræ Scripturæ, ut firmi robustique inveniamur ad insultus hostiles. Præclarum est, ante bellum bellum præmeditari : pulchrum est, ante aciem, quæ ad aciem spectant, examinare : suavissimum est, ante certamen, quæ ad certandum conferunt, in promptu habere : decorum est, ante conflictum comparere paratum. Tunc enim dextere atque perite cum adversariis congressi, præclaram gloriosamque reportabimus palmam : nam qui prudenti mentis consilio præmuniti non sunt, facilis conantibus fallere præda fiunt ; qui vero meditatione atque exercitatione ad certamen periti veniunt, non facile superantur.

D INTERP. C. I. *et confortari ad martyrium cupientes.*

E

15 Hisce dictis beatissimus Lucianus gaudio delibutus, et lacrymis, præ voluptate manantibus, tota facie rigatus (etenim volupe nonnumquam est animæ, quæ iisdem quibus alius affligitur adversis, ex commiseratione ejus, etiam lacrymas fundere) ad Pueros, divino munere sibi datos, sic dicere occepit : Si animadverterem, pientissimi filii, invito vos animo certamen aggredi, et dolore talem animum consequente frangi ; [b in promptu oratio foret] quæ ad id quod honestum est excitaret vos atque animosiores redderet. Potest namque oratio, opportuno prolata tempore, potentior esse quam ipsa exempla : et sæpe quod operum exhibitio non perfecit, orationis vis brevi tempore perfectum dedit. Quoniam vero lubenti animo, mente religiosa, et modo amorem Dei exprimente, adversa hæc pertulistis ; et vinculis hisce pulchrius ornati magisque venerandi, quam divitiis suis et gloria alii, præclaram vos rem præstare, læti existimatis ; quo pacto dicere possim, opportunam esse adhortationem meam? Qui enim alios quoque vestro potestis exemplo confirmare, aliorum neutiquam indigetis doctrina.

laudat a fortitudine animi,

b

F

16 Nihilominus dico, desideratissimi filii, tempus hoc præsens, breve et exiguum, et in omnibus instabile est ; neque enim voluptas diuturnam sui copiam ac usuram amatoribus suis concedit ; neque doloris sensus ac molestia in longum protracta, torpere cogit talia patientes. At seculum futurum, quod stabilis naturæ est, aliis quidem, qui virtutem præclare exercuerunt et placere Deo studuerunt, stabilem quoque lætitiam elargitur ; aliis vero, qui præsens seculum dilexerunt, ejusque voluptates sectati et vitæ hujus deliciis vehementer capti fuerunt, interminabiles pariter cruciatus affert. Quod nos probe edocti, paucorum dierum jactura integram nobis comparemus æternitatem : id enim longe expedit. Etenim si labor, in stadio subeundus, terribiliter imminet ; adstat prope Dominus, exclamans ; Confidite, ego vici mundum : si acerba sunt, quæ a tyrannis infliguntur ; fient levia virtute Christi et spe futurorum ; palamque facient, fortiores esse nos insano furore tyrannorum, quorum minæ facient ut jucundam Domini nostri vocem audiamus. Si porro etiam lacerare crudeliter corpus, si membrorum compositionem dissolvere singulaque suis locis dimovere, si ipsam naturam contumelia turpiter afficere tentaverint ; est qui malis istis remedium afferre possit, quique non patietur nos in pulverem corruptos

animat consideratione æternitatis

se auxilio divino,

INTERP. C. 3

A corruptos relegi, sed omni ex parte incorruptos copulabit sibi, per virtutem ac gratiam operantis omnia Spiritus sui divini.

17 Vehemens quidem est ignis, quem oculis usurpamus; sed ignem gehennæ animo volventes, facile superiores erimus igne, subdito eidem cui nos Domino. Gladiorum acies firmitate nostra hebetabuntur: profusio sanguinis nostri compensatio quædam judicabitur, parva certe, sanguinis Domini pro nobis effusi; si privemur hoc mundo, transferemur in cœlum, et incipiemus angelica conversatione frui: mors ipsa vitam mortis nesciam, et coronam immarcessibilem adducet. Recogitemus quæ Christus pro nobis sustinuit mala. Quid enim ejusmodi retribuere possumus Domino nostro? qui modo inexplicabili divinam abscondens virtutem, et carnem e virginali corpore nostra causa assumens; crucem et lanceam, fel et acetum, ipsamque mortem et sepulcrum subivit, ut viam nobis in cœlum monstraret, ac gloriæ sempiternæ participes redderet. Ne igitur, ne quæso, pati pro ipso cunctemur; ut consimiles passionibus et participes gloriæ ipsius inveniamur: ne propter præsentia tormenta cadamus B animis, ut æternam consequamur requiem, æternaque donemur vita et gaudio: ne mentem nostram adulatione molliri sinamus; ut robusti ad machinas fraudulenti tyranni comparentes, ab ipso victoriam reportemus. Neque vero timendum erit a teneritudine ætatis vestræ, cum animi vestri robur probatum sit: non enim ad certamen juvat corpus, in grave senium inclinans, longævaque ætate glorians, animi vero firmitate carens; neque tenera ætas impedimentum afferet, ubi animus stabilis solidusque, ad nullos sævientium ictus flectitur.

exemplo Christi.

μεθα. Ἡ τοῦ ξίφους ἀκμὴ, τῇ ἡμετέρᾳ στεῤῥότητι ἀμβλυνθήτω· ἡ τοῦ αἵματος χύσις, ἀντεισαγωγὴ λογισθήτω, μικρὰ γ' οὖν, τῆς τοῦ δεσποτικοῦ αἵματος ἐκχύσεως· ἡ τοῦ κόσμου στέρησις, διαγωγὴ οὐράνιος καὶ σὺν ἀγγέλοις πολιτεία· αὐτὸς ὁ θάνατος, ζωῆς ἀνωλέθρου πρόξενος, καὶ στεφάνων ἀμαράντων ἐπιτυχία. Ἐννοήσωμεν τὰ δι' ἡμᾶς αὐτοῦ Χριστοῦ παθήματα. Τί γὰρ τοσοῦτον ἀντεισοίσωμεν τῷ ἡμετέρῳ Δεσπότῃ; ὃς ἀποῤῥήτοις τρόποις οὐρανίους λαθὼν δυνάμεις, καὶ σάρκα δι' ἡμᾶς ἐκ παρθενικοῦ σώματος ἀνειληφὼς, σταυροῦ τε καὶ λόγχης, χολῆς τε καὶ ὄξους, ἔτι δὲ θανάτου καὶ ταφῆς ἐγεύσατο, ἵνα ἡμᾶς πρὸς οὐρανὸν ἀναγάγῃ, καὶ δόξης ἀϊδίου κοινωνοὺς ἐργάσηται. Μὴ οὖν τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ παθεῖν ἀναβαλλώμεθα, ἵνα σύμμορφοι τοῖς αὐτοῦ παθήμασι γενόμενοι, κοινωνοὶ καὶ τῆς δόξης χρηματίσωμεν. Μὴ πρὸς τὰ παρόντα δεινὰ ὀκλάσωμεν, ἵνα αἰώνιον ἀπόλαυσιν κερδίσωμεν, καὶ ζωῆς αἰωνίου καὶ χαρᾶς ἀξιωθῶμεν. Μὴ τὸν λογισμὸν κολακείαις χαυνωθῶμεν, ἵνα στερέμνιοι πρὸς τὰς μηχανὰς τοῦ δολίου φανέντες, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ νίκην ἀναδησώμεθα. Οὐδὲ ἐμποδίσει τῆς ἡλικίας ἡ νηπιότης, τοῦ φρονήματος στεῤῥοῦ δεικνυμένου· οὔτε γὰρ σώματος τις ὄνησις, πρὸς βαθὺ γῆρας ἐληλακότος, καὶ τῇ τοῦ χρόνου πληθύνσει μεγαλαυχοῦντος, μὴ τοῦ λογισμοῦ τὸ στερέμνιον κεκτημένου· οὔτε τῆς ἡλικίας ἁπαλότης, προσστήσεται κώλυμα γενομένη, ψυχῆς τὸ βέβαιον κεκτημένης καὶ πάγιον, καὶ πρὸς μηδὲν τῶν ἀνιώντων χαυνουμένης. D E

ANNOTATA.

a *Ecgraphum* ὀπριζόμενοι, *quod nihil significat: quamquam autem* ὀπτρίζω *non inveniatur in lexicis: cur tamen illud non usurpasse potuit aliquis æque, ac compositum* κατοπτρίζω *speculor sive in speculum intueor: sic* ὄπτρον *speculum non invenitur antiquis dictum, sed* κάτοπτρον.

b *Hæc* [ ] *inclusa addidi, quoniam sibi aliter constare non videbatur sensus: Græcum textum interpolare non præsumpsi, sed defectum notavi......*

CAPUT IV.

Lucilliani et Puerorum mors, laus, collata in clientes beneficia.

Lucillianus cum Pueris sistitur tyranno,

Posteaquam oratione ista puerorum animos incitasset, atque animosiores ad suscipiendum contra dæmonem bellum reddidisset, tota nocte cum iis idem Deo gratias egit, ac hymnos obtulit. Cum vero de- C risum sese animadvertit tyrannus, constantia Martyris devictus; cladem suam reparare cupiens, secundum in arenam evocat Athletam, ac bene mane ad tribunal suum adduci imperat. Adducitur ergo Lucillianus, magnus Religionis nostræ patronus, a manu militum instigatus. Sequebantur ipsum beatissimi adolescentes sponte sua, amore spirituali colligati Sancto, cum eoque subire certamen impense desiderantes. Ubi ventum ad tribunal est; intuitus Pueros tyrannus, quinam isti essent, interrogat: et conversus ad senem, Numquid filii tibi, inquit, sunt, qui ad terribile severitatis nostræ tribunal deprecatores accedunt, rigorem suppliciorum conspectu sui mitigaturi? Et senex: Filii quidem mei, ut verum dicam, tyranne, isti per ætatem videntur: vere autem eos hæc mihi vincula genuerunt, et nocturna carceris mora peperit; mutua dilectione animorum, vices naturæ subeunte: sed Christiana fide prævalentes, patres potius, quam filii, mihi creduntur et appellandi sunt: neque enim a robore corporis, sed ab animi nobilitate, pietas nomenclaturam consanguinitatis novit mutuari. Adstant igitur tibi isti, non deprecaturi quidpiam, ut tu ais; sed reprehensum insaniam tuam, sua virili sapientia et Christianæ fidei perfectione; ut Christi

apud quem pueros laudat,

Τούτοις τοῖς λόγοις αὐτῶν τὰ φρονήματα ἐπαλείψας, καὶ πρὸς τὸν κατὰ τοῦ διαβόλου πόλεμον στεῤῥοτέρους ἀπεργασάμενος, δι' ὅλης νυκτὸς σὺν αὐτοῖς τῷ Θεῷ εὐχαριστηρίους φωνὰς καὶ ὕμνους ἀνέπεμπεν. Ἐπεὶ δὲ κατα- F γέλαστον ἑαυτὸν ὁ τύραννος εἶδε, τῇ ἐνστάσει τοῦ Μάρτυρος νικώμενος, τὴν ἰδίαν ἧτταν ἀναμαχέσασθαι βουλόμενος, πρὸς δεύτερον συμπλοκὴν ἐκκαλεῖται τὸν ἀθλητὴν, καὶ δὴ ἕωθεν ἐξαναστὰς, τῷ αὐτοῦ βήματι τοῦτον προσάγεσθαι προσέταττεν. Ἤγετο οὖν ὁ μέγας τῆς εὐσεβείας συνήγορος, στρατιωτῶν χερσὶν ἐπισπευδόμενος, παρείποντο δὲ καὶ οἱ τρισμακάριοι παῖδες, αὐτόκλητοι, πνευματικῇ στοργῇ συνδούμενοι, καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς ἀγῶνας προθύμως ὑπελθεῖν ἱέμενοι. Καὶ ἐπεὶ πρὸς τὸν τύραννον ἐγένοντο· Τίνες οὗτοι; τοὺς παῖδας θεασάμενος ὁ Ἡγεμὼν, ἀνηρώτα. Μή τι σοι παῖδες, φησὶν, ὑπάρχοντες, τὸ φοβερὸν βῆμα τῆς ἡμετέρας αὐστηρίας δυσωπῆσαι παρεστήκασι, καὶ τὸ ἀπαραίτητον τῆς κολάσεως τῇ κατ' αὐτοὺς θέᾳ ἐκμειλίξασθαι; Ὁ δὲ, Παῖδες μὲν, ἔφη, ὡς ἀληθῶς ἐμοὶ, ὦ τύραννε, κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐδείχθησαν τῶν δεσμῶν μοι τουτονὶ τούτους ὠδινησάντων, καὶ τῆς ἐννυχίου φυλακῆς ἀποτεκούσης, καὶ ἡ ἐπ' αὐτοῖς διάθεσις εἰς φύσεως τάξιν μεταβέβληται· τῇ δὲ εἰς Χριστὸν πίστει προάγοντες, πατέρες μᾶλλον ἢ τέκνα ἐμοὶ καὶ ἐνομίσθησαν καὶ ὠνομάσθησαν· οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς τῶν σωμάτων ἡλικίας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν ψυχῶν εὐγενείας, ἡ εὐσεβὴς γνώμη χαρακτηρίζειν οἶδεν τὴν συγγένειαν. Παρεστήκασι δέ σοι, οὐκ ἐκμειλίξασθαι βουλόμενοι, ὡς σὺ ἔφης, ἀλλὰ τὴν σὴν διελέγξαι νηπιόφρονα γνώμην, τῇ ἀνδρειοτάτῃ αὐτῶν συνέσει

A συνέσει καὶ τελειοτάτῃ εἰς Χριστὸν πίστει, ὅπως γνῷς τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ὁποίαν σύνεσιν κἂν τοῖς νηπίοις ἐντίθησιν.

Τούτων ὁ τύραννος ἀκούων, παντοῖος ἐγίνετο, καὶ εἰς μύριον εἶδος τῆς μορφῆς τοῦ προσώπου μετέβαλλε, καὶ διὰ τῆς φαινομένης ὄψεως τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας ἐνέφαινεν, καὶ τῶν προτέρων πάλιν εἴχετο. Ὡς δὲ ἑώρα τὸν Μάρτυρα εἰς οὐδὲν πρὸς τῶν προκειμένων τῷ ἀγῶνι δεινῶν ἐπιστρεφόμενον, οὐδὲ ὅσον ἐλάχιστον ὑποθέμενος, πῦρ φοβερὸν καὶ αὐτὴν τὴν θέαν καταπλῆττον, καὶ τὸ πάλαι τῶν ὁσίων Παίδων Χαλδαικὸν πῦρ μακρῷ τῷ μέσῳ ἀνανεούμενον, πρὸς ἄμυναν τῶν ἀθλητῶν ἐξ ἀπονοίας εὐτρεπίζεσθαι προσέταττεν· Ἀλλ' ὁ τὴν φλόγα τότε ἐκείνοις εἰς δρόσον μεταβαλὼν, καὶ τοῖς Μάρτυσι νῦν δροσοειδῆ νεφέλην καταμβρίσας, τὴν κάμινον μετεστοιχείου. Καὶ ἦν ἰδεῖν ὡς ἀληθῶς θαυμάσιον ἔργον καὶ παράδοξον συνεχὲς ὂν τῆς θείας δυνάμεως, σῶμα τὸ φύσει τὴν τοῦ πυρὸς ῥύμην ὑπενεγκεῖν μὴ δυνάμενον, ὑπερφυῶς ἐπικρατέστερον τῆς ἐνεργείας τῆς φλογὸς δεικνύμενον, καὶ τὴν τοῦ παμφάγου πυρὸς ἀναλωτικὴν δύναμιν, ὑπὸ σωμάτων εὐφθάρτων καὶ ἁπαλῶν χαλινουμένην. Ὢ τινι θαύματι καταπλαγεὶς ὁ τύραννος, ἐὸν θαυμάσαντα τὴν τοῦ Θεοῦ ἄπειρον δύναμιν, ἀδιστάκτῳ γνώμῃ τὴν τούτου

B ὁμολογῆσαι κυριότητα, εἰς τὴν διὰ τοῦ ξίφους χωρεῖν ἄμυναν τῶν Ἁγίων φρενοβλαβῶς κατεπείγετο. Τῷ γὰρ λογισμοῦ τούτων ἐγκρατὴς γενέσθαι μὴ δυνηθεὶς, τῇ τοῦ ξίφους τὸ μὴ κρατεῖν ἐβούλετο..... a

Προστάττει τοίνυν ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἀπαχθέντας, τοὺς μὲν γενναίους παῖδας, τῇ τοῦ ξίφους τομῇ τὸ πέρας τοῦ βίου λαβεῖν· τὸν δὲ μακάριον Λουκιλλιανὸν σταυρῷ προσαναρτηθέντα, βιαίως τοῦ σκήνους ἀπολυθῆναι. Ἤγοντο τοίνυν πρὸς τὴν ἑκούσιον σφαγὴν τὰ ἄκακα τοῦ Χριστοῦ ἀρνία, τὰ πᾶσαν κακίαν καὶ πονηρίαν τοῦ δολίου δράκοντος ἐν τῇ αὐτῶν ἀκάκῳ γνώμῃ καὶ ἀπλάστῳ διανοίᾳ καταβαλόντα· τὰ τοῦ παραδείσου εὐωδέστατα ἄνθη, τὰ τὴν ὀσμὴν τῆς Χριστοῦ εὐωδίας ἐν ταῖς τῶν πιστῶν καρδίαις διαπνέοντα· τὰ ῥόδα τὰ τίμια, τὰ πᾶσαν δυσωδίαν εἰδωλομανίας διώκοντα, καὶ τῇ ἐρυθρότητι τῶν σεπτῶν αἱμάτων πιστοὺς καταγλαΐζοντα· τὰ κρίνα τὰ ἔνθεα, τὰ τὴν στιλπνότητα ὁμοῦ καὶ λευκότητα τῆς καθαρᾶς καὶ ἀμωμήτου πίστεως ἀπαστράπτοντα· τὰ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου τοῦ Χριστοῦ εὐφορώτατα κλήματα, δι' ὧν ἡμῖν ὁ μυστικὸς τῆς σωτηρίας βότρυς καὶ τὸ τῆς εὐφροσύνης γλεῦκος δεδώρηται· οἱ θεόβλαστοι ὄρπηκες, δι' ὧν ἡμῖν ὁ γλυκύτατος καρπὸς τῆς θεοσεβείας παρέχεται.

Θαυμαστὴ μὲν οὖν ἡ περὶ τῶν τριῶν Παίδων πάλαι ἀναγραπτος ἱστορία, τὴν τούτων καρτερίαν πᾶσι καθυποφαίνουσα, καὶ τὴν τοῦ ἀλαζονικωτάτου τυράννου κάμινον τούτοις καθυποτάττουσα· θαυμασιωτέρα δὲ ἡ τῶν

C νῦν Παίδων ἔνστασίς τε καὶ ὁμοφροσύνη. Οἱ μὲν γὰρ ἐξ αὐτῶν σπαργάνων τὸ εἰδέναι Θεὸν ἐπαιδεύοντο, καὶ τῇ τῆς θείας γραφῆς μαθήσει συνηύξανον· οἱ δὲ γενναῖοι Παῖδες τοῦ ὁδηγοῦντος στερούμενοι, καὶ τὸν πρὸς τὰ κρείττω μὴ ἔχοντες ἐπαλείφοντα, οἴκοθεν τὴν εὐσέβειαν ἐναπέτιπτον. Εἰ δέ μοι τὴν τοῦ πυρὸς πάλην λέγεις, ἐδοκιμάσθησαν πυρὶ καὶ οὗτοι, καὶ ὡς δόκιμος χρυσὸς ἐξαστράψαν, καθαρὰν ἀποστίλβοντες τὴν εὐσέβειαν. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν, τέλος τοῦ ἀγῶνος· ἡ τοῦ πυρὸς [οὐκ] b ἐδείκνυτο ἀποτρέψωσις, καὶ διεδέχοντο μέχρι εὐφημίαι, καὶ χρυσοῦ γέμουσαι χεῖρες ἐπικλείνοντο· τούτοις δὲ ἀγῶσι προσετίθεντο ἀγῶνες, καὶ πάλη πάλην διεδέχετο, καὶ θάνατος τὴν τοῦ θαύματος ἔκπληξιν κατεψηφίζετο.

Οἱ τὴν Ἀντιόχου ὀφρὺν καταπατήσαντες Μακκαβαῖοι, πάντας κατεπλήξαν τῷ στερροτάτῳ φρονήματι· ἀλλ' ἔσχον ὥσπερ τὴν μητέρα κατεπαναγκάζουσαν, καὶ νουθεσίαις τούτους ἐπαλείφουσαν· ἡ δὲ τετρακτὺς τῶν θείων Χριστοῦ Παίδων, φίλτρῳ δεσποτικῷ τὸν θάνατον ἐπισπεύδουσα, ἀσύγκριτον τὴν εὔκλειαν ἀπηνέγκατο. Τίς τοίνυν οὐκ ἂν ἀγάσαιτο, εἰς νοῦν λαμβάνων τὴν τούτων καρτερίαν; τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τὸ πρὸς Θεὸν αὐτῶν διάπυρον φίλτρον; τίς τὸν τούτων ἀγῶνα ἐνωτιζόμενος, οὐκ ἂν εὔξαιτο, τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς τότε παρὼν, μονονουχὶ τούτου ἐναγκαλίσασθαι, καὶ τὸ αὐτοῦ στόμα φιλη-

agnoscas virtutem, infantibus quoque tantam intelligentiam tribuentis. D

19 Auditis talibus, tyrannus vultum sexcentas in species formasque varie commutabat, per apparentes faciei notas abditum indicans statum cordis; ac rursus priores induebat vultus. Ubi vero persuasum habuit, Martyrem non moveri præparatis sibi diris cruciatibus; nil ultra tergiversandum ratus, in pœnam Athletarum, ignem terribilem exstrui amens jussit, qui animos tantum aspicientium percellebat, et fornacis Chaldaicæ flammam, cui sancti tres Pueri fuere olim injecti, longo intervallo excedebat. Sed qui tunc illis commutavit flammas in rorem, nunc hisce Martyribus quoque nubem roscidam depluens, ignis temperavit ardorem. Videre enim erat admirabile revera atque stupendum opus divinæ potentiæ; corpus nempe, quod naturaliter impetum ignis ferre nequit, mirabiliter et potentius flammarum violentia; et vim omnivori ignis, obvia quæque consumentem, ab imbecillis et facile corrumpi solitis corporibus domitam. Hoc miraculo consternatus tyrannus, cum infinitam Dei potentiam admirans, supremum ejusdem dominium indubitanter confiteri debuisset; ad ultionem de Sanctis E per gladium sumendam procedere insanus properabat. Eorum enim mentem non valens sibi subjicere, impotentiam suam stringendo ensem volebat occultare.

quibuscum in ignem injectus, manet illæsus :

20 Imperat igitur, in disertum omnes locum abduci, et Pueros quidem, generosa indole præditos, gladio caput imminutos, vitæ finem accipere: beatum vero Lucillianum, cruci confixum, violenter e vivis tolli. Ducebantur itaque ad desideratam diu cædem, ut innocentes Christi agni, qui omnem diaboli malitiam et fraudem in mente sua, sceleris dolique nescia, destruxerant; ut fragantissimi flores paradisi, qui suavissimum Christi odorem fidelium cordibus adspirabant; ut pretiosissimæ rosæ, quæ omnem malesanæ idololatriæ fœtorem dissipabant, et rubore gloriosi sanguinis sui credentium cœtum condecorabant; ut lilia Deo digna, quæ fulgorem juxta ac candorem puræ atque inculpatæ fidei late spargebant; ut fertiles veræ vitis quæ Christus est palmites, per quos mysticus salutis botrus ac lætitiæ vinum nobis donata sunt; ut fœcundi Deo rami, per quos jucundissimus nobis porrigitur pietatis fructus. F

et pueri gladio cæsi

varie laudantur,

21 Admirabilis profecto est historia, quæ de tribus olim pueris Babylonicis conscripta fuit, illorum constantiam mundo manifestans, ardente superbissimi tyranni camino superiorem: attamen admirabilior fuit perseverantia concordiaque nostrorum Puerorum. Illi quippe ab incunabulis Deum verum edocti, et sacræ Scripturæ doctrina enutriti, adoleverant: isti vero nostri generosuli, sine duce, sine hortatore viam virtutis ingressi, sponte sua pietatem amplexi sunt. Quod si illos cum igne congressos dicas; scito, hos quoque igni probatos, probi instar auri fulsisse, et puros pietatis radios emisisse. Et illis quidem finem certaminis non attulit ignis; duratura tamen ad posteros gloria secuta est, et auro plenæ manus super ipsos extentæ sunt: hos vero aliud ex alio certamen, alia ex alia lucta excepit, tandemque secuta mors consignavit admirationem, quam stupenda eorum generositas excitarat.

comparanturque cum tribus Pueris Babylonicis,

22 Machabæi, qui Antiochi superbiam calcarunt, fortitudine animi sui omnes perculerunt; sed matrem habuere, cujus impulsu et hortatu animati sunt: hic vero quaternarius divinorum Christi Puerorum, amoris Dominici poculo ad mortem obeundam incitatus, incomparabilem nominis claritatem adeptus est. Quis igitur, mente repetens horum constantiam Puerorum, non stupeat? quis non miretur

ac Machabæis.

INTERP. C. 3.

A retur ardentem, quo Deum prosecuti sunt, amorem? quis eorum certamen inaudiens, non optet, quasi rebus pridem gestis interesset, amplecti pugiles, et osculari? O mysterium vere stupendum, et quod cogitatione humana comprehendi non potest! Pueros, ætatis primo in flore versantes, et verba balbutiente adhuc lingua formantes, nulla labe a seculi malitia aspersos, alacri lætoque animo necem Christi causa subire. Quomodo non emarcuerunt carnificum manus, ad adigendum in pectora eorum gladium? quomodo ipsis commiserationem sui non movit tenera ætas? quibus oculis spectare sanguinem innocentem, instar aquæ in terram effusum, sustinuerunt? Oportet profecto, turpi superstitione ministros ejus in insaniam versos, saxeum cordibus suis obduxisse callum. Certe Angeli talia videntes obstupuere; inhorruere dæmones et fugam arripuere, splendorem generositatis, oculos eorum percellentem, non ferentes. Cœli, valvas suas aperientes, Martyres excepere, planum sine obstaculo ullo ingressum præbentes. Ipse rerum omnium Dominus, coronas manu protensas, capitibus suorum imponi jussit. Venerandus eorum sanguis, per
B terram manans, cruorem idolis effusum expiavit: ex quo etiam tempore columella ex porphyrite, beneficia posteris conferens, erecta est, in memoriam quidem magnanimitatis ipsorum, in expiationem vero cujuscumque dæmoniacæ fraudis et morborum.

23 Et hæc quidem tanta ac talia a generosis pueris gesta, hæc eorum certamina, hæc facinora præclara. Beatus vero Lucillianus et ipse e mandato amentis tyranni in crucem suffixus (, clavisque manus et pedes, imo et mamillas, et genua, et caput, et ipsa pudenda trajectus, spiritum suum in manus omnia regentis Dei emisit, deducentibus illum cum tripudio Angelis. Quis igitur antiquorum huic adæquetur, aut quis in comparationem adductus, non desiderabit secundas obtinere?

C

Lucillianus in crucem actus ac mortuus.

24 Abraham, Deo carus, voce divina jussus patria terra excedere, protinus morem gessit: noster vero Martyr, nullo etiam jubente, beneplacito Dei sese commisit. Et ille quidem pro compensatione peregrinationis suæ, terræ uberiorem, et honorificam promissionem accepit, qua pater multarum gentium appellatus fuit: hic vero gratis virtutem exercens, Dei filium se esse monstravit. Job, cujus constantia in ærumnis admirationem ciet omnibus,
C vincere discat a Martyre nostro, neque enim diutinam miseriam suam cum acerbitate et vehementia dolorum, quos hic passus est, comparare poterit. Eleazarus, vario certamine admirandus, et omnibus qui in Lege excelluerunt fortitudine præferendus, primas cedat Martyri nostro: alter quippe pro præceptis legalibus ostendit zelum servilem; alter vero, ut filium gratiæ decet, pro nomine Patris ac Domini præclarum certamen certavit.

confertur et præfertur Abrahamo,

Jobo

atque Eleazaro

25 Atque ita oratio nostra dilucide ostendens, Martyrem hunc superasse illos qui in Lege eminuerunt, eo progressa est, ut eumdem cum illis qui tempore Gratiæ floruerunt compararet; nisi sola Lex, ad id quod intenditur evincendum sufficiens ulteriorem comparationem institui prohiberet; in qua Sanctus cum aliis quidem certans, aliorum vero zelum in exemplum sibi propositum habens, aliorum exercens constantiam, nulli secundus apparere contenderit, prævalidus in exercitu Dei miles; Angelorum æmulus, Apostolorum incitator, Martyrium contubernalis, Christi ardens amator; qui sacram caniciem suam generosissima ac virili perseverantia venerabiliorem reddidit: qui amanter suscipiebat ærumnosos; potenter solabatur afflictos, deliciæ audiebat omnium: officina medica,

commendatur a virtutibus

et beneficus collatis.

μάτων ἐμπιμπλᾶσι; Ὢ παραδόξου ὡς ἀληθῶς μυστηρίου, καὶ ἀνθρώπινον νοῦν ὑπερβαινόντων! Παῖδες, αὐτὸ τῆς ἡλικίας τὸ πρῶτον ἄνθος ἄγοντες, καὶ γλῶσσαν ψελλίζουσαν περιφέροντες, μηδένα μῶμον ἐκ τῆς τοῦ κόσμου κακίας ἐν ἑαυτοῖς ἐπισυρόμενοι, προθύμως τὴν διὰ Χριστοῦ σφαγὴν ὑπέχοντες χαίροντες. Πῶς οὐκ ἐνάρκησαν αἱ τῶν δημίων χεῖρες τὸ ξίφος τούτοις ἐπενεγκεῖν; πῶς οὐκ ἔκαμψεν αὐτοὺς εἰς συμπάθειαν ἡ ἁπαλότης τῆς νηπιότητος; ποίοις δὲ καὶ ὀφθαλμοῖς τὸ αἷμα τούτων, ὡς ὕδωρ εἰς γῆν ἐκχεόμενον, ἀτενίζειν ἐδύναντο. Οὕτως δεινὴ δεισιδαιμονία τοὺς ἑαυτῆς θεραπευτὰς εἰς μανίαν περιτρέπειν, καὶ λιθώδη πώρωσιν ταῖς τούτων ψυχαῖς ἐμποιεῖν. Ἄγγελοι τοίνυν ἰδόντες κατεπλήττοντο· δαίμονες ἔπτησσον, καὶ τὴν φυγαδείαν ἠσπάζοντο, τὴν τούτοις ἀπαστράπτουσαν τῆς γενναιότητος αἴγλην μὴ φέροντες· οὐρανοί, τὰς πύλας ἀναπετάσαντες, τούτους ἐδέχοντο, ἀκώλυτον τὴν εἴσοδον παραχωροῦντες· αὐτὸς ὁ πάντων Δεσπότης, τοὺς στεφάνους προτεινόμενος, τοὺς οἰκείους στεφανίτας ἀνεκήρυττεν· γῆ τὸ σεβάσμιον αὐτῶν αἷμα δεξαμένη, τοῦ τῆς εἰδωλομανίας λύθρου καθίρατο, ἐξ οὗπερ καὶ στήλη τις πορφυρωθεῖσα, τοῖς μετέπειτα τὴν χάριν E
μεταδίδωσιν, εἰς μνήμην μὲν τῆς αὐτῶν εὐψυχίας, ἀποτροπὴν δὲ πάσης δαιμονιώδους βλάβης καὶ νοσημάτων.

Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τῶν γενναίων παίδων, ταῦτά τε καὶ τοιαῦτα, καὶ οὗτοι οἱ ἀγῶνες, καὶ τὰ κατορθώματα. Ὁ δὲ μακάριος Λουκιλλιανὸς, καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν φρενοβλαβοῦς τυράννου πρόσταξιν σταυρῷ προσηλωθεὶς, καὶ ἥλοις ταῖς τε χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μαζοῖς καὶ γόνασι καὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀναγκαίοις διαπερονηθεὶς, τὸ ἑαυτοῦ πνεῦμα εἰς χεῖρας τοῦ πάντων δεσπόζοντος Θεοῦ ἐναπέθετο, χορείαις ἀγγέλων παραπεμπόμενος. Τίς τοίνυν τῶν πάλαι τούτῳ ἐξισωθείη, τίς δὲ τούτῳ πρὸς σύγκρισιν παραβαλλόμενος, τοῦ ποθήσει τοῖς δευτέροις ἐγκαλλωπίζεσθαι.

Ἀβραὰμ ὁ φιλόθεος, φωνῆς κελευούσης θείας πατρῴας ἐξελθεῖν γῆς ἀκούσας, προθύμως ἐξετέλει τὸ προσταττόμενον· ἀλλ' ὁ Μάρτυς, καὶ μηδενὸς προστάττοντος, εἰς τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἑαυτὸν μετῴκιζεν. Κἀκεῖνος μὲν ἀντίδοσιν τῆς ξενιτείας, γῆς μείζονος εὐκληρίαν ἐξεδέχετο, καὶ τῇ ἐπαγγελίᾳ τῷ πατὴρ ἐθνῶν πολλῶν κεκλῆσθαι ἐσεμνύνετο· οὗτος δὲ προῖκα τὴν ἀρετὴν μετερχόμενος, τέκνον Θεοῦ ἑαυτὸν ἀνέφηνεν. Ἰὼβ, ὁ ἐν τῇ τῶν δεινῶν καρτερίᾳ θαυμαζόμενος, μεταμανθανέτω τὴν ἧτταν ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρι, πολυχρονίους κακώσεις τῇ δριμύτητι καὶ σφοδρότητι τῶν πόνων ἀλγηδόνι ἐξισοῦν μὴ δυνάμενος. Ἐλεάζαρ ὁ θαυμαστὸς καὶ πολύαθλος, καὶ τῶν ἐν νόμῳ διαλαμψάντων ταῖς ἀριστείαις κρατῶν, ὑποχωρείτω τῶν πρωτείων τῷ Μάρτυρι· ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ νομικῶν παραγγελμάτων, οἰκετικὴν ἐδείκνυ τὴν εὔνοιαν, ὁ δὲ Μάρτυς, ὡς υἱὸς τῆς χάριτος, ὑπὲρ ὀνόματος πατρός τε καὶ δεσπότου καλῶς ἠγωνίζετο. F

Τοσοῦτον ὁ ἐναργὴς λόγος ὑπεραναβάντα δείξας τῶν ἐν νόμῳ διαλαμψάντων, καὶ τοῖς τῆς χάριτος αὖ τοῦτον παραβάλλων προεχώρησεν, εἰ μὴ νόμος μόνος ἐνικῶν, διωθεῖτο τὴν ἐν τούτοις σύγκρισιν· πλὴν, τοῖς μὲν ἁμιλλώμενος, τῶν δὲ τὸν ζῆλον ἀναμανθάνων, τῶν δὲ τὸ καρτερικὸν μετερχόμενος, οὐδενὸς φανῆναι δεύτερος ἐφιλονείκησεν, ὁ καρτερὸς ὁπλίτης τῆς τοῦ Θεοῦ παρατάξεως, ὁ τῶν Ἀγγέλων ἐφάμιλλος, ὁ τῶν Ἀποστόλων ὁμότροπος, ὁ τῶν ἀθλητῶν ὁμόσκηνος, ὁ Χριστοῦ θερμὸς ἐραστὴς καὶ μιμητής· ὁ τὴν ἱερὰν πολιὰν ταῖς γενναιοτάταις καὶ ἀνδρείαις καρτερήσεσιν αἰδεσιμωτέραν ἀποφήνας· ὁ θερμὸς ἀντιλήπτωρ τῶν καταπονουμένων, ἡ ὀξυτάτη παραμυθία τῶν θλιβομένων, τὸ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἐντρύφημα, τὸ ἄμισθον ἰατρεῖον, ἐν ᾧ οἱ καταφεύγοντες, τὴν λύσιν τῶν νοσημάτων κομίζονται, τὸ πέλαγος τῶν ἰαμάτων, ἐν ᾧ βυθίζεται πᾶσα τῶν παθημάτων ἐπίρροια, ἡ πηγὴ τῶν θαυμάτων, ἐξ ἧς ἡ ῥῶσις τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀφθόνως προέρχεται, ὁ μυστικαῖς ἐπιστασίαις τὰς τῶν κρυφίων παθῶν ἀλγηδόνας ταχέως ἀπαλλάσσων, τῶν δεινῶς ὑπ' αὐτῶν κατατρυχομένων, ὡς ταύτην ἀντίδοσιν τῆς τῶν οἰκείων παθῶν ἀλγηδόνος παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ τὴν χάριν

A χάριν κομισάμενος, ἡ στήλη τῶν τοῦ Χριστοῦ Μαρτύρων, ὁ ἐμὸς ἐν κινδύνοις προασπιστής, καὶ ἐν ἀσθενείαις παρήγορος, καὶ τῶν πολυτρόπων νοσημάτων ἀναψυχή.

Ἀλλ', ὦ Μαρτύρων σεπτὸν ἐγκαλλώπισμα, καὶ τῶν πιστῶν ἑδραίωμα, ὦ θεῖον καὶ ἱερὸν τοῦ παναγίου Πνεύματος καταγώγιον, καὶ τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας τερπνότατον ἀγλάισμα, δέδεξο τόνδε τὸν ἐλάχιστον ἐκλόγων πόνον τοῦ σοῦ οἰκέτου, ὅν, ἐκ θανατηφόρου λύμης καὶ φθοροποιοῦ κινδυνεύειν καὶ ὄλλυσθαι μέλλοντα, εὐσπλάγχνως σὺν τοῖς παντοποθήτοις καὶ τρισμακαρίοις Παισὶν ἐπιφανείς, διέσωσας, ἐνδεᾶ μὲν τῆς σῆς μεγαλοψύχου κατηπολὺ γενναιότητος ὑπάρχοντα, ἐξ εὐνοίας δὲ πολλῆς σοι προσενεχθέντα. Τίς γὰρ ἄν, καὶ εἰ γλῶσσαν μεγαλήγορον ὑπάρχοι κεκτημένος, ἀξίως τὰς σὰς ἀριστείας διεξέλθοιεν; ποῖον δὲ στόμα τὴν τῶν σῶν θαυμασίων πληθὺν ἐγκωμίοις καθυποβάλλειν ἐξισχύσειεν; ποῖος δὲ λόγοις ἐξαρκεῖν πρὸς ὕμνον τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας δυνήσαιτο; ἀτονεῖ γὰρ τῷ πλήθει τε καὶ μεγέθει τῆς σῆς καρτερίας νικώμενος. Αὐτὸς δὲ ἄνωθεν ἡμᾶς τοὺς τῷ σῷ θείῳ τεμένει προστρέχοντας ἐποπτεύων, καὶ τὴν σὴν ἱερωτάτην πανήγυριν χαρμονικῶς ἐκτελοῦντας, καὶ θείαις ταύτην ὑμνῳδίαις καταγεραίροντας, τήν τε κόνιν τῶν σῶν πολυάθλων λειψάνων κατασπαζομένους, καὶ τὴν πολυέραστον
B καὶ σεβαστὴν εἰκόνα σχετικῶς προσκυνοῦντας, ὡς ταῖς αὐγαῖς τῆς ὑπερουσίου Τριάδος λαμπροτέρως τῇ ἐγγύτητι καταυγαζόμενος καὶ τῇ ταύτης σὺν τοῖς συνάθλοις ἐντρυφῶν θεωρίᾳ, ἀντιδίδου τὰ κρείττονά τε καὶ τελειότερα τήν τε τῶν παθημάτων λύμην ἀποσοβῶν, καὶ τὴν τῶν κακῶν ἐπείσχων ἔφοδον, βασιλείας τε μετόχους οὐρανῶν ταῖς σαῖς ἱκεσίαις ἀπεργαζόμενος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ad quam confugientes miseri, medelam malorum D suorum gratis auferunt; pelagus curationum, in INTERP. C. J. quo omnes merguntur adversitates; fons miraculorum, ex quo sanitas animarum corporumque largissime promanat; qui ipse arcanis curationibus confestim medetur omnibus quotquot latentium ægritudinum dolore exeduntur; quasi hæc ei gratia a *etiam in auctorem vitæ hujus* Deo collata esset in compensationem cruciatuum quos ipse pertulit; columna Martyrum Christi; meus in periculis propugnator, in infirmitatibus consolator, in morbis quibusvis recreatio.

26 Verum, o venerabile Martyrum decus, inconcussum fidelium fulcimen, divinum sacrumque *a morte servatum,* sancti spiritus domicilium, o pulcherrimum Ecclesiæ Christianæ ornamentum; suscipe hoc exiguum in narrando gesta tua studium servi tui, quem e consumente ac mortifera lue periclitantem, jamque perparum ab interitu distantem, misericorditer servasti; cum desideratissimis beatissimisque Pueris mihi apparens, quando indigus admodum magnanimæ generositatis tuæ, benevole ad te accessum habui. Quis enim, tametsi lingua valeat eloquentissima, gesta tua præclara digne prosequatur? quodnam os multitudinem mirabilium tuo- E rum laudando adnumeret? quæ oratio in laudem *qui opem ejus porro implorat.* eximiæ dignitatis tuæ sufficiat? Omnia torpent, multitudini et magnitudini rerum a te gestarum imparia. Ipse igitur a cœlis nos, ad templa tua properantes, et sanctissimam festivitatem tuam lætanter celebrantes, hymnisque sacris honorantes respice; respice venerantes pulverem Reliquiarum tuarum, et amabilem augustamque imaginem tuam studiose adorantes: ipse, inquam, tu, qui fulgore supernaturalis Triados e propinquo clarius illuminatus, ejusdem contemplatione cum sociis Martyribus suaviter delectaris; respice nos, et deduc ad honestiora et perfectiora, omnem a nobis calamitatis pestem depelle, omnem malorum incursum arce, et gloriæ cœlestis participes nos precibus tuis intercedentibus redde, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potestas in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Hic quoque ad supplendum, quem Latine dedi sensum deficit aliquid.*

b *Omnino hic necessaria videbatur quam addo, negatio.*

c *Non additur hic* κατὰ κεφαλῆς, *quo in caput suspensum Sanctum, sicut de Apostolo Petro legitur, videntur Synaxaria indicare, juxta explicationem P. Papebrochii, in Annotatis ad Ephemerides Græcorum*
C *Metricas ante Tomum* I *Maji die* XXX *Novembris, occasione vocis* καρακεφαλῆς *pro* κατὰ κεφαλῆς *sumptæ. Id ipsum clarius etiam exprimitur in vita S. Philippi Apostoli.* I *Maji a nobis edita in qua num.* 10, *ita legitur:* Εἶτα σχοινίοις τῶν ἀστραγάλων ἐξάψαντες, ἐπὶ μετεώρου κατὰ κεφαλῆς ἀνηρτῶσιν. Deinde funes talis Apostoli alligantes, in aere ipsum capite deorsum verso suspenderunt. *Fortassis erit, cui videatur locutio illa explicari etiam posse,* ad similitudinem capitis, *Christi scilicet, qui est mysticum fidelium omnium caput.* F

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS

QUIRIANO, ABIDIANO, GAGO

DONATO, NEPORE, PAPOZINICO, JANUARIA, DEMETRIA,

ET ALIIS CXLVII

ITEM JULIANA VIRGINE

G. H.

Ex Martyrologio Hieronymiano.

M*artyrologium S. Hieronymi, in quatuor apographis hactenus a nobis sæpius citatis, auspicatur tertium diem Junii, his verbis:* III Nonas Junii, In Africa Quirini, Abdiani, Gagi, Donati, Neporis, Papozinici, Januariæ, Demetriæ, et aliorum centum quadraginta septem. *Additurque nomen* Julianæ Virginis. *Sed num hæc et passi in Africa, non satis constat. Alibi variante lectione scribuntur nomina* Gaii *et* Grati, Neporis, Papozines *et divisim* Passo, Zinei. *Socii in Lucensi apographo censentur* CXXII, *verum in aliis tribus* CXLVII. *Varii ex his apud alios Martyrologos celebrantur. In MSS. Richenoviensi, Rhinoviensi, Atrebatensi, Tornacensi, Lætiensi, et Vaticano numeri* 5994, *ista solum leguntur:* In Africa Quirini. *Additur in MS. Leodiensi S. Lamberti nomen* Donati. *In MS. Augustano*

A *gustano S. Udalrici, Gellonensi, S. Gulli, et Parisiensi Labbei.* Africa Quirini, Abdiani (*supra* Abidiani) Neboris *seu* Nepori, Demetriæ, Julianæ Virginis. *Sunt iidem in MS. Aquisgranensi, sed loco* Demetriæ, *legitur* Demetrii; et Julii *loco* Julianæ Virginis. *Galesinius*: In Africa sanctorum Martyrum Quirini, Abdiani, Totici, Julii, Saturnini, et Julianæ Virginis. *Ex his* Saturninus *spectat ad Martyres Romanos hoc die relatos. De* Totico *alibi nihil legimus. Notkerus hos ita recenset.* In Africa Quirini, Abidiani, Nephori, Pambo, Januariæ, Demetriæ, Zinei, et aliorum centum quadraginta novem: *ubi* Papozinicus *supra relatus dividitur in duos* D *Martyres, scilicet* Pambo et Zineum. *In MS. Reginæ Sueciæ ab Holstenio vulgato ita legitur*: In Africa natalis SS. Quirini, Gagi, et aliorum quinquaginta quatuor, *numero centenario omisso. In quodam MS. Trevirensi S. Maximini referuntur* Quirinus, Gagus, Donatus, *sed* Romæ *tribuuntur, ubi sequentes alii et plures Martyres sunt coronati. In MS. Reginæ Sueciæ per Holstenium vulgato legitur,* Depositio S. Juliæ sacræ puellæ. *An ea possit censeri ab aliis* Juliana *dicta, non audemus definire.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMANIS

MARCELLO, AVIDO, GAGO, DONATO, MEFOMO, POSSEMO, SATURNO, JANUARIO VICTORE, VIRIANO, URBANO, FELICE, VENERIA, ROGATIANO, FORTUNATO, EXTRICATO, VICTURINA, GORGONIA, TOGA, FELICITATE, VALERIA, PRISCA, PAULA, FORTUNATA, DONATA, VICTURIA, SINEREO, CASSIANO, QUINTO, ZETULA, VICTORINO, SILVANO, GAGIA, ROGATIANO, AURELIO, APRONO, NABORE, QUINTO, METUANA, LIBOSO, EMERITO, SEXTO, FRUCTO, SEVERO SECUNDO, ITEM JANUARIO, FLORO, TITONIA, DONATA, JANUARIA, SEVERA, JANUARISSA, HONORATA, SATUR-
B NINO, VICTORIA, MATURA, LUCIA, NEPTUNALE, CRISCENTE, POMPANO, CYPRO, E
TERTULA, LUCA, SILVANA, PUBLIO, OBERCO, JUSTA, DOMITIO, PROCULA, RUFINA, VALERIA, JANUARIA, SILVANO, FELICE, VENERIA, VICTORE, FORTUNATA, EXUPERIA, FLAVIA, JUSTO, MATRONA, FAUSTINA, GALLICIA, JANUARIA, FORTUNATO, PUBLIO, ROMANO, PETRO, VERANO, APONO, ET ALIIS LXXXIV, AUT CENTUM
G. H. DUOBUS.

Ex Martyrologio Hieronymiano.

Varii Martyres Romani.

Tertius hic dies est, quo referimus plures Martyres, Romæ pro fide Christi cæsos, durante impiorum laniena, et triumphante in sanguine effuso militiæ cœlestis exercitu: de quo Notkerus primo loco ista habet,* Romæ nativitas sanctorum Martyrum, Marcelli, Avidi, Gaii, Donati, cum aliis amplius, quam centum quinquaginta. *In antiquo MS. Ultrajectino Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ, ante annos sexcentos conscripto, ista leguntur,* Romæ Marcelli Martyris, cum aliis quadringentis. *Apud Rabanum, et in MS. Martyrologio Aquisgranensi, et MS. Kalendario S. Maximini, post relatum Laurentinum in Tuscia, additur,* Et aliorum quadringentorum. *Quæ videntur melius cum distinctione apposita in MS. Adone Reginæ Sueciæ his verbis*: Item in Tuscia Aretio S. Laurentii, et alibi quadringentorum. *Ita pluribus*
C *interpositis Grevenus ait*: Item quadringentorum Martyrum. *In alio MS. Reginæ Sueciæ quod Holstenius æstimabat, ita legitur*: Romæ natalis S. Marcelli et aliorum multorum.

Horum Decuria I,

2 *Nos hic proposuimus nonaginta suis nominibus expressos, quos iterum in decurias distribuimus: quarum prima est,* SS. Marcelli, Avidi, Gagi, Donati, Nefomi, Possemi, Saturnini, Januarii, Victoris, Viriani. *Ex his aliquos in aliis Fastis notavimus. Est præterea memoria* SS. Marcellæ, Aviti, Gagi, Methoni, Possemi, Viriani. *In MS. Rhinoviensi.* SS. Marcelli, Donati, Gagi, Januarii. *At* Marcelli, Saturnini, *in MSS. Romano Cardinalis Barberini, Trevirensi S.*
II, *Maximini, Leodiensi S. Lamberti et S. Laurentii, et Florario. Decuria secunda est* SS. Urbani, Felicis, Veneriæ, Rogatiani, Fortunati, Extricati, Victurinæ, Gorgoniæ, Togæ, Felicitatis. *Ex his nomina* Urbani, Felicis, Veneriæ *sunt in MS. Barberiniano, Trevirensi S. Maximini, Leodiensi S. Lamberti et S. Laurentii, et Florario. At nomina* Urbani et Felicis *duplicantur in MS. Lucensi, quod indicasse sufficit. Loco* Togæ *legitur etiam* Dogæ et
III, Tosæ. *Tertia Decuria est* SS. Valeriæ, Priscæ, Paulæ, Fortunatæ, Donatæ, Victuriæ, Sinerei, Cassiani, Quinti, Zetulæ. *Variante autem lectione fiunt nomina* Pauliæ, Fortunati, Donati, Victoriæ, Sinerei *seu* Sinerci. *Est et nomen* Victoriæ *inter alios in MS.* IV,
Vaticano S. Petri. Quarta decuria est SS. Victorini, Silvani, Gagiæ, Rogatiani, Aurelii, Aproni, Naboris, Quinti, Metuanæ, Libosi. *At variant lectiones in nominibus,* Victorinæ, Aurilii, Papori, Mettevani,
Quinta decuria est SS. Emeriti, Sexti, Fructi, Se- V,
veri, Secundi, *item* Januarii, Flori, Titonæ, Donatæ, Januariæ. *At scribitur etiam,* Emeritæ, Tyturii *seu*
Titorii, Januarii. *Sexta decuria est* SS. Severæ, Ja- VI,
nuarissæ, Honoratæ, Saturnini, Victoriæ, Maturæ, Luciæ, Neptunalis, Criscentis, Pompini. *Ex his* Januarissa *in aliis deest, et in uno ponitur* Januarii: *nos hic illam tenemus. Epternacensi scriptio alia est,*
Severi, Honorati, Matuni, Pomponi. *Septima decu-* VII,
ria est SS. Cypri, Tertulæ, Lucæ, Silvanæ, Publii, Oberci, Justæ, Domitii, Proculæ, Rufinæ: *alias*
vero leguntur nomina. Luci, Obercæ *seu* Obraci, Justi. F
Octava decuria est SS. Valeriæ, Januariæ, Silvani, VIII,
Felicis, Veneriæ, Victoris, Fortunatæ, Exuperiæ, Flaviæ, Justi: *qui omnes aliique plures desunt in apographo Corbeiensi*: Rufina *autem in supposititio Beda jungitur ad diem* IV *hujus tribus aliis ex numero*
Lugdunensium Martyrum sumptis. Nona decuria est IX.
SS. Matronæ, Faustinæ, Galliciæ, Januariæ, Fortunati, Publii, Romani, Petri, Verani, Apuni: *a quibus varia scriptio, legens,* Fortunatæ, Veriani *seu* Veranti. *Denique reliquorum Anonymorum istis junctorum numerus etiam est in variis varius. Nam in apographo Epternacensi* centum duorum, *in Corbeiensi* octoginta quatuor, *in Lucensi* septem *dumtaxat leguntur, deficiente forsan majore numero.*

aliqui 10 Junii.

3 *Die decima Junii indicantur in quibusdam additionibus, a Carthusianis Bruxellensibus ad Grevenum scriptis,* SS. Saturninus Episcopus, Cassianus et Felix, *qui omnes inter dictos Martyres reperiuntur, sed num huc referri posssint, an alio debeant, non liquet nobis.*

DE

DE SANCTO SILVANO,

G. H.

ET LXXXIII VEL XCIII MARTYRIBUS.

Ex eodem Hieronymiano.

Hos judicaremus etiam Romæ passos, nisi in MSS. Barberiniano, Trevirensi S. Maximini, Leodiensi S. Lamberti et S. Laurentii, post relatos Romæ Martyres passos, adderetur, Et alibi Silvani, cum aliis octoginta duobus. *In Epternacensi et Blumiano, omissa particula* et alibi, *post Martyres Romanos subjungitur notitia* Silvani et aliorum octoginta trium; *In Lucensi*, Silvani cum aliis nonaginta tribus. *Apud Greveninum in Auctario Usuardi*, Eodem die S. Silvani cum aliis octoginta duobus: *In MS. Coloniensi S. Mariæ ad Gradus*, Salvani, cum octoginta duobus. *MS. Florarium:* item S. Silvani, Petri et Luciani Antiocheni cum aliis LXXXII. *Est Petrus supra inter Martyres Romanos*. Lucianus Antiochenus Presbyter *colitur* VII *Januarii: quo die ejus Acta dedimus: at* Lucianus *etiam inter sequentes Martyres numeratur. Nomen* Silvani, *omissis sociis, est in MSS. Augustano S. Udalrici, et Parisiensi Labbei, adjungiturque* S. Marcello, *duci Martyrum Romanorum paulo ante hic laudatorum.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS

B

EMERITA, SEPTIMINO, SATUANENO,

G. H.

AMASIO, ORASO, LUCIANO, ITEM SERVULO ET ERASMO.

Ex jam sæpedicto Martyrologio.

Progredimur cum vetustis Martyrologii Hieronymiani apographis, in quibus ista leguntur: Eremitæ, Septimini, Saturnini, Amasii, Orasi, Luciani; *pro quibus variante lectione scribuntur etiam nomina* Emeritæ, *et* Saturninæ. *Nomen* Luciani *addimus ex apographo Lucensi, quod et reperitur in MS. Florario, sed additur* Antiochenus, *quia auctori alius non erat notus. Arbitramur cum præcedenti classe,* Silvani *et* sociorum, *Romæ passos esse: id tamen asserere nolumus. Supra inter Romanos Martyres* Emeritus *nominatur, sicut modo* Emerita: *neque arbitramur indicari, quod* Augusta Emerita, *urbs Lusitaniæ, fuerit palæstra aliorum Martyrum. At* SS. Servulus et Erasmus *Martyres indicantur in MS. Coloniensi apud Carmelitas servato, et in MS. Florario, nec non in Martyrologio Coloniæ et Lubecæ anno* 1490 *excuso; ac denique in Additionibus Greveni ad Usuardum, licet ante de altero egissent.*

DE SANCTO PERSEVERANTIO

D. P.

MARTYRE IN AFRICA.

C F

Ex Veteri Carthaginensi Kalendario.

Pulcherrimum illud Africanæ antiquitatis monumentum, quod in lucem Joannes Mabillo protulit, et nos supra in S. Cæcilio laudavimus, ante Wandalicæ persecutionis tempora conscriptum fuit sub tali titulo: Hic continentur dies Nataliciorum Martyrum et Depositiones Episcoporum, quos Ecclesia Cartaginis anniversarie celebrat. *Cum igitur ibi legimus* III Non. Jun. Sancti Perseveranti Martyris; *certissimi reddimur, eo nomine Martyrem aliquem passum in Africa; et quidem talem, cujus* Natalicium *anniversarie celebrare Ecclesia illa consueverit; ut major evidentia requiri non debeat, aut eumdem hoc loco Sanctorum Actis inserendum: solum optari potest, non item sperari facile, ut de Martyrii loco, modo ac tempore distinctius aliquid innotescat. Interim apparet diversissimum esse ab eo, qui in Hieronymiano Martyrologio ad Kalendas Novembris refertur,* Episcopus, *ut* Terracinæ *in Campania passus. Multo etiam minus hic cogitare possumus de* Perseverantio Episcopo, *absque designatione certæ Sedis in Carthaginensi Collatione nominato ad num.* CXXI; *quoniam ea Collatio habita fuit anno* CCCCXI, *et post hunc in Africa nulli martyrium pertulerunt, quam qui vel a Donatistis vel a Wandalis interfecti sunt.*

DE S. AUDITO SEU OVIDIO

BRACARÆ IN LUSITANIA.

D. P.

COMMENTARIUS CRITICUS.

Ossium sub nomine Auditi translatio ex veteri in novam arcam : nupera figmenta sub Ovidii nomine recepta, et discussa.

Ossa S. Auditi in novam arcam translata an. 1527

Didacus de Sousa, *ex Episcopo Portuensi factus anno* MDV *Bracarensis Archiepiscopus, illis fere triginta annis quibus Metropolim suam rexit, ita bene de ea fuit meritus, ut quasi alter conditor censeretur, et ex oppido fecisse civitatem diceretur. Inter alia magnificæ pietatis opera, erexit, in sua Cathedrali ecclesia*, insigne lapideum monumentum, ad parietem qui ingredientibus dexter occurrit, duobus cubitis supra pavimentum, cui insculpi fecit hæc verba Ossa B. Auditi Episcopi. D. S. Archiepisco-

B pus fecit MDXXVII. Desuper autem composuit imaginem Sancti, Pontificaliter vestiti, et crate ferrea totum opus circumdedit; ad ejus certiorem conservationem venerationemque majorem. Eidem Sancto per Regnum Lusitaniæ multa vetusta eremitoria nuncupata inveniuntur, omnia in altissimis montibus aut locis iis ubi Romanarum antiquitatum cernuntur vestigia. Ejusdem quoque Sancti miraculosæ ibidem inveniuntur imagines, ipsum repræsentantes, vel in talari Romano habitu, vel in specie Eremitæ, vel denique cum mitra aliisque insignibus Pontificalibus; omnes vero ostentant sinistræ insertum librum Evangeliorum, dexteram vero elatam supra humeros, digito in aurem intento; quod verosimilius factum occasione nominis, quod ipsum fecit passim invocari contra aurium morbos auditusque defectum, optimo cum successu; quemadmodum simili ex causa vicini ad Mammam nominis, mulieribus lacte destitutis invocatur Patronus S. Mames.

ex alia multo vetustiori, unde auxilium auribus petebatur,

2 *Hæc est antiquior certiorque notitia prætitulati Sancti, sumpta ex Georgii Cardosi Notis ad Hagiologium Lusitanicum die* III *Junii. Addit ille, quod* in eadem Cathedrali, juxta gazophylacium, etiamnum spectatur parieti insertus grandis cippus lapideus, totus purus et planus, nisi quod in eo sint foramina duo, per quæ surditate laborantes immittere solent

C digitos, eosque applicare auribus, atque ea ratione crebra divinitus experiri beneficia per ipsius Sancti merita : verum quia minus decorus hic situs videbatur, mulieribus ad eum se pronas sternentibus, ut digitos inserere foraminibus possent, sumptum ab Archiepiscopo fuit consilium prædictæ Translationis curandæ. *Ita nunc gemina unius corporis sepultura spectatur, vetus scilicet ac nova, et utraque in veneratione habetur, absque ulla certitudine vel argumento Episcopalis tituli Sancto istic attributi, nedum martyrii aut generis, serius etiam definiti. Poterat istud suffecisse, ad credendum quod S.* Auditus, *ab omni retro memoria suum in Bracarensi Ecclesia cultum habuerit: si curiositas, ut videbatur pia, distinctius aliquid cognoscendi de Patrono alias ignoto, non fecisset quibusdam venire mentem comminiscendi quidpiam, ultra quam a majoribus traditum tenebant Bracarenses.*

et antiquus cultus abunde probatur.

3 *Primus hoc in genere fuit* Fr. Hieronymus Roman, *Augustinianus: qui (ut in Bibliotheca Hispanica scribit Nicolaus Antonii)* cum otii sui negotium proposuisset, historiæ totius veteris, tam sacræ quam profanæ, summam eruditionem consequi, multaque hujus studii in longum ævum editis commentariis dimittere. *ab anno* MDLXIX *complura edere cœpit opera Hispano idiomate, quibus Eremitani Ordinis Historicus generalis titulum obtinuit; plura alia manuscripta reliquit (quorum ultimum* Historia Bracarensis *inscribitur) finem scribendi simul ac vivendi faciens anno* MDXCVII; nec tamen *inquit idem Eruditissimus Bibliothecæ auctor,* immensæ lectionis atque diligentiæ solidam sibi laudem apud Hispanos comparare potuit; qui, in tam vasta rerum ab eo versatarum mole, judicii plus atque examinis desiderant, non perverse æstimantes iniqueve. *Laudem certe non magnam retulit ex eo quod dixit,* Ossa, *sub nomine* B. Auditi *ab Archiepiscopo Sousa translata, non fuisse ex veteri illo sepulcro accepta; sed Legione allata, ex domo istic tunc Episcopi Petri Emmanuelis, transferentis ad decentiorem arcam corpus* S. Alviti, *Legionensis Episcopi,* E

Idem quam temere acceptus est pro S. Alvito Legion. Episcopo

XXVII *Decembris commemorandi; qui quomodo pro corpore S. Isidori Hispalensis Episcopi missus ad Saracenorum Regem, Ferdinando I tributarium, in conatu illo decesserit, et pariter cum eo Sancti cultum meruerit, pluribus tradidimus die* IV *Aprilis. Contigit quidem illa* S. Alviti *Translatio, Legione facta, eodem anno quo Bracaræ* S. Auditus *translatus invenitur : sed cum Archiepiscopi Didaci Secretarius, Tristanus Ludovici, in Summario operum Domini sui apud Cardosum, nusquam meminerit ullius a diœcesi excursionis, nedum Reliquiarum Legione advectarum; quam facile negatur utraque, donec certius probetur; tam insulsum videtur, id quod supponitur, potuisse eidem Archiepiscopo obrepere,* Auditi *nomen pro nomine* Alviti, *ut illud faceret inscribi arcæ a se erectæ, idque intra breve paucorum dierum aut mensium intervallum. Merito igitur potuit Cardosus, talia Hieronymi istius asserta appellare* somnia; *et mirari, quomodo Augustinus a Castro, Bracarensis Archiepiscopus, passus sit ea sibi obtrudi.*

et auctor id asserens somniasse dictus,

4 *Eodem tempore quo Augustinianus iste scribebat in Lusitania; simili scribendi licentiæ apud Castellanos operam debat, ejusdem nominis et cognominis alius,* Hieronymus Roman, *dictus* de Higuera, *ab anno scilicet* MDXC *ad* MDCXI *qui vide an* præclarum *(ut quidam appellat)* Elogium *tulerit a Nicolao Antonii, sic scribente* : Plane industriam ejus et diligentiam summis F in cœlum laudibus efferunt vulgo nostri homines (qui cum fallere nesciant, falli se ab aliis posse haud facile credunt) quia ditasse nos ille dicitur quibusdam veteribus Chronicis, atque aliis non antea visis antiquitatum Hispanarum monumentis; quibus mirum valde quam obnoxii ac venerabundi hujus seculi homines, atque in iis non pauci ex nostratibus, nec non et exteris, docti sagacesque assurrexerint : quæ tamen alii, exterorum nempe, eruditissimus quisque; nostrorum, hi qui ratione magis quam præjudicatis ducuntur opinionibus, sive conscio sive ignaro illo fuisse conficta, atque iis historicis quorum nomina præseferunt supposita, luculentioribus indies argumentis convicti, liquido ipsi credunt, nec minus sperant persuadere se facile posse aliis, ad rem qui adduxerint mentem discendi cupidam. De Chronicis loquor Flavii Lucii Dextri, M. Maximi Cæsaraugustæ Episcopi, una cum Helece Braulionisque successorum; fragmentis Luitprandi Ticinensis

tam merito explodendum venit,

quod [illegible] in Chronicis Pseudo-Dextri

A cinensis Diaconi, Julianique Toletani Archidiaconi, nec non eorumdem Juliani et Luitprandi Adversariis, quæ edita sunt omnia; ac de ineditis aliis, quorum ipse Hieronymus et ab eo moniti alii meminerunt, S. Athanasii primi Cæsaraugustani Præsulis fragmentis, Festi Avieni opere de Mediterraneis Hispaniæ Urbibus, Isidori Pacensis Epitome temporali, Joannis Ægidii Zamorensis ad Juliani Chronicon additionibus, et hujus notæ aliis; de quibus omnibus et suppositionis flagitio, Deus nobis si otio fecerit, accurate sumus alio tempore tractaturi.

paulatimque ab aliis dilatatum.

5 *Non edidit quidem quidpiam compositionum suarum Higuera, sed eas domi premens, multis aliis, speciosa ista antiquitatis larva deceptis, scribendi materiam suppeditavit; atque imprimis Roderico Caro et Francisco Bivario, qui annis post illius mortem XIV et XVI, acceptum ab eo Dexteri Chronicon aliaque prænotata evulgarunt, prior cum brevioribus, posterior cum prolixioribus Commentariis et Apologeticis; ubi supposititius Dexter, cum ad annum Christi CXVII, Bracarensis Episcopatus initia Apostolorum ætati admovisset, assignando illi primum Præsulem Petrum; inchoatam fabulam sic prosequitur*: S. Ovidius, civis Romanus, Episcopus B Bracarensis, succedit S. Basilio; hic vero S. Petro Kal. Novemb. *Ad quæ verba Carus notavit*; Eumdem vero Ovidium, civem Romanum, a Valerio Martiali celebratum invenio: sed de Bracarensi solus mihi occurrit Julianus in Chronico, *ubi hic scribit*; Bracaræ post Ovidium S. Polycarpus Bracarensis, ad annum CXXX. *Ultra audet procedere Bivarius*; et Illum Ovidium, *inquit*, crediderim fuisse, qui Cæsonio Maximo, in exilium a Nerone acto, Comes spontaneus fuit, qua de re Martialis duo dedit Epigrammata.

pro comperta veritate narratur in Historia Bracaren.

6 *Vix ita prodierant hyperbolimæa istæc Dexteri et sequacium Chronica, cum statim tota Hispania prurire cœperunt manus scriptoribus, qui patrias antiquitates et historias illustratas cupiebant, atque in cunctis fere provinciis ac pene civitatibus cudi Annales, Hagiologia, atque Officia Sanctorum nova, secundum Decreta Pii V et Gregorii XIII Pontificum, permittentium ut Sanctos suos indigenas (sive, ut Hispani vocant, naturales) quæque Ecclesia posset ecclesiastico cultu honorare. Ne segnes fuere Bracarenses: nam eorum Archiepiscopus Rodericus de Cunha, postquam tumbæ a decessore Sousa erectæ primum titulum eradi, pro eoque scribi jussisset*, Ossa S. Ovidii Tertii Bracarensis Episcopi; *etiam veteri cippo, eatenus puro, jussit insculpi*, Ossa C B. Ovidii M. Romani; *anno deinde MDCXXXV duobus tomis edidit Historiam ecclesiasticam Bracarensem, et parte 1 cap. 22 fuse agens* de S. Ovidio III, Episcopo Bracarensi, *prosequitur quidquid de suo Q. Ovidio Martialis habet, et quomodo amicitiam Cæsonii prætulerit fascibus Consularibus, deinde relicta urbe secessionem ponit, quid idem post Neronis mortem Romam reversus ex Sicilia, factusque Christianus, a S. Clemente ordinatus missusque sit Pontifex pridem vacanti Bracharensi Ecclesiæ, et septem sanctas Regis Catellii filias Virgines Martyres baptizavit, ac tandem postquam annis* XXXV *præfuisset, Martyr obierit* 1 Novembris; *cujus tamen diei observantia per Maurorum tyrannidem obliterata, Bracarenses suffecerunt hunc III Junii, ipsis ab alterius Sancti cultu vacantem. Hæc omnia, ut posthac indubitabilia, Martyrologio Hispanico inscripsit Tamayus, ad Kalendas Novembris: Cardosus III Junii retinere maluit, exemplum sequens novi Breviarii Bracarensis, intra hujus seculi annum* LIX *et* LXVI *editi. De veteri interim Bracarensi Breviario tacens idem Cardosus, satis indicat nullum, in eo si quod proprium illa Ecclesia habuit, aut in ejus Kalendario, locum fuisse* Sancto *vel* Audito: *vel* Ovidio, *etsi in sui nominis Eremitorii festum tali die haberet.*

quasi Q. Ovidius, amicus Martialis, fuerit Ep. Bracaren.

7 *Porro cum sibi imaginatus esset Archiepiscopus*, Kalendas Novembris, *a qualicumque Dextro notatus*, D *pertinere ad diem festum sui* S. Ovidii (*quod tamen adeo non liquet ex contextu, ut potius videatur notari dies, quo* S. Basileus *successerit* S. Petro) *satis id esse credidit, ut Martyrem diceret obiisse, qui festum habuerit ætate Dexteri, id est seculo* IV, *qua rari aut nulli Episcopi non Martyres tali honore ab Ecclesia decorabantur. De filiabus Catellii speciosam fabulam excussimus ad* XXII *Maji, agentes de S. Quiteria, earum (ut prætenditur) una: neque moveat quemquam Hymnus a nonnullis allegatus, velut ecclesiastico usu receptus, quo dicitur*:

Auctore D. P. 1 Novembris Martyr factus

Gaude Sacerdos Ovidi, tu Bracharensis Pontifex,
Qui meruisti filias tot ad polos transmittere.

Hunc enim Hymnum primus luci dedit anno MDX *Prudentius de Sandoval, in Antiquitatibus Tudensibus, ab Higuera sibi consarcinatum; nullum autem Ecclesiæ usum allegans, simpliciter fatetur ipsius Higueræ compositionem esse.*

postea nihilo melius confusus cum S. Evodio Petri successore Antiochiæ,

8 *Hic idem Higuera cum paucis ante obitum suum annis, in veteri Alfonsi Sapientis Cronica invenisset* S. Evodium, *S. Petri in Sede Antiochena successorem (errore verosimiliter typographico) scriptum* Ovidium; *in Epistola Cardoso visa et allegata, ad Alvarem Lonzada de Belmonte, anno* MDCVI *fidenter nimis pronuntiavit*: Iste haud dubie est Sanctus Bracharensis, quem Eusebius et Nicephorus Evodium nominant; qui post aliquot a sua ordinatione annis Romam revertit; et quamvis esset secundus Patriarcha Antiochenus, non recusavit fieri tertius Bracharensis Episcopus. *Nescio an ejusmodi Higueræ epistola innotuerit Archiepiscopo Roderico, dissimulandum hoc certe putarit sibi, consequens inde fore prospiciens, ut qui, secundum opinionem et calculum Baronii, anno Christi* XXXIX *fuerat Episcopus ordinatus, non potuerit Bracaræ Martyr obiisse anno* CXXXV, *nisi annos plus quam* CLX *natus. Utinam Cardosus, uti postremum hoc figmentum rejecit, ita satis habuisset animi ad priora quoque omnia, totumque Pseudodextrum rejiciendum; multo quidem brevius, sed longe purius dedisset nobis Hagiologium: ac forte totum citius absolvisset, cujus nunc solum habetur dimidium.*

E

eo quod is librario mendo alicubi vocetur Ovidius

9 *Interim ex ipso libenter disco; quod antequam* opera Flavii Dexteri et Juliani Petri in mundum prodirent, ignorabatur pro præcise nomine vocandus esset Sanctus, qui jacebat in Bracarensi ecclesia; aliis Alvitum, Ovinum, Avitum, Ivonem, Alauctum, Evodium, Auditum et Ovidium nuncupantibus. *Vellem tamen nominasset Auctores, qui talia nomina ante Pseudodexterum usurparerunt, eumque* et *solum antiquitus notum* Auditum, *cum Sanctis, ætate et patria tam diversis, confuderunt. Quia autem vox Latina* Auditus, *sive substantive sive adjective sumatur, Lusitanice dicitur* Ouvido; *facile crediderim, hoc quoque nomen fuisse in usu vulgi, neque non putavi omnino excandum a titulo; maxime cum eum etiam nunc Ecclesia Bracharensis appellet in Collecta, quam de ipso sic recitat*; Deus qui populo tuo æternæ salutis B. Ovidium, ministrum tribuisti *etc. Neque dubitem quin promiscua istæc appellatio, seculo superiori inducta, occasionem dederit Dextrinarum fabularum figulis, Romanam ei originem, et quidem nobilissimam, tribuendi. Id autem eos fecisse adeo non miror, ut potius mirer illis non occurrisse nomen* P. Ovidii Nasonis, *Augustæo ævo Poetæ celebris, et vel pueris notissimi; qui si non poterat a Tomitano exilio Bracaram, jam senex et Christianus, adduci (sicuti Caio Plinio Secundo accidit, quem iidem fabulatores ex Creta Comum adduxerunt, martyrio coronandum) poterat certe istius* Ovidii *vel nepos vel pronepos fingi* Q. Ovidius, *tam carus Martiali, ut Kalendis Aprilis, Q. Ovidio Natales colendos sibi putaverit, præ kalendis Martii, quæ solam Martiali vitam dederant; non amicum, vita potiorem.*

et Latinus Auditus, Lusitanis dicatur Ouvido

DE

G. H.

DE SS. HILARIO ET VALERIO,

EPISCOPIS CARCASSONENSIBUS IN OCCITANIA.

NOT. 14

Notitia cultus ex Scriptoribus recentioribus.

SEC. IV.

Elogium S. Hilarii, ex Catello,

Carcasso, *posteris* Carcassona, *in Gallia Narbonensi Volcarum Tectosagum urbs antiqua et Episcopalis, ad hodiernam Occitaniam seu Languedociam inferiorem pertinens, in Atacis fluvii ripa, ac fere media inter Tolosam et Perpinianum, Episcopis suis annumerat* SS. Hilarium et Valerium : *de quibus Guilielmus Catellus lib. 5 Historiæ Languedocensis, dum pagina* 1004 *de Episcopis Carcassonensibus agit, ita scribit* : S. Hilarius, quo tempore fuerit Episcopus Carcassonensis, ignoratur. Ejus mentio celebratur in antiquo hujus Ecclesiæ Martyrologio. Cum Petrus Auxillon (*quem asserit anno* MDXII *vita functum*) Ecclesias suæ diœcesis

et Sammarthanis;

Carcassonensis visitaret, atque adveniens ad Eccle- B siam et Abbatiam S. Hilarii Carcassonensis, inquireret a Monachis fundationem ; responderunt illam fuisse deperditam, sed traditione antiqua haberi, illam a S. Hilario Episcopo Carcassonensi fuisse fundatam ad honorem Dei, Deiparæ Virginis, et SS. Hilarii et Saturnini, et magnis reditibus fundatam. Festum hujus S. Hilarii Carcassonensis celebratur die III Junii. *Ita Catellus. Sammarthani etiam faciunt* fundatorem Abbatiæ ejusdem nominis prope Carcassonam, ibique sub tumulo marmoreo quiescentem, summa veneratione coli, in Martyrologio Ecclesiæ Cathedralis Januarii tertio. *Imo* Junii tertio. *Alter est* S. Valerius *ibidem* Episcopus,

S. Valerii ex ambobus :

de quo asserit Catellus nihil reperiri, nisi quod nomen sit in Kalendario Missalis, ad usum Ecclesiæ Narbonensis exarati, characterc Gothico valde antiquo, ad tertium diem Junii. *Quæ inde descripta referunt Sammarthani.*

Utriusque ex Saussayo.

2 *De utroque elogium in Supplemento Saussayi, ad hunc* III *Junii, exstat hujusmodi* : Eodem die in provincia Narbonensi, Sanctorum Confessorum pariterque Pontificum Hilarii et Valerii, qui propriis vicibus Ecclesiam Carcassonensem, cujus extitere Episcopi, sanctissime gubernarunt : quorum alter, nempe S. Hilarius, tanta meritorum celebritate, C emicuit, ut a Narbonensi Matrice Ecclesia propriis Tutelaribus provinciæ suæ adscriptus, ejus in diptychis sacris colendus perpetuis honoribus consignetur. At vero ipsa in diœcesi Carcassonensi memoria ejus etiam templo et cœnobio ipsius nominis nobilitata, incolarum perennem prodit erga eum devotionem, qui et in Diœcesi S. Pontii Tomeriarum ex antiquo more colitur. *Hæc ibi. Quo tempore vixerint*

Tempus Sedis.

non satis constat. Primus habetur Episcopus S. Guimera, *de quo egimus* XIII *Februarii, dein substituuntur* SS. Hilarius et Valerius, *tum* Sergius, *qui Concilio Toletano interfuit anno* DLXXXIX, *ut si Catalogis fides adhibetur, ante eum floruerint.*

Prior videtur floruisse ante sec. 5

3 *Post hæc ab Henschenio præparata, venit in manus meas Chronicon Historicum Episcoporum ac rerum memorabilium Ecclesiæ Carcassonensis, auctore Gerardo de Vic, Presbytero Canonico, editum anno* 1667 ; *ubi dicitur, quod* S. Hilarius vixit eo tempore, quo hæresis Ariana invalescebat adversus Ecclesiam, scilicet post annum CCCLXXVI. Nam eo tempore, *inquit ille*, vel potius infra, Gothi cœperunt occupare Galliam Narbonensem, simul et hæresim Arianam amplecti ; *potius dixerim*, promovere : *amplecti enim eam cœperunt in priori, unde in Narbonensem provinciam advenerunt, ad Danubium sede, sicuti ostendi ad Acta S. Sabæ Gothi* XII *Aprilis. Allegato deinde monasterii ab illo Sancto dicti Breviario MS., idem Gerardus, narrat*, B. Hilarium, Episcopi munus in sua diœcesi obeuntem, una cum duodecim Episcopis proximioribus, consecrasse altare, a cujus parte postica ipsius Corporis lipsana modo quiescant : ipsum vero Corpus, e terra extractum, ubi prius conditum fuerat, et super altare delatum a Francone Episcopo, suavissimum odorem efflasse ; etiam duobus cæcis, quorum alter a nativitate talis E fuerat, visum recipientibus. *Ita ille pag.* 35.

ejus corpus non sine miraculis,

4 *Ast vero pag.* 36 *de ipsomet Francone agens, dicit, quod* VIII kalendas Martii anno DCCCCLXX alias ipsis kalendis anno DCCCCLXXVIII, imperante Rogerio Comite Provinciæ, præside Benedicto Abbate, una cum proximis Rogerio Comite et Guarino Abbate, decrevit, ut Concilio inito simul cum Episcopis comprovincialibus et Abbatibus, Sanctissimi Præsulis et mirabilis, clari Domini Hilarii corpus, post altare, quod idem egregius sanctusque Hilarius simul cum vicinioribus duodecim Episcopis consecraverat, cum honore et pietate, ut par erat, tumulo condigno apponerent..... Igitur, condicto die kalendarum Martii, convenerunt Rogerius Comes, cum Alaidicia conjuge sua, Franco Episcopus, et Abbates Guarinus ac Benedictus, cum ceteris Clericorum ac virorum illustrissimorum ; et postridie ab eodem repositum fuit post altaris arulam (ut habet vetus monumentum translati corporis) in arca saxea ; et ab utroque latere Benedicti ac Celsi alumnorum sive discipulorum corpora. *De his ego libenter discam, an et quem proprium cultus sui diem habeant : nec enim eorum Saussayus meminit.*

translatum anno 970 *vel* 978

I Martii,

5 *Quo tempore monasterium istud conditum sit non liquet, anno enim* DCCCXVII *nominat ipsum Ludovicus* F *Pius inter monasteria, quæ (utpote vastata a barbaris, solumque restitui cœpta, et opibus tenuia) ad solarum precum subsidium præstandum vult teneri. Latet etiam nomen* Comitis Carcassonensis, *cui* adversus hostes depugnanti, per aerem visus est S. Hilarius, proxime præsto esse, suppetias et auxilium ferendo, cum de victoria periclitaretur : cujus beneficii memoria Comitem devinxit ad extruendum monasterium ; vel, si jam extructum, illud erat, magnis reditibus locupletandum. *Ceterum non omiserim notare, quod indicat Gerardus*, solius S. Valerii nomen, *ad hunc diem* scriptum *haberi* in kalendario Missalis, ad usum Ecclesiæ Narbonensis charactere Gothico maxime antiquo, *unde ille videtur dubitare, an satis certum sit distinguendos esse, inter quos nullus inveniatur fuisse medius. Dubium auget, quod nulla mentio fiat corporis ; tutius tamen videtur usui Carcassonensis Ecclesiæ stare.*

Monasterium ab eo dictum.

NOT. 15

DE

DE S. CHROTHILDE REGINA,

VIDUA CHLODOVEI FRANCORUM REGIS,

TURONIBUS ET PARISIIS IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

Acta, cultus, Reliquiæ.

CIRCA AN. DXL.

Vita ejus.

Illustrissima sanguine Regio, matrimonio Regio, posteritate Regia, nec minus Regiarum virtutum excellentia floruit S. Chrothildis, *veneratione Ecclesiastica honorata per orbem universum, at potissimum Parisiis in Ecclesia S. Genovefæ, ubi Sacras ejus Reliquias decenter, ut par est, asservari, testatur Joannes Mabilio, in Notis ad ejus Vitam, quam tomo primo Seculi Benedictini inseruit, acceptam ex MS. S. Germani Pratensis. Eamdem nos in aliquo pervetusto MS. codice habemus, ac præterea accepimus sub-*

B *missam a Petro Francisco Chiffletio, reperimusque in quodam MS. Cardinalis Mazarini; quam etiam in Lectiones distributam, et ad Matutinum in Ecclesia S. Genovefæ recitari solitam, allegat Franciscus Pomeraius lib. 2 Abbatiæ S. Audoeni Rotomagensis cap. 1. Aliquod compendium etiam habemus ex MS. Rubeæ-Vallis prope Bruxellas. Verum quia ipsam aliquot seculis post obitum Sanctæ scriptam comperimus, malumus proprio studio colligere aliam ex historia Francorum, quam S. Gregorius Episcopus Turonensis libris pluribus descripsit, aliqua Analecta ex dictis MSS. subjuncturi, et tam hanc quam illam nostris Annotationibus illustraturi.*

Cultus sacer

2 *Veneratio* S. Chrothildis *confirmatur ex Tabulis Ecclesiasticis Martyrologii Romani his verbis :* Parisiis S. Chrothildis Reginæ, cujus precibus vir ejus Chlodoveus Rex fidem Christi suscepit. *Citatur a Baronio Molanus in Additionibus ad Usuardum editionis primæ, qui etiam in aliis editionibus eadem verba retinuit. Galesinius hoc ipsam elogio exornat :* Lutetiæ in Gallia S. Chrothildis Reginæ : quæ, multis ad ejus sepulcrum divinitus factis miraculis, in Sanctis adscripta est. *Plura in MS. Florario Sanctorum adduntur his verbis :* Apud Parisios S.

miracula ad sepulcrum:

C Chrothildis, Reginæ Francorum, ac matris Karolidarum : quæ obiit in civitate Turonensi anno salutis DLIV; sed Parisius deportata, ad latus viri sui venerabiliter est tumulata. Postmodum vero, propter immensa Dei per eam facta miracula, ex terra elevata, et retro summum altare in honorabili feretro collocata, ibi signis et virtutibus coruscans quiescit. *Hæc ibi. Ita infra ex Actis observamus* matrem Imperatorum *appellari. Annus autem obitus* DLIV, *desumptus est ex Chronico Sigeberti, ubi* Rhotildis Regina *appellatur : sub quo nomine refertur ad Kalendas Septembris, a Greveno et Canisio. Verum infra, ad Gregorium Turonensem, ostendimus, citius ex hac Vita migrasse.*

3 *Saussayus in Martyrologio Gallicano hoc* III *Junii plurima de ejus rebus gestis, obitu et sepultura habet; atque dein ista subjungit :* At coruscantibus ad ejus tumulum subinde miraculis, pignora ejus sacrosancta jam pridem elevata, in hierotheca honorifice reposita fuerunt : quæ quoties urbs regia aliquo discrimine pulsatur, ex avito more publicis in supplicationibus pro apparatu perferuntur. Andeliaci etiam ad Sequanam in territorio Rotomagensi, in

corporis elevatio

insigni Collegiata Ecclesia sanctissimæ Dei Genitricis quam fundavit, claret anniversariis sacris gloriosa ejus memoria. *Addit deinde hoc die aliqua idem Saussayus, de* S. Theodechilde, *monasterii S. Petri Vivi apud Senones Fundatrice, quam* S. Chlothildis *filiam fuisse aiunt, coluntque* XXVIII *Junii. Verum Carolus le Cointe, multis rationibus distinguit duas* Theodechildes, *pari virtute præstantes* Reginas *(quo nomine etiam Regibus prognatæ censentur) alteram seniorem,* S. Chlothildis, *non filiam, sed privignam, Varnorum Regibus, patri ac filio successive nuptam, atque ab hoc, dimittere ipsam coacto, remissam in Gallias; alteram juniorem, ejusdem* Chlothildis *ex privigno Theodorico Rege neptem ac virginem, quæ Senonense asceterium condidit, uti ad præfatum diem docebimus. Hanc nemo adhuc monasticis factis adscripsit; licet in quodam Chlodovei Diplomate, ad* XXVIII *Junii examinando, dicatur* se virginem Deo devovisse. E

NOT. 16 An filia S. Chrothildis

adscripta Benedictinis;

4 *Redeo ad S. Chrothildim, quæ passim adscribitur Fastis Benedictinis; et Arnoldus Wion, ad hunc* III *Junii, ista habet :* Turonis in cœnobio S. Martini depositio S. Chlothildis Reginæ, quæ viro suo Chlodoveo orbata, in eodem monasterio velata, religiosissimam vitam duxit, et miraculis clara migravit ad Dominum. *Secuti illum sunt Dorganius, Menardus, Bucelinus. Imo Antonius de Yepes, tomo* I *Chronici generalis S. Benedicti, ad an. 552, Caput tertium sic inscribit :* S. Chrotilda Regina Galliæ, ac Ordinis S. Benedicti Monialis : *tum late exponit vitam. Præterea Lucas d'Acheri et Joannes Mabilio, ejusdem* S. Chrothildis *Vitam inseruerunt Actis Sanctorum Ordinis Benedictini. Initio scilicet istius operis dandum aliquid fuit receptioribus tunc in Ordine isto opinionibus : quod ipsum tamen sic fecit Mabilio, ut sub finem annotet, quod,* Non constat an fuerit Monialis, imo neutiquam ipsi fuisse videtur : *et hoc gesta Sanctæ perlegenti mox apparebit. Chalemotus tamen inscripsit eam Seriei Sanctorum Ordinis Cisterciensis, quod in cœnobio B. Mariæ de Thesauro in Normannia,* ejus Caput asservetur ad odei Monialium crates. F

Caput apud Cistercienses in Normannia:

D. P. illius pars in lipsanotheca argentea,

5 *Certe Parisiis illud* non amplius haberi *testatus est nobis Universitatis Cancellarius, vir clarissimus D. d'Antecourt, per litteras 3 Febr. anno 1689 datas.* Nam cum anno *(ut ait)* MDCXII Sanctæ illius hierotheca solenniter aperta fuisset, jussu Ludovici XIII, qui particulam sacri corporis religiose postulaverat; caput deesse deprehensum est, cum paucis nonnullis particulis. *Ita ille, annis octo post mortem Henschenii, a quo suprascripta cum Actis sequentibus prælo pridem apparata habebamus. Idem vero ipsam Sanctæ Hierothecam poscentibus nobis delineandam curavit, qualem hic exprimimus; docens ex argento totam eleganti opere fabricatam haberi.*

in qua etiam Rex Chlodoveus exprimitur ut Sanctus,


6 *In ejus (ut vides) capite,* Clodoveo *suo, et quidem ut* Sancto, *juncta stat* Chrothildis, *velut ecclesiæ ipsius fundatrix : in qua eadem licet sepultus* Clodoveus *fuerit, nulla tamen amplius superest anniversaria ejus memoria, sive ut Sancti, sive saltem ut benefactoris. Saussayus nomen retulit in Catalogum eorum, qui pro-* prias

AUCTORE G. H.

A prias historias vel natales non habent; nullo adnotato die, et minori charactere nomen exprimens; cum majusculo describat eorum nomina, quos Sancti appellatione honorat. Addit tamen, quod Gregorius Turon. lib. 2 cap. 43 cum laudet, quia Deus prosternebat quotidie hostes ejus, sub manu ipsius, eo quod ambularet recto corde coram eo, ut faceret quæ placita erant in oculis ejus; deinde laudatores ejusdem alios nominat Saussayus, usque ad dies seculi XVI scriptores, Jacobum Almainum et Paulum Æmilium, qui rotunde Sanctum appellant; itemque Baronium an. 514 num. 21 ubi ait, Nullum relinquamus dubium hoc ipso anno Clodoveum esse defunctum, ipsasque Christianissimorum Regum Francorum primitias in cœlum receptas. De anno dubium Baronio movent Franci recentiores fere omnes, et aliis alium annum statuentibus P. Henschenius, in sua novissime reformata Exegesi de Episcopatu Tungrensi ac Trajectensi cap. X, D confirmat novis argumentis, quod antea statuerat in Diatriba lib. 2 cap. 3, obiisse illum anno DIX, die XXVII Novembris: quem diem le Cointe licet de anno dissentiat, DXI numerans) confirmat ex duobus vetustis Kalendariis, ubi legitur: V kal. Dec. depositio magni Regis Chlodovæi. Tali de alicubi cultum ut Sanctum nusquam legimus; etsi allegetur pars Hymni, Chronico alicui adscripti in Margine apud Savaronem hoc tenore:

obiisse creditur 27 Novemb.

Per hunc Christus colitur, et multum diligitur,
In mente serenus:
Bene regnum regitur, et status protenditur,
Nam nunc cessat Venus.
Sic ad cœlos vehitur, ubi bonis fruitur,
Et recipit fœnus.



alii in eadem arca Sanctorum statunculi.

7 *Aliorum Sanctorum statuæ, in eo quod hic exprimitur latere conspicuæ sunt,* S. Marcelli, S. Dionysii, et S. Genovefæ, *absque interprete noscendi. Quartus videtur esse* S. Ceraunus, *Parisiensis Episcopus, cujus in eadem ecclesia corpus habetur, et venerationi expositur die ejus natali* XXVII *Septembris. Ultimum qui habitu Abbatiali videtur assistere, si credere velimus esse* S. Guilielmum, *Roschildensem in Dania, aliquando eadem in Ecclesia S. Genovefæ Canonicum, cujus anno* MCCIII *mortui Acta illustravimus* VI *April. fortassis non insulse conjectabimus: nec enim usque adeo vetus arca ipsa est. Sed prælaudatus Cancellarius censet S. Augustinum esse, cujus Regulam Canonici Regulares profitentur, in habitu Episcopali. In altero autem latere assistere videmus statunculos Sanctorum Apostolorum* Barnabæ, Pauli, Deiparæ, Petri, *et* Guilielmi Eremitæ, *quem vulgus Aquitanorum Ducem credit, et cum galea exprimere solet. Denique ad pedes arcæ iterum assistit* S. Crothidis jam vidua et quasi sanctimonialis, benedicens fonti, qui etiamnum in pago Andeliacensi, intra ecclesiam ab ipsa fundatam et dotatam extat, et ab infirmis fidelibus devote frequentatur. *Ita prælaudatus Cancellarius.*

8 *Ipsa arca quandonam facta, et in eam translata sint sancti corporis ossa, nusquam inveniri scribit idem Cancellarius; mihi si quid conjectare licet, dixerim videri fabricatam arcam tempore Guilielmi le Duc, ab anno* MCCXX *ad* XXXIII *Abbatis S. Genovefæ, cujus tempore S. Ignatius noster cum Sociis Magisterii gradum in Universitate Parisiensi suscepit, ut habet elenchus Promotorum apud Cancellarium servatus. Conjecturam fundo in statuncula* S. Guilielmi *supradicta: solent enim plerique talibus operibus suis addere effigiem Patroni cujus nomen gerunt; nec alius præter illum invenitur eo nomine Abbas fuisse usque ad annum* MDCLII. *Non scitur etiam quo anno facta sit prima Sanctæ de terra seu tumulo regio elevatio, etsi pluribus seculis prius factam fuisse oporteat:* unum, *inquit Cancellarius,* constat, multo ante seculum XIII sacrarum ejus Reliquiarum partem aliquam, in monasterio Vallis Sereni Ordinis Præmonstratensis asservari, cum in antiquo ejusdem monasterii diplomate legatur, S. Chlotildis Reliquias, ex arca veteri in novam et decentiorem, ibi translatas fuisse anno MCCXXXIV. Porro anno MDCLVI Ecclesiæ Collegiali Andeliacensi ad Sequanam in territorio Rotomagensi, de qua supra, nonnihilque ex lipsanis suæ Fundatricis

quædam Reliquiæ diu ante 1234 Præmonstratensibus.

A *et anno 1656 Andeliacensibus Canonicis datæ.* Fundatricis poscenti. Abbas et Canonici Regulares S. Genovefæ costam unam tribuerunt; quam cum Clerus atque Magistratus loci devote suscepissent, mirum quot et quantis miraculis illic evaserit gloriosa ac clara memoria S. Chlotildis. Addere licet quod quoties hæc Regia urbs in aliquo discrimine versatur, ejusdem Sanctæ lipsanotheca, ex antiqua consuetudine circumfertur in publicis supplicationibus per urbem apparatu condigno, uti contigisse legitur anno M.CCCXX, M.CCCXXXIX et MDLXVIII ac deinceps frequentius.

VITA

Ex Historia Francorum S. Gregorii Turonensis.

CAPUT I.

Genus regium. Conjugium cum Chlodoveo I Rege Francorum, et in eo peracta.

Fuit Gondivicus Rex Burgundionum, ex genere Athanarici Regis persecutoris. Huic fuerunt quatuor filii Gundobadus, Godegisilus, Chilpericus, et Godomarus. Igitur Gundobadus Chilpericum fratrem suum interfecit gladio, uxoremque ejus ligato ad collum lapide aquis submersit. Hujus duas filias exilio condemnavit : quarum senior, mutata veste * Mucurana, junior Chrothildis vocabatur. Porro Chlodoveus, dum legationem in Burgundiam sæpius mittit, Chrothildis reperitur a Legatis ejus. Qui cum eam vidissent, elegantem atque sapientem; et cognovissent quod de regio esset genere, nuntiaverunt hæc Chlodoveo Regi. Nec moratus ille, ad Gundobadum legationem dirigit, *a* eam sibi in matrimonio petens. Quod ille recusare metuens, tradidit eam viris : illique accipientes puellam, Regi velocius repræsentant. Qua visa Rex valde gavisus, suo eam conjugio sociavit, habens jam de concubina filium nomine Theodoricum.

Lib. 2 cap. 28. B *Ex Regibus Burgundionum prognata,* * *al.* Chrona *a nubit Chlodoveo Regi Francorum,*

2 Igitur ex Chrothilde Regina habuit filium primogenitum. Quem cum mulier baptismo consecrare vellet, prædicabat assidue viro, dicens ; Nihil sunt dii, quos colitis, qui neque sibi neque aliis poterunt subvenire. Sunt enim aut ex lapide, aut ex ligno, aut ex metallo aliquo sculpti. Nomina vero, quæ eis indidistis, homines fuere, non dii. Ut Saturnus, qui filio, ne a regno depelleretur, per fugam elapsus adseritur. Ut ipse Jupiter, omnium stuprorum spurcissimus perpetrator, incestator virorum, propinquarum derisor, qui nec ab ipsius sororis propriæ potuit abstinere concubitu, ut ipsa ait : Jovisque et soror et conjux. Quid Mars Mercuriusque potuere, qui potius sunt magicis artibus præditi, quam divini numinis potentiam habuere? Sed ille magis coli debet, qui cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt, verbo ex non extantibus procreavit; qui solem lucere fecit, et cœlum stellis ornavit; qui aquas reptilibus, terras animantibus, aera volatilibus adimplevit : cujus nutu terræ frugibus, pomis arbores, uvis vineæ decorantur; cujus manu genus humanum creatum est; cujus largitione ipsa illa creatura omnis, homini suo, quem creavit, et obsequio et beneficio famulatur. Sed cum hæc Regina diceret, nullatenus ad credendum Regis animus movebatur, sed dicebat : Deorum nostrorum jussione cuncta creantur ac prodeunt : Deus vero vester nihil posse manifestatur, et quod magis est, nec de Deorum genere esse probatur.

Cap. 29 *quem ab idolorum cultu* C *ad Dei veri notitiam conatur adducere*

4 Interea Regina fidelis filium ad baptismum exhibet : adornari Ecclesiam velis præcipit atque cortinis : quo facilius vel hoc mysterio provocaretur ad credendum, qui flecti prædicatione non poterat. Baptizatus autem puer, quem Ingomerem vocitaverunt, in ipsis, sicut regeneratus fuerat, Albis obiit. Qua de causa commotus felle Rex, non segniter increpabat Reginam, dicens : Si in nomine Deorum meorum puer fuisset dicatus, vixisset utique : nunc autem quia in nomine Dei vestri baptizatus est, vivere omnino non potuit. Ad hæc Regina, Deo, inquit, omnipotenti Creatori omnium, gratias ago, qui me non usquequaque judicavit indignam, ut de utero meo genitum regno suo dignaretur adscire. Mihi autem dolore hujus causæ animus non adtingitur, quia scio in Albis ab hoc mundo vocatum, Dei obtutibus nutriendum. Post hunc vero genuit alium filium, quem baptizatum Chlodomerem vocavit. Et hic cum ægrotare cœpisset, dicebat Rex : Non potest aliud fieri, nisi et de hoc, sicut et de fratre ejus, contingat, ut baptizatus in nomine Christi vestri protinus moriatur. Sed orante matre, Domino jubente, convaluit.

D *ex Greg. Turon. filium Ingomerem curat baptizari, dein mortuum gaudet cœlo adscriptum: alterum Chlodomerum precibus sanat,*

4 Regina vero non cessabat prædicare, ut Deum verum cognosceret, et idola negligeret : sed nullo modo ad hæc credenda poterat commoveri, donec tandem aliquando bellum contra *b* Alamannos commoveretur : in quo compulsus est confiteri necessitate, quod prius voluntate negaverat. Factum est autem, ut, confligente utroque exercitu, vehementer cæderentur : atque exercitus Chlodevei valde ad internecionem ruere cœpit. Quod ille videns, elevatis ad cœlum oculis, compunctus corde, commotus in lacrymis, ait : Jesu Christe, quem Chrothildis prædicat esse filium Dei vivi, qui dare auxilium laborantibus victoriamque in te sperantibus tribuere diceris; tuæ opis gloriam devotus expeto; ut si mihi victoriam super hos hostes indulseris, et expertus fuero illam virtutem, quam de te populus tuo nomini dicatus probasse se prædicat, credam tibi ut in nomine tuo baptizer : invocavi enim Deos meos, sed, ut experior, elongati sunt ab auxilio meo : unde credo eos nullius esse potestatis præditos, qui sibi obedientibus non succurrunt. Te nunc invoco, et tibi credere desidero, tantum ut eruar ab adversariis meis. Cumque hæc diceret, Alamanni terga vertentes in fugam labi cœperunt. Cumque Regem suum cernerent interemptum, Chlodovei se ditionibus subdunt dicentes; Ne amplius, quæsumus, pereat populus : jam tui sumus. At ille, prohibito bello coarctoque populo, cum pace regressus, narravit Reginæ, qualiter per invocationem nominis Christi victoriam meruit obtinere, *c*

Cap. 30 *b* E *cum Rex invocato in fide ejus Christo Alamannos vicisset,* F *c*

5 Tunc Regina accersiri clam S. *d* Remigium Remensis urbis Episcopum jubet, deprecans ut Regi verbum salutis insinuaret. Quem Sacerdos accersitum secretius cœpit instigare, ut Deum verum factorem cœli et terræ crederet, idola negligeret, quæ neque sibi, neque aliis prodesse possunt. At ille ait : Libenter te, sanctissime Pater, audiam : sed restat unum, quod populus, qui me sequitur, non patitur relinquere Deos suos. Sed vado et loquar eis juxta verbum tuum. Conveniens autem cum suis, priusquam ille loqueretur, præcurrente potentia Dei, omnis populus pariter adclamavit; Mortales Deos abigimus, pie Rex; et Deum, quem Remigius prædicat immortalem, sequi parati sumus. Nuntiantur hæc Antistiti, qui gaudio magno repletus, jussit lavacrum præparari. *e* Velis depictis adumbrantur plateæ, ecclesiæ cortinis albentibus adornantur, baptisterium componitur, balsama diffunduntur, micant fragrantes odore cerei, totumque templum baptisterii, divino respergitur ab odore; talemque ibi gratiam adstantibus Deus tribuit, ut æstimarent se Paradisi odoribus conlocari..... Igitur Rex, omnipotentem Deum in Trinitate confessus,

d *Cap. 31* *accersit S. Remigium* *e* *adornat ecclesiam,*

A fessus, *f* baptizatus est in nomine Patris et Filii ac Spiritus sancti, delibutusque est sacro Chrismate, cum signaculo Crucis Christi. De exercitu vero ejus amplius tria millia, baptizata est, et soror ejus Albofledis, quæ non post multum tempus migravit ad Dominum.. Conversa est et alia soror, Lanthildis nomine, quæ in hæresim Arianorum dilapsa fuerat : quæ confessa æqualem Filium Patri et Spiritui sancto, chrismata est.

EX GREG. TURON. *f* *ubi Rex baptizatur cum suis, et 2 Sororibus.*

Cap. 37 sub finem. 6 Patrata post hæc victoria de Alarico Rege Gothorum, Chlodoveus Rex Turones regressus est, multa sanctæ Basilicæ B. Martini munera offerens... Egressus autem a Turonis Parisius venit, ibique Cathedram regni constituit. His peractis apud Parisius obiit, sepultusque est in Basilica sanctorum Apostolorum, quam cum Chrothilda Regina ipse construxerat.... Fueruntque omnes dies regni ejus *g* triginta anni : ætas tota quadraginta quinque anni. A transitu ergo S. Martini usque ad transitum Chlodovei Regis, supputantur *b* anni centum et duodecim. Chrotildis autem Regina post mortem viri sui Turonos venit : ibique ad basilicam S. Martini deserviens, cum summa pudicitia atque benignitate in hoc loco commorata est omnibus diebus vitæ suæ, raro Parisius visitans.

Cap. 38

Cap. 43

Marito viduata, *g* *h*

migrat ad S. Martinum Turonensem.

ANNOTATA G. H.

a *In Gestis Regum Francorum, auctore Anonymo* B *fabulatore, hæc ita adornantur* : Quadam die Dominica, cum ad Missarum solennia Chrothildis venisset, Aurelianus Missus Chlodovei accepit vestes pauperculas, bonas vero vestes, quas secum detulerat, reliquit sodalibus suis in silvis, et ante Ecclesiæ matriculam in medio pauperum consedit. Transactis Missarum solenniis, Chrothildis, juxta consuetudinem solitam, cœpit eleemosynam erogare in pauperibus. Cumque ad Aurelianum, pauperem se simulantem, venisset, aureum unum in manu ejus immisit. Ipse vero osculans manum puellæ, ipsius pallium caute retraxit. Post hæc illa ingressa in cubiculum suum, misit ancillam suam, vocare peregrinum illum. At ille annulum a Chlodoveo Rege manutenens, nec non et reliqua ornamenta sponsalia, recondita tenebat in sacculum suum. Quem post discedens in loco retro ostium cameræ secreto reliquit. Cui ait Chrothildis : Dic mihi homo juvenis, cur tu pauperem simulas, vel pro qua causa retraxisti pallium meum? Et ille dixit : C Loquatur, obsecro, servus tuus secreto tecum. Cui illa dixit : Loquere. Orsus ille dixit : Dominus meus Chlodoveus, Rex Francorum, misit me ad te : vult te sibi associare in Reginam. Ecce annulus ejus, et reliqua ornamenta sponsalia. Respexitque retro ostium cameræ, non invenit sacculum suum, et perterrefactus ob id timere cœpit. Illa vero solicita undique requisivit dicens : Quis tulit pauperis istius sacculum? Statimque prolatus est. Quo aperto, recepit illa abscondita ornamenta sponsalia : acceptoque annulo, quem Chlodoveus Rex miserat per Aurelianum, reposuit illum in thesauro avunculi sui ; Chlodoveoque salutem reprecans, dicere illi jubet : Non licet Christianæ, nubere Pagano. Vide ut hanc causam nemo resciat. Sed sicut Dominus meus, quem ego coram omnibus confiteor, vult, sic fiat. Tu vero vade in pace. At ille reversus nuntiavit hæc Domino suo. Anno insecuto misit Chlodoveus, Aurelianum Legatarium suum ad Gundobadum pro sponsa sua Chrotilde. Audiens hæc Gundobadus, territus in corde suo, ait : Ut sciunt omnes fortissimi consiliarii et amici mei Burgundiones, qualem occasionem quærit Rex Chlodoveus adversum nos, quia numquam novit neptem meam. Et ait ad Aurelianum : Tu explorare venisti domos D nostras occasione quærendi. Renuntia Domino tuo, quia frustra mendacium locutus est, sponsam habere neptem meam. Et Aurelianus constanter loquitur ei, dicens : Mandat tibi Dominus meus, Chlodoveus Rex, Si vis dare ei sponsam suam, ut locum ei præpares denominatum ubi vis, quando Chrothildem sponsam suam recipiat. Sin autem non vis, ille cum exercitu Francorum in occursum tuum venire disponet. Et ille ait : Ubicumque vult veniat, et ego contra eum ire dispono, cum hoste plurimo Burgundionum, ut decedat ruina ejus ad internecionem, quam perpetratus est coram multis gentibus ; et vindicetur sanguis multorum, qui effusus est in manibus vestris. Audientes hæc Burgundiones, qui erant consiliarii ejus, metuentes valde iram Francorum et Chlodovei, consilium dederunt Gundobado, dicentes : Inquirat Rex a ministris et cubiculariis suis publicis, si non fuerint aliquando deferta munera per ingenium a Legatariis Chlodovei Regis ; ut non inveniatur occasio super populum tuum et regnum tuum, ut victor valeas superare eum, eo quod nimis furibunda est Chlodovei nequitia, Burgundiones, sicut est solitum, hoc consilium dederunt Regi suo : requirentesque invenerunt in thesauro Regis annulum, Chlodovei inscriptione vel imagine insculptum. Tunc contristatus E valde Gundobadus Rex, jussit puellam de hac causa inquirere. Et illa ait : Scio, Domine mi Rex, ante hos annos tibi pro munere aurea munuscula a Missis Chlodovei deferta, et mihi ancillæ vestræ annulum in manu positum parvulum : ego vero in thesauris vestris ipsum recondi. Et ille dixit : Simpliciter et sine consilio hoc factum fuit : acceptamque eam cum ira Aureliano Misso Chlodovei tradidit. Ille autem cum sociis suis accepit Chrothildem cum magno gaudio et lætitia, adduxeruntque eam Chlodoveo Suessionis civitate in Francia. *Hæc ibi, quæ videntur ingeniose pro materia alicujus Comœdiæ inventa, et inde ad illa Gesta Regum Francorum ab Anonymo fabulatore translata, atque contractius Vitæ S. Chrothildis inserta.*

Cap. 11 *Fabula de desponsatione S. Chrothildis,*

per Aurelianum Chlodovei Legatum

Cap. 12

clam illi arrhas deferentem.

b *De Alamannorum tunc habitatione, et bello cum illis a Chlodoveo gesto, egimus* 6 *Februarii, ad Vitam S. Vedasti, auctore Alcuino cap.* 1 *littera* c, d : *ubi ostendimus illud bellum confectum circa Argentoratum, non vero circa Tulpiacum.*

c *In dictis Gestis Francorum additur* : Acta sunt hæc anno xv, Chlodoveo regnante. *Verum dicto fabulatori fidem non habemus ; et licet ista inde nuper* F *translata sint ad historiam Turonensis, desunt tamen in MSS. et variis editionibus. Contigit porro ea victoria anno* 496, *regni Chlodovei* 17, *ut alibi accurate probavimus.*

d *Acta* S. Remigii *illustranda erunt Kalendis Octobris. De ejus autem ætate et anno obitus late egimus ante dictam Vitam S. Vedasti* § 2 *et* 3.

e *Hæc a* S. Chrothilde *præparata dicuntur in ejus Vita apud Mabilionem.*

f *Festo Nativitatis Christi, anno dicto* 496, *ut legitur in epistola S. Aviti Episcopi Viennensis, data* 5 *Februarii* § 2. *Alii, cum Hincmaro, id in Paschate factum aiunt.*

g *Ab anno* 480 *ad annum* 509, *die* 27 *Novembris.*

h *Ab anno* 487 *et die* 8 *Novembris ad dictum annum* 509 *et* 27 *Novembris, uti alibi accurate probamus.*

CAPUT

A

CAPUT II.

Acta in viduitate post mortem Chlodovei Regis. Obitus, sepultura.

Lib 3 cap 1

a

Cap 6

Incitat filios ad vindictam de nece parentum,

b

Chlodomeris necis filios secum detinet.

Defuncto igitur Chlodoveo Rege, quatuor filii ejus, id est, Theodericus, Chlodomeres, Childebertus, atque Chlotharius regnum ejus accipiunt, et inter se æqua lance *a* dividunt.... Amalaricus, Rex Hispaniæ, sororem eorum in matrimonium postulat. Chrothildis vero Regina Chlodomerem et reliquos filios suos adloquitur, dicens : Non me pœniteat, carissimi, vos dulciter enutrisse : indignamini, quæso, injuriam meam ; et patris matrisque meæ mortem sagaci studio vindicate. Hæc illi audientes, Burgundias petunt et contra *b* Sigismundum et fratrem ejus Godomarum dirigunt.... Chlodomeres, interfecto Sigismundo cum uxore et filiis... Burgundias petiit.. irruitque in medium inimicorum suorum. Cujus amputatum caput et conto defixum elevant in sublime... Filios ejus Chrothildis Regina, exactis diebus luctus, secum recepit ac tenuit. Quorum unus Theodovaldus, alter Guntharius, tertius Chlodoaldus vocabatur.

B

Cap 10

Ejus filia Chlothildis ob fidem multa passa

in itinere mortua

c

8 Childebertus in Hispaniam propter sororem suam Chrothildem dirigit. Hæc vero multas insidias ab Amalrico viro suo propter fidem Catholicam patiebatur. Nam plerumque procedente illa ad sanctam Ecclesiam, stercora et diversos fœtores super eam projici imperavit. Ad extremum autem tanta eam crudelitate dicitur cecidisse, ut infectum de proprio sanguine sudarium fratri transmitteret. Unde ille maxime commotus Hispanias appetiit. Amalaricus vero.... videns se non posse evadere, ad Ecclesiam Christianorum confugere cœpit. Sed priusquam limina sancta contingeret, unus, emissa manu lancea, eum mortali ictu sauciavit, ibique decedens reddidit spiritum. Tunc Childebertus cum magnis thesauris sororem assumptam secum adducere cupiebat. Quæ nescio quo casu in via mortua est, et postea Parisius adlata, juxta patrem suum Chlodoveum sepulta est. *c* Childebertus vero inter reliquos thesauros ministeria Ecclesiarum pretiosissima detulit : nam sexaginta calices, quindecim patenas, viginti Evangeliorum capsas detulit, omnia ex auro puro ac gemmis pretiosa ornata, sed non est passus ea confringi : cuncta enim Ecclesiis et Basilicis Sanctorum dispensavit ac tradidit.

C

Cap 17

Constituit Episcopos Turonenses :

9 Leone apud Turonos decedente, Theodorus et Proculus, qui de partibus Burgundiæ advenerant, ordinante Chrothilde Regina tribus annis Turonicam rexerunt Ecclesiam. Quibus defunctis, Francilio ex Senatoribus substituitur... Quo decedente, Injuriosus unus e civibus, quintus decimus post B. Martinum Cathedram Pontificalem sortitus est.

Cap. 18

filios Chlodomeris anal-

10 Dum autem Chrothildis Regina Parisius moraretur, videns Childebertus, quod mater sua filios Chlodomeris (quos supra memoravimus) unico affectu diligeret, invidia ductus, ac metuens ne favente Regina admitterentur in regnum, misit clam ad fratrem suum Chlotharium Regem, dicens : Mater nostra filios fratris nostri secum detinet, et vult eos regno donari : debes velociter adesse Parisius, et habito communi consilio pertractari oportet, quid de his fieri debeat : utrum incisa cæsarie ut reliqua plebs habeantur, an certe his interfectis, regnum germani nostri inter nosmetipsos æqualitate habita dividatur. De quibus ille verbis valde gavisus, Parisius venit. Jactaverat enim Childebertus verbum in populo : ob hoc hos conjungi Reges, quasi parvulos illos elevaturos in regno. Conjuncti autem miserunt ad Reginam, quæ tunc in ipsa urbe morabatur, dicentes : Dirigite parvulos ad nos, ut sublimentur in regno. At illa gavisa, nesciens dolum illorum, dato pueris esu potuque, direxit eos, dicens : Non me puto amisisse filium, si vos videam in ejus regno substitui. Qui abeuntes adprehensi sunt statim, ac separati a pueris et nutritoribus suis. Custodiebantur utrique seorsum pueri, et seorsum hi parvuli. Tunc Childebertus atque Chlotharius miserunt Archadium ad Reginam cum forcipe atque evaginato gladio. Qui veniens ostendit Reginæ utraque, dicens : Voluntatem tuam o gloriosissima Regina, filii tui Domini nostri expetunt, quid de pueris agendum censeas, utrum incisis crinibus eos vivere jubeas, an utrumque jugulari ? At illa, exterrita nuntio, et nimium felle commota, præcipue cum gladium cerneret evaginatum ac forcipem, amaritudine prævента, ignorans in ipso dolore quid diceret, ait simpliciter : Satius enim mihi est, si ad regnum non eriguntur, mortuos eos videre quam tonsos. At ille, parum admirans dolorem ejus, nec scrutans, quid deinceps plenius pertractaret, venit celeriter nuntians ac dicens : Favente Regina opus cœptum perficite : ipsa enim vult expleri consilium vestrum.

D

EX GREG TURON.

decepta eos ad Childebertum et Chlotharium mittit,

post verbum inconsiderate dictum,

E

11 Nec mora, apprehensum Chlodomeris puerum seniorem, brachio elisit in terra, defigensque cultrum in axillam, crudeliter interfecit. Quo vociferante, frater ejus ad pedes Childeberti prosternitur, adprehensisque ejus genibus, aiebat cum lacrymis : Succurre, piissime patrue, ne et ego peream sicut frater meus. Tunc Childebertus lacrymis respersa facie, ait : Rogo, dulcissime frater, ut ejus mihi vitam tua largitate concedas : et quæ jusseris pro ejus anima conferam, tantum ne interficiatur. At ille furore actus ait : Aut ejice eum a te, aut certe pro eo morieris. Tu, inquit, es incestator hujus causæ : et tam velociter de fide resilis ? Hæc ille audiens, repulsum a se puerum projicit ad eum. Ipse vero excipiens, transfixum cultro in latere, sicut fratrem prius fececat, jugulavit : deinde pueros cum nutritiis peremerunt. Quibus interfectis, Chlotharius ascensis equis abscessit, parvipendens de interfectione nepotum. Sed et Childebertus in suburbana concessit. Regina vero compositis corpusculis feretro, cum magno psallentio immensoque luctu, usque ad Basilicam S. Petri prosecuta, utrumque pariter tumulavit : quorum unus decem annorum erat, alius vero septennis.

duos occisos

sepulturæ tradit :

F

12 Tertium vero *d* Chlodoaldum comprehendere non potuerunt, qui per auxilium virorum fortium liberatus est. Is postposito regno terreno, ad Dominum transiit, et sibi manu propria capillos incidens, Clericus factus est ; bonisque operibus insistens, Presbyter ab hoc mundo migravit.

S. Chlodoaldus liberatus, Sacerdos obiit.

13 Chrothildis vero Regina talem se tantamque exhibuit, ut ab omnibus honoraretur : assidua in eleemosynis, pernox in vigiliis, in castitate atque omni honestate puram se semper exhibuit. Prædia ecclesiis, monasteriis, vel quibuscumque locis sanctis necessaria providit, larga ac prona voluntate ; ut putaretur eo tempore non Regina, sed propria Dei ancilla, ipsi sedulo deservire : quam non Regum filiorum, non ambitio seculi, nec facultas extulit ad ruinam, sed humilitas evexit ad gratiam.

S. Chrothildis piis operibus se impendit.

Cap 28

14 Childebertus autem et Theodebertus, commoventes exercitum, contra Chlotharium ire disponunt. Ille autem hæc audiens, æstimans se horum exercitum non sustinere, in silvam confugit, et concides magnas in silva fecit. Sed et Chrothildis Regina hæc audiens, B. Martini sepulcrum adiit, ibique in oratione prosternitur, et tota nocte vigilat, orans ne inter filios suos bellum civile consurgeret.

Cumque

EX GREG. TURON. civile inter suos bellum orationibus impedit.

A Cumque hi venientes cum exercitibus suis, eum obsiderent, tractantes illum die sequenti interficere; mane facto in loco quo erant congregati, orta tempestas tentoria dissipavit, res diripuit, et cuncta subvertit, immixtaque fulgura cum tonitruis ac lapidibus super super eos descendunt. Ipsi quoque super infectam grandine humum in faciem proruunt, et a lapidibus descendentibus graviter vulnerantur: nullum enim eis tegumen remanserat, nisi parmæ tantum, hoc maxime metuentes, ne ab ignibus cœlestibus cremarentur. Sed et equites eorum ita dispersi sunt, ut vix in vicesimo quoque reperirentur stadio; multi etiam prorsus ex eis non sunt inventi. Tunc illi, ut diximus, a lapidibus cæsi, et humo postrati, pœnitentiam agebant, ac precabantur veniam a Deo, quod ista contra sanguinem suum agere voluissent. Super Chlotharium vero neque una quidem pluviæ gutta decidit, aut aliquis sonitus tonitrui est auditus, sed nec anhelitum ullius venti in illo loco sensere. Hi quoque mittentes nuntios ad eum, pacem et concordiam petierunt; qua data ad propria sunt regressi. Quod nullus ambigat hanc per obtentum Reginæ, B. Martini fuisse virtutem

Lib. 4 cap. 1

f mortua Parisiis sepelitur.

B 15 Igitur Chrothildis Regina plena dierum, bonisque operibus prædita, apud urbem Turonicam tempore *e* Injuriosi Episcopi *f* obiit. Quæ Parisius cum magno psallentium præconio deportata, in sacrario basilicæ S. Petri, ad latus Chlodovei Regis, sepulta est a filiis suis, Childeberto atque Chlothario Regibus. Nam basilicam illam ipsa construxerat, in qua et Genovefa *g* beatissima est sepulta.

g

ANNOTATA. G. H.

a *De hac divisione late egimus Kalendis Februarii ad Vitam S. Sigeberti Regis Austrasiorum* §. 2, 3 *et* 4.

b *Ad Vitam* S. Sigismundi *Kalendis Maji, hunc locum Gregorii damus et illustramus pag.* 85 *et sequenti.*

c *Est hæc* Chrothildis *inscripta Gynecæo sacro Arturi ad diem* 24 *Februarii, sed eam nos nullis dum quidem Fastis insertam reperimus.*

d S. Chlodoaldus *solennem habet venerationem die* 7 *Septembris.*

e Injuriosus *interfuit Concilio* 2 *Aurelianensi, anno Childeberti* 26 *aut* 27, *ergo Christi anno* 535 *aut sequenti; ac postea Aurelianensi* 4, *circa annum* 541, *quamdiu autem postea vixerit, non certo constat.*

C f *Nihil certi de anno obitus habetur. Videri posset Turonensis honoris causa obitum* S. Chrothildis *voluisse narrare sub initium libri quarti: alias quia conclusit librum tertium cum obitu Theodeberti Regis Austrasiorum, anno* 548 *vita functi, circa illud tempus dicenda esset ex hac vita decessisse. Verum quod injuriosus non videatur tam diu vixisse, citius eam obiisse circa annum* 540 *dicamus, dum certiorem viam aliquis suggesserit.*

g *In Vita S. Genovefæ* 3 *Maji pag.* 143 *num.* 55, *ista leguntur:* Quin etiam Rex Chlodoveus honoris S. Genovefæ gratia basilicam ædificare cœperat, quæ post discessum ejus, studio præcellentissimæ Chrothildis Reginæ suæ, celsum extulit ædificata fastigium, *et postea* S. Genovefæ *dicta est.*

CAPUT III.

Analecta ex Vita MS. et in Actis Benedictinis excusa.

Nemo æstimet hanc Sanctam, ante secula a Deo electam, et in seculo regali prosapia exortam, et fastigio regni sublimatam, expertem a martyrio, sine D igne et ferro, quæ tot dolores et tormenta passa est in præsenti seculo. Pertransivit enim gladius animam ipsius in interfectione patris, in necatione matris, in exiliatione sororis, in eo quod Regi Pagano nupsit: corda gentis Paganæ et ferocissimæ, scilicet Francicæ, blanditiis mentis emollivit, et sanctis exhortationibus et orationibus sedulis per B. Remigium ad Dominum convertit. Quanto dolore attrita est pro morte Regis, et filiæ suæ Chrothildis, et filiorum filii sui Chlodomiri? Quanta inedia, quibusque jejuniis, vigiliis et orationibus, et contritione corporis seipsam mactavit? Quanta largitatis copia, et eleemosynarum distributione thesaurum regium minuit? Namque antea regio more pretiosis et deauratis vestibus erat trabeata, postea laneis et vilissimis vestibus induta incedebat: et abjectis cibis regiis et deliciosis, atque edulio carnis, pane tantummodo et legumine et potu aquæ reficiebatur.

Inter Martyres ob varios dolores potest haberi,

Monasteria construit,

17 Ædificavit præterea multa Sanctorum monasteria per regiones plurimas, e quibus unum ædificavit in honorem Petri Apostoli in suburbio Turonicæ civitatis, *a* ante portam Castelli S. Martini. *a*
E Fecit et aliud monasterium super fluvium Sequanæ, in loco qui dicitur *b* Andeleius, non longe a muris *b*
civitatis Rotomagensis, in nomine Dei Genitricis: quo in loco dum maneret et prædictum opus inciperet, [quid acciderit] minime abscondendum, sed fidelibus manifestandum. Regio illa venifera non est; operarii tamen præfati monasterii a Regina vinum exigebant: erat enim eo tempore tanta vini sterilitas, quantam numquam audita fuerat. Qua de re dum S. Chrothildis anxiaretur, apparuit prope monasterii ædificium egrediens de terra fons miræ pulchritudinis, visu delectabilis, et ad potandum salubris. Dictumque est B. Chrothildi in somnis, ut dum ab ea quærerent potum vini, ædificatores monasterii; mitteret illis poculum, per unam famularum suarum a prædicto fonte haustum. Die vero sequenti, ut est natura æstivi temporis, dum sol ferveret æstu maximi caloris; operarii vociferantur, S. Chrothildem proclamant, vinum expostulant. Sancta Dei famula celeriter mittit eis poculum, quod ei fuerat a Deo imperatum. Mox illi ut sumpserunt aquam conversam in vinum, diexrunt se numquam tam optimum bibisse vinum Quo sumpto sanctam Dei famulam adeunt, cervices solo tenus flectunt, grates gratulando referunt, se numquam tam bonum sumpsisse poculum, dicunt. Electa vero Dei hoc ut F audivit, non suis meritis, sed Dei bonitati deputavit, silentio texit, famulæ quæ detulit, ut nulli proderet, imperavit. Quicumque vero de prædicto fonte bibebat, aquam sentiebat: ædificatores autem monasterii quoties sumpserunt, eis vertebatur in vinum, donec consummarent totum monasterii ædificium: quo finito permanet idem fons in naturalem æquæ saporem usque in hodiernum diem.

aquam operariis curat ferri in vinum mutatam,

18 Ædificavit præterea in suburbio Lauduni castri Ecclesiam in honore *c* S. Petri, in qua Congregationem statuit Clericorum. Ecclesiam *d* S. Petri, quæ est infra muros Remensis ampliavit, et ditavit terris et Ecclesiasticis ornamentis. Hanc itaque Ecclesiam cunctis diebus quibus advixit, multum dilexit et excoluit, pro eo quod vel suus Rex Ludovicus in ea gratiam *e* sancti baptismatis accepit.... Renovavit etiam ab ipsis fundamentis quoddam miræ magnitudinis *f* monasterium, quod in suburbio Rotomagensis civitatis, prope muros ejusdem urbis, tempore B. Dionysii ibi ædificatum fuit, et ab eodem Apostolico Viro dedicatum in nomine duodecim Apostolorum, die Kalendarum Septembris, sicut in quadam petra, quæ erat in fundamento altaris reposita, sculptum erat Ibi etenim aggregavit non modicam

c

d ecclesias ædificat.

e

f

A modicam Congregationem Clericorum Deo servientium.

g 19 His et aliis sanctis g operibus referta S. Chrothildis olim Regina, tunc pauperum et servorum Dei famula, despiciens mundum, et corde diligens Deum, consenuit in senectute bona, a Christo receptura præmia sine fine mansura. Contigit itaque eam ad Turonicam urbe pergere, in qua pro dilectione S. Martini sæpius manere solebat. Ubi dum moraretur, didicit Angelica revelatione, in proximo adesse diem vocationis suæ. Tunc exultans in Deo orabat, corde dicens devoto: Ad te, Domine, levavi animam meam; veni et eripe me; Domine, ad te confugi. Hinc corporali ægritudine gravata lecto decubuit, tamen ab oratione et eleemosynarum largitione nullo modo cessavit: sed quid daret Christi paupercula non habebat, quia regium thesaurum minuerat, et per manus pauperum cœlo transmiserat. Misit ergo nuntium ad filios suos Childebertum et Chlotharium, jubens eos ad se venire. Qui mox ut audierunt, celeriter advenerunt. Quibus sancta Dei famula, plurima quæ eis postea evenerunt prædixit, sicut ei divinitus revelatum fuit. Tricesimo itaque die vocationis suæ, secundum Apostolum in- B uncta a Sacerdotibus in oleo sancto, et sacri corporis et sanguinis Christi percepto Viatico, in confessione sanctæ Trinitatis corpus exuit, mundum reliquit. Cujus anima Angelicis manibus ad cœlum deducta, inter choros Sanctorum agminum est collocata. Exivit autem a corpore prima hora noctis, III Nonas Junii. Qua migrante tam immensa claritas domum replevit, ac si esset sexta hora diei: tantusque odor nares et ora omnium replevit, ut putarent se thymiamatibus et omnimodis aromatum odoribus confoveri. Hæc claritas et odor tam diu ibi permansit, donec dies illucesceret, et sol super terram clarissime luceret: ad laudem et gloriam sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, cujus regnum permanet sine fine in secula seculorum. Amen. D

ægra advocat Reges filios

obit 3 Junii.

EX GREG. TURON.

ANNOTATA. G. H.

a *Nunc* Collegium Canonicorum, *intra muros urbis, dictum* S. Petri Puellarum.

b *Nunc, inquit Mabilio,* Decanatus, *vulgo* Andely.

c *Est ibidem Ecclesia collegiata S. Petri in urbe: sed et plures in vicinia.*

d *Nunc* parœcia S. Petri veteris *appellatur.*

e *Guilielmus Marlot lib.* 2 *Historiæ Remensis cap.* 7 *asserit, baptizatum in Ecclesia matrice, Deiparæ Virgini hodieque sacra.*

f *Franciscus Pommeraius, lib.* 2 *Historiæ Abbatiæ regalis S. Audoeni cap.* 1 *num.* 2 *et* 3, *rejicit hanc opinionem, ut plane fabulosam: dein num.* 3 *ostendit constructam fuisse a Chlothario I, filio S. Chlothildis; an hæc aliquid saltem consilii auxilii aut contulerit, non additur. Quæ poterunt accuratius discuti ad Vitam S. Audoeni* 24 *Augusti.*

g *In Vita S. Bathildis Reginæ* 26 *Januarii pag.* 746 *cum.* 21, *dicitur* S. Chrotildis cœnobium, in honore S. Georgii, sacrarum Virginum in Cala, pri- E *ma construxisse, quod postea a S. Bathilde eversum et amplificatum fuit.*

h *In Vita MS. Maximini addebantur aliqua de sepultura supra ex Turonensi relata: post quæ apud Mabilionem ista addebantur:* Dignum namque est, ut Ecclesia, Sanctorum Apostolorum nomine dedicata, decoretur tantæ Virginis Genovefæ corpore, membrisque Reginæ tam gloriosæ, et Viduæ tam devotæ, Romanorum Imperatorum matris, et Regum Francorum genitricis, ad laudem et gloriam *etc. Hinc constat quod sub Imperatorum Carolinorum posteris hæc Vita sit scripta, et propterea etiam Ludovicus non Chlodoveus, ejus maritus appellatur.*

DE SS. LIFARDO ET URBICIO

ABBATIBUS MAGDUNENSIBUS IN GALLIA. G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. F

C Cultus, Acta, Translatio, ac Miracula.

CIRCA AN. DL,

Magdunum, *oppidum Ducatus Aurelianensis ad Ligerim fluvium, quatuor leucis infra Aurelias navigantibus Blesas in dextera Ligeris margine sese offert, vulgo* Meun, *sive* Mehun *dictum: quod* S. Lifardi *ejusque comitis* S. Urbicii *habitatione, veneratione, ac miraculis paulatim in satis illustre oppidum crevit. In tribus antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis Epternacensi, Lucensi et Blumiano, adhuc Aurelianensi urbi adscribitur* S. Lifardus *his verbis:* Aurelianis civitate depositio S. Leifardi Presbyteri: *ast in apographo Corbeiensi perperam apponitur titulus* Episcopi. *Illustre elogium est apud Florum, tempore Caroli Magni scriptum, his verbis:* Aurelianis, vico Magduno, depositio S. Liphardi Presbyteri, qui tantæ abstinentiæ fuit, ut uncia hordeacei panis, manibus propriis compositi, et ad diem tertium, in bibitione aquæ solummodo, parce uteretur. Hic maximis polleus miraculis, in sublimi, cœlestium agminum chorum animæ Theodemiri, quondam Miciacensis Abbatis, vidit occurrere, et cum gaudio ad cœlum canendo usque deferri. Scriptum in gestis ejus. *Secuti sunt Usuardus, Wandelbertus, Rabanus, Notkerus, Bellinus, Maurolycus, Molanus, et alii recentiores cum hodierno Martyrologio Romano. Huic quidem ex Surio,* Liphardus *scribitur, qui pro varietate dialecti Rabano* Leofardus, *Notkero* Laifardus, *nonnullusque* Leifardus *est; Usuardo autem rectissime* Lifardus, *utpote aptius ad proprietatem Francici nominis, ex Teutonica lingua accepti; atque Amalarii indole prælatum significantius; aptius autem in istis littera* f, *usurpatur quam* ph, *Græcæ originis nota, quam tamen post Carolum Magnum multi affectaverant, etiam in nostris nominibus Græcismum amantes. Supposititius Beda ad diem sequentem sic de eo scribit,* Aurelianis S. Lifardus Presbyter.

Cultus sacer S. Lifardi.

2 *Gesta ejus, a Floro citata, edidit aliqua Laurentius Surius; verum (ut præfatur) in* compendium reddita, sed sine historiæ detrimento. *Nos ea integra damus, descripta ex bibliotheca Reginæ Sueciæ cum illa Antverpiæ esset, et exstabant in MS. codice numero* 863. *Eadem sunt in MS. codice Erfurtensi Archiepiscopi et Electoris Moguntini, quæ contulimus cum editione Lucæ Dacherii et Joannis Mabilionis in seculo primo Benedictino, a quibus allegatur* MS. codex S. Germani de Pratis et S. Benedicti Floriacensis. *Scripta hæc Acta videntur a quodam Monacho aut Abbate*

Acta ex MSS.

A *bate ejusdem cœnobii Magdunensis, cum jam* S. Lifardi *annua solemnitas celebraretur. Adjungimus duplicem Tractatum,* ex antiquis codicibus MSS. Ecclesiæ collegiatæ S. Liphardi Magdunensis *acceptum, quorum prior est de Dedicatione dictæ Ecclesiæ et Translatione corporis* S. Lifardi, *quæ facta est anno* M IV, *die* XV *Octobris, auctore uno ex iisdem præsentibus vicinisque Abbatibus, cui nomen suum reticere placuit. Alter tractatus est de Miraculis, intercessione* S. Liphardi *patratis, cujus Auctor Canonicus Ecclesiæ Magdunensis præfatur se scribere, quæ aut certa relatione acceperat, aut ipsemet viderat. Ita num.* 13, *adolescens cum suo Magistro occurrit homini, qui cum annis viginti fuisset surdus, ibidem auditum recuperarat. Ultimum miraculum additur, a Bernardo Magdunensi Canonico dictatum in quo duo fratres, Hierosolymis redeuntes, servati sunt qui tempore Manassis Episcopi Aurelianensis vixerunt. Hunc autem arbitramur Manassem primum fuisse, creatum anno* M XLVI, *quo tempore urbs Hierosolymitana erat sub Regibus Christianis, et frequentiores illuc instituebantur peregrinationes. Eadem Miracula, sed hinc inde contracta, extant in supra citato seculo primo Benedictino,* ex MS. codice Domini

AUCTORE G. H.

item historia Translationis et miraculorum ex MSS.

B d'Heroval.

3 *Carolus le Cointe, in Annalibus Ecclesiasticis ad annum* DXLIX *numero* XVIII, *recenset Vitam* S. Lifardi, *ac dein ita concludit :* Primos Magdunenses Abbates Lifardum et Urbicium, qui sub Marco Aurelianensi Pontifice floruerunt, eorumque synchronos Abbates Miciacenses, Theodemirum et Maximinum Juniorem (*quorum infra in Actis fit mentio*) Ordini S. Benedicti adcensent in suis Martyrologiis auctores Benedictini : sed iis adstipulandum quis putet? cum, sub eodem Marci Præsulatu, B. Maurus in Gallias primum venerit. *Hæc Carolus le Cointe. In* Appendice seculi primi Benedictini *extant* Acta Sanctorum Subditiciorum, qui paulo ante S. Benedictum decesserunt, *et inter illos censetur* S. Maximinus senior Abbas Miciacensis, *post cujus Vitam datur liber miraculorum Auctore Letaldo monacho Miciacensi, quem ait Mabilio sub finem seculi* X *floruisse : in quo libro num.* 4 *insignes S. Maximini discipuli numerantur, et sub finem ita additur :* Nam B. Launomarum et S. Lifardum ex hac ipsius floruisse disciplina, nulli ambigendum est, *ac dein num.* 10 Theodemiro sepulto, *inquit,* vir Domini Lifardus, et Fratres *monasterii Miciacensis,* Abbatem eligunt Maximinum : et in loco decedentis substituunt : *cum*

Num Ordinis Benedictini fuerint

C *satis evidenti signo, quod* S. Lifardus *eamdem disciplinam, quæ vigebat apud Miciacenses, introduxerit in suam Congregationem scilicet S. Maximini primi, sub quo cum habitum monasticum suscepisse infra dicetur. Quod autem Magduni fuerit unquam monasterium Benedictinum, libenter addiscemus certius : nec enim id nunc audemus pro certo asseverare.*

4 *Carolus Saussayus, in Annalibus Ecclesiæ Aurelianensis, cum libro tertio num.* 25 *et tribus sequentibus, Vitam* S. Liphardi *nitido stylo protulisset, num.* 29 *ista subdit :* Hujus monasterii Ecclesia Magduni est, quæ hodie S. Liphardi nuncupatur, Canonicos habet viginti, Capellanos multos, Dignitates quatuor, Decanatum, Cantoriatum, Succentoriatum, et Capiceriatum. Conservantur porro in ea Ecclesia corpora SS. Lifardi, Urbicii, et Theodemiri. Et Urbicii quidem festum celebratur trigesima die Maji, Lifardi secunda *(imo* tertia) Junii, Theodemiri decima nona Novembris. Præter hanc S. Lifardi Magdunensis Ecclesiam, multæ ejusdem nomine nuncupatæ reperiuntur. Una in civitate Aurelianensi, in loco ubi natus esse creditur; altera, in pago Buciaci, alia Terminiaci, alia Trigani, alia Oynvillæ et aliæ; *quæ Gallice sic ibidem exprimuntur :* Bucy, Terminier, Trainow, Oynville. *Quod ad*

Ecclesia Collegiata Magduni

et corpora SS. Lifardi et Urbicii,

S. Urbicium *spectat, nos ad dictum* XXX *Maji eumdem inter Prætermissos retulimus et ad hunc* III *Junii rejecimus, quod* S. Lifardo *adfuerit comes, ab hujus secessu in solitudinem Magdunensem, usque ad obitum, a quo tunc successor fuit constitutus est, et ab Episcopo confirmatus, qui postea* fabricam monasterii sublimius erexit : *at quam diu deinde monasterium rexerit, non constat. Advertit Mabilio,* S. Liphardum vix uspiam Abbatem vocatum reperiri, præter quam in Martyrologiis Benedictinis. *Nos etiam, quia in titulo legebatur* Vita B. Lifardi Abbatis, *libenter cum Martyrologis istis* SS. Lifardum et Urbicium Abbates *appellamus; siculi et* S. Maximinus primus Miciacensis, *et in titulo Vitæ et a dictis Martyrologis etiam* Abbatis *titulo honoratur, licet Mabilio in Præfatione generali pap.* XI *fateatur* apud Miciacenses normam SS. Antonii et Pauli excultam : *quæ potuit apud Magdunenses viguisse.* D

qui simul hic junguntur,

ut Abbates ambo.

5 *Temporis, quo claruit* S. Lifardus, *unicus character habetur, quod Marcus Episcopus Aurelianensis, auditis virtutibus ejus, Magdunum venerit, illum Sacerdotem ordinarit, et modicum templum construxerit. Interfuit dictus Marcus Aurelianensi IV Concilio, circa annum Christi* DXLI *habito : sub quo creditur* S. Lifardus *a morte sepultus, et* S. Urbitius *Abbas confirmatus, quod potuit contigisse circa annum quingentesimum et quinquagesimum. Petrus de Natalibus lib.* 5 *cap.* 81, Liphardus, *inquit,* Presbyter et Confessor, S. Leonardi Magni germanus fuit, tempore S. Remigii Archiepiscopi Remensis, et Chlodovei Regis Francorum, ut infra dicetur in Legenda S. Leonardi, VIII Idus Novembris. *At Trithemio, lib.* 3 *de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap.* 164 Litfardus Monachus, ut socius S. Leonardi Abbatis *habetur. In MSS. Actis S. Leonardi aliquod hujus fraternitatis aut societatis fundamentum sic habetur :* Cum prædicto cœnobita Maximino, dum S. Leonardus demoraretur, cognovit per Spiritus sancti revelationem, se non ibidem amplius commanere, sed potius apud Aquitanicam proficisci regionem. Cujus rei ministerium dignissimo fratri suo B. Lifardo, qui fidus comes ei erat, innotuit, et secum eum ducere voluit. Beatus autem Liphardus S. Leonardo respondit : Sanctissime frater, si tuæ voluntati non habetur contrarium, hic super ripam Ligeris præparabo mihi aliquem locum meæ habitationis : tu autem vade, quocumque te duxerit Dominus Jesus Christus; quo tibi sit hic et ubique propitius. Et osculantes se mutuo, divisi sunt ab alterutro. Lifardus vero, ubi nunc requiescit, petiit Magdunum.

S. Lifardus non fuit frater S. Leonardi Lemovicensis : E

F

6 *Hæc ibi, quæ videntur a S. Leonardo de Vendopera, ad alterum S. Leonardum translata. Vitam S. Leonardi de Vendopera dandam* XV *Octobris habemus ex MS. codice Ecclesiæ S. Lifardi Magdunensis, ex quo ista decerpimus.* B. Leonardus ad cellulam B. Maximini juxta Ligerim sitam defertur, cujus in introitu eumdem quasi e regione obviam habuit; nec deerant religiosi comites Maximino, Viator, Euspicius, Dulchardus, Rufinus, Liventius, Ducatus, Florentius, Lætus, et Lifardus germanus Leonardi, omnes Maximini discipuli, et ab eo ad regulam religionis eruditi. Nullius ergo moræ sustinet intervallum fraternæ caritatis affectus... Gratulatur præcipue Lifardus, et pro germano suo reddito gratias multimodis non cessat Divinæ reddere Majestati... Leonardus et Lifardus ea nocte a Maximino non recesserunt. *Et nonnullis interpositis,* Leonardus, assumpto S. Lifardo, et valedicens aliis, solitariam votis omnibus vitam amplectitur. Ligerim etiam fluvium, qui parum distabat, Dei gratia comite, transeuntes; ad rivum, qui Malva dicitur, pervenerunt : ibique Leonardus fratrem Lifardum dimisit,

sed potius S. Leonardi de Vendo-Pera,

A sit, in loco satis amœno, et solitarie vivere volentibus satis idoneo : quo cellulam ibidem virgis et vimine contexente, Leonardus longioris silvæ latebras subire disposuit. *Discessit ergo* in locum antiquo vocabulo Vandoperam nuncupatum, *et* ecclesiam in honore S. Stephani ædificavit *apud Cenomanos super fluvium Sartam, quæ* cellula S. Leonardi *nunc appellatur.*

Temporis ratio.

7 *His positis, dicendus esset* S. Lifardus *circa annum*, CCCCLXXVII ex illustri Aurelianensium civium prosapia *et* de castro Vindocinensi, cum fratre Leonardo oriundus ; *et annos natus quadraginta, circa annum* DXVII, *ordinatus Clericus et Levita, discessisse ad Miciacense cœnobium, ibidemque Leonardum fratrem excepisse ; et circa annum* DXX, *quo S. Maximinus* XV *Decembris ad vitam immortalem migravit, cum* Urbitio *comite discessisse Magdunum, ibique circa annum* DL *animam ad cœleste præmium transmisisse, cum annos vixisset tres et septuaginta. Reliqua ad Vitam S. Leonardi examinabuntur ; et, si erratum hic fuerit, corrigentur.*

An sub nomine Lifardi colatur Tutelæ.

8 *Hoc eodem* III *Junii colitur in Ecclesia Tutelensi* B S. Ulfardus, *et inter ejusdem Ecclesiæ Patronos habetur, cum S. Claro Episcopo et Martyre, uti latius ad hujus Acta dicimus Kalendis Junii. Stephanus Balusius Tutelensis in Dissertatione de SS. Patronis Tutelensibus pag.* 26 *ita scribit.* S. Ulfardus quis cujasve fuerit, ignotum est mihi : illud tantum scio, corpus illius esse delatum Tutelam, ex Juliomago Andium Metropoli. Utrum autem confundendus sit cum S. Lifardo, quod quibusdam placere video, necdum mihi persuasum est, et expecto qui persuadeat. Certe nullum inveni, a quo Ulfardus, appelletur Lifardus, præter unicum Turrianum : alibi semper appellatur Ulfardus. Festus ejus dies in veteri Breviario Tutelensi notatus reperitur III Nonas Junii, et iterum Nonis Augusti, ubi semper appellatur Confessor. In sacello B. Mariæ, quod est in claustro Ecclesiæ Cathedralis, S. Ulfardus pictus est in habitu Benedictino, pictura satis antiqua : *Nos de eo majorem lucem desideramus.*

VITA

Ex antiquis codicibus MSS.

Prologus.

C Gesta sacratissimi venerabilis Lifardi Abbatis, stylo illustrare, operæ pretium duxi ; volens ea patenter ostendere hominibus, quæ coram Dei constant esse clara conspectibus : ut eo magis, imitando sancti Viri vestigia, ad sui causam profectus invigilet animus ; quo sæpius hujus egregios audisse eum contigerit actus. Et quidem ab eorum executione me extraneum esse considero : sed proinde digna mercede donandum æstimo, si quem ipse imitari nequeo, reliquis imitandum patefacio scribendo. Quocirca Lectorem suppliciter obsecro, ne in hoc parvissimo opere urbanitatis verba, sed gestorum potius requirat insignia ; nec ei impolita sermonis connexio vilescat, cum vitæ perennis adeptio magis in fide, quam eloquentia constet.

Legum peritus Lifardus,

2 Beatus igitur Lifardus, ex inclita Aurelianensium civium prosapia ortus, dum in annis esset juvenilibus, instantis seculi dignitatem nobiliter est assecutus. Erat enim in causarum temporalium legibus discretor præcipuus, sed divina favente gratia in eisdem judiciis æquitatis rationem considerans, a tramite non exorbitabat rectitudinis. Magna enim veneratione ab omnibus colebatur : quia idoneus Deo existens, sine querela conversabatur apud homines. Moribus namque probus, alloquio dulcis, aspectu præclarus, atque ab omni fellis amaritudine habebatur immunis : adeo ut inter laicos commorans, perfectorum vitam videretur ducere Clericorum. D

ordinatur Clericus et Levita,

3 Cum igitur octona ætatis suæ lustra, seculi utens adhuc dignitatibus, peregisset ; continuo sancti Spiritus afflatus instinctu, Pontificem loci illius adiit, seque fieri Clericum poposcit. Quem cum idem Pontifex erga religionis obsequium magno æstuare desiderio conspiceret ; assensum libenter præbens, Clericatus eum officio mancipare non distulit, confestimque benedictionem honoris accumulans, Levitæ ei ministerium injunxit. Quo suscepto vir Deo plenus, honore protinus rerum humanarum deposito, vera monachi *a* professione armatur. Est autem a mons in Aurelianensi pago, quem ejusdem incolæ regionis Magdunum appellant ; in quo ab antiquis castrum fuerat ædificatum, quod crudeli Wandalorum vastatione ad solum usque dirutum est. Nemine autem remanente habitatore, nemoribus hinc inde succrescentibus ; locus idem, qui claris hominum conventibus quondam replebatur, in densissimam redactus est solitudinem. Cujus abstrusa latibula venerabilis Lifardus petiit, ibique uno tantum discipulo comite Urbitio contentus, propter *b* fluvium, qui E nuncupatur Malva, cellulam sibi virgis contexens, b solitarius habitare cœpit ; ut vitata plebium frequentia ; ac temporaneis honoribus, liberius Dominicis supponeret colla præceptis.

tum monachus secedit Magdunum cum S. Urbitio

utitur uncia panis hordeacei

4 Jam vero quantæ illic sanctitatis, quantæque conversationis vir extiterit, quis explanare humanis sufficiat verbis? Cujus vita tantum a terrenis sejuncta est actibus, ut corpore in terra seposito, mens sancta inter cives Angelicos versari videretur in cœlo. Agebat namque bonus miles digna Deo opera, præparatus ad pugnandum contra omnia nefandorum spirituum certamina : cujus abstinentia tanta erat, ut panis hordeaceus, quo ejus corpus sustentabatur, quique ipsius fiebat manibus, unius tantum unciæ pondus habere diceretur. Nullum omnino præter aquam in bibendo noverat potum : sed et ipsa, tertia solummodo die, parcissime utebatur. Porro de vestium ejus vilitate quid dicendum est, qui cilicio et sacco semper obvolvi delectabatur ; a quo decor et suavitas vestimentorum tamquam fœditas contemnebatur ; asperitas vero et informitas veluti decor eligebatur. Quemadmodum enim prius laicorum vitam, inter quos habitaverat, sanctis studiis supergredi nisus fuerat ; ita demum ad monasticam perveniens normam, sanctissimorum vestigia Monachorum perfectis moribus constantissime sequebatur. F

et aqua tertio die

cilicio obvolvitur,

contra serpentis immanis conatus,

5 De cujus miraculis quædam succincte tangendo perstringere libet, ut cunctorum hæc legere cupientium memoriæ infigatur, quam apud Deum merito suæ religionis electus extiterit is, cui tam mirabile de Christi thesauro administratum est supplementum. In præfata eremo, cujus cultorem, Dei famulum fuisse locuti sumus, serpens habitabat inmanissimus, qui immundis ferebatur plenus esse spiritibus. Hujus metus super proximæ telluris habitatores ita excreverat, ut stulta temeritate assererent, eum idcirco reservari ; quod quandoque egrediens, omnia loci illius arva, et quæque in eis reperiret, flammis incendii sui consumpturus foret. Fons denique illic delectabilis emanabat aquas, quem nemo ob hujus bestiæ formidinem gratia potandi præsumebat adire, præter athletam Christi Lifardum, discipulumve ipsius, nomine Urbitium. Cumque jam supernus Arbiter sancti viri merita populis propalare decerneret, ut lucerna accensa non ulterius lateret, sed in Christi domo splendidissimo cunctis lumine niteret ; die quadam, instigante humani generis inimico, serpens hic ferocissimus, contra virum Domini permotus,

Ex MSS.

A motus, ad ejus habitaculum summo conamine properare nitebatur; ut vulnere letali inflicto, humanam ab eo vitam atrociter extorqueret. Quod virum Dei minime latuit: protinusque Urbitium advocans, direxit eum ad locum, ubi jam serpentem noverat esse: nec ei, quam ob causam illuc mitteretur, ostendit; ut fidem discipuli pius magister probaret. Qui velociter pergens, serpenti horribili obviavit; magnoque pavore perterritus, fugam arripuit: quid in via repererit, magistro pavidus nuntiavit. Cui Lifardus, placido subridens vultu; Cur, inquit, pertimuisti modicæ fidei? Dansque ei baculum suum: Vade, ait, ne timeas, et baculum hunc ante torvidi draconis aspectus in solum figere ne dubites. Abiit ille, et Crucis signo protectus, jussa magistri peregit.

quem curat per S. Urbitium discipulum,

6 At vero Lifardus, orationi ardentius incumbens, Dei suffragium pro totius populi salute flagitabat; videlicet ut idem draco funditus extingueretur, ne per eum ulterius potestatem perfidus hostis hominibus nocendi haberet: suscepitque Dominus preces ejus, nec distulit, quin fieret, quod a servo petebatur. Nutu enim agente divino, mox ut cruentus
B coluber baculum coram se fixum furibundus aspexit luminibus, celeriter reptando se protrahens, ad superiorem ejus partem squamea colla tetendit: atque eam ore pestifero mordens, reliqua mole corporis longitudinem inferioris partis circumvolvit; sed cum totus illic colligi ob sui magnitudinem non posset, anterior ejus pars ligno, posterior hærebat terræ: sicque draco sævissimus, dum virum, qui stipitem fixerat, lædere nequivit, contra idem lignum feritatis suæ furorem excitans, eum confractum deponere in terram satagebat: sed oratione militis Christi ita obfirmatum est, ut nullo pacto incurvari a crudeli bestia potuisset. Dumque ita anguis terribilis penderet, propter immensum sui corporis pondus illico crepuit medius: quod ubi vir venerabilis expletum esse cognovit; ad videndum miraculum cum discipulo advenit: et pro tanto triumpho Conditori suo gratias retulit.

baculo suo et precibus enecat:

7 Expulsi præterea dæmones, quorum fuisse fanum serpens perhibebatur, vociferabantur per aera. Parce, inquiunt, Lifarde, serve Dei excelsi: cur nos de habitaculo, cui dudum insidebamus, ante tempus eliminas? Ad hujuscemodi clamorem tota resonat eremus, adeo ut etiam illius ruris habitatores, horribilem audientes sonum, stupefacti mutuo per-
C cunctarentur; quidnam sibi vellet strepitus vocum, quæ audirentur in solitudine? Num forte, aiunt, pestifer ille draco, qui hactenus latuit, de antro spelæi sui egreditur, ut nos et universa nostra consumat, per quem Omnipotens nostrorum criminum exigentibus meritis in nobis ulcisci disposuit? Solicitius tandem, quid clamaretur, auscultantes, Lifardum a dæmonibus audiunt vocitari. Quo audito, ab his qui eum noverant jam pridem a populo defuisse, Lifardus edicitur. Confestim itaque ad solitudinem convolantes, Lifardum silenter requirunt; metuentes videlicet, ne a formidabili dracone, si adhuc viveret, ferirentur: inveneruntque Sanctum virum, solitis orationum studiis vacantem; et serpentem, quem oppido reverebantur, in parte altera debita morte præventum. Quod cernentes cuncti præ gaudio flebant, et gloriam Deo in altissimis personabant, dicentes sibi salutem cœlitus in exitio draconis fuisse attributam: atque hunc diem, ob tanti trophæi gaudia, celeberrimum duxerunt.

Ob voces dæmonum Lifardum clamantium,

ab habitatoribus vicinis invenitur:

8 *c* Marcus interea Aurelianensis Ecclesiæ Pontifex, *d* Clariaco vico, qui ab oppido Magdunensium tribus millibus distat, quibusdam implicatus utilitatibus tum residens; cum virtutem sancti viri sibi a nuntiantibus audiret, non poterat, inquit, Le-

c
d

vita Dei, sanctis præpollens operibus, diutius occultari. En ejus opus manifestissimis nobis Christus declaravit indiciis, ut quanti apud eum foret meriti, vir a nobis per omnia imitandus, suis dignosci potuisset in actibus. Et continuo exurgens, ad locum ubi vir sanctus morabatur, citissime properavit: peractisque salutiferis cum eo colloquiis, Sacerdotali illum eadem die honore ditavit; ac modicum ei templum quod usque hodie permanet, ibidem construxit. Hisque ita gestis, Episcopus ad propria remeavit. Perpendimus ecce jam in hoc viro esse completum, quod de Sanctis legimus, quia Angelos judicabunt: judicavit quippe Angelos, cum ad exemplum Christi dæmones vociferantes de proprio expulit habitaculo. Ex hocitaque tempore, hujus opinio per omnes provinciæ illius terminos adeo enituit, ut cuncti eum miro affectu venerarentur; cunctise ejus meritis a dracone liberatos, ejus orationibus apud Dominum crederent esse protectos Plurimi quoque mundum relinquentes, fideliter ei adhærebant, ut ejus instituerentur disciplinis. Cujus quia miraculum retulimus, in quo per Dei suffragium illum in serpente ab homine victum, qui per serpentem E
primum deceperat hominem, cognovimus; libet ut aliud insigne, in quo hominum secreta, divina revelante gratia, idem nosse potuit, referamus.

D

ordinatur Sacerdos,

fitque venerabilis omnibus;

9 Quodam namque tempore, dum hiemis algor admodum, (ut solet) inhorreret; quidam in supra dicti montis latere vestimenta sua abscondens, nudis artubus ad eum accesserat, qui sibi indumentum largiri postulabat. Sed vir Domini, per spiritum quid gestum fuerat intelligens, mox unum e suis ad eumdem locum direxit, et sibi vestimenta illic abscondita deferri præcepit. Quibus allatis ei, qui eleemosynam petierat, reddidit, dicens: Cur, o infelix, mentiendo servum Domini tentare præsumpsisti? an non illic præsens aderam, dum hoc tibi metipsi furtum faceres? En, ait, tolle tibi quod petisti. Qui facillime se comprehensum esse cognoscens; quod suum erat, recepit, et confusus abscessit: sicque dum virum Dei illudere se posse putaverat, magis est ipse delusus.

hominem sibi illudere volentem detegit:

10 Sed et aliam ejus narrabo virtutem, quæ in humanæ salutis restitutione, quantum per Dei gratiam effulserit, cognoscatur. Quadam die puella quædam nobilis, aridas manus et genua habens debilia, ad eum accessit; et procidens ad pedes ejus, sanitatem sibi restitui ab eo precabatur. Cujus motus F
ille petitionibus, continuo se solo prosternens, aliquantisper oravit. Christe, inquit, Jesu, qui Mariæ *e* peccatrici ob affluentes lacrymarum fluxus universorum relaxasti crimina delictorum, et prioris vitæ reddidisti munditiem; hanc obsecro puellam, de tua misericordia præsumentem, pristinæ sanitati restitue: ut cognoscant omnes, te verum esse Medicum ac Salvatorem mundi. His dictis surrexit, et manus ac genua puellæ oleo benedicto perunxit: quæ continuo corporis valetudinem, te Christe donante, recepit. Et quid mirum si hæc ille apud te obtinere promeruit, cujus cor, in gratissimum tibi templum conversum, gratiæ tuæ donis exuberabat. Illis enim Sanctis, illis per omnia Apostolicis est iste comparandus viris, quos super ægrotos manus impositinros, et bona restituturos, quondam prædixeras.

puellæ manus aridas et genua debilia sanat.

e

11 Illud interea mihi prætermittendum minime videtur, quod Domino *f* Theodomiro, Miciacensis monasterii Abbate, a seculo migraturo, Lifardus in somnis est admonitus, ut ad ejus exequiis deserviendum citius accurreret. Qui cum evigilasset, uno secum e suis assumpto, ad monasterium, quo sibi jussum divinitus fuerat, pervenit: cum januam ingressus,

f
Videt animam S. Theodemiri in cœlum deferri.

A gressus, aspexit in sublimi cœlestium agminum choros, sanctæ animæ psallendo occurrere, et eam cum gaudio ad cœlum usque deferre. Hunc autem ab eis audivit psalmum decantari : Beatus quem elegisti, Domine, et assumpsisti; hic habitabit in tabernaculis tuis. Quo audito vir beatus cellam, in qua Sancti corpus jam exanime jacebat, Fratribus debita illic officia persolventibus, ingreditur, atque obsequium ejus funeri præbuit : eoque sepulto, B. Maximini nepotem inibi Abbatem constituit, et facta oratione ad cellam propriam remeavit.

g mortis præscius, suos adhortatur :

12 Ipse autem cum annis integris tribus et septuaginta *g* evolutis, imminere recessus sui diem cognovisset; convocatis discipulis sui corporis resolutionem prædixit, eosque divinis colloquiis et blandis sermonibus exhortabatur ardentius. Carissimi, inquiens, abstinete vos a carnalibus desideriis, et voluptatibus seculi : servate mandata, quæ sacri præcepit Evangelii dogma : non mœchaberis, non furtum facies, et reliqua. Contendite intrare per angustam et arctam viam, quæ ducit ad vitam. Resistite diabolo et mille ejus artibus nocendi. Ita contra dæmones, veluti adversus cruentas bestias, repugnante. B In tentationibus eorum nolite deficere, scientes quod beatus vir qui suffert tentationem, qui cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. His et hujuscemodi verbis diutius eos exhortans, Urbitium in medio advocat, eique sui regiminis curam coram omnibus tradit.

Urbitium successorem designat

pie defunctus h

ab Episcopo sepelitur.

13 Nocte vero insecuta, præmissis ad Deum orationum ac lacrymarum studiis, felix anima rebus humanis excessit : *h* quod cum Pontifici relatum fuisset, ad beati viri funus quam celerrime properavit. Corpus, jam in medio admotum, lugubri discipulorum tristium frequentabatur obsequio : quod ille Pontifex magna admodum diligentia cum eisdem Fratribus sepelivit. Urbitius vero, regiminis sibi officio ab eodem nihilominus Episcopo confirmato, post beatissimi Lifardi discessum, fabricam ejusdem monasterii sublimius erexit : ubi hactenus, exigentibus B. Lifardi meritis, erga diversorum infirmitates multa fieri signa videntur. Sed hæc ad te Christe referenda sunt, hæc tibi omnimodis deputanda, quo suffragante ea fieri posse haud dubium est. Siquidem ea quæ de tuo milite protulimus, tua sunt : tua sunt, inquam, universa miracula, quæ C pio affectu tuos recolimus Sanctos peregisse; sine quo nihil in eis mirabile, cum quo omnia admiratione digna patrantur. Quæsumus igitur, ut per eorum nobis intercessionem, maximeque beati Confessoris tui Lifardi, cujus hodie festivitatem celebramus, auxilium gratiæ tuæ concedas : quatenus tuo munere vegetati, et hic eorum exempla rectis exequamur gressibus; et quos imitamur in seculo, facie ad faciem tecum feliciter contemplari mereamur in regno; te auxiliante, qui vivis et regnas in secula seculorum. Amen.

claret miraculis :

annuo festo colitur

ANNOTATA G. H.

a *In monasterio Miciacensi sub S. Maximino Abbate.*

b *Imo* rivum *potius, ut ex Vita S. Leonardi supra diximus.*

c *Maximus anno* 541 *interfuit Concilio* IV *Aurelianensi.*

d Cleriacum, *illustre Deiparæ Virginis cultu et fidelium ad eam peregrinatione, vulgo* Nostre Dame de Clery.

Not. 17 e *Videtur intelligi* S. Maria Ægyptiaca, *cujus Acta illustravimus 2 Aprilis.*

f S. Theodemiri *Acta aliqua habemus dicenda* 19 *Novembris. Ejus sacrum corpus servari Magduni in ecclesia S. Lifardi supra indicavimus.* D

EX MSS. NOT. 17

g *Deerat aliquibus MSS. annorum numerus.*

h *Hic finit MS. Erfurtense Electoris Moguntini.*

TRANSLATIO CORPORIS

Et Dedicatio Ecclesiæ Magdunen.

ab Auctore coævo et teste oculato.

Ex antiquis codicibus MS. Collegiatæ S. Lifardi Magdunensis.

Anno 1104

a b c d

Anno itaque ab incarnatione Domini millesimo centesimo quarto, Indictione XII, Philippo Francorum Rege, ad Ecclesiam dedicandam, convenerunt *a* Radulphus Archiepiscopus Turonensis, *b* Gualo Parisiensis, *c* Joannes Aurelianensis, *d* Christianus Abbas S. Maximini, inter quos etiam invitata nostra mediocritas affuit; affuit etiam tanta Clericorum et populorum multitudo, ut, præ ipsorum multitudine, numerositatis innumeræ non fuerit certitudo. Confluxerunt etenim non solum a vicinis, verum etiam E a longinquarum civitatum regionibus, ut et interessent dedicationis celebritati, et beatissimi Corporis transportationi. Porro mense Octobri *e*, Pridie Idus mensis feria sexta, tempore supra scripto, in ecclesiam die crastina Sabbato sancto dedicandam convenimus, ut de corpore, ipso die transportando, tractaremus. Ad Missam celebrandam se præparabat Pontifex Aurelianensis, et de visendo corpore procurabat Clerus Magdunensis. Dum huic et illi insistitur apparatui, res digna relatu contigit, quæ beatissimi Lifardi præsentem miraculorum exhibitionem nobis manifestavit.

e 14 Oct. dum de Translatione consultatur:

puer cæcus

2 Puerulus enim, duorum annorum circiter natus, lumen oculorum in ipsam allatus ecclesiam recepit : quod casu contingente multis diebus amiserat et mensibus, quod qualiter acciderit subjecta pagina promulgabit. Pater et mater, orbati filii valetudinem assidue condolentes, utpote quos paternus sine intermissione instigabat affectus, a vicinis multoties consilium poposcerunt, quid cæcato prodesse posset infantulo. Ad divinam dicunt debere illos confugere medicinam, quandoquidem sic patebat nihil eis profuisse humanam. Est civitas, F inquiunt, Geneva nomine, ubi Rhodarius collecto præcipitanter prorumpit de lacu; qua in urbe, imo in ecclesia Joannis Evangelistæ, miracula Deus operatur copiosa : illuc vestrum consulimus ducatis filium, si Deum volueritis illi promereri propitium. Sed quoniam via longa et ignota, et labor ingens evectionis, et expensæ vobis non suppetant (quæ omnia prætendunt vobis impossibilitatem) ad ecclesiæ B. Lifardi, quæ nobis est proxima, festinetis laudamus, Dedicationem. Sicut enim audivimus, Sanctus ille Deo familiarissimus, a loco, in quo modo requiescit, die illo erit transferendus : et revera Deum sentietis placabilem, si Sanctum suum vobis supplicationibus vestris faciatis exaudibilem : et tanti meriti beatum Confessorem credimus, quatenus eum Deus non possit non exaudire, si pro vobis dignabitur supplicare. Agite jam ergo moras rumpite, et nobiscum ad B. Lifardum visitandum properate.

cui deferendo Genevam ad S. Joannis Evang.

obstabat viæ longitudo,

delatus ad S. Lifardum,

visum recipit.

3 Incitatus est talibus eloquiis homo ille, et pede pernici cum uxore ad Dedicationem satagit festinare. Quid longius moror? Ecclesiam peregrinus intrat, oblationem quantulamcumque præparat, cum oblatione puerum Deo Sanctoque Lifardo præsentat. Mira res! Puer altari applicatus visum recepit : sed quoniam videre dedidicerat, aspicere quasi

A. COÆVO EX MS

A quasi turbulentus incepit. Ad aures populi clamor utriusque defertur parentis. Infantulus in medio sistitur, et vicinorum notitia quod contigerat miraculum stipulantibus attestatur. De medio tollitur ambiguitas, quoniam sciscitantibus satisfacit reverenda legitimorum virorum auctoritas. Passim clamant Deo gratias, et a multis extorsit alacritatis intimæ motus sensualis lacrymas. Signa pulsantur, voces et gaudia multiplicantur, virtus pii Confessoris præsens dignoscitur, per quem Deus ex se sospitates consuetas et dispensat et largitur: sentiunt eum incolæ præsentiorem, quem lætantur habere sibi Patronum peculiarem.

Transponendo corpori deputantur Abbates 2;

4 Interea Clerus Introitum Missæ inchoat, Episcopus Missam celebrat, populus laudes tumultuarias frequentat. Necessitas inevitabilis secundum tenorem Canonum exigebat, ut quoniam ecclesiæ Dedicatio instabat, ab ecclesia corpus sanctissimum, et omnes Reliquiæ asportarentur; et iterum in ecclesia rite dedicata, suis in locis competenter collocarentur. Induuntur Sacerdotes sacris vestibus; et ad mausoleum, in quo Sanctus quiescebat, aperiendum accessuri, orationum supplicationibus armantur. Abbas S. Maximini, et ego (quoniam nobis in- B junctum erat) nos diligenter accuramus, utque sanctissimam Domini Lifardi glebam nobis commendatam in feretro collocemus, timorati accedimus. Ego, quoniam Sancto credebam meam displicere miseriam, nostram mecum damnabam conscientiam: pulsabam cœlum precibus, pectus autem tundebam manibus: tanto magis horrebam culpæ meæ deformitatem, quanto magis perpendere licebat beati viri sanctitatem.

a quibus illud de sepulcro elatum

5 Confisi tamen et Pontificum, et Cleri, et populi, qui genibus flexis, psalmis et letaniis incumbebant, orationibusque et eulogiarum nostrarum qualibuscumque delibutionibus, ostio sepulcri astitimus: et coopertorio sublato, sicut erant separatim sancta membra, in ipso sarcofago vidimus. Clericos qui intus aderant, et me, fateor, horror invasit maximus. Videbam ossa nuda, quæ sancti Spiritus familiaris incolatus extiterant; et quid staret inter Sanctos et peccatores recolebam. Accipiunt Sacerdotes ossa illa magna cum devotione, et ipsa diligenter reponunt in ad hoc præparata mundissima sindone. Multa cum diligentia servant cineres, et quidquid in sepulcro reperiri potuit abscondunt diligenter. Me miserorum miserrimum! Me infeli- C cium infelicissimum! qui de pio furto diu cogitaram, nec tamen quidlibet de furto poteram: ad hoc plus contristor, quia non potui, quam quod de furto pio impie cogitavi.

defertur solenni pompa,

6 Collocatis igitur et consutis in sindone ossibus, et partim cineribus; et rursum corio desuper contectis, nobis astantibus thesaurum illum concupiscibilem, sed jam nemini diripiendum, committunt: nos autem ferculo palliato sanctum illud depositum imposuimus, colla voluntarie supponimus, et leve pondus ultronei subvehimus. Inchoat Joannes Pontifex Responsorium alta voce, et cum fletu et gaudio deducitur pius Pater ad altare majus: ibi turbis circumstantibus positus est, et debitis oblationibus a populis honoratus est. Videres misceri singultus, et cantica; lacrymas et gaudia: et singula moderate dispensabantur cum debita reverentia. Postquam affatim, quos ecclesiasticæ aulæ plena capacitas receperat, Sanctum votis et donis honoraverunt, et si qui potuerunt flexis poplitibus oraverunt; quoniam forinsecus, turbis ad altare confluentibus, non dabatur vel aditus, vel decessus; iterum Clerici sacrosanctam sarcinam accipiunt, examina populorum

ad ecclesiam S. Petri,

offendentium tota virtute dissiliunt, et ad B. Petri Apostolorum Principis ecclesiam in eadem villa sitam, et ad venerabilem venturum hospitem susci- D piendum honorifice palliatum, iter [adornant]. Incedebat pedes Pontifex, nosque cum innumera sequebamur multitudine; gloriosum nobis erat coram Sancto humiliari, et ideo jocundabamur turbatam turbam perpeti. Magnus populorum concursus, idem populorum affectus: per vicos et plateas concurrentes seipsos impediebant. Audenter dico, nullius Regis sepulturam vel copiosiores vel affectuosiores sibi movisse exequias: non tamen dicimus exequias, sed obsequia; ubi qui convenirent exequiarum pristinarum reducebant historias. Ecce B. Lifardum cum Christo vivere credimus, cujus mortalitatis pignora nostris temporibus lætantes prosecuti sumus. Venitur ad locum destinatum, suscipit Petrus Lifardum, Piscator Anachoretam. Apostolus Confessorem: Petrus cœli janitor, in cœlis pridem Lifardi collocaverat animam; ecce idem in terris ejusdem suscipit glebam. Felix hospes uterque, felix hospitium, felix tantorum hospitum collegium In ecclesia præfata Lifardus collocatur, custodibus curiosis commendatur: Clerici pernoctantes celebrant vigilias, populi conglobati satagunt ad excubias: noctem illam plurimi duxerunt insomnem. E

quæ 15 Octobris dedicatur,

7 Mane facto ab Ecclesia dedicanda omnis multitudo secernitur, Pontifices Clericis ministrantibus ex more dedicationis agunt celebritatem: et altaris majoris, in honore Apostolorum Petri et Pauli, et beatissimi Lifardi Confessoris, celebrant consecrationem. Omnibus rite peractis ad spatiosum tendunt Episcopi locum, eminentiorem conscendunt gradum; accurrunt qui undique convenerant, dispersi congregantur; liber nulli dabatur incessus, agri et compita fluentium replebantur examinibus. Congregati de silentio præmonentur, sermocinantur Pontifices, instruunt plebem veritatis præcones, instituunt diem illam solennem annis omnibus; et pro beati corporis Translatione, et pro Ecclesiæ celeberrima Dedicatione, solennem pronuntiant eumdem, quatenus in die anniversaria semper conveniant pro festivitate geminata: geminatam exultationem habituri, et pœnitentiarum relaxationem, et peccatorum remissionem percepturi.

et indulgentiæ conceduntur.

Corpus sacrum in crypta conditur.

8 Denuo ad ecclesiam B. Petri procedimus, ut thesaurum divitem inde referamus. Sanctum depositum referimus, et in Ecclesia jam dedicata collocamus. Ecce positum corpus quiescit in crypta pristina, cura et labore non exiguo fabricata. Episcopus autem Joannes, ad memoriale sempiternum F Canonicis quoque profuturum, ad honorem piissimi Confessoris, concessit seu constituit, ut quæque ex more darentur, usualibus Canonicorum stipendiis impertirentur, neque ista largitas a successoribus suis revocata videretur. His omnibus celebratis solenniter, et populis spiritualibus sermonum dapibus saginatis, unusquisque ad propria cum gaudio reversus est.

Adhortatio ad utramque solennitatem celebrandam.

9 Hæc idcirco de translatione corporis sacratissimi B. Lifardi, de ejusdem Ecclesiæ dedicatione, Fratres carissimi, vobis succincti insinuavimus, ut nulli nostrorum successorum liceat ignorare, quo instinctu contigerit solennitatem illa emanasse. Interrogent igitur filii patres, et annuntiabunt eis; majores suos, et dicent eis; legant, et intelligant dedicationis causam. Si vero quam solennitatem præponere debetis, forte requiritis; Magna equidem est B. Lifardi Translatio, qua in die præsentata fuit revera votivis populis sancti Spiritus mansio; præponenda tamen est Ecclesiæ Dedicatio, quam et Salomon nobis mysticam commendavit, et ipse Dominus Jesus restaurati templi Encœnia corporis sui presentia nobilitavit; et quanti habuerit dedicationem, cunctis manifestavit. Agite igitur Fratres, et

P.

A B. Lifardi Translationem, utpote Patroni vestri; et quasi comparate Dedicationi Translationem. Agite etiam Dedicationem domus Dei celeberrimam, et pro duplici festivitate vestra duplicate merita; ut in promissionis terra possideatis duplicia, beatitudinem scilicet animarum et corporum; quam ipse nobis præstare dignetur, qui Deus ante tempora, in fine temporum pro nobis corpus et animam rationalem sibi coaptavit, Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

ANNOTATA G. H.

a Radulphus 2 *sedit ab anno* 1081 *ad an.* 1119.

b Gualo *seu* Galo, *aut* Walo, *factus est Episcopus Parisiensis anno* 1103: *et hinc confirmatur, non anno* 1105 *ut tradunt Sammarthani, quos ad Vitam S. Anselmi 2 Aprilis, auctore Eadmero lib. 4 cap.* 1 *littera* a *secuti fuimus, et jam corrigendum indicamus.*

c Joannes 2, *creatus* 1099, *adstitit exequiis Philippi Regis, anno* 1108 *mortui; uti etiam unctioni Ludovici Crassi Regis, illius filii.*

d Christiano, *dictus Joannes Episcopus confirmavit donationem Ecclesiarum SS. Gervasii et Sulpitii apud*
B *Sammarthanos.*

e *Dato anno* 1104 *cyclo Solis* 21, *litteris Dominicalibus* C B *dies* 14 *Octobris, incidit in Feriam* VI, *cum confirmatione Episcopatus Gualonis.*

MIRACULA S. LIFARDI

Auctore Canonico Ecclesiæ Magdun.

Ex iisdem MSS. Ecclesiæ Magdunensis.

PROLOGUS.

Auctor aut certa relatione habet aut vidit quæ scribit.

Qui miranda Sanctorum gesta memoriæ litteris tradit, Deum in Sanctis suis mirabilem honorat, seipsum in præsenti honesta meditando efformat, in futuro sui memoriam protelat, temporis sui hominibus prodest, posteritati non minimum confert. Hoc ergo uno opere caritatem Dei et proximi amplectens, non infructuosus vineæ Dei operarius, æternæ retributionis denario nullatenus videtur indignus. Hac spe animatus, ad audendum aliquid ultra meas vires dilectionis ejusdem manu pulsatus,
C quædam incliti Confessoris Christi Lifardi miracula, quæ gravium et honestarum personarum relatione didici, quædam etiam quibus ipse interfui, paucis verbis enarrare conabor. Hoc autem, non humanæ sapientiæ verbis confisus, nec quasi rhetorico spiritu afflatus, facere præsumo; sed vobis, dilectissimi Fratres, qui sæpe hoc a parvitate mea exigere dignamini, parens; et de illius auxilio, de quo locuturus sum, non diffidens, quæ novi, simpliciter profero. Non enim artificiosa eloquentia sententias extollere studeo; sed rerum gestarum veritatem insistens, quasi myrthus humilis, post cedros et abietes, ad ornandum locum sanctum Dei venire laboro: nec pudet me insipientiam meam prodere, dum vobis obediam, quibus religiosum est, tam honesta petentibus non contraire. Malo enim, Carissimi, de me ipso vobis aliqua credere mihi, quos credo non sine divino instinctu talia postulare. Vult namque Dominus in Confessore suo laudem sui nominis dilatare, quatenus in Sancto suo mirabilis apparens, precibus ejus et meritis virtutem et fortitudinem plebi suæ tribuat; et sic ei, qui sibi tantum Patronum concedere dignatus est, fidelium populus benedicat. Nec refert per cujus os hoc faciat, quem
Psal. 8. 3 ex ore infantium et lactentium, perfecisse laudem Psalmista commemorat.

2 De hoc Sancto antecessores nostri quamvis D pauca admodum, sive scriptorum inopia, seu bellorum inquietudine, aliisve aliquibus de causis scripta; nobis tamen quanta fecerit, ex amplissima prædiorum largitione, manifestissime docent. Si enim præceptorum volumina revolvantur, quæ Reges Ducesque ac Pontifices, manibus suis subscripta sigillisque signata, nostræ reliquerunt Ecclesiæ; nullam in Aurelianensi Episcopatu liberiorem copiosiusve ditatam quisquam poterit reperire. Verum sicut majori ex parte prædecessorum beneficia paucis inhabitantium jam profanata videmus, ita majori et omni ex parte scripta de eo antiquitus periisse suspicamur. Unde quia direpta prædia restaurare ex voto nequimus, laudes Dei in sancto suo, quas possumus, quantumcumque ipse dabit posse, restaurare studeamus; ne ipsi ingrati existere videamur, cujus gratuita beneficia nos quotidie accipere negare non possumus. Superest ergo, Fratres carissimi, ut effectus hujus negotii ab eo postuletur, cujus instinctu hæc postulare videmini: et orate ut os meum rude, licet indignum, aperire E dignetur et implere, qui de se loquentibus in simplicitate cordis et veritate, adjutorem se promittit adesse.

A coævo ex MS. plurima a S. Lifardo prædia procurata

CAPUT I.

Captivi liberati. Invasor iniquus, morte mulctatus.

Innocentes captivos

Miles quidam, Gillardus nomine, quosdam innocentes ceperat; et immodicum redemptionis ab eis pretium exigens, gravissimis eos macerabat suppliciis: quos, quia domus ejus firmius tuta videbatur, ad domum *a* matris meæ, quæ in arce Magdunensium habetur, adduxit: ibique eos in carcere munitissimo, vinculis et cippis arctatos reclusit, ubi vehementer afflicti, cum lacrymis et gemitu die nocteque auxilium piissimi Confessoris Christi Lifardi postulabant. Quadam autem die Dominica, illis unanimiter orantibus, egregius Confessor Lifardus hora diei prima visibiliter astitit; et mox solutis omnibus vinculis reseratoque carcere, eos abire præcepit. Qui abeuntes, antequam exteriorem portam domus exirent, a custodibus deprehensi et capti, ac iterum gravioribus vinculis arctati, in eumdem carcerem, ingenti cautela observatum, sunt retrusi. Quibus iterum rogantibus, et beatissimi Lifardi juvamen cum fletu postulantibus, F idem iterum pius Confessor apparuit; et, ut prius vinculis absolutos, ex aperto carcere discedere jussit. Qui rursus ante portam exterioris domus a custodibus retenti, mirantibus cunctis qualiter bis vincula dirupissent, et tam firmissimum carcerem tam subito evadere potuissent, ante matrem meam, ut quid de eis faciendum esset præciperet, sunt adducti. Quos cum solicite exquisisset, quis eis vincula solvisset, quis etiam carcerem aperuisset, cum magna fiducia responderunt: B. Lifardum bis eis apparuisse, et solutis sola sua præsentia vinculis, carcerem reserasse; nullaque carcerali custodia se posse detineri, quibus evidens auxilium tanti non deerat Patroni.

a

liberat apparens,

idque altera vice,

et nihilominus detentos

4 Tunc mater, ut nobilis et devota mulier, divinæ voluntati et reverendo Confessori resistere amplius impium judicans, Gillardum accersitum blande precari cœpit, quatenus tam evidenti miraculo non contradiceret; sed homines, a Sancto bis absolutos, liberos abire permitteret. Cumque vir obstinatus et pertinax nullatenus ei vellet acquiescere, nec divinæ virtuti quod factum fuerat imputare; vim ei quia beneficiarius erat inferre noluit: sed

A sed a domo sua captos ejiciens illos, cum ira et execratione profano illi reddi præcepit. Quos cum ille vinctis post terga manibus ante ecclesiam S. Lifardi traheret, ira et superbia tyrannice efferatus; jurare cœpit, tam arctissimæ se eos traditurum custodiæ, quod neque Lifardus neque Lifardulus inde eos posset ullo modo eruere. O mira Dei patientia! O bonitas ineffabilis, quæ et per se et in Sanctis suis contemptum ab impiis tam clementer sustinet, irritari tam dissimulanter patitur, ulcisci tam longanimiter differt, ut perpaucorum sit non moveri pedes, non effundi gressus, dum zelantes sermones indignos, tantam peccatorum pacem vident. Sed quia cur ita fiat ad plenum scire labor est ante nos, donec intremus in sanctuarium Dei, et intelligamus in novissimis eorum; dimittamus hæc dispositioni divinæ, quæ fortiter et suaviter disponens omnia, alios ad correctionem expectare, alios ut intereant in seculum seculi videtur sustinere. Exemplum tantum benignitatis ejusque patientiæ, pro modulo nostræ fragilitatis, imitari studeamus; qui cum minimo nutu possit omnes, quæ sibi videntur inferri, injurias ulcisci, paterna tamen B indulgens bonitate, spatium pœnitentiæ dignatur præstolari.

atque ad arctiorem custodiam ductos

5 Igitur cum præfatus tyrannus miseros illos ad domum suam, quæ longe a claustro erat, festinans pertraxisset; crura eorum duabus magnis trabibus intercopulatis, et ad usum hujusmodi tormenti aptatis, arctissime constrinxit; manibusque post terga vinctis, in obscuro inferioris domus ergastulo, cum magna diligentia clausit. Sic per totam diem illam Dominicam, fame ac siti, durissimaque vinculorum attritione cruciati, cum fletibus ejulatuque maximo sanctissimi non cessabant auxilium implorare Lifardi. Cumque jam advesperascente die, prædictus tyrannus in porticu, quæ erat ante ostium domus in qua illi clausi tenebantur, jam quasi securus et victor cœnaret, Sanctoque tamquam impotenti insultaret; tertio Confessor egregius miseris se vocantibus apparuit, omnibusque vinculis eorum confestim resolutis; sequi se illis festinanter imperavit. Qui protinus exurgentes, dum clausis omnibus exitum circumspiciunt, pars muri, quo claudebantur, maxima corruit; eisque lumen reddens, liberum exeundi aditum patefecit. Cujus strepitu exterritus hostis tyrannus, re percepta induratus et contumax factus, Deo toties in Confessore C suo mirabili reverentiam unicam exhibere voluit: sed abeuntes cum armata manu insequi cœpit. Quem illico Dominus, cum omnibus qui eum comitabantur, ad declaranda Confessoris sui merita, tali genere cæcitatis percussit; ut cum cetera circa se posita more solito videret, illos tamen qui eum fugiebant, licet ante se prope etiam positos, nullatenus videre posset, neque quamvis fame et vinculorum attritione tardos consequi, quousque eos dux et protector eorum Lifardus, cum summo gaudio populi undique concurrentis, in ecclesiam suam intro luceret.

inde etiam eximit,

insequentibus cæcitate percussis.

6 Ter a Sancto solutos, bis capi potuisse nullus miretur, qui Ægyptios duodecim plagis afflictos, cum una ad cogendum eos obedire mandatis Dei sufficeret, legit; et tot manuum Moysi elevationes, cum una præstare victoriam Deo permittente valeret, audivit. Propter indurata enim et incredula hominum corda, scrutator cordium Deus talia operari dignatur; ut magnitudine et frequentia miraculi stupefacti, et convicti, non humanæ industriæ, nec alicui fortunæ mobilitati, opus divinum tam evidens imputare præsumant: ut qui non uno detinenter errore, non una miraculi ostensione, ad veritatis lumen redire cogantur.

miraculo multiplicato ad correctionem aliorum.

7 Quam pius adjutor se humiliter invocantibus D extiterit Confessor Christi Lifardus, dilectissimi Fratres, audistis; quam severus ultor in Ecclesiæ tuæ persecutore sit, ex unius exemplo vindictæ, nunc obsecro, perpendatis. Præcentor quidam et Præpositus Magdunensis Ecclesiæ, Ervinus nomine, terram S. Lifardi, quæ est in loco qui dicitur c Alnetum, per aliquot annos Canonicorum licentia ad usus proprios excoluerat, ita ut annis singulis decimas ei redderet, aliosque reditus ex more persolveret. Quo defuncto filius ejus Eudo, Badinus cognomine, supradictam terram, quam pater ejus procuratoris Ecclesiastici more tenuerat, hereditario jure possidere cupiens, violenter invasit: et Canonicorum boves, quos illuc aratum miserant, fustigatos inde ejiciens, bubulcos cœpit; et crudeliter flagellatos vix tandem abire permisit. Quorum unus, scissis vestibus et sanguine oblitus, tempore quo Missa celebrabatur, ad ecclesiam venit, et rem ut facta fuerit Canonicis nuntiavit. Qui non tantum sua, quantum innocentis hominis injuria permoti; non ponentes carnem brachium suum, sed super Dominum curam suam jactantes; mox ut Sacerdos E Pax vobis dixit, de pacis suæ perturbatore, ante Corpus Domini et sepulcrum venerabilis Lifardi, Ecclesiastico more clamorem facere cœperunt prostrati. Sicque illis clamantibus, accidit ut Eudo ille, equo insidens clypeatus rediret; et superbo animo Canonicis adhuc multa comminans, ante ecclesiam per claustrum transiret arroganter. Cumque ad domum suam, quæ claustro contigua erat, properans tenderet; percussus divinitus cum magno gemitu subito exclamavit, sed verbum ullum postea proferre non potuit. Et merito a Deo percussus obmutuit, qui impia facta verbis minacibus et superbis accumulare non timuit. Jamque non equum ducens, sed equo ducente domum advectus iniquus ascensor, descendere quidem non potuit; sed vix famulorum manibus exceptus, et ad lectulum deportatus, doloribus tamen afflictus et tormentis nimiis, quasi truncus inutilis jacuit: et qui exheredare Sanctuarium Dei præsumpsit, tempestate Dei persecutus, et sicut stipula ante faciem venti raptus, post modicum temporis non comparuit.

c Terræ S. Lifardi iniquus invasor,

inter superbas minas

divinitus percussus,

8 Quo audito, Anna ejus uxor et noti, partim hominis compassione, maxime autem tam subitæ ultionis divinæ miraculo commoti, ad eum confluxerunt; et instanter eum, quatenus et delicti pœnitentiam ageret, et piissimo Confessori Lifardo pro F posse suo satisfaceret, admonere cœperunt. Quorum ille admonitione, magis quam devota cordis compunctione, (ut rei exitus docuit) compulsus, chirothecam suam amicis tradidit, et super altare incliti Confessoris, non verbis, sed quibus potuerat tantum indiciis, in satisfactionis signum præcepit poni. Scrutans vero corda et renes Deus, qui Antiochi superbi preces et promissa ingentia, diræ ægritudinis metu extorta, contempsit; Judæque sero pœnitentis pœnitentiam non recepit; coacti satisfactionem recipere noluit, ultricemque suam manum, in quam horrendum est incidere, tabulis ab homine jam damnato d [signatis], non relaxavit; sicque tribus quibus supervixit diebus, potus et cibi expers, creberrimos gemitus et alta suspiria dentiumque formidabilem stridorem edens, cum maxima astantium admiratione et terrore, expiravit: et qui modo viribus suis confisus, ecclesiam Dei ejusque clarissimi Confessoris Lifardi ministros infestare non timuit; in momento viribus destitutus, et tamquam olera herbarum cito decidens, exemplum correctionis manifestum detestabili morte sua ceteris dereliquit.

frustraque visus conteri,

d

misere expirat.

ANNOTATA.

A

ANNOTATA G. H.

a *Mabilio*, domum cujusdam nobilis feminæ.

b *Reliqua hujus numeri desunt apud Mabilionem.*

c Alnetum *nullum tabulæ nominant; sed bene* Olivetum, *Aurelianis quam Magduno propius ad Meridiem.*

d *Tale quid deesse videtur.*

CAPUT II.

Cæcus et mutus sanati: captivus liberatus.

Hoc etiam silendum non æstimo, quod pridem ejusdem Ervini tempore factum fuisse, honesti et *Cæcus visum recipit,* religiosi viri, non solum Clerici, sed etiam laici, nobis non semel testati sunt. Cæcus quidam, nomine Petrus, ad ecclesiam B. Lifardi, miraculorum invitatus frequentia, a procul posita regione adductus est; ibique per aliquot dies rogando, et auxilium B. Lifardi humiliter implorando, amissum tandem oculorum lumen recepit. Qua de causa lætissimus redditus, omni reliquo vitæ suæ tempore in ecclesia B illa se mansurum, et B. Lifardo, quibuscumque modis posset, famulaturum spopondit. Tali sancto proposito ecclesiam mundare, tintinnabula sonare, in festivis diebus ornamenta disponere, ceteraque necessaria pro modulo suo diligentissime cœpit *et famulatur S. Lifardo:* præparare. Hujus frequentiam et devotionem prædictus Ervinus Præcentor conspiciens, in domum suam enim recepit, qui caritative ei plus etiam quam necessaria ministravit.

10 Post aliquot vero annos, humani generis per- *at postea furatus equum* tinax inimicus, et saluti hominis, et gloriæ Confessoris Christi invidens; quem prius permittente Deo propter peccata sua corporali privaverat visu, mentis etiam excæcare est aggressus lumine, quatenus ablato prius interiori, exterius posset iterum facilius lumen extinguere. Equum igitur, quem Ervinus habebat optimum, eidem Petro furari suggessit, et de facili, quia familiaris erat, et ob occasionem temporis (quia dies festus B. Lifardi, in quo minus a tanta solennitate occupatis caveretur, imminebat) facile callidus tentator persuasit. Itaque dum noctu more solito omnes vigiliis interessent, equum do- *iterum cæcitate percutitur:* mini sui jam dictus Petrus ascendit, et latenter discedens oppidum exiit, et usque ad locum Crucis C publicæ nullo animadvertente pervenit: ibique mox permissione divina iterum a diabolo exterioribus oculis excæcatus, tota nocte per campos et vineas vagabundus erravit: nec tamen, quin equus semper ad prædictam Crucem reverteretur, Crucis contemptor cavere potuit. Mane autem facto, cum a vicinis locis undique fidelem populum, ad ecclesiam festivitatis gratia properantem, audiret; cœpit clamare, Capite me, fideles infidelem, videntes cæcum, et ad dominum meum, cui equum ausu sacrilego furari conatus sum, reducite, ut meritas fur et sacrilegus luam pœnas; qui et hospitem prodidi, et egregium Confessorem, cujus meritis illuminatus fueram, usque ad pristinam cæcitatem offendi.

11 Sic vociferans captus, et usque ad altare reverendi Confessoris coram omni congregato populo cum equo suo adductus, videntium manibus deponitur cæcus; ibique justum Dei judicium confitens; et quia B. Lifardum graviter offenderat, hæc sibi merito evenisse recognoscens; per mensis *atque ad altare Sancti reductus pœnitens,* unius fere spatium, in cæcitate sua permansit, et hoc se meruisse plusquam cæcitatem ipsam flere non destitit. Cujus afflictioni Canonici loci istius compatientes, piissimas aures Domini precibus assiduis pulsare, et benignissimi Lifardi sæpe ex- D pertum auxilium unanimiter cœperunt implorare: *Ex his* quatenus contrito et humiliato parceret; et in eo, *iterum lumen* cui jam semel salutem impetraverat, ad laudem et *recipit:* gloriam Dei et meritorum suorum evidentissimam declarationem, etiam nunc miraculum geminaret. Quorum petitionibus piissimus interventor Lifardus non defuit; et non tantum exteriorum lumen oculorum cæco illi reddi a Deo impetravit, verum etiam mentis firmissimam postmodum illuminationem dari meritis suis apud Deum obtinuit. Sic nempe iterum illuminatus in ejusdem ecclesiæ astitit servitio, ut prius a præsenti luce quam a lucis suæ recederet obsequio. *a* O virum maxima admiratione et reve- *a* rentia dignum, qui tam graviter ulciscitur læsus, et tam clementer parcit exoratus, nec solum corporum a Deo impetrat sanitatem, verum multo magis omnibus animæ salutem.

12 Aliud quoque non præteribo miraculum, quod puer adhuc, illo narrante qui liberatus fuerat, *surdus annis* eadem qua factum est die, non solus audivi. Italus *viginti* quidam, qui per viginti annos aurium privatus officio, nihil nisi signis intelligere poterat; post multa diversorum Sanctorum implorata suffragia, E Magdunum veniens, Quadragesimali tempore, sexta feria hebdomadæ sanctæ, in qua Dominus Jesus Christus crucifixus est, ecclesiam reverendi Confessoris Lifardi orationis gratia, cum duobus sociis suis intravit; ibique ante tumulum beatissimi viri prostratus diutius jacuit; et Deum, ut sibi per intercessionem Sancti illius, cujus nondum nomen noverat, aures aperire dignaretur, toto cordis affectu exoravit. Cumque duo socii ejus, qui ei famulabantur, tantas moras orationis ejus graviter ferenter, invicem conquererentur, et dicerent, se non posse amplius tali tempore Aurelianum pervenire, quo Crucem Dominicam ex more Dominico cum populo possent, adorare; ille qui surdus erat, jam non surdus, sed apertissime audiens, excla *auditum recuperat,* mavit: Audio, fidelissimi comites, Dei gratia; audio, et divinum auxilium, per tot Sanctorum domicilia quæsitum, hic per hujus sanctissimi viri merita, cujus nondum etiam nomen audivi, adesse mihi certissime sentio. Nomen ergo ejus exquirentes, Deo et tam glorioso fideli ejus ex nomine gratias referamus; ne tanti beneficii largitori ingrati existere videamur.

13 Cum percepto sanctissimi Lifardi nomine, flentes præ gaudio, immensas gratias retulissent; F discedentes, mihi et Huberto magistro meo, viro eruditio, et religioso (qui me cum quibusdam aliis *et scriptori* viris honestis per diversa oratoria, more diei illius, *ejusque* circumduxerat) oblati sunt. Tunc ille, cujus aures *Magistro,* apertæ fuerant, magistrum meum, hominem doctum et honestum ex ipso incessu et habitu (ut fieri solet) percipiens, diligentissime ab eo inquirere cœpit, cujus patriæ incola B. Lifardus extitit, cujus conditionis ac propositi fuerit, quamque vitam gerendo ad Christum pervenerit. Quæ singula Magister, ut vir peritus et eloquens, breviter ei lucideque exposuit, et ex læto lætissimum reddens, sufficienter instructum reddidit. Postquam vero magister loquendi finem fecit. Italus ille, cum summo mentis affectu; Vera, inquit, reverende Pater, te per omnia prosecutum credo; et longe majora quam de eo, traditum sit libris, præsentibus experimentis fuisse credo: aures vero meas, quæ per viginti an- *miraculum narrat:* nos peccatorum meorum causa clausæ fuerant, modo (dum ante sepulcrum ejus misericordiam Dei, et intercessionem illius, ante cujus præsentiam prostratus aderam, postularem) Dominus aperire dignatus est; et quod mihi, per tantum temporis spatium, innumera Sanctorum patrocinia perlustranti concedere

A dere distulit, ad declaranda gloriosi amici merita, *EX MS* in momento temporis largitus est. Hymnos ergo Deo et laudes debitas reddite, qui tanto ac tali Patrono patriam vestram dignatus est illustrare. His dictis convertens se ad ecclesiam B. Lifardi, humiliter flexis genibus gratias retulit; et nobis valedicens, cum gaudio et exultatione magna discessit.

Captivo opem imploranti 14 Hoc etiam dignum videtur mandari memoriæ, quod nostris temporibus per Confessorem suum Lifardum Dominus operari dignatus est. *b* Apud Castrum, nimium Magdunensibus vicinum, quod *b* Balgeneiacum vocant, Pontius quidam nomine, genere Allobrox, in antro ac horrendo firmissimæ ac densissimæ turris illius castri carcere tenebatur captus, gravibusque vinculis et jugi macerabatur inedia. Hic ergo omne humanum sibi deesse cernens solatium, ad divinum se convertit, quod nulli fideliter petenti denegatur auxilium. Plurimorum itaque Sanctorum patrocinia, invocans, B. Lifardi utpote prope positi, et miraculis tunc temporis opinatissimi, memoriam frequentius cœpit agere. Et specialius fusis lacrymis se ei commendare. Quadam ergo nocte, vigilanti ei et oranti, toties vocatus Confessor B apparuit, et a carcere eum confestim discedere jussit. Tunc ille, ingenti admiratione stupefactus, cœpit requirere quis esset, qui tali tempore tam *Sanctus apparens semel,* firmissimum carcerem intrare potuisset. Cui Sanctus se Lifardum, quem toties invocavit, esse, respondit et eum liberandi causa venisse, subjecit. Cujus nomine audito, lætissimus ille cui loquebatur redditus, cœpit ab illo perquirere, qualiter vinctus compedibus [ostiisque] omnibus clausis posset exire. Tunc Sanctus, parvulam ei fenestram ostendens (quæ nec semipedalis latitudine, nec cubitalis altitudine, unicum carceri ministrabat lumen) per illam eum sequi se præcepit. Quod ille quasi impossibile reputans, dum fenestram illam permodicam, neque sine scala se posse illam conscendere, respondisset; Sanctus, quasi tacite illius pusillanimitatem et inobedientiam exprobrans, recessit, nec ei ultra nocte illa apparuit.

15 Alia vero nocte, dum flenti ei et oranti ite- *iterumque* rum Sanctus apparuisset, et ut prius per eamdem fenestram eum exire juberet; idem a misero responsum dubitationis accepit, et ut prius dubitantem et inobedientem arguens discessit. Tertia quoque nocte graviter ejulanti, et B. Lifardi nomen sæpius *ac tertio,* in oratione iteranti, ad quod vocabatur misero illi C Sanctus adfuit, et pigritiam vecordiamque ejus increpavit, et sequi se absque ulla dubitatione imperavit. Quem ille protinus usque ad prædictam fenestram sequens, dum de ascensu et exitu ejus hæsitaret; ante a compede solutum, fenestram ascendens, se sensit, quam se a terra recessisse. Cumquejam de ascensione securus exitum circumspiceret, *miro modo educit,* ingentes densissimi muri lapides quasi terrefactos sibi vidit cedere, et amplissimum exitum cedendo præbere. Toto itaque corpore emisso, manibus tantum a fenestra dependens, dum gravem ex alto præcipitio casum, utpote jejunio debilis et gravis compedibus, extimesceret; terram, quæ in præsentia Sancti quodam quali gaudio intumuerat, pedibus [suis subesse] sensit; et ejus adminiculo fultus, illæsus descendit. Sic ereptum Sanctus usque ultra exteriorem oppidi portam duxit, ibique ne amplius timeret admonens, ab oculis ejus evanuit.

16 Tunc ille, qui præ nimia admiratione in extasi et quasi insomnio positus fuerat, ad se reversus, extra oppidi munitionem se eductum reperit, et uno compede se esse solutum recognovit. Immensas igitur Deo et ipsius piissimo Confessori Lifardo gratias referens, Magdunum, qua poterat festinatione, petere cœpit. Interea custodes, qui ante ostium carceris excubabant, discessu ejus ex hoc D quod vocatus non responderet comperto, conservorum undique contractis auxiliis, canibus etiam ad investigandum eum secum assumptis, quem Sanctus eduxerat, quasi furem et effractarium cœperunt insequi. Ille vero, per strepitum hominum canumque latratum, custodes se insequi animadvertens, procul adhuc ab eis a via declinavit: et tam bene ex- *et a persequentibus protegit,* pertum et adjutorem suum piissimum Lifardum toto mentis affectu sibi adesse deposcens, in quadam segete, quæ illic densa excreverat, latitavit. Ad quem canes, dominorum suorum prævii, sagaci olfactu pervenientes; eo viso, protinus omni latratu intermisso, divina virtute quæ eum comitabatur exterriti, retrocedendo fugiebant, et longe ab eo remoti aversique latrabant, sicque dominos suos deceptos in diversa ducebant. Picæ quoque, quibus est mos garrulitate et importunitate sua latentes prodere, jam lucescente die super eum volitabant; visoque eo cum silentio confestim redeuntes, ut procul evolaverunt, tunc ac si ibidem aliquem invenissent, improbis vocibus perstrepebant. *c* O perversorum hominum *c* mens excæcata malitia! O brutis etiam animalibus E confusior insipientia! Deum, quem canes verebantur, homines, terrenum Dominum illi præferentes, non timebant; et quem picæ verebantur, picis ipsis improbiores non intelligebant. Nequitia etenim illorum, inter Deum et illos, ut dicit Propheta *d* texuerit, et miranda Dei opera sentire non per- *d* mittebat; sicque canum latratibus, picarum garrulis clamoribus, persecutores illi decepti, et per avia discurrendo defessi, tristes et confusi, sole jam terris reddito, ad propria sunt reversi.

17 Tunc ille qui latebat, clamoribus præ longinquitate evanescentibus, hostes recedere sentiens, *compede in ejus Ecclesia ultro decidente.* et de ducis sui protectione confidens, festinanter Magdunum pervenit; et dum adhuc, prima die Dominica post Pascha, nona Lectio in Matutinis legeretur; adjutoris ducisque Lifardi ecclesiam lætissimus intravit: confestimque coram omni astantium multitudine, ante sepulcrum incliti Confessoris Lifardi prostratus, dum Deo ducique suo gratias ageret; clavus ferreus, quo compes ille residuus tibiæ hærebat, absque aliquo humano tactu resiluit, et cum magno sonitu super pavimentum cum compede cecidit. Ad quem strepitum omnibus qui aderant concurrentibus, et qualiter hoc contigisset requirentibus; prædictus Pontius seriatim quæ facta fuerant retulit, et quasi quosdam verbi sui testes compedes suos super altare reposuit. Quo percepto Clerici, pro dominici diei solennitate, etiam pro tanta miraculi perpetratione, geminato gaudio, Te Deum laudamus, altissimis vocibus cecinerunt; et tota die illa cum eodem Pontio, in Dei laudibus et clarissimi Confessoris ejusdem Lifardi veneratione, exultantes astiterunt.

ANNOTATA. G. H.

a *Iterum desunt apud Mabillonem reliqua hujus numeri.*

b Balgeneiacum, *Mabiloni* Balgentiacum, vulgo *inquit*, Baugeney oppidum decimo infra Aureliam milliario supra Ligerim: *inter quod et Aureliam est Magdunum.*

c *Iterum desunt aliqua apud Mabillonem.*

d *Locum indicet, et sensum explicet, quisquis poterit: mihi nihil occurrit quod huc trahi possit.*

CAPUT

CAPUT III.

A Bernardo Magdunensi Canonico dictatum.

Duo fratres in periculo submersionis

Quod in nostris temporibus accidisse, relationis authenticæ testatur assertio, litterarum memoriæ mandare proponimus; ut in suo sanctissimo Confessore Lifardo laudemus Dominum, qui eum dignatus est in ætate nostra miraculis illustrare. Cum in gravi discrimine constituti, multoque luctamine maris et aeris duo fratres, cognomine les Potars, Guillelmus videlicet et Albertus, elementorum sævitia increbrescente, jam de mortis effugio desperarent; confitentes ministro Domini mala quæ gesserant, Dei subsidium et ipsius misericordiam super cunctis excessibus implorare cœperunt. Ad contriti cordis angustiam accedit Dominus, et in eo potenter inhabitat, et sinceri pectoris accepta compunctio visionem Angelicam promeretur. Laborantes enim, sicut jam diximus, et in voto finem imponentes reatibus, beatissimum Confessorem Lifardum viderunt assistere, tenentem baculum in manu dextera, qui vulgari vocabulo nuncupari *a* potentia consuevit. Astabat igitur in stola candida, colore candido, viva facie, vultu *b* flammeo, succinctis renibus, exertis humeris, pugnatori simillimus expedito. Requirebat insuper a jam dictis militibus sui juris decimam, invasores cujus extiterant, et a longo jam tempore detentores. Est enim villa in Belsia, vicina Puteolo, quam *c* Dominici-villam vocant, cujus decima, violenter ac nequiter occupata, prætaxati fratres fraudaverant Confessorem. Unde factum est, ut de visu terribili Confessoris fratribus memoratis incussa formidine, temeritatis errorem et præsumptionis audaciam, faterentur. Sed peccati confessio, non facit ad veniam, nisi pœnam excipiat pœnitendo *d*. Non omnino rescidit arborem, qui radicem ejus deseruit irrecisam; nec omnino peccatum evomuit, qui peccandi retinuit voluntatem: tunc enim integre culpa remittitur, cum pœnitentia rescidit affectum. Pœnitentes ergo, non corde, sed labiis, et voventes de cetero nil tale committere, quamvis erant indigni venia, quia tamen voto se firmiter astringebant, suffragante prece ac merito Confessoris, ab imminenti periculo sunt erepti.

de subtracta decima pœnitentes,

liberantur:

sed iisdem ad eamdem injuriam regressis,

19 Reversos igitur a sepulcri Dominici visitatione promissionis conditio compellebat, abjuratum facinus omnino dimittere: sed humanæ cupiditatis contagium eos eatenus inquinavit, quod votorum immemores et evasi periculi, consuetam manum ad Decimam extenderunt. Ad eorum notitiam fortasse non venerat, quod recurrens ad vomitum plectatur acrius; et exputa nequitia plus habet criminis, cum ad eam fit reditus expuentis. Nam qui voto se alligat, et a voto disgreditur, patienter quidem a Domino supportatur: sed quod voto contrarium admittitur, justitiam præterire non vidimus impunitum. Ultionis enim dilatio delinquentem non liberat, sed cum voti transgressio delictum ingeminat, accendit judicem, et ad majus supplicium exacerbat: recidiva namque morbi priori deterior, facit, ut peccatum ejus dupliciter imputetur.

alterum conjunctum duellantem,

20 Factum est igitur, ut adversus unum de fratribus, nomine Albertum, non multi temporis evoluto curriculo, post ejus reditum ab Hierosolymis, a strenuissimo juvene Willermo de Artheneyo super quodam fundo calumnia moveretur. Laborabat autem cautela plurium et conducta facundia sopire calumniam: sed quod Dei judicio provisum fuerat, propter humanæ cupiditatis insidias et venalem astutiam, non debebat nec poterat impediri. In hoc litis articulo secedunt causidici, *e* cambiones in area relinquuntur. Concurrunt communiter, et pugnant acriter; nec de fundo jam agitur, sed de morte contenditur et salute. Confidebant ergo de viribus, et membrorum de spatio præsumebant; et honorem certaminis expectantes, cum majori fiducia dimicabant. Sed eventus belli est semper dubius, et non bene certasse convincitur, quem in fine victoria non coronat. Evenit itaque, dum pugna fieret, ut beatus ille Confessor Domini, quem memoravimus, ad Alberti clypeum manus extenderet; et ad terram ipsum humilians, per umbonem tenaciter apprehensum, persecutorem suum adversis ictibus feriendum liberius aperiret. Ac hunc visum infremuit Alberti spiritus: et timore confusus, et suam cladem pariter imminere considerans, et agentem alacriter profundo juvenem, et offensum pro Decima Confessorem.

A cœnvo ex ms. alterum contendentem, e

terret Sanctus,

21 De fraterno metu Willermus inhorruit; et jam fratre formidine colorato, jam ad ictus languidius accedente; secessum pugilum et quietem brevissimam a campi custodibus obtinere promeruit, et missis nuntiis Dominum *f* Manassem Episcopum Aurelianensem advenire celeriter impetravit. Adventus autem Episcopi fratribus memoratis accrevit lætitiam: nam eo medio compositionem certissimam expectabant. Audierant enim et sæpe viderant, prætaxatum Episcopum graves discordias, et de pacis beatitudine desperantes, interventus sui peritia terminasse. Sevocantes igitur in partem Episcopum, visionem ei quam diximus explanarunt; et peccato transgressionis exposito, Confessori Domini, sui juris Decimam per manum Episcopi reddiderunt: unde factum est, ut idem Episcopus supradictos Milites a reatu transgressionis absolveret, et præfatam de fundo calumniam utrique partium assignata justitia sopiret. *g*

et ambos cogit ad restitutionem.

g Adhortatio scriptoris.

22 Non est tutum homini, Fratres carissimi, cum Deo contendere, neque Sanctos ejus ad iracundiam provocare. Nam adversus Deum moventi scandala, jucunditatis futuræ solatium et fructus amittitur, et æternæ calamitatis incendia præparantur. Non nos ergo deterreant adversi turbines, et irata tonitrua rerum fugacium, nec pompæ seculi, nec inanis lætitiæ blandimenta decipiant, cujus finis absinthium. Desistamus, Fratres, a vitiis, oremus jugiter, ut ab omni contagio nos emundet, et perennis vitæ lætitiam nobis indulgeat Dominus noster Jesus Christus, cui honor et gloria per infinita seculorum secula. Amen.

ANNOTATA G. H.

a Potentia, *Gallis* Potence, *hic scipio est, superne ansam habens: alias etiam significat subaxillare fulcrum, ut* [illegible] *sic dici putantur, quod claudos aliosque impotentes sustineat.*

b *Ita corrigo, ubi legebatur* femineo.

c *Mabillio* Dominici-villam: *sed neque hanc, neque* Puteolum *notat tabula Belsiæ.*

d *Hic sæpius aliqua apud Mabillonem desunt.*

e Cambiones, *seu potius* Campiones, *pugiles pro singulari* [illegible] *certamine,* [illegible] 16 *Martii in Vita B. Joannis Episcopi* [illegible] *cap.* 2 *littera* g.

f *Is est* Manasses I, *circa an.* 1150.

g *Reliqua desunt apud Mabillonem.*

F. B.

DE SANCTO ADELBERTO,

EPISCOPO COMENSI IN ITALIA.

COMMENTARIUS CRITICUS.

Cultus: Acta majori parte fabulosa.

ANNO DCXV.

Elogium ex Martyrolog. Comensi.

Comum *sive* Novocomum, *urbs illustris sua antiquitate et Sede Episcopali, ad extremitatem lacus Larini in confinibus Insubriæ sita, multos nobis hactenus suppeditavit Sanctos, et hoc mense Junio iterum datura est; atque inter hos quatuor suos Episcopos, quorum primus occurrit hoc tertio die* S. Adelbertus. *Hujus res gestas illustri compendio edidit Primus Aloysius Tattus, in Martyrologio Sanctæ Novocomensis Ecclesiæ, sub annum* MDCLXXV *excuso, quod est hujusmodi.* Tertio Nonas Junii Novocomi, in basilica Cathedrali et in templo S. Joannis de Pedemonte, natalis S. Adelberti Episcopi et Confessoris: qui in magna temporum improbitate ad Comensis Ecclesiæ regimen assumptus, verbi Dei pabulo et sanctimoniæ exemplo eamdem prudentissime gubernavit. Sed impiorum invidia et astu petitus, ac Romæ apud Summum Pontificem falsorum scelerum insimulatus, singulari Numinis beneficio, et hostium suorum elusit insidias, et suam Pontifici supernorum ostensione signorum innocentiam comprobavit. Nam avolantes in via perdices, Romam adduxit; et Pontificem, cœlestes Angelorum modulos audire cupientem, precibus voti compotem reddidit. Tandem cognita illius vitæ integritate, multis a Christi Vicario affectus est honoribus: quibus cumulatus, cum superata inimicorum impudentia Comum rediisset, paulo post ab hujus mundi exilio liber cœlestem migravit in patriam.

Memoria in Breviario et apud alios Scriptores;

2 *Hæc Tattus, qui in Notis addit auctores,* S. Adelberti *mentionem facientes, ut sunt:* Breviarium Ecclesiæ Comensis, cum Officiis propriis ejusdem Ecclesiæ; Philippus Ferrarius in Catalogo generali et Catalogo Sanctorum Italiæ, cum Nova ejus Topographia: Benedictus Jovius, historiæ Novocomensis libro 2; Thomas Borcacchius, Nobilitatis Comensis lib. 1; Felicianus Ninguarda, in sua Visitatione, ubi de Ecclesia S. Abundii; Philippus Archintus, in syllabo suorum Prædecessorum; Lazarus Carafinus, in dyptica Episcoporum Comensium num. 15, et in Catalogo Sanctorum ac Beatorum hujus Ecclesiæ; Robertus Ruscha, Monachus Cisterciensis, lib. 1 Nobilitatis suæ familiæ, Joannes Michael Plodius, Ordinis Prædicatorum lib. 2 cap. 12 Progeniei S. Dominici apud Italos; Quintilius Lucinus Passalaqua, in prima epistola historica: Franciscus Ballarinus, par. 2 Chronici Comensis; Ferdinandus Ughellus, tomo 5 Italiæ sacræ in serie Episcoporum Comensium num. 15, Lelius Fravescus, in Diario Novocomensi num. 15; et ipse Tattus, lib. 8 Annalium Comensium.

Acta fabulosa rejiciuntur

3 *Addit idem Tattus plurima fabulosa irrepsisse Actis hujus Sancti, nempe,* ut Bonifacii IV Pontificis nuntium lauto exciperet convivio, eum raporum semina sub vesperam terræ commisisse, collecturum eadem mane, divino prodigio jam matura. Alterum *addit* absurdum; Pontificem hortatu Adelberti, qui in singulas noctes concentus Angelicos audiebat, ut ipse tantæ hujus suavitatis etiam consors fieret, manus suas super humeros Adelberti locasse, ipsumque Adelbertum Pontificis tergo adhæsisse. Demum Bonifacium IV Roma profectum esse Novocomum, ut defuncto Adelberto justa persolveret: *et hoc ultimum rejicitur, eo quod dictus Pontifex integro anno ante hunc Episcopum vita functus esset. Sed hoc in calculo Baroniano: nam in nostro obiisset uterque eodem anno, et vix uno mense citius Papa.* Rationes aliarum, *ut inquit,* fabularum *latius apud ipsum deductas lector habere potest, cum in iis rejiciendis eum detinere nolimus; sed dimittere malimus ad similes fere nugas, ad* IX *Maji S. Gerontio Ficoclensi affictas, atque ab hoc translatas etiam ad S. Nicephorum in Istria, uti ostensum est ad hujus quoque diem* XXVIII *ejusdem mensis.*

Tempus Sedis, et Translatio

4 *Tempus Sedis assignatur, ab* anno DXCI ad annum DCXV, quo mortui exequias solennes celebravit urbs tota cum Clero. Humatus primum est in basilica Sanctorum Apostolorum, nunc vero S. Abundii. E priori deinde tumulo ad novum sub ara, ipsius et S. Rubiani dicata nomini, delatus est. Denique anno Domini MDXC, consensu Eminentissimi et Reverendissimi Domini Ptolomæi Cardinalis Gallii, S. Abundii Abbatis ut vocant, Commendatarii, a Feliciano Ninguarda Episcopo Comensi, una cum Corporibus SS. Abundii, Amantii, Consulis, Exuperantii, et Rubiani, summa civitatis ac diœcesis lætitia atque ingenti populorum concursu, translata sunt beati Antistitis Ossa: quorum medietas colitur in Cathedrali sub altare sanctissimi Crucifixi; altera vero medietas in S. Joannis Pedemontani deposita est, sub ara majori. *Fuerunt hi omnes Episcopi Comenses: duorum ex iis Acta dedimus:* S. Abundii *quidem, die secunda Aprilis;* S. Amantii, *die* VIII *ejusdem: hujus autem Ossa, ad Ecclesiam Societatis Jesu ipsi dicatam, fuerunt dicto anno* MDXC *translata,* S. Consul *colitur* VII *Julii;* Exuperantius, XXII *Junii: At* S. Rubiani *natalis est* XVI *Decembris.*

Corpora mista SS. Adelberti et Rubiani:

5 *Hujus* S. Rubiani et Adelberti corpora in eodem tumulo fuerunt reperta, neque unum ab altero discerni potuerat, et simul cum aliis sacris corporibus, in capsis panno aureo opertis, supplicatione longo ordine et æquabili procedente, ad Cathedralem Ecclesiam, sub umbellis et magna luminarium copia deportata; ubi capsa una, cui inclusa medietas corporum SS. Rubiani et Adelberti, relicta est, et in altari sanctissimi Crucifixi in egregia arca marmorea collocata. Reliqua medietas delata ad templum S. Joannis Pedemontani Fratrum Ordinis S. Dominici, et in summo altari deposita, in sacello Cardinalis Gallii, ubi perfectum foret, reponenda. *De hac translatione ad Cathedralem Ecclesiam talis facta est Inscriptio :* Sanctorum Corporum Adelberti et Rubiani, Episcoporum Comensium, pars altera ab Ecclesia S. Abundii huc translata, anno MDLXXX die primo mensis Julii, celeberrima supplicatione. *Nec dubito quin alia Inscriptio, in Ecclesia Ordinis S. Dominici, fuerit etiam collocata.*

eorumque translatio.

DE

DE S. COEMGINO SIVE KEIVINO,

ABBATE GLENDELACENSI IN HIBERNIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

F. B.

Cultus Sancti, Actorum fides.

SEC. VI

Glendelacum, urbs Episcopalis,

Glendelacum, *olim urbs Episcopalis Hiberniæ in Lagenia; nunc vicus, in Comitatu Dubliniensi, primordia melioris suæ fortunæ, quamdiu floruit, debebat* S. Coemgino, *aliis* Keivino: *qui in loco deserto interque aspera montium juga vitam primum eremiticam duxit; et ibidem, non sine divino instinctu, construxit monasterium. Hoc quia situm erat in valle, in quam ex vicinis montibus aqua descendens, in duo stagna seu lacus colligitur, a loco nomen accepit* Gleandalouch, *quod* Vallis duorum Stagnorum *interpretatur. Monasterii celebritas, ut fieri* B *assolet, plures incolas excivit, qui habitationem circum illud sibi delegerunt: itaque variis accessionibus auctum, in magnam excrevit civitatem. Cathedra etiam Episcopali ornatum. Verum, ut nihil in hoc mundo est stabile, monasterium et civitas pariter, diuturno temporum decursu, collapsa sunt; ita ut, sexcentesimo ferme post mortem* S. Coemgini *anno, cum vix vicus ex urbe superesset, Sedes Episcopalis Dubliniensi unita sit. Hæc de ortu istius urbis, ex Actis* S. Coemgini *infra dandis, collegit Usserus in Primordiis Ecclesiarum Britannicarum pag.* 956. Magnum, *inquit,* monasterium a Coemgino fundatum est in inferiori parte vallis, quæ quondam Scotice vocabatur Gleande, modo autem Gleandaloch, id est, Vallis duorum Stagnorum. Atque hinc in ipso loco clara et religiosa civitas in honore S. Coemgini crevit, quæ nomine prædictæ vallis, in qua ipsa est, Gleandaloch vocatur: ipsaque civitas est in Oriente Lageniensium, in regione, quæ dicitur Fortuatha.

nunc vicus,

2 *De interitu autem urbis et Episcopatus translatione, ita habet Jacobus Waræus in Archiepiscopis Dubliniensibus.* Illo præsidente (*Henrico Londinensi, quarto Archiepiscopo Dubliniensi*) Sedes Glendelacensis, anno ferme sexcentesimo a morte S. Coemgini, C (*qui dicitur obiisse anno* DCXVIII) primi ibidem Episcopi, huic Cathedræ adjecta est et adunata. De unionis causis, testimonium Tuamensis Archiepiscopi (Felicis O. Ruadani, qui tum vixit et Suffraganeorum suorum, ex hujus Ecclesiæ Archivis transcribere non piguit: *ipsum sic habet*: Dominus Joannes Papiron, Legatus Romanæ Ecclesiæ, veniens in Hiberniam, invenit Dublinii Episcopum habitantem, qui tantum intra muros Episcopale officium exercebat; invenit in eadem Diœcesi aliam ecclesiam in montanis, quæ similiter dicebatur civitas, et habebat quemdam Episcopum. Constituit autem idem Legatus, illam optimam civitatem Dubliniensem, Metropolim illius Provinciæ, tradens pallium Episcopo illi, qui tunc regebat illam Ecclesiam Dubliniensem; et constituit ut divideretur illa Diœcesis, in qua ambæ erant civitates, ut pars una cederet Metropoli, et pars altera remaneret illi, qui erat in montibus; ut firmiter credimus ea intentione, ut pars illa rediret Metropoli, obeunte illo, qui tunc præerat illi Ecclesiæ: quod statim fecisset, nisi detulisset insolentiæ Hiberniensium, qui tunc habebant potestatem in terra illa. Quam intentionem dicti Legati, cum Dominus Henricus Rex Angliæ a pluribus didicisset; concessit illam Metropoli, inhærens intentioni et voluntati Domini Legati. Similiter Dominus Joannes Rex Angliæ (qui nunc est) partem eamdem Joanni, antecessori istius, qui præsens est, concessit habendam; auditis magnis viris et in terra vetustis, super facto et intentione prædicti Domini Legati. Præterea illa sancta ecclesia, quæ est in montanis, licet magna reverentia haberetur ab antiquis, propter Sanctum Keivinum, qui ibidem vitam duxit eremiticam; nunc tamen ita deserta est et desolata, per quadraginta fere annos, quod de ecclesia facta est spelunca latronum, et fovea furum; ita quod plura homicidia committuntur in illa valle, quam in aliquo alio loco Hiberniæ, propter desertam et vastam solitudinem. E *Hactenus testimonium: pergit Waræus:* Concessionibus illis (Henrici II et Joannis) non obstantibus, constat Episcopatum Glendelacensem Cathedræ Dubliniensi non fuisse conjunctum; ante annum MCCXIV; quo (si non paulo serius) e vivis excessit Guilielmus Piro, ultimus illius Sedis Episcopus.

auctoritate Legati Apostolici,

et Regum Angliæ,

translato Episcopatu.

3 *Occasione hujus instrumenti, in quo solum memoratur* S. Coemginus vitam duxisse eremiticam in loco Gleandaloch; *inquirendum venit, an revera primus istius Ecclesiæ Episcopus fuerit, ut affirmat Waræus, verbis supra ex ipso prolatis. Certum quidem est, in Hibernia priores Ecclesiarum fundatores et Episcopos; plerosque simul Abbates fuisse, et vitæ solitariæ admodum studiosos; cujus utilitatem suavitatemque et ipsi prius Monachi fuerant experti; ideoque solitos quandoque, interruptis Episcopalibus curis, in loca solitaria sese abdere, ut sepositis reliquis soli Deo sibique vacarent; mox duplicato Spiritus fervore, ad priora ministeria redituri. Attamen cum in prædicto instrumento, nulla fiat mentio Episcopalis Ordinis, credibile omnino videtur, seculo* XIII, *quo illud scriptum est; ejus* F *Auctores ignorasse,* S. Coemginum *primum Glendelacensem fuisse Episcopum. Cur enim id tacuissent, solum asserentes, locum illum in veneratione habitum ob* S. Coemginum, *qui ibi* vitam eremiticam *duxerat? Majorem sane Cathedra ejus Episcopalis, quam spelunca eremitica, loco illi poterat conciliare venerationem. Quomodo autem ignorare potuerunt Archiepiscopus Tuamensis et eius suffraganei,* S. Coemginum *Episcopum fuisse, si revera fuerit? nam eo casu id scire poterant, et debebant, iisdem testibus quibus eremitam fuisse didicerant, sive hoc ex Actis conscriptis, sive testimoniis publicis, sive solum majorum traditione; ut loquimur, cognoverint. Quapropter, non alia de causa credo Episcopum primum Glendelacensem hunc sanctum vocari, quam quod successores ejus Abbates, simul Episcopi fuerint; præsertim cum ne quidem inter fabulas de ipso scriptas, quidquam reperiam, quo vel fingi possit Episcopus fuisse. Tantum quis objicere posset titulum vitæ mox dandæ, qui sic legitur:* Vitæ S. Coemgini, Episcopi et Confessoris. *Ipsa quidem Vita centum annis, ut minimum, Tuamensi testimonio videtur antiquior, quod mox ostendam: sed existimo, titulum ab alio additum esse librario, cum in tribus ejusdem Vitæ, quæ habemus compendiis, etiam antiquitus scriptis, alius omnino titulus habeatur: in primo,* Vita Coemgini,

Ejus Cathedra S. Coemginus

non fuit primus Episcopus.

AUCTORE F. B.

A Coemgini, magnæ sanctitatis viri; *in altero*, Vita Coemgini; *in tertio*, Vita Ceomgini Abbatis; *in quarto etiam, quod invenimus in Bibliotheca Cæsarea Viennæ, legitur* de S. Coengeno.

Acta ejus sec. 12 scripta

4 *Acta vero, de quibus nunc agimus, pluribus videntur referta fabellis; quamvis seculo, ut minimum duodecimo exarata. Siquidem cum ea scriberentur, adhuc Glendelacum florebat, cujus seculo decimo tertio, quod numero secundo ostendimus, vix amplius exstabant vestigia. Ut autem civitas ampla et nobilis, temporis decursu, quo mutantur omnia, in pagi redigatur angustias, centum annorum spatium non immerito requiro. Solum itaque ostendendum est, scripta fuisse Acta, florente adhuc Glendelaco. Id vero colligitur ex num.* 25. *ubi inducitur Angelus prophetans, de celebritate futura monasterii et civitatis, ac inter reliqua promittens, usque in finem seculi cœnobium in magna gloria permansurum; quam sane prophetiam Auctor falsam vidisset, si post deteriorem urbis et monasterii fortunam scripsisset: neque id dissimulasset; sed potius aliquam de interitu ejus affinxisset prophetiam. Idem etiam demonstratur ex num.* 27, *in quo sic dicitur:* In ipso loco clara et religiosa civitas in honore S. Coemgini crevit..... ipsaque civitas est in Oriente B Laginensium: *erat igitur adhuc civitas, cum Acta scriberentur. Quia tamen fabulosa sunt; decreveram iis suppressis, solum compendium edere, ex nostro MS. quod olim Salmanticensis Collegii fuit; ut in S. Silao* XXI *Maji, et alibi non semel est factum. Verum mutavi sententiam, cum adverterem, aliqua subinde narrari,*

suspecta sunt fidei.

quæ non ex ore vulgi habuerat scriptor, sed ipsemet vidisse poterat, ut quæ suo tempore adhuc exstabant; qualia sunt illa, quæ situm locorum monasteriorumve spectant; item prophetiæ quædam et miracula, quibus non tam docemur, quid prædixerit feceritve Sanctus, quam quid fieret diceretur ve quando hæc scribebat Auctor. Præterea quia his Actis usi fuerunt Usserus, Colganus, aliique Hiberni Historici; operæ pretium esse putavi ea luci dare; quandoquidem hactenus nemo, quod sciam, integra ediderit: ut de eorum fabulositate vel credibilitate lector judicium ferat. Id autem faciet commodius, si legerit ea, quæ XVII *Martii dicta sunt ad Acta S. Patricii, in Appendice* §. 3 *et* 4 *de miraculis et prophetiis ejusdem Sancti: Hibernis enim Hagiographis plerisque applicari illa possunt, quibus satis usitatum est miracula unius Sancti ad alium transferre, erronea potius pietate, quam fallendi voluntate. Quamvis autem verosimiliter eorum, quæ narrantur, facta sint aliqua: cum tamen ex ore vulgi, quod ea sibi tradita a majoribus acceperat, scripta fue-* C *rint; circumstantiis tam fabulosis sunt adornata, ut meræ videantur fabellæ.*

Eorumdem triplex compendium.

5 *Horum Actorum habemus tria (ut dixi) compendia: unum, per modum minoris Elogii; alterum prolixius, ex codice MS. commodato nobis a R. P. Henrico Fitzsimon Societatis nostræ, cujus Auctor ad conquirendas fabulas videtur fuisse studiosior; tertium, ex Codice Bibliothecæ Salmanticensis, a tribus ut minimum seculis conscripto, in quo nonnullis omissis, quæ de fabulositate merito suspecta sunt, ea plerumque referuntur, quæ tolerari possint et credi, si non ex sordido fonte fluxissent. Et quia subinde necesse erit, quædam ex duobus posterioribus compendiis annotare, primum quod a P. Fitzsimon accepimus, Acta breviora; secundum, Salmanticense compendium vocabo.*

Cultus probatur:

6 *De celebri Sancti hujus cultu certiora extant monumenta. Primum nobis subministrat ea, de qua modo egimus, Vita, exarata seculo duodecimo; affirmans* civitatem Glendelacensem in honore S. Coemgini crevisse; *quo etiam indicari videtur eumdem Sanctum, ut primum urbis fundatorem, ita primarium Patronum fuisse. Alterum habemus ex instrumento Tuamensis Ecclesiæ, relatum num.* 2, *quod asserit;* sanctam Ecclesiam *Glendelacensem* magna reverentia habitam D ab antiquis, propter S. Keivinum, qui ibidem vitam duxit eremiticam. *Tertium accipimus ex compendio Salmanticensi, ante trecentos annos conscripto, cujus est hoc exordium:* Adest nobis, Fratres, gloriosi Abbatis Cayngini veneranda festivitas. *Ex quo discimus, a tribus seculis ejus festivitatem quotannis ecclesiastico cultu celebratam fuisse, et prædictum compendium, ad honorem Sancti publice in templo recitatum, aut pro Lectionibus in Choro cantatum. Accedunt Martyrologia Tamlachtense, quod ejus memoriam habet* XI *Maji, ut diximus eodem die inter Prætermissos. Martyrologium item Usuardi per Grevenum, et Florarium Sanctorum MS. quæ tamen errorem committunt non mediocrem, dum* Keivinum Abbatem *distinguunt a* Coemgino Confessore; *quamvis* Keivinus Abbas *et* Coemginus Confessor *aliis omnibus unus idemque sit. Ferrarius etiam in Catalogo generali Sanctorum, ex Martyrologio Petri Canisii sic habet:* In Hibernia S. Keuvini Abbatis. *Denique post Acta breviora, in codice accepto per F. Fitzsimon; additur hæc oratio:* Deus qui Beatum Koemgenum, Confessorem tuum atque Abbatem, Sanctorum tuorum meritis æqualem, gloriosis ostendis miraculis: præsta quæsumus, ut quem E nobis in terris donasti Doctorem, in cœlo facias habere intercessorem. Per Dominum etc.

memoria ejus in Martyrol.

Oratio de eodem Santo:

Chronotaxis vitæ incerta.

7 *De Chronotaxi vitæ ejus, quoniam pauca dici possunt, dicamus aliquid. Usserus pag.* 1122, Anno, *inquit*, CCCCXCVIII Coemginus, qui et Keivinus, in Hibernia natus est: si, ut a quibusdam habetur traditum annos CXX vixerit, et anno Christi DCXVIII mortem ille obierit. *Nititur hæc Chronotaxis, duobus (ut loquuntur Dialectici) suppositis; quæ si certo subsisterent, arithmetica demonstratio haberetur. Verum supposita sunt ejusmodi, ut nec tuto credi possint, nec refelli: cum neque idoneo Auctore asserantur, neque aliunde quidquam certius habeatur. Interim vix dubium est, quin* S. Coemginus *seculo sexto aliis plerisque Sanctis convixerit, quorum tunc ferax fuit Hibernia. Habito autem anno nativitatis ejus* CCCCXCVIII, *consequens erit, Sanctum puerum fuisse anno* DV *a parentibus S. Petroco traditum, litteris ac piis moribus erudiendum; et anno* DX *ad SS. Eogani, Lochani et Æneæ cœnobium concessisse: primum enim septenni, alterum duodenni contigit. Alia præcipuorum Actorum ejus tempora, ut, quando nam Glendelacum inhabitare cœperit, inde discesserit, iterumque reversus monasterium ædificaverit, prudenti judicio definienda relinquuntur: verosimiliter tamen, ob ea quæ dicenda sunt* F *in Vita num.* 30, *hæc peracta fuerint ante annum* DXLIX, *quo Sanctus Kieranus de Cluain-muc-nois, annos natus triginta tres, obiisse dicitur ab Ussero.*

ACTA SUSPECTA

Ex Manuscripto R. P. Hugonis Wardæi, Ordinis Minorum.

CAPUT I.

Sancti nativitas; Baptismus, et vitæ sanctioris tirocinium.

Piis parentibus ortus:

Vir erat in provincia Laginensium, quæ est quinta pars Hiberniæ, in plebe videlicet Dalmascoirb, quæ est in Orientali plaga Laginensium super ripas maris, cujus nomen dicebatur Coinlogha, fidelis satis et Deo idoneus: qui habuit uxorem, nomine Coenhellam: erantque ambo justi apud Deum et homines. *a* Quadam nocte apparuit Angelus Domini in somnis illi mulieri, *b* dicens ei: Benedicta mulier, paries filium, et vocabis nomen ejus Coemgenus; qui erit carus Deo et hominibus, et ipse erit

A erit Pater multorum Monachorum, in cujus loco magna erit gratia Spiritus sancti; et postquam fuerit natus, statim ad baptismum ducetur. Et illico ut natus est, sicut jussit Angelus, ductus est ad baptismum. Occurritque portantibus eum in via Angelus Domini, in forma pulcherrimi juvenis; et interrogavit eos, dicens; Quid habetis, aut quo pergitis? At illi responderunt, Ad quemdam Eremitam sanctum Presbyterum, hic prope habitantem, ut infantem quem portamus baptizet. Tunc Angelus Domini, in forma hominis insufflans, signavit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, et orans benedixit eum.

baptizatur ab Angelo.

2 Deinde illi homines ad sanctum Presbyterum, nomine Cronanum c venerunt, qui dixit eis: Quid quæritis hic? Illi responderunt ei; Ut baptizes istum infantem, Pater: Et videns Sanctus Cronanus infantem ait: Iste sanctus infans rebaptizari non indiget, quia a viro meliore et sanctiore me baptizatus est. *d* Illis admirantibus de hoc verbo, ait eis: Occurrit vobis aliquis in via? Et indicaverunt ei, quomodo prædictus juvenis benedixit infantem, et nominavit eum Coemgenum. Et ipse senior ait B eis: Ille est Angelus Domini, qui istum infantem baptizavit: et sicut nominavit eum Angelus, ita ipse semper nominabitur, id est Coemgenus, quod latine sonat, Pulcher-genitus: pulcherrimus enim ipse erit. Et respiciens sanctus senex Cronanus infantem, Dei plenum gratia, obtulit seipsum ei dicens; O benedicte Dei infans, benedicat te Dominus Deus omnipotens, et ego ero primus Monachus tuus, et locum meum cum omnibus meis tibi trado. *e* Et postea cum oratione et benedictione sancti Cronani, sanctus infans Coemgenus ad parentes suos reductus est.

S. Cronanus de eo vaticinatur,

3 In nativitate jam sancti Coemgeni, Dei dono ad domum parentum ejus, pro gratia infantis, mira vacca alba, mane et vespere sponte veniebat, de cujus lacte sanctus infantulus Coemgenus aliquo tempore nutritus est; et illi homines nescierunt unde illa venerat, aut quo pergeret die et nocte; sed duo magna vasa *f* de lacte in unaquaque die mulgebantur ab ea; et post tempus, nemine illorum adhuc sciente, Dei nutu unde venit ipsa redivit; et per hoc sancti infantis nomen magnificatum est.

nutritur lacte vaccæ, ultro se offerentis,

4 Cum esset sanctus Coemgenus puer, oves parentum suorum cum aliis pastoribus pascebat; et quodam die in pascuis pauperes venerunt ad eum, dicentes: Miserere nostri, sancte puer Coemgene: C audivimus jam famam sanctitatis tuæ.... in Dei autem nomine, coram ceteris, tradidit illis pius puer quatuor oves. Sero numeratis ovibus domi, numerus earum Dei dono integer inventus est: ne Christi servus pro largitate charitatis suæ accusaretur; et in hoc miraculo sanctus Coemgenus in Christi amore confortatus est.

oves, data pauperibus, nihil imminuto grege:

5 Beatissimo Coemgeno adhuc in domo parentum suorum manente, alia plura miracula per eum a Domino Deo facta sunt, quæ hic non scribimus, volentes scitius pervenire ad suam perfectam ætatem. Videntes parentes S. Coemgeni tantam gratiam in eo, tradiderunt eum sanctis senioribus Eogoino, *g* Lochano et Enna, ut in cella eorum Christo nutriretur; et apud illos Sanctos B. Coemgenus sedule legebat: ipsoque in primis juventutis suæ floribus crescente, videns illum quædam pulchra juvencula, foris in agro cum Fratribus operantem, amavit eum valde; pulcherrimus enim erat ille, sicut prædiximus: et puella cœpit indicare ei amicitiam suam astutis verbis; insidiasque ipsi, prout poterat, semper agebat, visu, loquela, et aliquando per nuntium: quæ omnia sanctus juvenis respuebat, et [ab] illa die quærebat ipsa opportunitatem illum solitarium invenire. Quadam vero die, Fratribus operantibus in silva, illa puella perrexit post D eos: et videns sanctum Coemgenum, seorsum solum in silva operantem, adivit eum; et blandissimis nexibus manuum suarum eum amplexa est; rogabatque illum dulcibus verbis, ut secum concumberet. Miles autem Christi, armans se sancto signo, et repletus Spiritus sancto, resistit ei fortiter, et exiliit de manibus ejus in silva: et inveniens ipse urticam, involvit seipsum nudo corpore in eam. Et [quia] illa juvencula adhuc persequebatur eum, reinduit se vestimentis suis velocius; et apprehendit occulte fasciculum urticæ: et veniens illa ad eum, percussit eam Sanctus urtica in faciem, et in manibus, et in pedibus, multis vicibus. Et cum illa esset lacerata urtica, extincta est voluptas amoris sui; et compuncta ipsa corde, flexis genibus veniam postulavit in Dei nomine a Sancto Coemgeno. Et orans Sanctus pro ea ad Christum, tunc ipsa Deo et Sancto Coemgeno virginitatem suam promisit: invenientesque Fratres eos ita sibi colloquentes, admirabantur valde: narravitque eis virgo quæ gesta fuerant, habens verecundiam pudicitiæ: et talia Fratres E audientes confirmati sunt in amore castitatis. Illa autem juvencula, deinceps prudens et sancta virgo electa est; ac sancte et pie memoriam beatissimi Coemgeni toto tempore vitæ suæ diligentissime observabat.

pluribus miraculis clarus, erudiendus traditur Monachis

EX MS.

Tentatus ad impudicitiam:

in urticis se volutat, et tentatricem convertit

6 Quadam die jussus est S. Coemgenus, ut pergeret cum quodam Fratre in silvam prope cellam positam, ut facerent in ea ignem pro aliqua causa Fratrum; et erat ille Frater B. Coemgeno senior *h*, et dixit B. Coemgeno; Frater Coemgene, porta nobis ignem ad silvam; oblitusque est, Sanctus Dei, ignem secum portare. Perveniensque ad locum ubi debebant ignem accendere, senior ille interrogavit, ubi esset ignis; et sanctus Coemgenus confessus est, quod oblitus esset ignem. Ait ei senior; Percurre, Frater, citius post ignem, et tolle tecum ignem. Et interrogans B. Coemgenus eum, in quo portaret ignem; dixit ei senior per iram; In sinu tuo. Perveniensque S. Coemgenus ad coquinam, posuit facem ardentem cum multis prunis, juxta verbum senioris, in sinu suo; veniensque ad locum prædictum misit ignem in terra de sinu suo ante seniorem; sed mansit vestimentum intactum igne ardente, ac si numquam in eo missus esset. Videns autem ille senior tale miraculum, per S. Coemgenum factum; humiliter dixit: O, sancte juvenis, video te Spiritu sancto plenum esse, et vero Abbatiam nostram debes habere. F Ait ei S. Coemgenus: mirum esset, ut sancti seniores sub regula mea essent, stulti juvenis: sed nemini hoc miraculum dicas. Et ait senior; Jam convenientius est alios sub te esse, quam ut tu sis sub aliis. Vere veniet dies, quando nos omnes, et loca nostra sub te erimus. Et narrans ille senior hoc miraculum majoribus et omnibus Fratribus, displicuit multum S. Coemgeno, et recessit ab eis longe ad desertum solus.

Jussus ignem in sinu portat h

ANNOTATA F. B.

a *Salmanticense MS.* nobiles *fuisse ait; Acta breviora, dicunt* patrem Coemlugum, e prosapia Regum Lageniensium ortum: *sed* magis pie vivendi causa, terram suam et cognatos deseruisse, ac peregre labore manuum vixisse: *quod si fuerit, satis apte videtur finxisse; nam si inopes non erant parentes, cur vaccam miraculose submisisset Deus ad lactandum infantem, quod habetur num.* 3 *at rursus, si adeo inopes, unde ipsis greges ovium? ut dicitur num.* 4.

b *Acta breviora narrant. Angelum patri apparuisse,* non

EX MS

A *non matri. Et vix ullus Sanctus Hibernus natus est, cujus nativitas patri matrive non dicatur nuntiata fuisse ab Angelo, vel quopiam Sancto.*

c Cronanus, *de quo hic agitur (sunt enim varii ejusdem nominis) non aliunde innotuit scriptoribus Hibernis: quod etiam accidit pluribus Sanctis hic nominatis; unde iis parum adjuvari possumus ad Acta hæc elucidanda.*

d *Docet nos Ecclesia solam insufflationem non sufficere ad Sacramentum Baptismi, si desit affusio aquæ: oportet igitur scriptorem hujus vitæ aut graviter errasse, aut ablutionem Baptismalem per crassam inadvertentiam omisisse. In Actis brevioribus dicitur sanctus infans insufflationem et unctionem accepisse ab Angelo, et postea a S. Cronano aquis salutaribus ablutus in propinquo fonte, qui exinde languidis factus est salubris. Salmanticensis MS. Auctor videtur rem totam suspectam falsitatis habuisse, ut revera suspecta est: solumque dicit infantem ab Angelo benedictum in via, cum ad Baptismum portaretur.*

e *In Actis brevioribus inducitur ita prophetans S. Cronanus:* Et tota provincia ista Domino tuo serviet in æternum: et quando habitatores istius primæ
B dignitati tuæ adversabunt, ensis extraneus veniet, qui diversis modis eos eradicabit: *ex quibus colligo, illam S. Coemgeni vitam breviorem conscriptam esse, tempore, quo Henricus II Rex Angliæ Hiberniam intercepit; et de transferendo Episcopatu Glendelacensi agi ceptum est, circa initium seculi* 13.

f *Duo lactis magna vasa quotidie non poterat puer unus absumere: proinde in Actis brevioribus recte dicuntur, etiam parentes eo vixisse per biennium.*

g *Id contigisse anno ætatis* 12 *supra dixi ex Ussero, qui id istud habet ex Actis brevioribus; uti etiam, quod anno 7 ætatis traditus fuerit* S. Petroco Eremitæ, *natione Cumbro; quem idem Usserius ex Joanne Tinmuthensi narrat, relicto paterno regno monasticam vitam amplexum, et circa annum* 498 *sanctitate floruisse in Hibernia; sed quodnam patris ejus regnum fuerit neuter explicat; rationem vero temporis colligit ex his Actis fabulosis, ut dixi in Commentario prævio num.* 7. S. Eugenius *vero, de quo hic agitur, inter plures ejusdem nominis, videtur fuisse is, qui numeratur inter discipulos S. Finiani, postea factus Episcopus Ardsrathensis: floruit autem adhuc seculo* 6 *ultra medium provecto, adeoque cum hic vocatur senior, non potest intelligi ætate talis fuisse, sed officio; cum* S. Coemgenus *natus habeatur anno* 498, *nisi ordinario majo-*
C *rem ætatem, uti S. Coemgino, ita etiam tribuere velis SS. Finniano et Eugenio.* Lochanum, *Salmanticense* Lochranum *vocat, cujus nominis nullum reperio.* Lochani *vero plures referuntur in utroque Colgani tomo; quamvis difficile sit assequi an is, de quo hic agitur, aliquis illorum sit.* Ennam *sive* Eannam, *aut* Æneam, *non inveni alibi.*

h *In Salmanticensi vocatur senior iste* Braitducus, *de quo alibi, quod sciam, nulla fit mentio. In Actis brevioribus narratur hoc miraculum sub* S. Petroco *contigisse.*

CAPUT II.

Vita Eremitica, et monastica: miracula quædam, et fundatum primum monasterium.

Desertum petit;

Ambulans beatissimus Coemgenus per deserta loca solus, invenit quadam die vallem quamdam, inter concava montium altissimorum positam, irrigatamque pulchris aquis: duo enim stagna et clari rivuli hinc et inde confluunt in ea de montibus. Et pertransivit illam vallem usque in superiorem partem ipsius, ubi est lacus in angustiori suo fine, inter cacumina montium altissimorum: sed lacus ad radices eorum a monte usque ad montem constat: illaque vallis quondam Scotice vocabatur Gleand De, modo autem dicitur Gleanndaloch, *a* id est vallis Duorum- D
stagnorum: et se collegit Sanctus juxta prædictum stagnum, in quadam arbore cava, et mansit ibi quodam tempore in vita angustissima: raro enim de illa arbore egrediebatur foras, et colligebat pauca olera, et cum modica aqua comedebat, et ita vixit multis diebus.

vivit in cava arbore:

8 Pastor quidam cujusdam patris familias, qui dicebatur By, aliquibus diebus colligebat armentum suum ad pascua in prædictam vallem, in qua erat S. Coemgenus Eremita. Et volens Dominus famulum suum Coemgenum ostendere hominibus; fecit unam vaccam de illo armento venire quotidie ad S. Coemgenum, in specu suo manentem; et ipsa veniens lingebat sedulo vestimentum Sancti. Audiensque illa vacca mugitum armenti, saturi de herbis virentibus et aquis, circa vesperam redeuntis, et pastores altisonis vocibus pecora minantes, velocius ad primam armenti partem, contenta suo pastu, recurrebat; et omni die descendens armentum de gremio montis in vallem illam, ipsa vacca se furabatur a cetĕris, et veniebat ad virum Dei, agebatque quotidie sicut in primo die fecit: et illa E
vacca abundantiam lactis incredibilem habebat de solo tactu vestis viri Dei. Admirantes autem caupones abundantes ex illa vacca lacteos fontes, narraverunt Domino suo; et ille ait pastori, scis tu quid illi vaccæ contigit? Et pastor nescire se dicens, ait dominus suus ei; Observa eam diligenter ut scias unde habeat illa hanc gratiam. Crastino autem die pastor ille commendavit armentum pueris junioribus, et secutus est illam vaccam quocumque ibat. Et ipsa vacca censueto more, exivit ad arborem cavatam, in qua erat S. Coemgenus. Et inveniens pastor vaccam lingentem vestimentum Sancti, admiratus est multum: et minans inde vaccam aspere, increpavit Sanctum Dei rustice; et hoc S. Coemgeno displicuit, timens quod ille homo se proderet. Postea ille rusticus minavit pecora ad domum suam; perveniens vero ad villam, versæ sunt vaccæ et vituli in tantam insaniam, ut non cognoscentes se invicem, matres vellent vitulos occidere. Hoc videns pastor timuit, et narravit domino suo quod vidit in valle. Et jussione Domini sui ille pastor statim reversus est ad S. Coemgenum; flectensque genua rogavit Sanctum Dei, ut daret sibi veniam: adjuratusque ille a Sancto, promisit ipse de cetero se non proditurum eum: nescivit F
enim Sanctus quod ille narrasset antea de se hominibus. Et impetrata venia, ille homo aquam benedictam a S. Coemgeno accepit; et aspergens illa aqua vaccas et vitulos, cognoverunt se invicem consueto more, et mites illico factæ sunt: statimque fama S. Coemgeni per regionem divulgata est. Audientes autem Sancti seniores supradicti, id est Eoganus, Lochanus, et Enna, quod S. Coemgenus in illa valle deserta esset; reduxerunt eum inde, contra voluntatem suam, ad monasterium suum.

Vacca vestimenta ejus lambit,

cujus indicio invenitur a pastore

et vaccis furiosis miraculose mitescentibus, sanctitatis ejus fama increbrescit.

9 Quodam die in autumno illi sancti seniores collegerunt plures in segetibus suis messores; et paratæ sunt eis carnes et cerevisia abundanter. Manens aliquo circuitu *b* Sanctus Coemgenus in coquina illo die, magna peregrinorum turba, petens in Christi nomine victum, tunc venit ad ostium. Jam beatissimus Coemgenus plenus misericordia, erogavit illis ante coquos omnia cibaria, quæ erant parata messoribus. Tunc S. Eoganus misit ut messores venirent ad prandium; cum hoc nuntiatum esset S. Lochano, venit ad coquinam, et ait ad S. Coemgenum; O bone juvenis, quid est quod fecisti sine nostro imperio? plures enim sunt messores, et juste debent habere bonum prandium, quia opus bonum agunt

Prandium messoribus præparatum pauperibus erogat,

b

A agunt; illis autem peregrinis alium cibum daremus. Hoc audiens sanctus juvenis, veniam flexis genibus postulavit. Exeunte autem foras sancto seniore cum tristitia, B. Coemgenus coquinam clausit super se, et imperavit ministris omnia ossa colligere, et implere aqua omnia vasa cervisiæ. Postea *orando cibos alios miraculose impetrat.* autem misit foras coquos, et oravit suppliciter ad Deum; statimque Christi potentia aqua illa conversa est in vinum, et omnia carnibus plena apparuerunt. Vocansque ad se magistrum coquinæ, ostendit ei quod sibi Dominus donavit, et coquus currens narravit sanctis senioribus quod factum fuerat per S. Coemgenum. Et sancti seniores, videntes illud factum mirabile, glorificaverunt Deum; et benedixerunt suum sanctum discipulum, per quem fecit Deus tale miraculum; et illud donum factum a Deo, Fratribus illius loci et hospitibus atque messoribus, per tres dies abundanter suffecit.

Lupam, quæ vitulum ipso jubente devoraverat, c

10 Alio tempore S. Coemgenus perrexit ad quemdam sanctum Eremitam, nomine Beoanum *c*, et mansit apud illum aliquot diebus. Ille Sanctus habebat unam vaccam; et ministro suo quodam die in alio officio occupato, dixit B. Coemgeno: Vade, B Frater, et vide vaccam nostram, ne eam bestiæ eremi comedant. Pergens jam S. Coemgenus, invenit illam vitulum parturientem; et volens postea Sanctus eam cum vitulo minare ad domum, venit lupa macie tabescens ad eum; et sciens ipse, quod illa esuriret, jussit ei, ut comederet vitulum recens natum: et statin lupa occidit vitulum et comedit. Hoc videns pia vacca mater, tristissima effecta est; et mugiens miserabiliter cucurrit ad cellam domini sui: sciensque vir Dei causam illius, dixit S. Coemgeno, Fili quid fecisti? cur fregisti cor miseræ matris? Impero tibi in nomine Domini Jesu Christi, ut citius alleves tristem illius mentem. Hoc audiens S. Coemgenus, perrexit in silvam propinquam *a vacca pro vitulo amari facit* et in virtute Dei lupam ad se vocavit: nutuque Dei illa illico venit ad Sanctum Domini, et ait ei B. Coemgenus: Tibi in nomine Jesu Christi Dei mei dico, ut vice vituli modo ad vaccam illam, cujus vitulum comedisti venias, et omni hora mulgendi congrua, quotidie usque dum alium partum habeat, simili modo venias: ipsa enim te amabit Dei potestate, quamvis sit contra naturam. Mirum dictu, lupa illico post tale monitum cucurrit ad cellam, et stetit ante vaccam. Videns vacca eam, statim dilexit eam ut mater unicum suum filium: et postea C omni die hora mulgendi, quanto tempore vacca lac illo conceptu habebat, lupa de silva veniebat; et lingens eam vacca, pie lac suum dabat. Hoc videns sanctus Eremita Beoanus signum, Deo gloriam dedit, et benedixit diligenter S. Coemgenum.

11 Deinde S. Coemgenus, accepta licentia et benedictione sancti senioris Beoani, ad sanctum Episcopum Lugidum *d* exivit. Lugidus sanctus Episcopus monasterium Monachorum regebat pie et re- *Furem pejerantem confundit* ligiose; et ipse libenter suscepit S. Coemgenum inter suos. Quodam die fur, de grege monasterii S. Lugidi Episcopi, arietem furatus est et comedit: et cum ille coactus esset ad reddendum, seu ad jurandum, S. Coemgenus dixit ei; O miser, confitere quod fecisti, postulans veniam, vel ad perjurium audacter accede. Ille autem homo, parvipendens verbum Sancti, accessit ad signa sancta ut juraret. Illico jam accedens fur ad jurandum, aries *e* ex ore ejus balando alte clamavit. *e* Tunc omnes voluerunt illum post talem confusionem damnare ad mortem; sed Sancti liberaverunt eum: Et ait ei S. Coemgenus; O stulte homo, relinque hoc seculum, et salva animam tuam a languore scelerum *et convertit.* tuorum. Ille jam complevit consilium Sancti, et effectus est pœnitens dignus in vita sua.

12 Quodam die S. Lugidus Episcopus misit B. D Coemgenum in rure ad quemdam. Christi servus *Ex MS* Coemgenus iter agens, invenit in via jacentes duas *Puellas duas a latronibus occisas* filias de Nepotibus Dallayn, decollatas. Videns jam vir Dei nefarium opus, stetit ibi solus, ne dimitteret humana cadavera avibus vel canibus: et orans Sanctus in illo loco ad Deum, hostes, qui hoc scelus fecerunt, turbata mente eorum erraverunt, et ad locum perpetrati sceleris venerunt, habentes capita *f* occisarum. Et videns eos S. Coemgenus, verbis plurimis eos increpavit de occisione feminini *f* sexus. Illi dixerunt: Propter odium et vindictam parentum suorum fecimus, qui nobis multa mala fecerunt. Et petens Sanctus ab eis capita, deponunt ea super terram; jungensque S. Coemgenus capita corporibus suis, oravit pro eis: oransque *resuscitat.* Sanctus, ante omnes illæ filiæ surrexerunt, sanæ et validæ gratias Deo agentes. Illi viri, videntes maximum miraculum coram se factum, postulaverunt suppliciter veniam, et promiserunt se numquam facturos tale nefas, gratulantes multum de vita puellarum; puellæ vero pervenientes ad suos, narraverunt omnibus quæ sibi contigerunt. Et de hoc in- E sueto miraculo nomen S. Coemgeni per regiones multum divulgatum est.

13 Quodam tempore beatissimus Episcopus Lu- *Sacerdos ordinatus a S. Lugido* gidus in juventute sua voluit deserere Hiberniam, et esse in aliena patria peregrinus: veniensque ad eum Angelus Domini dixit ei; Noli deserere Hiberniam, quia Dei dispensatione plures Sanctos in ea ordinabis. Ex hac jussione Angelica S. Lugidus retentus; mansit in Hibernia: et de illis Sanctis, quos sanctus Lugidus ordinavit, est B. Coemgenus. Postquam S. Lugidus jam fecit S. Coemgenum Sacerdotem, misit eum cum quibusdam discipulis suis ordinatis, ut cellam Deo ædificaret, ubi locum qui dicitur Cluainduach ædificavit ibi cellam, in qua *monasterium fundat.* aliquo tempore mansit, colligens Christo famulos.

14 Aliquando, in ipso loco adhuc manente S. Coemgeno, quidam plebeius ad ostium illius loci *Quidam homicidas fugiens,* venit: et videntes eum duodecim viri, qui erant inimici ejus cucurrerunt post illum, volentes eum occidere. Videns ipse eos se persequentes, prostravit se ad terram, juxta ostium; et tunc erat clausum, et non potuit intrare. Venientes autem inimici, nihil ibi de homine senserunt; sed tantum lignum transversum super terram: mirabanturque valde, quia non viderunt ostium aperiri, nec eum inde exiisse. Et dicebant inter se, Ubi est? aut quo exi- F vit? Nescientesque quid agerent; quidam ex illis sederunt super eum, quasi super lignum. Tunc beatissimus Coemgenus, intus solus in oratorio orabat: cui divinitus revelatum est, quod factum fuerat foras; et discedens foras, vocavit ad se quemdam Fratrem, et ait ei; Fili, voca homines consistentes ante fores ad me. Qui cum venissent, ait illis vir *lignum apparet insequentibus* sanctus: O miseri homines, cur voluistis hominem occidere ante ostium cellæ Coemgeni? Illi jam audientes nomen S. Coemgeni, et scientes ex gratia vultus sui et eloquii, quia ipse esset B. Coemgenus; corruerunt in terram, petentes veniam ex intimo corde. Tunc ait eis minister S. Coemgeni; O stulti, ite, et videte hominem quem quærebatis, et super quem sedistis, apparens ipse vobis quasi lignum, potentia Dei, per gratiam nostri Abbatis. Videntes *quo miraculo convertuntur et fiunt Monachi* illi duodecim hominem ibi sedentem, et narrans ipse eis veritatem rei: obtulerunt se omnes Deo et S. Coemgeno; fecitque eos statim vir Dei Monachos; et manserunt apud eum pie et religiose usque ad obitum suum.

15 Faber quidam, de familia S. Coemgeni, quadam die *g* mortella lapidem terens, particula de *g* lapide scissa exilivit, et fregit oculum fabri. Hoc

S.

A S. Coemgeno, in oratorio oranti, a Domino revelatum est; et venit statim foras ubi erat luscus. Vidensque illius miseriam, et Fratres de eo dolentes; posuit manum suam super oculum, et oravit pro eo, signans illius vulnus in Christi nomine; et illico ibi, coram omnibus, illius oculus redditus est sanitati, a cruore et dolore liber, ac si numquam esset percussus; et ille cum ceteris Fratribus gratias Deo egit, glorificans virtutem sancti sui Patroni.

EX MS. Oculum graviter læsum sanat:

16 Post hæc et alia magna signa, beatissimus Coemgenus illum locum, id est, Cluainduach deseruit, dimittens illic viros Catholicos; direxitque iter ad patriam suam cum Monachis, quos secum voluit ducere. Ambulansque S. Coemgenus quadam die per loca aspera solus post Monachos suos, vidit hominem a via parumper remota jacentem mortuum; et non valens Sanctus illum tegere humo ibi (quia discipuli sui omnes antecedebant eum) rogavit Christum ut vivificaret illum; cœpitque illico ille palpitare. Et orans adhuc Sanctus, surrexit vivus qui erat mortuus, et benedixit viro Dei, gratias Deo agens; et secutus est S. Coemgenum, perhibens se morte repente illic suffocatum. Et pervenientes ad Fratres, ipsi interrogabant, unde B esset homo ignotus. Ille jam homo indicavit eis se exanimem fuisse, et se a S. Coemgeno resuscitatum esse. Hoc audientes discipuli, Christo Salvatori laudes dederunt; et homo ille factus est a S. Coemgeno Monachus, et mansit apud eum obediens usque ad mortem suam.

ad priorem habitationem regreditur

mortuum suscitat,

qui fit monachus

ANNOTATA F. B.

a *De hoc loco vide Comment. præv. num* 1.

b *Id est, ordine suo, quo solebant Monachi per vices in culina ministrare.*

c *Tres aut quatuor* Becanos *reperio apud Colganum: sed nullum de quo affirmare possim hunc eumdem esse.*

d Lugidum *vel* Lugidium *nullum reperio apud Colganum, quod miror:* Lugados *plures* Lugbeos *et* Lugneos: *sed quamvis eadem nomina coinciderent, quis divinet, de aliquo eorum hic agatur, aut de quo?*

e *Simile miraculum refertur de S. Patricio in ejus vita num.* 129.

f *Acta breviora habent, quod Sanctus revelatione divina cognoverit, capita illarum occultata esse in qua-* C *dam cava arbore.*

g *Id est, mortario.*

CAPUT III.

Monasterii Glendelacensis fundatio: Sancti vita solitaria: fraudes dæmonis ipsi detectæ.

Deinde S. Coemgenus, cum ad patriam suam pervenit, cœpit habitare in illa solitudine in Gleandaloch, valle scilicet Duorum-stagnorum, in qua ipse in juventute sua Eremita erat, ubi vacca eum inventum prodidit, ut supra dictum est. Illam enim solitudinem ab initio multum dilexit B. Coemgenus, et in inferiori parte prædictæ vallis magnum monasterium fundavit, ubi duo rivi clari confluunt. Et multi hinc et inde ad eum venerunt; et fecit eos S. Coemgenus Monachos in illo loco; et plurimæ cellæ et varia monasteria per regiones Laginensium sub eo fundata sunt, et erat maxima multitudo Monachorum per diversa loca, sub cura S. Coemgeni. Ipse beatissimus Coemgenus prædictum suum monasterium et cetera, viris probatæ vitæ et sanctitatis commendavit, constituens singulis Religiosis officium suum; et exivit ipse ab eis solus ad D superiorem ipsius vallis partem, quasi per unum milliarium a monasterio; et constituit mansiunculam ibi in loco angusto, inter montem et stagnum sibi, ubi erant densæ arbores et clari rivuli: et præcepit Monachis suis, ut nullum ciborum sibi genus darent; et nemo ad eum veniret, nisi pro maxima causa. Et ita solus, in superiore istius vallis plaga, inter montem et stagnum, in diversis locis, per quatuor annos Eremita fuit, in jejuniis et vigiliis continuis, sine igne et sine tecto; et habetur incertum, utrum radicibus herbarum, an fructibus lignorum, sive cœlesti pastu, suam sustentavit vitam: quia ipse nemini indicavit hanc quæstionem: sed sui Monachi claram cellam, in eremo ubi S. Coemgenus habitabat, inter superius stagnum et montem, in Australi parte, construxerunt; ubi modo est clarum monasterium, in quo semper viri religiosissimi habitant; et illud vocatur Scotice Disert Caughin; quod sonat Latine, Eremus Coemgeni; et ibi plures habitaverunt; et feræ montium et silvarum, feritate posita, mites comitabantur S. Coemgenum, et aquam de manibus ejus domestice bibebant. Et post prædictum tempus, multi Sancti convenientes, duxerunt S. Coemgenum de desertis locis invitum; E et fecerunt eum habitare cum suis Monachis in prædicta cella; ibique S. Coemgenus semper voluit habitare, et ad Christum migrare; adhuc jam illic inter Fratres satis stricte vixit.

Construit monasterium Glendelacense.

Vitam eremiticam ducit.

mites feræ cum comitantur.

18 Quodam die manens S. Coemgenus foris super lapidem, apparuit ei diabolus cum magna modestia, in forma pulcherrima, transformans se quasi in Angelum lucis; et dixit viro Dei: Ave, vir sancte Dei; ecce sum missus tibi a Domino, ut dem tibi consilium. Magnum jam laborem semper sustines, et laudant te sancti Angeli ante conspectum Domini; et imperat tibi Dominus, amans te, ut de hac valle montana ad terram habitabilem Monachis tuis post te, discedas. Et benedicens diabolus S. Coemgeno, illico post tale imperium in tenues evanuit auras. Sanctus autem Coemgenus, admirans de pulchritudine et modestia illius, si dæmon esset; et cur imperavit ei, ut discederet a loco, ubi vita sua a Deo et Angelis suis laudatur; si ille Angelus lucis esset, quia Deus potens est servis suis ubique bona præparare, ait: In hac valle, Deo permittente, ubi vita mea sive ab Angelo sive a dæmone laudatur, cursum hujus vitæ consummabo. Et postea F ille Sathanas cum turba dæmonum ultra montem Tuayd, in Aquilonali plaga Hiberniæ, in regione scilicet Ultorum, S. Comgello *a* Abbati apparuit, et ait ei S. Comgellus: Unde modo venisti sathanas. Sathanas respondit; De finibus Laginensium, de valle videlicet duorum Stagnorum, ubi ille rigidus Coemgenus habitat, venimus; in illo jam loco ille rusticus cum miserabili cœtu, meis discipulis septem annis multum nocuit indesinenter. Ego autem post omnes exivi ad eum, et ut de suo loco discederet, suasi ei: sed non profecimus: quia stabilitas illius nos omnes superat: nunc jam ego, cum mea familia, ad nostrum locum inanes vadimus; et vexilla nostra fracta esse ab illo, narrare ibi cupimus, volumus enim adhuc tentare eum. Tunc S. Comgellus ait ei: Revertere Sathana, cum meis Monachis ad S. Coemgenum, et nec post, nec ante eos venias ad eum, sed simul cum illis; et insidias tuas tuumque dolum contra eum, præsentibus Monachis meis, manifesta illi: hoc tibi impero in Christi nomine. Et venientibus S. Comgelli Monachis ad S. Coemgenum, apparuit simul cum eis Sathanas, et narravit omnia S. Comgeno secundum ordinem, sicut jussit ei S. Comgellus. Tunc S. Coemgenus gratias Deo egit, benedicens amico suo Comgello:

Suadet dæmon habitationem magis commodam;

ille vero ibi manere decernit a

cogitur dæmon a S. Comgello

fraudes suas detegere coram S. Coemgeno,

A Comgello : et imperavit diabolo, ut nefarium cœtum suum de illa valle tolleret semper. Dæmones jam statim imperio S. Coemgeni discesserunt de valle, ululantes terribili clamore, et perhibentes se numquam acturos stationem in ista valle. Post discessum autem dæmonum rupis illa, de qua nocebant, hinc et inde, per orationem S. Coemgeni in stagnum cecidit magno fragore.

Hic stagno immersus orat ;

19 Consueverat S. Coemgenus in Stagno omnibus noctibus per intervallum horæ intrepidus orare; bestia vero horridissima de loco veniebat ad eum, et natans circuibat corpus ejus undique; sed tamen nihil Sancto nocebat. Patientia mira viri Dei impetum bestiæ sustinebat in aqua frigida, quasi nihil videret. Videns piissimus Deus maximam patientiam sancti servi sui Coemgeni, in visu horrendæ belluæ, et maximum ejus tormentum in frigida aqua; Angelum suum post tempus misit ad eum juvandum. Tribus de causis a Domino missus est Angelus ibi ad S. Coemgenum : Prima, ut a diversis suis gravibus laboribus levius viveret paulisper : secunda, ut horridam bestiam Sancto infestam repelleret, tertia, ut frigiditatem aquæ calefaceret. Adveniens enim Angelus Domini, statim omni nocte monstrum bestiale recedebat a viro Dei ; et Angelo quasi in sinu ejus sedente, aqua circa eum calida fiebat.

et monstrum aquatile pellit Angelus

B

Brandubus Regis venator

20 Infra spatium prædictorum septem annorum, in margine aquilonali illius laci, S. Coemgenus oratoriolum sibi construxit ex virgis, ad Deum orandum quotidie ; ibique Sanctus a nullo homine cognitus habitabat, et nullo humano alimento vescebatur, ut supra diximus. Quodam quoque die, venator Regis Lageniensium Brandubh, *b* mac-Eathach, de semine Enna (a quo nominatur gens Censelach, qui innumerabilem cædem in maxima plaga super Aquilonales Hiberniæ Provincias, in bello magno fecit; et ille Brandubh regnum multarum Hiberniæ regionum, postquam ipse Regem Themoriæ et Aileach, id est Edum filium Ammirach occidit in bello, tenuit) secutus canes suos aprum persequentes, venit in vallem illam : et aper oratoriolum S. Coemgeni intravit : canes autem non intraverunt, sed super pectora sua ante ostium jacebant : et erat ibi sub arbore S. Coemgenus orans, et aves plures super manus ejus et humeros stabant, et volabant circa eum, carmina suavia Sancto Dei canentes. Videns venator, stupefactus de his, reversus est cum canibus suis illico, dimittens aprum liberum, causa benedictionis sancti Anachoritæ; et miracula, quæ vidit ille, narravit Regi et ceteris omnibus. Et rami et folia arborum aliquando dulcia carmina S. Coemgeno canebant, ut intolerabilem laborem ejus cœlestia carmina temperarent.

aprum persequens ad Sanctum fugientem,

hunc orantem invenit, avesque circa canentes

C

rupes jamjam lapsura

21 In tempore Quadragesimali, cum esset S. Coemgenus in deserto, Angelus Domini tribus noctibus venit ad eum, dicens : Rupes ista, quæ supereminet huic speluncæ in qua habitas, Christi famule, cadet super istam speluncam cito : ideo vade citius ad alium locum. S. Coemgenus respondit : Locus iste angustus est in quo maneo, et volo per tempus Quadragesimale in eo esse, nisi displiceat Deo meo. Angelus dixit : Vere manus omnipotentis Dei rupem istam, ne te occideret, pluribus diebus sustinet, et his dictis discessit. Beatus autem Coemgenus intra se ait : In Domino Deo meo Jesu Christo confidens, usque in Pascha hic manebo : veniente quoque vespere sancto Paschali, Angelus iterum S. Coemgeno ait ; Cito de hac spelunca emigra, sequens me. Tunc S. Coemgenus secutus est Angelum sicci pedibus trans stagnum. Post discessum autem Sancti, rupes illa super speluncam prædictam cito cecidit, sicut Angelus prædixit.

miraculose fulcitur, donec excedat Sanctus.

c 22 Alio die beatissimus Abbas Munna in *c* suo monasterio nomine Teach-Munna, quod est in Australi plaga regionis Censelach, audivit dæmonem alteri dæmoni dicentem : Ut quid tuus vultus, o amice, tam tristis est, et pallescit multum isto tempore ? Alter respondit : Nempe cur non essem tristis ? Nam ego et alii socii plures fortiter contra unum hominem multo tempore pugnavimus, et nihil valuimus. Locus enim, in quo ipse stat, proprius est noster ab initio mundi. Modo autem, sicut impossibile est homini viventi in flammis succensis consistere, ita nobis difficile est inter illum locum et cœlum perlustrare ; quia flammis orationum ejus urimur. Si vis nosse eum, ipse est Coemgenus, qui habitat in valle Duorum stagnorum. Nos tamen in his diebus persuasimus ei, de loco illo ire in peregrinationem; et ipse modo est paratus ire, si Deus non impediret iter ejus. Hæc audiens S. Munna, dæmonem illum in catena *d* ignita per virtutem Christi alligavit, per lapideum titulum, Dei auxilio huc usque in memoriam virtutis ligatum. Deinde S. Munna ad S. Coemgenum nuntios misit, qui S. Coemgeno verba dæmonum erga se per ordinem dixerunt. Et S. Coemgenus, gratias agens Deo et S. Munnæ, omisit votum peregrinandi. E

D *ex Ms.*

S. Munna fraudem dæmonis detegit,

qui S. Coemgeno peregrinationem suaserat.

d

e

Hymnum de se cantantibus.

23 Quadam nocte S. Coemgenus cum suis Monachis hymnum *e* S. Patricii cantabant : repente autem B. Coemgenus admiratus tacuit, et suos tribus vicibus hymnum cantare jussit. Hymno tertia vice deposito, benedixit eis S. Patricius. Quibus interrogantibus, cur jussit hymnum cantari ter, ipse tacens exposuit eis dicens : Sanctus Patronus noster Patricius, cujus Hymnum cantastis, stabat in pavimento suffultus baculo, et benedixit nobis a carmine cessantibus. Ille est Patricius Archiepiscopus, qui Hiberniam de gentilitate convertit ad fidem, et ipse ante multos annos ac Christum migravit : ejus autem Hymni gratia in Vita sua narratur.

S. Patricius benedicit.

Per stagnum siccis pedibus ambulantem

24 Sequente nocte S. Coemgenus nocturno silentio a loco ubi Hymnum S. Patricii cum suis cantavit, usque ad locum in quo nunc est civitas ejus, trans stagnum siccis pedibus ambulavit, putans quod nemo se tunc videret : tamen coriarius ejus, nomine Cronanus, *f* secutus est paulatim vestigia S. Coemgeni, similiter siccis pedibus, trans stagnum. Videns eum Pater sanctus de stagno post se descendentem, ait ei : Quare, Frater, ausus es post me per insuetum iter sine mea licentia venire. Ideo tibi dico, quia tua ossa in loco, ubi erunt Reliquiæ meæ, non erunt sepulta. Sed tamen, ne sit desperatio, mecum eris in cœlestibus. Ille autem Frater obediens, humilis et fidelis erat, et secundum vaticinium viri Dei sibi contigit.

f

sequitur S. Cronanus, qui propterea ab illo reprehenditur.

F

ANNOTATA F. B.

a *Hic est* S. Comgellus Abbas Benchorensis, *trium millium monachorum Pater; qui juxta Colganum obiit anno* 600, *juxta Usserum vero* 601, *octogenario major. Vitam dedimus* 10 *Maji.*

b *Illustrari potest hic locus ex Vita S. Aidani sive Maedoci* 31 *Januarii num.* 23, *ubi iisdem pene nominibus et circumstantiis proponitur Brandubus Rex Lageniæ Australis, et narratur cædes Aidani filii Ammirech, quam refert Usserius in annum* 598, *ut dictum est in Comment. prævio ad Acta S. Patricii num.* 36.

c *De* S. Munna *ita habet Colganus in appendice* 4 *ad Vitam S. Columbæ :* S. Munna, qui et Fintanus, Filius Tulchani, Abbas de Tegmunna in Lagenia, colitur 21 Octobris, quo vitam ejus prodigiis plenam exhibebimus. *Vereor ne tam prodigiosa sit, ut etiam reddatur suspecta sicut hæc.*

EX MS.

A d *Sicut Raphael Archangelus* religavit dæmonium in deserto superioris Ægypti, *Tobiæ* VIII.

e *Vix dubium est, quin seculo sexto et initio septimi extiterint plures Hymni compositi ad honorem S. Patricii; v. g. is qui a S. Secundino compositus creditur forsitan non recte, in Vita ejus per Jocelinum num. 156. Potuit etiam compositus esse is, qui S. Fieco Sleptensi Episcopo, non recte adscribitur; ut diximus in Commentario prævio ad eadem Acta num. 15. Credibile etiam est, Sanctum pie se invocantibus benedixisse. Si tamen de Hymno hic agitur, qui in Vita 3 S. Patricii apud Colganum, dicitur a quodam Sechnal compositus; videtur mihi fabula narrari.*

f *Alius hic* Cronanus *est ab eo, qui num. 2 dicitur S. Coemgenum baptizasse; quamvis ibidem ita inducatur prophetice loquens ad Sanctum puerum :* Ego ero primus Monachus tuus. *Nam si idem esset, necesse foret, ipsum supergressum fuisse annum centesimum et quadragesimum ætatis ut minimum. Siquidem, juxta prophetiam num. 44 referendam, anno saltem supervixit uno S. Coemgeno, qui annos centum et viginti dicitur implevisse : et ille solum viginti annorum erat quando Presbyter S. Coemgenum baptizavit. Ubi vero* B *horum Sanctorum Reliquiæ quieverint, modo ignoratur.*

CAPUT IV.

Monasterii ad alteram stagni ripam translatio. S. Coemgini cum SS. Columba, Kierano, aliisque amicitia. Fraus dæmonis detecta.

Post hæc Angelus Domini ad S. Coemgenum venit, dicens : O Sancte Dei, misit me ad te Deus, ut ad locum, quem constituit Dominus, in Oriente minoris stagni venias, et sis ibi inter Fratres tuos, quia illic erit resurrectio tua. S. Coemgenus dixit : Nisi Domino meo displicuisset, vellem in isto loco, in quo laborem pro Christo sustinui, manere usque ad obitum meum. Angelus respondit : Si tu cum Monachis tuis ad illum locum pergas, plures filii vitæ semper in ipso usque ad finem seculi erunt; et Monachi tui post te sufficientiam de terrenis habebunt ibi : multaque beatarum millia animarum tecum ex illo loco ad regnum cœlorum resurgent. Coemgenus respondit : Vere, o sancte minister, impossibile est Monachis in ista valle montibus circumdata habitare, nisi Deus eos sua potentia adjuverit. Angelus respondit hæc verba : C Audi, vir Dei, quinquaginta sanctos viros in illo loco, cœlesti pane de Monachis tuis, si volueris, satiabit Deus sine alimoniis terrenis, si unanimes in Christo permanserint post te : et unicuique ex eis morienti alius cum Dei timore et amore, in eodem habitu et professione, usque ad diem judicii succedet. Coemgenus respondit : Nolo jam ut sint Monachi mei tam pauci post me in illo loco. Respondit Angelus : Si ergo nolueris ut sint tam pauci in illo loco, multa millia in eo prospere et sine penuria, Deo eis jam præparante terrena commoda, per seculum ibi erunt : tu vero de cœlesti sede tuæ terrenæ familiæ, sicut tu in Christo volueris, subministrabis : atque Deo juvante tuos Monachos hic et in futuro gubernabis. Locus jam ille sanctus et venerabilis erit : et Reges, potentesque Hiberniæ eum honorabunt, in honore Domini propter te, in terris, auro et argento, gemmis pretiosis, ac sericis vestibus, in muneribus transmarinis; et Regum delitiis et fertilitate satis cumulabitur : Civitas enim magna illic crescet : Levitianaque *a* Monachorum tuorum tam sancta erit, ut nullus eorum illius introiens sub humo, tormenta inferni pertulerit : si vero volueris, ut isti quatuor montes, qui huic valli adhærent, æqui campi amœnissimi et fructuosi sint, absque dubio Deus tuus D faciet propter te. S. Coemgenus respondit : Creaturis Dei propter me moveri non cupio, quia aliter Deus meus potest locum adjuvare : et insuper omnes feræ horum montium domesticæ et humiles mihi sunt, et de hoc quod dicis tristes essent. Hæc et his similia sermocinantes inter se Angelus Domini et S. Coemgenus, trans stagnum ad locum illum super aquas ambulaverunt : et prospicientes, diligenter illum locum, Coemgenus Amgelo dixit : Hic locus asper est. Scrobes enim multum abscondunt superficiem ejus, et nullus locus sepulturæ aptus est in eo. Respondit ei Angelus : Isti lapides immobiles sunt ab ævo usque hodie; ab isto autem die semper mobiles erunt, et in ipsa terra, quam Angelus significavit S. Coemgeno, nullus lapis immobilis invenitur.

Monetur Sanctus ab Angelo locum monasterii mutare,

obedientique prædicitur ingens futuri monasterii gloria.

a

26 Deinde non longe supradictus Angelus iterum ad S. Coemgenum venit, dicens; In nomine Domini nostri Jesu Christi, surge tu cum tuis, et exite ad locum quem Dominus aptum resurrectioni vestræ ordinavit. Post hæc verba discessit. Adhuc S. Coemgeno in eodem loco manente; ecce vir bonus de nobili genere Laginensinm, nomine Dymma E *b* filius Tiagni, venit ad S. Coemgenum; cui ait vir sanctus; Die constituto tu cum tuis ad me veni, ut sarcinas et ædes Fratrum ad alium locum, a Deo nobis constitutum, transferatis. Veniensque ille homo sicut promisit, interrogavit eum S. Coemgenus dicens; Duxisti tecum omnes homines tuos, sicut dixi tibi? Respondit Dymma; Octo filios meos cum ceteris duxi mecum; nonus autem remansit domi nolens venire. S. Coemgenus dixit : Quo nomine vocatur ille? Respondit Dymma : Vocatur Moelguby. Dixit ei S. Coemgenus, Heu! proprium nomen est illi : ipse enim post paucos dies, in Australi Laginensium plaga quæ dicitur, Censelach *c*, crucifigetur : et vere congruum nomen illi fuit Moelguby id est, Calvus lugubris, quia exitus lugubris sibi accidet. Iterum S. Coemgenus prophetice prædixit Dymmæ dicens : Tu vero et octo filii tui non jugulabimini; sed post pœnitentiam quiete ibitis ad cœlum, quod ita completum est.

Iterum ab Angelo monitus

b

accersitisque a fautoribus,

c

27 Post talia vaticinia Dymma, cum suis filiis et servis et ceteris, inde supellectilem et ædes elevantes, deposuerunt in loco signato ab Angelo S. Coemgeno. Postea S. Coemgenus ait : In hoc loco civitas mea crescet, in qua erit resurrectio mea. Interrogantibus Dymma et filiis ejus, ubi ecclesia et F cœmeterium illius loci ædificaretur; S. Coemgenus dixit : Hic olim pastor quidam sepultus est, et circa eum multi resurgent : nam cœmeterium hujus loci hic erit. Et ait sanctus Coemgenus Dymmæ et filiis ejus : O filii, spinas et tribulos abscindite, et facite initiationem hujus loci : in hoc enim loco sepulti eritis : ibi enim post multum tempus templum meo nomine ædificabitur Deo, et sub altari ejus jacebitis. Illa enim vallis possessio Dymmæ erat; et illam totam Dymma et filii sui Deo et S. Coemgeno obtulerunt. Octavus autem filius Dymmæ, nomine Dycoll, humiliter supra vires præ omnibus laborabat : cui S. Coemgenus dixit : O fili, benedictus et amabilis Deo et hominibus eris : et sicut humilior es præ ceteris; ita tu, et semen tuum post te, sublimior eris; et fratrum tuorum dominaberis. Postea Dymma cum filiis suis gaudens de benedictione S. Coemgeni, ad sua exivit. Cœpit autem S. Coemgenus in illo loco sanctissime vivere, id est asperrimis vestibus indui, et sine lecto super nudam humum jacere, et nimiis jejuniis; non gustando nisi herbas et raro aquam, et continuis vigiliis, et esse sine tecto et igne frequentius foris, et ita vixit ibi multo tempore; donec sancti Patres, rogantibus

habitationem suam alio transfert,

variaque prophetat

A rogantibus discipulis ejus, illum de hac asperitate, ad societatem Fratrum, per rationem revocaverunt. Et in ipso loco clara et religiosa civitas in honore sancti Coemgeni crevit, quæ nomine prædictæ vallis, in qua ipsa est, id est Gleam-daelach *d* vocatur: ipsaque civitas est in oriente Laginensium, in regione quæ dicitur Fortnatha.

Mendicus mendax, acceptam a Sancto eleemosynam referre cogitur:

28 Quidam homo, audiens zonam auream in eleemosynam S. Coemgeno datam; venit plenus dolo, et petivit zonam illam; dicebat mendaciter, matrem suam captivam esse, et quod pro solutione ipsius quæsivit zonam; et hoc falsum erat: deditque Sanctus zonam auream, ut pro matre sua daret. Ille jam exiens cum zona tribus vicibus mirabiliter erravit, et nullo modo potuit viam suam agnoscere: tertia autem vice, cognoscens culpam suam, venit ad S. Coemgenum; et confessus est quod inique egit, et egit pœnitentiam.

ipse adit S. Columbam

29 Alio tempore audiens S. Coemgenus, tres Abbates, id est Columbam *e* Congellum et Cannicum congregatos in unum locum, qui dicitur Hicysneach, perrexit ad eos; volens cum eis fraternitatem firmare: et erat illo die magna statio *f* plebium, conveniens ad sanctum Columbam, ubi erant Sancti. Et videns S. Columba S. Coemgenum a longe [venire] ad stationem, surrexit ob honorem illius, et stabat quousque S. Coemgenus illuc pervenit. Appropinquans jam S. Coemgenus illi stationi, ecce canes ferocissimi et horribiles occurrerunt ei, volentes eum comedere: videntesque omnes putabant, quod Sanctus cum suis occideretur a canibus. Sed signans S. Coemgenus contra impetum canum, ipsi nutu Dei mitissimi effecti sunt, et pedes S. Coemgeni et vestimenta, gaudentes multum, auribus, et naribus, ac lingua lambebant. Et videntes tale miraculum, benedictionem Deo in Sanctis suis dederunt. Increpabant autem homines rustici illius stationis S. Columbam, quod stabat tam longe causa adventus Coemgeni. Dixitque eis S. Columba; Cur, miseri homines, non surgeremus in adventu famuli Dei Coemgeni; cum Angeli Domini in adventu ejus consurgent in cœlo. Et de hoc testimonio multum ædificati sunt omnes qui ibi erant.

canes feroces signo Crucis domat.

Sanctitatem ejus præsentibus declarat S. Columba

S. Kyerani funus curaturus Coemgenus,

30 Alio tempore beatissimus Coemgenus ad visitandum sanctissimum Kyeranum *g* Abbatem, qui instituit civitatem suam scilicet Clain muc-Noyss, quæ est in Occidentali plaga regionis Midæ, super ripam fluminis Synna contra provinciam Connactorum, perrexit. Sed S. Kyeranus, antequam S. Coemgenus ad se venisset, tertio die de hoc seculo
C ad Christum migravit; et corpus ejus in quadam basilica super feretrum constitutum est, donec S. Coemgenus et alii Sancti ad illud sepeliendum pervenirent. Perveniensque S. Coemgenus sero ad monasterium S. Kyerani, intravit basilicam in qua erat sanctum corpus; et imperavit omnibus Fratribus foras exire; volens ipse illa nocte solus commorari ibi juxta sanctum cadaver. Et exeuntes omnes Fratres foras, S. Coemgenus ostium illius basilicæ clausit diligenter, et mansit ibi solus usque ad crastinum: sed quidam de Fratribus ante fores basilicæ vigilabant usque mane. Oransque ibi S. Coemgenus, beatissima anima S. Kyerani reversa est ad corpus suum: et ipse surgens cœpit loqui salutiferis verbis ad S. Coemgenum; et voces utriusque liquido audiebant Fratres foris manentes. Rogavitque S. Kyeranus S. Coemgenum, ut, in signum æternæ societatis, uterque vestem suam commutaret invicem: et sic fecerunt. Apertoque crastino die basilicæ ostio, invenerunt Fratres S. Coemgenum vestibus S. Kyerani indutum, et S. Kyeranum vestibus S. Coemgeni circumdatum: et corpus Kyerani calidum erat, habens rubicunditatem in facie: indicavitque S. Coemgenus Monachis S. E
Kyerani fraternitatem et societatem, quas ipse et S. Kyeranus inter se, et sua loca, et Monachos suos semper firmaverunt. Et Fratres qui vigilabant illa nocte ante basilicam illam, hæc testificabantur. Traditoque S. Kyerani corpore honorifice humo, S. Coemgenus ad suam reversus est civitatem.

cum eo temporis resuscitato vestes commutat,

et sic eum sepelit.

Ex MS.

A peregrinatione suscepta desistit

31 Contigit aliquando S. Coemgeno cogitatio, ut vellet solus peregrinari, et perrexit solus de suo monasterio, volens longe peregrinari. Vidensque eum solum euntem sanctus Eermita Garbanus nomine, ait ei; O homo Dei, quo pergis? Melius est jam in uno loco fixus manere in Christo, quam de loco ad locum in senectute discurrere: nullam enim avem sua ova in volatu fovere audivisti. Hæc audiens S. Coemgenus, compunctus est corde, et promisit redire ad suum locum: et tunc S. Garbanus Deo et S. Coemgeno se cum sua cella semper obtulit. Et ipse sanctus Garbanus prope civitatem Athcliath habitabat, quæ est in Aquilonali Laginensium plaga, super fretum maris posita: et illud Scotice dicitur Dublus *h* quod sonat Latine Nigra therma; et ipsa civitas potens et belligera est, in E
qua semper habitant viri asperrimi in præliis, et peritissimi in classibus.

monitus a S. Garbano.

Ad S. Berchanum divertit

32 Rediensque S. Coemgenus a S. Garbano divertit ad sanctum seniorem Berchanum, *i* qui erat cæcus, volens verba Dei audire ab eo: Sanctus autem Berchanus, prævidens prophetice adventum S. Coemgeni, ait discipulis suis: O filioli, balneum sancto seniori nostro Coemgeno, ad nos hodie venienti, citius præparate. Postquam jam Coemgenus illuc pervenit, dixit ei B. Berchanus: Sancte Pater, in balneo tibi præparato divina ostensione, lava corpus tuum. Cui S. Coemgenus respondit: Vere, Pater, ex die quo hoc propositum in juventute accepi, non balneavi usque hodie nisi in frigidis aquis, causa corporis mei humiliandi; sed tamen, propter te, et Deum cujus electus es, balneabo. Et S. Coemgeno se lavante in balneo, S. Berchanus ait ministro suo; Duc mihi, Frater, ficones *k* sancti Coemgeni; vidit autem sanctus Berchanus spiritualiter dæmonem sedentem in ficone S. Coemgeni, et dixit ei, Ut quid stas hic, o nequissime dæmon? quomodo ausus es intrare ficonem sancti viri? Respondit dæmon: Dæmones nihil possunt ei suadere nisi sub specie boni, ita ego ficonem ejus intravi, suadens ei peregrinari et deserere locum suum, quod est malum in specie boni: et hæc dicens dæmon, clamavit alte, rogans ut dimitteretur inde exire F
(ante enim conspectum Sanctorum Dei, dæmon potestatem sui non habebat) habensque dæmon licentiam eundi, evanuit ex oculis Sanctorum. Postea autem S. Coemgenus et S. Berchanus, propinantes sibi invicem verba salutifera, unus eorum rediit ad suos Fratres glorificans Deum, alter vero in sua cella cum timore et amore Dei mansit.

a quo et fraus dæmonis detegitur.

ANNOTATA F. B.

a Levitiana, *si bene scriptum est, videtur significare sacra seu Levitica Monachorum ministeria.*

b *De* Dymna *et plus ejus nihil legi alibi.*

c Censelagh *pars Australis Lageniæ, vide num.* 20

d *Vide Commentarium prævium, num* 1.

e *Ex Actis* S. Columbæ 9 *Junii illustrandis, Sancti hi notissimi sunt: quandonam autem in loco, qui dicitur* Hicysneach *simul convenerint, ne per conjecturam assequi possum, uti nec locum* Hicysneach; *nisi forte legendum sit* Hicuanach *quæ est regio Momoniæ.*

f Statio, *id est Cœtus, Conventus etc. Vide Glossarium Cangii.*

Ex MS

A g *Ferocissimi sunt molossi Britannici; sed lapideos oportet fuisse circumstantes, quod nemo eorum in auxilium Sancto accurrerit.*

g *De* S. Kierano *ejusque monasterio, mentio fit in vita S. Patricii per Jocelinum* 17 *Martii num.* 98, *conformiter ad ea quæ hic dicuntur. Usserus putat eum obiisse anno* 549, *annos natum triginta tres. Colitur* 9 *Septembris.*

h *Idem habemus ex vita* S. Grellani, *citata apud Colganum in Vita septima S. Patricii num.* 44.

i *De eodem* S. Berchano *agit Usserus ad annum* 570 *in Indice Chronologico: forsan idem est qui colitur* 12 *Octobris juxta Colganum in Triade Sanctorum pag.* 613,

k Fico, *Calceamenti lignei genus, monachis Hibernis usitati: vide Cangium.*

CAPUT V.

Miracula et beneficia a Sancto viris Principibus præstita.

Infans Colmanni Fœlanus,

Colmanus filius Carbri. Dux quartæ partis Aquilonalium Laginensium, habuit in juventute sua B quamdam nobilem feminam in uxorem; cum vero non convenissent sibi invicem moribus suis, illam dimisit, et accepit aliam uxorem pro ea. Illa autem quæ dimissa est malefica erat valde, in magicis artibus, et repleta est ipsa zelo contra virum suum Colmanum Ducem; et occidebat illa omnes soboles alterius per incantationes suas magicas. Illa enim ut audiebat filium vel filiam illi natum esse; veniebat ex aliqua parte contra villam in qua infans fuerat, et cantabat magice quousque infantulus esset mortuus. Cumque esset illi in senectute infantulus genitus, statim baptizatus est, ne sine baptismo ab illa occideretur venefica, et vocatus est Foelanus: quem illico Dux pater suus misit ad S. Coemgenum, ut ipse defenderet eum per virtutem Dei a prædicta muliere, et nutriret eum in seculari habitu: et obtulit illum S. Coemgeno, ut ipse cum semine suo apud S. Coemgenum per seculum sepeliretur; et serviret ei, si vivus evaderet Foelanus. Et suscepit eum S. Coemgenus gaudens, et nutrivit eum in habitu laicali, sicut præcepit pater suus, diligebatque eum valde. Et non habens sanctus Coemgenus, unde haberet novum lac infantulo nutriendo, quia mulieres et vaccæ longe erant a suo monasterio; C oravit ad Dominum ut aliquod adjutorium tribueret ei. Et Dominus illico misit de monte propinquo cervam ad S. Coemgenum, de cujus lacte infans Foelanus nutritus est: quæ cerva bis quotidie veniebat ad monasterium S. Coemgeni, et mulgebatur ibi a quodam Fratre, infanti Foelano, quousque ille adultus fuit, et mitissime redibat ad pascua sua. Quadam quoque die mulgens Frater illam foris, posuit vas cum mulso lacte super terram; et veniens corvus rapax voluit illud bibere, effuditque rostro suo vas cum mulso in terram. Hoc videns S. Coemgenus ait corvo illi; Multo tempore hoc nefas te et genus tuum postea pœnitebit; id est multæ carnes, in die migrationis meæ ad cœlum, parabuntur, et non comedetis ex eis: et si quis ex vobis per audaciam suam tangere voluerit. de fimo seu de sanguine occisorum animalium illis diebus, statim morietur, et omnes tunc læti erunt; vos autem super cacumina circumstantium montium tristes eritis, garrientes et litigantes inter vos præ tristitia. *a* Hoc autem miraculum usque hodie omni anno completur.

ne a saga necetur,

S Coemgino traditur

et miraculoso lacte nutritur.

Corvi qui illud effuderant puniuntur:

a

34 Audiens prædicta pestifera mulier, quod puer Foelanus apud S. Coemgenum erat; venit et stetit in cacumine montis Eanach, qui ab Australi plaga civitatis S. Coemgeni imminet: et de illo monte introspexit monasterium S. Coemgeni, ut puerum D Foelanum venenis et incantationibus interficeret diabolicis. Hoc sentiens nutu Dei Pater Coemgenus, ait Fratribus suis; O fratres, diligenter occultate puerum Foelanum, ne videat illum diabolica mulier, quæ respicit nos de monte propinquo; et hoc dicens, surrexit ad Deum contra illam in orationem. Illa deambulans hinc et inde circa cacumen montis, agebat magicam suam artem: sed a Deo cæcata est: et nihil videns persistebat adhuc in malitia sua, et cecidit de cacumine montis per aspera in præceps, in vallem scilicet Cassain; et lacerata est membratim, et ibi periit illa misera infelicissime.

Venefica male perit orante Sancto,

35 Post hæc vernali tempore idem puer Foelanus postulavit poma a S. Coemgeno; et volens vir Dei satis placere illi, benedixit arborem, scilicet salicem, et illico dulcia poma Dei gratia apparuerunt in illa; de quibus puer satiatus est, et illa salix adhuc omni anno poma Dei nutu producit. Alia die ipse puer respuens frigidum lac, petivit calidum a S. Coemgeno. Coemgenus jam non inveniens patellam, lac effudit in cumicem *b* ligneam, posuitque E manibus suis super ignem, et ignis nullo modo ligno nocuit: sed in eo intus lac mirabiliter Dei potentia calefactum est.

Idem alumno suo poma miraculose procurat,

et lac calidum: *b*

36 Alio tempore cum prædictus puer Foelanus esset juvenis, misit eum S. Coemgenus, et alios cum illo, ad S. Mochonne *c*: et ipse Sanctus prædixit suis dicens: Homines de familia Sancti Patris Coemgeni ad nos hodie veniunt, et præparate illis refectionem. Postea Foelanus cum suis illuc pervenit, et susceptus est cum gaudio; et interrogavit Sanctus Mochonne juvenem Foelanum dicens, Ad quid venisti ad nos? Respondit Foelanus. Non indicavit nobis, o sancte Pater, causam pro qua noster senex Coemgenus misit nos ad te: sed hoc jam scimus, quod concilium secretum Coemgeni tu scis, et vult ipse ut confirmes illud. Dixit ei S. Mochonne; Sapienter respondisti, fili: hoc est enim quod vult noster Pater Coemgenus. Opportunum tempus venit, ut tu, fili, ex nostro consilio et oratione, in regno patris tui sedeas, et semen tuum post te usque ad finem seculi *d*. Sed quicumque de tua prole successoribus S. Coemgeni contrarius fuerit, omnia bona hic et in futuro auferentur ab illo. Postea felix juvenis Foleanus in regno patris, cum oratione et exhortatione S. Coemgeni et S. Mochonne sedit: et prosperatum est regnum in manu ejus, per gratiam F Sanctorum.

c cumque mittens ad S Mochonnam

d Regem constituit pro patre:

37 Quodam tempore ipse Foelanus venit ad salutandum nutritium suum S. Coemgenum. Hoc audientes inimici ejus, qui volebant regnum suum apprehendere, magnas insidias constituerunt contra eum, volentes eum occidere. Illud in spiritu videns sanctus senex Coemgenus, narravit diligenter Duci Foelano alumno suo, quem multum diligebat: et benedicens eum, præcepit ei, ut secure rediret ad sua. Ibi jam pauci erant cum Duce Foelano. Ipse siquidem, Foelanus, confidens in benedictione sancti Patris sui Coemgeni, exivit recta via ad regionem suam: et veniens inter insidias inimicorum suorum, apparuit ipse cum suis in formis et velocitate cervorum. Et sic evasit ille ab inimicis suis incolumis, per benedictionem viri Dei.

Foelanus structas ab inimicis insidias

in forma cervi evadit.

38 Tres aliquando scholastici, de campo Lipsi, qui nominatur planities Laginensium, venerunt ad S. Coemgenum, volentes consilium ejus observare: unus eorum Melcrium vocabatur: ipsi Philosophiam *e* inter se meditantes, supradictus Melcrium alios duos superabat in quæstionibus. Alii autem duo irati occiderunt eum, et decollaverunt in valle Cassain, in qua prædicta mulier malefica occubuit. Sciens hoc S. Coemgenus intus in cella sua, dixit magistro hospitum:

homicidas duos

e

A spitum : Duo juvenes scholastici, qui hodie homicidium perpetraverunt, ad te citius venient : et ne sis lætus in adventu eorum, sed responde eis dura verba obscure : et sic fecit minister. Tunc illi videntes asperitatem illius contra se, dicebant tristes ad invicem : jam sanctus Pater Coemgenus, sciens facinus nostrum, præcipit isti Fratri, ut ageret nobis istam asperitatem : faciamus ergo bonum consilium, id est confitentes illi scelus nostrum, pœnitentiam agamus. Et ait eis S. Coemgenus : O filii, malum opus perpetrastis : sed adhuc in Dei misericordiam confidite, et revertimini ad quem occidistis, meumque baculum vobiscum portate, et ponite super pectus illius : et caput illius, quod inter pedes suos dimisistis, congrue collo suo apponite, et credo quia resurget ad vos. Nulla jam bestia eum adhuc tetigit, excepta vulpe modicum de sanguine ejus bibente. Illis euntibus, et sic per omnia agentibus, qui occisus erat, quasi de gravi somno surrexit a morte : et simul ipsi tres gaudentes ad S. Coemgenum redierunt. Ille autem scholasticus, qui a morte suscitatus est, Monachus obediens, usque ad obitum suum, apud S. Coemgenum mansit : præcepitque ei S. Coemgenus, ut ne unquam longius iret a monasterio, nisi ducens hospites ad locum martyrii f ejus, et eis ostenderet per [illegible]. In illo nunc loco Crux g posita est. Aliis autem duobus redeuntibus præcepit, ut in peregrinationem irent, et postea religiose viverent, quod illi magno affectu compleverant.

ad se venientes benigne increpat S. Coemgenus

occisum suscitat,

B

f

g

et omnes Religiosos facit

39 Quidam vir regius ad sanctum senem Coemgenum venit, ut zonam suam benedictam acciperet ne ab inimicis suis jugularetur : et reversus ipse cum zona benedicta ad sua, turba inimicorum suorum magna venit obviam ei in via publica : videntesque eum inimici sui impetum fecerunt fortiter in eum. Tunc ille, accinctus Zona sua, cœpit invocare nomen S. Coemgeni : et illico illi nullo modo potuerunt videre eum, circumdatum ab eis : sentiensque ille ex loquela ipsorum quod se non vidissent, sic incolumis per medium eorum invisus per gratiam viri Dei evasit.

Zona sua

Principem inimicis invisibilem reddit.

40 Aliquando Rex h Laginensium, cum Nepotes Neill, et A[illegible]onales Provinciae secum [illegible] regionem Laginensium ad eum devastandum intrarent, venit ad S. Coemgenum, quærens ab eo auxilium. Sed non permittens S. Coemgenus in vallem suam intrare, in supercilio montis Australis stetit, ubi nunc terebynthus est Regum : et misit legatos suos ad S. Coemgenum ; quibus vir sanctus dixit : Rex ex jure humano, pro patria sibi commissa debet bellare, si aliter non potest eam defendere. Hæc verba sancti Dei audiens Rex, lætus et promptus rediit ad bellum ; et ante se ingens bellum factum est, in quo Nepotes Neill a Laginensibus valde superati sunt, et A[illegible]onales ad internecionem redacti sunt. Ipse jam Rex cum Laginensibus, post bellum, gratias egit Domino et S. Coemgeno.

h

Rex Lageniæ jussu Sancti

prælium init et vincit:

C

41 Quidam Miles, nomine Rotonus, comam pulcherrimam habebat, quam valde diligens nutriebat eam cura ; et propter eam luxuriose vivebat, nihil curans de anima sua. Hoc audiens sanctus senex Coemgenus, multum sibi displicuit ; benedicensque ipse aquam, misit ei, et jussit inde caput suum lavaret, quasi pro benedictione. Ille jam caput inde lavans cum gaudio, totam comam deposuit : sciensque ipse quod hoc voluit S. Coemgenus, venit et egit pœnitentiam coram Sancto ; promisitque de emendatione vitæ suæ. Vidensque vir Dei satisfactionem ejus ; benedixit caput illius, et in eo alia coma statim crevit, quæ fuit satis pulchra, sed non pervenit ad primam. Postea ille Miles, Deo et Sancto ejus in omnibus gratias agens, rediit ad sua.

Comam luxuriose nutriens

emendatur.

D

ANNOTATA F. B.

EX MS

a *Non miror ultimam partem hujus propheticæ imprecationis quotannis impleri : corvi enim ubicumque sunt crocitant.*

b *Scutella profundior Belgice* komme.

c *De* Mochonna *agit Colganus* 8 *Martii ; eumque numerat inter discipulos S. Columbæ kille: oportet igitur, quod hic refertur, contigisse circa initium seculi 7 : nam in fine seculi* 6 S. Columba *obiit. Nos de eodem* S. Mochonna *de Eas-mac neire, eadem* 8 *Martii egimus inter Prætermissos.*

d *Liquet consideranti, prophetiam hanc non fuisse impletam.*

e *Quæ vel qualis Philosophia aut Philosophi fuerint in Hibernia circa seculum* 7, *equidem ignoro.* Si Bardos *aut* Druidas *induxisset Auctor, inter se pugnantes aut litigantes, invenisset forsitan fidem aliquam : est enim facinus illis dignum.*

f *Ne martyrii quidem hic umbra est.*

g *Cum dicat Auctor Crucem positam fuisse ob memoriam miraculi, et suo tempore adhuc stetisse : facile credo occisum aliquem, ibidem a Sancto resuscitatum ; quamvis hæ circumstantiæ fabulosæ videantur ; usitatum enim erat Hibernis Cruces ponere in locis, quibus aliquid memorabile contigerat. Ceterum per Belgium moris est, forsitan et tunc in Hibernia fuit, Crucem plantare eo loco ubi aliquis trucidatus ; et moneantur fideles orare pro occisi anima : unde forsitan ob memoriam interfecti duntaxat, non autem resuscitati Crux eo loco steterit.*

E

h *Rex iste Lageniæ videtur fuisse* Brandubius, *de quo supra num.* 20. Nepotes Neilli, (*si prælium hoc commissum est, post cædem Aidi secundi*) *fuerint* Aidus tertius *cognomento* Slane, *ex Diermitio Rege nepos* Neilli, *et* Colmanus *Regni consors ; qui ambo anno* 600 *interierunt.*

CAPUT VI.

Spiritus Propheticus. Spiritualia beneficia variis præstita. Obitus.

Latrones de gente Degha, de regione Kenselach *a*, venerunt et absconderunt se in montibus juxta Monasterium S. Coemgeni, volentes quamdam villam in plebe nepotum Moel illa nocte sequenti rapere, et occidere viros ejus. Hoc a [illegible] sancto seni Coemgeno revelatum est. Tunc S. Coemgenus, in promptu alium nuntium non habens, eidem viro cæco a nativitate nomine Guaire, jussit ut iret ad illos, et indicaret eis de latronibus. Ille jam resurgens sine excusatione, illico Angelus Domini venit ad illum, et illum duxit et inde reduxit cum cœlesti lumine eum incolumem. Habitatores prædictæ villæ gratias agentes, absconderunt se cum suis in tutis locis ; latrones autem inde vacui reversi sunt.

a

Plebem a latronibus servat

F

Per cæcum nuntium ab Angelo deductum

43 Corarius *b* quondam nomine Cronanus, postea autem vir sanctus ac pius coram Deo et hominibus, qui Claram-cellam Domino ædificavit, misit legationem ad S. Coemgenum, ut ipse Fratrem fidelem et idoneum ad se mitteret, per quem sua secreta S. Coemgeno remandaret. Ad quem sine mora sanctus Pater Coemgenus Berchanum *c* Monachum misit, secundum morem antiqui temporis solum. Ille jam Fratre iter incipiente per silvas et montes desertos, invenit quamdam mulierem speciosam, solam in via, expectantem conductum per desertum. Quæ videns illum, dixit ei : O homo Dei, propter Deum omnipotentem, dimitte et sustine me ire tecum per eremum. Frater itaque propter Deum concessit, et

b

c

Berchani Monachi,

AUCTORE G. H. Atque propria prædia opere suo sublimavit fabrica Pontificalem. Quam accepit Cathedram rexit in pace. Annus LXII ejus, quæ vita quod mansit in seculo anni fuerunt, migrans de mundo, imperante Principe Francorum Rege. *Carolus le Cointe mortuum scribit anno DCLXII, quo tempore Arverni suberant Austrasiis, a quibus tunc Rex assumptus erat Childericus II, filius Chlodovei II et frater Chlotharii III, Regis Neustriæ et Burgundiæ; sub quo ante degens videtur* Princeps, *appellatus est hoc nomine apud posteros indigetatus: hinc in Epitaphio legitur* imperante Principe Francorum Rege. *Cetera isto in epitaphio, verbis aliquot forsan obesis mutilo, obscuri intellectu, non vacat operosius eruere, ipso illustrandi conatu magis forsitan obtenebranda. In Breviario Claromontino, post proprias, de quibus supra, Lectiones, hæc additur Oratio.* Tuere nos, misericors Deus, et B. Genesii, Confessoris tui atque Pontificis, cujus natalitia celebramus, tribue semper gloriari præsidiis.

Oratio,

VITA

Ex MS. Legendario Illidiani monasterii, a Jacobo Bardion ibidem Religioso communicata.

B

Nobiliter natus,

Beatus Genesius Arvernicæ civitatis extitit oriundus, nobilissimis parentibus ex Senatorio ordine procreatus, sicut in chronicalibus genealogiis legitur. Hic a primæva ætate liberalibus litterarum studiis traditus, omnibusque disciplinis instructus, nec non et Ecclesiæ Christi mancipatus, ita admodum æquipollere cœpit, ut nec practicæ vitæ administrando cessaret officia, nec theoricæ vitæ contemplativa proculdubio aberraret a via. Studens siquidem sagacitate, quæ erant Cæsaris reddebat Cæsari, et Deo quæ Dei erant. Omnes denique populi ad eum, tamquam ad vivarium recurrebant, sitientesque venam aquæ viventis ex ejus pectore hauriebant, ita ut etiam flumina de ventribus eorum aquæ vivæ fluerent, et aliis propinarent; dicente Domino: Qui biberit aquam, quam ego do, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

et omnis virtutis exemplum

Joa. 4, 14

2 Omnis itaque ætas, omnis sexus, et omnis eum conditio diligebat, unusquisque quod suum erat in eo habebat, imitans Apostolum dicentem, factus sum Judæis tamquam Judæus, ut omnes lucri facerem. Juvenes eum diligebant, quia fraterna eos admonitione exhortabatur, ut mundi malitiam declinarent, et astutiam serpentis et columbæ simplicitatem imitarentur, et saperent. Senes ipsum verebantur et amabant, quia sedulo eos admonebat, ut qui primam vel secundam vigiliam custodire neglexerant, saltem tertiam custodirent. Juvenculas affabiliter hortabatur ut sorores, anus ut matres, ut mundana desideria fugerent, et se immaculatas custodirent, atque uni soli Deo vero et immortali sponso adhærerent. Hic rursus denique his atque hujusmodi rebus, vigiliis atque orationibus intentus, corpus arctabat jejuniis, faciem attenuabat, esurientes et sitientes alebat, nudos operiebat, infirmos et in carcere languentes consolabatur et visitabat, hospitio vagantes et egenos suscipiebat, idem ipse eis ministrabat, mortuos condiebat atque sepeliebat. Dum ipsum in membris suis suscipiebat.

cunctos recte instruit

1 Cor. 9, 20

C

et vacat operibus misericordiæ.

3 Cum igitur migravit a seculo Arvernicæ civitatis Episcopus, Genesius ad Episcopatum petebatur. Ita etenim vox et sententia populi in unum convenit, ut et omnes Genesium vellent, et omnes Genesium peterent, et omnes Genesium Antistitio dignum clamitarent, nullumque alium Episcopum fieri posse vociferarent. At quorum voces Genesius, quasi sibi conscius trepidabat, et ne id sibi fieret orabat. Accersiti itaque Episcopi, triduanum jejunium omni Clero et populo indixerunt, et ut de ordinatione Episcopi soliciti essent Deumque deprecarentur, injunxerunt. D

Ad Episcopatum postulatus,

4 Transacta vero die tertia, Arvernicæ Sedis Episcopum Genesium consecraverunt, ac reluctantem et invitum vellet nollet inthronizaverunt, congruentibus et concordantibus authenticarum locis Scripturarum: sicque cum Dei laudibus gratulabundi recesserunt. Sanctus quoque Genesius, de imposito sibi honore quasi metuens et mœrens, Dominum Jesum rememorabatur, dicentem: Jugum meum suave est et onus meum leve. Quanto namque se majori sarcina prægravari sentiebat, tanto magis sobrietati deditus erat; id secum metuens revolvebat, Quia hic homo cœpit ædificare et non potuit consummare. Inter homines quippe præsentialiter degebat, sed cum Deo jam essentialiter vivebat: cum Martha quoque satagens in exterioribus ministrabat, nec minus ad Domini Jesu vestigia cum Maria sedebat, et ex dominico ore verba vitæ recipiebat.

eumdem optime administrat:

Mar. 11. 30

Lu. 14, 31

5 Postmodum vero quinquennio officium Episcopatus sui administrans, sed et frequentias et concursus populorum sustinere non prævalens, atque inter hujus seculi procellas naufragium metuens, qualiterque clavum jam putridæ navis ad littus torquere posset hæsitans; seculo se abrenuntiaturum decrevit; Romamque profectus est sub habitu peregrinantis; ubi multa per eum Deo operante facta sunt miracula, de quibus modo per singula non est narrandum. Multi etenim cæci illuminati, curati paralytici, mundati leprosi, obsessi a dæmonio liberati. Nemini ægroto manum imposuit, qui non protinus redderetur sanitati. Plurimi quoque carceribus tenti, et ferreis compedibus astricti, mox ut B. Genesium advocaverunt, ejusque nomen memoraverunt, miro modo vinculis emancipati, sed et carceribus sunt liberati. Tantam vero ei gratiam contulit Dominus, ut plurimorum miraculorum patrator mirificus efficeretur. E

anno Sedis 5 Romam profectus,

multis claret miraculis.

6 Sed et Arvernenses, diu de amisso Pastore mœrentes, utrum viveret, utrum jam obiisset, dubitantes, plurimi eorum Romam decreverunt proficisci, consilium quid facerent, vel quomodo se haberent, ab Apostolico accepturi. Denique Romam venientes, Antistitem suum, jam a longo tempore amissum, recognoverunt; ejusque pedibus provoluti, clamare cœperunt; Cur nos, Pater, deseruisti? aut cui oves a Domino tibi traditas Pastor commisisti? Gaudebant igitur et flebant; et ne gregem suum desolatum relinqueret, attentius orabant. Gaudebant etenim, quia incolumem eum et sanum videbant: flebant vero, quia tamdiu eo caruerant. Beatus itaque Genesius, misericordia motus, sicut semper misericordiæ et pietatis [visceribus] affluebat, talibus suadens verbis breviter est affatus; Fratres et filii, hortatur nos Dominus noster Jesus Christus, sicut in Evangelio secundum Lucam legimus, dicens, Qui non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non poterit meus esse discipulus; omnis autem qui reliquerit domum aut patrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam æternam possidebit. Quapropter nos, Fratres, non expedit tristari, quia Dominus Jesus memor suæ promissionis, temporalia bona mihi quamvis indigna centuplicavit: de cujus clementia et bonitate confido, quia æterna æternaliter accumulabit. Itaque libet exclamare et dicere, Dominus pars hereditatis meæ et calicis mei, ipse est qui restituit hereditatem meam mihi. Surgite, et

Requisitus a civibus et inventus,

F

Lu. 14, 33

eosque solatus,

A et iter nostrum apparate: quia, sicut vidi in visione, Arvernicam Sedem habeo visitare.

cum ipsis regreditur;

7 Qui propere surgentes, atque de societate et regressu Antistitis sui gratulantes, quæ itineri necessaria erant paraverunt; atque secum, Benedictus Deus et pater Domini nostri Jesu Christi; pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, musicare cœperunt: et addebant; Quia non amovit a nobis misericordiam suam. Itaque die altera illuscescente, quasi peregrinaturus, cum magna civium frequentia civitatem exiit, sicque iter arripuit. Veniens denique Arvernis, non longe ab urbe resedit, ubi postea monasterium Virginum collocavit, quas regulariter vivere instituit. Cives ergo, adventum Episcopi sui audientes, et cum crucibus et cereis omnique ecclesiæ apparatu obviam ei progredientes, Gloria in Excelsis Deo, canebant; et, Benedictus qui venit in nomine Domini, subjungebant.

lætanter excipitur

8 Appropinquante igitur eo ad civitatem, alii de muro præcipitabant, alii per portas et posternas irruebant, atque alii alios comprimebant, suum diutissimo desideratum cupientes videre Episcopum.

ægros sanat,

Multi quoque e villis, vicis et castellis, audientes famam et adventum B. Genesii, infirmos suos traxerunt, ac coram eo deposuerunt; qui in momento a quacumque detinebantur infirmitate liberati, et sanitati pristinæ restituti sunt. Deguit autem postmodum parce vivendo quadraginta annis, in quibus ecclesias fabricavit, monasteria construxit, Deique voluntatem quoad vixit incessanter implevit. Ingruente vero mortis tempore, convocatis ad se turbis, et in Dei amore hortando corroboratis, vale dicto viaticum accipiens, et oculos manusque ad cœlum erigens, dixit; Pater mi, gratias ago tibi; quia oves quas tradidisti mihi, tu ipse custodisti, nullusque aliquam illarum de manu tua rapere potuit. Et hæc dicens spiritum exalavit. Tanta vero odoris fragrantiæ ibi confestim adfuit, ut omnes qui aderant, sperarent totam domum aromatibus repleri. Sepultus est igitur in suburbio Arvernicæ civitatis, in ecclesia B. Symphoriani, ubi per eum multa dantur beneficia ægrotis: præstante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen. D

ex MS. loca pia condit,

et anno post reditum 40 mortuus

sepelitur in ecclesia S. Symphoriani.

B E

DE S. ISAACO MONACHO

MARTYRE CORDUBÆ IN HISPANIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

G. H.

De scriptore Martyrii, ejusque mentione in Martyrologiis.

ANNO DCCCLI.

Acta martyrii a S. Eulogio scripta

Cordubam, *urbem Hispaniæ Bæticæ clarissimam, fuisse illustrium Martyrum palæstram, sæpius diximus et dicturi sumus, potissimum hoc mense Junio; in quo plurimi passi sunt sub Saracenis, quorum urbs regia illa fuit. Horum Martyrum certamina descripsit in suo Memoriali Sanctorum S. Eulogius, Cordubensis Doctor et electus Archiepiscopus Toletanus (qui et ipse postea glorioso martyrio coronari meruit* XI *Martii, quando ejus Acta illustravimus) prius autem per Epistolam, ipsomet anno Incarnationis* DCCCLI, *Æræ* DCCCLXXXIX *datam Willesindo Episcopo Pampilonensi, strictim indicavit, quod* sequenti, *postquam* Perfectus Presbyter XIV Kal. Majas occubuit anno, III Nonas Isaac Monachus decidit *postea in Præfatione ad dictum Memoriale agit de* S. Isaaco Monacho: *denique lib. 2 cap. 2 Martyrium ejusdem deducit. Memoriale istud suis Commentariis illustravit Ambrosius Morales, qui seorsim lib. 14 Chronici Generalis Hispaniæ cap 7 Martyrium* S. Isaaci *describit: sicut etiam fecerunt, Joannes Marietta, lib 3 Historiæ Ecclesiasticæ de Sanctis Hispaniæ cap.* 10; *Martinus de Roa, de Sanctis Cordubensibus fol.* 87; *aliique. Paucis autem post martyrium annis inscriptus est* S. Isaac *Martyrologio Usuardi his verbis:* Civitate Corduba B. Isaac Monachi, qui cum esset annorum viginti et septem, pro fide Christi gladio necatus est. *Secuti sunt Bellinus, Grevenus, Molanus, Galesinius, Canisius; et ante eos Martyrologia varia manu exarata et typis cusa, ac potissimum Romanum sæpius auctoritate Summorum Pontificum recognitum. Additiones Greveni ad Usuardum die* V *eum ponunt. Morales ad caput 2 libri 2 aliquod encomium habet ex Indiculo Luminoso, ut auctoris antiquioris, quod est hujusmodi.* Zelo Dei Isaac religiosus, non humana instigatione, sed divina commotus; nec usitatum callem nostris temporibus, sed obliteratum incedens; antiquum persecutionis fumum non sufferens animo, Judicem adiit: et ea, quæ alter flagello diro vexatus negabat, quæ inter verbera se non dixisse jactator debilis personabat; athleta fortis, belliger miles, abundantiori persecutione firmavit, potiori prælio intentavit, et ingenua mente inclinavit, ingenua morte peregit, consummavit, implevit: ut ostenderet hominibus fidei se zele commotum, non timore necessitatis præventum; ut constanti fiducia Ecclesiæ prælians bella, aperte proferret et patule, quod quibusdam indiciis super comprehensum satagebant firmare. Ut etiam produceret Dominus athletarum suorum mundo victoriam, et militum suorum rudi seculo propalaret constantiam, et ostenderet quod in novissimis temporibus etiam victores haberet, qui bella Domini eo instinctu, quo primi intentaverant, prælia-rentur. F

Memoria apud alios et in sacris fastis.

C

Encomium ex Indiculo Luminoso.

ACTA MARTYRII.

Auctore S. Eulogio Martyre

Ex Præfatione a

Ego quidem volumen hoc Memoriale Sanctorum appellans, illis tantummodo a arcisteriis commentaveram; e quibus prior ille monachorum globus, ad resistendum mendacissimo vati, processerat. Sed postquam ex urbibus, viculis, oppidulis, et castellis certatim proruere ad hoc certamen viros ac mulieres cognovi, neque quemquam vereri Præsidis tribunal comperi, sed omnes pro testamento et legibus Dei nostri mortem incunctanter elegisse conspexi; universis illud Ecclesiis, supra solidissimam petram fundatis, dicavi; ut tantum haberent cuncti de triumpho eorum suæ consolationis et gloriæ exemplum et gaudium, quantum fuit illos ex diversis locis venisse, et in exemplum totius Ecclesiæ discrimina passionum subiisse. Sed reor quod inter ipsos principatum obtinet S. Isaac Monachus,

Inter plurimos Martyres præcipuus S. Isaac

A Monachus, qui prior e *b* Tabanensi cœnobio in forum descendens, Judicem adiit, atque his verbis eum aggreditur : Vellem (inquit) Judex, cultor fidei strenuus fieri, si modo tu non differres ordinem rationemque ejus mihi exponere. Cui cum libenter quasi jam tirunculo fidei suæ credituro juveni inflatis buccis, turgenti gutture, crepitantia intra cava palati verba institutionis lingua fallax proferret, sectæ hujus auctorem Mahomad fore prædixit : qui Angeli Gabrielis magisterio illustratus, verbum Prophetismi ab Altissimo nationibus relaturus accepit ; legem instituit ; Paradisum disseruit, regnumque cœlorum plenum epulis et luxibus feminarum edocuit. Sed et alia plura, quæ me dispensi perlongum est, ex ritu pro vano arbitrio prosequente, protinus ephebus ille venerabilis Monachus, ut erat apprime litteris Arabicis imbutus, Arabice dans illi responsum : Mentitus, ait, est vobis (ita maledictionibus tabescat divinis) qui tanto scelere implicatus, tantorum agmina perditorum invasit, secumque inferorum barathro mancipavit. Ille etenim dæmonio plenus, dæmonicis favens præstigiis, letale morbidis propinans poculum, æternæ perditionis luet interitum. Quare vos scientia præditi, a talibus non abdicatis periculis? Quare non renuntiantes ulcus pestiferi dogmatis, perennem fidei Christianæ Evangelicam sospitatem optatis?

Ex MS. b

arguit legem Mahometi :

B

2 Hæc, et his similia ore pudico, summis reverentiæ ausibus viribusque, lingua peracuti, Beato disserente Isaac, stupore nimio Judex turbatus, ac veluti amens effectus, ubertim lacrymasse perhibetur : et quadam mentis hebetudine occupatus, vix potuisse fertur, exprobranti se Monacho respondere : sicque manu extensa faciem ejus verberanti, confestim Monachus dixit : Consimilem imagini Dei vultum audes ferire? vide qualem propter hoc redditurus sis rationem. Idcirco, a consedentibus secum sapientibus deprehensus arguitur, quod gravitatis censoris oblitus, leviter per semetipsum ad cædendum Martyrem egerit : et præsertim, quia secundum legum suarum sententiam, is qui pro crimine dignus est mori, nullius pœnæ convitiis lacerari debet. Tunc Judex ad Sanctum Isaac conversus ait : Forte madidus vino, aut phrenesi captus, ad ista, quæ profers, non facile potes advertere. Nam ipsius vatis nostri, quem tu temere convitiis impetis, sententia manet irrefragabilis, animadverti debere eos, qui talia de ipso non verentur profiteri. Ad quem venerabilis Isaac intrepida responsione ait : Ego quidem, Judex, nec vino madidus, nec quolibet morbo saucius sum : sed zelo justitiæ conflagrans ; qua vatem vestrum, vosque expertes existere comperi, veritatem vobis exposui : propter quam si mors furibunda occurrerit, libens excipiam, placidus subeam, nec ab ejus casibus cervices meas avertam. Novi enim, Dominum dixisse : Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

cæsus in facie

intrepidus respondet :

C

Matth 10

3 Tunc judex carceri illum tradens; protinus Regi causam ejus innotuit ; qui tantæ accusationis eventu perterritus, illico ferocioribus animis ferox promit edictum, dicens, morti usquequaque fieri debere obnoxium, talem in auctorem fidei suæ ferentem convitium. Hinc Dei servus, ad necem damnatus, vertice plectitur; hinc in stipite elevatus capite deorsum appenditur, atque ultra amnem in spectaculum urbis locatur, tertio Nonas Junias, Feria quarta. Erat *c* octingentesima octuagesima nona. Cujus corpus post aliquot dies cum ceteris, qui eum imitando perempti sunt, igne crematum, et in favillam conversum, deinceps in amnem projectum est.

Martyr obiit an 851,

c

4 Sed necesse est exponere, quibus indiciis vel prodigiis hic B. Isaac extiterit in infantia denotatus : ut ex eo divinitus ad coronam martyrii illum fuisse credamus electum, ex quo in matris utero positus terribilem valde parentibus stuporem intulerit. Tribus namque vicibus una die, paulo antequam nasceretur, visus est loqui : cujus rei novitate perterrita mulier, pene mortua, vim verborum nequaquam potuit intelligere. Alio etiam tempore, cum adhuc septennis existeret, virgo quædam cernit per visionem globum luminis e cœlo descendere ; et inter omnium præstolantium turbam solus hic ulnas extendens, manibus lumen excipit, totamque ejus claritatem ori suo injectam ebibit ; felicem tunc et vere beatum omnibus, tali condignum munere, nuncupantibus. Hæc sunt infantiæ ejus prodigia et signa, quæ illum dignum martyrio longe antea portenderunt.

D *in infantia prodigiis clarus.*

5 Nam quidam Sacerdos ex cœnobio Tabanensi, ex quo idem Beatus ad agonem processerat, peractis Missarum Dominico die solenniis *d*, septimo scilicet Iduum Juniarum, qui post quintum martyrii sui diem evenerat, in quodam lectulo Fratrum recumbens, obdormire paulum cœpit ; et ecce subito per somnium vidit puerum decoris pulcherrimi a partibus Orientis venire, schedamque miræ pulchritudinis manibus gestantem sibi adsistere : quam ab eo accipiens, scripturam ejus legere cœpit. Erat enim his exarata sermonibus : Sicut Pater noster Abraham, Isaac filium Deo in sacrificium obtulit ; ita et nunc Sanctus Isaac, in conspectu Domini, sacrificium pro Fratribus immolavit. Et continuo quidam e civitate venientes, dixerunt Beatum *e* Hieremiam Martyrio cum aliis fuisse coronatum, per Dominum nostrum Jesum Christum, cujus exemplo nonnulli ad publicum sub eadem professione perempti sunt.

d

et post obitum visione honoratus.

E

e

6 Beatus itaque Isaac, ex civibus Cordubensium nobilibus et locupletioribus parentibus natus, dum primævos adolescentiæ annos ingrederetur, atque inter opes bonaque genitorum tenerrime degeret, adeo ut peritus et doctus lingua Arabica *f* exceptoris reipublicæ officio fungeretur ; ex improviso spiritali flagrans ardore, Monachorum vitam optans, Tabanos viculum petiit : qui in partibus Aquilonis, inter prærupta montium et condensa silvarum, septenis ab urbe milliaribus distans, formosissimis in exercitatione vitæ monasticæ, virorum atque ancillarum Dei rumoribus decoratur. Siquidem in eodem cœnobio virum, summa timoris Dei reverentia præditum, Hieremiam patruelem habebat : qui etiam inclitus opibus, rebusque abundans, et conjux ejus venerabilis Elisabet, ac liberi, totaque pene cognatio, sumptu proprio fundamenta ipsius cœnobii jacientes, divinarum legum perenni adhæsuri obsequio, pridem sese eo contulerant. Ibi per triennium B. Isaac sub regularibus disciplinis, seu sub reverentissimo Abbate Martino, prædictæ feminæ fratre, in sancto proposito militans ; extemplo divinitus illustratus, forum adiens Judicem petiit, et ordine quo in præfatione libri disposui, felici obitu sub testimonio Domini nostri Jesu Christi, in eadem regia urbe III Nonas Junias, feria quarta, Era octingentesima octuagesima nona, occubuit. Cujus corpus equuleo suspensum, post aliquot dies cum ceteris, qui eum imitando decisi sunt, rapacissimo igni commissum, usque ad ultimam favillam minutum est, ac deinceps amni perdendum immersum est.

Lib 2. cap 2

f

Epitome vitæ et martyrii

F

ANNOTATA G. H.

a *Socrates lib. 4 cap.* 18 ἀσκητήρια *Monachorum in Ægypto describit. Hinc Latinis* asceteria, *et* arcisteria

A steria *dicta : in Vita quoque S. Antonii num.* 108 archisterium *dicitur, ubi plura annotamus.*

b Tabanense cœnobium, *a Saracenis destructum esse, Monachis in urbem confugientibus, dicit Eulogius lib.* 3 *cap.* 10 : *sed ubi præcise situm fuerit, ignorari ait Morales.*

c *Æra Hispanica* 889 *convenit in annum Christi* 851, *quo cyclo Solis* 25 *littera dominicali* D, *feria quarta in diem* 3 *Junii incidit.*

d *Recte, die scilicet* 7 *Junii, utroque (ut solet) termino incluso.* D

EX MS.

e *Coluntur eodem* 7 *Junii,* Hieremias, *et quinque ejus socii Martyres, etiam Martyrologio Romano inscripti.*

f Exceptores, *explicat Morales* scribas publicos, *Tamayus,* Tabelliones, *sive* Amanuenses.

g Anno ætatis 27, *inquit Usuardus : quod nescio unde acceperit.*

DE S. ATHANASIO THAUMATURGO,

IN ASIA MINORI MONACHO.

D. P.

Elogium ex MS. Synaxario Divionensi.

Medio ævo

Sæpius laudatum nobis Collegii nostri Divionensis Synaxarium, a Petro Francisco Chiffletio ipsi comparatum, nobisque ad tempus aliquod benigne commodatum, inter plures aliunde vix aut ne vix B *quidem adhuc notos Sanctos, etiam hunc dedit. Dedit autem cum Elogio prolixiori, quam alios passim alibi reperiendos; sed absque ullo, ut ante ceteros solet, disticho, atque ultimo loco : quod argumento nobis est, post eosdem inscribi Synaxario cœpisse nomen ejus ; et locum dat conjectandi, posteriorem quoque ætate fuisse, et* X *vel* XI *seculo floruisse aliud enim character temporis nullus in Elogio potest deprehendi. Ipsam quoque diuturnioris exercitationis palæstram prorsus ignoraremus, nisi nominaretur* Sangaris *fluvius.* Sangarius *alias,* ΣΑΓΑΡΙΣ *in nummo Juliæ piæ Augustæ apud Ortelium in Thesauro Geographico dictus, ac nomen istud hodieque retinens. Hic vario ab Ortu in Occasum, rursumque ab Occasu in Ortum reflexu, Phrygiam majorem percurrens, ad Pessinuntem denuo in Occasum torquetur, Bithyniam irrigaturus, ac Pontum Euxinum denique ad Chelas Sinus Mariandini subiturus. Intra hunc fluvium insulare monasterium habuit* Syncleticus *quidam, nescio an proprio nomine a baptismo, an vero appellativo a genere vel officio Senatorio sic dictus ; cui* S. Athanasius *junxisse se dicitur, ut immorigeros illius subditos ad observantiam exemplo verboque reduceret, sicut et fecit ; et bonorum operum ac dierum plenus ibi obiit ; sed inde mox translatus in propinquum* Trajani

ad Sangarim. fluvium Asiæ minoris commoratus,

et in Trajani monasterio post mortem conditus,

C monasterium, *illud miraculorum suorum magnitudine ac multitudine celebrius reddidit. Manet tamen et hujus monasterii situs ignotus adhuc nobis, nisi quod in minori Phrygia, seu Mysiam majorem malis dicere, inter Chrysen et Lamponiam,* Trajanopolis *quædam fuerit; quo tamen non ausim referre nomenclaturam monasterii, quod a conditore potius suo nomen crediderim ex usu medii ævi accepisse. Nihilo facilius explicuerim, quæ* S. Athanasio *hunc patria fuerit : nam* Kibyrrhiotarum *in elogio nominata regio, nulla nobis innotuit.* Κυπαρισσιωτῶν, *si scriberetur a* Cyparissio *Messeniæ Promontorio, Peloponnesium diceremus Sanctum fuisse : sed hæc longe quæsita, divinatio est. Dicamus ergo, quod præcipuum est, prædicto Synaxario ad hunc diem inscribi,* Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου τοῦ Θαυματουργοῦ, Memoriam Sancti Patris nostri Athanasii Thaumaturgi, *sequenti Elogio explicatam.*

s. l. s. l. t. ... Thaumaturgi propinquat ...

2 Οὗτος ὁ ἐν Ἁγίοις καὶ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ τὴν ἐν τῷ ... ωμένην τοῦ Τραϊανοῦ μονὴν τοῖς θαύμασι καταπλουτίσας, γόνος μὲν ἦν τῶν Κιβυρραιωτῶν. Οὗτος εἰς ἡλικίαν ἐλθών, καὶ τὸν κόσμον βδελυξάμενος, ἐξῆλθεν εὐαγγελικῶς μονοχίτων· καὶ περιτρέχων ἐκ τόπου εἰς τόπον, καὶ ἑνούμενος πνευματικοῖς ἀνδράσι, τὰς ἀρετὰς πάντων ἀνέματτο. Συγκλητικὸς δέ τις Μοναχὸς γέγονεν, ἰδίαν μονὴν ἔχων ἐν τῷ Σαγγάρι ποταμῷ, καὶ Μοναχοὺς σκληροὺς καὶ ἀπειθεῖς· ἀκηδιάσας δὲ δι' αὐτοὺς ἐξῆλθεν εἰς μακρὰν χώραν. Τούτῳ συναντήσας, ὡς ἐν Θεῷ πεμφθέντι αὐτῷ, καὶ προσομιλήσας, ἔλαβεν αὐτόν, ὑποστρέψας ἐν τῇ μονῇ αὐτοῦ. Οὗτος δὲ ὁ Μακάριος, πάσης ἀρετῆς E καὶ πνευματικῆς καταστάσεως ὢν πεπληρωμένος, πῇ μὲν βλεπόμενος παρ' αὐτῶν, πῇ δὲ παρακαλῶν καὶ νουθετῶν αὐτούς, μετέβαλεν εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον. Αὐτὸς οὖν λαβὼν τὸ μέγα καὶ ἀγγελικὸν σχῆμα, καὶ ἱερωθείς, ἱερούργει, καλλιγραφῶν καὶ νηστεύων ἕως ἑσπέρας· καὶ πολλὰ πειρασθεὶς ὑπὸ τῶν δαιμόνων, καθαρὰν ὑπακοὴν καὶ ἐξαγόρευσιν ἔχων, ἀπαλλαγεὶς τῶν παθῶν γεγονὼς ἄνετος. Γράψας δὲ πλεῖστα βιβλία, τῷ Γέροντι, ἔλαβον αὐτοῦ οἱ ὀφθαλμοί. Κλεισθεὶς δὲ τόπῳ τινί, ἐστενωμένος παρεκάλεσεν· Κύριε, εἰ ἐγὼ ἄξιός εἰμι, δώρησαί μοι τὸ φῶς ἐξ ἀρχῆς, καὶ ὅσα μὲν ὑπὸ σοῦ ἐνδυναμούμενος γράφω, ἔχωνται, πένητες καὶ πτωχοί. Καὶ καλωθεὶς ἐπὶ χρόνους κ', μικρόν τι πλέον ἢ ἔλαττον, δέδωκε τοῖς πτωχοῖς, ἐκ τοῦ ἐργοχείρου αὐτοῦ, νομίσματα χρυσοῦ ... ἀεὶ δὲ ἀπρόϊτος ἦν, μὴ βλέπων ἢ προσομιλῶν τινι ... Εἰς γῆρας δὲ βαθὺ ἐπιφθάσας, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν, ὑπὸ Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου τῶν Ἀποστόλων ὁδηγούμενος, ὥς τις πνευματικὸς Πατὴρ καὶ ἅγιος ἐθεάσατο. Εἶδε γὰρ ἀστραπτομόρφους δύο φοβεροὺς ἄνδρας, ἐκ τῶν ἐνδοτέρων θαλάμων τοῦ Βασιλέως Κυρίου ἐξελθόντας; καὶ τοὺς Ἀποστόλους προτάξαντας, αὐτὸν μὲν δι' αὐτῶν ὁδηγούμενον ἀποστρέψαι, λαβεῖν δὲ ἀντ' αὐτῶν τὸν Ἀθανάσιον τὴν τοῦ Τραϊανοῦ μονήν. Δι' ὃ καὶ παραυτίκα ἀποστείλας (οὐ γὰρ ᾔκουσεν ἦν) εὗρεν αὐτὸν ἤδη τελειωθέντα. Καὶ ζῶν ὁ Μακάριος διαφόρους F προρρήσεις ἐφθέγξατο, ... καὶ εἰς ἔκβασιν ἦλθον, καὶ μετὰ θάνατον θαύματα πολλὰ καὶ ἀναρίθμητα πεποίηκεν, εἰς δόξαν τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ἡμῶν. Ἀμήν.

cum longiori Elogio ex MS. Divionensi

3 Sanctus hic et magnus Athanasius, qui celebre Trajani monasterium miraculis suis repletat, natus erat in regione Cibyrrhiotarum. Congruam autem ætatem nactus, mundumque execratus, exivit, secundum Evangelii normam, una indutus tunica, atque de loco in locum discurrens, virisque spiritualibus sese conjungens, singulorum in se transferebat virtutes. Erat porro Syncleticus quidam Monachus, proprium monasterium habens in fluvio Sangari, ibidemque Monachos asperos et immorigeros : quorum causa affectus tædio, abiit in longinquam regionem. Huic obviam factus Beatus, et eum tanquam divinitus sibi missum allocutus, excepit ipsum atque ad ejus reduxit monasterium. Ipse vero, plenus omni virtute atque spirituali industria, partim suo conspectu et exemplo, partim admonitione et cohortatione adduxit effrænes illos ad Dei timorem. Dein magnum atque angelicum habitum suscipiens, et Presbyter ordinatus, sacrificabat ; scribens deinde atque jejunans usque ad vesperam. Tum multipliciter tentatus a dæmonibus, perfectamque

ut Cibyrrhiota natione

qui factus ad Sangarim fl. monachus,

A

VICTORE D. P.

fectamque obedientiam et sui abnegationem assecutus, eo usque profecit, ut a passionibus immunis esset. Cum autem multos libros scripsisset, jam senem defecerunt oculi. Hac de causa cuidam loco inclusus, in angustia animi sic oravit: Domine, si quidem dignus sum, redde mihi lumen ut a principio: et quidquid a te confortatus scripsero, mendici egenique comedant. Talem in modum multa patiens, per annos viginti octo paulo plus minusve, tradidit pauperibus de manuum suarum labore aureos nongentos. Numquam ille prodibat foras, nec videbat vel alloquebatur aliquem, nisi in Sabbato et Dominica; ad grandem vero ætatem provectus, transivit ad Dominum, ab Apostolis Andrea Joanneque deductus, quemadmodum spiritualis quidam et sanctus Pater vidit. Conspexit autem terribiles viros duos, instar fulminis coruscantes: qui ex interiori Domini Regis thalamo progressi, præcipiebant Apostolis, ut quem deducebant reducerent, et ut Trajani monasterium pro ipsis susciperet Athanasius. Igitur confestim ad eum misit: nec enim procul aberat: sed qui missi erant jam defunctum repererunt. Et hic

diuturnæ difficilisque scriptionis pretium largitus est pauperibus,

visusque in obitu ab Apostolis deduci in cælum,

D

quidem Beatus multa cum viveret prædixit, quæ suum sortita exitum sunt; post mortem vero miracula plurima atque innumera fecit, ad laudem clementissimi Dei nostri. Amen.

4 *Ex hinc colligimus* Trajani monasterium, *Sanctis Apostolis Andreæ et Joanni fuisse consecratum; quibus Patronus jussus sit succedere* Athanasius; *et cum quidem divinitus ostensa miracula eximunt a suspicione, schismatis vel hæreseos, quibus pestibus nimium quam crebris, sub Patriarchatu Constantinopolitano viventes, etiam Monachi, laboraverunt: ipsa tamen in illo laudata* Apathia (*quamvis sano sensu intelligi possit, ut non extinctas omnino et mortuas, sed mortificatas passiones significet) phrasis medii et sequioris ævi est, familiarisque Apathistis hæreticis, qui statum cujusdam quasi Stoicæ insensibilitatis, nulli mutationi obnoxium, exercitatione virtutis longa volebant acquiri posse in hac mortali vita: in qua etiam perfectissimos quosque cum passionibus quandoque suis luctari vult Deus, unde humilitati cognoscant ex Deo esse quidquid habent virtutis, et illi soli gloriam omnis boni debere.*

postea plurimis miraculis claruit.

B

DE SANCTO DAVINO,

E

PEREGRINO LUCÆ IN HETRURIA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Actorum antiquitas; cultus Sancti, etiam apud Regulares Canonicos: ecclesia S. Michaelis, in qua Corpus.

ANNO MLI.

Nomen hodierno Romano inscriptum,

Quamquam *Lucensis in Hetruria civitas, antiquissima et nobilissima, multos habuerit præclaros Sanctos, quorum etiam corporibus locupletatur, a Cæsare Franciotti opere peculiari descriptos; nescio tamen quomodo factum sit, ut eorum nemo nisi forte* S. Paulinus *Episcopus, Belini Maurolycique Martyrologiis, et nonnullis ad Usuardum Additionibus inscriptus) in Romanæ Ecclesiæ fastis locum invenerit, usque ad Gregorii XIII Pontificatum; quo mandante, cum Romanum Martyrologium, quod solo fere Usuardi contextu definiebatur, viri quidam eruditi recognoscendum, et præcipuis cujusque nationis Sanctis augendum suscepissent; non solum is, quem dixi,* Paulinus, *eidem adscriptus est; sed etiam pro* VII *Februarii,*

C

S. Richardus Rex, *qui istic ex Anglia Peregrinus obierat;* S. Frigidianus Episcopus, XVIII *Martii atque Novembris; ac denique* S. Davinus, *Peregrinus item ex Armenia; de quo in omnibus post curatis editionibus ad hunc* III *Junii sic legitur,* Lucæ in Tuscia S. Davini Confessoris. *Cæsar autem Baronius, qui primas omnino partes auctoritatis et eruditionis ad eam recognitionem amplificationemque attulit, necdum Cardinalis; cum Annalium suorum Tomum* XI *jam Purpuratus elucubraret, eorumdem annum* MLI *his verbis clausit,* Hoc eodem anno S. Davinus Confessor, Lucæ in Hetruria moritur; insignis meritis, clarus miraculis; quem Lucenses propensiori studio colunt, plura ab eo beneficia consecuti.

et elogium in Annalibus Baronii.

2 Hujus, *inquit idem in Notis ad Martyrologium,* Acta, ab Ecclesia Lucensi accepta, vidimus; *vidimus et nos ipsa ad calcem vetustissimi Basilicæ Lateranensis Legendarii MS. indeque accepimus transumptum, sub hoc titulo:* Incipit Tractatus de vita et obitu atque miraculis B. Davini, Confessoris Christi. *Sub eodem titulo similique tenore verborum, extat idem Tractatus Lucæ in Codice membraneo, apud Reverendiss. D. Martinum Gigli, Decanum S. Michaelis: sed ibi, quamvis membranæ vetutiores sint, apparet character recentior, superinductus vetustiori, major minori, ut de ætate ejus nullum certum ferri judicium possit. Interim ex ipso contextu scimus, scripta esse miracula,* sicut ex relatione antiquorum virorum et maxime Catholicorum comperta et manifesta *habebantur Scriptori: qui fuit ipsius ecclesiæ S. Michaelis, in qua Corpus servatur, Clericus vel Canonicus, ut patet ex num.* XI, *qui incipit,* Quidam nostræ Ecclesiæ Canonicus. *In medio prælaudati Lateranensis Legendarii, unde transcripsimus illum de* S. Davino *Tractatum, post Acta SS. Marcellini et Petri, per rubricam, recentiori aliquantulum manu subscriptum, sic monebatur Lector:* Vitam S. Davini Confessoris require in fine libri, III Nonas Junii: cujus festum devotissime con-

F

suevimus celebrare, ad instar festivitatis B. Pantaleonis, in Officio et in pulchrioribus ornamentis. Ejus Officium fit in altari S. Pantaleonis.

Damus Acta ex Codice Basilicæ Later.

3 *Hinc intelligimus, quod Legendarium istud cum dicta Rubrica in medio atque additione ad finem libri, missum Romam sit a Canonicis Regularibus, suburbanam S. Pantaleonis in monte Eremitico ecclesiam obtinentibus, ad suos Confratres, Lateranensem Basilicam adhuc possidentes. Hi autem ipsam administrarunt a tempore Paschalis Papæ II et anno* MCVI, *usque ad Bonifacium IX et annum Christi* MCCCXCI: *ecclesiam vero prædictam S. Pantaleonis, sexto ab urbe milliario fundatam anno* MXLIV, *obtinuerunt ab Innocentio Papa II, anno* MCXXXVII; *uti constat ex litteris ejus, datis Indictione* I *Kalendis Novembris, Priori et Canonicis S. Frigidiani Lucæ, quod erat tunc primarium Ordinis monasterium. Tenuerunt autem ipsi illam usque ad annum* MCCXXXIII; *quando eamdem Cisterciensibus dedit Gregorius IX, ab Eugenio IV translatam ad Beneficiatos ecclesiæ Cathedralis, sicut me docuit vir Clarissimus Marius Florentinius, Francisci Mariæ, sæpe nobis memorati ac sæpius memorandi, Medici Historicique præstantissimi, utraque in facultate heres æque ac sanguinis nominisque. Ceterum præter istam ecclesiam*

Romam misso a Canonicis Reg. S. Pantaleonis.

A siam est in ipsa urbe Lucensi alia, antiqua et prima baptismalis, primitus S. Joannis Baptistæ, nunc S. Reparatæ dicta; intermedio vero tempore, ob corpus aut saltem caput S. Pantaleonis eo delatum, etiam ab ejus nomine appellata, ut patet ex Instrumentis annorum MVII, MCXIV et MCXXXV, ab eodem Mario Florentinio mecum communicatis. Siquidem in primo dicitur ecclesia Canonica S. Pantaleonis et S. Reparatæ, quæ est fundata prope ecclesiam Domus Episcopi S. Martini; in secundo, ecclesia S. Joannis, Reparatæ et Pantaleonis; in tertio, S. Joannis Baptistæ S. Pantaleonis et Reparatæ. Hæc, sicut ab initio Canonica fuit, ita dicitur a Franciotto fuisse ab initio Prioratus: sed quod etiam fuerit Regularis, non invenio unde vel affirmem vel negem. Si fuit, esse desiit per incendium anni MCCXLII, a quo desolata jacuit usque ad annum MCCCLXXXVI, quando fuit publicitus restaurata, Prioremque accepit secularem, ex cujus successoribus Nutus, idemque Archipresbyter et Canonicus ecclesiæ Cathedralis, alterum ibi incendium circa annum MCCCCXXX accidisse testatur. Hæc autem sic deduxisse juverit, ut intelligatur; quod ipse codex, unde nobis transcripta Acta sunt, Romam missus fuit, quando Canonici Regulares adhuc ecclesiam Lateranensem, B Romæ; et forensem S. Pantaleonis, in urbe Lucensi tenebant.

adeoque intra an. 1137 et 1391:

4 Acta porro ipsa, quantum sint dicto codice vetustiora, exinde colligas; quod composita sint cum adhuc superessent quidam (uti num. 9 dicitur) qui testabantur se vidisse et audisse miracula ad sepulcrum patrata; illud scilicet sepulcrum, quod Sancto, de communis cœmeterii terra levato, datum fuerat in ecclesia juxta altare Sanctissimi Lucæ, ex jussione et Consilio Domini Episcopi Alexandri, qui postea Romanæ præfuit Ecclesiæ, Episcopus factus cum adhuc Anselmus diceretur, anno MLVI, Pontifex autem creatus anno MLXI, ac nihilominus Lucensem retinens Episcopatum usque ad mortem, obitam anno MLXXIII; qui ideo hic ex secundo nomine vocatur Episcopus Alexander. Istam autem primam Translationem, Cujus meminit vita, et post quam facta miracula narrantur; secuta est intra primos centum circiter annos altera, in arcam marmoream et sub ipsum altare, cujus hæc Acta non meminerunt; quæ fuit effectus, vel solennis Canonizationis, siquidem aliqua celebrata est; vel novæ formæ, anno MCXLII (ut infra dicetur) in ecclesiam S. Michaelis inductæ.

cum ipsa scripta essent ante 1142.

C 5 Civitatis quidam Lucensis scriptor, apud Florentinium in memoriis Comitissæ Mathildæ, asserit eumdem Alexandrum II, in Synodo quam Lucæ celebravit anno MLXII, die IX Decembris, canonizasse S. Davinum; quod uti non rejicit Florentinius, ita non audet asseverare, deficientibus quibus id probet antiquis monumentis. Sed ut ille sententiam ferre non audeat, negantem tamen facile facit profundum silentium Actorum, quorum Auctor, circa finem seculi XI aut saltem ante medium seculi XII scribens, rem tam memorabilem nec ignorasse potuisset, nec prætermisisse. Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, ex ipsis Vitæ epitomen texens, sub finem addidit, libro MS. ecclesiæ S. Michaelis allegat, His et aliis miraculis Alexander III Pontifex Max. qui Lucensis Episcopus fuerat, permotus, Davinum in Sanctos retulisse dicitur. sed manifeste erravit Ferrarius, pro Alexandro II, qui revera Episcopus Lucensis fuit, ut diximus, supponens Alexandrum III, integro fere seculo posteriorem, utpote anno MCLIX ordinatum. Errantem Ferrarium, in allegato ejusdem Ecclesiæ MS. et aliis, sine ulteriori examine secutus videtur fuisse Lucas Castellinus, in libro de Certitudine gloriæ Sanctorum pag. 436, Sanctorum Canonizatorum Catalogum texens. Sed error non prorsus infelix fuit, si vere de aliquo Alexandro tale quid scriptum erat. Etenim ad Canonizationes

Canonizatio non videtur ab Alexandro II,

faciendas propensior Tertius, invenitur successive D Canonizavisse Eduardum Angliæ et Canutum Daniæ Reges, Helenam item Suecam, Bernardum Claravallensem Abbatem, et Thomam Archiepiscopum Cantuariensem.

AUCTORE D. P.

6 Idem in Franciam abiens, aut inde rediens, sicut Genuæ et Viterbii fuisse scitur, ex duobus Brevibus inde datis relatisque in 3 App. epistolarum ejus num. 4 et 8; sic potuit etiam Lucæ transisse, atque Canonizationem S. Davini celebrasse, etsi memoria talis transitus actusque nulla in scriptis reperiatur. Quis enim credat Ferrario aut Castellino absentibus missa MSS. quæ præsentis Florentinii et tam diu post illos scribentis, archivaque omnia summa cum possidentium voluntate scrutari, diligentiam fugerint? Interim oportet circa S. Davinum, plus aliquid factum esse, quam fuerit simplex elevatio corporis, et translatio a cœmeterio ad ecclesiam, qualem constat solius Episcopi auctoritate factam esse. Secunda autem Translatio sub altari, eo seculo quo id fieri non solebat, nisi post Canonizationem a Romano Pontifice impetratam; et separatio unius brachii, quod argento includendum extra arcam reservatum fuit, plus arguunt. Plus etiam indicat ille tam solennis et peculiaris cultus S. Davini in ecclesia forensi S. Pantaleonis; cum corpus esset in ecclesia S. Michaelis, nihil ad Canonicos Regulares, ut mox videbimus, tunc pertinente. Licet ergo certum habeam, istam secundam Translationem, post conscripta Acta factam esse, adeoque Canonizationem talem non esse factam ab Alexandro II; censeo tamen quod verosimile sit, eam seculo XII permissam esse ab aliquo Romanorum Pontificum, et forte ab Alexandro III; eamque fuisse tam solennem, ut omnes diœcesis Lucensis ecclesiæ festum quotannis celebrandum assumpserint

sed potius a III facta,

vel saltem ab alio sec. 12;

E

idque persuadet solennis cultus,

7 Existimat Franciottus, prædictam S. Michaelis ecclesiam, adjunctumque ei monasterium, a sui initio usque ad seculum XIII fere dimidium, habuisse Monachos nigros Ordinis S. Benedicti; unde in antiquis Chartis semper veniant sub titulo Prioratus, etiam postquam in Commendam datus locus transiit ad usus seculares, factus Palatium, in quo Anciani cum Potestate seu summo Prætore commorabantur; donec anno MCCCLXX novum Palatium conderetur, et prius ad S. Michaelis ecclesiam Potestati soli relinqueretur. Verum Franciotto ista scribenti, debuit excidisse e memoria, quod in hisce S. Davini Actis legerat, et Italice reddiderat, de Canonico hujus ecclesiæ, digitum ex incorrupto corpore auferre conato, cum id adhuc in F suo sepulcro contineretur. Si enim id ipse cogitasset, dixisset haud dubie, saltem tunc cum Lucam venit S. Davinus, ibique obiit, Canonicos seculares ista in Parochia fuisse.

8 His qui Regulares successisse putat Gabriel Pennottus, in generali Historia Ordinis Canonici lib. 2 cap. 20 num. 9, nullo alio nititur fundamento, quam interpolata Jacobi Philippi Bergomensis Chronica cum supplemento, secundum editionem Parisinam anni 1535; ubi ad annum MCX longa interjicitur parenthesis, de Canonicorum Regularium monasteriis, tunc per S. Rufum in Hetruria et maxime in urbe Luca erectis, in quibus et ista S. Michaelis de Platea videtur numerari; et aliæ ferme Parochiales ecclesiæ omnes urbis illius, suppositæ dicuntur fuisse hujus sancti viri Rufi regulari disciplinæ. Sed parenthesis ista, æque ac alia plurima sublestæ fidei, deest in genuina editione Bergomensis, Brixiæ curata anno 1475: nec potuit ignorasse Pennottus, in litteris Cœlestini II atque Eugenii III, ecclesiam S. Michaelis haud nominari. Quod autem post illos aliquando illuc inducti sint Regulares, nulla auctoritate probatur. Si ergo illic antiquitus Monachi Benedictini fuerunt (ut est verosimile) qui paulatim defecerint, succedentibus in eorum locum

non apud Regulares,

sed seculares:

AUCTORE D. P.

A *locum Clericis secularibus; ejusmodi mutatio facta est diu ante seculum* XIII.

sub quibus an. 1142 restaurata ecclesia;

9 *Sub idem tamen tempus quo Regularium disciplina tantopere efflorescebat, cœperunt etiam illi ad meliorem vivendi normam pia æmulatione suscitari. Nam ecclesia sub eisdem renovata fuit, et in hanc quam modo habet formam reducta anno* MCXLII, *uti ex veteri ibidem inscriptione testatur Franciottus. Vix autem dubito, quin id successerit, eleemosynis, ad novi Patroni* Davini *honorem oblatis, vehementer promoventibus opus; multumque eo conferente, felicissimo tunc statu Reipublicæ, ad magnam paulatim potentiam assurgentis. Etenim cum Henricus IV, anno* MLXXXIX, *urbem absolvisset ab onere Palatii et Hospitii Imperialis, ubi Marchiones Tusciæ atque iis subordinati Comites auctoritate Regia judicia exercebant; cœpit paulatim ipsa sese ad libertatem erigere, suoque arbitrio regi. Id quod initium habuisse videtur sub materno ac pio Comitissæ Mathildis dominatu: quandoquidem ea adhuc vivente cœperint vicini Florentini Potestatem habere, Imperiali assensu electum, idemque de Lucensibus dicat eorum historicus Nicolaus Tuccius, in MSS. nobis a Florentinio indicatis. Et Anciani quidem prædicti in veteri*

sed eorum ædibus in Palatium versis

B *Imperiali Palatio conventus haud dubie suos habebant, isto* XII *ac sequenti seculo: sed cum illud ruinosum fortassis et angustius esset, aut etiam loco minus commodo (nec enim scitur ubi fuerit) et Monasterium S. Michaelis, ipso in foro situm, magna sui parte vacaret; cœperunt illud Potestas et Anciani pro Palatio habere, Concilium autem majus in ipsa ecclesia cogere; uti constat ex Actibus a Franciotto allegatis.*

pene toti defecerunt,

10 *Interim, sicut flaccescente, inter pacis prospera et bellorum adversa, religione sequentium temporum, multum decessisse debuit de rerum sacrarum ista in ecclesia cultu; sic etiam videtur defluxisse numerus et disciplina Canonicorum: de quibus nunc dicere sufficit, quod constet ex tertiæ Translationis historia, infra danda quod, cum anno* MDXLVI S. Davini *tumba aperiretur, ecclesia illa habuerit, sicut etiamnum habet, pro Commendatario Priore Decanum. Hunc enim Franciottus docet, auctoritate Leonis X anno* MDXIX *istic ordinatum, cum novem Canonicis aliisque Clericis, idque cum jam Canonici aut omnes aut pene omnes defecissent: quandoquidem ex scripturis publicis doceri possit, quod* LX *annis prius quam Decanatus institueretur, idem locus traditus fuerit, quibusdam* Fratribus Ordinis S. Augustini. *Et hi verosimiliter fuerint ex Regularibus S. Frigdiani: neque enim Eremitæ Augustiniani, apud Herreram aliosve, quidquam istic sibi juris fuisse prætenduunt. Et hoc occasionem dederit Interpolatori supplementi Chronicarum, isto præcise tempore scribenti, Regularium Ordini ecclesiam illam adscribendi; quamquam non absolute; velut quæ ab anno* MCVII *talis fuerit; sed quatenus præsumitur probatum, quod talis tunc fuerint multæ in Hetruria, ac præsertim Lucæ;* ea quippe in urbe, *inquit,* sunt in primis S. Frigdiani et S. Michaelis de Platea; et extra, a Rosco et aliæ duæ, uno sub capite, *scilicet a S. Frigdiani Priore* gubernatæ.

licet Decanus ibi institutus sit anno 1519,

ubi ante annos 60 fuerant aliqui Augustiniani

C

ACTA

Auctore Anonymo supparis ævi,

ex MS. Basilicæ Lateranensis, Luca Romam allato.

CAPUT I.

Adventus et obitus Lucæ: elevatio corporis.

Ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui est mirabilis et gloriosus in Sanctis; ad ædificationem legentium et audientium, compendiose descripsimus vitam, cum virtutibus miraculorum, quæ Dominus noster Jesus Christus, per famulum suum Davinum, in ecclesia B. Michaelis Archangeli, quæ dicitur ad Forum, in civitate Lucana, multis indiciis dignatus est operari; sicut, relatione antiquorum virorum et maxime Catholicorum, nobis comperta et manifesta habentur. D

Ex relatu certorum testium scitur.

2 *a* Hic denique vir Dei Armeniæ *b* partibus extitit oriundus, nobilique prosapia exortus, magnisque divitiæ facultatibus ditatus et sublimatus. Sed cum ab ineunte juventutis ætate in Dei servitio devote perseveraret, audiens illud Domini mandatum; ad divitem ejusdem Domini ore prolatum, Si vis perfectus esse, Vade et vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni sequere me, et habebis thesaurum in cœlo. Ardore itaque sancti Spiritus inflammatus, vendidit omnia quæ ad se pertinebant, et hilariter pauperibus distribuit in hoc seculo, [ut Domini mandatum impleret] essetque de numero illorum, de quibus dicitur, Beati pauperes Spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum. Cumque ita jam esset nudatus omni gloria et pompa seculi, fecit, sicut Dominus dicit in Evangelio; Qui vult venire post me, abneget semetipsum et tollat Crucem suam, et sequatur me. Tollens itaque Crucem Domini, hoc modo secutus est Dominum Redemptorem. Reliquit omnes suos carissimos parentes et affines, cum omni familia et patria sua, et peregre profectus est.

b a

Armenum Davinum, venditis omnibus,

Luc 6, 20

Mat. 5, 3

E

peregrinari cœpisse:

Mat. 16, 24

3 In qua utique peregrinatione, David eximium Prophetarum, iste Beatus Davinus actu et opere imitatus est. Sicut enim David pugnavit, et dimicavit Goliam, et contra Philistæos quos devicit et superavit; sic iste Davinus Sanctus, ope divina succinctus et corroboratus, Goliam, videlicet diabolum et Philisthæos, id est suos ministros, devicit et conculcavit, cum omnibus vitiis et hujus seculi concupiscentiis. Assiduis namque vigiliis et orationibus [intentus, erat] offerens Domino hostiam immaculatam et Deo placentem; jejuniis vero et abstinentiis ita maceravit corpus suum, ut sine omni querela verus Dei cultor viveret in Christo: cui illud eloquium divinum veraciter potest aptari: Ecce homo sine querela *c*, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo et permanens in innocentia sua. His ergo virtutibus ornatus et redimitus, cum jam sepulcrum Domini, et alia loca sancta ardentissime et diutissime visitasset, pervenit ad limina Apostolorum Petri et Pauli. Cumque ipsa, et alia multa quæ Romæ habentur insignia et venerabilia loca, flagranti desiderio circuisset, et devote perlustrasset; tandem ad limina B. Jacobi Apostoli, qui in partibus Galliciæ mirifice est collocatus, magno flagravit pervenire desiderio, et magno ardore animi sancta ipsa invisere loca.

c

F

et Roma tentat S. Jacobum

4 Magno ergo desiderio commovens se a partibus urbis Romæ, ad unam Tusciæ civitatem, quæ Luca dicitur, fulgens inter alias civitates Tusciæ, accidit *d* pervenire. Cumque ad illam pervenisset, hospitatus est in domo cujusdam nobilissimæ matronæ, quæ Atha vocabatur, quæ fuit de parochia et vicinia B. Michaelis Archangeli, quæ dicitur *e* ad-Forum. Cumque per aliquot dies apud eam maneret, et ille vir Dei solito more in sedulis orationibus, et vigiliis perseveraret, et quotidianis jejuniis corpus suum maceraret; ita ut ter in hebdomada, exceptis solennibus diebus, pane et aqua contentus esset; intellexit eum prædicta matrona Spiritu sancto repletum. Cumque ibi per aliquod tempus infirmitate gravatus maneret, et illa circa eum plurima beneficia exhibere; jam ille Dei famulus morti se sentiens appropinquare, obitus

Lucæ hospitatum juxta Parochiam S. Michaelis,

d

e

morboque correptum

A obitus sui diem prædictæ indicavit matronæ, adveniente itaque die, videlicet tertio nonas Junii *f*, in eodem horæ momento, sicut prædixerat, animam reddidit Deo, cœlo gaudente prædictaque matrona valde mœrente.

f

3 Junii, ut prædixerat, obiisse,

5 Igitur illa, dum cognovit spiritum prophetiæ eum habere [quia] sicut prædixerat evenit; obsequium circa venerabile corpus ejus cum Sacerdotibus fideliter peragens, more solito circa prædictam ecclesiam B. Michaelis, summa cum devotione honorifice sepelivit. Cumque per aliquantum tempus in eodem loco quiesceret, et viri et mulieres super sepulcrum ejus indecenter pergerent; contigit ut quædam mulier, fluxu sanguinis diu detenta et nimium fatigata, super sepulcrum deambularet, et frequenter sederet. Quod cum sæpe faceret, apparuit ei per visum famulus Dei Davinus; sibi interdicendo prædicens, ne amplius super ejus sepulcrum pergeret ac sederet: attamen, divina annuente clementia ejusque intercessionibus, ab illa ægritudine est liberata. Quæ vigilans a somno, immensas gratias egit Domino; et omnibus tam manifestum declaravit miraculum. Quare statim in ecclesiam pergens, votum vovit Domino et omnibus B Sanctis ejus, quod amplius non pergeret, nec sederet super sepulcrum ejus; sed toto tempore vitæ suæ melius observaret et veneraretur, quod et factum est.

super cujus sepulcrum transire solita mulier sanguine fluens,

Sancto sibi apparente sanatur:

6 Per idem ergo fere tempus, vitis miræ pulcritudinis exoritur super sepulcrum ejus; ut appareret, quantus et qualis vir ille fuisset, et quia gratus et acceptabilis Deo extitisset: de cujus vitis fructu sumentes multi male habentes, statim, per gratiam Dei et merita B. Davini, jucundam meruerunt adipisci sanitatem. Insuper etiam nocturnis temporibus, incensum Angelicis manibus præparatum, super sepulcrum ejus assidue ardere videbatur. Quod Clerici et vicini illius loci videntes, et audientes tanta et tam magna mirabilia, magno timore percussi, reverentiam circa sepulcrum ejus magnifice cœperunt exhibere. Et dum hoc solliciti agerent, factum est, ut hæc tanta miracula ad aures Domini Episcopi *g* Alexandri devenirent, qui postea Romanæ et Apostolicæ præfuit Ecclesiæ. Ex cujus jussione et consilio, cum summo honore elevaverunt Corpus ejus de sepulcro, et in ecclesia B. Michaelis Archangeli juxta altare sanctissimi Lucæ, in quadam Capella a Domino *h* [N.] parata, ipsum honorifice *i* collocaverunt.

ibidem vitis enascitur, ægris salutifera:

et noctu invisibili manu adoletur incensum

g

ideoque jubente Episcopo corpus defertur ad altare S. Lucæ

h

i

C *Annotata require post Caput sequens.*

CAPUT II.

Miracula ad sepulcrum defuncti patrata.

Post aliquantum igitur tempus, quædam mulier prædictæ matronæ cubicularis, quæ illius infirmitati nimium compassa fuit, et ei fideliter deservivit; accidit, ut in secunda feria surrectionis Domini nostri Jesu Christi arrepta a dæmonio vexaretur. Cumque in tam præclaræ festivitatis die, super hujusmodi eventu, virorum ac mulierum maxima fieret perturbatio; Sacerdotibus intervenientibus tulerunt eamdem mulierem, et eam in ecclesia B. Michaelis statuerunt ante corpus illius. Itaque dum a dæmoniis vexatione nimium discerpta, semiviva, et quasi in extasi posita [jaceret]; affuit per visum supradictus famulus Dei Davinus, confortans eam et dicens: Constans esto in fide Christi, et noli timere: tantum accede ad sepulcrum meum et in nomine Domini Jesu Christi mei, liberaberis. Cumque illa expergefacta surgeret, Sacerdotibus sibi astantibus famulum Dei sibi adfuisse et locutum esse, narravit et quomodo, et qualiter eam hortaretur, indicavit.

Ad sepulcrum liberatur cubicularia energumena,

At illi læti effecti, gratiasque Deo agentes, summa cum devotione ad sepulcrum ejus accedentes, divina annuente clementia, est liberata. D

EX MS.

8 Alio etiam tempore, quidam nobilissimus vir, cujus filius oppressus moriebatur, dum Deo et famulo suo Davino pro filio suo votum voveret; mox de aqua, qua manus ejus lota fuerat, bibit, et sanus effectus est. In eodem quoque tempore, dum quidam peregrinus, surdus et mutus, venisset ad ecclesiam B. Michaelis Archangeli, pro appetenda eleemosyna, et videret magnam multitudinem populi circa sepulcrum ejus, cum cereis et lampadibus adstare; cœpit ipse surdus et mutus venerabiliter permanere, et mente qua poterat humiliter exorare Deum. Cumque singulis diebus hoc frequenter faceret, evenit, per gratiam Dei nostri liberatoris, ut et auditum reciperet, et loquelam. Pro tanto itaque bono, quod Deus illi surdo et muto per intercessionem Beati Davini impendit, ipse talem recompensationem reddidit Deo et Davino servo suo. Quamdiu enim supervixit, a servitio illius ecclesiæ, et B. Davini non discessit, mundando pavimentum illius ecclesiæ, et lampadas accendendo, et assiduis vigiliis et orationibus circa sepulcrum ejus perseverando. Quidam etiam juvenis, lumine oculorum privatus, dum ad sepulcrum ejus cæcus veniret, mox ut de aqua, qua manus viri Dei fuerat lota, oculi ejus sunt liniti; Dei nutu desiderabilem visum recepit. Quædam autem puella, cum per plures annos lumine oculorum privata, nimium molesta maneret, Domini misericordiam implorando; ad sepulcrum viri Dei pergens, dum prædicta aqua oculi ejus linirentur, Christi pietate annuente, visum recepit. E

Curatur moribundus,

surdus et mutus,

cæcus,

et cæca,

9 Alio quoque tempore, quædam etiam mulier hujus civitatis a fluxu sanguinis nimium detenta, et jam fere in exitu posita mortis; memoriæ tradens confessa est, prædictum sanctum virum aliam quamdam mulierem ab eadem ægritudine liberasse. Cumque parentes et consanguinei ejus hoc audissent, læti effecti, sperantes et confidentes de ejus sanitate, statim ad sepulcrum viri Dei magna cum devotione pergentes, pannum quo corpus ejus tegebatur tollentes, et ad eam quantocius redeuntes, super illam pannum imposuerunt: quæ statim, mira Dei gratia, effecta est sana. Alio quoque tempore, quædam mulier ejusdem loci, quæ Linda vocabatur, arrepta a dæmonio acriter vexari cœpit: quam ut in ecclesiam duxerunt, et eam ad sepulcrum viri Dei statuerunt, ad laudem Domini nostri Jesu-Christi et B. Davini Confessoris meritis, continuo cum magno stridore cœpit evomere phlegma mixtum cum sanguine, in modum scarabii *k*; et mira omnipotentis Dei gratia continuo est liberata. Adhuc etiam supersunt quidam, qui de quodam cæco ob eo illuminato, et de quodam surdo et muto ab eo curato, de prædicta etiam muliere ab eo liberata, testantur se vidisse, et audisse, et hæc quæ modo diximus, et alia multa. De quibus multis, ne prolixitas miraculorum tædium generaret, pauca sunt ponenda. F

sanguine fluens,

et energumena:

k, de quibus testantur qui viderunt et audiverunt;

10 Illi iidem ipsi, qui adhuc supersunt, referunt, quod quidam paralyticus, omnibus membris dissolutus, cum multo tempore adductus ante sepulcrum viri Dei adstaret; mirum in modum cœpit surgere, et magna voce clamare et dicere, Deo gratias, quia liberavit me Dominus per hunc servum suum Davinum. Qui multo tempore in ecclesia stetit, et in tantum quam potuit Domino, et illi ecclesiæ studuit servire, omnibus manifestando et declarando hoc manifestum miraculum. Quidam etiam nobilis vir nostræ civitatis, dum acutis febribus acriter vexaretur, et a medicis de vita desperaretur; consilio quorumdam virorum, qui nimium de ejus morte contristabantur, ex eo quod se ad invicem unice diligerent, eum

uti etiam de paralytico sanato.

Ex his pluribus curatis,

A cum adduxerunt ante sepulcrum viri Dei. Votum vero, pro ipso infirmo et carissimo amico, faciebant Domino et Beatissimo Davino Confessori suo, ut si Deus meritis Beatissimi Davini vitam illi concederet, quod sepulcrum ejus honorifice cooperiret mirabili pallio, quod Deo offerret et illi Sancto. Qui statim, per gratiam Dei, somnum cœpit habere; et, antequam de ecclesia exiret, sanitate recuperata propriis pedibus ad domum repedavit.

et punito Canonico digitum auferre conato.

11 Quidam etiam Canonicus nostræ ecclesiæ, cum tot et tanta miracula audisset et vidisset, cupiens aliquid de ejus Reliquiis habere; intempesta nocte surrexit, et ad sepulcrum ejus clam pergens, statim aperuit, et digitum ejus nisus est auferre. Sed cum prædictum digitum apprehendisset, subito mira Dei potentia apprehensus est et ipse. Cumque Clerici et laici, qui ad Matutinum venerant, eum ita reperissent; cœperunt admirari, et eum increpare cur ita maneret. Ille, nimium erubescendo et maxime timendo, confessus est reatum suum. Convenientes itaque Clerici et maxima multitudo populi (cum adhuc non poterat liberari, neque absolvi) cœperunt summa cum devotione litanias et orationes facere Deo, ut non secundum sua delicta B faceret, sed, per merita Beatissimi Davini Confessoris sui, eum dignaretur liberare et absolvere; et sic, per gratiam Dei nostri liberatoris, et magna instantia precum populi Clericorumque omnium, liberatus est a periculo tantæ præsumptionis. *l*

Epilogus primus

12 Hæc autem scripta sunt, ad declarandam et manifestandam sanctitatem et bonitatem hujus tam sancti et optimi viri Dei; ut audientes et imitantes vitam et sanctitatem ipsius, gloriam et beatitudinem cum ipso mereamur habere in cœlis; sempiternis etiam gaudiis fruentes, Dei laudes perenniter cum electis suis resonare valeamus. *Hactenus Lucensis Codex apud S. Michaelis Decanum, in quo originalem fortassis, vetustiorem certe characterem, recentiori superinducto renovatum, dixi: Lateranensis vero*

et secundus:

Codicis scriptor, conclusionem paucioribus verbis comprehensam, prolixiori phrasi alicubi exornatam reperiens, ipsam maluit geminare, quam quod invenerat prætermittere: itaque in dicto Lateranensi Codice sic insuper legitur. Hæc et alia (ut prædiximus) multa et maxima miracula operatus est Dominus per famulum suum Davinum: sed hæc scripta sunt ad gloriam et laudem omnipotentis Dei; qui sane mirabilis est in Sanctis suis; et ad honorem Beati Davini Confessoris sui, ut cognoscamus et creda- C mus, quantus et qualis ipse vir Domini fuerit, et ut ejus sacratissimi obitus diem, qui fuit tertio Nonas Junii, devotissime, et cum maxima reverentia, celebremus ac honoremus; ut ejus meritis atque piissimis intercessionibus mereamur adipisci præmium, a Jesu Christo Domino ac Redemptore nostro promissum; nec non cum ipso Beatissimo Davino Confessore in gloria sempiterna regnare: per Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, et regnat Deus in secula seculorum. Amen.

cum adhortatione ad festum rite colendum.

ANNOTATA D. P.

a *Hic deesse aliquid patet ex sequentis paragraphi initio hujusmodi,* Sed cum abeunte etc. *defectum supplevi ex Lucensi membrana, veteri illa quidem, sed recentiori manu innovata; ac porro similes supplere conabor, inter [ ].*

b *Ita Franciottus et omnes ceteri; haud dubie quin ex illo quem sequimur textu.*

c *Elogium hoc usurpat Ecclesia in* 1 *Responsorio ad* 3 *Nocturnum de communi Confess. non Pontificis.*

d *Franciottus advenisse eum ait an.* 1050, *circa Maji finem.*

e *Vulgo* San Michele in Piazza, *ubi Franciottus,* D *de dicta ecclesia agens pag* 585, *Hospitalia fuisse ait, unum pro pauperibus peregrinis, quod etiamnum superest, et ubi* S. Davinus *exceptus fuit; alterum pro infirmis, quod sub titulo misericordiæ an.* 1297 *translatum est ad regionem urbis, a porta S. Donati nuncupatam, ubi est ecclesia S. Lucæ.*

f *Anno, ut Lucenses volunt,* 1051, *quando dies* 3 *Junii incidit in feriam* 2, *quæ sequitur Dominicam* 2 *post Pentecosten.*

g *Franciottus eadem miracula prius recognita fuisse ait a Joanne Episc. Lucensi; quem pag.* 601 *sedisse ait ab anno* 1026 *usque* 1058; *interimque fatetur pro anno* 1033 *Ottonem Episcopum inveniri: Ughellus, Ottonem istum prætermittit; qui si revera tunc sedisse probetur, cogemur duos Joannes, unum ante, alium post Ottonem, admittere: Joanni vero successit* Anselmus, *hic ex posteriori nomine dictus* Alexander, *anno, non* 1085 (*ut vult Franciottus*) *sed* 1056; *idque probatur ab Ughello tom.* 5 *col.* 1519, *ex elocatione ab eo signata* 1057, 9 Kal, Apr. Indict. 10.

h *Hic omnino deest nomen vel ipsiusmet Episcopi, vel alterius, cujus sumptibus aut capella illam primum extructa fuit, aut aptata ad corpus Sancti excipiendum.* E *In MS. Lucensi pro* Capella *legitur* Capsula.

i *Franciottus primam Translationem ad ecclesiam, cum secunda sub altari manifeste confundens, addit collocatum corpus* intra arcam figlinam, et hanc inclusam fuisse intra aliam marmoream, honestam atque decentem, in altari S. Lucæ, apposita exterius inscriptione, quæ indicaret ibi esse corpus S. Davini. *Verum ex num.* 9 *et* 11 *manifeste apparet, quod sola figlina fuerit in principio adhibita, et quidem talis quæ facile posset aperiri ac claudi.*

k Scarabius, *videtur poni pro* Scarabeo; *sed quomodo hoc nomen usurpetur pro phlegmate sanguinolento, necdum divino.*

l *Credibile est hinc sumptam occasionem faciendæ marmoreæ arcæ, de qua infra.*

EPITAPHIUM

Arcæ marmoreæ incisum antiquitus.

Ut Confessorum sit perpes vita tuorum,
Efficis, ex meritis, o bone Christe, piis.
In quibus emeritus jacet hic pius ecce Davinus,
Adveniens Lucam partibus Armeniæ. F
Hic studuit vitæ miracula condere mille,
Nam claudis gressum, lumina restituit.
Sic hujuscemodi curatos reddidit ægros;
Dimittensque solum, transiit inde polum.
Post mundi fluctus abiit nullus ubi luctus,
Invenit ac requiem, gaudet habere diem.
Femina, mas orat, quo morbo quique laborat;
Flectitur hic Sanctus; fit, dat ut ipse, salus.

His versibus insculpta erat Arca marmorea, figlinam continens: utque versus essent conspicui magis, litteræ fuerunt auro illitæ: sed in Translatione arcæ ad altare, de qua mox, placuit illius auctori eosdem versus, quia forte displicebat simplicitas styli, subducere oculis et parieti ipsos admovere, itaque alterum latus purum ab omni titulo exhibere conspicuum; quo factum est, ut Franciottus nesciverit, in altero latere Epitaphium delitescere. Cum autem anno MDCXLVI *facienda esset ultima seu quinta translatio, vidit et transcripsit Epitaphium senior Florentinius, ex cujus schedis a filio submissis ipsum supra dedi. Tempus arcæ figlinæ in marmoream conclusæ, sive secundæ translationis, me latet: hanc interim, vel forte primam, credo a Carthusianis Bruxellensibus*

A *Bruxellensibus in suis ad Usuardum additamentis, sed perperam scripto nomine, ad* XX Maji *notatam his verbis,* Translatio S. Davini in civitate Lucensi.

APPENDIX

De tertia, quarta, et quinta Translatione.

An. 1547 inventum corpus fere integrum,

P*ost primam sacri corporis Translationem, qua illud ex cœmeterio in ecclesiam; ac deinde, post Acta scripta, in marmoream arcam compositum fuit, quæ secunda Translatio censeri potest; tertia dici debebit, ea quam suggerit Codex Lucensis, jam aliquoties nominatus: qui, descriptis iisdem Actis, minori atque recentiori charactere exhibet id quod sequitur:* Ad perpetuam rei memoriam, mentibus legentium inhæreat infixumque sit, qualiter quinto kalendas Augusti, anno a Virginis partu MDXLVII, ad effectum ut altare et capella S. Davini melius ornaretur, fuit ejus sepulcrum necessario a suo loco depositum et apertum; ejusque sanctum cadaver inventum, existens in arca terrea decocta, in alia marmorea interclusa integraque existente, cum capite desicco, dentibus-B que integris, parumper labiis nareque corrosis; cosciæ, genua, crura, cum pede sinistro integra cum pelle, at carne tantum desiccata: cetera autem corporis membra unita, carne et pelle tantum deficientia, cum brachio sinistro integro; dextero paulo post ejus mortem amoto, quod argento ornatum quotidie ostenditur in ecclesia. Tria linteamina, mirabile visu! integra reperta, bonitate candidoque colore, ac si dicta fere die fuissent ibi apposita,

tectum linteis tribus,

Primum videlicet de lino, brachiorum duorum, unius vero latitudinis, quod ipsius caput tegebat. Secundum erat de taffetta, ut vulgo dicitur, candido, longitudinis brachiorum quatuor, latitudinis vero brachii unius, quod totum corpus desuper tegebat extensum. Tertium vero, de lino desuper, prædictæ longitudinis ejusdemque latitudinis, quod totum corpus similiter cooperiebat, cum Cruce rubea in medio depicta: tabulaque lignea desuper tegebatur arca. Erant in prædicta arca palmæ, candelæ (ut creditur) benedictæ, quatuor baculi lignei, de medio brachio pro quolibet, et una parva crocia: nihil corrosa, scilicet sane et valde in omni ipsorum parte apparebant.

14 Quod sanctum cadaver, uti decebat ornatum, III Idus Septembris MDXLVII, in dicta arca prædictisque cum linteaminibus et rebus, pro quinque C horis, in ecclesia, ut publice videretur, collocatum fuit. Ac res visu mirabilis pulchraque fuit, quanta fidelium turba, quaque religione, ad tale pium divinumque spectaculum, in ipsa die confluxerunt. Dicta die, hora XXIII, dictum sanctum cadaver, cum omnibus antedictis suis inventis ornamentis et rebus, nil addito, nil diminuto, prout inventum ita coopertum fuit, honorificeque in sua duplici arca reconditum, suoque altari ut cernitur collocatum; tunc in ecclesia S. Michaelis Silvestro Gilio Lucensi, Decano II, residente. *Eadem Italice narrans Franciottus, prædicti Silvestri mandato totam rem actam ait, et qui in Memoria prædicta vocantur* lignei baculi, *eos inter se coaptatos docet, integrare formam et mensuram scipionis, peregrinantibus apti, a quibus nunc abest prædicta crocia, sive ansula ferrea; qualis passim in talibus cernitur, et unde ejusmodi peregrini plerumque appensam cucurbitulam vel scutellam ferunt, aut quid simile. Inferior quoque pars excavata, ostentat vestigium ferreæ cuspidis, qua præmuniebatur baculus, quæque nunc etiam deest. De brachio denique seorsim servato indicat, quod* in die ipsius Sancti festo exponitur una cum quodam ejus galero, ad morem patriæ facto, et per tot secula mirabiliter conservato: qui pariter offertur populo, certatim ad osculum dandum accurrenti; de quo etiam Philippus Ferrarius in Notis ad hunc diem ita scribens. Asservatur in memorata ecclesia Davini pileus, qui capiti ægrotantium impositus, vel auferre malum vel levare solet. D

translatumque 11 Sept.

cum pariter servato baculo et pileo

ALCIDRP D. P.

15 *Rursus in prædicto Codice, iterumque alio charactere, hæc leguntur:* Die III Septembris MDXCII, Illustris et Reverendiss. Martinus Gilius idem fecit, quod supra fuit factum; et invenit in capsa d. B. Davini eadem quæ fuerunt inventa, ut supra dicitur: et fuit sepulcrum a suo loco remotum, et repositum in altare majus d. ecclesiæ. Et d. corpus in sua capsa de die fuit positum in medio d. ecclesiæ, ubi stetit per horas sex ad minus de mane: et dictus Reverendiss. D. Decanus Missam pontificalem more solito celebravit: qua finita, fuit corpus repositum supradicto loco: et de his sunt testes multi Religiosi, et præcipue ego Joannes Baptista Stephani, in d. ecclesia Clericus Seminarii, qui hæc verba scripsi manu propria. *Quibus similiter Italice relatis, rursum addit Franciottus:* Habetur autem ex traditione majorum, quod omni anno consueverit ex Armenia venire turma peregrinorum, ad Sanctum suum gentilem devote venerandum: cumque huc venisset quidam nationis istius Episcopus; post salutatum corpus sacrum, ingressus sacristiam, poposcit librum de vita et miraculis Sancti; eidemque litteris, primum Armenis, deinde Italicis, utroque idiomate subscripsit: Davinus, ad S. Jacobum peregrinus, obiit Lucæ, vivusque ac mortuus multa fecit miracula: erat autem natione Armenus: Ego Joannes Episcopus Armenus scripsi prædicta verba, anno MDXCVI, die XVI Julii, in sacristia S. Michaelis. *Qui nobis prædicta authentica describenda curavit Illustriss. Marius Florentinius, simul etiam exhibuit iis adjunctam, et a Franciotto omissam attestationem hanc:* Ego Jacobus Pinelli præsens fui, quando suprad. Episcopus præmissa scripsit; itemque translationi factæ a capella, quæ est ad ingressum portæ S. Luciæ, ubi nunc est confessionale D. Decani, ad majus altare.

Idem factum an 1592 3 Sept.

E *et ad majus altare delatum corpus,* E

an. 1596 atque 1610 ab Armenis honoratu

16 *Librum suum vulgavit Franciottus* MDCXIII; *quod autem sequitur, triennio ante gestum, sic idem describit;* Cum anno MDCX Roma rediret Comes Saffi- de Arabia ex Armenia, missus illuc a Rege Persa- F rum, contra Turcas auxilia postulante; et Lucam veniens magno cum honore exceptus fuisset; interrogavit ubinam requiesceret Sanctus suus gentilis, ostendendo se pridem de eo scire, quod Lucæ sepultus haberetur. Ductus ergo fuit ad ecclesiam S. Michaelis cum suo comitatu, affirmans Armenum natione fuisse; idemque affirmant quidem Sacerdotes Armeni, nunc Romæ commorantes. *Hactenus Franciottus, cujus in rem d. patria Sancti, vulgatæ apud Lucenses traditioni innixum, tanto fidentius secuti sumus, Actorum nobis Romæ descriptorum manifestum habentes supplementum ex Lucensi, licet multo recentioris characteris ecgrapho; quod præsumere licuerit, eadem verba vetustiori quoque charactere ipsa in membrana sic fuisse expressa, et unius librarii socordiam ab alio accuratiori fideliter esse suppletam: consequenter autem præsumere licuit, quod,* Armenum Davinum *fuisse, habitum sit ex ipsiusmet Sancti ore proprio, lingua, vel habitu, ab iisdem qui viventi hospitium, mortuo dederunt sepulturam.*

Armenum Davinum esse persuasus;

17 *Quod si præsumptio talis scientiæ, velut ab olim habitæ, licet valde rationabilis videatur, non satis in veritate fundata esset; vereri cœperer, ne eidem innixa determinatio provinciæ, ex qua Sanctus advenit, ruinosa etiam sit, ac similis ei, qua Trajectenses nostri in Belgio persuaderi sibi siverunt circa annum* DCCCCXL, *suum S. Servatium, cujus Acta illustravimus* XIII *Ma-*

certiori, ut præsumere licet fundamento, putans quo credere Armenum S. Servatius,

AUCTORE D. P.

A *ji, fuisse* in Armenia natum, filium Emiu, filii Eliud, fratris S. Elisabethæ, ex qua natus in Judæa est S. Joannes Baptista; *atque adeo, ut hunc in tertio, sic illum in quarto gradu fuisse Christi Domini consanguineum. Sed quid exemplum tam longe acerso? cum Lucæ habeamus* S. Frigdianum Episcopum; *de quo cum antea nihil sciretur, præter id quod de eo S. Gregorius Papa scripserat lib. 3 Dialog. c. 9 (sicuti de* S. Servatio *nihil sciebatur, nisi quæ de eo tradiderat S. Greg. Turonensis) venit Lucam Hibernus aliquis, Ultoniæque in Hibernia Regis filium* Frigidianum *asserens, aptavit eidem Acta S. Finniani sive Fimbarri, Magbilensis apud suos Episcopi; qualia nunc passim in vetustis Legendariis extant Lucæ et alibi. Sic autem semel assumpta de* S. Davino *opinatio, tam facile pios Armenos inducere postea potuit, ut annuam peregrinationem ad ejus corpus visendum instituerent; quam simili ex errore factum esse docuimus, ad Historiam Elevationis S. Symeonis, Treveris sub Archiepiscopo Poppone defuncti, ut ad ipsius* Popponis *eadem in ecclesia elevati tumulum quotannis venerabunde accederent Dani, persuasi ipsum fuisse suæ gentis Apostolum, quia ejusdem nominis, sed illo longe senior alius,*

et Hibernus S. Frigidianus.

B *Sleswicensis Episcopus, fidem apud ipsos prædicaverat. Suspicionem autem circa* Davinum *auget ipsum ejus nomen, non magis Armenicum, quam nomen* Frigidiani *Hibernicum sit; utpote diminutivum Italicum nominis* David, *sicut* Tobiam Juniorem *dici* Tobinum *a Papiensibus vidimus* x *Maji, agentes de S. Jobo; cujus et utriusque Tobiæ corpora apud se fuisse, illi dicunt. Verum* Davini *nomen potuit Sancto ascititium fuisse, causa latendi; sicut multi peregre solent mutato nomine appellari; atque ita illud nihil officit quo minus vere Armenus fuerit.*

18 *Sed his in transitu dictis, venio ad ultimam S.* Davini *translationem, de qua impressum Italicum hæc narrat.* Anno MDCXLVI D. Ignatius Gigli, in præsentiarum Decanus, augendæ populari pietati divinæque gloriæ amplificandæ intentus, denuo deponi, Sanctum jussit ab altari majori, ubi oculis devotorum suorum absconditus manebat; et corpus reperit eodem prorsus in statu, quo illud repererant antecessores sui; legitimeque recognitum statuit eodem loco reponendum; cum hoc discrimine; quod corpus, antea nudum in arca, indueretur habitu peregrini; et quæ figlina fuerat, cypressina fieret, telaque auro texta operiretur; atque marmoreæ arcæ reddita, per transparentem in ea crystallum, satiaret oculos pie contemplari cupientium.

An 1646 corpus veste peregrini induitur,

C Figlinam autem prædictam infirmis prodesse voluit idem D. Decanus, ponendo eam ad portam majorem ecclesiæ, unde omnes libarent aquam, consueto ritu benedictam; eodem cum successu, quo manui ejus superfusa olim aqua, moribundum puerum servavit in vivis. Quidni enim virtutem, quam hæc momentaneo contactu attraxit, participaverit illa, tot annis custos integri corporis? *Id ut perenni constaret memoria, sculptus in marmore, litteris auro inductis, hic titulus supra prædictam figlinam est.* Vas hoc fictile, unde nunc aqua infirmis pie ministratur, thesaurum corporis S. Davini, Alexandri II Pont. Max. opera annos DLXXXV servavit; donec Ignatius Gilius Decanus, augendæ pietati intentus, in hunc usum hic inserendum commisit anno MDCXLVII, Hæc observare potui Ego Franciscus Maria Florentinius, die XV Julii MDCXLVI, et raptim annotare: *quod cum excuset ille, licere mihi credidi extemporalem phrasim nonnihil concinniorem reddere; sicut ipse facturus fuerat, si prælo aptare voluisset testimonium suum, privatæ dumtaxat memoriæ scriptum.*

et in arcam cypressinam transponitur,

figlina ad usum aquæ benedictæ translatam.

19 *Huic actui præsens idem Florentinius senior, solum curavit ad lucem reducere Epitaphium, pluribus jam annis occultatum sicut illud supra exhibui; sed etiam totius corporis tunc inspecti statum studio peculiari observavit, et litteris consignatum reliquit, in hæc fere verba compositis:* Corpus hujus Sancti integrum est quoad ossa, ac præcipue caput; sed multis in locis exucca omnino apparet caro; solisque musculis ac pelle servatis, formam pristinam utcumque retinet. Deest ex brachiis alterum, femurque item dexterum, atque pes unus. Cranium superne nudatum, futuræ coronalis loco, vestigium retinet profundi ictus; *fortasse ligone impacti, cum fosseres operam darent refodiendo corpori, cujus nihil se reperturos credebant præter nuda ossa; retecto autem integro præter spem capite, cautius porro processerint in reliqua terra amovenda, et sic remanserit salvum corpus: quod licet lapsu temporis passum sit alterationis aliquid; apparuerunt tamen, etiam post annos ferme sexcentos, ut scribit Florentinius ipso in capite,* oculi cum eorum tunicis, sed exiccati: nares, non consumptæ, sed forte in prima sepultura, terræ incumbentis pondere depressæ et exiccatæ; superius labium, fere consumptum, quo fit ut dentes omnes appareant: sed labium inferius prorsus integrum est, cum mento et dextera præcipue gena: dextera item auris depressa, sed integra: talis denique est facies tota, ut iis quibus notus vivus fuit, si adessent, forsitan etiam mortuus agnosceretur: capilli tamen et barba nusquam apparent.

D

Illud accurate describens Florentinius,

notat grande vulnus inflictum capiti,

E

20 Guttur et circumjacentes partes integræ sunt. Dexter cubitus cum manu, in theca argentea seorsim conditus, circa sui medium et ad exteriorem manus partem carne vestitur; uti et index digitus, adhuc integer. In interiori autem manus parte, apparent capita musculorum, qui tendones vocantur, quemadmodum etiam in manu altera: desunt vero in ambabus manibus digiti aliquot, per indiscretam forsitan devotionem avulsi. Qui supersunt integri in dextera duo, et minimus in sinistra, recurvi sunt: non quemadmodum solent incurvari morientibus, sed quasi in actu manus elevantis ad orandum, vel aliquid iisdem comprehendentis. Redolet totum corpus et capsa odore grato, non tamen molli, nec aromatico, sed ignoto; similisque omnino odor est brachii, in theca argentea adeo pridem reclusi, in quem certissime percipere merui, peccator licet indignus, cum super nudam carnem ipsum oscularer. Corporis statura grandis, major etiam salva proportione mensura est capitis, respondens magno illi purpureo pileo, qui fidelium capitibus imponitur quotannis, et in nullo hactenus invenitur attritus. Eadem in arca præter alia quædam reperta sunt fragmenta linearum ac sericarum vestium, auro intextarum, præsertim pars manicæ holosericæ auro striatæ: pannus item sericeus levis et albus instratus corpori; et alter instar lintei sepulcralis ex serico, pluribus coloribus variegato. Baculus quoque viatorius interius cavus, in quatuor aut quinque divisus partes, quæ conjungi ad invicem poterant; infimæ vero dudum inhæsisse potuit cuspis ferrea, ad gestantis tutelam. Denique crus ligneum, longitudinis cubitalis, miræ alicujus curationis testimonium.

membrorum singulorum statum,

mirum omnium odorem,

F

aliaque nonnulla.

21 *Redeo ad Italici impressi contextum, audiendi Florentinii causa interpolatum. Die, ut ibi dicitur* XXIX Julii eademque Dominica, comparuit in ecclesia sacrum corpus, supra majus altare, intra crystallinam capsam, nubibus artificiose contextis et Angelorum inter eas volantium choro circumdatam; quorum etiam duo, ad utrumque latus positi, incensum offerre videbantur; quasi iterantes thurificationis obsequium, quod primo ejus tumulo olim detulerant. His accedebat copia ingens ardentium cereorum, atque per crystallos illas in corda civium transfundebat radios merissimæ devotionis. Ecclesiæ

29 Julii exponitur in altari spectabile corpus.

formosa

A formosa facies, novis autem nunc ornamentis splendide exculta, excitabat prætereuntes ad interioris ornatus spectandi desiderium: qui sane tantus fuit, *cantatur ante illud Missa,* quantum tali occasione poterant magnificentia religioque conferre. Nec deerant inter artificiosas picturas, paris eruditionis elogia, Latinis sententiis ingeniose expressa, ad quædam illustriora Sancti miracula explicanda. Interim aderat Missæ solennioris hora: ad quam comparuerunt Excellentissimi Domini urbis Rectores, cum ea pietate atque devotione erga Sanctum, quæ huic Reipublicæ propria semper fuit, suppliciter invitati rogatique a Decano; qui vestitus Episcopaliter eamdem Missam cantavit, concinentibus quatuor musicorum peritissimorum choris.

22 Sequenti die, decantatis pari solennitate Vesperis, circumlatum per civitatem processionaliter *et die 20 ipsum deportatur in processione* fuit sacrum corpus, in eadem crystallina arca: cui gestandæ, præter designatos ad id Sacerdotes nobiliores, operam suam humerosque commodarunt Domini quidam mercatores Armeni, qui ab eodem D. Decano admoniti, Liburno huc venerant ad duodecim, cum suo Consule D. Antonio Borgii, eodemque B cum devotionis affectu, cum quo majores sui fuerant soliti ejusdem secum gentis Sanctum revereri. Ipsis quoque delatus fuit honor portandi supra corpus gloriosissimum baldachini: quo in ministerio non minus ædificabant animos spectantium civium, quam ipsi ore habituque præferebant insignem ac cordialem pietatem. Iidem denique, generosa libe- *comitantibus a Liburno mercatoribus Armenis;* ralitate, obtulerunt centum quadraginta libras ceræ; magnaque cum satisfactione dimissi, reliquerunt chirographum, manibus suis litterisque Armeniis signatum, de summa scutorum ducentorum, quibus fabricaretur lampas, arsura continuo ante Sanctum. Frequentia concurrentis undique populi fuit ex majoribus, quæ unquam hoc seculo visæ in hac civitate fuerunt. Quæ autem hac occasione miracula per S. Davinum patrata, quæ divinitus gratiæ collatæ sint pie ipsum invocantibus, etsi multa fuerint, reverenti tamen occultantur silentio, quoad usque secundum sacros Ecclesiæ ritus examinata fuerint et approbata.

23 *Huc facit, quod in prælaudato Codice recentissime adscriptum Italicis verbis est, in hunc sensum.* *prout ipsimet suis chirographis testatum reliquerunt,* Jesus Maria. Die XXX Julii, MDCXLVI *Lucæ.* Nos infrascripti, Armenis Italicisque characteribus, dicimus, quod nuper præterito die interfuerimus fun- C ctioni et translationi processionaliter factæ gloriosissimi S. Davini, Armeni ac gentilis nostri; et sufficienter ac plene eum ut talem agnoverimus, atque ab Illustriss. et Reverendiss. D. Ignatio Giglii, Decano meritissimo, simus cum summa benevolentia et honorificentia permissi manus admovere portando, tam gloriosissimo corpori, quam baldechino. Gratias autem agimus primum divinæ Majestati, deinde ipsimet Sancto, quod inspiraverint præd. Illustriss. ac Reverendiss. Domino, ut nobis pro majori parte cognita facerent miracula, per eumdem Sanctum patrata: pro quorum cognitione obligatos credimus non solum nos, sed etiam alios quoscumque gentis nostræ homines, qui vel Liburni vel alibi existentes, propter occupationes suas huc accedere non potuerunt, nobis autem mediantibus eadem sunt cognituri; universam patriam nostram, ac gentem quaquaversum diffusam. Amen. *Sequuntur deinde subscriptiones Armenæ, ac postea Italicæ, hoc modo.*

Ego Coggia Zaffar, Coggiæ Sinani, de Sisi in Oriente prope Aleppum, affirmo.

Ego Bairam Cilibi, Coggiæ Mapsciæ, de Chissaria Orientis, affirmo.

Ego Coggia Budache, Catergiolis, de Chiffearia Orientis, affirmo.

Ego Jacobus Cilibi, Coggiæ Varicamesciæ, de D Ingurbi Orientis, affirmo, *AUCTORE D. P.*

Ego Coggia Alexander, Coggiæ Carsaris, de Torrit, affirmo.

Ego Coggia Bagori, Usumi Jaramosi, de Chiffaria, affirmo.

Ego Coggia Ponos, Bogosi, de Smirna, affirmo.

Ego Joannes, Coggiæ Moratti, de Smirna, affirmo.

Ego Matthias Liorgius, de Smirna, affirmo.

Ego Antonius qu. Petri Borgii Florentinus, tamquam Consul nationis Armenæ Orientalis, omnia affirmo, et transtuli in linguam Italicam ex Armena præmissa duodecim nomina: vidi et interfui, die et loco prædictis, ac mea manu propria me subscripsi.

Antonius Borghii prædictus.

24 *Prostant etiam alia nomina Armena, cum translatione in Italicam linguam modo sequenti.* *Armena et Latina lingua.*

Coggia Serchis, Aslami, ex Vor vicino Persiæ.

Coggia Aslam, Pauli Borcosis de Chaisseria.

Coggia Esai Mussos, Noschevanori.

Coggia Marias, Lechdi, de Vam.

Hi venerunt simul cum Domino Alexandro, E Coggiæ Corsaris de Toratt supradicto, ad videndum corpus gloriosi S. Davini, die XXII Octobris anni MDCXLVI: venerunt autem ad id expresse Liburno.

Ignatius Gigli Decanus Lucensis.

In his vox Coggia *titulus proprius est Mercatoribus, utpote* Divitem *significans Armenis.*

25 *Redeo ad Franciottum; superest enim aliquid quod notem in imagine Sancti, quam ligneæ incisam tabellæ præmittit Vitæ a se excusæ, sicut et aliis Sanctorum Lucensium Vitis suam præmittit imaginem. Repræsentat illa senem grandævum, magna macie ac barba prolixa, talari indutum tunica et pallio largo, cum largiori in capite galero, ex quo ad utrumque tempus pendet prolixa ac larga infula, superne vero eidem cernitur assuta alterius materiæ Crux, qualis* *Imago Sancti apud Franciottum* *fere est Equitum Hierosolymitanorum S. Joannis, sive (ut modo vocantur) Melitensium; quæ Crux ad extremum usque limbum protracta, totam fere vestis superficiem pervadit, in ejus ferme modum, quo mihi in Euchologio Jacobi Goar pag.* 113 *repræsentatur* Joannes Beccus, *Constantinopolitanus Patriarcha, is qui anno* *speciem habet Episcopi senis,* MCCLXXVII *celebrata Synodo schisma damnavit, et in suscepta semel veritate Catholicæ unitatis constans, sub Andronico schismatico cedere dignitate coactus, anno* MCCLXXXIV, *et libertate carere, maluit in*



AUCTORE D. P. sed illum falsi arguor coram visum corpus

A carcere, quam ad vomitum regredi. Eam utriusque galeri similitudinem ut melius concipias, Lector, utramque imaginem conjunctim sculptam hic incidere. Hæc videns, et credens antiquam aliquam ac veram S. Davini effigiem Franciotto præluxisse, vehementer falleris, facileque suspicaberis, grandævum omnino venisse et obiisse Davinum, fortassis etiam fuisse gentis suæ Episcopum. Verum tantisper suspende animum, et inspice veram delineationem corporis quadamtenus integri, sicut ipsum accuratissime delineatum nobis misit D junior Florentinius, et quale illud vidi ego anno MDCLXI. Fallor enim, nisi mecum judices, videre te juvenis robusti cadaver, et quidem adhuc imberbis: tum vero, sicut præsens habitus nihil sacrum facit opinari; sic nec in veteri quidquam tale apparuisse docebit forma pilei, quem Sanctus Lucam attulit, ubi etiamnum servatur, qualem hic intra arcam ad pedes feci appendi, vulgarem plane ac laicum.

cum pileo.



Illud an. 1689 inspectum denuo,

26 *Hanc delineationem comitabatur epistola, quæ merito claudet præsentem Appendicem, testis hodierni status, in quo sanctum corpus monstrari solet.* Die V Junii hujus anni MDCLXXXIX, diligenter perlustravi corpus S. Davini, adstante Reverendiss. D. Martino Giglio ejusdem ecclesiæ Decano (*diceres Gigliorium familiæ, quasi a principio, obstrictum Decanatum istum esse, hic enim jam quartus nobis occurrit*) et coram eruditissimo Canonico Arneo Saminiatio: animadvertique, repositum esse in cupressina arca (quæ aliam marmoream implet, altare constituentem) attalico et rubro serico intus ornata, atque ex anteriori parte pellucidis Venetis crystallis clausa; quibus superinducitur cortina ex tela, argento et serico cæruleo contexta, deinde mobilibus ex ligno inaurato cancellis occluditur arca. Indutum est corpus tunica brevi, serico pertenui ianthino seu violaceo. Circa humeros et pectus penula, non scortea, sed sericea, superponitur vesti, more perigrinantium C concinnatæ, ejusdem serici et coloris: cujus sinistro lateri adhæret concha marina, ut sæpe portare solent, ex Jacobi Gallæci æde reduces peregrini. Crura ac pedes caligis ex textili serico periampelino vestiuntur. Amictorium, floribus variegatis acu pictum, collaris vice pendet ex collo; lamella quoque aurea, sericeo appensa filo, Crucifixi imaginem præseferens, fortassis alicujus devoti viri munus. Circa lumbos cinctum est corpus baltheo holoserico flammei coloris. Caput tegitur capitio ex serico villoso purpureo, et sustinetur duobus pulvillis ex opere attalico, quorum superius albi coloris, inferius violacei est. Longitudo baculi viatorii, ex ligno obsoleto intus excavato, septem circiter palmorum est; corporis vero, ut nunc jacet in arca, non plusquam octo. Quod cum mirarer, memor scripsisse patrem, proceram viro staturam fuisse; deprehendi tibiarum ossa fuisse nonnihil decurtata, quia longitudinem majoris altaris excedens venerabile corpus, alias intra ipsum non poterat apte collocari: quis autem scit, an eadem, pene dixerim barbara pietate, non fuerit ex spina dorsi sublatum aliquid: quod etiam affirmant duo adhuc superstites Canonici; idque adstipulatur mensura figlinæ arcæ plusquam trium ulnarum, quam credibile est fuisse corpori proportionatam.

rursus accuratissime describitur:

28 In supradicta arca, alia quædam arcula, serico et auro ornata conspicitur, crystallis circumsepta, in qua servari puto antiqua vestium fragmenta et cetera, quæ ante novum ornatum sacrum corpus cooperiebant. Huic proximum vas crystallinum positum est. Capitium quod extra arcam servatur et ostenditur, ex lana confectum est, inconsutile et villosum coloris rubri. *Ne autem in aliquo contradicere patri videatur filius, et missa ab eo delineatio discrepare ab illius relatione; ex posteriori ad me missa epistola addito supplemento tota:* Quando pater meus calamo notavit quæ legisti *num.* 19 *et* 20, cubitus quidem dexter cum manu servabatur in theca argentea, atque in festivitate S. Davini ostendebatur populo, eidemque ad osculum porrigebatur: sed quando sacrum corpus elegantioribus, ut dixi, vestibus ornatum fuit, omnium venerationi F publice exponendum, ac deinceps etiam particularibus quibusdam occasionibus offerendum visui honoratiorum personarum, id devote postulantium; manus cum osse cubiti suo loco reposita, et argenteis filamentis tenuioribus ad reliquum brachium alligata fuit; solumque radius cubiti minor in dicta argentea theca remansit, et sic in prædicti Sancti festivitate solus nunc exponi solet.

cum rebus pariter in arca servatis.

29 Arca figlina, in qua primitus corpus Sancti jacuit, ejus quam supra dixi longitudinis, posita est ad dexterum latus januæ majoris, servaturque in honore, exterius Carrariensibus marmoribus, at ferrea, sed inaurata circum crate præcincta: et die festo ipsius Sancti impletur aqua, quæ devote petentibus potanda porrigitur. Ipsi vero arcæ, imminet desuper marmorea tabula, litteris aureis in hunc modum relata: Vas hoc fictile, unde nunc aqua infirmis pie ministratur, thesaurum corporis S. Davini, Alexandri II Pontificis Maximi opera, annos DLXXXV servavit; donec Ignatius Giglius Decanus, augendæ pietati intentus, in hunc usum hic inserendum commisit, anno Domini MDCXLVII.

Ipsa arca figlina cui usui nunc serviat.

DE

DE S. ADAMO CONFESSORE

G. H.

GULIONISII IN ITALIA APUD SAMNITES.

ANNO MCII.

Gulionisii

Guilliniacum nobile castellum, mille passibus a Phiterno, millibus octo a mari, *his ipsis verbis descripsit Leander Albertus in Samnitibus, quibus illud attribuit : Cluverius vero aliique, Samnitum populis Ferentanis. Verum fluvius, ad quem situm ipsum castrum est, non* Phiteranus, *sed litteris transpositus* Tifernus *vulgo nunc* Biferno *appellatur. Est autem in divisione regni Neapolitani per provincias, Capitanatæ inserta, regiunculæ in confiniis Comitatus Molisini ubi castellum* Guilliniacum, *in Mappis Geographicis* Guglionisi, *et infra* Gulionisium *vocatur.*

cultus sacer

2 *Colitur hoc in loco festum S. Adami tertia Junii, cujus sacrum corpus ista die reconditum fuit in ecclesia Dei Genitricis Mariæ, anno millesimo centesimo secundo, quod ante depositum fuerat in ecclesia S. Pauli*

B prope civitatem Potatiensem, *si recte descriptum nomen est, ut infra dicetur*

Historia translationis ex MS

3 *Historia translationis ab ætate descripta fuit a viro erudito, cui mox primam de Adamo visionem enarratam ipse num. 2 affirmat. Eam Historiam reperimus Neapoli anno* MDCLXI, *apud Reverendos Patres Clericos Regulares, in Collectione Antonii Caraccioli tomo 2 Variorum ; eamque curavit nobis describendam Scipio Paulucius Societatis Jesu Sacerdos, ibidem nostris studiis addictissimus, et apud dictos Clericos Regulares valde gratiosus, dum viveret.*

HISTORIA TRANSLATIONIS

Auctore Teste contemporaneo.

Ex MS. Neapolitano Anton. Caraccioli.

Benedictus Lesinæ visione monetur,

Erat vir quidam religiosus, Benedictus nomine, timore Domini atque amore repletus, qui animum suum, et voluntatem circa divina præcepta libenter exercebat, et plura venerabilia Sanctorum loca per singulos annos devote requirebat. Accidit autem, ut festum beatissimorum Martyrum *a* Primiani et

C fratrum ejus, ut mos est ab Ecclesia annuntiarent.

a

Ipse hoc audiens, gaudens et exultans, ad tantæ festivitatis venerationem se præparavit : atque honeste *b* Lesinam et veneranter perrexit. At homo

b

ille cum ibi esset, soporis gravitas illum arripuit, et clara quædam Angelica visio sibi facta est, clamans et dicens ; Benedicte, vobis a Deo gratia prædestinata est : vult ipse Deus, qui orbem universum regit et salvat, ut Beatus Adam, Confessor suus, de cetero vestri fiat adjutor. Est quidam locus pro-

c

ut curet corpus S. Adami transferri Gulionisium

pe civitatem *c* Betatiensem, quasi unum milliarium aut plus, ubi est B. Pauli Apostoli ecclesia, in qua supradicti Christi Confessoris Corpus jam per plurima tempora reconditum fuit :nunc autem superna voluntate constitutum est, ut ejus sanctæ Reliquiæ apud Gulionisium deferantur, quatenus illius sanctitatis fama satis accrescat. Et hoc dicto ab aspectu ipsius Angelus Domini ablatus est. Tunc homo Dei a somno evigilans, de visione perterritus, scrutabatur in corde, ac mirabatur in animo valde, quia numquam de Sancto isto aliquid audierat. Surgens autem, laudem Deo ac Martyribus Sanctis agens, iter arripuit, et ad patriam reversus est.

2 Post itineris reversionem, ea quæ ab ipso operata sunt nobis convenit enarrare. Deo Omnipotenti semper gratias referebat, et jejuniis, orationibus, vigiliisque die noctuque vacabat, ut in opere suo a Deo mereretur auxilium. Angelus autem Domini secundo apparuit ei in somnis dicens : Benedicte, nunc surge festinanter, et fac quod facturus es : cum omnia possibilia sint apud Deum, potens est vobis præbere auxilium. Hoc dicto ab oculis ejus disparuit : ipse vero mox evigilans, et in corde hoc valde præcogitans, de lecto suo festine surrexit, et per totam noctem usque ad mane orabat, Deumque laudabat, quia illum de hac re certiorem reddidit. Statim vero sphæra ingens, terris lucem proferens, est facta clara dies. Vocavit ad se puerum, et iter cepit ad ecclesiam supradictam Pauli Apostoli. Et cum pervenisset ad locum, foras ante januam stetit : intus enim clausa erat, introireque non valebat. Cum autem ibi moratus esset, præ nimio æstu maximoque labore juxta murum sedens, obdormivit : ipso enim dormiente quidam infantulus venit, et ecclesiæ januam aperuit, et introivit. Tunc vir Dei a somno excitatus ostium apertum invenit, et ingressus vir Dei, et in oratione permanens, ut ostenderet illud, scrutabatur quod per Angelum ei nuntiatum fuit : orationem complens, sursumque aspiciens, vota cerea ibi pendentia prospexit. Hoc viso ivit ad puerum, dixitque ad eum : O bone puer, indica mihi, quomodo ista vota hic pendent. Qui ait ad eum : Ideo talia sunt hic vota, quoniam Corpus glorioso Christi Confessoris Adæ hoc requiescit in loco. Dixitque vir Dei ad eum : Dilecte mi, ut illuc conducas me, te deprecor : quoniam gloriosum Corpus adorare volo. Tunc puer ille duxit secum virum Dei ; et ambulans perrexit ad locum, ubi sanctissimum Corpus jacebat, et indicavit ei. In illa hora homo Dei procidens, fusis præ gaudio lacrymis, Dominum rogabat ; totumque osculans loculum, munus, in Dei, sanctissimique Corporis honorem, ibi prægrande offerebat.

altera visione monitus,

ad ecclesiam S. Pauli accedit:

E

et reverenter visitato loculo

3 Postquam vero peractum est hoc, debitas laudes, gratiasque Deo omnipotenti agens, exultans et lætus ab ecclesia exiens, et puerum suum, quem secum attulerat, advocans, reversus est ad domum suam, unde venerat. Cum autem sero domum venisset ; totam noctem, cogitans quid agere debebat, duxit insomnem : et quia dictum Propheticum audivit, Media nocte surgebam ad confitendum tibi, per singulas noctes de strato suo surgebat, et ad ecclesiam Deum exoraturus pergebat : ipsa enim nocte corde et corpore evigilans, numquam ab oratione cessavit. Altera vero die valde mane ad ecclesiam Dei Genitricis perrexit. Tunc ille appropians ad Archipresbyterum dictæ Ecclesiæ, Albertum nomine, clam locutus est, dixitque illi : Domine, vestram benignitatem deprecari nitor, ut vestras aures meis accomodetis verbis : Arcanum quoddam mihi peccatoris per Angelicam visionem revelatum est, vestræque paternitati pandere volo omnia, quæ vidi per visionem Angelicam apud Lesinam : et qualiter vidit loculum illum, ubi sancti Confessoris Christi Corpus jacebat, ipsi Archipresbytero ostendit.

F

Ps. 118, 62

post noctes aliquot in oratione traductas,

rem indicat Archipresbytero:

4 Archipresbyter hoc audiens, nimis gavisus est : intraque se quid inde agere posset cogitans, clam ad se præclaros ac sacræ religionis tres instructos convocavit Presbyteros, atque per ordinem sibi revelata secreta illis enarravit. Tunc ad invicem consiliati sunt,

qui consilio cum variis inito.

A sunt, aliosque homines bonæ conscientiæ atque prudentiæ usque ad numerum duodenum in hac adimbuerunt revelatione. Congregatis vero in Ecclesia, qui ad illud bonum perficiendum opus aderant, cum illis erat Dominus, operabaturque ipso dicente : Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, in medio illorum sum. Tunc sapienter consilium statuerunt, diemque, in quo Deo favente iter arripere volebant, decreverunt. Die autem constituta venientes duodecim omnes ad Ecclesiam, Matutinale officium recitaverunt, et postea insimul jejunium in die illa decreverunt implere, ut eos Deus in jejuniis, vigiliis, orationibus ac eleemosynis adjuvaret. Advesperascente die alios prudentes viros, armisque fortissimos, ad hoc arduum opus plus quam sexaginta conjunxerunt : ac clam dictum est illis, ut in nocte proxima foras cum armis caute exirent ; Et certe sciatis, quia opus Domini operari volumus. Cum sero autem advenisset, et nox totam terram obtexisset caligine ; tunc omnes illi viri, qui vocati fuerant, surrexerunt ; armataque manu ex hac civitate egressi sunt, juxtaque eum, qui c Asinaticus dicitur, invicem sunt congregati torrentem. Cum autem ibi convenissent, Archipresbyter B elevans vocem dixit : Fratres, et filii carissimi, notum vobis facio, quoniam Dominus omnipotens hoc præcepit, ut devoto animo ad B. Apostoli Pauli Ecclesiam pergamus ; et Christi Confessoris Adam corpus, quod ibi manet, Dei adjutorio nobiscum deferamus. Ecce vir Dei adest, qui mihi hoc dedit verbum : Tunc homo ille in medio eorum stetit, et omnia per Angelum sibi revelata per ordinem enarravit. Audientes hæc omnes, in terram se prostraverunt ; Dominumque, ut de incepto opere ad bonam possint pervenire consummationem, deprecaverunt. In illa hora omnes ab oratione surgentes, rectoque itinere pergentes, ad loculum illum, quem eorum desiderabat animus, pervenerunt.

ex MS

Mat 18 20

et assumptis armatis,

c

accedit ad locum.

et explicata coram iis visione.

5 Alii deforis remanserunt, ut viam armatis custodirent manubiis, ne aliquis in eorum offensionem adventare possit. Non tantum autem in armis, quantum in Christi adjutorio confidebant. Alii vero ad ecclesiam perrexerunt ; faciemque in terra ponentes, lacrymisque Deum deprecabantur, ut eis auxilium præberet. Oratione completa levaverunt se, ac ecclesiam circumdederunt, et sursum per murum ascenderunt, ab unoque latere tectum aperuerunt. C Hoc acto quidam, Joannes Falconus nomine, intus descendit, laternam ferens, januamque omnibus, qui foris erant patefecit. Tunc in ecclesiam sancti Presbyteri et Religiosi viri intraverunt, alii vero deforis permanserunt, et orantes toto deprecabant corde. Introeuntibus autem illis, ad illum ubi S. Adæ jacebat corpus loculum, multis cum precibus lacrymisque perrexerunt : et cito illud quærentes, Domino adjuvante invenerunt : apertoque loculo, sanctissimum est repertum corpus. Tunc gaudio magno exultantes, magno fletu Dominum glorificabant de omnibus, quæ apparuerant. Tunc unus ex his toto corde oravit, et dixit : Domine Deus omnipotens, universæ creaturæ Creator atque Gubernator, qui voluisti, ut tuorum Sanctorum corpora de loco ad locum translata essent ; ideo tuam deprecamur clementiam, ut nos adjuvare et custodire digneris, ut tua adjuvante gratia, sine aliquo impedimento, et absque aliqua offensione, ad propria redire possimus. Hoc dicto omnes se inclinaverunt, et genu flexo aspexerunt, et gloriosum Corpus viderunt, et amplexantes illud osculati sunt, et magna lætitia ac veneratione in sindone munda involverunt. Videntes vero sanctissimi Confessores vestimenta sacra, quæ ibi posita erant, insimul cum ipsis Reliquiis, in velamine illo honeste ac reverenter posuerunt. Illis hoc in Ecclesia facientibus, omnes homines illius loci, tanti soporis gravitas Dei virtute opprimebat, quod nullus a somno se excitaret. D

per tectum ab his apertum

ingressi Presbyteri,

corpus inventum

involvunt sindone,

6 Tunc quidam bonus Sacerdos præclarum ac nitidum velum, quod intra suas occultabat ulnas, libenter suscepit, et de tali pondere lætus nimis exultabat ; et sic omnes supernæ Majestati gratias referentes, de Ecclesia egressi sunt. Cum igitur corpus sanctissimi Christi Confessoris Adæ levabatur, tanta per totum aerem erat serenitas, quod nulla ibi videbatur nubecula. Illis vero de ecclesia egredientibus, illico maximo de cœlo a Domino in loco illo largita est pluvia, ut tum per soporis gravitatem, tum etiam propter pluviæ inundationem, ad nostrum detrimentum homo surgere posset nullus. A Domino factum est hoc, et fuit mirabile in oculis nostris, quod non solum homines, verum etiam et canes, qui in circuitu ecclesiæ ipsa nocte jacebant, et latrare solebant in nocte, contra gloriosum corpus deferentes insurgere latrando nolebant. Continuo autem omnes, foris in custodia stantes, coadunati sunt, et cantantes gratias cœlesti Domino referebant. Quibus peractis iter inchoantes, cum gratiarum actione suaviter redierunt.

ipsumque efferunt, cœlo sereno,

commode mox in pluviam verso,

E

7 Factum est autem cum non multum longe ab illo loco discesserant, et ecce facta est tanta aeris serenitas, ut nubes aliqua ab ipsis minime videri poterat. Et quia Dominus prosperum iter illis ostenderat, exultantes et gaudentes reversi sunt. Qui ante quam in hanc civitatem ingrederentur, apud ecclesiam S. Luciæ commorati sunt, et illic statim ad eos pervenit nuntius. Quo audito illi absque mora, omnes Sacerdotes et Clerici, ac cives Gulionisii congregati sunt, cumque lacrymis et processionibus illis obviam exierunt ; illudque sanctissimum corpus, cum hymnis et canticis ac orationibus, in civitatem introduxerunt et in ecclesia Dei Genitricis Mariæ cum veneratione maxima recondiderunt. Hoc autem adimpletum fuit sub anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo secundo, decima Indictione, mense Junii : die tertio intrante.

solennique pompa

condunt in ecclesia S. Mariæ,

anno 1102,

8 Præterea multa mirabilia et beneficia, per ipsius intercessionem, a Domino Jesu Christo operata sunt : multi cæci illuminati sunt, surdi et claudi ad pristinos sanitatis status redierunt, et multi a dæmonum vexatione oppressi liberati sunt. Alii multi ex diversis infirmitatibus detenti pristinæ sanitati redditi sunt. Igitur in ejus laudibus omnes astantes rogo ut debitæ venerentur eum, cujus intercessione his et in futuro adjuventur, ipso adjuvante, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

ubi claret miraculis.

F

ANNOTATA G. H.

a *Ecgraphum quidem nostrum habet nomen* Primiani*, sed reposui* Primum*, nihil dubitans quin hic agatur de illo Martyre Lesinensi, de quo et* Alexandro, Firmiano et Tellario, *fortassis fratribus, egimus* 28 *Aprilis, eo enim die coluntur Neapoli, quo ad hanc urbem Lesina eorum Reliquiæ tunc fuerunt translatæ.*

b Lesina, *urbs Capitanatæ in regno Neapolitano Episcopalis ad lacum cognominem, non procul a mari Adriatico: de qua egimus* 9 *Februarii ad Vitam SS. Sabini et [illegible] Episcoporum ; et* 10 *Februarii, agendo de S. Paschasio Abbate : quorum trium Sanctorum Reliquiæ etiam Neapolim sunt translatæ.*

c *Hunc locum, a Gulionisio haud procul dissitum, ostendit : ratio itineris infra descripti at nomen jam mutatum apparet, et a montano situ videtur appellari,*

uti

A *uti* Mons Iscarus, Mons Gilliani, *et* Mons Galliochius.

d *De hoc loco supra egimus.*

e Torrens, *aut is, qui mox in Tifernum influit, et est inter Gulionisium et Montem Iscarum; aut* torrens D Asinaticus, *qui videtur Leandro Alberto* amnis Asinella *dici, Aprutium et Capitanatam disterminans; quod viris in vicinia eruditis definiendum relinquimus.*

DE S. OLIVA VIRGINE,

ANAGNIÆ IN LATIO APUD HERNICOS.

G. H.

Sylloge de cultu et Actis.

Memoria in Fastis

Anagnia, *urbs Episcopalis provinciæ Romanæ, immediate Sanctæ Sedi subjecta, olim Hernicorum inter Latinos antiquissimorum caput, creditur jam inde ab Apostolorum temporibus lumen Evangelii accepisse, ob quod palma martyrii coronatam celebrant* S. Secundinam Virginem, xv *Januarii; ad quem diem nonnulla ejus Acta ex Vita S. Magni Episcopi Tranensis et Ferrarii Catalogo dedimus; postea asseculi prolixa alia nec non* B *lectiones proprii Officii, quæ proferemus in Supplemento Januarii. Numerantur etiam inter Sanctas Anagninas* SS. Aurelia et Neomisia Virgines, *quarum memoria est Tabulis Romani Martyrolgii adscripta ad diem* xxv *Septembris. Præterea, quod huc spectat in Cathedrali Ecclesia, Deiparæ Virgini Annuntiatæ consecrata, uti scribit Ughellus tom.* 1. Sancta Oliva Virgo *tumulata servatur : cujus festum hac tertia die Junii habetur celebre, etiam Martyrologio Romano inscriptum : aliquæ autem Reliquiæ servari creditur Monasterii Westphaliæ, apud nostræ Societatis Patres, in una lipsanothecarum summæ aræ impositarum.*

Vita duplex ex MS.

2 *Acta ejus duplicia, hactenus inedita, Romæ anno* MDCLXI, *nacti sumus; antiquiora et breviora una, ex MS. Cajetani; alia variis circumstantiis amplificata atque in Lectiones novem distributa transcripsimus, sicut ea in collectione Antonii Gallonii, in Bibliotheca Vallicellana Patrum Congregationis Oratorii, asservantur Tomo littera* M *signato. Sed prima sunt imperfecta, nullamque faciunt mortis mentionem. Lectiones vero sic inchoantur.* Tempore illo, postposita superstitione idolorum, et per Dei nutum ecclesiastica crescente religione, fuit in Campaniæ provincia Virgo quædam nobilis etc. *quod quidem videtur secu-* C *lum aliquod tertio quartove proximum indicare, sed per meram conjecturam; unde non magni id facimus. Philippus Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, compendium Vitæ habet; et narrata ultima visione, concludit his verbis :* Visaque cœlesti luce obdormivit in Domino tertio Nonas Junii, *quasi nihil aliud desideraretur. Meminit ejusdem Silvanus Razzius tomo* 3 *Illustrium feminarum : et Nicolaus Brautius Episcopus Sarsinæ, in Martyrologio Poetico hoc eam versu honorat :*

Mammillis, tentata, stylos infixit acutos :
Quod genus armorum dæmonis arma ferit.

VITA

Ex MS. Cajetani excepta.

Spretis nuptiis

Oliva Virgo, nobilis genere, sed optimis moribus ac pudicitiæ laude nobilior, Christi amore flagrans, nuptiis mortalis sponsi contemptis, quas ei parentes magno studio parabant, ad sanctam confugit ecclesiam, ut inter sacras Jesu Christi sponsas numeraretur. Quod cum impetrasset, carnemque jejuniis, cilicio, ferro, coercere assidue ac domare conaretur; ut humanas tamen inanesque laudes facilius vitaret, curabat ut ea quæ ageret nemo plane mortalium nosset : quippe quæ cuperet uni sponso suo Christo Jesu placere : quem etiam assiduis precibus ac lacrymis pro suis ac pro omnium Christianorum delictis obsecrabat. Quantum vero in vitæ religiosæ perfectione proficeret, vel illud ostendit, quod cum ei falsa quædam crimina objicerentur ab invidis, contumelias non æquo solum animo, sed etiam hilari ferebat : quod ita sibi tutior ab inanis gloriæ ac fallacis auræ periculis videretur. Quod si membrorum suorum legem aliqua ratione mentis legi repugnare sentiret, confestim suis illa mamillis aculeos infigebat, nec eos antequam sanies erumperet avellebat : atque ita corpus suum castigando in servitutem spiritus redigebat.

uni Christo placere studet :

contumelias fert,

aculeos mamillis infigit.

2 Quam vero vicissim Oliva a Christo diligeretur, ob animi corporisque pudicitiam ceterasque virtutes, facile vel ex his paucis intelligetur non obscuris in eam amoris argumentis. Cum aliquando ab opere manuum ad templum de more dato signo pergeret, in ipso templi limine feminam quamdam plorantem offendit, et sua crimina confitentem : quam dum Virgo mitis blandis verbis consolari niteretur, sublatis oculis cæsum apertum lucemque incredibilem vidit : qua nimia luce Oliva repente perterrita, procidit in faciem. Cumque diu jacuisset, et vultum attollere non auderet; tandem se in cœlum lumen illud, et in cellam suam Virgo se recepit. Cui nocte insequenti vir statura procera secundum quietem apparuit, vultu gravi, aspectu decoro, qui ei diceret : Surge propera, amica mea, Sponsa mea, columba mea, et veni.

Cœlum apertum intuetur,

et ad illud invitata

F

3 Proxima vero sexta feria cum Virgo se ad oratorium precandi causa conferret, visa est cuidam e Sororibus terram pedibus non attingere dum incederet : quæ id etiam ceteris annuntiavit. Illæ vero rem admirantes, Olivam quid hoc esset interrogabant. At ipsa, nihil elata propterea, sed animo simul ac vultu demisso, primum Deo supplicare, deinde veris profundisque gemitibus lacrymisque Sorores obsecrare cœpit, ne sibi quidquam laudis tribuerent, si se ex animo sancteque diligerent : omnibus indignam se esse virtutibus, atque adeo sceleribus coopertam. Ergo sancta Virgo, divinis absolutis Officiis, multisque profusis lacrymis, ad cellam reversa, in suo lectulo fessa consedit : atque ante sumptum cibum præter morem, ut Sororibus videbatur, obdormivit. Ibi a sensibus penitus abstracta, ut nonnullis Sororibus deinde narravit, cœlum apertum splendoremque vidit immensum : ex quo progressus vir quidam plane admirabilis, cum ad eam usque pervenisset; Veni, inquit, et vide, quibus torqueantur suppliciis apud inferos improbi; deinde vero florentes cœli sedes contemplare, ubi sempiterna lætitia beati cœlites perfruuntur.

a terra levatur :

rapta in extasim cœlum et infernum videt

DE SANCTO MORANDO

MONACHO CLUNIACENSI IN SUNTGOVIA

C. J.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§. I. De Vitis ac die cultus S. Morandi : et unde hi Commentarii potissimum desumantur.

INITIO SEC. XII

Ex itinere Viennensi

Cum anno MDCLXXXVIII, *primo vere ego et P. Franciscus Baertius Viennam Austriæ profecti, Bibliothecam sacræ Cæsareæ Majestatis instructissimam sane ac nobilissimam, perlustrassemus; ibidemque trimestri fere spatio morati, multa Sanctorum Acta, potissimum Græca, in usum nostrum descripsissemus; in reditu declinavimus Constantiam; indeque Basilea* Altkirchium, *aut potius ad monasterium* S. Morandi *perreximus; coram inspecturi, si quid de Sancto illo, cujus propediem Acta nobis illustranda erant, superesset, ad Vitam, Reliquias,* B *cultum ejus pertinens. Pervenimus ad monasterium prædictum pridie solennitatis Sanctorum omnium, tam densa jam tum per medium diem continuum cadente nive, ut proficiscentibus nobis distinguere vias, aut ad jactum lapidis prospicere non liceret. Sub vesperum ingressi monasterium, quod modo Residentia est Collegii nostri Friburgensis, duobus proximis diebus ibidem substitimus, a R. P. Superiore Francisco Marimont humanissime excepti habitique; commentantes interea et notantes, quæ ad Sanctum spectare videbantur.*

ad S. Morandum declinantes,

•

Invenimus Vitam ejus recentius scriptam,

2 *Oblatus autem nobis est inter alia scripta paucula codex, qui Vitam* S. Morandi *complectebatur, commentatam et paraphrasticôs explicatam, ex antiquiori ejusdem Vita, quam et nos habemus et postea hic daturi sumus. Paraphrasis autem illa scripta fuit a quodam Societatis Jesu, qui nomen suum reticuit, quinquaginta amplius abhinc annis : de miraculis autem recentioribus* et suæ memoriæ *ait;* Recentissimum est, quod exeunte anno MDCXXIX contigit; *ut paulo post scripsisse debuerit. Dividit Auctor opus totum in tria dumtaxat capita : quorum primo Vitam Sancti antiquiorem paraphrasticôs, uti dixi, proponit; altero virtutes et miracula ejusdem, tum antiqua ex præfata Vita, tum recentiora prosequitur; tertium denique in paragraphos omnino* C *duodecim partitur, in iisque recenset honores Sancto collatos a Pontifice Romano, per Canonizationem; a Cardinalibus, per Indulgentias concessas; ab Episcopo diœcesano, per eorumdem confirmationem; a Serenissima Domo Austriaca, per anathemata oblata; a civitatibus variis, per Congregationem sub ejus patrocinio institutam; a Monachis loci, per restaurationem templi, ejus nomine imposterum appellandi, et elevationem Reliquiarum; a Cluniacensibus universis, per Officium ecclesiarum solenne; a vinitoribus denique per picturas et cultum singularem ipsi exhibitum. Addit insuper monasterii, uti et Altkirchii vicissitudines, incendia, vastationes, aliaque nonnulla; ex quibus hosce Commentarios potissimum compilamus; gratiam non mediocrem debentes et agentes supra memorato Patri Marimontio, qui totum codicem illum nostro discedentium inde rogatu describendum, Antuerpiamque submittendum benigne curavit.*

complexam varia de cultu ejus,

ex quibus hi commentarii concinnantur.

3 *Duos Ordinis sui* Morandos *habet Bucelinus, in Menologio Benedictino; alterum Abbatem, de quo die* XIX *Februarii, sic loquitur :* ex Not. Monach. et Indice Sanctorum Ordinis impresso : Eodem die S. Morandi Abbatis cujusdam in Burgundia, cujus vitam necdum potuimus indagare. *Alterum* Monachum *Cluniacensem, de quo nos hic; uti et ipse ad diem* III *Junii cum Molano in Auctario ad Usuardum, Hugone, Dorganio, Menardo, Ferrario in Catalogo, Saussayo in Martyrologio Gallicano : quamvis idem (si tamen idem) in Kalendario MS. Benedictino referatur ad diem* XXVII *Junii cum titulo Abbatis, quamvis etiam, in MS. nostro, sic legatur;* Incipit Prologus in vitam S. Morandi, qui est in Kalendas Junii. *Nam* III Nonas *scribi debuisset : uti scribunt omnes enumerati Auctores cum antiquo MS. Usuardo, ad usum ecclesiarum Alsatiæ aucto, ubi legitur,* tertio Nonas Junii. In territorio Basileensi S. Morandi, E viri religiosi, et multis miraculis venerandi. *Consentit his Bibliotheca Cluniacensis columna* 1642, *ita legens :* B. Morandus fuit etiam sancti Patris nostri Hugonis discipulus; cujus gesta quis volens scire, ejus Vitam apud nos descriptam legat. Solemnitas vero ipsius celebratur apud nos III die Junii. *Citatam Vitam legere est in eadem Bibliotheca col.* 502 *et sequentibus; sed extractam et contractam ex amplioribus Actis, quæ penes nos sunt in Codice perquam insigni, olim Westphalia scripto, unde ex Paderbornensis nostri Collegii Bibliotheca ipsum per commutationem librorum redemimus. Indicant Acta illa, ad reformandum quoddam in Arvernia monasterium missum ab Hugone fuisse* Morandum, *deinde vero ad preces Constantii, ab eodem Hugone in Suntgoviam missi, ut* Altkirchense S. Christophori *monasterium Prior regeret, deductis illuc Cluniaco Monachis, revocatum ex Arvernia, et Suntgoviæ commodatum fuisse, ob peritiam patriæ istius linguæ : cui tamen Prioris titulum cedente Constantio obtigisse, haud satis clare indicatur in Actis.*

Colitur S. Morandus 3 Junii:

cujus Vita aut qua et plenior ex Codice nostro datur,

4 *Vitam qui scripsit, natione Alemannus, et verosimiliter monachus* S. Morandi *fuit. Ait enim num.* 9, *prius missos e Burgundia in Suntgoviam Monachos non scivisse* nostræ locutionis modulos; *et ideo accersitum eo* Morandum, *prope a Rheno solum natale nactum, et Wormatiæ studiorum causa diu versatum. Ait præterea num.* 15, ad exequias Sancti venisse omnes nostræ diœcesis Basiliensis; *non obscure innuens, se in eadem (et cur non in ipso monasterio Morandino?) vixisse et scripsisse. Idem Auctor queritur quidem in Prologo, quod Vita,* Prædecessorum desidia, est oblivioni tradita, nec *ad posteros* scriptis delata, *et num.* 17 *dicit* Transacto longi temporis spatio, *datam ex incendio occasionem elevandi corporis : et tamen num.* 12 *narrat, quomodo Sanctus etiamnum vivens curarit a quartana febri, quemdam Ulricum de Karolspach,* ut ipse, Fratribus, qui adhuc supersunt, retulit. *Unde consequens fit, longum temporis intervallum annos quinquaginta vel sexaginta ab auctore æstimari. Quia tamen grandævus valde Sanctus fuit cum obiit, scriptori ipsi numquam visus, merito is queri potuit de prædecessoribus, quod nihil curaverint scripto tradere eorum quæ viderant, nedum ex Burgundia vel Arvernia, ubi diutius vixerat, aliquid de prioris vitæ actis indagare.*

scripta per Monachum Germanum F

in diœcesi Basileensi.

5 *Eamdem Vitam, elegantissimo charactere exaratam in libello singulari, vidimus in celeberrima Augustissimi Cæsaris Bibliotheca sub numero* 268. *In fronte libelli cernuntur non inconcinne depicti duo Sancti Abbates,*

Vita eadem in Bibl. Cæsarea Vienn., sol. 18

A bates, in habitu Benedictino extensis in altum, ille sinistra, hic dextera manibus elevantes aquilam bicipitem nigri coloris in fundo aureo : utrique appicta sunt insignia alba in fundo rubro, sicut hic cernis.

NOT. 19



Frederico III dono data

Inferiori in loco aureis litteris sic inscribitur : Anno Domini MCCCCLXXXII Divo Friderico III, Romanorum Imperatori semper Augusto, feliciter imperanti, Paulus de Stekeraw, Theologiæ Doctor, hoc opus dono dedit. *Habemus submissam nobis Viennæ Ipsanomorphosin ecclesiæ Cathedralis S. Stephani in eaque notatur, dedicatum asservari* Caput *(aut potius pars Capitis)* S. Morandi : *constat, insuper ejusdem nomine altare olim istic fuisse erectum. Quamobrem de præsenti illorum statu inquirentium Viennæ duxi, datis ea super re litteris ad P. Matthæum Sochmans Societatis nostræ, percelebrem ibi Dei Præconem, qui quarta Septembris anni* MDCLXXXIX *qua hæc scribo, respondit in hæc verba.*

Ibidem in Cathedrali Caput ejus

C

6 Inspexi et pervolvi registrum seu repertorium Reliquiarum ecclesiæ Cathedralis S. Stephani Protomartyris, porrigente illud mihi Reverendissimo Domino Canonico Custode; et tametsi aliis quibusdam Reliquiis adnotatum sit, unde advenerint, aut qua ratione cultuque coli consueverint, attamen de S. Morando aliud non legi aut reperi quam hæc verba : Caput S. Morandi supra pulvinar holosericum. Reliqua, unde scilicet allatum sit, quod ejus altare, aut quo loco positum fuerit, omnino ignoratur. Neque ullus ejus cultus est vel in Missa vel in Officio : solum honoratur Sancti caput, ubi cum ceteris Reliquiis in altari venerationi exponitur. *Interea Caput Sancti et ara, quæ olim fuit ratione allati Capitis verosimiliter erecta, occasionem dedisse possunt eodem tempore præfato Paulo inquirendi in Vitam Sancti, describendi inventam, atque offerendi descriptam Imperatori Friderico, cujus patruus Fridericus, dictus Senior, Comes Tirolensis atque Ferretanus, anno* MCCCCXXVIII *Statuam argenteam pro capite* S. Morandi, *ad hujus monasterium dono misit; ejusque filius Sigismundus anno* MCCCCLXXI *in idem monasterium beneficus, historiam* S. Morandi *ad se mitti postularit; uti* § IV *latius dicitur. Quidni igitur aut Fredericus Senior, aut filius ejus Sigismundus, imperio Friderici patruelis sui contemporaneus,* caput S. Morandi *ipsi donaverit? quidni Vitam Sancti in ejusdem gratiam petierit Viennamque miserit; ibique a Doctore Paulo de Stekeraw elegantius descripta sit?*

quæ amplius non extat.

D

AUCTORE C. J.

7 *Dabimus hanc Vitam, hactenus ineditam, ex nostro, uti diximus, Codice Paderbornensi MS. Dabimus deinde miracula alia, circiter medium seculum* XV *in variis personis facta, ex commentariis* D. Martini Granter, patria Colmariensis, *qui sub eadem tempora ad* S. Morandum rerum sacrarum primum Custos, dein Præpositus, magna diligentia cultum divinum procuravit; prodigiosa beneficia, quibus suo ævo Deus S. Morandum fecit illustriorem, impigre litteris consignavit; *ac petenti Sigismundo Austriaco vitam ejus submisisse videtur. Dabimus autem ea non primigenio stylo, uti sunt ab illo exarata; sed uti a Paraphraste nostro sunt ornatius amplificata, quando ea aliter non habemus. Dabimus denique recentissima quædam seu miracula seu beneficia, partim sub initium hujus seculi ab Auctore Vitæ paraphrastica conscripta, partim a Patribus nostris ab anno* MDCLXXXII *annotari cœpta, et a nobis ipsis in Residentia illa nuper descripta.*

Quo ordine et unde Vita et Miracula dentur.

8 *Quod autem ab anno* MDCLXXXIII, *denuo coruscare cœpta sint miracula, videtur factum esse occasione grandis prodigii patrati in filiolo Nicolai Mulleri, a mortuis ad vitam revocato per* S. Morandum *die* 22 *Aprilis ejusdem anni, quemadmodum testimonia publica, quæ post narrationem Nicolai patris inter miracula num.* 35 *subjiciemus, declarant. Hinc denuo fuerit populi erga Sanctum illum excitata devotio, fiducia et concursus : hinc alia atque alia beneficia ipso invocato obtenta : hinc alacritas Patrum in annotando, quæ obtenta erant, ad majorem Dei et Sancti ejus gloriam, exstimulata : quemadmodum pridem extimulatum fuerat studium Cleri Basileensis, qui inter proprios Diœceseos suæ Sanctos hunc etiam reposuit, ejusque festum lucem hac tertia Junii celebrans, Officium recitat sub ritu duplici, continens in Lectionibus secundi Nocturni hocce ejus vitæ compendium :*

Populi devotio miraculo recenti resuscitata,

E

Officium proprium Basileæ

9 Morandus, in Germania, nobili loco natus, parentes habuit non minus Christiana pietate, quam generis splendore et divitiis insignes : a quibus Deo consecratus, et religiosis viris Wormatiæ commendatus, in litteris et virtute mirabiles, fecit progressus. Itaque spretis mundi illecebris, ad perfectionis studium aspirans, Cluniacum profectus, se in S. Hugonis Abbatis disciplinam tradidit. Ab hoc benigne acceptus ita vixit, ut a professione monastica nulli haberetur secundus Contigit ea ætate ut Fredericus Pfirtensis Comes, a S. Hugone Cluniacensi Abbate aliquot Ordinis monasticæ viros peteret, qui Ecclesiam Altkirchensem, a majoribus suis extructam, ornarent, et eodem monasticæ vitæ institutum propagarent. Annuit Abbas pii Comitis petitioni. Sed cum ii, qui primi missi erant, ob patrii idiomatis ignorantiam, proximorum salutem minus procurare possent, Morandum, Gallicæ juxta ac Germanicæ linguæ peritum, eo ablegavit. Altkirchium ut venit, non modo verbo et religiosæ vitæ exemplo complures homines ad sanctiorem vitam excitavit; verum et in vita et post mortem multis miraculis claruit. Incendium in monasterio extinxit; Fredericum Comitem a paralysi liberavit ; Udalricum monasterii villicum, quartana febre laborantem, sanitati restituit ; mulieres duas, a dæmone misere vexatas, oblato Missæ sacrificio , adhibitisque exorcismis omni molestia liberavit. Longo senio confectus, laboriosum vitæ certamen complevit ; multisque ægris et energumenis, sepulcrum ejus adeuntibus, præsentem opem attulit. Quibus miraculis per fideles testes comprobatis, Basileensis Episcopus, misso

F

ex hoc compendio vitæ.

A misso Romam legato, a Summo Pontifice impetravit, ut pro meritis inter Sanctos publico ritu coleretur.

AUCTORE C. J.

10 *Sed priusquam ad Canonizationem devenimus, reliquum Commentarium prosequamur, cujus præcipuam partem desumentes ex Vita, de qua num.* 2, *id imprimis monitum volumus Lectorem; quod, quidquid in Commentario hoc nostro Romanis characteribus impressum nullo citato Auctore legitur, id totum ex Vita illa desumptum sit, ut ne identidem necesse sit cum tædio legentis vitam illam paraphrasticam allegare.*

§. II. De monasterio Altkirchensi S. Christophori, dein S. Morandi; et oppido Altkirchensi, eorumque fundatoribus.

Comitatus Ferretani limites

Comitatus Ferretanus *sive* Pfirtensis, *ab oppido* Ferretum, *vulgo* Pfirt, *Comitum sede, nomen trahens, iisdem fere terminis olim continebatur, quibus nunc Suntgovia; clausus nempe Alsatia superiore ad Boream, Rheno et pago Basileensi ad ortum, ditione Basileensis Episcopi ad meridiem, et Burgundiæ montisque Belligardi Comitatibus ad occasum.* Præcipua in eo Comitatu sunt oppida Ferretum cum nobili arce, unde B Comitibus nomen; IV horarum iter Basilea distans; Altkirchium, Mezopolis, Dela, Belfortum, Seinheimium, Diatannium, Florimontum, Lansera. Piscosi in eo fluvii Larga et Ellus, aliis Alsa sive Illus dictus, orti ex radicibus Juræ, locis ita vicinis, ut aqua pluvia ex tecto cujusdam villæ Schlitz cœnobii Lucellensis, hinc in Ellum, inde in Largam defluat: mox contrario cursu Larga in occasum tendit, Ellus in ortum, donec post aliquot mæandros infra Altkirchium apud Ilfurtum vicum concurrant, simulque per mediam Alsatiam decurrentes; prope Argentoratum in Rhenum excurrant.

oppida et fluvii:

ejus Comites ecclesiam condunt S. Christophoro,

12 In hac regione antiquitus Comites Ferretani ædem sacram extruxerant, mediam inte Largam arcem et vallem Caninam, quam S. Christophoro Martyri dicarant: eaque, aucto paulatim Christianorum numero novisque per viciniam templis erectis, dicta est posteris Altkirch, id est vetus Ecclesia. *Hujus primus fundator quis Comitum fuerit, aut quando fundaverit, nescitur: scitur tamen ex Vita* S. Morandi *num.* 7, Comitem de castro Pfirto nobilissimum, ex prosapia Regum Francorum ortum, nomine Fredericum, (*qui sub finem seculi* XI *et initium sequentis vixit, ad cujusque annum saltem* XV *pertenuit*) C quamdam ecclesiam, Altikilcham nuncupatam, in allodio suo, a suis progenitoribus beatissimi Christophori Martyris nomini dicatam, plenius extruxisse, ac prædiorum largitate ampliasse. Erat autem ecclesia a supradicti Principis genitoribus, Canonicis secularibus primitus ordinata; sed peccatis exigentibus, illis secedentibus, pene desolata. Videns autem Comes prudentissimus locum, a se diligenter constructum, habitatoribus privatum desolari, Cluniacum misit; ac Hugoni Abbati sanctissimo suisque successoribus regendum, atque ad monasticum inibi Ordinem instituendum, in perpetuum donavit.

initio Canonicis secularibus

dein Monachis Cluniacensibus datam.

13 *Movisse Fridericum potuit, cur Cluniacenses advocaret potissimum; quod hi regularis vitæ disciplina, sanctitatis fama, ac zelo animarum per id tempus eximie florerent sub S. Hugone Abbate;* sub quo (*ut hujus Vita tomo* III *Aprilis primo loco edita dixit numero* 6) augebatur de die in diem Cluniacensis religio cœnobii; et erat odor nominis illius sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. *Movisse præterea, potuit ipse Hugo, qui, ut eadem Vita num.* 27 *tradit, Altkirchium aliquando diverterat,* a Ludovico Comite et Sophia uxore ejus, *verosimiliter parentibus Frederici præfati,* hospitio susceptus: *ibidemque sanctitatis suæ memoriam reliquerat præclaram, cum* imminentem D sic abegit signo Crucis tempestatem, ut circumquaque pluviis desævientibus et tonitruis, locus ille tempestatis expers et serenus remansisse perhibeatur. *Denique movisse potuit Fredericum, imo et movit* (*quemadmodum disertis verbis testatur Paschalis II Papa, in Diplomate anno* MCVI *Hugoni Abbati dato*) *Episcopus Basileensis Burcardus, qui Basileam advocaverat Cluniacenses Monachos ac fundaverat. Confirmat enim Diplomate isto Papa Hugoni et successoribus ejus, usque in perpetuum subjectum vult,* monasterium S. Albani, a Burcardo Episcopo datum, in suburbio Basileæ urbis. In eodem episcopatu monasterium Altikilcha, a Frederico Comite, per supradicti Episcopi solicitudinem, in manus vestras (*alloquitur Hugonem*) abdicatum atque concessum.

Cur his potissimum?

14 *Donaverat Comes Fredericus, et moventibus fortasse, quas dixi rationibus donaverat* Altkirchium *Cluniacensibus; ac* Hugoni quidem ipsa, Abbati sanctissimo, suisque successoribus regendum, atque ad monasticum inibi Ordinem instituendum in perpetuum donaverat; *uti dictum est num.* 12. *Verum ut sunt inconstantes hominum animi, postquam deferbuit primus ille in Deum famulosque ejus ardor, decerpere sibi nescio quid juris in semel donata præsumpsit; et vectigal et prædio aliquo monasterii exigens, colonum in vincula conjecit. Hinc adfuit vindicta divina, invadente Comitem paralysi, atque os ejus mirum in modum distorquente; donec medica* Morandi *manus, multa deprecanti ac meliora promittenti, opem tulit. Quo recreatus beneficio Comes, ut promissa solveret, putatur denuo omnia Venerabili Pontio Abbati, Successori S. Hugonis, et monasterio Cluniacensi confirmasse per sequens scriptum:* E

Repetens data punitur

et pœnitens recreatur,

15 In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Notum sit omnibus, tam præsentibus quam futuris, quod ego Fridericus, cognoscens Deum largitorem bonorum omnium, cujus sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter; volens honorem mihi ab illo concreditum sic disponere, ut in eo æterni regni lucrum mercari valeam; ecclesiam Altkirchensem, in quantum ad me pertinet, religionis et monasticæ disciplinæ institutione reformari procuravi. Idcirco sub sanctæ recordationis Patre Cluniacensis Congregationis B. Hugone, per internuntios verbis et deprecationibus nostris, ejusdem Congregationis ab eodem Patre in supradicta ecclesia Monachos ad habitandum suscepimus. Post F decessum vero ejus, cum successor illius venerabilis Pontius Abbas ad partes nostras ad eumdem locum causa visitationis advenisset, prænominatam ecclesiam Altkirchensem præsenti scripto eidem Abbati, successoribusque ejus et Cluniacensi monasterio, in subjectionem et in obedientiam et ordinationem, in perpetuum firmavimus; ita tamen, ut si adeo locus creverit, quod Congregatio Monachorum secundum normam Cluniacensis Claustri ibidem Ordo teneatur; Abbas ibi, institutione et dispositione Cluniacensis Abbatis, si utilitas hoc exegerit, præponatur. Testes hujus nostræ actionis sunt Rembaldus Presbyter, Azo Presbyter, Fridericus advocatus, Azo Canonicus Basiliensis, Vernerus Clericus, Rembaldus Advocatus ejusdem loci, Rembaldus Miles. Actum est hoc anno Dominicæ incarnationis MCXV, præsidente in Sede Apostolica Paschale II, Rudolpho autem Episcopo Basileensi; laudante et confirmante Henrico V Imperatore. Scripta per manus Alberti Trevirensis, XIX Kalendas Januarii, feria tertia, Luna XXIV.

dataque denuo confirmat

16 *Dictum est supra, quod* Altkirchium *extructum sit* medium inter Largam arcem et vallem Caninam. *Quorum locorum cum nunc non satis expressa reperia-tur*

Distinctior Altkirchii situs indicatur:

A *tur notitia; accuratius puto situm ejus assignari, si locetur ad fluvium Ellum, una fere leuca supra Ilfurtum, ubi Larga in Ellum influit. Introductis eo Monachis, solenniter rem divinam facientibus, affluxit eodem frequens habitator; ut brevi numerosus vicus evaserit circa monasterium: qui* ubi incendio absumptus est, complures ex colonis, partim amœnitate collis vicini, aerisque salubritate ducti, partim ut minus prædæ et latrociniis essent expositi; res et tecta sua in collem transtulerunt juxta vetustam arcem, quam antiquitus Largam in Antonini itinerario dictam putant. Ad hos deinde aliis atque aliis accedentibus, in eum modum excrevit locus, ut novo Principi *Alberto Austriaco, Alberti Imperatoris filio qui per uxorem suam Joannam, Ulrici ultimi Comitis Pfirtensium, anno* MCCCXXIV *sine prole mascula defuncti filiam, factus erat ditionis illius Comes*) videretur vicus jure civico dignus. *Is igitur novum Altkirchensem vicum, vix quadrantis horulæ spatio supra veterem exustam ad eumdem fluvium situm*, primus sub annum MCCCXXX muro cinxit, et in oppidi formam redegit.

ejus vicus, flammis absumptus,

transfertur in vicinum collem,

fitque an. 1330 oppidum,

17 Mansit tamen idem Altkirchii nomen, quod
B olim vicus a veteri Ecclesia S. Christophori traxerat. Id compertum est ex publicis privatisque instrumentis ac litteris, in quibus ante annum MCCCXXVI nulla fit mentio oppidi. Ut cum scriptum legitur sine addito; Præpositus S. Morandi in Altkilchen; Colonus in Altkilchen; Actum in Altkilchen. At vero post annum trigesimum dicti seculi monasterium ita desiit appellari, et oppidum retinuit nomen Altkilchen. Hinc illæ litterarum formulæ; Præpositus S. Morandi prope oppidum Altkilchen; Civis oppidi Altkichen; Actum in oppido Altkilchen. *Cincto ita muris novo oppido, mox in eo templum seu sacellum, beatissimæ Virgini Mariæ extructum, et* a Joanne de Senna, Episcopo Basileensi, anno MCCCXLV consecratum fuit; ut patet ex inscriptione lapidis in fornice templi, quod postea auctum pro parochia civibus esse cœpit.

retinens nomen Altkirchium;

18 *Non inutilis fuit oppidanis sua illa erga Deiparam religio. Quippe vix natum oppidum, in suis incunabulis extinctum fuisset, nisi illud ipsa dormientibus incolis fuisset tutata.* Nam vastarat obvia quæque igni et ferro in Alsatiam et Helvetiam ex Gallia prorumpens exercitus Anglicus, Duce Cocyio, qui tandem ab Helvetiis male mulctatus, cum multis suorum desideratis per Sundgoviam redirent, ex-
C trema fugitivorum cohors, obscura nocte muros Altkirchii scalis admotis transcendunt, in forum ante penetrant quam civium quispiam accurreret. Pro templo Deiparæ constiterant, pars ignem ædibus, pars scalas et ferrum parabant: cum ex improviso fulgor ingens e sacello Cœlitum Reginæ emicans, militum oculos ita perstrinxit, ut turbatis animis in seipso arma verterint, excitisque tumultuatione civibus pœnas dederint. Multi cæsi; reliqui in fugam versi, etiam intacto monasterio, prædam opulentam reliquerunt. Tradunt aliqui, Beatam Virginem, eo loco quo nunc statua ejus lapidea visitur, quasi castrorum aciem ordinatam fuisse conspectam, et hostibus metum incussisse, splendoreque radiantium armorum oculos eorum reverberasse, et velut sideratos in mutuam perniciem fugamque vertisse. Quidquid horum sit, majores certe quartam feriam ante Purificationis festum solenni sacro quotannis in rei memoriam celebrandam statuerunt, et minores hodiedum diligenter observant. Contigit hoc anno MCCCLXXV exeunte Januario, *nempe secundum Chronologiam Helveticam Joannis Henrici Suizeri, quamvis secundum Josiam Simlerum in Republica Helvetiorum et alios, acciderit biennio post.*

[illegible]

[illegible]

19 *Altera non absimilis invasio militum afflixit Sundgoviam post annos exinde septuaginta propemodum,* D
sed calamitosior Altkirchensibus quam prior; uti ex sequenti narratione discitur: In Concilio Basileensi Amadeus Sabaudiæ Dux, Pseudo-papa electus contra Eugenium IV anno MCCCCXL, pernicioso bello causam dedit. Nam Basilea, Solodurum, Berna ex fœdere inito cum Sabaudi filio, Pseudo-papam tuebantur. Delphinus Franciæ, Caroli VII filius, magnis copiis Basileenses Helvetiosque aggressus est, copiarum ductore Comite Armeniaco, a quo bellum Armeniacum dictum est, quod annos complures Sequanos vicinosque graviter afflixit, et in his Altkirchenses. Monasterium templumque funditus eversum, non prius instauratum est, quam Martinus Granter, patria Colmariensis, post Joannem de Luceria, qui hoc calamitoso tempore præfuit, Præpositus Altkirchii est renuntiatus. Is templum a fundamentis et campanile (*constat ex commentariis et insignibus ipsius*) turrim pronuntialem (*ita nuncupat*) contra incursus hostium extruxit. Idem fœnile, bovile, equile, partemque monasterii, cujus longitudo ab Oriente vergit ad Occidentem, parvo impendio pro temporum vel operarum facilitate reparavit; et S. Mo-
E randi lipsana, immanitate impiorum militum protrita disjectaque, reposuit suo monumento.

AUCTORE C. J. Alia militum invasione,

Altkirchium et monasterium evertitur

et a Martino Granter instauratur.

§ III. Canonizatio S. Morandi. Indulgentiæ concessæ, earumque Diplomata.

Sub *finem Vitæ, quam dabimus, legitur Monachorum studium in* S. Morandum *adeo exarsisse, propter multiplicia miracula, tum alias, tum maxime in Translatione Reliquiarum patrata; ut de canonizatione ejus cœperint agere, primum quidem apud Sedem Basileensem Ordinarii sui; ubi de Viri sancti gestis institutum examen, adducti testes qui illa firmarent, et merita ejus probata sunt tam singularia esse; ut porro Romam Legatus sit missus, Episcopi Basileensis diplomate ac testimonio instructus, qui summo Pontifici significaret, quid actum esset in ordine ad canonizationem* S. Morandi, *ab eoque ipsum auctoritate suprema in Album Cælitum curaret referendum. Quod et curavit ex voto, rediensque lætus, universam late regionem Suntgoviensem gaudio implevit. Quo autem anno, quo Episcopo Basileensi, quo Pontifice Romano hæc curata sint, Vita non exprimit; nec facile erit aliunde expiscari quidpiam certi.*

Actum de canonizatione S. Morandi coram Ep. Basileensi,

dein apud Pont. Rom.

a quo et impetrata est

21 *Credibile tamen est, eodem seculo* XII, *cujus initio vixit* Morandus, *ipsum divinis honoribus dig-* F
natum esse. Auctor enim Vitæ, qui de Canonizatione tractat, eodem seculo scripsisse debet; cum inter scriptionem illam et mortem Sancti, spatium vitæ hominis unius dumtaxat intercesserit; scribente ipso, num. 12, *quod* Ulricus de Karlspach, *per S. Morandum in vivis adhuc agentem liberatus febri, idipsum* Fratribus, qui adhuc supersunt, retulerit. *Atque ipsa illa Canonizationis solennitas et lætitia publica causam dedisse videtur scriptori Vitæ, quo magis magisque studium ac religio populi accenderetur erga memoriam Sancti. Tandem Canonizationem seculo* XII *factam esse, confirmant Indulgentiæ seculo sequenti concessæ, visitantibus ecclesiam* S. Morandi: *confirmat similiter Sodalitium, de quo mox, sub invocatione ejusdem seculo* XIII *erectum. Ac de Indulgentiis quidem, antiquitus concessis, duo reperiuntur diplomata; quorum alterum, Reate anno* MCCLXXXIX *datum*, ex autographo descripsit Laurentius Lergsfelder, Testamentarius juratus et Tabularius publicus; *estque tenoris sequentis:*

seculo, ut videtur duodecimo

Id [illegible] seculo [illegible]:

22 Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit. Nos Dei gratia Petrus Arborensis, Philippus Salernitanus, Theoctistus Andrianopolensis,

[illegible]

AUCTORE C. J.

A nopolensis, Joanninus Metricensis, Rogerius Severinensis, Archiepiscopus; Petrus Tirasonensis, Conradus Tullensis, Petronus Larinensis, Divitaus Plocensis, Guilielmus Dionensis, Guilielmus Calensis, Leoterius Nerulanus, et Marcellinus Turbulensis eadem gratia salutem in Domino sempiternam.

23 Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi pro ut in corpore gessimus sive bonum fuerit sive malum; oportet nos diem messis extremæ operibus misericordiæ prævenire, et æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu colligere valeamus in cœlis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam æternam. Cupientes igitur ut Monasterium Sanctorum Morandi et Christophori in Altkilchen, Ordinis Cluniacensis Basileensis Diœcesis, congruis honoribus frequentetur, et a cunctis Christi fidelibus veneretur jugiter; omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui ad dictum monasterium diebus subscriptis, videlicet B Nativitatis Domini, Resurrectionis, Ascensionis et Pentecostes, ac in singulis festis gloriosæ semper Virginis Mariæ, in festis omnium Apostolorum, in ipsis Beatorum Nicolai et Martini Confessorum, in festis Beatorum Morandi et Christophori Confessorum et Martyrum, in festo Beatæ Catharinæ Virginis, in festo omnium Sanctorum, in die omnium animarum, in Dedicatione ejusdem monasterii, et per Octavas omnium festorum dictorum causa devotionis accesserint; aut qui ad fabricam seu structuram, vel luminaria seu ornamenta, vel ad alia necessaria ipsius monasterii manum porrexerint adjutricem; sive in extremis laborantes, sive in vita quidquam facultatum suarum legaverint, vel alio quoque modo dederint, seu miserint; Nos de omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, singulorum dierum singulas quadragenas de injunctis sibi pœnitentiis, dummodo loci Diœcesani ad id consensus accesserit, misericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei testimonium nostra sigilla duximus apponenda. Datum Reate anno Domini MCCLXXXIX, Pontificatus Nicolai Papæ IV anno II.

et per aliud seculi 14,

24 *Consimile Diploma est quod sequitur, anno* C MCCCXXVI *datum*: Universis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes litteræ pervenerint, nos miseratione divina Esgerus Londonensis, et Rostangnus Neopatonensis Archiepiscopi, Petrus Naziven. Ægidius Andrinopolensis, Zacharias Suaciensis, Andreas Croensis, Franciscus Sagitanensis, Petrus novæ-Civitatis, Guilielmus Lutcolanensis, Lampridius Trauriensis, et Guillelmus Tartarorum Episcopi, salutem in Domino sempiternam.

25 Pia Mater fidelium Ecclesia, de ipsorum salute solicita, devotionem populi fidelis per quædam munera spiritualia, remissiones videlicet et indulgentias invitare consuevit, ad honorem Dei et ipsis sacris ædibus imponendum; ut quanto crebrius illuc confluit populus Christianus, devote Salvatoris gratiam implorando, tanto et debitorum suorum veniam et gaudia consequi mereantur æterna. Cupientes igitur ut ecclesia Parochialis S. Morandi in Altkirchen et capella S. Mariæ, in eodem loco Basileensis Diœcesis, honoribus congruis venerentur et a Christi fidelibus studiosius frequententur: omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui in Dedicatione ipsarum ecclesiæ et capellæ, festivitatibus quoque Domini Dei nostri Jesu Christi, videlicet Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Palmarum, Parasceves, Resurrectionis, Ascensionis et Pentecostes, omnibus diebus Dominicis, singulis D festis gloriosæ Virginis et Matris Dei Mariæ, diebus Joannis Baptistæ, BB. Petri et Pauli, ac aliorum omnium Apostolorum, B. Morandi ac BB. Laurentii, Vincentii, Dionysii, et Valentini Martyrum. BB. Nicolai, Augustini, Martini et Gregorii Confessorum. BB. Catharinæ, Agnetis, Margaretæ et Cæciliæ Virginum, in Commemoratione omnium Sanctorum, et in dictarum festivitatum et festorum Octavis, dictam ecclesiam et capellam causa devotionis et orationis accesserint: annuatim, vel qui Plebanum ejusdem ecclesiæ, in deportatione sacri corporis et sanguinis Domini Dei nostri ad infirmum, et ejusdem Plebani reditu ad ecclesiam secuti fuerint reverenter; vel qui in elevatione ejusdem Domini nostri corpus et sanguinem infra Missarum solennia ibidem flexis genibus ac complexis manibus humiliter adorarint; aut qui ad libros, calices, casulas, albas vel alia hujusmodi indumenta et præparamenta Sacerdotum et altarium, aut ad fabricam, ornamentum, luminaria, vel alia dictæ ecclesiæ necessaria, manus suas porrexerint adjutrices, aut in fine suarum quidquam legaverint E facultatum, vel qui cœmeterium ipsius ecclesiæ circuiverint, orationem Dominicam et requiem æternam pro sepultis ibidem et omnium fidelium defunctorum salute orantes: quotiescumque præmissa, vel aliquid fecerint præmissorum, nos de omnipotentis Dei misericordia, Beatorumque Petri et Pauli Apostolorum ejus merito et auctoritate confisi, singuli nostrum singulas quadragenas Indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo loci Diœcesanus ad id consensum præbuerit et assensum. In cujus rei testimonium præsentes litteras jussimus sigillorum nostrorum appensione muniri. Datum Avenione anno Nativitatis Domini MCCCXXVI Kalend. Aprilis, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri Joannis Papæ XXII anno quarto, *imo decimo; nisi malis anno Christi* MCCCXX *datum esse.*

auctoritate ordinaria confirmatum.

26 *Extant insuper litteræ Ordinarii, appensæ præmisso Diplomati, quibus is consensum præbet et assensum; suntque tales:* Joannes, Prior Monasterii S. Albani extra muros Basileenses idemque Reverendi in Christo Patris ac Domini, Domini Joannis, Dei gratia Episcopi Basileensis Vicarius in spiritualibus ac temporalibus Generali, universis Christi fidelibus ad quos præsentes Litteræ pervenerint, salutem ab F eo, qui est omnium vera salus.

27 Cupientes ut Christi fideles animarum suarum salutem votivis pietatis operibus operentur; et ad hoc veram paternam solitudinem, qua ad effectum salutis fidelium non indigne movemur, solicite convertentes; universas et singulas gratias seu Indulgentias concessas gratiose ad Ecclesiam Parochialem S. Morandi Altkirch dictæ Basileensis Diœcesis, a venerabilibus Patribus Archiepiscopis et Episcopis in omnem modum, formam, et tenorem Litterarum eorumdem Patrum, quibus nostræ præsentes Litteræ sunt affixæ, ratas et gratas habentes, ipsas tenore præsentium ratificamus, approbamus, auctorizamus, et in nomine Domini auctoritate ordinaria confirmamus, et ad prædictas Indulgentias quadraginta dies injunctæ pœnitentiæ sub eodem modo, forma, et tenore, et eisdem diebus seu festis in Litteris prædictorum Patrum expressis, auctoritate Ordinaria adjungimus et concedimus favorabiliter in his scriptis: nolentes has Litteras nostras per manus quæstuariorum aliquatenus deportari. Datum sub sigillo nostræ Vicariæ, in testimonium præmissorum, anno Domini MCCCXLII, feria quinta post Festum omnium Sanctorum. *Neminem porro commoveant*

A *commoveant peregrini Episcoporum Indulgentias tribuentium tituli : sunt enim illi vel accepti ex partibus Infidelium ; vel inter librariorum manus depravati ; in quibus ad veritatem reducendis per conjecturas hac quidem vice, cum alia multa dicenda supersunt, laborandum nobis non putavimus. Qui supra in primo diplomate* Nerulanus *haud dubie* Verulanus *in Latio est, Ughello* Loterius *dictus hic* Leoterius *: qui in secundo* Luternalensis Guihelmus, *est* Puteolanensis *in Campania ; et sic de aliis.*

§. IV. Cultus S. Morandi apud Cluniacenses, per Officium duplex; apud Domum Austriacam, per anathemata; apud vinitores, per picturas.

Oddo Abbas Cluniacensis ab an. 1424.

O*ddo nominis sui secundus, ordine quadragesimus primus Abbas Cluniacensium, ab anno* MCCCCXXIV *ad usque* LVII, *in eorum Chronico laudatus a vigiliarum atque silentii perpetuitate, a benignitate in pauperes, a zelo religionis monasticæ, ab ædificiorum constructione ; laudari insuper jure meritissimo poterat a studio singulari, quo ferebatur in* S. Morandum, *conabaturque gloriam ejus propagare. Enituit studium illud præcipue anno* MCCCCXXXVII, *cum in solemnibus Patrum suorum Comitiis prædictum Sanctum Officio ecclesiastico, duodecim Lectionum sub ritu duplicis, per totum Ordinem decrevit honorandum, sic statuens:* B

S. Morandi studiosus,

29 Immensæ Majestatis Rex, æternæ gloriæ, cujus est mirabilis ac miræ prudentiæ virtus, operatio, vis, munificentia ; cujus ineffabilis altitudo prudentiæ nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censura judicii cœlestia pariter et terrena disponens ; etsi cunctos ejus ministros magnificet, altis decoret honoribus, et cœlestis faciat beatitudinis possessores ; beatissimum tamen Morandum, Cluniacensis ecclesiæ claustralem Monachum, per beatissimum Patrem nostrum consummatæ sanctitatis Hugonem, ad Ordinis reformationem, in Germaniæ partes transmissum, dono specialis sanctitatis decoravit. Qui quidem beatissimus Morandus, ex illustri prosapia ortus, in Gallia mirabilibus retrolapsis temporibus, et adhuc dietim multiplicibus miraculis claruit et claret. Quod in omnipotentis Dei gloriam et totius Cluniacensis Ordinis famam, decus, et utilitatem multimodam non est dubium pervenire. C

eum varie laudat

30 Eapropter, quia Dominum in Sanctis ejus laudare Propheta David nos omnes hortatur ; Nos Frater Oddo, Cluniacensis ecclesiæ Minister et humilis Abbas, piis ductus consiliis dignisque studiis excitatus, præfatum B. Morandum specialis devotionis prosequentes affectu, de Reverendorum Patrum Dominorum Diffinitorum Generalis Capituli consilio et unanimi consensu, volumus, statuimus, et præcipimus, per omnes et singulas nostri Ordinis Cluniacensis Abbatis, Prioratus, Diaconatus, et alia beneficia quæcumque, annis singulis perpetuis temporibus, tertia dia Junii, qua die dictus Sanctus de miseria vitæ præsentis feliciter migravit ad Dominum, festum XII Lectionum, sic ut de uno Confessore non Pontifice, in recitatione proprii Officii vel communis, sicut de B. *Gervaldo Confessore, indefectibiliter celebrari : quatenus dictus gloriosissimus Sanctus, in vita pariter et in morte, nobis omnibus et successoribus nostris, suis sanctis meritis et precibus, perpetuo suffragari dignetur ; et post præsente ærumnas ad gaudia paradisi, præstantes Domino nostro Jesu Christo, fideliter faciat pervenire. Amen. Datum in Monasterio nostro et Capitulo Generali Cluniaci MCCCCXXXVII, die Dominica Jubilate, XXI mensis Aprilis.

ac statuit colendum, per totum Ordinem suum Officio lectionum 12

*Geraldo 13 Octob.

31 *Sub hæc ipsa tempora insigniter declaravit animi sui affectum et fiduciam erga* S. Morandum, *ut* §. I *tetigi, Serenissima Domus Austriaca. Nam (ut de aliis taceam,* omnis ordinis et sexus hominibus per Suntgoviam et Alsatiam, *qui manifesta dedere signa suæ erga Sanctum venerationis, quam* et anathemata plurima ipsaque saxa, illustrium familiarum nominibus et gentilitiis insignibus inscripta, loquuntur) *producam solummodo magis memorabiles e Principibus Austriacis,* qui, ut sibi suisque S. Morandum redderent benevolum, regia munificentia sacram ædem, ejusque incolas affecerunt. In his nominat vetus MS. Codex Fridericum Seniorem, Leopoldi Probi filium, Alberti Sapientis nepotem, Friderici III Imperatoris, quo nemo post Augustum Cæsarem diutius imperavit, patruum. Is an. MCCCCXXVIII dono misit argenteam S. Morandi statuam duorum pedum altitudine, quæ sinistra manu librum sustinet, dextera sublatis prioribus digitis populo beneprecantis effigiem refert. Hæc tot harpyiarum manus turbulentis temporibus evasit, et festis solennioribus in ara principe exposita adventantis populi pietatem et cultum excitat. Idem, ut sui et serenissimæ conjugis Annæ Brunsvicensis perennis esset in sacris annuis memoria, religiosis certum numerum frumenti in annos singulos legavit. Fridericum Patrem secutus serenissimus Sigismundus Dux Tyrolis, Landgravius Alsatiæ, ceterarumque provinciarum anteriorum Dominus, an. MCCCCLXIII nuntium misit ad Martinum Grinter Colmariensem, ea ætate monasterii et templi instauratorem, qui cereum brachium sex librarum, et complures nummos aureos, suo nomine, ad templi ornatum offerret ; simul postulavit historiam S. Morandi ad se transmitti. D E

Auctore c. 1 Austriacorum religio erga Sanctum declarata,

32 *Mira hic videri potest eluxisse providentia Dei circa gloriam sancti sui* Morandi *: quam cum nequam homines, abolitam maxime voluerunt ; ipse, per alios illustrissimos Principes et Ordinis sanctissimi Prælatos, mirum in modum auxit atque reddidit clariorem. Exarsit namque circiter illa tempora Armeniacum bellum, quod monasterium templumque* S. Morandi *funditus evertisse diximus* §. 2, *sic ut alterum exemplum, venerationis Austriacæ erga Sanctum (uti et concessio Indulgentiarum) contigerit aliquanto ante, alterum aliquanto post bellum istud ; quæ numquam potentius moveri animos populi potuerunt, ad constituendam in* S. Morando *fiduciam suam, quam illis ipsis afflictissimis temporibus, quibus maxime indigebant ope, exempla Principum a Superis imploranda et expectanda sibi. Similem in ipso fiduciam ab hominum memoria repositam habuerunt in Suntgovia vinitores ; apud quos singulari in veneratione semper fuit.* F

quando alii eam abolere conati sunt,

33 Nam ut nihil de aliis templis, aris, et statuis, quibus passim apud Sequanos viri sancti memoria perennat, attingam : in Steinbachensi Parochia S. Morandus et Deipara Virgo, tamquam delecti Præsides, pro summa ara locati sunt. Ibidem iterum S. Morandus in pariete, et tertium in ala pone summum altare depictus cernitur ; hic quidem elegantissime, illic rudi minerva et crassiore penicillo. In ara magnum vini dolium habet ante pedes, in quod vir sanctus uvam exprimit, et liquor purpureus per epistomium influens labra spumantia purpurat. Idem indicat in quo totius vitæ series : repræsentat enim S. Morandum in vineto versantem, et juxta alveum seu labrum ingens : huic vitis imminet, a qua decerptum racemum manu pressat in subjectum alveum. Rogati agricolæ quid pictura sibi vellet, responderunt, ex majorum traditione, S. Morandum antiquitus vinitorum Præsidem esse : confidere meritis ejus et precibus, quibus majores ipsorum cumulatissimam perceperunt vindemiam, se quoque Deo bene favente fruituros. Quamvis autem ex litterarum

Picturæ exprimunt ipsum cum dolio.

tamquam patronum vinitorum

AUCTORE C. J. — A litterarum monumentis nihil certi constet, qua in re S. Morandus olim majoribus benefecerit: verosimilis tamen conjectura ex picturis desumitur, in aliqua caritate vinique penuria, Deum meritis precibusque ejus uberiorem quam pro vitium fertilitate vindemiam cultoribus concessisse; unde ejus sanctitatem venerari et colere cœperint.

Ejus obitus ibidem depictus.

34 *Ibidem sanctus* Morandi *obitus in pariete sic repræsentatur.* Morituriente circumstant Monachi, eumque e Cælitibus quispiam ejusdem Ordinis, ut vestis monastica indicat, blandiente gestu evocat. (Hugonem forte Abbatem et magistrum ejus hoc schemate repræsentari crediderim) Is animam S. Morandi, inspectantibus cunctis, e corpore prosilientem, ambabus amplectitur ulnis, secumque ad superna traducit gaudia. *Aliud quoque sanctitatis ac venerationis ejus antiquæ monumentum, non admodum procul a monasterio, superest in saxo, quod capiti ejus cessisse traditur; et in sacello, quod super saxum illud ædificatum deinde fuit, in memoriam rei tam admirabilis.* Fama *enim* refert, *atque hodiedum perennat*, B. Morandum, ut non domi tantum, sed etiam foris prodesset quam plurimis, sæpius vicinos pagos adiisse, librum altera manu, scipionem gestantem altera, aperto fere capite, ut non sine causa passim pingatur ore fusco. Non eum ab hoc laborioso instituto retardabat aeris inclementia, vel frequentes cacodæmonis insidiæ. Accidit aliquando ut ex pago Walheim, Sacris operatus, domum repeteret cum ex improviso, inter horrenda fulgura et tonitrua, maximus imber decidit; deprehensusque in patenti campo, cum nullum tegumentum aut refugium esset ab arboribus aut casis, videt propter viam ingens saxum: huic corpus ita accommodat, ut aliqua ratione sævientis pluviæ et grandinis rabiem evitaret. Ecce autem saxum rigidissimum, mollis adinstar ceræ, recedit; et capiti, quod maxime ab Aquilone sæviens procella infestabat, opportunum præbet tegumentum; nam reliquum corpus facilius tempestatem sustinebat. Ne memoria tam prodigiosi eventus interiret, majores supra saxum illud sacellum condiderunt: et videtur etiam hodie in eo saxo foramen, velut magni capitis vestigium; cui peregrini caput inserunt, et dolorum levamen experti prædicant.

Saxum superest quod capiti ejus cessit, atque a tempestate defendit

§ V. Sodalitium sub invocatione S. Morandi erectum, ejusque leges: merita Ordinis Cluniacensis eisdem communicata.

Sodalitium S. Morandi institutum

Alius *antiqui cultus*, S. Morando *impensi argumentum est, quod* sub annum MCCLXXX Sequani, quo magis sibi Sanctum suum propitium redderent, sub ejus ac beatissimæ Virg. Mariæ tutela Fraternitatem instituerint, Præposito monasterii Morandini Duce et Auctore, seque ad præcipuum eorumdem cultum conscriptis legibus adstrinxerint. In hanc relati primum, non tantum Altkirchenses, sed et Steinbacenses prope Senheimium coloni, quique ad S. Morandum minorem in Alsatia apud Rapesvilam (uterque locus a Præpositura B. Morandi velut appendix dependebat) degebant. Adscripti deinde sunt (ut ex Albo Sodalium constat) complures alii longius dissiti, et in his etiam viri Nobiles et Comites, præter diversorum oppidorum cives. Leges, quibus ea Respublica stetit adhuc, sunt in manibus; ex quibus aliquot transcribere videtur operæ pretium, ut posteris ad colendos Cœlites sint exemplo et incitamento. Fraternitati cum summa potestate præerit Sacerdos, qui Præpositi loco curam animarum gerit Altkirchii. Administros gubernationis habebit Præfectos duos, quotannis a Sodalitate eligendos: hi Sodalium mores observabunt, quid quid censura dignum notaverint, Sacerdoti referent. Quæstorum munus obibunt, oblata colligent, et Sodalitati rationem reddent expensarum. Quicumque Sodalitati nomen dare voluerit, solenne sacramentum dicet, se omnia ejus decreta servaturum. Simili religione, qui adversus decreta deliquerit, evocatus Sacerdoti se sistet, et mulctam ejus arbitratu pendet. Nullus autem sub mortem suscipictur; ut vivi ac valentes, si pretium operæ putaverint, admitti sponte petant.

quibus legibus?

36 Singulis anni temporibus extra ordinem convenient in templo. Statuta Congregationis legent; quid cujusque muneris sit intelligent: postridie funebria Sacra, et quidem singuli Sacerdotes singula, facient Sodalibus defunctis. Eodem tempore, re divina peracta, cuilibet pauperum dabitur pro stipe munus. Sub illis Sacris piacularibus et solennitatibus, quibus cœtus populi offerre tenetur, præterea quatuor solennitatibus Beatæ Virginis, nec non Dedicationis die, viginti luminaria supra pendulam Deiparæ coronam ardebunt, duo in aris singulis D. Nicolai, sex ad matutinum Officium et Vesperas. Quilibet Sodalis moriens legabit Congregationi vestem, quam habuit optimam et tres solidos; quælibet autem, solidos quinque; dimidiam partem concinnandis templi luminaribus, alteram dimidiam partem Sodalitatis usibus. Quemvis e numero suo Sodales mortuum ex ædibus ad templum, inde ad sepulcrum, ardentibus cereis comitabuntur: accensum quisque cereum et nummum offeret ad aram pro mortuis facienti: facient autem singuli Mystæ, quamprimum Sodalem excessisse cognoverint. Si quis præ inopia Sacra sua demortui procurare non posset, Sodalitas communi sumptu facienda curabit. Si quis alibi sepulturam elegisset, Sodales omnes e templo B. Morandi eum aliquo usque prosequentur. Si quis intra trium milliarium ambitum vita defungatur, neque sumptibus suis ad monasterium vehi queat, ab illius loci petetur incolis, ut eorum beneficio commode afferatur. Si quis longius moreretur, neque consultum esset huc adducere, nihilominus pro eo funeralia fient. Denique tam Sacerdotes, quam Religiosi et Sodales vicissim omnes omnium bonorum operum mutua societate ac participatione perpetuum gaudeant ac fruantur.

Sodalibus communicantur merita Ordinis Cluniac.

37 *Hactenus Sodalitii Morandini leges; quarum ultimæ de mutua omnium bonorum operum inter Sodales participatione, ingens accessio facta est per liberalitatem Ordinis Cluniacensis benignitatem; quando eosdem Sodales anno* MDCXCI *donatos est communione indulgentiarum atque meritorum suorum, per subsequens decretum:* Nos Definitores concilii generalis sacri Ordinis Cluniacensis, auctoritate Apostolica electi et deputati, totum Ordinem Cluniacensem repræsentantes, universis præsentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Splendor paternæ gloriæ, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de clementia Majestatis ipsius sperantium, tunc præcipue magno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas Sanctorum precibus adjuvatur et meritis.

per speciale decretum

38 Cum itaque in capella intemeratæ perpetuæque Virginis Dei genitricis Mariæ, oppidi in Altkilch Basileensis Diœcesis, ad monasterium S. Morandi Ordinis nostri Cluniacensis pleno jure spectante, quædam Fraternitas devota, de eleemosynis fidelium singulis angariis, pro vivorum salute et defunctorum redemptione, cum officio Vigiliarum, Missarum, orationum, eleemosynarum, aliorumque pietatis operum frequentatione celebretur; Nos, cupientes dictam Fraternitatem totis conatibus augmentari, ob laudem Dei, Reginæ cœli, ac S. Morandi,

A Morandi, in quorum honore ipsa celebratur, auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, omnibus et singulis Christi fidelibus, qui dictæ Fraternitati se associaverint, vel pro manutentione luminarium, ornamentorum, aut aliorum rerum necessariarum de bonis sibi a Deo collatis aliquid dederint, sive in extremis suis legaverint; omnium bonorum operum et spiritualium exercitationum, quæ per Dei clementiam in sacrosancto Cluniacensi monasterio, ac omnibus aliis monasteriis, ecclesiis sive capellis, in diversis provinciis et regnis ubilibet constitutis et dicto Cluniacensi monasterio subjectis, fiunt, Indulgentiarum etiam ac remissionum spiritualium benefactoribus nostri Ordinis a summis Pontificibus, Cardinalibus, Legatis, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, sive Conciliis Generalibus misericorditer concessarum, quæ multæ et mirabiles sunt, in vita pariter et post mortem, participationem elargimur et concedimus; ut, per hæc et alia bona quæ fecerint, et Altissimo concedente facient, gratiam assequi mereantur in præsenti, et gloriam in futuro. Amen. In cujus rei testimonium Sigilla nostra solita his præsentibus litteris duximus apprimenda.
B Datum Cluniaci in Camera diffinitorum, anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXCI, VII Kalendas Maji.

§. VI. Posterior monasterii S. Morandi desolatio : aliquot Præpositorum ejus enumeratio.

An 1525 rustici Prioratum expilant,

Tumultus rusticorum, qui anno MDXXV, buccinatore Luthero, ejusque signiferis, universam turbavit Germaniam, S. Morando prope exitialis fuit. Monasterium semel iterumque direptum, expilatum, et ex parte dirutum est. Sacerdotem unum in templi penetralibus furentes rustici interfecere. Henricus Goldelin, a Leone X Pontifice monasterio Præpositus, per alveum Elli fluminis natando, evasit. Sedato tumultu, Ferdinandi I Imperatoris jussu, de perduellibus sumptum est supplicium : et in his quinque, qui de S. Morando spoliato et direpto confessi sunt, pœnas capite luerunt; Morandus Frommam, Nicolaus Betlerus, Petrus Schad, Joannes Eberlin, Antonius Rieberg. Verum illata damna tam facile reparari non potuerunt. Visuntur adhuc hodie tristia monumenta, rudera in primis ædium,

ac misere vastant.

C cœmeterio proximarum; dein pars monasterii, quæ ab Oriente vergit in Occidentem, olim Monachis habitata, nunc ita vastata, ut nulli religioso sit usui; tum custodia rerum sacrarum, ad inferiorem usque consignationem, disjecta. Denique, ne quid posteris relinqueretur, grammatophylacium dilacerarunt; litteras, et instrumenta publica fortunarum omnium passim per prata (ita cives ex ore parentum memorant) disseminaverunt : quo factum, ut hodie multi fundi et proventus ab injustis Dominis occupentur, quoniam instrumenta eorum, aut furto seducta, aut discerpta sunt, nequidquam tabulis rationum antiquissimis, e quibus liquidum Monasterii ejus ac vetusta possessio colligitur, reclamantibus. Sic residuum erucæ comedit locusta, et residuum locustæ comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo.

Ejus status an 1549

40 Quis deinceps Monasterii Status fuerit liquet ex Philiberto Poissenoto, *Monacho Cluniacensi et Rectore primario Collegii Hieronymiani Dolæ*; qui anno MDXLVIII S. Morandi Præpositus factus, *in epistola nuncupatoria, Wilhelmo Tyrio a se anno MDLXIX edito præfixa, inscriptaque Reverendo Domino Christophoro Coquille, Priori majori Cluniacensi, inter alia ita scribit :* Ceterum hic valde anceps fui, an inter beneficia, quæ mihi contulisti, annumerare D deberem factam mihi collationem Prioratus S. Morandi Ordinis Cluniacensis, Basileensis Diœcesis. Nam si spectes illorum opinionem, qui describunt beneficium hac ratione dici, quod bene faciat; non sum expertus quomodo id dicere possim; adeo domum illam inveni desolatam multis in partibus, in multis ædificiorum locis proximam ruinæ, multo insuper alieno æri obnoxiam; idque facto proximorum Administratorum, quorum non parva debita solvere cogor omni fere temporis momento. ex quo a te missus possessionem illius loci adeptus sum, idque auctoritate et consensu Romanæ regiæ Majestatis, celeberrimique Senatus Emsemiani.... Hujus Senatus auctoritate plurimum juvor in juribus Ecclesiæ restaurandis : quæ res effecit, ne Prioratum illum, tantis obnoxium miseriis, jam dudum deseruerim : quem tamen te mihi contulisse scio, veluti satis pingue beneficium, communem secutum opinionem, qua plerique fallimur; non perpendentes rerum vicissitudinem, diminutionemque caritatis; quæ omnia, verius, quam velim, illi acciderunt cœnobio ab anno MDXXV, quo ille periculosissimus tumultus belli rusticorum incidit..... Hoc enim exe- E crabili bello magnam ædificiorum partem destruxerunt rustici, omniaque inventa documenta Jurium ac Censuum abstulerunt, lacerarun tque, pro quorum omnium restauratione plurimum jam laborare cœpi. *Hactenus Poissenotus.*

Præpositi aliquot enumerantur

41 Præter hunc fuere et alii viri virtute et doctrina spectabiles superiore seculo, S. Morandi Præpositi, quorum nomina subjungam. Primus occurrit, Joannes Jacobus de Morimont, Liber Baro in Belfort et Morsperg : hic Monasterii partem, quæ vergit a Septentrione in Meridiem, et sola vim rusticorum superasse creditur, cum granario et ære campano restauravit. Ei successit, anno MDXX, Henricus Galdelin Constantiensis : anno MDXXVIII Petrus Gauvandus, *qui, citato modo Poissenoto teste, primus Rector et Primarius Collegii Hieronymiani Dolæ institutus, deinde* D. Morandi Prioratum obtinuit, et pulcherrime post rusticum bellum reparavit. MDXXXII, D. Joannes Burcardi; MDXL, Joannes Tulleri, bis a generali Capitulo constitutus Visitator Ordinis; MDXLVIII, Philibertus Poissonotus, Doctor, ante Collegii Dolani Rector; MDLII, Joannes de Junchiere; MDLXI, Petrus Garre de Cæciliis; MDLXVIII, Hugo de Granmont; MDLXXI Nicolaus F Vieille, primus Abbas in ValleDei. Extant litteræ quibus Nicolaus Vieille, Abbas Vallis-Dei et prior S. Morandi, per D. Christophorum Vallot sacristam, vendidit quidpiam Petro Ekert Altkirchensi, pro 3 libris annuis II Decembris MDLXXXVI

Transit Præpositura ad Austriacos,

42 Hoc e vivis sublato, Præposituram a Sixto V obtinuit Reverendissimus et Serenissimus Andreas Austriacus, S. R. E. Cardinalis, Episcopus Constantiensis; ejusque possessionem adiit MDLXXXV, et fere per excelsum regimen in urbe Getvileriana administravit. Postquam anno MDC, die XII Novembris, Romæ sidus illud occubuit, ad Rudolphum Cæsarem S. Morandus spectavit : a quo Philippus Lang de Langefels, Imperatoriæ sectator aulæ, beneficii loco adeptus est. Hic usumfructum elocavit Henrico Bryms, Decano Murbacensi, deinde Caspari Grunenwald Juris Licentiato. Philippo defuncto, Præpositura rediit ad Excelsum regimen Ensisheimianum MDCVIII, variisque exercitata est Procuratoribus ad decennium : tum Paulo Windek, Professori Theologiæ Friburgi Brisgoiæ emerito, donata est. Tandem anno MDCXX, cum Serenissimus et Potentissimus Archidux Leopoldus Societatem Jesu Friburgum Brisgoiæ feliciter induxisset, Præposituram hanc inter alia professoribus ejus plenissime

a quibus datur Collegio Friburg. S. J.

sime transcripsit, et anno sequenti in ea pedem figere jussit.

Auctore C. J.

confirmante Urbano VIII

43 *Legitur præterea in Basilea sacra, anno* MDCLVIII *edita, ubi de Episcopatu Rudolphi secundi ejus nominis, sub finem; quod* Bulla propria translationem istam confirmavit Urbanus VIII, anno MDCXXV. Quæ res, ut alibi in simili causa sæpius accidit, magni omnino dissidii et altercationum, etiam religiosos inter viros, seminarium fuit: conflata in Patres Societatis invidia, quod multi translationem hanc.... improbarent; hancce mutationem, ejusque causas et rationum monumenta, aut non penetrantes ex æquo, aut animo solum ad diuturnam annorum possessionem converso, penitus aversati: cum tamen et ipsi, si oculos ad prisca tempora reflectant; similes quoque vicissitudines experti fuerint, *ipsumque S. Morandi Prioratum majores eorum, a Canonicis ad se translatum, olim acceperint.*

§ VII. Præsens Residentiæ, Ecclesiæ, tumuli et Reliquiarum S. Morandi status, sub Patribus Societatis Jesu.

Status Monasterii ante

et post admissam eo Societatem Jesu.

44 *Erat is monasterii Morandini status, quem supra num. 39 descripsimus ex Auctore Vitæ paraphrasticæ, initio hujus seculi compilatæ, quando possessionem adire jussa est Societas nostra: scilicet præter rudera ædium cœmeterio proximarum, solum illi videbatur* pars monasterii, quæ ab Oriente vergit in Occidentem, olim Monachis habitata, sed ita vastata, ut nulli religioso usui esset. *Exinde autem solicitudine nostrorum cum reparatum templum, reparataque aut potius denuo extructæ ædes, quæ non incommodam modo habitationem præbent, tum pauculis illic morantibus Patribus, tum advenientibus subinde ex Collegio Friburgensi, aut animi, aut valetudinis causa, hospitibus.*

Prima Sancti tumba destructa

45 *Sed de templo ac monumento* S. Morandi *præcipua nobis hic tractatio est. Ait Vita antiqua num. 14, quod Sancti viri cadaver* in tumba gypsea, imagine ipsius desuper decenter expressa, in media basilica digno honore concluserunt. *Periit tumba illa, corruentibus tecto trabibusque, vora incendio ambustis, uti num. 17 Vita narrat; extructumque deinde aliud præstantius monumentum, similiter insigneque ejus decorum, quod idem hodiedum visitur (et vidimus ipsi) in medio templo supra terram elevatum, sub quo et aliud intra terram excavatum: et hoc, aiunt, idipsum esse, quo Sanctus a morte conditus fuit. Tegitur totum, quantum est, cavum istud, unico, prægrandi, antiquo lapide sepulcrali, qui et ab initio impositus fuisse putatur, effigiatum exhibente in meditullio sui calicem Sacerdotalem; supra quem infraque duo foramina in orbem perfossa sunt, tam ampla, ut caput hominis quantumvis magnum per illa inseri in subjectum spatium possit, et vero frequentissime soleat, ab impetrare cupientibus per Sancti viri intercessionem beneficium quodlibet: præcipue tamen levationem doloris, caput cruciantis.*

quam 4 leones succollant,

variis figuris circum insculptis:

46 *Ad quatuor modo dicti lapidis angulos quatuor leones, suis singuli suppedaneis insistunt, tam rudis quam antiqui operis, sustentantes dorso suo loculum, in solido lapide, ad sesqui pedem crasso, excavatum: in cujus extremis circum lateribus variæ figuræ, parum concinni, ne dicam insulsi artificii, insculptæ visuntur. Et in parte quidem inferiori qua portam templi respicit, repræsentatur Angelus, annuntians Virgini Mariæ incarnationem Verbi Divini: in superiori vero versus altare, exhibetur Joannes Baptista, monstrans Christum Dominum, Agnum Dei. Utrumque latus adornant duodecim icones virorum, in scabellis sedentium et librum altera manu præferentium: Apostolos putamus esse, tum ex numero duodeno qui exprimitur; tum ex libris qui promulgationem Evangelii notare videntur; tum denique ex clavi, quam prima icon præter librum manu tenet, quasi S. Petrum repræsentans.*

in ejus operculo statua Sancti

et varia ejusdem miracula.

47 *Clauditur solidus hic et excavatus lapis superne operculo, similiter ex lapide solido, pedem unum crasso, extensam viri justæ magnitudinis statuam in se exsculptam ferente; sub cujus capite laureola, ad pedes vero pulvinar jacet. Statua ipsa in habitu Sacerdotali expressa est, videlicet in alba, stola et casula antiquæ formæ, ex omni parte fere æqualiter pendula sine ulla laterali fissura: quam exserta utriumque brachia, manibus ad zonam pectusque elevatis, sinistra insuper librum tenente, attollunt. Facies imberbis omnino est: circum caput corona monachalis, non continua, sed ad frontem utrimque intercisa; sic ut in ejus medio floccus capillorum, tenuior tamen quam ab utroque latere dependeat. Insunt et huic operculo suæ circum circa icones aliæque sculpturæ, repræsentantes miracula per Sanctum patrata: inter quæ illud manifestissimum est; quod statuæ dexteram, quam modo diximus de sub casula exsertam ad zonam usque elevari, apprehendat seu vir seu puer, toto corpore monstrosus, obtortis cruribus, pectore gibboso, qualis fere describitur in Vita num. 15. et omnimodam incolumitatem dicitur recuperasse. Alio loco ægrotantis lectum apprehendit dæmon; quem ipse alibi e corpore energumeni expellit, uti in eadem Vita num. 9, 13, et 16. Alibi etiam e sepulcro prodire videntur tres homines, tamquam per ipsum suscitati a mortuis.*

Novus tumulo ornatus additus an. 1688,

quatuor Angelis, symbolis et epigraphis decorus;

48 *Et hactenus quidem de antiquo tumuli statu ac ornatu, cui anno, quo ipsi adfuimus,* MDCLXXXVIII *accessit novus per R. P. Franciscum Marimontium, Residentiæ Superiorem. Is videlicet in octogono aliquanto elatiori spatio, quam pavimentum reliquum sit, quatuor erigi columellas, seu potius pilas lapideas, ad trium fere pedum altitudinem jussit; nempe ad caput, ad pedes, atque ad ambo latera monumenti: quatuor pilis totidem Angelos, e ligno fabre factos, imposuit; et singulorum manibus, alteri quidem tabellam, quasi clypeum, cum sua quemque epigraphe; alteri vero symbolum quodpiam, præcipua Sancti opera referens, inseruit, Symbola porro hæc sunt,* baculus, liber, sol, racemus: *quæ per appositas in clypeis epigraphas hasce,* Apostolus Suntgoviæ, Potens in verbo, Clarus genere et virtute, Potens in opere, *non incongrue explicantur.* Baculus, *nempe, quo cum alibi etiam passim pingitur, exprimit Apostolatum ejus, percurrentis Suntgoviam salutis animarum causa:* Liber, *indicat mirum ejus facultatem dicendi et persuadendi incredulis ac perversis hominibus evangelicas veritates:* Sol, *uti omnia illustrat, ita claritatem generis virtutumque ejus repræsentat;* Racemus *denique, potentiam ejus significat, qua vinitoribus præcipue opitulatus esse, supra num. 29 dictus est.*

superneque cl[illegible] gestat statuam Sancti

49 *Tale præferentes, quorum modo meminimus, Angeli quadrato fere spatio consistunt, nisi quod laterales minus distent alter ab altero, quam ad utrumque extremum constituti. Sustinent hi dorsis ad se invicem tumulumque obversis machinam ligneam non inconcinnam, unde paulatim quadrifariam ascendens arcuatur ac tandem sublime committitur, eminentemque in culmine statuam gestat S. Morandi, dextera baculum, sinistra librum propter causas jam explicatas ferentis, habitu Benedictino Cluniacensi, omni ex parte nigro, nisi quod extremi ejus limbi aureo colore fulgeant; cum Angeli, et reliqua super imposita machina, alba sit, viridi colore et aureo hinc inde inducta. Per totum templum variis tabulis depicta præsentantur, superius quidem acta et virtutes Sancti, inferius vero miracula ab eodem patrata. Atque hæc uti ipsi coram notavimus.*

Antiqui tumuli alia descriptio.

50 *Juverit nunc etiam auctorem Vitæ paraphrasticæ de Reliquiis Sancti et tumuli ornatu antiquo (nam novus recentissime adjectus est) loquentem audire.*

Postquam

A *Postquam egit de incendio, quod ecclesiam vastavit seculo, ut putamus, primo post mortem Sancti; deque reparatione ejusdem (de quibus et vita antiqua num. 17) sic prosequitur :* Ergo, ne beati viri ossa indigna amplius humectarentur fossa, unanimes decernunt Monachi, eadem levare humo, votisque supplicantium proponere loco editiore; conficiuntque e solido marmore Lipsanothecam, et superiore parte corpus ejus insculpunt, ea similitudine, quam vivus creditur expressisse. Ex utraque parte loculi artifex sculpsit omne morborum genus, quos S. Morandus invocatus curavit. Totam tumbæ molem quatuor leones sustinent. In hac sancti Reliquiæ, si caput excipias, quod argenteæ thecæ inclusum separatim asservatur, quiescunt. Ab humo tribus palmis tumba exstat : infra eam saxum biforum est, in quod ægri caput pie immittunt et supplicantes surditati aliisque morbis præsens remedium flagitant. Sub eo primus ac genuinus S. Morandi sarcophagus, e quercu, cum sacris cineribus asservatur.

31 *De hoc sarcophago idem nobis oretenus retulerunt Patres nostri : de Reliquiis, marmoreæ tumbæ inclusis, non item ausi sunt affirmare ; nisi forte per Reliquias intelligat Auctor duo ossa prægrandia, quæ tum fuerunt tumbæ illi inclusa ; nunc vero decentiori in loculo, in pariete prope cornu Evangelii principis aræ exciso, recondita servantur una cum capite, aut potius dimidio cranio, incluso argenteæ statuæ, quæ supra num. 31 dicitur ab Austriacis Principibus donata,* harpyiarum manus turbulentis temporibus evasisse, festisque solennioribus in altari exposita adventantis populi pietatem et cultum excitare. *Præter hasce Reliquias, quas ipsi vidimus ac venerati sumus, nullæ ibi sciuntur superesse, saltem notabiles. De parte Capitis, Viennam Austriæ translata, actum est* §. 1.

Quales Reliquiæ supersint. B

NOT. 20

VITA

Seculo primo a morte Sancti scripta a Monacho, ut videtur, ipsius Monasterii Morandini.

PROLOGUS.

Acta Sanctorum lecta excitant hominem;

Sanctorum Patrum præcedentium dicta vel gesta litteris tradere, et succedentium memoriis commendare, utillimum est. Maxime cum in ipsis, veluti in quibusdam florum hortulis, diversarum virtutum condimenta carpere liceat; ex quibus homo, quamvis corruptibilis vel caducus, vigore quodam divino efficiatur immortalis et impollutus. C Qui licet multifaria inimici fraude præventus, temeritate propria promerente, brutis animalibus sit comparatus; non tamen a pio Conditore penitus est abjectus. Quin imo, si a sua iniquitate recesserit, et talentum suum Largitori benigno cum lucro reportare studuerit, non solum pristinæ conditionis dignitati restituetur, verum etiam amplioris gratiæ palma donabitur; cum paulo minus ab Angelis minoratus, in cœlis sine fine lætabitur. Sed quia unius tantummodo talenti pondus multiplicandum esse diximus, auditorum mentes in animadversionis angorem mittimus : quippe cum in Evangelio quinque talentorum negotiatores esse præcipiantur. Sed hæc conclusio facile solvitur, si singularis talenti prærogativa diligentius discutiatur. Quinque enim talentorum nomine, quinque sensus corporis actuales signantur; scilicet Visus, Auditus, Gustus, Odoratus, et Tactus; qui a principali, qui est Intellectus, singuli in sua proprietate reguntur et diriguntur : cui subsistunt quatuor accidentia, ceterorum usibus necessaria, Memoria, Voluntas, Ratio et Sapientia;

ut talenta sua recte impendat

D ut pari numero quælibet horum sui juris et proprietatis regatur arbitrio. Intellectus enim Visum regit, cum compescit illicitum, ut dicit Psalmista; Averte oculos meos, ne videant vanitatem : dirigit vero Gressum, ut in Apostolo legis; Videte, quomodo caute ambuletis. Memoria autem agit, ut quod audieris bonum, retineas. Voluntas, ut, quod jam audisti bonum, implere festines et diligas : Ratio, ut, quod tenes rectum, proximo tuo annunties et persuadeas : Sapientia, ut scias, quid vel quando ratione proferas.

EX MS. Ps 118, 37

Eph. 5, 15

2 His itaque virtutum gradibus sæviens vincitur mundus, his exercitiis bonis Sanctorum ampliatur numerus : ex quibus nobis Dei gratia Beatus datus est Morandus, in terris consolator piissimus, in cœlis patronus certissimus : in cujus hodie Natalitio fidelium decrevit devotio congregari in Domino, ac ejusdem beati viri commendari præconio : cujus vita sacris virtutibus extitit plena, sed prædecessorum desidia oblivioni est tradita, nec ad nos scriptis constat esse delata. Sed cur nos alios causamur, cum nostris temporibus multa et ingentia beneficia, circa diversorum infirmitates, divina clementia per servum suum sit operata, quæ a nobis quodam scrupulo demente sunt occultata. E Quantorum corporum invaletudines, quot dæmoniaci vel paralytici, ad ejus memoriam sint liberati, non est nostræ facundiæ vel possibilitatis per singula quæque referre : sed ne tantorum beneficiorum servi Dei videamur esse ingrati, pauca de pluribus colligamus. Licet inertes, qualicumque tamen schemate, ab ipsius infantia gesta viri scribere incipiamus, et posteris nostris legendum relinquamus; hoc præcipue admonentes, ut audientes, dictis fidem adhibeant.

S Morandi vita, a majoribus scribi neglecta,

ab Auctore profertur.

CAPUT I.

Morandi ortus, pueritia, peregrinatio, monachatus, virtutes.

Beatus itaque Morandus, ex Galliæ *a* partibus, nobilissimis *b* est ortus natalibus. Parentes ejus inter potentum catervas primates præclari, tam in religione Christiana, quam rerum temporalium affluentia plenius fuerant locupletati, quia totius felicitatis suæ meruerunt habere heredem. Nec multo post, antiquorum Patrum imitantes exemplum, hunc, ut Samuelem castissimum, ferre decreverunt ad Dominum, ipsi serviturum in perpetuum. C Denique Wormatiæ petentes oppidum, divinum flagitabant auxilium, ut eis locus monstraretur idoneus, quo eorum Domino manciparetur filius. Nec defuit Altissimus justorum precibus, pia vota solvere cupientium : moxque mentes consilium, cœlitus sibi inditum, ut summum peterent atrium, quod est in honorem sanctæ Dei Genitricis decenter inibi constructum; ibique præfatum puerum, sacris litteris traderent imbuendum. Ad quod cum venissent, et adventus sui causam probabilioribus viris [indicassent]; ab eisdem officiosissime sunt recepti. Ac beneficii spe percepta, de collega, quamvis modico, plurimi exultarunt in Domino. Parentes vero, sancti sui desiderii compotes effecti, universam Ecclesiam convocantes, filium suum, cum maximis prædiorum ac mancipiorum donariis, utpote potentes, omnibus commendantes, Deum benedixerunt, ac lætantes ad sua redierunt.

a b

Nobili prosapia ortus

Wormatiæ offertur Deo a parentibus

cum prædiis et mancipiis,

4 Beatus igitur Morandus, a suis progenitoribus voluntarie salubriter derelictus, a Domino autem assumptus, et in domo Dei, velut arbuscula recens et novella, postmodum justitiæ fructum paritura plurimum,

ubi sacris litteris

Ex MS

et bonis moribus imbutus,

A plurimum, plantatus, sacris litteris initiatur, ac non multo post, velut herbida tellus divino rore perfusus, omnium liberalium artium fructu fœcundatur. Revera enim in discendo nulla mora est, ubi Spiritus sanctus doctor adest. Itaque crescente Dei servo, quotidie studebat implere, quod præcinebat in Psalmo: senes reverens, juvenes honore præveniens, et sic de virtute in virtutem transiens. Talibus, ut diximus, cum fulgeret virtutibus B. Morandus; non, ut assolet ætas junior, ejus extollebatur animus, sed semper manebat hilaris et quietus; et, ut magni Davidis adolescentulus, in Domini meditabatur justificationibus. His, inquam, humilitatis gradibus athleta Christi emeritus, mundi calcavit impetus, factus Sacerdos Dei dignissimus. Sed quo majore potitur munere, eo ferventior fit in bono opere; moxque delectatur altius pro Christo insudare laboribus. Et convocatis suis hominibus, domesticis et parentibus, eorum se commendans orationibus, ad memoriam S. Jacobi perrexit, cum pluribus ejusdem viæ sponsoribus.

fit Sacerdos:

Compostellam petiturus

5 In eisdem vero partibus habetur vicus formosissimus, qui dicitur Cluniacus, amœnitate habilis, fertilitate fœcundus; et, quod multo est felicius, B Apostolorum Petri et Pauli insignitus nominibus, a Monachis sub Regula militantibus mirabiliter gubernatus. His præerat pater Hugo, cognomento Pissiaus, genere clarus, sermone facundus; sanctitate præcipuus. Ad hunc igitur locum B. Morandus cum suis devenit comitibus, Apostolorum patrocinia oraturus, ac servorum Dei suffragia petiturus. Quid multa? Ad notitiam piissimi Patris deductus, salutaribus ejus monitis, ceu optima terra, tantum est irrigatus, quod se Monachum futurum diceret, si peregrinatione peracta Dominus sibi redire concederet. Benedictione itaque pii Patris ac Fratrum oratione munitus, exul egregius, cum suis comitibus itinerare cœpit ocius; ac Domino ducente, quo proposuerat, Galliciæ invehitur partibus: et B. Jacobi pignore adorato, concite rediit, ac Cluniacum pervenit: moxque suis valedicens comitibus, lætantibus omnibus, rite consecratur Monachus. Qui mox in tantum excrevit sacris exercitiis, ut in professione monastica nulli haberetur secundus. In vigiliis, carnis lasciviam refrenabat; imperanti obediebat, fluctuantem pia exhortatione consolidabat, discordantes concordabat, orationibus continuis dæmones fugabat. C

venit Cluniacum;

ubi peracta peregrinatione,

fit monachus:

6 Talibus virtutibus cum fulgeret B. Morandus, venerabatur ab omnibus, et jam Arvernis cultoribus inquiritur diligentius. Nam ex eisdem partibus quidam nominatissimus, ejus fama incitatus, Cluniacum venit; et, ut idem vir meminit illis, ad ædificationem suorum, sibi per modicum tempus concederetur, venerabilem Hugonem Abbatem rogavit: quod etiam, beato viro annuente, obtinuit. Quem mox assumptum [ducens] in Arverniam, propere rediit, cunctisque suis Fratribus virum venerandum commendavit. Mirum quantis ibi vir Domini claruerit signis. Frequens id turba peregrinantium ob benedictionis gratiam, etiam ex nostris partibus, et ad eum confluentium declaravit: quæ eum in nostris partibus [non] vulgari laude extulit: dicebant enim, sæpius se evasisse periculum per ejus suffragium. Multa igitur et pene innumerabilia viri Dei fuere virtutum insignia, quæ si dicantur per singula, nulli scribenti sufficiet pagina. Sed ne tædium auditoribus inferamus, ad nostræ narrationis finem tendamus: qualiterque Dei dilectus superna providentia nobis sit collatus, quibus suis virtutibus vivus et defunctus fuerit reditus, breviter dicamus.

Mittitur in Arverniam,

reformaturus Monachos,

et miraculis claret.

7 Extitit itaque in territorio Basileensi de Castro Pferto [c] Comes nobilissimus, ex prosapia Regum D Francorum ortus, nomine Fridericus. Hic quamdam ecclesiam, Altkilcham [d] nuncupatam, in allodio suo, a suis progenitoribus beatissimi Christophori Martyris nomini dicatam, plenitus extruxit, ac prædiorum largitate ampliavit. Erat autem ecclesia, a supradicti Principis genitoribus, Canonicis secularibus primitus ordinata: sed peccatis exigentibus, illis secedentibus, pene desolata. Videns autem Comes prudentissimus, locum, a se diligenter constructum, habitatoribus privatum desolari; Cluniacum misit, ac Hugoni sanctissimo suisque successoribus regendum, atque ad monasticum inibi ordinem instituendum, in perpetuum donavit. Venerabilis autem Pater, tanti Principis voto gratanter suscepto, illico ad locum jam dictum paucos primum Fratres misit; diutina quidem monastica disciplina probatos, sed idiomatis penitus ignaros. His præfecerat Priorem, nomine Constantium, religione præcipuum, consilio providum, in Fratrum utensiliis dispensatorem prudentissimum: qui cum convocatis delegatis sibi Fratribus, exulibus egregiis, sancti Patris ac omnium Fratrum se committentes orationibus, et valedicentes omnibus, Galliarum [e] invehuntur partibus: moxque præfati Co- E mitis se ingerentes conspectibus, gaudentibus omnibus, cum comitatu Principum ducuntur ad cœnobium, confirmationis suæ secum ferentes privilegium. Qui protinus, velut bonæ pecudes, locum collapsum diligentissime reparantes, ad armentarium divinæ reparationis confluxerunt, in quo non multo post fœtum mundissimum spiritualium filiorum pepererunt: sed in hoc solum impediti fuerunt, quia nostræ locutionis modulum non noverunt.

[c]

[d] *Altkirchium vocati Cluniacenses,*

a S. Hugone eo mittuntur, duce Constantio,

[e]

sed linguæ Alemannicæ imperiti:

8 Unde Constantio Priori solertissimo visum est potissimum, cum Principis sui litteris redire Cluniacum, ac super hoc sanctissimi Patris Hugonis expetere auxilium. Moxque hujus itineris necessariis dispositis, ac supradicti Principis litteris acceptis, Cluniacum propere rediit, et opportunitatis suæ causam Abbati sanctissimo humiliter suggessit, asserens se suos que Gallicos sine interprete non jam profuturos Alemanniæ esse. Quem Pater piissimus, potissimo quo semper erat plenus consilio, blande consuluit; cumque in Arverniam, ut Beatum inde Morandum, quem habebat Alemannicum, reduceret, direxit. Illico Constantius in Arverniam pergit concitus, et coadunatis ejusdem loci Fratribus mandatum pandit ocius: cunctisque contristatis cum F beato viro valedixit omnibus, ac Cluniacum rediit quantocius. Quem protinus ut aspectibus sancti Patris exhibuit, illico in amplexus beati viri se ultro Pater sanctus obtulit; ipsumque secum detinuisset, si hujus legationis necessitas non incubuisset. Nec mora Constantius, sancti Patris cum beato viro confirmatus benedictionibus, Galliarum partes repedavit, ac senem venerandum, vultu Angelicum, cygnæa albedine respersum, præfati Comitis obtutibus intulit, ac demum in hunc modum ora resolvit. En, inquit, Domine, noster Morandus, quem vestræ Excellentiæ pius flagitabat affectus. Illico Princeps devotissimus, cum suis Optimatibus, beati viri humillime se inflexit benedictionibus; sicque salutaribus ejus perfruitur collocutionibus, et sacris ipsius quamplurimis eruditus admonitionibus, sanctis ejus se orationibus commendavit; ac demum cum Constantio, ad ceteros Fratres, ejus adventum ex intimo desiderantes, consolandos, ad cœnobium direxit. Qui beato viro occurrentes, ceu dignissimum consulem, una cum Constantio Priore reverendo, lætanter suscipiunt, ac digna reverentia cunctis præferunt.

quare peritus petitur:

et revocatus ex Arvernia

mittitur Morandus

9 Denique quantæ bonitatis, quantæque benevolentiæ

A volentiæ beatus vir iste fuerit, quis enumerare queat? Mira illi erga omnes benignitas, mira caritas. Semper hilaris, semper serenus; numquam invidus, numquam severus. In docendo prudens et facundus; in corripiendo modestus et discretus; in consilio providus; in universa morum honestate præclarus. Erat vere omni veneratione dignus B. Morandus, et aspectu amabilis, colloquio affabilis, rectam conversationem habebat, ac forma perfectionis omnibus existebat; idemque omnes fieri optabat, et admonebat: sicque quotidie Sanctorum dignitatibus proximabat. Verum, quoniam omnium bonorum invidus diabolus in Sanctorum profectibus succenditur acrius, beati viri sanctis invidit laboribus; eumque, ut retulerunt qui cum eo fuerunt, crebrius diversis [imo] singulis pene noctibus, suis impetebat phantasmatibus. Quadam vero nocte, cum vir Dei post laborem se quieti dedisset, in teterrima specie diabolus affuit et operimentum vehementissime ei detrahere cœpit. Quo expergefactus vir Dei, illico cum monstrum horribile vidit, vim diabolicam esse cognovit, ac imperterritus manu injecta operimentum fortissime retraxit. Sicque diutius altercantes, tamdem vir Dei signum B victoriæ intulit; quo devictus inimicus, velut fumus evanuit. Erat in eadem nocte quidam pœnitens, apud virum Dei (quoniam fuerat ob infirmitatis molestiam a collegio Fratrum segregatus) salutis gratia hospitatus: qui hæc, quæ diximus, tremebundus vidit, ac omnibus sub fidei testificatione narravit. His autem mirabilibus mirabiliora succedunt.

qui virtutibus insigniter florens,

tentatus a dæmonio visibiliter,

Cruce ipsum fugat,

10 Quodam autem tempore, cum vir beatus solus sederet in caminata f, ob infirmitatis suæ incommodum sibi deputata, contigit ut hanc incendium totam flagraret, et hoc vir Dei ac ceteri Fratres tamdiu ignorarent, quousque totius villæ homines, ignem deforis conspicientes, ad extinguendum velocius accurrerent. Cumque ex strepitu eorum Fratres essent perculsi, atque ad auferendum Dei hominem concurrerent conciti; interrogavit vir beatus, quidnam esset, quod tam impetuose ad eum concurrissent. Qui cum dixissent, quoniam ignis jam omnia consumeret: protinus vir Dei [illegible] tarde compescuit, moxque elevata manu triumphale Crucis signum igni opposuit, atque hunc velut aquarum inundantia penitus extinxit. Ex quo facto liquido cunctis innotuit, quanti meriti apud Deum vir C iste beatus fuerit. Nam ex totius Galliæ nostræ confinibus, universi variis collisi infirmitatibus, ob salutis gratiam ad eum confluebant: hinc potens, hinc impotens ejus suffragium flagitabat. Unde huic nostræ editiunculæ quoddam mirabile dignum videtur inserere, de jam sæpe dicto Comite, hujus loci fundatore, quodque [illegible] valde constat fore [illegible].

f

extinguit et alias incendium,

ANNOTATA C. I.

a *Loquitur Auctor pro ratione diœcesium veterum Romanorum, quibus Gallia fuit quæ a Rheno clauditur. Nunc tractus, Cisrhenanus etiam, in quo natus Morandus non procul Wormatia, Germaniæ annumeratur. Eum vero Germanum fuisse constat ex num. 8, ubi expresse vocatur* Alemannus.

b *Conradus Oddo II Abbas Cluniacensis in diplomate quo decernit Sancto Officium duplex per totum Ordinem, dicens* illustri prosapia ortum.

c *Castrum* Pfert *seu* Ferretanum, *in Suntgovia et Episcopatu Basileensi; quod nomen dedit Comitibus suis, olim potentibus et nobilissimis, sed an.* 1324 *in Ulrico ultimo masculæ stirpis extinctis; terras autem per filiam ejus Joannam Comitatus [illegible] Austriacos, c*

quibus Alberto, Alberti Cæsaris filio, nupserat. D

d *Germanica vox, Latine sonat* vetus ecclesia, *de cujus situ Comment. §. 2 actum est.* EX MS.

e *Vide sis Annotationem a supra.*

f *Cubiculum camino instructum, seu privatum illud fuerit, seu publicum pro usu monachorum. Forte ponitur pro hypocausto, quorum nunc frequentissimus et fere solus usus est in Germania, nec non Alsatia et Suntgovia.*

CAPUT II.

Miracula ante et post mortem. Translatio et canonizatio.

Jam quodam tempore contigit, ut idem Comes quemdam hujus ecclesiæ villicum, immoderatum tributum dare cogeret, ac pro eodem captum acrius cruciaret. Pro quo dum vir Dei plurimum contristaretur, nec propter hoc Comes a sua austeritate deflecteretur, illico ultio divina persequitur. Nam protinus paralysi gravissima invaditur, ac valescente ægritudine, vultus ipsius in tantum contrahitur, ut os auribus contiguum contractum videretur. Qui mox reatum suum agnoscens, beatum virum consulendum adiit, ac sibi ut subveniat humillime deposcit. Verum, quoniam probata virtus insipientem corripit, Comitem velut insipientem durius arguit. Quomodo, inquit, tibi me subvenire deposcis, qui nostrum injuste detinens, saluti tuæ ipse contrarius existis? Revera noveris te graviori pœna plectendum, si non celerius nostrum dimiseris villicum. His auditis, Comes terrore nimio concutitur; et, non solum villicum dimittendum, pollicetur; verum etiam eumdem ab omni tributo liberum fore, si sanitati restitueretur, clara voce profitetur. Cujus sponsionem Dei servus placide suscipiens, illico manum vultui ejus imposuit, ac integræ sanitati restituit. Hoc itaque signo patrato, omnium qui affuere voces in Dei laudem extolluntur; ac virum sanctum, in terris positum, jam cœli consulem esse, clara voce præconantur. Circa virum vero sanctum Comitis tantæ pietatis exerevit affectus, ut sibi hunc in spiritualem Patrem eligeret, ac nil sine ipsius nutu et consilio agere presumeret.

Comes villicum injuste vexans punitur,

E

et resipiscens curatur a Sancto,

12 Beato autem Morando tanta contulit virtus divina, quod suis sanctissimis interventionibus omnem curaret infirmitatem ab insanis corporibus. Nam quotquot paralytici, seu febricitantes, vel energumeni, aut alia quacumque infirmitate tenti ad eum pervenerunt, solutis infirmitatibus remedia perceperunt. Sed ne tædium lectoribus inferamus, si singulos quosque huic opusculo imprimatates, [illegible] Karolus [illegible] Fratres [illegible] gravissime laborabat, nec ullo medicamine curari poterat. Hic, cum ad virum Dei venisset; et, ut sibi super hac infirmitate consuleret, flebiliter exorasset; illico vir Dei, gravissime febricitanti compassus, manum ejus apprehendens, benedixit, et integræ sanitati restituit. Qui in propria hilaris reversus, cunctis nuntiavit, quod beati viri meritis sanatus fuerit. Verum, quoniam beatum virum, omne genus febrium seu diversarum infirmitatum, veris indiciis curasse, probavimus: restat ut, qualiter in energumenis dæmonibus imperavit, breviter dicamus.

qui et febrem pellit F

a

apprehensa manu

13 Eodem vero tempore, cum quadam die servus Dei more solito Missarum solemnia celebrasset, duæ mulieres, a spiritibus immundis miserabiliter infestatæ, ob salutis commercium, ad eum de longinquis sunt adductæ. In quibus, ut dictum est, cum

et duas a [illegible] liberat.

A cum spiritus immundi immaniter grassarentur, ut a pluribus vix detinerentur; illico vir Dei, ut erat piissimus, miserarum misericorditer compassus, exorcizando spiritus malignos exagitavit, ac per ventris fluxum exire compulit. Prædictæ autem mulieres, integerrimæ sanitati redditæ, Deum benedixerunt: ac famulo Dei, prout poterant, gratias referentes, lætantes in sua redierunt. Sed ne quempiam moveat, cur hoc scripto non emineat, quod nostræ narrationis textus superius signorum numerositatem resonat; noveritis virum sanctum in hac vita plurima signa gessisse, quæ solo Deo teste intra conscientiam potius maluit occultare, quam humano favore ab æterno munere deperire. Præterea sciendum, ob auditorum tædium multa esse prætermissa; ne, dum similibus necterentur similia, fastidiosis, ut dictum est, plurima inferrentur tædia. Quapropter ne velocitate nimia arguamur, ad ea quæ restant, his ita digestis, redeamus; quibusve post transitum beatus vir multigenis micuerit signis, pauca de pluribus, fidelibus pandamus.

EX MS.

mortuus honorifice sepelitur,

14 Igitur B. Morandus, longo jam senio affectus, cursum vitæ hujus laboriosæ gloriosissime complevit; ac corruptibili carne exemptus, sidereos B cælos penetravit. Ad cujus exequias, omnes pene nostræ diœcesis, utriusque sexus et gradus Religiosi venerunt; ac summa reverentia, una cum Fratribus, beati viri efferentes corpus, cum divinis laudibus in tumulo gypseo, imagine ipsius desuper decenter expressa, in media basilica digno honore concluserunt. Verum, quamvis humanas infulas nonnumquam veteranorum reprobet auctoritas; hos tamen voto potiori non confunditur venerari Christiana pietas, quos digniores Deo, post hujus vitæ tædium signorum probavit moralitas. Unde et universorum fidelium B. Morandum eo diligentius excolit votivitas, quo [magis] hunc miraculis crebris glorificavit superna pietas. Nam non multo post transitum ipsius tempore, ingenti miraculo eadem divina clementia ejus memoriam cunctis celebrem reddidit, quod fraterna devotio fidelibus pandere statuit.

et glorificatur miraculis crebris,

15 Erat itaque eodem tempore quædam mulier de Karolspach, quæ filium satis elegantem habebat, qui jam octavum ætatis suæ annum impleverat. Hic quadam nocte, secreto Dei judicio, totus contractus, et non solum totius operis actualitate privatus, verum etiam omni corpore invalidus; manibus, pedibus, artubusque obriguis solo penitus C reclinatur, ac tandiu tapetibus b suis tentatus, modicum quasi serpere videbatur. Cumque per triennium fere inutilis esset, nec ullo remedio medicari potuisset; quadam nocte mater ejus soporando, voce quadam admonetur, quod hunc ad memoriam S. Christophori Martyris deferat, Sanctorumque inibi patrocinio implorato, debilem ad sepulcrum B. Morandi ponat, Sanctumque pro filio supplicare non desinat. Nec cunctatur mulier divinitus sibi inditum implere præceptum, protinusque in præfati Martyris festo, quod habebatur contiguo, ad Sancti pervenit cœnobium: ac cunctis, quod audierat, pandens præceptum; ad B. Morandi tumulum, ut docta fuerat, suum posuit filium. Pro quo dum ab omnibus divinum flagitatur auxilium, dumque Fratres tertium sancti Spiritus canunt oraculum; dictu mirabile! viderunt claudum paulatim Sancti ambire sepulcrum, atque arteticis manibus tumbam palpitare, seque solo protinus elevare; artubusque mire crepantibus, vigorem vitalem bases plantasque implere; cunctisque cernentibus, claudum sanissimum exilire, ac in Dei Sanctique laudibus, cum ceteris fidelibus, ambitum ecclesiæ circuire. Huic autem miraculo placuit divinæ clementiæ aliud non minus mirabile, beati viri meritis, addere.

sanando puerum triennio misere contractum.

b

16 Denique eodem tempore quidam dæmoniacus, D ligatis manibus corrigia fortissima post tergum, ad eamdem memoriam salutis gratia est adductus. Hic cum ad Sancti sepulcrum, penitus excerebratus, a suo fratre fuisset ligatus, et jam biduo diu noctuque diligentissime custoditus, idemque se nocte quadam Dominica sopori dedisset, protinus energumenus inimicum venire videt anxius; beatumque Morandum, candida stola præfulgidum, velut ex sepulcro procedere; ac hostem, ne ipsum lædat, concite propellere. Moxque sanissimus effectus, Fratrem appellavit crebrius; nexibusque ac si ferro ruptis, divinitus solutis manibus, cunctis adstantibus voce præconia sagaciter retulit, qualiter per beatum virum visitatus ac ab hoste liberatus fuerit. Verum quis hunc virum beatum, antiquis Sanctis digne conferendum, non censeat; qui tam potenter, vivus et defunctus, cunctis dæmonibus imperat, omniumque laboribus plenissimum solamen suppeditat? Hunc ergo sibi suffragari omnium fidelium devotio expetat, huic pio affectu supplicet, quisquis juvamine indiget.

et virum a violento dæmone insessum

17 Hæc interim pauca ex pluribus, de vita et transitu viri Dei excepta, sufficiant. At vero quæ de revelatione Reliquiarum viri Dei suppetunt, pennula nostra percurrat, protinusque operi finem imponat. E Transacto itaque longi temporis spatio, peccato exigente plurimo, in nostro viculo oritur incendium, ex cujus immanitate totius cœnobii concrematur ædificium; ac ex collisura trabium, sancti viri conteritur epitaphium. Sed cum jam ejusdem ecclesiæ fabrica adjumento fidelium admodum fuisset restaurata; Fratrum devota præcordia non modica mæstificabat tristitia, quod beati viri reverenda ossa, tam indigna humectarentur fossa, qua magis essent concalcationi dedita, quam debita veneratione habita. Unde unanimes eadem ab humo potius relevare statuunt: moxque receptaculum dignissimum sculpere satagunt, ac desuper cyborium opere polymito fortissime cœmentatum, ne ut prius aliqua læsura conteratur, condunt. Hoc itaque parato, die statuto quamplurimi Primores, universique utriusque sexus conveniunt: moxque sacras vestientes induvias, cum maxima reverentia beati viri exuvias efferunt; ac, divinis concentibus cunctis perstrepentibus, sarcophago decentissimo condunt.

Post incendium restaurata ecclesia,

in novo tumulo conduntur Reliquiæ,

18 Nec distulit superna pietas divinis miraculis sancti viri, ut prius, glorificare Reliquias. Nempe F eadem hora duos cæcos, visu diu privatos, optati luminis excepit claritas: itemque claudos tres sospitati condonavit Sancti veneralitas: ceterorum vero copiosa constat numerositas; quam, ne pigrescat aut frigescat auditorum caritas, innominatam prætermisit fraterna sagacitas.

sanatis in translatione cæcis 2, et claudis 3.

Sed ne tanta esset vana pia veneralitas,
Prælatorum ac Confratrum hoc decrevit caritas,
Ut tam magna ac præclara sancti viri merita,
Confirmaret ac sacraret Sedes Apostolica.
Mox multorum assertorum veri testimonium,
Ante Sedem Basileensem illique parentium,
Præsentatur, comprobatur sancti viri meritum.
Hinc legatus fit paratus per Præsulis chirographum
Romam tendit et offendit vultum Apostolicum
Moxque datur quod optatur, peragit negotium.
Sicque redit atque dedit signum Apostolicum,
Ut prodatur ac colatur sancti viri meritum:
Nec celatur, sed profatur tale privilegium,
Ex quo Sanctus sit colendus phalangibus fidelium.
Ergo Christum collaudemus ac lætantes jubilemus
Divinis concentibus:
Per quem mundum sprevit mundus noster Adam
hic secundus
Cum suis principibus:

Approbatur cultus ejus a Sede Apostolica

Quemque

A Quemque licet mundialem, non letalem sed vitalem
Admisit Vitalibus;
Intra Chorum Confessorum nunc resplendet meritorum
Adornatus floribus;
Quod multorum compressorum probat vulgus, hic suorum
Resoluti nexibus
Hinc lætemur ac precemur, per hujus suffragium,
Nos foveri ac mereri vitæ perennis præmium.
Per Dominum nostrum etc

ANNOTATA C. J.

a *Vicus est itinere unius horæ Altkirchio distans, versus Illi fluvii fontem, sed in ripa adversa.*

b Tripetia, *quasi tripes, aut a Græco τρίπους vel τρίποδον. Est enim fulcrum hic seu lignum tribus pedibus instructum, quod comprehendere poterat manu, eique innitens se promovere.*

MIRACULA

B *Circiter medium seculi XV facta, pleraque in mortuis resuscitatis, et annotata a D. Martino Granter, Præposito S. Morandi.*

S. Morandus omni miraculorum genere excellens,

D*ictum est in Commentario nostro* § 1 *num.* 7 *a D. Grantero collecta fuisse miracula* S. Morandi, *quæ tempore ipsius per Sanctum suum operari Deus dignatus est; ea per initium hujus seculi* XVII *a Paraphraste nostro amplificata esse, quæ, iis deficientibus, primaria ex textu, subjungentur.* Quam Deo carus fuerit ac familiaris S. Morandus, testantur beneficia, quæ sibi aliisque impetravit. Etenim Deus in omni rerum creatarum ordine ad ipsius preces mira præstitit. Mortui, ipso invocato, ex aqua et terra revixerunt; ignis ejus imperio cessit; turbati aeris tempestatem sedavit; durissima rupes, nativi oblita rigoris, in modum ductilis argillæ, sacro capiti lectum dedit; vitibus bene precatus est, et copiosam reddiderunt vindemiam; animalibus brutis collata beneficia testantur plurima rusticorum hominum anathemata, quæ votorum rei ex cera, ligno, ferro, ad tumbam ejus et septa ferrea suspenderunt: in hominibus quævis morborum genera curavit, mutis loquelam, surdis auditum, cæcis visum, paralyticis gressum, phreneticis et dæmoniacis saniorem mentem et libertatem impetravit; ut deinceps sigillatim expositis exemplis demonstrabitur, ex Commentario Martini Granter cœnobio Præpositi, de S. Morando optime meriti: ex quo constat, complures homines utriusque sexus, invocato S. Morandi patrocinio, ad vitam rediisse.

vitæ restituit C

2 Anno MCCCCL, paucis ante Christi natalem diebus, in pago Wallbach *a* Elisabetha Lessingerina, Leonardi Stosser conjux, prolem enixa mortuam, proximam et ipsa vitæ periculo adfuit; uterus maternus pro tumulo erat; in lucem tamen protractus fœtus est, sed absque sensu et anima. Quare parentes, simul et Anna Herman patrina, cum obstetrice Anna Moumlin, opem S. Morandi invocant, eique exanimem partum dicant, et commendant. Non vanæ fuere preces: infans divinitus animatus revixit, ut discerent ejus beneficio vitam proli redditam, cujus patrocinio eam commendarant.

a infantem in utero,

3 Ejusdem seculi anno LV, in pago *b* Sundusdorf, alteri infanti simile beneficium S. Morandus contulit die, qui salutatæ ab Angelo Deiparæ Virginis festum antecedit. Perfuncta partus doloribus mater, non gaudium, sed dolorem sibi conjugique peperit: infantem siquidem in ipso vitæ limine vita destituit. In auxilium vocatus S. Morandus, dolorem mutavit in gaudium: statim enim infans, vitæ expers, spirare primum, dein moveri et ploratum edere cœpit; sacroque lavacro tinctus, æternæ vitæ jus obtinuit. Eodem anno exeunte, die omnium Sanctorum memoriæ sacro, in pago quem Under-Michaelsbach *c* indigetabant, infans sesquihoram exanimis et exsanguis jacuerat: Mater Elisabetha Schurerina, cum aliis mulieribus præsentibus, Agnete Bilbilina, Margareta Voardenbergerina, Anna Hirsingerina, dicto Patrono preces et vota edidit; statimque infans vitæ redditus est.

b alium vix natum

D

EX MS

c et tertium post sesqui horam vitæ mortuos

4 Excedit propemodum fidem, at non merita S. Morandi, quod anno MCCCCLX contigit. Sirensem *d* pagum auriga transmeabat, onerarat currum urnis vini quinquaginta, et ut id genus hominum solet jam magnis clamoribus incitare equos, jam nervo et flagello promovere, jam subsistere currumque vigili oculo circumspectare, omnes partes officii videbatur exequi, nihilominus in gravissimum discrimen incidit. Elisabetha Flachsland puellula erat in foro, ut ea ætate solet, vel lusui vel discursibus intenta, certe salutis suæ negligens. Cum prætervéheretur currus, puerili temeritate incursavit, et labente vestigio corruit; ac rota collapsam obtrivit. Miserabilem casum prima advertit Anna Brottbach, et femineo ululatu viciniam complens accurrit, exanimem puellam subducit, modo aurigam diris devovens, modo parentum calamitati condolens. Extemplo parens ipse Joannes Flachsland mœstissimus adfuit; prolem emortuam complexus, cœlum suspiriis fatigat; acerbissimo casu non minus exanimatus, quam si rotam ipse subisset. Interea clamor plures propinquorum excivit; qui cum nec re, nec consilio juvarent, in immerentem aurigam exonerabant stomachum; illum rota, illum cruce dignum clamitantes. Inepti, ut qui unius infortunium alterius morte levandum putarent. Longe mitior, ut ad se rediit parentis animus fuit: etenim ut aurigæ consuleret et sibi, non aurigæ mortem, sed filiæ vitam optavit: B. Morandum supplicatione quam potuit intentissima propitiavit, rogans ut filiolam, nihil tale promeritam, pro ea qua apud supremum Judicem valet auctoritate, sibi salvam et integram esse velit. Audiit pro filia supplicantem vir sanctus: puella statim ad vitam et vires rediit, die Mercurii proxime antecedente natalem S. Joannis Baptistæ; tanto majore parentum vicinorumque gaudio, quanto minor recuperandæ vitæ spes plerisque fuerat.

d

item puellam, plaustri rota obrutam,

E

F

5 Anno MCCLIV, in pago Uberstrass *e*, Elisabetha Martia, Henrici civis honesti ac locupletis filia, vi morbi ita pertinaciter vexabatur, ut nec somnum capere, nec quidquam cibi potusque sumere posset. Domestici potius de sepulcro, quam sanitate recuperanda cogitabant: parentes tamen, majore fide et spe freti, vicariam operam a propinquis rogarunt, qui negotiorum causa iter Altkirchium habebant; impetrarumtque ut ad S. Morandi, pro salute filiæ, supplices Deo fierent. Sed voti haud compotes facti redierunt; fortassis ideo, ut majoris beneficii loco ponerent, si mortua cum quatriduano Lazaro ad vitam rediret; vel noluit Deus per amicos, sed per ipsos parentes exorari. Itaque VII Idus Decembris, puella expiravit. Tum demum parentes, nec itineris molestia nec domestica negotia retardarunt, quominus ipsi accurrerent; et quod ante per internuntios frustra sperarant, importunis precibus extorquerent. Filia namque, evidenti miraculo et vitæ et sanitati restituta, deinceps edere, atque more aliorum bibere perseveravit. Vides inquit S. Ambrosius lib. 7 in Lucam, quod iste, qui media nocte perrexit,

e

Pro puella ægrota orantes non audit,

audit pro jam mortua.

Ex vita.

A perrexit, tres panes ab amico suo postulans, et in ipsa petendi intentione persistens, non defraudetur oratis.

Infantem absente matre

6 Basileæ, Rauracorum Metropoli, mater infantem in strato reclinaverat, curisque familiaribus occupata longius abierat: interim infans, longioris moræ impatiens, vagire primum, dein manibus pedibusque, omni denuum nisu corporis, libertatem quærere cœpit. Uteumque liber ab institis, cum egredi conatur, e lecto decidit; casuque corpusculum in pavimento graviter affligens, ante spiritum emisit, cruoreque per artus diffuso denigravit cadaver, quam quispiam subveniret. Tandem solicita mater pro more ad prolem redit. Ut primum cubile subiit, conspexitque omnia in terram dejecta; præ dolore amens ipsa, se quoque in terram abjicit: palmas utrasque tendens, nunc desertum infantem queritur, nunc absentiam suam, rebusque aliis impensam operam damnat; denique exanime corpus evolvit illacrymans, et vix prolem suam livore et concreti sanguinis nube confusam agnoscit. Optimi tandem consilii ipsa sibi fit auctor: S. Morandum flexis ut erat, genibus obtestatur, ut pro meritis parem sibi gloriam conciliet apud Rauracos, qualem gloriosis operibus meruisset apud Sequanos.

delapsum e lecto mortuum

resuscitat

B Et ecce animus redit in ergastulum, cruor intra venas medullasque se recipit, et nativus color vitæ succedit.

7 Ineunte anno MCCCCLI, in Locum Friderici zu Rhyn *f* renuntiatus est Basileensis Episcopus Arnoldus de Rotberg, *g* Decretorum Doctor, vir omni laude dignissimus. Hic ex fratre nepotem Ludmannum educaverat, ad dignitatem et majorum nobilitate et patrui celsitudine beatum. Sed brevis fuit ei felicitas: nam extincto patruo MCCCCLVIII, post exactum in curia Episcopali septennium, Ludmannus ad patrem Bernardum de Rotberg rediit. Quarto post mense, S. Matthæi Apostoli festo, Ludmannus cum fratre minore, sub castro Rhynwyler *h*, scapham in ripa pendulam ingressus est: diuque pedibus divaricatis totiusque corporis agitatione vicissim latera scaphæ succussit, ut alterum latus altius subsiliret, alterum subsideret; tandemque alteratro nimium depresso, in Rhenum excussus est. Nemo aderat, qui periclitanti manum porrigeret. Frater ex ripa conspicatus, fratrem nunc spiritus vi deficere, nunc stolidi et caput erigere, nunc fluctibus mergi, domum ejulans properat, et magna voce fratrem natare, mergi, ac suffocari, testatus est. Accurrunt, ut quisque contigit vel sedebat vel stabat, et Ludmannum ex aquis et fluctuum ludibrio recipiunt, sed extinctum. Bernardus, Deo Sanctorumque patrocinio fretus, nudus pedibus et pullis vestibus indutus, emortuum filium humeris ipse suis Basileam ad S. Morandum *i* detulit, ut parenti filius denuo redditus et vivus redderetur. At quo eventu? Hic calamum suspendit historicus, nec divinare lubet: ut eventus voto non responderit, voluntas certe et pietas patris laudanda fuit.

f

g

h

Filium, e Rheno submersum,

post multiplices preces humeris Basileam ad S. Morandum

i

Ultra horam submersus puer revixit,

8 Anno MCCCCLXI, in pago Zurgesswyler, quidam puer, dum ad rivum luderet, nescio qua de causa longius progressus, in aquas decidit, submersus ultra horæ spatium, vitæ expers jacuit. Parentes preces ad S. Morandum fundunt, voventque singulis annis quibus vivere daretur invisuros veteri in ecclesia ejus sepulcrum; gratique animi anathema, quo quid sibi accidisset, testarentur allaturos. Efficaces fuere preces: puer revixit. Porro dictum puerum, die qui proximum natalem SS. Petri et Pauli præcedit, exanimem absque ulla spe fuisse vitæ, testati sunt Joannes Schnevelius, Joannes Gallus, et Henricus Werner monasterii Major, ejusque uxor Joannis Flachsland.

9 Anno MCCCCLX, in vico Blozheim *k*, obstetrix D Margareta Kremet infantem a partu suscepit, vegetum et membra cum fletu pro more jactantem. Eum in primo balneum, quo a sordibus in utero contractis elui debuit, nescio qua fortuna vel imprudentia extinxit, cum vitæ temporalis et æternæ discrimine: nullus enim vitalis motus in manibus, pedibus, aliisve membris curiose explorantibus deprehendi poterat. Obstetrix igitur, et quotquot aderant præsentes, S. Morandum in vota vocant; ut dignetur preces precibus suis jungere, quo vitæ usura infanti redeat, dum salutifero balneo contractas animo maculas posset expiare: suam dein fidem obstrinxerunt eum, si supervixerit, quotannis ad S. Morandi tumbam venturum cum hostia viva (pullum, gallinam, aliamve alitem intelligunt) secundum hæc infans in vitam rediit, et parentes damnati voti absque procrastinatione infantem in cunis huc attulerunt, ne tardiores in exequendo voto forent, quam S. Morandus in ferendo subsidio.

uti et infans, dum a partu abluitur, mortuus.

k

10 Annus MCCCCLXIV tragicum spectaculum dedit, sed ad S. Morandi gloriam insigne. Monasterium Beatissimæ Virginis Feldbachense, duarum horarum iter Altkirchio dissitum *l*, locupletem habuit E agricolam, Leonardo Webero nomen erat. Hic tempore quo agri stercorantur ante alios industrius, forte quadrigam fimo onerarat. Erat ei filiola quadrimula Barbara, quæ blandiens apud utrumque parentem institit, liceret sibi foras educentem carrum comitari patrem. Leonardus, ut est cæcus amor parentum in liberos et futuri improvidus, obsequitur puellæ; quadrigæ imponit, frustra reclamante matre, imminentis periculi præsaga. Vehebatur igitur in fimo sublimis, quadriga autem in orbita obviis saxis impacta, crebro succussu eam e sinu, in quo reposita erat, sensim abduxit; tandemque maxima nutatione et declinatione præcipitem in terram dejecit. Hic infelix pater improviso filiæ casu obriguit, steteruntque comæ: Barbaræ neque vox, neque sensus; ex casu pectus ruperat, oculique prominentes fœde orbium sinus deformaverant. Sustulit e luto pignus exanime: at quibus oculis, quo vultu? Veritus domum deferre ob uxoris luctum et furias, cujus consilium spreverat, ad soceri sui Leonardi Musolii ædes deportat. Hic amoris æstu percitus procidit in genua, S. Morandum humillimis precibus obsecrat, ut sibi misereri suo dignetur; ut filiæ vitam restituat, ad omnia obsequia ipsius se suaque offert, spondetque se filiam actutum ad ecclesiam ipsius delaturum, et beneficii memorem flexis humi genibus eo perreptaturum. Post hæc copiosus e filiæ naribus atque ore sanguis prorupit; et quæ plus sesquihora exanimis fuerat, rupto pectore cerebroque comminuto et disperso, rursus spiritum ducit, lucemque aspicit. Itaque voti reus, genuflexus tenuissimis indutus cruribus Leonardus, per granditem iter ex voto peregit; neque ulli spinarum aut lapidum aculei eo habitu peregrinantem offendunt, lætitiæ sensu omnem dolorem expellente.

l

Puella quadrima

e plaustro prolapsa,

F

post preces et vota parentis resuscitatur.

post sesquihoram ad patris vota redit in vitam.

11 Anno MCCCCLXXII Morandum Buzium, informem truncique similem, materna profudit alvus. Jacuit tres horas depositus, planeque desperatus ab obstetricibus. Tandem suadent aliqui patri Joanni, sellarum equestrium fabro in pago Hirsingen, *m* ut invocata ope S. Morandi promittat, se quotannis accessurum ejus sepulcrum venerationis causa, si filius reviviscat. Vovit; et ecce infans oculos aperit, lucemque aspicit. Sic natum Parochus Joannis Fabri sacro fonte abluit: quamvis autem duo patrini, ut ea ferebat ætas, de lavacro susceperint, quorum alteri Burcardus, alteri Joannes nomen erat,

Fatuus e fetu mortuus s... vita

m

voto patris animatur,

A erat, neutrius tamen, sed Morandi nomen placuit; nec puer ad ullum aliud respondit, aut moveri visus est. Annum nondum excesserat Morandus, cum a fratre quinquenni, cujus indicio et fide publica utrumque in tabulas retulit Auctuarius, intra brachia gestatus, per scalarum gradus decidit. *Post annum e casu mortuus* Territus fraterno casu Joannes, id fratri nomen erat, fletu excivit parentes: qui ut Morandum præcipiti casu, de gradibus simul, et de vitæ statione dejectum sustulerunt, ad preces et vota conversi sunt; mater mortuum quatuor comitantibus mulieribus recta ad S. Morandi tumbam defert, ut ibidem vel revivisceret, vel tumularetur. *dum fertur ad Sancti tumbam respirat:* Ad pontem ubi deventum, revixit puer. Illæ voti compotes, non domum regressæ sunt, sed reliquum iter prosecutæ, gratiarum actiones Deo suoque Patrono solverunt. Idem Joannes Brizius affirmavit, cum in Ello flumine per æstatem lavisset cum æqualibus, et pro more desiliisset e ripa in profluentem; fratrem quoque Morandum suo exemplo desiliisse (quanquam forte tum erat et natandi imperitus), mersumque sub aquis mansisse, donec ab ipso fuerit retractus; *a quo et aqua dein mersus servatur,* domi vero cum eventum narrasset, patrem mali stomachi hominem arrisisse, et fortunam Morandi admiratum, dixisse: S. Morandus sibi devotum puerum aquis suffocari non patitur. *ut ipse postea sæpe testatus est* B Certe jam virilem ætatem attigit annos natus LVI, in devotione S. Morandum affectus; eademque, quæ dixi, sibi sæpius a majoribus audita et inculcata sancte confirmavit coram Notario publico Curiæ Basileensis.

12 Joannes Wild, Laicus Altkirchii, ingravescente ætate, uxore orbatus, et letali morbo correptus, vovit, se auxilio venturum liberali manu Martino Granter, solertissimo Præpositorum, qui eo ævo templum S. Morandi, bello Armeniaco profanatum et tantum non funditus eversum, instaurare moliebatur, vovit, inquam, si meritis S. Morandi convalesceret. *Morbum laborans vovet restaurare ecclesiam* Auditas fuisse preces, et placuisse Deo sacræ ædis instaurationem, eventus comprobavit. Joannes Wildius revixit, et quidem (ut habent verba Commentarii dicti Præpositi) a morte revocatus est ad vitam. *et revalescit,* Itaque sacellum Beatissimæ Virginis, quod propter ædem S. Morandi est a sinistris (sunt qui illud esse existimant, Quod in cœmeterio nunc processorio est) magnam partem ære suo voti reus construxit. *ac voto soluto* Id Nicolaus, Dei gratia Episcopus Tripolitanus, consecravit feria tertia C Pentecostes, an. MCCCLI, in honorem Angelicæ Salutationis, præsentibus; Joanne Brand, Præposito S. Albani Basileæ; Petro Leulin, Priore in Chossesheim; et ipso Martino Granter S. Morandi Præposito. Eo sanitatis beneficio mirifice recreatus Joannes Wildius, domicilium suum ad cœmeterii primum aditum transtulit, forte ut ad mortis meditationem ipsa loci natura, et quotidiana civium suorum funera uberem sufficerent materiam. *prope templum reliquam vitam quiete transigit* Porro ut liberior esset a præsentium rerum cura, fundos in liberos, propinquosque distribuit; pecuniam, qua deinceps viveret, certis legibus monasterio legavit.

ANNOTATA C. J.

a *Inter Basileam et Altkirchium media fere via.*

b *Fortasse* Gunnersdorff *pagus, sesquihora dissitus a S. Morando in occasum.*

c Under-Michaelsbach, *id est* Inferior Michaelis rivus, *ad distinctionem* superioris. *Duo sunt pagi æquali fere spatio 4 leucarum distantes Altkirchio, alter in ortum prope Basileam, alter in occasum.*

d *An* Sieretz? *Notatur locus iste tribus leucis dissitus a S. Morando, orientem versus.*

e *Distat a S. Morando, tribus facile leucis horariis (quales semper intelligimus per leucas) in Africum.*

f *Præfuerat ab anno* 1437. D

g *Rexit ad usque annum* 1458, *quo obiit, natus annos* 64. *Ex ms*

h *In dextera Rheni ripa, tribus fere leucis, infra Basileam.*

i *Spatio 5 leucarum, ut minimum.*

k *Occurrit Basilea ad S. Morandum eunti post sesquihoræ iter.*

l *In meridiem Ferretum versus, a quo media via hora distat.*

m *Leuca una abest a S. Morando in austrum.*

MIRACULA RECENTIORA

Initio seculi XVII *patrata, et descripta ab aliquo e Societate Jesu.*

Anno MDCXIV, Georgius Oswaldus Streitfelder, Ensisheimianus, puer duodennis, semestri toto ita linguæ usu captus erat, ut difficulter audiretur, et omnino non intelligeretur. *Puer mutus* Erat tamen ingenuus puer, quod animi sensa dum effari nequiret exponere. Nec minus parentes honesto loco natos diuturnum filii silentium anxios habuit; qui, medicorum ope desperata, ad eum confugiendum putarunt, per quem infantium linguæ fiunt disertæ. E Primum adierunt templum Deiparæ Virginis in Vezelis, tribus spatiis celebre per Alsatiam; deinde petierunt Eremum Helvetiorum, ubi celebri Cultum Regina summa religione colitur: Verum decretum erat Deo, qui ubique præsens est, alio loco, alio interveniente patrono, miseris succurrere. Quare per somnium objecit puero S. Morandi sepulcrum; ubi videbatur caput suum saxi foraminibus (quod infra tumbam viri Sancti visitur) inserere: dein venire in hominum cœtum, et patria lingua quidlibet proloqui. *per somnium monetur adire sepulcrum S. Morandi,* Hoc ut potuit puer parentibus indicavit; qui proinde, velut cœlesti oraculo moniti, profecti sunt Altkirchium. Ibi apud S. Morandi tumbam dant se in genua, persolutis precibus tumulum cœruleus fumus pueri obumbravit, simul de sepulcro suavissimus odor aspiratus, eum mirifice refecit. Parentes deinde, quod domestica negotia domum eos revocarent, Ensisheimium redierunt, relicto filio apud patruum Arbogastum civem Altkirchii.

14 Post eorum abitum, iterum puero S. Morandus in veste monastica visus est, loquendi facultatem intra tres hebdomadas certo promittens. F *a quo loquela ei promittitur,* Ergo quotidie ex oppido descendit ad venerandum sacra lipsana. Die octava Augusti, pridie quam lingua solveretur, magna confidentia familiaribus nutibus et faciem studiose exhibuit, se pensaturum se multiloquentia diuturnum silentium. Illi ejus vaticinio parum fidei tribuerunt, quod nullum indicium se proderet, ex quo tam felicem eventum sperare possent. Nocte sequenti puero S. Morandus multa luce coruscus, sacrificalibus vestibus indutus, jam tertium fit aspectabilis. Puer, eo viso tremefactus, clausit oculos; at vir Sanctus propius accedens, manum ejus prehendit, digitum ori immittit, et in altum soporem denuo dedit: in quo perfusum os multo madere sanguine per somnium existimabat. Materfamilias primo mane lecticam accedens, ut advertit, eum hiante ore suaviter dormire, nihil profata perrexit ad Sacrum antelucanum. Regressæ domum, et rei familiari nescio cui studiosius intentæ supervenit, de quo agimus, Oswaldus; et clarissima voce felicem ei diem precatur: hæc verba iterum, iterumque ingeminans: Bona dies. Operi intenta hera neglexit respicere aut respondere bene precanti, rata filiam, quam habebat quinquennem, præpropere se lecto proripuisse. *ac datur* Tum Oswaldus inquit;

Falleris,

Ex MS.

Falleris, Domina, nonne dixi me hodie clare distincteque locuturum? iterumque alta ac sonora voce bonam diem, lacrymis præ gaudio manantibus, precatur. Anna Koferin (hoc matrisfamilias nomen erat), rem novam et inopinatam demirans, læta confestim marito nuntiat. Ille, miraculoso beneficio gaudens, cum adolescentulo recta ad S. Morandi ædem descendit, debitas Deo ejusque fideli famulo gratias acturus. Quantam vero parentes ex filii incolumitate lætitiæ voluptatem ceperint, æstimari facilius, quam verbis exprimi potest. Calicem in usum Sacrorum voverunt, et circulum argenteum majori S. Morandi statuæ appenderunt: ut, quoniam ipsi referendis gratiis impares se agnoscerent, toties infinitæ Deo gratiæ persolverentur, quoties Calix Hostiam litanti Mystæ deserviret.

Filia sub ægro patre corruens

15 Anno MDCXXVI mense Septembris, Barbara Welina, prope lacum Acromacum nata, apud Officialem curiæ Basileensis sancte et constanter affirmavit, se maritum suum Melchiorem Darlinum Vicaria potestate præerat cohorti præsidiariæ Brisaci totius corporis doloribus oppressum, omni officio et fide curasse; verum diuturno morbo ita tandem intabuisse, ut in pedes assurgere seque sustinere nequiret. Propterea se coactam, quando lectum componeret, et cervicalia mutaret, Elisabetham filiam decennem fulcri loco patris dorso supponere. Id cum aliquoties commode cessisset, accidit tandem, vi morbi et corporis languore prædominante, ut æger corruens filiolæ caput graviter corporis mole affligeret. Hinc illa gravius indies audivit, intraque octiduum omnino obsurduit. Conjuge deinde mortuo, cum per facultates non esset quod medicis erogaret, cœlitus opem petiit: præcipue veri Samaritani Matrem supplex adivit, ipsa nocte, qua visitatam ab ea Elisabetham Ecclesia colit. Cum in pago Battenheim pernoctaret, admonita est divinitus, veterem S. Morandi ecclesiam tumulumque adiret. Numquam illa S. Morandi nomen, numquam Altkirchii audierat: nihilominus post tres hebdomadas in viam se dedit, et casu seu tacito Numinis ductu pervenit Eschensvilam *a*. Ibi Jacobo Knafft, vel potius uxori ejus, suam filiæque calamitatem exposuit, et quo ire jussa sit, refert. Illa fidenti animo progredi, Deumque vocantem sequi jubet: Vides, inquiens, Adamum hunc filium meum? Hic deperditam audiendi facultatem hoc ipso anno S. Morandi beneficio recepit.

afflicto capite obsurdescit:

mater divinitus monita adire S. Morandum,

16 Postquam ad S. Morandi ventum est, pro filia mater et cum matre filia fit supplex, æs minutum in sacram ædem obtulit, post versus Altkirchium oppidum contendit. In itinere dum clivum conscendunt, æditaus ære campano dat signum salutandæ Deiparæ. Hic filia manus in cœlum extulit, iterumque complosis manibus præ gaudio exclamat; Mater, quid audio? Signum audio, quo monemur recuperatæ salutis, et ego insuper meæ sanitatis. Mater, oblita famis et necessariæ refectionis, quam quæsitum ibat; e vestigio ad ædem sacram revertit cum filia, pro recens accepto beneficio gratias actura. Dum flexis ad monumentum poplitibus preces cum gratiarum actione fundunt, custos rerum sacrarum ibidem ter quoque repetito sono cœli Reginam salutandam monet. Tum filia, cui internus aurium susurrus caput hactenus turbaverat, et aurium usum impedierat, distincte sonum et ternas voces percepit; brevique, sedato aurium tinnitu, convaluit. Itaque in præsentis beneficii memoriam promisit, se quotidie per omnem vitam, ad S. Morandi honorem, ter Orationem Dominicam cum Angelica salutatione recitaturam; et quamdiu eam regionem incoleret, quotannis adituram monasterium, ad agendum benefactori suo gratias. Eodem anno filius æditui in Haimerstorff *b* multo tempore surdus (ut loci Parochus, aliique testes oculati confirmant) voto ad S. Morandum concepto, perfectam audiendi facultatem recuperavit.

fusis ibi cum filia precibus,

et auditum recuperat:

item alius surdus sibi:

17 Anno MDCXXVII Joannes Fiex, tenui fortuna adolescens, cum mense Aprili arderet febre Hungarica, et simul assidua pleuritide cruciaretur, redactus est ad dementiam. Evocatus ex S. Morandi æde Sacerdos e Societate Jesu, ut extremis Sacris ægrum procuraret; monuit quod aliud remedium nullum superesset, quam ut votum peccata confitendi, et quasdam preces apud sepulcrum S. Morandi persolvendi susciperet, quamprimum per mentis et corporis sanitatem posset. Is per amentiam ratus de sepulcro Domini Hierosolymis invisendo, et nescio quibus hostibus mundandis Sacerdotem loqui, vovere se tamen, aiebat, spe recuperandæ valetudinis: et intra triduum, omni morbo liber, plateas obambulavit, dieque Dominica, in æde dicta Christi corpore refectus, vota rite persolvit.

a febri facto voto curatur adolescens.

18 Eodem anno tres e Societate Jesu, Idibus Maji, ad Illfordianum molendinum in Illo flumine, quod aquis pluviis auctum late alveum excesserat, cum curru quo vehebantur, in gurgitem ab equis protracti, manifestum vitæ discrimen adierunt: invocata tamen post Deum SS. Ignatii et Morandi ope, salvi et incolumes ripam attigerunt, duobus tantum equis desideratis. Recentissimum est quod exeunte anno MDCXXIX contigit. Nicolaus Zelet, in pago Walheim *c*, vir matura ætate, et inter suos bonæ famæ ac locuples, Novembris mense repente obsurduerat, subitoque infortunio ingemiscens; Quid me, inquit, fiet, si hoc malum perduret? Mox concepto voto ter adeundi tumbam S. Morandi cœpit meliuscule audire; tertia peregrinatione confecta integram sanitatem recepit. Quamobrem Dominica III Adventus uni e Societate nostra, coram aliis multis, de peccatis rite confessus, etiam submissa voce loquentem facile intellexit; et Pane cœlesti recreatus, promisit se, eucharistico munere aliquo allato, memoriam accepti a S. Morando beneficii testaturum.

e flumine eripiuntur tres Patres,

alius audiendi facultatem impetrat.

19 Hæc præcipua sunt, quæ vel ex vetustis litterarum monumentis eruta, vel ex recentioris memoriæ fide dignis testibus comperta, satis ostendunt, quam bene sibi consulant, qui in rebus afflictis pie S. Morandi preces, opemque efflagitant. Præterea quod vetusti Vitæ ejus scriptores olim affirmarunt, plurima ab eo ad Dei laudem patrata virtutum signa, ex quibus multa ob auditorum tædium sunt prætermissa, multa etiam occultata: idem nostra ætate vere dici potest. Etenim vix dies, quo non aliqui ex voto sepulcrum ejus adeant. Simplicitas autem, qua putant, notum omnibus, quod ipsi norunt; et ignorantia, qua nesciunt opera Dei revelare honorificum esse, facit, ut abdita multa ignorentur, nec lucem videant.

Plura quotidie ad Sancti tumbam miracula fiunt,

20 Qui de Societate Jesu ab anno MDCXXI cœnobium incolunt, testantur audivisse se complures, qui asseverant, se post preces et vota ad S. Morandum concepta incredibili celeritate capitis doloribus, aurium tinnitu, febrium æstu, stomachi fastidio, et id genus aliis incommodis liberatos. Idem facile colligi potest ex ferreis circulis, et corollis, et fictis e cera auriculis, pedibus, manibus, capitibus, similibusque anathematis; quæ votorum rei tanto numero huc deferunt, ut, testante æditaus, in luminaria pro re divina facienda sufficiant. Præter corporis valetudinem, quam plerique maxime in voto habent, haud paulo majora beneficia ex S. Morandi æde referunt quotidie plurimi, animi dico puritatem per sacram exomologesin, libertatem filiorum Dei, liberationem

tum quoad corpora,

A rationem a cacodæmonis vitiorumque tyrannide, robur et auxilium contra orci fraudes atque terricula-menta, augmentum fidei, spei, caritatis, cæterarumque virtutum, dum expiatis mentibus sacram Synaxin frequentant. Reperti aliquot, qui susceptis longinquis peregrinationibus, vel Compostellam usque in Galliciam, negarent se quæsitam animi quietem reperisse, quam iis S. Morandus plenissime contulisset. De multitudine horum, qui pietatis causa hunc locum adeunt conjectura fieri potest, ex eo, quod anno MDCXXVIII numerati sunt ducenti supra octo millia, qui in æde S. Morandi sacro Christi Corpore pasti sunt.

tum quoad animos

ANNOTATA C. J.

a *Enstshemio distat in meridiem duabus fere leucis; Altkirchio vero tribus in ortum æstivum.*

b *Vix leuca una abest Ferreto in occidentem; duabus Altkirchio in meridiem.*

c *Vix quadrante infra S. Morandum, in adversa Elli ripa.*

B

MIRACULA RECENTISSIMA

ab anno MDCLXXXII *a Patribus Soc. Jesu collecta.*

Anno MDCLXXXII in Decembri voti religione se exolvit civis Hirsingensis, post sacramentalem confessionem, sumpta sanctissima Eucharistia, et curato in S. Morandi honorem Sacro. Hic cum in curru obdormisset, tam infeliciter pedem implicuit volubili rotæ, ut in tres partes diffringeretur: itaque chirurgorum curæ commissus, post multa et varia adhibita cataplasmata, eo periculi venit, ut omnium judicio pes a reliquo corpore necessario resecandus censeretur, si reliquus homo salvus esse vellet. Hoc audito inhorruit bonus homo, et in vota ac preces Sanctorum suffragia ardentius implorare cœpit, atque imprimis ad sanctam Petram se magnæ Matri peregrinationem suscepturum: alteram vero, ad S. Morandum. Vix facto voto, tumor purulentus subsidere, cicatrices coire, et medicamenta vim suam exercere, cum omnium admiratione cœperunt. Inde paulo post sibi et pedi restitutus, licet claudus adhuc et innixus baculo, huc advolavit, archiatro suo gratus cliens; proxime in sancta Petra rei seriem suspensa tabula testaturus: sic enim se vovisse aiebat.

Implicitus rotæ pes trifariam frangitur,

et ope S. Morandi restituitur.

C

22 Circa finem Decembris MDCLXXXII, incuria cujusdam civis Altkirchensis, qui in Pose boves emerat, illata quædam maligna lues, passim per urbem pecora depascebatur. Pro avertendo malo, per novem hebdomades, die Mercurii, in ara S. Morandi lectum votivum Sacrum: in quo propositum ejus sacrum Caput, atque ad initium in ejus honorem consecrata aqua, et ad finem, post recitatas Letanias Lauretanas, populo benedictum. Magnus semper affluxus hominum fuit, et magna copia aquæ pro pecoribus asportatæ: multique sui pecoris incolumitatem Sancti suffragiis adscripserunt.

Lues a pecoribus depellitur.

23 Anno MDCLXXXIII in Februario, quædam vetula ex-Walheim, tribus continuis diebus Veneris, ad sacram tumbam S. Morandi accessit, et post confessionem divinæ Mensæ accubuit. Retulit suo Confessori, quod cum post diuturnam ægritudinem usum pedum omnino amiserit, ut neque baculo inniti, neque ingredi posset; in somno sibi visa est ad S. Morandum ascendisse. Eo igitur soluta somno vovet, si posset ingredi, ter se ituram: quod mox die sequenti Veneris potuit facere, et semper relicto ad sacram tumbam bacillo bene domum reversa

Mulier gressum recuperat.

est, ac tandem integre sibi restituta. In Festo S. Marci XXV Aprilis, quod hoc anno in Dominicam in Albis incidit, venerunt quinque Parochiæ, Altkirchensis, Alpacensis, Witterstorfenfis, Wahlensis et Doglasensis. Ilfurtensis propter encænia non venit. Habita concio sub Officio, quod P. Superior cecinit. Feria tertia Rogationum venerunt Parochiæ Altkirchensis, Aspacensis, Witterstorfensis, Vahlensis, Daglasensis. Nulla concio: sed Officium cecinit P. Superior. D

EX MS.

24 Adfuit hoc anno MDCLXXXIII die XXIX Maji civis Richseimensis Nicolaus Muller, cum sua uxore Margareta Graserin, et filio Morando, qui unius fere anni videbatur. Interrogatus, cur huc peregrinatum venisset; respondit, huc præsentem filiolum mortuum ex utero materno prodiisse: ita et se, et matrem, et quatuor feminas, quæ parturienti adstiterant, omnino censuisse, adeo nullum signum apparebat, ut baptizari posset. Itaque obstetrix effusa in lamentationes, inter alia adhortata est matrem, ut votum ad S. Morandum conciperet; fore enim certo ut infans viveret: nam ab hinc octo annis similiter mortuum infantem prodiisse, qui, concepto a parentibus ad hunc Sanctum voto, vivere cœpisset, et etiamnum viveret, eumque in Thaumaturgi sui gratiam Morandum vocari. Hoc audito ab obstetrice animati parentes, votum conceperunt, si præsens infans vitam acciperet, similiter Morandum nominandum; atque in septem annos se, singulis annis semel, cum suo parvulo Sancti sui Patroni ædes revisuros. Itaque nunc prima vice se voti religione exsolverunt; et addiderunt, in rei memoriam se tabellam appensuros, et (si necesse sit) paratos se, et juramento, et publicis litteris rem testari. Approbata est hæc historia a Judice seculari XIX Augusti MDCLXXXII, uti sequitur. E

Fœtus, testimonio sex personarum mortuus,

facto a parentibus voto, vivere incipit:

25 Ego Josephus Meusilin, Regii Consilii Advocatus, Præfecturæque Londserensis Fiscalis, præsentibus hisce litteris testatum facio, quod, postquam hic loci Richshemii spargeretur, et omnium passim ore celebraretur, Nicolai Mulleri civis Richshemensis filium primogenitum (cui nomen Joannes Morandus) mortuum ex utero materno protractum fuisse; quin etiam ipsis Religiosis renuntiaretur, prædictum infantem tamdiu absque omni vitæ signo pro mortuo jacuisse, usque dum magno Thaumaturgo S. Morando exanime hoc corpusculum ardentissimis precibus et votis fuisset commendatum; requisitus fuerim a prædictis Religiosis, ut ad majorem dicti S. Morandi laudem et gloriam, in rumorem hunc exacte inquirerem, testesque examinarem, totamque rem authentice per instrumentum scriptum consignarem. Hinc proinde æquissimæ petitioni satisfacturus, sequentes testes citavi, examinavi, testimoniaque conscripta, prout sequuntur, ad S. Morandum transmisi. F

quod testes legitime examinati confirmant,

26 Margareta Sybilla Lipsin, nata Wildsin, testatur in conscientia loco juramenti, quod XXII Aprilis anni MDCLXXXII circiter hora secunda post mediam noctem, Joannes Morandus filiolus Nicolai Mulleri, civis Richsheimensis, legitimus ex Margareta Graserin, uxore prædicti Mulleri, natus sit; fueritque jam tunc ex utero materno absque omni halitu omnino mortuus; sicque, mortuali prorsus colore obductus, minimum per mediam horam exanimis jacuerit; usque dum pater, mater, puerperæque mater, et reliqui, qui præsentes aderant, Thaumaturgo divo Morando voto se obstrinxerint, deferendi singulis annis semel filiolum ad Divi Morandi tumulum, idque septem proxime secuturis annis continuandi: et quod voto emisso infantulus spirare, et corpusculum movere cœperit. Hæc omnia prorsus ita se habere testatur sub juramento

EX MS.

A Agnes Mullerin, quæ parturienti adstitit. Anna Kickhlerin, mater puerperæ, fatetur, hæc omnia se habere, prout supra relata sunt; additque, seipsam parvuli (ubi ex utero materno protractus est) frontem adussisse, ut experiretur, an vitæ saltem aliquid corpusculo inesset; sed nullum prorsus vestigium vitæ præsentis deprehendere potuisse; usque dum votum, de quo supra, ad S. Morandum fuit nuncupatum. Hæc proinde testimonia, veritati patrocinatura, collecta et conscripta sunt in præsentia admodum R. D. Joannis Maximini Schweizer, Parochi Richsheimensis, uti et Leonardi Beckh et Ludovici Schmids, pro eodem loco Juratorum, qui etiam omnes propria manu subscripserunt. Datum Richshemii XIX Augusti anni MDCLXXXIII.

Meuflin Fiscalis.

Joannes Maximinus Schweizer,
Parochus ibidem.
Leonardus Beckh.
Ludovicus Schmids.

Insani dolores capitis leniuntur.

27 Anno eodem MDCLXXXIII, die IV Junii, adfuit, voti solvendi causa, Maria Urban Rheynfeldensis, Ludimagistri Handsbadensis uxor. Hæc retulit, se B diu insanis doloribus capitis agitatam, præsertim in festo Ascensionis Domini, ut timeret, ne ad insaniam redigeretur. Monitæ ab alia muliere, ut se alicui Sancto devoveret, occurrit prima vice S. Morandus. Huic ergo vovet, si ab isto insano dolore liberetur, se proxime ad ejus sacram tumbam accessuram cum dono; et, prævia Sacramentali Confessione, sanctissimam Eucharistiam sumpturam. Vix dixit, et vovit; et ecce continuo omnes dolores, ipsa et reliquis admirantibus, desiere: et ideo se hodie suo archiatro stitit. Dolores creabantur ex aliqua defluxione, quæ ex sinistra parte cerebri ad sinistram narem derivabatur, ac inde, quasi ebulliret, rursus ad oculum usque ascendebat mirosque causabat cruciatus.

Curantur surditas,

28 Die V Junii ejusdem anni, civis Walthanensis, Fridolinus Schmudlin, adduxit filiolum, ut grates S. Morando ageret, cui eum devoverat propter amissum auditum; quem post factum votum receperat, et modo commode loquentes audit. Die XXV ejusdem Junii, Magdalena Dammerin, ex Pallerstorf, voti Religione se cœpit exsolvere. Decubuit enim longo tempore ex gravi morbo, et cum aliquando inter summos dolores, ac maxime capitis,

dolores capitis,

opem a suis invocaret, nemoque ad invocantis vocem compareret; fiducia in S. Morandum concepta, C vovit, si ejus sanctis suffragiis juvaretur, se ter consequentibus diebus Veneris ad ejus sacros cineres accessuram. Ex quo statim dolores remisere; et hodie, debilis licet, tamen Sancti sui archiatri patrocinio innixa, hac prima vice peregrinationem suscepit.

29 Magdalena Wammerstin, ex Charspach, diuturno morbo vexata, adeo vires amiserat, ut omnino inutilis esset ad omnes rusticanos labores. Post multas frustra adhibitas medicinas, in familiari colloquio, ex vetula quadam se invisente intelligit, quam propitium sibi sensisset S. Morandum, cujus patrocinio amissum auditum, et paralysi fractos artus recepisset, simul et a frequenti deliquio vel vertigine liberata esset; eaque de causa quotannis se eodem devotam; ad minimum semel, ad ejus sacram tumbam sistere. Sensit Magdalena se sensim in ejus amorem inflammari. Vovet igitur tribus diebus Veneris, si per vires liceret, eodem excurrere, atque S. Morandum terna Confessione et Communione, præter alias preces et nonnullam oblationem, demereri. Vix facto voto advertit vires cre-

imbecillitas corporis,

scere, excurrit una alteraque vice tam feliciter, ut tertia domum redux cuivis labori rusticano par fuerit, vicinique omnes cum ea Deum in Sanctis D suis laudaverint, pluresque in S. Morandi frequentiorem cultum exarserint. Ita eadem vetula retulit XXII Julii MDCLXXXIII, affirmavitque sibi illud beneficium ante novem annos accidisse, jussæ a Confessario suo, ut in gratiarum actionem plures ad ejus cultum induceret: idque strenue se facere, ideoque hodie adduxisse suam ægram filiam, quam speraret S. Morandi auxilio propediem pristinæ sanitati restituendam. Mirabile prorsus est, quod vetula iterato affirmavit, se, cum ex Charspach ad S. Morandum devotionis causa excurreret, seu reptaret potius baculo innixa; sæpissime quiescere coactam ob imbecillitatem virium, novem horas consumpsisse in itinere; in reditu vero, relicto ad ejus tumbam baculo, semihoræ spatio viam relegisse: cum prædictus pagus una hora a S. Morando distet.

ægritudo moribundi,

30 Die XIX Augusti ejusdem anni, adfuit vetula ex Nidersteinbach, quæ suæ devotionis causam rogata, asseruit, quod heri Dominus Schulthetus in Lanseren, in gravi morbo ad extrema deductus, nullum signum amplius dare potuerat. Quo statu E perculsa familia S. Morandum in auxilium evocavit, crastino statim ad ejus sacrum sepulcrum peregrinationem destinatura. Vix vovit, et æger sensim ad se redire, signa dare, et melius habere cœpit. Se nunc ejus nomine destinatam, ut S. Morando gratias ageret; et, si pro eo pristinam sanitatem impetraret, ipsum Dominum Schulthetum venturum, et rei seriem tabella testificaturum. Hæc vetula IV Septembris MDCLXXXIII, post Confessionem.

dolores capitis

31 Christina Begerrin ex Charspach recensuit Confessario suo, quod ex invocatione S. Morandi ingens beneficium a Deo accepisset, cui proinde se agnosceret obligatissimam; et ideo rem hanc gratitudinis ergo recensere, ut aliis recenseri, et uti veri manifestari possit, aliique ad ejus cultum moveri. Aiebat autem se longo tempore gravissimis doloribus capitis adeo vexatam, ut pene ad insaniam redigeretur: aliorum vero adhortationibus stimulatam votum concepisse adeundi ejus sacram tumbam, et ejus patrocinium, persoluta Confessione et sumpta sacra Synaxi, demereri vovit; votumque XXXI Julii in festo S. Ignatii in templo S. Moriandi rite persolvit: ex eoque die semper melius cœpit habere, et jam se omnino ab omni dolore liberam, nulli alteri suam sospitatem, quam S. Morando adscribere.

F

Redditur membrorum usus,

32 Anno MDCLXXXVI Rusticana quædam femina, eaque vetula, peregre ac pedes huc ad S. Morandi tumbam ex voto adveniens; præter alios quos, jam antehac a S. Morando favores acceperat, edixit, se hoc anno, ejusdem Sancti ope ac intercessione, omnium membrorum usum, quo per aliquot menses destituta fuerat, recepisse; filiæque suæ auditum, quem amiserat, obtinuisse. Virgo quædam nobilis, S. Morando, utpote suo jam olim Thaumaturgo, peculiari cultu addicta, hoc anno duplex pro du-

desperata vita,

plici voto, pro se et fratre suo nuncupato, recepit, et utrumque insigne beneficium. Nam et frater ipsius, qui repentino oppressus malo, de vita periclitabatur, implorata Sancti ope, periculo mortis ereptus est; et brachium, in quo ipsa gravissimos

sanitas brachii

per aliquot dies patiebatur dolores, nullo alio adhibito remedio, persanatum. Alia femina, quæ toto corpore instar tympani intumuerat, voto ad S. Morandi tumbam peregrinandi concepto, sanitatem

et totius corporis

pristinam recepit; votoque persoluto, gratam sospitatori suo se stitit.

33 *Sequentia ipso anno* MDCLXXXVIII, *quod nos ad S. Morandum biduo substitimus, uti in Commentario prævio* §. 1 *dictum est, collata fuere beneficia; eaque ex*

A *ex deponentium ore sic annotavit R. P. Franciscus Marmont, Residentiæ tum Superior.* Femina rusticana, quæ in oppido, Penisa dicto, et civitati Befortensi vicino, filiolum mortuum, infelici partu ediderat, quamprimum voto, ad S. Morandi tumbam facto, ejusdem Divi opem imploravit, vitam proli impetravit, eamque ex voto ad Divi tumbam attulit. Expectatur pro majori confirmatione testimonium Parochi illius loci, et tabella picta, quam mater ultro fieri curabit. Alia femina in vicinia, ob acutos dolores capitis ad insaniam usque redacta, ipso quo peregrinationem ad tumbam S. Morandi vovit momento, sensit se vehementissimis illis capitis doloribus liberatam. Rusticus quidam, febri tertiana subito correptus, nuncupato ad S. Morandum triduanæ devotionis ad tumbam ejus peragendæ voto, statim liberatus est. Civis Solodoranus, omni membrorum usu destitutus, ut primum Sacrum vovit, in honorem S. Morandi in ejusdem templo legendum, pristinum membrorum usum continuo recepit. D

Puer mortuus vita donatur:

Dolor capitis pellitur,

EX MS.

et febris tertiana.

Usus membrorum redditur.

DE SANCTO CONO

MONACHO ORDINIS S. BENEDICTI IN ITALIA

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Loca cultus, Acta, Miracula.

B L*ocus natalis* S. Coni, *est* terra Diani, *seu* vallis Diania, *in Lucania, regni Neapolitani provincia, nunc Principatu citeriore dicta, inter amœnissimos Apennini colles et* Tanegrim fluvium *vulgo* Negro. *Incipit ea vallis post Polam oppidum, et continet tum oppida* Sanctorum Arsenii, *et* Rufi : *quorum Patroni qui sint et quibus diebus colantur* (*indigenas enim esse opinor*) *discam libenter. Tum* Dianum, *a quo valli universæ nomen. Sequuntur dein* Castellum S. Jacobi, Satianum *et* Bonum-habitaculum; *in dextra vallis Dianiæ parte postremum. In sinistra vero sunt* Atenum, Sala, Padula *et* Montesanum. *In hac ergo valle natum esse* S. Conus, *quæ dicitur in Actis* terra Diani ; *non diœcesis, more Ecclesiastico, quia caret dignitate Episcopali. Secundus locus in* S. Coni *actis nominatus est* cœnobium S. Mariæ de Cardosse, *in quo Monachus factus vitam finivit. Situm est illud* sub oppido Montis sani, *haud procul a* Padula, *locis jam citatis. Hoc vero monasterium, propter bellicas incursiones a Monachis derelictum, penitus manet excisum : sed cum [illegible] eo sperantes una cum redditibus Apostolicæ Sedis permissu essent translati in jus monasterii S. Laurentii de Padula ordinis Cisterciensis, domus ejus Prior Joan-* C *nes Bap. Manduccius (uti nobis scribitur) anno* MDC *ibidem construi sacellum fecit, juxta clibanum illum in quo ardente latuisse parentes suos Sanctus dicitur; quoque clibanum mundus integerque monstratur. Monasterio desolato conati sunt Padulani sacrum corpus [illegible]lere, atque ad se reducere : sed frustra per triennium in eo requirendo fatigati, a Dianensibus denique in fu[illegible], qui ipsum acceperunt, atque Dianum transtulerunt; et in templo S. Mariæ Majoris honorifice condiderunt anno* M[illegible]LXI, *sed quot annis post [illegible] id factum sit, nescitur. Est eadem* Dianum *in Episcopatu Caputaquensi, ex ruinis Pæsti, ibidem vetustæ civitatis, ad eam urbem conditam translato.*

Vallis Diani,

in qua natus Sanctus;

cœnobium S. Mariæ de Cardossa, in quo mortuus:

2 *Habemus Breve Sixti Papæ V, una cum Vita S. Coni, Consentiæ anno* MDXCV *[illegible]; ex quo* [illegible] civitatem Caputaquensem plane inhabitatam [illegible] redditam, *concessumque Episcopis esse, ut, si velint, possint perpetuis futuris temporibus in eodem oppido* [illegible] ob incolarum nobilitatem et frequentiam Clericorum, magnumque numerum annonæ et rerum necessariarum, ac quod in tuto et munito [illegible]que loco situm sit, [illegible] habitatione [illegible] quæ Diœcesis, ad Episcopalem residentiam commodi et opportuni... Seminarium quoque Ecclesiasticum, auctoritate Concilii Tridentini, et permissu Sedis Apostolicæ erectum, Archivum Curiæ E Episcopalis asservari solitum, atque ultra complura monasteria seu domos Regularium personarum in eodem oppido quinque Ecclesias Parochiales sitas esse ; interque illas admodum insignem existere ecclesiam, S. Mariæ Majoris nuncupatam : in qua jacet Corpus Beati Coni, quod magno finitimorum etiam populorum concursu et devotione celebratur. *Hæc ibi.*

Diani in oppido [illegible]

ubi Corpus.

3 *Misit nobis anno* MDCXXXVIII *Neapoli aliquam Vitam* S. Coni, *elegantiori stylo formatam Antonius Beatillus noster ; adscripsitque, se* Diani fuisse, et supra corpus S. Coni Missam celebrasse, ejusque brachium extra sepulcrum servari, eique se nares admovisse, ac sensisse maximam inde odoris fragrantiam exhalari. *Editor politioris illius Vitæ fuit* Fabius de Bono-homine V. I. D. Abbas S. Mariæ Dianensis, Protonotarius Apostolicus, Vicarius Generalis Consentinus, *qui* adm. Reverendo Clero et Dominis Dianensibus salutem *scribens, anno* MDXCV *præfatur, quod* non propria tantum fuit electio, sed plurimorum excitatio, ut typis curaret edi Vitam B. Coni, quam ex vetustissima traditione fidelissimam habuit patria ; et novissime, post alios Prælatos, Perillustris et Reverendiss. D. Lelius Morel- F lus, Caput-aquensis Antistes vigilantissimus, in sua generali visitatione anno MDLXXXVI (cum ipse etiam, *Fabius*, apud tantum Patrem, Vicarium generalem ageret) pro consueta solicitudine diligenter exquiri, et habitam fideliterque emendatam, mandavit describi. *Huic editioni, facta [illegible] apud* Leonardum Angrisanum, *accesserunt Epigrammata* Pauli de Amico, Curtii Morelli, Pelei Dactili, Horatii Morelli, Camilli Passalaqua, Prosperi Romani, Antonii Ricciardi, Camilli de Bono-homine, D. Poetii, *quorum hic Decanus, isti vel Canonici vel cives Consentini omnes fuerunt : Epigrammata autem sepulcro vetus hæc Antiphona :* O Lux Dianensis Cone beatissime, funde preces ad Dominum pro nobis peccatoribus, qui liberavit te ab ardenti clibano ; *quo etiam plerumque versus alludunt.*

Acta, stylo cultiori edita an. 1595,

D. P.

una cum variis Epigrammatis

4 *Aliam, genuino ac vetustiori stylo, sed in substantia [illegible] nobis Neapoli existentibus anno* MDCLXI, *donavit Scipio Paulutius, etiam nostræ, Societatis Sacerdos, et nihilo minus operis nostri studiosus quam Beatillus, atque antea [illegible] in nova Societatis Jesu Bibliotheca, per Nathaelem Sotuellum aucta, laudatus a libris et virtutibus. Hanc Vitam, sumptam* ex vetusta membrana ecclesiæ S. Mariæ de Diano, *aptavimus prælo, potius quam recentiorem illam ; eo quod*

datur hic stylo [illegible]

A *quod nobis propositum sit, vetustiora quæque de Sanctis*
AUCTORE G. H.
monumenta ab interitu hoc in opere vindicare. Non tamen hic, ut alibi fere, invariatum poterimus prælo dare, quod accepimus ecgraphum. Factum enim est, vel codicis hinc inde corrosi, vel characteris evanescentis vitio, vel imperitia denique librarii, vitiosius multa quam revera erant transcribentis, ut sæpius opus fuerit conjectura uti, vel verbis quibusdam additis interpolare contextum, beneficio [ ] uncorum hujusmodi : præcipui momenti mutationibus in Annotata relatis, uti etiam iis, quæ mutato per editorem stylo visus hic est explicationis causa aut aliunde adjecisse.

5 *Eidem sic a nobis edendæ Vitæ, erant in ecgrapho adjuncta Annotata R. P. Lucæ Mandelli Augustiniani, Sacræ Theologiæ Magistri : ex quibus scimus,*
festum 3 Junii,
solemne ejus festum III Nonas Junii magno populorum concursu celebrari ; Indulgentias concessas visitantibus Sacellum, ubi ejus sacrum corpus est reconditum ; in Caput-aquensi diœcesi, plura sub ejus nomine haberi dicata sacella ; in oppido Camerotæ diœcesis Policastrensis, extare celebre monasterium S. Coni, de eoque apud se extare memoriam in quadam Bulla Innocentii VI sub his verbis : Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis... Abbati monasterii S. Coni de Camerata
B
sacella et monasterium,
Policastrensis diœcesis... Datum Avenione IV Idus Octobris, Pontificatus nostri anno secundo. *Præterea addit*, quamplura S. Coni miracula memorari, et præcipue, dum a Frederico Aragonio Neapolis Rege Dianum obsideretur, atque tormentis bellicis mœnia quaterentur, visum esse ab hostibus S. Conum
miracula,
super muros discurrentem, et ignitos globos in hostem retorquentem : turrim campanariam corruentem ab ipso sustentari visibiliter esse compertum : præcipue vero ejus virtutem in effugandis immundis spiritibus fulgere, prout meminit se vidisse in tabulis ecclesiæ S. Mariæ, ubi ejus corpus est reconditum. *Hæc Mandellus, ex cujus Annotatis nonnulla securius supra retulimus : et pro valle Diania cognoscenda lucem contulerunt Leander Albertus in Lucania, et Paulus Merula par.* 2 *Cosmographiæ lib* 4 *cap.* 26.

6 *Fuisse* S. Conum *Monachum Ordinis S. Benedicti, testantur ipsamet quæ damus Acta : interim*
G. H. ab hoc alii, Cono Abbas Lerinensis,
nulla ejus mentio reperitur apud Wionem, Dorganium, Menardum, Bucelinum in Fastis Benedictinis, aliisque hujus Ordinis scriptores. Habent illi ad XXIX *Maji* Cononem *Abbatem Lerini Insulæ, eumque ut Sanctum*
C *recolunt, quem nos, secuti Vincentium Barralim Monachum Lerinensem, coacti fuimus ad Prætermissos amandare : hujus loco jam damus istum* S. Conum. *At Philippus Ferrarius, aliquo ut videtur vulgi rumore intelligens hoc die coli* S. Conum, *retulit* Conum *seu* Cononem *monachum Ordinis S. Basilii Nesi in Sicilia, cujus Acta aliqua dedimus* XXVIII *Martii, quando etiam de eo egit Ferrarius. Alia prolixiora propter varios hujus nominis Sanctos male adjuncta Actis S. Coni Dianensis, ideoque tunc a nobis non observata, dabimus in mensis istius Supplemento. Idem Ferrarius, in Catalogo generali, ad hunc*
et S. Conus monachus in Sicilia.
III *Nonas, celebrat* S. Conum Abbatem Panormi in Sicilia, *sed in Notis dubitat,* num sit Conus Ordinis S. Basilii qui Nesi colitur : *quod plane arbitramur, quia illum unicum nominat Octavius Cajetanus, in Idea et Vitis Sanctorum Siculorum.*

VITA

Ex vetusta membrana Dianensi.

Conus, de Ordine S. Benedicti, ortus de tribu inclita de terra Diani, priusquam conciperetur in utero *a* matris, quadam nocte a suis parentibus videbatur in somnis, quod ejus parentis uterus, facem claritatis voluminosæ prodebat ingentem. Tan- D
Præsagio ante conceptum notus,
tandem solis ortu lucem vibrante, ænigma mater intelligens pueri, suo viro, multum videlicet tremebunda, inquit ; Vir mi strenue, mihi hac nocte in somnis quamdam facem meus alvus ingentem pandere videbatur : cui conceptum similem, suæ uxori vir ille pariter retulit tremebundus. Pro qua soporis visione concordes ad invicem, inito consilio suum *b* Patrinum consulere sategerunt. Denique somni visione perpensa, eorum Patrino veraciter explicante, audierunt ; Vobis proles parturietur, qui Conus a vulgo nuncupabitur in civitate, eritque genealogiæ vestræ columna, totaliter *c* crescitiva. Altera adveniente nocte, Conus iste a suis parentibus, gratia operante divina, fuit conceptus ; veraciter et sincere [Conus dictus] : parta namque prole, suisque parentibus et cognatis jucunditate immensa nimis, ornatius vegetabat.

et a puero deditus pœnitentiæ,
2 Vix cum esset octennis, suprema gratia influente, non nisi semel in sabbato edere conabatur : suisque cibariis cineres inspergendo *d* a lacrymosis oculis madefactos, in ore persæpius revocabat. De nocte quidem, spreto cubili atque lodicibus stro- E
maticis, clam suis parentibus, nudam super humum, lapideo pulvinari subjecto, stratus videlicet soporabat ; matutinali hora surgente, cubilis panniculis revolutis, ne a suis parentibus impediretur.

3 Cum nimio desiderio esset instinctus divino [se mancipandi obsequio], Acolythatus Ordine gratanter adepto, suis ignaris parentibus, ad ecclesiæ S. Mariæ de Cardosse cœnobium venit, alacriter et
traditur Monachis Cardossæ erudiendus:
sincere. Ubi quidem induto cilicio, sibique cellula constituta, Modesto pædagogo signato, Grammaticam et Logicam fuit propere consecutus : pro cujus quidem [rei] causa sedulus, a Costa, Abbate monasterii hujus constituto, amore immenso tenebatur zelotypæ perstrictus. Tandem ejus inspecta prudentia, sacristiæ, promptuarii, capisterii *e* atque Prioris clavibus hinc inde collatis, cunctis cuncta sagaciter disponebat.

clibanum ardentem ingreditur
4 Quadam die dum esset studens in cellula, et viseretur a parentibus, qui deportaverant ligna, difficulter pulsantes ; relicta cellula, ob metum parentum, in ardentem clibanum se concite [abdens] latitabat ; sed prunas penitus non sensit, et *f* quod mirum videretur, algebat. Demum igitur ejus parentibus quodammodo sequestratis ; Abbas Costa quoque, per loca abdita et opaca, vehementer con- F
ut parentum vitet alloquium:
clamabat, et ipsum accenso luminari quærebat. Cumque in furnum oculos direxisset, ipsum vidit, mordaci pruna hinc inde conspersum : quo vocante, ipse responsum continuo propalavit ; atque ipso imperante prunas excutiens, æstuantem clibanum illæsus prorsus exivit.

voce cœlesti præmonitus obit
5 Quadam die, cœnantibus Monachis et Abbate, quadam desuper voce intonante, [dictum est] Cone, Cone, hac nocte vocaberis a Deo : cui quidem Conus humillima voce cantavit, Fiat mihi secundum verbum tuum. Emensa nihilominus nocte, acie Angelica circumdatus, suum spiritum in Domino exhalavit : siquidem deforis cernentibus luminari cellula videbatur accensa. Erant ibidem bysso quamplures purpuraque amicti, qui dulce melos super ejus *g* capulo Domino proferebant. Coruscante die ejus corpus Monachi honorifice tumularunt, super ejus cadavere Officium Domino persolventes. *h* Postremo Italiano regno a profanis æmulis conturbato, relicto cœnobio Monachi ad loca tuta timidi profugerunt.

desolato monasterio,
6 Tunc ante parato consilio, Padulana cohors exploravit corpus B. Coni, [volens] illud Padulam, temporis intervallo repulso, clandestine asportare :

A tare: denique summoto *i* tectorio atque pavimento subrupto, jugi indagine sedulosi per triduum, corpus illud beatissimum non valuerunt aliquatenus invenire. Tum cohors circumspecta Diani, receptis offensoriis armis, illuc concite perrexerunt, in Padulanam gentem ampullosius irruentes. Mox Padulani, versis tergoribus ubilibet hinc inde deflexi, vix Padulam fugere valuerunt. At ecclesiam Cardossæ Dianensibus ingredientibus, sponte concusso sepulcro, tanta fragrantia resultavit, quod penitus citra materiale nutrimentum homines poterat educare. Cadavere inde subducto, sineque imminutione aliqua carnoso reperto, ac si eo die tantum Domino redderetur; pecoribus *k* indomitis atque stratis, ipsoque cadavere super bene ornato [carpento], indutis Presbyteris, vexillo stipiti colligato, crucibus hinc inde portatis, Dianum agiliter detulerunt, et in majori ecclesia feliciter tumularunt, anno MCCLXI. Amen.

i

Padulani frustra nituntur corpus auferre,

quod Dianensibus ultro se offert.

k

ANNOTATA D. P.

a *Ibi, da excusa dicitur mater*, Igniva nomine, *fuisse*.

b *Ibid.* cum Religioso quodam re communicata: B *videtur autem hic Patrinus dici Parochus qui ambos matrimonio jungeret, testis sponsionis conjugalis; nunc usus ecclesiasticus vulgo notior obtinet ut sponsor Baptismalis, vel Chrismalis, respectu Baptizati vel Confirmati, vocetur eo nomine.*

c *Ibid.* prolem suscipiendam, quæ esset divini amoris igne succensa, et superni luminis radiis præfulgens.

d *Ecgraphum nostrum*, cinere intergendo a maculosis oculis et madefactis. *Excusa:* nisi cinere commisto atque magna lacrymarum vi profusa, non sumebat. D EX MS

e Capisterium, *in Vita S. Benedicti num. 1 dicitur* instrumentum ligneum, ad purgandum triticum: *hic autem videtur sumi pro* Pistrino.

f *Ecgrahum*, eo minus videretur agebat. *Excusa rem explanat, latiusque deducit, nec parum mutat quoad substantiam, his verbis utens;* Parentes autem graviter ferentes, se a tam præclara prole destitutos, ad monasterium processerunt, eo consilio, ut sanctimoniæ laude præclarissimum adolescentem, a Religione abductum, revocarent ad propria. Cumque fores pulsarent, et Conus eorum animum perspexisset, nec haberet ubi tuto delitesceret, divino afflatu in ardentem clibanum se conjecit; atque quo minus videri posset, pruna se totum contexit: quo diligenter perquisito, nec invento, parentes domum abierunt.

g *Ecgraphum*, Capitulo.

h *Addit excusa:* Sed cum tota fere Italia a barbaris vastaretur, Monachi relicto monasterio in tutiora fugerunt. E

i *Ecgraphum* sumpto exorio. *Est autem tectorium, ipsius pavimenti ægre ac parietum venustatis, Italis frequens et marmorea levitate nitens, ac sæpe etiam variegatum.*

k *Excusa*. Ac ut divinitus demonstraretur, Dianum, non alio, esse transferendum; curru ab indomitis bobus tracto, recta Dianum perlatum est.

DE VEN. HILDEBURGE VIDUA

JUXTA PONTISARAM IN FRANCIA

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De Vita, unde, et cur ea hic detur?

MCXV

Pontisarense, *seu* Pontœsianum S. Martini *in Gallia Monasterium, de quo pluribus egit Henschenius noster VIII Aprilis, ad Vitam S. Gualterii primi istic Abbatis; secundum in regimine numerat Theobaldum seu Theobaldum; qui circa finem seculi XI Galterio succedens, regimen tenuit usque ad annum MCXIV, juxta Sammarthanos. Sub hoc* C Religionis habitum *istic induit* (Sanctimonialis *titulo idcirco donata a Collectore veteris ibidem Chartularii*) Domina Hildeburgis; *ibidemque* in bona senectute obiit III Nonas Junii, et sepulta est in ecclesia S. Martini: ad cujus tumbam miracula multa Domino faciente ostensa sunt, *ut ait Auctor vitæ ex ejusdem Chartularii cap.* 134: *ex qua etiam intelligitur, obiisse illam ante prædictum Abbatem: quem cum Sammarthani dicunt mortuum anno* MCXIV, *ad aliquot annos necessario aberrant, ut constabit ex Charta, cui signando interfuit anno ut minimum* MCXVI, *a die quem uno anno obierat* Hildeburgis, *adeoque anno* MCXV, *vel præcedenti.*

Sub Theobaldo habitu sanctiore donata,

et a morte miraculis clara,

2 *Hanc Vitam habuit, elogiumque* Hildeburgis *ex eadem sumpsit Louvetus, lib. 2 historiarum et antiquitatum Bellovacensium cap. 2 §. 16, prout eum in suo Gynecæo sacro allegat Arturus a Monasterio. Sed quia is fuerat oblitus diem mortis apponere, licitum Arturus sibi credidit aliam quemcumque eligere, et sic ei placuit* XIV *Julii. Habemus alia quædam Louveti opera Gallice edita, etiam post Gynecæum præfatum, circa historiam Occitaniæ et Aquitaniæ, unde indicium nobis fit, quod non diu antea de Bellovacensium rebus scripserit; an autem* Sanctæ *vel* Beatæ *titulo usus sit, dum liber ad manum non est, nequeo divinare. Usus utroque illo titulo, in talibus justo liberalior Arturus, non magnopere nos commoveret, ut eumdem* Hildeburgi *adscriberemus; imo nec ipse nos moveret Louvetus, si is quoque alterutro usus titulo fuerit; sed excusaretur facilius, utpote laicus, neque ex professo de Sanctis tractans, ideoque minus quam ille obligatus scire, quid in hac materia decrevit Urbanus Papa VIII.* F

a nonnemine ut Sancta ponitur 14 Julii

3 *Equidem existimo numquam ab Apostolica Sede canonizatam illam, uti factum circa S. Galterium; ac ne quidem sepulcro ejus honorem aliquem anniversarie habitum ut Beatæ; sed, si quis cultus ei a Monachis aliisve fidelibus obtigit, accensis luminaribus, appensis anathematis, aliave qualibet ratione, (quod persuadere miracula possunt) continuum illum nullique certæ diei fuisse adstrictum: qui deinde cultus exoleverit paulatim; alias ad fundandum Beatitatis titulum, etiam secundum decreti Urbaniana, sufficientis, beneficio temporis immemorabilis. Quare abstinendum eo censemus, contenti Vitam ut accepimus dare, hoc proprio ejus die; optamusque ut, retecto quod nunc latet sepulcro, antiqua resuscitetur veneratio; totque confirmetur argumentis novis, ut quod olim factum esse præsumi rationabiliter potest, probet Pontifex Romanus; et quod defuit, adjiciat; facultatem scilicet commemorationis anniversariæ, tamquam Beatæ. Ignoravit eam Saussayus, ignoravit etiam Bucelinus, æque ac priores Monasticorum Fastorum conditores alii, deficientibus unde ipsam cognoscerent monumentis, ac ne Louveti quidem libro cum ipsi scriberent adhuc vulgato. Quare eorum silentium non potest in præjudicium trahi: varia autem*

Nos etiam titulo Beatæ abstinentes

Vitam hac propria die damus.

A *autem ipsius monasterii fortuna facile excusabit oblivionem veteris benefactricis.*

VITA

Ex veteri Pontisarensis Monasterii Chartulario,

Eruta a Luca Acherio Tom. 2 Spicilegii.

a Nobiliter nata Tempore quo Rex Philippus, *a* Henrici Regis filius, Regni Francorum regebat habenas, fuit quædam femina, Hildeburgis nomine, de nobili prosapia in pago Carnotensi Castro-Galardone *b* exorta. Hujus pater extitit Hervæus Castri Galardonis Dominus, potens divitiis et honoribus: genitrix vero illius, Beatrix vocata, et ipsa parentele generositate eximia. Quæ cum infantiæ pueritiæque transisset annos, jam adolescentili ætate subeunte, nobilis adolescentula, legaliter et honorifice, ut condignum erat, a parentibus in matrimonium conjuncta est viro generoso facultatibusque locupletato Roberto *c* Ibriensi. Succedente deinde tempore congruo peperit tres filios; quorum primus Ascelinus, B *ac Roberto Ibriensi nupta,* cognominatus Goellus: secundus Wiltinus, utrique Milites insignes; tertius Robertus, Clericali Ordine insignitus. Deinde Venerabilis Matrona, conservans quod ait Apostolus, Honorabile connubium omnibus et thorus immaculatus, honorabiliter viro suo fidem conjugii custodivit; corpusque suum integerrime a corruptione adulterii, atque ab aliena commixtione *Hebr 13, 4* impollutum Domino, cui omnis munditia et incorruptio placet, adjuvante, conservavit.

2 Porro vir ejus memoratus Robertus, cum jam senescere inciperet, gratia Dei cor suum visitante, apud semetipsum pertractans cum Propheta David, quoniam adhærere Deo bonum est, et ponere in Domino Deo spem suam; et quia mundus præterit et concupiscentia ejus; omnia hujus mundi oblectamenta, nec non fugitivos honores, omniaque vanitatum deliria, quæ humana corda a cœlesti desi- *illo in monasterium Beccense ingresso,* derio subtrahunt, atque ad infernalia tormenta trahunt, deserere decrevit; sanctorumque Monachorum contuberniis aggregare perseveranti animo semetipsum instituit. *Ps. 72, 28 1 Joa. 2* Desiderii itaque sui procrastinationem non ferens, uxori suæ venerabili Hildeburgi C filiisque suis, atque familiaribus amicis, votum suum patefacere curavit: quorum consilio, licet propositum suum differre atque perturbare diutius conarentur, ordinata domo sua dispositisque rebus suis *d* Beccense cœnobium expetiit; ibique Monachus *ac pie mortuo,* effectus, residuo vitæ suæ tempore religiose humiliterque conversatus, vitam finivit; atque, ut credimus, sanctorum Monachorum cœtibus sociatus, regnum Dei percepturus, requiem sempiternam introivit.

3 Post obitum vero Roberti, cum deinceps venerabilis vidua Hildeburgis in viduitate sua se castificare, atque a conjugio abstinere mallet; filii ejus et amici, timentes ne, quia adhuc juvenis erat, a consortio viri se abstinere non valeret; suaserunt ei, *ad secundas nuptias inducitur a filiis et amicis.* quatenus nimirum viro nuberet Quorum consilio diu multumque reluctans, cessit invita; timens ne si eis credere detrectaret, aliquod turpe sibi filiisque suis ac parentibus, de incontinentia sua, emergeret. Cum ergo quidam Miles nobilis, divitiis honoribusque fulgens, ei nubere gestiret, constituto die venit cum multo Militum comitatu, ut eam uxorem acciperet Præparavit vero se venerabilis matrona, induitque se pretiosis vestibus multicoloribus. Verum cum per gradum ligneum de domo egrederetur, repente gradus ligneus corruit; ipsaque ad terram corruens, graviter per totum corpus, maximeque circa coxas allisa est. D *sed quasi miraculo impedita totaque conversa,* Quapropter evidentibus indiciis a Domino hoc flagello percussam se esse animadvertens, seque ipsam miseram meretricemque incusans, nullatenus amplius alicui se nupturam protestata est.

4 Quomodo autem reliquo vitæ suæ tempore vixerit, qualiterque corpus suum mortificaverit, qui- *moratur identidem prope monasteria,* busque eleemosynis et abstinentiis, operibusque sanctis Domini misericordiam promeruerit, aliquantisper pro posse declarabimus. Monasteria Monachorum sanctorum Monialiumque perlustrans, societates participationesque orationum et beneficiorum expetebat et accipiebat, eisque caritatem pro viribus expendebat: unde locum morandi apud S. Petrum *e* Carnotensem, et apud S. Mariam *f* Columbensem, et apud S. Mariam Beccensem, et apud S. Taurinum *g* Ebroicensem, et apud S. Mariam Ibriacensem, ab habitatoribus locorum istorum expetivit, et pro voluntate sua accepit. Apud Ibriacum hospitalem domum, receptui hospitum, peregri- *intenta operibus caritatis,* norum et pauperum, ex proprietate sua filiique sui Goelli, furnumque constituit; quibus pro posse impensas præparavit.

5 Videns vero propter frequentes guerras, quas E filii sui finitimis suis faciebant, sed ibi quiete vivere non posse; a filio suo Goello res, quas in confinio Gaudiaci *h* villæ, quæ est juxta Isaram, jure hereditario possidebat, poposcit sibi dari, quatenus secure quieteque ibi vivere valeret, et ab ipso benigne accepit. Quo impetrato Pontisaram venit: est autem ibi juxta Pontisaram monasterium in honore S. Martini, quod tunc temporis regebat Theobaudus, sanctæ memoriæ Abbas. *præcipue S. Martini Pontisaræ:* Cognoscensque loci illius habitationem opportunam, frequentare cœpit; notaque Abbati et Fratribus facta est, participationemque beneficiorum loci expetens, pro voluntate sua adepta est. Postmodum vero xenodochium juxta prædictum S. Martini monasterium fecit, pauperculamque domum ad suam habitationem; in qua quia erat monasterio contigua, quoad vixit, morata est. Adamavit itaque locum monasterii Pontisarensis, super omnes domos quas viderat et noverat; fecitque ex proprietate sua intra claustra monasterii domum infirmariam, ornavitque ecclesiam multis ornamentis, quæ usque hodie in mona- *ubi habitum assumens* sterio conservantur. Si quando victualia Monachis deerant, ipsa pro posse suo illorum indigentiam F supplebat. Hæc et alia in laicali adhuc habitu posita faciebat; et cum religionis *i* habitu indueretur, facere non desistebat. Abbatem ex suo proprio ipsa vestiebat, multisque Fratribus vestimenta præbebat.

6 Quantum autem sibi parca fuerit, quam larga aliis, non facile valet edisseri. *et austeram vitam ducens.* Domabat carnem suam multis cruciatibus, ne insolesceret spiritumque subjugaret, secundum Apostolum; Spiritu ambulate; et, Carnis curam ne feceritis in concupiscen- *Gal. 5, 16 Rom 13, 14* tiis. Quis vero audiat et facile credat, quantis vicibus et per æstatem et per hyemem ad orationem procumbens, ventrem et genua nudabat, et sic terræ et pavimentis adhærebat Hoc plane ideo faciebat, quatenus caro frigesceret, nec libidinis calorem sentiret. Tolerabat nimios algores, fame sitique arebat, ut tuam, Christe, consequeretur misericordiam: et quia Psalterium in juventute sua didicerat, Psalmos die ac nocte decantabat. His aliisque operibus bonis religiosa Sanctimonialis insistebat.

7 Volens denique ecclesiam S. Martini reditibus ampliare, expetivit filium suum Goellum, multisque eum precibus deprecata est, quatenus pro salute animæ suæ, uxorisque suæ, filiorum filiarumque suarum, omniumque antecessorum suorum animabus,

multa eidem bona confert:

A bus, daret Domino et S. Martino Monachisque Pontisarensibus in eleemosyna hereditatem suam, quam habebat apud Gaudiacum : quod facere recusavit : verumtamen quoniam multis vicibus has postulationes repetivit, tandem hoc concessit, ut Monachi tota vita matris suæ supradictam hereditatem haberent, atque post decessum ejus uno tantum anno. Factum est autem, cum uno anno post transitum religiosæ Sanctimonialis Monachi tenuissent hanc eleemosynam, ut post finem anni Goellus eam in suam redigeret potestatem. Quadam autem

ad quod etiam post obitum in somnis monuit filium Goellum, *h* *l*

nocte jacebat Goellus in lecto suo, videbatque se esse in ecclesia S. Martini Pontisarensis, inter altare principale et *k* matutinale, ubi mater ejus faciebat *l* mandatum trium pauperum, lavans eorum pedes ; ipse vero tenebat bacinos cum aqua et manutergium, uti matri suæ serviret. Ipsa aspiciens in eum, tanquam furibunda, loquebatur ad eum dicens : Impie subreptor, quare subripuisti mihi eleemosynam, quam dederam servis Dei? Et volebat eum percutere de cultello, album manubrium habente, quem tenebat in manu sua, dicens : Nisi reddideris mihi hereditatem meam, morte morieris. Evigilans narravit uxori suæ quæ viderat ; statimque

semel

B misit nuntium, qui faceret ad se venire bonum Abbatem Theobaldum. Cui venienti retulit Goellus, quæ viderat et audierat, et hereditatem omnem, quam habebat apud Gaudiacum, Abbati supradicto Monachisque Pontisarensibus reddidit *m*. Hæc omnia firmiter concesserunt uxor ejus Elisabeth, et filii ejus Robertus et Wiltinus *n*, coram adhibitis testibus.

m *n*

iterumque

8 Alia vice apparuit prædicto Goello mater sua, manu tenens marsupium vacuum, et dicebat ei, ut præstaret sibi quatuor libras *o* Drocensis monetæ. Quod et fecit, misitque per Capellanum suum Wiltinum ad ecclesiam S. Martini, ad faciendum anniversarium matris suæ : similiter fecit omnibus annis quibus supervixit. Dedit etiam decimam sterlinorum *p* suorum, de redditibus quos habebat in Anglia, omnibus diebus vitæ suæ. His modis religiosa Sanctimonialis terruit Goellum filium suum, et mansuefecit, et amicum fecit ecclesiæ S. Martini Pontisarensis, et Monachis ibi Domino servientibus.

o *p*

9 Mortua est autem Hildeburgis Sanctimonialis in senectute bona, plena dierum et bonorum operum. Obiit autem tertio Nonas Junii, et sepulta in ecclesia B. Martini Pontisarensis : ad cujus tum-

C bam *q*, post mortem ejus, miracula multa Domino faciente ostensa sunt, regnante Domino nostro Jesu Christo.

q

ANNOTATA D. P.

a *Regnavit* Philippus I *ab anno* 1060 *ad* 1106, *et anno* 1069 *Pontisarensem fundationem suo Privilegio communivit.*

b Gallardon *oppidum Belsiæ, Carnuto ad Orientem distans* 3 *aut* 4 *leucis.*

c Ibreium, *vel* Ibriacum, *vulgo* Ivrey, *oppidum in finibus Belsiæ ad fluvium Auturam, Carnuto et Pontisara pari fere leucarum* 9 *intervallo distit, hinc ad meridiem, istud ad occasum habens.*

d Beccense *in Normannia celeberrimum monasterium, SS. Landfranci et Anselmi Cantuariensium Archiepiscoporum incolatu nobilitatum, de quo ad eorum Vitas* 28 *Maji et* 21 *Aprilis : erat autem tum ibi Abbas, tertius Anselmi successor,* Guilielmus de Monteforti, *ab anno* 1093 *ad* 1124, *defunctus* 16 *Aprilis : quem quia Arturus in sua Neustria propria Beatum appellat, erit a nobis in Supplemento de eo agendum, saltem inter Prætermissos, nisi de cultu certior discamus.*

e *Dictum* S. Petri in Valle *Ord. Benedictini, sub an.* 950 *ab Hugone Episc. Carnotensi instauratum, Canonicis in Monachos conversis.* D

f *Vulgo* Coloms, *ejusdem Ordinis et diœcesis, juxta Nogentum-Eremberti, anno* 1028 *a Fulberto Episc. restauratum.*

g *Hæc quoque ejusdem Ordinis Abbatia est : sanctus autem* Taurinus, *Ebroicensis Episcopus, colitur* 11 *Augusti.*

h Gaudiacus *in Carnutibus, vulgo* Jouy, *intra secundam ab urbe leucam.*

i *Habitus hic videtur fuisse potius* Reclusæ *seu* Tertiariæ, *quales juxta Cœnobia virorum frequenter legimus habitasse, sub directione Abbatum quam Monachæ stricte dictæ, et inter Monachas sub Abbatissa viventis. Atque hoc solum sensu* Sanctimonialis *et* religiosa Sanctimonialis *dicitur infra; Belgæ*, Devotam ; *Hispani* Beatam *appellarent.*

k Altare Matutinale *fuit, et est hodieque in multis Monachorum ecclesiis, retro Altare majus sive* principale : *in quo prius sacrum fiebat et fit bene mane ad eorum usum, qui comestibus aliisque forte impediendi sunt, tempore majoris Officii.*

l Mandatum *dicitur lotio pedum propter verba Domini in cœna,* Mandatum novum do vobis, *quæ cantari solent a choro, quando ea ablutio solenniter fit ab Abbate in die Cœnæ Domini.* E

m *Extat in Archivio Pontisarensi Ludovici Regis hac de re privilegium.* In Christi nomine Ego Ludovicus, Dei dispensante misericordia in Regem Francorum sublimatus, notum fieri volo tam futuris quam et instantibus, quomodo nostram adiit præsentiam Goellus de Juriaco, rogans ac obnixe deprecans, quatenus pro animarum patris mei ac matris meæ prædecessorumque remedio, terram quam in valle Gaudiaci jure hereditario possidebat, cum vineis et nemore et hospitibus, insuper quidquid ibi habebat, quam scilicet ecclesiæ B. Martini Pontisarensis pro sui et matris suæ anima dederat, eidem ecclesiæ, quantum ad nostram regiam potestatem pertinebat, in perpetuum concederemus : quod ita et fecimus. Verum ut hoc ratum et firmum permaneat in sempiternum, chartam nostri auctoritate sigilli firmatam et corroboratam fieri disposuimus ; quæ et istam eleemosynam, supradictæ ecclesiæ datam, diligenter exponat, et in munimentum stabilitatis perpetuo existat. Actum Parisius, anno incarnati Verbi millesimo CXVI, regni nostri VIII, Adelaidis Reginæ primo, adstantibus in Palatio nostro, quorum nomina subtitulata sunt et signa. F

S. Anselmi Dapiferi,
S. Gisleberti Buticularii,
S. Hugonis Constabularii,
S. Guidonis Camerarii,
Data per manum Stephani Cancellarii.

n *De his extant sequentia in prædicto archivio.* Universis sanctæ Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quam futuris, cognitum sit quomodo Hildeburgis, mater Goelli de Ibriaco, dedit Deo et sanctis Confessoribus Martino atque Germano in eleemosynam, pro mariti sui filiorumque suorum animarum remedio, quidquid habebat in valle Gaudiaci. Hanc quidem eleemosynam noluit tunc temporis Goellus concedere ; sed Dei operante clementia compunctus, tandem concessit; uxoremque suam Isabel, filiosque suos Willelmum atque Robertum concedere fecit supradictam eleemosynam ; videlicet quidquid hereditario jure possederat in valle Gaudiaci, ecclesiæ memoratorum Confessorum, pro anima sua, et patris matrisque suæ, et filiorum filiarumque suarum, et uxoris suæ, omniumque antecessorum suorum. Ut autem hoc donum firmum et ratum in perpetuum constaret, testes hos adhibuit, quorum nomina subtitulata sunt.

S.

A S. Roberti, Bastardi Rufi, filii ejusdem Goelli.

S. Gauterii de Sparnone, fratris ejusdem Roberti.

S. Ingenulfi de Salsaco. S. Hugonis Rufi.

S. Goelli Venatoris. Et hæc prolocutus est Willelmus, Capellanus de Ibriaco, qui etiam huic dono interfuit.

Hæc charta fuit scripta jussu ejusdem Goelli, in Abbatia Ibriacensi, coram Abbate ejusdem loci nomine Duranno, et Theobaudo Abbate Pontisarensi. *Sive autem scripta est ante, ut est verosimile, sive post diploma Regium haud multum potuit intercessisse temporis, adeoque diutius debuit vixisse* Theobaldus *quam usque ad an.* **1114**. *Nam in eodem Chartulario sic etiam legitur :*

Quando Isabel, supradicti Goelli, eleemosynam supradictam apud Auctum castellum concessit (*existimo esse* Augum, *vulgo* la ville d'Eu *in Normannia*) affuerunt eidem concessioni Willelmus Capellanus, Garnerius Major, et duo pueri obsides, quorum unus vocabatur Ormundus, filius Roberti Vicedomini de Girberreio ; alter vero dicebatur Robertus, filius Roberti Guhui. Adfuit etiam Aufridus famulus Monachorum. Rogante denique et jubente prædicto Goello excommunicati sunt ab Abbate Theobaldo et B a Monachis S. Martini Pontisarensis omnes, qui D hanc eleemosynam, quæ suprascripta est, injuste calumniaverint, aut per violentiam auferre tentaverint. Fiat. Fiat.

o Drocenses *Comites peculiarem sibi Monetam habuisse, constat ex Orderico Vitalis lib.* 5. *Sunt autem* Drocæ *mediæ inter Carnutum et Ebroicas.*

p Sterlini, *Anglicana seu Normannica moneta sunt : quorum libra, ætate prima,* 120 ; *media,* 480 *denarios continebat ; nunc vero* 728 *transcendit, apud Cangium in Glossario ad verbum* libra.

q *D. Adrianus Charpentier, Prior Pontisarensis, a cujus manu prænotata Instrumenta accepimus mediante Dom. Mabilione, de hac tumba interrogatus, respondit ; putari ob aliquibus eam esse, quæ ad quatuor angulos atque in medio æneis clavis infixis distinguitur a ceteris, absque ullo epitaphio : nihil autem certi sibi compertum esse. Quin ergo illa reverenter aperitur ? exhibitura forsitan aliquid, quod invenisse non pœniteat ; et siquidem appositus fuerit laterculus plumbeus (ut sæpe solebat) nomen indicans* Hildeburgis ; *non video quare non posset cum approbatione majorum, corpus decentius collocari, et cultus pristinus renovari.* E

DE B. ANDREA HISPELLATE

PRESB. ORDINIS MINORUM IN UMBRIA.

D. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§. I. De Vitæ scriptoribus, obituque et cultu ipsius Beati.

ANNO MCCLXIV.

Quartus hic Patronus Hispellensium est.

Quarta hæc nobis occasio est Hispellum nominandi, oppidum in Umbria conspicuum satis ; postquam de tribus aliis ibidem Patronis egimus in prægressis mensibus ; in Majo quidem ad III et XVIII diem, ubi de* B. Ventura *Crucifero atque* Felice *Episcopo ; in Aprili vero ad* XXV. *ubi de* S. Fidele *Confessore. De omnibus tamen istis egimus ambigue satis, quoad genus vitæ ac mortis tempus ; de Felice vero etiam quoad Episcopatum, quem multi* Spalatensem *in Dalmatia fuisse volunt, cujus nomen confusum fuerit cum* Hispellensi, *sive (ut vulgo loquuntur)* Speilensi ; *cum tamen hunc revera olim extitisse nullo satis firmo argumento probetur. Nunc exploratiora, atque etiam antiquiora dare licebit, de hoc novissimo* C *illius Tutelari Divo. Quamquam, quod quidem ad auctores impressos attinet, nullus horum ejus meminerit ante Bartholomæum Pisanum, qui opus Conformitatum, sæpius dein cusum recusumque, multo prius quam ars typographica inveniretur, composuit, atque anno* MCCCXCVII *obtulit Assisii Capitulo Generali cujus et approbationem promeruit. Hujus verba inferius, referenda, prætulerunt alii ejusdem Ordinis, Andreæ mentionem ut* Sancti *vel* Beati *facturis, Rodulpho scilicet Tossignano, Francisco Gonzagæ, et Marco Ulissiponensi. Ex ordine autem S. Dominici, antiquior istis Leonardus Utinensis fuit, qui infra similiter allegandus, secutus eumdem Bartholomæum videtur, eo in opere, quod editoribus placuit, recepta seu temporis phrasi, Sermones aureos nuncupare : ipse enim locum habuit inter ejus Concilii Patres, quod Bononiæ inchoatum anno* MCCCCXXXV, *Florentiæ absolutum fuit* XXXIX ; *alii vero jam nominati solum seculo superiori scripserunt.*

De eo scriptores antiquiores

2 *Waddingus, cum ad annum* MCCLIII *num.* **11**, *memoriam ejus faciens, promisisset, alias gesta se* Andreæ *daturum ; promissa præstitit in Additionibus ad Tomum* 2, *Tomo* 7 *subnexis, ubi pro anno* **1264** *num,* XI *compendium ejus Vitæ relaturus.* Decessit *inquit,* hoc anno MCCLXIV die III Junii, in patria sua, ætatis anno LXXXIII. Divus Andreas Hispellas, cujus gesta, *alias promissa,* damus, ex libello Fr. Thomæ Hispellatis, ipsius Discipuli, Hispelli apud Patres Conventuales asservato ; et ex Collectaneis Joannis Targurini J. C. Hispellatis, Bartoli discipuli, qui decessit anno **1358** : e quibus Guido Olorinus de Targurinis, J. V. D. Joannis pronepos, anno **1537** has notulas exscripsit. *Ita Waddingus, continuo subjungens Notulas illas hoc initio :* Andreas Presbyter F anno **1223** a S. Francisco sui Ordinis habitum suscepit etc. *Ludovicus vero Jacobillus, in Bibliotheca scriptorum Umbriæ, decimo anno Fulginii edita, ex quo Additiones illæ Waddinguianæ Lugduni prodierant, de prælaudatis Auctoribus paulo distinctius ita scribit.* Thomas Hispellas, Ordinis Minorum, Beati Andreæ de Cacciolis Hispellatis socius, scripsit anno MCCLXX Vitam B. Andreæ sui Magistri : et Joannes de Targurinis J. C. Hispellas Bartoli discipulus anno **1358** dictam Vitam in compendium redegit, asservatam in Conventu S. Andreæ Hispelli, ut refert Guido Olorinus de Targurinis J. C. Hispelli, ejusdem Joannis pronepos in Historia Hispelli.

Vitæ a discipulo scriptæ Synopsis.

3 *Ambo scriptores illi, quamvis celeberrimi sint, ac de rebus quodammodo domesticis, alter nempe de historia Ordinis sui Seraphici, alter de Scriptoribus provinciæ suæ Umbriæ tractent ; nihilominus de scripturis authenticis, quas nacti nos sumus, destituti, exerrasse deprehenduntur in variis, quæ aliter docebit compendium Vitæ primigenium, qualiter illud descripsit Joannes Targurinus ; non qualiter illud ipsum, a Guidone Olorino Joannis Targurini pronepote, arctius in Notulas contractum et compendium compendii rectius appellandum Waddingus proponit loco citato. Compendium quod dico primigenium per publicum instrumentum nobis rogantibus submissum fuit Hispello, anno* MDCLXXXIX *die*

XVIII

A xviii *Octobris; cui subscribit* Petrus Lencius qu. Isidori filius, ab Hispello.... publicus auctoritate Apostolica Notarius, in archivio Romanæ curiæ descriptus, *qui* supradictam copiam fideliter extraxit et copiavit ex supradicta Copia simplice existente actu, cum qua facta collatione concordare invenit, salvo semper meliore, et se subscripsit Manu propria die 18 Octobris 1689. *Apponebatur dein Notarii nomen prædictum et signum proprium.*

4 *Jam vero exordium Instrumenti ejus, et Instrumentum ipsum subsequens, est hujusmodi:* In nomine Domini. Amen. Hoc est sumptum de sumpto in simplici copia, existente penes Rev. P. Mag. Theodosium Branciam, sacræ Theologiæ Doctorem, Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci in Conventu S. Andreæ Hispelli per me Notarium publicum infra de ejus mandato, extractum de verbo ad verbum, prout jacet, die xviii Octobris anni MDCLXXXIX, Indict. XII, tempore Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris et Domini nostri D. Alexandri divina providentia Papæ VIII, anno ejus I. Videlicet:

docet, an. 1223 receptum ad Ordinem,

5 Copia. Summarium ex liberculo Fr. Thomæ de Hispello, extractum MCCCXXII. Anno Domini MCCXXIII, Andreas de Hispello, ætatis suæ XXIX (*Waddingus habet* XLIV), defunctis parentibus et sorore, in Ordinem Minorum ingressus, a Divo Francisco inter LXXII discipulos, inter quos fuit primus Sacerdos, numeratus. *Waddingus videtur* Presbyterum *ingressum dicere.* B

A. D. MCCXXVI adfuit morti sancti Patris, ab ipsoque accepit documenta, ad acquirendas animas concionando.

A. D. MCCXXVIII Andreas una cum Fr. Morico, Gregorium IX Pontificem, venientem Assisium, permultis precibus exoravit, ut ecclesia S. Laurentii, suæ patriæ matricem, consecraret. *Addit Waddingus, quod Pontifex tunc ibat, S. Franciscum canonizaturus.*

pro Regulæ observantia bis datum in carcerem:

A. D. MCCXXXI fuit in carcerem conjectus a Fr. Elia, cum aliis sociis sancti Patris, et liberatus a præfato Gregorio IX, instante sancto Patre Antonio Patavino. *Hoc apud Waddingum non invenitur pro hoc anno.*

A. D. MCCXXXIII ad Capitulum generale vocatus, celebratum Soriæ in Hispania, acquisivit cognomentum ab Aqua, suis precibus impetrata, dum ibi concionabatur pro magna siccitate: et in d. Capitulo generali Concionator fuit declaratus. *Ubi Waddingus notat, esse qui ab Italico idiomate* dell'acque, *corrupte transtulerunt* de Lacchis. C

prædicationibus et miraculis clarum,

A. D. MCCXXXV, usque ad annum MCCXLIII, fuit ad concionandum in multis locis, maxime inter Lombardos, quos ab inferis [revocavit], mediantibus maximis signis, etiam in resurgendis mortuis, ut accidit Regii. *De quibus nihil Waddingus.*

A. D. MCCXLIV fuit iterum ad carcerem adductus cum sociis B. Francisci, ad intuitum sequacium Fr. Eliæ, pro altercatione Regulæ ad litteram: postea a Fr. Joanne Parmensi Generali est liberatus. *Semel tantum carceris meminit Waddingus, idque sine circumstantiis personarum, a quibus liberatus est.*

reformasse Sanctimoniales Hispelli:

A. D. MCCXLVIII missus [est] a sancta Matre Clara de Assisio, cum Sorore Pacifica, ad Vallem-gloriosam, jam a Matre Sorore Balbina de Hispello reformatam, ad confirmandum eo magis illud monasterium, mirabilibus signis impetranda aqua pro d. monasterio.

A. D. MCCXLIX Andreas in conventu Carceris fuit a Bambino (*vox Itala* infantem *aut* puerulum *sonat*) Jesu sua præsentia consolatus, sed a sonando vespertino perturbatus, quoniam eum relinquere opus fuit, eundi gratia ad Vesperas. Et postea rediens subito, Jesus ei dixit: Bene fecisti, Andreas; si aliter fecisses, hic me non invenisses. Potes aliquando relinquere Creatorem pro creatura. Sequere, sequere: ego semper tibi propitius ero. D

AUCTORE D. P. in obedientia probatum,

A. D. MCCL in præfato monasterio Vallis-gloriosæ Cæciliam Gualderiæ Captæ guerræ de Spello, et Angelam Petri Jacobi Vannis de Spello, supradictus Andreas accepit in Ordinem Minorum, sub Regula data a Cardinali Protectore sanctæ Matri Claræ.

defunctum an. 1258.

A. D. MCCLIII Fratribus Minoribus et præsertim Fratri Andreæ, Merico et aliis cœnobium S. Andreæ, jam Camaldulensium, fuit concessum: et mediante d. Fratris Morici nepote, Domno Menco de Hispello, Episcopo Sutrino et Pontificis Secretario, a Papa Innocentio IV, instante Publico Spello fuit confirmatum.

A. D. MCCLIV et III [Junii] Andreas, ætatis suæ LX, ad astra evolavit secutis quamplurimis signis, et magno concursu infirmorum, qui sani et fortes, ad eorum patriam læti et ædificati redierunt, Deo et Andreæ quamplurimas gratias agentes.

Ego Joannes de Targurinis, I. V. D. ad memoriam tanti viri, manu propria, anno MCCCLXVIII. E

Additur Processus de inspectione Corporis an. 1594

6 *Hæc si ita originaliter vidissent Waddingus et Jacobillus, non scripsissent, Joannem de Targurinis Vitam* B. Andreæ *in compendium redegisse: cum hunc observassent, Joannem prædictum dumtaxat descripsisse compendium illud, jam pridem anno videlicet* MCCCXXII *ab Anonymo contractum ex Vita uti liquet ex capite et calce ipsius compendii sive Summarii præmissi. Deinde non alligasset mortem* Andreæ *Waddingus anno* MCCLXIV, *cum illam obierit decennio prius. Non asseruisset annos* XLIV *natum intrasse Ordinem, cum anno ætatis* XXIX *ingressus sit. Non item ætati universim tribuisset annos* LXXXIII, *cum in præmissis expresse legatur obiisse anno ætatis suæ* LX. *Denique non adstruxisset, Joannem Targurinum decessisse anno* MCCCLVIII, *cum is propria manu subcripserit præmisso Summario, anno* MCCCLXVIII. *Jacobillus similiter non docuisset, Joannem de Targurinis, modo dictum, in compendium redegisse Vitam* B. Andreæ anno MCCCLVIII; *cum eo ne redegerit quidem ipse Vitam illam, sed ab alio pridem redactam, uti vidimus, descripserit tantum, idque anno non* MCCCLVIII, *sed* LXVIII. *Eruere insuper ex præmisso Compendio possumus annum, qui* Andreæ *natalis fuit, videlicet* MCXCIV. *Nam ingressus est Ordinem anno Christi* MCCXXIII *annos natus* XXIX, *quos si retrogrado numeres ordine ab anno prædicto* MCCXXIII, *terminabitur primus in anno* MCXCIV: *his porro si annumeres, annos* LX, *quot universim vivendo explevit* Andreas, *pervenies ad annum* MCCLIV *quo debet obiisse; quamvis in ecgrapho nostros dubitans Librarius uti manifeste apparet) V an I notaret, vetus transsumptum, elegerit scribere* MCCLVIII: *quare ipsum in hoc correxi. Isti autem tam accurate descripto Actorum compendio, addo Processum super inspectione corporis et miraculis* Andreæ, *anno* MDXCIV, *auctoritate ordinaria formatum; quem Romæ inter Collectanea Waddingi reperi atque describendum curavi. Allegat hunc Processum Jacobillus, Tom.* I *de Vitis Sanctorum ac Beatorum Umbriæ, edito antequam prodirent prædictæ Additiones Waddingi; quare in ipsius Andreæ Vita nonnulla etiam erravit, quæ fuerat correcturus, si illas Additiones, et magis, si nostrum Compendium vidisset: puta, quod natus fuerat Beatus* circa annum MCC *et obierit* MCCLV, anno ætatis LV circiter. *Waddingus similiter fuerat suas Additiones aucturus, si citius habuisset Processus supradicti copiam, uti eam habuit Jacobillus, qui illos suos qualescumque defectus abunde compensavit notitiis* F

A *varus, quas Olorinus Waddingi informator non attigit.*

AUCTORE D. P.

Ex Donnolæ Historia Hispellen. anni 1621

7 *Ac primo ex MS. Historia Hispellensi Fausti Gentilis Donnolæ, J. C. Hispellatis Italice composita anno* MDCXXI, *uti in Bibliotheca notatur; de vita* Andreæ *ante ingressum in Ordinem, ait, quod* a prima juventute cœpit mundum contemnere, seque totum Deo tradere exercendo varia opera misericordiæ, hospitium peregrinis, male indutis pauperibus vestes, necessitatem aliam quamcumque patientibus auxilium præbens, magnoque cum fervore vacans orationi. Frequens autem erat apud Monachos Camaldulenses, magna cum observantia degentes in monasterio S. Silvestri montis Subasii, e regione et supra Collem lupinum, Hispellensis territorii castellum, distante ad duo passuum millia, et per S. Romualdum olim fundato. Magna etiam reverentia et dilectione prosequebatur Monachas cœnobii Vallisgloriæ, ipso in monte Subasso siti, inter Hispellense oppidum ac monasterium prædictum, unius utrimque milliaris intervallo; quas cum ingenti studio perfectionis religiosæ teneri animadvertisset, ipsasque eodem multum extimularet, postea ad S. Claræ regulam reformavit.

tum alia quædam habemus de B. Andrea,

B 8 *Istis, ex eodem verosimiliter Donnola, addit Jacobillus, quod* cum Andreas habitu Franciscano suscepto, in eodem jam annis viginti egisset, et odor sanctæ conversationis ejus circum Assisium longe lateque diffunderetur; proximi Hispellenses, et solum VIII P. M. distantes, propiores jure se crediderunt, ad eum sibi postulandum, anno MCCLIII. quando communi Cleri Populique consensu, obtulerunt Religioni Minorum, parochialem ecclesiam S. Andreæ Apostoli, medio in oppido sitam, una cum hortis ædibusque contiguis; quæ cum antea fuisset Monachorum Camaldulensium, ab anno XXXI ejusdem seculi commendata fuerat Presbytero seculari, cum auxilio Clericorum duorum administranda, in iis quæ curam animarum spectabant. Sic factam donationem, anno MCCLIV Innocentius Papa IV die XIII Martii, et Bartholomæus Episcopus Spoletinus die VII Septembris ratam esse jusserunt: atque ad loci possessionem ineundam missus Andreas, magno istic cum indigenarum fructu usque ad vitæ finem est commoratus; iisdem quibus antea misericordiæ operibus sese impendens erga peregrinos et pauperes, pro quibus etiam (ut loquitur Rodulfus

tum quod Hispelli conventum exorsus sit an. 1253,

C Tossinianus Hist. Seraph. lib. 10 pag. 73) eleemosynam petebat, malens ipsemet esurire, quam alios fame premi.

9 Religiose uti vixerat defuncti corpus, capsæ fuit inclusum ligneæ, perquam concinnæ; et hæc marmoreo imposita monumento, quod circulis ferreis munitum, stabat ad pedem pulpiti concionatorii sub vicino altari, columellis lapideis innixo, includente ibi sacrum depositum prætensa crate ferrea. Supra altare, imago ad vivum depicta repræsentabat Andream cum radiis circum caput diadematum, ut Beati solent, in habitu sui Ordinis et longo acuminatoque cappucio. Hispellates autem, variis per eum beneficiis divinitus receptis obstricti, Patronum asciverе; cujus præsertim opem experiebantur, quoties vel pluvia desiderabatur, vel serenior aura. Anno porro MCCCLX publico Populi Hispellensis decreto ordinatum fuit, ut festum ejus quotannis ageretur die III Junii, et in ipsius diei Vigilia publice cum luminaribus procederetur per oppidum, ad venerandum corpus sacrum. *Hactenus Jacobillus: cujus ultima verba suspicionem mihi ingerunt, quod isto anno* MCCCLX Andreæ *corpus, catenus in arca lignea juxta altare requiescens, uti S. Davini in figlina Lucæ, fuerit cum eadem compositum in tumba marmorea atque sub altari collocatum, non sine consensu*

et qualiter ibi sepultus habeatur,

instituto sub an. 1360 festo,

quando videtur facta translatio ad altare.

D *Episcopi Spoletini. Erat hic tum Joannes Pistoriensis, ab Ecclesia Tridentina sibi collata, cujus possessionem homo externus inire numquam potuerat, ad Spoletinam translatus anno* MCCCLIX, *in eaque cum opinione sanctitatis mortuus* MCCCLXX, *uti scribit Ughellus.*

§. II. De inspectione sacri corporis anno MDXCIV, duorumque librorum eo spectantium.

10 *Quidquid sit de prima sacri corporis elevatione, a loco primæ sepulturæ, de qua licet nihil uspiam legam, vix tamen dubitare possum, quin communem eam initio habuerit Sanctus cum ceteris Fratribus, eo in conventu præmortuis, quod inde sublatus fuit, suadentibus id vel signis divinitus ostensis, vel miraculis ad Beati invocationem patratis. Quidquid etiam sit de translatione ejusdem ad marmoreum tumulum infra altare, cujus tempus non possumus, nisi per conjecturam divinare; certissima notitia alterius et hic prætitulatæ inspectionis translationisque nobis suppetit in supra memorato Processu, cujus hic est titulus:* In Dei nomine. Amen. Ad æternam rei gestæ memoriam. Hic est Processus inspectionis corporis B. Andreæ in terra Hispelli, Spoletanæ diœcesis, jacentis in monumento existente in ecclesia S. Andreæ dictæ terræ, sitæ in territorio Mezlate juxta fines suos. *Ab Hispello autem, non longe Aquensis vicus abest, Aequi dictus in tabulis, quarto circiter milliario ab Hispello in Occidentem: qui vicus si natalis Andreæ fuit, et ab eo vulgare cognomen de* Aquis *traxit; non ideo omittet jus, ut* Hispellas *dicatur; sed cessabit necessitas petendi occasionem talis cognominis a miraculo, de quo non possumus certo dicere, id potius ad Andream quam ad alios in Comitiis Sorianis Patres pertinere. An autem rectæ et qua certitudine recentiores eum adscribant familiæ* Cacciolæ, *Hispellensibus dijudicandum relinquo; quandoquidem ætate B. Andreæ et diu post, non fuerit in usu Ecclesiasticorum, præsertim inter Ordines Mendicantes, usurpare cognomenta familiaria; neque hæ solitæ fuerint talium habere rationem in construenda genealogica arbore.*

super ea recundius Provincialis Conventualium

E

apud Hispellum, cui adjacet vicus Aequi, patria Beati

11 *Porro cum hæc proferendum Instrumentum, tam in titulo jam posito quam subsequenti authenticatione vocetur,* Processus, *merito censeo hunc eumdem esse, quem Jacobillus* auctoritate Ordinaria *formatum fuisse ait. Annus certe convenit, neque abludunt cetera, sub prædicto Titulo et hoc initio posita.* Die prima Junii millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, Reverendus Pater, Magister Bartholomæus de Monte reali, Provincialis Provinciæ Seraphici Patris Francisci de Assisio, existens in infra scripto loco, ac coram infrascriptis testibus, dixit ut sequitur. *Italico tamen sermone, quem Latinum facio.*

instituto 1594,

12 Tres aut quatuor dies sunt, quod ad hunc Conventum S. Andreæ Hispellensis accessi, ad satisfaciendum animo meo, eumque levandum a tædiis, quæ solent majorum Conventuum visitationes consequi; tum etiam vel maxime, ad sanctius transigendum proxime præteritos dies Pentecostes, *quæ scilicet eo anno celebrata fuerat* XXIX *Maji.* Visitanti autem prædictum Conventum incidit cupiditas quædam videndi corpus B. Andreæ, quod mihi dicebatur (sicut et legisse memineram) adhuc esse in hoc loco; eo præcipue, quia ipsius Conventus Patres istud a me requisiverant. Porro cum heri vesperi ejusmodi cupiditas pecialius me urgeret, Deum et Sanctum ejus precatus sum, illuminarent mentem meam; et, si conveniebat dictum sacrum corpus a me conspici, magis magisque ad id me accenderent;

quod motus desiderio recognoscendi Corporis sancti.

A accenderent; sin autem, ejusmodi desiderium mihi tollerent. Sentiens ergo inflammari illud etiam amplius, accersivi tres ex Patribus hisce, scilicet P. Fr. Dionysium Lucidi a Porta, Guardianum dicti Conventus; P. Fr. Alexandrum Guernivum Fulginatem, Vicarium; et P. Fr. Bartholomæum Rosmarinum, sacristanum prædictæ ecclesiæ S. Andreæ; cum iisque præfatam meam cogitationem contuli, rogavique ut orarent mecum; sicuti etiam fecerunt prout dixi.

consulto prius per preces Deo,

13 Dum sic orabatur, crescebat in me jugiter desiderium supradictum. Quapropter iisdem imperavi, ut de peccatis confiterentur, facta eis potestate, ex ea quam habebam ego pro ratione officii, petendi absolutionem a quibuscumque censuris: quod etiam fecerunt, sicut et ego, ut contriti expiatique, haberemur a Deo digni corpus sanctum videre. Tum illi atque ego vestes induimus sacrificales, atque inter nos conjuravimus, nulli hominum revelaturos nos, si forte non inveniremus ipsum eo ubi esse debebat loco; ac ne inventum quidem revelaret quisquam eorum, absque mea expressa licentia. Tum accensis facibus recitavimus Letanias et preces alias, coram altari sanctissimi
B Sacramenti. Deinde, cum quam maxima potuimus devotione, accessimus ad locum in quo erat sepulcrum Beati; ibique genuflexi, post plures ad Deum ac Beatum preces, sustulimus lapidem quo monumentum operiebatur, nisu non magno, quia cœmentum et calcem quibus compaginatus ipse cum tumulo erat, ita consumpserat diuturnitas temporis, ut per hiantem latius rimam, non solum pulveres sed et aliæ immunditiæ subintrarent sepulcrum. Sublato lapide admovimus lumen tumbæ, conspecturi quid intus contineretur; vidimusque capsam ligneam fere consumptam, ac multo ferro circulatam.

coram 3 Patribus tumbam aperuerit,

14 Cum ergo ipsi et ego vidissemus adesse revera corpus quæsitum, cantare cœpimus, Te Deum laudamus, cum Antiphona et Oratione; atque campanas pulsari jussi, vetans ulteriorem omnem progressum in opere: Deumque pro recepto beneficio collaudantes, redivimus ad quietem capiendam: res enim acta fuit hac præterita nocte. Hodie vero mane, ego et Patres prædicti ad Officium Matutinum surreximus, eoque cum Laudibus decantato, imperavi prædicto P. Vicario, ut accerseret Dom. Vicarium Foraneum Hispellensem, Dominosque d.
C Terræ Priores; ut venirent, præsentesque nobiscum complerent cœptam sacri Corporis inspectionem, quam peragere intendebam. Tum vero Missam celebravi, eaque finita prædictus Rev. D. Vicarius et Magistratus et ego; Patres item dicti Conventus, multique Domini Canonici ac cives alii, propriis nostris oculis privatim inspeximus capsam corpusque jam dictum: idemque vidistis vos Notarius et Testes, Quamobrem gratias ago sanctæ et individuæ Trinitati ac prædicto B. Andreæ, per infinita secula seculorum. Amen. *Hactenus Italice Provincialis, cetera Latine sic prosequitur Notarius.*

[illegible] adesse corpus,

[illegible]

15 Completa solenni Missa, per R. P. Fr. Bartholomæum præfatum, Provincialem Provinciæ Seraphici Patris nostri Francisci, cum ministris, in ecclesia S. Andreæ d. Terræ, fuit visum, conspectum et inspectum, relata fide prout supra, corpus B. Andreæ de Hispello in capsa lignea, fere consumpta, existente subtus pergamum, extra duabus ferraturis rotundis sera munitis, una a capite, et altera a pede, murum versus, cum limina ferrea a pede ac etiam Crucibus tribus laminarum ferri, a patre superiori in coperchio d. capsæ, et tribus a tergo: in fronte vero ecclesiam versus, Cruces adsunt vel ne, videri non possunt, quia adest tabula, et post eam capsa lignea. Sacrosan-
D ctum corpus est nudum, carens vestimentis. Videtur caput, propter capsam dirutam; ossa penes pectus, nec non et tibiæ, quæ sunt ossa nuda; et in pedibus apparet aliqua caro, licet obscura. Fuit visum et diligenter inspectum per Illustrem et Rev. D. Petrum Matthæum Venantium, Abbatem S. Silvestri de Monte-Subasio et Vicarium foraneum d. terræ Hispelli pro Illustriss. D. Paulo San-Vitali Episcopo Spalotino; ac per Rev. P. Bartholomæum, Provincialem prædictum.

[illegible]

16 Quod sacrosanctum Corpus, per Magistratum terræ Hispelli, hoc est, per Dominos Joannem-Angelum Verserium, Marinum Tonium, Quintilium Cassolum, et Natalitium Romarinum, Priores d. Terræ; ac per Petrum Fabium Marionum, de terra Gualdi Nucerinæ diœcesis, Cancellarium d. Terræ; ac quam plures alios cives [coram prædictis Vicario et Provinciali] meque Notario ac Testibus infrascriptis, nullum fœtorem afferens. Quæ quidem capsa, in qua d. Sacrosanctum corpus concluditur, operitur capsa alia lapidea, ab extra in columnis rotundis, et extra eam adest grata ferrea. In quo quidem loco adfuerunt Reverendi Pa- E tres Domini Franciscus Sforsia, Macarius Cerarchus, Ambrosius Cerradus, et Matthæus Urbanus, Canonici collegiatæ ecclesiæ S. Laurentii; et Reverendi Patres Domini, Simon Cassias, Bonifacius, Piaggia, Angelus Putius, Rinaldus Martinus, Canonici ecclesiæ S. Mariæ Majoris d. terræ; Reverendi Domini Dionysius Ciavendinus, Oliverius Paulutius, Faustus Lancellotus, Griffonus Jovius, Presbyteri; Domini, Sigismundus Paulutius, Ser-Nicolaus Blasius, Ser-Alphonsus de Comitibus Raydæ, Ser-Christophorus Simoni Sbardellatus, Tranquillus Accorambonus, Pacificus Paulutius, Joannes-Angelus Nutii-Diamantis, Tarquinius Urbanus, Joseph Andreæ Caciottæ, Mag. Grogorius Cecchi, Thomas Cæsaris Sureditti, Petrus-Paulus Christophori Buccialanæ, Pompeius Pisti, Julius Angeli-Venantii, Sebastianus Lamparellus, Julius Angelinus, Gentilis Stardellanus, Victorius Andreæ Dondoli, Chrysanthus Savelli, Marinus Jacobi, Ermetes Blasii, et quamplures alii cives d. terræ. Præsentibus ad præmissa omnia, Dominis Mariotto Pinciardi et Salustio Urbano de Hispello, Testibus vocatis, habitis, et rogatis. Quibus peractis, fuit per præfatos Illustrem et Rev. D. Vicarium et Rev. P. Provincialem, clausum et repositum in F pristinum d. monumentum B. Andreæ; et signati fuerunt lapides superiores quinque sigillis præfati Illustris et Rev. adm. D. Vicarii, ac aliis quinque sigillis præfati P. Provincialis, quorum sigillorum figura et cuneus infra signata sunt, rogantes me Notarium etc. ✝ *Locus Sigilli*

coram multis ecclesiasticis ac laicis,

conditur publicum ea de re instrumentum.

17 Reperitur quidam liber, qui intitulatur de Conformitate vitæ B. Francisci ad vitam D. N. Jesu Christi Redemptoris nostri, libro 1 Fructus viii, et Conformitas 1 pro secunda parte, ad folium 62, sub his verbis, videlicet. Locus Speli. In loco Speli jacet sanctus Frater Andreas, qui fuit Sacerdos, qui multitudine miraculorum et vita sanctissima hominibus extitit mirabilis et gloriosus, et mortuos suscitavit. Et idem Auctor in d. [libro, pro] 2 parte lib. 1 Fructu xi folio 119 in 2 facie, in Verbo, Provincia S. Francisci, et Custodia Assisii quæ habet novem loca, loquitur etiam de d. Sancto sub his verbis. Habet locum de Spelo, in quo inter alios fuit Fr. Andreas, Sacerdos et prædicator maximus, fulgens in vita et post mortem miraculis. De suprad. B. Andrea mentionem etiam facit Fr. Leonardus Utinensis Ordinis Prædicatorum, in suo libro Sermonum de Sanctis, in Sermone

[illegible] Conformitatum

[illegible]

AUCTORE D. P.

A mone quem facit d. S. Francisco, in 7 parte, in qua facit Catalogum Sanctorum Religionis d. S. Francisci, folio 296 in I columna, dicens: In Fulgineo jacet Fr. Matthæus, in ecclesia S. Felicitatis Fr. Germanus, in Pisquia jacet Fr. Joannes de Vallibus qui multis claruit miraculis, in Narnia Fr. Matthæus, in Nursia Fr. Antonius, in Cassia Fr. Pax * Masinius, in Arquata Fr Paulus, in Hispello Fr. Andreas. *Si cum hæc proferebantur, ad manum quoque fuisset Vita per discipulum, aut ejus Epitome, producta procul dubio in hoc Processu fuisset: quare tanti nunc plures facio Epitomen saltem ad nos pervenisse.*

*an Reatinus ?

ac vetus imago capite radiato,

18 Apparet etiam in pariete supra d. sepulcrum impressa effigies d. B. Andreæ, aliquantisper diruta prope tibias, cum quibusdam litteris quæ intelligi non possunt nec legi: caput vero reperitur ornatum radiis, prout melius in d. pariete inspici et videri potest. Festum d. B. Andreæ celebratur quolibet anno in d. Terra die IV (*imo* III) Junii, in luminaribus et aliis solennioribus, et ex hoc præcepto statuti d. Terræ in cap. 43, in titulo De faculis faciendis, in versiculo: Item, Modo, ordine, et forma supradictis teneantur accedere ad ecclesiam B. Mart. Laurentii, S. Andreæ del Ac, in festo Apparitionis Crucis, et ad quamlibet dd. ecclesiarum, videlicet in Vigiliis ipsarum festivitatum de sero, offerendo ipsas faculas ibidem unicuique dd. ecclesiarum. Et in libro 2 in cap. 18 in tit. De diebus dominicis et festivis, ubi præcipitur quod in festo S. Andreæ del Ac, de Ordine Fratrum Minorum, nemini liceat laborare: quod statutum fuit compilatum de anno MCCCLX, Indictione III (*imo* XIII tempore Pontificatus Innocentii Papæ V (*imo* VI) et d. liber. Fr. Leonardi fuit impressus de anno MCCCCLXXIV. Quod quidem statutum cum libro præd. fuerat per me Notarium visum, lectum, copiatum et exemplatum, in illis particulis ad causam prædictam facientibus; et in præmissorum fidem me subscripsi, ac solito meo sigillo rogatus et requisitus etc. *In qua conclusione placuit notare et corrigere libraria menda, circa numeros, quos ad longum repræsentabat autentica copia anni* MDCXXIII, *ne temere videar et contra originarium textum superius signasse* tertium Junii *pro* quarto, *quem illa nobis notabat. Notarius autem, qui ista scripsit, infra nominatur* Ser-Joannes Baptista de Thalia.

et statutum Populi de festo factum an. 1360.

B

C

§. III. De Translatione ossium in novam capsam novumque altare anno MDXCVII et aliis nonnullis Beati Reliquiis.

In *his non sistit ecgraphum Romæ inventum, sed per aliud instrumentum sic porro continuatur.* In nomine Domini. Amen. Anno a Navitate Domini MDXCVII, Indictione X, tempore Pontificis, sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, D. Clementis divina providentia Papæ VIII anno II, die vero XI mensis Aprilis, Illustris et adm. Rev. D. Vincentius Matthæus Venantius, Abbas S. Silvestri de Monte Subasio, pro Illustriss. et Reverendiss. Domino Episcopo Spoletino Vicarius foraneus terræ Hispelli, nec non et Reverendiss. P. Mag. Philippus Ser-Georgii, Provincialis Ordinis Seraphici Patris S. Francisci, se contulerunt in ecclesiam S. Andreæ terræ præd. Hispelli: et facta oratione more debito ad altare B. Andreæ, existente in d. ecclesia S. Andreæ, in angulo dextro subtus pulpitum; et retro d. altaris repererunt sepulcrum, lapidibus ac rasura a dextra facie versus d. ecclesiam munitum. Quo quidem sepulcro discooperto, invenere adesse capsam ligneam, fere rosam et consumptam, crucibus tribus laminarum feri munitam, cum duabus ferraturis rotundis. In qua quidem capsa aderant recondita ossa B. Andreæ nec non et cineres: inter quos fuerunt reperta fila serica rubri coloris numero indecim, in quibus apparebat appensa fuisse moneta, quæ temporis vetustate corrupta et consumpta videbantur. Quæ quidem sacra ossa fuerunt recondita, delavata, et postmodum reposita in capsa nucea, et clausa clavibus duabus; quarum una remansit penes Magnificos Dominos Priores terræ Hispelli, conservanda in capsa d. Communitatis, per Priores in Magistratu pro tempore existentes; altera vero penes Guardianum d. conventus S. Andreæ. *Post hæc dicuntur exhibiti rursus duo libri, Conformitatis et Sermonum, eodem quo supra tenore.*

Iteratum inspectio 11 Aprilis 1597,

D

et in novam capsam transferuntur ossa,

20 *Jacobillus addit quod prædicta* sacrorum ossium, *e veteri in novam capsulam* translatio facta est cum facultate Episcopi Spoletini, Provincialisque et Generalis Ordinis Minorum Conventualium, atque sacræ Congregationis Rituum: quodque ea causa facta est solennis processio die I Junii, innumero populo concurrente ex civitatibus locisque vicinis. Simul etiam ordinatum est, *inquit idem Jacobillus*, ut in die festo fieret alia processio per oppidum a toto Clero seculari atque religioso, omnibusque Confraternitatibus Hispelli ejusque territorio existentibus: qua in processione venerabiliter circumgestaretur Caput ipsius Beati, nobili argenteæ statuæ inclusum; quæ statua nunc conservatur supra ipsum altare in capsula loco decenti reposita. *Hæc omnia profitetur in margine Auctor sumpsisse ex* Nævio Feliciano, *quem in Bibliotheca expressius asserit*, Spoletinum ac humanarum litterarum Magistrum, *Italica lingua edidisse anno* MDXCVII Descriptionem terræ Hispelli, atque Translationem solennem corporis B. Andreæ. *Hunc libellum optamus nobiscum communicari: interim ex jam sæpe allegato Jacobillo subjungo, quod* vetus marmorea arca, continens præd. novam capsam ligneam, bene clausa ac cæmentata, fuit posita sub novo altari, eadem in ecclesia erecto, e regione ejus altaris, sub quo antea servabatur, apposita eadem crate ferrea, per quam videri arca possit, simul cum lampade jugiter ante ipsam ardente: ibidemque videtur affixa tabella, hujusmodi titulum legendum exhibens: Hic requiescunt ossa B. Andreæ Hispellensis.

atque instituitur processio die 1 Junii,

E

tum die 3 seorsim cum capite,

ad novum altare, ubi nunc quiescit.

F

In sacristia servantur Beati vestes

21 Tunica cum Capucio, quibus vivens utebatur Beatus, hodiedum cum reverentia asservatur in capsula cypressina, quæ alteri nuceæ majori includitur, in sacristia sæpe nominatæ ecclesiæ S. Andreæ Apostoli. Et intra eamdem cypressinam capsulam asservatur etiam vetus tabernaculum, intra quod est cinctura ejusdem Beati sive chorda, tribus crassis nodis implicata; et desuper affixa est membrana, vetustis litteris hæc verba continens, Ista est chorda sancti Patris nostri Andreæ de Hispello. Major autem arca aperitur et clauditur clavibus duabus, quarum una est penes Priores populi Hispellensis, altera penes Guardianum, eodem plane modo quo dictum est de arca ipsius sacri corporis. *Neque his contenta Hispellensium pietas, iterum, post annos non multo plures quam viginti, exorsit ad solennem Canonizationem a Sede Apostolica postulandam: eumque in finem describi fecit supra positum Processum Inspectionis, instrumentumque secutæ eamdem tertio post anno Translationis; atque omnibus curarunt fidem publicam addendam per hoc novum instrumentum.*

Præfati processus transsumptum

22 In Dei nomine. Amen. Anno D. N. Jesu Christi MDCXXIII, Indictione VI, tempore Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, D.

anno 1623 recognoscitur

A D. Gregorii divina providentia Papæ XV, anno ejus III, die vero XI mensis Maji ejusdem anni, in mei Notarii præsentia præsentes et personaliter constituti, Illustres Domini, Joannes-Maurus Paulutius et Joannes Angelus Salarius, Notarii terræ Hispelli; ac D. Joannes Baptista Passarinus, omnes de Hispello; bene et diligenter visis characteribus et manu supradictorum examinum, recognitionum, depositionum testium, ac omnibus contentis in præsenti libro, scripto in quatuor chartis, dixerunt, affirmaverunt, et medio juramento recognoverunt, prout tactis etc. esse propriam manum et characterem quondam Ser-Joannis Baptistæ Thaliæ de Hispello; tunc temporis Cancellarii Reverendiss. D. Vicarii foranei pro Illustriss. D. Episcopo Spoletino etc. et contenta in præsenti libro esse scripta ab ipso D. Joanne Baptista: et ita pro veritate affirmarunt, et ad futuram rei memoriam omnibus indubitatam fidem fecerunt et attestarunt, et ita tactis etc. ut supra jurarunt. Super quibus etc. Actum in Palatio Dominorum Priorum etc., præsentibus Illustri Domino Equite Bernardino Angelo, et D. Francisco Mancino de Hispello testibus etc.

esse Notarii Thaliæ,

B 23 Et quia ego Franciscus Bongratius, de terra Gualdi Nucerinæ diœcesis, publicus Apostolica atque Imperiali auctoritate Notarius, et ad præsens Illustris Communitatis d. terræ Hispelli Cancellarius, de suprad. recognitione manus qu. D. Joannis Bapt. Thaliæ, facta per præfatos Dominos Joannem-Maurum Paulutium, Joannem-Angelum et Joannem Baptistam rogatus fui; ideo scripsi, subscripsi et publicavi requisitus, et sigillum d. Communitatis apposui.

Locus ✝ Sigilli Communitatis etc.

Et quia ego Franciscus Bongratius qui supra, de sumpta recognitione manus et aliis etc. prout in præsenti Processu rogatus fui, præsentem copiam, aliis negotiis impeditus per mihi fidum copiare feci, et facta diligenti confrontatione cum eodem Processu convenire inveni; ideo in hanc publicam formam redegi, signum nomenque meum apposui, una cum Sigillo Communitatis præfatæ, hac die XVII Novembris, anno MDCXXIII.

non tamen transumptum authenticatur,

S. quo utor etc.

24 *Hic fortassis animadvertens aliquis, transsumpti veteris recognitionem factam esse* XI *Maji, mirabitur, cur novi transsumpti Romam mittendi authenticatio, post sex demum menses, curata sit. Sciendum igitur,*
C *quod Gregorius XV, jam inde a sui Pontificatus initio tenui semper valetudine usus, eamdem sic prostratam habuerit ultimis vitæ mensibus, ut a die* XXII, *quo ultima ejus Constitutio in Bullario data legitur, usque ad* VIII *Julii, quo excessit, nihil aliud fere egisse sciatur, quam morti, haud obscuris indiciis advenienti, se præparare. Id ergo intelligentes Hispellates, superfluum duxerunt instruere causam apud eum, de cujus exitu (ut fit) quod hebdomadis fere expectabitur nuntius, fortassis etiam sæpe veniebat aliquis, sed præpoperus. Mortuo deinde illo expectandus a Cardinalium Conclavi successor fuit, creatus autem est* VI *Augusti Maffæus Card. Barberinus, antea Spoletinus Episcopus, cujus liberalitate fundatum Hispelli Seminarium habebatur, qui Urbanus VIII nuncupatus, atque* XXIX *Septembris coronatus fuit.*

post Gregorii XV mortem,

Romam mittendum ad Urbanum VIII,

25 *Hic cum plurium, diu in Rota Romana versantium, Canonizationum causis resumi jussisset; nihil sibi cunctandum rati Hispellenses sunt; et quod adhuc cœpto operi deerat, addendum curaverunt, publicam scilicet fidem. Neque spe sua frustrata civium pietas est, obtentis mox remissorialibus; secundum quas, anno mox sequenti* MDCXXIV, *novum auctoritate Apostolica Processum conditum, testis est Jacobillus, qui eum allegat; sed ita, ut nihil ex eo proferens quod jam dictum*

qui permittit anno 1624 processum auctoritate Apost. fieri,

non sit, credere nos faciat, nihil novi argumenti ad D
Processum priorem allatum: quare nec de eo obtinendo sollicitos esse nos oportuit. Cum autem tunc tractaretur de restringenda libertate nimia circa cultum pie defunctorum, nullo Apostolicæ Sedis expresso judicio approbatum; satis obtinuisse visi sunt Hispellenses, quod probare potuerunt, nihil novi a se inductum; sed quidquid circa B. Andream suum fecerant sub finem seculi superioris, id niti longissimi temporis scientia ac tolerantia Apostolicæ Sedis et Ordinariorum, *cui nihil se velle præjudicatum Pontifex declaravit, per Bullam anno* MDCXXV *die* IV *Aprilis publicatam.*

AUCTORE D. P.

et videtur cultum, ut satis antiquum, probasse.

§. IV. Novissimus Processus ad probandum veterem B. Andreæ cultum.

His *sic præparatis, accepimus authenticum* Transumptum quorumdam examinum testium ad perpetuam rei memoriam coram...... Vicario foraneo, *sub fide publica* Prioris Populi terræ Hispelli, IX Januarii MDCXC: *cui* Franciscus Passarinus Secretarius, *ac duo Deponentes manu propria subscribunt;*
cum ego VII *Aprilis anni superioris ad Guardianum* E
Hispellensem scripsissem, rogans ut me dignaretur informare de præsenti sacri corporis statu atque cultu. In nomine Domini. Amen. Die secunda Decembris coram Perillustri et Reverendiss. D. Petro-Paulo Lamparello, I. V. D. Priore insignis Collegiatæ ecclesiæ S. Mariæ majoris, Hispelli, dictique loci Vicario foraneo; ad majorem manifestationem gloriæ Dei illiusque Sanctorum, et præcipue nostri beati Patris Andreæ Cacciolæ, nostri concivis, Ordinis Seraphici S. Francisci Minorum Conventualium; et ad instantiam adm. RR. Patrum Guardini et Fratrum conventus S. Andreæ terræ Hispelli Minorum Conventualium S. Francisci; examinatus est Hispelli, in mansionibus Prioralibus solitæ habitationis suprad. D. Vicarii, Perillustris D. Colonellus, Carolus de Lamparellis, Hispellas, ætatis suæ annorum, ut dixi LXXVI, cui delato juramento veritatis dicendæ, prout tactis etc. juravit etc. ad opportunas d. D. Vicarii interrogationes, ut infra. *Italice scilicet ibi, sed hic Latine loquens.*

An. 1690 ad instantiam Guardiani

examinatus testis annorum 76,

27 Ad quantum me interrogat Dominatio vestra, possum dicere, quod Patres Conventuales S. Francisci Assisiensis, in hac nostra terra Hispelli, possident conventum, cum ecclesia, satis celebri et ampla, a tempore immemorabili, in publica area d. F
loci sub invocatione et titulo S. Andreæ Apostoli. In qua ecclesia adest capella, dedicata B. Andreæ Cacciolæ, repræsentando in quadro miraculum celebre, quod fecit suprad. Beatus in resuscitatione cujusdam mortui, positi in sandapila, cum plurimis circum figuris, repræsentantibus populum, miraculo præsentem. Sub altari deinde d. capellæ, adest corpus suprad. Beati repositum in capsula, inclusa crati ferreæ inargentatæ; ubi continuo ardet lampas. Ad latera autem præd. capellæ sunt duæ fenestellæ, clatris ex ferro deargentato munitæ; ipsæ vero fenestellæ ligneæ sunt, supra quarum unam erant pictum caput, supra alteram tunica B. Andreæ: quia utrumque post illas servatur, post dexteram caput æri inargentato et ex parte inaurato clausum; post sinistram intra capsulam decoram vestis: et utraque sub duplici clave clauditur, quarum una penes Guardianum conventus est, altera penes Magistratum loci; ita ut monstrari petentibus illa nequeant absque concursu utrorumque: nec unquam monstratur vel exponitur præd. caput nisi ad sonitum tubarum tibiarumque cum cereis accensis.

deponit, quod apud Conventuales Hispelli

habeatur capella B. Andreæ, in qua corpus, caput et vestis ejus,

28 Ingens illuc et quotidianus devoti populi concursus

[illegible] B. P. ad solatium infirmorum aut publicarum necessitatum,

A cursus est, quo offerente multa dependent anathemata, tum ad tabulam supradictam tum ad loculum capitis, etiam argentea propter frequentes quæ ibi recipiuntur gratias. Insuper ad infirmos B. Andreæ auxilium implorantes, cum venia Magistratus atque Guardiani, per singulas vices obtinenda, defertur ejusdem Beati chorda; cujus attactu plurimi eorum sanantur. Quoties in Hispellensi districtu vel deficiunt vel superabundant pluviæ, pro iisdem vel reprimendis vel eliciendis in commodum agrorum, recurritur publicitus ad intercessionem B. Andreæ, curaturque solemnis Missa in ipsius Capella: cui intervenit Magistratus atque Gubernator loci cum frequenti populo, ad id pridie clangentibus tubis invitato, atque utriusque Collegiatæ, scilicet S. Laurentii et S. Mariæ Majoris, Clero. Plures autem non sine miraculo contigit, ut vix finita Missa, dum populo datur cum Capite benedictio, desiderata gratia impetrata sit; cujus rei ipse ego testis esse possum, de visu quidem, quamdiu vixi; de auditu vero, ex relatione seniorum pro temporibus antegressis. Quisquis autem illuc cum fide recurrit, compos voti efficitur: quod ipse ego expertus sum, recepta per Beatum sanitate mihi ac B filiæ, cui oculorum unus prorsus erat extinctus.

ipse id in se ac filia expertus:

et quomodo festum celebretur.

29 Festum quotannis celebratur in præd. capella cum expositione Capitis super altari, ad quod cantatur solennissima Missa, cum utrisque Vesperis, interveniente Gubernatore, Magistratu ac populo pene universo. Post Missam autem processionaliter circumfertur Caput, præcedentibus Confraternitatibus Laicis omnibus totoque Conventualium Ordine; et magna utriusque sexus multitudine, post Gubernatorem et Magistratum subsequente. Cum autem perventum fuerit ad hereditariam ipsius B. D Andreæ domum, quæ hodie a me teste possidetur, constituta in vico Mezzotæ, cui nomen a Calceo; subsistit pompa, et elevato Capite cum sonitu tubarum benedicit habitationi meæ: idque ab immemorabili servatum fuit, sicut hodie. Atque hæc sunt omnia quæ in præsentiarum possum ad interrogata respondere, tamquam de rebus publice notoriis. In causa scientiæ. Ego Carolus Lamparellus deponens ut supra.

eadem alter testis confirmat.

30 Die dicta et ad instantiam RR. Patrum Conventualium S. Andreæ Hispelli, examinatus fuit Perillustris et adm. Excellens Dominus, Augustinus Berretta, civis Hispellas, cui delato juramento veritatis dicendæ, prout juravit tactis etc. ad opportunas D. Vicarii interrogationes respondit. *Italica lingua:* Secundum quod interrogat Dominatio vestra: dico, quod Patres Conventuales S. Francisci, a tempore immemorabili possident in hoc oppido nostræ terræ Hispelli conventum satis amplum, cum ecclesia ipsi annexa valde magnifica et spatiosa, sita ad forum publicum sub invocatione et titulo S. Andreæ. Ibi, inter alias plures capellas perbene E ornatas, una est ad latus ipsius ecclesiæ sinistrum, sub invocatione B. Andreæ Caccolæ, gypso maurato inducta, in suo quadro repræsentans miraculum mortui resuscitati *et cetera omnia, iisdem aut similibus verbis, quibus supra usus est Lamparellus; etiam confirmans quod ille dixerat, de processione ante suas ædes subsistente: sed beneficium aliquod, vel sibi vel alteri in particulari collatum, nullum commemorat; fiatque ut ille:* In causa scientiæ, Ego Augustinus Beretta deposui pro veritate quantum supra continetur, manu propria *subscribens.*

DE BEATO PEREGRINO

EREMITA CAMALDULI IN HETRURIA

D. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS

Miracula et cultus antiqui indicia obscurata.

AN MCCLXXXVIII

Sanctitate clari,

C *Camaldulensium historiarum collector Augustinus Fortunius Florentinus, lib. 2 cap. 50 agens de Gerardo II, qui ab anno MCCLXXIV usque ad MCCXC Sacræ Camaldulensi Eremo Prior, totique Ordini præfuit Generalis, XXV a S. P. Romualdo; de prætitulato hic Beato, ita scribit.* Claruit hac tempestate in sacra Eremo Venerabilis Christi servus, Peregrinus Eremita. Is cum sacrarii curam exerceret, ac sacras templi res de more tractaret; mirabiles illas visiones, quæ in sacra Eremo habentur manuscriptæ, meruit divinitus habere, quas alteri Venerabili Eremitæ Simeoni, magna eidem sanctitate viro, qui ejus Confessiones audiebat, seorsum enarravit. Floruit porro Venerabilis Peregrinus summa vitæ innocentia: simplicitatem vero cum animi tum corporis adeo egregie excoluit, ut suis exemplis universæ Congregationi vere frugi, vere omnis religiosæ sanctimoniæ, quasi quædam cœlestis ardens facula fuerit.

et angelico cantu in morte honoratus corpus,

2 Reddidit animam Deo VII kalendas Junii, MCCLXXXVIII: in ejusque transitu Angeli Deo laudes canere, dum beatam animam reciperent, auditi. In cujus rei testimonium venerabile corpus, supra majus templi altare reverendissime reconditum, usque ad hæc tempora, maxima habitum est in veneratione; sicuti Deus optimus maximus multa beneficia indies ejus meritis, fidelibus præstat eum invocantibus populis. Ad ejus arcam hujusmodi etiam legitur carmen, Gabrielis ejus temporis Monachi.

super arcam collocatum olim.

Qui superas Eremi perduras, o homo, cautes
Hujus, et ascendis devotus vota daturus; F
Hic tu siste gradum, precibus de more peractis,
Erectisque oculis pendentes cerne locellos,
Queis Eremita pius, Peregrinus jure Beatus,
Conditur: et vitæ merito sibi quippe dicato
Ecce loco hoc templi clauduntur membra sacrata.
Si tamen et vitam cupis, et cognoscere mores,
Ipsiusque obitus, cœlesti carmine ductos;
Hoc tibi suppositæ referent pia verba Tabellæ.

[illegible] an. 1601,

3 *Hactenus Augustinus, in cœnobio Angelorum Florentiæ annis XII antea suo benevolo libro, quem anno MDLXXV in lucem edidit, quemque secutus anno MDCXI Thomas de Minis, in Catalogo Sanctorum ac Beatorum Ordinis, ipsos versus retulit, cetera in compendium redegit. Eadem, nec plura, Italice refert parte 2 de Vitis Sanctorum ac Beatorum pag. 61 Silvanus Razzius Abbas Camaldulensis, dolenter quærens, quod* tanta fuit majorum simplicitas, an negligentia? ut quem habebant pro Beato, et Reliquias loco tam honorato repositas; ejus actiones non curaverint distinctius describendas; vel ideo saltem, ut posteris probare possint, nequaquam sine causa habitum ei a se esse honorem tam singularem. *Ad Tabellam quidem, versibus prænotatis suppositam, remittit nos illorum*

A *lorum auctor Gabriel; sed ea si conservata fuisset, amplius aliquid scribere potuisset Augustinus, idque haud dubie fecisset; Silvanus autem Razzius, annis solum* XXVII *post illum suam vitam secundam partem imprimi faciens, iterum queri non debuisset, quod sibi* ejusmodi tabella numquam visa fuit.

non item in tabella vitæ synopsis.

4 *Me quoque similis ne dicam major admiratio, ac pene indignatio tenuit, majori viso neglectu ipsius etiam corporis. Veneram illuc anno* MDCLXII, *cum Henschenio nostro,* XIX *Januarii; ac lustrata quæ ibidem erat Bibliotheca non contemnenda, duos inde MSS. codices de Vitis Sanctorum, Græcum unum, Latinum alterum nobiscum detulimus ad inferius monasterium, in quo solo mos est hospites recipi, post preces in superiori Eremo fusas, ne hujus quieti quidquam obstrepat. Postridie eodem solus ascendi, relicto inferius socio meo magistro, a via lasso; librorumque unum referens, pro altero Florentiam auferendo et per otium transcribendo licentiam a Majore (sic Præsidem appellant) tunc commodum ad montem regresso, postulavi facileque impetravi: deinde peregi Sacrificium Missæ, in ea cella, quæ Papæ nuncupatur; quia Cardinalis Ugolinus, postea Gregorius IX dictus, integros mensis spatium in sacra Eremo exercens, ipsam ædificaverat; ac miratus sum in ea ipsa cella B. Leonardum, istic postea reclusum atque sepultum, tam exigua in veneratione haberi; nec alia fere quam quod declarata ob lumina ossa, aliàs essent intra parietem locata, cum hac inscriptione:* B. Leonardi Eremitæ reclusi ossa hic sita sunt: cujus anima, post longam carnis maceratïonem, visa est in sphæra ignea, cœli secreta penetrare; atque Eremi campana, absque mortalium ope, pulsari audita est. Hic quoque prophetico spiritu Reverendissimum Ugolinum Cardinalem, in hac tunc cella reclusum, futurum Papam prædixit: quod ita factum est, et Gregorius Nonus nuncupatus. *Idem repræsentabat et sic loca nemini tabella vetus, in qua spectabatur Cardinalis ad aram faciens, cui sacræ Consecrationi intento, supra caput descendere de cælo ac requiescere videbatur columba, pone spectante genuflexo* Leonardo: *interim nec ibi es multis cultu, neglectus esse notari. Sed de hoc recurret infra sermo. Nunc ego ad cellam, ubi celebraveram, redeo.*

Ipse Eremum visens an. 1662

B

exiguam istic B. Leonardi,

5 *Duxerunt me inde, sacrificio peracto, ad templum: ibique fusis precibus ante altare majus, recenter ac speciose innovatum, ad sacristiam: ubi ostensa mihi fuerunt quædam Beatorum Eremitarum exucca corpora, sicut ab humo sublata fuerant, intra viles sarcophagos, quorum nec nomina quidem satis sciebantur. Solus* Peregrinus, *cujus corpus eatenus veteri in altari steterat, appositumque nunc ceteris erat, occasione innovationis prædictæ, aliquanto honestius habebatur, impositum decentiori arcæ, interius holoserico jam pene consumpto obductæ, et velo non valde pretioso contectæ: cadaver vero nihil grave, sed potius bene olens, colorem in exucca cute referebat eumdem quem ossa arida solent: totum autem nudum spectabatur, nisi quod capiti impositus erat ex alba bysso pileolus, ad leniendos capitis dolores adhiberi solitos, uti præsentes Eremitæ referebant. Iidem etiam indicabant consilia versari de nova eleganti oreque arca, intra quam translatum sacrum corpus, iterum venerationi publicæ exponeretur, supra vel retro altare: quod aut factum non fuerit, aut adeo oblivioni datum est, ut cum anno* MDCLXXXV *Romam Perusio Florentiam veniens Janningus noster, in transitu sacram Eremum viseret, templum quidem invenerit eleganter renovatum totum; ad idem vero altare ductus, nihil de* B. Peregrini *corpore intellexerit. Post ipsum tamen altare ostensum ei est corpus aliud, ut cetera aridum, sed recens exhumatum de sub veteri pavimento, tunc in marmoreum commutato, quod corpus cujusnam esset ignorabatur; ad Sacristiam autem deductus non fuit, quasi nihil ibi venerandum adesset.*

et multo minorem B. Peregrini venerationem invenit:

C

6 *Videntur Eremitæ isti Sancti, æque ac Patres Carthusiani, sacra suorum Beatorum corpora ideo minus in speciem reverenter habere, quod solitudini suæ timeant ab affluxu peregrinorum, quos impetrata ad eorum visitationem beneficia, majori quam vellent numero illuc attraherent; ideoque nec scribenda illa, nec ad Canonizationem cujusquam aut Beatificationem solennem colligenda curare; quod ut ipsis fortassis utilius sit, aliis tamen occasionem præripit Deum in servis suis magnificentius collaudandi, Ordinisque sanctimoniam latius celebrandi. Cessante autem in hunc modum publico omni* Peregrini *cultu, apud eos ipsos, qui, etiam ab aliis neglectum, videbantur omni ope ac studio revocare ad pristinum vigorem debere; dubitavi equidem, essemne hic illi locum inter Beatos daturus. Tandem tamen visum est piorum istorum Eremitarum modestiæ, digna favere vel eo magis, quo ipsa minus celebrari se suaque ambit, horridarum rupium contenta recessu, et totum mundum latere cupiens, sicut deum aliis aditu posset civitas supra montem posita. Dedi igitur ad eum, qui nunc est, Ioci Majorem litteras, per studiosum nostrorum diligentissimum apud Florentinos cultorem illustrissimum Antonium Magliabechium; ut vel intelligerem, numquid aliud circa corpus* B. Peregrini *factum sit, a recessu abinde nostro, memoria dignum; vel ex tabula sepulcri jam pridem eius decentius collocandi consilio; simul etiam ut impetrarem copiam miraculorum istarum, et ab Augustino atque Silvano laudatarum visionum, quarum originale MS. nobis ostensum fuisse non memini, publice illis luci daturus, pro Vita quæ frustra nunc desideratur.*

D

VICTORI D. Eremitis populi affluxum declinantibus.

E

7 *Ecce autem, dum ista expecto, in memoriam mihi venit Eremi Camaldulensis descriptio, ab Andrea Magnesio Hispano Codensi ipso in loco composita, et Pio Papæ V, postquam locum sua præsentia dignatus fuerat, præsentata, ac Romæ impressa anno* MDLXX, *paucis annis citius quam Florentiæ in monasterio Angelorum historiam Ordinis absolveret Augustinus: qui licet ea causa bis terque in ipsam Eremum ascenderit, singillatim omnes scripturarum, instrumentorum atque privilegiorum paginas evoluturus, sicuti profitetur in Apologia sub annum* 1592 *impressa; illam tamen Magnesii accuratissimam descriptionem non videtur assecutus, utpote Romam ab auctore ablatam, nec scivisse ibidem impressam. Auctor ille, inter Religiosissimos istos viros diutius versatus, tum exercendi spiritus causa, tum ut veterem illi disciplinam legisque sacras cognosceret (Antonius Augustinus in Bibliotheca Hispana* Eremiticæ vitæ *eum ibi se mancipasse credidit) sub finem libri primi, post collaudatos istic tunc viventes, ita scribit de mortuis.*

Ind eas Magnesius ... sacram Eremum describens,

F

8 Quiescunt præterea in eadem sacra Eremo multorum corpora, quorum animæ æterna fruuntur gloria: præcipue tamen aliquorum distinctis sepulcris condita, cum veneratione ibidem servantur, quia multis miraculis coruscarunt. Fuit præsertim vir quidam, eximia sanctitate præditus, Leonardus nomine; qui cum secundi Ordinis tunc esset (Conversos appellant, ministeriis domesticis invigilantes) per multos annos occlusus mansit. Hic Cardinali Ugelino, magnæ sanctitatis viro, qui ad sacram Eremum, ut rebus divinis melius vacaret confugerat, dum in divinis quotidie ministraret, prophetico ductus spiritu, cum quadam die illi sacram rem peragenti more solito ministraret, pedes ejus deosculatus, creatum Pontificem summum illum dixit; ac propediem adfuturos, qui illum Romam, a Collegio Cardinalium missi, evocarent; quod ita evenit, et Gregorius Nonus postea appellatus fuit. Qui cum pararet discessionem, cupiens optimum hunc ministrum secum Romam ducere, pro viribus id ab eo impetrare contendit. Hic tamen id admirabili humilitate recusans, summis precibus petiit,

Laudat eorum in sanctitatem Beatorum

Leonardi,

A petiit, ut sibi liceret in eo domicilio reliquum vitæ tempus peragere, in quo ipse olim Cardinalis divinis rebus intentus, inclusus vixerat, quod ab eo humanissime impetravit. Cumque hinc ad meliorem patriam vocaretur, ejus anima visa fuit in sphæra ignea splendidissima ad Superos evolare, et campana ejusdem Eremi intacta, in ipso animæ egressu, sua sponte sonum edidit: ejus vero corpus in eodem sacello reconditum est, quod ab illo ipso Pontifice in beatæ Virginis laudem constructum, etiam nunc sub ejusdem Pontificis titulo manet.

AUCT. BE D I.

9 Neque minus illustrem sacrum hunc locum fecit, vir admirabili sanctitate, Peregrinus: cujus sanctitati cum vehementer invideret humani generis hostis, suis illum artibus ita aliquando impugnavit, ut a vitæ illius cœlestis vertice ad seculi blandimenta urgeret. Quem sane præcipitem egisset, nisi Angelus a Deo missus, ad seculum properanti se ostendisset; qui illum, non solum ratione et monitis ad Eremum revocaret, sed etiam divinarum rerum contemplationibus mentem imbueret et illustraret: quas contemplationes, scriptis exceptas, etiam hodie retinent Eremitæ, et antiqua Patris sancti monumenta, legenda omnibus, exposuerunt

Peregrini

B ad aram templi majorem, ubi ipsius corpus conditum magna cum veneratione servatur. Juxta quod, corpus etiam Michaelis, magnæ sanctitatis viri, cum veneratione servatur. Hic Coronam Dominicam instituit, ad commemorationem annorum vitæ Domini, triginta tres orationes Dominicas; et pro commemoratione quinque vulnerum ejus quinque salutationes Angelicas persolvendas continentem. *Addit de eodem Michaele adhuc aliquid Andreas, quod melius reservabitur ad Supplementum Januarii, cujus die* XXI *anno* MDXXII *is obiit, quando ipsius Vitam ab Augustino prolixius scriptam dari posse judicamus;*

et Michaelis,

cum privilegio casus, ab Urbanianis decretis excepti, D *frui debere videatur; qui plusquam centum annis ante eorum editionem exspiravit, et credi potest statim a morte in veneratione aliqua habitus fuisse.*

10 *Pergens porro Andreas,* Unum, *inquit,* illud haud tacendum puto, quod ex aliorum Eremitarum ossibus, in communibus cryptis quiescentibus, aperte conspicitur: quod scilicet nullo unquam tempore ossa ibidem inclusa, nuda simplicique tecta tabula, fœtorem quempiam, quo alia ut plurimum infici solent, a se emittant: quin imo, si tabulam ipsam submoveas, senties suavem inde naribus provenire odorem. Quod quidem argumentum est potissimum, earum socias animas gloriæ perpetuæ fragrantia recreari; et minime pati, ut corpora, quæ eas, dum in hac vita mortali simul conjungerentur, ad innumera lucrandi merita adjuverunt, fœtori putredinique subjaceant.

Ossaque etiam ceterorum asserit semper bene olere.

11 *Annis* MDCLXXXV *et* VI *Joannes Mabilio Italiam perlustravit, et proxime sequenti ipsum iter descriptum edidit, sub titulo* Itineris Litterarii: *nec enim ipsi tam curæ fuit res visas, quam litterarum rariora monumenta, per excursionem illam reperta, annotare. Tamen die* X *Aprilis anni posterioris Camaldulum advectus, et loci religiosissimi admiratione captus, con-* E *tinere se non potuit, quin parcitatem verborum suppleret eleganti tabula, alias fortassis usui nobis futura, qua tota sacræ Eremi facies, cum subjecto eidem Bonifontis hospitio, repræsentatur. Magis huc facit, quod inter notitias litterarias, illic acquisitas, nusquam ei nominentur* Visiones *seu* Meditationes B. Peregrini, *quas tanto in pretio fuisse majoribus, supra num.* 1 *et* 9 *legimus. Quare incipio vehementer vereri, ne tantus thesaurus omnino deperditus sit; libenter eum daturus in Supplemento, si alicunde emergat.*

Liber visionum B. Peregrini videtur amissus.

DIES

DIES QUARTA JUNII.

SANCTI QUI PRIDIE NONAS JUNII COLUNTUR.

Sanctus Clateus Martyr, Episcopus Brixiensis in Italia.

S. Dinocus, S. Zoticus, S. Attalus, S. Euticus, S. Camasus, S. Quirinus, S. Julia, S. Saturnina, S. Galdinus, S. Ninnita, S. Fortunio, Sancti xxv, S. Cyrinus Episc. S. Æbustus, S. Rusticus, S. Silvius, } Martyres Noviduni.

S. Pictus, S. Aretus, S. Dacianus, } Martyres Romæ via Appia.

S. Expergentus, S. Christa, S. Italius, S. Philippus, S. Rustulus, S. Cana, S. Julia, S. Saturninus, S. Eiagonus, S. Momma, S. Fortunus, S. Criscentia, S. Jocundianus, Martyres } in Sicilia.

S. Rutilus seu Rustulus, Sancti duo Socii, } Martyres Sabariæ in Pannonia.

S. Sophia mater, S. Debamona, S. Bistamona, } filiæ, S. Warsenopha, et Mater ejus, } Martyres in Ægypto.

S. Quirinus Martyr, Tibure in Latio.
S. Quirinus Episcopus, Martyr Sisciæ in Pannonia.
S. Metrophanes, Episcopus Constantinopolitanus.
S. Martialis, Episcopus Spoletinus in Umbria.
S. Optatus, Episcopus Milevitanus in Numidia.
S. Alonius, Abbas in Ægypto.
S. Saturnina, Virgo Martyr, apud Atrebates in Belgio.
S. Alexander, Episcopus Veronensis in Italia.
S. Petrocus Abbas, in Cornubia.
S. Joannes Martyr, Hegumenus Menagriensis, apud Græcos.
S. Sophia vidua, Æni in Thracia.
S. Gualterius Abbas, Serviliani in Piceno.
S. Nennoca Virgo, in Britannia minore.
S Lucentia Virgo, Pruvini in Francia.
S. Concors, Episcopus Hibernus, prope Camberium in Sabaudia.
B. Petrus, dictus de Bono, Monachus Cluniacensis in Gallia.
B. Pacificus, Ordinis Minorum, Ceredani apud Insubres.
B. Francisca, Virgo Sanctimonialis Ordinis Servorum B. Mariæ, Mantuæ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Opera R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ, nisi aliud indicent litteræ, margini appositæ.

Sancti Andreæ, Episcopi Fesulani et Confessoris, *nomen refertur a Carmelitis, in Kalendario ante Breviarium anni* 1564, *et ante Missale anni* 1574 : *egimus de eo* xxx Januarii.

S. Vedasti Episcopi repositio Atrebati, *inscripta est MS. Florario. Ejus Acta illustravimus* vi Februarii.

D. P. S. Germanus Abbas *in Syria, tempore Trajani, refertur in fasciculo florum Carmeliticorum Antuerpiæ ad usum menstruorum Patronorum (ut vocant) excuso, anno* 1685. *Hactenus ignotum Carmelitis suggessit Vita* S. Eudociæ *meretricis, quam dicitur convertisse. Eam vitam primi eruimus ex MS. Vaticano, et Græco-Latinam dedimus : sed nec ibi, nec alibi invenimus ullum morti vel cultui* Germani *assignatum diem : ipsa autem* S. Eudociæ *Vita, an aliquam fidem mereatur, et non potius tota rejici debeat ut fabulosa, discutiemus in Supplemento ad diem* 1 Martii.

S. Patricii Translatio, *inserta est MS. cuidam nostro. Dedimus acta* xvi Martii.

B. Evæ, Reclusæ Leodiensis, Translatio, *anno* 1622 *ex veteri sepulcro sub altare Venerabilis Sacramenti, cujus festum promovit, posset hoc die commemorari; maxime cum Reliquiæ inde sumptæ habeantur Viennæ Austriæ et Bruxellis, Ferdinando III Imperatori, et Isabellæ Claræ Eugeniæ Belgarum Principi donatæ, et ad publicam venerationem exponantur : sed quia dies mortis ignoratur, et acta Vitæ petenda essent ex Vita B. Julianæ Corneliensis; insuper autem quædam, a Decano S. Martini promissa, adhuc expectentur; decrevimus de illa agere per modum Corollarii, post Vitam prædictæ B. Julianæ* v Aprilis.

Helenus, Monachus et Confessor, *inscriptus est Auctorio Greveni ad Usuardum. Dum alius non occurrit, differemus ad S. Helanum, Presbyterum in pago Remensi, referendum ad* vii Octobris. *De aliquo Heleno Abbate in Ægypto egimus in Prætermissos ad diem* xvii Aprilis.

S. Quirinus, Episcopus Laureacensis, *indicatur in Catalogo generali Ferrarii, citantis* Tabulas Ec-

clesiæ seu Cœnobii Laureacensis. Annales Bojorum, et Cuspinianum in Historia Austriæ, *in qua ejus non meminit. Quid ni potius citasset* Wiguleium Hundium et Christophorum Gewoldum in Metropoli Salsburgensi, *atque* Episcopis Laureacensibus et Pataviensibus, *nec non* Matthæum Raderum in Bavaria sancta? *Sed hi partim assignant* Quirinum, Episcopum Siscitanum, *de quo infra agitur; partim* S. Quirinum, cujus corpus servatur in Tergeseano monasterio, *et Acta dedimus* xxv Aprilis.

D. P. Petri, Episcopi et Confessoris Ordinis nostri, *nomen sic inscribitur cuidam novo-veteri Kalendario (est enim varia manu interpolatum) Carmeli Mechliniensis, edito ante Tomum 2 novi Speculi Carmelitani: cui loco Editores adjiciunt ex Annalibus Lezanæ, fuisse Episcopum Bethleemi, ac miraculis claruisse. Philippus a Visitatione, in Acie bene ordinata, allegato eodem Kalendario, tamen ad 2 diem, ponit nomen. Ejus tota notitia, atque utinam solida! petenda est ex Vita S. Angeli; ubi etiam*

D. P. B. Lazari, ope S. Brocardi resuscitati, *qui in Acie prædicta hoc die refertur, nullo Kalendario aut Martyrologio vel Auctore alio allegato in Notis MSS. sed correcto errore circa causam miraculi, quod in prædicta Vita S. Angeli num. 24, ejus recens ad Sacerdotium ordinati Pallio adscribitur. Vitam istam examinavimus* v Maji.

S. Elfgiva, Virgo et Abbatissa Schestoniensis monasterii S. Elfredi Regis Anglorum, *indicatur in Kalendario scripto Ordinis Benedictini, sed non absque mendis. Est* Sceptoniense monasterium, *vulgo* Shatfenburii, *in agro Dorsetensi. Ast* S. Elgiva, *non Virgo et Abbatissa, sed fundatrix dicti monasterii, uxor Edmundi Regis, peperit ei duos filios Reges, Edwium et piissimum Edgarum, uti latius exponimus in Vita S. Elgivæ* xviii Maji.

S. Zenobius, Episcopus Confessor, *profertur in Floraric MS. Videtur esse Zenobius Ep. Florentinus, de quo egimus* xxv Maji.

S. Ausonia, Esmilia, Jamnica, Rufina, *insertæ Auctario Greveni ad Usuardum. Sunt* Ausonia, Æmilia, Jannica, *inter Martyres Lugdun. relatæ* 11 Junii, *Et* Rufina, *inter Martyres Romanos* iii Junii.

S. Laurentius cum aliis xi. in Tuscia, *in Beda Supposititio. Est* S. Laurentinus, *de quo egimus* iii Junii.

S. Lifardus, Presbyter Aurelianis, *insertus est Martyrologio sub nomine Bedæ vulgato. De eo egimus* iii Junii.

Cyrini, Episcopi et Martyris, et aliorum ducentorum Martyrum in Aquileia, *memoria celebratur in MS Ultrajectinæ ecclesiæ S. Mariæ, et alio Trevirensi S. Maximini, ante annos fere* 500 *exaratis. Putamus esse* S. Quirinum, *de quo nos hoc die, quia ejus corpus, aut saltem pars aliqua, creditur Aquileiam allata: sed nullos hic habuit Martyrii Socios.* Dicitur is fuisse inter multos, qui *sub eadem persecutione* in Christi exercitu triumphabant.

D. P. Festum reseratarum edicto Justi Regis ecclesiarum, quæ propter idololatriam fuerant Christianis clausæ, *celebrat Hagiologus metricus Habessinus: quod de Ægypti ecclesiis, sub Diocletiano et Maximiano clausis, intelligendum puto, et Justum illum Regem fuisse Constantinum: sed ejus de tali reseratione legem non invenio. Existimo quod ea data esse debuerit an.* 314, *ex conventione cum Licinio, cui Maximinus in Ægypto dominans non audebat se opponere.*

SS. Triphonia et Antonia, Virgines et Martyres, *adducuntur a Greveno in Auctario Usuardi. Sunt nobis ignotæ. Est* Triphæna *Martyr Cyzici a nobis relata* xxx Januarii. *Est etiam* Trophima, *Martyr in Sicilia cum Agathone* 5 *Julii; sed has diversas arbitramur.*

S. Bonifaciæ Mart. cujus festum colitur iv Junii, insignem reliquiam, scilicet crus et fragmenta, *cum pluribus aliis aliorum Sanctorum et Sanctarum nominatarum, anno* 1669 *Don Ferdinandus de Thomaso et Caro, olim Duci terræ Palmæ in Sicilia et Principi Lampadusæ, donatam, per Fr. Eusebium a Leocata Concionatorem Cappucinum; et a Dom. Rosalia de Thomaso Caro et Traina, Ducissa Palmæ, traditam filio Don Josepho Mariæ de Thomaso Clerico Theatino, lego in instrumento Notariali Palma nobis misso; libenter intellecturus, an in aliqua ecclesiarum ibi expositæ illæ sint, et uno simul omnes die honorentur, ad quem diem non gravabor instrumentum proferre: nunc ignorare me fateor, quæ ista* S. Bonifacia *sit, et unde acceptus ei hic dies.* G. H.

Daluanus de Craoilbheach *memoratur in Vita tripartita S. Patricii par.* 2 *cap.* 12 *apud Colganum, qui in Notis num.* 40 *ait, etiam* Mo-launum *appellari, colique* 4 Junii vel 5 Octobris. *Ad hunc diem, si ulteriorem notitiam assequamur, poterit de eo agi.*

S. Columbi Ecclesia, Cluain-ernain dicta, *indicatur in Vita tripartita S. Patricii par.* 2 *cap.* 9 *apud Colganum, qui Not.* 29 *ista addit:* Est hæc Ecclesia in regione Media Delbhna, olim et aliter Magassuil dicta, in qua S. Columbus, qui Jocelino Columbanus, et aliis Columba vocatur, 4 Junii colitur, juxta dicenda de ipso ad illum diem. *Quæ erunt expectanda, cum inter tot* Columbanos, Columbos, *et* Columbas *non possit facile discerni. De* S. Columba *Abbate Hiensi agemus* ix *hujus* Junii, *et de aliis alibi. In Vita per Jocelinum, a nobis edita, memoratur aliquis* Columbanus *num.* 80, *et inter* Sacerdotes sanctos *censetur; a Colgano autem Notatione* 104 *appellatur* Presbyter de Kill-Ornain, *et hoc die coli dicitur.*

Cassanus *cum* Columbano *inter* Sacerdotes sanctos *censetur a Jocelino in Vita S. Patricii; ad quam annotat Colganus num.* 104 Cassanum coli hoc iv Junii, *et* plura ad hunc diem *addicit, quæ erunt expectanda.*

S. Ernineus, filius Craskini, anno 1634 obiisse *ex Annalibus Roscreensibus asseritur a Colgano ad* 4 *Vitam S. Columbæ Abbatis, additurque eum coli* 4 *Junii. Optaremus plura intelligere.*

Palumbus Monachus, qui in sacra specu S. Benedicti includi petiit, et rigidissime vixit. Ejus venerabile Corpus requiescit in arca marmorea (*imo requievit*) post altare Gregorii. *Ita Bucelinus, in Menologio* iv *Junii*, Virum *tantummodo* Venerabilem *appellans, et Acta periisse dolens. Certiora ego de ipso ejusque veneratione indagans, scripsi in Italiam ad amicum P. Dominicum Pierantonium, qui mihi pridem Romæ mentem suam de conscribenda historia Sublacensi patriæ suæ aperuerat, et varia in eam rem collecta monstraverat; ex ejusque responso Italico, noto sequentia. Fuisse* Palumbum, *ex mente Auctoris illius, Marsicanum origine, anno* mlxv *ingressum monasterium, et mox cum facultate Abbatis sui, ejusdemque postea Cardinalis sanctæ Ecclesiæ, Joannis nomine, incoluisse sacram S. Benedicti specum, antequam eo Monachi transferrentur ad inhabitandum, quod primum anno* mcxcix *factum autumat. Vixisse illic annos* xxv, *et obiisse sub finem seculi undecimi, atque anno a morte trigesimo ab eodem Joanne Abbate, adhuc superstite, translatum fuisse sacrum ipsius corpus, e primo sepulturæ loco, in sacellum domesticum S. Nicolai, tunc temporis situm supra portam antiquam ecclesiæ S. Scholasticæ: quievisse porro ibi sacra ossa an-* C. J.

nos

nos circiter CCCCL, donec anno MDLXXVIII die V Martii, destructo ob novum ædificium supradicto sacello, translata denuo sunt ad sacellum et aram SS. Joannis Baptistæ et Joannis Evangelistæ, quod est in ipso templo S. Scholasticæ; uti scriptum reliquit P. Guilielmus Narniensis, qui in ultima hac translatione coram adfuit. Denique amoto etiam hocce sacello, ob novum quod jaciebatur pavimentum ecclesiæ, Reliquias inclusas fuisse in arca marmorea, repositasque post aram S. Gregorii in eadem S. Scholasticæ basilica; testarique P. Marcium, se initio hujus seculi, sum primum Monachum induerat, illas vidisse; posteaquam vero in alio monasterio aliquamdiu moratus fuisset, reducem illas non amplius reperisse, nec rescire potuisse quid illis factum sit. Atque hæc ex responso P. Pierantonii, addentis insuper, in Chronicis Sublacensibus Palumbo nullum Beati titulum tribui, nusquam mortis diem IV Junii assignari, atque hoc Bucelinum, uti etiam quod Reliquiæ adhuc post aram S. Gregorii serventur, nimis leviter affirmare. Quid si Reliquiæ jussu alicujus Visitatoris Apostolici ignoto in loco clam positæ sint, quod cultus earum probari non posset, uti alibi subinde factum scimus circiter illa tempora? Fortassis certiora de his edocebit nos prædictus P. Pierantonius, cum Historiam suam, ulteriore inquisitione facta, ad calcem perduxerit: ac præsertim de ætate Abbatis Joannis, qui ex superiori relatione, ab institutione sua abbatiali annos, ut minimum, LV supervixerit. Item de Cardinalatu ejusdem; quando eo promotus, quando defunctus fuerit: ut sic Historiæ quoque Pontificiæ Olduini nostri, hic dubia mea non solventis, notitia distinctior addatur.

Fotadus, Episcopus Kirleuli in Scotia, refertur a Ferrario, citante Martyrologium Scoticum, scilicet Dempsteri, sed postea editum: eumdem refert Camerarius, et Sanctum tam hic quam ille appellant. Laudatur a Leslæo, lib 5 in Grimo 82 Rege, quod sua gratia discordias inter Grimum et Malcolmum II sopiverit. Idem habet Hector Boethius, lib. 11 Historiæ Scotorum, sed neuter Sanctum appellat. Vide Vitam S. Dunstani, citatam a Demstero in Historia pag. 289.

Leompardus, Monachus Bobiensis, discipulus S. Atalæ Abbatis, ut Sanctus proponitur a Bucelino, citatis cœnobii monumentis, et Menardo: apud quem, neque ad hunc diem, neque in utraque Appendice, neque in Auctario nomen Leompardi reperimus; neque ejus mentio fit X Martii in Vita S. Attalæ Abbatis. Deest etiam apud Ferrarium: proinde plus luminis cupimus nancisci.

Stephanus Monachus Casinensis (qui quo tempore moriebatur, vidit anus Agaudia columnam ad cœlum deferri) ut Sanctus inscriptus est Menologio Bucelini. Citantur Monumenta Casinensia, et Leo Ostiensis tom. I Sanctorum Ordinis. Scripsit hic Chronicon Casinense, in cujus lib. 3 cap. 43 istud narratur; sed solum Frater appellatur, neque Angelus de Nuce de ejus veneratione in Notis aliquid addit, neque ejusdem meminit Petrus Diaconus de Viris illustribus Casinensibus, neque alii Martyrologi Benedictini.

Franciscus de Altria, Cardinalis Ordinis Cœlestinorum, et discipulus S. Petri Cœlestini, cum titulo Beati collocatur in Appendice 2 Menardi, quod diem natalem ignorarit. Eum ad hunc diem refert Bucelinus.

Hilarius, Conversus Ordinis Cisterciensis Morerolæ, in diœcesi Hispaniæ Zamorensi (qui super pallio flumen trajecisse dicitur) inducitur cum titulo Beati, ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino et aliis. Silet de eo Tamayus Salazar in Martyrologio Hispanico.

Margareta, Abbatissa in Valle-Ducis, filia Ducis Brabantiæ, cum titulo Beatæ refertur ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino; ast inter Pias seu Venerabiles a Saussayo, et mox nominatur a Molano, Miræo, Raissio: forsan quia postea id monasterium incoluerunt sanctimoniales Ordinis S. Dominici: interim de veteri ejus cultu expressiora requirimus documenta, ut eum restituendum suadeamus.

Basilius, Prior Generalis octavus Ordinis Carthusiani, Vir eximiæ virtutis, cum titulo Sancti inscriptus est Supplemento Martyrologii Gallicani Saussayi: quem Grevenus, ad diem 14 Junii (quod eo die Magnus Basilius Doctor colatur) cum titulo Beatæ memoriæ retulit: at Saussayus ad dictum 14, inter Pios eum recenset, addens pridie Nonas Junii defunctum. Laudatur is quidem a Sutore, Dorlando, Petræo, Scriptoribus Carthusianis, sed absque mentione ullius cultus Ecclesiastici, omisso etiam titulo Sancti et Beati.

Angelus a Florentia, Ordinis Prædicatorum, circa annum MCCLIV, ad Tartaros et alios barbaros Evangelii promovendi causa profectus, post plurimas calamitates toleratas, crudeli morte interfectus, memoratur in Anno sancto Ordinis Prædicatorum.

Eleonora a Cepeda, Virgo Carmelitana Abulæ in Hispania, cum opinione sanctitatis mortua anno 1373 memoratur in sacro Gynecæo Arturi cum titulo Beatæ; quo passim is solet afficere omnes, cum singulari aliqua virtutis nota mortuos.

D. Laurentius, Archiepiscopus Bracharensis, Hispaniarum Primas LXXXVI, sepultus anno Domini MCCCLXXXXVII, translatus e medio sacelli integer et incorruptus, die IV Junii MDCLXIII, cum hoc epitaphio in arca marmorea, per crystallos pellucidas, cernitur intra ecclesiam Primatialem, ad latus sacelli ejusdem, quod Regum cognominatur, dexterum. Hoc autem notare hic ex Cardoso placuit; si forte eidem Deo, qui corpus illud per annos 266 tam mirabiliter viridum conservavit et succulentum, ac si tunc primum obiisset; novis insuper miraculis dignetur ejus causam promovere apud Apostolicam Sedem, eique in hoc opere aliquando locum facere; qui nullus commodior ipsi assignaretur, quam hac die inventionis et translationis; quando diem mortis nec vetus quidem Epitaphium indicat, sed solum Æram MCCCCXXXV, prænotato anno Christi 1397 respondentem.

Antonius Valiotus, Hubertus a Curia, in Gallia an. 1567, Joannes Tudertinus, in Transilvania an. 1603, Ordinis Minorum, a Calvinistis occisi, referuntur in Martyrologio Franciscano Arturi a Monasterio.

Franciscus de Villamizar an. 1290, Marcus Bergomas in Piceno an. 1383, Gabriel ab Æsio 1491, Didacus Laicus Murciæ 1505, Bernardus a S. Joanne Badejocii 1519, Alphonsus Marinus in Hispania 1570, Michael Borrasius in Italia 1582, Coleta in Germania an 1273, viri illustres Ordinis Minorum cum titulo Beatitatis inscripti Martyrologio Franciscano Arturi. Sed necdum potuimus assequi ulli eorum cultum Ecclesiasticum assignatum aut habitum-

Antonius a Monte Sicardo, a Patribus Observantibus ad Capucinos transgressus, Maceratæ anno 1550 mortuus, etiam in dicto Martyrologio cum titulo Beati memoratur.

Fr. Petrus Eremita Augustianus, Laicus magnæ sanctitatis, sub hoc dumtaxat titulo inscribitur Hagiologio Lusitano, defunctus Conimbricæ an. 1559; a nobis autem hic commemoratur, quia Vitam ejus scripsit D. H.

scripsit Fr. Alexius de Menesez ejusdem Ordinis, ex Archiepiscopo Goano, factus anno 1610 *Archiepiscopus Bracharensis : quam Vitam pro alio forsan opere successores nostri optabunt nancisci.*

D. P. Maria, Parmæ ac Placentiæ Princeps, *Duci Alexandro Farnesio nupta, eique præmortua, an.* 1577, *et apud Cappucinas sepulta, Vitam habet Italice atque Hispanice editam, in qua merito virtutes ejus singulares laudantur, quare etiam a Vasconcellio, in descriptione Lusitaniæ (fuerat enim Emmanuelis I ex filio Eduardo neptis) refertur inter* Lusitanas feminas, sanctitate nobiles *pag.* 527 : *sed abstinet is a titulo* Beatæ, *quem ipsi Arturus in Gynecæo, liberaliter more suo, decernit.*

SS. Marcianus, Nicander et Apollonius *referuntur in MS. Casinensi, et seorsim in aliis. Ast in Martyrologio Romano* v Junii.

SS. Martha et Maria mulieres *indicantur in Synaxarus et Menæis Græcis; et iterum quando de illis agimus.* vi Junii.

D. P. Martyris xl Iconii, *referuntur a Maurolyco, Galesinio, Canisio, Ferrario. Petrus de Natalibus l.* 1 *c.* 86 *numerat* xliv. *Acta Apocrypha SS. Quirici et Julittæ* cccxliv, *sed Tharsi passos dicunt : agemus nos de* cccciv, *Antiochiæ coronatis,* xvi Junii.

S. Udalricus, Episcopus et Confessor, *indicatur a Bellino, Greveno, Maurolyco, et Molano. Est is Episcopus Augustanus, et colitur* iv Julii.

S. Procopii, Abbatis in Bohemia, Canonizatio *indicatur a Ferrario. De eo agemus* iv Julii.

S. Petri, Episcopi Anagniensis Canonizatio, a Paschale II facta, *indicatur ab Hugone Menardo : at dies natalis est* iii Augusti.

Nicomedes Martyr, *in retustis Mediolanensibus Breviario ac Missali, communem hodie habebat cultum, cum* S. Quirino ; *et quidem sic, ut ipsi soli propria esset Præfatio : in recentioribus vero non amplius invenitur, solumque servata est memoria, pro die quo etiam Romæ colitur,* xv Septembris.

S. Pipionis Levitæ translatio, apud Belnam in diœcesi Senonensi, *ut 4 Junii facta celebratur ;* Depositio *autem a Saussayo refertur* 2 *Octobr. At Philippus Labbe, tomo* i *novæ Bibliothecæ pag.* 779 *et seq. aliquam Vitam edidit, asseritque* festum potissimum celebrari 7 *ejusdem mensis. Proinde agendum de illo nobis erit die* ii *aut* vii Octobris.

Ositha, Virgo et Martyr, filia Regis Orientalium Saxonum, *proponitur a Greveno, Canisio et Gelenio ; ab aliis etiam* 3 *hujus. Verum, ut tum monuimus, ab aliis colitur* vii Octobris.

S. Andreas, Cretensis Archiepiscopus, *longo cum Elogio laudatur in Synaxario MS. nostri Collegii Claromontani Parisiis. Vitam dabimus, juxta Romanum Martyrologium, et Menologium Sirleti atque Catalogum Ferrarii* xvii Octobris. D. P.

S. Fidelis Martyris translatio secunda, in propria apud Comenses ecclesia, facta hoc die anno mcccLxv *recolitur in Martyrologio Comensi Aloysii de Tattis; Translatio autem prima* xv Junii ; *at Natalis ipsius celebratur* xxviii Octobris.

Andreas de Perusio, *Ordinis Prædicatorum,* Beatus *appellatur a Dominico Maria Marchesio in sacro Diario Dominicano ad hunc diem. Abiit is, postquam præclare multa in Italia gesserat, in Orientem, Tartaris Evangelium prædicaturus, cujus causa ab ipsis mortis damnatus atque capite plexus fuit anno* 1300. *Cur de illo agat die* 4 *Junii potius quam alio, nescit ipse Marchesius. Jacobillus martyrio affectum scribit die* 28 *Novembris anni prædicti, addens imagines ejus cum radiis circum caput, cum palma martyrii et libro in manu, a multis seculis depictas videri Perusii, in Capitulo, Sacrario, templo et claustro Dominicanorum cum hac subscriptione* B. Andreas Catranus Perusinus, fidei ardore succensus in Isauricam Chersonæ insulam profectus est : mox transmisso Tanai, verbum Dei infidelibus prædicans, variis tormentis ibidem martyrio coronatus anno 1300, multis fulgens miraculis. *Hæc, et si qua ejusmodi alia interim reperiantur, movere poterunt posteros, ut in die martyrii, quem Jacobillus assignat, de illo agant, nempe* xxviii Novembris

DE SANCTO CLATEO

G. H.

EPISCOPO BRIXIENSI MARTYRE

Explicantur ejus cultus, ætas, martyrium.

I sec. Brixia, *Longobardiæ urbs Episcopalis, sub dominio Veneto ad Alpium Rhæticarum radices, quamplurimos recenset Sanctos, partim Martyres, partim Episcopos aliosve, ex quibus ultra triginta hactenus protulimus, aliquos iterum hoc mense relaturi : et ad hunc diem quartum incipimus cum Martyrologio Romano, in quo ista leguntur :* Brixiæ S. Clatei Episcopi et Martyris, sub Nerone Imperatore.

Memoria in fastis, *Petrus Galesinius plura in suo Martyrologio addit his verbis :* Mediolani S. Clatei, Episcopi et Martyris. Hic Brixiæ Episcopus secundus, Anolini Judicis mandato, ab idolorum cultoribus Nerone Imperatore fustibus percussus, demum neci objectus, coronatur. *Quæ nonnullis verbis adjectis referuntur in Martyrologio Brixiano Bernardini Fayni : qui et de eodem agit in Cœlo Brixianæ Ecclesiæ, et ad Martyrologium quamplurimos allegat, qui ejus meminerunt. Apud Ferrarium, in Catalogo Sanctorum Italiæ, istud parvum elogium habetur.*

2 Clateus, S. Anatalonis Episcopi secundi Mediolanensis discipulus, ab eoque Brixiæ ordinatus

Elogium Episcopus, assiduis prædicationibus populum Brixianum magna ex parte ad Christum convertit, doctrinam vitæ exemplo et signis confirmans. Cum autem Viatorem sibi subrogasset, ipse Mediolanum ad Caium Episcopum Mediolanensem, condiscipulum suum, visendum profectus, ibi jussu Anolini Præfecti tentus, post multa verbera, cum Christo renuntiare nollet, capite truncatus est, Nerone Imperatore, pridie Nonas Junii : cujus corpus Mediolani asservatur. *Joannes Franciscus Florentinus in Indice Chronologico Antistitum Brixianorum ait, constantem famam esse, quod sacrum* S. Clathei *corpus, ignoto tamen loco, Mediolani adhuc jaceat. Coluntur relati Episcopi* Anatalon xxv *Septembris,* Viator xiv *Decembris, et* Caius xxvii *Septembris.*

3 *Circa* Anolinum Judicem *aut* Præfectum *aliquis scrupulus est, quod* Anolinus, Præfectus Prætorio, *temporibus Maximiani Imperatoris desævierit Mediolani, Veronæ et vicinis locis ; uti late deduximus ad diem* xxiii *Martii, ad Acta S. Proculi Episcopi Veronensis : et in Indice sive Idea Romanæ Historiæ, ab Andrea Schotto adjuncta Annalibus Stephani Pighii, ad ista tempora non reperitur gens seu familia Anolina. Verum* Quis ille Anolinus Judex?

A *Verum neque omnia tam accurate fuerunt conscripta, ut non potuerint omissæ fuisse aliquæ familiæ, primo Christi seculo adhuc minus celebres, postea clariores factæ, quæ etiam Romanos Consules dederint, uti ad annum* CCXCV *sub Diocletiano et Maximiano fuerunt* Nummius Tuscus, *et* Annius Cornelius Anulinus : *neque dicta de ætate* S. Clathei, *ex tam longinquo repetita, adeo certa nobis sunt; ut non potuerit sub Maximiano passus, primum Martyr factus esse in confinus seculi* III *et* IV ; *Neronis autem persecutioni adscriptus, ex sola vetustatis præsumptione.*

Tempus Martyrii.

4 *De hac persecutione egimus ad Catalogos veteres Romanorum Pontificum, in Diatriba præliminari ante tomum primum Aprilis ad Elogium S. Petri num.* 32 ; *ubi docuimus, eam potissimum cœptam anno* LXIV, *atque anno sequente SS. Petrum et Paulum Apostolos* D *martyrio consecratos : circa quod tempus oporteret, S.* AUCTORE G. H. Clateum *etiam passum esse, secundum Brixiensium de ordine Episcoporum suorum traditionem, quam nolumus in controversiam vocare, nulla certiori Chronologia fulti. Faynus in Annotationibus suis MSS. ad nos missis, miratur illum, ex tot Sanctis Ecclesiæ istius Episcopis, unicum esse, qui suo sanguine fidem consignarit, Martyr effectus; eoque magis optandum esset, talem ei palmam certioribus et vetustioribus auctoribus confirmari. Brautius Episcopus Sarzanæ in suo Martyrologio poetico ; de Martyrio tacens ista habet.*

Confregit statuas, Clatheo Pastore jubente,
Et Christo nomen Brixia læta dedit.

DE SS. MARTYRIBUS NOVIDUNENSIBUS, DINOCO, ZOTICO, ATTALO, EUTICO, CAMASO, QUIRINO, JULIA, SATURNINA, GALDUNO, NINNITA, FORTUNIONE, ET ALIIS XXV; ITEM CIRINO, EBUSTO, RUSTICO, SILVIO

G. H.

E

Ex Martyrologio Hieronymiano.

Nomina varie scripta

Antiqua *Martyrologia Hieronymiana apographa auspicantur hunc diem quartum Junii cum aliqua differentia circa palæstram Martyrum, nam ab aliis* Ninive, *urbs scilicet Assyriæ ; ab aliis* Nividunum, *seu* Nevidunum, *aut* Novidunum *nominatur. Epternacense antiquissimum ita incipit :* Pridie Nonas Junii. In Ninive natalis Dinoci, Zotici, Attali, Eutici, Camasi, Quirinæ, Juliæ, Saturnæ, Galduni, Ninnitæ, Fortunionis, et aliorum XXV. *In aliis videlicet Lucensibus duobus, Corbeiensi et Blumiano, omittitur nomen* Dinoci. *Variat etiam lectio,* Amasi, Quirini, Saturninæ *et* Saturnini : *et numerus additus modo est* XXII, *modo* XXVIII, *et quandoque solum* XX. *Rabanus hos habet :* In Ninive Dinoci, Attali, Camari, Firinæ, *loco* Quirinæ, Juliæ. *MSS. Richenoviense in Suevia et Rhinoviense in Helvetia :* In Ninive Dinocii, Attali, Eutici, *Aquisgranense ordine inverso sic legit :* In Ninive Dinoci, Zotici, Attali, Camosti, Juliæ, Saturnini. *Beda supposititius :* In Ninive Natale Dinoscii, Attali, Camarii, Tyrini, *loco* Quirini, Juliæ. *At loco* Dinoci *legitur* Dieni *in* C *MS. Catalogo, ante opera Isidori, Romæ in Vallicellana Bibliotheca. Interim, omisso* Dinoco, *ita habet Usuardus :* Noviduno civitate, Zotici, Attali, Eutychii. *Addit Notkerus,* Cum aliis multis.

Palæstra Noviodunum in Europa,

2 *MSS. Atrebatense :* Novoduno nat. de sanctæ Saturninæ, Zotici et Eutici. *Hinc Saussayus arripuit occasionem hos attribuendi* Nivernis, *cum hoc elogio .* Novioduni, *inquit* Heduorum, id est Nivernis, natalis Sanctorum Martyrum Zotici, Attali, Eutichii et aliorum multorum, qui fidei Christianæ accusati, non titubanter, sed libere constanterque, sacratissimam religionem professi, obque hanc confessionem acerbissime cruciati, præclaro certamine ad æterna præmia pervenerunt. *Hæc ibi, quæ passim de Martyribus quibuscumque fere dici possunt. Præter istam Æduorum civitatem, provinciæ nunc a se dictæ caput, est nihilominus celebris in Veromanduis, Episcopalis etiam, vulgo* Noyon *dicta, ut taceam* Noviodunum *Biturigum, vulgo* Neufvy ; *et aliud Perticensis provinciæ caput,* Novigentum *recentioribus, vulgo* Nogent. *Sed et Mœsia inferior ad Danubium, ubi nunc Bessarabia dicitur, suum apud Ammianum ac Ptolomæum* Novidunum *habet ; et Pannonia superior, alterum ad Savum, Antonino ac Ptolomæo recensitum, in finibus Carnioliæ ; in qua Pannonia cum Imperatores Diocletianus et uterque Maximianus sæpe ac diutius fuerint commorati, justa Sconlebii aliorumque suspicio est, complures ex iis Martyribus, quos vulgaris opinio Galliæ adscribit, Pannoniæ relinquendos fuisse.*

non Ninive in Assyria.

3 *Idem et ego existimo : nihil tamen in particulari de hic positis definire præsumo ; nisi quod eos, in quacumque Europæ regione passos potius credam, quam in Assyria. Etsi enim* Ninus, *dicta in scripturis* Ninive, *urbs fuerit stante imperio Assyriorum ampla ; cum ipso tamen excisa penitus, solum nomen retinuit apud posteros ; neque tempore Christianæ legis ulla fuisse videtur, nisi sub alio forsan nomine ; quemadmodum pars ejus aliqua fuisse putatur ea, quæ hodie* Mosol *dicitur. Est autem notatu dignum, quod in omnibus exemplaribus, in quibus* Novidunum *scribitur,* Dinocus *taceatur ; et verosimile fit ex his verbis :* In Nevidono civitate, *vel* Nevidoni civitate (*nam et* Nevidunum *scribitur et* Nividonum, *eadem semper significatione ; dum id quod Latinis* Novum *est, Germanis* Neu *et* Niu *pronuntiatur, et* Dunum *id est civitas* F *etiam* Donum *vertitur*) *verosimile, inquam, fit, ci. scriptum pro* civitate, *legi fecisse* in Ninive Donici.

Adduntur alii 4,

4 *Relinquimus tamen* Donicum *in numero aliorum Martyrum, propter exemplarium eum nominantium multitudinem. Alia et ipsum omittunt, et recensendo alios nomen Palæstræ reticent, puta Gellonense peraquam vetustum, MS. Augustanum S. Udalrici, Helveticum S. Galli, et Parisiense Labbei ; ubi fit mentio* Zotici, Camasi, Quirini, Julii, Saturnini, *et in MS. Lætiensi* Saturninæ, Zotici et Euticii : *et additur nomen* Rustici. *In Corbeiensi,* Rustici et Silvii. *In Epternacensi* Cyrini Episcopi, Ebusti, Rustici Episcopi. *pro nomine autem* Cyrini, *alibi legitur* Cyrici, Cyprini, *et* Cypriani : *omisso etiam titulo* Episcopi *quod magis placet, viderique potest ab eo qui ibidem sequitur, a nobis autem præmittitur,* Quirino *Sabariæ passo, acceptum, et hanc Novidunensium Martyrum classem male relatum nomen esse.*

DE SANCTIS PICTO, ARECIO, DACIANO,

D. P.

MARTYRIBUS ROMÆ VIA APPIA.

Cultus, et Hispanica de loco martyrii figmenta.

Nomina in Martyrologiis.

Jam sæpius citata vetusta Martyrologii Hieronymiani apographa quatuor, nobis suggerunt hos Martyres istis verbis* : Romæ natalis Picti, Arecii, Daciani. *in MS. Casinensi et alio Reginæ Sueciæ additur* via Appia, *et quidem ut legitur in MSS. Tornacensi et Laetiensi*, in cœmeterio ad Catacumbas, *et in MS. Vaticano S. Petri, dicitur fuisse* quarto milliario ab Urbe. *De Catacumbis via Appia agit Aringhus lib. 3 Romæ subterraneæ cap. 12. S. Gregorius lib. 3 epist.* 30, secundo milliario *easdem collocare videtur ; et potuit ibi cœptum cœmeterium ad aliquot porro passuum millia extendi. Nomina horum Sanctorum varie scribuntur*, Pecti, Pasti, Pieti *loco* Picti, *tum* Areci, Aregii, Aretii *loco* Arecii . *denique* Daciani *etiam per litteram* t *exaratur. In Romano Martyrologio referuntur* Aretius et Dacianus, Martyres Romæ. *At* Pictus et Dacianus *in MSS. Augustano, Gellonensi, S. Galli et Labbeano.* B

Dacianus Emeritæ quomodo adscriptus

2 *Piaculum videbatur pseudepigraphorum Chronicorum in Hispania Auctoribus qualibuscumque, si dies hic absque Sancto aliquo Hispano præteriret. Quid ergo? Hunc* S. Dacianum *arripuerunt, et* Decianum *quemdam, Martialis poetæ amicum, multisque ab eo laudibus celebratum, invenientes, quo apud se nato glorietur* Emerita *lib.* I *Epigr.* 62 ; *Julianum suum in pseudo-Chronico num.* 287 *sic scribere fecerunt*, Celebratur adhuc memoria S. Daciani seu Deciani, viri philosophi Stoici Emeritensis, quem adeo celebrat Martialis, passi sub Adriano Romæ cum aliis, die IV mensis Junii. *Ne autem choragium desit, addit Tamayus in Martyrologio Hispanico somniatum a se sub nomine Auli Hali, quasi Saracenis adhuc dominantibus scribentis, carmen* ad B. Dacianum Martyrem Emeritensem, *quo dicitur ab Evaristo Pontifice vera fidei Christianæ dogmata suxisse, atque ante eum Martyr ad astra volasse. Cum autem Baronius Evaristi martyrium adscripserit anno* CXXI (*ego* CVIII *obiisse censeo*) *arguit ipsum Tamayus, quod tam in Annalibus quam in Notis ad Martyrologium*, nulla ratione suffultus, aut autographi auctoritate vallatus, ejus martyrium E ad tempora Diocletiani rejecit. *Interim ipse Pseudo-Juliani commento innixus, prolixa satis* Acta *compaginat*, ex variis , *ut ait : eumque aliquanto succinctior Cardosus in Hagiologio Lusitano sequitur, eo quod* Emerita, *nunc Castellæ novæ accensa civitas, ad Anam fluvium in Extremadura vulgo dicta, Lusitanica sit Plinio et Straboni, multarum urbium conventu juridico celebris olim et Archiepiscopalis civitas; quare eam* Lusitaniæ caput *idem Cardosus in Notis appellat.*

quomodo Lusitaniæ.

DE SS. EXPERGENTO, CHRISTA, ITALIO, PHILIPPO, RUSTULO, CAMA, JULIA, SATURNINO, EIAGONO, MOMNA, FORTUNO, CRISCENTIA, JOCUNDIANO,

G. H.

MARTYRIBUS, IN CILICIA AUT SICILIA

Ex Hieronymiano Martyrologio,

Palæstra horum Sanctorum varie signatur. In tribus et præcipuis apographis Martyrologii Hieronymiani indicatur* Cilicia , *itemque in MS. Barberiniano. Ast* Sicilia *legitur in apographo Corbeiensi. MS. Reginæ Sueciæ :* In Sicilia SS. Itali, Philippi, Eutici, et aliorum decem. *Ex his* Euticus *referendus videtur ad superiorem classem Martyrum Noviduni passorum. Notkerus ita habet :* In Sicilia SS. Expergentii et Christæ Martyrum : *et MS. Richenoviense* Expergentum Siciliæ Martyrem *memorat. Ex supra indicatis* Cama *est in solo Epternacensi*, *et* Jocundianus *in Corbeiensi. In aliis scriptio differt :* Pergenti, *enim* Crastæ *seu* Christæ, Rustici, Saturninæ, Jecaconi, Monæ *seu* Menæ *legitur. Est ergo* in Cilicia, *aut* Sicilia natalis Sanctorum Martyrum Expergenti, Christæ, Italii, Philippi, Rustuli, Camæ, Juliæ, Saturnini, Eiagoni, Momnæ, Fortuni, Criscentiæ, Jocundiani.

2 *Octavius Cajetanus noster Tomo* 1 *de Vitis Sanctorum Siculorum pag.* 123, plures in Sicilia Martyres, incerto ævo locove *congerit : et ab illo ad* III Nonas Junii, Expergenitus et Chresta Martyres *indicantur : in Animadversionibus autem citatur solus Notkerus : sed hic eos habet* II Nonas Junii, *scribitque nomina* Expergentii et Christæ. *Nomina vero* Expergentii *aliquibus* Expergentiæ, Italii, Rustuli et Crescentiæ, *habentur in MSS. Gellonensi, Augustano, S. Galli, et Labbeano.* F

DE

DE SS. RUTILO SEU RUSTULO

ET SOCIIS DUOBUS MARTYRIBUS

SABARIÆ IN PANNONIA

Ex variis Martyrologiis.

G. H.

Nomina in Martyrologiis:

Concludunt hi Martyres diem præsentem in quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis, ubi ista habentur ; In Sabaria civitate Rutuli seu Rustuli, cum aliis duobus. *Similia leguntur apud Notkerum et Grevenum, atque in MSS. Barberiano, Coloniensi S. Mariæ ad Gradus, aliquo Reginæ Sueciæ, et aliis In hodierno Martyrologio Romano ita legitur :* In Pannonia sanctorum Martyrum Rutili et sociorum. *De* Sabariæ *urbe Pannoniæ infra agimus ad Vitam S. Quirini.*

B

an Rutili Reliquiæ Bononiæ?

2 S. Rutili *Martyris aliquas Reliquias asservari Bononiæ in Ecclesia tertii Ordinis Franciscani, dicata S. Mariæ a Caritate in via S. Felicis, indicat ad hunc diem Masinus in Bononia perlustrata. De illis dum amplius nihil dicitur, credemus perquam exigui momenti ipsas esse, nec adeo specialiter coli ut commemorari hic debuerint ; sicut de aliis similibus jam edocti, abstinemus ab inquisitione ulteriori. Quidquid autem ibi sit, id mediate vel immediate allatum fuisse ex Pannonia, non debebat præsumi absque probatione aliqua.*

E

DE SANCTIS MARTYRIBUS ÆGYPTIIS

SOPHIA CUM FILIABUS

DIBAMONA ET BISTAMONA

ITEM SANCTO WARSENOPHA ET MATRE EJUS

Ex Hagiologio Metrico Anonymi Habessini.

D. P.

Cum Sophia ejusque duabus filiabus;

Temporibus Hadriani Imperatoris, habuit Urbs Roma sanctam matronam, Sophiam *nomine, cum tribus filiabus* Fide, Spe, Charitate : *quarum nomina et cultus inveniuntur* I *Maii, id est* XXV *Julii, in Æthiopicis ;* I *Augusti, in Latinis ;* XVII *Septembris, in Græcis fastis. Habuisse videtur suam quoque* Sophiam *Ægyptus, duarum Sanctarum filiarum matrem, quarum prætitulata nomina, cum passo eadem die* Warsenopha, *conservant Fasti Habessinorum, a Paulo Poeta Jacobitico metrice exornati,*

C

nobisque Latine communicati a Jobo Ludolfo, Historiæ Æthiopicæ illustratione bene de sacra æque ac profana antiquitate merito. Strophes ad illas spectantis, hanc ex Hagiologio isto paraphrasim accipe :

Warsenopha simul invocatur cum matre;

Saluto Sophiam et filias Dibamonam ac Bistamonam : quæ consociatæ fuerunt et convenerunt hodie in martyrio cum Warsanopha ac Matre ejus, oriunda ex Denfa ; omnes orans ut suo me complexu tueantur, ne cadam, sicut gallina colligit pullos suos sub alis suis.

et hæc quidem ut Denfa oriunde.

Viri an feminæ nomen sit Warsenopha *non distinguerem, nisi ad* XXIX *Abib,* XXIII *Julii Romani, occurreret* Wersanopha *præclarus Martyr, cum sociis duobus. Ignobilis vero urbecula* Denfa, *quæ, et ubi sita sit, opto discere ; nec enim eam in suo. Topographico indice notat Ludolfus : qui etiam contentus fuit solam* Sophiam cum filiabus *et* Warsenopha *inscribere Fastis Alexandrinæ Ecclesiæ a se concinnatis,* omissa matre ejus ; *fortassis quia obscurum ei aliquid hic erat. Ubi is vel alius distinctius quid de prædictis Sanctis docere potuerit, gratanter discemus : interim conjectare licebit, sub Decio vel Diocletiano ac Maximiano, vel denique sub Galerio Maximino contigisse omnium passionem.*

F

DE S. QUIRINO

MARTYRE TIBURE IN LATIO

Sylloge de ejus cultu et conditione

G. H.

Memoria in fastis

Tibur, *vulgo* Tivoli, *urbs antiqua Latii, nunc Campaniæ Romanæ, in ditione Pontificia,* XVI *millibus passuum Roma dissitum, inter alios Sanctos colit* S. Quirinum, *ab alio* S. Quirino Episcopo et Martyre, *de quo infra agimus cum Martyrologio Romano, diversum, et in eodem his verbis prolatum :* Tibure, S. Quirini Martyris. *Ubi annotat Baronius :* Hujus corpus (ut accepimus ex veterrimis monumentis Ecclesiæ Tiburtinæ) ibi reconditum habetur in basilica S. Laurentii, sub altari sanctissimi Salvatoris. *Eadem fere repetit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, addens ;* ubi et quo genere martyrii coronatus fuerit, neminem docere ; *ac deinde annotans :* In indice seu tabula Sanctorum,

A Sanctorum, qui Tibure coluntur, ad nos inde transmissa, Quirinus, non Martyr, sed Confessor adnotatur ad diem v Junii. Cujus corpus aliunde asportatum (non enim Tiburtinus fuit) in Cathedrali Ecclesia sub titulo Salvatoris conditum est. *Antea idem Ferrarius, in Nova Topographia ad Martyrologium Romanum, cum Baronio scripserat,* corpus haberi in ecclesia S. Laurentii sub Majori altari sanctissimi Salvatoris : *quæ inter se non videntur convenire.*

AUCTORE G. H. corpus in ecclesia Cathedrali,

2 *Utrum autem seipsum cum Baronio Ferrarius correctum voluerit, in isto annis quatuor post Topographiam edito Catalogo ; an vero, per oscitantiam, sic festinanti ignoscendam, nomina commutaverit : nesciremus divinare, nisi Ughellus, Tomo 1 Italiæ sacræ, in Episcopis Tiburtinis assereret,* templum Herculis aut maximam partem ejus, Constantini Imperatoris temporibus, in D. Laurentii honorem Christiano ritu, in Ecclesiam Cathedralem dicatum fuisse. *Ne autem de* altari S. Salvatoris *dubitemus, addit idem Ughellus,* in Tiburtina Cathedrali ossa S. Quirini Sacerdotis conquiescere, in eaque olim a Simplicio Tiburtino, Pontifice Summo, reconditam fuisse Salvatoris nostri Jesu Christi imaginem, a Divo Luca Evangelista depictam. *Et postea ;* In magna esse eam effigiem apud Tiburtinos religione : ad quam asservandam, Gregorii IX temporibus sacellum excitarunt, quod ab eodem Pontifice consecratum est, in eoque sacra Quirini Sacerdotis lipsana reposita fuerunt, *de quibus inscriptio ibidem hæc :* Christo

intra sacellum S. Salvatoris B

Servatori memoriæque perenni. Hoc in sacello D Salvatoris nostri effigies, a D. Luca depicta, veneratione tam debita quam devota custoditur ; in eodemque corpus B. Quirini servatur : cujus præter cetera memoria cernitur in lapide, in ingessu a dextris. Huc tamen mulieribus ingredi nefas est, nisi unico die dedicationis dumtaxat ejusdem ; quod a Gregorio IX consecratum extitit, anno a Deiparæ Virginis partu MCCXXXIV, XVII Kalendas Julii. *Hæc ibi. Brentius Episcopus Sarsinæ hoc versu honoravit* Quirinum *istum :*

Ob spretas statuas cæsi Veneranda Quirini.
Herculeum Tibur Martyris ossa colit.

3 *Ecce, qui in inscriptione* Quirinus *solum appellatur ; ab Ughello* Sacerdos *habetur, et apud Ferrarium* Confessor : *qui tamen ab ipsomet cum Martyrologio Romano prætitulatur* Martyr : *quod et nos cum Baronio facimus, dubium ipsum Tiburtinis eruditis solvendum relinquentes.*

Sacerdos, Martyr, an Confessor, incertum.

4 *Si Ughellus Sacerdotii titulum vetustiori probaret argumento, possemus suspicari, hunc illum esse, quem cum titulo* Episcopi *antiquioribus enim idem sunt* Sacerdos *et* Episcopus) *et sub nomine* Cirini, *una cum* Ebusto *et* Rustico *similiter* Episcopo, *refert Martyrologium Hieronymianum supra post Noviodunenses* E *Martyres ; facile enim istic potuit, nomen loci,* Tibur, *excidisse : et Tiburtini Episcopi omnes nos latent, usque ad Paulum S. Damaso adversatum in schismate Ursicini, anno* CCCLXVI.

DE S. QUIRINO MARTYRE

EPISCOPO SISCIÆ IN PANNONIA

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Antiquissima Acta, Corpus Romam translatum, indeque a variis possideri assertum.

SUB GALERIO.

In Pannonia Christum confessi, mortui sepulti C

Quo loco in Savum Pannoniæ fluvium Colapis influit, Siscia est ; civitas olim Episcopalis, nunc Seseg dicta, ac media fere inter Carlostadium Windorum, et Zagabriam Hungarorum civitates. In hac, Diocletiano ac Maximiano imperantibus et fidem Christianam nequidquam exstirpare conantibus ; eamdem fructuose prædicavit, primus fortassis, solus certe notus, Episcopus Quirinus ; *eamdemque fidem ibidem generose est confessus, sub tyrannide Galerii Maximiani, socerum Diocletianum imitati ; postquam priores, Christianæ æra anno CCCV, ultro purpuram deposuerant.* Sabariam *denique trans Arrhabonem item Sanctus gloriosa morte ; ac paulo ulterius versus Aquilonem* Scarabantiam, *Pannoniæ superioris similiter, civitates, Austriæ propinquiores, sepultura sua cultuque corporis consecravit.*

2 *Acta vetustissima, et Magni Constantini ævo ex Proconsularibus monumentis scripta, exhibuerunt typis excusa, ante annos quidem ducentos, Joninus Mombritius ; ante centum vero Laurentius Surius. Sic autem edita, cum MS. Codice Vaticano, numerum* 1191 *præferente, nec diu post Innocentii II ætatem scripto, contulit, ejusdem Bibliothecæ Custos primarius, simul et Basilicæ Canonicus, Emmanuel Schelstraten, ac variantes a Mombritio lectiones annotavit. Surius illa se profitetur habuisse* ex quodam egregio MS. Codice, *addens ;* Auctoris nomen non adest ibi (*ut in nullis antiquis Passionibus, inter sacra recitandis, solebat*) sed est historia graviter conscripta, atque antiqua sane, ut equidem arbitror. *Hanc certe habuit probavitque S. Hieronymus, in additionibus Eusebiano Chronico interpositis, utpote non solum interpretis, sed et scriptoris officio (sicut præfatur) functus ; et nonnulla, quæ intermissa videbantur, adjiciens. Ejus ad annum Domini* CCCX ; *ex hisce Actis desumpta verba, sic sonant :* Quirinus, Episcopus Siscianus, pro Christo gloriose interficitur : nam manuali F mola ad collum ligata, e ponte præcipitatus in fluvium (*scilicet* Sabarim, *Arrhaboni mox influxurum*) diutissime supernatavit ; et cum spectantibus collocutus, ne suo terrerentur exemplo ; vix, orans ut mergeretur, obtinuit. *Eodem tempore quo in Palæstina Hieronymus, in Hispania scribens ac florens Prudentius, libro περὶ Στεφάνων Hymno* VII, *illa ipsa Acta digna censuit quæ versu redderet : quod ejus Poema, ex novissima Danielis Heinsii recognitione, damus post Acta prælaudata ; quorum utinam plura MSS. exempla invenire nobis contigisset, ad supplendos quorumdam verborum defectus, Mombritio et Surio communes, adeoque vetustos etiam ipsos, nunc conjecturis uti subinde cogar.*

Acta vetustissima hic dantur

visa S. Hieronymo

et Prudentio.

3 *Eorum Actorum diversa compendia invenimus et descripsimus, sed hic non putavimus referenda fontem nacti, nisi quatenus agunt de corporis sacri translatione : de qua ad calcem veterum Actorum, sic posterius adscriptum legitur.* Facta autem incursione barbarorum in partes Pannoniæ, populus Christianus de Scrabatensi urbe fugiens, sanctum corpus Quirini Episcopi et Martyris afferentes, secum deduxerunt : quem ..... sepelierunt .... in loco qui dicitur Catacumbas.

Corpus Romam translatum ad Catacumbas,

A cumbas. *Possumus id de populatione illa intelligere, qua per Europam grassatos Gothos anno* CCCXCV *sic scribit Claudianus, lib. 2 in Rufinum, cladis auctorem et proditorem imperii, Versu 36 et seqq.*

anno verosimiliter 395,

Gethicis Europa catervis
Ludibrio prædæque datur, frondentis ad usque
Dalmatiæ fines. Omnis qua nobile Ponti
Æquor, et Hadriacas tellus interjacet undas,
Squalet inops pecudum, nullis habitata colonis...
Thessalus ardet ager, reticet pastore fugato
Pælion, Æmathias ignis populatur aristas.
Jam plaga Pannoniæ, miserandaque mœnia Thracum,
Arvaque Mysorum; jam nulli flebile damnum:
Sed cursus solennis erat campusque furori
Expositus, sensumque malis detraxerat usus.

et 1140 ad S. Mariæ Transtiberinæ

4 *Prænotatorum compendiorum unum, quod, ex Prudentio fere acceptum, Basilicæ S. Mariæ trans Tiberim, die festo* S. Quirini, *trium Lectionum vicem præbens, ultima ita finit:* Romam deinde ad Catacumbas delatum postremo ab Innocentio Papa II in ecclesia S. Mariæ trans Tiberim repositum est, *quæ multis lectius explicantur in MS. Vatic. quod vel hinc putes, olim fuisse istius Ecclesiæ. Restauravit hanc* B *Innocentius iste anno* MCXL, *quando Octavius Pancirolius ait, sub altare Majus ab eo collocata esse* corpora SS. Cornelii Papæ et Quirini Episcopi Martyris, *a Catacumbis sumpta; ultimi autem* Caput donatum fuisse ecclesiæ S. Mariæ in Campo Martio. *Hujus secundæ Translationis cum nulla fiat mentio in Codice quo usus Surius est, scimus prænotatum additamentum veteri, ex Pannonia una cum corpore allato contextui, accessisse, ante Innocentii II ætatem, fortassis etiam diu, et seculo* V *vel* VI. *Interim aliud compendium, quod similiter in tres divisum Lectiones Ecclesiæ Aquileiensi servit, refert quod uno ante Innocentium seculo eidem Ecclesiæ corpus concessum sit, his verbis:* Demum Popponi Bajuiario, Patriarchæ Aquileiensi; qui Pontifex maximus creatus, dictus est Gelasius II, concessum a Joanne XIX, et in basilica Aquileiensi, ab eodem Poppone ædificata, conditum est, ubi nunc asservatur et colitur.

Caput ad Campum Martium.

an etiam Aquileiam?

5 *Numerant Aquileienses Episcopos suos primos, hoc ordine;* S. Marcus Evangelista, S. Hermagoras, S. Helarus, S. Chrysogonus, S. Quirinus; *et hunc credentes esse ipsum, quem Sisciæ passum hodie colimus, de ejus utrobique Episcopatu successive gesto, primam texunt Lectionem. Sed uti errare istos in Chrysogono constat, dum credunt esse hujus nominis Martyrem, qui Aquileiæ passus colitur* XXIV *Novembris;* C *ita vereor ne similiter erraverint in* Quirino, *duosque in unum conflaverint; et quoniam Sisciensis Episcopi corpus Romam translatum fuisse indubitanter credebatur, consequens esse putaverint, ut illud Poppo suus inde acceperit a Joanne XIX, tempore ejusdem Popponis universam Ecclesiam gubernante) ab anno* MXXIV *ad* MXXXIII. *Sed in his omnibus tanto minor nobis est Lectionum istarum auctoritas, quanto ignorantior etiam in rebus domesticis probatur fuisse auctor, qui* Popponem Brixiensem, *anno* MXLVIII *creatum Gelasium Papam II, potuit cum* Aquileiensi *ejusdem nominis ac temporis Patriarcha confundere; et ex* Galerio Imperatore, *facere* Galerium Præsidem, *loco* Maximi. *Fieri ergo potest, ut quæ Aquileiæ aut habebantur olim, aut habentur etiam nunc* S. Quirini *Reliquiæ; urbi illi magis propriæ sint quam sciat ipsa; domique inventæ non aliunde allatæ.*

ubi et Episcopus fuerit?

sed verosimiliter alius

6 *Rudolphus Presbyter, in Vita B. Rabani Mauri, Moguntini Archiepiscopi, Magistri sui,* IV *Februarii ab Henschenio illustrata, num. 3, enumerans Reliquias, anno* DCCCXXXVIII *Roma allatas in Alemanniam; primo loco ponit,* Ossa S. Quirini; *eumdem esse supponens,* qui in Siscia Pannoniarum oppido Episcopus..... ligata ad collum mola, præcipitatus est. *Idem de similis nomenclaturæ Reliquiis credunt Mediolanenses:* D *ex quorum sensu, Actis a se editis hæc subtexuit Mombritius.* Postea per Dominum piissimum Angilbertum, venerabilem Archiepiscopum Mediolanensem, deportatus *Quirinus,* et honorifice apud monasterium B. Levitæ Vincentii, simul cum S. Nicomede Presbytero, summa cum reverentia est reconditus: *quæ etiam Baronius in Notis ad hunc diem descripsit. Galesinius, in similibus suis Annotatis,* ex litteris Pontificiis et Litaniis Ambrosianis *quas allegat, idem videtur velle probare. Sed ejusmodi litteras inveniri etiamnum gauderemus, certius forte docendi ex illis verene translatio talis facta sit sub* Angilberto, *cujus nominis vel unum vel duos Ecclesia ista habuit ab anno* DCCCXXII *usque ad* DCCCLX; *an vero sub* Heriberto, *uti legitur in Breviario Mediolanensi ad hunc diem, cui Castilionæus et Ughellus inhærent: is autem Cathedram obtinuit ab anno* MXVIII *ad* MXLV. *Idem Castilionæus duo MSS. Martyrologia Usuardi allegat, quibus additum sit,* Cujus corpus tandem translatum est in ecclesiam S. Vincentii, *pro eo quod Notkerus, Auctor Florarii, et alii nonnulli habent,* Cujus Reliquiæ translatæ sunt Romam et positæ ad Catacumbas. *Interim de hujus quoque* S. Quirini E *Episcopatu, genere, loco, tempore Martyrii, suspendimus indicium; scientes, quam multi tum Romæ tum alibi fuerint hujus nominis Martyres, cum solus Martius tres nobis proferat die quarta, duodecima, et trigesima: quæ autem de Reliquiis ejus multa hic dici ex Castilionæo possent, differimus ad* XV *Septembris, quo colitur* S. Nicomedes Presbyter. *Diversum quoque possumus eum credere, quem Ferrarius dicit* Tibure coli V Junii, ob corpus ibi servatum.

Auctore D. P.

aut Mediolanum sec. 9 vel 11 allata,

forte alterius sunt.

7 Siscianum *de quo agimus,* Episcopum, *exhibet nobis vetustissimum Hieronymianum Martyrologium, in apographis Lucensibus duobus, Corbeiensique ac Blumiano, his verbis:* In Sabaria civitate, Quirini. *Nec dissentit ceteris antiquius Epternacense, cum, truncato licet nomine, scribit:* In Saba civitate Pannoniæ: *sed in istis omnibus deest titulus* Episcopi, *per errorem additus* Cyrino *et* Rustico *immediate prægressis, et supra per nos relatis ad classem Novidunensium Martyrum, forte in eadem Pannonia passorum. Tacent de illo Beda ac Florus, unde intelligitur, prælaudata Acta ad eorum notitiam non pervenisse, ut Natalem ejus definirent, quem alias non poterant ignorasse laudatum a S. Hieronymo in Chronico. Primus Usuardus, ea Acta nactus, diem hunc sic auspicatus est.* II Nonas Junii. Apud Illiricum, civitate Siscia, F natalis B. Quirini Episcopi, qui pro fide Christi ut Prudentius scribit) ligato ad manum molari saxo, in flumen præcipitatus; *et cetera ex Hieronymo, sed qui* manualem molam ad collum *ligatam scribit; quod aliter apud Prudentium exaggerans Martyr,* cum collo, *inquit* scopulum traham. *Eumdem errorem, adeoque ex eodem fonte haustum, in Adone videas; alterutrum autem secuti sunt Notherus, Florarii auctor, Doctrinale Clericorum, Maurolycus, Bellinus, et alii: sed correxerunt eos Galesinius, et Galesinium, aut potius ipsa Acta Hieronymumque et Prudentium, hoc loco secuti, Romani Martyrologii Revisores,* ligato ad collum saxo præcipitatum, *scripserunt, sicut hodiedum legitur.*

Nomen in Mrtlo Hieron.

item in Usuardo, sed non sine mendo.

Illa etiam ossa quæ Roma an. 838 in Alemanniam

ACTA VETUSTISSIMA

Ex editionibus Mombritii et Surii, cum MS. Vaticano cod. 1191 collatis.

Cum mundi istius Principes ad cruciandas animas diabolus commovisset, et ubique Domini Ecclesias diversis persecutionum tempestatibus ventilaret; suscitatis

EX MSS.

A suscitatis Regum *a* amicis, per quos amplius adversus Dei populum prælia commoverat, agebat quotidie suæ incrementa sævitiæ. *b* Prementibus itaque Maximiani Imperatoris legibus, Christianus infestabatur exercitus : per Illyricum vero Diocletianus sacrilegis præceptis in Christi populum hostiliter sæviebat, addito tyrannidi suæ alio Maximiano *c*, in regno participe, qui et suam rabiem et Diocletiani, per omnem Illyricum ostenderet. Fere tamen ad omnes provinciarum Judices nefandorum Principum sacrilegi apices mittebantur, ut in templis dæmonum immolare cogerent Christianos ; Christi ecclesiæ clauderentur ; Christi Sacerdotes et ministri ut parerent legibus publicis, et confiterentur deos esse : quibus si thura nolint accendere, suppliciis diversis et morti subjacerent.

a
b
In dira persecutione Diocletiani
c

2 Inter multos autem, qui in Christi exercitu triumphabant, B. Quirinus Episcopus Siscianus a Maximo *d* Præside jussus est comprehendi. Quem cum studiose quærerent, et beatus id sensisset Episcopus egressus est a civitate : et fugiens comprehensus est et deductus. Cumque a Maximo Præside interrogaretur, quo fugeret ; Quirinus Episcopus respondit : Non fugiebam, sed jussum Domini mei B faciebam : scriptum nobis est ; Si vos persequentur in una civitate, fugite in aliam. Maximus Præses dixit : Qui hoc præcepit? Quirinus Episcopus respondit; Christus, qui verus est Deus. Maximus dixit : Et nescis, quia ubique te Imperatorum præcepta poterant invenire ; et hic quem dicis Deum verum, comprehenso tibi subvenire non poterat : sicut et modo fugiens comprehensus es et deductus? Quirinus Episcopus respondit : Semper nobiscum est; et, ubicumque fuerimus, Dominus quem colimus subvenire potest : et modo, cum apprehensus essem, mecum erat, et hic mecum est, confortans me, et ipse de meo ore tibi respondet. Maximus dixit : Multa loqueris, et loquendo magnorum Regum instituta differs *e*. Lege ergo divinos apices, et fac quod jussum est. Quirinus Episcopus respondit : Ego Imperatorum tuorum jussionem non audio, quia sacrilega est, et contra Dei præcepta jubet servos Christi diis vestris immolare, quibus non servio, quia nihil sunt. Deus autem meus, cui servio, ipse est in cœlo et in terra et in mari. Ipse est in omni loco : omnibus autem superior, quia intra se continet omnia, quoniam per ipsum cuncta facta sunt, et in ipso constant universa.

S. Quirinus comprehenditur:
d
Matth. 10
e
inculcat Dei præsentiam :

3 Maximus dixit : Per nimium tempus vivendo, C quasdam fabulas didicisti : supponuntur tibi thura, et disce Deos esse quos nescis : non parvum consecuturus es munus intelligentiæ, si præceptis obediens esse volueris. Quod si ipse tibi non suaseris, ut devotus appareas ; cognosce te subjiciendum diversis injuriis, etiam morte terribili vitam tuam finiendam. Quirinus Episcopus respondit : Injurias quas mihi minaris, gloriam puto ; et promissa mors, si merear, vitam dabit æternam. Propterea Deo meo devotus esse cupio, non Regibus tuis : neque enim deos credo esse, qui non sunt ; et aris dæmonum thura non pono, quia scior aram esse Dei mei; in qua apta ei sacrificia boni odoris incendi. Maximus dixit ; Video, quia te insania cogit ad mortem : sacrifica diis. Quirinus Episcopus respondit : Non sacrifico dæmoniis quia scriptum est, Omnes dii gentium dæmonia ; et, Qui sacrificant diis, eradicabuntur. Tunc Maximus Præses jussit eum fustibus cædi, cui et dixit : Respice et agnosce potentes esse deos, quibus Romanorum servit imperium. Propter quod consentiens, eris sacerdos magno deo Jovi : alioquin ad Amantium Præsidem primæ *f* Pannoniæ dirigeris, a quo dignam mortis sententiam excipias. Ergo ab stultitia tua reversus, acquiesce. Quirinus Episcopus respondit : Vere modo Sacerdotio fungor, D vere modo Sacerdos effectus sum, si meipsum Deo vero sacrificium obtulero. Et hoc, quod corpus meum cæsum est, delector, nullum sentiens dolorem : ideoque offero me majoribus suppliciis, ut me quibus præpositus fui in hac vita, sequantur ad illam æternam vitam, ad quam per hujusmodi iter facile pervenitur.

irridens deos,
Psal. 95
fustibus cæditur
f
nullum sentit dolorem :

4 Maximus Præses dixit : Claudatur in carcere, et gravetur catenis, donec superatus efficiatur. Quirinus Episcopus respondit : Non expavesco carcerem, credens Deum meum mecum esse in carcere, qui semper est cum suis cultoribus. Cumque ligatus fuisset, recluditur in carcerem Quirinus Episcopus, et mittens se in orationem, dixit : Gratias tibi Domine, quia propter te hæ mihi illatæ sunt contumeliæ : et rogo, ut qui in hoc carcere detinentur, sentiant me cultorem veri Dei esse ; et credant, quia non est alius Deus, nisi tu. Media autem nocte, apparuit splendor magnus in carcere : quem cum vidisset Marcellus custos *g* personarum, aperuit carcerem, et prostravit se ad pedes B. Quirini Episcopi, dicens cum lacrymis : Ora pro me Dominum, quia credo non esse alium Deum, nisi quem tu colis. Multum autem hortatus est eum beatus Episcopus, et consignavit eum in nomine Domini E nostri Jesu Christi.

ducitur in carcerem,
g

5 Post triduum autem Maximus Quirinum Episcopum jussit ad Amantium Præsidem ad primam Pannoniam duci, ut pro contumacia, quam in leges Imperatorum exhibuerat, ultimam sententiam sustineret. Cumque deductus fuisset B. Quirinus ad primam Pannoniam, (siquidem ad ripam Danubii *h* per singulas civitates vinctus catenis ductus est) Amantio eodem die revertente de civitate *i* Scarabetensi offertur ei B. Quirinus Episcopus : quem Præses ad urbem *k* Sabariensem ad audiendum censuit repedari. Tunc ingredientes ad S. Quirinum Episcopum Christianæ mulieres, cibum potumque obtulerunt ei. Quarum fidem intuens beatus Episcopus, dum ea quæ offerunt benedicit, catenæ quibus ligatæ manus ejus et pedes fuerant, ceciderunt. Accepta igitur, esca, regressis mulieribus, hi qui eum custodiebant, Sabariam duxerunt. Quem Præses Amantius per officium suum offerri sibi jussit in theatro. Qui cum oblatus fuisset, Amantius Præses dixit : Requiro te, si ea quæ *l* in Siscia apud juridicum Maximum gesta monstrantur, vera sunt. Quirinus F Episcopus respondit : Apud Sisciam verum Deum confessus sum. Ipsum semper colui, ipsum corde teneo : nec me ab eodem, qui unus Deus et verus est, homo poterit separare. Amantius Præses dixit : Ætatem tuam dolemus maculari verberibus : tamen sensum tuum optamus emendare sermonibus, et præmio promissæ vitæ corrigere, ut reliquum senectutis tuæ tempus juxta legum Imperialium sanctionem diis serviens perfruaris. B. Quirinus Episcopus dixit : Quid de ætate dubitas, quam fides inviolata redere potest omnibus suppliciis fortiorem? Nec tormentis frangitur mea confessio, nec vitæ præsentis delectatione corrigitur, nec timore mortis, quamvis acerbæ, mentis meæ soliditas perturbatur.

h
i
k
l
dein Sabariam:

5 Amantius Præses dicit : Cur instans es ad mortem, ut diis Romani Imperii appareas indevotus, et contra humanum morem vitam tibi eligas denegandam ; dum hi qui evadere mortem cupiunt, negando quæ gesserunt, tormenta deludunt? Tu autem ducis vitæ tuæ dulcedinem *m* odiosam, et festinus curris ad mortem, Imperatoribus contradicis. Propter quod adhuc te hortamur, ut vivas, et vitam tuam redimas; et cultorem te legum Romanorum exhibeas. Quirinus Episcopus dixit : Allocutio

amore vitæ æternæ optat mori :
m

A locutio ista forte flectat animos pueriles *n*, qui longioris vitæ spatia suspirant: ego autem didici a Deo meo, ut debeam ad illam vitam pervenire, quæ post mortem, mortis intercessione non clauditur; et ideo ad temporalem hujus vitæ terminum fidelis accedo. Non enim similis sum noxiorum, sicut potestas tua loquitur: illi enim, dum vivere cupiunt, negando Deum vere moriuntur. Ego autem ad æternitatem vitæ confitendo pervenio; nec vestris legibus acquiesco, quia Christi Dei legitima, quæ fidelibus prædicavi, custodio. Amantius Præses dixit: Diu te ad obedientiam regalium præceptorum inclinare voluimus, sed quia rigore mentis domari non potuisti, eris in exemplum omnium Christianorum ut formam tuæ mortis, qui vivere cupiunt, expavescant.

Ligato ad collum saxo molari, in flumen dejicitur vir Sanctus.

7 Tunc inter ceteras, quas pertulit, passiones, jussit sancto Dei Sacerdoti vel famulo molam ad collum ligari, et in fluvii Sibaris undas demergi. Cumque de ponte præcipitatus fuisset in fluvium, et diutissime supernataret, et cum spectantibus locutus esset, ne suo terrerentur exemplo, *o* vix orans ut mergeretur obtinuit. Cujus corpus non longe ab eodem loco, ubi demersum fuerat, inventum est: B ubi etiam locus orationis habetur. Sed ipsum sanctum corpus in basilica; ad Scarabetensem portam est depositum, ubi major est pro meritis ejus frequentia procedendi. Passus est B. Quirinus Episcopus Siscianus, Martyr Christi, sub die pridie Nonarum Juniarum: et coronatus est a Domino nostro Jesu Christo, cui honor et gloria et potestas in secula seculorum. Amen. *p*

Corpus Romam transfertur ad Catacumbas,

8 Facta autem incursione Barbarorum in partes Pannoniæ, populus Christianus de Scarabetensi urbe Romam fugiens, sanctum corpus Quirini Episcopi et Martyris afferentes, secum deduxerunt. Quem via Appia milliario tertio *q* sepelierunt in basilica Apostolorum Petri et Pauli, ubi aliquando jacuerunt, et ubi S. Sebastianus Martyr Christi requiescit, in loco qui dicitur *r* Catacumbas: ædificantes nomini ejus dignam *s* ecclesiam: *t* [ibique Venerabile corpus ejus diu latuit: sed Spiritu sancto disponente, qui non patitur Sanctorum suorum gloriam occultari, tempore Innocentii II Papæ, Ecclesiæ S. Mariæ trans Tiberim fundentis oleum fundatoris, quando eadem ecclesia fabricabatur, eodem Spiritu sancto inspirante, consilio et mandato ejusdem Pontificis ac totius Romanæ Ecclesiæ Clerici *u* S. Mariæ cum magna reverentia levaverunt pretiosissimum Corpus gloriosissimi Quirini Episcopi et Martyris, de eodem loco: quod cum timore Dei detulerunt in prædictam Ecclesiam S. Mariæ trans-Tiberim; ac cum hymnis, et orationibus, in majori altari ejusdem ecclesiæ recondiderunt] ubi præstantur beneficia ejus usque in hodiernum diem.

et inde ad S. Mariæ trans-Tiberim.

C

ANNOTATA D. P.

a *Ita etiam MS. Vatic. Mombritius*, regnorum.

b *Idem*, prementibus; *Surius*, pari mente; *malo*, prementibus. *Vat.* pertinens, (*lege* perimens) Maximianus Imperatoris legibus Christianos.

c *Omnino credebam librarius excidisse prænomen* Galerii: *cum superius absolute nominetur* Maximianus, *Diocletiani Collega in Imperio, atque adeo hujus generum videretur. Auctor debuisse ac voluisse saltem sic ab altero distinguere: sed ad veram lectionem inveniendam juvit MS. Vatic. ubi legebatur* alio Maximiano *scilicet Galerio. Fuit autem* Galerius Maximianus, *Cæsar dictus an.* 291; *et ab anno* 305 *ad* 311, *partim solus, partim cum aliis imperavit, ad extremum fere spiritum persequens Christianos, ubicumque erat et dominabatur.*

d *Simili modo sub Diocletiano* Præses Maximus D *nominatur, Ancyræ, in Vita S. Clementis Ancyrani,* 23 *Januarii; in Phœnicia, aut Bithynia, ad Acta S. Ananiæ et sociorum,* 25 *Februarii; in Cilicia, in Vita S. Calliopoli* 7 *Aprilis et alibi.* EX MSS.

e *Surius*, diffamaveris.

f Prima Pannonia, *passim* Pannonia superior, *ubi nunc bona pars Hungariæ inferioris, cum parte Austriæ Styriæque etc.*

g Personarum: *ita concorditer Mombritius atque Surius: vix tamen dubitare possum, quin legi debeat,* Persanatum; *referendum ad aliquid elapsum librariis: quo per conjecturam restituto, hic sensus repræsentetur;* Apparuit splendor magnus in carcere, [et omnes plagæ Quirini Episcopi sanati sunt] quem cum vidisset Marcellus Custos persanatum.

h *Mombritio atque Surio obscurissimum sensum, ex inutili verborum quorumdam replicatione, clarum nobis fecit MS. Vatic. et brevi parenthesi includenda docuit, quæ istic perturbata omnino erant.*

i *Corrige* Scarabantensi: *Mombritio* Scarabetenensi, *Surio* Scarabentensi *et* Scarabatensi *est autem* Scarabantia, *Cluverio* Sopron, *Lazio et aliis* Scapring, *inter Sopronium jam dictum et fluvium Arrabonem: per quem si ad Danubium descendebat Amantius, eique per eumdem Danubium obviam ductus Sanctus applicabatur ad plures in ripa civitates; oportet ut concipiamus illum* 100 *fere passuum millia terrestri emensum itinere, ut Siscia missus ripam attingeret circa Budam; sursum autem attractum usque ad Arrabonis ostia, ad quæ nunc sita est Comorra.* E

k Sabaria, *Germanis* Stain am Angers, *ubi Severus creatus Imperator: distat autem Scarabantia solum* 20 p. m.

l *Ita Mombritius, et apte ad id quod sequitur. Vat.* in Sirenia. *Sur.* in tua superbia.

m *Surius inepte*, seniles.

n *Ita MS. Vatic. et sic omnino legendum puto, licet impressa habeant,* dicis otiosam.

o *En tibi ipsissima Hieronymi verba, quo minus dubites, an hæc originaria Acta sint.*

p *Quæ sequuntur posterioris scriptoris additamentum sunt, Romæ factum.*

q *S. Gregorius Ep.* 30 *lib.* 3 *ad Constantinam Augustam asserit,* ad secundum Urbis milliarium, ad Catacumbas, collata corpora Apostolorum.

r *MS. Vatic.* Catanymphas.

s *Hujus Ecclesiæ vel potius Oratorii intra Basilicam hic nominatam nulla, quod equidem sciam, vel apud Anastasium mentio invenitur; ut diu ante ejus ætatem esse verosimiliter desierit. Basilica autem jam dicta nunc vocatur S. Sebastiani extra muros.* F

t *Quæ hic addit Mombritius, desunt autem in Surio, de translatione Mediolanum, supra detulimus, distulimusque ad* 15 *Septembris, ubi agetur de S. Nicomede Presbytero, cujus ossa prætenduntur, cum ossibus* S. Quirini, *Roma Mediolanum allata fuisse. MS. Vaticanum subjungit sequentia* [ ] *inclusa et relatu digna.*

u *Nota quod necdum dicantur* Canonici: *atque inde intellige haud inepte credi, hoc Additamentum, factum haud diu post prædictam translationem ac restaurationem loci; in quo qui dicunt ab initio fuisse Canonicos, quibus Regulares substituerit Gregorius IV an.* 827 (*ut est apud Pancirolium*) *gratis ista dicunt; constat autem Clericis successisse Sanctimoniales, quibus anno* 1218 *alio translatis, Collegiatam fecit Callistus II.*

HYMNUS

A

HYMNUS PRUDENTII

Ex editione et correctione Danielis Heinsii.

Insignem meritis * virum — * *meriti*
Sub Galerio Sisciæ captus, Quirinum, placitum Deo,
Urbis mœnia Sisciæ,
Concessum sibi Martyrem,
Complexu patrio fovent.
Hic sub Galerio Duce,
Qui tunc Illyricos sinus
Urgebat ditionibus,
Fertur Catholicam fidem
Illustrasse per exitum.
Non illum gladii rigor,
Non incendia, non feræ
Crudeli interitu necant :
Sed lymphis fluvialibus
Gurges dum rapit, abluit.
Nil refert, vitreo æquore,
An de flumine sanguinis
B Tingat passio Martyrem :
Æque gloria provenit,
Fluctu quolibet uvida.
Summo pontis ab ardui
Sanctæ plebis Episcopus
e ponte truditur in flumen vir Sanctus, nec potest mergi In præceps fluvio datur,
Suspensum laqueo gerens
Ingentis lapidem molæ.
Dejectum, placidissimo
Amnis vortice suscipit,
Nec mergi patitur sibi,
Miris vasta natatibus
Saxi pondera sustinens.
Spectant eminus e solo
Doctorem * pavidi greges : — * *Ductorem*
Nam Christi populus frequens
Riparum sinuamina
Stipato agmine sepserat.
Sed Quirinus ut eminens
Os circumtulit ; heu ! suo
Exemplo * trepidos videt. — * *extemplo*
Nil ipse proprii memor
sed supernatans confirmat fideles: Inter stagna periculi :
Confirmat pia pectora,
C Verbis * mirificis rogans,
D Ne quem talia terreant ;
Neu constans titubet fides,
Aut pœnam putet emori.
Dicentem fluitantibus
Amnis terga vehunt vadis ;
Nec substrata profunditas
Saxoque, et laqueo, et viro,
Audet sponte dehiscere.
Sensit Martyr Episcopus,
Jam partam sibi præripi
Palmam mortis et exitus,
Ascensumque negarier
Æterni ad solium Patris.
Jesu cunctipotens, ait,
Haudquaquam tibi gloria *oratque ut mergi possit,*
Hæc est insolita aut nova,
Calcare et fremitum maris,
Prona et flumina sistere.
Scimus discipulum Petrum,
Cum vestigia tingeret
Mortali trepidus pede,
Dextræ subsidio tuæ
Subjecisse salum solo. E
Jordanem quoque novimus
Tortis vorticibus * vagum — * *verticibus*
Dum fertur rapido impetu,
Ad fontem refluis retro
Confugisse meatibus.
Hæc miracula sunt tuæ
Virtutis, Domine, ut modo
Suspendat, leve prænatans
Summo gurgite fluminis,
Cum collo scopulum traham.
Jam plenus titulus tui est
Jam * vis prodita nominis, — * *et*
Qua gentilis hebet stupor,
Absolvas, precor, optime,
Hujus nunc animæ moras.
Quid possis, probat amnicus,
Qui vectat silicem, liquor.
Hoc jam quod superest, cedo,
Quo nil est pretiosius, *et moritur.*
Pro te, Christe Deus, mori.
Orantem, simul halitus,
Et vox deserit, et calor :
Scandit spiritus ardua :
Fit pondus grave saxeum ; F
Corpus suscipiunt aquæ.

DE S. METROPHANE

EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO

COMMENTARIUS HISTORICUS

C. J.

§. I. Cultus apud Græcos et Latinos. Qualia de eo habeantur Acta.

CIRCA AN. CCCXXV.

Quam constat de veneratione publica, per ecclesias olim et nunc adhibita S. Metrophani ; tam non constat de plerisque aliis rebus, ad ipsum spectantibus ; puta de origine ac familia ejus Imperatoria, de tempore ac fine Episcopatus, de ætate grandæva, aliisque. Constat de veneratione, ex templo, paulo post mortem Constantini Magni in honorem Metrophanis constructo, quod vetustate collapsum Justinianus restauravit : constat de eadem veneratione ex Martyrologio Arabico-ægyptio ; ex Kalendario Syriaco, ex Ephemeride Mosca, ex Typico Sabæ, Menologio Basilii Imperatoris uti testatur Codinus. Constat item ex aliis Ritualibus Græcis, sed præcipue ex magnis Menæis impressis, quæ solenne admodum de ipso Officium exhibent hac die IV *Junii, eique amplum adjungunt elogium, iisdem fere verbis, quibus id proponunt duo Synaxaria MSS. alterum Collegii nostri Parisiensis, alterum Chiffletii ; et est hujusmodi.*

Memoria ejus in fastis Græcorum:

2 Vixit Metrophanes tempore Constantini Magni, inter Christianos Imperatoris primi, filius Dometii ; qui frater extitit Imperatoris Probi, genuitque filios duos, Probum et Metrophanem. Erat Dometius moderatus ac prudens : unde considerans, idolorum cultum falsum erroneumque esse, ad fidem Christianam

Elogium ex Menæis.

A Christianam accedens, baptizatus est, ac Byzantium profectus familiaritatem contraxit cum Tito, istius urbis Episcopo, viro sancto et Dei pleno: a quo et in ordinem Clericorum adscitus, post mortem ejus Cathedram Episcopalem accepit. Dometio successit Probus filius (*perperam addunt Menæa*, τοῦ βασιλέως Imperatoris; *quasi Probus hic, fuerit filius Probi Imperatoris: quod adversatur dictis initio hujus Elogii*) et cum annos XII ecclesiam illam rexisset, migravit ad Dominum. Statimque Metrophanes, Probi frater, Dometii filius, Patriarchalem ascendit Sedem. Quem Constantinus Magnus cum reperisset Byzantii Episcopum, ejusque et virtutem, et probitatem morum, et Sanctimoniam vitæ contemplatus fuisset; dicitur, non minus propter ipsum, quam propter urbis situm (quem commodissimum videbat, tum quod aeris temperie, et frugum copia præstaret, tum quod mari adjacens duabus mundi partibus immineret, Europæ atque Asiæ) regionem illam in amoribus habuisse; et mirifice erga illam affectus, nullis pepercisse sumptibus in excitanda ibidem urbe, quæ omnes, quotquot ab hominibus conditæ fuerunt, superaret cunctisque prævaleret: in qua et potentiam suam atque imperium constituit, ex antiqua Roma eo B translatum.

3 In Synodo porro prima, quæ Nicææ coacta fuit, Metrophanes, tam senio quam morbo præpeditus, non comparuit (jam tum enim, naturæ viribus ætate deficientibus, lectum tenebat) sed Alexandrum, virum venerabilem primumque inter Presbyteros suos tenentem locum, eo pro se misit; eumdemque deinde sibi successorem elegit. Reverso namque Constantinopolim Imperatore, cum sanctis illis Synodi jam solutæ Patribus; dicitur revelatum divinitus Metrophani fuisse, Alexandrum ipsi, et Alexandro Paulum, aptissimos plane viros ac Deo gratissimos, in Episcopatu successores fore. Atque sic demum beatus senex mortuus, et ad Superos translatus est: cujus festum celebratur in sanctissima magna ecclesia, in veneranda ipsius æde, quæ prope S. Acacii Megalomartyris sita est, in Heptascalo. *Hactenus impressa Menæa; quibus duo citata Synaxaria superaddunt;* ἔνθα τὸ τίμιον καὶ ἅγιον αὐτοῦ κατακεῖται λείψανον. Ubi venerandæ sanctæque ejus Reliquiæ quiescunt. *Menologium vero Basilii Imperatoris, quod superioribus contractius est, inquit:* τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐτέθη ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ: Reliquiæ ejus positæ fuerunt in sacra ejus æde.

4 *Ejusdem memoria a Græcis translata ad Latinos* C *est; in quorum Martyrologio nunc legitur* IV *Junii*, Constantinopoli S. Metrophanis, Episcopi et Confessoris insignis. *Intulit eum illuc primus* (*quod sciam*, *Baronius e Menologio, opera Sirleti in Latinum verso, et per Canisium deinde typis vulgato; quod tamen mendosum esse in Metrophane* (*ut reliqua taceam*) *lectorem monitum velim, cum huic non pauca tribuat quæ patris ejus Dometii sunt, uti ea a nobis num.* 2 *narrata habentur. Cum hisce porro Elogiis partim conveniunt, partim discrepant, quæ de* Metrophane *leguntur in* Oratione historica, de iis quæ Nicææ gesta sunt a Synodo propter Arii depositionem, *uti illam e MS. Græco bibliothecæ S. Marci Venetus, interprete Petro Francisco Zino, edidit Lipomanus tomo* VI *Vitarum sanctorum priscorum Patrum; et ex illo Surius ad diem* X *Julii: estque eadem cum illa, quam Græco latine reposuit Combefisius in novo Auctario bibliothecæ Patrum Græcorum tomo* 2 *col.* 573, *sub hoc titulo;* Τὰ πραχθέντα ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῆς συνόδου ἐπὶ καθαιρέσει Ἀρείου κ.τ.λ. Acta Nicæa a Synodo in causa depositionis Arii etc. *Combefisiana hæc editio vix aut ne vix quidem, quoad Græcum textum, differt ab antiquiore Photiana; nisi quoad solum titulum, qui apud Photium talis legitur Cod.* CCLVI: Πολιτεία τῶν ἁγίων Πατέρων Μητροφάνους, καὶ Ἀλεξάνδρου, ἐν ᾗ καὶ ὁ βίος Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου βασιλέως. Conversatio Sanctorum Patrum Metrophanis et Alexandri, in qua et vita Constantini Magni Imperatoris. *Utraque hac Oratione prolixior extat alia in Vaticano Codice signato* 1667, *quam inde descriptam habemus cum hoc præfixo titulo*, Βίος καὶ πολιτεία τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ Ἐπισκόπων γενομένων ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδι πόλει Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου. Ἐν ταύτῃ δὲ καὶ ὁ βίος τοῦ εὐσεβοῦς Κωνσταντίνου, γενομένου βασιλέως ἡμῶν. Vita et vivendi modus sanctorum Patrum et Episcoporum hujusce a Deo conservatæ et regiæ civitatis, Metrophanis et Alexandri. Ibidem legitur etiam vita pii Imperatoris nostri Constantini.

Ejusdem memoria apud Latinos in Martyrol.

et in Oratione de gestis in Concilio Nicæno:

quam nos integram habemus,

D AUCTORE C. J.

5 *Ex titulo hoc, ut de Orationis contextu nihil dicam, satis apparet; auctorem ejus, seu potius collectorem, vixisse Constantinopoli. Si vero quis hunc titulum cum Photiano præmisso conferat, tantam utriusque inveniet similitudinem, ut si minus verbis, reipsa idem videri possit. Ex hoc porro, et magis ex Orationum argumentis, inter se similibus, conjicere liceat; suam Photium ex illa contraxisse. Ea vero conjectura multo verisimilior evadet, consideranti sententiam Photii,* E *quam ad calcem Exceptorum suorum pronuntiat de stylo Orationis, unde præsentia excerpsit, his verbis:* Ὅτι ὁ συγγραφεύς, ἐξ οὗ καὶ ἡ παροῦσα προῆλθεν ἐκλογή, οὔτε παντελῶς εἰς τὸ διηκριβωμένον καὶ σοφὸν τῆς φράσεως καὶ τῆς διανοίας ἐμμεμόρφωται οὔτε πρὸς τὸ χυδαῖον, καὶ ἠμελημένον διαπέπτωκεν. Εἰ δέ τινα παρὰ τοὺς ἄλλους ἱστορεῖ, τοῦτο ἰδιότητος καὶ κρίσεως ἄλλης, ἀλλ' οὐκ ἐκλογῆς οὐδὲ συντομίας. Historia, ex qua producuntur hæcce selecta, neque omnino elaborata doctaque phrasi ac sententia concinnata est; neque etiam vulgaris et neglecta evasit. Si qua aliter, atque alii, narrat; id alterius instituti ac judicii est, nihil ad excerpta et compendium attinens. *Hæc Photius de primævo tractatu, unde sua hausit, quæ apte in nostrum etiam quadrant.*

eamdem contraxit Photius.

6 *Hæret nunc anceps, expediat, an non, tractatum hunc nostrum hic edi. Editionem suadere possunt, quod excerpta inde hactenus dumtaxat extent impressa; quod integer contextus desiderari ab eruditis possit; quod titulus promittat Vitas* SS. Metrophanis *et* Alexandri *imo et* Constantini Magni, *quæ propriæ Operi nostro de Actis Sanctorum sunt, et neglectæ perirent. Supersedere nihilominus editione nunc quidem placet, tametsi totum tractatum, seu dicere malis Orationem, exercitii causa pridem e Græco Latinum fecerim. Ratio supersedendi non infima mihi est, quod non præstentur in* F *oratione, quæ promittuntur in titulo. Minima siquidem ejus pars spectat ad* Metrophanem, *de quo hic, et ad* Alexandrum, *de quo* XXVIII *Augusti agendum; nec non ad* Constantinum *de quo* XXI *Maji actum est: nec plura fere de iis narrantur, quam quæ occasione concilii Nicæni, cujus præcipue Acta memorantur, ipsi gesserunt, atque ideo posset ac deberet opusculo is potius titulus præfigi, quem supra e Surio produximus, quam qui præfixus est. Addi etiam ad præmissam rationem ipso supersedendi potest, quod in tractatu illo, licentia plus quam oratoria, subinde augeantur aliqua: quod non satis cum probatioribus aliorum auctorum scriptis interdum concordent narrata: quod (ut pauca delibem) numero* 33 *fingatur* Alexander, *qui pridem mortuus erat, Arium, ab Imperatore Alexandriam redire jussum, non admisisse; quod factum Socrates lib.* 1 *cap.* 27 *recte Athanasio Alexandri successori attribuit. quod numero* 34 *legatur Constantinus ante Arium mortuus esse; contrarium docentibus Socrate cap.* 38 *et* 39 *aliisque: quod ibidem Constantinus narretur filium Constantinum testamento suo heredem scripsisse Orientis, cum Constantium vere scripserit, teste Socrate cap.* 39: *quod denique opusculi pars major desumpta*

nos omittimus totam,

ob varias rationes.

A *sumpta verbotenus sit ex Gelasii Cyziceni historia de Concilio Nicæno, et ex Socratis historia ecclesiastica.*

AUCTORE C. J.

Ejus pars media desumpta est ex Gelasio Cyziceno;

7 *Seposito igitur Opusculo illo, ut est, inedito; juverit solummodo hic annotasse, Auctorem ejus, quem diximus Constantinopolitanum fuisse, videri collegisse sua ex tribus diversis monumentis; quorum unum Gelasium Cyzicenum auctorem habet, ex quo noster descripsit libri secundi caput secundum, de Ario ejusque hæresi; tertium, de Alexandro Alexandriæ Patriarcha ejusque encyclicis ad alios Episcopos litteris contra Arium; et quartum, de epistola Constantini, per Hosium Cordubensem Alexandriam ad Alexandrum et Arium reconciliandos missa: descripsit autem ea paucis omissis, inque sua retulit iisdem pene verbis. Hinc vero delibat initia capitis quinti, et sexti, nec non finem septimi, tum fere integrum describit decimum tertium de disputatione senis Episcopi, nil nisi Christum et hunc crucifixum scientis, cum callido Philosopho, illiusque de hoc victoria; dein quasi gradum relegens apponit nonum, decimum, et undecimum de sanctitate et gestis Paphnutii, de facto Spiridionis erga prædones, deque suscitata a morte filia, ut depositum indicaret* B *thesaurum. Atque hæc quidem ex Gelasio.*

prima Vitam Constantini prosequitur.

8 *Pars prior paucis indicat Constantini pueritiam, adolescentiam, virtutem bellicam, fugam ad patrem, pietatem, imperium, bella contra Maxentium atque Licinium. Ita autem hæc indicat, ut pariter indicare videatur, Auctorem Constantino coævum. Dicit enim de* Constantino (*non autem de* Alexandro *Episcopo CP. uti perperam scribit Allatius in Diatriba de Simeonum scriptis p.* 89) Ὃν καὶ ἔφηβον ὄντα ἐθεασάμεθα ἐνταῦθα ἐλθόντα κατὰ τὴν Παλαιστινῶν χώραν, συνόντα τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν Βασιλέων Διοκλητιανῷ, ἡνίκα πρὸς τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν ἐπεστρατεύοντο. Quem etiam adolescentulum hic vidimus, iter in Palæstinam facientem, in comitatu senioris Imperatorum Diocletiani, quando bellum inferebant Ægypto atque Alexandriæ. *Neque vero quidquam observo in parte illa priore, quod non possit a coævo primitus scriptum fuisse. Non tamen continuo id mihi persuaserit præmissus loquendi modus, cum saltem reliquæ duæ partes diu post scriptæ sint. Secunda enim debet Gelasium Cyzicenum auctorem agnoscere, uti jam diximus, aut certe illum, ex quo Gelasius sua collegit.*

postrema ex Socrate multa mutuatur.

9 *Tertia vero parte incipit aliqua Metrophanis et Alexandri gesta prosequi, nescio unde hausta; inde Socratem in multis excribit, et libri ejus primi caput* 25 C *et* 26 *de Presbytero, qui pro Ario apud Constantiam, et per hanc apud Constantinum intercessit; deque Arii Constantinopolim per litteras Imperatoris revocatione et simulata fidei Nicænæ professione, fere totum narrat. Postea ex capite* 38 *delibat quæ ad fraudulentum Arii coram Imperatore juramentum spectant: ac cetera demum hujus hæresiarchæ usque ad infelicem ejus exitum, precibus Alexandri Constantinopolitani tribuendum, prosequitur. Sed antequam paragraphum hunc finiam, indicandum est, vidisse Allatium in Vaticano eamdem Orationem, ex qua nostra descripta est, et lecto fortassis initio, pronuntiare in Diatriba pag.* 89 *loco ante citata,* Scriptorem ejus vixisse ipsa Metrophanis et Alexandri Episcoporum CP. ætate. *Quam autem id sustineri non possit, perspicue ex dictis hactenus videre est. Induxerint ipsum, ut sic pronuntiaret, verba numero superiori a nobis allata; de Constantino Imperatore, non de Alexandro Episcopo loquentia: quæ ut obtineant, quod vult Allatius, de scriptore primæ partis, vitam Constantini compendio narrantis, contemporaneum illum huic fuisse; de tota oratione numquam certe obtinebunt; nec id prætendere voluisset Allatius si totam perlegisset.*

D

§ II. Utrum ante, an post Synodum Nicænam obierit Metrophanes?

Clara subinde disputando obscurantur,

A*ccidisse* Metrophani *dici potest, quod sideribus solet quæ plerumque latent, aut dubia tantum luce indicium sui vix præbent. Si hæc insolito astrorum concursu lucidiora subinde apparent, astrologorum continuo in se oculos convertunt, animosque ad disputandum parant; fitque sæpe ut qui lucem novo ac splendenti sideri sic afferre majorem nituntur, tenebras potius affundant luci; et quæ oculis per se clara apparent, animis obscura reddant disputatione sua. In tenebris delitescunt pleraque* Metrophanis *Acta: lucidiuscula evaserunt illa, quæ spectant tempus Episcopatus, lucem illis afferente Eusebio Pamphili; qui et vixit, et Episcopatum gessit, et Concilio Nicæno interfuit eodem tempore, quo vixit* Metrophanes, *quo Episcopus fuit Byzantii, quo adesse in Concilio non potuit ipse propter senium; sed misit pro se Presbyterum suum Alexandrum.*

uti textus Eusebii,

Eusebius, de Vita Constantini libro 3 *cap.* 7, *postquam varias nationes et Episcopos enumeravit, qui Nicæam convenerunt, ita pergit.* Αὐτῶν τε Σπάνων ὁ πάνυ βοώμενος, E εἷς ἦν τοῖς πολλοῖς ἅμα συνεδρεύων. Τῆς δέ γε βασιλευούσης πόλεως ὁ μὲν προεστὼς ὑστέρει διὰ γῆρας· πρεσβύτεροι δ' αὐτοῦ παρόντες τὴν αὐτοῦ τάξιν ἐπλήρουν. Ipsorum etiam Hispanorum unus celeberrimi nominis cum reliquis consedit. Urbis vero regiæ Antistes aberat quidem, senio præpeditus; sed aderant ejus Presbyteri, qui vices ejus obibant. *Ita Eusebius: ex cujus sententiæ intellectu, quæstionis propositæ decisio fere dependet; quis nempe per* urbis regiæ, *seu potius* regentis βασιλευούσης, *Antistitem intelligendus sit, Constantinopolitanusne an Romanus.*

de Antistite regiæ Urbis,

quem de Constantinopolitano intelligunt

11 *Socrates, qui centum annos posterior Eusebio vixit, lib.* 1 *cap.* 8, *eumdem citat, textumque hic allatum iisdem verbis inserit historiæ suæ: sic ut nihilo plus intelligentiæ ex ipso, quam ex illo, haurire liceat. Licebit id ex Gelasio Cyziceno, qui eodem quo Socrates floruit seculo, quamvis* 40 *fere annos illo junior. Is in historia Concilii Nicæni, lib.* 2 *cap.* 5, *similiter citat Eusebium; describitque totum ejus caput* 7 *libri* 3, κατὰ λέξιν ad verbum, *ut ait. Et vero ad verbum omnia conveniunt cum Eusebii Valesiana editione; præterquam quod illa tantum sententia, quam supra produximus, verbosior aliquanto apud illum sit, clarissimeque expressa dubitari non sinat, quin supra per* urbem regiam *Constantinopolis intelligenda sit: ut mox ex verbis ejus patebit. Vel igitur sic scriptum invenit ipse* F *Eusebium; vel Eusebium interpolans sic explicavit. Si primum; decisa lis est: cum tunc Eusebius ipse loqui censendus sit. Si posterius; pariter decisa videri potest: cum maxima auctoritas hic esse debeat Gelasii, tum quod seculo tantum uno post Eusebium vixerit; tum quod historiam tantum Concilii ex instituto tractet. Verba igitur Gelasii loco citato sunt hæc:* Αὐτός τε Σπάνων ὁ πάνυ βοώμενος ὁ Ὅσιος, ἐπέχων καὶ τὸν τόπον τοῦ τῆς μεγίστης Ῥώμης ἐπισκόπου Σιλβέστρου, σὺν πρεσβυτέροις Ῥώμης Βίτωνι καὶ Βικεντίῳ, τοῖς πολλοῖς ἅμα συνεδρεύων. Τῆς τε νῦν βασιλευούσης πόλεως ὁ μὲν προεστώς, Μητροφάνης τοὔνομα, διὰ γῆρας ὑστέρει· πρεσβύτεροι δὲ αὐτοῦ παρόντες τὴν αὐτοῦ τάξιν ἐπλήρουν· ὧν ὁ εἷς Ἀλέξανδρος ἦν ὁ μετ' αὐτὸν Ἐπίσκοπος τῆς αὐτῆς γεγονὼς πόλεως. Ipse etiam celeberrimus ex Hispaniis Hosius, qui locum tenuit Silvestri Magnæ Romæ Episcopi, cum Presbyteris Romanis Vitone et Vincentio, in Synodo consedit. Illius vero civitatis, penes quam nunc imperium est, Antistes, Metrophanes nomine, propter senium aberat: sed Presbyteri ejus aderant et vices ejus obibant: quorum unus fuit Alexander, qui post Metrophanem ejusdem urbis Episcopus fuit.

Gelasius Cyzicenus,

A *photiusque*

12 *Gelasium legit Photius, ex eoque sic scribit in Bibliotheca sua Cod.* 88. Λέγει δὲ, τὸν μὲν Ὅσιον τὸν τοῦ Κουδρουβὲκ, καὶ Βίτωνα καὶ Βικέντιον Ῥωμαϊκοὺς Ἱερέας, ἐκ προσώπου Σιλβέστρου τοῦ Ῥώμης παρεῖναι. Εὐστάθιον δὲ τὸν Ἀντιοχείας, αὐτὸν ἐκεῖνον· Ἀλέξανδρον δὲ, ὃς τοῦ πρεσβυτέρου ἀξίωμα εἶχε, εἰς πρόσωπον αὐτοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Μητροφάνους παρεῖναι. Ἐκεῖνος γὰρ ἀπωλύετο βαθυτάτῳ γήρᾳ· ἐπεὶ αὐτῷ ὁ χρόνος τοῦ βίου ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἐξέτεινεν ἔτη. Refert, *Gelasius,* Hosium quidem Cordubæ Episcopum, et Vitonem Vincentiumque Romanos Presbyteros, Silvestri Romani Antistitis legatos, in concilio adfuisse: Eustathium vero Episcopum Antiochenum, ipsum in persona; Alexandrum autem, jam tum Sacerdotali dignitate fulgentem, ipsius Constantinopolitani Episcopi Metrophanis legatum comparuisse. Ipse enim interveniro prohibitus fuit gravi senectute: quandoquidem tempus vitæ ejus annum excedebat centesimum. *Hæc ex Gelasio Photius, qui seculo* IX *floruit, et ipse Episcopus seu Patriarcha Constantinopolitanus, de* Metrophane *decessore suo.*

B *Historia tripartita*

13 *Historia tripartita, quam in gratiam amici sui Aurelii Cassiodori, ineunte* VI *seculo, Latinam fecit Epiphanius Scholasticus, e Sozomeno, Socrate, ac Theodorito, ita interpretatur Socratis textum quem omnino convenire cum Eusebiano diximus, ut per regiam seu* regentem civitatem, *cujus Episcopus præ senio adesse Concilio non poterat, expresse intelligat Constantinopolim, quamvis, animo ex præmissa Lectione Theodoriti occupato, manifeste erret in Episcopi nomine, quod addit,* Alexander, *sic inquiens lib.* 2 *cap.* 1: De regia vero civitate Præsul Alexander, propter senectutem, defuit: Presbyteri vero præsentes locum ejus implebant. *Certissimum enim est Alexandrum illum non defuisse, sed interfuisse Concilio, sive jam tum Episcopum CP. uti hic non satis fundate asseritur, sive tantum Presbyterum et pro Episcopo Legatum.*

De Romano intelligunt Sozomenus ac Theodoritus;

14 *Opponi allegatis auctoribus præcipue possunt Sozomenus ac Theodoritus, qui aliter atque illi intellexisse Eusebium videntur, aut certe aliter ipsi senserunt. Uterque seculo* v *floruit, Socrati coævus. Et Sozomenus quidem lib.* I *cap.* 17, *enumerans Apostolicarum Sedium Antistites, qui in Concilio comparuerunt, Constantinopolitani nullam facit mentionem; tantummodo dicens:* Ἰούλιος ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος διὰ γῆρας ἀπελιμπάνετο. Julius Romanorum Episcopus propter senium desiderabatur. *Quod si quis velit pertinaciter*

C

sustinere, hic Sozomenum loqui e mente Eusebii, quasi is per Episcopum, senio impeditum quo minus veniret ad Synodum, intellexerit Romanum Pontificem; consideret ille, quomodo Pontificem istum possit Julium *facere, qui ut minimum decennio post Synodum creatus fuit Pontifex, et annos amplius* XV *præsedit. Quod si hic loquatur e sensu et errore proprio Sozomenus, nihil omnino contra* Metrophanem *obtinet, cum ne quidem de Episcopo agat Constantinopolitano. Neque vero plus obtinet similis Theodoriti textus capite* 7 *libri* I, *tametsi nomen Pontificis Romani subticeat, atque adeo de* Silvestro *intelligi possit. Nam ratio cur ad Synodum non venerit, videlicet* senium, *et quidem ex Theodorito* extremum, βαθύ, *cadere nec in Silvestrum commode potuit, qui annis omnino decem Synodo supervixit. Impedierit ipsum potius, uti et successores ejus Romanos Pontifices, quo minus ad Concilia in Oriente celebrata venerint, distantia locorum, difficultas itinerum, ac præcipue sollicitudo omnium ecclesiarum, qua cogebantur veluti in specula diu noctuque perstare, suorum ubi ubi positorum necessitatibus atque commodis invigilantes.*

sed parum evincunt contra nos,

quod in Romanum cadere tam grave senium non potuerit;

uti nec in Alexandrum CP.

15 *Fortius nos urgent iidem Auctores in* Alexandro *Constantinopolitano,* Metrophanis *successore; quem innuere videntur jam tum tempore Synodi, atque etiam antea, fuisse Episcopum Bysantii. Verum cum ipsi ceterique omnes admittant aut admittere debeant,*

D

Alexandrum *annos omnino* XV *post solutam Synodum vivendo explevisse, et contra Arium ejusque sectatores multa egisse* strenue, *teste Socrate lib.* 2 *cap.* 6; *fortiter vero, teste ipso Sozomeno, quo pacto per* senium *et* extremam ætatem *(quæ unica absentiæ causa ab omnibus Eusebium secutis allegatur) et non licuit Nicæam se conferre, via nec longa nec incommoda, et quidem ab Imperatore illuc evocato? Certe non nisi gravissima ætas, qualis non* Alexandrum, *sed* Metrophanem, *finita vix Synodo mortuum, premebat, potuerit sic evocatum retardare. Hoc posito, quæ contra militare videntur, explicanda veniunt. Atque illud imprimis non multum nos morabitur, quod Sozomenus libro* I *cap.* 18 *expresse vocet* Alexandrum, ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopum. *Nam casus ibi narratus, quod Philosopho pervicaci silentium miraculose imposuit* Alexander, *nullam habet connexionem cum Synodo; potestque tam post illam, uti ex Theophane verosimilius est, quam ante contigisse. Ut non dicam, Sozomenum ipsum parum fidei adhibere, quemadmodum ex modo loquendi apparet, narrationi isti; et videri, non satis* Alexandrum *novisse, cum eum disputandi imperitum facit, atque a sola probitate vitæ commendatum: cum tamen modo, etiam ex ipso Sozomeno, viderimus, eum strenue ac fortiter egisse contra hæreticos.*

cujus dispu tatio cum Philosopho nihilo amplius evincit

E

Fortius urget Theodoritus,

16 *Nunc ad Theodoritum. Is manifeste censendus est, non ex Eusebii mente loqui, sed e sua, eaque fundata in Epistola Alexandri Patriarchæ Alexandrini, de qua postea. Nam lib.* 1 *cap.* 3 *enumerans Antistites primarios seu Patriarchales, qui vixerunt circiter tempus, quo ob audaciam et conventicula Arii,* Alexander *iste litteras misit circulares ad alios plerosque Episcopos; de Byzantina Ecclesia sic loquitur:* Τῆς δὲ Κωνσταντινουπόλεως κατὰ τοῦτον ἡγεῖτο τὸν καιρὸν Ἀλέξανδρος τῆς ἱερατικῆς, εἴπερ τις, λειτουργίας ἀποστολικαῖς χάρισιν λαμπρυνόμενος. Τότε τοίνυν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρος, ὁρῶν τὸν Ἄρειον τῇ τῆς φιλαρχίας κατεχόμενον οἴστρῳ.... καὶ συλλόγους ἰδίους ποιούμενον, τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ἡγουμένοις τὴν τούτου βλασφημίαν διὰ γραμμάτων ἐδήλωσεν. Per illud idem tempus sacra Constantinopolitana sede dignatus fuit Alexander, apostolicis fulgens dotibus. Tunc igitur temporis Alexandrinus Episcopus Alexander, animadvertens Arium ambitionis æstu furere..... et conventicula privata cogere; Ecclesiarum Antistitibus blasphemiam ejus per litteras aperuit. *Quibus innuit Theodoritus,* Alexandrum *Byzantii Episcopum jam tum fuisse; cum ab Alexandro Alexandrino datæ fuerunt litteræ ad Coepiscopos de Arii contumacia; quod aliquot ante Nicænum Concilium annis factum fuit. Neque elevant auctoritatem ejus, circa quæstionem præsentem, qui disputando conantur evincere e membranis antiquis, epistolam Alexandri Alexandrini, a Theodorito editionis Valesianæ cap.* 4 *allatam, non prætulisse titulum, quem istic præfert, appellantem Alexandrum* Constantinopolitanum *jam tum* Episcopum. *Nam, ut id evicerint, constabit nihilominus sibi sententia Theodoriti; cum non tantum in titulo Epistolæ, sed etiam in contextu capitis* 3, Alexandrum, *ut vidimus,* Constantinopolitanum *Episcopum tunc facit, cum* Alexander Alexandrinus *epistolam de Ario circularem scripsit. Quod viros eruditos, operose de titulo epistolæ disputantes non observasse, mirum videri potest.*

producta epistola Alexandro CP. inscripta

F

nec dejicitur auctoritate sua ex codicibus MSS.

17 *Unde igitur illam hauserit sententiam Theodoritus? Non ex Eusebio, utpote qui neque* Metrophanis *neque* Alexandri *Episcoporum CP. mentionem uspiam, quod sciam, nominatim facit; imo nec epistolæ Alexandrini Antistitis, Constantinopolitano inscriptæ. Debet itaque legisse Theodoritus alibi epistolam illam, aut potius illud ejus exemplum (encyclica enim fuisse colligitur ex argumento) quod* Alexandro *speciatim inscriptum,*

Errat tamen, non ex Eusebio,

Auctore (…) sed forte ex ipsa epistola prædicta

A *scriptum, atque post mortem in Episcopatu obitam inter monumenta ejus repertum fuerit. Jam vero nihil procius est, quam quod illi, qui repererunt epistolam legentes in fronte ejus:* Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ ὁμοψύχῳ ἀδελφῷ Ἀλεξάνδρῳ Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Venerabilissimo atque unanimi fratri Alexandro Alexander in Domino salutem; *adjecerint (ut fieri solet exteriori ejus parti notam suam, qua ab aliis epistolis primo intuitu distingui illa posset; atque ita alteri* Alexandro, *epistolæ auctori,* Alexandrini; *alteri cui inscripta erat epistola,* Constantinopolitani *titulum, ex recenti memoria Episcopatuum utriusque adnotaverint; tum ut utrumque inter se et ab aliis homonymis, distinguerent additamento isto; tum ut memoria* Alexandri *sui, ratione Episcopatus Constantinopolitani, diutius ac dignius in epistola illa perenniaret. Nota porro, quæ adjecta fuerit epistolæ, eadem potest fuisse, quam pro titulo præfigit Theodoritus Capiti suo quarto, ubi epistolam memoratam integre proponit, nempe hæc:* Ἀλεξάνδρου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολή, πρὸς Ἀλέξανδρον Ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. Alexandri Episcopi Alexandrini epistola, ad Alexandrum Episcopum Constantinopolitanum. *Neuter certe horum Antistitum adjecisse epistolæ notam illam præsumi potest.*

cui titulus a posteris additus sit,

B *Addiderit igitur is qui monumenta* Alexandri *mortui collegit; ipsumque* Episcopum *appellaverit* Constantinopolitanum; *non respiciens tempus, quo data epistola fuerat; sed quo ipse collector notam adscribebat, quando reipsa Episcopatum gesserat Alexander.*

quomque nactus fuerit Theodoritus.

18 *Age nunc, nactus fuerit epistolæ exemplum Theodoritus; quid aliud transcriberet, quam quod in exemplo tam authentico legebat? Constare ipsi poterit, alterum* Alexandrum, *cum epistola scribebatur, Episcopum fuisse Alexandrinum; cur dubitaret, num eodem tempore alter quoque Episcopus fuisset Constantinopolitanus; cum in eodem titulo suus utrique æqualiter adscriberetur Episcopatus? Hinc porro nobis facile solvitur nodus, aliter sentientibus indissolubilis, uti supra tetigimus, quomodo Theodoritus inductus fuerit, ut sentiret,* Alexandrum Constantinopolitanum, *fuisse jam tum Episcopum, cum Alexandrinus epistolam suam scripsit, uti cap. 3 asseverat. Ita enim, secundum opinationem nostram, loqui debuit ex præconcepta tituli epistolæ præmissi intelligentia; non illa quidem quæ veritati conformior erat, sed quæ legenti magis obvia videri potuit. Quod si scrutatores codicum antiquorum objiciant, titulum illum, qui hodie legitur in editionibus Græcis Historiæ Ecclesiasticæ Theodoriti, non exstare in aliquibus MSS. Reponam,*

C *exstare in aliis. Quid ni igitur tam extitisse quam non extitisse in primigenia Theodoriti collectione potuit? aut cur potius adjectus his, quam ablatus illis MSS. dicatur titulus iste?*

§. III. Elucidatur idem argumentum, inquirendo, quam diu et quando Episcopus CP. fuerit Alexander, Metrophanis successor.

Alexandri in Episcopatu tempus,

P*ostquam ostendimus, Eusebii textum esse intelligendum de Metrophane, qui senio gravatus comparere in Concilio non potuerit, atque adeo tunc temporis vixerit: suum quoque tempus Alexandro, qui* Metrophani *successit, assignari necesse est; definiendo nempe, quando Episcopus præesse cœperit, quando desierit. Plerique auctores, qui de illo agunt, adscribunt Sedi ejus annos* XXIII: *quem numerum duobus tertiis et amplius imminutum contrahit Chronicon Paschale, et forte solum, ad annos* VII: *immensum vero auget editio Nicephori Latina, annis abhinc facile octingentis, interprete Anastasio, facta; tribuens eidem annos* LXIII, *manifestissimo sane ac intolerabili excessu. Sed et anni* VII *tanto pauciores æquo sunt, quanto plu-*

uti a plerisque definitur.

D *res æquo videri possunt anni* XXIII. *Id quod mox videbimus, ubi, pro fundamento Chronologiæ nostræ, firmum posuerimus annum, quo obiit* Alexander. *Socrates, præterquam quod Episcopatui ejus concedat annos* XXIII, *distincte etiam asserit, ipsum obiisse* Consulibus Acindino et Proculo, *qui annum æræ vulgaris designant* CCCXL; *quo et Collega meus Franciscus Baertius, mortem ejusdem* Alexandri *et ordinationem* Pauli *successoris, in hujus Actis ad* VII *Junii, collocat: tenentibus eamdem sententiam Pagio et plerisque aliis. Hinc porro consequi deberet, antrorsum numerando viginti tres annos, Episcopum creatum ipsum fuisse anno* CCCXVII.

sustineri non potest

posito mortis ejus anno 340,

20 *Sed hoc sustineri non posse, evincitur primo auctoritate plurium, qui negant,* Alexandrum *tempore concilii Nicæni, anno* CCCXXV *celebrati, Episcopum fuisse. Inter negantes censentur Auctor Actorum Metrophanis et Alexandri, de quibus §. I egimus; Gelasius item Cyzicenus (non adeo prostitutæ fidei, uti eum depingit Natalis Alexander, in Actis Synodi non uno loco) et Libellus Synodicus, de quibus sequens § uberius loquetur. Sustineri idem non potest secundo, ob auctoritatem Theophanis, qui tametsi et ipse* Alexandro *in Episcopatu annos* XXIII *asserat; Metrophanem tamen*

tum quod anno 325 nondum fuerit Episcopus,

E *præfuisse adhuc sub annum* CCCXIX *accurate docet pag. mihi 26; ubi tempora Constantini Imperatoris et Alexandri Episcopi spec aliter supputans, ait:* Constantinum, tertio ac decimo Imperii anno Byzantium profectum, Metrophanem, qui prior Alexandro Præsulatum gessit, primum invenisse. *Complectitur annus* XIII *Constantini, finem anni* CCCXVIII *æræ vulgaris, a die* XXV *Julii et initium* CCCXIX *usque ad eumdem diem. Quousque autem porro vixerit* Metrophanes, *non definit hoc loco Auctor iste, definiri tamen utcumque posset ex ejus Chronotacticis forulis seu loculis, textui interpositis (quos* Canonia *appellare Goari lubuit) nisi Papebrochius ante* III *Tomum Martii demonstrasset, non omnes ipsius Theophanis esse; sed multos solo linearum ductu ab hoc designatos; quos librarii deinde supleverint, additis numeris, sed imperite. Id si factum hoc loco non est, dici posset Theophanes Episcopatui* Metrophanis *principium dedisse cum anno imperantis Constantini sexto, qui incipit mense Julio anni* CCCXI *vulgaris æræ. Cum vero Episcopatui ejus adnumeret Canoniorum auctor annos* X, *deberet* Metrophanes *mortuus fuisse post Julium mensem anni* CCCXXI, *quo etiam* Alexandri *successoris exordium idem auctor constituit, utpote illud conjungens cum anno* XVI *Constantini ejusdem.*

tum quod decessor ejus adhuc vixerit anno,

secundum Theophanem, 319,

imo etiam 321,

F 21 *Chronicon Alexandrinum (quod novissime Papebrochius Constantinopolitanum, ejus autem illustrator Cangius rectius censuit nominandum Paschale) ad biennium prorogat obitum* Metrophanis, *cum* eum Constantino Augusto IV (*imo* III) et Licinio III Coss. *anno æræ vulgaris* CCCXIII, Byzantinæ Ecclesiæ primum præfuisse, *et quidem* per decennium, *affirmat: ut consequenter debeat mortuus esse anno* CCCXXIII: *quo et Alexander successit, teste eodem Chronico,* Coss. Severo et Rufino. *Cedrenus, fortassis omnium distinctissime hic loquens, in Compendio pag. mihi* 272, Nonum annum, *ait,* imperante Constantino (*qui annus pro majore sui parte notat* CCCXV *æræ vulgaris*) Metrophanes primus Episcopus Byzantii creatus est: *qua in dignitate annis* X *vivendo expletis, obierit anno* CCCXXV.

juxta Chron. Paschale, 325;

ex Cedreno, 325;

22 *Nunc ego sic. Ait major pars Auctorum,* Alexandrum *Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuisse Episcopum annos* XXIII: *sed vix unus alterve eorumdem, quod sciam, definit tempus, quo aut ipse, aut decessor ejus* Metrophanes *præsidere cœperit. Imo ille ipse unus alterve, (certe Theophanes, vel ejus interpolator, qui initium Episcopatus Alexandri definit in forulis suis, et eidem annos* XXIII *concedit) tardius initium ejus collocat, quam ut spatium annorum* XXIII *defluxisse potuerit*

qui, reliquis fere de obitu ejus tacentibus,

A *fuerit ante annum Christi* CCCXL, *quo mortem* Alexandri *contigisse, verior sententia cum Socrate sustinet, uti supra vidimus. Qui autem initium præsidentis* Metrophanis *certo tempore locant, atque adeo potiorem Chronologiæ curam, quam aliis habuisse credendi sunt, ita illud determinant; ut post annos* X *ipsi dandos, omnino reperire non possint, pro Episcopatu* Alexandri *annos* XXIII *prætensos. Considera enim definitiones Auctorum, quos modo protulimus. Conficies,* Alexandrum *creatum esse Episcopum, ex Theophane quidem, anno* CCCXXI *exeunte aut sequenti inchoato; ex Chronico vero Paschali, anno* CCCXXIII; *ex Cedreno denique, anno* CCCXXV. *Atque hi tres præ ceteris non modo distincte loquuntur de exordio Episcopatuum aut* Metrophanis *tantum, aut etiam* Alexandri; *verum ii ipsi quoque (quod observasse juvabit) asserunt indubitanter; hosce Episcopos, aut primos, aut inter primos Byzantii Ecclesiam rexisse.*

majorem fidem hic obtinent

ob temporum distinctionem,

23 *Quæ cum ita definite tractentur ab ipsis; aliis præter annos* XXIII *Alexandri vix quidquam, huc spectans, asserentibus; videor concludere posse, quod priores accuratius temporum momenta examinarint; posteriores de tempore et origine Episcopatuum memoratorum minus soliciti, narrationi rerum gestarum præcipue intenderint; atque ita unum post alterum, annos* XXIII, *nescio apud quem primum inventos,* Alexandro *in Episcopatu perperam contribuisse; aut per errorem, seu proprium seu librariorum, posteros in errorem similem induxisse. Potest autem errandi occasionem dedisse Episcopatus Alexandri Alexandrini, qui annos* XXIII *Sedem illam obtinuit. Nam idem nomen* Alexander, *utrique commune; idem tempus, quo convixerunt; idem zelus religionis, contra Arium; idem Concilium, cui interfuerant; eadem dignitas Episcopalis, efficisse possunt; ut quis unum pro alio acceperit; et annos* XXIII, *Alexandrino debitos, Constantinopolitano adscripserit; atque hunc alii deinceps secuti sint.*

quam accurate ponunt.

B

Quomodo anni XXIII *per errorem*

24 *Fieri etiam potuit, ut quod auctor per tota græcum addito accentu sic* ι' *scripserat, acceperit librarius pro* κ, *adjungens accentui τοῦ Iota inferiorem antrorsum apicem; sicque pro decem, quæ* ι' *signat, expresserit viginti per* κ; *ac universim numerum* ιγ' *seu tredecim, qui proxime ad nostram sententiam accedit, sic mutaverit in* κγ' *seu viginti tria, per manifestum errorem: qui etiam manifestior est, uti supra tetigimus, in versione latina Chronographiæ Nicephorianæ, quam Anastasius annis ab hinc* DCCC *et amplius fecit; Contius vero Parisiis, et Camerarius Lipsiæ, cum suis uterque notis, seculo superiori sub idem tempus imprimendam curarunt. In his enim editionibus attribuuntur Episcopatui Alexandri anni* LXIII, *intolerabili plane excessu. Quid vero, si nota numeralis* L *hic per errorem præposita dicatur litteris signantibus numerum* XIII? *Tum sane, remoto* L, *etiam ipsi confirmarent sententiam nostram.*

adscribi potuerunt episcopatui Alexandri,

C

25 *Denique si erratum esse omnino neges in numero* XXIII, *eumque contendas e mente Socratis et Sozomeni scriptum fuisse; exerranti eorum memoriæ lapsum imputavero, nec grande piaculum me commisisse existimabo; cum et memoria in similibus et facile aberret, et alibi sic erraverint prædicti auctores non semel. Exempli loco sit. Julii* I *Pontificatus, cui Sozomenus lib.* 4 *cap.* 7 *attribuit annos* XXV, *suique erroris sequaces habuit Cassiodorum et Nicephorum Callistum; cum tamen constet Julium nusquam implevisse annum Pontificatus* XVI. *Demendi igitur hic sunt ab annis Sozomenianis, novem aut decem, ut definitum habeatur tempus Julii: deme totidem ab attributis* Alexandro; *et habebis similiter definitum tempus Sedis ejus, annos* XIII, *aut, quæ nostra sententia est,* XIV.

aut memoriæ eorum imputari,

in aliis similibus contigit.

26 *Antequam hinc ad Paragraphum sequentem progrediar, juvat in memoriam reducere textum Theophanis num.* 20 *citati, ubi Constantinus Imperator*

D Byzantium profectus, Metrophanem, qui prior Alexandro Præsulatum gessit, primum invenisse *legitur. Addit Nicephorus in Chronico, id accidisse, cum,* belli in Licinium suscepti causa, *eo proficisceretur. Annum quidem, quo hæc profectio facta fuerit, addit Theophanes decimum tertium Imperii, qui* CCCXVIII, *et* XVIII *Christi, pro parte signat. Nicephorus vero, eumdem annum definit ex tempore* belli, *utique secundi,* contra Licinium suscepti. *Suscepit illud Constantinus anno* CCCXXIII, *et confecit sequenti, profligans Licinium duplici prælio, altero circa Adrianopolim mense Julio, altero ad Nicomediam Septembri mense: quando, Imperio Orientali ad Occidentale adjecto, utriusque Monarcha factus, Constantinopolim primum, ex quo imperare cœperat ingressus fuit. Hoc igitur anno* CCCXXIV, *secundum citatos auctores, dicendus est vixisse* Metrophanes: *cum hoc anno, primum profectus sit Byzantium Constantinus Imperator; quantumvis alium annum exprimat Theophanes, et sequaces erroris sui habeat Baronium aliosque, secundum bellum Licinianum anno* CCCXVIII *consignantes.*

AUCTORE C. J.
Profectio Constantini Byzantium probat

Metrophanem anno 324 adhuc vixisse:

§. IV. Statuitur tempus et ætas, quibus obiit Metrophanes.

E

Rationum atque auctoritatum momentis, quæ Paragrapho superiori produximus, rite appensis; dubitari vix potest, de genuina sententia Eusebianæ intelligentiæ. Loqui enim ipsum de Constantinopolitano Episcopo, qui grandæva ætate prohibitus fuit Nicæam venire, apertissime asserunt. Gelasius Cyzicenus, Eusebium citans; Photius Patriarcha in Bibliotheca, e Gelasio nonnulla decerpens; Epiphanius Scholasticus in Historia tripartita, Socratem explicans. Quibus addi debent Menæa magna Græcorum impressa, quæ paragrapho 1 *Latina fecimus: nec non Synaxaria MSS. ibidem indicata, tam Claromontanum quam Chiffletianum: item Menologium Basilii Imperatoris: quæ indubitanter in eamdem conspirant sententiam. Quibus hic addi etiam potest, postremus Eusebiani sensus interpres Nicetas Choniates, qui asserta nostra firmiter comprobat, sic loquens apud Labbeum tomo secundo Conciliorum col.* 106: Eusebius Pamphili lib. 3 de vita Constantini Imperatoris, Constantinopolitanum quidem Pontificem a Synodo Nicæna abfuisse scribit, propter senium: at nomen ejus supprimit: loco vero ejusdem ait comparuisse presbyteros. Sed ex Synodi Actis constat Metrophanem id temporis Constantinopoleos Episcopum fuisse. Illum tamen decrepitam ob ætatem in Synodo non consedisse: sed vicem ejus supplevisse Alexandrum Presbyterum, qui et Synodicas litteras per Europam distribuit. *Hactenus Nicetas, cui in Actis Concilii facem prætulit Gelasius; qua destituti Sozomenus ac Theodoritus aliter intellexisse videntur Eusebium: si tamen ipsum præ oculis habuerint, et non aliunde in errorem inducti sint. Certe æquus rerum æstimator nullus putaverit, tantum duobus hisce in præsenti quæstione tribuendum, ut aliorum (quas protulimus) possint convellere aut imminuere auctoritatem.*

Obiisse Metrophanem post Synodum

statuitur plurium auctoritate;

F

accedente eo etiam Niceta Choniate,

28 *Neque moramur hic scrupulum Valesii, qui, in Annotationibus ad propositum Eusebii locum, autumat, ferri non posse explicationem illam:* quia nondum dedicata fuerat Constantinopolis, nec regiæ urbis vocabulo decorata, cum Synodus congregata est in urbe Nicæa. *Quasi vero Eusebius sic loquens, respicere potius debuerit conditionem urbis, quæ tunc erat, cum Synodus celebrabatur; quam cum ipse historiam suam de vita Constantini scribebat. Scripsit autem illam, mortuo jam Constantino, fere quindecim annis post celebratam Synodum, et decennio post dedicatam novam urbem, ut merito illam Constantinopolim et regiam*

Valesius, contrarium sentiens,

commode hic explicatur,

A seu βασιλεύουσαν appellare potuerit : uti nunc etiam, cum loquimur de rebus Byzantii ante dedicationem gestis, sæpe sæpius nomenclaturam Constantinopolis adhibemus, præferentes terminos vulgo notiores obscurioribus, et dignitate præstantiores minus nobilibus. Quod autem contra Valesium vim ponat nonnemo in voce βασιλευούσης, quasi illa necessario inferat tempus præsens scribenti, et significet urbem quæ nunc imperat : quodque eadem vox ponatur ad differentiam Romæ, quam βασιλίδα πόλιν, non βασιλεύουσαν, constanter vocet Eusebius in duobus locis; parum ferit Valesium : βασιλεύουσαν quippe tam præteritum saltem imperfectum, quam præsens notat tempus; et æque significat urbem quæ imperabat, atque quæ imperat βασιλεύουσαν vero etiam appellat πόλιν, de Roma veteri loquens idem Eusebius in vita Constantiniana lib. 1 cap. 39. Quapropter sine hisce adminiculis satis commode nos occurrimus Valesio, per explicationem textus Eusebiani, quam dedimus.

AUCTORE C. J. aliorum argumentis parum contra eum obtinentibus.

29 Adhæc firmius etiam desumimus argumentum e totius sententiæ Eusebianæ significantia, quam e nudis terminis, a Valesio productis. Ait Eusebius, et est opinio omnium, Episcopum regiæ urbis non comparuisse in Synodo propter gravem ætatem. Cui illud, quæso, potiori jure competit, Romanone Episcopo Silvestro, qui B integros decem et amplius annos Concilio superstes fuit; an vero Episcopo Constantinopolitano Metrophani, qui paulo post obiit senio confectus? annos videlicet centum si Photio; centum vero et septemdecim, si Actis ejus qualibuscumque credimus. Addimus etiam firmissimum aliud argumentum, ad demonstrandum Metrophanem tempore Concilii Nicæni fuisse Constantinopoleos Episcopum; ex eo desumptum, quod Alexander, qui juxta omnium sententiam proximus Metrophani successit, tunc temporis Episcopus non fuerit. Audi Gelasium lib. 2 cap. 6 Historiæ Synodicæ sub finem. Postquam descripsit numerum Episcoporum, qui convenerant Nicæam, et aliquorum ab Ario stantium nomina recensuit; mox addit, τούτοις γενναίως ἀντηγωνίζοντο οἱ ἐν ἁγίοις Πατέρες ἡμῶν Ἀλέξανδρος ὁ Κωνσταντινουπόλεως οὔπω Πρεσβύτερος ὤν, καὶ Ἀθανάσιος Ἀρχιδιάκονος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας· διὸ καὶ ὁ φθόνος ὥπλιστο κατ' αὐτῶν. Adversum hosce Arianos generose decertabant sancti Patres nostri, Alexander, qui tunc Presbyter erat Constantinopoleos; et Athanasius, Archidiaconus Ecclesiæ Alexandrinæ : quamobrem et invidia contra ipsos arma movit. Tunc, inquit, τότε, quando Patres agebant Nicææ, Alexander Presbyter erat, uti Athanasius Archidiaconus, et simul impietatem debellabant. C De Athanasio certissimum est, fuisse tunc Diaconum primarium seu Archidiaconum, uti recte loquitur ætate suo Gelasius, non recte reprehensus a P. Natale Alexandro : quid est igitur, cur in Presbyterio Alexandri dicatur errare? Imo clarius etiam, Presbyteratum ejusdem Alexandri ab Episcopatus ejus distinguit lib. 2 cap. 26 et 36, utrobique sub finem sic loquens iisdem omnino verbis Ἀλέξανδρος Κωνσταντινουπόλεως τότε Πρεσβύτερος ἔτι ὤν· εἰς ὕστερον δὲ καὶ τῆς Ἐπισκοπῆς Ἱερατείας τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας λαχών. Alexander Constantinopolis tunc (cum Actis Synodalibus subscripsit, eaque mox ad alias Ecclesias detulit) solum Presbyter : postea vero Ecclesiæ ejusdem sortitus Episcopatum. Adde his libellum Synodicum apud Labbeum, tomo 2 Conciliorum col. 84, ubi cum Romanum, Alexandrinum, Hierosolymitanum, Antiochenum, enumeravit Patriarchas, qui Concilio præfuerunt aut interfuerunt : Ἐκ προσώπου, inquit, Μητροφάνους Κωνσταντινουπόλεως, Ἀλέξανδρος Πρεσβύτερος. Legatus Metrophanis, Constantinopolitani Episcopi, adfuit Alexander Presbyter.

Idem statuitur e gravi ætate Metrophanis

item ex eo quod Alexander ante Synodum Episcopus non fuerit :

ex Gelasio in Actis Synodi,

et libello Synodico;

qui Concilio præfuerunt aut interfuerunt.

30 Statuimus igitur ex præmissis, superfuisse Metrophanem Concilio Nicæno. Sed et similiter statuamus ex gravi ætate, qua tum premebatur, non superfuisse D diu; credamusque id, si placet, Actis ipsius, obiisse exiguo tempore post solutam Synodum, Alexandro successore ejus nondum regresso ex itinere, quod Synodi Decreta publicandi causa suscepisse legitur (quod utique intra bimestre spatium a Synodo, mense Augusto finita, currente adhuc anno CCCXXV æræ vulgaris, factum esse potest ac debet) dicendus erit hoc ipso anno mense Septembri aut Octobri, accidisse Metrophanis obitus. Si quis tamen quarta Junii, uti Acta habent, obiisse eum velit, quod illa die celebretur memoria ejus in ecclesia; idem dicere debebit, eum obiise anno Synodum secuto CCCXXVI. Juxta hanc porro sententiam, re maturius expensa, corrigi cupimus, quæ in Ephemeride Græco-mosca, ante tomum I Maji nostri die IV Junii, ex occasione insinuata sunt, quasi Oratio, de qua ibi, ex eo capite falsitatis et prostitutæ fidei arguatur, quod ad visendum Metrophanem adducat Episcopos, a Synodo revertentes : cum constet Metrophanem ante Synodum obiisse. Id enim adeo non constare jam vidimus, ut constet potius supervixisse. Similiter emendari poterunt Dominus Hermantius in suo Athanasio; Natalis Alexander, seculi sui quarti parte 2 pag. 127 aliique plures, qui in eadem sunt opinione, quam nos in Ephemeride secuti sumus, nunc vero correctam volumus.

Obiit Metrophanes anno 325.

Unde corrigenda quædam alibi dicta.

E 31 Sed jam nos ætas Metrophanis ad se vocat. Ex Photio in biblioth. Codice 88 illum centenario majorem; et Codice 256, determinate anno CXVII ætatis ipsum decessisse colligitur; uti etiam determinate volunt Acta nostra, quorum Photius Codice 256 compendium habet. Grandis enimvero ætas, et quæ tantum non incredibilis redditur; eo præsertim, quod inferat, æque grandem fere ætatem fuisse Dometii patris, ac Probi fratris; quos decessores ipsius in eodem Episcopatu faciunt Menæa et Synaxaria, §. 1 citata, tacentibus tamen ea de re Actis. Cum enim velint Metrophanem annos X, et Probum fratrem (utique majorem natu) annos XII præfuisse Ecclesiæ Byzantinæ; colligitur Dometium patrem, cui Probus successit, annos XXII obiisse ante Metrophanem; quot etiam ferme natus esse debuit, cum hunc filium suum genuit atque adeo æquale tempus vitæ attribui debet utrique. Probus vero, uti annos omnino X ante Metrophanem vivere desiit, ita aliquot (certe uno) ante ipsum vivere cœperit, et sic annis non multis abfuerit ab ætate fratris. Ad hæc, si damus annos CXVII vitæ Metrophanis, anno vulgaris æræ CCCXXV aut XXVI defuncti; nativitas ejus necessario assignanda venit anno CCVIII aut IX. Et rursus, anticipando annos XXII, pater ejus Dometius natus fuerit anno CLXXXVI aut VII : ex quo sequitur porro, F Probum Imperatorem, quem Dometii fratrem supra asseri vidimus, verosimiliter natu majorem, tot annis nonagesimum quintum aut sextum excessisse ætatis suæ, quot ipse ante Dometium in lucem venit : constat enim Probum excessisse e vivis anno CCLXXXII : cumque verosimiliter constet, sex ipsum non amplius annos Vopiscus quinto obiisse ait, imperasse; nonagenarius fuerit, quando habenas imperii suscepit.

Grandis ætas Metrophani tributa admitti non potest.

quia infert æque grandem patris ejus ac fratris:

quod subsistere non potest cum ætate Probi Imperat.

32 Verum id nimium quantum aberrat a vero. Nam Valerianus Imperator (creatus is est anno CCLIII) in duabus suis Epistolis apud Vopiscum in Probo, hunc a se factum Tribunum, commendat filio Gallieno, et Præfecto prætorii Gallicano, vocans eum ad descentem juvenem, imberbem; purgatque se cur imberbem Tribunum fecerit, contra constitutum divi Alexandri. Demus igitur licebit Probo annos XXIII, cum imperare cœpit Valerianus anno æræ vulgaris CCLIII; sequetur in lucem editum fuisse anno CCXXX; cumque mortuum diximus anno CCLXXXII sequetur porro, eum vivendo explevisse anno dumtaxat LII : quæ ætas laboribus ac itineribus ab eo suceptis par erat. Fac modo Dometium Probo paulo juniorem natu; aut, si vis, etiam geminum; genitus ex illo non fuerit Metrophanes ante annum Christi

qui sub Valeriano juvenis erat

A Christi CCL : quo si natus statuatur, pervixerit ad annum ætatis LXXV aut VI, quæ, accedente infirmitate tam gravis videri potest, ut convenire ipsum ad Synodum prohibuerit, atque e vivis etiam eripuerit.

Sed hæc supponunt fundamentum non certum,

33 Hactenus non male videtur procedere discursus, ætasque Metrophanis aliquo modo definiri; si tamen discursus ac definitionis fundamenta non vacillent. Injicit enim mihi scrupulum Vopiscus, qui nullum agnoscit Probi fratrem, ubi agnoscere tamen deberet, utpote familiam ejus recensens. Ait enim, Probum oriundum e Pannonia, civitate Sirmiensi, nobiliore matre quam patre, patrimonio moderato, affinitate non magna;... patrem ejus, nomine Maximum ;.. apud Ægyptum vita functum esse, uxore ac filio et filia derelictis. Filium reliquit, teste Vopisco, Probi pater, non filios : nisi forte suspicari cuiquam lubeat, de legitima tantum prole istic Vopiscum agere, non item de illegitima et notha, qualis Dometius potuerit esse. Sed cum fratribus illi passim annumerari non soleant, ipsaque Menæa Probum ac Dometium fratres appellent, quid est cur nothum suspicemur alterutrum; et hunc potius quam illum? Quamobrem si fratres sunt, uti loquuntur Menæa, sint uterini : si tales non sunt, ut

quod Probus Imp. fratrem habuerit Dometium.

B Vopiscus censet; ne quidem sint nothi.

Quid si illum habuerit filium?

34 Sed quid tandem, si Dometium non fratrem Probi Imperatoris, sed filium faciamus? uti faciunt Acta Græca S. Adriani, nuper e Codice Cæsareæ Bibliothecæ, ubi XXVI Augusti referuntur, nobis descripta. Faciunt enim illa Adrianum suum ac Dometium fratres, Probi Imperatoris filios, qui post obitum patris religionem Christianam amplexi sunt. Dometio porro Episcopatum Byzantinum post mortem Titi, duosque filios Probum ac Metrophanem, (quod et Menæa faciunt) adscribunt. Filios reliquisse Probum Imperatorem neque asserit Vopiscus, neque negat, nisi forte tacendo; asserit tamen, posteros Probi, vel odio invidiæ vel timore, Romanam rem fugisse; et in Italia, circa Veronam ac Benacum et Larium, atque in his regionibus, larem locavisse. Ubi fuga posterorum Probi, quæ odio, invidiæ aut timori adscribitur, rectius forte dicetur suscepta esse amore Religionis Christianæ; et quæ Veronam primum instituta est, potest postea Constantinopolim promota fuisse. Atque ita favere Vopiscus sententiæ, hoc ipso numero propositæ, videri posset. Verum isthæc conciliari non possunt cum grandæva senectute Metrophanis, sub Concilium Nicænum mortui. Collegimus enim supra ex Vopisco, Probum Imperatorem ante annum vulgaris æræ CCXXX natum

sed tunc Metrophanes non multo major annis 55 fuisset cum obiit.

C non fuisse : genuerit ergo anno CCL Dometium, et hic anno CCLXX Metrophanem, pro vita hujus non supersunt amplius quam anni LV aut VI, qui sane gravis ætas et longa senectus dici nullo modo possunt.

§. V. Episcopos fuisse Byzantii ante Metrophanem, non probatur auctoritate Nicephororum, sive Patriarchæ sive Callisti, Pseudodorotheum secutorum.

Episcopos Byzantinos e Pseudorotheo

Diximus quædam supra de successione Episcoporum Byzantinorum, Titi, Dometii, Probi, Metrophanis, de quibus hactenus non satis certa potui aliunde elicere, ac dubito an elici omnino aliunde possint. Annumerat quidem etiam S. Nicephorus in Chronographia sua eosdem Episcopos Byzantinos una cum decessoribus eorum continua serie, initium ducens a S. Andrea Apostolo : sed annumerat iisdem pene verbis, quibus in Commentario fictitii Dorothei leguntur : ita ut non immerito dixeris, Nicephorum in manibus habuisse ac secutum esse Commentarium istum; gloriæ atque antiquitatis Sedis suæ studiosum magis, quam inquirendæ discernendæque veritati intentum. Corrigit tamen errorem Commentarii gravissimum; sed corrigendo non minus gravem committit. Nam posteaquam Castino D Episcopatum VII annorum adjudicavit Commentarius, mox addit : Ὁ οὖν Κωνσταντῖνος ἐν τῷ πρώτῳ αὐτοῦ ἔτει ἐκκλησίαν ἄλλην ἀνίστησιν ἔσωθεν τοῦ Βυζαντίου, κατὰ τὸ βόρειον μέρος, .. Εὐφημίας τῆς Μάρτυρος τὸν οἶκον προσαγορεύσας, κατ᾽ αὐτὸν τὸν καιρὸν μαρτυρησάσης αὐτῆς. Constantinus igitur primo ejus anno ecclesiam excitavit aliam in ipso Byzantio, septemtrionem versus,... eamque appellavit Euphemiæ Martyris, per illud ipsum tempus martyrio affectæ.

profert etiam S. Nicephorus,

AUCTORE C. J.

palmarem ejus corrigens errorem,

36 Vide hic sis, ἐν τῷ πρώτῳ αὐτοῦ ἔτει, an explicare velis annum primum ipsius Constantini Imperatoris, an vero Castini Episcopi. Alterutrum quidem necessario dicendum; sed neutrum cum veritate componi ullo modo potest. Neque enim primo Episcopatus Castini anno (quæ explicatio tamen magis obvia est) ædificare S. Euphemiæ ecclesiam potuit Constantinus; cum juxta calculum ipsius Commentarii et stabilitam a nobis Metrophanis mortem, Castini obitus annis fere XXX præcesserit ortum Constantini. Sed neque primo ipsius Constantini jam Imperatoris id fieri potuit. Cum is primis imperii annis, sat multis, in Occidente domandis hostibus intentus, Constantinopolim toto illo E tempore ne oculis quidem aspexerit suis : nec absens ædificandam Christianis ecclesiam curare poterat in urbe, alterius, et quidem acerrimi Christianorum persecutoris, dominio tunc subjecta.

sed in alium ipse impingens

37 Non potuit tam ἀδύνατα non videre Nicephorus. Quamobrem ædificationem ecclesiæ Euphemianæ non tribuit Constantino Imperatori; sed ipsi Castino Episcopo. Verum infeliciter Charybdim fugiens in Scyllam incidit, extruendo S. Euphemiæ Martyri templum, multo ante tempore quam ipsa martyrium subiit, imo fortassis ante quam vivere cœpit; adeo ut dicendum sit, Nicephorum vel non considerasse tempus martyrii S. Euphemiæ, vel suum ipsius computum oscitanter nimis ac temere fecisse. Ponit enim ipse inter Castini mortem et initium imperii Constantini, Episcopos tres Titum, Dometium ac Probum, iisque universim adscribit sedium suarum annos LXIX : quibus detractis ab anno vulgaris æræ CCCVI, quo imperare Constantinus cœpit, mors Castini debet incidisse in annum CCXXXVII. Jam vero Euphemiam constat ex Actis ejus, certasse pro Christo ac fide sub Diocletiano Nicomediæ, et verosimiliter sub finem Imperii ejus paulo ante quam Constantinus illud suscepit. Nicephoro huic sancto consonat (quod ad Episcopos Byzantinos aliaque modo tacta attinet) Nicephorus alter, cognomento Callistus, lib. 8 hist. Eccles. cap. 6; sic ut ex illo vel mutuatus sit F sua, vel uterque eumdem Pseudo-dorotheum secuti, in eosdem inciderint errores. Quare alia refutatione opus non est contra Nicephorum Callistum, quam adduximus contra Sanctum. Unum miratus sum, quod Dominus du Cange, ceteroquin accuratissimus, citans utrumque Nicephorum pro templo Euphemiano, in Petrio per Castinum condito, non observaverit præposteram eorum istic chronologiam. Condidit quidem etiam Constantinus ecclesiam S. Euphemiæ Constantinopoli, sed non in Petrio, neque primis imperii sui annis.

consentit illi Nicephorus Callistus,

ac similiter errore convincitur.

38 Quotum igitur Episcopum, seu Byzantinum seu Constantinopolitanum, statuemus Metrophanem? Nicephorum utrumque modo diximus perpetuam seriem Episcoporum, ab Andrea Apostolo ad Metrophanem usque, perducere. Sed cum isti, Procopii nescio cujus, e Pseudo-dorothei Tyrii Commentariis excerpta, omnino secuti sint, nihilo plus fidei ista in re, quam Procopius ipse, merentur. Cum autem Procopium hic dico, velim intelligat Lector, Dorotheum, Episcopum Tyri vulgo appellatum; aut potius intelligat Synopsin de vita et morte Prophetarum, Apostolorum et LXX discipulorum, eidem pridem affictam, ideoque Pseudo-Dorothei Tyrii merito inscribendam. Refutat Synopsis illa se ipsam in Abdia, Jona, Hieremia, Elisæo et aliis : monetque

Uterque nititur Commentario Pseudo-dorothei,

pridem nullius fidei declarato,

A *monetque Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis,* istic numerari inter LXX Discipulos Christi, qui ab Apostolo Paulo nominantur, etiamsi ethnici fuerint vel feminæ; et illos omnes non solum discipulos Domini, sed etiam Episcopos *fingi*. Non meminissem, *inquit idem*, libri tam fabulosi, nisi vidissem a multis citari et non minimi fieri.

AUCTORE C. J.

nunc primum integre edito,

39 *Assentiuntur nunc Bellarmino Eruditi omnes, qui Synopsin illam, in Bibliothecis Sanctorum Patrum atque alibi editam, aliquando legerunt. Assentientur vero etiam magis, qui eamdem a Cangio nuperrime cum Chronico Paschali Græco-latine impressam considerarerint. Quamvis enim in multis, puta in Apostolis et* LXX *discipulis, concordent editiones illæ, antiqua Latina et novissima Latino-græca : discrepant nihilominus, quod illa vitas Prophetarum longiusculas pertexat ; hæc vero vix aliud quam unius aut alterius Prophetæ nomen adscribat : rursum ac præcipue, quod hæc (illa omnino tacente) fuse recenseat primos Byzantii Episcopos ad quartum usque seculum ; quodque in fine auctorem seu collectorem sui faciat* Procopium quemdam, qui presbyterii dignitate donatus, vitæ sanctitate et eloquentia præstans, et in omni B circa disciplinas concinnitate et experientia semper versatus, cum in historicos sanctissimi et beatissimi Episcopi et Martyris Dorothei Commentarios incidisset, hæc omnia scriptis nobis reliquit. Gratias igitur agamus illius laboribus et immortali memoriæ, nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

cum conclusione sua et nomine auctoris novi,

40 *Ita terminatur Synopsis seu Commentarius iste editionis Cangianæ. Ex quibus intelligitur* Pseudo-Dorotheum Tyrium, *primarium auctorem fieri Commentarii istius : ex illo vero sua* omnia *descripsisse sub annum Christi* DXXV, *uti mox videbimus,* Procopium : *et hæc ipsa Procopiana a tertio aliquo fuisse proposita, uti nunc sunt. Ubi consideranti mihi attentius Commentarium hunc Procopianum (ita enim rectius appellabitur quam Dorotheanus) quod Synopsibus aliis de Apostolis ac Discipulis, quotquot vidi, superaddat, ut modo dixi, seriem Episcoporum Byzantinorum, aliaque, ad stabiliendam antiquitatem atque adeo primatum ipsum (si Superis placet) Sedis Constantinopolitanæ supra Patriarchales reliquas ac ipsam Romanam : hæc, inquam, consideranti mihi suspicari lubet, hanc partem, tamquam novam laciniam, Synopsi reliquæ, fortassis aliquanto vetustiori, infeliciter adjectam esse sub annum* DXXV ; *quo Joannes Papa Constantinopolim* C *venit, ac nonnulla contentio, aut certe periculum contentionis fuit, de primo loco sedendi, inter Joannem Papam et Epiphanium urbis istius Patriarcham. Jubetur enim istic post recensitos Episcopos Byzantinos* Procopius *ille prodere ætatem qua vixit, et non obscure indicare intentionem qua scripsit ; videlicet extollendi Ecclesiam Constantinopolitanam, non tantum supra reliquas Patriarchales (quod seculo quarto jam conati fuerant Græci per canonem Concilio CP. primo intrusum, certe a Pontificibus Romanis constanter repudiatum) verum etiam supra ipsam Romanam, si non dignitate primi prædicatoris Evangelici, saltem prioritate (ut Philosophico utar vocabulo) prædicationis. Byzantinis enim ante ab Apostolo* Andrea *annuntiatum esse Evangelium datosque Episcopos, contendit, quam Romanis a* Petro. *Sed audiamus ipsa fabulosæ Synopseos verba.*

et insertis et Episcopis Byzantii,

quos in laudem Ecclesiæ CP

41 *Postquam seriem suorum Episcoporum in* Metrophane *absolvit, ita prosequitur :* Hæc ab omni virtutum genere insigni Dorotheo in Commentariis Latinis relicta, a nobis excerpta sunt, Philoxeno et Probo Coss. quando Constantinopolim venit Joannes Romæ Episcopus. Persuasus enim ab urbis Archiepiscopo, ut secum in Natali Christi Sacris operaretur ; id facere renuit, nisi ante urbis Episcopum primus ipse Sacra faceret : antea namque Romam quam Constantinopolim D Episcopum nactam fuisse. Ex hisce igitur oborta contentione, convenientes inter se Constantinopolitani, ex magni Dorothei Commentariis ostenderunt, Episcopatum Constantinopolitanum Romano antiquiorem esse. Et Joannes quidem Romanorum Episcopus, Dorothei scripta vera esse asserebat; præferri tamen se debere Constantinopolitano contendit, quod Principis Apostolorum teneret locum : cujus tandem rei gratia prærogativa ipsi cessit, non quod ante Constantinopolitanum Romanus extiterit Episcopatus.

antiquiores facit Romanis

42 *Ita lubuit homini Græco, in gratiam sui Patriarchæ, Græca fide loqui : cujus ut fatuitas clare patescat, suaque plane pereat auctoritas Commentario tam male concinnato, operam non perdidero, si delibavero absona quædam ac inepta ex ista Episcoporum CP. narratione ; quod hactenus neminem in particulari fecisse scio. Incipit Commentarius iste de Episcopis hoc modo :* Ipse igitur magnus Pontifex Dorotheus scripto reliquit, venerandam ædem sanctæ et invictæ martyris Euphemiæ in Petrio, a quodam Tito primum fuisse conditam. Qui quidem Titus, cum Byzantii esset Episcopus, in eaque urbe martyrio vi- E tam terminasset, juxta veteres muros depositus est. *Quam* Tito *hic adscribit fundatam ecclesiam S. Euphemiæ, postea attribuit* Castino *Episcopo, aut certe* Constantino *Imperatori : quamque hic ponit* in Petrio; *postea collocat* ad Anemodulium : *cum tamen de eadem ecclesia agi utrobique necessario debeat.*

Absona quædam e Commentario illo delibantur

de ecclesia S. Euphemiæ,

43 *Post hæc continuo addit, ex eo tempore quo* S. Andreas *Apostolus* Byzantium, *aut potius* Argyropolim, *advenit, tantam eo Christianorum multitudinem confluxisse,* ut aliis in locis nuspiam invenirentur tot : *ne Antiochiæ quidem, credo, aut Hierosolymis, aut Romæ. Mox Licinii atque Diocletiani persecutiones ita conjungit, ut sub illis* Titum *martyrio affectum dicat. Cum tamen constet nuspiam Imperatorem aut Cæsarem fuisse Licinium, Diocletiano imperante. Ut nihil dicam, quod, juxta calculum Auctoris, jam obiisse debuerit* Titus, *antequam imperare cœpit Diocletianus. Quale vero monstrum quod subjungit? Interfectum ubi dixerat,* Titum *esse sub* Licinio *ac* Diocletiano, *adstruit* deinceps (*nempe* post Diocletianum) Caro *ejusque filius Imperium, ordine omnino præpostero : quibus prætérea perperam affingit,* quod ad Christianorum supplicia promiscue progressi sunt, ex iis ad mille singulis diebus necantes. *Ecce autem mirabiliter resuscitat* Licinium , *quem modo dixerat ante* Carum *tyrannidem cum* Diocletiano *exercuisse ; nunc* post Cari necem Nicomediæ versatum *ait, ibique interfecisse* Adrianum Probi filium, *quem tamen sua Acta præcitata, Probi (utique Imperatoris) fratrem faciunt, nescio qua utrique fide.* F

de Christianis Byzantii conversis.

ac imperii Carii,

de Licinio iterum imperante,

44 *Pergamus porro.* Titum, *de quo supra,* primum extitisse Constantinopoleos, *prout hanc a Byzantio distinguit,* Episcopum, *affirmat : videlicet, annos facile* L *ante dedicatam Constantinopolim, Episcopatu, (si tamen Episcopus unquam fuerit) et vita functum. Sed hæc ipsa quasi præambula ad Catalogum Episcoporum Byzantinorum auctori sunt. Hinc serio rem agere videtur, orsus ab* Andrea Apostolo, *quem Byzantium negat ingressum,* ob crudelitatem Zeuxippi, locum illum tunc regentis. *Quis iste Zeuxippus et unde? Dicam cum Baronio, ad annum* XLIV *num.* 31, *similem Nicephori textum, e nostro hoc verisimiliter desumptum, citante :* Fide nutant hæc, ob apertum mendacium de Zeuxippo tyranno : nullus enim incumbebat tempore Claudii tyrannus in Thracia, quam provinciam Præses summa pace moderabatur. *Dicitur* Andreas *Argyropoli primum* Stachyn *Byzantinorum Episcopum constituisse.* Ei successit Onesimus, cujus meminit Paulus Apostolus in Epistola ad

de Episcopatu Titi,

de [illegible] Zeux[illegible] crudelitate.

A ad Philemonem. *Reclamat hic tota antiquitas, in Epistolis S. Ignatii Martyris, et Martyrologiis plerisque vetustissimis, quæ* Onesimum, *Pauli discipulum, et ab eo Philemoni commendatum, constanter appellant* Episcopum Ephesinum, S. Timothei successorem ac Martyrem; *ut videre est in Commentario nostro Historico de Sancto illo, die* XVI *Febr. et in Menologio Sirleti* I *Decembris.*

de ficto Onesimi Episcopatu,

45 Onesimo *successorem dat noster* Polycarpum, *ac reliquos deinceps enumerat Episcopos suos usque ad* Metrophanem, *qui ponitur vicesimus secundus. Annos quoque Sedis adscribit singulis; nulla tamen sanctitatis, nulla martyrii aut obitus, nulla gestorum mentione facta, quasi hæc omnia ignorasset, contentus assignasse aut affinxisse singulis durationem Episcopatus sui. Sed et hanc quam apte distribuerit, indagare volui, comperique solorum Episcopatuum, nullis Interepiscopatibus annumeratis, annos* CCCV; *quos si detraxeris ab annis* CCCXXV *æræ vulgaris, quot effluxisse putamus cum* Metrophanes *obiit; concludes, anno ejusdem æræ vicesimo* Stachym *primum fuisse ordinatum Argyropoli Episcopum a* S. Andrea *Apostolo, annos ut minimum* X *antequam ipse ad Apostolatum vocatus esset; ac* XXIII *ante ascensionem Domini nostri Jesu Christi. Quod si* XIII *istis annis adjungas alios* XI, *qui, testibus Baronio atque* B *Henschenio, elapsi sunt ab ascensione Domini, priusquam Apostoli in suam quisque provinciam abierunt, Evangelium prædicaturi; concludere cogeris,* Stachym (*quem noster primum Byzantii ab Andrea creatum vult Episcopum*) *jam ab annis* XXIV *ut minimum, illic Episcopum fuisse, antequam fuerit Andreas eo profectus.*

de excessu annorum Episcopis attributorum,

46 *Sed et* Argyropolis; *de qua frequens meminit Auctor Synopseos, aurem mihi vellicat. Ait, istic ab* Andrea *Apostolo* erectum Christo altare, *et* Stachym constitutum Episcopum, *multaque Sanctorum corpora deposita esse. Quæ, quæso,* Argyropolis *ista, tot titulis celebranda, ubi hic statuuntur quodammodo incunabula Ecclesiæ Byzantinæ et Constantinopolitanæ? Nullam illius hactenus mihi contigit uspiam invenire mentionem, primis æræ Christianæ seculis, nisi apud hunc nostrum. Primus, quem præterea meminisse illius scio, est Nicephorus Callistus; qui lib* 14 *cap.* 24, Argyropolim *unam e suburbiis Constantinopoleos, e regione Chrysopoleos ponit; illoque primum nomine donatam fuisse asserit ab Attico Episcopo CP. qui seculo* V *ineunte floruit. Nunc vero unde hauserit is, qui primus Commentarii auctor fingitur, quique in* Metrophane *Catalogum suum finiens, sub eodem scripsisse videri vult; imo illum* nuper *Episcopatum iniisse dicit : unde,* C *inquam, hauserit is vocabulum* Argyropolis, *seculo integro post Metrophanem dumtaxat inditum?*

de Argyropoli nulli tum nota.

§. VI. Quotus Byzantii Episcopus fuerit Metrophanes.

F*ateor, contra communem medii ævi, et communissimam recentiorum opinionem, scripturum me, si primum* Constantinopoleos *aut potius* Byzantii *Episcopum ponam* Metrophanem, *tribus a Christo nato seculis jam elapsis florentem. Ponam tamen, pace aliter sentientium, tantisper, quod adstruere jam cœpi, donec melior atque antiquior auctoritas sententiam me meam mutare cogat : videlicet, verisimillimum esse;* primum, *aut certe inter primos,* Byzantii Episcopum *sedisse* Metrophanem. *Auctoritas Nicephori utriusque huc spectanss quam posteri fere secuti sunt, jam convulsa est in Pseudo-dorotheano seu Dorotheo-procopiano Commentario. Eidem Nicephori, quod dicant Byzantii Christum ab Andrea prædicatum, ecclesiam fundatam, Stachym Episcopum ordinatum fuisse, ex eodem hausere Commentario: arguunturque a Baronio ad annum* 44 *num.* 31 (*et argui in ceteris, quos deinde annumerant Episcopis,*

Episcopus Byzantii primus, aut inter primos, Metrophanes,

nil contra obtinente utroque Nicephoro,

D *eodem jure possunt*) *tamquam* ex apocryphis illa acceperint.

AUCTORE C. J.

48 *Putat præterea idem Baronius, Ecclesiam Byzantinam* a Petro *Apostolo* fuisse erectam. *Rationem cur ita putet, lego ad eumdem annum* 44 *num.* 12, *desumptam ex Epistola Agapeti Papæ, Constantinopoli scripta ad Petrum Hierosolymorum Patriarcham, de depositione Anthimi et subrogatione Mennæ in Sede Constantinopolitana, quæ lecta fuit in Concilio CP. sub Menna, ac refertur in fine Actionis ejus primæ, apud Labbeum Tomo* 5 *col.* 47 *Leguntur in Epistola illa, ad commendationem Mennæ, sequentia :* Et hoc dignitati ejus (*Mennæ*) additum esse credimus, quod a temporibus Petri Apostoli, nullum alium unquam Orientalis Ecclesia suscepit Episcopum, manibus nostræ Sedis ordinatum. Et forsitan vel ad demonstrationem laudis ipsius, vel ad repellendos inimicorum insultus res tanta contigit; ut illis ipse similis esse videatur, quos in his quandoque partibus, ipsius Apostolorum primi electio ordinavit.

aut litteris Agapeti Papæ:

49 *Quemadmodum hæc verba moverunt Baronium, ut fundationem Sedis Byzantinæ attribueret Petro præ Andrea; ita mihi ne quidem satis argumenti afferunt, cur eam Petro etiam adscribam. Quod enim illic dicitur, Apostolus Petrus* in his quondam Partibus, *aliquos ordinasse, nescio cur ad ecclesiam CP. potissimum referendum sit. Cum enim paulo ante simpliciter loquatur Pontifex* de ecclesia Orientali, *eamque dicat* a temporibus Petri Apostoli, nullum alium unquam, *præter Mennam a se institutum,* suscepisse Episcopum, *a Pontificibus Romanis* ordinatum; *optimo jure hæc verba,* in his partibus, *intelliguntur de* Orientalibus, *prout Orientalis Ecclesia distinguitur ab Occidentali; in qua passim Episcopos ordinabant Pontifices Romani; non item in Orientali : in qua tunc tandem post tempora S. Petri, qui Antiochiæ saltem successorem suum instituerat, Episcopum a se ordinari, ipsi sic ordinato honorificum et gloriosum existimat Agapetus; nihil asserens an a Petro Apostolo* Constantinopoli, *an* Antiochiæ, *an* Alexandriæ *ordinatus quandoque sit Episcopus : sed ordinatum ab eo esse* in Ecclesia Orientali, *cujus pars Antiochena est, prima Petri ac deinde institutorum ab ipso Episcoporum Sedes.*

quibus commode explicatis

E

50 *Quod si quis etiam omnino velit, verba præmissa de* Constantinopoli *intelligenda esse; is non continuo nos coget, eorum auctori, Encomiasten potius Mennæ, quam Historicum agenti, deque re catenus scriptoribus omnibus ignota post secula demum quinque obiter scribenti, fidem indubitatam adhibere. Imo objicere quis* F *poterit Agapeto Gelasium, ejus decessorem itidem Pontificem Romanum, qui in Epistola ad Dardaniæ Episcopos,* Byzantium *facit* ecclesiæ Heracleensis parœciam; *et Codinum, qui jus ordinandi Patriarcham CP. Episcopo Heracleæ tribuit;* quia, *inquit cap.* 20 *de Officiis,* Byzantium olim ad Episcopum Heracleæ spectabat; *videlicet tamquam* parœcia, *uti ait Gelasius, et pars territorii, Episcopo Heracleensi subjecti. Sumitur enim passim apud mediæ ætatis scriptores* parœcia *pro districtu juris Episcopalis, uti* provincia *pro districtu juris Metropolitici, uti docet Cangius in Glossario voce* parochia. *Fuerit igitur* Byzantium *parœcia, factumque deinde sit Episcopatus,* quem *sub annum æræ vulgaris* CCCXXX, ab Europæ provincia, seu illius Metropoli Heraclea, *uti ait Chronicon paschale,* avulsit Constantinus Magnus, Præfecto prætorio et Præfecto urbi ceterisque majoribus Magistratibus in eo constitutis.

opponuntur litteræ Gelasii itidem Papæ,

Byzantium parœciam Heracleæ facientis.

51 *Sed potiora asserti nostri argumenta proferamus. Chronicon paschale, modo citatum, cui illustrando subjunxit Cangius Commentarium Dorotheo-Procopianum sæpe memoratum, nullum agnoscit Episcopum Byzantinum aut Constantinopolitanum ante* Metrophanem : *sed Imperii Constantini anno* VIII, *id est, vulgaris*

Metrophanem primum Episc. probant

æræ

A æræ CCXIII, ponit tandem initium Episcopatus illius, his verbis: Byzantinæ ecclesiæ primus præest Metrophanes annos XI; cujus deinde successorem subjungens, Consulibus, inquit, Severo et Rufino, id est anno Christi CCCXXIII Byzantinæ Ecclesiæ secundus præest Alexander annis VII. *Tabulæ chronographicæ, Theophanis textui interpositæ, cujuscumque auctoris illæ sint, forulos Patriarchalibus destinatos, quoad Constantinopolitanum incipiunt replere biennio citius, videlicet sexto Constantini anno, et tunc, cum ante solum noverint tres Patriarchas Orientales, addendos Romano Patriarchæ, ordiuntur quintam ejusmodi seriem, scribendo;* Byzantii primus Episcopus Metrophanes annis X. *Confirmari horum auctoritas summopere debet e Patriarcharum CP. Catalogis MSS.* quorum plures antiquos, *aut Carolus a S. Paulo, Abbas Fuliensis, in sua Geographia sacra pag. mihi* 217, in regia Bibliotheca reperimus, et in omnibus Metrophanes, Constantini synchronus, primus recensetur: qui etiam Archisacerdos primus magnusque civitatis Constantinopolis, in perantiquo Græco MS. dicitur. *Ipsa etiam verba Græca, in margine hæc addit,* Πατριάρχαι Κωνσταντινουπόλεως. Ἀρχιθύτης πρώτιστος ἐν πόλει μέγας ἄριστος ἀνήρ, Ἱερὸς Μητροφάνης.

AUCTORE G. J. — Chronicon Paschale et Theophanes — et antiqui MSS

B 52 *Cedrenus in Compendio non omnino primum facit* Metrophanem *Episcopum, inquiens,* Annum nonum imperante Constantino, Metrophanes IV Episcopus Byzantii creatus est. *Primum constituerat sub Antonino Caracalla, qui ab anno CCXI ad CCXVII imperavit, dicens,* eo tempore primum Byzantii Episcopum constitutum esse Philadelphum *(ignorat hunc Dorotheo-Procopianus Commentarius)* et annos III præsedisse. Ante enim, *uti idem prosequitur,* per octennium Ecclesiæ præfuerat quidam Presbyter. *Secundum ponit sub Maximini imperio* Eugenium, qui Episcopatum Byzantinum occuparit ac gesserit annos XXV.

sed quartus est apud Cedrenum,

53 *Tertium Episcopum non reperio apud Cedrenum, qui sane diutius quam credi potest sedisse debet, si recte suas inivit rationes Auctor. Nam Antoninus Caracalla, cujus tempore asserit sedisse* Philadelphum, *vivere desiit anno CCXVII, annos fere centum ante Metrophanis Episcopatum: e quibus tres* Philadelphus, *viginti quinque* Eugenius *implentes, septuaginta circiter, tertio non nominato Episcopo relinquunt assignandos. Ut nihil dicam, a morte Antonini Caracallæ ad imperium Maximini annos* XVIII *intercessisse; quorum tamen tempore Episcopatum quemque suum vult tenuisse;* Philadelphum *sub Antonino per annos tantum tres,* Eugenium *vero sub Maximino per annos* XXV, *sit ut inter utrumque Episcopum ingens hiatus XV ut minimum annorum interveniat; et longe ingentissimus subsequatur usque ad* Metrophanem *annorum facile* L, *vix ab unius Episcopatu implendus.*

non recte tres priores ponentem.

C 54 *Vidimus hactenus, quam insulse de primis Byzantii Episcopis loquantur Commentarius Dorotheo-Procopianus, et qui illum sive ex inadvertentia sive ex ambitione sequuntur Nicephori duo, tam Patriarcha quam Callistus: quibus annumerari etiam possunt Gregorius quispiam Monachus, et Catalogus Byzantinorum Episcoporum editus a Leunclavio. Vidimus quoque quantum retrahat initium istorum Episcoporum Cedrenus.* Episcopos *fortassis nominans, qui vice Heracleensis Episcopi, Byzantii sacra procurabant,* Chorepiscopi *potius dicendi. Vidimus etiam quam parum sibi cohærentem faciat successionem, trium a se nescio ubi repertorum, usque ad* Metrophanem, *quem quartum appellat, appellandum verius primum, uti appellant Auctores paulo ante a nobis citati; Theophanes, Chronicon Paschale, codices MSS. quibus et nos omnino subscribendum putamus, nullumque ante ipsum, Byzantii agnoscendum Episcopum; nixi tum Theophanis, et Chronici citatorum, expresse ita asserentium, verbis;*

Nos eumdem Metrophanem Episcopum I ponimus

D *tum etiam (et ni fallor solidissime) silentio Eusebii, qui tam in historia Ecclesiastica et Vita Constantini, quam in Chronicis, licet variarum Ecclesiarum Episcoporumque iis præsidentium nominatim mentionem faciat, nuspiam tamen, quod sciam, facit Byzantini, nisi tantum in Vita Constantini libro 3 cap. 7, ubi per* τὸν regiæ urbis Antistitem; *quod intelligendum diximus de Byzantino seu Constantinopolitano* Metrophane.

confirmamusque ex Eusebii silentio, alios non referentis;

55 *Certe Valesius, qui inter Indices suos Eusebio adjectos, recenset quoque* ordinem Episcoporum urbis Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ, et Hierosolymorum juxta Eusebium, *additque nonnullos etiam* Laodiceæ in Syria, et Cæsareæ in Palæstina; *nullum novit Byzantinum, nullum Constantinopolitanum: quos tamen æquum erat recenseri ab Eusebio, qui capite* I *Historiæ suæ ecclesiasticæ præfatur, se* sanctorum Apostolorum successiones ac temporum seriem, *a Christo nato ad sua usque tempora, describere; nec non eos recensere,* qui præcipue in celeberrimis civitatibus Ecclesias non sine laude rexerunt; quique subinde per ordinem temporum sua quisque ætate verbum Dei vel voce vel scriptis prædicaverunt, *denique* qui tum superiori memoria, tum sua ætate, pro religionis defensione tormenta ac mortem ipsam perpessi, fortissime certaverunt. *Et non multo post repetit, se,* si non omnium, illustrissimorum certe, Servatoris nostri Apostolorum successiones in iis Ecclesiis, quæ etiamnum celeberrimæ habentur, posteritatis memoriæ commendare. *Jam vero, amabo te, quæ fuit ætate Eusebii celebrior civitas* Constantinopoli? *Cui Apostolorum, excepto Petro, cedere dignitate aut sanctitate debet* Andreas? *Nullusne in prætensa successione Episcoporum* verbum Dei vel voce vel scriptis prædicavit? *Nullusne e tanto numero, in tot persecutionibus, etiam Byzantii propriis sub Zeuxippo, ut vult Pseudo-dorotheus, fidem sanguine suo confirmavit? Adhæc Eusebius ipse, qui aliquot annos post ædificatam dedicatamque Constantinopolim superstes, in laudem Constantini ac urbis ejus multa operose scripsit, num taciturnus fuerit summam laudem, quæ ex antiquitate fidei, Byzantinis per Apostolum* Andream *aut, si malueris,* Petrum *annuntiatæ; ex perpetua Episcoporum serie, ad sua usque tempora perducta; et zelo, sanctitate, ac nobilitate eorum (præsertim si Imperatorum quoque fratres ac nepotes illic præfuerunt) derivari posset? Cum tamen taceat de his omnibus, quæ aptissima ac propria scriptioni ejus materia erant, contraria auctoritas, et quidem Dorotheo-Procopiana major, proferri debebit, ut credam Episcopos, qui prætenduntur, unquam extitisse Byzantii.*

E — cum tamen ex instituto suo deberet

F 56 *In tanto prætensorum Episcoporum numero, de uno dumtaxat* Stachy *reperio mentionem fieri in Martyrologio Romano, die ultimo Octobris, his verbis:* Constantinopoli S. Stachys Episcopi, qui a beato Andrea Apostolo primus ejusdem civitatis Episcopus ordinatus est. *Hæc primus Martyrologio Romano inseruit Baronius, desumpta e Menologio Sirleti, illo ipso die ultimo Octobris, ita referente:* S. Stachys, ab Apostolo Andrea Episcopus constitutus est, qui et Ecclesiam in Argyropoli ædificavit, in quam conveniebat Christianorum multitudo innumerabilis, quam beatus Episcopus docebat; cumque ita vixisset annos XVII, dormivit in pace. *Coincidunt cum his Menæa impressa, hoc fere solo discrimine, quod nominent locum, ubi Episcopus ab Andrea Apostolo ordinatus est,* Byzantium; *quodque Episcopatui ejus tantum adscribant annos* XVI. *Sed hæc porro unde desumpta sunt? Quod Stachys* constitutus sit Episcopus ab Andrea Apostolo; *negabit Baronius, uti vidimus num.* 48. *Quod* ecclesiam ædificarit in Argyropoli; *negat ipsa Argyropolis, quæ tunc nulla fuit ex num.* 46. *Quod Christianorum* multitudo innumerabilis

Objicitur Stachys ab Andrea Ep. ordinatus, rationibus invalidis.

A rabilis eo confluxerit; credere vix sinunt ipsa Ecclesiæ prætensæ primordia, præsertim persecutione Zeuxippi, ut vult Pseudo-dorotheus, (cujus hæc et præmissa phrasim sapiunt) agitatæ. Certe Menæa, æque ac Menologium citatum, in multis secuta videntur ineptum quo de agimus Commentarium; idque manifestius patebit, si cum hoc ipso contuleris, quæ illa et imprimis Menologium habent XXVI Augusti de duobus Adrianis Martyribus, altero Natalïæ marito, altero Probi Imperatoris, ut utrobique dicitur, filio, Dometii Episcopi Byzantini fratre.

Illo tamen dato,

57 Tribuamus tamen aliquid supra Commentarium istum ritualibus libris, quamquam illo posterioribus; et Stachyn non modo Sanctum agnoscamus: sed et Episcopum fuisse concedamus, et quidem ab Andrea Apostolo, si ita vis, Byzantio præfectum: quis successionem ejus ad Metrophanem usque per tria fere secula confirmabit, non secutus Commentarium sæpe memoratum? Nullusne inter tot Episcopos primitivæ Ecclesiæ, ab Apostolo fundatæ, Sanctus, præter unum Stachyn? Solumne Byzantium inter tot procellas persecutionum, late circum grassantium, immune tempestatis semper fuit; ut nullus istic Episcopus pro fide sanguinem fuderit? Nullum certe agnoscunt rituales

quid probat ipsum habuisse successores?

B libri ante Metrophanem, aut sanctum aut Martyrem Episcopum Byzantinum imo nec ipse Commentarius agnoscit, præter unum Titum, quem martyrio vitam terminasse dicit, multaque edidisse miracula, qualia Servator ediderat. Et tamen hæc omnia cum auctore suo sacros latent scriptores. Quidni etiam, cum sub Zeuxippo tam atrox persecutio in Christi sectatores mota dicatur, ut Apostolus Andreas Byzantium ingredi non sit ausus; quidni, inquam, episcopatus ille in Stachy cœpisse, in eoque desiisse mox potuit?

cum possit in eo cœpisse ac desiisse episcopatus

Eleutherium frustra Episcopum facit Baronius.

58 Neque mihi auctoritatem Baronii quis opponat, in Martyrologio ad diem XX Februarii referentis Constantinopoli S. Eleutherium Episcopum et Martyrem; quem deinde in Notationibus suis Episcopum Byzantinum ordine octavum facit, citans in rem suam utrumque Nicephorum, Episcopum quidem in Chronographia; Callistum vero in historia lib. 8 cap. 6 et lib. 15 cap. 23. Sed illa Baronii auctoritas tanti non fuit Decessoribus nostris, ut quem ille loco citato Sanctum et Episcopum facit Eleutherium, ipsi inter Sanctos reponere ausi sint; contenti retulisse ipsum in Prætermissos, et ostendisse quam frustra citentur testes sanctitatis Eleutherii hujus, qui de sanctitate ejus ne somniarunt quidem; nedum in scriptis suis meminerunt, ut videre est apud ipsos locis citatis, et in Februario nostro inter Prætermissos ad diem XX col. I in fine. D

AUCTORE G. H.

ejus templum Episcopi non est, sed Martyris tantum.

59 Templum quoque, quod S. Eleutherio Constantinopoli sacrum fuit, et cujus Clericum dissolutæ vitæ, cœlitus morte punitum, scribit Callistus lib. 15 cap. 23, perperam adscribit prætenso Episcopo Eleutherio Baronius; cum sit Martyris tantum; quem ipse, ex Menologio Sirleti, in Martyrologium suum transferens ad diem IV Augusti ait, Senatorii Ordinis Constantinopoli fuisse; et pro Christo in persecutione Maximiani gladio cæsum esse. Huic eidem Martyri ecclesiam istam loco citato tribuere censendus est Callistus, cum Martyrem tantum, non item Episcopum eum appellat; quemadmodum eidem illam adscribunt, apud E Cangium in CP. Christiana, Synaxaria ad XV Decembris, quo hujus S. Eleutherii Martyris festus dies agitur apud Græcos, quamquam et IV Augusti apud eosdem, uti et Latinos, agatur etiam. Celebris enim hujus memoria fuit Constantinopoli, tum quod Byzantio oriundus, tum quod Senatorii ordinis et Cubicularius Imperatoris fuerit: ut mirum non sit, indigenæ quoque suo templum struxisse Constantinopolitanos, qui struebant promiscue omnibus, martyrio et sanctitate celebrioribus, quorum apud se memoria specialis aut Reliquiæ erant.

DE SANCTO MARTIALE

EPISCOPO SPOLETANO IN UMBRIA.

G. H.

Ex Ughello de Episcopis; et Jacobillo de Sanctis Umbriæ.

CIRCA AN. CCCL.

C Spoletum illustris Episcopalis urbs Umbriæ, quæ varios hactenus præcedentibus mensibus Sanctos nobis protulit, aliquos etiam hoc Junio offert: inter quos est S. Martialis, quintus Episcopus, de quo Ferdinandus Ughellus tomo primo Italiæ in Episcopis Spoletanis ista scribit: Sanctus Martialis, a Sancto Papa Silvestro ordinatus, Romano Concilio interfuit anno CCCXXVIII. Olim hujus Sancti festum solitum erat celebrari, ut clare perspici potest in antiquo Kalendario Spoletanæ Ecclesiæ. Obdormivit in Domino die XXX Junii circa annum CCCL, sepultus in basilica S. Petri, de quo Ferrarius. Hæc ibi. Verum apud Ferrarium in neutro Catalogo sive Generali sive Sanctorum Italiæ, neque in ejus Nova Topographia ullam hujus S. Martialis memoriam reperimus. Præterea videtur dies XXX Junii assumptus, ab ignorantibus diem ejus natalem, eo quod dictus XXX Junii sit sacer S. Martiali Episcopo Lemovicensi. Ut loco, sic certiori cognitioni propior, et Fulginii in ipsamet Umbria, de hujus Provinciæ Sanctis ac Beatis scribens, Ludovicus Jacobillus, ad hunc IV Junii, elogium illius aliquod hoc modo texit:

Festum celebratum olim 30 Junii.

Creatus Episcopus an 315,

2 Sanctus Martialis, ob vitæ suæ sanctitatem et multam doctrinam, creatus est Episcopus Spoletanus, in sua patria, circa annum trecentesimum decimum quintum Salvatoris nostri, et confirmatus a S. Silvestro Papa: a quo Romæ celebrato anno CCCXXIV Concilio interfuit, et cum aliis ducentis F septuaginta sex Episcopis subscripsit; cum iis stabiliens quæ circa res Ecclesiasticas ordinabantur. Cum autem circiter annos triginta quinque magna cum prudentia, zelo et fructu animarum, suum gregem gubernasset; placuit Domino Deo eum ad se evocare circa annum trecentesimum quinquagesimum die quarto Junii. Aliqui tamen scriptores assignant diem trigesimum hujus mensis, asserentes eo die etiam celebrari ejus festum, forsan alicujus translationis. Corpus ejus in Ecclesia Cathedrali fuit sepultum, tunc temporis in basilica S. Petri extra urbem sita. Inter alios Sanctos et Protectores Spoletanos, in nova Cathedrali Ecclesia, gloriosissimæ Virgini Deiparæ dicata, visitur depicta hujus Sancti imago vetus, cum hac subscriptione, antiquis characteribus Longobardicis, SANCTUS MARTIALIS EPISCOPUS SPOLETI. In aula palatii Episcopalis hujus urbis, ubi coloribus expressæ visuntur imagines omnium Episcoporum Spoletanorum; interponitur etiam imago hujus Sancti, et ad ejus pedes ista verba: S. MARTIALIS EPISCOPUS, AN. DO. CCCXXV.

mortuus circa an 350.

Antiquæ imagines:

3 Hæc Jacobillus, citatis ad marginem variis Auctoribus

A Coribas, quos secutus est, ejus saltem nomen referentes, nec a nobis operosius requirendos, cum recentiores omnes sint, nec quidquam ab iis ultra sperari possit. Concilium Romanum, supra citatum non fuit habitum anno CCCXXVIII, ut legitur apud Ughellum, sed anno CCCXXIV uti est apud Jacobillum : habetur illud apud Philippum Labbe tomo primo, et in Actione prima adducuntur Episcopi centum et triginta, ex urbe Roma vel non longe ab illa, inter quos est Martialis; et creditur esse hic Spoletanus Episcopus, licet nomen Sedis uti et reliquorum Episcoporum, ibi non exprimatur. Bernardinus de Comitibus Campelli lib. 6 Historiæ Spoletanæ pag. 178, cum dixisset S. Martialem interfuisse Concilio Romano, et Ordinationes varies fecisse de Paschate celebrando, immunitate Ecclesiasticorum, et Concilio Nicæno contra impietatem Arii convocando cum S. Silvestro et aliis Episcopis; addit, sub hoc vigilantissimo Episcopo fidem Christianam apud Spoletanos mirum in modum fuisse amplificatam, in tempore ibidem maxime tranquillo. D

Auctor. c. II. subscriptum nomen Concilio Romano.

4 Quæ omnia utinam tantæ illius Sancti vetustati pares Auctores haberent, neque hoc aut superiori ut summum seculo primum scribi dicique cœpissent! Quærentibus nobis de hodierno cultu, responsum est, nullum superesse saltem in Officio Ecclesiastico. Expectamus igitur ut accuratius nos doceat aliquis de fundamento, quo nixus Jacobillus, S. Martialem huic diei adscripsit. Neque hic dissimulaverim, quod Bernardinus ex Comitibus Campelli, novissimus Historiarum Spoletinarum scriptor, de Martiale Episcopo agens, abstinuerit titulo Sancti; veritus fortassis ne ille mutuo acceptus sit, propter Synonymiam, ab eo qui XXX Junii colitur, Episcopo Lemovicensi.

D. P.

DE SANCTO OPTATO

D. P.

EPISCOPO MILEVI IN NUMIDIA

E

B

Libri scripti: cultus, et ætas.

Circa CCCLXX

Milevum, in Numidia Africæ provincia, Episcopalem civitatem, celebrem seculo IV ineunte fecerunt Concilia duo, ibidem habita: sed prius in ea claruerat Episcopus ejus Optatus, qui, qualis quantusque fuerit, ex eo repeta, inquit Baronius in Notis ad Martyrologium hujus diei, quod adversus Donatistarum erumpentem eluvionem, totamque Africam inundantem, solus ipse eo tempore scriptorum suorum opposuit aggerem. Habemus ea Parisiis edita libris septem (Hieronymo, in libro de Scriptoribus ecclesiasticis, obrepsisse per errorem putatur, ut solum sex numeraret edita autem sunt, cum Gabrielis Albaspinæi Episcopi, et Francisci Balduini Jurisconsulti, Aurelianensium, Annotationibus ac Commentariis, non minus prolixis quam eruditis; quos qui post illorum mortem prelo admovit Carolus Paulinus, Aurelianensis etiam ipse, ac nostræ Societatis Theologus, in dedicatoria ad Cardinalem Richelium, Optatum admirabundus sic laudat :

Donatistarum emergentium insaniam

refutat Optatus, libris 7

2 Quantus contra Donatistas, hoc est contra obstinatissimos et pervicacissimos Christianæ rei perduelles, libris suis Optatus, sermonibus ac disputationibus assurgit! Ut eos lacessit, ruit, provocat, confutat, unus sexcentos! Neque Circumcellionum impudentissimæ gentis et effrænis vim timet, non minas, non arma intenta, cædemque factam. Hoc unum habet in votis Optatus, hæresi eversa, constitutis patriæ, Imperatoris, ac Dei rebus, non omni tantum honore libenter excidere, sed animam etiam inimicorum telis expulsam edere, si fas, si necesse est. Paulo post tamen, quasi dolens quod tantus labor non magis fructuosus extiterit, superante mali magnitudine; Scimus, inquit, quid omni suo conatu effecerit. Multos pertinaciæ stimulis actos auctoritate compescuit, ad frugem aliquos veritatisque lucem revocavit; quo plura posset, ipsamque radicitus hæresim convelleret, non quotidianis vigiliis, non laboribus improbis, non fortunis, non dignitati aut vitæ pepercit ; homo ærumnosior (si fas est ita dicere, quam ob omni parte felicior. Nam et Æthiops, ait Magnus ille, ad Domitianum scribens Metropolitanum Armeniæ, etsi balneum niger intrat, et niger egreditur, sed tamen nummos balneator accipit : ita pro exhausto labore, etsi Augiæ, hoc est Donati aut Parmeniani stabulum non purgavit, merito tamen pretio inter indigetes Divos donatur Milevitanus Antistes.

C

et spiritu magno,

sed exiguo fructu

3 Utinam Paulino placuisset, eloquiorum fontes indicare nobis : neque enim libros Optati esse putem unde talia hauserit, in quibus nullus uspiam locus occurrit ubi de se in singulari loquatur Auctor ; in prima quidem persona multa narrans, a Catholicis Episcopis acta fortiter vel tolerata longanimiter; sed pluraliter per pronomina Nos et Noster ; unde ut summum præsumere possis, ipsummet in talibus partem habuisse non minimam ; nihil tamen excerpere certo, nedum specialiter adscribendum ipsi.

multa verosimiliter ab iis passus:

4 Quod ad titulum Sanctitatis attinet, hunc ei adscribit S. Fulgentius Ruspensis in eadem Africa Episcopus, ducentis circiter post Optatum annis, libro 2 ad Monimum cap. 13, locum ejus de Virginitate allegans ex libro 6, Sanctumque Optatum Milevitanum appellans, æque ac S. Augustinum, aliosque. S. Augustinus, ætate propior, lib. 1 contra epistolam prædicti Parmeniani, pridem defuncti, cap. 3, non sine digno præconio eum nominat, allegans et summatim referens, quæ prolixe narrat; multisque persuadet documentis, venerabilis memoriæ Milevitanus Episcopus, Catholicæ communionis Optatus Libro autem 2 de Doctrina Christiana cap. 4, eumdem Augustinus adnumerat præclaris scriptoribus, Cypriano, Lactantio, Victorino, Hilario, qui multo auro et argento suffarcinati exierunt de Ægypto, id est, si qua forte vera et fidei nostræ accommoda dixerunt Philosophi gentiles, ab eis tamquam injustis possessoribus in usum nostrum vindicarunt. F

laudatus a SS. Augustino et Fulgentio:

5 Sed hæc uti minime probant, cultum aliquem ecclesiasticum Optato delatum a morte fuisse, Milevi aut alibi; ita parum prodesset quod Petrus de Natalibus lib. 1 Catalogi Caput ultimum libri 7 inscripserit, De S. Optato Episcopo, relatis quæ de Milevitano habet Hieronymus lib. de Scriptoribus. Etenim confundit illum cum Autissiodorensi ejus nominis Episcopo, qui seculo VI in Gallia floruit, et XXXI Augusti colitur, dum sic concludit; Qui et sanctitate vitæ non infimus, apud Autissiodorum in pace quievit, pridie kalendas Septembris : quod Hieronymus, per errorem allegatus, nusquam habet. Et cum viderent Romani Martyrologii sub Gregorio XIII recognitores amplificatoresque ; cum vellent Optatum Ecclesiæ universalis sacris Fastis adscribere, nullam sibi rationem habendam

Sanctorum Catalogo adscriptus a Petro de Natalibus,

sed confusus cum Autissiodorensi 31 Augusti,

A *habendam putaverunt diei a Petro assignatæ; sed uti in S. Cæcilio, S. Cypriani magistro, fecerant, eligentes ei diem* III *Junii hunc* IV *diem sic attribuerunt* S. Optato. Milevi in Numidia S. Optati Episcopi, doctrina et sanctitate conspicui. *Et hoc, usu Ecclesiæ jam receptum, satis nobis esse debet, ut sequamur exemplum, altiori judicio nondum improbatum.*

sed confusus cum Autissiodorensi 31 Augusti.

6 *Baronius, qui primus (ut alias dixi) doctrinæ et auctoritatis tenuit in opere isto, ac deinde idem Martyrologium Annotationibus suis illustravit, de tempore quo vixit Sanctus, ita disserit* : Claruit temporibus Valentis et Valentiniani Imperatorum, quando (ut testatur Hieronymus) adversus Parmenianum eruditos illos scripsit Commentarios. At cum in ejus libro 2 retexitur ab eo series Romanorum Pontificum; eaque perducitur usque ad Siricium Papam; necesse erit affirmare, eum usque ad Siricii tempora pervenisse, qui sedit temporibus Theodosii. Putavit autem, et jure quidem, Balduinus, ea verba, *Damaso Siricius*, non esse ejusdem auctoris, sed superaddita : quod quidem duplici ratione firmamus. Primo quidem quod S. Augustinus, cum de eo sæpius agit, non tanquam de homine sui temporis et æquali, sed ut de eo qui ipsum longe præcesserit meminisse videtur... Præterea ipse Optatus lib. 1 et iterum 3, ab indicta persecutione Diocletiani, usque B ad illud tempus quo illa scribebat, numerat annos sexaginta et (ut ait) quod excurrit. Cum autem D constet ex publicis edictis, persecutionem indictam esse anno Domini CCCII; satis liquet, primis temporibus Valentis et Valentiniani, juxta sententiam Hieronymi, Optatum ea scripsisse, nec ad tempora Siricii et Theodosii pervenisse; nisi illud, *Et quod excurrit*, præter morem, laxatis habenis, longius nimis quis sinat excurrere.

Non videtur is, qui sub Valente et Valentiniano scripsit,

usque ad Theodosii ætatem vixisse,

tum ex calculo suo,

AUCTORE D. P.

7 *Balduini sententiam, de interpolato istic textu* Optati, *admodum probabilem sibi semper visam, profitetur Labbeus in Dissertatione historica de scriptoribus. Garnerius in Marium Mercatorem, Chronologice disputans de scriptis ante mortem Augustini contra Pelagianam hæresim, anno* 418, *agensque de Sancti Doctoris epistola* 157 *ad* Optatum Episcopum, *negat hunc posse* Milevitanum *censeri; eo quod hic* obiit circiter annum CCCLXX, id est dimidio fere seculo ante istam epistolam, quæ cum scriberetur, Milevitanam Ecclesiam regebat Severus. *Certe, si diu post libros suos scriptos vixisset* Milevitanus Optatus, *non defuisset ipsi nova copiosiorque materia ad exagitandos Donatistas, per enormia quæ exinde designarunt facinora, et turbas in Africana ecclesia suscitatas, quas nunc debemus ex Augustino discere : nec potuisset dissimulasse eas si vixisset* Optatus, *exertum jam semel stylum non facile positurus quamdiu licuisset, ac* E *plura arma subministraturus Augustino, quam nunc appareat hunc ab illo sumpsisse.*

tum ex Augustino.

DE SANCTO ALONIO

ABBATE IN ÆGYPTO

D. P.

Ex Synaxario MS. et Apophthegmatis Patrum.

CIRCA AN. CCCC.

Observare jam pridem cœpi, et indies magis magisque persuadeor, nomina plerorumque Patrum Ægyptiorum, quorum dicta factaque celebrantur ab antiquis talium apud Græcos collectoribus, eorumdem quoque Græcorum Menæis ac Synaxariis haberi inscripta; ut qui præsumi debeant vitæ sanctæ congruam quoque mortem habuisse; atque adeo perpetua in cœlis gloria frui, et in terris utiliter honorari. Hoc autem facientes, videntur quoque ipsis C *sumpsisse diem qui commodior occurrebat, velut eorum natalem, quando certus aliunde definiri non poterat; addiderun tque nomini cujusque Distichon, post aliorum cujusque diei Sanctorum Elogia recitandum. Copiosius præ ceteris hoc in genere Synaxarium illud est, quod sæpe Chiffletianum appellamus, sæpe etiam Divionense, quia ipsum apud Petrum Franciscum Chiffletium nostrum reperimus Divione, ubi illud in nostri Collegii Bibliotheca etiamnum servatur. Ibi ad hunc* IV *Junii lego*, ὁ Ἅγιος Ἀλώνιος ἐν εἰρήνῃ τελευτᾷ. S. Alonius in pace obit : *et additur Distichon, cum allusione ad nomen sumptum* ἀπὸ τῆς ἅλωνος *sive* ἀλωνίας Area, *unde* ἀλωνίζω in area versor, ἀλωνίζομαι in aream deferor, *quod frugum manipulis ad trituram comportatis convenit; ipsique Sancto, ut in cœlestem aream cum Electorum manipulis devecto, aptatur. Eccum ipsum.*

Inter alios ex Apophthegmatis Patrum adscriptos Synaxariis,

numeratur Alonius hic, ut mortuus in pace.

Ψυχῶν Γεωργὸν Ἀλώνιος ἡδύνει,
Ψυχὰς ἀλωνίζειν κἂν θανὼν θημωνίαν.
Animas colentem, oblectat Alonius Deum,
Animæ ad acervum facere, quod moritur, putans.

2 *Ex dictis porro licitum mihi censeo huc applicare, quod inter Verba Seniorum, ab Anonymo Græco collecta et a Palladio Latine reddita, libello* XV, *num.* 36 *et* 39, *sic legitur :* Dixit *Abbas Pastor*, quia interrogavit Frater Abbatem Alonium, quid est contemptus? Et dixit Senex. Ut sis infra animalia irrationabilia, et scies quia illa non condemnantur. .... Iterum dixit, Quia sedentibus aliquando Senibus ad manducandum, stabat Alonius Abbas, et ministrabat eis; et videntes laudaverunt : ille autem nihil omnino respondit. Dixit ergo quidam secreto : Quare non respondisti Senibus laudantibus te? Et dixit Abbas Alonius : Quia si respondebam eis, inveniebar delectatus laudibus meis.

Cujus dicta ad Ab. Pastorem.

F 3 *Alium similium Apophthegmatum librum, ordine Alphabeti secundum nomina Patrum digestum, reperit in Regia et Colbertina Bibliotheca Joannes Baptista Cotelerius, atque inter Ecclesiæ Græcæ Monumenta tomo* I *vulgavit Græco-latine; in Annotatis observans, eum qui in Regio codice* Alonius, *in Colbertino* Alonam *scribi. Addo ego etiam* Alloim *aliis dictum fuisse : quæ enim sub nomine* Allois *habet prædicta Palladii interpretatio, libello* XI *num.* 5 *et* 6, *habent illi sub nominibus* Alonii *et* Alonæ; *eaque Cotelerius sic Latine reddit :* Dixit Abbas Alonius, alias Alonas; Nisi homo dixerit in corde suo; Ego solus et Deus sumus in mundo, requiem non obtinebit. Dixit iterum; Homo, si voluerit, a mane ad vesperam, ad mensuram divinam perveniet. *Tertium et a Palladio prætermissum, utrique isti dicto interponunt codices, a Cotelerio producti, hoc modo;* Dixit iterum, nisi totum destruxissem, non potuissem meipsum ædificare atque construere. *Addunt et quartum :* Interrogavit aliquando Abbas Agatho Abbatem Alonium, quomodo potero tenere linguam meam, ut non loquatur mendacia. *Huic autem interrogationi in codice Colbertino sic respondetur;* Sit mens tua semper timori Dei affixa et assidue memento mortis, et numquam mentieris.

Idem Alonas et Allois dictus,

Agathoni

4 *Nullam dicta hæc explicationem requirunt, cum eorum*

AUCTORE D. P. de necessitate non semper quod verum est dicendi:

A *eorum sensus facilis sit omnibus, exercitatos in spirituali profectu sensus habentibus; non item responsio altera, ultimo notatæ interrogationi subjuncta in Codice Regio, unde eam sic Cotelerius reddit :* Et ait illi, *Agathoni*, Abbas Alonius ; Nisi mentitus fueris, multa peccata commissurus es. Ille, Quo pacto? Respondit Senex : Ecce duo viri coram te homicidium perpetrarunt, alterque eorum confugit in cellam tuam. Adest Magistratus et quærit eum, ac te interrogat his verbis, Num in conspectu tuo cædes contigit? Nisi mentiaris, hominem tradis ad mortem. Præstat ut illum dimittas coram Deo absque vinculis ; cuncta enim novit Deus. *Non ita sibi faciendum censuit B. Ludwina virgo Schidamensis, de qua, in paris perplexitatis casu deprehensa, Vitæ ejus secunda num. 19 ad XIV Aprilis sic loquitur.*

aliter quidem quam S. Ludvina,

5 Dum famula Domini, *tot quot ibi narrantur morbis afflicta*, sub manu Domini tamquam pila rotaretur ; factum est ut duo viri in platea rixarentur; et post verba ventum esset ad verbera : unus autem eorum, altero vel infirmior vel vecordior, fugam sumens, domunculam, in qua Virgo jacebat, ut in ea salvaretur, ingressus est. Statimque apro furentior hostis fugitivum suum adversarium B subsequitur, et matrem Petronillam spumanti ore alloquitur dicens : Ubi est filius mortis iste ? Nonne ingressus est domum tuam? At illa, videns quod gladio extracto vir virum, quasi sanguinis sitibundus, insequeretur, continue, virum intrasse, tremula negavit. Ille autem, quasi furibundus ad camerulam filiæ currens, simili modo ut prius, an illic hostis ejus esset, quæsivit. Quæ respondit : Vir, quem quæris, ut reor, hic est. Mirum dictu ! tamquam cæcitate percussus, circumquaque respiciens, neminem vidit : sed in mansuetudinem mutatus ex Virginis responsione, discessit ; et vir qui quærebatur liber abiens, de salute gratias egit. Mater autem, humanum aliquid passa, cum filiam suam virum prodere putasset, et sic sua responsione perimendum timuisset ; objurgatoriis verbis cum alapa cœpit increpare crucifixam filiam, dicens : O vesana et impia, quid est, quod dixisti? cur prodis virum, impiissimi hostis gladium fugientem? Hoc autem dicebat pietate naturali victa mater, putans quod suo efficiaci mendacio obsequium gratissimum Domino præstitisset. Illa vero, cum patientia multa matris alapam suscipiens, ait : Fides mea talis fuit, o mater, quod potentius esset veritas animam viri salvare, qui confugerat ad me. C Ex quo verbo quievit mater, et salvatus est sanguis innoxius in illa die : etenim dextera Domini fecit virtutem, fortiorque fuit muliere veritas : quippe propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam, hoc mirum signorum in sponsa sua facere Dominus noster Jesus Christus dignatus est.

a qua indicatus quærenti fugitivus

videri ab occisuro non potuit,

6 *Sed ut sancta hæc Virgo, Deo ipsam specialiter confortante et dirigente, veritatem, adeo in specie* D *noxiam, occultandam verbis non putaverit, recteque fecisse divino fuerit miraculo comprobata ; an ideo improbanda sententia* Alonii, *quam postea etiam simili responso probasse dicitur S. Franciscus? Si offendit aliquem nomen* mendacii *quem autem non offendat absolute sumptum?) audiat, qua simplicitate istæ descripta dicat Cotelerianus Collector, in sua Præfatione, quod etiam ad alia multa notasse profuerit.* Scire oportet, *inquit*, Sanctos Patres, qui monasticæ vitæ sectatores fuerunt ac magistri, divino cœlestique amore semel inflammatos, cunctaque apud homines præclara ac pretiosa pro nihilo ducentes, ante omnia ut nihil ad ostentationem agerent contendisse ; sed latendo, et pleraque fortia facta præ exuperantia humilitatis occultando, iter a Deo præscriptum confecisse. Quapropter hanc eorum vitam accurate describere nemo potuit : sed qui multum ista in re susceperunt laboris, pauca quædam ab iis hominibus excellenter aut dicta aut facta litteris commendarunt.... narrantium in morem simplici ac incomposito sermone ; id quippe unum respiciebant, quam plurimis prodesse. *Sed et simplici ac incomposito sermone utebantur Sanctorum istorum plerique, utpote subtilioris litteraturæ expertes : et sic locutionem quamcumque, in obvio primoque verborum sensu veritati contrariam, tametsi aliter accipi posset atque etiam deberet,* mendacium *nominabant.* E

sed non ideo reprobanda sententia Alonii

simplicius locuti,

et ex vulgi usu mendacium nominantis.

7 *Atque hæc ex occasione dicta sunto. Ad* Alonium *redeo, cujus ætatem videor mihi posse definire, ex ætate duorum hic nominatorum* Agathonis *et* Pastoris, *Græco nomine* Pœmenis. *Paschasio* Pimenii. *Hunc, de quo pluribus cum Romano Martyrologio agemus XXVII Augusti, constat S. Arsenio notum fuisse, et Theodosii Junioris ætate vixisse. Nam in Apophthegmatis, per Rufinum interpretatis, num.* 19, dicit Beatus senior Pœmen Fratribus. Quoniam fuit quidam nuper Monachus in Constantinopoli temporibus Theodosii Imperatoris ; *idemque ex alio vertens Pelagius num.* 66 *ait* : Manebat quidam Monachus Ægyptius in suburbano Constantinopolitanæ civitatis ; et dum transiret Theodosius Junior Imperator per viam illam etc. *Obiit autem hic anno CCCCL, et ejus tempora vivendo transgressus est Pœmen, quamquam eum senem cognoverit S. Arsenius apud Rufinum, ubi supra num.* 40. Agathon *autem utrisque debet coætaneus fuisse, siquidem apud Pelagium libello* X *num.* 62, interrogavit Abbas Abram, qui erat Abbatis Agathonis discipulus, Abbatem Pastorem. *Ex his porro colligo,* S. Alonium, *de quo, tamquam Sene atque præmortuo, loquitur* Pastor; *et quem,* F *veluti junior, consulit* Agatho, *Theodosii senioris ætate floruisse, atque adeo ad seculi IV ac V confinia se protinere, ut eumdem Imperatorem, anno CCCXCV defunctum, potuerit moriendo etiam præcessisse.*

Videtur Sanctus

circa an 400 obiisse.

DE S. ALEXANDRO

EPISCOPO VERONENSI IN ITALIA

G. H.

Sylloge ex Augustino Valerio Episc. Veron.

Memoria in Fastis :

Verona, *illustris urbs Italiæ ad Athesim fluvium in ditione Veneta, quamplurimos suos enumerat Sanctos, et inter hos dignitate Episcopos sex et triginta : quorum omnino viginti tres hodierno Romano Martyrologio inscripti reperiuntur, postquam eosdem omnes, præter quatuor, Martyrologio suo inscripserat Galesinius; cum antea præter S. Zenonem, de quo XII Aprilis egimus, nemo eorum inveniretur Usuardi fastis adscriptus, quibus solis olim Romana Ecclesia utebatur. De horum pluribus sæpe jam egimus, hoc etiam mense Junio tres daturi. Unus ad hunc diem quartum sic inscriptus legitur :* Veronæ, S. Alexandri Episcopi. *In Martyrologio Galesinii additur,* et Confessoris. *Baronius in Notis*

A *Notis transmittit lectorem ad* Augustinum Valerium, ejus Ecclesiæ Episcopum et Cardinalem, in libello quem scripsit de ejus Sedis Episcopis. *Creatus est hic, Episcopus quidem anno* MDLXV, *Cardinalis vero* MDLXXXIII, *vita functus* MDCVI : *quæ notasse juverit, ut intelligas ejus auctoritate fieri potuisse, ut Ecclesia Veronensis præ aliis tanta prærogativa frueretur, numeroque tam insigni eorum quos Sanctos habebat Episcoporum universalis Ecclesiæ fastos augeret. Libellum porro istum edidit typis Venetis anno* MDLXXVI, *in quo, folio* 37 *de* S. Alexandro Episcopo Veronensi *habet hoc elogium.*

Encomium vita ex August. Valerio

2 Alexander, Episcopus Veronensis, in meditatione divinæ legis die noctuque versabatur. Laboravit vir sanctus in eo maxime, ut singulis momentis pro innumerabilibus beneficiis, quæ ipse ceterique omnes a Deo eorum auctore acciperent, gratias ageret. Studuit ut quotidie melior evaderet, et ut crescente ætate, pietatis atque Christianarum omnium virtutum cumulus in se cresceret. Ferunt crebro hoc verbum ab eo usurpari solitum : Non esse illum bonum æstimandum, qui se meliorem effici non studeret. Obiit pridie Nonas Junii : sepultus B est in crypta S. Stephani, ubi ejus in honorem, et S. Blasii ejusdem urbis Episcopi, altare est erectum. *Colitur S. Blasius die* XXII *hujus mensis Junii. Eadem elogia ediderunt Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, et Ughellus in Episcopis Veronensibus, qui eum statuit Episcopum* XXI, *quasi vixisset seculo Christi quarto ; et postea S. Simplicium Episcopum* XXXIV, *interpositis duodecim aliis, statuit floruisse circa annum* CCCCXC. *E contrario Ferrarius asserit, Alexandrum* ex hac vita mortali ad Deum demigravisse, pridie Nonas, circa annum salutis DCCLXXXVIII. *Prudentius Onuphrius Panvinius, lib. 4 Antiquitatum Veronensium cap. 7, refert* Episcopos Veronenses ex Kalendario incerti temporis et ordinis, *et secundum Alphabeticum numerum recenset, atque ita primus* Alexander, *dicitur* obiisse IV Junii, sepultus ad S. Stephanum.

ætas incerta.

3 *Supra laudatus Augustinus Valerius, nihil de* D *tempore Sedis asserit, at folio 4 ista scribit :* S. Alexandri Episcopi Veronensis corpus requiescit in Ecclesia S. Stephani : *et allegans* Lectionarium antiquum, ex membranis Ecclesiæ Cathedralis Veronæ scriptum anno Domini MCCCLXXIII, in vita seu Lectionibus S. Theodori Episcopi Veronensis ; *inde describit verba sequentia :* Est in civitate Veronæ ecclesia, in honore beati Protomartyris Stephani constituta, quam antiquitas asserit olim Ecclesiam Cathedralem fuisse : in qua etiam SS. Mauri, Alexandri, Simplicii, Felicis, ejusdem urbis Episcoporum.... corpora requiescunt. *Item* ex vetusta tabula in membranis, in sacrario ecclesiæ S. Stephani, *addit, inter* specialia corpora Sanctorum quæ ibi requiescunt, *esse* in Confessione ipsius Ecclesiæ corpus S. Alexandri, Episcopi Veronensis. *Præterea* in crypta seu confessione ejusdem Ecclesiæ S. Stephani, tam in mensa quam in stipite altaris, ipsi S. Alexandro erecti et dotati, *leguntur ista :* Hic sanctorum Episcoporum Veronensium Blasii et Alexandri corpora veneratur antiquitas. *Item* in palla ipsius altaris sunt duæ imagines Episcoporum, depictæ cum his litteris, S. Alexander Ep. Ver. S. Blasius Ep. Ver. *Denique* Franciscus Corna testatur, in Ecclesia S. Stephani jacere corpora S. Alexandri *et aliorum* Episcoporum Veronensium. *Et* in Constitutione Synodali *legitur* die IV Junii S. Alexander in S. Stephano. *Idem Augustinus Valerius subnectit* Indicem Reliquiarum, quæ in Ecclesiis Veronensibus asservantur, *et pag.* 87 *asserit, in* Ecclesia S. Stephani condita esse corpora SS. Alexandri, *et aliorum viginti* Episcoporum Veronensium : *quorum ibidem nomina exprimuntur. Plura non speramus facile invenienda : solum optaremus scire, ex quo fonte et auctore acceptum sit præclarum, quod supra retulimus,* Alexandri *dictum : nam cetera elogii istius verba vix quidquam continet, quod non possit cuivis Sancto Episcopo aptari.*

AUCTORE G. H. Corpus in ecclesia S. Stephani,

et in ejus Confessione

E

Imago in palla.

DE S. PETROCO ABBATE

IN CORNUBIA BRITANNIÆ PROVINCIA

C COMMENTARIUS PRÆVIUS. F

G. H.

Variæ Corporis Translationes et cultus.

S. C. VI

oppidum ab eo nominatum,

Gulielmus Cambdenus, in sua Britannia, primo describit *Danmonios, et apud eos* Cornubiam, *Anglis* Cornwalliam, *ejusque septemtrionale littus, ubi est, inquit,* Alan-fluvius, qui et Camb-Alan, *et* Camel, a tortuoso motu (hoc enim Cam illis denotat) qui placide in superum mare defluit, atque ad suum ostium Padstow emporiolum habet, contracte pro Petrockstow, ut in Sanctorum historiis legitur) a Petroco quodam Britannico in Sanctos relato, qui hic Deo vacavit : cum antea Lodere et Laffenac vocaretur. Situm vero ad negotiandum in Hibernia, in quam XXIV horis facile navigatur, habet percommodum. *Hæc Cambdenus. Willielmus Malmesburiensis lib. 2 de Gestis Pontificum Anglorum, agens* de Episcopis Crediensibus, Exoniensibus, Cornubiensibus, *sub finem ista scribit :* Cornubiensium sane Pontificum succiduum ordinem nec scio, nec expono, nisi quod apud S. Petrocum Confessorem fuerit Episcopatus Sedes. Locus est apud Aquilonares Britones supra mare, juxta flumen, quod dicitur Hegelmithe. *Hæc ibi.*

olim Sedis Episcopalis,

2 Nunc Alanum flumen vocari *asserit Michael Alfordus ad annum* DLXIV ; *additque,* veteri Corpus S. Petroci ex Padstow translatum, cum Sede Episcopali, ad Bodminiam, *sive* Bomine, *aut* Bosvenam. *Idem ad annum* DCCCCXXXVI *probat, ex quodam Catalogo,* ab Ethelstano Rege, dicto anno Ecclesiam Bodminiæ erectam, S. Petroco sacram ; *ibidemque* Sedem Episcoporum Cornubiensium positam : Dano *autem* provinciam turbante ad S. Germani oppidum, *in Hendredo Easto situm,* migravisse. *Agitur tom.* 2 *Monastici Anglicani* de Prioratu Bodminæ, *et* Prioratu S. Germani in agro Cornubiensi *pag.* 5. *At* S. Petroci corpus [*uti Usserius scribit in Antiquitatibus Britannicis pag.* 1014] Bodminiæ olim conditum fuit : quod inde furto sublatum ad S. Mevennii in Armorica Britannia monasterium translatum, et Henrici II Anglorum mandato restitutum fuit. *Cujus rei historiam Rogerus Hovedenus, ad annum* MCLXXVII, *ita narrat :* Martinus, Canonicus Regularis Ecclesiæ de Bomine, furtive asportavit corpus S. Petroci, et fugiens secum detulit in Britanniam ad Abbatiam S.

Corpus Bodminiæ

seculo 12 translatum in Armoricam,

A S. Mevenni. Quo comperto, Rogerus Prior Ecclesiæ de Bomine, cum saniore parte Capituli sui, adiit Regem Angliæ patrem, et adversus eum effecit, quod præcipiendo mandavit Abbati et conventui S. Mevenni, ut sine dilatione redderent corpus B. Petroci Rugero Priori de Bomine; et nisi fecerint, præcepit Rex Rollando de Dinant, justiciario Britanniæ, ut corpus illud sanctum vi tolleret, et prædicto Priori de Bomine traderet. Quo audito Abbas et Conventus S. Mevenni, Ecclesiæ suæ præcaventes indemnitati, et non audentes Regiæ resistere voluntati, corpus illud reddiderunt sine aliqua diminutione Rogero Priori de Bomine; jurantes super sancta Evangelia et super Sanctorum Reliquias, quod ipsum idem corpus, et non alternatum, cum omni integritate reddiderunt. *Hæc Hovedenus. Est Abbatia S. Mevenni in diœcesi Macloviensi, et Mevennus Abbas colitur* XXI *Junii.*

et relatum :

3 *Andreas Saussayus, propter hanc in Armoricam translationem, suo* Petrocum *inscripsit Martyrologio Gallicano, hisce verbis :* In Britannia S. Petroci Confessoris et Anachoretæ : qui natione Cumber, regio progenitus sanguine, Christi amore Principatum

Memoria in Fastis.

B suæ gentis aspernatus, variaque in loca devotionis ergo peregrinatus, post multa ubique patrata miracula, inter quæ e silice fontem refertur excitasse, in Occiduam transiens Britanniam, eremiticam vitam coluit. Dehinc nitidæ vitæ aggregatis alumnis, quos in Dei lege et famulatu tam factis docuit quam exemplis, meritis repletus, profectus est ad Dominum. *Hæc ille. Fuimus nos anno* MDCLXII *in Gemmeticensi Normanniæ monasterio, ibique reperimus Missale Anglicanum, dono olim acceptum a Roberto ejus quondam Abbate, tunc Episcopo Londinensi, dein Archiepiscopo Cantuariensi. Quod Missale ex Tabula Paschali collegimus fuisse exaratum circa annum Christi millesimum. In eo ad hunc* IV *Junii recolitur memoria* S. Petroci Confessoris. *Quibus etiam verbis refertur in antiquo MS. Kalendario ante Computum Bedæ præfixo. Grevenus sive Carthusiani Colonienses in Auctario Usuardi, annis* 1515 *et* 1521 *excuso, inseruerunt memoriam* Petrocii Abbatis et Confessoris : *et ita etiam scribitur in Kalendario, ante vetus Breviarium Ecclesiæ Macloviensis in Armoricis. Longiore cum elogio refertur in Martyrologio Anglicano Wilsoni, eoque citato in Catalogo generali Ferrarii, ubi perperam* Patroclus *appellatur. Ita etiam mendose in MS. Martyrologio Bruxellensi indicatur* Translatio S. Pe-

C etoci Confessoris : *quæ de S. Petroco arbitramur accipienda.*

4 *Vitam aliquam* S. Petroci *descripsimus ex MS. codice cœnobii Canonicorum Regularium Rubeæ-vallis prope Bruxellas, quam eamdem edidit Joannes Capgravius in Legenda Sanctorum Angliæ, cujus auctorem Usserius et alii faciunt Joannem Tinmouthensem, et hunc Pitseus asserit claruisse circa annum* MCCCLXVI, *id est ultra septingentos post mortem* S. Petroci *annos, ut videatur plurima ex vulgi traditione, in re tam antiqua, parum certa collegisse. Desideramus ergo, ut lector accipiat ista in variis tamquam suspectæ fidei. Interim etiam veneratio et sanctitas vitæ ex iis probatur. De ætate nihil certi haberi potest. Videtur ad citerius seculo Christi sexto. Harpsfeldius cap. 27 in sex primis seculis, ait ipsum claruisse circa annum* DLX, *citius aliquanto obiisse arbitratur Alfordus.*

Vita suspectæ fidei :

tempus vitæ.

5 S. Piranus, *qui dicitur coli in* Padstow (*quod aliqui* Petrock-stow *interpretantur*) *inter Prætermissos relatus* II *Maji, necdum nobis innotuit ex ullo antiquiori scriptore; sed neque in Cambdeno, qui allegatur, vel* Piranum *vel* Padstow *invenimus nominari. Petimus ergo locum Cambdeni indicari distinctius, et si quid ultra facere potest ad cultum, vel hoc, vel isto, vel alio quocumque die probandum.*

D

VITA SUSPECTA

Auctore Joanne Tinmouthensi.

Ex MS. et Capgravio.

Beatus Petrocus, natione *a* Cumber, ex regali ortus prosapia, ita vixit a puero, ut sequax fidei, et operum Apostolorum Principis imitator, quodam quasi præsagio, ex proprii nominis assignatione percepta divinitus, se etiam petram esse contenderet, in qua suam Ecclesiam ipsa Veritas superædificare promiserat : cui talem Deus contulerat gratiam, ut in omnium oculis beneplacitus et acceptus appareret. Erat enim modestus, humilis, dator hilaris; continua caritate fervens, ad omnia religionis opera promptus. Mortuo autem Rege patre suo, Optimates quoque, consona populi acclamatione, Regem hereditario jure ipsum constituere nitebantur. Ille vero, neglecta regali pompa, assumptis secum sexaginta sociis, monasterium intrans, habitum religionis suscepit. Lapsis post hæc aliquot annis, in Hiberniam proficiscens, litterarum disciplinis et sacræ Scripturæ *b* viginti annis se mancipavit. Repatriare tandem cogitans, in maris littore ratem, quam dudum ibidem nullo præter Deum custode reliquerat, nulla compage soluta, integram invenit. Expansis autem velis naveque vento commissa, prospere Britanniam applicuit.

a Regia ortus prosapia,

relicto regno fit Monachus ;

E

b in Hibernia studet :

2 Egressis de nave discipulis, messores illic operantes amare eis locuti sunt; insuper et importune petunt : quatenus ad restinguendam sitim suam fontem eis dulcis aquæ de scopulo eliceret famulus Dei : sive ut irriderent advenam, sive ut ejus sanctitatem experimento tali cognoscerent. Ille vero, qui petentibus dare rogata consueverat, Dei exorata clementia, saxum percussit baculo : et mox inde fons aquæ dulcis et lucidus scaturire incepit, et usque in hodiernum diem manare non desinit. Mirabantur his visis barbari, Christianæ religionis penitus ignari. Et quærente servo Dei, si quis Christianæ religionis cultor in illa esset Provincia, Sanctum quemdam ei monstrarunt *c* Sampsonem; narrationem facientes de solitaria vita ejus et parsimonia, vigiliis, labore, et precibus, et quomodo panis tantum hordeacei parce vesceretur edulio. Hæc audiens servus Dei, cum Sampsonem esset intuitus, ad Deum preces fudit, ne a loco illo abscederet, quousque colloquium ejus habere mereretur. Desiderium statim animæ ejus tribuit ei Dominus, voto ejus adjiciens, quod orare non præsumpsit. Nam statim Sampson ita membris diriguit, ut instrumentum, quo terram evertere solebat, manu movere non posset, orationis hominis Dei vinculo vinctus : et accedente Petroco, in ejus salutatione, Sampson saxeo illo rigore, solvitur : et dato invicem pacis osculo, gratias et laudes Deo dederunt.

fontem e saxo elicit

c

F

Sampsonem rigore membrorum liberat :

3 Petrocus autem in loco ibi propinquo cum *d* suis sociis mansionem fecit : per triginta annos ita innocentem ibi vitam egit, ut nemini faceret, quod sibi fieri nollet. Carnem ita jejuniis et vigiliis afflixit et algore, ut ad reprimendos motus illicitos voluptatis, a galli cantu usque diluculum, in torrentis medio *e* pernoctaret. Ita gulam edomabat, ut non solum deliciosos apparatus non quæreret; verum etiam solo panis edulio gauderet. Diebus Dominicis, pro reverentia resurrectionis Dominicæ, aliquod pulmentum sobrie gustabat; quo depulsa esurie, nervorum ariditas a Domini militia illum debilitatum non redderet.

d annis 30 degit in magna mortificatione :

e

4 Decursis igitur triginta annis *f* Romam peregre

f

A gre *g* profecturus cum in Cornubiam regressus fuisset, concitato ventorum turbine facta est pluvia magna valde: et cum ob hoc conquesti essent discipuli sui, compescuit murmur eorum vir Dei, pollicens in crastinum aeris serenitatem, ut iter prosperandum fore. Et cum in crastino non cessasset pluvia, vir Dei cœpit mœstus fieri; seque ipsum præsumptionis arguere, qui aliter esset pollicitus, quam Deus providerat. Sedata tandem tempestate, die tertia palam se Romam profecturum confitetur, eo quod lingua temerarius extiterat, et adversus Dei dispositionem falso prophetaverat. Quo cum pervenisset et loca sancta visitasset, Hierusalem usque proficiscitur. Cumque ad sepulcrum Domini pias preces et lacrymas fudisset; versus Indiam iter maturare cœpit: et per plurima tandem latronum fluminumque pericula, Orientalem usque perveniens Oceanum, multa confectus lassitudine, solus dormivit in littore *h*. Evigilans autem a somno, vidit vas per mare ad se advectum, intro lucidum, unius solummodo capax hominis. Et intuens vas, confidenter in illud ingressus est: et solo maris impetu sine remo transvectus et remige, Insulæ cuidam lætus applicuit, ubi septem annis contemplati- B vam egit vitam, uno tantum pisce pastus, horis interim opportunis divinitus apposito. Peracto autem septennii spatio, Angelus Domini in somnis ei astitit dicens: Age jam, serve Dei Petroce, proficiscere te jubet Dominus, cujus nutu piscis ille, quo te septem annis pavit; totus restat integer; et vas quo advectus fueras recessuro præsto est. Ubi vero mare transieris cum baculo, quem cum melote reliqueras, assistentem lupum reperies, quem tibi Dominus collegam; me præparavit prævium, donec notas in partes pervenias.

g peregrinatur Romam,

et Hierosolymam;

h

in insula Oceani Orientalis degit

5 Omnibus ut ab Angelo dictum fuerat repertis, in occidentalem Britanniam pervenit. Regnabat eo tempore Tendurus, vir atrox et feris moribus, qui ad forum pœnam et reorum supplicia, effera tyrannide, serpentes et omne genus vermium nocentium congregari in lacu fecerat. Quo mortuo, cum filius qui ei successit hoc tormenti genus inhiberet, hujusmodi famelici serpentes insurgentes, alterutrum sese crebris congressibus dente livido attriverunt; ut de tanto numero solum unus remaneret, horrendus, enormi corpore, et rictu venenoso pecudes hominesque sævis faucibus laniaret. Et accedens illuc vir Dei, et flexis coram omnibus ad orationem genibus, mortuum quemdam resuscitavit; C et monstrum illud, ex tunc nemini nociturum, jussit in solitudines transmarinas secedere. Et assumptis secum duodecim sociis in solitudine arida manere cœpit, et terram baculo percutiens lucidum fontem, jugiter manantem, de humo produxit. Quadam die vidit cervum ad se fugientem, quem Constantini cujusdam divitis servi venatores cum canibus sequebantur. Hunc sanctus pietatis affectu conservavit illæsum; et venatores, cervum sub tutamine Sancti tangere verentes, rem Domino per ordinem retulerunt. Qui indignatus, et acri ira permotus, cum Dei servum gladio ferire niteretur; subito stupore totis membris diriguit, quousque humiliatum interventu militum, piis Sancti precibus persolvit: et sibi et viginti militibus suis fidem Christi docens, ex tyrannis mites et ex Paganis reddidit Christianos.

Reversus in Britanniam,

mortuum resuscitat,

fontem elicit,

multos ad fidem convertit.

6 Epulante servo Dei, vas aquæ sibi appositum casu cecidit, et liquore effuso signum Crucis edidit, et vas integrum aqua plenum recepit: qua gustata et Fratribus porrecta, liquoris dulcedinem potantes mirantur. Aliquando cum orationi sub dio vacaret et circumquaque abundanter plueret, ne una quidem pluviæ gutta virum Dei tetigit. Quodam die B. Petroco cum quodam sancto Episcopo sermocinante D ecce miri decoris palla inter eos de cœlo descendit: quam, cum honore prævenientes invicem, alterutrum porrigerent; causasque pia contentione uterque exponeret, quare magis alterius esse diceret; statim ipsis intuentibus assumpta est in æthera, et repente ambobus inde duæ emissæ descendere videntur. Quidam Tribunus patriæ gravissimo dolore torquebatur; cui soporato Beatus Petrocus apparuit, jubens, ut reos quos tenebat absolveret, et sanitatem reciperet: quibus solutis pristinæ sanitati redditur. Mulier quædam annis plurimis fluxum perpessa sanguinis, sancti viri veste clanculo tacta, sanitatem fidei merito perfectam recepit. Draco quidam magnus, secus ejus cellam convolans in eremo, ligno dextrum confixus oculum, deposita nocendi sævitia, ad locum festinavit ubi Sanctus vacabat orationi: et inclinato capite jacuit tribus diebus, Sancti patrocinium expectans. Qui B. Petroci jussu suffusus aspergine, facta latice permixto pavimenti pulvere, statim vi medicaminis exempto ligno ab ejus oculo, sanus ad solitum regressus est volutabrum. Mulier quædam, serpentem parvulum cum aqua bibens, cum nihil in ea medici proficerent, ad sanctum virum adducta est; qui facta mix- E tura terræ ac laticis, mulieri potum dedit. Qua hausta, serpentem jam tripedalem evomens; sed mortuum, ipsa hora recepta sanitate, gratias egit Deo.

Varia miracula patrat

ex ms.

7 Convocatis tandem discipulis, de vera religione cœpit eos diligenter instruere; ut qui seculi negotia reliquerant, seductorias voluptates respuerent, furorem reprimerent, fugerent mendacia, invidiam execrarentur; nec solum non detraherent, sed nec male de proximo suspicarentur: exuperarent superbiam, darent locum virtutibus, ut corda sua munda Deo præpararent habitacula et templum Spiritus sancti esse mererentur. Cumque hæc et multa discipulis documenta dedisset, plenus omni sanctitate et miraculis, cœlos penetrare meruit, pridie Nonas Junii.

post data discipulis monita

moritur 4 Junii

ANNOTATA. G. H.

a Cumber natione, *quod idem est ac* Camber natione, *aliquibus cognomento* Corinius, *id est Cornubiensis. Potuit hæc provincia ut Cambriæ proxima huic annuntiata fuisse. Saussayo*, Cimber, *perperam dicitur*. F

b *In MS. Rubeæ-Vallis deerat tempus hoc* 20 annorum. *Verum Lelandus, apud Baleum centuria* 1 *cap.* 60, *et apud Usserium pag.* 563, *ista ita narrat.* Ibi, *in Hibernia*, studiorum insolito conflagrans amore; præceptores eximie doctos excoluit. Nec manum prius de tabula sustulit quam totos viginti annos in lectione bonorum operum exegisset. Quæsitus hac laboriosa scientiæ thesaurus cura, tandem est inventus: qui jam, ne deliteret inventor, Hibernicas gazas in Coriniam seu Cornubiam transtulit, et videndas, omnibus exhibuit.

c *Alfordus ad an.* 505 *num.* 3 *asserit* hunc esse Sampsonem illum, qui Meneviæ primum, deinde in Dolensi urbe sedit Episcopus: *quod ad diem ejus natalem* XXVIII *Julii poterit examinari.*

d *Inter socios Lelandus numerat* discipulos, Credanum, Medanum, et Dachanum, viros doctrina et vitæ sanctitate illustres.

e *Ita scilicet edoctus in Hibernia, ubi S. Patricii exemplo, talem orandi modum tenuisse invenies plerosque, singulari vitæ rigore conspicuos.*

f *Cum scilicet jam esset septuagenario major: siquidem viginti annis minor concipi non debet, quando in*

A f in Hiberniam venit, post annos aliquot in monastica exercitatione traductos.

g MS. et Capgravius profectus : sed correctionem probat quod sequitur, ne Romam bis profectus dicatur.

h Usserius sequentia summatim attingens adjungit: D Si Joannis Tinmuthensis narrationibus fides hic sit adhibenda.

DE S. JOANNE MARTYRE

HEGUMENO MENAGRIENSI APUD GRÆCOS

D. P.

Ex MS. Græco Synaxario.

Cultus apud Græcos.

Multi fuerunt illustres Hegumeni, sive Abbates aut Præpositi variorum monasteriorum, sub Imperatoribus Iconoclastis, Leone Isaurico, Constantino Copronymo; et posteris, qui fidem orthodoxam, etiam martyrium passi, propugnarunt. Eorum aliquem arbitramur hunc S. Joannem, *relatum in MS. Synaxario Græco, quod nos in Collegio Divionensi apud Petrum Franciscum Chiffletium reperimus. Sed ubi monasterium Menagriense extiterit, non possumus assequi, forsan edocendi ab aliis, ubi quæ habemus protulerimus. Ista ergo in dictis Menæis ad* B *hunc* IV *Junii invenimus.*

2 Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ὅσιος ἡγούμενος Ἰωάννης τῆς μονῆς Μεναγρίας, σακκοδεθεὶς καὶ ἐν θαλάσσῃ ῥιφεὶς τελειοῦται. Eadem die, *quarta Junii*, sanctus Hegumenus Joannes monasterii Menagriensis, in saccum immissus, et in mare projectus, martyrium consummavit. *Deinde illud Distichon adjungitur.*

Κἂν σάκκος εἶχε, κἂν βυθὸς κρύψῃ τόπος,
Τὸν Ἰωάννην οὐρανοῦ λάβε τόπος.
Ut saccus occulat, ut maris teneat sinus;
Tamen Joannem cœlica excepit quies.

Hactenus Henschenius.

conjectura de monasterio Magni-agri,

3 *Illustravi ego, inter prima hujus studii rudimenta, ad diem* XI *Martii, Vitam S. Theophanis, ex Ægeopelagitarum Præfecto illustris Monachi; qui cum, in Sigriana prope Cyzicum,* Agri *monasterium condidisset (quod ad differentiam alterius minoris* Parviagri *nomine dici soliti,* Μεγαλάγρου *deinde dictum fuit) tempore Leonis Armeni propter Imaginum sacrarum defensum cultum, exul obiit, sub annum* DCCCXX. *Quid autem si vulgus, brevitatis amans,* Μεγάγρου *dixerit, et* μονὴν μεγαγρίας? *quod vel Synaxarii scriptor Græcus comperit, mutato* γ *in* ν *(ut sunt vicinissimæ hæ in MSS. codicibus litteræ) vel ego ipse festinato trans-* E *scribens quæ usui nobis futuro videbantur, oculo calamove exerrante alteraverim? Hoc dato, opinari possemus,* Joannem *Theophani, discipulum magistro, in eadem Præfectura successisse, et mortem illam passum simili ex causa; atque vel sub eodem Imperatore vel sub Theophilo iconoclasticæ impietatis zelatore summo, qui novem annis a Leonis morte Imperium suscepit, et ad annum usque* DCCCXLII *tenuit.*

DE S. SATURNINA VIRG. MART.

D. P.

IN ATREBATENSI BELGII DIOECESI

Cultus et titulus Martyrii.

Post plures hujus nominis

Inter gloriosas feminas martyrio coronatas, sub initium hujus mensis Junii plures retulimus, Saturninæ *nomine celebres. Ipsis Kalendis duæ occurrerunt, Thessalonicæ in Macedonia passæ;* C *quatuor sequenti die celebrantur, Romæ palmam martyrii consecutæ : et modo hoc* IV *die Junii, inter Martyres Neviduno Galliæ Belgicæ, aut potius Pannoniæ urbi, adscriptos, est etiam una : cujus occasione factum existimo, ut alteri ejusdem nominis, Virgini et Martyri, in ejusdem Galliæ Belgicæ agro ac diœcesi Atrebatensi (eo quod proprius dies ignoraretur) attributus hic sit. Virginem ac Martyrem, nullo die indicato, laudat Baldericus in Chronico Cameracensi atque Atrebatensi, seculo* XII *scribens, verbis mox referendis, vitæque et Martyrii synopsim proponens lib 2 cap.* 12. *Baldericum in pauciora verba contraxit Molanus; tenens Indiculum Sanctorum Belgii, excusum anno* MDLXXXIII, *et, cujus Natalem ignoro, inquit : deinde addit.* In Atrebatensis Kalendarii Breviario legitur, quarto Junii Saturninæ Virginis non Martyris memoria, quod

colitur hæc Atrebati ut Virgo tantum

putarem de hac intelligendum, nisi adderetur, non Martyris. *Sed Georgius Colvenerius, Doctor Duacensis, in Notis ad Baldericum anno* MDCXVII *excusis,* id male addi, *scribit, ex dato sibi responso, a D. Gaugerico Boucquel Archidiacono Atrebatensi, post etiam Decano. Ego hanc ejus sententiam nullo alio nisi fundamento censeo, quam quod alia* Saturninæ *nota Atrebatibus nulla sit, præter eam de qua Baldericus agit, veluti capite truncata a lascivo proco, quodque ejusmodi soleant ut* Martyres *coli, quales revera sunt. Hac tamen ratione non obstante, perrexerunt Atrebatenses* F Saturninam *suam colere ut* Virginem *dumtaxat; etiam in Officiis propriis, impressis anno* MDCXXXII, *præscribentes die* IV Junii S. Saturninæ Virginis *Officium simplex, de Communi Virginis unius, cum Oratione* Exaudi, *et Lectione* III *ex Sermone S. Ambrosii,* Quoniam hodie natalis est Virginis.

Romano tamen Martyrologio Martyr dicitur,

2 *Proinde satis mirum est, quod Baronius alium Auctorem nullum (quantum scire possumus) præ oculis habens quam Molanum, ita, ut vidimus, hæsitantem, nec audentem definire quod ipsi, quam ut non* Martyrem *inveniebat* IV Junii *notatam, esset laudata apud Baldricum* Saturnina; *Mirum est, inquam, quod Baronius hodierno Martyrologio, tam asseveranter inscribi permiserit ad hunc diem.* Atrebati S. Saturninæ Virginis et Martyris: *magis autem mirum, quod in Notis addiderit* de ea *agere* vetera Manuscripta, ex quibus recentiores accepere. *Omnes et omnia, quibus ad istiusmodi Notas usus Baronius est, ac majori etiam copia, apud nos sunt; nec tamen alibi quam in dicto Indiculo et Balderico invenitur Atrebatensis* Saturnina, *nec alio modo; quamquam nec Baldericum*

Baronius

A *Baronius legerit, haud alioqui omissurus eum nominare. Retinemus tamen titulum* Martyris, *si non ut usurpatum ab antiquis, tamen ut ex more Romanæ Ecclesiæ congruum morti, propter virginitatis servandæ constantiam illatæ: atque in hoc antecessorem post Baronium habemus Arnoldum Rayssium, qui in Hierogazophylacio Belgico pag.* 467. Sanctis, *inquit*, in Artesia, inter Cameracum et Atrebatum, visuntur duo brachii ossa S. Saturninæ Virginis et Martyris. *Gulielmus Gazetus Canonicus Ariensis et Pastor Atrebatensis ad S. Magdalenam, in Historia Ecclesiastica Belgii pag.* 170, *texens Catalogum Sanctorum diœcesis Atrebatensis, solum asserit:* Sanctis, prope Marquionem videri in ecclesia sepulcrum S. Saturninæ, eamque adiri et visitari magna cum devotione a circumvicinis populis, ob beneficia quæ ibidem obtinentur meritis hujus Sanctæ. *Sed audiamus ipsum Baldericum, præcitato loco sic describentem Acta Martyrii.*

et dici potest

3 Haud procul inde (*scilicet* Barala, *de qua egerat Capite præcedenti*) apud Sanctos, id loco vocabulum, puellarum basilica, ubi S. Saturnina quiescit, traditur extitisse. Porro hæc Virgo de Germania præclaris natalibus orta, a pueritia suam virginitatem Domino vovit: quam cum parentes juxta ritum secularem maritare disponerent; integritatem pudoris cœlesti Sponso servare malens, viriles thalamos procul abhorruit. Videns autem, quia aut voluntati parentum non posset resistere, aut protervi sponsi appetitum evadere, a paternis ædibus latenter egressa, fugam iniit, et ad hanc viciniam usque perveniens, juxta prædictum vicum cursum vitæ martyrio consummavit. Nam vir ille, cui a parentibus pacta erat, palantem usque ad ipsum locum persecutus est. Quem cum post tergum Virgo venerabilis eminus prospexisset, tota intremuit, et quomodo se morsibus infestantis bestiæ eximeret, nescit. Quid enim faceret? Mox ut erat animal simplex, pastoribus, qui ibi gregem pascebant, abscondenda se interserit, taliterque quærentem latere æstimavit. Quod tamen juvenis aucupatus, ut lupus esuriens super innocentem oviculam irruit, evaginatoque gladio decollavit. Quæ mox, ut antiquitas relatorum audet asserere, proprium caput manibus sumpsit, populoque spectante usque in ecclesiam, quæ in ipsa villa in honore S. Remigii aderat, deportavit. Ad cujus ergo venerationem, a fidelibus Christianis facto monasterio, puellaris congregatio delegatur: sed prædictis causis intercipientibus, ad unius Presbyteri obsequium redigitur. Est autem antiqua relatio, quod longa post tempora Saxones, incertum qua causa, ad hanc viciniam devenerunt; et per ipsum vicum transeuntes, audita quidem sacra opinione, partem corporis sacræ Virginis asportaverunt.

utpote ob virginitatis propositum

B

a proco suo decollata.

Ad ejus corpus olim erectum monasterium

C

D

AUCTORE D. P.

4 *Hæc Baldericus, et ex eo Aubertus Miræus in Fastis Belgicis et Burgundicis ad hunc IV Junii: quod autem Baldericus satis formidolose ac dubie, propter antiquitatem relatorum, addit eam proprium caput manibus sustulisse, tam Miræus quam Colvenerius in suis Notis conantur pluribus exemplis confirmare: sed eorum pleraque, ut sæpius indicavimus, suspecta nobis sunt, ne in eam de talibus opinionem venerint homines nimium simplices, eo quod capite minuti Martyres, sæpe a pictoribus, sæpius a Statuariis (in Gallia præsertim, ubi abundant exempla) soliti fuerint repræsentari, tenentes ante pectus præcisum caput, uti pingi solent S. Agatha cum mamillis, S. Apollonia cum dentibus. Non tamen diffitemur potuisse contingere, et contigerit etiam, ut aliqui sua capita assumpserint et transportarint. Idem Colvenerius* Barale, *inquit*, et Sainct vel Sains, duo sunt pagi territorii Oisiacensis, sibi invicem vicini juxta Marquión, medio fere itinere inter Cameracum et Atrebatum. Illius ecclesia parochialis dicata est S. Georgio Martyri, sub Patronatu Abbatis Aquiscinctini. Hujus vero, S. Saturninæ Virgini et Martyri, sub Patronatu Capituli Metropolitani B. Mariæ Cameracensis. In neutro autem pago hodie superest alicujus monasterii vestigium, aut certe non nisi tenuissimum.

Quod caput manibus sustulisse dicitur incertum est:

E

5 *Quod ad Saxones sive Westphalos Saxoniæ inferioris populum attinet, venerantur illi* S. Saturninam, XX *Maji (ut credunt) passam: quam non ex Artesia, sed Roma allatam ibi diximus: videri autem sola nominis identitate persuasos, tam illos quam Atrebates, ejusdem Sanctæ utraque ossa credidisse. Hac certe sola ratione inductus etiam Antonius Pauli Masini, in Bononia perlustrata ad hunc diem, alterius meminit* Saturninæ, *ut Virginis ac Martyris, cujus ossa quædam apud Bononienses sunt, in basilica S. Stephani, et in ecclesia omnium Sanctorum: quam autem notabilia ea sint non indicans, fecit nos credere, per similia jam aliis notitiæ exempla, etiam aliud in memoria esse neque cultum peculiarem obtinere. Tempus martyrii nullum exprimit Baldericus: sed quæ ex Germania advenerit, credi potest haud multo senior fuisse ætate S. Bonifacii, Moguntinensis Episcopi, de quo, sub annum DCCLV martyrium passo, agemus die sequenti.*

magis etiam an sit ea quæ colitur in Saxonia 20 Maji.

F

DE S. SOPHIA SENATRICE,

POST SANCTIMONIALI IN THRACIA.

Ex Divionensi Synaxario MS.

D. P.

Æno oriunda,

Q*ua Hebri inter et Absyrthi fluminum ostia angusto limite Thracia tellus procurrit in Ægæum, Ænus jacet civitas, vulgariter* Eno, *in provincia Rhodopes, Trajanopolitano Metropolitæ subjecta, cujus Episcopus* Macarius *Concilio Chalcedonensi subscripsisse legitur anno* CDLI. *Abest autem a Trajanopoli et Cypsella seu Constantiniana-nova versus Boream, pari fere intervallo milliarium circiter* XXIV; *a Lemno vero seu Stalimene insula, quam directe prospicit ad Orientem,* P. M. LX *circiter. Hanc civitatem, quæ juncto sibi sinui non etiam facere hodie dicitur, natalibus suis et, si non etiam obitu, illustravit* S. Sophia, *matrona Senatoria, incertum quo tempore: neque enim id explicat vitæ Synopsis, post elogium S. Metrophanis Patriarchæ* CP. *in Synaxario Divionensi feliciter conservata, cujus alioqui neque cultum neque nomen sciremus. Ea Synopsis ita describitur, quantum quidem verba ac sensum assequi potui, divulsis aqua, quæ allapso humore confluxerant, Codicis litteris foliis, sicut in Martio dixisse justus meminit, pauca quæ omnino me fugerunt verba signatis punctis.... suppleturus, et lectoris conjecturæ permissurus.*

2 Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, id est, δ'. Μνήμη τῆς ὁσίας Σοφίας, Συγκλητικῆς καὶ ὁσίως βιωσάσης. Eadem die,

scilicet

A *scilicet quarta.* Memoria S. Sophiæ, Senatricis ac sancte viventis.

AUCTORE D. P. *laudatur in MS. Divion*

Αὕτη μὲν ὥρμητο ἐκ πόλεως Αἴνου, θυγάτηρ γονέων εὐσεβῶν καὶ κατὰ γένος περιδόξων· συνῴκει δὲ ἀνδρί τινι αὐτόθι, καὶ γέγονε μήτηρ παίδων ἕξ. Μέσον δὲ τῶν βιωτικῶν θορύβων οὖσα, ἔδειξεν ἐξ ἔργων ὡς οὐδέν τι προσίσταται πάντα θελομένῳ, καὶ ἐν τοῖς τοῦ βίου περισπασμοῖς καὶ συγχύσεσι, διὰ τῆς τῶν θεοφιλῶν πράξεων ἐργασίας τῷ Θεῷ εὐαρεστῆσαι. Οὐκ ἀφίστατο γὰρ τῶν ἐκκλησιῶν· ἀλλὰ καὶ οἴκοι διανυκτερεύουσα, προσηύχετο...... Καὶ θανάτῳ τοὺς παῖδας ἀποβαλλομένη, ὀρφανῶν μήτηρ ἐγέγονε καὶ χηρῶν ἀντίληψις οὐ μικρά, καὶ τοῖς πενομένοις ἀναγκαιότερα τῶν προσόντων αὐτῇ διανέμουσα. Ἡ δίαιτα ταύτης ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς ἦν, καὶ τὸ ποτὸν ὕδωρ· τὸ δάκρυον μηδέποτε λεῖπον ἐν ὀφθαλμοῖς, ἡ ψαλμῳδία καὶ ἡ προσευχὴ καὶ ἡ εὐχαριστία ἀκατάπαυστος ἐν στόματι· οὐκ ἐκοπίασεν εὐχομένη· ἡ ταπείνωσις πρὸς τοὺς ἐρχομένους ἄμετρος, καὶ πρὸς τοὺς καθ᾽ ἑκάστην προσερχομένους ἐπιδείξεις ἐλεημοσύνης ἱλαρὰ καὶ φιλότιμος καὶ σχεδὸν ὑπὲρ δύναμιν, κρεῖσσον λογιζομένη ἑαυτὴν στερεῖσθαι ἢ τὸν πτωχὸν κενὸν ἀποστεῖλαι, καὶ ἔχαιρε μᾶλλον διδοῦσα ἢ λαμβάνουσα. Ἀπὸ γὰρ ἀγγείου, ἀφορισθέντος εἰς διάδοσιν, τὸν ἐν αὐτῷ οἶνον ἀμφοτέραις χερσὶ περιαντλοῦσα, καὶ τοῖς δεομένοις παρέχουσα, ἑώρα, πρᾶγμα θαυμάσιον, πεπληρωμένον ἀεὶ τὸ ἀγγεῖον εὑρισκόμενον καὶ γέμον, ὡς μηδέ ποτε δή τινα δεξάμενον ἔφεσιν. Καὶ μέχρις ἂν παρ᾽ ἑαυτῇ καὶ ἐν κρυπτῷ τὸ θαῦμα, πλῆρες τὸ ἀγγεῖον ἑώρατο, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀνοίξεως· ἐπεὶ δὲ τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ συγκρύπτουσα, τινὶ τῶν ἐν οἰκείοις τὸ παράδοξον ἀνεκάλυψεν, οὐκ ἔτι πλῆρες ἑωρᾶτο, ἀλλ᾽ ἐλλιπὲς τοῦτο, καὶ τῶν σπλάγχνων αὐτῆς...... Προφάσεως γὰρ ἐκ τούτου δραξάμενη, καὶ τὸ ἀνάξιον προσεπιλογισαμένη, ἐπὶ πλεῖον τὴν ἄσκησιν ἐπέτεινε, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ εἰς ἀκρὸν ἐκτακῆναι ἐλθεῖν, μηδὲ τὸ ἀναπνεῖν δύνασθαι. Οὕτως οὖν καλῶς ἀγωνισαμένη, καὶ μηδ᾽ ὅλως παρεμποδισθεῖσα ὑπὸ τῶν τοῦ βίου δυσχερῶν, καὶ ἐπὶ χρόνοις τέσσαρσι πρὸς τοῖς τριάκοντα διαβιοῦσα, ὡς εἶναι τὸν ὅλον τῆς ζωῆς αὐτῆς χρόνον πεντήκοντα πρὸς τοῖς τρισὶ μικρόν τι πλέον, καὶ τελευταῖον ἀποκειραμένη, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

B

3 Hæc oriunda ex civitate Æno, filia piorum et in sua regione inclitorum parentum, ab eis viro data in matrimonium fuit, ex quo sex liberorum mater effecta est. Medium autem inter strepitum vitæ secularis opere ipso ostendit, quod nihil possit eum offendere, qui velit etiam inter ipsas seculi sarcinas et confusiones placere Deo, per exercitium piorum operum. Non enim recedebat ab ecclesiis, et domi quoque pernoctabat in orationibus.... Postquam autem per mortem orbata liberis fuit, mater facta est orphanorum, viduarumque susceptrix non parca, ex iis quæ suppetabant necessaria tribuens indigentibus. Cibus ejus ex tunc asceticus, et aqua potus fuit; lacrymæ vero inconsumptæ; psalmusque et oratio ac gratiarum actio numquam in ore conticescebant. Orando numquam fatigabatur; demissio animi infinita ei erat erga quosque supervenientes, et erga quotidie accurrentes ad se pauperes. Hilaris et copiosa ac pene excedens facultates eleemosynarum largitio: malebat enim ipsa sese privare congruis, quam egenum a se vacuum dimit-

quod liberis orba

C

totam se dederit devotioni erga Deum et caritati erga pauperes,

D

tere: magis gaudebat dare quam accipere. Igitur cum ex vase ad distributionem quotidianam destinato, utraque (ut ita dicam) manu pauperibus erogaret, videbat rem prorsus admirandam: plenum, inquam, semper esse, tantumque non superabundare vas istud, ac nullam sui imminutionem sentire. Et quidem, quamdiu penes se solam miraculum habuit, eodem plane modo inventum ipsum fuit repletum, ut erat cum primum aperiebatur: postquam vero Dei magnalia cuidam domesticorum revelavit; non amplius sic; sed deficere incipiens, etiam viscerum ejus.... Unde sumpta occasione suam indignitatem incusare illa, et exercitationem cœpit eo usque intendere, ut corpore extremum attenuato, nec respirare quidem commode posset. In hunc ergo modum pulchre decertans, nihil omnino a seculi pressuris impedita fuit per annos triginta quatuor; sic ut totum vitæ ejus tempus ad annos quinquaginta tres ac paulo amplius perveniret. Attonsa denique ad Dominum emigravit.

quibus ex vase vinum largiens diu illo in deficiente utitur.

moritur Sanctimonialis an. æt. 54.

4 *Ex eo quod* denique attonsa *dicatur, consequens mihi videtur, id quod antecedens vita etiam verosimile facit, marito fuisse viduatam, prius fortassis quam liberis orbaretur omnibus; idque potest latuisse sub iis, quæ assequi non valui, verbis. Vita an unquam prolixius scripta fuerit, non divinaverim; dolendum autem quod in epitome hac, quam velut thesaurum eruisse gaudemus, non invenitur verbum ex quo intelligi possit, quo tempore vixerit. Præbet tamen ille ipse defectus nonnullum argumentum suspicandi, haud diu antequam Synaxarium prædictum scriberetur (scriptum est autem ante annos circiter sexcentos) illam obiisse; sic ut recens adhuc memoria notæ omnibus sanctitatis, curam scribenti exemerit designandi temporis, passim tunc noti. Eadem causa fuerit non nominandi vel civitatem, in qua obiit Sancta; vel ecclesiam, in qua fuit sepulta. Nam quod dicatur* Æno oriunda, *adeo comprobat ibidem etiam vitam transegisse, qui contrarium potius faciat suspicari.*

pridem vidua;

E

fortassis sec. 10 aut 11,

idque Constantinopoli,

5 *Dignitas quoque* Συγκλητικῆς, Senatricis, *pro Constantinopolitana Urbe præsumptionem fundat; ad cujus etiam usum conscriptum videtur Synaxarium, quo utimur: quia in ea sola ejusmodi titulum Mulieribus obtigisse, tanto magis credimus, quanto minus novimus, alibi quam in utraque Roma, veteri ac nova, fuisse* Senatum *ac* Senatores, *sic absolute et sine loci addito dictos. Neque solum a viris titulum* Syncletices *accipiebant Senatorum uxores; sed et ad filias videtur is transiisse. Id persuadet nobis* V *Januarii* S. Apollinaris, *cognomento* Syncletica. *Quamquam et proprium nomen id fuit tum aliarum, tum ejus cujus tot præclara dicta inter Patrum Apophthegmata referuntur, et Vita eodem* V *Januarii habetur excusa: plane sicut apud Latinos etiam* Senatores *proprio nomine dicti fuerunt; quorum unus Veronensis Episcopus, a nobis commemoratus fuit* VII *Januarii; et alius Mediolanensis,* XXVIII *Maji: præter quem Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, tertium nobis indicat pro* XIV *Septembris, cum fratribus ac matre, Argentani in Bruttiis (ea nunc S. Marci civitas in Calabria dicitur) martyrio coronatum, de quo plura ad istum mensem nancisci optamus.*

Via Senatus, ac Senatoriæ mulieres,

F

virginesque

DE S. GUALTERIO ABBATE

SERVILIANI IN PICENO

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Cultus. Vita ex MS. danda.

Cum corpore S. Serviliani M. recens Roma advecto,

Firmanæ in Piceno diœcesis oppidum Servilianum est, *de cujus appellatione et situ pluribus egimus ad diem* XX *Aprilis, occasione* S. Serviliani, *qui cum socio Sulpitio Romæ sub Trajano passus tunc colitur; eo quod incolæ, accepto Roma cujusdam Martyris corpore sub nomine* Serviliani, *quasi idem cum celebri illo esset, ipsum quoque tali die colendum susceperunt. Qui hujus rei tunc nobis notitiam per Patres nostros Lauretanos dedit, R. D. Franciscus de la Grange, Sacerdos Gallus, inde adveniens, de ipso deque* S. Gualterio *ita scripsit:* Corpus S. Serviliani, ante paucos annos, scilicet MDCLXIII, ex urbe in oppidum cognomine translatum, ibidem magna religione asservatur, in ecclesia parochiali, in altari marmoreo, ad latus sinistrum altaris majoris: uti vicissim ad latus dexterum, extat in capsa marmorea, supra eximium altare cum crate, corpus S. Gualterii Abbatis, antiquissima veneratione et vicinorum populorum concursu, IV Junii celebratum. Cujus monasterio penitus diruto (fuit autem illud infra dictum Servilianense oppidum, in monte positum) remansit tamen ædicula sacra, cum aliquo tuguriolo, alicui Eremitæ identidem capiendo, quod modo (*id est anno* MDLXXI *quo hæc scribebantur*) habitatur a pia femina eremicola.

honoratur nunc corpus S. Gualterii;

B

in priori sua ædicula aliquando visi a pia Solitaria

2 Ea est Joanna, Bernardini filia, ex oppido S. Victoriæ, ad duo milliaria posito, ubi et ejusdem Sanctæ, XXIII Decembris recolendæ, corpus servatur in summo monte, in ecclesia, olim Abbatiali Monachorum S. Benedicti, nunc vero Collegiata Canonicorum. Pia istæc femina, cum habitaret in vicinia sacræ S. Gualteri ædiculæ, in domo rustica, ante viginti annos, audivit noctu pulsum campanæ. Unde admirabunda, cum aliqua vicina illuc cucurrit: et audientes intus cantum, ambas portas obsederunt, ut per rimas introspicerent. Tum irruptione facta, viderunt Eremitam juvenem, qui retro altare

C

se recipiens, ibique quæsitus, non comparuit. Hæc clarius habebuntur ex Processu visitationis Episcopalis. *Hactenus pius ille, et ut nobis scribitur Laureto, in sacra Scriptura per quam egregie versatus Sacerdos, tunc ibidem in æde Virginis Sacellanus, qui plura deinceps* S. Gualterii *miracula perscribenda promittebat. Interim prædictæ Visitationis Acta requirens, accepi ipsam factam anno* MDCLVIII *die* II *Julii, cum Carolus S. R. E. Cardinalis Gualterius, ab Innocentio X sub annum* XLIV *seculi hujus creatus, annum in Archiepiscopatus Firmano quartum ageret, vel ipso Gentili suo nomine stimulatus ad honorem* S. Gualterii *augendum. Venit ergo ille, ut habent Visitationis Acta,* Ad Reliquias in ecclesia S. Marci, ubi adest corpus S. Galterii Abbatis, in antiqua et magna veneratione habitum; et in vetusta arca magni ponderis retentum: cujus capsæ operculum elevatur arganis, cum sit quoque marmoreum. Caput vero dicti Sancti retinetur in tabernaculo æris inaurati, cum corona argentea. *Nec plura ibi; ut aliunde oporteat Miracula expectare.*

translatum ad ecclesiam Parochialem loci

3 *Nunc Acta dabimus ex veteri pergameno, intra arcam una cum ossibus servato, transsumpta; sed (ut apparet) diu post obitum Sancti composita, vel potius interpolata, seculo circiter* XV, *quando inter scriptores de Sanctis vigebat puerilis quædam solicitudo scrutandi ipsa eorum nomina, non ex vera originalis linguæ ratione, sed ex Latina: nam etiam* Valteri *nomen (sic enim ibi scribitur) quod* Waltherus *seu* Gualterus *est, et ex Teutonico idem sonat ac* Silvarum-dominus) *explicat quasi sit* de tribus gaudens. *Præterea totus stylus seculum idem sapit; et, quod aliquis ætate propior fecisset, inducta Romani Pontificis mentione, neminem nominat, nec minimum uspiam profert indicium temporis quo Sanctus vixerit obieritque; tota autem narratio ejusmodi est, qualis per traditionem solet transmitti, uni scilicet alterive puncto memorabili inhærens, nec ad particulares actiones miraculave descendens. Sed et contextus in fine apparet mutilus, et identidem omissa verba aliqua, quæ inter [ ] supplebimus, et libraria quæ corrigimus vitia plura, ut* observaretur *pro* obversaretur, *aliaque similia: hæc autem nos docent, vetustioris alicujus manuscripti, ejusque non integri et præ ætate difficulter legibilis, ecgraphum esse, quod mutato stylo in arca habetur; tunc fortassis exaratum et ibi positum, cum ex monte in oppidum sacrum corpus transferendum erat.*

Acta dantur, non valde antiqua,

E

nec integra.

Horum compendium apud Ferrarium,

4 *Ea Acta, primis quinque numeris in totidem Lectiones distincta, postea vero nullis titulis discriminata, nobis Laureto miserat anno* MDCLIII *Henricus Lindanus, Societatis ibidem pro Belgis Pœnitentiarius. Eadem antea ex Baroniana Bibliotheca habuisse professus Philippus Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, ipsa in epitomen contracta dedit. Eadem, nullo verbo quoad substantiam addito, Italice vertit et Cardinali Gualterio Archiepiscopo ac Principi Firmano dedicavit, anno* MDCLVII *Maceratæ impressa, Don Salvator Navarri Sacerdos Servilianensis. Hic sub finem probat populorum erga Sanctum devotionem,* ex multitudine votivarum tabellarum, appensarum, tum in S. Marci parochiali ecclesia, ubi sacra ossa nunc requiescunt; tum in illa, in qua spiritum Deo reddidit, juxta fluvium Tinnam: *et addit,* die IV Junii innumero populo accurrenti ostendi cranium, in occipite lucido Crucis signo notatum, ad stuporem intuentium: ad quorum religionem magis excitandam Innocentius X in forma consueta expedivit Breve, signatum V Martii MDCLII; quo conceditur plenaria omnium peccatorum Indulgentia omnibus utriusque sexus fidelibus, pœnitentibus et confessis ac sacra Communione refectis, qui ecclesiam parochialem S. Marci loci Serviliani Firmanæ diœcesis.... die festo S. Gualterii, a primis vesperis usque ad occasum festi hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, et ibi... pias ad Deum preces effuderint.

F

et versio Italica an. 1657 excusa,

cum Brevi Innocentii X.

VITA

Ex MS. Membrana, intra arcam servata.

Parentibus nobilibus Romæ, sed sterilibus,

Beatus Valterius, ex urbe Romana ex nobilibus parentibus originem duxit: cujus pater Eurius, mater vero Victoria nuncupata est. Qui cum essent nobiles genere, sed nobiliores fide ac devotione, timentes

ex MS

A timentes ne decederent sine liberis, cum essent steriles, sæpe in eorum orationibus Deum exorabant, ut si pro meliori ipsorum animæ et corporis salute esse intelligeret, prolem sibi concederet descensuram. Multi libenter cum ipsis susceperunt munus Deum exorandi, quos divina providentia minime exaudivit. Sed ii non defecerunt, et considerata, præsertim causa Deum vero multo magis exorarunt: memores Deum servorum suorum orationes denique non contemnere.

post multas preces, divinitus concessus,

2 Ex dilatione prolis confugiunt parentes ad alios etiam sanctissimos viros, attendentes illud evangelicum, Si perseveraveritis usque in finem, consurget Dominus in misericordia sua. Inducunt etiam ad hoc sanctissimum Pontificem, virum eximiæ devotionis et sanctitatis; promittentes, si eis Deus prolem concederet, dotare Ecclesiam de omnibus necessariis, quæ prædictus Pontifex voluerit ordinare. Sed quoniam qui quærit invenit, et pulsanti aperietur; et indecens erat, quod tantorum virorum preces non exaudirentur; pius Dominus aperuit fontem suæ abundantissimæ gratiæ, ita quod indeterminato tempore a natura ad hoc ordinato, prædicta Domina gratiosissimum et pulcherrimum peperit filium, in cujus spatula dextra tale fertur habuisse signum. Ibi enim in carne speciosissima pueri, in spatulæ anteriori parte ad modum stellæ Crucem apparere proditum est.

nascitur, cruciformi stella insignitus spatulam:

B

et a patre oblatus Pontifici,

3 Nuntiant patri novam uxoris prolem, cucurrit ad solenne et pretiosum spectaculum: portatur ante patrem puer pulcherrimus, mirabili signo insignitus: miratur ipse et mirantur adstantes, intuentes et videntes puerum: gaudent gaudio magno, et referunt gratias Domino piissimo de tanto dono, patrique congratulantur. Qui, cum vir providus esset et disertus, respondit, sibi hoc ex suis meritis non fuisse concessum; sed ex virtute orationum hominum sanctorum, ac potissimum summi Pontificis, hanc gratiam recepisse. Non ingratus igitur de beneficio jam accepto, nec oblivіosus existens, assumpta decenti societate, cum puero ivit ad summum Pontificem: et exhibita sibi debita reverentia, dicit pater pueri ad eum: Sanctissime Pater, ecce filius a Deo mihi datus, propter vestras sanctissimas orationes, offero eum vobis; ut de eo et de me faciatis et ordinetis quod judicaveritis expedire.

ab eo baptizatur.

4 Respiciens sanctissimus Papa pueri pulchritudinem singularem, et signum novum habentem, C elevans manus ad cælum, referens gratias Deo de tam eleganti puero, et accipiens eum in brachiis suis, baptizavit; imponens sibi nomen Valterius, hoc est, de tribus gaudens; scilicet de nativitate miraculosa, de pulchritudine speciosa, ac de cruce et stella gloriosa: et restituens eum patri, dixit voce prophetica, Spiritu revelante divino; Vere iste puer amicus Dei erit. Crescebat puer, non solum in corporali quantitate, sed longe plus in morum bonitate: ipse namque erat in cunctis suis actibus in omnium oculis gratiosus. Vestivit eum pater panno optimo, in quibus vestibus posuit de serico, quod erat insignitum in carne ex divino munere, et sic homines intuentes vestem decoratam, cognoverunt carnem eodem signo signatam interius.

Assuta super vestem Cruce notabilis,

5 Post septimum annum ponitur ad scholas, in quibus puer delicate nutritus, ingenio acutus, in tantum super omnes coætaneos suos profecit, ut singulariter cederet nemini: ita ut omnes judicarent, hoc non esse nisi ex divino munere. Continuando ergo scholas, in eundo et redeundo, transibat ante domum et ecclesiam unius Sacerdotis, nomine * Armandi, viri magnæ sanctitatis et devotionis; qui in tantam pulchritudinem et affabilitatem multoties [animum intendens], sæpius in suis orationibus, (ut fertur) hæc dicebat; O si Christus mens hanc creaturam præservaret incontaminatam D in sui servitium, ut pulchritudo mentis responderet sui corporis pulchritudini. Et dum talem [orationem] in se ipso multoties replicaret, dum puer quadam die ante ipsum transiret; vocavit eum ex nomine, dicens, Valteri. Qui tanquam puer morigeratus et nobiliter nutritus, statim voce humili complicatis manibus respondit, dicens; Pater, quid præcipis? ecce adsum. Tunc Sacerdos dixit, Quid vult significare signum, quod in spatula tua in veste exterius habes insignitum? Respondit puer dicens: Pater reverende, hoc signum quod habeo in veste, repræsentat illud quod habeo in carne: et discooperiens spatulam, ostendit stellam in carne impressam, Cruce insignitam.

inter eundum ad Scholas,

* al. Armeni

a pro Sacerdote interrogatur, quid hoc sit?

6 Videns autem Sacerdos, Dei signum, admirans ait. O fili dulcissime, cave ne sis ingratus, ut valeas tantam gratiam agnoscere Domino, qui contulit in præsenti amoris sui signum, et in fine tribuet tibi æternum præmium. Unde studeas, fili, sibi servire delectabiliter, ut recipiaris in sua gloria æternaliter. Cui puer: Dic, mi Pater, in quo delectatur iste Dominus meus? ut cognita sua voluntate, sibi valeam servire ex toto corde. Ad quæ Sacerdos: E Agnosce, o fili carissime, quod Dominus noster fuit genitus æternaliter ex Patre, et temporaliter de purissima Matre: ideo in corporali et mentali delectatur [puritate]. His acceptis puer decrevit Domino servire, et cœlibem ducere [vitam] Dominoque in mentis et corporis * integritate servire.

decrevitque servare castitatem.

* al. austeritate.

7 Cumque in litteris, moribus, et multo magis in vitæ sanctitate quotidie majores progressus faceret, essetque jam natus annos [.....] qui maximam dignitatem pulchritudini afferunt; quæsivit humani generis hostis Lucifer, adolescentem a via Dei quam sequebatur avertere. Et quoniam fieri ad præsens non poterat, ut Valterio aliud ob oculos præter divinum amorem obversaretur, propterea Præsidis filiam impulit ut Valterii immenso amore caperetur. Hæc Valterii mores, formam, dignitatemque admirans, sic diesque noctesque urebatur, ut quanto magis flammam abscondere contendebat, tanto magis incenderetur. Statuit itaque, quia nobilissima erat Virgo et a parente unice diligebatur, petere a parente, ut sibi Valterium, nobilissimum et pulcherrimum adolescentem, cujus desiderio flagrabat, virum dare ne gravaretur. Quo accepto Præses obstupuit vehementer, parentem tamen adolescentis Euritum ad se vocandum curavit, cui filiæ suæ desiderium brevibus exposuit. F

Inflammato amore ejus capitur filia Præsidis

ipsum sibi maritum petit a patre,

8 Ad hæc Euritus lætus respondit, placere sibi oblatam conditionem, ejusque voluntati et petitioni libenter se consensurum. Domum itaque reversus, Valterio filio, quidquid cum Præside egisset, renuntiavit. Ille autem: Meliora, pater, quæso mihi permittas: non enim quod vovi omnipotenti Deo votum, irritum facere velim: nam sic mentis et carnis puritatem, qua mirifice delectatur [Deus], corrumpere opus esset. Precibus igitur pater imprimis, deinde minis, denique verberibus a sententia [filium] abducere conabatur; nec diem præterire sinebat, quo eum non graviter objurgaret. Propterea Valterius, in his molestiis constitutus, ad Armandum Sacerdotem, cujus opera mentis et carnis puritatem servare decreverat, se contulit; eique quidquid domi sustineret, enarravit.

cui non consentiens filius ideoque vapulans.

9 Armandus, auditis adolescentis molestiis, ad Dominum confugiendum judicavit: memor enim erat Prophetæ dicentis, Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me. Valterio itaque suasit, ut ante Salvatoris Christi imaginem Virginisque Mariæ, quam præbuit ei, preces effunderet; quo, Domino inspirante, quid faciendum in ea re, discernere posset.

inter precandum jubetur ...

Dominum

A Domum reversus, flexis ante imaginem genibus, mente in cœlum erecta, post non longam orationem, audivit vocem de cœlo dicentem, Fuge, Valteri. Mane autem ad Armandum revertitur; et quam divinitus vocem audiverat, retulit. Quamobrem secreto, una cum adolescente, profectus est.

et condito prope Servilianum cœnobio, 10 Venerunt ambo post aliquot dies in Picenum, in quamdam silvam in valle Marana, et prope Servilianum consederunt. Ibi cum tenui victu vitam ducerent, multaque miracula ostenderent, non diu steterunt. Nam viri potentes ac divites ipsis hospitium, prope Tinnium flumen condiderunt: quod non multo post in monasterium erectum est, in quo nobiles plurimi viri se incluserunt; quorum pater et dux Valterius, vitæ sanctitate et morum integritate omnes antecellebat; et quid in via Dei servandum esset, omnes edocebat. *factus ibi Abbas,* Crescebat itaque indies Valterii fama. Quare motus Pontifex eum Abbatem effecit, ut tanto magis in ipso vita reluceret.

parentes suos excipit: 11 Præterierant jam multi anni, nec parentes de filio, ubi esset, scire potuerant. Ex Urbe itaque profecti, Domino inspirante, in Picenum perveniunt: et præ gaudio flentes, Quid sic fili nobis fecisti? B dicebant. Cum aliquot dies apud Valterium fuissent, cum precibus et lacrymis ab ipso petierunt, ut secum Romam reverti vellet. D *Ex ms.* Sed Valterius, plenus spiritu ab ipsis obtinuit, ne vellent se a via Dei et sancto proposito revocare. Itaque operante divina gratia, monitis B. Valterii parentes sui Romam redeunt, omnia vendunt, ac pro amore Dei expendunt: quibus expletis ad filium redeunt, et cum eo in sanctissima vita permanserunt usque ad ipsorum vitæ exitum.

12 Unde post Sacerdotis prædicti, et patris et matris obitum, qui omnes in eadem ecclesia sepulti fuerunt, bonum tempus B. Valterius supervixit, *et ipsis diu supervixit,* in fama clara et vita sanctissima. Et quia laborantem agricolam oportet de fructibus percipere; et dignum erat post laborem diurnum, quem in Dei vinea exercuit, denarium æternæ vitæ percipere; ideo pius pater familias Dominus Jesus-Christus, post modicam infirmitatem, eum ex hoc seculo vocavit. Qui prænuntians mortem, in suo exitu jam Spiritu sancto repletus, talem prophetiam suis Monachis et coram adstantibus aliis dicitur dixisse: *ac tandem ventura prædicens moritur.* Filii et Fratres carissimi, nolo vos ignorare quæ ventura sunt in futuris temporibus in his partibus.

Cetera desiderantur.

E

DE S. NINNOCA VIRGINE

IN BRITANNIA MINORI

F. B.

COMMENTARIUS HISTORICUS

§. I. De certo Cultu ejus, sed Actis perquam male consutis, quoad ætatem, genus, et nativitatem Sanctæ.

Sec. XIII *Albertus le Grand, Sacerdos Ordinis Prædicatorum strictioris observantiæ in Britannia Armorica, inter vitas Sanctorum Britonum a se conscriptas, profert hac quarta Junii Acta* S. Ninnocæ Virginis: *quæ ex majori Britannia, sanctioris vitæ desiderio, in Armoricam transnavigans, ibidem erexerit monasterium, vocatum a fundatricis nomine* Lan-Nennoc: *præcipuum quod invenire potui et satis firmum antiqui cultus monumentum.* *Probatur cultus* *Alterum, quod, cum Acta scriberentur, verosimiliter circa seculum decimum tertium, nondum cessarent miracula, ut illorum Auctor testatur, sic loquens de eo quo scribebat tempore num.* 14. C *ab ecclesia ejus nomini dicata* Quo in loco supradicta Dei famula constructo monasterio, ædificavit ecclesiam, pluraque servis Christi tabernacula: ubi usque ad exitum vitæ suæ per eam Dominus miraculorum insignia operatus est, et nunc post finem eadem etiam operari non desinit. *et miraculis,* *Acta quidem fabulosa sunt, ut infra ostendam, adeoque vix fidem meretur Auctor, cum ea narrat quæ vitam Sanctæ spectant: verum cum de iis quæ suo tempore fiebant miraculis testatur; non est cur ei credere non possimus. Confirmat venerationem publicam sanctæ Virgini delatam, supposititium* *et instrumento fabricato* *donationis instrumentum, relatum in Actis num.* 19: *negari enim non potest, quin tum saltem publicus cultus exhiberetur Sanctæ, cum fingeretur istud qualecumque instrumentum.*

quamvis supposititio: 2 *Supposititium autem esse vel legenti tantum patet, præsertim ex eo quod Dux Britanniæ* S. Ninnocæ *donet locum, qui ex ejus vocabulo dicitur* Lan-Nennoc. *Non enim verosimile est, quod adhuc vivente Sancta, locus iste nomen illud acceperit: sed aliquamdiu post ejus obitum accepisse ipsum debuit, cum jam celebris esset apud incolas ejus cultus, et ipsum monasterium terras istas possideret ab immemorabili tempore: juste quidem, quamvis justæ possessionis titulum ignoraret. Titulus etiam* Sanctæ, *qui famulæ Dei* Ninnocæ *adscribitur in instrumento, indicio est, diu post mortem ejus istud esse compositum: est enim phrasis obvia in instrumentis sacrarum donationum, qua ejusmodi Ecclesiæ benefactores dicuntur donare S. Petro vel aliisve Sanctis, quod donant templis eorum ornandis, aut fundandis monasteriis. Manifestior vero apparet fraus, quod donatio hæc facta dicatur seculo quinto a* Duce Britanniæ Guerec: *cum inter Duces aut Reges Britanniæ, qui apud scriptores Britones referuntur, nullus reperiatur* Guerec. F *Præterquam quod inter Comites Nannetenses eo nomine numeretur aliquis, qui Ducatum Britanniæ sibi vendicare voluit; sed machinatione Conani de Rennes, Ducis Britanniæ, per medicum suum toxico sublatus est, antequam partem aliquam pacifice possedisset. Sed hæc omnia seculo decimo contigisse putantur, adeoque ad historiam hanc spectare non possunt. Est et alius Guerec inter Comites Venetenses, qui sub Alano I Rege Britanniæ, in fine seculi* VI, *contra Clotarii, Childerici, et Gontramni Francorum Regum submissos identidem in Britanniam exercitus, fortiter decertans, res Britannicas utcumque sustinuit, Alano interim nihil Rege dignum agente:* *et quamvis fabulosa sint Acta,* *ideoque Venetensis Comitis Guerec apud Historicos Britones illustrior, quam ipsius Regis habetur memoria. Quid ni a posteris, rerum gestarum non admodum peritis, potuit is Dux Britanniæ merito appellari, utpote qui eorum exercitus contra hostem duxerit? Potuisset etiam is fundare aut dotare monasterium de Lan-Nennock ex bonis sibi propriis: sed non vivente Sancta, si hæc seculo* V *vixerit; neque interveniente S. Turriano Dolensi Episcopo, qui seculo* VIII *floruit; neque iste Guerec se Ducem Britanniæ appellasset.*

3 *Nihilo melioris fidei sunt ipsa Acta, conscripta (ut colligitur*

Auctore F. B. prout ostenditur ex anachronismo de SS. Columba et Turriano,

A *colligitur ex num.* 14, *diu quidem post obitum Sanctæ, sed quando adhuc ad memoriam ejus crebriora erant miracula ; quamvis, ob temporis vetustatem, jam vix superessent ruinæ monasteriolorum, quæ credebatur Sancta construxisse, ad habitationem virorum qui secum venerant in Armoricam. Sic enim habent :* Religiosorum quoque virorum monasteriola secum manentium, ibidem constructa, semirutæ maceriæ posteris usque hodie ostendunt. *Auctor vero, qui Acta confinxit potius quam scripsit, adeo leviter versatus fuit in Britannorum Historiis, ut non potuerit consequenter quidquam comminisci. Nam, ut omittam anachronismum in Duce Britanniæ Guerec, superiori numero detectum ; ut etiam condonem multa, quæ non videntur satis apte pro usu illius temporis et more agendi hominum narrari, benignoque interpretatione aliqua indigent : hæc, inquam, ut condonem omnia ; quomodo potuit* Sanctus Columba, *ut dicitur num.* 9, *sacro fonte abluere* S. Ninnocam *initio quinti seculi, qui non ante seculum sextum in lucem prodiit ? ut ostenditur nona hujus in Comm. prævio ad ejus Acta num.* 26. *Quomodo potuit* S. Turrianus, *Archiepiscopus Dolensis, assistere seculo* V *fundationi monasterii de*

majoribus SS. Ninnocæ adscriptis

B *Lan-Nennoc, ut narratur num.* 18, *qui demum seculo octavo, juxta le Grand in Chronologia, cum tenuit Episcopatum ? Quomodo mater S. Ninnocæ* Meneduc, *filia fuit* Constantini Regis, *ut dicitur num.* 6, *qui seculo demum sexto vixit ? Constantinus enim de quo hic sermo esse posset, dicitur fuisse Damnoniæ sive Cornubiæ, vel potius hodiernæ Walliæ Regulus ; et post varia patrata scelera, ad meliorem vitam conversus anno* MDXXXVIII. *Quo denique argumento ostenditur is fuisse ex stirpe* Juliani Cæsaris?

4 *Vereor sane, ne fabulator hic, ut male confudit tempora, ita etiam imperite Julianum Cæsarem et Constantinum Magnum atque hunc Constantinum Regem confuderit. Quod forsan eidem etiam acciderit in* S. Germano *num.* 11, *qui auctor patri fuerit, permittendi filiæ discessum in Britanniam minorem, dictam* Letaviam, *hic et in plurium Hibernorum mediæ ætatis Actis. Istum autem* S. Germanum *Episcopum Autissiodorensem interpretatus est Albertus le Grand, qui scilicet* S. Ninnocæ *multum narrarit de virtutum studio et sanctitate Virginum Deo servientium in minori Britannia : quod fecisse cum taceant quidem Acta, sed supposuit in sua interpretatione Gallica idem Albertus le Grand : alias forte non invenisset causam ob quam sancta Virgo elegisset potius proficisci ad Britones, quam ad Hibernos. At vero quam inepte dicitur,*

et S. Germano discessus auctore.

C *S. Germanus Autissiodorensis* ex Hiberniensium regione transmissus a S. Patricio Archiepiscopo. *Fuit igitur alius* S. Germanus, *si fuerit aliquis ; is nempe, qui prius, si placet, Canonicus Lateranensis cum S. Patricio Romæ Ordinatus, et cum eo profectus in Hiberniam, missus fuit ad eosdem in Manniam, ut habet Jocelinus in Actis S. Patricii, apud nos 17 Martii num. 79. Jam quod ad Sanctæ patriam attinet* Combronensiam regionem, *hanc Gallice interpretatus est Albertus le Grand,* cert un Canton de la grande Bretagne. Gurtiernum *vero Regem, ejusdem Sanctæ avum aut proavum, existimo ab Hibernis historicis* Gortigernum *vocari, de quo apud Usserum ex Ninio aliisque non una refertur fabella : isque apud eumdem pag.* 1115 *ab Ambrosio Aureliano combustus dicitur anno* CCCCXLVI. *Taliter præparato animo videamus Acta legantur, quæ descripta sunt et nobis transmissa ex Codice MS. Monasterii S. Crucis Ordinis S. Benedicti, Quinperlæi in minori Britannia. Verum, ut ex Præfatiuncula librarii intelligitur, exstiterunt in antiquiori Codice sic enim loquitur :*

Cum hac cautela legenda Acta

sub duplici Præfatiuncula, dicunt,

5 Vitam S. Ninnocæ, in quodam libellulo veteri, rustico stylo digestam reperientes, maluimus potius incompositæ materiei rectam simplicitatem ita scribendo servare, quam plus justo, tamen minus eam D emendando, seriem narrationis depravare. *Optanda librariis omnibus hæc sinceritas. Forsan invenit conscriptam lingua veteri Armorica, ut dicere potierit rustico stylo digestam. Deinde primus Auctor inchoat Acta hoc titulo :* In nomine Dei summi, incipit vita S. Ninnocæ : *atque per modum Præfationis :* Inquirendum est, Fratres carissimi, et explanandum per ordinem, de origine generis Ninnoc, et nativitate ejus, et genealogia, vel quomodo servivit Deo. *Narratio porro sic procedit :*

quod Brochanus prius Regulus,

6 Quidam vir nobilis fuit in Combronensia regione, Brochan nomine, ex genere Gurthierni, Rex honorabilis valde in tota Britannia : dives quippe erat, et Deo offerebat frequenter munera duplicia, dicens in semetipso : Gratias ago Deo meo, qui mihi dedit omnia quæ habeo. Quoniam quidem ipse Brochanus, accepit uxorem ex genere Scotorum, filiam Constantini Regis, ex stirpe Juliani Cæsaris, Meneduc nomine : et ipse Rex Brochanus et uxor ejus Meneduc habuerunt quatuordecim filios ab invicem. Et ipsi recordati fuerunt quod Dominus in Evangelio ait : Qui reliquerit mundum et ea quæ sunt in mundo propter me, centuplum accipiet, et vitam E æternam possidebit. Et idcirco dispersi sunt per regiones multas in exilio, et Evangelium Christi ubique prædicaverunt : et Sancti Dei fuerunt in postremis finibus eorum. Pater vero eorum atque mater irati sunt valde ; dolebantque propter illos, quod existimassent eos fieri Principes super regnum regale posteris eorum ; qui non ita fecerunt, sed amaverunt Christum, sicut supra diximus.

et uxor ejus Meneduc 14 habuerunt filios,

omnes Religiosi

7 Dixit autem Rex Brochanus ad fideles suos, Quid faciam ego de miseria, quæ venit super me et super regna mea, et etiam super vos ? Scio quid faciam : Meditabor ego in memetipsum, et dabo Deo omnipotenti decimas ex iis quæ possideo, et munera offeram in templo Dei, et decimam partem hereditatis ad altare Dei dabo ; ut suscitet Deus semen meum, et det mihi filium vel filiam, qui regnet post obitum meum super hereditatem meam. Tunc dixit Rex Brochanus uxori suæ Meneduc ; Ibo in montem desertum, et faciam ibi tabernaculum Deo et Sanctis ejus : et ero ibi cum Sacerdotibus meis et Monachis : et non discedam hinc, jejunium et eleemosynam faciens, donec visitet Deus semen meum, prout sibi placuerit. Fecit itaque Brochanus, sicut supra dictum est. Exiit in montem deserti loci, et fecit tabernaculum et altare in honorem Dei ; et F fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus, non manducans neque bibens, nisi tantum tribus vicibus in hebdomada cum Sacerdotibus suis. Cum autem hæc essent impleta ; in nocte Parasceve ante Pascha, venit Angelus Domini ad Brochan dicens : Surge diluculo, et vade lætus in domum tuam ad uxorem et familiam tuam, quia recepit Deus deprecationem et eleemosynam tuam atque jejunium : laborasti enim multum coram eo. Idcirco Meneduc Uxor tua concipiet filiam, vocabisque nomen ejus Ninnoc, et gaudium magnum erit in universa Britannia in nativitate ejus. Uxor autem ejus, Meneduc nomine, lamentabatur dicens, lugens Lugebo viduitatem meam : humiliavit enim me Dominus Deus meus.

Quod dolens pater a Deo prolem sibi successuram petierit,

de qua nascitura ab Angelo monitus,

7 Appropinquante autem die festo sancto Paschæ, venit Rex Brochanus ad uxorem suam Meneduc, cum magno gaudio valde, sic dicens : Quare humilias animam tuam, Meneduc? Noli lugere ; sed indue te vestimenta tua regalia, et da gloriam Deo et Sanctis ejus, et esto læta : quia sic et sic locutus est Angelus Domini ad me, dicens ; Meneduc uxor tua concipiet filiam, et vocabis nomen ejus Ninnoc, et cetera quæ prædicta sunt ab Angelo. Tunc respondit

uxorem solatus sit,

A spondit Meneduc cum gaudio magno valde, dicens : Gratias ago Deo omnipotenti, qui mihi dedit tantam gratiam atque honorem. Decimas itaque omnium quæ possideo illi dabo, aurum et argentum, terram atque animalia, hæc omnia ad altare Dei offero. Cum autem venisset tempus pariendi, Meneduc peperit filiam.

9 Eodem vero tempore venit quidam vir religiosus nomine Columchille, ex progenie Scotorum, ad colloquium Brochani Regis. Dixit autem Rex fidelibus suis : Obsecro vos, ut sanctum istum Columkille, Scotorum Abbatem, mecum rogetis, quatenus filiam meam sacro fonte baptismatis consignet et teneat; valde enim eum timeo, atque propter Deum amo. Quibus vir Dei respondit, dicens : Præsto sum. Vocavit itaque Rex Brochanus consanguineum suum Gurkentelium, qui vocabatur Ilfin, et uxorem ejus Guennargant, quia Guennargant et Meneduc uxor Brochani Regis, in tertia serie generationis erant : et ideo tenuerunt filiam Regis ad Baptismum cum Sancto Columkille, qui eam baptizavit; et imposuit ei nomen, ut prædictum fuerat ab Angelo, id est Ninnoc Guengustle. His peractis jussit Rex B Brochanus Gurkenteno et uxori ejus Guennargant, ut revertentes in domum suam filiam ejus nutrirent : quæ cum adulta fuisset, usque ad expletionem quatuordecim annorum apud illos mansit.

notam vero S. Columbæ baptizandam obtulerit,

10 Transactis igitur hujus temporis curriculis, venit quidam juvenis Scotorum Regis filius ad Regem Brochanum, volens et petens dari sibi filiam in uxorem. Quod audiens Rex misit ad Gurkentelium consanguineum et uxorem Guennargant, ut venientes simul adducerent secum filiam suam ad palatium. Habito autem Rex consilio cum Proceribus regni, dixit coram eis ad filiam : Obsecro te, filia mea amantissima, per memetipsum, et per parentes tuos, ut tui cari pectoris secretum aperiens, mihi indices, utrum filium Regis Scotorum in conjugium accipere velis. Cui sancta Virgo Ninnoca, coram multis Combronensium Nobilibus, humiliter respondit : Domine mi pater, quod poscis fateri non abnego, certissimum enim mei cordis arcanum tibi revelabo. Voluntatis siquidem est meæ, omnipotentem Deum filiumque ejus pura mentis intentione diligere; ipsumque, postpositis omnium regalium puerorum copulis, cum momentaneis vitæ præsentis illecebris, casto cordis affectu, per omnia C sequi. Huic jam meipsam tradidi, huic relictis omnibus famulam me obtuli : nil mihi carius, quam ut me in ejus servitio, cui me semel jam devoti, finis extremus inveniat.

et postea filius Regis Scotorum optaverit uxorem

§. II Transitus Sanctæ in Armoricam.

Pergit narrare Vita, qualiter Sancta,

Secunda Actorum pars nihilo felicius pertexitur, ipso in principio nominans S. Germanum, de quo præfatus sum num. 4. Sic enim habet : Interea S. Germanus Episcopus, ex Hibernensium regione transmissus a S. Patritio Archiepiscopo, venit ad Brochanum Regem Britanniæ : qui ab eodem Rege honorifice receptus, per totam regionem sanitatum ægrotis beneficia præstando, Christi Evangelium seminavit. Ad cujus Sancta præconia frequenter audienda Sancta Dei Virgo Ninnoca veniens, sciscitabatur ab eodem viro sancto de doctrinis vitæ cœlestis. At ille quotidie de Scripturis sanctis eam pleniter imbuens, intimo Christi amore brevi corroboravit. Interim cum dies solennis Kalendarum Januarii solito adesset; Rex sui natalis cœnam fecit cunctis Principibus et Optimatibus regni sui : inter quos S. Germano rogato venire, et ante Regem ad mensam regii convivii residente; tunc intravit Ninnoca D Dei famula in domum, et procidit ad pedes Regis patris sui dicens : Rogo Domine mi pater, ut coram his Primatibus regni tui tecum convivantibus, petitionem quam a te petam hodie mihi concedas. Cui Rex ; Carissima mea filia, omnia quæ habeo vere tua sunt, daboque tibi quodcumque petiveris hodie coram his regni mei Nobilibus; licet ipsius regni dimidium cum omni auro et argento thesauri mei. Ad quem sancta Dei Virgo Ninnoca : Dulcissime mi pater, divitias et possessiones, cum omni cupiditate auri et argenti, et cetera quæ terreni regni esse videntur, pro summi Regis amore contemnere in animo jam proposui. Peto tamen, ut ad transmarinas partes Letaviæ navigandi mihi licentiam, cum his qui mecum una proficisci et ibi servire Deo voluerint, concedas. Nihil enim utilius potest credi in vita, quam ejus adhærere famulatui, qui sibi servientes centuplici ac mercede vitæ æternæ ditabit. Quo audito Rex omnesque discumbentes cum eo gravi mœrore perculsi sunt, ita ut ipsa dies tanti convivii, commutaretur in diem mœstitiæ : mater vero illius cum sanguinea sua Guennargant, et omni plebe, et familia domus Regiæ, nimio dolore commota has emittebat voces : E

impetrato Patris assensu,

AUCTORE F. B.

Quid mihi divitiæ prosunt? quid nobile regnum?
Jam tulit exilium natos, quos fuderat alvus :
Nunc superest ut me sine prole relictam,
Mors miseram rapiat

12 His et aliis regalis Curiæ ejulatibus sanctus vir Dei Germanus permotus, hortatu quoque cunctorum præsentium Nobilium commonitus, ita verbis consolationis Regem alloqui cœpit : Contristari non debes, o Rex, super discessionem natæ tuæ : sed potius lætari, quia Rex Regum, Dominus noster Jesus Christus, qui tibi eam jam dudum divinitus dedit, ipse sibi annulo fidei signatam desponsavit, et in futuro cœlesti hereditate dotabit. Desine ergo ab hac tristitia; et noli, Deum sequi volentem prohibere filiam, quatenus apud sponsum suum æternam tibi mansionem in cœlis prece tua obtinere valeat : non enim in præsenti hujus vitæ exilio, quam quidquid nos velimus, nolimus, relicturi sumus, fides ponenda nobis debet esse; sed in illa cœlesti patria, ubi pro transitoriis mansura, pro caducis nobilia, pro minimis, si meruerimus, habebimus magna. Labitur equidem mundus iste cum actibus suis, et concupiscentia ejus. Tandem his F et aliis sancti viri sermonibus Rex animatus, vocavit ad se filiam suam, dixitque ei coram omnibus : Filia mea amantissima, in te mihi spes erat maxima tenendi post finem meum regnum : sed quia aliter contigit, et elegisti militare Regi cœlesti, quam terreno dominari imperio; pro ipsius amore, do tibi licentiam eundi ubicumque volueris, cum benedictione mea. Propterea commendo tibi Gurkentelium patronum tuum, cum conjuge sua, quos tecum proficisci abrenuntiantes seculo novi, teque illis custodiendam relinquo, et regendam, cum omnibus, quæ tuis usibus necessaria esse videntur : sint tibi, pro amore meo, loco parentum : te etiam per paternitatem rogo, esto illis obediens quasi filia propria, quæ jam spiritualis esse videris; nihilque quod eis displiceat aliquatenus facias, quatenus vixeris. Naves vero, cum omni apparatu, tam sumptuum, quam victualium copioso, quotquot necessitas exegerit, vobis præberi faciam.

interveniente S. Germano,

13 His igitur paratis ita, exiit fama hæc per universam regionem ; ita ut plurimi, venditis possessionibus, et facultatibus in opera misericordiæ distributis, relicto proprio solo coadunati, sanctæ Dei Virginis Ninnocæ propositum sequerentur, ejusque sancto comitatui se adjungerent. Cum autem transfretandi tempus jam immineret, congregata

cum multis aliis in Armoricam profecta sit,

non

AUCTORE B. F.

A non modica multitudine, in qua (ut refertur) quatuor et amplius erant Episcopi, cum magna turba tam Presbyterorum quam Diaconorum, nec non et Sanctimonialium Virginum, atque utriusque sexus hominum, qui intraturi erant mare; venerunt ad portum ubi statio navium erat; ad quem Rex Brochanus filiæ suæ valedicturus advenit: datoque post multa colloquia pacis osculo, et percepta ab invicem benedictione, Rex ipse, quamvis mæstus ad propria rediit.

quo appulsa,

14 Ille autem sanctus Dei exercitus paratas sibi naves lætus intravit; qui quantum temporis res exigebat, prospero vento navigantes, ac fines Letaviæ circumeuntes, gubernante Deo, cum septem instrumentis navium applicuerunt in locum, cui ex ejus adventu, usque in præsentem diem, Pullilfin vocabulum est. Exeuntes autem de navibus, consilio inter se habito, miserunt ad Principem terræ Guerec nomine, nuntios, Morhedrum videlicet et Gurgalonum Episcopos, atque Gurkentelium cognomine Iltin, Sanctæ Ninnocæ patronum et consiliarium. Cui primum salutato retulerunt omnem peregrinationis suæ et exilii textum; vel quomodo B prædicta Dei famula, Brochani Cambronensium Regis filia, renuntians seculo pro Dei amore exulaverit; et in partes suæ provinciæ Deo servitura, jam cum magno fidelium cœtu navigio venerit; adjicientes insuper, ab ea ad illum se transmissos ad hoc; et rogantes, ut pro nomine Domini, qui sibi potestatem dedit in terris, et pro commemoratione suorum parentum, dignetur famulis Dei locum providere, ubi diu noctuque servitio Christi insistentes, vitam præsentem cum quiete transigant. Quod audiens Comes, magno repletus gaudio, gratias egit Deo: jussitque eis ostendere locum desertum, in plebe quæ dicitur Pleumur, ad australem plagam circa mare. Quo in loco supradicta Dei famula constructo monasterio, ædificavit ecclesiam, pluraque servis Christi tabernacula, ubi usque ad exitum vitæ suæ per eam Dominus miraculorum insignia operatus est; et nunc post finem eadem etiam operari non desinit. Religiosorum quoque virorum monasteriola secum manentium, ibidem constructa, semirutæ macceriæ posteris, usque hodie ostendunt.

locum struendo monasterio impetravit,

15 Nonnulli præterea ex ipso sancto comitatu sæpe dictæ Dei famulæ, tam Episcopi quam Abbates, et alii multi fideles, per Letaviæ regionem diversis in locis Deo servituri ecclesias construentes, C usque hodie in magna veneratione, meritis eorum miracula sedulo operantibus, apud incolas habentur.

ubi contemplationi intenta

16 Sancta autem Dei Virgo Ninnoca, intra sui septa monasterii contemplativam vitam agens, ita divinis se mancipavit obsequiis, ut evidentibus signorum indiciis, per eam Dominus petentibus largiri dignaretur beneficia sanitatum. Cæcis etenim visum, surdis auditum, mutis linguæ officium, claudis gressum, paralyticis reparationem membrorum debilium reddens, et leprosos mundans, mortuosque ad vitam revocans, ejus celebre nomen multis innotescere facit. Tantam etiam tam segetum quam arborum copiam, in tota Kemene Thebone terra *videtur id nomen fuisse tractus istius, in quo Sancta habitavit, nunc forsan abolitum* ipsa superstite, ut refertur, ejus præcedentibus meritis, Dominus contulit. Ita ut incolis, ipsius terræ cultura, et vicini maris piscium captura assidua, abundanter administraret vitæ necessaria.

miraculis claruerit.

§ III. Monasterium constructum et dotatum.

Igitur post trium annorum circulum contigit, ut prædictus Dux Guerec in hac parte, qua S. Ninnoca intenta Dei servitio degebat, aliquando venandi causa veniret. D Cujus venatores, dum dissolutis electis canibus, quemdam præstantiorem ceteris, prius fugatum multis vicibus, sed ab eis minime captum cervum prosequi intenderent, et ipse Princeps ex clamore eorum eos subsequeretur; transcursis nemorum saltuumque multis diverticulis, nesciens quonam modo vitam ab instanti nece eriperet, cervus ipse fere extinctus lassitudine, ad ecclesiam sanctæ Dei famulæ confugit; ibique ante pedes ipsius mansuetus jacuit. Quo cum sequentium tam venatorum quam canum fugax impetus advenisset, nequaquam ipsi canes ultra rivum, qui præterfluit ibi, nedum intra atrium ante monasterium statutum, illum prosequi sint ausi. Postremo Dux et ipse veniens descendit, et in ecclesiam intravit: tantique miraculi stupore correptus, Deo gratias egit; cernensque in medio psallentium tam Episcoporum et Abbatum nec non Monachorum et Sanctimonialium choro, ante beatæ pedes Virginis mansuefactam bestiam jacuisse; credidit per seipsum visa, relata miracula: mansit autem ibi, tam gloriosi miraculi novitate lætus effectus, septem diebus cum prædicta Dei E famula, offerens ei plurima dona sanctoque suo conventui, atque orationibus suis se commendans.

Occasione cervi ad se confugientis,

dicitur locum impetrasse a Duce Britanniæ,

18 Post enimvero multum temporis, divina inspirante clementia, idem ipse Guerec, cogitans, quomodo sancti ejusdem conventus inopiam relevaret, et possessiones quæ eisdem Dei servis ad quotidianas expensas copiosius sufficerent amplificaret; directis per climata totius Letaviæ legatis, primum S. Thurianum Metropolitam, cum ceteris qui præsidebant ecclesiis ipsius regionis Præsulibus, nec non et Abbates ac religiosos sacri Ordinis viros, statuto concilii termino accersivit: inter quos Juthael Phedonensem et Budicum Cornubiensem Comites et fratres suos, ut refert antiquitas, precibus et scriptis suis advocare studuit. Cumque inito consilio causam hujus congregatæ Synodi explicasset, et quæ in animo se facturum vel daturum sanctæ Dei famulæ Ninnocæ ejusque successoribus, ibidem Deo servientibus proposuerat, eis aperuisset; omnesque tam sanctæ ejus voluntati gaudentes assensum præberent; tunc Dux ipse jam dictum Archipræsulem, ut ad celebrandum sacrosanctum Mysterium se præpararet rogavit; quatenus in præsentia tam nobilium virorum, domum jam disposi- F tum, per manum tanti patroni, super altare alacri mente Deo offerret. Celebratis igitur ex more sacrosanctæ Missæ solenniis, jam sæpe dictus Princeps suæ donationis scripta munimenta bullataque, inde custodiri præcipiens, ita obtulit in verbis, inquiens.

de consensu Procerum,

19 In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, et Beatissimæ Virginis Mariæ, et per virtutem sanctæ Crucis: Ego Guerec, Dei gratia Britanniæ minoris Dux, ex mea propria hereditate, pro commemoratione assidua animarum parentum meorum, tam vivorum quam defunctorum, et pro salute animæ meæ, nec non posteriorum qui ex stirpe mea successuri sunt, et pro statu regni mei, in conspectu Episcoporum et Comitum ac Optimatum regionis Britanniæ hic adstantium, do, dono, concedo Sanctæ Dei famulæ et Virgini Ninnocæ ejusque successoribus in perpetuum, ibi in loco, qui ex ejus vocabulo dicitur Lann-Ninnoc, Deo servituris; totam plebem quæ dicitur Pleumeur, cum omnibus terris cultis et incultis, ut continetur penitus intra fines suos. Adjicio insuper aliud donum, terram totam videlicet in qua est ecclesia S. Julittæ, cum eadem ecclesia, quæ est in Renguis. Ad sustentandam quoque loci hujus quolibet anno procurationem, trecentos modios tam salis quam vini atque frumenti,

et condito desuper instrumento,

largam dotem pro suo monasterio accepisse.

A menti, de terra quæ dicitur Bath Guerran, similiter concedo, eosque deferri usque huc navigio faciam. Augeo etiam hunc meo dono trecentis tam equorum quam equarum, et totidem boum et vaccarum, nec non et minutorum animalium. Ad corroborandum vero hujus donationis meæ privilegium, calicem hunc aureum cum patena, vino mero plenum, in testimonium offero, et in dicambitione æterna promitto. Quicumque ergo hujus doni quantitatem violaverit aut minuerit, præsentis et æterni anathematis jaculo transfigatur, sitque pars ejus cum eis, qui in igne inextinguibili, in cumulum perditionis, pro sua nequitia semper involvuntur. Respondentes autem omnes qui ibi aderant, dixerunt Amen.

cui etiam curavit præficiendum patruum suum

20 Sancta vero Dei virgo Ninnoca, de tanti collatione beneficii in Domino gratulata, eidem Principi gratias referens, benedixit eum dicens : Benedicat te Dominus Deus omnipotens, et magnificet nomen tuum, multiplicet semen tuum in universa hac Letavia, detque tibi vitam longævam in hoc seculo ; et ut pro terrena ista donatione quam dedisti Deo, centuplicata mercede ab eo diteris in futuro. Præterea, Domine mi, valde quippe necessarium est nobis, rogo tuam excellentiam, ut istum cum B suis rebus omnibus ad eum attinentibus locum, patrono meo nomine Gurkentelio, sub tua tutela regendum committas ; eumque in præsenti tua petitione præmonitum, in Pastorem promoveas : est enim vir summæ nobilitatis et providentiæ, cui a parentibus sub custodia ab ... commissa sum ; eumque in omnibus fidelem et ... virum experta sum. Qui sanctæ Virginis assentiens verbis, eumdem virum ipsius monasterii regimini præfecit, atque a præsentibus in Abbatem Episcopis benedici constituit. Hac igitur, pro qua convenerant constitutione patrata, et a Sancto Thurriano benedictione percepta, singuli læti redeunt ad propria. Vixit autem in regimine ejusdem Abbatiæ vir quadraginta et tribus annis. Factum est hoc in loco qui vocatur Lann-Ninnoca in plebe Ploemeur, coram præscriptis Letaviæ Nobilibus, anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi quadringentesimo quinquagesimo octavo, regnante eodem Domino nostro Jesu Christo per infinita secula seculorum. Amen.

21 *Hactenus Vita, perquam male (ut ex præmissis* D *apparet) consuta, in quibus quæ nominantur loca,* Ploemeur *(quod Plebem seu Ecclesiam majorem significat), in nota una Britanniæ Armoricæ parte reperiuntur, et quidem juxta urbem Venetensem dicitur* Renguis *et* Bath-Guerran, *reliqua regionis ipsius peritis requirenda : quando multa interrogans nihildum certi potui intelligere, de ipsomet, quod ante omnia nosse oportebat,* Lann Ninnoc, *etsi de eo ut notissimo loquatur Albertus. Nam, ut dicam quod res est, difficile nobis est cum Provincia illa commercium, in qua nec ... paucissimas domos easque fere positas ad Aquitaniæ confinia habet Societas nostra, ut vehementer optemus istic invenire hominem rerum patriarum studiosum, qui Sanctorum causa illic velit pro nobis laborare, perquirendis quas Albertus allegat qualibuscumque Legendis : nec enim ipsi, deprehensis sæpius per conjecturam addere vel mutare quippiam, acquiescere secure possumus ; neque e re nostra est quæ ille ex Latino Gallica fecit, iterum ex Gallico Latine reddere.*

Auctori ... Unde nobis difficultas bene de Sanctis Armoricis scribendi?

22 *Ut autem de S. Ninnoca aliquid saltem per* *Quid per conjecturam de Ninnoca dici possit?* *conjecturam hic statuam ; dici posse videtur, quod illa cum Gurkentelio aliisque ... peregrinationis causa venerit ex majori Britannia in Armoricam, sicut postea seculo* VIII *venit S. Walburgis cum* E *sanctis Fratribus suis in Germaniam. Deinde post obitum Sanctæ, ... Turriano Episcopo, fundatum sit monasterium de* Lan-Ninnoc ; *non a Duce Britanniæ, sed a quodam Nobili,* Guerec *nomine. Solet enim in monasteriis, quorum ... scripta monumenta pereant, memoria Religiosorum diutius perseverare ... Fundatorum nomina, pro quibus quotidie inter divina Officia orationes funduntur. Nisi placeat magis alia ... monasterii conjectari, dicaturque istud fundasse* Guerec *Comes ille Venetensis, de quo ... 2 ... seculo. Sanctus vero* Turrianus, *aliique duo fratres Ducis Guerec, ideo ... varüs temporibus benefactores monasterii fuerint. Et hæc, ... monasterii, fortassis ab non uno donatorum, occasionem dederint comminiscendi tum instrumentum donationis, tum Vitam ipsam, quales ... quæ me ... poteramus.*

NOT 21

C

DE S. LUCENTIA VIRGINE F

PRUVINI IN FRANCIA

D. P.

Ex relatu Claudii Castellani Canonici Parisiensis.

Claudius Castellanus Canon. Parisien. an. 1685

B*rionensis in Gallia Pagus, cui Melodunum caput est, inter nobiliora sui ambitus oppida* Pruvinum *numerat, vulgo* Provins, *insigne sub Vosiæ rivuli fontibus municipium, leucis circiter octodecim Parisiis euntibus versus Europam in Campaniam Francicam, cujus regimini cum tota Brionensi provincia subjicet ; unde* Pruvinensibus solidis *nomen in ... Caroli Magni et Caroli Calvi Capitularibus, ab Hadriano Valesio in Galliarum notitia observatis. Huc ... anno* MDCLXXXV *mense Septemb. Claudius Castellanus, Canonicus Parisiensis, ... numquid ibi reperiretur operi nostro congruum, et in hanc curam ita intentus, ac si studium hoc suum præcipuum foret ; numeravit ibi plures quam viginti ecclesias, quarum una, inter tres Collegiatas præcipua, S. Quiriaco sacra est, et ad hunc* IV *Junii Fastis suis adscriptam habet* S. Lucentiam Virginem ; *ita tamen ut festum ejus instar mobilium colatur* postridie Ascensionis Dominicæ, *sed Officio toto de Communi unius Virginis.*

Pruvini in Collegiata S. Quiriaci

2 *Etenim, quamvis illa credatur ibidem nata, ibidem etiam vixisse et obiisse, aliud tamen de ea nihil vel scripto vel memoria retinent incolæ, nisi ... Majoris ecclesiæ, ... suggestum ..., sacraque ipsius capsam ... sacri corporis, quæ si aliquando aperietur, spem aliquam concipio, inventum inibi aliquid notitiæ amplioris. Ea dum expectatur, satis fecit ... Castellani studium, hæc ejus notitia suggerentis, commendasse ; ut et alii, qui similia possunt, exemplo tali animentur. Etenim vix aliqua Galliarum provincia est, quæ non plures Sanctos numeret Martyrologiis ... Auctoribus præteritos, atque communem notitiam fugientes ; prout facile animadvertet, quisquis topographicas singularum Provinciarum tabulas percurrere voluerit : inventurus ubique loca plurima, suum a Sancto aliquo nomen habentia.*

S. Lucentiæ cultum et corpus intemeratum ...

A *bentia. Rem sane utilem ad Dei Sanctorumque gloriam faciet, quisquis eorum rationem ordine alphabetico quandoque inibit; deinde si, quod cuique Sancto vetus ac Latinum nomen sit (multa enim temporis lapsu incredibile quantum a prisca forma degenerarunt) atque diem quo quisque ibidem colatur curabit annotare, non sine ulteriori aliqua vitæ actorumque notitia, scripto vel traditione excepta.*

Dubitat, an ea sit S. Lucegia relata 18 Maji.

3 *De* Lucentia *aliquando incidit Castellano suspicari, ipsum eamdem esse, cujus, sub nomine* Lucegiæ Virginis *ex MS. Adone Leodiensi nostroque Florario mentionem fecimus, absque alia notitia, die* XVIII *Maji. Non esse quidem prorsus a verisimilitudine alienа ejusmodi cogitatio, de ea, cujus festum habetur mobile, celebrandum postridie Ascensionis. Sicut enim, cum Pascha celebratur* XXIX *Martii, tunc Feria* VI D *Ascensionem subsequens cadit in* XVIII *Maji; et quando Pascha erit* XV *Aprilis, tunc eadem Feria concurrit cum* IV *Junii; ita factum esse potuit; ut occasio celebrandi tali Feria festi, sumpta sit a translatione alterutro die facta, cum die alterutro extra talem concursum mortua sit Sancta: quæ olim quidem venerationem habuerit suo vero natali, postea autem, propter Translationem solennius factam, mutata ea sit in diem alterum tali concursui prima vice famosum. Sed plus aliquid rationis requiritur, ut quod fieri potuit, reipsa factum esse dicatur: alioquin vicina valde sunt* Lucentiæ et Lucegiæ *nomina; hoc usu vulgi emollitum, istud Latinum magis.*

DE S. CONCORDE EPISCOPO

PROPE CAMBERIACUM IN SABAUDIA

D. P.

B

COMMENTARIUS HISTORICUS

E

Circa cultum, Episcopatum, ætatem Sancti.

CIRCA SEC. XIII

Sub Athanacensi Ab. Geraldo circa an. 1030

A*d Confluentes Rhodani atque Araris, in urbe Lugdunensi,* Athanacum *dicebatur, vetustum Benedictini Ordinis Monasterium; cui* Dompnus Geraldus Abbas, miræ sanctitatis vir, præesse videbatur, *quando* Rodulfus Rex *Burgundiæ, hujus nominis III, intra annum* DCCCCLXXXXIV *et* MXXXII *quo obiit, ejusque* uxor Ermengardis Regina, casum humanæ fragilitatis considerantes, *et* quatenus hic in præsenti bonæ actionis fructum perciperent, in futuro vero æternæ beatitudinis præmia consequi mererentur,...... consilio Dompni Leodegarii Viennensis Archiepiscopi, suæ Ecclesiæ Primatum obtinentis, nec non aliorum honestissimorum virorum, tam laicorum quam clericorum; villam, quæ vocatur Lemensis, dederunt sacrosanctæ Dei Ecclesiæ Athanacensi: *quapropter etiam* prædictus Abbas, eorum justis petitionibus compulsus, communi Athanacensium Fratrum suorum consilio, inibi Monachos misit, qui pro eorum atque omnium *antecessorum suorum animabus, sedulo Dei misericordia intervenirent.

fundatus Prioratus Lemensis

C 2 *Ita fundatus fuit* Lemensis Prioratus, *prout diploma integre legendum lib. 6 Historiæ Genealogicæ Domus Sabaudiæ, a Guichenone editæ pag. 4. Hoc instrumento non obstante, Symphorianus Champerius, lib. 3 cap. 6 de regno Allobrogum, tertius Catalogus Abbatum Athanacensium, a Sammarthanis editus, fundationem loci adscripsit tempori Anselmi cujusdam, unius ex Abbatibus, qui inveniuntur præfuisse ante instaurationem Athanacensis monasterii, veluti factam anno* DCCCLXI, *ab Ambardo Archiepiscopo Lugdunensi. Et qui nunc locum tenent Cistercienses Congregationis Fulliensis, vetus Athanacense Missale allegant, apud se asservatum, ex quo probetur ibi Monachos fuisse jam inde ab anno* DXLII. *Quin etiam asserunt, ecclesiam ibi S. Petro dicatam, fuisse primitivam parochiam urbis Camberiensis, quæ* Camerinum Lemnicorum *sit in Itinerario Antonini; et a* Lemnicis *remansisse nomen* S. Petri de Lemenzo. *Ex prædicto autem Catalogo discimus, quod prænominatus* Geraldus, *Symphoriano* Giraudus *dictus, fuerit a prædicta instauratione Abbas Septimus, cui Germanus successit, et Germano Guihardus, anno* MLXXI *notus.*

prope Camberium

3 *Porro invenio Joannis Ferrandi epistolam nostri, anno* MDCLIII *scriptam ad Bollandum, qua et significat,* Lemense cœnobium *esse* prope Cameriacum *sive Camberium, Sabaudiæ metropolim et veterum illius regionis Ducum antiquam sedem, haud procul a confinio Delphinatus; in quo expulsis Benedictinis successerunt nuper dicti Fullienses.* Apud hos, *inquit ille,* S. Concordii Archiepiscopi Hiberni integrum corpus, religiose servatur et colitur: de cujus vita aliud nihil consequi discere potui, quam Hymnum, ante aram ipsi Divo sacram pervetustis characteribus exaratum, quem (nobis cacographis, ut eorum temporum erat barbaries) incestatum, verbatim exscripsi. *Addunt Fullienses exinde a me requisiti per R. P. Balthasarem Rombletum, Camberiensis nostri Collegii anno* 1689 *Rectorem:* Habemus fundationes Missarum celebrandarum in capella S. Concordis (*sic enim ubique scribitur, non* Concordii) jam factas trecentis annis ante currentem MDCLXXXIX: *quarum authenticas sane optarem videre, multum enim facerent ad solide probandam cultus antiquitatem. Interim ipsum Hymnum accipe, cujus hic in veteri tabula titulus:* Oratio Confessoris Episcopi B. Concordis, Archiepiscopi Yllandiæ.

habet altare et corpus S. Concordis,

F

Episcopi Illandiæ,

4 Ave Pater gloriose,
Salve Præsul pretiose,
Quondam Pastor Illandiæ,
Nunc decus Sabaudiæ.
Tu es Concors vir beatus,
Cum Christo concordans lætus,
Et cum Justis eras concors,
Sed nunc cum Sanctis ades consors.
Hic cum esset vir Pontifex.
Ecclesiam, ut opifex,
Augmentabat quotidie
Sancti Petri Illandiæ.

qui Romam tendens,

Volens inde Romam ire,
Et Sanctum Petrum orare,
Abiit cum fastidio
In Lemensi Cœnobio.
Hic invenit consecratam
Ecclesiam, et fundatam
Ad honorem Clavigeri
Sancti Petri Apostoli.

ibi se moriturum prædixit,

5 Ibi erant Cœnobitæ,
Monachi honestæ vitæ,
Qui Præsulem susceperunt,
Eumque honoraverunt.

Sanctus

A Sanctus vero Concors inde,
Quasi suspirans profunde
Prophetavit, quod futurus
Erat ibi finiturus.
Dum ille infirmabatur,
Servi sui turbabantur:
Illos dulce confortabat,
Et hæc verba proferebat.
In Illandia servivi
Petro, Apostolo Sancto,
Romæ Petrum visitavi,
Tumulabor in Lemenso.
Post sumptam Communionem,
Vir Sanctus junctis manibus
Christo transmisit animam,
In supernis cœlestibus.
6 In transitu hujus Sancti
Miracula fiunt multa,
Ægri sunt sani effecti
Per sua magna merita.
Depositio Præsulis
Fuit a Deo relata:
Nam in libris ab Angelis
Per Orbem fuit descripta.
B Et in Martyrologiis
Festum Patris eximii,
Colitur in Ecclesiis
Pridie Nonas Junii.
Concors, beate Pater,
Impetra tuis servulis,
Ut cum Christo perenniter,
Tecumque regnent in cœlis. Amen.
7 Sancte Concors, spes infirmorum
Dirige nos ad regna Cœlorum.

uti contigit,

et a morte miraculis clarus,

colitur 4 Junii.

ORATIO.

Creator mundi Deus, qui in Sanctis tuis semper es mirabilis, quique multa mirabilia in gloriosum Confessorem tuum Concordem atque Archipræsulem ostendere voluisti: et ut diem depositionis per universum Orbem [faceres venerabilem, nomen ejus] in Martyrologiis per Sanctos Angelos tuos, eodem die mirabiliter scribere fecisti: clementiam tuam suppliciter imploramus, ut meritis et intercessione ejusdem sancti Præsulis, mereamur in libro vitæ adscribi, et ab omnibus adversitatibus et infirmitatibus mentis et corporis liberari, tecumque firmiter C in cœlis cum Christo lætari. Per Dominum nostrum Jesum etc.

Illandia non potest pro Illandia hic sumi:

8 Yllandiam *sive* Illandiam *nullam uspiam novimus*; Irlandiam *intelligens P. Ferrarius*, Archiepiscopum Hibernum *nobis annuntiavit;* Yslandiam *sive* Islandiam, *Fullienses; itaque ratiocinantur.* Arngrimus Joanas Islandus, licet hæreticus, in suo tractatu de Islandiæ gentis primordiis et veteri republica cap. 10, Episcoporum illius populi meminit fere usque ad annum MCCL; et habemus fundatas ad tumulum S. Concordis Missas trecentis abhinc annis: datur ergo locus conjectandi floruisse ipsum et ad nos transivisse intra annum MCCL et MCCCL. *Sed huic conjecturæ renuntiabant credo Fullienses, cum tomo primo Atlantis Blaviani inter Hyparctica pag.* 46 *et seqq. legent series Episcoporum, primo Schalholtensium, ab anno* MLVI; *deinde etiam Hollensium, ab anno* MCVII *usque ad* MDXXV *accuratissime* D *deductas, absque ulla vel alicujus* Concordis *vel* Archiepiscoporum *mentione, nisi Mindensium in Saxonia aut Lundensium in Dania, a quibus illi fuerint ordinati. Redeundum ergo ad sententiam Ferrarii,* Illandiam *interpretantis* Irlandiam, *quod sane proximum erat.*

Auctore D. P. sed melius sumetur pro Irlandia;

9 *Hoc autem posito, nihilo minus sequitur, quod non multorum seculorum ætatem habere potest Hymnus ubi* Hibernia *antiquioribus* Scotia *et* Ierna *dicta, ex Anglorum recentiori usu vocatur* Irlandia. *Hæc porro insula, cum usque ad annum* MCLII *Archiepiscopalem titulum ignoraverit; consequens fit, ut si Hibernus fuit* S. Concors, *et vere* Archiepiscopus *dictus est, non ante* XII *seculum vixerit. Illo autem quem dixi anno (uti ex Annalibus Clain-edneacensibus refert Colganus, post vitas S. Patricii pag.* 306). Nobile concilium in Vernali tempore ad Dominicam, Lætare Jerusalem, apud Kenannus celebratum fuit: in quo præsidens D. Joannes Cardinalis, Presbyter B. Laurentii in Damaso, inter viginti duos Episcopos et quinque Electos, inter tot Abbates et Priores, ex parte Beatorum Petri et Pauli et Domni Apostolici Eugenii, simoniam et usuram omnibus modis extirpavit et damnavit, et Decimas dandas Apostolica E auctoritate præcepit: quatuor Pallia quatuor Archiepiscopis Hiberniæ Dublinensi, Casselensi, Tuamensi, et Ardmachano tradidit; insuper Ardmachanum Archiepiscopum super alios, ut decuit ordinavit. *Ita Annales illi; qui mox singulorum Episcoporum nomina Sedesque recensent, ac denique narrationem sic concludunt:* Pridie Nonas Martii, hæc Synodus absoluta fuit, in qua Episcopatus Hiberniæ reformati et ordinati sunt.

ubi dicendus eri Concors floruisse, post institutos an. 1150 Hiberniæ Archiepiscopatus;

10 *Quam necessaria ea reformatio fuerit, quamque antea prostrata per insulam universam jacuerit ecclesiastica disciplina, sub Episcopis sæpe laicis, et sacrorum Ordinum expertibus, aut etiam uxoratis; malim ex Vita S. Malachiæ a S. Bernardo scripta, et ad* III *Novembris illustranda, intelligi. Concilio autem nullus invenitur adfuisse* Concors: *igitur posteriori aliquo tempore vixerit is de quo agimus, recenti tamen adhuc vigore reformatæ noviter disciplinæ, ut ultra seculum* XIII *videatur non debere referri. Dubliniensium, Casseliensium, et Tuamensium Archiepiscorum nomina et Vitas, ut melius potuit, Dublini evulgavit ante hos sexaginta annos Jacobus Waræus: Colganus postea, ad Vitam S. Patricii, Comorbanorum, id est successorum ejus Primatus Ardmachanorum, seriem texuit: sed nullus uspiam apparet* Concors. *Quamquam autem ejusmodi Catalogi, ut plurimum defectuosi sint (qui enim possent aliter, tam sero contexti, et in tanto veterum monumentorum defectu?) non tamen suspicione vocat* Archiepiscopi *dignitas, nusquam expressa in Hymno, sed in solo ejus titulo appicta. Neque novum nobis erit si in talibus deprehendatur aliquid obrepsisse præter veritatem, cum* XXI *Maji viderimus* S. Silao, *Episcopo similiter Hiberno, et Lucæ mortuo sub annum* MXCIV, *appictum in capsa corporis Archiepiscopale* Pallium, *quale ante prædictum Concilium* numquam in Hiberniam delatum fuerat, *ut scribit Hovedenus. Satis igitur habuit* Episcopum *in titulo scribere* Concordem, *ulteriorem ætatis ac Sedis disquisitionem Hibernis eruditis relinquendo.*

quamquam Archiepiscopi titulus Sancto huic additus,

valde dubius nobis sit.

DE B. PETRO, DICTO DE BONO

G. H.

MONACHO CLUNIACENSI IN GALLIA

Ex ipsius Monasterii Chronico et Fastis Benedictinis.

MCCCCXXX aut XLI

Chronicum Cluniacense in Bibliotheca Cluniacensi excusum columna 1675 *agit* de Oddone II, Abbate XLI; *ac dicit, quod is* incepit regere anno MCCCCXXIV, et obiit die II Novembris anni MCCCCLVII, *ac dein columna* 1678 *hæc subjiciuntur:* Isto etiam tempore fuit alius quidam Petrus, dictus de Bono, Monachus, qui primo quidem burgensis fuit et mercator Cluniacensis, et satis locuples, habens uxorem honestam: quæ tandem cum debitum carnis persolvisset; idem vir suus sortitus est Presbyterii dignitatem: in qua statim decessit ab humanis, et delatus ad ecclesiam, restitutus fuit et ad vitam et ad sanitatem, ut nobis sæpe dicebat. Quo sic restituto, factus est Monachus Cluniaci: in quo Ordine vixit laudabiliter et religiose. Omni enim die Psalterium totum legebat, et Missam celebrabat. Quolibet die Horas de sancto Spiritu devote dicebat, et qualibet die Martis Missam de ipso sancto Spiritu celebrabat. Unde meruit, ut pie credimus, decedere in die Pentecostes, ea scilicet hora, qua Conventus cantabat, Veni Creator Spiritus: cujus animam pie credimus a sancto Spiritu in cœlis esse coronatam. *Hæc ibi, quæ de ipso solum scimus, satis accurate proposita. Hunc* Petrum *cum titulo* Sancti *hoc die* IV *Junii referunt Arnoldus Wion, cumque secuti Benedictus Dorganius, et Gabriel Bucelinus in Fastis Benedictinis: item Philippus Ferrarius in Catalogo generali, et Andreas Saussayus in Martyrologio Gallicano. Solus Hugo Menardus ab omni titulo abstinet: quia tamen primo loco recenset, forsan littera* S *per incuriam typothetarum omissa fuerit. Quod vero Wion, Bucelinus et Ferrarius referant obitum ejus ad annum* MCCCCXIX, *minus placet: quia tunc Oddo II necdum erat Abbas constitutus, mallemus ergo assignare annum* MCCCCXXX *aut* MCCCCXLI, *quando, æque ac tunc, littera Dominicali A Pascha celebratum fuit* XVI *Aprilis, et Festum Pentecostes hac* IV *Junii. Quia vero de Ecclesiastica ejus veneratione apud antiquiores Martyrologos nihil reperimus, solum* Beati *titulum præfiximus nomini; eo maxime, quod Cluniaci existentes anno* MDCLXII, *benigneque ad omnia spectatu digniora nostrumque scopum spectantia deducti; neque sepulcrum ejus, neque reliquias, nec aliam ullam memoriam, prisci cultus indicem, vidisse nos meminerimus.*

Vitæ compendium. B Memoria in Fastis. E Tempus obitus.

DE BEATO PACIFICO

NOV. 22 D. P.

ORDINIS MINORUM CEREDANI APUD INSUBRES

Vitæ et cultus notitia ex variis.

AN. MCCCCLXXXII. C

Ab eo Summa casuum scripta.

Carolus a Basilica Petri Episcopus Novariensis, libro primo Novariæ suæ agens de locis diœcesis, pagina 56 *ista scribit.* Ceredanum, vulgo Ceranum, vicus Ticino proximior *Novaria distans versus Orientem circiter* V. P. M.) aliis amœnitate præstare videtur: præstat vero magis beato viro Pacifico, quem protulit, et cujus corpus tenet. Natus dicitur ex familia hujus vici Ramota. Ordinis fuit Franciscani, doctrina sanctitateque insignis. Librum composuit anno MCCCCLXXIII, Sixti Pontificis anno II de Casibus, quos conscientiæ dicunt, qui ab ejus nomine Summa Pacifica dicta est, nuncque impressus lectitatur. Ejus, uti Prædicatoris verbi Dei et Commissarii Apostolici in Pontificia indictione, quæ Cruciata dicebatur, promulgata contra Turcas, qui nonnullas Italiæ oras occupaverant, legimus litteras quasdam, Ceredanensibus concessas anno MCCCCLXXXI, nona Septembris die. Corpus ejus artubus compactum palpatur, vestitum ordinis indumento: et antiqua consuetudine ob famam sanctitatis servatur in altari ædiculæ, quæ majori ecclesiæ adjuncta est ad meridiem: ubi precibus, votis, oblationibusque fidelium colitur ut Beatus: præsertim postridie Nonas Junii: quo die magna Ceredanum convenit multitudo venerandi visendique corporis gratia. Deest caput tamen, quod in Ecclesiæ majoris altari asservatur: et digitus dextræ manus, qui Mortarii dicitur haberi: brachium quoque sinistrum, quod in Sardinia servari fertur, ubi diem suum vir beatus obiit; et unde corpus olim transferri curarunt Ceredanenses, uti patrium solatium præsidiumque. Quo loco mox hospitium ejus Ordinis fundavere. *Hæc dictus Episcopus edidit anno* MDCXII.

In altari corpus

et caput:

F

2 *Lucas Waddingus, in libro Scriptorum Ordinis Minorum, asserit,* Pacifici Summam casuum conscientiæ prodiisse Venetiis apud Guerræos fratres anno MDLXXIV, et MDLXXX apud Joannem Baptistam Sommascum, quam Italice Franciscus Tarvisinus Carmelita reddidit. *Waddingus in Annalibus Minorum tomo* 7 *ad annum* 1481 *num.* 7. In curia Romana, *inquit*, Commissarii instituti sunt... Sardiniæ, Pacificus a Novaria seu potius a Ceredano, de quo infra dicemus. *Et dein ad annum* 1482 *num.* 71, Obiit, *inquit*, hoc anno in Sardinia (non in Corsica uti habet Marcus, neque ibi scripsit Summam Pacificam, ubi per unum tantum annum vixit) Pacificus Novariensis, sive potius Ceredanensis, quem anno præterito diximus illuc destinatum Commissarium. Hoc anno decessisse mihi constat ex Registro veteri Observantum, in quo notatum, Vicarium generalem Florentiæ die XIV Junii hoc ipso anno instituisse Commissarium Sardiniæ Michaelem Aquensem, celeberrimum prædicatorem, propter obitum, inquit, Pacifici a Novaria.

Fuit anno 1481 Commissarius Sardiniæ,

ibique an 1482 obiit

3 *Idem Waddingus cum ad annum* 1476 *num.* 36

gisset

A *egisset de Conventu Viglivani erecto, sequenti numero agit de duobus hospitiis huic subjectis*, Ceredanensi et Gumhalensi : atque in primo, *inquit*, tumulatus est B. Pacificus, eo prognatus oppido, sed in Sardiniæ insula mortuus, atque Ceredanum furtim in sarcinulis mercatorum, expensis oppidanorum translatus. Errant qui in patria defunctum affirmant. Dum Mortario transirent qui ferebant, elevavit brachium, quod tandem obtinuerunt Clarissæ Mortarienses, habentque in magna veneratione. Caput, a reliquo corpore separatum, asservatur honorifice in ecclesia parochiali Ceredani. Sæpe orta est contentio inter Fratres et oppidanos circa ostensionem corporis : cesserunt enim Fratres hospitium et ædiculam conjunctam, sub cujus altari jacet Pacificus, Confratribus Corporis Christi prope cœmeterium ecclesiæ parochialis, ea lege, ut Fratribus domus et ecclesia commodiori loco construeretur. Quod promiserunt Confratres, compleverunt : sed corpus noluerunt reddere. Tandem conventum est, ut duabus seris clauderetur, primamque clavem haberent Fratres, tamquam legitimi possessores ; secundam Confratres, tamquam custodes, demumque Ceredani Fratribus ædificaretur cœnobium. *Hæc Waddingus, et post ipsum Franciscus Haroldus ad annum* 1482 *num.* 14. *At* brachium sinistrum, *ait*, alii in Sardinia relictum ferunt, alii Sororibus S. Claræ Mortarii datum. D

brachium Mortarii.

Corpus sub 2 series.

AUCTORE D. P.

4 *Philippus Ferrarius in Catalogo generali ad hunc* IV *Junii* : Ceredani in territorio Novariensi, Beati Pacifici Confessoris Ordinis Minorum, *et in Notis allegat* loci monumenta et Chronicon Minorum, *et* Carolum Episcopum Novariensem, *in quo dicitur quidem* coli postridie Nonas Junii ; *sed alii videntur existimasse, errore quodam sic scriptum fuisse, multoque melius fore si legatur*, pridie Nonas Junii, *cum alter dies soleret appellari* octavus Idus Junii. *Ad diem quoque* IV *Junii, eumdem Martyrologio Franciscano inscripsit Arturus a Monasterio, ubi in Notis appellatur* fervidus concionator, et in lucrandis animabus verbo et opere potens : vita exemplari ac sanctis operibus, suique instituti observantia conspicuus.

Memoria in fastis 4 Junii.

B

E

DE B. FRANCISCA VIRGINE

ORDINIS SERVORUM B. M. MANNUÆ IN ITALIA

D. P.

Synopsis vitæ atque cultus, ex Gianio et aliis.

AN MCCCCXCV.

Archangelus Gianius, texens Annales sacri Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ Virginis, a suæ institutionis exordio ; postquam Centuria III *lib.* 5 *cap.* 2 *egisset de viris eruditione præcellentibus, qui Ordinem paulo ante seculum* XVI *illustrarunt* ; Dum his, *inquit*, et plerisque aliis peritissimis viris Ordo floreret ; non deerant ex altera parte, qui sanctissimis incumberent moribus, et serviendo Deo magnopore invigilarent : ex quibus hac tempestate ad cœlum evolavit B. Francisca de Cumis.

Hæc suscepto secundi Ordinis habitu, die IV Februarii MCCCCLXXXII, inter sacras Virgines Monasterii Mantuæ cooptata, sanctissimam et optimis exemplis refertam vitam duxit, semper ad majorem religiosæ disciplinæ perfectionem tendens, quod exitus admirabili modo probavit : cum extremum vitæ persolvisset, die Jovis 4 Junii 1498. (*Error hic est in alterutra cyfrarum : nam, secundum litterarum Dominicalium ordinem annus* 1498, *litteram G sequens, diem 4 Junii numerabat die, non* Jovis, *sed* Lunæ) *itaque vel die 7 obiit* Francisca, *vel anno* 1495 *habente litteram Dominicalem* D. *Nobis satius videtur unum quam duos errores fateri et corrigere ; maxime cum Hippolytus Donesmundi, tribus ante Gianium annis Historiam Ecclesiæ Mantuanæ evulgans, diem* IV *Junii retineat, aliumque annum, scilicet* MCCCCXCVI *notet, sed tunc cadebat in Sabbatum dies ille.*

An 1482 Ordinem ingressa,

C

3 *Ut ut fuerit* ; Cum extremum vitæ persolvisset *Francisca*, accidit ut sequenti anno, dum ecclesia et locus in ampliorem formam redigeretur, oporteret Monialium ossa, ex priore in alteram foveam, infra septa monasterii interioris ecclesiæ transferre ; et corpus B. Franciscæ, quasi tunc fuisset tumulatum, recens et olens repertum fuit ; ac insuper (quod fuit mirandum) manu tenens lilium virens ac si terra tunc vernans collectum fuisset. Quare Moniales, una cum Patribus nostris, Episcopo assentiente (*Erat hic* Ludovicus Cardinalis Gonzaga, *ab anno* MCCCCLXXXIII *ad* MDXI *Cathedra illa potitus*) statuerunt corpus illud seorsim sub altare interiori ecclesiæ, in arca lignea, recondere : quousque ventum est ad annum MDLVII, quando D. Valentinus de Valentinis Mantuanus, graviter ægrotans, et hujus Beatæ meritis convalescens, maxima cum devotione curavit illud corpus honorificentius recondi in arca marmorea, cum ejus imagine his suppositis verbis LA B. FRANCESCA DA COMO.

obiit non 1498 [illegible], sed 95

an 1496 corpus integrum repositum cum lilio virenti,

an 1557 honorificentius collocatur,

5 Quod vero plura ediderit miracula, unum illud apertissime testatur ; quod in veteri quodam Diario expensarum illius monasterii, hanc legimus particulam. Die XV Septembris MD emitur liber, pro conscribendis miraculis et gratiis B. Franciscæ de Cumis, Sorore Anna de Mediolano mandante, quæ tunc erat Prior Monasterii Mantuæ. Hunc vero librum non vidimus, quod dicerent Sorores aliquando ad manus cujusdam Ducissæ Ferrariæ delatum, in Aula defecisse. *Sperabam ego exhinc intentiori cura requisitum fuisse, et repertum librum : eaque spe rogavi anno* MDCLXXXVIII *Collegii nostri tunc Rectorem, Constantinum Aimum, ut cognosceret; sed idem a Patribus Servitis responsum retulit. Rogaveram etiam, ut de præsenti corporis statu inquireret, et effigiem (siquidem supersit) delineandam curaret, sed respondit* ; Corpus asservari intra parietes monasterii, ad quod quia nullus patet aditus, ignoratur an sit necne integrum. In ecclesia vero S. Barnabæ ipsorummet Patrum Servitarum cerni quamdam effigiem antiquam, sed injuria longi temporis fere consumptam. *Nihil ergo ultra sperandum de his video, nisi vel ipsæ Sanctimoniales per se delineent postulatam imaginem, uti delinearunt Virgines Monasterii S. Mariæ Angelorum Florentiæ imaginem B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis ; vel cum Episcopi sui licentia ad sese ingredi ea causa pictorem sinant, prout siverunt Vallumbrosanæ monasterii S. Salvii, pro delineanda veteri S. Humilitatis pictura ; quæ utraque extat in* Majo

ob miracula ab an 1500 scripta

F

quorum frustra quæritur exemplum

uti etiam vetus Beatæ effigies.

A *Majo nostro, altera tomo* v, *altera post tomum* vii.

Non videtur Mantuana,

6 *Hippolytus Donesmundi, ad præcitatum ex eo annum* 1496, *de* Francisca *agens, asserit, alios esse qui dicant, eam patria* Comensem *fuisse; alios qui* familiæ de Comis *seu* Comorum *eam vindicent. Postremis favere videtur Diarium præcitatum: sed obest, quod ea ætate non solebant in monasteria inferri tesseræ gentilitiæ aut nomina familiarum, quisque autem vel Frater vel Soror cognominabatur a nomine civitatis, unde prodierat, uti vel in ibidem nominata Priorissa Sor. Anna de Mediolano apparet. Itaque non immerito gloriari videtur Primus Aloysius de Tattis, in suo Novicomensis Ecclesiæ Martyrologio ad hunc diem, quod Novocomi ignotam, ipse patriæ acquisivit, atque sub hoc elogio dedit annue commemorandam:* Eodem die iv *Junii*. B. Franciscæ Virginis, Ordinis Servorum B. M. V. quæ Mantuæ inter sacras illius asceterii Moniales adscripta, pulcherrimum virtutis florem aliorum virtutum flosculis reddidit pulchriorem: quibus brevi ornamentis Sponso immortali acceptissima, ab ipso in cœlum evocatur. *In Notis autem addit geminum Gregorii Lazzii, de eadem cum virenti lilio reperta, Epigramma; quod in ejus Laurario Poetico num.* 21 *et* 22, *vel in dicto Martyrologio, legere licebit. Arturus a Monasterio in Gynecæo sacro, sic scribit:* Mantuæ B. Franciscæ de Cumis, Virginis Ordinis Servitarum, quæ ad beatum consortium profecta, se signis admirandis glorificatam esse in cœlis manifestavit. D

sed Comensis fuisse.

DIES

DIES QUINTA JUNII

SANCTI QUI NONIS JUNII COLUNTUR.

Sanctus Marcianus,
S. Nicander,
S. Apollonius,
S. Leonides,
S. Arius,
S. Gorgius,
S. Hyperechius,
S. Sellenias,
S. Irene,
S. Pambo,
S. Claudius,
} Martyres in Ægypto.

SS. Socii cxxi et alii lxiii. } Martyres item in Ægypto.

S. Evasius,
S. Privatus,
} Martyres in Africa.

S. Systus, an Confessor? in Africa.

S. Felicula,
S. Felicitas,
S. Fappa,
S. Gregorius,
S. Gagus,
S. Rutianus,
S. Saturninus,
S. Rogata,
S. Hilarius,
S. Victurus,
S. Mustilus,
S. Ingenuus,
S. Secundus,
S. Maurus,
S. Urbicus,
S. Secundianus,
S. Castula,
S. Candida,
S. Prima,
S. Felicianus,
S. Fortunatus,
S. Martialis,
S. Juliana,
S. Nicander,
S. Sacrinus,
Martyres } Romæ.

S. Felicitas, Martyr Romana, Antuerpiæ in templo Societatis Jesu.

S. Zoelus,
S. Saturus,
S. Thyminus,
S. Saturninus,
S. Servulus,
S. Felix,
S. Silvanus,
S. Fortunatus,
S. Mammerus,
} Martyres in Istria.

S. Christophorus,
S. Conon,
} Romani Martyres, apud Græcos.

S. Illidius,
S. Leogontius,
} Episcopi Claromontani in Arvernia.

S. Austrobertus, Archiepiscopus Viennensis in Gallia.
S. Gregorius Martyr, Episcopus Lilibætanus in Sicilia.
S. Dorotheus Martyr, Episcopus Tyri in Phœnicia.

S. Javinus,
S. Heraclius,
} Confessores.

S. Justus,
S. Clemens,
} Patroni Volaterris in Hetruria, Martyres.

S. Eutychius, Episcopus Comensis in Italia.
S. Bonifacius, Legatus Apostolicus et Archiepiscopus Moguntinus, Martyr.

S. Eobanus Coepiscopus,
S. Adalarius, sive Adalbero,
S. Wintrungus,
S. Walterus,
} Presbyteri,
S. Hermindus,
S. Scirbaldus,
S. Bosa,
} Levitæ
S. Wacarus,
S. Gundecanus,
S. Illeherus,
S. Hathenulfus,
} Monachi
S. Hiltebrandus,
SS. Alii xl.
} Laici,
} Cum S. Bonifacio Martyres Doccomii in Frisia.

S. Felix monachus, Martyr Frislariæ in Germania.
S. Genesius Comes in Arvernia.
S. Sanctius, Martyr Cordubæ in Hispania.
B. Elsiarius, Monachus Benedictinus in Vasconia.
B. Meinwercus, Episcopus Paderbornensis in Westphalia.
S. Francus, Eremita Asserici in Aprutio.
B. Placidus Ordinis Apostolinorum, Recineti in Piceno.
B. Ferdinandus, Joannis R. filius, in Leriensi Lusitaniæ diœcesi.

COROLLARIUM

S. Dorotheus Thebanus, in Ægypto.
S. Dorotheus, Archimandrita in Palæstina.
S. Dorotheus Junior, Abbas in Chiliocomo ad Pontum.

PRÆTERMISSI

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Opera R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ, nisi aliud indicent litteræ, additæ ad marginem.

Sancti Joannis Eleemosynarii Patriarchæ Alexandrini, Translatio tertia corporis, hoc hic facta, *uti legitur in Vita* XXIII Januarii.

S. Severa, S. Calendinus, S. Marcus, Martyres fratres, *celebrantur a Maurolyco et in MSS. Vaticano S. Petri, Parisiense S. Victoris, Florentino Strozzii, et alio Reginæ Sueciæ. Acta Martyrii dedimus* XXIX Januarii.

S. Præcordii Confessoris translatio Corporis Corbeiæ, *celebratur in cappis et officio* XII *lectionum; eademque refertur in adjunctis apographo Martyrologii Hieronymiani Corbeiensi, uti diximus ad diem ejus natalem* I Februarii.

S. Felicis, Episcopi Metensis, depositio *inscripta est MS. Florario. De eo egimus* XXI Februarii.

S. Proti, S. Hyacinthi, Martyrum, S. Liberatæ, S. Faustinæ, Virginum, S. Provini Episc. Comensis, S. Julianæ Virg. Martyris, *translatio facta anno* 1618, *feria* 3 *Pentecostes* hac v Junii, *cum celebri per totam urbem supplicatione et depositione in decentiores arculas. Ita Martyrologium Comense Aloysii de Tattis. Ex his coluntur.*

SS Protus et Hyacinthus *die* XI Septembris.
Liberata et Faustina Sorores, XVIII Januarii.
Provinus Episcopus Comensis VIII Martii.
Juliana Virgo et Martyr XVI Februarii.

S. Silvester, Episcopus Vesontionensis, *memoratur a Ferrario. Chiffletius ait, hanc esse ejus et S. Aniani decessoris communem Translationem. Nos ejus Acta dedimus* X Maji.
De S. Aniano *acturi* V Septembris.

S. Bonifacius Martyr, Tharsi in Cilicia, *refertur a Molano, Adone, Notkero, et aliis. Vipera hodie translatas Reliquias Beneventum scribit. Nos cum Breviario Romano Vitam dedimus* XIV Maji.

Aglae matrona *indicatur a Greveno, Canisio, et in nonnullis MSS. De ea agitur in Actis dicti Bonifacii.* XIV Maji.

Actus, Episcopus Pistoriensis, *inscriptus est Auctario eodem, collecto a Carthusianis Bruxellensibus ad Grevenum. Est is S. Atto, ex Abbate Vallis-Umbrosæ Episcopus Pistoriensis, cujus Acta dedimus* XXII Maji.

S. Florentius, S. Julianus, S. Cyriacus, S. Marcellinus, S. Faustinus, *Martyres Perusini, inscripti Martyrologio Romano : quare etiam* S. Florentius, *occasione ossis Duacum translati, ibidem colitur festivius in Ecclesia Societatis Jesu; sed Perusiæ die quo obierunt, et ab aliis nobisque referuntur* I Junii.

S. Jovini, Abbatis Pictavis, *memoria celebratur in MS. Romano Ducis Altempsii, in Anglia aucto. De eo egimus* I Junii.

S. Proculi, Martyris Bononiæ *memoria similiter in aucto MS. fit : de quo etiam egimus* I Junii.

Pergentina, Soror SS. Laurentini et Pergentini, *nullius laureolæ addito titulo, indicatur in MS. Florario, et a Greveno et Canisio, ut diximus ad Acta fratrum* III Junii.

S. Isaac Monachus *additur in scriptis ad Grevenum. Colitur* III Junii.

S. Quirinum, ob corpus asservatum Tibure, coli hoc die *ibidem, asserit Ferrarius ad diem, quo de eo egimus* IV Junii.

Dedicatio ecclesiæ S. Salvatoris apud Alexandrinos D. P.
celebratur hoc die in Hagiologio metrico Æthiopico MS. et ex hoc in Fastis Ecclesiæ Alexandrinæ a Jobo Ludolfo nuper collectis et editis.

Falco, Abbas Cavensis sextus, *memoratur cum titulo Beati a Wione et Menardo. Coluntur* 4 *Abbates primi, nec dubitamus quin etiam hic sanctitate clarus vixerit; sed tamen neque a Romæo aut Paulo Regio de Sanctis Neapolitanis, neque a Ferrario in suis Catalogis nominatur.*

Bonifacius, ex Monacho Claravallensi Prior Villariensis nonus in Brabantia, floruit circa annum 1170, et ob sanctitatis celebritatem ossa ejus reposita esse retro cancellum majoris altaris, *indicatur in Historia Villariensium Abbatum : Henricus Chrysostomus et Claudius Chalemot eum referunt ad hunc* V *Junii, quo nempe plures nomine* Bonifacii *memorantur.*

Ordo militum Jesu Christi in Lusitania, sub instituto Cisterciensi, et Abbate Alcobatiæ, anno MCCCXXX sumpsit exordium. *Ita Kalendarium Cisterciense anno* 1657 *Divione excusum.*

Guilielmus Trust, Abbas Fontanensis, et alius Abbas Reveriensis Ordinis Cisterciensis, Londini in Anglia sub Henrico VIII propter fidem suspensi, et in quatuor divisi partes, *appellantur* Beati et Martyres *ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino : sed ut tales necdum sunt ab Ecclesia vindicati.*

Sigerus, Monachus Hemmerodensis, *apud Cæsarium libro* XI *Historiarum memorabilium sui temporis cap.* 4, *laudatus* a mortificatione et ardenti amore Deiparæ Virginis. *Hinc cum titulo* Beati *honoratur ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino.*

Anonyma reclusa prope Basileam *laudatur a Joanne Nyder lib.* 2. *Formicarii cap.* 2, *et cum titulo* Beatæ *in Gynecæo sacro Arturi.*

Petrus Arragonius, filius Jacobi II Aragonum Regis, *cum titulo* Beati *refertur ab Arturo. De quo Haroldus ad annum* 1380 *num.* 11 *ait*, quo tempore obierit incompertum. Solum ex Francisco Gonzaga haberi, ejus ossa in capsa lignea cum veneratione servari in ecclesia Fratrum Minorum Valentiæ, ipsumque vitæ sanctimonia et piis moribus illustriorem fuisse, quam sanguine regio. *Interim Haroldus a titulo Beati abstinet : et Waddingus anno* 1239 *num.* 18, *agens de his ossibus, honorifice conditis, appellat* Venerabilem, pium, vitæ sanctitate clarissimum.

Reginaldus ab Urssunia, *Nolæ in Campania, anno* 1486 *honestius reconditus.*

Nicolaus a Kostikio, *laicus, Warsaviæ in Mazovia, circa annum* 1470.

Antonius a Burgo Reatino, *Gresii in Latio, circa annum* 1500.

Ambrosius a Lombardia, *Firmi in Piceno, circa annum* 1501.

Didacus Hernandez, *Badajocii in Hispania, anno* 1550, *omnes* Ordinis Minorum, *referuntur cum titulo* Beati *in Martyrol. Franciscano Arturi.*

Stanislaus de Horzis, *Ordinis S. Francisci de Observantia, Cracoviæ ad S. Bernardinum quiescit, hoc* D. P.
die mortuus an. 1480, *et cum titulo* Beati *inter Sanctos ac Beatos hujus nominis relatus a Martino Baronio, post Vitam et miracula* B. Stanislai *Casimiritani, Arturo, (quod mireris) præteritus; nullum ibi*

ibi cultum habet, ut inde responsum quærenti est.

Elisabeth Verdugo, *tertiaria seculo* 16 } Ordinis S. Francisci, *tamquam*
Maria Baptista Butaroni, *Virgo Fulgini an.* 1552, }
Beatæ *inscriptæ sunt eidem Martyrologio. Jacobillus de Sanctis Fulginatibus, ad* 22 *Julii, de Sanctimonialibus nonnullis vitæ perfectioris agit, iisque* Mariam Baptistam *accenset, sed nec huic nec aliarum ulli titulum Beatæ optat.*

Joannes Gray, Ordinis Minorum, Bruxellis ab hæreticis Geuziis anno 1579 occisus, *indicatur a Razzio in Auctario Molani, et cum titulo* Beati *in Martyrologio Franciscano prædicto.*

S. Hilarion Junior, Hegumenus Constantinopoli, *memoratur in MS. Synaxario Constantinopolitano et MSS. Menæis Divionensibus. At totum officium de eo in Menæis excusis est, ejusque memoria in Anthologio novo* vi Junii.

SS. Zenais, Cyria, Valeria, et Marcia, Martyres Cæsareæ in Palæstina, *memorantur in Martyrologio Romano ex Menologio Sirleti. Verum* S. Zenais, *separanda ab aliis, Cæsareæ non est passa; et socias habuit* SS. Eusebiam *sive* Ascam *et* Susannam. *Nos cum antiquis Græcorum Menæis singulas accurate distinctas damus* vi Junii.

C. J. S. Claudius, *a Joanne Jacobo Chiffletio in sua Vesontione parte* 2 *pag.* 149, *notatur ex quodam Bisontinensis ecclesiæ S. Stephani Martyrologio coli, ut* Archiepiscopus Bisontinus, Nonis Junii, in diœcesi Lugdunensi. *Potest id fieri, aut factum aliquando fuisse per anticipationem, quod sequens dies, quo obiit Sanctus ille, proprio aliquo Lugdunensibus festo aut aliter impeditus fuerit. Indicatur nihilominus* S. Claudius *etiam hoc* v *Junii, ut* Episcopus Confessor, *in Martyrologio Bellini Parisiis aucto, forte ex prædicto Martyrologio S. Stephani. Nos utrobique eumdem putamus intelligendum Archiepiscopum Bisontinum, proponendum, quo obiit colitur que die* vi Junii.

Bathenus, Abbas in insula Himba, *imo* Hia, S. Columbæ Secretarius, *memoratur in Martyrologio Scotico Dempsteri.* S. Columbæ alumnus et successor *dicitur, apud Adamnanum in hujus Vita; et* familiarissimus discipulus, *apud Notkerum in ejus elogio. Idem si qua Dempstero in Historia Scotica est fides) scripsisset* Acta Columbæ Magistri. *Ejus Vita dabitur cum Vita S. Columbæ* ix Junii.

NOT. 23 D. P. Cerdo, iv *Patriarcha Alexandrinus, in Chronico Patriarchali quod edidit Abraham Ecchellensis, dicitur obiisse* die Sabbathi xi Baunæ, *nobis hodie. Laudatur*, ut continens, humilis ac mansuetus tota vita sua : *sed nullis hactenus Fastis adscriptum reperi, nisi forte Habessini, eum sub nomine* Cedrani *colunt die quo verosimiliter obiit* xxi *Baunæ, quando de eo agemus* xv Junii.

SS. Nicander et Marcianus Martyres, inter Asinum et Venassum, passi Nonis Junii, *dicuntur a Petro de Natalibus lib.* 5 *cap.* 90. *Ab aliis, quando inscripti sunt Martyrologio Romano,* xvii Junii.

S. Bonifacius Episcopus, *ad Russos missus et Martyr, occasione S. Bonifacii Episcopi, relatus Petro de Natalibus libro* 5 *cap.* 87 *additur cap. sequenti; et hoc secuti sunt Maurolycus et Wilfordus. De eo Martyrologium Romanum* xix Junii.

S. Apollinaris Martyr *inscriptus est antiquo Kalendario S. Maximini. Plures hujus nominis Martyres reperiuntur, et inter alios reperitur in Martyrologio S. Maximini inter alios Martyres* S. Apollinaris xxi Junii.

S. Febronia Martyr, trium Lectionum, *refertur in Kalendario MS. Aquileiensi. Inscripta est Martyrol. Romano* xxv Junii.

Joannes Vicentinus, Ord. Prædicat. *Conventus Bononiensis, tantis miraculis in vita clarus fuit, ut Gregorius IX hanc ei gratiam sit gratulatus per litteras, quarum fragmentum refert Barbaranus Hist. Vicent. lib.* 2 *cap.* 38. *Cantipratanus, lib.* 2 *cap.* 1 *num.* 3, nulli antiquorum Sanctorum, in hac parte inferiorem *habitum, dicit; et Ambrosius Taegius in MSS. fol.* 31, decem mortuos suscitasse, aliaque ducenta miracula operatum *scribit, quorum aliqua etiam refert Cantipratanus. Nos, licet non omnia haberi antiquitus scripta doleamus, dolemus tamen magis, quod neque Vitam quisquam antiquorum scripserit, neque de ejus morte vel sepultura aliquid prodiderit quoad diem, annum, modum ac locum. Collegit quæ potuit Valerius Muscheta ejusdem Ordinis, et typis Patavinis Latine vulgavit anno* 1590; *ubi circa annum* 1254 *ab Ezelino tyranno inter cadavera cæsorum clausum, eorumque fœtore enectum tenet : sed Barbaranus Cappucinus, easdem omnes pluresque memorias accuratius Italice prosecutus, a cap.* 19 *ad* 39 *demonstrat, ipsum Ezelino supervixisse integro decennio; censetque verosimilius extinctum in sacra expeditione contra Manfredum Tyrannum. Priorem librum solum vidit et secutus est Auctor anni sacri Ordinis Prædicatorum, qui hunc ipsi diem elegit. Ast Carcanus in quadam Sanctorum ac Beatorum Vicentinorum tabula, maluit ei assignare* 2 *Julii, et hunc sequitur Marchesius, auctor Diarii Dominicani. Si probari positive possit, quod* summi Pontifices, non solum permiserunt divulgari ejus miracula, sed et titulum Beati usurpari, adorari imagines etc. *uti loquitur Barbaranus, poterimus etiam nos induci, ut de eo tamquam Beato agamus* ii Julii.

Bonifacius Episcopus Carthaginensis, *post duos alios hujus nominis Sanctos, ponitur a Petro de Natalibus lib.* i *cap.* 89, *quasi* sub Zenone Imperatore *vixisset : et citatur Sigebertus. Verum hic, non de* Bonifacio, *sed de S. Eugenio Episcopo, Carthagine valde illustri, agit : Eugenius autem colitur* xii Julii, *Petrum de Natalibus secuti sunt Maurolycus, et* Ghinius.

S. David, Abbas Cluniacensis in Anglia, *indicatur in Kalendario scripto Ordinis Benedictini. Colitur in Martyrologio Anglicano Wilsoni et apud Alfordum* S. David, *natus in Anglia, sed in Sueciam profectus. Si ille est hic notatus, memorandus erit* xv Julii.

S. Eustathii, Episcopi Antiocheni ab Arianis in exilium pulsi, ibique sancte mortui, relatio corporis Antiochiam, facta sub Zenone Imperatore, *celebratur hoc die a Græcis, et cum prolixo elogio in MS. Ambrosiano : at Natalis ejusdem apud Latinos recurrit* xvi Julii.

S. Augustini festum jejuniorum *inscriptum est MS. Florario, de quo poterit agi ad ejus natalem* xxviii Augusti.

S. Nicolai Tolentini, Ordinis Eremitarum S. Augustini, canonizatio, *memoratur in MS. Florario, a Greveno, Canisio, Ferrario atque Kalendario Missalis Romani Venetiis impressi* 1502 *et aliis. Dies ejus natalis incidit in* x Septembris.

S. Aldricus, Episcopus Senonensis, *indicatur in Florario MS. ab aliis* x Octobris.

S. Severinus, Episcopus Coloniensis, *inscriptus est Martyrologio Wilfordi Anglice sub an.* 1506 *excuso. Dies natalis est* xxiii Octobris.

Sanctorum Martyrum Chrysanthi, Cyriacæ et Marcellini Corpora, annuente S. D. N. Urbano Papa VIII, procurante Illustriss. ac Reverendiss. Domino D. Philippo Friderico Viennensi Episcopo, S. R. I. Principe, Romæ allata, Viennæ in Cathedralem divi Stephani ædem solenni pompa illata sunt; die v mensis Junii, anno mdcxxxxiv. *Ita frontispicium libelli, Viennæ impressi, (cui tamen* C. J.

nolo

nota diei ac mensis, manu adscripta est) Compendium Vitæ dictorum Martyrum continentis. Gratum nobis facerent Domini Canonici Viennenses, si litteras donationis testes submitterent nobis, certius inde judicaturis, an revera præclarorum istorum Martyrum sacræ exuviæ sint, cum de singulis cum Martyrologio Romano agemus, de Chrysantho *quidem,* XXV Octobris, *de* Cyriaca *vero* XXI Augusti, *de* Marcellino *autem, aut potius* Marcello VII Octobris.

S. Mauri Martyris susceptio et repositio corporis, in monasterio Floriacensi, *memoratur a Saussayo. Quis hic* Maurus *fuerit non satis constat. Romæ sub Numeriano Imperatore et Celerino Præfecto passus celebratur* XXII Novembris; *quem hunc eumdem esse cecinit in suo Poemate Rodulfus Tortarius Floriacensis, quod poterit accuratius discuti dicto* XXII Novembris.

S. Urbani Papæ V translatio, hoc die facta est. *Ejus natalis incidit in diem* XIX Decembris.

S. Willibaldus Presbyter, et S. Walpurga Soror ejus, *adjunguntur a Notkero S. Bonifacio Episcopo Moguntino. Sed actum a nobis est de* S. Walburga XXV Februarii. *De* S. Willibaldo, *sed* Episcopo Aichstadiensi, *agendum* VII Julii. *At horum frater,* S. Winibaldus Presbyter, *colitur* XXVIII Decembris.

DE SANCTIS MARTYRIBUS ÆGYPTIIS

MARCIANO, NICANDRO, APOLLONIO

LEONIDE, ARIO GORGIO, HYPERECHIO, SELLENIADE

IRENE, PAMBONE

G. H. B E

COMMENTARIUS HISTORICUS

Cultus apud Latinos ac Græcos : et martyrii modus ex MSS.

Memoria in Fastis Latinis,

Est celebris horum memoria apud Græcos, et trium primorum apud Latinos. Nam ab his diem præsentem exorditur Martyrologium Hieronymianum, in cujus apographo Epternacensi ista leguntur : Nonas Junii. In Ægypto Marciani, Nicandri et Apollinii. *In apographis Lucensi et Corbeiensi nomina duorum scribuntur,* Nigandri *et* Apolloni, *sive* Apollonii. *In Corbeiensi addebatur* Feliculæ et Joci : *sed* Felicula *est prima inter* XXV *Martyres Romanos mox proferendos, et forte* Joci *nomen ibi est* Gagi. *Sed esto alius sit, saltem hisce decem non arbitramur annumerandum. In Martyrologiis Usuardi et Adonis ista habentur :* Apud Ægyptum natalis Sanctorum Martyrum, Martiani, Nicandri et Apollonii, quorum gesta habentur. *Ast, ultimis verbis omissis, de gestis, reliqua eodem modo referuntur apud Notkerum. Bellinus et Maurolycus eadem habent cum Usuardo et Adone, sed loco* Nicandri *scripserunt* Nicanoris : *quod nomen est in hodierno Martyrologio Romano servatum, ubi ista sunt posita :* In Ægypto natalis sanctorum Martyrum, Marciani, Nicanoris, Apollonii, et aliorum, qui in persecutione Galerii Maximiani illustre martyrium consummarunt. *In Notis allegantur* Usuardus et Ado : *sed hi* Nicandrum *appellant. In MS. Casinensi sola trium primorum nomina habentur, sed die præcedenti. Galesinius adjunxit* persecutionem Maximiani ; *et in Notis censuit nomen* Nicandri *retinendum, non* Nicanoris, *ob auctoritatem Græcorum.* Maximiani *nomen assumptum forsitan ab eo fuit ex posteriori editione Petri de Natalibus, qui hoc die agit de* Atinensibus et Venafrensibus Martyribus, Nicandro et Marciano, *qui* XVII *Junii passi sunt.* SS. Marcianus, Nicander et Apollonius, *sed post primum nonnullis interpositis, habentur etiam in MSS. Gellonensi, Augustano, S. Galli, et Labbeano.* C

Menologio Sirleti

2 *Menologium Græcorum, a Baronio in Notis citatum, a Sirleto his verbis fuit contextum :* Die V Junii. Sanctorum Martyrum, Martiani, Nicandri, Apollinis, Leonidis, Arii, Gorgii, Hyperechii, Selleniadis, Irenes et Pambonis. Hi omnes Sancti sub Ægypti Præside, eo quod Christum ipsum abnegare noluerint, fame, siti et æstu vexati, martyrii certamen sustinentes, animas suas Domino tradiderunt. *Hæc ibi, quæ eadem in Menæis habentur, nisi quod duo nomina ita scribantur,* Μαρκιανοῦ *et* Ἀπολλώνος; *quodque dicantur fame, siti et frigore, Græcis* ῥίγει, *vexati; quod bene correctum a Sirleto, cum ex Actis constet* æstu *necatos. Interim eadem quæ in dictis Menæis habentur, etiam repetuntur* ἐν βίοις Ἁγίων, *editis per Maximum Episcopum Cytherensem.* Memoria quoque decem Martyrum *inscripta est Martyrologio MS. Arabo-Ægyptiaco per Simonium translato. Et illi quidem dicuntur morte damnati a* Duce Ægypti : *sed cum neque ipsius, neque Imperatoris cui suberat, nomen exprimitur; nulla nobis relinquitur occasio quidquam divinandi de tempore, quo passi sunt.* et Menæis.

Iidem videntur relati, die 4 5

3 *Baronius in suis Notis asserit, ad Nonas Aprilis de eisdem agi : quo die, imo et præcedenti et sequenti, lectorem ad hunc* V *Junii remisimus. Ac primo die quarta Aprilis ex Galesinio inter Prætermissos referuntur* Paulus, Victor, Nicanor, Apollonius, Martiniana Virgo. *Ex his* Paulus *et* Victor *cum aliis duodecim ad dictum* IV *Aprilis cultui sacro expositi fuerunt :* Nicanor *et* Apollonius *ad hunc diem* V *Junii rejecti, cum* Martiniana, *quod sequenti die* V *Aprilis* Marciana *loco* Marciani *haberetur. At major difficultas oritur ad dictum* V *Aprilis, quo die in Epternacensi Martyrologii Hieronymiani apographo indicatur memoria* Marciani in Ægypto ; *in Lucensi,* In Ægypto natalis Marcianæ, Nichanoris, Apollonii. *Usuardus,* Nonis Aprilis, apud Ægyptum Martiani, Nicandri et Apollonii. *Notkerus* Nicanoris, *addit Addo et* Martianam, *unde et pridie* Martiniana *a Galesinio formata fuit. Demum* VI *Aprilis* SS. Marcianus, Nicanor, et Apollonius, Martyres in Ægypto, *inscripti fuerunt MS. Martyrologio Bruxellensi ecclesiæ S. Gudulæ, et ubique ad hunc diem rejiciendos omnes arbitrati fuimus; neque etiam nunc quidquam invenimus causæ, ob quam a priori sententia recedamus.* F et 6 Aprilis.

Priora tormenta ex Menologio Basilii Imp.

4 *Fortassis mense Aprili, tribus consequenter diebus, ea toleraverint Sancti, quæ in Menologio Basilii Imperatoris habentur, sumpta ex Actis apud Usuardum et Adonem, nec non in Hieronymiano Lucensi allegatis, quæ neque Græce neque Latine hactenus inventa fuerunt; mense autem Junio, fame, siti, æstu consumpti expirarint,*

A *expirarint, ac forte tertio post ceteros die* Marcianus, *ut* Martyr in Ægypto, *iterum in Hieronymianis apographis alibique relatus* VIII *Junii. Menologii verba sunt hujusmodi.*

5 Die quinta hujus mensis Junii Certamen sanctorum Martyrum Marciani et Nicandri et sociorum. Marcianus et Nicander Christi Martyres cum sociis suis vixerunt in regione Ægypti, et propter confessionem fidei Christianæ comprehensi sunt a Præside, et violentiam passi, ut Christum abnegarent, et idolis cultum exhiberent. Verum cum id nollent facere, primo diris verberibus excepti fuerunt, mox latera lampadibus exusta, deinde suspensi ferreis ungulis lacerati sunt, adeo ut carnes eorum in terram deciderent. Postea semimortui carceri inclusi, ab Angelo Dei apparente sanati fuerunt, et sic post multos dies plane sani ex custodia exiverunt. Tunc in tribunali Præsidis præsentati, propter hoc miraculum multi infidelium ad fidem Christi convertuntur. Illi rursus in custodia positi, in hac Deo animas suas tradiderunt. *Hæc ibi.* D

AUCTORE G. H.

6 *At qualis fuerit hæc custodia explicabit ultimus Sanctorum Agon, graviter eleganterque descriptus, Græce verosimiliter ab Eusebio, in opere de Martyribus; cujus supra memini ad diem* I; *ubi de S. Justino ac Sociis num.* 11. *Est enim prosecutio quædam (uti ex initio apparet) similis argumenti, circumducti per varias regiones, præsertim Orientis, Martyrum passionibus illustratas: hæc autem Operis talis pars a nobis inventa fuit, in Codice Vaticano Græco, sub num.* 655 *et hoc titulo,* Μαρτύριον τῶν ἁγίων Δέκα Μαρτύρων, Μαρκιανοῦ καὶ τῆς Συνοδίας αὐτοῦ. Passio Sanctorum decem Martyrum, Marciani et Sociorum ejus; *cujus etiam interpretationem Latinam, a Guilielmo Sirleto factam, ibidem descripsimus, et pariter hic damus.*

postremus agon fortassis ex libro Eusebii de Martyribus.

ACTA MARTYRII

Ex MS. Vaticano, interprete Guilielmo Sirleto.

B

Pulcherrimus quidem, Carissimi, etiam eorum, qui apud Ægyptum pro Dei confessione martyrium subierunt, chorus extitit; pulcherrimus, inquam, et narratione atque historia dignissimus. Viri enim ac mulieres, animo convenientes atque concordes, cum divino cultui servire sibi proposuissent, et ob eam causam, quidvis pati animo et corpore parati essent; parem quidem cruciatum omnes subierunt, sed communiter tamen devicto certamine, inter se conjunctim martyrio functi, et splendida corona amicti sunt. Cum enim carnifices cruciatibus inferendis defessi essent, et qui Martyres ipsos eis tradiderant a lapidatione in eos facienda abhorrerent, Ægypti Præses cruciatum quemdam excogitavit, majorem fere quam ut humano consilio excogitari possit: ejus autem regionis conditio, ad eam rem, quam facere sibi proposuerat, multum adjumenti afferebat. Nam cum sol ipse arderet, et multam æstus vim per campos immitteret; Ægyptiæque regionis natura talis esset, ut citius quam aliæ calefieret, et præter ceteras terras solis æstu accenderetur; murum quemdam Præses ipse in campo ædificavit, eumque ita erexit, ut qui vellent C illinc aufugere non possent. Cumque concordes illos Martyres intra eum murum conclusissent, Date, inquit, vos omnes pœnam unam, quoniam una et eadem amentia laboratis. Adhibuit autem custodes, quibus jussit crebro a Martyribus quærere, an de sententia discedere vellent; eisque mandavit, ut hæc Martyribus dicerent: Adest nobis aqua, ex illa quidem copiosa, adsunt et res victui necessariæ. Si ergo vos sititis, aut esuritis, negate Deum vestrum et salvi estote; facite hoc, et necessaria vobis suppeditabimus. Illi cum unam et veram libertatem, martyrium ipsum esse, unam salutem a Dei confessione pendere, unam vitam a præsenti morte proficisci, recte sentirent; neque ullo ardentis solis æstu, neque gravi fame movebantur: non denique aridam sitim lenire curabant, sed pro cibo psalmos, et pro potu Dei laudem narrabant.

Post magnos cruciatus toleratos,

soli ardenti, expositi,

muroque conclusi,

æstu, fame et siti extinguuntur,

7 Itaque eorum fides, ab illa Evangelii voce non discrepabat, quam vocem Jesus respondit diabolo, in monte hæc proponenti, Dic ut lapides isti panes
Luc. 4, 4 fiant; Scriptum, inquit ille, ita est: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit ab ore Dei. Et alio loco Samaritanæ mulieri dixit: Omnis
Joan. 4, 14 qui bibit ex hac aqua sitiet iterum; qui autem bibit ex hac aqua quam ego dabo, ille non sitiet in æter-

E

Καλὸς, ὦ ἀγαπητοὶ, καὶ ὁ χορὸς ὁ ἐν Αἰγύπτῳ μαρτυρήσας Θεῷ, καλὸς καὶ διηγήσεως ἄξιος· ἄνδρες γὰρ σὺν γυναιξὶν ὁμοφρονήσαντες εἰρημένοι, λατρεύειν μὲν Κυρίῳ κεκρικότες, ὑφίστασθαι δὲ πᾶν ὁτιοῦν τὴν διάνοιαν καὶ τὸ σῶμα γυμνάσαντες, ὑπέστησαν μὲν μίαν τιμωρίαν οἱ πάντες, συνοδεύουσι δὲ κοινῇ μετ' ἀλλήλων καλὸν ἀγῶνα νικήσαντες, καὶ λαμπρὸν στέφανον ἀναδησάμενοι. Ὥσπερ γὰρ ἀπειρήκεσαν οἱ φονεύοντες, ὤκνησαν δὲ οἱ παραδιδόντες καὶ λιθολεύστους αὐτοὺς ποιεῖν λοιπὸν ἐνυσχάττοντο, ἐπενόησεν ὁ τῆς Αἰγύπτου Δοὺξ καὶ πέραν ἐπινοίας ἀνθρωπίνης τιμωρίαν, συνεργὸν τὴν τόπου θέσιν λαβών· ὡς γὰρ ἔκαιε μὲν καὶ πολλὴν ἵει πυρὸς ἀκμὴν κατὰ τῶν πεδίων ὁ ἥλιος, οὕτω τῆς θέσεως τῆς Αἰγύπτου κατὰ φύσιν ἐχούσης, ὡς θᾶττον μὲν τῶν ἄλλων θερμαίνεσθαι, μᾶλλον δὲ ἢ τὰς ἄλλας γῆς ἐκφλέγεσθαι· τεῖχος οἰκοδομεῖ κατὰ τοῦ πεδίου, εἰς τοσοῦτον ἐπάρας, ὡς μὴ ἐξεῖναι τοῖς βουλομένοις ἀποδιδράσκειν· κατακλείσας δὲ τοὺς ὁμογνώμονας, Δότε δίκην, φησὶ, μίαν πάντες· ἐπειδὴ καὶ τὴν αὐτὴν γνώμην ἐσχήκατε. Ἐπιστήσας δὲ φρουροὺς, καὶ κατ' ὀλίγον ἐρωτᾷν προστάξας, Ὕδωρ ἄφθονον ἐστὶ πλημμυρεῖν τὰ ἐπιτήδεια, εἰ διψᾶτε, ἀρνήσασθε τὸν Θεὸν ὑμῶν καὶ σώζεσθε· εἰ τροφῆς δεῖσθε, τοῦτο ποιεῖτε, καὶ ἔστε. Οἱ δὲ μίαν ἐλευθερίαν τὸ μαρτύριον εἶναι καλῶς ἐγνωκότες, μίαν σωτηρίαν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ὁμολογίαν, μίαν ζωὴν τὸν ἐντεῦθεν θάνατον, οὔτε προσέχοντα καὶ καίοντα τὸν ἥλιον ἐπιτηρούμενον, οὔτε πρὸς τὸν κατὰ πολὺ δεινὸν λιμὸν ἐπιστρεφόμενοι, οὔτε τὴν ἀγχόνουσαν δίψαν θεραπεύειν ἠθέλοντο· ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ψαλμοὶ μὲν ἡ τροφὴ, ὕμνος δὲ Κυρίου τὸ ποτόν.

F

Καὶ οὐκ ἀπᾴδουσα τῆς τοῦ Εὐαγγελίου φωνῆς ἡ τούτων περὶ ταῦτα πίστις. Ἔλεγε γὰρ ὁ διάβολος ἐν τῷ ὄρει, Εἰπὲ τῷ λίθῳ τούτῳ ἵνα γένηται ἄρτος· καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Γέγραπται οὕτως, Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι Θεοῦ. Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ, πρὸς τὴν γυναῖκα τὴν Σαμαρεῖτιν ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε· Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν· ὁ δὲ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸ ὕδωρ, ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Οὕτως οἱ ἀγωνισταὶ ἐτρέφοντο, οὕτως ἐπιμονὴν καλὴν ὡς ἀληθῶς ποτὸν, καὶ τῇ τῇ πρὸς τὸ ἐσπευσμένον παραπλήσιον· οὗτος ὁ θάνατος, ὁ πᾶς ὁ ἐπίπονος μᾶλλον ἢ τὸ ἀπολαῦσαι τοῦ παρόντος ποιεῖν, μᾶλλον τὴν ἀρχὴν παρ' αὐτοῖς ὑπομένειν ἐνόμιζοντο. Μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπεὶ κλῆρος ἦν, τὴν μὲν ψυχὴν εἰς τοὺς οὐρανίους τόπους πρὸς τὸν ἀθάνατον ἐπιγραφὴν Θεὸν, παραδεδώκασι πολλὴν ὕμνων μεστὴν, καὶ ὕμνον τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐχαριστίαν ἀποδιδόντες. Τούτων ἀγγελθέντων τῷ Δουκὶ,

AUCTORE D. P.

A καὶ τὸ οἰκοδομηθὲν αὐτοῖς πρὸς φρουρὰν τεῖχος, τάφον γενέσθαι κεκέλευκεν· ἡμεῖς δὲ οἱ Χριστιανοὶ δόξαν ἀναπέμψωμεν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

num; sed aqua quam dabo ipsi fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Ita Martyres illi sanctissimi nutriebantur, ita bonarum rerum perseverantia verum potum, et fonti ad quem properabant similem, eis præbebat. Hæc erat illorum exultatio; hæc laus illis proposita, ad paradisi voluptatem percipiendam, eos maxime urgebat: quippe, qui a sancto illo fonte potum haurire gestiebant. Post hæc cum tempus præsto esset, quo illorum animæ, ad propria loca et suum Deum, properarent; Martyres ipsi, multis hymnis et laudibus Deo pronuntiatis, purissimas, ut decebat, animas Deo tradiderunt. Ea res cum ad Ægypti Ducem perlata esset; murum, ad eos custodiendos ædificatum, eorumdem sepulcrum esse jussit: nos vero Christiani homines, gloriam canamus Patri et filio et sancto Spiritui; nunc, et in secula seculorum. Amen. D

hymnis Deo canendis sub mortem occupati.

DE SANCTO CLAUDIO

ET SOCIIS CXXI ALIISQUE LXIII

D. P.

MARTYRIBUS IN ÆGYPTO

Ex Hagiologio Metrico Habessinorum et Fastis Copticis.

Simul omnes in poemate Æthiopico,

B Habessinus *Auctor Hagiologii metrici, Alexandrinæ Ecclesiæ Fastos seu Martyrologium, necdum e tenebris erutum secutus; duabus Strophis sic proponit prætitulatorum Martyrum memoriam faciendam.* I. Saluto Claudium, Christi fide indutum; quem non delectarunt vestes regiæ, quo minus Principem gentilem reprehenderet: sed potius quam obediret verbis ejus præceptisque pareret, excipere maluit acutam lanceam, ejus manu ad se perfodiendum intortam. II. Saluto et vos, ejusdem confessionis jugo innexos; centum viginti et unus; vos quoque sexaginta tres, socios, Domini mei Claudii, de domo Principis regii. Explete desiderium cordis mei, et petitionem meam ponite in altari Dei Patris.

solus Claudius refertur in Copticis Seldeni:

2 *Jobas Ludolfus solum* Claudium *inseruit concinnatis a se Fastis Alexandrinæ Ecclesiæ: et in Notis scripsit, cum recenseri* cum sociis LXXXVIII: *ubi vereor ne præter illius mentem exciderit littera numeralis* C *et pro* IIII *obrepserit* VIII: *nam* XXI *et* LXIII *supra centum solum faciunt* LXXXIV. *Solius etiam* Claudii Martyris *nomen invenitur inscriptum primo Ordini Fastorum Copticorum apud Seldenum lib. 4 de Synedriis pag.* 401. E

an idem Climenus filius Regis?

3 *Nec alius ab hoc esse videtur, qui apud eumdem pag. sequ. ex aliis similibus Fastis, adscribitur diei* X *mensis Beuna seu* IV *Junii, his verbis*: Climini Martyris, filii Regis. Κλίμενος, *enim pro* Κλειόμενος *a* Κλείω Claudo, *haud inepte videtur Latine verti* Claudius; *et condonabilis est error scriptoris, in notando diei numero, cum solus hic ibi nominaretur inter* II *et* IX *Junii. Porro quod is dicatur,* Filius Regis, *non abludit a verbis Poetæ Habessini: et fieri potest, ut vicinus aliquis et Romanis amicus Regulus, puta Nubiensis, licet Christianus, miserit Maximino ethnico Cæsari, Ægyptum obtinenti, cum honesto militum ac famulorum comitatu, Principem filium, arma sub eo tractaturum; qui una cum suis omnibus tali occasione pervenerit ad coronam martyrii. Nihil equidem assero, sed liberam profero conjecturam, donec certius aliquid aliunde offeratur.*

DE SS. EVASIO ET PRIVATO

C F

G. H.

MARTYRIBUS IN AFRICA

Ex Martyrologio Hieronymiano et aliis.

R*eferuntur hi duo Martyres, in quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis secundo loco, his verbis;* In Africa Evasi et Privati. *In unico Epternacensi scribitur* Privatæ, *sed cum aliis tribus nomen* Privati *detinent MSS. Martyrologia Richenoviense, Barberinianum, Trevirense S. Maximini, Reginæ Sueciæ, et alia plura, cum Greveno in additionibus ad Usuardum, in quibus omnibus legitur.* In Africa Evasi et Privati. *In MSS. Gellonensi, Augustano, S. Galli, et Parisiensi Labbei, solus* Evasius *profertur, nec facile divinarim locum modumque martyrii eorum.*

DE SANCTO SYSTO

AN CONFESSORE IN AFRICA

CONJECTURA

D. P.

Ex Veteri Kalendario Ecclesiæ Carthaginensis.

Duobus præmissis socium, si non Martyrii, saltem cultus, addo S. Systum, *ex vetustissimo Carthaginensis Ecclesiæ Kalendario, quod post obitum Henschenii Mabilio vulgavit Tom.* 2. *Veterum Analectorum, ubi legitur ad* Nonas Jun. S. Systi, *nudum quidem nomen et absque titulo : sed quem* Episcopum, *si non Carthaginensem, saltem sub Primate Carthaginensi fuisse suadet ipsius Kalendarii titulus.* Hic continentur dies Natalitiorum Martyrum, et Depositiones Episcoporum, quos Ecclesia Carthagenis anniversarie celebrat. *Suadet, inquam, sed non persuadet : cum alibi expresse addatur titulus* Episcopi *aut* Martyris, *qui hic et in aliis nonnullis deficit, fortassis Confessionis laureola claris, post tormenta aut carceres toleratos. Plura obtinendi, in silentio antiquorum, spes nulla affulget.*

B

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMANIS

E

FELICULA, FELICITATE, FAPPA, GREGORIO, GAGO, RUTIANO, SATURNINO, ROGATA, HILARIO, VICTURO, MUSTILO, INGENUO, SECUNDO, MAURO, URBICO, SECUNDIANO, CASTULA, CANDIDA, PRIMA, FELICIANO, FORTUNATO, MARTIALE, JULIANA, NICANDRO, SACRINO.

ITEM FELICITATE, TRANSLATA ANTUERPIAM.

G. H.

Ex vetustis Martyrologiis et Lipsanographia Domus Professæ S. J. Antuerp.

Progredimur cum vetustis Martyrologii Hieronymiani apographis : imprimisque notamus, quod de prætitulatis Sanctis. De his in Martyrologio Reginæ Sueciæ, a Luca Holstenio in Animadversis ad Martyrologium Romanum vulgato, hæc leguntur : Nonis Junii. Romæ via Ardeatina milliario VII, Natalis SS. Felicitatis, Gregorii, Saturnini, et aliorum viginti duorum. *Totidem nos in titulo suis nominibus expressimus. Ex illis in MSS. Richenoviensi et Rhinoviensi tres indicantur, his verbis :* Romæ Feliculæ, Felicitatis, Gregorii. *In MSS. Gellonensi, Augustano, S. Galli et Parisiensi referuntur nomina,* Felicitatis, Gregorii, Gagi, Hilarii, Candidæ, *sed pro ultimis etiam* Helari *seu* Clari *et* Candidi, *nomina leguntur. Notkerus ista habet :* Romæ milliario septimo Feliculæ, et Felicitatis cum aliis multis. *Eadem referuntur in Appendice Adonis, MS. Florario, et aliis.*

Martyres Romæ passi,

C

in antiquis Fastis relati

2 *In Hieronymianis apographis ita omnes referuntur.* Romæ milliario septimo, Feliculæ, (*quæ etiam* Filocalæ *scribitur*) Felicitatis, Fappæ (*sive* Jappæ *aut* Pappiæ) Gregorii (*etiam* Gregoriæ) Gagi *seu* Gaji, Rutiani *seu* Rustiani, Saturnini, Rogatæ, Hilarii *sive* Helarii, Victuri, Mustuli, Ingenui, Secundi, Mauri, Urbici *sive* Orbici, Secundiani, Castulæ, Candidæ, Primæ *seu* Primi, Feliciani, Fortunati (*aliis* Felicianæ *et* Saturninæ) Martialis, Nicandri, Sacrini *seu* Sacri.

3 *Duæ primæ, reliquorum et plurium virilis sexus Martyrum antesignanæ, videntur illustres matronæ fuisse : ad quarum alteram, scilicet* S. Felicitatem *Martyrem, respexerunt majores nostræ hujus Domus Professæ Antuerpiensis, dum hunc diem quintum Junii elegerunt pro veneratione* S. Felicitatis Virginis et Martyris, *cujus Reliquias ex cœmeterio S. Priscillæ via Salaria, cum facultate sanctissimi Domini nostri Pauli V extractas, et in aliqua Ecclesia Societatis collocandas, obtinuit Mutius Vitellescus, Societatis Jesu Præpositus Generalis; et donavit Jacobo Tirino, Domus dictæ Præposito. Litteras donationis habemus datas Romæ* XV *Martii anno* MDCXVI, *et signatas manu propria dicti Mutii Vitellesci et sigillo de cera rubra appenso. Postea, petente Joanne de Tollenare, ejusdem Domus Præposito, approbavit has aliasque variorum Sanctorum Reliquias, Joannes Malderus Episcopus Antuerpiensis, facto diplomate die* XXX *Octobris anno* MDCXXV, *quod signatum erat* Joannes Episcopus Antuerpiensis, *et sigillatum sigillo de cera rubra. Fuerat templum marmoreum ejusdem Domus Professæ consecratum, cum quinque altaribus, die* XII *Septembris anno* MDCXXI, *quorum id quod porticus superioris latus sinistrum claudit, dicatum est nomini et memoriæ Sanctorum* Maximi et Felicitatis etc. *De* S. Maximo *Martyre, cujus corpus ibidem est, egimus die* XIV *Aprilis pag.* 221 *num.* 14.

veneratio et Reliquiæ S. Felicitatis Antuerpiæ.

F

DE SANCTIS MARTYRIBUS

ZOELO, SATURO, THYMINO

SATURNINO, SERVULO, FELICE, SILVANO, FORTUNATO

G. H.

Ex Apographis Hieronymianis et aliis.

Istria, *Italici juris transmarina Provincia, in ultimo sinu Adriatici, sub dominio partim Veneto partim Austriaco, hos habuit Martyres: cum quibus concluditur Martyrologium S. Hieronymi, et ita referuntur in vetustis apographis:* In Istria Zoeli, Saturi, Tymini, Saturnini, Servuli, Felicis, Silvani, Fortunati, Mameri. *Ultimus solum est in MS. Corbeiensi, Parisiis excuso. At* Tyminus *et* Saturninus *deest in MS. Lucensi, et pro* Saturnino *ibidem* Saturnius *legitur, uti pro* Servulo, Servilius. *In MS. Rhinoviensi fit mentio* Zoeli, Saturi, Servilii, *sed omnes perperam* Syriæ *tribuuntur. Accuratius referuntur a Notkero, his verbis:* In Histria Zoeli, Satyri, Thymini, Saturnini, Servuli, Felicis, Silvani, Fortunati. *In MS. Gellonensi, Augustano, Labbeano, et S. Galli habentur nomina* Zoeli et Fortunati.

B E

DE SS. CHRISTOPHORO ET CONONE

MARTYRIBUS ROMANIS APUD GRÆCOS

G. H.

Ex MSS. Synaxariis Divionensi et Parisino.

Christophorus gladio occisus,

Synaxarium Græcum, a nobis repertum Divione apud Petrum Franciscum Chiffletium, sæpe suggerit varios Sanctos, ac potissimum Martyres, quorum in aliis non invenitur memoria: et aliquorum quidem etiam reperimus Acta, plerorumque ulterior notitia deest. Ita ad hunc quintum Junii hi duo Martyres reperiuntur, forsan sub diversis Imperatoribus aut saltem annis passi. Ambo dicuntur ἀπὸ Ῥώμης *ut videantur Romæ prognati, et alibi coronati. Prior* Christophorus, gladio percussus vitam finivit, *de quo additur hoc Distichon.*

Μὴ δωρεὰν σοι τέμνομαι Χριστοφόρος
Δώσεις, ὦ Χριστέ, οἶδα, πολλά μοι στέφη.
Christophorus ense, non secor gratis caput:
Multas coronas Christe, mihi dabis, scio

Alter Conon, in mare dejectus martyrio coronatur, *illique hi versus aptantur.* Conon in mari submersus.

[illegible] Κόνων [illegible],
Ἄριστα χειρὸς [illegible] Κυρίου.
Pelagi sub undis reperit portum Conon,
Moderante clavum perbene Domini manu.

Porro eorumdem sanctorum Martyrum, Cononis et Christophori, *memoria, absque aliis ullis circumstantiis reperitur ad sequentem diem* VI *Junii, in pervetusto MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod nostri Parisiensis Collegii est, dicti ante hac Claromontani, unde eos apud Græcos coronam obtinuisse, haud inverosimile credo.* Memoria 6 Junii

C F

DE SS. ILLIDIO ET LEOGONTIO

EPISCOPIS CLAROMONTANIS IN ARVERNIA

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De utriusque cultu et Vita prioris, a S. Gregorio Turon. scripta.

SEC. VI

S. Illidius mortuus anno 385, 5 Junii

Floruit seculo Christi quarto S. Illidius, *aliquibus* Hillidius, *vulgo* Saint Allyre; *quem asserit Joannes Savaro, Præses et Præfectus Arverniæ, in suis Originibus urbis Claromontanæ,* quartum hujus urbis constitutum Episcopum, tempore Constantini Magni (*ergo ante annum* CCCXXXVII, *quo is e vita decessit die* XXII *Maji ipso festo Pentecostes*) diutissime præfuisse suæ Ecclesiæ, et anno CCCLXXXV migrasse ad Dominum, die V Junii: *quo die Officio Ecclesiastico colitur in Ecclesia et diœcesi Claromontana, ac Massiliæ in Ecclesia S. Victoris, potissimum vero in variis Ecclesiis ac Parochiis illi dicatis, inter quas primum locum merito obtinet* Ecclesia S. Illidii in urbe Claromontana, *quam Gregorius Turonensis, lib. de Gloria Confessorum cap.* 35 *asserit proximam* Basilicæ S. Venerandi; *et cap.* 36 *describit sepulcrum S. Galli, inter egressum basilicæ* S. Illidii et ingressum S. Venerandi. *Idem infra in Vita meminit* basilicæ S. Illidii. *Hanc, a Normannis anno* DCCCCXIX *eversam, Arnaldus Episcopus et Raymundus Comes Claromontanus restaurarunt in monasterium Ordinis Benedictini, circiter annum* DCCCCLVIII, *ipsamque Paschali II Papa anno* MCVI *sexto Kalendas Julii consecravit, uti observat dictus Savaro, in Præfatione ad Lectorem, ante libellos duos de Sanctis, Ecclesiis, et monasteriis Claromontii, ex MSS. S. Illidii et S. Mariæ Portuensis a se editos et erudite illustratos: in cujus libro* I *cap.* II *ista leguntur.* In ecclesia S. Illidii altare S. Clementis, altare S. Mariæ, ubi S. Illidius, et S. Desideratus, et S. Gallus,

colitur in propria Ecclesia,

et variis parochiis et dicatis.

A lus, et S. Avolus, et S. Justus, et S. Injuriosus et Scholastica in corpore quiescunt. *Fuisse eam* Ecclesiam primitus a S. Austremonio S. Mariæ dedicatam, ac postmodum titulo S. Mariæ ad Sanctos honoratam, in eaque per testamentum suum voluisse S. Illidium sepeliri, *scribit idem Savaro. Jam præter hanc primariam Ecclesiam, sunt variæ Parochiæ a* S. Illidio *denominatæ, quales in Archipresbyteratibus Claromontano, Limaniensi, Menatensi, et [illegible]llensi assignantur in Registro beneficiorum diœcesis Claromontensis.*

Idem a Nonis Junii

2 *Et hæc de cultu ad hasce Nonas Junii: a quibus ad Nonas Julii, communi et sæpius indicato errore, transtulit ipsum Galesinius, his verbis*: Avernis S. Illidii, Episcopi et Confessoris, cujus multa divina miracula narrantur, *et in Notationibus asserit*, perspici ex catalogo apud Democharem, quartum fuisse Arvernorum Episcopum: *sed quorsum ad dictas Nonas Julii ipsum referat prorsus silet. Baronius quoque ad dictas Nonas Julii inseruit* S. Illidium Episcopum Arvernis *Martyrologio Romano, et in Notis easdem* tabulas Demochares *allegat. Saussayus ad* Nonas Junii *celebrat* transitum S. Illidii, *et ad* Nonas Julii (*ut aliquid videatur dicere*) *more suo appellat* ordinationem, *quam difficulter probaret. In Officio [illegible] Claromontano festum ejus celebratur ipsis Nonis Junii, nulla facta ejus mentione ad Nonas Julii, et præter tres de Vita Lectiones, quas MSS. accepimus, sed non putamus hic addendas, hæc prescribitur* ORATIO. Omnipotens sempiterne Deus, qui hanc diem in honorem B. Illidii, Confessoris tui atque Pontificis, consecrasti: quæsumus ut ejus suffragia apud te sentiamus in cœlis, cujus pio amore solennia veneramur in terris. *Jacobus Branche inter Vitas Sanctorum Arverniæ Acta* S. Illidii *Gallice edidit ad Nonas Junii, et hoc die asserit festum ejus celebrari. Addit Savaro,* Arbertum Episcopum, ex versibus sepulcro inscriptis edoctum, anno MCCCXI, corpus effossum in subterraneis revelavisse v Idus Decembris: eoque die commemorationem relevationis fieri a religiosis Illidianis placuit, ut habet vetus libellus de festo relevationis B. Illidii; majus tamen et duplex festum XIX Kalendas Januarii, eumdem libellum et Ordinem Claromontanam judicare. *Verum hoc tempore festum Translationis S. Illidii die* XIV *Decembris, seu* XIX *Kalendas Januarii, celebratur officio Ecclesiastico sub ritu semiduplici in Ecclesia et diœcesi Claromontana. Molanus, in suis ad Usuardum Additionibus, etiam* VII *Junii adscripsit* S. Illidium, Episcopum Arvernorum.

B

ad Nonas Julii perperam traductus:

translatio celebratur 14 Novembris.

C

3 *Decessor ejus fuit* S. Leogontius, *quem* habuisse dicatam ædem ad urbis mœnia versus Occidentem ibique fuisse sepultum in Ecclesia sui nominis, *scribunt Joannes Cheau, Claudius Robertus, et Sammartani in Episcopis Claromontanis, ac titulo Sancti [illegible] honorant. Addit supramemoratus Savaro,* decessisse e vita mortali circiter annum CCCXXXVI. *In [illegible] libello* de Sanctis, Ecclesiis, et monasteriis Claromontii *cap.* 18 *ista leguntur*: In Ecclesia S. Leogontii altare S. Mariæ, altari S. Michaelis, altare S. Juliani. Ibi requiescit S. Leogontius. *Andreas Saussayus, in fine Martyrologii Gallicani, in Catalogo Sanctorum qui proprias historias vel natales non habent, pagina* 1238, *eumdem recolit cum memoria* propriæ Ecclesiæ et titulum in ea altarium; *eidemque* memorari in natali S. Illidii. *Jacobus Branche, in Vitis Sanctorum Arverniæ, eumdem* S. Leogontium *cum* S. Illidio *retulit ad hunc diem quintum Junii, asserens* ob claram miraculorum evidentiam Sanctum habitum, ejusque constructam Ecclesiam, et corpus fuisse delatum ad Ecclesiam, S. Cassii Martyris *de qua agitur in dicto libello prima cap.* 9 *ista*: In Ecclesia S. Cassii altare S. Petri, altare S. Juliani, ubi S. Cassius et S. Victorinus et S. Leogontia, et S. Georgia quiescunt: *et in Tabula Illidiana appellatur* S. Leogontia Virgo, *pro qua tamen videtur dictus Branche substituere* S. Leogontium, *ipsam vero* S. Leogontiam *penitus ignorare: unde nihil de ea ultra nostra scire posse credimus: de S. Georgia egimus* XV *Februarii. Gregorius lib.* I *Historiæ Francorum cap.* 39, *relato obitu S. Urbici secundi Episcopi*, In cujus loco, *inquit*, Legontius Episcopus subrogatur: *ubi nomen, per errorem amanuensium, contractum merito arbitratur prædictus Branche. Et hæc* de S. Leogontio *solum potuimus assequi, quem cum Branche ipsi* S. Illidio *adjungimus, de quo Gregorius Turonensis capite* 40 *ista scribit.*

S. Leogontius vita functus circa an. 336

in propria Ecclesia depositus,

D

AUCTORE G. H.

non in ecclesia S. Cassii, ibi enim S. Leogontia V. habetur.

4 Quo defuncto Sanctus Hillidius successit, vir eximiæ sanctitatis ac præclaræ virtutis: qui in tanta sanctitate emicuit, ut fama ejus extraneos fines adiret. Unde factum est ut ab Imperatoris Treverici filia expetitus, ut spiritu immundo curaret: quod in libro illo, quem de ejus Vita conscripsimus, memoravimus. Fuit autem (ut fama refert) valde senex et plenus dierum, plenusque bonis operibus: qui felici consummatione vitæ hujus perfunctus tramite, migravit ad Christum: sepultusque in crypta in suburbano civitatis illius. Habuit autem et Archidiaconum, nomine et merito Justum: qui et cursum vitæ bonis consummans operibus, Magistro tumulo sociatur. Jam vero post transitum Beati Hillidii Confessoris, ad gloriosum ejus sepulcrum tantæ virtutis apparent, ut nec scribi integre queant, nec memoriæ retineri. *Hæc ibi: quod autem ad [illegible] supramemoratum attinet, hunc quidem aliasque nonnullas Sanctorum Vitas distinguunt a libro de Vitis Patrum Vossius et Sammarthani; sicut etiam cum cap.* 30 *de Miraculis S. Martini, dicit quod cæci ab hoc illuminati meminit* in libro de Vita S. Nicetii. *Verum uti hunc librum non putamus distinguendum ab ea Vita, quæ constituit Caput octavum in Vitis-patrum; sic nec istum ab ejusdem libri Capite* 2. *Fieri tamen potest ut de pluribus seorsim prius scripta, sub unius libri titulum collegerit Auctor sanctus, extremo Vitæ suæ ævo; quem jam etiam obiisse S. Avitus, Arvernorum Episcopus, ex cujus relatu de* S. Illidio *scribere se profitetur. Habemus nos hunc librum, ex nostro Collegio Molsheimensi redemptum, grandi et eleganti charactere in pergameno, exaratum apud monasterium S. Dionysi prope Parisios, cum celebri illa clausula de Coronatione Pipini, Bertradæ, ac filiorum Caroli et Carlomanni per Zachariam Papam; quam clausulam primo scriptam fuisse oportet anno* DCCLXVII, *si non in illo ipso libro, saltem in exemplari, non nisi paulo antiquiori, ubi Gregorianus textus multo quam in editis correctior, et nonnullis miraculis valde insignibus auctior est, uti ex Annotatis patebit.*

S. Illidius senex factus, miraculis clarus

E

D. P.

Vita scripta a S. Gregorio Turon. datur,

item ex MS. Illidiano

F

5 *Post Gregorium, idem argumentum valde extendit, et multis miraculis additis auxit* Winebrandus *quidam, Monachus Benedictinus, libris minimum duobus Historiam* S. Illidii *complexus, et a Savarone sæpius allegatus; unde acceptas crediderim Illidianæ Ecclesiæ Lectiones prolixas, ex iisdem tum alia multa, tum miracula quædam viventis ac mortui refert Branchæus Gregorio prætermissa. Ex iisdem ille, quod tamen ægre [illegible], concludit, [illegible] ad tempora Constantini, et secundum seculum et Imperium Trajani debere retrahi. Ego potius quam ex Gallica versione aliquid Latine redderem, expectandum censui ipsum opus Winebrandi prædicti, aut saltem acceptas inde Lectiones. Expectandum similiter* MS. de festo relevationis S. Illidii, *nec non* Vetus MS. de Brachio S. Clementis, *per ipsum Sanctum Chersone allato: cum ea res ad utriusque historiam nostrumque opus omnino pertineat; utrumque autem MS. allegat prælaudatus Savaro in Notis ad num.* XI *libelli de Sanctis et*

alia a Winebrando Mon. desideratur

alius mox laudata

cum libello Relevationis.

AUCTORE G. H.

et Ecclesiis Claromontanis. Non expectavi autem ista frustra, intercedente namque R. P. Petro Allemand Collegii nostri Claromontani Rectore, R. Dom. Jacobus Bardion, Monachus Illidianus descripsit nobisque misit, ex veteri Breviario monasterii sui, Vitam desideratam, si non ut fuit a Winebrando composita, certe ut postea fuit ad usum Chori ex illius contextu aptata, una cum ecgrapho duplicis MS. præfati ex vetustis ibidem membranis, quæ hic fere omnia dare placet.

VITA S. ILLIDII.

Auctore S. Gregorio Episcopo Turonensi.

Capite secundo libri de Vitis Patrum.

Matth. 10
Joan. 12

Inter *a* reliqua vitæ perpetuæ semina, quibus cœlestis Sator ex illo Divinitatis fonte mentis incultæ arvum, vel irrigavit institutione, vel dogmate fœcundavit, *b* ait, Omnis qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus. *c* [Et alibi: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit; ipsum solum manet: Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam] Sed ille nihilominus vas electionis Beatus Paulus Apostolus dicit: Semper mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in carne nostra *d* mortali. Ergo Confessores Christi, quos tempus persecutionis ad martyrium non lacessivit; ipsi sibi persecutores effecti, modo ut digni Deo haberentur, diversas abstinentiæ cruces adhibuerunt; et ut mortificatis membris soli Deo viverent, de quo idem Apostolus dicit: Jam non ego vivo, vivit autem in me Christus. Et alibi allegans illud Psalmi XLIII; Propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis. Aspiciebant enim per illos mentis internæ oculos, Dominum cœlorum descendisse ad terras, non dejectum *e* ad humilitatem, sed humiliatum misericorditer ad mundi redemptionem: aspiciebant pendentem in patibulo, non deitatis gloriam, sed assumpti corporis hostiam mundam, de qua Joannes paulo ante prædixerat: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata hujus mundi. Habebant in se et clavorum adfixionem, cum a timore ejus confixi, atque a judiciis divinis exterriti, nihil indignum ejus omnipotentiæ in corporis sui habitatione gerebant, *f* [juxta illud quod Psalmo CXVIII scriptum est: Confige timore tuo carnes meas, a judiciis enim tuis timui.] Fulgebat in his et illud resurrectionis lumen insigne, quo *g* [Angelus refulsit, dum revolvit lapidem monumenti, de quo Marci XVI. Et introeuntes in monumentum viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stola candida et obstupuerunt. Quo et] Jesus splenduit sub illa ostiorum obseratorum inclusione, cum improvisus in medio Apostolici Senatus adstitit comitatu: quos eosdem idem Dominus verbis vitæ imbuens, cœlestem est evectus in arcem.

Inter illustres Confessores, Christi fastigia secutos
Gal. 2
Rom. 8
Joan. 2

S. Illidius simplici stylo laudatur.

2 Inter quos et beatus Confessor Illidius hæc omnia in cordis sui tabernaculo collocavit: ut et ipse quoque templum sancti Spiritus effici mereretur: de cujus vita aliqua scripturus, veniam peto a legentibus. Non enim me artis grammaticæ studium imbuit, neque auctorum secularium polita lectio erudivit, sed tantum beati Patris Aucti *h* Arverni Pontificis studium Ecclesiastica *i* solicitavit scriptura: si mihi non ad judicium contingerent, quæ ipso prædicante audivi, vel cogente relegi, quia ea nequeo observare; qui me post Davidici carminis *k* cantiones ad illa Evangelicæ prædicationis dicta atque Apostolicæ virtutis historias epistolasque perduxit: de quo ea tantum capere potui, ut cognoscerem Jesum Christum Filium Dei ad salutem mundi venisse; atque amicos ejus, qui acceptá Cruce austeræ observantiæ sponsum secuti sunt, dignis obsequiis honorare. Qua de re crudæ rusticitatis temeritatem ostendens, quæ de Beato cognovi Illidio, illo quo possum proferam stylo.

Episcopus creatus Arvernorum;

3 Sanctus igitur Illidius, cum perfectæ vitæ sanctitate polleret, ac diversarum in se gratiarum charismata largiente Domino congessisset; illud quod adhuc sanctitati *l* culmen deerat, Deo inspirante ac populo eligente promeruit, ut Sacerdos Arvernæ Ecclesiæ et Dominicarum ovium Pastor eligeretur. Cujus sanctitatis fama, dum per diversos gratiarum evehitur ascensus; non solum ipsos Arverni territorii terminos, verum etiam vicinarum urbium fines *m* implevit: unde factum est, ut hæc gloria Treverici *n* Imperatoris aures attingeret. Cujus filia cum a spiritu immundo correpta graviter vexaretur, et non inveniretur a quo posset erui; Beatum Illidium fama detexit: et dicto citius ab Imperatore directi pueri, sanctum senem, in antedicta repertum urbe, potestati Regiæ celeriter repræsentant. Quo venerabiliter excepto, pater de exitu infelicis conqueritur filiæ. Ille vero confisus in Domino, in oratione prosternitur; nocteque cum sacris hymnis canticisque spiritalibus ducta, immissis in os puellæ digitis, nequam spiritum a corpore abegit *o* obsessæ. Quod miraculum Imperator cernens, immensos auri argentique cumulos sancto offert Sacerdoti. Quod ille execrans ac refutans, hoc obtinuit, ut Arverna civitas, quæ tributa in specie triticea ac vinaria dependebat, in auro dissolveret, quia cum gravi labore penui inferebantur Imperiali. Sanctus vero (ut aiunt) impleto vitæ præsentis tempore, in ipso itineris curriculo migravit ad Christum, a suisque delatus, in urbe sua sepultus est.

filiam Maximi Imperatoris a dæmone liberat.

Treveris rediens migrat ad Christum:

4 Sed forsitan (ut plerumque homines murmurare soliti sunt) quisquam *p* garrulabit, dicens: Non potest locum hic habere inter Sanctos pro unius *q* tantum operatione miraculi. Nam si perpenditur illud, quod Dominus ait in Evangelio: Multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, virtutesque multas fecimus? Et respondebo eis, dicens, Quia non novi vos; profecto intelligitur, quod magis proficit ad laudem virtus egressa de tumulo, quam ea, quæ quisquam vivens gessit in mundo: quia illa labem habere potuerunt per residua *r* mundanæ occupationis impedimenta, hæc vero omni labe *s* aliquando caruerunt. Ergo quia illa, ut credimus, quæ S. Illidius ante hoc tempus operatus est, oblivioni data sunt, nec ad nostram notitiam pervenerunt; ea quæ propriis inspeximus oculis, expertique sumus, vel quæ a fidelibus agnita cognovimus, declaremus.

miraculis clarum.

5 Tempore, quo Gallus Episcopus *t* Arvernam regebat Ecclesiam, horum scriptor in adolescentia degens, graviter ægrotabat, et hic ab eo plerumque dilectione unica visitabatur, eo quod patruus ejus esset. Erat autem valetudo cum nimia stomachi pituita, ac febre valida. Interea advenit parvulo desiderium, et credo inspirante Deo, ut ad B. Illidii basilicam deportaretur, Illatusque manibus puerorum, ad ejus tumulum fusa oratione cum lacrymis, leviorem se sensit esse, quam venerat. Sed reversus domum, iterum a febre corripitur. Quadam vero die cum gravius agere cœpisset, eumque febris asperior solito aggravaret, et utrum evaderet. *u* dubia sub sorte jaceret; accedens genitrix ejus, ait ad eum: Mœstum hodie, dulcis nate, sum habitura diem, *x* cum, te talis detineat febris. Cui ille, Nihil, inquit, prorsus, obsecro, contristeris, sed ad sepulcrum me remitte B.

S. Gregorius Turon. adhuc puer liberatur a febre:

A B. Illidii Pontificis: credo enim firmiter, fore ut virtus ejus et tibi lætitiam, et mihi tribuat sospitatem. Tum Sancti deportatus ad tumulum, orationem *y* ad Dominum fudit, spondens si eum obtentu Antistitis sui ab hoc contagio liberaret, Clericum se futurum: nec prorsus moraretur, si deprecatio obtineret effectum. Hæc effatus, sensit protinus discedere febrem: vocatoque puero, domum se reportari deposcit. Cumque in recubitum, ubi tunc sui epulabantur, fuisset illatus, erumpente e naribus sanguinis copia, febris simul cruorque defluxit. Quod meritis beati Confessoris præstitum, habetur probatum. Sed et nuper Venerandi Comitis servus, cum in diuturna cæcitate resideret, celebratis vigiliis, sanus abscessit.

y

cæcus illuminatur.

6 De Reliquiis vero ejus hoc ipse præfatus scriptor, ut actum est, propria contemplatione prospexit. Dedicaverat oratorium intra domum Ecclesiasticam urbis Turonicæ in primo *z* Sacerdotii sui anno, in quo cum reliquorum Sanctorum pignoribus hujus Antistitis Reliquias collocavit. Post multos vero dedicationis dies admonitus est ab Abbate, ut Reliquias, quas in altario ipso locaverat, visitaret, ne ab humore novi ædificii humectatis aliquid putredinis insideret. B Quas cum requirens reperisset infectas, ablatas ex altario contra ignem siccare cœpit. Verum ubi ligaturas illas singulatim resolvit, ventum est ad Reliquias B. Illidii Episcopi. Denique *aa* retinens easdem contra ignem, filum quo ligatæ erant, quod erat valde prolixum, super ardentes dejecit prunas: et [ipsum], tamquam æneum vel ferreum, ab ardore ignis incanduit: illoque parvi pendente quid de filo fieret, tantum ne sanctæ Reliquiæ læderentur, dehinc sequitur et filum illæsum. Hæc videns attonitus valde, beati Antistitis virtutem admiratur: qui non sine grandi metu hæc unde abstulerat referens, gloriam ejus omnibus revelavit. Filum autem illud erat ex lana.

z

Reliquiæ Turonibus:

aa

earum fila ab igne illæsa

7 Puer erat parvulus quasi mensium decem (qui ut res veritatis edocuit, ipsius *bb* Beati abnepos habebatur) gravissimi incommodi accessu afficiebatur. Flebat autem illius genitrix, non minus obitum parvuli, quam quod non fuerat adhuc divino delibutus baptismatis sacramento. Denique consilio habito beati Confessoris adiit tumulum; exponit in pavimento ægrotum, qui nihil aliter quam solo spiritu palpitabat; atque in vigiliis obsecrationibusque coram sepulcro Antistitis excubat. C Cumque plausum ales ille lucis nuntius repercussis alis, altius protulisset; puer, qui valde exanimis projectus fuerat, convaluit; et gaudia cordis risu præcedente patefaciens, aperto divinitus ore, evocat matrem, dicens; Accede huc. At illa, cum tremore et gaudio accedens, quæ numquam adhuc filii vocem audierat, stupens. Quid vis? inquit, dulcissime nate. Qui ait: Curre quantocius, atque aquarum mihi pocula defer. At illa, persistens immobilis usque ad adventum lucis in oratione, gratias agens sancto Antistiti, sobolemque devovens, abscessit ad domum; porrectaque aqua, hausit infans; atque omni infirmitatis nexu absolutus, ad plenum convaluit; deinde ad pristinos infantiæ vagitus rediens, loqui ultra non potuit, nisi cum ad illam ætatis seriem, in qua infantium lingua ad loquendum laxari solet, educatus accessit.

bb

Sancti abnepos infans et moribundus,

ad tumulum loquitur et sanatur:

8 Sed nec illud silere arbitror, quod quodam tempore, quo clibanus, ad coquendas calces basilicæ ipsius succenderetur, actum est. Jugum *cc* igitur, quod os fornacis validissime confirmabat, dormientibus cum ipso loci Abbate qui aderant, est effractum. Quo facto, adstitit Presbytero repente per visum quasi Sacerdos dicens; Festina velociter, et excita dormientes, ne eos futuræ ruinæ casus anticipet: jam enim paratum est jugum, quod totam molem lapidum sustinet, cum ipso igne corruere. D Ille vero expergefactus [expergefecit alios; et] amotis ab ore fornacis omnibus, cecidit ab utraque parte acervus lapidum aggregatus, nullum de adstantibus lædens; quod non sine Antistitis intercessione præstitum reor. Tunc Presbyter memoratus, oratione facta ad sepulcrum Sancti, reparatis jugis, lapidibusque relatis, in clibano opus cœptum, Antistite opitulante, peregit.

cc

ad calcariam ruituram dormientes

A GREG. TURON.

apparente Sancto suscitantur

et servantur

9 Hujus Confessoris beatum corpus ab antiquis in crypta sepultum fuit: sed quia arctum erat ædificium, ac difficilem habebat ingressum; S. Avitus, Pontifex urbis, constructa in circuitu miri operis absida, beatos inquisivit artus *dd*, reperitque in capsa tabulis formata ligneis, et juxta morem sarcophago clausit; oppletamque cryptam altius collocavit. In hoc loco et meritis et nomine *ee* Justus requiescit, qui fuisse hujus gloriosi Pontificis fertur Archidiaconus. *ff*

Corpus a S. Avito altius elatum;

dd

ee

ff

10 Multa quidem et alia de hoc Sancto miracula sunt relata, quæ scribere longum putavi, hæc æstimans fidei perfectæ sufficere, quæ dicta sunt: quia cui pauca non sufficiunt, plura quoque non proderunt. Nam ad hunc tumulum cæci illuminantur, dæmones effugantur, surdi auditum, et claudi recipiunt gressum, E præstante Domino nostro Jesu Christo, qui credentibus repromisit a se petita sine ambiguitate largiri.

crebris illustratur miraculis

ANNOTATA D. P.

a *Hæc tam ampla, et adeo longe quæsita Præfatio, persuadet nobis, nihil aliud de* S. Illidii *Vita scripsisse Gregorium, quam quod modo damus, collatam cum vetustissimo Codice nostro, cujus scriptor, castigata prolixitate Præfationis, loca nonnulla,* [ ] *includenda, omisit.*

b *Edita, omisso verbo* fœcundavit, *imperfectum sensum relinquunt hoc modo,* arvum irrigavit institutione vel dogmate.

c *Sequens Scriptura abest a nostro MS.*

d *Edita,* in corde vestro mortali; MS in corpore nostro; *nos verba Scripturæ repræsentamus.*

e *Alias,* abjectum.

f g *Etiam hæc loca in MS. nostro desunt.*

h S. Avitus, *Savaroni* 18 *Episcopus, colitur* 20 *Septemb. Cum autem obierit S. Gregorius anno* 595, *nec multo citius obiisse credatur* S. Avitus, *consequens* F *fit, ut hoc adhuc vivente, sed admodum grandævo, scribendam hanc Vitam susceperit Gregorius; esto librum de Vitis Patrum compilaverit solum paulo ante mortem, quam obiit annos dumtaxat* 51 *natus.*

i *Edita,* ad ecclesiastica solicitatum scripta: *sed videtur ipsius S. Aviti epistola indicari, quam* ecclesiasticam *vocet Gregorius; quia per modum exhortationis conferta, forte continebat Scripturæ loca superius allegata.*

k *Ibid.* Cannas.

l *Alias.* Sanctitatis culmini.

m *Ib* adivit.

n Treviricus Imperator *dicitur* Maximus, *qui anno* 382 *advectus e Britannia, Treviris domicilium collocaverat; ubi eumdem a se conventum narrat S. Ambrosius, Epist.* 27. *Hujus autem loci auctoritate satis certo tenemus, non ante Constantini ætatem Episcopum factum esse, qui nunc adhuc vivebat, et cujus abnepos infra num. 7 adhuc infans, ad tumulum miraculo sanatus legitur.*

o *Edita,* obsessæ.

p *MS.* Garrulatur, *forsan* Garrulabitur *scripserit Gregorius.* Garrulare *tamen in Regula Templariorum legitur apud Cangium, et apud Vossium de Vitiis Serm. ex Walsingamo.*

A q *Hinc suspecta redditur trium mortuorum suscitatio apud Branche, aliunde relata, aliisque partes vacantes tributa.*

r *Edita*, Assedera

s *Eadem*, ad liquidum.

t S. Greg. *Turon.* [illegible] *Ep. c.* 23 [illegible] *an.* 549, [illegible] *Julii*, [illegible] *autem posset* [illegible] *Gregorium* [illegible], *an.* 559.

u *Edita*, [illegible]

x MS. [illegible]

y *Edita* [illegible] *prostratus sponte*, [illegible]

z *Legitur* 573 [illegible], [illegible]

aa *Reliqua hujus numeri in editis sic leguntur* : [illegible] Reliquiæ siccarentur, æstimans ipsum jam in favillam fuisse [illegible], comperit adhuc integrum et incorruptum, [illegible] vinculum et ligamen [illegible] *Cætera porro sequuntur* [illegible] *et habentur* [illegible] *MS.* [illegible]

B *fortasse alia studiose supplenda* [illegible] *Chifletio* [illegible] *et pluribus MSS.* [illegible] *sed* [illegible]

bb *MS.* [illegible]

cc [illegible]

dd [illegible]

ee *S. Justi* [illegible] *ad* 21 [illegible] *cultu S. Justi, sub an.* 620 *Episcopi, ibidem etiam sepulti.*

ff *Sequens* [illegible] *est.*

ALIA VITA

Ex vetusto Breviario Illidiano MS. a D. Jacobo Bardon communicata.

Sanctus Illidius, ex [illegible] et antiqua Arvernorum prosapia ortus, filius fuit cujusdam Principis, ditionis [illegible]

C [illegible] divo Austremonio, *b* primo Arvernorum Pontifice ad fidem conversi [illegible] omni pietate instrui curaverunt. Qui singulis ætatibus [illegible] et [illegible] in Claromontana Ecclesia, tunc Arvernum dicta, est assumptus. Et virtutum profectu in singulis Ecclesiasticis Ordinibus probatus, mortuo Divo Leogontio Arvernorum Pontifice, [illegible] Episcopum electus est [illegible] Apostolicam sectatus doctrinam, quam irreprehensibilem et sine crimine duxerit vitam, velut in specula constitutus, non mediocre perhibent testimonium miranda opera, quæ per Sanctum [illegible] operari dignatus est, qui facit mirabilia solus.

a

b

Ex nobili apud Arvernos stirpe,

factus Episcopus Claromontanus,

miraculis inclarescit.

2 In nomine siquidem Christi dæmonas imperare, et ea ab obsessis corporibus ejicere, languores curare, mortuos suscitare, manifeste attestantur, quam fuerit magnus coram Domino, qui hujuscemodi magnalibus voluit vere in se credentes in exordio Christianæ fidei signari et agnosci. Quæ autem dum adhuc in terris degeret divinitus operatus est, D suo ordine sunt referenda. Habuit vir Dei patruum, nobilem ac prædivitem, Corbum nomine, qui moribundus, [illegible] de dispertienda inter [illegible] satis cogitabat. Occurrit autem ejus animo inter primos nepos suus Illidius, jam tum Arverniæ Sedis Episcopus; [illegible] certus erat, quod creditas et legatas sibi opes ac possessiones in egenorum sublevationem [illegible] erogaret. Il[illegible] possessionum suarum maxima in parte discernit, et simul animam efflat. Tunc e vestigio a coheredibus lis sancto Pontifici commentari cœpta est, eo confidentius, quo sibi pollicebantur, ejus sanctitatem simul et ingenii innocentiam facile posse eludi, qui totus divinis rebus præpeditus et intentus, de terrenis minimum cogitaret.

heres a patruo institutus,

item morientibus coheredibus,

3 Animadvertens autem vir sanctus, aut iniquis litigatoribus contra testatoris mentem relinqui portere hereditatem, aut ipsorum animas misere periclitari; invocato Deo consilium capit, divina arte utrique malo esse occurrendum. Censebat enim indecorum esse Episcopo, cum cognatis de terrena E hereditate concertare; e contra vero socordia esse animi, non audere injustis raptoribus contradicere. Itaque triduanis induciis postulatis, ut orationi incumberet, inter eos ceterosque heredes convenit, ut [illegible] sepulcrum defuncti pergerent; et cum [illegible] audiret [illegible] existimabat vir sanctus, posse eos reddere quietiores, quam ut evocatis omnibus, ipsisque adstantibus, juberet mortuum diserta voce sepulcro testari, si non delegasset sibi, in Ecclesiæ potissimum pauperumque favorem, impugnatam hereditatem. Quod utique factum est, ut vir sanctus instituit peragendum. Statuto igitur die, itur ab omnibus ad defuncti sepulcrum : et faciens Pontifex ter ictum de virga, ait, Præcipio tibi, o Corbe, ex parte Dei, ut loquaris mihi; et dicas, cui nostrorum habere concessisti, quod isti requirunt. Tunc vox audita est de sepulcro; Tibi, Præsul sancte, reliqui : quod illi audientes, nimium sunt admirati, necnon pudore ac metu [illegible]; et [illegible] dissoluta est.

appellat ad defunctum,

eoque de sepulcro loquente causam obtinet.

4 Accidit post hæc tres ephebos, Claromontanæ urbis nobilissimos, Alexandrum, Floridum, et Pudentem, præmatura morte, atque adeo ex insperato vita defungi, non sine magno totius civitatis luctu : [illegible] ad Illidium [illegible] dela- F tus, et oblatæ sunt eidem populi ac matris viduæ et merito desolatæ preces. Tum vir Dei, eorum compassus lacrymis, de propria virtute, in re paucissimis admodum mortalibus vix aliquando concessa, nihil certi pollicitus, ab uno Deo sperandam esse opem hortatur. Porro nihilo secius ille, de divina potentia ac bonitate certus, ad funera properat, fidelium confluxu populorum comitatus : et præmissa cum lacrymis oratione, adolescentibus ait, In nomine sanctissimæ Trinitatis, Patris et Filii, et Spiritus sancti, surgite. Et manibus sacris singulos attingens, tres animas tribus redivivis corporibus, eodem pene temporis momento, cunctis stupentibus et Deum in sancto viro collaudantibus, potenter salubriterque restituit.

Tres fratres subito defunctos resuscitat.

5 Divo Clemente in mari extincto c atque per felicem martyrii triumphum cœlis recepto; accelerat S. Illidius ipsius memoriæ ac venerationis sacram ædem ædificare. Interea temporis vir Dei certa relatione intellexit, sepulcrum marmoreum, seu templum quoddam Divo Clementi, Angelico ministerio, in medio mari extructum fuisse; et quod ipsum mare divino motu, deserto littore, sese retro ad

c

S. Clementi ecclesiam extruit;

A ad tria milliaria, die martyrii sui, annuatim septenos dies reciperet, ut liberum esset Christianis, per arenam sicco vestigio ipsum sepulcrum adire. Tum vir Dei mirum in modum flagrare cœpit, si quo modo e sacro ejus corpore particulam aliquam promereri posset, decorandæ novæ suæ basilicæ gratia. Quamobrem longissima peregrinatione in Scythiam
d *d* ad Chersonam urbem properat: et per maris recessum observata occasione, ad sepulcrum Martyris advolat. Ubi suppliciter procumbens intentissime orat, ut ex sacratissimo corpore aliquid reliquiarum suæ basilicæ, quam apud Arvernam urbem ædifica-

et brachium ejus acquirit :

verat, nobilitandæ causa a Domino et ipsius Martyre accipiat. Tunc brachium suum aperto sepulcro divus Clemens protulit, uti vetustissimæ etiam picturæ
e atque *e* scripturæ testantur, et secum illud auferendi copiam fecit.

conditumque in ecclesia, sæpe noctu visitans,

6 Tum beatissimus præsul pro tanto munere, Deo primum, deinde Martyri tam munifico debitas agens gratias, incredibili gaudio secum in suam basilicam detulit; et in præcipui altaris medio, quod ipsum Martyri sacraverat, modico extructo fornice instar capellæ cujusdam, decore perpetuo servan-
B dum indidit : quod etiam proprio sigillo compressit, causa securitatis ac religionis. Arvernorum autem Pontifice Begone, brachium illinc ablatum est, et conspicuum omnibus factum. Dictam divo Clementi extructam basilicam, nec non et sacellum quod B. Austremonius Deiparæ Virgini dedicaverat (quod ob sepultam in gyrum Martyrum multitudinem, B. Mariæ inter Sanctos nomen accepit) vir sanctus in singulari habuit devotione, et antelucanis etiam horis eo secretius se recipiendi orationis causa consuetudinem habuit.

7 Cum autem nocte quadam illuc oraturus proficisceretur; hostis antiquus, qui semper bonis adversatur, in humana specie ei obvius fuit; et blan-

dæmonis id dissuadentis fraudem intelligit,

diuscule interrogat, quo eo tempore vir tantus solus pergat. Respondet vir sanctus, se orationis causa ad sacram suam ædem pergere. Tunc dæmon; Bonum opus non recte facis, cum ea noctis hora per plateas Pontificem deprehendi turpe sit et calumniæ pateat, et suum cuique tempus a summo rerum Arbitro datum sit, dies operationi, et nox quieti. Regredere igitur ad Episcopium, et posthac a tam intempestiva discursione, diversis obnoxia calumniis, caveto. Non ignorans autem vir sanctus astutias satanæ, et quod se crebro in angelum lucis trans-
C figurat; illico fraudem ejus intellexit, et contempto

et terriculamenta dissolvit.

infido consultore, Crucis signaculo se muniens, quo cœperat ire perrexit; et peractis precibus votisque persolutis, domum concitus rediit. Tum de improviso idem hostis, humanam jam formam exutus, domum regredienti Episcopo fit obvius, in figura cujusdam phalerati et immanis muli, comas protensas usque ad genua gestantis, qui per nares et os ardentes evomendo flammas mittebat; et per transversum sæpissime sese agitando, crebro calcium ictu e saxis ignem excutiebat, hiante gutture et ad morsum parato, quasi mox virum Dei discerpturus. Ceterum istiusmodi dæmonis præstigiosis territationibus nihil pavefactus, Crucis edito signaculo, horrendum illud specie tenus larvatum spectrum, dicto citius abegit; et ad locum desertum, in quo nulli unquam noceret, ex parte Dei ire præcepit, quod et factum est. Abhinc sanctus Illidius, qui eatenus semper vir optimus habitus est, signipotens omnium sententia habebatur.

8 Contigit interea lacrymosis ad eum deferri querelis, pontem esse lapideum, sexto fere milliario a Claromonte, qui vulgo est Kambau dictus, super
f Elaverim fluvium stratum, prope ejus *f* navalitium, sub quo latitabat in imo gurgitum dæmonium fero-

D cissimum, quod omnibus transeuntibus pavori esset, et non paucos etiam secum in voraginem detractos crudeliter suffocaret. Illacrymatus est illico suorum calamitatibus sanctus Antistes, et blande consolatus dimisit. Interea ipse orationibus et jejuniis incumbebat, et diem statuit quo se eo loci conferre deberet. Cleri autem maxima parte secum assumpta, ad pontem, sub quo latitabat dæmonium processit.

EX MS. ILLIDIANO

Alium dæmonem, viantibus infestum, compescit.

Confluit undequaque supplicabundus populus, et in Pontificem singuli oculos figunt; et in cœlum supplices manus protendentes, quidnam vir sanctus esset acturus suspensi expectant. Ille vero spe certissima superni auxilii animo concepta, Pontificali auctoritate cacodæmoni imperat, ut amnem illum innocuum relinquat, et nulli posthac mortalium vel terrori sit vel nocumento. Paret præcepto frendens nequam hostis ille tartareus, a quo in posterum ulli hominum mali quidpiam accidisse numquam est auditum. Ejecto autem dæmone, ut omnis omnino infirmis animis formido tolleretur, pontem jubet dirui, et alio proinde commodo loco reponi. Id quod factum est, relictis tamen prioris pontis vestigiis, quæ B. Illidii virtutem etiam hodie testantur, una E
cum vorticum voragine immensa durante, quæ adhuc hodie ibidem cernuntur. *g* g

9 Sancto Illidio Præsule regnabat in urbe Treveri Princeps quidam, qui late tam per Germaniam quam per Galliam imperium suum protulerat : qui ut magnus erat potuisset simul utcumque beatus existimari, nisi filiam sibi carissimam Deo permittente a maligno spiritu detentam habuisset.

Ad imperatoris filiam Treveris energumenam curandam

Cum autem singula, tam divina quam humana remedia, quæ ad puellæ salutem pertinere credebantur, tentata forent, nec ulla salutis spes reliqua esset; non mediocri conficiebantur mœrore, non solum ipse Imperator, verum etiam cum suis aulicis etiam Germania universa. Fama desolati Principis, et oppressæ a dæmone ejus filiæ per provincias volitante, tandem iis, qui tributo ejus nomine exigendo in Arvernia præerant, luctuosa res innotuit. Illi autem novitate casus trepidantes et animo discruciati, inter se conferunt, quo potissimum officio suum affectum erga Principem testari possent. Et demum ad mentem revocantes, quoties immundum spiritum Arvernorum Præsul Illidius occupatis sedibus exturbasset; fiducia concepta pro indubitato habuerunt, facile ei fore virginem a nequissimo hoste vendicare, si sanctus vir aliquando persuaderi valeret, ut Treverim usque F
se perferri pateretur. Misso igitur actutum cursore suum hac de re Principem certiorem reddunt. Imperator insperato accepto nuntio exhilaratur; et nihil

per legatos accersitus Sanctus,

cunctatus, legationem ad virum Dei mittit amplissimam: et precatur quam demississime ex animo, ut dignetur signipotens Pater, tametsi grandævus, Treverim accedere, et tartareum hostem virgineo corpore, ad omnipotentis Dei laudem, propellere. Exponunt legati Principis sui mandata, vehicula et quæcumque ad tam prolixi itineris absolutionem necessaria forent, præsto se habere affirmantes; hoc unum iterum atque iterum obtestantes, ut desolatum Imperatorem sua vir sanctus præsentia dignaretur consolari.

10 Imperatoris preces, ubi intellexit vir sanctus, maturo ante responsum cum suis habito consilio, et rei exitum divina doctus revelatione, ad Dei honorem fideique augmentum, contra humani generis hostem ut olim pugnaturus, et Imperatori totique Germaniæ gratificaturus, itineris se jam capularis accingit.

Illuc se confert:

Treverim autem post unius fere mensis spatium incolumis pervenit. Ubi exceptus qua decebat reverentia sanctus Pater, pervigil in nocturna psalmodia, solitisque precibus peractis, expectante cum suis proceribus Imperatore, advocatoque Clero

A et populo, ad sacrum altare cum suis ministris procedit, pro salute puellæ Sacrificium oblaturus. Oblato Sacrificio, cacodæmonem intrepidus aggreditur: et in os puellæ sacris suis digitis missis (quod reductis dentibus nequam spiritus formidat attingere) dæmoni imperat, ut ocius relinquat obsessam virginem incolumem, nec quoquomodo posthac sit ei molestus. Porro jubet ut discedens, in fugæ et obeditionis indicium, secum columnas illas, quæ in palatii vestigio jacebant, festinato sublatas in suam basilicam, divo Clementi Papæ ac Martyri a se dedicatam, prope Arvernam urbem illæsas transferat; eoque demum loci se recipiat, ut nulli mortalium nocumento esse queat. Paret e vestigio immundus spiritus; et virgine incolumi deserta, cunctis stupentibus, turbinis instar raptas *h* columnas, quo jussus fuerat, transfert et deponit integras, sicut adhuc hodie in Illidiano monasterio cernere licet.

EX MS ILLIDIANO

et pulso dæmone,

h

11 Tum divina pietas, undique concurrentibus magnatibus ac civitatum primoribus, in commune laudatur; per ora cunctorum Illidii sanctitas volitat, et Christianorum fides ac virtus etiam Paganorum præconiis effertur. Quibus peractis, Imperator cernens miraculum, immensos auri argentique cumulos sancto offert Sacerdoti. Quod ille exorans ac refutans, hoc obtinuit, ut Arverna civitate quæ tributa in specie triticea ac vinaria dependebat, in auro dissolveret; quia cum gravi labore penu inferebantur imperiali. Quibus peractis, vir sanctus ad regressum in Arverniam cum suis se accingit. Cernens autem imperatoris filia liberatorem suum paratum ad iter arripiendum, flensque quod jamjam ejus aspectu privaretur, nec abeuntem comitari liceret; pedibus ejus provoluta, non prius surrexit, quam ejus sacris monitis, oratione item ac benedictione plenius confirmata fuisset. Abeuntem Imperator cum suis comitatur, et benedictione sibi a viro sancto data, mutuoque salute impertita, utrimque discessum est.

civitatem suam tributo liberat:

B

regrediens morbo corripitur,

12 Emenso autem aliquot dierum spatio, ubi ad primos Galliarum introitus perventum est, valida febri correptus, sentit vir Dei sensim sibi vires intercipi, et mortem e vicino imminere. Revocatis itaque suis, occumbendum sibi dicit in terra aliena; rogatque ut corporis sui exuvias secum in Arverniam deferant, et in sua basilica, in loco qui dicitur ad sanctam Mariam, inter sanctos sepeliant. Dum mox ut spiritum Deo reddidit, de postremis ejus mandatis explendis soliciti, ocissime summaque veneratione instructo locello, ad convehendum asservandumque Pontificis corpus ad Arverniam usque quam honorificentissime perducunt. Cum vero Arvernis sui Pastoris, optime de se meriti, obitus est nuntiatus; ut cujusque facultas viresque ferebant, obviam gemebundi properant. Tunc Clerus totus, populusque turmatim universus, suis quique ordinibus distincti, obviam procedunt, psallentibus quidem singultim vocibus atque effuse lacrymantibus. Omnibus autem honorificentissime expletis, tum demum quo jusserat tumulo Pater patriæ infertur, ubi et nunc in capsula quiescit miraculis clarus. Nam debilis, energumenus, loripes, hydropicus, claudus, cæcus, naufragus, in necessitate quisque positus, levamen ejus precibus ac meritis consequitur; dæmonesque ibi quam plurimi ab humanis corporibus pelluntur, phrenetici sanantur, febricitantes liberantur . . . . . *i*

et moritur.

C

Corpus, ut mandarat, refertur in Arverniam.

i

13 Civis quidam Turonensis, Guarinus nomine, immenso hydropis tumore annis complusculis premebatur: diu divinam bonitatem jugiter invocans et sancti etiam Martini Turonensis Archiepiscopi tumulum corporisque Reliquias crebro quam devotissime adiens, ejus subsidium implorabat; verum sine petitionis effectu. Circumquaque autem perlata D fama Divi Illidii, suorum amicorum consilio in Arverniam iter fecit; et spe recuperandæ sanitatis alacer, ad sancti Pontificis tumulum properat, tumuloque gemebundus et lacrymis infusus procumbit, auxilium ejus miserandis vocibus implorans. Multo autem diutius quam speraverat a morbi curatione dilatus est; forte ut illa vexatione non corpus modo levaretur a noxio humore, sed et anima a vitiis purgaretur. At ille et ægritudinis et moræ impatiens, jam de sanitatis recuperatione desperans, viro sancto convitiabatur. Statim autem recepta mente ad preces humiliatus redibat; adeo ut infirmitatem humanam et Christianæ fidei stabilitatem eodem pene momento in uno viro liceret intelligere. Itaque in extremam cadens desperationem, accersitis medicis ac chirurgis, etiam vitæ periculo corporis incisionem statuit experiri. Nihilo tamen secius ad divinam pietatem et S. Illidii tutelam recurrit, necdum totaliter de illa desperans: qua etiam spe frustratus non est. Sub ipsa enim nocte, qua moribundo homini parabatur sectio, benignus Antistes Illidius sereno vultu blandisque oculis apparuit, et toto dejectum animo consolatur; jubetque spem recipere: et statim incolumem, omni admirante vicinia et Deum in sancto collaudante, reddidit.

Hydropicus adito frustra Sancti sepulcro,

jamjam sectionem subiturus,

ipso apparente sanatur

E

14 Tres mercatores, et natalium splendore, et morum honestate, opibusque spectatissimi, communi consilio se suasque merces mari committentes, jam altum mare multa ex parte prospere sulcaverant: cum repente cœli facies tota immutatur, aerisque clementia in furorem vertitur, et ventorum inæquales flatus undecumque surgunt, totaque navis cum suis armamentis exitum extremum minatur: quin et ipsi nautæ tota salutis spe perdita, tetro colore pene exanimes, perditisque viribus omnibus moribundi conciderant. Tunc demum Deo inspirante tres illi viri, quorum sumptibus auspiciisque eo loci forte fortuna ventum fuerat, ad mentem vel sero redeuntes, commemorant ea quæ de S. Illidio Arvernorum Pontifice aliquando audierant; et statim unanimes votis procidentes, opem, salutis spe concepta, sedulo implorant; pollicentes se et suorum corpora, præsenti veneratione et opum honorifice collatione, viri Dei sepulcrum et exuvias sacras ex animo culturos.

Tres mercatores in mari periclitantes,

voto ad Sanctum nuncupato,

15 Quo voto emisso, levi remigio navem moventes F in altum deducunt, prosperoque cursu in optatum portum salvam cum omnibus animabus et mercibus statuunt. Singulis autem cum rebus suis, quo libuit exultanter digressis, tribusque illis viris in suas item ædes cum mercibus ad suam familiam discedentibus; rebus negotiisque compositis, in Arverniam properant, Divo Illidio liberatori suo satisfacturi. Quo cum pervenissent, et solicite ubinam viri sancti corpus inhumatum coleretur, inquisissent; tandem ad ædem Divi Clementis substiterunt, et ab accolis ad tumulum Divi Præsulis perducti sunt. Quo viso infusi lacrymis, præ gaudio proni corruerunt, adorantes gratiasque immensas agentes. Ceterum alta e pectore ducentes suspiria, eo quod tanti viri exuviæ tam despecto loco tumulatæ jacerent, inter se statuunt, ad honestandum locum nullis sumptibus parcere. Et artificibus mox convocatis, jubent in sublimi arcuatam testudinem supra sepulcrum sanctum fieri: quam gypso inductam, illustrissimis coloribus inumbratam, diversis imaginibus in omne tempus duraturis exornaverunt, cujus adhuc hodie vestigia permanet. Pavimentum vero tricoloribus lapillis sternunt, quod vetustate, usuque temporum, et loci mutatione obtritum est.

eradunt salvis etiam mercibus;

et ejus sepulcrum ornant.

16 Horum fidem ac devotionem secutus est insignis quidam

A quidam civis Claromontensis, inter primores dives ac honoratus, quem Apocrysiarium vulgo ex officio appellabant: qui variis ægritudinibus affectus, multo tempore se domi continuit strato jacens, et nulla medicorum industria remedii effectum sentiens. Spem igitur recuperandæ sospitatis amiserat: cum interea temporis dæmonum malitia horrendis visionibus spectrisque quibusdam per noctes turbabatur, quasi jamjam animam efflaturus, et cum iisdem in tartara præcipitandus. Ille vero terrefactus familiam totam advocat, poscitque Sacerdotes domum induci, dominicam Crucem et aquam lustralem afferri, seque eorum orationibus et Crucis signo contra malignorum spirituum incursus muniri. Idque factum est. Evanuit enim tota illa larvata dæmonum effigies, sed non adeo diu conquievit. Siquidem post dies aliquot, et malitia et terroribus et numero aucti, virum per noctem denuo aggrediuntur: quos ille palpitans in tantum extimuit, ut de se actum extremo perpetuoque supplicio miserabiliter clamaret.

Alius, a morbis et dæmonum spectris

17 Divus autem Illidius illico miserabili homini præsidio fuit, et ei se spectandum exhibuit, candido amictu decoratus, et humana specie longe excellentior, dextera Crucem ferens. Quem ut vidit, B totus exhilaratus, supplex orat, ut propulsis tartareis monstris securum se reddat, sanetque ab infirmitatibus quibus premebatur. Cujus votis vir sanctus annuit, et duplicata salutis xenia concessit; diabolica enim agmina fugavit, et infirmum pristinæ sanitati restituit. Redditus autem sanitati, qua gratitudine suum liberatorem amplius demereretur, anxie secum perpendens; vidensque tumulum ejus a tribus illis mercatoribus adeo magnifice illustratum; muneris sui fore existimavit, facta necessaria habitatione ad honorem Dei et divi Illidii, ex opibus suis, illo in loco, Deiparæ Virgini olim jam a tempore S. Austremonii sacro, et ab ipso divo Illidio Clementi Papæ et Martyri dedicato, Monachos aliquot instituere: qui divino mancipati servitio, ecclesiastico more horatim laudes Deo persolverent, sanctumque Pontificem venerarentur; et hoc viro auctore ac fundatore Illidianum monasterium est inchoatum et extructum. *k*

apparente eodem liberatus,

Illidianum monasterium fundat.

k

ANNOTATA D. P.

C a Daletum, *trans Elverim, ad Orientem civitatis, leucis tribus.*

b S. Austremonius *colitur* 1 *Novembris, quando in ejus ætatem quærere licebit, nunc promovendæ antiquitatis studio condonamus, quod hunc ad Apostolica evehant tempora: quocumque autem is tempore vixerit, non possunt parentes Illidii ab eo immediate conversi dici.*

c *Anno* 83 *renuntiasse Pontificatui* Clementem, *et circa finem seculi* 1 *martyrizatum* 23 *Novembris, alibi docui: potuit nihilominus, etiam post trecentos annos, moveri Illidius fama miraculi annue recedentis maris, ad Ecclesiam Sancto ædificandam et peregrinationem hic narratam. Certe ante seculum* 4, *Martyri alicui dedicatam ecclesiam, fuisse illo saltem modo, qui exinde capit, verosimile non est.*

d *MS. in* Lyciam: *sed hæc Asiæ minoris ad mediterraneum mare provincia est, procul a Chersona.*

e *Scripturæ istius missum nobis ecygraphum sic habet.* Referunt antiqui Patres, quoniam tantam amicitiam habuerunt ad invicem B. Clemens et S. Illidius, quod post decessum B. Clementis ierit ad sepulcrum ipsius B. Illidius; atque disponente Domino partem Reliquiarum ejus secum attulerit, scilicet brachium ejus dextrum; atque in quodam oratorio sub ara altaris, quæ in honore ejus erecta fuerat, cum suo sigillo assignatum honorifice condidit; et post obitum suum Præsul sanctissimus, pro amore ejusdem Martyris, collocari [ibidem] se præcepit. *Apparet quam hæc non antiquissima scriptura sit, adeoque minus antiqua Legenda, inde sumpta. Quare ignoscatur traditioni, amicitiam fingentis inter Sanctos tam disparis ævi; dicaturque fuisse singularis devotio S. Illidii, erga S. Clementem, adeo pridem defunctum. Quid porro secutum sit, eadem scriptura sic narrat.* Post multum vero temporis venit quidam Abbas nomine Mancidus; et adjunxit secum Arvernensem Episcopum nomine Begonem, celebravitque triduanum jejunium cum suis; et accessit ad altare principale, quod erat constructum in honore B. Clementis Papæ et Martyris, et [destru]xit aram altaris, et cepit fodere, donec pervenit ad locum in quo positæ erant sanctæ Reliquiæ. Erat quidem locus multo cemento et calce aptatus, et quasi lacunar profundissimum factus; ibique repererunt B. Clementis brachium; et cum magnis populorum laudibus in quodam scrinio honorifice posuerunt. Postea vero reædificaverunt altare, in honorem ejusdem: ibique per eum Dominus multa mirabilia operatur, qui vivit et regnat Deus per cuncta seculorum secula. *Hic mihi nota, quod (sicut* E *in margine scripsit D. Bardion)* Bego Episcopus vivebat tempore Hugonis Capeti, qui obiit anno 998; *Sammarthani autem memoriam ejus invenisse se aiunt in tabulis Illidianis pro anno* 993.

D *EX MS. ILLIDIANO*

f *Ita corrigo, ut intelligatur locus quo naves appellunt, licet in ecgrapho sit* Natalitium: *neque enim potest intelligi Scaturigo* Elaveris, *vulgo* Allier *dicti, qui procul inde in Occitania nascitur. Interim super ipsum fluvium locum* Kambau, *ubi pons iste fuerit, nusquam exprimunt tabulæ.*

g *Quæ hic sequuntur aliud non sunt, quam amplificatio eorum, quæ Gregorius Turonensis pressius scripserat.*

h *Vereor ne additamentum istud, de columnis a dæmone translatis, commentitium sit.*

i *Sequebantur* Miracula post mortem, *ac primum ex Gregorio, quod ipsemet de sua curatione scripsit num.* 5 *et seqq. quæ omittenda hic duxi, licet pluribus amplificata.*

k Ante excidium urbis per Normannos circa an. 863, *uti in margine adnotavit D. Bardion: quæ autem sequitur Appendix sumpta est ex libro cui titulus* F Agenda festivitatum Monasterii S. Illidii.

APPENDIX

De Corporis elevatione et translatione.

Ex alio ejusdem loci MS.

Arvernis Arberto *a* Præsulatui præsidente, Omnipotens et misericors Deus, mirabilis in Sanctis, et Sanctus in operibus suis, aspiravit *b* Abbati et Fratribus cœnobii almi Confessoris Illidii, in suburbio Claromontis, quod Corpus gloriosi sui prædicti Patroni relevari procurarent ut decebat. A quibus emissa super hoc supplicatione devota ad Episcopum præfatum, idem Pontifex eam benigne recipiens; vehementerque miratus, eo quod tanto tempore tantum Christi thesaurum (membra scilicet præfati sui Antistitis) non (ut videbatur) sine reatu negligentiæ, permissum fuerat sub occulto et humido terræ loco tegi; spopondit, divina gratia concedente, se libenter et in brevi hoc accuraturum. Ad hæc tradita ei copia scripturarum, super vita et gestis ac aliis quæ de B. Illidio ab antiquo scriptæ habebantur; inspectisque diligenter Legendis, quæ locum

a

b Episcopus Arbertus, rogatus a Monachis

relevare corpus S. Illidii;

EX MS. ILLIDIANO

locum sepulcri ipsius clare designabant: demum declinavit idem Episcopus ad ipsum cœnobium; et certificatur de loco sepulcri per dictas scripturas, et per juramenta antiquorum Fratrum dicti cœnobii, et Epitaphium ipsius sepulcri, ubi per quosdam versus *c* hoc ipsum declarabatur.

anno 1311 9 Decemb.

19 Anno ab Incarnatione Domini millesimo trecentesimo undecimo, quinto Idus mensis Decembris, decantatis ab ipso Episcopo et Abbate et Conventu simul Matutinis, circa mediam noctem, de proprietate *d* dicti Sancti in choro Ecclesiæ dicti cœnobii, Missaque consequenter per Episcopum celebrata super altare ipsius Sancti; et per manum ejusdem communione sacri Viatici data singulis Fratribus dicti loci præsentibus, nec alias ea die celebraturis; assistentibus eidem nonnullis Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, et pluribus Fratribus Minoribus et Prædicatoribus, aliisque multis bonis viris, pluribus etiam Nobilibus laicis, in Dei nomine primo per Episcopum, deinde per alios defossum extitit analogium, super ipso sepulcro constructum.

amoto pulpito,

20 Interim apparuit, eo in parte defosso, infra altare, quod erat contiguum locus concavus; infra quem repertæ fuerunt in quodam calice cupreo Reliquiæ Galli et Petri *e* in uno osse et in pulvere, valde caute et reverenter impositæ, quarum memoriale per Episcopum et alios lectum, statim præ vetustate in cineres est resolutum. Ipsas itaque Reliquias, medio tempore cum aliis deponendas, disponebant præsentes reponere infra dictum altare, cum reconsecraretur sicut opus erat, quod et postmodum juncta parte de Reliquiis B. Illidii factum est in reconsecratione prædicta. Cum vero fossores ad solum pervenissent, expulsa parte soli, apparuit in pariete Ecclesiæ depictus Crucifixus, longus et magnus, absque magna sui læsione seu dilaniatura existens. Quem detegendo, murum etiam cæmentaneum sub analogio factum sequendo, præsumebant qui aderant, subtus eumdem murum, ad pedes illius Crucifixi, corpus sancti Illidii, sepultum reperiri debere, et sic etiam verum esse compertum est.

primum invenit Reliquias SS. Galli et Præjecti

21 Demum non sine labore ac difficultate perventum est ad lapidem, immediate sarcophago suppositum, ubi corpus erat prædictum. Qui lapis, cum tamen non speraretur haberi posse sine diruptione totius altaris,.... *f* ordinante Deo circa caput fractus est, non absque admiratione præsentium, ita quod sine sperata difficultate amotus est. Patuit tunc vas lapideum, pulchrum valde, et quasi de novo factum esset, nulla sorde maculatum; ibique Corpus sacratissimi Præsulis Illidii, per singula sua quæque venerabilia membra distentum, cernere meruerunt præsentes, gloriosissime requiescens. Videres tunc hos præ gaudio lacrymas fundentes, illos in sancto Deum contemplantes, alios et alios Deo gratias multipliciter referentes, seque per orationes devotissimas Sancto commendantes. Quæritur scala, et intrans Pontifex locum illum, cum devotione maxima et reverentia qua decebat, sacra membra collegit, quæ propter tot temporum intervalla et humiditatem fuerant aliquantulum liquefacta et extenuata: et sub sigillo suo et Abbatis prædicti, in cophino clausa, reverenter posuit in loco tuto et secreto, usque in diem Martis *g* sequentem, decantato prius Te Deum laudamus, et pulsatis cymbalis ac orationibus subsecutis.

deinde sarcophagum Sancti,

in eoque corpus totum

quod inde tollit:

22 Eo tempore quidam Frater devotus de Ordine Prædicatorum, ibidem assistens, claritati pristinæ visus, in quo tunc patiebatur, exploratis ipsius Sancti suffragiis, divino miraculo restitutum se sensit, nonnullis aliis miraculis subsecutis. Verum interim vas prædictum, in quo sepultum corpus prædictum fuerat, de profundo abstractum fuit, et superius collocatum ut hodie monstratur: quatenus processu temporum, cum ad vas hujusmodi corpore S. Illidii consecratum, a devotis fidelibus recursus habebitur, intercedente ipso Sancto, obtineatur a Domino, quod digne fuerit postulatum, sicut etiam a multis constat esse factum.

sequuntur miracula·

tumba quoque altius attollitur;

23 Postremo felix Pontifex Arbertus, cui Dominus tantam gratiam conferre dignatus est, ut prætermissis tot et tam dignis suis prædecessoribus, tractandam et perficiendam sacram revelationem sanctissimi Antistitis sui omnino eidem duxerit reservandam; eidem inquam, natalibus orto in civitate propinqua, et (ut ab aliquibus præsumitur generis dicti Sancti affinitatis scintillulæ non experti; indicto jejunio in vespera diei Martis, prætactæ totæ Civitati mane sequenti, cum multitudine Prælatorum, et Cleri, ac nonnullorum terræ Nobilium virorum, cum Conventibus et Collegiis ipsius urbis, processionaliter eidem assistentibus, et populari pressura, quod fuerat publicavit. Et demum per Prælatos, sancto corpore cum processione, non absque multis luminaribus, infra muros civitatis deportato et honorifice reportato, facto sermone in prato muris monasterii propinquo, et Missa solenni in altari B. Clementis decantata, datoque uno osse, (ut putant quidam de Brachio) aliis asserentibus de Tibia beati Illidii, ecclesiæ Cathedrali; et quibusdam paucis tamen, aliis ecclesiis concessis aliquibus partiunculis de sanctissimis ejus Reliquiis, fuit dictum corpus venerabile in alto firmiter collocatum; ubi non solum ab astantibus, sed etiam a Fratribus, seorsum in choro cantantibus vel orantibus, respici valeat et debite revereri. Pretiosum tamen Caput ipsius a Fratribus sepositum est ad partem; ut sicut decet, in vase pulcherrimo reconditum, præ manibus habeatur.

res publicatur solenniter 14 Decembr

circumfertur corpus,

partes aliquæ separantur.

24 Profecto octava die sequenti, corpus beatissimi successoris S. Illidii, re et nomine *h* Venerandi, translatum fuit, ut cum almo Antistite suo Illidio sub eadem theca sigillatim discretum altius collocetur. Ibique duo Athletæ Christi Illidius et Venerandus, Confessores egregii, debite requisiti, impetrent a Domino corporum et mentium præcipue sanitatem. Porro nonnulla pars pulveris et ossium corporis beati Venerandi, dimissa fuit in capella sua sub suo altari, infra pristinum ejus sepulcrum sub analogio factum. Verum propter difficultatem quærendi corpus B. *i* Nepotiani, Confessoris et Episcopi Claromontensis, quod in eadem capella, sicut et multi alii Sancti, sepultum fuisse noscitur, fuit ibidem dimissum. Et eadem ratione constat iidem omissum de illo re et nomine Justo, *k* Archidiacono discipuloque beati Illidii, qui juxta sepulcrum ipsius sancti Illidii legitur fuisse sepultus.

Elevatur etiam corpus S. Venerandi,

dimissis aliis ibidem quiescentibus.

25 Ceterum eo tempore apertum fuit vas plumbeum, quod est infixum muro ecclesiæ dicti monasterii prope altare Beatæ Mariæ; ibique reperta sunt ossa filiæ *m* Imperatoris quondam, quam beatus Illidius legitur a dæmonio liberasse, prout infra idem vas in memoriali quodam plumbeo visum est contineri.

et invenitur filia Maximi Imp

26 Sane post et propter præmissa, ne processu temporum ea quæ dicta sunt a memoria excidant, et ut in diebus prænominatis revolutis annis singulis de beneficiis sacrarum relevationis et translationis prædictarum laus et gratiarum actio Deo specialius impendantur; ordinatum fuit inter Fratres dicti monasterii, quod annis singulis in antea, inter ipsos fiat commemoratio de revelatione Beati Illidii quinto Idus Decembris; at vero major dupla festivitas, absque tamen Octavis, fiat decimo nono Kalendarum Januarii, de revelatione sæpedicti beati Illidii. Verum

Instituitur festivitas S. Illidii,

9 et 14 Decembr.

præter festum antiquæ inventionis 19 Aug

A rum de translatione beati Venerandi fiat commemoratio undecimo Kalendarum Januarii. Nihilominus autem decimo nono Augusti fiet festum duodecim lectionum, vel in cappis ut est moris, de Inventione B. Illidii; quia eo die olim ab antiquis quæsitum et inventum ac visum fuit, ubi et qualiter corpus beati Illidii in sepulcro jacebat; qua etiam die digitum dicunt beati Illidii inde extractum, et inter alias Reliquias dicti monasterii ostensum tantum fuisse.

ANNOTATA D. P.

a Aubertum Ancelin de Monte-acuto, *Sammarthani appellant, qui sederit ab anno* 1307 *ad* 1329: *qui cum num.* 22 *dicitur* natalibus ortus in civitate propinqua et affinitatis ejusdem Sancti non expers: *videtur respici ad* Montem acutum *tribus leucis situm ultra Daletum, quæ Sancto patria fuisse in Vita dicitur.*

b Guilielmus de Bato Maurelli *an.* 1306 *factus Abbas, juxta eosdem Sammarthanos, in ea dignitate vixit usque ad Martium anni* 1312.

B c *Utinam ipsos versus hic descripsisset Auctor, vel alibi illi adhuc invenirentur.*

d *Id est proprio Officio* S. Illidii, *tanto facilius assumpto, quod dies* 9 *Decembris omni proprio Officio careat: nisi forte aliunde hic dies antiquitus proprius Sancto fuerit, puta titulo Ordinationis Episcopalis.* D

EX MS. ILLIDIANO

e Gallus, *Claromontanus Episcopus*, *S. Gregorii Turonensis patruus, a Sammarthanis dicitur obiisse an.* 571 26 *Martii, colitur autem* 1 *Julii, quando de eo agemus. In nomine* Petri, *quo nullus Claromonte præfuit ante an.* 1106, *errorem esse suspicor, et legendum* Prajecti, *de quo egimus* 25 *Januarii.*

f *MS.* Et aliter eum cum fatigationis magna: *quæ quia sensum non faciunt, expungere malui.*

g *Anno* 1311 *currebat littera Dominicalis* C, *adeoque proximus post* 9 *Decembris dies Martis fuit* 14 *ejusdem.*

h S. Venerandus, *post Sanctos Nepotianum et Artemium successor S. Illidii, colitur* 18 *Januarii, ubi de eo actum.*

i S. Nepotiani *Natalem incertum esse ait Saussayus, Translationem coli* 22 *Octobris: Origines vero Claromontanæ Savaronis eum referunt ad* 2 *ejusdem.*

k S. Justus 21 *Octobris apud Saussayum.*

m *Scilicet, Imperatoris Maximi, sed mirum, nomen puellæ istic adscriptum non fuisse, quæ an extincto patre tyranno sub annum* 388 *apud liberatorem suum* E *extremam vitam cœlebs egerit, an aliunde huc allatum sit corpus, non divinaverim.*

DE SANCTO AUSTROBERTO

ARCHIEPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA

SYLLOGE HISTORICA

G. H.

Cultus et commercium litterarium cum Gregorio II ac Zacharia PP.

CIRCA AN. DCCXLI.

Memoria apud Saussayum,

Andreas Saussayus, *in Supplemento Martyrologii Gallicani, ad hasce Nonas Junii, de Sancto hoc Episcopo istud dedit Elogium:* Viennæ S. Austroberti, Metropoliticæ istius Sedis Episcopi: qui bonis dispensationis muneribus undequaque perfunctus, sub Zacharia, Summo Ecclesiæ Pastore, emeritæ beatitudinis præmia recepit, nomenque perpetuæ venerationi consecratum reliquit, ut Tabulæ sacræ illius Ecclesiæ testantur.

et Ferrarium:

C *Quibus etiam Tabulis citatis in Catalogo generali sic scribit Ferrarius:* Viennæ in Gallia S. Austroberti, Episcopi ejusdem civitatis. *In veteri Breviario anni* 1522 *exigitur simplex de eo Commemoratio. Plurima de ejus gestis accuratius indicantur in MSS. Martyrologus Ecclesiæ Viennensis hoc modo.* Nonis Junii, Viennæ natale S. Austroberti Confessoris, Archiepiscopi Viennensis quadragesimi tertii, viri nobilis et magnanimi, tempore Childerici secundi Francorum Regis. Hic donaria plurima ac munera transmisit ad Papam Gregorium secundum, pro pascendis captivis ac peregrinis. Ad quem pro gratiarum actione Papa ipse epistolam inscripsit. Saracenis deinde regnum Burgundiæ ac fines Lugdunensium atque Viennensium invadentibus ac devastantibus, sanctus Episcopus inedia pressus, ad suos redire coactus est juxta Sequanam fluvium: cui Papa Zacharias primus consolatorias rescripsit epistolas per Clementem Presbyterum. Tandem mœrore consumptus, et miraculis illustris, inter suos feliciter migravit ad Dominum. *Hæc ibi.*

Elogium ex MSS fastis Viennensibus.

Epistola S Gregorii 2,

2 *Joannes a Bosco, in Antiquitatibus sacris et profanis Viennæ Sanctæ et Senatoriæ, utramque dictorum Pontificum epistolam edidit pag.* 42 *et sequenti. Prima hæc est:* Gregorius, Episcopus servus servorum Dei. Austroberto, Reverendissimo Fratri, sanctæ Viennensis Ecclesiæ Archiepiscopo. Desiderabiles litteras vestræ Sanctitatis accepi, in quibus indicastis, statum Ecclesiæ Catholicæ pietate firmum apud Ecclesiam Gallorum manere. Beati enim Petri fides in soliditate fundata est, quæ illæ plena mansit, ac sincerissima Domino Deo nostro cooperante persistit, nec ullis errorum moribus suffunditur. Munera quæ misistis, in odorem suavitatis peregrinis F et captivis Deo offerenda, gratanter quasi benedictionem suscepimus, et indigentibus Christi sustentationem præbuimus. Ipse Dominus noster Jesus Christus, qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu. Reverendum Fratrem Bonifacium rudibus gentibus Episcopum designavimus: quem vestra caritas Principibus Francorum insinuare non gravetur, ut legationem nostram adimpleat. Auctoritatem Ecclesiæ vestræ, quam, venerabiliter usa a B. Petro promeruit, quamque usque nunc prædecessoribus meis firmantibus retinet, et roborare cupimus, et ut inde decoretur Ecclesia vestra volumus, et Apostolico dono præoptamus. Data pridie Kalendas Septembris, imperante piissimo Leone Augusto, anno tertio Imperii regni ejus. *Is est annus Christi* DCCXIX, *cum jam Gregorius secundus sexto anno præesset Ecclesiæ, et* Idibus Maji *dicti anni* DCCXIX, S. Bonifacio curam prædicandi in omnibus Germaniæ populis commisisset; *uti in hujus Vita, hoc die etiam referenda, tradit Othlonus; et nos etiam narravimus in Vita S. Gregorii secundi* XIII *Februarii: ubi etiam ejusdem epistolæ ad Carolum Martellum pro S. Bonifacio adducitur. Altera S. Zachariæ epistola est hujusmodi.*

et S. Zachariæ Papæ.

3 Zacharias Episcopus, servus servorum Dei. Austroberto

A Austroberto sanctæ Viennensis Ecclesiæ Archiepiscopo.
AUCTORE G. H. Venit ad nos Presbyter Clemens, missus a Sanctitate vestra, referens nobis, a concussione gentium turbatas Ecclesias provinciæ vestræ : unde et nos valde tristes effecti sumus. Sed quid Sanctitas vestra de talibus miratur, cum omnia præhcta a Domino esse in Evangelio cognoscat? Abundabit,
Mat. 24, 12 inquit, iniquitas, et refrigescet caritas multorum. Nam et Longobardi, quorum sævitia ubique crevit,
Jer. 50, 17 ita nostros fines devastant, ut sicut de Rege Babylonis Propheta dicit, exossaverunt nos. Consideremus Dei justa judicia, et contabescamus iniquitatibus nostris. Ceterum xi Kalendas Aprilis Synodum Romæ fecimus : cujus exemplar dilectus Presbyter noster vestræ Sanctitati portabit. Dalmaticam usibus vestris misimus, ut, quia Ecclesia vestra ab hac Sede doctrinam fidei percepit, et morem habitus Sacerdotalis, ab illa etiam percipiat decorem honoris, Data Nonis Martii, Constantino Augusto, anno Imperii primo : ergo anno DCCXLI. *Vitam S. Zachariæ dedimus ad diem xv Martii.* D

4 *Dein apud prælaudatum Joannem a Bosco ista adduntur :* Hic Beatus Austrobertus sepultus fuit in villa quondam suæ proprietatis, Inlidiaco, non longe a Sequana fluvio Nonis Junii. *Quæ potissimum sunt desumpta ex Chronico S. Adonis Archiepiscopi Viennensis, cujus ista sunt verba :* Ostrobertus, vir strenuus et nobilis, Episcopus succedit. Hic sepultus est in villa quondam proprietatis suæ Inlidiaco, non longe a Sequana fluvio. *Eademque leguntur in Catalogo Sanctorum Episcoporum Viennensium, quem Petrus Franciscus Chiffletius noster transcripsit ex Codicibus MSS. duobus, altero S. Petri, altero S. Mauritii, nec plus istic habetur quod proprie ad* S. Austrobertum *pertineat. In Breviario Viennensi, anno* MDXXII *excuso, omnia præscribuntur recitanda de Communi, cum Oratione,* Da quæsumus. Sepultura,

DE S. GREGORIO MARTYRE,

B

EPISCOPO LILYBÆTANO IN SICILIA

E

SYLLOGE HISTORICA

G. H.

De ejus notitia, ex Actis S. Gregorii Lilybætani sumpta.

Lylybaeum seu Lilybæum, *promontorium et urbs antiqua Siciliæ, unde in Africam brevior trajectus est, olim portu belloque Carthaginensium et Romanorum celebris, Christiano dein nomine atque Episcopali Sede illustrata, inter Antistites suos numerat* S. Gregorium : *quem Octavius Cajetanus in Martyrologio Siculo, et hunc secuti Philippus Ferrarius in Catalogo, atque Rochus Pirrhus in Notitia Ecclesiæ Lilybætanæ, referunt ad diem* V *Junii. De eo prædictus Cajetanus, inter Vitas Sanctorum Siculorum, hæc scribit :* Memoria in Fastis:

2 Gregorius, Episcopus Lilybætanus, incompertum mihi quo tempore, quibus Cæsaribus ecclesiam Siculam persequentibus, vitæ æternæ iter sibi ferro aperuit. Non is modo Lilybæi sedem suam, sed Agrigentinum carcerem illustravit; ut inde præclara vitæ ejus, hinc mortis exempla posteris proderentur, nam comprehensus vinctusque, Agrigentum Lilybæo perductus ad Tircanum Tyrannum, ejus jussu in vincula detruditur. Sane Magno Justiniano imperante Agrigenti carcer ostendebatur, quem Beatissimus Episcopus Lilybæi Gregorius cruciatibus honestaverat suis. Miramur consecratum carcerem sanguine Martyris, tunc in usu fuisse; quippe eodem Principe, ut Leontius memorat, S. Gregorius Agrigentinorum Episcopus, impia Sabini et Crescentini factione in eam custodiam conjectus est, in qua supplicio affectus fuerat Gregorius Episcopus Lilybætanus; felicissimo carceris ejus fato, quem Gregorii Episcopi duo patientiæ exemplis nobilitarent. Haud crediderim tamen, carcerem illum facinorosis omnibus communem; sed reverentiæ Beati Gregorii Agrigentini datum, ut eodem, quo Lilybætanus, carcere clauderetur. Quid vero veterem morum disciplinam in eo perquiram, quod a Sabino et Crescentino impie factum est? Sed Gregorium Lilybætanum Episcopum, diu pœnali carcere Agrigenti inclusum, multas ærumnas perpessum esse oportuit, quibus denique habitus est cœlesti palma dignus. Nam Tircano Tyranno jubente, in eodem carcere gladio transverberatus occubuit, ac gloriosum martyrium consummavit. Encomium Octavii Cajetani C

3 *Idem Cajetanus in suis Animadversionibus, de tempore Sedis et martyrii sic disputat :* Monumentum hoc Sanctissimi Martyris Gregorii, Episcopi Lilybætani, sumpsimus ex vita S. Gregorii Episcopi Agrigentini, quam scripsit Leontius Abbas urbis Romæ, et Simeon Metaphrastes. Quod spectat ad ejus martyrii tempus, anceps animi diu fui, utrum referrem ad Imperatorum Romanorum persecutiones, an Wandalorum. Putabam enim Wandalos, a quibus multi in Sicilia martyrio coronati, ut auctor est Victor Uticensis, Gregorium, Episcopum Lilybætanum, (quem Paschasino successisse dicendum esse) Agrigentum abductum, diu in carcere retentum demum ferro in constantiam ejus grassatos sustulisse. Movebat nomen barbarum Tircani Tyranni, ac præterea Vandalos Siciliæ oram, ad occidentem maxime, afflixisse. Sed hæ conjecturæ leves sunt : quippe sub Romanis Imperatoribus multi magistratus nominibus barbaris dicebantur; ut Pentagorus, a Diocletiano Imperatore in Siciliam delegatus ad Christianos inquirendos, nec facile probaverim, Wandalos Agrigentum diu tenuisse. Adde Tircani nomen ea tempestate insolens non fuisse : iisdem enim Imperatoribus Diocletiano et Maximiano, Gregorius, Presbyter Spoletinus, passus est sub Tircano Judice, Spoleti, urbe Italiæ. An idem Tircanus, in Siciliam missus, Gregorium Lilybætanum pro Christi fide interfecit? cum ejusdem de tempore conjectura: F

4 *Acta S. Gregorii Agrigentini apud Siculos Episcopi examinanda erunt ad diem* XXIII *Novembris, in quibus Leontius ista scribit,* Prævaluere sacrilegi ac male sanæ mentis homines, Justumque, *Gregorium Agrigentinum,* in carcerem conjiciunt, compedibusque vinctum asservant : ubi S. Gregorius Lilybætanæ urbis Episcopus inclusus olim fuerat, martyrii denique palma decoratus, cum gladio cæsus obiisset sub Tyrcano tyranno. excerpta ex Vita S. Gregorii Agrigentini,

5 *Hactenus Henschenius, ex editione Cajetani pagina* 206 *: quibus additum velim, alterius istius S. Gregorii Acta tam recentis esse fabricæ, atque ex tot eventibus, fabulositatis speciem præferentibus, coagmentata; ut ex eis nihil solide concludi possit; esto Leontii Sabaitæ, tamquam plurium testis oculati, nomen præferant illa, quæ Metaphrastes contractiori et cultiori stylo* fidei non magnæ

A *stylo edidit; uti ad Ephemerides Græco-Moscas jam dicere cœpimus, pluribusque ducitur mense Novembris. Non ideo tamen ausim, passim receptum a Siculis Sanctum Lilybætanum, prorsus expurgere ut fictitium: cum verosimile sit, isti quam suspectam facimus Vitæ, verorum alias Sanctorum nomina admisceri; sicuti dixi* D *ad Acta SS. Alphii et fratrum ejus x Maji num. 13 et seqq. Interim optandum est, ut veri ac veteris cultus argumenta certiora produci pro Lilybætano Gregorio possint, quam ex Agrigentini Vita habeantur.*

AUCTORE G. H.

DE S. DOROTHEO EPISCOPO TYRI

ODYSSOPOLI IN THRACIA MARTYRIZATO

CMMENTARIUS HISTORICUS

G. H.

§ I De duobus Dorotheis, uno Tyri Episcopo, altero Antiochiæ Presbytero.

ANNO CCCLXII.

Ut *commodius possimus explicare eas, quæ de* S. Dorotheo *hoc tempore agitantur, controversias; statuimus antiquiora de eo testimonia proferre, a S. Theophane, viro eruditissimo, incipientes. Hic cum de Concilio primo Œcumenico Nicææ habito egisset, sub finem istius anni ista scribit:* Ejus quoque temporibus Dorotheus, Tyri Episcopus, pluribus sub Diocletiano malis exantlatis, exilium etiam et tormenta perpessus, florebat: qui ut B utriusque linguæ, Græcæ pariter et Latinæ, peritissimus, et tum ob ingenii felicitatem, tum ob rerum experimenta variam eruditionem adeptus, præclara nobis in utraque scripto reliquit monumenta. Hic de Byzantii et aliorum plurium locorum Episcopis diligenter disseruit. Idem ab exilio reversus interfuit Synodo; et propriæ restitutus Ecclesiæ, ad prævaricatoris Juliani tempora permansit in vivis. Cum vero, non aperta, sed occulta vi per Magistratus, in Christianos scelestus ille debaccharetur, B. Dorotheus Odyssopolim rursum profectus, et a Juliani Magistratibus ibidem comprehensus, variis contusus injuriis, in extrema senectute ob Christi confessionem, centum et septem vitæ numerans annos, in tormentis occubuit. *Hæc dit Theophanes, qui iterum de Juliani Apostatæ prævaricatione agens, ita loquitur:* Dorotheum, Tyri Præsulem, multis certaminibus præclarum, variarum Ecclesiæ historiarum scriptorem, dicendi peritia præstantem, eum, inquam, qui Confessoris nomen sub Diocletiano, et Licinii rursum temporibus, fuerat adeptus; secundo demum C Imperii prævaricatoris anno: cum Magistratus ab eo missi privatam vitam agentem Odyssopoli offendissent, centum et septem annos provectum, verberibus et contumeliis ob Christi fidem obrutum, leto dederunt.

Episcopus Tyri habetur a Theophane in ejus elogio primo

et secundo:

2 *Hæc Theophanes, ex quo reliqui postmodum sua exceperunt: inter quos censeri potest Anastasius bibliothecarius, qui cum de Concilio Nicæno egisset, ista subdit:* Tunc et Dorotheus Episcopus Tyri, qui multa sub Diocletiano mala perpessus, exilia et tormenta pertulerat, pollebat, numerosa scripta conficiens Latina simul et Græca, utriusque nimirum dictionis non modicam experientiam consecutus, et multarum per ingenium rerum gnarus effectus. Hic diligenter etiam super Episcopis Byzantii ac aliorum multorum locorum historiam texuit: qui et in Synodo repertus est, et ad propriam parochiam remeans, perduravit usque ad refugam Julianum. Et quoniam, non manifeste, sed occulte per judices, execrabilis vir in Christianos debacchabatur, iterum B. Dorotheus pergit Odyssopolim: ubi et comprehensus a judicibus Juliani, multisque affectus verberibus, in suprema senectute pro Christi confessione suppliciis obit, cum jam centum et septem annorum esset. *Hæc Anastasius, qui in Præfatione asserit,* se duxisse operæ pretium ex Georgii summatim quædam, et Theophanis Chronographia plura, sed succincte carpenda, *atque inter illa de Dorotheo judica vit vetera hæc.*

item ab Anastasio Bibliothecario,

3 *Ejusdem judicii cum Anastasio fuerunt Græci. Ac primo in Typico S. Sabæ Abbatis dicitur* Dorotheus Episcopus Tyri. *Typico consentiunt auctores Synaxarii MS. Ecclesiæ Constantinopolitanæ, cujus pervetustum exemplar Parisiensis nostri Collegii aliquamdiu penes nos fuit: ibi enim ad diem* VI *Junii ista habentur.* E Ἄθλησις τοῦ ἱερομάρτυρος Δωροθέου Ἐπισκόπου Τύρου, ὃς ἦν κατὰ τοὺς χρόνους Λικινίου καὶ Κωνσταντίνου, ἐπὶ δὲ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ, διὰ τὸν ἐπικείμενον διωγμὸν καταλειπὼν τὴν οἰκείαν παροικείαν, ἀπελθὼν ἐν Ὀδυσσοπόλει, κἀκεῖ διεσώθη. Μετὰ δὲ τὴν αὐτῶν καταστροφήν, κατέλαβεν τὴν ἰδίαν πόλιν Τύρον, καὶ ἦν ἰθύνων τὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν, μέχρι Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου. Τότε δὲ πάλιν τὴν Ὀδυσσόπολιν κατέλαβεν· ἔνθα συσχεθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουλιανοῦ Ἀρχόντων, καὶ πολλὰς βασάνους ὑπομείνας, ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ τὸν τῆς μαρτυρίας ἐκομίσατο στέφανον, ἐν αὐτῷ τῷ πάσχειν τὴν ψυχὴν τῷ Θεῷ παραθέμενος, ὢν τυγχάνων χρόνων ἑκατὸν ἑπτά. Κατέλιπε δὲ διάφορα συγγράμματα ἐκκλησιαστικὰ καὶ ἱστορικά, Ῥωμαϊκοῖς καὶ Ἑλληνικοῖς γράμμασι· καὶ γὰρ ἦν ἀμφοτέρων ἐντριβὴς γλωσσῶν, σπουδῇ συντόνῳ καὶ τῆς φύσεως ἐπιτηδειότητι. Certamen Sancti Hieromartyris Dorothei, Episcopi Tyri. Hic erat temporibus Licinii et Constantini. Nam Diocletiano et Maximiano imperantibus, propter imminentem persecutionem, dimissa propria diœcesi, discessit Odyssopolim, ibique servatus est. Post interitum vero istorum et mutationem rerum, resumpsit pro- F priam urbem Tyrum, ejusque Ecclesiam rexit usque ad tempora Juliani Apostatæ: quando rursus Odyssopolim reversus est. Atque ibi comprehensus a Præsidibus Juliani; et multa passus tormenta, in extrema senectute martyrii coronam percepit. Qui dum pateretur animam Deo commendavit, cum jam esset annos natus centum et septem. Reliquit autem diversa scripta tum ecclesiastica, tum historica, Latinis et Græcis litteris exarata: erat namque utriusque linguæ peritus, studio intento, et naturæ aptitudine plurimum valens.

Typico Sabæ,

MS. Synaxario C P.

4 *Huic fere simile alterum elogium habet Menologium, Basilii Imperatoris Porphyrogennetæ jussu conscriptum, ex quo, ad diem* IX *Octobris relatu, hæc Latine reddimus;* Dorotheus fuit vir magnæ famæ celebritate, Episcopus Tyri, qui memoria tenebat historica scripta omnia. Hic dum causa vitandæ persecutionis, in Christianos commotæ a Diocletiano et Licinio, fugisset, atque post illorum mortem Tyrum rediisset, sanctæ Dei Ecclesiæ ad Juliani Prævaricatoris tempora præfuit. Sed cum Julianum, prius occulte per Præfectos suos Christianorum cædes efficere didicisset, atque ob eam causam se in Thraciam recepisset, non tamen idololatrorum manus effugere potuit. Comprehensus enim a Juliani Præfectis,

Menologio Basilii Imp.

AUCTORE G. H.

A fectis, et quæstioni subjectus, in ipsis tormentis, annos centum et septem natus, pro Christi confessione mortuus, beatam Deo reddidit animam, et multa non mediocris utilitatis scripta reliquit. *Hæc ibi. Omittimus alia elogia, quæ reperimus Divione et Parisiis, in variis MSS. aut quæ extant in excusis, ac Menologio Sirleti quia non differunt, nisi phrasi verborum, a jam relatis antiquioribus et maximæ auctoritatis monumentis. Similem notitiam* Dorothei, *ut* Episcopi Tyri, *cum titulo* Hieromartyris, *acceperunt Moschi in suis apud nos Synaxariis MSS. Hinc ad* V *Junii Genebrardus in suo Kalendario Græco,* Dorotheus, *inquit,* Tyri Episcopus Martyr : *et Molanus, in secunda et tertia editione Auctarii ad Usuardum,* Die quinta sancti Hieromartyris Dorothei, Episcopi Tyri. *Galesinius in Martyrologio,* Tyri, *inquit,* S. Dorothei Episcopi et Martyris, qui Diocletiano et Maximiano Imperatoribus, pro religione Christiana sæpe multipliciter exercitatus, demum ingravescente ætate martyrio coronatur. *Ecce, ut apud omnes ubique memoratur, ac velut certissimo, Sanctus dicitur* Episcopus Tyri, *qui, ut* Episcopus, *inscriptus est etiam Martyrologio Arabo-Ægyptiaco, nobis per Gratiam Simonium translato.*

et aliis Græcis,

variisque Latinis.

B

5 *Baronius nihilominus, in Notis ad Martyrologium diem* V *Junii, arbitratus de hoc* Dorotheo *agi ab Eusebio, lib. 5 Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 32, *cum vult solum fuisse* Presbyterum Tyri. *Verba Eusebii, Latine reddita, sunt ista :* Dorotheum, virum doctissimum, Antiochenæ tunc Ecclesiæ Presbyterum, cognovimus; qui cum studiosissimus esset sacrarum Scripturarum, Hebraicam quoque linguam addidicit, adeo ut ipsos etiam Hebraicos codices peritissime legeret. Erat hic ingenio admodum liberali, et humanioribus disciplinis apprime eruditus, ceterum ab ipso matris utero eunuchus. Unde et Imperator, tamquam miraculo obstupefactus, cum in familiaritatem suam adscivit, et tinctoriæ officinæ, quæ est apud Tyrum, Procuratorem constituit. Hunc nos, sacras Scripturas in Ecclesia non inscite exponentem, audivimus. *Hæc Eusebius : quæ etiam expressit Nicephorus lib.* 6 *cap.* 35 *dicens, eumdem* Tyri tingendæ purpuræ præfuisse. *Jam conferantur Acta utriusque, et (nisi fallor) pæne diversa invenientur. Hic,* Antiochenus Presbyter *fuit; Sanctus iste,* Tyri in Phœnicia Episcopus *habetur. Hic, ad linguam Græcam adjunxit Hebraicam; iste, Latinam. Hic, ante sacros Ordines Diocletiano Imperatori gratus, ab eodem ad Præfecturam purpurariam promotus est; iste,* C *pluribus sub Diocletiano exantlatis malis, exilium et tormenta perpessus. Hic nusquam appellatur Sanctus; appellatur iste. Hic denique videtur in Ecclesia Antiochena, cui ministrabat, obiisse; iste Odyssopoli in Thracia passus est. Ab utroque etiam diversus est* S. Dorotheus *cubicularius Diocletiani, et cum S. Gorgonio martyrium passus, cujus meminit Eusebius lib.* 8 *cap.* 1 *et* 6, *et coluntur ambo* IX *Septembris.*

Alius ab eo Dorotheus, Presbyter Antiochenus,

et ab utroque S. Dorotheus Cubicularius Diocletiani.

§ II. Tyri Episcopatus, S. Dorotheo Martyri assertus.

Baronius *in præcitatis ad* V *diem Junii Notis, conatur ostendere,* S. Dorotheum *non potuisse administrasse Episcopatum Tyrensem, quod alii ibidem sederint Episcopi. Inter hos primus habetur* Methodius, *de quo non minor occurrit difficultas, quam explicamus infra ad diem* XX *Junii, quando colitur* S. Methodius Martyr, Episcopus Pataræ : *ab hoc autem diversus nobis videtur* S. Methodius Episcopus Olympi, *sub illo titulo solum notus Socrati et Maximo, ut ibidem diximus; sed ob persecutionem videtur inde pulsus fugisse, atque Episcopatum Tyrium administrasse; verum cum nec ibi posset consistere, discessisse in Græciam, ibique in urbe Eubœæ Chalcide Martyr obiisse : hoc vero admittimus sub Diocletiano contigisse. Deinde sub eodem* Diocletiano, *ut constat ex Theophane,* S. Dorotheus Episcopus Tyri, pluribus malis exantlatis, exilium etiam et tormenta perpessus, *successorem habuit* Paulinum *intrusum; cui Eusebius librum decimum Historiæ Ecclesiasticæ dicavit, uti et onomasticon locorum sacræ Scripturæ a Bonfrerio editum; eumque secum Arianum libro* 1 *contra Marcellum Ancyranum, sub initium capitis quarti, laudat his verbis :* Invehitur, *scilicet Marcellus, in* Paulinum, virum Dei ac prorsus beatissimum, qui Presbyteri quidem dignitate exornatus est Antiochiæ; Episcopatum autem Tyri tanta cum laude administravit, ut Antiochena Ecclesia eum sibi tamquam proprium bonum vindicaverit. *Ita ibi, si Græca bene explicentur. Confirmat idem Philostorgius, lib.* 3 *Historiæ suæ Ecclesiasticæ cap.* 15, *asserens,* Aetium fuisse auditorem Paulini, qui ex Episcopatu Tyri ad Sedem Antiochenam translatus fuerat... et post sextum mensem sui Episcopatus mortuus, *et* Eulalius in ejus locum substitutus, *cum quinque aliis successoribus a Nicephoro nominatis, Arianus etiam ipse. Suidas in verbo* Ἀέτιος E *asserit,* hunc accessisse Paulino, recens Tyro Antiochiam profecto. *Et Theodorus Mopsvestenus, apud Nicetam Choniatem, editum lib.* 5 *Thesauri Orthodoxæ fidei, cap.* 7, *asserit,* Paulinum Tyri Episcopum, cum Eusebio aliisque septem in Synodo Nicæna noluisse Synodi decreta sub initium admittere, sed postea finxisse se cum Catholicis sentire. *Interim* S. Dorotheus ab exilio reversus, interfuit Synodo Nicænæ, et dein propriæ restitutus Ecclesiæ *videtur præbuisse occasionem, ut Paulinus ab Antiochenis advocaretur, ibidemque post depositionem S. Eustathii orthodoxi Episcopi assumeretur.*

D

Fuerunt Episc. Tyri

S. Methodius;

tum S. Dorotheus,

dein Paulinus Arianus,

tempore Concilii Nicæni.

et iterum S. Dorotheus.

7 *Objicitur in Notis Martyrologii,* Zenonem Episcopum Tyri interfuisse subscripsisseque Nicæno Concilio, eumque longæva ætate pervenisse usque ad tempora Theodosii, præsentemque fuisse Concilio œcumenico Constantinopolitano, ut apparet ex subscriptione Episcoporum. *Verum, quod ad Concilium Nicænum spectat, præfatur Binius,* propria locorum personarumque nomina erroribus exposita; ast, cum passim extent, omitti non posse : *Surius quoque et alii censent,* condonandum collectori si errores commissi, nullius enim illorum cum altero convenientia fuit : *et apud Seldenum, in Notis ad fragmentum historiæ Eutychii Patriarchæ Alexandrini, Londini anno* 1642 *excusum, alii atque alii Episcopi recensentur, ut nullum inde possit contrarium nobis formari argumentum : maxime quia collector ille Latinus ex Phœnicia solum decem Episcopos profert, licet viginti octo Sedes Episcopales in illa provincia numerentur. Præterea, si Zeno fuisset in Nicæna Synodo, alius ab eo apud Labbe in Indice censeri deberet Zeno Tyrensis in Concilio Romano ad annum* CCCLXIX, *et in Constantinopolitano ad annum* CCCLXXXI. *Arbitramur ergo, cum universa Ecclesia Orientali, debere* S. Dorotheum *appellari* Episcopum Tyrium; *qui tempore Juliani Apostatæ iterum fugerit Odyssopolim, et anno ejus secundo, Christi* CCCLXII, *martyrio fuerit coronatus : cui tunc, aut post aliquot annos, successerit* Zeno, *perperam a Concilio Romano et Constantinopolitano ad Nicænum translatus.* F

8 *Palæstra ultima martyrii appellatur supra* Odyssopolis, *in Menologio Basilii Imperatoris* Thracia. *Antiquissimus apud Græcos geographus Scylax, in suo Periplo agens de Thracia,* Ad Pontum, *inquit,* urbes Græcæ in Thracia *hæ sunt,* Apollonia, Mesembria Odesopolis, *Græce* Ὀδησσόπολις, Callatis, et Ister fluvius. *Pomponius Mela, lib.* 2 *cap.* 2, *Thraciam describens,* Est portus, *inquit,* Crunos, urbes Dionysopolis

Palæstra Odyssopolis sive Odessus.

A sopolis, Odessos, Mesembria, Anchialos; et intimo in sinu, ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit magno, Apollonia. *Plinius lib. 4 cap. 11, quod est de Thracia,* In ora, *inquit*, a Dionysopoli est Odessus Milesiorum, flumen Pamisus. *Ita etiam a Strabone lib. 7,* Odessus *appellatur Colonia Milesiorum. Ptolomæo lib. 3 cap. 20,* Odyssus *appellatur, et Mysiæ inferiori in confinus Thraciæ adscribitur. Ejusdem meminit Ovidius lib. 1 Tristium Eleg. 9.*

Inde Mesembriacos portus, et Odesson, et Arcos
Prætereat, dictas nomine, Bacche, tuo.

Ibi ergo, ut passum, sic et sepultum, et præcipue cultum fuisse credimus Dorotheum; *ideoque Constantinopolitanis Ephemeridibus, unicum fere Sanctum solitis dietim commemorare, insertum, præ aliis hoc hexametro*

Πέμπτῃ Δωροθέοιο δέμας πλήγαισι δαμάσθη.
Dorothei quinta subiguntur membra flagellis.

Huic versui consonat Distichon Chiffletiani Synaxarii, quod Elogio præmittitur:

Ὁ Δωρόθεος, Κἂν φραγέλλουμαι, λέγει.
Λείπουσι πολλὰ πρὸς τοῦ Χριστοῦ μου πάθη.
Quamvis flagellis cædar, inquit Dorotheus;
B Christi inter et meam multum interest passionem.

§. III. De Synopsi Apostolorum ac Discipulorum Christi, Episcoporumque Byzantinorum S. Dorotheo adscripta.

Aliqua utiliter ab eo scripta.

Nonnulla *restant dicenda de* S. Dorothei *doctrina, deque linguæ Græcæ pariter et Latinæ peritia, quam elogia indicant, et secundum quam a Theophane et Anastasio dicitur* de Byzantii et aliorum locorum Episcopis disseruisse; *et in MS. Synaxario,* reliquisse diversa scripta Ecclesiastica, et historias Latinis et Græcis litteris exaratas: *in Menologio autem Basilii Imperatoris,* multa non mediocris utilitatis scripta dimisisse. *Verum quia illa scripta non extant, nihil de illis dicere possum, nisi quod S. Nicephorus, Constantinopoleos Archiepiscopus, suam Chronographiam de Episcopis primis Byzantii et aliorum locorum inde desumpserit, ac deinde ex aliis ad sua usque tempora suppleverit, idemque nonnulli alii fecerint. Postea sub ejusdem* Dorothei *nomine edita est quædam Synopsis de Prophetis, Apostolis, et* LXXII *Christi discipulis; quam variis fabulis confertam jam pridem Baronius, Possevinus, Bellarminus, Rainaudus, Labbeus,*

Synopsis illi perperam adscripta

G *aliique obelo nigro fixerunt, quod et nos insinuavimus ad Vitam B. Alberti Patriarchæ Hierosolymitani num.* 139, *et ad Synaxarium mensis Aprilis post hujus tomum primum Græce editum die* XI, *ubi de SS. Aristarcho, Puda et Trophino Martyribus, et inter septuaginta Christi discipulos habitis, agitur; diciturque* cum Romæ esset, *aut*, Romæ natus, Dorotheus, ἐν Ῥώμῃ γεγονὼς, Latino sermone *de* his Sanctis, et reliquis Apostolis ac sacris Prophetis gesta scripsisse. *Sed hic, quem* Romanum Abbatem *vocare quis posset, a* S. Dorotheo *Episcopo Tyrio et Martyre, in eodem Menologio Basilii Imperatoris supra relato, plane alius fuit. Baronius in Notis ad hunc* V *Junii asserit, se* in bibliotheca Vaticana eumdem Dorotheum (*scilicet Auctorem Synopseos*) Abbatem inscriptum invenisse, nec illud ignorasse Petrum in Catalogo, qui dum eum allegat, Abbatem appellat. *Joannes Maria Brasichellensis, sacri Palatii Apostolici Magister, in Indice librorum expurgandorum pag.* 230, *censet*, multa inesse huic libello, quæ fide historica vacillant, indigna prorsus antiquo illo Sancto Martyre Dorotheo: quinque passim erroris arguuntur ab his, qui puritatem historiæ ex antiquis historiis eruunt. *Hæc ille, qui, uti et alii, profert varia inepta et absona Synopsi illi inserta; per*

est Abbatis Romani:

quæ fit, ut plurima, forsan bona et vera, talia haberi D
nequeant, nisi aliunde confirmentur.

AUCTORE G. H.

D. P.

10 *Hactenus Henschenius; prudenter non ausus laudare ejus scripta, de Byzantii aliorumque locorum Episcopis; quæ nuperrime Janningus noster in Commentario de S. Metrophane, die præcedenti, commonstravit nullius fidei esse, idque ex ipsis ejus scriptis, magis integre nuper editis ab eruditissimo Cangio post Chronicon (ut ipse censet appellandum) Paschale, antea dictum Alexandrinum: ubi idem Cangius in Notis ad pag.* 212 *explicat quodnam fuerit, in iis quæ Byzantium spectant conscribendis, auctoris* consilium, *quamque* mala fides. In eis enim, *inquit*, omnia fere asystata, verisque falsa admista sunt, ubi nusquam sibi constat, anachronismorum quibus scatet nulla habita ratione; *ut, cum Diocletiano et Licinio tyrannis successisse dicuntur Carus et Carinus, et quod S. Adrianus Martyr, maritus Nataliæ, fingatur Probi Imperatoris filius fuisse, passus sub Maximino, aliaque similia.* Quin etiam auctoris nomen fictitium est, *inquit Cangius, quod facile ei assentior; non item, quod* Dorotheus ille Tyri Martyr, *qui prætitulatur,* numquam in rerum natura fuit: *fuisse enim, verosimile saltem facit Henschenius. Quod autem* ista, quæ ipsius nomine circumferuntur, Romæ non scripserit E *quiscumque Dorotheus, uti præfertur, ex eo statuit Cangius, quod censeat* conficta ab otiosis et malæ fidei Græculis, qui Romæ Veteris primatum iniquo ferentes animo, Novæ prærogativam quavis ratione asserere semper sunt annixi.

uti et series Episcoporum CP.

anachronismis et asystatis scatens,

11 Atque id sane consilii, *inquit Cangius*, satis aperit ille a quo confictus est, quique suam ætatem prodit, hyperbolimæus ille Dorotheus; dum, post recensitos LXX Christi discipulos (*ea qua ad* XXX *Junii ostendemus fingendi præfidentia Byzantiis*, longe antequam Romanis Christianam fidem fuisse prædicatam contendit, indeque Constantinopolitano Episcopo primas partes deberi conficit; captata exinde occasione Byzantiorum Episcoporum, ab eorum primo Stachy ad Metrophanem usque Catalogum contexendi, aut forte etiam confingendi. Qui quidem Catalogus, licet futilis prorsus, ut diximus, auctoris sit; apud Græculos tanta invaluit auctoritate, ut pro vero habitus sit ac genuino: adeo ut Nicephorus ipse Constantinopolitanus Patriarcha ipsum in suam Chronologiam eadem omnino serie retulerit Byzantii quippe Episcoporum Catalogum ab ipso S. Andrea repetit, vel certe a Stachy, quem ab eo factum Episcopum ait; eique successorum continuam F seriem attingit: contra quam fidei paulo sincerioris Georgius Cedrenus in Severo p. 256, et Symeon Logotheta in Chronico MS. ubi, illo imperante, primum constitutum Episcopum Philadelphum (cujus Dorotheus iste non meminit) et annos III præfuisse scribunt, cum ante Ecclesiæ isti octennium præfuisset quidam Presbyter. Huic successorem Eugenium sub Gordiano adscribunt, ac annos XXV sedisse volunt. Tertium nescio an illi prodiderint. Certe Metrophanem, quartum Byzantii Episcopum creatum, anno IX Constantini Magni, ait idem Cedrenus, quod in annum VI rejicit Theophanes, in VIII vero scriptor Chronici Paschalis; a quo ipse Metrophanes primus Byzantii Episcopus nominatur; ut Alexander, ejus successor, secundus, sub annum XVIII ejusdem Augusti, quasi ante Metrophanem nulli antea Episcopi Byzantii fuerint; nisi hæc intelligenda sint, ex quo urbs a Constantini fuit restaurata. Hanc a Pseudo-Dorotheo confictam Byzantinorum Episcoporum seriem non modo amplexus est Nicephorus, sed et Auctor Catalogi eorumdem editus a Leunclavio; et nescio quis Georgius Monachus, alius ab eo quem Hamartolum vocant, qui Chronicon contexuit ab Adamo usque ad Alexium Comnenum,

eoque conficta, ut Byzantinus Episcopatus prior Romano institutus credatur:

contra sinceriorum Græcorum sententiam

receptus a posteris,

A Comnenum, exscriptis ad verbum aliis scriptoribus, cujus partem aliquam edidit Combefisius, inter Byzantinæ historiæ scriptores post Theophanem, licet in hisce nihil prorsus novi scribat.

AUCTORE G. H.

12 *Collega noster Janningus præfatus, in hujus diei Corollarium, præter Sanctum Tyri Episcopum, ab eoque distinctum Antiochiæ Presbyterum, et Pseudo-Dorotheum Synopseos auctorem, tres alios ejusdem* D *nominis* Sanctos Dorotheos *reperit* ; Thebanum *unum*, Archimandritam *alterum*, *tertium* Juniorem *cognominatos* ; *ubi quæ singulorum acta, tempora, et sedes spectant, accurate digesta inveniet Lector : quod hic sufficit indicasse.*

alii tres Sancti Dorothei.

DE SANCTIS CONFESSORIBUS

JAVINO ET HERACLIO

G. H.

Ex vetusto Martyrologio MS. Archimonasterii Casinensis.

Descripsimus anno MDCLXI, *in illustri Bibliotheca Casinensis monasterii, antiquum Martyrologium, charactere Longobardico exaratum, in quo ad Nonas Junii ista leguntur :* Natale S. Bonifacii Martyris, et Sanctorum Confessorum Javini et Heraclii. *Colitur ad hunc v Junii* B *in pluribus Martyrologiis relatus*, S. Bonifacius Martyr Tarsi in Cilicia : *cujus Acta, sicuti Martyrologium Romanum, dedimus* XIV *Maji. At qui adduntur* Sancti Confessores Javinus et Heraclius, *ut simul conjuncti, nobis hactenus quidem ignoti sunt, fuerunt tamen ob antiquitatem dicti Martyrologii hoc loco referendi, sub titulo* Confessorum ; *ita forsitan, appellati, quod alicubi in Campania exules obierint, cultumque obtinuerint : quem si quis adhuc vigere noverit, ac plura potuerit indagare, eum rogamus ut suggerere pro Supplemento* E *dignetur.*

DE SANCTIS CONFESSORIBUS AFRIS

JUXTO ET CLMEENTE

VOLATERRARUM IN HETRURIA PATRONIS

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Acta, ætas, cultus, et miracula Sanctorum.

SEC. V.

Volaterranis optime de hoc opere meritis,

Quamquam Volaterranæ civitatis studium, in colligendis ad hujus operis instructionem notitiis, spectantibus Acta vel Reliquias Sanctorum suorum Patronorum, jure meritissimo commendaverit Bollandus noster, ad diem III *Februarii, agens de S. Candido Romano Martyre, Volaterras translato : illum tamen prolixissimum Commentarium quo etiam in Martio, Aprili, Majo usi sæpe, sæpius etiam in sequentibus mensibus usuri sumus, hoc loco totum verbo-* C *tenus dandum non promisisset, credo, si prævidisset, in quantam molem excrescere deberet Opus, a se inchoatum, per alia magis necessaria, nec alibi locum habitura Acta. Itaque cum bona Volaterranorum venia, satis eorum studio facturos nos credimus, si in compendium contraxerimus rem totam ; et de unoquoque ibi nominato Sancto proprio acturi loco ac die, de* Sanctis Justo et Clemente, *ea solum demus integra, quæ de eorum cultu atque Reliquiis scire magis attinet ; quæ autem de anno adventus eorum in Italiam, ex hujus superiorisque seculi scriptoribus, inter manus nostras versantibus, prolixius disputant, more ac stylo nostro percurramus succinctius, antiquioribus solis inhærentes. Vetera eorumdem Sanctorum Acta (si tamen vetera dici possint, pluribus post mortem Sanctorum seculis, paucioribus autem ante ætatem nostram scripta) vetera, inquam Acta, nusquam illi allegant, vel quia Volaterris amplius non habentur, vel (quod crediderim potius) quia illa nec probabant ipsi, neque nobis probanda esse credebant. Hoc supposito, majorem nos credimus apud eos gratiam inituros, illa prætermittendo, quæ Annotationibus, alias necessario addendis, censurari magis quam illustrari viderentur. Quoniam tamen fons sunt eorum omnium, quæ alii postea conati sunt emendatiora dare, strictim saltem indicandum hic est, quæ illa et unde descripta nobis sint.*

gratius futurum credimus, si prætermittamus Acta,

2 *Breviora ac cultiora exhibuerunt nobis Codices MSS. in Vaticana Vallicellanaque bibliotheca Romæ, et in Camaldulensi monasterio reperti : quorum in Vallicellano hoc est principium, ab aliis nonnihil diversum utrisque communem.* Multi gesta Sanctorum, vitam, vel actus luci lo stylo et dulci composuerunt modulatione, quos si imitari qualitatis prudentia nequi- F mus, fidei tamen unius stabilitate constamus. *Inter multos istos censetur verosimiliter*, Bliderannus, *cujus Tractatum* de Vita SS. Justi et Clementis, *pro* Decimo tertio Kalendarum Maji, *verbosiorem quidem, sed a nitore styli modulationisque dulcedine nequaquam commendandum,* Ad honorem sanctæ et individuæ Trinitatis (*verba initialia hæc sunt*) *inchoatum, invenimus descripsimusque ex illo veteri Legendario Basilicæ Lateranensis, unde ad diem* III *hujus quoque mensis dedimus Vitam S. Davini. Auctor ille, post laudatum zelum utriusque Sancti Apostolicum, narratumque adventum ex Africa Volaterras ;* Non est silendum, *inquit*, quod illo tempore a viris Christianis audivimus, quod isti Sancti Justus et Clemens operati sunt : et ego equidem Bliderannus, Spiritu sancto revelante, cognovi quæ Dominus operatus est per Sanctos suos : et quæ vera et probabilia sunt, propria manu conscripsi ; quidque de vita et actibus venerabilium Sanctorum perspicue cognovi, diligenter et satis dilucide narrare curavi.

quorum primus Auctor Bliderannus,

pene coævum Sanctis se fingens,

3 *Hæc verba quanto majorem fidem facerent Actis secundum se considerata, si auctoris fere coævi forent, aut divina revelatione edocti (quod utrumque prætendunt) tanto minorem reddunt, collata cum sequentibus, ubi*

longe iis posterior esse probatur ;

A *ubi* pagana gens Wandalorum *dicitur* duobus annis *obsedisse* Antoniam civitatem, quæ Vulturnensis vocatur, a quodam duce Vulturno possessa, sicut Antonia prius ab Antonio Consule condita; vel, ut quidam volunt Antonia, quasi Ante omnia, eo quod ante omnes urbes Tusciæ dicitur esse fundata. *Pluribus opus non est, ut seculi* XI *aut* XII *scriptorem agnoscas, more sui ævi ludentem in nominibus, et toti antiquitate ignotas origines ex imperiti vulgi fabellis assumentem.* Volaterrarum *nomen ipsa urbe Romana antiquius, vulgus in* Volterras *contraxit,* Volturnam *nemo veterum dixisse invenitur, multo etiam minus* Antoniam, *aut olim, aut tempore incursionis Wandalorum in Italiam; quam illi ante seculum* V *numquam attigerunt, nedum* tempore Constantis Imperatoris filii magni Constantini, *quo adversus Arianam perfidiam certare Sanctos cœpisse zelumque exercere, antea Auctor dixerat. Tolerabilius aliquid commentus Augustinus Fortunius, parte 2 Hist. Camald. lib. 2 cap.* 5 urbem ab Ungarorum exercitu vastatam, ab Otthone I reædificatam *ait,* a quo Ottonia, et corrupto vocabulo Antonia, vocitata est. *Sed et hoc gratuito fingi docet mox ab eo productum,* B *infraque a nobis producendum instrumentum Guidonis, qui eidem subscribit, ut* Sanctæ Volaterranensis, *non* Ottonianæ *vel* Antonianæ, Ecclesiæ Episcopus. *Invaluisse tamen ejusmodi fabulam seculo* XII, *apparet ex num.* II *Miraculorum.*

et prorsus asystata composuisse.

Non sunt a Volaterrano scriptæ Lectiones,

4 *Scipio Ammiratus Junior, in Additamentis ad seriem Fæsulanorum, Volaterranorum, et Aretinorum Episcoporum, collectam ab ejusdem nominis Seniore, ait, quod dicatur Raphael Volaterranus, anno* MDXIX, *composuisse* Lectiones de SS. Justo et Clemente: *quibus Lectionibus, Romæ approbatis: tunc utebatur, et forte etiamnum utitur Volaterrana Ecclesia. Verum nemo mihi persuaserit Raphaelem, virum doctum* (*quod ejus* XXXVIII *libri Commentariorum Urbanorum abunde probant*) *eas si componere jussus esset, sic incepturum fuisse;* Imperante in Oriente Christianissimo Principe Justiniano, Gotthis autem Totila duce Romam tenentibus, anno salutis vigesimo supra quingentesimum. *Nimis enormis est ea hallucinatio, cum* Justinianus *imperare primum cœperit anno* DXXVII, *et* Totilas *regnare* DXLI. *Longe aliter ille* (*si typographicum mendum corrigas quo* III *irrepsit loco* M. *significante* Magnum) *longe aliter, inquam tempora definivit Raphael lib. 5 pag.* 51, *ubi Wandalos* (*quorum insectatione pulsi ex Africa Sancti dicuntur*) *ad Populoniam* C *applicuisse affirmat, indeque Volaterras excurrisse,* Leone M. imperante, *id est intra annum* CCCCLVII *et* LXXIV. *Nec vero aliter poterat is, qui duos Procopii Cæsariensis de bello Wandalico libros ex Græco verterat in Latinum; adeoque non poterat non respicere ad illa tempora, quibus didicerat Africanam Ecclesiam, capta anno* CCCCXXXIX *Carthagine, durissimum Wandalorum Regum Arianorum jugum subiisse; quorum primus Geinsericus* (*uti scribit Victor Uticensis vel Vitensis*) nequaquam cunctatus est, ut Episcopos atque Laicos nobiles, de suis Ecclesiis et Sedibus, nudos penitus effugaret; quod si optione proposita exire tardarent, servi perpetui remanerent. *Poterat autem ad illa tempora eo facilius respicere Volaterranus, quo distinctius apud Procopium legerat, quod idem* Geinsericus, a morte Valentiniani, *id est ab anno* CCCCLV, in Siciliam atque Italiam quotannis vere novo se invehebat, urbibus partim in servitutem missis, partim solo æquatis, omnia rapiens, ac regiones non modo pecuniis verum etiam incolis exhauriens, quamdiu vixit, *id est usque ad annum* CCCCLXXVI; *quod ita postea factum a successoribus, satis in Africa occupatis, non legimus.*

qui Sanctos non dixisset, sub Justiniano,

sed sub Leone M. in Italiam venisse,

Volaterras a Wandalis defendisse.

5 *Cum ergo antiqua traditio, ab Actorum auctoribus expressa, teneat ex Africa advenisse Sanctos, post* D *varia cum Arianis certamina; et Volaterras, obsessas a Wandalis, suo vel consilio vel auxilio liberasse; etsi postea pluries Wandalica recruduit persecutio, plurimosque Catholicos, præsertim Episcopos ad exilium seu voluntarium seu coactum compulerit; vix aliud tamen tempus invenias aptius, quo floruerint Sancti, quam tempora persequentis in Africa Ecclesiam, et in Italia urbes vastantis Geinserici, quibus prædicta contigerint. Nam quod eos cum* S. Regulo, *sub Totila deinde passo, venisse dicant Lectiones; id neque ex Sancti illius Vita confirmatur, quam* I *Septembris illustrabimus, neque ex iis quæ habemus Sanctorum nostrorum Actis. Novum ergo istud commentum est, nec duobus antiquius seculis.*

AUCTORE D. P. *Non venerunt illi cum S. Regulo sec. 6*

6 *Idem dixerim de eo, quo in iisdem Lectionibus traduntur, ambo fuisse* Presbyteri; *ac* Justus *quidem etiam* Episcopus, *ad Volaterranorum postulationem consecratus: cum antiquior traditio, a Blideranno litteris consignata, habeat, quod* laicaliter *sint* conversati... honestis moribus Sacerdotes Domini imitantes. *Alia quoque Acta nec minimum quidem ullius sacri Ordinis vestigium habent: qui autem profertur,* E *ut* antiquissimus Hymnus, *quo dicitur,* Justus hinc Præsul civibus electus, *hoc ipso quod Blideranno contradicit, auctori non antiquissimo, suam non magnam antiquitatem ostendit. Sed neque cum vita eremitica, quam post urbem liberatam duxisse Sancti traduntur, iis in quibus deinde sepulti sunt locis, bene conveniunt Ordines sacri, in quibus populo ministrare debuissent potius, quam sibi vivere. Fuerint illi quidem sacrarum litterarum non inexpertes, si vere* (*ut Acta habent*) libros sanctæ Trinitatis composuerunt, et ex Davidico carmine (*ita potius quam* Davidicum carmen *legendum puto*) per unumquemque titulum congruam sententiam inseruerunt. *Habuit enim, ea ætate, Africa* Laicos nobiles, *non minus fortes in confitenda, ut ex Victore liquet, fide; quam eruditos in propugnanda; ut vel unus sufficienter probat* Marius Mercator, *quem tanti S. Augustinus fecit, quantum hujus ad illum responsa prolixa docent; quemque laicum inter Auditoriales Scholasticos floruisse, cum scriberet libros suos, horum editor Garnerius noster ostendit cap. 2 Præf. Gener. in ejus opera.*

verosimiliter nec Presbyteri fuerunt, sed laici,

litterarum tamen sacrarum periti.

7 *De urbe Volaterrana, a* SS. Justo et Clemente *liberata, consentiunt omnes,* panibus in hostes jactis *id factum: sed varie res narratur; aliis miracula precesque Sanctorum addentibus; veneno quibusdam, quo medicati panes fuerint, id adscribentibus; nonnullis caritati erga hostes famelicos et commeatu destitutos;* F *aliis denique cum Blideranno, sagaci industriæ copiam simulanti: quomodo scilicet variari solent, quæ vel ex mutis dumtaxat picturis, vel oretenus per vulgi sermones tradita, litteris diu post commendantur. Piget in tanta sententiarum diversitate referre verba singulorum; satisque existimo, barbaris aut spem obtinendæ urbis ademptam humanitus, aut mentem mutatam fuisse divinitus. Sub simili varietate narrantur serpentes* (*metaphorice forsitan accipiendi*) *ex iis quæ habitare volebant Sancti antris fugati. His ergo omissis, transeo ad certiora distinctioraque, de initio et progressu venerationis defunctis exhibitæ ut Sanctis: nam Bliderannus de morte eorum nihil certi habet, hoc solum post supra relata ait; quod* Saxa montis inciderunt, ut in tempore obitus eorum corpora humana sepeliantur, quia in eodem loco ædificanda erat futura ecclesia. *Breviora Acta sic scribunt:* Hoc igitur modo locum sibi acceptum emundantes tenuerunt, in quo post aliquot manentes dies, cum sua corpora, sancto insinuante Spiritu, solvi cernerent, populis prædicaverunt..... Facta ergo oratione, una hora unoque momento in Domino quiescentes, spiritum emiserunt: *quod ut posterius additum, nolim pro certo teneri.*

Quædam eorum facta diversimode relata ex traditione.

Modus et tempus mortis incertum.

AUCTORE D. P. Sunt qui feria 2 Pentecostes et 5 Junii obiisse dicant :

8 *Lectiones,* Fama est, *inquiunt,* illum, *scilicet Justum,* una cum fratre *Clemente:* eodem ferme tempore, quod nonis Junii fuit, migrasse ad Dominum. *Commentarius initio a nobis laudatus asserit,* antiquissima traditione haberi eos secunda die Pentecostes obiisse, *quæ tunc in v Junii, cadit, quando Pascha celebratur* xvi *Aprilis ; quod Leone Magno imperante, bis tantum contigit, videlicet anno* CCCCLXI *et* LXXI. *Verum quomodo antiquissima ea esse traditio credetur, quæ nulladum erat cum scriberet Bluderannus, Vitamque Sanctorum prætitularet, ut legendam in ecclesia* XIII Kalendarum Maji, *sive* XIX *Aprilis, tamquam in eorum festo? Malim igitur tenere, quod dicunt Lectiones, de die exitus utriusque* nullam certam cognitionem extare, *ac ne verosimilis quidem conjecturæ fundamentum. Cum autem ex Augustino Fortunio infra allegando discam, anno* MXXX *restauratam S. Justi ecclesiam fuisse ab Episcopo Gunfredo, diesque* XIX *Aprilis eo anno cecidert in Dominicam* III *post Pascha, suspicari possum ea Dominica consecratam novam ecclesiam fuisse, illato in ipsam corpore* S. Justi.

sed cum prius soliti essent coli 19 Aprilis, idque ob translationem factam an. 1030

9 *Sicut ergo diei* XIX *Aprilis alia quærenda est ratio, quam quod in ea obierint Sancti ; ita quod mutatus dies sit, potiorque cultus ad secundam feriam Pentecostalem translatus, et in Kalendariis affixus hic* v *Junii, alteri alicui occasioni tribuerim, quæ litteris non inveniatur signata. Etenim Augustinus Fortunius, in mox laudanda Camaldulensi historiæ par.* 2, *lib.* 2, *cap.* 8, *narrat, quomodo* anno MCCCLXV instaurata ecclesia S. Clementis, facta est inventio multorum sanctorum corporum, quæ Justus Abbas in altari S. Sebastiani solenni pompa recondidit..... et Justus III, ex Priore S. Marci Abbas..... anno MCCCCXC altare S. Justi picturis Andreæ Grillandarii decoravit

instauratur cum altari an. 1419 cultus,

10 *Utut ista se habuerunt, constat suus cultus utrique tam Feriæ quam Diei, quomodocumque illæ vel conjungantur vel disjungantur : sic enim ea de re Volaterrani in prælaudato Commentario scribunt :* Secunda dies post Pentecosten, ab universo civitatis populo, solennis, festiva, et peculiaris habetur et colitur. Imo, etiamsi sancta universalis Ecclesia prædictis diebus celebret Spiritus Sancti solennitatem, Ecclesia tamen Volaterrana partim Pentecostes, partim Confessorum prædictorum olim peragebat Officium, quod etiam cum Octava celebratur a Clero, ut notatum est in Ritibus S. Ugonis. *Fuit hic ab anno* MCLXXIV *ad* LXXXIV *Episcopus Volaterranus, cumque adhuc esset ejusdem Ecclesiæ Archipresbyter Ritus edidit, quibus ad meliorem formam redegit divinum Officium, per totam diœcesim, qui liber MS. servatur in Archivio Episcopali, ipse vero colitur* VIII *Septembris.* Nunc quoque prima et secunda Pentecostes die, magna solennitate animorumque lætitia, Clerus et Magistratus omnes universæ urbis, populo comitante, Justi et Clementis templum adeunt ; ibique toto assitente Senatu, Vesperas et Missam solenniter canunt. Eorumdem festum etiam Nonis Junii, ut principalium Patronorum, sub ritu duplici primæ classis et cum Octava celebratur, ac per totam diœcesim ex præcepto colitur. Eorumdem imagines ad Sanctorum templum lustratione frequenti deferuntur. Innumera fere miracula hi Sancti Deo auctore peregerunt, quorum nonnulla a Domno Augustino, in seorsim edita dictorum Sanctorum Vita, describuntur.

usque celeberrimus usque hodie, tam 2 Pentecostes quam 5 Junii et Dom. 2 Sept.

11 *Hactenus illi, qui rursum post Miracula allegandi in Appendice 2 testabuntur, quod ipsorum* Sanctorum templum Dominica 1 Septembris ab universo populo *visatur, in memoriam beneficii istic relati. Philippus Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, de utroque ad hunc diem agit : sed in Catalogo generali eorum qui in Romano Martyrologio non sunt, diem quidem* v *relinquit* Justo, *diem vero* VIII *assignat* Clementi *: allegatis Tabulis Ecclesiæ Volaterranæ ; sed quarum nulla invenitur in Commentario prædicto mentio ; adeo ut peculiaris ille* S. Clementis *cultus valde dubius sit nobis, frequentes Ferrarii hoc in genere hallucinationes expertis, donec certius confirmetur ab ipsis Volaterranis ; qui si nunc velint proprium* Clementi *diem dare, nullam justius eligere poterunt, quam* Kalendas Julii, *quibus ejus corpus anno* MDCXXVIII *solennissime, ut infra dicetur, translatum fuit. Insuper invenitur in MS. Martyrologio Florentino apud Senatorem Strozzium* XVI *Maji quod* Sancti, Justus Episcopus, et Clemens, fratres, Volaterræ vitam sanctam perfecto termino concluserunt : *nec apparet quæ hujus tali die cultus causa esse possit.*

S. Clemens etiam 8 relatus, qui potius 1 Julii coleretur.

12 *Domnus Augustinus Florentinus, qui deinde seipsum resumpto gentili cognomine etiam Fortunium dixit, professione Camaldulensis Monachus, anno* MDLXVIII *Sanctorum prædictorum Vitam luculentiori stylo extensam edidit ; ex qua tamen nihil huc traducere possemus, nisi reperisset ipsorum Miracula, circa annum* MCXL *scripta, ubi apparet ex num.* 18, *ubi narratur res gesta* tempore paulo ante præterito, *cui intervenit nominatus num.* 19 Crescentius *Episcopus Volaterranus, qui ecclesiam istam rexit ab an.* MXXX *usque ad* MCXXXIX *: scripta sunt autem stylo longe cultiori et clariori, quam quo usus Bluderannus, et Bluderanni, compendiator dicam, an interpellator ? nam verbis strictior, rebus amplior et subinde diversus apparet. Ea miracula (quando descripta a duobus illis Acta dare non placet) hic recudimus, ut primum ac certum de his Sanctis monumentum. Sed quoniam Auctor aliquoties meminit Monachorum cœnobii* SS. Justi et Clementis ; *convenit ut de ipsius monasterii origine præmittamus aliquid, primum ex Actorum utrorumque parte postrema ; deinde ex historiæ Camaldulensis parte secunda, post primam anno* MDLXXV *editam, annis quatuor vulgata. Miraculis deinde ipsis, earumque Appendici ab Augustino additæ, subjungentur, quæ de* S. Clementis *corpore, requisito et invento atque translato, Volaterrani in suo Commentario suggerunt.*

Dantur miracula ex MS veteri edita ab August. Florentino.

HISTORIA MONASTERII

Sanctorum Justi et Clementis,

Ex Veteribus Actis et Augustino Camaldulensi.

Cum odorifera Sanctorum corpora quidam iter faciens jacentia cerneret ; et non continuo Christo daret honorem ; subito dæmon eum invasit, et strangulatus currere per plateas civitatis cœpit, quasi populum signo commonens, ut illico eo venirent, ubi redolentia Sanctorum viderat corpora. Venientes ergo seniores civitatis, et cum magna veneratione accedentes, sacratissima corpora aromatibus condiderunt, atque eodem loco cum magno metu sepelierunt. Juxta quorum sepulcrum fontem invenerunt, miræ pulchritudinis laticem emanantem : ad quem fontem prius ille occurrit, qui suffocatus populo Sanctorum corpora indicaverat : et cum de aqua gustasset, statim sanus factus est ; et populis retulit, qualiter ei acciderat. Quicumque autem populorum, si qua detinebantur infirmitate, ad beatissimorum Justi et Clementis occurrebant vestigia ; et de aqua, Sacerdotum manibus propinata, cum gustarent, salvi fiebant. *Hactenus MS. Vallicellanum, et addito, quod* hæc et alia multa signa usque hodie, beatis SS. Justi et Clementis meritis, operantur largiente D. N. Jesu Christo, *terminantia consueta hujus cum Patre et Spiritu glorificatione. Ast in*

Sanctorum corporibus, indicante dæmoniaco repertis, scaturit fons miraculosus, et multa signa fiunt

A *in Vaticano et Camaldulensi interponuntur alia nonnulla, quæ ex contextu Bliderami, ubi tamen prædicta non leguntur, velut antiquiori placet dare verbotenus, simulque specimen ejus styli quo usus ille est, relata Sanctorum morte sic historiam prosequens.*

duo, hæc irridentes, obrigescunt,

2 Cum corpora Santorum revelata fuerunt, tot miraculis omnipotens Deus illa inclita fecit, quod nec verbis valet explicari nec litteris insigniri : idcirco memorandum est, quid contigerit post hæc. Venerunt duo homines Munno et Manno ante monumentum Sanctorum, et deridebant eos coram illis qui aderant ibi... Talia autem agentes obstupuerunt, facti velut statuæ, non videntes, non audientes, non loquentes, nec moventes; sed vix graviter palpitantes, per manus alterius ducti sunt in domum suam. Multis autem revolutis diebus, recordati sunt se male egisse, quod deluserint Sanctorum corpora; unde cito veniam petentes, votumque voventes et Dominum invocantes, commendaverunt se corporibus Sanctorum, statuentes orphanos et viduas ante monumentum Sanctorum, et erogaverunt eleemosynas multas. Meritis vero Sanctorum exauditæ sunt preces eorum : statim enim pristinam receperunt sanitatem. Tunc timorati fideles Christiani, audientes mirabilia quæ Dominus per Sanctos suos fecerat, venerunt et fecerunt tugurium supra corpora Sanctorum, et coopertorium ante ostium monumenti. Alii posuerunt cortinas, alii planetas, nonnulli pallia, alii calices aureos et argenteos, ceteri scolaces et lampades, reliqui vero candalebra diu noctuque coram Domino lucentia. Hoc audito crevit opinio Sanctorum per regiones multas. Tunc debiles, claudi, muti, surdi, paralytici, et cæci venerunt ad Sanctorum sepulcrum, simul etiam leprosi atque dæmoniaci; et accepta sanitate, meritis Sanctorum Justi et Clementis, incolumes redierunt. Interea Judex civitatis, nomine Alchis, dum vidit miracula, quæ Deus per merita Sanctorum ostenderat, construxit ecclesiam, ad laudem et honorem Dei, supra corpora Sanctorum Justi et Clementis. Quapropter Maurus Senensis Episcopus dedicavit eam. Maurum *Augustinus ait fuisse Episcopum, et ecclesiam dedicasse* circa finem Imperii Justiniani Magni : *quod secutus Ughellus adscribit eumdem anno* DLXV, *et* : Hic ille est, *inquit*, qui templa S. Petri ac S. Clementis Volaterris consecravit, *vacante tum, forsitan per Longobardorum incursiones, Episcopatu illo, cujus ab anno* DXIV *ad* DCLXIV *nullus Episcopus Ammirato occurrit.* C *Verum cum* Alachis *sive* Alhis *nomen sit Longobardicum, non existimo ante gentis istius ab Arianismo ad finem Catholicam conversionem, exindeque secutam ecclesiarum restaurationem, factas ejusmodi dedicationes : ideoque censeo, hujus Mauri Episcopatum differendum usque ad tempora Gregorii Magni, aut etiam usque ad seculum* VII.

pœnitentes sanantur :

B

atque alii ægri omnis generis :

ecclesia desuper consecratur sec 6 vel 7 :

3 *Porro pro una quam Bliderannus notat ecclesia,* duas *habent MSS. Camaldulense et Vaticanum : sed hanc dissonantiam componens Augustinus, parte 2 Historiæ suæ lib. 2 cap.* 5. Fuit autem, *inquit*, ædificium, ab initio bimembre, adeo ut singulare sacellum, cum ara, tam S. Justo quam S. Clementi, in separata crypta sit erectum. *Augustino consonant Volaterrani in Commentario suo; expresseque docent, quod* tumuli erant alter ab altero separati : nam D. Justi capella et bustum, ad dexteram in Occasum vergebat; S. Clementis ara et tumba, altius a sinistra consistebat. *Idem vero Augustinus, caput* de origine monasterii (*ut habet titulus Capitis præcitati*) *argumentum prosequens*, Ibi, *inquit*, confluente populi multitudine, excitatus est pagus S. Justi, et propter loci angustiam, pagus similiter montis Brulonis. Insecuta deinde desolatione urbis Volaterrarum,

eaque duplex,

cum pago S. Justi.

quæ ab exercitu barbaro Ungarorum facta est, quos D accivit in auxilium Americus seu Albericus Regulus Etruriæ, contra Berengarium primum, qui ipsum expellere volebat; sacratissimum quoque templum imminutum est. Sed reædificata postmodum urbe ab Othone primo Imperatore,..... Episcopi quoque ex augusta stirpe præeminere cœperunt. Cumque anno salutis MXXX esset Episcopus Gunfredus, is nedum templum venerabile instaurare aggressus est, quo antiqua religio innovaretur, ad locum cum populo et Clero profectus : sed ut divinus cultus exaugeretur, cœnobium cum templo in monte Nibio cum Monachorum collegio instituit : locum Pastorali baculo designans, censumque ac prædia Monachis adjudicans, quotquot ad basilicam pertinuissent retroactis temporibus : confirmavitque Guido Episcopus successor, sicut ex Diplomate liquet, cujus apographum est hujusmodi.

AUCTORE D. P.

ad quam sec. XI fundatur monasterium :

4 In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Dum divinis cultibus vigilanter intenditur, ardentius propagantur; unde fit, quod licet seculo ex necessitate videatur manere, quicumque hujusmodi est mente, tamen cœlestibus propinquans contemplationis motibus, labentia cuncta supergreditur; et, secundum Paulum Apostolum, dissolvi cupit et esse cum Christo multo melius. Quod nobis, qui Pastoris nomine apud homines censemur, imitandum est : et sic ea quæ exteriora sunt in deflexo pede agere oportet, quatenus mansuris et æternis bonis animo semper intenti, ad illam hereditatem pervenire mereamur, quandoque coronandi. Unde hic in Psalmo canitur. Cum dederit, inquit, dilectis suis somnum, hæc est hereditas Domini. Qui electi cum labuntur in mortem carnis, tunc cœlestem sortiuntur hereditatem. Hanc itaque hereditatis sententiam ego Guido, sanctæ Volaterranensis Ecclesiæ Episcopus licet immeritus, mente sedula revolvens, atque Præsulatus ordinem magni ponderis mole onustum perpendens; ut illam cœlestis regni hereditatem divino adminiculante præsidio adipisci valeam, bonorum profectibus operam pro viribus incumbens; ad reparandas Ecclesiarum mihi commissarum honores mentis meæ intentionem studio religiosi operis toto conamine direxi. Cumque multis insisterem operibus, et secularibus curis pressus devotionem mentis probis operibus ad votum explere non possem; tandem divino succensus desiderio, ad sanctorum Confessorum monasterium, Justi videlicet et F Clementis, prope prædictam urbem constructum, ordinationis novitate adhuc egenum, mentis intuitum reduxi. Hic namque locus, prædictorum Confessorum patrocinio luculentus, tanto est et salvandis animabus amabilior, quanto est a seculari tumultu remotior, et Sanctorum ibi quiescentium extat religionis honore coruscus. Quamvis enim præcipuorum veneratione Confessorum locus fuisset eximius; usque tamen ad nostri prædecessoris felicis memoriæ Gunfredi tempora incultus jacuit, et inordinatus permansit.

hunc Guido Episcopus,

E Phil. 1,23.

Ps. 126, 2

intuitu cœlestis præmii,

et Sanctorum ibi quiescentium,

5 Prælibatus igitur Antistes monasterium ibi fieri decrevit : adhibitisque in eodem loco Fratribus, et venerabili Abbate constituto, qui usque ad nostra tempora Domino juvante perdurat, vitæ necessaria, in quantum valuit, studiose ministrare curavit, qui quousque vixit, prædiis ubique muneribus novi monasterii paupertatem fovit. Et quoniam quæque fuerant necessaria, mortis meta interveniente, explere non valuit; mihi, qui successionis Cathedram in prælata Ecclesia tenere videor, sacri loci reparationem, atque augmentum, credo relictum fuisse a Domino. Non enim diffido, me participem fore tantæ remunerationis, si adjutorium impendere satago tam sacræ venerandæque ordinationi.

opus a decessore Gunfredo cœptum prosequens,

ALCE. BE D. F. ab eo donata confirmat,

tioni. Ergo in primis quæcumque Gunfredus felici memoriæ Episcopus eidem prælibato monasterio concedit, ego Guido Episcopus confirmo, nulla necessitate constrictus, nec alicujus muneris promissione vel donatione infectus; sed corde perfecto et animo volente, pro Dei amore speque remunerationis futuræ, nec non et pro animabus antecessorum seu etiam successorum meorum, Episcoporum videlicet istius Volaterrani Episcopii, nec non et pro anima Benedicti summi Pontificis et universalis Papæ, atque pro salute animæ Conradi serenissimi Imperatoris augustæ memoriæ senioris mei, nec non pro salute Henrici gloriosissimi Regis filii ejus, atque pro remedio animarum Imperatorum sive Regum istius Regni, atque pro salute et remedio animarum Ducum seu Marchionum Tusciæ, nec non pro animabus omnium illorum qui de suis rebus prælibato monasterio aliquod beneficium faciunt vel facturi sunt, concedo, confirmo, atque in perpetuum jungere exopto; eo videlicet ordine, ut si forsitan (quod absit) aut ego, aut aliquis ex meis successoribus, vel aliqua persona ecclesiastica, sive secularis, quacumque occasione tollere voluerit aut imminuere aliquid ex his rebus, quæ præfatæ ecclesiæ fuere, vel quæ nominatus Antistes inibi contulit, vel quæ ego Domino juvante, per hanc confirmationis et donationis chartam, dare modo videor, vel daturus sum, cum Juda traditore in infernum partem habeant, et sint anathema maranatha, ut ejus verbis utamur, et alia quæ hic desunt. Actum anno MXXXIV. Ego Guido sanctæ Volaterranensis Ecclesiæ Episcopus, quamvis immeritus, in hanc ordinationis chartam, a me libenter factam, subscribo.

et immunitati loci sub anathemate cavet,

anno 1034.

6 *Capite deinde* XI, *Abbatum monasterii jam constituti seriem prosequens Augustinus;* Defuncto; *inquit*, Ramberto primo Abbati, subrogatur Andreas, anno MLVIII: qui obtinuit ab Episcopo jugera quatuordecim terrarum in monte Nibio, et comparavit prædia in Ruciano. Post Andream præfuit Stephanus, cui Episcopus exemptionem Fodri concessit in toto monte pagoque S. Justi et Podii ad antiqua anno MCVI. Post Guilielmus, sub quo cœnobium sacræ Eremo copulatum est. Instituta autem inibi Camaldulensi colonia, administravit cœnobium Boninus, deinde Guido, deinde Azo; qui multum laboravit in requirendo thesauro templi sanctissimorum Confessorum qui propter tumultus bellicos amissus fuerat..... Mortuo Azoni successit Guido, et ei Ugo, et ei Joannis humilis, qui anno MCXCI requirens corpus sacratissimum S. Clementis ad ejus cryptam, fossa humo marmoreum invenit lapidem, parieti inhærentem, ubi sanctarum Martyrum Actiniæ et Græcinianæ ibi sepultarum nomina præcipue legi poterant. Inventis igitur mox sacrosanctis corporibus et re divulgata, contulit se ad illas Pontifex Volaterranus cum omni clero et populo; easque in feretro elatas sursum ad basilicam cœnobii solenni processione transtulit, atque sub ara maxima locavit XVI kal. Julii, quo die earum natalis celebratur decreto Innocentii Papæ III. *Denique apud eumdem Augustinum Capite* VIII *hæc leguntur*: Anno MCCLXV instaurata ecclesia S. Clementis, facta est inventio multorum Sanctorum Corporum, quæ Justus Abbas in altare S. Sebastiani solenni pompa condidit..... Justus Tertius, ex Priore S. Marci Abbas (fuit is post supra nominatum Justum quintus) Reliquias SS. Actinæ et Græcinianæ recognovit anno MCCCCXC, et altare S. Justi picturis Andreæ Grillandarii decoravit.

Abbatum successio:

quorum ad Camaldulenses translatorum

Joannes an. 1191 transfert duarum Sanctarum corpora,

alius ecclesiam restaurat an. 1365

et altare ornat alius an. 1490.

MIRACULA

circa annum MCXL conscripta.

Ex editione Augustini Florentini Camaldulensis.

Nocte quapiam cum ipsius Monasterii *a* Fratres sese dormitum contulissent, fures sacrilegi, basilicam Justi et Clementis clanculum irrumpentes, calicem et Evangeliorum tabulas, argento auroque contextas, cum sericis palliis inde surripuere. Qui, longius fugere cupientes, quibusdam Pisanis nautis sociati, Sanctorum potentiam transfretando vitare conabantur.

a Cap. 32

Furati res sacras

Nec mora continuo tolluntur fluctibus undæ. Res mira, plenaque prodigii! Æquor, paulo ante quietissimum, fit statim tumidissimum, minatur naufragium, et de Sanctorum indignatur injuria. Fiunt miseri nautæ, et reliquorum facta requirunt, dicentes: Misericordissime Deus, salus in summas angustias adductorum, protector omnium in te sperantium, qui neminem vis perire; succurre miseris et infelicibus, neque nos submergi permittas. Heu, quid peccavimus? quare tam terribili, tamque gravi mortis discrimine cruciamur? Hæc, et his similia cum lacrymis replicantes, viritim singulos perscrutati, direptores comperiunt. Erat enim in calice sic scriptum: Hic est calix Sanctorum Justi et Clementis, statimque mari quiescente, ad littus propere revertentes, sacrilegos illos cum sacrilegio ad Confessorum sanctuaria remittunt; ac Dominum in suis Sanctis laudantes, Dei magnalia passim enarrabant. Raptorum quoque barbæ abrasæ, ante Sanctorum limina, quasi memoria quædam tanti miraculi, super ramum diu pendentes arboreum, jam vetustate defecerunt.

eadem tempestate coacti restituunt:

2 Per idem tempus quidam Pisanorum remigantes, casu in Saracenorum devenere insidias. Cumque vi magna obsessi et mortis metu tenerentur, ac letale periculum instare conspicerent; Justi et Clementis memores, has humillime fundunt preces: Confessores almi, Juste et Clemens, subvenite nobis oppressis, succurrite naufragantibus. Respice Domine de sede sancta tua, cogita de nobis, et eripe nos, ad te unicum remedium confugientes. Exaudivit autem Dominus voces eorum. Jamque tribus diebus et noctibus totidem in hac afflictione constiterant; cum subito intempesta nocte, Justus gloriosus Dei Confessor gubernatori navis, Raynerio nomine, ter apparuit, dicens: Expergiscere fili, convoca sodales, in Dei nomine arma capite; Dominus enim pugnabit pro vobis. Viriliter agite, et roboretur cor vestrum, qui speratis in Domino. Tunc navarchus, ceteris excitatis et corroboratis, manu armata pugnam persuadebat incipiendam, sic inquiens: Nolite, nolite (in quam) timere; misit enim Dominus Patronum Justum Confessorem, ut sit noster propugnator ac defensor. Animi igitur afflictorum, nec mediocriter recreati in potentia virtutis Dei, arma capiunt. Præcedebat autem inclitus Christi Confessor quasi primipilus, manifeste a Christicolis visus. Confestim vero tanta mentis alienatio Saracenos invasit, ut nec etiam sese tueri præsumerent. Denique barbaris omnino victis, duo hostium vexilla adepti, excalceati ad Sanctorum templa venientes, hæc et alia ibidem donaria obtulere, gratias quam maximas Regi seculorum agentes.

Cap. 33

e Saracenorum manibus liberantur nautæ Pisani.

3 Nec multo post haud dissimile per Confessores suos Deus operatus est miraculum. Nam cum quidam Christicolæ per pelagus ab Africa regrederentur, *b* Hierosolymitanorum peregrinorum reductores,

b

A ctores; perfida barbarorum turba æquore ferventes eos adoriri, ac vehementer persequi cœpit. Demum cum aliquamdiu tot angustiis affligerentur, clamaverunt ad Dominum et exauditi fuerunt. Nam diebus quinque, noctibusque totidem, magno procellarum turbine, atque hostili impetu fatigati, jam fere ad *e* Parthicos ducebantur portus. Tunc mulier quædam inter ipsos assistens, eos corroborans ait: Fratres, invocemus Justi et Clementis patrocinium: ipsi enim coram omnipotente Domino magnorum sunt meritorum; nec confundemur, si ex animo ipsis confidamus. Illico autem flexis genibus et multis cum lacrymis flagitabant Sanctorum intercessionem. Enimvero electi Confesssores subveniunt, vento prosperante, nautas illuc a mane usque ad meridiem perducentes, unde diebus quinque propulsi fuerant. Fugatis itaque hostibus, ad sancta Confessorum sepulcra veniunt, laudes Deo agentes, qui numquam in se sperantes destituere consuevit. Obtulerunt quoque pallia pretiosa, se ipsos et sua Justo et Clementi committentes, et majorem in modum commendantes. His igitur rite patratis, utriusque substantiæ incolumitate potiti, cum gaudio ad

et alii Hierosolymis reduces:

e

B propria remearunt.

4 Eodem ferme tempore quidam Pisanus nomine Alcherius, nimiæ velocitatis navim impense rogatus construxit. Quam Confessoribus commendatam, Vernacio cuidam sedulo Confessorum cultori ad eundum Messinam concessit, indubitanter dicens; Huic rati non deerit divina misericordia, quia sanctissimos ac præcipuos apud Deum obtinet defensores. Ecce autem cum Vernacius navigare cœpisset, sex illi Pisanorum naves factæ sunt obviam. Quibuscum, vicissim fide data acceptaque, in homines a Christi fide abhorrentes impressionem facere decreverunt. Sed dæmonis astu atque suasu Pisani pejerantes, quod promiserant non observarunt: propterea pessumdedit eos Dominus fluctuante voragine. Ceterum navis B. Justo commendata, nulla prorsus coinquinata fallacia, multis barbaricis ratibus submersis, et non paucis infidelibus trucidatis, Evisam *d* applicuit. Exinde velifero malo dirupto ad portum *e* Deniæ veniens Vernacius, decem sibi naves insidiari cognovit: Confessoribus tamen illum tuentibus, nationi illi barbaræ insultans, sospes ad suos rediit. Quamobrem ad Sanctorum rediens limina, illis ipsis gratias egit immortales, cum omnibus quotquot navi illuc vecti fuerant: atque etiam

C pallium non parvi pretii in ornamentum majoris aræ porrexit.

Cap. 34

navis B. Justi protectione servatur.

d

e

5 Olim, non longe a nostra memoria, mulier quædam in Volaterrana civitate tanta contractorum pedum vexabatur ariditate, ut, nisi manibus scabellula tenentibus niteretur, nequaquam posset incedere. Hæc audiens tot Sanctorum mirabilia, ac videns reverendos Canonicos die quadam debitum lustrationis honorem Confessoribus exhibentes, citatis, ut poterat, gradibus anteire conabatur. Cujus pedes licet longo tempore obtorpuissent, interna tamen cordis probitas Beatos quam ocissime habuit sibi omnino propitios: siquidem in conspectu omnium pedibus statim confirmata, recto tramite iter arripuit. Videntes autem hoc turbæ factum plane mirificum, toto mentis affectu magnaque corporis demissione supplicantes, omnipotenti Deo benedicebant, in cujus nomine Confessores huic mulieri gressum restituerant.

Cap. 35

Curatur contractio pedum

6 Die quoque eodem, Sacerdotibus Missam solenniter celebrare volentibus, chiragrica quædam, non brevi tempore contracta manibus, deprecatione assidua Justi et Clementis implorabat auxilium. Cumque indesinenter gemebunda ab oratione non cessaret, audivit Dominus, et misertus est ejus: prorsus etenim restitutam manuum promeruit sanitatem. Quo viso populus laudes ingeminat, hymnis undique resonant, et jubilantes chori Confessoribus almis gloriam tripudiando decantant; quorum gloriosa merita diem præsentem duobus summis miraculis decoraverant.

et manuum,

D

EX MS. FLORENT.

7 Alio itidem tempore muliercula quædam, in villa quæ Quintum *f* dicitur, omnibus corporis membris male affecta, nullo modo suo conamine a grabato quibat exurgere. Continuis itaque fatigata doloribus, Confessorum postulabat suffragia; quos miris operibus splendere, fama nuntiante, didicerat. Creberrimis autem perculsa singultibus, voce querula in hæc verba prorumpebat: Ut quid misera non morior, omni corporis parte præmortua? cur infelix mea recedit anima? Heu mihi! quæ mori cupiens, in cruciatu vivere compellor. Viri Sancti, Justus et Clemens, quæso, intercedito pro me, saltem ut obire liceat, cum superesse nequeam. Hæc et his similia sæpissime ingeminans, tandem ex animi sententia Justum et Clementem apud Deum interpellatores habere meruit. Namque Sanctis propitiantibus, Dei misericordia, penitus fugit infirmitas, integra prorsus redditur incolumitas, nec ulla superfluere præteriti languoris indicia. Et sicut afflicta nimis diu fuerat, et gravibus affecta doloribus; ita recuperatæ sanitatis beneficio immortaliter gaudere, summaque gestire lætitia non desiit.

Cap. 36

f

omniumque membrorum infirmitas,

E

8 Invalescente quotidie magis beatissimorum Confessorum nominis claritate, vir quidam ab externis oris adveniens, manu utraque aridus, nihil prorsus facere, nec etiam cibum sine graphio vel alio quolibet instrumento capere, nedum manus ori admovere poterat. Hic crebro Sanctorum deposcens adminiculum, vesperi sub arboris umbra recubans, Confessoribus apud Deum intercedentibus, utriusque manus integram recepit valetudinem.

Cap. 37

iterum contractio manuum

9 Erat præterea vir quidam in Castello Montis *g* Gabri, qui jam dudum mutus nihil quidquam effari poterat. Hunc consanguinei cum in Sanctorum Confessorum natalitiis ad sacerrimos ipsorum sarcophagos adduxissent, multoque rogatu ad affinis loquelam obtinendam illos exorassent; atque etiam mutus ipse magno mentis affectu Deum, qui corda hominum intuetur, rogasset; illico apertum est os ejus, et loquebatur recte, Jesu Christi nomen vehementer extollens. Hujus autem beneficii memor, olei, quoad vixit, urceum ad ecclesiam Sanctorum illuminandam quotannis obtulit. Ad hæc parvula virgo, linguæ officio penitus destituta, cum in Confessorum solennitate ante sacra staret altaria, catervas hominum pro ipsa deprecantes exaudivit Dominus. Hora siquidem Vespertina expedite fando, ob tantum in se collatum beneficium Sanctis laudes rependebat: quocirca ab universis nomen Domini benedicitur, per omnia regnantis secula.

g

Sanantur mutus

F

et muta,

10 Multimoda diversorum curatione explicata, cæcos quoque Confessorum meritis illuminatos esse, silentio præterire, incongruum fore putavimus. Horum igitur quidam de *h* Valle-Arni oriundus, annis compluribus utroque orbatus oculo, auditis Justi et Clementis miraculis, sanctissimas eorum Reliquias, munuscula ferens, corde contrito sui fratris ducatu deposcebat. Interea loci, itinere pene confecto, amisit quam deferebat, oblationem. Cumque id quod amiserat invenire non posset, humiliter ac demisse auxilium sic implorebat: Juste et Clemens, Confessores piissimi, quorum meritis et intercessione Deus Opt. Max. omnem protinus depellit infirmitatem; et corde et labiis utrumque precor, ut meos illustretis oculos; quatenus mihi illuminato extrinsecus, nulla prorsus mentis caligo relinquatur intrinsecus. Mirabile dictu! subito visum recuperavit, inventoque munere

Cap. 38

h

cæcus,

A munere ad Confessorum sacrarium properavit; ibique donis quæ detulerat oblatis, Deo gratias agens, lætissimus ad propria remeavit. EX MS. FLOREN.

11 Item quæpiam externa mater, natam unicam luminibus captam, ad alia Sanctorum Martyrum Confessorumque templa aliis in provinciis etiam duxerat; nec tamen lumen perditum filia recuperarat. Aliquamdiu vero *i* Antoniæ commorata, modo huc, modo illuc pergens, ad alia loca, frustra tamen, transierat. Divino igitur instinctu admonita, ut ad sanctissima Justi et Clementis corpora sese conferret, simul ac primum templi valvas ingreditur, utraque supplicante, visus natæ confestim restituitur. *cæca,* *i*

12 Iisdem fere temporibus faber quidam Ferrarius a Castro Sanctæ Mariæ in *k* Monte, dum ferrum cuderet, favilla ignea oculum lædens, caput totum tumefecit. Qui cum nulla medicorum arte curari posset, demum conjuge comitatus Confessorum requirit merita. Cujus post preces diutinas obdormiscentis, capite super uxoris genua inclinato, Justus inclitus exauditor assistens, oculumque penitus clarificans, omnem capitis tumorem, squamosa putredine ab oculo profluente, statim amovit. B Tunc adstantium frequentia Domino, in cujus nomine tot fierent mirabilia, multas ex animo laudes decantabat. *k* *In oculo læsus*

13 Hisce interea mirabilibus Justi et Clementis operibus divulgatis, dæmoniaci ad Confessorum aras adducti protinus liberantur. Quorum unus, in loco qui dicitur *l* Vallis ortus, nomine Martinus Corbolini filius, sine intermissione a spiritu vexabatur immundo. Hunc enim tanta dæmonis infesti nequitia conflictabat, ut dentibus frendens ipsa corroderet vincula. Quid quæris? Justi et Clementis exauditis precibus, post non parvum dæmonis conflictum, arreptitius ipse diabolicis omnibus exolvitur laqueis. Post paucos vero dies angelus invidiæ, de tali ejectione dolens, ejus filium, Petrum nomine, vehementer arripuit. Huic quoque Sanctorum Corporibus oblato haudquaquam defuit Dei clementia: nempe dæmone effugato, incredibili gaudio exiliens, ad suos rediit. Cap. 39 *l* *dæmoniaci pater* *et filius.*

14 Item Angelsina virgo *m* Politrana, cum a spiritu nequissimo modis omnibus torqueretur, cumque coram Sanctorum Confessorum reliquiis aliquamdiu cum matre et propinquis aliquot stetisset, C et omnes pro Virginis hujus liberatione Deum valde precarentur; in die Pentecostes sumpta Eucharistia, spiritus nequam ab ea statim discessit. Quam ob rem astantes omnes Deo, qui mirifice quotidie per Sanctos suos operatur, gratias egerunt singulares. Ad hæc Clericus quidam, e *n* Geminianensi agro oriundus, incredibili percitus insania, quasi dæmonis immanitate exagitatus, omnia sibi vestimenta discerperet. Hic cum ad sacram Beatorum Confessorum aram sisteretur, confestim resipuit: summaque deinceps et corporis et animi tranquillitate, vitam omnem traduxit. At longum nimis sane esset singula id genus recensere miracula: siquidem non nulli dæmonum vexatione furentes, ut Albertus ab *o* Urceatico, ut homo alter a *p* Monte Zani, ut vir et uxor a *q* S. Cassiano, ut alii demum complures, qui de sanitate ac mente deturbati, Sanctorum Confessorum interventu convaluere. *m* *Virgo,* *Clericus,* *n* *o p* *q*

15 Temporibus Saracenicæ persecutionis, cum barbara atque immanis illa natio a sacrosancto Sepulcro, in quo Servator noster positus fuit, Christi fideles expulit *r*; quidam peregrinus in *s* Vallis Elsæ finibus ortus, ab infidelibus illis ac barbaris hominibus, dum pugnacissime dimicaret, captus fuit. Hic in catenis habitus, cum summis ac diris cruciatibus afficeretur; noctes et dies, Justum et Clementem, his precibus et obsecrationibus utens, D expetit adjutores: Subvenite et opitulamini, Sancti Dei, mihi præ doloribus ac suppliciis innumerabilibus tabescenti; et immaturo interitu jamjam pereunti præsto adesse festinate. Libera me, Domine Jesu Christe, qui liberasti Petrum Apostolum tuum a teterrimi Herodis carcere. Audite, maxime pii Christi Confessores, preces meas; et pro me, in hac dura captivitate posito, apud omnipotentem Dominum intervenite. Attende quæso, et vide meas angustias, benignissime Deus, qui per Prophetam dixisti, Invoca me in die tribulationis, et eruam te. Ad hanc lacrymarum vim, ex imo pectore profusum, Justus et Clemens vectes effringunt ferreos, ac duras statim dissolvunt et labefactant compedes, miserumque hominem ex illa prægravi servitute ereptum ad loca tuta perducunt. Qui Byzantio pertransiens, tabellam graphice satis depictam, suique gravissimi casus declarationem continentem, ibidem coemit, et ad Sanctos (Dei munere) sui liberatores illam attulit, ac pro tanti beneficii memoria appendit. Cap. 10 *r s* *Liberantur captivi in Terra sancta,* Psal. 49, 15

16 Fuit iisdem ferme temporibus homo quidam Pisanus, in Majoricæ *t* partibus a barbaris captus: E cui catenas cum injecissent, et ipse Justi et Clementis auxilium implorasset, libertatem facile consecutus, permultis muneribus Sanctorum templum adornavit, et pro tanti miraculi indicio, ponderosas compedes ibidem dimisit. Pisanus item alter, nomine Trambus, cum a Gualfredo de Pichena captus esset, atque in illum omne crudelitatis genus singulis horis adhiberetur; miser ille captivus, cum sese commendans in Sanctorum clientelam contulisset, ex illiusmodi tortoris atrocissimi sævitia tandem evasit. Ad hæc Guilielmo Presbytero de Serena, ab Ugone Guidonis filio in vincula conjecto, tantumdem ex animi sententia (implorato Sanctorum Confessorum auxilio) contigisse, proditum est memoriæ. *alius in Majorica: t* *2 alii:*

17 Nuper quoque Corradus Marchio, castellum *u* Bulgari ad deditionem cogens, nonnullos inde suscepit obsides: quos in oppido, quod Silviculæ dicitur, prope Senas, turris ingenti atri carceris fundo, sub arctissima custodia, mancipaverat. Ecce autem, nullam prorsus in domesticis suis habentes fiduciam, Justo et Clementi multo cum gemitu sese ita commendabant: O Confessores magni, totius F orbis Moderatoris amicissimi! o intercessores pietate præstantissimi! o exauditores, dicto citius, facillimi! quæsumus nostri misereamini: ostende nobis, Clementissime Deus, tuam misericordiam, et salutare tuum da nobis, in hoc tetro carcere omni prorsus spe destitutis. Cumque fatigati jam obdormissent, B. Justus illis apparere visus est, dicens; Exurgite, nec trepidetis: ego enim sum Justus, quem tantopere rogabatis. Nolite, nolite, inquam, timere: Dominus enim solvit compeditos. Hoc viso excitati, confugiunt a nemine impediti: et in suam relati patriam, Deo mirificas et agere et habere gratias numquam desiere. Cap. 11 *u* *alius obses datus:*

18 Tempore paulo ante præterito, quædam mulier a *x* Puppiano, Bellenda nomine, lacte carebat, quo suam ipsius nutriret filiolam. Huic persuasit vicina malefica, ut ad cuncta quæ sibi comedenda essent die Dominica, aquam vivi fontis sibi tantum quæreret necessariam; neque ea die Dominum Deum oraret, aut signo Crucis se muniret; sed ter faciem suam aqua ipsa aspergeret, manibus inde lotis. Sine ulla mora, mulier nimis credula consilio maleficæ omnino paruit: cumque aqua vultum suum conspersisset, pauxillulumque in os introisset, statim non parvus corvorum crocitantium ibidem affuit numerus, scilicet dæmoniorum præstigiæ; eamque per Cap. 12 *x*

A per omnia membra maximus arripuit dolor. Cum igitur sic ægrotaret; domum remeat et ab universis longe alia putabatur infirmitas: in illa enim latuit diabolus usque ad Cœnæ Dominicæ diem. Tunc duo Sacerdotes, viri sui affines, volentes in templum illam introducere, nulla unquam ratione illud efficere potuerunt: nam cum diabolus jam sese patefecisset, vehementer resistebat. Quapropter interrogatus cur illam arripuisset? Ultro respondit, ob nullam dæmoniacæ nequitiam hoc factum fuisse, sed tantum propter multa et gravia populorum scelera Omnipotentis Dei permissu contigisse. Sunt enim homines permulti hoc in tempore blasphemi, perjuri, adulteri, fornicatores, invidi, litigiosi, detractores, sacrilegi, raptores, homicidæ, fœneratores, deceptores, avari, justitiæ correptores, et sic genus humanum prope universum in hujusmodi flagitiis, quasi jumenta in stercore suo, computruit: quocirca innoxia quoque vasa nobis vexanda destruendaque conceduntur. Talia vociferans hic nequam spiritus, modo caninis latrabat rictibus, interdum vero rabidorum more luporum diræ vocis ululatum, os diversis distorquens gestibus, emittebat. Hæc videntes populi finitimi, territi nimium, triduano indicto jejunio lites transigunt ac penitus deponunt, a fornicationibus abstinent, rapinas emendant, blasphemias ac juramenta cavent, avaritiam devitant, justitiam sectantur; mutuam vicissim caritatem amplecti, et omnibus denique peccatorum ac vitiorum generibus in posterum finem statuere, omnes ad unum duce Deo, decernunt: nullaque mora interposita, ad B. y Zenobii Reliquias Florentiam supplicando concurrentes, cum intimo cordis affectu, magnaque lacrymarum effusione, divinam implorarunt misericordiam.

obsessa a dæmone,

ob peccata aliorum,

B

y

19 Item Justi et Clementis solennitate celeberrima appropinquante, Sacerdotes, quos mulieri affines esse supra diximus, cum aliis ejusdem prosapiæ viris, ad Confessorum Basilicam adducunt mulierem ipsam, a dæmone obsessam. Ubi dæmon, coram maxima populi frequentia, longe acrius solito illam divexare cœpit; nam crines, quasi fugituri, supra caput erigebantur: os modis omnibus distorquebatur: cervix quasi confracta hinc inde collabebatur. Cum vero Crescentius z Antistes, vir omni videlicet virtutum genere præstantissimus, venerabili Canonicorum corona illum comitante, juxta veterem solennitatis consuetudinem omnia recte atque ordine faceret; spiritus ille nequam vastis clamabat vocibus: Ecce venit Episcopus; idque non semel, sed iterum, ac sæpius iteravit. Ecce venit Episcopus: itaque quem nondum viderat, mox cognovit Episcopum. Astantes autem populi quam diligentissime attendebant dæmonis furorem; nam interdum precantis mores effingebat, quasi Sanctos Dei revereri videretur; interdum convitiis illos consectaretur, et uti irrisor aliquis contemneret; atque id, ut fidelium vota omnium impediret. Quid quæris? Diebus undecim mulier ibidem perstitit, multijugi dolorum cruciatu affecta. Denique Monachis illius sacri templi sine ulla intermissione, nudis pedibus, nudisque genibus ex animo orantibus; ille demum nequissimus spiritus, a Christi Confessoribus depulsus fuit: et quæ prius crudeliter admodum exagitata fuerat, facta prorsus incolumis, a suis in patriam demum reducitur. Et omnes, quotquot ad sacram Confessorum ædem tunc temporis accesserunt, tanti sane miraculi testes fuerunt. Neque de tam firmo et tam præclaro testimonio est quidquam dubitandum: propterea quod ipsa etiam mulier mox donariis quam plurimis Christi Confessorum Basilicam exornavit, et, quoad mansit in vita, eamdem pie sancteque visitare consuevit.

misere torquetur,

z

C

deinde post XI dies liberatur.

20 Eodem ferme tempore, per Confessores suos haudquaquam dissimiliter operatus est Dominus. Siquidem in agro Lucensi ad Suviliani Plebem, ut aiunt, puella quædam, cui Judithæ nomen inditum erat, juveni cuidam a parentibus desponsata, nondum paterna domo recesserat. Cui sponsus (quæ est venereæ voluptatis in illa ætate titillatio) ut sui sibi copiam faceret, persuadere conabatur: id quod pudica et casta virgo non ante decere, quam nuptiæ de more celebrarentur, perinde sapienter ac constanter affirmabat. Cumque acceptis pannis lavatum iret; vir, graviore quam dici possit iracundia commotus, ait; Vade cum Dei maledictione, sitque tecum diabolus. Quibus verbis puella ad fluvium accedens, adeo exterrita est, ut tentator statim affuerit; eamque improbissimus invadendi occasionem nactus sit: nam sub horrendæ corniciis specie horribiliter cornicantis, illam præ pavore magno oscitantem immundus arripuit spiritus. In qua diabolo adhuc latente, vir post nuptias eam desipuisse animadvertit: siquidem omnia ab ipso affirmata penitus negabat, e contrario denegata confirmans. Quamobrem conjux eam sibi inutilem semper fore existimans, parentibus custodiendam remisit. Ecce autem dæmon, certis patefactus indiciis, mulierem torquere cœpit acerrime. Quapropter sui omnes, rem ipsam egerrime ferentes, ad Beati aa Potentis Reliquias illam deferunt. Illico autem dæmon ore balbo exclamavit; Potens iste numquam me ejicere poterit: Deus enim omnipotens id uni Justo concessit. Inquisitus vero de nomine officioque suo, se ipsum captivum, et ranarum custodem appellat. His auditis, ad Divi Justi et Clementis templa a consanguineis delata, die noctuque sacris assistit altaribus: e cujus ore nocte subobscura puer igneus egressus, Ara Confessoris circumdata, inde iterum visus est regredi. Porro Cœnobitis illis orationi instantibus; denique post tricesimum fere diem mulier ab illa dæmonis obsidione liberata, ac pristinæ reddita sanitati, domum recessit. Ab ipsa tamen Confessores almi dæmonem, nulla vi nullaque contumacia resistentem, facillime propulsarunt. Hoc autem propterea accidisse creditum est, ut ostenderentur, merita Justi et Clementis apud Deum tanta esse, ut satan cum dispellitur, in discessu obsessi corpus affligere minime audeat.

D

EX AUG. FLOREN. Cap. 43.

Puella, ex sponsi imprecatione obsessa,

obsidetur:

E

aa

post 30 dies liberatur.

ANNOTATA G. H. et D. P. F

a *Ordinis Camaldulensis, quibus monasterium traditum a nigris Benedictinis fuit anno* 1113.

b *Erat Hierosolyma tunc sub Christianis; ab his anno* 1099 *capta, et amissa anno* 1187.

c Parthicus *seu potius* Parthinicus portus, *in mari supero prope* Epidaurum, *quæ Plinio appellatur civitas Parthinorum, ad Sinum Saronicum.*

d Evisa, *aut potius* Elvisa *insula, vulgo* Ilva et Elba, *ditione Senensis.*

e Pisanorum *portus fuit* Ligurnus, *aliis* Liburnus *vulgo* Livorno, *apud Leandrum variis nominibus appellatur; an etiam* Portus Devisæ *necdum legimus. Sed in Jo. Ant. Magini tabula Liguriæ, quam etiam suo Atlanti Jo. Blaeu inseruit, inter Portum Veneris et Portum Finum, notatur* Deiva, *forte* Devia *scribendum, nec procul inde abest* Vernazza, *unde natus indicatur is cui navis concessa erat.*

f *Non* Quintum *sed* Quintini *vicum notant tabulæ,* 16 p. m, *dissitum Volaterris, prope S. Miniatis oppidum.*

g *Idem forte, qui nunc* El Garbo *notatur, in eisdam tabulis, prope Liburnum.*

h Arnus *fluvius, per urbes Florentiam et Pisas,*

 descendit

EX AUG. FLORENT.

A *descendit ad mare; hinc* Vallis Arni *vicinos agros comprehendit.*

i Antonia. *i. Volaterræ, unde intelligas eam appellationem jam tum affectasse sciolos, ut supra notavimus, velut antiquius nomen urbis, licet hactenus omni antiquitati ignotum.*

k *Situs est hic locus trans Arnum duplo propior Pisis quam Florentiæ, Volaterris autem distat* 25 p. m.

l *Forte deest verbum, et legi debet* Vallis-Cecinæ, *a flumine Volaterranam diœcesim percurrente.*

m Politiana, *sive de* Monte Politiano, *distante ultra Senas ab urbe Volaterrana ad 45 circiter millia passuum versus Orvietum. De ea urbe egimus 20 Aprilis ad Vitam S. Agnetis de Monte Politiano dictæ.*

n *Oppidum* S. Geminiani, *satis vicinum Volaterris, ad 7 circiter* p. m.

o Uneaticum, *vulgo* Oriactico, *distat versus occidentem* 10 p. m.

p Mons Sani, *alias* Mons-Jani *aut* Mons Fani *in maritima ditione Senensi.*

q S. Cassiano, *in eadem ditione Senensi in confiniis agri Urbevetani.*

B r *Fuerunt Christiani expulsi anno* 1187.

s Elsa fluvius *agri Florentini labitur in Arnum, unde totus tractus ad illum vocatur* Vallis Elsæ.

t *Hæc acta sunt cum* Majorica *subesset Saracenis; qui inde a Jacobo Rege Aragoniæ pulsi fuerunt circa an.* 1232

u Bulgari *oppidum sive castellum est in ditione Pisana, Gerardescia dicta, haud procul a mari, videtur autem huc obsidio spectare, ad an. circiter* 1120, *quando* Conradus *Henrici V nepos, ab eadem Mathilde mortua relictus Marchio Tusciæ, etiam Pontormum in agro Florentino obsedit; in quodam instrumento Lucæ condito sub nota anni* 1129, *apud Floreatinium in memoriis Mathildæ pag* 345, *sic subscriptus*. Conradus divina gratia Ravennatum Dux, et Thusciæ Præses et Marchio, *cujus successor an.* 1131 *subscribitur solum*, Rimprettus, *divino munere* Thusciæ Præses et Marchio

x Puppium, *oppidum Hetruriæ in Apennino, ubi in monasterio Vallumbrosani Ordinis descripsimus Vitam B. Teuzonis solitarii, a nobis editam* 16 *Martii, ad quam plura de* Puppio *habentur: suspicari tamen licet ab hoc diversum esse* Puppianum, *necdum nobis repertum.*

C y *Acta S. Zenobii Episcopi Florentini dedimus* 25 *Maii.*

z Crescentius *Episcopus, scilicet Volaterranus, repetitur apud Ughellum, successisse Rogerio an.* 1130, *subscriptus cuidam conventioni an.* 1134, *qualem deinde successor ejus Adimarius signasse invenitur an.* 1150.

aa S. Petreus *Martyr colitur 7 Decembris: estque ubi prisca Martyrii* [illegible] *Tusciæ in Hetruria sub antiquo Pontifice; ubi S.* Commianus *Martyr* 8 *Februarii, et* Thesiteus Martyr 1 *Aprilis, aliusque. Sedes autem illa Episcopalis nunc est unita Viterbiensi.*

APPENDIX

Addita ab Augustino Florentino.

a Cap. 44 *Apud Radicofanum,*

In regione *a* Raddæ, homines quidam populares, templum in honorem Sanctorum Confessorum ædificare volentes, locum quemdam solaribus radiis expositum, concordi atque unanimi voluntate elegerant. Hi die quodam illuc ad jacienda fundamenta accedentes, cum arator quidam binos forte juvencos prope locum ipsum arando exerceret.... *b* Jam

D vero illis humum scabere incipientibus juvenci e vestigio fugam arripiunt. Tum herus eos anhelo pectore sursum deorsum non modicum insecutus, ad quasdam salices forte pervenit; ubi, optimum factu ratus, si virgas aliquascum sibi, tum his qui ad sibi opem ferendam, cucurrerant ad impediendam juvencorum fugam, excerperet, in unam conscendit. Mirabile dictu! ut primum rusticus ramum primo ictu ferit, continuo guttæ sanguinis de salice manant. Juvencique cursum reprimentes, mites, et quasi immobiles stupentibus cunctis et admirantibus, ibidem repente consistunt. Quo prodigio homines illi templum ipsum ibi prorsus divina providentia, in Divi Justi honorem, relicto priore loco, summa omnium voluntate construxerunt. Quod ab ipso prodigio Pleberium S. Justi in salice, ad hanc usque diem, etiam appellatur. Ad cujus perpetuam rei memoriam, picturam sic gesti negotii ornamento templi parietem decorandum curavere; nimirum in loco, ubi salix illa consita erat notabili etiam lapide *c* ad posteritatis notitiam collocato.

non sine prodigio,

ecclesia S. Justi construitur.

c

d

Cap. 45

22 Anno *d* MDXXX, quo tota fere Hetruria bello exarsit, Dux quidam militum, Christianæ religionis penitus immemor, classem quamdam exercitus, cum equis nonnullis, in æde sacra Justi et Clementis stationem habere permisit; ibidem in sacra B. Clementis specu cellarium panis et vini simul constituens. Mulieres autem quædam Montis Bradronii ac S. Justi suburbii, sub militum ad urbem Volaterrarum accessum, ad ipsam ædem sacram, tamquam ad asylum, primum confugerunt, deinde militibus ad templi valvas propius factis, in turrim atque sub tecta tremebundæ sese receperant, latitantes. Hæ de salute desperare incipientes, Deo ac Sanctis Confessoribus effusis lacrymis sese etiam atque etiam vehementer commendare non desinebant. Quapropter quia et illarum periculum, et sacri fani pollutionem nemo omnino a sævi illius ac furentis exercitus injuria vindicare posse videbatur; almi Confessores ibidem requiescentes, sibi illatam injuriam (ut æquum fuit) horribili prodigio propulsarunt, et pavidas trepidantesque castitatis studio mulieres, divina præstante misericordia, omni prorsus metu ac periculo liberarunt. Etenim cum miles quidam ad ipsam specum, inde nonnihil rerum extrahendi sufferendique gratia accederet; ecce cujusdam flammæ globo evestigio circumventus, semianimis a loco extraque templum, una cum astantibus, rejicitur. Qua re comperta, militares copiæ tanto, quidem timore, simul cum illo militum Duce, affectæ fuerunt; ut cum admissi sceleris illos pœnituisset, illuc in posterum accedere ausus sit nemo. Atque ita mulieres principio perterritæ, mox incursu militum liberatæ, multas ac magnas omnipotenti Deo, ipsius mirabilia passim propalantes, gratias egerunt. Quædam vero, quæ in humanis adhuc agunt, ipsum flammæ globum templum universum circumire tertio se vidisse per fenestram, quæ Paradisus appellatur, nobis etiam audientibus, sunt attestatæ.

E *Milites jus ecclesiæ violantes,*

F *fulmine territi discedunt:*

Cap. 46

23 Proximis superioribus mensibus, cum D. Jacobi Apostoli dies solemnis illuxisset; atque ad ejus aram singuli fere Monachi de more sacrificaturi accessissent, et cuique sacrificantium non pauci utriusque sexus semper interessent (cum in domo et opere Dei nemo plane sibi vitæ hujus periculum imminere, sed æternæ gaudium usquaquaque cogitet) factum est, ut rebus omnibus sacris peractis, et omnibus qui ad templum venerant inde egressis, quædam tecti pars, tigno effracto, super sacellum Divo ipsi Jacobo dicatum, corruerit. quod templi detrimentum ære publico statim resartum fuit. Cujus casus rumore extra templum excepto ab iis omnibus, qui illuc sacræ rei faciendæ causa perrexerant

post Missam innoxie labitur tectum:

A rant: tanti periculi expertes, atque ab eo, Dei benignitate et sanctorum Confessorum ¦ protectione plane servati, singulis perpendere cœperunt, quæ sit vita hominis, et quot quantisque periculis ubique etiam obnoxia. Ad hæc non abs re fuerit admonere, quemadmodum in ipso Divi Jacobi sacello etiam e B. Jacobi a Certaldo, qui illius cœnobii Monachus et Abbas fuit, sita sunt ossa; quæ illiusmodi casu retecta, furtim aliquot præter calvariam sublata fuerunt: reliqua vero, nobis præsentibus, qui hæc literarum memoriæ commendavimus, summo cum honore summaque cum diligentia ibidem contecta restiterunt.

Cap. 47 24 Casus in urbe Volaterrarum circiter annum MDVIII maxime notandus accidit. Cum Silvester Favus, inter cives suos non mediocris fortunæ ac dignitatis habitus, ædes suas in vico Burgi cuidam Baptistæ Novocomensi ædificandas locasset; hic, quamquam Silvester ab urbe aberat, ædificationem tamen ita urgebat, ut ad primarum fenestrarum anterioris partis fastigium ædificando jam pervenerat, Cumque Divi *f* Octaviani solennia, quæ in diem Veneris ante Palmarum Dominicam quotannis incidere consueverunt, jam adessent, et a Petro Co-
B vacio Volaterrano cive, Christianæ Religionis maxime studioso, qui illac forte transierat, moneretur, ut ab ædificatione cessaret, cum diceret, Heu Magister Baptista, ecquid tute hodie mane agis? Quin potius Divi Octaviani Protectoris Patronique nostri festa colere nobiscum studeas, quam illa ædificando violare? Cui Baptista, ut est illud agreste hominum genus irreligiosum ac lucri maxime cupidum; Quid mihi cum Divo Octaviano? Silvestro potius, a quo mercedem accipio, deserviam. Hæc verba protulerat, cum una tabularum, e quibus pontem construxerat, elocatur: atque ita præceps in terram statutus, diruptus, dilaceratus statim efflavit animam. Qui casus cum universæ civitati valde molestus fuit, tum Silvestro ipsi ad urbem reverso illiusmodi terrorem injecit, ut ædificationem altius erigi, quod ipsam cuivis hominum etiam nunc videre licet, nullo quidem pacto permiserit. Atque hujus rei locupletissimi testes adhuc extant primarii cives, ac fere omnes octogenarii, ut Gabriel Ricobaldus, ut Michael Vintha, ut Mariottus Leonardus; ut alii permulti, qui se, cum ipsius Baptistæ funus efferretur, dictitant interfuisse.

contemptus festi S. Octaviani

morte subita punitur.

C 25 Multa alia ac præclara quidem olim gesta fuisse, atque etiam quotidie geri ab iis Christi Confessoribus, de quibus satis hactenus sermonis habuimus, nemini plane dubium sit. Ceterum ut huic tenui labori nostro finem denique faciamus; extremum illud est, ut tantorum Patrum caritatem imitari pro nostra virili parte studeamus: quippe qui arctissimo fraterni amoris vinculo vicissim constricti, ea, quæ Deo Opt. Max. valde probantur, indagare, ac re ipsa præstare, ut præclare satis intelligere nemo non potuit, semper elaborarunt: atque ob id in cœlum sublati, amplissimo suorum laborum præmio decorantur ac perfruuntur. Ad illos igitur humiliter ac demisse adeuntes, rogitemus, ut susceptum nostri patrocinium sic tueantur, |ut nostra omnium flagitia a Deo nobis remittantur et condonentur, cui laus et gloria summa sit et æterna. Amen.

Peroratio.

ANNOTATA. G. H.

cum Abbate S. Justi.

a Regio Raddæ, *alius Vicariatus seu territorium* Radicophani, *in confinius agri Senensis et ditionis Pontificiæ.*

b *Deest quidpiam ad sensum explendum.*

c *Operam dedi ut lapidis illius inscriptionem nanciscerer, si adhuc supersit; sed ne hoc quidem rescire hactenus potui.* D

EX AUG. FLOREN.

d *Dicto anno* 1530 *fuit a Philiberto, Arausiæ Principe, Florentia obsessa, et post obsidionem capta, dicto Principe ibidem occiso: et* |*Fabricius Maromaldus, teste Paulo Jovio lib.* 28. *in Vulterræ suburbiis, civitatem expugnaturus, castra posuerat.*

e *Vitam* B. Jacobi Certaldi *illustravimus ad diem* 13 *Aprilis, pro cujus Supplemento optem nancisci delineationem imaginis, ibidem juxta campanas prope B. Justi aram pictæ.*

f S. Octavianus, *etiam Patronus Volaterranus, in Officiis hujus Ecclesiæ anno* 1519 *excusis colitur* 2 *Septembris; dies autem Veneris ante Dominicam Palmarum ipsi Sancto sacer habetur, propter tunc factam corporis Translationem a Suburbano ad urbem.*

APPENDIX II

Ex MS. Relatione Volaterranorum.

Præterea anno MDXXX, ut Jovius et Ammiratus scriptum reliquerunt, cum Vasti Marchio, feroci nisu Vulterram adortus, per S. Angeli portam in civitatem irrumpere contendisset, et Maramundus E impetum in eam fecisset ad S. Lini monasterium; ibique tormentis bellicis muros dejecisset, ita ut defensoribus retrocedentibus murus nudaretur; et Franciscus Ferruccius, equitum peditumque Præfectus, saucius atque perterritus, se recepisset in arcem; tunc S. Lini Moniales, furentis præda victoris mox futuræ, ad SS. Justi et Clementis atque Octaviani Patronorum auxilium confugerunt: qui repente cum Angelorum cohorte Virginibus precantibus affuere: et hostibus adempta victoria, et audacia militum repressa, Virgines sibi metuentes cœperunt certam sperare salutem. Hostes retusi a mœnibus coguntur recedere, murorum ruina Sanctorum virtute defenditur; donec Joannes Broccardus, Vulterræ Patricius, multis cum civibus primoribus superveniens, muros dirutos reparavit. Unde non solum Moniales sanctos Patronos, ingenti cum aulæ cœlestis exercitu pugnantes et pro se stantes vidisse asseruerunt; sed ipsi quoque milites, e muro profligati et timore correpti, testati fuere. Præcipue vero Amicus Arsula, militum Dux, cum in civitatem ad mœnia ab hostibus tuenda cum Ferrucio reversus esset, vehementer admiratus, confirmavit, se infinitum incognitorum pugnantium F numerum pro urbis incolumitate propriis oculis conspexisse, inter quos tres præcipue Chiliarchos, virtute formididabiles, ætatis canicie reverendos, quos prædd. Sanctos fuisse, qui subito ad tollendum miserum civitatis casum de cœlo confluxerint, a nemine dubitatum fuit.

Urbem jam jam occupandam an. 1530

Visi Sancti propugnare.

27 Sunt quoque prope Sanctorum ecclesiam voragines quædam horribiles, profunditate vastitatis altissimæ, penitioribus locis evisceratæ, quæ nostra etiam tempestate pleramque templi partem hauserunt. Nullum tamen qui in voragines illas fortuito ceciderit, gloriosi ac sancti Confessoris [merita] mori in illis aut opprimi passa sunt: nostra licet ætate Julius Battaglionus, senio confectus, et Lucretia Julii de Pagninis, in profundum earum rupium hiatum casu miserabili dilaberentur.

Lapsi in præcipitium servantur.

28 Anno MDXXVII, cum tota fere Italia ac præcipue Hetruria fame, peste, ac bello afflictarentur, soli Vulterrani, cum quolibet anno usque ad vigesimum, Sanctorum templum visitandi, et virgines nimia laborantes inopia in matrimonium collocandi se voto obstrinxerunt; eorum meritis et intercessione liberantur. Cujus miraculi monumentum, marmoreo lapidi incisum, de veteri æde sacra ad rescen

Urbs a fame, peste et bello liberata an. 1527

EX INST. AUTHEN.

A recens erectam delatum, hoc argumento cernitur. Quod duce Te, Juste, hoc anno MDXXVII Vulterrani a bello, peste, et fame liberati sint, quibus calamitatibus reliqua Italia vexata est; hinc populus universus, de Concilii sententia, quotannis stato die solennes ad tuum pulvinar supplicationes decrevit. Marius Mapheus Templi Max. Antistes ad memoriam sempiternam.

et an. 1531.

29 Anno pariter MDXXXI Vulterrani cum fame laborarent, et pestilentia multo magis urgerentur, se singulis annis, præfixo tamen viginti annorum spatio, antiquam et novam Sanctorum ecclesiam adire, eleemosynam juxta vires et animi devotionem offerre antecedenti Sabbato Dominicæ secundæ Septembris, qua illorum templum ab universo populo invisitur, jejunare voverunt, a pestis ingruentia eripiuntur.

HISTORIA

Inventi, sæpeque translati, et recogniti Corporis S. Clementis.

B *Ex authentica relatione Volaterranorum.*

Volaterrani, moti fama operis a Bollando cœpti,

In Dei nomine. Amen. Cum jam inde e Belgio constans percrebuisset fama, adm. Rev. in Christo Patrem, D. Joannem Bollandum, e Societate Jesu, virum religionis pietate præcellentem, cum ad humaniores tum ad sacratiores litteras apprime eruditum, ac ecclesiasticæ doctrinæ et liberalium artium comprehensione felicissimum, in Sanctorum Vitis, quotquot in orbe coluntur vel a Catholicis scriptoribus celebrantur, accurate scribendis et Notis illustrandis, ac in præclara Beatorum gesta ex reconditis et vetustissimis monumentis eruenda; ut quæ diu in tenebris latuere, ad Dei gloriam, ad majus Sanctorum decus, ad excitandum in populis imitationis exemplar, notiora elucescerent, vehementer laborare; eique operam et studium etiam conferre ejusdem Societatis Theologum, Godefridum Henschenium; hinc auspicato contigit, ut omnes antiquissimæ et nobilissimæ urbis Vulterranæ cives (quæ, sicut humana præeminentia, duodecim priscarum in Hetruria urbium imperio præfuit; ita cœlesti dignatione ac Dei præordinatione, prima fuit quæ veræ fidei lumen agnosceret, et Christianæ religionis cultum reciperet) C cupientes heroica Sanctorum opera, tum eorum quos in ipsius urbis solo genitos communis patria peperit, tum eorum qui Vulterram e nationibus exteris adeuntes, vel sancto fine in eadem quieverunt, vel ferventi sævitia gentilium Imperatorum martyrii palmam consecuti ad cœlos evolarunt; et pariter illorum Ossa, Reliquias, Corpora, quæ etiam nunc in ipsius gremio requiescunt, ad animarum solatium et ad ipsorum honorem, palam fieri et in lucem prodire; ex parte Reverendissimi Capituli, Perillustres ac Reverendissimi Domini Canonici majoris ac matricis ecclesiæ Vulterranæ, totius Cleri nomine, per legitima votorum suffragia, sub die XVIII Decembris anno MDCXLVI (sicut ego infrascriptus Notarius in Capitularium deliberationum libro vidi et legi) eruditos atque patricios viros Canonicos, D. Franciscum Broccardum, et D. Alexandrum Riccobaldum Bavam J. U. Doctorem et S. Michaelis Priorem elegerunt; et ex parte Vulterram Senatus Illustriss. DD. Priores Populi et Urbis Vulterranæ, atque Perillustris eorum Universitatis et Senatus totius nomine (ut in Diaria Decretorum Collegii Vulterrani, sub die XII Junii MDCXLVII apparet, quod ipsemet legendo notavi) D. Raphaelem Maffeum J. U. Doctorem, in quo D omne in rebus humanis agendis studium, omnis lucescit humanitas ac prudentia, propter quæ a Sereniss. Magno Hetruriæ Duce, ad indefessum Provisoris tam Salis quam Arcis civitatis Volaterrarum officium atque munus (res maximi momenti) summa cum voluntate est applicatus, et Curtium Inghiramium, Patricios Vulterræ, constituerant: qui una omnes Sanctorum Patronorum, Civium, et aliorum Beatorum memorias, quæ Vulterræ reperiri possent, instaurando colligerent; et ipsarum corpora, ossa, vel reliquias adeundo agnoscerent, notarent, ac describerent; de quibus dictum sacrum Scriptorem fideliter edocerent; et omnes agnitionis actus ad illum sincero scripto deferendos curarent.

statuunt ad eum de Sanctis suis instruendum,

omnes eorum Reliquias visitandas, per Deputatos,

delectos nomine Cleri

et populi.

2 Hi omnes e Patriciorum delectu adsciti et unanimiter electi, unanimi coeuntes consensu, Illustriss. ac Reverendiss. Dominum ac Patrem, D. Nicolaum Sacchetti Florentinum, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopum Vulterranum, et Sacri Romani Imperii Principem ac Comitem, ut tam pio operi præsideret, suppliciter exorarunt. Qui flagrantem civium cupiditatem prius laudavit, postea E promovit opus, inde D. Friderico Ghetto, ipsius in spiritualibus Provicario generali, ut huic incepto adesset, et ordinaria auctoritate assisteret, commisit. Quare prædicti Domini (ut dictum est) electi, convenientes, excepto D. Maffeo, qui in hoc vices suas D. Curtio Collegæ demandavit; me Ser-Franciscum qu. Sebastiani de Contiis, Civem ac Ducali auctoritate Notarium Vulterranum, ad infrascripta acta roganda, et in publicam formam reducenda, pari consensu asciverunt.

qui una cum Episcopi Provicario,

et Notario.

3 Die vero XII Decembris MDCXLVII, præsentibus suprascr. D. Provicario ac D. Ludovico de Minuccis, D. Horatio de Maffæis, et me Notario infrascr. et aliis, in majoris ecclesiæ sacrario, cum una afforent, convenientes, oraverunt D. Bonamicum de Bonamicis, ejusdem ecclesiæ Vulterranæ Archipresbyterum, ac D. Bartholomæum Bibonium Canonicum, nec non D. Alexandrum de Fæis Militum Ducem, ac D. Julium de Maffæis, omnes Vulterræ Patricios, et ad præsens electi Sacrarii Conservatores; ut insigniores Reliquias, quæ sub eorum custodia servabantur, agnoscendas et describendas ostenderent. Ideo pii admodum prædd. Conservatores, tam religiosæ annuentes petitioni, Presbyterum Paulum de Cortinovis, alterum e Sacristis, F Reliquiarum tabernaculum aperire jusserunt. Est autem tabernaculum medio in sacrario instar altaris positum, asseribus confectum nuceis, simula ris affabre incisum auratis, seris repagulatum duabus, quæ duabus, discordibus tamen clavibus recluduntur, quarum altera apud D. Bartolomæum uti Conservatorem ecclesiasticum, altera apud D. Alexandrum uti Conservatorem laicum asservantur. Quo iisdem omnibus Conservatoribus præsentibus adaperto, cum Sacrista sericeum coccinei coloris velarium demisisset, Caput S. Victoris Martyris argento inclusum exposuit....... Postea Presbyter Michael Leonius e Sacristis alter, unam S. Octaviani argenteam e sacro abaco extulit imaginem....... Inde Sacrista imaginem ex aurichalco, vel ære deaurato arculam, diversis insculptam imaginibus, in qua pars magna capitis unius Infantis de sanctis Innocentibus servabatur, apposuit........... Argentea deinde S. Ugonis Episcopi et Confessoris imago nobis cernenda proponitur..... Hac in locum suum relata, ostenditur nobis S. Candidi Mart. caput, cum collo, pectore, et humeris .... Capita postea pectore tenus SS. Justi et Clementis, argento affabre incisa, videnda proponuntur.

an. 1647 12 Dec exorsi a Sacrario Cathedralis

post alias quasdam Reliquias inspectas,

visis capitibus SS. Justi et Clementis,

4 *Omitto, ut apparet, et ..... signo, quæcumque de*

A *de singulis DD. Deputati annotanda, et P. Bollandum docenda censuerunt. Nam de S.* Victore *egi post Tom. 7 Maji, in Appendice ad diem* VIII; *de* Sanctis Octaviano et Ugone, *agendum erit* II *et* VIII *Septembris*: *de* S. Candido *egit Bollandus ad diem* III *Februarii*: *quæ porro de* SS. Justo et Clemente *consequenter tractantur, ex auctoribus partim hujus partim superioris seculi, eo spectant, ut tandem, relatis variorum opinionibus,* pro certo *concludatur, eosdem* Sanctos cum S. Octaviano Vulterram advenisse anno DXX, Trasimundo in Afris dominante, qui tunc viginti et ducentos Episcopos ejecit in exilium, sicuti Paulus Diaconus lib. 17 cap. 3 commemorat; tempore item illo, quo Theodoricus, Ostrogothorum in Italia Rex Arianus, magnopere Arianis favebat. *Sequuntur quæ supra in Comm. num.* 10 *transcripsi, de utriusque cultu atque relata in Append.* 2 *Miraculorum; ac denique de utriusque Sancti argenteo capite, ad tabernaculum suum relato; et transitur ad Caput argenteum* S. Marii *Martyris, de quo agendum in Supplemento Januarii ad diem* XIX *Januarii.*

de utroque amplam texunt relationem:

5 XIII Decembris, *itum est ad inspiciendas Reliquias,* in ecclesia S. Petri *in Silice asservatas, variisque mensibus commemorandas.* Die XIV *adiverunt Domini*, S. Francisci Minorum Conventualium templum; *ubi inter alias multas corpus* B. Bonamici de B Bonamicis, *de quo multa vide in Appendice Prætermissorum ad* I *Maji. Deinde ad diem* XX *ejusdem mensis vide Analecta de* S. Bernardino Senensi, *ubi num.* II *leges, quæ iidem Domini ipsa eadem die sub vesperam in* templo Nominis Jesu *viderunt.* XVI Decembris *lustratæ Reliquiæ*, *quibus ornatur* templum Eremitarum S. Augustini; *et sub vesperam in Cathedrali dissolutum altare fuit Crucifixi, in quo fama erat, vetustis scripturis roborata, multas et pretiosas diversorum Sanctorum Reliquias conditas esse.*

tum alia 3 templa visitant 13, 14, et 16 Dec.

6 Die XVII Decembris præd. D. Provicarius et DD. Deputati ad D. Marci templum in suburbiis, et intra antiqua civitatis mœnia positum, Sanctorum corpora ibi posita visuri et agnituri, convenerunt. Erat ibi pariter D. Inghiramus Inghiramius, unus ex monasterii et monialium ejusdem loci Operariis; aderant D. Antonius Maffæus Canonicus, D. Eques Camillus Leonorius, D. Jacobus qu. Benedicti Incontri, D. Aloysius Falconcinius, D. Franciscus Maffæus, D. Ludovicus Minuccius, et alii quam plurimi, ad aram ecclesiæ majorem, in C medio adapertam, accessere. Erant in eadem arcæ duæ, in quarum altera inscriptum legebatur, CORPVS SANCTI CLEMENTIS; in altera, RELIQVIÆ SANCTORVM CRESCENTII, DVLCISSIMI, ET CARISSIMI. Denudato altari, D. Eques Camillus Leonorius et D. Inghiramus Inghiramius mihi Notario infrascr. juramentum præstiterunt, illud idem esse altare, in quo præcitatas Reliquias, a parte Evangelii, anno MDCXXVIII Kalendis Julii fuisse depositas.... asseruerunt, nihilque in eo de pristina forma mutatum; sed intactum et integrum, sicut d. die erat: permanere, cum ipsi adfuerint: et interrogati de contestibus dixerunt de se, de D. Equite Francisco Falconcinis, de D. Pyrrho Liscio, de D. Camillo Maffæo, et de multis aliis.

ac 17 Ecclesiam S. Marci,

ubi inventum corpus S. Clementis

7 Ut hujus rei veritas innotuit, statim DD. Deputati jusserunt Bartholomæum Massellium, fabrum cæmentarium, demoliri et aperire aram a latere, per quod Reliquiæ fuerant intromissæ. Qua adaperta, S. Clementis arca educta fuit, quæ accensis facibus super majori altari collocatur. Reseratur una clave, quæ est in Reverendiss. Capituli Vulterrani potestate, et fuit a D. Alexandro Biva Canonico tradita. Reclusa pariter fuit altera clavi, quæ apud Illustriss. Dominos Vulterræ Priores asservatur, quam detulit Doctor Thomas Brogius, Vulterrani Senatus Cancellarius. Quamvis autem triplici D sera obsignatam inspexerint arcam; apertis dualus, tertiam quoque apertam invenerant, eo quod non fuerit clausa, quando eædem Reliquiæ fuerunt ibi depositæ. Aperta igitur arca erat penitus per totum albo serico subsuta. Bombycino ablato quod ossa sanctissima cooperiebat, caput integrum et major pars ossium corporis S. Clementis a circumstantibus est inspecta. In pera vestis Attalicæ, ejusdem sancti Confessoris et Patroni cineres asservabantur: et in quodam vase fictili, nonnulla ex ejusdem ossibus fragmenta erant cautissime obsignata. Quæ omnia, recognita et venerata, iterum eodem serico cooperta fuerunt; ibique in membrana inscriptionem, ne memoria periret, sequentis argumenti posuimus. Corpus S. Clementis Confessoris recognitum, servatis servandis, prout apparet ex rogitu Ser-Francisci de Contiis qu. Sebastiani Augustini filii, Civis et Notarii publici Vulterrani, sub anno Domini MDC XLVII, Indict. XV, die vero XVIII mensis Decembris, Innocentio X summo Pontifice, Ferdinando II Magno Hetruriæ Duce dominante. Hæc arca unica tantum clavi Vulterranæ Civitatis fuit iterum clausa: Capituli namque clavis, propter lignum arcæ contractum, occludendi perdidit usum.

recognoscunt,

EX INST. AUTHEN.

iterumque recondunt;

8 Quomodo vero S. Clementis corpus in Divi E Marci ecclesiam fuerit deportatum indandum porro est. *Hinc strictim narrantur pleraque eorum quæ supra ex antiquioribus Actis posuimus, ut historia Mo*nasterii SS. Justi et Clementis *de ejusdem ecclesiæ extructione, et consecratione facta a Mauro Senensi Episcopo; tum ex Sigonio aliisque narratur, quomodo* Vulterra a Longobardis, *per Narsetem in Italiam evocatis*, tandem anno DLXXIX devastata fuit, et oratoria prædicta magnam passa jacturam: *quomodo item, crescente Carolinorum in Italia imperio, eadem sit* redacta in potestatem Adalberti Alberici de Lombardis, qui tunc Lucæ residebat; *et quomodo hic a Joanne X Roma pulsus, Hungaros evocavit; qui ipsam usque Hetruriam, Vulterram civitatem pene totam incendio consumpserunt*, qua in ruina Sanctorum Justi et Clementis ecclesiæ, ab Alcu ædificatæ, pelluntur evertunturque....... Anno *autem* DCCLXII Otto magnus Imperator in Hetruriam ingressus,... cum Vulterræ mœnia restauraret... in angustiorem formam circuitum murorum redegit. Postea etiam Gutfredus Episcopus, anno MXXX, F cum suo Clero, SS. Justi et Clementis oratoria reædificare exorsus est: *sicut latius retulimus ex monumento Gotlonis successoris, de fundatione monasterii; ubi et de Abbatibus et Augustino Fortunio ea dedimus, quæ eo spectare videbantur. Istis autem ita perstrictis, suam institutam narrationem prosequuntur Deputati.*

fuerat illud in propria olim ecclesia,

per Longobardos et Hungaros multum passa,

9 Hi Monachi *a Gutfredo instituti*, nigrum deferentes habitum, anno MCXIII assumpsere candidam Camaldulensium vestem; et Rogerius Vulterræ Episcopus D. Bonum primum Abbatem, veste alba eum induens, elegit. Ambo autem cum S. Clementis spelunca, in quo populi concursu et devotione frequentari solita, aliqua in parte ruinam minitaretur; in eodem specu S. Clementis corpus summo studio requirere aggressi fuerunt. Quod tandem in humili tumulo, anno MCXL prope altare repertum, in urna tunc primum posituri, sub S. Sebastiani ara condiderunt. Inde anno MDLXXIX recognitæ sanctæ Reliquiæ, a Guidone Ser-Guidio Episcopo Vulterrano, in S. Jacobi capella sub campanis collocatæ fuerunt. Item anno MDCXII, cum Cosmus secundus Magnus Hetruriæ Dux Vulterram veniret, denuo adapertæ et visæ; et in eadem urna pumicosi lapidis decentius repositæ, tela serica involutæ, in eodem loco componuntur: ibique iterum apponitur vetusta plumbea lamina rotunda, cum antiqua inscriptione

atque an 1113 Camaldulensibus tradita,

repertum an 1140 et recognitum an. 1579 et 1612,

EX INST. AUTHEN.

A scriptione, in qua hæc verba notabantur descripta. HIC JACET CORPUS SANCTI CLEMENTIS. Et in illa sanctorum ossium agnitione, omnes qui aderant, admirabilem odoris fragrantiam ex illis exhalantem obstupuere. Id totum ex instrumento Ser-Raphaelis Tanegli, civis et Notarii publici Vulterrani, liquido patet, die XII Septembris MDCXII.

ac repositum in crypta an. 1627

10 Anno itidem MDCXXVII die II Septembris, horis meridianis, S. Justi ecclesia in voraginem contiguam in præceps decidit. Itaque S. Clementis corpus, simul cum ceteris Reliquiis, quæ in S. Jacobi altari jacebant, in eamdem S. Clementis speluncam post sanctissimi Crucifixi aram fuit reportatum, speluncæ ostio tribus seris clauso. Clavis prima Cathedrali Capitulo, secunda Vulterrano Senatui, tertia Monachis Camaldulensibus tradita fuit. Cumque honestiores arcæ ex nuce pro dictis Reliquiis confectæ forent; die XXV Aprilis anni MDCXXVIII, tertia die Resurrectionis Dominicæ, ab Illustrissimo Domino Bernardo Inghiramo, tunc Vulterræ Episcopo, ex urna eductæ, in nova arca conduntur: et tunc (sicut in Abbatiæ libris notatum et memoriæ proditum est) ossa duo fuerunt extracta, in Cathedralem deferenda. Erant ibi capita, pectore tenus

tum 1628 in nova arca conditum,

B ex argento affabre incisa: capiti vero argenteo S. Justi, quod Mons-pietatis absolvit, nulla est inserta Reliquia. In effigie vero argentea S. Clementis, quam Domini Joannis Mariæ Ormannii magnificentia donavit, in vase crystallino duo Sancti ossa, pedis scilicet nodus, seu nux aut talus, et pars brachii, cum inscriptione in membrana, deposita sunt; quæ dictus Inghiramius Episcopus anno MDCXXIX, præsentibus Canonicis et aliis, inseruit et inclusit. Postea utraque imago sive effigies in tabernaculum reclusa fuit, et ad Sanctorum templum lustratione frequenti defertur. Præter duo ista ossa, reliquæ partes in eadem recenti capsa conclusæ, præsente universo populo, sub altare quod tunc erat Crucifixi, nunc vero Divo Justo dicatum est, in eadem S. Clementis capella reponuntur.

exceptis 2 ossibus in Cathedralem delatis

11 Quoniam vero, propter imminentem ruinam, ibi quoque Sanctorum Patronorum Reliquiæ non bene censebantur securæ: sacra Episcoporum et Regularium congregatio (licet obstantibus et contradicentibus Monachis) e Divi Justi ad Divi Marci templum easdem Reliquias censuit transferendas: ut ex Eminentissimi Cardinalis S. Sixti litteris patet, sub sexta die Maji anni MDCXXVIII, quod apparet in Registro Vulterrani Communis ejusdem anni.

ac denique translatum ad ædem S. Marci.

C Quæ quidem translatio ab Illustrissimo Vulterrano Episcopo, a Capitulo, a Senatu Vulterrano, ejusdem Communitatis sumptibus, die prima mensis Julii, cum maxima solemnitate et pompa, facta fuit: et ipsæ Reliquiæ Operariis ejusdem monasterii in depositum traditæ sunt hac conditione, ut cum perfecta fuerit insignis novæ ecclesiæ moles, quam in Sanctorum Patronorum honorem Vulterrani erigere exorsi sunt, in eamdem transferendæ forent, ut dicitur constare ex instrumento a Michaele de Tanis confecto. Quoniam vero vetus quoque urna, in qua primitus sanctum corpus positum fuerat, in dicti monasterii sacrario servabatur; prædicti D. Provicarius et Deputati et alii qui aderant, eamdem urnam invisere statuerunt. Est arca lapidea quadrata, duos pedes alta ac longa, lata vero uno pede: petra cooperiens, est sepulcro conveniens; forma simplex et omni ornamento et figuris nudata. Hæc tamen verba in ea leguntur vetustissimis notis:

Die 1 Junii

ibidem inspiciunt Deputati urnam veterem, anni 1140,

Hic requiescit Corpus B. Clementis, et inventum est sub temporibus Innocentii Papæ II, MCXL.

Erant in eadem arca seræ duæ plumbo munitæ, sed tamen adapertæ.

12 Urnam absque ulla clavi reseratam, ossibus plenam vidimus, quæ unius corporis integri esse noscebantur. Supra quæ ossa Dominus Eques Camillus Leonorius, et Inghiramus Inghiramius, præsente Domino Provicario, præstito jurejurando asseruerunt, urnam prædictam esse eamdem, quæ de S. Clementis spelunca educta jam fuit, et ex qua anno MDCXXVIII ejusdem Sancti Reliquiæ extractæ fuerunt, ob cujus memoriam ad S. Marcum fuit translata. Asseruerunt etiam anno prædicto, dum S. Justi corpus requirebatur, unius hominis ossa reperta fuisse in saxo (quod vulgo dicitur panchina) extensa quanta est hominis longitudo: cujus cadaveris partem fuisse sub S. Justi majori altari, et partem extra longe a gradibus ad quatuor brachia absque ulla inscriptione in ipso tumulo, ex utroque latere imbricibus coopertam, et superne lateribus petris latis munitam. Eadem ossa a Presbytero Lucantonio Francisco ad D. Marci delata fuisse, in altaris mappa involuta, ac posita sub scamno in Sacrario. Item aliud corpus inventum fuisse sub gradibus, in penitiori loco ab ipsis gradibus introrsum quatuor cubitis: cujus ossa tegulis ac imbricibus adoperta; et, quamvis ibi undique difflueret aqua, attamen erant pulcherrima, maxime candida et integra. Episcopus igitur Inghiramius eadem ossa, in dicta urna reposita, ad D. Marci ecclesiam deferenda suasit; maturiori consilio perscrutaturus, an prima vel secunda possent D. Justi, an alterius Sancti dijudicari. In causa scientiæ dixerunt; se in omnibus adfuisse: de loco, in Divi Justi templo: de tempore, anno MDCXXVIII: de contestibus, de se, de Domino Benedicto Bava Vicario generali, de Domino Equite Francisco Falconcinio militiæ Præfecto, de Dominis Canonicis Aloysio Inghiramio, Sebastiano Crupio, et de aliis quamplurimis. *Interim non explicatur cujusnam corporis fuerint ossa, quæ deputati vidisse testantur in veteri arca: unde solum superest ut conjectemus, ea esse corporis alterutrius, reperti sub ara S. Justi; ita ut restet quærere quid factum sit alterius corporis ossibus.*

D

in eaque ossa unius hominis,

Intelligunt, quod an. 1628 sub altari S. Justi inventa sint ossa corporis integri,

E

et aliud corpus sub gradibus:

quorum aliquod sit forte S. Justi.

13 *His ita peractis, inspecta etiam capsa* SS. Dulcissimi, Carissimi, et Crescentii *ossa continente, de quibus agendum* VI *Julii*, D. Provicarius et DD. Deputati duas cassas in vetus monasterii sacrarium deportandas statuerunt, ubi nunc est Monialium fenestella; diligentius rimaturi, apud quem tertiæ clavis deficientis esset potestas... Die *autem* XVII Decembris, innotuit tertiam clavem apud Reverendiss. D. Abbatem existere posse, qui tunc aberat... *quare utraque cassa sub altare majus, ut prius erat, fuit reportata*: quas arcas idem faber cæmentarius, lateribus, saxis, cœmento undique communivit. *Die* XIX *visitatæ sunt Reliquiæ, existentes* in Priorali S. Stephani Protomartyris ecclesia *in suburbiis: die autem* XXIX *continuata inspectio Reliquiarum in sacrario ecclesiæ Cathedralis. Ac denique* VIII *Januarii, regressi Domini ad ecclesiam S. Marci sunt; et* cognito *prædictam* clavem tertiam apud Reverendissimum Patrem Abbatem monasterii SS. Justi et Clementis existere, Domini Deputati præfatum Abbatem, ut cum sua clavi prædictarum Reliquiarum recognitioni et descriptioni vellet interesse, precati sunt. Abbas rei veritate inspecta, nihilque doli subesse intelligens, cupidus ille quoque opus tam pium promovendi; ut cum Reverendissimi Capituli et Illustrissimi Vulterrani Senatus vota secundaret, tum ut prædicti Sancti ad Dei gloriam magis magisque exaltati colerentur; ipsemet cum Domino Provicario, Deputatis et Doctore Thoma Bregio, civitatis Senatus Cancellario, ad Divi Marci ecclesiam se contulit: ibique pars altaris ab angulo die XVIII Decembris cœmento iterum illita, ac saxis denuo restaurata, recognita et bene diligenterque perspecta

Iidem post quadam alia,

F

regressi 8 Januarii ad ecclesiam S. Marci,

cta

A cta fuit : quæ integra nullaque ex parte prætentata nec amolita, reperta est. Unde iterum præsentibus Domino Provicario, Dominis Canonicis, Patre Abbate supradicto, et viris Patriciis jam deputatis ac infra citandis testibus, jussus est Magister Joannes Maria Sanfinochius cæmentarius, ut angulum dicti altaris instauratum demoliretur.

recognoscunt Reliquias S. Clementis

14 Hinc cassa educta est, in qua S. Clementis ossa quiescunt : illaque arca, inspectante Reverendissimo Patre Abbate et monachis Reverendissimi Capituli clave a prædicto D. Alexandro Bava Canonico, Capitularis archivii conservatore oblata, et etiam clavi Illustrissimorum Dominorum Priorum a Doctore Thoma Brogio Cancellario Vulterranæ Universitatis nomine delata, aperta fuit accensis facibus. Sublatoque operculo et amoto velamento serico, sanctæ Reliquiæ visæ agnitæque sunt, quæ eodem serico coopertæ sunt; et chirographum in membrana, quod ibi die XVIII Decembris relictum fuerat, ablatum est, et aliud cum infrascripta memoria fuit appositum.

D. O. M.

casque cum nova inscriptione

B Anno Domini MDCXLVII, Indictione XV, die vero VIII Januarii. Innocentio X Summo Pontifice, Ferdinando secundo Magno Hetruriæ Duce, corpus S. Clementis, Vulterranorum Patroni, in hac cassula reconditum, olim humatum in ecclesia veteri dicti Sancti, extra antiqua mœnia civitatis prædictæ. Qui postquam Vulterram, una cum Justo fratre et Octaviano socio a Vandalica feritate liberavit, Arianam heresim extinxit, dæmonem dirissimosque serpentes fugavit, sanctissime vixit et miraculis clarus eodem loco requievit, anno MCXL repertum in cassula lapidea ponitur : et anno MDCXII recognitum, demum anno MDCXXVII, ob vetustissimam voraginem, maximo Vulterranorum mœrore, corruente Sanctorum Patronorum antiquissimo et devotissimo templo, in hac urna inclusum, in ecclesia S. Marci depositum, ad novam S. Justi et S. Clementis ædem, ex decreto sacræ Congregationis, sub die VI Maji MDCXXVIII, transferendum, iterum recognitum fuit. Ex rogitu mei Ser-Francisci Contii, quondam Sebastiani Augustini filii, Civis et Notarii publici Vulterrani, servatis servandis. Clausa igitur est cassula, Reverendissimi Capituli clave, Illustrissimæ Communitatis, et Reverendissimi Abbatis S. Justi... Præsentibus Dominis Francisco Maffæo, et Ludovico Minuccio, et Michaele Lonamicio, rogatis testibus.

iterum recludunt,

C 15 Clausa igitur est cassula Reverendiss. Capituli clave, Illustriss. Communitatis, et Reverendiss. Abbatis S. Justi; *processumque ad arcam* SS. Dulcissimi, Carissimi et Crescentii; *die vero XXIII Januarii ad inspectionem* SS. Actiniæ et Græcinianæ..... Præterea DD. Deputati, maturo habito consilio, quid agendum esset in descriptione Reliquiarum, quæ in vetusto SS. Justi et Clementis templo remanserunt, communi consensu statuerunt, actualem recognitionem fieri opus non esse. Quia duo sunt earum genera : partim enim inventæ jam sunt et notæ satis : partim incognitæ et adhuc reperiendæ. Reliquiæ jam repertæ, præterquam quod a DD. Deputatis visæ fuerunt, fuerunt quoque diligenter recognitæ mense Majo MDCXLII a Reverendiss. D. Alexandro Bava Canonico, et tunc Illustriss. D. Nicolai de Sacchetis Episcopi Provicario, qui etiam nunc temporis est unus ex DD. Deputatis... idque factum est, quando Reverendiss. D. Camillus de Monte-varchio capellam et altare Crucifixi restauravit, et in majorem S. Justi transtulit aram. *Quia autem inter Reliquias cognitas numerabatur* fere totum corpus B. Jacobi de Certaldo, *de eodem hic prolixius agitur; ac denique ea adduntur de Translatione corporis, quæ dedimus post Vitam* XIII *Aprilis.* Alia in urna diversæ D jacent Reliquiæ insignes, cum membrana, in qua Sanctorum sunt nomina descripta : sed quia sunt inter se confusæ, præd. DD. Deputati non censuerunt esse notandas. Est quoque ibi altera lapidis pumicosi arca, levi subsuta bombycino viridi, plurimorum corporum Reliquiis referta, in qua scriptum est, RELIQVIÆ QVORVM NOMINA IGNORANTVR. Hæc sancta corpora anno MCCCLXV, a Domino Justo Guiducci de Gottis Patricio Vulterrano, in ecclesia S. Clementis restauranda, et in muris extruendis, et in fornicibus ad S. Justi speluncam sustinendam, fuerunt inventa : quæ corpora ab eo in S. Clementis altari, quod postea Crucifixi nominatum est, fuerunt recondita, ut patet ex libro Abbatiæ pag. 166.

neque censent requirenda quæ adhuc latebant,

sed inspiciunt Reliquias anonymas, translatas an 1365 :

EX INST AUTHEN

de S. Justo incerti, an ipsius sit corpus,

16 S. Justi corpus, non solum antiquissima traditione constanter et semper creditum est et creditur, fuisse in eodem loco, in quo proxime ejus aram stare conspeximus; sed etiam manifesto apparet ex libris Abbatiæ memorialibus, et Ecclesiæ Vulterranæ testimonio, in Hymno Officii Sancti, et Breviarii MS. vetustissimi, et ex claro titulo et inscriptione in ipso altari erecta : verum numquam ejus tumulus ob reverentiam apertus fuit. Sed cum corruisset antiqua ecclesia, anno MDCXXVIII die XXIX Julii, et altare ex decreto sacræ Congregationis demolitum fuisset; inventum fuit, in tumba in petra, quoddam corpus absque inscriptione, cujus crura sub altari, reliquæ vero ossium partes extra a cornu Epistolæ jacebant. Et statim Illustrissimi Episcopi jussu eadem nocte, prædd. ossa ad S. Marci templum delata, et in cassula, unica clave occlusa, in sacrario præfati monasterii recondita fuerunt, cum sequenti memoria, scripta manu propria D. Aloysii Inghiramii Canonici Vulterrani, ad id tunc temporis electi, quam multi testes medio juramento ex meo rogitu recognoverunt. Ea ex Italico Latine reddita hunc sensum habet : Corpus hoc inventum sub petra, ad cornu Epistolæ, ubi ex antiquissima traditione habetur, fuisse sepultum corpus S. Justi in tumba, cavata in parrochina ad longitudinem corporis humani, eminente ad duas circiter ulnas supra fundum capellæ. Quare præfati DD. Deputati, cum cassulæ clavis deesset, eam tamen aperuerunt; et inventis omnibus, cum suprascripta Italica inscriptione, in eadem cassula reposuerunt, et operculum claviculis confixerunt, et sigillo Maffæorum et Minuciorum obsignaverunt, et totum Reverendissimo Capitulo et Generali Concilio referre statuerunt. De perquiren- F dis vero ceteris Reliquiis, nondum repertis, quæ in dicta S. Justi ecclesia, in caveis, et in puteo Martyrum ossibus pleno, jacere dicuntur; et etiam de eruendis aliis Sanctorum corporibus, quæ ibi reperiri creduntur; prædd. DD. Deputati, ejusmodi auctoritatem sibi non esse delegatam existimantes; et quando id etiam sibi demandatum foret, tempus ad hanc rem non esse accommodum judicantes; sed præcedenti jejunio, communione, et totius populi oratione id faciendum esset, maturo consilio censuerunt.

quod sub ejus altari inventum an. 1628 eo translatum fuit;

illud tamen inspiciunt.

17 Quarta quoque pars Annalium Ordinis Fratrum Minorum, a Barezzo Barezzio descripta, fuit allata : qui quia cap. 30 affirmat, Vulterræ in S. Lini Pontificis monasterio, multarum Sanctarum corpora tumulata jacere.... DD. Provicarius et Deputati recognosci ea non posse statuerunt, sed quædam memoratu digna de singulis a Barezzo commemoratis notanda mandaverunt.... In eodem S. Lini templo, perquam nobilis Raphaeli Maffæo Vulterrano Sarcophagus consurgit. *De quo, sub annum* MDXXII *defuncto* VIII *Kalendis Februarias, et instar Sancti aliquando culto, prolixe multa sequuntur digna quæ saltem per modum Corollarii dentur in Supplemento*

Colligunt etiam notitias de Beatis ad S. Lini sepultis

Agitur de D. P. atque de S. Leone I et aliis per diœcesim,

A mento ad xxv Januarii. *Finita porro visitatione, per inspectionem Reliquiarum*, in templo S. Dalmatii *servatarum*, die xxiii Januarii; omnes quatuor Deputati, considerantes, de omnibus Vulterranis Sanctis aliquid scriptum fuisse, præterquam de S. Leone Papa, qui Magni nomen accepit; *de hoc quoque, tamquam Volaterris nato, docendum prolixius censuerunt Bollandum, prout in Comm. prævio ad Vitam ejus* xi *Aprilis num.* **12** *indicavimus. Idemque fecerunt de aliis etiam Sanctis* qui in oppidis, districtu vel diœcesi Vulterrana floruerunt. Novissime autem, proponentibus DD. Deputatis, Reverendiss. Capitulo et Illustriss. Communitati visum est, eisdem facultatem augere

ac denique transferunt corpus S. Hugonis.

et amplificare auctoritatem, ut S. Hugonis Reliquias ab ara capellæ transferre possent, ad nobile sarcophagi depositum, quod jam Illustriss. D. Eques Antonius Incontrius ad altaris majoris dexteram faciendum curavit. *Prout factum describitur* v Idus D Februarii: *totusque Processus, seu* Instrumentum Visitationis ac Recognitionis Reliquiarum, *firmatur subscriptione solenni Notarii supra nominati, fidem ei facientibus Prioribus Populi civitatis Volaterrarum, per suum Cancellarium* Thomam Francisci de Brogius, die xiii Maji anno mdcxlviii, Indictione i, *cum appressione sigilli Communitatis in cera viridi, prout apud nos authenticum ipsum servatur, ad perpetuam memoriam studii tam singularis, et ad usum reliqui nostri operis, quando de singulis agendum erit. Unum hic addo, invenire me manu Bollandi notatum, quod tota res acta sit,* curante potissimum apud Capitulum et Senatum. N. N. fratre nostri P. Leonis Sanctii, Benedictino et S. Theologiæ Doctore in Academia Pisana.

DE S. EUTYCHIO

B EPISCOPO COMENSI IN ITALIA E

G. H.

SYLLOGE HISTORICA

De ejus Cultu, Vita, Translatione.

CIRCA DXXXII.

Alter hic est Episcopus Comensis sive Novocomensis, quem hoc mense Junio celebramus, alios duos infra ad diem xvii *et* xxii *hujus etiam mensis Junii daturi. Primus Aloysius Tattus Novocomensis, Congregationis Somaschæ Theologus, ac sacri Officii Consultor, in suo Martyrologio Novocomensi elogium S. Eutychii sic composuit:* Nonis Junii. Novocomi, in S. Georgii ecclesia Archipresbyterali, S. Eutychii Episcopi et Confessoris: qui a parentibus pie educatus, tantum in morum integritate et doctrinæ laude profecit, ut Eusebio Episcopo Comensi demortuo, summo ordinum omnium consensu suffectus sit in Episcopatu. Tam sublimi in dignitate locatus, sanctitatis suæ radios tota regione ac diœcesi diffudit. Pro ovibus sibi commissis jugi studio invigilans, pro iisdem divinam oraturus clementiam, ad arduam vicini montis, cui etiam nunc ab ejus nomine Crux ingens cernitur, solitudinem se recipiebat. Ibi jejuniis, precibus

Elogium ex Martyrol. Comensi.

C ac lacrymis addictus, assidue solus cum Deo versabatur, quando nulla suæ Ecclesiæ necessitas eidem adesse perurgebat. In hac præclara solitudine, miraculis admirandus et meritis, tandem obdormivit in Domino. *Hæc ibi, quibus in Notis de sepultura ista adduntur.* Statim ab Eutychii morte, magna inter cives contentio suborta est, omnibus certatim cupientibus tanti Corpus Antistitis. Cum in unam coire sententiam non possent, placuit demum nonnullis, quod postea et ceteri approbarunt, illud plaustro imponi, et juvencos indomitos alligari; ut quo traheretur ab ipsis, ibi tanquam in designato divinitus loco conquiesceret. Vix vehiculo admoti boves, cum illi citato cursu in templum Divi Georgii convolarunt, ubi post aram majorem in marmoreo sepulcro tumulatum fuit. *Hæc ibi, quibus similia, et de rebus gestis, et de corporis per boves advectione habent Ferdinandus Ughellus tomo 5 Italiæ sacræ in Episcopis Comensibus num. 8, et Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, qui ejusdem etiam meminit in Catalogo generali.*

Sepultura admiranda in ecclesia S. Georgii:

2 *Celebris est ejusdem S. Eutychii memoria die secunda Maji, et apud eumdem Tattum ita indicatur:* Sexto Nonas Maji, Novocomi in Ecclesia Archipresbyterali S. Georgii dedicatio ejusdem Ecclesiæ, et prima translatio S. Eutychii Episcopi et Confessoris, ipsiusque in priori tumulo post aram majorem per Joannem Antonium Ulpium repositio. *Et in Notis additur:* Translationis porro hujus sancti Antistitis mentio quoque peculiaris habetur in tabella, ad usum Comensis Ecclesiæ edita Novocomi apud Hieronymum Frovam, sub Philippo Archinto Novocomensi Episcopo. Tam celebri tantoque populorum concursu peracta est hujusmodi supplicatio, anno præteriti seculi mdlxix, ut inter dies solenniores, quibus jura silent, fuerit ab eo tempore connumerata.

translatio die 2 Maji an. 1569

3 *Secunda translatio ad diem* xxvi *Aprilis recolitur in eodem Martyrologio Comensi his verbis:* Sexto Kalendas Maji, Novocomi in ecclesia Archipresbyterali S. Georgii, intra suburbium Vici, Translatio S. Eutychii Episcopi et Confessoris: cujus Ossa ex antiqua sede, in qua mille et amplius annos jacuerunt, ad aram majorem in eodem templo delata, sub eadem a Lazaro Carafino decentius sunt collo- F cata. *Quæ majoris lucis causa in adjunctis Notis sic illustrantur.* S. Eutychii tumulum aperuerat olim Joannes Antonius Ulpius Episcopus Novocomensis anno mdlxix. Sacra beati Præsulis Ossa singulatim recognoverat, et mox solenni pompa translata in eodem reposuerat loco: at illa post altare majus raro visu colebantur. Propterea autem quod jugis esset apud nostros cives B. Eutychii recordatio et cultus, decrevit priscum Lazarus Carafinus sepulcrum sub eadem ara transferre: ut sublato antependio sive aræ amiculo, quod sæpe fit, hæc sacra pignora, crebro conspecta a populo, ab eo dignam venerationem acciperent. Tumulo tunc incisa fuit, ad perpetuam rei memoriam, subsequens hæc inscriptio.

alia 26 Aprilis an. 1641

Ossa corporis S. Eutychii Episcopi Comensis, a Joanne Antonio Ulpio Episcopo anno mdlxix recognita, Lazarus Carafinus, ejusdem Sedis Antistes, pro populi concursu et celebritate, in antiqua arca marmorea, sub altari decentius collocata, reposuit anno mdcxli, die xxvi Aprilis.

cum hac inscriptione.

4 *Idem Tattus, in Annalibus sacris ejusdem urbis Comensis*

A *Comensis, similia passim habet; et cum Ferrario natum asserit in* Vico extra urbem, *qui locus Vici, inquit Ferrarius* etiam Burgus appellatur, urbique adjunctus est; *et cum Ughello refert initium Episcopatus ad annum* DXXV, *præfatus tamen nihil certi de eo posse affirmari; eodemque modo obitum ejus ponit circa annum* DXXXII: *in utroque etiam Tatti tractatu plurimi citantur Scriptores, potissimum Comenses et recentiores, qui* S. Eutychii *meminerunt, et apud illum videri possunt. In Breviario autem Comensi, recognito auctoritate prælaudati Ulpii Episcopi circa annum* MDXCII, *et cura Feliciani Ninguardæ successoris* D *typis vulgato, continetur Officium totum proprium, cum Lectionibus. Hæ Lectiones sensu quidem nihil, verborum copia parum admodum, differunt ab Elogio supra relato: nunc vero solæ usurpantur a Clero cum Hymnis, Antiphonis et Responsoriis ex Communi officio: quæ cum nos non doceant aliquid singulare, nec magnam habeant a vetustate commendationem; iisdem, licet beneficio prædicti de Tattis ad manum sint, abstinere placet.*

Tempus Sedis.

AUCTORE G. H.

Officium proprium.

DE S. BONIFACIO MARTYRE

LEGATO APOSTOL. ET ARCHIEP. MOGUNTINO

SOCIISQUE MARTYRIBUS EOBANO, COEPISCOPO, ADALARIO SEU ADALHERO, WINTRUNGO ET WALTERO, PRESBB. HAMUNDO, SCIRBALDO, BOSA, LEVITIS; WACCARO, GUNDECARO, ELLEHERO, HATEVULFO, MONACHIS; HILTEBRANDO ET ALIIS XL LAICIS

G. H. B E

DOCCOMII IN FRISIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Varii vitæ scriptores, quorum præcipuus Willibaldus Presbyter, ab Episcopo ejusdem nominis verosimiliter diversus.

ANNO DCCLV

Inter viros Apostolicos, ex Anglia in Germaniam et Frisiam divinitus destinatos, merito censeri potest S. Bonifacius, *primus Archiepiscopus Moguntinus, Apostolus Germaniæ, qui et sanguine suo Frisiam Martyr irrigavit. Ejus res gestas plurimi scripserunt, inter quos, ætate proximus et auctoritate præcipuus,* Willibaldus Presbyter, *uti seipsum appellat in Prologo seu Præfatione, inscripta* Dominis Sanctis et vere in Christo carissimis, Lullo et Megingozo Coepiscopis. *Utrumque S. Bonifacius Episcopum constituit,* Lullum *suum successorem et Archiepiscopum secundum Moguntinum;* Megingozum, *S. Burchardo triennio ante S. Bonifacium vita functo* C *subrogatum, in Episcopatu* Wirtziburgensi *sive Herbipolitano. Ab his* compulsus *Willibaldus scribit Vitam dicti S. Bonifacii,* sicut discipulis ejus, secum diu commorantibus, vel hisce ipsis referentibus comperit, *uti in Prologo asserit, quod deinde sub initium Vitæ repetit; et postea num.* 8 *addit:* Sicut fideles conformitatis illius viri pro certo testati sunt: *et num.* 14, Quæ et fidelium didicimus relatione virorum, et manifesta equidem scripturæ patefactione exserere curamus: *et num.* 19; *subsequentia,* quemadmodum rem rumigerulis referentibus gestam comperimus, patenter proferimus. *Profert autem ejusmodi testimonia Willibaldus, potissimum circa res in Anglia gestas, minus solicitus pro iis quæ postmodum aut Romæ, aut inter Apostolica munia in Germania ac Frisia fuerunt peracta; quod ea partim ex litteris Apostolicis et Epistolis ipsiusmet* S. Bonifacii *confirmari possent, partim oculis tunc adhuc viventium constarent, quam plurim etiam num.* 60 *referre se dicit,* quod ad nos usque (*ipsum scilicet Willibaldum*) per venerabilem virum Lull Episcopum *Sancti in Moguntina Sede, ut dixi, successorem* delatum est.

Vita scripta a Willibaldo

ex certa notitia,

2 *Vitam istam primus edidit Ingolstadii anno* MDCIII, *tomo* 6 *Antiquæ Lectionis Henricus Canisius Noviomagus, Jurisconsultus et sacrorum Canonum in Academia Ingolstadiensi Professor, usus MSS. codicibus Rebdorffensis prope Eichstadium et Windbergensis in Bavaria monasteriorum, nec non Alberti Hungeri Procancellarii Academiæ Ingolstadiensis. Nos eadem Acta habemus descripta ex antiquo codice Trevirensi Imperialis monasterii S. Maximini, ex quo subjungimus illustre Supplementum variarum rerum, quæ a Willibaldo fuerant aut omissa aut non ita exacte prolata: cujus Supplementi Auctor, narrata depositione sacri Corporis apud Fuldenses, ista subjungit:* Postea Willibaldus vitam conversationemque viri Dei, nec non et passionem, quia adhuc multi supererant qui eidem passioni interfuerunt, conscripsit in loco, qui dicitur S. Victoris ecclesia; in conclavi unius cubiculi, primitus in ceratis tabulis ad probationem Domni Lulli et Megingaudi, post eorum examinationem in pergamenis rescribendam, ne quid incaute vel superfluum exaratum appareret. *Dein describitur dicta S. Victoris ecclesia, in qua* Lullus *et postea* Rabanus vacabant orationibus; *et cui* Willigisus, beatæ memoriæ Pater, *tandem adjunxit monasterium: ut Auctor hujus Supplementi videatur scripsisse, non diu post mortem ipsius Willigisi, circa initium seculi undecimi, forsan in ipso S. Victoris monasterio Canonicus.* F

datur ex Canisio et MS. Trevir.

cum Supplemento hactenus inedito.

3 *Ex recitatis de hac scriptione* Willibaldi *verbis; inepte quædam excerpsit, aut ab aliis inepte excerpta edidit Georgius Wicelius, in Hagiologio de Sanctis Ecclesiæ Dei, Basileæ anno* MDXLI *excuso, post Vitam S. Bonifacii a se compositam, ubi habet ista verba:* Ego Willibaldus Episcopus etc. vitam et passionem Bonifacii conscripsi, primum in ceratis tabulis ad probationem Lulli et Megengaudi *etc. Quæ ex Wicelio sub finem Vitæ attexuit Canisius, atque hunc secuti Serarius, in hac Vita post S. Bonifacii Epistolas edita anno* MDCV; *et Mabilio, in Actis Sanctorum Benedictinorum*

Willibaldus scriptor aliquibus Episcopus Eistadiensis,

Auctore G. H.

ctinorum parte 2 seculi 3; qui propterea Vitæ hujus scriptorem Willibaldum, non Presbyterum (ut ipsemet scribit) sed Episcopum Eichstadianum faciunt; quod et nos hanc Vitam allegantes subinde fecimus. Verum, re penitus nunc discussa, malumus appellare Willibaldum Presbyterum; arbitramurque eum Moguntiæ sub Archiepiscopo Lullo vixisse, ac forsan præfuisse ecclesiæ S. Victoris, qui non habuerit ullam aut saltem singularem notitiam cum S. Bonifacio; ideoque profiteatur se scribere ea quæ ab aliis acceperat, non quæ ipse viderat aut notarat, maxime in rebus quæ, ut supra indicavimus, in Anglia contigerant: cum Willibaldo Episcopo fuerit etiam S. Bonifacius carnali propinquitatis et sanguinis copulatione sociatus et glutinatus, uti in antiqua Vita S. Wunibaldi fratris S. Willibaldi legitur; et in Vita ipsius S. Willibaldi dicitur S. Bonifacius genere Anglus et S. Willibaldo cognatus: idemque confirmatur in Vita S. Walburgis, auctore Wolfhardo Presbytero a nobis ad diem XXV Februarii primo loco illustrata, ubi ejusdem omnes patriæ fuisse dicuntur, scilicet in West-Saxonia progeniti, his verbis: Hujus caminentis arboris ramus extitit Bonifacius. Ejusdem floridæ atque frondosæ arboris Britannicæ rami ad nos usque extensi protensi, duo beati Confessores Willibaldus et Wunibaldus, cum castissima sorore Virgine Christi Walpurga. Interim Auctor Vitæ, non solum nullam suæ cum istis consanguinitatis aut saltem familiaritatis ingerit mentionem; sed etiam, ubi Willibaldum Episcopum a S. Bonifacio constitutum scribit, de eo tamquam plane a se distincto homine loquitur num. 46 Duos bona industriæ viros ad ordinem Episcopatus promovit, Willibaldum et Burghardum, et cetera, quæ ibi legi possunt. Quidni ergo dicamus hunc scriptorem, in gratiam S. Willibaldi, baptismale nomen Willibaldi gessisse, ac postea Presbyterum hanc Vitam scripsisse? Quidquid sit, vocando Presbyterum non delinquimus, in suo alii sensu abundent. Fuisse nomen Willibaldi etiam Germanis usitatum constat ex Epistola XII Eginhardi Abbatis, qui Willibaldum Presbyterum Gandavum misit, sed hoc juniorem.

nobis potius Presbyter appellandus,

tamquam ab illo, qui familiaris et cognatus fuit,

diversissimus.

4 Aliam S. Bonifacii Vitam, edidit Laurentius Surius ad hunc diem V Junii, sed stylo mutato et sine Auctoris nomine, quod in membranis Rebdorffensis monasterii primigenio stylo inveniens supra laudatus Henricus Canisius, post jam editam Vitam a Willibaldo scriptam edidit, docuitque auctorem esse Othlonum, Presbyterum et Monachum cœnobii S. Bonifacii, qui ipsam inscripsit Fratribus Fuldensibus; videturque in alio S. Bonifacii monasterio vixisse, et scripsisse circa initium seculi duodecimi. Is in hac sua scriptione duo præfatur se potissimum præstare, scilicet opertiori stylo reserare (ut erat rogatus) quæ Willibaldus in locis quibusdam infimo intellectui ediderat obscura; simulque varia, ex jam præfato Supplemento, in sua Acta transtulit. Alterum est, quod epistolis S. Bonifacii et Summorum Pontificum aliorumque in ejus gratiam scriptis Acta illa illustret. Cœperamus etiam nos dicta Acta ad prælum parare, et cum variis lectionibus a Joanne Grothusio, studiorum nostrorum dum viveret studiosissimo, submissis conferre; cum deprehendimus priora accuratius passim proposita esse, a Willibaldo atque a Supplementi Auctore, neque illam ab aliis appellatam obscuritatem reperiri, si particulam quippe, nonnullasque alias inutiliter intrusas sustuleris (prout fecimus locis quibusdam,* asterisco indicatis) et nonnulla in margine notata correxeris; Epistolas vero Bonifacii multo accuratius seorsim editas a Serario esse, in ejusque Notis explicari, atque inde in Bibliothecis Patrum reperiri; præterea tam ejus quam Summorum Pontificum epistolas legi in Tomis Conciliorum cum Notis Binii, Sirmondi ac Labbei, imo et a Baronio Annalibus Sacris insertas explicari. Quare ut eorum loco aliorum monumenta necdum excusa proferamus, statuimus magnam illam molem, ab Othlono in duos libros distinctam seponere; cum curiosus Lector illam possit legere apud Canisium primo editam, deinde a Serario libro tertio Rerum Moguntiacarum expositam, atque ex illis apud Mabillonem 3 seculo Benedictino, et in ultima Suriana editione recusam. Si quæ tamen scitu necessaria judicaverimus, in Annotatis nostris observabimus.

Alia Vita auctore Othlono,

ex prioribus et Epistolis adornata,

omittitur

5 Sepositis ergo Othloni Actis, secundam Vitam damus ex Codice MS. Ultrajectino S. Salvatoris, qui in Prologo scribit, S. Bonifacium, non multo ante sua tempora mortuum esse, et per suas provincias odorem magnæ virtutis longe lateque diffudisse. Deinde num. 14 ait, a Frisone superstitem mulierem, sed decrepitam, quæ decollationi militis Christi se præsentem fuisse asserebat. Ex his et aliis quæ in Prologo et sub finem habentur de S. Martino Turonensi, ejusque Ecclesia Ultrajectina, arbitramur auctorem fuisse Presbyterum aut ministrum Ecclesiæ Ultrajectinæ S. Martini, qui hanc Vitam et Martyrium Ultrajecti exaravit, eodem forsan tempore, quo Willibaldus scripsit Moguntiæ. Ex hac autem Vita desumptæ sunt Lectiones pro Ecclesia Ultrajectina anno MDXIII et MDXVIII excusæ. Eamdem Vitam, sed sine Prologo, invenit etiam Bollandus in codice cujusdam Domini Schenckinh, uti sua manu notavit. Sed et Joannes a Leydis Carmelita, aliis Joannes Gerbrandus, quondam Prior sui Ordinis in Conventu Harlemensi, qui Chronica Episcoporum Ultrajectinorum atque Hollandiæ Comitum usque ad annum MCCCCXVII perduxit, prout apud nos Manuscripta extant, et cum Reyneri Snoji Annalibus Comitum Flandriæ excusa Francofurti habentur, totum fere suum tertium librum ex hac Vita verbotenus transcripsit, quod ejusmodi rerum curiosis indicatum obiter volui.

2 Vita datur ex MS Ultrajectino

auctore forsan Ultrajecti degente:

6 Tertia deinde Vita subjungitur ex tribus MSS. codicibus, scilicet ex nostro, qui Vitas Sanctorum per singulos menses et pluribus libris distributos habet, tum ex dicto MS. Ultrajectino S. Salvatoris et denique ex schedis D. Lindani. Eamdem tertiam Vitam etiam Mabillo habuit ex MS. codice Compendiensi; et nonnulla inde ad suas observationes traxit. Quis aut qualis Auctor censendus sit, non est unde definias. Quid si dicatur Monasteriensis aliquis fuisse? Dicit enim num. 4, S. Gregorii Pastoris Ultrajecti a S. Bonifacio constituti, volumina virtutum apud se haberi; sunt autem hæc ea ipsa, quæ S. Ludgerus Episcopus Monasteriensis scripsit de Vita S. Gregorii, in quibus multa sunt de S. Bonifacio, quæ inde excerpta huic Vitæ subjunguntur. Demum nonnulla Analecta dabimus, potissimum de Reliquiis S. Bonifacii, et sociorum Martyrum; ac nonnulla monumenta adjungemus de Translatione et Reliquiis SS. Adalarii et Eobani Erfurti adservatis.

3 Vita ex tribus MSS.

cum excerptis ex Vita S. Gregorii Ultrajectini.

Analecta

§. II Patria. Tempus vitæ et martyrii. Archiepiscopatus S. Bonifacii.

Sanctus Bonifacius, epistola prima ad Zachariam Papam, quæ est inter Serarianas 134, et habetur in Conciliis Labbei tomo 6 columna 1494, patriam suam nominat transmarinam Saxoniam, in qua natus et educatus fuit: quæ a discipulis S. Gregorii, id est, Augustino, Laurentio, Justo, Mellito Archiepiscopis constituta atque ordinata fuit: et hæc scribit S. Bonifacius Episcopus ex Germania, respectu cujus erat Saxonia transmarina, eadem quæ Britannica dici potest: ubi West-Saxonia, seu regnum Occidentalium Saxonum continebat provincias Southamptoniam, Bercheriam, Wiltoniam, Dorsetiam, Devoniam

Patria West-Saxonia in Anglia,

A Devoniam et Cornwalliam. *Cambdenus in sua Britannia et descriptione Devoniæ ista habet;* Ad Credenum fluvium, in primitiva Anglorum Ecclesia, Sedes floruit Episcopalis in ejusdem cognominis oppido Crediantun, nunc contracte Kirton, quod natale solum Winfridi illius sive Bonifacii, qui Hæssos, Turingos, et Frisios Germaniæ ad fidem convertit. Nunc autem mercatu minus frequenti et Exoniensis Episcopi ædibus notum, patrum autem memoria multo notius erat Collegio duodecim Præbendariorum, qui nunc evanuerunt. *Hæc Cambdenus.*

et in Devona Crediantun

8 *In hoc ergo oppido* Crediantuno *sive* Kirton *natus est* S. Bonifacius, *circiter annum* DCLXXX; *atque post vitam a pueritia in monasteriis peractam, primo Exoniæ in eadem Devonia, deinde Nutscellæ in Southamptonia, consecratus est* Sacerdos, triginta aut amplius annorum habens ætatem, *circa annum* DCCXII. *Dein statuta Synodi ad Archiepiscopum detulit, et postea prædicaturus verbum Dei navigavit in Frisiam: sed ob bellum, Carolum Martellum inter et Ratbodum Regem Frisonum, reversus in Angliam est. Character hic certus belli, anno* DCCXVI *gesti, confirmat anteriora tempora, et a sequentibus gestis confirmatur. Aliquo tempore in Nutscellensi suo monasterio peracto, acce-* B *ptis a Daniele Wintoniensi Episcopo litteris, profectus est ad S. Gregorium II Pontificem, et cum ejus epistola data* XV *Maji anno* DCCXIX *discessit in Germaniam, atque in Turingia verbum Dei annuntiavit. Mortuus est eodem anno* DCCXIX *Radbodus Rex Frisiæ, per cujus obitum januam Evangelio Christi prædicando apertam intelligens, discessit in Frisiam, et cum S. Willibrordo,* per tres instanter annos, in Christo laboravit, *scilicet anno* DCCXX *et duobus sequentibus. Inde post excultum aliquantulum Hamanaburgum in Hassia et monasterium cœptum constructum, discessit Romam ad dictum S. Gregorium Papam: a quo* XXX *Novembris in festo S. Andreæ Apostoli consecratus est Episcopus anno* DCCXXIII. *Tum litteris pluribus, et a dicto Gregorio, et ex hujus desiderio a Carolo Martello acceptis, operam dedit Hassis et Turingis convertendis, quos sexies variis temporibus ab eo excultos indicat Vita secunda. Interim circa annum* DCCXXV *pervenit ad Palatiolum monasterium, prope Trevirorum urbem, ibique exceptus est a vidua Addula seu Adela Abbatissa, sorore S. Irminæ Abbatissæ in monasterio Horreo in urbe Trevirensi, quæ ambas filias fuisse Dagoberti secundi Regis Francorum Austrasiorum alibi docuimus. Ibi* C Bonifacius *S. Gregorium, postea urbis Ultrajectinæ Pastorem (qui dictæ Addulæ, ex filio ejus Albrico erat nepos) accepit discipulum et comitem laborum, annum tunc* XIV *ætatis agentem, uti latius infra ex hujus Vita, a S. Ludgero scripta, referetur.*

natus circa an. 680

in Frisia fuit an. 716

Romæ an. 719,

prædicat in Frisia an. 720 et sequentibus.

Romæ fit Episcopus an. 723.

S. Gregorium accepit discipulum an. 725:

9 *Per annos deinde tredecim laboravit in ulteriore conversione Hassorum et Turingorum, atque in Turingia ecclesiam construxit Erfordiæ, nec procul inde monasterium Ordorfense. Quibus peractis accepto Pallio a Gregorio III Archiepiscopus habitus, erexit apud Hassos cœnobia Fridlariense et Hamenaburgense: Frisiam interim adivit denuo, ubi tertium interpolatis vicibus laboravit. In Bavaria etiam tempore Hugiberti Ducis prædicationis studium exercuit; ac dein pro tertia vice Romam profectus est ad Gregorium III Pontificem, anno* DCCXXXVIII; *sequenti autem anno regressus in Bavariam, venit ad Odilonem sive Utilonem Ducem, tunc Hugiberto substitutum: ibique quatuor Episcopos ordinavit, et singulorum districtus constituit. Ita postea circa annum* DCCLXI *Eystadio et Herbipoli dedit Episcopos SS. Willibaldum et Burchardum.*

varia 13 annis peracta.

10 *Mortuo eodem anno* DCCXLI *Carolo Martello successerunt Carolomannus et Pippinus; sub Carolomanno autem quinque Synodalia Concilia Sanctus celebravit. Successerat etiam Gregorio III S. Zacharias Papa dicto anno* DCCXLI *die* XIX *Novembris, ad quem varias epistolas idem scripsit ad eoque recepit. Epistolæ* D *S. Zachariæ signantur datæ Indictione* XI, XII, XIII, XIV, XV, *iterum Indictione* I *et* V *pridie Nonas Novembris, id est ab anno* DCCXLIII *usque ad annum* DCCLI *ac sequenti anno, eadem Indictione* V *currente, S. Zacharias, vita functus est, cujus Acta illustravimus ad diem* XV *Martii, et Chronologiam correximus in Propylæo Maji,*

Synodos habet,

AUCTORE G. H. varias Zachariæ scribit et ab eo accipit epistolas:

11 *Interim ut Auctor vitæ secundæ habet,* cum B. Bonifacio revelata esset Willebrordi sacratissimi Episcopi carnalis depositio, et ad cœlestem patriam transmigratio.... mox per undas Rheni fluminis Trajecto oppido delatus est. *De obitu S. Willibrordi Ubbo Emmius lib. 4 Rerum Frisicarum ita scribit:* Willibrordum, totos quadraginta annos Archiepiscopatu per omnem Frisiam naviter functum, grandi natu Epternaci, in cœnobio quod sibi construxerat mors abstulit VII Idus Novembris, cum annum salutiferi partus DCCXLVI Christiani numerarent.... Audiens vero de obitu Willibrordi *Bonifacius*, non sua tantum sponte, sed jussu quoque Carolomanni, istius Ecclesiæ curam suscepit. *Hinc apud Joannem de Beka, in Chronico Ultrajectino,* Secundus *constituitur* Episcopus: qui intelligens mortem S. Willibrordi, consentiente Carolomanno Duce, navigando Trajectum advenit, et desolatam in nomine Dei Ecclesiam gubernandam suscepit. *Similia habet Joannes Gerbrandus a Leidis lib.* 3 *Chronici Belgici cap.* 3. *Secessit Carolomannus anno septimo regiminis, Christi* DCCXLVII, *in Casino monachus effectus. Ab aliis obitus S. Willibrordi notatur aliquot annis citius, quod tamen huic successioni non obest, et ad diem ejus natalem erit discutiendum. Fuerat S. Willibrordus a Sergio Papa consecratus anno* DCXCIV: *et quia* quinquaginta annos fuit *Episcopatu functus, debuit anno* DCCXLIV *ex hac vita migrasse, quod amplector. Tunc ergo Ecclesia illa a Carolomanno commendata fuit* S. Bonifacio *quod ipsemet testatur epistola* 97 *ad Stephanum Papam, in qua anni prædicationis quinquaginta scripti leguntur, cujus Epistolæ initium est hujusmodi.* Tempore Sergii, Apostolicæ Sedis Pontificis, venit ad limina sanctorum Apoctolorum Presbyter quidam miræ abstinentiæ et sanctitatis, genere Saxonum, nomine Willibrod, et alio nomine Clemens vocatus, quem præfatus Papa Episcopum ordinavit, et ad prædicandam Paganam gentem Fresonum transmisit in littoribus Oceani occidui. Qui per quinquaginta annos prædicans, præfatam gentem Fresonum maxima ex parte convertit ad fidem Christi, fana et delubra destruxit, et Ecclesias construxit; et Sedem Episcopalem et Ecclesiam in honore Sancti Salvatoris constituens in loco et castello, quod dicitur Trajectum, et in illa Sede et Ecclesia Sancti Salvatoris quam construxerat, prædicans usque ad debilem senectutem permansit, et sibi Coepiscopum ad ministerium implendum substituit, et finitis longevæ vitæ diebus in pace migravit ad Dominum. Princeps autem Francorum Carolomannus commendavit mihi Sedem illam ad constituendum et ordinandum Episcopum, quod et feci.

E

post mortem S. Willibrordi

suscipit curam Sedis Ultrajectinæ

circa annum 744

jussu Carolomanni:

F

12 *Hæc* S. Bonifacius, *præter quem non admittitur alius successor a Joanne de Beka, Wilhelmo Heda, aliisque rerum Ultrajectinarum scriptoribus. In Concilio Germanico sub Carolomanno anno* DCCXLII, XI *Kalendas Maji habito, post S. Bonifacium et alios Episcopos nominatur* Dadanus, *quem a* S. Willibrordo ad ministerium implendum substitutum Coepiscopum *arbitramur: quod etiam in suis Notis ad Vitam S. Bonifacii, licet paulo aliter, insinuavit Serarius. At quemnam is* ordinarit et constituerit Episcopum *non exprimitur: sed die* XVII *hujus Junii colitur* S. Adulphus, *cum S. Botulpho, quo cum sepultus et translatus fuit; diciturque in hujus Actis* ad Trajectensem Ecclesiam

habitus Archiepiscopus Ultrajectinus

AUCTORE G. H.

A Ecclesiam in Episcopum sublimatus *esse, quod ibi ut satis verosimile amplectemur, Bonifacius porro a morte S. Willibrordi Trajectum profectus dicitur in Vita 2, num. 12. Auctor vero Vitæ 3, num. 4 asserit,* S. Bonifacium a morte S. Willibrordi mansisse longum tempus in eodem Episcopatu, divini verbi crudeli Fresonum populo affatim subministrantem; ac rudimenta fidei, quæ initiata fuerant a S. Willibrordo, sanctæ prædicationis confirmantem munitione. *Tum ergo, uti eodem num. 4 legitur*, S. Bonifacius, ut prudens dispensator, procurans gregis commissi providentiam, B. Gregorium Trajectensis Ecclesiæ Sedi præfecit Pastorem. *Et S. Ludgerus infra num. 9 asserit,* S. Bonifacium, adjutum a discipulis suis, *quando* doctrina sua B. Gregorius Trajectum antiquam civitatem, et vicum famosum Dorstad, cum illa irradiavit parte Fresoniæ, quæ tunc temporis Christianitatis nomine censebatur. *Dein idem S. Ludgerus num. 12 recenset Archiepiscopos Ultrajectinos, primum* S. Willibrodum, *secundum* S. Bonifacium, cui, *inquit*, B. Gregorius præceptor meus successit, pius heres ejusdem, gentis Fresonum Pastor et Prædicator ordinatus a Domino et a Prin-

cum S. Gregorio Vicario generali.

B cipibus supradictæ Ecclesiæ Dei. *Othlonus etiam sub finem libri primi, cum indicasset Ordinationem Willibaldi et Burchardi, addit:* Tunc Gregorium ad Triecht Episcopali (*corrige* Sacerdotali) ordine consecratum direxit. Lullum etiam in Magontia ipse adhuc vivens sibi subrogavit Episcopum. *Hisce omnibus ad invicem collatis, arbitramur* S. Bonifacium *per se quidem administrasse Episcopatum Ultrajectinum, sed quod manens Archiepiscopus Apostolicus sæpe deberet abesse, eam diœcesim ut Vicario suo generali tradidisse S. Gregorio, ob vitæ sanctitatem et regii sanguinis prosapiam ab omnibus æstimato.*

13 *S. Zacharias Papa desiderans* S. Bonifacium *constitui Metropolitam Coloniæ Aggrippinæ, eum epistola* XI *ad diversos Episcopos Galliæ et Germaniæ* Archiepiscopum et Apostolicæ Sedis Legatum *appellat. Verum quia illo tempore Gewelip, a Sancto monitus, ultro reliquerat Episcopatum Moguntinum; electione Cleri et populi ipse* Bonifacius *adoptatus, anno* DCCXL *aliquam illius administrationem suscepit: et* consilium præbuit Zacharias Papa ut nequaquam relinqueret, *et tandem absolute in eamdem Sedem a prædicto Papa est confirmatus; anno* DCCLI *pridie Nonas Novembris, uti patet ex epistola* 13 *in Conciliis*

Archiepiscopus Moguntinus approbatur a Zacaria an 746.

C *Labbæi columna* 1527, *unde ista excerpimus:* Dum in his piis operibus occupata esset tua Fraternitas, nunc usque Cathedralem Sedem minime sibi vindicavit. At vero ubi Deus prædicationem tuam auxit, obtinere voluisti, ut tibi Cathedralem Ecclesiam vel successoribus tuis confirmare debeamus, juxta eorumdem filiorum Francorum petitionem. Et idcirco B. Petri Apostoli auctoritate sancimus, ut supradicta Ecclesia Moguntina perpetuis temporibus tibi et successoribus tuis in metropolim sit confirmata, habens sub se has quinque civitates, id est, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiraciam, et Trectis, et omnes Germaniæ gentes, quas tua Fraternitas per suam prædicationem Christi lumen agnoscere fecit. *Hæc ibi. Ab illo ergo tempore, quia non poterat sæpius Ultrajectinam diœcesim adire, videtur S. Gregorio adjunxisse* Eobanum Coepiscopum, *cui una et aliis anno* DCCXXXVIII *Romæ scripserat ut* dilectissimis filiis, *et hic Episcopus consecratus munia Episcopalia obierit. Cujus zelum, una cum S. Bonifacio exercitum anno ultimo ante martyrium utriusque, laudant* Willibaldus *et Auctor tertiæ Vitæ. Ita post hujus martyrium a S. Gregorio assumptum fuisse* Alubertum Coepiscopum *sive* Chorepiscopum *indicat S. Ludgerus.*

S. Gregorio adjungit Eobanum:

14 *Anno* DCCLII cum Pippinus in Regem sublevatus esset, cœpit S. Bonifacium habitu simul et

sub Pippino Rege:

honore præferre, et suis in Domino parere præceptis. D
Sed sanctus vir infirmitate corporis prægravatus, Lullum in Episcopatus gradum provexit atque ordinavit: *uti pluribus infra refertur a Willibaldo num. 32. Illi, discessurus in Frisiam Bonifacius, commendavit Turingiam et Fuldam, Synodalique auctoritate et consensu Principis Pippini ipsum Ecclesiæ Moguntinæ præposuit; Coloniensi vero Episcopo contendente, Sedem Ultrajectinam, non Romano Pontifici, sed sibi esse subjectam; idem Bonifacius Stephano Papæ scripsit epistolam (cujus partem priorem supra dedimus) circa annum* DCCLIV, *uti statuit Aubertus Miræus in Codice Donationum cap. 9. Quam porro præclare totam jam senex Frisiam obierit, omnia Acta infra loquuntur: ac tandem, uti Willibaldus loquitur*, anno quadragesimo peregrinationis revoluto, *dum* Incarnationis Domini septingentesimus et quinquagesimus quintus cum Indictione octava computatur, die Nonarum Junii, martyrii triumpho remuneratus migravit ad Dominum. *Quæ inde descripta refert Othlonus: erat autem* annus quadragesimus *a prima peregrinatione in Frisiam uti supra notavimus. Sed difficultas est in adjunctis Willibaldi verbis:* Sedit autem in Episcopatu annos XXXVI, menses sex, et dies VI. *Conveniunt primo menses et dies, qui intercurrunt a festo S. Andreæ* XXX *Novembris, usque ad* V *Junii: sed anni solum sunt* XXXI, *ut videantur anni* V *perperam adjecti, fortassis a librario aliquo, qui in Epistola Bonifacii, sub finem vitæ ejus ad Stephanum Papam II scripta, et tomo* 6 *Conciliorum Labbei col.* 1654 *impressa, legerit, ipsum* legatione Romana per XXXVI annos functum *esse: illosque pro Episcopatu ejus intelligendos putaverit, parum solicitus de diebus ac mensibus, quorum in Epistola prædicta nullus exprimitur numerus, adeoque illos reliquerit, ut notatos a Willibaldo invenerat. Potest etiam ipse Willibaldus respexisse ad primum iter Romanum, quod anno* DCCXIX *obiens Bonifacius, Apostolatus officio fungi jussus atque in Germaniam remissus fuit a Gregorio Papa, uti supra indicavimus. Inde autem ad usque annum* DCCLV, *quo obiit Sanctus Apostolus, anni fluxere integri* XXXV, *quot expressisse Willibaldum vidimus.*

ordinat S. Lullum Episcopum:

Martyr obit anno 755

E

15 *Quod* Frisiam hodiernam *attinet (vetus enim, ejus Regia Ultrajecti erat, multo latius patebat) eam scilicet, quæ Apostolicorum laborum palæstra ultima Sancto fuit; hanc novissimus atque accuratissimus topographus, Schotanus a Sterringa, dividit in* Ostergoam, Westergoam, *ac* Sevewoldiam (*Latine Orientalem, Occidentalem et Septem silvaniam diceremus*) *sic ut prima contineatur* Dockomium *hodie dictum, ab Auctoribus autem secundæ ac tertiæ Vitæ* Dockinga. *Aliam tamen divisionem indicatam vult* Willibaldus, *cum num. 51 dicit, Sanctum consedisse* secus ripam fluminis, quod dicitur Bordne, in confiniis eorum qui rustica lingua dicuntur Ostar et Westher. *Hanc divisionem, ipsismet Frisiis haud satis notam, ut intelligas, quærendum flumen prædictum est: ut autem inveniri exoletum nunc nomen possit, facient* Bornwert *et* Bornwert-husen, *conservantia vetus nomen ipsius rivi, alias ignobilis, in ejus utrimque ripa. Consistunt autem loca illa ad occiduum latus* Dockomii, *quique ea interfluit rivulus, priusquam ad oppidum pertingat, infunditur fluvio* Paessens *dicto; hic vero Dockingani agri partem septemtrionalem bifariam dividit,* in Oosterzyde Paessens *et* Westerzyde Paessens, *id est Orientalis et Occidentalis ripæ Passenæ regiones; quarum confinia attingebat Bonifacius, ad* Bordne *consistens. Ipse vero fluvius* Paessens, *gemino brachio partem Dockingæ complexus, videtur* insulam *facere eam scilicet ad quam Vita 2 num. 14 ait appulisse navi Sanctum, et* sermone patrio Ostriki *dici. Ad hujus porro insulæ oppidique Dockomiensis latus meridionale, scaturit* fons S. Bonifacii, *num. 14 Vitæ ejusdem 2 laudatus, ex*

F

Dokengæ in Frisia.

quo

A *quo civibus hodie omnis sua cervisia coquitur; et juxta est nemus* Morewold *vel* Moorwaude *dictum, id est,* Silva cædis, *in Sanctos ibi patratæ: quæ omnia juverit pro faciliori intellectu dicendorum adnotasse.*

§. III. Cultus sacer S. Bonifacii et Sociorum.

Memoria inserta antiquis MSS. Bedæ,

V*enerabilis Beda vita functus est anno* DCCXXXV: *viginti autem post illum annis decessit* S. Bonifacius: *sed ita continuo sacris Fastis adscripta est grata ejus memoria, ut etiam inserta reperiatur optimis ac maxime genuinis exemplaribus Martyrologii Bedæ, ac si ante ipsum ad Dominum migrasset. Itaque, sicut indicavimus ante Tomum secundum Martii, ubi idem Martyrologium pridem desideratum in lucem extulimus, in apographis Divionensi, Vaticano S. Petri, et alio Romano Cardinalis Barberini ad hunc V Junii, ista leguntur:* S. Bonifacii, Archiepiscopi in Fresonis, martyrii passio peracta est, et Eobanci Episcopi ejus, cum aliis Servis Dei sociis eorum. *Rabanus,*

relata a Rabano,

sextus Abbas Fuldensis creatus anno DCCCXXII, *suo quoque Martyrologio inscripsit eumdem, his verbis.* Nonas Junii, Bonifacii Archiepiscopi, cujus in Fre- B sonis martyrii passio peracta est, et Eobani Coepiscopi ejus, cum servis Dei Wintrunge et Walthore, Scirbilde et Bosan, Hamunde et Æthelhere, Wancare et Gundaare, Willehere et Hadavolfe.

Usuardo, Adone,

Usuardus et Ado elogium solius Bonifacius *habent; quod signum est, ipsum saltem ita in antiquioribus Fastis repertum. Est autem illud his verbis conceptum:* Item S. Bonifacii Episcopi, qui de Britanniis veniens, et fidem Christi gentibus Evangelizans, cum maximam multitudinem in Frisia Christianæ religioni subjugasset, novissime a Paganis, qui supererant, gladio peremptus martyrium consummavit, cum Eobano Coepiscopo et aliis servis Dei. *Hisce nomina aliquot ex Rabano adjecit Notkerus; sine quibus eadem fere quæ apud Usuardum et Adonem, leguntur in hodierno Romano.*

et in antiquis MSS

17 *Celebratur memoria* S. Bonifacii Episcopi et Martyris *etiam in apographis Martyrologii Hieronymiani Corbiensi et Lucensi, scilicet sub finem apposita, eorum jussu qui ipsa scribi antiquitus curaverunt. Et in Lucensi quidem Sanctus adscribitur* Austriæ, *id est Franciæ Orientali, sive Franconiæ, in qua Fulda existit,* C *in diœcesi Herbipolensi. In antiquo Martyrologio Ultrajectino Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ, circa annum* MCXXXVIII *exarato, ex sensu istius urbis tale elogium habetur:* Trajecti, B. Bonifacii Archiepiscopi et Martyris. Qui de Britanniis veniens Trajectum, tempore S. Willibrordi Archiepiscopi primi Trajectensium Doctoris, cum eo moratus est. Post transitum vero sanctissimi Præsulis Willibrordi, jam dictus Bonifacius Dei gratia ejusdem Archiepiscopatus honore sublimatus est. Qui cum fidem Christi in Frisia constanter evangelizaret, et maximam multitudinem Christianæ religioni subjugasset, novissime a Frigis gladio peremptus, martyrium consummavit, cum cooperatoribus Eobano et Adalario Presbyteris, et aliis quinquaginta tribus. *In MS. Trevirensi S. Martini hæc ultima distinguuntur hoc elogio:* In Frisia S. Bonifacii Episcopi et Martyris, cum sociis suis Eobano Coepiscopo, Athalario Presbytero, et aliis quinquaginta tribus. *In Martyrologio MS. Reginæ Sueciæ, quod semper judicavimus fuisse monasterii Fuldensis, longum extat encomium, dignum quod hic addatur. Est ergo hujusmodi:*

Eccles.æ Ultrajectinæ

Trevirensis

et Fuldensis:

18 Nonis Junii Passio sancti Patris nostri Bonifacii, viri Apostolici, et omni sapientia adornati: qui de Anglorum gente nobilem ducens originem, ibidem in sancto proposito religiosissime educatus, et doctrina nihilominus insignis fuit et miraculis claruit. Postea vero divina admonitus pietate, Ger- D maniæ fines adiit: Francorum gentem, diversis errorum laqueis irretitam, nobiliter instruxit, et hæreticorum pravitates instantissime superavit. Evangelica etiam doctrina adeo præcipuus extitit, ut Apostolorum tempora in ejus prædicatione laudares. Itaque meritis illius circumquaque clarescentibus, a viro sanctissimo Gregorio Papa Romano accersitus, ad illuminationem totius Germaniæ transmissus, et ab eodem Episcopus ordinatus, in civitate, quæ Mogontia dicitur, Pontificatus honore meruit sublimari. Ibi inter homines constitutus, Angelicam vitam exercuit. Francorum gentem, Turingorum et Saxonum populos Deo acquisivit, et in omni sanctitate gloriosissimus fuit. Novissime vero cum multos ex Fresonibus Christianæ religioni subjugasset, a Paganis, qui supererant, gladio peremptus, cum martyrii gloria migravit ad cœlestia regna. corpusque illius, comitante fidelium maxima turba, ad Fuldense monasterium, quod ipse sibi in solitudine Boconia construxerat, cum magnis Dei laudibus transportatum, et condigno honore tumulatum, miraculis ibidem plurimis claret. Passi sunt autem cum eo et alii ex Clero ejus viri religiosi, E Presbyteri, Diacones et Monachi: sed nobiliores inter eos fuerunt Eobanus Episcopus et Adalarius Sacerdos: qui primitus in monasterio, quod Tricht nominatur, honorabilem meruerunt sepulturam, sed emergentibus annis etiam ipsi Fuldam translati in Ecclesia Domini Salvatoris, juxta corpus sancti Pastoris sui et Martyris Christi Bonifacii, satis pulcherrime requiescunt. *Hæc in dicto Martyrologio Fuldensi scripta fuerunt, tunc saltem cum Francorum Reges sive Imperatores, Caroli Magni posteri, in Germania regnarent conscriptum; et aliquod hujus elogii compendium extat in MS. Martyrologio monasterii S. Cyriaci, a Baronio plurimi æstimato.*

AUCTORE G. H.

Fuldam translato corpore S. Bonifacii,

Eobani et Adalarii.

Cultus in Synodo Anglo-Saxonica præscriptus

19 *Omitto alia quamplurima Martyrologia, tam manu exarata quam typis excusa, nec non Breviaria Moguntina, Ultrajectina, Erfurtensia, aliaque, in quibus ex ipsis Actis elogia deprompta extant. Satis fuerit adferre testimonium Cuthberti Archiepiscopi Cantuariensis: qui intellecto* S. Bonifacii *martyrio, convocavit Synodum Episcoporum et Abbatum, communique suffragio statuit quintum diem Junii, quo Martyr obierat, solenniter in* Bonifacii *sociorumque ejus honorem ab omnibus Anglo-Saxonibus celebrandum. Qua de re* F *litteras, e Synodo ad Lullum Archiepiscopum Moguntinum a dicto Cuthberto missas, refert Serarius inter Epistolas Bonifacianas num. 70 insertas, ubi is ait:* Admirabili vel potius ineffabili Dei pietati tripudiantes, gratias agimus, quod tam præclarum speculatorem cœlestis bibliothecæ, tam egregium Christi militem, cum multis bene educatis et optime instructis discipulis, gens Anglorum, advena Britanniæ, meruit palam omnibus ad spiritales agones, et ad multarum per Dei omnipotentis gratiam salutem animarum de sese procul emittere; ut longe lateque ferocissimas nationes, per devia diutius errantes, de lata ac spatiosa voragine perditionis perpetuæ, ad splendifluas semitas supernæ patriæ, per sacræ exhortationis incitamenta, et per exempla pietatis ac bonitatis, ipse ductor et signifer antecedendo, et adversa quæque opitulante Deo fortiter expugnando, feliciter perduceret. Quod ita actutum fieri, etiam rerum effectus gloriosius quam dicta demonstrant: et in illis quoque locis, quos ante eum nullus ali quando evangelizandi causa Doctor adire tentabat. Unde igitur, post incomparabile toto orbe Apostolicæ electionis et numeri mysterium, aliorumque tunc temporis evangelizantium discipulorum Christi ministerium, hunc inter egregios et optimos orthodoxæ fidei Doctores, et amabiliter habemus, et laudabiliter

A ter veneramur. Unde in generali Synodo nostra, ubi et de ceteris omnibus, quæ vestræ modo Sanctitati paucis depromimus, plenius inter nos conferebamus, ejus diem natalitii, illiusque cohortis cum eo martyrizantis insinuantes statuimus annua frequentatione solenniter celebrare : utpote quem specialiter nobis, cum D. Gregorio et Augustino, et Patronum quærimus, et habere indubitanter credimus, coram Christo Domino, quem in vita sua semper amavit ; et in morte, ut ipsius meruit gratia, magnifice clarificavit. *Hæc aliaque plura Cuthbertus.*

AUCTORE G. H.

Sociorum xi nomina,

20 De cohorte, cum eo martyrizante, *ut supra dicitur, seu potius martyrizata, nec satis in numero conveniunt auctores, et in aliquorum scriptione differunt. Apud Willibaldum, et antiquissimum auctorem et fidissimum, nomina num. 35 sic exprimuntur :* Eoban Coepiscopus, Wintrung et Walteri simul et Adelhere, Sacerdotes ; Hamunt, Scribaldt, et Bosa, Levitarum obsequio deputati ; Waccar et Gundecar, Illehere et Hathevulf, monasteriali Monachorum ordine sublevati. *MS. codex Treviriensis monasterii S. Maximini apud Serarium in Vita S. Bonifacii, ita eosdem refert :* Coebaneus Coepiscopus, Wintrung, Walterus et Ethelherus Sacerdotes ; Hamund, Scribald et Bosa Levitæ ; Waccar, Gundecar, Illeserus et Hathovulf Monachi. *Apud Ratanum et Nitherum ita scribuntur :* Eobanus Coepiscopus, Wintrunge et Walthere, Scribalde et Boson, Hamunde et Athelhere, Wanceare et Gundecare, Willehere et Hadovulfe. *Othlonus apud Serarium, sic appellat :* Eoban Chorepiscopum, Wintrung, Walthere et Adalhere, Hamunt, Skribaldt, Edreso *Sacerdotes*, Boso Waccar et Kundecar, *Sacerdotes*, Gundeharius, Wilnhere et Hadolf. *Supplementum Auctoris, dum omissis ... Willibaldus ... expresserit, satis habuit ... Hildebrandum nominare, monasterii ... Episcopatus, ... fuisse, Willibaldo ... quod ... appellatum autem ... Martyrologio ... nec ipsi illum nominarunt ... et ... Ferrarius, ad IX Aprilis, de Kenlera ... quæ hac referre debere ... Dominicus, ejus, ... cerebro suo ... habebatur. Omitto incertiores auctores, ... hæc desumpserunt. Nos in titulo Latina terminatione donavimus nomina singulorum, præter quos ... memorantur alii apud Willibaldum et Othlonum : ... et tertia Vita ... inter eos S. Bonifacio passi ... quinquaginta duo Martyres ... in tertia Vita ... germanum ... et alteram ... translatam Ultrajectum ; alterum ... sepultos ... in loco martyrii ... numerus, quorum ... scripta sunt, esset quinquaginta. In Martyrologio Ultrajectino et Trevirensi ... relatis, dicuntur ... operatores Eobanus et Adalarius, et alii quinquaginta tres, et ... anonymi Martyres quadraginta tres. Posteriores ... adjunctis ... alii plures.*

B

C

alii anonymi 41 aut 44

21 *Alter ... dicitur de S. Adalario, num unus idemque sit Adalherus Sacerdos, uti a Willibaldo appellatur. Verum eodem modo in Martyrologiis Ultrajectensi et Trevirensi* Adalarius *sive* Athalarius *appellatur* Presbyter. *Et in Martyrologio Fuldensi, inter Martyres cum S. Bonifacio passos, dicuntur nobiliores,* Eobanus Episcopus et Adalarius Sacerdos : qui etiam ipsi Fuldam translati sunt, *et deinde Erfurtum e monasterio Fuldensi transportati, a posteris autem ... habiti, quasi a S. Bonifacio fuisset Erfurti* Adalarius Episcopus *constitutus, et interim relicta diœcesi adjunctus in Frisia ipsi S. Bonifacio, ibidem Martyr obiisset : cujus rei apud antiquos nullum extat vestigium. Interim ut talis in Breviario Erfordiensi x Aprilis, colitur ritu duplici xx tamquam is sit dies Translationis, quæ etiam variis, sed fere recentioribus Martyrologiis sic inscribitur ; unde*

Adalarius et Adalherus videtur unus idemque esse.

non nihil verosimilitudinis accedit traditioni isti, multo etiam verosimiliori futuræ (dempto tamen titulo Episcopali) si de existentia corporis Erfurti constaret. Constat ex epistola prima S. Bonifacii ad Zachariam Papam et hujus responso, anno DCCXLIII *dato, inter tres Sedes Episcopales recenter institutas, esse* tertiam in loco qui dicitur Erphesfurt, *et in illis* ordinatos Episcopos. *Sed non additur quod pro Erfurtensibus datus sit dictus* Adalarius : *gratis ergo id posteri assumpserunt. Præterea non dicuntur consecrati Episcopi, sed* ordinati *sive destinati : et petit Bonifacius a Papa Sedes* confirmari et stabiliri. *Verum sub conditione permittit Papa*, si loca mereantur habere Episcopos, quod in sacris canonibus præceptum sit, ut minime in villulas vel in modicas civitates Episcopi ordinentur, ne vilescat nomen Episcopi. *Quia vero dictus* Adalarius primus et ultimus Episcopus *habetur apud Serarium notatione* 29 (*ubi ait* Erfordium a Bonifacio *dici* urbem paganorum rusticorum) *quod Episcopus ibidem statutus fuerit* Adalarius, *debet confirmari ; addit enim Serarius Not.* 46. *videri* Adalarium Episcopum *a posteris Erfurtensibus habitum, sicut* S. Gregorius *passim* tertius Episcopus Ultrajectinus *appellatur, licet solum Sacerdos, illiusque diœcesis Pastor fuerit. De Reliquiis* SS. Eobani et Adalarii *asservatis Erfurti, infra in Analectis agetur.*

D

E

§. IV. Effigies S. Bonifacii, ex vetusto lapide et sigillis, nec non Monastici tunc habitus formæ ex picturis seculi IX : Regum item Francorum eodem spectantium.

D. P.

Cum vir clarissimus Balthasar Moretus, *Architypographus Regius, Plantinianæ nobilissimæ Officinæ, eodem nomine et cognomine ex Martina Plantina Christophori Plantini filia, heres tertius, sequentibus* S. Bonifacii *Actis illustrandis, pro sua humanitate consueta, haud gravate nobis concessurus videretur eas laminas, quarum usus fuerat anno* MDCXII, *in excudendis apud prædictam proaviam suam, tunc viduam, libris* IV *Antiquitatum Fuldensium a Browero nostro conscriptis, sæpiusque allegatis et allegandis ab Henschenio ; ut hujus circa eas voluntatem, mihi scripto relatam exequerer, absque interruptione eorum quæ ipse optimo ordine judicioque præfari ad Acta voluit ; hunc* § 4 *hic locandum statui. Jamque in eo eram, ut ipsas laminas commodato peterem ; cum satius visum fuit omnes in unam contrahere, et suo quamque partem numero distinguere. Primo igitur exhibetur ipsius* S. Bonifacii *effigies, quam libro* 2, *cap.* 15 *Browerus proposuit, ex veteri lapidea tabula, in monte S. Petri, urbi vicino, inserta operi minime antiquo turris exterioris ; quam ille existimat ab ipsis locis incunabulis, id est ab anno* DCCXVIII, *sculptam fuisse : puto ego post mortem Caroli Magni, anno* DCCCXIV *obitam elapsis annis aliquot, et causam infra reddam.*

F

Ex Antiquitatibus Fuldensibus Broweri

23 Magnum *inquit Browerus, hæc imago argumentum habet*, singulis in partibus, veteris amictus Pontificalis, infularum, et mitræ : pedumque, quod manu gerit, ejus haud dissimile est, quod in Sacrario asservatur. *Ego vero priusquam ad ejus considerationem transeam, noto, procul ab illius temporis sinceritate abesse, qui antiquis non contenti, ex sui temporis usu etiam Sancto aptant hodierna Regum Angliæ insignia*, quod, *inquit alia occasione Browerus (ubi de SS. Joanne et Paulo Martyribus lib. 2 cap. 8)* commentum est otiosorum hominum, vix Poetarum ingeniis dignum, quasi genus et nobilitatem suam virtus et sanctimonia, sine clypei et colorum discrimine, tueri non posset. *Nunc in imagine ista animadversione dignum porro censeo, non tam circulum qui caput ambit, Sanctis omnibus communem, quam concham*

habitus effigies Sancti ... ut videtur,

cum Pallio,

































MONVMENTA FVLDENSIA

A *chamcui circumscribitur; ornatus quidem solius causa post caput sculptam, antiquiori tamen, quam facile cogitet, qui non viderit Wilthemii nostri Diptycha, Anastasium anno* DXVII *Consulem Orientis in habitu Consulari exprimentia, cum simili plane post caput concha, cujus tamen mysterium non ausim conjectando definire.*

atque in Sigillis Fuldensibus;

24 *In ceteris notabile valde est Archiepiscopale Pallium, Casulæ, ad latera excisæ, assutum quodammodo; atque Manipulus, sinistræ manus brachiique confinio leviter injectus: eamdemque Pallii, sed Crucibus destituti, formam noto in Sigillo veteri Civitatis Fuldensis; cum Casula quidem undique clausa, ad brachiorum tamen liberam extensionem desuper revoluta, ut vides fig.* 8. *Similem Casulam (sed supra quam Pallium, dorso circumductum, leviter apparet) ostentat Sigillum Conventus Fuldensis, editum a Browero, et hic expressum fig.* 7. *Ibi vides Archiepiscopum, velut in templo residentem, et benedicentem Monachis, ad sacras sub Officium divinum Lectiones processuris, ideoque Albas ad lumbos succinctas indutis. Notat autem Browerus,* templi hic repræsentati turrita fastigia, quæ, si non situ, at figuræ modo, satis exprimunt culmen Basilicæ, *scribenti ipsi* præsentis.

B

sculptis quidem post an 1398,

25 *Constat autem ex eodem Browero lib.* 4, *quod non solum* anno MCCCXXXVII, post Vincula S. Petri, luctuoso et extraordinario incendio S. Bonifacii basilica conflagravit; *sed etiam* anno MCCCXCVIII, postquam Bonifacii IX privilegio feminis aditus, quod numquam liceret, in templi penetralia datus est, ipsa cum monasterio basilica, fulmine de cælo tacta, funditus prope flammarum et ignium exitio subjecta est. *Cum ergo in præmisso Sigillo exprimi intelligas speciem turritorum fastigiorum, qualia hujus seculi initio stabant; consequenter intelligis Sigillum hoc ultimum, ac verosimiliter etiam primum, non excedere initium seculi* XV; *licet probabiliter expressum utrumque esse ad formam temporum præcedentium, et Sancti ætati proximiorum. Et hoc saltem verosimile facit forma Capuciorum Monasticorum, fere Capucinica; quæ Capucii etiam Abbas indui Levita ejecta videtur, nescio an nuda, an quod magis crediderim, velo lineo (Amictum dicimus) obvoluta. Hoc autem ut clarius appareat, ex picturis Medicæi Codicis, sub initium seculi* IX *Fuldæ florentium, fig.* 4 *offero Abbatem cum Monachis, ad Abbatis benedictionem prostratis, in suis cucullis pleroque; in quo etiam Abbas conspicitur, cum altero post tergum Monacho; altero strictius manicato, qualis et prostratorum primus apparet: nusquam comparente scapulari, utpote abdito sub cucullo aut alia superiori veste.*

sed juxta vetustiora prototypa

Habitus quoque Fuldensium in choro

C

26 *Ne autem ipsius Scapularis hic latentis veterem ac genuinam formam requiras, aspice ipsum Candidum fig.* 5, *quomodo sese extra chorum sacratiorum cinctum pinxit, cum sed et Modesto fig.* 6 *priorum aspectantem. Veri hoc nominis Scapulare intelligi, quod scilicet totos humeros atque brachia summa tegit, instar sagi manicati, atque ad lumbos constricti cingulo, vel usque ad genua pertingentis. Hinc porro intelligas, quis ille sit habitus, in quo pingi se fecit Abbas Joannes, Præses Casinensium in Lateranensi cœnobio degentium Romæ initio seculi* VII. *Ejus coram S. Benedicto consistentis effigiem, ne quæri alibi debeat, non gravabor recudendam dare; licet jam semel iterumque adhibitam, videlicet ante Tomum* I *Maji, post Ephemerides Græco-Moscas; et in Conatu Chronico-historico, sive ipsius Maji Propylæo, post elogium Leonis Papæ III; sed alio utrobique fine.*

et forma scapularis Benedictini vetus,



27 *Post ita requisitum Fuldensium habitum, in figura* 9, *consideremus vero etiam eis, in quo Ratgarium Abbatem tertium, et ob sævitiam in Monachos anno* DCCCXVIII *depositum, iidem scriptores et pictores expressere, addito symbolo Monocerotis, incurrentis in oves easque dissipantis, qualem ibi describit Ratgarium Candidus. Browerus lib.* 2 *cap.* 16 Archimandritæ amictum *exprimi eo schemate putat, verum sicut in capite plene omnino nihil video Monachale, sic neque in veste, quam indutus hic Ratgarius assistit, solo pedo noscendus Abbas. Existimo ergo illum hic proponi in habitu quali sæcularium, sive ad summum Canonicali, quali tunc temporis utebantur Prælati seculares, qualemque indutus Marquardus Abbas anno* MCLXXXVIII *(ut habet ævorum ejus scriptor) cum postea rogaretur a Monachis, ut, in ipsorum maxime præsentia, non nisi in cuculla vel cappa appareret, reponeretque ipse illam esse clericali dissipationi procurare; similiter capa vel toga vel qualicumque veste ut.; itaque ad publicam prodire inciperet processionem,* Domini instar adequitans.... id non ferentes Decanus, et cum eo præpositi Abbatem adeuntes, togaque exutam veste Religionis vel reincrati tenuerunt. *Igitur* Ratgardum *hic etiam credo Ratgarii rejectionis pictore, non quia in reliqua sit usus; sed quod* Religionis veste *indignum se probaverit: quamquam ille postea, privatam vitam agens, in monasterio montis B. Virginis, ubi olim et mansio S. Bonifacii, et prima Fuldensium patriarchæ liberat, parem habuit ultus principiis exitum habuit, in Fuldensem Basilicam relatus ac tumulatus, non sine elogio.*

E

ac denique Ratgarius Ab. in Tabardo,

ad designandam ejus irregularitatem.

F

28 *Præter jam indicatas antiquitates sacras, adducit Browerus ab eadem unde* S. Bonifacii *imaginem habuerat, ecclesia Montis S. Petri, accepta profana ανάγλυφα duo, quæ ex antiquæ ædis ruinis memoriæ causa illuc illata, occultoque parieti sic adpacta ait, ut obtegantur cornibus altarium, hinc inde interiori in templo collocatorum.* Opus sane pervetus, *inquit Browerus*, et majestate plenum: ipse autem oris et corporis habitus, et geminus prope vestium ornatus, suadet par esse fratrum. *Sed quorum? eorum credit ille:* quibus incunabula Fuldensis monasterii debentur, Carlomanni et Pippini. *At omnino, quæ hic videmus figuris* 2 *et* 3 *Regia sunt; illi autem, licet post mortem patris sui Caroli Martelli, obita anno* DCCXLI, *plena rem publicam procuraverint potestate; tamen æque ac pater Majorum domus titulo contenti, adeo non curaverunt Regium nomen et insignia usurpare, ut tertio communis administrationis anno, Regem sibi assumpserint*

Effigies denique Regum duorum quos non esse Carolomannum Pippinum;

AUCTORE G. H.

A *sumpserint Childericum: qui inanem istum titulum gessit, usque ad annum* LI: *et ejus loco anno sequenti solus Pipinus (nam Carlomannus quinquennio ante seculum dimiserat, factus Casini Monachus) oblatum sibi a Francorum Principibus regnum, permissu Zachariæ Papæ, suscepit, a S. Bonifacio coronatus.*

29 *Eumdem postea Zachariæ successor Stephanus, anno* DCCLIV, *denuo consecravit una cum filiis* Carolo et Carlomanno: *quorum primus tunc octennis, alter quadrimus cumtaxat erat. Commode autem isti possunt expressi credi in aliquo opere, totam Pippini Regis primi familiam ex ordine referente, cujus hæc duo dumtaxat fragmenta supersunt. Conjecturam hanc firmant, non tantum juveniles utriusque vultus, sic tamen ut alter altero annis aliquot appareat grandior natu; sed etiam numeri* II *et* III *subtus expressi, ad quos Browerus animum non reflexit, quique nascendi ordinem videntur indicare. Pipino certe, præter filios quatuor, tres filiæ fuerunt, quarum duæ* Rothais et Adeleis *juvenes obierunt, Gisla Suessionibus Abbatissa paucis solum annis ante Carolum fratrem obiit. Si ergo concipiamus filiarum unam ante* Carolum *natam, alteram anno* DCCXLIX *mediam inter fratres Reges, ac suo deinde ordine proles reliquas; omnes autem simul sculptos juxta prototypon; tunc factum, quando annos circiter octodecim* Carolus, Carlomannus *autem quatuordecim numerabat; satis apte convenient omnia: nec enim multo senior exprimi potuit Carlomannus, qui obiit anno* DCCLXXI. *Itaque recte ille exprimitur. Sin autem ordinis rationem accersere quis velit aliunde, puta a serie successionis in regno, quasi primus* Pipinus, *secundus* Carolus, *tertius* Ludovicus, *quartus iterum* Carolus *scilicet Calvus, designati fuerint; is deficit tamen necesse est, in reddenda ratione jam similis vultus vestiumque, quæ ex illa expressionum germanitate commodissima habetur.*

30 Fuit *Carolus*, apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis, naso paululum mediocritatem excedente, facie læta et hilari, quamquam cervix obesa et brevior, *prout eum seniorem vidit et descripsit Eginardus in Vita num.* 27: *quorum omnium aliquod principium videas etiam in statura juvenili hic expressa, potius quam in altera posterius geniti. Verum inquies, si* Caroli *et* Carlomanni, *primum a pueritia expressorum imagines hæ sunt; adeoque sumptæ ex prototypo, viventis etiamnum Reges et quidem juvenes exprimente; quid sibi vult lucidus ille circum caput circulus, solis mortuis aptari solitus, et omnino talis, qualem post caput Bonifacii jam Sancti, exprimit similis hujus imago anaglypha? Equidem nullo adhuc exemplo didici, Francis Germanisque eamdem fuisse, quæ Italis erat, consuetudinem, ut viventium mortuorumque figuras discernerent, his aptando post caput circulum, istis planam quadratam seu tabellam; ut tamen etiam ipsi morem istum tenuerint, dici possunt sculptores hujus de quo agimus operis, voluisse quidem omnes exprimere, quales erant vivente adhuc Pipino, Regiæ familiæ capite, id est ante Septembrem anni* DCCLXVIII: *illud tamen fecisse, cum ille jam esset una cum liberis omnibus annis pluribus mortuus. Argumentum sic respondendi suggerit ætas ipsius ecclesiæ, in qua reperti lapides sunt, eo quod prima ejus Dedicatio facta inveniatur anno* DCCCXIII, *atque adeo diu post ætatem hic repræsentatam; solo tunc superstite Carolo, qui usque ad annum* DCCCXIV *vixit; et post cujus obitum inferri illuc potuit tale ornamentum, cum et ipse jam vulgo Sanctus haberetur, et alii crederentur pie in Christo defuncti. Istas autem tabulas si conferas cum tabula* S. Bonifacium *exprimente, ab eadem omnes manu esse haud difficulter persuadeberis; agnita similitudine diadematis, seu rotæ, post capita ductæ circum concham arcuatim cavam, per egressos a centro radios, plumarum fere speciem referentes.*

sed hujus filios Carolum et Carolomannum existimo,

B

quales erant patre adhuc vivo,

licet opus factum sit, ipsis quoque mortuis:

C

idéoque expressus cum rotundo post caput circulo:

31 *Signum porro anterioris ac juvenilis ætatis etiam in eo deprehendo, quod cum hic Regia chlamys seu pallium, grandiori clavo seu monili ad pectus adstringatur, instar Cappæ (ut vocare solemus) pluvialis; eadem seniori jam* Carolo *semper invenietur nodum habere rejectum in unum humerorum, more Romano; idque non tantum in signatoriis annulis, ad similitudinem nummorum Cæsareorum efformatis; sed etiam in picturis, totum corpus referentibus, quales circa annum* DCCC *Romæ curavit Musivo exprimendas Leo Papa III, tam in triclinio Lateranο quam in æde S. Susannæ. Si quis tamen videre velit eumdem* Carolum, *proprio sibi vultu cultuque expressum, adeat Mabilionis Itinerarium Italicum pag.* 70, *et Capitularium Baluzii tomum 2 col.* 1276 *et seqq. ubi quater inveniet expressum* Carolum, *sic paludatum. De iis amplius hic nihil addo, omnes ejusmodi imagines forsitan collecturus ad Supplementum Januarii; ubi etiam dari poterit ex Monumentis Paderbornensibus S. Wittekindi Saxonum Ducis sub eodem Carolo monumentum, in quo ille sculptus jacet eodem fere cum Franciæ Regibus cultu sceptroque liligero.*

D

aliæ Caroli M jam senioris imagines,

32 *Prætermittere tamen nequeo, quia observem,* Carolum Magnum, *quem tali, quam supra supposuimus, ætate, imberbem ac levi mento sculpi mirum non est; in Musivis Romanis, ubi cum Leone Papa in habitu Francico reperitur expressus, modice barbatum cerni, cum superioris labri mystace utrimque erecta. Quam mystacum erectionem, cum nusquam nisi Romæ Carolo tributam videam, moveor ut suspicer, eam Romanis Proceribus in usu fuisse, nec nisi in illorum gratiam ab eodem novo Imperatore ad breve tempus assumptam: quomodo vir peregrinorum nec morum nec vestium ordinarie patiens,* semel *tamen,* Adriano Pontifice petente, et iterum Leone ejus successore supplicante, longa tunica et chlamyde amictus, et calceis Romano more formatis indutus, *dicitur ab Eginharto in Vita, num.* 28. *Alias quidquid mystacis superiori in labro erat deorsum flecti cernitur, in ipsius Sigillis, ac primo in imagine frontali Bibliorum apud Alemannum in parietinis Lateran. et Mabilionem in Itinerario Italico; quam esse pictam ante natos ex Hildegarde conjuge liberos, adeoque anno circiter* DCCLXXII, *probat metrica imaginis explicatio, in hos versus desinens:*

E

in illarum ultima erectæ præter morem mystaces,

Nobilis ad lævam conjux de more venustat,

Qua insignis proles ad regnum rite paretur.

Hic ergo Carolus, *annos jam* XXVI *natus, labro ac mento leniter dumtaxat obumbratus, ac veluti tum primum barbam emittens, conspicitur. Et talem credo exhiberet Sigillum, si adesset chartæ,* anno regni quinto, decimo tertio kal. Novembr. datæ *monasterio San-Germanensi, apud Mabilionem de re Diplomatica pag.* 387; *sicut similis charta fratris* Carolomanni, data in mense Martio anno regni primo (*is erat annus Christi* DCCLXIX) *illum prorsus imberbem, refert in figura hic* 13, *utpote tunc natum dumtaxat annos* XVIII. *Progressu autem temporis, ut barba in mento, sic et in sigillis crevisse* Carolo *invenitur, semper tamen decenter castigata fuisse. Talium unum est ex Charta Dionysiensis monasterii, apud eumdem Mabilionem pag.* 381, data anno XIII et VIII Regni (*Francici scilicet et Longobardici*) *et pag.* 391 *alterum ex* data VI Idus Maji Indictione VI, anno Imperii XIII, regni in Francia XLV, in Italia XXXVIII, *in figuris hic* 11 *et* 12.

ex quadam forte erga Romanos indulgentia:

cum juvenis Carolus fere nulla barba,

F

vir et senior decenter castigata usus doceatur ex sigillis:

33 *Annus hic cum sit Christianæ æræ* DCCCXIII, *Carolinæ vitæ penultimus; patet quantopere exerrent illi, qui posterioribus seculis effingere Imperatorem nostrum cœperunt, cum prolixa usque ad cingulum barba; nec minus olim a me fuisse in contrariam partem erratum, cum Marmunensis unius diplomatis nixus sigillo, imberbem* Carolum *repræsentante pro anno vitæ* XXXIII,

non item eam prorsus abrasisse.

A xxxiii, *in Propylæo ad Tom. 2 Aprilis; secutus sum asserentes, rasa aut saltem attonsa fere ad cutem barba, etiam extrema ætate, fuisse* Carolum *exprimendum; errasse item me, cum eo titulo suppositionis damnavi Osnabrugense quoddam diploma, inter monumenta Paderbornensia editum: quod justificari cupiens illorum Auctor ac Mecænas noster, ipsum ejus originale videre me fecit, et testimonium veritatis priori meo judicio contrarium sine cunctatione accepi; idque his etiam non illubenter facio publicum, datam viventi fidem etiam mortuo servatam cupiens. Non tamen Maximinianense diploma solius sigilli causa suspectum reddiderim, agnoscens cum Mabilione pag.* 138 *Francorum Reges, etsi passim usi sint sigillis suam cujusque imaginem exprimentibus; tam* Pipinum *patrem, quam* Carolum Magnum *ejus filium, vel potius ipsorum Cancellarios, deficientibus genuinis, usos quandoque annulis signatoriis qualibuscumque, etiam Bacchum, etiam Serapim profanos Deos referentibus. Proinde jam desino in Sanmaximiano illo requirere vultum* Caroli, *annum* xl *regnantis; seu suspicor adhibitam effigiem fratris* Carolomanni, *ante tot annos defuncti, ideoque sigillum istud pro coronide adjicio in fig.* 14.

B

VITA I

Auctore Willibaldo Presbytero

Ex MS. Trevirensi et editionibus tribus, Canisii, Serarii, ac Mabilionis.

PROLOGUS.

Dominis sanctis et vere in Christo carissimis, Lullo et Megingozo Coepiscopis, Willibaldus, licet indignus, in Domino Presbyter. Percepto piæ Paternitatis vestræ affectu pariter et voto, non propriæ laudis litterali scientia confidens, sed debitum obedientiæ obsequium vestræ impendens Sanctitati, libenter parui, arduumque quod suggessistis opus, exiguis viribus inchoavi, ad perfectionis terminum fine tenus deducens. Sed obsecro, ut si quidpiam, aliter quam vestra voluntas expetierit, provenerit; infirmitatis meæ imbecillitatem, operisque imposíti sublimitatem æquo animo sustineatis: quoniam maximum meæ * reverentiæ est indicium, cum vestræ Sublimitatis imperio obedientiæ operam non denego.

Auctor, Lullo et Megingozo Episcopis incitantibus,

*al. mecum

C Quod si dignum aliquid et nostris temporibus profuturum confecerim, divino utique muneri ac præcepti vestri desiderio conferendum est: quoniam pia quandoque desiderantis voluntas, et manum imitatur emunctoris, et impressionis suæ violentia vel minimam quamdam desideratæ scientiæ dulcedinem parat, famelicumque impertiendo reficit.

2 Decrevit enim Sanctitas vestra, insipientem sapientibus, et minus idoneum prudentibus coæquare ac præferre: et quod, sine nostro videlicet conatu, prudenti sermone revelare potuistis, hoc mihi velut ignaro imponere. Sed deprecor, ut quem præcepti vestri torcular deprimit, precatus assiduæ orationis infundat; et mentem ignaviæ caligine obtusam, voluntas spontaneæ dilectionis vestræ e somno resuscitet; ut ad ea ad quæ exigentibus vobis invitata est, tenacior vivaci sermonum narratione reddatur. Compulistis enim me, ut ad normam eorum, quorum aut vitæ castimoniam, aut morum sanctimoniam, sancti proculdubio Patres eleganti verborum ambage chartis inserendo tradiderunt petentibus religiosis ac Catholicis viris, quibus vel in Tusciæ partibus, vel in Galliæ terminis, vel in Germaniæ aditibus, aut etiam in Britanniæ limitibus, S. Bonifacii Martyris fama miraculorumque coruscatio perstrepit, sicut discipulis ejus secum diu commorantibus, vel vobis ipsis referentibus comperi, prooemium mediumque ac finem vitæ ejus, quanta valeam indagatione, litteris inseram.

scribere profitetur, quæ ipsi et alii ex discipulis suggesserunt,

D *A. WILLIBALDO*

3 Et quemadmodum primæ prævaricationis resoluto chirographo, et veræ lucis radio illucescente, Egesippus, qui sub Anacleto Romam venisse fertur, quinque ecclesiasticorum actuum libros, ob utilitatem legentium, edidisse perhibetur; Eusebius Cæsareensis, nominatissimus historiographorum Scriptor, cum Pamphilo Martyre et adjutore suo, suorumque ibi antecedentium temporum historias, mira eloquii dissertitudine texentes, infinita scriptis volumina ediderunt; necnon et Gregorius, qui erat vir beatæ memoriæ litterarum studiis eruditissimus, glorioso Apostolicæ Sedis culmine sedens, beatorum scribens Confessorum Vitam, dialecticum miro ostendens moderamine, quatuor logica expressit ratiocinatione libros; qui hucusque Ecclesiarum inserti bibliothecis, elucubratam posteris scientiæ afferunt dignitatem; ita beati viri vitam, præcelsasque ejus virtutes, et cultum pietatis atque abstinentiæ robur, præsentibus ac post secuturis seculis jubetis demonstrare.

E *studio obediendi.*

4 Sed quamvis, ad demonstrandam tantarum rerum rationem, exiguum me parvumque fieri auctorem agnoscam; tamen exigente benevolentiæ vestræ voluntate, hoc quod demandastis, vobis jubentibus, non propriæ præsumptionis insolentia fretus, sed assertione Catholicorum confisus, aggrediar opus; neque ex parvitatis meæ stylo propriæ laudis præbens exemplum, dum his quisque instruitur formulis, et ad meliora profectus sui perfectione perducitur.

CAPUT I.

Infantia. Vita monastica. Studia. Virtutes. Sacerdotium. Iter in Frisiam vivente Ratbodo.

Illustrem igitur ac vere beatam S. Bonifacii summi Pontificis vitam moresque ejus, Sanctorum magnopere imitatione sacratos, licet opacitate præpediti scientiæ, exili tamen opusculi hujus stamine innectere, ac simplici historiæ tegmine, quemadmodum religiosis viris referentibus comperimus; qui quotidiana ejus * colloquii et religionis conversatione sedulo præsentati, ea quæ audierunt vel viderunt, in exemplum posteris tradiderunt, congregata verborum varietate, texendo nitimur enodare; et ab exordio usque ad finem, quanta possumus indagatione, divinæ contemplationis ejus sanctimoniam revelare. Cum enim primævo puerilis ætatis decore, multa (ut solet) maternæ solicitudinis cura ablactatus atque enutritus esset; magna nimirum * dilectione, ceterorum postposito amore filiorum, affectatus est a patre. Sed qui jam labentia cuncta animo subjecerat, et æterna magis quam præsentia cogitare disposuerat; cum esset annorum circiter quatuor seu quinque; Dei servitio se subjugare studuit, multoque mentis conamine de monasteriali jugiter vita insudare, et ad eam mentis quotidie nisibus anhelare. Cum vero aliqui, sicut illis regionibus moris est, Presbyteri sive Clerici, populares vel laicos prædicandi causa adissent, et ad villam domumque præfati patrisfamilias venissent; mox, quantum possibilitatis ejus pusillanimitas in infantia sua prævaluit, cœpit cum eis de cœlestibus loquendo tractare; et, quid sibi suæque infirmitati in futurum proficeret, interrogare.

F

*delectatione

Anno 4 aut 5 ætatis de monasterio cogitans,

A

A WILLIBALDO patris primum obsistentis,

6 Cumque ita diu de cœlestibus diuturna mentis meditatione cogitaret, ac totum se in futurum extenderet, et ad superna erigeret; patri etiam demum hæc quæ animo gerebat revelavit, et ut suæ consuleret voluntati rogavit. Quo comperto obstupefactus pater, magna eum increpationis instantia, partim minis ne se desereret prohibuit, partim etiam blandimentis ad secularis curam instigabat negotii; ut temporaneo eum transitoriæ hereditatis subjungeret lucro, et sese quandoque defuncto suæ terrenæ facultatis custodem, imo etiam heredem relinqueret. Verbis quidem quamplurimis fraudulenta humanæ calliditatis usus versutia, tenerum a cœpti perfectione propositi animum declinare tentavit; magisque hanc suæ tolerabiliorem esse infantiæ activam, quam vitam monasterialis militiæ contemplativam, multiplici sermonum adulatione promittit; ut vel sic a propositi hujus conamine eum cohiberet, et ad mundani luxus mollitiem incitaret. Sed vir, jam Deo in pueritia plenus, quanto est a patre plus prohibitus, tanto mentis arrepta fortitudine cœlestem sibi acquirere thesaurum, et sacris se conjungere litterarum studiis anxius anhelabat: fitque mirum in modum, sicuti semper divina agere solet misericordia, ut suo imbecillioris ætatis militi Deus et cœptæ rei solatium, et anxiæ voluntatis augmentum, obsistentisque repentinam patris mutationem mentis providens condonaret; ita ut uno eodemque temporis successu, et festina patrem ægritudo, subitaneo jam imminente mortis articulo, subrepserit, et quia quantocius pueri, magno temporis intervallo præpedita, voluntas succreverit; Dominoque Deo adjuvante, succrescendo impleta sit ac perfecta.

deinde morbo castigati,

B

impetrato assensu,

7 Postquam enim, miro dispensationis Dei judicio, carnalem ingens sancti viri patrem arripuerat languor; deposita mox pristina mentis pertinacia, puerum, propinquorum facta conventione, ad monasterium, quod priscorum nuncupatur vocabulo *a* Adestancastre, spontaneus, a Domino quidem correptus, direxit; et fideli viro Wolfardo, qui et Abbas extitit illius monasterii, per fideles suæ legationis nuntios redditum commendavit. Quem puerilibus adhuc in annis constitutus, sapienter suis secum adstantibus amicis allocutus est; et quod multo videlicet tempore, monasteriali se regulæ subjicere desiderasset, rationabili prolata petitione, sicut a parentibus pridem edoctus erat, indicavit. Cui protinus Pater monasterii, inito Fratrum consilio, et eorum accepta (sicut regularis vitæ popoposcit ordo) benedictione, consensum præbuit et effectum. Sicque vir Dei, carnali orbatus patre, * adoptivum nostræ redemptionis secutus est Patrem; terrenisque seculi renuntians lucris, mercimonium deinceps æternæ hereditatis acquirere satagebat; ut, juxta veridicam Veritatis vocem, patrem relinquendo ac matrem, aut agros, aut alia quæ hujus mundi, centuplum acciperet, et vitam æternam possideret.

a

C

in illud recipitur

*Ad optimum

Matth. 19.

solum septennis:

8 Expleto igitur, licet summatim, primordiali expositionis nostræ ordine, quali se, in initio studiosæ conversationis, sanctimoniæ subdiderit, breviter protulimus; ut fabricæ a nobis fundamento confecto, structuræ paulatim sublimitas ad summa altius erigeretur. Postquam igitur infantiæ septem evolvuntur anni, puerilis adveniente decore ætatis, etiam mira in eo scientiæ prævaluit fortitudo. Magna siquidem mentis et ineffabili gravitate, cœlesti inspirante gratia, sicut obsequentia hujus operis documenta declarant, ditatus est; et multarum castimonia virtutum, juxta ostensum Sanctorum exemplar, præcedentium et venerabilium institutis Patrum subditus, declaratus ac decoratus. Adeo enim divino exarsit ingenio, ac lectionis apprime se subdidit exercitio, ut singulis quibusque additis temporibus, momentis atque horis, annorumque curriculis, augerentur etiam in eo superna adjumenta, divinaque donorum incrementa protectoris: et quanto pastoralis pædagogio magisterii est provectus, tanto ad profectum æternæ beatitudinis (sicut fideles confamiliaritatis illius viri pro certo testati sunt) eum quotidiana ejus studia jugi laudis litterali meditatione die noctuque incitavere: et contra infestas diabolicæ suggestionis persecutiones, quæ tenerum sæpe apud mortales juventutis florem seu nebulosa quadam cæcitatis caligine obtegere solent, mirabiliter protexere: ita ut etiam, propter indesinentem diuturnæ solicitudinis ejus curam et sempiternam sacrarum legum examinationem, illecebrosa in eo adolescentiæ incentiva, et carnalium desideriorum impetus primitus impingentes, Domino Deo auxiliante, maxima ex parte sedavere, magisque ac magis ad communem provehunt populorum doctrinam: quam non multo transacto temporis intervallo, secundum Pontificale Ecclesiasticæ definitionis decretum, inchoavit, dilatavit, ac perfecit.

pilsque institutionibus insistit,

D

magno cum profectu

9 Quoniam caduca hujus mundi contemnens ornamenta, monasterialis vitæ normam in infantia sua rite, sub moderata Patris præfati gubernatione, annos quamplurimos custodivit; donec pueritiæ facescente lascivia, et pubertatis inchoante adolescentia, ardentior illum ingenioli sui voluntas accendit, ut ad finitima quoque monasteria, magisterialis lectionis provocatus penuria, cum consensu atque consilio conservorum fidelium Patrisque monasterii perveniret. Cumque voto simul et intentione, Omnipotentis sibi adesse incessanter magna precum instantia suffragium postularet; tandem divina cœlitus inspirante gratia, ad monasterium quod usque hodie *b* Nutscelle dicitur, pervenit; et beatæ memoriæ Winberchti Abbatis, qui venerabiliter prædictum sub regulari disciplina regebat monasterium, spiritali litterarum diligentia provocatus, elegit magisterium, Fratrumque secum in Domino viventium contubernia.

E

tum alio migrat studiorum causa:

b

10 Ac sic servorum Dei junctus consortio, devotum Domino Deo servitium, et laboriosam vigiliarum instantiam, lectionisque divinæ operam, ingenti meditationis studio, exhibuit: ita ut maxima demum Scripturarum eruditione, tam Grammaticæ artis eloquentia et metrorum medullatæ facundiæ modulatione, quam etiam historiæ simplici expositione, et spiritalis tripartita *c* intelligentiæ interpretatione imbutus, dictandique peritia laudabiliter fulsit; ut etiam aliis demum paternarum extiterit pædagogus traditionum, et auctor magisterii, qui et discipulus antea subjectorum esse non recusavit. Quoniam sacræ mos est conversationis, ut præferre se ceteris pertimescat, qui subjici aliis maluerit (quia et rectæ obedientiæ operam subjectis impendere non valebit, quam superna Prælatis dispensatione juste non exhibebit) hanc etiam ita omnibus in commune viventibus, et maxime suo sub regulari videlicet disciplina Abbati monachica subditus obedientia præbebat, ut labore manuum quotidiano et disciplinali officiorum administratione, incessanter secundum præfinitam beati Patris Benedicti rectæ constitutionis formam insisteret; omnibus exemplum bene vivendi, in verbo conversatione, in fide et castitate se præbens, ut omnes de fructu ejus perciperent; et ipse omnium mercedis æternæ perciperet portionem.

deinde docet Fratres

F

c

exemplum virtutis factus,

11 Sed et humilitatis quoque ejus et caritatis excellentiam solus qui occultorum est cognitor Deus, intimæ inspectionis suæ consideratione novit, qua omnes sibi commilitones solerti cura subjunxerat,

Monachis undique accedentibus,

A xerat, ut ab eis timori pariter haberetur et amori: et quem divina lectione haberent socium, mutuo Apostolicæ admonitionis honore prævenirent ut patrem. Tantaque in eo affabilitatis erga Fratres et cœlestis doctrinæ succrevit magnitudo, ut rumore sanctæ exhortationis ejus crebrescente, fama multis per monasteria tam virorum quam etiam Virginum Christi apertissime clareret: quorum quidem quamplurimi, virili sexus robore confortati, et lectionis instantia incitati ad eum confluxere; et saluberrimæ scientiæ fontem potantes, numerosa Scripturarum volumina legendo recensuere: quibus vero * sexus infirmioris imbecillitas inerat, et assidua pergendi abnegabatur facultas, tantæ sibi sapientiæ virum, divini inflante spiritu amoris, præsentari fecerunt; paginarumque transcurrentes seriem, cœlesti instanter scrutinio inhæsere, et sacramentorum arcana mysteriorumque abdita jugiter meditabantur. Quem ita superna sublevavit gratia, ut juxta egregii Prædicatoris exemplar et gentium Doctoris vocem, formam habens sanorum dictorum, in fide et dilectione Jesu Christi solicite * currens, seipsum probabilem exhiberet Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. B

ergo

et sacris Virginibus per litteras consulentibus eum.

1 Tim. 2.

*curans

ANNOTATA G. H.

a Adescancastre, *Anglo-Saxonibus* Exanceaster, *vulgo* Excester, *Latinis* Exonia, *Romanis* Isca Danmoniorum, *sic dicta quasi* Castrum ad Iscam *sive* Escam *fluvium, eratque Devoniæ (in qua natus Bonifacius erat Cridianti, vulgo Kirton) metropolis, etiam a Monachis apud Cambdenum* Monketon *seu* Monasterium *dicta. Consule 7 Februarii nostri, ad Vitam S. Richardi* §. 3 *num.* 17.

b Nutscelle, *Othlono* Nuscelle, *in Southamptonia.*

c *Scilicet*, Litterali, Tropologica *et* Anagogica *seu* Mystica.

CAPUT II.

Sacerdotium susceptum, item in Frisiam vivente Ratbodo, deinde Romam, hinc in Germaniam, iterumque in Frisiam ad S. Willibrordum.

Studiosus in lectione,

Ad generalem ergo quotidianæ contemplationis ejus formam, et diuturnam parsimoniæ continentiam, sermo a nobis aliquantisper directus dervatur: ut per singulos quosque ascensus, sublimia C hujus sancti viri opera propensius, compendiosa verborum raritate sequamur, studiumque vitæ per omnia venerabilis Bonifacii subtilius indagando prosequamur: ut et æqua libraminis moderatione exemplar nobis æternitatis, et potens fiat Apostolicæ eruditionis norma. Qui per Sanctorum exempla arduam cœlestis intelligentiæ semitam feliciter scandens, ac prævium populis ducatum præbens, portam Domini Dei nostri, quam Justi intrabunt, ipse ingressus aperuit; et ab infantia sua usque ad decrepitam ætatis senectutem, præteritorum non mediocriter Patrum sapientiam imitatus est; dum Prophetarum jugiter et Apostolorum verba, stylo sanctitatis conscripta, et gloriosam Martyrum passionem, nimirum apicibus litterarum insertam, sed et Evangelicam Domini Dei nostri traditionem quotidie commendabat memoriæ; et secundum Apostolum, sive manducasset, sive bibisset, sive aliud aliquid egisset, laudis semper præconium et devotæ fastigium jubilationis tam mente quam et ore persolvebat Deo, juxta illud Psalmographi: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. In tantum enim Scripturarum exarsit

1 Cor. 10.

laude divina,

Psal. 33.

prædicatione,

desiderio, ut omni se intentione earum imitationi D et auditioni sæpius conjungeret: et quæ ob doctrinam populorum conscripta sunt, ipse, mira eloquii disertitudine et solertissima parabolarum assertione, efficaciter prædicando retexuit. Cui tale discretionis temperamentum inerat, ut et vigori correptionis mansuetudo, et vigor prædicationis mansuetudini non deesset: sed quem zelus accenderat vigoris, mansuetudo mitigabat amoris.

A. WILLIBALDO

13 Divitibus ergo ac potentibus, liberisque ac servis æqualem sanctæ exhortationis exhibuit disciplinam, ut nec divites adulando demulceret, nec servos, nec liberos districtione prægravaret: sed juxta Apostolum, omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret. Qui et doctrinæ cœlestis documentum, non sua ante tempus arripuit arbitrio; nec obstinationis suæ rapina usurpatum acquisivit: sed sanctæ humilitatis profectu, triginta aut amplius annorum habens ætatem, magisteriali et familiari sublevatus electione, juxta canonicæ constitutionis regulam suscepit, et ad Sacerdotalis officii gradum diversis donorum ditatus muneribus accessit; ita ut eleemosynis quidem misericordiæque operi- E bus, quantum sub regulari monasterialique prævaluit districtione, opere penitus ac voluntate deserviret. Sed et nocturna vigiliarum spatia omnibus horis præveniens, orationis se solicitus laboriosa operatione exercuit: ejus nec patientiam ira subripuit, nec longanimitatem furor commovit, nec libido continentiam expugnavit, nec abstinentiam gastrimargia violavit: sed ita omni se jejunii frugalitate subjugavit, ut vinum et siceram non bibens, utriusque Testamenti imitaretur Patres, et cum egregio gentium diceret Doctore; Castigo corpus meum, et servituti subjicio; ne forte aliis prædicans, ipse reprobus efficiar.

1 Cor. 9.

anno ætatis 30 fit Sacerdos:

1 Cor. 9.

14 Collecta ergo sparsim superius sublimitate sancti hujus viri virtutum, silentio quæ subsequuntur minime prætermittenda æstimamus, quæ et fidelium didicimus relatione virorum, et manifesta equidem scripturæ patefactione exerere curamus, quanta suarum perseverantia virium et cœptis bonis inhæreret, et ad alia quæque festine properando animum incitaret. Cumque diutius mentem supra enumeratis virtutibus edomaret, et de die in diem ad altiora bonorum documenta sub prædicto se Presbyteratus gradu proveheret; jam regnante *a* In West-Saxonum Rege, subitanea quædam incubuerat, nova quadam seditione exorta, necessitas: et statim synodale a Primatibus Ecclesiarum, cum consilio prædicti Regis, servorum Dei factum est F Concilium. Moxque omnibus in unum convenientibus, saluberrima de hac recenti dissensione consilii quæstio inter Sacerdotales Ecclesiastici Ordinis gradus sapienter exoritur, et prudentiori inito consultu fideles in Domino legatos ad Archiepiscopum Cantuariæ civitatis nomine *b* Berctwaldum destinandos deputarunt; ne eorum præsumptioni aut temeritati adscriberetur, si quid sine tanti Pontificis agerent consilio. Cumque omnis Senatus et universus Clericorum ordo tam providenti peracta collatione consentirent, confestim Rex cunctos Christi famulos allocutus est, et cui hujus præfatæ legationis nuntium imponerent, sciscitatus est.

a

Synodi statuta ad Archiepiscopum defert.

b

15 Tunc repente summus in Christo Archimandrita, qui prædicto præerat monasterio, nomine *c* Winbercht: et Wintra, qui monasterio quod dicitur Disselburg præsidebat; et Beerwald, qui divina cœnobium gubernatione, quod antiquorum nuncupatur vocabulo Glestingaburg *d*, regebat; necnon et alii multi hujus sancti propositi Patres, sanctum hunc virum accitum adduxerunt ad Regem: cui et nuntium Rex et legationis notitiam imposuit, et adhibitis

c

d

A *A. WILLIBALDO*

adhibitis secum sociis direxit cum pace. Qui etiam nuntio sibi imposito, juxta mandatum seniorum, prospero itinere pervenit ad Kent; et Archiepiscopo, summi Pontificatus infula prædito, sapienter cuncta, quemadmodum edoctus erat a Rege, per ordinem revelavit: et sic spontaneo accepto responso, post non multos dies reversus est ad patriam; præfatoque Regi, prædictis servis Dei secum adsistentibus, a venerabili Archiepiscopo spontaneum scienter detulit responsum, et magnum universis contulit gaudium: ac sic deinceps, mira dispensationis Dei benevolentia, nomen ejus diffamatum est, et celebre apud omnes, tam seculares dignitates, quam etiam Ecclesiastici officii ordines habebatur; ita ut amodo jam proficiens in futurum, synodali sæpissime eorum intererat instituto.

Abbate ægre consentiente

16 Sed quia mens Deo dicata favoribus non attollitur humanis, nec laudibus sublevatur; cœperat ad alia, multa solicitudinis cura, attentius properare; et parentum affiniumque suorum consortia devitare, et peregrina magis quam paternæ hereditatis terrarum loca desiderare. Sed cum sic longo temporis intervallo secum solertissime deliberaret, ut patriam parentesque desereret; tandem accepto
B
beatæ memoriæ prædicti Patris consultu, cuncta animi sui secreta, intra conscientiam antea abscondita, patenter aperuit; et magna precum instantia ad consensum suæ voluntatis sancti viri animum provocavit. Qui etiam magna primitus admiratione obstupefactus, poscenti sane supplicantique desideratum ad tempus contradixit iter, ut cœpti propositi sedaret industriam. Sed ad extremum, invalescente omnipotentis Dei providentia, convaluit etiam sermo petentis: et tanta Abbatis Fratrumque suorum secum sub regulari disciplina viventium devotione adoptatum inchoaverat iter, Dominoque Deo dispensante compleverat; ut ei etiam humani sumptus solatia libenter impenderent; et magna cordis commotione, lacrymarum diutius infusiones, orationumque supplicationes pro eo ad Dominum funderent.

discedit Londinum,

17 Hic etiam dum spirituali confortatus armatura, et seculari sublimatus sumtura, utriusque vitæ stipendiis minime careret; adhibitis secum duobus aut tribus Fratribus, quorum corporali spiritualique indigebat sustentaculo, profectus est: ac sic immensis peragratis terræ partibus, prospero ovans Fratrum comitatu, pervenit ad locum ubi
C
et inde navigat Dorestadium

erat forum rerum venalium, et usque hodie antiquo Anglorum Saxonumque vocabulo appellatur e Lundenwic: ac non multo transacto postliminio, nautarum naviter novus quidem epibata, consentiente nauclero aggressus est navem; nauloque impenso, prospero ventorum flatu pervenit ad Dorstat; ibique aliquamdiu commoratus, debitum Domino Deo exolvit die noctuque præconium. Sed quoniam gravi ingruente Paganorum impetu, hostilis exorta
f
f dissensio, inter Karolum Principem gloriosumque Ducem Francorum, et Radbodum Regem Fresorum,

Ultrajecti a Radbodo frustra petit facultatem prædicandi:

populos ex utraque parte perturbabat; maximaque pars Ecclesiarum Christi, quæ Francorum prius in Fresia subjectæ erant imperio, Ratbodi incumbente persecutione, ac servorum Dei facta expulsione, vastata erat ac destructa; idolorum quoque cultura, extructis delubrorum fanis, lugubriter renovata; tunc vir Dei perspecta perversitatis nequitia pervenit ad Trecht; ibique aliquantis exspectatis diebus, advenientem Regem Radbodum allocutus est, ut multis illarum circumvallatis ac conspectis terrarum partibus, utrum sibi in futurum prædicationis uspiam patesceret locus, perquireret: proponensque animo, ut, si qua in parte hujus populi patesceret aditus, quo Evangelium claresceret, verbi quidem Dei semina ministraret: quod etiam multis transactis annorum curriculis gloriosa martyrii testificatio comprobavit. D

in Angliam ad suum monasterium redit:

18 Sed quia Sanctorum singulare munus est sanctitatis; dum ad tempus suum sine spiritualis virore germinis laborem minime pollentem perspiciunt, ad alia prorsus loca fœcunda laboris cum fructu migrant: quoniam incassum inhabitatur locus, si et fructus deest sanctitatis. Sanctus enim vir, dum sterilem aliquamdiu Fresorum terram inhabitaret, et æstatis autumnique aliquantulum tempus præteriret; jam arida cœlestis rore fœcunditatis reliquerat arva; et ad natale, suis cum supradictis conviatoribus, solum migravit: ac monasterii sui secreta petens, etiam ibidem, secundi anni hiemem, tripudiantium Fratrum amore susceptus, hiemando * transegit, ut apostolicam Doctrinis gentium vocem imitaretur dicentis; Ibi enim constitui hiemare.

** transegerat*
Tit. 3

19 Transcursis jam ex parte sancti viri virtutibus, subsequentia ejus, quemadmodum rem rumigerulis referentibus gestam comperimus, patenter proferimus: ut apertior in perpetuum vitæ morum- E
que ejus, ad normam sanctæ conversationis illius tendentibus, pateat callis. Cumque ingens peregrinationis exegisset discrimen, gurgitumque maris evasisset dispendium, et Fratrum suorum iterum reversus se societati dedisset, eorumque contubernio dies deinde plurimos injunxisset; gravi demum mentis arreptus est mœrore, et recenti oppressus animi tristitia; dum senilia jam Magistri membra infirmari conspiceret, extremumque adstante Monachorum congregatione obitus sui diem, languoris convalescente immensitate, vibrando palpitandoque imminere; et tandem deposito corporis ergastulo, sub tristi mœrentium adspectu Fratrum, ultimum efflare spiritum videret. Quia in Sanctorum frequenter cordibus compassionis specialiter condolens refulget pietas, qua ad tempus sedulo solent contristari; sed Apostolico inhærentes præcepto in Domino jugiter consolantur; jam blande adorsus est Fratres, et spiritualibus eos colloquiis memor paternæ traditionis hortatur, ut regularis jugiter constitutionis formam et ecclesiasticæ definitionis normam in omnibus conservarent; et ut Patris cujuslibet spiritualis se subjungerent imperio, instruxit. Tunc omnes unanimiter consonis instabant vo- F
cibus, et sanctum hunc virum, qui illo dicebatur in tempore Winfrid, cuncti precabantur, ut pastorale super eos Abbatis susciperet magisterium. Sed refutatis mox patriæ facultatibus, et primatu regiminis abjecto, ad prædestinata jam promptus ac paratus, solerti se cura excusavit, omnemque heredum substantiam abnegando renuit.

Abbatis mortui locum suscipere renuit:

20 Cum vero hibernale jam tempus præteriret, et calor æstatis candesceret, pristinaque labentis anni renovaretur intentio; omni solicitudine iter omissum iterando renovare studuit. Tunc litteris etiam commendatitiis a beatæ memoriæ g Daniele speculatore plebis Dei acceptis, ad limina Apostolorum Romam venire tentavit. Quem tamen resistentium aliquamdiu Fratrum orbata Patre impedivit necessitas, caritasque ejulantium ac compassio utrobique dolentium ad tempus obsistebat; ita ut magno quidem mentis angore premeretur, et in quam se verteret partem ignoraret. Metuebat enim ne grex magistro commissus, jam sine vigilantis pastoris custodia eo decedente luporum morsibus pateret; et ut peregre proficiscendi, autumnale sibi deficeret tempus, formidabat. Cumque Omnipotens, solita non immemor pietatis suæ clementia, servum suum tanta animi pressura perturbatum ex anxio vellet dolore eripere, et jucundum gregi providere

g
a S. Daniele Ep. acceptis commendatitiis

A videre magistrum; jam præfati Antistitis erga Fratres intestina facta est meditatio, et bonæ indolis virum, nomine Stephanum, huic præsidere fecit Ecclesiæ; et sanctum hunc virum, per longas peregrinationis vias ire volentem, ad loca incolumem destinata direxit.

21 Qui protinus quidem valedicens Fratribus, profectus est; locumque, per longa terrarum spatia, *navigat in Gallias;* qui jam prædictus dicitur Lundenwic, voti compos adiit; et celocis celeriter marginem scandens, cœpit ignotas maris tentare vias; tripudiantibusque nautis, immensa Coro flante carbasa consurgebant, et pleno vento prosperoque cursu ostia fluminis citius quod dicitur *h* Cuent, omni jam expertes periculo naufragii adspiciunt, et ad aridam sospites terram perveniunt. Sed et castra metati sunt in *transgressus Alpes.* Cuentwic, donec superveniens se collegarum multitudo congregasset; omnibusque collectis, per singulos quosque dies, imminente hiemis frigore, profecti sunt; multasque Sanctorum ecclesias orando adierunt, ut tutius opitulante Altithrono Alpina montium juga transcenderent, Longobardorumque erga illos humanitatem mitius sentirent, militumque B malitiosam superbiæ ferocitatem facilius eva- *Romam venit:* derent. Cumque, Sanctorum suffragante patrocinio et Domino Deo dispensante, omnis cohors contubernalium, comitatui hujus sancti viri inhærens, limina B. Petri Apostoli prospere aggressus est; immensas statim Christo pro sospitate eorum grates persolvunt; atque ecclesiam S. Petri Principis Apostolorum magno cum gaudio ingressi, ad litionem peccaminum postulantes, diversa quidem munera eorum quamplurimi detulerunt.

22 Transactis autem diebus non multis, sanctus iste vir venerabilem Sedis Apostolicæ Papam, beatæ memoriæ *i* Gregorium, a primo secundum, et *pluribus cum S. Gregorio II agit.* novissimo priorem, affatus (qui et vulgarica Romanorum lingua dicitur Junior) omnem sibi per ordinem itineris sui atque adventus occasionem manifestavit; et quali anxius desiderio diutius desudasset, aperuit. Sanctus itaque Papa, repente hilari vultu arridentibusque oculis intuitus in eum, inquisivit an litteras ab Episcopo suo commendatitias detulisset. At ille etiam exempto pallio, chartam ex more involutam litterasque protulit, deditque mirabili sanctæ recordationis viro: qui statim acceptis litteris annuit ei ut abiret. Apostolicus vero Papa perlectis litteris, et recensita commendatitiæ C conscriptionis charta, sedulum deinceps cum eo habebat quotidianæ disputationis colloquium, donec proficiscendi redeundique æstivum instaret tempus.

23 Cum vero Nisan mensis, qui est Aprilis, præteriret; et Jair, qui est Majus, jam portæ patescerent; tunc etiam postulata atque accepta bene- *litteris ejus instructus, k* dictione et *k* litteris a beatissimo Papa, ad inspiciendos immanissimos Germaniæ populos directus est; ut, an inculta cordium arva, Evangelico arata vomere, prædicationis semen recipere voluissent, consideraret. Ac sic extemplo, collecta numerosa Reliquiarum multitudine, reciproco suorum reditu conservorum Italiæ fines adiit; optimumque Longo- *l et salutato Luitprando Rege,* bardorum Regem Liodobrandum *l*, pacificis salutatum muneribus, compellavit; et honorifice ab eo susceptus, lassata ex itinere membra repausabat: ac sic remuneratus, ardua ac plana agrorum peragrans spatia, prærupta Alpium juga transcendit: incognitosque Bajoariorum et confines Germaniæ terminos aggrediens, in Turingiam, juxta mandatum *in Turingia verbum Dei prædicat,* Apostolicæ Sedis, considerando progressus est; ad instar videlicet prudentissimæ apis, quæ suetim camporum circumvolat arva, et numerosam redolentium herbarum copiam pennigeris molliter perstrepens alis circumvolat, carpentique rostro perD tentat, melliflua ubi nectaris lateat dulcedo; et suis *s WILLIBALDO* eam, omni penitus mortiferi succi amaritudine con- *1 Thess 2* tempta, alveariis invehit; et, secundum quamdam Apostolicæ ratiocinationis eloquii similitudinem, omnia probat, et quod bonum est tenet.

24 Sanctus itaque vir Dei in Turingia, juxta *magno fructu* insitum sibi mandatum Apostolici Pontificis, Senatores plebis, totius denique populi Principes verbis spiritualibus affatus est; eosque ad veram agnitionis viam et intelligentiæ lucem provocavit, quam olim ante, maxima siquidem ex parte pravis seducti Doctoribus, perdiderunt. Sed et Sacerdotes et Presbyteros, quorum alii religioso Dei omnipotentis cultu incaluerunt; alii quidem fornicaria contaminati pollutione, castimoniæ continentiam, quam sacris servientes altaribus servare debuerunt, amiserant; sermonibus Evangelicis, quantum potuit, a malitiæ pravitate ad canonicæ constitutionis rectitudinem correxit, admonuitque atque instruxit. Et Franciam deinde Fratribus secum commeantibus ingressus est: statimque audita *m* Ratbodi Freso- *m* num Regis morte, alveum quidem fluminis, magno *et mortuo Radbodo in Frisia laborat,* gavisus gaudio, navigio ascendit, optans quod etiam Fresia recepisset verbum Dei, et ad incultas cœ- E lesti prædicatione terras pervenit. Jamque atrocis cessante Regis Ratbodi persecutione, doctrinæ cœlestis semina ministravit; et verbi Dei fame expulsa, famelicam paganicæ superstitionis multitudinem æternæ prædicationis refecit pabulo.

25 Cumque desiderantis repente mentem spontaneus operis sequeretur effectus, et votiva præde- *cum S. Willibrordo, per triennium:* stinatæ doctrinæ lux Domino Deo dispensante clarescceret, Karolique Ducis gloriosi super Fresones roboratum esset imperium; jam buccina cœlestis verbi increpuit, et prædicatorum adveniente superni roris fertilitate, vox intonuit Dei: etiam per *n* Wil- *n* librordum virum venerabilem ac cooperatores ejus propagatus est sermo. Sed qui messem quidem multam, operarios autem paucos in messe cernebat sanctus hic Dei famulus, cooperator factus etiam est, per *o* tres instanter annos, Willibrordi Archie- *o* piscopi: multumque in Christo laborans, non parvum Domino populum destructis delubrorum fanis et extructis ecclesiarum oratoriis, præfato Pontifice opitulante, acquisivit.

26 Cum vero summus hic senuisset Pontifex, et ætatis plurimis gravaretur annis: decrevit etiam, *a quo successor ordinandus,* suggerente discipulorum cœtu, ut solatium tanti ministerii suæ decrepitæ senectuti provideret, et F fidelem de parva congregatione virum eligeret, qui tanto præesse potuisset populo. Accitoque hoc Dei famulo, salutari eum instructione admonuit, ut Episcopalis regiminis susciperet gradum, et ad regendum Dei populum sibi subveniret. Qui etiam humiliter repente respuens, minime se dignum esse Episcopatus gradu referebat; et ne sibi tantæ dignitatis fastigium, *p* adolescentiæ adhuc in annis con- *p* stituto, imponeret, deprecatus est; et quoniam quinquagesimi anni, juxta *q* canonicæ rectitudinis *q* normam, necdum plene reciperet ætatem, testatus est, ut omni se penitus excusationis tergiversatione ab hujus gradus celsitudine declinaret. Prædictus itaque tam sancti præconii Pontifex, placidis illum verbis increpavit, et diligenti eum cura ad hujus *constanter se excusat.* propositi gradum instigavit, populique subjecti maximam magnopere paupertatem prædicebat. Sed cum neque se correptus, ad suscipiendum hujus celsitudinis gradum consentiret, per longas tricationum moras spiritualis inter eos exorta contentio, et consona pulchræ discretionis facta est dissensio.

27 Hic vero grandi præventus humilitate, tanti gradum contradixit honoris; ille autem piissimi appetitu lucri irretitus, salutem concupivit animarum.

A rum. Cumque sic diversa jam sermocinationum verba invicem protulissent; sanctus hic Dei servus, velut in spirituali quodam stadio positus, placidæ prorsus excusationis exerens sermonem, ait : O summæ sanctitatis Pontifex, o spiritualis proreta agonis, ego enim a beato sanctæ recordationis *r* Gregorio Papa Germanicis mandatum gentibus detuli : ego Apostolicæ Sedis legatione fungens, ad occidentales Barbarorum regiones, sponte tuæ me dominio gubernationis injunxi, et propriæ voluntatis arbitrio, ignorante Dominorum sublimatu, copulavi, quorum usque in hodiernum diem sponsionis voto constrictus sum, servitutique subjectus : quapropter, sine Apostolicæ Sedis consultu, et authenticæ jussionis mandato, tam præclaræ sublimitatis ordinem suscipere non audeo. Sed et alia quæque rationabili petitionis supplicatione verba proferebat, dicens : Obsecro igitur, ut me propriæ sponsionis vinctum catenis, ad has ad quas primitus a Sede Apostolica missus sum terras, destinando dirigas. Cui protinus vir Dei, audita tantæ professionis causa, data ei benedictione, licentiam dedit abeundi.

A. WILLIBALDO et dimitti postulat.

r

B

ANNOTATA G. H.

a In, *sive* Ina, Occidentalium Saxonum in Britannia Rex *pius ac Catholicus, cujus Acta illustravimus ad diem* 6 *Februarii, diu regnavit, ab anno circiter* 688 *ad* 726.

b Berchtwaldus *fuit Archiepiscopus ab anno* 693 *ad* 731. *Consule Bedam lib.* 5 *cap.* 9 *et* 24. *De eo egimus* 9 *Januarii*

c Disselburg, *Othlono* Wesselburgh, *aliis etiam* Tisselbourg. *Videtur extitisse in pago jam* Tisburie *dicto, in Comitatu Wiltoniensi.*

d *Est id* Glastoniense, *antiquissimum in agro Somersetensi monasterium vulgo* Glanstenbury *dictum : ubi hic memoratus* Berwaldus *Abbas creatus dicitur anno* 705, *in Monastico Anglicano pag.* 13.

e Londinum, *ab Anglo-Saxonibus appellatum* Londenwic, *testatur Cambdenus in Middelsexia.*

f Bellum Caroli Martelli cum Ratbodo, *in Annalibus Francorum apud Chesnæum, sub initium tomi* 2, *adscribitur* anno 716.

g S. Daniel Episcopus Wintoniensis *in Southamptonia ab anno* 705 *ad an. circiter* 723, *colitur* 10 *Decembris. Ad hunc extant tres S. Bonifacii epistolæ,* C *et ad ipsum una S. Danielis inter Notas Serrarii, respondens earum primæ, quæ ibi est tertia. Alia extat* 33 *data ad Christi fideles, ut in hoc itinere exciperetur. At data ad S. Gregorium, non extat.*

h Cancium *seu* Quancia *flumen in Morinis, vulgo* Canche, *a quo* Quantavicus portus, *prope oppidum* Stapulas, *vulgo* Estaples.

i *Acta* S. Gregorii II Papæ *illustrata sunt ad diem* 13 *Februarii,* §. 4 *ejusdem res gestæ circa* S. Bonifacium : *ac propter ejus zelum in conversione Germanorum, diximus posse appellari* Apostolum Germanorum, *sicut* S. Gregorius I Apostolus Anglorum, *ob Apostolicos viros ad conversionem utriusque gentis ab utroque missos : quod autem* Secundi *successor immediatus* Gregorius III, *hic vocetur* novissimus, *eo fit, quod* Quartus *non nisi* 100 *post illos annis creatus sit, postquam hæc scripta essent.*

k *His litteris* Pontifex commisit illi curam prædicandi in cunctis Germaniæ populis. *Eæ sunt* datæ Idibus Maji, imperante Augusto Leone, anno tertio Imperii, Indictione 2. *Is est annus Christi* 719.

l Liodebrandus, *aliis* Liutprandus, *regnavit ab anno* 712 *ad an.* 743.

m Mors Radbodi *annotatur in supra citatis Annalibus ad annum* 719. *Tunc de* inimico Catholicæ Ecclesiæ Rathbodo consternato *gratulatur illi* Bugga *sive* Eadburga Abbatissa, *inscripta Fastis sacris ad* 18 *Julii.* D

n *Colitur* S. Willibrordus 7 *Novembris.*

o *Anno scilicet* 720 *et duobus sequentibus.*

p *Adolescens scilicet in notitia functionis Apostolicæ, et rerum istic gerendarum.*

q *Edouardus Matheu, in ejus Vita, arbitratur, in* Anglia observatum, ne quis ante annum ætatis trigesimum Sacerdos, aut quinquagesimum Episcopus consecraretur : *et hanc consuetudinem hic appellari* canonicam rectitudinem, *cum alioquin lex Ecclesiastica non extet : neque id passim observatum, imo et ipse ante illam ætatem a S. Gregorio II ordinatus est. Mabilio existimat* Bonifacium *hic respicere ad illud Numerorum* 8 ℣. 24, *ubi præcipitur ut Levitæ usque ad annum* 50 *ministrent, deinde custodes sint vasorum sacrorum, quod S. Gregorius lib.* 2 *Dialogorum cap.* 2 *aptat Pastoribus animarum.*

r *Est hic omnino memoria lapsus Willibaldus, de Gregorio, quasi de mortuo loquens : ille enim primum obiit anno* 731, *quando Bonifacius ex nostro calculo superabat annum ætatis quinquagesimum, natus circa annum* 680.

E

CAPUT III.

Hessis conversis, Episcopus Romæ ordinatur Bonifacius : Turingiam excolit, monasteria condit, et tertium Romam abit, dein Synodos celebrat.

Tui etiam statim proficiscens, pervenit ad locum cui nomen inscribitur Amanaburch, *a* juxta Apostolum enutritus verbis fidei et bonæ doctrinæ quam assecutus est. Per singulos enim a proœmio gradus, virtutis documenta et laboris in Domino constantiam hujus sancti viri perstrinximus, ut sequentia subtilius bonorum ejus exempla congoblatim ad memoriam revocemus. Cumque ingentem Domino populum in Fresonibus acquireret, multique ab eo spirituali doctrina edocti ad agnitionem veritatis, irradiantibus veræ lucis radiis, pervenirent; Domino patrocinante, alias Germaniæ prædicandi causa partes adiit; et supradictum locum, cui gemini præerant germani, *b* Detdic videlicet et Dierolf, Domino auxiliante obtinuit; eosque a sacrilega idolorum censura, qua sub quodam Christianitatis nomine male abusi sunt, revocavit; ac plurimam populi turbam, rectæ patefacta intelligentiæ via, errorum deposito horrore, a malevola Gentilitatis superstitione retraxit; et monasterii, collecta servorum Dei congregatione, cellam construxit. F

Amanaburgum excurrit: 1 Tim. 1. *a*

et multis ibi conversis,

b

monasterium construit.

29 Similiter et juxta fines Saxonum, Hessorum populum Paganicis adhuc ritibus oberrantem, a dæmoniorum, Evangelica prædicando mandata, captivitate liberavit; multisque millibus hominum expurgata Paganica vetustate baptizatis, idoneum nuntium ac fidelem suarum litterarum portitorem, nomine Binnam, Romam direxit : Patrique venerabili Apostolicæ Sedis Pontifici, universa quæ circa illum Domino dante facta sunt, muta quidem littera ministrante, per ordinem revelavit; et quod magna multitudo hominum, divino illustrante Spiritu, regenerationis perciperet sacramentum, manifestavit. Sed et de rebus, quæ ad quotidianam Ecclesiæ Dei necessitatem populique proventum pertinebant, plura ob consilium Sedis Apostolicæ interrogando conscripsit. Cum enim aliquantos dies præfatus hic nuntius prædicto maneret loco, et jam reditus sui tempus instaret, tunc etiam a præfato Sedis Apostolicæ Pontifice, mutuum legationis suæ responsum accepit; et statim reversus chartam

Hessos convertit:

de successu informat Romanum Pontificem :

A chartam Sedis Apostolicæ conscriptionis, jam non multo transacto tempore, Magistro attulit.

ad eumque profectus ipse,

30 Cumque sanctus vir allatas legisset litteras, carptim se invitatum ad Romam intellexit, festinusque summum obedientiæ gradum implere tentavit; clientumque confestim stipatus caterva, et Fratrum circumseptus agmine, Francorum ac Borgundionum, Italiæ jam collibus Alpium transcensis, limitum fines militumque terminos transmigravit, et Romanæ urbis mœnibus conspectis, Altithrono repente condignas gratiarum laudes rependit, et ad B. Petri mox ecclesiam perveniens, diligenti se oratione munivit. Cumque lassata membra paulisper quievissent, jam B. Gregorio Apostolicæ Sedis Pontifici nuntiatum est, quod hic Dei famulus adveniret: qui etiam bene susceptus, in xenodochium adductus est. Adveniente itaque opportuno collocutionis eorum die, et ad basilicam B. Petri Apostoli adventante glorioso Sedis Apostolicæ Pontifice, confestim hic Dei famulum invitatus est: et cum paucis ad invicem ac pacificis se salutassent verbis, jam de Symbolo et fidei Ecclesiasticæ traditione Apostolicus illum Pontifex, inquisivit. Cui mox hic vir Dei humiliter respondit, dicens: Domine B Apostolice, novi me imperitum, jam peregrinus, vestræ familiaritatis sermone: sed quæso ut otium mihi et tempus conscribendæ Fidei mihi concedas, et muta tantum littera meam rationabiliter fidem adaperiat. Qui etiam protinus concessit, et ut festine hanc scripturam deferret imperavit.

fidei suæ formam scripto tradit Papæ,

31 Cum aliquanto temporis evoluto spatio sanctæ Trinitatis fidem, urbana eloquentiæ scientia conscriptam, detulisset, reddidit Præfato Pontifici: exspectavit nihilominus dies aliquos, sic saltem reinvitatus est; et Lateranum inductus, humiliter prono vultu postulata benedictione, pedibus Apostolici Pontificis advolutus est. Qui repente eum relevavit a terra; et chartam, in qua integra et incorrupta fidei patuit veritas, huic famulo Dei reddidit; eumque consedere fecit, et salutari eum admonitione doctrinæ instruxit, ut hanc sine intermissione intemeratam Fidei munitionem observaret, et aliis instanter suarum pro possibilitate virium prædicaret. Multa quoque alia de religione sanctitatis et fidei veritate sciscitando profert; ita ut omnem pene diem pariter colloquendo alternatim ducerent; et ad extremum, qualiter populi, per C devia prius facinorum oberrantes, Fidei documenta sua prædicatione perciperent, sciscitatus est.

ab eo Episcopus ordinatur 30 Novemb.

32 Et cum pro certo comperisset, quod maximam quidem multitudinem plebis a sacrilega dæmonum cultura ad consortium sanctæ Ecclesiæ adsciceret; intimavit ei, quia Episcopatus sibi imponere gradum voluit, populis, pastorali prius solicitudine privatis, et, juxta sententiam Domini Dei nostri, jacentibus sicut oves non habentes pastorem, præferre. Sed quia contradicere huic tanto Pontifici Apostolicæ Sedis prælato non auderet, consensit etiam et obedivit. Sicque summus sanctæ auctoritatis Pontifex diem constituit Ordinationis, id est pridie Kalendarum Decembrium. Cumque sacrosanctus solennitatis dies et natalitius Andreæ et præfinitæ Ordinationis illuxisset, jam sacer Sedis Apostolicæ Pontifex Episcopatus sibi et nominis, quod est Bonifacius, *c* imposuit dignitatem: eique libellum, in quo sacratissima Ecclesiasticæ constitutionis jura Pontificalibus gesta sunt conventibus, accommodavit; et ut ex hoc inconvulsa apud se Pontificalis hæc disciplina et institutionis ordo permaneret, populique subjecti his imbuantur exemplis, imperavit; sed et familiaritatem sanctæ Sedis Apostolicæ, tam sibi quam omnibus sibi subjectis, ex hoc in futurum condonavit; *d* et Karoli Ducis gloriosi, suis sacratissimis litteris, regni munimine ac devotione sanctum hunc virum, Episcopatus gradu pollentem, subjugavit. D

A WILLIBALDO

Sub patrocinio Caroli Martelli,

33 Is autem dum per longos viarum anfractus ingentium populorum adisset confinia; jam quintum ad præfatum Francorum Principem venit; et venerabiliter ab eo susceptus, litteras prædicti Romani Pontificis Sedisque Apostolicæ Karolo Duci detulit; ejusque dominio ac patrocinio subditus, ad obsessas antea Hessorum metas, cum *e* consensu Karoli Ducis redit. Tum vero Hessorum jam multi Catholicæ Fidei subditi, ac septiformis Spiritus gratia confirmati, manus impositionem acceperunt: et alii quidem, necdum animo confortati, intemeratæ Fidei documenta integre recipere renuerunt; alii etiam *f* lignis et fontibus clanculo, alii autem aperte, sacrificabant. Alii vero aruspicia et divinationes, præstigia atque incantationes occulte, alii quidem manifeste exercebant: alii quidem auguria et auspicia intendebant; diversosque sacrificandi ritus incoluerunt; alii etiam, quibus mens sanior inerat, omni abjecta Gentilitatis profanatione, nihil horum commiserunt.

c Hessos iterum adit:

f

g quercum adorari solitam evertit,

34 Horum consultu atque consilio, arborem E quamdam miræ magnitudinis, quæ prisco Paganorum vocabulo appellatur Robur-Jovis, in loco qui dicitur *g* Gicesmere, servis Dei secum adstantibus, succidere tentavit. Cumque mentis constantia confortatus arborem succidisset, magna aderat copia Paganorum; qui et inimicum deorum suorum intra se diligentissime devotabant. Sed ad modicum quidem arbore præcisa, confestim immensa roboris moles divino desuper flatu exagitatur, et palmitum confracta culmine corruit, et quasi superni nutus solatio in quatuor etiam partes dirupta est; et quatuor ingentis magnitudinis æquali longitudine trunci, absque Fratrum labore adstantium apparuerunt. Quo viso prius devotantes Pagani, et jam versa vice credentes, benedictionem Domino, pristina abjecta maledictione, reddiderunt. Tunc autem summæ sanctitatis Antistes, consilio inito cum Fratribus, ligneum ex supradictæ arboris metallo *h* Oratorium construxit, illudque in honorem S. Petri Apostoli dedicavit.

ex eaque oratorium construit: h

in Turingiam profectus,

35 Universis quæ prædiximus completis, et superno suffragante nutu peractis, ad Turingiam, profectus est; et seniores plebis populique principes F affatus est; eosque, relicta ignorantiæ cæcitate, ad acceptam dudum Christianitatis *i* Religionem iterando provocavit; quia facescente suorum Regum dominio, magna quidem eorum comitum multitudo, sub Theobaldi et Hedenis periculoso primatu, qui lugubre super eos tyrranici ducatus, et infestum vastationis potius quam devotionis obtinebant imperium, vel corporali per eos præventa morte, vel hostili siquidem eductione captivata est; in tantumque diversis constricta malis, ut cetera quæ manebat residua populi turba, Saxonum se subjiceret principatui. Quo cessante religiosorum Ducum dominatu, cessavit etiam in eis Christianitatis et Religionis intentio; et falsi seducentes populum introducti sunt fratres, qui sub nomine Religionis maximam hæreticæ pravitatis introduxerunt sectam: ex quibus est *k* Torchtwine et Berchthere, Fanbercht et Hunred, fornicatores et adulteri, quos juxta Apostolum Dominus judicavit. Hi validissimum adversus hominem Dei excitaverunt conflictum: sed veris verborum oppositionibus confutati, dignam reprehensionis sortiti sunt sententiam.

i

de tyrannis et hæreticis triumphat.

k

36 Cumque renovatus per populum fidei illuxisset candor, et plebs ab ingenti erroris erepta esset laqueo; jam expulsis profana hostis amicis, et infestis populi supradictis seductoribus; messem quidem

A quidem multum cum paucis admodum messoribus incoluit, et magnam primitus mundi hujus penuriam ac frugalitatem sustinuit, magnisque tribulationum angustiis coarctatus, verbi Dei semina propagavit. Sed cum credentium paulatim pollesceret multitudo, prædicatorum quoque multiplicatus est et catalogus. Tunc etiam Ecclesiæ repente instaurantur, et prædicationis ejus doctrina multiformiter emanavit; monasteriumque, congregata servorum Dei unitate et monachorum sanctitate, constructum est, in loco qui dicitur *l* Ordorp, qui propriis sibi more Apostolico manibus victum vestitumque instanter laborando acquisierunt.

A WILLIBALDO

Ordorpense monasterium construit:

l

plures cooperatores adsciscit:

37 Sicque sanctæ rumor prædicationis ejus diffamatus est, in tantum atque increvit, ut per maximam jam Europæ partem fama ejus perstreperet; et ex Britanniæ partibus servorum Dei plurima ad eum, tam Lectorum quam etiam Scriptorum, aliarumque artium eruditorum virorum, congregationis conveniret multitudo; quorum quamplurimi regulari se ejus institutioni subdiderant, populumque ab erratica Gentilitatis profanatione plurimis in locis evocavere; et alii quidem in provinciam Hessorum, B alii etiam in Turingiam dispersi, late per populorum pagos ac vicos verbum Dei prædicabant. Cumque ingens utriusque populi multitudo fidei sacramenta, multis millibus hominum baptizatis, perciperet: jam defuncto beatæ memoriæ *m* Gregorio secundo Sedis Apostolicæ Papa, et glorioso præfatæ Sedis Gregorio Juniore Apostolici culminis Cathedram præsidente, denuo Romam nuntii ejus venerunt, sanctumque Sedis Apostolicæ Pontificem allocuti sunt; eique prioris amicitiæ fœdera, quæ misericorditer ab antecessore suo S. Bonifacio ejusque familiæ collata sunt, manifestaverunt. Sed et devotam ejus in futurum humilitatis Apostolicæ Sedi subjectionem narraverunt; et ut familiaritati ac communioni sancti Pontificis atque totius Sedis Apostolicæ ex hoc devote subjectus communicaret, quemadmodum edocti erant, precabantur.

m

Gregorio III nuntios suos mittit,

ab eoque Pallium cum Reliquiis accipit:

38 Statim ergo sanctus Sedis Apostolicæ Papa pacificum profert responsum, et suam Sedisque Apostolicæ familiaritatem et amicitiæ communionem, tam S. Bonifacio, quam etiam sibi subjectis condonavit: sumptoque Archiepiscopatus Pallio, cum muneribus diversisque Sanctorum Reliquiis, legatos honorifice remisit ad patriam. Advenientibus ergo nuntiis, ac spontanea viri Apostolici C referentibus responsa, jam gratulabundus Apostolicæ Sedis nimium confortatus devotionis suffragio, opeque divinæ misericordiæ inspiratus, duas ecclesias Domino fabricavit; unam in Fridislar, quam in honorem Sanctorum Petri et Pauli Principis Apostolorum consecravit; et alteram in Hamanaburch, hanc etiam in honorem S. Michaelis Archangeli dedicavit. Duo quoque monasteriola duabus injunxit Ecclesiis, hisque non minimam servientium Deo multitudinem subrogavit; ita ut usque hodie gloria, et benedictio, et gratiarum actio Domino Deo devote conferatur.

erigit monasteria Fridlariense et Hamanaburgense:

n

in Bavaria zelum exercet:

39 His omnibus rite confectis, Bajoariorum, temporibus *n* Huceperti Ducis, adiit terras; prædicationisque studium apud eos diligentissime exercuit, et multas considerando circuit Ecclesias: tantoque divinæ fortitudinis zelo armatus est, quod quemdam schismaticum, hæretica pravitate deceptum, nomine Eremwlfum, juxta Canonum decreta damnavit atque abjecit; et populum a perversæ sectæ ejus idololatria correxit, et ad Fratres suæ diœcesis, constituta gubernationis causa, rursus migravit, juxta illud Apostoli, cupiditatem habens veniendi ad Fratres.

Rom. 15

40 Igitur hujus viri aliquantisper meritorum documentis excerptis, quanto se religionis regimine D per cunctos ætatis suæ gradus indesinenter rexerit, brevi videlicet proferamus sermone. Quoniam quidem diutinus Sanctorum usus est, ut quotidie aliorum per exempla ad meliora se provehant; et decrescente dierum calculo, crescat in eis etiam intimi virtus amoris. Cumque Ecclesiarum esset non minima in Hessis et Turingia multitudo extructa, et singulis singuli providerentur Custodes, tum etiam tertio, propter familiarem sancti Apostolici Pontificis totiusque Clericatus communionem, discipulorum comitante caterva, *o* Romam venit, ut Apostolici videlicet Patris salubri frueretur colloquio, et Sanctorum se, jam ætate provectus, orationibus commendaret. At ubi, post immensam itineris vastitatem, Domno Apostolico Gregorio Juniori *p* secundo præsentaretur, benigne susceptus est ab eo; tantaque a cunctis, tam Romanis quam etiam advenis, veneratione habebatur, ut multi ad salutarem ejus doctrinam confluerent: Francorum etiam et Bajoariorum, necnon et ex Britannia advenientium Saxonum, aliarumque provinciarum, ingens sedulo ejus admonitioni adhærebat multitudo.

Tertio Romam it ad S. Gregorium III;

o

p

41 Cumque non minimum anni spatium in his moraretur regionibus, et Sanctorum peragrando atque orando circuisset Reliquias; resalutato venerando viro ac Sedis Apostolicæ Pontifice, cum muneribus et Reliquiis Sanctorum honorifice ditatus remeavit; Italiamque perveniens, Ticenæ urbis ingressus mœnia, apud Longobardorum Liodbrandum Regem, jam senio fessis membris requiescebat. Et recedens, non solum invitatus Bajoariorum ab *q* Odilone Duce, sed et spontaneus visitavit incolas; mansitque apud eos diebus multis, prædicans et evangelizans verbum Dei, veræque fidei ac religionis sacramenta ,evocavit et destructores Ecclesiarum populique perversores abigebat: quorum alii pridem falso se Episcopatus gradu prætulerunt, alii etiam Presbyteratus se officio deputabant; alii hæc atque alia innumerabilia fingentes, magna ex parte populum seduxerunt.

E

in reditu accedit ad Luitprandum Regem,

et Odilonem Ducem.

q

42 Sed sanctus vir jam Deo ab infantia deditus, injuriam Domini sui non ferens, suprafatum Ducem cunctumque vulgus ab injusta hæreticæ falsitatis secta et fornicaria Sacerdotum deceptione coercuit; et provinciam Bajoariorum, Odilone Duce consentiente, in quatuor divisit parochias quatuorque his partibus præsidere fecit Episcopos, quos ordinatione scilicet facta in Episcopatus gradum sublevavit: quorum primus, nominè *r* Joannes, Ecclesiæ in oppido quod dicitur Saltzburg Episcopatus Cathedram suscepit; secundus *s* Erembrecht, qui Frisingensis Ecclesiæ superspeculatoris tenuit principatum; tertius *t* Gobaldus, qui Ecclesiæ Civitatis-Reginæ pastorale excubitoris subiit magisterium; quartus *u* Vivilo, qui super Pataviensem Ecclesiam sacræ indagationis obtinuit dignitatem. Cumque omnia confirmato Christianitatis Ordine rite agerentur, et Canonum essent jura in Bajoariis recuperata; jam ad proprias remeando rediit Ecclesias: populique sibi commissi curam gerens, caulasque gregum circumspiciens, et excubias plebis providens, oves a nefandis luporum morsibus eripuit.

Reformat Presbyteros:

F

4 Episcopatus constituit:

r

s

t

u

43 Cumque Karoli Ducis gloriosi temporale finitum esset regnum, *x* et filiorum ejus Karolomanni et Pippini roboratum esset imperium; tunc Domino Deo opitulante, ac suggerente S. Bonifacio Archiepiscopo, Religionis Christianæ confirmatum est testamentum, et orthodoxorum Patrum synodalia sunt in Francis correcta instituta, cunctaque Canonum auctoritate emendata et expiata; et tam laicorum injusta concubinarum copula passim, exhortante

x

a Carolomanno et Pippino

A hortante sancto viro, separata est; quam etiam Clericorum nefanda cum uxoribus conjunctio, sejuncta ac segregata: tantusque in supradictis Ducibus divinæ caritatis per doctrinam S. Bonifacii fervor exarsit, ut plebem a perversa inolitæ consuetudinis censura multum liberarent, quæ proprio implicata arbitrio, et hæreticorum decepta suggestione, jura æternæ hereditatis amiserat. Adeo enim spiritualis in populo doctrinæ lucem hæreticorum suffocaverat secta, ut tenebrosa hæreticæ deceptionis caligo magnam plebis obtexerit partem: ex quibus quidem Elberchtus *y* et Clemens, profana pecuniarum cupiditate seducti, a via veritatis populum jugi averterunt studio. Sed a S. Bonifacio Archiepiscopo, consentientibus Karolomanno et Pippino gloriosis Ducibus, ab Ecclesiæ unitate expulsi, juxta Apostolum traditi sunt sathanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat in die Domini.

coercet concubinarios et hæreticos:

q

1 Cor. 3

44 Convenientibus in unum Episcopis et Presbyteris, Diaconibus atque Clericis, omnique gradu Ecclesiastico, quos inclitæ recordationis Karolomannus Dux sub Regni sui imperio accersere fecit; r quantum synodale factum est Concilium; in quo B Bonifacius, Archiepiscopus Moguntinæ civitatis, ipso Carolomanno consentiente ac donante, Pontificatu præsidens, Romanæ Ecclesiæ Sedisque Apostolicæ Legatus, quatuor primitus principalium Synodorum numerosa Canonum constituta, primum missus a sancto et a venerabili Sedis Apostolicæ Pontifice Gregorio Juniore, a primo secundo, et Gregorio a secundo Juniore, cum primo tertio, viro honorabili; ob salutare doctrinæ cœlestis augmentum, admonuit conservari. Et quemadmodum in Nicæa, Constantino Augusto orbis monarchiam gubernante, Arianæ eversa est perfidia blasphemante; et centum quinquaginta Patrum, Theodosio seniore Constantinopoli imperante, congregatio, quemdam Macedonium, Spiritum sanctum Deum esse refutantem, condemnavit; atque ducentorum Episcoporum unitas, sub juniore Theodosio apud Ephesinam urbem adventata, Nestorium; geminas in Christo personas profitentem, a Catholica justo anathemate segregavit Ecclesia; necnon et Chalcedonensis Synodi sexcentorum triginta Sacerdotum conventio, Eutychen, Constantinopolitanæ urbis Abbatem, et Dioscorum defensorem ejus, Catholicæ fidei rebellantes, juxta præfinitam Patrum sententiam anathematizavit; ita C equidem apud Franciam, omni funditus eradicata hæreticorum perfidia, et extirpata iniquorum conjuratione, legis divinæ augebantur incrementa, et synodales generalium Conciliorum Canones recipiebantur.

exemplo 4 Conciliorum generalium,

45 Synodalis quoque spiritualis Concilii Episcoporum congregatio, juxta præfinitam authenticæ constitutionis definitionem, pariter conveniebat: quæ, ob quotidianas bellorum suspiciones, et infestam circumvallantium barbararum gentium seditionem, qua * extranei et alieni populorum prædones Franciam atrociter demoliri conabantur, vel * minimi facta, vel etiam tantæ erat oblivioni tradita, ut omni penitus obliterata præsentium seculorum memoria, jam nulla esset ratione cognita: quia mundus in se quotidie naturaliter detrimentum diminutionis etiam recuperatus patitur; sed nec renovatus, per omnia suo evanescit dispendio, et ad prædestinatum anhelando finem festinat. Quapropter si qua in hac mortali hujus peregrinationis vita, ad communem in hoc mundo infirmantium profectum, ab spiritualibus medicinaliter sunt comperta auctoribus, etiamsi quandoque humanis inserta fuerint mentibus, magnæ sunt munitionis fortitudine a Catholicis conservanda, et præfixa mentis immobilitate tenenda; ne vel oblivio humana obrepat, vel etiam mundanæ oblectationis illecebrosa delectatio instigante diabolo præpediat. Quam ob causam hic sanctus Domini Antistes, hac solertissimæ sollicitudinis cura inspiratus, plebem a pestifera tortuosi serpentis persuasione eripere curavit; et Carlomannum Ducem ad congregandum supradictum Synodorum conventum sæpissime incitavit; ut tam præsentibus, quam posteris spiritualis scientiæ sapientia patesceret, et aversa animarum circumventione cognitio Christianitatis innotesceret.

in Synodo hæreses extirpat:

* extraneos

* minime

D

A. WILLIBALDO

46 Cumque quoddam canonicæ rectitudinis speculum omnibus ad exemplum gradibus bene vivendi opponeret, et evidens cunctis veritatis vestigium oriretur; jam sibi suæque infirmitati longævo ætatis senio decrepitus, salubre exhibuit consilium, et juxta ecclesiasticæ dispositionis normulam, pastorale populis prævidit magisterium: ut, sive vivente illo, sive etiam moriente, medicinali plebs Pastorum officio minime careret; et duos bonæ industriæ viros ad ordinem Episcopatus promovit, Willibaldum * et Burghardum; eisque in intimis orientalium Francorum partibus et Bajoariorum terminis, Ecclesias sibi commissas impertiendo, distribuit: et Willibaldo suæ gubernationis parochiam commendavit, in loco cui vocabulum est Eichstat; Burghardo vero, in loco qui vocatur Wirtzaburg, dignitatis officium delegavit; et E Ecclesias in confiniis Francorum atque Saxonum atque Sclavorum suo officio deputavit; et usque ad gloriosum exitus sui diem, incessanter arctam regni cœlestis viam plebibus patefecit.

ordinat Episcopos, Eystadiensem S. Willibaldum, et Herbipolensem S. Burchardum:

47 Cum vero Pippinus, felix supradicti germani successor, Domino donante, regale Francorum Regnum susciperet; et jam, aliquantulum sedata populorum perturbatione, in Regem sublevatus esset; cœpit anxius vota Domino devota persolvere, et Synodalia confestim recuperare instituta; ac canonica, a germano suo juxta exhortationem S. Bonifacii Archiepiscopi fideliter inchoata, instaurare ministeria; eumque habitu simul et honore præferre, et suis in Domino parere præceptis. Sed quod sanctus vir, infirmitate corporis prægravatus, synodalia Conciliorum conventicula per omnia adire non poterat; jam consultu atque consilio gloriosi Regis, idoneum proponere ministrum supradicto gregi definivit; et Lullum, suum, ingeniosæ indolis discipulum; ad erudiendam tantæ plebis numerositatem constituit, et in Episcopatus gradum F provexit atque ordinavit; eumque hereditati, quam in Christo instanti acquisierat labore, implicavit; qui et fidelis in Domino comes peregrinationis ejus erat, et testis utrobique passionis et consolationis.

consecrat Lullum Moguntinum.

ANNOTATA. G. H.

a *Serarius Not.* 28 Amanaburgum, *inquit*, an sit Hamburgum aut Homborga, quæ a Frislaria minus distat, an Amelburgum, quod Marburgo vicinum, ambigitur. Num istud ad Omam fluvium seu Amanam situm cum sit, ex eo videtur Amanaburgum vocari.

b *MS. S. Maximini* Dethic *et* Deorulf. *Othlono* Dietich *et* Dierorolf. *MS. Rebdorf.* Diettic *et* Deoruulf.

c *Othlonus sic ista interponit*: nam antea Winfrid dicebatur. Deinde ut eum ad obedientiam sibi successoribusque suis exhibendam, nec non ad omnem sacræ fidei traditionem observandam arctius constringeret, exegit et accepit ab eo juramentum, quod scilicet in antiquis exemplaribus invenitur ita scriptum. In nomine Domini Dei Salvatoris nostri

 Jesu

A Jesu Christi, imperante domino Leone Magno Imperatore, anno septimo post Consulatum ejus : sed et Constantini Magni Imperatoris, ejus filii, anno quarto, Indictione sexta : Promitto ego Bonifacius, Dei gratia Episcopus, tibi beate Petre Apostolorum princeps, Vicarioque tuo beato Gregorio Papæ et successoribus ejus, per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, Trinitatem inseparabilem, et hoc sacratissimum Corpus tuum, me omnem fidem et puritatem sanctæ fidei Catholicæ exhibere, et in unitate ejusdem fidei, Deo operante, persistere, in quo omnis Christianorum salus esse sine dubio comprobatur : nullo modo me contra unitatem communis et universalis Ecclesiæ suadente quopiam consentire; sed, ut dixi, fidem et puritatem meam atque concursum, tibi et utilitatibus tuæ Ecclesiæ, cui a Domino Deo potestas ligandi solvendique data est, et prædicto Vicario tuo atque successoribus ejus per omnia exhibere. Sed et si cognovero Antistites contra instituta antiqua sanctorum Patrum conversari, cum eis nullam habere communionem aut conjunctionem : sed magis, si valuero, prohi-
B bere, prohibeam ; sin minus, fideliter statim domino meo Apostolico renuntiabo. Quod si, quod absit, contra hujus promissionis meæ seriem aliquid facere, quolibet modo seu ingenio vel occasione, tentavero : reus inveniar in æterno judicio, ultionem Ananiæ et Saphiræ incurram, qui vobis etiam de rebus propriis fraudem facere præsumpserunt. Hunc autem indiculum sacramenti ego Bonifacius, exiguus Episcopus, manu propria scripsi ; atque ponens supra sacratissimum corpus S. Petri, ita, ut præscriptum est, Deo teste et judice, feci sacramentum, quod et conservare promitto. Postquam ergo hujusmodi promissionem jurando coram Gregorio Papa peregit; tunc et ipse eam in omnibus adjuvare, præferre, et venerari studuit. *Annus indicatus est Christi* 723, *quando litt. Dominicalis* C *indicat festum S. Andreæ celebratum fuisse feria* 3, *in prima hebdomade Adventus.*

d *Idem Othlonus.* Sicque cum litteris transmissis, non solum Carolo Regi glorioso, qui per id tempus Francorum regnum gubernabat; sed etiam universis Ecclesiasticis viris Principibusque, in Germania constitutis, muniendum curavit. *Ac dein omnes epistolæ ad notum, quæ et e Baronio ad dictam annum* 723 *Annalibus inseruntur, et in tomo* 6 *novorum Conciliorum referuntur, cum Notis Sirmondi, Binii, Labbei.*

C e *Imo et cum epistola Caroli Cartelli, quæ inter Bonifacianas apud Serarium est* 32, *refertur jus a Baronio ad annum* 724, *et in Conciliis Labbei columna* 1446.

f *Id olim a Germanis factum indicavit Tacitus, de Moribus Germaniæ cap.* 10. Lacos ac nemora consecrant, deorumque nominibus appellant secretum illudi quod sola reverentia vident. Auspicia sortesque, ut qui maxime, observant.

g Gicesmere, *Othlono* Gesmere. *Serarius Notat.* 19, Geismaria, *inquit, in* Hassia inferiore pagus quondam, urbs modo novitiis imputata opinionibus, quæ a Lupo Servato, Wigbertinæ cap. 20, vocatur
NOT 24 villa Geismari, et ad Schonenbergensem hodie toparchiam spectat.

h *Serarius dicta Notatione* 19. Excrevit sacra hæc ædicula procedente tempore in peramplam ac perinsignem ædem, prout etiam hodie cernere est, sed quæ, proh nefas, exstructoris primique Doctoris sui doctrinam ac religionem amisit, S. Petri sedem ac honorem despuit. *Addit dein Serarius Notat.* 20, S. Bonifacium in Eichsfeldiam venisse, in edito ibidem monte, qui Adjutorii vocatur, idolum perturbasse, et oratorium construxisse. *Quæ ibidem deducta legi possunt, uti et Notat.* 21 *quæ* de diis aliis D
alibi a S. Bonifacio disjectis, *idem narrat.*

i *Serarius Notat.* 22 *agit* de profligatis in Turingia hæreticis. *Nam cum Turingia a Rege Theoderico, Chlodovei primi filio, fuisset subacta ; etiam Christianos leges suscepisse testatur Gregorius Turonensis, lib.* 5 *hist. cap.* 4, 7 *et* 9.

k *Horum nomina varie scripta indicat Serarius, quem consulat istius rei curiosus lector.*

l Ordorp *sive* Ordorf, *id est pagus ad Or fluvium, a quo aliisque auctus Iera labitur per urbem Erfurtum. Est jam* Ordorf *oppidum cum arce in Comitatu Glichensi. De eo infra in Supplemento agitur. Dicto autem monasterio a S. Bonifacio præfectum* S. Wigbertum, *Abbatem Fristariensem, indicat Lupus Servatus, in hujus Vita ad diem* 13 *Augusti illustranda.*

m S Gregorio 2 *mortuo annos* 731 *successit* S. Gregorius 3, *et præfuit usque ad* 10 *Novembris anni* 741.

n Hucpertus *aliis* Hugibertus *Theodonis filius, ab Andrea Brunner lib.* 5 *Boicorum memoratur ad annum* 730, *et præfuit usque ad annum* 739: *quæ hisce congruunt.*

E
o *Anno* 738 *venisse Romam* Bonifacium, *et proximo inde reversum, ex sequentibus constat, quando jam fere sexagenarius erat.*

p Junior secundus *dicitur Gregorius III cum respectu ad Gregorium II quem supra dixerat a Romanis vocari* Gregorium Juniorem ; *quod infra iterum num.* 44 *inculcatur.*

q Odilo, *aliis* Utilo, *successisse* Hugiberto *dicitur anno* 739.

r Joannes 7 *statuitur Episcopus Salzburgensis, ubi primus fuerat S. Rupertus, cujus Acta dedimus* 27 *Martii. Hic a Camerario proponitur ad* 9 *Maji, tamquam* Apostolus Bavarorum *et* Sanctus, *ut ibi inter Prætermissos diximus.*

s Erembertus 2 *Frisingensis* Episcopus, Superspeculator *Latine, frater et successor S. Corbiniani, a S. Gregorio* 2 *constituti, cujus Acta erunt illustranda* 8 *Septemb.*

t Goibaldus, Gaibaldus, Garibaldus, *post* 10 *Episcopos a Wiguleo Hundio relatus, hic primus statuitur illorum, qui* cathedram et successionem ordinariam inchoarunt Ratisponæ, *seu* Reginæ civitatis, *vulgo* Regensburg.

u Vivilo, 14 *Episcopus Laureacensis, sed ea urbe destructa primus* Passaviensis, *seu* Pataviensis, *jussu Utilonis Sede translata. Wolfherus in Vita S. Godehardi* 4 *Maji num.* 4 *agit de* 4 *Episcopatibus constitutis, sed loco* Vivilonis *collocat* S. Willibaldum, *de* F
quo mox num. 46 *agitur.*

x Carolus Martellus *mortuus est* 22 *Octobris anni* 471.

y Elbrechtus, *aliis* Adelbertus, *de quo in Supplemento infra agitur.* Clemens luxuriæ deditus ex concubina duos filios procreavit, et sibi Sacerdotium vindicans in custodia reclusus a S. Bonifacio, *qui ideo a S. Zacharia Papa epist.* 4 *laudatur.*

z *Non videtur quintum illud Concilium extare, uti et quartum : nam tria solum in Novis Conciliis sub Carolomanno habita referuntur. Interim opinari licebit alterutrius eorum esse* Statuta *quædam Tomo* IX *Spicilegii Acheriani pag.* 63 *edita, ex parva sed vetusta Canonum Collectione MS. Corbeiensis Monasterii, ubi inter alia multa utilia* §. 31 *monetur* unusquisque Presbyter, *ut* curet statim post acceptam Confessionem pœnitentium singulos data oratione reconciliari, *quod hoc tempore juverit annotasse: et* §. 36 *jubetur ut* diebus Dominicis annuntient Presbyteri, per annum sabbatizandum primo modo *.i. solennissimo, diebus* 15, *præter dies Pentecostes quos antea jusserat*

A *jusserat ut Paschales celebrari : ex quo Acherius in Præfatione videri vult* quam paucis diebus festis vacare seu feriari tenerentur laici Christiani : *sed forte ibidem sequebantur alia* secundo modo *sabbatizanda, ne gratis dictum sit* primo, *et sic incerta nobis redditur observatio ista.*

* *Coluntur* S. Willibaldus 7 *Junii* SS. Burchardus et Lullus 14 *et* 16 *Octobris.*

CAPUT IV.

Martyrium S. Bonifacii et sociorum. Illius translatio Ultrajectum, Moguntiam, Fuldam.

Discessurus commendat Lullo Turingiam et Fuldam :

Cum autem servum suum S. Bonifacium Dominus de hujus mundi vellet tentatione eripere, et temporalis vitæ tribulationibus sublevare ; tunc etiam Domino dispensante definitum est, ut ad Fresiam, olim corpore, non quidem mente omissam, servis Dei secum migrantibus, perveniret : ut ubi primitus, prædicationis studium ingrediens, præmiorum inchoaverat incrementa ; etiam a seculo rediens, B sumptus reciperet remunerationis. Sed miro quodammodo vaticinii præsagio, sequentem obitus sui diem prædicto Episcopo Lullo prænuntiavit, et quali mundum fine demum relinqueret insinuavit, eique per ordinem de ecclesiarum structura et populi doctrina proposuit dicens : Ego enim propositum pergendi iter complere cupio ; ego me a desiderato proficiscendi itinere revocare non potero. Jam enim instat resolutionis meæ dies, et tempus obitus mei appropinquat : jam enim, deposito corporis ergastulo, æternæ retributionis revertar ad bravium. Sed tu, fili mi carissime, structuram in Turingia a me cœptam ecclesiarum ad perfectionis terminum deduc ; tu populum ab erroris invio instantissime revoca, tuque ædificationem basilicæ jam inchoatæ ad Fuldam comple : ibidemque meum multis annorum curriculis corpus inveteratum perduc. Hisque completis sermonibus, adhuc ampliora hujuscemodi addidit verba, et ita inquiens ait : Fili tuo cuncta prudentissime provide consilio, quæ in hoc nostro sint usui itinere copulanda : sed et linteum, quo meum decrepitum corpus involvatur, in theca librorum meorum repone.

in Frisiam appellit,

49 Cum autem præfatus sanctæ quoque religiositatis Antistes, suspiria non ferens, statim se in lacrymas dedisset ; C jam S. Bonifacius finito colloquio ad alia rediit ; et diebus non multis interpositis, ab accepto se minime retraxit itinere ; sed sumptis secum conviatoribus navem adscendit ac per Rheni fluminis alveum penetrans, nocturna portuum navigio exquisivit loca : donec aquosa Fresonum arva ingrediens, trans stagnum quod lingua eorum dicitur Elmere *, sospes pervenit, infecundaque divino germine littora inspiciendo circuit. Cumque periculosum fluminum, marisque, et ingentium aquarum evasisset discrimen ; in periculum jam sine periculo incidit, gentemque Paganam Fresorum visitavit, quæ interjacentibus aquis in multorum agrorum dividitur pagos : ita ut diversis appellati nominibus, unius tamen gentis proprietatem prætendant. Sed quia longum est ut per ordinem replicentur, eos tantum de nomine denudare studemus, qui ad narrationis nostræ seriem veraciter proferuntur : ut et locus et lingua relatam a nobis beati viri sanctimoniam æqualiter prodat, et quali hunc mundum fine desereret aperiat.

50 Per omnem igitur Fresiam pergens, verbum Domini, Paganico ritu repulso et erroneo gentilitatis more destructo, instanter prædicabat ; ecclesiasque, nomine confracto delubrorum, ingenti D studio fabricavit ; et multa jam millia hominum, virorum ac mulierum, sed et parvulorum, cum commilitone suo Coepiscopo Eoban baptizavit, quem ad subveniendum suæ senilis ætatis debilitati, Fresonibus injuncto Episcopo, in urbe quæ vocatur Trecht *a* subrogavit, cum Presbyteris ac Diaconibus, quorum hæc nomina sunt : Wintrung et Walteri, simul et Adhelheri, Sacerdotali officio præditis ; Hamunt, Scirbald, et Bosa, Levitarum obsequio deputatis ; Waccar et Gundwaccar, Illesehere et Barthowlf, monasteriali Monachorum ordine sublevatis. Qui etiam in tantum vitæ æternæ semen cum S. Bonifacio late per populum divulgantes, Domino Deo patrocinante diffamaverunt : ut quibus, juxta Apostolicæ institutionis normam, cor erat unum et anima una, eademque esset et palma martyrii et remuneratio triumphi.

A. WILLIBALDO ubique cum socius verbum Dei annuntiat

a

Act. 4, 32

dicto Confirmationis dandæ die,

51 Postquam igitur fidei, ut prædiximus, per Fresiam illuxerat splendor, et felix sanctæ hujus vitæ appropinquaret finis ; jam quidem secus ripam fluminis quod dicitur Bordne *b*, quod est in confini- E bus eorum qui rustica dicuntur lingua Ostar et Whester, suorum tantum stipatus clientum numero, erexit tentoria. Sed quia festum Confirmationis neophytorum diem, et nuper baptizatorum ab Episcopo manus impositionis et Confirmationis populo prædixerat, jam longe lateque disperso, ad propriam unusquisque reversus est domum ; ut, secundum definitam sententiam sancti Episcopi, universi prædestinato Confirmationis eorum die præsentarentur. Cum autem prædictus dies illuxisset, et aurora lucis orto jam sole prorumperet ; tunc etiam versa vice pro amicis inimici, et novi denique lictores pro novitiis fidei cultoribus advenerant ; hostiumque ingens in castra, vibrantibus armis hastata atque scutata, irruerat multitudo. Tunc repente ex adverso pueri, e castris prosilientes, utrobique se armis impetunt, et Sanctos postmodum Martyres, contra insensatum furentis populi exercitum defendere gestiunt.

b

redeunt Frisii, ex amicis hostes·

quorum vim ii repelli prohibet,

52 Sed vir Dei statim audito tumultuantis turbæ impetu, accersito ad se Clericorum choro, sumptis Sanctorum Reliquiis quas secum indesinenter habere consueverat, e tentorio procedit ; et confestim increpando, pueris pugnæ interdixit certamen, dicens : Cessate, pueri, a conflictu, pugnæque deponite bellum : quoniam Scripturæ testimonio veraciter erudimur, ne malum pro malo, sed etiam bona pro F malis reddamus. Jam enim diu optatus est dies, et spontaneum resolutionis nostræ tempus imminet. Confortamini igitur in Domino, et promissionis suæ gratiam gratanter sufferte : sperate in eum, et liberabit animas vestras. Sed et adstantes, tam Presbyteros quam etiam Diaconos, inferiorisque ordinis viros, Dei subditos servitio, Patris admonens voce, ait : Viri fratres, forti estote animo, et ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, quorum animam manentem sine fine necare non possunt : sed gaudete in Domino, et spei vestræ anchoram in eum defigite, qui extemplo perpetuæ reddet vobis remunerationis mercedem, et cœlestis aulæ sedem cum supernis Angelorum civibus condonabit. Nolite vos vanæ hujus mundi delectationi subjicere, nolite caducis gentilium adulationibus delectari : sed subitaneum hic constanter subite mortis articulum, ut regnare cum Christo possitis in ævum.

1 Thes. 5

sociosque animat ad martyrium,

et cum iis occumbit :

53 Cumque tali doctrinæ hortamento discipulos ad coronam martyrii affabiliter incitaret ; confestim super eos furens Paganorum tumultus, cum gladiis cunctaque militiæ armatura irruit, et felici Sanctorum cæde corpora cruentavit : statimque mortali Justorum multata carne, tripudians Gentilium turba victricem

A WILLIBALDO

A victricem suæ damnationis prædam arripuit, castraque depopulans manubias diripiendo impertivit. Sed et thecas, quibus multa inerant librorum volumina, et Reliquiarum capsas abstulit; magnam esse ibi tam auri argentique copiam credens, ad naves, quibus quotidianus inerat Clericorum ac puerorum victus, et aliquantulum adhuc residuum ejusdem stipendii vinum, (obseratis ut erant) vasculorum claustris, asportavit: ac repente adamati comperto liquoris haustu, cœpit gulosam ventris satiare ingluviem, et vino madidum inebriare stomachum; tandemque, de acceptis prædæ spoliis inito consilio, mirabili omnipotentis Dei dispositione tractare; et qualiter non visum quidem aurum vel argentum inter se invicem dispertirentur consulere. Cumque prolixius de tanta pecuniarum æstimatione sermocinarentur, jam jamque jurgiorum disceptatio exorta est, et tanta discordia demum inimicitiæ inchoata, quod furore etiam vesaniæ insaniens turba, in duas divisa est factiones; et ad extremum arma, quibus sanctos antea Martyres jugularunt, in seipsos crudeliter pugnando verterunt.

Percussores, discordes ob prædam, vertuntur in mutuam cædem:

54 Tunc itaque maxima insanientis turbæ parte B prostrata, jam qui supervixerant ad lucrum, animarum vitæque damno acquisitum, jacentibus adversariis qui super sibi desiderato cupiditatis thesauro obsistebant, gaudentes cucurrerunt; et confractis librorum repositoriis pro auro volumina, pro argento divinæ scientiæ chartas repererunt: sicque pretioso auri argentique pretio privati, codices quos invenerunt, alios per campi planitiem disperserunt, alios paludum arundineto inferentes, alios etiam in diversis quibuscumque locis abscondentes projecerunt. Sed tam Omnipotentis gratia, quam etiam precibus S. Bonifacii summi Pontificis atque Martyris, illæsi et intemerati, magno postea dilapso temporis spatio *e* inventi sunt; et ad domum in qua usque hodie animarum prosunt saluti, a singulis quibusque inventoribus remissi. Carnifices autem super æstimatæ amissione pecuniæ contristati, domum reversi, majus damnum domesticarum rerum post trium inducias dierum, sed et vitæ dispendium mortis recepto talione perceperunt: quia omnipotens mundi Conditor ac Reformator ulcisci se voluit de inimicis, et fusum per se Sanctorum sanguinem consuetæ misericordiæ zelo puniri, ac diu protelatam idolorum cultoribus iram novo recentis malitiæ furore permo- C tus publice ostendere.

et libros pro auro sperato inventos dispergunt,

e

ac brevi male pereunt;

55 Cumque improvisa sanctorum Martyrum temporalis interemptio exin per pagos ac viros omnemque provinciam volitaret; repente Christiani, corporali comperta Martyrum morte, maximam congregantes expeditionem exercitus, confinium terminos prompti postmodum futuræ ultionis bellatores expetunt; et revoluta supradicta dierum supputatione, infidelium sospites, sed indevoti hospites, aggrediuntur terram; ac Paganos eis e diverso obviantes ingenti strage prostraverunt. Sed quia Pagani primo populi Christiani impetui obsistere non volebant, in fugam versi magna etiam clade corruerunt: et terga vertentes, vitam simul cum intestina eorum supellectili et heredibus perdiderunt. Sicque Christiani, superstitiosorum tam uxoribus quam etiam filiis, necnon servis et ancillis deprædatis, ad propria redierunt: fitque modo mirabili, ut superstites Gentilium accolæ præsentibus confracti malis, æterna potius tormenta fidei fulgore illuminati devitarent; et præfati Antistitis doctrinæ documentum quod eo vivente renuerunt, eo jam moriente divinæ increpationis moderamine perterriti susceperunt.

alii etiam Pagani profligantur,

aut ad fidem reducuntur.

56 Corpus vero beati Pontificis, prosperis velis ventorumque flatibus, trans fretum, quod dicitur Elmere, et aliorum Martyrum, post dies non multos perductum est ad supradictam urbem, quæ D dicitur Trecht: ibique conditum ac sepultum: donec a Maguntia religiosi et fideles in Domino Fratres, a Lullo Episcopo, successore quidem hujus sancti Pontificis et Martyris Christi, directi navigio, ad perducendum beati viri cadaver ad monasterium, quod eo vivente construxerat, et secus ripam fluminis, quod dicitur Fulda, situm est, advenerunt. Quorum unus, qui et auctor itineris comitatusque aliorum extiterat, singularem sanctimoniæ ac privatam castimoniæ continentiæque gerebat vitam, nomine Hadda: cui privatim præfatus Præsul legationis hujus nuntium sanctique corporis advectionem, cum Fratribus secum proficiscentibus, imposuit; ut major, sanctæ reverentiæ viro, devotionis impenderetur honor, et plurimorum amplius testificatio, in his quæ auditu vel visu perciperent, prævaleret.

Corpus Trajecti excipitur,

57 Cumque honorabiles tam sanctæ consocietatis Fratres ad prædictam urbem pervenirent, aliquantula obviam eis populi erat congregata collectio. Ejus denique urbis Præfecti, eis audientibus, quemadmodum a glorioso Rege Pippino exivit *d* edictum, intonuit interdictum; et ne inde prædicti Pon- E tificis corpus amoveretur indictum est. Sed quia Omnipotentis magis quam hominum convalescit fortitudo, mirabile statim ac memorabile cunctis adstantibus, Angelica magis quam humana peractum cognitione, auditum est miraculum; ecclesiæque cloccum *e*, in signum admonitionis sancti corporis, humana non contingente manu, commotum est: ita ut omnes repentino timoris pavore percussi, maximo timore obstupuissent, et Justi hujus reddendum esse corpus proclamarent. Sicque statim redditum est, et a prædictis sanctæ recordationis Fratribus cum Psalmis hymnisque honorifice ablatum, ac sine remigantium labore tricesima obitus sui die perductum est ad civitatem supradictam Maguntiam.

d

e

campanis ultro pulsatis

Idem Moguntiam,

58 Miraque Dei omnipotentis providentia factum est, ut uno eodemque die, sine statuto prædefinitionis die, quasi ad statutum prædestinationis diem, tam legati sanctum deferentes corpus, quam etiam de longinquis longe lateque regionibus, multi virorum ac mulierum fidelium ad sancti viri mortis obsequia convenerint. Sed et supradictus dominus Antistes, tam venerandæ dignitatis successor, qui regali illo tempore præsens erat Palatio, hujus omnino ignarus causæ, adventus sancti corporis inscius, ad civitatem quam prædiximus, veluti sub uno eodem- F que horæ momento pervenit; tantaque omnibus aliunde advenientibus, vel etiam ejusdem urbis civibus, et doloris incubuerat mœstitia, et gaudii exuperabat lætitia; ut etiam tanti Pontificis perfecta temporanea morte corporis, et amissum carnaliter dolerent, et futurum sibi suisque in posterum perpetualiter Patronum crederent. Quapropter geminis his causis existentibus, compuncti cordibus, cum Presbyteris et Diaconibus, omnique gradu Ecclesiastico, ad eum quem vivens prædestinaverat locum perduxerunt: et novo in ecclesia confecto sarcophago, ex more sepelientes posuerunt; omnibusque rite peractis redierunt, et fidei robore confortati ad propria pervenerunt.

die quo illuc Episcopus cum plurimo populo advenerat:

indeque Fuldam delatum,

59 Sed in loco ubi sanctum deposuerunt corpus, divina deinceps beneficia redundabant, et sancti viri precibus hi qui ad eumdem diversis infirmitatibus oppressi pervenerunt locum, salubre tam corporum, quam etiam mentium remedium consequuntur: ita ut alii jam toto corpore præmortui, penitusque per omnia exanimes, ultimum tamen interim exhalantes spiritum, pristinæ redditi sint sanitati; alii vero, luminibus cæcitate pressis, suum receperint visum: alii

claret miraculis:

diaboli

A diaboli laqueis adstricti, et jam mente capti et insanientes, animi postmodum detinuerunt integritatem; et pristina dediti salute, laudantes glorificarent Deum, qui suum dignatus est servum tanto munere decoratum ditare, honorare, et præsentibus ac futuris seculorum temporibus, patefactione corusca miraculorum ostensi, quadragesimo peregrinationis ejus anno revoluto glorificare; qui et Incarnationis Domini septingentesimus et quinquagesimus quintus annus, cum Indictione octava, computatur. Sedit autem in Episcopatu annos XXXVI, *f* menses sex, et dies sex: et sic ordine supradicto, die Nonarum Junii, martyrii triumpho remuneratus, migravit ad Dominum, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. *g*

60 Enumeratis igitur beati viri gestis, quibus in infantia et pueritia, vel adolescentia et juventute, aut etiam in senectute floruerat; sed ea quæ post emensum hujus [illegible] vitæ ejus decursum, mirabiliter, ad annuendam mortalibus beati viri vitæ sanctitatem, Domino cooperante peracta sunt, redeamus, et memorabile quoddam miraculum populisque imitabile ad memoriam reducamus;

B quod et a glorioso Rege Pippino, sicut ipsis sibi referentibus, qui huic præsentes erant miraculo, compertum est, et ad nos usque per venerabilem virum Lull Episcopum delatum est, atque ita ipso narrante intimatum: quod scilicet contigit in loco, ubi quondam pretiosus sancti Martyris effusus est sanguis, cum, consilio plebis atque ingentis partis populi Fresonum, structuram cujusdam tumuli, propter immensas fluctuum *h* hactenus inundationes, quæ diverso inter se ordine maris æstu Oceanique recursu; sed et aquarum diminutione infusioneque commoventur, ab imo in excelsum usque construerent; super quem denique Ecclesiam, sicut postea gestum est, exstruere cogitabant, ac servorum Dei habitationem in loco eodem collocare. Sed cum præfatum colliculi opus jam ex integro ædificarent, et omne ædificium ipsius structuræ complerent, et jam ad se reversi incolæ et habitatores loci ipsius, de impulsæ penuria lymphæ, quæ per omnem Fresiam, maximam tam hominibus quam etiam animantibus difficultatem gignit inter se invicem disputarent; tum demum annuente Domino miserante, qui officium Præfecturæ, secundum indictum gloriosi Regis Pippini, super præfatum locumque illum gerebat, et [illegible] ipsius erat, nomine Abbo; sumptis secum collegis equum ascen-

Fons cælitus scaturiens in loco martyrii,

C dit; ac circumagrato colle, tumuloque inspecto, repente cujusdam pueri caballus, ex improviso pedibus terræ impressis, ruinæ penitus casura tentabatur, anterioribusque humo infixis cruribus volutabatur; donec ii qui agiliores solertioresque exstiterant, descensis suis præpopere caballis, equum terræ inhærentem extraherent. Sed stupendum statim ac spectaculo dignum iis qui aderant ostensum est miraculum: et limpidissimus extra consuetudinem illius terræ fons, miræ suavitatis gustu indulcatus, prorumpebat, et per incognitos penetrans meatus profluebat, ut rivus jam maximus esse videretur. Quo obstupefacti miraculo, exultantes atque alacres domum reversi, ea quæ viderunt plebibus divulgaverunt.

ab equo istic collabente indicatur.

ANNOTATA G. H.

* Elmere *dictum, quasi* Mare [illegible], *jam Mare Meridionale, vulgo* Zuyder-zee *appellatur.*

a *Non annumeratur tamen* [illegible] *Episcopis, quia S. Bonifacio non* [illegible] *S. Gregorius, licet nec Episcopus quidem fuerit unquam ordinatus.*

b *Hujus nominis* [illegible] *ad Com. præv. num.* 15 *et qui hic* Ostar et Wester *i. Orientales Occidentalesque dicantur, explicui.*

D *A. WILLIBALDO*

c *De libris istis vide infra dicenda in Analectis. Othlonus non ad unam domum Fuldensem, sed ad* ecclesias (*plures indicans*) in quibus usque hodie haberi possunt, a singulis repertoribus reportatos, *scribit.*

d *Forsan Præfectus urbis, ex auctoritate generali sibi data a Pippino Rege, sub hujus nomine, ut similia solent fieri* [illegible] *Regis, interdictum posuit: maxime quia Pippinus Rex in Italiam cum exercitu discesserat, liberaturus Romam ab obsidione Aistulfi Regis Longobardorum.*

e *M* [illegible], *aliter omnino id referri in Actis S. Sturmii num.* 15, *ubi nulla* [illegible], *sed corpus immobile mansisse dicitur, volentibus Trajectensibus illud transferre ad basilicam suam. Quid si hic Willibaldum fefellerit ex longinquo accepta relatio, et* [illegible] *ut neque corpus moveri se sinerit, neque* [illegible] *Sanctum istic nolle collocari.*

f *Abundant anni quinque,* [illegible] *ut supra diximus ab* [illegible] *sumpta epocha* E *quod ab alio potius quam a Willibaldo* [illegible] *crederemus, nisi etiam num.* 27 [illegible] *notassemus.*

g *Sequentia sunt in MS.* [illegible] *S. Ma*[illegible] *et Ingolstadiensi; omissa,* [illegible] *depositione corporis apud Fuldenses concluderentur. Interim videntur* [illegible] *esse.*

h. *i. Minoris ac Majoris æstus, de quo vide dicta ad Vitam S. Hermelandi* 25 *Maji, Cap.* 3 *Annot.* b

SUPPLEMENTUM

Auctore Presbytero Moguntino.

CAPUT I.

Depositio Gewelibi et Adelberti Episcoporum.

Temporibus venerandi *a* Karolomanni qui senior dicitur, et Pippini fratris ejus, fuit quidam Antistes, nomine Geroldus, qui post *b* Raobardum sanctum Moguntinæ Sedis rexit ecclesiam. Eo tempore *c* inquietabant Saxones Turingiam regionem: ita ut compulsi sint sponte confugere ad supradictum Principem Karolomannum, quatenus suo patrocinio tutarentur. Quos ille susceptos, utcumque et muneribus onustavit, et consilium impendit. Contigit namque prædictum Principem, cum exercitu contra *d* Saxones ire, simulque Geroldum Antistitem cum suis, Karolomanno suffragando et hostibus refragando, certamini interesse. Quid plura? Certantibus altrinsecus exercitibus, Venerabilis Antistes Geroldus, irruentibus jaculorum nubibus interemptus occubuit. *e* Fuit autem eodem tempore quidam nomine *f* Gewelibus palatio Regis acceptissimus, supra memorati Antistitis filius dictus; qui post obitum patris, eamdem gubernare suscepit Ecclesiam. Hic autem honestis moribus, ut ferunt, suam vitam circumsepsit, nisi tantum quod cum *g* herodiis et canibus per semetipsum jocabatur. Sed tamen diligentius inquirens et explorans nomen viri, qui suum Seniorem occiderat; exercitu non multo post *h* adunato, una cum venerando Karolomanno, ad eosdem Saxones, ubi pater ejus fuerat extinctus, perrexit [illegible] exercitibus in [illegible] Wisuram *i*, præcepit ipse Antistes nomen illius, qui patrem suum occiderat, inquiri: responsumque est eum affuisse. Rogate, inquit, illum

F

Geroldo Episcopo Moguntino occiso,

Gewelibus succedit,

EX MS TREVIR.

et occisorem patris interimit:

A illum in medio amne fluminis mecum sermocinari. Et ille haud segniter equo parato in occursum ejus, ut erat invitatus, festinavit. En, inquit Gewelib, accipe quo patrem vindico, ferrum : dictoque pariter transfodit eum, et ille cadens in flumine, exhalavit vitam : et ob hoc consertis cuneis, omni nisu utrimque dimicatum est ; superatisque Saxonibus Karolomannus cum suis, spoliata strage, ad propria remeavit. Episcopus autem a cæde regressus, rudi populo, rudis adhuc Præsul, licet ætate maturus, tamen fide [immaturus] præficitur ; non computantibus, nec Rege, nec ceteris Optimatibus, vindictam patris crimen esse, dicentibusque vicem reddidit patris morti

sed a S. Bonifacio monitus,

2 Eodem itaque tempore venerabilis Bonifacius Domino ducente, de Britannia Anglorum gente, Germaniam est ingressus ; materiam, quam invenit, optimi operis quærens prædicandi et baptizandi : Rhenoque tenus cunctis lustratis civitatibus, caute ut prudens Pastor prospiciebat, qua parte errantes, quaque recto itinere gradientes conspiceret oves, usque dum ad magnam Metropolitanam sanctæ Moguntiæ civitatem, Domino secum commorante, B pervenit. Illo nefando opere Episcopi comperto, statim ad caput Regni, et ad comprovinciales Episcopos, cum fervore Spiritus sancti, ut confracta solidaret, et dissuta acumine prædicationis Evangelii consueret, confluxit : ne veteris consuetudinis pannus, totam fidei vestem fœdaret : eisque, ut erat magni ingenii, de periculo gregis, et de habitudine Episcopi silenter intimavit. At ille ab eisdem vocatus et a S. Bonifacio admonitus, ne sibi periculum et populo pariter præcipitium [procrearet],

ultro relinquit Episcopatum,

statim sine repugnatione, honestis monitis consentit : et sine synodali disceptatione, Sedem et Parochiam a quibus acceperat redonavit, suumque *k* elaboratum ad S. Martinum tradidit, in pecunia, et mancipiis ; quia hereditatem aliam in istis regionibus non habebat ; et in beneficium, Spanesheim villulam et ecclesiam quæ Caput montis dicitur, acceperat : et exinde quatuordecim annos honeste in sua domo [vivebat] et maxime hospitalitatis gratiæ operam dabat ; et numquam ad Conventum postea vel in Synodum venit, raro tamen ad lavationem pedum in Cœna Domini, orationis causa in ecclesiis se repræsentavit. At Dominus Bonifacius, a supradictis Principibus magnificentissime honoratus, legationeque cum eo missa ad Dominum Papam *l*

eique succedit S. Bonifacius:

C Gregorium, in Sedem Moguntinæ Ecclesiæ electione Cleri et populi constitutus est. Pontifex autem eum honorifice susceptum, Episcopum ordinavit, infula ditavit, nomenque mutavit, atque ad Franciam direxit ; ut veridice de eo scriptum per Salomonem

Sap. 10, 10 putamus, Justum deduxit Dominus per vias rectas, et reliqua. Exin cœpere nobiles viri, ei suos filios commendare ad erudiendum : quos ille libenter susceptos, adjutores sibi quasi adoptivos filios enutrivit, secumque gregis Dei cautos fecit esse Pastores ; ne aliunde, quam per ovile, hæreticæ tortitudinis lupi Catholicam ingrederentur Ecclesiam.

3 Iisdem temporibus fuit quidam pseudo-propheta, nomine *m* Aldebertus, qui in semetipso sanctitatis gratiam simulavit, qui quosdam [circumducebat] mercede conductos, ut se dicerent debiles, claudos, sive cæcos, quatenus in nomine Trinitatis eis fallendo daret sanitatem. Sic delirando errabundus et

Jac. 1, 8 vagus, et numquam stabilis, ut scriptum est, inconstans in omnibus viis suis, seductus [erat] et

Aldebertum Pseudo-prophetam detegit

seducens ; ita ut pene venerandum Principem Karolomannum in eamdem simulationem adduxerat. Unde factum est, ut Dominus Bonifacius, ingeniose calliditate ejus conspecta, suasit Principi ut caveret

Eph. 5, 5 ejus venenosa colloquia sive consortia, quia ob pecuniæ avaritiam, quod Paulus idolorum servitutem nominavit, ei assidue cohærebat : Karolomannus autem pia monita auscultabat, alter in sua vesania perdurabat. Novissime tamen Karolomannus, jam victus altercatione eorum, permisit, ut utrimque disputando, quis veræ fidei cultor eorum esset, ostenderet. Ergo statuto die, cum perferre suas sententias in medium debuerunt, eadem nocte vir Dei in somnis putabat se cum tauro palæstrare : et confractis utrisque cornibus, eum tali conjectura cognoscebat superari. Mane autem facto, suadebant D

convictumque carceri includit,

illum sui Clerici Lul et Megingaudus, nec non et Sturmi, uti cum tali *n* gypsa disceptare desineret. At ille, somnum ejus asserens, dixit : Major est qui in nobis regnat, quam qui illum possidet. Et statim in congressione locutionis, adversarius victus, confusus, Sanctoque traditus, apud Moguntiam ut decuit, degradatus est : et exinde Fuldensi monasterio translatus, carceris obscuritate detrusus, diu longeque vexatus est. Ad extremum miser ille fugam iniit, et nihil aliud ad viaticum, nisi tantum unam caligam plenam nucleis, secum tulit : et sic cursotenus fluminis Fuldæ nesciendo errabat, et incidit E

jubet: *n*

qui tandem a bubulcis interimitur

in subulcos ; qui etiam eum occiderunt, spoliaverunt, lignisque obruerunt : et hic finis erroris ejus extitit. At truncus quem rodendo de *o* carceris lamina Suapanda conspicaverat, transportatur ad Moguntiam ; ibique diu supra portam, quæ ducit ad S. Albanum *p*, pro miraculo transeuntibus et aspicientibus, suspensus est.

ANNOTATA G. H.

a *In MS. hic et deinceps erat* Carolus *loco* Carolomanni, *quod correximus : et hic potest senior dici, respectu Carolomanni ex fratre Pipino nepotis.*

b *Sunt Catalogi antiquorum Episcoporum Moguntinensium valde imperfecti, et forte hic alius* Leowaldus, Haboaldus *aut* Lab·aldus *dicitur, ante Geroldum constituendus.*

c *Eadem referuntur in Concilio Germanico* III *columna* 1555 *; et mutata phrasi, narrantur ab Othlono sub finem libri* 1.

d *Anno* 743 *in Annalibus Francicis indicato.*

e *De hoc istud Distichon factum scribit Serarius,*

Ense Geroldus obit Præsul, dum dimicat ense:
Perplacet ergo, chorum, non adiisse forum.

f Gewelip, *Othlono* Gawielibis ; *Serario,* Geruilio, *ubi et plura confert nomina.* F

g *Othlono,* cum avibus et canibus luderet.

h *Anno* 745 *in eisdem Annalibus Francorum.*

i *Puto* Visurgim *intelligi, vulgo* Weser *dictum, qui in Franconia ortus Saxoniam perfluit, tandemque ad Caroloburgum subit Oceanum, multis in via fluminibus auctus.*

k *Quid si pro* Elaboratum, *legas,* Patrimonium elaboratum *? .i. evindicatum ab ecclesiasticis proventibus, quibus permixtum a patre acceperat.*

l *Hic auctor hallucinatur, nam istis temporibus Zacharias erat Pontifex, et ordinatio diu ante peracta erat a Gregorio* 2 *anno* 723.

m *De Aldeberto actum Concilio Germanico* III, *et Romano* II. *apud Labbe columna* 1555 *et seq. et in Epistola S. Bonifacii ad Zachariam Papam ibidem colum.* 1557 *et seq. At nihil apud eos reperimus de ejus degradatione, captivitate et interfectione, quæ hic adduntur.*

g Gypsas, *Althelmo et aliis serpens : vide Cangium in Glossario.*

o *Suspicor legendum,* redeundo de carceris limine ; *et quod* Suapanda *nomen viri sit.*

p *Ecclesia S. Albani in monte sita, ad partem civitatis meridionalem vallo circumdata, parentum nostrorum*

A *trorum memoria Norr-arcis nomen habebat : sed eam nos prorsus destructam vidimus ; nisi quod Decanus Moguntinus, suam ibi vineam habens, sacellum Sancto erexerit.*

CAPUT II.

Varia a S. Bonifacio constituta, Episcopi ordinati.

Evocatas ex Anglia SS. Teclam et Liobam præficit Sanctimonialibus. *a*

Tanta etenim fames, divinæ prædicationis Orientales obsederat, ut nullus Presbyter trans flumen Wisurha esset, nisi unus, nomine Winfrit, in Turingia : qui et ille ex patre, nuncupato Wart, cognatus Episcopi fuit, ex matre vero de progenie Toringorum. Unde contigit, ut necessitate compulsus, de sua provincia evocaret, feminas religiosas ; quatenus sui Clerici et nobilium filii ab eisdem nutrirentur, et cælestis prædicationis magistra imbuerentur. *a* Teclam namque juxta fluvium Moin collocavit, ut in illis locis quasi lucerna in caliginoso luceret loco, id est Chizzingen ; ubi adhuc Domini Episcopi, ut
B ferunt, femoralia et subtalares pro Reliquiis habentur : nec non et Liobam *b* Virginem, ad Biscofesheim constructo monasterio constituit : quæ multitudini Virginum in eodem loco rectæ vitæ normulam docendo et vivendo præbuit. *b*

SS. Wichbaldum et Burchardum ordinat Episcopos :

5 In diebus etiam illis, errantibus præposuit ovibus Pastores, et pullulanti messi operarios immisit. Siquidem in primis divisit de Reganesburg et Augustburg et Salzburg, Nordgewi, et Salafeld : et adunavit unum membrum Ecclesiæ, et Episcopalem Sedem ibi constituit, ibidemque Willibaldum venerabilem virum ordinavit Episcopum ; loco autem nomen, ut antea habuit, Eihstat imposuit : Burghardum autem, virum probabilem, ad Virziburg destinavit, ipsumque ibi Episcopum ordinavit. Quibus terribiliter sacerdotale, oves suas commendavit, dicens : Per illum omnium communem Deum vos obtestor, quatenus tantam diligentiam curæ gregis istius impendatis, quantum oneris vos scitis adeptos, et quantum ego usque in præsens impendi, et impendar pro animabus eorum.

6 Quodam autem tempore supradictus vir Dei, iter faciens de civitate Moguntia, in Orientalium fines prædicando et baptizando pervenit ; tendensque ad Turingiam, invenit amœnissimum campum, necnon et flumen jucundo alveo decurrens, ibique
C fixis tentoriis pernoctabat. Eadem quippe nocte, lux de cælo habitaculum ejus circumfulsit, et Angelica visitatione et allocutione ibidem perfrui meruit : quod ex eo etiam conjici datur, quia et locum et ecclesiam in honore sancti Angeli ibi ædificavit. Mane autem facto Missæ solemnitate peracta, præcepit sibi mensam apponi, escamque deferri. Dicente ergo ministro, quo ille vesceretur se non habere cibum, respondit : Numquid qui multitudinem populi in deserto quadraginta annis manna de cœlo misso potuit pascere, mihi ultimo servulo suo non potest ad unius diei refectionem pabulum ministrare ? Apposita itaque mensa, et laude Dei ante cibum decantata ; ecce quidam aliger volando, portabat unam trutam, sufficientem ad illius diei refectionem, et ante mensam unguibus elapsam in terram dejecit. Tunc Deo gratias Sancto referente, levata et assata, ad mensam honorifice portata est.

deficiente cibo, trutam ab ave portatam accipit :

Adalgeri donationem

7 Contigit etiam post modicum tempus Clericum quemdam, Adelherum nomine, ingruente languore infirmari. Hic vero castis moribus Episcopo ferventius inhærebat : et secretorum ipsius scedulas, honeste servitia sibi impendit. Cumque cerneret appropinquantem diem mortis suæ, cum consilio viri Dei suam hereditatem ad S. Martinum Moguntiæ tradidit. Postea ægritudine ingravescente, vitam finivit : et statim *c* fratres ejus præripiebant quidquid frater eorum S. Martino tradiderat in locis subterminatis, ad Ammaburg, et ad Preitenbrunnen, et Sedeheim. Cum autem vocati et interpellati fuissent hujus rei causa, spoponderunt se juramento illa in jus proprium evendicare : et Episcopus se ibidem præsentem affuturum promisit. Statutoque die juramenti congregaverant multitudinem suorum propinquorum, affuit etiam vir Dei pariter. Cumque secum adjutores ad altare traxissent, dixisse fertur, Vos soli jurare si vultis, nolo ut hos omnes perdatis. Illi autem juraverunt : statimque ad eos conversus Episcopus, inquit : Jurastis? At illi, Juravimus, inquiunt. Et ait ad majorem : Ursus te in proximo occidet. Ad juniorem vero ait : Numquam ex tuo semine videbis filium, aut filiam. *d* Quod utrumque eventus rei probavit, et sic ecclesia B. Martini traditam sibi hereditatem obtinuit. D

EX MS. TREVIR. *c*

fratribus sibi parjure vindicantibus,

prædicit ultionem *d*

Redditurus in Frisiam, E

8 Vir autem Dei, divina inspirante gratia, ubicumque gentem verbi Dei semina pullulasse, gentes quibus nativitas destinavit alere Fresonum, ut ritu superstitioso derelicto, cultura idolorum deposita, verum omnium Creatorem Deum colerent. Synodali (ergo) auctoritate et consensu Principis Pippini, Lullum Moguntiæ ordinavit, secumque primatus ad Turingiam deduxit, et omnibus in illa regione Nobilibus illum commendavit, uti fidei Catholicæ astipulatores ei assisterent. Novissime autem, præcepto Romani Pontificis, et consilio venerandi Principis Pippini, et Synodalis auctoritatis licentia, et omnium Episcoporum et Abbatum, necnon Canonicorum et Monachorum, omniumque Christianorum ad suam diœcesim pertinentium, profectus est. Sed et Lullum ante juramento constrinxit, dicens : Equidem animose proficiscor, quocumque me divina gratia dirigere voluerit. Nunc autem da fidem : ubicumque obierim, meum corpus ad destinata transferas. Et ille quidem spopondit se omnia, prout possibilitas suppeteret, custodire. *e*

præficit Lullum Ecclesiæ Moguntinæ.

e *f*

Stephanum Papam a Pippino auxilia petentem,

9 Eodem tempore contigit *f* Romanos Dominum Apostolicum Stephanum, et servitores Sancti Petri, insolenter (ut mos eorum est) infestare : et ob hoc arrepto itinere, insciis illis, sumpto secum gladio, venit in Franciam, ad supradictum Principem Pippinum, patrocinia poscens ; eo modo, ut cum duobus Presbyteris tot denique Diaconibus ; intra conclave unius oratorii, in cilicio et cinere, una cum antedictis Presbyteris et Diaconibus, in terra jaceret : et per nuntium Regem ad se invitavit. Eo quoque veniente, sic inquit Stephanus Papa : Honore S. Petri dejectus est : et gloria domus ejus imminuta est : ideo patrocinia Francorum et Regis eorum quærimus : et sic producto gladio, dedit ei ; et in eo, quantum sibi concessa esset, dedit patrocinandi potestatem. Et ille, missis nuntiis, et injuriam Apostolici, et temeritatem quam in Sanctos audebant, vindicavit : et postea aliquantum temporis in regionibus Francorum demoratus est. Tunc quoque accidit ut Dominus Apostolicus Rutgangum ordinaret *h* Metensem Episcopum. Quare de re venerabilis Episcopus Bonifacius in faciem ei restitit, dicens ei ; non licere suam Sedem derelinquere, et terminos Patrum transgredi, et sine consensu *i* Episcopi, ad cujus Diœcesim pertinet locus, quilibet ille est, Episcopum ordinare : quod nec decessores ejus fecissent, nec Ecclesiastica regula docet. Atque in hunc modum ipsis in præsentia Regis contendentibus, illo contradicente, [isto vero affirmante] Apostolica auctoritate fecisse, Pippinus Rex in pace reconciliari eos nitebatur, dicens : Non oportet, ut qui caput Ecclesiæ estis, ceteris membris exempla contentionis F

arguit de ordinatione Metensis Episcopi,

h

i *sed monitus a Rege acquiescit*

EX MS. TREVIR.

A contentionis præbeatis : sed me inter vos mediante reconciliari convenit. Audito igitur ejus consilio, ut erat uterque eorum in lege divina eruditus, consenserunt sermonibus ejus, et in pace reconciliati sunt : acceptaque benedictione Domini Apostolici, ad destinata profectus est.

ANNOTATA G. H.

a b *Coluntur* S. Tecla *quæ et* Hadeloga 15 *Octobris*, *et* S. Lioba 28 *Septembris*, *ambæ Martyrol. Rom. inscriptæ. Est hujus monasterium* Bischofsheim, *jam oppidum, ad Tuberam fluvium, inter* Werthemium *et Konigshofen* : Kitzinga *ad Manum* 4 *leucis supra Herbipolim*, *usque an.* 1544 *Nobiles solum Virgines habuit, medio tempore facta etiam oppidum.*

c *Ab Othlono, qui supradictum* Angelum *nominavit* Michaelem, *etiam hi suis nominibus* Asperth et Truthmundt *appellantur.*

d *Hæc ita Othlonus explicat* : Asperto ad mensam sedente venerunt, qui dicebant, ursum magnum discurrere per campum. At ille equo celeriter adscenso, et venabulo arrepto, cœpit ursum persequi, antequam præpararent se comites sui : in quo itinere equo delapsus, totusque per membrorum compagi-
B nes contractus, interiit. Truthmundt vero, audiens sancti viri prophetiam in fratre suo esse completam, manus expavit, et mox prædia injuste ablata ad altare S. Martini reddidit.

e *Reliqua hujus Capitis omittenda censuerat Henschenius, ego vero corrigenda : ignoscendum que Auctori, si vel ipsemet in circumstantiis aliqua erravit circa ea quæ Italiam spectabat, vel librariorum aliquis per incuriam aut malitiam commutavit nomina gentium.*

f g *Error hic gravis est, quo* Romani *pro* Longobardis *nominantur : contra hos enim, non contra illos auxilia petiturus* Stephanus *venit ad Pipinum, una cum missis ad eum deducendum Legatis, quorum primus, ab Anastasio vocatur* Rodigangus Abbas, *ac statim infra* Sanctissimus Episcopus, *quod notasse juverit pro mox dicendis. Ivit autem Pontifex per ipsam Longobardorum regionem Ticinum, ejusque cum eorum Rege Aistulpho (ut ex Anastasio patet) frustra dissuadere profectionem conato, nec tamen impedire audente, propter metum Francorum. Non igitur missis illis dicendus erat misse Papa, qui alter error est, sed invitus. Qui autem legere distinctius velit, quam graviter Pontifex cum suis Romanis pressus ab Aistulpho fuerit,*
C *Anastasium legat, aut ex illo Baronium.*

h *Imo jam eum Stephanus ordinaverat, sed Romæ : ordinatus enim fuit (uti ad ejus diem* VI *Martii n.* 13 *ostendit Henschenius) anno* 752 *Kalendis Octobris, tunc in Dominicam cadentibus, ad postulationem (ut est credibile) Pipini Regis, septimo postquam Stephanus Pontificatum inierat mense, ipsemet eodem anno consecratus* 19 *Martii.*

i *Treverensi Archiepiscopo suberant Metæ, hinc ergo causabitur* Bonifacius *factam injuriam in Ordinatione Grodegangi, qui hic et alibi etiam* Rutgangus. *Hujus autem Acta hinc lucem accipient, cum et* Abbas *Romam ivisse intelligetur, et* Episcopus *rediisse. Ceterum, cum passim Annales dicant Stephanum in Franciam venisse anno* 753; *oportet ut vel diutius Romæ manserit S. Grodegangus, vel ut adventus iste ad anni initium referatur, forte a Natali Domini ecclesiastico more ducendum : nam ad hoc festum solebant Reges Curiam seu conventum Principum celebrare, ubi de belli pacisque rebus in annum sequentem tractabatur, petendis auxiliis opportunum tempus.*

D

CAPUT III.

Martyrium. Translationes. Willibaldus scriptor indicatus.

Sicut enim per omnia divina mandata assecutus est, ita quod quasi de singulari præcepto Dominus ex toto corde se diligendum, et proximum sicut se ipsum præcepit et custodivit; eamdemque caritatem sectando, semetipsum, ut Christus docuit, pro amicis suis dedit, et Fresorum lustrata gente, thesaurum sibi commissum, non in sudario ligatum vel in terra suffossum abscondit, sed augmentum in eo quærentibus porrigit. Appropinquante autem tempore passionis ejus, et suis secum Clericis sive Laicis caute contra insidias adversariorum vigilantibus; nocte eadem lux de cœlo tabernaculum, in quo vir Dei gratas Deo tota nocte persolvebat laudes, emicuit, et sic in majorem partem diei perseveravit. Illucescente igitur die exhortabatur suos dicens : Viri fratres, fortes estote animo ; quatenus, quando diu optata dies veniret, parati essent. Nec mora : irruentibus contrariis, et ipso interdicente bellum,
E *a* Hiltibrant, qui suæ mensæ minister erat, semicalcetatus se in pessum dedit ; et post eum frater ejus Hamunt Diaconus, statim ut egressus fuerat e tentorio occubuit : deinde alii atque alii, sicut historia passionis ejus narrat. Ad extremum ipse Episcopus martyrio coronatus, proprio sanguine infusus, palmis ad cœlum erectis, obiit. Statimque in ipso tempore ut sanctus vir pro Dominica carne occubuit, Trajectensis Ecclesiæ Clerici cum suo *b* Episcopo rapuerunt sanctum corpus, et voluerunt illud omnino apud se retinere. Quod cum Lul compertum habuisset, congregata multitudine Orientalium venerabilium virorum, clericorum, monachorum, simulque laicorum, condicto jejunio cum psalmodiis et orationibus perrexerunt, et cum vi sanctum corpus abstulerunt; honorificeque ad Mogontiam tricesimo passionis die tulerunt.

Ante martyrium luce cœlesti honoratur:

a occiditur et inde Ultrajectum,

b

dein Moguntiam defertur,

11 Cumque corpus viri Dei ex more lavatur, quasi noviter facta vulnera ejus, sanguinem profuderunt. Sed et Lullus *c* lotia in testaceum vas collocavit, et sub terra fodit in loco, ubi nunc S. Bonifacii Ecclesia constructa manet, a septentrione Ecclesiæ quæ nominatur Baptisterium Joannis. in qua usque hodie (ut ferunt) vestimenta, in quibus passus est, in arca lignea jacent. In eadem quippe
F civitate, ut accolæ illius putant, nusquam, exceptis Martyrum corporibus, tam magna sanctitas claret, ut in supradicta ecclesia. Multi etenim tunc fuere ; qui cupiebant sanctum corpus ibidem remanere. Lullo autem renitente, reminiscenteque juramenti, apparuit (ut dicunt) Sanctus cuidam Diacono, nomine *d* Otpercht, dicens ad eum. Dic, inquit, Lullo: ut meum corpus ad locum requietionis meæ transferat. Multis ergo hæsitantibus, et non credentibus; Lul Archiepiscopus, congregata multitudine Reliquiarum, fecit eum jurare quod ita se haberet, sicut referebat. At ille, extensis utrisque brachiis super altare et Reliquias, orabat Dominum et Sanctos ejus, quorum Reliquiæ ibi præsentes erant, se ita adjuvare, ut verum esset quod dixerat. Tandem credentibus ceteris, Lullus Archiepiscopus transitum viri Dei ultra Rhenum honorifice parabat.

ubi sanguis tunc emanans

c

et vestes servantur:

d

Moguntinis frustra obnitentibus:

12 Postquam ergo Lullus Archiepiscopus sanctum corpus lavit, et in sindone involvit; convenientibus omnibus Presbyteris, Diaconibus, et omni Clero nec non fidelibus laicis, qui ultra Rhenum habitant, in unum; levatum est in feretro, leviori (ut ferunt) ad navim onere, quam antea de nave portarunt : et tanta multitudo hominum naviumque tunc

corpus transfertur Fuldam.

A tunc aderat, eorum qui ad translationem sancti viri convenerant, ut Rhenum operiret. Et sic cum hymnis et psalmodiis utrasque implevere ripas, usque dum obviam haberent cum conjugibus et liberis omnem nobilitatem Orientalium. Egredientibus igitur de navi Lullo et comitibus ejus, statim miscentibus se turbis ingens luctus attollitur, alii præ gaudio atque fidei puritate, alii præ mœrore et dolore. Exin levantes loculum Lullus Archiepiscopus et qui ei in obviam venerunt, Citeriores autem transvadato amne Rheni, redierunt in sua; sic quoque prospere per omnia, Domino dirigente necnon gubernante, agentes : ut in omnibus locis in quibus contigit meridiare sive noctare, signa Crucis imprimerent, Triumphatori omnium in suo agonotheta triumphantes. Sed et in quibusdam eorum locis, nunc ecclesiæ constructæ cernuntur. Dum autem ventum est ad introitum silvæ Bochoniæ, mulieres revertentes ad propria, viri quoque comitabantur usque ad locum, quo ultimum decreverat corpus expectare judicium.

illud adferentes copiosa piscatione reficiuntur.

13 Fuit quidam Monachus eodem tempore, nomine Ritant, frater Wolfmari piscatoris, qui et ipse piscator, cui ab Abbate suo Sturmione præceptum B est, ad adventum hospitum tunc venientium, quia adhuc præter lac et butyrum et caseum non multæ deliciæ fuerant, ut piscibus congregatis susceptio præ. videretur. Tunc supradictus frater Ritant, sciens locum propter ædificium quod nominatur vulgarice, Aucarium domus, ubi sibi numquam pisces deerant; illuc propere, præcepto obediens, ad lacum accurrit. Ut ad paululum jam dicta constringam, tempore adventus sancti corporis, dum se aptavit extendere, subito omnes qui in lacu erant supini in superficie aquarum ostendebantur pisces : eodemque momento in inferiore parte fluminis audiebat collectam a cantante cantari, quo sanctum corpus, super pontem portabatur. Et ita nihil laboriosius in piscatione agebat, nisi tantummodo colligendo et naviculam implendo piscibus, ad hujus diei hospitibus sufficientem pastum, quos ad monasterium secum detulit. Hoc signorum, de multis quæ per sanctum martyrem Bonifacium divina virtus dignabatur ostendere, post martyrium ejus, in eodem loco initium erat.

f

Willibaldus vitæ scriptor

14 Postea igitur *f* Willibaldus vitam conversa-C tionemque viri Dei, nec non et passionem, quia adhuc multi supererant, qui eidem passioni interfuerunt, conscripsit, in loco qui dicitur S. Victoris ecclesia, in conclavi unius cubiculi primitus in ceratis tabulis, ad probationem Domini Lulli et Megingaudi; et post eorum examinationem in pergamenis rescribendam, ne quid incaute vel superfluum exaratum appareret. Supradicta autem S. Victoris ecclesia, extra murum Mogontiæ sita, a succedentibus Episcopis honorabiliter adaucta refertur. Lullus enim et *g* Rabanus illic vacabant orationibus, *h*

g h

Willigisus autem beatæ memoriæ Pater, mediante Domino Burchardo Camerario urbis et Præposito S. Victoris, supremam eidem ecclesiæ, divina gratia inspirante, imposuit manum : novum et egregium

i

ibi constituens *i* monasterium, et viginti Canonicorum in Dei servitio constituens pervigili cura obsequium : ejusque ecclesiæ dedicationem, ob memoriam beati Patris Bonifacii, ipsius passioni continuavit, præsente tertio Ottone Imperatore : qui et ipse suo prædio in Turingia sito ecclesiam eamdem, sub impressione chirographi, dote confirmans ditavit, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

D

ANNOTATA G. H.

EX MS. TREVIR.

a *Hunc* Hyltibrant *apud alios non memoratum indicat, reliquos omittit a Willibaldo relatos.*

b *Intelligit* S. Gregorium *Pastorem, a multis* Episcopum *appellatum.*

c *Serarius Notatione* 47 exta *appellat, arbitratus* exenterationem tunc Moguntiæ factam.

d *Othlono* Otpertus *dicitur.*

e Aucarium, *lacus in quo* Aucæ *.i. Anseres pascebantur.*

f *Quam inepte hæc apud Wicelium et sequaces excerpta sint, supra diximus.*

g B. Rabanus, *creatus Archiepiscopus Moguntinus anno* 847, *mortuus anno* 856 *die* 4 *Februarii, ad quem Acta ejus illustravimus.*

h Willigisus *præfuit ab anno* 977 *ad* 1011.

i *Apud Serarium, Auctor Vitæ B. Burchardi Wormatiensis, de Willigiso ista ait :* Egregium monasterium simul et claustrum Canonicorum in honore S. Victoris ibidem construxit, positisque ad electionem Fratrum claustri Primatibus, cursum certis temporibus ac signis decantari præcepit. *Verum monasterio ibidem destructo,* Canonicos in S. Joannis E templo partes suas obire, *scribit Serarius lib.* 1, *cap.* 31.

VITA II

Auctore Presbytero S. Martini Ultrajecti.

Ex MS. Ultrajectino S. Salvatoris.

PROLOGUS.

Incertam ac lubricam vitæ hujus habitudinem, variosque mortalium eventus et fortunæ rotam, fatuis quidem plerumque delectabilem, sapientibus autem semper infelicem, nulla res aut fortius vincit aut imperiosius regit quam timor Dei, de quo scriptum est, Qui timet Deum, faciet bona. Quid enim rectius aut convenientius mundanis opponitur malis, Ecli. 15, 1
quam id quod homini benefacere persuadet? Medicorum certe hæc disciplina est, ut contrariis contraria sanentur : quemadmodum frigida calidis, et F calida frigidis, et cetera hujusmodi. Sic et ille qui morbo laborat universali, antidoto curandus est spirituali : ut qui mortifero fortunæ veneno infectus est, timore Dei assiduo, tamquam saluberrima hellebori potione, sanetur. Timens quippe Deum quanto magis devitat mala, tanto propensius sequitur bona; eoque efficacius agit bona quæ potest, quo studiosius cavere mala desiderat, quæ penitus vitare non potest. Quapropter ego quoque, qui deteriorem me esse considero, eo amplius tam salutare medicamentum admiror; per quod et a malis evaditur, et ad bona perpetua pervenitur. O res vere digna et ineffabiliter beata! quæ hominem ab omnibus errorum impedimentis absolvit, et per semitam justitiæ ducit ad cœlum.

Timore Domini evitantur mala, et bona procurantur.

2 Hanc semitam triverunt Apostoli, et pro suis quisque viribus omnes Apostolici viri. Per hanc ambulaverunt Martyres, ad cœlestem patriam festinantes. Ierunt quoque per hanc Confessores, plena virtutibus vestigia sequentibus se derelinquentes. De Virginibus autem taceri melius puto esse, quam ut gloriæ earum aliquid inconveniens dicam : quippe quas soli Sancti vix laudare sufficienter possunt : ceterum peccantibus hunc portum salutis maximum esse reor, si merita earum non dicam imitari; sed saltem admirari potuerunt. Omnes itaque Sancti

Hoc timore muniti Sancti ambularunt

EX MS. ULTRAJ. C.

A suam per semitam, de qua diximus, profecti sunt ad Dominum: et tanto unusquisque beatior fuit, quanto minus ab ea divertit. Quorum infinitus numerus est in cœlo; *Apostoli,* Petrus videlicet Paulusque, cum sanctissimo illo Apostolorum cœtu; et, ut vere dicitur, Corona Dominica Stephanus, *Martyres,* primus Christi et genuinus imitator, cum copioso interfectorum triumphatorum exercitu; Agnes, Tecla, Agatha, Barbara, Cæcilia, *Virgines,* cum aliis, id est cum candidissimo Virginum choro; Silvester, Basilius, Martinus, Augustinus, Ambrosius, cum sacratissimo Episcoporum collegio; *Confessores,* cumque nobilissimo Monachorum atque Eremitarum senatu: quorum in Ægypto præcipui, in Æthiopia fuere quam plurimi; quos Thebaida patronos, Nitria Doctores, omnis Ecclesia habuit propugnatores.

hunc timorem docuit S. Martinus,

3 Gallia autem et Germania Martini se clypeo defendi præcipue gloriantur; qui easdem partim verbo absens edocuit, partim sua venerabili præsentia a malis imminentibus liberavit. Hic igitur, quemadmodum et Apostoli, post transitum suum sub titulo nominis sui Sedes Pontificales habere promeruit, ob singularem credo doctrinam, qua ita B Ecclesiam Dei illuminavit, ut neminem primis Gentium Doctoribus imitatione proximiorem dicas; si dicta omnia et bonorum operum exempla perlegeris quæ ipse gessit in vita. Harum quas dixi Sedium una est Turonica; ubi sacri corporis reliquiæ locum illum omnibus Regum palatiis honestiorem faciunt: altera Moguntiaca; tertia Trajectensis. *honoratus in Ecclesia Turonensi,* Verum hæ duæ, Moguntiacensem dico et Trajectensem, post annos a transitu ejus plurimos, ob nimium ejus amorem, privilegiis memorandi nominis insignitæ sunt: in quibus usque hodie Martinus a fidelibus laudatur et honoratur, propter admirandas et multiplices sanitates, quas ibidem plerique ægroti a Domino nostro Jesu Christo per suffragia tanti medici consequuntur. *Moguntina et Ultrajectina:* Multi itaque priscis fuere temporibus, qui has gloriosas Sedes, ob dilectionem Dei et beatissimi Martini, partim ædificiis grandibus et laquearibus pictis, *ob ejus amorem varie ornata,* partim auro argentoque ac gemmis et ceteris hujusmodi pompis ornare studuerunt: quæ nimirum ornamenta quamdam gloriolam hominibus foris ostenderent, nisi se inspectantes intrinsecus sauciarent.

4 At vero non multo ante nostra tempora missus est a Deo quidam sapientissimus architectus, et re *sed quam magis ornavit S. Bonifacius,* ipsa et nomine Bonifacius; qui prælatas Sedes alio ornamentorum genere decorare aggressus est. Nam C pro lapidibus et cæmento, fidem cum spe statuit construendam; pro auro, mysteria divinæ Scripturæ dixit intelligenda; pro argento, nomen Domini fidelibus prædicandum fore asseruit; pro laquearibus pictis, docuit mentes in sublime levandas; illa scilicet varietate depictas, huic in Psalmo canitur, Reginam universalem esse circumamictam, pro gemmis fulgentibus, splendidam Doctorum vitam, et perspicuam fieri oportere testatus est: quo sic in illis tamquam in speculo auditores quique *Ps. 44, 15* semetipsos considerare possent, nec curiosi altiora se scrutarentur; nec inflati, plusquam oportet sapere vellent; ne vana seducti gloria, cum nihil essent, aliquid se esse existimarent. His autem omnibus caritatem pro culmine supponendam esse præmonuit; sane quia sublimis admodum est, et in virtutum genere nihil supra se habere dignoscitur. Taliter ergo vir iste ædificabat; et coessentibus sibi taliter ædificare suadebat. Et non sicut plerique nostri temporis Architecti, qui vacantes in hac parte otio, alieno autem insistentes negotio, infirmas et ruinosas faciunt structuras; satis imperiose jubentes, *verbo et exemplo,* sed nimis delicate viventes: morem videlicet pigri et inutilis agricolæ imitantes, qui dormiens et dissolutus alteri committit aratrum. D Sed nemo unquam ita lasciviens suis sectatoribus profuit; nec Imperator quilibet desidia torpens salvo unquam exercitu triumphavit. Verum ne quis sycophanta virum supra nominatum, quasi alterum Melchisedech subito cavilletur introductum; abhinc jam enarrare incipiam, unde tantæ suavitatis flos emicuit; qui per nostras provincias odorem magnæ virtutis longe lateque diffudit.

5 Atque utinam de ipso ita loqui merear, ut non vilescat audientibus tantæ materiæ dignitas, propter *de quo scripturus suam profitetur indignitatem,* rusticitatem meam, quæ certe mihi nimium familiaris est, omnibusque in triviis inertem me esse vociferatur et barbarum. Et væ misero mihi, qui totus sum pollutus, et in medio populi polluta labia habentis ego habito. Scio autem et vere fateor, me esse indignissimum, cujus lingua carbone illo tangatur, qui Testamenti utriusque forcipe de altari prolatus, secundum Isaiam, ad prophetandum accendit. Quocirca ipse me reprehendam, et pœnitentiam agens erumpam in lacrymas, et orabo ad Dominum meum, dicens: Domine Jesu Christe fili Dei E vivi, qui pro Ecclesia tua incarnari, crucifigi, mori, *et Dei auxilium invocat* et resurgere dignatus es; exaudi me clamantem ad te, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam; et da sermonem rectum et benesonantem in os meum, ut placeant verba mea in conspectu tuo, et sacrificium laudis tuæ a me acceptare digneris, qui es benedictus in secula seculorum. Amen. Et ecce nunc, Domine, de sancto Martyre tuo, quantum tu concesseris, enarrare paratus, te radium moderante, sic primum telæ hujus ordiar filum.

CAPUT I.

Res gestæ in Anglia, Frisia, Germania. Iter primum et secundum Romanum. Consecratio Episcopalis.

Beatus Bonifacius genitale solum in insula, quæ Britannia dicitur, habuit; quam modo incolit gens Anglorum, quæ a Saxonibus traxisse originem putatur. Angli vero ab angulo, id est firmamento *Inter Apostolicos viros Anglos* regni, derivari non absurde dicuntur: qui revera sunt fortes et validi, Christique opitulante gratia provincias suas armorum viriumque robustarum præsidio tutissimas reddunt: aliquando autem piratas ex boreali parte venientes patiuntur infestos; quos tamen a finibus suis strenue pugnando reji- F ciunt. In præfata ergo insula quondam extitit paradisus Dei, ex quo tam pretiosa profluxerunt aromata; ut a Britannico mari usque ad arces Romuleas omnes circumquaque regiones divino odore perfunderent. Ex his aromatibus fuisse legitur Furseus et fratres ejus; Willibrordus quoque, magnus Christianæ religionis propagator; *S. Bonifacius,* et iste, de quo agimus, admirabilis Bonifacius: multique alii, quos in libro historiæ Anglorum virtutibus claruisse Beda commemorat. Hic itaque, de quo series nostræ narrationis texitur, ubi primum pueriles annos evasit, illico se totum divinæ legis contulit eruditorio: in quo disciplinis cœlestibus apprime eruditus, in brevi opinatissimus veræ philosophiæ cultor effectus est; orationi scilicet insistere, jejuniis corpus macerare, *doctrina et virtute instructus,* frequenter vigilias agere, gloriam mundi non ambire, favores humanos non quærere, præpositis obedire, concordare cum fratribus, esurienti panem frangere, nudum induere vestimento, visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc seculo. Porro in his omnibus non inflabatur, non irritabatur, non cogitabat malum; sed in lege Domini meditabatur die ac nocte; erat-

que

A que tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, ideoque fructum martyrii dedit in tempore suo.

7 Cum ergo tantis bonorum divitiis abundasset; cœpit agere secum, ut exiret de terra nativitatis suæ, et properare ad locum, in quo immolari Domino potuisset. Et tandem occasionem nactus, mare transfretavit, Frisonum insulis advectus est, Trajecto oppido applicuit; ubi evangelizavit gentibus regnum Dei, multosque idololatriæ deditos convertit ad Christum. Sed cum plerique procaciter repugnassent, sentiens athleta Dei nondum sibi tempus passionis adesse, reversus est in patriam suam; ut curam suorum interea gereret, donec eidem Spiritus sanctus revelaret, ubi et quando martyrii coronam percepturus esset a Domino. Post aliquantum temporis, angelica (ut creditur) visione præmonitus, Romam perrexit, benedictionem quidem a summo Pontifice expetens, sed eam a Christo per Apostolos suos Petrum et Paulum excipiens. Cumque omnia quæ illic erant oratoria circuisset; deductus inde cum honore a Papa Gregorio ceterisque timoratis viris, profectus est.

in Frisiam delatus,

in patriam revertitur:

ad Romanum Pontificem profectus,

B 8 Audito autem quod Germanorum plurima multitudo sine Deo esset, illuc lætabundus divertit, sperans se in his regionibus Martyrem fieri posse. Et cum effudisset illis opes, quæ sine termino sunt; argentum et aurum nullius concupivit, nec quæsivit ab illis agros fertiles, vineasque uberes, nec tuceta mollia, nec promptuaria vino Falerno condita sive redolentia; sed potius animarum salutem. Hanc quæsivit; et, Deo gratias, hanc invenit: nam copiosam populi multitudinem in his partibus ad fidem Catholicam transtulit. Et illi quidem antea, in suis lucis ac delubris, larvas lemuresque coluerant; sed Bonifacius, falcem manu tenens divinam, omnes Faunos et Satyros, quos nonnulli Paganorum silvestres Deos appellant, funditus extirpavit Similiter autem et Dryades Napæasque, et cetera hujusmodi magis portenta quam numina, Christianis omnibus nauci pendere persuasit. Verum quia non sufficit si mala dejiciantur, nisi et bona stabiliantur; sicut non sufficit si evellas et destruas, nisi etiam ædifices et plantes; vir iste Spiritu Dei plenus, in locis, a quibus supradictas vanitates expulerat, illico monasteria inclita et basilicas eximias, altaria quoque divinis sacrificiis construxit; ibique invocari statuit nomen Dei vivi, ubi mortua idola ab indigenis eatenus colebantur.

inde in Germaniam venit,

idololatriam profligat,

monasteria et ecclesias construit

C 9 His ita gestis, cum peragrasset omnes provincias Alemanorum, Noricorum et Turingorum, nec non quosdam fines Francorum, præponens illis Dei ministros idoneos; valedixit fratribus: et sic in nomine Domini proficiscens, aliis quoque provinciis sese contulit, ut illas etiam ab erroribus suis per gratiam Domini liberaret. At primum Frisonibus, quibus jam antea prædicaverat, navigio revectus est; qui fere, quemadmodum et pisces, morantur in aquis, quibus ita undique concluduntur, ut raro ad exteras regiones accessum habeant, nisi navibus subvehantur. Hos remotos a ceteris nationibus, ideoque brutos ac barbaros, cœlestis semini-verbius adiit; et sicut in quodam codice scriptum reperi, adhæsit ibidem Willibrordo, et quidem clarissimo Ecclesiæ sanctæ candelabro, de quo supra mentio facta est, qui per idem tempus Trajecto residens, pauperis horti custos erat: sed cum adhiberet tanti agricolæ adjutorium, crevit et prædium. Junctis quippe manibus hi duo egregii cultores, dominici spatium agri plurimum dilataverunt; efficientes orationibus suis ut pro filice, id est infidelitate, Catholicæ fidei novellæ succrescerent; pro urtica autem, id est libidine, continentia virginalis; pro vepre, id est avaritia, caritas germinaret, quæ est bonorum omnium radix.

Frisiam cum S. Willibrordo excolit:

D

EX MS. ULTRAJEC.

10 Et cum hæc fecissent, orantes alter pro altero, ab invicem discesserunt: et Willibrordus quidem Trajecto subsedit, Bonifacius autem denuo profectus est Romam: quo cum pervenisset, officiosissime susceptus est a superius memorato Papa Gregorio. Et cum per dies aliquot de mysticis et supernis ageret rebus; videns eum Papa jam dictus Angelicæ doctrinæ scatebris redundare, adhibita sibi Sanctorum qui Romæ erant conniventia, sacrum illi Pontificatus tradidit infulatum; hac eum, ut putatur, post benedictionem exhortatione corroborans: Audisti, Frater, et ipse vidisti, quot millia hominum apud Germaniam antiquis idololatriæ detineantur erroribus, et quantum filiorum numero fraudetur sancta Mater Ecclesia, si tam claræ familiæ fuerit lumen cœleste subtractum. Nunc ergo quia vir probus es et insignis nostræ religionis Philosophus, consule tantæ multitudini ad salutem; ut talentum, quod tibi creditum est, duplicatum Domino reportare merearis. Tolle igitur tecum peram pastoralem cum limpidissimis divinæ legis lapidibus; ut cum gigas ille, qui totum Israel demoliri cœpit, de victoria sua certissima se ostentaverit; tu continuo humani generis adversario Davidicus bellator occurras. Et si tibi in hoc agone oblata fuerit corona martyrii, libens eam suscipe: nihil te hæsitans percepturum, pro istiusmodi transitoria pœna, divitias immortales. Et his dictis dimisit eum in osculo sancto. Porro Bonifacius, tam benedictione Archiepiscopali, quam munimentis doctrinalibus roboratus, Germanos suos illico revisit; fortissimumque prælium cum spurio cyclope committens, et gladio verbi triumphans, castra Israelitica a deprædatione Philisthinorum, Christo manu ejus pugnante eripuit.

Romam iterum profectus, consecratur Episcopus,

E

et in Germaniam remittitur.

CAPUT II.

Tertium iter Romanum. Archiepiscopatus Moguntinus. Labores et horum fructus. Martyrium.

Denique quod priori victoriæ residuum fuit, hoc in isto congressu pleniter superavit: et tandem pace per omnes fines illos composita, Romam tertio adiit; cupiens adhuc plenius instrui Christianæ militiæ disciplina. Verum qui didicerat a Spiritu sancto et loquebatur mysteria, non habebat necesse ullis orthodoxi ingenii argumentis amplius erudiri: potiusque judicatur a cunctis, eum grandis Dei exercitus posse et debere fieri ductorem. Sicque trina benedictione omnium Romanæ Ecclesiæ Sanctorum confortatus, iterum fecit Germaniam sua adeo saluberrima reversione felicem; utpote cui tunc sexta vice sese præbens, veræ fidei lumen infudit. Figente autem illo tentoria secus alveum Rheni fluminis; ecce populus Francorum innumerabilis promiscui sexus ei obviam processit, obsecrans simul et contestans, ut se Moguntinæ Sedi, Episcopo destitutæ et tali Patrono egenti, inthronizari permitteret. Quod cum vidisset homo beatissimus, quem numquam nusquamque revelatio Angeli deserebat, cessit sancto Spiritui; bonumque opus suscipiens, non adhibuit fastum; labori succumbens, delicias non admisit; Pontificium adeptus, humilitatem non perdidit; quin imo necessitates ærumnasque singulorum humeris suis imponens, et cunctorum oneribus colla submittens, in omnibus, juxta Apostolum, fidelem se dispensatorem et irreprehensibilem Christi ovibus pastorem exhibuit.

Tertio Romam adit,

F

et in Germaniam regressus,

admittit Archiepiscopatum Moguntinum

Tit. 1. 7
1 Tim. 3

12 Sed jam nunc tempus admonet, ut decursis

lus

A *Ex MS. Ultrajec. dein post utilissimos labores,* his, quæ dignis ejus moribus, quos in adolescentia habuit; legitimis laboribus, quibus in juventute certavit; nec non et sanctæ conversationi, qua in Sacerdotio tamquam stella lucidissima fulsit, conveniunt; non tamen secundum gestorum dignitatem, sed secundum vires meas; ad martyrii ejus relationem historiuncula nostra perveniat: quod non idcirco ei tamdiu dilatum est, quia ipse aut passionis supplicium aut mortis impetum formidaverit; sed, ut audaciter de Evangelio loquar, Nondum venerat hora ejus. Nam si decretum fuisset a *Joa. 8, 20* *et multa millia hominum fide imbuta,* Domino, ut inter ipsa initia prædicationis hujuscemodi bravium perciperet, multimodis egerat vir ille, ut inter Frisones barbaros, sive inter ferocissimos Germanos capite truncaretur. Sed pius Deus, qui volebat ad hujus exemplum accendi quamplurimos, non permisit famulum suum gladio Gentilium trucidari, priusquam multa millia animarum uncino fidei ab ipsis Leviathan faucibus extraheret, ac sic *audita morte S. Willibrordi,* consequenter ad Christum cum tanto agmine properaret. Horum itaque memoria et rei gestæ series ita se habet. Cum B. Bonifacius in Moguntinæ Sedis Præsulatu plurimis diebus Domino ministrasset, B revelata est ei Willibrordi sanctissimi Episcopi carnalis depositio, et ad cœlestem gloriam transmigratio. Statimque sensit fortis athleta, sibi iterum peram cum lapidibus suis sumendam, iterum cum Goliath Philisthæo bellum gerendum. At nequaquam incertus quid ageret (Spiritus enim sanctus eidem omnia revelabat) confestim navigio illuc properavit, ubi cum diabolo totis viribus certaturus *Ultrajectum profectus, benevole excipitur:* erat: moxque per undas Rheni fluminis notissimo sibi loco, id est Trajecto oppido, delatus est. Et cum applicuisset, vidit sibi obvium exire chorum Angelicum, quem Willibrordus Doctor eximius in monasterio illo, ad laudem et gloriam nominis Dei, aggregaverat. Cum his ergo processit ad ecclesiam; et cum orantibus oravit, cum gementibus gemuit, cum lamentantibus flevit, cum plangentibus Willibrordum acriter planxit: nam et ipse tanto Patri summo amore devinctus fuerat et confœderatus.

13 Cum autem pertransissent dies luctus et tristitiæ, accensus est Præsul facundissimus ad prædicandum, accinctusque est miles invictissimus ad agonizandum: quærentique aptum prædicationi locum atque certamini, responsum est illi divinitus, esse quasdam gentes, in littore Oceani sitas, quibus eum evangelizare oporteret; percepturum inter illas coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus C se. Protinus ergo procellis credidit se fluvialibus; *indeque transgressus in Frisiam, fit Martyr,* Austroque iter secundante, delatus in insulam, quæ sermone patriæ Ostriki dicitur, gratias egit Deo; confidens sibi posthac neque luctum, neque clamorem, sed neque dolorem ullo modo nociturum, quandoquidem sit hæc omnia in eadem insula transiturus. Sic et olim Paulus, ad victimam properans, devenit Meliten. Sed Paulus est ab incolis illis humane tractatus; iste a Frisonibus contumeliis et terroribus lacessitus. Illius manum vipera momordit, hujus caput spiculator impius amputavit. Paulus inde Romam navigavit, Bonifacius istic cursum *S. Paulo comparandus;* consummavit. Multa tamen concurrunt documenta virtutum, una voluntas, par navigatio, labor similis, affectus æqualis. Sed Paulus magister, iste discipulus; ille Gentium Doctor, iste Germanorum Prædicator; ille sedebit ut judicet in throno Apostolorum, iste a dextris stabit in numero Sanctorum. Habebit itaque cum Paulo felicitatis consortium, ad cujus similitudinem suscepit ictum, et dereliquit mundum: congratulabitur autem Martyr Martyri, Doctor Prædicatori, Apostolus Sacerdoti, in conspectu Domini nostri Jesu Christi. Peregit igitur sanctus Dei Bonifacius cursum suum stans et orans, tyrannoque jugulos ad decollandum præbens, quarto D post kalendas Junii mensis die. *colliturque 5 Junii:* Unde et illud tetrasticon scriptum habetur, et in Depositionis ejus solenniis ab Ecclesia cantatur;

Junius in Nonis festum venerabile nobis
Advenit; exultant Fratres cum civibus in quo:
Tunc quia cœlorum meruit Bonifacius alta
Scandere, perpetuam mercatus sanguine vitam.

14 Mihi autem in eadem regione sciscitanti de eo, si quid scribere possem: relatum est adhuc superstitem esse quamdam mulierem, sed jam valde *Evangelio capiti imposito.* decrepitam, quæ jurejurando asserebat, se decollationi militis Christi fuisse præsentem: dicebatque quod, cum gladio feriendus esset, sacrum Evangelii codicem capiti suo imposuerit, ut sub eo ictum percussoris reciperet; ejusque præsidium haberet in morte, cujus lectionem dilexerat in vita. Perempti sunt autem et discipuli ejus cum eo, in loco qui Dockinga dicitur: ubi postea in honorem tanti Martyris constructa est basilica nobilis; juxta quam fons aquæ dulcis emanat, cum alibi per totam re- *Dockingæ ecclesia erecta prope fontem:* gionem illam salsæ et amaræ sint aquæ. Et ferunt hunc fontem a Bonifacio inventum et sanctificatum E esse, ideoque tanta dulcedine insignitum, et potationi cunctorum satis accommodum.

15 Itaque venerandum ejus corpus primum Trajecto perlatum est, postea ad Fuldense monasterium translatum est; quod quidem ipse a fundamento *quatuor locis claret miraculis* construxerat, et in quo pastor inclitus honestissimum veræ innocentiæ gregem adunatum Christo devoverat. In quatuor ergo felicissimis locis, id est, Dockinga, Trajecto, in Moguntia urbe, in Fuldensi cœnobio, beati Martyris præsentia visibilibus crebro sentitur indiciis: in quibus per intercessiones ejus plurimæ sanitates a Domino aliaque præstantur beneficia, usque in hodiernum diem.

CAPUT III.

Excusatio ob miracula non scripta. Qualia ab eo patrata?

Hæc dum styli officio assignata, et in libellum digesta, rogantibus Fratribus publice recitarem, tamquam ex tricaria emergentes astiterunt mihi *Obmurmurantes quod miracula non referantur respondetur:* quidam impuri, imo, ut dicitur, Flagelligeri homines, qui in Christi Martyrem quidpiam se audere dissimulantes, in me autem canino ore sævientes, F ita oblatrare cœperunt: Tu, inquiunt hunc tantum virum, immensis et fere divinis laudibus extollere cupiens, quamdam de pretio agri partem fraudasti; quippe qui signa et prodigia ab eo facta, quemadmodum de aliis legitur Sanctis, nulla narrasse convinceris; cum his vel maxime ostendi soleat rebus, cujus sit meriti unusquisque apud omnipotentem Deum. Quibus continuo Evangelicum illud objiciens, *Joa. 4, 48* Nisi, inquam, signa et prodigia videretis, non creditis. Quasi vero aut ego bona quæ egit omnia memoraturum vel scripturum me esse promiserim; aut illi qui ante me fuerunt, si, qua nossent, de hoc viro pretiosa et laude digna tacuerint. An forte quæ *deprecatur Auctor ne sui causa contemnatur Sanctus,* a me peccatore de eo, scripta sunt, ita parvipendenda existimant; ut non attendant ad majestatem tantæ relationis, sed potius ad personam scelerati vilissimique scriptoris? At non ita expedit: neque enim rosæ ideo negliguntur, quia spinoso crescunt in frutice; nec frumenta idcirco sordescunt hominibus, quoniam ea tellus fimo saturata producit; verum in utroque, non quod horribile est perpenditur, sed quod necessarium atque delectabile judicatur. Quamobrem et mihi, quæso, parcite, o inamabiles amici, ut si ego vobis ob mei fœditatem puteo; thesaurus tamen isti, quem Britannicis finibus

A bus pretiosissimum offero, facescente invidia gratus fiat.

17 Porro si me virtutes et signa tanti Martyris oblitum esse reprehenditis, ita excusatum accipite. Signa quidem et prodigia fecerunt Apostoli; sed intus erat qui operabatur, intus qui moderabatur, quique idololatras et incredulos trahebat ad fidem. Ob hoc siquidem non inflabant signa, sed ædificabant; non efficiebant ea jactantes, sed commiserantes; non superbientes, sed compatientes; non divitiis seculi gloriosos, sed paupertate Christi præclaros. Itaque dividebat singulis [Spiritus] prout volebat: Uni dabat fidem, ut Petro; alteri facundiam prædicationis, ut Paulo; huic virginitatem, ut Joanni; illi virilitatem, ut Andreæ; et ceteris quidem ad eumdem modum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, qui et istum similiter implevit, quia similiter amavit; perinde instruxit, quia primum dilexit, unde ipse quoque iisdem virtutibus clarus erat. Denique fidem habens, renuntiavit omnibus quæ possidere poterat, et tollens crucem suam secutus est Christum; verbo ædificationis abundans, Germaniam Italiamque peragravit, bonum semen in B agro Dominico serens, Rhenique ostia doctrinæ flore perfundens; virginitate mundus, Sacerdotio dignus habitus est; virilitate suffultus, Martyrii palmam promeruit. Et si ratio index veritatis conjecturas rectas habere permittitur, reliquos etiam Apostolos imitatus esse credendus est, qui per Orientem atque Meridiem Soli vicinis gentibus Solem justitiæ prædicarunt. At nunc isto tempore quidam nostrorum longe aliter faciunt: quæcumque enim acquirere possunt, absque consortio possidere contendunt: agrum agris copulantes, vix mari concedunt ut terminum suum faciat: tum si uspiam proficiscuntur, saccos pecuniæ tollunt secum; perasque, non lapidibus complent, sed nummis argenteis; et totum mundum circumeunt ut aliquid consequantur.

signa autem et prodigia ejus ait esse virtutes, conversiones hominum.

18 Nec sic ergo Bonifacius, non sic: sed quocumque ibat, semper libros secum gestabat. Hic illi thesaurus, hæc possessio erat. Iter agendo vero vel Scripturas lectitabat, vel psalmos hymnosve canebat; vel certe egenis aliquid dabat. Faciebat autem signa et prodigia magna in populo; utpote qui ab ægrotis mentibus morbos invisibiles propellebat, miro satis et mirabili modo naturam humanam conservans; cum interiorem hominem, tametsi corpus debile esset, spiritualis medicus intus secaret, intus C ungeret, intus sanaret. Curabat ergo omnes. Si qui essent claudi, propter incredulitatem; cæci, propter ignorantiam; surdi, propter duritiam cordis; muti, propter imperitiam legis; mauri, propter avaritiam; scabiosi, propter detractionem; cardiaci, propter invidiam; putidi, propter libidinem: stomachi, propter gastrimargiam; colerici, propter crapulam; hydropici, propter ebrietatem; et siqua sunt alia, quæ miseram animam dira contagione coinquinant. Similiter et eos, quos ira phreneticos, odium chephalagricos, error stomachicos, impietas insanos, superbia epilepticos, socordia leturgicos fecerat; cunctasque mentis erroneæ passiones, tam pœnitentiæ chirurgia quam consolationis malagmate saluti restituebat. Sane hæc sunt vitia quæ naturam nostram corrumpunt, et faciunt homines apostatare a Deo; ideoque non immerito fuisse dicitur beatus Bonifacius, signorum atque magnalium admirabilis operator; quandoquidem sæpissime eos doctrinæ medicamento curabat, qui nullis aliis argumentis quælibet remedia consequi poterant.

curam morbis spiritualibus impensam.

Claudi, cæci, aliique.

19 Quod si ad solam corporum salutem attenditis, et eos Angelis æquiparatis, qui membrorum debilitates jejuniis et orationibus integritati restituunt; magnum quidem est quod dicitis; sed hoc Sanctis quodammodo et medicis commune esse D crebris remediorum manifestatur eventibus. Nam et David, licet a Deo electus, insaniam tamen Regis Saul medicinali arte mitigasse probatur. Et Pytagoras fertur quemdam phreneticum, naturalibus exercitiis ac fomentis suavibus, addita melodiarum dulcedine, curasse. Sed enim quemlibet in his talibus miraculis sublimem, oportet magna seipsum circumspectione munire; ut nec jactantia emergat, nec appetitus laudis surripiat; ne forte, cum alios cooperante sibi virtute sanaverit, ipse suo vitio vulneratus intereat. Unde etiam nobis illa Dominica sententia non sine terroris pondere meditanda est; quia eos qui virtutibus gloriantur, in judicio se puniturum esse præmonuit, dicens: Discedite a a me omnes operarii iniquitatis; quia nescio vos.

In corporalibus docet cavendam jactantiam,

EX MS ULTRAJEC

20 In illo itaque die securi erunt Apostoli; qui hic inter infirmos discurrentes, et magna operantes, infirmitatem suam semper ante oculos habere studuerunt. Securitate potientur Martyres, Confessores, et Virgines, eodem se humilitatis pretio coram Deo et hominibus æstimantes. Securitate gaudebit E et ille flos noster pulcherrimus, qui cum Paulo Galliarum Apostolus absque temeritate dici potest, beatissimus videlicet Domini confessor, et Christiani populi fulgor ingens, immobilisque columna Martinus; qui cum suos Gallos signis et miraculis super omnes pene mortales efferret, ipse tamen pauper et modicus, ac si quidam cœlestis erinacius vere petram refugium habens, quo se ab omni arrogantia, et ab omni hujus seculi vanitate servabat.

exemplo Sanctorum quos humilitas faciebat securos,

21 Neque vero erit hujus securitatis expers Martyr præcelsus et inter optimos numerandus, torrens sacri eloquii Bonifacius; qui cum Germaniæ provincias, hactenus idolorum tenebris obsitas, magno virtutum lumine sexies illustrasset; Frisiam autem, rabidis undarum circumfrementium æstibus naufragantem, tertio liberasset; ad ultimum vero Dockingam villulam Martyrii sui sanguine consecrasset; numquam diabolo cessit, ut sese ostentaret; numquam a Martino suo dissensit, ut humilitatem amitteret: quin imo in omnibus ejus vestigia sequens, ita in terris conversatus est, ut mente in cœlestibus habitaret; ubi nunc feliciter manens, gaudio perenni tripudiat, cum his qui amicti sunt stolis albis, et sequuntur Agnum quocumque ierit: cui est honor et gloria in secula seculorum, Amen. Numerus quoque sanctorum Martyrum, qui cum F beato Pontifice Bonifacio passi sunt pro Christo, quinquaginta duo fuerunt. Sed corpora sanctorum Martyrum a fidelibus Christi collecta sunt, et in navim cum beato Pontifice Bonifacio immissa, felici gaudio cursuque prospero usque Trajectum pervenerunt. Illic cum hymnis et psalmodiis suscepta, et in ecclesia, quæ est in honorem sanctæ Trinitatis consecrata, cum omni timore et veneratione sepulta. His in locis, videlicet Trajecto, Fuldense, Dockingæ, in signis et virtutibus per sanctorum Martyrum merita fideli populo divinitus præstantur beneficia, crescente fide Catholica per Jesum Christum in secula.

uti S. Bonifacium, fecit S. Martini imitatorem,

cum sociis.

Ultrajectum translatis.

VITA III

Auctore forsan Monasteriensi.

Ex tribus codicibus MSS.

Postquam gens Anglorum inclita, per S. Gregorii Romani Pontificis dogmata, Christiani nominis perceperat fidem, quæ longe ante totum divulgata fuerat per orbem; ejusdem gentis quamplurimi, divini amoris in tantum accensi sunt igne salubri, ut non

S. Bonifacius nobilis et pius Anglus,

A non solum hujus mundi divitias contemnerent, verum etiam parentes patriamque relinquerent. *Mat. 19, 29* Hoc etenim in agendo, imitati sunt vocem Veritatis, dicentis in Evangelio: Si quis reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum; centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit. De quorum numero fuit quidam vir, nomine Winfrid, ab ipsis cunabulis Deo devotus, nobilique prosapia Anglorum oriundus: qui juxta vocem Dominicam dicentem, *Lu. 14, 33* Qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus: pro Dei amore postpositis omnibus, æternæ vitæ præmia largiturum, non minus opere quam fide, secutus est Christum. Ipse etenim omnem terreni honoris ambitum refutans, parentumque familiaritatem derelinquens, elegit esse sibi pauper et peregrinus in hoc seculo; ut cohæres ac particeps Sanctorum mereretur fieri in futuro. Hæc ut vir Sanctus mente sibi proposuit, haud surdus auditor Scripturæ, quæ *Ap. 22, 17* dicit: Qui audit dicat veni, *cum acquisitis sociis* quoscumque ad tantæ salutis propositum adhortari potuit, blanda exhortatione secum invitavit. Mox Christo comite, cum B adunatis sibi Fratribus, spontaneum cœpit iter agere.

2 Peragratis autem illius regni finibus, procellosi maris pervenit ad littus. *Ultrajectum venit* Illic quoque navem conscendens, undosa vada transmeavit; et exinde profectus, ostia Rheni subiit. Scilicet Spiritu sancto duce ad castrum usque ducitur idem vir, quod modo Tricht, antiquitus Wiltenburch nuncupabatur. Hoc quoque tunc temporis B. Willibrordus ex supra- *et cum S. Willibrordo* dicta Anglorum gente viriliter rexit, et inibi Frisonicæ genti, jam tunc noviter fidem habenti, verbum Domini incessabiliter prædicavit. Cum autem ille tantæ sanctitatis virum ad se intellexisset adventare, confestim de adventu illius exhilaratus, cum magno gaudio suscepit illum et honore. Salutaribus etenim monitis eum exhortari cœperat, ut sibi fautor ad opus Evangelii existeret, et ut collatis amborum studiis gentem Fresonicam ab antiqui hostis emanciparent obsequio, et Christi subjugarent imperio. *in Frisia verbum Dei prædicat:* Nam illa gens adhuc fide recens, et maxima parte diis et dæmonibus cæcato corde serviebat, et æternæ felicitatis viam nesciebat. Cujus salubri consilio ac paternæ jam admonitionis præcepto sanctus vir confestim devotus obtemperat, secumque *a* tredecim C annos imprætermisse Tricht Ecclesiæ sibi commissæ moderamina gubernans, idolorum spurcitias ubicumque potuit extirpat. Vir autem Dei Willibrordus, cernens illum ad hujus ministerii vicem valde strenuum, et juxta vocem Domini simplicem sicut columbam; et prudentem veluti serpentem, desideravit eum Episcopali gradu sublimare, sicque cooperatorem in eadem provincia constituere. Quod ille multum renitens, econtra simili voce dicebat, se *renuit Episcopus fieri* tanti honoris dignitate indignum esse, nec adhuc propter immaturam ætatem debere gradum Pontificalem suscipere.

3 Sed quia vir Deo Willibrordus plenus, Spiritu sancto didicit narrante, majori eum sublimandum honore, suæ voluntati consensit; et Romam, sicuti voluit, ad limina Apostolorum pergere permisit. *Romæ S. Gregorium II adit.* Quem beatissimus Papa Gregorius a primo secundus honorifice suscepit, totiusque suæ voluntatis seriem ipso narrante per ordinem didicit. Videns autem beatus Papa Gregorius ejus propositi sanctitatem, simulque comperiens illius industriæ probitatem; protinus eum pio rogavit amore, quin etiam Apostolica auctoritate præcepit, ut ultra Alpes pergeret, et in illis partibus ubi hæresis maxime pullularet, sua salubri doctrina funditus eam eradicaret. Qui præceptis summi Pontificis obtemperans, legationeque functus, perrexit ad Turingas et Hessos; D Evangelici sermonis dogmate, sanctoque Spiritu *Ex MSS.* suffragante, mores illorum mutavit, hæresim dissipavit: *Turingos et Hessos convertit;* et sic strenue opus Domini quod cœperat implevit. His ita peractis, jam totam sancti viri fama pervolavit Franciam, quoniam in ea fidem extirpavit erroneam. Mox gloriosus Dux Francorum Karolus, cum ceteris ejusdem Principibus popularique consensu, eum cum magno coegit precatu, ut iterum Romam adiret, et a summo Pontifice Pastoralem acciperet benedictionem. *Romam adit secundo, Episcopus ordinandus;* Vir autem sanctus diu reluctans, tantæ dignitatis honore se indignum affirmabat esse: sed tandem precibus Principum evictus, Romam iterum aggressus est. Hunc vero Domnus Papa Gregorius cum omni veneratione suscepit, ac juxta gloriosi Ducis Francorum Karoli petitionem aliorumque ejusdem regni Principum, illum *c* Archiepiscopum ordinavit; nomenque illi propter sua bona opera Bonifacius imposuit, sicque Apostolica auctoritate sublimatum in opus Evangelizandi remisit iterum.

4 Sanctus vero Bonifacius Martyrque futurus, ad Karolum Ducem Francorum rediens, ejus se patrocinio commendavit: E ipso quoque consentiente verbum Dei per Turingiam et Hessorum regionem *creatur Moguntinus Metropolita:* fiducialiter prædicavit. Sed non multo post universæ carnis solvente Karolo debitum, sui gloriosi filii Karolomannus et Pippinus paterni regni subierunt imperium. Ille ergo cum Episcopis omnique gradu Ecclesiastico videlicet illius regionis synodum adunaverunt, et B. Bonifacium Archiepiscopum Metropolitanæ civitatis Maguntiæ præsidere fecerunt. Sanctus vero Bonifacius, circa se cernens paucos esse Divini verbi propagatores, sicut in sancto legitur eloquio, Multa quidem messis, operarii vero pauci; Velut prudens medicus copiam colligit herbarum, ut vulnera sanet ægrotantium; sic ille sapiens architectus elegit sibi quamplures medicos *Lu. 10, 2* animarum. Alios etenim ex gente sua, alios ex parte Franciæ, nonnullos etiam de finibus Hiberniæ, quatenus adessent sibi cooperatores in vineam Domini: ex quibus fuerunt hi, Wigbertus ex parte Anglorum, *cooperarios acquirit* beatus Gregorius ex nobilis prosapia Francorum, Sturim vero venerabilis, et Lul, *d* Meingoz, Willibaldus, suusque germanus Winibaldus, et alii quamplures, quorum nomina perlongum esset dinumerare per singula.

F 5 Post hæc autem non multis transactis annorum curriculis, *post mortem S. Willibrordi,* contigit B. Bonifacio relatu didicisse, S. Willibrordum ex hac peregrinatione ad cœlestem patriam obitu felici migrasse. Mox ut hæc audivit, pro tanti viri morte graviter ingemuit. Inter gravissima doloris lamenta profundique gemitus suspiria obviavit illi mente, quantocius synodum coadunare deberet. Nec mora, convenientibus in unum Episcopis omnique choro Ecclesiastici Ordinis cum consensu illorum omnium, et cum decreto Pippini Regis, qui tunc Karolomanno fratre defuncto *Episcopos et Abbates constituit:* Rex effectus est, Lul venerabilem virum Moguntinæ Sedis sibi elegit successorem, Sturim vero venerabilem in cœnobio Fuldensi constituit Abbatem, præcipiens illi curam gerere gregis commissi. Willibaldum quidem Pastoralis officii regimen in loco Heystede commendavit, et Burchardo ejusdem civitatis parochiam in Wirceburch delegavit. Wigbertum quoque in monasterio, quod nuncupatur Hersfelda Fratrum constituit gubernatorem. Hæc quoque B. Bonifacius Martyrque futurus, ut sapiens architectus cuncta disposuit: et adhibitis sibi aliquantis Fratribus navim conscendens, Trajectum usque pervenit. Illic condigne susceptus, consociavit sibi illud spectabile collegium, quod ibi fuerat a S. Willibrordo congregatum.

G

A 6 Mansit autem longum tempus in eodem Episcopatu, divini verbi pabula crudeli Fresonum affatim subministrans populo, ac rudimenta fidei, quæ initiata fuerant a S. Willibrordo, sanctæ prædicationis confirmans munitione. Cum autem Beato Pontifici Bonifacio Martyrique futuro, suæ peregrinationis immineret præmium, ut pretiosa morte ab hoc seculo migraret ad Dominum, quia pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum ejus; didicit per Spiritus sancti gratiam felicis martyrii se subire debere victoriam. Sed quia illi vestis nuptialis non deerat, ad eamdem palmam sibi socios elegerat, alios ex illis quos illic invenerat, alios ex illis quos illuc adduxerat, qui pro Christo vellent gloriosam mortem subire martyrii. Sanctus vero Bonifacius, ut prudens dispensator, quem constituit Dominus super familiam suam, procurans gregis commissi providentiam; ne nullo Pastore protegente, post ejus discessum, lupi rapaces invaderent ovile Dominicum; Beatum Gregorium, de quo supra mentionem fecimus, cujus etiam virtutum apud nos habentur *e* volumina, ejusdem Trajectensis Ecclesiæ Sedi præfecit Pastorem. His ita per ordinem di- B gestis, navigium cum electis sibi subiit sociis; supernæque pietatis conductu, felicique commilitonum stipatus comitatu, prospero itinere transmensus est flumen, quod nominatur *f* Ælmere, et ad pagos Fresonum pervenit qui appellantur Ostroche et Westroche; ibique Beatorum vallatus caterva fixit tentoria. Nec mora, sumens quoque Christianos, quos jam olim a S. Willibrordo præsciverat esse conversos, confirmabat eos in fide, sua sancta prædicatione; Neophytisque more Apostolico per impositionem manuum septiformis Spiritus contulit donum.

Ultrajectum adit,

et eidem S. Gregorium collocat Pastorem:

e

hodiernam Frisiam ingressus,

f

7 Profectus inde, cœlesti romphea spiritualiter armatus, una cum sibi Coepiscopo, nomine videlicet Eobano, pariterque felici comitum collegio, totam illam peragravit terram prædicando, baptizando, gentem erroneam ab idolorum cultura revocando, et ad superni Regis cultum convertendo. Quid plura? Evangelici sermonis præco totam tuba salutari personavit Fresiam. At serpens antiquus omnium bonorum invidus, et ab initio seculi semper inimicus humano generi, quosdam instigavit de genere crudeli qui necdum fuerant a diabolicis superstitionibus emancipati, suos scilicet satellites contra C famulum Dei suosque commilitones: dicebant enim se mori malle quam patrios ritus derelinquere. Mox ut hæc athletæ Dei audierunt, cum proprio Pastore quantocius ad vicum qui vocatur Dockinga gaudentes ibant: in quo noverant, carnifices cum cruenta multitudine congregatos, ut trucidarent Dei famulos. Sanctus vero Bonifacius adhortatus est socios dicens: Viriliter pro fide Christi Fratres state, in spe unanimiter permanete; eosque timere nolite, qui possunt corpus occidere, animam autem minime. Illi autem unanimes inquiunt: Scimus, Pater, S. Willibrordum hoc nos docuisse, ut ob id fidem susciperemus, quod pro Christo deberemus animas ponere; quoniam ille mortuus est in cruce, ut nos redimeret proprio sanguine. Sancti igitur Martyres, se invicem adhortantes, ibant ad spectaculum laudantes et benedicentes Dominum, qui eos ad vitam prædestinavit, et ad hoc ordinavit, ut intrare mererentur cœlestem Jerusalem cum palma victoriæ, sanctisque Martyribus sine fine congaudere. Illucescente ergo gloriosi certaminis die S. Eobanus, ejus cooperator et Coepiscopus, una cum ceteris sociis, videlicet Presbyteris, Monachis, Diaconibus, quorum hæc sunt nomina Wintrung et Waltere simul et Adelhere, Sacerdotali gradu sublimati; Hamund et Scirbald, et Boso, Levitici ordinis denotati; Waccar et Gundaecar, Illehere et Batewlff, D Monachicæ vitæ subditi. Hi omnes accesserunt ad beatum Pontificem, consilium ei dantes, ut nequaquam a sanctæ prædicationis instantia cessaret; sed tanto magis verbum Domini prædicaret, quanto amplius furens plebs sæviret: nam in illis omnibus erat cor unum et anima una, et dilexerunt animas suas usque ad mortem.

verbum Dei prædicat:

Dockingam adit,

suos ad martyrium animat

et ab illis recessum confortatur,

8 Pro tanta igitur exhortatione B. Bonifacius inenarrabili gaudio repletus; quantocius codicem verba Domini habentem suscipiens, cœpit populo tumultuanti Christum prædicare, viamque salutis ostendere. At carnifices, cum illorum duce diabolo (qui illis subministravit vires, donavit audaciam, contulit vesaniam) cum gladiis ac lanceis armati sævientes, irruunt in famulos Dei, non secus quam lupi feroces in oves inermes, eos cruenta morte trucidantes, et ad terram sine contradictione prosternentes. Sancti Martyres autem perstiterunt immobiles, bonum pro malo reddentes, benedictionem pro persecutione mutantes, vivendo prostrati, moriendo victores effecti; suaque corpora pro Christo sponte offerentes ad supplicia, quia crediderunt se sine mora perennis vitæ pro præmio suscipere gau- E dia. Sic quoque sancti Martyres, animo libenti gaudioque spirituali, gloriosum cum proprio Pastore consummavere martyrium. Passi sunt autem sancti Martyres Christi sub die Nonarum Junii, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et potestas in secula. Numerus quoque sanctorum Martyrum, qui cum beato Martyre et Pontifice Bonifacio passi sunt pro Christo, quinquaginta duo fuerunt. Sed corpora supra nominatorum Martyrum et aliorum tredecim, a fidelibus collecta sunt, et in navim cum beato Pontifice immissa, felici gaudio cursuque prospero usque Trajectum pervenerunt. Illic enim cum hymnis et psalmodiis suscepta, et in ecclesia quæ est in honore Sanctæ Trinitatis consecrata cum omni timore et veneratione fuerunt sepulta. Alia quoque sanctorum Martyrum corpora, quorum propter desidiam et negligentiam oblivioni tradita sunt nomina, sed in libro vitæ proculdubio sunt scripta, in eodem loco ubi gloriosum martyrium susceperunt, a fideli populo sepulta sunt: in quo postea, Christo propitio regalique præcepto, pro honore sanctorum Martyrum constructa est ecclesia. His in locis videlicet Trajecto, Fuldæ, Dockingæ, in signis et virtutibus, per sanctorum Martyrum merita fideli populo multa præstantur beneficia, crescente fide F Catholica, per Christum Dominum nostrum. Amen.

populo tumultuanti Evangelium docens,

occiditur cum suis 52

5 Junii,

sepultis partim Trajecti,

partim in loco passionis

ANNOTATA G. H.

a *Imo tres annos tantum Frisiam moratus fuit, et quidem post primum iter Romanum.* Tredecim *quidem annos numerat Vita S. Gregorii Ultrajectini: sed non dicit quod* impraetermisse, *seu continuo.*

b *Hoc iter factum ante prædicationem in Frisia cum S. Willibrordo.*

c *Imo Episcopum Apostolicum, ab aliis Episcopis independentem; ac propterea* Archiepiscopum *dictum etiam in litteris Apostolicis.*

d Mengoz *aliis* Mengosus, Megingozus, *et* Megingaudus, *cui supra Vitam S. Bonifacii ascripsit Willibaldus.*

e *An hæc volumina sint Vita S. Gregorii, a S. Ludgero conscriptæ, an hic ex illis ipsam contraxerit, dubitamus.*

f *Imo* Elmere, *uti Willibaldus appellat num.* 49. Alcmer *autem facit nomen oppido nobili in Hollandia Septemtrionali, nequaquam transeunda in Frisiam tendentibus. Deceperit scriptorem Vita S. Gregorii, ubi* lacus Almare *nominatur, pro varietate dialecti, qua*

Adel

EX MSS.

A Adel *et* Edel, *contractimque* Al *et* El, *indifferenter dicitur. Ipsum nunc vulgo dicitur* Mare-meridionale, *vulgo de* Zuider-zee, *de quibus iterum eadem occurrit quæstio* 12 *Junii, ad Vitam S. Odulfi num.* 6.

EXCERPTA

Ex Vita S. Gregorii, Pastoris Ultrajectini.

Auctore S. Ludgero Episcopo.

Est mihi sermo de Domno Gregorio, Abbate, et Præceptore meo ab infantia: qui de nobili *a* stirpe Francorum progenitus, nobilitate morum et sapientiæ documentis, nobilitatem seculi ornavit ac superavit. Quam utique spiritualem nobilitatem et prudentiam assecutus est a sancto Martyre Bonifacio, Archiepiscopo et Magistro suo; qui in diebus nobilissimi Principis Francorum Regis Karoli, de Britannia et gente Anglorum clarissimum quoddam sidus Franciam veniens, sub Regibus Karolomanno et Pippino, ejusdem Regis Karoli glorisissimis filiis, quasi sol rutilans in sanctitate, expandit radios B virtutis suæ et prædicationis; cunctaque prope regna, vivens in corpore, largissimis dapibus doctrinæ suæ reficiens, et fide melioravit et vita: atque post transitum suum de hoc mundo per sanctum martyrium, eadem Francorum regna per electa grana discipulorum suorum, in exemplum Dominici seminis fructificare fecit, et proficere usque in hodiernum diem. Inter quos B. Gregorius columna Ecclesiæ Dei inventus est: qui in diebus religiosissimi Regis Pippini succedens Magistro, genti Fresonum missus est Prædicator; cui Magistro et Bonifacio Martyri B. Gregorius hoc modo adhærere cœpit, et discipulatum ejus subire.

a S. Bonifacius strenuus operarius,

2 Cum ipse electus Dei Bonifacius Martyr, post *b* tredecim annos peractæ in Fresonia prædicationis, quibus in Australi parte Laci Almari, pauper Evangelicus, et propemodum solitarius sanctam sessionem suam tribus in locis peregisset, quorum vocabula locorum sunt hæc. Primus vocatur *c* Wyrda, in ripa fluvii Rheni, ubi septem annis habitavit. Secundus vocatur *d* Attingahem juxta amnem Felita, ubi habitavit annis tribus, quo in loco primum cœpit habere discipulum nomine Gembertum. Tertius locus appellatur *e* Felisa, qui propior erat Gentilibus et Paganis, ubi tribus similiter annis mansit. Post hos inquam tredecim annos, dum admonitus a Deo ad Hassos et Turingios orientales C regiones Francorum iter agere cœpisset, lucrandorum Deo populorum causa; pervenit ad Palatiolum monasterium Virginum prope Treveris civitatem, in ripa fluminis Mosellæ, cui tunc præerat Abbatissa nomine *f* Addula, religiosa valde et timens Deum. Quæ, cum vidisset Athletam Dei peregrinum et egentem, gratulabunda suscepit eum in hospitium suum, implens Dominicam adhortationem, Hospes eram et collegistis me. (Matth. 25) Cumque hic sacrosanctus viator Bonifacius, secundum solitum morem suum, Missarum mysteria peregisset, ut propemodum omni die agere consuevit; sederunt ad mensam, ipse scilicet et ancilla Dei Addula Abbatissa cum familia sua. Cœperunt autem ad ipsum sanctum convivium plus quam epulas, solatium sanctæ Scripturæ expetere, quo fieret fides audientium accensa, spesque et caritas renovata in Deum, qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire.

e in Palatiolo monasterio ab Addula exceptus,

3 Tunc quæsitus est lector: et juxta Dei voluntatem, inventus est electus puer Gregorius, qui per idem tempus nuper a schola et palatio reversus, sub laico adhuc habitu, quasi quartum decimum, aut decimum quintum agens ætatis annum, Dei instinctu venit ad aviam suam, id est, ad matrem patris D sui Albrici, supradictam Abbatissam Deum timentem Addulam; datusque est ei liber. Qui accepta benedictione, cœpit legere, et juxta modum ætatis suæ bene perlegere. Intelligens vero Magister sagacem mentem pueri bonamque indolem, cœpit eum consummata lectione, his verbis moderate laudare et dicere: Bene legis, fili, si intelligis quæ legis. Ipse autem, ad hoc temporis sapiens ut parvulus, et loquens ut parvulus, se scire professus est, quæ legebat. Dic mihi, inquit, quomodo intelligis quæ legis? Ipse vero repetebat ab exordio lectionem suam volens legere sicut prius. Præceptor autem sanctus distulit eum paululum; et dixit: Non ita, fili, quæro ut dicas mihi lectionem tuam: sed secundum proprietatem linguæ tuæ, et secundum naturalem parentum tuorum loquelam, edissere mihi quæ legis. Hac ille ratione convictus, confessus est, quia non posset facere. Sanctus vero ait Bonifacius: Vis, fili, ut ego tibi dicam? Volo, inquit.

S. Gregorium hujus nepotem audit super mensam legentem,

4 Tunc B. Bonifacius; repete, ait, ab exordio lectionem tuam; et discrete lege. Quod dum faceret, E exorsus est sanctus Magister, et clara voce cœpit prædicare, et Matri et omni familiæ. Quæ prædicatio ex quo fonte processerit, claret in conversione Gregorii ingeniosi pueri et sagacis; quia non ab humana facundia, quæ frequenter ad tempus deludit; sed ex Spiritus sancti gratia, secundum promissum Evangelii in modum fluminis aquæ vivæ de ventre fluxit Doctoris; (Joan. 7) et cor prudens ac docile pueri Gregorii tanta virtute et velocitate penetravit, ut ad unam incogniti eatenus Magistri exhortationem et prædicationem, oblivisceretur et parentum et patriæ: ipsaque hora, dum complesset Magister sanctus prædicationem suam, nolens ab eo ultra disjungi, ivit ad aviam suam prædictam Abbatissam venerabilem Addulam; dicens, se velle cum homine pergere, et ad discendos divinos libros discipulatum ejus subire. At ipsa, carnali affectu constricta, ilico repulit eum, et omnimodis hoc fieri posse renuit, quia utique non nosset hominem, neque quo iret. Sed sicut scriptum est, Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem. (Cant. 8) Puer Gregorius in proposito suo permansit, et dixit ad Addulam aviam suam; Si non vis mihi dare equum ut equitare possim cum eo, pedibus ambulando absque dubio vadam cum illo. Sic ergo altercando de ignoto itinere diutius disceptabant ad invicem: sed tandem prævaluit caritas electi pueri Gregorii, et, ut dignum erat, carnalem amorem vicit dilectio spiritalis. Videns ergo F famula Dei Addula, quia prudens erat femina, animum inflexibilem pueri, dedit illi pueros et equos, et dimisit eum ire cum sancto Magistro, in opus quod compleverunt simul usque ad sanctum martyrium ejus.

eumque instruit,

5 Intelligis, Lector, pius et prudens, quem secutus sit electus puer Gregorius in hoc facto, ut inconsultis parentibus, omnibusque propinquis, et ipsa quæ præsens erat resistente avia, tam subito mutaretur: idem enim Spiritus videtur mihi in hoc tunc operari puero, qui Apostolos Christi et dispensatores mysteriorum Dei ad illud inflammavit, ut ad unam vocem Domini, relictis retibus et patre, sequerentur Redemptorem. Contemptis igitur parentibus et patria, omnibusque retro relictis, quæ carnaliter blandiri poterant menti adolescentis; secundum Psalmistæ dictum beatus puer Gregorius, (Psal. 16) propter verba labiorum Dei, secutus est vias duras. Durum namque erat et valde asperum, ut qui in patris domo multum divitis in jocis et deliciis erat nutritus, unum peregrinum et pauperem hominem sequeretur, nesciens quo iret: et in tantum ei obediret, ut omnes alios homines et potentes seculi, et

et accipit comitem ac discipulum:

proprios

A proprios parentes, tamquam surdus non audiret, dummodo illius præceptis obsecundaret in omnibus. Quanta enim auctoritas lucebat jam tunc in futuro Martyre Bonifacio, æstimare quis poterit, quæ cor pueri tam subita immutatione incitavit; aut quis ardor caritatis ad obediendum ignito magistro mentem juvenis inflammavit, ut subito oblitus sui secutus sit Christi pauperem, omnis mundanæ substantiæ inopem. Non hoc fecit amor auri et argenti, non cupido prædiorum et superba jactantia, quorum nihil erat in causa; sed hoc fecit artifex summus, unus atque idem Spiritus Dei, qui omnia operatur in omnibus, dividens singulis prout vult.

laborat in Turingia:

6 Tunc Electi Dei, iter desideratum peragentes, venerunt Turingiam. Porro ad augmentum boni sui, et ad comprobandam mentis eorum constantiam et longanimitatem, in tanta paupertate invenerunt populum illum, ut vix ibi ullus haberet unde viveret, nisi de longinquo parum quid colligeret, ut ad modicum tempus sustentaret penuriam suam: nam tota illa regio, in confinio Paganorum rebellium posita, illo tempore incensa erat, et hostili B manu vastata. Quæ tamen penuria nequaquam terrere poterat ministros Christi, ut ob id subterfugerent, quo minus annuntiarent eis omne consilium Dei: sed juxta exemplum Apostolicum, cœperunt laborare manibus suis, quæ opus erant sibi et eis qui cum illis erant: atque cum illo populo in tentationibus suis firmiter permanere, et circumquaque prædicando invitare ad cœlestia regna. In his ergo studiis perseverantes secundum formam primitivæ Ecclesiæ, erat eis cor unum et anima una; et augebat Deus quotidie multiplici numero, qui salvi fierent in idipsum.

1 Cor 4

7 Tunc fama sancti Magistri et futuri Martyris Bonifacii cœpit dilatari per omnia Orientalia regna Francorum. Cœpit quoque et electus adolescens Gregorius in discipulatu ejus proficere, ætate et sapientia; et in tantum amabilis fieri Magistro, ut quasi unicum filium eum diligeret, jam adjutorem fidelem illum habens in omni opere bono. Hic autem tantus profectus electorum Dei non est initiatus per opulentiam et mundanas delicias, neque per securitatem et prosperitatem vitæ mortalis: sed in fame et nuditate et laboribus multis: in quibus omnibus et opere manuum vivere cogebantur, et nonnumquam vicinam Paganorum persecutionem C ob metum mortis cum populo simul in civitatem fugere; ibique in atro pane et angustiis per dies plures habitare; donec collecta multitudine sua cives, manu validiore eos iterum effugarent. Hoc ergo certamen quoniam per innumeras vices inter Paganos et Christianos gerebatur, idcirco hinc et inde magna pars regionum illarum redacta erat in solitudinem. In tam forti autem et periculosa in diebus illis decertatione, in tanta pugna et perturbatione dimicantium populorum, electus Pastor Bonifacius numquam cessare potuit a custodia et instructione gregis sui; vero tanto fuit constantior et paratior pro ovibus suis animam suam ponere, quanto rabiem luporum frequentius vidit et atrocius imminere. Similiter et fidelis discipulus ejus Gregorius, adjutor infatigabilis in opere Dei, cum Magistro permansit in custodia et educatione gregis Christi, factus secundus Pastor.

in magna penuria et persecutione;

8 Eo usque autem hæc ita gerebantur donec per gratiam Christi triumpharet Christiana manus, et pax plena Dei Ecclesiis redderetur. Et erant magis ac magis crescentes ac proficientes in opere Domini, sicut in præsentiarum cernitur considerantibus regiones illas. Sed quid nos miseri, pigri et inertes, in pace Ecclesiæ Dei dicturi sumus? qui non gregis lucra, sed commoda nostra semper quærentes, vix unquam in custodia ovium, contra rabiem luporum vel unum latratum minimi sermonis emittimus: qui, sicut dixi, in pace Ecclesiæ pigri sumus, et somnolenti in custodia gregis, in lucris vero carnalibus nimium strenui et pervigiles. Isti autem, de quibus loquimur, in tanta perturbatione et bellorum certamine, non solum in sui intima et casta custodia mundis cordibus permanserunt; sed etiam in lucro gregis et discipulorum documentis tanta benedictione Dei dilatati sunt, et propria vigilantia per Dei adjutorium multiplicati. D

a S. Judgero ep. ingenti animarum fructu:

9 Tunc priores et prudentiores Francorum, qui electum Dei Martyrem Bonifacium, ejusque discipulos venerabilem Gregorium et socios ejus, in tanta virtute operum et fortitudine constantiæ nosse et intelligere potuerunt, cœperunt eis et sua offerre diligentius de die in diem, et laudem tantæ beatitudinis et unitatis apud Regem Francorum seniorem g Karolum non celare: cœpitque et ipse Rex virum Dei Bonifacium velle videre, jussitque eum venire ad se. Qui cum venisset, non statim in initio honore sibi condigno receptus est a Rege, sed sic competenter dilatus, quia fuerant quidam pseudodoctores et adulatores, qui famam sancti viri et discipulorum ejus obfuscare, et impedire conati sunt apud Regem. Verumtamen ex illo die crevit amor et honor hominis Dei et discipulorum ejus apud omnes, qui fidem illorum et vitam scire, et investigare interius desiderabant, et juxta dictum Evangelii, Justificata est sapientia a filiis suis. Redierunt Electi Dei iterum ad sua, in cœpto opere sine ulla hæsitatione permanentes, in Turingis et in Hassis, ubi tunc temporis maxime opus erat doctrina illorum, ob vicinitatem Paganorum et indoctam plebem. Ibique cœperunt, offerentibus propter amorem Dei et salutem animarum suarum, modica loca territoriaque suscipere, et in eis ecclesias construere; et in hoc quoque opere, sicut et in prædicatione sua, cum benedictione Dei multum proficere. De quibus locis, est unus in Turingia nomine Erpesford, et alius in Hassis Fridеshlar cum ceteris nonnullis, quos initiaverunt electi Dei, et excoluere cultu divino. Tunc creverunt loca divitiis, crevitque numerus discipulorum, ac virtute operum proficiebat. Crevit etiam beatus adolescens Gregorius cum suo Magistro, in omni operum virtute et decore sapientiæ divinæ, secundum formam Magistri, a quo didicerat. Et sic in omnibus secundum Psalmistæ dictum, qui electis Dei legem dedit in virtute operum, dedit et benedictionem in multiplicatione: et sic ibant de virtute in virtutem, quotidie in melius proficientes et crescentes in omni opere bono.

g a Carolo Martello adjutus, E

Luc. 7

ecclesias construit Erfordiæ et Fridlariæ.

F

Ps. 83,

10 Interea, dum hæc ita geruntur ab electis Dei, Bonifacio et discipulis ejus; successerunt in regno Patri Karolo religiosi filii Carlomannus h et Pippinus, patre debitum universæ carnis persolvente, et transeunte de hoc mundo. Tunc pii filii, patri succedentes in regnum, quia eis undique per gratiam Christi major quies erat largita bellorum quam fuisset patri; cœperunt in regno suo, inspirante Deo, religionis officia intentius quærere et meliorare. Cœpit et hoc audire B. Bonifacius futurus Martyr et discipuli ejus, cœperuntque frequentius approximare palatio quam fecissent, et loqui cum Regibus, et prædicare secundum datam sibi a Deo gratiam populum Dei in ipso palatio. Et in tantam gratiam venerunt apud Reges supradictos et omnem populum Francorum, ut omnes una voce dicerent et concordarent, B. Bonifacium dignissimum esse Episcopatu et omni honore, exceptis illis pseudodoctoribus et adulatoribus, quos superius dixi, qui et

h a Carolomanno et Pippino æstimatus.

A S. LUDGERO EP.

A et eum interficere aliquando moliti sunt; sed non dimisit eum Dominus protector ejus venire in malevolas manus eorum, donec annuntiaret secundum dictum Psalmistæ, brachium et potentiam Dei generationi quæ ventura erat. Igitur ipsi soli cœperunt contradicere et eum blasphemare quantum potuerunt, atque affirmare, non esse eum dignum Episcopatu, quod peregrinus erat.

Psal. 70

11 In tantum erat tunc sanioris consilii Laici, quam Clerici, videntes sapientiam Dei et gratiam esse in homine illo, ut quo amplius perversissimi illi, non dico *i* Episcopi, quibus nomen illud datum est immerito, eum vituperare conati sunt; tanto amplius diligeretur ab omnibus, et laudibus efferretur, quoadusque in certamen venirent coram Regibus, et coram universo Senatu populi Francorum. Sed quid opus est dicere de illa disceptatione, quam habuerunt tunc ad invicem; illi scilicet perversissimi, quos nominare nolo ex una parte, et S. Bonifacius ex altera cum discipulis suis Gregorio et sociis ejus? dum confusi et refutati ab omni Senatu, et ab ipsis Regibus, inde discederent adversarii; et S. Bonifacius futurus Martyr ad hoc perveniret, B ut absque ullius contradictione, una omnium voce, eligeretur in Episcopatus sublimissimum gradum, et Maguntia Metropolitana Ecclesia ei daretur a Regibus providenda et regenda. Ex eo die quantum claruerit sapientia ipsius omni regno Francorum, quantasque Synodos cum religiosis Regibus ad correctionem populi postea instituisset, non in isto opusculo modo dicendum est; dum in modum solis effulserit in templo Dei, ac prædicatione sua et exemplis omnes nebulas effugarit infidelitatis et hæreticæ pravitatis; quoniam ista omnia, in libello de passione ipsius scripto, plene et lucide manifestantur.

i adversarios vincit,

et fit Metropolita Moguntinus

12 Ad hæc autem universa, non modice adjutus est ab electis discipulis suis, post Magistrum clarissimis prædicatoribus et columnis Ecclesiæ Dei; quorum unusquisque civitatem et regionem suam, sicut Lucifer mane oriens, illuminavit exemplis et doctrina. B. Gregorius Trajectum, antiquam civitatem et vicum famosum Dorstad, cum illa irradiavit parte Fresoniæ, quæ tunc temporis Christianitatis nomine censebatur, usque in ripam occidentalem fluminis, quod dicitur *k* Lagbeke, ubi confinium erat Christianorum Fresonum ac Paganorum, C cunctis diebus Pippini Regis. Lullus Maguntiam Metropolitanam civitatem, cum maxima parte Christianorum Fresonum, qui in parochia urbis illius constiterunt, incoluit. Megingodus, venerabilis Pater et Pastor, gregis sibi commissi civitatem Wirzeburg, cum suis adjacentiis in sua sorte, sale sapientiæ et doctrinæ suæ condivit et custodivit *l*. Willibaldus, electus Dei Antistes, Episcopatum quod nuncupatur in Helistedi, in parte proxima nobis Baguariorum: idem in Nordgoe *m* simili modo, ut pius Pater, a fundamentis illud erigens melioravit et custodivit. Nec non et germanus prædicti Willibaldi, nomine Winnibaldus Presbyter, Magistro meo B. Gregorio valde carus, et ipse locum et regionem suam sancte et feliciter illustravit; qui post obitum suum quid vivens fecerit, magis miraculis ostendit. Sturmi vero venerabilis Abbas, unus ex numero illo electorum Dei, quantum profecerit in eremo sua post martyrium sancti Magistri, Bocanna silva in testimonio est; quæ prius omnimodis inculta erat ac desertum, nunc autem ab Oriente usque ad Occidentem, a Septentrione usque ad Meridiem, ecclesiis Dei et electis palmitibus Monachorum repleta est. Qui etiam Sturmi Abbas hoc meruit privilegium a Deo et sancto Magistro præ condiscipulis, ut ipsum locum, quem D Magister sanctus elegit ad sepulturam corpori suo, possidere mereretur et initiare, et sanctum corpus ejus martyrizatum in eodem suscipere, et in tantum provehere et glorificare eumdem locum, ut ante obitum suum de hoc mundo quadringentorum circiter Monachorum (exceptis pulsantibus et aliis minoribus personis, quorum numerus multiplex erat valde in ipso monasterio, posito juxta fluvium Fulda) Pater extiterit et Præceptor. Duo autem ex illis electis Dei, Wigbertus *n* et Burghardus, ante Magistrum migrarunt a seculo: sed non sunt illi absque palma electionis suæ, dum ad regna cœlestia Magistrum præcedere meruerunt, et in regionibus suis pro Sanctis Dei habentur et coluntur ab omnibus, qui vitam illorum et virtutem cum Deo nosse potuerunt. Cernis, o Lector intelligens et diligens, quanta charismata in uno homine fuerint; et quid pauper ille, qui solitarius dudum in Fresoniæ partibus fuerat, per tempus ostensionis suæ fecerit ad fructum Ecclesiæ Dei. Non autem ipse hæc per se potuit, sed secundum Apostolum, Gratia Dei cum eo fecit hæc universa et stabilivit. Igitur, quia paululum propter communem laudem discipulorum sancti Magistri Bonifacii, proposito itinere narrationis E elapsus sum, nunc iterum ad id redeam unde digressus sum.

discipulos habet S. Gregorium,

k

Lullum, et alios,

l

m

item Wigbertum et Burchardum.

n

1 Cor. 13

13 Tunc B. Bonifacius Martyr futurus, lubentibus religiosis Regibus, cum consensu omnis Senatus populi Francorum, missus est Romam ordinandus in Episcopatus gradum ad Gregorium Papam, *o* tertium a primo; ibique ei nomen suum, modo omnibus notum et divulgatum, simul cum benedictione et gradu Episcopatus, ob facundiam linguæ, et gratiam labiorum a Deo sibi donatam, inditum est ab Apostolico Pontifice Bonifacius, qui antea Winfridi vocabulo censebatur. Sicque sanctus vir, et gradu decoratus et nomine, coram omni Clero et familia B. Petri Principis Apostolorum, et coram ipso Gregorio Papa prostravit se, et oravit, ut propter Deum et amorem S. Petri ibidem illico in ipsa Ecclesia, cum supplici devotione pro se flecteret genua omnis Clerus, qui præsens aderat; et unanimiter omnes orarent Dominum, Beatumque Petrum intercessorem invitarent et auxiliatorem orationis suæ, ut bono fine et Deo placabili terminare mereretur et concludere dies suos. Qui etiam omnes, inspirante Deo, unanimiter cum summa F devotione, inclinantes se coram Reliquiis B. Petri Principis Apostolorum, compleverunt petitionem ejus, sacra oratione et Pastoris et Gregis fusa ad Deum. Quæ oratio cum sanctis meritis ipsius conveniens, quantum valuerit apud Deum omnipotentem, testatur sanctum Martyrium ejus, peractum in diebus senectutis, et jam tunc nimiæ imbecillitatis corporis sui, dum in decrepita ætate positus, vivere in hoc mundo non valeret diutius.

o

Romæ ordinatus Episcopus,

expetit preces aliorum

14 Ecce quomodo sapiens architectus et electus Dei Pontifex Bonifacius, non super fluidam arenam humani consilii et superbæ contumaciæ, sed super tutissimam petram divini consilii et Apostolici humilitatis, ædificavit domum suam. Ed idcirco, dum venirent flumina humanæ adversitatis ac perturbationis, flarentque venti diabolicæ tentationis et calliditatis, et impingerent in domum ejus, non potuerunt eam movere; quia, secundum Domini dictum, fundata erat super firmam petram, quæ petra erat Christus. Noster modo intercessor, et certissimus Patronus apud Deum, consideravit perpendens, in quanto periculo et miseria humana constituta sit infirmitas, non in semetipso posuit fiduciam suam, juxta morem superborum partis adversæ; sed ad humilitatem Apostolicam et filiorum Dei recurrit, in largitatem divinæ misericordiæ

Matt. 7

fiduciam in Deo collocat

diæ

A diæ, et devotam supplicationem Ecclesiæ Dei solidavit spem suam. Sic enim et Apostoli Christi eorumque successores et cohæredes in regno Dei, in omni labore et tribulatione sua, oratione Ecclesiæ Dei sine intermissione adjuti, omnia potuerunt implere, quæ eis præcepta erant a Domino. Eia, præsules et Prædicatores populi Dei, eodem honore et pari gradu in hoc seculo decorati, aspicite et intelligite, et assumite exemplum justi hominis; ut, cum vocati a Deo et electi ab Ecclesia Dei, non muneribus obcæcati, ad gradum Episcopatus et ad regimen sanctum accesseritis, juxta formam ejus vos instituere, fructumque adferre valeatis permansurum in vitam æternam.

15 Et in illo quoque itinere, dum sanctus Martyr Bonifacius Romæ, sicut superius dictum est, sacro gradu sublimatus est, B. Gregorius Præceptor meus, electo Magistro infatigabilis comes permansit; intrans et egrediens et pergens ad imperium ejus, sicut semper solebat in omni opere bono. Et non solum in hoc eodem itinere, meritum humilitatis et obedientiæ suæ peregit, ut dignum est juniores subdi senioribus et majoribus suis in omnibus; sed etiam plura volumina sanctarum Scripturarum, largiente Domino, illic acquisivit; et secum inde ad profectum proprium discipulorumque suorum non modico labore advexit domum. Sed et pueros duos, cum consensu Magistri, in discipulatum suum, *p* Marchelmum videlicet et Marcuvinum, de gente Anglorum, secum inde adduxit. De quorum seniore Marchelmo, religiosissimo et sancto viro, ut dignum est donante Deo, suo loco aliquid plenius dicam. Tunc felix comitatus, Magister videlicet sanctus, et discipuli ejus electi, et propriis meritis et intercessione omnis Cleri ac familiæ S Petri commendati Deo et Sanctis ejus, reversi sunt domum, crescentes et proficientes ex illo die in omni opere bono; docentes et instruentes in via Dei, qua ipsi ibant, non solum populum et Proceres Francorum, sed etiam ipsos Reges religiosos sale sapientiæ divinæ non mediocriter condierunt. Et sic in consensu et unanimitate Regum et cuncti populi, per omne Regnum Francorum, cœperunt quotidie magis magisque detrimenta fieri diabolo, et incrementa Ecclesiæ Dei; hæreticæ pravitates non apparere, et Catholica fides in omnibus rutilare, ac religio munda et immaculata longe lateque clarescere.

et comitante ipsum Gregorio,

B

p

magno fructu fidem promulgat,

C 16 Sed et hoc silentio minime tegendum est, quod Marchelmo venerabili viro narrante didici, cujus superius memoriam feci. Quia post martyrium sancti Magistri, a quo, per gratiam Christi et meritum sanctitatis ejus, omnes confines nationes [illegible] sunt; ipse quoque beatus Gregorius a Stephano Apostolicæ Sedis Præsule, et ab illustri et religioso Rege Pippino suscepit auctoritatem seminandi verbum Dei in Fresonia, in qua primus S. Wilibrordus, cognomento *q* Archiepiscopus, in conversione gentis illius initiavit rudimenta Christianæ fidei cum discipulis suis: deinde, senescente eo in opere Dei, et stabilito Episcopatu in loco qui nuncupatur Trajectum, et alio nomine Wiltaburg, et migrante ad Dominum de hac luce, successit S. Bonifacius idem Archiepiscopus et Martyr, quem oculis meis ipse vidi, candidum canitie et decrepitum senectute, plenum virtutibus et vitæ meritis. Quo tempore in ejus discipulatu, sicut superius memoravi, B. Gregorius Præceptor meus ab ineunte ætate fuerat enutritus, cui et successit pius heres, ejusdem gentis Fresonum Pastor et Prædicator ordinatus a Domino, et a Principibus supradictis Ecclesiæ Dei. Eademque caritate, sicut et fidei firmitate, qua prædecessores sui, Sanctus videlicet Willibrordus Archiepiscopus et Confessor, et Bonifacius Martyr atque Archiepiscopus, larga et melliflua eruditione, populum irradiavit simul cum Chorepiscopo et adjutore suo *r* Aluberto, qui de Britannia et gente Anglorum veniebat, magnis vitæ meritis pollens, et eadem benevolentia juxta vires Domino studuit animarum lucra acquirere.

q Post S. Willibrordum Archiepiscopus Ultrajectinus,

D

A. S. LUDGERO EP

r

ANNOTATA G. H.

a *Scilicet Dagoberti II Regis Francorum Austrasiorum ex Adela filia pronepos, uti verosimile conatus sum facere tum in Diatriba Dagobertina pag.* 127, *tum in Exegesi* 2 *Præliminari ad tom.* 3 *Martii num.* 31.

b Tredecim anni *etiam leguntur in Vita* 3, *ubi ex priori Vita diximus legendos* tres annos. *Verum cum in Vita* 2, *num.* 20 *dicatur tertio in Frisia laborasse, sed diversis temporibus; videri possent simul omnia jungi, nisi omnes isti ponerentur ante profectionem ad Hessos et Turingos.*

c Wyrda *ad Rhenum, adhuc* Wurda *seu* Woerda *appellatur, infra Ultrajectum, ab eo duabus leucis dissitum. Aliquibus videtur* Cæsaris-Werda *inter Coloniam et Wesaliam, sed hæc extra Frisiam sita est.* E

d Attingohen *fuit in parte Hollandiæ, quæ jam vulgo* Goedelandia *dicitur, ubi oppidum Wesopum* Fibta *seu* Vecta *fluvio in duas partes secatur, qui fluvius dein ad Mudam influit in Mare Australe.*

e Felisa *non nemini videtur* Wilsen *esse, in hodierna Transisulania: malim ego intelligere* Velsen *prope Harlemum.*

f Adela *filia ut jam dixi, Dagoberti II Regis Francorum Austrasiorum, anno* 680 *interempti ac pro Martyre habiti.*

g *Hic est* Carolus Martellus, *qui Major domus regnum administrabat, ac Regis titulo abstinuit, quem tamen multi postmodum ei tribuerunt.*

h *Ex his* Carolomannus *regnum Austrasiorum ut Major-Domus administravit, dein in Casino monachus; at* Pippinus *postmodum Rex est factus.*

i *Scilicet* Adelbertus *et* Clemens, *de quibus in aliis Actis dictum.*

k Lagbeke *fluvius, verosimiliter is qui nunc* Lecke *dicitur, Ultrajectinæ diœcesis hodiernæ terminus meridionalis.*

l *Coluntur,* Willebaldus *Episcopus* 7 *Julii,* Wunebaldus *Abbas* 18 *Decemb. et* Sturmius *Abbas* 17 *ejusdem Decembris.* F

m Nordgou, *ea fortassis regiuncula, quæ Hegstadio occidentalis, prisci nominis vestigium retinet, in præcipuo istic oppido* Nordlinga.

n Wigbertus *Abbas Fritslariensis mortuus est anno* 747, *et* Burchardus *Episcopus Herbipolensis anno* 751: *coluntur* 13 *Augusti et* 14 *Octobris.*

o *Imo a Gregorio II ordinatum esse anno* 723 *supra diximus.*

p Marchelmus, *aliis* Marcellinus, *colitur* 14 *Julii: cui spuria commenta de S. Suiberto tribuuntur, uti late ad hujus Vitam* [illegible] *deductum est.*

q *Eodem scilicet sensu, quo* Bonifacius, *necdum ulli Sedi affixus, ab ipsomet Pontifice ut vidimus vocatur* Archiepiscopus, *quia ad gentium conversionem ordinatus, nullique alteri subjectus.*

r Alubertus *in loco Eobani, Coepiscopi et Martyris, assumptus est, qui munia pastoralia obiret:* Chorepiscopum *hic Auctor appellat* [illegible] *Gossario, nunc* Vicarium Episcopi [illegible].

A

ANALECTA BONIFACIANA

CAPUT I.

An et quid a Zacharia Papa et S. Bonifacio actum sit in promotione Pippini ad regnum Francorum.

Statueramus finem de elevatione Pippini Principis in Regem Francorum, ejusque unctione, prorsus silere, eo quod earumdem neque in variis S. Bonifacii *Actis, neque in epistolis Zachariæ Papæ ulla inveniatur mentio. Quia tamen utriusque rei antiquissimum testimonium adscriptum invenitur vetustissimo MS. libro Gregorii Turonensis de Vitis Patrum, quod absque dubio amatores veritatis libenter cognoscent, in gratiam illorum istud hic dare placet, et quod ibi dicitur collatis aliunde attestationibus corroborare. Pertinuit olim hic codex ad Collegium Molshemense Societatis Jesu in Alsatia, a quo ipsum facta cum aliis libris permutatione acquisivimus et penes nos* B *jam pridem detinemus. Huic libro ad calcem ita adjungitur :* Si nosse vis, lector, quibus hic libellus temporibus videatur esse conscriptus, et ad sacrorum Martyrum pretiosam editus laudem ; invenies anno ab Incarnatione Domini septingentesimo sexagesimo septimo, temporibus felicissimi atque tranquillissimi et Catholici Pippini, Regis Francorum et Patricii Romanorum, filii beatæ memoriæ quondam Caroli Principis, anno felicissimi regni ejus in Dei nomine sexto decimo, Indictione quinta ; et filiorum ejus, eorumdemque Regum Francorum, Caroli et Carlomanni, qui per manus sanctæ recordationis viri beatissimi Domni Stephani Papæ, una cum prædicto patre, Domno viro gloriosissimo Pippino Rege, sacro chrismate in Reges, Dei providentia et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli intercessionibus, consecrati sunt anno tertio decimo. Nam ipse prædictus Domnus florentissimus Pippinus Rex Pius, per auctoritatem et imperium sanctæ recordationis Domni Zachariæ Papæ, et unctionem sancti chrismatis, per manus beatorum Sacerdotum Galliarum, et electionem omnium Francorum, tribus annis antea in regni solio sublimatus est. Postea per manus ejusdem Stephani Pontificis de novo, in beatorum prædictorum Martyrum Dionysii Rustici et Eleutherii ecclesia (ubi et venerabilis vir Folradus Archipresbyter C et Abbas esse cognoscitur) in Regem et Patricium, una cum prædictis filiis Carolo et Carlomanno, in nomine sanctæ Trinitatis unctus et benedictus est.

Testimonium facti anno 767 scriptum

2 In ipsa namque beatorum Martyrum ecclesia, uno eodemque die, nobilissimam atque devotissimam et sanctis Martyribus devotissime adhærentem Berteradam, jam dicti florentissimi Regis conjugem, prædictus venerabilis Pontifex, Regalibus indutam cycladibus, gratia septiformis Spiritus benedixit ; simulque Francorum Principes benedictione et sancti Spiritus gratia, confirmavit : et tali omnes interdictu et excommunicationis lege constrinxit, ut numquam de alterius lumbis Regem in ævo præsumant eligere ; sed ex ipsorum, quos et divina pietas exaltare dignata est, et sanctorum Apostolorum intercessionibus, per manus Vicarii ipsorum et beatissimi Pontificis, confirmare et consecrare disposuit. Hæc ideo caritati vestræ breviter in novissima paginula libelli inseruimus hujus, ut per succedentium temporum et vulgi relationem propago in ævo valeat cognoscere posterorum. *Hæc Scriptor eruditus, et verosimiliter Monachus Sandionysianus, annis ab obitu* S. Bonifacii *elapsis dumtaxat duodecim : indicat autem, Pippinum* auctoritate et D imperio Zachariæ Papæ, et unctione sacri Chrismatis per manus beatorum Sacerdotum, et electione Francorum, in regni solio sublimatum.

a præsente verosimiliter Monacho Dionysiano,

3 *Quomodo ista fuerint peracta, explicabunt antiqui Francorum Annales, quos Andreas du Chesne, Geographus Regius, acri vir judicio, selegit, et tomo secundo Scriptorum historiæ Francorum inseruit. Apud hunc in iis quos exhibuit antiquus Codex Tilianus, ab anno* DCCVIII *ad annum* DCCCVIII *deductos pag.* 12 *sic legitur.* Anno DCCXLIX Zacharias Papa per Fulradum mandavit, ut Pippinus ad Regem levaretur. Anno DCCL Pippinus, secundum Francorum morem, electus est ad Regem : et unctus per manus sanctæ memoriæ Bonifacii Episcopi, elevatur a Francis in regno, Suessionis civitate. *Annales Loiseliani, ab anno* DCCXLI *ad annum* DCCCXIV *protracti, pag.* 25. Anno DCCXLIX Burghardus Wirzeburgensis Episcopus et Fulradus Capellanus missi fuerunt ad Zachariam Papam, interrogando de Regibus in Francia, qui illis temporibus [erant] non habentes Regalem potestatem, si bene fuisset an non. Et Zacharias Papa mandavit Pippino, ut melius esset illum Regem vocari, qui potestatem haberet ; quam illum, qui sine Regali potestate manebat, ut non conturbaretur ordo. Per auctoritatem ergo Apostolicam jussit Pippinum Regem fieri. Anno DCCL Pippinus secundum morem Francorum electus est ad Regem, et unctus per manum sanctæ memoriæ Bonifacii Archiepiscopi, et elevatus a Francis in regno suo, Suessione civitate.

confirmatur ex Annalibus Tilianis,

Loiselianis,

E

4 *Eadem extant ex autographo Bavaricæ Bibliothecæ apud Henricum Canisium, sed solum ad annum* DCCXCIII *deducta, et apud Eginhardum in Annalibus de Gestis Pippini Regis. Eadem etiam leguntur Tomo 3 Chesnæi in Annalibus Bertinianis, a Joanne Bollando submissis. Eadem demum habemus in pervetusto codice nostro, ubi anni duo sequentes, nulla re annotata vacui, ita supplentur : Anno* DCCLI Hildericus, qui falso Rex vocabatur, tonsoratus est in monasterium missus. Anno DCCLII Pippinus, monente S. Bonifacio, quibusdam Episcopatibus, vel medietates, vel tertias rerum reddit, promittens postea omnia reddere. *In Annalibus Francorum Fuldensibus hæc simul ad annum* DCCLII *continentur :* Zacharias Papa ex auctoritate S. Petri Apostoli mandat populo Francorum, ut Pippinus, qui potestate regia utebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Ita Hildricus Rex, qui ultimus Merovingorum Francis imperabat, depositus et in monasterium missus est. Pippinus vero in civitate Suessionum a S. Bonifacio Archiepiscopo in Regem unctus, regni honore sublimatus est. *Similia de Pippino, auctoritate* Zachariæ Papæ *in Regem elevato, et a* S. Bonifacio *consecrato, sive uncto, habent apud Labbe in Nova Bibliotheca, Hugo Abbas Flaviniacensis in Chronico Virdunensi, et Chronica Rerum Francorum digesta usque ab obitum Lotharii Imperatoris ; tum etiam Ademarus Monachus S. Eparchii in suo Chronico. Plures præterea producuntur a Serario Notatione 43 ad Vitam S. Bonifacii ; videlicet, Egilwaldus lib. 2 Vitæ S. Burchardi Episcopi Herbipolensis cap.* 1, *Marianus Scotus, Regino, Sigebertus, Lambertus Schafnaburgensis, Otho Frisengensis, aliique. Baronius ad annum 752 num.* 1 *asserit,* scriptores omnes rerum Francicarum, sive veteres sive recentiores, absque controversia adstipulari.

et aliis,

item Fuldensibus,

F

aliisque,

imo omnium calculo,

5 *His ita productis non meo, sed aliorum sensu, absque ulla interpolatione, sed solum aliorum verbis ; rogatum velim eruditissimum scriptorem Annalium Ecclesiasticorum Francorum, ne iterum ego* Henschenius, gloriæ regni Francici injurius *dicar, uti dicor in Indice Tomi 3, remisso lectore ad annum 673, ubi*

et Diatribam Dagobertina desinat accusare Annalista Francus

A *ubi arguor num.* 20, homo Hispano-Belga in Epistola Nuncupatoria, Diatribæ de tribus Dagobertis Regibus Francorum *præfixa, scripsisse quædam* adversus majestatem Coronæ Francicæ, quæ superiorem in temporalibus numquam agnovit. *Diatribam istam edidi anno* MDCLV, *quando scilicet a Joanne Jacobo Chiffletio suscitata erat controversia de natali Childebrandi; de quo contra ipsum scribens Parisiis aliquis anno* MDCLIX, *ita probavit affectum meum, cuicumque parti pro veritate æquis animum, ut, licet* Hispano-Belga *essem, meo unius arbitrio, omnes illas Chiffletianis controversias dirimi ac definiri voluerit, modo Chiffletius eo stare sponderet. Vidi obiter libellum Francofurti, Romam proficiscens anno* MDCLX; *utinam etiam postea, inde redibens atque Parisiis totum trimestre commorans, solicitus fuissem ut illum mihi compararem: si non alio fine, certe in testimonium meæ erga Francos æquitatis, ipsismet Francis tam clare agnitæ, ut non dubitarer, in quæstione historica laturus sententiam, contra ipsos quoque Hispanos, si contra hos certior probaretur stare ratio: neque enim ad talem de me opinionem formandam, aliud*
B *movisse scriptorem istum potuit, quam Diatriba prædicta, summo per Franciam applausu excepta, uti plurium eruditorum inde datæ litteræ nuntiabant. Sed id ipsum causæ erat, quod ea ex parte omnino securus, nihil cogitarem de Francorum approbatione colligendis, a nemine admonitus, esse in meis scriptis aliquid, de quo vellet quisquam queri.*

6 *Quid autem Dedicatoria, nominatim in crimen vocata? Non eam quidem ipse composui: pro ea tamen reddere rationem obligatus, auctorem et scopum ejus paucis explico. Cum totus ego essem in conscribenda et edenda dicta Diatriba, edidit prædictus Chiffletius Anastasin Childericianam, accepta occasione, ab hujus Regis effossotum forte Tornaci cadavere. Hunc tractatum legit Magister meus ac studiorum arbiter Joannes Bollandus optimæ memoriæ; legit deinde et Diatribam meam; atque ex suo erga me et socium et collegam affectu, voluit Dedicationem scribere. In hac visum est comparationem instituere, inter Childericum Chiffletii, etatumque a me etenendas Dagobertum II, et cæperitam, quod primo ethnicus Romanæ Imperii ceperat arma; Christianus alter quiete possederit hæreditarium regnum,* pridem *majoribus ejus* confirmatum assensione populorum, Pontificis Romani auctoritate, Imperatorum quoque Orientalium approbatione. *Quid hic obsecro tantopere*
C *peccavit, aut Dedicatoriæ auctor Bollandus, aut ego qui illam præfixi Diatribæ meæ sum passus? De assen*sione populorum, *gratulatur sibi ultro Annalista ipse;* de Imperatorum Orientalium approbatione, *Procopium testem recusat aut explicat. Displicuit ergo, aut solum aut præcipue,* Romani Pontificis auctoritas, *in partem adducta. Poterat hæc quoque commode intelligi. Cur enim non poterat? Quando eam ipsamet Francia inventus est scriptor, Pippino æqualis, et tot alii eum secuti, qui in transferendo in Pippinum regno agnoverunt* auctoritatem et imperium Zachariæ Papæ, *cui adstipulantur omnes sive veteres sive recentiores* rerum Francicarum Scriptores *testatur Baronius.*

vel Dedicatoriam illi præfixam a Bollando.

7 *Mallem equidem nullam unquam litteram scribere, quam ad aliquas etiam privatæ personæ nedum Regiæ Majestatis æquam* ven[illegible]. *Duas* omnia ansas habent. *Rogo igitur omnes, ne illi sinistre velint interpretari quodcumque meum vel sociorum meorum verbum, aliud agentibus fortassis elapsum, et in alium quam intenderimus sensum trahendum. Suas Annalista Dedicationes relegat, in quibus multa, non tam facile in melius sensum accipienda ab Hispanis, etiam modestissimis, quæ tamen ipse nolo accipienda aut ream læsæ Majestatis arguo, ut ipse me. Hæc scripsi, et absolvi hunc de S.* Bonifacio *tractatum ipso*

et innocenter dicta æquius interpretari.

festo Sanctorum omnium, anno MDCLXXVII, *jam senex; et annos, transitorios quidem cum seculo supputans, cujus initio natus sum; sed jugiter æternos in mente habens, uniceque optans cum Sanctis Dei in gloria numerari.* D

8 *Vixit post hæc scripta* Henschenius *annis ferme sex; et me in Maji editione occupato, totus incubuit Junio præparando, sicut ad ultimum usque mensis hujus diem fecit, etiam ea ordinans quæ mihi ac sociis relicta volebat; ad ea autem perficienda, vix demum accedere mihi licuit anno post obitum Magistri octavo; adeo multo assumpserunt curandi pro Majo, in Tomos septem extendendo. Interim obiit etiam Francorum Annalium scriptor Carolus le Cointe, qui quam parum suo sit moderatus affectui, ubicumque vel minima ansa offertur sugillandi nationes diversas a Francis, ut hanc extollat, ipsismet Francis judicandum relinquo. In una certe re valde dissimilis fuit Henschenio, quod cum hic nonnullis etiam nimius videatur, in nominandis cum laude omnibus ac singulis, quorum ex labore studioque profecit, interque eos ipso Annalium dictorum Conditore; iste, multa ex Henscheniano sumens, aut raro aut numquam Auctorem eum fassus sit, cujus sententiam vellet suo calculo addito confirmatam; nec fere alibi nominaverit, nisi cum diversum tenendum sibi putabat.* E

Ea Henschenii exculpatio,

9 *Utroque tamen jam mortuo, dubitari equidem num Caput hoc totum, neque jam amplius ab eo cui scriptum erat legendum, sinere in luce, an potius cum descriptum initio monumentum, pridem a me propositum Francis fuerit num.* 35 *Exegesis præliminaris de Genealogia Regum Dagobertinorum ante Tomum 3 Maji; ad quod non reflexit* Henschenius *memoriam advertisse cum hæc scriberet. Sed cum ego ignarus vicissim eorum quæ ipse in hunc locum retulerat,* XIII *post id anno dederim, inter Paralipomena ad meum de Pontificibus Romanis conatum, Dissertationem novam, futuram in ordine aliarum vigesimam secundam, de Titulo Regis apud Francos, Zacharia Pontificis auctoritate translato a priori ad* Carolinam *Stirpem; in ea Dissertatione paulum sim progressus ultra simplicem Auctorum citationem, intra quam hic sese continuit* Henschenius; *cogitavi, fieri etiam posse, ut hæc illis esset utilior, quæ posterior; aliquando servit si forte (quod hactenus necdum audivi) malignioris ingenii aliquem, invenerit criticum, mihi eam vellet ex causa sua tornatam, de quo nequam velit exprobrare, tamquam Francicæ gloriæ invido.* F

ipsi modo minus necessaria;

cui hic nunc edita sit,

10 *Cum autem gentem hanc deprecor, ne facile credat, ad suam injuriam scriptum a me quidpiam; longe æquius censeo id me impetrare ab Hispanis, Italis, et Belgis, si quando Veritas, cui uni studeo, omnibus potentior, me coegerit, nova quædam aut vetera commenta transmittere, et falsitatis arguere, postulante populari favore, quem illis aut pertinacius propugnandis, aut quovis modo excusandis, non potui tenere. Idem rogatos velim Religiosos Ordines universos, Religiosus ipse, et quidem ejus Societatis, quæ libenter se, ut tempore suo assumam, sic ne umquam velit ut aliud quam pro placito tuum umquam. Nam et ipse post annos triginta quinque in hoc litterario ad Sanctorum Acta stadio, et ferme quinquaginta in Religione, traductos, incipio metam prospicere, ad quam reddenda sit supremo judici actorum et scriptorum omnium meorum ratio, in quibus si quid vel per ignorantiam peccatum vel ex zelo illustrandæ veritatis minus caute praeter est, id ut emendari velint, per litteras monitum, ut ipsis placuerit, ad me remittant, quæ vel cum hactenus vel eis quæ ostendas, fas ad ante me, aliquem et nihil hac studiis a me propriam, et post Decessionem, in quod hic de tempore imponi, recognitionem et supplementum, cum his iis et omnibus, ad quos omnes reges, et mali suspiciones, si quas habent conferre.*

et quod ex merito ejus editor putat

CAPUT

A

CAPUT II.

Monasterium Fuldense constructum a S. Bonifacio; ejusque corpus ibi depositum, ac deinde in novam ecclesiam translatum: Historia Translationis et dedicationis.

Cœnobium Fuldæ anno 744 erectum.

In ea parte Germaniæ, quam Franci qui dicuntur Orientales inhabitant, locus est, ex nomine vicini fluminis Fulda vocatus ... in quo S. Bonifacius monasterium constituit Monachorum, anno ante passionem suam decimo, qui fuit ab Incarnatione Dominica quartus et quadragesimus et septingentesimus annus. *Ita in Vita B. Rabani, a nobis ad diem* IV *Februarii edita, Rudolfus Presbyter, Monachus Fuldensis, discipulus ipsius Rabani, anno* DCCCLXVI *vita functi. Ibi S.* Bonifacius, *uti idem Rudolfus in Vita S. Liobæ danda* XXVIII *Septembris addit,* in Casinum montem Sturmin discipulum suum, virum genere et meritis nobilem misit, ut in monasterio, quod beatus Pater Benedictus instituit, disciplinam regularem et vitam moresque agnosceret, Pastorque futurus discipulus fieret, atque in sua subjectione disceret, quomodo aliis præesse deberet, *ab illo Abbas Fuldensis constitutus. Tunc, ut Christophorus Browerus lib.* 1 *Antiquitatum Fuldensium cap.* 4, *ex Monumentis perfectu, tis, de finibus et terminis Fuldensibus habet, ista chartula est descripta.* Bonifacius, Legatus Germanicus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, viris religiosis ac Deum timentibus in regno Francorum constitutis. Non incognitum esse reor pluribus, qualiter Carolomannus vir illustris, qui in regno Francorum simul cum germano suo Pippino dominatur, locum in Bachonia silva aptum ad monasterium construendum nobis concessit, et perpetualiter servis Domini condonavit. Ideo placuit nobis, ut eumdem locum, qualiter certis terminis consistit, adnotemus; et idoneis testibus, qui in prædicti Principis traditione et vestitione ipsius loci adfuerunt, subter firmemus. Est ergo terminus ecclesiæ et monasterii Sancti Salvatoris, quod situm est in littore fluminis Fuldæ, primum in Orientali plaga fons rivi, qui vocatur Cruzibenbach *et, reliquis omissis, quæ ibi legi possunt, ita concludit.* Sic enim iste locus traditus est a Pippino, et a prædicto Principe Carolomanno, ut sit commendatus idem locus et utilis Salvatori nostro usque in finem seculi, ad congregandos et nutriendos servos ejus, absque ulla impeditione vel usurpatione aliorum. Signum Bonifacii Archiepiscopi, qui hanc chartam pro notitia omnium conscribi fecit †, Signum Burchardi Episcopi. † Sturmi Abbatis... Anno Dominicæ Incarnationis DCCXLVII, Principatus vero nobilium virorum Karolomanni et Pippini fratris ejus anno VI, mense Martio XXII die, scripta est Notitia charta in Fuldensi monasterio, primum a Megenhelmo Presbytero jussione et permissione divina. *Hac ibi. Secessit Carolomannus adhuc dicto anno* DCCXLVII *in Italiam, et in Casino monte factus est Monachus.*

secundum Regulam S. Benedicti

B

ex concessione Carolomanni,

C

Pontifici Romano subjectum:

12 *At non destitit* S. Bonifacius, *promovere hoc sibi dilectum monasterium Fuldense, et scripta epistola ad Zachariam Papam, a Browero relata lib.* 3 *cap.* 10, *precatur ut statueret Papa,* quatenus *inquit,* monasterium Sancti Salvatoris, sub jurisdictione sanctæ nostræ Ecclesiæ constitutum, nullius alterius Ecclesiæ jurisdictionibus submittatur; ita ut nisi ab Abbate monasterii fuerit invitatus, nec Missarum solemnitatem ibidem quispiam præsumat quomodo celebrare. *Tota epistola est* 14 *in Conciliis Labbei, et continetur tomo* 6 *columna* 1528. *Florebat tunc Fulradus, Abbas et Pippini Regis Archicapellanus, quem in epistola ibidem a Browero relata, rogat Bonifacius, ut deprecetur Regem pro cœtu suo.* Sunt enim, *inquit,* pene omnes peregrini; quidam Presbyteri, per multa loca ad ministerium Ecclesiæ et populi constituti; quidam sunt Monachi, per cellulas nostras; et infantes, ad legendum litteras ordinati; et aliqui seniores, qui longo tempore mecum viventes laboraverunt et me adjuverunt. De his omnibus solicitus sum, ut post obitum non disperdantur, sed ut habeant mercedis vestræ consilium et patrocinium celsitudinis vestræ etc. *In eodem Fuldensi monasterio* S. Bonifacium *ædificationem basilicæ inchoasse, et S. Lullo ut compleretur in suo ultimo ex urbe Moguntina discessu commendasse, ac præscripsisse ut illuc suum ab obitu corpus perduceretur, indicat supra Willebaldus num.* 33. *Quod quomodo factum sit, ibidem narratur.* Porro ad situm sepulcri, *inquit Browerus lib.* 2 *cap.* 1, liquet, Martyrem in porticu seu arcuato opere, inclusum medio templo, versus ortum solis in abside quievisse, atque distinctis intervallis hinc a Septentrione Liobam, inde Sturmin Abbatem ad Australem plagam, in sua quemque absida, conditum. D

ibi S. Bonifacius depositus;

13 *Mortuo S. Sturmio Abbate* XVII *Decembris anno* DCCLXXIX, *subrogati fuerunt, primum Baugolfus, anno* DCCCXV, *tum Ratgarius, et huic an.* DCCCXVIII *Ægil quartus Abbas. Ab his tribus constructa est nova Ecclesia, cujus magnificentiam lib.* 2 *cap.* 2 *describit, ut potuit, Browerus; quodque verbis non potuit, conatus est oculis subjicere in tabella ærea, cui insculpi curavit, qualem in fig.* 10 *supra vidisti, formam arcæ ligneæ, Bonifaciano sepulcro olim imponi solita, quæ tum cum scriberet adhuc servabatur in eadem præcipua crypta. Quamquam enim nulla vetus invenitur pictura, quæ hujus, de qua agimus, Basilicæ formam repræsentet; eam ipsam tamen in lignea ista machina conservatam haberi, hoc persuadetur argumento, quod sibi in* Hersfeldensis Basilicæ jam profanatæ monimentis arcam similem spectare contigit, quæ ad amussim exprimeret templi veteris descriptionem, ut periti narrabant. *De istius ecclesiæ dedicatione in Annalibus Fuldens. ad annum* DCCCXIX, *Abbatis Ægili secundum, ista leguntur* : Hoc anno basilica S. Bonifacii Martyris, in cœnobio Fuldensi, ab Hecstulfso Archiepiscopo dedicata est, in honorem Domini Salvatoris et omnium Sanctorum ejus : translataque sunt ossa sancti Martyris Kalendis Novembris. *Ad quem diem Rabanus, quintus Abbas et dicti Ægilis successor, Martyrologio suo ista inscripsit :* In monasterio Fuldensi dedicatio ecclesiæ S. Bonifacii, et translatio corporis ejusdem sancti Martyris. *Seriem dedicationis et translationis carmine hujusmodi explicat Candidus in Vita Ægilis.* E

D. P. extructa deinde nova ecclesia;

cujus forma supra exprimi creditur,

G. II.

anno 819 I Nov. dedicata.

F

Omnibus præsentibus

14 Venerat alma dies, radio illustrata corusco
Solis perpetui : Præsul processit ad aulam
Sacrandam. Tunc Reliquiæ tolluntur in altum,
Condendæ interius. Præcesserat ordine claro
Pontificalis apex; rubra vexilla triumphi
Regis magnifici pariter tolluntur in auram;
Luminibus roseis apte stipata deinde
Turba Sacerdotum, Monachum, Comitumque po-[puli,
Ordinis atque etiam clamans post terga minoris
Consequitur, Christumque vocans ter voce tonantem
Invitatur enim Christus virtute potenti,
Ipsaque sancta Dei genitrix virgoque Maria :
Compellantur in auxilium cœlestia votis
Agmina, Sanctorumque dehinc exercitus omnis.
Cumque etiam his precibus ternos expleverat orbes
Præsul, et ipsa sequens pariter læto agmine turba;
Protinus, ante oculos plebis oraque virorum,
Regi virtutum, Regis præcone jubente,
Victorique Deo, patuerunt limina templi.

et Litaniis recitatis,

Ingreditur

A Ingreditur Præsul, divino Numine ductus;
Presbyterique simul intrant aræque Ministri,
More suo interius acturi jussa Potentis.
Importantur enim lætis vallata choreis
Sanctorum spolia, exterius nam cetera turba
Insistens precibus, altis exclusa respectat,
Donec cuncta bonus famulis altaria Præsul
Consecrat altithroni Regis præsentibus, absque
Quinis, quæ mihimet iterum memoranda relinquo.
15 Protinus interea rursus, lictore jubente,
consecrantur altaria: Panditur alta atque alma Dei domus omnipotentis.
Irruit agmen ovans plebis; subito quoque semet
Inque vicem valvasque intro pressere ruendo.
Dextram namque tenet dextra, inducitque virum [vir],
More Laicorum porgentes basia buccis.
Hinc sopito etiam et turbis clamore remotis,
Ecclesiasticus, hinc atque inde collectus in unum,
Martyris ad tumbam extemplo convertitur ordo.
Quæ tunc noscitur in medio consistere templo,
Plebs quoque testis adest præsens: fit testis et ipse
Conditor omnipotens, qui majestate perenni
Semper ubique manet, ejusque exercitus omnis,
Quod eadem ipsa hora adventus tunc Numinis alti,
B Qua rapitur Christi Martyr de sede priore,
invocato numine Perspicue in sacra multis innotuit aula.
Præsulis interea insistit veneranda vetustas
Haistolfi precibus, Christi solamina poscens,
Ut opus incœptum divino munere sacrum
Cum sociis sacro possit concludere fine.
16 At post hæc propius, Christi tutamine fretus,
Idem Præsuliens, tolli venerabile corpus
Corpus S. Bonifacii attollitur, Instruxit. Levat ipse prior hunc voce valenter
Hymnum, magnifico laudis nidore refertum
Gignentis Genitique simul ac Spiritus almi,
Te ergo Deum laudamus, te Dominumque fatemur,
et hymnus Te Deum cantatur, Te genitorem perpetuum, terra veneratur
Cuncta: tibi Angelicus, adstans mirabilis ordo
Namque, poli cunctæque potestates venerandæ,
Cherubin quoque, Seraphin pariterque verenter
Jure tibi soli incessanti voce reclamant;
Sanctus, Sanctus, Sanctus: nam Dominus Deus unus
Sabaoth, cœli magni tellusque replentur
Doxa perpetuæ majestatis: quoque temet
Cœtus Apostolicus, pollens atque inclitus ordo,
Teque Prophetarum numerus laudabilis æque,
Te nitidus testum laudat exercitus ardens.
Ecclesia te sacra canit diffusa per orbem.
Majestatis enim Patrem immensæ venerandum,
C Atque tuum proprio verum de pectore Natum,
Sanctum nam Paracletum æquali numine flatum
Tu doxæ Rex ac lucis, lux ardua Christus.
Tu Genitoris es æternus sine tempore Natus:
Tu hominem suscepisti, mundum ad liberandum,
Virginis atque uterum non horruit alta potestas:
Devicto mortis stimulo tu victor ubique,
Fidis nam miserans reserasti regna polorum.
Tu Patris in dextra regnas virtute perenni:
Desuper advenies certus namque arbiter orbis.
Te petimus proni, proprios defende colonos,
Mundi quos proprio redemisti sanguine Soter.
Salvum fac populum, hostis de fauce reductum,
Atque tuam dignare Deus benedicere sortem,
Auxilioque tuo rege, sublimate per ævum:
Omni quippe die temet benedicimus alte,
Laudamusque tuum cuncta per secula nomen.
Hacce die nos, Christe potens, dignare tueri;
Neu nos commaculent spurcæ contagia vitæ.
O nostri miserere Deus, nostri miserere.
Sitque tua circa nosmet miseratio larga
Corde quidem fixo veluti confidimus in te.
In te summe Deus spero, non turber in ævum.
17 Hunc hymnum subito trepidus suscepit ab ore
Pontificis forte simul Ecclesiasticus ordo D
Altithrono cantans alto modulamine laudem.
AUCTORE C. II. ipsum deinde infertur in ecclesiam Nam feretrum loculi, sacra qua Martyris almi
Membra inclusa jacent, in prima fronte gerentes,
Ambo graves amboque senes, Haistolfus et Aigil;
Scilicet a tergo pariter Monachusque Sacerdos
Ercanberctus, Baugolphi germanus; et Abbas
Theotgarius, Bruunwarque, simul Hrabanus, et ipse
Presbyter et Monachus, multorum jure Magister,
Ibant æquati numero, Christumque canebant:
Cum quibus admixta pars hinc atque inde piorum
Presbyterum, turbaque, premens cum lumine circum
Vi multa, loculum gaudet contingere dextra
Regia quippe via, pannis candentibus apte,
Regis perpetui magnum quæ ducit ad altar,
atque ad majorem aram, Strata fuit, illuc idem quos ipse Sacerdos
Ercanberctus ovans, Christi devotus amore
Martyris, exhibuit; ostro peplumque rigentem
Insuper accumulans auxit pro seque suisque.
His ita perceptis, gressum porrexit ad aram
Pontificalis apex, magno comitatus honore,
In parte occidua Romano more peractam.
18 Elevat interea populari voce repente
Advena plebs Kyrie eleison; fit clamor ad astra
Christicolis; ardent penitus fervore recenti
Numinis infusi; verum, mirabile dictu! E
Tu scis, non solito laudis vox omnibus æqua
Efficitur; lacrymas profundunt gaudia mentis;
Lætitiæ, lacrymæ, et cantus miscentur in unum.
Hinc aliud cecinit simili moderamine carmen
ubi post Kyrie eleyson, et Gloria, Sors Domini, magna laudis dulcedine plenum,
In celsis Domino gloria magno,
Voti sitque boni terrigenis pax:
Laudamus quoque te et sanctificamus,
Propter magnificum et decus altum.
Hæc tam-quippe-diu celsæ jubilatio vocis
includitur sub absida Personuit, donec saxeso membra sepulchro
Includunt, clausaque dehinc pausanda relinquunt.
Hoc namque occidua Martyr tumulatus honore,
Altithroni Regis compta jacet altus in ara:
Absida quam super extructa namque imminet in- [gens,]
Quamque egomet, quondam hac Christi nutritus in [aula,]
ab ipsomet auctore picta. Presbyter et Monachus Bruno vilisque Magister,
Depinxi, ingenio tenui parvaque minerva
Formans, expressi varios ferrugine vultus.
His quoque patratis, summæ celebratio Missæ
Laudibus intonuit dignis; qua rite peracta,
Lassi cum sociis, multa crepitante caterva, F
Haistolf atque Ægil ducti sub tecta recurrunt.
Mœnibus en altis Præsul convivia lætus,
Pastor et ipse simul, utrorumque inde minores
Mox adeunt: Patris celeres tum forte ministri
Dona ferunt Cereris, multo sudore canistris
Quæsita: ast alii vario nidore respersas,
Instant ferre dapes; alii namque inclita vitro
Ordine composito miscebant pocula Bacchi.
Nec minus intererat epulis simul alma paternis
Lectio: namque cibus fortis solidusque virorum
Intentos satians superi pinguedine verbi.

CAPUT III.

Laus S. Bonifacii. Fuldæ miraculis clari. Donationes et Indulgentiæ concessæ. Reliquiæ nunc servatæ Fuldæ, Moguntiæ, Coloniæ.

S. Bonifacius a B. Rabano celebratur Egile Abbate post regimen quinque annorum vita functo, subrogatus B. Rabanus anno DCCCXXII, postea anno DCCCXLVII creatus Archiepiscopus Moguntinus, inter sua Poemata, quæ plurima edidit, unum in S. Bonifacii

A *nifacii laudem scripsit, quo miraculis clarum fulsisse ostendit, hoc tenore.*

AUCTORE G. H.

ut Apostolus comparandus,

Inclyta Sanctorum cum gloria crescit ubique,
Et meritum splendor fulget in orbe soli;
Asia magnificat Jacobum, Ausonia Petrum,
Joannemque Ephesus, Africa Cyprianum;
Non minus exaltat celebrans Germania laudes,
Et Bonifacii opus Martyris almificum.

Doctor,

Ordinat hunc Roma, mittitque Brittannia mater
Doctorem populis hoc decus Ecclesiæ,
Pontificem summum, signorum fulmine clarum,
Eloquio nitidum, moribus egregium:
Tanta prophetalis quem gratia fulcit honoris,

Propheta,

Ventura ut multa rettulit, uti nova.
Quem Francus, Fresoque simul, Saxoque ministrum
Æternæ vitæ prædicat esse sibi.
20 Quamquam Fresonum gens, moribus effera semper

Martyr,

Martyris ergo manus sanguine polluerit.
Prædixit Christi sed vox verissima, quod nunc
Cernitur impletum pluribus esse locis;
Quod terra moritur frumentum, plurima confert
Semina, fructumque multiplicare studet.
Sicque Sacerdotis Domini lætissima crescit
B Paucis ex granis glorificanda seges.
Mortuus ecce modo, valensque, solebat ut ante,
Lucratur Christo agmina multivaga.

et illustris miraculis

Signa movent populos, cernunt magnalia cæci,
Surdorumque sonus auribus ipse tonat.
Morborum fugiunt labes, furor impius atri
Dæmonis abscistit Martyris ex precibus,
Sicque suum famulum Christus ditavit honore,
Ut regnet cœlo, imperet atque solo.
Multorum æternas Dominus det crescere laudes,
Quos fidei meritum fecerat esse sacros.
Sed merito Ecclesiæ laudantur in orbe Magistri,
Quos opus et verbum præparat atque fides.

laudandus ob merita,

Ergo vir Domini, spernens mundana, reliquit
Pro Christo cuncta, qui meliora daret:
Centuplicemque metens fructum hic accipit amplum
Insuper æternam possidet et requiem.
21 Dignus laude quidem est vitam sine crimine ducens

vitam feliciter peractam,

Qui ævi sic metas clauserat et numeros.
Accola jam Domini sævum jam vicerat hostem,
Cum Christo regnat accola jam Domini.

et cœlum martyrio adeptum,

Gaudia magna Dei jam intravit lætus, et illinc
Invitat nos ad gaudia magna Dei.
C Sanguine nempe suo requiem sibi comparat almam,
Impetrat hanc nobis sanguine nempe suo.
Martyrio decorat quidquid Germania nutrit,
Et propriam sobolem martyrio decorat.
O patria! o populus! tanto ditata Patrono

atque ut Patronus nobis datus.

Per quem vita venit: o patria! o populus!
Dignaque quæ fueras, o terque quaterque beata!
Præsule hocque regi dignaque quæ fueras.
Gloria digna Deo, talem qui illum dedit esse,
Quique dedit nobis, gloria digna Deo.
Gloria magna Deo semper per secula cuncta,
Dicamus omnes; Gloria magna Deo.

Altera gloria elucet in donationibus oblatis.

22 *Altera summi Dei gloria et honos posthumus* S. Bonifacii *eminet in pietate et beneficentia, qua homines prosecuti sunt Fuldense monasterium, eo quod sacra ejus ossa in illo quiescerent. Hujus rei varia documenta exhibet Browerus lib. 3 cap.* 11, *quorum Primum elucet in quatuor Sedibus Episcopalibus, ab eo in Bavaria divisis et ordinatis; quarum singulæ illustria loca aut alia munera solitæ erant conferre. Secundum exhibetur in traditione S. Lulli Archiepiscopi, et quatuor nobilissimorum virorum; quos is, ut una conferrent partes suas, excitarat. Tertium consistit in liberali donatione S. Willibaldi Episcopi Eystadiensis. Accedunt* D *illis quartum et quintum ex plurimis et illustribus oblationibus, tam populorum Christiana lege S. Bonifacii studio imbutorum, quam cunctorum promiscue Christi fidelium. Hæ donationes et traditiones bonorum ac mancipiorum, accurate ex ipsis Originalibus chartis exceptæ, extant libris tribus a Joanne Pistorio, cum Magno Chronico Belgico et Vita Conradi Salici, Francofurti editæ anno* MDCVII *a pag.* 445 *ad pag.* 588. *Ex omnibus autem constat singularis omnium erga* S. Bonifacium *pietas ac devotio, cum passim signentur singula loca et possessiones* tradi ad S. Bonifacium: *sunt vero distinctæ donationes ad minimum quadringentæ sexaginta. Utinam tanta diligentia fuissent conscripta miracula, quæ Deus meritis et intercessione* S. Bonifacii *ibidem patrarit! Non enim dubitamus quin illa numero et præstantia prædictas donationes superassent. Interim ex relatione B. Rabani novimus, cæcos illuminatos, surdis auditum datum, ægros quibuscumque morbis afflictos fuisse sanatos, et energumenos pulsis dæmonibus liberatos.*

Concessæ indulgentiæ,

23 *Browerus lib.* 1 *cap.* 8 *agit de Sanctorum Reliquiis, quæ Fuldæ exhiberi solebant, ubi ista scribit:* Extant et vetustis librorum monumentis inscriptæ E Pontificum condonationes, quibus ad Patronorum venerationem et frequentiorem cultum invitati majores. Hisce ex libris perspicere facile sit, quo illi olim in pretio et honore extiterint. S. Bonifacii imagini adstat Alexander IV Pontifex cum hac scriptura: Alexander omnibus vere pœnitentibus et confessis, ad monasterium S. Salvatoris in festo S. Bonifacii, Simplicii et Faustini, quorum corpora hic venerabiliter requiescunt, ac in anniversaria dedicatione ecclesiæ venientibus, centum dies de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. Anagniæ v Idus Decembris, Pontificatus anno v. *Is est annus Christi* MCCLIX. *Sed pergit Browerus.* Longa hinc sequitur Pontificum series, id genus expiationum de Ecclesiæ thesauro huc similiter expromentium. Sed repetitis ignium et bellorum damnis, quibus cum templi veteris moles, tum aliæ vicinæ ecclesiæ non semel ab ipsis prope fundamentis succussæ, dubium esse nequit, quin confuso ruderibus pavimento, et cryptarum intestinis ambustis, vastatio hinc Reliquiarum et abolitio extiterit et detractio partium præcipuarum. Quare ubi minima omnia non possumus, hæc maxima consectari, quæ Deus nobis reliqua fecit, ut gratum Patronis Cœlitibus, ita nec injucundum spero posteris fore. Anteit virtutum omnium et memoriæ principatu S. Bonifacius: cujus ossa, F ut desiderii flagrantis impetu in alia quoque terrarum loca subinde dispersa sint, titulum tamen hæc ecclesia sibi retinet in indice Reliquiarum. Arca S. Bonifacii, in qua continentur Reliquiæ ejusdem S. Bonifacii Archiepiscopi et Martyris, qui corporaliter requiescit in hoc monasterio. Porro caput, a cetero corpore demptum invenio, anno Domini MCCCCXX: cujus cranium argenteæ statuæ mitrati et infulati Præsidis pectore tenus impositum fuit; et ipso die S. Lucæ Evangelistæ ab Everardo Sebastensi Episcopo, Herbipolensis Ecclesiæ Suffraganeo, donarium illud consecratum.

Corpus adhuc anno 1259 Fuldæ adservatum,

per incendia et bella dissipatum.

Cranium argenteæ statuæ inclusum anno 1420

et Reliquiæ aliæ,

24 *Hæc Browerus: qui iterum de iisdem agens, lib.* 2 *cap.* 9, inter alia sancti Pontificis Lipsana, *primum reponit* cultus Sacerdotalis ornamenta, Manipulum, Stolam, Annulum, Cingula: Pedum quoque, rudi opere expolitum, quod velut eburneum nitet, sed ex osse marini piscis fabrefactum potior opinio tenet. *Caput autem istud Browero claudit* Amictus excellens, in quo Martyris corpus involutum jacuit: qui cum hominum fugeret memoriam, accidit anno salutis MDCV, ipso die S. Luciæ, ut Reverendissimi Balthasaris nutu disquisitio Reliquiarum fieret, quo nobili Dynastæ Germano gratum faceret. Aderat ibi tum

A tum Reverendus et Nobilis Joannes Fridericus a Schwalbach, Fuldensis ecclesiæ Decanus, cujus voluntate et studio cum rimamur interiora (*inquit Browerus, quasi et ipse præsens*) forte in abditam arculam delatis, vestis hæc, subtilissimo bini byssive textu, sponte se in conspectum dedit, cum hac inscriptione; SVDARIVM. S. BONIFACII MARTYRIS. Religionem sindonis attestabatur partium exectio frequens, quas animæ piæ, ad instaurandum Martyris honorem et impetranda suffragia, hinc olim exportaverint. *Addunt Patres Collegæ mei, sibi, anno* MDCLXXXVIII, *Fuldæ transeuntibus,* XXIX *Maji ostensum, præter omnia jam dicta, etiam* pugionem, spithama una longum, quo occisus Sanctus fuisse putatur. *Hujus quoque* Brachium *Moguntiæ adservari ex Serario notatur a Beierlinck, in Theatro vitæ sub titulo Reliquiarum pag.* 283 *Coloniæ in Sacello Collegii Hollandici SS. Willibrordi et Bonifacii, nunc Lovanium una cum Reliquiis translati, fuerunt, et adhuc Lovanii sunt,* hujus costa et alia quædam; *imo ibidem* in custodia Reliquiarum *dicitur servari* pars cranii S. Bonifacii. *Item Coloniæ in Ecclesiis Collegiatis SS. Gereonis, Severini, et Cuniberti, inter Reliquias reperiri aliquas ejusdem* S. Bonifacii, *testatur Gelenius in sua Colonia Agrippina. Mechliniæ sunt etiam* B *aliquæ in Collegio Societatis Jesu, dono Dominæ Adrianæ de Ridder, quas ex Hollandia arbitramur advectas: et nos Antuerpiæ in sacrario Domus Professæ* Os integrum *habemus, sub ejusdem Sancti nomine. Ecclesiæ quoque Pragensis Decanus, in Phosphoro, inter Metropolitanæ suæ Reliquias censet,* S. Bonifacii Episc. et Mart. ac Sociorum Martyrum partes aliquot, quarum major una allata ex inferiori Germania per Carolum IV anno MCCCLXXII. *Recte autem dicitur* Bonifacii et Sociorum: *existimo enim non posse prudenter definiri, horumne an ipsius sint, quæ passim sub ejus nomine habentur.*

cum Sudario quod an. 1605 *inventum:*

brachium Moguntiæ,

Ossa Coloniæ,

Mechliniæ,

Antuerpiæ,

Pragæ,

25 *Quid autem Dockomii sive Dockingæ? Nec ipsa caret Reliquiis Sancti, pro se et apud se Martyris facti. Nostræ enim Societatis Sacerdos, rem ibidem Catholicam curans, partem sacri* Cranii *asservat bene magnam, verticem scilicet, capiti argenteo inclusum, cum* Casula et Pluviali *veteris moris. Illa clausa undique et coloris albi, hoc coloris varii præsertim cærulei est, habetque acuminatum capitium superne adhærens, quæ omnia religiose venerantur fideles, imprimis festo Sancti annuo. Juxta proximam autem oppido silvam,* Moordwaude, *a cæde istic patrata dictam, creditur ha-* C *bitasse pistor; qui a Sancto ejusve familia panem rogatus exhibere, pretium offerentibus; cum dejerasset, quod omnes, a se tunc recens coctos, mallet in lapides commutatos videre, quam patriorum deorum ac rituum hostibus vendere; factum viderit quod optaverat; ostenduntur que illi lapides, oblongorum panum formam habentes, in variis Catholicorum eos asservantium domibus.*

Dockomii pars Cranii, Casula, Pluviale,

cum panibus in lapides versis.

26 *Serarius noster, Notatione* 47 *ad Vitam Sancti, hujus Reliquias enumerans, Fuldæ solitas exhiberi; addit etiam* libros S. Bonifacii: *de quibus,* Magno *post cædem* dilapso temporis spatio inventis, et ad domum, in qua usque hodie animarum prosunt saluti, a singulis quibusque inventoribus remissis, *ut dicitur num.* 54 *Vitæ primæ, cum hic agendum promiserim; accipe sequentia ex Browero.* Prima in his notæ est, qui (revera pergameno *sive* folio fere justo, sed breviore, *ut loquitur Serarius*) martyrii cicatricibus lacer, Longobardicam scripturam refert.. ... Etenim gemino tectus hic liber operimento, pro subtegmine corium habet inauratum, quod per varias figuras tralucens venustam efficit speciem, sed ita mucrone deformatam, ut a summo ad dimidiati digiti latitudinem, atque hinc rursum ad sinistram propria cicatrice gladii vestigia penetrent: denique hæc simul vulnera fere in scaleni figuram cunctatim descendunt. D Ima quoque libri parte vibices inflictæ, punctim una, cæsim altera, penetrans latitudine pollicis; postremo ictu transverso corium et lignum operimenti dissectum. Argumenta tractatuum, qui huic libro inscripti, Moguntiacis nostri Serarii inserta sunt. *Hoc ordine* Epistola Leonis Papæ, ad Theodorum Episcopum Forojuliensem. Disputatio B. Cerealis, contra Maximinum Arianitem, de Trinitate et Unitate. Epistola Agnelli ad Arminium, de ratione fidei. Libellus S. Fausti Confessoris. Sermo S. Ambrosii Episcopi, de Spiritu Sancto. Testimonia de Patre, Filio, et Spiritu sancto. Regula Fidei Catholicæ. Libellus S. Ambrosii, de bono mortis. Notitia regionum et civitatum in quibus sanctorum Apostolorum et Evangelistarum venerabilia corpora requiescunt. Synonymorum Isidori lib. 2 *Ita Serarius, a quo mirum est prætermitti potuisse, quam primo ibi loco invenerunt ac notaverunt Collegæ mei,* Epistolam Paulini, ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum.

Inter Sancti libros excellit grandior unus,

ferro diversimode sectus;

AUCTORE G. H.

qui continet SS. Patrum tractatus varios,

27 *Vitæ* 2 *auctor num.* 14 *ex ore mulieris, tum cum ipse scribebat adhuc superstitis, relatum sibi fuisse ait,* quod cum gladio feriendus esset *Sanctus,* sa- E crum Evangelii codicem capiti suo imposuerit, ut sub eo ictum ferientis exciperet. *Tale quid etiam intellexerat Othlonus, itaque addidit, hunc quoque Evangelii librum inter ceteros repertum;* qui quamvis gladio acuto, ut adhuc ab inspicientibus probari valet, per medium incisus fuerit, nullius tamen litteræ integritatem eadem incisione perdidit. *Hinc usus obtinuit, ut* Bonifacium *sculpturi vel picturi, dexteræ ejus imponant gladium, cui inhæret transfossus libellus. Estque omnino simile vero, quod ejusmodi librum, sicut Othlonus ait,* beatus vir pro sanctitate sua secum jugiter ferre solebat, *aliorum plurium Sanctorum exemplo; tum autem maxime cum procedebat ad mortem, ipsum penes se habuerit. Talis etiam Fuldæ servatur: uti tamen Browerus notat Sociique nostri observarunt,* mole exiguus, *et circumgestari idoneus,* sed nullius incussu plagæ violatus. *Neque etiam hoc asserit Vita* 2, *sed ex traditione incerta id scripsit Othlonus, atque a grandiori illo nec ita facile circum gestabili libro, quem dissectum audierat, incisionem transtulit ad manualem Evangeliorum librum: eademque facilitate, grandiori imputavit miraculo, quam si impactum gladium illæsus liber excepisset,* quod nulla incisi littera delebatur. *Non enim deleri litteræ per incisionem, sed dividi solent, sic ut etiam* F *post illam legibiles maneant, quales Collegæ nostri reperisse se meminerunt: miraculum autem grande fuisset, si nec incisa quidem litterarum ulla foret: quare nec Serarius, nec Browerus, magnam in ea re vim esse crediderunt ad sanctitatem Martyris comprobandam. Interim verosimile est grandiorem, qui dissectus invenitur, librum, ita male habitum post Sancti mortem a percussoribus, arcas scrutantibus, frendentibusque nihil in eis auri repertum, sed libros dumtaxat.*

non tamen iis videtur esse quem capiti imposuit Sanctus, sub ictu positus,

sed hic fuerit ab eo circumgestari semper solitus Evangeliorum libellus,

28 *Qui hunc majorem librum cum Evangelio prædicto contulerunt Collegæ prædicti studioseque considerarunt; asserere audent, ab eadem utrumque manu esse, adeoque ipsiusmet* S. Bonifacii. *Sic enim de posteriori Browerus:* Alter Codex est Evangeliorum, in octava breviuscula, hoc sanctior, quod litterarum sulci manu S. Bonifacii impressi sint, litteris sic invicem implexis, ut laqueos mentiantur et plagas reticulorum. Ad calcem insignis attestatio, aureo charactere rotundæ manus.... cujus tenor hic est. Hoc Evangelium S. Bonifacius, Martyr Domini gloriosus, ut nobis seniorum relatione compertum est, propriis conscripsit manibus. Quod etiam Venerabilis Abbas Huoggi (*rexit hic ab anno* DCCCLXXIV *ad* DCCCXII) obnixis precibus a Rege piissimo Arnulfo impetravit

propria Sancti manu descriptus ut fertur,

AUCTORE G. H.

et ut talis Fuldensibus redditus a Rudolfo Imp. circa an. 890:

A impetravit, et sanctæ Ecclesiæ Fuldensi honorabiliter restituit: cui Salvator Christe, præmia sempiterna pro devotione sua in cœlestibus clementer redde, eumque nobis feliciter dominari tempora longa concede: *dominatus est autem ab anno* DCCCLXXXVIII *ad* DCCCXCIX; *adeo ut appareat hæc scripta sic esse, et Abbate et Rege adhuc viventibus. Sed cum litteræ aureæ, licet perquam bene ac distinctim exaratæ, temporis tamen diuturnitate evanidæ, visum ferme fugerent; curatum est, ut in aversa pagellæ, facie eadem recentiori manu rescripta legi possent, quod prædicti Patres se vidisse testantur; nec non* Icones, in fronte cujusque Evangelistæ coloribus expressas, *addito cujusque nomine; quod sane oportuit, cum alioqui simillimo inter se omnes sint schemate. Singulis quoque adjecti sunt versus, quos forte idem composuit, qui librum scripsit aut imagines pinxit; Browerus autem, ut potuit eruere, ita reddidit:*

MATTHEVS instituit virtutum tramite mores,
Et bene vivendi justo dedit ordine leges
MARCVS. Amat terras inter cœlumque volantem
JOANNES aquilam. Sancto regit omnia lapsu
LVCAS. et uberius describit prælia Christi.

29 Tertius Codex, folio stricto palmi vix latitudinem exæquans, harmoniam Evangelistarum et

sicut et notulæ ad Epistolam S. Jacobi.

B ejus canonem, per tabulas et numeros, in fronte monstrat; omnia majusculis et semiuncialibus ferme litteris; nisi quod ad Epistolam S. Jacobi, exiliore et mire catenata scriptura, annotationes et glossæ leguntur, ipsius Martyris chirographo, ut reor, *inquit Browerus. Præ illis tamen, ut magis genuinum Bonifacianæ manus ac devotionis partum, æstimandam putarem* Vitam S. Livini, *Gandavensium apud Flandros Patroni; si ea, quod Aubertus Miræus credidit, Serarioque Moguntiaca sua paranti persuasit, vere esset* Auctore Divo Bonifacio, Moguntiacensi Episcopo, scripta. *Esse talem crediderunt Passionarii Ultrajectini pro Ecclesia S. Salvatoris scriptores, quando hunc ei fecerunt titulum:* Incipit Vita seu Passio beati Livini, Martyris eximii, quam scripsit B. Bonifacius Archiepiscopus Maguntinensis, ad instantiam, preces ac relationem discipulorum præfati Martyris, videlicet Foillani, Heliæ, et Kyliani. *Ut autem illi aliique ita crederent, faciebat nomen* Bonifacii *præfixum Prologo, quem ex MSS. S. Bavonis Gandavi, S. Maximini prope Treviros, et Aquicinctino habemus, hoc initio:* Bonifacius, homo peccator, servus servorum D. N. Jesu Christi, universis, sub auctoritate sanctæ et individuæ Trinitatis super firmam petram fundatis Ecclesiis, in summa felicitate gloriam felicitatis æternæ. *Sed cum S. Bavo (ad cujus sepulcrum tertio post mortem ejus anno elapso venisse dicitur S. Livinus, uno que vel altero mense post occisus) obierit anno* DCLVII, *sicut ad Vitam S. ... mandi 6 Febr. §. 13 ostendit Henschenius; Bonifacius autem Moguntinus solum natus sit circa annum* DCLXXX, *nec ante annum* DCCXX *cœperit Frisiis Germanisque prædicare; non apparet, qua ratione is postulerit a discipulis S. Livini ad ejus Vitam scribendum postulari.*

Eidem tribuitur Vita S. Livini,

discipulis hujus rogantibus scripta;

C

30 *Adde, quod ad hoc faciendum postulari debuisset, vel in Anglia vel Trajecti; apparet autem vel ex hoc principio;* Beatissimi... Livini venerandus gloriosæ passionis triumphus, hodiernam solennitatem gaudii nostri, in magnæ venerationis honore, ceremonialiter nobis celebrandam sancivit... exhortante nos ad hujus devotionis gaudia ipso renantis (*forte* novantis) anni solenni tempore, quo... idem Agonotheta victoriosissimus...lætus transmigravit..in confessione Martyrum inthronizandus. *Apparet, inquam vel ex tali principio, ista composita fuisse pro iis, quibus annua Passionis festivitas recurrere solebat, id est Hauthemiensibus in agro Alostano, veteri Brabantiæ olim accensitis, apud quos sacrum corpus fuit usque ad*

sed hi prius obierant quam ex Anglia veniret Bonifacius,

et ipsa, licet testes illos habere se fingat,

D *annum* MVII; *vel post hunc annum Monachis S. Bavonis Gandavi, qui dicto anno ipsum corpus ad se receperunt. Quamquam autem Auctor Legendæ se* Bonifacium *nominet; seque scribere profiteatur rogatum a prædictis tribus S. Livini discipulis, qui* etiam manus *Auctoris* osculando, provolutisque in terram genibus per ægra lacrymarum suspiria, ea scribi, *quæ de Sancto suo Magistro renuntiaverant*, et memoriæ in posteris conservandæ mandari; *Quamquam, inquam, ista præfando asseveret Auctor, multo tamen recentiorem ipsius etiam* Bonifacii sancti *ætate, probat idem omnino tam Vitæ quam Translationis prædictæ stylus, isque minime similis ei quo S. Bonifacius longe cultiori utitur in epistolis; neque gravis satis, sed propendens in fabulas, nec loca vel tempora apte discernens. Nam præter usum octo primorum seculorum, Scotigenas ab Hibernensibus distinguit; et tamen Livinum Scotum, facit Oceanum trajicere, quasi in Hibernia natum, ut veniret ad Augustinum Angliæ Apostolum, a quo baptizatus fuerat cum nasceretur; qui etiam annis quinque apud se retentum Presbyterum ordinarit, remiseritque in patriam, mox ibi ex voluntate Colomanni Regis, defuncto Menalchio Scotiæ Archipræsuli substi-*

suis tamen anachronismis se probat,

seculo 12 vel 13 scriptam.

E *tuendum. Toti historiæ Scoticæ ignota Regis et Archiepiscopi nomina pro seculo* VII, *non audemus recipere ab Auctore, circa ipsum Augustinum adeo turpiter hallucinato, ut ausus sit fingere, ab eodem Augustino baptizatum infantem, et Presbyterum consecratum; ignarus illum anno* DXCVII *appulsum primo in Britanniam, nec ultra* DCVIII *vixisse. Absit igitur ut credamus S. Livini legendam a S. Bonifacio, nedum ab alio antiquiori scriptam: quin potius existimemus, figmentum ipsum esse seculi* XII *vel* XIII: *nam etiam meminit alterius Translationis, a Waltero Episcopo Tornacensi circa annum* MCCL *factæ.*

CAPUT IV.

Reliquiæ aliorum, ac potissimum SS. Eobani et Adalarii, Erfurti adservatæ.

Corpora Trajectum translata aliorum Martyrum,

Acta secunda S. Bonifacii, auctore Ultrajectino quodam jam edita, habent, quod corpora sanctorum Martyrum, qui cum B. Bonifacio passi sunt, fuerunt a fidelibus Christi collecta, et in navim cum Pontifice Bonifacio immissa, felici cursu Trajectum pervenerunt, et in ecclesia sanctæ Trinitatis cum timore et veneratione sunt sepulta. *Verum tertia Acta dicunt, solum* corpora undecim nominatorum Sanctorum, et aliorum tredecim Trajectum pervenisse, et in dicta Ecclesia sanctæ Trinitatis sepulta.

aut in loco martyrii deposita:

F Alia sanctorum corpora, in eodem loco ubi palmam martyrii susceperunt, a fideli populo esse sepulta, in quo postea pro honore Sanctorum Martyrum constructa est ecclesia. *Hæc ex antiquis Actis. Quid de præcipuis corporibus actum sit, ignoratur. Supralaudatus Gelenius asserit, quod in dicto Sacello SS. Willibrordi et Bonifacii, Coloniæ ab Hollandis erecto, asservabantur* tria parva ossa Martyrum ex Societate S. Bonifacii, et aliqua alia ibidem in custodia deposita: *quæ omnia arbitramur pariter translata Lovanium esse. Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ad hunc* V *Junii* ecclesiam, *supra sanctæ Trinitatis appellatam, ait,* nunc vocari sancti Salvatoris, propter sacram Christi Domini Salvatoris imaginem miraculis claram; *ibidemque* corpora SS. Eobani Coepiscopi et Adalarii Presbyteri, et aliquot aliorum in feretris fuisse elevata: *eorumque* nomina in Litaniis Trajectensis Ecclesiæ exprimi, *uti fit in* Collecta *sive Oratione ista*: Deus qui multitudinem populorum, devota Sanctorum tuorum Bonifacii, Eobani atque Athalarii, et sociorum ejus instantia, ad agnitionem tui nominis vocare dignatus es; concede

aliquæ Reliquiæ Coloniæ:

Corpora SS. Eobani et Adalarii Ultrajecti,

A cede propitius, ut quorum solennia colimus, eorum apud te patrocinia sentiamus. *Addit denique*. Corpus S. Athalarii in tumba portatili quiescere Trajecti in ecclesia S. Salvatoris. *Verum ibi olim* quievisse *quidem, sed deinde* cum corpore S. Eobani delatum fuisse Fuldam, et juxta corpus S. Bonifacii pulcherrime requievisse, *constat ex MS. Fuldensi Martyrologio supra relato.*

dein Fuldæ,

32 *Huic traditioni congruit historia Translationis* SS. Adalarii et Eobani Martyrum, *ex MS. codice monasterii Bodecensis in Westphalia a Joanne Gamansio descripta, ubi dicuntur* corpora SS. Eobani et Adalarii Erfordiam transvecta, et in monasterio B. Mariæ condigno honore tumulata, Eobani ad Australem, Adalarii ad Septentrionalem plagam collocata. Annis autem multis evolutis B. Mariæ Virginis monasterium. quod S. Bonifacius construxerat, ex vetustate corruit contritum, nullum lædens Quod cum ædificari debuisset anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo [quarto] translata sunt duodecimo Kalendas Maji ossa B. Adalarii, ossa vero B. Eobani septimo Kalendas Augusti. In quorum translatione tantus odor exoritur, ut omnes qui aderant mirarentur. B Nam omnium infirmitatum genera ibi remedium invenerunt: propter quod etiam multi de alienis partibus ad Suffragia Sanctorum defluxerunt. Unde Archiepiscopus Moguntinus Domnus * Christianus, cupiens Sanctorum merita venerari, præcepit ut Clerus et populus Erfordensis dies translationum eorum, infra muros civitatis, singulis annis celebriter agerent et devote. *Hæc ibi. Serarius lib.* 5 *Rerum Moguntiacarum, in Arnoldo* XXIX *Archiepiscopo, allegat Breviarium Erphordiense, et ista describit* : Anno Domini MCLIV ossa S. Adelarii XII Kalendas Maji, ossa vero B. Eobani VII Kalendas Augustii, translata sunt: in quorum translatione tanta suavitas fragrantiæ miri odoris emicuit, ut omnes qui aderant mirarentur. Nam cæci, claudi, surdi, muti, leprosi, phrenetici, epileptici gratiam sospitatis ibidem consecuti sunt. *Habemus Breviarium Erphordiense anno* MDXIII *excusum, in quo præscribitur sub ritu duplici cultus* S. Adelarii Episcopi et Martyris XX Aprilis, et Eobani Episcopi et Martyris XXVI Julii. *De ultima autem inspectione Reliquiarum hæc nobis Erfurto transmisit Petrus Richart Societatis Jesu.*

nunc Erfurti,

translata anno 1154

* *imo Arnoldus*

miraculis clarent.

33 Cum anno MDCXXXIII prædictas Reliquias lustrantibus, et extremam pedis unius partem ligneam esse advertentibus, ambigendi occasio data sit, integrane dictorum Sanctorum et incorrupta C sint corpora, an ossium dumtaxat ibidem Reliquiæ; ad rem manifestandam, palamque faciendam, die XXVIII Octobris, circa horam primam pomeridianam, Collegiatæ Ecclesiæ Erffordensis Decanus, Scholasticus, Cantor, reliquique Capitulares, coram Notario, requisitis testibus, nec non diversorum ordinum Religiosis, in sacello sacri Sanguinis convenerunt; Corpora cum debita reverentia exposuerunt, lustrarunt, et invenerunt, quod in dicto eminentiori tumulo corporum compages lignea contineatur duplex, una cum ossibus S. Adelarii, cum Reliquiis S. Eobani altera : prior sita est ad plagam Septentrionalem, posterior ad Australem. Hæc compages utraque ex ligno, ut dictum, ad formam humani corporis hoc modo constructa est; ut anterior pars tota humanam formam repræsentet, pars posterior in dorso excavata sit. In hac utraque lignea statua sunt cum ligno quædam ossa conjuncta; potissima vero ossium pars, ipsis corporibus ligneis a parte dorsi excavati est inclusa. Conjunctæ extrinsecus sunt, capitibus quidem partes cranii, in superiori utriusque capitis parte in modum circuli incisi : de quibus cum dubitaretur, quantæ illæ essent, chirurgi opera unius caput in antiqua fissura D fuit opertum, in quo partes quædam cranii, occiput et sinciput pro veris (exceptis inferiori mandibula, auribus, naso, et oculis; quæ omnia, ad deformitatem et horridum aspectum vitandum, ex ligno fabricata, et corporeo colore perlita) habita sunt et judicata. Interius in dicto capite reclusa sunt omnis generis ossa, etiam principaliora; scilicet pars cranii, et quatuor partes (ex chirurgi arbitrio) e spina dorsi; sunt et aliæ inclusæ particulæ minores; de quibus judicium suspenditur, an sint de manibus vel pedibus, eo quod tractu temporis fuerint diminutæ. Hæc omnia postquam lustrata, reverenter, deinde sunt in ipso excavato capite recondita. In faciebus ac mandibulis ligneis utrobique inserti dentes aliquot veri, binorum insuper brachiorum ab humeris ad cubitum usque ossa vera sunt. De partibus a cubito usque ad manus ambiguum est. Costæ, superiorem partem hominis cingentes dubiæ, quarum ex iis nonnullæ, forsitan temporum vetustate, et alia ex causa, subnigræ, arenosæ, ac spongiosæ apparent, cum primis S. Adelarius. Ex iis etiam, tamquam aliis nonnihil eminentioribus, videre licet, quomodo reliqua ossa ipsi ligneæ statuæ agglutinata sint in utroque corpore. E Ab utraque etiam utriusque corporis parte coxæ veræ, cum poplitibus et cruribus, a femore usque ad pedes exclusive tendentes, et in ipso excavato dorso multum eminentes. Reliqua vero ossa quam plurima, veluti dictum est, ipsi ligneæ compagi, ex parte excavati dorsi, sunt imposita, panno lineo desuper strato, et claviculis affixo : ita ut in utraque compage pleraque ex ossibus adesse existimemus, quæ ad compositionem totius humani corporis requiruntur.

Inspectio ossium facta anno 1633.

AUCTORE G. H.

CAPUT V.

Reliquiæ SS. Bonifacii, Hilarii et Cyrobaldi, Brugis asservatæ. Variæ illarum translationes.

D. P.

P*ulcherrima amplissimaque est Flandrorum civitas Bruga, in qua eminet Collegiata Virginis Deiparæ Mariæ basilica, ab anno* MXCI *ædificari cœpta. Hæc primum Canonicorum præpositum habuit* Gummarum, *secundum* Reifridum *de quo in vetustissima Tabula, continente Electionem Præpositorum, habentur sequentia.* Reifridus, secundus Præpositus, electus a Capitulo hujus Ecclesiæ anno Domini millesimo cen- F tesimo decimo quarto, supervixit annis circiter quadraginta : hujus temporibus, anno scilicet Domini millesimo centesimo decimo quinto, Domini Canonici hujus Ecclesiæ obtinuerunt a Godebaldo, Episcopo Trajectensi, Reliquias sanctorum Bonifacii Sociorumque ejus in quodam scriniolo eburneo, quod ab eisdem huc delatum est cum magna reverentia et devotione. *Eamdem Tabulam allegat Antonius Sanderus, Flandriæ illustratæ pag.* 223; *sed* Hundebaldum *appellat, qui, testibus Beda et Heda, Chronographis Ultrajectinis, ipsaque illa tabula* Godebaldus *fuit, suæque Ecclesiæ præfuit ab anno circiter* MCXII; *usque ad annum* MCXXVIII, *quo pridie Idus Novembris defunctus est. Annus* MCXXIV, *et dies* XXII *Augusti acceptarum Reliquiarum indicatur in vetustissimis tapetibus Ecclesiæ, quibus hoc distichon habetur intextum.*

Reliquiæ Brugas translatæ anno 1124

M. semel et C. ter triplicatis octo, Maria
Corpus habet Bruga, Octavis Assumptio lucet.

35 *Jacobus Meyerus lib.* 17 *Annalium Flandriæ ad* annum MCCCCLXX *ista scribit, ut sequenti anno peracta :* Sexto Idus Martias, Brugis, ad Virginis Mariæ ædes, translatio Reliquiarum in novum feretrum

in novo feretro depositæ an. 1471

AUCTORE D. P.

trum Divi Bonifacii Episcopi, per Episcopum Sareptanum Suffraganeum Episcopi Tornacensis, præsentibus sex Abbatibus et multa nobilitate. *Plura discere cupiens, quærenda quædam Brugas misi per P. Gislenum Perduyn, Societatis Jesu in dicta Ecclesia concionatorem : quæ cum is obtulisset adm. Rev. Domino Petro Balthasari van Corthemde, Presbytero Juris utriusque Licentiato, Canonico istius insignis Ecclesiæ, et RR. DD. Præposito et Canonicis a Secretis et Actis Capitularibus; facto diligenti examine, submissa mihi ab illis est,* Copia instrumenti *translationis sanctarum* Reliquiarum, gloriosorum Sanctorum, Bonifacii Archiepiscopi, Hilarii et Cyrobaldi Martyrum, in parvo scrinio novi feretri, juxta dictas sanctas Reliquias reconditi. *Ea annum notat* MCCCCLXXI *Indictionem* IV, *diem vero* X *Martii, concurrentem cum Dominica* Reminiscere, *id est* II *Dominica Quadragesimæ, quando Pascha celebrandum erat* XIV *Aprilis. Qui characteres tam bene inter se conveniunt omnes, ut mirum sit cujus informatione adductus Saussayus in suo Martyrologio Gallicano, Translationem istam factam scripserit* XIII Martii. *Instrumenti autem prædicti hic est tenor.*

10, non 13, Martii.

36 In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Notum sit universis, præsens publicum instrumentum visuris et audituris, quod anno, die et loco infrascriptis, reverendus in Christo Pater Dominus Wilhelmus Episcopus Sarreptanus, reverendissimi in Christo Patris et Domini, Domini Guilielmi Tornacensis Episcopi in Pontificalibus Vicarius et Suffraganeus, deque ejusdem Domini Episcopi Tornacensis expresso consensu et mandato, assistentibus sibi Venerandis Patribus Domnis, Raphaele S. Petri Oudenburgensis, Petro S. Andreæ juxta Brugas, S. Benedicti; Jacobo Capelle, B. Mariæ de Thosan Cisterciensis; Nicolao S. Bartholomei de Eechoutte, Brugensis et Adriano Dulcis-Vallis, S. Augustini Canonicorum Regularium Ordinum, Tornacensis Diœcesis monasteriorum, Abbatibus; Pluvialibus et aliis Ecclesiasticis ornamentis indutis, baculisque pastoralibus utentibus; nec non Venerabilibus et circumspectis viris Dominis Theodorico Lesdarve Decano Tullensi, Petro Vlenke Cantore B. Mariæ Cortracensis, Præfati Domini Episcopi Tornacensis Vicariis generalibus, Petro Bogaert Archidiacono Valencenensi Cameracensis, Carolo de Campis Præposito S. Petri Thoraltensi Tornacensis diœcesis Ecclesiarum, ad preces perhumiles Dominorum, Vicarii Venerabilis, et circumspecti nobilisque Domini Domini Arnoldi de la Laing Præpositi, absentis tunc et in remotis agentis, Canonicorum, Curatorum et Capellanorum, Magistrorum fabricæ, ac mensæ pauperum Provisorum Ecclesiæ Collegiatæ B. Mariæ Brugensis, in nostrorum Notariorum et maximæ plebis multitudinis ibidem adstantium ac testium infrascriptorum, ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum, præsentia; Venerabiles et sanctas Reliquias gloriosorum Martyrum Bonifacii, Hilarii et Cyrobaldi, in dicta Ecclesia ab antiquo reverenter et decenter in quadam vetusta capsa reconditas, ab ipsa vetusta capsa solenniter et devote transtulit, et in capsa nova auro et argento ac lapidibus pretiosis valde ornata ad hoc fabricata, in qua præsens instrumentum includitur, posuit et collocavit; indulgentiasque quadraginta dierum, ex parte præfati Domini Tornacensis, et totidem ex parte sui, universis Christi fidelibus inibi interessentibus, et qui annue in festo hujusmodi Translationis Ecclesiam ipsam visitabunt, concessit et indulsit, adhibitis aliis solennitatibus in talibus adhiberi solitis et consuetis. De et super quibus omnibus et singulis præmissis præfati Domini Vicarius, Præpositi, ac Canonici Curati, Capellani, Magistri fabricæ, et mensæ pauperum Provisores dictæ Ecclesiæ B. Mariæ Brugensis, petierunt a nobis subscriptis Notariis sibi fieri atque tradi unum vel plura publica instrumenta. Acta fuerunt hæc in Navi ejusdem Ecclesiæ B. Mariæ, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, Indictione quarta, die vero Dominica qua in Ecclesia Dei ad Introitum Missæ decantari solet Reminiscere, decima mensis Martii indilate ante summam Missam, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri D. Pauli divina providentia Papæ secundi anno septimo, præsentibus ibidem Venerabilibus et magnæ circumspectionis Viris, Dominis et Magistris Jacobo Schellewaert, alterius portionis sancti Salvatoris Brugensis Portionario, Joanne Parmentier et Joanne de Pascais religiosis præfatorum Monasterii et Ordinis de Thosan, sacræ Theologiæ Professoribus, Presbyteris : ac nobilibus Dominis Joanne Raenst Milite Burgi-magistro ; Joanne de Nieuwenhove Sculteto; Magistro Paulo van Overtveldt, Illustrissimi Domini nostri, Domini Caroli, Burgundiæ, Lotaringiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, et Lucenburgiæ Ducis, Flandriæ etc. Comitis, Consiliariis, incolis dictæ Villæ Brugensis et quam pluribus aliis Testibus ad præmissa vocatis pariter et rogatis. Signatum per venerabiles Viros Dominos et Magistros Joannem Flamingi S. Donatiani, Joannem Allarts B. Mariæ Brugensis Capellanorum scribas, Martinum le Bulleteur Presbyterum sacros et Apostolicæ venerabilisque Curiæ Episcopalis Tornacensis, et Adrianum Dullaert Clericum Tornacensis Diœcesis, Imperiali auctoritate publicos Notarios Juratos.

ab Episcopo Sareptano, assistentibus 5 Abbatibus et aliis

anno 1471, 10 Martii,

Isti autem sunt Metra in base feretri suprad. subarata.

cum Vitæ S. Bonifacii summa:

37 Nobilis Anglorum puer, is Winfrid vocitatus,
Christo pergratus, cupiens documenta bonorum,
Hic Romam tendit linquens patriamque parentem.
Navim consendit, Treth castrum fert venientem,
In Treth tunc Præses Willebrordus residebat.
Winfrid dando preces mitram gerat, hic renuebat.
Romam pervenit : Gregorius hunc perhonorat
Papa, Thuringis prædicet Hessis, præcipit, orat.
Factus perrexit Legatus, eos bene rexit.
Christi fando fidem, sectas destruxit ibidem.
Sectas dimisit, Francorum fama volavit,
Et Ducis hinc Caroli precibus Romam remeavit.
Gregorius bona facta videns, nomen variavit
Winfridi, Bonifacius, Archiepiscopus addens;
Hic Maguntinus fit Præsul, Pontificatus
Lul tenet officium : Trajectum suscipit ipsum :
Frisia post caput hunc : ibi prædicat, idola quassat,
Confortat socios, hos turba ferox nece lassat :
Quinquaginta duo mortem secum subierunt,
Corpora per navim Trajecti fossa fuerunt.

38 *Qua porro occasione pretiosa istæc capsa distracta sit, non invenitur expressum : unum constat, suffectam ei aliquo post secuto tempore fuisse stanneam, de qua sic scriptum habetur.* Temporibus Rev. adm. et Ampliss. D. Præpositi Gaspari de la Torre, anno Domini MDCXXIV die quarta mensis Junii, pridie festi S. Bonifacii Martyris, hujus Ecclesiæ Patroni, solenniter celebrata fuit nova Translatio Reliquiarum sanctorum Martyrum et Sociorum ejus, qua nimirum prædictæ sacræ Reliquiæ ex capsa seu feretro stanneo, in argenteam venerabiliter collocatæ fuerunt, per Reverendissimum Dominum D. Dionysium Christophori, Brugensem Episcopum sextum magna multitudine Clericorum et popularium, ad hanc Ecclesiam confluente in hunc modum. Primo, in facie Ecclesiæ ante Doxale erectum fuit theatrum tapetibus ornatum : circiter horam secundam totus Chorus in sacristia (ubi Reliquiæ quiescebant) congregatus,

et anno 1624 in capsa nova

A congregatus, more processionali ad illud theatrum, venit: Præcedebat Reverendissimus Dominus prædictus, ferens sacras Reliquias cum Reverendo Domino Nicolao van Troostenberghe Abbate de Eechout. Et quando eo omnis Chorus pervenisset, et in circuitu per ordinem sedisset, etiam tunc præsente Reverendo Domino Præposito, Reverendissimus præfatus, stans in medio omnium, aperuit feretrum antiquum (prius tamen habita concione ad populum confluentem) sanctasque Reliquias articulatim omnibus ostendens, in novo feretro argenteo imposuit. Interea vero temporis continuus pulsus omnium campanarum auditus fuit per tres horas. Facta autem hac impositione Reliquiarum, solenniter per Ecclesiam more processionali translatæ fuerunt usque ad medium Chori, ibique collocatæ per octiduum: quo tempore magnus concursus populi ad hunc locum factus est, partim ad sacras Reliquias venerandum, partim ad hoc magnificum feretrum conspiciendum.

Solennitas in festo observata:

39 *Adscripsit hisce prædictus Dominus Cortheunde Secretarius,* Festum S. Bonifacii die quinta Junii solere olim per totam parochiam Deiparæ Virginis B celebrari a populo, ab omni opere servili vacante, quod ab aliquo tempore est mutatum. Verum jam adhuc ipso quinto Junii mane solennem per aliquam parochiæ partem institui processionem, in qua sacræ Reliquiæ in feretro argenteo, pretiosis laminis adornato, a Clericis ibi omnibus præsentibus, cum magna populi frequentia circumferuntur. Subsequitur concio de sanctis hisce Reliquiis, et dein solenne Missæ Sacrificium, dictis Reliquiis in Choro expositis: ad quam Missam adhibentur pretiosissima illa, qualia nescio an toto orbe inveniantur, ex gemmis et auro paramenta, hac solum vice proferri solita: quæ dono Maximiliani Cæsaris uxorisque Mariæ, Burgundiæ Ducum ac Flandriæ Comitum heredis ultimæ, Ecclesia habet et spectantibus pro miraculo sunt. Si autem hoc festum incidat intra Octavam Corporis Christi, dictæ Reliquiæ exponuntur in Choro, et post Laudes Vespertinas cum processione deferuntur ad Sacristiam. *Habemus Breviarium ad usum Ecclesiæ S. Donati in anno* MDXX *excusum, in quo præscribitur Officium* de S. Bonifacio et Sociis; *et Lectiones desumuntur ex eorum Actis. Ex quibus cum haberi non potuerint nomina* Hilarii *et* Cyrobaldi, *præsumere licet, accepta esse ex traditione Ultrajectinorum, ad quos præter nomina dictorum sociorum duodecim, etiam alia tredecim corpora perlata scribit* C *Auctor Vitæ tertiæ num.* 8, *quorum nomina ipsi novisse potuerunt.*

iterata Reliquiarum ostensio an. 1679,

40 *Denique P. Henricus Labus, nostræ quoque Societatis ibidem Brugis Concionator, quid actum denuo circa prædictas sacras Reliquias actum anno* MDCLXXIX *transcripsit nobis, per Epistolam* XVII *Aprilis sic datam.* Heri post meridiem in templo D. Virginis hora IV summa cum solennitate, ad instantiam Ducis Nortfolciæ hactenus hic commorantis, resignatæ fuerunt Reliquiæ D. Bonifacii, dictæ Ecclesiæ Patroni, ab Illustrissimo nostro, quæ dein exosculandæ fuerunt oblatæ. Ea resignatio ab annis LXXIV facta non fuerat: quis igitur concursus ad dictum templum fuerit, postquam a ceteris concionatoribus eo fuissent invitati omnes, facile conjeceris. Turbæ pars aliqua fui. Elatæ prius e sacello in quo quieverant Reliquiæ in theca argentea majori, vulgo Rive, succollantibus Reverendiss. D. Abbate Quercetano mitrato, et Ampl. D. Præposito D. Virg. sequebatur immediate ipse Illustrissimus, in habitu suo Pontificio mitratus, dein Dux cum Nobilibus, Ducissa cum Gynæceo, ac tandem promiscua turba. Erectum in templi medio erat pegma, in quo mensa et sedes aliquot e palatio Episcopali eo allatæ. In mensa reposita primum est theca, dein pegma D cum suis Assistentibus conscendit Episcopus, ubi sigilla diffregit, exemitque Reliquias; quas singulas manu ostentans, seseque in orbem cum iis vertens, populo exhibebat, prælegente interea Secretario ejus ingentem Bullam, quæ in eadem capsula fuerat reposita. Quid ea contineretur audire non potui. Dux aliique Rosaria sua offerebant, quæ dein ab Episcopo et Abbate in urnam immittebantur. Postea Laudes solennes decantavit ipse Illustrissimus.

EX MSS

41 *Rem totam, postulantibus nobis, et curante P. Philippo Taisne p. m. Secretarius Episcopalis D. Brouckman fecit anno* MDCLXXXIX *transcribi, ex Registro Actorum Episcopatus Brugensis, in quo sub dat.* XIV *Aprilis* MDCLXXIX *inter alia habentur sequentia:* Hodie, Dominica videlicet II post Pascha, Illustriss. ac Reverendiss. Dominus Franciscus de Baillencourt, Episcopus Brugensis, satisfacturus pio desiderio et magnæ devotioni Excellentissimi D. Ducis de Nortfolck, ex Anglia, ob immaniter sævientem isthic adversus Catholicos persecutionem, in hac civitate refugi, instanter supplicantis, suis, familiæ suæ, et populi oculis ac venerationi exponi Reliquias E S. Martyris Bonifacii, Angliæ Patroni, in igni Ecclesia Collegiata B. Mariæ hujus urbis asservatas; ad eamdem Ecclesiam circiter horam quartam pomeridianam se transtulit: ubi, absoluta exhortatione brevi ad populum de veneratione piarum Reliquiarum habita, pontificaliter indutus et ei assistentibus RR. adm. ac VV. DD. Josepho Beerblock, Monasterii S. Bartholomei in Querceto Brugensi Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Abbate; Hieronymo Alberto Megrode de Liedermans, dictæ Ecclesiæ Collegiatæ Præposito; et Joanne Pynckel, Archidiacono Brugensi; processionaliter ex Choro dictas Reliquias, thecæ argenteæ pereleganter elaboratæ inclusas, concomitans: theatrum, in navi Ecclesiæ de industria erectum, conscendit; ibidemque thecam præmemoratam, cum ceremoniis in tabulis adhiberi consuetis, palam aperiri jussit: in qua, conformiter ad litteras patentes Illustriss. et Reverendiss. Dominorum Remigii Driutii et Dionysii Christophori, Episcoporum Brugensium respective, de data IV Junii MDLXXXV et MDCXXIV eidem inclusas, integras et sanas, ac debite signatas et sigillatas, invenit duos fasciculos, serico rubro et filis aureis obductos, cum Reliquiis respective sanctorum Martyrum Bonifacii Episcopi et Illarii, una cum cistula quadam, defectu clavis non quidem aperta, sed tamen juxta prædictas Episcoporum præfatorum litteras) S. Cyrobaldi Reliquias F continere existimata.

transcripta ex Registro Episcopali,

sicut illæ antea ostensæ erant annis 1585 et 1624

42 Quibus ita clausis remanentibus, solas SS. Bonifacii et Illarii Reliquias, Illustriss. ac Reverendiss. D. Episcopus præfatus, supradicto Excellentiss. Domino Duci, ejus familiæ, ac toti populo adstanti, qui ad eam solennitatem numerose confluxerat, cum reverentia conspiciendas ostendit, et venerandas exhibuit. Quibus ita peractis, interea dum decantarentur varii Hymni, Responsoria et Collectæ, præmemoratas Reliquias, in dictis binis fasciculis sigillo suo debite munitis, una cum scripto solennitatem hanc commemorante, rursum collocatas, reposuit ligneæ cistulæ: quam deinde clausam, et in variis illius partibus sigillo suo consueto munitam, præfatæ thecæ argentæ inclusit, utrobique assistentibus supra commemoratis RR. adm. ac VV. Dominis, nec non præsentibus RR. adm. Dominis, Paulo Baudens, Curato primæ portionis, Judoco Frans, Joanne Mol, Vincentio Ignatio Letins, Jacobo Coddesmit, Francisco de Gooris, Joanne du Wault, Petro Balthazare van Cortbembe, Joanne d'Egels

atque post earum adorationem,

A d'Egels, et Roberto van de Goesteene, Presbyteris dictæ Ecclesiæ Collegiatæ Canonicis, ac diversis Presbyteris et ejusdem Ecclesiæ Capellanis, permultisque aliis tam Ecclesiasticis quam Secularibus personis, signanter nobilibus, honestis ac discretis viris, Cornelio van Hegelson, Petro Nieulant Toparcha de Bruseene, Joanne Wouters, Antonio de Meulenaere, Francisco Crits, et Alexandro van Bisthoven, præfatæ Ecclesiæ ædituis: quibus omnibus eo, ut præfertur, modo peractis, Illustriss. Dominus prætatus thecam argenteam ad Chorum processionaliter, ut ante retulit; et in Pontificalibus Laudes solennes celebravit. Quod testor, Burgis hac xvi Aprilis MDCLXXIX: et erat signatum L. Collart Secretarius.

ex MSS iterum rite occlusæ sunt.

CAPUT VI.

De cultu et Reliquiis S. Bonifacii in Eichsfeldia.

Est inter Hassiam et Turingiam ditio Archiepiscopo Moguntino subjecta, *inquit Serarius Notatione* XX *ad Vitam Othlonianam S. Bonifacii pag.* 472, quæ vel a veteribus quercetis Eicafeldia, vel a gelu ac frigore Eisfeldia dicitur. In hanc ex Hassia, B Warram fluvium transgressus, venit S. Bonifacius. In præcelso autem regionis illius monte idolum, cui divinos cæca et miseranda gens honores tribueret, Stuffo vocabatur; indeque mons ipse Stuffonius. Cum igitur e cæcitate miseriaque illa, populum illum extrahere ac liberare serio adlaboraret Sanctus, montem istum ascendit; cassumque hoc montanum numen execratus, dæmonem, qui ex eo responsa dabat hominesque dementabat, in Christi Jesu nomine illico excedere, imperavit, et simulacrum ipsum dejecit penitusque confregit. Fama porro ad hodiernam usque posteritatem tulit, tanto imperio tantaque vi nominis pressum nequam illum genium excessisse statim, seque in montis cavernas, nescio quas, proripuisse et condidisse, unde supersit hodie nomen Stuffensloch et Stuffenshole.

In monte Stuffonis, idolo destructo,

44 *Similia prosequitur idem Serarius Notat.* 21, *atque ex quodam Prædicante Vitam Caroli Magni scribente, Lutherano quidem, sed codicibus tam manu quam prælo scriptis eatenusque invisis uso, et de S. Bonifacio quædam delibante cap.* 11; *transcribit sequentia eodem spectantia.* S. Bonifacium e Stuffonio monte Aquilonem versus in Goetingense territorium C progressum. Illic, in monte, ubi hodie Hardesianum oppidum, Fortunæ numen stetisse: quod cum disjicere vellet Sanctus, a furente Gentilium multitudine impeditum tunc quidem fuisse, atque Goetingam versus in solitudinem, ubi nunc Wenda pagus est, venisse, ibidemque pernoctasse; atque in S. Petri honorem erigi sacellum, prout postea factum est, voluisse; postridie vero in Eichsfeldiam revertisse. Hinc ait idem ille cap. 12 Moguntiam venit Sanctus, et pro summa, quam a Pontifice adeptus erat potestate, monasteria et ecclesias visitavit; et in Frisiam per Hildesheimensem ditionem, Bremensi via, excurrit: tumque inter Brunsteinium et Wilbrechthusium monasterium, inclitæ famæ sumptuosarumque victimarum idolum, cui Retto nomen, deturbavit, a quo nunc etiam Rettonis-mons, der Rettersberg. Hinc in Turingiam sese contulit Sanctus: et in itinere in Bielis montanis, Rhumam flumen versus, ubi hodie Katelnburgum est, deastrum alium Bielem dejecit: eoque loco, ubi nunc Osteroda monasterium, olim Brunonisroda, cursum alium, qui Astarod vocatus. Suum tamen illum Bielem cura magna requisierunt idololatrarum Saxonum aliqui; et juxta locum, in quo

et alibi dejecto Fortunæ simulacro,

item Rettonis et Bielis,

aliorumque deastrorum,

Hefeldense modo cœnobium, illum rursus erexerunt et adorarunt, unde adhuc hodie appellatur locus Bielstein. Verum ista cum accepisset S. Bonifacius, hostem insecutus est, et pristinas idololatriæ copias renovantem rursus prostravit, prostratumque penitus comminuit. Eodem fere tempore alia confregit idola Sanctus, Lahram et Jecham, a quibus hodie arx Lahra in Hagnensibus montanis, et Jecheburgum. D

45 *Atque hæc per transennam dicta sint, tum quia in Bonifacianis Actis hic editis, non leguntur; tum ad commonstrandum morem illum perpetuum Sancti, quem* Stuffone *everso tenuisse illum diximus, cum* in illius montis vertice sacram ædiculam extruxit, *ubi inquit Serarius*, e suis unum Sacerdotem reliquit, a quo uberiorem posthac, in sacrosancta Christi fide institutionem et Sacramenta circumsiti perciperent populi. Sed ex illa ædem postea fieri curavit Carolus Magnus; in eaque Crucem, quam per insignem quemdam virum Heizonem nomine copiis præferre solitus erat, collocavit, cum illustrem de Saxonibus victoriam post transita tria Vertæ vada, quæ hodiernæ urbi Treifurt nomen dedere, Dei auxilium consecutus esset. Tunc enim Deo gratias acturus, ad S. Bonifacii sacellum ascendit, et propalam clareque dixit, Hic nos adjuvit Deus; atque hinc mons ille Auxiliaris, aut vero Adjutorii mons, der Hulffersberg, dictus est: eamque appellationem corroboravit crebra postmodum et mirifica opitulationum variarum, in morbis, vulneribus, claudicationibus, aliisque id genus difficultatibus, divinitus concessa operatio: cujus testes tot illic anathemata, sigilla, grallæ, oblationes, ut ex harum parte Carthusiam Erfurtensem pius erexit Sacerdos, reditibusque constabilierit. E

oratorium extruit Sanctus,

quod in ecclesiam convertit Carolus M.

46 *Nicolaus Schaten, item noster, in postumis suis Paderbornensium Annalibus, postquam ad annum* DCCLXXXIII *narrasset victoriam, ab eodem Carolo Magno relatam* ad Dethmoldiam, eadem in planitie ubi Arminius Varum assecutus prælioque acerrimo congressus prope ad internecionem delevit, *cum ingenti Cæsaris Augusti damno ac luctu; sicut tunc Widikindum totumque Saxonum robur prostravit Carolus; his, inquam, narratis addit, quod ea* tam illustris victoria, primos eorum temporum Christianos impulit, ut haud procul a loco prælii, grata in Deum memoria, ædem sacram in monte construxerint, quæ Capella divini auxilii appellata est, vulgus Montem sancti Adjutorii dixit, ob cœleste beneficium ut Crantzius memorat, quo Deus pugnanti Carolo, in F ancipiti prælio, adstitit. Monumentum sane omni trophæo illustrius, quod ad Crantzii ætatem, cultu religionis, et vicinorum populorum accessu, multisque cœlestibus beneficiis ac miraculis conspicuum perstitit: et quo, ut Fasti perhibent, ex urbe Tremoriensi frequens quotannis populi supplicatio ducta, atque ab omni retro memoria, ad annum Christi MDXLVIII continuata est. Post quæ deinde tempora, quia hæresis ea Comitatus Lippiensis loca majorumque religionem corrupit, peregre eo venientes ludibriis divexavit, intermissa pietas. Ipsa deinde ædes sacra, quæ in monte S. Antonii inter Dethmoldiam et Osterhollium monstratur, collapsa, nil nisi rudera exhibet.

Montis adjutorii dictam, a victoria ibi parta,

sicut et apud Dechmoldiam.

47 *Non definiverim per conjecturam, utra victoria prior tempore fuerit; quamquam præsumptio pro Eichsfeldia stet, et notat jam ibi appellatio montis, ex simili causa traduci facile alio potuerit. Solum noto, feliciorem illam fuisse, quod modico duntaxat tempore intermissa apud eam religio, cito et uberius repullulaverit. Constat hoc mihi ex libello Germanico, auctore P. Joanne Mullero Societatis nostræ Dudenstadii imprimi curato, sub nota anni* 1671, *quem Latini titulo litteræ numerales*

Prioris historia an. 1671 Germanice edita;

ubi collapsa per hæreses Religio, instauratur,

A *rales sic proponunt;* MONS ADIVTORII SEV SALVATORIS CHRISTI. *Is postquam ex Serario narrasset, quomodo ibi pars tertia oblationum assignata fuerit Presbytero, sacra curanti; qui iis indies auctionibus sic ditatus fuerit, ut unus illorum anno* MCCCLXXII *tantum testamento reliquerit, quantum ejus executor sufficere crediderit fundandæ Carthusiæ Erfurtensi Hæc, inquam, cum narrasset,* Quemadmodum *inquit*, ex dictis constat, locum istum a Caroli Magni tempore, usque ad exortam ab inferis Lutheranam hæresim, constanti floruisse religione; sic fieri non potuit quin illa paulatim prævalente, hæc quoque per annos quadraginta, plurimum obsolesceret ac pene extingueretur apud populum ex novi Evangelii decretis persuasum, orationes, jejunia, afflictationes corporis, peregrinationes, oblationes, aliaque ejusmodi pia ac pœnalia opera, nihil homini conferre ad salutem.

adducta Heligenstadium Societate Jesu,

48 Duravit autem ea calamitas, quousque Daniel, Moguntinus Archiepiscopus *anno* MDLV *electus*, regionem, frustra frumenti feracissimam, ad vitam corporalem sustentandam, cum vix quisquam animis spirituali pabulo reficiendis attenderet, per seipsum B visitandam suscepit, ductis secum illuc aliquot e Societate nostra Sacerdotibus quibus Heligenstadii (*quo de loco pluribus agendum nobis erit* XVI *Junii ad Acta S. Aurei*) Collegium fundavit, ut concionibus et catechesibus rudem populum vel ab hæresibus revocarent, vel in avita fide confirmarent. *Quod illi cum annis aliquot strenue facerent, mota est Anrodensium Virginum Ordinis Cisterciensis pietas, ad quarum jus Mons-adjutorii spectat, ut ipsos invitarent illuc, ad eadem ibi præstanda per temporarias excursiones, quæ tam utiliter videbant Heiligenstadii continuari. Datum rei isti initium anno* MDLXVII, *ad quem in MS. Historia Collegii sic legitur :* Instituta ad XIV kal. Julii felici auspicio prima a nostris profectio ad montem Adjutorii; habitaque concio, quæ mirifice placuit; ut etiam ea audita, Concionatorem Lutheranus Prædicans salutari curarit. Hic Mons a temporibus Caroli Magni, ob divini Numinis auxilium, quod ibi manifeste senserat, adversus Infideles acie pugnans : quodque non pauci sequentibus seculis experti fuerant, qui pietatis ergo, et divinæ opis gratiæ locum inviserant, per Saxoniam ceterasque circumjacentes regiones nominatissimus; desierat ob Hæreses, illa frequentia ac religione, qua olim celebrari; ut licet non rari forent, qui orandi causa venirent, votaque solvendi; insolens tamen esset, quemquam C peregrinorum sacra se Confessione expiare, et Eucharistiam sumere. At postquam nostri concionari cœperunt, sedere etiam ad audiendas Confessiones, auctus est vehementer advenientium numerus, et usus Sacramentorum increbuit.

quæ anno 1567 illuc cæpit excurrere,

49 Ex eo tempore, *inquit Serarius pag.* 473 tanta illuc peregrinantium, e locis etiam interdum hæreticis, hominum multitudo est, ut aliquot subinde millia in processione numerentur : ejusque rei auditione et fama excitatus hodiernus Pontifex Clemens VIII, pœnarum quæ peccatis debentur Indulgentiam iis concesserit, qui, vera cum pœnitentia et peccatorum remissione, sacrosanctam ibi Eucharistiam, certis quibusdam anni temporibus accipiunt, prout hujus diploma Romæ anno MDXCVIII die XX Januarii datum, totamque hanc historiam copiose refert prædictus Lutheranus Prædicans in suo Carolo Magno cap. 19. *Ad quem annum Historia Collegii idem sic confirmat.* In Montem Adjutorii ingens vis hominum convenit, hæreticorum juxta ac Catholicorum : quia enim adjuvari divinitus isthic homines vident, licet animis et religione a nobis dissentiant, subinde huc, missis legationibus, tum illi ipsi ventitant, et opem sibi a Deo præstari

magno cum fructu peregrinantium,

postulant. Ex hoc genere duos viros nobiles Brunswigiæ Dux graviter afflixerat, ut etiam possessionibus exuere et sedibus pellere conaretur; primum a nobis Heiligenstadii preces pro se fieri submisse petiverunt, deinde in montem hunc profecti, adjuti sunt. Catholici a tertia matutina ad horam nonam, Sacerdotem nostrum in faciendis confessionibus detinuerunt. E turpi vita, ex adulterio, ex gravibus peccatis emerserunt multi. Unus post decem annorum intermissam confessionem, tanto sensu Sacramentum illud obivit, ut templi pavimentum copiose humectaret, lacrymæque in sinum Sacerdotis confertim defluerent; qui eodem tempore, voto ibidem facto et S. Eucharistia refectus, magno animi gaudio domum discessit. Adfuerunt Eichsfeldii omnes Catholici Proceres, nobiles item Virgines ac Matronæ, et nobiles Adolescentes, qui accensis cereis supplicationem mirifice ornarunt. D

ex … etiam hæreticorum

50 Obscurare hanc lætitiam voluit unus de grege Prædicantium : ausus enim fuit, cum populus fere dilapsus esset, in suggestum se inferre; et ad pauculos, qui reliqui erant, magis stulte ac petulanter quam vere, concionem habere; sed mox ab excubiis insigni fustuario acceptus fuit, et e templo atque monte pene elumbis exturbatus. Non multo ante, E ad radicem montis, homo insigniter Lutheranus nuptias celebraverat. Ex Nuptialibus duo in templum irruperunt, ut concivibus suis spectaculum inde aliquod adferrent. Suffurati sunt duo fulcra seu grallas, ex illis quæ vel restituendæ salutis spe, vel in acceptæ salutis testimonium, ex voto dependere istic miseri solent. Illis utroque brachio nixi, claudicantibus similes in symposium repserunt; quærentes magnum in se divinitus esse editum miraculum, quod sani montem ascendissent, nunc claudi redirent. Non pauco stetisse illis hæc irrisio dicitur : nam paulo post Tribochorum tumultu excitati, qui primas partes in scena egerat, in prima statim velitatione concidit.

non impune ferentibus ejus contemptum adversariis

51 *Diem, a Clemente VIII Indulgentiis lucrandis designatum et peregrinis confluentibus frequentiorem, Mulieras indicat* festum S. Bonifacii; *atque eamdem gratiam renovatam fuisse anno* MDCLXIX, *ab ejusdem nominis Clemente Papa IX, prius autem Alexander Papa VII anno* MDCLXV, *similem Indulgentiam concesserat pro* festo S. Michaelis Archangeli, XXIX *Septembris, ibidem quoque solito solennius coli, ut initium finisque æstivi temporis pari devotione agatur. Quoniam autem horis dumtaxat quatuor aut quinque* F *locus Heligenstadio distat;* eodem, *inquit in sua ad me Epistola Joannes Knachrich*, frequenter per annum, præsertim in æstate, certisque festis eo excurrimus ad minimum quater, rheda monasterii Virginum Anrodensium vecti, non sine spirituali animi nostri solatio, ob insignem fructum animarum; quem ex sacramenti Pœnitentiæ administratione et concione ad quatuor aut quandoque sex mille homines, pietatis causa illuc confluentes, reportamus. Adeo sane ardens est populi ibi concurrentis devotio, ut anno MDCLXVII commorantem in Eichsfeldia Archiepiscopum Moguntinum, Joannem Philippum a Schonborn, eodem pertraxerit : qui celebrato ibibem pontificaliter Sacro, aliquot mille personis sacram Eucharistiam manu sua impertiit. Auxit quoque non parum eam devotionem Reverend. et Celsiss. Princeps Joachimus, Abbas Fuldensis, qui anno MDCLXX ecclesiæ illi donavit notabilem particulam brachii S. Bonifacii, quam pectorali statuæ brachiisque deauratis inclusam, cum solennitate eodem deferri jussit, quæ festis consuetis populi venerationi exponitur. Popularem denique devotionem multum accendunt decem patientis Christi stationes, opera duorum nostrorum illic dispositæ ante hos sex vel septem

et propositis … pro festo SS. Bonifacii et Michaelis.

illius etiam Reliquiis eo allatis

erectisque Stationibus

ex MSS.

septem annos, cum pulcherrimis picturis mysteria singula repræsentantibus. *Hactenus ille nostrorum ibi aliquando Rector, qui me primus admonuit Bonifaciani istic cultus inter Analecta commemorandi. Nunc porro miracula quædam accipe ex MS. Historia Collegii ejusdemque Annuis litteris (utraque enim apud nos distinguuntur et ex his sæpe suppletur illa) ab eodem nobis descripta accipe, quæ etiam in libello Mulleri Germanice referuntur, ex potiori parte, velut inde accepta.*

CAPUT VII.

Miraculosæ gratiæ, cultui S. Bonifacii in Monte Adjutorii adscriptæ.

Effrænis linguæ puella, post sacrilegam communionem

Anno Christi MDLXXXVI erat Heiligenstadii puella, Catholica quidem, sed, propria ac patris confessione, depravata jurandi consuetudine æquales facile omnes antecellens. Ea ad impium morem etiam hoc adjecerat, ut cum sacram Synaxim in Paschate vellet adire, contra Ecclesiasticas sanctiones adierit non jejuna. Vix dies intercessit, cum utriusque temeritatis suæ graves pœnas dedit. Postridie enim quam sanctissimum Sacramentum accepisset, in potestatem sagarum tradita, mensibus aliquot miserrime fuit et carminibus delusa, et acerbissimis corporis doloribus afflicta. Jacebat domi lecto affixa, omnium membrorum sensu ac usu destituta, trunco magis quam homini similis: non auribus vocem haurire, non oculis quemquam aspicere, non movere pedem poterat.

a furioso dæmone invasa,

Spumabat sæpe ore, fremebat dentibus, in epilepsiæ morbum una hora octies deciesve abalienata mente incidebat; et, quasi ad cumulum malorum tam multa satis non fuissent, asportabatur subinde in abditissimos domus angulos; nunc in imam, nunc in summam partem; nunc extra parietes in pomarium: ibique diu quæsita, tandem inveniebatur, aut interclusa voce pendere ex arbore, vel obtorto collo pene strangulata jacere in tignis, vel ingenti saxo in pectus imposito, et ore atque naribus obstructis, esse morti proxima. Parens, inusitato spectaculo obstupefactus, consilium capturus ad nos advolat: rogat supplex, ut se adire, et filiam e tantis malis eripere vellemus.

post exorcismos frustra adhibitos,

53 Paruimus roganti: tentavimus omnia, quæ tentari ea in re et ad depellendas præstigias quoquo modo facere putabamus. Primum etiam maximum præsidium in precibus fuit, quæ civium concursu factæ sunt plurimæ; privatim, publice, in templis, in scholis, in ædibus. Lustrata domus solenni ceremonia; appensæ in cubiculo Christi crucifixi imagines, ad collum ejus sacræ Reliquiæ et Agnus-Dei; indictum familiæ trium dierum jejunium, ceteraque omnia quæ ad placandum Numen divinum pertinere videbantur. Verum nihil tantis impensis est effectum: omnem operam et studium nostrum tantum non elusit versipellis hostis. Abdebat se aliquando, quasi perterrefactus, in latebras; paulo tamen post, iterum erepebat e dumetis, multoque quam ante agebat immanius; effundebat lustralem aquam, discerpebat sacras imagines, sanctasque Reliquias strepitu quodam et fremitu avellebat a pectore; earum hierothecas cum diebus aliquot asservasset, per ludibrium reddebat aut vacuas aut fimo repletas, ad extremum et ipsas Reliquias: itaque ludificabat nos miseris modis, ut nihil esse videretur vel ad vivendum horribilius, vel ad ferendum difficilius.

ad Montem ducta liberatur.

Unum restabat Montis-Adjutorii asylum. Huc eam sumptu publico Senatus devehit, ea spe, ut ibi remedium inveniret. Neque vane augurati sunt: cum enim domi voto nuncupato, in locum secundo esset devecta, omnis illa carminum vis fracta atque debilitata est, sanitate huic uni reservata, ut antiquam peregrinandi pietatem in Catholicorum animis recenti miraculo Deus confirmaret.

item mulier 14 annis hæretica,

54 Anno MDXCIII, mulier quædam quatuordecim annos, ex initis nuptiis, loco hæretico vixerat, et de prophana illa cœna participarat aliquoties. Sed cum naufragium suum tandem recognosceret, cœpit gravissime conscientiæ agitari fluctibus, et horribilibus spectris vexari. Consilium capit de portu, unde exierat, repetendo. Intentantur idcirco extrema a tentatore hominum; aquis nimirum perituram (ut sibi per vocem audire videbatur) ni a cœpto desisteret. Sed cœpta illa prosequitur, et Montem Adjutorii petit: detestatur coram nostro Sacerdote præteritam vitam, portum tenet Ecclesiæ, et serenitatem mentis consequitur.

et pius Catholicus a carcere.

55 Anno MDXCV erat Halberstadii vir Catholicus et jurisperitus, qui cœnobiorum et ecclesiasticorum jura libertatemque sustentabat ope quanta poterat, religionem profitens avitam; quoad causas civiles multis victoriis celebris, magis tamen ab ingenii solertia quam magistro aut institutore. Hæc quæ laudi ei esse poterant apud prudentes, vertit invidia in odium et calamitatem: nam oneratus gravibus suspicionibus primum, tum in carcerem conjectus, ejus longinquitate multas toleravit ærumnas. Tenduntur a propinquis supplices manus Principi, harum machinationum non ignaro: sed nec prece nec rationibus flecti potuit acerbissimus animus. Operæ pretium visum amicis, ut captivi nomine, votivam nuncuparent ad montem-Adjutorii in Eichsfeldia peregrinationem. Et quidem vota non fuerunt irrita. Mutatur repente voluntas alienissimi Principis, vinctus laxatur carcere, huc in Eichsfeldiam ad montem contendit, voti solvendi ergo.

Sacerdos apostata refert missale.

56 Anno MDXCVIII venit eodem, cum anicula sua, homo septem annis centenario major, olim Monachum professus in Palatinatu, post Prædicans Hassiæ; tunc vero a Prædicantis officio amotus. Venit magno conatu et desiderio invisendi Montis, Librum Missalem templo obtulit, quem annis quinquaginta affirmat se domi occultasse; hoc autem cum deprehensum esset, a gregalibus suis concionandi munere sibi interdictum esse, quasi minus Lutherano vitæ integro; itaque istis librum reddere, quibus si jam dudum reddidisset, in istud fortunarum suarum discrimen non devenisset.

Puellæ hæreticæ facto voto sanatur struma.

57 Anno MDCII Virgo nobilis, Catharina a Keusel, annum quintum decimum dum agit, sub mento tuber innascitur collo, quod quotidianis incrementis in deformem abiit strumam. Adhibent parentes quam possunt curam: exscindit semel, iterum, tertio, nec sine vitæ periculo, malum vulnerarii medici manus; nec proficit tamen. Increscit vulneribus ulcus, nec spes amplius formæ et valetudinis reliqua virgini ac parentibus. Adit interea e vicino loco virginem, mœrore præmortuam et dolore, femina rustica, veteris fidei ac fiduciæ in Deum. Hæc, inter alios sermones, videri sibi omnino affirmat, nisi in divina manu, huic malo medelam non esse. Votum ergo suadet concipiat, Deo Salvatori, in vicino monte exsolvendum. Insedit hæreticæ puellæ animo opinione altius consilium; ardua tamen visa res, cum et contrarium religioni suæ votum, et in parentum cura positæ proprium sit nihil: a parentibus porro anathema emendicare intutum, clam surripere invisum Deo munus. Incidit hæc inter virginis menti, bimum inter domestica armenta vitulum inerrare, suum donatione. At enim Deo hunc dare visum nimium, minori posse se voto defungi. In proximum ergo supplicationis solennem diem ceræ libram unam votum concipit, vel suis (si bona parentum venia possit) vel alienis manibus deferendum. Et, creditu mirum! Nullo

A nullo medicamento pedetentim detumescit colli deformitas: egressui apta, die stata viam init; montem conscendit, votum exsolvit. Sed audi quid domi factum vitulo. Vixerat. Mortuum eo ipso die ipsa redux invenit, sine ullo antegresso morbo: et sensit puella amicam Dei manum, sanantem malum, sed et avaritiam vindicantem.

eoque dilato recrescit;

58 Elabitur unus et alter annus, nec memor salva hæretica puella Salvatoris sui, intermittit peregrinationem: et uti placuit puellæ anima Deo, ita paulatim paterne recrudescere fecit et dolere cicatricem, et collum retumescere sentit. Tacet: tegit quo potest muliebri mundo; verum non diu. Advertit turpitudinem paternus oculus. Heus tu, inquit, mea filia, grandescit denuo sub mento collum. Pupugit verbum paternum virgineam mentem, gravius quam ferre possent proni ad lacrymas oculi. Proximum hinc ocyus se subripiens in conclave, affatim laxat habenas aqueis rivulis euntque ubertim et libere decidentes guttæ, quia libera ipsa a comitatu et sola ibat, qua interne medicus suus vocabat nesciam. Voti inter singultus memor sui, suo judicio ingrata benefactori; innovat, resumit. Nec frustra, evanescit dolor et tumor. Facta cau-

soluto aufertur,

B tior monita, quotannis frequentat solitum pietatis opus, peregrinationem. At enimvero dum morbi, qua collum effugit deformem dolorem, in animi sui arce graviorem cœpit persentiscere tyrannidem, quam sua sibi jam suspecta pariebat religio; ut quam virtutis et pietatis ut minimum, ita plurimum secum convolvere vitii et impietatis animo advertit. Auget conscientiam librorum Catholicorum (invenerat eos inopinato ab avo relictos) lectio frequens. Nec factum diu: fit certa Ministros prædicantes, non Pastores, sed proditores esse suarum et vulgi animarum: nec tamen quisquam uspiam, cui hæc secreta committere posset, quique dirigeret, doceret, firmaret. Exin pectore obfirmato, omnibus concionibus et cœnis valere jussis, inter suos palam profitetur, se quidem tuto, nec posse nec velle his verbi Ministris animam suam credere. Occasiones igitur captat, excurrit huc (Heiligenstadium) ut nostros audiat et adeat. Obit etiam vicina Virginum sacrarum monasteria, in quorum uno sub Paschales ferias, invento ac quæsito nostro Sacerdote, rem omnem exponit; hæresim abjurat, sacra Confessione in gratiam cum Deo redit integram, et sacra fruitur Mensa; manetque hactenus immota, inter

et ipsa convertitur

C omnes parentum cognatorumque vexationes; a quibus omni ope destituta, vitam agit, quoad conditionem suam, miseram.

A dæmone socio loquela privatus,

59 Anno MDCV, triduo ante S. Michaelis, agricola quispiam, pocula inter multa, memorat de fallenda fide virgini ducendæ data. Invitatus a combibonibus duobus, ad vicini pagi dedicationem, an compotationem? comitem se iturum annuit. Egressus at enim, dilapsis alio sociis, alium offendit ducem et socium, ignotum hominem. Dum iter una carpunt aliquamdiu oculos in hunc socium defigens, facie atrum, oculis ardentibus, ore circum ac collum ignem spirantem animo advertit. Horret et hæret in vestigio; mox etiam exanimis prolabitur: Cruce dein pectus obarmans, spectrum draconis forma flammei in aera avolare facit. Non factum diu tamen, redit spiritus, denuoque invitat ad reliquum iter; et vero territo insultat, quem se ita tractasse gloriatur, ut intra hoc triduum se quis sit, non sit proditurus. Ita sane: linguæ enim usum ademerat homini. Ubi se collegit mutus viator, ad suos redit loqui nescius: signis agit, quod agit; spei hinc et auxilii inops ad Collegium nostrum cum sociis properat. Montem-Adjutorii nostri suadent, et instantem peregrinationis diem. Paret, et inibi

eam ibidem recipit:

D coram Sacerdote nostro comparet: signis nutibusque acta vitæ recenset, ut potis est. Divinæ manus opem animo concipiat, votis exoret et mente, jubetur. Facit impiger, ac una cum sociis, in ipso templo, ut moris, pernoctaturus, quieti se dat. Mox in somno Angelum sibi adstare prospicit: qui leni attactu labia sua contingens, ut linguæ usum recipiat, affatur. Et vero statim, omnibus qui elinguem noverant attonitis, integre proloquitur. In genua ergo de integro provolutus, gratia Deo refert: ac prima luce denuo Confessionem iterans et integrans, fidem dat se linguæ hunc usum non nisi in bonas res resoluturum unquam, et redux domum concedit. *Addit P. Mullerus (forsan ex Annuis) Miraculo hoc virum quemdam septuagenarium adeo permotum, ut fidem Catholicam amplexus sit.*

EX MSS.

Ruina oppressus

60 Anno MDCVI Ecklingerodam, pagum in agro Duderstadiano, habitabat Andreas Spilner, cum uxore Margareta, rustici. Is vir cum duabus operis sociis egressus, Bremen versus vicinum pagum, ut una simul margam terra erueret; ingressi specum dum operi instant, ruit superna excavata moles, et hominem illum involvens ruina obruit. Viri socii, opem quam possunt laturi, ad alteram horam laborem omni conatu urgent, quo onere, obrutum exonere-

E rent. Caput ut primum hominis, sed sine sensu conspiciunt, reliquo merso corpore, rati vixisse, ad pagum secum adproperant: triste nuntium uxori familiæque rei actæ referunt. Uxor, ut audiit, in genua provoluta, in votum animum vocemque resolvit: Virum meque sistam monti Salvatoris, si superstes sit periculo maritus. Inde omnes ad specum. Eruitur mox reliquum infossi corpus, deforme, attritum: os in quatuor fissum partes hiat, dentes anteriores faucibus ingesserat terra: tergi spina depressione fracta, costæ comminutæ, rupta vesica; unus animus leniter spirabat inter dolores. Opem negat medicam medicus, et ipsa ars humana despondet, quia divinior jam sese præsentaverat manus: qua factum ut brevi vires collectas persentisceret.

ad votum uxoris servatur:

idem ab angina periclitans

61 Porro autem, ut illustrior divina hæc sanitas humanam falleret opinationem, malum malo excipitur. Pus enim humorque multus in collo collectus, fauces intercludit spiranti; nec quidquam propius, quam mors altera, nisi et altera adsit persanatio. Certe uxori nec altera spes, quam in altero voto, quod concipit; duas ex cera candelas, unam S. Virgini ac S. Valentino, Patronis paganæ suæ ecclesiæ; unam S. Salvatori, in monte jam nuncupato.

F Audiunt votum, et nemine nec quidquam curante, detumescit tumor, pus abiit. Instat peregrinationi sacer dies Pentecostes, annuus Montis-Adjutorii. Fulcris ergo duobus nixus Andreas, reptare occipit ex pago; et quatuor bene magna milliaria arreptat montem versus; tam quidem felici conatu, ut quo propior abest et validior, quo vires, quo animum: quem hic Confessione purgans, rem omnem ex ordine Sacerdoti nostro pandit, una cum socia uxore: et sacra deinde Communione ita sibi redditur, ut stipitibus infirmitatis, fortunæ, et sanitatis divinæ testibus, pro anathemate depositis, pedibus eodem ipso die (instabat undecima hora cum monti valediceret) eadem milliaria quatuor terens, ad proprias ædes, integer viribus et gaudio plenus, revenerit. Nil postea, in eisdem suis ædibus narrat eidem Sacerdoti se invisenti; nil animæ suæ exoptatius accidere potuisse, eo quod sibi visus sit hac ruina æternam mortem evasisse; unicam equidem hanc, dum mole terrena sepultus jaceret vivus, cogitationem identidem recurrisse; O hominum miserrime quid judici tuo responsurus es? in æternum gratias tanti accepti beneficii loco rependere necesse est.

sanitatem recipit.

63 62

A *Ex MSS. pueri crus fractum redintegratur,*

62 Anno MDCVIII, mulier quædam nomine Catharina Henle Calmerodensis, filium habuit annorum quatuordecim, nomine Joannem. Hic cum in currum incidisset, tibiam fregit, quæ tentatis omnibus remediis, nulla arte poterat consolidari: Ergo humana ope desperata, ad divinam confugit, piæ feminæ hortatu, quæ se per quietem sibi visam fuisse moneri asseverabat, auxilium a monte Adjutorii S. Bonifacii meritis esse expetendum. Vovet igitur mater, si filii crus pristino reddatur vigori, se cum filio, Confessionis et Communionis gratia, ad montem Auxiliarem iter suscepturam; cereumque anathema, beneficii præstiti monimentum, D. Bonifacio suspensuram. Hoc voto nuncupato, vulnus pueri obducitur, ossa consolidantur, pes redintegratur, ut nec vestigium læsionis cicatrix remanserit: itaque feria II Pentecostes, mater cum filio votum solvunt; Confessione facta et sacra Communione sumpta, ceratum pedem publice S. Bonifacio suspendunt.

Eadem religio confirmatur,

63 Anno MDCIX emicuit in monte, cui ab auxilio nomen est, multo major populi religio ac pietas, quam annis præteritis. Videre enim fuit, non solum hujus patriæ maximo numero, ad promerendas Indulgentias, diversis temporibus anni accur- B rentes; sed insuper summæ dignitatis viros, longissimis itineribus, vario anathematum genere onustos, ad sacra hujus loci adyta, cum maxima ædificatione aliorum, properantes. Quod quidem hoc tempore singulari Dei beneficio adscribimus, cum proximis in locis, sacrum hunc montem ambientibus, hoc ipso anno pestilens Calvinistarum lues propagata fuerit: ùnde hujus populi crescenti religioni promovendæ, aptissimum contra tantum virus a Deo transmissum alexipharmacum arbitramur. Neque divina bonitas tantæ pietati suum subtraxit auxilium: siquidem aliquot evidentibus miraculis, veluti certis fidei Cotholicæ divinæque misericordiæ testimoniis, celebritatem hujus loci, frementibus licet hæreticis, illustrare voluit; quibus omnibus enarrandis, ne molestior sim; paucula hic annotasse suffecerit.

illuminatione cæci,

64 Fuit unius pagi, huic urbi fere proximi, Westhausen nomine, incola Georgius Schuler. Is utroque oculo brevi tempore orbatus. Uxor, ignara consilii ac remedii humani, confugit ad cœleste, ad certam videlicet hujus montis opem; voto se suumque maritum obstringens, occasione proxima in hoc sacro loco se sistendi, si Deus succurreret. Res admiratione digna! Postridie quam voverat, C licet aliqua tanti mali vestigia ad miraculi certitudinem relicta fuerint, integram tamen oculorum sanitatem recepit: pro quo beneficio uterque, præmissa Confessione ac divini Pabuli sumptione, ingentes hoc loco gratias egerunt. Alius, ex diœcesi Hildesiensi; morbo gravi ac periculoso laborans, quem medici ob perpetuum fluxum humorum fistulas appellare solent, postquam jam magnam in medicos pecuniam, vulneris sanandi causa, necquidquam consumpsisset; voto ad hunc sacrum montem emisso, non modo fluxus retardari cœptus est; sed insuper integra valetudo pedis subsecuta est. Quare ut se tanto gratiorem erga benefactorem suum ostenderet, annuam profectionem ad eumdem locum vovit....

et pedis fistulosi curatione

65 Clarius adhuc ejusdem montis in homine perdito eluxit præsidium. Is temulentus e popina egressus, repetiturus adhuc eodem vespere penates, vix medium iter emensus, obruitur a tenebris noctis. Mox in bivio hærentem invadit e dumis exiliens lupus, ceu, quod verius est, dæmon ipse: cum quo multis horis irrito conatu luctatus, misere vapulavit; cujus rei non exiguum fuit argumentum, quod mane pronus in terra repertus, tantum ore ac D ventre frigoris hauserit, ut vocis ac pedum usu destitutus penitus videretur. Ultimo, cum jam triduum jacuisset a suis et ab aliis desperatus, non sine divini Numinis instinctu, supervenit ex nostris Patribus unus: qui misero, post exceptam Confessionem, persuasit, ut cœlestem montis Adjutorii opem invocaret, cum humana negaretur. Acquiescit is monenti. Quid multa? postridie venienti Curioni illius loci, ut porrigeret sacram Eucharistiam, præter omnium exspectationem, ad omnia postulata, jam non nutu, sed plena voce respondit: imo refocillatis per sacram Synaxin animæ viribus adeo sibi restitutus fuit, ut eadem die ad vicinam urbem profectus, sua negotia sit prudenter executus.

item paralysis a dæmone inductæ,

et multiplicis morbi in una muliere

66 In genere conversionum ad fidem et meliorem vitam, Mons Adjutorii uberrimam nobis materiam subministrat, quem Deus in hisce partibus, ob maximam frequentiam Sacramenta salutis obeuntium, veluti cœleste quoddam pharmacopolium delegisse videtur, ex quo omnis generis amuleta ac antidota, contra quasvis animi pestes, homines afflicti deposcant. Confirmat æstimationem sancti E Montis summa frequentia languidorum, non tam corpore quam anima, quos Dei bonitas in gravibus tentationibus solatur spe certæ salutis, in hoc loco obtinendæ. Argumento esse potest mulier una, ex remotis Saxoniæ locis oriunda, quatuordecim minimum milliaribus frustra novi Evangelii buccinatores suis mellitis ac blandulis verbis mederi conati sunt. Verum tandem in hoc monte medicinam, pro omnibus animæ suæ vulneribus, per sinceram totius anteactæ vitæ Confessionem invenit; cum tanto animæ suæ solatio, ut maximas cum Deo tum spirituali suo medico gratias egerit. Auget hanc æstimationem Deus opt. max. non solum in animis Catholicorum, verum etiam circumjacentium hæreticorum, variis miraculis, quæ per æstatem anni MDCX ad invocationem sancti Montis, patrata fuerunt. E multis unum aut alterum annotasse suffecerit.

67 Fuit Adolescens quidam, ex Eichsfeldia oriundus, qui anno fere integro tibias habuit inflatas, ad quarum tumorem gravis postea malum accesserat, videlicet sacer ignis, ut vocant. Quod malum intra breve tempus, frustra consultis chirurgis, in tantum excrevit, ut spes omnis curationis in sola sectione posita videretur. Desperato saluti fuit devotio in hunc montem sacrum: nam voto emisso brevi pes sanari cœpit, ut illud sanis tibiis exsolvere F illumque suum gratum animum cœlesti epulo reficere potuerit. Eadem pietas mulieri, quæ octo septimanis beneficio oculorum destituta fuerat, oculorum lumen integre restituit. Majorem admirationem peperit hominibus unius ex discipulis nostris curatio, per votum hujus sacri montis adeundi collata. Hic alibi Epilepsia correptus, ubi in domum paternam reversus fuit, morbo ingravescente, spes indies omnis longioris vitæ abjicitur. Evocatur Sacerdos noster ad Confessionem ægroti excipiendam. Solicitis demum et anxiis parentibus de salute filii, suadet noster votum ad hunc montem sacrum. Mater filii, concepta in Deum huncque montem auxiliarem fiducia, non solum salutare consilium acceptat, sed insuper ipso opere complet; respicit Deus affectum maternum, ejusque filium; præter omnem exspectationem, in pristinam sanitatem restituit, adeo integre ut ab illo tempore nullæ consuetæ morbi reliquiæ recurrerint. Præterea plures qui e vicinis remotisque locis, etiam hæreticis, divinitus admoniti fuerunt peregrinationem ad hunc sacrum locum suscipere, divinam opem rebus adversis

Curantur ignis sacer, epilepsia, cæcitas.

A versis adesse senserunt. Hisce tam variis tum corporis tum animæ beneficiis, dici vix potest, quantopere animi omnium Catholicorum, qui in his borealibus regionibus commorantur, ad hujus tam salutaris montis cultum ac reverentiam inflammentur.

diuturnus morbus, 68 Anno MDCXI, in eodem monte civis quidam Heiligenstadianus salutem corporis invenit, cum diu ex gravi morbo decubuisset. Nam familia ipsius, ipso die Pentecostes, sacris Mysteriis apud nos vacante; ipse domi solus sensit sibi injici a prandio Montis adeundi desiderium, sacramque inibi die sequenti Mensam adeundi. Ergo suos domum reversos obtestatur, ut se viæ comitem assumant. Illi negant posse eum quinque minimum horarum iter conficere, qui nec parochiam vicinam adire potuerit. Sed pervicit tandem constantia: in viam se dat, et quo longius ab urbe progreditur, eo sibi magis confirmari vires sentit; donec monte ipso superato, Sacrisque munitus, pristinis viribus omnino restituitur.

69 Anno MDCXII, ad sacrum Adjutorii montem concepta vota, saluti fuerunt pestifera lue infectis:
B unus ab hydrope convaluit. Civis Heiligenstadianus amissæ vocis usum recepit; dumque ibidem ex voto conscientiam explicat Sacerdoti, vocem sibi clariorem redire sensim expertus est. Tres in furorem acti, votis suorum mentis sanitatem receperunt. Mulier quædam in puteum se præcipitem
et alia mala complura. dederat: quam maritus et mente et membris sanam ex eo extraxit. Alia, cum effictum e cera pedem vovisset, qui ex pede graviter laborantis malum depulit. Anno MDCXIII cum quidam supplicantium turbis se aliquoties miscuisset, nondum fidei lumine illustratus; tandem subortis dubiis de religione, ob miracula quæ ibi a Deo patrari vidit, illuminatus est: quod idem pluribus evenire solet. Ad eumdem montem cum non nemo voti solvendi gratia contenderet: ubi ad radicem montis pervenit, sublatum humeris grave saxum, corporis affligendi causa, ad verticem usque defert: idemque voto exsoluto, ad locum unde sustulerat refert: et quamvis aliquoties sub onere fatiscens, animo et viribus deficeret; resumpto semper spiritu non cessit oneri. Præstiterunt autem hæc Adjutorii montis exercitia auxilium toti Provinciæ. Cum enim illa in eo vigerent, incideretque gravissima tempestas, cœlum fulmine arderet, nubes disruptæ fragore suo et imbribus exitium omnibus minaren-
C tur; manserunt nihilominus vicinæ segetes intactæ, subversa tantum casa una vel altera rusticana; cum in contermina Thuringia et Hassia, non solum agris illata damna, hominum et pecorum greges suffocati, sed etiam pagi, arces et oppida si non prorsus subruta, sic tamen proruentium aquarum impetu labefactata et convulsa, ut accepta clades multo steterit. Anno MDCXIV cuidam ex occulto vitio adeo intumuerat crus ægrum, ut etiam scipione fultus vix incederet. Hic emisso voto, maximo cum labore et difficultate, adrepit ad montem Adjutorii, offert ceram in modum cruris affecti formatam, et sanatur.

Gradiendi facultas redditur 70 Anno MDCXXI, quidam ex patria Fuldensi, cum duabus grallis humero impositis alacer ad montem venit, easque e tholo templi posteriore suspendit: quem videns Sacerdos noster, ad se vocatum, invenit virum mediæ ætatis, viribus membrisque corporis bene constitutum ac validum: hunc rogat, qua de causa cum grallis ita lætus accurrat: respondet Peregrinus (Henrico Fell ei nomen est e Buchonia) Rem ipsam loquar, sed paucis. Biennio toto consistere pedibus nequivi; cum vero de sanitate recuperanda desperata non superesset remedium, ad aures et mentem venit, D
votum esse faciendum ad hunc locum. Vovi peregrinationem, et sanitatem recuperavi. In hujusce rei testificationem, ecce tibi quos attuli mecum pedes ligneos, e tholi convexo suspensurus, in perpetuam prodigiosæ rei, a Deo opt. max. impetratæ memoriam. Deo laudibus datis, Sacerdos ad beneficium hoc grato animo recolendum ipsum est hortatus, et ad oblationem conceptam dimisit. Postea vero Sacerdos idem, cum dictas grallas, aliis præsentibus, accuratius dispiceret; notavit eas inferne ferro, sed bene attrito esse obductas (sic enim in mali desperati signum infirmus fieri curaverat) quod non parum celebre reddit miraculum; ut et illud, quod tredecim milliaria germanica e Buchonia pedes, deportans humeris grallas ligneas, sine defatigatione confecerit. *ex MSS. biennium debili;*

71 Alii quoque ægri, quorum plerique a medicis desperati fuerant, hoc anno, in hoc loco divinitus sunt adjuti. Fuit qui capitis molesto morbo laborarat; duo alii brachiorum malo, alii duo pedum; una lateris et cordis tremore; tres aliæ pectus desperata pressura vexatæ fuerant: hi omnes voto edito, ad locum hunc miraculis celebrem, divinam senserunt opem; ut ipsi cuidam e nostris Sacerdoti, post Confessionem peregrinationis eorum causam obiter quærenti, confessi sunt. Ad annos quidam triginta cum brachium gestasset aridum, a quo die et anno ad montem hunc solet itare, nihil sensit amplius molestiæ. *et varii morbi curantur.* E

72 Anno MDCXXVIII, nostrorum alicui (Magistro Joanni Richler) insolens quidam pertinaxque dentium dolor per aliquot dies nullam quietis partem indulserat: jamque tumore maxillarum malum, sævitiam suam prodens, adeo hominis faciem deformaverat, ut vix a nobis agnosceretur. Is igitur cum hujus loci, tot jam retro seculis miraculorum magnitudine juxta ac multitudine incliti, fama inductus, suo quoque malo hinc medicinam petendam censuisset; eam in rem primam suam peregrinationem, ad gratias adjutori suo habendas obtulit. Nec fefellit medicus: vix enim hoc suum vel votum vel propositum animo conceperat, cum ecce tibi secundum hæc illico suppuratio fluere, maxilla detumescere, omnisque abscedere cœpit dolor, nihil deinceps molestiæ exhibiturus. *Lenitur odontalgia,*

73 Miles quidam, nomine Wilhelmus Flinsberg, alias Messerschmit vocatus, in bello contra Danos, vulnus sub ala dextri brachii acceperat, quod chirurgus quidam castrensis eatenus curarat; sed per tussim rupta cicatrice recruduerat, ut sanari denuo nequiret, sed continuo hiaret, et spiritum velut per os emitteret ac reciperet. Vulneri ergo huic aptam quamdam argenteam fistulam fieri curarat miles, quam multis annis gestabat, et alternis diebus novo emplastro fovebat. Contigit vero quod metu cujusdam Officialis bellici seu Magistri Equitum Mulhusii, quod est nobile oppidum Thuringiæ, commorantis fugere debuerit, veneritque ad pagum Friede: ubi ab hospite persuasus fuit remedium malo suo in monte Adjutorii quærere. Quod consilium secutus, hieme per altas nives montem conscendit, eo effectu, quod fistulam deposuerit, et intra octo dies a tabido vulnere perfecte curatus sit, relicta solum tenui cicatrice. Unde ad Catholicam fidem conversus, hoc miraculum perpetuo, etiam apud eos qui ingratis illud auribus audiebant, prædicabat. Cauponariam deinde, primo Gesmariæ, postea Bickenredæ exercuit. *Totius ejus rei gestæ testem veracem superesse, ait P. Mullerus in suo libello; paucula deinde alia recenset, quæ non ex Annuis vel Historia Collegii, sed aliunde accepisse videtur: ex quibus ultimum solum commemoro...* F *vulnus incurabile solidatur*

A EX MSS.

aufertur vertigo capitis.

74 Dominus Sebastianus Schmiet, Senator et Camerarius urbis Mulhusinæ (qui speciali Dei gratia illustratus anno MDCLI ad Catholicam fidem conversus, et absoluto ætatis suæ anno septuagesimo feliciter, ut speramus, obiit anno MDCLIII) tanta vertigine capitis laborare cœpit, ut sæpius in platea publice ad ædes civium saxo insidere coactus fuerit. Igitur votum ad montem Adjutorii concepit, et in Vigilia S. Jacobi duos filios suos DD. Sebastianum et Christophorum eo ablegavit; quos ipse die altero insecutus est, et a malo infirmitatis suæ perfectissime liberatus est, ut nihil inde molestiæ amplius senserit: tulitque vel ipse posterioribus annis singulis, vel per alios misit ad sacrum hunc montem oblationem suam. *Post hæc et similia miracula gratiarum, referuntur deinde aliquot miracula divinarum punitionum contra derisores, ex quibus duo supra memorati, addo nunc duo alia.*

B *Hæretico de fonte sancti bibituro hæret aqua:*

75 Anno MDXCIX, juvenis quidam Lutheranus, immixtus Catholicis, quos identidem ridebat, sacrum hunc montem conscendit: cumque ad fontem a S. Bonifacio cognominatum et excitatum (ut ferunt) pervenissent; Catholici magna pietate de fonte hauriebant ac bibebant; cum et irrisor accedit, et aquam haurire vult. Mira res! Aqua, quæ persyphunculum continuo effluere solitabat, actutum hæret, ut nec guttam dimitteret. Quod dum Catholici viderent, et ob præsentem Dei vindictam irrisorem reprehenderent, quod et aqua ipsum fugeret; juvenis animo vehementer consternatus, nullum verbum ad defensionem sui proferens, instar bovis muti abscessit. Quo recedente, aqua iterum fluere cœpit, non sine admiratione Catholicorum, qui in devotione sua roborabantur.

Calvinianus Ministellus

76 Anno MDCXLIX, feria secunda Pentecostes, Minister Calvinianus ex vicino oppido, cum aliquot civibus hunc montem, non devotionis, sed curiositatis causa, quo Catholicorum Sacra observaret ac rideret, conscendit. Cum ergo in processione D circa templum (ut moris est) Venerabile Sacramentum sub umbella a Sacerdote gestaretur; Verbi-minister ille in has blasphemas voces auditus est erumpere; Ecce ibi venit diabolus: et iterum; Nonne hoc opus est diaboli? Finita processione, ipse solus, sine comitibus quibuscum venerat, domum volens repedare, ex monte descendit. Sed justus Deus blasphemum hunc impune haud permisit abire. Nam cum et reliqui, paulo post ejus tergo inhærentes, monte descenderent; Pastorem suum juxta Lapidicinam (quod loco nomen) humi jacentem, velut epilepticum aut apoplexia tactum reperiunt. Ergo inclamant eum: Domine Magister, quid hoc rei? quomodo infortunium istud accidit vobis? Sed nil responsi aliud ab eo obtinent, quam: Ah, ubi est Mons Adjutorii? Ubi est Mons Adjutorii? quod pluries repetivit. Cum igitur concives ejus vidissent, eum se nec loco movere nec surgere posse, illum humeris suis currui impositum domum reduxerunt: ubi diu pluribus medicamentis usus, cum jam vires sufficientes se recuperasse putaret, quo suggestum pro habendu concione posset conscendere; ascendit eum quidem circa festa Natalitia; sed concionem adorsus, tam languida, incondita et insipida verba protulit: ut Consul ejus loci, per publicum apparitorem, de suggestu illum rursus descendere mandarit. Infirmitas vero illa ad mortem ejus perduravit, quam anno sequente MDCL, ex juxta Dei punientis vindicta, obivit. Plura utriusque generis exempla afferri possent, quæ singulis annis et adhuc dum contingunt, si sumptus et studium adhiberentur, ad ea publicis tabulis consignandum. *Atque hic finem habet ultimum ad me perlata de istis epistola, data die v ejus Maji, quo absolvenda erat horum Analectorum impressio, sic ut plura ex annis hisce postremis non potuerint expectari: sed nec est cur plura desiderentur.*

sacra Catholica blasphemans

E *paralysi plectitur.*

DE SANCTO FELICE MARTYRE

G. H.

MONACHO FRISLARIENSI IN GERMANIA

C *Videtur a Saxonibus adhuc paganis casus.*

Frislaria, *urbs est Germaniæ, in ditione Electoris et Archiepiscopi Moguntini, sed Hassiæ fere inserta, ad Ederam fluvium, ubi S. Bonifacium erexisse monasterium supra in ejus Vita num. 26 legitur. In hoc monasterio professum fuisse S.* Felicem *Martyrem, scribit Trithemius lib. 3 de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap. 287 his verbis:* Felix, Monachus Frislariensis cœnobii (quod dudum alienatum est ab Ordine) vir sanctus, et verbi Dei ferventissimus prædicator, post multa bonorum operum studia, cum Gentibus annuntiaret fidem Christi, ab eis martyrium recepit. Colitur Nonis Junii. *Hæc Trithemius, qui in eisdem regionibus vixit et ista scripsit. De vicinis Saxonibus adhuc ethnicis et Frislariensium hostibus præclare disserit Serarius lib. 3 Rerum Moguntiacarum Notatione 27 ad Vitam S. Bonifacii.* F

Nomen in fastis Monasticis.

2 *Eumdem S.* Felicem *Martyrologus Benedictinis inscripserunt Arnoldus Wion, Benedictus Dorganius, Hugo Menardus, Gabriel Bucelinus, cum Kalendario Ordinis Benedictini MS. item Ferrarius in Catalogo generali: sed unum Trithemium secuti omnes: cui, ut jam diximus, videmur posse hic fidere, etiamsi in aliis fastis Germanicis nomen non reperiamus, donec aliunde plus lucis affulgeat.*

DE S. GENESIO

D. P.

COMITE ARVERNIO APUD CLARUMMONTEM

Synopsis de cultu, ætate, actis, e Scriptoribus Arvernis.

ANTE DCCXL.

SS. Bonito Ep. et Meneleo Ab. familiaris

Bonitus, *Arvernorum Episcopus sanctus, cujus Vitam dedimus xv Januarii, creditur usque ad annum circiter* DCCIX *Sedem istam tenuisse. Huic familiaris fuit* S. Genesius Comes, *qui deinde et S. Meneleo Menatensi Abbati morienti adstitisse, et ab hujus successore S. Saviniano Abbate traditus fuisse dicitur sepulturæ. Colitur* Meneleus *xxii Julii,* Savinianus *xxii Novembris: sed annus quo*

A *quo hic illi successerit non definitur : præsumere tamen possumus* S. Genesium *ad medietatem seculi* VIII *vivendo non pertigisse. Apud Jacobum Branche, inter Vitas Sanctorum Arverniæ editas anno* 1652, *Vita illius Gallice legitur,* ex MS. Chronica Camaleriensis ecclesiæ, *in suburbus Claramontanis sitæ, quod suum castrum Sanctus iste quinque extructis ecclesiis illustrius fecit. Savaro in libro de originibus Claromontanis allegat aliquoties* Historiam S. Genesii cap. 4, *ut in plura capita eam distingui appareat : fuit etiam Parisiis Vita aliqua excusa.*

Officium habet in Brev. Camalerien.

2 *Horum hactenus nihil potuimus obtinere, quidquid egerint Patres nostri Claromontani : solum in Breviario Collegiatæ istius tres de Vita Sancti repererunt Lectiones non valde antiquas, quas uti accepimus ita damus, cum Annotatis ex Brancheo acceptis, supponendo quod is ex Chronica vel Historia prædicta, et præsenti notitia rerum, acceperit omnia. In Combroniensi ecclesia, quæ sepulturam Genesio dedit et adhuc Reliquias servat, licet solum quatuor leucis remota, scriptum aliquod reperiendum non spero, quando illud ibi non reperit prælaudatus Branche alios etiam allegaturus. Finem ergo præfandi facimus, cum hac pariter nobis descripta Oratione.* B Deus qui eximium Confessorem tuum Genesium supernorum civium collegio sociasti; tribue quæsumus, ut qui ejus natalem diem venerando colimus, ipsius interventu a malis omnibus liberemur.

sepultus Combronii.

OFFICIUM

Ex Breviario Capituli Camaleriensis.

LECT. IV. Genesius, avita nobilitate *a* clarus, Arverniæ Comes, Patre Andustrio, matre Tranquilla, Cordubensi, *b* regia stirpe oriunda, natus *c*; quantæ futurus esset sanctitatis, miraculo probavit. Nam adhuc puer cæcum, nomine Gondum, ad ostium paternæ domus stipem importunius rogantem, perhumane excepit; ejusque petitionem non modo pia eleemosynæ largitione, sed etiam lucis beneficio compensavit. Cumque indies fama sanctitatis ejus propagaretur; ei claudus, nomine Herimundus, Mauriaco *d* adducitur, qui dum valetudinem emixius ille rogat, Genesio Deum precante, et Christi Jesu nomen invocante, tam integram obtinuit, ut, quem deferri ad Sanctum oportuerat, nullius jam opis indigus, firmatis plantis, domum rediret. Pietate C et observantia in parentes maxime enituit. Asperam moribus matrem, et in domesticos acrius sævientem, blandi alloquii vicit modestia; et Moysen imitatus, virga in anguem *e* conversa, miraculo mitigatam, ad pietatis amorem novo miraculo traduxit. Parentibus orbatus, contra mundi illecebras, in seculo vivens, instituta privatim monasticæ vitæ forma se munivit. Asperiori victu, longis jejuniis, et nocturnis vigiliis corpus afflixit; nec unquam exercendis misericordiæ operibus, defuit; et ut liberior orationi vacaret, non longe ab arce *f* Combronia, paternis munita propugnaculis, in prædio suo, Aula-maura ab incolis dicto, supra rivum *g* Trundinem dictum, circa lauream silvam sæpius degebat. Ædes sacras *h* quinque in castro suo Camaleria extruxit, quas piis muneribus insignitas, locuplete fundo ditatas, ecclesiasticis etiam ac religiosis utriusque sexus familiis amplificatas, cum suo castello, juris S. Boniti Arvernorum *i* Episcopi esse voluit. Mœnati *k* Cœnobii reditus munifica liberalitate; nec minore pietate S. Meneleo, ejusdem monasterii Abbati morienti, adfuit. Corpore tandem D continuos pœnitentiæ labores ultra non ferente, virtutibus plenus, Nonis Junii migravit in cœlum. Enatus repente per cubiculum cœlestis odor, quam pie Genesius vixerit, quam sancte obierit, testatus est. A Saviniano, venerandæ virtutis viro et B. Menelei successore, sepulturæ traditus est. Nec post mortem miraculis minus claruit quam vivus: nam duos, nervorum contractione incurvatos, ad tumulum orantes, in integram sanitatem restituit: puella cæca, oculis sanata est: et inter varias morborum curationes, a dæmonibus vexatos mira virtute liberavit. Cujus sacræ Reliquiæ, in ecclesia Combroniensi pia fidelium veneratione servantur.

Puer cæcum illuminat, claudum sanat. Matris asperitatem miraculo corrigit, 5 ecclesias struit: sancte mortuus et sepultus Combronii miraculis claret.

ANNOTATA D. P.

a *Branche addit, avum ipsi fuisse* Agesippum, *qui sub Chlodoræo clarus, Aquitaniæ bonam partem, ac nominatim Burdegalensem districtum, gubernandum susceperit, Arverniamque acquisierit armis : et accepta in uxorem* Severa, *Erochildis Reginæ nepte,* Andustrium *genuerit. Sed nominis istius Reginam nullam novit Francorum historia; Chlodoræo alia quam S. Clothildis non fuit : et ipse obiit an.* 511. *Proinde quem is Aquitaniæ rivos præfecit, potuisset proavus vel tritavus* Genesii *Comitis fuisse.*

b *Fortassis legendum* Cordubanensi : *nam Corduba in Hispania est, quæ Clodovæi ætate Gothis suberat, usque ad an.* 586 *adhuc Arianis* : Cordabanum, *vel* Corduanum *insula est exigua in ostio Garumnæ, instructa pharo speciosa, quam Papirius Massonus describit in suo de fluminibus Galliæ erudito opere pag.* 560, *putatque reliquias esse majoris insulæ, quæ Pomponio Melæ* Antros *vocatur.* E

c *Branche ait, septimo a nativitate die relatum inter Catechumenos, et anno tertio ac dimidio baptizatum.*

d Mauriacum, *leucis circiter* 20 *distat Claromonte, versus Dordonam et fines Lemovicenses, clarum Vetere cella S. Severini Prioratu, ad Cluniacenses pertinent. Sunt qui Mauriacos campos hic ponunt, sed Valesio non probantur.*

e *Veram aquæ injectam ait Branche, cujus motu facile potuit virga visa formam anguis habere, maxime concurrente ad mulieris conversionem Deo, et ob filii merita illius phantasiam turbante.*

f *Vulgo* Combronde, *4 leucis ab urbe versus Boream, quam a Sancti patre munitam, ait Branche, post excidium urbis* Luciæ : *sed hanc nullus veterum novit.* F

g *Nomen neque Branche neque Tabulæ exprimunt : ille solum indicat* rivum silvæ, quæ est ad Montem Herbenum.

h *Nomina hæc refert Branche,* S. Salvatoris, S. Mariæ, SS. Petri et Pauli, S. Cæciliæ, Exaltationis Crucis.

i *Idem ait contractam cum eo amicitiam dum simul ad* S. Michaelis *proficiscerentur. Quomodo ibi orans S. Bonitus ab apparente Deipara donatus sit Casula miraculosa, refertur ex Bellovacensi et veteri Rhythmo post Vitam : sed ubi ecclesia ea sit, non indicatur. Invenio ego prope Urbem S. Flori,* 16 *leucis Claromonte ad meridiem, vicum* S. Michaelis. *Sancto autem Bonito eo tunc adeo devotum fuisse* Genesium, *ut quot Dominicis, audita ejus Missa, ex ejusdem manibus Communionem acciperet, ait Branche.*

k *Vulgo* Menat, *distat Claromonte ad Boream* 8 *leucis.*

DE S. SANCTIO

G. H.

MARTYRE CORDUBÆ IN HISPANIA

Ex Memoriali S. Eulogii Cordubensis Presb. Mart.

ANNO DCCCLI.

Cultus sacer,

Tabulæ *Martyrologii Romani celebrant* S. Sanctium *his verbis :* Cordubæ in Hispania B. Sancii adolescentis, qui etsi in aula regia educatus, pro Christi tamen fide, in persecutione Arabica, martyrium subire non dubitavit. *In Notis addit Baronius :* Scripsit ejus martyrium S. Eulogius lib. 2 Memorialis Sanctorum cap. 3, passumque tradit Æra octingentesima octogesima nona, a Christo Domino octingentesimo quinquagesimo primo. *Verba S. Eulogii sunt ista :* Sanctus vero Sanctius, auditor noster, laicus adolescens,

elogium Eulogii,

B ex Albensi oppido Galliæ-Comatæ olim captivatus, nunc autem inter militares Regis pueros liber præscriptus, et regalibus annonis nutritus; in eadem urbe regia, sub eadem professione, Nonas Junias, Æra qua supra, feria sexta prostratus est et affixus. *Hæc Eulogius, qui capite 2 præcedenti egerat de Martyrio B. Isaaci monachi, et feria v dicta Æra* DCCCLXXXIX *passum dixerat, uti et nos tunc retulimus. Quin etiam priusquam suum Memoriale componeret, ipso passionis prædictæ anno,* XVII *Kal. Decembris, Epistolam, Wiliesindo Episcopo Pampilonensi mittendam; finiens cum enumeratione quorumdam tunc recentium Martyrum : post Isaacum, inquit;* Sancio Laicus, de oppido Albensi, Nonas Junias in hac ipsa Æra, martyriali obitu triumphavit. *Laudes ejus referunt Galesinius ad hunc diem, Ambrosius de Morales lib.* 14 *Historiæ Hispaniarum cap.* 6, *Joannes Marietta lib.* 2 *cap.* 69, *Martinus de Roa de Sanctis Cordubensibus fol.* 90 *et duobus sequentibus, quæ asserit Joannes Tamayus Salazar se ex Hispanico dicti Roa Latine reddere.*

D. P.

Vita a Martino de Roa scripta omittitur,

2 *Hactenus Henschenius, nostro relinquens arbitrio, an ipsa sic a Tamayo Latine reddita hic addi mererentur. Sed cuncta mature relegens, in longa illa duarum paginarum paraphrasi, nihil omnino reperio*

C *substantiæ, quam non complectantur pauca Eulogii verba, et præter quæ nihil habere Roa potuit, quo argumentum assumptum solide amplificaret. Sic* regiorum puerorum militiam, *cui adscriptum* Sancium *Eulogius ait, et* Tirocinium *appellat, Roa nominat* opus a Rege Issen inventum, ut juvenes hisce militaribus exercitamentis imbuti, necessitate cogente, facile ad arma properarent, quos ea ætate Doncellos nominabant : *addit autem in Notis Tamayus, quod* ab iis adhuc hodie apud Turcas Genizari conversantur. *Dictus erat* S. Isaacus : *judicem ultro adiisse, fidei profitendæ causa,* Sancius *ab Eulogio* sub eadem professione prostratus et affixus *dicitur. Hoc extendens Roa :* Regium palam, *inquit,* remisit stipendium voce libera Pseudoprophetam objurgavit, quem ariolum, veteratorem, et obscœnissimum dixit mendaciorum architectum. *Hinc longa ingratitudinis exprobratio, et Christianæ legis quasi eam doceret* Sanctius *accusatio ab judice, defensio a Martyre prolixior texitur.*

quia solum est paraphrasis verborum Eulogii ;

3 *Denique hisce verbis res tota ex Roa a Tamayo concluditur ;* Cervicibus abscissis evolavit ad Dominum. Corpus e regione urbis ultra Bœtim in stipite affixum reposuerunt, donec cum aliorum Martyrum cadaveribus in rogum injectum, et in cinerem resolutum, undas fluminis sacravit favilla. *Scilicet de* Isaaco *dixerat Eulogius* vertice plexum *fuisse, et quod* Corpus post aliquot dies cum ceteris, qui eum imitando perempti sunt, igne crematum et in favillam conversum, deinceps in amnem projectum est: *de* Sancio *autem solum ait, quod* prostratus et affixus *sit, modum illum supplicii indicans, quantum nobis videtur, quo hodiedum apud Turcas et Hungaros, rei proditionis, qualis censebatur* Sancius, *extenduntur humi, transacto per corpus palo configendi, cum eoque in altum erigendi in longam mortem et crudele spectaculum, quod* impalationem *illi vocant : cadaver tamen cum* Isaaci *corpore combustum, recte suspicatur Roa ex prædictis.*

et capite plexum dicit,

E

qui videtur obiisse impalatus :

4 *Jam quod* Albense oppidum *Tamayus in Notis intelligit* Albam, quæ et Augusta Elicocorum appellatur a Ptolomæo, a Plinio autem Alba Helvorum; quamque Brietius postea Vivarium dictam, hodieque dici Viviers affirmat ; *id omnino probare non possum, ubi agitur de auctore seculi* IX. *Tunc enim* Vivariarum *nomen unice notum fuisse probat Gregorius Turonensis, qui lib.* 3 *cap.* 23 *non nisi* Vivariensem urbem *novit : Ado Viennensis in Chronico, Parœciam Vivariensem ; Usuardus ad* I *Maji*. Territorium Vivariense; *ac denique paulo post obitum Eulogii scripta Divisio ditionum Lotharii, inter Reges Ludovicum et Carolum, portioni Caroli bis adscribit* Vivarias. *Ast* civitas Albiensis (*quæ et* Albigensis, *dicta vulgo* Alby, *non modo in veteribus Notitiis reperitur, sed et inter octo provinciæ primæ Aquitanicæ civitates quarta ponitur) identidem a Gregorio appellatur ; et Annalibus Eginhardi pro anno* DCCLXVII Albiensis pagus *dictus invenitur. Quæ omnia et multo plura apud Hadrianum Valesium in Notitia Galliarum videri possunt.* Ex Albiensi *igitur vel* Albigensi oppido, *scripsisse Eulogium, verosimilius est, etsi litteram unam librarius omiserit.* Civitatulam *illud vocat suus Episcopus Constantius, in Epistola ad Desiderium Caduricensem ; et Pyrenæis duplo propinquius erat quam* Vivarium, *adeoque incursibus Saracenorum Hispaniæ dominantium Maurorum, jam inde ab anno* DCCXX *occupatæ pene toti citius obvium.*

idem Vivarii natus ;

F

qui melius Albiæ tribuetur.

DE BEATO ELSIARIO

MONACHO IN VASCONIA

G. H.

Ex Veteri MS. et Martyrologio Gallicano Saussayi.

Nomen in fastis

Extat pervetustum S. Savini monasterium, *Ordinis S. Benedicti*, de Levitania *dictum; in diœcesi Tarbensi, ac Principatu Bigorritano, ad montes Pyrenæos situm, in quo monasterio asserit auctor Gallicani Martyrologii Andreas Saussajus, haberi* vetustissimum Martyrologium MS. abhinc circiter quingentis annis exaratum in pergameno, ex eoque verbatim fidelissime sumpta aliquorum Sanctorum ad Gallias spectantium, non ita cognitorum, nomina, *inter quæ ad dictum V Junii notatur* festum B. Elsiarii. *De hoc ergo in Supplemento sui Martyrologii ista scribit*: Eodem die V *Junii*, in monasterio S. Sabini de Levitania, super
B
Pyrenæos montes, S. Elsear. Monachi et Confessoris, ibidem annuæ solennitatis (quæ hodierna est) officio celebris. *Hæc Saussayus, qui videtur omnia ex dicto monasterio accepisse, cique fidendum esse, licet in Fastis Monasticis non reperiatur talis Sancti memoria.*

2 *De monasterio S. Savini in valle Levitanica agunt Sammarthani, tomo 4 Galliæ Christianæ pag.* 818 : *proferuntque diploma Raimundi Comitis Bigorritani, anno* M. C. XV *de prædiis suis et aliis bonis hereditariis donantis* locum, ubi S. Savini corpus jacere sine dubio cognoscitur, ut ibi monasterium et Monachi, sub Abbate regulariter degentes, in perpetuum durarent. *loci antiquitas,*

3 *Aut quod nihilominus notitia ejusdem ipsius loci habetur in Constituto Ludovici Imperatoris, ad annum* DCCCXVII; *ubi inter quinque Monasteria Vasconiæ ultimum censetur* Monasterium S. Savini, *ex judicio Caroli le Cointe in Annalibus Francorum, una cum aliis* XXXVI *pertinens ad eorum classem, quæ Regi* E
nec dona nec militiam debebant, sed solas orationes; eo quod pridem a Saracenis destructa, ipsiusque Ludovici impensis utcumque restaurata, nec opibus ad militiam donaque, nec etiam ad sola dona satis abundabant. Interim verosimile mihi apparet, S. Elsiarium, *post monasterii restaurationem floruisse; atque adeo eumdem posse Benedictinis adscribi, quorum nunc locus ille est; etsi ignoretur an etiam a principio fuerit.* not 25

PIIS MANIBUS

CELSISS. ET REVERENDISS. PRINCIPIS

FERDINANDI

FURSTENBERGII

EPISCOPI PADERBORNEN. AC MONASTERIEN. etc.

DE SANCTORUM ACTIS OPTIME MERITI F

C
Si beneficiis, ut fama apud homines, gratia apud Deum extenditur, etiam prorogaretur mortalis hæc vita, hac Tu etiamnum, Munificentissima Anima, nos Te frueremur. Sed ita visum est supremo rerum humanarum Arbitro, ut illis laboriose multiplicandis tempus breve, fructibus eorumdem jucunde percipiendis nullus terminus esset. Nos quoque ad suam similitudinem factos Creator voluit eamdem qua possemus tenere regulam, et beneficiorum cum tempore diffluentium memoriam conservare perpetuam. Hoc quam æquum sit, Gentilitas quamvis cæca cognovit. Ut enim Gratias nullo ætatis fluxu marcidas, simul et immortales habendas benefactoribus, doceret; juvenculas Charites, et Deas finxit. Hinc fit, ut quotquot in prolixo Sanctorum Acta illustrandi stadio decurrimus ac porro decursuri sumus, nunquam possimus non esse memores Tuorum in nos collatorum beneficiorum; neque horum tantum, sed eorum quoque, quæ fueres eodem collaturus, si diuturnior Tibi vita in terris fuisset. Quamquam nec cum hac quidem videris nobis desiisse bene velle ac facere; sed affectum istum Tuum etiam de cœlis, quibus Te receptum confidimus, derivaturus in opus, quondam Tibi tam carum, aliis quoque inspirando benevolum beneficumque ad ejus promotionem affectum. Novæ hujus erga Te obligationis nostræ ut aliquod ad posteros monumentum extet, Nomini Tuo inscribimus novi operis partem unam; Acta scilicet Sancti tui in Paderbornensi Episcopatu decessoris Meinwerci, etiam nunc inter nos viventi Tibi oppignorata, quando ipsa cum originariis codicibus diligenter collata; et observationibus eruditis accurate illustrata præcurrere, lente apud nos procedenti Junio voluisti, quo levior nobis labor foret. Ergo etiam in hoc beneficium Tuum in opus Sanctorum animum grataanter agnoscimus, et agnoscentes

noscentes reddimus quod commodasti; reddentes autem præsumimus supplicare, ut qua apud Divum ceterosque Sanctos et Sanctum Sanctorum polles gratia, obtineas nobis nosque secuturis feliciter operis reliquum perficere, ac tandem in eorum Tecum Societatem recipi, quorum eruderare et illustrare conamur ipsis bene faventibus monumenta.

DE BEATO MEINWERCO

EPISCOPO PADERBORNENSI IN WESPHALIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Vita, Auctorisque ætas, et Beati cultus.

ANNO MXXXVI.

Browerus, inter Sidera Germaniæ, Vitam ex MS. daturus,

Christophorus Browerus, Societatis nostræ vir eruditus, ac variis lucubrationibus in lucem datis orbi notus, Treviris obiit anno MDCXVII, *intentus excudendis quos composuerat ejus Diœcesis Annalibus; anno autem prius quam moreretur,* Veterum MSS. beneficio, *in unum volumen collegit varias Sanctorum Germanicorum Vitas, jam inde ab* B *anno* MDCXIV *publicæ luci paratas, sicuti, ex Dedicatoria cuique præfixa apparet; titulumque volumini isti hunc fecit :* Sidera illustrium et sanctorum virorum, qui Germaniam, præsertim Magnam, olim gestis rebus ornarunt. *Eos inter quam merito collocaverit sanctæ ac venerabilis memoriæ Episcopum Paderbornensem* Meinwercum, *ex ipsa Dedicatoria apparet,* XXVI *Augusti inscripta Theodoro Furstenbergio, Principi et Episcopo Paderbornensi, nostri in sua Urbe Collegii munificentissimo Fundatori, sic illam exordiens :*

Meinwerci insigne elogium præmisit.

2 Ut rara Phœnix avis, et non nisi quinto quoque seculo ex rogo suo renascens, Indiæ vicinitatem et cedrina nemora in Libano permeare dicitur, et vix se credere oculis mortalium; ita ætatum certis intervallis, Dei optimi parentis summo beneficio, viri quidam heroicis virtutibus excellentes, humani generis commodo exoriri, et tamquam Phœnices rari apparere solent; qui vel Ecclesiæ præclare consulant, vel Rempublicam, cum laude et multorum insigni utilitate, feliciter et tranquille gubernent. In his ego Meinwercum numerare non verear, ornatissimum cum aliis virtutum insignibus Paderbornensis Ecclesiæ Pontificem; tum hoc supra ceteros omnes, qui multis retro annis eum antecesse- C runt eximium, quod civitatem et sedem, quam templo exusto nactus erat inopem et afflictam, sic opibus ac operibus ornarit, ut, quod de quodam dicitur, ex lateritia fecerit marmoream, id est, ex lutea et ruderibus immersa, cultam et splendidam. Sed Clerum, quem censu mediocrem et exemplis ac disciplina propemodum nactus erat orbum, idem quoque locupletavit, non solum vectigalibus, sed Bustorpiano a fundamentis exstructo fundatoque novo Collegio auxit; quin et Cluniaco ab usque Burgundia, præclaris morum institutis ad se vocatis Monachis, et peramplo cum basilica iis constituto domicilio, omnes suos juvit, rarissimis pietatis exemplis. De populo quid dicam? cujus ut salutem tueretur et tranquillitatem, mœnibus oppidum cinxit, leges civibus optimas dedit, stipe multa et liberalitate egentium inopiam sublevavit. Jam etiam de litterarum studiis et optimarum artium cultu num tacebo? cum Meinwerci ætate Paderbornensis Clerus gymnasium habuerit, præstantium ingeniorum laude et doctrinarum usu florentissimum. Denique, ut in pauca rem conferam, Meinwercus is Sacerdos et Episcopus fuit, cujus opera, studio, munificentia, pietate, et religione, perfectum est, ut ibi morum barbaries et agrestis hominum austeritas olim domicilium collocarant, istuc virtutis cultus, et humanitas eruditioni juncta, mutatis quasi sedibus, commigrasse videretur.

3 *Hæc encomia omnia, quam in se magna, tam in* Meinwerco *vera esse probabit Vita, præ manibus hic sumpta. Primus eam publicavit ipse Browerus,* ex Authenticis manuscriptis, *ut ait; ab eoque acceptam Vitis Sanctorum a Surio collectis inseruerunt tertiæ editionis, Surio jam mortuo, curatores Carthusiani* E *Colonienses anno* MDCXVIII. *Simile MS. ipsi etiam (ut existimo) Browero visum, accepimus nobisque acquisivimus aliis libris repensis ex Collegio Paderbornensi; Membranceus is Codex est, continens primo Dithmari Chronicon, in anno* MXVIII *desinens, et multo quam quod editum habetur perfectius: deinde Vitas Sanctorum,* Hidulphi *Archiepiscopi Trevirensis,* XI *Julii;* Severi *Presbyteri Viennensis in Gallia,* XVIII *Novembris;* Margaritæ *Hungaricæ,* XXVIII *Januarii;* Romualdi *Abbatis,* VII *Februarii;* Hugonis, *Episcopi Licolniensis,* XVII *Novembris;* Morandi, *Monachi in Santgovia,* III *Junii;* Popponis *Abbatis,* XXV *Januarii;* Hildegundis *Virginis,* XX *Aprilis;* Wernheri *pueri a Judæis occisi,* XIX *Aprilis;* Arnoldi *sub Carolo Magno Sanctis adscripti,* XVIII *Julii; atque* Magistri Alberti Magni, XV *Novembris. His subjungitur Vita* Meinwerci Episcopi Paderbornensis, *quam sequuntur Acta* S. Heymeradi Presbyteri, XXVIII *Junii; et* S. Edburgis Virginis, XV *ejusdem. Hinc discimus jam olim habitam rationem* Meinwerci, *tamquam inter* F Sanctos, *aut saltem* Beatos *connumerandi. Et quoniam, duobus prioribus exceptis, ceteri omnes, (quorum Vitas partim jam dedimus, partim daturi sumus) aut coævi ipsi* Meinwerco *fuerunt, puta* SS. Romualdus et Poppo, *Abbates; aut uno alterove seculo posteriores (nam* Albertus *usque ad annum* MCCLXXX *vixit,* Wernherus *septimo post anno martyrizatus est) videtur nobis auctor istius collectionis, ex comparatione tali voluisse illustriorem* Meinwercum *facere. Interim vero ex ultimo nominatorum ætate monemur, quod codex hic noster, ut ut antiquus videatur, ultra seculum* XIV *æræ Christianæ attolli nequeat.*

Codex antiquus Sanctorum Vitis ipsam inseruit ante annum 1300.

4 *Broweri editionem, ad* autographum recognitam, *recudere se professus anno* MDCLXXXI, *amicus noster, Adolphus Overham, Monachus dum vixit Werthinensis, hoc imprimis præstitit, quod locorum et personarum nomina sæpius a Browero lævigata, antiquæ suæ formæ reddidit; et post expensa Broweri Scholia, copiosissimis Notis omnia illustravit, quas magno nobis usui fuisse libenter profitemur : sed quod* autographum *ipse appellat, eo sensu quo ipsiusmet Auctoris manu scriptum aliquid significatur; adversabuntur menda quædam, haud facile ex auctoris non ineptissimi calamo profluxura, solique librariorum incuriæ imputabilia, æque in ipsius MS. atque in nostro occurrentia : ut, cum num. 18 bis notatur* Aprilis, *pro* Martio; *idque in re alias notissima,*

Eamdem post Browerum recudit Adolfus Overham ex eodem MS.

A *notissima, qualis posteriori loco est festum S. Gregorii. Si autem hoc solum velit Adolphus, se usum eo ipso scripto, unde Browerus Vitam edidit; non repugnabo, sed tam illud quam nostrum ex uno eodemque originali transcriptum fuisse dicam; hoc excepto, quod Caput* V, VI, VII *et* VIII, *quibus continentur possessiones a privatis personis acquisitæ sub* Meinwerco, *absint a nostro; sicuti etiam ab eodem nostro absunt Decreta Synodi Saligenstadensis, ad calcem unius Codicis reperta, et Capiti apud nos* XII *a Browero inserta, præter mentem Auctoris. Hic vero non solum liberaliter usus est Dithmari prædicto Chronico, et S. Godehardi Hildesheimensis Episcopi atque S. Heimeradi Vitis, eodem quo illi obierunt seculo* XI *scriptis; sed etiam Chronico illo Magdeburgensi, quod manu antiqua exaratum in membranis habemus usque ad annum* MCLXXXVII, *laudatum in Paralypomenis nostris ad Catalogos Pontificum, ubi de Gregorio V num. 2, et sequenti die magis laudandum in Analectis Norbertinis cap. 4. Hinc non inepte videmur argumentari posse de ætate Auctoris, eamque ad seculum* XIII *removere: propinquiorem certe ipsius* Meinwerci *ætati credere non sinunt Chronographica quædam menda, huic operi inspersa, nec aliter facile excusabilia.*

compositam seculo 13

B 5 *Adolphus suas in illam Vitam Notas orditur ab Auctore, quem fatetur et passim appellat* Anonymum: *nam* Cœnobitæ, *inquit,* Paderbornenses, majorum quidem traditione affirmant, a suorum Præsulum quopiam res gestas e[ditoris?] sui litteris consignatas; sed urbes inter Græciæ citius convenerit de Homeri patria, quam inter eos de Auctoris hujus nomine. *Ejus ergo ulterius quærendi cura dimissa, satis habeo utcumque definivisse ætatem; quam similiter indefinitam Adolphus reliquit; et transeo ad cultum, titulumque* Beati, *in eo fundatum. Titulo hoc nullus quidem antiquorum usus invenitur; sed venerationis religiosioris argumenta ab annis trecentis habentur ea, quæ pro* Beato *semper cultum probant, inter Sanctorum Vitas (ut dixi) descripta. Eo ergo, aut etiam* Sancti *titulo usus sine scrupulo est primum Browerus, non solum in fronte libri notans* B. M. *id est,* Beatæ memoriæ; *sed per singulas paginas superne notans* de Sancto Meinwerco. *Tertia editio Surii, nomini ubique præfigit* B. *quod sequitur noster Nicolaus Schaten in suis Annalibus Paderbornensibus, quorum primam partem obstetricante post auctoris mortem P. Joanne Kloppenburgio nuper editam accepimus, alteramque propediem expectamus. Idem facit Theodorus Rhay, inter illustres Animas Juliæ, Cliviæ et annexarum Provinciarum, encomium* B. Meinwerci *texens, eumque subinde etiam* Sanctum *appellans; quod similiter et absolute fecit Joannes Velde, in Annalibus Westphalicis necdum editis. Præ istis autem omnibus censeri debet prælaudatus Episcopus Ferdinandus, inter Monumenta Paderbornensia, prosa versibusque illustrata,* Beatum *appellans; et hoc tantæ auctoritatis exemplum atque mandatum, merito sequi se posse credidit Adolphus Overham, Vitam ipsius Principis jussu recudens. Idem nos etiam hic sequemur, productis tamen prius, siquæ illos movisse potuerunt ac debuerunt, argumentis.*

Auctore anonymo.

Titulus Beati probatur non tam ex Auctoribus recentibus,

C

D AUCTORE D. P.

6 *Primum censeri potest honor defuncto impensus a successore Rothone anno Episcopatus* XV, *Christianæ æræ* MXLVIII, *quando* dedimus, *inquit,* vas argenteum de Decimis Episcopii nostri in Wilgadessun, triginta solidos singulis inposterum annis, de quibus continuum lumen ad sepulcrum venerabilis Domni Meinwerci Episcopi, prædecessoris nostri provideatur; et in Anniversario depositionis ejus et nostro, Fratribus (*Abdinckhoffensibus*) caritas in nostræ commemorationis memoriam administretur. *Secundum est translatio corporis, asservatæque inter sacra Reliquiæ. Nam Bruno Fabritius, qui anno* MDLXXII *Catalogum Abbatum Abdinghoffensium scripsit, factus ipsemet eorumdem successor anno post septimo, vitæ, compendio perstrictæ, hæc addit:* Postquam venerabilis Patris, ac æterna memoria dignissimi Fundatoris nostri, Domini Meinwerci Episcopi corpus CCCXL annis in crypta quieverat; laudatissimus et meritissimus Abbas Conradus Allenhausen, altiori illud dignans loco, transferri fecit in medium Chori, anno MCCCLXXVI in festo S. Marci Evangelistæ. *Browerus eidem* eminentiori tumbæ, ante annos aliquot *(puta sub initium præsentis seculi), incisum ait fuisse* tale Distichon.

quam fundatione lampadis ad sepulcrum an. 1048

et Corporis elevatione an. 1376.

E

Hic lapis, ad speciem Meinwerci sculptus, eumdem,
Plurima qui Christi fecit amore, tegit.

7 *Fui ipse anno* MDCLXXX *Paderbornæ, ut Celsissimo Principi atque Episcopo Paderbornensi ac Monasteriensi, Ferdinando Furstenbergio, offerrem tres primos Tomos Maji, ipsi duobusque ejus fratribus dicatos: eaque occasione vidi tumbam, qualem in Gamansii nostri Schedis legeram, inter candelabrum majusque altare erectam ad quatuor fere pedes. Consideravi etiam Tumbæ latera, variorum Sanctorum imaginibus pictis ornata, interque eas (ut Gamansius annotarat) tertio pictum* Meinwercum; *ubi in fronte quidem ipse cernitur in habitu Episcopali, offerens Christo in aere apparenti templum biturritum; quod similiter facit ad pedes pictus, cum templo triturrito; in latere vero dextro, inter SS. Henricum atque Kunigundem consistens, Deiparæ adstanti offert tertium triturritum ut prius, ibidemque adscripta leguntur hæc verba* Renovatum anno MDXCVIII, *quod de picturis illis intelligendum. Horum sic visorum memor petii ipsam tumbam cum superposita statua delineari, et curante Kloppenburgio obtinui qualem in aversa pagina videbis.*

Translationeque in tumbam, cui imposita ejus statua,

NOT. 26

et circum ipse ter pictus inter Sanctos.

F

8 *Vidi etiam, juxta summum altare, adhærere muro prægrandem ex ligno statuam, Pontificaliter indutam more veteri, cujus mitræ inferior ad frontem limbus inscriptus erat his litteris,* MEYNWERCUS EPISCOPUS. *Ipsi autem parieti, quantum memini, inhærebant operis recentioris versus, quos Browerus ante Vitam sic recitat.*

Alia ejusdem statua juxta altare;



Quisquis in effigiem tuis luminibus dirigis istam,
Meinwercum hic dignum Præsulem esse scias.
Geldrorum Comitum, qui clara stirpe creatus,
Plurima pro Christi fecit honore pius.
Ille, quod extruxit Prædecessor, diruit Ædis
Summæ, et magnifice reædificavit opus.
Cœnobium hoc Divis Petro Pauloque dicatum
Condidit, Henrici Cæsaris auxilio,
A sylva * Pagoque locum, qui nomen adeptus,
Ordinibus sacris primus habere dedit.
Inclusit positis Padboram mœnibus urbem,
Et variis auxit publica jura modis.
Clero aliisque bonis gratus, gratissimus astris,
Hic cubat in medio, dignus honore, Chori.

* Bustorp Colleg. Canon.

B. Meinwerco *successit in Episcopatu* Rotho sive Rothardus, *similiter in sua tumba positus cum statua: quam tumbam Henricus Præpositus, ex eadem qua ille Burana familia circa annum 1600, curavit ornatam Sanctorum Patronorum imaginibus circumpositis, cum suo cuique titulo hoc modo*. S. Leo hujus ecclesiæ consecrator, S. Liborius Patronus, S. Maria Patrona, S. Kilianus Patronus, B. Meinwercus Præparator, S. Karolus Fundator hujus ecclesiæ. O

Item Buræ in choro inter Sanctos

9 *Ut autem istic cernitur Divus sculptus pictusque* Meinwercus *est; sic etiam in Buranis oppidi Parochialis ecclesiæ choro cernitur, Sanctorum pictis circum ornatum parietem habens, quos inter et* Meinwercus. *Sunt autem illi*, Henricus *Imperator*, Engelbertus *Coloniensis Archiepiscopus*, Meinulphus *Diaconus Paderbornensis*, et Adelheidis *Regina. Ita vidisse se scripsit vir Historiæ Paderbornensis peritissimus, Joannes Kloppenburgius noster; sum de fide, id est confrater, asserens, ejusdem Beati Episcopi Reliquias passim inveniri, una cum aliorum Sanctorum Reliquiis, nominatas in tabellis Reliquiarum, altaribus olim consecratis inclusarum. Præter hasce ossibus sacris in translatione decerptas, extare quoque habentur et velis, ad usum illius olim pertinentibus, et hactenus cum veneratione servatis. Talis imprimis est sacra* Casula, *de qua prælaudatus Bruno Fabritius hæc scriptum reliquit.* Ad miraculum usque memoria dignum est, quod Casulam seu Pallium sacrum, quo amictus sepulturæ traditur, atque in eodem trecentis et quadraginta annis in tumulo quievit Meinwercus Episcopus, nec tempus, nec putredo totum absumpserit. Nam etiamnum in monasterio nostro, imo suo, hodie visitur; quam etiam singulis annis, ipso die quo Meinwercus vita humana exemptus est, monasterii hujus Antistes in eodem solemne peragit Sacrum. Huic extant versus, qui (ut tunc ætas tulit) compositi, arcæ, Pallium quæ custodit, *ligneam esse ait Broverus*, præfixi sunt.

Reliquiæ passim in lipsanothecis,

Casula in qua sepultus per annos 340 incorrupta,

Vestem, quam cernis, et præsens continet Arca,
Meinwerci egregii Præsulis ipsa fuit.
Ut nobis veteres, C ter, XLque loquuntur,
Annis sic latuit corpus, et ipsa simul.

Ipsa vero nunc usurpatur ad sacrificium Missæ, a multis abhinc annis; sed superne suspensa ostenditur populo, sicut et cerni possit, non vero tangi aut ex ea aliquid furtim decerpi.

10 Pallium autem hoc sacrum, ex albo Damasceno confectum, nostris, quibus hodie utimur, admodum dissimile est: nam ante et retro, et in utroque latere, clausum et integrum, infra amplum, rotundum et apertum, ad imos pedes demissum, supra foramen habet, per quod exerere sese hominis caput possit; et fimbrias, a fronte et a tergo aureis litteris, verum ex lectionibus, intextas. *Quamquam igitur in die* Meinwerci *natali, de eo non alio ritu fiat,* quam de Requiem, *ut appellant, sicuti de aliis quoque Beatis, ex prima institutione servitur, antehac sæpe notavimus, et sequenti more die natalitiis patrum nostrorum memoria adhuc factum de S. Norberto, hoc* tamen ille habet peculiare, quod Sacrum illud fiat in *albis paramentis, lætitiæ, non mœroris convenientibus, neque pro ipso, sed pro Benefactoribus Ecclesiæ ex eadem familia. Præter* Casulam *servant Abdinghoffenses etiam* Pedum, *quod ligneum est: itemque in separata Hauvettaci aureum* Annulum, *cum gemma, cui inscriptum* ANNULUS MEYNWERCI EPISCOPI. *Denique* *ostendunt in crypta primæ* Sepulturæ locum, *de quo Gamansius scripto notavit, quod* complanari non potest integre, sed subsidit semper aliqua sui parte, ut lacuna cuivis pateat, etiamsi vel calce pavimentum infundant, vel lapidem superponant. F

cujus usus in ipsius Natali:

pedum et annulus:

11 *Atque hæc quidem ... spectant* Meinwerci Episcopi *memoriam: nonnihil tamen eodem facit* Crux aurea, *sesquipalmum lata, et paulo longior, Mysteriis Dominicæ Resurrectionis diversimode partitis insculpta. Hæc in ea qua longior est inferiori parte, imaginem habet, ut apparet Clericum, breviori habitu, tamquam peregrinantis, cum vexillo in manibus, adscriptoque nomine*

Memoria ejusdem in Cruce aurea,

A *mine* FRATER TIETMARUS ; *per limbum autem exteriorem quadripartita legitur hæc sententia* 1. M. EPS. AVRUM XPO OBTVLERAT. 2. HOC ECLIA IN COMVNES VSVS EXPENDIT. 3. T. ECCLÆ REDDIDIT, IN OPVS HVJVS CRVCIS ET CALICIS, PRO REDEMPTIONE IEROSOLIMITANÆ PEREGRINATIONIS. 4. QVÆ SI QVIS ABSTVLERIT ANATHEMA SIT. *Sic autem videntur ista debere intelligi, ut* Meinwercus *olim aurum dederit ad usum sacrum ;* Ecclesia *expenderit, in communem ;* Tietmarus *rependerit, explendo donantis voluntatem, sibi et Ecclesiæ notam.*

VITA

Auctore Abdinghoffensi Anonymo.

Ex MS. nostro et duplici editione.

CAPUT I.

Institutio Episcopatus Paderbornensis, cui decimus præfuit Meinwercus : hujus natales, studio, Clericatus in aula Ottonis III.

B *Post diffusam late fidem* Posteaquam Mediator Dei et hominum carnem sumere, pro salute dignatus est omnium ; discipuli, ab ipso electi et dilecti, post ejus gloriosam ascensionem, Spiritus sancti visitatione et consolatione confortati, et omni scientia veritatis sunt imbuti, secundum ipsius promissionem ; ut per eos salvarentur ante mundi consummationem, qui salvandi per gratiam præordinati erant ante mundi constitutionem. Quorum prædicationis instantia, conversa sunt ad Deum innumerabilia multorum hominum millia ; agnitaque fide Christianæ religionis, respuerunt cultum antiquæ superstitionis. In cujus unitatem fidei, cum diversarum terrarum et linguarum alacriter et salubriter convenirent populi, convenit quoque, magna clementis Salvatoris clementia, sedulaque Magni Karoli *a* multimodi laboris instantia, gens Saxonica : quam ad credendum eo compulit difficilius, quo id genus hominum natura animi erat ferocius. *conversis Saxonibus,* Subjecta autem jugo fidei, facta est Sacerdotibus tributaria, quæ tributa aliorum exegerat temeraria : cœpitque sua pro Christi amore Christianis tribuere, quæ raptu aliorum solebat vivere. Destruuntur hinc fana idolorum et exstruuntur oratoria Sanctorum ; designantur parochiarum termini ; constituuntur Episcopalium Sedium in locis congruis tituli ; in quibus rudis C adhuc in fide populus, ne ad perfidiam pristinam relaberetur, salutaribus monitis imbueretur, et servientium Deo multitudo numero et merito quotidie augeretur.

2 Inter omnia vero loca, principalibus Ecclesiis constituendis destinata, speciali quadam dignitate *b* Patherbrunnensis Sedes præeminebat ; quæ semper magnorum titulis signata virorum, præ ceteris terris *Paderbornæ datur Episc. Hathumarus*: undique secus circumjacentibus, frequenti et varia nemorum diversitate, agrorum ubertate, cum omnium frugum fertilitate, saluberrimorum fontium in unum locum inibi latitudine et amœnitate incomparabili confluentium, aliorumque multorum per quasque vicinas id locum concurrentium numerositate excellebat. Cujus jucunda amœnitate, placidaque aeris temperie Rex delectatus, pro publicis disponendis negotiis inibi sæpius est *c* moratus ; positisque regali magnificentia principalis ecclesiæ fundamentis, magno erga Deum suæ dilectionis indicio, talem locum jure belli acquisitum, magis ecclesiastico quam proprio deputavit servitio. Cum autem noviter factæ conversionis messis multa, novellæ vero plantationis operarii essent pauci ; locum eumdem tuitioni Præsulum Wirciburgensis Ecclesiæ commisit, sub quorum regimine status ipsius D nec profecit, nec longa viæ intercapedine, publicaque variorum negotiorum necessitudine, proficere potuit. *EX MSS.* Unde Rex cum suis habito et inito consilio, eumdem locum, proprii Pastoris vigilantia tuendum et gubernandum adjudicavit ; præposuitque ei anno, Salvator mundi postquam de virgine nasci dignatus est, septingentesimo nonagesimo quinto, præfatæ Wirciburgensis Ecclesiæ Canonicum, rus rudis in fide adhuc populi excultorum, Hathumarum : cujus Pontificatus anno quarto, Dominicæ vero Incarnationis septingentesimo nonagesimo nono, beati Petri Apostoli vicarius Leo, ejusdem nominis tertius, injusta civium suorum perpessus adia, *d* *sub quo Leo PP. an. 799 altare consecrat,* in Patherbrunna Regem Karolum adit ; susceptusque ut par erat, cum ingenti honore et gloria, religiosum ac salutare Christianitatis dilatandæ studium nobiliter inchoatum, Apostolica auctoritate firmavit ; atque in crypta ibidem noviter constructa, quoddam altare consecrans, adorandas in eo Protomartyris Stephani reliquias, quas Roma secum attulerat, in privilegium Apostolicæ consecrationis collocavit. E Tale fundationis Patherbrunnensis Ecclesiæ, tam Apostolica benedictione, quam Imperatoria sanctione, incrementum per seculorum secula, virtutum omnium cum dilectione Dei et proximi accipiat augmentum ; fitque ei Petrus Petra Ecclesiæ, contra portas errorum omnium firmamentum, ut in templum sanctum in Domino crescat ædificatio, constructa super ipsius fundamentum. *Eph. 2, 21*

3 Beato vero Hathumaro, nono Episcopatus sui anno, Dominicæ Incarnationis octingentesimo quarto, ex hac luce subtracto ; atque ad perennem, ut credimus, vitam assumpto ; successit ei vir egregius nomine Baduradus : *Illi suffectus Baduradus* qui ex nobili Saxonum prosapia ortus, ex prædictæ Wirciburgensis Ecclesiæ Clero fuerat electus. Qui præclaræ morum nobilitatis, magnanimitatis, et industriæ merito, familiaritatem Karoli Regis intime consecutus, tantæ dignitatis et dilectionis apud eum locum promeruit, ut ei non minor facultas quam voluntas amplificandæ, provehendæ, atque adornandæ Ecclesiæ sibi commissæ suppeteret : unde nihil laboris studiique sui subtraxit, ab acquirendis ac procurandis omnibus, quæ ibidem ad laudis divinæ augmentum, atque utilitatem Christiani populi, pertinere agnovit ; ecclesias videlicet per omnem parochiam suam sub celeritate construere ; principalem basilicam ingenti decore et grandi opere extollere ; res omnes ad eam pertinentes F modis variis adornare ; augmentare Clerum ; disciplinam monasterialem instituere ; pueros, tam nobiles quam inferioris conditionis, in scholam congregatos, in divinæ legis eruditione nutrire. Ejus Pontificatus anno decimo, Dominicæ Incarnationis octingentesimo decimo quarto, gloriosus Imperator Karolus, pater patriæ, Apostolus gentis Saxonicæ, anno regni sui quadragesimo sexto, ab urbe Roma condita millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, ab hac luce migravit ; *ecclesiam valde ornat ;* æternæ vitæ gloriam et perpetuam futurorum habiturus memoriam, pro multimodis indefessi laboris studiis, quibus fines Christianæ religionis promovit et dilatavit. Baduradus autem venerabilis Pontifex, virtutum imitabilis artifex, utiliter cœpta feliciter consummans, an. Episcopatus sui quadragesimo octavo migravit ad Dominum *f* : rexitque post eum annis viginti sex Luithardus jam dictæ dicendæque civitatis populum. *f* *Deinde post alios septem* Cui succedens Biso nomine, præfuit viginti tribus annis ipsi Ecclesiæ ; rexitque eamdem post eum Thiedericus annis novem. Sexto loco succedens Unwanus, fuit novemdecim annis Episcopus ; septimoque Dudo nomine, annis viginti quinque. Virtutes octo beatitudinum docturus populum, octavo loco

Ex MSS

A loco viginti septem annis præfuit Folcmarus; successitque, annis viginti octo consilii sui excellentia dispersa collecturus, Retharius. Decimo loco, magnorum operum auctor et patrator sibi suisque, Meinwercus successit utiliter; qui decalogi legalis vel gratiæ spiritualis perfectionem, per Dei et proximi dilectionem adeptus est feliciter. Hujus laudum et meritorum præconia, cum aliis et præ aliis, suscipiat Ecclesia, ejus amori insistens et devotioni, cujus ille honori institit et promotioni. Hæc ergo veraciter posteris intimari, animosque fidelium exemplis priorum decet excitari; ut qui virtutum culmina adipisci desiderant; gradus felicissimæ ascensionis agnoscant.

succedit Meinwercus EP. X,

g

4 Germania, post Scythiam *g* inferiorem, sumens initium a flumine Danubio, desinit in Rheno; terra dives et populosa, quæstuosa pariter et bellicosa. Hæc majorum solertia, divisione distincta bifaria, superiorem habet terminum, juxta septentrionalem Oceanum; inferiorem, circa Rhenum; finem sui faciens in mari, quod Galliæ Britanniæque prætenditur littoribus ex quo quaquaversus omnium terrarum patet exitus. Ad hujus inferioris B Germaniæ septentrionalem tractum Trajectensis diœcesis est terminus, locus navium et vectigalium commeatibus quæstuosus; magnorum et nobilium virorum gloria, quam in defensione gentis suæ et patriæ magnanimiter adepti sunt, insignis et famosus. De quorum nobili prosapia, ortus est *h* Imed, in eadem provincia: qui virtutis et probitatis majorum suorum factus heres legitimus et strenuus, Comitatum *i* suo tempore in ejusdem provinciæ administravit partibus. Qui tantæ nobilitatis lineam propagari, nominisque sui memoriam et posteritatis gloriam cupiens nobilitari; cum multiplici divitiarum apparatu, ac possessionum prædiorum pro reditu, nobilem duxit uxorem de terra Saxoniæ, Athelam *k* nomine: de qua processu temporis genuit Thiedericum, et Meinwercum, Glismod et Azelam. Thiedericus autem paternæ dignitatis et facultatis heres designatus; Meinwercus in ecclesia B. Stephani Protomartyris in civitate Halverstadensi ad Clericatus officium a parentibus est oblatus, Azela vero, castitatis æmulatione Agnum secutura, Sanctimonialium cœtui in ecclesia pretiosi Martyris Viti Eltenæ *l* associatur; Glismod autem, tricesimum fructum pudicitiæ matronalis adeptura, cujusdam nobilis principis in Bajoaria matrimonio copulatur. *m* Meinwercus igitur liberalibus studiis C et spiritualibus imbuendus disciplinis, in præfata Halverstadensi ecclesia, tenerioris ætatis rudimenta; provectioris vero, in ecclesia, Hildeneshemensi peregit: ubi Heinricus, *n* filius ducis Bajoariæ Heinrici, cum aliis plurimis, honori et decori Ecclesiæ Christi suo tempore profuturis, secum theoriæ studiis continuam operam dedit. Quam liber autem et integer a vitiis, et in puerili et in juvenili ætate vixerit; qualis qualitasve inter coævulos, vitæ sinceritate morumque probabilitate, conversatus fuerit, variis hinc inde quæsitis laudationum fucis eum colorare non convenit; cum indiciis operum evidenter postmodum claruerit, quale fundamentum domus suæ in eo sapientia Dei collocaverit. Acceptus autem de scholis, vixit in prædicta Halverstadensi ecclesia sub Præposito canonicæ legis; omnibus carus et amabilis, aspectu et colloquio affabilis, actu et eloquio irreprehensibilis.

in diœcesi Ultrajectina nobiliter natus

h

i

k

et Halberstadiensi Clero adscriptus.

l

m

n

5 Eo tempore monarchiam Romani Imperii Otto ejusdem nominis secundus strenue gubernabat; armis strenuus, fide Catholicus; nec minus divinis, quam humanis rebus deditus. Qui postquam iii Idus Julii, contra Saracenos in Calabria periculosissime dimicans, multis suorum amissis, ipse vivus vix evasit: septimo Idus Decembris sequentis anni, D Dominicæ Incarnationis videlicet nongentesimo octogesimo tertio, regni sui decimo, Indictione duodecima, obiit, et filium suum ejusdem nominis successorem dereliquit, Heinrico duce Bajoariæ, qui priori anno, mortuo parte sua Ottone *o* Duce, Ducatum obtinuerat, regnum invadente, sed victo, desistente. Rex autem puer in proximo natali Domini, ipsa sancta die, unctione Joannis Ravennatis Archiepiscopi Aquisgrani Rex consecratus, paternæ virtutis et industriæ vestigia per omnia est imitatus; non minus Christianæ religioni humiliter inserviens, quam regni negotiis solerter insistens. Meinwercus autem, regia stirpe *p* genitus, regio obsequio, morum elegantia idoneus adjudicatur; evocatusque ad Palatium, regius Capellanus efficitur; ut Deo ordinante longius innotesceret, qui longius expetendus erat; fieretque in negotiis tam spiritualibus quam secularibus doctior, usu tritior, processu temporis sapientior. In quo, cum irreprehensibiliter conversaretur, et regalis celsitudo et procerum multitudo eum reverebatur: utpote cujus benevolentiæ ancillabatur humilitas, gravitatem temperabat affabilitas; in cujus ore, veritas et dulcedo; in cujus E corde, pietas et mansuetudo; in cujus moribus, et scientia verborum et operum regnabat concordia. Omittantur extrinseca: licet enim in consideratione singularitatis præterire communia. Præ participibus suis in domo Domini exaltandus, participio sancti Spiritus erat primitus exornandus: ut videlicet esset discretione providus, actione præcipuus, moribus approbatus, virtute perfectus, humilitate communis, compassione singularis, mansuetudine lenis, auctoritate gravis, patientia amabilis, vindicta pro zelo justitiæ terribilis. Qui pectus haberet consilii, acumen vivacis ingenii, Atticos flores vernantis ingenii, præter alia innumera his similia; quibus immorari non convenit, ne quid præter veritatem, mera veritatis assertio intendisse videri possit. Rex autem hujusmodi virtutum insignia sapienter animadvertens; et eum regia liberalitate honorare dignum ducens, interventu Geptæ venerabilis Abbatissæ, duos mansos regales in Lutterun, in pago Wentsgot dicto; in Burwardio quoque Daleheim, in Comitatu Herieldi comitis, ei donavit; de quibus sibi regiæ concessionis et confirmationis præceptum conscribi et contradi mandavit; suæ sinceræ dilectioni perhibens testimonium relatu dignum, quod videlicet suam vitam diligeret ut propriam. *q*

unde ab Ottone III, post mortem patris regnare exorso.

o

p

assumptus in Capellanum,

ob probitatem insignem

fundis aliquot donatus fuit.

q

ANNOTATA G. H. et D. P.

F

a *S. Caroli Magni res gestas illustravimus die* 10 *Januarii, ubi in Vita per Eginhartum scripta num.* 82 *et* 11, *indicatur bellum Saxonicum, quo hi domiti et ad fidem Christi traducti sunt.*

b *Relata hic de Paderbornensi situ et Sede ejus Episcopali videntur desumpta ex Historia Translationis S. Liborii Episcopi Cenomanensis, cujus Acta et Translationes, libro seorsim edito illustravit, et Fabio Chisio dein Alexandro VII Pontifici dicavit, Joannes Bollandus noster, ubi cap.* 22 *Translationis pag.* 87 *hæc inveniuntur; quæ iterum sumus daturi* 23 *Julii, die S. Liborii natali.*

c *Varia placita seu conventus istic tunc habitos Bollandus in Notis pag.* 93 *colligit, et nos in Propylæo antiquario de discernendis diplomatis ante tomum* 2 *Aprilis dedimus specimen, signati Paderbornæ anno regni* XI *qui fuit Christi annus* 778 *idque in antiquis characteribus cum ejus monogrammate.*

d *S. Leonis Papæ tertii Acta illustramus infra ad diem* 12 *Junii.*

e *Ex Translatione S. Viti ad Corbeiam novam,*

danda

A *danda infra* 15 *Junii, constat Hathamarum adhuc vixisse anno* 815, *quem isto aut sequenti anno defunctum* III *Kal. Augusti, ex Obituario Abdinghoffensi docemur.*

f Baduradus, *aliis* Baradadus, *a Ludovico Pio anno* 834 *ad Lotharium filium missus juxta Theganum, interfuit Concilio apud Theodonis villam anno* 835; *cujus obitus in Abdinghoffensi et Herisiensi Necrologiis notatur* XV Kal. Octobris, *et additur, quod* viginti septem annis post sepulturam ejus exactis, vestes, quæ cum eo sepulcrum subierant, ita integræ et sanæ apparuerunt, ut nec una fimbria ex eis legem pateretur putredinis. *Similiter ex iisdem habetur* Luithardus *defunctus an.* 877, VI *Nonas Maji;* Biso 4 *Januarii vel* 9 *Septembris, an.* 900: Unwanus *post* Thiedericum *an.* 916 *ordinatus* VIII *Kal. Februarii, defunctus* XIII *Kal. Augusti (sed post plures quam* 19 *annos, quippe qui an.* 935 *intervenit privilegio Henrici Aucupis dato Herisiensibus)* Dudo VII *Kal. Augusti;* Folcmarus, *ex Chron. MS. Magdeburg. scitur obiisse an.* 983: Retharium *an.* 1009 *vita functum die* 6 *Martii, constare inquit Adolfus, adeoque non implesse annos* 28, *nisi senior Folcmarus ante obitum cessit Episcopatu.*

B

g Scythia inferior *sumitur pro Septentrionalibus regnis Daniæ, Sueciæ, Livoniæ. Ita* Unni Bremensis Archiepiscopus *apud Adamum lib.* 1 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 48 *et seqq.* Scythiæ populis prædicavit, et ibidem apud Bircan oppidum in Scythia, *id est Suecia,* spiritum posuit anno 936: *et lib.* 2 *cap.* 35 Theatinus *datur* Episcopus Scytharum.

h Imed *in MS. nostro, Browero* Imadus, *de quo is in Notis, adducens* Immedum, Walberti Ducis Saxoniæ Filium, *sed seculo integro seniorem, si Georgio Fabricio credimus, qui uxorem* Hemmam *ei tribuit. Verum propius accedunt, quos Witichindus lib.* 3 *Annalium pag.* 27 *asserit,* Sub Ottone primo amissos duos principales viros ac potestate claros, Immedem ac Mainwercum, quorum uterque ictu sagittarum periit, alter Moguntiæ, alter in itinere. *Uter horum avus fuerit Beati, quis divinabit? Necrologium Abdinghoffense.* IV Kal. Febr. obiit Immeth Comes, pater Meinwerci Episcopi.

i *Chronicum Belgicum tomo* 3 *Pistorii indicat nobis duos ejus Comitatus.* Anno, *inquit,* Imperii Conradi septimo accepit Meinwercus, de paterna hereditate, multa prædia, de Comitatu Teisterbant et de Comitatu Radichen. *Pontanus lib.* 5 *Gelriæ pag.* 79 *scribit,* Imedum patrem, fuisse Comitem in Redechem;

C *idque interpretatur* nunc Renhem dici, pagum inter Arahemium et Wageningen, ad Rheni fere ripam positum. *Verum quidni* Rhede, *ad Isalæ fere ripam, inter Arnhemium et Duisburgum?* Comitatum Teisterbantiæ *latissimum facit idem Pontanus lib.* 4 *pag.* 53. *Præcipua in eo loca fuerunt Bomelio, Heusda, Worcomium. In Encomiastico inscripto parieti basilicæ prope sepulcrum, dicitur Sanctus.*

Geldrorum Comitum qui clara stirpe creatus.

Apud Theodorum Rhay in elogio B. Meinwerci, hoc 5 *Junii, appellatur* Clivio-Gelder, Theisterbantiæ Comes.

k *De illa in prædicto Necrologio dicitur,* VIII Id. Augusti obiit Adala, mater Meinwerci Episcopi.

l Eltena *in confiniis Zutphaniæ et Cliviæ, haud procul Embrica et Herenberga prope Rhenum, monasterium Imperiale nobilium Virginum fuit, a Wichmanno Zutphaniæ, pro filia Luicharda prima Abbatissa anno* 982 *constituta, ad honorem S. Viti Martyris, de quo infra* 15 *Junii agimus. Gelenius ad Vitam S. Engelberti Colonien. pag.* 360 *ex Privilegio Ottonis III eruit, Luichardam illam fuisse B. Meinwerci materteram, sororem* Adelæ, *secundis nuptiis junctæ* *Balderico Comiti, istic nominato, ut Adelæ marito, et infra num.* 68 *ut Meinwerci vitrico.* D

EX MSS.

m *In Obituario Aldingh.* Nonis Februarii obiit Glismodis, soror Meinwerci Episcopi: *male ergo illa confunditur a Browero cum* Gisela, *S. Henrici Imper. matre, defuncta* XII *Kal. Augusti, ut habet Chron. Magdeburg MS.* Glismodis *ergo maritus quis fuerit, adhuc ignoratur.*

n *Hic est S. Henricus Imperator, de quo in hac Vita pluribus agitur.*

o *Ex Ludolpho, filio Ottonis Magni, prognatus Otto Dux Sueviæ et Bavariæ, pater fuit* Henrici Junioris, *quo parente natus est* Conradus Salicus, *Imperator et successor S. Henrici. Sed cum* Ottho Dux, filius Luidolfi fratruelis Otthonis Imperatoris, anno 982 immatura morte obiisse *dicatur in Chron. Magd. MS. qui potuit id ætatis Princeps filium habuisse invadendo regno idoneum? Potius igitur ea invasio adscribitur Heinrico, filio Henrici, patri S. Henrici Imperatoris, de quo Wolferus in Vita magistri sui S. Godehardi Episcopi* 4 *Maji num.* 7 *scribit, quod mortuo Ottone II,* Herilem filium *Ottonem III* opprimere, semetque in monarchiam Regni conatus *fuit* erigere: *de quo vide plura in Notis Adolfi.*

E

p *Ex iisdem habemus, patris genus referri posse ad* Immedum, S. Machtildis Reginæ fratrem. *Henschenius ad illius Vitam num.* 1 *appellat patruum: sed cum ex Witikindo Duce descenderit, difficilius hac via stirps regia Meinwerci probabitur: eaque potius sumenda erit ex parte matris, quæ jam scitur fuisse filia Wichmanni, cujus pater etiam Wigmannus dictus apud Witikindum monachum pag.* 33, Consanguineum *se dicit Otthonis I Imp. Hermanni Ducis Saxoniæ ex fratre nepos, et ab Imperatore* loco filii assumptus; *ut eodem capite ipsemet Otto explicat apud eumdem Witikindum pag.* 30.

q *Ipsius diplomatis verba hæc producit Adolfus:* Fidelium nostrorum noverit universitas, quod nos, interventu venerabilis Geppæ Abbatissæ, Meinwerco nostro amabili Capellano, duos mansos in villa Lutteron in proprium tradidimus; eo tenore, ut idem Meinwercus, qui nostram ut propriam diligit vitam, de eadem proprietate, quidquid voluerit, faciat.

CAPUT II.

Episcopatus Paderbornensis a Rethario Episcopo multimodis restitutus, B. Meinwerco nonnihil conferente.

F

Retharius Ep. Ecclesiam suam curat Pontificio privilegio muniendam:

Eo tempore Retharius, Patherbrunnensis Ecclesiæ venerabilis Episcopus, inter alios quamplures, qui scientia præditi, moribus adornati, secundas partes Regni strenue adjuvabant, enituit: qui nomen Episcopi officio tenuit, moribus implevit. Denique cura pervigili, intendens commisso gregi, in collectione dispersorum, in conservatione congregatorum, operam continuam dedit: et ab eodem Ottone Rege aliisque fidelibus donaria non modica diversis temporibus acquisivit. Volens autem Ecclesiam suam, super Apostolicam petram fundatam, Apostolicæ tuitionis præsidio arctius communire: privilegium Apostolicæ confirmationis, super bona et jura Ecclesiæ suæ, a Joanne Papa, ejusdem nominis octavo decimo, anno Dominicæ Incarnat. DCCCCXC, Episcopatus illius tertio, Indict. quarta, petiit et obtinuit, ut si aliquando quolibet turbulentiæ eam cornibus suis impeteret aries, tantæ auctoritatis rejectus fortitudine dissiliret ut glacies. Electionem quoque Episcoporum inter ejusdem, et ab ejusdem Ecclesiæ filiis faciendam, quam eis diversi Reges diversis temporibus liberaliter et legaliter

ex ms. A liter concesserunt, *b* Karolus videlicet Crassus *c*, *b c* interventu Bisonis Patherbrunnensis Episcopi, sexta Id. Decemb. an. Dominicæ Incarn. DCCCLXXXV Indict. quarta; anno, ex quo patre suo Hlathowico ejusdem nominis secundo mortuo, cum fratribus suis Karlmanno et Hlothowico de regno altercari cœperat, nono; ex quo Karlmanno mortuo, a Joanne Papa in Imperatorem unctus fuerat quinto; ex quo fratre suo Hludowico, XIII Kal. Febr. mortuo, totius regni monarchiam, nullo resistente, suscepit, quarto; Otto ejusdem nominis secundus, XV Kal. Febr. rogatu Folcmari ejusdem civitatis Episcopi, an. Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXIV, electionis suæ XIV, Imperii primo, Regni septimo, Indict. *d* *d* quarta) idem Papæ eodem privilegio confirmavit: ut si quisquam aliquis in ovile ovium aliunde quam per ostium introiret, excommunicationi subjaceret. Qualis autem in hujusmodi studiis Episcopi intentio fuerit, adversitas probavit: quæ non segnius, immo multo instantius, in adversis quam prosperis, Ecclesiæ enim commissæ in omnibus fideliter et utiliter prospicere, veraciter demonstravit. Denique quocumque Dei judicio, sive malitia inhabitantium exi- B gente, sive saluti mortalium Deo per id consulente, *anno autem 1000 exustæ,* anno Dominicæ Incarnationis millesimo, Ordinationis ipsius Retharii Episcopi nonodecimo, regni Ottonis III decimo septimo, Imperii quarto, Indict. XIII, civitas Patherbrunnensis primum incendio vastatur; nobileque principalis Ecclesiæ monasterium, præcipui operis et decoris a Karolo Magno fundatum, a beatæ vero memoriæ Badurado Episcopo consummatum, et XIV Kalendas Novembri dedicatum, cum libris, privilegiis, plenariis, aliisque Ecclesiæ ornamentis propemodum conflagravit.

7 Ipso anno Imperator, tempore quadragesimali, *e* causa orationis ad S. Athelbertum *e* Slaviam intravit, ibique, coadunata Synodo, septem Episcopia disposuit; et Gaudentium Monachum, fratrem B. *implorato Imperatoris et Papæ auxilio,* Athelberti Archiepiscopi Pragæ, qui ante triennium a Prussis martyrizatus fuerat, in Archiepiscopum ibidem constituit. Inde Italiam pertransiens Romam intravit, ibique Natale Domini condecenter celebravit. Rhetarius ergo Episcopus, capta loci et temporis opportunitate, quo tam apud Apostolicæ Sedis auctoritatem, quam apud Imperialem majestatem Ecclesiæ suæ calamitates defleret, missis nuntiis, utrisque quæ acciderant intimavit, et, ut antecesC sorum suorum constituta super immunitate Ecclesiæ ejusdem renovarent, et renovata præceptorum suorum auctoritate confirmarent, expetiit. Qui, incendio Ecclesiæ et civitatis audito, nimium condoluerunt; et roganti benignissime annuentes, omnia, quæ eidem Ecclesiæ catenus honori vel usui servierant, confirmaverunt. Videlicet de Episcopatus *f* statu; de tuitione atque *f* mundiburdio Sanctæ Dei Ecclesiæ et perpetuæ Virginis Mariæ; de Decimis; de circa proprietate ad eamdem Ecclesiam pertinente; de electione Episcoporum, inter Clericos ejusdem Ecclesiæ facienda; de ejus hominibus, tam liberis quam et servis, nulla judiciaria persona constringendis, nisi coram Advocato quem ipse Epi- *consulit renovationi jurium:* scopus elegerat; de proprietate Clericorum, si quis illorum sine herede obierit, eidem Ecclesiæ concessa; de Comitatibus super pagos Paterga, Aga, Threveresga, Auga, Sorethfelt, datos pro Decimis novæ Corbejæ, ad monasterium pertinentibus, de *g* tribus *g* mansis in Thiusburg, et in Trutmannia; de foresto, quod incipit de Delchana flumini, et tendit per Osnig, Ardennam, et Sinethi, usque ad viam quæ ducit ad Herisi. Hæc ergo et alia omnia, quæ Ecclesia illa die, quando combusta est habuit, vel deinceps habitura erit, confirmantes, confirmata per manus Notariorum suorum et Cancellariorum, D sub firma adstipulatione sigillorumque suorum impressione, roboraverunt; et Romæ data Kalendis Januarii, Episcopo suæque Ecclesiæ, anno Dominicæ Incarnationis MI, Pontificatus Silvestri Papæ secundo, *h* regni Ottonis III Regis decimo *h* octavo, Imperii quinto, Indictione XIV transmiserunt.

8 Anno illo Rex in partibus Italiæ commoratus, mortis periculo est præventus: quo profecto illo tempore caruisset, si B. *i* Heriberti Coloniensis Ar- *i* chiepiscopi monitis obtemperare voluisset. Mortis autem illius occasio hæc fuit. Ante quinquennium, Dominicæ Incarnationis videlicet annum nongentesimum nonagesimum sextum, Rex ad mitigandam *mortuoque in Italia Ottone III,* sævitiam Crescentii Romam venit; et tumultu oborto decenter sedato, Joanne Papa defuncto, Brunonem cognominatum Gregorium, Ottonis Ducis filium, in Sedem ejus locavit, et ab eo Imperialem unctionem accepit. Imperatore autem Romam egresso, proximo anno, consiliante Crescentio, Joannes Placentinus Episcopus, contra velle Imperatoris, Sedem Apostolicam invasit. Unde iterum Imperator Romam veniens, proximo anno prædictum Joannem inva- E sorem cæcatum et naso truncatum deposuit, et Crescentium cum duodecim suis decollatum ante urbem suspendi jussit. Bruno autem, qui et Gregorius, ab eo restituitur: sed post discessum ejus a Romanis expulsus, ac deinde veneno peremptus, postquam annos ferme duos et menses novem Romanam Ecclesiam rexerat, quarta Idus Martii moritur: eique Gerbertus, qui et Silvester dictus est, successor eligitur. Rex ergo cum isto Silvestro Papa Natali Domini Tudertinæ celebrato, cum confusionem tam in beati Petri Ecclesiam quam in Republica factam decenter composuisset, incidit in insidias mulieris malæ; ejus videlicet, cujus virum Crescentium, sibi rebellantem, captum jusserat capitalem subire sententiam: quam formæ elegantissimæ nimis insipienter thoro suo socians, ab ea non præcavens quamvis a sancto viro Heriberto sæpius esset admonitus, veneno intra cubiculum dormiens, infectus est. Et sequenti die, B. Heriberto pestem quam perceperat, confessus, cum se mori sensisset, ut corpus suum Aquisgrani sepeliendum transferret, petiit: et sic Paternum ingressus, cum generali omnium dolore, nono Kalend. Februarii obiit.

9 Ante successionem autem futuri Principis, confusum est regnum nimis; insonuitque inter Princi- F pes tempestas validæ commotionis, propter ambitionem inanis dominationis: de quibus *k* Ekkihar- *k* dus Marchio usurpator regni Palithi interfectus oc- *ab ejus successore S. Henrico,* cubuit; et Cuonradus unus de primoribus regno expulsus, aliquamdiu ab eo exulavit: Herimannus quoque Dux Sueviæ non expers fuit tantæ discordiæ, qui dum ipse regnare voluit; electioni generali impedimento fuit. Quidam etiam princeps, Bruno nomine regni fastigium obtinere voluit; sed effectu carens, multis votis ejus non faventibus et præcipue beatæ memoriæ Berenwardo *l* Hildinesheimensis *l* Ecclesiæ Episcopo, in hominibus et bonis ejus multa mala intulit, sed serenante Altissimo, et mediante *m* Willigiso Magontiensi Archiepiscopo, *n* Heinricus *m n* Dux Bajoaricus, secundum seculi dignitatem locupletissimus, et litterarum studiis non tenuiter instructus, et quod his majus est, vir in omni perfectione ecclesiastica præcipuus, eligitur; et, redditis Regalibus a S. Heriberto Coloniensi Episcopo (qui ideo electioni non interfuit, quoniam in humando corpore defuncti Principis occupatus fuit) Magontiæ Dominica octava Pentecostes, a Willigiso ejusdem civitatis Archiepiscopo ordinatur. Eodem anno, novo rege Nativitatem Laurentii in civitate Patherbrunensi

A brunensi celebrante, Domna *o* Chunigunda, ipsius, ut putabatur, uxor, re autem vera castitatis æmulatione soror, a prædicto Willigiso Magontiensi Archiepiscopo, mihi regiæ consecrata, his dominium advenit: quod eidem Ecclesiæ in augmentum honoris, et profectum magni decoris, Dei misericordia, provenit.

o

p 10 Ipso anno *p* Wotelolffus Osneburgensis Episcopus obiit, eique Thetmarus vir bonus et justus, fortis, pius, et moderatus successit.

Hic Præsul factus, implevit Præsulis actus,
Ut patet in factis, ipsius ibi quoque scriptis.
Denique Baptistæ fundans in honore Joannis
Ecclesiam quamdam, supplex dedicavit eamdem,
Anno milleno bis quinto desuper uno,
Ex quo Sermo Patris sumpsit præputia caris,
Osneburgensi quæ scitur proxima Sedi
Continuis horis tribuens sibi pignus honoris.
Hic apud Ecclesiam, per se tam sedule factam,
Constituit cunctis post hæc instantibus annis,
Adveniente sui sacro Natale Patroni,
Lætitiæ sacræ fraternum fœdus haberi;
Ac in amore Dei miseros inibi recreari,
B Et de collata de Fratrum munere cera
Candelam fieri Baptistæ in honore beati.

Meinwercus autem, novo regi tam carnis propinquitate quam vitæ sinceritate jam dudum notissimus, de caro fit carissimus; factusque est in negotiis publicis et privatis comes irremotissimus. Rex autem non habens nec habere disponens liberos, Ecclesiarum Dei exaltationi continue invigilavit; et æternitatis flagrans desiderio, temporalia bona pro acquirendis æternis liberali manu eis erogavit. Quo regni sui partes solerter circuiente, et necessaria et utilia quæque ubique sapienter disponente, occurrit ei XVII Kalendas Octobris Rhetarius Episcopus, in loco qui Bochbardun dicitur; et Ecclesiæ suæ ruinas innotescens, forestim, quæ incipit de Delchana flumine, et tendit per Osninge et Sinithe, usque in viam quæ ducit ad Horhusen, et de hominibus Ecclesiæ commissæ tam liberis quam et servis, nulla judiciaria persona constringendis, nisi Advocato ab Episcopo electo, regiæ tuitionis defensionem, ipso primo anno regni ejus, Dominicæ Incarnationis millesimo secundo, Indictione XV obtinuit. *q*

fundos aliquot acquirit,

q

11 Sequenti dehinc anno Dominicæ Incarnationis millesimo tertio, Indictione prima, veniente Rege *r* Quidilingaburg, obvius fuit iterum Episcopus, et Ecclesiæ suæ incendium lamentabiliter conquerens, quæ Domnus Apostolicus et prædecessor ejus confirmaverant, confirmari et confirmata præceptali pagina roborari obnixe petiit et obtinuit. Quia ergo Domino placuerunt viæ ejus, convertit ad gratiam inimicos ipsius: de quibus Hermannus dux Sueviæ se ei subdidit, et interventu Principum in suo honore permansit, et plures alii qui non consenserant ejus electioni. Ducatum autem Bajoariæ dans *s* Henrico, fratri Domnæ Ghunigundæ contectalis suæ, incurrit offensam fratris sui *t* Brunonis, qui inde plus justo commotus cum Heinrico filio Bertoldi comitis, cum ambobus Bolizlais Slavonibus, Polonico scilicet et Boemico, a Rege infideliter defecit. Sed Heinricus ad Regem refugiens, in Gevikanstein custodiæ datur: Bruno vero proximo anno, interventu Domnæ Gislæ matris suæ, Regi reconciliatur. Anno post hæc secundo, Dominicæ Incarnationis millesimo quinto, Indictione tertia, octavo Kal. Novembris venit Episcopus ad Regem, in loco qui dicitur Corbeia; et Ecclesiæ penuriam nimiam conquerens, et regii solatii opem suppliciter deposcens. Rege autem in promptu quod daret non habente, Meinwercus Capellanus ejus, jam flammas dilectionis intimæ operum exhibitione demonstrans, prædium, situm in villa Bochinevordi in comitatu Ludolphi Comitis, Regi contulit, quod ipse Rex Episcopo suæque Ecclesiæ in proprium donavit, ea ratione, ut prædictus Episcopus, quamdiu viveret, in sua potestate atque servitute hoc possideret: finitis vero suis temporibus, ad stipendia Fratrum, in Patherbrunnensi Ecclesia Deo sanctoque Liborio famulantium, pertineret. Cum igitur his et talibus misericordiæ instaret operibus venerabilis Episcopus, anno Dominicæ Incarnationis millesimo nono, Episcopatus sui XXVIII, Henrici Regis septimo, pridie *u* Nonas Martii, quæ illo anno extitit sabbatum ante Invocavit, eductus est de ergastulo carnis, et de valle hujus miseriæ et tribulationis assumptus, ut credimus, ad gaudium sempiternæ consolationis.

r

C

et privilegiorum confirmationem.

s

t

Meinwercus de suo unum addit

D

EX MSS

Moritur Rhetharius Ep. an. 1009

u

ANNOTATA G. H. et D. P.

a *Adolfus Bullam integram exhibet datam, (et subnotatam)* per manus Petri Abbatis et Cancellarii sacri Palatii, in mense Decembrio, Indictione quarta, anno Deo propitio Domni Joannis XVII Papæ tertio: *duplici haud dubie transcribentium mendo, tum in nominis Pontificii numero, qui hoc tempore solum XV erat; tum in anno Pontificatus, qui numerandus erat omnino quintus. Ostendimus enim Joannem XV ordinatum fuisse anno* 986, 25 *Aprilis; et hunc calculum confirmavimus ex alia Bulla, pro anno* 992 *data*, VII Kal. Julii... anno Pontificatus D. N. Joannis Sanctissimi Papæ septimo Indictione V. *Baronius longius etiam retrocedit, dum Joannem ordinatum statuit an.* 985, I *Augusti*.

E

b *Omnino censeo prolixam quæ sequitur parenthesim aliena manu et vitiose intrusam, præter mentem auctoris, uti facile ex contextu apparet. Ubi crasso errore scriptus erat et impressus* Calvus *pro* Crassus. *Adolfus apographum diplomatis allegat, signatum* anno Christi DCCCLXXXV nono Regni, Imperii V, Indict. IIII Franconofurti; *sed* VI Idus Septembris, *et quidem* interventu Luthardi, *qui ante Bisonem supra nominatum defunctus est an.* 877. *Quid si ex duobus diplomatis unum fecerit eorumdem, igne (ut mox dicetur) absumptorum, reparator; et* Calvus *Luthardo*, Crassus *Bisoni, diversis diebus et forte etiam Indictionibus, Privilegia dederint?*

c *Imo* Indictione secunda.

d *Browerus corrigit et notat in margine*, an. 999, *cujus anni Autumno Indictio* 13 *currere cœpit: sed retinendum, annum* 1000 *probat mensis* Junius, *quo casum istum accidisse in Codice Vaticano notavit Mæcenas noster Episcopus Ferdinandus.*

F

e *Acta* S. Adalberti *illustravimus ad diem* 23 *Aprilis: mortuus is est anno* 997, *ubi et nos late deduximus adventum Ottonis* 3 *tempore Quadragesimali anni* 1000. *Quæ hic* Slavia, *dicitur est* Polonia, *cujus incolæ erant Slavi.* Reliquias ejus et aliorum Sanctorum fuisse anno 1034 ex Polonia tunc devastata translatas, *indicatur in MS. Chronico antiquo Magdeburg. Gaudentii Gnesnensis Archiepiscopi similiter mentio a nobis facta est. Igitur istud*, ibidem, *refer ad* Slaviam, *non ad* Pragam; *quo ut spectare videretur, fecerat nomen urbis, loco suo dimotum, quod correximus.*

f Mundiburdium *pro tuitione*, *uti* Mundiburdus *pro tutore sumitur (unde Teutonicum* Momboir) *ex* Mund *seu* Mond, *os*, *et* burde, beurte, *vices; eo quod oris vice sit pupillo.*

g Mansus *seu* Mansum, *certa agri culti portio in qua coloni ædes erant. Porro* Duisburg *in MS. Vita* Tuisburog *est oppidum Cliviæ ad Ruram fluvium, prope dexteram ripam Rheni:* Trutmannia *est* Dortmund, *alias* Tremonia, *urbs Imperialis intra Marcam Westphalicam.*

h

EX MSS.

A h Silvestri *Bullam intercidisse dolet Adolfus, Ottonis autem Diploma integrum profert, et iterum anno* 1003 *a S. Henrico confirmatum docet.*

i *Acta* S. Heriberti *dedimus* 16 *Martii, in cujus capite* 3 *narrantur, quæ ab ipso gesta sunt circa hunc obitum Ottonis* 3. *Successio Pontificum late in nostro Conatu explicatur, et primus Joannes in MSS. nonnullis perperam* Bruno, *in nostro autem* Joannes *vero nomine dicitur.*

k Ekkehardus, *Marchio Thuringiæ, Palithi seu Palithi monasterio Saxoniæ interfectus, ab Alfkero Abbate sepultus. Consule Dithmari Chronicon lib.* 5. *et Broweri Historiam Boicam, qui lib.* 8 *de hoc et aliis conspiratoribus late agit.*

l S. Bernwardi *Acta dabuntur* 20 *Novembris, quo obiisse dicitur infra num.* 89. *Scripsit illa Tangmarus Presbyter, edidit et illustravit Browerus.*

m Willigisus, *creatus Archiepiscopus anno* 977, *mortuus anno* 1011. *Acta ejus deduxit Serarius lib.* 5 *rerum Moguntiacarum a pag.* 714 *ad pag.* 727, *et titulo* Beati *a nonnullis honoratur. De ejus obitu agitur* **infra num.** 25.

n S. Henricus Imperator *colitur* 14 *Julii, aut propter Officium translatum* 15 *Julii.*

B

o S. Cunigundæ *seu* Cunigundis *Acta illustravimus ad diem* 3 *Martii.*

p Woteloffus *alias* Wodilulphus, *imo et* Wacholfus, *mortuus est anno* 1002, *dein* Thetmarus *sive* Diethmarus *dicitur præfuisse usque ad annum* 1023. *De utroque multa congerit Adolfus in Notis.*

q *Diploma S. Henrici habes inter Monumenta Paderbornensia pag.* 236, *ubi etiam pag.* 49 *doceberis, quod flumen* Delchana *ut supra nominatum, vulgo* Dalke, *alias etiam* Delna *et* Delhna *scribatur in Diplomatis.*

r Quidilingeburgum *oppidum circiter* XX M. P. *Halberstadio versus Meridiem dissitum, habuit illustre monasterium Sanctimonialium, ab Henrico Aucupe Rege conditum; in quo ipse sepultus fuit cum B. Mathilde conjuge: cujus Vitam, jussu S. Henrici Imperatoris illorum pronepotis scriptam, edidimus ad* 14 *Martii.*

s Henricus *Mosellanus seu Lunenburgensis dictus, ob rebellionem exauctoratus, dein restitutus, vixit usque ad annum* 1027. *De hoc aliisque rebellis late agitur in* ***Historia Bavariæ, et strictim multa colligit Adolfus in*** *Notis, et Chronico MS. plura miscens.*

t Bruno *postea anno* 1009 *factus est Episcopus Augustanus mortuus anno* 1031.

u *Imo* tertio Nonas Martii, *Sabbato ante Dominicam* Invocabit, *id est primam Quadragesimæ, quando*

C *Introitus Missæ est*, Invocabit me et ego exaudiam eum. ***Nam dicto anno*** **1009**, ***littera Dominicali B,*** *Pascha celebratum est* 17 *Aprilis, dies Cinerum* 2 *Martii.*

CAPUT III.

Factus Episcopus Meinwercus, statum Ecclesiæ in spiritualibus ac temporalibus promovet.

Eo tempore, Rege consistente in Goslaria illico legatos suos ad eum direxit Ecclesia, qui et obitum Episcopi denuntiarent, et clementiæ ejus solatium de successore idoneo suppliciter implorarent: qua lugubri Rex audita legatione, talem tantumque virum condigno mœrore deflevit, et Missarum eleemosynarumque debita commemoratione animam ejus divinæ pietati commendavit. Posthæc, ascitis Episcopis et Principibus qui aderant, de successore tali loco et tempore idoneo consilium habuit: et diu scrutatis perspectisque plurimis, Meinwercum, tam nobilium natalium magnitudine, quam rerum et facultatum temporalium multitudine idoneum perhibuit. Illico, faventibus et congratulantibus omnibus,

Meinwercus Episcopatu donatus,

Meinwercum advocavit; et consueta benevolentia ei arridens, sumpta chirotheca, Accipe, ait. Quo, quid esset accepturus, percontante? Episcopatum, inquit Rex, Patherbrunnensis Ecclesiæ. Illo autem dicente, quid sibi Episcopatus ille deberet, qui de bonis propriis excellentiorem construere valeret? Quia hoc, inquit Rex, veraciter considero, idcirco te inopiæ illius misereri et subvenire desidero, ut illius in cælo coheres fieri merearis, cujus pauperem matrem in terris heredem tuam feceris. At ille hilariter, Ego, inquam, ea spe et conditione Episcopatum suscipiam. Ostendens liquido, se non despectu paupertatis, vel appetitu eminentioris sedis aut dignitatis, sed affectu majoris utilitatis simpliciter contradixisse. D

ut collapsum pergat restaurare,

13 Ibidem ergo in Goslaria, proxima Dominica ab Willigiso Moguntino Archiepiscopo et ceteris Episcopis, qui aderant, consecratur: electioni ejus et consecrationi congruente Officio, quod idem Dominicæ intitulatur. Ea namque est Dominica Quadragesimæ secunda, quæ in ordine et ratione septem Dominicarum, septem mundi ætates significantium, quinta extat, et pulchra rationabilique dispositione vacat: significans quintam mundi ætatem, quando templo Dei diruto, et populo ejus in Babyloniam abducto, Sacerdote, Duce, Altari legitimo carens, a laude Domini vacabat, non habens quæ, vel quibus, aut ubi verba canticorum Domini decantaret. Cui captivitati in Evangelio ipsius Dominicæ aptissime congruit a dæmonio vexata filia mulieris a Chananææ. Quia sicut Nabuchodonosor, typum tenens diaboli, templum Dei spoliavit, et populum ejus captivavit; ita diabolus per se filiam Chananææ, templum utique Dei, captivavit, et suo atrocissimo dominio et ludibrio mancipavit. Interveniebat fides Patriarcharum et meritum Danielis ac sociorum ejus, ut populus ille a captivitate Babylonica solveretur; clamabat fide et voce magna, mulier Chananæa, intervenientibus sanctis Apostolis, ut filia ejus a dæmonio liberaretur. Tam captivitatis ergo Babylonicæ, quam mulieris Evangelicæ per totum Officium Missæ illius formam rectissime repræsentavit Ecclesia Patherbrunnensis; quæ incendio vastata, sollicitudine pii Pastoris viduata, in necessitatibus suis pro successore idoneo fideliter clamavit; et instanter clamando eum, qui secundum voluntatem Dei a fornicatione abstinens, vas suum in sanctificatione et honore possederat, interventu et consultu Principum feliciter impetravit; per quem non tantum de micis quæ cadunt de mensa dominorum recrearetur, verum etiam largissimis epularum deliciis abundantissime reficeretur. F

consecratur Dominica 2 Quadragesimæ

E

a

quando apte recitabatur Evangelium de Chananæa:

14 Solenniter ergo consecratus, condigno honore Patherbrunnon concursu et occursu omnis ætatis et dignitatis deducitur et excipitur: et vere via regia in ovile ovium per ostium ingressus, Episcopali sede inthronizatur. Pontificatus itaque decoratus infulis, continue invigilavit curæ commissi gregis; timensque notam mali servi et pigri, qui reposuit in sudario pecuniam domini sui, nihil remisse faciebat. Cordi suo et corpori forinsecus, pro generali cleri et populi gubernatione, Episcopali speculatione, solerter insudavit; intrinsecus autem, pro omnium salute, vigiliis et jejuniis precumque hostiis Deo indesinenter supplicavit. Lucerna namque, in domo Domini supra candelabrum posita, arsit in se, Dei et proximi dilectione; luxit aliis, ejusdem lucis sedula exhibitione. Denique pro adipiscenda immortalitatis corona, contulit Ecclesiis, quæ hereditario jure possederat, vel multimodo jugis servitutis labore obtinuerat, temporalia bona: quæ, sicut alios, usu malo, a salute præpediunt; ita alios, usu bono, ad salutem promovent. Principalem Ecclesiam sumptu ingenti et magnificentia singulari construxit:

et Paderbornam deductus,

Cathedralem novam orditur,

A construxit : quam tertia die adventus sui, dejecto opere modico, a prædecessore suo inchoato, et usque ad fenestras negligenter consummato, a fundamentis celeriter atque alacriter erexit. Operariis autem solerter operi instantibus quadam die, advenit quidam vir incognitus, qui Episcopum astantem salutavit suppliciter, suumque servitium obtulit ei humiliter : quem Episcopo, quam sciret servitii artem, percontante? et cæmentarium et carpentarium se profitetur; et mox ab Episcopo clavum, tunc fortuitu lignis compingendis necessarium, facere jubetur. Quo celeri velocitate velocique corporis agilitate facto, decenter et convenienter, cooperaturus operantibus apponitur, artisque suæ scientia probatus et approbatus omni experientia, ab Episcopo omni operi præponitur. Quo non multo post mortuo, advenam suum Episcopus digno sepulturæ commendavit officio, fieri mandans ei in crypta juxta murum monumentum, ponens ad caput ejus trullam ejus et malleum ad posteritatis monumentum; per tantæ humilitatis et pietatis excellentiam magnam sibi acquirens operantium sibique famulantium benevolentiam.

in qua gnarum operarium honorifice tumulat :

B 15 Præpositis autem operi singulis magistris, ipse ad reliqua episcopii negotia disponenda convertitur, suæ videlicet diœcesis terminos frequenter lustrare; si fidelium fides spei, si spes concordaret rei solerter investigare; bene acta confirmare, neglecta reformare; bene agentes ut in melius proficerent admonere, negligentibus ut resipiscerent oportune importune instare; denique omnibus omnia factus, pro cunctis animæ et corpori eorum necessariis erat solicitus. Primoribus et majoribus exhibens se formidini et honori; subditis, secundum uniuscujusque meritum, timori pariter et amori. Oculatus autem ante et retro, ut sic internorum et spiritualium solicitudinem gereret, ut tamen exteriorum providentiam pro subjectorum necessitatibus supplendis non negligeret. Regni negotiis, ut compellebatur, inservire cœpit : reddens Deo, quæ sunt Dei; et Cæsari, quæ sunt Cæsaris, ut Ecclesiæ commissæ prodesset, ubi se oportunitas obtulisset loci et temporis. Continue autem Regi insistens, ut Ecclesiæ sibi commissæ, lamentabiliter incendium passæ, secundum sponsionem, qua sibi eam commiserat, succurreret, Rex misericorditer annuit; et Ecclesiæ præfatæ miseratus paupertatem, multa ei bona tam in prædiis, quam facultatibus C aliis, larga manu et plena caritate, pro Dei amore dilectique sibi Episcopi assiduo et devotissimo obsequio, contulit. Sæpius autem in civitate Patherbrunnensi commoratus, operum et studiorum ejus adjutor et cooperator extitit; favente et instante per omnia venerabili Chunigunda Regina, cui non minor voluntas quam facultas, in Ecclesiis Dei amplificandis et meliorandis, semper fuit.

diœcesim visitat:

Imperatoris favore juvatur :

16 Quodam itaque tempore inibi commorantes, B. Heimeradus *b* de Suevia oriundus, voluntaria paupertate pro Christo exul et peregrinus, eo advenit : eumque, lurida facie, et proceri corporis macie, ac vestium vilitate deformem, Episcopus ut vidit, unde ille diabolus emergeret? inquisivit. Ille autem, cum se diabolum non esse humiliter et patienter dixisset, quæsivit Episcopus, an Presbyter esset? Ubi autem eo die divina Mysteria eum celebrasse cognovit, protinus sibi libros, in quibus cantaverat, deferri mandavit. Quos incomptos et neglectos et nullius ponderis aut pretii aspiciens, eodem momento in ignem projici fecit : eumque jussu Reginæ, Episcopi justo zelo, ut videbatur, compatientis, verberibus cædi præcepit. Posthæc quidam Comes Duodiche nomine, de monte qui Wartberge *c* appellatur, superveniente festivitate S. Andreæ Apostoli, Episcopum ad convivium invitavit. Cum D autem Comes B. Heimeradum quoque invitasset, et in vigilia ipsius Apostoli eum ad cœnam Episcopo oppositum sedere fecisset; commotus Episcopus, quid vir tantæ prudentiæ sibi in illius præsentia vel consortio vellet? interrogavit : et multis injuriis verborum adversus illum exardescens, delirum et apostatam eum appellavit. Beato vero Heimerado pro Dei amore cuncta patienter et silenter ferente, respondit Comes, se nescisse, quidquam eum adversus illum controversiæ habuisse : cœpitque verbis lenibus et humilibus animum Episcopi mitigare, et viro Dei, quoniam pro vitæ suæ merito eum valde venerabatur, veniam obnixius postulare. Sed perstitit in sua sententia Episcopus, placari non valens ullis precibus, quatenus tantæ nimietatis pertinacia, fieret ei postmodum humilitatis custodia; et in tantæ nobilitatis et dignitatis viro, satisfactio inferiori voluntarie exhibita, ad exemplum humilitatis a discretis commendaretur, quæ vix majoribus a subditis jure subjectionis exhibenda imitabilis videretur.

b

B. Heimerado injuriose tractato,

c

EX MSS

miraque patientia

17 Denique, quoniam ab hominibus Sanctus putaretur, experiri se velle sanctitatem illius dixit : E statimque coram omnibus, ut altero die Alleluia ad Missam cantaret, sub interminatione plagarum ei injunxit. Cumque Comes pro eo obnixius supplicando, et ei hujus actionis remissionem petendo, nihil ageret nisi quod oleum camino adjiceret : nocte, finitis matutinis laudibus, assumpsit hominem Dei secretius, et consolans eum, obsecrabat, ut tentamenta, sanctorum virorum purgamenta, non refugeret, sed saltem in nomine sanctæ Trinitatis incipiens, cetera Deo committeret. Qui multum renitens, et se dimitti ad hospitiolum flagitans, multis precibus victus, tandem acquievit. Et veniente hora, cum Episcopus nullo modo a propositi posset abduci sententia, processit : inchoavit solenniter, et jucunde percantavit; adeo ut omnes, qui aderant, mirarentur; et se ex nullius unquam hominis ore suaviorem modulationem audisse, faterentur. Episcopus autem, finita Missa, virum Dei secretius tulit; et ad pedes ejus ruit, et veniam pro commissis in eum humiliter postulans et celeriter impetrans, perpetuus ac fidelis ei postmodum amicus fuit. Episcopus autem ipsum castrum, sui munimine vastum, Ecclesiæ Patherbrunnensi, in cujus diœcesi consistit, ornamento et munimento utile, situ vero loci in aquis, lignis, pascuis, omnimodis habile considerans, pro venditione sui vel voluntaria traditione F variis modis Comiti instabat : sed ille filium, de pellice quam duxerat natum, heredem facere disponens, monitis salutaribus non obaudiebat.

et obedientia probato,

supplex ad pedes accidit :

Castrum Warburg

18 Pontificatus ejus itaque anno secundo, Dominicæ Incarnationis MX Indictione VIII, Ansfridus *d* venerabilis Trajectensis Episcopus, cujus mira laudum præconia in gestis suis inveniuntur, ad cœlestem vitam sustollitur, eique Adelboldus surrogatur. Sequenti anno VII Kalend. Martii, Willigisus Magontiensis Archiepiscopus omni memoria dignissimus, Episcopatus sui anno trigesimo sexto, post incendium monasterii Magontiensis honorifice ab eo constructi, (quod III Kalend. Septemb. accidit) sancte ad Christum migravit, et in locum ejus Erkinbaldus Abbas Fuldensis subintravit. Quinta dehinc proxima Idus Februarii, Bernardus pius Dux Saxonicus, filius Hermanni Ducis, obiit : et filius ejus Bernardus, *e* favente sibi Meinwerco Episcopo amicisque suis, Ducatum obtinuit; et homo Episcopi factus, juge obsequium in omni fidelitate sibi exhibuit. Frater quoque præfati Ducis Bernardi, Comes Luitderus, proxima IV Kal. Aprilis obiit, qui cum uxore sua Emma, Senatrice Christianissima,

d

e

et plures alios fundos acquirit:

A ma, multa bona Ecclesiæ Bremensi contulit. Post-
Ex MSS haec iv Idus Aprilis, in festo B. Gregorii, cum Rege
f in villam regiam, quæ f Tribura dicitur, Episcopus
devenit; ubi comitatum, quem Haold dum vixit
tenuit, situm in locis Haverga, Limga, Thiatmalli,
Aga, Patherga, Treveresga, Langanekki, Erpesfeld,
Sidiki, Matfeld, Niterga, Smalfeld, Balievan prope
Spriada, Gambeke, Gession Siwardesbusun cum
omni legalitate in proprium dedit. Post Penteco-
g stem Helmwardeshusun g venit, et monasterium,
quod Ekkihardus Comes in proprietatis suæ fundo
construxerat, in honore sanctæ et individuæ Trini-
tatis sanctique Salvatoris, et Victoriosissimæ Cru-
cis, et S. Mariæ perpetuæ Virginis, sanctique Petri
Apostolorum Principis, et omnium Apostolorum et
Sanctorum omnium, Nonas Junii dedicavit.

19 Anno sequente pridie Non. Januarii Liben-
h i tius h Bremensis Archiepiscopus obiit, eique i Un-
wanus Patherbrunnensis Ecclesiæ Canonicus, fa-
Unwanum promoveret ad Episcopatum Bremen. vente Meinwerco Episcopo, successit. Hic omnibus
hominibus acceptus, et Clero apprime benevolus;
inter innumera piæ recordationis monumenta, Ca-
nonicis Ecclesiæ B. Petri eo loci Patroni, curtem
B quamdam Borengun, ut ejus servitium per natalitia
esset Apostolorum, contulit. In australi parte chori,
altare in honore S. Liborii patroni sui construxit et
dedicavit. Primus omnium congregationes, quæ
antea quidem mixta ex Monachis vel Canonicis
conversatione degebant, ad Canonicam regulam
traxit. Lucos in Episcopatu suo in quibus Paludi-
colæ regionis illius errore veteri cum professione
falsa Christianitatis immolabant, succidit; multos
Gentilium in Dania et vicinis Borealibus partibus,
ad Christum convertit; plures in diœcesi sua Eccle-
sias fundavit et dedicavit; et pro obtinendis æternæ
vitæ gaudiis omni vigilantia et instantia insudavit,
quamdiu in hoc fragilitatis corpore militavit. Octa-
vo decimo Kalend. Februarii, præfati anni Domi-
k nicæ Incarnationis k MXIII Rex Mulinhusun deve-
nit; ubi interventu Chunigundæ Reginæ, Everhardi
Bavenbergensis Episcopi, Egiberti Frisingensis,
Interest Dedicationi Bamberg monasterii prædium Hoenstide, situm in pago Kittiga in co-
mitatu Bernhardi Comitis, Meinwerco Episcopo
tribuit, cum omnibus utilitatibus et appendiciis,
quibus id Unwanus Bremensis Archiepiscopus pos-
sederat, eique dederat legaliter. Inde Rex Baven-
berge iter divertit, ubi Everhardus primus ejusdem
Sedis Episcopus venerabile monasterium, nobile ac
C speciale regiæ devotionis studium, cum conventu
et suffragio omnium Cisalpinorum Pontificum, II
Non. Maji dedicavit. Rex autem eundem Episco-
patum, quem ex integro in suo domate fundavit,
terminis ejus ab adjacentibus Episcopatibus legitimo
concambio commutatis, principibus Apostolorum
Petro et Paulo, et pretiosissimo Martyri Georgio
ad tuitionem speciali jure Romanæ Ecclesiæ tradidit,
ut et primæ Sedi debitum honorem divinitus impen-
deret, et suam plantationem tanto patrocinio fir-
mius muniret.

l 20 Eodem anno l Suitgerus, sanctæ Mimigarde-
vordensis Ecclesiæ Antistes egregius, XIII Kalend.
Mors S. Suitgeri Ep. Monasteriensis. Decembris, obiit, sepeliturque in loco, quod deguit.
Hic genere Saxonicus, in Halverstad et Magathe-
burg a puero est educatus, a tertio vero Ottone præ-
fatæ civitati prælatus; quam cum divino munere
fultus regeret cum omni diligentia, pollebat diver-
sarum virtutum excellentia: e quibus hic duæ
tantum referantur, per quas aliæ veraciter cogno-
scantur. Camerarius suus pileum quemdam furtive
subtractum cælare volens, diligenter a pio Seniore
interrogatus, nihil fatetur: sed cultellum supra men-
sam positum, et ex animo benedictum sumere co-
actus, quasi ignitum celeriter projiciens, reum se
nimis ésse coram omnibus profitetur. Quidam ma- D
ligno spiritu arreptus, vi magna est captus, et in
præsentiam prædicti Patris adductus. Quem solvi
protinus jubens, baculo se solum irrumpentem viri-
liter amovit, et facto sanctæ Crucis signo, divina
potestate hostem exire imperavit. Tantus vir hoc
non suis meritis, sed divinæ virtuti asscribens, vixit
in Christo dies hujus vitæ sibi concessos, ministrans
illi fidelis servus omni studio. Sedit autem in Epi-
scopatu XVI annis, magna infirmitate, quæ omni-
genam virtutem perfecit, gravatus; et Thiedericus,
cognomen habens m Bonus Are, pro eo est sub- m
rogatus.

ANNOTATA G.H. ET D.P.

a *Anno* 1009 *Pascha celebratum fuit* 17 *Aprilis, atque adeo* 2 *Dominica Quadragesimæ incidit in* 13 *Martii, qui solum erat dies* 9 *a morte decessoris: neque hoc mirum, cum Goslariæ esset Imperator, quæ Paderborna solum distat* 30 *circiter horis; et ejusmodi vacantium Episcopatuum nuntia soleant celerrime ad Curiam perferri. Fuit autem magna olim varietas circa Evangelium, quod tali Dominica legebatur in tertio Nocturno et in Sacrificio Missæ. Nam in regionibus Ultramontanis (ut Romani loquuntur) id est in Ecclesiis Hispanis, etiam Musarabicis Lusitanis, Gallicis, Anglicis, Belgicis, Germanicis, Polonicis et aliis Septentrionalibus legebatur, atque etiam nunc Paderbornæ legitur Evangelium hic citatum* de muliere Chananæa, *ex capite* 14 *Matthæi, quod secundum usum Romanum nunc recitatur Feria* 5 *post primam Dominicam Quadragesimæ. Dicta confirmare possumus ex Missalibus et Breviariis istarum regionum, quæ apud nos sunt. Et fuit ejusmodi usus in Breviariis particularibus monasticis Benedictinorum, Cisterciensium, Præmonstratentium, Prædicatorum, Carmelitarum, et est adhuc in horum Breviario anno* 1672 *excuso. In antiquo Missali Mediolanensi secundum institutionem S. Ambrosii anno* 1522 *impresso, Dominica* 2 *Quadragesimæ dicta est* Dominica de Abraham, *et recitatur Evangelium ex capite* 8 *Joannis a versu* 31 *usque ad finem, ubi Judæi objiciebant se semen Abrahæ esse; et finitur cum Evangelio, quod legitur in Dominica Passionis, ubi de Abrahamo plurimus est sermo. Verum in antiquis Missalibus et Breviariis Romanis lectum fuit, et adhuc præscribitur Evangelium* de Transfiguratione Domini in monte Thabor, *ex initio Matthæi capite* 17, *cui et præcedentis diei Evangelio nonnulla præponebantur in Breviario Capuano, anno* 1489 F
excuso.

b *Vitam* S. Heimeradi *daturi sumus infra* 28 *Junii, quo die mortuus dicitur infra num.* 91; *et num.* 99 *indicatur monasterium ejus honori structum ab Archiepiscopo Moguntino.*

c Warberge *seu* Warburg, *oppidum Hanseaticum ad Dimelam fluvium, in ditione Paderbornensi, prope confinia Hassica.*

d *Vitam* B. Ansfridi *sive* Aufridi *illustravimus ad diem* 3 *Maji, ubi, cum Joanne de Beka et Wilhelmo Heda Scriptoribus Ultrajectinis, retulimus obitum ejus ad annum* 1008.

e Bernhardus, *ab Alberto Stadensi et Adamo Bremensi* Benno *appellatur, et frater ejus* Lutgerus, *hic* Ludderus *dictus; utriusque vero obitus ad annum* 1010 *refertur. Chronicon Hildeshemiense annum* 1011 *notat; et cum dixisset, quod* VI Idus Februarii Bernhardus obiit; *subjungit, quod* octavodecimo die mortis supradicti Ducis, mortuus est et Ludigerus frater ejus (*ergo* IV kal. *non* Aprilis, *ut hic dicitur*) *sed* Martii: *qui error iterum mox recurrit, cum festum B. Gregorii adscribitur* IV Idus Aprilis, *loco* Martii. *Ultimi vero uxor* Emma, Meinwerci Episcopi Patherbrunnensis

A therbrunnensis soror *expresse vocatur ab Adamo; cui, licet alias nonnumquam hallucinato, quomodo ausim hic fidem negare? Mirum tamen est id ne hoc loco quidem dici; esto superius num. 4 inter sorores non nominetur. quia forte ex priori conjugio patris nata: vixit autem in sancta viduitate annis* 30 (40 *habet mendosus manifeste contextus) de qua veluti Sancta egimus in App. ad* 19 *Aprilis.*

f Triburia, *prope Moguntiam inter Rhenum et Mœnum, nunc locus desertus, non longe a pagis Langen et Geran, nomen* Treber *retinens, ubi plura Concilia fuerunt habita: quod et veteris palatii vestigia juxta portam* Hovestat. i. *Curiæ locus dictam, testantur. De eo egit Freherus par.* 2. *Originum Palatinarum cap.* 5.

g Helmwardeshuisen, *celebre olim Ordinis S. Benedicti monasterium, Imperialibus annumeratum, ad confluentium Dimelæ et Visurgis, in confiniis Hassiæ et agri Brunswicensis,* a quo jam captivum teneri *asserit Broverus: quoad diem autem Dedicationis, non* Nonas, *sed* pridie Nonas *legendum arbitrarer; ut in Dominica facta illa sit cum anno* 1010 *curreret littera Dom.* A. *sed in hujus Vitæ decursu observo, raro*
B *ab hujus temporis in Germania Episcopis Dominicæ rationem habitam esse.*

h Lubentii *seu* Libentii *Vitam ex Adamo Bremensi dedimus* 4 *Januarii.*

i Unwanus, *inquit Browerus ex Adamo,* ortus eadem cum Meinwerco Immedingorum nobilissima stirpe, *obiit* 1029, 27 *Januarii.*

k *Imo,* MXI, *uti patet ex prægressis. Correctionem suadet hoc anno facta, ut mox dicitur, Dedicatio* II Nonas Maji, *qui dies anno* 1011 *currente litt. Dom.* G *in Dominicam cadit non* 1013. *Non accuratissimus tamen hoc in genere Auctor hic est, qui omisso anno* 1012, *transit ad annum* 1013 *ut mox videbimus.*

l Svitgerus, *Krantzio lib.* 3 *Metropolis cap.* 35, Suederus, dignus habitus, qui in Sanctorum numerum *referretur, quod ad* 19 *Novembris erit examinandum. Interim vide sis Notas Adolphi, ubi ex Chronico MS. invenies obiisse illum anno* 1011, *quo præcedens correctio firmatur. Alii tamen scribunt an.* 1012, *et sic recte sequeretur* anno proximo, *scilicet* 1013, *S. Henrici Italica expeditio, jam dicta.*

m *Dithmarus, Nepotem suum vocat et filium suæ Materteræ; quam propterea volunt Arensi Comiti nuptam fuisse. Est autem* Are *vetus castrum, ad cognominem fluvium, Rheno influentem ex adverso oppidi*
C *Lintz, in diœcesi Coloniensi. Fortassis* Bonus *vel* Donnus de Are *scribendum fuerat.*

CAPUT IV

Iter Meinwerci in Italiam cum S. Henrico Imp. ac reditus Paderbornam.

a Proximo anno *a* expeditionem in Italiam Rex iturus, ut Cæsaris consecrationem a Domno Apostolico perciperet, in Castello, quod *b* Gruona dicitur, convenire Principes mandavit, et VIII Kalend. Maji de statu Regni inibi cum eis necessaria tractavit. Episcopus autem Meinwercus cum Rege expeditionem iturus, Ecclesiæ suæ penuria conquesta, itineris expensam labori suo congruam instanter petiit, et interventu Chunigundæ Reginæ, Heriberti Coloniensis Archiepiscopi, Athalbaldi Trajectensis, Thiederici Mimigardevordensis, Wigeri Verdensis, Thiederici Metensis, Bernwardi Hildenesheimensis, Thietmari Osnebrugensis, Herici Havelbergensis, Berneshusun, situm in pago Lisga, in comitatu Udonis Comitis obtinuit; tali præcepto sibi Ecclesiæque suæ cum eo et de dato, ut quicumque ipsum Episcopum vel aliquem successorum ejus super eo molestare, inquietare, aut divestire præsumeret, D perpetuo anathemate condemnatus centum libras EX MSS. componeret; quinquaginta Regiæ Cameræ, quinquaginta eidem Ecclesiæ. Eadem quoque die, loco et anno, interventu sæpe numero dictæ et cum omni merito dicendæ Reginæ Chunigundæ, in idipsum etiam fraterna caritate collaborantibus, Erchanbaldo Magontiacensi Archiepiscopo, Bernwardo Hildenesheimensi, Thiederico Mimigardevordensi, Hildiwardo Citicensi *c*, Episcopis et Sacerdotibus Christi, quamdam regiam curtem Moranga dictam, in pago Morangano, in comitatu Bernhardi Comitis sitam, obtinuit; quam Unwanus Brumensis Archiepiscopus, cum manu Advocati sui Udonis, ipsi Regi, omnium hominum contradictione remota, tradidit; quamque ipse Rex, pro remedio animæ sui prædecessoris, tertii Ottonis divæ memoriæ Imperatoris Augusti, et incolumitatis suæ vitæ ac spe futuræ, cum omnibus attinentiis suis, tali conditione Meinwerco Episcopo concessit, ut eamdem curtem, quam diu viveret, in proprios usus potestative possideret: post finem vero vitæ suæ, ad vestitum Canonicorum in Patherbrunnensi Sede Deo sanctæque ejus genitrici Mariæ, nec non B. Kiliano ac Liborio servientium, annuatim meliorandum E pertineret. Et si quis hanc donationem infringeret, centum libras auri persolveret; quinquaginta Patherbrunnensi Ecclesiæ, quinquaginta Cameræ Reg. O quantæ dilectionis indicium, simul et semel hæc tribuentis! O quam sinceræ devotionis servitium, talia et similia accipere merentis!

Regem in Italiam secuturus Episcopus

Berneshusen obtinet:

c item Morangam.

Posteritas dantem commendet et accipientem,
Per pia vota Patrem placans his omnipotentem.

22 Episcopus itaque quæ desideraverat impetratis, Patherbrunnam revertitur; et rebus domesticis dispositis, et magistris idoneis operibus præpositis, tempore autumnali cum Rege proficiscitur. Rex autem subjectis omnibus, et in deditionem redactis quæ rebellare tentaverant urbibus, proximum Natale Domini Papiæ celebravit: indeque profectus Apuliam, a Græcis diu possessam, Romano imperio *d* recuperavit. eidemque provinciæ Ismahelem Ducem præfecit. Cum autem civitates Apuliæ pertransisset, et quæ ad honorem et utilitatem regni pertinebant, ubique prudentissime disposuisset; infirmatus morbo calculi, nulla poterat medicorum arte curari. Remedio autem cessante humano, corde et animo se commisit divino; ascendensque montem Cassinum, patrocinium S. Benedicti et B. Scholasticæ sororis ejus, pro sanitatis suæ adeptione, F suppliciter imploravit, et mirabiliter impetravit. Denique completa oratione ad hospitium se contulit, et lassatus ac debilitatus in lectulo se collocavit. Quo obdormiente, S. Benedictus ei apparuit, et a Deo in quem speravisset eum exauditum asseruit: et ferro medicinali quod tenebat, partem illam ubi calculus hærebat aperiens, evulsum eum in manu Regis posuit; et hiatu vulneris subita redintegratione sanato, disparuit. Rex autem evigilans, et calculum in manu sua considerans, advocatis Episcopis et Principibus ostendit eis in se facta Dei magnalia; et cum eisdem Deum digne collaudans, contulit Fratribus, inibi Deo sub regula S. Benedicti famulantibus, in prædiis et ornamentis plurimis, dona regalia. Ab eo tempore et deinceps Rex, quadam speciali veneratione et devotione, S. Benedicto et omnibus Monasticæ religionis cultoribus studuit deservire, et in amplificandis et protegendis rebus Ecclesiasticis benignus et devotus pater existere.

d Rex subacta Apulia,

Casinum adit et liberatur a calculo

23 Valedicto Fratribus, lætus et hilaris inde discedens, Romam cum Domna Chunigunda cum triumpho magno intravit; ubi a beato Benedicto Papa

ex MSS. eodem Romæ cum conjuge coronato Imperatore,

Papa benigne et honorifice susceptus, quantas miserationes et beneficia per servum suum Benedictum Dominus ei contulisset, enarravit. Papa autem, Deo pro omnibus beneficiis suis gratias agens, pro salute Regis et totius populi Christiani sacrificium laudis Deo immolavit, et solemni benedictione, cum universi populi inexistimabili exultatione, Regem in Cæsarem et Imperatorem *e* consecravit. Eodem ergo tempore, Bavenbergensem fundum Rex cum omnibus pertinentiis suis B. Petro contradens, Apostolico Præsuli jugiter defendendum commendavit: et in commemorationem hujus pactionis, album *f* ambulatorem cum faleris singulis annis Romano Præsuli dari constituit. Obtinuit autem magnis humilitatis et suæ devotionis precibus apud Dominum Apostolicum, ut tempore opportuno ad Alemanniam accederet, et Bavenbergensis fundi novellam plantationem visitaret. Ipse Dominus Apostolicus Meinwercum Episcopum, præconio virtutis et pietatis eximiæ ubique carum et præclarum habitum, benigne suscepit; et ejus ardentissimæ in Deum dilectioni et devotioni congaudens et congratulans, de omnibus quæ ab eo petiit, parata et devota caritatis benevolentia satisfecit.

Episcopus varias Reliquias impetrat a Benedicto Pontifice,

Denique desiderium ejus de Reliquiis Sanctorum ad constructionem Monasteriorum audiens, tertium dimidium corpus septem fratrum *g* filiorum S. Felicitatis, qui sub Antonino Imperatore passi sunt, Philippi videlicet, Juvenalis et Felicis; et cranium *h* S. Blasii, qui sub Licinio, anno Domin. Incarn. CCCXXII, gloriosa passione migravit ad cœlos. Brachium quoque *i* S. Miniatis, qui sub Diocletiano VIII Kal. Novembris passus est, cum aliorum plurimorum Sanctorum Reliquiis tribuit; et privilegium, de bonis Ecclesiæ suæ concessis vel concedendis, Apostolica auctoritate contulit: quod ad posteritatis monumentum, et Patherbrunnensis Ecclesiæ stabile præsidium et firmamentum hic inseratur, ut ipsa exemplis tantæ devotionis, ad augmentum suæ securitatis et utilitatis, instruatur; raptorum vero quisque ad cumulum suæ damnationis videat et audiat, ut confundatur:

nec non Bullam amplam,

24 BENEDICTUS Episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Domino filio, Meinwerco venerabili Episcopo Patherbrunnensis Ecclesiæ, suisque successoribus in perpetuum. Desiderium quod ad religiosum propositum et sanctorum locorum stabilitatem pertinere monstratur, sine aliqua nostra, Deo auctore, dilatione perficiendum; et quoties in quibusdam ejus utilitatibus et commodis nostrum assensum et sedis Apostolicæ auctoritatis exposcit præsidium, id nostro benignitatis intuitu nos convenit subvenire, et ratum pro integra securitate ex ratione solidare, ut ex hoc ipsis venerabilibus locis salus et indemnitas profligetur, et nobis quoque lucri potissimum præmium a conditore omnium Deo in sidereis arcibus proscribatur. Igitur quod postulatis a nobis, quatenus confirmaremus et Apostolica auctoritate corroboraremus tuæ Ecclesiæ, tibique et successoribus tuis in perpetuum, quæque pro redemptione animarum suarum ab Imperatoribus sive Regibus, Ducibus Comitibus, vel ab omnibus magnis parvisque personis oblata sunt, sive commutata: seu omnia quæ tu ductus amore Dei de propriis tuis hereditatibus eidem tuæ venerabili sponsæ contulisti, perpetualiter, inclinati precibus tuis, per hujus privilegii seriem confirmamus et corroboramus Ecclesiæ tuæ, tibi, tuisque successoribus, omnia prædia culta vel inculta, nec non omnia quæ ei pro redemptione animarum suarum ab Imperatoribus, maximeque a Christianissimo et serenissimo filio nostro dilectissimo ac sanctissimo Imperatore Henrico oblata sunt, sive in Comitatibus seu ubicumque fuerint: nec non omnia quæ a Regibus, Ducibus, Comitibus, magnisque parvisque personis jam dictæ Ecclesiæ oblata sunt. Similique modo confirmamus ea omnia loca, quæ tu ipse pro redemptione animæ tuæ et parentum tuorum jam dictæ tuæ sponsæ de propriis hereditatibus contulisti: nec non ea, quæ ab aliquibus commutata sunt. Statuentes Apostolica censura sub anathematis interdictione, ut nulli unquam magnæ parvæque personæ liceat contra hoc nostrum Apostolicum privilegium insurgere vel contraire. Si quis autem, quod non optamus, temerario ausu contra hujus nostræ Apostolicæ præceptionis seriem, pie a nobis promulgatam, venire agereve tentaverit; sciat se Domini nostri et Apostolorum principis Petri anathematis vinculo innodatum, et cum diabolo et ejus atrocissimis pompis, atque cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi in æternum igne cremandum, simulque et in voragine tartareoque chaos demersus cum impiis deficiat. Qui vero pio intuitu, custodes et observatores hujus nostræ salutiferæ præceptionis extiterint, benedictionis gratiam cœlestesque retributiones ac æterna gaudia, ab ipso judice Domino Deo nostro, consequi mereantur. Scriptum per manus Benedicti Notarii et Scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Martio, Indictione XII, Anno Dominicæ Incarn. MXIV.

pro ecclesiæ Paderbornensis indemnitate tuenda

Episcopus, invocato S. Alexio, pestem a suis pellit;

25 Cum autem Episcopus, una cum Rege aliquamdiu moratus, de lue gravissimæ mortalitatis, quæ immanissime exercitum depopulabatur, mœstus esset; accessit ad eum quidam Romanorum, consilians ei, ut pro suorum incolumitate aliquam se venerationem in terra sua facturum S. *k* Alexi voveret. Qui ilico, sublatis ad cœlum manibus et oculis, se monasterium honori et amori ejus congruum facturum, si quis precibus suorum incolumitatem a Deo obtineret, sinceriter vovit. Et se ejus meritis a Deo exauditum, suorum omnium jumentorum et hominum incolumitatis receptione et conservatione veraciter probavit. Novus autem Imperator, omnia quæ volebat a Domno Apostolico impetrans, consolatione ejus et benedictione in Domino confortatus, Alpes Penninas transcendit, et Papiam rediens sanctum Pascha ibidem feriavit. Venerabilis autem Episcopus, tam materiali quam spirituali gladio Ecclesiam commissam muniri, et tueri desiderans, Imperatorem inibi cum amicis suis et Regni Magnatibus adiit, et, ut talia bona Imperiali auctoritate confirmaret, qualia Domnus Apostolicus sua Canonica confirmaverat, suppliciter expetiit. Imperator autem ejus ardui itineris laborem, quem suæ dilectionis intuitu ad Apostolorum limina secum arripuerat, reminiscens; rationabili petitioni solita benignitate promptissime favit, et omnia ab eo de bonis hereditariis Patherbrunnensi Ecclesiæ collata et deinceps conferenda et alia quælibet sua instantia et industria a quibuscumque fidelibus acquisita seu acquirenda, commutata, vel commutanda, Regiæ auctoritatis præcepto, aureo sigillo bullato, confirmavit et corroboravit.

Privilegium Imperiale obtinet

Cluniacum venit:

26 Dimisso autem Imperator exercitu in terram suam, Regni negotiis ubique prudenter dispositis, per omnia virtutis et pietatis vestigia dereliquit, et ubicumque servorum Dei habitacula invenisset, eorum res adaugens et amplificans, omnium se orationibus commendavit. Cluniacum quoque, inter alia ubique terrarum pro suæ Religionis fervore et situ loci nominatum, cum Domno Meinwerco Episcopo, et paucis familiaribus suis adiit; et multa sanctitatis et Religionis indicia, quæ audierat, vera esse comprobans, coronam auream, pretiosissimis gemmis adornatam, ad Missam, quæ de Cathedra S. Petri celebratur, obtulit: et fraternitate Monachorum humiliter petita et accepta, cum maxima contritione cordis, omnium se orationibus commendavit;

et

A et in supplementum necessarium rerum, optima prædia in Alsatia eidem congregationi testamentaria auctoritate delegavit. Ibi Imperatore favente, et suum in omnibus auxilium spondente, Episcopus Meinwercus ab Abbate et Congregatione Fratres ad construendum monasticæ vitæ cœnobium petiit et impetravit. Cum quibus, assumpta libra panis et Hymnario, festinanter repatrians, capellam in honore S. Benedicti *l* in occidentali parte Patherbrunensis civitatis fundavit, et celeriter consummavit. Monachorum autem æmulis adventum eorum causantibus, eisque utilius, secundum nominis sui etymologiam, a turba et civitate remotos fore; civitati vero honestius, in eo loco Clericos vel Monachos degere affirmantibus; venerabilis Episcopus humiliter rationem reddidit, dicens: femineum sexum naturæ suæ qualitate fragilem esse, et infirmiorum animas per eas scandalizare et scandalizari facile posse: Monachos vero convenientius vicinos et conjunctos esse Clericis quam Clericos; ut in variis lubricæ vitæ excessibus et eventibus, in divinis et humanis fraterna caritate et unitate invicem succurrerent, et consulerent: et ceteris regendis norma forma facti, Episcopo, sub cujus umbra alarum

13 *Fratres inde secum ducit:*

l

hisque monasterium Paderbornæ struit.

B requiescerent, in utriusque vitæ provisione et dispositione auxilio et consilio forent: adjiciens, id decere et debere fieri, ut ad servitium laici, et ad consilium admitterentur Clerici. Qua ratione data et audita, quique boni et discreti dicta ejus et facta approbantes, rationabiliter cœpta feliciter prosperari et consummari optaverunt; similes autem similibus congaudentes, dissimilibus et melioribus invidere et derogare non cessaverunt.

27 Ædificio ergo principalis ecclesiæ magnifice consummato, frequentia et præsentia utriusque sexus et habitus, ætatis et dignitatis solenniter eam dedicavit XVII Kalend. Octobris: et Apostolici privilegio coram populo recitato et interpretato, in ejusdem soliditatis munimine suum ædificium collocavit et stabilivit. Episcopus autem, sperans se ab Imperatore Ervete impetraturum, eum Dedicationi interesse postulaverat; sed ille, Polianiam contra Bolizavum tempore æstatis ingressus cum valida suorum manu, interesse non poterat. Idem namque Bolizavus, cum Ulderico Duce Boemiæ, ad Imperatorem in Meresburg *m* venturus fuerat determinatus; sed ipse venire contemnens, et rebellare disponens, ab Imperatore Dei misericordia, per Sanctorum

ibidem novam Cathedralem dedicat,

m

C patrocinia; quibus se suumque populum intime commendaverat, est cum suis omnibus superatus. Episcopus autem de bonis hereditariis in Saxonia positis, urbem sitam in loco qui *n* Plesse dicitur, cum undecies centum mansis jam ante Ecclesiæ traditis, ipso die recognoscendo et reiterando, Ecclesiæ delegavit et confirmavit, quibusdam bonis Ecclesiis construendis designatis tali conditione exceptis, ut si eo morte prævento Ecclesiæ imperfectæ manerent, post obitum matris suæ, cui ad temporalis subsidia hæc concesserat, Ecclesiæ ipsi attinerent. Cujus exemplum, utriusque sexus, conditionis et ordinis sequi cœperunt: et pro posse suæ facultatis, pro obtinendo bravio perpetuæ felicitatis, salutaribus Episcopi monitis instructi, bona sua Ecclesiæ contulerunt.

n

eamque multimodis ditat ac ditari facit,

ANNOTATA G. H. et D. P.

a *Anno* 1013, *autumnali ut infra dicitur tempore in Italiam profectus est* S. Henricus.

b Gruona *ubi S. Henricum mortuum esse infra dicitur num.* 110. *Ea in Vita S. Godehardi 4 Maji num.* 24 *dicitur esse juxta pagum* Logingaha, *ad fluvium Lenam sive Leinam, in diœcesi Hildesheimensi,* D *non autem in Thuringia, ut volunt aliqui.*

EX MSS.

c Citium *seu* Citizam, *vulgo* Zeitz, *urbs Misniæ, Lipsia versus Austrum ad Elsteram fluvium quinque leucis Germanicis dissitam, et totidem versus Occidentem Naumburgo ad Salam fluvium; ad quam urbem hic nominatus Episcopus Hildewardus Sedem transtulit.*

d *Adhuc anno* 1013. *Quæ sequuntur extracta sunt ex Vita S. Henrici, suo tempore illustranda; et nonnulla ex Chronic. Casinensi jam dedimus ad Vitam S. Benedicti* 21 *Martii pag.* 297.

e *Anno* 1014 14 *Februarii Dominica* VI *post Epiphaniam, littera Dominicali* C. *Ita habetur ex Dithmaro qui præsens adfuit, modo pro* VI *legas* XVI kal. Martii.

f Ambulator, *equus eo mollis, alterno crurum explicatu glomerans est. Hispanis* Cavallo ambiador, *Italis* Chinea, *Francis et Belgis* Hacquenée: *qualem etiam Rex Hispaniæ pro regno utriusque Siciliæ quotannis solet Pontifici offerre. Neque possumus dubitare utrum legi non debeat* VI *vel* VII kal. Maji, *quod invenisse videtur seculo uno posterior Leo Ostiensis in Chron. Cassin. lib.* 2 *cap.* 31, *quasi in ipsum Pascha,* E *tunc* 25 *Aprilis celebratum, vel ejus secunda feria Coronatio facta sit. Pergit enim Dithmarus consequenter referre, quomodo* Dominicam resurrectionem Imperator in Papia civitate celebravit, *quod hic etiam num.* 23 *asseritur.*

g *Coluntur hi fratres* 10 *Julii, sed nomen* Juvenalis *deest, forte intrusum loco* Martialis *aut* Vitalis, *quod ad dictum diem erit examinandum.*

h *Acta S.* Blasii *dedimus* 3 *Februarii, et* § 4 *egimus de Reliquiis ejus, non unius, sed variorum,* Blasii *nomine appellatorum: Ejus* caput dono Urbani Papæ V asservari notatur in Montepessulana ecclesia, *ita etiam* caput *dicitur esse* Orbitelli in Hetruria miraculis clarum. Pars capitis *etiam* Neapoli in monasterio S. Ligorii sive S. Gregorii Armeni, statuæ argenteæ inclusa: *de alio* tantum *ad* partem maxillæ *asservari didicimus.*

i *Hic* Minias *est Martyr Florentinus; sed in Actis et Martyrologio Romano dicitur passus sub Decio Imperatore.*

k S. Alexius *colitur* 17 *Julii. De monasterio illi constituendo et capella Paderbornæ erecta agitur infra num.* 85. *Ad illam inclusus B. Paternus, de quo actum* 10 *Aprilis, una cum ipsa conflagravit: ipsam autem post alios restituit p. m. Ferdinandus Episcopus.* F

l *Initium hoc est Abdinghoffensis monasterii, ubi Sigehardus infra num.* 122 *dicitur primus Abbas institutus.*

m Merseburgum, *urbs Misniæ Episcopalis, tribus leucis Germanicis ab Halla versus Septemtrionem; et totidem a Lipsia versus Occidentem distat.*

n Plesse *esse modo* Comitatum in Ducatu Grubenacensi, ad fluviolum cognominem, qui mox cadit in Rumam, *asserit Brietius in Germania recentiore pag.* 141.

CAPUT V.

Beneficia Ecclesiæ Paderbornensi collata sub Meinwerco, ipso procurante et gratitudinem referente.

T*otum hoc et duo sequentia Capita R. D. Adolfus reperit, in suo (ut appellat) autographo MS. Ego difficulter possum credere autographum, id est a propria Auctoris manu scriptum esse, in quo reperiuntur menda, num.* 6 *notata, quæ nec ipse quidem excusare volens pag.* 298 aberrationes appellat, amanuensium indiligentiæ forsitan imputandas. *Facile tamen crediderim*

D. P. *Hæc 2 Capita sunt ab aliis omissa,*

A *dideim hæc sic ordinata ab Auctore fuisse, ut a transcribentibus omitti commode possent, sicut factum in antiquissimo nostro, quo et Browerus usus videtur exemplari. Eadem tamen ratio, utilitatis ex talium beneficiorum enumeratione proventuræ Ecclesiæ Paderbornensi, quæ Auctorem compulit ad illa colligenda, ex vetustiori aliquo ejusdem ecclesiæ Chartulario: cui simile pro Werthinensi Monasterio scriptum magno usui fuit Bollando, S. Ludgeri fundatoris Acta illustranti ad XXVI Martii, eadem inquam, ratio nos quoque movit, ut talem enumerationem hic non omitteremus; præmonito tamen lectore, si quis sit talium incuriosus, ut ipsam transiliat, ac protinus ad Caput VIII transeat, sicut transeunda ipsi sibi censuerunt aliorum ecgraphorum scriptores. Sicut autem non putavit Adolfus prælaudatus, licet in cæteris alioqui diligens, laborandum sibi in nominibus locorum ac personarum requirendis; eo quod utrorumque difficilis esset pervestigatio (Etenim loca plurima mutatis appellationibus reperiri modo nequeunt; personæ vero, etiam nobiles, ex solo nomine, alibi forsan repertæ nondum, difficulter possunt lucem certam accipere) ita nec ego in illis laborabo; contentus cuique Capiti subjicere explicationem vocum quarumdam barbararum,*

hic edita,

B *quod ille non fecit.*

sicuti ad ipsius Ecclesiæ utilitatem collecta fuerunt

29 Rationabile itaque videtur, ex parte quorumdam devotionem intimare, non solum ad declaranda eorum beneficia, verum etiam ad profectum illorum, qui exemplis bonis ædificari merentur; pariterque ad confusionem illorum, qui licet optima quæque sciant, videant, audiant, in ore Dominum confitentes, factis autem negantes perseverant. Operæ pretium est etiam Episcopi diligentiam in singulis annectere et benevolentiam, quomodo nec fraude aliquem circumvenerit, et quod omnium saluti et devotioni se congaudere et congratulari beneficiis competentibus demonstraverit. Ipso igitur anno dedicationis Ecclesiæ, millesimo XV Incarnationis Dominicæ, quidam Miles Mainheri dictus, divina admonitione compunctus, ut se æternæ hereditati associaret, atque inextinguibiles gehennæ ignis flammas evaderet, quidquid habuit proprietatis in Burgnon et in Balhornon et Scarheim, ad noviter ab Episcopo constructum et dedicatum monasterium, et ad Fratrum ibidem Deo famulantium utilitatem et ministerium tradidit, ea ratione, ut quisque Fratrum ipsius Ecclesiæ, per anniversarios ejusdem dies, unum panem et unam carnem et heminam mediam acciperet, et animæ ejus salutari
C commemoratione memor esset; Amulungo advocato Ecclesiæ astante, et hanc traditionem omni contradictione et altercatione postposita coram multis testibus suscipiente. Hac traditione peracta, venerabilis Meinwercus Episcopus, ut omnibus quibus hoc foret compertum ad divini cultus augmentationem cor promptius attraheret, suæque voluntati animum uniuscujusque devotiorem subnecteret; unam curtem Sutheim nominatam, cum omnibus utilitatibus ad eam pertinentibus, et XXX aratrorum decimas, non in beneficium, sed ad vitæ suæ terminum concessit; hoc scripto decernens, ut si aliquis suorum successorum ista infringeret, ille sua reciperet.

30 Quidam alius Nobilis, ad distinctionem alte-
II rius Senior Meinheri dictus, humanæ fragilitatis memor, quoddam prædium, Hengeldere dictum, cum consensu uxoris suæ Hunnuræ, et filiæ ejus solius heredis justissimæ, pro remedio animæ suæ Ecclesiæ dedit, et ab Episcopo Meinwerco XXX
a b aratra *a* et C maldros *b* annonæ, quamdiu ipse viveret, accepit, et uxori ejus ad consentiendum VIII libras denariorum detulit, quas in præsentia Ekkikonis et Liudulfi Comitum in Assiereshusun Episcopus ei dedit, cum XXX solidis. Quidam Canonicus
III ipsius Ecclesiæ, Wirin nomine, omne prædium quod habuit in Osdaghusun et in Rastherpe, cum omnibus attinentiis et utriusque sexus mancipiis, cum D
consensu et voluntate justissimorum heredum suorum Ezan, Imelkes, Reinheri, Ecclesiæ in proprium tradidit; eumque Meinwercus Episcopus pia misericordia motus Præpositum constituit, hoc decernens, ut si per infirmitatem Præpositi seu per aliam fortuitu accidentem causam constitutio ejus infringeretur, de Episcopatu una curtis cum XXX familiis usque ad exitum vitæ suæ ei concederetur. Heredibus autem ejus, uxorem Hoian cujusdam villici et filios ejus pro mercede dedit. Quidam Subdiaconus, ipsius Ecclesiæ Canonicus, ejusdem nominis IV
et devotionis, cujus præscriptus, quidquid habuit proprietatis in Sneun, per suum Advocatum Eilbrehtum, cum consensu sororum suarum heredum justissimarum Ruæ, Bavikæ, Leppæ, omni contradictione remota ad dominium Ecclesiæ in proprium dedit; et pro hoc benefacto ab Episcopo XL aratra et unum Decaniam accepit, Udone, Herimanno, Bennone Comitibus, et aliis multis astantibus; et Episcopi de hac traditione mandatum taliter institutum audientibus, ut si aliquis successorum suorum concessa sibi infringeret, sua reciperet. Alius E
ex ejusdem Ecclesiæ Fratribus, nomine Folcmarus, V
sancti Spiritus instinctu admonitus, cum consensu et voluntate justissimæ heredis suæ Siburg nomine, per Advocatum suum Amulungum, omne prædium, quod in marcha Sturmethi, Geske, et Stockeim habuit, cum omnibus attinentiis, ad altare sanctæ Mariæ et SS. Kiliani et Liborii in proprium dedit. Excellentissimus autem Meinwercus Episcopus hoc pie accipiens, III familias quamdiu viveret ei concessit, et omni anno unum lineum pannum sibi dari constituit, et super hoc ex parte Confratrum curtim quamdam Bekinanno vocatam, cum duobus *c* litis, usque ad exitum vitæ suæ ei tribuit: ea videlicet ratione, ut ipse quamdiu viveret, vel si quis Confratrum eamdem curtem teneret, Anniversarium Voledagi faceret; Amulungo Comite, et multis aliis huic rei testimonium perhibente.

31 Alius Ecclesiæ ejusdem Canonicus, nomine VI
Velemarus, cum assensu fratrum duorum Nithingi et Wirinhardi, duo prædia Holtheim et Aslan, in die S. Lamberti, in quodam loco qui dicitur Ringhelmi, dedit Patherb. Ecclesiæ: Eilberto, in præsentia Liudulfi, Erponis, Benne, Ekkikonis, Liudulfi Comitum, et aliorum multorum, omni contradictione remota, id accipiente. Nithingus præscriptus, sæpe-
dictæ Ecclesiæ Canonicus, memor humanæ fragilita- F
tis, quædam loca Holtheim et Burgnan, cum ap- VII
pendiciis omnibus et mancipiis utriusque sexus, pro remedio animæ suæ parentumque suorum, per Advocatum suum nomine Wirinhardum, Ecclesiæ contulit; et a venerabili Episcopo Meinwerco bannum super Horohusen, et quemdam locum Waveri nominatum, atque Bokinavordi, usque ad exitum vitæ suæ ea ratione suscepit, ut si Heinricum Imperatorem superviveret, Anniversarium ejus, sicut unius Episcopi Patherbrunnensis, de sola curte Bokinavordi faceret, et CCC eleemosynas pro anima ejus daret, et in eadem die exitus ejus et anniversarii unum pauperem cum una camisia, una braca, uno
d cotte, una tunica, duabus caligis et unciunculis, et *d*
calceamentis, et chirothecis, pileo et cingulo vestiret: et in natale S. Kiliani *e* Martyris plenum convivium Fratribus sicut in natale S. Liborii de præ- *e*
nominata curte Bokinavordi similiter persolveret: et si quis Confratrum post mortem Domni Nithingi eamdem curtim teneret, Anniversarium Heinrici Imperatoris, et convivium in natale S. Kiliani, sicut prænominatus Nithingus, pleniter faceret: hoc testamento etiam decernens, ut si ipsi Nithingo ali-

qua

A qua de concessis a quolibet suorum successorum
f infringerentur, de Episcopatu unum vorwerc *f* cum
xx litis et xii aratris ei concederetur. Super hæc
omnia Werunhardo suo heredi pelles martherinas
g *g* et iii uncias auri pro mercede tribuens.

VIII 32 Quidam Presbyter, nomine Waldier, cum assensu Haoldi heredis sui justissimi, quidquid in Wimithi prædii habuit, cum omnibus attinentibus pro remedio animæ suæ parentumque suorum, Hildiwardo Advocato id accipiente, in proprium dedit Ecclesiæ, accepitque ab Episcopo Meinwerco Ecclesiam in Thietmelli, cum vi aratris, et unum equum
h pro uno *h* talento usque ad vitæ suæ terminum, coram Conrado et Thiederico Comitibus et aliis pluribus, hac conditione facta, ut si aliquis sibi auferret
IX concessa, reciperet sua. Alius quidam Presbyter sanctæ vitæ, Vulfdagus nomine, quidquid proprietatis in Baddinhusun habuit, Meinwerco Episcopo ad dominium Patherbrunnensis Ecclesiæ per suum tutorem, cum voluntate heredum suorum, Ymmido Patherbrunnensis Ecclesiæ Advocato id accipiente, in proprium tradidit; ea videlicet ratione, ut a Domno Meinwerco Episcopo quædam Ecclesia, in
B oppido Pumissun sita, cum omnibus ad eam pertinentibus, et pars Ecclesiæ in villa Baldreshusun sitæ, quæ ad Episcopatum Patherbrunnensem pertinet, ei ad vitæ suæ terminum concederetur; et post obitum ejus matri suæ, ex parte Episcopi, omnibus diebus vitæ suæ in Pumissun annona daretur; et si istud beneficium aliquis infringeret vel minueret,
X suæ reciperet. Quidam Presbyter bonæ memoriæ de Rothun, Wecil nomine, per Advocatum suum Hiddin, et voluntate ac desiderio sui heredis Liutbrannes, quidquid habuit in villa et in marcha Holthusun, in proprietatem Patherbrunnensis Ecclesiæ ad altare S. Mariæ sanctorumque Kiliani et Liborii dedit, cum omnibus attinentiis: et ab Episcopo Meinwerco, hanc traditionem pie accipiente, i familiam in Ricwardessun, usque ad terminum vitæ suæ, in præsentia Amulungi Comitis, accepit.

XI 33 Quædam Sanctimonialis, Haburg nomine, quoddam prædium Bridi vocatum, cum omnibus attinentiis et utriusque sexus mancipiis, per Advocatum suum nomine Hamaka, cum consensu justissimæ heredis suæ Ekkika, ad dominium Patherbrunnensis Ecclesiæ in proprium dedit, omni postposita contradictione: et a Domno Meinwerco Episcopo, ejus devotionem clementer attendente, iiii talenta et unum vorwerc in Hunwercushusun,
C et iii mansos ac xxx aratra, usque ad ultimum
XII vitæ suæ terminum accepit; potestate sibi data recipiendi sua, si aliquis auferret concessa. Item quædam Sanctimonialis, Hike nomine, admonitione et petitione Meinwerci venerabilis Episcopi, cum consensu fratris sui Wegonis justissimi heredis, quidquid proprietatis in Spurca, et in Adana, et Bocla, Liudunburin, Rockinchusun habuit cum omnibus attinentibus, Patherbrunnensi Ecclesiæ in proprium tradidit, eique Episcopus duas uncias auri et unum talentum denariorum dedit, et xii aratra ad vitæ temporalis necessaria concessit, heredi ejus unum talentum tribuens. Alia quædam Sanctimonialis de
XIII Gesike, Oda nomine, pro remedio animæ suæ parentumque suorum, quidquid hereditariæ proprietatis habuit in villis ac marca Colstidi, Astanholte, atque in Lanchel, vel in omni Patherga, cum consensu ac petitione fratris sui justissimi heredis Richardi, cum omnibus appendiciis, Ecclesiæ Patherbrunnensi in proprium tradidit. Unde Meinwercus Episcopus, misericordia motus, in finitimis locis ad vitam ejus x aratra decimationis ei concessit, et insuper unam libram inter aurum et argentum, et i
i k poledrum *i* ac v victimas *k*, id est Fristinga: fratri vero ejus unum equum dedit: Hosado Præposito, D
Ecilino Imperatoris Capellano, Amulungo Comite, EX MSS.
et aliis multis astantibus.

34 Ejusdem quoque professionis et conversationis Tabake nomine, cum assensu Tiazonis heredis sui, quoddam prædium in Thietmeressun et in Cherdinun, et in Sidessun, per petitionem Episcopi Meinwerci, Ecclesiæ dedit; eique Episcopus omnibus annis de Episcopali substantia xx maldros frumenti, et lx modios *l* brasii, et iii bacones, *m* cum *l m* totis minutiis dari constituit, heredi ejus dans griseas pelles et pernam unam. Altera quædam Sanctimonialis, Atte nomine, accepit a venerabili Episcopo Meinwerco v talenta auri et argenti, et unum pallium et coopertorium vulpinum, et unum pelliceum martherinum pro aliis vii talentis, ut quidquid prædii in Westga possideret ad dominium Patherbrunnensis Ecclesiæ traderet. Super hæc vii talenta dedit Episcopus heredi, et quia ejus Advocatus fuit ii talenta, ut suum consensum adhiberet, et traditionem ex parte ejus perpetraret, et Hibilinæ iii solidos, Acelinæ pullum unum equæ, Manicari iii solidos amicis illius, ut ei apud eam auxiliatores essent, donavit. A quibus Domna Atta ad- E
monita, suo heredi Abbon, in mallo *n* Amulungi *n*
Comitis, suum prædium, ut per manus ejus ad dominium Sanctorum daretur, in proprium reddidit; idemque Abbo, in mallo eodem, Comitis ejusdem curtem, quæ est in villa quæ dicitur Haspan, et quidquid ipsa habuerat in villis inter Sintal et Asnig, Ecclesiæ coram testibus in proprium dedit. Venerabilis autem Episcopus, in eodem mallo, per suum Advocatum Amulungum, totum prædium eidem Sanctimoniali in beneficium eo pacto præstitit, ut omni anno in festo S. Liborii, ad altare ejus, ii denarios ad tributum de eodem prædio redderet. Quæ beneficium accipiens, tributum devote persolvit. Præcavens autem Episcopus ne ulla postmodum eam anxietas vel molestia paupertatis gravaret, omni anno c. et viii modios brasii, iii pernas cum omnibus intestinis, iii amphoras mellis, nonaginta caseos, v porcos, v oves, xx maldros dari constituit.

35 Quædam item Sanctimonialis, Attule nomi- XVI
ne, cum consensu heredis suæ justissimæ Glismod nomine, quidquid hereditatis jure suscepit de suis heredibus Sicca et Vertherun nominatis, in exercitu *o* Angariorum et in exercitu Orientalium, cum *o*
omnibus appendiciis et utriusque sexus mancipiis, Thiadrico Advocato hoc confirmante, Patherbrun- I
nensi Ecclesiæ in proprium dedit. Venerabilis autem Episcopus quemdam locum nomine Crammo, cum x litis attinentibus, ad temporalis vitæ subsidia ei tribuit, et ii talenta omni anno dari constituit; decernens eam recipere sua, si auferent ei concessa. Alia quædam Sanctimonialis, Liudburg nomine, quidquid in marca Astheim hereditatis possedit, per
suum Advocatum nomine Brun, ad dominium Pa- XVII
therbrunnensis Ecclesiæ in proprium tradidit; eo pacto, ut ab Episcopo vel suo Vicedomino omni anno darentur ei xxxvi modii siliginis, xxiv modii brasii, lx casei, iv arietes, una perna, duæ camisiæ, unum corium hirci, una tunica lanea, pelliceum ovi-
num duobus *p* annis, quamdiu viveret. Quædam *p*
Sanctimoniales, carne et spiritu sorores, Imike et XVIII
Imuke nominatæ, per suum Advocatum quidquid habebant in Karadasthorp, cum omnibus attinentiis, dederunt in proprietatem Patherbrunnensis Ecclesiæ. Hac traditione legitime peracta, Venerabilis Meinwercus Episcopus, pia misericordia motus, ii talenta eis dedit, et insuper omni anno x maldra frumenti, xxxvi modios brasii, unam pernam cum intestinis, vel porcum unum saginatum,

i se

EX MSS.

A se illis daturum promisit; ea conditione facta, ut reciperent sua, si quis eis unquam minueret vel infringeret concessa.

ANNOTATA D. P.

a Aratrum *definit Helmoldus lib.* 1 *cap.* 12 *tantum terræ arabilis, quantum* par boum aut unus colit *equus die uno.*

b Malder *(quod hic declinatur in casus, et infra sæpius indeclinabiliter usurpatur) aliquibus etiam* Maldrum *dicitur, sive* Malter, Maltrum : *continet autem apud Germanos* 4 *modios, secundum Vadianum et Goldastum; sic dictum a* Malen *i. molere, quantum scilicet frumenti una vice ad molam deferri solet. Sed et infra num.* 53 Malder caseorum *invenies.*

c Latus, *servus glebæ adscriptus, cujus honestior erat quam mancipiorum conditio, in eo quod dominis suis non nisi ad certa ministeria, agriculturam spectantia, obligaretur : hinc* Latimonium, *ejusmodi servitus.*

d Cottis *videtur hic significare Tunicam, Francis* Cote : *alias* Cottum *pro stragulo seu culcitra accipitur.*

B e S. Kilianus *Martyr, Patronus Herbipolensis, colitur* 8 *Julii.*

f Vorwerc, *portio terræ per sulcos distinctæ. q. d.* opus sulcatum, *a* Vor *sulcus.*

g Marterina *et* Marturina, *sicut* Martures *et* martes, *de quibus Adamus Brem. cap.* 229 pelles martyrum et castorum, instrumenta vanæ gloriæ, quæ nos admiratione sui dementes faciunt.

h Talentum, *infra num.* 63 libra quod est talentum : *sic indifferenter usurpantur,* Talentum denariorum *et* Libra denariorum, *scilicet* 20. *Præpositio autem* Pro *hic et alibi valorem significat*; equus pro talento *subintellige* emptus *vel* enabilis.

i Poledrus, *pullus equinus, dicitur etiam* Pulletrum.

k Victima *videtur sumi pro pecude saginata ad cædem; et vox Germanica* Friskinga *derivari a* Frisch *vegetus, bene pastus, sic autem, vel etiam* Frislinga, *dicitur porcellus anni unius.*

l Brassium *vel* Brassinum, *frumentum est, ex quo, aqua macerato ac deinde siccato et commolito, cerevisia conficitur.*

m Baco, *id est, porcus : quamquam et totum pro parte subinde accipitur, et* Baco *dicitur pro perna.*

n Mallus, *conventus judicialis, qui de voce ejusque origine Germanica, vide plura apud Cangium.*

C o *Idem Cangius pluribus docet* Exercitum *dici, pro obligatione militandi in exercitu : sed aliud aliquid hic significari apparet, ac fortassis districtum aliquem seu partem regionis, cujus incolæ specialius obligantur ad militiam quam alii alibi.*

p Duobus annis *id est secundo quoque anno, sic infra num.* 53 *promittit Episcopus cuidam suos fundos tradenti, præter alia annuæ ad sustentationem præstanda,* in quanto anno unum pellicium, *et num.* 62 unam libram argenti ad quatuor annos.

CAPUT VI.

Ejusdem argumenti prosecutio.[*]

Comes Duodica de monte Wartberch, ut * prædictum est, pellicem duxerat, non quam de mala bonam, de fornicaria castam faceret cum Propheta Osee, sed quam de sanctimoniali adulteram, et filiam gehennæ duplo faceret quam se. Horum filius, annos pubertatis attingens, arma sumere disposuit; et ascenso equo repente dorso ejus dejectus, et morsibus ejus attrectatus, et calcibus contusus miserabiliter exspiravit. Comes autem de solario hoc prospectans, pellicem

*num. 17 xix

illico advocavit; et quoniam litteris apprime imbuta D fuit, quæ virtutem omnium excellentior ceteris esset, ab ea inquisivit. Qua veluti sterquilinium pretiosam reddente margaritam, cum in omnium multimoda assertione et laudabili prosecutione et commendatione, patientiæ virtutem, perseverantisque constantiæ magnanimitatem dignis præconiis imitabilem affirmasset : Eam, inquit Comes, virtutem, quam imitabilem dignitatis suæ merito adeo commendas, tu primitus serva, et accedens foras prospecta : qua prospectante, filium suum obiisse vidit. Tandem Comes, divina inspiratione et assidua Episcopi admonitione compunctus, pro remedio et commemoratione animæ suæ, tempore accepto ad altare sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, et S. Kiliani Martyris, et S. Liborii Confessoris, cum consensu matris suæ Hildigundæ heredis suæ primitivæ, fratrisque sui Sigodolonis assensu, suæ proprietatis prædia sita in his locis Wartberge, Runlefessun, Erungun, Radi, in superiori Wurmlahun, Rothem, Garametti, Rotwardeshusun, Illandehunsun, Siliheim, cum omnibus eorum appendiciis et octo molendinis, cum cunctis quæ nominari queunt vel nequeunt, et E tamen in eis sunt vel fieri possunt utilitatibus, exceptis ministerialibus ejus hominibus, Eilbehrt, Randuuigh, Acelin, Gela, Doda, Hoika, Isi, Ainza, Tanma, Ibuke, Hizule, ceteris mulieribus ad gynæceum ejus tunc assumptis, non ulterius assumendis, in proprium dedit; ea ratione et pactione interposita, ut quousque Patherbrunnense monasterium maneret incolume, pro eodem Dodicone, Sacerdoti, Diacono, atque Subdiacono quotidie Missam publicam celebrantibus, stipendialis refocillatio, quæ convenit uni Fratri constipendiali ejusdem Ecclesiæ dari, daretur : si autem ab Episcopo vel Præposito Missa publica celebraretur, eadem stipendialis refocillatio, pro animæ ejus remedio, inter XII egenos divideretur. Cum vero idem Dodico Comes obiisset, in omnigena recommemoratione, quam pro ejusdem Ecclesiæ Episcopo agere consuetudo est, pro eo celebraretur, in Missarum et Psalmorum celebrationibus, luminumque incendiis, eulogiarumque donationibus, centenorumque pauperum refocillationibus, et in omnibus quæ in ejusdem loci Episcopi annuali depositionis die convenit agere.

37 Hac traditione et pactione peracta, coram altari sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, Dominus Meinwercus Episcopus, cum Advocato suo Amulungo, pro eodem prædio eidem Dodiconi in pre- F cariam a præstitit, quidquid in Desburg, Astnedere, a Westnedere, Dalpanhusun, Dueriun, Uflahun, Rasbike, Silihem, Wepplithi, ad Patherbrunn. Ecclesiæ proprietatem pertinebat : atque eamdem traditionem, quam ad altare dederat, concessit, ut uterque, dum ipse viveret, traditionis et precariæ usufructu uteretur : eo autem mortuo traditio et precaria Ecclesiæ similiter restitueretur, exceptis tribus ministerialibus viris, Tiaxone, Bennone, Mainzone, ac duabus familiis in Weplithi habitantibus et ad Heristelle pertinentibus, quas ei in precariam non concessit. Hac autem traditio tali tenore facta est, ut si aliquis ei de concessis aliquid infringeret, sua reciperet.

Meinwerc egregie, Præsulum eximie,
Quæso vivas hodie in æterna requie :
Judex orbis, cum veneris mercedem dare famulis,
Cum ovibus in dextra, non cum hœdis hunc colloca.
Talis tui in tuis affectus sit Christe tibi acceptus ;
Qui eos dilexit propter te, per eos non aliud adipisci sperans quam te.

Comes quoque Sigibodo, frater ipsius Dodiconis xx
Comitis, cum sua contectali Weldimod; pro remedio et

A et commemoratione animarum suarum, cum con-
sensu heredis suæ Hildigundæ, unam curtem quæ
nominatur Liudultingaroth, cum omnibus attinen-
tiis, Ecclesiæ Patherbrunnensi; in præsentia Impe-
ratoris Heinrici, tradiderunt; atque ante altare
sanctissimæ genitricis Mariæ eumdem traditionem
cognoscendo reiterarunt. Episcopus autem Meinwer-
cus, cum suo Advocato Amulungo, quoddam præ-
dium quod nominatur Curbike, cum xvii familiis et
i molendino eis in precariam præstitit; ut quamdiu
uterque viveret precariæ usufructu uteretur, illis
autem obeuntibus in integrum ad altare prænomi-
natum restitueretur, reciperentque sua, si aliquis
unquam infringeret concessa.

38 Quidam nobilis homo, Northine nomine,
xxi quoddam prædium in Biveran cum omnibus appen-
diciis, annuente matre sua herede justissima Eil-
kan dicta, in proprium Patherbrunnensi Ecclesiæ
dedit; et a venerabili Meinwerco Episcopo, hoc
pie perpendente, decimationem in Warpessun pro
suo servitio in beneficium accepit; Conrado et Amu-
lungo Comitibus cum aliis multis astantibus. Alius
quidam nobilis, Luithardus nomine, quidquid habuit
B in villa et in marca Irixlevu, in exercitu Asterluidi,
xxii et in pago Herthoga, cum utriusque sexus man-
cipiis et omnibus attinentiis, pro remedio animæ
suæ parentumque suorum, Ecclesiæ dedit;
eique Episcopus Meinwercus pro dono pallium
unum pro iv libris, unam unciam auri, et x libras
denariorum tribuit; in præsentia Udonis, Bennonis,
Amulungi, Herimanni Comitum et aliorum multo-
xxiii rum. Item quidam nobilis, Hemuca nomine, quod-
dam prædium in Curbike, pro spe suæ salutis et
incolumitatis, Ecclesiæ contulit. Post obitum vero
ejus Reinhardus et Humburga, heredes ejus legitimi,
traditionem factam infringere et infirmare volue-
xxiv runt; sed acceptis ab Episcopo tribus talentis dena-
riorum, in vigilia S. Bonifacii, in Wartberge, quod
factum fuerat ratum dimiserunt et fecerunt. Alius
itidem secundum seculi dignitatem nobilissimus,
Esic nomine de Mesheri, cum consensu ac petitione
patris sui heredis justissimi Thiatmari, quidquid
hereditatis vel proprietatis habuit in villa Nederi ac
marcha, cum omnibus attinentibus in ædificiis, mo-
lendinis, mancipiis, exceptis his iv, Wicil, Sicca,
Becca, Asake, Ecclesiæ Patherbrunn. in proprium
tradidit. Episcopus autem ad tantam devotionem
misericordia motus, in finitimis locis, ad vitam tam
C filii quam patris, xx familias inter Essiberg et
Duergian donavit: omneque etiam illorum benefi-
cium, videlicet nummorum xxxiii talenta, in deci-
matione et aratris comparata, sine servitio conces-
sit; atque omni anno de Foresti Reinherishusen
duos porcos silvaticos, et duos cervos, et duas cer-
vas dari constituit; et insuper xx libras denariorum
ei dans, patrem ejus in fraternitatem Patherbrun-
nens. Ecclesiæ suscepit, coram Amulungo, Heri-
manno, Thiadrico Comitibus et aliis multis; potes-
tate sibi data recipiendi sua, si aliquis auferret
concessa.

39 Quidam nobilis item, Wicbran dictus, cum
voluntate ac desiderio uxoris suæ Tettan, ejusque
xxv justissimæ heredis Eican, pro remedio animæ suæ
parentumque suorum, quidquid proprietatis habuit
in villa ac marca Thiatwardessun, ad Ecclesiam
dedit: Episcopusque, solita benignitatis suæ gratia,
præfatæ Dominæ Tettæ duas martherinas manicas
cum pallio ornatas, unum lineum pannum, et unum
equum pro dono tribuit. Ejusdem nobilitatis, fidei,
xxvi et carnis quidam Ridund nomine, cum assensu con-
tectalis suæ Siburg fratrisque ejus Rimisis, quid-
quid proprietatis habuit in Steinnem, in pago Hes-
siun, cum omnibus utilitatibus ad eumdem locum
pertinentibus, omni contradictione remota, ad domi- D
nium Patherbrunnens. Ecclesiæ tradidit. Episcopus EX MSS.
autem, in Annuntiatione sanctissimæ Mariæ, testi-
monio Herimanni de Werla, Ekkika de Aslan, Ben-
nonis, Tammonis, Herimanni minoris, Liutgeri,
Sifridi, Bernhardi Comitis in Milinhusun, unum
equum, unum coccineum *b* dorsale, et pelles griseas *b*
pro vii talentis eidem dedit; et postea in Goslaria
ii Id. Maji in Ascensione Domini, duas uncias auri,
duo pelliceа grisea pro duobus talentis, iii marcas et ii
talenta. Item Nobilis quidam, Wolcwardus nomine,
consensu uxoris suæ, Verthewi, duos mansos in West- xxvii
nederi, pro remedio animæ suæ, Patherbrunnensi
Ecclesiæ, Erphone et Ekkika Comitibus cum multis
astantibus, in proprium dedit, et in Natali S. Magni
c Martyris, in Wartberge, xxxiii solidos denario- *c*
rum et v denarios aureos, et unam pernam ab
Episcopo accepit. Quidam alius nobilis, Isier nomine,
in præsentia Bernhardi Ducis, Ecclesiæ contulit; xxviii
quidquid proprietatis in Bennanhus habuit, et pelles
rufas ac xxxv solidos denariorum Episcopo lar-
giente accepit.

40 Quidam Miles, D. Brun nominatus, cum sua E
nepte Ida nomine, sua prædia in Sutdesburch, Be- xxix
tanum et Wallenstide, cum omnibus appendiciis,
dedit quoque Ecclesiæ, pro spe remunerationis
æternæ, et pro remedio animæ fratris sui Thiat-
mari; eo videlicet pacto, ut quamdiu viveret, bene-
ficium quod ei Episcopus concessit, hoc est Boffe-
sun et Hemmedesun, cum omnibus appendiciis
possideret; hac conditione Ymmidi, Dodike, Vol-
chardi Comitum testimonio interposita, ut si aliquis
sibi concessa auferret, sua reciperet. Quidam liber
homo, Roddech nomine, dedit Episcopo suæque
Ecclesiæ Patherbrunn. quoddam prædium in Othi- xxx
hem; et accepit ab eo equum unum pro i talento,
xxx solidos denariorum, pelles et scutum unum.
Item quidam liber, Alfric nomine, dedit Episcopo
xx agros et aream in Aldenthorpe; et ob hoc dati
sunt ei et uxori suæ caballus unus, xii solidi dena- xxxi
riorum, ii lanei panni, ii pernæ, malder frumenti.
Miles quidam, Wigo nomine, quoddam prædium, in
marca quæ vocatur Ateressun, in proprietatem
Patherbrunn. Ecclesiæ tradidit; et ab Episcopo in
eo solo anno x aratra decimationis et x siclos dena- xxxii
riorum, in præsentia Winonis Helmwardeshusensis
Abbatis, Hosadi Præpositi, Amulungi, Erphonis Co-
mitum, et aliorum multorum, accepit. Alius quidam F
Miles, Bruno vocatus, divina inspiratione instin- xxxiii
ctus, consensu Wendelburgis suæ conjugis, quid-
quid habuit in marcha quæ vocatur Ananroth, in
mancipiis utriusque sexus et attinentiis omnibus,
ad dominium et proprietatem Patherbrunnens. Ec-
clesiæ tradidit: et ab Episcopo, hanc traditionem
benigne suscipiente, iv aratra in beneficium acce-
pit, in præsentia Hosadi Præpositi et aliorum mul-
torum.

41 Vir quidam, Bevo nomine, cum consensu xxxiv
uxoris suæ et filiorum suorum, Meinhardi, Liut-
geri, Rodulfi, heredum ejus justissimorum, quod-
dam prædium Patherbrunn. Ecclesiæ in proprium
dedit: et ab Episcopo, pro hoc benefacto miseri-
cordia moto, x talenta accepit. Postea Dominus
Episcopus, per nuntium suum Thrudbertum, eidem
Bevoni unam libram denariorum misit, Bennone,
Amulungo Comitibus cum multis aliis huic rei
testimonium perhibentibus. Item vir quidam, Hela
nominatus, divina inspiratione præventus, pro xxxv
requie animæ fratris sui Gerberti mortui, et pro
memoria filii sui Rainoldi, qui tunc in Ecclesia Pa-
therbrunn. litteralibus studiis operam dabat, quid-
quid ipse Gerbertus vivens possederat in his locis,
Ammobusunet in Thuniti, et in Langal, et in Ma-
resvelde,

A resvelde, et in Salmnghusun, Patherb. Ecclesiæ EX MSS. d dedit; Episcopus vero eidem Rainoldo, pro suo servitio *d*, Dudo in beneficium postmodum præstitit. XXXVI Quidam nobilis, Ecelin nomine, cum filio suo Meinhardo herede justissimo, quidquid habuit hereditatis et proprietatis in Harun, cum VIII mancipiis et omnibus attinentiis ad dominium Patherbrunn. Ecclesiæ tradidit: Episcopus autem prænominato Ecelino omni anno XL malder frumenti, IV pernas sine maltis, V oves de episcopali substantia dari constituit; et filio ejus unum caballum, unum lineum pannum, X malder frumenti, II pernas dedit, potestate sibi data recipiendi sua, si quisquam aliquis auferret concessa. Homo quidam nobilis, Walberth XXXVII nomine, XLIV agros et unam aream in loco Belisti, consensu heredis suæ Adalgart, Ecclesiæ tradidit. Episcopus autem cum suo Advocato Amulungo, eidem libero homini Wizo nomine et suæ uxori filiæ Walberti, et si ipsi filios vel filias genuissent, eidem sub mundiburdio prælati Episcopi vel successoris ejus permanentibus, ipsum prædium et ad hoc omne beneficium, quod idem Wizo habebat concessit; hac conditione facta, ut si quis illorum sub B mundiburdio Episcopi vel successoris ejus servire noluerit, Episcopus vel successor ejus prædium cum beneficio recipiat, et insuper quisquis illorum alium supervixerit, omni anno II denarios Episcopo ad tributum persolvat.

XXXVIII 42 Item nobilis vir, nomine Wilhelm, pro remedio animæ suæ parentumque suorum, quoddam prædium in Levardihusun Ecclesiæ dedit: et ab Episcopo equum I pro XXX solidis, II talenta et insuper X solidos, in præsentia Udonis, Sifridi, Amulungi Comitum accepit. Alius itidem nobilis, XXXIX nomine Richardus, pro animæ suæ parentumque suorum remedio, quidquid hereditatis vel proprietatis habuit in villis ac marchis Gladabiki, Hridechassun, Hemmanhus, Heristi, Perrenhus, Dallanhus, aut in omni orientali exercitu, cum consensu ac petitione sui justissimi heredis Wiris, cum omnibus appendiciis dedit Ecclesiæ: et Episcopus hoc pie perpendens, astante Bernhardo Duce, Conrado, Amulungo, Thiaderico Comitibus et aliis multis, unam curtem quæ vocatur [illegible], cum XVI familiis, et XX aratra decimationis ei concessit omnibus diebus vitæ suæ, recipiendi sua data et potestatem, si quis ei eam attinentius prælatam auferret curtem. XL Alius quoque nobilis quidam, Liudulfus nomine, C cum consensu fratris sui Wickeri et conjugis suæ Suanehildis, quoddam prædium dictum Welmithe Patherbrunn. Ecclesiæ tradidit: et ab Episcopo pro hoc accipiente XV talenta argenti et XX aratra in pago Wessiga cum uxore sua accepit. Postea Episcopus, eum ad Militem suscipiens, XXX aratra in prædicto pago in beneficium dedit, ea ratione, ut e in expeditionem IIII scuta *e* transmitteret; et, si a XLI servitio se unquam alienaret, XXX aratra redderet. Item nobilis quidam Liutthardus nomine, et uxor sua Northsuit, consensu Elfdaches, Badan, et Wieballes heredum suorum, quidquid hereditatis propriæ habuit in Brochusun in pago Thietmelli, Ecclesiæ contulerunt: et ab Episcopo ipsum prædium, XLII cum IIII aratris in Smithessun, in beneficium ad terminum vitæ suæ eo pacto receperunt, ut quamdiu aliquis illorum viveret II denarios pro censu daret. Vir quidam Riemarus nomine, consensu fratris sui atque heredis justissimi Hrohtward, quidquid hereditatis in Volktereshusun habuit, cum omnibus attinentibus, pro remedio animæ suæ Ecclesiæ tribuit: et ab Episcopo quemdam locum cum IV mansis, Niganbrunnun vocitatum, et decimationem super villa nomine Dodanhusun excepta curte, quamdiu viveret accepit, et I caballum, et unciam auri, et I scutum et I lanceam, illi et fratri suo super hoc de- D dit; scripto decernens eum recipere sua, si quis ei auferret concessa.

ANNOTATA D. P.

a Precaria *est possessio precario concessa; varias autem concedendæ* Precariæ *formulas vide apud Cangium, prolixe deductas.*

b Dorsale *passim intelligitur tapes, qui sedentibus post dorsum appensus parietem ornat ut apparebit num. 72 infra. hic autem fortassis etiam eum tapetum significat, qui, equi dorso instratus sub ephippio, utrimque aliquatenus ad terram defluit.*

c S. Magnus Martyr *colitur* 19 *Augusti, omnibus fere Germanicis Kalendariis inscriptus.*

d *Sic* Dudo *non est nomen loci, sed (ut mihi quidem et Kloppenburgio nostro videtur) personæ, exciderunt hoc loco verba aliqua, quæ tamen nec in MS. quidem inveniuntur, puta nomen prædii, quod possederit aut Ecclesiæ dederit* Comes Dudo.

e 4 Scuta *i.* 4 scutiferi *quos secum tenebatur ducere ad exercitum Miles creatus: sic* Lanceæ *dicuntur* E Lancearii. *Videntur tamen etiam materialiter hæc sumi; uti mox infra Episcopus* I scutum et I Lanceam dedit; *et in Legibus Burchardi Wormatiensis apud Cangium, jubetur raptor puellæ, quam nequeat uxorem ducere,* amicis illius duodecim scuta et totidem lanceas et unam libram denariorum pro reconciliatione solvere.

CAPUT VII.

Alia beneficia, sub simili Episcopi gratitudine, Ecclesiæ facta.

Alter quidam Christianæ religionis cultor et amator mansum unum vel quidquid proprietatis in XLIII Silon habuit, annuente Bennone Comite et filia sua, ad dominium Patherbr. Ecclesiæ tradidit: Episcopus autem misericordia motus, eidem de Heristelli mansum unum et II aratra ad terminum vitæ suæ concessit, et insuper I pernam et poledrum unum, in præsentia Amulungi Comitis et aliorum multorum tribuit. Quidam vir Erp nominatus, devotionis aliorum est adnumeratus, qui consensu uxoris suæ XLIV Tettæ et matris suæ Enusæ, quidquid hereditatis in Eskessun possederat, pro spe suæ salutis et incolumitatis, Ecclesiæ obtulit; et ab Episcopo XX aratra in Eneressun et finitimis locis in beneficium F suscepit: gratuito sibi ab Episcopo datis uno caballo et LX maldris, uxori vero suæ duobus talentis, in præsentia et testimonio Amulungi Comitis et aliorum multorum; hoc decernens, ut sua reciperet, si quis ab eo concessa sibi abstraheret. Alius vir XLV quidam Bennaka, consentientibus hereditatis suæ legitimis heredibus, fratre suo videlicet Godica et filio Godiscalco, quoddam prædium in villa Wiriesi situm, in pago Auga in Comitatu Bennonis Comitis, pro remedio animæ suæ parentumque suorum, ad Patherbrunn. Ecclesiæ dominium delegavit: unde Episcopus dedit ei, ad temporalis vitæ subsidium, XI aratra in Baddanhusun, in Alius VIII, in Heleckieressun X aratra, in Baduellun V aratra et dimidium, in Bodekerithorpe VIII, in Cuadian X, in Geradessun VII, insuper II talenta denariorum, III cervisias, *a* IV pernas, XX malder avenæ, Comite Erp a in Watberge cum multis præsente, et his rebus testimonium perhibente. Item quædam Imuca no- XLVI mine, consensu et voluntate filiæ suæ Herisuithe, quidquid hereditatis in villa et in marcha Asthem et Ecla habuit, cum omnibus attinentibus, Ecclesiæ contulit; et ab Episcopo cum præfata filia IV familias

A lias in beneficium accepit, et omni anno de Episco-
pali substantia unam plenam cervisiam, VI maldros,
unam pernam. De hac autem traditione talis con-
ditio coram Hosado Præposito, Hecelmo Capellano,
Amulungo Comite et Advocato, aliisque multis facta
est, ut si filia ipsius superviveret, prædium Eccle-
siæ recognosceret et dimitteret, et IV familias cum
prædio et VI maldris obtineret usque ad terminum
vitæ suæ : et si aliquis hoc infringeret, illa sua re-
ciperet.

XLVII 44 Quidam vir Ranward, cum laudatione fratrum
suorum Volckieres et Ekkionis, quoddam prædium
in Bikihusun Ecclesiæ tradidit; et ob hoc illis Epi-
scopus equum unum, II boves, IV solidos denariorum
in præsentia Amulungi, Gerberti, Ekkika Comitum,
XLVIII donavit. Duo fratres, Wira et Hemuca nominati,
consensu et voluntate parentum suorum, mansum
unum, in Stenlari, cum uno viro cujus nomen est
Bana, ad Ecclesiam tradiderunt : et ab Episcopo
cappam martherinam, II equos, XXII solidos dena-
XLIX riorum, multorum testimonio acceperunt. Vir qui-
dam, Ethelier nomine, cum voluntate uxoris suæ
Wiscuithe, quidquid proprietatis in Diesna habuit,
B cum omnibus attinentiis, in proprietatem Pather-
brunnens. Ecclesiæ tradidit : et Episcopus miseri-
cordia motus eisdem pallium unum pro VII libris,
et VI uncias auri, XVII libras argenti, IV solidos de-
nariorum, astante Amulungo Comite et aliis multis
in Ekwardinchusun, pro mercede illis tribuit. Qui-
dam bonus laicus, Tidierus nomine, quidquid pro-
L prietatis habuit in Buliheim in pago Soratvelde,
cum omnibus attinentiis, pro remedio suæ animæ
parentumque suorum, sine omni contradictione, cum
assensu et voluntate heredum suorum, dedit Eccle-
siæ; accepitque ab Episcopo in beneficium, in præ-
sentia Hosadi Præpositi, Amulungi, Thiedrici Co-
mitum, VI aratra decimationis in prædicta villa
Bulihem et Vurmessun, usque ad terminum vitæ
LI suæ. Duo fratres, Liudric et Becelin nominati, cum
Wicilino, quidquid proprietatis in Halogokircan
habuerunt, cum voluntate domnæ Helmburgæ here-
dis justissimæ, ad Ecclesiam dederunt; et IV libras
denariorum a venerabili Episcopo pro mercede ac-
ceperunt.

45 Vir quidam Tiedi nomine, LXX agros in Bili-
LII velde hereditario jure possedit; quos cum duabus
areis, assensu et voluntate matris suæ Wilburgæ,
in proprietatem Patherbrunnens. Ecclesiæ contu-
C lit : Episcopus autem, propter illam traditionem,
ipsum Tiedi ad nutriendum in suum mundiburdium
suscepit, et matri suæ omni anno unam laneam
tunicam, unam camisiam, unam pernam, I malder
caseorum, VII maldros frumenti, XXX modios brasii,
et in IV anno unum pellicium ovium in festivitate
S. Andreæ se daturum promisit, in præsentia Amu-
lungi, Ekkika Comitum, et aliorum multorum,
LIII Alius vir quidam devotionis ejusdem, Radulf nomi-
ne, pro remedio animæ suæ parentumque suorum,
cum consensu et affirmatione Ricbrechtes heredis
justissimi, quemdam litum, Burghardum nomine,
cum omni sua familia et manso, uno in loco qui
Weni dicitur in pago Almunga, in Comitatu Ekki-
konis, in proprium dedit Ecclesiæ : Episcopus au-
b tem, pro æterna remuneratione concubinæ *b* præ-
dicti Radulfi, quæ Atholoch dicebatur, omni anno
in die circumcisionis Domini V solidos denariorum
dari eo tenore constituit, ut si ipse vel aliquis suc-
cessorum suorum præfatam pecuniam non persol-
veret, ipsi Atholoch prædictum mansum restitue-
ret; et si nec censum ei solveret, nec familiam re-
stitueret, in extremo examine æternis gehennæ
LIV ignibus cruciandus perpetuæ damnationi subjaceret.
Quidam bonus Christianus, nomine Verthumundus,
cum voluntate filii sui Alfdeches heredis legitimi, D
XXIII agros et I aream in marcha Calriki Ecclesiæ EX MSS.
tradidit : eisque Episcopus ad vitam amborum I
mansum in Ovorandnergian ea ratione concessit,
quatenus in natali S. Liborii tres denarios inde per-
solverent, Amulungo Comite cum aliis huic rei te-
stimonium perhibente.

46 Quidam item vir nomine Hathamarus, divina LV
inspiratione commonitus, quidquid proprietatis ha-
buit in Erpessun, in pago Lachni et in Comitatu
Herimanni Comitis, cum favore matris suæ Bezzu-
lan heredis justissimæ, eo tenore in proprietatem
Ecclesiæ tradidit, ut sibi soli, quamdiu superstes
esset, omni anno de episcopali substantia III talenta
darentur; et si quis Episcoporum Patherbrunn. Se-
dis hoc pactum renueret, eidem Hathamaro prædium
suum restitueret : Episcopus autem dedit illi ad
conductionem I equum, I cuspidem, I clypeum, vul-
pinas pelles, griseas pelles, II solidos denariorum,
matri vero ejus Domnæ Bezzulan in Cathedra S.
Petri unum talentum, ut laudaret; Udone, Heri-
manno, Benna, Sifrido Comitibus, et aliis multis
astantibus. Vir quidam, Hidda nomine, quoddam LVI
prædium in Burchusun dedit Ecclesiæ, ; et ab hoc E
dati sunt ei et uxori ejus II caballi, II boves, duo la-
nei panni, III pernæ, pelles griseæ VIII solidis dena-
riorum III, XII modii frumenti, solidus unus. Alius
vir quidam, de loco quodam qui vocatur Wittisun- LVII
gan, nomine Wicil, dedit Episcopo Meinwerco præ-
dium quoddam in Othilem, et ob hoc accepit ab eo I
martherinam tunicam pro L solidis, et IV talenta
denariorum et X solidos. Vir quidam, Herimannus
nomine, de Holthusun, accepit in Patherbrunn. XXX LVIII
solidos, quos dedit cuidam viro nomine Tada pro
domo una, quam dederat Ecclesiæ. Alius vir qui-
dam, nomine Amulung, accepit de Episcopo Mein-
werco X solidos et unam mulierem, ad deferendum
cuidam Sanctimoniali in Meschethi, pro duobus pue-
ris quos ab ea obtinuit. Item Adalward in Hechti,
et Rumold in Heingahusun, et Benna, sua prædia LIX
in Immedeshusun Episcopo tradiderunt : et hanc
traditionem testimonio Herimanni Comitis et alio-
rum multorum legitimam et firmam fecerunt.

47 Vir item quidam, Wiebrandus nomine, con-
sensu contectalis suæ Tettæ, quoddam prædium, in LX
loco qui dicitur Hemmicanhusun, cum omnibus at-
tinentiis, ut deleret peccata sua, II Nonas Novem-
bris Ecclesiæ Patherbrunnensi dedit; eique Episco-
pus pelles martherinas et unum pallium pro VIII F
talentis tribuit; et quamdiu viveret XV aratra, sub
tali conditione dari constituit, ut si aliquis sibi
concessa infringeret, sua reciperet. Quidam fide- LXI
lis, Godescalcus nomine, cum consensu heredis
suæ Hemmedessum nomine, Patherbrun. Ecclesiæ
VII mansos in proprium dedit, accepitque ab Epi-
scopo unam cappam griseam XII talentorum, C. mal-
dros, VIII pernas, Thiedrico, Ekkika Comitibus cum
aliis multis in Nihem, ubi hæc traditio facta est, in
vigilia S. Gertrudis Virginis, astantibus. Item fide- LXII
lis quidam, Æthelhardus nomine, cum sui heredis
justissimi Luicican assensu et voluntate, I mansum
in marcha Listungun cum omnibus attinentibus
dedit Ecclesiæ; eique Episcopus misericordia mo-
tus, VI marcas cum IV libris in præsentia Hosadi
Præpositi, Amulungi Comitis, et aliorum multorum, LXIII
pro mercede restituit. Quidam item fidelis, Hildelin
nomine, per consensum suæ contectalis Odæ et
heredis justissimi ipsius Arnoldi, unam aream XL
jugera cum omnibus appendiciis, in pago Nitherga,
in villa quæ dicitur Hotthuson : et Arnoldus, cum
consensu suæ matris ejusdem Odæ et prædicti Hil-
delini, unum litum in pago Almunga, in villa quæ
vocatur Burghusun, cum sua uxore et filio, et cum
omnibus

A omnibus quæ tunc habuit; in area quoque et prædio
EX MSS. et omnibus ejusdem prædii appendiciis, pro acquirenda decimatione super villam Emiggarothun, Ecclesiæ in proprium tradidit. Quod Episcopus pie accipiens, prædicto Hildelmo et uxori ejus conjectali Odæ et Arnoldo omnibusque posteris eorum, eamdem decimationem pro prædicto prædio per suum advocatum Amulungum dedit. Hæc traditio iii Nonas Novembris primum facta, iv Non. Januarii iterata et confirmata est, consedentibus ibidem Archiepiscopo Hunfrido; Siberto, Hildiwardo atque Lutzone Episcopis; et astantibus Fritherico, Gerberto, et Thiadrico Comitibus.

48 Item quidam fidelis Christianus, nomine Araca, de Corbeia fuit; qui cum voluntate filii sui Titballes heredis justissimi, unum agrum in Orientali
LXIV
litore fluvii Wisuræ prope Huxeri, omni contradictione remota, Ecclesiæ dedit. Quidam vir nomine
LXV
Wilheri xv agros, quos cum uxore sua in loco qui Wlfereshusun dicitur, proprietario jure possedit, nimia paupertate constrictus, cum consilio et voluntate uxoris suæ et heredum suorum, Ecclesiæ contulit; eique Episcopus, pro amore Christi, pro illis
B xv agris unam libram denariorum persolvit. Quidam
LXVI vir, Thiadold nomine, unam aream et xviii agros in quodam oppido, quod dicitur Wicberneshusun, habuit; et nimia egestate compulsus, propter inopiam ipsam aream, cum ædificiis et ipsis xviii agris, cum omni utilitate attinente, cum consensu et voluntate uxoris suæ Redmodæ et filii sui Athalwardi justissimi heredis, Ecclesiæ in proprium tradidit, et Episcopus pro amore Dei prænominatis xxx solidos et i pernam, cum totis nummis, dedit. Quidam pau-
LXVII per vir de Halogekircun, cum sua conjectali, i aream et xx agros Episcopo Meinwerco dedit, et ob hoc ab Episcopo aceram i, pernam i, talentum i, denarios v, maldra frumenti, et ii laneos pannos, accepit. Quidam vir Alsdagus nomine,
LXVIII nimia paupertate coactus, quidquid hereditatis in
c marcha Holadhusun possederat, cum voluntate filii sui Liudulfi, Ecclesiæ tali tenore tradidit; ut quamdiu viverent, ambo de Episcopi eleemosyna alerentur: Episcopus autem hoc pie rependens, constituit
d eis dari quotidie ii panes, ii bicarios d de cervisia, sabbatho dimidium caseum, dominica et aliis festis diebus ii carnes, et omni anno ii laneos pannos, unum solidum denariorum.

49 Thietmarus senior, frater Bernhardi Ducis
LXIX Saxonum, vir in hoc mundo valde idoneus fuit; sed
C tantum vitiis plenus, quantum rebus et superbia tumidus, in acquirendis rebus avaritiæ facibus accensus. Denique contra jus et fas ubique fidelium res invadens et diripiens, inter cetera tyrannidis suæ opera, quodam tempore iter suum ad monasterium Herivordiæ direxit; faciensque ibi magnam e
e munitatem, Sanctorum ibidem requiescentium, et sanctæ sororis Abbatissæ nomine Godesti, et Congregationis S. Mariæ thesaurum confregit et inde plus justo pecuniæ detraxit. Postea ad synodum secundum Canonicam constitutionem ab Episcopo Meinwerco vocatus, ad corrigendum commissa est admonitus. Quo salubriter compuncto et utiliter correcto, constitutum est, eum Episcopo dare xxx talenta denariorum. Illo autem pecuniæ pondus tantum non habente, omne prædium quod habuit in Prumnethorpe, cum omnibus appendiciis, cum consensu et voluntate sui heredis Bernhardi Ducis atque fratris sui, ad dominium Patherb. Ecclesiæ pro reconciliatione illius pecuniæ in proprium dedit. Hanc traditionem Episcopus bannum sui nominis firmavit, Udone, Herimanno, Bernhardo, Liudero Comitibus
LXX et aliis multis assistentibus. Quidam viri de Scerue, Abelbern, Ecilin, Heriward nominati, hominem quemdam pertinentem Herisi casu fortuitu occiderunt; et ne publice proscriberentur, et res eorum diriperentur, se cum omni substantia sua ad dominium Patherbrunnens. Ecclesiæ in proprium tradiderunt. Venerabilis autem Episcopus, factus eis turris fortitudinis a facie inimici, dissidentes legitime pacificavit; et homicidium factum, ad Ecclesiam Herisiensem, cum octo libris persolvit. D

50 Vir item quidam, Sigibodo nomine, adversus Ecclesiam fortuitu plus justo excessit; sed Dei favente gratia compunctus et correptus, pro emendatione legitima, cum assensu et voluntate uxoris suæ Embilan et heredum suorum, quædam prædia Vilisi, Vesperdun, Hodingahusun in proprietatem ejusdem Ecclesiæ contulit. Retharius venerabilis Episcopus, Præsulis venerandi Meinwerci prædecessor, quemdam mansum cuidam viro nomine Isica in beneficium dederat, quem quamdiu vixit in quieta mansione et legitima possessione tenuit; filiusque ejus Ecelinus nomine post eum quasi hereditarium accepit, quousque peccatis exigentibus de sacrilegio quodam convictus fugam iniit. Quo comperto, Episcopus Meinwercus, a filio Ecelini et uxore ejus Demoda, atque cognatis, supradictam hereditatem Ecclesiæ requisivit. Quibus prout possibilitas eorum fuit diu resistentibus, et ad ultimum convictis, juste et spontanee, quod per multa tempora injuste tenebant, reddiderunt; et insuper viii agros, quos hereditario jure possederant, Ecclesiæ dederunt. Episcopus autem, consueta sibi benevolentia devotioni eorum congaudens, unam cappam martherinam, i pannum lineum, et vii solidos denariorum in præsentia Amulungi Comitis et aliorum multorum, eis tribuit. Ek- LXXIII
kibrath quoque, Miles marchionis Bernhardi, quoddam prædium juri suo vendicavit, quod coram Duce Bernhardo, Marchione Bernardo, Thiatmaro, Thedrico, Luidulfo, item Luidulfo, Tancmaro, Sifrido, Esico, Liudero, Heinrico, item Heinrico, Vertherico Comitibus, Thiedrico quoque Comite Milite Episcopi, in Mersburg curte regali, Episcopo Meinwerco remisit. Quidam itidem vir, Ibo nomine, cum uxore sua, quoddam prædium dedit Ecclesiæ; recepitque LXXIV
ab Episcopo, post Assumptionem S. Mariæ, duos equos, duos boves, duas vaccas, decem oves, duo pellicea,... pelles vulpinas, xiii denarios auri, iii pernas, unam pannum lineum, ac duas familias.

LXXII (margin)

ANNOTATA D. P.

a Cervisia *hic sumitur pro certa ejus mensura, puta quantum una vice coqui solet: ita mox infra dicitur una plena cervisia.* F

b Concubina *hic intelligitur uxor, non tam procreandæ prolis, quam incontinentiæ vitandæ ergo ducta; aut saltem absque iis prærogativis, quibus secundum jus civile uxores legitimæ gaudent. Sic in Conc. Tolet. ad Communionem recipiendus dicitur, qui* unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ (ut ei placuerit) sit conjunctione contentus. *Sic etiam* Concubina legitima *dicitur.*

c *Hinc et ex prædicto puncto apparet, quæcumque contractus in bonum Ecclesiæ ab Episcopo initos, etiamsi donatio non interveniret, sed emptio, hic enumerari.*

d Bicarius *Teutonice* Beker, *cyathus: eadem ratione dici videtur, quæ aliis* Buccale *et* Baucala, *a* Bek *bucca.*

e Munitas *quomodo hic dicatur non plene capio: videtur exactionem pecuniariam notare.*

CAPUT

A

CAPUT VIII.

Reliqua beneficia, adnitente Episcopo Ecclesiæ facta : absolutum monasterium Abdinghoffense.

LXXV Vir quidam, nomine Reinhardus, et sua contectalis Riemod, traditionem de quodam prædio in Saligunchusun infringere voluerunt; sed acceptis ab Episcopo in reconciliationem III libris denariorum et una familia in Sumvellun, omni contradictione postposita, pacati quieverunt. Suprema quoque reconciliatio prædii, de quo diutissime rixati sunt Episcopus et Godeboldus et uxor sua Lantrada, facta est XVII Kal. Octobris in Withem, ubi Episcopus unum Clericum, nomine Redbern, et unam mulierem eis in reconciliationem dedit; ipsique, cum vo-
LXXVI luntate filii eorum Godeboldi, coram Amulungo, Gerberto, Thiadmaro Comitibus, prædio omnimodis renuntiaverunt. Quædam nobilis mulier, Ilike nominata, prædium in Essiki et Liutburgam, quod ei quidam vir nobilis nomine Thiedericus in proprium
B delegavit, per consensum justissimi heredis sui Roddaches filii ejus, omni contradictione remota, cum omnibus illuc pertinentibus, in proprietatem Patherbrunnensis Ecclesiæ tradidit : Episcopus autem Meinwercus, misericordia pro hoc benefacto motus, prædictæ Idikan III talenta pro caritate dedit; et per interventum ejus et petitionem præfato Thiederico Liutburgam in beneficium ad terminum vitæ
LXXVII suæ concessit, insuper omnibus annis III talenta dari constituit. Alia quædam nobilis femina Vizuca nomine, in villa quæ vocatur Haldugon, suum prædium, cum consensu suæ heredis unicæ videlicet filiæ suæ, ad monasterium Patherbrunnensi Ecclesiæ dedit : quod Domnus Meinwercus Episcopus absque ulla contradictione illa superstite possedit. Illa autem ex hac vita subtracta, Godoboldus ipsius Episcopi Miles, eamdem traditionem irritam fieri cupiens, sine generali legum placito et judicii contradictione : reliqui vero Milites Episcopi, inter utrumque paci et caritati providentes; ad hoc usque Episcopum consiliis deduxerunt, ut daret ei placando pallium unum, II pelles martherinas, II uncias auri, VII libras argenti, equum unum, aratra quoque quædam : quod in natali S. Agathæ in Herisi coram idoneis testibus fecit, sicque traditio illa deinceps inconcussa permansit.

C 52 Quædam item nobilis mulier, Reinike nomine,
LXXVIII divino ut credimus admonita instinctu, cum consensu fratris sui Haoldi heredis justissimi, et uterque cum alterius laudatione, pro remedio animarum suarum parentumque suorum, quidquid proprietatis in Dodanhusun et in Thincherdinchusun habuit, cum omnibus appendiciis, ædificiis, molendinis, et mancipiis, quorum nomina hæc sunt Wecil, Doda, Bévelin, Reinbald, Azule, Gerburg, item Azule, Wanikin, Weldelburg, Engize, Thiezike, Eile, Ode, Ikike, ad dominium Patherbrunnens. Ecclesiæ in proprium delegavit. Episcopus autem Meinvercus, hanc traditionem pie accipiens, præfatæ Reinikan illam curtem in Thincherdinchusun et omnem decimationem in Thinkilburg, et in Lellebiki, et in Rian, et VI familias, usque ad exitum vitæ suæ, et insuper VII talenta donavit, et fratri ejus Haoldo ad conductionem II talenta dedit : hac conditione, in præsentia Hosadi Præpositi, Amulungi, Gerberti Comitum, et aliorum multorum Canonicorum et laicorum facta, ut si aliquis constituta infringeret, domna Reinike data reciperet. Quidam vero Nolilis, Wega nomine, quidquid contradictionis in hac traditione habuit, coram Episcopo Gozmaro ad ultimum voluntarie dimisit : et acceptis ab Episcopo, per Presbyterum de Gesmeren nomine Unna, II talentis denariorum, in D
præsentia Amulungi et Bennæ Comitum, quæ facta ex MSS
et data fuerant stabilivit atque firmavit. Nobilis LXXIX
item quædam mulier, Godruna nomine, prædium quoddam Gelanthorp dictum, in Comitatu Bernhardi Ducis et in pago Tilithi situm, hereditario jure possedit : quod cum omnibus suis appendiciis, XVIII videlicet mansis et utriusque sexus mancipiis, ceterisque lignorum aquarumque utilitatibus, pro spe suæ salutis et incolumitatis, pro obtinendo gaudio sempiternæ jucunditatis, Ecclesiæ contulit. Cum autem hæc traditio sine voluntate filii ejus nomine Hoda facta fuisset, Episcopus XII Kal. Aprilis in Maladhusun placitum cum eo habuit; et adjuvantibus se Sitrido, Amulungo, Ekkiko, Thiederico, Tancmaro, item Ekkiko, Tamma, Liudulfo, Hamuke, Wiza Comitibus, Ezone Præposito, Geza, Heza, villicis, Geza pincerna, Tamma Advocato de Hildineshem, Domna Sophia et aliis multis, quæ data fuerant ab eo renovari et stabiliri obtinuit, et ei pro mercede pelles binas et VIII talenta tribuit.

53 Episcopatus autem ejus anno II, Dominicæ LXXX
vero Incarnationis MXVIII, quædam vidua nomine E
Fretherun, pro gravitate suorum peccaminum et pro remedio animæ filii sui Widikini, per Advocatum suum Thiatmarum, cum consensu heredis suæ Anciæ, curtem Nederi, et curtem Assiberg, et curtem Haldugum et ecclesiam, et quidquid in his tribus locis possedit, in villis, areis, aquis, piscationibus, agris, pascuis, silvis, et in omnibus appendiciis et mancipiis, in Nederi videlicet novem, in Assiberge XVIII, in Haldugun X, ad dominium et proprietatem Patherbrunnensis Ecclesiæ contulit. Ista traditione peracta, Episcopus Meinwercus eidem viduæ curtem Haldugun, cum omnibus suis appendiciis, et curtem Heristalli cum V equis, et VI bubus, et XXX ovibus cum pullis, et XXX porcis, et cum XX litis, et XX aratris concessit; et ad hæc XII pernas, et XX maldros tritici, et XXX urnas vini ei dedit; et omni anno hæc eadem in Pascha se daturum illi promisit, et insuper dimidium talentum auri, et vulpinum coopertorium, et canum *a* pelliceum donavit; et adhæc An- a
ciæ filiæ suæ V litos ad terminum vitæ suæ dedit. LXXXI
Alia quædam matrona, nomine Fritherun, cum assensu filiæ suæ Annæ, per Advocatum suum Thietmarum, quamdam curtem Haldungun et in Essiberge, et in Nederi, cum omnibus appendiciis, pro
remedio animæ suæ parentumque suorum, Ecclesiæ F
Patherbrunnensi, omni contradictione procul remota, in proprium tradidit. Episcopus autem tantæ benevolentiæ et devotioni congaudens, soli dominæ Fretherun omni anno in natali S. Georgii Martyris VI pernas cum maldris, VI pernas sine maldris, XX maldros tritici, XX maldros alterius frumenti, V cervi-
sias, unam carradam *b* vini, X agnas cum agnellis, V b
oves sine agnellis, V porcos, X solidos denariorum, ad victum dari constituit; et insuper totam decimationem in Astnederi, et unam optimam familiam in oppido eodem, et aliis locis XVI aratra usque ad exitum vitæ suæ ei permisit : filiæ vero ejus Annæ totam decimationem in Overonbeverungun, quatenus traditionem firmaret, concessit. Hæc III Kal. Febr. in Wiriesi tali tenore facta sunt, ut si prædictæ decimationes cum concessis ab aliquo unquam auferrentur, tam matri quam filiæ prædia sua restituerentur; et qui violenter his contrairet, divinæ ultioni in examine extremo subjaceret.

54 Quædam Domina nomine Dedica, nimio dolore LXXXII
affecta pro morte viri sui, quidquid proprietatis habuit in Dorstedi, et in Lanwardeshusun, et in Ebanhusun, cum omnibus illuc pertinentibus, exceptis

A ceptis xxx agris et una area, filiis suis heredibus
XX Mar. justis suis Thiadrico et Wenilone in proprium dedit.
Quo facto, illi prædicti pueri Dei admonitione instincti, pro salute corporum et pro remedio animarum suarum, ipsi prædia cum utriusque sexus mancipiis, et ceteris omnibus attinentiis in præsentia
Gerberti Comitis et aliorum multorum, ad dominium Patherbrunnensis Ecclesiæ in proprium tradiderunt.
LXXXIII Alia quædam Domina, Aldun nomine, dedit
Episcopo unum mansum; Episcopus autem S. Mariæ
perpetuæ virginis, per Ethelredum Presbyterum de
Gudulmum, unam libram argenti ad iv annos dedit,
post iv vero x quoque solidos, ut idem prædium habere consisteret, per omnia dans et ii libras argenti.
LXXXIV Alia vero in...... Item Domina quædam
Geppe nomine, de Hethorpe, quidquid hereditatis
in Forsti habuit cum omnibus suis appendiciis, consensu heredum suorum, sine omni contradictione,
Ecclesiæ dedit; cui que Episcopus Meinwercus, misericordia motus, xxv libras denariorum pro mercede
LXXXV tribuit. Alia Domina quædam, nomine Liuza, spe retributionis æternæ prædium quoddam dedit Ecclesiæ, et Episcopus Meinwercus dedit Amulungo et
B Erpkoni Comitibus iv libras, inter aurum et argentum, et vii solidos denariorum, ut ipsi hæc darent
Liudbronno, et Ekkikan, et Hacean, et Rothwerco
heredibus illius, ut traditionem factam laudarent et
firmarent. In Hemmedessun prædium quoddam dedit
Emke Patherbrunnensi Ecclesiæ, pro quo dedit
LXXXVI Episcopus Dominæ Becelan et filiabus ejus in Herivordia præsentia Bernhardi Ducis, Amulungi, Bernhardi, Ekkikonis Comitum et aliorum multorum, iv
uncias auri, ut omni contradictione deposita facta
sinerent esse rata. De Embriki Dominæ Ibican dedit
LXXXVII Episcopus x malder decimationum, xxix modios
brasii, ii pernas, et duo aratra decimationum.

55 Mulier quædam, Miribilt nomine, quidquid
LXXXVIII hereditatis in Herangi possedit, per suum Advocatum et heredem nomine Avican, Episcopo et suo
Advocato in proprium tradidit; et ab Episcopo, in
præsentia Dodiconis, Ymidi, Brun Comitum, xii fibulos nummorum et unam libram, quod est talentum,
accepit. Alia quædam mulier, Emke nomine, prædium unum in Hathinethorpa, per suum Advocatum
LXXXIX Waldkindum, ecclesiæ contulit; et ipsum prædium
in beneficium tali tenore, ut omni anno unum denarium inde solveret, ab Episcopo recepit, et insuper
x aratra ab eo in acceptu. Item quædam mulier, Oda nomine, quidquid hereditatis in Siwardessun habuit, Ecclesiæ contulit; et ab Episcopo, in
C
XC præsentia Conradi, Amulungi, Erp, Thiedrici Comitum, xx solidos denariorum accepit. Quædam sorores, Bosan, Christina, Eblecan nominatæ, prædia
XCI sua in Thessi, Sidessun, Uffanhusun, Essiberch,
Ananroth, Walmessun, Suthem, Erpessun, quæ
hereditario jure possederunt, per manum Bernhardi
Ducis, ad altare S. Mariæ sanctorumque Kiliani et
Liborii, pro remedio animarum suarum dederunt;
et ab Episcopo, astantibus Nithingo, Ranwardo
Præpositis, Hacei Decano, Amalungo, Berhardo,
Ekkika, Tiamma, Benna, Uda, Herimanno Comitibus, et Canonicis ac laicis quam pluribus, unum
marthermum pelliceum pro vi talentis, unum zobelinum crusinam pro aliis vi talentis, et insuper inter
et argentum et inter caballos xviii talenta, pro mercede acceperunt. Item mulier una, Wenikin nomine, assensu matris suæ Hamodæ et Avicæ filiæ
earum Tadican, xiv agros et aream unam in Heineri Ecclesiæ dedit; eisque Episcopus ii boves,
unam vaccam, duas libras lanæ, unum caballum
tribuit.

XCII 56 Quædam item mulier Oda, cum consensu matris suæ Bechtildæ, et filiorum Gerhardi et Thietbaldi, aream fontanam et lx agros in Asopo Eccle- D
siæ tradidit; cuique Episcopus Meinwercus iv talenta XCIII
et dimidium tribuit, et ad finem vitæ suæ filiorumque ejus G. et T. unam domum cum xxx agris in
Patherbrunno distribuit; et ad hæc omnia ei in inventione S. Stephani xxx denarios auri et unum
talentum denariorum dedit. Alia quædam mulier,
Hathaworcis nomine, omnem hereditatem suam XCIV
contulit Ecclesiæ; quam Atholfus Miles Coloniensis
Archiepiscopi, cum uxore sua nomine Hicila, infringere et infirmare laborans, ab Episcopo, pro negotio proprio Romam ituro, xv talenta et iv mansos
cum xx mancipiis, quorum unusquisque v siclos argenti solvebat, dedit: Episcopo autem Roma reverso, præmettis in reconciliationem.... pelles martherinas tribuit, et sic traditionem factam pleniter et
legaliter stabiliri obtinuit. Vir quidam de Rangun, XCV
nomine Awericus, duo prædia in Uffian et Riewardessun proprietario jure possedit, quæ venerabilis
Episcopus gravi pecunia ab eo acquisivit. Comparavit XCVI
quoque apud Thiedricum et suam uxorem Geppen in Gosluria duas familias in Linclei, per Advocatum suum Amulungum, qui præsente Bennit et E
Udone Comitibus et Hecelino Calvo, vii uncias auri,
et iii libras denariorum eis pro eis dedit.

57 Hæc quoque prædia sua instantia precando, XCVII
comparando a subscriptis acquisivit, et Ecclesiæ
utilitationes addidit: unum in Anausic, de Thietihardo
Diacono; in Nedere de Volthardo, et Lammerthrun;
in Scetbeke, de Bandan et suo servo Brunmanno;
in Holthuson, de Waltberto et Etheldago; in Ethelerdinchusun et Weni, de Tiaza; in Atfritheshem
et Hosissim, de Ekkikan; in Rotbrachtessun, de
Bunican; in Heinthorpe, de Bechttiero; in Hodanhusun, de Brendeke, in Ettidessun, et Hippanhusun, et Nedderi, a Domina Ilian; in Holthuson
et Emingarothe, de Hillino; in Ricwardessun, de
Ethcan: et alia nonnulla, per quæ Pastoris idonei
solicitudinem debitam liquido declaravit, memoriamque sui dignissimam posteris dereliquit. Quia
ergo aliquibus tædiosum et onerosum, non autem
Patherbrunnensi Ecclesiæ otiosum esset aut infructuosum, singulorum beneficia describere particulariter, qualis populi vovendi et offerendi, integritate actionis, simplicitate intentionis, tranquillitate devotionis fuerit puritas; quanta Episcopi rectitudine actionis, affectu mutuæ dilectionis, effectu
congruæ retributionis, et omnis et ad omnes extiterit liberalitas, quæ in heredum rationabili appro- F
batione, testium probabili adstipulatione, advocatorum legali executione fuerit servata æquitas et
auctoritas, perpendatur universaliter: quia, quo vicaria dilectionis relatione in alterutrum lætarentur
affectu, quantum utrimque de Ecclesiæ gratularentur profectu, facilius a sapiente ejusmodi indiciis
poterit sufficienter æstimari, quam alieno ore et
stylo convenienter narrari.

58 Cum ergo, ut prædictum est, anno Domin.
Incarnat. MXXV capellam in honorem S. Benedicti
Episcopus inchoasset; tanto citius, quanto devotius
eam consummavit, et in capite *d* Jejunii proximi
anni, xvi Kalend. Martii solemniter eam consecrans,
in dotem ejus domum unam in Nettlungnon cum
decima delegavit, de qua eidem Ecclesiolæ provideri luminaria, et infirmorum usibus administranda
necessaria ordinavit. Domus autem infirmorum postea ita constructa est, ut unus murus utrumque,
capellam et domum, conjungeret, et Sacerdos assistens altari per fenestram muri infirmum communicaret. Ipsa autem die Dedicationis, per salutarem
Confessionis pœnitentiam, generalem absolutionis
Episcopus populo tribuit Indulgentiam: proponens
eis in sermone ad exemplum pœnitentiæ, vitam pœnitentium

d Capellam S. Benedicti dedicat E. [illegible]

A nitentium et pauperum voluntarie. De Fratribus autem, quos adduxerat unum, Sigehardum nomine, in Abbatem consecrans, aliis præposuit: et quosdam pueros ministerialium et civium suorum, regulari norma imbuendos, sibi contradidit. Qui cum mundi contemptu et virtutum appetitu regulariter incederent, et odorem bonæ opinionis et sanctæ conversationis longe lateque in populos spargerent, de conversione eorum et conversatione non modice Episcopus lætabatur: illum prosequens gratiarum actione, de cujus munere venit, ut ei a fidelibus suis digne et laudabiliter serviatur. Unde monasterii fundamentis positis, et claustralibus officinis congrue dispositis, inchoata consummari accelerabat eo instantius, quo ad alia inchoanda ferventius anhelabat. Terminum autem claustralem; quieti et utilitati monasteriali congruum, late præfixit: et quidquid in gyro per circuitum monasterii a via publica (qua in urbem iter est rectum usque in coquinam Episcopi) adjacet, juri ipsius Ecclesiæ addixit. Areas autem versus Occidentem, ex utraque parte Patheræ contiguas, diversis Curiæ servitoribus et artificibus, et ad mandatum pauperum in cœna Domini,
B deputavit: et in quotidiani ministerii necessitatibus, in alimentorum vestimentorumque utilitatibus, non minus decenter quam utiliter filiis suis prospicere curavit. Quoties autem claustrum introisset, relictis foris popularibus: assumptis gravibus et religiosis personis, quæ sciebant et sua tegere, et aliena non publicare, claustrum introivit. Et hoc deinceps faciendum, tam canonum traditione, quam sua institutione mandavit.

et absolutis monasterii officinis,

quieti ejus prospicit.

ANNOTATA D. P.

a *Verosimiliter legendum* Caninum, *sicut antea* Vulpinum.

b Carrada *vel* Carrata *vini. i. dolium vulgo* Vouder, *quod unius carri justa vectura censetur. Vide plurima apud Cangium, ubi et* Carrariam *invenies eodem sensu dici.*

c Zebelina tunica, *alias* Zabellina, Sabelina, Sobolina, *sunt autem* Sabeli, Soboli, Zebeli, *mustelæ ponticæ nigri coloris, unde iis nomen factum videtur. Cangius tamen Dissert. 1 ad Hist. S. Ludovici per Jonvillaum mavult potius ab illis sumptum, ut in re tesseraria color niger vocetur* Zabulus.

d *Anno* 1016 *litt. Dominicalibus* A G, *Cyclo Lu-*
C *næ* 10, *Solis* 17, *Pascha celebratum fuit* 1 *Aprilis; atque adeo Feria 4 Cinerum quæ vocatur* Caput-jejunii *secundum Amalarium lib.* 1 *Div. offic. cap.* 7, *incidit in* 15 *Februarii, quæ tunc, quia annus bissextilis erat, numerabatur* XVI kal.

CAPUT IX.

Mater et Vitricus Episcopi gravium suorum scelerum tandem pœnas dant, divinitus castigati.

Inter hæc opus Creatoris admirabile, in Episcopo quidem in honorem, in ejus matre vero in contumeliam factum contemplemur; et ineffabiles divitias bonitatis ejus; pro modulo humanæ valetudinis, admiremur et veneremur; qui sicut peccata patrum in filiis et nepotibus, peccata eorum propriis cumulantibus, et longanimi patientia Dei ad augmentum suæ perditionis abutentibus, in tertiam et quartam generationem reddit; ita malitiæ paternæ expertes, tamquam ex sterquilinio pretiosam margaritam producit. Deum itaque Episcopus in omnibus et super omnia diligens, proximo eamdem dilectionem exemplis et monitis exhibuit, et ad viam salutis unumquemque informare, quantum temporum qualitati et personarum utilitati congruebat non destitit. Unde patre suo mortuo, matrem *a* ut secunda recusans matrimonia, sexagesimum vidualis continentiæ fructum assequi mereretur, sedule admonuit, exemplum sui ei proponens, qui carnem suam crucifigens cum vitiis et concupiscentiis, Sponso cœlesti, mente, actu, et habitu applicari maluit. Illa autem, quæ carnis sunt sapiens, salutis suæ monita contemnebat; ingressa latam et spatiosam viam, quæ ducit ad mortem, eo infelicius quo voluptuosius eam incedebat. Infamia denique suæ malitiæ et nequitiæ ubique nota et abominata, ad filium suum Episcopum in Patherbrunnon venit: et oblatis ei bonis, ad temporalis vitæ subsidia sibi delegatis, Novam-domum *b* cum attinentiis ejus, quamdiu viveret, sibi ab eo concedi petiit. Ille autem veluti colubrum intra sinum, pietatis intuitu, suscipere renuens, et ne tacta pice ab ea inquinaretur præcavens; consortium ejus vel commercium omnimodis recusavit: et se bonis non indigere vel curare protestans: Deum vero, cui se suaque omnia devovisset, ampliora daturum affirmans, ab omni suo Episcopio vel allodio eam quantocius recedere mandavit.

D

ex MSS.

Mater vidua, contemptis filii monitis,

a

b

E

60 Quæ repulsa cum ignominia, majori adversus eum exarsit invidia: ad ejus interitum omnem femineo furore quærens aditum. Ad ejus itaque contumeliam et majorem invidiam, *c* Baldericum Comitem, licet hominem fortem, divitem et potentem, non tamen ejus matrimonio congruentem, maritum accepit; et ejus consilio, filium proprium, Comitem Thiedericum, Episcopo quasi animam suam dilectum, eo in Longobardia cum rege Heinrico manente, VII Idus Aprilis, *d* Uplage, urbe munitissima juxta Eltene sita, ab hominibus ejus occidi præcepit; et multa nefanda dictu et relatu horrenda, quæ ullo modo potuit excogitare et investigare, non erubuit probare et perpetrare. Igitur fama, malum, quo non aliud velocius ullum, mobilitate viget, volat per populos; pavore et horrore, pro innocentis nece, concutit universos: tinniunt audientium, præ immanitate sceleris, aures: stupent omnes; a remotis et ignotis innocentia et modestia occisi auditur; in communi ab omnibus de parricida ultio expetitur. Amplius autem Episcopo, post reditum Imperatoris cum Principibus, non nimietate doloris, sed sinceritate Dei amoris et canonici rigoris instante; illa maledicta per legales inducias cum suis fautoribus Drotmanniam *e* vocatur, et majestatis rea, filiique proprii parricida, morti adjudicatur.

nubit Comiti Balderico

c

d

filii quæ Thiederici cædem procurat,

primum morte damnatur,

e

61 Quibusdam autem inhumanitatem Episcopi erga matrem suam falsa compassione causantibus, et pro correctione culpæ veniam et vitam postulantibus; Episcopus diu multumque restitit, et carnem quæ peccaverat temporaliter puniendam, ut spiritus salvaretur in die Domini, asseruit. Tandem, victus instantia postulantium, vix acquievit: et accedens ad Imperatorem, ejus judicio et arbitrio quomodo terminaretur, secundum quod honori Imperii congrueret, et animæ ejus expediret, commisit. Consulentibus ergo qui aderant, prædia quædam in Saxonia, quæ hereditario jure possederat, quæque ei ad temporalis vitæ subsidia post mortem patris sui Episcopus concesserat, inter quæ principales sortes sunt istæ: Immedeshuson, Walmontheim, Hauverlon, Hukelhem, Mandelbeke, Goltzbeki, Dodonhuson, Hoksnesleve, Wakereslevo, cum manu Balderici Comitis mariti sui et advocati, cum consensu heredum suorum, Imperatori potestative contradidit. Et sic interventu omnium, vitam carnis obtinuit, et æternam mortem animæ incurrit. Imperator autem, prece

dein facta vitæ gratia,

A prece et devotione admonitus Episcopi venerabilis, dilecti sui nepotis, quem se suaque omnia divino servitio mancipare cognovit, eadem prædia cum suis appenditiis, quæ dari solent, vel nominari valent, utilitatumque omnium attinentiis, et suæque Ecclesiæ, cunctorum hominum contradictione remota, IV Idus Januarii, anno Dom. Incarn. MXVI, Indictione f XIII in Drotmannia tribuit; regali auctoritate decernens, ut nulla persona, aliqua judiciaria potestate in eisdem prædiis se intromitteret, nisi Advocatus, quem ipse Episcopus, vel suorum quilibet successorum elegisset: et si quis hoc præceptum infringeret, C libras auri persolveret, L regiæ cameræ, L Patherbrunnensi Ecclesiæ. De his prædiis Bodonhusensi et Gelthekæ Ecclesiæ novæ, quam summo studio construxit, Episcopus contulit, cetera sibi ad majorem Ecclesiæ dominium retinuit.

Ex his variis fundis mulctatur, qui Ecclesiæ cedunt.

62 Plurimorum autem negotiorum gratia ibi demoratus, multis suæ in vinea Domini cooperatus, tam ad constructionem novorum, quam ad reparationem collapsorum, apud Imperatorem interventu usus fuit. Ipseque aliorum obtentu, videlicet Erchanbaldi Magontinensis Archiepiscopi, Episcoporum quoque Heinrici Wirceburgensis, Wigeri Verdensis, Arnoldi Halverstadensis, Berenwardi Hildenesheimensis, Thiederici Mimigardevordensis, Hildiwardi Citicensis, Gregorii atque Azzonis Romanorum, et aliorum multorum, Berneshusun, ab Unwano Bremense Archiepiscopo Imperatori legaliter traditum; et Comitatum in Haverga locisque prædictis situm, et ab eodem Imperatore, pro remedio animæ suæ parentumque suorum, nec non tertii Ottonis bonæ memoriæ Imperatoris, dilectæque contectalis suæ Chunigundæ Imperatricis Augustæ, eidem Episcopo Meinwerco suæque Ecclesiæ ante quinquennium datum, quæ invasione quorumdam erant turbata eis manentibus in Longobardia, XIX Kal. Febr. ibidem in Drotmannia renovari et confirmari obtinuit. Baldericus quoque Comes prædictus, per consensum suæ contectalis Athelæ, petente Meinwerco Episcopo, in præsentia Heinrici Imperatoris, Archiepiscoporum quoque, Meingoz Treverensis, Heriberti Coloniensis; Episcoporum etiam Athalbaldi Trajectensis, Thiederici Mimigardevordensis, Thietami Osnebrugensis, Arnoldi Halverstadensis; Laicorum quoque Bernhardi Ducis, Ludolfi, Thiederici, Wichmanni Comitum, et aliorum multorum prædium quoddam in Comitatu C Udonis Præsidis in Hummervelden, ei in proprium tradidit: quod ejusdem Episcopi Advocatus, nomine Hermannus, ad Patherbrunnensis Ecclesiæ proprietatem suscepit.

Alii item nonnulli, tum ab Imperatore,

tum a Vitrico Episcopi:

63 Eodem anno, magnæ molis grando venit, et plurimi fulmine interierunt. Episcopus vero, secundum quod scriptum est, Flagellato pestilente sapiens sapientior erit, alterum interitum suæ correptionis æstimavit profectum; eo intentius anhelans ad æterna, quo sui cursus mutabilitate perpendit non subsistere terrena. Mater autem Episcopi, existens ingrata de misericordia collata, iniquitati apposuit iniquitatem, modis omnibus quærens alienare filio suo eam hæreditatem. Qua mentis vesania femineo furore debacchata, X mansos in monte Lare juxta Heimenberg in inferiori terra Ecclesiæ S. Viti in Eltene, quasi sub specie religionis contulit, et alia alias conferre disposuit, quæ secularium timore Imperatoris et Episcopi, quibus cor unum et animam unam esse omnes sciebant, accipere nemo ausus fuit. Quo celeri nuntio Episcopus comperto, velociter partes terræ inferioris adiit; eamque in monte Lare deprehendens, volentem fuga evadere, ad aquam Emme de monte salientem comprehendit; et deteriorem qualibet creatura protestans, quæ filios uterinos non solum occideret, verum etiam exD heredaret, ejus reum fecit. Hominibus autem matris ejus, parti dominæ suæ faventibus, et X mansos, quos S. Vito dederat, licite eam dedisse et dare potuisse asserentibus, Episcopus nihil præter justitiam se exigere dixit; et eis ad suæ justitiæ ostensionem Reliquias Sanctorum expetentibus, ipse non renuit. Illico allatis Reliquiis de Ecclesia vicina Rene, constructa in honore S. g Cuneræ, in quibus jurare consueverant, Episcopus eas abjecit; et prolatis de apothecis suis Reliquiis sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et S. Blasii, super eas eos jurare fecit. Qui votis dominæ suæ temerariis satisfacere volentes, VII viri ad Reliquias accesserunt; et manus ut jurarent apponentes, mox cœlesti plaga percussi, quatuor ex eis oculos amiserunt, aliis tribus erectæ manus obriguerunt, et omnibus diebus vitæ eorum tali plaga multati permanserunt. Manifestam ergo virtutem Dei matri proponens, tandem aliquando eam resipiscere hortabatur; et se bonis B. Viti non indigere dicens, quæ ei dederat, rata fecit; ne nullam occasionem pereundi matri dedisse videretur.

Prov. 19, 25

cui mater perversa adversatur,

nec suorum quidem pœna divinitus inflicta corrigitur,

g

nec filii indulgentia,

64 Quia ergo Deum intime dilexit, plures ad eum E exemplo suo attraxit, qui de bonis, sibi temporaliter collatis, providere sibi studuerunt mansionem perpetuæ claritatis. Quidam denique liber homo, nomine Cuono, lignorum suorum proprietatem in loco, qui Are nomen habens usque hodie Cononbusc dicitur, ei contulit: quoniam omnia quæ agebat a Deo prosperari, et ab eo omnia ad divini cultus augmentum fieri, veraciter intellexit. Item quidam in Helessem molendini aquam, et alii alia; fideliter sperantes, ea in futuro sibi reddi centuplicia. Divertens inde Episcopus Radincheim, quoddam dorsale in cubiculo matris suæ suspensum dejici, et suum pallium suspendi mandavit: et pie violentus, ipsum dorsale, occulte caballo impositum, novo suo monasterio Patherbrunno quantocius deferri imperavit. Ipsum autem dorsale, ad nominis sui memoriam, pariterque in honorem Balderici Comitis quem duxerat mater ejus, fieri fecerat: picto in eo, ob insigne virtutis ad monimentum posteritatis, quod draconem in loco quodam interfecerat. Post discessum igitur Episcopi mater ejus, unde proficere debuit, deterior efficitur; et femineo possessa furore, quidquid in prædiis vel rebus aliis habuit distrahere non moratur. Denique villam in Reinwic cum attinentiis ejus, itemque ecclesiam et villam in Wic cum ipsius ap- F pendiciis, B. Heriberto Coloniensi Archiepiscopo ad monasterium, quod in Tuitiensi castro in honore sanctæ Mariæ perpetuæ virginis construxit, vendidit: et manutergium altaris pretiosum, serico contextum, ei tradidit; et principali Ecclesiæ beati Petri Apostoli emporium in h Resse cum sibi adjacentiis, ut ubi sepeliretur, dedit: quæ Episcopus non solum non requisivit, verum facta grata habens, Fratrum amator, devotionis eorum adjutor et cooperator factus, ea laudavit et stabilivit.

injurias suas pie remittentis.

h

65 Baldericus autem Comes, cum se quasi innocentem de nece innocentis humana fefellisset sapientia, cœpit quasi potens de inani gloriari potentia; cæcatusque mundi divitiis, captus amore nefariæ mulieris, sprevit mentis suæ fastu Deum altissimum largitorem divitiarum suarum et virium. Denique quadam die in Radincheim, de solario eminentiori quaquaversus prospectans, et loci qualitatem situsque sui multiplicem utilitatem considerans; Cum inquit, Deus omnia posse dicatur, quomodo me in tanta gloria seculari, in tanta omnigenarum rerum copia, ad inopiam redigere posse credatur? nam Rhenus præteriens, abundanter visui et usui delectabilia; saltus adjacens, volucrum et bestiarum sufficienter

tandem Vitricus, de sua se potentia frustra jactans,

A ficienter necessaria administrat; et de tantis divitiis subjici posse inopiis,opinari, frivolum constat. Quam bene et congrue par convenit pari, dum vir talis mulieri jungitur tali! Cum igitur talibus et similibus voluptatibus et vanitatibus inservirent, et in sordibus positi merito suæ iniquitatis amplius sorderent, directis ad eos ab Imperatore duobus nobilibus viris, discedentes ex insidiis peremerunt; et sanguine innocentum vindictam a Deo expetente, justo judicio publicis legibus damnati et proscripti, jus legemque omnem perdiderunt. Nam, qui Deum impotentem, ut ad inopiam eum redigeret, æstimabat; profugus, et nec servorum propriorum consortio vel colloquio usus in aliena terra mendicando stipem petebat: et illa Coloniam divertens, habensque aliquamdiu de Ecclesia principali, itemque de Ecclesia Tuitiensi præbendam, ibidem moritur, et ante Ecclesiam B. Petri sepelitur: sed tempestate adeo sæviente, ut totius civitatis interitum minitaretur, effossa in Rhenum projicitur. Ipseque Rhenus sui inundatione et fluctuum collisione plurimis diebus ita efferbuit, quasi se maledictam illam non posse ferre manifeste protestaretur. Mortua igitur matre

exul et inops moritur,

sicut et uxor ejus.

B sua hoc modo, Episcopus cum sorore sua, bona hereditaria in inferiori terra divisit; et illa partem suam S. Vito in Eltene conferente, ipse suam cœnobio quod in civitate Patherbrunnensi, ut prædictum est, inchoaverat, delegavit.

ANNOTATA G. H. et D. P.

a *Dithmarus lib. 7 hanc Balderici uxorem appellat, modo* secundam Herodiadem, *modo,* venenosam aspidem.

b Nova-domus, *vulgo* Nihusen, *Paderbornensis Episcopi Palatium et Residentiæ locus ordinarius, cum circumjecto oppido, distat a Metropoli una circiter hora: descriptionem arcis, ab Episcopo Ferdinando verbis æneaque figura expressam, vide inter monumenta Paderbornensia pag.* 255.

c Baldricus Comes, *Collegii Canonicorum Craneburgi fundator, si quam antehac meruit pietatis laudem exhinc omnino obscuravit: est tamen quod de eo, invocatione S. Ludgeri sanato ex Notis Adolfi referamus* 26 *Martii post* §. 8 *Analect. Obitus ejus Necrologio Abdinghoff. adscribitur die* 22 *Jan. cui autem dicatur Athelæ matrimonio minus congruens fuisse, non capio: moribus certe non absimiles fuerunt.*

C d Uplage, *Dithmaro* Upplan, *ad* Cæsaris adventum omnino destructum.

e Drotmanniam *in Saxonia fuisse nil dubito, an etiam in Westphalia, non ausim divinare.*

f *Imo* Indictione XII. *Quæ autem hic* Drotmannia *scribitur, videtur scribenda* Drotmundia, *ut sit* Tremonia, *vulgo* Dormund, *Westphaliæ oppidum, media fere via inter Coloniam et Monasterium.*

g *Acta* S. Cuneræ *infra* 12 *Junii damus, quæ colitur in oppido* Rhenen, *ditionis Ultrajectinæ ad dexteram Rheni ripam, quam non contempsit Sanctus, sed fraudem declinavit.*

h *Nam* Resam *oppidum Cliviæ intelligit Theodorus Khay. Erat illud tunc sub dominio Archiepiscopi Coloniensis, cum permutatione ad Comites Cliviæ translatum anno* 1392. *Ecclesia ibi Collegiata est quidem Deiparæ Virgini sacra: sed potuit ante illam institutionem fuisse dicata S. Petro, quod ipsis inquirendum examinandum relinquo.*

D

CAPUT X.

EX MSS.

B. Popponis Trevirensis acta quædam; plura Meinwerci, præsertim circa monasteria et servos.

Anno autem Dominicæ Incarnationis MXVII, Meingoz *a* Trevirensis Archiepiscopus obiit; et Athelbero *b* Præpositus Monasterii S. Paulini Treveris, ortus de Lucelingeburg, vir potens et dives valde, habens inter alia bona hereditaria Castella hæc, Sarburg, Berencasdel, Rudiche, ea spe et fiducia, qua soror ejus Cunigunda Regi nupta fuit, Episcopalis Cathedræ dignitatem affectavit et usurpavit. Imperator autem Christianissimus, pro multorum salute, spreta illius affinitate, ausibus temerariis nulla ratione acquievit, et variis modis per Episcopatum debacchantem compescere non valens, Episcopatum *c* Popponi viro venerabili et secundum carnem nobili, contulit, Athelberonique dixit: Talem virum debeo dirigere, qui tuæ vesaniæ valeat resistere. Poppo autem Episcopatum adeptus, Berencasdel castellum a prædonibus Athelberonis defensum, destruxit; et aliud castellum cujusdam tyranni Athelberti, quod E dicitur Sisitra ad terram similiter dejecit. Qui videlicet Athelbertus castellum, Treveris quondam in honore sanctæ Crucis constructum, possidebat, unde frequenter cum multitudine militum erumpens ad curiam Episcopi, quidquid ibi ad ejus obsequium parabatur violenter auferens abducebat. Cujus rei ignominia confusus Episcopus, videlicet quod hostem quotidianum sibi tam proximum ob munitionem castelli non posset debellare; multis ad amicos suos habitis querimoniis, ad hujuscemodi infamiam depellendam consilium et auxilium cœpit inquirere.

Popponi facto Archiep. Treviren.

infestus cum suis Athelbertus,

67 Erat autem in exercitu ejus eo tempore vir potens divitiis et viribus fortis, Sicko nomine, qui promisit se tentaturum, si quo modo posset invenire hujus mali medicamentum. Episcopo sibi satis congratulante, egreditur ille occasionem nacturus, quomodo periclitanti subveniret. Quadam ergo die pergit ad portam castelli, pulsansque fores rogat sibi ad Athelberto ad refocillandum poculum mitti. Quod cum celeriter allatum ebibisset, tamquam nimium sitis fervorem patiens, pincernam alloquitur dicens: Domino tuo, ait, ex parte mea magnas gratiarum actiones nuntiato: pariter et hæc verba F narrare curato, quod vita sospite, hoc poculum rependam sibi citissime grata voluntate. Et his dictis abiit. Captato deinde opportuno tempore triginta hamas præparat, singulos milites electos, loricatos, et galeatos, ensibusque præcinctos in singulis collocat, et desuper linteis opertos, funes quibus vectes ad portandum insererentur aptat. Deinde LX viros, nihilominus electos et plebeia veste amictos, ensibus eorum in *d* hamis reconditis gestatores constituit; nulloque hominum hujus fraudis præter prædicto conscio, ipse Sicko cum his et aliis paucis militibus vallatus ad castellum tetendit, fores pulsavit. Servo sciscitante, quis sit et quid velit? Dic Domino tuo, ait, me sibi vinum magnæ dilectionis gratia olim promissum deferre, quando ipsum non piguit mihi sitienti poculum dirigere. Jussu ergo Athelberti illi sunt intromissi, et Sicko post alios intrans, jubet auferri linteorum velamina, rogat Athelbertum suscipere dilectionis munera. Portitores, sicut erant docti, uno pariter momento omnia hamarum velamina dejicientes, gladios suos arripiunt; insidiæ de hamis exilientes gladios stringunt, fortiter undique ferientes, ipsum Athelbertum occidunt; ceteros æditus crudeliter mactantes, castellum in solitudinem redigunt.

ingenioso strenui Militis dolo,

sua in arce occiditur;

Ex MSS. Archiepiscopus [illegible] tata Hierosolyma,

A 68 Sic Dei misericordia Episcopus a tyrannide Athelberonis mirifice est liberatus, et Sicko pro victoria ab Episcopo beneficiis magnifice est illustratus. Simili modo per alios Principes suos multa castella, partim vi partim dolo recepit; tyrannorumque insaniam, diu impune debacchantem, ex parte maxima refrenavit. Monasteriis sane, et tum violentia pene exhaustis, prout potuit misericorditer succurrit, quibusdam nova habita dando, quibusdam ablata restituendo. Hic audiens Prophetiam de Christo dicentem, Et erit sepulcrum ejus gloriosum, orationis causa Hierosolymam adiit; et Monachum quemdam, in Ecclesia B. Maximini ab Abbate Richardo c Peregrinum et advenam nomine Symeonem, eumdem viæ assumpsit. Reversus autem, Episcopus eumdem Monachum in porta, quæ antea Porta Nigra appellabatur, in festivitate S. Andreæ Apostoli reclusit, ubi postmodum gloriose mortuus et sepultus, multimoda signorum frequentia, in magna fidelium veneratione est habitus f. Hic rogatus a quodam Danorum Comite Osbone Daciam venit, gentemque Danorum adhuc idolis deservientem, ad Christianum convertit. Unde incredulis repugnantibus chirothecam ferream jussit fieri, eamque igniri, quam manu sua vestitam, [illegible]; hacque panno cera inliso ad carnem indutus, fornacem candentem intravit; indeque panno combusto illæsus exiens, Christum Dei filium verum esse Deum hoc miraculo declaravit. Hoc utique hodie apud Danos g celebri fama vulgatur; a quibus et Anscharius h vocatur, quoniam ejus memoria ab eis v Idus i Septembris celebratur, sepulcrumque ejus Treveris a Danis frequentatur.

Is. 11, 10

S. Simeonem adducit Treviros

69 Anno prædicto, factus est celebris conventus Principum, in loco qui dicitur k Liesgo, præsente Imperatore Heinrico, cum Archiepiscopis Erchanbaldo Magontiensi, Poppone Trevirense, Gerone Magathaburgense, Unwano Bremense, Episcopis quoque Arnoldo Halverstadense, Eppone Bavenbergense, Thiederico Metensi, Heinrico Wirciburgense, Thiederico Mimigardevordense, Heinrico Parmense, Thiederico Mindense, [illegible] Merseburgense, Hera[illegible] Havelbergense, Meinwerco Patherbrunnense, Laicis etiam Bernardo Duce, Sigifrido atque Ezicone Comitibus, cum aliis multis nobilibus, ad honorem et utilitatem Imperii plurima necessaria disponentibus. Ubi Imperator a Domino Meinwerco Episcopo ædificationem novi monasterii, singularis quodammodo ejus studii, audiens, et devotioni ejus congaudens, gratiarum actiones ei retulit; et prædium quoddam situm in pago Hessi Saxonico, in Comitatu Hermanni Comitis, in villa Nedehe nominata, cum mancipiis utriusque sexus, et omnibus quæ ullo modo inde provenire possent utensilibus, quod quidam Rodaldus nomine ad manus Imperiales legaliter et capitulariter hereditaverat, Fratribus in eodem monasterio Christo servituris vi Idus Julii contulit. Sequenti die l ibidem ab heredibus Ekkihardi Comitis, de Abbatia Helmwardeshusun querela habita, et diu multumque inter Principes ventilata, tandem regno est adjudicata. Et quia nec in sæcularibus nec ministerialibus regno servitio esse potuit, interventu et consultu Episcoporum et Principum prædictorum, Episcopo Meinwerco suisque successoribus, a Patherbrunnensi Sede Episcopaliter, secundum regulam S. Benedicti regenda et possidenda, est collata.

Meinwercus Ep. fundos 2 acquirit novo suo monasterio,

B C

70 Ipso quoque anno Imperator rursus Poloniam cum exercitu intravit, ea ac Boemia Moraviaque Dei clementia subjecta, pro intuitu misericordiæ ac pietatis, conculcationem et destructionem Merseburgensis Ecclesiæ miseratus, ob reverentiam S. Laurentii, in ædificiis, in ministerialibus, in secularibus possessionibus, in ecclesiasticis ornamentis, in pristinum gradum Pontificalis dignitatis, eam restauravit. Inter hæc, cum Episcopus, tam regni necessitatibus, quam Ecclesiæ commissæ utilitatibus solerter insisteret; fortuitu Corbeiam transivit, et recordatus B. Stephani Protomartyris ejus loci Patroni, pro se suisque omnibus, in memoriam ejus, Hostiam salutarem Domino Deo immolare eo divertit. Eadem autem Ecclesia, in ripa fluvii Wiseræ sita, Ludowico filio Karoli Imperatoris Magni constructa, a beato vero Badurado Patherbrunnensi Episcopo est dedicata, temporum incrementis tam religiosis quam temporalibus possessionibus proficiens et [illegible] augmentis. Sed cum decedente [illegible], Meinwercus Episcopus [illegible], ad quos venerat, ut secundum canonicam auctoritatem corrigeret, quod irregulare inibi animadverterat. Sed expulsus cum grandi sua [illegible] que injuria, regem Heinricum adiit; et ut Abbate Walone m nomine deposito, alius nomine Druthmarus, per quem religio claustralis reformaretur, succederet obtinuit. Quod ut religiosis eum commendabilem, ita irreligiosis reddidit odibilem: adeo, ut durante odii et invidiæ livore, ejusdem Ecclesiæ custos nomine Boso, præparato altari stomachando accurrens, præparaturam dejiceret: et secundum auctoritatem ejusdem loci et libertatem, divina celebrari nisi sua permissione interdiceret.

D

[illegible] habitus,

m

E

71 Quod Episcopus audiens, Conventum intravit, et habito ad Fratres verbo de Prælatorum reverentia, de subjectorum inobedientia, ad satisfactionem, et injuriam facientem et consentientes provocare humiliter curavit, dicens: debere et decere eos honorem deferre Sedi, in cujus consisterent diœcesi; cujus Præsides etsi non caute interdum incederent, eorum enormitas devitanda, pervicacia esset arguenda; non autem potestas Cathedræ, quæ non sacris locis propter personas, sed propter sacra loca personis conceditur, constaret evertendi. Qui cum ad eum audiendum segniores haberentur, pulpitum ascendit, et pauca pro re et tempore ad populum locutus, omnibus quæ facta fuerant innotuit: eumque qui injuriam irrogaverat, ad satisfactionem publice coram omnibus vocavit. Qui cum tertio vocatus non venisset, non vindictæ voto, sed prophetiæ præconio et præcepit, ut quacumque die ipse de corpore exiret, ille secum ad tribunal Christi, sibi responsurus de illata injuria, migraret. O sancta anima! O pura conscientia! quæ adhuc carnis amicta velamine, animas ligabat coram divino examine. Episcopo autem taliter discedente, Abbas cum Fratribus eum in civitatem Patherbrunnensem prosecutus, plenariam reconciliationem obtinuit: sed pro eo qui contumeliam fecerat, sæpe et multum rogatus, decretum Dei non posse immutari, perhibuit.

prædicit [illegible] secum [illegible]

F

72 Quia ergo constantiam ejus, qua in justitia sua ut leo confisus est, audivimus; humilitatis pietatisque ejus insignia breviter audiamus. Curtes dominicales episcopii sui circumiens, frequenter collapsa reparabat, reparata sui munimine firmabat solerter; sicut in acquirendis utilis, sic in conservandis fidelis. Duram antiquæ servitutis n Litorum justitiam, per novam paternæ pietatis relevavit gratiam; constituens a villicis adminiculari eis in cibi potusque necessariis, quod antea non fiebat tempore messis. Quodam autem tempore ad curtem suam Barghusun venit; et experiri volens fidelitatem et dilectionem famulorum erga villicum, præcepit comitibus vitæ suæ, ut super frumentum quod in domo tribulabatur equos propellerent: dicens, servos si fideles essent, eos repellere; si non, quasi defectui villici congratulantes, eos sinere. Servis autem quasi ad obsequium Episcopi discurrentibus, equi

n Colonorum commodis consulit,

A equi frumentum tribulandum consumere et conculcare cœperunt. Unde servi infidelitatis et incuriositatis vitio multum incusati, jussa ejus gravissime virgis sunt flagellati: quos postmodum ciborum copiis abundantissime reficiens, de servanda villico suo fidelitate paterne admonuit. Veniensque sequenti anno, et exclusus ab introitu, gratias quasi de contemptu suo egit: et intrans occulte per superius ostium, matrem familias, quod operarii modica farinæ sorbitiuncula alerentur, submurmurare audivit: et ut servitoribus ejusdem curiæ, duæ pernæ annuatim darentur, exceptis his quæ a villico dabantur, misericordia paternæ pietatis constituit. o Nihem quoque veniens, hortum urtica et eruca aliisque herbis adopertum noxiis, excepto modico spatio in medio invenit. Et mox uxorem villici ambitiosis suis vestibus spoliari præcipiens, donec germen noxium quod in altam excreverat terræ coæquaretur, per totum hortum eam trahi mandavit: quam tristem consuetis blanditiis consolans, solita liberalitate exhilaravit: sequentique anno omni diligentia et abundantia totum hortum excultum inveniens, majori gratiarum actione et munerum largitione eam remuneravit. B

et famulorum ... subditorum

o

segnes castigat,

73 Ad aliam curtem quamdam veniens, matremfamilias cur pullis et gallinis careret culpavit: et penuriam pastus ea conquerente, mandavit ei ut fieri faceret, quod ad pastum pullorum de loco ad locum per curtam moveri per temporum intervalla provideret. Quo facto, veniente iterum ad eamdem curtem Episcopo, abundantibus pullis qui creverant de pastu minutorum vermiculorum, gratias egit; et de cetero devotiorem eam obsecrans fieri, laboris ejus studium donis et bonis suis recompensavit. Quodam tempore, in Adventu Domini, quando porcos dare solent villici, stans in lobio domus Episcopalis, mulierem quamdam cum filio unico porcum sequentem et amarissime vidit flentem: et mox accersita ea, causas tanti fletus studiose ab ea inquisivit. Illa autem viro suo mortuo se humano adjutorio destitutam conquerente, et porcum illum de pane quem filius suus mendicando petiisset, violentia villici de Enenhus quo pertinebat, pavisse asserente, Episcopus graviter ingemuit: et pectus propriis manibus tundens,.... lacrymis ita fatur obortis: Væ tibi miserrime Meinwerce Episcope! Quomodo infelices homines questus sui gratia animam suam demergunt ad tartara? Sciens ergo scriptum: Domino fœneratur, qui pauperi miseretur; C vocato villico, mansum viduæ ei resignavit; et ab ejus magisterio cum filio suo eam absolvens, de sua eleemosyna eos sustentari omni vitæ suæ tempore mandavit. Facta in diebus ejus fame valida, missis nuntiis frumentum comparari fecit in Colonia, et duas naves onustas ad inferiorem terram deferri, et dispensatione villicorum super p Velue et in Testerbant taliter mandavit erogari, ut una pars propriis, alia familiæ indigentiis, secundum numerum domesticorum distribueretur; tertia ad proventum seminis, quarta mendicis erogaretur. Quod Episcopi mandatum villicus super Velue devote peragere studuit: ille vero in Testerbant partem pauperibus ordinatam fraudare perniciose non timuit. Quod Episcopus audiens, non fraudato sed fraudanti vehementer condoluit, et, quia nemo successorum suorum honorem prædecessorum post quartam generationem habiturus esset, prædixit.

operosos remunerat.

pauperem ab opprimente se villico liberat,

Prov. 19, 17.

fami publicæ consulit

p

74 Quodam tempore officinas monasterii sui novi more solito circumiens, Fratribus ad Capitolium q consedentibus, coquinam intravit; et servis fortuitu vacantem inveniens invento frusto panis in ollas igni appositas trusit: nullius autem pinguedinis vel admixtionis speciem præter aquam et cibum animadvertens simplicem, tempore loquendi Conventum introivit; et causatus filiorum suorum, et D Fratrum aridum cibum, quæ in coquina vidisset et fecisset, retulit. Abbate autem ob virtutum custodiam, servandam asserente parsimoniam, respondit venerabilis Episcopus; ut si ipse religiosus esse vel videri vellet, circa vitam propriam severus, erga subditorum benignus existeret; Evangelicis et Apostolicis documentis propositis, quomodo laborans agricola mercede operis sui dignus esset. Et data auctoritate, quomodo Dominus Ecclesiæ claves B. Petro Apostolo tradiderit, et Ecclesia tantam habens potestatem, generali r Synodo, Monachis, quoniam olei copiam non haberent, non carnium quadrupedium esum, sed carnibus coquutum ad pem indulserit; advocatis villicis, porcos dari ordinavit, de quorum sagimine et pinguedine cibum Fratrum parari mandavit. Ecce quomodo diligentibus Deum omnia in bonum cooperantur, et regnum Dei et justitiam ejus rigore claustralis disciplinæ in Capitulo quærentibus, exterioris vitæ necessaria adjiciuntur. Laudabilis sane pii Pastoris erga oves creditas tam benignus affectus, imitabilis quoque diligentibus Deum in religione et executione claustralis disciplinæ profectus. Probare autem volens Episcopus dispositionis suæ observantiam, quadam die indutus cappa laicali, coquinam iterum Fratrum introivit; et quasi advena ignotus, de situ, statu, habitu monasticæ conversationis, claustralis religionis, quotidianæ refectionis curiose quæritans; beatam vitam, quantum ad Deum, inibi duci; miseram vero, quantum ad corporalis indigentiæ usum agi, a coco audivit. Unde festinus ad cubiculum rediens, Abbatem advocari velociter mandavit; et de segni dispositionum suarum executione eum graviter incusans, novem pernas optimas secum ad claustrum deferri mandavit. E

Monachorum ... ex mss ... et corrigit.

r

semel

iterumque.

75 Succensus autem igne divini amoris, nihil subterfugit terreni laboris, quin pro subjectorum salute Ecclesiæque suæ utilitate insisteret omnibus modis et horis. Affectans denique imaginem cœlestium, sprevit speciem terrestrium; nec pro Christo humiliari, nec pro ipso erubescens injuriari. Minor namque in oculis suis factus, sibi subjectorum fidelitatem, singulorum spem et devotionem in Deum, experiri voluit per se: assumensque cujusdam mercatoris cum mercibus habitum, circuibat sedulus explorator Episcopatum. Quia vero juxta Salvatoris sententiam, nihil opertum quod non revelabitur, citius hoc quibusdam propalatur; de quibus F villicus de Balhorn uxori suæ hoc innotuit, et quid in adventu Episcopi diceret vel ageret, docuit. Episcopus autem ubique veniens, et diversa a diversis accipiens, Balhorn quoque venit; et matrem familias suppliciter salutans, et de mercibus suis quæque concupiscibilia comparanda obtulit. Quæ quasi vehementer inflammata adversus eum, ilico advocavit virum; et eduxerunt quemdam ... sibique cum mercibus suis proclamat institisse ut cum rebus creditis infidelitate sua exhibita Domino, cum temporali dispendio animæ subjacerent periculo.

diœcesim occulte lustrat sub habitu mercatoris.

ANNOTATA G. H. et D. P.

a Meingoz alias Megingaudus, mortuus est ... Nativitatis Christi anno 1016.

b Verum hanc esse ... quam Adalberonis ... et primam anni 1008 ... Chronico Saxonico, nunc nostro, ... scribit.

c D. P. ... primo Junii ad Vitam S. Symeonis ... Canonizationem ... Benedicto Papa IX: cui et scripsit de turbas, paucorum ...

A *paucorum hominum nequitia in sua diœcesi suscitatis, quæ hinc lucem accipiunt*

d Hama *sive* Ama, *majus dolium vinarium.*

e Richardus *Abbas fuit, non* S. Maximini *prope Treverim, sed* S. Vitoni *Virduni : colitur autem ut Sanctus* 17 *Junii, quando Vitam dabimus.*

f *Sequentia perperam huic Popponi tributa, quæ ab alio prorsus acta sunt* Poppone *Episcopo Slesvicensi, de quo agunt Adamus Bremensis, Abbas Stadensis, Saxo Grammaticus, Albertus Krantzius, Vastovius in Vite Aquilonia, aliique absque mentione Archiepiscopatus Trevirensis. Browerus etiam in Annalibus Trevirensibus an.* 1045 *num* 87, *et in scholiis ad hanc Vitam.*

g *Krantzius lib.* 3 *Metropolis cap.* 42. Usque hodie, *inquit*, per populos et ecclesias celebre Popponis nomen ubique servatur.

h S. Anscharii *Archiep. Bremen. Daniæ Apostoli Acta illustravimus* 3 *Febr.*, *sed hic anno* 865 *defunctus, utroque Poppone longe senior fuit.*

i *Ad citatum* 9 *Septembris refertur in MS. Florario* Translatio S. Popponis Trajectensis Archiepiscopi, *qualis ibidem non fuit. Forte intelligitur* S. Poppo Abbas Stabulensis *in antiqua diœcesi Trajectensi*

B *ad Mosam, cujus Vitam dedimus* 25 *Januarii. Habemus Slesvicense Breviarium anno* 1512 *excusum, in quo ad dictum* 9 *Septembris celebratur Dedicatio Ecclesiæ Slesvicensis, neque uspiam meminit hujus Popponis. Diem tamen obitus Adolfus reperit in MS. Vicelini Episc. fuisse* XIV, Kal. Augusti, *quando licebit de eo agere, saltem ut Beato.*

k *Dithmarus lib.* 7 *pag.* 219 trans Albiam ad Liescam, curtem quondam Wiggonis Episcopi *Brandeburgensis*, et tunc feris innumerabilibus inhabitatam, *Conventum hunc habitum scribit : Browerus perperam* Laerge *substituit, locum in diœcesi Bremensi.*

l v Idus Julii, *inquit Adolfus, ipsum Imperiale edictum integrum proferens, et addens plura de Helmwardeshusano cœnobio, quod Paderborna distat* 12 *horis, ad Visurgis et Dimelæ confluentes.*

m *Browerus in Scholiis asserit, a Dithmaro ad annum* 1015 *referri his verbis :* In Vigilia Pentecostes Imperator ad Immadeshusem venit, illic cum Antistite Meinwerco hanc sanctam festive ducens festivitatem. Ibi Wal Corbeiensis, prius ab cura suspensus, deponitur; et unus ex Laurissemensi monasterio Druchtmer, sine Fratrum consensu prædictorum, assignatur. Quo ad Sedem suam hac hebdomada veniente...., omnis Congregatio, exceptis

C novem, flens abiit, et locum hunc pene vacuum non sponte reliquit. *Eadem habentur in Chron. MS. Sax. et additur* id factum, sicut Landolfus venerabilis Abbas futurum prædixerat ; sed multis, iterum Dei gratia conversis, placuit se subdere Regulæ, quam miserabiliter in seculo vagari. *Aliud simile Chronicon asserit*, sedecim rebelles custodiæ traditos, itaque factum ut pauci admodum superessent, ceteris seculo miserabiliter occupatis, *quorum tamen plerique resipuerunt. Porro tam prædictus* Landolfus *quam* Druthmarus, Abbates, translati sunt et miraculis claruerunt *an* 1046; *addit autem Adolfus, quod rursum reperta sunt corpora an.* 1662 : *de utroque igitur a nobis agi poterit in Supplemento Februarii, obiit enim* Druthmarus, *teste Lamberto,* XV Kal. Martii 1046.

n Litones, *iidem qui Cap.* 5 *litt.* c Liti.

o Nihem *sive* Niem, *quinque circiter leucis horarus versus Aquilonem distat Paderborna, in cujus est districtu.*

p Veluwa *est pars tetrarchiæ quartæ Ducatus Gelriæ, sub Arnhemiensi urbe.* Testerbant *autem magis Brabantiam spectat, ubi Heusda oppidum.*

q Capitolium *hic dicitur quod vulgo* Capitulum, *locus judicii et consilii cœnobitici : Hincmari aliorumque auctoritates pro hac acceptione, vide collectas apud Cangium in Glossario.* D

r *Adolfus existimat respici hic ad Synodum an.* 887 *Aquisgrani habitam, quæ inter alia Regularibus præscripta cap.* 22 *indulget.* Pinguedinem ad esum, excepta sexta Feria, et viginti diebus ante Nativitatem Domini, et septimana illa quæ ante Quadragesimam vocatur Quinquagesima.

CAPUT XI.

Diœcesis utilitas diversimode ab Episcopo procurata.

Recordatus autem Episcopus voti sui, quod Romæ sancto voverat * Alexii, monasterium cum congregatione in honore ejus, in loco qui Sulithe dicitur, ædificare disposuit ; sed timens humanæ mutabilitatis incertitudinem, interim ei perspicui operis capellam in introitu urbis, juxta novum monasterium construi fecit ; eamque decimo tertio Kal. Februarii consecrans provisioni ejusdem monasterii deputavit, et in commemoratione B. Alexii tali jure misericordiæ dotavit et insignivit; ut quicumque forensi lege convictus, et sententiæ damnationis addictus, capellam contigisset, addictæ pœnæ obnoxius non esset. Juxta principale quoque monasterium, capellam quamdam, capellæ extructæ in honore S. Mariæ perpetuæ virginis a Geraldo *a* Caroli Magni Imperatoris consanguineo et signifero contiguam, per Græcos *b* operarios construxit, eamque in honore S. Bartholomæi Apostoli dedicavit. In plerisque parochiis misericorditer subvenit populis, in difficultate longissimi Ecclesiarum itineris, sive parochiis novis in divisione aliarum factis, sive capellis in eis constructis. Inter quos populo de *c* Sudburgnon, ad parochiam forensis Ecclesiæ in Patherbrunnensi civitate pertinenti ; ecclesiam construere concessit ; eaque super terram pertinentem ad curiam ab eo Monasterio suo novo attributam fundata, banno Episcopali ad jus majoris Ecclesiæ conservato, eidem Monasterio proprietario jure eam possidendam delegavit : ubi postmodum a beatæ memoriæ Wolfgango *d* ecclesia lapidea constructa ; Episcopus Rotho *e*, successor Episcopi Meinwerci, anno Domini. Incarnationis MXLIII, XVII Kalend. Novembris, in honore *f* S. Galli Confessoris Christi eam dedicavit.

*num. 24.

S. Alexii oratorium condit Episcopus;

E

a

b

parochias, justo ampliores, dividit.

c

d

e

f

F

77 In Herivordia *g* basilicam S. Mariæ, quæ vocatur ad Crucem, dedicavit : quam ipsa unica spes mortalium, ad singulare ubi miserorum refugium, sibi construi mandavit. Siquidem ecclesia Herivordensis, sicut ecclesia Corbejensis, in Episcopatu Patherbrunnensi sita, a Luthuwico filio Caroli Magni constructa, et a beato Badurado Patherbrunnensi Episcopo constat dedicata : quæ omni pristini honoris et decoris ornatu tam Ungariorum *h* devastatione, quam Thietmari fratris Bernhardi Ducis Saxoniæ invasione spoliata, propemodum fuerat destituta. Cuidam itaque fame et nuditate afflicto pauperi, in die natalis sanctorum Martyrum Gervasii et Protasii ad præfatum Herivordense monasterium, propter audita ibi Sanctimonialium munificentiam, ire volenti : ipsa piissima Virgo Maria facie ad faciem apparens, Abbatissæ et Sororibus ejusdem monasterii nuntiare mandavit, ut mutata pristina vita, tantum spirituali insisterent exercitio, quantum temporali instabant ædificio ; dicens se per hoc sedem suam revisuram, et invocantes se perpetua tuitione custodituram : adjiciens, se locum, in quo ei apparuit, ad sui nominis venerationem et Christianorum præelegisse intercessionem : ut

Herivordiæ dedicat ecclesiam

g

h

ex apparitione Deiparæ,

A ut, si quis eam ibi fideliter quæsierit, inveniat, et quod juste petierit se adeptum gaudeat. Paupere autem tantam visionem indicare trepidante, et ad suæ legationis veritatem confirmandam signum aliquod suppliciter expetente: Hoc erit tibi signum, ait Virgo piissima, quod nullius illatæ pœnæ, ne cicatricis quidem ullius aliqua te contingat molestia. Quo ad majus veritatis indicium, aliud adhuc expetente signum: Præcide, ait Dei genitrix, baculum, et faciens inde Crucis signaculum, pone ubi meorum statum cognoveris esse pedum; et si non credunt verbo signi prioris, credant ostensioni sequentis: quia quocumque tempore ad locum hunc venient, me super eamdem quam facturus es Crucem, in columbæ specie sedentem videbunt. Abbatissa ergo nomine Godesti, cum Sororibus, hoc nuntio accepto, Episcopus Meinwercus cum vicinis proximorum monasteriorum Clericis accersitur: consultu omnium jejuniis et orationibus a Deo res inquiritur: nuntius judicio aquæ ferrique igniti examinatus, securus declaratur: columba in loco ostenso inquisita, super Crucem sedere invenitur: et maxima omnium devotione et veneratione basilica fabricatur et dedicatur, et nomen Ad Crucem sortitur. *i*

Crucem ubi stabat figi jubens,

nomen nactæ B *t*

78 Murum quoque in circuitu urbis in civitate Patherbrunnensi construxit. Domum Episcopalem a fundamentis erexit: et non solum ipsius civitatis mœnia restaurare et innovare curavit, sed et quidquid in aliis suæ provisionis locis diruta vel veterana invenit, destruere, renovare, meliorare festinavit. Studiorum multiplicia sub eo floruerunt exercitia: et bonæ indolis juvenes et pueri strenue instituebantur norma Regulari, proficientes haud segniter in claustrali disciplina, omniumque litterarum doctrina. Claruit hoc sub ipsius successore *k* Imado Episcopo, sub quo in Patherbrunnensi Ecclesia publica floruerunt studia: quando ibi Musici fuerunt et Dialectici, enituerunt Rhetorici clarique Grammatici; quando Magistri artium exercebant trivium, *l* quibus omne studium erat circa quadruvium: ubi Mathematici claruerunt et Astronomici, habebantur Physici atque Geometrici, viguit Horatius, magnus et Virgilius, Crispus ac Salustius, et urbanus Statius; ludusque fuit omnibus insudare versibus, et dictaminibus jocundisque cantibus. Quorum in scriptura et pictura jugis instantia, claret multipliciter hodierna experientia; dum studium nobilium Clericorum usu perpenditur utilium C librorum. Præfatus quoque Imadus Episcopus, tempore suæ pueritiæ tanto disciplinæ claustralis rigore ibidem est nutritus, ut numquam patrem suum videre extra conventum specialiter, vel ei colloqui fuerit permissus: dicente Episcopo, pueros et adolescentes cum districtione debere erudiri, et non nocivis blandimentis deliniri: quoniam audaciæ et ferociæ nutrimenta eis ministrarent blandimenta. Adolescebant quoque secum in tirones militiæ cœlestis, Anno *m* Archiepiscopus Coloniensis, Frithericus Monasteriensis, et perplures alii, strenui postmodum in vinea Domini operarii.

Urbem munit,

studia fovet,

k *l* *m*

79 Thesaurum ecclesiasticum et ornatum, sub prædecessore suo ignis depopulatione conflagratum multipliciter innovavit: et inter alia magnificentiæ suæ dona spectabilia, tabula pretiosissimi auri, et tribus calicibus æque auri examinati et optimi, gazophylacium Ecclesiæ tam decenter quam et utiliter ampliavit et decoravit. Corona spectabilis magnitudinis et magnifici operis faciem templi ornavit, exteriorique ornatu, et tanto talique ecclesiasticæ dignitatis et utilitatis apparatu, interioris hominis habitum, Dei et proximi dilectione condecoratum, mirifice declaravit. Quem in Sanctorum plurimorum devota veneratione amplius illustrans, diem S. Bonifacii et Sociorum ejus celebrari, per totum Episcopatum Patherbrunnensem, annua observantia instituit: festiva celebritate Natalem sanctorum septem Fratrum venerari disposuit; S. Alexem magna devotione coluit; S. Longinum Martyrem, qui lancea latus Salvatoris in cruce pendentis aperuit *n*, cum aliis plurimis, quos longum est singulariter prosequi, in mira veneratione habuit. Largissimarum eleemosynarum ejus, quas in domo regia, omni vitæ suæ tempore quotidiana devotione exhibuit, eadem domus testis exstitit; quæ anno Domini Incarnationis MLVIII omni civitate Patherbrunnensi, cœlesti judicio, incendio depopulata, sola superstes, cum una domo forensi fuit.

ecclesiam ornat,

D *ex mss.* *festa Sanctorum illustrat.* *n* *Licet largus in eleemosynis,*

80 Quam humilis, liberalis et munificus, quantæ cum his qui oderant pacem fuerit patientiæ, ex aliis ejus operibus perpendatur: ne hujus rei vera relatio, plus favorem intendisse, quam virtutem ejus commendasse videatur. Canonicorum inopiæ, usque ad tempora sua albo pane in quotidiana præbenda carentium, de bannis parochiarum, quod successor ejus Rotho Præposituræ ejusdem causa negligenter attribuit, subvenire disposuit: sed cum multi te apud eos laborare potius et, ut Beneficia ecclesiastica æqualiter inter eos dividerentur, huic intentioni supersedit. Unde virtus in eo non inveniens quod argueret, invidiæ comes alienæ felicitatis habuit quod reprehenderet; quæ virtutes morum, non sui dignitate, sed verborum urbanitate pensitans, ex occasione ex neglegentia Missæ, ut dictum est, accepta, idiotam eum vocavit: et duplicitas favoralis arrogantiæ, irridens simplicitatem ejus benevolentiæ, qua pro temporum qualitate infirmis condescendit

E *detractores ... men etinuit dos est passus;*

Lacte rigans parvos, pane cibans solidos,

joculatorem appellavit. Contra quæ superfluum est verborum exaggeratione plura augmentari in beati viri commendationem; cum ejus scientia, operum efficacia claruerit, et benevolentia multis via salutis fuerit. Quod cum luce clarius ex relatis possit videri, amplius ex referendis

Illius mores, studium, data, velle, labores,

onerosum non sit intueri. Tendens itaque vir, totus ex virtutibus, semper ad meliora, invigilavit Ecclesiæ commissæ providentibus omni cura; sperans se pro compassione proximi perventurum ad dilectionem Dei. F

81 Episcopatus ergo ejus anno nono, Dom. Incarnationis MXVIII, Berenwardus Hildeneshemensis Episcopus, tempore Quadragesimali Synodum in Goslaria habens; in qua præsidente Imperatore cum Episcopis ceterisque regni Primoribus, Godescalcum Ekkihardi Comitis filium, *o* et Gertrudem filiam Comitis Ekkiberti separavit. Proxima itaque octava Idus Aprilis, solenniis sacrosanctæ Dominicæ Resurrectionis, Episcopus Meinwercus Patherbrunnæ celebratis, ad Imperatorem Noviomago perrexit; et in Dominica, qua tunc Albæ deponebantur, videlicet Idibus Aprilis, interventu Chunigundæ Imperatricis, et Archiepiscoporum Popponis Treverensis, Erchanbaldi Magontiensis; Episcoporum quoque, Everhardi Bavenbergensis, Athelbaldi Trajectensis; item Popponis Abbatis Vultensis; Godefridi, Bernhardi Ducum, Becelini Comitis, prædium Siburgehusun in comitatu Udonis Comitis, in pago Hemmerfeldum situm, obtinuit. Anno proximo, Imperator cum exercitu, contra Bernhardum *p* Ducem Saxoniæ, ad castellum Scalkisburg perrexit; ibique mediante domino Meinwerco Episcopo, cum amicis suis in pace omnia constituit. Septimo decimo autem Kalend. April. Imperator Goslariam veniens, interventu ac petitione Chunigundæ Imperatricis,

o *impetrat Siburghusen,* *p* *pacem conciliat,*

A ratores, et Episcoporum Adalboldi Trajectensis, Meinwerci Paderbornensis, Everhardi Bavenbergensis, et Godehardi Dearis, Abbatum q [illegible] [illegible] Paderbornensi, [illegible] Comitis, Thelerici Meingardeverdensis Ecclesiae Episcopo, [illegible] [illegible] contulit: ut ipsius Ecclesiae Episcopi in [illegible] imperiali auctoritate [illegible] [illegible] [illegible] timorem, liberam facultatem haberent et de Advocatis, in [illegible] loco secundum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], juxta quod illis melius visum fuerit, ad utilitatem ipsius Paderbornensis Ecclesiae [illegible] et ordinarent.

Ex MSS suadet ut Lo- sternen non commendetur Episcopo Monasteriensi. q

82 Eodem loco et anno, proxima r xiii Kalend. Aprilis, sabbato ante Palmas, interventu Chunigundis Imperatricis, Episcoporum quoque Geronis, Unwani, Arnoldi, Dietrici, Hiltiwardi, et Erici; Optimatumque regni, Bernhardi Ducis, Sigifridi, Hermanni, Ekkehardi Comitum consilio [illegible] [illegible], Abbatiam s Seeldze, sitam in pago Weraga in Comitatu Fretherici Comitis, Episcopo Meinwerco dedit. In proximo Pascha, Domnus Apostolicus Benedictus ab Imperatore et universis Principibus Bavenbergæ gloriosissime susceptus, secundum sponsionem suam, ipsius Ecclesiae novellam plantationem visitavit: et octavo Kalend. Maii, Basilicam in honore S. Stephani Protomartyris consecratam, pretiosissimis Reliquiis, quae ibi conservantur, adornavit. Ubi inter Missarum solemnia, adoperatione quadraginta Episcoporum, et unanimi consensu Principum, Episcopatum illum ab omni seculari potestate liberum esse constituit; et cuncta quae Pontificali dignitati et utilitati congruebant, praesentiae suae auctoritate et privilegii sui attestatione, bannique sui firmitate, roboravit. Episcopus ergo Meinwercus, gaudii sui in Domino, de Ecclesiae commissae promotione, Apostolicum participem fore cupiens, quanta bona Imperator ei contulisset, innotuit: et, ut ejus interventu, ampliora percipere mereretur, suppliciter expetiit. Cujus munus paternae pietatis devotio, fuit ei apud Imperatorem precum suarum obtentu non minimo adminiculo; uti postmodum magnarum rerum approbavit larga exhibitio. Post hæc, quarta Kalend. Julii ipsius anni, Hemeraldus u sanctus Presbyter in monte Hasungo, in quo beneplacitum fuit altissimo habitare eum, ad Christum migravit; et Episcopus Meinwercus, morte ejus audita, animam ejus Missarum eleemosynarumque celebri commendatione Deo commendavit.

r ipse Schedizam accepit.

s

Pontifici laudat beneficentiam S. Henrici

*ergo Bamberg Ecclesiam **

orat pro S Hemeraldo defuncto u

B

C

ANNOTATA G. H. et D. P.

a Geraldus Comes, *Hildegardis Imperatricis frater, cujus an. 799 in praelio contra Hunnos caesi elogium ex Poemate Walafridi Strabo, simul et Epitaphium, vide Tomo 2 Franc. du Chesne pag. 649, ad* [illegible] [illegible] *Capellam, vetustate collapsam esse,* [illegible] *Brouwerus.*

b *Quod* [illegible] fornice [illegible], utrimque columnis sustentetur, longitudine colligens pedes 47, latitudine 30, [illegible] *idem Brouwerus,* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

c Seelbergen [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; *non Treviren...* Sund, [illegible] [illegible].

d Wandgangus *Abbas* [illegible] [illegible] [illegible] *an* 1053 [illegible] [illegible] [illegible] *per* [illegible] *Adelfus.*

e Rotho seu Rodulfus, *ex Praeposito Stabulensi* [illegible] *Abbas, inde Episcopus Paderbornensis* [illegible] *an* 1036 *vel* 2. *sic inscriptus Necrologio: xvi Id. Novembris obiit Rotho Episcopus* Frater noster.

f *Hon* [illegible], *post destructam ecclesiam, ab incolis aliis* G [illegible] *Celitur, item S. Gallus, celebratur prope Hohenmonasterium colitur,* 16 *Octobr. quo dies anno isto* 1043, *habeat litteram Dominicalem B, cadebat in Dominicam. Eo loci novi postea constructa est ecclesia, sub titulo S. Michaelis Archangeli.*

g Hervorda urbs in *veteri Comitatu Ravensbergensi, cum Ducatu Cliviae jam subest Marchioni Brandeburgensi. De ea egimus 7 Januarii ad Vitam B. Withekindi Ducis Westphaliae: cujus os* [illegible], [illegible] [illegible] *Paderbornae dicuntur asservari. Vetus ejus monumentum esse inter Paderbornensia* [illegible] 147.

h Hungaros vastasse Saxoniam anno 906 *scribit Schafnaburgensis, et anno* 916 *loquitur in Supplemento Reginonis. At Meinwercum a Thietmaro fuisse* despoliatum *Dithmarus lib. 7 indicat.*

i *Adelfus* [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] *narrationem in MS* [illegible] *habet, et in lapide istic posito notari annum* 1011: *locum autem a nobilibus puellis, sed heterodoxis teneri.*

k *Hic* Bradus, *in litteris anni* 1052, Domnum Meinwercum Episcopum, dilectum avunculum suum *vocat, utique ex Glismode sorore, de qua num. 4. Obiit ille anno* 1076, *idque* iii *Non. Februarii, juxta praefatum Necrologium.*

l *Quomodo Grammatica, Rhetorica, Dialectica* Trivium; *Arithmetica, Musica, Geometria et Astronomia dicantur* Quadrivium, *erudite docet Cangius in Glossario.*

m Anno, *inscriptus Martyrologio Romano ad diem 4 Decembris. Eidem substitutus fuit B. Altmannus, postea Episcopus Passaviensis, cujus Vita illustranda erit ad diem 8 Augusti.*

n *Coluntur hi Sancti,* Bonifacius *hoc 5 Junii,* Septem fratres 10 Julii, Alexius (*ut diximus* 17 *Julii, et* S. Longinus 16 *Martii, ad quem diem Acta duorum Longinorum illustravimus, atque eos distinximus ex monumentis Graecis atque Latinis.*

o Propter consanguinitatem proximam esse excommunicatos, *ait Dithmarus.*

p Bernhardi Ducis *genus humile, rebus bene a potissimum contra Bremensem Episcopum explicat Adamus lib. 2 cap. 33, quae refutare conatur Meibomius in Vindiciis Billinganis ab Adolfo allegatis: hic autem monet* S [illegible] *hodie* Luneburg [illegible].

q Leisborna *Abbatia prope Lippiam fluvium... ab urbe Lippia seu Lipstadio* 2 *leucis horariis dissita, est unum in districtu Monasteriensis Episcopatus Stromberg* [illegible]. *In hac Abbatia vixit Monachus Bernardus Witti, a quo opera historica habemus descripta : in quibus diploma hujus donationis refertur, Abbates* [illegible] *usque tempora recenset Bucelinus.*

r *Imo, xii Kalend. Aprilis: cum enim anno* 1019, *currente littera Dominicali D. Pascha celebrandum fuerit 29 Martii, patet quod Sabbatum ante Palmas convenerit cum* 21 *ejusdem.*

s Seelhem *olim collegium nobilium Virginum* [illegible] vicum Schilse, *intra primum lapidem ab oppido Bilenfeldt in Comitatu Ravensberg: nunc aliqua ex parte infectum Lutherana labe, alterius Romanos ritus* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *Adelfus in* [illegible] *pag.* 379.

t *Chronicon Hildesheimense ad annum* 1019, Eo anno in Pascha Papam de Roma Bavenberg [illegible] [illegible] [illegible] *Imperatore: fuit ergo* [illegible] *haec Dominica* [illegible] 4 *Domnum* [illegible] *post Pascha.*

u *Annales Corbeienses MSS. apud Adelfum,* Anno 1019, Hemeraldus Monachus in Vigiliis S. Petri obiit, et statim multas virtutes Dominus per eum ostendit [illegible].

Ex MSS. D

E

F

A operatus est : *quæ latius patebant in ejus Vita, ad dictum diem danda.*

CAPUT XI

Post reconciliatos inter se SS. Henricum Imp. et Heribertum Archiep. variis fundis donatur Meinwercus.

a S. Heriberto Colon. offensus Imperator, Sequenti anno, post Natale Domini, Imperator, Commoto exercitu comitem quemdam Ottonem, seculi dignitate non minimum præpollentem, in castro quod dicitur *a* Hamerstein, situm supra Rheni littus, obsedit : quoniam idem Comes Episcopatum Maguntinum multa infestatione sæpius pervagans, ferro et igne devastavit ; et ob eo magno contra ejusdem civitatis Præsulem vehementer inflammatus, qui nuper ab illo propter illicitum connubium, judicio Concilii generalis fuerat anathematizatus. Cum ergo querimonia ejusdem Præsulis Imperator excitatus, in prædicto castro illum obsideret ; venerabili Heriberto *b* Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopo, demandavit, ut ipse in auxilium sibi cum suis festinus *b* veniret. At ille in mensi febribus tunc laborans, quod B imperabatur implere non valuit ; et propter hoc commotus Imperator, excusationem eum Imperii sui temporibus habere credidit. Antiqua namque suspicione scandalizatus, quoniam * (ut prædictum est) in humando prædecessoribus ejus corpore deditus, ele- *num. 9* ctioni ejus non interfuit ; invidi, qui nunquam deerunt si sint quibus persuadeatur, occasionem Sancto derogandi nactis, plus justo aurem præbuit ; et responso ejus accepto, cum magno furore ; Si, inquit, ipse ad me dedignatur venire, ego illum quia ægrotat, habeo visitare. Atque cum hac iracundia, mox ubi hostem expugnavit, Coloniam properavit ; *divinitus prohibetur ei nocere :* imminentibus nimiumque sese ingerentibus invidis, qui satis ardentem furoris ejus igneam magis ac magis perflabant linguis malevolis, detrahentes innocenti viro Dei. Ipsa autem nocte, qua Imperator Coloniam ingressus, officiosissime a viro Dei fuerat susceptus, cum se sopori dedisset ; vidit in somnis quemdam quasi venerabilem virum Pontificali veste ornatum, sic eum alloquentem : Cave, inquit, o Imperator, ne posthac pecces in conservum meum Heribertum ; scito enim virum Deo esse acceptum, in quem si quid admiseris, tu sine dubio portabis judicium.

C 84 Numerum gratia Dei miserentis, taliter præmonendo Imperatorem, ignorantiæ ejus pepercit : quia videlicet in eo quod ejusmodi virum suspectum habebat, non malitia sed ignorantia peccabat. Siquidem ejusdem Imperatoris animam timor Domini possidebat, neque scienter disponere aut judicare quidquam cupiebat, per quod cœlestis offenderetur Majestas. Denique cum aliquid de regni negotiis disponere aut judicare intenderet, dispositiones omnes sive judicia sua, precibus et eleemosynis prævenìebat : quatenus mens ejus et actus cœlesti regimine gubernaretur, ne quando exorbitaret agendo, vel judicando, quod divinis legibus contrairet. Mane *quare postulata ab eo humiliter venia.* ergo facto, cum Imperator, mente mutatus, virum Dei ad se vocasset ; et id quod cœlitus evenerat, quod superno respectu Rex compunctus fuerat, vir sanctus ignoraret, ac proinde lacrymosis oculis apud illum querelam depromeret, causas requirens ; propter quas sibi tam diu infestus existeret ; repente Imperator exsurrexit, et virum Dei amplexatus in oscula illius ruit. Ille admirans hæc, pariter consolationis ab eodem dicta suscepit. Ex quo, inquit, ad Regni fastigium, Deo donante, conscendi, detrahentium linguis nimium credulus, fateor, venerande Pater, te exosum habui : et hanc odii trabem in cordo gestans, et ideo nihil videns, iniquum de te D judicium habui ; nunc que post tantam, imo Dei gratia in te fulgentem, videre non merui. Porro te *IX. ss.* tacente, causa clamat super te, tuamque causam defendit apud me : nam ipse, qui de Sanctis suis curam habet semper et habuit, sicut scriptum est : Non reliquit hominem nocere eis, et corripuit pro eis Reges : nolite tangere Christos meos, et in Prophetis meis nolite malignari. Psal. 104 : ipse me pro te corripuit, ut sciam quod inter electos ejus computatus sis. Indulge ergo, precor te, quod in te malignatus sum, vel quod te servum Dei tangere deliberavi : quia peccatum meum cognosco, nec amplius addam adversari tuæ sanctitati.

85 His dictis, semel, iterum, et tertio sanctum Pontificem deosculatus est, triplicem nimirum nectens dilectionis nodum, de quo Sapiens loquitur, Funiculus triplex difficile rumpitur. Nec moratus, *Eccle. 4, 12* virum Dei, jam amicus, juxta se prope se residere fecit. Hæc videntes adversarii, in fugam versi sunt : ceteri vero fideles benedixerunt Dominum. Nec contentus hac satisfactione religiosus Rex, adhuc de divina pietate erat sollicitus : et præterita reconciliatione non contentus, nocte sequenti, finitis Matutinorum solemniis, assumpto uno ex Clericis, cubiculum Pontificis adiit ; sed non eum quiescentem, E verum in proximo S. Joannis oratorio vigilantem, ut solebat, et orationibus insistentem reperit. Protinus abjecta chlamyde solo stratus, ante pedes ejus, in spiritu humilitatis et in animo contrito, se suscipi postulat ; et ea potestate, quam Sacerdotibus suis Dominus contulit, veniam sibi dari cunctorum quæ in eum commiserat. Nec moratus omnipotentis Dei famulus, Imperatorem a terra prostratum sublevat, et secundum fidem Regis, culpæ veniam relaxat. Erat autem hoc servo Domini initium sempiternæ consolationis, quippe qui de ista valle lacrymarum protinus ascensurus erat ad gaudium divinæ visionis. Etenim idem vir Domini, revelante sibi Spiritu hoc prænoscens, ait in illo secreto inter cetera ad eumdem Imperatorem : Noveris certissime, quia post discessum istum, quo nunc separabimur, nostras invicem facies in hoc seculo nequaquam videbimus. Eo magis Imperator corde compunctus, iterum in amplexus et oscula Episcopi ruit, flens pariter et cuncta pene membra, manus, et oculos, *de genibus atque cum lacrymis ei valedicit :* collum quoque fixis demulcens osculis. Hoc facto, clam ad cubiculum rediit, mœstam reportans memoriam prophetiæ beati viri ; quam et postmodum, transitu ejus subsequente, veram fuisse comperit et ipse ut audierat ore proprio denarravit. F

86 Venerabilis autem Episcopus Meinwercus, de reconciliatione mutuæ dilectionis, quam inter eos reformare sæpe laboraverat, non modice lætabatur ; et ut peccata sua quæ in sanctum virum, licet ignoranter, commiserat, misericordiæ operibus plenarie coram Deo dilueret, Imperatorem hortabatur. Imperator ergo Christianissimus, eruditus omni scientia litterarum, et per se id expedire sibi intelligens, et consulenti libenter obaudiens, per interventum ac indefessum servitium ipsius Episcopi Meinwerci, pro redemptione animæ suæ, dilectæque conjugis suæ Cunigundæ Imperatricis, quinta anno regni sui curtem Triburi nominatam, in pago Saxonico Westfala sitam, in Comitatu Herimanni Comitis, cum *deinde Meinwerco donat Iburam,* omnibus appendiciis, servis et ancillis, liberis quoque, cum tali servitio et censu qualem Reges possidebant et regebant, et ceteris omnibus ad eamdem locum pertinentibus, ad Abbatiam in Patherbrunnio, a prædicto Episcopo inceptam et stabilitam, ibidem in Colonia XII Kal. Martii testamentaria auctoritate dedit : et inde divertens Bavenberge, Quadragesimam ibidem celebravit. Sic Dei miseratione in Patherbrunnensi

A therbrunnensi cœnobio, crescente religione, crevit et census ipsius Ecclesiæ, formam dans posteris normæ rectissimæ; ut et pro cunctis animæ et corpori necessariis Patri cœlesti, scienti quid nobis necesse sit, devote serviatur, ne dum religio parit divitias, divitiæ religionem destruant, et sic ambo pereant, discrete caveatur.

[illegible]

87 Proximo ergo XVII Kal. Aprilis beatus Heribertus Coloniensis Archiepiscopus mortem in vitam in angelicam mutavit, et in locum ejus Piligrimus regius Capellanus subintravit. Eadem vero nocte, qua S. Heribertus, post emeritam vitæ hujus militiam, supernum donativum accepturus, ad cœlos migravit, Eppo [illegible] venerabilis, Bavenbergensis Ecclesiæ Episcopus, præclaris moribus et non contemnendis florens virtutibus, hujusmodi visionem vidit. Ingrediebatur quasi quoddam magnum splendidumque Capitolium; et ecce illic residebat innumerabilis concio personarum venerabilium, Episcoporum, Abbatum, Regum atque Imperatorum, ceterorumque cujuscumque ordinis virorum illustrium, secundum suum quisque ordinem vestiti, et omnes pulchri ac reverendi quasi ad agendum generale Concilium congregati. Porro in medio considentium, loco evidenti sella posita videbatur Episcopalis, sessorem nondum habens, veruntamen ad hoc parata, ut in illa resideret aliquis. Ut ergo tantæ amplitudinis locum, tamque venerandæ multitudinis conventum introspiciens vidit; admiratione pariter et timore compressus, nequaquam introire præsumpsit. Cum ergo ita staret stupefactus, ecce unus de illo sancto senatu, tantoque quasi Patriciorum cœtu surgens, et usque ad eum pro foribus stantem procedens (quem et ipse, ut sibi videbatur, dudum noverat) apprehensum manu introduxit, et, ut super sedem vacantem resideret, annuit. Ille veritus hoc facere recusavit, sciens eamdem sellam viro reverentiæ majoris et dignitatis amplioris positam.

et mortuo S. Heriberto

c

B

88 Nec mora: qui conventus ejusdem primatum tenere videbatur, duobus ex eodem consessu venerabilibus Episcopis præcepto edixit, ut foras exeuntes eum, quem primum invenirent stantem et paratum, introducerent; et in sede illa media, quoniam sessioni ejus præparata fuisset, digne collocarent. Fecerunt illi ut imperatum fuerat: et ecce quem adducebant, domnus Heribertus Coloniensium Archiepiscopus erat, sacro redimitus ornatu, tanquam in die solemni ad celebranda Missarum solemnia. Eum in illa sede medium sedere fecerunt. Veruntamen unum ornatui ejus, scilicet baltheus *d*, deesse videbatur. Cum ergo tanti Principes considentes illum vidissent, baltheumque illi deesse animadvertissent; quasi vehementi admiratione concitati, sciscitabantur, quisnam ille esset, qui tanti Pontificis ornatum diminuere præsumpsisset? Ad hoc ipso tacente, prælocutus est unus de Primoribus, dixitque: quod is esset Imperator Henricus. Hanc visionem Episcopus Imperatori mane narravit: ipseque Imperator non incredulus visioni, recordatus verborum ultimæ collocutionis, Episcopo respondit: Si baltheo caruit me prædone sanctus ille et venerandus vir, Domino adjuvante, meque operam dante, rapina hæc restituetur illi. Igitur Imperii dein manum largius extendens, bona Christi Ecclesiis pauperibusque distribuit, sacrisque Missarum solemniis, psalmis et orationibus transitum beati Præsulis celebrari edixit, cui ipse baltheum sustulisset; id est, quem viventem longe minus quam debuerat honorasset.

atque per visum dolente baltheum sibi ab Imperatore sublatum,

d

id est honorem debitum, jubet ejus transitum celebrari

89 Inter innumera ergo quæ pro animæ ejus remedio liberaliter erogavit, interventu Domini Benedicti Papæ patris sui spiritualis, Cunigundæ Imperatricis, Erchanbaldi Magontini Archiepiscopi; Episcoporum quoque Everhardi Bavenbergensis, Engelberti Frigisinensis: quamdam curtim, Hammonstide dictam, sitam in pago Rittega in Comitatu Udonis Comitis, dedem in Bavenberge in sabbato *e* Paschalis hebdomadæ, IX videlicet Kal. Maji, in Festo S. Georgii Martyris, Episcopo Meinwerco Imperator tribuit, ob jugem suum et indefessum servitium: ut ipse nullius æmuli opprobriis subjaceret, quin plus omnibus serviens, præmia honoresque [illegible] acciperet, exemplisque sui emolumenti alios ad suum fidele servitium Imperator provocaret. Hanc curtem quidam Comes nomine Godiza proprietatis jure possidens, cum omnibus appenditiis ad eumdem locum pertinentibus, cum consensu conjugis suæ Adilhæ, ac sororis suæ heredis justissime, ipsi Imperatori in proprium ea ratione tradiderat, ut prædictus locus in beneficii usum, et insuper centum mansi cum familiis, quamdiu viverent, sibi concederentur. Quo facto, Imperator, divino admonitus instinctu, assiduitateque servitii venerabilis Meinwerci Episcopi, non multo post, prædictorum interventu, pro remedio animæ suæ, cum chirographo ipsum prædium in proprietatem et dominium Patherbrunnensis Ecclesiæ, ut dictum est, eo pacto dedit, ut si prædicta Domna Adilhe eum supervi-

D

e

Alteram curtim largitur Meinwerco

veret, et quisquam ei prædictum beneficium abstraheret vel aliquid incommodi faceret, Episcopus beneficium ex substantia Patherbrunnensis Ecclesiæ restitueret; et si ipse id recusaret et renueret, illa Domna potestative sua reciperet. Episcopus autem Meinwercus manuscriptum hoc de Hammonstide, in præsentia Thiederici Mimigardefordensis Episcopi, Liudolfi, Udonis, Hiddonis, Acci Comitum, et aliorum multorum legi fecit, omnemque inferendæ inquietudinis occasionem in futurum Pastorali vigilantia solerter præmunivit.

E

90 Post hæc Kalendis *f* Junii Episcopus cum Imperatore Confungam *g* venit, ubi interventu Geronis Magetheburgensis Archiepiscopi, Dodiconisque Comitis de Wartberge, quamdam Regiæ proprietatis forestim *h* in comitatu ejusdem Comitis Dodiconis sitam obtinuit. Hæc forestis initium sumit de *i* Rothalmingahusun, rectoque tramite protenditur in Wisaram fluvium: sicque ascensum ducit in fluvium qui vocatur Fulda; inde vero servat continuatim sui ascensus tenorem, juxta eumdem fluvium Fuldæ, usque in rivum, qui dicitur Crumelbecke, nec non ad oppidum quod Holthusun vocatur viam tendit; simul graditur in Othilanbam et Riginherishuson, atque ad Rothiereshusun, mox pergit ad Kikillahusun atque ad Beverbiki; sicque protenditur in viam, quæ ducitur ad Wulfredeskisicun; itemque in alteram viam, quæ extenditur ad Gunnesburin, et ad viam Monneshusun: sicque gyrando circuit quamdam viam, quæ pervenit usque ad prædictum oppidum Rothalmingahusun. Ipso quoque anno *k* Erchanbaldo venerabili Mogontiensis Ecclesiæ Archiepiscopo, episcopatus sui anno nono mortuo, Aribo regius Capellanus successit; qui inspirante Dei gratia, inter alia suæ devotionis et dilectionis erga Deum indicia, super montem qui dicitur Hasugun, in honore sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et in commemoratione B. Heimeradi supradicti, monasterium construxit *l*. Comite quoque Dodicone de Wartberge eodem anno IV Kalend. Septemb. mortuo, Episcopus Imperatorem post Natale Domini Patherbrunno invitavit; et Comitatum, quem idem Dodico Comes dum vixit tenuit, situm in locis Hessiga, Netga, Niterga XIV Kalend. Martii ab eo impetravit.

f

g

h

grandem item silvam,

i

F

k

l

duosque Comitatus an. 1020

91 Die quoque Kalendarum Martiarum proximarum, alium quemdam Comitatum in Immedeshuson, interventu Benedicti Papæ, Cunigundæ Imperatricis Augustæ, Everhardi Bavenbergensis Ecclesiæ

et an. 1021,

A siæ Episcopi, Piligrini ejusdem Ecclesiæ Præpositi, regisque Cancellarii obtinuit : quem situm in locis Sorathveld, Sinuthvelt, Aimunga, Treveresga, Burclaun, Liud lfus Comes dum vixit tenuit : ea ratione, ut nec ipse Meinwercus Episcopus, nec aliquis successorum suorum, ullam potestatem haberet alicui suo Militi vel extraneo eumdem Comitatum in beneficium dandi, sed monasterialis ipsius ecclesiæ qui pro tempore fuerit, præsit prædicto Comitatui, ac de ejus utilitatibus provideat, ad restaurationem constructionis ipsius Ecclesiæ, ut inde muri releventur, tecta reparentur, et quidquid opportunum fuerit ad corporalem formam ipsius domus Domini, ibi inde administretur. Ingens terræ motus *m* iv Idus Maji in partibus Bajoariæ eodem anno contigit. Quidam vero propinquorum Dodiconis Comitis, Bern nomine, traditionem, quam idem Comes et frater ejus Comes Sigebodo in bonis hereditariis *n*, ad Patherbrunnensem Ecclesiam, hortatu et rogatu venerabilis Meinwerci ipsius Ecclesiæ Episcopi fecerant, infirmare judicio seculari attentavit : et multis conciliis habitis, ad ultimum, in Natali *o* S. Damasi Papæ, in Ermenneswerethe, in præsentia Henrici Imperatoris, Aribonis Magontini Archiepiscopi, et

m quo et item pro aliis bonis componit:

B Episcoporum Wizelini Strazeburgensis, Adalbaldi Trajectensis; Udonis, Hermanni Comitum, et aliorum multorum, omni querela postposita, plenaria reconciliatione pacatus, cessavit; et cogitata tres libras ab Episcopo accepit in Gandereshem xx uncias auri; xlvi libras argenti; unum pallium pro iiii libris; et xxx equas: astantibus Wizelino Episcopo prædicto, Rainwardo, qui Advocatus fuit, Udone, Sigifrido, Ezzikone, Liudolfo, Becelino de Suevau Comitibus; Conone filio Ducis Ottonis, ejusque milite Zeizulfo, et aliis multis.

Anno 1022

92 In capite autem Jejunii proximi *p* anni, præsentibus, Udone, Bennone, Sifrido Comitibus, aliisque plurimis, cum Rainwardo Milite Bernonis, duas uncias auri et duas libras argenti. ... datis omnibus promissis, exceptis duobus talentis. Eodem anno *q* Thiedericus Mimigardevordensis Episcopus obiit, et Sigifridus Parthenopolitanus Abbas ei succedens, x annis eidem Ecclesiæ laudabiliter præfuit. Thiedericus quoque *r* Mindensis Præsul præsentem vitam finivit, post quem Albericus ejusdem Ecclesiæ Præpositus electus; sed morte præventus, nec consecrationem accepit, nec in Cathedram pervenit, Sigibertus vero Episcopatum obtinuit. Piæ memo-

moriuntur plures Episcopi,

C riæ etiam Berenwardus Hildeneshеimensis Episcopus xii Kalend. Decembris ad Christum migravit; in cujus locum Dominum Godehardum *s*, Altahensem prius Abbatem, sancta Ecclesia sibi suisque utiliter subrogavit. Anno dehinc succedente Gero Parthenopolitanus Archiepiscopus ab hac vita decessit *t*, cui Hunfridus Wirciburgensis Ecclesiæ Præpositus successit. Thietmarus piæ memoriæ Osnebruggensis Episcopus ad Christum migravit, et in Sedem ejus subintravit Moncherus. Arnoldus quoque Halverstadensis Episcopus moritur, et Brantoch quondam Fuldensis Abbas substituitur. Bernardus similiter *u* Haldenburgensis Episcopus sustollitur, post quem Reinholdus subinfertur. Ipso anno Aribo Magontinensis Archiepiscopus, in Pentecoste *x* Imperatorem Magontiam invitavit, ubi et concilium generale coadunavit, in quo Episcoporum consilio plura quæ deviaverant correxit : præcipue tamen Ottonem Comitem prædictum de Hamerstein, et Irmingardam illicite commanentes separare disposuit: quod tamen perficere non potuit, quia ille se partim Regali timore, partim Episcopali commonitione utcumque correxit. Illa vero publice bannis prævaricans, ibidem jus legemque omnem funditus perdidit *y*.

item an. 1023,

quo et celebratur Synodus Moguntina.

ANNOTATA G. H. et D. P.

D EX MSS. Nov 27 et 28

a Hamerstein. *sive* Hermanstein, *aut* Ehritbretstein, *e regione Mosellæ influentis in Rhenum ad urbem Confluentiam.*

b S. Heribertus, *colitur 16 Martii, in cujus Vita a Ruperto Abbate scripta hæc continentur cap. 7 num.* 26, 27, 28. *Unde hæc descripta sunt, et ibidem a nobis illustrata.*

c *Quis hic* Eppo *foret, nesciremus ad Vitam S. Heriberti dicere, quod legeretur* Episcopus Babenbergensis *sive (uti hic scribitur)* Bavenbergensis, *quo interim titulo mox indicatur* Everhardus Babenbergensis Episcopus, *uti etiam in litteris S. Henrici de erecto abs se Episcopatu, traditurque is ab anno* 1007 *ad annum* 1042 *præfuisse. Binominem ergo tum credidimus: nunc errorem suspicamur, atque alium quærendum Epponi Episcopatum, qui forte fuerit* Havelbergensis, *inter tres Episcopatus ditionis Brandeburgicæ; nisi velimus de Chorepiscopo Bambergensi hic esse sermonem.*

d *De* Baltheo, *i. Cingulo sacrificali, erudite disserit Cangius in Glossario.*

E

e *Nempe an.* 1020 *Pascha celebratum fuerat* 17 *Aprilis, proinde sequens Sabbatum fuit* 23 *ejusdem*

f *Notat Adelfus in apographis legi factam donationem recentem* an. MXXI, Indict. III, XI Kal. Junii, *quibus patere in illem, quam sæpius in talibus errasse deprehenso, vel auctore vel ammanuensi ejus.*

g Contunga *seu* Confugia *monasterium olim celebre sanctimonialium apud Cassellas in Hassia, ubi S. Cunigundis Imperatrix, mortuo S. Henrico vidua, habitum monasticum sumpsit, uti 3 Martii cap. 2 Vitæ diximus.*

h Forestis, *seu* Forestus *aut* Foresta, *sumitur hic pro saltu, silva aut nemore, sæpe etiam* Forestis *accipitur pro vivario piscium. Consule Glossarium Cangii.*

i *Videtur esse hodiernum* Rottenburg *in Hassia, unde usque ad Wesaræ et Fuldæ confluentes 3 circiter leucarum ascensus, et inde usque in rivum Lauterbach, hic forte* Crumelbeck *dictum, leucæ 5; ac porro tractus silvosus perquam amplus usque in Altenberg: oppida autem seu vici hic nominati non reperiuntur in tabula diœcesis Moguntinæ, continentis terminos supra notatos.*

k *Anno* 1020, 15 *Kal. Sept. obiisse* Erkanbaldum, *alias* Herenunbaldum *Moguntinum, diximus ad Vitam S. Godehardi cap. 3 litt.* e. *sed cum ad ejus vicem, velut tunc adhuc viventis Cancellarii, inveniatur recognita sequens donatio inserta Monumentis Paderborn. pag.* 161 an. MXXI, XIV Kal. Martii. Indic. IV, *potius standum videtur Hermanno Contracto et MS. Chron. Saxon. uno anno differenti mortem istam.*

F

l *Trithemius in Chronico Harsaugiensi attribuit Sigefrido Archiepiscopo constructionem hujus monasterii ad annum* 1073. *Videtur autem* Hasungun *dici quod hodie* Hazelunnen *ad Hasam fluvium, qui Meppenæ in Amasim confluit, post 4 leucas abinde decursas.*

m *Chronicon Hildesheimense an* 1021 *eumdem confirmat diem, et addit quod res hora x diei, feria* VI post Ascensionem Domini contigit : *omnia autem probant annum prænotatum, atque et correctionem nostram : fuit enim Pascha celebratum 2 Aprilis, atque adeo Ascensio, die* XI, *seu* V Idus Maji.

n *Integras istarum donationum tabulas vide in Monumentis Paderbornens. pag.* 47 *et* 49.

o *Colitur* S. Damasus Papa, XI *Decembris*

p *Id est 7 Februarii, cum Pascha celebrandum esset* 25 *Martii.*

q x Kal. Februarii, *juxta Chronicon Hildeshein. et MS. Saxonicum.*

EX MSS

A r XI Kal. Martii, *ut habent eadem Chronica.*

s *Vitam hujus S. Godehardi illustravimus ad diem 4 Maji.*

t *Prædicta Chronica sequentes obitus ita notant, Geronis,* XI Kal. Novembris; *Thietmari,* XVII Kal. Septembris; *Arnoldi, sive (ut Dithmarus scribit) Arnulfi,* VII Idus Septembris.

u Haverbergensem *perperam fecerat Browerus. Dithmarus lib. 7 pag.* 185 Antiquæ civitatis Episcopum *appellat;* Mikilinburgensem *MS. Saxonicum, apud Adolfum.*

x *Celebratum fuit istud Pentecostes festum 2 Junii, quia Pascha anno* 1023 *cecidit in* 14 *Aprilis: quæ autem hic narrantur, sumpta sunt ex prædicta Vita S. Godehardi num.* 24.

y *Hic apud Browerum et Surium intruditur digressio prolixa, prolixior etiam apud Adolfum, de Syn. lo Salegenstadiensi, ab eodem Aribone celebrata, quasi ea secuta esset Moguntinam hanc.* Proxima, III Idus Augusti ipsius anni, *scilicet* 1023; *quæ est perquam inepta connexio: cum Moguntina celebrata sit initio Junii, uti jam ostendimus: hæc autem, de qua agitur anno* MXXIII, Indictione V, *ut hic legitur* III Idus Au-

B gusti, anno Domni Henrici regnantis XXI Imperii vero XI, *sicuti habet Præfatio in tom.* 9 *Conciliorum Labbei. Totam ergo digressionem, alibi perfectius legendam, hic omittimus, ut nihil attinentem ad Meinwercum; idque facimus eo fidentius, quod non solum desit in antiquo nostro MS. sed etiam in illo quo usus est Adolfus, hoc loco non reperiatur; verum seorsim dumtaxat descripta post Vitam, unde illam in contextum hic transtulit Browerus; quod miror secutum Adolfum, istud scientem et notantem.*

CAPUT XIII.

Varia inter SS. Henricum Imp. et Meinwercum Episc. familiarius acta.

Ad novi monasterii dedicationem invitato Imperatori

Episcopus autem Meinwercus, monasterium inchoatum accelerans consummare, sanctuario testudinato, Imperatorem in Nativitate Domini Patherbrunno invitavit, et sperans cum Imperiali magnificentia aliquid daturum præbia, in præsentia ejus hoc dedicare proposuit. Ex inopinato autem sanctuarium, casum ipsius ecclesiæ futurum præsignans, cecidit: et ita, Episcopo domi forisque negotiis regni multipliciter occupato, monasterium

C hoc usque ad annum Dominicæ Incarn. MXXXI, indedicatum permansit. Invitatus autem Imperator adventum suum denuntiavit Episcopo, præcipiens necessaria suo præparari balneo. Episcopus autem, per omnes curtes suas Dominicales, agnis fœtas occidi faciens, de velleribus agnorum intra uterum earum inventorum, pelles fieri mandavit, quibus pallio novo adopertis, et galiis *a* martiramis in circuitu ornatis, Imperatorem post balneum Vigiliæ vestivit. Magnatum autem Regni, qui plures aderant, accedentes, pallium consideraverant; et rem ut suspicati erant, deprehendentes, Imperatori intimaverunt. Qui advocato Episcopo, cur pelles ovinas sibi dedisset, inquisivit; et honoris et anctoris ignarum, dignitatisque Romani Imperii eum oblitum, proclamavit. Episcopus autem optimum genus indumenti, cuique ordini, conditioni et dignitati conveniens, se dedisse asserens, mercatores advocavit; eosque per gratiam suam hac de re contestatus, eorum testimonio, quæ dixerat vera approbavit. Et accedens ad Imperatorem; Ego, inquit, Henrice, pro corpore tuo mortali vestiendo, pauperem B. Mariæ semper Virginis Episcopatum a te mihi collatum, devastavi: Canonicos ejus, villicos, ac mendicos, de velleribus ovium occisorum fovendos, de lactis

a pelles agninas pro martirinis offert Episcopus,

eorum copia cibique varii alimonia alendos, fraudavi et spoliavi: cujus mali coram Deo reus tu eris, si non velociter et pleniter Ecclesiæ ablata restitueris. At Imperator arridens; Ego, inquit, si quem defraudavi, vel mei causa detraudatum novi, reddam quadruplum; et sic pro hac hujus damni restitutione, contulit ei prædium in Steeni. D

illiusque pretiosum scyphum

94 Cantatis autem Vesperis in sacris Vigiliis, misit Imperator scyphum suum mirifici operis cum sicera Episcopo, commendans et præcipiens nuntio, ut non rediret visurus faciem suam sine scypho. Episcopus autem, condigna gratiarum actione missa suscipiens, diutina et varia verborum altercatione et dilatione cum ferente habita, scyphum non reddidit: egressoque tandem eo, obseratis firmiter post eum januis, ascitisque aurificibus suis, Brunhardo et filio ejus Erphone, ipsa nocte Nativitatis Domini, calicem de scypho fieri jussit. Matutinorum autem solennis apud monasterium novum, Imperatore præsente, celebratis; inter Evangelium subsequentis Missæ matutinæ, Episcopus perfectum calicem consecravit: et ut in præsenti divina mysteria in eo celebrarentur, ministris tradi

convertit in calicem:

E mandavit. Capellanus autem Imperatoris, ad eam Missam Subdiaconi functus officio, epigrammata calicis legit, et lecta Imperatori ad legendum obtulit: quibus ab Imperatore quoque lectis, ad Episcopum accessit, et furti eum reum arguens, Deum rapinam illam odio habere in holocausto, dixit: Ego, inquam Episcopus, non rapinam, sed avaritiam tuæ vanitatis, cultui mancipavi divinitatis. Tu ad augmentum tuæ perditionis, aufer Deo, si audes, oblationem meæ devotionis. Ego, inquit Imperator, Deo mancipata non auferam, sed quæ mea sunt ei suppliciter offeram: tu de tuis justis laboribus honora Dominum, dignatum in hac nocte pro salute nasci omnium. Mox ergo, inchoato Offertorio, Imperator calicem ad altare solenniter obtulit; animæque ejus et corpori imprecatus Episcopus prospera, non modicas gratiarum actiones retulit. Ad Offertorium autem Missæ de luce, Episcopus ab Imperatore instanter Curtem regalem *b* Ervete exigens, oblationem ejus suscipere recusavit; Imperatricem autem suscipiens, sibi apud Imperatorem eam fore auxilio pro obtinendo Ervete obsecravit. Deus autem omnipotens, in cujus manu sunt corda Regum, meritis Episcopi, cujus devotio complacuit sibi, convertit in bonum cor Imperatoris; qui sciens se in die injuriam ab Episcopo habiturum, ascitis primo diluculo Notariis, occulte fieri fecit de Ervete privilegium. b F

atque eum cogit Ervete curtim

95 Ad Offertorium igitur principalis Missæ Imperator, frequenti Principum stipatus caterva, Deo oblaturus divini debitum beneficii, quia se pro humano debito Deo Patri obtulit in ara crucis, ad Episcopum venit; sed ille averso vultu et manu, repetitis vocibus instanter Ervete expetiit. Imperator autem, congrua reverentia et disciplina repulsam suam dissimulans, præcedentem Episcopum sequebatur; et ut oblationem suam suscipere dignaretur, humiliter precabatur. Diu autem uno præcedente, altero subsequente, Imperatrix Christianissima, interventu Magnatum Regni, qui ad hoc spectaculum gratulabundi astabant, accessit; et ut petitioni, non nisi quæ Dei essent quærentis, satisfaceret, Imperatorem suppliciter petiit. Qui diu multumque renisus, tandem Episcopi perseverantia, Imperatricis Primatumque coactus instantia, privilegium protulit; et accedens ad altare B. Dei genetrici et perpetuæ Virgini Mariæ, sanctisque Kiliano et Liborio, et astanti Meinwerco Episcopo suisque successoribus, curtem Ervete sitam in pago Westfalon, legaliter obtulit. Episcopus autem gaudio repletus ineffabili; Rex omnium

Ecclesiæ cedere,

A omnium Sanctorum, exclamat, retribuat tibi. Et Imperator averso vultu, occulte submurmurans; Tu, inquit, odium Dei omniumque Sanctorum ejus habeas, *c* qui me bonis concessis cum detrimento regni spoliare non cessas. Episcopus autem, privilegium cum manu in altum exaltans, Beatus es, ait, Heinrice, et bene tibi erit; cui pro hac oblatione cœlum patebit, cujus anima cum Sanctis sempiterna possidebit gaudia. Videte, ait, omnes populi, considerate fideles universi, talis oblatio, peccatorum fit abolitio; hoc sacrificium Deo acceptabile, animabus fit propitiabile. Hoc quique fideles pro posse suæ facultatis imitari studeant, ut pro temporalibus æterna, pro transitoriis mansura obtinere valeant. Universi autem magnis vocibus Dei collaudabant magnalia, gaudentes super omnibus, quæ audierant et viderant, eidem Ecclesiæ collatis donariis.

c

d

96 Quarto autem Nonas *d* Januarii cryptam in novo suo monasterio, in honore S. Stephani Protomartyris consecravit, et lapidem quemdam altaris, spectabilis magnitudinis, a B. Leone Papa consecratum, de Ecclesia *e* Thietmelle allatum, in B ea collocavit, et adorandas ejusdem Protomartyris reliquias cum aliis multorum Sanctorum in eo reposuit. Variis autem modis et temporibus, Ecclesiæ commissæ prospiciens Episcopus, opportune importune Imperatori institit, et nunc gratuito oblata cum gratiarum actione suscipere, nunc negata pie violentus præripere non destitit. Quodam denique tempore Imperator, in Ecclesia principali Missam auditurus, regali præparatura altare fecit ornari, admonens suos, Episcopi solitam invasionem cautius præcaveri. Episcopus autem, eamdem Missam celebrans, post Agnus Dei pulpitum ascendit; et differentiam inter Imperii potestatem et Sacerdotii asserens dignitatem, res divini juris non esse humani honoris, et divino cultui consecratum, ad jus pertinere Sacerdotum, Canonica auctoritate ostendit. Unde Ecclesiastica ornamenta et Sacerdotalia Indumenta, super quæ et per quæ ea hora et ecclesia divina celebrata erant Sacramenta, ejusdem ecclesiæ proprietati et utilitati, Pontificali auctoritate et banno confirmavit; et omnes suæ Canonicæ auctoritati reniti præsumentes, cum suis fautoribus, a liminibus sanctæ Ecclesiæ, Apostolica auctoritate anathematizatos sequestravit.

e

eidemque dimittere paramenta altaris, commodate allata:

97 Episcopus autem quoddam Imperatoris tegmen egregium, præcipui decoris et mirifici operis pallium, sæpenumero obtinere desiderans, effe-C ctu caruit; donec quadam die, Imperatori pluribus intento, illud fortuitu rapuit. Imperator vero Episcopum de rapinæ incusans vitio, talionem debitum suo se tempore redditurum perhibuit: ille vero pallium hoc convenientius in templo Domini pendere, quam sua membra mortalia tegere affirmans, minas ejus se vili pendere asseruit. Sciens autem Imperator, Episcopum, secularibus negotiis multipliciter occupatum, tam in latinitatis locutione, quam in lectione, barbarismi vitia non semel incurrere, de Missali in quadam Collecta pro defunctis, Fa, de Famulis et famulabus, cum Capellano suo delevit, et Episcopum pro requie animarum patris sui et Matris missam celebrare rogavit. Episcopus igitur ex improviso Missam celebrare accelerans, ut scriptum reperit, Mulis et mulabus dixit: sed errorem recognoscens, repetitis verbis, quod male dixerat, correxit. Post Missam insultans Imperator Pontifici, Ego, inquit, patri meo et matri, non mulis et mulabus meis, Missam celebrari rogavi. At ille, Per matrem, ait, Domini, tu more solito iterum illusisti mihi; et non quoquo modo, verum in Dei nostri servitio; cujus ero vindex; en promittit meus *f* index: namque sibi factum non pertransibit inultum. Illico D Canonicis in Capitolium principalis Ecclesiæ convocatis, Capellanum Imperatoris, hujus rei conscium, durissime verberibus castigari jussit; castigatumque, novis vestibus indutum, ad Imperatorem, nuntiatum quæ facta fuerant, remisit.

pallium quoque aufert ad usus sacros,

nec tamen ab eo sibi illudi patitur.

f

EX MSS.

98 Miratus autem Imperator multiplicem Episcopi erga cultum Dei devotionem; experiri proposuit, si sinceriter ex Deo esset, ejus intentionem. et ascitis Notariis scribi fecit litteris aureis in scedulis, Meinwerce Episcope, dispone domui tuæ, morieris enim quinta die. Episcopo autem in domo hiemali ad mensam consedente, de superiori æstivali domo per postes scedula, per hujus rei conscium occulte dimissa, ante Episcopum corruit: ipseque ea accepta et perlecta, usu corporeæ fragilitatis primo stupens inhorruit. Deinde ad naturæ necessaria iturus, alias per loca dispersas invenit; et certissimæ suæ vocationis indices credens, Deo gratias egit; et ascito suo Vicedomino, omnia quæ in pecunia vel diversarum escarum copia habuit, ecclesiis et pauperibus erogari præcepit. Vix autem E quibusdam vilibus indumentis sepulturæ suæ retentis, expeditus a curis omnibus, horam vocationis suæ gaudens expectabat; et precum laudumque insistens hostiis, vigiliis et jejuniis dies noctibus continuabat. Itaque transacta die quinta, cum in crypta solo prostratus, usque in mediam noctem exitum suum præstolando nihil corporalis molestiæ sensisset, tandem in se reversus esurire cœpit: et Imperatoris suspicatus, ut revera erat, machinamenta; ad cubiculum rediit, et cibariis de foro mutuo allatis corpus, jejuniis et vigiliis attenuatum, cibo somnoque refecit. Mane facto, Imperatore cum Principibus quasi de resuscitatione Lazari gratulante, et prolixiora vivendi spatia ad exemplum et provectum aliorum a Deo sibi concessa affirmante; Episcopus, antequam Missarum solennia initiaret, pauca pro re et tempore ad populum locutus, Episcopalem irrisionem et rerum Ecclesiæ distractionem omnibus innotuit: et ejus rei auctores et fautores Apostolica auctoritate anathematizatos a sanctæ Ecclesiæ gremio, communique fidelium consortio, usque ad condignam satisfactionem segregavit. Imperatore protinus cum Imperatrice ceterisque facti illius consciis monasterium egrediente, et excessum humanæ levitatis humiliter recognoscente; discalceatus et cilicio indutus adventum Episcopi, ante fores monasterii F publice pœnitens, expectavit: et post Missarum solennia egressuro Episcopo, in animo contrito et spiritu humilitatis prostratus, absolutionem anathematis, interventu qui aderant, cum suis difficulter impetravit. Imperialem igitur largius extendens Imperator manum in opus misericordiæ, distracta multipliciter restituit; et deinceps cordetenus Episcopo unitus, ad omnia quæ tam in propriis quam in conservorum et Coepiscoporum suorum necessitatibus expetisset, benignissime annuit. Admiretur ergo et veneretur a fidelibus, ut meretur. Episcopalis auctoritas et Imperialis; et commendetur in eis commendanda vitæ sinceritas et meritorum tanta sublimitas.

De morte, velut imminente, joco monitus,

ad eam sese pie comparat:

deinde joci auctores excommunicat

usque ad satisfactionem:

99 Devotissimus igitur Imperator, circa memoratum locum Patherbrunnon multis donis piissima largitate celebratis, quasi spiritu quodammodo præcognoscens se eo amplius non venturum, erga Deum et eumdem locum dilectumque sibi Episcopum suæ dilectionis indicia non minima dereliquit. Interventu quoque venerabilis Chunegundæ Imperatricis, assidue monentis atque incessabiliter ei in memoriam revocantis, quod Episcopus Meinwercus plus ceteris fidelibus suis jugi devotione in servitute

duo prædia impetrat a S. Henrico,

A tute regia sudasset; contulit ei prædium quoddam, Hlensele dictum, in pago Westfalon situm, in comitatu Bernhardi Comitis, quod Episcopus ecclesiæ suæ novæ mox tribuit, cum omnibus ejusdem prædii appendiciis. Die quoque eadem aliud prædium dictum Steni, situm in pago Westfalon in Comitatu Bernhardi Comitis, ei Imperator dedit; quod ille, ut quæ sunt exterioribus ad majora ecclesiæ dominium Episcopus retinuit. Ipso die, videlicet xix Kal. Februarii, ecclesiam ab Episcopo noviter constructam Imperator ab omni seculari violenti exactione vel invasione stabilivit et communivit, Imperialis edicti auctoritate decernens ut nulla persona quælibet Abbatem ipsius ecclesiæ cum suis Fratribus, super bonis concessis vel concedendis, inquietare, molestare, aut divestire præsumat, aut aliqua judiciaria potestate se intromittat, excepto Advocato ab Abbate et Fratribus in defensorem electo: adjiciens hoc in præcepto, ut si quis hoc infringeret c libras auri componeret, ½ regiæ Cameræ, ½ eidem Ecclesiæ *g*. Monasterio quoque Cuntunga nominato, in honore sancti Salvatoris, sanctæque ejus Genitricis, nec non victoriosissimæ Crucis, atque B. Petri Apostolorum Principis constructo, quoddam prædium regii juris Hardinchusun dictum, pro remedio animæ suæ dilectæque Conjugis suæ Cunigundæ Imperatricis Augustæ, nec non pro animabus fidelium suorum, quorum corpora ibi requiescunt, Erphonis Comitis atque Cononis, eadem die ibidem in Patherbrunno contulit, ea videlicet ratione, ut venerabilis ejusdem ecclesiæ Abbatissa, *h* Outa nomine, sibique post hinc succedentes, proprietario ipsum jure possiderent. Talisque itaque studio regiæ devotionis, profecit Sancta Ecclesia augmento sacræ religionis; et in suo statu vigente capite, viguerunt in suo profectu membra Ecclesiæ.

Ex Mss et Edictum immunitatis.

g Imperatore tam piis operibus intento,

h

100 Illius quoque temporis Episcopi, sapientia et scientia præditi, subjectorum profectibus continue erant dediti, secundas Imperii partes sancte et juste adjuvantes, Sacerdotii rigorem nullatenus relaxantes. Inter quos vitæ merito eminebant Trevirensis Metropolis, ex qua primum sonus Evangelicæ prædicationis intonuit partibus Teutonicis, Meingoz et Poppo; Colonienses quoque, Heribertus et Piligrinus; Moguntiensis Ecclesiæ, Willigisus et Erchanbaldus, Aribo et Bardo; Burchardus Wormatiensis, studio suo in collectione Canonum in Ecclesia laudabilis; Trajectensis Ansfridus et Adhalbaldus, Mimigardevordensis decor, Thedericus et Sigifridus, Osnebrugensis, Thietmarus, Hildenesheimensis, Berenwardus et Godehardus; Mindensis, Sibertus et Bruno; Wernharius, Argentinæ civitatis; Meinhardus et Bruno, Wirciburgensis; Parthenopolitanæ, Gero et *i* Hunfridus; Bremensis, Unwanus; et alii quam plures Pontificii dignitate venerabiles, sanctitate incomparabiles: quorum meritis adeo illo in tempore floruit Ecclesia, ut non sit hodie aliqua quæ nobis ejus temporis non portendat suorum meritorum insignia. Hi ut Cherubim, virtutum suarum alas alter ad alterum concutiebant, et in laude Dei orbem terræ commoventes, meritorum qualitatibus tamquam discretis vultibus, et in corporalibus et in spiritualibus oculati ante et retro, tam in prosperis quam in adversis, populum commissum strenue gubernabant. Tales erant Episcopi Meinwerci contemporales: per hos Dominus, triumphato mundi principe, propagavit Ecclesiam, suo sacro redemptam sanguine: hi Meinwercum, pro vitæ suæ innocentia, magna venerabantur reverentia, cui tam in Ecclesia quam in Curia magnam pariebat dignitatem temporalium rerum opulentia. Porro Meinwercus digniores et provectiores inter eos filiali reverentia venerabatur ut patres, coætaneos et juniores amplectebatur ut fratres; majorum admonitionem et institutionem humiliter percipiens, eademque similibus et junioribus salubriter impertiens. Mira ei ad omnes caritas, inæstimabilis morum et verborum suavitas, ut amorem Dei, in eo interius ferventer flagrantem, quodammodo intelligeres per gratiam exterius coruscantem. Erant quoque tunc Monachi quaquaversus religiosi; in vigiliis, orationibus et divinis meditationibus studiosi; præsentia contemnentes, cogitatione et omni aviditate cœlestia desiderantes.

passim Ecclesiæ Germanicæ sanctos habebant Præsules,

i

omnes Meinwerco aut familiares aut caros:

101 Postquam autem tali Imperatore, tantarum virtutum haud segni executore, mundus non erat dignus; ipseque, pro consummatis gloriosissime hujus vitæ laboribus, cœlesti bravio erat donandus, Gruona *k* decumbens, cum totius Christianitatis inæstimabili mœrore, anno vitæ suæ LII, Regni XXII, Imperii X, Dominicæ Incarnationis MXXIV est defunctus; et Bavenberge translatus, in Ecclesia BB. Apostolorum Petri et Pauli honorifice est sepultus, tumulusque ejus tali Epitaphio insignitus:

qui Imperatoris, an. 1024 defuncti,

k

Henric Augustus, virtutum germine justus,
Hæc servat cujus viscera putris humus;
Splendor erat legum, speculum, lux, gemmaque [Regum
Ad cœlos abiit, non moriens obiit.
Idibus in ternis vexantem pondera carnis,
Julius æthereo sumpserat imperio.
Abbatissa pia quod reddat sancta Maria,)
Hildigarda sibi jusserat hoc fieri.

Episcopus autem, obitu ejus audito, per totam civitatem Patherbrunnensem, omnemque Episcopatum, transitum ejus agi solenniter mandavit; et pro animæ ejus remedio eleemosynis non minimis, tam in alimentis quam in vestimentis, pauperibus erogavit. Quamvis autem gauderet de patrono præmisso, doluit de solatio amisso; transfixusque doloris nimii gladio, non potuit imperare sibi, quin doleret corde et animo. Et Imperator quidem perceptis laborum suorum præmiis, inter cives cœlestis Jerusalem, gaudio æternæ claritatis ineffabiliter tripudiabat: Episcopus autem, ut congregata a luporum incursione conservaret, et pro acquirendis aliis operam daret, inter cives Babiloniæ aliquamdiu commorari habebat.

morte audita, pro eo indicit eleemosynas et preces.

ANNOTATA G. H. et D. P.

a Gula, *pellis rubricata ita S. Bernardus epist.* 42 *cap.* 2. Horreant, et murium rubricatas pelliculas, quas gulas vocant, manibus circumdare sacratis.

b Erwete, *oppidum inclusum Ducatui Westphaliæ, a Lippia urbe sesquihora dissitum.*

c *Hæc aliaque facete acta excusat Browerus, propter conjunctionem Vitæ, Morum, et Sanguinis utriusque.*

d *Anno jam cœpto* 1024.

e Thietmelle *in MS. nostro, Browero* Titemelle, *et in margine* Thatmalli, *hodie est* Dethmolde, *aulæ Lippiensis Sedes, ut scribit Merianus in Westphalia pag.* 17. *Unde corrigis quod ad Vitam Caroli Magni in diœcesi Osnabrugensi* Thiatmallum *collocavit Bollandus noster. Locum vide inter monumenta Paderbornensia insigniter ab Episcopo Ferdinando illustrata, a pag.* 40 *ad* 50 *sub nomine* Teutoburgii, *quo appellatum a Ptolomæo conjectat Cluverius.*

f *Browerus* Judex *legit. Existimo ego Episcopum, ostenso* Indice digito, *sic locutum; quomodo in Belgio pueris terrendis ostentamus* indicem, *comminando pœnam de iis sumendam.*

g *Integrum Edictum exhibet Adolphus in Notis pag.* 389.

A h Onta, *aliis* Uta *et* Jutta, *neptis e Sorore S. Cunigundis : eam* Sanctæ Commemorationis *vocat Chron. Hildesh. et obiisse ait* 14 *Kal. Octobris* 1035. *Abbatissam Imperatrix creavit, et ipsamet Sanctimonialis eam piis monitis instruxit, a fervore dilapsam arguit, et alapam infligens digitorum vestigia reliquit in facie, uti ad Sanctæ Vitam* 3 *Martii num.* 12 *demonstravimus : ubi tamen corrigendum, quod Confugiense monasterium ad inspectionem* Meinwerci *pertinere diximus num.* 2, *Browerum secuti, neque enim id ex hoc loco sequitur; jus autem sacrorum ad Moguntinum spectavisse dicit Adolfus.*

i Hunfridus *Magdeburgensis, ita appellatur et in MS. Vita nostra et in antiquo Saxonia Chronico MS. ut mirum sit a Stredendorffio in Primatu Magdenburgensi* Hunfridus *aut* Menfridus *edi. De aliis Episcopis nihil occurrit notandum.*

k Gruna, Grona, Gronda *in Brunsvicensi Ducatu, quo Goslaria, nota ibidem Imperiali urbe, decesserat. Reliqua ad Vitam S. Henrici explicabuntur.*

CAPUT XIV.

B *Conrado Imperatore facta Episcopo beneficia, aliaque coram illo acta.*

a Interregni tempore

Post obitum igitur Imperatoris, soli Saxones in quodam castello, quod *a* Werla dicitur, convenerunt; et tam de Regis electione, quam aliarum rerum necessaria dispositione, tractare cœperunt. Ibi Domnus Meinwercus Episcopus, et Thietmarus frater Ducis Saxoniæ Bernhardi, quidquid injuriarum vel controversiarum de Abbatia Helmwardeshusun aut aliis rebus ad invicem habuerunt, penitus dimiserunt : et intervenientibus Sigifrido avunculo ejus, Herimanno de Westfalan, Bennone, Amulungo Comitibus, aliisque præsentibus, plenarie reconciliati; hujusque reconciliationis testes litteris sunt mandati. Beneficium quoque, Domnæ Addilæ de Hammonstide concessum, Imperatore mortuo mox ad eum rediit locum, ex quo prius fuerat acceptum. Episcopus autem ut sapiens semper sapienter facit, et ex substantia Ecclesiæ, beneficium Domnæ Addilæ, secundum velle ejus, ut Imperator constituerat, restituit; concedens ei ad terminum vitæ suæ Ludulhungaroth, Haverlaun, et Dalheim, cum LXXX familiis. Hoc insuper constituens, ut non solum corporeæ utilitatis et necessitatis remunerationem, sed cum dies vitæ ejus extremus venisset,

Meinwercus Addilæ benefactrici suæ consulit :

C saluberrimam animæ suæ experiretur commemorationem : ita ut a Fratribus die XXX obitus ejus, omnibusque anniversariis, Missæ et Psalmodiæ celebrentur; et eleemosynæ, sicut in anniversariis ejusdem Ecclesiæ Episcoporum, pauperibus erogentur; et Fratres, ibi Deo servientes, duo et duo quatuor panes, duos triticeos, duos *b* siligineos, vel avenæ, x carnes, unam amphoram cervisiæ, unam *c* eminam plenam *d* medonis accipiant. Scholastici vero duo et duo, duos panes et quatuor carnes, et unam eminam plenam cervisiæ inter se dividant. Hæc in præsentia Sifridi, Udonis, Bennonis, Comitum; Wiric, Liudwig, Wicilini, Huvike villicorum, et aliorum multorum sunt facta, et ad memoriale perpetuum litterarum serie firmata. O Episcopum idoneum, de Ecclesiæ commissæ profectu in tantum solicitum! qui et corporibus utiliter prospicere, et animabus salubriter novit consulere.

b
j
d

Coram electo Imp. Conrado,

103 Principibus autem pro electione Regis dissidentibus, octo hebdomadibus solium Regni vacavit : et sic Conradus *e*, unus ex regni Primoribus, sed regno antea per rebellionem adversus, faventibus sibi Aribone Magontiense Archiepiscopo, Everhardo Bavenbergense, anno Dom. Incarnationis

e

MXXIV, ab Urbe condita *f* MDCCLXXV, octogesimo quinto loco *g* ab Augusto, VI Idus Septembris, illud obtinuit, et Magontiæ Regiæ consecrationis dominium cepit. Proxima Idus Septembris, facto iterum conventu Principum, præsente Meinwerco Episcopo, in loco qui Hirtveldun *h* dicitur, meritis sanctissimæ Idæ insigni, Hildigunda Abbatissa de Gesike, cum Bernhardo nepote suo et Advocato, prædia Vilisi, Vesperdun, Holdinghusun, quæ olim a Sigebodone et a sua uxore Emhildam pro quadam emendatione Patherbrunnensi Ecclesiæ tradita fuerant, infirmare voluit. Sed in præsentia Bernhardi Ducis Saxoniæ, Herimanni Comitis, et filiorum ejus Henrici, Conradi, Athelberti, Bernhardi : Comitum quoque Ekkike de Aslan, Erph, Amulungi, Thiederici Fresoniæ, Widikindi, Ekkike, Tiamma fratrisque ejus Esici, et aliorum multorum, justo judicio convicta, ab omni executione penitus cessavit. D

EX MSS.
f
g
h
causam obtinet,

104 Conrado igitur Rege in regno confirmato et corroborato, mutato regno, mutatis etiam (ut solet amicis et consiliariis, per suggestionem Aribonis Magontini Archiepiscopi, Comitatum quondam Dodicanis Comitis, quem prædecessor suus Imperator Henricus Patherbrunnensi Ecclesiæ dederat, ab ea tulit; et in jus Magontinæ Ecclesiæ, rudis adhuc in regno, injusto persuasus consilio, irrationabiliter transtulit et transmutavit. Venerabilis autem Meinwercus Episcopus, Imperatorum devotissimus servitor et amator, Marthæ sedulus satagens obsequiis, non cessavit, non quievit suo tempore supplicando, serviendo, quoadusque idem Rex, Imperator *i* factus, omnipotentis Dei, in cujus manu corda Regum sunt, instinctu fidelinmque suorum interventu, ablata restituit, et alia quam plura regali magnificentia ei tribuit. Sciens itaque Episcopus, æquum esse serviri Regibus et Dominis, E

ejusque gratiæ se insinuans,
i

Ut Christi famulis ad verum prosit honorem,
Dilexisse bonos et tolerasse malos,

Ad Regem se contulit : et dilata sapienter interim omni querela, obsequio amicitiam, benevolentia novi Principis gratiam adipisci proposuit. Rex autem tantæ dignitatis et nobilitatis virum debita veneratione suscipiens, amoris et honoris congrua exhibitione eum tenuit : profectusque Romam secundo electionis suæ anno, in negotiis tam privatis quam publicis, fidelem et utilem viæ comitem habuit. Eodem anno MXXVI. in natali S. Matthæi Apostoli, Aribo Maguntinus Archiepiscopus in Selingunstad convivium generale XII Episcoporum concivit; in quo beatæ memoriæ Godehardum, Hildenesheimensis Ecclesiæ Episcopum, super Gandinesheimensi *k* parochia publice convenit : quam tamen synodum unanimitas Fratrum in futurum annum in præsentiam Regis comperendinavit. F

105 Rege autem in Longobardia manente, Wolffgangus *l* Patriarcha Aquilegiensis ei obviam venit : imprecatusque novo Regi prospera, Episcopum Meinwercum consanguineum suum salutavit. Episcopo autem ad constructionem monasteriorum reliquias Sanctorum expetente, Patriarcha gratanter annuit; et corpus S. Felicis *m*, qui sub Diocletiano Imperatore, Heronio Præside, cum Hilario Episcopo et Tatiano Diacono, post equuleum atque alia tormenta, cum Largo et Dionysio, martyrium consummavit, postmodum misit. Rex autem natalis Domini festum Yporeæ initiavit. Inde ad limina Apostolorum tendens, feria IIII ante cœnam Domini Romam felici prosperitate gaudens intravit, et in sancto die Resurrectionis Domini cum Gisla Regina coronam Imperialis honoris, a beato Joanne Apostolorum Vicario, gloriose percepit. Imperator autem, ab Apostolico de Ecclesiis Dei meliorandis propagandisque admonitus, salubriter obaudivit : et perpendens

l ab ipso, ex Italia accepta Corona regresso,
m

A dens hoc se multum posse juvare, ad divini honoris et gloriæ majestatem, Ecclesias intra Imperii sui contiguum constitutas sublimare, et de rebus suis ditare : pariterque sciens ad Imperialis potentiæ dignitatem pertinere, bene sibi domi vel militiæ servientibus condignam servitutis remunerationem exhibere; interventu Gislæ Imperatricis suæ contectalis, et filii sui Heinrici, Brunonis Augustensis Episcopi, Herimanni Marchionis, fratrisque ejus Ekkihardi, quamdam curtem ad jus Imperiale pertinentem Ervete *o* dictam, in pago Engere, in Comitatu Marcwardi Comitis sitam, cum omnibus appendiciis, et universis utilitatum quæ inde provenire poterunt attinentiis, cum banno et mercato etiam, quod apud eumdem curtem solet haberi, Domno Meinwerco, qui sæpe et multum frequenter et fideliter sibi servierat, ibidem in Roma, sabbato sancto *p* Paschalis hebdomadæ, VII videlicet Idus Aprilis, donavit. Proxima die Dominica regressus, ac pervasa circumquaque potestative ea regione, in pace repatriavit, et nativitatem S. Joannis Baptistæ, novus Imperator in Imbripoli *q* celebravit. Ubi in bona B senectute defuncto Heinrico Duce Bajoariæ, fratre Imperatricis Chunigundæ, filio suo Henrico eumdem Ducatum, Principum delectu, commendavit.

o

Ervete in Angarus impetrat,

p

q

106 Imperatore ergo reverso, ipso anno facta est generalis synodus Francanovordi Episcoporum XXII, in qua præsidente Imperatore, beatus Godehardus Hildenesheimensis Episcopus diœcesim suam super Gandenesheimensi parochia, canonica synodalique censura, judicio VII Episcoporum, contra Aribonem Magontinum retinuit. In eadem synodo Domna Sophia Nonnas suas, cogente synodali decreto, ab Archiepiscopo recepit : et Gebehardus juvenis, frater Imperatoris, ibidem arma deponens, Clericalem tonsuram invitus accepit. Proximo anno *r* Heinricus filius Imperatoris, unctione Piligrini Coloniensis Archiepiscopi, Aquisgrani Rex factus. Ipso anno Aribo Moguntinus Archiepiscopus in Gezlethi synodum generalem cum suis Suffraganeis Episcopis habuit, in qua inter cetera Ecclesiastica negotia, quidam homo ingenuus, de homicidio Sigifridi Comitis incusatus, candenti ferro se expurgavit ex decreto Synodi, et post duas noctes illæsus apparuit. Eodem etiam anno *s* Misaco, Sclavorum Princeps, Orientales partes Saxoniæ cum exercitu violenter invasit; et incendiis ac deprædationibus peractis, virorum et mulierum parvulorumque innumerabilem multitudinem, miserabili et inaudita C mortificatione, trucidavit.

r

et an. 1028

s

107 Episcopo autem sedulo domi forisque Imperatori obsequente, Imperator ei ad omnia quæ expetisset favit; et inter cetera, quæ rationabiliter expetitus liberaliter annuit, XIII Kal. Septembris in Walahuson *t* talia bona, qualia ab ipso vel ab ullo antecessorum suorum Regum, Imperatorum, seu ceterorum hominum Patherbrunnensi Ecclesiæ collata sunt, in Abbatiis, in Comitatibus, in forestis, in teloniis, in monetis, in mercatis, in bannis, in immunitatibus, in omni districtu, in prædiis majoribus et minoribus, in mancipiis utriusque sexus, sive in omnibus pertinentiis ad hoc jure ac legaliter aspicientibus, interventu suæ conjugis Gislæ Imperatricis, et amantissimæ prolis Heinrici Regis, imperiali præcepto stabilivit et confirmavit, ut nullus temerario ausu aliqua de rebus Ecclesiæ auferre, aut sine præfati Episcopi Meinwerci suorumque successorum permissione se intromittere præsumat: sed ejusdem Ecclesiæ provisor tali jure ac lege, quali Archiepiscopi et ceteri Episcopi res ad suum Episcopium possident, omnium hominum contradictione remota, bona concessa vel concedenda potestative possideat. Decimo octavo Kal. Octobris

t

Confirmationem omnium jurium ecclesiæ Paderborn. nactus,

D sequentis anni, qui fuit post obitum Heinrici Imperatoris sextus, facto in Hirutveldun conventu Principum. Episcopus Meinwercus aderat; ibique veniens Brun Comes cum uxore sua Ida, infirmare voluit traditionem, quam in prædiis Sudesburch, Betanun, Wallenstedi, fecerat. Episcopus autem quasi sapiens, tanta prædia perdere nolens, Domnæ Idæ usque ad exitum vitæ suæ LXXX aratra in reconciliationem dedit: et astantibus legitimumque huic rei testimonium perhibentibus Bernardo Duce, Hermanno Comite, et filiis ejus Henrico, Conrado, Athalberto, Bernardo; Comitibus quoque Eckika de Aslan, Bernardo, Erphone, Theodorico Fresoniæ, Widukindo, Eckika, Amulungo, et fratre ejus Ecberto, legali jure hæc firmata obtinuit : hoc fideliter decernens, ut si aliquis aratra Domnæ Idæ concessa auferret, illa omnia prædia sua sine contradictione reciperet.

litem cum Com. Brunone componit :

108 Nobilis quoque quidam, Hathamarus nomine, prædium quoddam in loco Liemoneshus dicto, hereditario jure possedit ; quod cuidam Haoldo seniori suo, promissionibus illius illectus, absque voluntate heredis legitimi tradidit; postea Hathamarus impe- E rante Domino obiit, et prædium, ei matrique suæ injuste abstractum, prædictus Hathaldus suæ concubinæ, filiæ videlicet Bernardi Comitis, quasi pro dotis causa donavit. Hathaldo quoque post longum tempus mortuo, Berthilt mater Hathamari, in præsentiam Conradi Imperatoris ejulando venit, suumque prædium injuste sibi ablatum multum conquerens, Regali clementia sibi restitui suppliciter petit. Imperator vero misericordia motus, vim patienti benigne condoluit; et interventu Gislæ Imperatricis, consilioque Udonis, Hermanni, Eckihardi Comitum, aliorumque multorum eidem Berthildi ærædium injuste ablatum potestative restituit. Berthildis vero, memor salutis æternæ, ipsum prædium, per Advocatum suum Reinherium, cum consensu et voluntate uxoris suæ Modunnæ justissimæ heredis suæ, Ecclesiæ Patherbrunnensi in proprium tradidit : eique Episcopus Meinwercus quamdam decimationem in villa Thesti ad terminum vitæ suæ concessit. Huic rei Herimannus, Udo, Eckihardus Comites, et alii plures testimonium legitimum dabant : et insuper omnes majores et nobiles, qui eo tempore in *u* Lacni vivebant. Pauper quoque quidam, Daja nomine, ad Imperatorem veniens, se cum matre sua prædiorum Uflan et Ricwardessun, quæ Eppiscopus ab Alverico de Ragun gravi pecunia comparaverat, legitimum perhibuit heredem. Episcopus autem, pro amore F Christi, eidem Dajæ unum equum, V solidos, et unum laneum pannum, ad reconciliationem dedit : et præsentibus Hunfrido Magethebergensi Archiepiscopo, Cadologo Episcopo, Lutgero, Burchardo, Alverico Comitibus, V aratra ad X solidos denariorum, in beneficium usque ad exitum vitæ suæ ei concessit.

acquirit prædium unum

u

alterumque.

ANNOTATA G. H. et D. P.

a Werla *ad Monasteriensis diœcesis, fines occidentales, inter Ruram et Lippiam.*

b *Etsi* Siligo, *sive* Similia, *aliud non sit quam purissimi tritici medulla, a mediis tamen ævi auctoribus passim accipitur pro* Secali, *longe inferioris generis frumento.*

c Hemina, *bis* Emina *aliis*, Cotyla, *media pars sexterii.*

d Meda *potus ex aqua et melle : quidam* Mulsum *vocant, sed hoc ex vino et melle erat.*

e Conradus Salicus *Imperator, abnepos Ottonis Magni ut supra cap. 1 litt. O deductum : quando aut quomodo*

A *quomodo is rebellaverit S. Henrico, necdum alibi legi.*

f *Imo* MDCCLXXXVIII, *vulgaris enim Æræ annus* I *concurrit cum anno* 754 *V. G.*

g *Hæc quoque inepta est supputatio, cum ab Augusto possint numerari Imperatores plures, quam centum et decem.*

h Hirtveldun, *in Vita* S. Idæ Viduæ *dicitur* Hiruttelt, *juxta* Lupiam *flumen, hodie* Hertfelt, *inter Lippiam et Ham, in ditione Strombergensi, pertinens ad diœcesim Paderbornen. Vita autem hujus S. Idæ, ab Uffingo Monacho Wertinensi scripta, extat apud Surium, a nobis illustranda 4 Septembris : utinam æque ad manum esset Vita S. Ludgeri, ab eodem scripta !*

i *Conradus Imperii Coronam Romæ accepit* 1027, 26 *Martii in Paschate : qua de re mox infra num. seq.*

k *De controversia Gendesheimensi agitur 4 Maji in Vita S. Godehadi num. 20 et quæ ibi referuntur num. 27, 28, 29 et 30, huc sunt translata.*

l Wolfgangus *Italis dictus est Poppo, ante S. Henrici Imperatoris Cancellarius, electus anno* 1016 *mortuus anno* 1044. *Res ejus gestas deducit Ughellus tomo*
B 5 *Italiæ sacræ a columna 47 ad col. 56.*

m *Acta horum quinque Martyrum deduximus ad diem 16 Martii : sed iis in Supplemento erunt addenda, quæ hic de Translatione S. Felicis habentur.*

n Yporea, *vulgo* Ivrea, *antiquis* Eporedia, *urbs Episcopalis sub Archiepiscopo Taurinensi in Gallia Subalpina.*

o *Alius omnino hic est locus ab eo qui supra nominatur num.* 103 *: siquidem* Engeren, *Angariæ Veteris nomen retinens, a priori illo plus quam leucis distat, estque propinquus Ravensvergo.*

p *Error manifestus : cum enim Pascha, ut jam insinuatum est, ceciderit in 26 Martii : si hæc in Sabbato acta essent, legi verosimiliter deberet, non in* Sabbato sancto *sed* in Sabbato secundæ Paschalis hebdomadæ, VI videlicet *(non* VII) Idus Aprilis *Verum Adolfus pag. 388 notat, in ipsis quas allegat tabulis solum legi,* Datæ Romæ VII Id. Aprilis, Indict x, anno Dom. Incarn. MXXVII. *Delendum est ergo ineptum glossema.*

q *Browerus, nescio unde, accepit* Werle, *cetera MSS. uno cum MS. Saxonico (unde hæc sumpta videntur) conveniunt in nominanda* Imbripolı, *vulgo* Regensburg, *quasi a pluvia*, Regen *Teutonice dicta ;*
C *cum vera etymologia petenda sit a* Rego *fluvio, cui incumbit : aliis* Ratispona *dicitur, quasi vicus concilii; ibi certe etiam nunc Conventus Imperii Principum judicialis stabiliter celebratur.*

r *Hæc in dicto MS. Chronico referuntur ad annum* 1028.

s *In eodem MS. hæc ad annum* 1030 *ita fuse describuntur.* Imperator Natalem Domini Patherbrunnæ celebravit : peractisque diebus festis ultra Rhenum ire disposuit. Septimo kalendas Februarii orta est res miseranda, cunctisque Christi fidelibus stupenda. Meseco Dux Polonorum, qui contra Romanum Imperium sibi regale nomen usurpavit, comperto obitu Thietmari Marchionis, assumptis satellitibus diaboli, exercitum Paganorum in sanctam duxit Ecclesiam. Nam inter Albiam et Salam centum villas incendiis cædibusque vastavit, novem millia et sexaginta quinque virorum ac mulierum Christianorum miserabiliter captivavit. Reverendissimum quoque Brandeburgensem Episcopum Liuzonem, ut vile mancipium cœpit : nec sacris pepercit altaribus, sed omnia cæde sanguineque polluit : matronas etiam nobiles armata manu sibi vindicavit.

t Walahusen *Thuringiæ oppidum, ad Holmam fluvium in districtu Sangerhusano, pro quo Buchelius in Notis ad Hedam recitat Ottonis I diploma ; datum in* D
palatio Regis quod dicitur Walahuson : *sed errat* EX MSS.
qui idem putat cum Wildeshusio, *Monasteriensis diœcesis oppido.*

u *Notat Adolfus quod in Diplomatis Ludovici Pii appellatur* Pagus Lochni in Angrariis.

CAPUT XV.

Aliæ bona ab Episcopo acquisita, monasterium Abdinghoffense Paderbornæ absolutum dotatum.

Anno autem Dom. Incarn. MXX Conradus Imperator, difficili periculosoque itinere, regionem Hungariorum pervasit ; et devote sibi Episcopo ubique obsequente, interventu Gislæ Imperatricis filiique ejus Henrici Regis, Kal. Junii in Mersiburg, quondam Bernardi Comitis prædium *a* Patberch dictum, cum x mansis circa eumdem montem adjacentibus, in pago Niterga, in comitatu Haholdi Comitis situm, testamentaria auctoritate ei contulit; quod ideo hereditario jure in Imperialem potestatem successit, quia idem Comes Bernardus, spurius (quod vulgo Wanburtich *b* dicunt) fuit. Episcopus autem pro collatis gratias non minimas egit, et videns se laborem suum non in vanum consumere, magis ac magis pro obtinendis aliis insudare cœpit. Miranda autem, in tantæ dignitatis et nobilitatis viro, continuæ servitutis et laboris pro Ecclesiæ commissæ profectu instantia; ac notanda et laudanda in eo maxime amoris Dei flagrantia, digna sane Episcopalis dignitatis, quæ propter Deum majori se subdens, Dominum in potestate eminentiori, quæ ab eo est, venerari novit : digna quoque Imperialis majestatis, qui laboris et amoris sibi exhibiti negotia esse nescivit ingrata. Ubique ergo fidus et individuus comes Imperatori Episcopus existens, proximo anno secum Alstede venit; et prædia quæ habuerunt Bernardus et uxor ejus Hazeka, in locis Alfflaan et Eltenun in pago Paterga, in comitatu Amulungi Comitis, XIII Kalend. Februarii ab eo obtinuit. Post hoc Goslariam divertit XI Kalend. Martii, ubi prædia Bennanhulsum, Walaborch, Dadanborch, sita in pagis Wetiga, et Tilithi, in Comitatu Widikindi Comitis, ei Imperator contulit. Ibidem die eodem, interventu Gislæ Imperatricis, et filii sui Heinrici Regis, ob juge servitium Episcopi sæpissime et fideliter impensum sibi, prædium Heimhuson, Windun, Windilinvoderod, Aldenthorpf, Rutbercessun, Smideressun, Illisa, Hameressun, *c* situm in pago Auga in comitatu Conradi Comitis, cum attinentibus; Haiconem et Ricardum etiam cum suis omnibus, Imperator Patherbrunnensi Ecclesiæ tradidit.

Imperator largitur Episcopo *a*

E *b*

Patberg,

et alia prædia,

F *c*

110 Hic actis, quidam vir Wittilo nomine, Imperatoris Conradi serenitatem adiit, humiliter exorans, ut prædium *d* Sannanabiki dictum, situm in istis villis Hornan, Frotinctorp, Winesbiki, Rasseti, Knechtahusun, Buckinhusun, Bennanhusun, Sconi, Berchem, Homan, Holthuson, sua, uxorisque suæ Odæ, filiæque eorum Cæciliæ, nec non Gerburch, filiique ejus Odonis petitioni ac collaudatione, ad suam Imperialem manum accipere curaret; et prædium Zuerezi, quod Regiæ fuit proprietatis, illorum e contra ditioni subjugaret. Quorum desiderio Imperator Primatum suorum satisfaciens consilio, id quod illorum erat ad suas manus recepit, et in illorum jus hoc quod sui erat juris amicabiliter remisit. His omnibus ita transactis, prædictum prædium Sannanabiki, quod tunc Regiæ judicabatur esse proprietatis, in Comitatu Widikini Comitis in pago Wettiga, interventu Gislæ Impertricis, Heinrici Regis dilectæ suæ prolis, nec non Herimanni Marchionis

d *Item que Sannebeham.*

EX MSS

A chionis, Meinwerco Episcopo suisque successoribus ad utilitatem Patherbrunnensis Ecclesiæ iii Non. Aug. in proprium Imperator tradidit: recordatum se dicens, non in hoc tantum, sed in aliis, sibi adhuc, Deo volente, ab eo tradendis prædiis, quod suum assiduum servitium devotius, et ceteris Pontificibus frequentius, non quasi uno, sed fere in omni tempore anni, habuerit. Magnæ devotionis et fidelitatis servitium tam evidens Imperialis majestatis habens testimonium! Tempore autem autumnali, Imperator Sclavos cum parva Saxonum manu invasit, et Mœciam diu sibi resistentem *e*, Lutizi cum aliquot urbibus et præda, quæ prioribus annis in Saxoniæ partibus facta fuerat, restituere, pacemque juramento firmare coegit.

e

111 Monasterio autem, quod in occidentali parte Patherbrunnensis suburbii *f* Episcopus inchoaverat, prosperiter et decenter, cum omnibus claustralibus officinis consummato, ab Imperatore hoc dedicandi et consummandi licentiam petiit et accepit: regressusque dedicationi attinentia cum summa abundantia præparari præcepit. Misso autem a Wolfgango Patriarcha Aquilegiensi corpore *g* Sancti Felicis, cum duobus palliis, v Non. Octobr. Episcopus in B eodem Monasterio cum maxima Cleri totiusque civitatis populi frequentia, illud excepit. Et experiri volens, salutis ipsius auxilio, si sibi suoque succurrere posset populo; rogum maximum in medio claustri sub divo fieri præcepit: in quem cum tertio corpus misisset, totusque in favillam redactus ignis extinctus fuisset; cum maxima omnium exultatione et laudum jubilatione, corpus manibus propriis excipiens, super principale altare detulit, et omnium venerationi solemnem Sanctum illum deinceps haberi instituit. Oblationis ergo, quam pro spe suæ salutis et incolumitatis, pro remedio animæ suæ, omniumque parentum suorum, Deo offerre disposuit, testes et cooperatores idoneos adhibuit; ascitisque Hunfrido Archiepisc. Parthenopolitano, et Episcopis bonæ memoriæ Godehardo Hildenesheimensi, Siberto Mindonense, Sigifrido Monasteriense, aliisque quatuor, eos nuptiis suis festivis interesse petiit. Magontinus autem Archiepisc. Aribo, eodem anno Romam profectus orationis causa, in reditu, viii Idus April. obierat; et Bardo Werthenensis *h* Abbas, qui Imperatricis machinamento subintraverat, quique ante paucos menses Arnoldo, ab Herveldensi regimine deposito, successerat, variis negotiis occupatus, secundum desiderium Episcopi in- C teresse non poterat.

f Abdinghoffensi monasterio jam perfecto,

g

et corpore S. Felicis munito,

h

112 Solennitate ergo omnium Sanctorum Kal. Nov. in civitate Patherbrunnensi cum prædictis Episcopis, et innumerabili multitudine promiscuæ ætatis et dignitatis, festive celebrata; sequenti die Episcopis, præsentibus et sua auctoritate faventibus, monasterium suum, in honore B. Mariæ perpetuæ Virginis, sanctorumque Apostolorum Petri et Pauli, atque omnium Sanctorum, devotissime consecravit; et in dotem ejus prædia hæc solenniter delegans *i*, Withun, Gelondorph, Merebeke cum Ecclesia, Rimi, Triburi, Goltbeke, Dodenhuson, Waldinaúninckhuson, Havergo, Nedere, Badehornon cum decima, Lessete cum decima, Wanbeche, Hoensile, Radincheim curtem, cum capella et decima, super dimidiam villam cum familia, et Putten curtem cum familia, ecclesia, et decima super omnem Parochiam; Capellam in Vorthusen, ad eamdem ecclesiam pertinentem; in Testerbant curtem cum tota familia; matrem ecclesiarum in Tuilon, cum quatuor Capellis attinentibus, Niuvela, Helve, Haften, Gamberem cum decimis earum; Burgnon, item Burgnon, Andepo, cum omnibus suis pertinentiis, et ceteris omnibus quæ quomodocumque donari possunt utilitatibus, in mundiburdium et D tuitionem omnipotentis Dei omniumque Sanctorum commisit; admonens et contestans sub nomine Domini nostri Jesu Christi, ut nullus successorum suorum, sive alia aliqua persona magna vel parva, contra ecclesias Dei sæviens foris aut intus, eidem monasterio rebusque sibi concessis seu concedendis, aliquam violentiam seu rapinam ulla temeritate inferre, vel de præfato monasterio aliqua auferre vel minuere de thesauris vel prædiis, vel Monachis, ibidem constitutis vel constituendis, vim aliquam sive molestiam irrogare præsumat. Ecclesiam quoque in Haddinghuson, cum banno Episcopali et tribus capellis attinentibus, eidem monasterio delegavit: et ne quid ecclesiasticæ dignitatis aut temporalis in aliquo ei deesset, solerter prospicere curavit.

atque solenniter dedicato,

i dotem amplam assignat Meinwercus:

113 Iste est autem ornatus, quem eidem Monasterio tradidit, quemque Frater Andreas, consignante Abbate Sigehardo, in custodiam recepit. Tabula ante principale altare argentea; Calix aureus vii marcarum examinati auri, LXXII lapidum decoratus ornatu; Calix fusilis argenteus, xxx marcarum, in quo opere passio S. Stephani Protomartyris continebatur; Calix argenteus minor xxii E marcarum; Calices minores, diversæ qualitatis et quantitatis purissimi argenti vi; Cruces argenteæ duæ cum bajulis; Candelabra duo, tertiam dimidiam marcam examinati argenti habentia; Coppa argentea; Ampullæ argenteæ v, Dalmaticæ v, Casulæ xiv, Stolæ auro textæ vii, ex quibus una habuit xxvii tintinnabula, alia xxi, adjunctis cingulorum et mappularum pertinentiis; item aliæ vii Stolæ, Subtilia *k* iii, Cappæ xxv, Pallia coccinea xii, Coopertoria altaris varii generis vi, Mappulæ coccineæ ix, Offertoriola coccinea duo, Dorsalia lanea v, Choralia v, Cortinæ v, Bancalia *l* vii, tapetia xiii, Albæ L, cum Superhumeralibus suis et Zonis: Coopertorium *m* analogii coccineum, lapides crystallinos xxxiii, Coronam argenteam ante principale altare, continentem in festis præcipuis xii candelas in honore omnium Apostolorum; aliam coronam æque argenteam in medio monasterii, continentem candelas in memoriam LXXII Christi discipulorum; et alia multa ac diversa, ad ecclesiasticum apparatum pertinentia. Liberam quoque potestatem Abbatem eligendi, secundum timorem Dei, ad regularis auctoritatis firmamentum, sua Episcopali concessione ejusdem Ecclesiæ filiis stabilivit et confirmavit: ita ut damnationem et ultionem, invasoribus ecclesiarum a Deo prædestinatam, incurrat, quicumque in F hac re per aliquam violentiam, vel per malignum consilium, eis obstiterit, et suam traditionem et constitutionem atque licentiam liberalem infringere vel permutare quolibet ingenio tentaverit.

nec non supellectilem sacram,

k

l

m

liberam Abbatis electionem

114 Super his atque aliis monasterii utilitatibus facto testamento, ipse piissimus Pater et ceteri Episcopi præsentes, sibi in confirmatione singillatim ad pulpitum succedentes, sua illud Pontificali auctoritate et banno terribili ac formidabili stabilire, firmare, et roborare curaverunt: ut videlicet si quis contra hujus testamenti seriem cœnobio ipsi quodlibet dispendium sive injuriam irrogare tentaverit, omnipotentis Dei Sanctorumque ejus iram atque offensam incurrat; et in die judicii, si non emendaverit, divino maledicto subjaceat: Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus. Constituit autem, non census vel debiti, sed inviolabilis causa dilectionis, ut Abbas prænominati monasterii, omni anno in Dedicatione Ecclesiæ suæ, Episcopum, si præsens est, Canonicosque suos ad convivium invitet: nihilque aliud aliquid, præter quod caritas dictaverit, aliquando persolvere cogatur. Hanc traditionem Comes Amulongus

et omnimodam immunitatem:

A Amulongus, summus matris Ecclesiæ Advocatus, manu sua de altari suscepit, et Regiæ potestatis banno in Comitatu suo stabilivit: super his præsentium atque futurorum orationes sibi apud Deum Episcopus prodesse obsecravit, ut ipse sibi mercedem in die judicii restituat, pro cujus amore se incepisse dixit, et perfecisse. De prædiis autem eidem Ecclesiæ collatis, Withun, Rime, Merebeche, Coltbeke, Dotenhuson, Waltmanninchuson, Havergo, Wanbiche, in inferiori terra hereditario jure possederat: Nedere vero et Diriburi, ac Hoensile, Imperator Heinricus ei ad ipsum Monasterium dederat; Gelantorph quoque (ut prædictum est *) a Domna Godruna et filio ejus Hodan obtinuerat; Lessete vero quædam nobilis mulier ad ipsum monasterium dedit, de quo Episcopus cœnam Fratribus provideri dispositione Cellerarii instituit. Decimas autem super curtes infra Episcopatum suum constitutas, eidem monasterio delegatas, ei concessit; et super mansos attinentes, quod prius solverant, solvi permisit; nolens maculare alterius juris imminutione, tanta a se constructum devotione. Ab omni autem *n* hostilitio et secularium exactionum negotio, ipsum B monasterium liberum et immune esse constituit. Et ad innuendam futuris et prædia ipsius transituris, tam construentis devotionem, quam constructi in Crucis trophæo speciem et defensionem, per omnia prædia eo pertinentia, Crucem, sive in portis, seu aliis eminentioribus locis, figi præcepit.

* Num. 60

n

115 Monasterio ergo hoc, anno Dom. Incarn. MXXXI, Indictione XIV, IV Nonas Novembris, ut dictum est, solenniter consecrato; post festum proximum natalis Domini, Episcopus Imperatorem Patherbrunnon invitavit; ubi interventu Gislæ Imperatricis, suæque amantissimæ prolis Heinrici Regis, et Egilberti Frisingensis Episcopi, quæ eidem monasterio in quibuscumque rebus Episcopus contulerat, imperiali præcepto Imperator stabiliens, XVII Kal. Febr. confirmavit et corroboravit: eo videlicet tenore, ut sub plenissima immunitatis tuitione hæc consistant, et sub Imperialis auctoritatis defensione, præfatæ ecclesiæ Fratres ea possideant: ita, ut nullus judex publicus, vel quilibet aliqua judiciaria potestate præditus, loca vel possessiones eidem ecclesiæ concessas vel concedendas, ad causas judiciario more audiendas, freda *o*, vel tributa exigenda, mansiones vel paratas *p* faciendas, aut fide jussores tollendos, aut homines ipsorum, tam litos quam C et ingenuos, super terram eorum commanentes, contra rationem distringendos, ullo unquam tempore ingredi audeat; nec ullas publicas functiones aut redibitiones vel illicitas occasiones requirere vel exigere ullo modo præsumat: sed prænominatæ ecclesiæ Abbas cum suo advocato, quem communicato Fratrum suorum consilio in defensorem elegerit, causas rerum agendarum sagaciter providens et sapienter disponens, suis suorumque Fratrum utilitatibus in omnibus fideliter et utiliter prospiciat. Hominibus autem liberis; eidem Ecclesiæ collatis, qui Saxonice dicuntur *q* Malman, eamdem Regiæ auctoritatis defensionem concedens, quidquid fiscus regius de eis consequi debuit eidem monasterio contulit; quæ Episcopus diversis usibus assignans, censum horum Lessete solventium, ad provisionem luminis in dormitorio deputavit. Taliter vir Dei, spe cœlestium bonorum animatus, et consilio ac auxilio Christianissimi Regis Heinrici ejusdem nominis secundi, Imperatoris primi, venerabilisque Cunigundæ Imperatricis in omnibus adjutus et confortatus, monasterium hoc, ubi novissimam tubam expectare disposuit, monasticæ vitæ amore maxima devotione inchoavit; et Episcopatus sui anno XXIII, Regni Conradi ejusdem nominis secundi septimo, Imperii quarto, ut dictum est, consummavit, et ad alia D construenda licentiam ab eodem Imperatore petiit et impetravit. EX MSS.

dein omnia curat Imperiali edicto confirmari.

o

p

q

ANNOTATA G. H. et D. P.

a Patberg, *inquit Adolfus, in monte constructum castrum, haud longe abest Eresburgo sive Stadberga, oppido ad Dimelam flumen.*

b Wanburtich, *quasi* male natus; *sic delirus,* Wanwitzich; *desperabundus,* Wanhopich; *diffidentis homo animi,* Wantrouwich *dicuntur.*

c *Codici nostro recenti manu adscriptum erat*: Ista prædia et pagi partim desolati, partim Ducibus Brunswicensibus subjecti sunt. *Locus autem in quo facta donatio, videtur esse* Altstetten *in Rethia.*

d *Vulgo* Sannebeck *Paderbornensis ditionis, distat ab urbe 4 fere leucis ad confinia Comitatus Lippiensis. Donationis tabulas citat Adolfus signatas an.* 1032. *Hæc ibi aliaque quibus enormitas sceleris indicatur.*

e *MS. nostrum Chronicon Saxoniæ, unde hæc desumpta,* regionem Lutsici *appellat (hæc* Lusatia *est) et sub finem adjungit;* Qui Miseco, post mensis tantum spatium, a fratre suo, subita invasione perturbatus, ad Othelricum in Bohemiam fugere compulsus est. *Verum fratre anno sequenti occiso, Miseco reversus, humilis ad Imperatorem venit, eique est reconciliatus.* E

f *Est id* Adlinchoven, *præclarum monasterium, jam mœnibus inclusum.*

g *Duo* Felices *Martyres Aquilejæ passi celebrantur in Fastis, unus cum S. Fortunato fratre* II *Junii, et hic omnino creditur adhuc haberi in Italia, ut apparet ex dicendis ante Acta; alter cum S. Hilario Episcopo et aliis* 16 *Martii, et hunc se putant habere Abdinghoffenses, festumque Adventus ejus celebrant* 3 *Oct. uti dicemus plenius in Supplemento Martii.*

h *De* B. Bardone, *postea Moguntino Archiepiscopo, agemus* 10 *Junii quo colitur.*

i *Sequentia omnia liquidius patent ex ipsis fundationis tabulis, quas in Notis producit Adolfus pag.* 403.

k Subtile *dicitur Tunicella Subdiaconalis, quæ et* Stricta Tunica. *de qua vide plura in Glossario Cangii.*

l Bancale *(Browerus* Bandalia *tegerat) est tapes quo scamma seu* bancæ *operiuntur.*

m Analogium *pulpitum ad sacras lectiones recitandas, uti constat ex Regula S. Benedicti cap.* 9. F

n Hostilitium *onus pro Domini commodo pascendi mactandique boves aut alia pecora.*

o Fredum, *Frodoardus explicat* compositionem fisco debitam, *velut* Fredæ, *i. pacis seu reconciliationis causa.*

p Paratæ, *id est, expensæ ad susceptiones hospitum, maxime Missorum aut Legatorum,*

q Malmanda, *aliis* Malman, *et* Maalman homo famulatum faciens *est enim* Male *Saxonice tributum, vectigal;* Man *homo.*

CAPUT XVI.

Fundata et dotata ecclesia Collegiata in suburbiis, pie moritur Meinvercus.

Imperator autem, a civitate Patherbrunnensi cum Episcopo divertens, Hiltiwardeshusun *a* venit; ubi primo mane sequentis diei, scilicet Kal. Februarii, interventu Gislæ Imperatricis, et filii sui Heinrici Regis, et præfati Egilberti Frisingensis Episcopi, et ob frequens devotumque servitium suum, quamdam regiæ proprietatis curtem Gardenebiki nominatam, in pago Lacni in Comitatu Herimanni Comitis sitam

a

Novis prædiis donatus Episcopus,

EX MSS.

A sitam, cum omni sua integritate, vel quidquid prædii habuit in villis Huvinadal, Moldugavel, Liudelveshuson, situm in eodem pago et in Comitatu ipsius Comitis, cum omnibus attinentibus, Episcopo dedit; ut ipse fidelis suus, sive longe sive prope esset, suæ devotissimæ servitutis eum non immemorem esse recognosceret. Tale testimonium suæ servitutis et fidelitatis veraciter decuit eum, qui in omnibus et super omnia sinceriter dilexit Deum. Imperator autem a Hiltiwardeshusun progressus, Fridislare tetendit : ubi benevolentia ejus prædictorumque instantia interpellatus, Comitatum Hermanni Comitis situm in istis tribus pagis, Auga, Netega, Hessega, eodem die ei contulit. Tempore vero autumnali Saxoniam ingressus, Magetheburg devenit : ubi interventu Gislæ Imperatricis, et carissimi sibi filii Heinrici Regis, et Ecclesiæque commissæ sibi sex mancipia, quorum hæc sunt nomina Thiethart Presbyter, Luiza, Heregrim, Ethilier, Athalwart, Wicburg, cum omnibus eorum substantiis dono suæ magnificentiæ XII Kalend. Septembris delegavit. Beata et beatificanda æterna memoria dantis et accipientis anima, quæ cum Christo Domino sempiterna possideant gaudia! Episcopus ergo, pro obtinenda cœlesti Jerusalem, ecclesiam ad similitudinem B sanctæ Jerosolymitanæ ecclesiæ facere disponens, Winonem Abbatem de Helmwerdeshusun, quem de Monachis civitatis suæ ibi præposuerat, ad se accersivit : eumque Jerosolymam mittens, mensuras ejusdem ecclesiæ et sancti Sepulchri deferri sibi mandavit.

et Mancipiis aliquot,

117 Nactus autem opportunitatem temporis, Comitatum Dodiconis Comitis, ab eodem Imperatore ablatum per suggestionem Maguntini Præsulis, eodem Præsule mortuo, opportune importune cœpit requirere : timens, si perdita negligeret, se ante Deum in requirendis aliis parum proficere. Imperator autem, multimoda ejus erga Deum comperta devotione, justis ejus desideriis gratuito in omnibus annuit; et quærens opportunum tempus voluntati ejus satisfaciendi, proximo anno III Idus Maji *b* Noviomago, prædium in Marsvelde in pago Rittega in Comitatu Udonis Comitis situm, interventu Gislæ Imperatricis, et dilecti filii sui Heinrici Regis, ob servitium suum secundum votum suum sæpissime sibi impensum, cum omnibus attinentibus et mancipiis utriusque sexus, quorum hæc sunt nomina, Wiga et uxor ejus Olika, et filius ejus Albern, et soror ejus Æthelinth, Volclach, et filius C ejus Buna, et soror ejus Gele; alia quoque tria mancipia, sub eadem præcepti auctoritate, quorum hæc sunt nomina, Emma, Sicca, Verthubreth, interim ei contulit : et sic subequente IV Nonas Augusti *c* totum Comitatum Dodiconis Comitis, situm in locis Hesse, Nitergo, Netgo, Bohteresge, quem tunc Bernardus Comes possedit, in Lantburg. *d* Patherbrunnensi Ecclesiæ reddidit : et præcavens, ne aliqua disceptatio postmodum fieret, Comitatum qui situs est in Cluvinga Maguntino contulit : hoc decernens, ut si quis diabolica suasione seductus hæc infregerit, sciat se odium Dei Sanctorumque ejus habiturum, et mille libras auri puri compositurum, medietatem regiæ cameræ, et medietatem Patherbrunnensi Ecclesiæ.

b recuperato etiam Dodiconis Comitatu,

c

d

118 Reverso *e* autem Winone Abbate de Jerosolymis, et mensuras ejusdem ecclesiæ et Sepulchri sancti reliquias deferente, cœpit Episcopus ad similitudinem ejus ecclesiam in honore S. Dei Genitricis et perpetuæ Virginis Mariæ, ac beatorum Apostolorum Petri et Andreæ, extra Patherbrunnensem civitatem in Orientali parte construere, in qua Canonicos Deo servientes congregavit, quibus victum et vestitum de bonis propriis ministravit. Celeriter

e Collegiatam fundat,

D autem constructa Ecclesia, sentiens diem mortis sibi imminere, Archiepiscopos, Bardonem Magontinum, Hermannum Coloniensem; et Brunonem Episcopum Wurciburgensem ascivit; eorumque testimonio anno Dom. Incarn. MXXXVI, Indict. IV, VIII Kal. Junii eam dedicavit. In ipsa autem die, sanctificationis Ecclesiæ benedictione peracta, ante Missarum solennia, sermone ad populum finito, more aliarum ecclesiarum Deo consecratarum, eam dotavit; dans ei curtem unam in Theldun, quam ex hereditate paterna possedit; duas precarie acquisitas, unam in Wallithi, alteram in Asbiki, et unum Vorewerck in Assiki, unam curtem in Valle.

dedicat,

119 Quia vero de prædiis in confinio tantum non habebat, ut sufficere posset ad usus Ecclesiæ ac Deo servientium in ea; consilio fidelium suorum accepto Decimas subterscriptas, de dominicalibus curtibus ad Episcopatum pertinentibus, eidem Ecclesiæ dedit. Quorum prima est, Enenhus, et XIII Vorewerc ad eam pertinentes; Stidnan, Bennidisla, Colstidi, Dedinghuson, Heddighuson, Dal, Henghilari, Hilimari, Suafharon Berghuson, Brochuson, Balhornon, Patherbrunnon : Sutheim, et tres Vorewerc ad eam pertinentes; Kyrethorpe, Holt- E heim, Siwardassan, Nigenhus et quatuor Vorewerc ad eam pertinentes; Ilasan, Ascha, Bruch, Tuna, Bekinum, et quatuor Vorewerc ad eam pertinentes; Henghi, Elinere, Brochuson, Aslam, Berghuson; et quinque Vorewerc ad eam pertinentes; Vralanchuson Meginchuson, Burghuson, Hepin, Ikamanincthorpe, Bikesethon, et tres Vorewerc ad eam pertinentes; Hisi, Unrecasson, Ekama, Helagankyrcam, et duo Vorewerc ad eam pertinentes; Aldanthorpe, Bardingthorpe, Luthithe et duo Vorewerc ad eam pertinentes; Dadenbrocke, Breca, Heginhuson, et quatuor Vorewerc ad eam pertinentes; Rothbehtusson, Berga, Holtisminni duo, Aginhuson, et sex Vorewerc ad eam pertinentes; Sandenebike, Homa, Saftincthorpe, Stenhem, Hardincthorpe, La, Nihem, et quatuor Vorewerc ad eam pertinentes; Malrede, Lieverincthorpe, Pummassan, Baddanhuson Hiristalli, et quinque Vorewerc ad eam pertinentes; Wirigisi, ThesIBrecal Hemmai, dasson, Buffasson, Dasburg, et duo Vorewerc ad eam pertinentes; Dasburg, Astnedere, Wardburg, et tria Vorewerc ad eam pertinentes, unum in ipsa villa; Westnederi, Astdagasson, Culite, et tres Vorewerc ad eam pertinentes, unum in ipsa villa; F Vorsti, Rothun, Hiriswithuhuson, et tres Vorewerc ad eam pertinentes; Aslam, Bilinchuson, Tevinchuson, Kurbike, et quatuor Vorewerc ad eam pertinentes; Dalwic, Anasi, item Anasi, Lenghivelde, Vilisi, et unum Vorewerc ad eam pertinentes; Vernethi, Asbiki, quæ est juxta Hursti. Ipsis autem villicis, qui domos has prædictas inhabitabant, vel his qui post eos ponendi sunt, nihil omnino nisi XV jugera pro vestitu prætermisit : alia vero omnia, quæ laboraverint in agro vel nutrierint in domibus, tam propria sua quæ habent, aut postea Deo annuente possessuri sunt, quam ad Episcopalem potestatem pertinentia, quadrupeda sive pennata, more solito absque ulla contradictione addecimari constituit. Ut autem nulla ex his prætermitteret, quæ sibi a Deo data essent, dedit et Decimam in Sinithi super armenta sua, et super examina apum; fideliter Deo et Domino nostro Jesu Christo sanctoque Spiritui offerens vota sua.

et dotat ex Decimis Episcopalibus,

120 Constituit autem, ut si quis eorum, qui videntur his omnibus præesse, præsumptuose hanc traditionem per malam voluntatem aut propter nequitiam cordis sui irritaverit, et secundum ejus dispositionem Decimam non dederit, dicens, se juste non daturum; et hoc a Procuratore Fratrum, vel ab

anathemati subjiciens fraudatores;

A ab ipso Præposito loci, vel, quod majus est, a communi Fratrum querimonia proclamatum fuerit; si Ministerialis hujus rei rector est, juramento se in Reliquiis purgabit: si Lito, judicio ferri igniti, synodali sententia se liberabit. Ne autem alicui successorum suorum non bonæ voluntatis viro, neque amorem Dei in corde suo retinenti, mensæ suæ stipendia Episcopus diminuisse videatur; sciat eum has Decimas et de hereditariis et de acquisitis bonis centies restituisse. Ponebat etiam terminum, ut unaquæque solet habere Ecclesia, audiente Clero universo, et confitenti coram omni populo congregato, hæc omnia sine ulla contradictione posse fieri. In primis villam hanc, quæ dicitur Aspithara; aliam, quæ vocatur Hildelinghuson; illam quæ vocatur Hassuithehuson; quartam Hahensili, quæ vulgari verbo dicitur Quadin; quintam Asbetinchuson. Super hæc omnia, cum non possent habere ullam utilitatem silvarum, potestate Episcopali dedit eis in Benvidisla et in marchiis Thurnithorum, Renghithinchusorum, Hildelinchusorum, Aspetharorum, in unaquaque hebdomada pondera VI plaustrorum. Dedit quoque ad honorem et utilitatem B Ecclesiæ ejusdem, partem Sunderæ suæ, in Orientali plaga viæ quæ vadit ab urbe Patherbrunno usque in Asbethinchuson. Harum rerum privilegium propriis manibus sigillatum ejusdem Ecclesiæ filiis dedit, ut testimonio scripturarum veritas approbetur; siquando tribulatio vel contradictio rerum prædictarum ab aliquo facta fuerit, anathemate cum Juda proditore feriendum decernens, quicumque successorum suorum, aut consanguineorum, seu posterorum eorum, a quibus precario partem quamdam acquisierat, hæc infringere tentaverit.

aliam insuper extruere cogitans,

121 Talia viri Dei pro spe æternitatis opera, hæc circa civitatem sibi commissam dilectionis indicia: qui si vixisset, in civitatem honoris et decoris eam in regno promovisset. Nam sicut in occidentali et orientali parte civitatis congregationes servorum Dei construxerat; ita in australi parte in Campo, in aquilonali Sulithe, in modum crucis construere disposuerat: ut sicut ab eo de nimia paupertate tam hereditaria traditione, quam jugi instantia et servitio, a Regibus aliisque fidelibus acquisitione fuerat ditata et promota; ita a Crucifixo servientibus, et eam orationum suarum armis defendentibus, contra omnia inimici jacula, esset munita et insignita. Feria itaque tertia ante Ascensionem Domini

g *g*, hac dedicatione peracta, solennitateque Ascensio-
C nis Domini celebrata, cœpit aliquantulum infirmari: sentiensque diem suæ vocationis instare, precibus et eleemosynis continue cœpit operam dare. Erant autem duæ capellæ ad domum Episcopalem, una in transitu, una super columnas, facta in honore

h SS. Primi *h* et Feliciani ante ecclesiam principalem. In hanc ante altare hora diei prima, in Vigilia Pentecostes, Nonis Junii, se deferri mandavit; et Dominici corporis et sanguinis perceptione munitus, sublatisque ad cœlum manibus et oculis, hora diei tertia; ea inquam hora, qua Spiritus sanctus super Apostolos in linguis igneis descenderat, quique in

et in Vigilia Pentecostes mortuus,

ejus mente gratuitam mansionem habuerat, inter verba orationis animam suam in manibus Patris commendavit. Dies ille a sabbato, cujus vespera in prima lucescit sabbati (cujus sacratissima nox tam semper floret gaudio præteritæ Christi Resurrectionis, quam expectatione venturi, ut creditur, eadem nocte judicis) eo anno *i* quinquagesimus habebatur:

i numerus tam Decalogi legalis, quam gratiæ spiritualis indulgentia ac remissione, sacer habetur ac prædicatur. Annus hic vere Jubilæus Episcopo extitit, quo absoluto originali et actuali debito, libertati gloriæ filiorum Dei restitui meruit. Eadem autem die et hora, qua Episcopus ex hac vita migravit, D Boso Corbeiensis Ecclesiæ Monachus, cum raderetur in claustro sanus et incolumis, intuens intuentes, alloquens, alloquentes repente expiravit: et non irritandum Spiritum sanctum, in cordibus fidelium habitantem, exemplo sui terribiliter declaravit. *Ex MSS.*

122 Corpus autem Episcopi in ecclesiam beatorum Apostolorum Petri et Pauli delatum, ibidem, ut ipse vivens disposuerat, sepelitur; ut quod apud Deum promeruerat, fideliter deposcens salubriter expetiretur. Tanta autem omnium generum escarum abundantia in Episcopi reperta est substantia, ut speciali quadam magnificentia, pauperibus de omni provincia accurrentibus, septem noctibus erogaretur eleemosyna. Beatus vero Godehardus Hidenesheimensis Episcopus, per revelationem obitu ejus agnito, animam ejus divinæ pietati attentius commendavit; et hora diei tertia, dispensatore ejus prandium paratum nuntiante, ipse, ut parata paratis ad prandium apponeret, mandavit, dicens, se nuntium quemdam accepturum, et ante prandium Missarum solennia celebraturum. Mox veniente nuntio obitus Episcopi, hostiam salutarem Domino pro animæ ejus remedio immolavit; regressusque ad prandium, accepta ambabus manibus simila *k* E

sepelitur in ecclesia Abdinghoff.

S. Godehardo mors divinitus nota, et anima commendata.

apposita; O beate, inquit, Meinwerce Episcope, k
quomodo te lata *l* tua simila a morte communi non l
liberavit? Et ego, inquit, quamdiu superstes ero, de albo pane non gustabo; et biennio, exceptis quatuor hebdomadibus et tribus diebus, quo supervixit, complevit quod dixit. Ecce virum probabilem, perfectis per omnia imitabilem: in quo habet Monachus, quod admiretur: Clericus et Laicus, quod imitetur; omnis denique fidelis anima, quod veneretur. Omni ergo prædicandus gloria, digna posterorum veneretur memoria; sitque memor memorum apud Jesum Christum Dominum, cui honor et gloria per omnia secula seculorum. Amen.

ANNOTATA. G.H. et D P.

a Hiltewardeshusen, *vulgo* Hilvershausen, *monasterium tunc Virginum apud Visurgim in ditione Ducum Brunsvicensium, nunc ad alios usus translatum a Lutherana peste infectis.*

b *Anno* 1033 *Pascha egit Imperator in* Neumagen, *vulgo* Nimegen, *oppido ad Vahalim sub Statibus Confœderatis, cujus territorium hodieque obtinet nomen Regni: ubi etiam 4 Kal. Maji datum Abbati Werthinensi Geroldo Diploma laudat Bucelinus, in Catalogo Abbatum Werthinensium.* F

c *Tabulas ipsas vide in Monumentis Paderborn. pag.* 161.

d Lintburg *in cœnobium Ordinis Benedictini conversum deinde fuisse a Conrado, docet Adolfus ex Urspergensi et aliis: erat autem castellum in diœcesi spirensi, aliis* Limpurgum.

e *Reversisse eum, qui mense Septembri iverat, oportet ante Junium; siquidem hoc* anno 1033, 12 Kal. Junii *obtinuit amplissimi privilegii diploma pro suo monasterio, cujus diplomatis summam Adolfus reddit pag* 410.

f *Sequentia fuerunt a Browero valde contracta, parte magna omissa; sed ab Adolfo ex antiqua Vita MS. integra dantur; sicut etiam habentur in nostro codice; ubi ad marginem recentiore manu erat scriptum* Hodie hæc Ecclesia divites habet Canonicos, *estque nunc intra mœnia.*

g *Id est (ut supra dictum)* VIII Kal. Junii, *seu* 25 *Maji: nam anno* 1036 *Pascha celebratum fuerat* 18 *Aprilis, adeoque Ascensionis festum cadebat in* 27 *Maji.*

h *Coluntur* SS. Primus et Felicianus 6 *Junii, quando eorum Acta illustrabimus.*

A i *Browerus ad verbum* Judicis, *novam periodum sic inchoavit (et quidem a nova linea tamquam novum et ultimum Caput)* Eo anno Ius habebatur.... *Annus hic vere* Jubilæus : *cum revera sensus sit, qualis hic exprimitur*, Dies ille Sabbathi.... eo anno quinquagesimus habebatur, *id est Pentecostes. Broweri errorem non animadvertens ego in Appendice ad* 19 *Aprilis (ubi occasione S. Emmæ quærendum obiter mihi erat, quæ esset auctoris ætas et accuratio, utramque judicavi esse non magnam ; cum præter gravia sphalmata, sub initium notata, opinarer notari Annum quinquagesimum seculi* XI, *quasi eo mortuus Meinwercus sit*, V *Junii, in Vigilia Pentecostes ; quo tamen anno Vigilia ista ceciderat in diem* II *Junii. Atque hinc discat lector æstimare necessitatem hujus nostri laboris, in Sanctorum Actis, quantumcumque eruditi viri ea olim ediderint, integre et syllabatim recognoscendis ;* D *nec tamen a nobis expectandum esse, ut in iis quæ necdum sic expendere potuimus non aliquando fallamur, alieno exemplo et errore seducti ; sed correcturi, vel mox ut errorem agnoverimus, vel in eo quod paramus Supplemento.*

k Lata simila *hic aliud non esse videtur, quam largum candidi panis libum, ex simila seu farinæ triticeæ confectum. Quæritur autem, quomodo illud Meinwerco vertat vitio Godehardus. Krantsius existimat, quia hujusmodi panem Monachis suis indulserit ille : rectius, meo judicio, Browerus, quia valetudinis causa eo usus fuerit, non usquequaque probante Godehardus circa victum austeriore ; nonnumquam tamen ejusmodi panem sibimet indulgere solito, ad ejus exemplum.*

DE S. FRANCO EREMITA

G. H.

ASSERICI APUD VESTINOS IN APRUTIO

B E

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Cultus et Vita, ex MS. ipsius loci danda.

SEC. XI.

Cultus sacer.

Vestini, *populi olim Italiæ, in hodierno Aprutio ulteriore regni Neapolitani, urbes habuerunt* Amiternum, Pinnam, Aviam, *quam* Aquilam *jam dici volunt : et ibidem est* Assilicum, *vel* Assericum, *vulgo* Asserigo, *Aquila octo milibus passuum Pennam euntibus dissitum, paucioribus Amiterno. Ibi hoc* V *Junii colitur* S. Francus eremita, *de quo Philippus Ferrarius in Catalogo generali*, Asserici, *inquit*, in Vestinis S. Franchi Eremitæ.

Elogium ex Ferrario,

2 *Idem in Catalogo Sanctorum Italiæ hoc de eo ad hunc* V *Junii elogium habet* : Francus, Roio castro apud Forconium in Vestinis ortus, adhuc puer, spretis opibus, quibus affluebat, clam in S. Joannis Collis-Manti monasterium fugiens, ibi habitum induit monasticum. Sic autem in disciplinæ regularis observantia profecit, ut, cum multa in eo sanctitatis signa prælucerent, in Abbatem quamvis juvenis eligeretur. Qua dignitate constanter recusata, de Superiorum licentia, monasterio egressus, solitudinem petiit, seque in speluncam pœnitentiæ ergo C abdidit : ubi favo mellis ab ursa ostenso recreatus, cum aqua eo loco non esset, fontem mox facta oratione divinitus excitavit : qui diu morbis sanandis profuit. Plura patravit miracula : ex quibus hæc libet referre. Cum is Assericum oppidum proximum pergeret, puerum, quem lupus dentibus arreptum, devorandum ferebat, ab ejus faucibus extractum eripuit, incolumemque parentibus restituit ; a Deoque precibus obtinuit, ne hominibus deinceps feræ nocerent. Cuidam, qui jam annos quindecim incedere nequiverat, gradiendi facultatem reddidit. Alii quoque, qui diu surdus fuerat, auditum restituit ; et leprosum a morbo, signis quæ jam in vultu ejus apparebant deletis, liberavit. Denique omni sanctitate conspicuus, Friderico Normando Rege, Hadrianoque Pont. Max. migravit e vita, campanis sponte sonantibus, odoreque ex eo suavissimo exhalante : cujus corpus in prædicto monasterio conditum est. *Hæc Ferrarius* ex monumento *inquit* Ecclesiæ Aquilanæ MS. *in cujus diœcesi est* oppidum Assericum, *et in eo* monasterium S. Mariæ in Silice, *cujus supra non fit mentio, ubi campanæ sponte sonuerunt : et in quo sacrum ejus corpus olim conditum, etiamnum cum debita veneratione asservatur. Demum advertit Ferrarius in Annotatione,* Acta *a se relata* circa tempus correctione egere, quod nullus Fredericus nomine, Normandus genere, regnasse Neapoli legatur.

qui Acta parum sincera habuit :

3 *Alia nos et securiora Acta assecuti sumus ex manuscripto libro, Asserici cum ipsis sacris Reliquiis asservato, quæ diligenter ad verbum collata transmisit nobis olim R. P. Antonius Beatillus Societatis Jesu, tunc Neapoli degens, ubi anno* MDCXLII *vita functus est, de Sanctis regni Neapolitani, quorum plurima ad nos Acta misit, optime meritus. Ab hoc missum, paucisque in margine Notulis illustratum ecgraphum, ad calcem enumerat* Reliquiarum nomina ; quæ hodie in templo Asserici extant ; *ac primo loco indicatur* Caput B. Franci, cum omnibus ossibus corporis ejusdem ; *ut ab his seorsim videatur asservari illud, publicæ venerationi exponendum, et pretiosius fortassis inclusum. Auctor, licet anonymus, gravis omnino est, ex Clero Assericensi forsan aliquis ; nec admodum diu remotus ab ætate ipsius Sancti ; quippe qui miraculo viventis sanatos, non solum nominatim appellat, sed num.* 10 *etiam allegat* fide digna testimonia, *quæ eorum multitudinem* comprobarunt et probant. *De eodem* S. Franco eremita *Brautius Episcopus Sarsinæ in suo Martyrologio poetico sic lusit.* F

nos originaria exhibemus ex MS. loci,

juxta corpus servato.

Viventem Francum Dominus latitare ferebat,
Defunctum signis transtulit ipse novis.

VITA

Ex MS. codice Asserici asservato,

Ab Antonio Beatillo transmissa.

Quo tempore Rogerius *a* Siciliæ Rex, de genere Normandorum, sub Hadriano *b* Papa, Romanum cœpit *c* imperium ; et *d* Guilielmus ejus filius, in Regem Siciliæ coronatus, devictis Græcis et Appulis, cœpit *e* Brundusium, et *f* Apuliam Calabriamque occupavit ; magnifica et nobili Paronia in Amiternina *g* et Furconensi provincia dominante ; parvulus quidam, nomine Francus, in castello quod Rodium *h* dicitur, nascitur : cujus parentes divitiarum copia plenius arridebant. Ab infantia spiritum sortitus

a b c d e f Rodii natus, g h

A sortitus est bonum, per quem etiam puer humilis et amabilis reddebatur. Eum parentes Palmerio Presbytero erudiendum tradunt: apud quem, præ ceteris æqualibus, profecit in litteris, sed maxime in moribus laudabilis evasit. Hunc frater natu major, in parentum absentia, ultra debitum quandoque

ab ovium custodia

corripiens, ab ovium custodiam destinavit. Ipse vero, Spiritus sancti impulsu, pecoribus absque custode relictis, ad monasterium S. Joannis de Collimento *i* confugit. Ibi ab Abbate, venerabili Lucullano, in quo parentes ejus specialem devotionem

i
ad monasterium transit;

habebant, affectu pietatis receptus, cum reliquis Novitiis litteris instruendus illico deputatur. Qui cum ad illum versum Propheticum deveniret, Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculi laudabunt te; et illum, Elegi abjectus esse in domo Dei magis, quam habitare in tabernaculis

Ps. 83, 5 et 11

peccatorum; recepto mox habitu, regularibus observantiis vigilanter insistens, humilitate et virtutibus præ ceteris eminuit.

eique ex parentum facultatibus subvenit:

2 Eum parentes, a religionis proposito avocare sæpius et lacrymis et variis modis conati, numquam quidquam profecere. Ceterum vir Dei, multa bona

B a parentibus studiose petens et accipiens, benigne Fratribus indigentibus aliisque impertiebatur, juxta illud; Dispersit, dedit pauperibus. Quod præfatus

Ps. 111, 9

Abbas Lucullanus diligenter considerans, eum per cunctatus est, cur parentes tantum gravaret. Cui Francus respondit, S. eorum sum filius, plura mihi

ibi actis 10 annis recusat Abbas fieri,

de eorum facultatibus debentur. Abbate, post bilustrum a parvuli ingressu, vita functo; totoque Conventu Francum concorditer eligente; ipse Abbatis atque omnem Prælationis titulum recusavit; et sic, per quadrilustrum, regularem reddidit Domino famulatum. Quo tempore audiens illud de Joanne Baptista.

et post 20 secedit in eremum,

Antra deserti teneris sub annis etc.

aliaque sanctorum Patrum exempla contemplatus, obtenta cum difficultate licentia a Fatribus, pie lacrymantibus, cum pacis osculo, noctu digreditur. Nam suis usitatis vestibus opertus; Breviario et novem panibus et pugillo salis, flasculo et paropside, dormientibus Fratribus caute sumptis, egrediens monasterium, nemus per devia ingreditur: locumque aptum peragrando [requirens], Dominica provisione, urso sibi prævio monstrante viam, pervenit ad speluncam, spinis acutissimis circumseptam, et cavum quercini trunci, plenum aqua clarissima.

C

severius victurus:

3 Spelunca hæc, in intimo nemoris recessu, sancti [alicujus] Eremitæ domicilium ad illum diem fuerat. Hic devotius laudes Domino persolvendo, de dictis novem panibus cum herbulis et glandulis, sibi victum ac vitæ necessaria ministrabat. Ubi dator gratiarum Dominus, ipsius Beati meritis, plura miranda monstravit. Nam ursus, de quo modo diximus, cibaria quæritans, longius a spelunca lapideum concavum in eminentis saxi radice, in quo

m
a melle per ursum sibi monstrato abstinet,

apes mellificaverant, melle distillantem *m* plenum invenit: qui sumpta modica refectione ad Dei famulum rediens, ore melle inuncto cibum indicavit. Vir autem Dei ad locum mellis cum urso properans, sumptaque absque ulla apum molestia modica quantitate, ad cellam revertitur, et per annum, agrestibus pomulis adhibitis, sine aliquo alio alimento pascitur. Ursus autem locum sæpissime frequentabat; sed Christi famulus, omnem gustus dulcedinem refutans, [et ursum] baculo fugans, amplius non accessit.

saxi ruentis mole obruendos servat;

4 Post paucum vero tempus, dum vir Dei a circumstantium regionum fidelibus diligentius quæritur, in intimo nemoris; saxum, de rupe devexi montis subito dissolutum, in profundam vallis concavitatem ruens, ex illis viros quinque operuit atque conclusit. Quibus dum nullum humanum præsi-

D dium possibile videretur; qui ex illis remanserant, Dei et viri Dei suffragia devotissimis precibus implorantes, et se saxo miræ magnitudinis submittentes, quasi pondus levissimum revolverunt: qui vero conclusi mortaliter fuerant, evaserunt illæsi; et properantes omnes ad cellulam servi Dei, Deo

EX MSS.

quo altisque miraculis innotescens

et Dei viro gratias humiliter retulerunt. Sed vir Dei, tali honore se indignum reputans, hortatus illos est, ut hæc et similia Dei beneficia ipsi tribuerent Deo, qui est bonorum omnium misericors largitor, in quo sperantes minime confunduntur.

alio fugit:

5 Invalescente fama sanctitatis ejus, gentes innumerabiles ad eum undique confluebant: quod ipse abhorrens, hominumque frequentiam fugiens, per abrupta nemorum et *n* alpium, multo tempore *n*
nulli hominum notus, suam esuriem herbis et pomulis silvestribus satiavit. In eum aliquando cum lupi septem, a venatoribus fugati, apertis faucibus

7 lupos a se avertit:

irruerent; vir sanctus, flexis genibus, et elevatis ad Dominum manibus, signoque Crucis præmisso; lupos, clausis faucibus inclinatisque capitibus, in aliam partem longius a se abegit. Deinde per montanas silvas supra planitiem civitatis *o* Nocellæ *o*

E solito more progrediens, virum de *p* Caffassis, nomine Guilielmum Grossum, sub altissima arbore, *p*

hominem a casura arbore obruendum servat,

quam is succidendo non præviderat supra se casuram, pene oppressum invenit. Qui ad Dominum elevatis manibus ait: O corpus vegetabile sine sensu, in ejus virtute qui te fecit in altum crescere Creatoris, cave amplius ne flectaris; nec rationale animal, Creatoris imaginem referens interimere, præsumas. Ad cujus mandatum arbor illa, jam decisa de stipite, transversaliter deflexa per aerem, tamdiu stetit immobilis, donec Guilielmus, qui illam præciderat, potuit a periculo liberari.

6 Aliquanto tempore, in montanis eminentibus supra *q* Guartum, locum sibi placitum aqua tamen *q*

fontem precibus elicit,

carentem, protinus designavit: illius tamen virtute, qui percussit petram et torrentes inundaverunt,

Ps. 77, 20

fontem *r* aquarum clarissimarum impetravit, cujus *r*
ablutione plures tunc et imposterum a diversis sunt languoribus liberati: ubi per quinquennium sub quadam [rupis] appendice, herbis cooperta et frondibus, moratus sancte vixit. Dein, quia ultra suum velle gentes ipsum plurimæ visitabant, Dei monitu versus Sabinenses *s* alpes progrediens, substitit in *s*

Assericum transit,

monte supra castrum Assilicum, ursa sibi cum tribus ursulis prævia. Ibi sub rupibus in quadam spe- F
lunca cellam arctam construens, eadem ursa cum adultis ursis plurimo tempore cum ipso mansuete et familiariter conversante, asperam et tenuem duxit vitam.

ubi infantem a lupo raptum recipit illæsum,

7 Ibidem eum Dominus pluribus miraculis insignivit. Dum enim versus Assilicum tempore messis iret recepturus Dominica sacramenta, rabiosum lupum, panniculis et fasciis involutum puerum, quem in stipulis rapuerat, asportantem invenit: qui, audita voce querula servi Dei, puerum illæsum deponens, aufugit. Ipse autem servus Dei accurrens, puerum suis brachiis detulit ad parentes lacrymantes, qui Deo gratias egerunt: utque a Deo precibus impetravit privilegium, ne imposterum illius castri homines ab animantibus hujusmodi læderentur: itaque Dei benignitate illa regio a luporum morsibus secura et illæsa permansit et permanet meritis servi Dei. Semper autem in festis principalibus ad Dei ecclesiam recurrebat, percepturus Eucharistiam: quandoque tamen devoti Sacerdotes et Monachi, habituri consolationem cum ipso, eumdem cum eleemosynis visitabant.

8 Horum miraculorum et sanctitatis fama permoti Aprutinæ provinciæ incolæ plures, per devium devexi montis, qui Portella dicitur, descendentes, cum

A cum sæpius visitabant. Dum autem quidam illorum in festo Apostolorum Philippi et Jacobi ad virum Dei properarent, per profundum fossum et concavum in radice dictarum alpium transeuntes; miræ quantitatis massa nivium, quæ gravara vulgariter dicitur, de montis illius delapsa cacumine, inevitabiliter consternebat et quassabat eosdem. Inter quos quidam Presbyter, nomine Deodatus, conterritus dixit, O serve Dei, France sanctissime, succurre nobis pereuntibus in hac via. Quibus ad terram flectentibus capita cum timore, mox massa illa, eminenti de rupe dirupta præcipitans, quasi avis super illos ad inferius evolando transivit, et qui prope est advocantibus illum, nec derelinquit sperantes in se, præservavit illæsos illos a tam terribili casu, ob servi Dei merita. Qui confestim ad virum Dei gradientes, illis eum occurrentem et prædicentem quod iis contigerat, invenerunt, dicentes; Deus misericordiarum, et totius consolationis, Dominus, consolatus est nos in tribulationibus, quæ prævenerunt nos nimis; idcirco tecum, servo suo spirituali, jucunditati lætamur. Quos ipse Dei famulus gaudens in Domino recepit; et post aliquantulum B spatium recesserunt, hujusmodi miracula divulgantes.

ex mss.: ruentis nivis molem avertit ne noceat,

9 Plures etiam diversis oppressos languoribus, ut fide digna testimonia comprobarunt et probant, restituit illis temporibus sanitati. Nam Sanctoro de *t* Vasto, qui ab annis quindecim nequiverat ambulare, coram adstante populo, die festo, fusa ad Dominum prece, gressum integrum atque perfectum restituit *u*. Peracto vero trilustri temporis spatio suæ mansionis ibidem, receptis Eremitarum more spiritualibus Sacramentis, manibus in modum Crucis complicatis, nocturno tempore vitam in Domino terminavit. Ad cujus beatum obitum, mira Dei potentia, campanæ monasterii S. Mariæ in Silice, horam solitam præcedentes, quibuslibet pulsantibus remotis, illico sonuerunt, et insonuit galli cantus. Quibus cœtus monasticus et populus, unanimiter excitati et invicem congregati, per directum ad cellulam, lumen quasi carbunculum aspexerunt; concipientes confestim felicem obitum servi Dei. Et quia rectis corde lumen exortum erat in tenebris, Clerus et Populus, cum devotionis suspiriis, ad cellulam quantocius concurrerunt. Cujus corpus, quasi cynnamomum et balsamum suavitatem emittens, cum hymnis et canticis et quibus valuerunt solemnis, detulerunt, in dicto mona- C sterio tumulandum.

t claudum erigit, u et post 15 annos ibi actos moritur non sine miraculis: corpus in monasterio sepelitur:

10 Ibi dictum corpus evidenter inspicitur crebris miraculis coruscare, et singularia beneficia devote supplicantibus impetrare. Tempore quippe, quo florgeræ segetes spicas fructiferas emittebant, in regione illa solares radii sic calefaciebant, ut singulis segetes, antequam fructus ferrent, adurere viderentur. Quamobrem devoti Sacerdotes et populares, præcipue seniores, ad B. Franci tumulum festinantes, cum devotis instantiis supplici prece fusa, post ipsorum discessum, statim nubes pluviales in aere conspexerunt; ex quibus inundavit pluvia gratiosa, segetes irrigans uberes, et fœcundam fructibus copiosis: quo lætati sunt singuli supplicantes.

ad illud pluvias impetrant coloni;

11 Vir quidam de Assilico, Joannes Jacob nomine, dum diurno sidere lucescente boves cum pecudibus ad silvestria pascua duceret; ejus puerulus, paulo post ipsum iter arripiens inscia genitrice, a patris itinere exorbitat. Qui silvam spissam arboribus per devia subintrando, tota die hinc inde per eam discurrens, fatigatus ploratibus et labore, post solis occasum victus a somno obdormivit. Pater vesperi reversus quærit a matre de puero, mater vero a patre. Quo non reperto, accersitis affinibus D et vicinis, omnes versus silvas cum luminibus concurrunt, diligenter inquirentes de puero: quem non invenientes, ipsum ab ursis et feris devoratum credunt. Redeunt collacrymantes et tristes ad corpus servi Dei, puerum suppliciter commendantes. Mane insequenti puerum, positum extra silvam, inveniunt illæsum. Qui rogatus, quis cum eo nocte præterita fuisset, respondit; Monachus quidam sero præterito panem et caseum dedit mihi, et mecum pernoctavit, et post lucis adventum ad hunc me locum duxit, et dixit; Ecce pater et mater ad te veniunt, ne timeas, et recessit.

puer amissus, a Sancto apparente nutritus invenitur:

13 Monachus quidam, Romam pietatis ergo profectus, Reliquias quasdam Apostolorum, Evangelistarum, Martyrum, Confessorum et Virginum sua solertia a Domno [Apostolico] et quibusdam Dei famulis acquisivit, ad monasterium S. Mariæ de Silice, cujus a pueritia professus fuerat, devotius deferendas. Is in via a latronibus circumventus, cum nullum subsidium humanum appareret, extendit Crucis signum erga illos, et B. Franci nomen suppliciter invocat: quo facto confestim latrones illi, E petita venia, recesserunt: Monachus autem exultavit in Domino vehementer. Qui anxie monasterium repetens, Reliquias illas *x*, cum scripturis illas di- *x* stinguentibus, reclusit in lapideo tumulo, cum pretioso corpore viri Dei.

servatur a latronibus Monachus, Reliquias Roma adferens.

ANNOTATA G. H. et D. P.

a Rogerius, *auctoritate Innocentii II Papæ a Comite Cardinale ad id misso, die Nativitatis Domini anno* 1130, *Panormi coronatus est* Rex Siciliæ, *mortuus anno* 1154, *mense Julio, secundum Phasellum. Pro hoc perperam apud Ferrarium intrusus* Fredericus.

b Hadrianus IV, *post dictum Innocentium quintus Papa, dicto anno* 1154 *mense Decembri creatus est, mortuo jam Rogerio; et vixit usque ad annum* 1159. *Hæc ergo aut ad successorem Rogerii referenda fuissent, aut nominandus priorum Pontificum aliquis, puta Innocentius, Cœlestinus, Lucius eo nomine secundi; vel Eugenius III, aut Anastasius IV.*

c *Dictus* Rogerius, *anno* 1136 Rex Siciliæ Italiæque *nominatus reperitur apud Rocchum Pirrum, in Chronologia Regum Siciliæ pag.* 6 : *et sic dicitur* Imperium Romanum cœpisse.

F

d Guilielmus *Rogerii filius Rex Siciliæ coronatus anno* 1150, *e vita discessit anno* 1166. *Ejus epistola ad Hadrianum Papam extat apud Pirrum pag.* 9.

e Brundusium *urbs notissima territorii Hydruntini, olim Messapiæ aut etiam Calabriæ.*

f *Guilielmus Rex, in epistola ad Hadrianum Papam, disponit de* Apulia et Calabria *hisce affinibus, ut sibi subjectis.*

g Amiternum *et* Forconium, *urbes olim Episcopales in Aprutio ulteriore: ex quarum ruinis accrevit urbs Aquila, in medio illarum sita, et Episcopatus utriusque in hanc urbem translatus fuit anno* 1257. *De Patronia, istic aliquando dominata, nihildum legi: celebrem iis partibus Matronam fuisse existimo.*

h Rodium *forte* Rongui *jam dictum haud procul ab Asserico, Ferrario* Rojum apud Forconium.

i Colimento, *forte jam* Colle-Rigiurgi, *vicinus locus. Apud Ferrarium* Collis Manti *dicitur.*

k *Seculo* XI *cœpit liber, continens Ordinem divinorum Officiorum per annum,* Breviarium *dici: nondum tamen eo continebantur, quod sciam, sacrarum Lectionum contextus breviores; sed legebantur illæ ex amplis voluminibus, ad eum finem conscriptis, Bibliorum, et Passionum seu Vitarum, atque Homiliarum; quoad hæ quoque cœperunt abbreviari, seculo* 14 *aut* 15.

Certiorem

A *Certiorem notitiam dabit inspectus liber ad usum Chori Casinensis sub Auctore Camerario, uti testis est in Glossario Cangius, et est circiter an.* 1100 *scriptus, hoc titulo;* In quo Breviarium sive Ordo divini etiam Officiorum per totam anni decursionem. *Hæc legentem me cupido incessit cognoscendi, an ibi in illo libro inveniretur brevicula de Sanctorum vitis historiæ: ac primo Cassinum scripsi, responsumque accepi, librum nunc quærendum Parisiis, unde nuper eum mutatus est apud Patres Oratorii asserentes et carere Lectionibus. Ita mihi humanissimus Mabillonius rogatus librum inspicere, addens plane omnino exaratum sub Oderisio I, qui Abbatiam tenuit ab anno* 1087 *ad* 1105. *Atque ita certi reddimur quod initio dixi, serius inscribi cœptas Breviariis Lectiones.*

l Flasculus *alias* Flascula, *diminutivum a* Flasca *seu* Flascone, *vas vinarium, instar lagenæ, ex quacumque materia, etiam ex ligno: unde inter miracula S. Richardi* 26 *Aprilis lib.* 1 *num.* 4 *mandatum, ut* præpararent cuneos et malleos, quatenus flascones fierent; *in Vita autem S. Catharinæ Senensis* 30 *ejusdem, num.* 122 *legitur, quod* implevit flasconem, seu vas vitreum grande.

B m Ursos, *eo quod oculi eorum hebetantur crebro,* quam maxime favos expetere, *auctor est Plinius lib.* 8 *cap.* 36.

n *Per* Alpes *intelligitur* mons Apenninus, *ut sæpe apud alios posteriores: imo universim,* Alpes, *Italis montes sunt: et antiquæ appellationis urbes montanæ, frequentius inde inveniuntur dictæ* Albæ, *potius quam* *ab aliqua ratione coloris.*

o *Forte locum vocat* Novæ-villæ, *quamquam nec hunc exhibent tabulæ, sed* Castellum *seu* Castrum novum *prope* 12 *ab Aprutio, in confinibus Asterno adsitum; propius autem est la Villa Recinetis notata.* D EX MSS

p Cebasse *oppidum notavit Beatillus in margine hujus Vitæ, sed ejus situm non indicavit, neque nomen in tabulis reperio.*

q Garretum tribus milliaribus distat ab Asergio, *ut patet in Mappa ac idem Jacobillus, sed nec hunc locum exprimunt tabulæ.*

r Aqua hæc ad hanc usque diem perseverat et aqua S. Francisci appellatur, *ut idem docet.*

s *Hi scilicet montes qui Aprutium a Sabina disterminant.*

t Vastum Aymonis, *mons est in Aprutio ulteriori.*

u *Apud Ferrarium etiam* surdo auditus redditus.

x *Horum præcipua est recitatio illa, quæ tamquam in Codice Asserici exstantium sic texitur post Vitam:* Reliquiæ S. Thomæ Apostoli, et S. Joannis Baptistæ, SS. Pauli et Sebastiani; SS. Stephani, Laurentii et Innocentium; SS. Sebastiani, Dominici, et Leonardi; SS. Joannis et Pauli; SS. quatuor Coronatorum; S. Placidi, S. Barbaræ Virg. S. Chrysanthi Mart. S. Placidi, S. Luciæ Virg. et M. SS. Emfridi et Eugenii, SS. Basilii et Hilarionis Abbatis, S. Agnetis Virg. Capitis S. Clementis, Palmæ quam plantavit Virgo Maria, de sepulcro B. Virginis, de loco nativitatis J. C. de columna ad quam fuit flagellatus, de loco montis Calvarii, de loco unde Christus cœlos ascendit. E

NOT. 28

D. P.

DE BEATO PLACIDO

ORDINIS APOSTOLINORUM

RECINETI IN PICENO ITALIÆ PROVINCIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Cultus; Vita; Miracula; Ordinis origo et progressus.

AN. MCCXCVIII

C *Ad formam primorum sub Apostolis fidelium,*

Primorum sub Apostolis fidelium regulam formamque vivendi, expressurus nobis in Actis, *S. Lucas, cap.* II *et* IV *notat, quod* omnes qui credebant, erant pariter, et habebant omnia communia: *et rursum,* Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una; nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. *Fuit hoc præcipuum deinde exemplum, ad quod postea respexerunt omnes, quotquot vel in clero vel in populo, in urbibus vel in solitudinibus, vitam in communi ducere elegerunt, a secularibus abstractam curis, Deique servitio orationisque et aliorum operum piorum exercitio pari ratione adstrictam, quam merito vocare Apostolicam possumus. Hæc pro variorum institutorum Regularium diversitate sic fuerat propagata, ut nulla ejusmodi Congregatio nomen sibi ab Apostolis sumeret usque ad XIV sæculum; quando Apostolini cœperunt in Italia* *nuncupari, exordio (ut creditur) Mediolani sumpto.*

communem vitam amplexi sec. 14 Apostolini,

2 *Nullam illi initio professionem emittebant, modestaque eremitica veste contenti, insistebant orationibus faciendis; quod ab his reliquum erat temporis, manuum impendentes operi. Et quia sub isto vitæ instituto plurimis proderant, suavi virtutum minime vulgarium odore, creverant numero eorum contubernia, præcipue per Insubriam atque Liguriam, usque in Picenum et Aprutium propagata; imo usque in ipsam Urbem Romam, ubi institutum illud amplexus B.* Placidus, *ipsum Recinetum traduxisse fertur, sub annum* MCCLXX; *ibique quievisse, anno* MCCXCVIII. *De eo Philippus Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, sub annum* MDCXIII *edito, sic scribit:* Placitus, Recineti in Piceno natus (*ubi* Placidus *nuper nominatur*) vitæ sanctitate floruit, atque ante annos [illegible] circiter [illegible] migravit e vita. [illegible] in æde D. Joannis Apostoli et Evangelistæ conditum, integrum in hunc usque diem [illegible], et miraculis fulget, ad cujus tumulum [illegible] descripta leguntur, [illegible]. *Addit vero idem in Annotatione, quod* ejus invocatione divinum a febribus [illegible] auxilium. *Similiter in Generali Catalogo Sanctorum,* [illegible] *Romæ* [illegible]; *eum* [illegible] *in Notis addit; quod ejus Memoria* [illegible] *die X Octobris* [illegible] *Officio* [illegible] *sub invocatione* S. Placidi, *Monachi* [illegible], *discipuli S. Benedicti, de quo tamen Officium* [illegible] *etiam Monumenta MSS* [illegible] *Lectiones, et hæc non* [illegible] *Tabulis* [illegible]. F

S. tanti colendum,

B. Placidum Recineto dederunt,

3 *Vitam ex* Angelitæ historia Recinetensi, *variisque antiquis manuscriptis, et publicis* [illegible] *monumentis* [illegible] *S. Clementis conventu Recineti,* [illegible] *edidit anno* MDCXXVIII *Ludovicus Jacobillus, Patricius ac Jurisconsultus Fulginas, et Protonotarius Apostolicus, inter Vitas Sanctorum*

cujus Vitam scripsit Lud. Jacobillus.

AUCTORE D. P.

A ctorum ac Beatorum Fulginatium; eo quod Fulginatem natum fuisse etiam Placidum velit, etsi passim Recinetensis dicatur, a longiori scilicet commoratione; sicut SS. Nicolaus Tolentinas et Antonius Patavinus, etsi hic Ulisippone in Lusitania, iste in oppido S. Angeli Firmanæ diœcesis natus. Utinam Jacobillus nobis, apud se hospitantibus anno MDCLX, exhibere collecta potuisset ipsorummet Manuscriptorum originalia atque

Ea hic Latina datur,

Latina verba! vel saltem Angelitæ historiam; si hic ille est qui anno MCCCLXXXIV Prior B. Placidi corpus extulit. Longe hic ea daremus libentius, quam compositam Italice Vitam Latine redderemus; sed Jacobillo pridem mortuo Ordineque extincto, quæ spes esse possit illa adipiscendi? Damus ergo, quod nunc solum possumus; addimusque miracula, a Modesto Benvenuti, Monacho Silvestrino collecta, sub annum MDCXXXIV, in tunc edita historica Relatione quorumdam Sanctorum,

cum miraculis ab alio collectis,

Protectorum ac Beatorum civitatis Recinetensis, sitæ (ut hoc etiam obiter dicam) in Piceno; ad cujus territorium spectat Lauretum, translata illuc ex Dalmatia Nazarethanæ Deiparæ ac Josepho domo nobile. Translatio hæc facta erat circa annum MCCXCIV, de quo anno sic inter omnes scriptores convenit, ut mirum sit prætandatum Modestum scribere, ex quo istis in partibus

B bus sacra Domus conspici et honorari cœperat, solum XIII annos fuisse elapsos, quando Placidus hospitio excepit Apostolinos, Lauretum peregrinos, eorumque institutum amplecti statuit.

4 Ceterum quæ ille addidit miracula, cum non excedant multum mensuram tabulæ unius pensilis ad sepulcrum, et hæc ad vulgi commoditatem Italice conscripta fuerit, non multum mihi censui laborandum,

usque ad an. 1629.

ut obtinerem originalem contextum, licet adhuc prostantem, quia cum ille fatebatur satis fideliter expressisse, in ea qua usus est brevitate. Sed quoniam ultra annum MDCXXIX non extenditur Miraculorum progressus, sperabam fieri posse ut aliquis ea suggereret quæ exinde secuta multa non dubitabam. Sed responsum est, multa quidem nova patrari quotidie; cum Sanctus ille beneficus admodum sit in suos devotos, ideoque non solum a civibus, sed etiam ab accolis frequentissime visitari sacrum corpus, verum præter jam indicata nihil scriptum haberi. Addebatur tamen quod Magistratus Recinetensis, ad diem V Junii, annue procedat, cum certa oblatione ceræ, indigetem Beatum honoraturus, ut fere alibi per Italiam mos in festis Patronorum.

5 Quod ad Ordinem ipsum attinet, is quoniam nunc

C extinctus est, nec multum in Historia ecclesiastica notus, visum est distinctius de eo agere, ex Paulo Morigia

Ordo ille initio laicus,

Jesuato, sub annum MDLXXXVI auctius recudente libellum quemdam suum Italicum, de originibus Ordinum religiosorum. Hic ille cap. 5, historiam tractat Congregationis prædictæ, quam ipsius ætate, dimisso diminutivo nomine Apostolinorum, dicebant, Fratres Apostolorum, vocabulo ad extremum servato. Dicit autem quod sparsim instar Eremitarum diu vixerint, unde existimo, inquit, quod initio absque Ordine sacro vivebant, oratione vitaque communi, ab Apostolis commendata, contenti. Postea, salutis nostræ

anno 1484 receptus ad Sacra,

anno MCCCCLXXXIV, cum factum esset Pontifex Innocentius VIII, patria Genuensis, ab ipsis rogatus facultatem eis dedit Missas celebrandi; eisque concessit scapulare cum assuto ei capucio, sub Regula S. Augustini; addita etiam communicatione privilegiorum omnium, quibus Eremitæ ejusdem sancti Patris gaudent. Habitus illius ut conservetur memoria, placet ex Modesto, B. Bartholomæum Placidi discipulum repræsentante, ipsum quoque spectandum dare, saltem dimidium; et ex altera medietate notare, quod pedes discalceati exprimantur, rem a scriptoribus non observatam.



B. BARTHOLOMÆUS.
Ordinis Apostolinorum Recineti.

Jacobillus, in Romani conventus archivium admissus, paulo altius quam Morigia accersit habitus mutationem istam, ejusque auctorem fuisse ait Eugenium IV anno MCCCXXXI, cujus ordinationem confirmarit post annos LIII Innocentius VIII, Regulamque et Privilegia addiderit: sub quibus perseveravit Ordo, quousque Innocentius Papa X eumdem suppressit, et ejus tunc Generalem D. Andreottium, Abbatem ecclesiæ S. Joannis creavit, sub quo titulo eamdem possidebat anno MDCXC D. Antoninus de Monte-Cassiano; sic enim appellare Italis placet assumptos de Clero seculari, ad alicujus ecclesiæ, olim monasticæ, supremam dignitatem.

6 Ut ut est, Primi, juxta Morigiam et Jacobillum et inter eos medium Silvestrum Maurolicum, in Marœano omnium Religionum sub annum MDCXIII Messanæ in Sicilia vulgato, qui Morigiam transcripsit non sine mendis; Primi, inquam, ad Missam ordinati fuerunt Simon de Morosana, Joannes Scarpa, et Nicolaus Cesteri, Genuenses vestiebanturque tunica F coloris castanei, cui superaddebatur, ejusdem coloris scapulare cum capucio similis tincturæ, et cingulum coriacium; tempore autem hiemali etiam palliolum, more Capucinorum. Congregantur autem capitulariter, et omnium Superior nuncupatur Vicarius generalis. Quo autem respectu Vicarius? Utique respectu Congregationis alterius antiquioris, unde decisa fuit; et cum qua se dicebant Apostolini unum Ordinem facere, videlicet Ambrosinorum sive Fratrum S. Ambrosii in nemore; eadem cum Fratribus Apostolorum Augustiniana Regula, habituque similiter castaneo utentium; sed ritu in Sacris Ambrosiano, cum Romanum isti teneant; ad neutrum tamen adstricti utrique, priusquam ad sacros Ordines, Innocentio VIII indulgente, cœperunt recipi.

processit ab ordine Ambrosinorum:

7 Tunc vero utrisque accidisse videtur, quod in aliis Eremiticis Ordinibus factum sæpius observavimus; ut qui origines suas, dum laici fere essent, nullis habebant consignatas monumentis litterarum; statim atque harum studium receperunt, cœperunt cogitare de eruderanda suæ familiæ historia; et quoniam nihil certi ex traditione, sine litteris accepta, suppetebat; ex ipsis suarum Congregationum appellationibus occasionem petere, accersendæ quam possent altissime originis suæ;

ut autem hi sua ignorantes principia,

nihil

A nihil soliciti, quomodo implerent historiam, hiantem per tot intercurrentia secula quibus nulla sui Ordinis mentio apud scriptores reperitur. Ambrosini ergo, (quibus prima habitatio obtigerat juxta ecclesiam S. Ambrosii in Bosco, seu Nemore, prope Mediolanum, atque inde nomenclatura) primos, quos forte per traditionem: noverant, loci illius incolas, Alexandrum Cribellum, Albertum Bezutium, atque Antonium Petrasancta, ab ipsomet S. Ambrosio illuc credi voluerunt inductos (tanto scilicet prius, quam cognominum prædictorum usus esset) institutumque eremiticum per plura secula propagasse, successione quasi hereditaria, licet sub variarum reformationum vicissitudine.

ea ad S. Ambrosium,

8 Apostolini *vel* Fratres Apostolorum (*quoniam nomen istud acceperant vel ab Apostolica vivendi forma, vel forte ab aliqua Sanctis Apostolis dicata ecclesia, ad quam primo cœperint convenire*) *ab ipsorum quoque uno S. Barnaba originem accersunt; utpote qui primus creditur Mediolani fidem prædicasse, atque ordinasse Ecclesiam. Dicunt autem quod S. Barnabæ institutum, inter persecutiones Gentilium pene extinctum, in Nemore prædicto restauravit S. Ambrosius, collocatis ibidem qui nominantur Eremitis tribus; atque hinc communiter cum Ambrosinis ad seculum usque* XIV *progrediuntur, nihil de intermediis soliciti.* B *Hoc autem illi eis vitio magno non vertimus attenta simplicitate seculi rudioris, ita nec nobis culpæ verti posse credimus, quod ad fidem tam male cohærenti successioni dandam minus faciles simus, quam Morigia, Maurolycus, Jacobillus, et Benvenutius.*

sic isti ad Apostolos retulerunt.

VITA

Ex Italico Ludovici Jacobilli.

Placidus, patre Joanne ex honesta familia Fulginii natus anno MCCCXXXVIII, parentes suos puer amisit: ideoque avunculus ejus quidam Recinetensis in suam eum civitatem abduxit porro educandum. Hic ille cum prima virtutis ac litterarum fundamenta, haud contemnendo profectu, posuisset; ad studium Maceratense transiit. Eodem etiam contigit sub idem tempus Eremitas duos ex Ordine Apostolorum transire, peregrinos ad sanctam Domum Lauretanam: quorum nondum alias sibi visa specie, habitusque ac vultus modestia captus pius adolescens, ad suum eos hospitium invitavit benigneque habuit, non sine insigni animæ suæ fructu. C Etenim piorum istorum virorum conversatio propiusque cognosci cœpta virtus, sic ejus affecit animum, ut de eorum instituto summarie edoctus, optaverit sanctæ peregrinationis eorum comes effici, atque deinde habitu eodem vestiri. Quod cum genuflexus petere insisteret; illique, post tergiversationem nonnullam, annuissent; non plus quam biduo opus habuit Placidus, ut libris aliisque rebus omnibus venditis, et pretio in pauperes Christi distributo, daret se in viam, *non valde longam, siquidem solum* XIV P. M. *Macerata Lauretum distat.* In sacram appulsi domum Deiparam rogaverunt, hinc juvenis inde Fratres, ut, quod ex Dei majori gloria erat, inspiraret utrisque; et completa oratione iverunt Recinetum. Ibi suo se avunculo stitit Placidus, atque de genibus supplex consensum ejus postulavit, ad implendum animi sui votum. Annuit ille, licet non sine sensu; et nepotem, quo vocabat Deus, a se dimisit lacrymans. Ille vero, neque vale amicis dicendo, neque Fulginii consanguineos requirendo detineri se passus, Romam properavit; Apostolicum ibi sumpturus habitum, ubi Ordo novus duos habebat conventus, alterum S. Clementi, S. Pancratio dicatum alterum.

Natus an. 1338

dum Maceratæ studet,

cum receptis hospitio Apostolinis

Lauretum ac Romam proficiscitur.

2 Ductus autem fuit ad S. Clementis Placidus; D atque a Priore, rite per suos informato, benigne receptus, habituque donatus, omnem exuit seculi affectum, religiosarumque virtutum studio per annos aliquot totum se tradidit. Interim obiit Recineti avunculus, extremæ voluntatis suæ tabulis cautum relinquens, ut ex facultatibus a se dimissis Recineti erigeretur Apostolicæ professionis habitatio, ea conditione, ut nepos suus in ea collocaretur, tali quem ipse legeret loco. Arduum quidem erat viro, perfectionis religiosæ studioso, illuc redire, ubi in amore et honore se futurum præsagiebat. Ivit tamen, et gratanter susceptus, juxta muros civitatis fundum legit, abstractæ a seculo vitæ idoneum. Tum in extructas ibidem mox ædes, recepit submissos sibi aliunde Fratres, novosque collegit; a quibus in unam convenientibus sententiam postulatus est Prior, anno MCCCLXX, annum vitæ non multo plus quam trigesimum agens; quamvis multum obniteretur ipse, obediendi quam imperandi cupidior.

Ex avunculi hereditate

structo Recineti Conventu fit Prior Fratrum,

3 Exhinc in ejusdem vitæ societatem dederunt se multi contempto seculo, quos inter tres præcipui numerantur. B. Bartholomæus Recinetensis, magnæ vir humilitatis, qui delatum sibi mortuo Placido Prioratus officium constanter recusavit; atque meritorum magnorum plenus obdormivit in Domino, E sepultus honorifice in Cathedrali Recinetensi, anno MCCCCXXIV. Secundus eorum B. Philippus Firmanus, fundator extitit Conventus Maceratensis; in eoque mortuus ac sepultus, venerabilem sui memoriam toti reliquit posteritati. Tertius denique B. Guardatus, linguæ silentiique custodia admirabilem se pariter et imitabilem reddidit; et accedente insuper austeritate magna vitæ, in oppido Picenatis districtus Belforti, meruit annuam venerationem post mortem, quam juxta ipsum oppidum obiit anno MCCCCXXV; corpus vero cœlestibus splendoribus miraculose illustratum; repositum deinde sub altare fuit, ad ejus honorem in ecclesia majori erectum; ubi XXV Januarii, quo obiit, religiose honoratur ab incolis. Atque hæc dicta sint, ut ex discipulorum perfectione eminentia intelligatur magistri.

quorum tres Beati appellantur:

4 Sic stabilitis juxta Recinetum Fratribus, multos etiam peccatores ad meliorem frugem convertit Placidus: per circumjectas terras plurimum boni operans, magnumque subsidium adferens Peregrinis adeuntibus Lauretanam domum, cujus etiam ipse devotissimus erat, illam identidem revisens; donec tandem Deo placuit evocare animam sibi dilectam ex hujus mortalis corporis ergastulo, post F infirmitatem diu patientissimeque toleratam, die V Junii, anno MCCCXCVIII, ætatis suæ LX. Ea mors cum populo innotuisset, magnus ad venerandum contingendumque sacrum corpus fuit concursus: ipsumque de mandato Episcopi (*Angelus hic dicebatur, Recinetensem simul et Maceratensem Ecclesias gubernans, postea etiam adlectus Collegio Cardinalium*) sepultum fuit, non sine singulari pompa, in Cathedrali ecclesia. Sed B. Placidus, ab eo conventu, quem primus erexerat et usque ad mortem constanter incoluerat, sejungi non sustinens; impetravit a Deo ut ad ecclesiam S. Joannis, reportaretur corpus; Angelorum haud dubie ministerio; ubi etiamnum visitatur et colitur, in nobili arca depositum sub altari majori.

ipse Superis additus an. 1398

et ex Cathedrali ad S. Joannem miraculose translatus,

5 Ex hinc non desiit ibi Deus defuncti sanctitatem quotidianis testari miraculis, quorum testes sunt innumerabiles circum votivæ tabellæ. Et res cum minime pateretur apud Recinetenses flaccescere susceptam semel erga venerabile corpus religionem; multique devotionis ergo optarent aliquam inde particulam nancisci; fuit ludimagister quidam Brunus nomine, impulsus ejusmodi desiderio tam vehementer

Ex MSS


nec articulum quidem tolli sibi patitur

A vehementer; ut corporis venerandi prætextu accedens sæpiuscule, tandem invenerit facultatem articulum unum auferendi, quem suam in patriam deportaret, ad ecclesiam ibi aliquam; erat enim ibi peregrinus. Sed ipsa nocte tantum perpessus est est in uno pedum cruciatum, ut mox atque illuxit festinaverit ad ædem S. Joannis reverti, et culpa agnita restituere furtum: quo facto cessavit ei dolor omnis.

Altare sub quo corpus,

6 *Hactenus Jacobillus, cui addiderim, quod anno* MDCLX *Romam proficiscens cum P. Henschenio, et die* XI *Decembris Macerata transiens, ac Recinetum tendens, de via ecclesiam S. Joannis vidi, in eaque speciosum satis altare subnigri marmoris, sub quo per ferream cratem, vitreamque fenestram conspiciebatur arca lignea inaurata, corpus, S. Placidi (ut dicebatur) incorruptum continens. Nemo aderat, qui ipsum nobis posset ostendere. Ergo satis habui notasse, quod in altaris lateralis tabula viderim depictos, cum radiis et titulo beatitatis, supradictum* B. Bartholomæum *et* B. Placidum; *titulos autem tres affixos parieti, quorum unum dumtaxat describere libuit, quia ad rem facere præcipue videbatur, dicens, quod* ad ecclesiam Cathedralem corpus B. Placidi, præter majorem ejus gloriam translatum, (heu mirabilis Deus!) subito huc, unde ablatum erat, rediit. *Hæc memoria recolens, cum opere huc usque producto, vehementer desiderarem, speciem aliquam corporis incorrupti nancisci, per nostrum Laureti Pœnitentiarium P. Antonium Franciscum Destieu, tantum effeci, ut missus ab eo Recinetum juvenis Belga, ex iis qui Laureto Romam frequentes transeunt, deductus fuerit ad arcam sacri corporis; eaque aperta permissus raptim ipsum delineare, sicut ibi jacebat velo subcinericio coopertum; quod timide, ne vetustate pretiosa rumperetur, sublevantes bacilli cujusdam adminiculo, ipsum in pectus rejecerunt, sic ut caput et latus unum videri posset: quæ autem vidit, sic raptim colore rubricato expressit.* B

et hujus hodiedum incorrupti species



MIRACULA

Ex Italico Modesti Benvenuti.

Corpus a flammis servatum

C Accidit aliquando, ut monasterium B. Placidi flamma corriperet, quæ ipsam quoque ecclesiam consumpsit, intacto dumtaxat per miraculum remanente Sanctissimo Dominici corporis Sacramento; et repositis sub altari Reliquiis, cum ipsius B. Placidi deposito. Hanc ruinam cum anno MCCCLXXIV restaurandam curaret Prior Obediens Angelita, postea etiam totius Ordinis Generalis; curavit etiam ut imposterum majori cum diligentia thesaurus tantus conservaretur. Id quam gratum Beato fuerit, sequens indicabit successus. Egressus fuerat cum suis omnibus Religiosis Prior, ad publicam per urbem processionem, uno dumtaxat puero Hieronymo Andreæ domi relicto. Hunc cum supervenissent peregrini, sanctum corpus videre cupientes; arreptis ille clavibus, tentavit aperire arcam, tentaverunt et ipsi: sed frustra omnis conatus cum esset, mœsti recesserunt. Apparuit autem mox in ecclesia Religiosus, gravi ac veneranda specie, verosimiliter deinde creditus fuisse ipse B. Placidus; qui severe puerum corripuit, malum comminans si posthac præsumpsisset arbitratu suo aperire arcam sacri corporis: curam illam relinqueret Patribus, qui peregrinorum desiderio numquam essent defuturi.

nequit nisi a Religiosis ostendi peregrinis

8 Quamquam autem supradicto incendio conflagraverint omnes vetustiorum miraculorum testes tabellæ; et posteriorum quoque variis casibus consumptæ sint multæ; restant tamen harum non paucæ, ex quibus secundum annorum ordinem recensebo potiora. Anno MDLXIV filia Joannis Baptistæ Bracci Recinetensis, cum graviter infirmaretur, fuit Beato commendata a matre: quæ quod filiæ petiit, continuo impetravit. Anno MDLXXVII, die X Septembris, Sebastianus quidam, periculoso correptus morbo valdeque extraordinario, invocavit B. Placidum, moxque convaluit. Anno MDLXXXII, die II Maji, Dominicus de Vallevano, tunc promuscondus Cardinalis Columnæ, Maceratæ existens et intolerabilem odontalgiam patiens, proposuit Recinetum venire ad venerandum B. Placidum: cumque ad ejus sepulcrum se prostravisset orationemque fudisset, priusquam ab ecclesia egrederetur, omnem a dentibus abstersum dolorem sensit. Eodem anno, die XI Novembris, Joannes Franciscus Albonicus, febre afflictus facto voto convaluit. Sequenti deinde anno die XV Augusti, quotidiana et gravissima febri prostratus jacebat Thomas Masucci Recinetensis, filius Equitis Cæsaris Masucci, annorum XII; quæ eum menses duos tenuerat, nullo non rediens die cum rigore ac frigore intolerabili. Dum autem sic jaceret, venerunt ad domum illam ex Conventu Apostolorum Religiosi, eleemosynæ causa; petieruntque vestem infirmi aliquam sibi dari, quam sancto corpori impositam eoque contactu benedictam referrent, tali fine ut ea postridie, sub paroxysmum F

Invocato Beato sanantur graves morbi;

dolor dentium,

febres variæ,

A roxysmum futurum, indueretur æger : quo facto abjectam ille a se febrim numquam amplius sensit : et Societati Jesu adscriptus in ea vixit usque ad annum MDCXXXIII, a vitæ innocentia doctrinaque laudatus.

9 Interim vero etiam contigerunt sequentia, quibus nota temporis non invenitur adscripta. Dominicus, filius D. Philippi de Monte monaco, jacebat æger, tantumque non cadaver in lecto; ita ut moveri per se nequiret, sed opus haberet alienis manibus intra lectum sublevari. Jam omnem ejus servandi spem abjecerant medici; cum perlata usque in patriam infirmi fama miraculorum quæ Recineti patrari dicebantur, ipsum commovit ut B. Placidi auxilium imploraret, cum proposito ipsius sepulcrum visitandi si convalesceret. Convaluit autem, sicut optaverat, et votum implevit. Clara quædam Veneta, Romam tendens, tam diro dolore capitis cruciari cœpit in via, ut partem nullam posset quietis capere. Vovit ergo capitis similitudinem ex cera, ferendam ad sepulcrum B. Placidi, Missamque curandam : et voti compos facta mox est. Alia mulier Montecchio oriunda, cujus nomen non exprimitur,

extrema infirmitas,

dolor capitis,

fractura tibiæ,

B tam infeliciter lapsa in terram est, ut tibia ipsi frangeretur : cujus ceream imaginem cum similiter vovisset, appendendam sepulcro; in pedes illico se erexit sanata.

10 Anno MDXC, die III Martii, Mag. Hortensius Felix cantor, Recineti existens die Veneris primo in Quadragesima, et cuidam suo amico colloquens, delapso in guttur catarrho subito pene mortuus corruit, non sine accessu acutæ febris : facto autem voto mox convaluit; uti etiam duo filii D. Grimaldi Carboni, cum tertiana febri diu conflictati. Anno MDXCIV, die XXIX Septembris, Sanctes de Alzanettis, in oppido quodam Raputæ dicto commorans, toto corpore inventus est paralyticus : mox autem ut B. Placidum invocavit, cœpit de lecto surgere, paulatim integram adeptus exinde sanitatem. Anno MDXCVI, XV Septembris, Domina Dianora de Offida, habens filiolam octimestrem infirmam, pollicita est B. Placidi sepulcrum visitare, eoque adferre vestem filiæ; quæ, reversa inde matre, non diu post perfectam sanitatem recuperavit. Anno MDCI, die x Augusti, sub quodam anathemate sic scriptum reperitur : Voto facto ad B. Placidum, gratiam recepit Domina Angelina, filia Bertrami

catarrhus suffocans,

paralysis,

C Lauretani. Laus Deo honorique B. Placidi. Eodem anno, XXIX Septembris, Dom. Matthæa Benedicti Lauretani, octo mensibus infirma, ut melius potuit adrepsit ad Beati sepulcrum; ingrediens autem templum ipso momento correpta est febri minime levi : sed non ideo omittens orationem destinatam, salutem quam optabat denique retulit.

11 Anno MDCII, XX Julii, Magister Daniel ejusque uxor Hieronyma, Auximates, habebant filium, dictum Petrum Dominicum, post gravem duorum mensium infirmitatem depositum a medicis : recurrerunt ergo ad intercessionem B. Placidi, positoque super ægrum indusio quod illius corpus attigerat, reddita est ei pristina sanitas. Eodem anno, die x Maji, Nicolaus Antonius de Civitate nova, conti-

febres variæ,

moribundus,

nua duorum mensium febri extenuatus, voto facto convaluit. Filia Antonii, habitantis in Civitate-nova, annum integrum febricitavit; donec facto voto febrim expulit. Anno etiam supradicto, die XXIII Septembris, cum Petrus-Stephanus de Monte-sancto, duorum mensium spatio graviter infirmatus, nullum ex humanis remediis auxilium caperet; recurrit ad votum B. Placido faciendum, de visitando ejus sepulcro, atque una suarum vestium illuc ferenda, et mox sanatus voto se suo exsolvit. Margarita Baptistæ, Lauretani civis, acuta laborabat febri; quare Beatum devote invocans, obstrinxit sese ad sepulcrum ipsius adeundum, et obtinuit gratiam pristinæ sanitatis. Bernardinus de Morro Vallis, pluribus mensibus conflictatus cum quartana, simili voto usus, remedium mali accepit. Horatius et Cruciana, de Morro-Vallis similiter nati, simili eaque subtili febri quartana extenuabantur; et eodem usi remedio, consecuti liberationem ab eo malo sunt.

D

EX ITAL.

Item febres,

12 Anno MDCIV, die XIX Julii, cum Domina Maria Corinti de Monte-sancto quatuor mensibus graviter ægrotasset, B. Placido votum fecit, sepulcrum ejus adeundi si sanaretur, et sanata est. Eodem anno et ejusdem mensis die XXIX, Antonius Juliani Cingulanus febrim gravissimam integro mense sustinuerat, quando ea liberatus est meritis B. Placidi. Sequentis vero Augusti, die XXVI, uxor Andreæ de Monte-cosaro molestissimas febres passa diebus vigintiquinque, cum grandi dolore capitis, per votum sepulcri adeundi ab incommodis istis evasit. Anno MDVIII, die VI Septembris, Mag. Franciscus Francisci Auximanus, morbo quodam fastidioso laborans, cui nullum esse remedium judicabant medici; vovit ad sepulcrum B. Placidi facem deferre cum alia quadam eleemosyna : et quod optabat ab illo recepit. Anno MDCXI, die v Maji, Stephanus, filius Mag. Jacobi Lauretani, votum fecit pro recuperanda sanitate, quam morbi gravitas cogebat medicos desperatam habere; brevique restitutus sibi, ad sepulcrum venit, seque voto exsolvit. Eodem anno et ejusdem mensis die XV, Misaccius de Morro-vallis, filium habens toto jam anno clinicum ex febri, oravit B. Placidum ut succurreret illi, eaque causa sepulcrum accessit, filii postulans sanitatem : quam ut fideliter petiit, sic integre obtinuit.

E

cum dolore capitis

graves morbi,

13 Anno MDCXXI, die II Junii, Dominicus Paroni de Monte Georgio, per annum duosque menses febres patiens, quibus non inveniebatur remedium, deferri se fecit ad sepulcrum Beati, et quædam vestimenta sua illic dimisit, lætus rediens inde propter recuperatam valetudinem. Anno MDCXXIX, die XXV Martii, Joannes-Marcus Humilis de Monte-Cosaro comparuit in ecclesia B. Placidi, coram D. Nicolao Pucci Recinetensi et Camillo Angelo de Monte-cosaro; declaravit, quod mense integro conflictatus cum febri, unde ei mortem præsagiebant medici, se commendaverit Deiparæ Lauretanæ atque B. Placidi intercessioni : intra cujus sepulcrum positum ægri indusium fuit, dictaque supra illud Missa; qua finita, ipsum indutus, subito sensit sibi melius esse.

diuturnæ febres letales,

F

DE SANCTO PRINCIPE FERDINANDO

FILIO JOANNIS I LUSITANIÆ REGIS

MAGISTRO EQUITUM AVISII, ORDINIS CISTERC.

FESSÆ IN MAURICA CAPTIVITATE DEFUNCTO

Et ad Bataliensse prope Leriam in Portugallia cœnobium translato.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De Actis, a Secretario et socio scriptis, incohato cultu, et imaginibus; diebus obitus, et translationis.

ANNO MCDXLIII

B

In cœnobio, ob memoriam victoriæ anni 1386 fundato,

Leria, *Lusitaniæ civitas, perbene munita, et anno* MDXLV *facta Episcopalis, cura imprimis fuit Joanni hujus nominis Primo; ex quo, victis ad Alligarrotam Castellanis anno* MCCCLXXXVI, *pacificam iniit possessionem regni, ad quod ipsum Lusitani vocarant, non obstante natalium vitio. Ea victoria, quoniam obtenta fuit Assumptæ Virginis pervigilio, ibidem in loco certaminis, vulgo* Batalia *id est* Pugnæ) *nunc dicto, ecclesiam* S. Mariæ de Victoria, *cum insigni Prædicatorum conventu struxit, capellamque Regiam, sibi suisque in sepulturam: quem in finem, totidem quot liberos procrearat, ibidem tumbas erigi cum suo quamque altari fecit: quorum altarium nullum nunc honoratius est, quam quod filiorum quintogenito,* Sancto Infanti Ferdinando, *erectum, anno* MCCCCLI *excepit ejus intestina, et vicennio post integrum etiam corpus, allatum* Fezza, *Mauritaniæ Tingitanæ Regia, quo fuerat captivus devectus anno* MCCCCXXXVIII, *sexto quo in Barbarorum potestatem se dederat mense. Etenim Christianæ factus victima caritatis, ut circumsessas barbarorum infinita multitudine copias a morte aut captivitate inevitabili liberaret, per ærumnas pene incredibiles longum ibi produxit martyrium, usque ad annum* MCCCCXLIII, *et hunc* V *diem Junii.*

sepulcrum et altare sancti Infantis.

an. 1443 defuncti Fessa.

Acta, Lusitanice scripta ab illius Secretario,

C

2 *Tragœdiæ totius seriem, sub titulo* Chronicæ, *scripsit Joannes* Alves, *seu potius* Alvarez (*sic enim integre nomen exprimunt Cardosus et alii recentiores*) *sancti Principis ad eam expeditionem* Secretarius, *et socius captivitatis, velut testis oculatus; nomina locorum personarumque, et numeros annorum atque dierum, ut Chronologi solent, accurate distinguens; et desinens in præcipuis quibusdam Miraculis, ante et post relata a se in Lusitaniam intestina factis, breviter annotatis. Eam Chronicam, ex Auctoris MS. originario excusam (nescio a quo vel quo anno) cum penitus deficere in officinis librariis doleret* Fr. Hieronymus do Ramos, *sive* de Ramis, *Ordinis Prædicatorum ipsam ad novam impressionem anno* MDLXXVII, *Ulisippone faciendam per Antonium Ribeyro, digessit in Capita* XIII; *et unum addidit, dissimili prorsus stylo, nec pari accuratione aut certitudine, de allato in Lusitaniam corpore, quod annis* XXIX *pependerat ante portam Fessæ. Ipsam etiam Chronicam nonnullis locis interpolavit, cum hac tamen cautela, quod additamenta sua a reliquo contextu sejunxerit talibus [ ] uncis. Hujus quoque editionis exemplaria cum rursus sic defecissent, ut ægre unum potuerit reperire, P. Franciscus a Cruce noster, Illustrissimi Archiepiscopi Ulissipponensis D. Ludovici de Sousa Bibliothecarius; nec illud transferri in Belgium pateretur is, qui ipsum pro magni cimelio possidet, curavit idem P. Franciscus, ipsum mihi transcriptum mittere.*

an. 1577 edidit Hier. de Ramis

3 *Lusitanus est sermo, et quidem seculi* XV, *satis diversus a præsenti. Præsumpsi tamen scriptum illud totum Latinum facere; sicut ex similis fere antiquitatis MS. Latinam feci, in Appendicibus ad* XII *Maji, Vitam sanctæ Infantæ Joannæ, Alfonso V, hujus* B. Ferdinandi *nepote prognatæ, a familiari conscriptam: utinam simili cum successu! Si quidem huic impensus labor, magnum (ut mihi Roma scribitur) momentum attulit ad evincendam Romæ causam, de veteri et hominum memoriam excedente cultu, per Decretum præcedentis anni* MDCXCII. *Habent enim apud omnes æquos rerum æstimatores, ad impetrandam fidem, multo plus efficaciæ antiqua istæc et simplicia auctorum coævorum monumenta, præ elegantioribus hujus ævi compositionibus, quales in præsenti argumento est ejusdem Principis Ferdinandi Actorum Anacephalæosis, inter ceteras Regum Lusitaniæ Anacephalæoses a nostro P. Antonio Vasconcellio sub annum* MDCXXI *Latine edita num.* XIV, *quamquam ea ex veteri Chronica summarie fideliterque accepta sit. Haud paulo prolixius eamdem Historiam, una cum Historia prædictæ Joannæ, Castellana lingua, sub annum* MDXCV *Christi ediderat, Hieronymum de Ramis, secutus Fr. Hieronymus Roman, Eremita Augustinianus Lucroniensis; multamque accessionem memorabilium circumstantiarum videbatur in Prologo polliceri, jactans se habuisse, quæ antecessoribus defuerant, Archivii Ulissiponensis et Avisiensis monumenta complura: sed editionibus Lusitana et Castellana inter se collatis, nihil invenio tanta ostentatione dignum; nec scripturam vel unicam allegatam, quæ ex alterutro archivio sit accepta, saltem quoad* Ferdinandum, *de quo agimus.*

Ea hic Latine versa dantur.

E

Ex iisdem Vasconcellius epitomen Latinam,


et Hieron. Roman Castellanam fecit.

F

4 *Interrogati de præterito ac præsenti cultu sacro, eidem* Infanti *deferri solito, Patres conventus Bataliensis; post descriptum breviter sepulcrum ejus, moremque fidelium sua illuc Rosaria, ad contingendum interiorem arcam, inferentium (prout ex Hieronymo Roman ad num. 128 litt.* h *annotabimus) suam ad P. Franciscum a Cruce epistolam sic prosequuntur.* Juxta memoratum sepulcrum, parvum sacellum est, affabre comptum, cum lignea tabella, altari superimposita, et in extremis deaurata, ornatum: qua in tabella, antiquo et eleganti penicillo descripta reperitur Infantis vitæ series: illius statua marmorea super altari collocata cernitur: sed quæ ad vivum exprimat amictum vilem; lugubrem faciem, promissam barbam, impexos crines; manicas denique, catenas, et compedes, eamque formam quam creditur habuisse mancipatus captivitati: hujus autem in statuæ vertice, nulli radii, nullus emicat splendor, eminet vero supra verticem ipsius imaginis, quæ multiplex est in tabella depicta.

In altari exposita statua ut captivi.

T. I°. pag 561





Infimæ Servituti Sanctus adiudicatur N°.44



Compedibus et catenis constringitur N°.45



Regium equile mundare cogitur N°.47



Opus facit in hortis regijs N°.52



SANCTUS PRINCEPS
FERDINANDVS
INFANS LVSITANIÆ
obiit Fessæ apud Mauros obses
A.D. MCCCCXLIII. V Junii.



De lytro frustra agitur cum mauro N°.90



Cælesti visu ad mortem confirmatur sanctus N°.99



De muro urbis corpus suspenditur N°.103



Pie moritur sanctus Infans. N°.101



Sanctum corpus exenteratur N°.107


FERDINANDVS PORTVGALLIÆ PRINCEPS
VIXIT ANN. XLI. OBIIT A°. M.CCCC.XLIII.

5 Ad statuam etiam respiciens Vasconcellius, de effigie (quam operi suo satis elegantem inseruit, quamque suffecerit humerorum tenus expressam hic apponere affirmat, ab illo exemplari extractam, quod Batalhæ ipsius sepulcro est impositum: sed ibi inquit, vulgari habitu, hic armorum ornatu insignis depingitur; et quidem ea armorum forma, quæ pro nostræ ætatis usu magis ei placuit, quam nodosæ illæ clavæ, rubigineæ secures, informesque thoraces, quorum suo cujusque tempore usus erat, quæque plus habent vastitatis quam majestatis, sicut in Prologo loquitur. Sed uti Romanæ antiquitatis amatores inter statuarum fragmina, ignorantibus vilia, eruditis pretiosa, gaudent invenire.

a cujus lineamentis minimum differt

elegantior icon apud Vasconcellium)

Et Curios jam dimidios, nasumque minorem,

C Corvini, et Galbam auriculis nasoque carentem; sic et rudis illa veterum armatura, Archæophilis aspirat quamdam æstimationem sui; et ab iis majorem gratiam meruisset Vasconcellius, si omnia sicut inveniebat spectanda exhibuisset. In Ferdinando certe plusquam habitum mutasse videbatur, legenti præmissa oculatorum testium verba, quibus descriptum barba capillitique neglectum, frustra in Vasconcelliana imagine requiras. quopropter vehementer optem veracius ectypon ipso in loco pingi, sculpendumque transmitti. Interim, accipe una in tabula collectas tabellas decem, sicut illæ cum ecgrapho Chronicæ transmissæ mihi sunt, et fortassis in editione anni MDLXXVII ligneis formis excusæ habentur, pro mensura libri, in quarto ut vocant: quas ex altaris prædicti tabula sumptas, licet radios nullos hic videas, suspicari possis: nisi hæ quoque ipsa illa tabula vetustiores sint; et ideo radiis careant.

tabula, æramnas defuncti repræsentans radiis.

6 Prælaudati Patres Batalienses instructionem nobis missam sic prosequuntur: Ad altare prædictum, sæpius infra annum in sancti Infantis honorem, semper cum paramentis albis, Missæ celebrantur: talium autem paramentorum et quidem pretiosissimorum ac plane festivorum usum fuisse etiam cum in Anniversario decantatur Officium et Missa, ut pro defunctis aliis solent, sicut observat Ramos ad numerum præcitatum. In pervigilio tamen Sanctorum omnium solennius fiunt omnia, ut hoc quasi proprium Ferdinandi festum haberi videatur; sicuti hactenus B. Nonnii Carmelitæ proprium Ulyssippone censetur II Novembris, propter solenniorem ei in die Defunctorum memoriam, licet obierit XII Maji: quem sicut tunc distuli in Novembrem, propter expectationem veterum quæ superesse dicuntur, nec hactenus communicata petentibus fuerunt monumentorum; hunc quoque, licet a cunctis scriptoribus indubitanter dictum Sanctum Infantem Ferdinandum, in eumdem Novembrem aut pridie Kalendarum ejus distulissem, si non fuissem nactus Joannis Alvari desideratissimam Chronicam: quamdoquidem hoc ejus natali die fiat nihil, quod fieri non soleat toto anno, fiat autem aliquid anniversario Novembri.

Ad illud frequenter Missæ fiunt

D

AUCTORE D. P. cum pretiosioribus paramentis, iisque albis,

etiam in Vigilia OO. Sanctorum,

7 Potueram etiam distulisse, si propter expectationem prædictam opus fuisset, usque in XVII hujus mensis, quo particularem aliquam memoriam agi Translati ad Bataliense monasterium corporis, licet non indicent Religiosi ibidem, imo expresse interrogati taceant, tacendoque negare videantur; præsumens ... dus Wion, in Martyrologio Monastico consignans ... eum Die Natali: quem errorem secuti sunt Menardus, Bucelinus, atque Chalmotius et ... in suo Germanico Martyrologio sic scribens. In Hispania S. Ferdinandi, filii Joannis Regis Portugalliæ, qui cum esset Equitum de Avis generalis Magister, bello captus a Saracenis, imo eis ultro traditus, ... in magna humilitate et patientia ... et miraculis clarus quievit in Domino. Wionem, et Catalogum Generalem Sanctorum, qui Romano Martyrologio inserti non sunt, sequitur etiam Philippus Ferrarius, et ... illum, quod absolute Sanctum more suo vocat, quem potius Beatum dicere debuit. Sane titulus Sancti, cum additur Infantis, Regis, Ducis aut similium, non aliter accipitur quam Beati, quoad illum Sedes Apostolica approbarit, uti apparuit in Sancto Rege Ferdinando, qui primum recenti memoria, post evictam Romæ causam, absolute Sanctus appellatur. Non minus tamen meretur ipse Ferrarius redargui, quod Ulyssippone adscripserit Depositionem Ferdinandi, quæ prope Leiriam facta est, XIV leucis eoque amplius Ulyssipone distante. Ea namque ... est, quamdiu mutuo sese, nullaque nova certiori instructione muniti, conjuntas sequi; et explicare vel corrigere aliquid inventum ex propria phantasia. Sic Chrysostomus Henriquez, cum Fasciculum Sanctorum Cisterciensium dedit, 36, observasset Wionem a Vasconcellio compositam, ac deinde Menologium Cisterciense ordinaret; licet nec obitus nec translationis diem notatum invenisset, voluit tamen definire aliquem, et XVII Augusti assumpsit Translationique adscripsit, fortassis de numero diei aliunde edoctus, in mense nominando memoria lapsus.

et die Translationis 17 Junii,

E

a recentioribus multis confuso cum die obitus.

et male in Augustum dilato ab Henriquez.

F

8 Barnabas de Verges, recensitus ab Allatio inter Apes Urbanas, sive viros eruditos, qui ab anno MDCXXX per totum MDCXXXII Romæ adfuerunt, ac typis aliquid evulgarunt, scripsit Hispanice El Norte ad est Cynosuram, sive (ut ille interpretatur) Directorium spirituale, in quo festa mobilia, aliaque totius anni indicantur, nec non Reliquiæ, cœmeteria et alia loca sacra Romæ et extra muros, apud Grignanum 1631 in 12. Is libellus ad manus nostras numquam venit, sed Cardosus ad XVII Junii in Commentario litt. e notat ex eo sequentia, sic Latine reddenda, Celebratur isto die festum S. Ferdinandi, filii Regis Portugalliæ Ordinis S. Benedicti (nam hujus peculiaris Ramas, Cisterciensis est) ad S. Pauli extra muros, ubi obtinere est sex millia quadringentos et octo annos Indulgentiarum, totidem Quarantenas, et remissio tertiæ partis peccatorum: ipsum autem festum celebratur etiam in ceteris ejusdem Religioni

Addit nonnemo, diem 17, Romæ ad S. Pauli,

celebrari cum magnis Indulgentiis,

A Religionis monasteriis. *Nihil tale legitur in Indice Festorum Indulgentiarumque, quem Thesauro absconditto Urbis Romæ anno 1625 subtexuit Octavius Pancirolus; nihil etiam apud Carolum Bartolomæum Piazza, in Sanctuario seu Menologio Romano perpetuo, ad visitationem ecclesiarum, festorum Indulgentiarum etc. vulgato sub annum 1675: nihil denique interrogati ea de re Benedictini ad S. Paulum Monachi sciunt respondere; unde plusquam verosimile fit, Hispani hominis credulitati impositum turpiter fuisse ab aliquo, admirationem captante ab enormi annorum et quarentenarum numero.*

AUCTORE D. P. sed harum nulla alibi mentio.

9 *Quanto moderatiores sint veræ istius temporis Indulgentiæ, disces ex Bulla Pauli II, cum insigni* Ferdinandi *commendatione, data* anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo, quarta Idus Januarii, Pontificatus anno VII, *quæ apud Cardosum his verbis ad V Junii in Commentario recitatur:* Paulus Episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus, præsentes litteras inspecturis, Salutem et Apostolicam benedictionem. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera devotionis inducimus, tanto salubrius eorum animarum salutem providemus. Cupientes igitur ut capella

et moderatiores sunt quas dedit Paulus II,

pro capella S. Antonii Ulissippone,

B S. Antonii Ulixbonensis; in qua ex ordinatione dilectæ in Christo filiæ, nobilis mulieris, Isabellæ Ducissæ Burgundiæ, in die obitus quondam Ferdinandi Infantis Portugalliæ, ejusdem Ducissæ fratris (qui ad expugnationem infidelium in Africam transfretavit, et pro liberatione Christianorum, in partibus illis tunc existentium, ac inde aliter liberari non valentium, in manibus eorumdem infidelium sponte obsidem se tradidit; ac per ipsos infideles diris carceribus mancipatus, et tormentis affectus, per plures annos extitit; ac in fide Catholica viriliter persistens, ut athleta fortis, post plurima supplicia, ægritudines, et labores, in eorumdem infidelium partibus et captivitate constitutus, Christo redemptori suo animam reddidit) solenne Anniversarium annis singulis celebratur; congruis honoribus frequentetur, et Christi fideles eo libentius devotionis causa confluant ad eamdem; et pro Isabellæ et Ferdinandi prædictorum, ac progenitorum suorum animarum salute ad Deum preces fundant, quo ibidem dono cœlestis gratiæ uberius conspexerint se foveri, de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus Christi fidelibus, vere pœni-

ad celebrandum Ferdinandi, ut inter infideles mortui, anniversarium,

C tentibus et confessis, qui capellam prædictam in die Anniversarii præfati devote visitaverint, et ipsius celebrationi interfuerint, ac pro Isabellæ, Ferdinandi, et progenitorum eorumdem animarum salute preces effuderint, septem annos et totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus perpetuis temporibus valituris.

concessos 7 annis et carenis

10 *Ad hoc Breve consequens fuit aliud, eodem anno die XXIII Novembris datum, circa Missam unam quotidie tacite, quam eadem Ducissa constituit faciendam eodem in loco, id est in domo paterna S. Antonii Patavini, pro anima dicti Infantis, nec non Regis Joannis et D. Philippæ parentum ejus, inquit Cardosus; cui Brevi expediendo præsens adfuit D. Fr. Joannes Alvari, Abbas Palatii de Sousa, famulus et Secretarius prædicti Infantis, quem ipsa Ducissa eum in finem destinaverat Romam: unde* allatas Bullas, Veadores *id est Œconomi seu Quæstores civitatis,* susceperunt cum omni devotione, laudantes Dominum Deum nostrum, et gratias agendo prædictæ Dominæ Ducissæ, pro favore ac beneficio tali, sanctisque ejus desideriis ac bona voluntate, quam semper habuit et habet pro hisce regnis: offerentes se ad omne obsequium, cum eo bonorum ac fidelium famulorum

Ibidem fundata Missa quotidiana,

cui ante Isabella Ducissa Burgundiæ:

D affectu, quo semper erga ipsam fuerunt ac porro esse volunt hujus civitatis incolæ et indigenæ. *Ita ex publicis Actis, a Cardoso descriptis Latine reddo; simulque ex Necrologio Metropolitanæ exhibeo ab eodem Cardoso relata verba, quibus ibi memoria sancti Infantis sic consignatur.*

11 Nonis Junii fit Anniversarium pro anima D. Inf. Ferdinandi, quondam virtuosi et victoriosi Principis, D. Joannis Portugallii et Algarbii Regis filii, qui anno Domini MCCCCXXXVII in obsidione civitatis Tagastensis, (*ignoscendus avo illi error, cum valde diversæ urbes fuerint Tingis et Tagasta*) in Africa, pro liberatione omnium Christianorum, ibi tunc existentium in manibus Saracenorum, sicut Christianus pussimus sponte se obtulit: in quorum potestate postea per sex fere annos, diversa opprobria, carceres simul et vincula patienter sustinens, tandem in civitate de Fez, die V Junii, anno Domini MCCCCXLIII, diem clausit extremum. Qui legavit huic Capitulo unum librum optimum, continentem Sanctorale et Dominicale, et aliud Officiale Missale, et unum Missale ornatum auro, et duodecim libros processionarios, unum Ordinarium Missarum et Horarum totius anni; unum frontale de Raz, in commemoratione sui Anniversarii etc. *Quomodo autem*

S. Infantis Memoria in Necrologio Ulissipponensi,

E *observatio similium Anniversariorum pro anima alicujus, licet sanctissime defuncti, institutorum, nihil detrahat religiosiori cultui, interim devotione populari inducto, miraculis confirmato, et Ordinariorum diuturna tolerantia approbato, ostensum a nobis est die* XI *Maji, ubi de SS. Walberto et Bertilia num.* XI; *idemque rursum infra ante Acta S. Norberti num.* 4 *ostendetur.*

propter legata Capitulo facta.

ACTA

a Joanne Alvari, Secretario Sancti et captivitatis socio, Lusitanice scripta.

Ex editione Hieronymi de Ramis an. 1577.

CAPUT I.

Ferdinandi natale, virtutes erga Deum et proximum.

Sanctus Infans Dominus Ferdinandus, quintus fuit in ordine filiorum Joannis, bonæ *a* memoriæ hoc nomine primi, decimi autem inter Reges Portugalliæ (qui idem et Algarbiarum Rex sextus, et ex Catholicis Principibus, post Hispaniæ destructionem, primus Septæ in Africa Dominus) Uxorisque ejus Reginæ Philippæ, quæ Joannis Lancastriæ Ducis filia, germana soror erat Henrici * Quarti Regis Angliæ. Grandibus hæc febribus tenebatur appropinquans partui: quem simul et matrem cum servari posse desperassent medici, decreverunt illi potionem, ad accelerandum cum fœtus periculo partum. Eam cum languenti uxori maritus Rex porrigeret; exhorruit ipsa, negavitque suam sibi temporalem vitam æterna salute filii potiorem esse: confidere autem se aiebat in virtute sanctæ Crucis, per quam salvari ambo possent, illum saltem ad gratiam baptismi perventurum, si ipsa puerperio immoreretur. His auditis, abjecto Rex quod tenebat poculo, accersiri fecit ex æde S. Crucis de *b* Marmelar, sacri Ligni venerandam partem: qua ad prægnantem allata, feliciter prodiit intra paucos dies fœtus anno MCCCCII, festo S. Michaelis Archangeli mense Septembri. Ad cujus deinde appensi pondus cœpit Regina bis quotannis, S. Crucis festo mense Maji, et prædicto S. Michaelis festo, præstare oblationem ceræ,

F

a Ferdinando genitus R. g. Philippa,

* *imo quarti*

recusat medicinam fœtui contrariam,

b et tamen pariit ex voto 1402 29 Sept.

A cere, quoad ipsemet per ætatem posset matris pro se votum explere.

II 2 Ab hujusmodi nativitate fluxerunt in sanctum istum Infantem, totis primis viginti quinque annis vitæ, graves multique ac fere continui morbi. Nam ab utero matris tam extenuatus et quasi marcidus prodiit; ut statim fuerit baptizatus, quia mox expiraturus credebatur. Pellis autem tota ei defluebat per lacinias, tam grandes, acsi chirothecæ aut caligæ fuerent. Dolores cordis, quamdiu vixit, patiebatur continuos; sed infuderat ei Deus, et infusas conservabat virtutes tales, ut ejus conversatio angelica potius videretur quam humana. Virginitatem custodivit integerrimam, neque mulierem unquam ullam attigit. In sacra Scriptura perbene versatus, morales omnes virtutes copulaverat scientiæ, divino magis munere quam studio acquisitæ. Ab anno ætatis decimo quarto cœpit, nec unquam intermisit, recitare Canonicas Horas omnes, secundum usum Sarisberiensis c Ecclesiæ. Divinorum et ecclesiasticorum præceptorum observantissimus, toto affectu amabat Deum; et quotiens ad ea quæ pertinebant ad dominium Regis, fratris item Regis Eduardi obsequium, concurrebat, se per promptus ac solicitus esset; ea tamen de causa nihil omnino se eorum, quæ Dei servitium attingebant.

Fuit tamen ille semper morbidus, usque ad an. æt. 20.

Ejus perpetua virginitas,

c et ad res sacras accuratio summa

B

3 Capellam suam habebat splendide instructam a vestibus aliisque rebus necessariis omnibus; ministros quoque in ea assiduos, cum cantoribus, ad complendum ex more Sarisberiensi Officium. Cum ut bona [illegible] per [illegible] impetraverat a Romano Pontifice complures gratias, ac specialiter licentiam, ut ministri, ubicumque foret, administrari faceret sacramenta Pœnitentiæ, Baptismi, Communionis et extremæ Unctionis, non requisita Episcoporum seu Prælatorum ordinariorum licentia. Item ut Capellani fuerint ipsius Infantis domestici, [illegible] ejus oblationes, etiam quando hoc contingebat in aliquos [illegible] Divina celebrare sub quibus ut omnes decentius se haberent, sellam sibi poni ante cortinam jubebat, quatenus conspectu suo cunctos sui admoneret officii. Familiæ suæ diligenter ac studiose prospiciebat, ad mores tam spirituales quam corporales necessitates, sciens de singulis sibi reddendam rationem. Curabat autem ut quotannis singuli sua confiterentur peccata, et qui ætatem congruam attigerant etiam communicarent: exemplo ipse ad multam devotionem præiens: quin etiam obtinuerat a Sancta Apostolica Sede, ut quot-

C quot septennium integrum ipsi famularentur, aut in eodem obirent mortem, omnis culpæ ac pœnæ consequerentur indulgentiam in articulo mortis: vere servus fidelis ac prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

Capellæ splendor, ministeria et privilegia.

Ordo familiæ totius et disciplina.

4 Tanta fuit sancti Infantis humilitas, ut miranda

III omnibus, quibusdam etiam nimia videretur maxime inter personas ecclesiasticas et erga res divinas. Processionales pompas, et Venerabile Sacramentum, cum ad infirmos deportabatur, devotissime comitabatur, accensam tædam in manu præferens. In cœna Domini, [illegible] se [illegible], et ipsa Resurrectionis Dominica accurate observabat omnes [illegible] illius temporis cerimonias, quarum vel minimam neglexisse magno crimini sibi duxisset. Multa cum reverentia excipiebat personas devotas, secundum cujusque statum; magis tamen pro merito virtutum honorabat eos, quos majoribus pollere cognorat. A mensa quotidie audiebat quemcumque audiri postulantem: deinde vero sic habebat reliquum tempus ordinatum, ut alloquium suum cuivis promptum semper esset. Muliebri sexui universim hunc habebat honorem, quod quascumque accedentes ad se, mox ut viderat, audiret, auditasque dimitteret, ne

Magna humilitas, præsertim ad res sacras,

et sibi supplicantes feminas ac pauperes

diutius conspici inter viros cogerentur. Faciem suam D ab afflictis et pauperibus numquam avertit, neque implorantem se in necessitate despexit; sed unicuique succurrebat ut poterat. Infirmis plurimum compatiebatur: nec petitione sua frustratos illos a se sinebat abire. Verbum inhonestum, maledictum aut probrosum alteri, numquam prodibat de ore ejus. In rebus agendis libenter alienum requirebat et sequebatur judicium.

5 A ludis, et festis, ac cerimoniis, ad Dei Sanctorumque honorem institutis, adeo non abhorrebat, ut iis [illegible], etiam per histriones plebeios exhiberi solitis, interveniret lubens. Divite vestium ac supellectilis apparatu, non capiebatur ille quidem; utebatur tamen diebus solemnioribus, et quoties vel status sui ratio, vel Regis honor splendorem aliquem requirebat. Soli autem Deo placere intendens, nihili æstimabat, quid mundani homines de se dicerent sentirentque. Longinquus ab omni avaritia, IV pauperibus et mendicis largiter distribuebat sua omnia; pecuniam autem si deficiebat, defectum supplebat vendendis bonis, [illegible]. Præcipue autem liberalis erat erga leprosos atque captivos redimendos: existimans præ aliis affligi illos ac majori premi necessitate. E

Cultus vestium diebus solemnioribus.

Caritas erga pauperes,

6 Omnibus per regnum monasteriis, quando provinciales suos aut generales conventus celebrabant, grandes impertiebatur eleemosynas, ut participaret orationibus tam virorum quam mulierum, ibi regulari observantia viventium. Confraternitatibus omnibus d nomen suum dabat, atque ad ecclesiarum et monasteriorum reparationem porrigens manus auxiliares, bonorum ibi exercendorum sperabat communionem. In hebdomada sancta tot pauperes vestiebat, quot ipse ætatis annos numeraverat. Domus autem [illegible], ut decima suorum proventuum pars in eleemosynas dispertiretur. Undecumque autem [illegible], jubebat fideliter dissolvi debita, a suis aut pro se contracta; et damnum, si quod alicui ex se vel illis natum erat, reparari. Quicumque æstimaret opera ejus, judicasset ea esse Principis, duplo quam erat ipse locupletioris. Conabatur quoque efficere, ne cui in suis possessionibus vicino vel pauperi gravis esset: hinc nulla cujusquam de ipso querela, sed omnes eum amabant pariter ac venerabantur, ut patrem ac dominum; Deumque precabantur pro ejus salute.

liberalitas erga Religiosos, et loca pia:

d

distributionis justitiæ cura

7 Virgo fuit, non solum corpore, sed etiam animo integer: sicut autem nihil proferebat ex ore suo quod vel leviter adversaretur honestati, sic nec patiebatur dici ab aliis; eos vero præ ceteris diligebat, quorum mores castitas commendabat; a luxuriosis vehementer abhorrens, et graviter castigans deprehensos. Hinc nullo modo patiebatur, ut domesticorum suorum aliquis junctam sibi haberet concubinam: [illegible] severe cavit, ne qua meretrix pedem domi suæ inferret: sed hunc rigorem nonnihil postea laxavit, ad graviora peccata avertenda. Solicite autem custodiebat nobiles ephebos, et quoscumque alios juvenes familiæ suæ, ut saltem usque ad annum ætatis vigesimum continentiam servarent. Ipse vero removebat a se delicias omnes odoratus vel tactus, et quidquid provocare ad luxuriam posset, respectu cujus vitia cetera judicabat levia.

V pudicitia morum

F

ANNOTATA D. P.

a *Notant omnes,* [illegible] Bonæ memoriæ, *specialem ac proprium hunc Regi fuisse, non sicut nunc passim omnibus hominibus defunctis tribuitur. Notat tamen Hieronymus Romanus, eumdem* Joannem, *Ferdinandi Regis non fratrem naturalem duntaxat fuisse, ex Therasia*

EX LUS. JO. ALV.

A *Therasia Laurentia, et Petro Rege, qui hujus legitimo filio Ferdinando mortuo, solamque ex se relinquente Beatricem, adulterino cum Eleonora Menesia, Basci de Acunia uxore, matrimonio natam; heredem tamen agnitam, et Joanni Castellæ Regi nuptam, his exclusis regnum obtinuerit, transmiseritque ad posteros: ad quos legitime generandos cum eo dispensatum sit super voto Religionis, quo obligabatur Ordini Equestri Avisiensi. Hujus autem filius* Quintus *dicitur Sanctus infans, prætermisso scilicet Alfonso, qui decennis fuit tumulatus, patre adhuc vivente; alii autem quinque numerantur hoc ordine.* Eduardus, *patris successor in regno;* Petrus, *a septem mundi partibus cognominatus, propter perlustratas Asiam et Europam, cujus circumfertur peculiaris Historia;* Henricus, *Magister Equitum Ordinis Christi, qui navigationem aperuit ad insulas versus Orientem sitas;* Joannes, *Magister Ordinis S. Jacobi in Lusitania, a quo per feminam descendit Regia Hispaniæ familia; ac denique* Ferdinandus, *de quo hic agimus.*

b *Locus ad jus Equitum S. Joannis Hierosolymitani pertinens, inquit Roman: ipsum autem sacrum Lignum, quod ibi tunc servabatur, idem ait adorari in æde Veræ-crucis Portelli, quod est oppidum pertinens* B *ad Duces Brigantiæ.*

c Sarisberiensis *in Anglia Ecclesia sub Archiepiscopatu Eboracensi est, vulgo* Sarum: *cujus hodiedum extant Breviaria et Missalia, tamquam norma ceterarum per Angliam Ecclesiarum.*

d *Notat prædictus Roman, eas confraternitates, quæ sunt in Lusitania, numero æquare medium partem omnium quæ sunt in tota Hispania:* nec recusabat, *inquit,* earumdem Major-domus sive Præfectus eligi: atque in propriis cuique festivitatibus, accepta virga, processionem regere, et inter ceteros Officiales considere.

CAPUT II.

Aliæ sancti Infantis virtutes; disciplina domestica, expeditio in Africam suscepta.

Confiscationibus se aliosve ditare recusat,

Cum proximos omnes grandi amplecteretur caritate, et ab invidia remotissimus esset, aliena numquam concupiscebat bona; contentusque vivebat reditibus suis, quamvis tenuibus: nec in ea tenuitate quidquam patiebatur molestiæ, nisi quod nequiret pauperibus pro voto succurrere. Contigit C aliquando ut quorumdam bona, pro eorum demeritis fisco addicta, transferre in illum Rex vellet; sed numquam voluit acceptare, ne quadamtenus participaret alieno damno. Quod si pro aliquo suorum intercedere rogaretur, ad similia bona obtinenda, vel excusabat sese, vel tam diu differebat quoad occasio præteriisset. Nullum umquam pro aliquo petivit officium vel beneficium, quo minus dignum esse eum sciret, vel publico bono parum convenire personam ejus. Ad conjugium cogebat neminem, nedum astute inducebat. Bene meritis quibuscumque factas gratias ita lætanter excipiebat, ac si fuissent in suos domesticos collatæ. Quandoque contingebat ipsum aliquid a Rege petere: qui si respondebat, se ipsum alteri cuipiam bono viro destinasse, Ago, inquit, Domino meo gratias pro illo tantas, acsi mihi quod optabam donasses.

ne quidem in debitis sibi exigendis gravis,

9 Justitiæ faciendæ numquam intercedebat iis in casibus, ubi de jure alieno agebatur: et illos ipsos reditus qui sibi erant assignati, non nisi maxima cum verecundia et submissione a Rege et fratribus Principibus repetebat: præstolans opportunitates temporum, quibus nec molestus nec incommodus esset. Quod si postulationibus ejus intercederet aliquis, pro ipso certabat verecundia sua D et suaviloquium, efficax ad animos Procerum quo tendebat movendos. Solicite ordinabat stipendia domesticis persolvenda, ne cuiquam ullam quærendi occasionem daret: curabat autem multa Sacrificia offerenda et orationes faciendas pro veteranis, infirmis, captivis, et periclitantibus terra atque mari. Offensas suas facile atque ex animo remittebat. Ad salutem animarum et infidelium procurandam attentus, multos Judæorum atque Maurorum aspirante Dei gratia convertit; conversosque ut suos habebat optime. Quantum in se erat exercebat opera corporalis ac spiritualis misericordiæ: adeoque sibi in illis complacebat, ac præ ipsis fastidiret quæcumque oblectamenta mundana.

sed verecundus;

et ad opera utriusque misericordiæ propensus.

10 Singulari etiam consideratione digna est sancti hujus Infantis abstinentia, tanta, ut totus pene annus continuum videretur jejunium, quo castigabat gulæ vitium et commoda corporis detrahebat; multum vigilando, dormiendo duriter, media nocte surgendo ad Officium Matutinum. Solo pane et aqua utebatur omnibus Sabbathis, et triduo Pascha E præcedente, quo etiam in ecclesia coram Sacratissimo Sacramento persistebat usque ad diem sanctæ Resurrectionis. Simili ritu observabat Vigilias Dominicorum et Marianorum festorum: nec non SS. Vincentii, Gerardi, Jacobi, Antonii, Mariæ Magdalenæ, Crucis inventæ, nati Baptistæ, Apostolorum singulorum, Michaelis in Septembri, atque Sanctorum omnium, præter tempora Adventus et Quadragesimæ. Similiter pridie conversionis S. Pauli, Sanctorumque Blasii, Annæ, Luciæ, Apolloniæ, Ludovici Franciæ, Eduardi Angliæ Regum; item Dominici, Francisci, exaltatæ Crucis in Septembri, et Vinculorum S. Petri, quando etiam totam noctem ducebat insomnem. Mos quoque ipsi erat, anniversariis Regis ac Reginæ, parentum suorum, præmittere jejunium, eosque dies solitario transigere in cubiculo.

VII *In suum corpus severus,*

jejunabat frequenter, tum ante festa SS.

tum ad parentum anniversaria.

11 Neque solum in victu abstinens erat atque in somno, sed etiam in vestitu ornatuque corporis summam tenebat moderationem; neque patiebatur ut domus suæ ludi ac festa caderent in dies, quos Deo Sanctisque solenniores Ecclesia servat. Cavebat, ne casu aliquo iracundia se commotum, verbis aut clamore ostenderet: sed cum quiete et sine cholera castigabat delinquentes: neminem vero redarguebat publice, nisi tam gravis casus occurreret, F ut dissimulationi et moræ nullus locus esset. Pœnæ autem apud ipsum usitatæ hæ erant: pueri virgis et alapis *a* puniebantur, mediocris conditionis homines, privatione vini aut carcere; clariores personæ subtractione stipendii aut relegatione a familia; ecclesiastici substractione dimensi diurni, consuetarumque in capella distributionum. In sermone modestus, in responsis blandus, in conversatione affabilis, numquam audiebatur verbis contendere: sed alios audiebat libens, eorumque sententias facile anteponebat suæ. De nemine loquebatur male, multum abhorrens vitium detractionis, maxime circa personas honoratas. Sustinebat patienter simpliciores: per dæmonem aut diabolum jurabat numquam, neque per Dei nomen aut aliam rem quamlibet; nec quidquam in mundo tantum circa hoc poterat, ut bonam ejus consuetudinem vel tantillum impediret.

Modestia vestitus

et sermonis:

a

culparum castigatio,

fuga detractionis et juramenti:

12 Otium in Ferdinando locum nullum vel rarissimum habuit, cum esset in omnibus actionibus suis admodum diligens sedulusque; neque temporis quidquam abire sineret, quo non impediretur vel expediendis negotiis, vel utili alicui colloquio lectioneve. Si quid autem dabatur recreationi honestæ, ad solatium corporis, deambulando aut venando;

VIII *item otii.*

A do; id non tam sua, quam domesticorum suorum causa usurpabat. Cuilibet actioni congruum tempus dicabat, ut quæ mundi essent, non interturbarent ea quæ Dei sunt, neque hæc illis officerent, excepto præcise necessitatis casu. Itaque cum esset in ecclesia, non admittebat ullam cujusquam secularis negotii mentionem: hoc enim contra omnem decorem esse censebat: sed mox ut ad locum cortinæ se receperat, vacabat vocali orationi, memoriter aut ex libro faciendæ, vel aure intenta excipiebat ea quæ cantabantur ac recitabantur: perquam solicitus ne quid a quoquam comitteretur contra sacros ritus, quorum simul scientissimus et observantissimus erat. Nam et ab ecclesia Sarisberiensi capellæ suæ Magistrum accersiverat, cui incumbebat curare, ut secundum illius usum officia omnia quam ordinatissime peragerentur *b*.

ac distractionis inter sacra.

Ordo capellæ, *b*

13 Capella ejus speciose et secundum tempora ornabatur, in eaque quotidie cantabatur Sacrum, sub quo duo alia privata legebantur, juxta præscriptum libri ad hoc ordinati. Ex simili libro magister chori sciebat, quando sine organis vel cum illis cantandum esset, choraliter vel figurate, eo- B demque modo Œconomus Principis, et Concionator ejus tenebant sibi descriptos dies, hic prædicationum faciendarum, iste jejuniorum observandorum. Concio autem in capella fiebat diebus omnibus festivis, quorum numerum augebant quatuor Doctores Ecclesiæ. In Dominicis autem Adventus et Quadragesimæ, nec non in Natali Domini et feria quarta Cinerum et quinta Cœnæ Domini, bis dicebatur, ante et post prandium. Omnibus etiam diebus quæ de præcepto celebrabantur, fiebant Vesperæ; aliis autem, quibus pro divinis officiis audiendis non ibatur ad ecclesiam, recitabat Infans in camera Horas omnes canonicas, suis quasque temporibus, modo et situ perquam decenti, ac loco congrue ornato cortinis, tapetiis, et pulvinaribus, ejus quem tempus exigebat coloris: nec deerat ibidem altare, instructum imagine Virginis dolorosæ. Horas prædictas cum ipso recitabat Secretarius suus, perquam solicitus ne uspiam exerraret: ejusdem officium erat ordinare libros, unde quid legi debebat: et hunc in finem habebat Princeps optime instructam a scriptoribus Ecclesiasticis bibliothecam.

frequentia concionum,

Officii divini recitatio quotidiana.

IX

14 Sub obitum magni Regis Joannis, hic ejus filius jure hereditario nullum obtinebat fundum, præter Salvam-terram *c* a Magis cognominatam, et beneficiario titulo ad vitam Atouguiam *d* de Balea, C cum annuo quodam reditu. Cum autem Rex Eduardus, sancti Infantis frater, successisset in regnum; et sub idem tempus e vivis excessisset magnus Magister Ordinis *e* Avisiensis; Magisteriatum istum fratri suo Rex contulit, non parum repugnanti, eo quod nollet Ecclesiæ bonis opulentior fieri. Sed dispensante ad hoc Papa, suscipiendum *f* munus istud fuit, quemadmodum etiam fratres ejus, seculares licet, Magisteriatum obtinebant; Henricus quidem, Ordinis a Christo nuncupati: Infans vero Joannes, S. Jacobi. Verum considerabat Ferdinandus, quantum oneris Rex frater ferret, sustentando tot ac tales fratres; ex altera vero parte curas ingentes, quæ ejusmodi administrationem, potius quam magisterium, comitantur: nec oblitus erat illud Apostoli, primæ ad Timotheum secundo: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Hinc autem nato scrupulo dispellendo non sufficiebat bona intentio obsequii, Regi fratri germanisque præstandi; cum intelligeret, quam sæpe homines sui peccarent occasione capiendorum ex more regni hospitiorum, quando ipsi aliquo erat proficiscendum: quodque ne isto quidem officio auctus, satis

c *d*

Exiguo reditu donatus a patre, *e*

f

a fratre creatur Magister Avisii,

sed per quam invitus et cum scrupulo:

commode posset suis omnibus persolvere stipendia D debita, nedum bene meritos condigne remunerari.

EX LUS. JO. ALV.

15 Decrevit igitur, dimissis omnibus, in Angliam sese recipere, ubi a consanguineo Reg. excipiendus erat honeste (ut jam convenerat inter ipsos, et nemini futurus esset gravis, in ea, quam istic ducere intendebat, vitæ ratione; quando, pro more regionis, non magnæ faciendæ essent expensæ in famulos. Verum licentiam ad hoc exsequendum petenti, Rex frater respondit, id nequaquam a se permitti posse, quia eo opus habebat ad negotium quoddam maxime arduum. Eodem tempore in Lusitaniam venit ab Eugenio IV missus Legatus, Frater Gomezius Abbas Florentinus *h*, oblaturus Ferdinando dignitatem Cardinalitiam: quam ipse noluit acceptare, dicens, quod conscientiam suam nollet onere tanto gravare. Rex vero Eduardus, ne ipsum a se dimitteret, excusabat, jam antea illi se negasse facultatem secedendi in Angliam pluribus de causis; videlicet quia Comes de Arrajolos *i* patruelis suus indulgeri sibi petebat facultatem, eundi in Castellam, cum turma militum, auxiliaturum *k* Regi Castellæ, Granatam armis vendicare volenti. Similiter et Comes Ouremensis secedere cupiebat extra regnum, ad adeundam fundorum quorum jam sibi peregre competentium possessionem. Quin et E soror sua Ducissa Burgundiæ *l* mitti sibi petebat Infantem Henricum in Flandriam, tum ad prosequendum cum marito suo bellum Francicum, tum ad transmittendum cum eodem ad expeditionem Hierosolymitanam.

ideoque optat secedere in Angliam,

h

et recusat fieri Cardinalis:

i

k

Rex vero facultatem abeundi negat,

l

16 Tot ergo regiæ familiæ capitibus peregre profecturis, negabat Eduardus Rex posse se committere, ut regnum tali tamque necessario duce privaret. Ut autem omnibus simul præscinderet occasionem importunius solicitandi abitum, constituit illos occupare aliter, ad Dei honorem et regni sui majus emolumentum. Decrevit enim expeditionem suscipiendam pro Tingi, Africæ urbe quam Mauri obtinebant petenda, lectis in eam quatuordecim millibus armatorum, quibus duces præessent fratres sui Infantes, D. Henricus et D. Ferdinandus, cum Comite de Arrajolos: erant autem futuri sub eorum regimine decem peditum, quatuor equitum millia. Non ignorabant illi quidem arduam omnino rem suscipi; tum propter militum paucitatem, collatam ad numerum adversariorum pene infinitum; tum propter longinquitatem expeditionis, per quam non liceret necessitatibus obventuris adeo cito ut oporteret prospicere: determinatæ tamen F Regiæ voluntati opponere se non ausi, omnes imperium alacriter exceperunt *m*.

et decretæ in Africam expeditioni

ipsum cum fratre Henrico præficit:

m

17 Ipsis porro sese parantibus, Ulisipponem venit Ferdinandus, ubi Rex morabatur, eique sic locutus est. Nosti Domine mi, quam arcte obligemur famulis mercedem solvere servitii ac laboris nobis impensi: ego vero gravatum me sentio multis iisque bonis, nec invenio quid pauperculis retribuam, in compensationem tam fidelis obsequii. Succurrat ergo mihi Celsitudo tua, quam peto ut a me recipiens fundum, illum modicum, quem tuo beneficio teneo, et suppellectilem cum vasis, ex eisdem venditis conficias pretium, unde debitoribus istis meis saltem ex parte fiat satis. Cui Rex: Equidem pro isto tuo amore et insigni bonitate plurimum tibi obstringor, nec quidquam libentius fecero, quam justissimam tuam petitionem implere: verumtamen præsentium angustiarum, quibus modo gravamur, id non patitur ratio: spero autem, quod Deo bene juvante, salvus et victor sis rediturus in regnum; et tunc videbis, quas tibi gratias et quanta destinem incrementa. Ne tamen tuam conscientiam gravari causeris; placet tuos omnes in meum recipere famulatum,

petit ille prius famulis suis stipendia solvi,

A mulatam, eadem prorsus conditione ac si vitam totam mihi servivissent. Volo insuper ut testamentum condas, cui exequendo si quid desit, de meo supplebo. Jubeo igitur ut omnem animo curam deponas, quia eam in me suscipio; sed spero quod feliciter regressurus sis, et quod quid nunc testamento mandabis per teipsum completurus, prout voles et tua tibi dictabit conscientia. Hoc dicto dedit ei credentialem schedulam, manu sua signatam, qua ipsum D. Ferdinandi Rex semet *n* constituebat heredem, cum obligatione solvendi omnia ejus debita.

oblatis ad id fundis et suppellectile. monitus condere testamentum, n

18 Scripsit igitur continuo Sanctus ad judices et prætores quotcumque locorum, per quæ transeundum sibi fuerat aut posthac esset; ut quiscumque ad eos accedens ostenderet aliquid damni se ab ipso ejusque hominibus accepisse, id continuo resarcirent, simul etiam ignosci sibi pro Dei amore petebat quamcumque sic acceptam injuriam vel jacturam, quæ non posset reparari. Obivit deinde complures ecclesias pia Ulissippone; et varias quaquaversum orationes atque eleemosynas misit pro divino subsidio impetrando. Denique in monasterio Prædicatorum, intra capellam S. Mariæ de Scala,

jubet omnia damna a suis illata reparari,

B absolutionem accipiens cum plenaria Indulgentia peccatorum, Crucem sumentibus concessa, per manus Fr. Mag. Ægidii Mendez a Confessionibus suis, Communionem Corporis Dominici sumpsit *o*: ordinataque processione itum est ad exercitum, qui stabat in littore prope Ulissipponem, commodam solvendæ classi tempestatem operiens.

et suscepta Cruce ad classem se confert. o

ANNOTATA D. P.

a *Usitata, inquit Roman, eo in regno pœna.*

b *Addit Ramos, hanc ad res sacras accurationem ei fuisse velut hereditariam a matre Philippa: quæ et ipsa ecclesiasticarum ceremoniarum tam erat perita, ut quamvis curaret Capellanos quam peritissimos ex Anglia habere, ipsosmet tamen illa doceret.*

c *Duplicem* Salvam terram *notat Topographia Lusitaniæ; primam, quam hic potius intelligi crediderim, ad sinistram Tagi ripam, 9 leucis supra Ulissipponem; aliam in finibus Castellæ, ad ejusdem fluminis ripam dextram.*

d de Valéa *Roman scribit: situm adhuc requiro.*

e *Ab* Aviso *rivulo, eique imposita synonyma arce, in Elborensi Archidiœcesi, 7 leucis supra Metropolim versus Boream; nomen habet hic Ordo; estque Instituti Cisterciensis, in eo similis Calatravæ, quod viridi etiam*

C *Cruce insignitur. Obierat autem ejus Magister,* Don Ferdinandus Roderici de Signeria, *ipso quo Rex Joannes anno* 1434.

f *Roman notat Sanctum fuisse in Ordine isto Magistrum XXIII, et primum Administratorem: qui deinde honor familiæ Regiæ annexus sit.*

g *Henricum VI intellige, pronepotem Philippæ ex Henrico V, filio Henrici IV: is enim ab anno* 1432 *ad* 1444 *regnavit.*

h *Roman Camaldulensem Abbatem facit, ac postea fuisse ait* Priorem *S. Crucis Conimbricæ: quod erat Canonicorum Regularium optimæ disciplinæ.*

i *Ex* Alphonso, *filio naturali Regis Joannis, ante nuptias genito, tunc Comite* Bracellensi, *postea primo Duce Brigantiæ, nati erant* Alfonsus Comes Orensis *et* Ferdinandus Comes Arayolensis: *adeoque patrueles Eduardi Regis.*

k Joannes 2. *Castellæ Rex, coactæ an.* 1432 *ad deditionem Granatæ novum Regem imposuerat, an.* 1432: *sed hoc mortuo, cito illa ad prius expulsum Regem reverterat, et Castellanorum jugum excusserat.*

l Isabella *hæc fuit, Philippi Boni, Burgundiæ Ducis, secunda uxor, eidem an.* 1430 *nupta.*

m *Mariana lib.* 21 *cap.* 12 *inducit Joannem Infantem, acri oratione dissuadentem: sed prævaluisse ait* D *sententiam Ferdinandi, ducem se offerentis, et ei consentientis Henrici.*

n *Aliter rem intellexit Roman, cum dixit heredem scriptum in testamento sancti Infantis, Principem Ferdinandum Regis Eduardi secundo genitum, quem Vasconcellus ait postea fuisse Ducem Visensem et Ordinum Equestrium in Lusitania Magistrum: quod potuit ex tabulario Avisiensi certius didicisse Roman.*

o *Die* 24 *Julii, qui S. Jacobo Apostolo sacer est, anno* 1437, *inquit Roman (quem diem etiam notavit Ramos) et ab ecclesia Prædicatorum dicit itum esse ad Cathedralem, ubi solenniter consecratum sit sanctæ Cruciatæ vexillum; quod, una cum Vexillo Regni deferendum ad naves, delatum ait Ramos processionaliter, ubi atque insignem arcam Reliquiarum, a Rege in eum finem designatarum. Idem addit, vexillum Principis in quo fuisse imagine S. Michaelis, Angelicæ Militiæ Archistrategi, cui sanctus Infans devotissimus erat.*

CAPUT III.

E

Expeditionis Tingitanæ infelix exitus. Reliquiæ Christianorum Septam pro lytro pacta, dato obside Ferdinando

Infante et omnibus qui naves consensuri erant Cruce signatis, et celebrato Regis Joannis anniversario, die XIV Augusti, qui Assumptæ in cælum Virginis Deiparæ festum præcurrit; cum consueta processione ad obtinendam victoriam, in ejusmodi occasionibus institui solita, solvit a littore Ulissipponensi classis: non tamen longius recessit, sed protinus in anchoris *a* stetit, tum ratione festi, die sequente celebrandi, tum ut spatium daretur Principibus valefaciendi Regi fratri atque Reginæ. Hoc agenti Ferdinando supervenit abscessus gravis cum febri, cujus rigorem dissimulans, ne quod inde impedimentum offerretur expeditioni sacræ, naves magnanimiter conscendit; quæ pariter vela fecerunt feria quinta die XXII Augusti MCCCCXXXVII, non plus quam septem millia pugnatorum vehentes: quia majori numero transmittendo deerant in regno navigia, neque poterant aliorsum accersiri alibi occupata, occasione bellorum quæ tunc gerebantur. Feria tertia sequenti appulere feliciter Septam omnes: nisi quod Sancto sic increverunt cruciatus ex apostemate prædicto, ut lecto cogeretur decumbere et periclitari de vita censeretur, quoad maturum pus erumperet foras. F

XI Soluta classe 14 Aug. a Ferdinandus febrim occultat et eam conscendit 22 an. 1437, æger Septam appellit,

20 Septa discessit Infans Henricus Feria secunda, die IX Septembris, cum quinque millibus pugnatorum, duo ad custodiam classis relinquens. Sanctus autem Infans triremes conscendit, atque ita simul ambo Tingitanæ urbi supervenerunt terra marique feria sexta. Et hic quidem eo die sic mansit, dum frater metatur locum castris: sequenti autem die se illi adjunxit; et assignatam sibi stationem magna custodiebat cura, licet non sine magnis doloribus, quos vomica etiamnum aperta pariebat, et ægre posset supra equum se tenere. Nulli tamen labori subtrahebat se, præsens ubique ad circumvallanda palis castra, suoque exemplo duces ac milites animans; unde fiebat ut numquam sine febri ad tentorium suum reverteretur. Non interfuit ille quidem primo discrimini, quo Christiani terra progressi impetum fecerunt in civitatem, quia jussus erat in triremibus manere: sed generositatem animi satis postea probavit nulli deinceps pugnæ non præsens; ac primum cum dicta Feria secunda scalis et tormentis murariis instructi illi iterum ad urbem

Tingim navigat 9 Sept. castra locat inter gravissimos dolores,

A urbem accesserunt, egressique in occursum Mauri visi sunt velle repugnare sed coacti victoribus illis campum relinquere. Idem factum feria tertia, licet majori numero erumperent Barbari : nec deinde etiam plures unquam valuerunt nostris resistere, quin multis suorum amissis in fugam verterentur : plures amissuri nisi porro insequi nox prohibuisset. Denique feria quinta, quamvis Barbari jam ad quadraginta equitum, centum peditum millia processissent, non dubitarunt illis obviam exire; fortiterque repugnantes dissiparunt : atque per duas leucas prosecuti, magna eorum strage facta, gloriose reversi in sua castra sunt, referentes quas secum extulerant Reliquias sacras sub horam noctis tertiam : die autem sequenti urbem denuo oppugnarunt,

barbaris ter ab urbe obsessa erumpentibus, resistit ;

21 Quarta feria sequentis hebdomadæ iterum e
XII castris prodeuntes nostri, viderunt contra se venire Regem *b* Fessæ cum duce suo Lazaraquio, et quanto ex tota Mauritania contrahere potuit gentis suæ exercitu, equitum ad nonaginta sex, peditum ad sexcenta millia : quorum tanto numero cum sese impares viderent Christiani, optimo ordine in sua se castra retulerunt, intra munitionem sustinere vim omnem parati. Quamquam tota munitio non erat aliud quam modicum terræ vallum, per quatuor tamen horas sic illud defenderunt, ut ab eo recedere
B coacti inimici fuerint. Sed noctem illam quiescentes, redierunt ad oppugnandum castra feria quinta, majori cum impetu, quando quinque horis certamen tenuit; præcipue onus sustinente Sancto Infante, quia in ejus stationem major vis hostium incubuerat.

b

in castris denique obsessis strenue se tuetur, impar licet multitudini.

22 Tum vero considerantes Christiani, quomodo sibi undique circumsessis et jam ad paucitatem trium millium redactis, nec evadendi locus ullus esset, nec modus resistendi multitudini pene innumeræ; adhæc regionis situm desertum, et annonæ in castris jam deficientis parcitatem; necessarium censuerunt per *c* legatos cum Barbaris agere, eisque polliceri restitutionem Septæ, hac conditione, ut permitterentur ipsi salvi redire ad naves suas. Verum illi existimantes certam se de nobis tenere victoriam, voluerunt alterum conflictum experiri, et injectis in legatos manibus detinuerunt quoad exitum rei vidissent. Et sextam quidem feriam dederunt quieti : Sabbato autem summo mane parati ad prælium, irruptionem fecerunt in castra, quam potuerunt obstinatissimam : sed quamvis totis sex horis conflictus duraverit, tantum tamen roboris infu-
C dit Christianis Deus, ut edita ingenti Maurorum strage, spem illis ademerint aperto Marte vincendi. Igitur ad fraudes conversi, finxerunt se velle acquiescere propositæ per legatos pactioni, sperantes quod interim dum ultro citroque iretur tractareturque, vel dum ad naves reciperent se Christiani, facto in non opinantes impetu, facile eos decipere possent penitusque delere.

Ergo oblata Septa tutum recessum petunt Christiani,

c

novamque in castra impressionem fortiter sustinent,

23 Postularunt igitur, ut unus ex duobus Infantibus obses sibi traderetur, usque dum redderetur Septa; vicissim autem Zalabanzala, Tingis et Arsillæ Dominus, daret primogenitum suum Christianis, in pignus securi recessus. Non ignorabat Sanctus Princeps, quantis laboribus et periculis exponendus esset inter gentem infidam ac barbaram : tamen, qui semper paratus fuerat etiam vitam pro sociis dare, ultro se obtulit : traditusque fuit die XVI Octobris, feria quarta vesperi, quando Zalabanzala, imposuit ipsum equo ad id conducto. Iverunt cum illo, honoris et ministerii causa, Rodericus Stephanius nutricius ejus, Fr. Ægidius Mendius Confessarius, Joannes Rodericius collactaneus, Joannes Alvarius a Secretis, Mag. Martinus Principis Medicus, Ferdinandus Ægidii vestiarius, ac Joannes

barbaris otiose paciscentibus

pro Septa obsidem Ferdinandum tradunt 16 Oct.

D Vasius culinæ præfectus. Pro filio quoque Zalabenzalæ obsides iverunt Arias Acunia, Joannes Gomesii de Abellar, Petrus Ataidius *d*, nobiles Equites domus ejus, et Gometius a Silva Commendator Nudarensis. Hi omnes præcedebat Infantem pedites, sicut etiam Rudericus Gometii de Silva, primus Campiductor, unus præfatorum legatorum, ad hoc missus, ut reciperet filium Zalabenzalæ, eumque ad naves perduceret istic retinendum, quoad omnes in ipsas salvi essent reducti : et sicut nemo præter Infantem, sic nec præter Zalabenzalam quisquam eques incedebat : cum eoque ibat quidam Christianus, nomine Michael, qui traditioni Infantis adhibitus interpres fuerat.

EX MS. JO. ALV. *cum decem sociis,*

d

24 Nox erat, quando Zalabenzala cum Infante accessit ad urbem : sed eam intrare nolens substitit ad portas palatii, donec adductus eo esset filius suus, quem Ruderico Gomezio de Silva tradidit, expectavitque dum rediret nuntius de ejus receptione in naves. Tunc Infanti cum suis designatum hospitium est, in quadam domo sive turri, supra portam quæ a palatio in urbem ducit, ubi optime quidem fuerunt custoditi, sed de victu admodum male provisi Feria deinde quinta summo mane soluti fuerunt legati, quos eatenus Mauri attinuerant; videlicet Don Ferdinandus Menesius, Joannes Ferdinandi de Arca, Ferdinandus de Andrade, Rudericus Gomez de Silva major Campi-præfectus, atque ad castra remissi. Interim rescivit Infans Henricus, quod Mauri constitutum habebant ipsum invadere si egrederetur ex castris in conspectu civitatis : sed ille aperiri ipsa ex parte aversa jussit, qua mare respiciebant; itaque impune recepit sese, ringentibus quamvis Mauris : qui nihilominus, facto in recedentes impetu, ex posteriori acie occiderunt quinquaginta vel sexaginta viros.

XIII *vicissimque accipiunt obsidem filium Zalabenzalæ,*

E *et clusis insidiis ad naves se recipiunt.*

25 Dominico sequenti festo S. *e* Irenes non alio die, solvit tota classis, absque ullo ea de re nuntio misso ad Infantem : quod opinari hunc fecit fratrem Henricum occubuisse, maxime cum intelligeret cladem, postremæ discedentium aciei illatam a Mauris : vix enim sibi poterat persuadere, germanum, si viveret, ipso non admonito recessurum. Lugebat igitur dicebatque, Ut quid ego me in vadem obtuli, si persona tam principalis, et pro quo etiam vitam ponere voluissem, servata non est? Cogitabat deinde non incomitatum illum cadere potuisse, adeoque ex Proceribus quoque interiisse alios multos, cum damno totius regni irreparabili. Nec dubitabat quin Rex pro illis servandis libenter daturus Septam F fuerit, aut etiam melius quidpiam; inconsolabiliterque doliturus super hujusmodi jactura. Tanto in luctu nemo erat qui dolorem leniret : sed omnes potius illius se participes demonstrabant. Interim Mauri miserunt Christianos duos, qui cognoscerent utrum inter mortuos esset Henricus Infans, vel majoris notæ aliquis : qui cum centum sexaginta tria cadavera inspexissent, retulerunt omnia infimæ notæ et pedestris militiæ esse.

e

Nihil de fratre intelligens D. Infans,

luget ut defunctum;

26 Feria sexta *f* misit Zalabenzala, qui Infantem traducerent Arsillam, eique equum bonum ad hoc dederunt : ceteris adducti sunt equi clitellarii, fame ac siti pene enecti in castris, atque ad laborem itineris prorsus inepti. Statuerunt autem Infantem cum suis ante portam civitatis, ad spectaculum innumeræ multitudinis Mauricæ, illac redeuntis ad propria, et accurrentis velut ad lucrandas Indulgentias. Nemo non aliqua injuria eos afficiebat maledicendo vel illudendo, quidam etiam lapides jaciendo [illegible] Zalabenzala [illegible], post horas quibus sic steterant duas, omnesque ante se egit die tota, quoad Arsillam *g* pervenerunt. Iter difficile iis erat, propter multitudinem occurrentium et intercurrentium

f

Arsillam traducendis

ludibrio exponitur

g

EX LUS. JO. ALV.

A tercurrentium hominum, pecudum et camelorum, per quos ægre dabatur transitus, adeo ut sæpe fuerit declinandum a via : quocumque autem veniebant, multis onerabantur opprobriis. Una leuca prius quam Arsillam attingerent, plurimos invenerunt pueros in via præstolantes ; et quando magis appropinquabant, exierunt obviam etiam viri, sed pauci, prope urbem vero stabant mulieres plurimæ, cum Christianis redemptoribus et Mercatoribus Genuensibus, quos inter etiam aliqui Castellani.

omni ætati et sexui obviam effuso,

27 Et Mauri quidem omnes ingentia dabant signa lætitiæ, cum sistris et tympanis, cantantes tripudiantesque : sed tamen altum cordis dolorem premebant, propterea quod nullus ibi vir aut mulier esset, quin aliquem in conflictibus mortuum, patrem, maritum, fratrem, aut filium lugeret. Vulnerati autem erant propemodum infiniti : testabatur enim Infans, allata ad pugnam fuisse ex armamentario regio, et ferme emissa in hostem, trecenta millia sagittarum ; præter eas quas quisque secum tulerat. Profecto si Mauri in pugna cæsi numerari non potuerunt, multo minus saucii. Sane testatur hujus Chronicæ Auctor, quod Fessæ audiverat Judæum Chirurgum affirmantem, quod ex solis illis
B qui Fessam saucii relati sunt, ipsemet extraxerit plus quam ter mille sagittas. Quapropter dolebant omnes universim, quod Infans Henricus cum exercitu suo evasisset eorum manus, quibus ipsos credebant constrictos tenere, optabantque ulcisci accepta damna. Imprimis vero torquebatur Zalabenzala, propter filium primogenitum, quem sine maximo labore non sperabant unquam recipiendum, Inducti in civitatem, fuerunt in locum solitarium depositi, seduloque custoditi. non tam carceris asperitate quam oculorum sagacitate : Infantem autem dolor magnus habebat, eo quod ignoraret, utrum frater suus Henricus viveret vel obiisset. Dedit ergo ei Zalabenzala internuntium, qui epistolam ejus Septam portaret, intellecturus rei veritatem; hic autem discessit Arzilla XXII Octobris.

sed lugenti ob innumeram stragem suorum

ANNOTATA D. P.

a *Eo in loco inquit Roman, qui tunc* Restillum, *nunc* Bethleem *nuncupatur, modico infra civitatem spatio.*

b *Ramos infra ad cap. 5 litt.* d'Abdelaxanum *appellat ; Roman* Abdulacum ; *aitque fuisse filium* Muley Abusayd *et cujusdam Christianæ Hispanæ, qui prorsus iners atque immersus vitiis Lazaraquio totum se permiserit. Fuisse autem ultimum eorum Regum, qui* Benemerini *dicebantur, et a* Muley Xeque, *id est,* Seniore *propagati ab anno* 1212 *usque* 1471 *Imperium tenuerunt, post Almohades, de quorum initio tractum in Chronica S. Ferdinandi, Regis Castellæ et Legionis, 30 Maji. Mariana ad solvendam Tingis obsidionem, Fessensi Regi Maroccium conjungit : quem non credo scriptores Lusitanos fuisse prætermissuros, si interfuisset expeditioni ; nec hunc adeo prope contingebat periculum, sicut istum, supremum istius tractus Dominum, cujus Regia* Fessa *solum 40 leucis Tingi aberat. Istam idem Mariana appellat* Phathum, *nomen credo mutuatus ex Ptolomæo, cui* Phthuth *sive* Thuth *Mauritaniæ Tingitanæ, sed longe ultra Maroccios et Atlantem porrectæ, fluvius est, nihil ad* Fessam *pertinens, quæ procul inde adjacet fluvio, quem Ptolomæus Zilium videtur nuncupare, hodie Cebu dictum. Sunt qui Ptolomæi* Volubim *illam esse putent, sed absque verisimilitudine. Nec adeo novum nomen* Fessæ *videtur esse, ut, licet Ptolomæi ævi ignotum, non claruerit tamen ætate Prudentii seculo 4. siquidem huic lib. Peri-Stephanum num. 4, enumeranti urbes Europæ et Africæ, insignibus Sanctorum monumentis claras, occurrit etiam non* Festa, *sed (ut nobis quidem 16 Apr. videtur)* Fessa, Massylum monumenta Regum, *sive* Massylitanorum Martyrum, *ingerens memoriam, seu Tingis ingerit Cassianum apud se passum : quæ lectio etiam Vosio arrisit pro altera Prudentii editione, si ad hanc illi vita fuisset, ut ipse mihi scripsit.* D

c *Hi infra num. 24 nominantur.*

d *Nominantur insuper a Vasconcello,* Joannes Laurentius, prævius diversorii designator ; Christophorus Luvicius Germanus, a responsis ; et Joannes Lunensis, a furno : *additurque, quod ex his, qui erat* a Confessionibus, Arsillæ obiit ; ejusque loco Petrus Vasæus Presbyter successit ; et pro nutritio ægrotante, atque in patriam remisso, Joannes Rotericius ejusdem filius, qui Principi a cubiculo fuerat ; *quæ infra attinguntur num.* 30 ; *et alii, hic omissi, num.* 38.

e *Colitur S. Irene, quæ hic Lusitanice* Heria *scribitur,* 20 *Octobris (quo isto anno secundum literam Dominicalem F Dominica erat) Scalabi, 16 leucis supra Ulissipponem,* Santarenum *dicta hodie. Colitur autem tota Ulissipponensi et Eborensi diœcesi officio Duplici. Quod si a die 13 Septembris, qua primum Tingi a superevenerunt Infantes num. 20, ad hanc usque diem numeres ; invenies dies 37, quibus spe victoriæ obsidii sustentatam a barbaris absidionem dicit Mariana, cladem istam describens præc. lib. 21 cap. 12, satis improprie postremos dies annumerans obsidioni, qua tunc ipsi Lusitani non Tingitani premebantur.* E

f *Roman, una solum nocte Tingi detentum Infantem ait; adeoque hic intellexit feriam 6, immediate secutam dimissionem legatorum feria 5 : quod non possum non probare ; licet interponatur discessus classis, factus in Dominica.*

g *Distat Tingi* Arsilla *leucis ut summum quinque, non 15 ut perperam in Lexico suo Geographica Boudran, ratus ex nominis affinitate* Ciliam *Ptolomæi esse, quæ longius abfuit, nec mari adjacebat. Inde porro Tessam traducendus* Ferdinandus, *necesse habuit plus quam 30 leucas itineris facere, quod observasse infra proderit.*

CAPUT IV.

Exempli periculo Lusitani negant reddendam Septam Mauris, qui pacta non servarunt : lytrum pro Infante recusat Arzillæ Dominus.

F

Cum sese reciperet Infans Henricus, ut supra dictum est, non steterunt veraciter Mauri pactis conventis. Sed quotidie insultabant recessuris, quo minus ingredi in naves suas possent, continuo jaciendo sagittas et lapides, quibus occidebant nonnullos, lædebant plures : non tamen audebant Christiani pugnam committere, eo quod per priores conflictus admodum exhausti viribus essent; quin etiam prohibere non poterant, quominus iidem barbari multos ex saucíis Christianis, qui portabantur ad naves, in captivitatem abriperent. Postquam vero suos, ut potuit, recepit Infans, contra Maurorum voluntatem, qui ex postremo agmine sexaginta viros mactaverant ; mandavit a littore solvi naves : quo facto Mauri cognoverunt frustra fuisse insidias suas, seque parum nocere eis posse, quos misericors Deus custodiebat. Mox autem Arayolensis, Comes, cum Eborensi a Episcopo aliisque ducibus plerisque, vela fecerunt in Lusitaniam : Henricus autem Septam tetendit; certus inde non recedere, prius quam liberationis fraternæ negotium totum haberet constitutum. Et illuc quidem appulsus est feria

XIV Regressus Septam cum copiis Henricus,

multa contra fœdus a Mauris passus,

a

A feria secunda, sed continuo in morbum incidit, haud dubie ex nimio labore tolerato inter arma et in castris, fortassis etiam magis ex dolore relicti in captivitate germani; coactusque est lecto decumbere.

29 Feria quarta sequenti, eodem appulit Infans Joannes, cum subsidiis apud Alegarbios collectis: et ambo Principes consilium inierant, ut Joannes statim tenderet ad portum Arsillensem cum filio Zalabenzalæ; atque hunc mutari faceret, quod, cum fidem Christianis datam infregerint Mauri, satis illi esse deberet reddito Infante recipere filium: sin autem [illegible] raturum armis fratrem suum. Hoc ita decreto venit Arsillam Infans Joannes die XXIX Octobris, cum filio Zalabenzalæ Maurisque nonnullis [illegible] Henricus [illegible] quium aliquod veniri posset, supervenit Christianis [illegible] dictis. [illegible] sponsis Infantis Henrici, ad Ferdinandum, indices [illegible]

sed fratris Joannis accessu animatus,

negat se perfidis Septam traditurum;

B enim septem mensibus, quibus Arsillæ fuit, adeo multas infirmitates expertus est, ut pedibus consistere [illegible] tione, operibusque misericordiæ erga repertos ibi captivos Christianos: quorum aliquos redemit, ceteris autem [illegible], plerosque etiam secreto vestiebat per mercatores: [illegible]

et offert commutationem obsidum.

30 [illegible] cum navibus recessisse, venit ad Ferdinandum, [illegible] Septæ ex parte Christianorum, [illegible] ab utroque Infante, Comite Arrayolensi, Episcopo Eborensi, nec non per Mareschalcum regni, Capitaneum majorem, aliosque Proceres; ex parte vero Maurorum a Lazaraquio Regis Fezzensis majori Capitaneo, [illegible] Zaleto, [illegible] Zallis et [illegible] mete, aliosque. Dixit autem Zalabenzala Infanti:

Zalabenzala deceptum se queritur.

b

C Mitte ecgraphum horum pactorum Regi Portugalliæ, fratri tuo: eique scribe, ut mihi servet fidem eorum quæ promisistis, et pro quibus obsidem te dederunt. Etenim numquam ego Christiano alicui [illegible] stinuistis (quo nomine etiam Rex vester mihi scripsit gratiarum actiones) quodque permisi ut litteras tuas mitteres per Judæum interpretem, Per[illegible] dies in lectum ægritudinis decidit Mag. Fr. Ægidius Mendez, Confessarius Infantis: ibique sepultus est in ecclesia mercatorum Christianorum, tunc [illegible] indeque in Lusitaniam. Similiter infirmatus ibidem est Nutricius Infantis: quem cum hic vellet remittere in Lusitaniam, noluit acquiescere Zalabenzala, donec pro eo obsidem se daret filius, Petrus Rodericii.

Moritur Infantis confessarius,

alius æger commutatur cum sano.

31 [illegible] Eduardus Lusitaniæ Rex intellexit [illegible] lantur, [illegible] Maurorum multitudine; concepit enim animo dolorem, quem [illegible] tantæ jacturæ conspectu. Cum autem scivit quo pacto liberi dimissi erant, principio in ea sententia fuit, ut Septa barbaris redderetur: super eo tamen Comitia Regni subito convocari jussit, in quibus decretum fuit, non reddendam Septam; sed laborandum, ut Infans Ferdinandus liberaretur armis vel pecuniis. Quapropter Rex. D. Henrico scripsit, ut rediret: qui in Alegarbiam se receperat, unde promptius occurrere poterat tractandæ liberationi fratris sui. Tunc ei Rex commisit gubernationem Septæ, quam tenuerat prius quam Tingim moveret: sed noluit illam acceptare, ne diceretur quod ipse redditionem loci impediebat propriæ utilitatis causa. Quamquam autem id fiebat de consilio communi Statuum regni, et sanctus Infans pro sua liberatione acceleranda scripsisset, ut melius potuit; iritabatur nihilominus Zalabenzala propter [illegible] Ferdinando, ut significaret Regi [illegible] compleret promissam sibi redditionem Septæ, ipsumque sine mora liberaret; sin minus, futurum ut mitteret ipsum Regi Fessæ sicut obligabatur, tam[illegible] Rex posset, [illegible] conditione.

D

Ex L[illegible] Jo. [illegible]

sed Infans armis vel pretio recuperandus.

Irritatus mora barbarus eum minatur Regi Fessæ tradere.

E 32 [illegible] D. Infans [illegible] et Regin[illegible] [illegible] Henric[illegible] litteras aliquas [illegible] strabatur, [illegible] contra [illegible] Zabenzalæ, qui diceret: Nostis, quantam vim necessitas habeat, quamque nullius valoris sit quidquid violenter extorquetur. Cum ergo constet omnibus, quam extremum periculum nos constrinxerit in castris; apperet minime liberam promissionem fuisse. Adde quod non sit præstanda fides ei, qui prior ipsam violavit: maxime cum frater meus Henricus, non potuerit Septam reddere, absque mandato et consensu Regis [illegible] quod Rex meus tibi velit Septam dare, quid tibi id proderit, quando ipse dicis quod eam continuo traditurus sis [illegible] frater meus allegat alias rationes, scilicet quod priores [illegible] unde Rex Fessæ [illegible] impediebat, quo minus Christiani possent directa secundum urbem via ad naves se recipere; identidem insultando illis cum basilistis et petrariis, captivos etiam faciendo vulneratos qui mittebantur ad naves. Denique quod ipsemet statueris omnes aut occidere aut capere, si per civitatis declivia iter tenuissent: qua de re moniti Christiani, securiorem viam sibi [illegible] redierunt vobis invitis; et in extremum agmen impressionem facientibus, non sine cæde aliqua. Quæ cum ita sint, ac plane conformia veritati; cumque videam id consilii esse in Lusitania firmatum; videtur mihi expedire, ut alia conditione agas cum Do[illegible] Rege, recipiendo [illegible] cum Mauris [illegible] sunt. Insuper ut vobis detur facultas [illegible] ex urbe Septa omnes thesaures, quos ibi absconditos reliquistis, quando illam vobis eripuit pater et dominus meus Rex Joannes, cujus animam Deus [illegible]

Respondet Infans, Lusitanos non obligari pactis,

[illegible]

F

et per Mauros violatis;

pro se autem lytrum offert.

d

33 Ad [illegible] Zalabenzala respondit [illegible] que Rex et exercitus suus unum quid essent, obligari illum ad tenendum quidquid Principes sui pol[illegible] Mauri [illegible] aliquos captivos fecisse, id sibi non posse culpæ verti, cum illi non sint traditi potestati suæ, ut de ipsis

[illegible] Zalabenzala,

EX LIB. JO. ALV.

A ipsis posset reddere rationem; sed aliis, qui sub sua potestate non erant, quosque eum pati necesse erat. Quod ad Mauros attinet qui in postremum agmen excurrerant; fuisse extraneos, quos sistere ipse non potuerit : nihil certe communi gentis consilio actum vel ex eo patere, quod nulli gravioris armaturæ milites inter eos fuerint, dux aut capitaneus nullus : istos vero plus damni a Christianis recepisse, quam hos ab illis. Denique commentitias esse insidias, quas positas sibi querebantur, si per declivia civitatis redire voluissent : suam fuisse civitatem, cui si appropinquassent, suæ fidei se credendo, nec pro toto quidem mundo passurum se eos decipi. Has ergo rationes omnes sine probatione adduci. Quod autem in receptu Christianorum aliqui occisi sint, id bene commeritos eos esse, eo quod captivos abduxerant Mauros, qui securi accesserant capturi spolia : quod si fortasse jure abductos contenderent, id saltem dici non posse de suo satellite pariter abducto

et negat quod, salva inter Mauros fama, possit recipere pretium,

34 De pretio quocumque recipiendo, secum agi non debere, cui nihil pretiosius esset bona fama, sine dubio inter Mauros peritura, si non urgeret restitutionem Septæ. Cum enim a majori nationis B suæ parte dicatur, civitatem Joanni Regi vendidisse; si nunc permitteret illam in potestate Christianorum, primam sibi falso imputatam culpam, confirmandam apud omnes ex veritate secunda, quæ multo majorem malitiam argueret. Modo autem certus esset reddendam sibi Septam, exiguam se habiturum rationem filii, præter quem alios plures habebat æque dilectos : neque vero eos se perdite amare, qui uni eorum jam fecerat gulam præscindi. Animos sibi suppetere ad Reges faciendos, occidendos, et exaucorandos. Videret igitur Rex frater ejus, quid ageret : sibi nihil aliud curæ esse, quam Septam recipere. Hisce rationibus, quamvis falsis, nihil ausus fuit reponere sanctus Infans, qui totus erat in ejus potestate.

sed omnino Septam reddi postulat.

35 Clarum autem erat ista omnia dici ab eo, ad obtegendam fraudem et colorandum mendacia sua : quandoquidem Rex ad istum contractum non ultra quam vellet obligabatur. Quod autem aiebat vulneratos fuisse oppigneratos, nullo id jure factum erat : maxime cum Mauri pacti sint illis securum abitum permittere, per quamcumque viam voluisset : quod si videbat gentem istam non fore in sua potestate, ut quid de illa securos esse jubebat Christianos? Dixerat enim firmum sibi cum illis esse fœdus, quodque omnes continuo abducturus inde erat. Verum C non illi soli pugnarunt, sed admixtos etiam sibi habuerunt ipsius Zalabenzalæ milites, qui ex urbe processerant et in eam reversi sunt. Hinc clare demonstratur, ipsummet violandis pactis consensisse, contra suam obligationem faciendo, neque faciendo locum tuto receptui, quemadmodum exigebant Christiani; quos tamen, quamtulumcumque a castris recedentes, non dubitabant Mauri captivos facere. Sciebat etiam Zalabenzala milites suos conjunctos fuisse Fessensibus, Tafilettensibus et Alarvibus, ad castra oppugnanda post contractum venientibus, interque eos ducentos loricatos : qui numquam desierunt infestare Christianos, usque dum se recepisset in naves. Denique quod prætexebat, Infantem Henricum abduxisse Mauros, qui ad spolia recipienda exierant, non ita erat : si enim eis ad hoc securitatem dedisset Infans, haud dubie eam præstitisset : sed eos sua cupiditas excæcarat, ut salvum commeatum nullum quærerent; quia non persuaserant sibi fieri posse, ut a Christianis, satis pro se solicitis, abducerentur.

Auctor falsos esse ejus prætextus, ostendit :

et contra fidem egisse Maurum probat.

36 Porro considerans sanctus Infans, deliberatum Zalabenzalæ esse, ipsum Fessum mittere (nisi ex Lusitania prompta veniret redemptio) ubi tradendus esset in potestatem Lazaraquii, quo nullus D erat in tota gente crudelior; considerans etiam carnis suæ infirmitatem, et delicatam sui corporis complexionem inter tot morbos; timens denique labores gravissimos, sibi deinceps sustinendos; multis rationibus rogabat Regem, ut sui liberandi aliquam maturaret rationem, utque misereretur afflictissimæ suæ vitæ, quam optabat in defensione castrorum posuisse. Verum tam lentum ad hæc venit responsum, ac si lis contestanda fuisset per ministerium procuratorum. Igitur ad accelerandum negotium, iterum scripsit Regi, ut certum quemdam apparatum sibi mitteret; quo mediante et Deo bene juvante, sperabant inde se posse evadere, et se recipere versus mare, cum omnibus suis, sic libertatem absque pretio consecuturis : neque enim commissurum se unquam, ut satis haberet solus evadere, sociis in captivitate relictis, ad quod non nulla media sibi fuerant ab Infante Henrico suggesta.

XVII Ne Infans Fessam abducatur,

dum lente consultatur in Lusitania,

37 Eodem tempore Orlandus de Villa-regali, Capitaneus Septæ, misit fratrem suum Sancium ad Dominum Bellezii fratrem Lazaraquii ut huic persuaderet Infantem pecunia redimendum tradere, amplam talis operæ mercedem pollicendo : verum is, sub specie collaborandi ad istum finem, moliebatur ipsummet Sancium in suam trahere potestatem; qui id Deo favente animadvertens, periculum præsens solerter evasit. Rex item Castellæ egit de legatis destinandis ad Zalabenzalam, ut Infantem pretio redimi sineret; ea conditione, ut Rex pateretur negotiatores Mauricos, unde ipsi Zalabenzalæ præcipuus veniebat proventus, libere exercere commercia sua per totam Castellam. Hæc ille intelligens, significavit Lazaraquio omnia : qui ipsi misit Ocaliam, Audacomum, et Tarraxayum, scribens, ut sibi Infantem mitteret cum sociis : quamdiu enim foret prope mare, numquam desituros Christianos pro eo liberando laborare : Ex hoc ergo tempore cœptus est Sanctus arctissime custodiri : et quamvis interim sæpius scriptis litteris assecuraret eum barbarus, quod numquam ipsum esset a se dimissurus, illas ipsas tamen litteras necesse habebat mittere Fessam. Interim vero Arzillam appulit Ferdinandus de Andrade, adferens a Rege epistolam, qua se scribebat super designata fratris fuga deliberationem instituisse cum iis, qui ipsum plurimum amabant; quorum omnium consilium erat, ne de re tam periculosa cogitaret.

frustra laborant Gubernator Septæ

E

et Rex Castellæ,

barbaro fidem fallente

ANNOTATA D. P.

F

a *Catalogum Episcoporum Eborensium, unde nomen hujus Episcopi discam, nullum invenio. Si quis Hagiologium Lusitanum Cardosi prosequatur, et auctor sim, ut, sicut Tamayus de Salazar pluribus Hispaniensium Episcopatuum Catalogos intexuit Commentariis suis, ita et ipse Portugalensium texit; nisi malit Ægidium Davila imitari, conscribendo Theatrum Ecclesiarum Lusitanicarum, ut ille scripsit Hispanicarum.*

b *Roman.* Belez de la Gomera : *hæc autem ad mare Mediterraneum est, intervallo* 15 *leucarum* Tingi, *vulgo* Tanger *dicto, remota.*

c *His nominandis idem Roman supersedit, Zellas autem et Faquinos (sic enim distinctius legimus infra num.* 67 *suspicor esse gentis Mauricæ Sacerdotes.*

d *Hic Romos longam inferserit parenthesim, de Septa per Regem Joannem ejusque filios Eduardum et Alfonsum occupata an.* 1415, 21 *Augusti; deque eadem ab obsidione Maurorum post annos aliquot liberata die* 14 *ejusdem mensis per Infantes Henricum et Joannem, quando* Ferdinandus *adhuc puer erat.*

CAPUT

A

CAPUT V.

Arsilla Fessam sanctus Infans traducitur cum sociis; per quinque primos menses inclementer habetur.

a XVIII *Infans 25 Maji 1338 Arsilla abductus cum sociis 10,*

Die XXV Maji, eodemque Dominico *a*, Matutino tempore, abductus Arsilla Fessam hic Dominus est, una cum suis; videlicet Petro Vaz, Sacellano; Joanne Roderico, Camerario majore; Joanne Alvarez, Secretario; Mag. Martinio, Medico; Ferdinando Ægidii, Curatore vestium; Joanne Laurentii, Metatore; Joanne de Luna, Pistore; Christophoro de *b* Luvica, Alemanno a responsis; et Mag. Josepho Judæo, Chirurgo, qui habebat a Zalabenzala diplomata salvi conductus ad redeundum. Quatuor nobiles qui pro illius filio manserunt obsides, et Petrus Ruiz collectaneus D. Infantis, detenti Arzillæ sunt, quia illos nullo modo voluit Zalabenzala dimittere: qui Principi dici jussit, quod si Rex Lusitaniæ clare se determinaret quoad negotium ejus, certus esse posset, se ab ipso met reducendum eodem in equo, quo nunc avehebatur: insuper indulgere se, ut assumeret quantum vellet pecuniæ, securus quod nihil eripiendum sibi esset, de quo scripturus Fessam erat.

o *suo supellectile contra fidem spoliatur:* B

Ea res fiduciam Infanti dedit auferendi supellectilem quam habebat, cum aliis nonnullis rebus, usui suo valde opportunam: quæ omnia tamen erepta ei sunt. Domesticos illius imposuerunt jumentis sarcinariis, Infantem vero emaciato suo et debili equo, absque soleis ferreis, cum sella trita et resarta, habenis et reliqua armatura fractis, adeo ut satis appareret, ad ludibrium omnia fuisse comparata; sicut et virga, quam ei in manus dederunt.

et aliis quatuor Arsillæ dimissis,

39 Ingens utrimque ploratus fuit, cum miserabilis hic comitatus valedicebat sociis Arsillæ remanentibus; qui dicebant, Domine, memento etiam quam eximia caritate in hujus laboris ærumnas te ipsum dederis, ad Dei obsequium et liberationem tantæ multitudinis. Omnium nostrum vita pendet a tua. Cura, obsecramus, ut placeat Deo hunc tuum discessum in majus bonum convertere. Novit Deus quam libenter te comitaremur, in vitam et in mortem, si id nobis permitteretur. His dictis mutuo sese ne multis lacrymis amplexati sunt, et Princeps ad eos conversus, oculis ubertim plorantibus, dixit: Deus vobiscum sit, vosque ut opto custodiat: eum pro me orate. Sic equitatum Fessam versus est montano C itinere, campestri enim procedere non fuissent ausi propter metum prædonum: qua de causa etiam viginti viros bene armatos secum ire fecerunt. Quando ad vicum aliquem perveniebatur, præmisso de accessu illorum nuntio, moniti incolæ, pauci quidem occurrebant ex viris, utqui negotiis suis intenti erant; sed puerorum ac mulierum turba ingens, quærentium quis esset Rex Christianorum, et nomina sociorum ejus; quæ inserebantur canticis illudentium ipsis, conspuentiumque in faciem, et lapides atque aridi panis frusta jactantium. Ita cum ipsis agebatur, usque dum veniretur ad locum ubi subsistendum erat: ubi cum applicuissent accurrebat plebs omnis, illudens atque insultans miseris, usque in plenam noctem.

itinere periculoso,

per inhospita diversoria multa patiens,

40 Cum autem inducebantur in domos, nec lectos nec aliud quippiam ad cubandum reperiebant, præter id quod secum attulerant: nam nec hoc quidem volebant permittere, ut Infans in storeis ipsorum vel stratis requiesceret; dicentes, iniquum fore, si renegati et excommunicati uterentur rebus, ad Mauros Deo dilectos spectantibus. Quod eis ad victum dabatur, canibus erat quam hominibus aptius: nec permittebantur uti figlinis ipsorum aut vasis: sed erant abominationi omnibus velut immundi: D aliqui vero continuo frangebant cantaros et ollas, si quando ex iis Christiani biberant vel comederant. Quis explicare poterit, quam patienter et humiliter Dominus hic pertulerit omnes istas injurias? adeo parvi illas faciens, ac si nihil ad se pertinerent. Cumque ei aliquando cibus dabatur, dixit; Vellem ut ne tantum quidem mihi suppeteret, quantum ad vitam ducendam sufficit. Senos omnino dies iter hoc tenuit, per vias confragosas et devias, nec sine difficultate magna meabiles.

EX LUS. D. ALV.

41 Sabbato, qui fuit ultimus dies Maji et vigilia *c* Pentecostes, applicuerunt Fessam, ubi ante civitatem in loco cœmeterii Maurorum detenti fuerunt per unius horæ spatium, spectaculum facti toti plebi, ad eos videndos convocatæ effusæque. Deinde deducti in urbem sunt Ferdinandus eques, pedites ceteri, per multitudinem tam confertam ut spatio trium horarum ægre pervenerint. Erat autem videre populum, non solum copia innumerabilem, sed etiam varietate cultus habituque mirabilem: voces autem clamoresque et ululatus undique percellebant aures transeuntium: quod ipsum minime fuisset possibile, nisi præcedentes quidam Mauri cum gladiis et fustibus viam aperuissent sibi et illis quaquaversum feriendo. Hi deduxerunt ipsos infra portam novæ civitatis, comitantes usque ad palatium urbis, et aulam regiam: denique ventum est ad locum Concilii, quem sua lingua Mexoar appellant. Ibi jusserunt Infantem et comites ejus excalceari, omnesque simul humi consedere fecerunt: sed noluit illis tunc loqui Lazaraquius aut ducere ad Regem: solum jussit nomina singulorum describi, eosque trahi Benzamago, Præfecto Zaquifæ sive Castelli.

XIX *c ult. Maji Fessam appellit;*

eo per confertissimam turbam inductus,

E

ad Palatium trahitur,

42 Illic collocavit illos in domibus quibusdam munitissimis, ubi moneta conficitur, aliaque regia quædam opera fiunt, Tarecenam ipsi vocant. Cum illis pariter inducta illuc sunt Christiana duo mancipia gentis Lusitanæ, ferro vincta, quæ dicebantur ex castris ad Mauros transfugisse, unum nomine erat Alvari Reane, alteri Didaci Delgado. Hi ostenderunt Infanti et sociis Masmorram, id est carcerem, et catenas quæ ipsis parabantur: insuper retulerunt auditos a se esse qui dicerent, decretum esse singulis eorum manu una ac pede mutilare. Hæ fuerunt deliciæ et bona nova, cum quibus istic fuerunt recepti hospites, in una domorum istarum, quæ erat duplicis contabulationis; cujus omnes fenestræ ita clausæ erant, ut nec pleno die absque candela quidquam videri ibi posset. Duo autem isti Christiani immissi illuc esse dicebantur, ut societatem Infanti præberent, sicut eum comitati deinceps ubique sunt.

indeque ad Monetam;

ubi in tenebricoso ergastulo multum vexatus, F

43 Sequenti nocte ministri Sathanæ non desierunt ipsos vexare, donec absolveretur carcer, cui includendi erant: hi vero sic vivebant, quasi incerti quid sibi futurum esset die sequenti, et maxime formidanda præcipiebant animo. Audiens ergo Infans formidolosos quosdam sermones inter ipsos versari, in hunc modum eos allocutus est. Sumus eo hic loco, ubi non sunt timendi labores, sed ad ipsos tolerandos corroborandus animus. Dejiciendus hic non est, quia inimici multi, nos pauci, peregrina in regione versamur: sed in multa Domini Dei nostri misericordia, qua semper suis præsto est, debemus confidere. Quamquam enim peccatores simus, novit tamen Deus, quod pro amore et obsequio suo in hunc statum me conjecerim, vosque acceperim socios. Agamus igitur ut boni Christiani; quod si voluntas Dei fuerit, nostram hic vitam consummari; credo firmiter hereditaturos nos regnum ejus: sin autem educere nos hinc velit, prospiciet nobis de omnibus eo necessariis.

socios cohortatur ad tolerantiam et fiduciam in Deo

[illegible]
Paratæ iis catena differuntur,

A 44 Mane facto absolverant quidem Mauri opus catenarum destinatarum : noluerant tamen eas captivis imponere, priusquam suum Pascha, quod ab Ariete mactando cognominatur, et intra quartum diem celebrandum erat, pertransisset. Statuerunt igitur ut satellites Præfecti ipsos custodirent, per mensem continuum duo ac duo singulis; sic ut nemo aliorum ad ipsorum aspectum vel alloquium pertingere posset. Ad requisita naturæ non permittebantur egredi nisi quotidie bis, et semper simul : extrahendi autem facultas erat cuncti ipsis vetita de sua persona. Mediante tamen duorum istorum Christianorum industria, qui simul istic cogebantur, cognovit Infans continentiam litterarum cujusdam Majoricensis negotiatoris, Fessæ commorantis, Christophori de Xaliao, licet ex solo auditu, numquam de visu cognito; qui ubi commodabat inde se subtraheret : quamquam causa Infantis fuerit aliquando captus et flagellatus, ac demum in ejus obsequio obiit ex diarrhoea. Ad istum modum fuit XX D. Infans traditus in potestatem hominis, si quis alius toto mundo crudelissimi : quem crudelitas fecit notum eo demum adduxit, ut per VI annos duos homines occisus fuerit, sicut sub finem Chronicæ hujus dicetur *d*.

donec Rex suum Pascha peregerit,

B

d

e

45 Hoc ipso die Paschatis *e* prædicti, dedit jussit Infantem cum suis in turrim quamdam, ut videret quanta multitudo equitum peditumque convenerat extra civitatem *f*, ubi Rex Arietem paschalem jugulabat. Cum autem a pompa et ceremonia reverterentur, occurrerunt quibusdam Christianis *g* Almogavaris, quos numera fuerunt Mauri ausi spoliare, quia id prohibitum ipsis erat. Quinque diebus post venerunt in Tare et aliud, quos Sanctos reputabant; jusseruntque descendere Infantem ad se, ipsique dixerunt : Dominus Bazaquarius mandat, ut scribas Regi tuo, quod tu et hi qui tecum sunt captivi sitis in potestate Maurica : possetque te et illos continuo tractare, sicut captivos haberi convenit : sed præstolari mavult, ut videat quid tui causa facturus sit ille. Itaque Judæum istum, qui tecum venit, sub fide publica Zalabenzalæ, cum hoc nuntio mitte, ut cum responso redeat intra tres menses. Maluisset et ostendebat Infans melius fore, si mitteretur aliquis ex iis qui secum erant Christianis : sed persititerunt illi ut iret Judæus : qui donec reverteretur, posuerunt Infantem cum sociis in domo Masmorræ, clauseruntque eam grandi ostio, ferreis laminis bene munito, cum magna catena atque sera. Itaque inclusi manserunt tribus mensibus; ubi non poterant habere escas, quas eis mercator commodabat, nisi mediantibus multis muneribus apud carceris Præfectum, ut id fieri pateretur : quamquam etiam sic multum suffurarentur ostiarii, præter alias injurias et extorsiones quas singuli committebant. Quotidie tamen audiebant Missam, ad quam omnem necessarium apparatum attulerant, donec etiam hic furtim auferretur : frequenter autem utebantur Sacramentis Confessionis et Communionis, cum crebris jejuniis atque orationibus.

f

g

ab hujus festi spectaculo reductus Infans,

jubetur in Lusitaniam mittere Judæum nuntium,

C

et Masmorræ ad menses tres includitur.

ANNOTATA D. P.

a *Anno siquidem* 1438 *currebat littera Dominicalis* E. *Iter autem Fessa Arsillam, ut ait Roman 47 leucis extenditur.*

b *Suspicor* Lubekam *intelligi, Hanseaticarum civitatum unam.*

c *Quia anno isto Pascha celebratum fuerat* 13 *Aprilis.*

d *Longam hic parenthesim interjicit Ramos, ex coque Roman, de vita et moribus Lazaraquii : quam hic excerptam dare placet : Proprio nomine* Bazaquarius dicebatur; sed Lazaraquius, id est Luscus, quia D luscus habebat oculos vitiatus est : Arabice enim vox illud significat. Hic ex genere Bevotacierum erat, et per patrem de familia Merinorum (*Fessæ olim dominatorum inquit Roman*); matrem vero habuerat ex Christianis oriundam. Hic tam malus puer, qui nasci numquam debuerat, præterquam quod natura perversus erat, pejorem educationem inter Alarabes habuit, publicus per vias prædo factus. Ætate fratribus suis omnibus minor, superavit omnes tamen malitia, eosque fraudulenter suo subjecit dominatui. Technis et fallaciis suis duos Merinos, filios Bucardi Regis Fessensis exheredavit, regnoque privavit majores natu, Zalenzelum et Zachenem, atque loco eorum levavit Abdelmeleum, tertiogenitum Bucardi filium. Hac arte stabilivit se in possessione civitatis Fessensis, eamque sibi sic subjugavit, ut potentiores omnes Mauros expelleret, et divites spoliaret, magistratum autem libidinosis carceribus includeret, atque ad magistratus promoveret mancipia et laniones personasque vilissimæ conditionis, loco Merinorum nobilium. Hinc terribilis toti regno factus, totam sibi sumebat honorem; puero autem Regi solum relinquebat inane nomen : quem E tanta sui formidine impleverat, ut nusquam securus de vita sua esset, et mane vix auderet sibi vesperum polliceri, procul habitus ab omni regio cultu et disciplina, vel scientia rerum aut conversatione honesta. Ipsi vero ministrabatur ab universis cum summa reverentia : quam tamen non amor sed timor exprimebat. Vires ejus omnes repositæ erant in dolis, fraudibus et hypocrisi : multus in verbis iisque blandis, et specie externa ad sanctitatem honestatemque composita, ut barbaris illis probus justusque videretur : nam ex una quidem parte omnibus incutiebat timorem sua vafritie et technis, ex altera sic eos dementabat blanditiis sermonum fucatorum, ut nemo ei contradicere auderet : et sic totam maritimam subjugavit a Gadibus usque Oranum; et per montana usque Marrochios et Fremecenum, extendit jurisdictionem suam. Hic fecit ut Rex suus uxorem acciperet unam sororum ejus, nomine Hidu, jam antea desponsatam cuidam Merino, et plurimum deinde adulteriis inquinatam : ipse vero despondit sibi sororem Regis, nomine Milleziam, jam antea aliorum amoribus implicitam : præter quam habebat libertas uxores tres, atque concubinas decem; unde susceperat tres filios ac filias novem. Majori eorum, qui uno oculo cocles erat, nomen erat Hea, quem genuerat ex una libertarum prædictarum, genere Fessensi. F

e Pascha *vocat, more Hispanis omnibus communi, festum ex majoribus unum : quomodo dicimus* Pascha Pentecostes, Pascha Nativitatis etc. *Hoc autem festum Arietis mactandi, videtur respicere ad eum quem Abraham pro filio suo obtulit in monte Moria : et huc forte spectat, quod apud Seldenum de Synedriis Hebræorum lib. 3 pag. 371, ad 9 diem mensis Baschnes, quem ille diem cum 3 die Junii componit, notetur* Descensus libri Abrahæ supra quem sit pax. *Ut ut est, Pascha istud, secundum Scriptoris nostri calculum, cadit intra quartum diem ab ultimo Maji, quod cum prædictis non male congruit.*

f *Roman ait, unam ex maximis orbis civitatibus esse, in qua ad centum millia focorum numerentur; nosque remittit ad suum de republica Fessensi impressum librum, illum scilicet quo clauditur insigne opus de Re*bus publicis mundi, Hebrea, Christiana, Gentilica seu Romana, Moscovitica, Veneta, Genuensium, Helvetiorum, Æthiopum, Anglorum, Lucensium, Ragusina, Indica, Tartarica, Sinica, Turcica, atque Fessensi, *libris 17 in folio impressum Medinæ-Campi an.* 1575.

g

A g Almilla *his fortassis* Almeria *est, in littore regni Granatensis urbs mercimoniis potens.*

CAPUT VI.

Catenis onerati captivi educuntur ad opus faciendum: nuntiatur eis mors sui Regis Eduardi.

XXI
11 Octobris Infans et socii rebus omnibus spoliati,

Jam fluxerant a Judæi discessu menses quatuor eoque amplius, cum die Sabathi XI Octobris anni MCCCCXXXVIII, ad Infantem, mane a somno surgentem, ingressus Præfectus Alquifæ, omnes e domo Masmorræ expulit sicut erant, et rapuit quidquid invenit supellectilis eorum atque pecuniæ; minas etiam addiderunt Barbari, si quid occultum adhuc haberent. Infantem vero nudantes, et scrutantes vestimenta ejus, repererunt intra thoracem ejus ducentas duplas, quas pro suis necessitatibus reservabat: ipsumque thoracem sic detulerunt ad Lazaraquium. Eodem die fuerunt omnibus injectæ catenæ in modum compeditum, ultimum autem ipsi Infanti: cujus socios iterum duxerunt ad hortos regios quos
B vocant Arryate, ubi est balneum: et tunc erat ipse Lazaraquius in quadam domo admodum speciosa, cui Buca nomen. Ibi singulis in manus datum est sarculum, feceruntque eos terram fodere usque ad solis occasum, quando ipsos retruserunt in Masmorram. Occurrerunt autem Infanti, quem vinctum catenis trahebant decem vel quindecim satellites, quorum alii eum trudebant, alii punctim feriebant baculis latera ejusdem ut passum acceleraret, impedientibus catenis tardiorem. Ergo manibus suis ipsas sublevabat ut poterat, magnaque cum difficultate procedebat, multis antecedentibus ac subsequentibus, et magno clamore aerem implentibus.

onerantur catenis,

et sic vincti ducuntur ad opus in horto faciendum.

47 Tali in statu videntes eum domestici sui, levaverunt tantum planctum, ut satis appareret, nihil ipsis posse in omni vita accidere acerbius. Respexit etiam illos Infans, nec aliud dixit, quam salutares has voces: Videtis quomodo incedam: orate Deum pro me. Ad hæc verba quid respondere potuerint, et an aliter quam oculis loqui, æstimet lector benignus lacrymosæ hujus Chronicæ. Sic ac Lazaraquium ventum est, qui sedebat in porta domus supra marmoreum gradum, et dixit ei: Quandoquidem Christiani sint proditores fidei suæ, neque mihi reddiderunt Septam, sicut per te obsidem ad hoc datum
C promiserunt; captivus meus es, ut de te faciam quidquid voluero, atque ex nunc mando ut jumenta ista curanda suscipias. Cui Infans: Nullam perfidiam commiserunt Christiani, neque in eos quadrat nomen proditorum: ego faciam quidquid imperaveris: neque enim quidquam curo, aut verecundiæ ulli duco parere imperiis tuis. Statim igitur ei dederunt in manus vas unum, cum scopis et pala, ad everrendum sordes stabuli, quod erat post hortos: plena autem nocte ipsum reduxerunt in carcerem.

Lazaraquius, ipsi perfidiam Lusitanorum exprobrans,

jubet equile mundare,

48 Jam ejus domestici omnes jacebant inclusi speluncæ, ubi solum locus eis erat requiescendi, non autem panis quem comederent datus. Cum ergo in domum Masmorræ inductus esset Infans, rogavit cuotodes suos ut ipsum ceteris jungeret in spelunca: sed negabant ipsi id sibi datum in mandatis a Lazaraquio, utique hoc curante, ut nec hospitium quidem sibi concedi sciret, atque ex ista separatione magis cruciaretur. Tum clausere satellites ostia, et qui jacebant in spelunca cum clamore interrogabant Infantem, quomodo se haberet: ille autem respondit, Perquam debilem me sentio, quia ab hesterno jentaculo nihil omnino gustavi. Cum autem in tanto labore et cruciatu se videret constitutum, dixit eis: Vivo equidem, Deo sint grates; sed cum me volunt separari a vobis, volunt etiam vitam auferre: melius enim mihi foret mori, quam cruciari diutius, quandoquidem mors inevitabilis sit. Tunc illi: Si vivis et sanus es, Domine, laudetur Deus: confidimus quod tibi, pro Dei obsequio, et nobis, pro tui amore, leves sint futuri labores quicumque. Postquam autem sic fuissent aliquamdiu collocuti, præ mœstitia et fatigatione consopiti nonnihil sunt. D

noctu autem haberi sejunctum a sociis,

EX LUS. JO. ALV.
adhuc jejunum ideoque valde debilem.

49 Mane facto duxerunt satellites infantem ad domum aliam; ejus autem familiares, qui in spelunca fuerant, ad laborandum in horto ut pridie. Sentiens ergo Infans foras eos duci, neque sciens quo, adeo affligi cœpit, ut deliquium pateretur. Hoc cum Lazaraquio nuntiassent custodes, jussit ei dici, quod si foras egredi cum suis cuperet, cum eisdem etiam laborandum sibi sciret: id quod conducibilius judicavit Infans, quam solum ita conclusum manere. Itaque duxerunt illum in hortum ubi alii fodiebant terram; qui cum ipsum quoque illuc trahi vidissent lacrymantibus oculis; Quænam, inquiunt, ista est calamitas Domine, ut te quoque in hoc tam grandi labore videamus fatigari? Ast ille: Nulla vos tangat cura mei, quem magis labor iste quam vos decet: eoque dicto arripuit sarculum. Aliquantulo post E tempore intelligens Lazaraquius, quam prompto animo D. Infans cœpisset cum ceteris laborare, jussit ei dici, ne in præsentiarum amplius foderet: si enim non adferretur bona satisfactio pro juramento sibi præstito, satis temporis ei futurum ad fodiendum. Itaque ex tunc ibat ille quidem cum ceteris ad laborem: sed solum se occupabat eos sublevando, aquam afferendo, ferramenta suggerendo, et quæcumque poterat obsequia præstando, cum tanta animi tranquillitate, verbisque tam generosis, ut illi multum se animatos consolatosque faterentur.

XXII
Postridie mœstum pro separatione,

patitur ad opus educi cum illis,

deinde solum spectatorem adesse:

50 Paulo post transivit illac Lahezemcalzal, Lazeraquio intimus; quem rogavit Infans ut audire se dignaretur, et in hunc modum locutus est: Ante omnia scire velim Dominationem tuam, quod neque per violentiam armorum, neque ulla inductus fraude, sed liberrima voluntate, me et hos qui mecum sunt, tradiderim in vestras manus, ea conditione ut vobis Septa redderetur, et populus ejusdem mecum legis ac nationis dimitteretur liber: ideoque mihi videtur quod non deberetis istos, quorum nulla est culpa, tam crudeliter habere: dic ergo Domino tuo, ut ipsi satis sit sævire in me, et illis parcat: quod si nolit, hanc saltem gratiam mihi F faciat ut ne conditione ulla ab ipsis distinguar, sed parem cum ipsis sortem habeam. Laudavit multum Præfectus iste, atque ac ceteri Mauri omnes, ejusmodi petitionem; dicentes fore, ut pro tanto Christianorum Dominorum amore erga suos, benefaceret eis Deus; et quod ipsi merito pro Dominis tam amantibus mortem subire deberent: sed propterea neque erga Infantem, neque erga domesticos ejus, misericordia ulla usi sunt.

ille vero per Præfectum petit,

eadem cum sociis conditione haberi.

51 Victus illius in dies singulos erant, panes furfuracei duo, sicut et aliorum singulorum, absque carne aut pisce; vinum vero numquam dabatur. Vestis, thorax gossypinus niger, et larga tunica nigra panno farta, cum palliolo similiter nigro: quas vestes sui, cum opus erat, resarciebant. Pro strato erant, duæ vervecum pelles cum sua lana, et desuper pars triti tapetis aut palliolum; pro pulvinari vel cervicali, fœni sicci manipulus. Mercatori autem prælaudato prohibitum erat, sub pœna vitæ aut privationis bonorum, ne quid ipsis daret aut commodaret. Mauris omnibus sub interminatione quingentarum plagarum inhibebatur, ipsis verbum ullum

Eorum victus, vestitus et strati ratio,

A ullum bonum aut malum loqui; nec deerant subinde qui sic multabantur. Infanti quot noctibus apponebantur ad custodiam viri duo in suo gurgustio, non nisi certo *a* hominum capaci: ubi jacebant perquam incommode et multa cum immunditia, quia, sæpe negabatur commoditas ad requisita naturæ egrediendi: unde nascebantur eis pediculi et pulices aliæque ærumnæ, quas longum esset sigillatim persequi. Rex tamen Maurus ejusque uxor veniebant aliquando visum Infantem, eique loquebantur in ipso horto, ubi etiam uxor Lazaraqui et mulieres aliæ, quæ ipsum multis verbis consolabantur, et quoties ibi comedebant, impertiebantur ei aliquod de cibis appositis.

Ex Lus. Jo. Alv. ærumnæ et fætor carceris, a

XXIII 52 Dum sic in hortis istis quotidie cum suis laboraret Princeps; jussit ei Lazaraquius significari, allata sibi esse nova de morte *b* Regis Lusitaniæ. Quo audito totus ille commotus est, et stetit velut attonitus: dubitavit tamen an non id sui affligendi causa contra veritatem nuntiaretur: et conversus ad suos: Si verum, inquit, istud est, feci maximam, quam possim hoc in mundo pati, jacturam: habebam enim in Domino meo Rege verissimum amicum, et adjutorem potentiorem aliis omnibus: quare vo- B bis dico, si ille obiit, captivitatem mihi meam non prius finiendam quam vitam: quod totum relatum Lazaraquio fuit. Ita ipsis cum magna afflictione transierunt dies aliquot, utpote hominibus qui numquam cogitaverant ad ejusmodi calamitatem reducendos se, nec in ullo poterant habere spem aut solatium, præterquam in Deo et Domino Infante: et quia mala nova velociter perferuntur ad eos quibus adversantur, septimo die sequentis Novembris misit Infanti Lazaraquius epistolam, quam Arsilla mittebat Ferdinandus de Silva, Præfectus Stabuli Regii, significantem, quod cum esset Septæ, ex parte Regis Eduardi certificaturus Zalabenzalam de restituenda sibi Septa, acceperit nuntium de illius morte: quodque ibi esset substiturus, nihil dubitans, quin a Regina *d* et Domino Infante Petro, tunc regnum administrantibus, nova esset accepturus mandata, quibus acceptis mox Arsillam se transferret, ad eadem promissa confirmanda. Id quod Zalabenzala plurimum placuisse sibi significabat: quodque ab regnante tunc Rege scriptam ejus promissi fidem petiturus esset; et continuo missurus qui Infantem ejusque domesticos reposceret.

b Nuntius allatus de morte R. Eduardi

Infanti Arsilla confirmatur.

d

53 Certus ergo jam de fratris sui Regis morte Infans Ferdinandus, veluti mortuus in terram corruit: quem cum accurrentes sui allevassent; in se C reversus capillos capitis ac barbæ vellens, et pectus pugnis tundens, dixit: O Domine Deus, ut quid me ad hoc usque fecisti vivere? Per Domini mei Regis mortem abstulisti eum, qui me tam singulariter amabat: nec aliud superest quod dicam, nisi quod sustulisti omne robur meum, et totam spem elongasti a me. Infelix ego homo, pauper, orphanus, captivus, quo deveni? Dicite obsecro, quæ spes supersit evadendæ unquam captivitatis? aut quid reremedii possimus expectare? Surrexit quidem Rex novus, cui Deus multos annos concedat: sed numquam sic me amavit, imo nec novit quidem, propter exiguam suam ætatem. Itaque quiquid bene de regno merui, pariter cum Rege extinctum, oblivioni tradetur. Hodie redactus sum in statum illum, in quo pater noster Adam tristem illam accepit sententiam, In sudore vultus tui comedes panem tuum. O mi bone Domine, quantum dolorem mihi parit mors tua! Certus enim sum, quod, pro ea, quam mei gerebas cura, hæc mea calamitas mortem tibi attulerit. O quantum solatii mihi erat cogitare, quod scires quid pro tuo servitio et amore patiebar! Exhinc ergo periit mihi spes omnis humana, et duplicantur mortales ærumnæ.

qui velut jam numquam redimendus,

acerbissime luget:

54 Hæc et his similia, plangens tota die, dicebat D D. Infans; nec parvum incrementum dolori dabat respectus suorum, qui denique sub noctem sic ei sunt locuti. Adeo prudentem te novimus, Domine, ut melius nobis intelligas quid agatur, neque præsumimus tibi consilium velut necessarium dare, quod potius a te ipsi requirimus. Amor nihilominus quo ferimur erga te, pro quo nihil pati recusamus, sicut ipse vides; cogit suggerere, ut cogitare velis, fratrem Regem mortalem fuisse. Quod autem mortuus sit eo tempore, quo tantopere eo indigebas, debes pro magno Dei munere accipere, pro cujus obsequio patimur. Si ab ejus manibus hanc tam grandem jacturam suscipias, potes temperare dolorem hinc haustum, quod si tua ipsius causa id facere nolis, fac causa nostra, quos absque nostris meritis tantum diligis: nec enim aliter possumus sustinere quæ patimur. Quod si nostra quoque perditio te non moveat; moveat respectus superstitum fratrum tam bonorum, qui omnino te non relinquent absque solatio. His aliisque rationibus, et duorum dierum decursu, cessavit paulatim planctus et dolor ingens pro morte Regis fratris.

solantur tamen ipsum sui

ut melius possunt

ANNOTATA D. P. E

a *Romanus addit, quod in ipsum nihilominus compingebantur* duodecim. *Vasconcellus*, decem *hominum capax facit.*

b *Obierat revera* Eduardus Rex *ipso anno* 1438, 19 *Septembris, peste aut morbo inter legendam epistolam aliquam contracto, unde opinio nata veneno infectam fuisse chartam. Sed ea epistola veniebat ex Africa, sola indignatio ob traditum in manus Lazaraqui fratrem, tamque indigne tractatum, potuit mortem intra paucos dies obeundam accelerasse.*

c *Addit Ramos, minus gratam ea nova fuisse Lazaraquio, parum solicito de Septa, quæ Zalabenzalæ restituenda erat; prout infra dicitur num.* 54; *ubi etiam Ramos excurrit in describendum Lazaraquii ingenium pessimum; quo non solum omnia referebat ad propriam utilitatem, nulla habita honesti cura; sed etiam alia agebat omnia quam alteri consultum videbatur, ne qua scilicet in re videretur alieno egere aut duci consilio, ideoque probare non poterat Septam recipi pro Infante.*

d *Moriturus* Eduardus, *filio sexenni* Alfonso *tutricem et regno curatricem, per testamenti tabulas, reliquit* Eleonoram *Reginam, veritus discordias nascituras inter fratres suos, si ipsis gubernationem committeret: sed contra accidit, coactaque est mulier Petro Infanti, proximo post Eduardum Joannis I filio, Conimbricæ* F *Domino, communicare titulum Regentis; neque sic optatam requiem habuit.*

CAPUT VII.

Augentur captivis labores et ærumnæ, usque ad exeuntem Februarium 1440.

Quamquam Lazaraquio minor cura erat restituendæ XXIV Mauris Septæ, quam pecuniæ ex captivi Infantis redemptione lucrandæ; dissimulabat tamen, ut erat ingenio callido; et spe ista, quæ adferebatur, multum se lætari fingebat; ideo Infantem jussit a catenis solvi, et socios ejus ab opere faciendo cessare: solum volens ut clausi tenerentur in domibus Mas morræ. Sed hic magnam famem perpessi sunt, eo quod nemo desset cui suam necessitatem declararent; quousque mercator sæpe dictus, datis viginti duplis, obtinuit facultatem a Præfecto, illis prospiciendi de aliqua alimonia. Tandem mense Majo anni MCCCCXXXIX a Zalabenzala venerunt ad Lazaraquium

Lazaraquius, non Septam, sed pecuniam cupiens,

Lusitanis illam reddere promittentibus moras quærit;

A raquium litteræ, quibus significabat, habere ipsum in scriptis a Rege Lusitaniæ promissionem, de reddenda pro patrui lytro Septa. Nihilo tamen ideo melius habitus cum suis Infans est, quin etiam tanto pejus, quanto certiora nuntiabantur. Denique sub finem Octobris Fessam Judæus rediit, ferens Infanti epistolas: quarum nullam permissus fuit legere. Et quantumcumque instaret Zalabenzala ut sibi remitteretur Infans cum suis, quando jam satis certus erat de implendis promissis; rescripsit Lazaraquius, nondum maturam rem videri; tempori autem curaturum se ut captivi obsides remitterentur: Judæum vero remisit cum litteris, quibus petebat, ut Septam mitteretur vir spectabilis, qui civitatem tradere et Principem posset recipere: addidit quoque eidem Mauros, qui suggererent, quando civitas non redderetur, posse pecunia negotium transigi; quæ omnia protrahendo tempori serviebant.

captivos gravius affligit,

56 Post Judæi discessum, rursum catenis implicitus Infans est; et ceteri spoliati modico illo, quod hactenus ipsis remanserat vestium; pro quo singulis datum est frustum grossioris panni quo tegerentur. Jussit etiam Lazaraquius Infantem cum suis recludi in speluncam, ubi die noctuque attinebantur, absque B facultate prodeundi foras ad naturæ necessitatem. Ibi, præter duos panes et aquam, nihil cibi eis dabatur: et propter angustiam atque immunditiem loci, multum ipsis patiendum erat a pediculis et cimicibus pessimoque fœtore. Veniente porro die Natalis Domini, omnes, præter Infantem, educti de spelunca sunt, deductique extra civitatem in locum Almerce dictum, ut excavarent totam illam viam, quæ confragosa admodum a nova in veterem civitatem ducit, marris et uncis frangendo saxa, et fossas excavando: quod laboriosum valde fuit. Et quidem initio diei illius nemo sciebat quo ducerentur, neque ad quid: jam enim provecta erat in vesperam dies, quando labori isti fuerunt appliciti, minime ut videbatur necessario, nisi ad ærumnas accumulandas. Videbatur omnino Deus multiplicare illis patientiæ materiam, qui præ fatigatione vix amplius poterant insistere pedibus, habentes manus velut decorticatas: dignum profecto commiseratione spectaculum, si in ista barbarie fuisset aliquis humanus sensus. Octo illis hominibus, qui ipsos custodiebant, satis laborandum erat, ut insontes defenderent a plebe, quæ videbatur omnes occisura, conspuendo in faciem, ferendo pugnis, impellendo manibus, infringendo colaphos, opprobria convitiaque multiplicando; usque dum a Præfecto mandaC tum venit, ut ipsimet Christianum defenderent sese, atque insolentiores aliqui a Maurico satellitio comprehenderentur: et tandem sera nocte reducti in speluncam sunt.

et viæ saxosæ excavandæ impendit:

A nimio labore regredientibus,

57 Sanctus Infans, qui ab ea hora, qua educti ad opus socii fuerant, non cessaverat a precibus fundendis, eisque Deo commendandis (suspicabatur enim eductos, vel ad necem, vel ad verbera subire), vivos conspexit, vehementer lætatus est, Deo gratias agens, quod eos recipere meruisset. Verum ut manus et pedes eorum laceros conspexit, non potuit tenere lacrymas, et singultiens dixit: Nunc enimvero completum est proverbium, Propter peccatores affligitur justus. Propter me tanta mala patimini. Ignoscite obsecro per Dei amorem. Quandoquidem autem ego sum causa afflictionum vestrarum, oro ut patientiam habeatis: confido enim quod Deus hasce ærumnas omnes suscipiet in remissionem peccatorum, et æterna gloria compensabit. Quod si non hinc educere voluerit, non erit panis unus, quem vobiscum non comedam, nec panni lacinia, quam inter vos non partiar æqualiter. Hæc autem tanto cum affectu, tantaque erga singulos compassione

compatitur Infans;

dicebat; ut eos magis affligeret dolor ejus, quam D cruciatus suus. Itaque ut illum recrearent, et ex parte sublevarent, cœperunt jocari et cantillare; et quidam dicebant, Hic dignoscentur amantes: alius, Vere affirmo nullam sentire pœnam aut lassitudinem, ita recreatum me comperio; quidam, Cras experiar, quis mihi primas præripiat. Quamquam autem Dominus Infans simularet eorum dictis se acquiescere, apparebat tamen quod dolorem corde conclusum tenebat pene inconsolabilem. Sed quia toto die nihil gustaverat, celebravit cum ipsis convivium pingue, scilicet in arido pane et aqua.

EX LUS. JO ALV. quare lætitiam simulant.

Eisdem ad idem opus eductis,

58 Ita transacta ipsis nox est. Mane autem facto, rursus eos duxerunt ad locum, in quo pridie laboraverant; et ubi eos expectabat quasi innumerabilis populus, comparatis ad id locis, veluti fieri solet ad taurilia vel hastiludia spectanda; et hi omnes cœlum impleverunt clamoribus, mox ut eos viderunt. Pueri et puellæ attollebantur in humeros, et senes debiles advehebantur in jumentis; quin etiam cæci dicebant, sibi satis esse, quod audirent strepitum catenarum, quibus vincti incedebant canes isti: mulieres quoque naturali suæ mollitiei indignabantur, mutuoque se extimulabant ad infligenda miseris E verbera. Verum Mauri, qui ipsos illuc adduxerant, et manus ita attritas videbant, ut labori in saxis faciendo non sufficerent; jusserunt molliorem terram cavare, quoad illæ obducto callo indurescerent. Interim ad Infantem accessit Maurus quidam, quasi confabulationis gratia, revera autem exploraturus quid animi gereret. Cui hic, velut conquerens, dixit: Equidem miror, quomodo sic contra omnem humanam rationem possitis agere. Dic quæso, quid vobis fecerunt isti, ut eos velitis tam enormi labore excruciare? Ad quæ Maurus, Ut, inquit resciatur in Lusitania, itaque acceleretur redditio Septæ. Tum Infans: Injuria profecto manifesta est hæc. Ego enim pro civitate oppignoratus sum, non isti; et nisi ego forem, pro illis parum vobis daretur. Et ob hoc decretum fuit ut una cum ceteris educeretur Infans ad opera publica.

queritur de tanta barbarie Infans,

et frustra optat jungi labori,

59 Ea re divulgata, nuntiatum id ipsum quadam nocte Infanti fuit a domesticis suis: qui subridens, dixit: Non equidem hoc timeo: novit Deus quantæ voluptati mihi foret numquam a vobis separari, nequidem in laboribus operibusque vilissimis: omnia F enim mihi facilia forent, in quibus me viderem similem vobis: nec ulla inde mihi verecundia accideret. Sed quia hoc mihi magnum solatium esset, scio id propter peccata mea non successurum. Itaque revera contigit: nec enim inde illum eduxerunt, timentes ne Mauri aliquot conspirati tollerent illum, adducerentque Leencho inimico Lazaraquii; qui illis limitaneus erat, dicebaturque satagere, ut Infantem habens in potestate, pecunia venderet Lusitanis. Porro finitum est laboriosum istud opus circa finem sequentis Februarii MCCCCXL: quando reducti omnes sunt ad laborandum in hortis regiis, et rebus aliis ad usum palatii spectantibus; sive cedendi lapides seu ligna findenda essent, jumentave curanda; seu quid aliud necessitas vilissima postularet: atque in hunc modum occludebantur viæ omnes, per quas credebatur posse Infans in libertatem restitui.

XXV an 1440 circa Martium finito.

CAPUT VIII.

Liberatio Sancti Infantis variis modis frustra tentata et agitata: ærumnæ ejus exinde auctæ.

Quando Judæus Fessa discessit, et Arsillam rediit;

EX LUS. JO. ALV.

Mortuo Arsillæ Zalabenzala succedit frater suus;

A dit; invenit Zalabenzalam valde infirmum, qui etiam mox obiit; successitque ei in dominio civitatis Bubequer, germanus suus: quapropter necesse illi fuit expectare, donec Lazaraquius Bubuquerio mandaret, procedere in negotio cœpto, sicut processisset frater suus si vixisset. Ast ille secreto tractabat, quomodo ipsum dominatu isto spoliaret: quare etiam illum postea Arsillæ obsedit, sed irrito conatu, sicut infra dicetur. Interea Fessam clam advenit Maurus quidam Faquiamar nomine, qui fuerat Infantis Mauri Ismaelis, in Lusitania aliquamdiu conversati, nutritius; advenit autem eo consilio, ut Infantem Ferdinandum furtim abduceret. Verum res innotuerat Lazaraquio, dicebaturque

et Maurus ex Lusitania deprehenditur

via Gaditana perscripta ad illum a Mauris Ulissipone commorantibus: quare insidias venienti disposuit, quibus eum comprehenderet: sed has ille evasit, Septamque se recepit. Propterea transtulerunt Infantem cum suis ad aliud conclusum, arctiusque socios habebant quoad clausuram et victum, dicentes, faciendam ipsis pœnitentiam, ne alias simile quid tentarent. Ex hinc nec una quidem hora ipsis fluebat absque formidine: nunc enim aderat

Infantis liberationem moliri:

B aliquis dicens, omnes mox esse jugulandos; modo alius nuntiabat, decreta ipsis esse flagella, aut aliud aliquod tormenti genus. Ita bonus Princeps vitam trahebat, quæ potius vocari debebat mors longa.

61 Nemo inter crudeles istos barbaros erat, qui tam excellenti Principi, tamque constanter et humiliter ferenti omnia compateretur; sed neque ullus commiserationis sensus erat in sectæ illius senibus quos Sanctos nominant. His Lazaraquius negotium dabat deliberandi, quid esset faciendum cum Infante: et quia videri volebat eorum Mesquitis favere, præsumebat earumdem thesauros velut mutuo accipere, pro quibus dicebat se illis tradere Infantem cum suis in pignus; ut, quando reddita ad ejus liberationem esset Septa, hanc in jus Mesquitarum traderet; interim æquum esse, ut inde acciperet sumptus, in tractationem tam utilis negotii faciendos. Pessime autem captivos habens, placebat suis, quasi egregius zelator Mauricæ religionis et dignitatis. Sancti illi quotidie consultabant in suis Mesquitis, qua ratione male facerent Infanti: qui vicissim quotidie pro iis orabat Deum, ut omnes miseratus, perduceret ad agnitionem veræ fidei.

qui sacrificulis pignori traditus

vexatur crudelius;

62 Numquam auditus est vel de ipsismet Mauris verbum unum asperum proferre: quin potius commendabat illos Deo, quandoque etiam dicebat suis:

nihil interim durius in illos loquens,

C Vos creditis vindicari de Mauris istis, male dicendo de ipsis: verumtamen dico vobis, quod si morerentur illi, qui vobis malefaciunt, succederent alii his pejores. Si autem vos vindicatis de persecutoribus vestris, quibus tamen noscere non potestis; non debetis expectare præmia, patienter sustinentibus præparata. Ut vos ostendatis probe catholicos atque pro fide pati; oportet oretis Deum pro conversione istorum infidelium inimicorum vestrorum: si enim Christiani essent, nihil nobis nocerent. Equidem vobis dico in veritate, non magis me affici quando canem me nominant, ac si Dominum et Regem suum appellarent; neque magis me deprimunt eorum vituperia, quam laudes exaltarent: neque enim desidero ab illis laudari aut honorari, sed, si placeret Deo, vellem inter ipsos liber vivere.

et suadens socios abstinere a conviciis

63 Itaque et malignitatem infidelium et negligentiam amicorum æqualiter excusabat: et quæ nobis videri poterant actiones injustæ, ipse in bonam partem convertens, omnium placabat animos, omnem odii fomitem removendo: quare minime graviter tulit se arctius claudi, occasione illius Mauri, qui venisse dicebatur, ut ipsum furtim auferret. Et quia Gadibus manserat famulus quidam Henrici Infantis, ab eo ut dicebatur missus cum legatione et D muneribus, ad tractandam ipsius redemptionem via pecuniaria; dicebant Lusitanos fraudulenter agere, qui ex una quidem parte simularent se velle pro eo Septam tradere, ex altera vero niterentur ipsum suffurari; et ideo se mutare custodiam et labores ejus; ut, quod antea fiebat securitatis causa, converteretur in pœnam. Interim nulla apparebat auxilii aut solatii spes: et vita ejus pendebat a dissimulatione custodum et Præfecti, quos mercator supradictus pecunia et muneribus lucrabatur, ut sinerent aliquid congrui alimenti ad captivos inferri. Nec enim diutius quam merces illa, durabat quædam barbarorum istorum compassio erga vinctos, quorum ipsi ærumnas non sentiebant; deficiente autem illiero tali, dicebant alii non esse sibi cordi, utrum aliquid daretur Infanti atque suis vel non; imo hos mereri ut pejus tractarentur, idque se facturos minabantur. Rex quoque Maurus et Regina, cum mulieribus aulicis, quæ antea solebant ipsos consolari atque in spem erigere, id nunc prætermittebant, et quasi ignotos pertransibant: adeo ut ab omnibus derelictis, deesset favor omnis, et abundaret angustia.

Idem arctius clauditur,

prætextu varios

et præciso omni solatio.

64 Sub hæc Maurus quidam attulit Lazaraquio epistolam, a Regina vidua D. Eleonora; per quam illa orabat D. Infantem, ut Petro Laurentio daret E Commendariam Helvensem, tunc vacantem: quam cum ille sibi legi fecisset, maledixit Christianis tamquam perfidis, qui ab Infante civitatem unam petebant, et pro ejus liberatione soliciti non erant: et lacerans epistolam, dicebat, nequaquam illam exhibendam Infanti: qui si poterat civitatem illam dare, melius illam condonaret alicui eorum qui secum erant in captivitate. Neque scio utrum barbarus iste, qui passim audiebat malignus et tyrannus, istud dicendo non intenderit confundere eos, qui bene sentiebant de Christianis tamquam hominibus probis, redarguendo injustam inter eos distributionem bonorum, quæ potius impendenda erant patientibus mala, quam commode et delicate viventibus. Quapropter mandavit arctius custodiri Infantem, ne quis haberet commoditatem ejusmodi litteras ad ipsum perferendi.

Augetur sævitia,

ex litteris Reginæ ad eum datis

65 Sic annus ille transiit; sequenti autem MCCCCXLI mense Martio advenit nuntius, narrans quod D. Ferdinandus de Crasto, appulisset Septam, ad eam tradendam pro Infante; et quod Licentiatus Gomesius Canus, cum Martino de Tavora, ibant Arsillam ad negotium conficiendum. Hoc ut placere sibi ostenderent Mauri, fecerunt captivos a catenis F solvi, Principio Maji appulit Fessam Judæus cum litteris Dominorum Legatorum, Arsillæ expectantium ut istuc adduceretur Infans, pro quo continuo udituri essent Septam, sicut pollicitus erat Maurus. Idem Judæus afferebat diploma ipsius Regis cum plumbeo sigillo, fidem faciens potestatis quam præd. D. Ferdinandus habebat istum in finem: quibus documentis adeo certis persuasi Mauri, præ magno favore concesserunt Infanti et ministris ejus, ut in cubiculum reducerentur; ea tamen conditione ut nemini conspiciendos aut alloquendos se darent, paneque et aqua contenti viverent.

Lusitanis Septam tradere paratis,

66 Sexto die post, festo videlicet Pentecostes, adduci fecerunt Infantem ad locum Concilii, jussum ad portæ introitum exuere calceos, eosque tenere manibus. Ibi consederat Lazaraquius cum suis consiliariis, proceribusque et officialibus, quorum alii fidem Christi ejuraverant, multique aderant alii Mauri atque Judæi: et interrogavit Infantem, utrum mallet per ipsum, an per alium, Arsillam deduci. Respondit ille, nihil sua interesse, unone an alio modo deduceretur, modo illi sincere vellent ipsum restituere libertati. Hoc dicto cœperunt alios longeque

simulant Mauri se velle Infantem reddere:

A longeque diversos sermones texere : ac tandem respondit Lazaraquius, nunc quidem non posse se ducere vel mittere Infantem : itaque eum a suo conspectu removit. Per viam excusserunt eum, scrutantes num quam epistolam haberet a Judæo allatam ; et significarunt, quod ea de causa ipsi invigilabant : sed non adeo prope Infantem accesserat Judæus, ut ei dare aliquid potuisset. Ipsum porro hac vice detinuerunt Fessæ usque ad Septembrem sequentem, quando illum accusarunt de pecunia ad Infantem allata deque modo ad præparandam viam fugæ quæsito, quæ aliaque plura confirmabant testibus falsis subornatis, non solum ipsi Judæo plurimam incutientes formidinem, sed etiam Infanti ac ministris ejus, cum multo plura multo ore carcerum, injuriarum et ærumnarum, quamdiu Judæus in Africa fuit.

Ipsumque rursus spoliant :

Lazaraquius expeditionem fingit,

XXVI 67 Mox vero jussit Lazaraquius Algaram, id est expeditionem, seriam (sicut eam nos diceremus) prædicari, et foras prodire exercitum, significans Christianis Regem ipsum processurum Septam, secum adducturum Infantem. Jussit etiam ut super Judæum Legatis scriberet, facerent quidquid Lazaraquius imperaret, homo bonus et verax in omnibus, cui ipse totum sese credebat : sed ex stylo

in eaque comitem trahit Infantem,

B pronum erat cuivis sensato intelligere, mentem Infantis : secreto autem ferebat Judæus destinatam ab illo, quid deberent Legati scribere in responso quod daturi erant. Dederunt etiam Lazaraquius, et Rex, Zallaque et Baqua litteras suas, quod si Christiani Septam traderent, contentum esse te recepturum Infantem : idque jurabant per veritatem legis suæ, ossaque patrum et avorum suorum, sub pœna amittendarum uxorum suarum. Cum his tam exiguæ firmitatis promissis discessit Judæus, jussus quam maxime posset accelerare reditum cum responsis. Et mox movit etiam Rex, cum exercitu et corporis sui custodia, unaque Infans cum suis. Et ipsi quidem Judæus equum dextrarium emeret ; quatuor autem jumenta, quibus fatigati socii veherentur, et imponerentur pelles de jumentibus substernendæ, et aliquid commeatus in viam, quam recta Septam institui debere significabant Mauri. Ecce quanta medela tanto Principi : victualia ; pelles, et panes pauci.

68 Discessum Fessæ est medio Septembri : et mox intellectum fuit in mari obiisse D. Ferdinandum de Crasto, quodque ejus loco Septam aderat ipsius filius Alvarus, cum eadem potestate. Quando

magno cum apparatu,

C procedebat exercitus, medium locum tenebat Rex cum magna pompa cymbalorum, tympanorum, tibiarum atque tubarum, multisque vexillis. Pompam præcedebat Infans et canes; et ante eum ministri qui pedites ibant, cum quatuor jumentis clitellatis ; quorum si cui subsistendum erat, sive adaquandi gratia, sive quia nequibat magis gressum accelerare, sive alia ex causa, subsistebat etiam ipse Rex toties quoties. Ad singula mansiones explicabatur tentorium per Mexuar, qui ipsis Metator castrorum est ; in cujus medio erigebatur cella lignea, intra quam singulis noctibus claudebatur Infans : insuper ad custodiam addebatur aliquis Prætorianorum, ex ordine ad id lectus. Ex quo enim illum in sua potestate habuerunt Mauri titulo obsidis, magni ipsum faciebant, propter lytrum quo redimendus erat : et quamdiu inter illos fuit, omnis ipsorum sermo vix alius erat quam de recipienda pro eo Septa.

ex spe grandis pro eo lytri :

69 Ita transierunt dies viginti et unus, semper circum Fessam ambulante exercitu ; nec plus quam tres leucas quotidie procedebatur. Interim allatum est responsum Christianorum Legatorum, a Judæo requisitum, cujus summa erat ; quandoquidem Lazaraquius non mittebat Infantem, sicuti promiserat ;

et Christianis ipsi fidere recusantibus,

non posse se tali principio fidere : neque tam imprudentes ipsos fore, ut civitatem commutarent cum aliquot frustis chartæ. Non magni ipsos facere Maurorum juramenta, et malle solum Infantem perdere, quam Infantem simul et civitatem : Regem autem Lusitaniæ conditiones poscere bonas et utrinque securas. Parum Lazaraquio placuit istiusmodi responsum, et dixit; Velle se conditiones istas videre, et visas contempsit. Nec mirum : non enim ipsi curæ erat Septa : jussitque ut legati transferrent se ad Regem Granatæ, quem mediatorem faciebat totius negotii. Misit autem ei Maurum quemdam, nomine Benazarnezium, ad significandum, quod omnino intendebat prius recipere Septam. Discessit Maurus iste una cum ipsis Legatis quam secretissime potuit: qui ita cum Lazaraquio agebant, ut parum abfuerit quin etiam munera ipsi offerrent. Rex vero cum exercitu Fessam rediit sub medium Octobris. D

EX LUS. JO. ALV.

simulat velle causam arbitrio Regis Granatæ subjicere:

70 Reverso se Fessam Rege, Infans cum suis retrusus fuit in eumdem quo antea locum, cum iisdem custodibus : et quia mercator iste, qui solebat aliquid pecuniæ et annonæ commodare, erat conjectus in vincula, suisque rebus omnibus spoliatus, Mosses Benguillarius, Thesaurarius Lazaraquii, ad ipsius ceterorumque sustentationem assignavit, in dies singulos quinquagenos, quasi regales sive denarios viginti monetæ Mauricæ : qui licet et plerumque eis non præbebantur, facultatem tamen dederant expendendi pecuniam, quam secreto forte accipiebant aut habere poterant : quamquam etiam alii duo Mercatores Genuenses, qui Fessam per cambiales ex Lusitania pro Infante pecuniam tradere debebant, similiter essent a Mauris spoliati. Tunc Fessam venit Xarifias Maurus, cum nuntio a Rege Granatæ, per quem Lazaraquio certiorem reddebat, seque vadem præstabat, quod si Infans traderetur Genuensibus nonnullis, quos nominabat, continuo reddenda ipsi Septa esset : ad hoc promittendum habere se obsides Genuenses duos, ad cautionem ejusmodi sufficientes. Xarifias iste Septa transierat, indeque adduxerat Joannem de Barca cum Infante locuturum. Nihil horum serio agebatur, ad dissimulandam tamen fraudem per Benazarnefium compositam, finxit Lazaraquius acquiescere se propositæ conditioni ; jussitque Infantem scribere Regi Granatensi, placere sibi quidquid ille egisset, juxta instructionem a Benazarnefio acceptam. Ita permissus est Joannes de Barca Infantem alloqui, et cum Xarifio discessit Fessa in die Natalis Domini.

E

ab hoc redit nuntius cum mandato recipiendi Infantem ;

sed hoc quoque simulabatur

CAPUT IX. F

Solatia ab Infante et sociis mutuo data acceptaque.

Ex multis argumentis cognoscebat Infans, ut erat ingenii perspicacis, quam dubia esset liberatio sua : et quamvis haud obscure id suis ministris significaret, non tamen id faciebat valde operose et distincte, ne illos exanimaret vel in desperationem conjiceret : sed quantum poterat, animare ipsos, inque spem bonam inducere conabatur. Licet autem subinde quasi extra se raptus videretur, per varias quæ se menti objiciebant calamitatum tormentorum species, prout facile indicabant lacrymæ atque suspiria crebra ; non tamen desinebat procurare ipsis quodcumque posset solatium. Etenim sic amabat omnes, ut verissime dicere posset, omnia secreta mea nota feci vobis, cum nihil sibi proprie retineret : quin etiam sæpe abstinebat a cibo, ut vescerentur illi ; dicens, quod melius id merebantur aut magis egebant : vestes etiam detrahebat sibi ut illos operiret ;

XXVII *Interim solabatur socios Infans,*

subtrahens sibi quo ipsos juvaret,

A

IX LUS. JO. XLV.

riret; et ex fartura pallii atque togæ suæ, vestivit tres omnino nudos. Ægrotantium habebat curam singularem, et suis ipse manibus aptabat pharmaca, cibosque porrigebat, dicens: Manduca istud amore mei: novit enim Deus, id quod ego comedo, vobis detrahi. Nullum autem majus solatium illi erat, quam esse cum illis, aut prope illos: quos et frequenter amplexabatur, interrogans quomodo cum iis inter labores ageretur.

et modis omnibus pro iis solicitus.

Cum autem ibant foras, jubebat illos salutari per Mauros aut Christianos, quos eodem ire sciebat. Numquam manducare volebat, nisi omnes adessent secum comesturi: et cum ad opus educebantur, præ magno quo tenebatur affectu, metuebat ne extremum illos tunc videret. Ipsi vero ab illo tantum recipiebant solatii, ac vicissim tantum illi dabant, ut viderentur absque invicem non posse vivere.

Grassante per sesquiannum peste,

72 Eodem tempore regionibus istis incubuit pestilentia ingens, quæ sesquiannum tenuit, sic ut aliquando die uno morerentur homines quadringenti aut quingenti. Consternatio populi erat ingens, ubique luctus et comploratio miserabilis. Quærebant aliquando Mauri, quid remedii haberent Christiani contra pestem: cumque audiebant, ipsos declinare loca in quibus grassabatur, irridebant ut stultos.

B

nemo ex illis afflatur.

Habebant ipsi preces quasdam et scripta Sanctorum nomina. Cruces quoque posuerunt ad ostia: et sic nec unum quidem eorum contagio afflavit. Multis etiam precibus orabat Dominum Infans, ut quos sibi dederat captivitatis socios præservaret: nec minus solicitus erat pro commorantibus ubi pari modo sæviebat lues: undique autem timores tanti incutiebantur eidem, ut vix ullam menti dare requiem posset.

Arsillæ moritur Joannes Gomez,

Interim per secretas litteras Arsilla didicit, quod istic ex peste obierat Joannes Gomezii de Avillar, et quod alii ibidem essent in magno timore, querentes quod istic sine fructu jubebantur manere, quodque Lusitani pro ipsis nolebant reddere filium Zalabenzalæ, quem obsidem tenebant.

et Fessæ lugetur ab Infante:

73 His acceptis vehementer contristatus Infans, cœpit Deo gratias agere, dicens: Nunc enimvero existimo, Domine, quod me in dilectis et electis meis castiges: verumtamem placeat misericordiæ tuæ non amplius illos ferire; sed in me convertatur ira tua: ego enim sum qui peccavi et flagella commerui: isti hic mea causa vincti serventur incolumes. Ita tam a domino quam a famulis deplorata fuit mors Equitis istius, in quo unusquisque suum intuebatur periculum. Atque hæc omnia secreto agebantur, ut a nemine exaudiri possent:

C

qui per litteras ejus ibi socios solatur,

illis autem qui Arsillæ supererant Infans rescripsit, quam mœsta sibi accidisset mors Joannis Gomezii, et quantæ curæ sibi esset periculum in quo versabantur: verum quod per se non stabat, quo minus inde dimitterentur: testem enim sibi Deum esse, quanto studio id cuperet: illos sic se commendaturum Regi, ut plus honoris et incrementi ab eo essent recepturi, quam ipse eis præstare posset. Quod ad Maurum attinet, quem secum non commutari dolebant, id quoque sibi culpæ verti non posse, qui sæpius id ipsum petierat fieri ac porro petiturus erat; licet prospiceret, eo facto impediendam suam propriam liberationem.

XXVIII

Alios 2 ibidem extinctos,

74 Sufficiebant ærumnæ et calamitates, quas istic ubi erat patiebatur Infans, ad consciscendam ei mortem, licet aliæ nullæ accederent novæ. Sed Deus qui merita materiam ei accumulabat, volebatque ut in captivitate Africana moriens, illustriorem sui memoriam relinqueret, quam si liber in regno vixisset; permisit ut intra mensem nuntiarentur peste extincti Arias Dacunna et Petrus de Atayde: quos in hunc modum planxit, dicens: Benedictus Deus, qui me fecit in hoc mundo nasci, majori in honore ac dignitate quam merui: sed novit ipse,

D

amare lugentem

quanto opere capiam assimilari aliis minoris conditionis, et quanto mihi fuisset gratius obiisse in aliis periculis ac morbis, quos sustinui; aut si placuisset illi, animam meam ad se recipere in castris ante Tingim, cum ceteris generosis sociis meis, istic per infidelium manus sacrificatis: sed peccator ego, indignus fui tanto bono, quo exemptus fuissem his omnibus malis, quæ mihi, et causa mea comitibus nunc meis, obvenerunt. Et conversus ad suos: Caro, inquiebat emistis amorem meum: melius fuisset vobis si me numquam cognovissetis. Verumtamen fiat voluntas Domini, qui ad hæc toleranda nasci me fecit.

solantur sui,

75 Sic lugentem consolabantur sui, dicentes: Merito quidem dolet tibi mors hominum nostrorum, dolebitque etiam nostra, quando Deo placuerit nobis eam concedere, si solum amorem naturalem sequaris: sed si consideremus, mortem istam esse in Dei obsequio, et nomen illustre parere, exultare potius quam plorare debemus. Quantum autem ad te pertinet Domine, sicut capaces sumus honorum et beneficiorum a Te suscipiendorum; ita animos et robur habemus, ad tolerandas quasvis afflictiones et pœnas; cum certum sit, præmia tam spiritualia quam temporalia non acquiri, nisi per multos labores: in hoc autem mundo non potest obtingere

E

nobis felicitas major, quam si memoria nostra fiat posteritati commendabilis ac gloriosa; gloria autem nulla potest esse major, quam quod te fuerimus in tot conflictibus comitati.

ad omnia cum ipso ferenda prompti:

Missas tamen facimus spes remunerationis temporalis, quam tui causa expectare possumus a Rege et fratribus tuis: magis enim nos oblectat fiducia firma paradisi, per vestra merita obtinendi.

quibus ipse optimo prælucebat exemplo.

76 Talibus suorum verbis confortatus, magis etiam animabatur eorum promptissima voluntate, quos intelligebat nihil aliud intendere, quam ut ipsi servitium aliquod vel solatium crearent. Ita transierunt dies dolorum ejus, quorum narrationem texere minus laboro, quam explicare virtutes heroicas, quæ in illo præcipue resplenduerunt. Cum enim omnia pro Dei amore toleraret, non patiebatur vel minimam sibi fieri mentionem illorum, qui ex istis laboribus educere ipsum posse credebantur aliquo magicæ artis invento, vel medio quocumque periculoso conscientiæ. Sed neque propter verecundiam vel humanum quempiam respectum cessabat unquam bene agere, et ex virtute operari. Contingebat subinde ut propter correctionem aliquorum, qui inter se rixabantur, amaris verbis contendentes, proferret

F

ipse duriora quædam: sed cum scandalizatos eos inde credebat, statim in genua se conjiciens, orabat sibi propter Deum ignosci, si eos contristasset aut movisset ad iram; eo quod intentionis suæ non esset, quemquam offendere vel levissime.

XXIX

Mauri, vivere Infantem in tot ærumnis mirantur,

77 Cum sic ex omni parte concuteretur sancti Infantis constantia, semper victrix; non dubitabant Mauri quin divinitus conservaretur ei vita; dicebantque inter se, infinita futura ejus merita, si Mauricam sequeretur religionem. Et quoniam audiverant, Christianos proceres admodum delicate enutriri; censebant fieri non posse humanitus, ut inter labores tam asperos quos ipsi imponebant, mors ei non accelararetur: sed servari eum aiebant divinitus, ut ad suam fidem aliquando transiret, aut ut per illum restitueretur Mauris Septa.

Lazaraquus decernit eum a sociis separandum,

Verum in animam Lazaraquii et consiliariorum ejus nullus cadebat commiserationis affectus: quia vexare eum et affligere quammaxime cupientibus, parum videbatur quidquid eatenus ei fecerant: ideoque studebant novos identidem modos eum tribulandi excogitare, tales tamen qui finem vitæ non adferrent; a

cruciatibus

A cruciatibus autem corporalibus abstinebant, ne lytrum ex eo speratum amitterent; multoque magis ne everterent totius Mauricæ nationis spem, omnium infixam animis, de Septa pro eo recuperanda. Cogitaverunt igitur nulla re magis affligi posse Infantem, quam si a sociis ipsum avellerent, quorum præsentia ipsum sic delectari noverant: non tamen consilium tale statim executioni mandarunt; sed differebant, quod intelligerent præcisam Granatæ compositionis viam.

ut affligat magis

78 Non latuit Infantem hoc eorum decretum: quare suos sic allocutus est. Tribulationes homini superventuræ, non possunt timendo evitari; sed præparari potest animus, ut levius eas ferat. Unum tamen est quod non possum non timere, ne separer a vobis, quodque nullo modo videor tolerare posse. Etenim paratus sum ad quasvis afflictiones in vestra societate perferendas: propter maximas utilitates, quas mihi affert conversatio vestra: quia si privor, solusque relinquar, totus deficiam necesse est. Nec opus est ut me quis doceat quomodo id possim tolerare, hoc enim melius quam quis alius novi: quanto autem clarius perspicio pericula mea, tanto B certior sum fieri non posse ut diu vivam separatus a vobis: hæc enim maxima pœna est, quæ mihi infligi a quoquam possit. Hoc autem vobis dico: quia scitis quod ego vos adduxi in hanc captivitatem, ut a vobis adjutus hanc dulcem haberem: elegi vos, quia vos reperi tam mei amantes mihique conformes.

quod ille noscens, testatur eis,

quam acerbum id sibi futurum sit;

79 Nihil mercedis retribui vobis, quia mecum Tingim accessistis; et postea quando mecum fuistis in castris, mirifice auctam sensi meam erga vos obligationem: et quamquam eorum multitudo, qui eisdem quibus vos periculis se tunc exposuerant, faciat minus videri meritum tunc vestrum; tamen in rigore conscientiæ nulla valet exceptio personarum; et pessima consuetudo male solvendi debita, debitorem non absolvit, quin ad justam solutionem præstandam teneatur. Clarius autem apparuit, quanta obsequia mihi præstiteritis et præstituri eratis, ex quo in hanc calamitatum communionem venimus: adeo ut nec satisfacere me vobis posse credam, si regnum adeptus singulos crearem Comites. Interim quotidie cumulatur obligatio ista per eum in quo nunc versor statum: crescentibus indies meritis vestris. Sed precor Dominum Deum et Virginem Mariam, qui animum meum norunt et sciunt meas necessitates, ut ipsi vobis remunerentur, meque absolvant ab obligatione tanta, quæ maxime me gravatum sentio: quidquid ultra C vobis debeo, id oro mihi ignoscatis propter Dei amorem. Porro pro eo quod vobis in hoc mundo debeo, oro, peto, mando, ut unusquisque vestrum, secreto mihi dicat, quomodo velit porro vivere, si Deus me hinc abstrahat: et ego vobis ejusmodi commendatitias scribam ad Regem Dominum meum et Dominam Reginam meosque Germanos, ut certi esse possitis quod vobis daturi sint ea officia et beneficia, quæ desiderabitis et meruistis, cum plena vestra satisfactione. Tantam autem in Dominis istis fiduciam habeo, in eosque omnes quibus aliquo consanguinitatis vel necessitudinis vinculo adstringor, ut nihil dubitem, quin pro amore mei vobis in nomine meo facturi sint et retributuri vobis, quidquid bene de illis hic merui, quia merita mea omnia vobis transcribo.

expendit eorum erga se merita,

et mercedem a Rege ac Regina promittit.

80 Hujusmodi verba tanto cum affectu atque ex XXX tam bona voluntate dicta, non potuerunt ab illis absque magno dolore et lacrymis audiri: sed quia non est æquum addere afflictionem afflicto, sic ei responderunt, Domine, nihil ambigimus de propensa vestra erga nos voluntate: rogamus autem loco præmii ut conforteris animo: in te enim consistit D omne bonum nostrum. Non permittat autem Deus, ut inter has angustias aliam mercedem a te postulemus: ea enim tam prompte obtulimus vitas nostras, etiam fortunas prompte impendemus. Satisfecit ea responsio Infanti, cœpitque omnibus valedicere: deinde addidit: Jam propter peccata mea sentio præmium quod mundus retribuit sequentibus se: nec velim ut voluntas quam habetis mihi bene serviendi vos decipiat, hoc tempore quo nullum malis remedium speratur. Valetis experientia quomodo negotium liberationis nostræ quotidie magis elanguescat in Lusitania; neque mirum foret, si omnino evanesceret per tantam dilationem: id quod vestra causa magis sentio quam mea: jam enim meipsum inter mortuos numero. Quin etiam vobis dico, idque certo testari potest vestrum unus, quod antequam ex Lusitania solverem, id totum præsagierim, atque ex tunc mihi persuaserim quod hinc evasurus numquam essem, nisi per maximum miraculum, quod ut pro me Deus faciat nequaquam mereor: vobis tamen id sæpius omisi dicere, ne vos affligerem.

Illis nihil mercedis se velle profitentibus,

EX ITS JO. ALV.

indicat nullam se spem libertatis videre;

81 Nunc autem vobis dico, ut habeatis me vobis futurum mortuum quam vivum. Directum heredem E nullum habeo, nisi vos quos æstimo loco filiorum: quidquid autem proprium habeo sic vobis relinquo, ut credam pro aliare quo fratres mei Dominusque meus Rex me prosequuntur, quod ipsum vobis totum impartituri sint. Et quia testamentum condidi priusquam ex Lusitania discederem, quo exonerarem conscientiam meam, super fiducia quam habebam cum Domino Rege fratre meo, cujus animam sibi habeat Deus, et ille jam defecit; volo iterum testamentum scribere, prout censeo fore ad majus Dei obsequium et exonerationem conscientiæ meæ: vos autem singuli idem facite. Ac primo faciamus omnes Confessionem nostram cum proposito recipiendi Sacramenta Communionis et extremæ Unctionis quandocumque poterimus, cum actibus vere Christianis: ut ita parati suscipiamus pœnam mortis. Id quod omnes mox fecerunt: itaque perseverarunt insimul usque ad mediam Septembrem, quando Benazumefe regem Granatæ cum dissolutione tractatuum: et rursum injectæ omnibus catenæ sunt.

eosque heredes suos optat,

et jubet quemque testamentum condere.

CAPUT X.

Cædes internuntii Mauri: de lytro tractatus irritus: Infantis in proprio gurgustio ærumnæ et exercitia pia.

Ineunte mense Martio anni DCCCCXLII, deductus F fuit infans cum suis ad locum Concilii, ubi erat Lazaraquius cum suis et quibusdam renegatis: non est autem Infans permissus intrare nisi discalceatus, nec pervenire usque ad tapetem in quo sedebant. Illuc adductus est Maurus quidam catenis vinctus, et paulo ante (ut videbatur) perquam bene flagellatus; dicebaturque esse Faqui Amar, nutritius quondam Infantis Ismael; quodque a diebus quindecim deprehensus esset cum chartis ex Lusitania, ad furtim avehendum Infantem Ferdinandum. Jusserunt autem coram se legi epistolam quæ erat Nutritii ad Infantem alumnum suum, significans quod fidere latori posset, quando alius nullus modus erat communicandi inter se. Post multos autem sermones dixit Infanti Lazaraquius: Juxta hujus Mauri relationem, jam decretum in Portugallia est, Septam pro te non reddere, neque hoc exigo: tantum pro te tuisque pecuniam sufficientem dent, ego Septam armis recuperabo. Respondit Infans, suam suorumque

XXXI Coram Mauro Infantis causa flagellato,

remittit Lazaraquius restitutionem Septæ,

A rumque redemptionem individuam fore: omnes enim esse famulos suos, nec quidquam possidere præter id quod ipse eis largiebatur. Post multam vero altercationem super eo negotio, promisit Infans quinquaginta millia duplarum et quinquaginta mancipia Maurica. Cœperuntque expendere tantam exilitatem lytri, ac dicere, quod una platea Septensis civitatis pluris æstimabatur. Tunc cœpit Lazaraquius Infanti comminari, ac dicere; Jam saltem dicere non poteris, quod Mauri sint causa laborum tuorum: quandoquidem gens tua, atque Christiani, eo te compellant. et quoniam illi ostendunt quam parvi te faciant, videbis imposterum quanti ego.

EX LUS. ET ALV.

et ille pro se suisque lytrum definit:

83 Continuo autem cœpit quæstionem instituere de Mauro, qui ante ipsum captivus stabat. Et quia in epistola dicebatur, quod conditio et industria ibi proposita, erat ex consilio Reginæ et Infantis, quemadmodum videret ex alia epistola ad omnes scripta, quam epistolam dicebat Maurus per oblivionem fuisse in Lusitania relictam, flagellari illum fecerunt tam prope Infantem et socios ejus, ut flagellum aliquando ipsosmet attingeret, significando idem ipsis esse expectandum. B Postea lapidationi adjudicatus est Maurus, abductique cum eo sunt duo ex familiaribus Infantis, qui adessent quousque moreretur; fingebant etiam quod ipsos quoque erant occisuri: deinde autem etiam duos alios sustulerunt, velut mox jugulandos: idque eo modo, ut omnino serio agere viderentur. Postea misit Lazaraquius renegatum, qui diceret Infanti, et eis qui cum ipso erant, Præparate vos omnes, quia Dominus vobis nuntiat, quod ita fiet vobis, sicut factum est socio illi vestro, qui venit ex Lusitania ut vos furtim abduceret, jamque lapidibus obruetur. Respondit autem Infans, quod numquam Deus sibi daret talem socium, Maurum, sicut ipsi erant. Jusserunt ergo de medio suorum tolli Infantem, et foras sic abduci ut illi rescire non possent, quo: unde magnus illos incessit timor, ratos adesse vitæ suæ finem.

quo, ut exili, spreto,

iterum flagellatur Maurus,

eoque lapidato similem mortem captivi timent

84 Qui Infantem abduxerant, posuerunt illum in quadam domo ipsius Masmorræ, ibique secreto cœperunt de lytro paciscendo agere usque ad noctem; quando Infans ipsis promisit centum et quinquaginta millia duplarum, et centum quinquaginta captivos; cui conditioni simulabat se Lazaraquius acquiescere. Interim etiam Infantis domesticos aggrediebatur, si forte ab ipsis quoque lytrum aliquod C extorqueret metu ac minis: sed quantumcumque niteretur, adducere numquam potuit quemquam eorum, ut promitteret quidpiam. Ast omnes permanere se dicebant in eo quod Infans antea dixerat: neque se posse dicere aliquid, quod ille pro ipsis non dixerat. Facta nocte reducti sunt illi quatuor Christiani, quos antea abduxerant; et omnes undecim magnam noctis partem junctim duxerunt: quando ipsos recludi jusserunt in quadam Alaquisiæ domo quæ est veluti castellum carceris.

Infans auget oblatum lytrum.

85 Totam istam noctem vigilavit Infans: nihil etiam sciebat de suis, nec hi de illo; quod utrisque magnæ afflictioni erat et timori. Interrogabat quidem ostiarios Infans; sed etsi forte verum dicerent, non audebat eis credere. Ad augendas vero illius angustias, totum illum diem mansit Lazaraquius in area Tarecenæ, jubens aptari clitellas camelorum et præparari agasones, nec unquam recedebat ab ostio Masmorræ, neque permittebat ut vel ipsi ostiarii Infantem viderent, aut ei panem et aquam darent. Quamquam autem in tanta penuria ibi ageret, magis tamen cruciabatur, quia quidquid loquebatur Lazaraquius videbatur esse contra Christianos, et audiebat ipse sonitus catenarum. Aliquando D etiam opinabatur se audire præconium exercendæ justitiæ quasi de reis: seque prosternebat in genua ad orationem: deinde manibus sublevabat catenas suas, ne sonitum darent: et accedebat ad quoddam foramen cratium, indeque prospiciens considebat. In hac anxietate transactus illi totus dies est: sub noctem vero attulerunt panem et aquam, unde valde parum sumpsit. Sequenti die sensit se valde male habere: quod cum duo ex ostiariis ad ejus domesticos retulissent, ei aliquid cocti miserunt. Tertio die tulerunt unum ex ipsis ad laborandum in Tarezena, qui modum reperit alloquendi Infantem. Quem ubi hic vidit, intellexitque sanos omnes esse, tantum inde gaudii sumpsit, ut oculi ejus perfusi sint lacrymis, et genua flectens, sublatis in cœlum oculis gratias egerit Deo; dicens, quod numquam tam læta nova acceperit. Cunctosque multum salutari jussit, orans ut pro suo amore sumerent animos, tantumdem se illorum gratia facturum: quodque ipse hac comesturus esset quidquid sibi daretur ad vitam prorogandam, quandoquidem ipsi per Dei misericordiam adhuc erant in vivis.

XXVII

Et separatus a suis, valde angitur,

vivere autem eos intelligens

se ipsosque animat ad tolerantiam:

86 Tunc decretum a Lazaraquio ejusque Cabis et Faquis est, ut Infans sequestraretur a suis: non quidem ut affligeretur magis, sed (sicuti prætexebant) securitatis majoris ergo, ne fugeret. E Interim dum aptabatur locus in quo claudendus erat, detinebatur ille in palatio Regio, in terrea quadam domuncula, ubi erant latrinæ Eunuchorum, excubantium ad ostium Bembuzigari; estque in ambulacro quod ducit ad portam Mexoaris. Nulla ibi erat fenestra aut lucerna, adeoque per totum diem nemo illac poterat ingredi absque candela: nec amplior erat locus quam opus erat uni homini, requisita naturæ facienti: atque hic erat sedile, supra quod Infans dormiebat. Hoc in carcere posuerunt illum quarto die separationis suæ media nocte: mansitque ibi solus mensibus quindecim, quoadusque obiit.

denique inclusus cuidam angustæ latrinæ,

87 Ipsa nocte qua ex Masmorra deduxerunt Sanctum ad carcerem prædictum, domesticos ejus ad ipsius Masmorræ domos transtulerunt: quibus gravissimum fuit Infantem istic non invenire, unde eum suspicabantur jam obiisse. Similiter et illi nox ista gravissima fuit: mane autem, cum ad eum ingressi ostiarii sunt, repererunt valde debilem; quapropter accersiverunt medicum. Hunc ille intuens vultu tristi, ac si nihil amplius spei superesset, dixit ei: F Quod maxime timebam et semper deprecabar, nunc mihi accidit. Quoniam ergo Deo placet, ut tam infeliciter finiam vitam, sit ille benedictus. Verumtamen oportet ut me præparem, velut is cui non diu manendum hic est, sed alia via citius ineunda: utque disponam omnia, quatenus [illegible] sim rebus supramundanis. Ordinet finem meum Deus ad animæ salutem: nam corpus habeo jam pro mortuo. His aliisque sermonibus nihil poterat respondere medicus, eo quod tantopere ad properandum urgeretur: dum tamen ostium attingeret, mandavit ei Infans, ut suos omnes multum salutaret, eisque diceret, quantam pro ipsis solicitudinem gereret, ex qua mors sua etiam gravior sibi futura erat.

XXVIII

invenitur valde debilis,

sese ad mortem disponere,

88 Hoc intellecto mandavit Lazaraquius, ut ministri ejus appararent ei cibum, unusque eorum dumtaxat illos inferret. Regula autem quam Infans medico præscripsit hæc fuit, ut feriis singulis secundis et quartis, nulla caro sibi aut quod carnem saperet inferretur: insuper ne quid familiaribus diceret de sua abstinentia, ne quis forte eam impedire niteretur. Item si quem illorum contingeret mori vel ægrotare, ne id sibi dicerent, aut quidquam renuntiaret infaustorum novorum, si qua forte ex

sub magnæ abstinentiæ regula, ultro assumpta,

Lusitania

A Lusitania afferrentur, de Rege aut fratribus suis, vel proceribus aut populo. Nihil etiam sibi dicerent eorum quæ possent animam ad iram vel odium cujuscumque stimulare. Interim quamdiu istic fuit, tam asperam ibi vitam tamque abstemiam egit, ut vix credibile videri cuiquam possit.

XXXIV *Pro eo anxii socii,*

89 Magno cum mœrore expectabant domestici et fideles famuli, quod de suo domino renuntiaret medicus, magisque desiderabant audire ejus mortem, quam tantas pœnas in ejus expectatione sufferre. Quamquam enim mors terribilium omnium terribilissima, et acerborum acerbissimum esse credatur; ipsis tamen debebat videri dulcis, qui toties eam haberent præ oculis, ut amplius non formidarent. Lazaraquius autem, ut magis eos affligeret, mandavit ut exinde quilibet eorum decem jumenta curaret, utque occuparentur jugiter in officiis laboriosissimis [illegible] posset invenire; nec requies eis daretur ante noctem, contra morem Maurorum, quibus consuetudo est ab hora Vesperarum cessare ab opere. Neque curabat ut opus aliquod necessarium vel utile facerent; sed hoc deficiente, jubebat stercora ab uno in alium locum ferre, vel saxa aut ligna frangere, nullam denique quietem ipsis concedi. Item ut quisquis Maurus illos præteribat, colaphis percuteret aliterque vexaret; quod si quis verbum asperius reponeret, quin-[illegible] pede aut [illegible]; tantis autem laboribus [illegible] sustinere vix possent, [illegible] crederent eos sibi intolerabiles fore, [illegible] causa fieri, quam ut penitus conficerentur. Quando cum exercitu procedebant Mauri in campum, relinquebantur illi in carcere, tibias inclusi trunco, collumque ac manus catenis graves. Victus eis destinatus erat octava farinæ, quam comederent uti volebant: et subinde dabant illis escam, quæ Cuscus dicitur, quando ea ab aliis [illegible].

laboribus enormibus gravantur,

durissimeque habentur.

B

90 Eodem tempore imperavit Lazaraquius Infanti, ut scriberet in Lusitaniam, exigi pro lytro quadringenta millia duplarum et quadringentos captivos Mauros: quodque videre vellet quantum pro illo promitterent. Sub finem autem quarti mensis quo a [illegible] segregatus, venit ex Lusitania responsum, quod attenta enormitate pretii postulati satis appareret non agi serio: nihilominus offerri quinquaginta millia duplarum, et, si forte [illegible] transigi posset, mitti Arsilam Legatos, [illegible] et Ferdinandum Ruyz, Equitem collactaneum Infantis, cum quibus tractaretur de lytro, quod utrimque videretur æquum. [illegible] commutandum cum Gomezio de Silva, Petro Ruiz, et [illegible]. Ad harum litterarum lectionem advocatus fuit Infans, cui Lazaraquius multas [illegible] et convitia dixit, Canem ipsum nominando, et multis comminando: et quia in litteris ex Lusitania [illegible], [illegible] reduci ad carcerem, quousque [illegible] veniret. Venit autem Fessam intra tres menses, sed propterea nihilo plus promotum est in negotio Infantis, cujus domesticis multæ contumeliæ sunt [illegible]. [illegible] Lazaraquius jussit, jubens ut [illegible] barbis et capillis eorum prolixos [illegible], et [illegible] infringerent, [illegible] Agite, satellites, date hos canes [illegible] istis, mutuoque se verberent: sic enim tractant ipsi Mauros. Idque deinceps per vices fecit iterari. Eodem mense adducti fuerunt captivi septem Christiani, ex iis qui speculam Septensem custodiunt: pro qua victoria magna fuit tota urbe lætitia, expositaque labara sunt, et quotidie in urbem veniebant

Lazaraquio 400 millia duplarum petenti et Mauros 400,

offeruntur 50 millia:

C

redditur frustra obses Maurus:

vexantur socii.

accolæ et peregrini ludos facturi ante palatium Regis. Id autem faciebant ad dissimulandam cladem, a Septensibus acceptam, qui multos ex cohorte Capitanei Burussii, illuc excurrere ausos, occiderant læserantque. D

91 Quanto tempore D. Infans vixit in isto carcere, cœnavit raro, idque tam parce, ut jejunare dici posset: sæpius etiam quasi comedens os movebat, sed quod sumpserat expuebat, dicens, se nihil manducare posse: vel id quod appositum erat, mittebat captivis infirmis, vel aliter egentibus. Multis promissis corroborabat Christiana ibidem mancipia in sancta fide, ne ab ea deficerent, sicut eo mortuo defecerunt sex vel septem ex illis. Noctu diuque habebat accensam lampadem, quam et ministri sui multo cum labore et diligentia fovebant: habebat etiam penes se grandem librum papyraceum in forma Breviarii, ubi descriptæ erant multæ devotæ preces. Continuo orabat vocaliter, genibus ambobus humi flexis: simili etiam modo dormiebat, unde ipsa genua multum ei occalluerant altumque protuberabant, non sine notabili incommodo. Tota ejus ibidem occupatio in oratione frequenti consistebat, postquam distinebatur pediculis pulicibusque captandis. Quando volebat alicui suorum loqui, corrumpebat pecunia custodes, qui ipsum secreto introducebant tempore [illegible], [illegible] terram [illegible] cujus [illegible] ruderibus cujusdam [illegible] ruinosi, uno solum pariete Infantem ab ipsis separante; et ad hoc habebant facultatem a magistro operum: videbantque et alloquebantur ipsum per foramen, quod ipse ab intro fecerat, extracto, quem identidem reponebat, latere.

XXXV *Infans, multum jejunans*

et orans flexis genibus,

E

cum suis furtim agit per foramen occultum;

92 Quot hebdomadis [illegible] adibat illum Confessarius suus, manebatque cum eo quantum opus erat: duabus autem vicibus ibi fuit [illegible] nocte usque in auroram, quando absolvit eum a culpa et pœna, per Indulgentiam Martini V *a* et Eugenii IV, a singulis datam semel in vita. Tanta ei affluebat copia lacrymarum ab oculis, ut lacrimarum anguli atque genæ, per quas illæ fluebant, inde adustæ cernerentur, prout omnibus videntibus manifestum erat. Explicari autem non potest, quantum recrearetur videndo aut alloquendo suos, quos inter omnes [illegible] catenarum. Et quoties suis loquebatur, dicebat semper: Pro Dei amore, ignoscite mihi labores et molestias, quas mea causa patimini. Quadam autem vice [illegible] tem suam, alloquens tres eorum, per foramen istud, explicavit ipsis animi sui propositum his verbis:

confitetur quot hebdomadis,

lacrymatur copiose,

F

93 Significo vobis tamquam [illegible] filiis meis, quod maxima voluptas, qua possem in hac captivitate frui, esset manere vobiscum, et exire ad communem laborem absque ullo discrimine: [illegible] tantum inde [illegible] rum gaudium, quod multum præferrem ipsum regno Portugalliæ. Imo (testis mihi Deus est, quod non mentior) solum tribus de causis optarem vivere, primum ut vos remunerarer et satisfacerem sicut [illegible] erunt: quod [illegible] sic fiet, sicut fieret a me, prout in similibus casibus experiendo didici. Secunda, ad Christianos animandos, ut hasce regiones debellent: idque non [illegible] propter mala quæ [illegible] nam quidquid [illegible] Mauri, accepto tamquam a [illegible] salvationis meæ. Tertia, ut persuadeam Regi Domino [illegible], ut Christianos [illegible] captivos satagant liberare, et ex [illegible] ac spiritualis misericordiæ: id quod ego si possem, facerem absque eorum impendio ulteriori: nece-

[illegible] a se [illegible] optari

tribus solum ex causis, valde piis,

A rem id etiam melius quam alius quivis. Pro istis solum tribus causis, non autem pro aliquo gustu meo, desiderarem adhuc diutius vivere : novit enim Deus, quantum me teneat hujus mundi tædium.

EX LUS. IO. ALV.

94 Sæpe contingebat, ut mulieres Mauricæ Palatinæ venirent usque ad portas ejus loci, ubi Infans jacebat, ibique cantabant quidquid veniebat in mentem, et ab ipso volebant audiri, cum videre non posset. Quamquam autem non intelligebat Arabicam linguam, multorum tamen verborum sensum utcumque capiebat, indeque affligebatur; nec raro ins[illegible]rgebantur mendacia, eum in finem conficta. Exe[illegible]li causa, Nunc Mauri nostri Septam interceperunt. Nunc Comitem *b* [illegible], et cum eo plus quam mille Christianos. Eodem tempore allatus est nuntius, quod Joannes Infans, *c* Sancti germanus, obiisset : et talia continuo cum faciebant ad portam illam audire : sed ipse suspicabatur hoc quoque ipsas mentiri, maxime cum adderent hunc esse Regem *d* qui Tingam [illegible]. Et quia subinde Mauri addebant, tota Lusitania non esse hominem [illegible] neque grandiorem *e*, quam Rex ille qui Tingim expugnavit; imaginabatur sibi S. B Infans, ipsos eum mortuum fingere, cui male volebant : sui autem semper ipsam celabant mortem Infantis Joannis.

XXXVI vexatur mulierculatum ad fores cantilenis.

c malorum rerum nuntiis.

d

e

ANNOTATA D. P.

a *Obiit Martinus V anno* 1431, *cui suffectus Eugenius IV vixit usque an.* 1447 *: credibile est tamen ipsum statum atque [illegible] est, fuisse ab Infante adhuc in Lusitania agente [illegible], ut decessoris gratiam ipsi faceret [illegible].*

b *Puto intelligi Gubernatorem Septæ, qui tunc forte fuerit unus ex patruelibus sancti Infantis, quos num. 15 [illegible] externam militiam aspirasse, præsertim* Ferdinandum Comitem Araydensem, *expeditionis [illegible] socium.*

c *Obiit Joannes iste anno 42 ætatis et seculi, teste Vasconcelio; qui eum laudat, ut* Principem insigniter prudentem, mirifice affabilem, impense boni communis amantem.

d *Nempe ut fecerat eorum pater* Joannes Rex *: quæ a [illegible] ab imperitis confundi [illegible] filio ejus [illegible] nominis.*

e *[illegible] suspicatum Infantem, hæc intelligi [illegible] suo fratre* Infante Henrico, *qui mirabilem fortitudinem probaverit primum in occupanda cum patre Septa,* C *deinde in nupera obsidione Tingitana.*

CAPUT XI.

Extremus sancti Infantis morbus, conspecti in visione Sancti, pius obitus, lamenta sociorum.

Adveniente mense Junio anni MCCCCXLIII, appropinquabat etiam tempus, quo Deus decreverat finem imponere sancti Infantis calamitatibus; cum hæ scilicet gravissimæ jam essent, nec amplius tolerabiles. Sabbato igitur, eoque primo mensis die, cœpit Princeps diarrhœam pati, cum tanto cibi omnis fastidio, ut nullum omnino introsumere posset. Altera die invaluit morbus, multoque magis Feria secunda, quando multo magis debilitatus apparuit. Id cum intellectum a domesticis suis est; tres eorum præsumpserunt palatium ingredi, tamquam eo vocati ad aliquid operis faciendum. Cum autem venissent ad portam ubi Infans jacebat; audierunt ejus suspiria veluti hominis deficientis ; deinde propius admoto ore, dixerunt ; Salvet te Deus, Domine, qui vales ? Eos ille interrogavit, quinam essent : cui ipsi, Ergone tam grandis tua infirmitas est, ut nos non agnoscas? antea nos dignoscebas ex solo strepitu catenarum, et nunc nec voces quidem internoscis? Tum ille, ignosci id sibi petiit, tantam enim morbi violentiam esse, ut pene mentem sanam abstulerit. Sed ite, inquit, [illegible] Regi ac Reginæ, ut pro me intercedant apud Lazaraquium ; quatenus me ex his tenebris ereptum eo ponat loco, ubi curari et juvari possim. Et sane ita defecerat, ut qui ægre se posset sublevare ad necessaria naturæ.

Anno 1443 1 Maji Infans diarrhœa labo[illegible] incipit;

D

et tres ex suis ad Regem ac Reginam mittit pro laxiori custodia;

96 Facile est [illegible] quam [illegible] hæc mandata acceperint illi, quæ videbant non absque præsenti vitæ periculo impleri posse : vicit tamen omnem metum amor, quo ferebantur erga Dominum suum ; cujus morbum gravius sentiebant quam periculum suum. Locuti sunt ergo Regi, Reginæ, et sorori Regis, quia hæc erat Lazaraquii uxor primaria : sed alium nullum responsum acceperunt, quam, Dicite, ut animis [illegible], seque [illegible] ut melius [illegible] : nos enim [illegible] facile [illegible]mus. Quotquot ex Præfectis [illegible] boni et ho- E nesti videbantur, ad palatium venientes, audire cogebantur illorum querelas de tanta crudelitate. Dum autem misericordiam postulabant [illegible] nimis [illegible], tantum ejus egenti : multi cum lacrymis se conjiciebant in terram [illegible] osculando pedes ac manus : sed nec apud hos quidquam proficiebant, quibusdam dicentibus, Quid nostra id refert? [illegible] nostro super [illegible]? Aliis [illegible], Novit Deus, [illegible] nobis videatur quod faciunt, quamque id male nos habeat ; verum [illegible] facere possumus. Erant etiam qui exprobrando dicerent, Date nobis Septam, et statim major gratia Regi vestro fiet.

sed frustra id fuit.

ubi et querela apud Præfectos,

97 Interea supervenit Præfectus Dalæzem, Lazaraquii intimus, cui similiter indicarunt Domini sui deplorabilem ac miserabilem statum. Verum etiam hic auditis illis cœpit econtra vociferari et [illegible], dicens: [illegible] canes, existimatis, nos [illegible] homines [illegible] posse salvare Regem vestrum? [illegible] hic [illegible] Deus velit, ipse Regem vestrum occidet aut salvabit. His [illegible] ignominiter [illegible] inclementer dictis abegit illos a se, repulsa tali afflictissimos. Tandem [illegible] Præfectum illum, sub cujus erant custodia ; orantes ut Domino suo significaret, quam prope Infans abesset morte. Hic non [illegible], quam ut suo custodis officio faceret satis, nuntiavit quæ audierat. Verum F non propterea quidquam levaminis vel auxilii datum est, aut aliquid melius consueta portione ; solum permiserunt ut medicus ad ægrum ingrederetur, cumque eo maneret, et simul alii [illegible] ex Christianis quibus opus foret : itaque tertia feria [illegible] usque ad quartam.

cum opprobrio excepti :

tandem tamen ægro medicus et ministri pauci indulgentur

98 Feria quarta, una ante auroram hora, [illegible] Confessarius, qui una cum medico assistere ægro diu noctuque cœperat, surrexit in pedes, exploraturus an dormiret Infans : respiciens autem in ejus vultum, conspexit magnam abinde procedere claritatem, speciem oris hilarem ac jucundam, oculos vero plenos lacrymis atque intentos in cœlum. Cœpit ergo magna cum admiratione interrogare, semel, bis, ter, utrum dormiret : ad ultimum autem [illegible] respondit Infans, quod bene eum audiebat. Neque voluit Confessarius ultra eum interrogare, satis intelligens, quod loqui non cupiebat : sequenti [illegible] cubitum retulit, quoad mane facto ostium portam reserarent. Tunc Infans vocavit Confessarium medicumque rogavit ut tantisper exiret ; [illegible] autem Confessario sic locutus est : Tu hoc [illegible] interrogasti me quid agerem, et ego nihil respondi : nolebam

XXXVI

[illegible] interessus etiam Confessarius,

sub [illegible] sigillo intelligit,

A bam enim ut quis alius nos audiret. Nunc autem mihi polliceberis, quod veluti in Confessione dictum accipies, quidquid tibi dicam: nec alicui in hac captivitate revelabis, sed tantum postquam in Lusitania fueris, vel videbis supra hoc meum corpus recipiendum procedere quidpiam, nisi forte aliud exigat major Dei et Deiparæ gloria.

visam ipsi Deiparam

99 Tunc cœpit illi narrare ut sequitur. Duæ horæ ante auroram sunt, quod jacens ego, atque considerans angustias hujus mundi, et gloriam Beatorum, cœpi sentire magnum in corde solatium, et desiderium hinc abeundi. Interim defixi oculos in parietem istum: vidique contra me Dominam quamdam, sedentem in sublimi throno, cum majestate magna, circumdatam multis personis formosis ac splendidis; statimque cognovi, quod ipsa esset Virgo Maria mater Dei, peccatorum patrona et advocata; meque coram ea in genua posui: quando aliquis ex illa societate dixit, Obsecro, Domina, ut miserearis hujus servi tui, qui tantopere tibi servivit, teque honoravit in hoc mundo. Vide quam diu affligatur; et precare filium tuum, ut finem ponat tantis ejus ærumnis. Offero tibi, Domina, pro illo preces meas:
B quia mihi devotus est, placeat tibi efficere ut nobiscum ponatur. Hoc audito intendi oculos in eum, et vidi quod altera manu bilancem, altera crucem teneret, cum quibus symbolis Christiani solent pingere Archangelum Michaelem; et intellexi ipsummet esse quem Deus per ejusmodi signa cognoscendum mihi dabat.

et Ang. Michaelem pro eo orantem,

100 Mox etiam vidi alium post eum, qui similiter genua flexit, habens altera calicem, altera librum apertum, in quo legebam initium Evangelii secundum Joannem, In principio erat Verbum: unde eum sine hæsitatione cognovi, et dicentem audivi: Eia, Mater et Domina, compatere huic servo tuo mihique devoto, neque sinas diutius eum torqueri: tempus enim est ut nobiscum consideat in convivio cœlestis gloriæ cum istis fratribus nostris. Ad horum duorum supplicationem, quos solos distinguebam a ceteris, audivi Virginem Mariam, quæ blando ac gratioso oculo me intuebatur, quod ipso die decederer ante ipsos: quo dicto disparuit, et tu me cœpisti alloqui. Magno solatio mihi fuit ejusmodi visio: neque dubito quin veraciter sim hodie discessurus ex hoc mundo. Talia ubi audivit Confessarius, cœpit plorare et laudare Deum, animando Infantem, eo quod prius illi sanitatem bonam Deus redditurus
C esset. At ille, levatis in cœlum manibus; Istic, inquit, [illegible] est; et omne bonum meum est quod [illegible]turus sim tantam beatitudinem, quantam dat Deus famulis suis. Quinam potui, Deus meus, commeruisse, ut gloriosa Mater tua, cum [illegible] societate, ad me visitandum veniret, meque [illegible] redeundum de tua gloria? Quis sum ego peccator, cui tantam, Domine mi, facias misericordiam? [illegible] tribulationes hujus sæculi [illegible]quam sunt ad minimam tuæ gloriæ particulam. O, anima mea, quantum lætari debes in Deo tuo, qui [illegible] et pro labore brevi æternam tibi det requiem? Domine, si vides, tam cito meruisse me pretium [illegible] fuerit voluntas tua, sic fiat.

[illegible] cum S. Joanne Evang.

quorum precibus illa annuerit

101 Sub hæc ingressus medicus cibum ei intulit: [illegible] solis. Deinde secessum habuit Infans absque ullo [illegible] Tum ille: Ergo fac Confessionem generalem. Et hanc integre fecit
D Infans, cum protestatione fidei; ac brachia complicans, cum commemoratione passionis Christi, Virginisque Mariæ et Sanctorum omnium. Recepta autem absolutione plenaria in articulo mortis, convertit sese in latus dextrum, dicens: Nunc mori me sinite. Nec ultra locutus, absque ullo motu vel situs mutatione, animam reddidit Creatori, in æternum victuram. Cum in hoc articulo versaretur Infans, indicata res Lazaraquio est: qui non pluris hoc fecit, quam si alius quilibet moreretur. Verumtamen mendax lingua ejus non potuit omnino tacere ejus laudem, quin præsentibus diceret. Si inter canes renegatos Christianos boni aliquid est, iste qui nunc obiit ipsum habuit: qui si Maurus fuisset, propter virtutes quibus excelluit, mereretur censeri Sanctus. Scio quod numquam mentitus sit: ego certe nullam unquam ex ore ejus falsitatem audivi: et quoties noctu misi qui specularentur quid ageret, inventus est semper genuflexus orare: dicunt præterea, quod præter virtutes quas habuit alias, virgo vixerit, nec unquam mulierem cognoverit. Certe natio ejus magnum sibi contraxit peccatum, quod eum siverunt ita hic mori. Ita ille, probans virtutes Infantis adeo certas manifestasque fuisse, ut ipsimet adversarii ejus æstimare eas possent, et ipse dicere cum Propheta, Inimici nostri sunt judices.

generaliter confitetur, et expirat.

Lazaraquius mortuum laudat ut Sanctum.

E

Deut 32, 3.

XXXVIII

102 Quia autem profunda nox erat, jusserunt Confessarium et Medicum claudi intra carcerem, cum corpore mortuo, usque ad alterius diei vesperam: quando illud supra tabulam collocatum portari fecerunt ad domum Masmorræ, quo convocati ejus domestici a loco ubi laboraverant, viderent ipsum eximi catenis: interim vero apparabantur funes aliaque necessaria ad catenas solvendas. Ipsi autem qui, licet adhuc viverent, poterant mortuis comparari, propter toleratas ærumnas, sicut æquus rerum æstimator facile per se intelliget; in terram prostraverunt sese, pavimentum capitibus ferientes, et ante virtuosum hunc Infantem, quem videbant defunctum, deponentes barbas et capillos, genasque percutientes, et manus ac pedes Domini sui deosculantes. Membra ejus tam flexibilia erant, quasi adhuc spiraret, vultus autem angelica prorsus hilaritate renidebat. Non poterant aliquamdiu tempore quidquam loqui, dolore et planctu linguam impediente, postquam vero fari potuerunt, fatigati plangendo, denuo proruperunt in lacrymas, simulque dixerunt.

Ad corpus catenis eximendum adducti socii,

103 Recessit a nobis, quem habebamus pro patre ac domino: cum eoque defecit fortitudo nostra, et [illegible] est deliciosa nostra societas. Elongatus a nobis est custos noster: neque jam possunt in[illegible]. O D[illegible], quam magno nos onere liberas, sed non sine maximo dolore nostro, quos relinquis peregre periclitantes. [illegible] quam decipere voluisses. Patuit hoc in Tingitana [illegible]

[illegible] Dominum,

[illegible] illis [illegible]

Ex Lus. Jo. Alv.

A maneres securus in navibus; et respondisti, quod numquam a castris esses discessurus, nisi omnes recederent; quodque etiam cum minimo remaneres, socius mortis ac vitæ.

104 Quomodo igitur non indicasti nobis mœstis et desolatis, inexpectatum illum tuum et clandestinum discessum? Quid periculi erat in eo nobis manifestando, cum versemur in hac captivitate? An forte metuebas ne vestram sic augeres afflictionem? Non utique: quia ad tribulationem quamcumque sufficiebat tibi animus: qui magna cum fortitudine teipsum dedisti in manus infidelium, quando te obsidem petierunt pro salvando exercitu Christianorum. *tam sibi necessarium,* Non deerat tibi tunc ratio evadendi, cum esses inter tot Proceres secundus ductor exercitus et classis, tam bono milite septus et tutus: et si decertandum armis fuisset, poteras inter primos subducere te, nisi pro salvandis aliis necessarium fuisset te manere: quamquam tanta erat infirmitas et ægritudo tua, ut dimitti nequaquam debuisses. Sed ardor iste divini amoris, qui semper æstuabat in corde tuo, nec umquam restingui poterat; non permittebat te declinare pœnam ullam vel laborem.

105 Domine, si pro filiis alienis pignori te obtulisti, B ad eos salvandos; quomodo nunc non salvas eos, quos dicebas te habere pro filiis propriis? *seque ab eo sic desertos queruntur,* Quod si orabas Deum pro morte tua: quare non etiam petiisti nostram; ut tecum abduceres hos infelices orphanos, et undequaque desertos, quos pro consolatione tua deberas esse tecum? Si nos spiritualiter non deseruisti, quomodo temporaliter derelinquis in hoc statu famulos tuos? Quisquis te oderat, nos etiam odit: et qui tui misertus non est, multo minus miserebitur nostrum. O summe Deus! quam asperum fuit desertum istud, per quod nos duxisti, post illam luminosam columnam, numquam declinantem a bona ac salutari doctrina: per quam nos sustentasti inter inimicos nostros, et liberasti a tantis periculis atque infirmitatibus. *ante obtentam libertatem* Cur ante obtentam libertatem, sinis mergi nos in mari tantarum angustiarum? Obscura enimvero et tenebrosa nox fuit, quæ nobis subduxit tantæ claritatis lucem. Quo duce nunc transibimus tam periculosum vadum? ad quam pharum intendemus oculos nostros? unde nobis robur et alacritas ad perpetiendas ærumnas nostras? ubi nunc est spes promissorum nobis præmiorum? O Domine, cum quanto gaudio venimus ad hos carceres, prospiciendo finem laborum, C per quem venturi eramus ad requiem, ubi blande curarentur vulnera nostra. Omnes spes, omnia bona nostra, conversa sunt in opprobrium et lamentum.

CAPUT XII

Cadaver Infantis exenteratum suspensumque de muro: sociorum fortuna: Lazaraquii exitus

XXXIX Necdum mœsti illi plangendo se exsaturarant, quando ad portam domus, in qua jacebant, advenerunt Mauri quidam cum mandato Lazaraquii; *Defuncti corpus exenterare jussi servi,* qui mox atque illuxit, et orationem matutinam finierat in sua Algema, extra urbem veterem; consilium iniit de corpore Infantis, quod vivum numquam desierat cruciare, quomodo pergeret illud persequi post mortem, quam posset maxime inhumaniter. Dixerunt autem Mauri ministris ejus: Mandat vobis Dominus noster, ut aperiatis corpus Regis vestri, eximatisque omnia viscera et intestina ejus, ipsumque condiatis sale, infarciatisque musco et lauro sicca, quam vobis adferimus. Facile viderunt D desolati illi serio agere infideles, atque eo spectare, ut quando propositum suum non fuerant ex vivo consecuti, consequerentur ex mortuo: *recusant id facere:* interrogarunt tamen ad quid juberent aperiri corpus illud: illique responderunt, ut conservaretur, usque dum natio sua impleat quod pacta est. Tunc ipsi dixerunt: Quantum ad nos pertinet numquam illi aperiendo manus admovebimus, decretumque habemus firmiter potius perpeti mortem. Agnoverunt tunc Mauri rationabile non esse quod exigebatur, neque voluerunt ultra contendere, eoque pœnam ipsorum augere; et donec accerseretur Christianus alius qui impleret mandatum istud, portam post se clauserunt.

107 Tunc omnes ad iterandos planctus redierunt, *et Mauris exprobrant crudelitatem in eo exercitam* exprobrantes Mauris, quod adeo inclementer occidissent Principem, adeo innocentem, tantæque bonitatis, pro quo maximum lytrum obtinuissent, si illum servassent et conservassent: nunc autem per ignorantiam ipsum amiserant: nam a se nullum expectandum fructum, nisi quod in se possent explere crudelitatem, quam fuerant in Domini morte exorsi. Deinde addebant: O Domini Infantes, si usque modo clausas habuistis aures ad humilem supplicationem, quam vobis intulimus, referendo ærumnas hujus vestri afflictissimi fratris; nunc saltem non E possunt corda vestra perpeti et dissimulare injurias, inter quas obiit. O digna et honorabilis fama, pro qua obtinenda tantum laboraverunt antiqui! vos autem vivitis, et parvipenditis inquinare gloriosum librum vestrorum monumentorum? O qui tempore in castris fuistis, promptaque voluntate obtulistis bona atque possessiones vestras, ut vita vobis servaretur; nolite per Deum vos ingratos ostendere erga eum, qui ipsam vobis dedit; atque pro vobis brachia tendens, se tradidit in manus suorum vestrorumque inimicorum. Verum quis posset explicare omnia, quæ illi in sua tribulatione dicebant? Tunc flexis genibus abstraxerunt catenas de tibiis Domini sui, et posuerunt eas circa corpus ejus, in quo videbantur sibi habere auxilium et refugium.

108 Interim adductus est quidam Christianus, *Illi exenteratum ipsum,* Beja oriundus (Pacem-Juliam putantur antiqui dixisse) qui corpus aperuit; et ipsi recollegerunt intestina studiose servanda: ac postea ejecti sunt foras ad labores consuetos prosequendos, quamvis jam prope esset solis occasus; donec venirent Christiani captivi, adferentes herbam qua corpus exenteratum infarcirent: F quo facto imposuerunt illud tabulæ, tuleruntque extra portam civitatis, ubi tibias constrinxerunt fune, per quem ipsum in caput versum suspenderunt de pinnaculo muri, Christianos vero reduxerunt in carcerem. *de muro urbis in caput suspendunt,* Hæc crudelitas ubi innotuit famulis, non potuit æqualis pœna ipsis inferri, nisi omnes circa Dominum suum suspendissent: itaque ingressi sunt in domum Masmorræ, ubi jacebant sequestrati a captivis aliis: datum est autem illis spatium cœnandi, priusquam in carcerem retruderentur.

109 Tunc intestina, cum corde et visceribus reliquis, *Socii intestina collecta abscondunt,* quæ conservaverant in grandi patina figlina, acceperunt ac bene salierant; atque in fovea, quam fecerant in angulo domus, diligenter cooperta sepelierunt: deinde vero post decem dies composuerunt supra foveam tabulas aliquot per modum monumenti, quas operuerunt tapete cum Cruce alba: largiendoque portariis aliquid, obtinebant quotidie facultatem, ut redeuntes a labore suo, simul cum Clerico suo ibi recitarent Officium defunctorum cum tribus lectionibus, Dominicis autem et Festis cum novem: *et ad ea quotidie orant* habebantque ibi etiam thus cum candelis et aqua benedicta. Atque hoc duravit ipsis per decem menses, quoad captivis ceteris commixti fuerunt et monumentum

A numentum destructum. Tunc illa quam occultissime potuerunt prædictas reliquias effoderunt et transtulerunt alio, ibique fuerunt usque dum redimeretur Joannes Alvari, hujus Chronicæ auctor.

XL Indicto publice festo

110 Feria erat quinta et nocturnum tempus, quando corpus ita suspensum fuit : sequenti autem die feria sexta, jussit Lazaraquius apparari Regem cum omni festivo apparatu, ad procedendum orationis causa versus Algemaam Alcora, quæ est in urbe veteri ; sicut transiretur per locum ubi corpus pendebat : jussitque edici per præconem ut omnes venirent ad spectandum. Quando igitur e custodia educebantur captivi ad laborem, impossibile erat eos protegere ab infinita quæ confluebat multitudine, ac prata eo pervenerat. Simili modo extra extraque muros, valla ac turres, plena [illegible] erant [illegible] : cum non sufficiebat videre corpus [illegible] tam de[illegible], sed videbatur ultimus se vindicare de ipso, cum alii petras jacerent, alii cespites; quidam [illegible] expuerent, et verbis [illegible] injuriosis [illegible], dicentes : Iste est Rex renegatus [illegible] Mauros [illegible]. O [illegible] gentem [illegible], [illegible] ! Alii dicebant [illegible] proposito venerunt pugnare contra gentem, a qua nihil [illegible] Regem [illegible] Rex et Lazaraquius, quem Deus [illegible] corpus [illegible] per castellum [illegible] et tunc venerunt [illegible] suos.

et populo ad spectaculum collecto ac blasphemante, B

procedit Rex cum Aula,

111 Interim equitabat Rex, cum Lazaraquio suisque Præfectis, et tota aula quam Mazaganiam [illegible] autem transibant per locum ubi corpus erat, dictum est [illegible] terram se deferrat, [illegible] Rex [illegible] Alcoram [illegible] legis Christianæ. Sub vesperam quoque processerunt [illegible] dium eo loco ubi corpus erat, duravitque festum istud usque ad noctem. Porro ipsum sic mansit [illegible] supra quas collocarunt sarcophagum eumdem, juxta pinnas murorum, ad portam Zalabenzalæ, ubi diu stetit, et per ipsum Dominus fecit multa miracula.

hus talem spectaturus C

XLI Et hinc et aliis etiam ab aliis contempti,

112 Tanto odio Mauris erat nomen istius Infantis, ejusque ministri tam dure tractabantur; ut non solum Mauris, sed etiam Christianis aliis contemptui essent, ab eisque affligerentur : et qui antea, vivente adhuc eorum Domino, ipsos a laboribus excusabant seque ad eorum obsequia offerebant ; [illegible] subtrahebant se illis, accusabantque et allegabant rationes, ad suum arbitrium conficta, [illegible] deberent æque laborare ac eorum [illegible] et si interrogabantur, an pertinebant ad Christianum illum qui fuerat suspensus, impudenter negabant : adeo ut illi sic undique afflicti, numquam auderent [illegible]. Denuntiavit eis etiam Lazaraquius, quod numquam pateretur eos redimi, sed volebat omnes in catenis mori. Ergo qui eatenus a ceteris captivis distincti habebantur, in carcere et victu atque labore, imposterum cum aliis atque cum jumentis, indifferenter producebantur ad vilissimos quosque labores. Erant

e quibus nuntiatur ut numquam redimendi,

autem jumenta quæ curabant circiter trecenta quinquaginta, quibus omnibus [illegible] destinata [illegible] Christiana mancipia duntaxat [illegible] sex. Sed missis faciamus labores quibus erant destinati, et morbos quibus obnoxii : memorabile [illegible], quod quamdiu vixit Infans, nemo illorum ægrotaverit, mortuus nullus sit : deinde [illegible] Didacus Delgado, et mox Joannes de Luna, ac Magister Martinus, tum Ferdinandus Ægidius, et Joannes Laurentius : aliqui autem eorum salvi perstiterunt, alii vero evaserunt ex magnis et periculosis morbis. D

Ex his 10 [illegible] quorum mox 4 moriuntur

113 Quia autem crudelitas Lazaraquii [illegible] mortis fuit Infanti atque ministrorum [illegible] sillam, quando illi dominabatur Bubuquer frater Zidaly [illegible] veniretur sequenti mane, idque Lazaraquius intelle[illegible] et alterum qui inter flagellandum invocarat S. Mariam de Guadalupe, jussit raptari usque ad littus maris, ibique ambos jugulari. Sequenti die deprehenderunt Christianum fugitivum, cui jussit perfo[illegible] raptari circum castra : noctu autem illum posuerunt [illegible] næ, verso in terram capite, manus autem confixerunt clavis ; itaque pendentem dimiserunt per no[illegible] quem [illegible] transfixerat.

Lazaraquius Arsillam obsidens,

sævit in captivos Christianos,

E

114 Quia autem Deus gravissime punit peccatum crudelitatis, nullatenus ipsum dissimulans, conti[illegible] laqueum, in quem ipse caderet. Cum deliberaret, [illegible] habebat, dictum Graceloy, fraus designata in caput ejus decidit. Fingens enim se ire Cafilletam, locutus est [illegible] volens amicos assumere, quibuscum ipse Abdemu[illegible] Illi manentes in tentorio Alarabum, eo tempore quo Lazaraquius secure prandebat, ipsum crudeliter occiderunt : itaque recepit mercedem suorum facinorum : judicet autem lector ex relatione vitæ, con[illegible] possit [illegible] [b]. F

dumque alteri Mauro insidiatur [a]

ipse proditorie occiditur.

115 A [illegible] xerunt anni sex; et ex novem [illegible] sumpsit, mortui fuerunt Magister Martinus, Medicus ejus; Ferdinandus Ægidii, [illegible], Joannes Laurentius, hospitiorum designator; Joannes de Luna, [illegible] responsis, homo Germanus, qui defecit ad Mauros, ex persuasione quorumdam Alvercanorum, et Alvercæ commoratus est. Joannes Alvarez, Secretarius ejus, commutatus fuit ex mandato Domini Petri Infantis, cum Mauro quodam dicto Faqui Guisnaym ; et Joannes Vaz, coquinæ præfectus, cum Mauro quodam quem habebat Joannes de Lisbona, nomine [illegible] : et illi ex captivitate [illegible] anno [illegible]. Postea autem [illegible] Septam et Arsillam, cum lytro quod requirebatur pro Joanne Ruiz, [illegible] et Petro Vaas Capellano ejus; [illegible] et pro jam dicto Joanne Ruiz dederunt octo Mauros; pro Petro autem Vaaz, Capellano, Mauros duos et Mauram unam.

Post 6 [b] annos mortem et unus defecionem

redimuntur alii quinque,

ANNOTATA

A

ANNOTATA D. P.

a *Addit Ramos* : qui erat caput habitantium vallem Focensem.

b *Acta hæc videntur circa annum* 1458, *antequam Rex Alfonsus primam contra Mauros expeditionem suscepit, qua Alcacerum expugnavit ; ad quam recuperandam bis frustra exercitum duxit Rex Fessensis, nomine jam verosimiliter Lazeraquio : et, sicut Vasconcellus scribit*, spe recuperandæ arcis destitutus, *dimisso exercitu*, in suam se ditionem, dolore tabescens, recepit. *Vixit tamen usque ad annum* 1471, *quando Arsillam et Tingim idem Alfonsus obtinuit, si Roman recte computat Imperium Benimerinorum, quorum ultimus hic fuit, ab an.* 1212 *ad* 1271. *Narrat autem idem, quomodo* [illegible] *hominem pertæsi Mauri, contra eum Xarifum quemdam elevarint in regnum, a quo nova series Regum ducitur, qui Benjotaros se dixerunt : et addit, eodem tempore emisisse Mauros, quidquid habebant reliqui in Hispania : itaque* [illegible] *contra sanctum Infantem exercitam.*

B

CAPUT XIII.

Miracula post mortem. Translatio corporis in Lusitaniam.

Nono imponitur sarcophago corpus, totum flexile,

Quando in sarcophago posuerunt corpus sancti Infantis, quinto post ejus mortem die, inventa sunt omnia ejus membra tam flexibilia, ac si vivus esset, nec ulla inde se dabat fœtorem : itaque composuerunt ei brachia in formam crucis, et posuerunt supra [illegible] viridis [illegible], quam intra sarcophagum aptaverunt. Res autem fuit notatu et admiratione digna, quod quamdiu ibi positus fuit loculus, aves, quæ magno numero dormitum veniebant ad pinnas murorum, prout indicabant eorum stercora; inde statim receperunt se, nec ibi amplius quieverunt, nec aliquam immunditiam ibi reliquerunt, qua parte sarcophagum prædictum muri respiciebant, una utraque ulna; id quod ab omnibus animadversum, cunctis erat admirationi; cum iis videretur hoc fieri ex reverentia erga corpus Sancti.

ad illud cavent accedere aves,

117 Vigiles et circuitores nocturni, certis per hebdomadam diebus, circum sarcophagum tantam lucem videbant, ut non possent in illam intendere

nocturna specie lumen,

C oculos, neque discernere unde lumen istud procederet.

118 Renegatus quidam Oliventia oriundus, cum extra civitatem esset, vidit eamdem claritatem, in [illegible] ipsam sanctum Infantem in forma columbæ, cum vultu humano, quem optime dignoscebat : quia sæpius in vita locutus ei fuerat. Testatus que apostata [illegible] est, quod videns Infantem in tanta gloria, motus fuerit ad flectendum ei genua, orandumque ut ipsum reduceret in viam salutis, et quod Infans vultum avertens, responderit; Redi in viam quam dereliquisti : itaque ibi obdormivit usque in auroram diei sequentis.

apostatæ apparet Infans in gloria,

119 Maurus quidam ex Barbaria, cum altero rixatus, duo accepit vulnera, unum in capite et alterum in [illegible]; venitque Fessam ex vico suo apud [illegible] depositurus : cum autem [illegible] nox erat, et clausæ portæ. Ergo ad muri [illegible] se composuit [illegible] sarcophago, [illegible] corpore [illegible]. Mane autem [illegible] cum fasciam capitis [illegible] vulnus [illegible] influxe- [illegible] cicatrice [illegible]. Interrogarunt eum quomodo id

Maurus sanatur,

accidisset : et ipse ostendit quomodo sub sarcophago dormiverit, jusseruntque eum tacere. Sed multi ipsum id dicentem audiverant, affirmabantque id aliter fieri non potuisse, quam quia Infans in articulo mortis habuerit voluntatem suscipiendæ fidei Mauricæ. D

120 Certum est quod multi infirmi ac febricitantes sanitatem recuperaverint attactu terræ, in quam stillabat adeps *a* illius sancti corporis : et similiter sanitatem conferebat bobus et animalibus male habentibus. Hinc illo loco, unde talis terra sumebatur, facta est fossa satis grandis. Id autem fiebat quo tempore Fessæ erat corpus ; idemque fortassis etiam nunc ibi fit : quandoquidem et locus et terra adhuc supersint.

a
item infirmi multi, tam homines quam bestiæ

121 Septæ contigit Religiosum Franciscanum, nomine Fr. Gonzalvum, in ecclesia S. Jacobi audire confessionem cujusdam Clerici, illuc advecti Roma a Jubilæo *b*, et ad mortem decumbentis; eique dicere, ut confideret meritis sancti Infantis Ferdinandi ; qui inter Mauros multas ærumnas sustinuerat et in Catholica fide mortuus erat. Post discessum autem Fr. Gonzalvi, Clericus ille, memor consilii sibi dati, cum multa devotione Sanctum invocavit; et statim surrexit sanus, venitque ad monasterium; ubi prædictum Fratre m invenit [illegible], et miraculum in se factum narravit. E

d
Septæ sanatur Clericus æger ad mortem,

122 Ulyssippone contigit cuidam bono viro, graviter infirmo, cum neminem haberet qui sui curam gereret, audire Fr. Rodericum, Prædicatorem *c* Domini Jesu ad S. Dominici, narrantem, quantum sanctus Infans passus fuerit; tantamque in ejus meritis concipere fiduciam, ut nocte quadam cubitum concedens, se illi devotissime commendarit, itaque indormiverit. Mane autem tam sanum se reperit, ac si nihil incommodi habuisset. Cumque sexta quadam feria Fr. Rodericus concionaturus esset; vir ille, qui pœnitens ejus erat, narravit ipsi miraculum in se factum, et Fr. Rodericus idem in concione divulgavit.

alius Ulyssipone,
c

123 Prima Junii anno MCCCCLI ad S. Irenes appulit Joannes Alvarez, ubi tunc erat Rex D. Alfonsus, V hujus nominis, et nepos sancti Infantis. Hujus ille cor atque viscera, et intestina exempta corpori, secum attulit in capsula lignea, intus atque aforis convestita Damasceno nigro, cum limbis et clavis inauratis. Rex autem prædictus jussit, ut Joannes Alvarez, et Joannes Ruiz collactaneus Sancti, deferrent Reliquias istas Bataliam, ad monasterium S. Dominici, Dominæ nostræ a victoria cognominatæ, ubi est sepulcrum sancti Infantis duorumque Infantium fratrum ejus, in regiam capellam, quam sumptuosissime construxerunt D. Joannes I bonæ memoriæ, et D. Philippa Regina eorum parentes. Cumque in viam se dedissent, invenerunt [illegible] *d* Infantem Henricum, Gubernatorem Ordinis equestris a Christo dicti, alterum sancti Infantis fratrem, qui alio iter intendebat. Sed jussis converti jumentis, una cum prædictis ivit ad monasterium supra nominatum : ibique fecit poni ipsas Reliquias quam potuit honorificentissime, super altari [illegible] sepulturæ suæ, cum facibus et candelis [illegible]. Tum imperavit Matutinas cani, cum Missa plurimorum Martyrum ante auroram : erat autem [illegible] feria v et IX *f* Junii.

An. 1451 allata Infantis intestina,
F
d
a [illegible] D. Henrico

124 Absoluta Missa ordinata est solemnis [illegible] cessio ; et [illegible] Joannes Alvarez aperuit capsam, et coram omnibus [illegible] Reliquias : [illegible] obserasset, tradidit clavem D. Henrico, qui mox ipsam commisit Priori monasterii Bataliensis. Apertum est deinde sepulcrum ; et Infans [illegible] in genua ante Reliquias ; [illegible] sumpsit in manus, atque in processione portavit

f
[illegible]

hac

A hac funda[illegible] locavit in sepulcro, supra scamnum holoserico rubro vestitum. Inde vero recessurus iterum genua flexit, ipsaque osculatus, jussit sepulcrum claudi: [illegible] qui processionem fecerant, cantantibus Responsorium *g* Martyrum. Posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes Sanctorum tuorum bestiis terræ: effuderunt sanguinem Sanctorum tuorum [illegible] aquam in circuitu Jerusalem, et non erat qui sepeliret, cum Versiculo suo et Oratione de Martyribus. [illegible] D. Infans celebratum [illegible], ad istud [illegible] altare, quotidie [illegible] Missa, donec Rex capellaniam perpetuam ibi fundasset, in memoriam virtuosi istius Domini *h*.

Et in sepulcro illius collocantur. *g* *h*

i 125 In loco Pernes *i* [illegible], ut [illegible] cujusdam uxori, in una manuum, grande tuber nasceretur, tantumque excresceret, ut [illegible] impediret [illegible]. [illegible] Beatrix Canes, [illegible] Alfonsi Ribeiro, [illegible] remedium esset; suggessit illi, ut devoto corde commendaret se sancto Infanti D. Ferdinando; spondens, id si faceret, experturam auxilium a Domino. [illegible] Sancti [illegible], promissa [illegible] in honorem ejus. Mane autem facto, tuber evanuisse invenit, [illegible].

Grande in manu tuber, *Infante invocato, curatur*

B

126 Testata est etiam [illegible] Beatrix; quod, [illegible] sancti Infantis, [illegible] dixit, [illegible] ad [illegible]. Mensurans autem [illegible] ei fuerit iterum metiri quod supererat, et invenit [illegible] sepultus *k*.

Tot cum in ejus nomine pauperibus erogatum, *nihil minutum invenitur.* *k*

C

ANNOTATA D. P.

a [illegible]

b [illegible] an. 1450 [illegible]

c [illegible]

d [illegible] Christi [illegible] S. [illegible] monasterio [illegible]; non in [illegible], sed [illegible] latere, sic ut [illegible] ista loca tranquillam faciunt: consulto [illegible] illuc se contulerunt isti duo Equites, ut cum Infante Henrico [illegible] de Regum [illegible] translatione.

e [illegible] Rex [illegible] Infantes [illegible] propria monumenta cum altari, secundum [illegible] ætatis disposita, dum scilicet omnes adhuc viverent: [illegible] Infantes duo, non [illegible] alia fuisse quam Alfonsus, [illegible] Braccara [illegible] tumulatum [illegible] cit, et Joannes, *Magister equitum S. Jacobi fratri Ferdinando præmortuus, ut supra vidimus*.

D

f *Festum SS. Principe Fernandi talem soleat Missam requireret, et habetur in Missali Romano,* Sapientiam Sanctorum.

g *Hujusmodi Responsorium, in Romano, Eborensi, atque Prædicatorum Breviariis [illegible] pro festo Sanctorum Innocentium.*

h *Rursum* [illegible], quod [illegible]. In eodem altari, ceterorumque Infantium fratrum [illegible] Missæ; et in altari patris, etiam [illegible] Officia [illegible] in Commemoratione fidelium defunctorum, cum [illegible]. Officia autem sancti Infantis D. Ferdinandi, [illegible] [illegible] Officium [illegible].

i *Locus Pernes* [illegible] *B* [illegible] 5 [illegible] 4

k [illegible] Sancto se commendantes sanitatem receperunt, hodieque [illegible] multas gratias Deus [illegible] istius: in cujus sepulcro foramen est, per quod fideles intromittunt cannam quamdam, ut contingat illud [illegible] immittunt; ac veluti sanctificata eo tactu, pro Reliquiis devotissime servant. *Hæc ille. Roman etiam sequens miraculum addit, sed non scribit unde.*

B talienses Religiosi plures, sancto invocato sanantur

Traduo postquam Sancti infantis corpus positum fuisse [illegible] et pone me sub eo. Cumque intelligeret se esse ubi [illegible] guttas aliquot ejus humoris, qui stillabat de corpore [illegible] tenere se fidem istius Christiani. Quotquot illic [illegible] operatus Deus, per merita sancti infantis: idque [illegible] condemnatione, accersito judici eum tradidit; mandans, ut [illegible]. Interrogatus [illegible] dixisse, magnanimiter et animo Christiano respondit, credere se, [illegible] tumeliam *Cidique Fri*, id est, Dominum Renegatum. Ille autem mortuus est, constanter profitens eam fidem,

Cæcus, humore ex Infantis sepulchro stillante illuminatus, *Christianam se profitetur,* *ideoque trucidatur.*

F

[illegible]

ab ipsis Mauris Sanctus habitus.

A fidem, in qua Sanctus obierat. Ipsi Mauri, post finem tam sanctum, fecerunt ei solemnes exequias; et supra sepulcrum ejus, quod ipsi prope Fessam novum extruxerunt, ædificaverunt quoddam quasi eremitorium, coopertum tegulis albis et ceruleis: postea autem super eumdem locum sæpius viderunt multam claritatem: nec dubitari potest, quin baptismum aquæ suppleverit baptismus ignis, id est spiritus Sancti: uti dici potest baptizatus in suo sanguine.

APPENDIX HIER. DE RAMIS

De corpore relato ex Africa in Lusitaniam.

Regis Mauri nepos

Post mortem virtuosi Infantis D. Ferdinandi, cum perseverarent Mauri in sua pertinaci duritia, qua corpus illius detinebant in porta Fessensi; permisit Deus, ad augmentandam gratiam et meritum Sancti, ut Reliquiæ ejus ac totum corpus transferrentur in regnum Portugalliæ, hac quam narrabo via. Fessæ Rex habebat domi suæ juvenem nobilem, suum ex fratre aut sorore nepotem, annorum septemdecim, B boni ingenii moribusque probum. Hunc ille non magno habebat in pretio, neque promovere curabat; metuens, ne aliquando [illegible], quem videbat familiaribus suis omnibus esse carissimum [illegible]. Cum autem Mauri, exiguæ virtutis suæ sibi conscii, natura sint diffidentes; verebatur etiam [illegible] Rex, ut crederet ab eo idem timendum sibi, quod multis ante ipsum acciderat in sua natione; ideoque nepoti multum [illegible] gravis esse cœpit. Sic mutatum erga se animum Regis miratus adolescens, nulli sua, cujus quidem conscius sibi esset, culpa; numquam ante eum voluit amplius comparere. Cumque die ac nocte alia nulla cura agitaretur, nisi de modo quo factam sibi injuriam ulcisceretur; venit ei in mentem, id se consecuturum, si posset furari sarcophagum sancti Infantis cum corpore: vix enim aliud esse quod molestius Rex ferret.

illi suspectum se esse dolens,

sublato sancto corpore Arsillam profugit,

128 Hoc apud se definito, consilium cepit cum duobus captivis, quomodo cogitata in opus deduceret; sperans se id perfecturum, auxiliante suo Propheta Mahomete. Christiani vero, ea re intellecta admodum læti, non dubitabant, quin ex Dei C voluntate talis animus Mauro esset injectus: cumque eoque definiverunt, quod obscura quadam ac pluviosa nocte furarentur sarcophagum, cumque eoque Arsillam profugerent, quæ jam tum erat in potestate Christianorum: ubi magna cum solennitate processionaliter receptum fuit sacrum pignus; moxque decretum, quod esset in Lusitaniam transvehendum. Ad hæc nepos Regis Fessensis dixit, quod ipsemet vellet eo officio fungi erga Lusitaniæ Regem, quandoquidem cum hac intentione exposuerat se periculo tanto, quantum erat corpus istud Fessa auferre. Cum ipso autem in viam se dederunt nobiles aliquot, ducentes secum duos illos captivos Christianos, unaque nepotem Regis, bene instructum ad iter ab apparatu equestri, atque in comitatu habentem duos valentes Mauros *a* Marzaganos. Deo autem misericorditer favente, appulerunt feliciter in sinum Ulissipponensem: unde statim, ex consensu omnium, unus ex captivis expeditus est ad Regem Alfonsum, relaturus rem gestam.

inde in Lusitaniam

a

ubi instituta processione

129 Lætanter acceptus homo ille est, per eumque certo constitit, ipsa quæ advehebantur esse ossa sancti Infantis: idemque remissus ad portum est, cum mandato ad nepotem Regis Fessensis et comites ejus, ne se commoverent; quia Rex ipse volebat illuc venire, et patrui sui ossa excipere. D Mandavit autem, ut continuo per totam civitatem et circum illam, publico præconio omnes invitarentur, ad processionem, qua afferenda in civitatem essent, ossa catholici sanctique Infantis Ferdinandi, qui inter Mauros obierat. Ejusmodi nuntium ita commovit omnes, ut certatim Ulissipponem festinaretur. Quo cum convenissent omnes Prælati, Episcopi, et Archiepiscopi cum Clero, sicut solet fieri in die Corporis Domini; sed cultu majori plebis undiqueaque excitæ numero, per vicos et plateas divite apparatu exornatas usque ad ecclesiam Metropolitanam, Rex cum filio Principe D. Joanne, totaque aula ac nobilitate, multaque lætitia et devotione, processerunt usque Bethleem *b*; quo cum pervenissent primi, adhuc in porta S. Catharinæ erant ultimi, propter nimiam procedentium multitudinem; ubi præparatus erat magnificus suggestus, divite instratus tapete cum multis cereis. *c*

usque Bethleem

b

obviam habet Regem;

130 Jam Regis Fessensis nepos in terram descenderat, cum transmarina nobilitate, sarcophago sancti Infantis circumfusa; qui omnibus adhibita genibus Regis, manus ei deosculatus est, præeunte Principe Mauro; quem Rex magno cum in ore E excepit, nec pati voluit ut sibi manum oscularetur: tantumdem fecit Princeps Joannes filius ejus. Tum Rex sarcophagum, impositum humeris suorum honoratiorum subditorum, subsequi cœpit cum magna devotione, non sine piis multorum lacrymis. Sic ventum est ad portam S. Catharinæ, ibique depositum fuit [illegible] feretrum super eo quem dixi ornatissimo suggestu: et cœpta est prædicatio, verbis tam apte compositis, ut uberes elicerentur lacrymæ, audientibus laudes tam virtuosi Principis; ad quas deducendas orator pro themate sumpsit verba Psalmi cxvii, Benedictus qui venit in nomine Domini. Concurrebant omnes ad feretrum, et cum licentia Regis osculabantur sanctas Reliquias; ignavusque reputabatur, qui accederet ultimus. *d* Sermone autem finito, resumpta processio est, multo cum majori devotione, quam cœpta erat; quousque Metropolitanam attigerunt, ubi feretrum sacrum repositum est loco ad id præparato, inchoataque sunt divina Officia cum magna solennitate.

qui sarcophagum excipiens humeris,

Ita tandem in Metropolitanam.

d

131 Persolutis honoribus sancto Infanti debitis, recepit se Rex ad civitatis Curiam, prope ædem S. Dominici cum Principe Joanne; ibique cœpit in loco Nundinarum ludus [illegible], pulcherrimo ordine; in quo Fessensis Regis nepos tam generose F præclareque se gessit, ut eo spectando multum oblectaretur Rex. Timens tamen ne ei sinistri contingeret aliquid, jussit ei dici, ut dignaretur ludo excedere: multum enim doliturum sibi, si quid ei contingeret mali. Cui Maurus responderi fecit, Osculari se manus Celsitudinis suæ, pro hac sui memoria: ceterum non existimare se, quod a tam bonis et honoratis Equitibus damni aut dedecoris aliquid evenire sibi posset: [illegible] se eo lusu oblectari. Noluit ergo Rex ulterius prohibere, sed lusu finito multum honorem eidem habuit, dixitque, pro magno obsequio habiturum se, si pro sui amore vellet fieri Christianus, accepturus uxorem, unam ex principibus aulæ suæ, quamcumque eligeret. Respondit autem Maurus adolescens, cum multa gratiarum actione, omnino constitutum habere se regredi in Africam, ad Regem avunculum. Quod licet Rex Alfonsus ferret dolenter, dixit tamen quod optaret compensare beneficium sibi factum, quacumque in re ipsi magis placeret.

e

Sequuntur hastiludia

et multus honor habetur Mauro:

132 Sequenti die jussit Rex agitari tauros, in nova platea *f* Ulissipponensi, quæ tota erat conspersa arena; multique ad id prodierunt pulchre instructi et tesseris suis distinguendi: atque in ejusmodi

f

A modi recreationibus dies aliquot transacti sunt, donec Princeps Maurus reditum instituit ad suos. Prius tamen quam discederet, dixit Regi : Desideravi vehementer, Domine, videre regnum et aulam tuam, propter diffusam late famam virtutum tuarum : et ideo modum hunc, quem vides, excogitavi, afferendo tibi ossa virtuosissimi Principis Ferdinandi; eo quod mihi persuaderem, ea ratione facturum me tibi obsequium grande : jamque veraciter video multum me Mahometo obligari, qui mihi fecit facultatem serviendi tanto Regi in re tali. Rogo, ut, si quod aliud gratum tibi facere possim in patria mea, id ne me celes. Si enim antequam nossem te, adeo studiose quæsivi tibi placere; multo promptius nunc facturus sum quidquid desideraveris. Rex ita loquentem Maurum audiens, pluris eum fecit, atque respondit : quod jam præstitam sibi operam et meritum præsens maximi faciebat : quodque pro summo suo erga ipsum amore, iterum requirebat, ut factus Christianus in sua aula uxorem caperet, relaturus quoscumque vellet favores et gratias. Quando tamen fixum ei stabat discedere, nec velle nec posse impedire se, quo minus pro suo arbitrio ageret. His tam amanter et gratanter dictis, manum Regis multum renitentis osculatus est Maurus, et ad navem suam rediit; dictoque Regi et Reginæ ac Principi Joanni Vale, Fessam remensus iter est, multis ac pretiosis muneribus a Rege honoratus, ac bene contentus.

qui spectatis etiam taurilibus

et recusato favore oblato si maneret,

Fessam remeat.

133 His sic completis, jussit Rex instaurari exequias patrui sui Infantis sancti : cumque animæ defuncti fecisset, sicut conveniebat, satis; ossa ejus misit ad monasterium Bataliense Ordinis S. Dominici, quod Rex Joannes bonæ memoriæ, pater illius, fundavit et dedit Fratribus Prædicatoribus, in memoriam et gratiarum actionem, Deo et Virgini Mariæ debitam, pro victoria quam istic reportavit : ubi etiam ipse jacet sepultus cum Infantibus filiis suis, aliisque Regibus et Principibus. Ibi ossa prædicta collocata fuerunt cum magna pompa et solennitate; jacentque etiam nunc. Ipsum vero credimus, secundum opera sua in cœlis recepisse beatitudinem æternam, sicut in terris obtinet memoriam gloriosam, ad Domini Dei nostri laudem.

Corpus ad Bataliense cœnobium fertur.

134 Summo porro hujus Chronicæ, præcipuarumque in ea rerum, hæc est. Infans D. Ferdinandus, quintogenitus Regis Joannis I, bonæ memoriæ, Ulissippone discessit cum classe ad obsidionem C Tingitanam XXII die Augusti MCCCCXXXVII; et datus est obses, XVI Octobris. Mansit in captivitate annis sex, et obiit in regione Maurorum Fessæ anno MCCCCXLIII, die quinto Junii, feria quarta, post solis occasum, anno ætatis XLI. Ex novem illis quos secum duxit famulis mortui ibidem sunt, Mag. Joannes Martinius, Medicus; Ferdinandus Ægidii, Vestiarius, Joannes Laurentii, Metator hospitii; Joannes de Lunna, Pistor; Christophorus Alemannus, referendarius, factus est Maurus ad persuasionem quorumdam Alvercanorum, et habitavit Alvercæ. Joannes Alvari, Secretarius et auctor hujus Chronicæ, ex mandato Domini Infantis Petri, redemptus fuit pro Mauro quodam dicto Faquy Guismaym; et Joannes Vazius, coquinæ præfectus, pro Mauro alio, quem possidebat Joannes Ulissiponensis, nomine Abdela : redieruntque ambo a captivitate anno MCCCCXLVIII. Postea ipse Joannes Alvari missus est Septam et Arsillam, cum lytro quod exigebatur pro Joanne Rodericio, collactaneo sancti Infantis; et Petro Vazio, Capellano; quos reduxit anno MCCCCL. Denique pro Joanne Rodericio, altero Infantis Collactaneo dati sunt Mauri octo; sicut pro Petro Vazio Capellano dati fuerant Mauri duo et Maura una.

Epitome Chronologica totius historiæ,

et recapitulatio de sociis Infantis.

ANNOTATA D. P.

D

A Reliqua Chronica abjungendam hanc Appendicem, velut diu post additam loquitur diversissimus stylus Scriptoris, neque personarum nomina, neque temporum notas addere scientis vel curantis, contra quam fecit talium curiosissimus observator Joannes Alvari. Sed neque summam fidem meretur narrationis hujus initium. Quis enim credat, juvenem, qui patruum Regem tam pretioso pignore furtim ablato ausus fuerit spoliare, quia sibi iniquum, seque ei suspectum experiebatur; voluisse ad illum regredi; et quidem ab ejus Regis aula, qui ipsi Arsillam Tingimque eripuerat? adeoque debebat sibi certo persuadere, non aliter quam proditorem excipiendum et tractandum se. Verosimilior igitur narratio esse ea videtur, quam Hieronymus Roman. ex Ludovico Marmol in descriptione Africæ, et Didaco de Torres in Historia Xariforum sic prodit, quamque confirmat Chronica Alfonsi V.

Relatio de Principe Mauro, corpus furato

Dicunt illi, quod Muley Xeque Oatacius, Arsillæ Dominus, proprio nomine Sayd dictus, videns Abdulacum a Xerifio Fessæ occisum, in spem venerit occupandi regni, collectoque exercitu Fessam ipsam obsederit. Id vero cum Alfonsus intellexisset, suscepit, inquiunt celebrem illam anni 1471 *expeditionem, qua ipsammet Arsillam subito impetu expugnavit, quamvis non sine multi clarique sanguinis impendio : et Muleyus quidem, dimissa tantisper obsidione Fessensi, Arsillam properavit, ubi uxorem liberosque reliquerat : sed serius adveniens, inducias cum Lusitano pepigit; pro suis, qui captivi tenebantur, recuperandis pactus ossa sancti Infantis, restituenda quam primum Fessam occupasset. Occupata autem urbe, fecit quod promiserat; et per filium suum Muley Valsacam restituit corpus, quod deinde Didacus de Barros, Eques ex familia Regis, Ulissipponem attulerit.*

verosimilius est,

E

quod capta a Lusitanis an 1471 *Arsilla,*

In hac relatione a Xarifio distinguitur Oatacius : qui si uterque stirpem fecit, quarum prior pulsis Fessa Oatacius regnum recuperaverit : fieri potest ut Xarifio nepos aliquis, patrui dominatum pertæsus, ad Oatacium, non Arsillæ, sed in castris suis versantem, transfugerit, cum pro furto, quo mediante ille haud ægre posset uxorem ac liberos, Arsillæ captos ab Alfonso, recuperare : pactisque conventis, idem regius juvenis una cum Oatacii filio adhuc libero, quia patrem in Castra secutus fuerat, Arsillam attulerit sacrum corpus : unde Valsaca prænominatus matrem ac fratres receperit reduxeritque : Xarifii autem nepos, cupidine visendæ Lusitaniæ ductus, secutus sit Didacum prænominatum; et sic contigerint cetera in Appendice memorata; Maurus autem redierit, non ad avunculum, cui erat exosus, sed ad Sayd Oatacium Fessæ dominantem, lenius ferentem Arsillæ ac Tingis amissionem, quia novo regno stabiliendo in gente perfida, contra Xarifium ejusque liberos, perquam necessarium videbatur pacem colere cum Lusitanis. Ut ut fuerit, ad qualemcumque Appendicem congruis annotationibus illustrandam, venio.

dum Fessam Muleius obsidet,

huic corpus attulerit transfuga princeps

F

illudque traditum sit Lusitanis, pro uxore et liberis Muleii.

a *Suspicor civitatem aliquam vel reguneulam Africæ esse, unde hi fuerint oriundi.*

b *Tribus horæ quadrantibus distantiam loci definit Roman.*

c *Idem addit, positam quoque istic cortinam regiam, sive umbellam, sub qua Rex consideret.*

d *Cardosus hæc acta ait in monasterio Salvatoris, quod erat Sanctimonialium Dominicanarum, ibique prædicasse Fr. Alfonsum de Ebora, Priorem S. Dominici de Platea.*

e Cannæ *quidem proprie dicuntur* arundines, *idem tamen nomen aptatur hastis puris, id est nullo ferro præmunitis, quibus in ludicris pugnis certatur*

f *Cardosus appellat* Novam plateam dos Ferros, *id est*, Catenarum.

COROLLARIUM

AD DIEM V JUNII

DE TRIBUS SANCTIS DOROTHEIS

THEOBANO, ARCHIMANDRITA, ET JUNIORE

C. I.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§. I. Distinguuntur inter se tres isti, ratione temporis et loci quibus vixerunt.

A SS. Dorotheis, Tyri Episcopo et Presbytero Antiocheno,

Disputatum est paulo ante de S. Dorotheo, *die* V *Junii tabulis Ecclesiasticis adscripto, Episcopusne Tyrius, an tantum Presbyter fuerit; auctoribus horum temporum aliis Episcopum, aliis Presbyterum facientibus, plerisque unum tantum adstruentibus* Dorotheum. *Nos vero, examinatis* B *collatisque antiquioribus notitiis, existimamus unum illum in duos distinguendum esse, qui eodem Diocletiani tempore vixerint; alter* Episcopus Tyrius, *alter* Presbyter *tantum* Antiochenus; *quamvis Antiochenus hic Tyri quoque habitaverit, officium aliquod publicum a Diocletiano, cui carus erat, adeptus; uti pluribus dicitur supra in Commentario nostro de* S. Dorotheo Episcopo. *Sed et tertium ejusdem nominis ibidem distinguimus a duobus hisce, nempe auctorem Libelli, qui continet Vitas Apostolorum ac Discipulorum Christi, et plerumque* Dorothei Synopsis *inscribitur. Qua de re videris plura in Commentario præcitato, et in Martyrologii Romani Notis ad* V *Junii. Vide etiam quæ disserui pluribus de ineptitudine Synopsis prædictæ, in Commentario de S. Metrophane Episcopo C. P. pridie hujus diei. Denique a tribus præmissis, nec non a tribus nunc subnectendis necessario distinguendus est* S. Dorotheus Martyr, *cum S. Gorgonio Nicomediæ sub Diocletiano passus; de quo Eusebius lib. 8 cap. 6 et Martyrologium Romanum die* IX *Septembris; quando et nos de illo agemus, et distinctum a* Dorotheo *Presbytero Antiocheno clare docebimus contra Blondellum, qui utrumque indistinctum vult esse; deceptus non* C *tantum similitudine nominis, se præcipue quod legerit apud Eusebium, utrumque Eunuchum, utrumque Diocletiano carum fuisse. Sed hæc non obsunt distinctioni.*

inter se distinctis,

nec non ab auctore Synopseos,

et Martyre Eunucho

distinguuntur etiam tres alii SS. Dorothei;

2 *Poterant ibidem a prædictis etiam distingui plures alii* Dorothei, *ac præcipue tres, vitæ integritate ac sanctitate insignes; nisi satis distinctos redderet tempus ipsum quo vixere. Sunt autem* Dorothei *isti, primus quidem* Thebanus, *uti appellatur a Palladio in Lausiacis cap. 2. Alter vero, auctor est Institutionum seu doctrinarum asceticarum, cognominaturque* Archimandrita. *Tertius denique, et ipse Archimandrita, audit* Junior *utique respectu proxime præmissi) sive in* Chilioc mo, *a loco exercitationis. in quo et monasterium divino jussu condidit, et sanctitatis ac miraculorum gloria eluxit. Primus sive* Thebanus *speluncam incolere cœpit anno* XXVIII *seculi* IV, *ac Dorotheo Tyri Episcopo, de quo supra, coævus; annum vero trigesimum quartum agebat in spelunca sua, cum Episcopus ille sub Juliano martyrii coronam accepit, anno æræ vulgaris* CCCLXII: *siquidem secundo consulatu Theodosii Magni, id est anno Christianæ æræ* CCCLXXXVIII, *egerit in spelunca sua annum* LX Thebanus, *cum ejus disciplinæ traditus fuit ab Isidoro Presbytero Palladius, per triennium in Vita monastica exercendus; ut hic ipse de se testatur cap. 1 et 2 historiæ Lausiacæ.*

quorum primus an. 388 senex erat,

secundus, cum primo male confusus, E

3 Dorotheo Thebano *seculis, ut minimum, duobus integris posterior est* Archimandrita, *quem cum* Thebano *indubie confuderunt, qui ipsum seculo* IV *vixisse et scripsisse volunt in Bibliotheca veterum Patrum, Coloniæ edita anno* MDCXVIII: *uti et confundit Allegræus in Speculo Carmelitici decoris; dubitat tamen, an diversi inter se sint; et siquidem sint; ambos ad annum Christi refert* CCCC. *Certiora nobis fundamenta Chronologiæ suppeditat Evagrius, in historia sua Ecclesiastica lib. 4. cap. 33, ubi de* Barsanuphio Ægyptio; qui in quodam monasterio prope oppidum Gazam plurima miracula patravit; credebaturque (*cum Evagrius scribebat anno* DXCIV, etiamnum vivere, in cella reclusus; quamvis quinquaginta et amplius anni jam effluxissent, ex quo nec visus esset a quoquam, nec terrenum quidquam degustasset. Quæ cum falsa esse crederet Eustochius Hierosolymorum Antistes, et cellulam in qua vir Dei sese incluserat, perfodi jussisset, ignis inde exiliens universos propemodum qui aderant combussit. *Sed ipsum Evagrii textum accipe:* Βαρσανούφιος Αἰγύπτιος γένος ἐν σαρκὶ τὸν ἄσαρκον διήθλευσε βίον, ἔν τινι φροντιστηρίῳ ἀγχοῦ Γάζης τοῦ πολίσματος· ὥστε πολλὰ μὲν καὶ μνήμης κρείττονα θαυματουργῆσαι, πιστεύεσθαι δὲ καὶ ζῆν αὐτὸν ἐν οἰκίσκῳ καθειργμένον, καίτοιγε ἀπὸ τούτων πεντήκοντα καὶ πρός γε χρόνων, οὔτε ὀφθέντα τῳ, οὔτε τῶν ἐπὶ γῆς τινος μετειληφότα. Οὗ δυσαπιστῶν Εὐστόχιος ὁ τῶν Ἱεροσολύμων πρόεδρος, ἐπειδὴ διορύττειν ἔγνω τὸν οἰκίσκον οὗ καθεῖρκτο ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, πῦρ ἐκθορὸν μικροῦ τοὺς αὐτόσε πάντας ἐνέπρησε. F *Eadem fere verbotenus transcripsit Nicephorus Callistus lib. 17 cap. 22, nisi quod* Salustium *pro* Eustochio *ponat, sed perperam: tum quod contradicat Evagrio, qui eodem cum Eustochio Patriarcha et Justiniano Imp. seculo vixit, et utrumque vidisse potuit, atque adeo summæ auctoritatis hic esse debet; tum quod contradicat sibi ipse, cum expresse asserat,* sub Justiniano *floruisse Barsanuphium; et tamen velit* Salustium Hierosolymorum Episcopum *venisse ad domunculam ubi vir sanctus includebatur perforandam: nempe qui post septennium Episcopatus sui, anno Christi* CCCXCIII *mortuus fuerat, antequam imperium Justinianus susciperet, annos omnino* XXXIV.

ex ætate S. Barsanuphii apud Evagrium

4 *Quamobrem ex Evagrio, anno Tiberii* XII *id est Christi* DXCIV, *ut diximus, scribente, statui debet; sub finem seculi* V *natum Barsanuphium, circiter annum* DXL *inclusisse se in cella; ibique quinquaginta et amplius annos latitantem, pervixisse ad tempora, quibus scribebat Evagrius. Atque hanc chronotaxin de S. Barsanuphio, præferendam puto illi, quam ad ejus vitam die* XI *Aprilis secuti sunt Decessores nostri, statuentes ipsum*

rectius statuitur vixisse seculo 6 exeunte quam ineunte;

A *ipsum obiisse initio seculi* VI. *Jam vero* Dorotheus Archimandrita, *teste ejus discipulo in vita S. Dosithei, cum* ad Abbatis Seridi cœnobium secessit, reperit ibi... duos eximios magnos senes, sanctissimum Barsanuphium et Abbatem Joannem Prophetam. *Reperit* senem *jam tum Barsanuphium, cum monasterium ingressus est,* Dorotheus; *ut ille debuerit jam tum aliquanto tempore in cella inclusus fuisse. Ponamus igitur annos* XX *inclusum ipsum, ac* Dorotheum *totidem natum fuisse, cum hic monasticam vitam amplexus est: et consequetur ex superiori chronotaxi nostra, fere septuagenarium tum fuisse Barsanuphium, ut merito* senex *audire potuerit;* Dorotheum *vero in lucem editum esse circiter annum* DXL: *cui porro si annos sexaginta ætatis dederis, ad annum Christi sexcentesimum pervenisse dicendus est: si quid ultra sexaginta annos ætati ejus addendum putaveris, tantumdem sexcentesimo Christi addendum erit. Nec ab illa me absterrent sententia litteræ Cleri Apameensis, quæ in citato ad Vitam S. Barsanuphii commentario num. 4 movisse videntur ejus Illustratores. Quamvis enim Clerici Apameenses, litteris ad Episcopos Syriæ datis, de enormitate excessuum, quibus a Petro, hæ-*

nihil contra probante epistola Cleri Apameensis,

B *retico Episcopo, sua gravabatur Ecclesia (quæ litteræ productæ sunt in* I *Actione Concilii Constantinopolitani, scriptæque fuerunt circiter annum* DXVII) *quamvis, inquam, Clerici Apameenses inter alia conquerantur, quod* armatis sceleratorum turbis impetum fecerit in monasterium S. Dorothei; *nihilominus in obscuro manet, quo de S.* Dorotheo *hic ipsis sermo sit. Nihil certe cogit intelligere* Archimandritam nostrum, *Barsanuphii discipulum, Seridi Abbatis Monachum, cujus prope Gazam fuisse monasterium constat; ut mirum videri possit; ipsum, cum inde secessit, quærere sibi prope Apameam novum monasterium voluisse, centum fere leucis Gaza dissitum.*

5 *Hactenus, ratione temporis, distinctissimi apparent* Dorothei, Thebanus *et* Archimandrita; *qui a plerisque confunduntur; apparituri etiam distinctiores, ex ipsis quæ subjicimus Actis. Nec dubium esse potest, quin ab illis diversus sit* Dorotheus Junior. *Constat enim longe posteriorem ipsis vixisse (ut nihil de epitheto* junior *dicam) ex ætate illius, qui Vitam scripsit. Hic siquidem, ut* § 3 *dicetur, tempore Constantini Monomachi, sub medium seculi* XI *imperio potiti, floruit: atque idem ipse satis indicat, uti* § 2 *videbitur, se sub* Dorotheo *Monachum egisse: unde tandem concluditur,* Dorotheum, *initio seculi* XI *fuisse in vivis.*

Dorotheus Junior seculo ineunte XI *vixit.*

C 6 *Jam vero palæstræ ipsorum, non minus probant diversos esse.* Thebanus *quidem suam habuit admodum propinquam Alexandriæ in spelunca, in eaque annos* LX *et amplius sese exercuit. Ita enim testatur Palladius, cum initio Lausiacorum ait, ab Isidoro Presbytero* ductum sese extra civitatem *Alexandrinam,* ad eas quæ dicuntur Cellæ eremiticæ, circiter quinto ab urbe lapide; et ibi traditum cuidam Dorotheo exercitatori Thebano, sexagesimum annum agenti in spelunca. *Procul inde monasticam vitam exorsus est* Dorotheus Archimandrita, *in monasterio nempe Abbatis Seridi, ubi et Dositheum, per annos quinque ascetica disciplina rite instituit, indeque ad Superos transmisit: nec legitur uspiam in speluncam sese abdidisse: imo nec abdere se potuit, certe per annos* LX *non potest latuisse. Nam quamdiu Monachus fuit apud Abbatem Seridum, publicis ab illo muniis applicatus fuit: posteaquam vero seorsim Archimandritam egit, minus etiam videtur potuisse latere. Quid enim tali cum solitudine speluncæ? quam incolere ipsum vix permittebant frequentes discipuli, quos regebat, quosque institutionibus suis et doctrinis identidem ad virtutem instigabat. Interea ubinam locorum monasterium fuerit, quod ipse Archimandrita rexit, plane incompertum est.*

Habitarunt Dorothei, primus prope Alexandriam,

alter prope Gazam;

7 *Denique* Dorotheus Junior, *et Alexandria et* D *Gaza remotissimus, Pontum Euxinum, tam ante, quam post monachatum susceptum incoluit; utpote qui Trapezunte in solo natali adolescentiam duxit, Amisi vero in monasterio Genna magnam monasticæ vitæ partem exegit; inde translatus est nutu divino in vicinum montem, jussusque ibidem ex antiquis ruderibus novum excitare monasterium; quod auctor vitæ* Chiliocomum *appellat, talem illi præfigens titulum,* Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Δωροθέου, τοῦ Νέου, ἤτοι τοῦ ἐν Χιλιοκώμῳ (Χιλιοκόμῳ *scribit Allatius in Diatriba*) Vita vivendique ratio sancti Patris nostri Dorothei Junioris, sive illius qui in Chiliocomo vixit. *Est autem* Chiliocomus *locus non admodum dissitus ab urbe Ponti Amiso. Nam e Genna negotii causa aliquo missus ab Abbate suo, non videtur multum itineris fecisse, quando ecstases, de quibus in Vita num. 7 et 8, passus; et monasterium exædificare, aut potius restaurare antiquum, jussus fuit.*

AUCTORE C. J.

tertius prope Pontum Euxinum.

§. II. De cultu illorum et Vitis, harumque auctoribus, et cur hoc loco dentur. Item de aliis duobus Dorotheis Abbatibus.

E *De tribus hisce* Dorotheis, *quod mirere, nihil Græcorum Menæa aut Synaxaria, nihil Latinorum Fasti aut Martyrologia nobis tradunt; adeo ut certo affirmari nequeat, publicum illos cultum aliquando habuisse: quamvis præsumi possit, illum habuisse duos* Archimandritas (*saltem in suo quemque monasterio* (*tum ob notas virtutes, visiones, miracula; tum ob titulum* Sancti, *utrique olim attributum. Similiter dicendum de* Thebano, *qui et ipse suos habuisse discipulos legitur, et vitam in summa austeritate duxisse scitur; quique* Sanctus *etiam appellatur a Palladio, et cum compendio vitæ inter Sanctos refertur a Petro de Natalibus in Catalogo Sanctorum, ab annis* CCC *et amplius conscripto, a* CC *vero impresso Vicentiæ. Quæ cum ita se habeant; videtur consensus aliquis populorum invaluisse de sanctitate virorum istorum, qui in re antiqua sufficere possit, ut eumdem ipsis titulum* Sancti *nos quoque in hoc opere adscribamus.*

De Dorotheis hisce non constat publice cultos fuisse,

est tamen probabile ob titulum Sancti ipsis additum,

9 *Dabimus igitur eorum Acta, et* Thebani *quidem qualia describuntur in historia Lausiaca a Palladio, teste oculato, qui ejus disciplinæ traditus, aliquamdiu observavit mores, et inquisivit in gesta: suntque eadem fere quæ apud Sozomenum lib. 6 cap. 29, et apud Nicephorum lib.* 11 *cap.* 35, *legere licebit. Acta* Archi- F mandritæ *propria, hactenus nulla innotuere posteritati: nonnulla de ipso narrantur in Epistola et Prologo, Institutionibus præmisso; plura leguntur in Vita S. Dosithei discipuli ejus; plurima de se ipse commemorat in Institutionibus ipsis, quæ veluti exempla domestica discipulis suis proponit imitanda. Ex hisce omnibus nos Vitam ejus, (in qua id ipsum distinctius notatur) collegimus, concinnavimusque, prout res gestæ se obtulerint, nullo temporis ordine servato; contenti præclara facinora ejus et virtutum monumenta posteritati, nunc tandem, sub unum aspectum proposuisse. Acta denique* Dorothei Junioris, *e scriniis bibliothecæ Vaticanæ in lucem protracta, nunc primum e Græco Latina facimus; et utraque lingua impressa damus, ut imposterum etiam legi possint Latine tantum scientibus, quibus hactenus omnino ignorabantur.*

Dantur Acta Thebani ex Palladio,

Archimandritæ a nobis collecta,

Junioris ex Græco versa:

10 *Auctor horum Actorum nullus notatur in MS. Vaticano: notatur tamen ab Allatio, in Diatriba de Simeonum scriptis,* Joannes Metropolita Euchaitarum; *quod utique ex alio MS. eruisse debet. Joannes porro ille alias quoque Vitas Sanctorum scripsit non paucas; et ipse, si vere auctor vitæ hujus, debet ante Episcopatum illam scripsisse Monachusque fuisse, et quidem illo ipso in monte, ubi* Dorotheus *cœlesti mo-*

horum auctor Joannes Metropolita Euchaitarum

nitu

A *nitu monasterium suum extruxit. Id enim passim innuit in Vita, cum ad num 8: Incedebat Sanctus ad pedem* hujusce collis, *qui hoc ejus monasterium in vertice suo* nunc *habet. Et num.* 10 : *Ad designatum a visione locum, qui hic ipse est, e vicinitate conspicuus, et* nunc *multos Monachos alit. Denique num.* 19 *de Sancto jam mortuo; Benevolus, inquit, erit in* nos omnes, *qui adhuc superstites sumus, et in* hac *exercitationis palæstra versamur. Verosimile igitur est, Auctorem illum, scriptis suis et doctrina, fortasse etiam virtutibus et fama sanctitatis, inclaruisse inter Monachos, ideoque translatum inde esse ad Sedem Archiepiscopalem Euchaitarum in provincia Helenoponti; cujus Antistes numerantur inter* αὐτοκεφάλους, *qui sui juris sunt, nec ulli Metropolitæ subjecti.*

AUCTORE C. J.

antea monachus, qui videtur discipulus ejus fuisse.

Cum dies proprius lateat,

11 *Accipe igitur trium istorum sanctorum virorum Acta, per modum Corollarii, ad hunc potius diem, quam alium quemlibet; propterea quod proprius dies, quo obierunt, omnino lateat. Nam quod Petrus de Natalibus dicet de Thebano;* Quievit in pace v Idus Septembris, *ex Vitis Patrum hausisse non potuit, uti re ipsa narrata sua: cum nihil de tempore obitus ejus in Vitis istis memoretur. Conjungendum ergo potius ad* B *Synonymiam nominis* Dorothei *Tyrii, cujus hoc die* v *Junii nomen adscriptum legitur Martyrologio Romano; ne aut Sanctis istis parum æqui videamur, eos omnino excludendo ab hoc Opere; aut ipsorum vestigia sequi cupientes defraudemus tam egregiis exemplis ac documentis. Accipe autem illorum Acta, et primo quidem loco* Thebani *brevia, ut sunt: deinde* Archimandritæ, *longiora, et, ut diximus, collectanea: denique* Junioris *Græco-Latina; illo nempe ordine quo vixerunt.*

dantur hoc die Vitæ propter synonymiam.

12 *Lubet tamen illis præmittere exempla duo insignia duorum* Dorotheorum, *qui ab omnibus aliis diversi sunt, et a Palladio referuntur in Lausiacis cap.* 36 *et* 97. *Uterque ab ipso appellantur* Abbates; *Uterque miram temperantiæ virtutem probarunt; alter quidem, cum monasterio trecentarum feminarum præesset, nova arte consulendo integritati suæ; alter vero, cum aliqualem pecuniæ vim sibi oblatam haberet, illam generoso animo rejiciendo. Uterque* Dorotheo Thebano *contemporanei fuerunt. De primo igitur* Dorotheo Abbate; *postquam narravit, quomodo Abbas Elias* ædificasset magnum monasterium, et illic congregasset omnes, quæ errabant virgines; eæque, ad trecentas ex diversis vitæ institutis et privata deductæ consuetudine, inter se depugnarent assidue; earumque in omnibus curam *ipse Elias* gereret: *cum, inquam, isthæc narravit, ita prosequitur:*

Sed permittuntur hoc duo alii Dorothei,

C 13 Eliæ successit *in regimine monasterii istius* Dorotheus, vir probatissimus; qui in bona vita, quæ in agendo versatur, consenuit. Qui cum non posset quidem sic curam gerere monasterii, ut iste Beatus (*Elias nempe, qui divinitus donum castitatis obtinuerat*) neque mansisset in illa cella: in ipso monasterio in superiori cœnaculo se ipsum inclusit; et fecit fenestram, quæ spectabat ad monasterium feminarum, quam claudebat et aperiebat. Perpetuo ergo assidebat fenestræ, procurans, ut inter eas pugnæ cessarent. Sicque in superiori cœnaculo consenuit; cum nec ullus sursum ascendere, neque ille posset descendere: non enim stabant scalæ. Hæc est beati Dorothei religiosa et virtutibus ornata vita; hic ejusdem vitæ finis.

quorum alter nova arte castitati suæ,

14 *De altero deinde* Dorotheo Abbate, *cap.* 97 *agens, cum dixisset,* circa Antinoim civitatem regionis Thebaidis *multos* anachoretas se ipsos inclusisse in speluncis rupium, *interque illos* Salomonem Abbatem quinquaginta annos degisse in spelunca, *subnectit sequentia:* Fuit etiam quidam Dorotheus Presbyter, in alia spelunca habitans; qui in summa bonitate ipse quoque vitam vixit inculpatam, dignusque est habitus Presbyteratu, et ministrat Fratribus qui sunt in speluncis. Huic aliquando Melanium junior, magnæ Melaniæ neptis, misit quingentos solidos, rogans eum ut ministraret Fratribus. Is autem cum tres solos accepisset, misit reliquos ad Dioclem Anachoretam, virum summa cognitione præditum, dicens: Est me sapientior Frater Diocles, et potest eos integre et innocenter dispensare, ut qui me melius sciat eos quibus sit merito ferendum auxilium: nam hi mihi sufficiunt. *Hunc porro* Dorotheum *diversum esse a* Thebano, *de quo mox, quamvis uterque speluncam incoluerit; patet vel ex sola speluncarum distantia; ille enim habebat suam circa Antinoim, hic circa Alexandriam.* D

alter generoso contemtu pauperitati religiosæ consuluit.

§. III. Dorothei Junioris Vitæ Auctor: hujus scripta et sedes Archiepiscopalis Euchaita proponuntur et illustrantur.

Scripseram *præmissum Paragraphum, auctorem Vitæ* Dorothei Junioris *ex Allatio assignans* Joannem Metropolitam Euchaitarum; *in quamcumque versabam animum partem, quo aliquid de Auctore illo, deque ætate qua vixit, alicunde e tenebris eruerem; facile deinde ex hac cognitione ætatem* Dorothei Junioris *definiturus. Adeo igitur Allatium in Diatriba de Simeonum scriptis; ac reperio identidem Auctoris nomen, et producta principia aliquot monumentorum ejus; sed de vita et ætate nihil. Adeo Simonem nostrum Wanquerechium; in Prolegomenis ad Pietatem Marianam Græcorum; videoque num.* 23 *notum ei fuisse* Joannem Euchaitam Hymnographum, *sed* de ætate aut vita *ejus* nondum quidquam invenisse, quod viris doctis probare se posse confideret. *Adeo denique Maraccium in Bibliotheca Mariana; sed nihilo felicius occupatum in inquirenda* Joannis *ætate quam præmissos duos, observo. Debebatur nempe illa gloria Augustissimi Cæsaris Leopoldi Bibliothecæ, ut inde in lucem prodiret primum, quod indefessa tot eruditorum studia et labores diu frustra quæsiverunt.* E

Joannes Metropolita Euchaitarum

nomine tantum notus Latinis,

16 *Cum igitur anno* MDCLXXXVIII *Viennæ æstatem transigeremus, ac sæpe Bibliothecam, ex benignitate Cæsaris promptaque opera prænobilis Domini Danielis de Nessel Bibliothecarii aulici, semper nobis patentem, perscrutaremur; in notitiam quoque venimus cujusdam Codicis chartacei, non admodum antiquæ scripturæ, qui olim, ut multi alii, C. V. Sebastiani Tengnagelii fuisse dicitur ex ipsius propria inscriptione, continetque solius* Joannis, *de quo agimus,* Euchaitæ *poemata fere sacra* CII, *de variis rebus versu Iambico pacta. In fronte autem Codicis iste titulus legitur, auctorem sanctitatis laude condecorans:* Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Μητροπολίτου Εὐχαΐτων ὑπόμνημα. Sancti Patris nostri Joannis, Metropolitæ Euchaitarum, monumentum. *Tum vitam ejusdem per compendium proponit, hactenus Latinis (imo et Græcis fere ipsis) ut vidimus ignotam.* F

innotescit clarius ex Bibliotheca Cæs.

17 Ὁ Βίος. Οὗτος ἦν ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου, καὶ Ζωῆς τῆς Βασιλίσσης. Ἔτη δὲ τὰ ἀπὸ τότε συντείνει ἑξήκοντα τέσσαρα πρὸς τοῖς πεντακοσίοις. Ἀνὴρ δὲ σοφώτατος καὶ ἁγιώτατος ὤν, συνέγραψε πλείους τῶν λόγων, καὶ ἐπιστολὰς καὶ στίχους Ἰαμβικοὺς καὶ ἄλλα πολλά, λόγου καὶ χάριτος ἄξια, καὶ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐξεπαίδευσε, πεπληρωμένος ὢν τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος. Vita, Vixit Joannes sub Imperatore Romanorum Constantino Monomacho et Imperatrice Zoe. Exinde autem anni extenduntur sexaginta quatuor supra quingentos (*ad tempus, puto, quo scriptor iste vixit*). Quoniam vero sapientia et sanctitate vitæ in primis excelleret, conscripsit plures orationes, et epistolas, et versus Iambicos, aliaque multa, digna quæ laudentur grataque habeantur: multos insuper homines

proferente ætatem ejus et compendium vitæ,

A hominos pie erudivit, utpote repletus gratia Spiritus Sancti.

scriptæ ab Andrea Darmario.

18 *Scriptor præmissi Codicis notatur fuisse quidam* Andreas Darmarius Epidauriota, *cujus ejusdem nomen aliis quoque Codicibus in Bibliotheca Cæsarea inscriptum legitur, ac præsertim centesimo septuagesimo secundo inter Theologicos; ubi leviter mutato nomine vocatur sub finem libri* Ἀνδρέας Δαρμάριος ὁ Ἐπιδαυριώτης : *ætas quoque ejus ibidem indicatur, per adscriptum Christi annum* MDLX. *Jam vero Andreas iste, uti præmissi Codicis extitit scriptor, ita videtur auctor fuisse adjuncti Compendii Vitæ, et quidem primus : recensens enim in illo annos, qui inter Constantinum Monomachum, et suam ætatem intercesserunt, debet ipse compendium illud aut primus scripsisse aut contraxisse. Quod tamen numerum annorum aliquanto majorem ponat intercessisse, quam recepta modo chronologia patitur; factum esse potest defectu accuratæ notitiæ temporis, quo Monomachus imperavit. Potest etiam ipse Codicem, de quo hic præcipue agimus, scripsisse aut post illum, cui annum* MDLX *annotavit. Certe aliquid aut errori, aut ignorantiæ, aut* ἐπιεικείᾳ *concedendum est. A morte enim Constantini Monomachi ad*

NOT 29, 30

B *usque annum* MDLX, *effluxerunt anni duntaxat* DXI, *ponente interim Andrea annos* DLXIV. *Ut ut est de sensu scriptoris Andreæ; in eo saltem non erravit, quod* Joannem Metropolitam Euchaitarum *quem et Mauropodem appellari legeras sub Constantino Monomacho vixisse asserat. Id enim ex scriptis ipsius etiam* Joannis *eruitur; utpote qui tribus poematibus suis, videlicet* LXXIV, LXXXVII *et* LXXXVIII *in Codice Cæsareo, de Constantino tamquam vivente laudabiliter agit, affirmatque ejus imaginem in Euchaitis asservari.*

Vixit Joannes sub Constantino Monomacho:

scripta eius recensentur

19 *Hactenus de viro ipso, parum Latinis noto. Nunc de scriptis ejus, minus etiam notis, juverit breviter tractare, eaque omnia indicare, quæ Bibliotheca Cæsarea subministrat MS. Extat ibi Codice* 204 *inter Theologicos*, Joannis Metropolitæ Euchaitarum. Oratio in tres Sanctos Patres Basilium Magnum, Gregorium Theologum seu Nazianzenum, et Joannem Chrysostomum. *Codex* 211, *ex quo compendium vitæ jam deprompsimus, exhibet poemata duo supra centum, pleraque argumenti sacri, versu Iambico concinnata. Codex* 299 *ejusdem Opuscula continet, puta* Canones Paracleticos (*quos Cantica consolatoria Interpretari licet*) ad Dominum et Deum nostrum Jesum Christum : *suntque viginti quatuor numero, et singuli suam Acrostichidem habent. Continet deinde alios similes Canones duos ad eumdem Dominum nostrum ; et*

ex Bibliotheca Cæsarea

C *tertium ad Angelum custodem : quorum priores sine, posterior cum Acrostichide sunt. Subsequuntur mox in* sanctissimam Dominam nostram Dei genitricem Canones 67, *et in* S. Joannem Præcursorem Canones undecim. *Denique Codex* 309 *complectitur aliquot ad Christum Canones quorum primo talis præfigitur acrostichis,* Πρῶτον φέρω μέλισμά σοι, Θεοῦ Λόγε, μοναχὸς Ἰωάννης.

20 *Atque hi Codices quatuor nunc sunt Bibliothecæ Cæsareæ, eo illati a duobus studio et doctrina præstantibus viris, natione Belgis, Augerio Busbeckio et Sebastiano Tengnagelio. Et ducentesimum quidem undecimum cum pluribus aliis eo intulit Tengnagelius; reliquos vero tres cum aliis plus quam ducentis intulit Busbeckius, a se studiose conquisitos et comparatos in Græcia, cum pro Augustissimo Cæsare Ferdinando I legationem obiret Constantinopoli. Sed operæ pretium fecero, si his apposuero Canonum in Deiparam, de quibus Codex* 299, *titulum totum, ut ibi legitur, ad cognoscendum distinctius auctorem ipsum.* Κανόνες παρακλητικοὶ τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Ποίημα Ἰωάννου μοναχοῦ, τὸ ἐπίκλην Μαυρόποδος, τοῦ ἐν ὑστέροις χρόνοις χρηματίσαντος Ἀρχιερέως Εὐχαΐτων, τοῦ τὸ ὄνομα ἐντέτακται τῇ ἀκροστιχίδι ἑκάστης ἐννάτης ᾠδῆς. Canones paracletici Sanctissimæ Dominæ D nostræ Dei Genitricis. Poema Joannis Monachi, cognomento Mauropodis seu Nigripedis qui ultimis temporibus extitit Archiepiscopus Euchaitarum; cujus et nomen insertum est Acrostichidi nonæ cujusque Odæ.

AUCTORE C. J.

21 *Addi citatis Euchaitæ scriptis possunt, quæ notat Allatius in Diatriba de Simeonibus, producto singulorum principio tituloque Græce ; nempe,* Orationes in festum sanctorum Angelorum. In sanctam Dormitionem sanctissimæ Dei Genitricis. In memoriam sancti Megalomartyris Theodori. In memoriam sancti Martyris Theodori Tironis sive εἰς τὸν στρατηγόν. In memoriam sancti Martyris Theodori sive τοῦ Πλοῦ. In tres sanctos Antistites Basilium Chrysostomum, et Gregorium : *item in eosdem oratio alia, quarum prior eadem est cum citata ex bibliotheca Cæsarea, posterior ab illa diversa. Ad hæc* orationes in memoriam sanctæ martyris Eusebiæ apud Euchaitas. In memoriam magni Triumphatoris post celebratum Paschatis triduum. In diem memoriæ magni Triumphatoris, inque nuper factum apud barbaros miraculum. *Denique* Vita *quam nos infra proferimus*, Sancti Patris nostri Dorothei Junioris sive τοῦ νέου χιλιοκώμου. *Et hæc quidem scripta ejus, ab Allatio indicata ; uti superiora, in Codicibus Cæsareis contenta; annotasse sufficiat. Indicatum tamen cupimus amanti Sanctorum gloriæ Lectori, desiderari nobis magnopere præcitatas orationes Metropolitæ, de* S. Eusebia, *et de utroque* Theodoro.

et Diatriba Allatii.

E

22 *At vero lubet Lambecio grammaticalem quoque quæstionem movere, dicendumne sit* Euchaitarum *an* Euchaitorum ? *censetque ex Græca terminatione, posteriorem loquendi modum priori præferendum. Sed ego in locutione, apud Latinos jam recepta, nil mutandum censeo;* Euchaitarumque *potius, quam* Euchaitorum Episcopum *appellare malui* Joannem ; *accedente præsertim ad Latinorum usum, etiam Græcorum auctoritate, idem nomen per declinationem suam secundam sæpe quidem, sæpius per tertiam inflectentium. Lego enim in Menæis impressis, ad diem* VIII *Februarii,* ἐν τοῖς Εὐχαΐτοις, *et ad* VIII *Junii* ἐν Εὐχαΐτᾳ. *Item in Menologio MS. Basilii Imperatoris, narrante ad diem* VIII. *Junii de S. Theodoro, quod Reliquiæ ejus depositæ sint* ἐν Εὐχαΐτᾳ πόλει τῶν Εὐχαΐτων. *Adde Zonaram, in Joanne Zimisce scribentem,* κατὰ τὸν Εὐχανεῖαν ἢ Εὐχαΐταν. *Cedrenus quoque in eodem Zimisce, eumdem locum* Εὐχανεΐαν *appellat. Quidni igitur eadem vox* Εὐχαΐτα *sub una terminatione singularis pariter ac* pluralis sit numeri, et per primam pariter ac *secundam Latinorum declinationem flectatur ; quemadmodum scitur fieri in urbium nominibus* Solyma, Gaza, *aliisque. Quid etiam prohibet dicere vocem* Euchaita *numero singulari, gentile esse populi, civitatem* Euchaita *incolentis ; quemadmodum a civitatibus, non admodum ab Euchaita remotis, deducuntur gentilia hæc,* Cypasita, Zelita, Berita ; *ut nihil de remotioribus dicam,* Ascalonita, Betleemita, *aliisque sexcentis? Hujus certe sententiæ fuit in MSS. nostris nonnemo, qui scribit* ἐν τοῖς Εὐχαΐταις. *Sed hæc Grammaticis relinquenda. Nos ipsam urbem* Euchaitam *ejusque situm propius indagemus.*

Euchaita singulari numero an plurali declinandum?

ostenditur utroque posse.

F

aut etiam pro gentili sumi

23 *Antiquum Euchaitis fuisse Episcopatum, eumque certo Metropolitæ subjectum, discimus ex Charta Niliaca, ut vocant, perantiqua apud Labbeum tomo* 2 *Concil. col.* 55, *ubi inter alios Episcopos, qui primo Concilio Nicæno interfuerunt, annumeratur etiam* Ἐπιφάνιος, ἀνάξιος Ἐπίσκοπος τῆς Εὐχαΐτων πόλεως, τῆς Ἐλεληοτῶν ἐπαρχίας ὁρίσας ὑπέγραψα : Epiphanius, indignus Episcopus urbis Euchaitarum, provinciæ Eleliotarum, definiens subscripsi. *Sed quæ sit Eleliotarum provincia aut ibi, nondum potui assequi, nisi mendose scriptum sic velis, pro* Ἑλενοποντίων, *uti*

NOT 31 est urbs antiqua Episcopalis

A *uti alius similiter Euchaitarum Episcopus Epiphanius subscripsit in Concilio CP. tertio collectionis Labbeanæ tomo* 6 *col.* 1033 *et* 4. *Successu temporis inclaruit magis eadem civitas, factaque est, ut diximus, Archiepiscopalis ; et apud Carolum a S. Paulo in duabus tabulis notitiarum antiquarum annumeratur* Αὐτοκεφάλοις, *quæ sui juris sunt, ac nulli Metropolitæ subsunt, et utrobique collocatur in provincia Helenoponto. Hinc colligere est, multum aberrasse Ferrarium, in Nova Topographia ad Martyrologium Romanum, quando Heracleam Ponticam describens*, urbem ei proximam *facit* Euchaitam. *Nam Heraclea in provincia Honoriade, et quidem remotissime ejus parte sita, non tantum toto provinciæ suæ, quam late patet, spatio ; sed etiam Paphlagoniæ, quæ inter Honoriadem et Helenopontum interjacet, disterminatur ab* Euchaitis. *Veriora habent Acta martyrii S. Theodori Tironis MSS. latina, quorum exemplaria quatuor penes nos sunt, ex variis Bibliothecis deprompta ; eaque omnia unanimiter aiunt, matronam nobilem Eusebiam translulisse corpus sancti Martyris* in possessionem suam, quæ distat a civitate Amasia via unius diei, in locum qui vocatur Euchaita. *Jacet Amasia in extrema orientali parte*
B *Helenoponti ad fluvium Irim : hinc igitur ad aliam quamvis plagam hujus ipsius provinciæ si itinere unius diei subsistere vesperi cogeris, perrexeris, inter prædictum Irim et Halim fluvios ; atque adeo inter eosdem Euchaitam quoque colloces licebit.*

Auctore c. 1. dein facta autocephala Helenoponti, remotissima ab Heracleo, sed dissita a Amasiæ :

24 *Clariorem hisce afferret etiam lucem Vita Græca MS. S. Barbaræ, quam nuper eruimus e Bibliotheca Cæsarea, si termini distantiæ notiores forent. Habet Vita illa in principio :* Ἦν δὲ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ ἀνατολικῇ, τῇ καλουμένῃ Ἡλιουπόλει, ἀνὴρ κατοικῶν ἐν χωρίῳ ἐπιλεγομένῳ Γελασέοις ὡς ἀπὸ μιλίων δεκαδύο Εὐχαΐτων. Erat in regione Orientali, quæ appellatur Heliopolis, vir quidam, habitans in loco cognominato Gelaseis: circiter XII miliariis dissito ab Euchaitis. *Habet iterum in fine, ubi de sepultura SS. Barbaræ et Julianæ, quarum sacra corpora Valentinus* solicite mandans sepulturæ, posuit in loco, qui vocatur Heliopolis, prope insulam in Gelaseis pago, in domicilio venerando, XII fere milliaribus ab Euchaitis. *Græca sunt :* Οὐαλεντῖνος ἐπιμελῶς κηδεύσας τὰ τίμια λείψανα αὐτῶν ἀπέθετο ἐν τόπῳ καλουμένῳ Ἡλιουπόλει, πλησίον τῆς νήσου ἐν Γελασίοις τῷ χωρίῳ, ἐν οἰκήματι σεμνῷ, ὡς ἀπὸ μιλίων δεκαδύο Εὐχαΐτων. *Habemus hic* Euchaitam, *habemus* Gelaseos, *habemus* Heliopolim ; *sed incertus omnium situs, ut nullius ex aliorum determinari possit. Notissima quidem Heliopolis et maxime varia ; sed nulla, quæ videatur huc posse facere,*
C *hactenus innotuit. Quæ proxima possit esse, collocatur ab Ortelio ex Michaele Glyca in Phrygia ; sed hæc (sive minorem sive majorem intelligas) quantum distat ab Helenoponto et Amasia.*

et vicus Gelaseis et Heliopolis sed harum incertus situs,

25 *Tenuit porro Euchaita nomen suum ad usque imperium Joannis Zimiscæ, qui anno* DCCCCLXIX *creatus est Imperator. Præcipuum Imperii ejus decus fuit victoria, quam reportavit a Russis die* S. Theodoro Duci *sacro, eodem Sancto favente, et* viso a multis in equo Romanos defendere, et barbarorum phalanges conturbare, *teste Zonara. Quamobrem* Imperator, ut Martyri pro navata opera gratiam referret, elegantissimum ei templum Euchaniæ sive Euchaitæ struxit, vetere diruto ; in quo corpus ejus, multis certaminibus defunctum, repositum erat ; et urbem, veteri nomine abolito, Theodoropolim appellavit. *Appellatio tamen hæc non ita abolevit vetus nomen, ut non fuerit etiam postea in usu aliquo per seculum saltem integrum, ad tempora videlicet usque Joannis Mauropodis, quem passim* Metropolitam Euchaitarum *inscribi supra vidimus.*

eadem Theodoropolis appellata,

26 *Neque vero civitas* Euchaita, *modo dicti duntaxat* Theodori Ducis ac Martyris, (*quem prius in lucem*
D *ipsa dederat, deinde post gloriosam mortem sacrum corpus recepit, temploque ejus nomini condito decore asservavit) sed alterius quoque* Theodori Militis, *vulgo* Tironis *dicti, paulo ante istum martyrio coronati, Reliquiis pariter et templo honorata fuit ; et miraculorum in se patratorum famam tam late propagavit, ut ipsa quoque inter celebriora evaserit loca, ad quæ pietas Christiana peregrinatum ire solebat. Id testatum facit exemplum Joannis, Anachoretæ apud Moschum, in Prato spirituali cap.* 180 *enumerantem loca celebria, ad quæ iste e Palæstina sat longo itinere* pergebat, nunc quidem Ephesum ad S. Joannem, nunc autem Euchaitam ad S. Theodorum, nunc vero ad S. Theclam in Seleuciam Isauriæ, nunc ad S. Sergium in Saraphas. *Talibus igitur decorata Sanctis, talibus ornata templis, talibus frequentata peregrinationibus* Euchaita, *potest meruisse in sedem Archiepiscopalem erigi, et ab Antistite* αὐτοκεφάλῳ *gubernari.*

Reliquiis decorata, peregrinationibus frequentata.

VITA

S. DOROTHEI THEBANI,

Auctore Palladio Episcopo Helenopolitano, teste oculato. E

Ex Vitis Patrum lib. 8.

Isidorus Presbyter et Xenodochus, cum ad eum venissem adolescens (*loquitur de se ipso Palladius*) et rogarem, ut ad vitam cooptarer monasticam, mea adhuc ætate lasciviente, et non opus habente sermonibus, sed laboribus qui carnem subigerent, duraque et aspera vivendi ratione quæ corpus compesceret ; Isidorus, inquam, tamquam bonus domitor pullorum, duxit me extra civitatem, ad eas quæ dicuntur Cellæ eremiticæ, circiter quinto ab urbe lapide ; et me tradit cuidam Dorotheo exercitatori Thebano, sexagesimum annum agenti in spelunca : et jubet me implere apud ipsum tres annos, ad domandas animi perturbationes (sciebat enim senem agere vitam admodum duram et asperam) et postquam annorum numerum implessem, rursus ad eum reverterer mandavit, ob reliquam doctrinam spiritualem. Cum autem non possem apud ipsum implere numerum trium annorum, eo quod in morbum incidissem vehementem, ab eo discessi ante tempus præstitutum. Erat enim ejus vitæ ratio longe asperrima, squallida et plane arida.

Palladius adductus Dorotheo, ad domandas animi perturbationes,

F

2 Toto siquidem die, atque adeo in ipso æstu meridiei, in solitudine quæ est propter mare, colligebat lapides, et ex eis semper ædificans et cellas faciens, eas cedebat iis qui non poterant ædificare, singulis annis cellam faciens. Cum autem ego aliquando huic Sancto dixissem : Quid agis, Pater, in tanta senectute corpusculum tuum occidens caloribus intolerabilibus ? Respondit mihi, dicens : Illud me occidit, ego quoque ipsum occidam. Comedebat autem singulis diebus sex uncias panis, et minutorum olerum fasciculum : aquæ autem bibebat modicum quid. Deum autem testor, me numquam eum cognovisse pedes extendentem, non dedita opera dormientem in toro aut super lectum : sed per totam noctem sedens, contexebat funem ex ramis palmarum, ut ex eo sibi victum pararet. Cum autem suspicarer, eum cum adessem solummodo tam extrema usum exercitatione ; sciscitatus sum, ut scirem an ea uteretur perpetuo, quæsivi a compluribus ejus discipulis, qui ipsi quoque manebant deinceps seorsum, se recte et ex virtute gerentes. Hi mihi dixerunt, quod a juventute vitam suam ita instituit, numquam dedita opera dormiens ; nisi quod inter operandum

miratur ejus laborum tolerantiam, victusque et somni parcitatem, a juventute observatam semi :

A operandum vel comedendum aliquando connivebat oculis dejectis; adeo ut sæpe panis quoque ex ejus ore excideret esus tempore, propter nimiam dormitationem.

qui infectam ab aspide aquam

3 Cum autem ego aliquando cogerem hunc Sanctum paululum jacere super stoream, ægre ferens mihi dixit: Si quando persuaseris Angelis ut dormiant, tum virtutis studioso quoque persuaseris. Quodam autem die ad puteum suum me misit, ut implerem cadum, quo in refectione uteretur, cum instaret hora cibi sumendi. Accidit autem ut cum accessissem, infra in puteo viderem aspidem, et præ metu aquam minime haurirem; sed currendo reversus ei nuntiarem, dicens: Periimus, Abba; vidi enim aspidem inferius in puteo. Ille autem honeste subridens (quoniam mei magnam habebat rationem) et caput quatiens, dixit: Si visum fuerit diabolo in omnem puteum injicere serpentes et aspides, vel testudines et alia venenata animalia in omnes fontes aquarum; tu manebis numquam bibens? Ipse autem e cella egressus, cum per se hausisset, bibit jejunus, cum prius aquam signaculo Crucis munisset, et dixisset; Ubi Crux adest, ibi viribus caret diaboli improbitas.

signo crucis signat bibitque incolumis B

VITA

S. DOROTHEI ARCHIMANDRITÆ

Ex variis, præsertim propriis ejus scriptis collecta.

CAPUT I.

Ejus sanctitas et scripta, vitæ compendium, studia litterarum.

Ordo proponendorum hoc cap. 1.

Collecturi gesta S. Dorothei Archimandritæ, *de quo in Commentario prævio pluscula dicta sunt, proponimus primo hoc Capite totius vitæ ipsius compendium, laudabiliter enarratum in Epistola ad Fratrem, qui repertos* S. Dorothei *Sermones seu Institutiones asceticas sibi mitti postularat, data ab earumdem inventore, discipulo (ut colligitur ex contextu) ipsius Sancti. Præmittimus tamen Epistolæ isti* Prologum, in S. Dorotheum *ejusque Institutiones, Auctoris antiqui et verosimiliter Monachi studitæ; qui exhibet de sanctitate ejus et doctrinæ integritate testimonium gravissimum duorum antiquorum, et litteris juxta ac pietate clarissimorum Patrum, SS. Theodori Studitæ atque Tarasii Patriarchæ Constantinopolitani,* Dorotheum *nostrum ab alio Synonimo, Severi erroribus infecto, distinguentium; et or-* C *thodoxum, probatum, sanctum appellantium. Subjungimus autem Epistolæ prædictæ ex Institutione X specimen aliquod adolescentiæ ejus, litterarum studiis applicatissimæ, antequam ad institutum monasticum appelleret animum. Prologus igitur præmittendus sic habet:*

Dorotheus noster, ab alio Severi impio sectatore, distinctus.

2 Sciendum est, duos fuisse Dorotheos et duos Barsanuphios: atque illos quidem Severi erroribus infectos; hos vero rectam doctrinam atque perfectam vitæ rationem complexos, qui et præsenti libro (*nempe Institutionum, e quibus Vitam S. Dorothei præcipue contexìmus*) continentur. Quamobrem etiam hunc librum, virtutis præcepta tradentem et animæ maxime utilem, ut opus revera Dorothei, orthodoxi et inter Patres conspicui, admittere debemus; cum non sit illius infidelis et perversi. Quemadmodum etiam Pater noster et Christi Confessor Theodorus, Studiensis monasterii moderator Sapientissimus, in suo ad discipulos Testamento, recte docuit. Qui postquam suæ Fidei sensum declaravit, et omnes ad unum atheos hæreticos anathemate D damnavit, sic insuper subjungit.

AUCTORE C. J.

3 Et universum tam antiqui quam novi Testamenti librum divinitus inspiratum; et præterea omnium Sanctorum diviniloquorum Patrum Doctorumque et Ascetarum vitas ac divina scripta suscipio. Hoc autem dixi, propter aperte perniciosum Pamphilum, qui ex oriente adventitans, sanctos illos viros, Marcum, Isaiam, Barsanuphium, Dorotheum, et Hesychium calumniatus est. Nec vero ego, cum Barsanuphium, Isaiam, Dorotheum nomino, illos Acephalorum propugnatores, qui et ipsi capite minuti sunt, aut Decaceratarum sive Decicornium conjuratos socios intelligo, qui a S. Sophronio tabella anathematis confixi sunt: sed alios, videlicet illos supra nominatos, ab his diversos; quos ego per examen sanctissimi Patriarchæ Tarasii, jam pridem summo Sacerdotio fungentis, nec non aliorum fide dignorum hominum, tam indigenarum quam orientalium, testimonio probatos, ex paterna traditione amplector. E

laudatur in testamento S. Theodori Studitæ,

4 Quam bene cum in horum doctrina nullam impietatem, sed contra potius magnum animarum subsidium magnus Pater noster Theodorus deprehenderet; ecce certis limitibus utriusque Dorothei sententiam distinxit, et ejus qui hoc libro continetur doctrinam velut utilissimam approbavit; quemadmodum revera est animæ perquam utilis: ad cujus normam si quis vitam suam exacte direxerit, ad perfectam virtutis Christianæ mensuram facile perveniet; qua obtenta, vacuitatis passionum corona decorabitur, unaque cum Sanctis vitam æternam consequetur. *Hactenus Prologus, in quo S. Theodorus Studita, non modo S. Tarasii Patriarchæ, sed aliorum etiam* tam indigenarum *seu Constantinopolitanorum,* quam orientalium *testimonio, et majorum traditione, a* Dorotheo *nostro ejusque doctrina stat contra asseclam Severi.*

et ejus doctrinis probatur ut utilissima

5 *Jam vero Epistola inventoris Institutionum, ad Fratrem illas desiderantem, sic habet:* Laudo propositum tuum, Frater desideratissime: atque boni studium beatum vere prædico benedictam ac decoram amantem animam tuam. Tam studiose enim scrutari, tam sincere laudare beatum vere ac Deo dignum Patrem nostrum, qui a Dei dono nomen habet; hoc utique virtutem laudare est, secundum quam adeo beatus evasit, et Deum dilexit, ac veræ vitæ curam gessit. Laus enim, ut ait B. Gregorius, excitat æmulationem, æmulatio vero virtutem, virtus denique affert beatitatem. Congaudendum igitur ac vere F congratulandum est, huic tanto profectui tuo: illius enim visus es vestigia premere, qui imitator est vere Mansueti et Humilis corde; qui spiritualem Petri et sequacium ejus abnegationem considerans, ita sese omni visibilium affectu exuit, ita se suis secundum Deum Patribus resignavit, ut et ipse cum fiducia (quod recte novi) ad Salvatorem dicere possit: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te.

Commendatur ab imitatione Christi,

6 Unde cum Dei auxilio perfectus in brevi, explevit tempora longa; non in sensibilibus quidem solitudinibus ac montibus commoratus, nec feris carnivoris imperare pro magno reputans; sed animæ solitudinem amplexus, ac montibus æternis mirifice lucentibus appropinquare desiderans, et conculcare capita serpentum ac scorpionum animas occidentium. Quod et brevi promeruit Christi auxilio consequi, per athleticam propriæ voluntatis interemptionem, quæ Patrum viam, erroris expertem, ipsi præmonstravit; et leve beatitudinis onus, ac salutare et revera suave jugum ostendit. Unde optimam celsitudinis viam didicit humilitatem, atque id quod dicitur, Misericors esto et mansuetus, opere

ab abnegatione sui,

A opere sermonem sanctorum seniorum excipiens. His omnibus virtutibus exornatus Beatus ille, semper illud in ore gerebat, quod a senioribus sanctis acceperat: quicumque scilicet ad præcidendam propriam voluntatem studiose intendisset, in locum quietis perventurum. Ut enim invenit quod diligenter quæsiverat, omnium quidem perturbationum radicem esse sui ipsius amorem, subamaræ nostræ voluntati cohærentem: efficaci hac medicina usus, radicem simul et mala germina penitus emacavit, atque generosus incorruptibilium frugum cultor evasit, nec non veræ vitæ fructus produxit; absconditum in agro thesaurum, rite a se quæsitum ac repertum possidens, et bonis nunquam evacuandis ditatus.

ALC ORF C. J. ab humilitate,

ab erudiendo amore proprio,

7 Vellem equidem idoneus satis esse, qui mente et lingua possem sancti hujus viri vitam sigillatim exponere, in commune omnium commodum et virtutis exemplar absolutissimum. Quo item pacto Beatus ille angustam et latam et prorsus admirabilem viam percurrerit, idque citra errorem et elusionem, cavendo præcipitem in utraque transgressionem: sic enim Dei amicus et vere magnus Basilius angustiam afflictæ ac salutaris viæ definit. Alteram vero tenuit per mortificationem, et erga eos qui ipsum ad Deum deducebant libertatem, ac præcipue per humilitatis altitudinem, quæ sola, juxta magnum Antonium, omnibus diaboli laqueis superior existit; quare et ab ipso verissime implebatur illud: Latum mandatum tuum nimis. Sed hoc tamquam in capo silicet transibam: novi enim ad reliqua Beati hujus bona, etiam illa, quæ externorum Philosophorum dicuntur, accessisse; quæ tamquam vere sapiens apis in florilegio collecta, prout usus ferebat, diligenter pro opportunitate doctrinæ suæ intexebat; quale est illud; Ne quid nimis: Nosce te ipsum: atque similia, ad quæ non tam prudens propositum, quam impossibilitatis necessitas, sicut dictum est, me compellit.

a prudentia in operando,

B

a solertia in utendo dictis profanis ad res sacras.

Ps. 118, 96

8 Ceterum, quod mihi diligens et ornatissima vestra jussit anima, hoc jam confidens feci, et gravitatem inobedientiæ suspectam habens, et socordiæ veritus punitionem. Jamque una cum præsentibus litteris meis ad vos, prudentes Dei trapezitas, talentum, quod apud me otiosum erat, misi: repertas, inquam, B. Dorothei Institutiones, quas ipse a suis majoribus accipere dignus fuit, ac propriis discipulis tradidit, faciens et docens, uti primus et verus Præceptor noster atque Salvator. Etsi autem omnes sermones ejus reperire nequiverimus, sed admodum paucos, eosque sparsim a quibusdam viris studiosis Dei providentia collectos: attamen satis fuerit, dexteritati tuæ etiam hancce brevitatem proposuisse, juxta illud: Da sapienti occasionem, et Sapientior erit.

Institutiones ejus mittuntur illas petenti.

Prov. 9, 9

9 *Hactenus editio Corderii, e cujus versione reliqua omnia hic damus. Quæ sequuntur ipse prætermittit, quia absunt a contextu græco: quia tamen in Bibliotheca Patrum et alibi prioribus addita leguntur, operæ pretium puto eadem huc transcribere, quamquam non satis apte cum præmissis cohærentia; ne quid quod ad laudem Sancti facit, sponte prætermisisse videamur. Prosequitur itaque Bibliotheca, Coloniæ edita:* Quale enim fuerit sancti viri propositum, ad monasticam conversationem adeo addicti; quam idoneam et accommodatam vitam elegerit, animo mecum repeto. Et hinc quidem summam ipsius animæ obedientiam erga Patres suos, puram abdicationem, simplicitatem conscientiæ, studium et diligentiam, atque omnia in cognitione fundata. Hinc fidei constantiam, caritatem, et perfectionem. Ad confratres, consocios affabilis erat et verecundus, alacer, benignus, clemens etiam cum præesset; non suspiciosus, non deses, non otiosus, non contumax, non contentiosus; quæ robora sunt nullum judicandi et nil sumendi. Concordiam quoque unanimitatemque, super mel dulcia, semper fovebat: at vero ad opera studiosus, diligens, prudens, attentus, mitis, cum omni probitate exemplum bonorum morum; ad res autem gerendas accuratus et venerabilis amator pulchritudinis; nil perperam agens, divino quodam ingenio et discretione quosvis superans; in cunctis humilis, gratus, fortis et constans, sobrius et solicitus atque cogitabundus. D

Compendium virtutum ejus,

10 Sed quid opus est per singula discurrere? Simile quid facturus videor cum eo, qui voluerit vel stillicidii guttas vel undas maris dinumerare. Æquum est autem, quam proposueram metam non excedere, et vobis quoque partem aliquam dulcis hujus inquisitionis relinquere; ut pariter his deliciis fruamini mecum, discatisque qua hac via, sanctitate, urbanitate, in divinam doctrinam et animarum salutem ita deductus sit ab eo, qui omnia gubernat et providentia disponit. Compatiens, inquam, et benevolus pater, perdignus qui animas instrueret et illuminaret; magnus in intellectu, major in obsequio; sublimis in contemplatione, sublimior in humilitate; dives in Deo, pauper in spiritu; dulcis eloquio, dulcior occursu; doctus medicus in quemcumque volueris morbum; qui ægritudinem [auferebat] divitibus et mendicis; sapientibus et insipientibus; feminis, viris; senibus, junioribus; afflictis, lætis; advenis, suis conjunctis; solis, imperantibus; dominis, servis; subditis, liberis: sanctam illam et variam innumeramque œconomiam cunctis hominibus ut talentum impertiens, et omnibus omnia factus, sicque plurimos perlucratus. Sed jam hora est, Amantissime, aut mensam sermonis suavissimi apponam; cujus unaquæque pars, et dictio etiam minima non minimum affert commodum et utilitatem. Nam divino vere et admirabili eloquio fuit vir ille: sed humili et pedestri oratione repere voluit, ob humilitatis exemplum; et inornatum sermonem exculto ubique prætulit. Tu igitur sincero hoc studio et beatitudinis fructu enutrire; alere hujusmodi viatico et cibo; accede ad sanctum urbanitatem quam diu optasti, et pro languore meo sedulo supplicato.

aliis in exemplum proponitur.

E

11 *Hactenus ille Frater cum appendice latina, tam luculenter, quam compendiose de Sancto, cujus gesta, saltem plura, se* novisse *et* recte novisse, *asserit, Utinam idem (quod et ipse optat) totam* sancti viri vitam sigillatim exposuisset, in commune omnium commodum et virtutis exemplar absolutissimum! *Sed cum ab ipso id factum non sit: conferamus operam nos, decerptosque flosculos aliquot virtutum ejus, per hortulum Institutionum asceticarum sparsos, colligamus componamusque inde fasciculum, qui trahere post se plures Asceticos possit odore suo. Eo autem majorem habebit compositio illa auctoritatem, quod ipse Sanctus ubique de se ipso testimonium dicat, virtutesque pro humilitate sua potius imminuat quam extollat. Nonnulla tamen capite proximo proponenda, suppeditabit etiam Auctor vitæ S. Dosithei, probatissimus et coætaneus, si non Dositheo ipsi, certe magistro ejus* Dorotheo, *diu post discipulum defuncto.*

Longior vita optatur

et collecta ex scriptis ejus datur.

12 *Sed cum reliqua fere omnia ad monasticam* Dorothei *vitam spectent, prælibemus hoc ipso capite adolescentiæ ipsius specimen aliquod; videamusque quo fervore, stupendissimo sane, in litterarum studia raperetur atque incumberet. Institutione X ostendere volens, illum qui ad virtutem contendit, principio sibi ipsi vim inferre debere, sic paulatim profecturum, ac tandem cum tranquillitate acturum; exemplum et experientiam propriam suis proponit, sic loquens:* Quando litteris vacabam externæ disciplinæ, sub initium valde

In adolescentia.

quæ primum horrebat studia

A valde laborabam; cumque incipiebam capere librum, non secus me habebam atque aliquis qui accedit ad tangendam feram. Ut igitur perseveravi mihi ipsi vim afferre; adjuvit me Deus, et talem studendi habitum contraxi, ut etiam nescirem quid comederem, vel quid biberem, vel quomodo dormirem, præ ardore studiorum. Neque quisquam amicorum meorum unquam ad prandium me allicere valuit: sed neque unquam lectionis tempore ad consortium ejus accessi, quantumvis societatis amans essem et socios meos diligerem.

adeo dein amavit, ut sibi, somni, sociorum oblivisceretur,

13 Cum igitur nos Sophista dimisisset, et ego me abluissem (indigebam enim quotidiana lotione, quoniam ob nimiam lectionum assiduitatem exsiccabar) concedebam ad meam mansionem, nesciens quid mihi esset comedendum: non poteram enim vacare vel præparandis cibis. Habebam tamen fidum quemdam amicum, qui mihi parabat si quid voluissem. Accipiebam igitur quidquid ab eo præparatum invenissem; habens et librum meum ad sinistram in grabato, et paulatim in ipsum inclinabam; et cum dormirem, similiter habebam ipsum in sede mea; et cum parum somni cœpissem, exsi-

et ubique librum secum haberet.

B liebam ilico ad lectionem. Rursus vesperi cum ad lucernæ lumen discederem, accendebam lampadem, et ad mediam usque noctem lectioni incumbebam; et sic affectus eram, ut ex nulla re alia, nisi ex lectionibus caperem voluptatem. Quando igitur veni ad monasterium, mihimet ipsi dictitabam: Si cui tantus sit ad externam eloquentiam affectus tantusque legendi ardor, ut habitum scientiæ consequatur; quanto magis pro virtute laborandum? atque ex hac re magnas vires capiebam. *Nunc e Vita S. Dosithei, quæ ad* Dorotheum *nostrum faciunt, decerpta demus.*

CAPUT II.

Gesta Dorothei circa Dosytheum discipulum suum.

Monasterium Seridi Abb. intrat

Beatus vero Abbas Dorotheus, vitam solitariam Deo adjuvante amplexus, ad Abbatis Seridi cœnobium secessit, ubi magnos quosdam ac complures reperit quieti deditos; inter quos duo erant eximii magni senes, sanctissimus scilicet Barsanuphius, ejusndemque discipulus sive coexercitans, Abbas Joannes; qui propter eam quam habebat futura

sub disciplina S. Barsanuphii,

C prævidendi gratiam, cognominatus est Propheta. Quibus cum semetipsum omni fiducia formandum tradidisset; magno quidem seni per sanctum Abbatem Seridum loquebatur; Abbati vero Joanni Prophetæ etiam deservire promeruit; *uti ipse etiam gloriatur infra, quod tali ministerio judicatus sit dignus. Sed prosequitur Auctor vitæ S. Dosithei.*

ubi valetudinarium Fratribus extruit

15 Cum adhuc beatus Abbas Dorotheus versaretur in cœnobio Abbatis Seridi, et certamen Christianæ obedientiæ perficeret; decreverunt sancti senes, ut eo loci ipse valetudinarium extrueret, ejusdemque curam haberet. Nam siquando infirmabantur Fratres, valde afflictabantur, quod nullum qui ipsorum curam gereret, haberent. Extruxit igitur, adjuvante Deo, valetudinarium, proprio secundum carnem fratre sumptus ipsi suppeditante: erat enim vir, Christi admodum diligens et monachorum amicus singularis. Porro ipse Abbas Dorotheus, ut dixi, una cum aliis quibusdam piis ac religiosis Fratribus curam habebat ægrotantium; quippe cui hujusmodi administrationis demandata erat dispensatio.

fratre carnali sumptus præstante,

16 Quadam igitur die accersivit eum præfatus Abbas Seridus: ad quem cum venisset, juvenem

D quemdam invenit, militari sago indutum, delicatissimum juxta ac formosissimum. Is autem tunc forte venerat ad monasterium, una cum quibusdam amicis, qui erant de palatio Ducis. Ut igitur accessit Dorotheus, assumit eum seorsum Abbas Seridus, eique dicit: Hi viri adduxerunt hunc adolescentem, dicentes eum velle hic in monasterium commorari: et vereor ne forte sit alicujus magnorum istorum filius, qui vel suffuratus sit quidpiam, vel mali quid egerit et fugere velit; nosque periculo exponamur: neque enim habitus ejus neque forma est cujuspiam, qui monasticam profiteri vitam cupiat....

AUCTORE C. S. Juvenem, ingredi monasterium volentem,

17 Tunc Abbas misit S. Dorotheum, qui juveni loqueretur, ipsumque examinaret. At ille nihil aliud respondere noverat, quam, Volo salvari. Reversus igitur Dorotheus Abbati refert; Si omnino decreveris ipsum admittere, nil est quod timeas; nullum enim vitium habet. Dicit ei Abbas: Fac igitur caritatem, et tecum illum assume, ut salvetur: nolo enim eum inter Fratres commorari. Ipse vero præ modestia instanter id recusabat, dicens; neque status neque moduli esse sui onus istiusmodi in se suscipere. Cui Abbas: Ego, inqui, et tuum onus et illius gesto: tu cur affligeris? Tunc dicit ei B. Dorotheus; Quoniam igitur hoc omnino decrevisti, expone illud E seni (*Barsanuphio*) si tibi videtur. Bene, inquit ille, ego exponam ei. Pergit itaque et rem seni refert. Tunc senex ipsi declarat, ut sic eum susciperet; Per te enim, inquit, Deus salvabit eum. Tunc suscepit ipsum cum gaudio, et secum habuit in valetudinario, atque Dositheum appellavit.

jubetur examinare et suscipere,

eumque appellatum Dositheum

18 *Laus non minima* Dorothei, *discipulus iste fuit, quem brevi temporis spatio omni virtutum genere informavit. Ac primum quidem temperantiam in manducando docuit; diminuendoque paulatim panis portionem eo adolescentem adduxit temperantiæ, ut qui initio comedebat panem unum quatuor librarum, et alterum ejusdem ponderis dimidium, tandem unciis octo contentus esset. In operibus porro caritatis exercebat ipsum egregie in valetudinario Fratrum; et siquando verbulo fortasse aliquid in alium deliquisset, suaviter ac fortiter dolentem culpam suam corrigebat atque animabat. Cum enim humi sedentem aliquando ac flentem reperisset, ait illi:* Quid est tibi, Dosithee? qui habes? cur fles? Cui ille; Ignosce Domine, quoniam iratus fui, et male locutus sum Fratri meo. Et dixit ipsi: Itane irasceris, Dosithee? Itane non pudet te iratum etiam male loqui Fratri tuo? An ignoras ipsum esse Christum, teque Christum affligere? *Cumque ille ubertim flere pergeret, aiebat:* Deus tibi parcat: sur- F ge, modo incipiamus, et diligentiam adhibeamus; ac Deus opem feret.

egregie docet temperantiam,

caritatem,

mansuetudinem;

19 *Vanam quoque gloriam reprimere in discipulo ex occasione noverat dextrerrime. Nam, ut erat apertissimæ conscientiæ* Dositheus, *cum lectulos infirmorum egregie stravisset, transeuntem subinde illac* Dorotheum *compellavit, dicens:* Domine, Domine, cogitatio mihi dicit: Eleganter lectulos sternis. *Cui* Dorotheus, *gloriolam illam retundens;* Papæ! Domine, ecce bonus servus factus es, insignis cubicularius; sed non bonus Monachus evasisti. *Alias cultello cuipiam afficiebatur immoderatius, cupiensque illum in valetudinario retinere, rogavit sanctum Magistrum id sibi ut liceret, laudans cultrum, ex eo quod* optime scinderet panes, *ac* parandis offis idoneus esset. *Sed vanam gloriam et affectum nimium* Dosithei *erga cultrum, subodoratus* Dorotheus; *afferri illum ad se jussit: contemplatusque elegantiam ejus*, Siccine, *inquit*, Dosithee, tibi placet? Numquid vis esse servus cultelli hujus, et non servus Dei? Siccine tibi placet, ut cultelli hujus affectu illigeris? Et te non pudet velle, ut cultellus iste tuipotius dominetur, quam Deus? Vade, depone cultellum istum, nec tangas eum.

dedocet vanam gloriam

et immoderatum erga res terrenas affectum.

A 20 *Uti autem* Dorotheus *nullam virtutem in Monacho pluris faciebat obedientia; imprimis voluit in ea excellere discipulum suum; interque alia ejus experimenta hocce aliquando sumpsit. Si quando indigebat* veste Dositheus, *suppeditabat ipsi* Dorotheus *unde illum conficeret; cumque abiisset et magna cum elegantia vestem consuisset, advocabat ipsum, dicens;* Dosithee, consuistine vestem istam? *Et respondente illo;* Ita, Domine, recte atque eleganter ipsam concinnavi: *obedientiam ejus exercens, inquiebat:* Vade, da ipsam huic Fratri, aut huic infirmo. *Deinde* rursus aliam ipsi vestem porrigebat: quam ut iterum eleganter sarcivisset atque concinnasset, similiter aiebat ei; Trade illam isti Fratri Et protinus eam porrigebat, nec uqnuam affligebatur aut murmurabat dicens, Postquam laboravi sarciens et concinnans vestem aliquam, tulit eam a me atque alteri præbet; sed quidquid boni audiebat, id id magna promptitudine exequebatur. *Felix discipulus, quod talem nactus fuerit magistrum, qui tam prudenter suo tempore et loco noverat suos exercere!*

AUCTORE C. J. Maxime eum exercet in Obedientia,

21 *Si quandoque castigatione aliqua opus esse judicabat, ut in humilitate perstaret discipulus; maluit* B *eam per Abbatem infligi quam per se, ne forte castigati animus inde abalienaretur, et minus fiduciæ poneret in magistro suo. Sic, interrogatus a* Dositheo *super aliquo sacræ Scripturæ loco, quod nollet eum* in talibus versari, sed magis humilitate servari, respondit, se nescire. *At ille paulo post interrogat denuo de alio loco: cui iterum respondit;* Nescio, sed vade, interroga Abbatem. *Abiit ipse confestim, dicto audiens.* Beatus autem Dorotheus, jam prædixerat Abbati seorsum; Si venerit Dositheus ad te, ut interroget quidpiam Scripturisticum, verbera ipsum parumper. Cum igitur venisset atque interrogasset; *cœpit illum reprehendere Abbas, ac tandem* dimittens, duas ei alapas impegit, *magnum inde humilitatis ac patientiæ fructum referenti. Nam alacriter* reversus ad Dorotheum, genas ei ex alapis rubras ostendens, dixit: En adhuc firmas solidasque habeo.

et humilitate,

ut et verbera gaudens ferret.

22 *Fere quinquennium sub disciplina* Dorothei *egerat* Dositheus, *cum e vivis excessit; tantoque virtutum ornatu decorus, magistrum discipulus prævolavit in cœlum; postquam non minora ab illo acceperat indicia caritatis paternæ in valetudine adversa: quam seduli solicitique instructoris in secunda. Aderat enim frequenter* Dorotheus *decumbenti,* et libenter remedium aliquod attulisset. *Cumque deprecatus esset æger, ne ova sorbilia sibi darentur; expressit ille* C *animi sui tenerum affectum;* Recte, *inquiens,* cum non velis, non dabo tibi; tantum ne turberis. Satagebat autem pro ovis illi dare res alias, quæ conducebant sanitati. *Ingravescente vero magis ac magis morbo, identidem monebat infirmum ut oraret, atque interrogabat;* Dosithee, quomodo se habet oratio? Etiamnum sibi constat? *Cui is cum sæpe respondisset;* Bene, Domine, ora pro me: constat sibi per tuas preces: *tandem reposuit;* Ignosce, Domine, jam amplius incumbere orationi nequeo. *Et Dorotheus;* Omitte igitur illam; ac Dei tantum memor esto, eumque tibi præsentem considera. *Interea* intuebatur eum laborantem; et anxius erat, ne quidpiam damni pateretur.

Ægrotanti vidern

caritatem magnam solicitus exhibet.

CAPUT III.

Quid de Obedientia et Humilitate docuerit atque exercuerit.

Hactenus *præclara quædam gesta* Dorothei, *tum mortuus est Dositheus, uti hujus Vita habet num.* 19, adhuc discipuli; *sed qui simul partes cum magistri, ut vidimus, egregie explevit. Nunc quæ præterea in monasterio illo Abbatis Seridi, antequam alio transiret, egerit, inspiciamus. Prima ejus Institutio Ascetica, ex editione Corderii nostri, tractat de abnegatione atque Obedientia perfecta, nec non de securitate obedientibus ei; estque illa præclarissima imprimis et quoddam vitæ asceticæ compendium. Ut autem discipulos suos informaret Sanctus virtutibus istis, operose multa adducit, ac potenter perorat; tandemque* indifferentis obedientiæ tranquillitatem *experientia propria sic suis explicat.* Interrogavi aliquando senem illum Abbatem Joannem, Abbatis Barsanuphii discipulum, et dicebam: Domine, cum Scriptura dicat; Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum, et videam me nullam habere tribulationem; quid mihi faciendum, ne forte perdam animam meam? nullam enim tribulationem aut solicitudinem habui. Dum autem contingeret me habere hanc cogitationem, accipiebam tabellam et seni scribebam (per litteras enim eum interrogabam) et antequam hoc ipsi proponerem et scriptionem absolverem, sentiebam utilitatem et levamen: tanta erat securitas tranquillitasque. Ego autem cum nescirem vim virtutis, et audirem; Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum; timebam, quia non habebam tribulationem. Postquam igitur hoc seni manifestaveram, sic mihi respondit: Ne affligaris, quia nullam habes molestiam: nam quisquis Patrum se committit obedientiæ, hanc securitatem et tranquillitatem obtinet.

D

Obedientiam suis laudat,

ejusque tranquillitatem,

experientia propria E

et S. Barsanuphii responso probat,

24 *Paulo ante proposuerat exemplum Dosithei sui,* ex quali vita, luxu, et socordia, ad qualem mensuram sanctitatis exiguo temporis spatio ille pervenisset, eo quod obedientiam amplecteretur, et propriam abscinderet voluntatem; *quibus ita subjungit:* Narro vobis etiam aliam rem similem, quæ me præsente accidit, ut intelligatis obedientiam, et propriæ carentiam voluntatis, ab ipsa quoque morte hominem eripere. Cum quondam inter discipulos Abbatis Seridi versarer, venit eo discipulus cujusdam magni senis ex partibus Ascalonis, ad quidpiam, Abbatis sui nomine percunctandum. Habebat autem in mandatis a sene, ut vesperi ad cellam propriam reverteretur. Interim oborta est vehementissima tempestas cum imbribus et tonitruis, vicinusque torrens jam erat in pleno fervore exundationis: attamen ille propter senis verbum discedere volebat: nos vero hortabamur illum, ut maneret, supponentes fieri non posse, ut e fluvio salvus emergeret: at illi omnino persuaderi non potuit, ut maneret. Postremo diximus, Ad flumen cum ipso procedamus: si enim ipsum viderit, sua sponte revertetur. Ivimus itaque una cum eo; et cum ad flumen pervenimus, exuit ipse vestimenta sua, et alligat illa capiti suo, et accingit maphorium seu scapulare suum, et projicit semetipsum in flumen in universum illum fluxum horrendum. Nos autem stabamus obstupefacti ac trementes, ne forte occumberet. Ille vero pergebat natans, statimque in altera ripa deprehenditur, atque induit se vestibus suis; indeque se nobis inclinat, et accipit benedictionem, abitque currens. Nos autem virtutis vim admirantes, hæsimus obstupefacti, quoniam cum timore illuc animum intendebamus. Ipse vero propter obedientiam suam absque periculo pertransivit.

imo ipsam eripere hominem a morte ostendit

exemplo fratris amore ejus torrentem tranantis. F

25 *Altera Institutione sua* Dorotheus, *initio omnis peccati, videlicet superbiæ, repagulum opponit humilitatem, quam, uti et superbiam, duplicem facit. Et prima quidem superbia contra proximum, altera contra Deum extollit animum.* Prima est, quando quis Fratrem nihili facit, quando ipsum vilipendit, acsi homo nauci sit; et semetipsum illi anteponit. *Ex illa*

Docet exemplo, superbum contemnere prius homines,

A *illa vero, nisi quis actutum resipuerit, sensim perveniri ad secundam, ut contra Deum insurgatur, experientia se didicisse ostendit, ita inquiens:* Certe, Fratres mei, quendam novi olim, qui ad hunc miserabilem statum devenit: ac initio quidem, si quis Fratrum ipsius quidpiam proferret, unumquemque despuebat ac dicebat; Quis est iste? Nemo est præter Zosimam et socios ejus. Deinde cœpit etiam hos vilipendere ac dicere; Nemo est præter Macarium. Et paulo post cœpit dicere; Quid est Macarius? Nemo est præter Basilium et Gregorium. Atque etiam non multo post, hos quoque cœpit spernere dicens. Quis est Basilius, et quis est Gregorius? Nemo est nisi Paulus et Petrus. Cui ego dixi; Certe Frater, hos etiam contemnes. Credite mihi; post exiguum tempus incepit dicere; Quis est Petrus, Quis est Paulus? Nemo est nisi sancta Trinitas. Hoc modo postmodum etiam contra Deum ipsum intumuit: usque adeo demens erat.

deinde Sanctos

tandem Deum ipsum.

26 *Mirum hinc videri possit, quantum unius ejusdemque monitio apud alium atque alium valeat. Omnes Dositheus in optimam accipiebat partem, et Sanctus evasit. Contra non audivit monitorem ille, de quo modo; et ad* B *extremum superbiæ atque contumaciæ pervenit: non minus paterne hunc atque istum monente* Dorotheo. *Sed porro de humilitate loquentem audiamus.* Memini, *inquit,* cum aliquando de humilitate verba faceremus, et Gazensis quidam vir illustris audiret nos, illud ipsum asserentes, quod quantum quis propinquior sit Deo, tanto magis se videat peccatorem; admiratione defixum dixisse; Quomodo fieri hoc potest? ignorabat enim, et volebat scire rationem. Tum dico illi: Domine Primas, dic mihi quid censes temetipsum esse in tua civitate? Respondit ille: Censeo me magnum et primum civitatis. Dico illi: Si forte Cæsaream iveris, quid ibi de te senties? Habebo me, inquit, viliorem Magnatibus, qui illic degunt. Tum ego illi: Si autem abieris Antiochiam, quem te ibi faceres? Cui ille ait; Velut quemdam rusticum ibi me putarem. Dico illi tandem; Si Constantinopolim adieris ad Imperatorem: quid de te istic senties? Haberem me, inquit, ut pauperem quemdam et egenum. Tum ego illi: Ecce, inquam, ita se habent viri sancti; quanto propius ad Deum accedunt, tanto magis se vident peccatores.

Docet similitudine,

sanctiores, etiam humiliores

et magis se agnoscere peccatores

27 *Ita pulcherrima similitudine ostendit verum esse dictum suum de humilitate, in sanctioribus viris magis excellente. Quod capere neutiquam valens Sophista quidam, Abbatem Zosimam eadem super re verba fa-* C *cientem adiens:* Dic mihi, *ait,* quomodo te peccatorem existimas? nonne scis te sanctum esse? numquid nosti te virtutibus pollere? Ecce vides, quomodo mandata exequaris quomodo talia faciens, existimas te peccatorem? Senex autem non reperiens quo id responso explicaret; Non novi, inquit, modum quo tibi hoc explicem; verumtamen ita sentio. Sophista igitur ipsi adversabatur, scire volens modum quo se res haberet. Senex vero minime reperiens, quomodo ipsi rem hanc exponeret, sancta sua simplicitate: Ne pervetas me, inquiebat; equidem ita sentio. Cum igitur ego senem in responso hæsitantem viderem, dico ipsi: Numquid fortassis ita se res habet, sicut ars sophistica et medica? quando quis eam callens exercet, paulatim ipso exercitio innascitur quidam habitus medico vel sophistæ; neque potest dicere aut explicare, quo pacto illius artis habitum acquisiverit, dum anima sensim sine sensu, ipsum ex artis exercitatione concepit. Idem etiam usu venit in humilitate, dum ex mandatorum operatione habitus quidam humilis nascitur, qui sermone exprimi non possit. Ut igitur Abbas Zozimas hoc audivit, statim me complexus est, mihique dixit: Rem ipsam invenisti: ita se habet quemadmodum dixisti. Sed et D Sophista cum hoc audisset, curatus est, et hanc rationem ipse admisit.

quod capere non valenti sophistæ

opere explicat.

AUCTORE C. J.

28 *Ad hoc caput de humilitate referri etiam potest, quod Institutione quarta, quæ de* timore divino *tractat, ipse de se refert. Nam;* Ego quidem, *inquit cum magna humilitate*, nescio an aliquid unquam boni gesserim: si tamen ex hoc protectus fui, scio me protectum fuisse, quia numquam Fratri me ipsum prætuli, sed semper Fratrem meum mihi præposui. Quondam cum adhuc essem apud Abbatem Seridum, senis illius Abbatis Joannis, contemporanei Abbatis Barsanuphii, minister ægrotavit: mihique præcepit Abbas, ut seni ministrarem. Ego autem cellæ ipsius ostium ita deforis amplexabar, quemadmodum quis venerandam Crucem adorat; quanto magis ipsius ministerium? Quis enim non optaret dignus haberi tali Sancto? Ceterum habebat etiam sermonem admirabilem, et semper post expletum quodibet ministerium meum, humili gestu reverentiam illi exhibebam, ut acciperem ab eo benedictionem et discederem; mihique semper loquebatur. Habebat autem senex quatuor verba; et, sicut dixi, vesperi cum essem discessurus, semper unum ex quatuor mihi referebat, dicebatque hoc modo: Dicit E semel (sic enim senex assueverat ad quodlibet verbum dicere, Dicit semel) Frater, Deus custodiat caritatem. Dixerunt Patres: Custodire conscientiam proximi parit humilitatem. Rursus alio vespere dicebat mihi: Dicit semel, Frater, Deus custodiat caritatem. Dixerunt Patres: Numquam voluntatem meam Fratris mei anteposui, Alias iterum dicebat: Dicit semel, Frater, Deus custodiat caritatem. Dixerunt Patres: Fuge res humanas, et salvaberis. Iterum dicebat: Dicit semel, Frater, Deus custodiat caritatem. Dixerunt Patres: Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi. Semper solebat senex mihi sub vesperam discessuro dare unam admonitionem ex his quatuor, eo modo quo quis alicui viaticum præberet: et sic illa servavi in custodiam totius vitæ meæ.

Ipse se omnibus, vere humilis, postponit,

Abbati Joanni lætus inservit,

a quo quatuor sententias discit

ac tota vita retinet:

29 Attamen licet talem haberem fiduciam in Sanctum istum, et sic erga ejus obsequium affectus essem; simul ac percipiebam Fratrem quempiam affligi, eo quod quæreret ipsi deservire; actutum adivi Abbatem et ipsum rogavi, dicens: Si consentis, Domine; istud munus huic Fratri magis congruit quam mihi. Sed neque Abbas, neque senex ipse consenserunt. Verumtamen ego interim quantum in me fuit, id satagebam, ut Frater mihi præferretur: et cum ibi novem annos transegerim, non scio me cuiquam verbum asperum fuisse locutum, tametsi officium haberem; ne quis dicat me illo F caruisse. Mihi credite, quoniam scio quemdam Fratrem, a valetudinario usque ad ecclesiam, me conviciis insectatum fuisse: cui ego ne verbum quidem unum reponebam. Quin imo cum et Abbas id, nescio quo referente, rescisset, illumque vellet punire; ego perrexi pedes ejus amplecti, dicens: Ne per Dominum id feceris. Ego erravi; nullam culpam habet Frater. Alias item, sive ex tentatione, sive ex simplicitate (Deus novit unde) longo tempore lotium suum noctu reddidit ad caput meum; ut etiam stratum meum madefieret. Similiter et alii quidam Fratrum interdiu veniebant, et storeas suas ad cellam meam excutiebant; et videbam tantam multitudinem cimicum, cellam meam ingredientium, ut illos interficiendo superare non possem: erant enim ob calores, infiniti. Ceterum cum cubitum concessissem, omnes illi supra me congregabantur, ac somnus quidem ex nimio labore ingruebat: sed ilico excitatus e somno, reperiebam totum corpus meum depastum. Et numquam alicui

alteri locum cedere cupit;

conviciantem sibi tacitus fert

[illegible] pedes Abbatem

A alicui ipsorum dicebam : Ne sic feceris ; vel, Cur hoc facis ? Neque scio me ipsum, ut dixi, aliquando verbum mordax, aut cuipiam molestum fuisse locutum.

AUCTORE C. J.

30 *Ita pro humilitate sua* Dorotheus *quaslibet ferebat injurias, et ferendo coronam sibi terebat patientiæ incomparabilem. Non sic alter ille ; de quo agitur Institutione septima, qui similiter excipere animo æquo videbatur irrogatas a Fratribus injurias, sed non ex vero humilitatis motivo.* Erat quidam, *ait*, Frater in cœnobio, antequam ego inde discederem, quem numquam videbam vel turbatum vel erga quemquam exacerbatum, tametsi aspiciebam multos Fratres ipsi injuriam inferentes et molestiam facessentes. Adeo autem æquo animo junior ille ferebat ea quæ a quolibet illorum ipsi ingerebantur, ac si nullus omnino ei molestus accidisset. Ego itaque patientiæ ipsius excellentiam semper admirabar, et desiderabam discere unde virtutem hanc obtinuisset : ipsique seorsum semel assumpto, exhibita reverentia, insinuo, mihi ut diceret, qualem semper in corde suo haberet cogitationem, quando vel injurias, vel quascumque molestias a quopiam patiebatur ; eo quod tantam exhiberet longanimitatem.

alterius humilitatem in specie magnam

B Ille autem respondit tumide cum insolentia, mihique dixit : Ego sic soleo his imperfectionibus attendere, sive illas ita suscipere ; sicut ab hominibus excipi solent juvenes catelli. His auditis dimisi aures meas, et mihi ipsi dico : Hic Frater viam non invenit ; et me ipsum Cruce signans, secessi; orans, ut et me et ipsum Deus protegeret. Itaque contingit etiam ex contemptu injuriarum, ut quis minime perturbetur : quæ est manifesta perditio.

tentat ac reprobat.

CAPUT IV.

Magistrum suum in omnibus consulit : suspicionum malitiam discit, atque in alio ostendit.

Institutione quinta de utilissimo atque imprimis necessario in vita ascetica argumento tractans Dorotheus, *docet, non sequendum esse Religioso judicium proprium, sed eligendum in via spirituali certum Ducem, qui quid declinandum, qua eundum, quid sequendum sit, commonstret. Id autem ut suis persuadeat, pro themate assumit, quod dicitur in Proverbiis ;* Quibus non est gubernatio, cadunt tamquam folia : salus autem

Docet in vita spirituali ducem eligendum,

Prov. 11, 14

C est in multo consilio. *Quod cum pulchre multis probavit; affirmat, plerorumque Monachorum lapsum ex illo capite oriri, quod sibi ipsi prudentes visi, seniorum ducatum contempserint : et contrarium exemplo suo docet :* Equidem, *ait*, haud scio ullum Monachi lapsum alium extitisse, nisi ex eo quod proprio cordi crederet. Aliqui dicunt, propter hoc aut propter illud hominem labi : ego autem, ut dixi, non novi cuipiam lapsum aliquem evenisse, nisi ex hoc, quod sibi credat. Vidistin' quempiam cecidisse? Scito quod semet ipsum direxerit : nihil gravius, nihil perniciosius, quam seipsum dirigere. Protexit me Deus et semper hoc periculum timui. Quando eram in cœnobio, exponebam omnia seni Abbati Joanni. Numquam enim (ut dixi) præsumebam facere quidpiam absque illius sententia. Accidit aliquando, ut cogitatio mea mihi suggereret : Numquid hoc tibi dicturus est senex ? quid vis ipsi molestus esse ? Et reponebam cogitationi : Anathema tibi et judicio tuo, et intelligentiæ tuæ, et prudentiæ tuæ, et scientiæ tuæ, quia id quod nosti a dæmonibus nosti. Abibam igitur ac senem interrogabam : acciditque nonnumquam, ut idipsum mihi quod cogitaveram responderet. Tum mihi mea suggerebat cogitatio : Quid ergo ? Ecce id ipsum est quod dixi. Numquid D intempestive senem interpellasti ? Et reponebam isti cogitationi : Sed nunc bonum est, nunc a Spiritu sancto est. Nam quod tuum est, id malum est, a dæmonibus est, a statu passionibus obnoxio est : et sic numquam absque interrogatione cogitationi meæ fidem adhibebam.

sine quo necessario labendum

suum ipse in omnibus consulebat,

nihil sibi fidens :

32 Et credite mihi, Fratres, hinc in tanta quiete tantaque animi tranquillitate versabar, ut vel propter illam ipsam (sicut alias me dixisse vobis memini *supra num.* 23 anxius essem. Siquidem audiveram, Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei ; et videbam me nullam habere afflictionem ; et timebam atque anxius eram, nesciens causam tantæ tranquillitatis, donec senex mihi significavit ne affligerer ; Quoniam quisquis Patrum sese committit obedientiæ, hanc securitatem atque tranquillitatem obtinet. Satagite etiam vos, Fratres, interrogare, et non vobis ipsis niti. Discite qualem hæc res habeat securitatem, quale gaudium, qualem animi tranquillitatem. Sed quoniam dixi, me nullam habuisse afflictionem, audite quid quoad hoc mihi acciderit.

et hinc quietissime semper vixit,

33 Cum adhuc degerem illic in cœnobio, semel E ingens et intolerabilis mihi oborta est tristitia : tantoque dolore et angustia premebar, ut ferme animam reddere mihi viderer. Erat autem hæc afflictio ex dæmonum insidiis, et hujusmodi tentatio ex invidia diaboli ingerebatur ; gravissima quidem illa, sed brevissimi temporis, molesta, obscura, consolationis expers, nullam habens requiem ; sed undequaque angustia, undequaque suffocatio. Cito tamen venit Dei gratia in animam, alioquin sustinere nemo potuisset. Ceterum, ut dixi, in tanta tentatione tantaque angustia constitutus, quadam die dum dubius starem in area monasterii, Deumque pro hac re invocarem ; derepente oculos intendo in ecclesiam ; videoque quemdam habitu Episcopali, tamquam sacrificaturum, ingredi sanctuarium. Numquam autem accedebam hospitem citra necessitatem aut jussionem. Tum vero ac si aliquid me traheret, secundum illum etiam ingrediebar. At ille sat longo tempore mansit stans, expansis in cœlum manibus ; atque ego pone ipsum stabam, cum multo pavore orans : nam ex aspectu illius ingens me terror invaserat. Postquam vero orationem finiverat, conversus, ad me venit ; quantoque mihi propinquior fiebat, tanto sentiebam amoveri a me tristitiam et pavorem. Deinde ut coram me stetit, manum extendit, et tetigit pectus meum, ac digitis illud pulsavit, dicens : Expectans expectavi Dominum, et intendit F mihi ; et exaudivit preces meas, et eduxit me de lacu miseriæ et de luto fæcis ; et statuit supra petram pedes meos, et direxit gressus meos ; et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro. Atque omnes hos versiculos tertio repetebat, pulsans (ut dixi) pectus meum, atque sic recessit. Exinde ortum est ilico in corde meo lumen, gaudium, consolatio, suavitas ; et ex alio alius invenior. Ut igitur egressus fuit, accurro ad eum, volens ipsum invenire ; et non inveni, sed disparuit. Ex illa hora, per Dei miserationem, non scio me amplius fuisse, vel tristitia vel timore conturbatum : sed huc usque Dominus per Sanctorum illorum senum preces me protexit. Hæc dixi vobis, ut cognoscatis, quantam cum omnimoda securitate quietem ac tranquillitatem habeat, qui semetipsum non regit, sed sua in Deum conjicit, et in eos qui secundum Deum valent ipsum dirigere.

etiam in gravissimis angustiis spiritus,

quas Deus cito dispulit

per apparentem ipsi sanctum aliquem,

pectus ejus pulsantem ac nonnulla dicentem.

34 *Institutionis nonæ argumentum est mendacium, illudque in tres differentias distinguit :* Est enim, *ait*, qui animo, est et qui verbo, est denique qui et ipsa vita sua mentiatur. *Et quidem* qui mentitur animo, admitti

Suspiciones malas sentit,

A admittit suspicionem. *Hinc ejus malum exaggerat, et neutiquam credendum suspicionibus ostendit exemplo suo. Nam inquit;* Quondam cum essem in cœnobio, tentabar ut ex motu hominis, statum ejus perciperem. Occurrit itaque mihi res hujuscemodi. Quadam vice dum subsisterem, transibat mulier quædam gestans hydriam aquæ: ac nescio quo pacto correptus, ad oculos ejus attendi; statimque suggerit mihi cogitatio, scortum esse. Ut igitur hoc mihi cogitatio suggessit, valde affligebar, remque seniori Abbati Joanni manifesto, dicens: Domine, si nolens video motum alicujus, et cogitatio suggerit mihi statum ejus, quid facto opus est? Responditque mihi senex in hunc modum: Quid igitur? Numquid accidit nonnumquam, ut quis habeat defectum naturalem, et per certamen illud corrigat? Haudquaquam inde licet statum cujusquam cognoscere. Numquam igitur credas suspicionibus tuis. Regula enim obliqua, etiam quæ recta sunt, obliquat. Mendaces sunt suspiciones, et damnum afferunt. Ex eo tempore si mihi cogitatio mea dixisset, solem esse solem, vel tenebras esse tenebras; vix illi credidissem. Nihil gravius est suspicionibus, quæ adeo noxiæ sunt, ut si in nobis aliquantulum hæserint,

et fugiendas discit, fugitque perpetuo:

B incipiant nobis persuadere et efficaciter probare, nos videre ea quæ neque sunt, neque fieri possunt.

iisdem laborans frater,

35 De hoc argumento rem vobis narro prorsus admirabilem, quam ego assecutus sum, cum adhuc in cœnobio versarer. Fratrem quemdam illic habebamus, ista passione valde exagitatum; qui suspicionibus propriis tantam fidem adhibebat, ut illi a qualibet suspicione sua prorsus persuaderetur, rem omnino ita se habere, prout cogitatio ejus illam depingebat, neque aliter fieri posse. Tempore igitur, succrescente malo, istiusmodi errorem illi dæmones imposuerunt. Cum is quadam vice hortum speculandi causa ingressus esset (ejus nempe custos erat) decipiebatur ac videre sibi videbatur Fratrem quempiam, ficus suffurantem et comedentem. Erat autem Parasceve, et hora vixdum secunda. Ut ergo sibi persuasit, se revera privatim rem vidisse; abscondit semetipsum et silens egreditur: observabatque denuo sub horam Communionis, ut videret quid Frater iste in Communione ageret, utpote qui ficus suffuratus esset ac comedisset. Atqui cum videret ipsum manus abluentem, ut ad Communionem accederet; accurrit ad Abbatem eique dicit: Ecce quo ingreditur Frater iste ad sacram Communionem una cum Fratribus sumendam! verumtamen prohibe

accusat alium furti,

C illam ipsi dari; ego enim vidi ipsum mane ficus ex horto surripientem ac comedentem.

qui examinatus ab Abbate,

36 Interea Frater ille cum magna compunctione ad sacram Oblationem ingreditur: erat enim valde pius. Ut igitur vidit eum Abbas, vocat ipsum priusquam ad Sacerdotem communicantem accederet: atque accipit eum seorsum, dixitque illi: Dic mihi, Frater, quid est quod hodie fecisti? Ille obstupuit; ac petiit ab eo: Ubi Domine? Cui Abbas: Quando hodie mane in hortum intrasti, quid ibi egisti? Tum Frater, quasi attonitus, iterum ait: Domine, neque vidi hortum hodie, neque mane hic eram in cœnobio; sed modo ecce recens veni de via. Mox enim ut vigilias absolveram, misit me Œconomus ad tale negotium. Res autem ista de qua agebat, multis inde milliaribus distabat, et sub ipsam horam Communionis Frater ille recens advenerat. Abbas deinde Œconomum accersit, eumque rogat: Quo misisti hunc Fratrem? Cui respondet Œconomus, idem quod Frater dixerat; quoniam ad talem pagum ipsum misi, petitque veniam dicens: Ignosce, Domine, quia a vigiliis quiescebas, et idcirco non permisi ipsum accipere a te dimissionem. Abbas igitur de re tota certior factus, dimisit eos ut

deprehenditur innocens;

accederent ad Communionem: vocatque Fratrem D suspicionibus laborantem, ipsumque increpat et arcet aditu sacræ Communionis. Neque solum hoc: verum etiam omnibus Monachis, post Communionem congregatis, rem totam ut contigerat cum lacrymis narravit, et Fratrem istum coram omnibus publice confudit; tria ex hoc efficiens, ut scilicet diabolus confunderetur, et suspicionum seminator pudefieret; atque per illam ignominiam peccatum Fratris condonaretur, et in futurum a Deo auxilium acciperet; ceterique Fratres evaderent cautiores, neque nos unquam propriis credere suspicionibus præsumeremus. Multis ergo hac de re nos et Fratrem hortatus, aiebat, nihil esse perniciosius suspicionibus; idque præsenti exemplo commonstrabat.

[illegible] frater vero ille publice objurgatur.

CAPUT V.

Vitia cum tenera sunt, facile; cum inveterata, difficile superari; varie docet S. Dorotheus.

Nulli aliarum cedere debet utilitate Instructio undecima, *quæ inscribitur* De passionibus extirpandis; E *easque dum teneræ sunt ac debiles, et corporis parvitatem suam non contemnendas, eripique docet; inter alia adducens similitudinem, ab infirmitate corporis ad ægritudinem animi, his verbis:* Advertite animum vestrum, Fratres, quo pacto se res habeant; et videte, ne vos ipsos negligatis: quandoquidem magnis periculis exponit nos etiam parva negligentia. Incidi nuper in Fratrem quemdam, quem reperi jam quasi e morbo convalescentem; dumque nos exciperet, cognovi, quod septem tantum dies febri laborasset; et ecce jam aliis quadraginta diebus elapsis, vix adhuc pristinas recuperare vires suas posset. Videte, Fratres, quam miserum sit incidere quempiam in dispositionem inæqualem. Contemnit quis plerumque parvas inordinationes; et non novit, quod si corpus ejus male habere perrexit, præsertim si fuerit imbecillius, multo et labore et tempore opus esse antequam valetudini restituatur. Septem diebus miser ille febricitaverat: et ecce tot dies sunt, quibus neque reperit quietem, neque semetipsum restaurare omnino possit. Ita se res habet etiam in anima. Paulum quis peccat, et quantum temporis transigit stillando sanguinem suam, antequam semetipsum erigat! *Eadem causis exponit, nisi quod per assignans causas, quæ in ægritudine animi locum non habent;* F *concludit, nihil impedimento esse sanitati animæ, nisi solam ipsius inordinationem: hortaturque suos, patientiam, et mentem maximamque gerant: tam necessario admoveant, proposita vitæ hujus brevitate. Dicit enim:* Videmus, Fratres nostros, e medio nostri abreptos; et non vigilamus, scientes nos paulatim etiam morti appropinquare? Ecce ex quo huc usque consedimus ad loquendum, duas aut tres horas consumpsimus nostri temporis, et morti viciniores facti sumus. Et videmus nos tempus nostrum perdere, et non timemus?

Uti infirmitas corporis cito venit, ac lente recedit, ita et animi.

cujus inordinationem spernere, corrigendam esse

38 *Hinc excitatos suorum animos, opinatus vir Sanctus, ad eradicandas penitus passiones; propius ipsis ob oculos ponit utilitatem facilitatemque eradicandi illas, dum tenellæ adhuc sunt ac infirmæ; deducta ipsa celeberrimam ab arbusculis parvis ac majoribus similitudinem. Nempe jussam aliquando a Patre suo spirituali juvenem unam tam evellere cupressum, quæ valde parva erat; et ipsum statim evulsisse minimo conatu: deinde aliquanto majorem, altera manu; et illa etiam majorem, ambabus adhibitis, aliquali cum conatu, extirpasse (post hæc aliam crescente semper magnitudine arborum) multo cum labore; et aliam iterum, post multam*

semper ab arboreis similitudine

A *tam quassationem ac sudorem, vix tandem extraxisse: denique ad majorem atque magis longævam prioribus accedentem, omnino eradicare illam non potuisse per se solum, sed cum auxilio tantum socii collaborantis. Ac tum subjungit Sanctus:* Ecce, hoc modo se habent passiones: dum parvulæ sunt, si voluerimus, cum animi tranquillitate possumus eas exscindere; si vero illas tamquam parvas neglexerimus, paulatim obdurescunt, et quo magis obduruerint, eo majore vi et labore opus est. Quod si autem adversus nos prævaluerint; jam non amplius etiam summo labore ipsas evellere valemus, nisi quorumdam Sanctorum post Deum nobis opitulantium opem habuerimus.

Auctore ... præclare ostendit.

39 *Hanc in rem plurimum conferre ait, examinare* quomodo diem, *quis*, quomodo noctem exegerit; utrum ad vigilias (*huic enim exemplo tenacius insistit, innuens, appetitum quietis et somni reliquis difficilius superari*) utrum, *inquit*, ad vigilias cum alacritate surrexerit, utrum excitatorem non contempserit, aut contra ipsum non murmuraverit. Quilibet enim scire debet excitatorem vigiliarum optime de se mereri, et maximorum bonorum auctorem fieri, cum excitet ipsum ad orandum Deum pro peccatis suis, ut illuminetur. Quomodo igitur quis non debeat gratias agere? Revera debet ei plurimas B habere, cum ab ipso fere salus ejus dependeat. *Hinc in solatium eorum, qui prompte surgunt excitati, et ad vigilias se conferunt, in medium profert visionem mirabilem, quæ ostensa fuerat* magno cuidam seni illuminato, *quamque ex ore ejusdem ipse exceperat.*

imprimis vero appetitum somni moderandum esse,

cum ad vigilias signum datur,

40 Cum staret *senex ille* in ecclesia, dato jam a Fratribus psallendi initio, vidit quemdam egredi e sacrario candida veste indutum, qui tenebat vasculum quoddam aquæ benedictæ cum aspergillo; et intincto in vasculum aspergillo, Fratres omnes circuibat, obsignans quemlibet eorum: absentium autem loca, nonnulla quidem obsignabat, quædam vero præteribat. Sub finem rursus vidit ipsum e sacrario egredientem, idemque similiter facientem. Quodam ergo die senex ipsum comprehendit, seque ad ejus pedes projicit; postulans ab eo, quisnam esset et cur ista faceret? Cui ille candidatus sic respondit: Ego sum Angelus Dei, missus ad hanc Congregationem, ut hujusmodi signo munirem eos, qui a principio psalmodiæ usque ad finem, pro sua alacritate et diligentia et insigni animi proposito, in ecclesia reperiuntur ac perseverant. Tum senex ei; Qui fit, inquit, ut quorumdam etiam absentium lo-C cum signes? Cui sanctus Angelus respondit, dicens: Quicumque ex Fratribus diligentes quidem et prompto sunt animi proposito, sed ob aliquam necessitatem aut infirmitatem absunt cum Patrum benedictione; aut certe ex obedientiæ præcepto occupantur, propter quod non adsunt; hi etiam absentes signum suum accipiunt, quandoquidem affectu psallentibus intersunt: solis autem iis, qui cum adesse possent, propter negligentiam suam absunt, hujusmodi signaculum negare jussus sum, quoniam seipsos eo indignos reddiderunt.

docet Angelus visibiliter ... circumiens;

41 *Quamobrem* considerare et videre *jubet suos*, quale donum Fratri suo præstet, qui juxta vigiliæ regulam ipsum excitat; *ipsoque satagere monet*, ne unquam signaculo sancti Angeli defraudentur: *ejusdemque rei suam ipsius sollicitudinem ac diligentiam in exemplum sic proponit.* Quando in cœnobio versabar, de sententia seniorum fecerat me Abbas hospitum curatorem: eram autem e magna infirmitate convalescens. Veniebant igitur hospites, et vesperum cum ipsis transigebam. Similiter veniebant camelarii, quibus necessaria suppeditabam. Quin et non raro, postquam iveram cubitum, alia rursus occurrebat necessitas, quæ me excitabat. Interea vero adventabat hora vigiliarum, et cum parumper dum- D taxat somni cepissem, ecce regularum Præfectus me excitabat. Ceterum, sive propter laborem, sive propter infirmitatem (adhuc enim a febricula enervatus furtim corripiebar) quasi impos mei deprehendebar. Respondebam igitur ipsi, adhuc somno oppressus. Bene, Domine; caritas tua memoretur; Deus det tibi mercedem; en ut jussisti, venio, Domine. Deinde simul ac discesserat, iterum obdormiscebam. Vehementer autem affligebar, eo quod tardassem surgere ad ecclesiam. Et quoniam non occurrebat ipse, ut amplius me urgeret; rogabam duos Fratres, alterum quidem ut me excitaret, alterum vero ut non permitteret me dormitare in vigiliis. Et credite mihi, Fratres, sic eos venerabar acsi ab ipsis salus mea dimanaret, et vix non adorabam illos. Sic igitur et vos affici debetis erga eos, qui vos ad regulam ecclesiæ atque ad omne opus bonum excitant.

Et Dorotheus exemplo suo

orantes aliquos, ut se excitarent a somno.

42 *Transitu hinc facto ad inveteratam male operandi consuetudinem;* Vultis, *inquit*, enarrem vobis exemplum cujusdam qui habebat habitum passionis? Audite rem multo planctu dignam. Cum versabar in cœnobio, nescio quo pacto Fratres mihi simpliciter per jocum cogitationes suas exponere solerent. Quin et Abbas de seniorum consensu, hanc mihi quoque provinciam injunxit. Quadam igitur die venit ad me quidam e Fratribus, et dicit mihi: Da mihi veniam, et ora pro me, quoniam furtim surripio et comedo. Aio illi; Cur istuc agis? esurisne? Respondit: Certe equidem: non sufficit mihi mensa Fratrum, nec audeo quidquam aliud postulare. Aio ad eum: Cur Abbatem non adis, et necessitatem tuam illi insinuas? Tum ille: Pudore, inquit, afficior et erubesco. Dico ipsi: Vis ut ego pro te ad eum accedam? Tum ille: Age, inquit, ut lubet, Domine. Abivi igitur et Abbati rem exposui; qui dixit mihi, Fac caritatem, et curam ejus habe, prout nosti. Tunc assumpto illo, dico Dispensatori: Fac ei caritatem, et quacumque hora Frater iste ad te venerit, da ipsi quæcumque voluerit, et nihil ipsi neges. Quo audito, Dispensator respondit mihi; Prout jussisti, sic faciam.

Fratrem ex consuetudine furantem

omnibus modis conatur emendare,

43 Cum Frater ille ad paucos dies ita fecisset; venit ad me, dicens: Ignosce mihi, Domine; quia incepi iterum furari. Interrogo ipsum; Quare? nonne præbet tibi Dispensator, si quid velis. Ita certe, cum bona venia, præbet mihi quæcumque volo? sed ego revereor ipsum. Tum dico illi: Numquid et me revereris? Respondit mihi, Non. Cui ego: Si igitur aliquid velis, veni et accipe ex me, et non fureris: habebam enim tunc curam infirmorum. Veniebat igitur ad me, et accipiebat quantum volebat. Cœpit autem post aliquot dies iterum furari, et venit afflictus ac dicit mihi: Ecce iterum furor. Cui ego: Cur, inquam, hoc facis, Frater mi? Numquid præbeo tibi si quid velis? Respondit; Certe ita. Tum dico: Quare ergo furaris? Cui ille: Ignosce mihi, inquit, nescio quare; sed sic simpliciter furor. Tunc dico illi: Dic mihi vero, quid facis iis quæ furaris? Respondit; Asino illa projicio. Et inventus est Frater ille furatus fuisse vicias, palmulas, ficus, cepas, et alia id genus, quæcumque promiscue inveniebat: et nonnulla quidem sub lecto, quædam vero alibi abscondebat. Demum cum quid eis ageret prorsus non inveniret; ubi tandem videbit ea corrupta, discedebat, aut abjiciebat, aut bestiis ea apponebat.

sed frustra praevalente consuetudine

CAPUT

A

CAPUT VI.

Modum vitia extirpandi, virtutesque inserendi animæ proponit, similitudine sumpta ab agricultura.

Uti ager, a sentibus eorumque radicitus purgandus,

Quæ *cum ita sint; juvabit ab eodem magistro modum superandi extirpandique pravas animi affectiones accipere, qui Institutione duodecimæ,* De timore futuri cruciatus, *inscribitur, atque ostenditur in apta similitudine agriculturæ.* Si qui, *inquit,* habuerit agrum, et neglexerit illum atque culturam subtraxerit; numquid quantum ipsum negligit, tantumdem spinis ac tribulis repletur? Quod si autem ad expurgandum illum accesserit, nonne quo magis spinis redundaverit, eo magis sanguine fluent manus ejus, dum vult evellere malam illam herbam, quam permisit succrescere in tempore negligentiæ suæ? Fieri enim non potest, ut quis aliud metat, quam quod seminarit. Oportet autem eum qui optime mundare agrum suum velit, primum quidem radicitus herbas omnes

B malas evellere: nisi enim recte ac funditus omnes radices earum evulserit, sed tantum superficie tenus eas amputaverit, rursus pullulant. Vult igitur, ut quis ipsas radices, sicut dixi, evellat, et postquam rite agrum ab herbis malis ac spinis tribulisque emundaverit, glebas invertat et frangat atque aratro subigat; ac tum demum semen optimum spargat. Nam si, postquam tantam industriam adhibuerit, otiosum vacare permiserit; pullulant actutum herbæ, quæ terram illam mollem et bene subactam invenientes, radices suas altius jaciunt, et magis invalescunt, et in ipsa multiplicantur.

tum arandus et conserendus, ut fructum ferat;

45 Pari modo res animæ sese habet. Primum quidem vult a se exscindi omnem veterem affectum et malas consuetudines. Hinc divus Basilius ait, haud parvum certamen esse, sui ipsius superare consuetudines. Nam consuetudo longo tempore roborata, naturæ ut plurimum vim obtinet. Vult igitur ut quis certet, sicut dixi, contra malas consuetudines et contra passiones; atque non solum hoc, verum etiam contra causas ipsarum, quæ sunt radices. Nam nisi radices extirpatæ fuerint, necesse est spinas iterum excrescere. Sunt enim quædam passiones, quæ nihil possunt, si quis causas earum amputaverit. Veluti invidia in se nihil est, sed habet quasdam causas, quarum una est appetitus inanis

sic ex anima quoque excidendæ

consuetudines malæ earumque causæ,

C gloriæ. Nam dum quis appetit honorari, invidet honorato aut sibi in honore prælato. Similiter et ira oritur ex aliis causis, et potissimum ex amore voluptatis. Hujus meminit Evagrius, dum narrat, quemdam Sanctum dicere solitum: Idcirco voluptates amoveo, ut occasiones iræ præcidam. Quin et omnes Patres uno ore asserunt, quamlibet passionem trium horum nasci ex aliquo, scilicet amore gloriæ, amore pecuniæ, vel amore voluptatis, prout diversis vicibus dixi. Vult igitur, ut quis non solum passiones, sed etiam causas earum extirpet, ac sic per pœnitentiam lacrymasque rite mores componat suos; atque tunc incipiat seminare semen bonum, quæ sunt bona opera. Quoniam, ut de agro diximus, nisi quis bonum semen jecerit, emergunt herbæ malæ; quæ cum bonam et ex cultura mollem terram invenerint, altiores in ea radices agunt. Sic D etiam sese habent res hominis; si, postquam mores suos recte composuit ac de pristinis suis facinoribus pœnitentiam egit, bona opera exercere et virtutes comparare neglexerit. Impossibile enim est, animam in eodem statu permanere; sed promovetur semper, sive in bono, sive in malo. Proinde quisquis vult salvari, necesse habet non tantum malum non agere, sed et bonum operari....

dein bona opera exercenda.

[illegible]

46 Debet præterea is qui seminat agrum suum, simul ac semen jecerit, obtegere illud et profunde in terram ipsam demergere. Quoniam alioquin veniunt volucres, semenque rapiunt, ac perit. Ubi vero illud absconderit, expectat Dei misericordiam donec pluviam mittat et crescat semen. Etsi enim agricola innumeros impendat labores, cum in agro purgando et industrie colendo, tum etiam seminando; nisi tamen Deus in sementem ejus desuper compluerit, totus ejus labor cassus abit. Ita et nos satagamus, ut siquid boni egerimus, illud per humilitatem obtegamus, et infirmitatem nostram in Deum projiciamus, rogantes eum ut annuat labori nostro, ne in vacuum abeat. Rursus interdum accidit, ut post pluviam et seminis germinationem, non decidat iterum pluvia tempore opportuno, et arescat E germen ac pereat: etenim ut semen, ita et germen, indiget pluvia qua succrescat, donec firmatum fuerit. Sed neque etiam post hac securus esse quis potest. Nonnumquam enim, etiam cum excreverint et aristam fecerint, supervenit vel bruchus, vel grando, vel aliud quidpiam hujuscemodi quod fructum perdat et perimat. Sic etiam animæ usu venit. Quando enim quis strenue laboraverit, eamque ab omnibus, uti diximus, passionibus emundaverit, et omnibus virtutibus studuerit; debet omnino ad misericordiam atque protectionem Dei attendere, ne ipsam derelinquat et pereat. Nam, si postquam tanta fecerit, vel paululum protectionem suam averterit Deus ipsumque dereliquerit, protinus perit.

obtegendum in agro, semen terra:

in anima, virtutes humilitate

Ita a segetibus,

ita a bonis operibus arcenda nociva

47 Rursus ut, si nihil mali passa sit in terra seges, conservata fuerit illæsa usque ad messem; nequaquam tamen vel sic absque cura esse debet agricola. Nam accidit interdum, ut postquam quis agrum suum omnem messuerit, et laborem omnem exantlarit, veniat homo pravus, odio et invidia accensus, et ignem immittat in fruges, omnemque hominis illius laborem et fructum perdat. Donec ergo viderit se totum rite purgasse, et in horreum misisse, non potest esse securus. Ita et homo, cum ex his omnibus quæ diximus evadere potuerit, non debet propterea securus agere. Contingit enim F post hæc omnia, ut diabolus aliquid inveniat, quo ipsum decipiat vel per justificationes, vel superbiam, vel per suggestiones infidelium cogitationum aut hæreticæ pravitatis; et non solum omnes labores ejus perdat, sed ipsummet etiam a Deo separet; et siquid non potuerit ipsi per actionem, hoc facit ei per unicam cogitationem. Potest enim vel unica cogitatio quempiam a Deo separare, si videlicet eam susceperit eique consenserit. Quare qui vult cum veritate salvari, usque ad extremum anhelitum securus esse non debet. Opus igitur labore et cura non mediocri, orandusque assidue Deus, ut ipse protegat et salvet nos sua bonitate ad gloriam sancti nominis sui.

Agricola securus esse non potest,

nisi frugibus in horreum illatis:

nec Justus debet esse securus,

nisi [illegible] post vitam obtentam.

VITA

VITA
S. DOROTHEI JUNIORIS
SIVE IN CHILIOCOMO

Auctore Monacho coævo discipulo ejus facto deinde Metropolita Euchaitarum.

Ex MS. Græco Bibliothecæ Vaticanæ.

INTERPRETE CONRADO JANNINGO

CAPUT I.

Dorothei natales, fuga, monachatus, sacerdotium.

Præfatio de laudibus Ponti

Oportebat equidem non modo prisca sed etiam recentiori rerum gestarum narratione commendari Pontus, ut utraque fieret celebrior gloria ejus, B dum illa quæ nunc geruntur, similia iis quæ olim gesta sunt a generositate majorum nostrorum, his ipsis fidem præstant, futuris alioquin propter nimiam suam admirabilitatem incredibilibus; et visus auditusque simul testimonium perhibent fecundæ hominum illorum ad virtutem indoli, quibus omnis late regio circumabundat; aliis atque aliis, per diversas ejus partes temporaque præclara virtutum exempla præbentibus; quin etiam corpus, decursa vitæ palæstra, subinde relinquentibus in loco certaminis tesseram salutis indubitatam circum incolentibus monstrarum.

Dorotheus Trapezunte Patricia familia natus

2 Ex horum numero fuit etiam Dorotheus, præclarus ille in paucis ascetes: Dorotheum dico Juniorem, qui nostra ætate floruit; de quo frequens sermo, multæ scriptionis ac narrationis indigus: sed nobis suffectura puto e multis pauca; cum et pauca illa multorum instar habitura sint, utpote accommodata ad repræsentandum summam viri sapientiam summamque religionem; et in iis quanta præventus sit gratia, quamque certam, priusquam hinc emigraret, acceperit arrham illius, qua nunc fruitur, familiaritatis divinæ. Talis igitur tantusque vir, ex illa regione aliquando duxit originem, utpote natus in celebri urbe, Ponto vicina, aut potius in Metropoli clarissimæ gentis. Erat enim *a* Trapezuntius; C genus trahens e nobilissimis parentibus, iisque in Magistratu principibus; majores quippe ejus ex parte patris numerabantur inter Patricios, non illos qui recens e plebe ad istam dignitatem pervenerant; sed quibus nobilitas, ut ita dicam, hereditaria erat; quique etiam nunc ob insigne prosapiæ suæ decus, uti Heraclidæ quidam *b* aut Pelopidæ, laudantur.

duodennis in matrimonium collocandus,

3 Talibus itaque prognatus parentibus, exordium vitæ sub disciplina magistrorum ac pædagogorum præclare, ut nobilem decet, peregit. Ubi primum attigit annum ætatis duodecimum, suavis solicitudo parentibus oborta est, considerantibus ac studiose consultantibus de filio in matrimonium collocando. Ignorabant enim eatenus homines, puerum illum animi magis quam corporis nobilitate præstare, qui ante ætatem corporalem supra corpus sapiens, a teneris statim annis oculorum aciem in sublimiora,

fuga se subducit e domo paterna,

quam putabatur et alii plerumque solent, intendit; persuasum habens, carni et sanguini remittendum nuntium esse, totumque et corpus et animum in munditia spiritui reservandum. Itaque desperans, aliter compotem se fieri ardentissimi desiderii sui et obstacula id impedientia perrumpere posse; clam

Οὐ παλαιοῖς ἄρα μόνον, ἀλλὰ καινοῖς διηγήμασιν, ἔδει κοσμεῖσθαι τὸν Πόντον, ὡς ἂν ἀμφοτέρωθεν εὖ ἔχοι δεδοξασμένος, τὰ παρόντα μὲν ἀναφέρων εἰς τὴν τῶν προγεγονότων ὁμοίωσιν, ὥσπερ εἰς προγόνων εὐγένειαν, τὸ E δὲ κλέος ἐκείνων ὑπὲρ πίστιν ἄλλως δοκοῦν διὰ τὸ παράδοξον, ἐκ τῶν παρόντων πιστούμενος· καὶ παρά τε τῆς ὄψεως παρά τε τῆς ἀκοῆς, τὸ πρὸς ἀρετὴν ἀνδρῶν γόνιμον καὶ πολύφορον μαρτυρούμενος, ὧν ἅπασαν πλήρη τὴν ἑαυτοῦ περίχωρον ἔχει ἄλλον κατ' ἄλλο μέρος αὐτῆς, ἐν διαφόροις καιροῖς, τὴν τοῦ καλοῦ κατόρθωσιν ἐπιδεικνυμένων, καὶ μέντοι καὶ τὸ σῶμα μετὰ τοὺς ἄθλους, αὐτοῦ που καταλιπόντων παρὰ τὸν τόπον τῆς ἀγωνίας, τοῖς περιοίκοις ἐνέχυρον ἀσφαλὲς σωτηρίας.

Τούτων εἷς καὶ Δωρόθεος, ὁ μέγας ἐν ἀσκηταῖς· λέγω δὲ τὸν νέον καὶ καθ' ἡμᾶς· περὶ οὗ πολὺς λόγος, καὶ μακρᾶς συγγραφῆς καὶ ἱστορίας δεόμενος· ἡμῖν δὲ ἀπαρκέσειν ἐκ πολλῶν ὀλίγα δοκῶ μοι, ἀντὶ πολλῶν γὰρ ταῦτα κἂν οὐ πολλά· ἐπείπερ ἱκανὰ καὶ αὐτά, τό τε ἄκρως φιλόσοφον τοῦ ἀνδρὸς παραστῆσαι, καὶ τὸ πάνυ φιλόθεον, ἔτι δὲ καὶ ὅσης ἀπήλαυσε τῆς χάριτος ἐπὶ τούτοις, καὶ πρὶν ἐντεῦθεν ἀπαναστῆναι, ἀρραβῶνα τῆς νῦν ἐνδεξαμένης αὐτὸν καὶ πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως. Οὗτος τοιγαροῦν ὁ τοσοῦτος, ἦν μὲν ποθεν ἔνθεν, ἐξ ἐπισήμου πόλεως γείτονος, μᾶλλον δὲ μητροπόλεως ἔθνους οὐκ ἀνωνύμου· Τραπεζούντιος γάρ· γένος δὲ τῶν εὖ γεγονότων, καὶ τῶν ἐν τέλει τὰ πρῶτα· ἐν γὰρ Πατρικίοις ἐτέλουν οἱ πρὸς πατρὸς πατέρες αὐτῷ· καὶ τούτων, οὐ τοῖς ἐξ ἰδιωτῶν ἄρτι πρῶτον εἰς τοῦτο παραγγείλασι τὸ ἀξίωμα· ἀλλ' οἷς D ὡς ἂν εἴποι τις, κατὰ κλῆρον ἡ εὐγένεια, καὶ οὓς γενεσίους ἔτι καὶ νῦν, ὡς ἐπίσημόν τι γένους λαμπρότατον, οἷον Ἡρακλείδας τινὰς καὶ Πελοπίδας ἐπιφημίζουσιν.

Ἐκ τούτων οὖν προελθὼν καὶ τὰ τοῦ βίου προοίμια, ὑπὸ διδασκάλοις κοσμίως καὶ παιδαγωγοῖς διανύσας, ὡς εἰκὸς ἦν δήπου τὸν εὐγενῆ· ὅτε πρῶτον ἀνέβη δωδεκαέτης, ἡδίστη καθίσταται φροντὶς τοῖς πατράσι, καὶ σκέψις ἐπ' αὐτῷ παραχρῆμα, καὶ βουλὴ περισπούδαστος, γάμου καταδῆσαι δεσμοῖς τὸν ἐλεύθερον· ἔτι γὰρ ἠγνόουν οἱ ἄνθρωποι, ὡς ὁ παῖς αὐτοῖς εὐγενέστερος τὴν ψυχὴν ἢ τὸ σῶμα, ὅς γε καὶ πρὸ τῆς σωματικῆς ἡλικίας ὑπὲρ τὸ σῶμα φρονήσας, καὶ παρὰ τὴν πρώτην εὐθύς, εἰς ὑψηλότερα βλέψας τῶν κοινῶν καὶ νενομισμένων, σαρκὸς μὲν καὶ αἵματος ὑπεριδεῖν δεῖν ᾠήθη, ὅλον δὲ καὶ σῶμα καὶ πνεῦμα, καθαρὸν τηρῆσαι τῷ πνεύματι. Ταύτῃ τοι καὶ ἄλλως οὐκ ἔχων τῆς κεφαλῆς ἐπιθυμίας ταύτης τυχεῖν, καὶ τῶν ἀνθελκόντων ἐκείνων ἐμποδίων περιγενέσθαι, ἑαυτὸν σοφῶς ὑπεκκλέπει, καὶ ταχὺ φυγὰς ὁ γενναῖος, ἐντεῦθεν ἀπιὼν ᾤχετο. Οὐκ ὀλίγον δὲ πλανηθείς, κατὰ ζήτησιν ἀνδρὸς παιδευτοῦ, οἷα κομιδῇ νέος καὶ πρὸς ξενιτείαν ἄλλως ἀήθης *c*, ἐν Ἀμισῷ ποτε γίνεται, κἀκεῖ τὸ ποθούμενον, κατὰ θείαν νεῦσιν, εὑρίσκει· Ἰωάννης ἦν τῷ φυγάδι τὸ ζητούμενον εὕρεμα· Ἰωάννης ἐκεῖνος, ὁ τὰ θεῖα

A θεῖα πολ[λ]ῆς, ἀνὴρ τά τε ἄλλα θεοφορούμενος, καὶ τῷ διορατικῷ τὴν ψυχὴν κεκοσμημένος χαρίσματι.

Οὗτος οὖν ὁ θαυμάσιος, ἐτύγχανε μὲν ἄρτι τῇ κατ' αὐτὸν εὐαγεστάτῃ μονῇ τοὺς θεμελίους καταβαλλόμενος, ἣν οὕτω πως τῆς Γέννης θ[ε]ὶ καλοῦσιν. Ἰδὼν οὖν τὸν προσφυγα ξένον, πλήρεσιν ἱστίοις, ὁ δὴ φασιν, εἰς ταύτην καταχθέντα, καὶ πάσῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ χρώμενον, ὥστε τῷ χορῷ συνταχθῆναι τῶν ἤδη παρ' αὐτῷ τὴν ἄσκησιν παιδοτριβουμένων· ἥδιστά τε προσδέχεται, ἀκριβὴς ὅπερ ἔφαμεν στοχαστὴς τοῦ μέλλοντος ὢν διὰ τὴν τοῦ νοῦ καθαρότητα καὶ χερσὶν ὑπτίαις περιλαμβάνει πᾶσαν δὲ πεῖραν πρότερον καὶ προσενεγκὼν καὶ λαβὼν τῆς τοῦ νέου γνώμης καὶ διαθέσεως, ὥσπερ νόμος μοναχικός, ὅπως μὲν πρὸς ὑπακοὴν τὸ πάντων ἐν τούτοις κυριώτατον ἔχει, ὅπως δὲ πρὸς πόνους καὶ κακοπάθειαν, καὶ εἴ τι ἄλλο συντόμως εἰπεῖν τοὺς εἰς τὴν μεγάλην ταύτην παλαίστραν ἀποδυομένους νενόμισται προφέρειν τοῖς προεστῶσιν, ἱκανῶς κἀν τούτῳ ἐξετάσας· Ἐπεὶ τὰ πάντα συμβαίνοντα τῇ πνευματικῇ πολιτείᾳ, τὸν γεννάδα εὗρε, καὶ πρὸς οὐδὲν ἀλλοτρίως τῶν καλῶν διακείμενον, τέλος ἀποκείρει θαρρήσας, καὶ τῷ ἱερῷ τὸν νέον ἐγκαθίστησι.

Τοῦτο μὲν Δωροθέῳ τῶν ἐφετῶν τὸ πρῶτον καὶ μέγιστον,
B οὗτος δὲ κατὰ τὴν ψαλμικὴν ἔλαφον ἐν δίψει δραμὼν, παρὰ τῇ πηγῇ τοῦ πνεύματος ταύτῃ τότε δίψος κατέπαυσε καὶ τὸν πόθον ἀνέπαυσε, μᾶλλον δὲ πολλῷ πλέον ἀνῆψε καὶ διερρίπισε, μετὰ τὴν τῆς γλυκύτητος γεῦσιν, ἐπιτεινομένης αὐτῷ πρὸς τὸ ἔτι τῆς γλυκύτητος ἔρωτος, καὶ ἀεὶ τὸ παρὸν εἰς ὑπέκκαυμα λαμβάνων τοῦ λείποντος. Ἐντεῦθεν τοίνυν ἀρξάμενος τῆς καλῆς ἐργασίας καὶ τῶν ἱερῶν ἀγώνων ἁψάμενος, ποῖον μὲν εἶδος ἀσκητικῆς παρέλιπεν ἀρετῆς; τίνι δὲ τοῦ πρωτείου τῶν καλῶν παρεχώρησεν; ἐτάχθη μὲν γὰρ εὐθὺς ὁ θαυμάσιος, ὡς ἐν ἀκμῇ νεότητος ὢν, καὶ καταπονεῖν ἐν κόποις τὸ σῶμα πρὸς ὑποταγὴν δεόμενος πνεύματος, διακονεῖν ταῖς χρείαις τῶν ἀδελφῶν· τοῦ δὲ κοινοῦ πατρὸς καὶ καθηγητοῦ, ἀφορμὰς ἑκάστοτε χορηγοῦντος τῇ τοῦ νέου φιλοπονίᾳ, πρὸς κατορθωμάτων ἐπίδειξιν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ἐφ' ᾧ τινι πλέον ἢ ἔλαττον δοκιμώτερος οὗτος ἀπέβη καὶ διέφανη· ἴσα γὰρ τὰ πάντα καὶ ὅμοια καὶ ἀλλήλων ἐχόμενα, καθάπερ πολύπλοκος σειρά τις χρυσῆ, τὸ γενναῖον, τὸ πρόθυμον, τὸ λελογισμένον, τὸ περιδέξιον, τὸ θᾶττον ἢ κελευσθῆναι πρὸς τὸ κελευόμενον ὑπακούειν, τὸ κρεῖττον ἐλπίδος ἐξανύειν τὸ ἔργον· ἐπὶ πᾶσι, τὸ πάντων ὑψηλότατόν τε καὶ μέγιστον, τὸ μηδὲν μέγα κατορθοῦν οἴεσθαι, κἂν τὰ πάντων ἄριστα κατεπράξατο· ἀλλὰ πρὸς τὴν δεσποτικὴν ὁρῶν ἐντολὴν, καὶ μετὰ τὴν τῶν πάντων ἐκπλήρωσιν, ἀχρεῖον ἑαυτὸν καλεῖ δοῦλον, καὶ τῆς τῶν ὑπηρετουμένων εὐχῆς καὶ εὐλογίας ἀνάξιον.

Οὕτω δ' ἐπὶ μήκιστον χρόνον καὶ τοιαύταις ἐργασίαις
C διαγενόμενος, καὶ δεξιὸς ὡς ἄλλος οὐδεὶς τὰ πρὸς θεραπείαν ἀνθρώπων μαρτυρηθεὶς, ἐντεῦθεν ἄξιος κρίνεται καὶ Θεοῦ λειτουργίας, καὶ διακονήσας καλῶς (τὸ γὰρ ἀποστολικὸν εἰπεῖν εὔκαιρον) βαθμὸν ἑαυτῷ καλὸν περιποιεῖται, ἐν καθέδρᾳ πρεσβυτέρων αἰνεῖν τὸν Κύριον εἰκότως ἀξιωθείς. Τὸν δὲ τοιοῦτον βαθμὸν ἐπιστεύθη μὲν εὖ μάλα κατακοσμῆσαι δι' ἔργων τῶν καθηκόντων· κατεκόσμησε δὲ, μᾶλλον ἢ ἐπιστεύθη· οὕτω μὲν φιλοπόνως περὶ τὴν ἱερὰν λειτουργίαν ταύτην διατεθεὶς, ὡς ἐπὶ ὅλοις ἔτεσιν ἤδη καὶ ἑξήκοντα, ἐξ ὅτου τὸν Πρεσβύτερον ἀνεδέξατο, αὐτὸν καθ' ἑκάστην τὰ τῆς εὐαγοῦς μυσταγωγίας ἐπιτελεῖν, πάσης ἄνευ προφάσεως καὶ ὄκνου δίχα παντός· οὕτω δὲ φιλοσόφως καὶ καθαρῶς, ὡς μετὰ τὴν νέαν μονὴν (περὶ ἧς αὐτίκα λελέξεται) καὶ τὴν πρὸς ταύτην μετάβασιν, μήτ' ἐκτὸς τῶν ὅρων αὐτῆς τὰ τῶν ποδῶν ἴχνη θεῖναι, μήτε γυναικὶ τὸ παράπαν εἰς ὄψιν ὑπομεῖναι παραγενέσθαι· καὶ τῶν ἀνδρῶν δὲ, μόνοις ὡς ἥδιστα συνεῖναι τοῖς φιλοθέοις, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπίσης αὐτῷ διηνεκῆ μελέτην πεποιημένοις, τῶν δ' ἑτέρων ἐχόντων τὰς ὁμιλίας ἐκτρεπέσθαι· ἑαυτῷ δὲ συνεῖναι καὶ Θεῷ τὰ πολλά, οὐχ ἁπλῶς τὰς εὐχὰς οὐδ' ὡς ἄν τις ἄλλος ἀφοσιούμενος, ἀλλ' ὄμβροις ἀεννάοις δακρύων καταβρέχων τὸ ἔδαφος, τῷ τε θείῳ πυρὶ τῆς θαυμαστῆς κατανύξεως εὐαγγελικῶς τὴν καρδίαν καιομένην ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ τὸ πρόσωπον,

sese subducit et celerem inde abiens capessit fugam : D
in qua diu oberrans inquirendo sibi institutorem idoneum, utpote admodum adolescens et peregrinationibus a[illegible]n non assuetus, *d* Amisum tandem pervenit ; [ub]i et desideratum quæsitumque reperit ex Dei nutu magistrum. Erat is Joannes, quem fugiens quærebat et quæsitum invenit : Joannes, inquam ille, qui res divinas aliasque sancti Spiritus afflatu probe callebat, et ornatam perspicacitatis dono habebat animam.

A COÆVO EX MS.

d et Amisum delatus

4 Admirabilis itaque Joannes iste etiam tum occupabatur in jaciendis sanctissimi monasterii sui fundamentis, quod vulgo Gennæ, id est Nativitatis, appellat[ur] : cumque intuitus fuisset profugum hospitem, plenis, ut dici solet, velis eo delatum, studiumque omne et ingenium adhibentem, ut adscriberetur in numerum discipulorum qui jam tum disciplinam monasticam ab ipso docebantur ; suavissimo vultu excipit juvenem et manibus supinis amplectitur ; animi nempe sui perspicacitate, quam diximus, solerter futura prævidens. Omnibus porro experimentis prius in medium prolatis ac sumptis, animum juvenis affectumque tentandi causa, prout leges monasticæ exigunt, interrogavit, quo modo obedientiæ, quæ inter alias virtutes primas E
tenet, affectus, quo modo ad labores doloresque ferendos animatus esset ; et, ut breviter dicam, quidquid aliud ex regula debent a Præpositis interrogari qui in hanc magnam virtutis palæstram recipiendi sunt, sufficienter eum examinavit. Postquam autem omnia quæ ad religiosæ vitæ institutum spectant, probare juvenem ac nihil a perfectione alienum meditari comperit ; a[illegible]s et addens, comam detondit, eoque loco omnino dignum futurum in templum deduxit.

a Joanne, Gennam monasterium tunc struente,

præmissis experimentis,

tondetur Monachus ;

5 Atque illud quidem primum maximumque votorum Dorotheo fuit : qui inde in modum cervi, de quo Psalmista, in siti currens, ad fontem hunc spiritualem, et sitim levavit et desiderium extinxit ; imo vero accendit potius et excitavit magis. Posteaquam enim dulcedinem ejus gustarat, vehementiori ejusdem percipiendæ desiderio inflammabatur ; semperque id quod præsens aderat, in sumente excitabat cupidinem illius quod aberat. Hinc itaque orsus præclarum vitæ suæ institutum, sacramque ingressus palæstram, ecquodnam genus monasticarum virtutum prætermisit ? cuinam primas in exercitio bonorum operum concessit ? Statim namque initio, eo quod in primo ætatis flore versans, corpus subjicere spiritui per labores et afflictiones deberet ; jussus fuit necessitatibus Fratrum inservire. Ad hæc Patre omnium et magistro communi, alias ex aliis laborioso juveni præbente exercitandi sese occasiones, F
ad illustranda ejus bona opera ; difficile dictu est, in quonam magis minusve insignis evaserit atque apparuerit. Omnia enim ejus virtutum decora inter se paria ac simillima, et adinstar catenæ aureæ multorum annulorum connexa erant ; nempe animi ejus magnitudo ac promptitudo, prudentia, sapientia, obedientia mandatum prævertens, executio operum perfectior quam sperari posset ; denique quod omnium præcipuum et maximum est, sui æstimatio qua nihil quidquam præclare fieri a se putabat, tametsi præclarissima quæque operaretur ; sed domnicum respiciens præceptum, cum omnia explevisset, inutilem se ipse appellabat servum, et Deo famulantium precibus et benedictione indignum.

et desiderio perfectionis

in virtutes varias incumbit,

6 Cum talibus longissimo tempore dedisset operam exercitiis et hominum famulatu tam promptum se exhibere probatus esset, ut nemo magis ; dignus quoque judicatus est qui divino Missæ sacrificio applicaretur ; et egregie ministerium suum obiens ad rem quippe facit Apostoli sententia) gradum sibi bonum

ac Sacerdotali ordine initiatus

Tim. 1, 3

A bonum acquisivit, ex merito dignus, qui in cathedra seniorum laudaret Dominum. Istiusmodi porro gradum, per opera eidem convenientia, excelluit quam optime ornare; sed et exivit re ipsa magis quam credulus fuit: nam sacrosancto Sacrificio operabatur tanta quidem cum sedulitate, ut totis sexaginta duobus annis, ex quo ordine Sacerdotali initiatus fuit, sacram Hostiam Deo obtulerit quotidie, nulla se impediri ab instituto causa, nullo torpore, passus. Tanta vero cum prudentia et puritate; ut post ædificationem novum monasterium, de quo mox sermo erit, et factam consecrationem, nunquam extra septa ejus pedem extulerit, aut mulierem omnino ullam conspectum suum subire sustinuerit. Cum iis tantum suavissime conversabatur, qui amore Dei flagrabant et perpetua, ut ipse, virtutis exercitia obibant; eorum vero, qui aliter affecti erant, consuetudinem declinabat. Secum et cum Deo agebat plerumque, non solas huic preces suas, quemadmodum alii solent, persolvens; sed interea perpetuo etiam lacrymarum imbre pavimentum rigans: circumferebat enim cor, juxta Evangelium, divina miræ compunctionis flamma ardens in seipso, eademque ex causa præferebat faciem, uti olim is f qui Deum viderat, glorificatam et aliquid humana specie majus exhibentem. Ita noverat Sanctus ille Sacerdotium honorare; ita rursum a Sacerdotio honorabatur ipse. Quid enim minus evenire illi poterat, cujus reliqua exinde vita adeo excelluit, talique rem divinam pertractavit observantia, ut arcanis etiam visionibus (ne singula viri gesta prosequar) dignatus sit et grandium mysteriorum revelationem acceperit? quorum finis, animarum directio et salus; quæ mirabile quidem initium atque occasionem, exitum vero spe omni meB liorem sortita sunt.

A COTAE EX MS. dignam illo vitam ducit

per mira virtutum exercitia.

Luc. 24, 32

f

ἄρτι ... ὁ Θ[illegible] τὸ πρότερον, ἐκ τῆς αὐτῆς [illegible] καὶ D [illegible] ... Ο [illegible] ὁ ἱερὸς [illegible] ... (... [illegible] ...) ὡς καὶ [illegible] ἀπόρρητον [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... [illegible].

E

ANNOTATA.

a *Ergo* Trapezunte natus, *celebri civitate ad Pontum Euxinum, quæ alio propemodum nomine Oezenis appellatur. Est et* Trapezus *alia ad Sinum Arabicum; et tertia in Arcadia. Sed de prima hic sermo; cujus amplitudini grande decus addidit imperium Orientis, Constantino-polis ab Imperatoribus Græcis seculo* 13 *translatum, itaque annos fere ducentos retentum. Fuit eadem natale solum celeberrimorum virorum Georgii, vulgo Trapezuntii, et Cardinalis Bessarionis.*

b *Duæ hæ familiæ celeberrimæ constitutæ ab* Hercule *et* Pelope *ductæ; alter quidem Peloponnesi possessione adeo famoso contentus fuit, ut Heraclidarum in illa reditus aliquibus etiam pro Epocha fuerit. Vide Salianum a. m.* 2950 *num.* 3.

c *Pro* [illegible] *legebatur in ecgrapho nostro* [illegible]; *non recte hoc loco.*

d Amisus *Urbs Episcopalis ad Pontum Euxinum. Distat a Sinope stadiis* 1020, *ut testatur Arrianus in Periplo; quamvis Stephanus numeret tantum* 900

e Γέννα. Nativitas, Ortus; *fortassis, quia sub titulo Nativitatis Dominicæ dedicatus locus erat.*

f *Nempe* Moyses, *de quo Exodi* 34 § 35 Καὶ εἶδον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ πρόσωπον Μωυσέως, ὅτι δεδόξασται.

CAPUT II

Ectases patitur, et divinitus jussus extruit monasterium ac templum.

Quo igitur modo ac ritu ista evenere? Mittebatur aliquando a patre suo spirituali Dorotheus, negotii cujuspiam curandi causa: neque enim posteaquam C ad venerandum Sacerdotii ordinem evectus erat, a ministeriis Fratrum magna cum humilitate et alacritate animi obeundis cessabat. Cum vero subditi partes præclare omnes expleret, oportebat illum, qui aliis subesse et obedire in tantis rebus didicerat, tandem aliis quoque ipsum imperare, et vere magnum vocari in regno cœlorum; cum non modo faceret quod subditi est, sed etiam doceret, subjectionem esse signum visitationis divinæ, ob quam et gratia Dei ipsum sibi per amorem despondeat. Cum ergo euntem quo missus erat egregium virum, tertia diei hora deprehendisset, curriculo se contulit orandi causa ad aliquod e templis viæ adsitis, prout consuetudo illi erat, tametsi negotiis maximo gravibus urgeretur: templum autem S. Annæ vocabatur, aviæ Servatoris nostri. Ingressus itaque intro posuit humi genua: et manibus, oculis, mente in cœlum sublatis, totus in ecstasin abiit; ac tandem vix sibi redditus, tertium exclamavit: Sancta Trinitas, tibi gloria. Et tunc quidem nihil forte amplius indicante visione, existimavit sine causa vocem illam sibi elapsam esse: premensque silentio in sinu suo mysterium, animi simul pendebat, simul considerabat sedulo, quid illud sibi vellet. Nec multum intercessit tem-

Missus aliquo negotii causa

secedit de via in templum,

et primum

Τίς οὖν ὁ τρόπος καὶ πόθεν; Στέλλεταί ποτε κατά τινα χρείαν, ὑπὸ τοῦ μεγάλου πατρὸς ἐφ' ὃ δεῖ. Καὶ γὰρ οὐδὲ [illegible] τῶν [illegible] τοῦ λειτουργεῖν [illegible] τοῖς ἀδελφοῖς [illegible] καὶ προθυμίας F [illegible] τὰ τῆς [illegible] καὶ [illegible] εἰς τοσοῦτον, [illegible] ἐν τῇ βασιλείᾳ [illegible] τῶν οὐρανῶν, [illegible] ἀλλὰ καὶ διδάσκοντα, [illegible] σύμβολα [illegible] ἔνδοθεν [illegible] ἑαυτῷ [illegible] θεῖον. Τρίτη τοῦ [illegible] τῆς ἡμέρας ὥρα καταλαμβάνει· ὁ δὲ πρός τινα τῶν παρόδιον ναῶν, εὐχῆς [illegible] χάριν (Τοῦτο γὰρ [illegible] αὐτῷ, καὶ τὸ πάντων [illegible] σπουδαιότατον) [illegible] δὲ Ἄννης, ὡς λόγος, τῆς [illegible] προμήτορος τοῦ Σωτῆρος ἱερόν. Παρελθὼν τοίνυν εἴσω, καὶ [illegible] μὲν [illegible] τὰ γόνατα, πρὸς οὐρανὸν δὲ χεῖρας καὶ ὄμματα καὶ νοῦν ἀνυψώσας, ἐν ἐκστάσει γέγονεν ὅλος· καὶ σὺν χρόνῳ μόλις ἐπανελθών, τρὶς ἐξῆς ἀνεφθέγξατο· Τριὰς ἁγία, δόξα σοι. Τότε μὲν οὖν οὐδὲν ἴσως πλέον ἐπισημήναντος τοῦ ὀφθέντος, ἄλλως τε αὐτῷ τὴν φωνὴν ταύτην ἐπελθεῖν ᾤετο, καὶ σιγῇ παρ' ἑαυτῷ κατέσχε τὸ θαῦμα, διαπορῶν [illegible] ἅμα, καὶ περισκοπῶν πανταχόθεν τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ πάλιν ἐπί τινος [illegible] λειτουργίαν, τελεώτερον εὐθὺς καὶ τρανότερον διδάσκεται τὸ ἀπόρρητον· διδάσκεται δέ.

Παρὰ τοὺς πρόποδας ἰόντι τοῦ βουνοῦ τοῦδε, ὃς καὶ ἱερὰν

[illegible]

potis, cum denuo ministerii cujuspiam causa alíquo missus, perfectius plenusque mysteriorum edoctus est, hunc in modum. D

8 Incedenti forte ad pedem hujusce collis, qui hoc ejus [illegible] ostentat, objecta est [illegible] in habitu Monachi, [illegible] decenter [illegible] quiens, olim domicilium fuit, a multis præclaris vi- [illegible] per te rursum excitari debet magnificentius, et in- [illegible] men rei eventum capere poterat omnimode; sed primæ dubitationis solutio, ut solet, alterius prin- [illegible] moderatoris sui voluntatem, sive magnum illud sit sive parvum; partim etiam consideranti modulum [illegible] et providentiam ad perficiendum tantum opus: præsertim cum incredibili desiderio, veluti inevitabilium Sirenarum, teneretur Magistri sui, quidvis [illegible] rus.

9 Talibus ille agitabatur cogitationibus, et secum ipse luctabatur: quod latere non potuit videntem [illegible] velare profunda, ac detegere occulta. Reversum [illegible] exiguam, advocat ad se, atque ait: Quid tergiver- [illegible] cerneret; recreavit nonnihil animo deficientem et placide revocavit, ac tandem manibus prehensum [illegible] enim non dicebat? quid non agebat illorum quæ na- [illegible] serationem? id unum et solum deprecans, ne a [illegible] et ægerrime ferendum imo intolerabile sibi asserebat. Sed præclarus Moderator rursus eum consolans; Non potest, inquit, fili mi, non potest aliter fieri: nostri namque, a Deo, non ab homine profectum isthoc mandatum. Quæ autem Deus, qui sanctus est, statuit, quis dissipabit? et manum ejus, quæ

utrumque vestium passus.

videtur [illegible]

edocto

et adducitur [illegible]

A coævo ex ms.

quæ excelsa est, quis avertet? Non igitur æquum est divinæ dispositioni non parere: id enim non modo inutile foret, sed etiam omnino fieri nequit. Nos porro, si ita tibi lubitum fuerit, nihil quidquam impediet, a visitatione tui, tametsi in extremis terrarum plagis morareris, consilium tibi more nostro daturi, et in rebus spiritualibus directuri.

tandem voluntate Dei

10 Hæc ubi edicta fuere, rem propositam exequi non ultra distulit fidelis minister veritatis; sed iis præter spem et sententiam auditis, illico sibi persuaderi sivit verus obedientiæ filius; nihil excusationis afferens, nihil in contrarium adducens, nihil dissentiens; sed absque omni violentia se totum gratiæ commisit; et propensa voluntate, quod convenientius erat, eligens, abiit continuo, aut potius adiit, ut jussus fuerat, ad designatum a visione locum. Illum scilicet locum, qui e vicinia late conspicuus, cum prius inhabitabilis esset, tam numerosum nunc gregem Monachorum, in spe habitantem, uti scriptum est, habet atque alit, cibo tum corporali, tum multo magis spirituali, cujus præcipuam illi rationem ducunt, et cujus causa certamina spiritualia et salutifera suscipiunt. Ad huncce locum
B Dorotheus a Deo et magno patre suo atque institutore missus, sine tergiversatione ulla, sine ulla ambiguitate opus aggressus est; et labores laboribus sudoresque sudoribus addidit, suis manibus locum repurgando, complanando, noxia efferendo: erat quippe admodum silvestris, et ruinis ruderibusque omnis generis oppletus. Quare initio quidem actum agere, atque id quod fieri non potest videbatur velle moliri; cum exædificare ecclesiam et monasterium construere in terra deserta et invia induxit in animum; et quidem peregrinus inter peregrinos, pauper, extorris, ignotus, omni auxilio consilioque privatus. Etenim omnino solus, adjutorem non habebat præter unum Basilium, virum bonum, quem ex circum se stantibus socium peregrinationis et certaminum petierat atque obtinuerat a communi Patre: cum quo et initium laboris faciens, et tanta certamina aggrediens, non in finem derelinquendus erat a providentia divina. Siquidem circum habitantes populi, id quod res erat mox animadvertentes, et non nisi motore Deo talia fieri apud sese sapienter statuentes; omni studio et conatu manum et ipsi admoverunt operi: pecunia, viribus, aliisque modis alacriter conferentes opem et operam suam: unde et templum ut breviter dicam exiguo tempore, et paulo post monasterium quoque ad
C illam formam adducta sunt, qua nunc spectantur: quamquam etiam tempus, licet breve, exiguam aliquam accessionem iis quæ tum facta sunt adjecit.

opus expedenter aggreditur.

cum uno socio

sed mox a multis adjuvatur.

11 Atque hæc quidem causa et ratio susceptæ a Dorotheo in locum istum peregrinationis: hoc opus ipsius, hic vivendi laborandique ibidem modus: imo vero illud non opus ipsius, sed quodammodo occasio ac fundamentum melioris operis, quo omnia hæc dirigebat conferebatque; ad operationem, dico, virtutis, et angelicæ conversationis exercitium atque institutum, quod ipse inchoavit ac posteris ibidem suis reliquit. Et prima quidem principia, quæ pro regula suis esse volebat, a magno Patre suo veluti elementa quædam mutuatus fuit; eorumque formam, ex celebris illius Arsenii præceptis descriptam, uti alter Moyses exaratas Dei digito tabulas, excepit. Erat autem Arsenius iste clarissimus virtute inter Monachos, quique Auream, ut appellant, Petram, non procul inde remotam, primus omnium inchoavit rexitque. Ipse vero Dorotheus multa illis per se inventa adjiciens, eadem suæ multimodis plexæ ascetici decoris coronæ intexuit, tum ad augendam magis pulcritudinem ejus, tum ad ponendum majoris utilitatis fundamentum.

Regulam ex Arsenii,

καὶ τοσαύτην ἀγέλην νῦν μοναστῶν, ἐπ' ἐλπίδι κατοικοῦ- D
σαν ὡς γέγραπται, ἐκ τοῦ πρὶν ἀοικήτου, φέρων καὶ τρέφων, τῇ σωματικῇ τε τροφῇ, καὶ πολλῷ γε μᾶλλον τῇ ψυχικῇ, ἧς αὐτοῖς ὁ πᾶς λόγος, καὶ ὑπὲρ ἧς οἱ ἀγῶνες οἱ πνευματικοὶ καὶ σωτήριοι. Πρὸς τοῦτον ἐκεῖνος ὑπὸ Θεοῦ τε πεμφθεὶς, καὶ τοῦ μεγάλου πατρὸς ἐκείνου καὶ παιδευτοῦ, μηδὲ μικρᾷ μελλήσει τὸ πρᾶγμα μηδὲ διστάγμῷ τινι δοὺς, ἔργου εἴχετο, καὶ πόνοις πόνους συνῆπτε καὶ ἱδρῶσιν ἱδρῶτας, ἐκκαθαίρων, [illegible], ὁμαλίζων ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν ὁ γενναῖος· μεστὸς γὰρ ὁ τόπος ὕλης ἀγρίας, μεστὸς [illegible] καὶ παντοδαποῦ φορυτοῦ. Παρὰ τὴν πρώτην μὲν οὖν [illegible] τε [illegible] ποτε καὶ ἀδυνάτοις προσβάλλειν ἐδόκει, οἰκοδομὴν ἐκκλησίας καὶ μονῆς σύστασιν ἐν ἐρήμῳ γῇ καὶ ἀβάτῳ διανοούμενος καταστήσασθαι· καὶ ταῦτα ξένος ἐν ξένοις, πένης, ἄοικος, ἄγνωστος, ἔρημος ἁπάσης βοηθείας καὶ συμβουλίας· ἐπειδὴ καὶ μονώτατος, ὅτι [illegible] συνεργῷ Βασιλείῳ τῷ καλῷ [illegible] τοῦ κατὰ [illegible] συνάθλου [illegible] τοῦ πατρὸς [illegible] μεθ' οὗ [illegible] καὶ [illegible] τηλικοῦτον [illegible] [illegible] εἰς τέλος ἐμελλεν [illegible] τῆς θείας [illegible]. Ἀλλ' ἅμα γε τὸ τοῦ πράγματος οἱ περιοικοῦντες συνιδόντες, καὶ [illegible] οὐκ ἄνευ Θεοῦ ταῦτα γίνεσθαι εὖ μάλα σοφῶς παρ' ἑαυτοῖς κρίναντες, σὺν καὶ E
σπουδῇ καὶ χειρὶ συνεφήπτοντο τῶν ἔργων αὐτοῖς, χρήμασί τε καὶ σώμασι καὶ πᾶσι τρόποις ἐνδόντες τὴν τῆς συνεργίας ἐπιδεικνύμενοι· ἐξ ὧν (ἵνα συνελὼν τὸ πᾶν) τό τε ἱερὸν ἐν ὀλίγῳ, καὶ [illegible] μετ' ὀλίγον, εἰς [illegible] τα [illegible] ὁ χρόνος [illegible] βραχεῖάν τινα προσθήκην, [illegible] τοῖς ἐξειργασμένοις τότε συνεισενέγκαντα.

[illegible] μὲν [illegible], καὶ οὗτος ὁ λόγος τῆς εἰς τόνδε τὸν τόπον τοῦ [illegible] τοῦτο δὲ [illegible] καὶ οὗτος ὁ τρόπος, τῆς ἐνταῦθα παροικίας αὐτοῦ [illegible] μᾶλλον δὲ τὸ ἔργον οὐ τοῦτο, ἀλλ' [illegible] ἀφορμὴ καὶ καταβολὴ τοῦ κρείττονος ἔργου· πρὸς ὃ ταῦτα πάντα συντείνει καὶ φέρει, τὴν ἐργασίαν λέγω τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τὴν τῆς ἀγγελικῆς πολιτείας ἄσκησιν καὶ κατάστασιν, ἣς ἐκεῖνος κατῆρξε, καὶ [illegible] τοῖς μετ' ἐκεῖνον κατέλιπε· τὰς πρώτας μὲν ὑποθέσεις παρὰ τοῦ μεγάλου πατρὸς, ὥσπερ τινὰ στοιχεῖα, [illegible] τὸν τῆς [illegible] τούτων κανόνα, ὧν τοὺς τύπους [illegible] τοῦ Ἀρσενίου τοῦ πάνυ διατετυπωμένων, ὥσπερ ἄλλος Μωσῆς θεοχαράκτους πλάκας ἐδέξατο (Ἦν δὲ οὗτος Ἀρσένιος [illegible] ἀρετὴν περιβόητος ἐκεῖνος ἐν μοναστοῖς, ὃς καὶ τῆς χρυσῆς καλουμένης Πέτρας, οὐδ' ἐκεῖνα [illegible] πόρρω, πρῶτος πάντων ἦρξε καὶ ἀφηγήσατο) καὶ αὐτὸς δὲ πολλὰ [illegible] οἴκοθεν, καὶ τῷ πολυπλόκῳ τούτῳ στεφάνῳ τῆς ἀσκητικῆς εὐπρεπείας συγκαταπλέξας, ἅμα μὲν εἰς κάλλους περιουσίαν, ἅμα δὲ καὶ πρὸς μείζονος ὠφελείας ὑπόθεσιν. Τί γὰρ τῶν καλῶν παρ' αὐτοῖς οὐ φιλοσοφεῖται; οὐ μακροθυμία; οὐκ ἐπιείκεια; οὐχὶ τῶν παρόντων ὑπεροψία; F
οὐχὶ τῶν μελλόντων ἐπιθυμία; οὐ πραότης; οὐ καθαρότης; οὐχ ἡ κατὰ πνεῦμα πτωχεία; οὐχ ὅσα τῶν μακαριζομένων καὶ ἄλλως ἐπαινουμένων; Ἡ ἀγρυπνία δὲ, ἡ δὲ εὐτέλεια, τὸ δ' ἐγκρατὲς περὶ πάντα, τὸ πρὸς ἀγρυπνίαν φιλόπονον, τὸ περὶ τὸ ψάλλειν ἀκόρεστον, ἡ ἐν προσευχαῖς εὐτονία, ἡ τῶν θείων μελέτη, τὸ φιλόξενον, τὸ φιλόπτωχον, ὅσον ἐκ τῶν παρόντων;

Τὸ μηδὲν ἁπλῶς τῶν σωματικῶν, μόνα δὲ τὰ τοῦ πνεύματος ζητεῖν τε καὶ πραγματεύεσθαι, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, καὶ ὧν χωρὶς [illegible], τῶν πρὸς τὸ σῶμα [illegible] τῇ ψυχῇ διαμένειν ὅλως ἀμήχανον, καὶ τοῦτο δὲ τῶν ἄλλων οὐχ ἧττον πνευματικόν τε καὶ ἀποστολικὸν, μὴ φορτικούς τισιν εἶναι, τὰ πρὸς χρείαν αἰτοῦντας μηδ' ἐγκοπήν διδόναι τινὰ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κατορθώσει ἐκ τοῦ περὶ ταῦτα καταναγκάζειν ἔστιν ὧν· ἀλλὰ ταῖς ἰδίαις ἐργάζεσθαι χερσὶν, ὅτε δεῖ, καὶ βοηθεῖν ἑαυτοῖς δι' ἑαυτῶν εἰς τὰ ἀναγκαῖα· τῆς ἔξωθεν δὲ περιφορᾶς ταύτης, ἣν πολλοὶ τῶν ἁπλουστέρων ἐπιτηδεύουσιν, εἰς ἐρανισμὸν τῶν κατὰ χρείαν τοῖς ἀσκουμένοις, παρὰ τῶν ἑτοίμων μεταδιδόναι, φείδεσθαί τε καθόλου καὶ τὸ σύμπαν ἀπέχεσθαι, ἵν' ἀπρόσκοπον αὐτοῖς πανταχόθεν τῆς δικαιοσύνης μένοι τὸ ἔργον,

A ἔργον, καὶ μηδενὸς τῶν πάντων συνείδησις ἐπί τινι πλήττοιτο τῶν ὑπ' αὐτῶν πραττομένων· μᾶλλον μὲν οὖν εἴ τις δύναμις, αὐτόθεν τῶν ἰδίων πόνων κοινωνοῦν ἑτέροις προθύμως [illegible] μετὰ τῆς φιλοσόφου πενίας πλουτοῦσης καὶ τοῖς μεταδοῦσιν· ἐπεὶ καὶ Παῦλος τὰς χεῖρας [illegible] [illegible]

Quod enim virtutum genus ab ipsis non exercebatur? An longanimitas? an modestia? an despectus rerum præsentium, aut amor futurarum? an mansuetudo? an puritas? an spiritus paupertas? [illegible] quid denique omnium quæ beatum reddere possunt hominem, aut aliter laudabilia sunt? Porro paupertas, frugalitas, in omnibus temperantia, vigilandi studium, psallendi ardor insatiabilis, orandi intentio, rerum divinarum meditatio, erga peregrinos [illegible] ac mendicos caritas, quota pars sunt illorum quæ in promptu est enarrare? *[illegible] auctum [illegible]* *quo omni virtutum genere florent*

12 [illegible] sed propriis operantur manibus, quando opus est, et juvant se per se ipsos in suis necessitatibus; illam autem exteriorum negotiorum curam, in quam simpliciorum multi tam solicite incumbunt ad corroganda exercitantibus necessaria, transferre ad facile parabilia satagunt; aut potius ea omnino abstinent, ut ubique justitiæ opera exercere sine offensione et scandalo possint, nulliusque conscientia in aliquo operum suorum angatur: quod si facultas suppetat, ipsi

B [illegible] sophicam sectatur paupertatem, et opulenta manu in alios distribuit; cum etiam Paulus prædicet, manus suas non suis modo, sed sociorum quoque suorum usibus necessaria subministrasse. Quod exemplum [illegible] Act. 20. 34
instruebat suos. Jam vero considerandum nobis est cum aliis eorum gestis illud quoque in quod sedulo [illegible] in eo versaretur, quod omnis generis cultum et sacrificia offerant Deo, nec scio, an ulli uspiam majori cum accuratione quam illi hic: adeo ut integrum et omni ex parte completum atque perfectum possideant bonum, quoad corpus quidem sufficienter; quo ad animam vero, abundanter et cum absolutissima perfectione.

CAPUT III.

Miracula et mors Sancti.

Τ[illegible]

C [illegible]

Θέρους [illegible]

Talis igitur fuit mirabilis Dorothei institutio et conversatio, talis ipse legislator, qui sublimem hunc atque divinum vivendi modum constabilivit: quod unum pro multis sufficiat argumentis, ad probandum [illegible] curæ esset Deus et ipse vicissim Deo, qui glorificantes se [illegible] honorat. Verum enimvero quoniam multitudo gratiarum ac donorum, inde in sanctum virum profluentium, in ore multorum versatur; qui, ut audiendi cupidi sunt, solent acrius intendere aures in rerum [illegible] medium pauca quædam ejus miracula, idque quanta fieri possit brevitate; ut ne cupientes novitate di[illegible] ipsis obtundamus aures prolixitate orationis. Est autem primum maximumque omnium in Viro miraculum, quod habitualiter et perfecte penetraret seu contemplaretur divina; et quæ cognoverat agenda, actu compleret, unde et abundantioribus a cœlo illustrationibus, ut par est, dignatus fuit propter animæ puritatem. Ecce autem exempla. *Sanctitas Dorothei [illegible]*

14 Æstivum agebatur tempus, et medius incaluerat dies, cum repente oculi videntis prævenerunt; prævenit autem etiam ipse citus, et clamavit in immaturitate cœtum Fratribus indicens: iisque statim, ut par est, [illegible] rei novitatem (nondum enim Vesperarum tempus erat) Demus, inquit, Filii Fratresque mei, demus gloriam Deo, qui modo præter spem omnem ex profundo maris eripuit quempiam (addebat et nomen) salvum atque incolumem. His dictis tacuit, et mirabundos ad Synaxin dimisit. Non multi intercessere dies, *prænuntia-*

A [illegible] [illegible]

EX MS.

a [illegible]

apprehendens, præter spem, inquit, omnem et ex- [illegible]

... Post hæc [illegible] ...

B [illegible]

15 [illegible]

Fratribus extra monasterium hærentibus contra voluntatem suam aliquando abire aliquo privatæ necessitatis ergo, et moras quoad reditum interponere longiores. Quos [illegible] et cunctantes ursisset, rem fieri indignam dictitabat et parum proficuam iis, qui ultra decorum sic mo- [illegible] in parabolis, sed [illegible] mortem præsignificavit, nisi, quantocius possent, ad pri- [illegible] persuasit [illegible] prædicendo, persuasit autem quæ præ- [illegible]

prædicit mortem

[illegible] mercedem, [illegible] Domini [illegible] mortem. [illegible]

C [illegible] Occupabantur Monachi circa ædificium [illegible] necessarium, cum prægrande saxum machinam, qua tolleb[illegible]tur, pondere [illegible] et magno impetu ruit in præceps, impingendum fere in capita ædificantium. Pervasit illico animos, conspectu præsenti periculo, ingens terror; et [illegible] cum desperatione sustulerant clamorem omnes, præter Dorotheum, qui præsens aderat nihil desperans. Etenim [illegible] ad Deum e vestigio levatæ, manus puræ et sanctæ, fervensque cum lacrymis oratio sub invocatione sanctæ Trinitatis (o miraculum! o præpotentem virtutis vim!) stiterunt in momento periculum, et [illegible] potentiam manifestam reddiderunt. Saxum quippe, veluti declinans operas, retro actum est; ibique represso impetu stetit; in hunc usque diem testificans operatricem in Viro sancto miraculorum virtutem quandoquidem etiam nunc horribile intuentibus spectaculum præbeat, cum in lubrico et præcipiti loco non jacere, sed veluti suspensum imminere subeuntibus, instar fabulosi ac Tantalei b saxi, videatur.

Grande saxum in operas ruens

invocata S. Trinitate stetit in loco præcipiti.

b

16 Quantum vero laudem Sancto attulerunt opera manuum ejus quasi accessoria? Vineæ co-

D [illegible]

[illegible]

Τοιαῦτα πολλὰ τῶν τοῦ ἀνδρὸς τεραστίων [illegible] [illegible] [illegible] ἀλλ' αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ἕκαστα τούτων [illegible] παραλαβόντας, εἰς ἀκριβεστάτην βεβαίωσιν [illegible] λεγομένων· [illegible] καὶ μέχρι Βασιλέως [illegible] τούτων ἔφθασε φήμη, [illegible] ἀρετῆς, καὶ, ὥσπερ νόμος αὐτῇ ἐπὶ μέγα δόξης αἰρού-

σης

A [illegible]

[illegible]

B [illegible]

C [illegible]

Τοιαῦτα μὲν [illegible] ... κατὰ [illegible] τῇ τῶν καλῶν πηγῇ,

[illegible] Monachis [illegible] erat, [illegible] D

[illegible] plura, eaque verissima; non ex auditu collecta referimus, [illegible] nerabili monasterio) regiam suam solicitudinem impendere, [illegible] das attulit; molestias, inquam, extrinsecus advenientes; [illegible] omnia, et quorum causa vita humana violenter labefactatur. [illegible] E

17 [illegible] quando vir sanctus propediem sibi instare mortem [illegible] ut viaticum, inquiebat, habeam quo illuc commigrem. Cum vero illi in paupertate sua divites Mo[illegible] (ita quippe a magistro suo pridem exercitati erant [illegible] distribuendam inter accolas curavit: erant autem, uti decebat, vilissima et nullius omnino pretii tegumenta et vascula, eaque ad suscipiendum ac serviendum hospitibus destinata. Ad hæc rerum omnium, quæ ad sustentandam viam reconditæ servabantur, participes reddi ex misericordia pauperes voluit, priusquam moreretur.

reculas [illegible] in pauperes distribuit,

18 Tres exinde dies effluxerant, cum solito maturius surgens, domunculas Fratrum circuivit; cum singulisque seorsim agens, et ad pedes eorum accidens, tamquam humilitatis vere suos exaltantis typus, orationes ipsos et veniam delictorum suorum postulavit. Interea Fratribus, cum demissa reverentia et religione, Patrem suum circumstantibus; ipsumque amplexando, lacrymando, ad terram usque sese [illegible] transierat meridies. Tunc, uti suos quam qui maxime amabat, singulos abire cibumque sumere jussit; [illegible] dictitans; utpote qui de rebus communitatis, ut solebat, nihil amplius solicitus, ad privatam tantum necessitatem intendebat; suosque circa se vexari nolebat. Et alii [illegible] curriculo ad ipsum revertebantur; invenientesque intensius orantem cum verecundia substiterunt, donec finita oratione Fratres ad psallendum hortatus est; et reclinans se ipse, quiete ut sic dicam atque

[illegible] Fratrum ac[illegible]

A atque prono in terram corpore pedibusque extendens, in pace, ut scriptum est, requievit et dormivit magnum potius quam in mortem, somnum nempe, qualis pios decet: atque ita appositus est Patribus suis sanctus hicce Pater noster, regni cælorum hæres, quo tam hilariter iter suscepit, ad præmium supernæ vocationis festinans, et ad requiem cœlestem modo extraordinario transiens ex hisce miseriis, ut obitus ejus non minori admiratione dignus sit quam vita.

A corpo ex MS placide moritur.

[illegible] D

Ἀμήν.

[illegible] intercessione sperat Auctor se et Fratres omnes in ul[illegible]

19 Talis igitur Dorothei in terris vivendi ratio fuit, talia tamque divina opera, tam copiosa a Deo collata dona, talis similiter viri transitus, omnino præclarissimus et decorus, ac veluti corona quædam aurea, tali conversationi ejus, ut par est, imposita: cujus intercessionibus apud Deum, cui ipse admodum placuit, nos quoque placituros exoptamus, quantum nempe per statum viresque nostras licebit; cum etiam minimis gaudere præ humanitate suo noverit bonitas ejus, et adjutricem tendere manum iis qui consequi virtutem desiderant. Potest autem Sanctus quod deest supplere: quandoquidem eadem benignitas, quæ hic inter virtutes ejus primas tenuit, nunc illic quoque, citra dubium perseveret, cum non exiguo sui incremento; præsertim cum propius nunc adsit ab ipso bonorum omnium fonte, ex quo afflatum bonitatis et copiose hauriens, servivit jam pridem ac benefecit multis ipse, tantumque sanctimoniæ consecutus est; nunc autem liberalius benefaciet, et beneficentiam suam exeret in nos omnes, qui adhuc superstites sumus in hac vita et in hacce exercitationis palæstra versamur: donec ille, qui Patri nostro remuneratus est, nos quoque ad supernam requiem, aut potius dixerim, omnis molestiæ vacuitatem evocet; quem decet
B gloria, honor et adoratio cuncta, nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

E

a *Qui e Propontide in Ortum longo tractu extenditur sinus, Bithyniamque alluit, ab* Astace, *urbe olim celebri, nomen suum mutuatus est. Nam alia urbs ejusdem nominis in Acarnania huc non facit. Vocatur idem sinus subinde etiam* Nicomediensis, *a Nicomedia, quæ sinui isti similiter adjacet, et e ruinis* Astaci *vel condita vel aucta putatur.*

b *Memoriale hoc sphalma est:* Sisyphum *faciunt Poetæ, non* Tantalum, *volvere et revolvere in montem saxum semper lapsurum.*

c Πόσος, quantus, quam multus: *hinc necdum alibi lectum* συμποσέομαι, *quasi* simul supputor.

DIES

DIES SEXTA JUNII

SANCTI QUI VIII IDUS JUNII COLUNTUR

Sanctus Philippus, ex septem primis Diaconis, Cæsareæ in Palæstina.
S. Justus Episcopus Alexandriæ in Ægypto.
S. Maria,
S. Martha, } Virgines
Aliæ tres, } Martyres Constantinopoli.
S. Eusebia,
sive Æsia } Matronæ
S. Susanna.
S. Zenais Thaumaturga,
S. Cyriaca,
S. Valeria, } Martyres, Cæsareæ in Palæstina.
S. Marcia,
Sancti viginti Martyres, Tarsi in Cilicia.
S. Vincentius Episcopus,
S. Benignus Diaconus, } Martyres Mevaniæ in Umbria.
Socii plures,
S. Amantius,
S. Lucius,
S. Alexander, } Martyres Niveduni.
S. Andreas,
S. Donatus,
S. Peregrina,
S. Amandus,
S. Lucius, } Martyres Cannis, prope Narbonam.
S. Alexander,
S. Audaldus,
S. Lucius, } Martyres Cornelii, in agro Parmensi.
S. Amantius,
S. Italius,
S. Zoricus,
S. Camarus,
seu Camasus, } Martyres in Africa.
S. Philippus,
S. Attalus,
S. Artemius, } Conjuges, } Martyres Romæ.
S. Candida,
Paulina filia,
S. Gelasius, Martyr apud Græcos.
S. Bazalota,
S. Euphemia, } Monachæ apud Habessinos.
S. Vincentius, Episcopus Theatinus in Aprutio.
S. Joannes, Episcopus Veronensis in Italia.
S. Anub, Abbas Eremita in Ægypto.
S. Eustorgius II, Episcopus Mediolanensis.
S. Ceratius, Episcopus Gratianopoli in Gallia.
S. Claudius, Episcopus Vesontione et Abbas Jurensis, in Burgundia.
S. Bertichramnus, Episcopus Cenomanensis in Gallia.
S. Attalus, Thaumaturgus apud Græcos.
S. Photus, apud Græcos.
S. Gurualtus, Episcopus Alethensis, in Britannia Galliæ Armorica.
S. Gudwalus Episcopus Britannus, Gandavi in Flandria.
S. Agobardus, Archiepiscopus Lugdunensis in Gallia.
S. Alexander Martyr, Episcopus Fesulanus in Hetruria.
S. Aldricus, ex Abbate Ferrariensi Archiepiscopus Senonensis in Gallia.
S. Hilarion junior, Hegumenus Constantinopoli.
S. Colmocus, seu Colmus, Episcopus in Scotia.
S. Norbertus, Fundator Ordinis Præmonstratensis, et Archiepiscopus Magdeburgensis.
S. Gilbertus Abbas,
S. Petronilla conjux, } Ordinis Præmonstratensis in Arvernia.
S. Pontia filia,
S. Gerardus Tinctorius, Modoetiæ apud Insubres in Italia.
B. Bertrandus, Patriarcha Aquileiensis, Martyr Utini in Foro-Julii.
B. Pacificus, Ordinis Minorum Observantium Ceredani in Insubria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Opera R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ, nisi aliud indicent litteræ margini additæ.

Sanctus Vivianus Episcopus, *nullo verbo addito, in Menologio Scotico Camerarii, videtur non velle intelligi. Est aliquis* Vigianus, Episcopus Brechanensis, *in Historia Scotica Dempsteri pag.* 948 *et in ejus Martyrologio, relatus* iv Januarii.

Vivianus *autem seu* Vibianus Episcopus Santonensis *colitur* xxviii Augusti.

S. Boniti, Episcopi Arvernorum, Translatio et Dedicatio Ecclesiæ, ***inscripta est Martyrologio Gallicano*** *Saussayi; memoria est in MS. Parisiensi S. Victoris, eademque describitur apud Jacobum Branche Ejus Vitam dedimus* xv Januarii.

D. P. S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus *in Fastis Æthiopicis Jobi Ludolfi cum rubrica notatur, tamquam celeberrimo festo. Egimus de eo* xxviii Januarii. *Sed si otium sumpsisset vir eruditus Hagiologion suum Habessinum accuratius inspiciendi, invenisset nullius Sancti ab eo Festum ibi celebrari, sed Crucis in Golgotha apparentis tempore* S. Cyrilli *Patriarchæ* Hierosolymitani, *de quo etiam egisse meminimus ad diem* xviii Martii.

S. Aldegundis, Virginis et Abbatissæ, ostensio corporis *est in Martyrologio Gallicano Saussayi. Acta dedimus* xxx Januarii.

SS. Victor et Stephanus, Martyres in Ægypto, *indicantur in antiquo Kalendario, ante opera MS. S. Isidori in Bibliotheca Vallicelliana Romæ : ipsos ex aliis Martyrologiis retulimus ad diem* i Aprilis.

S. Cœlestini Martyris inventio, apud Mantuanam civitatem, ***memoratur in MSS. Florentinis***, *Mediceo et Strozziano, nec non a Bellino, Bonacursio, Maurolyco, Molano, Galesinio, Canisio. Quis hic Martyr fuerit alibi non legimus. Ferrarius in Indice topographico Catalogi Sanctorum Italiæ, et in alio Catalogo generali, ad diem* vii *Junii, celebrat* Inventionem S. Cælestini Papæ Mantuæ, ex tabulis Ecclesiæ Mantuanæ; *corrigitque alios, quod non modo in die hallucinati sint, sed et Martyrem, quem Papam dicere debuerant, fecerint. Est hic Cælestinus I, cujus Acta dedimus* vi Aprilis.

S. Proculi Martyris Interamnæ Translatio corporis, *indicatur in MSS. Casinensi, Altempsiano, et aliis. Colitur cum aliis* xiv Aprilis.

S. Arthemius, Episcopus Senonensis, *inscriptus est Natalibus Sanctorum Canonicorum apud Ghinium. Acta dedimus* xxviii Aprilis.

SS. Conon et Christophorus Martyres *indicantur in MS. Synaxario Constantinopolitano. Eorum martyrium habemus* v Junii.

Dorothei Episcopi certamen *indicatur in Martyrologio Arabo-Ægyptiaco MS. Videtur esse Episcopus Tyri, a nobis relatus* v Junii.

S. Bonifacius, qui alio nomine dicitur Silvester, sub Diocletiano post articulos manuum amputatos decollatus, *refertur in MS. Florario. Quis ille sit, dubitamus. Quamplurimi retulerunt* S. Bonifacium Romanum, ***Tarsi coronatum, pridie hujus diei : cujus nomini, forsan hic iterato, adjunctum est martyrium alicujus ex viginti Martyribus Tarsensibus,*** *quorum Acta infra damus : eorum enim aliquis passus est manuum amputationem.*

D. P. S. Domus, Eremita Montis-Carmeli, filius Dementiani (imo Demetriani), *ab Anonymo Guilielmita*, in libro Episcoporum et Episcopatuum ecclesiæ Dei *ante unum forte seculum temere compilato, inter Antiochenos refertur, ut revera fuit; laudatus in Synodica illius Ecclesiæ, apud Eusebium lib. 7 cap.* 30, *ut* vir omnibus quæ Episcopum decent dotibus exornatus. *Lezana in Annalibus, an.* 272 *num.* 4, *post verba Anonymi fatetur ingenue, quod* urgentiora pro monachatu hujus Domini in Carmelo monumenta videre non licuit. ***Ubi id licuerit Philippo a Visitatione, aut unde acceperit hunc*** vi ***diem, libenter discam, cum nomen ejus nulli Græcorum Latinorumque Fasti referant; multo minus scio unde hauserit quod addit in Notis MSS. quod*** terra sanctæ loca visitans in Carmelo hæsit cum S. Dionysio, postea Pontifice, doctrina et sanctitate insignis, donec a civibus revocatus, et factus Antiochiæ Episcopus aut Patriarcha, variis miraculis clarus obiit ad an. 290 die vi Junii, quo ab Ecclesia Orientali colitur, ut patet in kalendariis Carmelitanis. *Quibus illis, obsecro? Quidquid hujus generis corradere potuit Daniel a Virgine Maria, habemus ante tomum 2 Speculi Carmelitani : sed nullus ibi* Domnus *tali die nominatur, nullus etiam alio. Baronius obiisse* Domnum *statuit an.* 277.

Arthemius, Confessor in Santonibus, *cum aliquo valde simplici elogio refertur a Saussayo, forsan occasione* S. Arthemii, *de quo supra egimus. Nos de hoc Confessore alibi nihil legimus : et si forte cultum habet, cupimus a Sanctonensibus de ejus Actis edoceri.*

S. Coca Virgo, in ecclesia de Kill-choca in finibus Midiæ, *hoc* vi *Junii coli dicitur a Colgano, Notatione 29 ad Vitam S. Kierani 5 Martii : de qua plura optaremus scire.*

Heribrandus, Abbas Leodii apud S. Laurentium, a Ruperto de Divinis officiis, sed tacito nomine, commendatus; *cum insigni elogio proponitur a Bartholomæo Fisen in Floribus Ecclesiæ Leodiensis: sed abstinet a titulis* Sancti *aut* Beati; *neque de ejus cultu quidpiam Leodii scitur.* NOT 32

Cetalis memoria *inscripta est Martyrologio Arabo-Ægyptiaco MS. quod nobis Gratia Simonius Maronita, factus postea Archiepiscopus Tripolitanus, Latinum fecit, nullo ejus adjecto cultus alicunde notitiam.* Falco, *Cavensis in Italia monasterii Abbas, sine præfixo Beati titulo, laudatur in illius monasterii Chronico MS. cujus ecgraphum habemus; diciturque præsedisse* a xvi kal. Decembr. mxli, usque ad viii Idus Junii mcxlvi, et in Cavensis ecclesiæ pavimento, juxta Divæ Catharinæ ædiculam, in sepulcro reconditus, quod marmorea tabula, porphyreticis sphærulis exornata, contectum est. *Nullus alias ejus ibi cultus probatur.* D. P.

Lalibala Rex Abassinæ, *ex familia Zagæa, quæ ab anno* 960 *ad* 1300 *circiter Imperium tenuit, ut* Sanctus *in Hagiologio Metrico istius gentis laudatur, ideo potissimum, quod ex solidis rupibus templa excavarit, quorum descriptionem vide in Historia Æthiopica Ludolfi lib. 2 cap. 5. Difficile esset ejus ætatis Reges ab Alexandrino schismate et Nestoriana hæresi excusare.* D. P.

Josephus a S. Germano, Monachus Fuliensis Ordinis Cisterciensis, *refertur ab Henriquez et Bucelino cum titulo* beatæ memoriæ; *et* venerabilis Pater *appellatur a Chalemoto.*

Valentinus

Valentinus de Narnia, qui duas filias in monasterio S. Claræ Deo sacravit; cum tribus filiis nomen Franciscanis dedit, et post annos 30 in Ordine transactos Assisii sepultus multis claruit miraculis. *Ejus virtutes profert Pisanus lib. 1 Conformit. Ord. fructu 8. et passim alii, usque ad Haroldum, qui de eo agit an.* 1378 *num.* 7, *sed abstinet a titulo* Beati *quem ei donat Arturus in Martyrol. Franciscano, eumque secutus Jacobillus.*

Walterus, Monachus in Clara-valle, a S. Bernardo conversus, *cum titulo* Beati *memoratur ab Henriquez et Bucelino; omittitur a Chalemoto: inter* Pios *numeratur a Saussyao.*

Tankeredus, ex Canonico S. Judoci in Nemore, primus Prior Ecclesiæ sanctissimæ Trinitatis de Lucerna, in Abrincensi Normanniæ diœcesi, ita crucis mortificationem in suo corpore pro Dei gloria portasse dicitur, ut in ipsius morientis pectore crux aurea apparuerit. Ipse felicem spiritum emisisse traditur anno MCXLIV, hoc octavo Idus Junii. *De eo agunt Joannes Chrysostomus Præmonstratensis; vander Sterre, in Natalibus Sanctorum Ordinis; Petrus de Waghenare, in Personis ejusdem Ordinis sanctitate illustribus; et Joannes le Paige lib. 2 Bibliothecæ Præmonstratensis pag.* 478, *ubi et Acta aliqua profert. Et ipsi quidem illum titulo* Beati *honorant, sed nullum alicujus cultus Ecclesiastici vestigium ostendunt. Ejusdem meminit Mauritius du Pre in Annalibus brevibus Ordinis Præmonstratensis, sed hic a titulo* Beati *abstinet: Saussayus autem inter* Pios *eum recenset. Alias optassemus eum ad hunc diem illustrare cum S. Norberto.*

Beatus Daniel de Bergomo anno 1507, *Bergomi in capella S. Bernardini, eo ubi Confessiones audiebat loco, a suis quibusdam devotis pictus cum radiis et titulo supra relato, ut talis refertur, inter Beatos Bergomates Ordinis S. Francisci, a Mario Mutio; defunctus hoc die anno* 1460: *de alio magis legitimo cultu nihil nobis innotuit.*

Carolus Lusachius,
Henricus,
Petrus Vabolescus,
Arnaldus Virganastus,
Petrus Quartus,
Ordinis Minorum, Gordonii in Territorio Galliæ Cadurcensi anno 1579 *ab hæreticis occisi, ut Martyres et Beati referuntur in Martyrologio Franciscano Arturi.*

Gabriel a Spoleto anno 1422,
Archang. de Agnone, in Apulia an. 1440,
Didacus Ximenius, in Hispania an. 1491,
Petrus Chambonus, in Gallia. an. 1496,
Gasparus, Urbini anno 1506,
Laurentius, Ortonæ in Aprutio an. 1536,
Bernardus ab Offida, Camerini an. 1558,
Bonaventura Brochartus, Carcassonæ,
Bapt. Mercator, Valentiæ in Hisp. an. 1570
Joannes a Soto, Segoviæ in Hispania,
Delphina, vidua Barcinone sec. 16.
Ordinis S. Francisci *omnes in Martyrologio Franciscano Arturi more solito* Beati *appellantur, uti verum* Delphina, *in ejus Gynecæo.*

Maurus Monachus et Martyr in Anglia, ob negatam Henrico octavo Regi dignitatem Pontificiam, laqueo enectus et in quatuor partes dissectus fuit: *Ita post Wionem et Dorganium Menardus, sed solum cum titulo* Venerabilis; *et cum majore elogio Bucelinus.*

B. Thomas Aquinas Martyr, *inscriptus est Aceti bene Ortinatæ Sanctorum ac Beatorum Carmelitarum Philippi a Visitatione. In MSS. Notis, addit, quod* Hibernus, Carmelitani Ordinis alumnus
D. P. sanctissimus, in patria et oppido Pontano hæreses oppugnans, pro Christo suspendium et mortem perpessus est anno 1642; et plurima beatitudinis signa cœlitus data cultum illi procurarunt. *Velim scire quem et ubi, post tam recentia tunc Urbani VIII decreta.*

Licinianus Martyr apud Cæsaream Cappadociæ, *inscriptus est MS. Divionensi. Is aliis est* Lucianus, *relatus ad* VII Junii.

S. Scariola, Virgo Bituricis, *inscripta Martyrologio Coloniæ et Lubecæ anno* 1490 *excuso. Item apud Grevenum et Canisium, et sub finem adjuncta est MS. Florario. Verum hæc est* Stadiola *sive* Eustadiola, Vidua Deo sacrata, *quæ construxit cœnobium Sanctimonialium, et ideo* Virgo, *id est* Sanctimonialis *appellatur. Ejus Vitam damus* VIII Junii.

S. Vincentius, Levita et Martyr Aginnensis, habet venerationem Gnesnæ et Cracoviæ in Polonia, *uti dicetur ad diem ejus natalem* IX Junii.

S. Columba, Confessor et Presbyter, *refertur a Camerario, ut alius a S. Columba Abbate; in cujus Vita num.* 5 *nominatur aliquis* Colom-krag, *uti inveniet lector* IX Junii.

Bessarion Anachoreta *memoratur a Græcis in Typico S. Sabæ, nec non Ruthenorum fastis ac tabulis Græcorumque Horologio, Molano et aliis: ast potissimum, quando etiam inscriptus est Martyrologio Romano,* XVII Junii.

S. Petri ecclesiæ encœnia Constantinopoli, *referuntur in MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Si aliqua hujus dedicationis extaret illustris memoria, posset dari ad S. Petri natalem* XXIX Junii.

S. Vincentius Madelgarius *indicatur in Additionibus scriptis ad Usuardum Greveni. Colitur is* XIV Julii.

S. Landrada Abbatissa, *scilicet* Belisiensis in agro Leodiensi, *inscripta est MS. Florario. Ejus natalis est* VIII Julii.

S. Auspicius, Episcopus Trevirensis, *profertur a Molano, Canisio, Ferrario, et a Saussajo in Supplemento Martyrologii Gallicani. Sed in Tabulis Martyrologii Romani* VIII Julii.

Augustina Medicæa, Virgo Ordinis Prædicatorum Florentiæ, *cum titulo* Beatæ *inscripta est sacro Gynecæo Arturi du Monstier. Verum in Anno sancto solum cum titulo* beatæ Sororis *refertur* XVIII Julii.

Epiphanii Patriarchæ Constantinopolitani memoria *celebratur in MS. Synaxario hujus Ecclesiæ, et iterum cum aliis* XXV Augusti.

S. Pœmen *seu* Pastor Anachoreta in Ægypto, *indicatur in Menologio poetico Græco Christophori Mitylenæi. De eo plurima referuntur infra ad Vitam S. Anub fratris. Ast in Menæis excusis et aliis celebratur.* XXVII Augusti.

Chariton, Presbyter apud Leontinos, *nominatur in Appendice ad Acta SS. Alphii et sociorum num.* 126. *Hunc Cajetanus in Indice alphabetico de Actis Sanctorum Siculorum, appinxit an.* 331 *et diem* 6 *Junii. Cajetanum allegant Ferrarius in Catalogo Generali, Franc. Carrerus in Pantheo Siculo, Conversanus in Gloria Leontinorum, et ex eo dicunt fuisse S. Donati Presbyteri filium ac successorem in cura ecclesiæ Anzianorum. Cum autem prædicta Acta, præsertim parte ultima, sint fabulosissima; neque ex illis constare nobis possit, quod apud Anzianos in Leontinis, ii qui parochiam ipsorum rexisse dicuntur, revera fuerint in rerum natura, vel culti aliquando ut Sancti; satis est indicare diem, quo Acta prædicta invenientur,* x Maji. *Posset etiam de Charitone agi, si* S. Donati *cultus satis probetur, ad diem* I Septembris.

S. Fimbarus, Episcopus et Confessor, *inscriptus est Menologio Scotico Camerarii, nulla Sedis aut temporis facta mentione; ut difficile sit aliquid assequi. In Vita S. Mochoemoci* 13 *Martii, num.* 15 *fit mentio* S. Finnbharri *ubi litt.* e *de variis hujus nominis Sanctis egimus. In Menologio Dempsteri refertur* Barrus *seu* Fundbarrus, *Episcopus in Cathenes* XXV Septembris.

S. Joannis

S. Joannis a Meda, Presbyteri, Novocomi translatio in æde Laurentana ad novum sacellum, facta anno MDCXLV, *recolitur in Martyrologio Comensi Aloysii Tatti, asserentis Natalem ejus occurrere Comi die* XXVI Septembris.

S. Michaelis Archangeli, propter miraculum factum ab ipso Alexandriæ, festum agi *indicatur in Martyrologio Arabo-Ægyptiaco, ex lingua Arabica in Latinam translato a Gratia Simonio prælaudato, et nobis Roma transmisso per Athanasium Kircherum, atque in alio per Seldenum edito: ubi etiam notatur* secundum ac tertium festum *biduo subsequenti agendum. Posset hac de re agi ejus festo die* XXIX Septembris.

S. Asclepiades, Episcopus Antiochiæ, *indicatur a Maurolyco ac MSS. Leodiensi S. Lamberti, et S. Laurentii Centulensi, atque aliis. Colitur a plerisque et in Martyrologio Rom.* XVII. Octobris.

SS. Honoratæ et Floranæ, Virginum et Martyrum, Translatio Colonia Tornacum, cum Reliquiis S. Ursulæ, ex cujus consortio fuerunt, *pluribus in MS. Tornacensi Auctario Bedæ gemmini inducatur. Quæ poterunt latius discuti* XXI Octobris.

S. Mellonis Episcopi *memoria inscripta est Martyrologio MS. Bruxellensi S. Gudilæ. Videtur esse Episcopus Rotomagensis, cujus natalis est* XXII Octobris.

Est etiam Gratianus, Martyr apud Ambianum, *relatus* XXIII Octobris.

Eata (*perperam* Rata) Episcopus Lindisfarnensis, ante Abbas Meibronensis, tunc Benedictini instituti, dein Cisterciensis; *celebratur a Claudio Chalemoto inter Sanctos Cistercienses, licet indicet* anno DCLXXXVIII mortuum; *citat autem* Martyrologium Romanum cum Baronio et Molano: *apud quos non reperimus ipsum; sed in Martyrologio Anglicano, ubi celebratur* XXVI Octobris.

S. Benigni, Presbyteri et Martyris, Translatio apud castrum Divionense, *inscripta est MS. Flerario. Dies natalis est* I Novembris.

Kilianus Confessor, *nullo alio verbo addito, profertur a Greveno in additionibus Usuardi. Videtur esse* Kilianus *Episcopus Scotus, qui Albiniaci in territorio Atrebati colitur: et in MS. Florario* Kilianus Confessor *refertur, die* XIII Novembris.

Gratianus, Episcopus et Martyr, *inscriptus est MS. Usuardo Parisiensi S. Victoris, et alio Reginæ Sueciæ: nobis ignotus. Est* Gatianus, *nonnullis* Gratianus primus Episcopus Turonensis, *sed non habetur Martyr: colitur autem* XVIII Decembris.

S. Hierlati, Episcopi Tuamensis in Hibernia, Translationem celebrari *diximus inter Prætermissos* XI *Februarii, ejusque natale agi* XXVI Decembris.

DE SANCTO PHILIPPO

UNO EX SEPTEM PRIMIS DIACONIS,

TRALLENSIUM IN ASIA EPISCOPO

D. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS

De ejus gestis, et Eunucho per eum baptizato, Episcopatu, et cultu.

SEC. I.

Postquam *Evangelista Lucas, in Actibus Apostolorum cap.* VI, *causam ordinandorum in Ecclesia Diaconorum primorum exposuit; interque eos primum a S. Stephano nominarit* Philippum, *atque alios quinque ex ordine; de his quidem nullam amplius mentionem facit, de primis autem duobus multam; et sicuti Capite* VII *prædicationem atque martyrium Stephani prolixe explicat, ita Capitis* VIII C *bonam partem impendit* Philippo. *De hoc ergo narrat, quomodo Discipulis omnibus præter Apostolos, per regiones Judææ et Samariæ dispersis, per easque evangelizantibus;* Philippus descendens in Samariam, prædicabat illis Christum. Intendebant autem turbæ his quæ a Philippo dicebantur, unanimiter audientes, et videntes signa quæ faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna, exibant: multi autem paralytici et claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa civitate. ... et baptizabantur viri ac mulieres. Tunc Simon *Magus* et ipse credidit, et adhærebat Philippo, *donec hypocrisim ejus detexit Petrus.*

Post fidem Samariæ prædicatam;

2 *Hoc et Joanne Jerosolymam regressis,* Angelus Domini locutus est ad Philippum dicens: Surge, et vade contra meridianum, ad viam quæ descendit ab Jerusalem in Gazam, hæc est deserta. Et surgens, abiit. Et ecce vir Æthiops Eunuchus, potens Candacis (*Græce* δυνάστης Κανδάκης) Reginæ Æthiopum, qui erat super omnes gazas ejus, venerat adorare in Jerusalem; et revertebatur sedens super currum suum, legensque Isaiam Prophetam. Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, et adjunge te ad currum istum. Accurrens autem Philippus, audivit eum legentem Isaiam Prophetam; et dixit, Putasne, intelligis quæ legis? Qui ait, Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? rogavitque Philippum, ut ascenderet et sederet secum.... Aperiens autem Philippus os suum... evangelizavit illi Christum. Et dum irent per viam, venerunt ad quamdam aquam; et ait Eunuchus: Ecce aqua: F quid prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: Credo, filium Dei esse Jesum Christum. Et jussit stare currum, et descenderunt uterque in aquam, Philippus et Eunuchus, et baptizavit eum. Cum autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, et amplius non vidit eum Eunuchus; ibat autem per viam suam gaudens.

a spiritu rapitur ad Eunuchum, eumque instruit et baptizat;

3 *Menologium Basilii Porphyrogenneti, hæc eadem narrans ita explicat:* Ἦν δὲ ἐν τῇ Ἰόππῃ πόλει, κηρύττων τὸν Χριστόν, τῇ δὲ προσκαλεύσει τοῦ παναγίου Πνεύματος, πορευόμενος ἀπὸ τῆς Ἰόππης πρὸς Γάζαν τὴν πόλιν, συνήντησεν τῷ τῆς Βασιλίσσης τῶν Αἰθιόπων δυνάστῃ, εὐνούχῳ μὲν ὑπάρχοντι, Κανδάκῃ δὲ λεγομένῳ, ἐπὶ ἅρματος ἵππων καθεζομένῳ, καὶ ἀναγινώσκοντι τὸν προφήτην Ἡσαΐαν. Erat autem *Philippus* in civitate Joppe Christum prædicans: et cum sanctissimi Spiritus admonitu iret a Joppe in civitatem Gazam, obviavit cuidam Reginæ Æthiopum Dynastæ, qui erat Eunuchus, et Candaces nominabatur; sedensque super currum equorum legebat Isaiam Prophetam. *De* Joppe *quidem venisse Sanctum, non repugnat Scripturæ, cum potuerit ex itinere quo ibat Gazam, deflexisse ad viam quæ ab Jerusalem eodem ducit; licet*

ex itinere quo ibat uterque Gazam.

Perperam hic dicitur Candax nominatus

tam

A *tam Joppe quam Jerusalem ab se invicem remotæ spatio horarum* XV, *distent Gazá fere pari intervallo* XXIII *horarum. Minus sacro textui convenit, quod ipsimet Eunucho nomen fuerit* Candax *vel* Candaces; *cum id Reginæ sit.*

4 *Synopsis de Apostolis ac Discipulis Domini, Dorotheo Tyrio supposita; de Eunucho dicit, quod* in Arabia felici (*huc enim spectare* Reginam Candacem, *æque ac vetustam illam* Reginam Saba, *seu Sabæorum, communis ac verisimilior opinio est, suadetque communitas vel affinitas linguæ cum Judæis*) *dicit, inquam, de præfato Eunucho qualiscumque Dorotheus,* quod in Arabia felici et in insula Taprobana, *Indiæ objecta,* inque universa Erythra, *id est, regionibus Mari rubro adsitis*, Evangelium Domini nostri Jesu Christi prædicavit. Fertur etiam martyrium gloriose tulisse, ibique sepultus esse: et cœmeterium ipsius monumentum insuperabile est fidelibus, barbaros sceleratos fugans, morbos pellens, et sanationes operans, usque in hodiernum diem. *Hæc ille; quibus haud dissonat, quod Petrus Maffeus noster lib.* 3 *Historiarum Indicarum scribit de insula Ceilano, quæ veterum Taprobana esse creditur;* in ejus, *inquiens*

melius creditur venisse ex Sabæa Arabiæ

ibique Martyr obiisse

B monte altissimo vestigium extat incliti sanctitate viri, ad quod a longis amplius mille orientium regionum peregrini, ac præsertim Jogues (*Indorum hi Philosophi sunt ac Religiosi, Brachmanes olim dicti*) pietatis causa contendunt: in eo autem vestigio, impresso in bicubitale saxum ad instar mensæ eminens, opinio est, haud vero absimilis, coli Eunuchum Candacis Æthiopum Reginæ. *At istum autem Eunuchi Apostolatum, martyrio coronatum, respiciens in Menæis* XI *Octobris de* S. Philippo *Sticheron tertium gratulatur* S. Philippo, *quod ipse eum instruxerit ac baptizarit quem θεῖον κήρυκα, ὁ Παντοκράτωρ ἀπειργάσατο, πάσης Αἰθιοπίας, καὶ Μαρτύρων ἀπαρχήν,* quem, *inquam,* omnipotens Deus divinum præconem toti Æthiopiæ fecit, Martyrumque primitias, *in eadem scilicet Æthiopia Arabica. Atque hæc eo retuli, quod Eunuchi istius baptismus recolatur quidem in Menæis, per simplex distichon,* XXVII *Augusti; ipsius autem ut Sancti nulla in totis Græcorum Fastis mentio fiat; sed neque in Habessinis, quantum quidem colligere potui ex Hagiologio gentis metrico, quod nobis Jobus Ludolfus, Æthiopicam historiam penitius scrutatus, commodavit; quare ista hic congerere volui.*

5 *De* Philippo *sic prosequitur narrationem cœptam Textus sacer,* Philippus autem inventus est in Azoto; et pertransiens evangelizabat civitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream. *Hinc natum Cæsareæ, Menæa asserunt; et hic matrimonio conjunctum,*

Philippus deinde habitavit Cæsareæ cum filiabus 4,

C *filias quatuor dicunt procreasse, quæ deinde prophetico spiritu claruerunt. Certe circa annum* LV *æræ vulgaris, Cæsaream venientes Paulus et Lucas Act.* XXI, *et* intrantes domum Philippi Evangelistæ, qui erat unus de septem, manserunt apud eum: huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes. *Unde Hieronymus in Vita Paulæ asserit, quod illa, Cæsaream appulsa,* vidit ædiculas Philippi, et cubicula quatuor Virginum prophetarum, *utique eo tempore adhuc extantia. Hinc Usuardus (nec enim alius quod quidem sciam ante ipsum quisquam) ita scripsit:* VIII Idus Junii, Natalis B. Philippi: qui fuit unus ex septem Diaconibus. Hic signis et prodigiis inclitus apud Cæsaream requievit; juxta quem tres Virgines, filiæ ipsius, prophetissæ, tumulatæ jacent. *Notkerus graviter etiam errravit, quando confundens duos* Philippos; *Apostolum, cui tres; et Diaconum, cui quatuor filiæ prophetissæ fuerunt, omnia miscuit. Alios tamen plures ex Latinis sequaces habuit, ipsosque Romani Martyrologii cum Baronio correctores, quibus* Cæsareæ in Palæstina Natalis B. Philippi

non autem ibi obiit Not. 33

adscribitur, *adduntur que* filiæ quatuor; *quasi de iis scripserit apud Eusebium Polycrates, quod habet ille de Philippi Apostoli filiabus tribus; quarum* duæ (*non tres*) *Hierapoli apud patrem* virgines *consenuere; et* alia ejus filia (*non quarta, sed tertia*) permansit apud Ephesum. *Sed de his videatur Commentarius Henschenianus ad* 1 *Maji* § 2. D

Secundo ex P.

6 *Græci, quibus hic potior habenda fides, utpote certiori nititur proprioribus Tralleasium Episcopum fuisse, et apud eos obiisse* Philippum Diaconum *scribunt. In his Basilius Porphyrogenneta antiquior ceteris,* Ἐν Τράλλει, μητροπόλει τῆς Ἀσίας Ἐπίσκοπος γενόμενος, ἐτελειώθη. In Tralle Asiæ factus Episcopus, obdormivit. *Plenius Menæa excusa,* Μετὰ ταῦτα τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ Τράλλην καταλαβών, ἐν ᾗ θαύματα ἐργασάμενος, καὶ ἐκκλησίαν δειμάμενος, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. Post hæc (*qualia scilicet ex Actibus Apostolorum narrata erant*) ad eam quæ in Asia est Trallen profectus, multaque ibi miracula operatus, ædificata ibidem ecclesia, ad Dominum emigravit. *Quæ autem hic* Tralle *nominatur recentiori usu, vetustioribus omnibus* Trallis *singulariter vel pluraliter scribebatur, urbs ad Mæandrum flumen, Asiæ totius diu nobilissima atque Episcopalis, in veteribus notitiis Lydiæ* E *Provinciæ attributa, prout hæc a Provincia Asiæ distinguitur. Quod addo, ne dubitetur de Trallensis Ecclesiæ antiquitate, ad quam etiam S. Ignatius scripsisse epistolam invenitur, quia non numeratur inter septem* ecclesias *Asiæ, ad quarum Episcopos Joannes initio suæ Apocalypsios jubetur scribere.*

sed Trallibus in Lydia,

ubi Ecclesiam fundavit,

7 Martyrem *vocasse nemo hactenus dixit. Joseph Hymnographus, cujus de eo extat in Menæis Canon, Odem* IX *finiturus, ait:* Ἡ γῆ τὸ σῶμά σου, τὸ πολύαθλον, ... ἐκάλυψεν. οὐρανὸς δὲ τὸ ἅγιον πνεῦμά σου μετὰ τῶν Ἀποστόλων φέρει χαίροντα. Terra quidem corpus tuum, multa certamina expertum, occuluit; cœlum vero spiritum tulit, Apostolis collætantem. *Ode autem* VII *sic eumdem fuerat idem sacer Poeta allocutus,* Ὤφθης ἔνδοξος ἀστήρ, μέγας Φίλιππε, καὶ Τράλλης ἐγκαλλώπισμα, ἐν ᾗ κείμενον τὸ σεπτὸν σου λείψανον, τελεῖ θαυμάτων παράδοξα, σοφέ, εἰς φωτισμὸν τῶν εὐσεβῶς μακαριζόντων σε. Visus es, o magne Philippe, tamquam gloriosum astrum et ornamentum civitatis Trallensis; in qua jacens venerandum tuum corpus, o Sapiens, prodigiorum mirabilia patrat, ad illuminationem omnium, pie te beatificantium.

et sepultus claruit miraculis

8 *Latini, qui* S. Philippum, *unum ex duodecim, colunt* I *Maji, in omnibus etiam antiquissimis Martyrologiis Diaconum assignant hunc* VI *Junii, apud Usuardum et hunc ætatis Martyrologistas, hodierna pæne Romanum, ac in vetustis quibusdam ad Bedam Additionibus. Taurinense quoddam Divi Salvatoris Supra-xirium MS. eumdem habet* I *Maji, prout Latini ut dixi de Apostolo agunt. Ceteri Græci a Idem* XI *Octobris, solenni Officio ipsum colunt; et Canonem pulchrum quem dixi S. Joseph Hymnographus, hoc Acrostichi intexuit,*

a Græcis 11 *Octobr.*

Τὸ τοῦ Φιλίππου θεῖον αἰνέσω κλέος. ΙΩΣΗΦ.

Laudabo divum Divi Philippi decus. Joseph.

Elogio autem ex Actibus Apostolorum petito, additis quæ supra delibavi, hoc præmittitur Distichon.

Ὡς πρὶν διακονήσας ἐν γῇ πανευκλεῶς,

Ἐν οὐρανοῖς, Φίλιππε, μισθὸν λαμβάνεις.

Pretio laboris, in terra ministrati

Lætus, Philippe, frueris in cœlis Dei.

Quamquam autem eodem die etiam S. Theophanem, cognomento Graptum, insignem sub Iconomachis Confessorem, ornatu ejus causa Officio colant Græci, primo tamen semper loco Philippum *habent, tam in Menæis excusis, quam in Typico et Synaxariis quibuscumque MSS. uti etiam secuti ipsos, in sua Ephemeride figurata ac Synaxariis, Moschi sive Rutheni: ut*

item a Moschis.

A *ut non videatur in Ephemeride metrica omitti potuisse utrique, nisi per incuriam transcribentis.*

AUCTORE D. P. et Habessinis.

9 *Habessini, quorum menses comparati cum Græcorum, ac Latinorum mensibus, horum initium triduo prævertunt, consequenter etiam* XIV *Octobris* Philippum *commemorant, quem isti* XI. *Itaque ipsorum Hagiologium Metricum quod dixi,* Salve, *inquit,* Philippe Apostole, ex Cæsarea Palæstinæ, cum filiabus tuis quatuor prophetantibus; sitim meam exple doctrina tua, sicut olim Samariam Azotumque satiasti. *Nihil ibi ultra de illo, nihil de Candace Regina ejusque Eunucho; sed nec in toto quidem poemate ispiam. Quare cum video Neotericos nostros, veri Dei apud Abissinos cultum, ad Reginam Sabæ, velut a Salomone cum eductam trahere; Christo vero agnitionem, ad Eunuchum Candacis referre; vehementer suspicor, hanc recentissimam opinionem primo ingestam fuisse genti illi, a nostris Europæis superiori seculo eo delatis, aut saltem non admodum esse antiquam, neque cum fide Christiana susceptam. Utramque ergo laudem relinquo Matthæo Apostolo et Evangelistæ, cui Æthiopem quam possimus Abissiniam intelligere in sortem obtigit; quem-*

non ab Eunucho

sed a S. Matthæo conversis ad Christum

que hæc Regio XXI *Septembris, cum Latinis colens, non autem* XVI *Novembris cum Græcis, sic in prælaudato Poemate invocat:* Salve Matthæe, Virgo, Apostole,

B novusque Evangelii bajule: o Doctor et Ascета, benedic nobis discipulis tuis sigillatim omnibus, quoniam tibi in manu Crux est.

10 *Egimus* I *Maji de* S. Philippo Apostolo *ex duodecim, et post alios Acta quædam, primum edita ex antiquis MSS. Latinis, deinde ex Metaphraste, descripsimus miracula nonnulla ex Menæis; quæ quia Hierapoli facta narrabantur, ad ipsum judicabamus pertinere, qui ibi prædicavit et obiit: priora vero omnia ibidem relata,* Philippum Diaconum *potius spectare arbitrati, ad Junium rejecimus. Movebat nos, quod post longum coram Atheniensibus de fide certamen cum Principe Scribarum, ad illum redarguendum Hierosolymis accersito a Pectoque in Græciam; et post socios*

Quædam fabulosa,

D *ejus, pertinacissimo isto a dehiscente terra paulatim absumpto, baptizatos, diceretur Sanctus percurrisse* Candacum civitates, *et conscensa navi pervenisse* Azotum, *ubi cæcutientem hospitis sui filiam a gravibus oculorum doloribus liberaverit. Videbantur siquidem* Reginæ Candacis *ditiones indicari, quas ab Eunucho jam instrui captas* Philippus *porro confirmaverit; cum autem, non* Athenis *in Græcia, sed* Adenæ *in Arabia prædicasset, et prædictum certamen sustinuisset, atque fundatæ ibi ecclesiæ Narcissum quemdam præfecisset. Nec in credibile apparebat, eumdem* Philippum *aliquando revertisse* Azotum, *ubi olim inventus fuerat, cum eum ab Eunuchi latere Spiritus rapuit. Nunc, re iterum et accuratius examinata, adeo insulsa ac fabulosa videtur narratio tota, ut ægre persuaderi possim aliquid ipsi veritatis subesse. Quid enim a vero potest alienius esse, quam quod Scribarum Princeps prædictus fingatur ab Atheniensibus, seu mavis Adenensibus* Philippum *postulare, deducendum in Jerusalem, ubi* Archelaus Rex *cum esset ad multorum exemplum interfectus; cum post Herodis Infanticidæ filium, adolescente adhuc Christo privatum regno, nullus Archelaus in Judæa regnarit? Igitur farraginem illam indignam censemus, quæ hoc loco proferretur; ac multo magis prolixiorem aliam, quam reperimus in Vaticano sub hoc titulo:* Ἡ περίοδος τοῦ ἁγίου Φιλίππου τοῦ Ἀποστόλου, τὸ Β´ εἰς τὴν Ἑλλάδα τῶν Ἀθηνῶν. Actiones S. Philippi Apostoli, secundum in Helladem Atheniensium, *sub intellige,* profecti, *ubi triginta Philosophi, æstimationi suæ metuentes a nova ejus doctrina, miraculis grandibus confirmata,* magno Pontifici Judæorum Ananiæ, *de eo scripsisse feruntur; quem cæcitate percussum, frustra pace sanatum, terra denique paulatim absumpserit; ipse vero* Philippus *dicitur, post biennium Athenis actum, et Episcopum Presbyterosque ordinatos, in Parthiam prædicaturus abiisse.*

alterutri Philippo attributa

omittuntur.

DE SANCTO JUSTO

QUINTO POST S. MARCUM ALEXANDRIÆ EPISCOPO

D. P.

Notitia cultus ex Hagiologio metrico MS. Habessino, ac tempore ex Historia Patriarchali, seculo XIII scriptis.

C ANNO CXXXVII.

M*arci Evangelistæ in Ægypto Apostolatus, fundataque ab ea istic Alexandrina Ecclesia, nec non admirabilis primorum sub eo Christianorum disciplina, et quædam monasticæ vitæ ab eodem destinata rudimenta, notiora vulgo sunt, quam ut hic multis verbis debeant explicari; cum in manibus Philo Judæus sit, ipsa in suæ gentis laudem vertere conatus. Verum ex tam multis, quos Evangelista araetissimos habuit et reliquit discipulis, nemo hactenus in sacris Græcorum Latinorumque fastis, ac ne in Coptitarum quidem apud Seldenum Heortologiis, nobis sese aperuit, præter immediatos duos in Sede illa successores, S. Anianum, una cum ipso S. Marco,* XXIII *Aprilis relatum; et Abilium,* XXII *Februarii. Plures fortassis dabit Habessinorum Hagiologium Metricum, ex Alexandrinæ Ecclesiæ propriis, et ubertoribus nosque hactenus latentibus Synaxariis pro majori parte concinnatum; ubi ad* XII *mensis Bunæ, hunc* VI *Junii correspondentem, quidam S. Justus sic invocatur, ab anonymo gentis istius Poeta: qui floruit non diu post annum* MCCV, *quando obiit ultimus Patriarcharum ab eodem laudatus.*

Memoria ejus in fastis Habessinorum servata,

2 Salutem dico, *inquit Poeta iste,* Justo, quem cum patre ac matre ejus baptizavit Marcus. Is consenescens in castitate, et in sanctitate adolescens, hoc die cursum suum induluc absolvit, et satisfecit desiderio suo, *æternæ scilicet beatitatis. Ex elogio tali aliud intelligere non possumus, quam plus quam vulgarem ejus castimoniam fuisse, ac verosimiliter voto speciali a juventute obstrictam; obiisse autem illum in pace; sic tamen, ut quod in genere S. Bernardus in sententiis brevioribus dixit,* Castitas in juventute, martyrium est sine sanguine, *ad ejus quoque extollendam gloriam usurpari possit.*

tanquam ... castitate clarus.

3 *Quintus a S. Marco Alexandrinam Ecclesiam rexisse dicitur* Justus *S. Nicephoro* Justinus. *Hujus decennalis Patriarchatus cum Hadriani Imperio ac S. Telesphori Pontificatu sic componitur a Georgio Syncello in Chronologia, ut subductis calculis ab anno* LXVIII, *quo S. Marcus creditur obiisse; cœperit ille sedere anno Christi circiter* CXXXVII. *Cum autem hic, de quo agimus, videatur ad magnam pervenisse senectutem; nihil magnopere repugnaret temporum rationi, qui eum crederet fuisse unum ex Clericis, quos Evangelista ante obitum suum Alexandriæ ordinavit, qui deinde meruerit Sedem quoque ipsius obtinere post Cerdonem et Primum, a S. Marco tertium quartumque.*

A 4 *Sed levis hæc conjectura foret, nisi ipsam pene certam nobis faceret dies cultus, idem in Hagiologio prælaudato, quo* Justus *Episcopus dicitur obiisse, in Historia Patriarcharum Coptitarum Alexandriæ, usque ad annum* MCCXXXIV *perfecta, et ab Abrahamo Ecchelensi Maronita Latine edita, ubi sic legitur :* Justus obiit die sabbathi, duodecima Bunæ ; erat autem placens Deo. *Concursus hic diei* V. Junii, *respondentis* XII Bunæ, *cum* Sabbato, *habetur anno* CXXXIV *: et sic a morte* Primi *seu* Ephrimi *decessoris, quam ostendemus aptissime referri posse in* II *Januarii* CXXIII, *possumus invenire* annos X *ipsi assignatos in margine Patriarchalis Historiæ ; non tamen* dies insuper CCCXV, *sed solum* CLIV *; juxta stylum ejus qui numeros ejusmodi marginales addidit ; a morte unius ad mortem alterius solitus ut plurimum definire Episcopatuum tempora, nisi cum forte interpontificium Sedis vacantis nominat.* D

probat idem dies mortis, a Coptis notatus,

nosque ad an. 134 deducens quo obierit,

5 *Sed cum hujusmodi computandi ratio editoris potius quam Auctoris, nec habeat in antiquitate fundamentum ; mallem tacere dierum numerum, secundum rectam Chronologiam sumendum a die Ordinationis, plerumque ignoto. Si tamen proxima a morte decessoris Dominica possit Ordinationi successoris adscribi per conjecturam, cum* Ephrimus *obiisse supponatur Feria* IV, *isto anno per cursum litteræ* F *cadentis in* II *Januarii, posset* Justus *ordinatus censeri die* VI *Januarii, modo nullum electionis, mox ab obitu prioris faciendæ, intercesserit impedimentum : et sic adscriberentur ejus Pontificatui anni* X menses, V, *seu dies (ut numerare Ægyptii malunt* CLI.

AUCTORE D. P. forsitan 6 Jun. 123 Ordinatus.

Sed 134

DE SANCTIS MARTYRIBUS

MARIA, MARTHA, ET TRIBUS

B

VIRGINIBUS; EUSEBIA SEU ÆSIA, ET ZENAIDE

C.

MATRONIS; ATQUE ZENAIDE THAUMATURGA

CONSTANTINOPOLI COMMUNEM CULTUM HABENTIBUS

SYLLOGE CONJECTURALIS

Secundum Notitias, in Græcorum Fastis repertas.

In *pervetusto MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod spectat ad Collegium Societatis Jesu Parisiis, Claromontanum olim, nunc Ludovici Magni dictum, plures consequenter proferantur Martyres, absque ullis elogiis, quos Lectoribus proferimus : ac primo indicatur.* Ἄθλησις τῶν ἁγίων πέντε Παρθένων, Μαρίας, Μάρθας καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν. Certamen Sanctarum quinque Virginum, Mariæ, Marthæ et sociarum. *Quæ eadem, omisso verbo* certaminis, *leguntur in Menæis Græcis Mediolanensibus Bibliothecæ Ambrosianæ. Sirletus vero solas duas priores habet in suo Menologio, itque ad diem* IV. *In Menæis excusis celebratur* memoria Sanctarum quinque Virginum : *et omissis, per incuriam librariorum vel typographorum, nominibus duarum ; additur nihilo-* C *minus* et Sociarum, *quod pariter omitti debuerat, ne ad jam dictas quinque aliæ plures jungendæ videantur. Interim ex verbo* Ἄθλησις certamen, *quo utitur Synaxarium prælaudatum, intelligi datur* Martyres *fuisse; licet in Menæis* Μνήμη memoria *solum legatur ; uti et in Martyrologio Arabo Ægyptiaco. In Menæis porro isti versus adjunguntur.*

Quinque Virgines Martyres apud Græcos

Κόρας φρονίμους πέντ' ἐφη θείας λόγος,
Προτυπῶν σοι ταύτας πέντε Παρθένους.
Scriptura Virgines quinque sapientes notat,
Et hasce quinque Virgines præfigurat.

2 *Sed quid esse dicam? quod in eodem Synaxario, post utrasque illas, et* certamen SS. Cononis atque Christophori, *de quibus præcedenti die egimus ; nec non post* Encœnia ecclesiæ S. Petri, *cum memoria* S. Eutychii Patriarchæ, *ponantur hæc verba :* Καὶ τῶν Μυροφόρων γυναικῶν Μαρίας καὶ Μάρθας; Item mulierum Unguentiferarum, Mariæ atque Marthæ. *Quæ eadem leguntur in Menæis MSS. Taurinensibus Ducis Sabaudiæ, et* IV *Junii in Menologio Sirleti. An possunt eo* Unguentiferarum *titulo, Græcis notissimo, cum de mulieribus ad sepulcrum Domini officiosis agitur : an possunt, inquam aliæ hic intelligi, quam* Maria et Martha Sorores Lazari, *quarum altera unxit pedes Jesu in Bethania, Joannis XII : altera pariter eidem ministrabat? Mihi quidem videtur haud commode has intelligi alias ; nec tamen eas his scriptas dixerim, quasi hoc die peculiarem cultum Constantinopoli habuerint : potiu propendeo, ut aliquam confusionem hic subesse opiner ; occasione sumpta ex vestibus duabus, ad prædictarum duarum Martyrum nomina alludentibus, ipsasque comparantibus cum Sororibus Lazari ; puta, quia eodem affectu quo hæ unguentum, istæ sanguinem effuderint Christo Fundatori eiusdem hæ. suscipere esset, si Unguentiferarum mentio statim post memoriam istarum quinque subjiceretur. Semel tamen facta per aliquem errorem transpositio in exemplari uno, facile potuit ad plura inde sumpta diffundi, quo modo et ordine nunc verba leguntur. Utinam istarum quinque Acta, vel saltem nomina omnia haberentur, certiorque de loco cultus notitia! Nunc quid aliud possimus, quam divinare? Sanctas,* Μυροβλύτας, *id est,* Unguentifluas *dictas, ab oleo seu liquore miraculose ex ossibus vel sepulcris stillante, cujusmodi Sanctas plures habent Græci ; sed de* Μυροφόροις *hic agitur.*

quarum duæ videntur comparatæ Sororibus Lazari.

E

3 *Post Virgines quinque, Matronas duas proponit idem Synaxarium hoc modo :* Καὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων γυναικῶν, Εὐσεβίας καὶ Σωσάννης, μαθητριῶν τοῦ ἁγίου Παγκρατίου, Ἐπισκόπου Ταυρομενίου. Et certamen sanctarum Matronarum, Eusebiæ atque Susannæ, discipularum S. Pancratii, Episcopi Tauromenitani. *Eadem leguntur in MSS. Parisiensibus duobus, una Mazariniano, Combefisiano altero, nec non in Chiffletiano ad hunc diem ; ad sequentem vero in magnis Menæis excusis, sed ubique pro* Eusebia, Αἰσία, Æsia, *scribitur. Colitur S. Pancratius, celeberrimo per Siciliam indeque per Constantinopolitanum Patriarchatum diffuso cultu, die* III *Aprilis : sed quæ ejus habentur MSS. Acta, sub nomine Evagrii discipuli, quia non minus fabulosa quam prolixa sunt, ideo noluit ea Octavius Cajetanus, licet a Sirmundo haberet Latine reddita, Actis Sanctorum Siculorum inserere; neque nos Græca, reperta inter Codices*

Cum illis S. Pancratii discipulæ duæ,

A *Codices Vaticanos, digna censuimus, quibus describendis insumeretur pecunia. Erit tamen fortassis, cum etiam talia in lucem proferri non minus utile indicabo, quam id judicari de Actis SS. Alphei, Philadelphi atque Cyrini, ad diem* X; *propter plurimos Martyres, verosimiliter non fictos (sicut nec ipsos fictos esse probant eorum quæ monstrantur reliquiæ) dubios tamen, quia non aliunde notos, atque ut minimum fabulose contractos in unum, ad compaginandam seriem concatenatorum martyriorum. Interim disco ex Cajetano, in illis Actis non contineri mentionem prædictarum duarum; sed* Virginum Mariæ et Sceæ *certamen; de primis autem potius quam de secundis securus fas cultum habuisse; Græcis earum festum etiamnum celebrantibus, verosimiliter ob collocatas insimul Reliquias. Ceterum qui meminerit ex* V *Februarii, quomodo, in Siciliam incurrentibus Saracenis, S. Agathæ Corpus fuerit ablatum Constantinopolim (quod etiam de corpore S. Luciæ dicitur* XIII *Decembris) non ægre credet, idem factum esse Sanctarum istarum Matronarum Reliquiis.*

Auctore D. P.

In illius fabulosis Actis non nominatæ.

4 *His ultima, ac forte potior omnibus, apponitur* S. Zenais, *cognomentum adepta a miraculorum multitudine et magnitudine, quæ vel facta fuerunt ad deprecationem viventis, vel potius jugiter patrabantur ad invocationem pro Christo cæsæ, atque intra arcam propriam quiescentis. Apponitur autem illa his verbis:* Καὶ τῆς ἁγίας Μάρτυρος καὶ θαυματουργοῦ Ζηναΐδος. Et sanctæ Martyris atque Thaumaturgæ Zenaidis: *Eadem cum prioribus duabus ad sequentem diem differtur in magnis Menæis, et ante ipsas priori loco nominatur. Cajetanus omnes tres Martyrologio suo Siculo inseruit, quasi consequens sit, etiam hanc Siculam esse, quæ cum duabus Siculis conjunctim colitur. Sirletus in suum Menologium eamdem quidem retulit, sed conjunctam cum tribus mulieribus. Cæsareæ martyrizatis; atque ita simul quatuor in hodiernum Romanum transierunt, quod minime probare aut sequi possum, propter communem omnium MSS. sententiam,* Zenaidem *cum præcedentibus componentium sub hac clausula* Τελειοῦται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῶν οἴκῳ (*Menæa,* μαρτυρίῳ) τῷ ὄντι ἐν τοῖς Βασιλίσκου. Celebratur autem earumdem festivitas in sanctissimo earum Sacello, quod est in ædibus Basilisci. *Georgius Codinus de Originibus Constantinopolitanis pag* 50 *asserit,* templum S. Tryphonis alterum condidisse Justinum et Sophiam, εἰς τὰ Βασιλίσκου, in loco *vel ædificio* Basilisci dicto: *ibique arbitramur aliquod martyrium sive ædem hisce Martyribus fuisse, undecumque eo comportatæ Reliquiæ sint, aut ubicumque passæ ipsæ: Siculas tamen in Sicilia passas opinamur: de* Zenaide *nolumus omnino gratis divinare.*

Additur illis S. Zenais Thaumaturga.

B

et simul omnes (P. proprium oratorium habent.

D

5 *Octavius Cajetanus* ἐν τοῖς Βασιλίσκου *legens, parumque in notitia locorum urbis Constantinopolitanæ versatus, vertit* in agro Basilisci, *doletque* ingentibus Siciliæ cladibus, extinctum agri nomen, templi vestigia, divinosque honores clarissimarum Martyrum; *sibi autem gratulatur* earum nomina, patriæ diu ignota, e tenebris eruta. Tauromenitanas *autem esse* Martyres *supponit, quia scilicet earum duæ,* Asia et Susanna, *nominantur* discipulæ S. Pancratii. *nec ab eodem discipulatu abjungendam putat* S. Zenaidem, *ne de patriæ communione dubitetur:* templum *autem* in agro Tauromenitano *habuisse easdem nihil ipse Cajetanus ambigit.*

Siculorum de iis commenta

6 *Carolus Morabitus, Annalium Messanensium ante annos* XX *editorum conditor, de iisdem agit ad annum Christi* XCIX, *tamquam ad Messanenses spectantibus,* quorum agrum usque ad Tauromenium protendi omnibus exploratum *esse asserit, in ipsoque contineri* agrum Basiliscum, modo Basilici nuncupatum, medium inter Messanam et Tauromenium, prope terram vulgo dictam Casale-vetus. Nec abs re sic astruo, *inquit,* dum ager ille sic dici potuerit ex nobilissima Basilicorum familia, quam olim fuisse Messanæ Tullius in Verrem notat; ubi nominat domum locupletissimam et amplissimam C. Pompei Basilici. *Viderint quicumque Siculi non sunt, adeoque ab ea passione vacui cum qua quisque res patriæ suæ tractat, quantum novis istis inventis possint velintque tribuere: mihi satis est ipsa retulisse, ne nihil tribuisse videar amicis, suæ de Sanctis illis opinionis rationem aliquam haberi cupientibus.*

referuntur.

E

DE SS. CYRIA, VALERIA, MARCIA,

MARTYRIBUS CÆSAREÆ IN PALÆSTINA.

Notitia ex Synaxariis MSS. duobus.

G. H.

C

F

Pervetustum illud Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ut nobis quidem videtur, Synaxarium; illud item quod a Chiffletio nostro repertum servatur Divione, post prælaudatum Sanctarum, partim Virginum, partim Matronarum, æque autem Martyrum, chorum, sic progreditur: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τῶν ἁγίων Μαρτύρων γυναικῶν. Κυρίας, Βαλλερίας (*alias* Βερερίας) καὶ Μαρκίας. Αὗται ὑπῆρχον ἐκ πόλεως Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης. διδαχθεῖσαι δὲ ἀπό τινος Χριστιανοῦ τὴν εὐσέβειαν, προσῆλθον τῷ Χριστῷ καὶ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι. Ἐσημειώθησαν ἐκ τότε οὖν, ἐν ἡσυχίᾳ καθήμεναι ἔν τινι οἰκήματι, ἐν ᾧ διῆγον ἐν εὐλαβείᾳ πολλῇ, νηστείᾳ καὶ προσευχῇ καὶ ἀγρυπνίᾳ προσκαρτεροῦσαι, καὶ τὸν Θεὸν ἐξιλεούμεναι, ὅπως ἡ τῶν εἰδώλων μὲν πλάνη τελείως ἀφανισθῇ, ἀνακαλύψῃ δὲ τὰ τῶν Χριστιανῶν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτω κρυπτόμεναι κατεμεμηνύσθησαν τῷ τῆς χώρας Ἄρχοντι· κἀκείνῳ προσαχθεῖσαι, καὶ μὴ πεισθεῖσαι θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, βασάνοις καθυποβληθεῖσαι δειναῖς, ἐν αὐτοῖς ἐτελειώθησαν. *Quæ sic Latine reddideris:*

Occultam simul vitam agentes in ædicula quadam

2 Certamen sanctarum Martyrum Cyriæ, Valleriæ et Marciæ. Erant hæ oriundæ ex urbe Cæsarea Palæstinæ, atque edoctæ a quodam Christiano accesserunt ad Christum, et sacro baptismate initiatæ fuerunt. Ab illo autem tempore quiete et tranquille in quodam domicilio habitantes, perseverabant in multa pietate, in jejunio, vigilia et oratione; Deumque deprecabantur, ut idolorum impostura plene extirparetur, et per universum terrarum orbem fulgor Christianitatis splendesceret. Verum sic absconditæ, proditæ tamen regionis Præsidi sunt, et ad illum adductæ: cumque persuaderi non possent ut idolis sacrificarent, gravibus subjectæ tormentis, inter ipsa supplicia vitam finiverunt.

accusantur ut Christianæ

et inter tormenta moriuntur.

3 *Hæc in dicto MS. Synaxario, quæ fere eadem habentur in MS. Menologio Basilii Porphyrogeniti Imperatoris, et MS. Mazariniano: ubique autem ad hunc diem sextum Junii; ut non possimus satis mirari, quod Cardinalis Sirletus ipsas, una cum Zenaide hujusque sociis, transtulerit ad diem præcedentem* V *Junii. Hujus Menologio in Notis Baronianis citato, ista ad dictum*

A *cum v Junii habet Romanum hodiernum Martyrologium* Cæsareæ in Palæstina, passio Sanctarum Zenaidis, Cyriæ, Valeriæ, et Marciæ: quæ per multa tormenta gaudentes ad martyrium pervenerunt. *Sed jam sæpe notavimus, optandum esse, ut vel Sirletus, majori cum accuratione et plurium exemplarium facta collatione, suum istud Menologium collegisset; vel Baronius ei uni non omnia credidisset, quorum aliunde nullam habebat notitiam. Sic enim aut multo pauciores Sancti accessissent veteri textui Usuardi, quo eatenus usa fuerat Romana Ecclesia; aut cum noviter additis pauciores irrepsissent errores, difficulter corrigendi, nisi postquam, hoc opere nostro absoluto, singula recognita fuerint, et ad suos relata fontes, ac more nostro examinata, prout sentiebat vir clarissimus Franciscus Maria Florentinius Lucensis.* D

perperam cum Zenaide relata ad 5 Junii.

AUCTORE D. P.

DE SS. VINCENTIO EPISCOPO,

BENIGNO DIACONO, ET SOCIIS

MARTYRIBUS MEVANIÆ IN UMBRIA.

G. H.

Comm. prævius de eorum Actis, Reliquiis, ætate, patria et ecclesia.

ANNO CCCIII

Mevania *in Actis S. Chryspoliti* Bibania, Bevania *vulgo dicta, urbs antiqua Umbriæ, ad Tiniæ Clitumnique amnium confluentes, a Fulginio sex millibus passuum, a Perusia* B *duodecim, a Spoleto septemdecim distat; Vetustas ejus patet ex Livii libro* 9, *ubi dicuntur* Legati ad Fabium Consulem missi, ut si quid laxamenti a bello Samnitium esset, in Umbriam propere exercitum duceret. Dicto paruit Consul, magnisque itineribus ad Mevaniam; ubi tunc copiæ Umbrorum erant, perrexit. *Factum illud Q. Fabio Maximo Rulliano* III *et P. Decio Mure* II *Consulibus, anno Urbis Romæ* CCCCXLV, *ante æram Christi* CCCVIII. *Memoratur deinde Mevania Propertio, Straboni, Columellæ, Plinio, Tacito, aliisque Scriptoribus; et signum veteris amplitudinis suæ etiamnum monstrat, Amphitheatri cujusdam vestigia atque reliquias apud ecclesiam S. Francisci; Circi autem majoris apud Dominicanos, uti scribit Piergillus mox laudandus. Cum autem fides Christiana per Italiam propagaretur, honorata etiam est Sede Episcopali, sed Episcoporum nomina sic exciderunt, ut unus dumtaxat* Innocentius Mevanus, *subscriptus Conciliis Romanis, anno* CCCCXCIX *et sequenti habitis, certos nos reddat, de Sede Episcopali apud Mevanates aliquando posita. Hac interim semel admissa, et considerata mutatione nominis* Mevania *in* Bevania, *haud ægre admisero ut verosimilem eam opinionem, qua prætenduntur huc spectare Epistolæ duæ S. Gregorii; quarum una lib.* 1 *num.* 78, Clero et Ordini et Plebi C Vivanensis Ecclesiæ *scripta, hujus curam Honorato Presbytero committit, hortaturque omnes ad celerem in eligendo Sacerdote consensum; secunda lib.* 7 *num.* 75, Chrysantho Episcopo Spoletano, *cui ante biennium* Vivanensis Ecclesiæ *visitandæ deputaverat officium, mandat,* ut siquidem potuerit reperire personam talem, quæ digne ad Episcopalis Officii apicem valeat promoveri, *Romam dirigat;* sin vero hoc invenire non potest, *exquirat,* qui illic in Presbyterii ordine valeant consecrari;.... ut hac provisione, populus illic degens, Communionem, qua se privatos ob Sacerdotum necessitatem flebiliter conqueruntur, recepisse se gaudeant, et in ecclesiis illis sacra Missarum solennia deesse non debeant.

Mevania urbe antiqua

et usque ad 6 sæc. Episcopali.

2 *Omnia hæc miserum eo tempore statum exprimunt, per quem desierit Episcopatus haberi. Interim primum Episcopum suum credit fuisse* S. Vincentium Martyrem, *quem etiamnum ut præcipuum Patronum veneratur: ei autem jungitur Diaconus* S. Benignus, *cum eodem aliisque pluribus coronam assecutus. Acta martyrii damus ex quatuor illustribus monumentis MSS. quorum duo accepimus Romæ, una ex MS. Legendario Ecclesiæ Lateranensis, altera nobis donavit Ferdinandus Ughellus,* ex quodam manuscripto et fide digno exemplo excerpta (*uti præponebatur*) *ipsius et ex Ecclesiæ Mevaniensis, cujus exemplo usus est Philippus Ferrarius in Catalogo generali et alio Sanctorum Italiæ, ubi illustre ex illis compendium edidit. Ibi certe ea reperit apud Patres Prædicatores Baptista Pergilius, a cujus stylo ipsa habemus Italice reddita,* E *Annotationibus illustrata, et anno* MDCXLVI *Joanni Baptistæ Alterio Tudertino Episcopo ac S. R. E. Cardinali dedicata: qui Auctor etiam Nucerina, Lucensia, Capuana, aliaque nonnulla MS. allegat. Tertia descripsimus ex insigni Codice Trevirensi Monasterii S. Maximini; quarta autem habemus ex MS. Metensi, olim a Jacobo Sirmondo nostro submissa: quæ cum Reliquiis* S. Vincentii *videntur Mevania fuisse accepta anno* DCCCCLXX.

SS. Vincentius Episcopus, et Benignus Diaconus

Acta martyrii ex 4 MSS.

eadem ex pluribus Italice versa,

3 *Præclarum eorumdem compendium habet Petrus de Natalibus, in quo tamen, sed vitio typographico, loco* Mevania, *omissis duabus litteris, legitur* Meviæ: *quem errorem in suis Martyrologiis transcripserunt, Galesinius, Maurolycus, et Felicius; et hi duo addunt alterum, dum* Meviam civitatem juxta Levaniam *collocant. Ita etiam Petrus de Natalibus sepultum ait* inter Portulum et Levaniam, *pro qua alii habent* Mevaniam. *Michael Monachus in Sanctuario Capuano asserit,* S. Vincentium *hoc* VI *Junii memorari in præcipuo ejus Ecclesiæ Kalendario, quod apud eum primum quoque est: sed notat in tertio et quarto, ob Dedicationem Ecclesiæ, transferri Sanctum istum ad diem sequentem. Ibidem in Officio solebant recitari tres Lectiones, quas nobis duplices submisit Michaelis ex sorore nepos Silvester Aiossa, et sunt excerptæ ex ipsis supra indicatis ac mox referendis Actis martyrii.* F In Ecclesia Beneventana sub ritu duplici coluntur, SS. Vincentius Episcopus Mevaniensis et socii Martyres, *atque in Actorum Compendio sub finem apud Marium de Vipera, ista leguntur.* Hodie vero eorum Reliquiæ Beneventi asservantur in Cathedrali sub altari majore, ut ibi inscriptio docet: sed qua tempestate, quave occasione Beneventum fuerint translatæ, pro certo non habetur. *Hæc ibi.*

Compendio apud Petrum de Natalibus,

MSS. Capua submissa.

et Benevento ubi Reliquiæ.

4 *Sigebertus monachus Gemblacensis, Metis positus in ecclesia S. Vincentii, pueros instruxit. Hic suo Chronico ad annum* DCCCCLXX *ista inseruit:* Deodericus Metensium Episcopus, Imperatori *Ottoni II,* sanguine, dilectione, ac familiaritate ceteris devinctior, dum in Italica expeditione per triennium sub eo militaret; multa corpora et pignora Sanctorum de diversis Italiæ locis, quocumque potuit modo, collegit. Primum a Marsis, S. Elpidium Confessorem.... a Cordato, pignora Vincentii Martyris et Levitæ; ab Hispania, olim a duobus monachis Capuam, a Capua vero illuc deportata; a Mevania, alterum Vincentium Episcopum et Martyrem...

Corpus S. Vincentii dicitur Metas translatum,

AUCTORE G. H.

A Præsul Deodericus in Galliam hoc anno transtulit, et in ecclesia S. Vincentii Martyris, a se in insula urbis constructa, locavit. *Hæc Sigebertus. At Jacobillus Tom. 1 De Sanctis Umbriæ ad hunc diem deducit Acta martyrii* SS. Vincentii Episcopi Mevaniensis, *vulgo* Bevagna, Benigni Diaconi ejus fratris, et aliorum circiter triginta Martyrum; *velitque*, partem corporis S. Vincentii Episcopi translatam Metas, ibidemque hoc etiam tempore asservari, et festum celebrari: alteram vero partem corporis S. Vincentii Episcopi, et integrum corpus S. Benigni Diaconi post fuisse translata Lucam, *quam arbitratur fuisse eorum patriam. De tempore, quo contigerit talis translatio, non constat. Conjectura dicti Jacobilli est*, fuisse ab Alexandro II anno MLXX, in solemni consecratione Ecclesiæ Cathedralis Lucensis, ad honorem S. Martini a se factæ, collocata in altari majore dictæ Cathedralis, ubi hactenus requiescunt, et partes capitum illorum in duobus argenteis capitibus conservari *ait*, inter Reliquias dictæ Ecclesiæ; ibique festum S. Vincentii celebrari die VI Junii, sicuti et Mevaniæ; haberique Protectorem Lucensium et Mevaniensium. *Hæc Jacobillus. Fuerat* Alexander II *ante Episcopus Lucensis, et Anselmus de*

imo et SS. Benigni esse Lucæ

in altari majori.

B *Badagio appellatus: Pontifex autem dedit civitati* Reliquias S. Alexandri I Pontificis, cum catena qua vinctus fuerat, *uti diximus ad hujus Vitam* III *Maji num.* 15, *et* 16. corpora item Sanctorum Martyrum Jasonis et Mauri fratrum, et Hilariæ matris eorum, *quorum festum ibidem celebrari die* III *Decembris testatur Cæsar Franciottus, in Historia sacra Lucensi pag.* 372, *ut inde suam conjecturam firmaverit Jacobillus. At dictus Franciottus post Acta horum ac quibus agimus Sanctorum relata, translationem eorum adscribit Lucio III Pontifici, Lucæ nato; quem asserit* anno MCLXXXII fuisse Lucæ, et transtulisse corpora SS. Fridiani, Cassii, Faustæ, et Richardi; visaque religione Lucensium, incitatum [illegible] ingereret, atque adeo procurasse ut corpora quoque SS. Vincentii et Benigni Lucam transferrentur. *Hæc Franciottus, qui deinde multis quærit* quomodo corpus S. Vincentii possit dici et Metis esse et Lucæ; *prout ibi videri potest, et addit quod, cum plurimi alii fuerint martyrio cum SS.* Vincentio et Benigno *coronati, quorum nomina ignorantur, potuerint eorum corpora sive Reliquiæ, sub istorum nominibus fuisse translatæ, tam Lucam, quam Metas et Beneventum.*

5 *Quo tempore isti floruerint, et in qua persecutione*

C *passi sint, controvertitur. Acta habent*, jussu Principum impiissimorum persecutionem sæviisse, et S. Vincentium Consulibus Rufo et Gallo tradidisse spiritum. *Ad ectypum ab Ughello memoratum adscripserat aliquis*, S. Vincentium martyrium passum esse sub Maximiano Imperatore. *Ferrarius etiam et Franciottus referunt illud ad* Imperium Diocletiani et Maximiani, *quos fuisse et merito vocari* impiissimos Principes *aut* Imperatores *manifestum est. Sub illis quoque anno* CCXCVIII *gesserunt Consulatum* Faustus et Gallus, *quorum prior forte defuncto suffectus fuisse potuit* Rufus *et præter morem Fastorum, annos a solis primo designatis intitulantium, ascriptus Actis: alias cum toto tempore persecutionum non reperiuntur simul unquam Consules fuisse* Rufus et Gallus. *Sed hæc pro anno* CCXCVIII *conjectura tota mihi excidit, animum reflectenti ad initium Actorum, ubi dicitur Perusia directus Marcellus*, qui de vicinis civitatibus Episcopos congregaret; *quodque*, dum de universis civitatibus vel oppidis adunati fuissent Episcopi, catenati ac ferro vincti deducebantur, *inter eos erat* S. Vincentius. *Hæc enim* (*sicut et* persecutio per totum orbem, *primis Actorum verbis indicata*) *non solum annum* CCCIII *indicant; sed respiciunt secundum Diocletiani ac Maximiani edictum*, quo non longo tempore post *primum, circa Pascha id est circa* XVIII *Aprilis promulgatum*, alius litteris exeuntibus mandatum est, ut omnes Ecclesiarum Præsides ubique gentium primum conjicerentur in vincula; deinde, omnibus machinis adhibitis, idolis victimas immolare cogerentur. *Quoniam autem annum illum signaverunt Fasti* Diocletiano VIII et Maximiano VII, *consequens est ut* Rufus et Gallus, *non nisi ex genere* Suffectorum *fuerint; tertio (ut vocabant) Nundino, ut a Kalendis Maji ad Julias Magistratum gererent.*

Tempus martyrii, annus non 298

sed 303

D. P.

D

6 *Jacobillus hos* Sanctos Hierosolymis natos *asserit, et his quoque fuisse* S. Petri; ab eoque S. Vincentium, anno LVIII, Episcopum creatum Mevaniensem, atque cum suo Diacono sub Nerone anno LXVI passum. *Piergilius tenet annum* LXX, *quem et sententia Baronii putat Neroni fuisse ultimum; quo amotis Consulibus Ordinariis*, Silio Italico et Galerio Trachalo Turpiliano, *solum sese Consulem substituit mense Januario Nero, et mense Junio mortem sibi ipse consciverit. Tum vero supponit administrationem Reipublicæ tradi se ad* Rufum, *quem Miles in Germania Imperatorem designarat; et* Rubrium Gallum, *qui contra illum missus defecerat. Sed hæc omnia acta sunt anno* LXVIII: *et ut in anno error non esset, gratis finguntur Consules a Christianis Actorum auctoribus dicti, qui id nullo unquam titulo fuerunt; idque ideo tantum, ne nominandus illis esset turpissimus Nero. Facit nempe immodicus amor antiquitatis, ut, ne hæc omittatur, quamtumvis incongrua et disparata amplectatur intellectus, sic præoccupatus: quorum nihil credo recepturus fuerat aut Piergilius aut Jacobillus, si Neronianæ et Diocletianæ persecutionis diversissimam rationem voluissent considerare, atque conferre cum Actis, et maximum attendere ad titulos* Imperatorum *et* Principum *in illis frequentatos: quod ante* Vespasianum et Titum *audire Roma non cœperat, cum etiamnum sub uno Imperatore Respublica fuerit. Eadem ratio militat contra suppositam Apostolicitatem*, S. Chrysopolito Episcopo et Martyri, *Sanctique Vincentii collegæ (ut dicitur in Actis* XII *Maii) attributam: sed illi Acta se ipsa explicant, cum tandem in fine dicunt, martyrium ejus* actum sub imperio impiissimi Maximiani. *Cum igitur* SS. Chrysopolitus, Brictius, Vincentius, *aliique dicuntur a S.* Petro Apostolo *Missi vel Ordinati; intelligendus est aliquis Petri successor in Pontificatu Romano, qui Ecclesiam rexerit seculo Christi tertio, puta S. Caius vel S. Marcellinus, aut decessorum quilibet, prout Sanctos prænominatos citius in Domini vinea excolenda laborasse, volueris credere.*

Commentum de an. 66 aut 70

E

7 *Novam porro eamque mirabilem movet difficultatem Tamayus Salazar, qui nixus auctoritate Dextri*

F *et Juliani Petri, atque sequacium, adscribit* S. Vincentium Hispaniæ, *et sic exorditur suas Notas ad diem* VI *Junii*: Ingens sese offert disceptatio circa Vincentium gloriosum palæstram nostri sanctissimi Præsulis. Nunc usque Itali aliqui, apud Mevaniam, urbem in Umbria juxta Perusium, passum Martyrem somniarunt; solo nominis similitudine illecti, qui credentes nullam in orbe urbem hoc nomine insignitam fuisse, tantum ignari contraxerunt errorem. *Possunt hæc mutato nomine de ipsomet Tamayo dici, qui forte non ignarus, sed volens et sciens tantum contraxit errorem. Nobis non lubet ei sic immorari, cum jam satis constet, etiam apud Hispanos eruditiores viros, dicta Chronica hoc seculo* XVII *sub nomine Dextri et Juliani Petri conficta primum fuisse. Reliqua ex ipsis Actis ultro corruent. Idem Tamayus Salazar die* IX *Junii, quo colitur* S. Vincentius, *Martyr Agennensis in Aquitania, auctoritate eorumdem Dextri et Juliani Petri, alterum assumpsit* Vincentium, qui relicto Episcopatu Toletano, designatus Episcopus Ecclesiæ Mevaniensis, ibidem Confessor in Domino quievit. *Et hæc ille in silentio scriptorum Hispanorum*

Figmentum Hispanicum

atque

A *atque Italorum : quæ fiducia quidvis pro patriæ honore comminiscendi, commentaque affirmandi ut certissima, merito cordatis hominibus displicet.*

8 *Sed, omissis fabulis, redeamus ad verum* S. Vincentii *cultum in sua Mevaniensi ecclesia, de qua prælaudatum Pierqilium, ex Italico Latine traductum, audire juvat.* In summa, *inquit*, venerationi Mevanatibus semper S. Vincentius fuit, qui primis statim temporibus Christianæ pacis ecclesiam ipsi erexerunt, juxta vetus Capitolium, extra civitatem suam, ad portam inde etiam nunc dictam S. Vincentii. Hæc autem Cathedralis ipsis fuit usque ad tempora Longobardorum : a quibus eversa miserum in modum Mevania, eversa etiam ecclesia illa est ; atque regressi a dispersione cives minorem aliam ædificaverunt, cujus etiamnum vestigia supersunt, juxta eam quæ modo cernitur, eoque se reduxit Clerus ecclesiæ Cathedralis, cum fonte baptismali. Sed et hæc anno MCCXLVIII, tempore Frederici II, gravia damna perpessa est ; ac tandem tota corruens, desperatam sui restaurationem fecit, anno circiter MCCCLX. Tum vero (ut habet libellus supplex, Urbano Papæ V oblatus, ex parte hominum laicorum

Ecclesia S. Vincentii Mevaniæ, an. 1360 collapsa,

B fraternitatis Domus seu Hospitalis S. Mariæ Misericordiæ de Mevania) Prior et Capitulum ecclesiæ S. Vincentii, et nonnulli homines de dicto loco Mevaniæ, prætendentes eorum ecclesiam fore dirutam, et ibidem fontem baptismalem et officia celebrari non posse ; super hoc coram Reverendissimo in Christo Patre, Domino Albanensi Episcopo, Vicario auctoritate Apostolica in partibus illis constituto, aliquando cum dictis exponentibus litigaverunt, et conati fuerunt dictam Domum seu Hospitale ad ecclesiam baptismalem convertere. Sed tandem ipse Dom. Vicarius mandavit et declaravit, dictos homines ipsam Domum et Hospitale tenere debere, et ejus pacifica possessione gaudere ; sicut ab annis sexaginta et amplius ea gavisi fuerunt : quandoquidem in ipso Hospitali, pauperes, languidi, expositi, quotidie recipiantur, foveantur, nutriantur, ac alia pia opera continuo fiant.

frustra petitur alia,

9 Tali prætentione dejectus Clerus anno circiter MCCCLXX, suadere cœpit universis, ut ecclesia S. Vincentii e publico instauraretur : verum Trincio atque Gerardo de Trinciis, Fulginii Dominis, eo loco ubi ipsa steterat arcem molientibus, et gravi jugo Mevanates prementibus, ædificandum alibi fuit, et minori multo quam ante forma. Sed neque hæc fabrica diu stare potuit. Ausa enim civitas

et jus parochiale transfertur ad ædem S. Angeli.

C Trinciis rebellare, igne ac ferro vastata est tota anno MCCCLXXVII, ægre intra annos multos resurrectura. Hoc considerans Spoletinus Episcopus, quem existimo fuisse Laurentium Corvinum, jus titulumque parochiæ alio transtulit ; quemadmodum colligitur ex libro Cancellariæ Spoletinæ, quem scripsit Pilosus ; ubi describuntur ecclesiæ totius diœcesis, quæ anno MCCCXIII adhuc manebant, atque hæc verba signantur : Ecclesia S. Vincentii de Mevania est Prioratus, in quo olim fuit Plebs, et lapis fontis baptismalis fuit translatus in ecclesiam S. Angeli. Huc recubuit ecclesia S. Vincentii, nec tamen apud Mevanates extincta est eorum erga suum Protectorem Divum devotio. Mox enim atque abolita Trinciorum tyrannide, sub Eugenio IV, mediante ejus Legato Joanne Cardinali Vitellesco, anno MCCCCXXXIX libertatem civitas recuperavit, cœpitque sub Martino V statutis ac legibus novis informari : decrevit sumptu publico instaurandam ecclesiam Sancti, atque Officiis divinis intra quinquennium aptandam ; addita Consulibus pœna, qui sui bimestris tempore non complessent partem sibi contingentem : statuit etiam in honorem S. Vincentii, ut in die ejus festo publicis quibusdam ministris sua annuatim stipendia solverentur.

An. 1439, nova sed minor, ædificatur:

10 Hodie vero, post tot ruinas, resumptis nonnihil viribus animisque, crescit etiam ; festumque ejus servatur de præcepto, ab opere omni servili feriatum : Clerus Officium solenne celebrat, et universus populus concurrit ad processionem Sancto ducendam cum ipsius statua, quæ asservatur in ecclesia Collegiata S. Angeli, habeturque exposita per totam Octavam intra eamdem ecclesiam, juxta capellam, ipsi S. Vincentio a Dom. Vincentio Michillio erectam, ubi plebs devota offert vota ac preces. Ad evidentiorem autem declarationem fiduciæ in tali patrocinio collocatæ, Communitatis sigillum sic efformari jussum est, ut superiorem scuti partem teneat cingulo tenus expressus Episcopus in actu benedicentis, circum scriptis hisce litteris, S. V. M. E. M. inferiorem Crux alba cum decussatis Ecclesiæ Clavibus. *Hactenus Pierqilius, a quo Italice reddita Acta, hic in originali Latino accipe.*

D *AUCTORE G. H., festum cum Octava celebratur.*

ACTA MARTYRII

Ex quatuor MSS. et variis excusis.

Cum jussu Principum impiissimorum persecutio Christianorum per totum orbem sæviret, et quasi obedientes Proconsules sive Consulares, ac Prætores *a* Tusciæ, Valeriæ, Piceni, studiose requirerent, ut qui essent Christicolæ punirentur ; accidit ut Capitolinus quidam, Prætor Tusciæ, obscura mente rabidoque consilio Satanæ, dum in civitatem *b* Perusinam devenisset, dirigeret quemdam Mavortium Comitem crudelissimum, qui de vicinis civitatibus Episcopos congregaret. Et dum de universis civitatibus vel oppidis adunati fuissent Episcopi, catenati ferro vincti deducebantur : inter quos erat S. Vincentius, Episcopus de civitate Mevania, cum fratre suo Benigno Diacono. Ducebantur autem et pergebant cum diversis tormentis per iter : sonitus vero audiebatur prolixius, quia et in manibus et in cervicibus ferri pondera sustinebant, et per omnes artus jam mortis supplicia patiebantur.

A Persecutione mota, a jussu Capitolini Prætoris Tusciæ b Mevania ducti Perusiam.

2 Juxta vero jussum Judicis carcere recluduntur : et post longa intervalla dierum, produci Sanctos Capitolinus jussit de carcere. Et dum templorum Pontifices, hoc est Pontifices idolorum, cum vidissent vinctos produci, exclamaverunt, dicentes : Tolle Magos, interfice sacrilegos, qui majestates deorum evertunt, et jussa Principum contemnunt, dicentes non esse Deum Jovem, Herculem, Mercurium, Saturnum, Neptunum, Cyronem *c*, Minervam, Venerem, Junonem, Apollinem, Asclepium, Martem, Berecynthiam et Dianam ; qui regunt orbem terrarum, et gubernant jura Imperatorum, et dant fruges [illegible] Deum colit, qui apud Judæam legitur crucifixus. Ad hanc vocem respondit S. Vincentius : Dominus, in qua urbe legitur crucifixus, in eadem legitur et sepultus, et tertia die surrexisse a mortuis, et quadragesimo die videntibus Apostolis de monte Oliveti ascendisse in cœlum : ipse est venturus judicare vivos et mortuos, et omne seculum per ignem. Nam omnes istos deos deasque, quos vos nominatis, nihil sunt et ad nihilum redigentur ; opera manuum hominum mortuorum. Sed si dicitis vos eos, aliquam habere virtutem, dentur simulacra vestra ante nos : et prius quidem loquemur ad eos ; si autem nos audierint ad respondendum, adoramus eos ; si vero tacuerint, confringemus eos et projiciemus in ignem.

ut habiti ut contemptores deorum, c propugnant Christum,

3 Tunc igitur spiritu vesano turba inflata super Sanctos, serpentina voce insibilans, dicit : Quid agitis Judices ? Respublica jam per eos eversa est, et ad injurias adhuc Deorum inferendas audent prorumpere

A rumpere. Tunc Valerius quidam Consularis, Secretarius *d* religiosus, respondit: Dicite mihi Pontifices, quasi rationabilem rem petierunt Episcopi; præsententur enim aspectibus eorum, et si in eorum injuriam obloquuntur, ipsi in eis iras efferant, et nos erimus immunes. Tunc placuit Judicibus Pontificibusque. Et dum introirent in templum (ubi plures ædiculæ cum simulacris erant, et maxime Martis, qui Deus ab eis dicebatur) pergebant his verbis psallentes et dicentes: Dii qui cœlum et terram non fecerunt, pereant: quia omnes dii gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit. Similes illis fiant, qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. Et intrantes templum Martyres dixerunt: Confundantur omnes qui adorant idola, et qui gloriantur in simulacris suis. Et continuo commotus est locus, et omnia idola ceciderunt, et contracta sunt. Tunc omnis territa Paganorum turba fugit. Et egressus diabolus de statua Martis flagellabat de hominibus infidelibus, et dicebat clara voce: Per vos depereunt: Nam Christus prævalet. Et mortui sunt in flagello illo, pene sexcenti homines, et vincula hominum Christianorum Episcoporum soluta

B sunt, clamabantque Christiani simul et Pagani: Unus Deus, Christus filius Dei vivi. Tunc Mavortius credidit, eo quod et integro corpore et viribus servaretur.

EX MS. a

e Consilio introducuntur in templum,

oratione conterunt idola,

Psal. 123, 8

Psal. 96, 7

occisis a diabolo infidelibus 600

4 Et dum in unum locum se Sancti ad psallendum retulissent, et sacra mysteria celebrarent; misit Capitolinus, et rapuit exinde S. Vincentium; reliquos vero interfici jussit: quos sepelierunt Christiani. Tunc admonitione divina quidam Eustasius religiosus, tollens corpus S. Benigni Diaconi, condivit eum pigmentis, et abscondit, usque dum eum niceret ad proprium revocare ecclesiam Mevaniæ. Post dies vero aliquos, nocturno itineri conatantes de suprascripta civitate viri Christiani, remeaverunt cum sancto corpore ejus Mevaniam, et sepelierunt eum non longe a Portulo *e*, die *f* Kalendarum Majorum, ubi præstantur beneficia ejus usque in hodiernum diem.

S. Benignus cum aliis occisus

sepelitur Mevaniæ.

e f

5 Transactis autem paucis diebus, jussit Capitolinus produci S. Vincentium, qui obscuris locis fuerat custodiæ mancipatus: et ait ad eum: Quid agis, Vincenti? Ubi sunt collegæ tui, qui deos nostros confregerunt? S. Vincentius respondit: Illi modo in paradiso sunt, ubi tu non es dignus introire. Sed etsi dii tui se liberare a supplicio mortis non potue-

C runt, tu quomodo eris liber a pœna inferni? Tunc Capitolinus, furore repletus, dixit apparatoribus; Aut sacrificet deo soli et lunæ, aut applicate ei tormenta. Cui S. Vincentius respondit: Si patienter velles audire, et Scripturas divinas suscipere, ostenderem tibi qui sint sol et luna: utrum dii, an creaturæ, possint veraciter appellari. Capitolinus dixit: Ostende, Vincenti. Tunc ait S. Vincentius: In libro Psalmorum de his loquitur sic Propheta, ad Creatorem omnium visibilium et invisibilium, cœlestium atque terrestrium, Dominum nostrum; Quoniam videbo, inquit, cœlos, opera digitorum tuorum, lunam et stellas, quas tu fundasti. Item in alio Psalmo dicit: Confitemini Deo cœli, qui fecit luminaria magna solus; solem in potestatem diei, lunam et stellas in potestatem noctis. Item alibi: Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis; laudate eum omnes Angeli, ejus, laudate eum omnes virtutes ejus; laudate eum sol et luna, laudate eum omnes stellæ et lumen: quia ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt: statuit ea in æternum, et in seculum sæculi; præceptum posuit, et non præteribit. Ecce ubi evidenter ostenditur a quo facta sunt luminaria. Et adhuc si quæris, et libenter vis audire, in Heptatico *g*, primo Genesis

S. Vincentius ostendit solem et lunam non esse deos.

Psal. 8, 4

135,

148, 3

g

capitulo, lucidius invenies, qualiter ad servitium D generis humani firmata sint. Et tu eos deos quomodo facies, et adorare jubes? Christus autem potius adoretur, qui hæc omnia firmavit.

6 Tunc confusus Capitolinus dixit ad suos: Cogamus *h* eos ad silentium, et post confusionem nostram taceamus. Et ait ad S. Vincentium: Volueram quidem te dimittere, sed iras potentissimorum Principum incurrimus. Et ait S. Vincentius: Oportuerat et te Deo nostro obedire, magis quam hominibus mortalibus, et vanis simulacris: tu enim inter illos consistis, de quibus scriptum est in Isaia Propheta: Videntes non videbunt, et audientes non audient; excæcatum est cor ipsorum. Et ait Judex: O vitiosa diaboli vox, et lingua dolosa! Transferatur Vincentius ad legitimam quæstionem: nam vincere me non poterit iste dum vivet. Tunc S. Vincentius ait: Felix ego, cui minæ tuæ laudes efficiuntur. Tunc iræ sævæ proponuntur, torquetur S. Vincentius, tunditur, flagellatur, exuritur, et distentis membris crescit ad pœnam. Tunc Judex requirebat, quid ageret, de morte ejus solicitus. Renuntiatur ei quod hilari vultu et forti spiritu omnia toleraret tormenta, et Dominum Christum esse fateretur filium E Dei vivi.

h

Isa. 6, 10

variis pœnis torquetur

7 Tunc denuo in Capitolinum diabolus introivit, et prorumpens in vocem ait: Quærite locum tenebrosum angustumque, et ab omni luce publica sepositum: damnetur Vincentius perpetua nocte, et nullus ibi relinquatur, cum quo possit sermonem consolationis lucrari. Sed dum ibi missus fuisset S. Vincentius, lucem Deus effulsit carceri, in quo tenebræ fuerant, et janua carceris aperta est. Tunc S. Vincentius recordatus est testimonium Isaiæ Prophetæ, dicentis: Quis ambulavit in tenebris, et non est lumen in eo? Item illud in sancto Evangelio; Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent. Exultat demum S. Vincentius modulata vocis suavitate, ita ut omnes vicini, qui ad ejus supplicia venerant, suavitatis placarentur auditu. Conterriti autem expaverunt custodes; evasisse perfugam Vincentium palluerunt. Tunc S. Vincentius ait: Nolite, inquit, timere, non enim effugio laudes meas. Irrumpite cubiculum securi, haurite oculis quæ obsequia ministrantur Angelica; circumdatum me luce gaudete: et renuntiate Judici vestro, qua virtute subsisto. Tunc ministri rapuerunt ex ore ejus verbum, et renuntiaverunt incredulo Judici.

in tenebrosum carcerem conjectus, luce cœlesti illustratur:

Isai. 50, 10

Luc. 1, 79

8 Tunc morticino Capitolinus anhelans spiritu, F ait: Quid amplius faciemus ei? mergatur in medium *i* maris, pabulum fiat piscibus, et fluctibus opprimatur, ne sibi victor esse videatur. Ad hanc sententiam crudelissimi Judicis tulerunt S. Vincentium nocturno silentio, et intempesta nocte nautis traditur, et psallendo mergitur: Salvum me, inquit, fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam: infixus sum in limo profundi, et non est substantia: veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me. Eripe me, Domine Jesu Christe, de profundo aquarum: non me demergat pelagus aquæ, neque absorbeat me profundum. Tunc altithronus genitor, qui cœlos extendit, terram fundavit, mare fudit, abyssos abscondit, conturbavit fundum maris, et æquoris unda concluditur, et per tranquillum mare B. Vincentium ab Angelo sancto fecit ad litus portari. Et dum Pagani, qui eum immerserant, reverterentur; jam orantem eum invenerunt ad littus. Et prostrati ad pedes ejus, mirantes adoraverunt eum, et suis humeris eum reportaverunt ad civitatem suam Mevaniam, quod est iter unius *k* diei, despicientes minas Judicum: multæ namque virtutes, multaque signa flebant per eum in populo, in suæ salutis remedia.

i

immersus aquis ab Angelo exportatur

Psal. 68

k

duciturque Mevaniam:

mortuo Capitolino,

A 9 Interea Capitolinus in tristitia conversus est, et tactus dolore cordis intrinsecus, expiravit, dicens : Vincenti vicisti, quia victoriæ tibi nomen inditum est : dii nihil sunt, quia nec sibi possunt prodesse aliquid, nec nobis; sed vincuntur ab hominibus, Christum confitentibus esse filium Dei vivi Tunc quidam clarissimus Porphyrius successit in fascibus, qui et ipse comitatum misit ad oppidum ac municipium Mevaniæ, et rapuit exinde S. Vincentium Episcopum, et absque auditione in medio campo jussit ligari, et feris dari, et relinqui usque triduum, et procul a longe custodiri. Quod videntes diversi generis feræ veniebant ad vestigia ejus, prostratis collis lambere pedes ejus. Sed aliud miraculum recitare curavimus, ex ore *l* ejus prolatum; quod nocturna custodia aves pro solatio ei transmissæ sunt, et dulcis ac suavior concentus in laudibus Domini attollebatur, et Vincentius in ea hora psallebat dicens; Benedicite volucres cœli Dominum.

jussu Porphyrii expositus feris, ab eis

l

et avibus honoratur :

Dan. 3, 80

10 Porphyrius jussit eum in aqua necari, et ductus est ad Portulum *m* Mevaniæ ut mergeretur. Et ait S. Vincentius : Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, et timuerunt, et flumina conturbata sunt. Aquas in rubro mari tu stare fecisti, et exsiccasti fluvios Ethan : Jordanem retrorsum redire B fecisti Intrante te Christe, fluenta Jordanis mare fugit, fluvius stetit : qui vivis et regnas cum Patre et Spiritu sancto, in secula seculorum. Amen. Ad hanc vocem continuo aperta est terra, et deglutivit aquam, et conterritæ sunt abyssi. Videntes autem hoc factum ejus apparitores expaverunt; fugientesque involuti in fluctibus submersi sunt, viri numero decem et octo : sed nec Porphyrius ultra jam visus est.

m

subjectus aquæ, quam terra absorbente,

18 viris submersis

11 Tunc reversus est S. Vincentius ad cellulam suam fatigato corpore : faciensque Missas, in Dominica oratione percepit corpus Domini cum fidelibus; et deficiens tradidit Domino sanctum Spiritum VIII Idus Junii, Consulibus Rufo *n* et Gallo. Tunc diaboli invidia nitebantur Pagani rapere venerabile corpus S. Vincentii, ut illud in imo profundi jam exanime mergerent. Prævidit hoc quædam matrona, nomine Liceria, nobilis familiæ; et mercavit corpus ejus *o* libræ pondere auri; et condens aromatibus sepelivit in prædio suo, quod vocatur Campus salutis, in novas nundinas Augustales, inter Portilionem et Mevaniam miliario ab urbe Roma plus minus nonagesimo quarto, ubi præstantur multa beneficia Dei, regnante Domino nostro Jesu Christo, in cœli C ambitu, in fundamentis terræ, in terminis maris, in profundo abyssi; qui venturus est judicare vivos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

n

Mevaniæ moritur 6 Junii.

ANNOTATA D. P.

a *Umbria ab hisce regionibus cingitur. Tuscia sive Hetruria, versus Occidentem; Piceno, jam fere Marca Anconitana, versus Orientem; et Valeria sive Samnio, versus Meridiem.* Valeria *omittitur in MS. Lateranensi, et* Picenum *in MS. Ughelli. Miror si etiam has omnes regiones apud se invenire potuerint Argaiz et similes, qui Dextrina figmenta defendenda susceperunt, velut pro aris ac focis depugnantes.*

b *Omisit nomen* Perusiæ *Petrus de Natalibus.* D *Hinc occasio promptior fuit, Acta integra extare ignorantibus; et fiducia major, non facile revincenda mendacia sperantibus.* Ex MS

c *Piergilius, proprium ac tutelare Mevaniæ numen,* Cyronem *appellatum censet cujus templum steterit eo loco, ubi nunc Conventus et ecclesia Prædicatorum : siquidem via eo ducens etiam* Gyronis *appellatur, quod tamen alii, una cum vestigiis antiquitatis ibidem, referre malunt ad* Circum *qui ibi fuerit. Ex eo autem quod ædificata supra illius templi ruinis ecclesia dicata sit S. Georgio, conjectat idem Piergilius, ipsum* Cyronem *fuisse aliquem Mevenatem heroem, armis clarum.*

d Religiosus *eo modo hic sumitur, pro credente unum Deum; quomodo Actorum 2 Jerosolymis in Pentecoste dicuntur adfuisse* Viri religiosi.

e *Qui hic* Portulus, *infra etiam* Portilio *dicitur, quasi* Parvus portus : *et talis haud dubie Mevaniæ fuit, ut ote sitæ ad confluentes duorum fluviorum, eorumque ferendis parvis navigiis aptorum, de quorum altero apud Strabonem lib. 5 legitur :* præter Mevaniam labitur Tenias : et hic ipse parvulis scaphis collectos ex agro fructus devehit in Tiberim. *Jacobillus tamen interpretatur* parvum portum, ad ripem haud procul a mœnibus Mevaniæ : *et addit Franciottus*, fuisse vicinam portæ Guelfæ dictæ. *Frustra igitur hic se jactat Tamayus insultatque Italis, quasi hujus nominis locum nullum in Tuscia repertum; dum ipse in Hispania* Portiliam *reperit.* E

f *Ferrarius eo die aliquod compendium ejus retulit ex hisce Actis, uti tum inter Prætermissos insinuavimus : socios autem Martyrii circiter triginta fuisse conjectat Jacobillus.*

g Heptaticum, *corrupte pro* Heptateucho, *apud SS. Hieronymum, Gregorium, et alios leges : intelligitur autem Scriptura, præter quinque libros Moyses, etiam Josue et Judicum libros complectens.*

h *Meten. et Maxim. MS. Ughelli,* hos ; *aliud,* nos.

i Lacum Trasimenum *intellige, hodie* Lago di Perusia : *omnem autem aquarum collectionem* mare *dici, notavit Isidorus lib.* 13 *cap.* 14, *ut neque hinc præsidium Tamayo sit pro sua Carthagine Spartaria (juxta quam, suam* Mevaniam *vel* Meviam *ipsi finxit Pseudodexter) et* Mare Tiberiadis, *ac* Mare mortuum *in Terra sancta, scimus non nisi lacus esse.*

k *Quamquam solis* 8 p. m. *distet ab urbe lacus, si tamen transfretantes nautæ ipsum ad alteram ripam invenerint, facile* 20 p. m. *invenies, justum unius diei iter.*

l *Deest fortassis hic aliquid, unde intelligi possit scriptor ex certiori notitia istud accepisse.* F

m *Nempe ad terrorem incutiendum Mevaniensibus Christianis, placuerit sub eorum oculis necari Episcopum.*

n *Jam dixi tales non haberi in Fastis, sed Ordinariis substitutos mense Majo videri.*

o *MS. Ughelli* sexaginta ponderis auri, *quod æstimat Jacobillus* sexcentis scutis. *Piergilius eo non contentus* sex millia scutorum *hodiernæ monetæ, cum prædicta auri summa, componit.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS NIVEDUNENSIBUS

AMANTIO, LUCIO, ALEXANDRO,

G. H.

ANDREA, DONATO, PEREGRINA

Notitia ex Martyrologiis antiquis.

XI JUNII

Nomina:

Magna diversitas est, in assignanda his Martyribus sui agonis palæstra, vetustis Martyrologiis inter hic variantibus: potiora tamen in Nivedunum seu Novedunum conspirant, quibus inhærendum puto. Unum quod in Bibliotheca Reginæ Sueciæ Romæ a nobis descriptum, et a Luca Holstenio pluris æstimatum fuit, ista legenda offert: In Niveduno natalis Sanctorum Amantii, Lucii, Alexandri cum aliis tribus, scilicet, Andrea Donato et Peregrina, non inditis in MS. Epternacensi, quod censetur esse S. Hieronymi. Iidem omnes exprimuntur in MS. Aquisgranensi. In MSS. autem Richenoviensi
B
et Rhinoviensi sunt nomina Amantii, Lucii, Andreæ, Donati, Peregrini: sed istic attribuuntur Africæ. Quo etiam modo ita legitur apud Rabanum: In Africa S. Amantii, Lucii. In Alexandria, Andreæ, Donati et Peregrini. Ubi urbe Alexandria, loco Alexandri Martyris, posita censeri potest: Africa autem loco Nividuni, Nevedum aut Noviodunii collocatur, accepta ab aliis Martyribus mox proferendis et in Africa coronatis. Eadem cum Rabano habet Notkerus, sed Noviduno tribuit, et loco Andreæ habet Alexandri.

Palestra,

2 In apographo Lucensi Martyrologii Hieronymiani ista habentur: Nividuno, Amantii, Luci, Alexandri, Donati, Peregri, Omissa ultima Syllaba et prætermisso nomine Andreæ. In Corbeiensi apographo ita legitur; Neveduno Amantii, Lucii, Alexandri, Alexandriæ, Donatæ, Peregrinæ: ubi nomen Alexandriæ loco Andreæ est scriptum; Donatæ, et Peregrinæ, loco Donati et Peregrinæ. In MSS. Gellonensi, Augustano, S. Galli, et Parisiensi Labbei sunt nomina Amantii, sive Amati, Lucii, Andreæ; et tribuuntur Nividuno, seu corrupte Nivendo; aut etiam in Gellonensi Nicomediæ. Apud Usuardum ista habentur: Civitate Niveduno SS. Amantii et Alexandri. Quæ ita explicantur in hodierno Martyrologio Romano: Novioduni in Gallis, sanctorum Martyrum Amantii,

an Noviodunum in Gallias

C
Alexandri, et sociorum. In monasterii S. Savini de Levitania in agro Tarbiensi Martyrologio vetusto, apud Saussaium ita scribitur: Nividuno nat. de SS. Amantii, Luci, et Alexandri. MS. Coloniense S. Mariæ ad Gradus, omissa palæstra, exprimit nomina SS. Amantii, Lucii et Donati. MS. Bruxellense S. Gudulæ solos Amantium et Alexandrum nominat, nullo addito loco, itaque die sequenti, quando Amantium etiam refert suppositiius Beda, additis Lucio et Alexandria, pro Alexandro; item Donato et Peregrino, pro Peregrina: quos duos ultimos eodem die etiam habet Galesinius.

3 Idem Saussayus in Martyrologio Gallicano illud elogium ipsis formavit: Novioduni, seu Nivernis in Æduis, natalis Sanctorum Martyrum Amantii et Alexandri, Lucii, Andreæ et Peregrini, qui Christi præconii libera voce exprimentes, tandem post egregium certamen datis cervicibus præclare triumpharunt. Hæc ibi, quæ de quibuscumque Martyribus dici possunt, et ex conjectura addi, datis cervicibus. Verum unde scivit Saussayus hic intelligi Noviodunum in Æduis, cum id nemo alius invenerit ante illum? Est apud Julium Cæsarem, et Noviodunum Suessionum, passim Noviomum, vulgo Noyon dictum; et Noviodunum Biturigum, vulgo Neuwy ad Ligerim fluvium. Ferrarius in Topographia ad Martyrologium non audet resolvere, cui potissimum loco possint assignari.

et nominatim apud Æduos?

E

4 Nos ne quidem audemus attribuere Galliæ, quia nec apud antiquos, nec apud recentiores, Maurolycum atque Galesinium, ad ulterius se locum Galliarum Noviodunum autem nusquam scribitur Nividunum, Nivedunum, Nevedunum, et apud Maurolycum Noviodunum. Ptolemæus lib. 2 Geographiæ cap. 15 Pannoniæ Superiori attribuit Νοουίδουνον, Novidunum, quod magis congruit et legitur apud Notkerum, fuitque urbs Episcopalis. In Notitia dignitatum Imperii Romani sect. 28, sub dispositione Ducis Scythiæ, erant milites primi Constantiniani Noviduno. In Itinerario quoque Antonini Augusti, Scythiæ attribuitur Noviodunum.

an in Pannonia?

5 Non tamen hic illam Scythiam cogites, quam hodie Tartariam dicimus. Ut nunc Tartari, sic olim Scythæ suas emisere colonias, etiam trans Danubium: itaque in Provinciarum Romanarum libello, qui cum Antonini Itinerario editus habetur, Illyricæ Regionis Provincia XV, Scythia censetur; et Thraciæ Regionis Provincia IV, Scythia inferior. Jam autem ad IV hujus morum, eos Martyres, qui simpliciter Neviduno vel Noviduno adscribuntur, verosimilius ad Pannonias quam Gallias pertinere; nec magni fecimus quod Saussayus ibi passos SS. Zoticum, Attalum, Eutichium non solum alicui in Gallia Noviduno, sed definite Noviduno Æduorum adscripserit. Si tamen præsumere liceret, istorum de quibus egimus Passionem aliquam antiquitus scriptam fuisse, et Cannensis monasterii Patronis aptatam, aliquid etiam non inverosimilis argumenti haberetur pro Gallia; ut in qua conservata sunt qualiacumque Acta, in ea etiam fuerit consummatum Martyrium.

D P. seu Scythia Pannonica.

F

DE

DE SANCTIS MARTYRIBUS CAUNENSIBUS,

AMANDO, LUCIO, ALEXANDRO, AUDALDO;

IN GALLIA PROPE NARBONAM HONORATIS.

COMMENTARIUS CRITICUS.

§ II.

De eorum cultu, patria et translatione. Actisque talibus ut videantur a Novidunensibus Martyribus mutuo sumpta.

VI JUNII

Benedictinorum in Gallia Narbonensi monasteriis

Theodulphus, sæc. Christi IX Aurelianensis Episcopus, lib. 2 Carminum, in eo quod ad Monachos S. Benedicti scribit, Abbates sibi notos Salutari jubens, post Benedictum seniorem de Anianensi S. Maximini in sua Aurelianensi diœcesi monasterio, [illegible] alia monasteria [illegible]

Hinc pete Nebridii Patris venerabilis ædes,
Mox et Donati sit tibi visa domus.
B Sed nec prætereas Sancti loca Fratris Attili,
Anianique mei te [illegible] iter alii.
Nam pius aspiciat [illegible],
Atala te videat; Dic, Olemunde, vale.

Stephanotius Benedictinus, [illegible] partem 2 in Additamentis [illegible] laudatus, ut qui res Provinciæ Narbonensis accurate [illegible], existimat, Attalum hic nominatum, esse conditorem cœnobii S. Polycarpi Narbonensis; Nebridium, Crassæ; Anianum, Celtonis, dein Caunas translati; Olemundum, S. Joannis de Castro-[illegible] [illegible] Montis-[illegible], Attiliomem, S. Cæsarii [illegible]

post an. 818 Caunense additum.

Hæc eo attuli, ut intelligatur S. Petri de Caunis *Monasterium quod Claudius Robertus pag. 92 de Caunis, [illegible] fuisse, aut certe nec tam [illegible] Benedictino [illegible] S. Petri [illegible] Caunense [illegible] Anianus iste, sub annum [illegible] Theodulpho [illegible], et inter præcipues Benedicti Anianensis ad [illegible] reformationem [illegible] E [illegible] fero, fieri omnino potuisse, ut Caunensis oppidi ecclesia, priusquam vel R[illegible] [illegible], titulum [illegible] S. Tertulliani Martyris [illegible]*

habebat 4 fratrum MM. corpora:

Irenæus *aliquis Narbonensis Episcopus [illegible]* XII [illegible] C *[illegible] corpora [illegible] Sanct[illegible]* VI. Idus Septembris, *ut dicitur in [illegible] Actorum*

quorum Acta MSS. oblata nobis

2 *Acta [illegible] 2 MSS. monumentorum, a viro celeberrimo et studiosissimo Andrea du Chesne [illegible] collectorum [illegible] Lutetiæ Parisiorum [illegible] humanissime communicatorum, ubi [illegible]* passio beatorum Martyrum, Amandi Episcopi, Lucii, Alexandri et Audaldi, qui passi sunt tempore Antonii Principis, sub Aurelio Præside in Novidunensi civitate, pro Christi nomine. *[illegible], quod* S. Amandus Episcopatum in Novidunensi civitate tenebat; *e quo* erant tres fratres, Lucius, Audaldus, et Alexander : *quorum [illegible]* teneros annos *miseratus Præses, eos num. 5 [illegible] vocat; et primus ipsorum* Lucius *num. 6, puerum se fatetur*, non amplius quam decem et novem annorum. *Fratres fuisse, aut saltem ex traditione haberi, satis indicat, qui Saussayo, Martyrologii sui Gallicani Supplementum scripturo, pro die VI Junii hæc suggesserant :* In monasterio Caunensi prope Narbonam, natalis sanctorum Martyrum, Alexandri, Lucii, Amandi et Audaldi. Qui e Caunensi oppido (ubi et eorum paterna domus etiamnum monstratur, susceptam Christianæ fidei

ubi tradi ipso in loco nunc ignorari.

et pietatis flammam circumgerentes, dum Christi gloriam [illegible], ejusque splendoribus late diffundendis insudant, et caliginem infidelitatis lucis operibus [illegible] veritatis strenue undique profligant, a tenebrarum Principis emissariis intercepti, [illegible] testificantur; dira tormenta passi, in extremo demum agone digni [illegible] immortalitate [illegible].

ubi indigenæ esse creduntur; E

3 *Hæc quam certos nos reddant, quatuor istos Martyres sub istis nominibus vere coli, eosdemque Caunis natos credi, ac forte Narbonæ passos, [illegible] tiarum amplius istic de iis sciri; tam suspecta nobis [illegible] Acta, [illegible] fundatorem; quod [illegible] S. Tertulliani ecclesiæ [illegible] S. Petri [illegible] Martyrologio, [illegible] sint hoc die nomina* SS. Amantii, Lucii, Alexandri, Andreæ, passorum Nividuni, *de quibus supra egimus : [illegible] Nivernensi [illegible] Episcopum [illegible] adeo tenera, qualem comminiscitur, ætate fratrum. [illegible] XI, [illegible] communisci qualiacumque, quam nulla habere quæ [illegible]*

quos Novidunenses Acta faciunt.

seu verius fingunt, sumpta ex similitudine nominum occasione.

4 *Moderatum tamen commentum fuit. Nam quæ Præses ac Martyres mutuo locuti dicuntur, et quæ [illegible]* Principem [illegible] Marcus Aurelius [illegible] *Præsidem [illegible] Christianos in Provinciam [illegible] fuisse Martyres aliquos constat, etsi neuter edictis publicis jusserit Christianos puniri. Qualiacumque tamen [illegible] Caunenses [illegible] S[illegible] [illegible] Narbonensium antiquitatum [illegible] ad censuram offerenda; cum fieri possit, ut etiam talia [illegible] indagini.*

[illegible] tamen hæc proferenda. E

5 *Quod* S. Tertullianum *attinet, ad cujus ecclesiam translata dicuntur corpora, eum, licet [illegible] Episcopus* et Martyr *dicatur, tamen, quia nullum [illegible] Gallia [illegible]* Presbyterum Martyrem, *Romæ passum sub Valeriano Imperatore, circa annum Christi CCLX, cujus Reliquiæ aliqua in Narbonensem diœcesim delatæ, ejusmodi ecclesiæ nuncupandæ dederint occasionem. Colitur is die* IV *Augusti, ad quem diem Saussayus ait in Supplemento, ejus sacra ossa* Aniæ *quoque in* ecclesia S. Mariæ.

[illegible] ad quem translata primum corpora

A S. Mariæ, duabus in capsulis condita, ad majus altare magna reverentia asservari. *Sed vereor ne hæc ossa recentius Aniciam allata sint, nec nisi per nimiam credulitatem putentur esse istius celebris* S. Tertullini; *sicuti per similem credulitatem idem Saussayus in suo Martyrologio de ipso scripserat, quod corpus* sublatum *ex arenario, in qua illud S. Stephanus Papa sepelierat*, ac in Galliam advectum, Lutzenburgi in Belgica asservatur et colitur. *Egimus nos die* x *Maji de translatione* SS. Tertullini et Chrysanthi, *Romanorum Martyrum, ex Cœmeterio Callisti sub annum* MDCXXIII *erutorum, facta ad ecclesiam Collegii nostri Luxemburgensis anno* MDCXLVII; *et in Append. diximus, eorum Festivitatem annue nunc recoli* III *Dominica Julii. Sed neque nobis, neque Patribus Luxemburgensibus unquam venit in mentem, credere eorum illa esse corpora, quorum celebrantur in Martyrologio Romano gesta ac nomina. De suo ergo ingenio personam et diem sumpsit Saussayus, meritoque suspectus nobis fit, ne idem fecerit circa Reliquias, quas Aniciæ haberi intellexerat. Ut ut est, ineptum fuerit cogitare, translationem Caunensium Martyrum* ad *qualemcumque* ecclesiam S. Tertullini, *factam esse a* S. Irenæo *Episcopo Lugdunensi (quem unicum hujus nominis sanctum Episcopum novit Gallia) siquidem eum constat*
B *tempore S. Eleutherii Papæ vixisse, annis fere centum ante ætatem Valeriani Imperatoris, et passionem* S. Tertullini.

videtur aliqua Caunis fuisse,

sed diu post ætatem S. Irenæi Lugdunensis illo antiquioris.

ACTA APOCRYPHA

Ex MS. V. Cl. Andreæ du Chesne.

Prologus. Finis totius Christianitatis est vitæ religio, devotio sancta, et vera fides Martyrum : et in quo formido desinit peccati, et promissio summa persolvitur : post hoc, seculum non timemus, quod ab eisdem sanctis Martyribus triumphaliter superatum videmus : quos tanto sublimiori honorificentia excolere debemus, quanto præstantioris meriti eos esse apud Deum pro cruore proprio, fidei ipsius gratia fuso, cognoscimus. Majorem enim eos summi mercedem laboris a Christo assecutos esse credimus, qui majori suppliciorum toleratione causam fidei ipsius, in agone positi, gaudenti et invincibili animo asserere voluerunt, et ut affirmarent laboraverunt; sicut scriptum est, Unusquisque propriam
C mercedem accipiet secundum suum laborem. Sanctiquippe Martyres, pœnarum atrocitate laniati, dum nullo modo a stabilitate suæ fidei emolliri potuerunt; quasi in agonis exercitio fidem suam, pro qua sic victoriose triumpharunt, veram esse affirmaverunt; et velut hic homines Athletæ, omnem agonis injuriam æquanimiter tolerant pro coronis; ita et famuli Christi persecutiones et verbera patiebantur, ut coronam victoriæ consequerentur. Spiritus quidem, qui promptus est, cœlestium spe inter tormenta lætabatur; caro autem, quæ est infirma, per eadem cruciabatur : sed cum erepti erant de pœna, jam securi fiebant de gloria.

1 Mat. 16, 17

2 Itaque S. Amandus, qui Episcopatum in Nividuno civitate tenebat, hujus gloriæ desiderio invitatus, imminente persecutione, omnem formidinem corporeæ infirmitatis, prompto animo complexa passione, deposuit. Huic erant tres fratres, Lucius *a*, Audaldus, et Alexander : quos cum Aurelius Præses multis assistentibus convocasset, sciens illorum religionem, sic eos iratus interrogat, dicens : Antequam diversis subjici tormentis incipiatis, plenissima fide sectam Christianitatis exponite. Sed cum illi nihil dicerent, iterum increpat eos Præses : Amatis, inquit, ut video pœnam, quia respondere retractatis. Tunc eruperunt sancti Martyres, Aman- D
dus Episcopus, Lucius, Audaldus et Alexander, et dixerunt : Tyranne, tantus te extulit furor, ut quod non dignaris colere, velis etiam, quod est acerbius, irridere : sed melius faceres, si monita salutis obaudiens, in Deum omnipotentem, Creatorem omnium creaturarum, crederes; Dominum scilicet Jesum Christum. Aurelius Præses dixit : Verborum tollite fallaciam, et aperta confessione respondete, ne subjiciamini tormentis. S. Alexander dixit : Cur ardua et omnibus ignorata perquiris? quod bene novimus, et quod ad interrogantem pertinebit, confitebimur. Extremus te jam finis expectat, Tyranne. Aurelius dixit : Quantum datur intelligi, festinatis ad mortem. S. Amandus Episcopus dixit : Sic nobis minaris tormenta, quasi aut liberi a morte aut tui socii simus futuri. Aurelius dixit, Non verbis opus est nobis dicere, Deum vestrum celeriter exponite, ut nos ipsi sacrata libamina offeramus. S. Audaldus respondit : Audi, Tyranne, in Scripturis sanctis legimus, Diabolum tantam audaciam repente sumpsisse, ut ad Dominum Jesum Christum, qui tunc pro salute nostra humanum corpus assumpserat, auderet Matth. 4, 1
accedere; diceretque ei, Dic lapidibus istis, ut panes fiant. Christus vero respondit : Non tentabis Dominum Deum tuum : et ego similiter dico (si ac- E
cipienda sunt parva pro magnis) Non tentabis Domini Dei servos. Aurelius Præses dixit : Cum in te teneros annos viridemque juventam conspicio, doloris cumulus mihi increscit. Quid moramur? Sacrificate diis immortalibus. S. Lucius respondit : Consolationem inimici spernimus, et solatium antiqui hostis horrescimus. Unde scias quia idola vana non adorabimus.

3 Sed cum jugis altercatio videretur, suspendi eos ac torqueri Præses confestim præcepit. Post multos sane ungularum impetus, cum putarent, quod omnia viscera Martyrum et omnia aperirentur interna membrorum, Aurelius Præses dixit : Adhuc pœnam fortem non sentitis : nisi forte propere Deum vestrum negaveritis, ipsa etiam privati eritis vita, nec auxilium ejus quem metuitis consequimini. Sancti vero Martyres, quasi ex uno ore, dixerunt Præsidi : Infelix Tyranne, satisfac impiæ voluntati tuæ. Ceterum nos tormenta non sentimus, semel firmati ab Omnipotente, qui ex omnibus pœnis et cruciatibus poterit nos liberare, qui Sanctos suos semper adjuvat, ad laudem et gloriam et honorem sancti nominis sui. Ipse enim se invocantes exaudit, protegit, ac defendit, et glorificantes se glorificare F
consuevit, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum procedit.

ungulis radantur :

4 Tunc iratus vehementer Præses, jussit sanctos Dei Martyres mitti in fornacem ignis ardentis. Exstructis igitur in altum lignorum machinis, in cœlum flamma surgebat, quæ etiam ipsius vinceret vota qui jusserat. Sancti vero Christi servi tanto igne perspecto, suspirantes graviter respexerunt ad cœlum. Quos cum intueretur Aurelius Præses dixit: Mihi dolor est supplicium vestrum cernere, et cum tantam pulchritudinem in vobis video, non effugitis tormentum cum possitis evadere. S. Amandus Episcopus, simul cum Alexandro, dixit Præsidi : Oculi tui, non fletu pleni sunt, sed veneno : aliud enim gerunt intrinsecus et aliud extrinsecus ostendunt. Sæpe jam diximus tibi, ne tentaveris Dei servos : te potius defle et plange : quia tuus veniet interitus, unde non habes sperare veniam, sed pœnam. Tunc Præses iratus, ad circumspectantes Milites, sic locutus est : Præcipitate hos rebelles, et in medium fornacem jactate. Sancti vero Martyres, frontes signati in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ingressi caminum, gratias Deo agere sic cœperunt : Gratias tibi

in fornacem conjecti,

a Offeruntur Præsidi :

ministris ambustis servantur illæsi:

A tibi agimus, Domine, pro hac passione, pro qua tam nobilem te conferre nobis partum promissionis, expectamus : eripe nos de hac flamma, qui adfuisti tribus pueris simili pœna damnatis. Quos cum Præses Aurelius aspiceret, militibus suis ait : Festino propere accedere, ut audiam quæ loquuntur. Satellites vero, quos secum adduxerat, sic turbitudine involvuntur incendii, ut interfectis plurimis vix semiusti aliqui vel saucii tollerentur : et cum statim fugissent omnes, frigidior gelu facta est cellula illa fornacis. Iterum sancti Martyres, levantes oculos suos ad cœlum, dixerunt : Gratias tibi, Domine, agimus, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, et Deus duodecim Prophetarum, et Deus duodecim Patriarcharum ; qui sedes super Cherubim, quia non derelinquis animas nostras, nec peccatis nostris vinceris, sed misericordiæ tuæ consuetam gloriam reddidisti.

et fustibus cæsi psallunt, Psal. 117, 6

5 Tunc iratus Præses jussit eos fustibus cædi : et cum cæderentur sancti Martyres, psallebant dicentes : Dominus nobis adjutor noster est, ut dixit Scriptura, non timebimus quid faciat nobis homo. Aurelius Præses dixit : Vos ipsos cruciatis miseri per magicas artes. Credite mihi, sacrificate diis : nam non effugietis manus meas. S. Alexander dixit : Manus quidem tuas fugiemus, vel etiam mortui ; manus autem Domini tu nec vivus nec mortuus fugere poteris. Tunc Præses jussit [omnes] in carcerem recipi ; et altera die sedens pro tribunali jussit Sanctos sibi præsentari. Et intuens S. Amandum Episcopum, dixit ei : Amande, sacrifica diis, ne pereas. At ille respondit : Ego non sacrifico dæmonis, sed festino particeps esse sanctorum Martyrum. Audiens autem Præses jussit eum decollari.

S. Amandus decollatur:

Quod cum ita factum fuisset, jussit adstare sibi Lucium, Alexandrum, et Audaldum, et dixit eis : Cum sitis nobilissimis natalibus orti, quomodo vos, per nescio quam vanam sectam Christianorum infelicium, degeneres exhibuistis? insuper in Deos omnipotentes multa mala procaciter audio vos fuisse locutos. Sancti Martyres dixerunt : Audi Præses, si dii sunt, constat eos liberi esse arbitrii. Aurelius Præses dixit, Quomodo? Sancti respondentes dixerunt Præsidi ; Ideo diximus, quod constat eos liberi esse arbitrii ; quia si vere, ut dicitis, dii sunt, et aliqua divinitate utuntur, liberum habent arbitrium, et libere quod volunt agere possunt : si hoc autem possunt, et nostro famulatu uti volunt ; non hoc vestra relinquentes in potestate, ipsi nobis hoc imperent, ut a nobis colantur, ipsi se de non colentibus vindicent, ipsi se sua majestate defendant, o Præses ! Pudeat te de his sperare auxilium, qui sibi auxiliari non possunt. Si dii sunt, surgant, ambulent, sedeant, fabulentur : si ad hæc inutiles sunt sibi, quomodo et aliis proderunt? Recedendum est ergo ab aliis, et Christo Domino uni et vivo, vero ac summo Deo, jugiter venerando et obsecrando, adhærendum : post ista et alia multa et similia a sanctis Martyribus dicta, Aurelius Præses dixit : O infantuli, cor vestrum præcipitat vos ad mortem. S. Lucius respondit : Non ad mortem, sed ad vitam et ad gloriam sempiternam, cordium nostrorum credulitas nos adducet : scriptum est enim, Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Aurelius Præses dixit : Ego tibi persuadeo, ut morte crudeliter non moriaris : quia, quod satis nosse est, ætas tua plus minus est quam viginti annorum.

alii Præsidem convincunt: C

Rom. 10, 10

S. Lucius post liberam confessionem Matt. 10, 28

6 Lucius dixit : Noli frustra plaudere, Aureli Præses, quia nec minas tuas nec tormenta, sed nec etiam ipsam mortem pertimescimus, consolationem habentes Domini nostri Jesu Christi dicentis ; Nolite timere eos, qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere : timete autem eum, qui corpus et animam potest mittere in gehennam. Propter quod audi ex me puero, non amplius quam decem et novem annorum sum, scientia autem et sensu non minimo : Nam Dominus noster Jesus Christus talem intelligentiam donare dignatur in nobis, ut omnem, sicut præfati sumus, terrorem Principum non timeamus. Igitur deos tuos, quod hortaris ut colamus, dæmones esse manifestum est : qui in figuris vel imaginibus hominum mortuorum adorantur, illorum scilicet, qui parentibus etiam suis non pepercerunt. Qua ergo fronte prompta studiorum appellatione commemoras, quos flagitiosissimos in scelere auctores vestri commemorant? Hoc litteræ vestræ testantur. Hoc audiens Aurelius Præses, indignatione commotus in istum, ac perterritus pudore, vultum valde permutavit : valde enim confusus erat, quod fuisset communi ratione a pueris superatus, et jussit duci S. Lucium in via montana, et ibi capitalem subire sententiam. Post hæc Aurelius Præses adstare fecit ante Tribunal suum sanctos Dei Martyres, Alexandrum et Audaldum, dixitque eis : Immolate diis. At illi responderunt : Deum Patrem omnipotentem ipsum credimus, ipsum colimus, ipsum timemus, et filium ejus Dominum nostrum Jesum Christum : idola autem falsa non adorabimus. Tum Præses, ira commotus, jussit eos tamdiu plumbatis cædi, donec deficerent.

D *ex his capite plectitur.*

SS. Alexander et Audaldus plumbatis occiduntur,

b

sepeliuntur,

E

miraculis clari,

7 Eodem die accurrerunt Christiani b..... Eustochius et Sothicus, Zacheus et Germanus, et alii quamplures Fratres ; et tulerunt corpora Sanctorum Martyrum, et vestitos eos absconse, miserunt in locellum ; et adduxerunt per noctem ad muros civitatis, in locum qui est secus prædium Adamanti viri fidelissimi, et ibi eos sepelierunt : in quo loco nunc fiunt sanitates magnæ meritis sanctorum Martyrum, dæmones purgantur, febricitantes sanantur similiter et alii plures languores, per Dominum nostrum Jesum Christum. Hæc ergo c..... ideo conscripsimus, ut in omni populo Dei legatur Confessio beatissimorum Martyrum, ut Fratres multi credant et crescant in fide, et infideles et dubios circa verbum hortentur ; credentes in Dominum Jesum Christum. Hæc facta sunt in Nividuno VIII Idus Junii, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. d Translata sunt autem corpora beatorum Martyrum, Alexandri, Amandi Episcopi, Lucii et Audaldi ab Irenæo sanctissimo viro et Episcopo, in Ecclesia S. Tertullini Episcopi et Martyris VII Idus Septembris. e

c

et transferuntur.

d

F

e

ANNOTATA D. P.

a Audaldi *nomen, non sapit summam antiquitatem, et nonnullam suspicionem ingerit de ætate horum Martyrum, ne forte minor sit quam præsumere initio placuit; ideo tantum, ut eorum translator Irenæus posset concipi fuisse aliquis Narbonensis Episcopus, ex antiquioribus oblivione sepultis.*

b *Nihil certi mihi significare possunt, quas in apographo nostro reperio, et notatis punctis sustuli, litteræ* Criautrices : *nec enim videntur supponi pro alicujus viri nomine proprio, sed potius esse epithetum ad* τὸ Christiani, *sumptum a nomine oppidi seu civitatis vicinæ loco cædis : eoque magis doleo non potuisse ipsum melius legi.*

c *Hic deesse aliquid, quod omnino legere non potuerit librarius noster, indicat relictum spatium vacuum.*

d *Hactenus fortassis antiqua Martyrum Noviduneusium Acta, quæ suis Patronis aptaverint Monachi Caunenses, paucis hinc inde mutatis et additis.*

e *Hunc diem velim credere, ex certiori notitia et vigente etiamnum ejus observantia positum. Translatoris autem nomen suspectum habeo, ne temere ac mutuo acceptum a Lugdunensi ejus nominis sancto Episcopo sit.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS,

LUCIO ET AMANTIO

CORNELII IN AGRO PARMENSI

G. H.

De eorum inventione et cultu.

VI JUNII.

Cultus sacer apud Cornelienses,

Cornelium *castrum cum oppidulo, intra Apennini montis radices, apud Parmæ fluminis ortum, ab ipsa urbe Parmensi* XXV m. p. *distans, celebrat hoc die festum* SS. Lucii et Amantii Martyrum, *uti ex Tabulis Ecclesiæ Parmensis, et ejus Sanctuario deducunt Ranucius Picus in Theatro Sanctorum et Beatorum urbis et diœcesis Parmensis; et Philippus Ferrarius, qui in Catalogo generali ista habet :* Cornilii, in Parmensi diœcesi, Sanctorum Martyrum Lucii et Amantii, *et observat in Notis hunc diem esse* Inventionis corporum, non natalis, qui ignoratur; *si tamen vel saltem* inventionis *est,* B *et non ea solum causa assumptus, quia hujus nominis Martyres (Niveduni, ut jam vidimus, passos) Martyrologia celebrant hodie. Idem Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ edidit, elogium ex Sanctuario Parmensi desumptum, quod est hujusmodi.*

miraculo motos, ad ecclesiam ibi fundandam,

2 Lucius et Amantius Martyres, quo tempore passi fuerint, incompertum est. Corpora tamen ipsorum Cornelii, oppido agri Parmensis apud Parmam flumen, reperta sunt. Cum enim Cornelienses de loco ædificandæ ecclesiæ dissiderent, tandem iis visum est, ut ibi ædificaretur, ubi duo juvenci indomiti simul juncti substitissent. Substitere autem in proximo monte, ubi corpora Sanctorum latebant. Sed et volucres certatim eo advolantes, quasi ibi effodiendum indicabant. Ubi itaque effodi cœptum est, loculus cum inscriptione latentium corporum reperitur. Quæ sacra æde illis exædificata, decentiore loco recondita fuere. Sancti vero Martyres, cum miraculis in dies magis clarescerent, in Patronos a Corneliensibus accepti, in maximo honore sexta Junii, qua die ipsorum inventa sunt corpora, haberi cœperunt. *Hæc Ferrarius, sed in textu, pro* sexta Junii, *ad quam ubique retulit, ex aliquo memoriæ lapsu scripserat* Nonis Junii.

ubi corpora erant inventuri.

3 *In Annotatione additur, quod* Martyrio coronati apud oppidum memoratum, ex antiqua Corneliensium traditione putantur. Locus enim, in quo Sancti Martyres flumen trajecere, adhuc indicatur. *Ranucius Picus similem Inventionis historiam texuit, montem asserens* Cocarellum *dictum, et* populos Terrazzanos. *Alii e* Cornelio *aiunt* agrum Pontremolensem adiri per Cossam silvam. *Dubium movet Picus, num hi censeri possint* Amantius et Lucius Martyres Niveduni *cum aliis Sociis, quorum hodie memoria celebratur : sed non audet asserere, quod plurimi Martyres istorum nominum reperiantur. Sed jam dixi, quid mihi de hoc videatur, experientia docto, quam multis ex sola nominis identitate definitus fuerit cultus dies, absque alio respectu. Bonaventura Angelus, lib.* 8 *Historiæ Parmensis pag.* 759, *eadem de Inventione sacrorum corporum narrat, addens,* castrum Cornelium, asservatione corporum SS. Lucii et Amantii Martyrum illustrius redditum, ibidemque sanitates conferri ægris, et lumen cæcis. Cum vero aliqua femina solenne illorum festum non observaret, et solitum sibi opificium sumpsisset; manus ejus quadam paralysi arefacta fuit *: ob quam infirmitatem* recurrit ad altare Sanctis dicatum; erroremque suum confessa, a malo liberata fuit.

E *An possent censeri Martyres Nivedunenses?*

Miraculis clarent.

DE SANCTIS ITALO, ZOTICO

C

CAMARO SEU CAMASO, PHILIPPO, ATTALO

MARTYRIBUS IN AFRICA

F

C. J.

Notitia ex Hieronymiano aliisque vetustis Martyrologiis.

Numerus varie scriptus,

Altera *hæc est turma Martyrum, quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis inscripta, his verbis :* In Africa Italii, *sive* Itali ; Zotici; Camari, *seu* Camasi : Philippi, Attali. *MS. Reginæ Sueciæ, ab Holstenio editum ;* In Africa natale SS. Zotici, Philippi, Camasi, cum aliis duobus, *scilicet* Italico, Zotico. Natalis *autem solorum* SS. Itali et Zotici in Africa *celebratur in MSS. tam Casinensi, quam Romanis duobus, Ducis Altempsii scilicet et Cardinalis Barberini : sed in hoc scribitur* Tali *pro* Attali. *Palæstra vero certaminis omissa nominantur iidem tres in MS. Pragensi, uti et memoria* Itali *sive* Italii, et Philippi *in MSS. Richenoviensi, Rhinoviensi, Gellonensi, Augustano, et quodam Sangallensi ac Parisiensi. Solius denique* Itali, *nomen apud Grevenum in Auctario Usuardi reperitur.*

An Philippus Episcopus.

2 *Huc videtur referenda* passio S. Philippi in Alexandria, *prout legitur in MS. Tornacensi, pro quo* passio Philippi, Alexandrini Episcopi, *scribitur in MS. Lætiensi. Sed videtur titulus Episcopi huc translatus* a S. Claudio Episcopo, *qui sequebatur in Tornacensi, et omissus est in Lætiensi. Si tamen alii* ad Philippum Diaconum, *de quo supra egimus, referre id malint, per nos licebit.*

DE

G. H.

DE SANCTIS VIGINTI

MARTYRIBUS TARSI IN CILICIA

Notitia ex Martyrologiis, et Actis S. Bonifacii Mart.

ANNO CCXC.

Memoria in fastis.

Celebris *est horum Martyrum memoria ad hunc* VI *Junii in Fastis Ecclesiasticis: de quibus apud Usuardum ista leguntur*: Apud Tarsum Ciliciæ, Sanctorum Martyrum viginti temporibus Diocletiani et Maximiani, qui per diversa supplicia glorificaverunt Deum in corporibus suis. *Interponit Ado*, sub Judice Simplicio; *id quod sequitur supposititius Beda, sed ad diem* VIII *Junii. Addit Notkerus*, ut supra in passione B. Bonifacii dictum est. *Similia leguntur in pluribus MSS. et apud Bellinum, Grevenum, Maurolycum, Galesinium, aliosque cum hodierno Martyrologio Romano. Acta martyrii S. Bonifacii varia nacti sumus, eaque illustravimus ad diem* XIV *Maji, in quibus præcipua primo loco sunt ex* B *MSS. Latinis prolata: ubi sub ipsum initium dicitur* ab Imperatoribus, cum divis apicibus suis, missus Judex atrocissimus mente, et astutus nimis, Simplicius nomine, in partes Orientis in Tarsum civitatem quæ est metropolis Ciliciæ provinciæ. *Dein num.* 5, Cum S. Bonifacius iret ad stadium, ubi sancti Martyres erant certantes, vidit eos inter tormenta positos; et quemdam eorum, suspensum capite deorsum et ignem subtus eum stratum; alium, extensum in quatuor ligna, et diutissime mactatum; alium, ungulis laceratum; alium, manus habentem abscissus; alium, stipite in collo infixum, et exaltatum in terram; alium, inclinatum ex adverso, id est, retro manus et pedes habentem, et sic fustibus a ministris cæsum.... Erant enim omnes viri numero viginti. *Hæc ibi. Quæ inde, sed nonnihil contracta, leguntur apud Adonem et Notkerum, ad diem quintum Junii.*

Martyrium sub Judice Simplicio,

relatum ex Actis S. Bonifacii Latinis,

et Græcis Sim. Metaphrastis,

2 *Metaphrastes, in Actis martyrii ejusdem S. Bonifacii, aliquanto latius eadem exponit.* Vidit autem Sanctos variis affici tormentis: et unum quidem omnibus crimen objici, nempe pietatem ac veram religionem; non eosdem vero subire cruciatus, sed tam multos, ut nemo fere eodem damnaretur supplicio, etsi spiritu essent conjuncti, et ore nihilominus eadem loquerentur. C Nam alius quidem pendebat capite, subter vero ignis erat substratus; alius autem erat extensus quatuor lignis; alius serra secabatur, alius discerpentium manibus comminuebatur: et illius quidem oculi effodiebantur, hujus autem manus amputabantur: et huic quidem per collum palus transactus, terræ erat affixus; illi vero manus pene circumagebantur, pedes autem contra improbe refringebantur, et utrisque sic vinctis similiter ossa conterebantur. Alium (o magnam impiorum insaniam!) licebat videre mutilatum manibus et pedibus, et humi instar globi devolutum. Sed etsi hæc paterentur viri generosi et fortes tamquam non subirent aliquid violentum et molestum, sed perinde acsi eorum renovarentur corpora, et sustinerent quamdam in melius mutationem, sicut erat revera, lætabantur, virtute divina eis auxilium ferente, et confirmante ad certamen. Non poterat enim aliter fieri, ut humana hæc pateretur natura, idque cum gaudio; nisi superna eos manus tangeret.... Martyres erant omnes viginti. *Iterum num.* 8, *cum* S. Bonifacius *torqueretur calamis acutis sub ungulis manuum, et plumbo liquato in os effuso*; clamavit ad sanctos Martyres, dicens: Obsecro vos servi Christi, orate pro me famulo vestro. Sancti, autem Martyres, quasi ex uno ore, dixerunt: Dominus noster Jesus Christus ipse mittat Angelum suum, et eripiat te de profanissimo isto Judice, et perficiat cursum tuum velociter, et adscribat nomen tuum cum primogenitis. Amen.

3 *Baronius, in Notis ad hos Martyres viginti, ista subjungit:* Cum autem ibi corpora Martyrum distraherentur pretio, eadem prædictorum viginti Martyrum corpora coempta, translata sunt in Africam.... Erat Hippone-regio celebris memoria horum Martyrum, ibique editum est præclarum illud miraculum, descriptum a S. Augustino, *de civitate libro* 22 *cap.* 8. Erat quidem senex Florentius E Hipponensis noster, homo religiosus et pauper, qui sartoris se arte pascebat: casulam perdiderat, et unde sibi emeret non habebat. Ad viginti Martyres, quorum memoria apud nos est celeberrima, clara voce ut vestiretur oravit. Audierunt eum adolescentes, qui forte aderant irrisores; eumque discedentem exagitantes prosequebantur, quasi a Martyribus quinquagenos pholles, unde vestimentum emeret, petivisset. At ille tacitus ambulans, ejectum grandem piscem palpitantem vidit in littore, illumque illis faventibus atque juvantibus apprehendit, et cuidam coquo, Carchoso nomine, bene Christiano, ad coquinam conditoriam, indicans quid gestum sit, trecentis phollibus vendidit; lanam comparare inde disponens, ut uxor ejus quomodo posset, ei quo indueretur efficeret. Sed coquus conscidens piscem, annulum aureum in ventriculo ejus invenit; moxque miseratione flexus et religione perterritus, homini eum reddidit, dicens: Ecce quomodo viginti Martyres te vestierunt. *Hæc S. Augustinus, et ex eo Petrus de Natalibus lib.* 5 *cap.* 93, *ubi illud applicat etiam hisce viginti Martyribus Tarsensibus: eumque secuti Maurolycus, Galesinius et alii.*

Memoria Hippone,

cum insigni miraculo,

4 *Verum inter innumeros Martyres Afros, forsan fuerunt viginti, quorum potuerit ibidem celebris fuisse memoria. Sane antiquissimum Carthaginensis Ecclesiæ Kalendarium, quod Tom.* 3 *Analectorum Mabilio edidit, variis anni diebus notis notat Passionem seu memoriam* Sanctorum Timidensium, Scilitanorum, Maxulitanorum, Tuburbitanorum, Volitanorum, Vagensium, Capitanorum, Eronensium, Rubrensium, Tertullensium, Ficariensium, Cartenensium, *ac denique* Petrensium, *nullo expresso numero, et omissis haud dubie infinitis aliis quorum non habebatur tam specialis memoria Carthagine. Nos autem ex variis Latinis Martyrologiis, cum hodierno Romano ad* XXIII *Martii, proposuimus* In Africa natale S. Fidelis et aliorum viginti, *quorum in prædicto Carthaginensi Kalendario non potuit haberi ratio, utpote a* XIII Kal. Maji *usque ad* XIV Kal. Martii *nullos Sanctos nominanti; scriptum nempe erat pro eorum annorum aliquo, quo circa medium Aprilem celebrandum Pascha, totum Martium et bonam partem Februarii Quadragesimali observantia fecerat occupari, nullos interea Sanctos recolentibus Afris, quod etiam Mediolanensis Ecclesia hodiedum tenet.*

D. P.

sed verisimiliter Afrorum. F

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMANIS

ARTEMIO ET CANDIDA CONJUGIBUS

AC PAULINA VIRGINE, ILLORUM FILIA

G. H. G. H.

COMMENTARIUS HISTORICUS

§. I. De eorum passione et Reliquiis in Italia.

SUB DIOCLET.

De his agitur 2 Junii in Pass. SS. Marcellini et Petri.

Illustres hi Martyres Romani, a SS. Marcellino et Petro ad Christi fidem adducti, videntur cum illis die secundo Junii martyrio coronati, licet peculiarem cultum obtineant hoc VI *Junii. Acta conversionis et passionis plenius continentur in Actis prædictorum Martyrum: ex quibus sumpta compendia varia ad hunc* VI *Junii habentur excusa. Nos ineditum unum damus, ex pervetusto MS. Ultrajectino Ecclesiæ S. Salvatoris, quod est hujusmodi.*

B

Compendium ex Cod. MS.

2 Beatus Artemius cum esset custos carceris, et clausum teneret Beatum Petrum Exorcistam in custodia, essetque ei filia unica a dæmonio vexata, nomine Paulina: B. Petri precibus mox ut sanata est, Christo pariter cum uxore Candida et eadem filia credens, a B. Marcellino Presbytero baptizatus est, omnisque domus ejus, et multi alii cum eo: ita ut, absque mulieribus, virorum fieret trecentorum numerus. Hæcque Judex Serenus audiens, B. Artemium, idolis sacrificare nolentem, cum uxore sua et filia jussit immenso pondere lapidum obrui. Cum autem ducerentur ad locum passionis, in eodem loco occurrerunt carnificibus tot Christiani, quod perterriti fugerunt: sed currentes post eos juniores de populo Dei, tenuerunt eos et custodierunt: quousque S. Marcellinus in crypta, in qua puniendi erant Sancti, Missam celebrasset. Post quæ eis dixit S. Marcellinus, Ecce in potestate nostra fuit, ut læderemus vos, et tolleremus a vobis Artemium cum uxore et filia; quod non fecimus. Quid vos ad hæc? At illi trementes in Dei homines, Artemium gladio percusserunt; Sanctam vero Candidam uxorem suam, et Paulinam filiam et virginem, per præcipitium cryptæ præcipitantes lapidibus obruerunt.

C

Memoria 6 Junii.

3 *Hæc ex dicto MS. Quæ, paucis sub finem omissis, fere eadem continentur in Martyrologiis Adonis et Notkeri. Apud Usuardum ista leguntur:* Romæ Sanctorum Artemii, cum uxore sua Candida et filia Paulina: qui Artemius gladio percussus, uxor vero ejus et filia lapidibus sunt obrutæ. *In hodierno Martyrologio Romano hæc ita auctius exponuntur:* Romæ Sancti Artemii, cum uxore sua Candida et filia Paulina: qui Artemius ad prædicationem et miracula S. Petri Exorcistæ in Christum credens, et cum omni domo sua a S. Marcellino Presbytero baptizatus, jussu Sereni Judicis plumbatis cæsus, et gladio percussus est. Uxor vero ejus et filia in cryptam impulsæ, lapidibus ruderibusque sunt obrutæ. *Similia leguntur in aliis Martyrologiis manu exaratis et typo cusis, quorum non lubet Catalogum texere. In Notis explicat Baronius, quid sit plumbatis cædi.* Erat id, *inquit*, genus tormentorum, quasi flagellum ex funiculis, in quorum summitatibus glandes plumbeæ erant impactæ: his terga ac collum damnati hominis verberabantur. *Declarat deinde earumdem plumbatorum usum, ex Prudentio, Codice Theodosiano, Ambrosio, Ammiano, et Horatio: quæ ibidem legi possunt. Porro Commemoratio* S. Artemii *præscribitur in Breviario Turonensi anni* MDCXXXVI.

An corpora sint Romæ

4 *Controvertitur circa eorum Reliquias, quibus potissimum locis asserventur. Baronius, in citatis Notis,* Corpora *inquit,* Artemii et Paulinæ translata reperiuntur a Sergio Juniore, in titulum Equitii, ut vetus illic posita testatur inscriptio, in marmore incisa. *Est illa ecclesia dicata SS. Silvestro et Martino in Montibus: quam suo Commentario illustravit Antonius Philippinus Prior Conventus Carmelitani dictæ Ecclesiæ, et pag. 77 edidit citatam a Baronio inscriptionem, quam viri eruditi censent vix esse ducentis annis antiquiorem: ostendentque aliquando, ipsam sumptam esse ex Anastasio bibliothecario in Vita Sergii secundi Pontificis, qui sedit ab anno* DCCCXLVII, *et dictam basilicam restauravit, atque plurima Sanctorum corpora ibi eam collocavit; ubi enumeratis quatuordecim aliis subditur:* pariter Artemio, Nicandro, Crecentiano Martyribus, cum quibus Beata Sotere utque Paulina, nec non Memmia, Juliana et Quirilla, Theopiste, Sophia, Virginibus atque Martyribus. *Sed unde scimus ibidem agi de* Artemio Custode Carceris *et* Paulina filia? *cum plurimi istorum nominum potuerint esse Martyres. Inter priores quatuordecim est* Asterius Martyr, cum sacratissima filia ejus *Quidni et hic conjuncti fuissent* Artemius et Paulina filia; *si eos Sergius atque Anastasius credidissent eosdem illos esse. Carolus Bartholomæus Piazza in Sanctuario Romano* VI Junii, *inquit,* S. Artemius Martyr: cujus festum in S. Martino in Montibus, ubi pars ejus corporis simul cum SS. Paulina filia et Candida uxore ejus, cum ipso martyrio coronatis. *Sed Candidæ, nulla fit mentio in dicta inscriptione.* Partem *autem corporis dixit ille, quia addit etiam* festum esse in S. Pancratio, *ubi magna* pars corporum istorum adservatur. *Octavius Pancirolius, in Thesauro abscondito Urbis, regione* 8 *ecclesia* 6, *asserit in* ecclesia S. Pancratii requiescere corpora SS. Artemii Candidæ uxoris ejus, et Paulinæ illorum filiæ. *Affirmat præterea* aliquas S. Paulinæ Reliquias esse in ecclesiis sancti Spiritus in Saxia, Quatuor coronatorum, et S. Cæciliæ in Transtiberina regione. *Sed quod omnes sint ejusdem sanctæ Virginis et quidem* filiæ S. Artemii, *difficulter probabitur.*

ad S. Martinum in Montibus, E

F *vel in ecclesia S. Pancratii.*

5 *Est notissima Placentia urbs Italiæ Episcopalis, pro qua urbe et diœcesi habemus Officia propria, a sacra Congregatione Rituum die* XXIII *Martii anno* MDCII *approbata, ac postea sæpius recusa: in quibus ad hunc* VI *Junii præscribitur Officium* sub ritu duplici de SS. Artemio, Candida et Paulina Martyribus, quorum corpora in Cathedrali Ecclesia quiescunt. *Lectiones duæ secundi Nocturni sumuntur ex Actis Martyrii, et sub finem ista recitantur:* Quorum corpora via Aurelia, ubi una cum SS. Marcellino et Petro martyrium pertulerunt, a Christianis religiose condita, postea Placentiam delata, in æde Cathedrali pie conservantur. *Petrus Maria Campi, parte* I *Historiæ Ecclesiasticæ Placentinæ lib.* 12, *ad an* MCXX *proponit*

A *ponit translationem horum Martyrum ; et, citatis MSS. Annalibus Placentinis Pauli Leonis asserit ea corpora intercessione Guidonis Cardinalis, a Summo Pontifice Paschale II, aut hujus successore Gelasio II impetrata, atque magna cum solennitate ab Aldo Episcopo Placentino intra altare S. Justinæ deposita, cum hac inscriptione* † HIC REQVIESCVNT CORPORA SANCTOR. MARTYR. ARTHEMII, CANDIDE, ET PAVLINE, RECVNDITA MCXX. *Quæ possessionem sane antiquam indicant ; et, quia conjunctim sepulta corpora, conjunctim quoque inventa translataque fuisse verosimilius est ; et neque Romæ, nedum alibi locis infra dicendis, illa sic conjuncta habentur ; præsumptionem in favorem Placentinorum justiorem firmant. Quin et præsumi posset etiam Reliquias, quæ Bononiæ apud Servitas monstrantur, si ex uno eodemque loco sunt, Placentia fuisse allatas.*

Variæ Reliquiæ Bononiæ.

6 *Masinius quoque in Bononia perlustrata, scribit ad hunc* VI *Junii,* coli in ecclesia S. Mariæ Servitarum S. Artemium maritum, Candidam uxorem, et Paulinam filiam ; ibique asservari brachium S. Artemii, partem cranii S. Candidæ, et digitum S. Paulinæ. *Prætere* S. Candidæ Martyris Costam asservari apud Sanctimoniales nominum Jesu et Mariæ, in via vulgo Galliera dicta. *Item* S. Candidæ Mar- B tyris aliquas Reliquias esse in Ecclesia S. Gabrielis di Ravegnana, et in ecclesia Sanctorum omnium. *Sed quod ea sit uxor S. Artemii unde probabimus?*

Item corpus alicujus S. Paulinæ

Denique sacrum aliquod corpus S. Paulinæ, Virginis et Martyris, asservatur in ecclesia S. Francisci, quod a Gregorio XV dono acceptum anno MDCXXII. *Et hæc* Paulina *colitur etiam hoc* VI *Junii, sicque datur occasio quælibet confundendi. Similiter tunc eadem Sancta Pragæ colitur, ob partem Capitis allatam Metropolitanæ ecclesiæ, anno* MCCLXX, *uti scribit in illius Ecclesiæ Phosphoro ejus Decanus Pezzina.*

§. II. Corpora et Reliquiæ alicujus S. Paulinæ, cum priori confusæ, in Hispania et Moravia.

Aliud in Hispania

Egimus XXIX *Januarii de B. Redicunde seu Wendigunde, Virgine Ordinis Præmonstratensis in Hispania in monasterio S. Michaelis de Trevinno in diœcesi Burgensi : ubi num.* 2 *ista adjunximus.* Asservatur hic S. Paulinæ Virginis et Martyris corpus, ex Italia cum aliis Divorum lipsanis allatum ab Antonio de Padilla e Societate Jesu, et religiosissimis his Patribus anno MDCXII, XXIII Aprilis donatum. De ea C agemus VI Junii ; *scilicet examinaturi an posset dici* Paulina filia Artemii : *nunc placere arbitramur corpus alterius* Paulinæ *censendum. Interim Tamayus Salazar in Martyrologio Hispanico arripuit occasionem celebrandi memoriam* S. Paulinæ Virginis et Martyris, *adservatæ in cœnobio S. Michaelis de Trevinno; et adducto testimonio P. Joannis Bollandi addit,* liquere Translationem hujusmodi veriorem, propter recentem Auctoris speculationem : *tum* Acta *ejus conficit,* quæ *inquit* ex illis SS. Marcellini et Petri Martyrum ab Eginharto descriptis excerpsimus. *Sunt illa Acta antiquiora : historia autem Translationis solum ab Eginhardo composita est. His non obstantibus, ut inde scriptum,* notabilis est devotio totius illius territorii erga Sanctam ; et complura, eaque præclara fiunt miracula et mirabilia, quæ Majestas divina in iis operatur, qui Sanctæ sese commendantes, ejus sanctum altare et Reliquias visitant. Quare etiam Pater F. Franciscus de Salinas, qui modo dicti cœnobii Abbatem agit, cognita hac populi erga Sanctam veneratione, pro majori gloriæ ejus incremento, collocavit corpus et Reliquias S. Paulinæ in pretiosa quadam imagine ejus, ad vivum efformata. *Hæc in rescripto : quibus addo, etiam inter Reliquias Domus*

miraculis clarum,

Professæ nostræ Ulissippone, in Prætermissis enumeratas XXV *Januarii, haberi aliquas alicujus* S. Paulinæ. D

AUCTORE G. H.

Aliud Olomutii in Moravia,

8 *Ludovicus Crasius, e nostra Flandro-Belgica Provincia missus in Bohemicam, in quadam epistola ad Joannem Bollandum, Olomutio* XVII *Decembris anno* MDCXXXIV *ista scribit* : Mitto Rev. V. Vitam SS. Cyrilli et Methodii, *ex MS. Breviario Olomucensi, editam ad diem* IX *Martii.* Nullus hic alius in Moravia celebris, qui non alibi sit celebrior, si unam S. Paulinam Virginem et Martyrem excipiam, cujus corpus Roma missum habemus in templo nostro. Porro de hac Virgine hoc unum scribendum occurrit, quod urbem hanc a præsenti contagionis periculo liberarit jam tertio. Cum enim domos aliquot lues invasisset, rogante Magistratu supplicatio publica, ex templo nostro per urbem instituta fuit, et circumlatæ Reliquiæ S. Paulinæ : quibus non sine pompa et publico apparatu peractis mox extincta est lues omnis, neque ullus nec illa ab eo tempore auditus est hic rumusculus. *Idem Crasius Kalendis Julii anno* MDCXXXV *ista scribit :* Celebramus festum S. Paulinæ die sexta Junii, quo die fit aliqua ejus mentio in Martyrologio Romano, et in Vita S. Marcellini Presbyteri apud Surium. Hoc anno, propter solennitatem Corporis Christi, distulimus festum ejus E usque ad XIX Junii ; quo die feriati sunt cives omnes, et Magistratus ad templum nostrum instituit processionem publicam. Procedebant puellæ totius urbis in classes certas divisæ, et variæ ornatæ : occurrerunt illis quatuor scholæ nostræ inferiores, cum vario apparatu et pompa digna omnium admiratione. Pegmata varia, ut montes, throni, horti, aræ, naves, et alia hujusmodi circumferebantur *etc.*

futuræ patronæ contra pestem,

magna solennitate honoratum :

D. P.

9 *Georgius Crugerius item noster, insigne opus* Sacrorum (*ut appellat*) pulverum Bohemiæ, Moraviæ atque Silesiæ *plurium annorum studio collegerat ; quod prælo dare Litomislii cœpit anno* 1669, *quodque per menses distinctum et Pragæ continuatum, habemus usque ad Novembrem, qui solus cum Decembri imprimendus forte et componendus restabat, cum vir laboriosissimus et religiosissimus, an.* 1671 *paralysi correptus,* IX *Martii pientissime obiit. Hic ad* VI Junii, *ita scribit:* Festum S. Paulinæ Virginis et Martyris Romanæ : cujus corpus beneficio Gregorii Papæ XV delatum est ad Patres Societatis Jesu Olomucium anno Domini MDCXXIII, quo peste consumpta fuere septem millia hominum, A quo circumlatæ sunt Reliquiæ per civitatem, continuo pestilitas vim omnem amisit : et hæc potentia toties quoties simile malum invaluit, F apparuit palpabili miraculo. Uno tamen anno interrupit beneficentiam istam Paulina Sospitatrix : periere strati peste circiter decem ex eo numero hominum, qui solent maximopere accurare hujus S. Patronæ honorem. *Videtur proinde aliquam Confraternitatem, Olomucii ea causa institutam, indicare Auctor*) quia nempe subinde, cum ejus dies festus ageretur, nihil peculiare singulariter exhibuerunt, imo quædam hactenus adhibita prætextibus non multis omiserunt.

punitis qui aliquid de cultu remiserant :

10 Philippus Breiner, non ita pridem Viennensis Antistes, olim Joppensis Episcopus, adeoque Olomucensis Episcopi Eminentissimi Cardinalis Francisci Ditrichstenii Suffraganeus, quanti Virginis hujus sanctissimæ faceret beneficia, certa ac plane certissima, ostendit ; cum ejus Lipsana, cista ex ebeno confecta, et argento quin et auro locis accommodis interstincta (quam ego vidi et perlustravi) magnis impensis utique mirifice honoravit. Addidit et lampadem, iisdem metallis spectabilem, ut olei æterni (ita tum fama ferebat, nemine contradicente) splendore, Virgo prudentissima, ad misericordiam

elegans ei lipsanothec. confecta,

[illegible] cum lampade perpetua.

A cordiam fatalem, sive sub mortem suis Omolucensibus ferendam, maxime pestilentia grassante, pelliceretur ac impelleretur. Et servabit tenorem beneficii indulgendi imposterum; siquidem Olomucenses nonnihil de terra largiantur, qua honestum sacellum porrigatur, in quo sacræ Reliquiæ prostent amphori venerationi. *Hactenus Crugerius, cui duos ultimos qui desiderantur menses, cum necessarius ad omnes simul menses Indicibus, utinam adjiciat aliquis! Interim interrogatus nostri nunc Collegii ibidem Rector R. P. Emmanuel de Boqe, utrum ejusmodi, sacellum, quale is indicat designatum, jam confectum haberetur; non solum ad quæsitum respondit; sed supradicta omnia ab eo quæ retexens, quam potuit plenissime satisfecit hoc modo.*

Auctor Paulinæ invocandæ Archidiaconus,

11 Consequenter communico, quantam colligere potui notitiam, ex Archivo Collegii Olomucensis, de gratiis, quas divina bonitas operari dignata est, per Partheno-Martyrem D. Paulinam totius Populi et Procerum acclamatione electam in urbis hujus Regiæ ac Metropolis incluti Marchionatus Patronam. Res ita habet. Anno MDCXXIII, beneficio SS. D. N. Gregorii XV, allatum fuit Roma ad Collegium B Olomucense Corpus S. Paulinæ V. et M, tempore sane opportuno; quo videlicet contagio in urbe serpere cœpit. Thesaurus erat occultus, solumque amicis quibusdam indicatus. Cum igitur lues ingravesceret, Senatus solicitus, voto aliquo speciali totius Civitatis nomine Deum placare constituit. In qua deliberatione Reverendiss. D. Julius Cæsar Gimanus, ecclesiæ cathedralis Archidiaconus et Custos, hoc petentibus consilium suggessit, ut honorem singularem aliquem exhibeant S. Paulinæ V. M. cujus sacras Reliquias Roma recentissime allatas servari scire apud Patres Societatis. Placuit consilium, et mox ex senatus-consulto et gratioso Rectoris collegii consensu, edictum publice, ut ex collegio in templum sacræ Reliquiæ, qua maxima possent pompa, in venerationem deferantur; ibidem concioni et reliquis divinis Officiis intersit Senatus, cum accensis cereis processionem comitatus; omnes ac singuli, expiatis prius conscientiis, divinum Epulum accedant; et siquidem Deo visum fuerit misereri Civitatis, ex patrocinio S. Partheno-Martyris, ejusdem honori sacellum in templo Societatis ex voto erigatur.

processionem instituit,

12 His statutis, die Octobris octava (erat Dominica) Sacerdotes Collegii, qui a Confessionibus C populi excipiendis vacabant, in sacris vestibus, Clerus linteatus, in publicum processere (Reverendiss. Archidiacono totum negotium administrante) ad aream Collegii, in qua Oratorium, ex pretiosis aulæis constructum, sacrum pignus servabat: quo pro more adorato, et recitata a Reverendiss. Pontifice Collecta, in levatione sacrarum Reliquiarum præscripta, Sacerdotes quatuor sacrum corpus in humeros susceperunt sub umbraculo, quod Primores de Senatu gestabant, circumlucentibus undique facibus et luminaribus, et præcinente choro hymnum, cujus initium, Jesu corona Virginum. Toto vero Officii tempore, duodecim delecti ex omni civium numero, prægrandes cereos sustentabant ante ipsam aram Thaumaturgæ. Et protracta fuit solennitas per Octavam integram, quotidie ad Sacra solennia Consulibus præsentibus. Octava die peracta, pro qua etiam civium plerique spontaneum jejunium indixerant, statim notatum est contagionem remittere: sic ut pharmacopœus, homo a fide orthodoxa alienus, palam edixerit; se non habuisse tantum laboris in pharmacis apparandis, a quo apud Jesuitas supplicatio illa peracta fuisset.

sub qua levata civitas fuit:

13 Ab eo tempore, in aliis etiam morbis, præsentem S. Paulinæ opem eodem anno, contestata est, Uxor Consularis, cujus maritus ex gravi casu Caput eum in modum concusserat, ut nec satis articulatas amplius voces, nec satis cohærentes loqui posset; nihilque proficientibus Medicis bona Matrona S. Paulinæ patrocinium procuravit, hoc modo. Centum florenos distribuit in pauperes studiosos, qui suis temporibus ante aram Divæ preces funderent, et simul vastæ molis cereo accenso, statim impetravit, ut maritus utrumque posset, et sine impedimento linguæ et sensu integro, perfecte loqui. Eodem anno et die Sacerdos ex Societate, gemina febri sat longo tempore emaciatus, cum ex lampade S. Paulinæ bibisset; prima quidem die nihil febrile amplius passus est: bibit et altera, non minori animi sui devotione, et geminam febrim felicissime superavit. Jamque in consuetudinem abiit, ut quoties ex indigenis persona aliqua a febribus corripitur, ad hanc lampadem confluant, velut ad guttam jugiter manantem. Nec annus est, quod numerata sint sex millia septingenti, qui per decursum anni MDCXCII, ex hac lampade sanitatem biberunt: ex quibus laudandi singulariter quingenti et triginta, qui redeuntes Deo gloria dederunt et Sanctæ, beneficium contestati.

D *sanatur Consul contusus caput.*

pelluntur febres oleo lampadis

E *Viennensis Episcopus inter latrones servatur:*

14 Anno MDCXXXIX Philippus Fridericus Breuner. Capituli prædicti Decanus et Suffraganeus, et post intervallum Princeps et Episcopus Viennensis, Thecam novam Reliquiariam instar Mausolæi ex ligno pretioso, argento divite, et compluribus ejusdem pretii statuis ac crystallo mundissima relucentem, æstimatamque amplius nongentis florenis, in ornatum obtulit, suo tamen maximo proventu et commodo. Cum enim jam nominatus Episcopus Vienna rediret Olomucium, audacissimi hominum, sceleratus grassatorum manipulus, Principem invadit: rheda, qua vehebatur, a fronte et tergo repetitis sclopetorum ictibus impetitur, nemine læso: ex furentibus unus, dum manualem sclopum ipsi pectori Principi intentat, ab accurrente fideli famulo opportune cæsus, in terram sternitur, vita Principis salva. Vehebat insuper supellectilem et divitem et pretiosam, jamque in eam harpyiæ fœdos ungues injecerant, sed minimo damno. Præcipuam sospitatricem suam in tam gravi periculo, contestatus est fuisse S. Paulinam. Ut primum enim Olomucium advenit, gratias quas debuit, ante aram et sacras Reliquias humiliter prostratus, deposuit. Plura ejusdem generis beneficia recensentur eodem anno. Dum autem locus apparatur pro novo Sacello, templo Societatis adjungendo, quia forte salutati non fuerant quos præscire rem oportebat, fossas, quas fundamentis F ponendis operæ jam aperuerant, ex condicto vicini simul omnes per suos nocturno tempore iterum terra implent. Interim accidit ut ille ipse qui ad impediendum hunc sanctum laborem vicarius pro aliis contitutus fuerat, eodem anno, et ipso festo S. Paulinæ, fossæ illatus sit.

punitur fabricam disturbare ausus.

Instauratur an. 1634 supplicatio.

15 Præmittere oportebat observatione dignissimum eventum. Dum enim anno MDCXXXIV rursus infesta per Moraviam lues late grassaretur; civitatem quidem interiorem non attigit, in præurbium tamen, quod communi voce Urbem-voterem vocant, ubi et Cathedralis ecclesia et Canonicorum residentiæ sunt, latenter irrepserat: et quidem observatum fuit, quod illos præcipue vicos et fora, per quæ supplicatio illa solennis ante annos undecim non processerat. Hujus negligentiæ ne pœnam darent, Prælati nutu ad Rectorem Collegii preces suas convertunt; quibus supplicationem instaurari petunt, non inferiore pompa, et suis sumptibus. Et vero solennissimo prorsus ordine id egerunt, convocata tota nobilitate; quam in ornatu suo secuti Prælati, cum reliquis Canonicis et Vicariis, alta Voce invocantes

A vocantes patrocinium S. Paulinæ, consueta formula, S. Paulina ora pro nobis. Qua humili comprecatione sic expurgarunt aerem ab omni specie luis, ut simul et periculum et metus evanuerit. Contestati sunt beneficium appensa argentea et perpetuum arsura lampade. Et vera quoties deinceps misera patria flagello contagionis percussa fuit, præsens semper remedium habuit urbs Regia Olomucensis in patrocinio S. Paulinæ.

et pestis pellitur:

sanatur tabes ignota:

16 Anno MDCXXXVI persona quædam tabe, prorsus medicis incognita, non solum deffluebat fœdum in modum, sed insuper convulsione adeo vehementi agebatur, ut crederetur hospitium esse obsessoris dæmonis. Facto autem ad D. Paulinam voto, et degustata ex lampade ejusdem aqua frigida, sic conquievit, ut neque a tabe fluente, neque ab impetu convellente aliud deinceps passa sit. Cum vero sub finem anni MDCLXXIX et per insequentem LXXX, fere omnes Regni Bohemiæ, et adjunctarum Coronæ illi Provinciarum urbes et oppida, rursus miserabili strage a lue communi depopularentur: Olomucium velut ad asylum translatum Bruna Tribunal Regium cum potissima nobilitate, Sanctam Paulinam B præcipuo quidem cultu venerati sunt, sed speciali simul felicitate; mansit enim sub Virgineo patrocinio intacta omnino urbs ista, privilegio quo vix alia urbium gavisa est. Ideo etiam utroque anno instauratæ sunt supplicationes, cum augmento semper et solennitatis et devotionis.

civitas a vulgata peste servatur.

17 Tot jam beneficiis onerata Civitas, ut fidem suam aliqua ex parte exolveret, quingentos florenos Rectori Collegii obtulit ad censum, pro ampliore aliquando Sacello extruendo, locandos, Quod et factum. Interea tamen aliud sacellum ejusdem honori instructum, cum nova ara, et appensis circumquaque per omnia latera aulæis, sive cortinulis. Dies hujus Sanctæ, ex determinatione Reverendiss. ac Celsiss. Principis Episcopi Olomucensis solennissime celebratur Dominica quarta post Pentecosten. Primo mane deducitur ex prima urbis Parochiali ecclesia solennis supplicatio, comitante Magistratu cum Primoribus Populi, ad templum Societatis, densissimo semper comitatu, scholis inferioribus omnibus procedentibus. A meridie eadem die habetur Catechismus Generalis, et publicantur Indulgentiæ, quas S. Mem. Pontifex Gregorius XV Catechismo illi benignissime contulit. *Hactenus Epistola, data Olomucii XXI Novembris MDCXCIII.*

Festum Dominica 4 post Pentecostem.

C

§. III Alterius S. Artemii corpus Ipris in Flandria, alibi Reliquiæ.

Quemadmodum Olomucences nostri allatum ad se Roma alicujus S. Paulinæ *corpus sumpserunt hoc die venerandum, quo nomen istud reperiebant in Romano Martyrologio, nihil interim statuentes de filia* S. Artemii, *cujus solius proprius hic dies est; sic etiam nostri Iprenses in Flandria faciendum sibi censuerunt, cum de alio ejusdem nominis Martyre ex Romanis cryptis similiter accepto, dubitationem suam P. Bollando proposuissent per P. Carolum de Breuil, virum inter nos prudentia et eruditione clarum, hoc modo scribentem.* P. Marcus Vanden Tympel cum anno MDCXXIII Romæ ageret, varias Sanctorum Reliquias obtinuit, quas deinde in Belgium detulit, ac per varia Provinciæ Collegia distribuit. Iprensi dedit corpus S. Artemii Martyris, cujus celebratio per annos plures dilata fuit, ut majori solennitate in nova æde peragi posset. Id modo cum cogitemus, occurrunt aliqua in quibus lucem a R. V. nobis dari petimus. Quæritur igitur, quis sit ille S. Artemius? An ille cujus mentio fit in Martyrologio

Ipris in Flandria, est corpus alicujus S. Artemii:

Romano VI Junii? Favet in primis locus in quo D passus est: nam alius qui XX Octobris celebratur, Antiochiæ martyrium subiit. Præterea, capsula cui corpus inclusum est, Roma a P. Marco allata fuit, uti patet ex patentibus litteris Vicariatus Iprensis in hæc verba: R. P. M. Vanden Tempel... exhibens nobis cistulam quamdam longitudinis sesqui pedis et latitudinis unius palmi, in qua continebantur in primis anterior pars capitis, cum viginti quatuor partibus notabilibus... S. Artemii etc.: quæ omnia cistulæ nostræ conveniunt. Illi porro intus affixa est schedula pergamenea in hæc verba, S. Artemii sexta Junii. Probabile autem est inscriptionem hanc cum capsula Roma allatam, aut a P. Marco additam, qui Romæ præsens intellexerit quo die Martyr hic passus fuerit. Neque videtur hæc inscriptio ab aliquo temerarie apposita, cum capsula jam ab anno MDCXXVIII, quo Ipris fuit, in cubiculo Rectoris clausa asservata fuerit: nec etiam probabile est ab aliquo Rectore positam sine certis indiciis.

AUCTORE G. H.

de quo requisitus Bollandus, patrisne S. Paulinæ,

19 Hoc igitur supposito, quod inscriptio Romæ, aut hic a P. Marco ex Romanorum relatione addita sit, non male colligitur esse corpus S. Artemii, cujus meminit Martyrologium Romanum. Contra E vero quod Artemius noster non sit is de quo agitur hoc loco, sed forsan alius incognitus; facere videtur, quod dicat Baronius translatum fuisse illius corpus in titulum Equitii, ut vetus illic posita testatur inscriptio: de nostro vero asserit Fabricius Vallatus Notarius Romanus: illud anno MDCVI, cum aliis Sanctorum Reliquiis quos nominat, se vidente ac præsente ex cœmeteriis Urbis et ex eorum sepulchris extracta fuisse. Quæ verba clarius a P. Marco explicari videntur, dum ait in sua attestatione: Corpus S. Artemii Martyris, ex cœmeterio Priscillæ Via Salaria. Videtne R. V. modum, cœmeterium Priscillæ, et Titulum Equitii inter se combinandi? Commendo R. V. lucem in hac re nobis dare velit, ac judicium suum de ea perscribere. Quod si in hanc sententiam veniat, illud esse corpus S. Artemii de quo quærimus, curet nobis describi quidquid de illo habet: possemus enim, ad excitandam populi pietatem breve aliquod scriptum in lucem dare. Peto ad hæc ut quam fieri poterit citissime respondere velit. Si enim lucem accipiamus, ut credamus illum esse Artemium quem esse vellemus, celebrabimus eum illius festo proximo mense. *Respondit Bollandus, alterius videri: ejusque judicio putamus acquievisse Iprenses nostros, quippe quos non accepimus aliquid eorum evulgasse, quæ alias meditabantur. Quia tamen necdum nobis tunc inciderat suadere, quod postea simili in casu aliis suasimus, semper-* F *que deinceps suadebimus, ut anniversario ejusmodi Sanctorum cultui assumatur dies, quo nullius ejus nominis Sanctus Martyrologio Romano invenitur adscriptus, ad vitandum confusionem, alias fere inevitabilem; factum est ut dies* VI *Junii assumeretur; unde in Catalogo Reliquiarum, Ipris in Collegio Societatis Jesu asservatarum, de* S. Artemio *sic legitur:* In arca holoserico rubro vestita, corpus S. Artemii Martyris; cujus festum celebratur sexta Junii, datum ab adm. R. P. Mutio Vitellesco, anno MDCXXIII, quod attulit Roma P. Marcus vanden Tempel. *Hæc ibi, cum quibus missa nobis est Approbatio per Vicarios Episcopales vacante Sede data hoc tenore.*

an potius alterius esse censeret?

alterius videri rescripsit,

20 Vicarii generales Episcopatus Iprensis, Sede vacante: omnibus has visuris salutem in Domino. Notum facimus et attestamur, quod die datæ præsentium, coram nobis in Palatio Episcopali, præsentibus ibidem RR. ac VV. DD. Francisco Fentin J. U. L. Pœnitentiario; Joanne Cervio, S. T. L. Antonio Hantsamo, S. T. B. F; Jacobo Heldewijck,

ex approbatione Vicariorum Iprensium

J.

A J. U. L. Philippo Savate et Antonio Sandero, S. T. LL. Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Iprensis ; comparuit R. P. Marcus Tempelius, alias vanden Tempel, Presbyter Societatis Jesu, quondam superior Missionis Hollandicæ, qui jam a quatuor circiter annis Roma redat ; exhibens ei tulam quamdam, longitudinis sexqui pedis, et latitudinis unius palmi ; in qua continebatur imprimis, anterior pars capitis, cum viginti quatuor partibus notabilibus, et plurimis minoribus ; cum litteris tenoris sequentis : Die XIX Aprilis MDCXXIII Romæ fidem facio ego Notarius publicus Apostolicus infrascriptus, qualiter de anno MDCVI per D. Antonium Corbum, ex pluribus cœmeteriis urbis fuerunt extractæ multæ Sanctorum et Sanctarum Reliquiæ, in vim facultatum Apostolicarum, a Paulo Papa V fel. rec. concessarum eximio D. Joanni Fernandez Pacheco Marchioni Villenæ, tunc pro regia Majestate Catholica apud eumdem Pontificem Oratori etc. sub data Romæ apud S. Petrum die quinta Septembris MDCVI : quæ facultates fuerunt registratæ in officio D. Fulnii Passarini, tunc Notarii tribunalis Illustriss. D. Cardinalis Vicarii etc. quarum Reliquiarum per dictum Antonium extractarum nonnullæ ab eodem datæ sunt adm. R. P. Marco Tempelio ; videlicet corpora SS. Agapiti Diaconi, Magni Sub-Subdiaconi, Artemii et Agapii Martyrum, præterea frustula quædam SS. Pontiani, Paulini, Quirini, Herculani, Serviliani, Venusti, Peregrini, Innocentii Subdiaconi, Cyrini, Fortunati, Symphoriani, Tertullini Presbyteri, Maximi, Firmi, Felicissimi, Vincentii Martyrum, et S. Priscillæ Virg. et Mart. Quæ sanctorum Reliquiæ, cum facultate prædicta, ex cœmeteriis Urbis extractæ fuerunt ex eorum sepulcris, me Notario præsente et respiciente etc. et in fidem requisitus præsens testimonium feci, subscripsi, et meo signo signavi. Inferius erat.

adlegantium litteras Romanas de istis,

B

21 Et quia ego Matthæus Sarcius Romanus rogatus fui ; ideo hanc fidem subscripsi, et meo signo signavi in fidem etc. et signatum erat hoc fere modo. M. SR. et in margine erat quoddam manuale signum. Inferius erat adhuc sic : Almæ urbis Conservatores etc. D. Matthæum Sorcium supra scriptum publicum esse, fidelemque Notarium, suisque scripturis semper et ubique fidem adhiberi, testamur ; et ideo præsentes fieri jussimus, nostro sigillo vallatas. Datum die XXII Aprilis MDCXXIII etc. et signatum erat Fabritius Vallatus Secret. Quam

et aliis Reliquiis, P. Marco Tempelio Romæ datis.

C

quidem cistulam idem R. P. Marcus declaravit in D fide Sacerdotis se Roma attulisse, et inclusas Reliquias cum aliis, in supradictis litteris contentis, se accepisse asseruit, juxta easdem litteras, dono ab Antonio Corbo ; qui illas extraxit ex diversis cœmeteriis, ut patet ex prædictis litteris ; declarans se easdem Reliquias, in dicta cistula contentas (quæ sunt S. Artemii Mart. juxta facultatem sibi factam a suis Superioribus, dono dedisse et dare collegio Societatis Jesu Ipris. Et eodem die comparuit etiam R. P. Nicolaus Romæus, Rector ejusdem Collegii, petens recenseri et approbari prædictas Reliquias, juxta facultatem sibi factam a suo Superiore. Nos itaque Vicarii Generales prædicti, deliberatione habita, de consensu prælatorum DD. Canonicorum, declaravimus Reliquias suprascriptas, corporis S. Artemii Martyris, pro genuinis, et veris habendas esse, easque approbandas ; prout declaramus et approbamus per præsentes ; ut in diœcesi Iprensi, cultui publico exponantur. In cujus rei fidem has subsignari et sigillo nostro communiri fecimus. Actum Ipris, die septima Augusti anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo octavo. Inferius habetur, de Mandato prædd. Dominorum C. Cocx Rythovius loco Secret. et sigillatum est sigillo appendenti de cera rubra. E

22 *Quod consilium Iprensibus Bollandus dedit, nobis ipsis sumeremus Antuerpiæ, si, quam habemus S. Artemii alicujus Reliquiam, velut* Romani Martyris *Roma acceptam, tam notabilis esset, ut ejus causa posset Officium celebrari. Est illa cum aliis ejusdem generis pluribus imposita uni Lipsanothecarum albarum auro argentoque et opere phrygio perpulchre ornatarum, cui inscriptus titulus* Martyrum non Pontificum. *De ea litteræ testimoniales anno* MDCXL, *sub sigillo Cardinalis S. Onuphrii datæ, asserunt, ipsam* de Cranio S. Artemii Mart. *esse, cum aliis pluribus extractis ex cœmeterio S. Callisti, atque inter alias aliorum Martyrum inde extractorum partes, ab Illustriss. ac Reverendiss. Joanne Baptista Altierio, Cardinalis Vicarii in alma Urbe Vicesgerente, donatam R. P. Ignatio Rochetto Societatis nostræ; qui ipsam, adjunctasque particulas tredecim, sub suo quamque nomine, consignaverit P. Guilielmo du Loroy : hic vero misit R. P. Andreæ Judoci, tunc Collegii Lovaniensis Rectori, per quem denique ad Domus hujus Professæ sacristiam pervenerunt, et eo quem supra diximus modo reverenter servantur.*

Pars cranii alicujus S. Artemii Antuerpiæ.

F

DE S. GELASIO

G. H.

MARTYRE APUD GRÆCOS

Ex illorum Synaxariis MSS.

Memoriam S. Gelasii Martyris *reperimus in Synaxariis MSS. Græcis, Parisiis in Bibliotheca Cardinalis Mazarini, et Divione in Collegio Societatis Jesu apud Petrum Franc. Chiffletium, atque ex hisce descripsimus Elogium,* Οὗτος ὁ Μακάριος Μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Γελάσιος, διωγμοῦ καταλαβόντος κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ζήλῳ θείῳ ἄνωθεν πυρωθεὶς, διένειμε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τοῖς πτωχοῖς ἅπασαν· καὶ ἀμφιεσάμενος λευκὴν στολὴν, ἔδραμε πρὸς τοὺς ἁγίους Μάρτυρας· καὶ εὑρὼν αὐτοὺς ἐν διαφόροις κολάσεσι τιμωρουμένους κατησπάζετο, ὑπαλείφων, καὶ τὰς τούτων εὐχὰς αἰτούμενος. Κρατήσαντες δὲ τοῦτον οἱ φονεῖς, τῷ Ἄρχοντι παρέστησαν· ὃς καὶ ἀνακριθεὶς, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας Θεὸν ἀληθινὸν, τὰ δὲ εἴδωλα κωφὰ καὶ ἀναίσθητα, ὡς εὐτελῆ παρεωρᾶτο· μικρὸν δὲ μαστιχθεὶς ἐτμήθη τὴν κεφαλήν. *Quæ sic Latine sonant :* Beatus hic Martyr Christi Gelasius, persecutione contra Christianos invalescente, accensus cœlitus zelo divino, universas suas possessiones in pauperes distribuit : et assumpta veste candida, accurrit ad sanctos Martyres : eosque intuitus diversis tormentis cruciatos amplectebatur, ungebatque atque preces eorum expetebat. Verum ab apparitoribus comprehensus, ad Præsidem deductus est ; et in quæstionem ductus, Christum quidem verum Deum est confessus ; idola vero muta et destructibilia, ut contemptibilia despiciebat. Quare ei aliquantum verberato caput abscissum est.

DE

DE SANCTIMONIALIBUS HABESSINIS

SS. BAZALOTA ET EUPHEMIA

D. P.

Earum cultus in Hagiologio gentis metrico.

SEC. IV.

S. Michaelis monachi,

Postquam S. Frumentii opera, ætate S. Athanasii Patriarchæ Alexandrini, constituta apud Habessinos Christi fides est; plurimi ad eos ex Ægypto Monachi penetrarunt; quorum præcipui septem nominantur a Jobo Ludolfo Hist. Æthiop. lib. 3 *cap.* 3, *mutato plerique apud illos nomine. Sic primus eorum* Michael, Aragawi, *id est,* Senex *ab ipsis dicitur, et in Hagiologio metrico ad* XIV *mensis Octobris, qui nobis* XI *dies esset, sic invocatur :* Salutem Michaeli, qui nominatus fuit Aragawi : quoniam vita ejus fuit sapientia, et mors prudentia ; cum eo fuit trinus et unus in essentia Deus.

B

soror Bazalota

2 *Hujus* Michaelis *soror mihi videtur fuisse, quæ ad hunc diem in eodem Hagiologio sic invocatur :* Salutem tibi Bazalota, genuina soror Michaelis Sacerdotis. Serva me Christe, pro gloria illius vinculum ferreum tolerantis ; meque inopem libera a compedibus validissimi Sathanæ. *Conjectura nostra in hoc fundatur, quod sicut,* Presbyter, *vox est Græcis, non tantum ordinis, sed etiam ætatis significativa ; ita potuerit obrepsisse vel Poetæ vel ejus Interpreti, ut pro* Sene *scriberet* Sacerdotem ; *quamquam et Monachum eumdem et Sacerdotem fuisse, nihil prohibet.*

in regione Tigra videtur vixisse.

Interim non ex vano Monacham *eam dixisse mihi videor, quæ a vinculo ferreo, quo ipsa se pro Dei amore constrixit, laudata invenitur. Locum asceseos ejusmodi possumus credere fuisse* Tigram ; *ubi septem illos potissimum substitisse, suaque sacella habere, docet Lodolfus. Est autem ea regio inter Tacazam fluvium (alius perperam Lagazi) et Mare rubrum, infra decimum a circulo æquinoctiali gradum.*

Euphemia S. Michaeli Archang. devotissima obiit

3 *Huic Sanctæ adjungimus aliam, æque (ut conjectamus) Habessinam, si non origine, saltem incolatu ; prius etiam laudatam quam illa. Ea est* S. Euphemia, *devotissima S. Michaeli Archangelo, a cujus festivissima invocatione diei hujus Ode inchoatur ; et mox per secundam Strophen appellatur ipsa hisce verbis :* Salutem dico Euphemiæ, quæ vicit Satanam, sibi voce subdola resistentem : et Michaelis effigiem fronti suæ applicans, ab hujus vitæ molestiis ad æternam requiem, sicut optaverat, hodie emigravit. E

hujus et alterius Acta optantur.

Alias duas Euphemias *invocat idem Poeta : unam* VI *Maji, bestiæ morsu necatam ; quæ est celebris Megalo-Martyr Chalcedonensis, de qua agendum nobis* XVI *Septembris; crucifixam et igne exustam,* XI *Julii, de qua plura discere exoptamus : nec non et primo nominatæ Acta, si qua extant, ex Habessia accipere.*

DE SANCTO VINCENTIO

EPISCOPO TEATINO IN APRUTIO.

C. J.

Notitia ex Kalendario istius Ecclesiæ. Translatio corporis Magdeburgum et inde Wratislaviam.

VI JUNII.

C

Dum expectatur Lucii Camarræ Teate sacrum

Teate antiquum, *tribus libris illustratum, dedit Romanis typis, anno* MDCLI, *Lucius Camarra ; totidem libris etiam* Teate sacrum *dare pollicitus, ubi libri* 2 *caput* 2 *inscriberetur,* de Episcopis sanctis Ecclesiæ Teatinæ. *Hoc, Auctoris eruditi et accurati opus secundum, lucemne viderit, an visurum sit, dum solicitius quæro (quærens autem intellexi denique, numquam prodiisse) in manus venit ejusdem argumenti Scriptor alius, Hieronymus Nicolinus, utrumque argumentum tribus libris Italice complexus, vulgatis Neapoli anno* MDCLVII ; *sed absque ulla mentione Camarræ, cujus nullam Hieronymo adfuisse notitiam, ex Dedicatoria intelligitur; qua commendat operam, patriæ suæ a se positam ea in re,* de qua scribere nemini eatenus incidit cogitatio. *Liber secundus de Episcopis agit, tertius de locis in urbe ac diœcesi sacris. In secundo autem, post explicata septem Capitibus* Acta S. Justini, *primi Episcopi atque Patroni (cujus mortui* I *Januarii festum nunc agitur* XIV *ejusdem) inter hunc et* S. Quintum, *Concilio Romano anni* D *subscriptum, decem nomina recenset Nicolinus, suis quæque notata diebus, tamquam* Episcoporum Theatinorum, *quorum omnis notitia unice habeatur ex illius Ecclesiæ Kalendario antiquo ; in iisque est* S. Vincentius, ad VI Junii.

dantur ex kalendario. per Hier. Nicolinum Italice allegato, F

2 *Ejusmodi singularium Ecclesiarum Kalendaria; præsertim vetusta, quale istud est, magnum merito pondus habent apud eos, qui intelligunt, certissimum inde testimonium peti cultus, ab immemorabili instituti. Quia tamen hoc die colitur* S. Vincentius Mevaniensis Episcopus, *vehementer suspicarer hunc diem electum ob synonymiam, si idem in aliis ibidem nominatis passim factum viderem. Sed cum aliud omnino fiat in ceteris fere omnibus ; hunc diem Theatino æque proprium esse ac Mevaniensi, inducor ut credam. Non explicat quidem Nicolinus, utrum, in Kalendario illo, nominibus singulis addatur titulus* Episcopi Theatini ; *nihilominus, ita ibi reperisse seipsa res indicat, cum ut, tales eos profert. Quin etiam illum quo ipsos recenset ordinem, qui neque Alphabetum neque Kalendarium sequitur, debuit vel junctum nominibus reperisse, vel ipsa nomina secundum illum seorsim descripta : in quo cum varii sint hactenus a nobis præteriti, placet eos eodem ordine, cum addito cuique die, hic nominare. Sunt ergo.*

Episcoporum veterum nomina X,

3 S. Flavianus XXIV Novembris, *cujus corpus in ecclesia S. Justini jacet sub proprio altari; ita ut nequeat cum S. Flaviano Antiocheno confundi, licet hic requiescat in Julia-nova Theatinæ diœcesis, illuc Antiochia advectus a Galla Placidia Imperatrice.*

S. Syrus, XV Maji, *cui Synonymus Genuensis Episcopus, colitur* VI *Julii.*

S. Sampson, XXVII Julii : *quo nomine nullum alium novit Italia, Gallia Dolensem Episc. die sequenti* XXVIII.

S. Zeno, VI Augusti, *utrique diversissimus, a Veronensi, de quo egimus* XII *Aprilis.*

AUCTORE D. P.

A S. Pamphilus, VII Septembris; *quo die etiam Capua habet Synonymum.*

S. Leo, XIII Martii. *Plures Sanctos Leones Episcopos, etiam Romanos, Italia novit, nullum tamen tali die: uti neque occurrit alius ullus.*

S. Severinus, pro XXI Aprilis; *neque* S. Germanus, *pro* XXIX Octobris.

Istis succedit jam nominatus S. Vincentius, *cujus causa hæc attigimus; ac deinde* S. Urbanus XXIII Novembris, *cujus corpus Bucchianici, a Petro Salpenso Præsule, anno* MCCXLIII, *sub altari collocatum fuisse, citius credetur; quam quod corpus* S. Urbani Papæ *Romani, de quo egimus* XXV *Maji, istuc translatum fuerit, licet ita vulgus opinetur.*

quorum penultimus S. Vincentius:

4 *Sed quid tandem de* S. Vincentio, *cujus occasione hæc protulimus? Hactenus omnino nihil, præter nudam nominis notitiam ex Kalendario præcitato. Profuerit tamen ista denotasse; tum ut vel in sequentium mensium decursu, vel in jam nobis prætervitorum Supplemento, huc remitti lector possit, quoties nomina istæc, suis quæque diebus inter Prætermissos commemoranda occurrent; tum ut occasio detur Teutonicarum rerum curiosis, et aliquid forsitan distinctioris memoriæ ex puteo vetustatis eruturis, supplendi defectum insuffi-* B *cientiæ nostræ; et quæ insuper reperient suggerendi nobis, nequaquam ingrato silentio obruturis nomen ejus per quem profecerimus. Interim fortassis prodibit* Lucii Camarræ Teate sacrum; *et, si nihil aliud, originaria saltem Kalendarii præcitati verba dabit; circa quæ securius versabitur meditatio nostra, quam circa eadem verba in aliam linguam traducta.*

cujus Reliquiæ an. 1145.

5 *Interim paranti Norbertina Analecta pro hoc ipso die, præ manibus primendum fuit Magdeburgense Chronicon, seculo* XIII *in membranis exaratum et perlustrandum diligentius. Ibi ad annum* MCXLV, *qui Conrado annus Regni,* VIII; *Imperii,* VI; *Friderici autem Archiepiscopi,* IV *fuit; quo ille in Natali Domini, annum Germanis tunc inchoante, Magdeburgum venit ipsum celebraturus, et Curiam seu Comitia Principum habuit, sic lego;* Intererat quoque eidem Curiæ quidam Princeps Poloniæ, nomine Petrus, Christianæ religionis sectator devotissimus, qui ad propagandum sub suo Principatu Catholicæ religionis cultum, a jam dicto Episcopo aliquid de Sanctorum Reliquiis munus sibi impendi petiit, et per Regis interventum impetravit. Communi enim consensu, tam Episcopi quam Canonicorum, donata est magna pars Reliquiarum S. Vincentii, Episcopi et Confessoris, *verosimiliter ab Otthone primo Archiepiscopatus* C *istius, imo et civitatis fundatore, ex Italia cum aliis Reliquiis de quibus constat, allati.*

Magdeburgi translatio in Poloniam,

6 Translatum est autem idem donum, maximo luctu civium, a Parthenopoli, VIII Kalend. Junii, qui erat dies Ascensionis Domini (*nam Pascha celebratum tunc fuerat* XV *Aprilis*) perductum vero ad locum destinatum VIII Idus Junii, qui est dies natalis ejus; et summa cum devotione præfati Petri susceptum; adeo ut primum omnes potestatis suæ captivos resolveret, et sic coadunatis terræ illius Primatibus decenter occurreret. Latores quoque magnifice redonatos, transmissis et Episcopo donariis, honestissime ad pr[illegible] remisit. Quod autem ipse Sanctus hanc sui translationem adamavit, illic crebris miraculis usque ad præsens innotescit.

ad Comitem Petrum,

7 *Matthias de Michovia, rerum Polonicarum lib.* 3 *cap.* 14, *cum narrasset, quomodo Dux Poloniæ Boleslaus moverit in Daciam, contra Henricum qui Regem Abelem fratrem suum occiderat,* accepto secum Petro de Dacia, qui postea dictus est Piotrek magnus Comes de Skrzin; *addit:* Iste est Petrus, cui ob merita, dexteritatem, et fidem ejus, contulit Boleslaus Comitatum in Skrzin cum aliis multis possessionibus, in uxorem eidem dando Mariam Principem Russiæ, Germanam Jaroslai Ducis Wlodomiriensis. D Iste est qui in Polonia extruxit septuaginta septem ecclesias, lapide secto et dolato. Iste est qui duo monasteria construxit et dotavit, unum Sanctimonialium Ordinis Præmonstratensis, in villa Chalinc Wladisladiensis diœcesis, quod successu temporis transtulit, propter uberius solum, in oppidum Strzelno, ejusdem diœcesis Wratislaviensis, aliud monasterium extra muros Wratislaviæ ad S. Vincentium, quod abunde dotavit, et Fratres Præmonstratenses, noviter propagatos, introduxit. Iste pro insigni gessit, in campo albo figuram similem litteræ capitali K, in parte anteriori tres tracturas habentem, ad similitudinem F; supra galeam vero Cygnum gerebat. Nunc autem ejusce generationis Nobiles Poloni, Cygnum dumtaxat pro armis ferunt. Alia præclara facinora et exitus mortis hujus Comitis, postea dicentur.

77 ecclesiarum fundatorem

et monasterii S. Vincentii Vratislaviæ

8 *Capite* 17 *libri* 3 *Mathias, narrata morte Ducis Boleslai obita anno* MCXL *et electione Vladislai, ejusque in fratres molitionibus, ad eos privandos assignata cuique a patre portione dominii; dicit quod* Petrus Comes magnus de Skrzin, sæpenumero abducens honestis persuasionibus Vladislaum, ne in propria viscera ageret, neque fratres suos exheredaret. E *Dux autem tum illa causa, tum stimulatus ab uxore, jocoso quodam Petri ad ipsum jocantem responso, acrius commota; commisit* Militi Dolysz, *Ducissæ caro, quem idem jocus videbatur sugillare impuri cum illa commercii,* ut Petrum Comitem occulte ad pœnam raperet. Visa itaque opportunitate, quod Petrus filiam suam tradebat Jaxæ Duci Zarbiæ in Vratislavia, et hastarum ludos prœmio proposito victoribus promiserat; tamquam ad ludum hastarum cum frequentibus supplicibus Dolycsz supervenit, et raptum Petrum Duci Uladislao obtulit vinctum. Qui, instante truculenta et implacabili muliere, lingua excisa et oculis effossis visu privatus est. Aiunt tamen historici Polonorum, toto quinquennio quo supervixit præfatus Petrus, miraculose et loquelam et visum rehabuisse. Mortuus (*anno* MCXLIX, *ut mox ostendam*) relatus est in Vratislaviam, et in medio chori S. Vincentii extra muros Vratislavienses Ordinis Præmonstratensis tumulatus. Postea conjux ejus adjecta est cineribus ipsius, de quibus hujusmodi rhythmi ad tumulum dictati videntur.

qui lingua oculisque postea privatus

sine iis vidisse et locutus dicitur,

Hic situs est Petrus, Maria conjuge fretus,
Marmore splendente, Patre Guilielmo peragente.

9 Is Petrus, ut fertur, salutari satisfactione sibi Romæ a Pœnitentiario injuncta, ecclesias magnifice constructas ac sumptuose erectas in regno Poloniæ, ex pecunia olim Regis Daciæ, auxit plurimum: e F quibus nonnulla sub his nostris tempestatibus (*scribebat Mathias anno* MD) conspectui apparent atque cernuntur; quædam vero ædificiorum structuræ, per temporum curricula, immutatæ sunt. *Earum multæ mox enumerantur, quarum situm et nomina licebit apud Mathiam legere: nobis satis est explicuisse, quis* Petrus *fuerit, et quo loco* S. Vincentii *Reliquias reposuerit, condito sub illius nomine Præmonstratensium monasterio; qui fortassis gaudebunt suas in Polonia primas Colonias hic notatas legere. Ceterum ad cognoscendum ipsius fundationis annum facit, quod idem Matthias dicat* Vladislaum mutilato Petro Comite, suos fratres e regno exterminare *cœpisse, quos etiam in Posnaniensi castro obsederit, contempta Archiepiscopi Gnesnensis ideo contra se lata excommunicatione: sed non impune. Principes enim, sumpto a desperatione consilio, irruptionem fecere in temulentum exercitum, atque ita soluta obsidio est. Vladislaus in Alemanniam fugit: quo etiam Regina ferox sese recepit, nihil minus quam ambierat consecuta. Facta sunt autem ipso anno* MCXLV, *quo* Petrus, *utique miraculo curatus, ad Comitia*

optime meritus de religione,

nec non de Ordine Præmonstratensi

cui fundavit S. Vincentii monasterium an. 1146

A *tia Magdeburgensia venit; adeo ut veniendi causa fuisse videatur auxilium a Cæsare fratribus Principibus impetrandum, contra tam injustas molitiones: quandoquidem annus mox sequens* MCXLVI *Boleslai Crispi* (*mortuus* 1149.) *annus primus numeretur: qui idem potest fundationis* D *prædictæ primus censeri, post quem adhuc supervixerit* Petrus *usque ad annum* MCXLIX. (AUCTORE D. P.)

DE SANCTO JOANNE

EPISCOPO VERONENSI IN ITALIA

G. H.

Sylloge ex Augustino Valerio et aliis recentioribus.

SEC. IV.

Inter quam plurimos Sanctos, ac potissimum Episcopos, quos habuit et veneratur Ecclesia Veronensis, fuit S. Alexander, *a nobis relatus ad diem quartum hujus mensis Junii. Ast nunc ad sextum ejusdem mensis recolitur memoria* S. Joannis, *de quo Tabulæ Martyrologii Romani sic habent:* Veronæ S. Joannis Episcopi. *Galesinius in suo Martyrologio addit,* et Confessoris. *Baronius autem in Notis,* de eo etiam tabulæ Ecclesiæ Veronensis. Acta, sicut et B aliorum Veronensium Episcoporum, Reverendissimus Augustinus Valerius, Episcopus Veronensis et S. R. E. Cardinalis, paucis complexus est. *Similia indicat Galesinius. Ipse vero Augustinus Valerius fol.* 39, de S. Joanne Episcopo Veronensi, *hoc edidit elogium.*

Memoria in Fastis.

Elogium.

2 Joannem Episcopum Veronæ, S. Mauri successorem, virum sanctis moribus præditum, in nobilissima pascendarum animarum arte excelluisse, memoriæ proditum est. Perpetuam nominis sui memoriam in animis hominum vir Dei reliquit. Curavit ut S. Mauri, cui successit, corpus in basilica S. Stephani sepeliretur. Obiit VIII Idus Junii; sepultus est in eadem basilica S. Stephani. *Idem Valerius fol.* 4, ex tabula vetusta in membranis in sacrario Ecclesiæ S. Stephani *ait,* in altari S. Mauri corpus S. Joannis Episcopi Veronensis *asservari. Ibidem* Franciscus Corna testatur, in ecclesia S. Stephani jacere corpora SS. Joannis et aliorum viginti Episcoporum Veronensium, *quorum nomina exprimuntur.*

Corpus in ecclesia S. Stephani

3 *Deinde fol.* 8 *ista addit Valerius:* In arca S. Mauri, quæ est in crypta seu Confessione ejusdem ecclesiæ, est lamina plumbea his litteris incisa: Ossa sanctorum Episcoporum Veronensium, Mauri et C Joannis, ut scripta referunt: quæ mira cum diligentia ac honore olim in adverso loco reposita, humore crescentis terræ proximi cœmeterii pene consumpta, huc cum altari anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo translata sunt. Hæc autem ossa valde venerabilia, cum primo detecta nihil odoris reddidissent, dum iterum moverentur, mirum reddiderunt odorem, quem non omnes senserunt. Voluit tamen Dominus eum a Joanne Archipresbytero ejus ecclesiæ, qui ea movebat, persentiri, ut majori custodia servarentur: ac majus miraculum appareret, cum nec ipse quidquam odoris sensisset dum ea aperiret: quemadmodum Archipresbyter ipse, vir probatæ et inculpatæ vitæ, sæpe dum viveret asseruit, et litteris postea testatum reliquit. E *Hæc Valerius, ista subjungens:* Franciscus Corna asserit, in altari S. Mauri esse corpus S. Joannis Episcopi Veronensis. *Denique in Indice Reliquiarum fol.* 87, Corpus, S. Joannis Episcopi esse in ecclesia S. Stephani, *iterum confirmat.*

translatum anno 1548

cum miro odore.

4 *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ elogium ex Augustino Valerio describit, addens* Episcopum X *fuisse, et ista annotat:* Etsi tempus, quo SS. Maurus et Joannes vixerunt, minime in monumentis Ecclesiæ Veronensis proditur: ex quo tamen post S. Zenonem Sedem tenuerunt, possumus, S. Joannem circa extrema Diocletiani et Maximiani tempora floruisse, saltem leviter conjicere. *Acta istius S. Zenonis illustravimus ad diem* XII *Aprilis, quem alii Confessorem, alii Martyrem dixerunt. Onuphrius Panvinius lib.* 4 *Antiquitatum Veronensium, cap.* 7, *inter Episcopos antiquos statuit hos tres:* Zenonem, *quem ait* vixisse anno CCL; *eique successisse* Maurum, *atque* obiisse XXI Novembris; *tum* Joannem, obiisseque VI Junii, *et* ambos sepultos ad S. Stephanum. *Denique Ferdinandus Ughellus in Episcopis Veronensibus successorem Zenonis statuit S. Proculum, cujus Acta illustravimus ad diem* XXIII *Martii, statuimusque floruisse seculo quarto: quod idem de* SS. Mauro et F Joanne *arbitramur posse dici, qui ab Ughello successores Proculi statuuntur.*

Tempus Sedis.

DE SANCTO ANUB

EREMITA IN ÆGYPTO

G. H.

Sylloge Actorum ex Vitis Patrum, aliisque.

CIRCA. CCCCLX.

Græci in MS. Synaxario, quod nos Divione in collegio Societatis Jesu apud Petrum Chiffletium anno* MDCLXII *reperimus, celebrant* memoriam S. Anub, *Græce* Ἀνοὺβ in pace consummati. *De eo multa leguntur in Vitis Patrum a nostro Rosweido editis, ac primo lib.* 3 *sub nomine Ruffini num.* 199, *lib.* 5 *interprete Pelagio libello* 15 *num.* 11, *et lib.* 7 *interprete Paschasio cap.* 42 *num.* 4 *Acta, referuntur, quorum hoc est apud Pelagium initium:* Narravit Abbas Joannes, Quia Abbas Anub et Abbas Pastor, et residui fratres eorum ex eodem utero nati, Monachi fuerunt in Scethi. *Qui hic* Pastor *appellatur, alias serrato nomine Græco est* Pœmen, *et inde detorto vocabulo* Pimenius. *Hinc apud Paschasium ita legitur:*

Cum 6 fratribus monachus in Scethi

2 Cum aliquando gens Mazycum, in Scethi supervenienss, multos ex Patribus occidisset; Abbas Pimenius, una cum alio Patre seniore Anub, et cum quinque aliis Patribus fugiens inde, venit ad locum qui dicitur Terenuthi: et invenerunt ibi templum antiquum

A antiquum desertum, et manserunt hi septem pariter, donec cognoscerent, ubi unusquisque in Ægypto mansurus esset. Decreverunt autem inter se dicentes, Septimana hac unusquisque requiescat apud se, et alter ad alterum non loquatur. Cum autem id facerent, erat in templo illo statua cujusdam idoli. Abbas autem Anub exurgens mane lapidabat eam in facie : et vespere veniens, dicebat ad eam, Peccavi, indulge mihi : et sic fecit per totam hebdomadam. Die autem Sabbati cum venissent pariter, dixit ei Abbas Pimenius. Quid voluisti hac tota hebdomada facere : ut homo fidelis diceres idolo, Indulge mihi. Dixit ei senex Anub : Hoc ego propter vos feci : Dicite mihi : Numquid quando hoc idolum lapidabam, locutum est aut iratum ? aut quando indulgentiam petebam, numquid exaltavit se aut gloriatum est ? Cui Abbas Pimenius respondit : Non utique. Tunc dixit senex : Fratres, ecce septem sumus : si vultis ergo pariter manere, ut lucrum animæ faciamus, sit idolum istud nobis in exemplum ; ne, quando injuriatur aliquis, irascatur : ne, quando ab eo venia petitur, glorietur aut extollatur : si autem ita non vultis, unusquisque vadat quo vult. At illi projicientes se in terram, spoponderunt se ita facturos : et sic permanB serunt per multos annos, cum magna humilitate et abstinentia, unum ex ipsis facientes dispensatorem. Et erat eis perfectio et unum desiderium : et quidquid positum erat in mensa, reficiebantur, nullo dicente, Affer nobis illud ; aut, Istud nolo comedere. Quatuor siquidem horas dormiebant in nocte, et quatuor psallebant, et quatuor operabantur. In die vero per intervalla horarum officiis divinis insistebant, operantes et legentes et findentes folia herbarum usque ad horam nonam. Post hoc vero victum sibi præparabant, colligentes quasdam herbas terræ.

AUCTORE G. H.

abit Terenuthum,

ubi idolum mane lapidans, et vespere veniam ab eo petens,

ipsum illis ponit exemplum patientiæ et humilitatis.

atque annis aliquot cum illis perseverat

3 *Hæc ibi, quæ fere eadem habentur apud Pelagium, nec non Græco latine in Apophtegmatis Patrum, editis a Joanne Bapt. Cotelerio tom. 1 Monumentorum Ecclesiæ Græcæ pag.* 393. *Apud Rufinum vero, ubi, omissa prima littera,* Nub *scribitur, cap.* 154 *sic continuatur narratio :* Abbas Pœmen et Abbas Nuph, postquam in desertum venerunt, desiderabat mater eorum videre eos, et sæpe veniebat ad eorum cellam, nec tamen potuit illic contemplari eos. Captato itaque tempore occurrit eis, cum ad ecclesiam festinarent. Qua visa reversi velociter, ostium cellæ clauserunt : illa autem stans foris cum lacrymis C quærebat eos. Tunc Abbas Nuph egressus ad beatum Pœmenem, ait : Quid faciemus de hac matre nostra, quæ plangit ad ostium ? Tunc exurgens Abbas Pœmen vadit ad ostium : quo non aperto audiens eam continuo lamentari, dixit ei ; Cur tantos clamores, cum jam ætate defessa sis, et planctus effundis ? Illa autem, voce filii cognita, amplius exclamavit, dicens : Quoniam vos videre volo, filii. Quid est enim si vos videro ? Nonne sum vestra genitrix ? Nonne vos his meis lactavi uberibus ? Jam omni morarum contractione repleta sum, et audita voce tua omnia viscera mea præ desiderio conturbata sunt. Cui Pœmen ait : Hic nos magis, an in futuro seculo videre desideras ? At illa dixit : Quid ergo si vos hic non videro, quasi illic pro certo visura sim ? Sene autem respondente, Quod si tu hic cohibere potueris, ne nos videas, illic nos procul dubio semper videbis ; tunc illa discessit, cum gaudio dicens ; Si pro certo illic vos visura sum, hic vos videre jam nolo. *Hæc ibi, quæ etiam apud Pelagium libello 4 num. 33 referuntur ; sed qui supra* Nub *et* Nuph *appellatur, ibidem* Anub *dicitur, et loco* Pœmenis, *scribitur nomen* Pastoris : *cujus memoria sub nomine* Pœmenis *celebratur in Menæis* D *excusis et variis MS. ad diem* XXVII *Augusti. Christophorus Mitylenæus, in suo Menologio hoc* VI *Junii, solum* Ποιμένα πανάριστον, Pœmenem omnino optimum, *interserit.*

nec permittit se aut fratrem a matre propria videri

4 *Demum apud eumdem Ruffinum cap.* 10 *indicantur revelationes et pius obitus ejusdem* Anuph (*uti ibidem appellatur*) *quæ eadem damus ex Historia Lausiaca Palladii Episcopi, relata Græce et Latine tom.* 2 *Bibliothecæ veterum Patrum, Græco-Latine Parisiis anno* MDLXXIV *excusa, ubi cap.* 55 *et sequentibus Græce scribitur* Ἀνοὺβ, *Latine* Anuph, *et ista narrantur.* Abbas Sarus, et Esaias, et Paulus, sibi invicem repente occurrerunt ad fluvium, viri pii et egregii exercitatores, invisuri magnum Abbatem Anub. stabat autem eorum intervallum tribus mansionibus : et dicunt ad se invicem : Ostendat unusquisque nostrum suum vitæ institutum, et quemadmodum fuit in hac vita a Deo honoratus. Abbas autem Sarus dixit eis : Peto a Deo donum, ut nos virtute spiritus indefessi ad locum perveniamus. Et cum ipse solum orasset, inventum est protinus paratum navigium et ventus secundus, et momento temporis inventi sunt in loco, cum adverso flumine navigassent. Esaias autem dicit eis ; Et quid mirum, o amici, si vir Dei nobis occurrerit, qui vitam narret E uniuscujusque ? Paulus autem dicit eis : Quid si Deus nobis revelaverit, quod post tres dies assumat hominem ?

invisendus a tribus Abbatibus.

5 Cum autem paulo ulterius processissent, vir eis obviam factus, eos salutat. Paulus autem ei dicit : Dic nobis quæ recte egisti : nam post crastinum abibis ad Dominum. Dixit autem eis Anub : Benedictus Deus, qui mihi hæc quoque significavit, et vestrum vitæ institutum et adventum. Cum autem dixisset, quæ unusquisque eorum recte gesserat, exposuit deinceps quæ ipse fecrat, dicens : Ex quo Servatoris nomen professus sum in terra, ex ore meo non est egressum mendacium : humani cibi nihil sumpsi, me cœlesti alimento alente quotidie Angelo : nullius alterius rei cupiditas in cor meum ascendit, præterquam Dei. Nihil ex rebus terrenis occultavit mihi Deus, qnod non significarit et ostenderit mihi. Non interdiu somnum cepi, non noctu requievi, Deum quærens. Una semper mihi adfuit Angelus, ostendens mundi potestates. Lumen cogitationis meæ numquam fuit extinctum. Omnem petitionem accepi a Deo protinus. Vidi sæpenumero Deo assistentes myriades Angelorum : vidi choros Justorum : vidi Martyrum congeriem : vidi Monachorum institutionem : vidi opus omnium Deum laudantium : vidi Satanam igni traditum : vidi angelos ejus F punitos : vidi justos lætantes in æternum. Hæc et multa alia narrans, tertio die tradidit animam : eamque statim suscipientes Angeli et chori Martyrum in cœlos sustulerunt, ipsis videntibus et hymnos audientibus.

eis occurrit :

narrat a se gesta;

et revelationes sibi factas

moriensque in cælum portatur:

6 *Hactenus collecta ab Henschenio nostro, concludat Distichon de* S. Anub, *in citato supra MS. Synaxario Chiffletiano tale repertum :*

Τοῖς ζῶσιν ὡς ζῶν μέχρι δεῦρο δεικνύει,
Σημειοποιῶν καὶ θανὼν, Ἀνοὺβ χάριν.
A morte signa perpetrans, velut vivens,
Largitur Anub gratias usque hodie.

Ad ætatem quod attinet, erui ea potest ex dictis a me IV *Junii ; ubi de Sancto Alona, eaque occasione quæsivi in ætatem* S. Pœmenis ; *quem inveni loquentem de temporibus Theodosii Junioris, ut nuper præteritis. Cum ergo Imperatori isti, sub annum* CCCCL *defuncto, supervixerit* Pœmen : *verosimile fit, fratrem ejus majorem* Anub *haud diu ante vel post Theodosium obiisse.* Mazyes *sive* Mazyces, *quorum incursio in Scethin Sanctos fratres alio fugere compulit ; Stephano dicuntur Mauritaniæ Cæsariensis populi fuisse, eorumque Rex*

D. P.

ac miracula patrat.

Jarbas

A *Jarbas Suetonio memoratur. Prius ergo quam illi in Scethin, Alexandriæ propinquam solitudinem, penetrarent; debuerunt Mauritaniam Sitifensem, Numidiamque et Byzacenam, ac Tripolitanam provincias, cum utraque Lybia, atque adeo fere totam quam longa est Africam percurrisse populabundi. Sed verosimile est eos æque ac ceteros Mauros, non suis Wandalorum auspiciis tunc militasse: eoque obscuriorem apud Historicos factam memoriam damnorum, Ægypto per eos, utpote Wandalorum stipendiarios, illatorum. Erant autem Mauri, quotquot interiora Africæ habitabant, adhuc Ethnici, uti ex Procopio Cæsariensi lib. 1 cap. 8 liquet, narrante, quomodo post mortem Genzerici a Wandalis defecerint, eosque sub ipsorum Rege Trasimundo circa annum CCCCXC etiam vicerint.* D

videtur ultra an. 450 vixisse.

DE S. EUSTORGIO SECUNDO,

EPISCOPO MEDIOLANENSI.

AUCTORE D. P.

G. H.

Sylloge de ejus cultu, actis atque ætate.

ANNO DXVIII

Mediolanum, *nobilissima Italiæ civitas et Insubriæ caput, suos habuit a temporibus Apostolorum Episcopos postea Archiepiscopos dictos, quibus etiamnum subsunt quindecim Episcopi: sed, quod maxime gloriosum est, inter eos habet supra triginta Sanctorum catalogo adscriptos. Tales fuerunt* B *duo* Eustorgii, *quorum primus sæculo Christi quarto, et ad diem* XVIII *Septembris solemni veneratione colitur, sepultus in ecclesia illi dicata. Secundus ad hunc* VI *Junii est Martyrologio Romano adscriptus his verbis:* Mediolani depositio S. Eustorgii secundi, Episcopi et Confessoris. *Quæ ejus Depositio celebratur in* Missali secundum morem S. Ambrosii *sub annum* MDXXII *excuso, et* in Breviariis juxta institutionem S. Ambrosii, *anno* MDXXXVIII *et* MDLVI *impressis, atque in* Breviario *Ambrosiano, S. Caroli Cardinalis Archiepiscopi jussu sub annum* MDLXXXII *edito, et recognito recusoque sub nota anni* MDCXXV: *in quo hæc Lectio propria de ejus rebus gestis recitatur.*

Cultus sacer

Elogium ex Breviario

2 Eustorgius secundus, magno vir ingenio, rerum divinarum studio totus deditus, Laurentio in Archiepiscopatu Mediolanensi succedens, ad Ecclesiam sibi commissam optime gerendam eas attulit virtutes, quæ cum religionis officiis conjunctæ, salutares fructus pepererunt. Fuit enim pietatis, æquitatis, et virtutum pastoralium cultor egregius. Florianum, e patre impio natum, ab ultima Pannonia Mediolanum profectum, domi excepit, fide instruxit, baptizavit, litteris erudivit. Diaconum fecit: qui deinceps Ecclesiæ Hispalensis Episcopus, sanctitatis laude floruit. Patrimonium vero Ecclesiæ defendit et auxit. C Baptisterium mirifico opere ædificavit. Alia multa egit, in quibus spectata ejus sanctitate in numerum Confessorum relatus est. Quievit in Domino, pridie Nonas Junii. Sepultus est in basilica S. Laurentii. *Hæc ibi, sed sexto die Junii, qui est* postridie Nonas, *sive* octavo Idus Junii. *Nusquam reperimus Acta antiqua* Eustorgii secundi: *proinde, quæ ex Breviario Mediolanensi jam desumpsimus, pro qualicumque fundamento damus. Nam Ferdinandus Ughellus, agens de hoc Sancto, asserit,* eorum monumenta, qui de Mediolanensibus Præsulibus scripsere, pluribus scatere erroribus: *imo res gestæ utriusque* Eustorgii *sæpius reperiuntur confusæ. Ita* Eustorgius primus, *in Lectionibus Breviarii præcitati, ad diem* XVIII *Septembris, dicitur* e nobili familia in Græcia natus. *De secundi* Eustorgii *patria silet quidem jam producta Lectio; sed alii passim scribunt cum primo* natione Græcum *etiam fuisse, et e Græcia in Italiam venisse, ac* vixisse Romæ sanctitate celebrem sub Gelasio primo, Symmacho, atque Hormisda Pontificibus: quorum postremus eumdem Laurentio Littæ, in Sede Mediolanensi suffecerit, circa annum Salutis DXIV. *Ita Ughellus. At Florianus qui a* S. Eustorgio *conversus, litteris instructus, et Diaconus dicitur consecratus, ac postea Hispalensis Episcopus creatus; ab Hispalensibus et aliis Hispanis appellatur* S. Laureanus, *atque celebrem cultum habuit, etiam Martyrologio Romano inscriptus, ad diem* IV *Julii, martyrio sub Totila Gothorum Rege in Italia anno* DXLIV *coronatus.*

Creatus Episcopus circa annum 514

3 *Fuit eodem sæculo Rex Italiæ Theodoricus, ab* E *an.* CCCCXCIII *ad an.* DXXVI; *qui apud Cassiodorum lib.* I *Variarum, epistola* IX *scripsit hanc* Eustorgio, *qua indicat Episcopum Augustæ Prætoriæ apud se falso accusatum esse et absolutum. Ipsa hujusmodi est.* Eustorgio, viro venerabili, Mediolanensi Episcopo, Theodoricus Rex. Tuta est conditio subjectorum, ubi vivitur sub æquitate regnantium: nec decet rumore trahi, a quo debent non mutanda constitui. Fidem siquidem rerum a ratione colligimus, quæ numquam desiderantibus absconditur, si suis vestigiis perquiratur. Atque ideo, quod Beatitudini vestræ gratissimum esse confidimus, præsenti tenore declaramus; Augustanæ civitatis Episcopum, proditionis patriæ falsis criminationibus accusatum: quia a nobis honori pristino restitutus, jus habeat Episcopatus omne quod habuit. Nihil enim in tali honore temeraria cogitatione præsumendum est: ubi, si proposito creditur, etiam tacitus ab excessibus excusatur. Manifesta proin le crimina in talibus vix capiunt fidem. Quidquid autem ex invidia dicitur, veritas non putatur. Volumus etiam impugnatores ejus legitima pœna percellere: sed quoniam et ipsi Clericatus nomine fungebantur, ad Sanctitatis vestræ judicium, cuncta transmittimus ordinanda: cujus est et æquitatem moribus talibus imponere, quam novimus traditionem Ecclesiasticam custodire. *Hæc Rex Theodoricus, qui Mediolanensem Ecclesiam benigne fovit: nam* S. Eustorgio, *nonnulla prædia in insula Sicilia Ecclesiæ suæ asserenti, ne favor ei adversus injuriam deesset, Præsidi scripsit: Estque hæc apud Cassiodorum lib.* I *epistola* XXIX. F

accipit epistolam a Rege Italiæ

4 Quamvis nullos velimus gravamen aliquod sustinere, quos videtur pietas nostra protegere (quia regnantis est gloria, subjectorum otiosa tranquillitas) tamen specialiter Ecclesias ab omni injuria reddi cupimus alienas, quibus dum æquabilia præstantur, misericordia Divinitatis acquiritur. Et ideo beatissimi viri Eustorgii, Episcopi sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, petitione permoti, præsentibus te affatibus admonemus, ut prædiis vel honoribus istius Ecclesiæ intra Siciliam constitutis, tuitionem studeas salva civilitate præstare: nec a quoquam, cujuslibet nationis homine, contra fas patiaris opprimi, quos decet Divinitatis intuitu sublevari: ita tamen ut causis publicis et privatis, quæ contra eos rationabiliter proponuntur, respondere non differant. Quia sicut nolumus eos ab aliquo prægravari, ita exemptos a tramite justitiæ non patimur inveniri.

ab eodem protegitur

5 *Hæc ibi. E quibus constat* S. Eustorgium *secundum*

AUCTORE G. H. *Errores aliorum emendantur*

A *dum vixisse seculo Christi sexto, ac multum aberrare eos, qui S. Joannis Damasceni discipulum fecerunt; sic enim seculo Christi octavo debuisset floruisse, ac Sedi Mediolanensi præfuisse. Galesinius ipsum exornat grandi elogio, quo ait,* cum magnis monumentis Ecclesiam Mediolanensem instruxisse atque ornavisse, ejus cura sacris ad urbem Mediolanum Sanctorum Magorum corporibus Constantinopoli translatis, atque ob eam causam templo religiosissimo extructo. *Sed hoc passim alii Scriptores Mediolanenses adscribunt* S. Eustorgio primo. *Præterea in Notis asserit idem Galesinius,* in diœcesi Mediolanensi illius nomine sacras ædes quinque extructas, idque sciri ex antiquo codice. *Non existimo facile discerni potuisse, hujusne an primi, ecclesiæ illæ sint, donec distinctius id probetur. Demum Ughellus asserit,* S. Eustorgium secundum sub Pontificatu Hormisdæ evolasse ad cælos anno DXXII. *Quo id calculo statuat, ipse viderit.*

D. P.

6 *Dedi ego ante ultimum Tomum Maji. Episcoporum et Archiepiscoporum Mediolanensium seriem, Chronologice deductam, secundum vetustas Ambrosianæ Bibliothecæ membranas; ad quas et ad nomen* S. Laurentii, *demonstravi, non potuisse hunc ultra annum* DXII *vivendo pertigisse. Post Laurentium juxta membranas istas,* S. Eustorgius sedit annis VII, depositus VIII Idus Junii, ad S. Xistum. *Ab anno autem* DXII, *per annos* VII *progrediens, pervenies ad annum* DXVIII, *quo Sanctus hic obierit: quod certius probari posset, si tempus S. Magni,* Eustorgio *subrogati, sine errore reperiretur notatum. Sed quam manifestus est error in annis* XXX *ei attributis, tam incerta est, nec nisi per conjecturam habetur correctio, annos* XIII Magno *relinquens; ut per annos* XXIII, S. Datio *sequenti attributos, veniatur ad annum* DLII, *quem ultimum ei fuisse ad* XIV *Januarii ostendit Bollandus. Notabis autem, si placet, quod prænotati anni sic procedant, ut ultimi primique inter decessores ac successores dividantur, utrisque* D *communes, nec enim aliter fieri potuit, non nisi annos supputanti, neglecta scrupulosiori definitione mensium atque dierum.*

Sedit an. 7

B

defunctus anno 518

7 *In eodem Chronologico Tractatu, post memoratum* S. Simplicianum, *D. Ambrosii successorem, ostendi quam male ei fingatur successisse* frater S. Eustorgii Arsacius, *qualis inter Mediolanenses nullus fuit; nec aliam videri occasionem sumptam duobus istis male suppositis fratribus translationem trium Magorum adscribendi, quam quia Magi depositi fuerint in ecclesia* S. Eustorgii, *idque seculo* VII *Christianæ æræ; sic ut neuter* Eustorgius *partem in ista Translatione habuerit, gratia vero tota debeatur* S. Arsatio: *non Mediolanensis, sed Orientalis alicujus Ecclesiæ Episcopo; qui in Bavaria, post allatum eo ipsius corpus, colitur* XII *Novembris: quando licebit examinandam dare affictam illi Vitam, et in figmentis fundamentum quærere verosimilioris opinationis, circa dicta Sanctorum trium Magorum corpora, ex Oriente Constantinopolim, atque Mediolanum translata; unde Coloniam Agrippinam ad Rhenum denique transierunt, tempore Friderici Ænobarbi seculo* XII.

Nihil egit circa tres Magos.

8 *Denique docui in jam dicto Tractatu,* S. Xisti *ecclesiam, quæ nunc Laurentiana dicitur, ipsam esse quam S. Cassiano prius dedicatam, S. Laurentiu, prælaudatus restauravit sub invocatione S. Xisti; ex allegavi repertam sub altari schedam, sic inscriptam:* Sanctorum Confessorum Eustorgii, Laurentii, et Theodori, MCCCCXCIV, die X Septembris: *quam censui intelligendam, de eorumdem sub isto altari tunc innovat repositione. Nunc insuper animadverto, schedæ istius Auctorem, si in nominandis ipsis Sanctis ordinem spectavit ætatis, pro secundo* Eustorgio *accepisse primum: ita sæpe vacillant, quæ absque veteri teste recentiores suggerunt.*

E *Depositis in Basilica Laurentiana.*

JUNII 6

DE SANCTO CLAUDIO

EPISCOPO VESONTIONENSI ET ABBATE JURENSI

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De monasterio, ætate, vita, miraculis, et cultu Sancti.

C

ANNO DLXXXI.

Monasterium Jurense, dictum Condatescense,

A*pud antiquos Sequanos, in hodierno Comitatu Burgundiæ, extat mons altus et late extensus cui ab antiquo inditum nomen* Jura *hactenus permanet. In hujus parte, versus Bressiam et Beugesiam, vitam solitariam auspicatus est* S. Romanus, *cujus Acta illustravimus* XXVIII *Februarii. Romano accessit frater* S. Lupicinus, *cujus itidem Acta dedimus* XXI *Martii: ambo autem ibidem monasterium* Cordatescense *excitarunt, quod postmodum Abbas rexit* S. Eugendus, *a nobis ad Kalendas Januarii relatus: et ab hoc illud postmodum dictum fuit monasterium* S. Eugendi, *vulgo* S. Oyan, *usque ad seculum Christi duodecimum, uti constat infra ex Vita et miraculis* S. Claudii; *a quo denominatum sequentibus seculis monasterium, simul et adjunctum ei oppidum, non aliter ad nostra usque tempora, quam* S. Claudii *vulgo audit. Causam refundunt omnes in præsentiam Corporis et miracula ibidem patrata, solennesque variarum illuc gentium peregrinationes. Descripsit nobis R. P. Petrus Verne Societatis Jesu Flexiæ, Idibus Decembris anno* MDCLXVI, *aliquam suam peregrinationem, et varias quas in ea veneratus est Reliquias sacras, interque alia ista nuntiat:* Cum ante quinque annos Anecio, ubi quiescit corpus S. Francisci Salesii, transirem per montem Jura in finibus Helvetiorum; invisi templum Divi Claudii, et ibi tetigi corpus magni illius Sancti quod adhuc integrum perseverat, sed exuccum fere et siccum. *In miraculis certe posteriorum temporum de quibus infra, nihil frequentius legitur, quam ad Sanctorum pedum oscula admissos, a suis infirmitatibus liberatos ægros: quare curavi ut in arca sua jacenti delineatio quam posset accuratissima peteretur, quam hic repræsentarem in ære sculptam, sed necdum accepi.*

post S. Eugendi,

nunc S. Claudii:

F

ubi hujus corpus integrum.

2 *Floruit* S. Claudius *seculo potissimum sexto, natus circa annum* CCCCLXXXIV: *qui cum* esset annorum ætatis viginti, in Canonicum Cathedralis Ecclesiæ Bisuntinæ receptus, *circa annum* DIV. Completis *deinde* annis duodecim, electus est in Episcopum, *circa annum* DXVI. *Hujus calculi probatio habetur ex Concilio, Epaone sub S. Avito Episcopo Viennensi anno* DXVII *celebrato* XV *Septembris, cui* subscripsit Claudius, in Christi nomine Episcopus Ecclesiæ Vesontionensis. *Eodem aut sequenti anno habitum est Concilium Lugdunense, cui etiam* consensit, in Christi nomine, Claudius Episcopus; *non apposito ipsi aut aliis Episcopis nomine propriæ Sedis: eum tamen arbitramur fuisse* S. Claudium Episcopum Vesontionensem: *cui etiam S. Avitus Viennensis Episcopus inscripsisse debuit epistolam* LVI, *quam inter epistolas et reliqua opuscula edidit Jacobus Sirmondus.* Anno autem septimo

Natus is an. 484

Episcopus an. 516 ordinatus,

A timo sui Episcopatus, *Christi* DXXIII, in monasterium S. Eugendi secessit, *ubi creatus est Abbas*, anno vicesimo sexto *et* quingentesimo (*non sexcentesimo, uti per errorem exaratum est*) S. Joanne Apostolicam Sedem tenente *et approbante. Est is S. Joannes, primus istius nominis Papa, dicto anno* DXXVI *Ravennæ vita functus, et colitur* XXVII *Maji, quo die Acta ejus dedimus.* Expleto autem anno quinquagesimo quinto, a quo tempore Abbas electus est, migravit ad Dominum (*ergo circa annum* DLXXXI) *et* quingentis quinquaginta quatuor annis, miraculis assidue crebrescentibus, in ecclesia B. Eugendi requievit: *ad annum scilicet* MCXXXV, *quo Vita brevior scripta videri potest, cum nonnullis miraculis, quibus alia abaque successive adjuncta sint; notatur enim in iis* tempus Frederici Romanorum Imperatoris, et Alexandri Apostolicæ Sedi præsidentis. *Hic autem est* Alexander tertius, *electus* VII *Septembris anni* MCLIX; *qui et erat annus quintus, a quo* Fredericus *fuerat Romæ in Imperatorem coronatus, quod factum* XIX *Junii anni* MCLV. *Atque hæc est certior ratio temporis, deducta ex ipsis Actis: quæ cur tam tarde descripta sint, nulla dari verosimilior potest ratio, quam quod viri sanctitas,* B *publico digna cultu, non prius innotuerit, per incorruptionem corporis, casu forsan aliquo vel miraculo revelatam; ad quod mox cœperint votivæ peregrinationes; quibus denique factum est, ut quod primum S. Eugendi dicebatur monasterium, dici cœperit* SS. Eugendi et Claudii, *ac denique solius* S. Claudii *nomine appellari; ut mirum non sit, si ordinare Chronologiam volentibus adeo incertæ steterint, ut mox dicam, conjecturæ.*

Abbas anno 526,

mortuus an. 582.

3 *Damus ergo primo loco Vitam breviorem ex MS. codice monasterii S. Claudii, a Petro Francisco Chiffletio nobis submissam, scriptam (ut jam diximus) seculo Christi duodecimo. Ex ista autem Vita desumptæ sunt Lectiones pervetusti Breviarii Ecclesiæ Vesontionensis, in membranis descriptæ, uti etiam Breviarii Mauriannensis anni* 1512, *Æduensis* 1534, *Lingonensis et aliorum. Acta dein subjungimus longiora, diu postea composita et interpolata, in quibus num.* 10 *appellatur Sanctus,* patrator miraculorum, de quibus extant libri, *scilicet (ut infra constabit) seculo Christi duodecimo et sequentibus* conscripti. *Hic Auctor adjunxit rebus a se narratis varias circumstantias, quæ cum jam assignata Chronologia non consistunt, infra in Annotatis referendas et commodius rejiciendas. Acta istæc edidit nuper Mabilio, et ante ipsum Joannes Jacobus Chifletius in secunda parte Vesontionensis historiæ a pag.* 139, *et a nostro diversum valde exhibet calculum temporis: quod etiam fecit frater ejus Petrus Franciscus, singula se latius deducturum pollicitus in suo Tractatu* C *de hoc monasterio Jurensi: sed hunc Tractatum, jam pridem expectatum, nescimus an ultra primas cogitationes promoverit, multis aliis quæ interea edidit distractus. Calculum ab eo acceptum interim ediderunt Sammarthani, Tomo quarto Galliæ Christianæ in monasterio Jurensi; non satis memores eorum, quæ Tomo primo in Archiepiscopis Bisuntinensibus ediderant cum discrimine fere centum annorum. Interim Chiffletios secutus est Mabillo tomo* 2 *de Sanctis Ordinis Benedictini, forte quia commodius illi adscribere poterat* S. Claudium, *si crederetur usque ad annum* DCXCVIII *vixisse.*

Datur Vita 12 sec collecta ex MS

et alia deinde interpolata,

edita a Jo. Jac. Chifletio,

Mabillone,

4 *Laurentius Surius eadem Acta se reperisse, ait, in* quodam impresso codice, *eaque suo operi, sed mutato stylo, ad hunc diem* VI *Junii inseruit. Videtur autem* impressus codex *ille esse aut* Legenda Claudii de Rota, *anno* MDXXXI *excusa, in qua cap.* 177 *continetur; aut potius* Appendix *seu* Supplementum ad Catalogum Petri de Natalibus, *Lugduni impressum anno* MDXIV, *et titulum omnino dolosum præferens,* De Sanctis nuperrime Canonizatis. *Fuerat nempe Catalogus iste Vicentiæ anno* MCCCCXCIII *excusus, curante Antonio Versio Vicentino; cui* ad calcem libri visum est non inutile, quorumdam Sanctorum, *a Petro omissorum,* gesta subnectere ex eorum historiis quam compendiose posset, ordine temporis tantummodo servato. *Constat hoc Supplementum Capitibus* XXV, *quibus Editor Lugdunensis titulum istum fallacem fecit, quasi omnes quorum sic Vitas dat, revera fuerint expresse* Canonizati, *idque recens, quod de omnibus non probatur; et sic male intitulato Supplemento adduntur nova tria Capita* de Ramis Palmarum, de Cœna Domini et S. Claudio, *quasi etiam* S. Claudius *primum circa initium seculi* XV *tandem fuisset Sanctis adscriptus. Res ejusdem, in vita ac morte gestas, Lugduni anno* MDCXXVII *edidit, sed idiomate Gallico, Henricus Bugetus, magnus istarum ditionum Judex: sed potissimum ex jam citatis Latinis Actis desumptas, quibus subjunguntur ultra centum miracula, ex infinita (uti num.* 101 *scribit Auctor) multitudine eorum selecta, quæ ab anno* MCXL *usque ad annum* MDCVII, *intercessione et meritis* S. Claudii, *fuerunt patrata. Hæc ergo, Latine reddita dabimus, nisi interea vel magna illa nanciscamur volumina, ex quibus in ipso monasterio servatis longe plura haberi posse præfatur Bugetus; vel id, quod essemus facturi nos, faciat alius, idque Latina aut saltem primigenia phrasi. Interim autem, dum alterutrum expectamus, ideoque differimus quidquam ex Gallico Latinum facere; habebit Lector, utramque Vitam, et Miracula illa, quæ jam composita prima Vita, dicimus scribi cœpta seculo* XII.

Claudio de Rota,

D *Auctorium et in Supplemento Lugdunensi Petri de Natalibus.*

Dum expectantur recentiora miracula,

E *dantur vetustiora ex Codice MS*

5 *Antiquitatem cultus, saltem mediocrem, abunde testatur citatum supra MS. Breviarium Ecclesiæ Vesontionensis; in quo præter Lectiones supra indicatas sunt Hymni, Antiphonæ, et Responsoria propria de Sancto, quæ ibi videri possunt. Solam propono Orationem quæ est hujusmodi.* Omnipotens sempiterne Deus, qui es Sanctorum tuorum splendor mirabilis, quique hodierna die Beatum Claudium Confessorem tuum atque Pontificem æternæ beatitudinis gloria sublimasti; concede propitius, ut cujus merita veneramur in terris, intercessionis ejus auxilio, apud tuam misericordiam muniamur in cœlis. *Hæc eadem Oratio recitanda proponitur in Breviario Bisuntino, quod anno* MDX[illegible] *juxta Concilii Tridentini decretum est excusum: item in Mauriannensi, Altissiodorensi, Lingonensi, et aliis, præcipue autem notatis etiam in Æduensi supra citato. Huc porro spectat industria* Humberti de Buenco Abbatis, quem anno MCCXLIII thecas argenteas affabre elaborandas curasse, quibus SS. Eugendi et Claudii corpora reconderentur, *indicat Mabilio sub finem Vitæ.*

Cultus antiquus in variis Breviariis,

[illegible]

6 *Inter Martyrologia, Sanctum hunc recoli præcipientia, antiquitate et auctoritate primum est B. Rabani Mauri, Archiepiscopi Moguntini, scriptum circa annum* DCCCL, *ubi sic legitur:* VIII Idus Junii. Depositio B. Claudii Episcopi. *Rabano succedunt plurima Usuardi exemplaria, variis locis varie aucta, incertum quo tempore, ac nominatim MS. Bruxellense S. Gudilæ, et Parisiis excusum anno* MDXXXVI. *His [illegible] Florarium Sanctorum MS. Grevenus et Molanus in Additionibus ad Usuardum, Maurolycus, Felicius, Canisius, Saussayus, aliique cum hodierno Martyrologio Romano. Eumdem retulit in Natalibus Sanctorum Canonicorum Ghinius, et Martyrologiis Benedictinis ipsum adscripserunt Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus, cum Mabillone supra relato: et Wion quidem asserit, Episcopum Bisuntinum creatum anno* DCXXIV, *atque Episcopum interfuisse Concilio Epaonensi, scilicet annis centum et septem antequam ordinaretur: quia Concilium illud anno* DXVII *fuit celebratum. Ita idem Wion statuerat* S. Romanum primum Jurensem Abbatem et fundatorem, *floruisse circa annum Domini* DLXIV, *quem ad ejus Acta* XXVIII *Februarii probavimus centum annis citius, circa annum videlicet*

[illegible] in Martyrologiis.

AUCTORE G. H.

A *videlicet* CCCCLX, *vita functum fuisse. Quidni ex simili calculo annus* DCXXVI *intrusus fuerit loco anni* DXXVI, *non tam Episcopalis, quam Abbatialis regiminis, uti supra diximus. Præterea* Nonis Junii, in diœcesi Lugdunensi, S. Claudii Archiepiscopi Bisontini *memoria, celebratur* in quodam Bisontinensis Ecclesiæ S. Stephani Martyrologio, *apud citatum supra Joannem Jacobum Chiffletium pag* 149. *Quo etiam die memoratur in Martyrologio Bellini, auctius Parisiis sub nota anni* MDXXI *excuso : die autem* VII *in Supposititio Beda, nec non apud Galesinium et Canisium. Ast* XII *Januarii est idem Episcopus* Claudius *inscriptus cuidam Kalendario Ordinis S. Benedicti, sed non admodum antiquo. Demum Carolus Bartholomæus Piazza, in Sanctuario seu Menologio perpetuo Romano, asserit ad hunc* VI *Junii solemnem* S. Claudii *festivitatem celebrari Romæ, in Ecclesia Burgundionum, prope Ecclesiam S. Mariæ in Via.*

etiam 5 et 7 Junii

et 12 Januarii:

solemnitas Romæ

APPENDIX

B Designatio Operis, a Petro Franc. Chiffletio relicti.

D. P.

Opus Petri Francisci Chiffletii p. m. quadripartitum.

H*actenus* Henschenius ; *post cujus obitum annis octo elapsis, accepi Parisiis, beneficio* P. Joannis Harduini, *quidquid undique ex vetustis monumentis collectum, vel proprio marte elaboratum de Sanctis dimiserat* Chiffletius, *in Collegio Claromontano nostro vita functus; atque in his ingens opus, cui, ante annos circiter sexaginta cœpto, Titulum denique hunc factum invenio :* Sacrarium monasterii Jurensis Condatescensis, tertiodecimo abhinc seculo fundati, quod est caput monastici Ordinis in Provincia Sequanorum; mediis seculis a S. Eugendo, sive Augendo, quingentis vero ab hinc annis frequentius a S. Claudio nuncupatum: quatuor in partes divisum.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

H*anc in tempus faciendæ editionis distulisse videtur Auctor : ejus certe nihil post mortem apparuit, luci publicæ paratum.*

PARS PRIMA.

C Chronicon Abbatum monasterii S. Augendi Jurensis, sive S. Claudii, a primo Fundatore S. Romano ad nostra usque tempora deductum.

PARS SECUNDA.

De primis monasterii Condatescensis Abbatibus, Romano, Lucipino, et Augendo: auctore S. Augendi æquali anonymo, qui fuisse videtur Pragmatius Presbyter.

Vitæ Sanctorum Abbatum Lupicini et Romani, auctore Gregorio Turonensi Episcopo, libro de Vitis Patrum, capite primo.

ILLUSTRATIONES JURENSES

CAPUT I De auctore qui Sanctorum Romani, Lupicini, et Augendi Vitas conscripsit ; illum videri Pragmatium Presbyterum. De Joanne et Armentario quibus dicatæ sunt. Operis ipsius ratio et inscriptio. Obiter de Vitis Sanctorum, anonymo auctore vulgatis.

II Jurensem silvam an incolere cœperit S. Romanus imperante Gratiano ? num in sua eremo a S. Martino Turonensi Episcopo, adhuc inter vivos superstite, conveniri potuerit. D

III Ecquid Villæ-Jurensium nomine veniat in Vita S. Romani.

IV Quid schola Eugendi in Epistola Aviti Viennensis XVII, ad Viventiolum Presbyterum.

V Monasterii Claudiani variæ appellationes. Serræ Jurensis tractus. Quænam sint Jurensia monasteria Apollinari Sidonio ?

VI Monasterium Condatescense an primum et antiquissimum in Sequanis ? Fines Sequanorum et Segusianorum.

VII An a S. Romano fundatum nuncupatumque sit Romanum monasterium in diœcesi Lausannensi, quod nunc est Prioratus Cluniacensis, ab Helvetiis execratus ?

VIII Quænam Sequanorum monasteria a Jurensibus prisco ævo derivata videantur. Obiter de Sanctis Ymiterio et Mauro.

IX De Prioratibus ubivis terrarum constitutis, qui S. Claudii monasterium, velut membra caput suum, spectant.

X Proponitur quæstio, ecquod significatum habeat Lugdunensis Interamnis in Vita S. Romani. Primum statuitur quid Insula Polybio et Livio, ad quam Hannibal post transitum Rhodanum quartis castris pervenit. E

XI Interamnis notio multiplex. Lugdunensis Interamnis vocabulo aliud nihil significari, quam vetus monasterium ad confluentes Araris et Rhodani, vulgo dictum Athanicense, sive Athanatense.

XII De causa Hilarii Arelatensis, et Celidonii Bisontini Archipræsulum, Romæ agitata coram S. Leone Papa primo. Distinguuntur Leones Episcopi tres, Forojuliensis, Arelatensis, et Bisontinus.

XIII De Hilperico seu Chilperico Burgundionum Rege, quid beneficii in Jurenses Monachos contulerit. Duo fuere ejusdem nominis illi genti Reges.

XIV Territorium Equestre, Nugudunense municipium. Ostenditur in Colonio Equestri seu Nividuno fuisse Episcopatum, fundato jam Bellicensi, nec translatum unquam sedem Bellicium a Nividuno

XV Osculum leprosis impressum a S. Romano. Maxentius quidam Monachus, ob animi elationem correptus a dæmone. Ignota nobis cordium arcana, et Dei consilia. Lectio super mensam. Gregorius Neocæsariensis, cognomento Magnus.

XVI Agrippini et Ægidii controversia, veterum scriptorum testimoniis illustratur, adnotata temporum ratione : de illius Comitiva et hujus Magisterio. F

XVII Comitatum. Arrha fœderis. Osculum dexteræ in fide jussione. Quid Fidedictus ? Oratio ad Sanctos adhuc superstites, procul tamen positos. Apparitiones Sanctorum adhuc viventium. Efficax oratio cum pœnitentia. Asylum. Confessio S. Petri. Quid solidus prisco ævo ?

XVIII De Spicario Jurensium Monachorum, in quo S. Lupicinus Abbas multiplicatis frumentis, imminentem suis famem depulit.

XIX Agannus, Isarvodorum, Balma. Quænam fuerit veterum Gallorum lingua, et quam multiplex.

XX Quid hora sexta in Vita S. Eugendi, quid in Evangelio.

XXI De S. Leoniano Abbate. Caracalla triplex, urbana, militaris et monastica.

XXII De Syagria matrona Lugdunensi, a S. Augendo persanata. Ex occasione, de S. Syagrio Lugdunensi, qui vulgo Sicarius.

XXIII Quænam sint vicina Jurensibus monasteriis Aerientium loca, ex quibus jam ævo S. Eugendi petebatur sal coctile.

XXIV

A XXIV Ecqua Martyrum Agaunensium Acta, laudata a Pragmatio, ea nunc ex manuscripto codice pervetusto integra proferimus, auctore Eucherio Episcopo Lugdunensi.

XXV Eorumdem Martyrum Agaunensium Acta interpolata a recentioribus, nunc ex manuscriptis codicibus castigatiora quam quæ hactenus prodierunt.

XXVI De informatione monasterii Agaunensis liber citatus, scriptusque ab auctore Vitæ S. Augendi, nunc primum a nobis in lucem datur.

XXVII Observationes aliquot in prætactum opusculum. Duodecim primorum Abbatum Agaunensium accurata chronologia, ante mille abhinc annos conscripta.

XXVIII Qualis in Agaunensi monasterio, Sigismundi Regis munificentia locupletato, Laus perennis instituta sit.

XXIX De ampulla olei S. Martini, quæ in monasterii totius Condatescensis incendio illæsa permansit. Ex occasione, de sacra ampulla ejusdem Sancti, quæ in Turonum Majori monasterio nunc etiam asservari dicitur.

B XXX De Regula primorum Patrum Jurensium: ejus fontes et capita præcipua: illorum victus ac vestitus ratio: et de clausura Monialium in Parthenone S. Romani de rupe.

XXXI Quo primum tempore, quave occasione invecta fuerit S. Benedicti Regula in Jurense S. Eugendi monasterium.

XXXII Ager seu ditio Abbatiæ S. Augendi, non a Gratiano Imperatore, non a Chilperico, non a Clodoveo II, Regibus, sed a Carolo Magno primum collata, et suis limitibus circumscripta est.

XXXIII De anno quinto Childeberti, cujus mentio in Dagannoto, nono Jurensi Abbate.

XXXIV Jurensium ditionis violatos limites Fridericus I Imperator novo privilegio sancit, quod et sequentes Imperatores confirmarunt.

PARS TERTIA.

De Sancto Claudio, Abbate Condatescensi, et Archiepiscopo Bisontino.

Vita S. Claudii, ante annos abhinc plus minus quadringentos conscripta, Auctore Anonymo.

Miraculorum S. Claudii liber primus, ab annis C fere quingentis editus. Sacri ejus corporis circumgestatio per Lugdunensem, Lausannensem, et Bisontinam diœceses.

Liber secundus, ex monumentis fide dignis a nobis excerptus.

ILLUSTRATIONES CLAUDIANÆ.

Caput I. S. Claudii patria, genus, festus dies. De auctorum ætate ac fide qui Vitam ejus et antiquiora Miracula scripserunt. De pago Scodingorum, et ejus olim Ducibus seu Patriciis.

II An ad Dominos Salinenses, qui septem fere abhinc seculis ei toparchiæ præfuerunt, S. Claudii genus propagatum sit.

III Dominorum Salinensium series.

IV De S. Claudii sepulturæ modo, et loco. Sacrum ejus cadaver numquam fuit evisceratum. Metenacus villa, non hujus S. Claudii Episcopi et Confessoris, sed S. Claudi Martyris Reliquias possidet.

V S. Claudius Martyr Metenacensis passus videtur Lugduni, cum Amore et Viatore sancti Alexandri sociis, sub Marco Aurelio Antonino, et cum illis e S. Irenæi Lugdunensi basilica in Sequanos translatus.

VI Ordo et locus B. Claudii inter Archipræsules D Bisontinos. Horum antiqui duo Catalogi, a sexcentis amplius annis manu exarati distribuuntur.

VII Occasione eorum quæ de S. Claudio præmissa sunt, series compendiosa Metropolitanorum Bisonticensium, longe accuratior quam hactenus prodierit, proponitur.

PARS QUARTA.

De aliis nonnullis monasterii S. Augendi alumnis, qua genere, qua sanctitate illustribus.

De aliquot præcipuæ nobilitatis viris, ante annos fere sexcentos Jurense S. Augendi monasterium ingressis; ac præsertim de Stephano, qui deinde Abbas Bezuensis fuit.

Vita S. Simonis Comitis, et apud S. Augendum Monachi.

OBSERVATIONES

Ad Vitam S. Simonis, ex Comite Monachi.

Caput I. De Auctore, qui S. Simonis Vitam conscripsit.

II De patre ejus Rodulfo, et tribus illius uxoribus, quarum tertiæ (nempe Annæ Regis Francorum Henrici relictæ) affinis erat in gradu tunc prohibito. E

III De Walterio, S. Simonis fratre, prope Remos interfecto. Vitriacum pluries occupatum a Philippo I Rege.

IV De duabus sororibus S. Simonis, quarum ætate prior Herberto desponsata est Veromanduorum Comiti, ejus nominis quarto; junior autem, nomine Adelais, primum Bartholomæi Brecarum Domini, postea Theobaldi Blesensium et Carnotensium Comitis conjux fuit.

V Sententia nostra, de Adelaidis Bartholomæi relictæ secundis cum Theobaldo Blesensi nuptiis, novo argumento stabilitur; ex eo nimirum quod Bartholomæi et Adelaidis, eorumque filii Hugonis-Bardulfi, omnis hereditas ad Theobaldum, ejusque filios aut nepotes devenerit.

VI An præter Adalam Comitissam Veromandensem; et Aalydem, sive Alaidem, aut Adelhaydem, primum Bartholomæi Brecarum Domini, postmodum Theobaldi Blesensis Comitis conjugem; aliæ fuerint S. Simonis sorores duæ; Elizabeth, quæ vulgo Rosa; et Arwis, ad Kalam sanctimoniales; quæ et Roseto puellarum parthenoni initium dederint. F

VII Adversus præmissa nonnullæ moventur difficultates ex Alberici Chronico.

VIII Origo et series illustris familiæ, quæ de S. Simonis nomine nuncupatur.

IX S. Simon corpus Rodulfi patris demortui transfert a Monte-desiderio, ubi per triennium jacuerat; illudque deponit in S. Arnulfi ecclesia Crespeiensi.

X Quis fuerit S. Arnulfus, Crespeiensis ecclesiæ a S. Simone locupletatæ, Patronus?

XI Simoni Comiti uxor quæritur, Heldeberti Marchiæ Arvernicæ Comitis filia. Hæc ejus hortatu fit Monialis in Casa Dei; unde videtur Lareyum translata, prope Castrum Divionem.

XII Quænam fuerit Simonis Comitis cum Mathilde Anglorum Regina consanguinitas?

XIII Quo tempore S. Simon, et sub quo Abbate factus sit ad S. Augendum Monachus, et quos habuerit sancti sui propositi sectatores?

XIV Quo tempore S. Simon interfuerit translationi sacræ Sindonis Compendiensis in capsam auream, a Mathilde Anglorum Regina oblatam.

Auctore D. P.

XV Annus Roberti Guischardi, Sedi Apostolicæ per S. Simonem reconciliati. Hujus mansio Romana ad S. Theclam.

XVI De S. Simonis obitu III Kal. Oct. MLXXX, sepultura, mausoleo, epitaphio, et reliquiarum translatione.

XVII Colliguntur, quæ S. Simonis historiam spectant, capita chronologica.

Ex his quædam edenda hoc loco:

De Venerabilis Joannis Gandavensis, quondam ad S. Claudii Abbatiam Anachoretæ Vita, translatione, et miraculis, quorum intuitu Rex Francorum Ludovicus Undecimus in Romana curia proponendam censuit ejus canonizationem, sed morte præventus suis successoribus reliquit promovendam.

8 *Hæc ab auctore parari cœpta ad prælum, annum ætatis quadragesimum agente; ad istumque modum aucta, digesta, recognitaque fuisse invenio, ab eodem jam fere nonagenario; haud dubie mox publicam in lucem danda, si vitam longius protrahere licuisset. Etenim jam Rege Mæcenate suffultus, opus non habebat aut San-claudianorum Allatum diu frustra sperare subsidium, ad sumptus impressionis sublevandos; aut illis deficientibus Patronum sibi quærere extra Galliam, sicut usu venit Tornodorensis Abbatiæ historiam monumentaque sub annum* MDCLXIV *evulgaturo. Ego commendatos mihi viri studiosissimi labores ita suscepi, ut quæ in rem meam facient, Auctori amico integra reddere velim suis quæque temporibus ac locis. Dabo igitur nunc* librum secundum miraculorum, *ab eo collectum; dabo et* Observationes Claudianas, *et quam hisce attexuit Chiffletius reformatam* Metropolitanorum Bisonticensium seriem; *in qua Auctor, propter allegata ab Henschenio Concilia, quorum primo, scilicet Epaonensi ad annum* DXVII *habito, invenitur subscripsisse,* Claudius, Episcopus Ecclesiæ Vesontionensis, *duos distinguit* Claudios; *unum, qui circa id tempus cœperit, desierit ante annum* DXLIX, *quo invenitur Synodis subscripsisse* Urbicus: *alterum, qui fuerit Abbas Jurensis, totis* XLVIII *annis, prius quam Episcopus fieret circa annum* DCLXXXVIII; *septimo autem Præsulatus gesti anno se abdicaverit, Jurensemque Abbatiam receperit gubernandam, approbante Joanne Papa VI (quem scilicet invenire oportuit, ne penitus otiosum in Vita esset nomen* S. Joannis Apostolicam Sedem tenentis, *vixerit autem post reditum suum usque ad annum* DCCIII. *Quid ad duos* Claudios *tandem comminiscendos coegerit Auctorem, nihil invenio præter Catalogos duos, seculo* XI *conscriptos, qui sextum a S. Nicetio collocant* Claudium, *adeoque alium ab eo qui Synodis subscripsit, ab illis prætermisso; et nomen* Chlodovæi Regis, *in Vita posteriori suppositum pro nomine* Chlotharii, *atque annum* IV Childeberti, *quo ab hoc seculo Sanctus migraverit, ex sententia Interpolatoris: quæ tanti facienda non videntur, ut propterea debeant geminari Episcopi, nullo certiori argumento distinguibiles. Etenim ex istis aliud nihil sequitur, quam quod ex semel perperam notato anno* DCXXVI, *pro* DXXVII, *quo factus* Claudius *Abbas sit; turbatus ordo successionis fuerit; et tam disparata tempora in unam personam confluxerint. De quibus ut porro per se judicet Lector, nihil vel in Henschenio vel in Chiffletio muto; sed utriusque propono, ut accepi, sententiam vel verba. Quod ad reliquas Chiffletianæ compilationis Partes attinet. Prima usui erunt, ad Supplementum Januarii, Februarii, Martii, quibus mensibus jam egimus de* SS. Romano, Lupicino, Eugendo, *primo loci Abbatibus. Quarta totum mensem Septembris spectat, quo S.* Simon *obiit. Sed quæ ei addenda promittitur* Venerabilis Joannis Gandavensis Vita, *abest a prætitulata collectione, inter alias Sanctorum Vitas fortassis reperienda a nobis, cum anno ac die mortis. Interim ex hoc defectu moneor, fieri posse, ut quædam pauca ex indiculo præcedenti, vel ab Auctore composita necdum sint, vel extra ordinem quærenda alibi, quod modo non vacat operosius disquirere; disquiram autem, si quis, necessariam operosæ nostræ molitioni moram non ferens, Chiffletianæ isti ut concepta est lucubrationi, toti simul ac semel producendæ, manum auxiliatricem et sumptus offerat; nam hunc in finem Indiculum proposui, adeo non cupidus plumis alienis me circumornandi; ut beneficii loco habiturus sim, si quis me fidei-commisso levaverit. Tunc etiam examinabo an et quatenus huc adduci possit fascis alius chartarum, seorsim sub tali titulo positarum;* PROBATIONES *Partis tertiæ hujus Operis; quæ continet* Illustrationes Claudianas, et quæcumque S. Claudium, sive Abbatem, sive Bisunticensem Archiepiscopum spectant. *Rem apparet omnino prælo paratam fuisse, sed mutato consilio ad extremum sepositam cogor suspicari, ex Indiculo manu auctoris recentissime et paulo ante mortem exarato, absque ulla talium* Probationum, *una cum prædictis* Illustrationibus *imprimendarum, mentione, quod hæ solæ forte judicarentur sufficere, absque operiosori illa additione tot documentorum, non adeo prope spectantium ad argumentum assumptum.*

cum distinctione duplicis Claudii, licet non satis probata,

dum cæteris expectatur Patronus.

VITA BREVIOR

Ex MS. Monasterii, et Breviariis excusis ac MSS.

Prologus

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Laudabili Fratrum Jurensium instantia commoniti, Vitam B. Claudii et ejus miracula summatim delibare decrevimus: cujus Vitæ meritum si ad plenum prosequamur, mendacem invidiam minime poterimus declinare. Et ideo paucas ejus virtutes attingimus, ut nos lector parcos veritatis potius quam prodigos falsitatis inveniat.

Episcopus pius et justus,

2 Beatus igitur Claudius, *a* Salinensium Principum conspicua generositate clarissimus, a parentibus litterarum studiis addictus, ætate et sapientia proficiens, tandem nutu divino Bisuntinæ Sedis Cathedram Pontificalem *b* obtinuit. Ibi tam suavem et delectabilem pietatis et justitiæ mixturam contemperavit, ut in eo benignitatis affectus, et disciplinæ severitas, vicem mutuam observarent. Postmodum civium turmas fugiens, ne velut ex tacto maculam contraheret atramento, ad Jurense B. Eugendi cœnobium, locum videlicet horroris et vastæ solitudinis, Domino ducente, se *c* transtulit. Et quia legerat; Os quod mentitur, occidit animam, non minus mendacium quam homicidium abhorrebat. In orationibus assiduus, in vigiliis strenuus, in refectione sobrius *d*; utpote cui cibus olusculum, cui sopori cubile præstabat inornatum: cujus ornatus pallor et macies. Quid plura? voluptatum tabe proposita, totus cœlesti rore madescens, omni virtute parsimoniæ, carnis aream desiccavit.

dein monachus Jurensis, sanctitatis et temperantiæ eximius.

Abbas creatur

3 Attendentes igitur Fratres illius loci, viri sanctissimi discretam humilitatem; virum omni virtute probatum, Pastorem et Patrem spiritualem, divina præeunte gratia, sibi præfecerunt anno *e* sexcentesimo vicesimo sexto ab incarnatione Domini, Sancto Johanne Apostolicam sedem tenenti: qui præfati viri possessiones, suo *f* munivit privilegio. Quo in loco vir Dei Claudius, religione et sanctitate commonitus, multo virtutum et miraculorum clarescens sidere, sic oleum misericordiæ vino discretionis immiscuit, ut, in curandis vulneribus vitiorum, Samaritani nostri diligentiam reformaret *g*. Denique peracto vitæ præsentis curriculo, beatus Claudius sacrum religionis jubar, præsentibus et posteris sanctæ conversationis exemplar, Angelorum cœtibus aggregatus, ab hac valle miseriæ, in conspectum

moritur

A conspectum summæ Majestatis, Octavo Idus Junii feliciter *h* migravit. Cujus corpus generis et sanctitatis prærogativa, pretiosis conditum aromatibus, in ecclesia B. Eugendi *i* quingentis quinquaginta quatuor annis, miraculis assidue crebrescentibus requievit.

h *claruit miraculis.* *i*

ANNOTATA G. H. ET D. P.

a Salinæ, *urbs in Comitatu Burgundiæ cum duplici arce, habuit suos Principes et Dominos, quibus varias arces seu munitiones assignat Henricus Bogetus. Ab his prognatus* S. Claudius *circa annum* 484. De Salinis *plura dicta sunt* 3 *Februarii ad Vitam S. Anatolii Episcopi, qui ibidem Patronus colitur : quod autem ejus loci Toparchæ hic vocentur* Principes, *datur dignitati* Comitum Burgundiæ, *ad quos dominium istud devolutum est seculo Christi* X. *Vita altera*, Principes seu Palatinos *vocat, quod primus dici cœpit Ottho, ex Beatrice Burgunda filius Frederici Imp. seculo* XIII.

b *Circa annum* 516, *ut qui sequenti anno interfuit Concilio Epaonensi.*

B c *Circa annum* 523.

d *In MS. Breviario Vesontionensi ista interponuntur* : Latere non poterat virtutum lucerna, quæ succensa fuerat a luce superna.

e *Imo quingentesimo vicesimo sexto. Nam anno* 626, *non fuit* S. Joannes Papa, *sed Honorius I, cui successit Severinus, et huic Joannes IV creatus anno* 640 *exeunte, ad quem aliqui confugiunt. Interim sphalma istud præbuit occasionem aberrandi ad integrum seculum. Præterea contra morem recurri ad Papam, ob dignitatem Abbatialem, observat Mabilio ad sequentem Vitam.*

f *Quod potuit* S. Joannes *fecisse*, *rogatus a* S. Claudio, *existente Episcopo. aut post suum ad Jurense monasterium accessum : si tamen ejusmodi privilegium non potius fuit* Joannis *alicujus longe posterioris, ad ipsum signandum moti meritis et miraculis* S. Claudii, *pridem in cælis Beati. Tenorem ipsius accepimus a Chiffletio hoc initio.* Joannes, Servus servorum Dei. Claudio Abbati religioso monasterii S. Augendi, ceterisque in eodem venerabili monasterio in perpetuum. Convenit Apostolico moderamini etc. *et lacera in fine membrana excusatur : sed studio laceratam putat Chiffletius, ad imposturam melius occultandam :* est enim, *inquit*, simillimum diplomati Leonis IX, dato sub nota anni 1050; deinde villas et ecclesias quasdam nominat, non ante annum millesi-

C mum Jurensi monasterio datas, ut Novam-Villam et Tenningam : alias item permultas ac fere omnes, non nisi post S. Claudii ævum eidem monasterio acquisitas.

g *Hic desinunt lectiones MS. Breviarii Vesontionensis.*

h *Circa annum* 581, *ut supra probatum.*

i *A dicto anno* 581 *ad annum* 1135, *post quod tempus hæc scripta sunt. In Breviario Æduensi anni* 1534 *ista sub finem habentur :* Conditum aromatibus in ecclesia B. Agendi (*imo Augendi*) in hodiernum usque diem requiescit. Et quoniam ibi Redemptor noster Christus in Sancto suo maximas quotidie virtutes edere dignatus est, ideo Christiana pietate factum est, ut locus ille a sancto viro nomen acceperit.

VITA LONGIOR

Seculo XIII aut XIV composita.

Ex editionibus Jo. Jac. Chiffletii et Mabilionis.

Si rationabiliter facta et dicta quorumdam hominum, qui in actibus mundanis fortes reputati sunt, D litteris annotantur ; fortiori ratione Sanctorum, qui divinitus instructi, et in rebus mundanis legitime disponendis et administrandis fuerunt experti, et in divinis mandatis peragendis fuerunt expediti, facta et dicta, ad Dei gloriam et subsequentium imitationem, ad perpetuam debent memoriam libris ac litteris commendari; ac non solum libris annotari, verum in libro cordis jugiter haberi ; ut ex eorum gloriosis operibus et mens instruatur, et augeatur devotio. Unde nos Vitam beatissimi Claudii, Bisuntinensis Ecclesiæ Archiepiscopi ac Abbatis monasterii S. Eugendi, prout ad nos tam scripturis et chartis, quam aliis fide dignis documentis devenit, sine mendacii conscientia scribere disposuimus; non solum ut fidelibus, ejus vitam sanctissimam et conversationem mellifluam sitientibus et poscentibus, vitæ ejus historiam et conversationis seriem, quæ etiam sine nobis habere valent, tradamus ; sed ut nostræ qualicumque erga eum devotioni, quæ ejus vitæ historia carere non potest, satisfaciamus. Sua namque doctrina sanctissima admoniti, miraculis excitati, et præsentia corporali visione jocundati, et insuper requisiti, ejus vitam gloriosam silentio tegere non possumus. Reprehendat qui voluerit, et qui voluerit credat : nos autem qualescumque exi- E gui famuli Christi, quod scimus de vita dicti Sancti veraciter scribimus et testamur, licet non ad plenum, ne incidamus in linguas reprehendentium, nam extant libri miraculorum quæ per eum Dominus monstrare dignatus est, quæ hic inserere omittimus, ad historiam vitæ ejus solummodo breviter scribendam intendentes *a*.

Ex impressis Prologus. *devote* *et fideliter scribentis.* *a*

2 Beatus igitur Claudius fuit ex nobili Saliuensium Principum seu Palatinorum genealogia ; qui usque ad septimum annum, cum decenti cura, in domo parentum suorum nutritus fuit. Transacto autem septimo ætatis suæ anno, ab ipsis parentibus, probatissimis litterarum magistris instruendus traditus fuit ; quibus artes quas liberales vocant, infra paucos annos, plene didicit. Infra cujus temporis spatium, non solum artes prædictas, verum etiam libros veteris et novi Testamenti, historias sive passiones sanctorum Martyrum, atque vitas sanctorum Confessorum ; nec non et Sermones seu homilias sanctorum Doctorum, sub ipsis magistris adolescens sibi legendo percurreret. Erat enim jam in hac ætate, ingenio docilis, corde fervidus, e sanctis operibus totus deditus, nec sinebat diem transire absque bonis operibus.

Litteris imbutus Sanctus, *historias sacras legit :*

3 In hac autem ætate non solum (ut diximus) lit- F terarum studio vacabat ; verum et omnibus diebus, præcipue dominicis et festivis, ecclesiam frequentabat : Missam et Horas Canonicas, ac divinæ Scripturæ sermones avide auscultabat, ac in armariolo sui pectoris recondebat. Personis vero religiosis aut honestis se admiscebat, et cum eis de virtutibus ac bonis operibus semper conferebat : inhonestis autem ac scurrilibus numquam juxta eorum inhonestatem aut scurrilitatem responsum dedit; sed potius mansuete verba sale sapientiæ condita, ac in tantum rationabilia et dulcia, quod omnium in se provocabant affectum. Diligebant eum provecti et sapientes, velut jam virum factum et virtuosum et sapientem ; alii vero, ut adolescentem affabilem atque prudentem. Numquam in foris, tripudiis, seu quibuscumque mundanis spectaculis adstare visus fuit : numquam cum mulieribus juvenibus absque rationabili causa diu fuit : nec de qualicumque nefando opere notatus, non de risu, respectu, vel quocumque tam modico verbo dignus reprehendi judicatus. Hic sanctus erat vultu Angelicus, forma decorus, incessu maturus, moribus ornatus, sensu profundus, sermonibus

Virtutibus vacat. *omnibus carus.*

EX IMPRESS.

A sermonibus affabilis, caritate præditus; in tantum quod omnes qui eum intuebantur, judicabant eum esse verum Dei famulum. Hæc quæ supra diximus, in adolescentia sine reprehensione peregit.

b Canonicis Vesontionensibus adscriptus vicennis,

4 Factus autem ætatis *b* viginti annorum, et jam in divinis eruditus, ac in bonis operibus assuetus, militiam elegit Clericalem; petiitque humiliter, ac pro suis meritis obtinuit, se recipi in Canonicum Cathedralis Ecclesiæ Bisuntinensis. Qui creatus sive factus dictæ Ecclesiæ Canonicus, incepit in ipso Canonicorum collegio Ecclesiam frequentare, Missis, Horis canonicis, et aliis Officiis ecclesiasticis interesse; libros sacræ Scripturæ diligenter revolvere, lectiones ipsius sacræ Scripturæ ferventer et attente audire, magistrorum sermones devote auscultare; ac per omnia, ut verus Christi famulus, absque reprehensionis nota, se habere: ac intantum infra breve temporis spatium, divina gratia ipsum prosequente, in prædictis sanctis operibus profecit; quod sacræ Paginæ probatissimus, ac talis factus est magister et professor; quod in tota Burgundiæ provincia suo tempore non fuit similis. Prædictis autem donis et virtutibus ditatus, de die in diem in

in omni virtute excellit:

B sanctitate proficiebat: ecclesiam (ut diximus) frequentabat; divina Officia in suo gradu, et prout ad ipsum, secundum ordinationem ipsius Ecclesiæ, absque defectu reverenter et devote exercebat; orationi prout temporis opportunitas se offerebat, frequenter incumbebat; omni pene tempore, exceptis Dominicis et Festis, semel in die refectionem sumebat; sæpe noctes in oratione, lectione, et sancta meditatione pervigiles ducebat; castum, et (ut credimus) virginem (utpote qui numquam de quacumque parva infamia notatus fuerit) se custodiebat; in vestimentis mediocrem se habebat; in moribus vero humilem, in verbis dulcem et affabilem se exhibebat; ac (ut uno verbo cuncta complectar) in omnibus virtutibus omnium judicio pollebat, ita ut crederes illum jam probatissimum Monachum.

Episcopus ejusdem Ecclesiæ divinitus instituitur:

5 Completis autem in hujusmodi sanctis operibus duodecim annis, ejus suffragantibus meritis, electus est in Archiepiscopum Bisuntinensis Ecclesiæ: quod qualiter factum fuerit, breviter enarrare dignum duximus. Infirmante enim dictæ Sedis Præsule, infirmitate qua decessit; vir beatissimus, timens quod post evenit, ne scilicet in Pontificem eligeretur; Ecclesiam ipsam ad tempus relinquere disposuit; et ad suos parentes, Dominos, scilicet Salinensium, devenire festinavit; et cum eisdem in ipsa Salinen-

C sium villa habitare cœpit. Dicto autem Præsule viam universæ carnis ingresso, Clerus et populus per aliquod tempus fuerunt in eligendo discordes; illis volentibus unum, aliis vero alium. Tandem, post multas altercationes inter se habitas, ad se redierunt; et unanimes in oratione et fletu se prostraverunt, supplicantes humiliter, ut meritis beatæ Dei Genitricis, et S. Joannis eorum Patroni, et omnium Sanctorum, Dominus eis misericorditer inspirare dignaretur, quem in Pastorem dictæ Ecclesiæ eligere deberent. Orantibus autem illis, vox de cœlo intonuit, quæ ipsos Canonicos, ut a fletu cessarent, monuit, et ut B. Claudium eligerent. Tunc Canonici, non modicum lætificati, sanctum virum unanimiter elegerunt; et facta hujusmodi electione, non humana sed potius divina, miserunt ad sanctum virum honorabiles totius Ecclesiæ et Civitatis, pro obtinendo ejus consensu, et pro reducendo ad ipsam Ecclesiam memoratam. Facta autem prædicta electione, et beato viro præsentata, ac in dicta Salinensi villa divulgata; non est nostrum dicere, quanta lætitia tota villa fuerit repleta; ad quantas ejus parentes eruperunt gratiarum actiones. Habito ejus quem denegare non potuit consensu, qui desti-

nati fuerant, reduxerunt eum ad Bisuntinensem civitatem: et ibi ejus divulgato consensu, quis dicere potest in quanto gaudio civitas fuerit, quantasque gratiarum actiones Domino egerit? Puto vere ad hoc non sufficere Maronis eloquentiam. Celebratis autem gratiarum actionibus, Canonici miserunt ad Romanum Pontificem, pro obtinendo ipsius electionis canonicam confirmationem: pro qua dictus Pontifex, comperta rei veritate, laudes immensas et gratiarum actiones cum lacrymis Domino retulit; et quantum necesse fuit, ipsam approbavit, anno *c* sexcentesimo vicesimo-sexto Incarnationis Dominicæ. *D*

Papa approbante: c

id muneris recte exequitur:

6 Factus autem Archiepiscopus, subito officium Pastorale ferventer exercere cœpit. In collegio namque residens, ecclesiam devote frequentabat; Missas solennes reverenter celebrabat; Horis canonicis continue intererat; sermones Clero et populo memoratu dignos faciebat; causas ecclesiasticas horis debitis benigne audiebat, et decenter determinabat; nec propter ipsas, seu quavis alia negotia ecclesiastica (quæ tamen irreprehensibiliter administrabat) nisi esset evidens necessitas, ecclesiam horis, quibus divina Officia celebrantur, dimisit. Exponebat disertissime sacratissimas sententias veteris et novi Testamenti, et per suos mellifluos sermones eradicabat vitia, virtutes inserebat. Erat namque *E* profundissimæ litteraturæ, et per omnia similis bono patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera. Visitabat sæpe provinciam sibi commissam, sacram verbi doctrinam seminando: et, ut plura uno verbo concludantur, erat per omnia fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Erat etiam, ut diximus, valde dulcis et affabilis, pius et mitis: quibus virtutibus miro modo omnium ad se attrahebat affectum. Et nihilominus tantum erat in Dei amore elevatus, quod in contemplatione assidue fixus, vix poterat ad corporalem refectionem declinare: vocatus tandem ab oratorio et studio, lætus et hilaris, ad mensam descendebat.

ad monasterium S. Eugendi se recipit.

7 Anno autem septimo sui Episcopatus, divino amore totus accensus, totis præcordiis delicias pompasque hujus seculi funditus volens relinquere, et Domino fonti vivo plenius vacare; cunctis strenue depositis, civitatem suam cum dignitate reliquit, et in monasterio S. Eugendi, quod est juxta fines dictæ diœcesis, omni Clero et populo dictæ civitatis renitente, ac lacrymis ipsum revocante, ab Angelo (ut ferunt) Monachis prænuntiatus *d*, devenit; ibique habitum vitamque monachalem arripuit. Residens vero in dicto monasterio, per omnia ut verus Monachus se gerebat. Erat enim in divina contempla- *F* tione suspensus, in orationibus assiduus, in jejuniis continuus, in vigiliis fervidus, in sanctis lectionibus et meditationibus præclarus. Comedebat et dormiebat ut Monachus: in divinis vero Officiis peragendis primus omnium ecclesiam intrabat, et ultimus recedebat, suoque sanctissimo exemplo omnes ad perfectionem monasticam promovebat.

d

e

Abbas constituitur:

8 Per idem tempus sanctus Injuriosus *e* Abbas, vir utique magnæ sanctitatis et prudentiæ, dictum monasterium regebat; qui videns beati viri sanctitatem, ei humiliter præsentavit regimen ipsius monasterii; supplicando, quatenus dignaretur ipsum et oves Domini pascere et regere: quod vir sanctus cum grandi mansuetudine renuit. Completis autem quinque annis ab introitu S. Claudii, S. Injuriosus Abbas migravit ad Dominum: quo dato ecclesiasticæ sepulturæ, Fratres venerabiles dicti loci, communi consensu, cum magno devotionis ardore, præfatum beatissimum Præsulem elegerunt sibi in Pastorem: et habito ejus, quem eximia caritate qua erat præditus dedit, assensu, miserunt ad

f

A f Sedem Apostolicam, postulantes beatum virum sibi dari in Prælatum. Sanctus vero *g* Joannes, sanctæ Sedis Apostolicæ apicem tenens, qui prædictum Sanctum optime noverat, eisdem Fratribus ac monasterio beatissimum virum concessit in Pastorem: quod non sine divina dispositione factum esse creditur, quod in loco, in quo plures floruerant Sancti, beatissimus Præsul adnumeraretur, et locus ipse insignior efficeretur.

monachos ad se trahit.

9 Accepto autem regimine dicti monasterii, multi Clerici, tam Ecclesiæ Bisuntinensis, quam aliarum Ecclesiarum, nec non multi juvenes nobiles diversarum urbium, oppidorum, et terrarum, ad eum catervatim confluebant; cupientes ei adhærere, ac cum magna instantia postulantes se recipi in monasterio: quos beatissimus Pater, absque difficultate et personarum acceptione, recipiebat. Videns autem beatissimus Pater in dicto monasterio magnum Monachorum numerum, disposuit recuperare oblationes, olim dicto monasterio per Reges et Principes factas. Unde primo hujus rei causa perrexit Parisios ad Regem Chlodoveum, cujus prædecessores, Reges scilicet Burgundiæ et Franciæ, dona seu pensiones largissimas prædicto obtulerant monasterio. Apud dictum Regem ipsa dona seu pensiones repetiit: qui Rex benigne confessus est, se debere et solvere teneri dicto monasterio et Fratribus ibidem Deo servientibus, pro supplemento victus et vestitus dictorum Fratrum, summam quinquaginta modiorum tritici, et quinquaginta modiorum hordei, et quinquaginta librarum denariorum argenti. Deum testor, quod ego propriis oculis vidi, et legi in Archivis dicti monasterii, inter alias Chartas, unam diversis signis et characteribus signatam, super dictas summas confectam, sic incipientem *h*: Chlodoveus Francorum Rex, omnibus præsentem paginam lecturis, salutem. Accessit ad nos vir venerabilis Claudius, etc.

Regis beneficiis locum ditat,

B

eique plurima confert.

10 Et non solum Monachis, qui tunc in ipso monasterio in magno numero erant, necessaria administrabat; verum etiam pauperibus Christi et omnibus adventantibus alimenta sufficienter distribui faciebat. Non est nostrum enarrare, quatenus vir ipse beatissimus ipsum monasterium augmentavit. Nam si de temporalibus libeat fieri sermonem, ecclesiam ipsius monasterii munivit pretiosissimis indumentis, vasis, crucibus, et candelabris aureis et argenteis, libris decentissimis, pannis sericis:
C Sanctorum vero Reliquias reposuit in capsis argenteis lapidibus pretiosis adornatis. Monasterium et domos ipsius ædificiis decenter reparavit et auxit: jura alienata recuperavit. In spiritualibus vero, dici non potest quantum monasterium auxerit. Nam libri sermonum ejus redditi Fratribus, ex quibus cognosci potest, qualis in doctrina fuerit: sed insuper ex scripturis ipsius monasterii, et potissime B. Rustici (qui sub beato viro in monasterio, officio Prioris *i* claustralis functus, post ipsum Abbas extitit) potest videri, quales Fratres sub ipso Sancto fuerint. Patrator vero miraculorum fuisse dignoscitur, de quibus extant libri conscripti. Fuit autem Pater beatissimus in dicto monasterio Abbas *k* annis quinquaginta quinque. Fuit vero in hoc seculo usque ad quartum annum *l* Childeberti Francorum Regis. Nunc vero aliqua dicenda sunt de ejus gloriosissimo fine.

Oratione ad suos habita, moritur, Sacramentis munitus.

11 Expleto autem anno quinquagesimo quinto, a quo tempore Abbas electus fuit, sanus et immunis ab omni macula, licet esset antiquus et plenus dierum, incidit in quamdam levem infirmitatem: tertia autem die suæ infirmitatis convocari fecit omnes Fratres, quibus prolixum et luculentum fecit sermonem; in quo miris rationibus dulciter eos monuit, primo de divino amore, secundo de contemptu hujus mundi, tertio ne aliquo modo tristarentur de ejus recessu: et videns eos uberrime flentes, accepta ab omnibus pace, eos e cella sua abire præcepit, totamque exinde sequentem noctem in orationibus peregit. Quarta vero die cum suorum adjutorio in ecclesiam perrexit, et in ipsa Sacramenta pœnitentiæ, et Dominici Corporis, totus profusus in lacrymas, veneranter recepit: et cupiens fugere pompas urbium et honorem populorum, corpus suum in ipso monasterio sepeliri jussit: deinde suorum adjutorio in cellam rediit. Quinta autem die, circa horam diei nonam, reclinatus super scamnum, super quod legendo et orando sedere solitus erat, erectis sursum brachiis, manibus junctis, oculis ad cœlum suspicientibus *m*, migravit ad Dominum.

D EX IMPRESS.

ANNOTATA G. H.

a *Prologus hic deest in editis tam a Mabilione quam a Joanne Jacobo Chiffletio: sed ab hujus fratre Petro Francisco Chiffletio, communicatus nobis fuit ex MSS. Post hunc Prologum autem in utraque editione sequitur idem ille qui Breviori Vitæ præmittitur, quemque propterea nihil opus fuit hic repetere.*

b *Circa annum* 504.

E

c *Circa annum* 516. *Intrusi anni* 626 *supra referuntur ad electionem in Abbatem, et ostendimus reponendum annum* 526.

d *Circa annum* 523.

e *Hujus nomen, solum ex hac Vita innotuisse, indicant Sammarthani.*

f *Mabilio observat, hunc consensum ac confirmationem priscis temporibus non fuisse adhibitam ad Abbatialem dignitatem.*

g *Hunc esse S. Joannem I Papam, anno* 524 *Ravennæ mortuum, supra diximus.*

h *Imo* Chlotharium *fuisse, Chlodovei primi filium, temporis ratio postulat. Utinam exhiberetur charta antiquis characteribus! tum veritas rei appareret.*

i Officium Prioris claustralis *esse recentiorum temporum observat Mabilio.*

k *Hunc annum supra, ex firmata Chronologia, assignavimus fuisse annum* 581, *quo senem annorum* 97 *fuisse constat.*

l *Hunc* Regem Childebertum *ex suo calculo adjecit Interpolator. Erat tum* Childebertus Rex Austrasiorum, *et post mortem S. Gontramni Regis anno* 593 *etiam factus* Burgundionum.

m *In Supplemento Petri de Natalibus, sub annum* 1514 *excuso, ista ad finem leguntur:* Sanctissimam suam animam Domino tradidit expirando. Cujus corpus in prædicta ecclesia S. Eugendi usque nunc omnibus advenientibus incorruptum et integrum demonstratur, innumeris coruscans miraculis. Festum autem ejus celebratur VIII Idus Junii. *Quæ et Surius descripsit.*

F

MIRACULORUM LIBER I

Cum Vita breviore scriptus.

CAPUT I.

Corpus per varia loca circumlatum. Miracula facta.

Cæcus illuminatur:

Matre *a* misericordiæ in ecclesia *b* Lausannensi *c d* muris virtutibus coruscante, Sacerdos quidam cæcatis oculis, illuc spe salutis confugiens, Advocatæ nostræ mellifluum implorabat subsidium; et lavacro Confessionis emundatus, per visionem in somnis

cæcus

submersus resuscitatur

A nis ab eadem audire meruit, Surge, et valde ad Claudium, Fratrem nostrum, in Oratorio Jurensi quiescentem, et visum recipies. Qui excitatus, festinanter abiit, et visum recepit. Inde lætus et hilaris, cum lavacro Reliquiarum sanctissimi viri ad propria revertente se, puerum a glacie in aquam submersum, et spatio unius diei exanimem, sumptu præfati lavacri sanum parentibus reddidit. Continuo parentes iter aggressi, cum omni festinantia Deo et B. Claudio gratias referentes, in ecclesia Jurensi vultum cereum obtulerunt.

c

mortuus resurgit:

2 Eo tempore factum est miraculum, quod solebat *c* Tarentasiensis Metropolitanus in sermonibus ad populum enarrare. Cum ad eum, in ecclesia Jurensi aliquamdiu commorantem, auditis quæ per eum fiebant miraculis, undique gentes confluerent; adolescens quidam, prægrandi oppressus multitudine, propre Sacrarium exspiravit. Quem amplexatum vir Dei benigno pectore refovens, gemitu lacrymoso infremuit; et ad corpus B. Claudii quantocius veniens, ejus suffragia apud Deum, flexis genibus in terram, imploravit. Cujus interventu, viri Dei precibus exauditis, adolescens, in exem-
B plum credentium, pristinæ sospitati redditus, palam omnibus surrexit incolumis.

d

captivus liberatur.

3 Tunc temporis *d* Balmensis Ecclesia, peccato ingravescente multis anxiata molestiis, de consilio ad Curiam Romanam nuntios prolocutores delegavit: quos pariter in via deprehensos, hostium malignitas inopina raptos in Corsicam carceris ergastulo mancipavit; quorum unus commemorationem B. Claudii nulla die prætermittebat: a quo intempestæ noctis silentio (quasi per visionem) solutus, et in ulteriorem ripam fluminis transportatus, sese a carcere, et compedibus liberum recognovit; et reversus in patriam, Deum et B. Claudium glorificavit.

e f

Circa annum 1160.

4 *e* Tempore siquidem *f* Frederici Romanorum Imperatoris, et Alexandri Apostolicæ Sedi præsidentis, Sanctæ Romanæ pace reformata, inimicus homo livoris anxiatus aculeo, culturæ uberrimæ Fratrum Jurensium zizania superseminavit. Domus namque Dei diutius fuerat suffulta columnis; personis scilicet scientia et moribus approbatis: in altaris ministerium vasa pretiosis coruscantia gemmis, ornatus in ecclesia, jugis cura in divinis: victus tenuis, cultus necessarius, clientela sine supercilio, luxum et delicias excusabant. Interim inter Abbatem *g* Adonem nomine et ejus complices, ceteros-
C que Fratres loci illius, orta dissensio vehementer invaluit: qui utrimque in discordiam prorumpentes, mutuis appellationibus bona et possessiones Ecclesiæ distraxerunt. Quæ vasis et ornamentis enudata, disperso grege flens et ejulans, in miseriis desolata remansit. Postmodum, auctoritate Apostolica et Imperiali præcepto, Adone cedente subrogatus est alius, Aymo nomine, vir simplicitatis et modestiæ; qui oves debiles et dispersas inveniens, confractum ovile ope divina nitebatur resarcire.

desolato monasterio

[illegible] inducitur.

h

5 Conventus igitur sanctæ Jurensis Ecclesiæ, super matris lacrymabili nuditate et afflictione inaudita ingemiscens, humano destitutus consilio, divinum habuit consilium, quod Beatissimi Claudii corpus, thesaurum incomparabilem, in matris suæ lugentis filiæ Sion consolationem et in remissionem peccatorum, populis et nationibus exponerent *h*. Quo communi assensu definito, custodibus etiam honestis sacro thesauro deputatis, Fratres quasi in exequiis cari funeris deplorantes, cantu lugubri et singultuoso præcinentes, ab atrio foris paulo longius perduxerunt: et vale dicto Fratribus, pro Patris discessu et Matris afflictione desolatis, custodes sacri corporis, injunctæ sibi pœnitentiæ et sacræ obedientiæ memores, longius abeuntes *i* Burgum D
Ledonis ingressi, Dei et B. Claudii laudes et magnalia continuabant. Quo audito Humbertus, servus nequam, bonis Ecclesiæ Jurensis arrogans et elatus, in maternam faciem virus evomens pestiferum, beneficium villæ et introitum ecclesiæ, B. Claudio et ejus familiæ, publico interdixit edicto. Clerus tamen et populus affectu pietatis obviam exeuntes, spreto ministro impietatis, sanctum corpus cum humili devotione susceptum in ecclesiam S. Desiderati *k* cum hymnis et canticis deportarunt.

i

Defertur corpus Burgum Ledonis:

k

6 Continuo allata mulier in grabato, membris jam triennio contractis, preces et gemitus cum lacrymis affundebat: quæ facta oratione, Dei virtute consurgens, Deum et B. Claudium ore et corde magnificans, coram omni populo, libero gressu incedebat. Deinde B. Claudius transvectus *l* Poliniacum, lucerna non latens sub modio, sed super candelabrum posita, in Oratorio *m* B. Ypoliti Martyris cæcum illuminavit, et tres alios membris debilibus impotentes, attestante Clero et populo, sanos et incolumes reddidit.

et Poliniacum.

l

m

7 Ex hoc loco divina bonitas servum suum Claudium usque *n* Arbosium transferri voluit, ad cujus E
laudem et honorem virtutes operaturus innumeras, in conspectu gentium Sanctum suum mirificavit. *o* Mulier namque, de villula quæ Britonia vocatur, triennio membris debilibus lecto decumbens, B. Claudio in somnis ei tribuente baculum, suæ levamen impotentiæ, mane profectura surrexit. Cujus innixa fulcimento, cum Dei adjutorio, gressu miserando Arbosium viro comitante pervenit. Facta oblatione, et pedibus sancti viri deosculatis, in orationem procidens, debilitatis suæ remedium profusis lacrymis postulavit. Tunc ad cœlum erectis manibus, articulis innixa, se nullum sentire dolorem circumstantibus nuntiavit; et glorificans Deum et B. Claudium, cum reliquis ad altare, rectis pedibus properavit.

n

Arbosii sanantur contracta,

o

8 De muliere *p* Transonensi non est omittendum silentio: cui languenti et viribus corporis diutius destitutæ, beata Dei Genitrix Crucem, signum redemptionis nostræ, in visione offerens, eam quantocius ad S. Claudium iter festinare commonuit. Quæ mane cum vicinis egressa, dimisso asino in via quem conduxerat, ad sacrum corpus in comitatu perveniens, pedibus gressum et corpori sanitatem, Deo miserante, recepit.

p

viribus destituta,

9 *q* Adolescens quidam, manum habens aridam F
a nativitate, auditis miraculorum præconiis, ad monasterium cucurrit; et attrectatis manibus B. Claudii, manum extendens cum gratiarum actione, sanus recessit.

q

manus arida,

10 Mulier quædam Conversa *r* S. Roberti de Casa Dei, gravi percussa ægritudine, toto corpore imbecillis, lecto decubuit: cui B. Claudius visus in somnis, sub Episcopali habitu virgam bajulans Pastoralem, sanitatem promittebat. Quæ visionis excitata præsagio, suæ immemor debilitatis; viam ingressa sanctum corpus expetiit; quo labiis et oculis contacto liberata, morbi infestationem, Deo miserante penitus evasit.

r

graviter ægra,

11 Cæcus accedens flexis genibus et demisso vultu in terram, divinum auxilium implorabat. Statim interveniente B. Claudio, in virtute illius, qui aperuit oculos cæci nati, tamquam squammæ de oculis ejus ceciderunt; et interrogatus si aliquid videret, præsentes Reliquias, et cetera ad oculum indice a circumstantibus demonstrata se videre confessus, ad laudem Dei et B. Claudii, virtutem superni luminis in se manifeste declaravit.

cæcus,

12 Utilitatis incrementa, quæ toti affluant provinciæ,

A vinciæ, moderata brevitate recolligere satagimus : suo enim se veritas illustrat radio, et sui puritate nebulam falsitatis detergit ; vera legitur esse innocentia, quæ nec sibi nocet nec alii. Duo pueruli, ætatis primævæ innocentia simplices, apud s Suriacum in ripa fluminis pueriliter colludebant ; quorum alter insita levitate properantis aquæ fluenta pede summo tenus attingens, ab initio innocentiæ submersus, præceps elabitur : qui manus tremulas circumquaque jaciens, Mater, mater, voce confusa clamitabat. Hunc statim alter subsequitur. Tunc ambo perplexis manibus submersi, tempestuoso amnis impetu rapiuntur. Nec mora ; filiorum parentibus innotuit naufragium : improvidi excitantur, inconsulte properant, clamore obstrepunt, cara pignora Deo et B. Claudio tota devotione committunt ; et pueris non comparentibus, plus spatio unius stadii currunt præcipites, donec ad undarum superficiem redeuntes, immissi fluctibus extraxerunt. Horum alter semianimis, alter venis deficientibus frigidus, aquis rejectis, quas absorbuerant respirantes, virtute Dei et B. Claudii, patre et matre attestantibus, ad pristinum vitæ statum jucundi et hilares redierunt.

s
2 submersi excitantur :

B

13 Juvencula quædam, Isabella nomine, gratiarum flosculis et facie præminens eleganti, cum viris sanguinum et incendiariis diutius conversata, vitam culpabilem infami corporis redimebat commercio. Quibus relictis, cujusdam satellitis precibus et munusculis inescata, cum eo Arbosium venit : ibique variis libidinum incentivis dedita, feminea levitate in delicias plurimorum successive migrabat. Tandem ut simplicium fidem, vulgari et stupendo bonitas divina corroboraret miraculo, Christi virtutem in B. Claudio per inhabitantem gratiam publice declaravit. Publica namque peccatrix, ut miraculorum præconia oculorum examine perciperet, in plebeia multitudine quadam die sacri corporis assistebat præsentiæ. Ubi interiori lumine primitus excæcata, ultione divina corporeum lumen amisit : et admiratione multorum se nihil videre contestans, gemitu anxiata lacrymabili, in humum se prostravit ; et in tenebris cæcitatis permansit ; donec confusa, sequentis Sabbati vespere, coram Deo et Sacerdote resipiscens, spurcitiam peccatorum evomuit. Deinde abscissis crinibus, et macula vitiorum penitus detersa, se totam Deo et B. Claudio devota contritione commisit, et postmodum recepto lumine per eam divina miseratio plebis incredulæ dubietatem absolvit.

publica peccatrix

accedens ad corpus Sancti, fit cæca ;

pœnitens curatur

C

14 Seculis fidem facientibus ratum esse probavimus, quod contulit divina bonitas B. Claudio, vice Apostolica, cæcos illuminare, et dæmones effugare. In Valle namque Pullaria u legio dæmoniaca, spiritus surdus et mutus, hominem excæcatum et membris dissolutum circumveniens, totum sibi vendicavit : quem diei spatio exanimem parentes ejus ferentes Arbosium, vota voventes Deo et B. Claudio reddiderunt. Interim præfato rure pars malignæ legionis residua virus infundens, pestiferum hominem alium subintravit : quo adducto ad S. Claudium, pro utroque ceterisque debilibus, universus populus, manibus intentis in cœlum, preces effudit lacrymabiles : statim ejectis aereis potestatibus Spiritus sanctus introivit : et recepto visu, vinculisque linguarum et aurium resolutis, Deum et B. Claudium sani et incolumes collaudabant.

Sanantur obsessi duo
u

15 Mulier quædam Balmensis, quinque annis manuum passa impotentiam, attrectatis manibus B. Claudii, sanitatem recepit x.

et mulier impotens manibus
x

ANNOTATA G. H.

a *Tria hæc prima miracula inserta sunt Officiis propriis S. Claudii, pro 3 die infra Octavam; et duo priora referuntur in Legenda Claudii de Rota.* D

EX MS.

b Lausanna, *urbs Episcopalis prope lacum Lemanum, nunc Genevensem, in Helvetiis ; hanc postquam invexit hæresis, Sedes Episcopalis est Friburgum Helvetiorum translata. Distat autem itinere diei a monasterio S. Claudii. In Miraculis e Gallico translatis, fit iterum mentio miraculorum Deiparæ Virginis apud Lausannenses.*

c Tarentasia *urbs Archiepiscopalis inter Alpes Graias in Sabaudia, itinere circiter tridui a dicto monasterio S. Claudii. Forsan intelligitur S. Petrus Archiepiscopus anno* **1142**, *cujus illustria Acta dedimus 8 Maji.*

d Balmensis Ecclesia *in Comitatu Burgundiæ duplex, alia* Balma Virginum, *vulgo* Baulme les Nonnains, *et hæc celebrior in Præfectura citeriore, quatuor leucis Vesontione ; alia* Balma virorum, Baalme les Moines, *in Præfectura inferiore, et Conventu Poligniensi, duplo vicinior huic monasterio. Hoc miraculum est 4 inter Gallica.*

e *Hæc contracta habentur in Officiis propriis S. Claudii, 4 die infra Octavam Lectione* IV.

f *In dictis Lectionibus appellantur* Fridericus primus, et Alexander Papa tertius, *et contigerunt circa annum* **1160**, *ut supra ad firmandam Chronologiam ostendimus.* E

g *Hic est* Ado II, *apud Sammarthanos* Abbas 46, ordinatus anno **1149**, exauctoratus anno **1160**.

h *Additur in citata Lectione :* Ut per aliquot Lugdunensis et Bisuntinæ diœceseos loca, cum sacro cantu et longo prosequentium agmine, circumferretur.

i Burgum-Ledonis, *vulgo dici* Ladoy *et* Grange-de-Ladoy : *in Conventu Poligniensi. Bouquet loco hujus opponit* Lonsalium *vulgo* Lon le Saulner, *in Conventu Monmorotensi versus Ducatum Burgundiæ, quod ratio itineris non ita permittit. Interim huic loco adscribit miraculum* 79.

k *Hic est* S. Desideratus Episcopus Vesontionensis, *colitur* 17 *Julii : et hæc cum prioribus miraculis referuntur Lectione* V, *in 4 die infra Octavam.*

l Poliniacum, Poloniacum, *et* Poligniurn *vulgo* Poulegny, *a quo prænominatum Ladoy tribus leucis distat.*

m Ypolitus, *in Lectione* V *citata*, Hippolytus *Martyr : cujus nominis plures a nobis indicantur : magis celebris est*, S. Hippolytus Portuensis Episcopus Martyr, *cujus festum celebratur 22 Augusti. Adjuncta miracula referuntur in dicta Lectione, et de cæco agitur Gallice miraculo 80.* F

n Arbosium, *proxima Poligniaco civitas, vix 4 leucis distat, inter illam et Salinas. Additum Lectione* IV, *die 5 infra Octavam,* In S. Justi basilica per dies aliquot stetit.

o *Refertur hoc in Legenda Claudii de Rota : et parum contracte Lectione* V *diei 5 infra Octavam.*

p *Est Gallice miraculum 14, et locus* Granson *appellatur.*

q *Hoc et sequens habetur apud Claudium de Rota, et prius Lectione* IV *citata.*

r S. Robertus, *fundator et primus Abbas Casæ-Dei in Arvernia, colitur 24 Aprilis : ad quem diem ejus Acta illustravimus.*

s Sure *Gallice, ubi est miraculum 46.*

t *Idem refertur apud Claudium de Rota.*

u *Gallice* Valan pourie, *et est miraculum 59.*

x *Refertur hoc dicta Lectione* IV, *et est Gallice miraculum 82.*

CAPUT

A

EX MS.

CAPUT II.

Alia miracula Arbosii patrata.

a *Curantur membris contractus,*

Vir *a* quidam apud Annoras, membris inferioribus ab adolescentia contractis, nixu manuum miserabiliter incedebat : qui ab uxore et parentibus equo collocatus et allatus, usque Gransonem descendit, se affirmans B. Claudium qualicumque gressu, sine vehiculo, petiturum; et paulo longius egressus, obviam habuit quamplurimos, virtutes et miracula quæ oculis viderant cum admiratione recensentes. Statim fidei adjutus adminiculo, crura cum pedibus extendens, innixus articulis surrexit; et præ gaudio cursitans, læta et hilari facie, cum uxore expedito gressu venit Arbosium; gratias agens Deo, qui ad cor ejus respiciens, per ministrum suum Claudium, servo sub debili et abjecto tantam contulit sospitatem.

b *et demens:*

17 Homo quidam in villa S. *b* Albini, gravi perturbatus insania, uxorem et filios minaci vultu de- B terrebat; et fustem arripiens, ejectos a domo persequebatur in vicum. Quo comperto vicini undique concurrentes, cæsum verberibus tenuerant; et consilio adhibentes custodiam, ne quemquam læderet, vinculis impeditum servabant. Tandem auditis B. Claudii miraculis, ligatum funibus multa vi imponentes vehiculo, Arbosium festinabant; et propius accedentes, viso pinnaculo S. Justi, in cujus oratorio D. Claudius requiescebat, vir insensatus, Andreas nomine, ad se reversus est; et viris comitantibus supplicabat his verbis : Cur me cæditis? et cur ligatum tenetis? Dei et B. Claudii miseratione sanus factus sum; solvite me, et nihil timeatis. Qui statim solventes eum, sanum, et modesta discretione loquentem, in præsentiam amici Dei Claudii adduxerunt.

c *captivus liberatur:*

18 *c* Miles quidam apud Sarriniacum injustam exactionem a Sacerdote et Fratribus ejus exigebat : quam quia liberi homines abnegabant, minister sceleris furiis agitatus, in domum eorum ense nudato improvisus irruit, et abscissis poplitibus Sacerdotis, Christum Domini manu impia capite privavit. Fratrem quoque illius, pugnis et fustibus quassatum; manibus post terga revinctis, carceri mancipavit. Postmodum obstinatus in malitia, per C fratrem et clientes maleficos, captivum flagellis cæsum ultra Juram transmittebat. Qui apud Vandilo introeuntes domum, ut cibum caperent, hominem vinculis omnibus absolverunt. Ille etenim timore mortis postposito (quam si fugeret, comminati fuerant) Deo et B. Claudio se totum committens, conversus ad ostium, limen transiliit. Clientes vero cum magno clamore, Captivus abiit, iterantes, canes in eum instigabant. Ille solito devotior silvam ingressus, ab oculis sequentium prorsus evanuit : et per abrupta fugiens, spinis et tribulis exaratus, lacerata veste pene nudus, brevi tempore Arbosium venit : et vota vovens Deo, B. Claudium liberatorem suum recognovit.

d *sanantur læsus in crure,*

19 *d* Cliens quidam rebellis in Camponale, circa vindemias, armis et viribus confisus, hostibus insultabat; qui medio crure confixus jaculo, ferro remanente interius, lignum fractum extraxit : et cum debilitatus crure, domum ab amicis relatus fuisset, vocatis medicis, cura eorum ferrum extrahi non potuit; donec confossus, verno tempore, pera et baculis assumptis, iter ad B. Claudium festinabat. Et cum in quodam saltu sub arborem lassus diverteret, eo admirante, ferrum adaperto vulnere exiliit : quo arrepto, sanus et hilaris ad B. Claudium veniens, rem gestam omnibus enarravit. D

e *triennio contracta,*

20 *e* Mulier quædam Salinensis, membris dissolutis triennio debilitata, ad S. Claudium in humeris hominum allata fuit : quæ prostrata, manibus expansis ad Sanctum Dei, voce lacrymabili reclamabat, membrorum valetudinem in humilitate deposcens. Cujus paulo post oratione exaudita, juncturis crepitantibus, articulis innixa, surrexit, et recto gressu palam omnibus ambulabat. Post veniens frater ejus, qui præsens miraculo non interfuerat, videns fororem suam ambulantem, stupenda admiratione requirebat; Sana facta es soror mea! Quæ respondit, Gratias ago omnipotenti Deo, et B. Claudio Domino meo, per quem sana facta sum; et, sicut vides, frater mi, rectis pedibus incedo.

f *agni tremuli,*

21 *f* Supra Arbosium agni ovium, quas custodiebat Conversus, nescio qua vertigine tremuli, se sustinere non poterant. Quarum infirmitati Conversus condolens, eorum debiliorem B. Claudio reddidit, si ceteros ab omni clade et pestilentia liberaret vel conservaret. Quo reddito, agni facto agmine cucurrerunt, matrum ubera cum omni hilaritate sugentes. Statim Conversus præ gaudio currens, agnum quem Deo voverat et B. Claudio, in E præsentia multorum qui aderant, ante sepulcrum ejus gratias agens obtulit.

g *mater et filius fere suffocati :*

22 *g* Mulier quædam apud Umnens, Pontia nomine, thalamo suo quadam die residens, filium materno affectu blandis amplexibus refovebat, et miti susurro cantilenæ demulcens, deosculabatur eum. Sed callidus humani generis tentator, veneno invidiæ tabescens, mulierculæ peccatrici foveam perditionis præparabat : qui per fenestram advolans sub imagine corvina, mulieris assistebat auriculæ : et sub mellis dulcedine virus effundens, aurum et argentum, et mundi fallaces divitias promittebat, si acquiescens ei, filium enecaret. Sic malignus innata calliditate maternum pectus exasperans, matrem armavit in filium : quæ in ora sui pignoris pollicem injiciens, pietatis oblita, guttura digitis comprimebat. Tunc inimicus innocentiæ in faciem involat mulieris, et ungues infigens gutturi, matrem cum filio suffocabat. Quos pauco murmure vix reclamantes commater audiens, admirans quid hoc esset, celeriter intravit cameram, et rem inauditam oculo percipiens, exclamavit. Statim spe frustratus dæmon ab oculis ejus evanuit : deinde Joannes maritus Pontiæ, post commatrem suam occurrens, uxorem et filium jacere vidit exanimes : et apprehendens eam, mutam et manu de- F bilitatem invenit. Et cognito a commatre, qualiter uxor ejus opressa a dæmone filium suum jugulare tentasset, profusis lacrymis illam Deo et B. Claudio reddidit. Postmodum iter pariter festinantes Arbosium venerunt : et sero Sabbati mulier ante sepulcrum B. Claudii in oratione prostrata, quia ore non poterat, veniam delictorum et corporis sanitatem cordis affectu postulabat. Et paula post consurgens, manus impotentis sanitate recepta, non solum verbo simplici loquebatur, sed hostis insidiantis machinam, et Dei et B. Claudii [virtute] expedite declarabat : et per fidem quam receperat in baptismo adjurata, coram omni populo, marito et commatre singulis verbis testimonium perhibentibus, rem gestam expeditius enarravit.

h *illuminantur cæcus,*

23 In *h* Balmensi territorio erat quidam juvenis, solitus armenta custodire : cui quadam die bestias custodienti, aura quædam urens et nociva superveniens, ut ipse postea retulit, oculorum lumine ipsum penitus privavit. Qui veniens domum, cæcitatis suæ dolorem cœpit plangere, nullam recipiens consolationem. Cui B. Claudius per visionem apparuit,

A paruit, dicens : O juvenis, quid turbaris et cogitationes ascendunt in corde tuo? Surge, et veni ad me, et sanitatem tibi præstabo. Cui ille ait ; Domine, ignoro locum habitationis tuæ, et nesciu ubi te valeam invenire. Et ille, Interroga diligenter nec invenias, sciens quod Claudius vocor. Ille vero surgens ivit ad Sacerdotem, narrans ei ex ordine visionem. Quod audiens Sacerdos de negligentia eum corripuit ; et quod non statim præcepto viri Dei obedierit, vehementer increpavit ; et instruens eum, iter ibi accelerare commonuit Sed cum in deliberatione itineris æstuasset, nesciens quo iret, pristinam oculorum sanitatem per virtutem Dei subito recepit. Qui lætus effectus, Visuntium usque pervenit : ibique quemdam de Arbosio reperiens, cum eodem ad S. Claudium properavit ; et qualiter idem Sanctus lumen sibi restituerit, omnibus qui aderant, cuncta per ordinem enarravit.

i 24 Mulier Bisuntina *i*, oculorum amisso lumine, biennio vitam miserabilem sub tenebris cæcitatis propagabat invita ; donec B. Claudii fama stupendis elucescens miraculis, auribus ejus insonuit : et convocatis amicis, de vehiculo et impensa delibe-B rans, vespere iter suum præparavit. Nocte vero membra cubiculo refovens, assidue Christi Præsulem astare conspexit. Cujus visionis excitata præsagio, summo mane surrexit : et viam ingressa, *(et cæca.)* filiam quam habebat manu debilem, sibi præviam constituit. Quæ veniens Arbosium, ante sepulcrum viri Dei, amissi luminis claritatem humiliter deposcebat. Tandem perseverans in oratione, claritatem quam in fide poposcerat, recipere meruit : et casulam cum reliquiis agnoscens, ad filiam paulo longius orantem conversa, dixit ; Lætare filia, et exulta, quia mater tua visum recepit. Ecce video crucem, brachium et candelabra singula ; et universa, quæ hic oculo percipi possunt, patenter agnosco. Cui filia, Mater, mater, lætemur et ineffabiliter exultemus, *(Sanantur manus debilis,)* Deum et amicum ejus Claudium collaudantes : quia qua hora te ancillam humilem respexit Deus, et manum meam, quam novisti esse debilem, sanitati restituit : ex verbis tuis certa sum, quod nos orantes superna gratia pariter visitavit. Tunc Milites et generosæ mulieres quæ aderant, fletuum ubertate perfusi, cum tremore exultabant, et in tam apertis miraculis Deum et B. Claudium lacrymabili voce collaudabant.

k 25 Rure Marriniaco *k* vir quidam habitabat, cui ex abundanti sanguine manu dextera natum *(apostema brachii,)* apostema, totum brachium occupavit : quod sibi factum C dissimile, cute ampliata tumore excrevit immodico : et cum præ gravitate sustineri non posset, vir in lectulo quasi infantulum a latere suo reponebat. Qui continuo dolore anxiatus, quietem et saporem cibi et potus amiserat appetitum. Dein dum noctis silentio lecto decumbens, ut ipse testatus est, vigilaret : vidit præ oculis assistere virum, aspectu decorum, facie venerabilem, indutum stola candida ; et in extasi factus obstupuit. Deinde quasi a somno excitatus, in vocem prorumpens, quis esset requisivit. Ille interrogatus in hæc verba respondit ; Claudius servus Christi sum, qui ejus misericordia ad te debilem accessi. Statim vir præ gaudio exultans, sanitatem ab eo postulavit : quam B. Claudius, facto Crucis signaculo, attrectans dare non distulit, et ea data evanuit. Tunc puella, viri filia, prope recubans, cum quo loqueretur pater ab ipso requirebat : quam pater increpans tacere jussit ; et paulo post demisso tumore manum erigens cum brachio, nullam læsionem sensit : et veniens Arbosium, datæ sospitatis Deo et B. Claudio grates reddidit.

l 26 Puer quidam non longe ab *l* Ambroniaco, stans supra fontem, imagini suæ ab aqua repercussæ pueriliter arridebat : et in simplicitate sua D caput inclinans, in aquam decidit. Tunc voce con- *(EX MS. puer submersus,)* fusa clamitans, tandem submersus defecit Interim viator quidam, ut sedaret sitim quam ex æstu collegerat, ad liquidi rivi fluenta divertit : et puerum, quem fundo invenit jacentem, arripiens, cuidam petræ, quæ proxima imminebat, superposuit ; et non erat in eo halitus neque motus. Tunc vir adhibens manum pectori, cognovit quod corpus jam frigidum calor vitalis destituerat : et conversus ad agrestium casulas quæ prope aderant, cujus filius esset requirebat. Ad cujus vocem reclamante vicinia, mater pueri prosiliit furibunda : et plangens pectora vocibus intercisis ; Fili mi, ubi es? iterabat. Quem inveniens mortuum, desuper incubuit flebilis et miseranda. Cui sic dolenti, vicinis et notis eam consolantibus, Monialis quædam de Caroli-castro Deo miserante supervenit : quæ tanto dolori compatiens, matrem et parentes commonuit, ut quem sperabant sepelire, Deo et B. Claudio redderent : et insuper addidit, quod fide et spe roborati, de virtute Dei, qui est mirabilis in Sanctis suis, et salute pueri minime desperarent ; ostendensque eis quæ et quanta miracula, per ministrum suum Claudium, virtus operaretur divina, pura et supplici E devotione orare præcepit. Qui statim famulæ Dei salubri acquiescentes consilio, puerum Confessori Dei Claudio ex toto commiserunt, et proni in terram oraverunt. Quibus in terram orantibus ut sibi manifestaretur gloria Dei, puer oscitavit ; et aperiens oculos, cum suspirio vocem querulam omisit : et paulo post surrexit et ambulabat. Tunc omnes qui aderant, Deo, per B. Claudium, et puerum suscitatum, et miracula quæ audierant, fideliter crediderunt : et cum omni gaudio festinantes Arbosium, puerum, quem Deo et B. Claudio se reddituros voverant, cum laudibus obtulerunt.

27 In villula *m* prope Ledonem liberæ conditionis adolescens, paterno dives in agro rerum abun- *(m contractus toto corpore.)* dabat opulentia : qui alterata complexione, per inordinationem dietæ, guttam incurrit arthriticam ; et patiens in juncturis, nervorum contractione laborabat : pedumque destitutus officio, consuluit medicos super infirmitate sua : qui accedentes ad ægrum, lucro, non morbi curæ, operam impendebant. Quem spe salutis frustratum, miserum et abjectum dimittentes, consumptis opibus abierunt. Ille rebus spoliatus et possessionibus universis, egestatis et impotentiæ levamen nusquam inveniens, ait : Fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam. Natalis loci dulcedinem fugiens, ad ignotas F terras me transferam vel invitus. Nec mora, relictis parentibus ascendens vehiculum, transvectus est Divionem ; ubi coactus indigentia quinque annis mendicavit. Sexto denique anno B. Claudius, apud Arbosium velut Lucifer matutinus exortus, virtute superni luminis tenebras mentium, catervas dæmonum effugabat, cæcis, claudis, et aridis salutis remedium exhibebat. Quod audiens præfatus languidus, fide potenti roboratus, fervore divini amoris incaluit : et de misericordia Dei et beati Præsulis pietate confisus, se recepturum sanitatem credebat, si sanctum corpus ejus, vel ejus vestimentum posset attingere : et innixus baculis ire non poterat, sed adjutus vehiculis et quadrigis transeuntium utcumque profectus est usque Dolam. Unde fide excrescente factus alacrior, solius baculi fulcimento usque ad optatum locum pervenit : et ingressus oratorium, projecto baculo rectis pedibus ad Sanctum corpus accessit : cujus osculatis manibus et pedibus desiderium suum adimplevit. Quem facta oblatione dum vacaret orationi, frater ejus qui aderat recognoscens,

EX MS

A gavisus est gaudio ineffabili ; et pariter egressi, jucundi et hilares ad propria redierunt.

ANNOTATA G. H.

a *Hoc et sequens habentur apud Claudium de Rota.*

b *Videtur S. Albinus Lugdunensis esse, et colitur 15 Septembris : continetur autem Lectione* VI *diei 5 infra Octavam, Gallice vero est miraculum* 49.

c *Est Gallice miraculum* 78, Miles *autem fuisse dicitur* Capitaneus, *et locus* Surigny.

d *Est Gallice* 64, *et dicitur* un soldat de Champagne.

e *Refertur in Legenda Claudii de Rota, et est Gallice miraculum* 25.

f *Est Gallice* 39 *et apud Claudium de Rota.*

g *Est Gallice* 38, *et apud dictum Claudium, sed nomen loci* Umnens *omittitur.*

h *Est Gallice* 76, *et apud eumdem Claudium.*

i *Est itidem miraculum* 26.

k *Refertur etiam apud Claudium de Rota.*

l Ambroniacum, *Gallice* Ambornay, *et est miraculum* 49, *habeturque apud Claudium.*

B m Prope Ledonem, *Gallice* du Costé de Lyon, *estque mirac.* 48.

CAPUT III.

Alia Miracula, Arbosii, Novæ-villæ, et Lugduni facta.

a Caduco morbo laborans sanatur;

Muliercula quædam apud *a* Cusellum, viro desponsata, dum nuptias celebraret, morbum passa fuit caducum : a cujus infestatione quibusdam medicinis alleviata, trium annorum spatio videbatur esse incolumis ; donec eamdem mediante Quadragesima morbus recidivus invasit, et tertio vexatam remittens, iterum cessavit. Postea circa festum Beati Joannis Baptistæ illam miserrimam tam graviter infestavit, quod ter in die, et novies in nocte, horrendæ ægritudinis patiebatur conflictum. Parentes ejus in tantis angustiis alumnæ suæ compatientes, consilio medicorum curam adhibebant soliciti : sed illi cum impensa operam amittentes, jam semianimem nullo juvabant medicamine ; tandem inter crebras invasiones vix respirantem, Claudio Præsuli sanctissimo, præfati Castri Domina commo- C nente, reddiderunt : quæ per eumdem ab ægritudine liberata, ejus ancilla facta fuerat. Quo facto tantæ passionis infestatio penitus abscessit : et vires resumente natura, exhilarata mulier facie rubicunda reluxit ; et ad se reversa, amico Dei Claudio ore et corde se totam commisit : et veniens in ejus præsentiam, grates quantas potuit reddidit.

mulieris, pio operi intentæ,

29 Amicos veritatis non lateat, quod tam seculares, quam sacri ordinis Professores, in omni ætate et sexu Antistiti Dei Claudio testimonium perhibent. In ejus namque nomine Christi virtute, in urbibus et castris et vicis, variis languoribus vexati curantur. In agris etiam, et pascuis, et fluviis rapacibus fides tantis exhibetur miraculis. Conversa etenim S. Bernardi, de Monte *b* Joviali apud Esleus, Petronilla nomine, sub habitu Religionis Christo serviebat devota. Quæ circa messes domesticis curam impendebat negotiis, cibaria Fratribus subministrans, qui foris sub messibus colligendis frequentes impensius laborabant. Illa, die quadam, ne forte panis laborantibus non sufficeret, absente familia, in equo triticum ad molendinum deferebat : et inveniens mulierem caducam sese volutantem in via, et saccum prope illam plenum tritico, timore magno extimuit : quippe cum videret eam vultus obliquantem et ore spumantem terribili, misericordia mota D est super illam : et manu apprehensam sublevans, ait : Sede hic et quiesce : triticum meum ad præsens dimitto, tuumque emolere festinabo, ut te domum quantocius remittam. Qua sedente foris, Conversa molendinum ingressa, triticum illius per concavitatem molaribus immisit conterendum. Interim Conversæ ancilla, fila ad contexendam telam non longe in ripa fluminis inferius abluebat, quæ a manibus ejus, amnis rapacitate subito directa undarum vertigine rapiuntur. Illa stupefacta reclamat, dominam in auxilium convocat, quod ei contigerat infortunium nuntiat. Conversa, divinum opus exercens, citra perfectionem dimittere noluit : sed fila quæ cum labore neverat, Præsuli Dei Claudio commendavit : et cum mulieris ægrotæ triticum emoluisset, illam cum farina remisit. Postea currens velociter jam fere duo studia transierat, cum fila mediis undis supernatare conspexit : et ad sanctum Præsulem orationem faciens exclamavit : Serve Dei Claudi, si vera sunt quæ de te audivimus, si verum est quod mulierem per Ennum *c* fluvium navigium sine remige transvexisti ; pietate qua plenus es, fila mea, pro quibus anxiata sum, hodie mihi restituas. Necdum preces finierat, cum fila retro fluentibus undis relata, conspectui ejus præsentia sese E obtulerunt. Illa, pelliceæ suæ immemor, in aquas saliens usque ad pectus fluctibus se immersit ; et arripiens fila siccis vestibus in ripa constitit ; excepto quod circa brachia quæ immerserat, parum humiditatis apparuit. Sacerdotes qui aderant, et alii fere triginta qui sequebantur eam, huic miraculo perhibuerunt testimonium.

res a fluvio abrepta restituitur :

c

vestes in aquis siccæ servantur :

d

muta, loquelam recipit.

30 Vir *d* quidam et ejus filia, spicarum onerati fasciculis, tempore messis ab agro sole occidente redibant ; qui prope fagum quæ supereminet transeuntes, per declivia collis iter agebant. Tunc juvencula, quæ patris sequebatur vestigia, ignota occasione subito obmutescens, usum loquendi penitus amisit, et onus statim abjecit ; patrique sæpius reclamanti qui causam silentii requirebat, nihil omnino respondit : adeo enim instrumenta loquendi impedita fuerant, quod ferrum per arterias videbatur transfixum. Deinde adducta ad S. Claudium, a circumstantibus monebatur ut oraret : et quatuor diebus in amaritudine animæ suæ permanens, quod lingua explicare non poterat, devota animi voluntate complebat. Quæ tandem misericorditer exaudita, lingua expeditiore in hanc vocem prosiliit ; F Sancte Claudi, amice Dei, miserere mei. Quod audientes qui aderant universi, imbre lacrymarum perfusi, in tam evidenti miraculo, in humili devotione exultabant.

e Annulus inhærens digito,

ultro abjungitur.

31 Burgensis quidam de *e* Burgo, Paganus nomine, fide laudabilis et conversatione famosus, dum sermo fieret ad populum, inter ceteros præsentiæ B. Claudii devotus existebat : in hujus digito annulus argenteus annis duodecim innatus exstiterat, quem exesa cute ossi propius inhærentem caro superexcrescens fere totum obtexerat, et sæpius attrectatus nisu vel medicamine a quoquam extrahi non potuit. Vir igitur ille, cum in reparationem B. Eugendi quæri annulos et monalia a Monacho prædicante audisset, palpabat digitum, et in terra pronus adorabat dicens ; Piissime Deus, propitiare mihi famulo, ut me liberans a contritione et angustia, interventu Confessoris tui Claudii, rapias annulum meum a digito meo in opus bonum. Et iterum palpans, annulum improvisa levitate volubilem a digito separatum invenit : et antequam extraheret, elatis manibus præ gaudio in vocem hanc prosiliit ; Laudate Dominum omnes gentes, qui respiciens ad corda nostra, per servum suum Claudium virtutes operatur

A tur in nobis. Cui facto, qui aderant, tanto jucundati beneficio, hymnis, sonis, canticis applaudebant.

f

g

delato Corpore ad Novam-villam,

32 Deinde *f* viri Religiosi, qui sacro corpori serviebant comites individui, Novæ-villæ *g* ingressi sunt monasterium : fide et veritate conspicui Monachos ejusdem loci, Sororesque ibi regulariter viventes, in his quæ audierant et viderant propensius instruebant. Postmodum B. Claudii adventum pluribus aliis fama divulgante, ad præfatum locum undique populi confluebant ; qui ad Beatorum præmia salutaribus monitis invitati, lectulis et grabatis variis languoribus obsessos afferebant. Numerosæ igitur multitudini convenientium quidam interfuit, quem vitiorum sordibus obfuscatum postea claruit : quippe præsentis vitæ cursus sine terrenæ conversationis maculis vix aut numquam transcurretur. Hic portam ingressurus immisso capite conabatur, sed plantis retro labentibus limen præterire non potuit : quod cum stupore vehementer admirans, tacitus pedem retulit, et aliunde quærebat ingressum : et per portam quæ est ab Aquilone turbis popularibus adjunctus, iterum tentabat ingredi : et omnimodo conatu nihil proficiens, voluptatis illecebris irretitum sese cognovit ; et quod malignus quasi muscipula peccatis obvolutum, ab ingresssu sacrorum et attactu reliquiarum, illum fraude subdola prohiberet. Nec mora, per internuntium advocato Conone ejusdem ecclesiæ *h* Sacrista, vir præfatus corde contrito resipiscens, fusis lacrymis procidit ad pedes ejus, implorans lavacrum Confessionis. Tunc corde credens et ore confitens, abrenuntiato Satana, vitiorum sordes evomuit. Statim Sacerdos, divinæ reconciliationis minister, in quantum ad eum pertinebat, remissione Apostolica pœnitentem a vinculis peccatorum absolvit, et eum per Spiritum sanctum a morte animæ resuscitavit, manuque apprehendens ad S. Claudium introduxit ; ubi magnificans Deum, inopinatum rei eventum referebat universis : qui videntes in B. Claudio Christi virtutem habitare, corde simul et voce, ejus laudibus assurgebant.

peccator accedere nequit

B

h

nisi facta Confessione :

33 Non longe a cœnobio S. Eugendi, excelso monti subjacet vallis longissima, quæ sui profunditate latet solari privata beneficio. Huic valli rupium supereminet præcisa altitudo, ubi gregibus et armentis pascua subministrat uberrima, longe lateque diffusa planities : inter quam vacca, naturali consuetudine effervescens in amore, decurrebat, a tauris exagitata indomitis : qui in extremo montis aculeo in eam sine lege ruentes, graviter opprimebant, et conculcantes pedibus superjactis fere totam confringebant. Hos insecuti pastores eorum vestigiis insistebant festinantius, donec illis præter transeuntibus rupem, taurus elapsus a summo altitudinis corruit in profundum. Et qui sequebantur alta voce clamabant, S. Claudi, serva illum ; hunc tibi committimus, et tuæ tutelæ commendamus. Tamen de vita illius desperantes, urgente vespere, cum ceteris domum redierunt ; et Domino suo indicantes, locum præcipitii indixerunt. Qui assumpto cultro ut taurum excoriaret, per collis devia illum requirebat : quem numquam reperiens, de tanto damno anxiatus, reversus est in domum suam : et ingressus stabulum invenit taurum sanum et incolumem ; et admirans quod sine læsione esset, B. Claudium custodem fidelissimum acclamavit ; et ad ejus præsentiam taurum festinus obtulit, et quod factum fuerat, enarravit.

C

taurus in præcipitium lapsus servatur.

i

34 Mulier quædam, Sophisia nomine, de Monte S. *i* Saturnini, revertens a loco ubi S. Claudius requiescebat, cum vicinis et notis domum festinabat ; qui subita pluviarum inundatione quasi submersi in aquis, madefactis vestibus diffluebant. Qui cum venissent Bledi, in citeriori ripa Aini fluminis consistentes, ulterius navem affixam littori pertica retinente viderunt : et de transitu desperantes, quid facerent dubii, consilium a B. Claudio precibus et votis deposcebant. Statim navigium avulsam recipiens perticam, fluvio cedente, ex insperato sese clamantibus obtulit : et dum ad ingressum sese mutuo invitarent, amnis rapacitate conspecta pavidi restiterunt. Tunc vero Sophisia ceteris dubitantibus, Deo et B. Claudio se commisit, et fidei secura adminiculo, navigio sola consedit : in quo sine remige per medium amnem transvecta, in momento littus optatum tenuit, non sine admiratione illorum qui timore remanserant, sese invicem quasi modicæ fidei increpantes. Et paulo post cum muliere ad S. Claudium revertentes, tanti miraculi fidem gentibus exhibebant.

D

EX MS.

Mulier accedente ultro cymba transvecta.

k

35 Translatus *k* Lugdunum B. Claudius, propter incredulitatem civium paucas ibi operabatur virtutes : dicebant enim ; Nisi signa et prodigia viderimus, non credemus. Accessit autem quidam dissolutis membris invalidus, qui XXII annis pedum destitutus officio, nixu manuum miserabiliter ferebatur : qui Christianus nomine, Waldensi imbutus traditione, notus in populo publice mendicabat. Veniens autem ad Sanctum Dei, rogabat eum, dicens : S. Claudi, impetra mihi tuis precibus sospitatem, si noveris animam meam fidei virtute roboratam ; alioquin non exaudiar a corporis impotentia levandus. Custodibus sacri corporis ab universis et singulis sæpius dicebatur ; Si Sanctus vir hunc ab invalitudine relevet, indubitanter fatebimur Christi virtutem in eo habitare. Orabat debilis, scuto fidei armatus, exaudiri et curari. Nam subito casulam manibus apprehendens, cum quodam fremitu se extendit : et juncturis crepitantibus nullam sentiens læsionem, libero gressu ambulabat glorificans Deum.

Lugduni 22 annis contractus sanatur.

E

ANNOTATA G. H.

a Cusellum, *in Gallico* Cuseau, *ubi est mirac.* 72.

b *Videtur esse oppidum vulgo* Jougne, *in monte situm* 13 *leucis a S. Claudio.*

c Ennus *infra num.* 34, *ubi hoc miraculum integre refertur* Ainus, *vulgo* Ain, *alius* Idanus, *ex Jura monte decurrens in Rhodanum.*

d *Est Gallice miraculum* 90.

e *Inter Camberium et Seyssel lacus est in Sabaudia, nomen ab oppido* Burgeto *habens, quod hic fortassis intelligitur.*

f *Est etiam Gallice numero* 71.

F

g Novavilla, *plures in Mappis Topographicis inveniuntur ; et his quidem in confiniis Bressiæ ad oppidum S. Amoris in Ducatu Burgundiæ ; alterum, in diœcesi Augustodunensi ad S. Julium, et forsitan alibi : huic enim itineri aptior esset locus alius.*

h *In Gallico dicitur* Canonicus : *quasi Canonicorum Regularium monasterium illud sit.*

i S. Saturninus, *vulgo* S. Sorlin, *in Comitatu Burgundiæ*, 7 *circiter leucis a S. Claudio.*

k *Refertur hoc in Officiis propriis S. Claudii, Lectione* VI *diei* 4 *infra Octavam.*

MIRACULORUM LIBER II

A Petro Franc. Chiffletio S. J. ex monumentis MSS. collectus.

PRÆFATIO

Quæ superiore libro antiquus Auctor recensuit miracula,

Ex MSS. Chiflet. *Latentibus post annum 1160 miraculis,*

A racula, ea quingentis fere abhinc annis, circiter annum incarnati Verbi MCLX patrata sunt: quæ porro [illegible] ribus sæculis, quæ pro totis pene exinde, annis ducentis contigere, eorum nobis memoriam aut illius temporis scriptorum ignavia, aut (quod vero similius [illegible]) tempus edax et flamma, Claudianum monasterium sæpenumero populata, invidere. Quæcumque igitur [illegible] supersunt, ad sæcula tria postrema pertinent. Neque vero omnia collegimus (quis enim possit?) sed ex ingenti cumulo selegimus, quæ testatiora visa sunt, atque illustriora; ut quantum habent auctoritatis ad fidem faciendam, tantum momenti haberent ad excitandam religionem. [illegible] omnia ac singula, quam idoneorum testium sanctiori jurejurando, quam suspensis e templi testudine epigraphis atque anathematis, quam denique publicis tabellis [illegible], nemo prudens [illegible]. Hæc tu perlege, mi Lector, si vacat; [illegible]. Agnosces, eum esse B. Claudium, quem merito apud omnipotentem Deum, [illegible] ordo: sed et orbis, civitates, provinciæque omnes, ad [illegible] causas suas patronum adoptent: atque in illud fortasse Davidicum prorumpes; Nimis hono-

colliguntur notata post an. 1330,

ex multis testatiora dumtaxat. Ps. 138, 17

B rificati sunt amici tui Deus. Ceterum in his Commentariis siquid occurrat paululum diversum ab Henrico Boguetio, apud Sanclaudianos supremo Judice, cujus nomine duo supra centum divi Claudii miracula, ante annos amplius viginti, Gallico idiomate conscripta prodiere; [illegible] non locum, non tempus, non personarum nomina, non alia rerum gestarum adjuncta ulla, nisi e certissimis monumentis, adeoque ex ipsis libellionum autographis tabulis expressisse. Tu fruere et vale. Salinis e B. Claudii, natali solo, x Kalendas Octobris anno Æræ Christianæ MDCXXXII. *Hactenus Præfatio Auctoris: cui aliud non addimus, quam plura ejus Capita in unum a nobis contrahi: ne titulorum multitudo, quos ille ad* XXIV *extendit, nimis frequenter Lectorem sistat.*

CAPUT I.

Suffocatus aquis, et moribundus alius, salvati; manus cancro exesa, restituta: Miles, inter hostium tela et in carcere diuturno, nihil damni passus.

An. 1339 ex ponte lapsus mersusque puer,

C In ea Sequanorum parte, quæ Lugdunum Galliæ attingit, (hodiernum vulgus Bressiam vocat) anno Christi supra millesimum ac tricentesimum nono et tricesimo, septennis puer Joannes, Henrici de Plantain viri nobilis filius, sabbatho proxime sequente post festum Purificatæ Virginis, forte e ponte subductorio, in fossam, arci paternæ circumductam, præceps decidit. Miserabilem casum conspicati sunt nonnulli: fit clamor: accurritur undique e domo, e vicinia, sed heu! serius. Quid enim opis afferrent? Jacebat puer, aquis demersus ad lanceæ unius altitudinem, ac præter cuculli innatantis verticem, nullum ejus vestigium apparebat. Nemo unus dubitavit, quin actum esset de puero. Itur tamen ad utrumque ejus parentem, qui tum procul aberant in templo, orandi causa: nuntiatur filioli exitium. Hic perculsus pater, e vestigio B. Claudium implorat, enixeque precatur, filium ut servet, sibique reddat incolumem. Cum ille in æde sacra longe posita sic oraret, eodem momento ex imis aquis emersus puer, plurimis circumquaque spectantibus, ad aquæ littus occulta nescio qua vi propellitur. Sic extractum cadaver nudatur vestibus, et ad sepultu-

[illegible] Sancto [illegible] invocante,

ram componitur, ac prope erat ut funereo sudario de more obvolveretur: cum ecce adest infelix pater, et filii demortui aspectu commotus, iterum B. Claudium summa animi contentione inclamat. Vix oraverat: et puer apertis de repente oculis ingemiscens; Ne, inquit, paveas, mi pater; en vivo, et valeo. Obstupuere omnes. Voti rei pater materque servatum divinitus filium in sospitatoris Divi Claudi basilica statuere. D

vivificatur.

3 Vere Sapiens ille: Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma. Mons Pessulanus, civitas est Galliæ Narbonensis, nunc academia insigni et hortis regiis inclita. Ibi studiorum causa degebant fratres duo, Stephano Bracardo patre nati, e Monte-Acuto Autissiodorensis agri. Horum junior (Vicino nomen fuit) ætatis annorum circiter quatuordecim, in gravem morbum incurrit, ac variis frustra tentatis remediis [illegible]. [illegible] viribus deficiebatur, ut nec in eo deprehendi posset micantis arteriæ pulsus, ac vix e naribus spirans tenuissimus halitus fugientem animam retineret. Tum frater natu major, [illegible] nomine, alte suspirans, et lacrymis ora perfusus, morienti funus ducebat. Triste spectaculum; sed lætior eventus fuit. Subiit animum cogitatio evocandam cœlitus E opem, quam medicorum industria negavisset. Fratrem igitur Divo Claudio committit: vovet, si ille periculum evaserit, iturum se, aut eum ipsum fratrem suum ad B. Claudii Jurensem ædem destinaturum; [illegible] esset frater, aut pecuniæ tantumdem oblaturum. Fuerat olim juniori fratri pro magistro ac moderatore domestico, nunc etiam medici ac parentis loco fuit; ægro sanitatem vitam morienti restituit. Quid moror? Vix voverat, cum voti damnatur: et qui animam agebat, subito ad fratrem conversus: Eia, inquit, frater, abscessit omnis morbus; intregra sum valetudine, integris viribus. Rem ita gestam jurati affirmarunt ad altare S. Claudii, quo se voti exolvendi causa contulerant; adolescens ipse e mortis faucibus ereptus, ac Stephanus ejus parens, mense Augusto, anni supra millesimum tricentesimi et quadragesimi.

Prov. 18, 19 *Moribundus adolescens,*

ad votum pro se factum a fratre,

convalescit an. 1341.

4 Lugdunensis metropolis Episcopatum administrabat Guillelmus de Sura, anno Christi MCCCXXXV et aliquot circumjectis. Is B. Claudii miraculorum frequentia pariter ac magnitudine permotus, edixit uti ejus festus dies, sacer esset in universa diœcesi, atque ab omni opere vacuus ageretur. Eam religio- F nem Deus novo miraculo sanxisse visus est anno MCCCXLII, die decima mensis Augusti, cum jam Guido de Bononia a Guilelmo in Episcopatu successisset. Placet ipsa verba proferre Bartholomæi de Boscario, pro Guidone Archiepiscopo Vicarii generalis, qui de re tota diligentissime pro munere quæstionem instituit. Universis Christi fidelibus ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem filio Virginis gloriosæ, et præsentibus dare fidem. Gloriosus Deus in Sanctis suis, et in majestate mirabilis, cujus inæstimabilis altitudo providentiæ nullis inclusa limitibus, nullisque terminis comprehensa, recti censura judicii cœlestia pariter et terrena disponit; etsi cunctos ejus ministros magnifice altis decoret honoribus, et cœlestis efficiat beatitudinis possessores; illos tamen, ut digna dignis impendat potioribus extollit insigniis dignitatum, et præmiorum uberiore retributione prosequitur, quos digniores agnoscit, et commendat ingentior excellentia meritorum.

Testatur Officialis Lugd.

5 Sane licet fama divulgata ad nostri notitiam perduxisset, quod Stephaneta, relicta Joannis Milos, habitatrix Lugdunensis civitatis, quæ pridem ex infirmitate quadam, sicut Deo placuit, amiserat manum

Stephanetam viduam, cui manus absumpta cancro,

A manum suam sinistram penitus et omnino: et sic mana prædicta amissa, longo tempore in civitate steterat Lugdunensi, palam et publice omnibus eam videntibus sine manu. Quodque dicta mulier nuper ad monasterium S. Eugendi Jurensis, hujus diœcesis Lugdunensis, ad visitandum ecclesiam prædicti monasterii in honorem gloriosissimi Confessoris Beatissimi Claudii, cujus corpus in eadem ecclesia requiescit: quæ etiam mulier fama vulgata, multa miracula, ipsius gloriosissimi Confessoris meritis et intercessione, per Deum in prædicta ecclesia audierat operari, multosque infirmos recuperasse super diversis infirmitatibus sanitatem, et ab hujusmodi infirmitatibus liberatos: ut infirmitate oculorum quam patiebatur sanaretur, ac etiam infirmitas prædicta quæ sibi consumpserat manum prædictam, et adhuc brachium ejusdem sicut de manu consumebat, extingueretur, precibus et meritis prædicti gloriosissimi Confessoris, ibidem personaliter accessit. Ubi stetit diebus aliquibus, cum debita devotione assiduis orationibus vacans, et dictum gloriosum Sanctum exorans, ut super postulatis mereretur audiri. Tandem in die festi B. Laurentii proxime præterito, constituta muliere ipsa ante locum in quo corpus gloriosissimi Confes- B soris Beatissimi Claudii requiescit eaque per tempus aliquot quasi in extasi posita; cum ad se rediisset post temporis aliquod intervallum, invenit manum suam sanam et integram, dicti Sancti meritis restitutam.

ipsam integram recepisse,

6 Nos vero Bartholomæus de Bosserio, in utroque jure Licentiatus, Vicarius et Officialis Lugdunensis, ad instantiam Sacristæ dicti monasterii et ejusdem mulieris, quamquam præmissum miraculum notorium reputaretur in civitate Lugdunensi, fuissemusque sufficienter informati, quod bonæ memoriæ Guillelmus, Domini nostri Lugdunensis immediatus prædecessor, propter aperta miracula quæ Jesu Christus Dei Filius propter eumdem Sanctum fuerat operatus, et operari quotidie non cessabat, ipsius Sancti festum annis singulis per civitatem et diœcesim Lugdunensem decreverat solenniter celebrari; Nihilominus tamen, ut, sicut fama vulgata ad nos pertulerat super dicto miraculo veritas haberetur, Nos cum magna diligentia voluimus informari: ne non miraculose, sed per fraudem præmissa contingerent, ad decipiendum corda simplicium: et ut, si verum esset, de ipso miraculo comparata certitudine, possemus vos reddere certiores; et ne si ipsum celaC vissemus, sceleris arguamur. Quapropter ipsam mulierem coram nobis præsentialiter fecimus exhiberi; manumque perditam, miraculose (ut præmittitur) restitutam, conspeximus et palpavimus diligenter. Quam vidimus sanam et integram, ac alteri manui dextræ solum dissimilem in colore; cum alia propter solem aliquantulum apparuerit denigrata; sed dicta manus miraculose (ut præmittitur) restituta, quasi nova nobis apparuerit, et adhuc appareat in colore albior quam dextera manus ejusdem mulieris. Inquisivimus insuper, tam per nos quam per ceteros commissarios, a nobis super hoc specialiter deputatos, cum testibus quamplurimis fide dignis, religiosis et secularibus, clericis et laicis, burgensibus et notariis, et specialiter cum religiosis et honestis mulieribus Abbatissis monasterii S. Petri Monialium *b* et de Deserta civitatis Lugdunensis, et nonnullis aliis Monialibus dictorum monasteriorum, penes quas dicta mulier miserabilis longo tempore dicebatur fuisse conversata

seque talem vidisse ac palpasse,

l et auditis pluribus testibus.

7 Qui testes ad sancta Dei Evangelia juraverunt et in verbo veritatis asseruerunt, quod dictam mulierem pluribus diebus et vicibus viderant et conspexerant absque manu prædicta: et hoc esse et fuisse notorium in civitate eadem Lugdunensi. Nos D igitur dictis testibus fidem plenariam adhibentes, vobis testificamur, et in vestri notitiam, tenore præsentium deducimus, super tam aperto et notorio miraculo, veritatem, ut præmittitur, se habere; ut Deo in Sancto suo glorioso, Beatissimo Claudio, laudes venerationis debitæ et gratias referamus: ipsumque Sanctum apud eumdem Dominum nostrum Jesum Christum habere mereamur in patronum. In quorum omnium fidem et testimonium, præsentes litteris sigilli curiæ nostræ fecimus appensione muniri. Datum Lugduni, die prima mensis Septembris, anno Domini MCCCXLII. Ego vero Jordanus de Cuysiaco, Clericus, civis Lugdunensis, authoritate Apostolica publicus Notarius, ac Curiæ dicti Domini Officialis juratus, præmissis, exhibitioni manus dictæ mulieris, miraculose ut præmittitur, restitutæ, publicationi, ac aliis coram dicto Domino Officiali, ac super hoc cum testibus quamplurimis fide dignis, religiosis et secularibus, Abbatissis et Monialibus memoratis factæ, cum pluribus aliis suprascriptis, ex commissione dicti Domini Officialis præsens interfui; præsentibusque literis inde confectis subscripsi manu propria: ac ipsas jussu et voluntate dicti Domini Officialis signo E meo publico signavi, in testimonium veritatis præmissorum, Rogatus.

ex MSS CHIFLET. verum esse miraculum definit,

per publicum instrumentum …

8 Luxemburgensis familia quam clara sit atque illustris, loquuntur Annales nostri, nec non et Ecclesiarum fasti, quibus nomen Petri *c* illius juvenis incomparabilis, etiam ante solennem apotheosim, summo populi tam consensu inscriptum legis. Ex ea prognatus erat Antonius Luxemburgicus, Comes Briennensis, Russiensis, et Charniensis, Dominus de Gaustelle etc. anno quoque jubilæo MCCCCLXXV; provinciæ Burgundiæ Rector, et castrensis Præfectus, vulgo Mareschallum appellant. Eo anno forte contigit ut ad arcem Morillonem Franciæ ditionis, in Dominum de Cointronde, pro Francorum Rege Prætorem exercitus primarium, incurreret. Pugnatum est utrimque acriter, sed vincentibus Francis cæsi sunt Burgundionum nobilissimi quique; ipse omnium princeps Antonius ejus dejectus, omnipotentem Deum, Divam Virginem Rolandi-montis, ac beatissimum Antistitem Claudium in ultimo discrimine tacitus invocavit. Mirum dictu! Ex eo tempore, etiam dum gravia balistariorum tela unus præ aliis undique peteretur, omnia in irritum cecidere: ipse sine vulnere ab hostibus captus est. Neque hic miraculorum finis. Ea custodia tentus est annis octo, et tribus circiter mensibus; quo tempore per annos septem, menses novem, et dies viginti quatuor, in compedibus fuit: et erant ferreæ compedes, quinquaginta quinque librarum pondo. In ea tam acerba captivitate non illi tibiæ intumuere, non dolorem sensit, non morbum vel levissimum contraxit, sed integra valetudine emersus, rem totam diligenter annotatam, anno denique MCCCCXCII, die mensis Junii octava et vigesima, grati animi ergo, in publicas tabulas retulit; seque omnia quæ recensuimus beneficia Divo Claudio accepta ferre, juratus confirmavit.

c

… hostilia tela illæsus manet,

et e diuturno carcere salvum se evasisse testatur anno 1492. F

ANNOTATA D. P.

a *Successit Guillelmo* Guido *an.* 1340. *quod autem sequitur miraculum etiam in Lectiones S. Claudii relatum est.*

b Abbatiæ S. Petri *feminarum sua adhuc dignitas manet,* Desertæ *nulla mentio apud Sammarthanos.*

c B. Petrus Luxemburgius *colitur* 5 *Julii, quando dabimus pro ejus Canonizatione acta; obiit an.* 1387 *Avenione.*

CAPUT

A

EX MSS. CHIFLET.

CAPUT V.

Graviter sauciati ab hostibus, itemque naufragi, vel aliter in mari periclitantes servati.

Servatur an. 1487 alius varie læsus, a

Sunt inter mortales qui mala avertere interdum possint, illatis mederi non possint; Deo optimo maximo utrumque pariter factu facile est. Erat sub signis atque in comitatu Angelberti *a* Nassavii Claudius Bouartius, vir equestris ordinis, cum Hugæ Francicas copias ex itinere obvias habuere, die Sabbathi, Julii mensis octava vigesima, anno Christi MCCCCLXXXVII. In eo conflictu Claudius, jam hastis, jam spiculis multifariam petitus, ac repetitus sagitta etiam jugulum transfossus excutitur. Dum animam ageret, B. Claudio, Patrono cognomini, se suaque omnia committit, et (o Divi medicam manum!) omni absterso vulnere convalescit. Is deinde a Philippo Austriæ Archiduce, postea Hispaniarum Rege ejus nominis primo, pretio redemptus, Bethuniensi arci regia vice præfectus fuit, suæque erga beatissimum Archipræsulem pietatis, B atque accepti beneficii monumentum, votivam tabulam ad ejus tumulum appensam extare voluit.

item alius 1527.

10 Geminum huic miraculum non abjungo. Circa mensem Julium anni MDXXVII, Caroli V Cæsaris nomine, Mediolano intempesta nocte exierant sena armatorum millia, pari numero Helveticas Ræticasque Francicarum partium copias invasura. Stabat in prima acie Ludovicus d'Arestel nobilis Burgundio, suæ gentis velitum ductor. Cum itaque pugnatum esset ad Caranschium, cecidit in prælio Ludovicus, gemino vulnere patefactis visceribus, ac tum alibi leviter perstrictus, tum in humero sinistro sarissa forte confossus. Jacebat inter cæsorum cadavera, et ab utrimque pugnantibus misere proculcabatur; cum ei venit in mentem B. Claudius. Rem dicturus sum pene incredibilem, sed tamen in D. Claudii basilica sequenti anno a Ludovico ipso solenni jurejurando affirmatam. Oravit; et finito prælio, e media cadaverum strue, non spirans modo, sed et illæsus atque incolumis evasit.

aliusque 1510 ex prælio navali.

11 Simili pene beneficio servatus jam antea fuerat Christhophorus de Launoys, civis Tornacensis. Is anno Christi MDX, Sabbatho sancto, pridie Paschatis in Caletano freto cum aliis amplius quadraginta, qua nauticis, qua mercatoribus oneraria vehebatur, quam Magdalenam nuncupabant; cum incautos aggressa C est piratica navis. Dimicatum est utrimque acriter. Christophorus inter alios novem vulneribus, et in his letalibus tribus, in umbilico, in corde, et in jugulo acceptis, pro mortuo per horas vigintiquatuor stratus in carina jacuit. Tandem Guillelmus ejus frater, eum adhuc spirantem, et cum morte luctantem conspicatus, coram omni adstantium cœtu positis humi genibus, B. Claudium supplex precatur, fratrem ut sibi incolumem restituat; addito etiam peregrinationis voto. Ad eas preces subito quasi evigilans Christophorus, primum oculos aperit, tum fratrem alloquitur, postea cibum ac potum sumit; denique obligatis utcumque vulneribus cum domum abiisset, intra quindecim dies pedetentim convaluit: mosque cum Guillelmo fratre ad D. Claudium iter ingressus miraculi fidem die Junii quintadecima publicis tabulis consignavit.

Puella an. 1529 clinica ac deinde fere impasta,

12 Pagus est ditionis Jurensis vulgo Morbies, ab ipso S. Claudii Jurensi monasterio tribus leucis horariis distans. Ibi quindecim annorum puella, Petronilla nomine, Petri Jordain honesti viri filia, nocturno viso perterrita, vergente Julio mense anni MCCCCXXIX, tantum ex eo debilitata superfuit, ut per totos quinque annos nec lecto surgere, nec cibi D quidquam, aut potus capere posset; excepto quod singulis mensibus, interdum etiam duorum ac plurium mensium spatio, vix pomum unicum comedebat; ita omnem pene vel ingerendi, vel digerendi egerendique facultatem natura negaverat. Priore anno suæ ægritudinis, quoad linguæ compos fuit, (ut erat pia, et bene morata) bis apud Parochum peccata deposuit, bis Eucharistiæ sacro pane refecta est: postremis vero quatuor annis, extinctæ quam viventi similior, nec oculos aperire, nec loqui potuit; tametsi, cum quis de Deo ac divinis rebus sermonem haberet, tum illa junctis manibus, fusisque cum gemitu lacrymis significaret, se id sentire quod dicebatur.

loquela expers:

13 Frequens erat visentium concursus ad id spectaculi; et adfuit felicibus auspiciis pia in paucis, et illustris matrona Catharina de Bauffremont Domina de Treschastel in agro Lingonensi, anno Christi MCCCCXXXIV, die mensis Augusti tertia. Illa puellam blande primum affata, mox positis humi genibus ante jacentis cubile, Deum optimum maximum, sacratissimam ejus matrem Virginem, ac beatissimum Archipræsulem Claudium, pro ejus incolumitate longum precata est. Finierat; et ad ægrotæ parentes converso vultu, serio admonet, filiam ut semianimem ad Claudii venerandum corpus deportari curent; nec hortari destitit, quin illi se id quamprimum facturos reciperent. Id præstiterunt postridie, quarta die Augusti: et rei fama, ad B. Claudii basilicam, hominum ingentem multitudinem excivit. Oratum est a circumstante populo, a Cœnobiarcha, et Cœnobitis omnibus; præsertim vero a Catharina, cujus maxime fide ac religione miraculi exspectatio nitebatur. Mirum dictu! Assurgit Petronilla primum in poplites; tum oculos repente apertos, in sacras D. Claudii plantas venerabunda intendit. Nec mora: erigitur in pedes, Confessarium postulat, ac peracta Exomologesi ad sacrorum Antistis pedum oscula accedens, illius se meritis incolumitati restitutam proclamat. Fit murmur festaque acclamatio in populo: erumpunt undique lacrymæ ac gemitus; pulsantur ad modum et numerum campanæ, ac in magno cœtu Te Deum laudamus solenniter decantatur.

E

an 1523 delata ad S Claudium, sospes fit.

1455 eversa per tempestatem cymba

14 Agnoscite vos quoque, Genevenses, cives etiam in lacu vestro B. Claudii, (a cujus nuper fide et religione defecistis) potestatem ac numen ostendi. Agebatur annus incarnati Verbi supra millesimum quadringentesimum quintus et quinquagesimus, eratque feria secunda, dies mensis Maji sexta et vigesima, cum in lacu Lemano (nunc Genevensem aut Lausannensem vulgus appellat) a castro Morgie F *b* Tononum, ad tres vulgares et horarias leucas, *b* navigio tendebant Nicodus Girodi, trabalis operis faber Tononiensis; et Petrus Destrue, Morgiensis patria, conditione tabellio, cum aliis quatuor. Jam in altum ad octo fere milliaria provectis, circa horam de meridie quartam fœda tempestas supervenit. Ac primum cœlum inhorrescere, stridere venti, mugire lacus; tum jactari navigium, deinde allisis ad latera fluctibus aspergi, ac subeunte aqua gravari; denique convolvi omnino, et mediis in aquis resupinari. Inclamati a Petro et Nicodo Cœlites, Deipara Virgo, Claudius, Nicolaus, Ludovicus Arelatensis *c*. Nec in irritum; nam ea navis conversione omnibus in lacum abjectis, duo fluctibus hausti, videlicet Aymonetus Choudet Tononiensis cum filio; tertius (Joanni Monodo nomen erat) transversum cymbæ sedile amplexus, ea eversa aquis præfocatus est: tres alii se mutuo complexi, nescio quo modo supra navis supinæ carinam evaserunt.

mersisque aliis, tres in carinam evadunt;

c

15 Ita per semihoræ spatium fluctuarunt: licuitque

A que Petro, ac Nicodo, flexis etiam poplitibus, iterum vota pro sua salute, iterumque Patronis jam adoptatis nuncupare: nec frustra. Visa per id tempus Petro Destrue (ut suo ipse chirographo postmodum coram plurimis testibus in publicas tabulas retulit) sacratissima Virgo Mater adstare periclitantibus, una cum beatis Claudio, Nicolao, et Ludovico Arelatensi; qui tres pariter adnixi, eversum navigium prono rectoque statui restituerunt. Rursus in lacum excutiendi erant qui carina vectabantur: sed (o fidam Numinis manum!) excipiuntur alveo revolutæ navis; videntque Joannis Monodi miserabile cadaver transtro implexum. Nec mora, arreptis remis sævienti adhuc procellæ toto conatu obluctantur; ac Lausannam versus flectentes, semileuca circiter ad S. Sulpicium admoventur. Inde quatuor ignoti homines cymba vecti auxilio venerunt: qua cymba ut primum exceptus est Joannes (id nomen erat homini villatico, qui cum Petro et Nicodo adhuc in vivis supererat) animam confestim exhalavit. Itaque ex ea clade soli evasere Petrus et Nicodus: qui brevi post tempore, alius alio die ad S. Claudii basilicam religioso promisso defuncti, rem totam, uti narrata est, adhibito ad fidem publicam B tabellione, ac jurejurando interposito, legitime confirmarunt.

eademque a Sanctis invocatis erecta,

et ipsis intra hanc repositis,

moritur unus, servantur duo

16 In aquis versamur: sed nunc e lacu in flumen, e flumine in mare deveniendum est, ut ubique nostrum Antistitem dominari intelligamus. Anno Christi MDLXXI Furantium *d* amnem trajiciebat ad vadum Accoyeum Petrus Marcus de Mouxé, filius domini de Luppigny, in agro Genevensi, una cum famulo Claudio Laurentio, et alio, nomine Francisco Dieu-le fils. Intumuerant aquæ, et inauspicato contigit, ut impacta ad arborem navis in fragmenta dissiliret. Hic Petrus B. Claudium inclamat: et vide quo eventu. Franciscus cum nauta, alacriores in arborem conscendunt: Claudius altera manu arrepto ramo suspensus hæret, altera dominum crinibus apprehensum sustinet; donec crurali Claudii fasciola sursum elatus, ipse quoque in arborem evasit. Depictus in tabula casus, Petri Marci religiosum munus, etiamnum omnibus loquitur.

item an. 1571 tres naufragi, d

17 Sursum ascendimus integro seculo, et tamen e fluvio in mare prono cursu devolvimur. Circiter annum æræ Christianæ MCCCCLXXII navigabant ex Oriente in Provinciam amplius quadringenti; cum sub auroram sæva tempestas exorta onerariam in ultimum discrimen adduxit. Intenderant se cœlo atræ ac sordidæ nubes, mixtique densis imbribus C rapidissimi turbines decumanos fluctus ac reciprocos ciebant. Nihil juverant jactæ anchoræ: mors in omnium oculis erat; ac turbatis nauticorum ministeriis nihil jam spei, nisi in divina ope superesse credebatur. Ergo inter lacrymas et inconditos clamores, Beatum Claudium summa omnes voluntate, genibus nixi, Pàtronum adoptant. Vix fusæ erant preces cum venti, ac fluctus, quasi indicto silentio, quievere: navis exinde placide prospereque cursum tenuit. Defunctis periculo qui navi vehebantur, nihil potius fuit, quam ut certum hominem ex omni numero deligerent, qui omnium nomine D. Claudio servatori suo, inita ad ejus tumulum religiosa peregrinatione, votum exolveret. Id muneris sorte obtigit Christophoro de Ayfun, serenissimi Siciliæ et Hieresolymarum *e* Regis Scutario nobili, reique panariæ Præfecto: et ipse lubens admisit. Sed dum rem latius profert, nempe ad sexennium aut etiam ultra, homo alioquin occupatissimus; periculo suo didicit, non esse divina humanis, quamlibet seriis, facile posthabenda obsequia.

sicut an. 1472 servati navi alii 400:

pro quibus votivam peregrinationem e

18 Ibat regio mandato Christophorus, expeditus in equo, ab Aquis-Sextiis ad castrum *f* Lambescum; ac jam appetente noctis crepusculo ad S. Cannatum D pervenerat, (qui locus abest a Lambesco dimidiata circiter leuca); cum ecce adstitit imprudenti umbra, veneranda specie, Monachi Benedictini habitu, cui sub nigro pallio candidum nescio quid internitebat. Nec mora, frænis equum apprehendit, atque ita toto itinere præivit equitanti, Lambescum usque; quo ut ventum est, tum vero spectrum illud nobilem virum in hæc fere verba compellat; Necdum, inquit, votum solvisti, quo jam pridem ob evitatum tempestatis periculum obstrictus tenebaris. Vide ut hoc defungaris munere, ne te gravior aliquis casus excipiat. Et hic dictis, evanuit ex oculis. Eo viso vehementer obstupefactus Christophorus, amissa loquendi facultate, ut primum acceptus est hospitio, calamo scriptorio, chartaque et atramento nutu ab hospite impetratis, infortunii sui seriem ex ordine perscripsit. Mox gravi morbo tentari cœpit; nec ei melius factum est (etiam regiorum medicorum adhibita industria) donec animum induxit explere tandem quod olim promiserat. Venit ergo, longa ac difficili via, ad beatorum Eugendi et Claudii basilicam: quam ingressus, capite aperto, nudis pedibus, reliquo etiam corpore ritu supplicis seminudo, die Septembris vigesima anni MCCCCLXXIX, statim atque in sacrum atque incorruptum D. Claudii corpus E oculos intendit, erupit in illum Davidis versum; Domine labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam. Omnique liberatus incommodo, actis solenniter gratiis, beneficii accepti memoriam, tabellionis fide publica, et jurisjurandi religione sancivit.

f

Ex MSS. CHIFLET. solvere negligens qui promiserat,

graviter affligitur,

et an. 1479 ad corpus sanatur

ANNOTATA D. P.

a Engelbertus Nassavius, *Viandæ et Bredæ Dominus, ab anno* 1475, *quo pater Joannes obiit, ad* 1494, *quo defunctus ipse est: ab eo genus ducunt Principes Arausionenses.*

b Morges *ad Septemtrionalem*, Tonon *ad Meridionalem ripam lacui sita, oppida ampla, recta linea medium lacum se ante invicem se respiciunt.*

c B. Ludovicus *Cardinalis et Episcopus* Arelatensis *colitur* 16 *Septembr.*

d Furantius *in Delphinatu rivulus, infra Romanum oppidum Rhodano immergitur, satis longe ab agro Genevensi: in hoc autem nominatur* Drauzo, *alias* Durantius *forte dictus; lacumque subit circa* Tononum, *fluvius non contemnendus, ut hic potius videatur intelligendus.*

e Renatum Andegavensem *intelligo, qui se ex adoptione Joannæ Reginæ dicebat Siciliæ Regem, et vixit in Provincia usque ad an.* 1480. F

f Lambescum, 4 *leucis Aquis-sextiis in Provincia media autem via occurrit locus* S. Canat *in tabulis: Auctor in margine notarat, hæc verba:* S. Cannardum lego in libro de Antonio Lotaringo. *Colitur* S. Cannatus, *Massiliensis Episcopus,* 15 *Octobris.*

CAPUT III.

Ex captivitate barbarica vel hostili, extremis suppliciis, vel prædonum manibus liberati.

A tempestate discedimus, sed nondum a mari. Anno Christi MCCCCLIII, exeunte Junio mense, Joannes de Vinea, Flander Insulensis, et Reginaldus de Trahyes, e S. Paulo agri Tarnavensis, in mediterraneo navigantes, a Barbaris capti, ac deinde in tetrum carcerem conjecti sunt. Sed cum præ inopia libertatem pretio emere non possent, rursus in barbara triremi expositi sunt; aliquid qua nautici, qua bellici

An. 1453 duo capti a Turcis,

IN MSS CHIFLET

A bellici muneris obituri. Lugebant miseri vicem suam ea maxime de causa, quod infensissimis hostibus Christiani nominis, adversum Christianos ipsos suam præstare operam vel inviti cogebantur. Ac diu frustra annos servitutem durissimam serviebant; cum B. Claudii subiit animum recordatio. Ergo illi se devovent, enixeque flagitant, ut se ferocissimorum hominum dominatu exceptos, tuto aliquo portu excipiat. Nec fusæ incassum preces, circumspiciunt navitas (tum erat dies Jovis, post festum B. Ludovici, anni supra millesimum et quadringentesimum quinti et quinquagesimi) omnesque ad unum alto somno depresssos non sine admiratione conspicati; rati maturum adesse tempus, quo tentanda sibi esset ad libertatem via, nescio quo fune e navi pendulo, in mare taciti evolvuntur. Opportune tum aberant a continente leuca dumtaxat una, vel paulo amplius: plenus animi, atque in D. Claudium fiduciæ Joannes, Reginaldum sobrinum suum natandi imperitum in humeros tollit. Sic obstante nemine dilapsi, Savonæ *b* portum natatu tenuerunt, exinde assertorem suæ libertatis beatissimum Antistitem palam omnibus professi.

a biennio post miraculose evadunt :

b

Item alius an. 1466

20 Alius e Nicæa Saliorum, Monetus nomine, conditione libellio, cum in mari captus a piratis, B scalmisque addictus, undecim jam annos in ea carnificina perseverasset; invocato B. Claudio cultellum nactus, primum ferream catenam, qua erat religatus, facili negotio resecuit; proxima deinde nocte felici ausu in mare desiliens, diu cum aquis luctatus, tandem ad portum, Nicææ patriæ suæ propinquum, natatione pervenit; nec multo post ad B. Claudii tumulum peregrinatus, die tertia Novembris anni MCCCCLXVI, illum vindicem suum solenniter affirmavit.

1477 Dominicanus, ob culpas suas vinctus,

21 A triremibus ad carceres abeo. Gratianopoli Nicolaus Gatery, patria Belmeriensis, ad oram maris Mediterranei, conditione Dominicanus, dignitate Presbyter, apud Claudium Vernois Præpositum suum provincialem furti insimulatus, atque in omni vita effusioris licentiæ, perpetuum carceri ab eo addictus est, Genevamque destinatus; ubi per quadriennium in custodia et in vinculis fuit. Forte contigit, ut Sabaudiæ Dux *c* civitatem Genevensem solenniter inveheretur: tum vero Nicolaus, B. Claudium sæpe alias inclamare solitus, ardentiore studio efflagitat, ut ad eum ex eo squalore educendum tandem aliquando flecteretur. Vix fuderat C preces, cum se compedibus solutum, apertasque carceris januas admirabundus vidit. Egredienti occurrit custos carceris: qui primum vehementer obstupefactus, tum de miraculo admonitus, Nicolaum custodiæ reddit Ea res cum ad serenissimum Sabaudiæ Ducem fuisset perlata, ratus ille Superis acceptam ejus libertatem, educi illum e carcere, ac vinculis eximi jubet. Nicolaus ad B. Claudii, assertoris sui, Basilicam convolat; remque uti narrata est, præstito super sacrum Canonem solenni jurejurando affirmat, die Martii vigesima, anno Christi MCCCCLXXVII.

c

sed pœnitens facto voto solvitur :

et 1478 Carmelita, captus ab hostibus :

22 Alius anno sequenti MCCCCLXXVIII, etiam invitis mortalibus evasit. Carmelita erat, Andreas nomine, e pago Grandivallensi oriundus, et in Claravallensi *d* diœcesis Bisuntinæ cœnobio professus. Is a nobili viro Claudio de Vaudrey Sinemurum *e* cum litteris missus, in reditu capitur a militibus, mox Divionem, inde Talantium vinctus deducitur. Ibi ferreis pedicis oneratus, insuper a petulantissimis hominibus dirum in modum excruciabatur. Itaque beatissimam Dei parentem Virginem toto animi conatu implorabat; Divumque Claudium nominatim precatur, uti sacri sui tumuli adhuc revisendi ei concederet facultatem. Dum hoc oraret, subito gravissimæ, quibus tenebatur, compedes manu non visibili D solutæ, atque in aliorum captivorum oculis in terram excussæ sunt. Nihilominus capitis damnatur, ac de nocte aquis præfocandus deducitur ad carnificem. Interim moriturus peccata (ut fit) apud Sacerdotem exponeret; dumque Divam Virginem ac S. Claudium invocat, peracta confessione, funem, quo manus astringebatur, tacita vi expediri se persentit. Igitur carnificem ipsius e manibus, ultro in Oscaræ amnis gurgitem desilit: unde natatu longe provectus, extraque hostium potestatem constitutus, vicina Carthusianorum domo perhumaniter excipitur circa undecimam vespertinam: nec multo post in D. Claudii basilica voto defungitur, die mensis Julii sexta et vigesima.

d

e

item an 1480 milites duo bis solutis ultro vinculis:

23 Simili pene miraculo biennio post milites duo, Bonifacius et Jacobus, cum in arce Sardonia Sabaudicæ ditionis, per undecim jam hebdomades in vinculis esset *f*; voto nuncupato divæ Virgini Mariæ, sanctoque Claudio, die mensis Martii vigesima quinta, quæ tum erat sablatum *f* ante dominicam Palmarum, se compedibus ferreis solutos repente mirati sunt. Indeque cum ad ignem arcis calefactum venissent, moxque retrusi essent in carcerem, gravioribus quam antea constricti pedicis; iterum feria secunda post octavam Paschæ, E compedes suas, non effractas, non ruptis clavis solutas, sed quasi fabri manu reseratas eximi sibi, atque in solum defluere sentiunt nocte intempesta. Ultro quoque patefactæ sunt carceris arcisque portæ, atque adfuit cœlitus affusum lumen, cujus beneficio liberati, ad Giseriacum, Bonifacii natale solum, una tantum a Sardone leuca distans, bonis avibus appulsi sunt: unde postea Bonifacius ad B. Claudii reliquias, die Maji sextadecima, votum exoluturus advenit.

f

1485 sanato letaliter saucio, auctor vulneris liberatur a pœna mortis:

24 Orta contentione inter duos satellites Præfecti arcis Braconiæ ad mœnia Salinensia, anno Christi MCCCCLXXXV, eorum alter Henricus du Bois, socio Joanni Bovis lætale in jugulo vulnus infligit: qua de causa detrusus in custodiam, admonetur post quintum diem de lege talionis; Joannem in extremis esse, nec ulla humana vi posse mortem evadere. Ad hæc Henricus, cum lacrymis magnoque animi ardore, Joannis incolumitatem a S. Claudio supplex efflagitat. Vix oraverat, cum nuntiatur, Joannem de repente percuratum. Ita unius voto, et adversarius lætali quod acceperat vulnere, et ipse extremo supplicio liberatur. Vir nobilis Joannes de l'Isle e Delphinatium Valeysia, latrocinii per calumniam delatus, Parisiis in vincula compingitur. Tandem F agentibus adversariis, in Castellana Parisiorum curia, a quæstionum Judice regio damnatur ad patibulum. Quid ageret miser? Voverat B. Claudio peregrinationem, et caput cereum ad sui capitis magnitudinem, cum primum trusus est in carcerem. Audita igitur capitis sententia perculsus, ignarusque quid consilii caperet, vota D. Claudio apud se tacitus ac supplex repetit. Precantis ilico subit animum cogitatio, appellare superiorem Judicem. Opportune. Quæstione etenim ad Senatum Parisiensem delata, post novem annorum custodiam, absolvitur, anno Christi MCCCCXCII. Calendis Octobris, B. Claudio se voti reum sistit.

et alius, 1492 damnatus ad furcam.

item anno 1493 suspensus, g

25 Alius alia via periculum evasit. Guidoni Brun nomen fuit, eratque domesticus Gabrieli Bouchartio, in arce de Cuyne præsidiariorum Duci; cum nonnullius criminis accusatus, apud Cameram *g*, Allobrogum oppidum, in custodia detentus est. In eo carcere Diva Virgine de Planis, beatoque Claudio invocatis, pluries Guido excussis divinitus compedibus, tamen a custodibus magiæ id adscribentibus, toties in vincula retrusus est, ac denique a summo Prætore

g

A Prætore laqueo addictus. Ergo ductus est ad supplicii locum: ubi cum ei carnifex elisisset fauces, pendulusque ex more humeris incubuisset; aliquanto post, quasi boni Genii manu rupto laqueo, illæsus e sublimi demittitur. Ita subductus est a circumfusa turba, die quinta mensis Augusti, anno Christi MCCCCLXXXIII.

h Carmelita 1480 captus a Mauris Granatæ,

26 Illa etiam est ratio admirabilior, qua Antonius Genuensis, e sacro Carmelitarum ordine, ultimo discrimine ereptus est. Is captus a Turcis, Granatæ *h* per annum integrum in vinculis fuit, ferreis compedibus manus pedesque astrictus. Per id tempus educebatur identidem ad spectaculum, eo loci, ubi Christianis tormenta infligebantur; quibus nonnumquam capita aut candente galea includi, aut fervente oleo plenis ollis immergi conspiciebat: nec mitius acturos secum barbaros sperabat, ni Christi fidem ejurasset. In eo pavore beatissimam Dei Matrem, sanctumque Claudium sibi patronos adsciscit: pauloque post somno correptus, eos per quietem pro se Deum deprecantes, ac se velut carcere educentes intuetur. Nec vanum insomnium fuit. evigilans enim, ferreis quidem vinculis adhuc onustum se vidit; sed (o quam procul a Granata!) in Rhodo

Rhodum miraculose transfertur:

B insula, pro foribus basilicæ sancti Joannis, Rhodiensibus Equitibus ac promiscuæ turbæ insertum. Hæc sancte affirmavit Antonius ipse, pridie Calendas Junii, anno MCCCCLXXXVI, cum votiva peregrinatione ad S. Claudii ædem sacram defunctus est.

i ex Grassatorum manibus eductus, an. 1478 sutor Burgundus,

27 E Grayaco *i*, nobili Sequanorum oppido ad Ararim sito, ortus erat Joannes, solearius faber. Is verno tempore anno Christi MCCCCLXXVIII dum iter agit, forte incidit in prædones aliquot Francos; a quibus arctissimis religatus vinculis cum captivus ageretur, B. Claudium tacitus implorat; addito promisso, si periculum evaderet, se Sancti basilicam nudis pedibus religiose aditurum. Nocte sequenti dum per silvam deducitur, miratur se tribus cannabinis funibus, quibus arcte substringebatur, subito manu divina expediri: ac tum ante oculos erat vepretum, in quod ille se festinus abdit. Cum autem insiliret, contigit Dei nutu, ut ex eodem dumeto fera nescio quæ erumperet; cujus vestigiis dum instant prædones, ac se captivum suum persequi putant, illum in dumo latentem longe post tergum relinquunt. Ita ei libero abire licuit, votivamque peregrinationem aggredi, qua ad tertium diem Maji in sui liberatoris templo rite defunctus apparuit.

k 1466 Episcopus Bergensis,

C 28 Iter faciebat Ægidius Bergensis *k* Episcopus, cum in silva Compendiensi incurrit in grassatores, sexto Nonas Maji, anno MCCCCLXVI. Ab his spoliatus pecuniis, libris, diplomate Apostolico sui Episcopatus, vestibus denique ipsis et omni apparatu, graviter etiam sauciatus, nudus ad arboris stipitem alligatur. Triduum jam totum in eo statu mortem præstolabatur, vulneribus, doloribus, vesparum aculeis, atque inedia pene confectus; et venit in mentem ille miserorum patronus, Antistes Claudius. Orat; exauditur; et ad ejus pedum oscula die Mensis Junii sexta et vigesima lætus admittitur.

1499 Sacerdos Aurelianensis,

Aurelianensis diœcesis Sacerdos, Dionysius Vincentius, Calendis ipsis Octobribus anni MCCCCXCIX, a duobus furciferis dirum in modum cæsim acinace convulneratus prostratusque, cum B. Claudio se commisisset, multis deinde sed vanis ictibus petitus est; percussore altero nescio cujus impulsu in terram prolapso, utroque postea abscedente.

graviter ab iisdem vulneratus:

Igitur Dionysius in vicinum castrum erepens, ad chirurgum se recipit: sed hujus vel improbitate, vel imperitia horribilem adeo in morem ei facies intumuit, ut salutem desperaret. Iterum B. Claudio vota nuncupat, et postridie detumescit facies. Supererat gravis languor ex vulneribus male medicatis: tertio itaque D Patronum suum appellat; et paulatim persanatus, sequenti anno MD, octavo Idus Octobris, beneficium triplex publicis tabulis juratus affirmat.

item 1607 studiosus,

29 Addamus hic et aliud e recentiori memoria. Quinquennium Lutetiæ Parisiorum in studiis egerat Petrus Andreas Longinus, viginti annorum juvenis, Lugduno Galliæ oriundus. In reditu cum silvam transiret regiæ villæ Fontainebleau, ipsa Palmarum *l* Dominica anni MDCVII, incidit in sicarios duos; qui triginta eum aureis nummis exspoliant, veste exuunt, supra aurem sinistram fœde vulnerant; adhæc decussatis brachiis et cruribus ad arborem alligato exertam linguam strophiolo contorquent, atque elidunt. Forte haud multo post illac iter habuere mercatores Genevenses duo, qui miseratione tacti, cruentum ac seminecem Parisios revehunt, chirurgoque suis ipsorum expensis medicandum committunt. Bimestris ea curatio fuit, et hic ejus exitus, ut Petrus auribus, lingua, etiam et mente captus superesset; adeo ut insanorum more diu vagus atque errabundus circumcursarit, donec ad Jurensem S. Claudii ditionem pervenit, in pagum de Cultura in Nemorosis, vulgo Les Bouchots. Ibi per annum integrum benigne habitus ab incolis, et mentis aliquid recepit, et auditus quantum ad vehementiores sonos leviter percipiendos satis esset. E

post curata vulnera,

ab amentia et surditate liberatus an. 1609.

Anno denique MDCIX, die Dominica in Ramis Palmarum (qua ipsa die ante biennium in prædones incurrerat) cum ad B. Claudii basilicam venisset, ejusque pedes exosculatus esset; primum solatii nescio quid intime persensit; deinde in reditu cum adhuc Divi sacra ædes in prospectu esset, ipse aliquid excreans coagulati sanguinis, simul integram mentem, integram audiendi loquendique facultatem adeptus est.

ANNOTATA D. P.

a *Anno* 1455 *lit. Dominic. E*, festum S. Ludovici 25 *Augusti, cadebat in fer.* 2.

b Savonæ *portus, in littore Ligustico, Sede Episcopali nobilis.*

c *Fuit hic* Philibertus I, *filius B. Amadei.*

d *Meminit hujus cœnobii, tamquam anno* 1435 *fundati*, *Lezana. Distat autem* Claravallis *ista*, *vulgo* Clerval, *a S. Claudii monasterio solum* 4 *leucis.*

e Sinemurum, *vulgo* Semur, *in Ducatu Burgundiæ, media fere via inter Autissiodorum et* Divionem: *huic vero propinquam adest* Tulantium, *ad Oscaram*, F *vulgo* Ousche, *qui infra Divionem Ararı influit.*

f *Anno siquidem* 1480 *Pascha fuit* 2 *Aprilis.*

g Camera, *Sabaudiæ oppidum, inter Camleriacum et S. Joannem de Maurienna.*

h *Idem narratur in Lectionibus, et similiter* Turcæ *appellantur: tu* Mauros *intellige, æque ac illi sunt, Mahometanos, Granatæ dominatos usque ad an.* 1492; *Christianisque, dum Carmelita iste caperetur, infestissimos: quos subigendos eorumque regnumque extinguendum sibi sumpsit Ferdinandus Catholicus.*

i Grayacum, *vulgo* Grey *ad* Ararim *alias* Sequanam, *vulgo* la Saone, *distat Dola et Divione, triangulum cum iis faciens,* 7 *vel* 8 *leucis.*

k Berga *Norvegiæ Caput intelligenda, nec enim alia hujus nominis Episcopalis fuisse scitur: hic ergo in* S. Claudii *notitiam ex itinere venerit.*

l *Ergo* 8 *Aprilis: nam* 15 *celebratum est Pascha anni* 1607. Fontaine-blaeu *aliis* Fons bellaqueus *dicitur, quasi* Fontaine bell'-eau: *alias* Fons-Eblaudi, *ad Sequanam flumen in Gastinensi tractu, a Francisco I potissimum ornari et excoli cœptus, jam olim etiam S. Ludovico ad pios secessus cara domus, distat Parisiis* 8 *vel* 9 *leucis.*

A m 12 *Aprilis : nam* 19 *celebratum est Pascha* 1609.

Ex MSS. Chiflet.

CAPUT IV.

Morbi lætales depulsi, abortivi vivificati.

In phrenesim incurrerat Scutarius nobilis, Petrus de Prie, anno Christi MDI, ratus, id sibi pestis afflatum a rabioso cane, a quo in dextræ manus auriculari digito jam ante quinquennium admorsus fuerat. Ut ut res haberet, vovit per intervalla lucida se ad D. Claudii sacram ædem peregrinaturum, et iter aggressus, in via morbo omni levatus est. Circiter annum MCCCCXCIV, in paralysim incidit puella Divionensis, Joannis Dumonts mercatoris filia, et (pro morbi genio) media corporis parte capta est. Tentata sunt diu et serio humana remedia, et denique damnata. Sensit cordatus pater eam curationem divinæ manui reservatam : itaque beato Claudio vovet, si filiam incolumem recipiat, se illam grati animi ergo ad sacras ejus reliquias adducturum, addito ceræ donario ad dimidium, ejus pondus. Ea patris B religio puellæ saluti fuit : brevi siquidem percurata, anno MDI Kalendis Octobribus cum utroque parente votum exolvit.

Curantur, phreneticus, paralytica,

31 In vico Belmonte, Præfecturæ Balmensis *a* in Burgundiæ Comitatu, Jacobus Andreas, viginti annorum juvenis, gravi paralysi correptus, sic omnium membrorum usu caruit ad quinquennium, ut nec per se moveri nisi manibus innixus, nec stare in pedes valeret; sed perpetuo aut jacens, aut sedens, nec verbum ore proferret : integra tamen audiendi facultate. Quare audito patre, Claudio Andrea, qui pro filii incolumitate, ad Sanctum Claudium peregrinationem voverat : ipse fide plenus, cum eumdem sibi Patronum ardentius adoptasset, tertio post die receptis viribus sanum se esse miratus est : necdum tamen linguæ usum recepit, sed adhuc ad triennium mutus, tandem ad B. Claudii sacrum corpus sese in viam dedit. Eo perveniens die septima Aprilis anni MDLXXXVIII, conducto Presbytero qui pro se Missam celebraret; admissus est ad S. Claudii pedum oscula : ubi confestim loqui libere, et quæ sibi acciderant narrare adstantibus cœpit.

a paralyticus,

32 Ex febri continua periclitabatur anno MDXCVI, Claudius Boitonsetus, Canonicus, et Officialis Bisuntinus. Inclamavit Patronum suum, et e vestigio C febrim abstersam deprehendit. Pertinacior fuit febris Petri Gagneur, e Comitatu Vinisiæ, e pago *b* de Bellevevre; et usque adeo molesta, ut per quinque totos annos vix ullam ei nocturnæ diurnæque quietis partem reliquerit : ea quoque, anno MCCCCLXVI, fusis ad B. Claudium precibus, repente discussa est. Divione Guyota matrona nobilis, amplissimi viri Joannis Guyon, in Ducis Burgundiæ Senatu Consiliarii conjux, anno MCCCCLXV, feria tertia ante Assumptæ Virginis solennitatem, hora fere meridiana, stupore apoplectico ita subito obriguit, ut amisso oculorum, aurium, linguæque usu, contorta etiam atque aversa facie, exanimi similis appareret. Accurritur e vicinia, et abjectis humanis remediis Guyota D. Claudio committitur : nec mora, stupentibus omnibus integram sanitatem recipit.

duo febri continua laborantes b

et apoplectica:

33 Ex puerperio graviter adeo affecta est Leonarda, Joannis Gerardon Lugdunensis mercatoris uxor, exeunte Decembri mense anni MDIV, adeoque viribus ac sensibus defecta, ut nulla spes vitæ superesset. Aderant animam agenti lacrymabundus conjux, fraterque ac ceteri domestici : qui una positis humi genibus, cum pro Leonardæ salute votum B. Claudio nuncupassent; illa momento quasi reviviscens, primum adstantes in spem erexit, deinde D paulatim pristinæ incolumitati restituta est. Haud multo post Pascha anni MCCCCLXVI Michael Gache, e castro d'Usie, Gratianopolitanæ diœcesis, ore hiante dormiens, venenatum muris lotium excepit. Inde enatus in faucibus cancer hominem ita male habuit, ut multis frustra adhibitis remediis, damnaretur a medicis. Ab ea sententia provocavit ad superius tribunal; ad Divum, inquam, Claudium : et eadem die præter omnium expectationem convaluit.

item puerpera moribunda, cancro laborans,

34 Novioduni Æduorum (Nivernum vulgus appellat) sæviente horrendum in modum pestifera lue, anno MCCCCXCIX, Petrus Bochery civis pro sua et suorum, hoc est conjugis ac liberorum salute, B. Claudio votum fecit. Ea lues in civitate capita vix quadraginta in vivis reliquit : Petrus cum suis omnibus ex voto servatus est. Cum autem ad S. Claudium anno MD pridie Kalendas Maji, eo nomine gratias acturus advenisset; retulit quoque cum jurejurando, se ante annos admodum viginti (adeoque circiter annum MCCCCLXXX, cum ad Ligerim equum adaquaturus venisset, prolapsusque esset subsidente gleba in fluvium, qua duas lanceas altus erat; invocato B. Claudio, illæsum cum equo, atque incolumem evasisse. Postridie Paschæ *c* anni MCCCCLXX *c* E Joannes de Ameda sumpto veneno, quod ejus cibo nescio quis malitiose immiscuerat, supra gravem languorem, etiam sermonis usu caruit. Ea ægritudo, quæ medicorum industriam eluserat, denique pridie Idus Junii discussa est, mutoque expedita lingua; cum ea die, in magno precantium cœtu, ad D. Claudii pedes venerabundus adstaret.

in flumen lapsus, veneno infectus unus,

35 Chartopœo Leodonensi, Joanni Ratusot, circa annum MCCCCLXXIX, in pago Chilhes, super mensam toxicum adhibitum est. Secundum prandium tam graviter ægrotare cœpit, ut vix ad vicinam domum suam Ledonensem ereperet. Vocatis medicis, judicatum est, vinci eorum artem a morbi sævitia. Et jam quinque hebdomades in ea valetudine vir bonus jacuerat, cum ad Divam Virginem sanctumque Claudium, toto animi conatu confugit. Finita prece cum indormiisset, imo (ut ipse asseruit) vigilanti quam dormienti propior, vidit astare sibi beatissimum Antistitem, qua specie in sacris ædibus depictus tum proponebatur; qui aperto ei latere, frustum carneum jecinori adhærens, totius mali causam manu benefica extraxit. Subducta oculis visione, ut se ille persanatum miratus est, præ gaudio vix se ad lucem usque in lecto continuit. F

alterque;

36 Girardus Guyotus, e pago *d* Gyvriaco, a malo dæmone insessus cum jam duas supra viginti hebdomadas miserandum in modum excruciaretur, ab ejus parentibus anno MCCCCLXVI vocatus in auxilium B. Claudius, improbum hospitem exturbavit. Anno Christi MCCCCXCII Joanna Vincentia, uxor Joannis Menim Stampensis, in Carnotensi diœcesi, ex gravi morbo ita contabuit, ut circa Bacchanalia visum amitteret. Ea de causa ad Divam Virginem Aniciensem, aliaque religiosa loca duce marito peregrinata est, sed numquam curata; donec vigesima sexta die Mensis Junii, post quinque menses a contracta cæcitate, in ipso B. Claudii pedum osculo visum recepit. In pago Trivignon Jacobus Richardus, anno MCCCCLXVI, cum affectu lethargico sive apoplectico repente correptus, biduum immobilis ac sensus expers decubuisset; discusso tandem stupore ad se rediens, mutus superfuit. Nutibus deinde tantum effecit, ut intelligeretur cupere illum ad D. Claudii reliquias deduci. Deductus est a fratre, et sacris pedibus impresso osculo, die septima Novembris, expedite loqui aggressus est.

d energumenus, cæca, et ex letargo mutus,

A *alius mutus et paralyticus,* 37 Claudius Vareston, e pago Levier supra Salinas, lignarius faber, die Aprilis nona decima anni MDXX, circa octavam matutinam, inter laborandum pestifero nescio quo afflatu repente consternatur; e quo casu mutus, et ab umbilico deorsum membris captus restitit Post dies aliquot ad Divi Claudii sacrum corpus deportari se jubet : ibique fusis precibus, Dominica die, penultima Aprilis, ex improviso soluta lingua in Beati laudes, pristinæ sanitati restituitur. *item alius ex consternatione mutus,* Altero pene pari miraculo annus idem, idemque mensis illustris fuit. Die Lunæ, vigesima quarta Aprilis, Joannes Brunelly Sequanus, e vico de Vaudrey, spectri nescio cujus objectu obstupuit, steteruntque comæ, et vox faucibus hæsit. Igitur S. Claudium tacitus implorat; nec mora, dat se itineri ad ejus basilicam. Eo appulsus die Jovis, Aprilis XXVII, ad pedum oscula primam vocem rumpit, Sancte Claudi, me tibi committo : opitulare, sancte Claudi. Ex exinde locutus est expedite omnisque illa tristis larvæ species ex ejus animo penitus obliterata est.

38 In Olhierga Arvernorum oppido Joannam Jonicam, Joannis Roserii mercatoris conjugem, anno MDXCV, circa *e* S. Medardi festum diem cardiacus *e cardiaca per an 13.* nescio quis morbus invasit; tam pertinax, ut medicorum industriam falleret; tam diuturnus, ut ad B annos tredecim perduraret; tam varius atque extraordinarius, ut eum veneficio illatum vix quisquam dubitaret. Anno valetudinis tertiodecimo consilium accepit faciendi voti ad B. Claudium pro sua incolumitate. Quo momento vovit, melius illi fieri cœpit : exinde paulatim revalescens, anno denique MDCIX ad Jurensem Sancti basilicam peregrinata, sexta Junii, ipsa D. Claudii solenni die, vires integras ejus interventu se recepisse testata est. Vir nobilis quamvis uxoratus, et aliquot liberorum parens, ancillam in deliciis habebat. *Resipiscit concubina, devota S. Claudio,* Illa anni MDCIX mense Januario, ad B. Claudii sacrum corpus visendi causa venit. Ibi Sacerdoti cum animi noxas aperuisset, negassetque seu spe aliqua, seu metu, se ex ea domo migrare posse, sine absolutione dimissa est. Domum ut rediit, conscientiæ stimulis agitata, petere cœpit a Domino abeundi veniam, cum obsequii mercede : constitutum sibi esse vacare deinceps saluti suæ; sibi vero mandatum a Confessario, ut ex ejus domo abscederet. Risit impius et puellam et Confessarium, miseramque per vim detinuit; *extincto adultero pervicaci.* sed non impune : post triduum enim absque sacra Confessione impuram animam evomuit. Nefarii adulteri exitium suam scilicet salutem, ac D. C Claudii singulare beneficium interpretata puella, cum ad Confessarium rediisset, sublato impedimento, rite ut par erat) absoluta est.

39 Eodem anno, mense Februario, Guillelmo natione Franco, capitalis criminis reo, suaserunt amici *Impeditur ad hæreticos transitus,* et cognati, ut (quando facinus in publicum emanaverat, Genevam in tutum se reciperet. Grave erat homini Catholico id perfugium; suis tamen parendum ratus, dat se in viam, ea mente, ut S. Claudii basilicam ex itinere inviseret. Invisit; et Dei boni instinctu, Pœnitentiæ atque Eucharistiæ munitus Sacramentis, alio consilia vertit; Genevam et Genevensem hæresim, ut catholicum decebat, execratus. Georgius de Fuillio, clara stirpe juvenis, in vico Chamberia, postridie Natalis Domini anno MCCCCLXXXIV, equo refractario insedit : quem dum urget, agitatque alacrius : eo subsultante in solum *raptatur innoxie ab equo lapsus* excutitur : in lapsu B. Claudium appellat, cui etiam a loci Domino, avunculo suo enixe commendatur. Mira res ! suspenso ad stapedem pede altero, raptatur juvenis ab indomita bellua ad trecentos minimum passus : tandemque consistens, sine sanguine, sine vulnere, sine contusione aut dolore ullo, equo eodem conscenso, illum, ea ipsa qua prius hilaritate, exercet. D

40 Joanni Nicoleto, civi Lingonensi, anno MCCCCLXVI foetum abortivum pepererat sua uxor. EX MSS. CHIFLET. *Ad baptismum vivificantur abortivi, unus* Is per triduum totum in quadam Lingonensis civitatis ecclesia, cum diurnis nocturnisque precibus expositus, nullum latentis animæ indicium dabat; et Rector templi cadaver amoveri mandaverat; cum Joannes, B. Claudii memor, id ab eo vehementer flagitat, ut infans Baptismi salutari lavacro ablui possit. Vix oraverat, cum infans ejulatu primum, deinde longo ac multiplici vagitu vitam ostendit. Ea res civitatem pene omnem acciverat ad spectaculum. Tinctus est redivivus infans aquis lustralibus ritu solenni ab ipso ædis Præside, atque sic in Dei filios, et heredes transcriptus, haud multo post ipsam adiit hereditatem;

Felix, qui mundi scopulos, et naufraga saxa,
Festina potuit prætervexisse carina.

Simile huic miraculum vidit annus idem, in pago de Bussy Burgundiæ superioris. Ineunte Junio, Joannis de Lerna conjux abortum enixa est. *alter,* Delatum corpusculum in beatæ Catharinæ vicinam ædiculam, toto die illo signum vitæ nullum edidit. Postridie admonitus pater de instante in proximam sextam feriam D. Claudii festo die, magna spe animo concepta vovet, si partus Baptismum percipiat, se, E solo pane et aqua adhibitis, corpore insuper (ut supplicum mos est) seminudo, ad S. Claudii basilicam aditurum. Ad hæc Missam indicit in finem eumdem. Cum ad sacrosanctæ Eucharistiæ elevationem ventum esset, vagire cœpit infans, et haud dubia vitæ argumenta prodere. Ita Baptismo initiatus, confestim ad Superos evolavit. Ea causa fuit, ne Claudio Boitonset (de quo supra num. 32 mentio facta est) id nomen imponeretur; denatus enim antequam natus, voto matris ad D. Claudium facto vitam recepit, sed ad multos annos; præclarisque in republica functus muneribus, ad ultimam usque ætatem vixit.

41 Rupellæ Santonum ad oram maris Aquitanici, nondum hæresis sedem fixerat anno MCCCCLXVIII; cum honesta femina Catharina de Chaude, masculum exanimem peperit. *tertius.* Indoluit pia parens, sortem filioli sui miserata; qui, quia Baptismo inaugurari non poterat, Dei vultum numquam conspecturus esset. Ergo summo animi ardore, ac flexis etiam genibus (quod in puerpera recens enixa mirere) implorata D. Claudii ope, vitam partui impetrat ad soli- F dam semihoram, per quod tempus sacro eum fonte expiare licuit. Felix morula, quæ beatam illi æternitatem parturit !

ANNOTATA D. P.

a Balma *vel* Palma, *vulgo* Beaulme, *in Comitatu Burgundiæ, ad Dubim fluv. 6 leucis supra Vesontionem.*

b *Burgundiæ oppidum, alias etiam* Bellievre *dictum, in Bressia Cabillonensi : sed quis ita* Comitatus Vinisiæ ?

c *Pascha anni* 1470 *celebratum est* 22 *Aprilis.*

d Gyvriacum *vulgo* Gyvry, *Burgundiæ oppidum in Cabillonico; sicut et* Bussy, *num.* 40 *nominatum.*

e S. Medardus *colitur* 8 *Junii.*

CAPUT V.

Mortui suscitati, moribundi salvati.

Nunc quia Rupellam venimus, placet antiquam civitatis inclitæ fidem ac pietatem alio quoque exemplo commendare *a*. Alebatur in domo nutricis Claudius *a*

Ex MSS Chiflet. An. 1516 suffocatus in puteo puer,

A dius adhuc lactens infantulus, Joannis de Vallois civis Rupellensis filius, e D. Sebastiani parœcia. Absente nutrice dum a puellula circumfertur, et in quadraria putei crepidine temere exponitur, altitudinem contemplatus cohorruit; excussusque e gerulæ manibus, præceps in puteum prolapsus est. Eo casu consternata gerula, elapsa in interius viridarium, cavæ se arboris trunco abdit. Interim perquiritur uterque, et accensa mater nutricem in carcerem compingi curat. Tandem expleto triduo, cum nescio quis aquam e puteo hausturus forte advenisset, pileolus in aqua supernatans puellum prodidit. Extractum cadaver putre ac lividum, linguam forte exerebat. Devoverat jam filiolum B. Claudio infelix mater, et funereo sudario jam involutum, rursus ei committit; Tuus est, inquit, o Sancte Claudi; tuus, inquam, et non jam meus; tu illi benigne prospicito: ego illum seu vivum, seu mortuum tibi tradidi; quo igitur modo ad sacrum tuum corpus, tam procul, tam longo funere efferetur? Ad hanc vocem reviviscens puer civitatem universam spectatum excivit: quæ tota eam ob rem in Dei laudes effusa est: moxque eum mater, conductis tribus bajulis, ipsa itineris comes, ad D. Clau-

ad votum matris revixit.

B dium deportari mandat; ac ducentas circiter leucas emensa, anno Christi MDXVI quartadecima die Septembris, ipsummet filium suum sanctissimo Antistiti carum donarium offert. Dubitatis, Rupellenses? Archivia nostra perscrutamini, explorate testium fidem, tabellionis chirographum recognoscite; imo senum vestrorum memoriam consulite. Si creditis: quid est, quod Sanctos non colitis, et avitam civium vestrorum religionem non sectamini?

43 Drivetam, Bartholomæi Tisserii Avenionensis incolæ uxorem, anno MCCCCLXVI pestilentia afflixerat; ex qua etiam, perceptis rite Sacramentis, adeoque ad ultimam luctam Oleo sacro peruncta, extinguitur. Insutum jam erat linteo involucro cadaver, haud multo post efferendum; cum graviter perculsus maritus, D. Claudio pro conjuge carissima voto se obstringit: et jacenti motus illico, ac sensus cum sermonis usu, deinde etiam integræ vires restitutæ sunt; prout ille in S. Claudii monasterio, tertiadecima die mensis Octobris, jurisjurandi religione interposita, confirmavit. E villa *b* Caritatensi, diœcesis Autissiodorensis, Reginaldus Barbaty, Magister Artium Baccalaurius in Legibus et in Decretis Licentiatus, anno Christi MCCCCLXXXIV, die Septembris octava et vicesima, stitit se in æde D. Claudio sacra, voti reus, olim pro se demortuo ab

Item mulier peste extincta,

b

ac puer quinquennis jam paratus sepulturæ,

C avo suo atque avia nuncupati. Juratus etenim affirmavit, super sacro Canone et majoris templi altari, se anno ætatis quinto labente multiplici ægrotatione usque adeo debilitatum fuisse, ut e vivis excederet. Cum autem mortuario linteo jam involutus esset, Cruce etiam, ut Catholicorum mos est, cadaveri imposita; nescio quo instinctu vovisse avum pariter atque aviam B. Claudio, si vitæ redderetur, se illum addicturos Ordini ecclesiastico, atque ad ejus tumulum ad agendas gratias destinaturos: eo voto facto, vitæ se ac sanitati subito restitutum. Quæ omnia, quia ipsum spectabant, atque ab ejus operæ ac voluntatis collatione dependebant, ab avo atque avia cum asseveratione et explendi voti mandato, sibi denuntiata esse testatus est.

44 Ægidia, conjux Claudii Dribin, in Barro-Ducum *c* Tribuni capitalis (Præpositum vulgo dicunt) circa ferias Archangeli Michaelis, anno MDV, quartana febri tentata est; quæ cum annum integrum tenuisset, graviorem alium morbum pone, traxit, ex quo illa primum oculorum et linguæ amisso usu, postmodum anno MDVI, ipso sancti Eligii *d* festo die, extincta est. Indictus est de more per omnem

c

Item mulier ad votum mariti suscitata,

d

D civitatem lugubris campanarum sonus, cavata terra ad sepulcralem fossam, imperatus totius funeris apparatus. Cœpit interim Claudius grande nescio quid animo versare, de Patroni sui summa apud Deum gratia atque auctoritate: votum fecit pro salute uxoris. Illa brevi post tempore primum spirare aggressa est, et vitæ indubitata signa præbere: deinde, pedetentim receptis viribus atque integra sanitate, sequenti anno MDVII, quinta die Augusti mensis, ad B. Claudii sacram ædem duce marito peregrinata, voti se religione absolvit.

45 In pago Sauceyo, diæcesis Valentinæ *e* in Segalaunis, Stephanus, Joannis Petit et Catharinæ filius, anno MCCCCLXXXVII, vi morbi enecatur. Aberat haud longe ejus pater; qui accepto nuntio domum reversus, vidit insutum et compositum filii cadaver, quod paulo post humandum erat. Eo spectaculo commotus, solo prosternitur, divique Claudii opem appellat. Nec mora; dissuto funereo linteo mater, spirantem filium et sospitem recepit. Henrico Boguetio miracula sancti Claudii scribendi initium fuit ipsemet redivivus; cum enim sextum ætatis annum ageret, in puteum prolapsus, et aqua suffocatus, Martini patris voto ad sanctum Claudium nuncupato, derepente a mortuis excitatus est.

e

et pueri duo voventibus patribus.

E

46 Jacobus Blanchardi, Regi Siciliæ a secretis, feria quinta, die Maji quinta decima, anno Christi MCCCCLXV, in æde D. Claudii palam professus est, et chirographo suo firmatum voluit, se non ita pridem Aquis-Sextiis, vi morbi ad extrema deductum, atque a regiis ipsis medicis, post multa in cassum tentata remedia, destitutum; voto a Simone fratre, pro ipsius salute D. Claudio, nec non et Deiparæ Virgini, sanctæque Mariæ Magdalenæ nuncupato, præter omnium exspectationem sanitatem recepisse. Inciderat in gravissimum morbum eodem ipso anno Reverendus Abbas de *f* Thierno, diœcesis Arvernensis, nec spes vitæ supererat. Vovit peregrinationem ad beatum Claudium vir nobilis, Abbatis consanguineus, Junotus de Morga, si servaretur æger: et momento, stupentibus omnibus, non tantum periculo subductus est, sed etiam pristinæ incolumitati restitutus.

Item moribundi repente sanati, Secretarius Regius,

Abbas Tyernen.

f

47 Celebrem medicum, nomine Nundinam Pacis, in pertinaci duorum annorum ægrotatione ars sua destituit; sed et alii medici, qui ægrotum frequentes viserant. Cum amisso sermonis usu, viribusque omnibus defectus, extremam unctionem percepisset, ac prope esset ut animam exhalaret, beatissimæ Virgini sanctisque Claudio et Antonio se tacitus commisit. Fusa prece mente tenus, illico visus ei est, sed et circumstantibus veneranda specie vir, habitu monastico, cujus tamen vultum, nec ipse, nec adstantium quisquam spectare potuit. Eo viso cum obdormisset, jamjamque ultimum spiritum efflaturus putaretur, post quietem percuratum se sensit; nec multo post, die Junii duodecima, anno Christi MDCLXVI, ad B. Claudium peregrinatus, cum beneficii auctorem agnovit.

Medicus ab aliis depositus,

F

48 Brigantii *g* Vocontiorum in diœcesi Ebredunensi, Joannem Petri Jone filium, anno MDCLXXVI, morbus usque adeo violentus per undecim hebdomades tenuit, ut postremis undecim diebus nihil quidquam cibi, aut potus caperet, et contortis oculis, frigidisque ac rigidis membris, mortuo quam viventi similior jaceret. Adfuit ægrotanti Joannes Hevre, vitæ integræ Sacerdos; qui, commemoratis quæ per D. Claudium fiebant miracula, auctor fuit utrique parenti, ut ipsi filium, nec non et augustissimæ Dei Matri committerent. Accepto consilio parentes Sacerdotem rogant, ut in B. Claudii honorem pro nati incolumitate Missam

g

puer aqua benedicta aspersus,

quamprimum

A quamprimum celebret. Admittit ille conditionem, et peracto Sacrificio vinum benedicit : tum ad ægrum reversus, ejus oculos eo liquore oblinit, corpusque aspergit. E vestigio æger nitidos, vividosque oculos aperit, suspirat, gemit, brachia attollit ; indeque paulatim convalescit.

h 49 Sebastianus Roux, civis *h* Vapincensis, anno Christi MDVI, circiter divi Præcursoris natalem, vehementia morbi ad ultima devenerat ; adeo ut per quinque jam dies cum morte luctatus, sensibus omnibus emortuis, vix tantillum vitalis caloris in corde retineret ; atque a religioso Sacerdote, ut morientes solent, salutari Crucis signo muniretur. Venit tum in mentem Thomæ ejus filio, quod pater erga B. Claudium, cujus etiam olim Reliquias viserat, pie admodum esset affectus : itaque ante jacentis cubile in genua procumbit, junctisque manibus, multo cum gemitu, et lacrymis, vovet, si patrem salvum reciperet, se prima opportunitate ad D. Claudii ædem peregrinaturum, facemque quatuor librarum pondo ei pro munere delaturum. Annuit votis sanctus Antistes : et qui animam agebat Sebastianus, derepente sui compos factus, oculos aperuit, et loqui ac cibum, potumque capere cœpit ; denique sensim pristinis viribus restitutus est.

et pater ad votum filii

B 50 Humberti Moingne civis Genevensis uxor Joanna, die mensis Maji undecima, anno Christi MDXVII, inter quartam et quintam serotinam repentino deliquio collapsa, solidum diem præpeditis sensibus velut exanimis perseverat. Negant medici, se ei malo mederi posse, ejusque animæ, ut si jam extincta esset, pacem abeuntes precantur. Tum vero Thomas ejus filius secretiore loco positis humi genibus, sublatis in cœlum oculis, lacrymans ac supplex vovet, si servetur mater, se ad beati Claudii basilicam religiose aditurum ; ibi ceream facem ad materni corporis longitudinem rite oblaturum ; si peregrinationi mora fieret, se per quartas omnes et sextas ferias (donec promissum exolveret) jejunaturum. Sic voto nuncupato redit ad matrem, quam libero primum usu sensuum præditam, pauloque post pristinæ sanitati plane restitutam videt.

item mater,

51 Puer nobilis, Claudius nomine, Joannis Pasquier viatorum Parisiensium Præfecti filius, anno MCCCCLXXXIX, gravi valetudine ad ultima devenit. Desperata filii salute, eum pater cognomini patrono commendat : deinde nulla interposita mora consenso equo viam ingreditur ad S. Claudium ; simul voto facto, si viveret filius, se illum, cum equum ascendere per ætatem posset, gratias agendi causa C eodem deducturum. Domum reversus a S. Claudio, filium reperit sospitem et alacrem : eumdemque undecimo post anno, nempe anno Christi MD die octava decima mensis Aprilis D. Claudio stitit. Matrona Masticonensis, anno MDXXVIII, ex morbo periclitans, atque a medicis deposita ; simul atque voto patris, divi Claudii curæ commissa est, statim convaluit.

filius ex voto patris,

item filia

52 Sesquiannum languebat ex paralysi Georgius Delaschamps *i* Olliergue in Arvernis mercator, membris pene omnibus captus ; cum ipso Christi in cœlum ascendentis festo die, anno MDCVII, animo linquitur, viriumque omnium defectione eo devenit, ut in vivis non amplius computaretur. Vovit lacrymabunda uxor Damiana Bertin pro mariti salute peregrinationem ad divum Claudium : et voti repente damnata est, Georgio tunc quidem ad se redeunte, postridie vero et sensuum omnium usui, et viribus restituto. Apud Sequanos in ditione Nozeretensi Claudius Denoz, forensis Procurator, circa medium mensem Junium anni MDCXIX ex molesta ægrotatione damnatus a medicis, ultimam horam præstolabatur ; cum appellato in opem B. Claudio, deliquium, sive extasim passus, eum videre sibi visus est, pro se perorantem ad Christi tribunal, cumque impetrasset, animos illi facientem. Visum probavit eventus ; nam ex eo sopore evigilans ; Deo laus, inquit ; causa vicit patronus meus B. Claudius : jam consanui. D

i

et in torrente uxoris

Ex MSS. Chiflet. aliisque voto proprio

ANNOTATA D. P.

a *Etiam hoc miraculum insertum Lectionibus est.*

b Caritas *ad Ligerim, Autissiodoro distat* 12 *circ. leucis.*

c *Vulgo* Bar le-Duc. *Barrensis Ducatus caput, inter Franciam et Lotharingiam, huic annexi.*

d *Colitur* S. Eligius I *Decembris.*

e Valentia *in Delphinatu, infra a Rhodani et Ligeris confluentes.*

f *Alphabetum Franciscum Abbatiarum* Tiers *nuncupat, et Baudrandus adscribit, centro nomine cognitum Sammarthanis : est autem teste Papirio Massono* emporium nobile Thyernum.

g Brigantium *in Delphinatu*, *vulgo* Brianzon, *inter Ebredunum et Secusiam.*

h Vapincum, *vulgo* Gap, *civitas itidem Episcopalis, inter Ebredunum et Diam.*

i *Supra Doriam*, *in tabulis* Aubiergues *vel* Obiergues. E

CAPUT VI

Adolescens Sabauda, a gravi dæmonis vexatione liberata : item lapsi aut ruinis obterendi.

In diœcesi Genevensi in ipsis Alpibus parochia est, vulgo Megenette, ad ditionem spectans Abbatis Alpium *a* ex Ordine Cisterciensi : quam cum inspiceret mense Majo anno Christi MCCCCLXXI Mamertus Ebronensis Episcopus, qui ad lustrandam Genevensis *b* Ecclesiæ Jurisdictionem universam mandatum a Romano Pontifice acceperat, inquisivit de recenti ac memorabili casu indigenæ puellæ, Perronetæ seu Petronillæ nomine ; de quo etiam haud multo post ad Paulum *c* secundum, Romanum Antistitem longam satis Epistolam dedit, Dialogumque scripsit quadraginta quæstionum ; ubi respondens ipse, Vaucherium de Rupe, in Sanctorum Eugendi et Claudii monasterio Sacrarii curatorem, F suorumque olim studiorum socium, interrogantem facit. Ex ea Epistola atque ex eo Dialogo, mihi e S. Claudii archivo commodatis, hanc historiam referam ea brevitate, quam hic libellus ; ea vero diligentia, quæ studiosissimi cujusque curiositati satis esse possit.

a

b

c

Literis Pontificis judex constitutus,

54 Petronilla igitur, annorum duodeviginti puella, in Megeneta valle inalpinæ Sabaudiæ rusticis parentibus nata, formæ in paucis elegantis, insidiatorem sui pudoris passa est magum nefarium, extremo postea supplicio sublatum : quem illa (ut erat pia et pudica) cum generose a se longeque ablegasset, parentum denique et sua voluntate nupsit honesto juveni, populari suo. Contigit porro, veneficii illius (uti creditum est) malis artibus, ut ipso nuptiarum die, sponsum suum, quem caste eatenus dilexerat, mirum in modum exhorresceret ; atque hunc horrorem subinde excepit mœror ingens, quo illa confecta, non viri modo sui, sed et mortalium omnium (ut fit) congressum, aspectumque ipsum, quoad poterat, declinabat. Itaque socer, socrusque de nuru sua soliciti, quarta feria, die mensis Martii septima et vigesima, anno salutis MCCCCLXXI, animi relaxandi causa eam invitant ad villam suam, in

de puella quæ post ... in quam ... sit nupta,

A in proximo monte ad duo amplius milliaria positam; rogantque ut ad leniendam viæ asperitatem calceos pedibus inducat. Ad hæc illa: Deus, inquit, calceos non signet, si eos induero; quæ est usitata populis illis, pessimique ominis imprecatio; Dei, ut videtur, providentiam petens: signare enim, seu seigner Gallorum, curare est. Calceavit se tamen instantibus propinquis, quos et comitata est: at cum ad montis radices ventum esset, fatigata assedit; rogans ut præirent; se, cum paululum acquievisset, secuturam. Et secuta est, sed in ascensu, ingravescente tristitia, cum a villula haud multum abesset, deflexit a via, ac per prærupta diverticulum captans in summum saxi verticem evasit; ubi extra suorum prospectum petræ insidens, fila ex colu deducere cœpit; moxque obdormiscens, ad usque vespertinum crepusculum ab hora circiter nona antemeridiana somnum protraxit; domesticis interim non parum anxiis, eamque ab imo monte in domum rediisse opinantibus.

Ex MSS. [illegible] in quemcumque melancholiam prolapsa,

atque calceos quos execrata erat induta,

55 Ergo tenebris ingruentibus, ab atro et procero, ac horribili specie cane expergefacta est; cujus aspectu conterrita, Divæ Virginis Lausannensis ac B. Claudii opem implorare cœpit. Is molossus defixis in ejus humeros, haud absque ingenti dolore B anteriorum pedum unguibus apprehensam, vix colu eo loco dimissa, per Alpium avia et invia per opaca dumorum ac nemorum, per aquarum torrentium declivia, diu multumque raptatam, in loco tandem mortalibus, imo feris pene omnibus inaccesso deposuit; prostratamque inclusit inter saxorum duorum oppositas quasi acies, qua pluviis aquis aut liquescentibus nivibus viam præbebant; scatente vermibus alveo, ex fagorum circumjectarum defluvio prægnatis. Ibi jacenti, Deique sanctissimam parentem ac B. Claudium sæpius appellanti, canis idem calceos, quos execrata fuerat, unaque pedum pellem acerrimo cum sensu doloris detraxit, et vicino loco in ejus oculis deposuit: postea evanescens, ex eo tempore numquam ei visus est. In eo statu situque ad quadragesimum usque diem perstitit, vermibus exesos ei pedes arrodentibus; non cibo, non potu, non somno refecta; cœlestibus tamen deliciis usque adeo perfusa, ut etiam catastam illam suam tormentaque amaret. Nonnumquam aquis exuberantibus collo tenus immersa, cubitisque adnixa ut paululum emineret, exspectabat in momenta, ut iis suffocaretur. Interdum (stridente præsertim Borea) glacie constricta, qua vestimentis, qua nuda C cute ad petram agglutinabatur: molliora tempora vermes obtinebant, quibus illa amovendis, qua manu, qua bacillis adlaborans tantum effecit, ut extimos pedes, dextro dumtaxat brachio, dextraque mamilla leviter perstrictis, nequaquam prorsus ab iis offenderetur.

a dæmone in præcipitium protracta erat;

ubi 40 dies manens inter graves ærumnas,

56 In eo squalore, ad vehementiorem sensum doloris, liberis semper sensibus fuit. Dolebat, se voto defungi non posse quod nuncupaverat, Lausannam scilicet peregrinandi, ad consequendas Indulgentias in parasceve hebdomadæ sanctæ; se quoque in Paschate sacramentorum Pœnitentiæ et Eucharistiæ usu defraudari: sed affluente divina gratia, mente in Deum erecta, fide firma, spe immobili, caritate sincera, totam se Deo ac Deiparæ Virgini divoque Claudio permittebat, de se nihil plane sollicita. Dominicam orationem et salutationem Angelicam, atque Apostolorum Symbolum frequentissime decurrebat; et eam ob rem palato adhærescente lingua, tantillum aquæ humectandis faucibus, in os ex intervallo infundebat. Nec vero externis omnibus solatiis plane destituebatur; nam et avium suavissimos cantus percipiebat, et lepusculorum herbam carpentium aspectu oblectabatur,

nec tamen [illegible] solatio,

ac præsertim lupi cujusdam cicuris, quo illa comite D pene perpetuo utebatur; eumque aut contemplari solita erat, frondes et gramina depascentem, aut etiam ultro accedentem atque abblandientem manu demulcere. Quæ brutorum species, an naturales fuerint, an a bono malove genio emendatæ, meum non est definire. Sed jam ad superiora redeamus. Reversi in pagum e villa, Petronillæ domestici, ut eam domi non repererunt, mire anxii sciscitantur a vicinis, num ad eorum quempiam diverterit; ac illis eam a se visam negantibus, demum per vicum universum facta inquisitione, puellam longius requirendam rati, egrediuntur cum magno hominum cœtu, et numeroso canum pecuariorum grege: devia montium abruptaque oberrant, tamquam in venatu, ferarum cubilia indagaturi. Devenit canis ad eum locum, unde a nigro molosso abrepta fuerat: ibi colum ejus inventam, oreque apprehensam protulit. Exclamatum est circumquaque: illa, sæpe licet audiens, nihil umquam responsi dedit, suo illo carcere mirabilem in modum delectata. Itaque cessatum est post aliquot dies, re plane desperata; spargentibus nonnullis, Petronillam præ animi angore, sibi ipsi manus attulisse; aliis, aut a feris devoratam, aut in lupanar abductam opinantibus.

diu frustra a suis requisita,

57 Adfuit tandem illud tempus, quo sanctorum E Moysi et Eliæ, imo Christi ipsius Servatoris jejunium quadragenarium assecuta, suis denique (Deo volente) restituenda erat. Ergo die quarta Maji, sabbato, sub vesperam, agricolæ nonnulli e vicinia, cum expletis diurnis laboribus domos suas repeterent, atque haud longe a puella iter haberent; vocem exaudiunt tenuissimam ejulantis gementisque. Obstupefacti sistunt in vestigio; præbent aures; mirantur ex imo pectore ducta suspiria; atque aut infantem projectitium, aut viatorem aliquem ad angustias redactum latere suspicantur: sed nocte appetente, disquisitionem in crastinum differunt. Quinta igitur Maji, Dominica tertia post Pascha, quæ a vigesima septima Martii quadragesima dies erat, primo diluculo ad locum redeunt cum multis comitibus, et in his Petronillæ marito ac socero: vocem eamdem distincte percipiunt; ac post longam investigationem, unus ex omni cœtu reliquis audacior, ad puellæ saxeum cubile penetrat. Miratur primum intortos pedibus vermium nodos; deinde propius accedens, Petronillam agnoscit; exclamat; socios advocat: qui ut in puellæ conspectu fuere, tum illa Deo (inquit) gratias, magnæque Matri Mariæ, et B. Claudio, F qui me hic ad quadraginta dies jejunam, omnique ope humana destitutam servarunt. Hinc ad suos conversa; O mi socer (ait) o mi conjux, mihi (quæso) veniam date, quæ vobis insalutatis, sed neque consciis, imo et maxime invitis, me sic ex oculis vestris subduxi. Dei nimirum hæc fuit voluntas. Nunc quidem nec unicum a me præterea verbum expectate, donec Sacerdotem huc ad me adduxeritis, qui me et de peccatis confitentem audiat, et sacro Christi corpore reficiat, quod in Paschate quartadecima die Aprilis proxime præterito facere prætermisi: ego interim animum colligam, neque aliqua precatione (ut par est) ad tanta mysteria percipienda accingam.

tandem a prætereuntibus audita,

indeque educta,

58 Accersitus est Parochus a tribus fere milliaribus: confessam rite absolvit, et Eucharistia sacrosancta communit. Illa gratiis actis, totam suæ calamitatis historiam ex ordine recenset; calceos, pellemque a pedibus avulsam, quæ divinitus ibi a putredine defensa fuerat, ostendit; pedes profert, vermibus perfossos et implicatos; articulumque unum jam sibi excidisse significat; ad extremum petit, ut in conjugis ædes quamprimum deportetur.

et Sacramentis refecta, sibi erat restituta.

Illi

A Illi extractam de ergastulo, magnoque labore per saxorum abrupta demissam, qua humeris, qua brachiis exceptam, quam possunt cautissime in viri domum avehunt. Apparuerunt in puellæ corpusculo, præter illigatos insertosque pedibus vermes, brachium insuper dextrum, cum dextro ubere, leviter a vermibus admorsa : ad hæc in humeris atque axillis plagarum cicatrices, a tartarei illius canis unguibus. Cæterum de divinis rebus ita exinde loquebatur ; ut eam in illo quadraginta dierum secessu divinitus edoctam nemo dubitaret. Decumbentem visit Mamertus Ebronensis Episcopus die mensis ejusdem Maji septima decima, pridie dominicæ Ascensionis, ac tota rei gestæ cognita serie, locum ipsum adiit labore pene Herculeo, ubi puella quadraginta dierum spatio jacuerat ; duasque Cruces in saxis illis, sub quibus delituerat, hinc et inde ad sempiternam rei memoriam insculpi curavit. Ipsa exiguo primum caprino lacte, deinde cibis solidioribus refecta, vires tandem recepit ; pedumque aliquot articulis manca, documentum fuit vel quantum sit in Virgine Deipara beatoque Claudio potestatis adversus maleficia, vel quantum Deus execrationes oderit et quam severe ulciscatur.

Visitator ipse locum inspicit.

B 59 Franciscus Aneti duodennis puer, caprarius, in vico de Montisbrant, parochiæ Cletarum, Genevensis diœcesis, anno Christi MCCCCXIX, sextadecima die Julii mensis, tiliam arborem decorticaturus ascenderat, ad angulum excelsæ rupis prominentem. Accidit, ut ex ea arbore, sallente vestigio, aversus rueret per petræ confragosa, ad duarum amplius supra quadraginta orgyiarum altitudinem. Advolant pastores alii ad parentem, certissimum filii exitium nuntiaturi. Eo nuntio perculsus pater, vovet B. Claudio cereum facem se oblaturum, paris longitudinis cum filii corpusculo, si eum salvum recipiat. Accurrit inde ad saxi radices : et qui contritus credebatur atque in frusta discerptus, is vivus sospesque invenitur ; omnibus qui rem noverant, stupore et admiratione defixis. *d* E trabali ponticulo in profluentem deciderat, Decembri mense anni MDCVIII, Claudia Parquel, quinquagenaria, Ponceti Benedicti conjux : et immoderate exundante fluvio, periculum quoque increverat. Itaque Claudia, aquarum abrepta vorticibus, ac modo enatans, modo in fundum demersa, jamque per horæ semiquadrantem luctata cum fluctibus ; tandem eo invocato, cu- C jus nomen præferebat, obliquo flumine præter spem ad sepes nescio quas deportatur ; quibus adhærescens, in tuto fuit, donec inde ab obviis nonnullis avecta est. Nihilominus ex eo casu lætaliter deinde ægrotans, iterum inclamato Patrono suo convaluit.

Salvantur, puer lapsus ex arbore,

d mulier ex ponte,

60 Joannes Jacquemin, anno Christi MCCCCLXXIII, in itinere militibus obviam factus, atque ab his in Mosæ gurgitem, quindecim ut minimum cubitos altum, præceps datus, cum se per horæ circiter spatium in aquis versasset ; Divæ Virginis et beati Claudii (ad quos confugerat) non sua virtute aut natandi peritia, in adversam ripam extra hostium manus, atque incolumis evasit. Camberii, spectata Christi Sindone, Paschalis Haubertus e S. Ægidio, diœcesis Nemausensis oppido ad S. Claudium, in aliquot aliorum ac nominatim trium Canonicorum Nemausensium comitatu, contendebat anno salutis MDXVIII. Igitur quarto Maji cum in Castrum Seysel ferrentur alacres, atque ad Rhodani cataractas *e* in locum, vulgo Coudion, deventum esset ; tenebris jam ingruentibus Paschalis descendit ex equo. Quem dum in saxosis angustiis fræno apprehensum præit, miserandum in modum per prærupta in Rhodanum præcipitat, ad trium quatuorve hastarum altitudinem. In eo casu invocato beato Claudio, rupe ipsa Rhodanoque excipitur plane illæsus ; ac fluminis impetu ad ducen- D tos circiter passus in vadum ejectus (unde cymba a sociis exhibita evasit, ad sancti liberatoris sui basilicam biduo post voti reum se sistit.

alius in Mosam dejectus,

tertius in Rhodanum præcipitatus : e

EX MSS COLLECT.

61 Dominica die, vicesima secunda Junii, anno Christi MDXVI, Joannes Beisson, Guilelmi filius, e pago de Romanesque parœciæ Coloniacensis *f*, qui tum degebat in vico de Grand Villars, demisit se in puteum, ut situlam in eo demersam extraheret. Altitudo putei novem orgyiarum erat. Cum autem vix fundum attigisset, subito collabente putei structura universa, tantum in se excepit saxorum et arenati ac terreæ molis (quod postea diligenter observatum est) quantum sexaginta curris avehi potuisset. In eo periculo B. Claudium cum inclamasset, perstitit in cavo illæsus, ab hora meridiana diei Dominicæ, ad usque aurorum diei sequentis ; quo etiam intervallo a Confessario ad crepidinem stante auditus de peccatis, et absolutus est. Eductus ergo feria secunda, primo mane, non communitus, non quassatus, non vel leviter offensus, magna populo admirationi fuit : ac deinde sabbato, quinta Julii, hoc est die a casu tertiadecima in S. Claudii basilica beneficium professus, votum exsolvit.

f item ruina putei obrutus,

E 62 Matrona nobilis Joanna de Veche, conjux Humberti Amborsier, Castellani Dynastæ de la Mure et D'oysans, in Gratianopolitana diœcesi, vere anni [illegible], cum in lecto decumberet, una cum Joanne Guigone, et Margareta, liberis suis ; contigit circa mediam noctem, ut superioris tabulati (quod architecti saxis, terraque nimium oneraverant) tignis ac trabibus fatiscentibus obrueretur. Imploravit pro se suisque divi Claudii opem. Mira res ! Incubuit in cubile præcipua ruinæ moles, et quassatus lecti instructus ligneus tres in partes abiit. Joanna, quamvis prægnans, ejusque liberi duo, qui obtriti putabantur, e cæmentorum, lignorumque acervo integri, atque incolumes exsiliere. In pago de Livier supra Salinas, in Bisontina diœcesi, ad clibanum infectivæ coctionis, structura fornicis adhuc recens, die septima Octobris, anno MDCXVII, ingenti fragore soluta est. Ea ruina obrutæ cum furnario, et structore feminæ octo, animam derepente exhalarunt : tres aliæ subductæ vitam traxere ad aliquot horas : una receptis viribus ad reliquum vitæ tempus obsurduit. Singularis fuit prærogativa Antoniæ Roux, Nicolai Melin uxoris, F uterum ferentis, ac puerperio proximæ ; quæ in eo casu B. Claudium cum inclamasset, cæmentis licet consepulta, salva tamen evasit ; ac tribus post hebdomadis integrum ac vitalem fœtum feliciter enixa est.

et mater cum liberis ruente tecto,

aliæque [illegible] sub cæmento [illegible]

63 Anno Christi MDCXLII, cum ultra tres annos, S. Claudii sacrum corpus, prudenti custodum consilio, latebra conditum fuisset (ne videlicet hostilium turmarum injuriis pateret, quæ etiam in Sancti oppidum flammas injecerant) tandem decretum ab illis est, sacrosanctum Depositum, super altare, loco suo restituere. Facta est translatio nocte ante diem undecimam mensis Julii, S. Benedicti translationi solennem, quæ tum in sextam feriam incurrebat. Cum diluxisset, concurrente ad reducem Patronum magno populo, adfuit, et Claudia Monnereta, quadragenaria, filia Joannis quondam Monnereti, fabri lignarii sanclaudiani, quæ marito Claudio Isabello de Claravalle ad Idanium fluvium, a novem fere annis destituta, in patrium solum cum tribus liberis (duabus scilicet filiabus, et uno filio) se receperat. Harum filiarum altera decennis, Petronilla nomine, ante quinquennium e pensili porticu prolapsa, obtritis et luxatis sinistro brachio et tibia dextra, adhibita licet medicantium manu, membris capta remanserat :

Puella ex lapsu de- [illegible]

Ex MSS. Chiflet.

A remanserat: adeo ut gravissimis subinde angeretur doloribus, nec absque subalari fulcro gradum facere valeret: et imbecille corpusculum horrida macies deformaverat. Celebrata Missa a Petro de Lyobard monasterii Sacrista, magnæ integritatis viro, accessit Claudia mater in turba, et filiam Petronillam sub axillis apprehensam, ad sacrorum pedum osculum sublevavit. Nec mora, retro altare secessu facto, Petronilla in genua procumbens matrem admonuit, melius factum sibi ex illo sancti Corporis pedum attactu: quare, brachio ac tibia firmatis, libero gressu et sine adminiculo cum matre domum se retulit. At cum per intervalla nonnullis adhuc doloribus pungeretur, et restitutis membris quidpiam adhuc hereret debilitatis, aggressa est cum puella mater precationes novemdiales, per quas quotidie et divino intererant sacrificio, et secundum illud, sacros B. Claudii pedes exosculabantur. Evoluto novem dierum spatio sic persanata est Petronilla, ut in posterum omni absterso doloris sensu, aut imbecillitatis vestigio, incolumis remaneret. Hæc testatus est magnus populus, cujus in oculis gesta sunt, quique vel infirmam noverat, vel sanatam
B admiratus est.

ad pedum S. Claudii oscula convalescit.

ANNOTATA D. P.

a Alpinas *seu* S. Mariæ Alpensis *meminerunt Sammarthani.*

b *Genevensem Ecclesiam tunc Episcopus regebat* Joannes Ludovicus a Sabaudia, *Ludovici II Ducis filius. De* Mamerto *vero,* Ebronensi *in Syria titulari Episcopo, alibi nihil legi.*

c *Obiit* Paulus II *ipso illo anno* 1471, 26 *Julii.*

d *Hoc quoque miraculum in Lectionibus notatur, nec non alterum quod sequitur de lapso in Rhodanum.*

e *Atlas Blavianus, in descriptione Bressiæ.* Hoc in tractu Rhodanus, abysso quadam sepelitur; sed postea uberiori redivivus alveo procurrit, suasque propellit aquas sub ponte Grezenio, indeque Seyssel properat; urbemque duas in partes dividens incipit esse navigabilis, 9 *leucis infra Genevam: interim nihil horum exprimit tabula, præter* Sessilium, *aliis* Sissum, 4 *leucis a Camberio.*

f *Alphabetum Franciæ,* Coligny *dominium in Bressia collocat, ad confinia Comitatus Burgundici: tabulæ* Collonges *notant fere ad Rhodanum prope Castellionem; uter locus hic signetur non divino, prior ad nomen* Coloniaci *propius accedit.*

C *His ita decursis persolvi illa centum ac duo miracula quæ Henricus Boguetius Gallice edidit; et vix tria quatuorve reperi quæ non viderentur libris his duobus relata: quare operæ pretium non censui autographorum custodes requirere, ut cetera colligerent, quæ non possunt non esse vel simillima jam dictis vel minus authentice testata, saltem ex Boguetii Chiffletiique illa prætermittentium sententia. Finirem cum exhibitione veteris ac speciosæ arcæ, in qua corpus incorruptum servatur, accepta ejus primum, dum hæc imprimuntur, delineatione: nisi ea tam imperfecta foret, ut nihil commode et concinne sculpi ex ipsa possit. Meliorem igitur expecto pro Supplemento. Interim indico arcam illam habere ad pedes valvulas duas, quibus reseratis* admittuntur supplices ad eorum osculum, qui adhuc integerrimi apparent, sed ex contactu frequenti nigri ac duri; cum reliquum in arca corpus (quod tamen ostendi non solet) sit valde candidum et molle, sudario involutum cum stola ad collum; brachiis supra pectus decussatis, et manuum una modice elevata. Ipsum, ne commoveatur, dum ad processiones effertur arca, tribus loris adstringitur feretro, sub brachia, per ventrem et per coxas ductis. Caput et mentum pilis atque crinibus carent. *Ita mihi noster Franciscus Claudius Menestrier, qui nihil* D *amplius extundere a Monachis sæpe appellatis potuit.*

ILLUSTRATIONES CLAUDIANÆ

Petri Francisci Chiffletii S. J. opusculum postumum.

CAPUT I.

De Pago Scodingorum ejusque Ducibus, et eodem comprehensa Salinarum Toparchia, patria S. Claudii.

De B. Claudii *Jurensis Abbatis et Archiepiscopi Bisontini, chronologia, hactenus paucis perspecta, prius quam disputemus; præmittendi sunt nonnulli quæ minus habent difficultatis, ut his quasi gradibus ad altiora procedamus. Ac primum error est manifestus in Baronii Martyrologio Romano, ubi S. Claudii festivitatem ad septimum diem Junii mersus adscribit; cum eam pridie, id est, octavo Idus Junii, et Jurensia, et alia omnia Bisontinæ ac Lugdunensis provinciarum* E *Kalendaria seu Martyrologia, adnotent.*

Vita S. Claudii 16 Junii, non 7 colenda.

2 *Quod spectat ad Vitam* B. Claudii, *quam supra exhibuimus, certum est illam haud esse pervetustam: non enim manifestius ævum suum prodere illius auctor potuit, quam cum S. Claudium ortum fuisse dicit ex* nobili Salinensium Principum seu Palatinorum genealogia. *Etenim Salinenses Toparchas tum primum Palatinos appellari cœptos, exploratum est, cum ad eos Comitatus Burgundiæ affinitate pervenit. Quare,* Palatini *titulum e Comitibus Burgundiæ primus omnium gessit Otho, ex Beatrice Burgundia Friderici Imperatoris filius: atque hujus Othonis neptis Alais, Hugoni Cabilonensi, Joannis et Mathildæ filio matrimonio juncta, Burgundiæ Palatinorum dignitatem in Dominorum Salinensium familiam prima invexit, anno Christi* MCCXLVIII; *quo anno frater ejus Otto, Dux Meraniæ et Comes Palatinus Burgundiæ, sine prole e vivis excedens, illam heredem reliquit. Tunc autem ejus maritus Hugo,* Palatinus *quidem esse et nuncupari cœpit; nondum tamen* Dominus Salinensis, *nisi anno* MCCLXVII, *cum Joanni patri suo, Domino Salinensi, pridie Kalendas Octobris vita functo succedens, utramque et Palatini Burgundiæ, et Salinensis Domini dignitatem primus junxit. Ex quo apparet vix ante quatuor abhinc secula prodiisse hanc* S. Claudii F *Vitam. Non illa tamen idcirco spernenda aut abjicienda est, cum auctorem habeat in scrutandis (quoad potuit) antiquis scripturis diligentissimum, quique optimis eam signavit temporum characteribus, iis exceptis de quibus lectorem in ejus Præfatione admonuimus. Nunc de Salinis, sancti Claudii patrio solo.*

scripta post Salinenses Dominos titulo Palatinorum ornatos;

adeoque vix ante 400 annos.

3 *SALINÆ nunc urbs in Sequanis, in libera Burgundia, et in Episcopatu Bisontino, post Vesontionem metropolim amplissima, et falsis fontibus toto terrarum orbe nominatissimis inclita, olim vicus tantum fuit. Martyrologium vetus S. Pauli Bisontini;* III Nonas Februarii, in territorio Bisontinensi, vico Salinis, S. Anatolii Confessoris cujus sepulcrum magnis illustratur miraculis. *Hericus de Vita S. Germani Autissiodorensis lib.* 2 *cap.* 12, *ubi de reliquiis SS. Martyrum, Urbani et Tiburtii, Roma Autissiodorum per Sequanos transitis;* Hinc, *ait,* ad Salinas ventum Pater parvulum filium contractione artuum imbecillem humeris vectitans, sub feretrum composuit. Paulo post cœpit erigi, et patrem anxie inclamare. Exciti omnes vocibus, hinc inde concurrunt, incolumem inveniunt. Pater sub oculis omnium sanum conspiciens filium, lætus revexit ad propria. Actum in

Salinæ, nunc urbs ampla,

olim solum vicus,

A in ecclesia Sancti Joannis Baptistæ, vico publico. *Ex vici appellatione apparet nondum Salinas urbem fuisse anno Christi* DCCCLXII, *cum facta est illa Reliquiarum translatio, secundum Hericum præcedenti capite.*

quinque castellis cinctus,

4 *Sed erant circa officinas Salinarias ad loci tutelam castella omnino quinque;* Braconium, *S. Claudii (ut vulgo creditur, natalibus illustre :* Poupetum : *Benignianum* (Chasteau Belin) : *Guidonium,* Chasteau Guyon : *et quod singulari appellatione dictum est* Castrum supra Salinas, *et priscis seculis* Aeria. *Hoc ipsum castrum, aut Braconium, aut ex tribus aliis memoratis aliquod, fuisse opinamur caput Pagi seu* Comitatus Scodingorum, *et sedem ejus qui ei præerat Comitis : quem et a Guntramni Regis tempore fuisse legimus Majorem domus Burgundiæ, Ducemque ac Patricium pagi Ultrajurani et Scodingorum.* PROTADIUS, (*homo nequam, genere Romanus hoc est, Gallus indigena*) defuncto Wandalmaro Duce, *inquit Fredegarius anno* IX *Theodorici,* in pago Ultrajurano et Scotingorum Patricius ordinatur; instigatione Brunichildis. *Sequenti anno factus Major-domus Regis Burgundiæ, atque haud multo post res novas molitus occiditur. Igitur Protadio decesserat in eo Ducatu seu* B *Patriciatu.* WANDALMARUS, *Wandalmaro* THEUDOFREDUS, *ex eodem Fredegario cap.* 13, *et* 24.

constituentibus Pagum Scodingorum :

cujus Duces an. 606, Claudius,

5 *Porro successit Protadio* CLAUDIUS, *de quo sic Fredegarius ;* Anno XI regni Theuderici (*is erat annus Christi* DCVI) subrogatur Majordomus Claudius, genere Romanus, homo prudens, jucundus in fabulis, strenuus in cunctis, patientiæ deditus, plenitudine consilii abundans, litterasque eruditus, fide plenus, amicitiam cum omnibus sectans. Priorum exempla metuens, lenem se et patientem hujus gradi ascensus ostendit : sed hoc tantum impedimentum habebat, quod sagina esset corporis adgravatus. CLAUDIO *Patricio successisse videtur* WARNACHARIUS, *ab exordio Clotarii II in Burgundia regnantis, usque ad annum ejusdem Clotarii a patris Chilperici obitu* XLIII, *quo* Warnacharii *obitum depigit Fredegarius.*

Warnacharius

S. Willebadus M.

6 Warnachario *autem successit opinor,* WILLEBADUS *Patricius, qui ut Martyr colitur apud Lugdunenses ; sic enim legimus in S. Stephani Lugdunensis veteri Martyrologio;* V Idus Maji, natalis Sancti Villebadis Martyris. *At in Martyrologio S. Eugendi Jurensis ;* VI Idus Maji, in territorio Lugdunensi, Guilbaldi Regis et Martyris. *ubi videtur Rex dictus ob regiam aliquam consanguinitatem, vel affinitatem. Est pagus de ejus nomine nuncupatus in diœcesis Lug-* C *dunensis archipresbyteratu Ambroniacensi : cujus in pagi æde sacra vidimus hierothecam, corpus ejus continentem, et publicæ fidelium venerationi propositam. Leidradus, Lugdunensis Archiepiscopus, in Epistola ad Carolum Magnum Imperatorem;* Aliam quoque ecclesiam, *inquit,* in eadem parochia, quæ est in honore Sancti Wibaldi, ubi ejusdem Sancti corpus requiescit, restauravi. *Atque hæc ipsa Ecclesia,* Sancti Wilbasii *dicta, recensetur inter beneficia monasterii S. Eugendi, in Friderici I Imperatoris, Urbani Papæ tertii, aliorumque Pontificum ac Principum privilegiis. Quod spectat res ab eo gestas, notat Fredegarius ad annum* VII *Dagoberti in Austrasia regnantis, ejus vero monarchiæ primum, jussu Regis Dagoberti Brunulfum, Ariberti fratris ejus avunculum,* ab Amalgario et Arneberto Ducibus, et Willibado Patricio *fuisse interfectum. Adhæc Dagobertum anno regni sui* XIV *adversus Wascones duxisse exercitum, cui præerat Chadoindus Referendarius, et sub illo Duces decem, quorum unus erat* Willibadus Patricius ex genere Burgundionum. *Unde porro* Willibado *corona martyrii obvenerit, accipe ex Fredegario, cap.* 90, *ubi dicitur, sub annum quartum Clodovei II (qui erat Christi* DCXLVII) Willibadum *Patricium occisum* *fuisse a Flaucato, haud procul Augustoduno. Hinc* D *Flaucatum venisse Cabilonum, eamque urbem die sequenti magno incendio deflagrasse. Flaucatum inde digressum, ac febre correptum, cum in scapha Latonam Arari adverso contenderet, animam exhalasse, in itinere,* undecimo die post Willebadi interitum ; *sepultumque esse in ecclesia S. Benigni, suburbano Divionensi.*

A. FRAN. CHIFLET.

a Flaucato occisus, qui et ipse mox perit:

7 Creditur a plurimis (*inquit Fredegarius, ex imperiti vulgi fama*) quod hi duo, Flaucatus et Villebadus, eo quod multa in invicem per loca Sanctorum de amicitiis obligandis sacramenta dederant, et uterque populos sibi subjectos, cupiditatis instinctu inique oppresserant, simul et a rebus nudaverant, quod judicium Dei de eorum oppressione plurimam multitudinem liberasset : et eorum perfidia et mendacia eos utrumque interire fecissent. *At longe aliter de* Willebado *ejusque interfectore ; Audoenus, in Vita S. Eligii Noviomensis Episcopi,* Flaucatus, *ait,* tyrannus crudelissimus, Willibaudum Christianissimum virum, Burgundiæ Patricium, immerentem occidit. Id ubi ad aures Beati Eligii perlatum est, ille narrantibus ait; Vos quidem dicitis Willibaudum cæsum, Flaucatum incolumem. At ego illum quem vos interfectum dicitis, pro eximiis meritis E aio nunc in cœlis melius vivere. Flaucatum vero, quem vos gratulabundi asseritis vita frui, brevi male periturum Willibaudus, inquam, verus Dei cultor, mortuus quidem videtur, sed sine fine vitam vivet beatissimam. Flaucatus vero, qui diu victurus putatur, intra hos decem dies, uti dignus est, male morietur. Post dies septem, de improviso Flaucatus percussus, misere excessit e vita. *Plus valuerunt ad* Willebadi *commendationem, horum duorum, Eligii nimirum et Audoeni, illustrium Antistitum testimonia, quam rumusculi male feriatæ plebis ad ejus exauctorationem. Nec dubium quin ille ritu veteri vindicatus, et Sanctorum catalogo adscriptus fuerit : extenso licet Martyris titulo ad virum Christianissimum, qui non quidem pro fide, sed pro justitia a nefario parricida trucidatus sit. In Bulla Urbani Papæ III pro S. Eugendi monasterio, data anno* MCLXXXVI, *prima omnium in pago Lugdunensi censetur* S. Wilbasii *Ecclesia, sub ejusdem monasterii ditione.*

(non Vandalenus, cum filio)

8 *Per hæc tempora dixerit quispiam, Scodingorum Patricios fuisse* Vandalenum, *ejusque filium* Rammelenum : *quos Jonas in Columbano fuisse asserit Duces gentium* quæ inter Alpium septa, et Juram saltus arva incolunt. *At certum est, horum temporibus Patricios fuisse* Claudium, Warnacharium, *et* Willebadum : *et constat ex Fredegario cap.* 90, *Rammelenum stetisse a partibus Flaucati contra* Willebadum *Patricium anno* IV *Clodovei junioris, qui fuit Christi* MCXLVII. *Non igitur ipse Patricius fuit, sicut nec pater ejus* Vandalenus : *sed uterque sedem habuit Vesontione, fuitque Dux super Warascos et Helvetiorum* F *partem aliquam ; saltem illam quæ cis Lacum Lemanum est. Nam ibi a Rammeleno fundatum esse monasterium de Sancti Columbani Regula,* in saltu Jurensi (*ut ait Jonas*) super Novisonam fluviolum, *alio loco demonstravimus.*

Norbertus,

9 *Post* Willebadum, *turbatis Francorum rebus, ac Majorum domus regiæ ingravescente dominatu, nullum in pago Scodingorum Patricium reperio, præter* Norbertum, *seu* Nordebertum, *fundatorem monasterii puellarum Castri-Caroli, seu Castri-Carnionis in Scodingis, vulgo* Chasteau-chaloy, *in episcopatu Bisontino : de quo sic loci Necrologium vetus ;* Vigilia Nativitatis Domini, Depositio domni Norberti Patricii, nobilissimi Principis : *tum Nonis Januarii,* Obiit Eusebia, uxor Noberti Patricii. *Fridericus Imp. dato diplomate Wormaciæ,* XIII *Kal. Octobris, Indictione* XIII, *anno Christi* MCLXV, *ad preces Petronillæ Castri-Caroli*

A *Castri-Caroli Abbatissæ, ejus Ecclesiam*, a beatæ memoriæ Norberto Patricio, et Eusebiana consorte sua, pro redemptione animarum suarum, in honore Beatissimæ Dei Genitricis et semper Virginis Mariæ, et Petri Principis Apostolorum, studiosa devotione fundatam, et amplis possessionibus ditatam, *in suam tutelam recepit.*

A FRAN CHIFLET

10 *De hujus Ecclesiæ consecratione sic Martyrologium proprium* ; II Idus Novembris, Dedicatio Ecclesia B. Mariæ Castri Caroli, per manus Domni Leodegarii. *Situm est hoc nobilium Virginum monasterium in excelsi montis, vini generosi feracis, cacumine, qui olim dicebatur* Mons benedictus : *et ejus primam ædem consecranti S. Leodegario Augustodunensi Episcopo, adstitisse traduntur alii tredecim qua Episcopi, qua Archiepiscopi (quod quater annis singulis nempe ad festa Purificationis Annuntiationis, Assumptionis, et Nativitatis B. Mariæ) a Sacerdote, in supplicatione matutina, ex aggere ad populum in cæmeterio coactum proclamari solet. Pronum est autem conjicere, postulatum fuisse ad id muneris S. Leodegarium extra ejus diœcesim, quod* Nordeberti *Patricii fundatoris, aut* Eusebiæ *ejus conjugis, vel nonnullarum ejus Parthenonis regiarum Monialium esset consanguineus, vel quod tum esset in regno Burgundiæ præpotens, ac velut Major domus. Illa porro Dedicatio, si facta est Dominica die (ut est verisimile, ad majorem populi concursum, et Officii solennitatem) pertinuerit ad annum æræ Christianæ* DCLXVI, *notatum littera Dominicali* D, *Episcopatus S. Leodegarii tertium. Fortasse autem hic* Nordebertus, *monasterii Castri-Karoli fundator, idem ipse est, quem Pippinus anno* DCLXXXVII, *edomitis Francis reliquit in Francia Majorem-domus : qui deinde obiit Childeberto post Clodoveum III fratrem regnante; ut testatur libellus de Majoribus domus, Chronicon Engolismense, et Gesta Francorum; cap. 48 et 49.*

fundator parthenonis in Castro Karoli,

B

sub an. 666,

ultra annum 687 superstes

11 *Hactenus de Patriciis Scodingorum ; ex quibus, si a me quæris quis* S. Claudii *genitor fuerit, aio videri fuisse illi cognominem,* Claudium, *de quo supra,* Patricium Scodingorum. *Constans est enim Salinensium traditio, natum* S. Claudium *in castro Braconio, cujus apud illos adhuc supersunt rudera ; et tam claris parentibus, qui Salinis præessent ; tam probis ac piis, quorum singulari cura ipse ad omne virtutis decus institueretur. Mire quoque congruit tempus cum anno* S. Claudii *natali, ut infra ostendam. Invitat denique* Claudiorum *Romana appellatio, et nobilium familiarum apud Romanos consuetudo vetus, nomina sua in filios derivandi. En quot ius unum in scopum collineo: huc nos invitant omnia, locus, tempus, nomen, conditio, honesti mores. Cum tamen desit antiqui cujuspiam auctoris expressa assertio, nolim hæc a me de* S. Claudii *patre dicta, ultra conjecturam valere.*

Ex illis Claudius videtur fuisse pater Sancti.

C

CAPUT II.

An ad Dominos Salinenses, qui septem fere postremis seculis ei toparchiæ præfuerunt, S. Claudii genus propagatum sit? Series eorumdem.

F*uerunt Domini Salinenses a Scodingorum Patriciis longe diversi : nam hi, præterquam quod dignitatem plerumque gesserunt Majoris domus in regno Burgundiæ, totum Scodingorum pagum, cum pago Ultrajurano (qui Vallensi territorio et Helvetiis continebatur) in sua ditione habuerunt. Sed excurrebat pagus Scodingorum longe lateque ultra Salinensem toparchiam : capiebatque inter cetera (ut in antiquis legimus) S. Lamanivillam, Vincellam, Morgas, ac Balmense et Castri-Karoli monasteria. Martyrologium Jurense vetus ;* IX Kalendas Decembris, in pago Scodingorum, Sancti Lamani Martyris. *Hodie vicus ab eo appellationem habet. Lotharius Rex*, XI *Kalendas Februarii, anno regni sui* XIV, *Christi* DCCCLXX *Indictione* III, *Arduico Vesontionensi Archiepiscopo ejusque Ecclesiæ tradit* Carnonis Castrum in pago Scodingorum, una cum cellula vocabulo Balma in eodem pago sita. *In divisione regni Lotharii, eodem anno post ejus interitum facta* Scodingum *cessit Ludovico. Guilelmus eo nomine primus, Bisontinus Archiepiscopus, circa annum* MCXII, *pro Anniversario suo dedit Ecclesiæ Bisontinæ* S. *Joannis*, altare de Vincella in territorio Scodinga. *Ludovicus Bosonis filius, rogatu matris Hyrmingardis, Alvualoni Lugdunensi Archiepiscopo dedit* in Comitatu Scutiacense Morgas villam, *anno Imperii sui primo, Christi* DCCCCI, *Indictione* IV. *Est Morgas, in Decanatu de Montana : Castrum-Carnonis, Balma-monachorum, Sanctus Lamanus, et Vincella, sunt in Decanatu de Ledone. Quantum igitur conjectura consequi possum, capiebat olim pagus seu Comitatus Scodingorum, Decanatu diœcesis Bisontinæ peramplæ ternos ex quindenis; videlicet de Salinis, de Montana, et de Ledone ; totoque illo agro constabat, qui Varascensem et Amausensem Comitatus, ac Juram montem limites habet : cum sit Salinensis toparchia, haud paulo contractior, et fere hodiernæ præfecturæ seu bailliviatus Salinensis finibus coerceatur.*

Scodingorum Pago peramplo

D

comprehensa Salinarum toparchia

E

13 *Nunc Dominorum Salinensium seriem, a nemine hactenus traditam, accessamus a prima origine, et ad nostra usque tempora deducamus.* Sigismundus Burgundionum Rex, *Agaunensis monasterii seu fundator seu restitutor, magnis illud opibus locupletavit, quæ nongentis Monachis ad Laudem perpetuam alendis satis esse possent. Utinam extarent hujus fundationis autographæ tabulæ, aut ex autographis fideli manu expressæ : sed quas ediderunt Sammarthani Tomo 4 Galliæ Christianæ, collectio sunt imperiti cujuspiam, qui totam rei gestæ historiam undequaque recensens, ac pro arbitrio suis aspergens glossematis, nullam temporum rationem habuit.*

cujus exordium deducitur a S. Sigismundo Burgundionum Rege,

14 *Legerat in Vitis Sanctorum Patrum Agaunensium*; Psallendi interim, vel subsistendi Regula instituta, S. Hymnemodo, a cœtu Episcoporum qui illic ad constituendum monasterium venerant, traditur : *et in Vita S. Sigismundi Regis et Martyris,* quod hic cum divinitus consilium cœpisset, apud Agaunum ad instar cœlestis militiæ perpetuo psallentium choros instituendi, Sanctos atque Apostolicos viros consuluit, utrum salubriter cogitaret, an non. Qua interrogatione inter se ventilata, sancti Antistites, licet inusitatum opus, tamen Domino annuente unanimiter corroboraverunt. *Hujus Synodi Patres fuisse scribit sexaginta, quorum quatuor tantum de nomine appellat; videlicet* Maximum Genevensem, Theodorum Sedunensem, Victorium Gratianopolitanum, *et* Viventiolum Lugdunensem, *quos de proposito negotio disserentes facit : et denique Regem Sigismundum constitutæ Agaunensi Monachorum congregationi fundos ac reditus amplissimos assignantem, Idibus Maji ; cum pridie Kalendas Maji iniisset cœtus ille, ex Episcopis* IX, *et totidem Comitibus conflatus. Sed anni nullus character exprimitur, vel a Christo, vel a Sigismundi regno, vel a Consulibus, vel ab Indictione. Nunc his tabulis quæ habenda sit fides propius inspiciamus.*

perpetuæ Laudis in Agaunensi monasterio fundatore,

F

15 *In Actis S. Mauricii et sociorum, auctore Eucherio, hæc legerat collector ;* At vero beatissimorum Agaunensium Martyrum corpora, post multos passionis annos, S. Theodoro ejusdem loci Episcopo revelata traduntur. *Hunc Sedunensem Episcopum putavit, qui fuit Octodorensis.* Theodorum *igitur* Sedunensem *Episcopum sic loquentem inducit.* Visum est nobis, bonum esse, ut hi tantum quorum nomina comperta

approbantibus Episcopis 4, Comitibus 8

A comperta sunt, id est, Mauricii Exuperii, Candidi, Victoris, infra ambitum basilicæ, quam clementia Regis ad hoc opus ornari jussit; reliqua vero corpora congerantur in tutissimo loco, atque aptissimo in uno condantur loco : et sub eximia custodia sanctissimi custodes deputentur; ne forte (quod absit) falsato ex eis furentur. Ante Heliodorum, *cujus Missus anno Christi* DLXXXV *Concilio Matisconensi* II *interfuit, nullum legimus Episcopum Sedunensem. Præcesserat* Rufus Octodorensis Episcopus, *subscriptus Conciliis, Aurelianensi* IV *anno* DXLI, *Aurelianensi* V, *et Arvernensi* II *anno* DXLIX. Theodorus Octodorensis Episcopus *subscripserat Concilio Aquileiensi anno* CCCLXXXI. *Fundatum est Agaunense monasterium a Sigismundo Rege, Florentio et Anthemio Coss. ex Chronico Marii Aventicensis, hoc est, anno æræ Christianæ* DXV. *Tunc Episcopus Octodorensis erat* Constantius, *biennio post, hoc est, anno* DXVII *subscriptus Concilio Epaonensi, quartus ante* Maximum Genevensem *Episcopum, adeoque ordinatione illo prior : cujus* Maximi *consilio et hortatu (ex Vitis Sanctorum Abbatum Agaunensium) Sigismundus ad monasterii Agaunensis exstructionem animum adjecerat. Si quis* B *ergo loci Episcopus illi cœtui præsens fuit anno* DXV, *non* Theodorus Sedunensis, *sed* Constantius Octodorensis *fuit*.

sub an. 515,

cum in finem donatis plurimis prædiis :

16 *Sed quomodo ille cœtus ex Episcopis* LX, *et totidem Comitibus coaluisse dicitur, in quo quatuor dumtaxat Episcopi interlocuti, iidemque cum octo Comitibus subscripti referuntur :* Cœtum *hunc citatus auctor antiquus appellavit, non* Concilium *aut* Synodum *: et quamvis harum tabularum consarcinator, multa ipse peccasse videatur, pleraque tamen in eas menda irrepserunt ab imperitis librariis ; uti illa verba*, a LX Episcopis, totque Comitibus : *pro quibus scripsisse opinor collectorem*, a IV Episcopis, octoque Comitibus. *Hi Comites subnotantur*, Umbdenarus, Præmodus, Gundeulfus, Benedictus, Agano, Bonifacius, Tendemaudus, Fredeboldus. *In tabularum decursu sic ait Sigismundus*; Ideo ergo pertractans verba Redemptoris nostri, eidem monasterio pro animæ meæ salute de rebus, meis dono, donatumque in perpetuum esse volo, hoc est, in pagis vel territoriis, Lugdunensi, Viennensi, Gratianopolitano, et Augusta. Cameraria, et pago Genevensi, Valdensi, et fine Aventicensi, et Lausanensi, et Visontiensi, curtes sic nuncupatas; Briogia, Olona, Cucufa, Rubregio, Staties, Communiaco, Mariniaco, Muratto, una cum appen- C diciis earum. Et in Vallense pago, et in Valle Augustana quæ est a finibus Italiæ, alias curtes, Sidrio, Bernona, Leuca, Bromusio, Duodecimo, Paterno. In civitate Augusta turrem unam quæ respicit ad Occidentem : et Levira, Lagona, Gizorolis, et Morga, cum omni integritate et appendiciis et adjacenciis earum.

pro 900 Monachis ibi alendis,

17 *Tot fundos, tot prædia in unum monasterium a Sigismundo collata esse mirabitur nemo, qui cogitet nongentos Monachos ad Laudem perennem in eo fuisse institutos. Nam habet vetus Prosa ejus Ecclesiæ ;* nongentis parat victum Fratribus : *et* IX *lectio Officii S. Mauritii et sociorum, ad me olim transmissi cum signo et sigillo Reverendissimi Abbatis.* Siquidem in Sancti Mauritii, et sociorum ejus Martyrum memoriam, perennis psalmorum aliorumve divinorum officiorum decantatio in eadem basilica non desistit : quæ jubente sancto ac præclaro Christi Martyre Sigismundo, tertio Burgundionum Rege, sub multis privilegiis ac proventibus, pro sustentatione nongentorum Fratrum oblatis, est instituta; et usque ad hodiernum diem, Domino protegente, est conservata.

18 BRIOGIAM *in Sigismundi donatione, suspicor accipi pro* Bracone, *castro Salinis imposito : nam inter alios fundos castrum illud cum subjectis salariis* D *officinis, et alias pagi Scodingorum villas, Agaunensibus contulerat : quorum locorum nomina etsi magnam partem corrupta leguntur in citatis tabulis, de re tamen constat ex professionibus clientelaribus Dominorum Salinensium, quarum meminit Samuel Guichenonus in Bibliotheca Sebusiana, pag. 22 his verbis;* Castrum de Bracon donatum fuit a Sancto Sigismundo Rege in fundatione monasterii Agaunensis : quod postea sub homagio Meynerius Præpositus S. Mauritii, Alberico Matisconensi Comiti tradidit, ut suo loco videbitur. Cujus Castri aliarumque rerum feudalium ab eo moventium homagium præstiterunt variis temporibus, Galcherus Dominus Salinensis anno MCXCIX ; Raynaldus de Cusollo, et Alaydis ejus conjux MCCXXIV ; Otho, Comes Burgundiæ MCCLXXXIX; Matildis, Comitissa Attrebatensis et Burgundiæ Palatina, et Domina de Salins MCCCII ; et Joanna, Franciæ et Navarræ Regina, Comitissa Burgundiæ Palatina et Domina Salinensis.

A. FRAN. CHIFLET. inter quæ nominata male Briogia,

videtur esse castrum Bracon

19 *Præmiserat Guichenonus tabulas homagii , a Joanne Comite Burgundiæ et Domino Salinensi præstiti, Nantelmo Abbati Agaunensi, pro feudo* de bracon E *ejusque adjunctis, anno Christi* MCCXLVI, *feria* VI *post festum S. Michaelis, in domo episcopali Lausanensi, id permittente Abbate ea tantum vice, cum alias personaliter in ipsa Ecclesia Agaunensi præstari soleret et deberet.* Quando vero *(addit Comes Joannes)* placuerit Abbati ut veniat ad Castellum de Bracon, honorifice debemus eum suscipere, et claves Castelli ei reddere : et ipse debet portario commendare. Nos autem Domino Abbati debemus in expensis, et sociis suis Regularibus, honorifice providere. *Hæc Guichenonus ex Cancellaria Agaunensi : ex qua etiam refert sequenti pagina* 53 *tabulas, quibus Meynerius Præpositus et ceteri Fratres Agaunensis monasterii, anno Conradi Regis* V, *hoc est Christi* DCCCXLV, *jubente et consentiente eodem Rege, dant in præstariam sive in feudum*, Albrico *Comiti et post illum* Leutoldo *et* Humberto *ejus filiis, res quasdam suas sitas in pago* Warascum, *et in Comitatu* Scodingum : *in his* Bracum *cum Salinis, ecclesiam S. Petri in* Calme Arlicana, Fiscum francium, *medietatem de* Feostingo, Chivriacum fiscum, *potestatem* Arecii *cum Ecclesia S. Melanii excepto altari; Ecclesiam S. Mauritii in* Chamblasio; *et de turma Jurense* Ozeias *cum pertinentiis suis, sub anno censu solidorum aliquot, ad S. Mauritii festivitatem quotannis persolvendorum.*

Abbati Agaunensi

jam inde ab an. 915 una cum Salinis datum in feudum,

20 *Hinc nata est toparchia Salinensis, quamquam* F *sequentibus seculis subinde paulo aliter descripta ; adeo ut nec omnia hæc loca, nec sola contineret, sed quibusdam exclusis alia nonnulla adscisceret. Dominorum tamen Salinensium a primo illo suo ortu ad hanc usque diem propagata est series, desinens in hodierno Rege Hispaniarum Carolo II, qui aliis suis titulis addidit*, Comitis Burgundiæ, et Domini Salinensis. *licet ipsam possessionem cesserit Ludovico XIV Francorum Regi, per pacta conventa nuper sancitæ pacis. Nunc ut ad quæstionem de* S. Claudii *genere propositam aperta sit responsio*, Dominos ipsos Salinenses *ex ordine recenseamus, saltem usque ad unionem toparchiæ Salinensis cum Comitatu Burgundiæ Palatino, quæ quadringentis fere abhinc annis cœpta, ad hanc usque diem observata est.*

ad Burgundiæ Comites devenit, [illegible]

21 *Ad illorum porro seriem deducendam eo libentius digredior, quo intelligo, eam nemini hactenus fuisse compertam, certe nullis traditam commentariis, qui ad meam notitiam pervenerint. Cum autem idem sit stipes, origo eadem Dominorum Salinensium et Comitum Burgundiæ, quorum ex familia etiam Matisconenses, Viennenses, et Cabilonenses nonnulli Comites prodiere; apparet justi unius aut plurium voluminum hoc esse argumentum, si quis gentis hujus singula persequi velit.*

Dominorum autem Salinensium veterum hæc est series :

A FRAN. CHIFLET. *Albericus Narbonen. anno 945,*

A *Hic ergo primas dumtaxat lineas ducam, integram horum Principum genealogicam historiam in aliud opus reservans, quod ego nunc prope nonagenarius si in me recepero, vereor ut quis emunctæ naris, Horatianum illud in me torqueat.*

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?

22 *Primus ergo in Agaunensis monasterii clientela Dominus Salinensis, ex anno Christi* DCCCCXLV *fuit* ALBERICUS de Narbona, *seu* Narbonensis *cognominatus in tabulario S. Vincentii Matiscensis: quæ appellatio, sive de familia, sive de patria intelligas, non est quod a quoquam vocetur in dubium; cum et sit pervetus, et nihil ei repugnans in antiquis reperire sit. Uxor illi fuit* ATILA, *sic nuncupata in diplomate autographo Ecclesiæ Bisontinæ; cum in aliarum Ecclesiarum apographis aliquot tabulis nunc* Atelana, *nunc* Ettolana, *nunc etiam* Tolosana, *sive dialecto, sive librariorum errore, dicta occurrat. Hæc in citato tabulario Matiscensi fuisse asseritur filia Raculfi Matiscensis Vicecomitis. Alberico et Atilæ duo fuerunt filii, Leotaldus primogenitus, junior* Humbertus. *Ex* Leotaldo *Burgundiæ Comitum familia derivata est.* Comes *fuit* Vesontionis, *ex vetustissima Scheda Andegavensi, quam in doctissimi Peireschii miscellaneis, ejus manu descri-*

Humbertus frater Leotaldi Com. Burgundiæ,

B *ptam legimus; Idem* Comes Imperatorius *dictus in tabulis S. Vincentii Matiscensis, cujus nomenclaturæ originem alio loco indicabimus. Idem* ceterorum Comitum nobilissimus, *in tabulis S. Stephani Bisonticensis, ab eo ipso datis Indictione* IX, *anno Conradi Regis* XXII, *Christi* DCCCCLI. *Idem avus* Gerbergæ, *quæ Adelberto Italiæ Regi* Othonem [WILLELMUM] *genuit, unde ceteri ad hanc usque diem Burgundiæ Comites propagati sunt. Hæc prælibasse sit satis ad alia properanti. At in serie Dominorum Salinensium secundus (ut reor) fuit.*

II HUMBERTUS Leutaldi *frater,* Alberici *filius natu minor.*

Humbertus secundus,

III HUMBERTUS II, *prioris Humberti filius, cujus, cui conjux* Ermenburga *Lamberti Comitis filia, liberos genuit.* Hugonem I, *ejus nominis primum Archiepiscopum Bisontinum,* Letaldum, Emenburgam *uxorem* Ansedei *de Navilieco,* Wichardi *Stephaniensis Archidiaconi matrem, et omnium (ut videtur) primogenitum* Walcherium, *paternæ dignitatis hæredem.*

Walcherii duo,

IV *Fuit igitur* WALCHERIUS *inter Dominos Salinenses quartus.*

V WALCHERIUS II, *primi filius.*

VI HUMBERTUS III, Walcherii II *filius cui frater*

C Hugo *in S. Stephani metropolitana Ecclesia Canonicus Cardinalis.*

Walcherius III, anno 1140,

VII WALCHERIUS III, Humberti III *filius: cui soror* Elizabeth, *uxor Rainaldi de Treva, Constabuli circa annum* MCXL.

VIII MAURA, *seu* MORETA, Walcherii III, *filia et heres, quæ Girardo Viennensi et Matisconensi Comiti Salinensem toparchiam in dotem tulit.*

Margareta quæ in Burgundiæ Comites Dominium transtulit,

IX WALCHERIUS IV, *Girardi Comitis et* Mauræ *filius, maternæ dotis heres.*

X MARGARITA, Walcherii IV *filia heres, uxor primum Willelmi de Sabrano, Comitis Forcalquerii; deinde Jocerannı Grossi, Domini de Brancedano. Hæc* Hugoni IV *Burgundiæ Duci toparchiam suam Salinensem aliis quibusdam latifundiis mutavit.*

XI HUGO IV, *Dux Burgundiæ, qui comparatam a* Margarita *Salinensem toparchiam mox Comitatu Cabilonensi permutavit, cum*

XII JOHANNE *Comite Burgundiæ, ut loquuntur, vassallo seu clientelari, Stephani Burgundiæ Comitis et Beatricis Cabilonensis filio, qui eam postmodum derivavit in*

XIII HUGONEM, *filium ex prima sua uxore Mathilde Burgunda, Odonis III Burgundiæ Ducis sorore. Hic per Alaydem conjugem* Comes Burgundiæ Palatinus *factus, deinde post patrem Joannem Dominus Salinensis, utrumque honorem in omnes posteros suos transmisit: adeo ut ex illo ad hanc usque diem idem semper fuerit et Comes Palatinus Burgundiæ, et Dominus Salinensis.* D

dictos deinde etiam Palatinos, et Dominos Salinarum usque modo.

Alberici genus, a Scodingis S. Claudii majoribus duci non probatur.

23 *Nunc ad quæstionem initio propositam. Cum* Alberici *Comitis, Dominorum Salinensium primi, nobis ignoti sint progenitores; nec Scodingorum antiqui Patricii hereditarii fuerint, sed Regum nutu atque arbitrio constituti; apparet non liquere, quod* S. Claudii *genus ab alterutris ad nos usque propagatum sit.*

CAPUT III.

De S. Claudii integro adhuc corpore; a quo diversus alius Metenaci.

In Condatiscensi ecclesia corpus S. Claudii,

A*uctor Vitæ S. Claudii;* Cupiens, *inquit,* fugere pompas urbium, et honorem populorum, corpus suum in dicto monasterio sepeliri præcepit: *tum sic concludit;* Cujus corpus, ut decebat, aromatibus conditum, repositum fuit in ecclesia Beati Eugendi, in qua nunc usque incorruptum innumeris claret miraculis. *Auctor libri primi Miraculorum S. Claudii, idem fortasse qui et ejus Vitæ;* Cujus corpus generis et sanctitatis prærogativa pretiosis conditum aromatibus, in ecclesia Beati Eugendi quingentis quinquaginta quatuor annis, miraculis assidue crebrescentibus, requievit. E

non exenteratum, sed integrum;

25 *Ex his intelligimus, numquam fuisse terræ infossum* S. Claudii *cadaver, sed in capsa aliqua (ut fere solent aliorum Sanctorum corpora) loco decenti honorifice repositum. At cum legis,* conditum aromatibus, *cave existimes fuisse exenteratum, ac demptis (ut fit) visceribus, multiplici aromatum congerie infertum. Ægyptii, teste Herodoto libro secundo (cui adstipulatur Diodorus Siculus libro item secundo) cum corpora condirent ad incorruptionem, solebant ferro adunco cerebrum per nares extrahere, ac ventre aperto viscera omnia educere: tum eorum loco asphaltum, ac pice concretos succos inculcabant, totique corpori circumfundebant; adeo ut sic medicata, etiam seculis perennarent. Non sic conditum est* S. Claudii *corpus, nusquam incisum, nusquam evisceratum. Hoc arbitris suis sensibus a se compertum affirmant sacri depositi custodes et curatores. Quo sane admirabilior ejus est tam diuturna integritas, omnis putredinis aut tetri odoris expers. Ergo si qua illi adhibita sunt unguenta sive aromata, ea extrinsecus dumtaxat affusa aut adlinita sunt: plane ut olim sacrosancto Christi corpori, ad affectus et religionis significationem, non ad conciliandam incorruptionem; quam tamen illi divina virtus ingenti miraculo decem jam fere solidis seculis præstitit.* F

S. Claudius Metenaci quiescere dictus a Leone III an. 1049.

26 *At de loco sepulturæ et Claudii difficultatem facit S. Leo Papa IX, in Bulla data* XVI *Kalendas Decembris, Indictione* III, *Pontificatus anno primo, Christi porro* MXLIX, *qua Hugoni Chrysopolitano Archiepiscopo bona sua et jura confirmans, inter alia ejus Beneficia censet,* Cortem de Metenaco, cum omnibus pertinentiis, vineis, campis, servis, ancillis, silvis, et omnibus pertinentiis, Ecclesiam ejusdem loci, in qua requiescit Sanctus Claudus, cum omnibus decimis. Hanc cortem injuste tenentes quosdam, Goffridum nec non Leutoldum, complices quoque eorum, in Remensi Synodo excommunicavimus, et ut modo cessent, anathema nostrum superponimus. *Non erit, opinor, qui hæreat in* Claudi *nomine, quasi a* Claudio *sit diversum: cum certum sit, sicut prisco Latio,* Clodii *et* Claudii; *sic recentioribus seculis,* Claudi *et* Claudii, Claudæ et Claudiæ, *promiscue fuisse usurpata vocabula. Si ergo idem est*

Sanctus

A Sanctus Claudius, *qui et* Claudius *Archiepiscopus, quomodo in ecclesia Metenaci quiescebat anno* MXLIX, *quem in S. Eugendi Jurensi æde proxime ab obitu depositum fuisse, constans traditio est? Num ad Metenacum exinde translatum est? Quo porro tempore, et qua occasione? Scio translata fuisse e primariis suis sedibus permulta Sanctorum corpora, per Saracenorum, Normannorum, Hungarorum Gallicanas aut Burgundicas clades: at de nostro* S. Claudio, *nihil tale accepimus. Tantum legimus in primo ejus Miraculorum libro, circumvectum ejus corpus cum publica supplicatione, ab annis circiter quingentis; per Bisontinam et Lugdunensem diœceses; ac tum Ledonem, Poliniacum, Arbosium, Novamvillam, et Lugdunum plurimis illustrasse miraculis. Interdum quoque in latebras subductum, nequid a militari insolentia injuriæ pateretur. At de Metenacensi ejus statione nihil uspiam observatum novimus.*

alius omnino a S. Claudio Episcopo,

27 *Ad hujus nodi solutionem, in primis notatu digna res est quem locum ex Leonis Papæ IX Bulla protulimus, de* S. Claudio Episcopo *erit, ac ne vix quidem posse intelligi. Quamvis enim hic mille fere abhinc annis vitam sanctissimam expleverit, vix tamen ab annis quingentis publicus ei ut vindicato cultus deferri cœpit: non illum Beda, non Florus, non* B *Ado aut Usuardus, aliive Martyrologi veteres Fastis suis adscripsere. Tantum ex codice Tornacensi refert Henschenius cum Papebrochio, Tomo* II, *Martii sui;* VIII Idus Junii, depositio Claudii Episcopi: *ubi de interpolatione a recentiore manu suspicio est ex eo, quod in diœcesi Lugdunensi, unde ille ad Superos evolarit, primus Guillelmus de Sura Archiepiscopus, festum diem Anniversarium S. Claudio addixerit circiter annum Christi* MCCLXXXV, *in Bisontina porro, cujus infulis gestarit, etiam haud paulo tardius coli cœperit: nam anno* MCCCXL, *sabbato*, VII *Maji, ad preces Joannis de Frayno, Decani, decretum est ut in posterum* S. Claudii *festum in diœcesi ageretur Duplex; ex Actis Capituli Bisontini.*

non nisi diu post coli cœpto

28 *Nunc* Metenacum *inquiramus, in cujus ecclesia requiescat* S. Claudius. *Reperio in Catalogo beneficiorum Bisontinæ diœcesis, sub Decanatu Ledonensi* Prioratum et Ecclesiam de Meynau, *cujus Patronus quidam* S. Claudius. *Hoc tantum Catalogus. Distat hic Prioratus a Gigniacensi monasterio, cujus est membrum, leucis horariis circiter duabus: et nunc unitus est officio Eleemosynarii Gigniacensis. Re diligenter perquisita ab indigenis, comperimus, in ejus ecclesia ab antiquissimis temporibus, in lipsanotheca deaurata, post omnem memoriam asservari ossa quam-* C *plurima corporis humani, quæ* Claudii *cujusdam* Martyris *esse affirmant. Interrogati de die festo sui Patroni, deque loco vel tempore martyrii, aut translationis, hæc se ignorare profitentur: sed* Claudium *suum* Martyrem *colere quotannis Dominica die quæ S. Joannis Baptistæ proxime sequitur Nativitatem.*

Ille Martyr esse creditur,

colitur ult. Dominica Junii

29 *Cortem* Metenacum *(quæ hodie vulgo* Meynau*) venisse oportuit in potestatem Gigniacensium ab Ecclesiæ Bisontinæ S. Stephani Capitulo, de consensu Archiepiscopi ab annis fere quingentis. Etenim anno Christi* MXLIX *Leo Papa IX, de iniquorum possessorum manibus receptam, Hugoni Archiepiscopo restituit. Eamdem Hugo Archiepiscopus, anno* MLV *Ecclesiæ S. Stephani a se redintegratæ concessit, cum prius fuisset de dominio Archiepiscopi: et adhuc in bonis ejusdem Stephanensis Ecclesiæ Eugenius Papa III censet* Ecclesiam de Metenaco, cum eadem villa, et potestate tota, XIII *Kalendas Junii, anno* MCXLVIII. *Post hunc annum, Archiepiscopi et Capituli Stephaniensis liberalitate, in Gigniacensium ditionem transiit: eo scilicet more quo plurimas ecclesias et opima prædia, ab Archiepiscopis Bisontinis et cathedralibus eorum ecclesiis, subinde in Regularium familias collata,*

in loco, Gigniacensi Abbatiæ dato ab Archiepiscopo Vesontinen.

et sæpe a nobis observatum est, et hujus etiam operis non uno loco adnotavimus. Hæc de Metenaco, *et* Claudio Martyre: *nunc de hujus martyrii loco et tempore, in tantis tenebris quid mihi lucis intermicet, paucis aperiam.* D

A FRAN. CHIFLET.

D. P. Nec ego hic gravabor Chiffletium sequi, licet a S. Claudio *Episcopo, quo de agimus, longius abducentem. Cum non solum ipse* Claudius Martyr *ad extremum Junium spectet, sed etiam* S. Iræneus Episcopus *Martyr diem* XXVIII *obtineat: de Sanctis autem* Epipodio, Alexandro *et* Sociis *in Aprili die* XXII *egerimus. Nunc uno hic loco apte referentur, quæ de omnium sepultura translationibusque huc congerit Chiffletius, ut quæ conjunctim tractavit, conjunctim hic legantur.*

CAPUT IV.

Cur S. Claudius Metenacensis æstimari possit unus sociorum S. Alexandri Martyris Lugdunensis.

A*d duas leucas horarias a* Metenaco, *oppidum est, olim* Vincenna, *nunc a* Sancto Amore *nuncupatum: eoque in oppido a remotissimis seculis, duorum Martyrum* Amoris *et* Viatoris *asservantur Reliquiæ, a quorum priore factum loco nomen. Apud incolas traditione habetur, Guntramnum Burgundionum Regem illa sacra Corpora in eum locum intulisse, aut saltem primam eis basilicam erexisse, eaque in lapideo sarcophago religiose componi jussisse: e quo post decem fere secula, nempe anno Christi* MDXXXVII, *excepta, et in thecam argenteam materia et opere pretiosam, a Bethiano Lugdunensi Suffraganeo, in magno populorum cœtu, translata sunt. De horum martyrii loco et tempore cum nihil ab antiquis adnotatum nossent recentiores loci indigenæ, concessere ultro in opinionem Guillelmi Baldesani, qui in historia sacra S. Mauritii ejusque sociorum a se Italice conscripta asseruit,* Amorem *et* Viatorem *ad Legionem Thebæorum pertinere, atque ad Agaunum, vel haud procul Agauno, pro Christo esse passos.* E

Sicut Vincennæ prope Metenacum

31 *At nos in antiquo Martyrologio S. Eugendi Jurensis, ad* V *Idus Augusti legimus;* In suburbio Lugdunensi, sanctorum Martyrum Amoris et Viatoris. *Sic et in Martyrologio Castri-Karoli (quod puellarum monasterium mille abhinc annis a S. Leodegario Augustodunensi Episcopo, tredecim aliis Episcopis ei adstantibus, consecratum est)* V Idus Augusti, in suburbio Lugdunensi, Natalis sanctorum Martyrum Amoris et Viatoris. *Hæc dies fuisse videtur cujuspiam eorum translationis. Nihil porro spectat suburbium Lugdunense ad Agaunenses Martyres. At Epipodius et Alexander Lugdunenses,* egressi occulte septa murorum *(ut habent eorum Acta apud Surium, et in MSS. codicibus)* in eo vico qui propter Incisam petram situs est, apud fidelem viduam latebant, *quando comprehensi, et pro Christi fide vario cruciati sunt. Hoc erat suburbium (nunc vulgo* le faubourg de Veze *quod ad dextram Araris ripam est, extra Interamnem. De Alexandro Martyrologium Lugdunense (cui congruunt Ado, Florus, Usuardus)* VIII Kalendas Maji, Lugduni Galliæ, Natale Sancti Alexandri, qui tertio post passionem Beati Epipodii die productus ex carcere, primo ita est laniatus crudelitate verberantium, ut crate soluta costarum, patefactis visceribus secreta animæ panderentur: deinde crucis affectus patibulo, beatum spiritum exanimatus reddidit. Passi sunt cum eo et alii numero XXXIV. Sepulti ambo ex utroque altaris latere, in crypta quæ in colle superposito civitati, pulchro et antiquo opere extructa est. *De illis Alexandri sociis* XXXIV F

habentur corpora SS. Amoris et Viatoris Martyrum in Augusto.

ita possent censeri 34 Socii S. Alexandri Mart.

addit

A *adiit Baronii Romanum Martyrologium*, quorum memoria aliis diebus agitur.

A Fran. Chiflet atque ac SS. Minervus et Eleazarus 13 Aug.

32 *Et iis quatuor supra triginta, fuere* Minervus et Eleazarus *cum filiis octo, de quibus Martyrologia* x *Kalendas Septembris : fortasse et* Contratinus Martyr, *olim jacens in S. Justi basilica. De* Minervo et Eleazaro *hæc obiter observa; quam corrupto vulgus appellat* Sancti Lazari Ecclesiam, *ad radices Aurei montis e regione Insulæ Barbaræ, hanc in diplomate Lucii Papæ III, dato ad* v *Idus Maji, Indictione prima, anno Christi* MCLXXXIII, *pontificatus secundo, nuncupari* Ecclesiam Sanctorum Minervi et Eleazari in Monte aureo. *Ecquis vero nunc prudenter dubitet quin* Autor et Viator *in eo* XXXIV *Alexandri hujus Martyris sociorum numero censendi sint? cum præter hos, alios nullos in suburbio Lugdunensi martyrium fuisse legamus. Sed de loco unde proxime in Sequanos importati sunt, jucunda erit disputatio, et ad Lugdunensem historiam illustrandam (ut opinor) non inutilis.*

Omnes eadem qua S. Alexander fortuna.

33 *Triplex fuit apud Lugdunum horum Martyrum sepultura, priusquam inde in loca circumjecta exportarentur. Prima, in antiquis Lugdunensium Christianorum cœmeteriis et cryptis subterraneis, in quibus illi et Synaxes agebant, et mortuos suos sepeliebant;* B *cum eis ethnici, persecutionum tempore, etiam justa funebria et sepulchra inviderent. Secunda, in crypta S. Justi. Tertia, in basilica S. Irenæi. Atque hæ tres stationes seu mansiones fuere in colle, qui extra Interamnem et ad Araris ripam dexteram civitati imminebat, unde et dictus vulgo* Mons sanctus, *uti nos in S. Irenæi et S. Justi tabulis observavimus; quod nimirum ex Martyrum sanguine, ossibus, aliisque sacris exuviis totus quasi compaginatus compactusque esse videretur. Rursus tres ejusdem collis status distinguendi. Primus persecutionum, qui tria fere a Christo secula obtinuit. Secundus florentis Ecclesiæ; inde scilicet usque ad Calvinianam cladem. Tertius ab hac clade ad nostra usque tempora: nempe ab anno Christi* MDLXII, *cum illi, ad totius sanctitatis ac religionis perniciem nati, furiarum instar e tartaro effusi, Lugduno potiti sunt, ex die* XXIX *mensis Aprilis, sequenti die* XXX *sacras ædes evertere, suisque omnibus opibus atque ornamentis spoliare cœperunt. Tunc igitur S. Justi et S. Irenæi nobiles basilicas, a die* XXVII *mensis Maji (ut notat Severtius in Episcopis Lugdunensibus) ad Septembrem usque solo tenus diruerunt. Et quidem ex eo tempore S. Justi Ecclesia jacuit sepulta in ruinis suis: cui substituta est altera anno* C MDLXXIV *intra urbis mœnia, in qua a S. Justi Canonicis divina persolvuntur Officia; sed priori longe impar, neque illius splendori atque amplitudini respondens. Nunc tamen adhuc superest crypta S. Irenæi, sed columnis suis, et musivi operis, atque (ut loquuntur) auripetrini fulgentibus crustis nudata; cui tamen superstructa est ædes, quæ ad veteris dignitatem non accedit.*

primum sepulti fuerunt in munimentis cryptis.

34 *Primam igitur S. Alexandri et sociorum Martyrum sepulturam assignavimus in cœmeteriis subterraneis priorum Christianorum, ex ipsis S. Alexandri Actis, quæ sic habent;* Hos itaque semper concordes et socios *(Epipodium scilicet atque Alexandrum)* quia mors diviserat, sepultura conjunxit, dum a Christianis educta occulte extra urbem corpora, absconsa conduntur. Erat enim in colle superposito civitati concretis densatus vepribus locus: ibique in modum speluncæ conclusa frutetis ac sentibus vallis latebat, et, ut fit ubi humor deciduus per naturale ministerium infunditur, inculta fœcunditas. Quo in recessu venerabilia corpora religiosa provisione demersa sunt, quia Gentilium furor extremam denegans sepulturam, etiam in corpora exanimata sæviebat. *Horum cœmeteriorum in eo colle sexcenta* D *apparuerunt vestigia, quoties ad aliquid struendum adificii terra paulo altius cavata est, ut legimus in tabulis S. Irenæi, quæ in scriniis Prioris adhuc supersunt. Et cum nos ipsi Lugduni versaremur circa annum* MDCXXV, *et in ædibus Prioris, ad moliendum nescio quid, altissime jam humus effossa esset; occurrit ex improviso lapideum feretrum, quo in frusta comminuto cum aliud atque aliud succederet, jussi sunt fossores in subjectam illam capulorum struem fundamenta jacere. Mihi vero persuasum fuit, ad ea sepulcra pertinuisse cryptas, quæ persecutionum tempore Christianis quondam Lugdunensibus latibula præbuerant: Romanis cœmeteriis non absimiles, in quibus etiamnum visuntur ejusmodi urnæ μονόλιθοι, ad fidelium sepulturas aliæ aliis impositæ, atque ad perpendiculum æquatæ, velut in parietes assurgere.*

quarum multa quotidie vestigia occurrunt fodientibus,

et ubi congesta Martyrum Lugdunensium corpora fuerunt,

35 *Ad veterem quoque collis ejusdem statum pertinet dumosum illud profundum, in quod Severi Imperatoris, vere Severi ac vere Pertinacis edictis, populi fere totius Lugdunensis, sub Irenæo Episcopo pro fide cæsi, demersa sunt corpora: illi (ni fallor) geminum quod in monte Jura ad tres circiter leucas horarias a S. Claudii monasterio alias spectavimus, quod et profundissimum est, et dumetis obsitum, habetque in imo scaturiginem fontis, qui in cavam vallem, aggeribus tamquam muris omni ex parte cinctam effusus, lacum efficit, quem* Lacum Antri *vulgus appellat, quod ex* E *antro illo ortum habeat. Hic status Ecclesiæ persecutionum, ad tria minimum a Christo secula propagatus.*

inde elati ad ibidem structam ecclesiam S. Justi sunt;

36 *At in secundo statu, pace Ecclesiis data, Lugdunensium Christianorum consilium fuit duas ei sancto Monti basilicas imponere, in quas nobiliorum aliquot Martyrum corpora inferrentur, ceteris ad ultimæ resurrectionis gloriam reservatis. Et harum quidem prior, primum a sanctis Machabæis, deinde a sancto Justo nuncupata, in collis clivo extructa est, et quasi terræ immersa ex illa extitit spelunca* conclusa frutetis ac sentibus, *in cujus recessibus Epipodius, Alexander, et eorum socii Martyres primo clanculum sepulti sunt. Ita regionis illius cryptæ ac subterranea cœmeteria, evulsis dumetis et complanato solo, in illam Machabæorum seu S. Justi basilicam, eique subjectam cryptam redacta sunt: quam in cryptam, S. Irenæi, et sanctorum Epipodii, Alexandri, et sociorum Martyrum illatæ sunt reliquiæ. Hoc asserit Patriarcha Constantinopolitanus Joannes de Rupescissa, prope Lugdunum natus (qui et per aliquod tempus Vesontionensis Archiepiscopus fuit) in sententia de partium assensu prolata ad annum* MCCCCXIII, *in causa Ecclesiarum S. Justi et S. Irenæi, super possessione sacrorum Corporum S. Irenæi, S. Epipodii, et S. Alexandri inter* F *se contendentium. Declarat enim Patriarcha, tunc quidem, et a tempore S. Patientis Episcopi fuisse illa in basilica S. Irenæi: sed ante S. Patientem, jacuisse in Ecclesia S. Justi. Quare S. Justi Canonicos* causam probabilem atque justam litigandi et prosequendi, absque suspicione doli mali, calumniæ aut alterius machinationis, indubitanter habuisse: *eo quod certis scriptis et antiquorum testimoniis nitenentur, quæ apud eorum decessores fidem fecerant. Comes enim Forensis Artaldus anno* DCCCCXCIII, *et Anschericus Lugdunensis Archiepiscopus anno* DCCCCXXVII, *immo et Audinus, sive Audoynus Chorepiscopus S. Justi basilicæ restitutor, anno* DCCCCLVIII *testati erant, se res quasdam suas tradere Ecclesiæ S. Justi, in qua S. Irenæum requiescere affirmabant. Nihilominus Patriarcha secundum Irenæenses sententiam profert, quod constaret Sanctorum de quibus agebatur Corpora in eorum Ecclesiam, a S. Patiente exstructam, fuisse ab ipso fundatore translata. Quid porro a S. Patiente gestum sit nunc videamus.*

unde an. 1413 *Canonici illi probabant ibi adhuc esse corpora.*

37 *Supra ostium antri seu dumosi profundi, in quod tot millium sub Irenæo Martyrum demersa erant corpora,*

A *pora, crepidinem circumdedit, crates obtendit, duo templa tecto sub uno fundata extruxit; hoc est, cryptam, eique impositam ædem: quæ S. Patientis opera, ipso met regante, Apollinaris Sidonius libri secundi epistola decima elegantibus hendecasyllabis illustravit. Frustra enim Papirius Massonus Sidonium explicare conatur de S. Stephani basilica, cum illam certum sit ex tabulis Lugdunensibus, ab Alpino Lugdunensi Episcopo longe ante S. Patientis tempora fuisse exædificatam. Simidemque ob causam, dubitare non debuit Theophilus Raynaudus in Sanctorum Lugdunensium Indiculo, essetne accipienda Sidonii epistola de S. Justi Ecclesia, quam constat Sidonio et Patiente multo esse antiquiorem; ut in qua hujus decessores, Justus, Alpinus, Antiochus, Elpidius et Eucherius tumulos habuerunt. Tamen Sirmondus in Notis ad hanc Epistolam;* Quo minus, *inquit*, S. Irenæi basilica videatur, facit quod ab Arari procul absit, parumque ei conveniat situs Ecclesiæ Sidonianæ. *Age, Sidonii verba expendamus.*

Ast cum S. Patiens etiam S. Irenæi ecclesiam ædificasset,

Hinc agger sonat, hinc Arar resultat,
Huc sese pedes, atque eques reflectit,
Stridentumque et moderator essedorum:
B Curvorum hinc chorus helciariorum,
Responsantibus Alleluya ripis,
Ad Christum levat amnicum celeuma.
Sic sic psallite, nauta vel viator:
Namque iste est locus omnibus petendus,
Omnes quo via ducit ad salutem.

Sidonio Apollinari laudatam,

38 *Est ædes S. Irenæi ad dextram Araris, non ripæ quidem imposita, sed in clivo, et haud procul a vertice vicini collis; adeo ut commode posset et ab Irenæensibus exaudiri nautarum Ararim sulcantium celeuma, et vicissim a nautis spectari Ecclesia, ac in ea psallentium voces, ad fluminis ripas tamquam Echo resonare. Quid hic Ecclesiæ Sidonianæ non belle conveniens? Cetera attingo parallela.*

quæ pendens ex clivo dextram Araris ripam respicit,

Ortum prospicit Æquinoctialem.

Ad hunc obversa est basilica S. Irenæi. Pergit Sidonius;

Intus lux micat, atque bracteatum
Sol sic sollicitatur ad lacunar,
Fulvo ut concolor erret in metallo.
Distinctum vario nitore marmor
Percurrit cameram, solum, fenestras:
Ac sub versicoloribus figuris
Vernans herbida crusta, sapphyratos
Flectit per prasinum vitrum lapillos.

Hic describit musivum opus, sive (ut S. Irenæi tabulæ C *loquuntur) auripetrinum, ex auro et petra sic dictum: quod a musivo distinguebatur tamquam species a suo genere. His igitur lapillis aureæ bracteæ per certa intervalla inductæ, dum per illas, prasinis ex vitro tesserulis mixtas erraret solis radius concolor, spectantium oculos mira varietate oblectabant.*

39 *Hinc ille loci quasi nativus splendor, prope usque ad miraculum: de quo Martyrologia* IV *Kalendas Julii, in Irenæo:* Hujus cryptæ tam veneranda est claritas, ut meritum Martyrum signare credatur: *et Homilia vetus Ecclesiæ Lugdunensis in festivitate S. Irenæi;* Hujus vero cryptæ per totum mundum tam eminens et reverenda est claritas, ut meritum tot Martyrum signare credatur. *Gregorius quoque Turonensis libro* 1 *de gloria Martyrum, cap.* 50. Hic (*Irenæus*) in crypta basilicæ Beati Joannis, sub altari est sepultus. Et ab uno quidem latere Epipodius, ab alio vero Alexander Martyr est tumulatus. De quorum monumentis si pulvis cum fide colligatur, extemplo medetur infirmis. Magna enim claritas in crypta illa continetur, quæ (ut credo) meritum Martyrum signat. *Ex quibus verbis intelligimus, jam tempore Gregorii Turonum Episcopi, Irenæum, Epipodium, et Alexandrum Martyres in ea crypta jacuisse:*

in cryptam musivo auripetrino ornatam,

translati sunt

nec fidem habendam Audoyno Chorepiscopo, cum anno D *Christi* DCCCLVIII *sanctorum Irenæi et Justi corpora, in illa a se reparata S. Justi basilica requiescere affirmavit; ignorans quod quadringentis ante annis S. Patiens transtulerat corpora S. Irenæi, et Sanctorum* Epipodii, Alexandri, Minervi, Eleazari, aliorumque *ex eadem turma* Martyrum, *in cryptam seu basilicam, quæ olim de S. Joannis, postmodum de S. Irenæi nomine appellata est.*

a Frans. citatæ.

40 *Pergit Sidonius;*

Huic est porticus applicata triplex,
Fulmentis Aquitanicis superba.

Porticum triplicem interpretor trilateram, quæ scilicet dextrum, sinistrum, et inferius cryptæ latera obtineret; superiore sive anteriore ad sanctuarii, et altaris primarii commoda reservato: qualem ordinem etiamnum videmus in plerisque Ecclesiis observatum:

Ea crypta porticibus cingitur,

Ad cujus specimen remotiora
Claudunt atria porticus secundæ:
Et campum medium procul locatas
Vestit saxea silva per columnas.

Has porticus secundas, ad triplicis illius specimen, explico porticus ædis superioris, inferioribus respondentes, sed ampliores ac patentiores, quas pro loci ratione lapideæ columnæ grandiores circumvestirent. Pendente lite inter S. Justi et S. Irenæi Ecclesias circa annum MCCCXII, *adhuc erant in crypta columnæ triginta; illæ ipsæ (ut opinor) e marmore Aquitanico quarum meminit Sidonius. Sed eas diripuit Huguenoticus furor anni* MDLXII, *cum omnibus musivis sive auripetrini operis pretiosis crustis, omnibusque loci antiquis ornamentis.* E

41 *Addit Sidonius in cursu Epistolæ;* Nam pene ex hexametris eminentium Poetarum Constantii et Secundini, vicinantia altari basilicæ latera clarescunt: quos in hanc paginam admitti nostra quam maxime verecundia vetat, quam suas otiositates trepidanter edentem meliorum carminum comparatio premit. *Quod nos celavit magni viri Sidonii pudor, sive urbanitas, hoc nobis Irenæenses tabulæ repræsentarunt, eo tempore conscriptæ, quo inter S. Justi et S. Irenæi Ecclesias de sanctorum Irenæi, Epipodii, et Alexandri sacrorum corporum possessione judicio contendebatur. Nam anno* MCCCX, *quinta die Aprilis, in S. Irenæi basilica ritu solenni effossis horum Martyrum reliquiis, a Petro de Thureyo tituli Sanctæ Susannæ Presbytero Cardinali, Apostolicæ Sedis Legato, et e capsulis plumbeis antiquis in ornatiores lipsanothecas translatis (quam Martyrum manifestat ovem plurima et illustria miracula commendarunt); nihilominus dies dicta est Irenæensibus a S. Justi Canonicis, ad tribunal Joannis de Castrolucio Seneschalli Lugdunensis. Quibus alios atque alios Judices appellantibus, tandem auctoritate Apostolicæ Sedis, ab ejus Legato Joanne Patriarcha Constantinopolitano causa conclusa est, secundum Irenæenses die nona mensis Augusti, anni* MCCCXIII.

quas Constantius et Secundinus poetæ laudaverant.

ibi an. 1410 inventa S. Alexandri et Sociorum corpora. F

42 *Hujus litis instrumenta autographa nacti olim e scriniis Prioris S. Irenæi, non pauca collegimus de veteri harum Lugdunensium Ecclesiarum statu, et in his Epigrammata antiqua illustrium Poetarum Constantii et Secundini, quorum meminit Sidonius, quæ puris hexametris, qua hexametris pentametrorum alterno recursu temperatis, quæ sic habent,*

et referuntur prædictorum

Ingrediens loca tam sacra, jam rea pectora tunde:
Posce gemens veniam, lacrymas hic cum prece funde.
Præsulis hic Irenæi turma jacet sociorum,
Quos per martyrium perluxit ad alta polorum.
Istorum numerum si nosse cupis, tibi pando.
Millia dena novemque fuerunt sub Duce tanto.
Hinc mulieres et pueri simul excipiuntur.
Quos tulit atra manus, nunc Christi luce fruuntur.

His decies novies mille viris, addunt S. Justi tabulæ septingentos,

A septingentos, quos a Poeta carminis causa neglectos fuisse par est existimare. Hæc autem anno illo MCCCCX adhuc supererant in templo superiore, et etiamnum supersunt pavimento inscripta litteris opere musivo efformatis.

a Fran. Chiflet

43 Quæ porro sequuntur quatuor disticha, adhuc legebantur in crypta seu templo inferiore: musivi et auripetri lapillis descripta in pariete, a dextris et a sinistris Presbyterii.

testantium esse S. Patientis opus.

Hæc duo templa micant tecto fundata sub uno,
Quæ Patiens sanctus conditor excoluit.
Corpora dumoso quondam demersa profundo,
Perspicuum tracti liminis irradiat.
Subdita resplendent, et fastigiata superius
Cultibus, in celsum culmina prosiliunt.
Securus plane cœlestia regna requirit,
Qui Christo in terris regia septa parat.

Nihil igitur dubii videtur superesse, quin S. Irenæi basilica, hæc ipsa sit de qua Sidonius suam illam ad Hesperium Epistolam dedit: cum alioqui constet Sidonio, libro 6 Epistola 8, alias etiam Ecclesias fuisse Lugduni a S. Patiente, vel a fundamentis castructas, vel saltem reparatas: sic enim ille ad ipsum Patientem; B Omitto, te tanto cultu Ecclesiam tibi creditam convenustare, ut dubitet inspector, meliusve nova opera consurgant, an vetusta reparentur. Omitto, per te pluribus locis basilicarum fundamenta consurgere, ornamenta duplicari.

44 Jam de tot millium Martyrum corporibus, dumoso quondam profundo demersis, accipe quæ ex Ecclesiæ S. Irenæi citatis tabulis a me olim observata sunt. Pius quidam et prapotens Miles, Bartholomæus nomine, sacrarum Reliquiarum cultui addictissimus, cum jam plures provincias peragrasset, tum ut religiosa loca viseret, tum etiam ut sanctorum Reliquias, quascumque posset consequi, sibi compararet; nactus aliquando Patroni sui Bartholomæi Apostoli partem capitis inferiorem, quam maxillam vocant, Lugdunum venit; ubi cognito quod Septimii Severi tempore, sub Episcopo Irenæo multa Christianorum millia martyrium fecerant, et sanguine suo Ararim in Sagonam verterant, quorum corporibus in profundissimum antrum conjectis, S. Patiens duo templa sub uno tecto imposuerat: adito loco, visoque adhuc patente antro, quod ad putei speciem crepidine ambiebatur; pia motus temeritate intro se dimisit. Tum vero repentina perculsus cæcitate, factusque eo casu perspicacior, intellexit, ingentem illum Martyrum exercitum divino consilio æternis gloriæ triumphis reservari; eaque de causa sic occludendum, C ut nec mortalium conspectibus pateret. Voto igitur se obligavit, si Dei beneficio visum reciperet, daturum se operam ut sacro puteo operculum induceretur, super quod erecto altari suas Apostoli Bartholomæi reliquias includendas traderet, fundatis a se officiis ac sacrificiis in posterum cohonestandas: quod et implevit. Qua ex causa Collegium cathedralis Ecclesiæ Lugdunensis, singulis annis in festo S. Bartholomæi, in cryptam S. Irenæi convenire ad Missam et ad Vesperas, ritu solenni decantandas, consuevit.

sub crypta antrum erat sacris ossibus plenum,

quo ingressus e cæcitate percussus,

ipsum ex voto claudit imposito S. Bartholomæi altari,

45 Exinde usque ad novorum hæreticorum devastationem, in crypta S. Irenæi sex fuere altaria. Primum S. Irenæi, directe sub altari S. Joannis Evangelistæ, quod superioris basilicæ primarium erat. Secundum S. Epipodii, a dextris. Tertium S. Alexandri, a sinistris. Quartum S. Polycarpi, etiam ad lævam. Quintum in quo servabatur pars columnæ, ad quam Christus fuit flagellatus. Sextum S. Bartholomæi, quod in medio cryptæ choro, sacræ speluncæ operculo incubabat. De tempore erecti hujus altaris sub S. Bartholomæi nomine, visus sum mihi aliquid deprehendisse in Bulla Innocentii Papæ IV data Lugduni XV Kalendas Decembris, Pontificatus anno tertio, adeoque Christi anno MCCXLV; qua omnibus vere pœnitentibus D et confessis, qui S. Bartholomæi et S. Irenæi festis diebus ipsam S. Irenæi Ecclesiam religiose viserent, quadraginta dies Indulgentiarum concessit. Haud enim multo ante opertus fuisse videtur Martyrum puteus, eique instrato pavimento altare superpositum: cum sit verisimile, ad primam S. Bartholomæi reliquiarum expositionem, fuisse illis hoc Pontificio indulto conciliatam venerationem.

anno circiter 1245.

46 Hactenus perspicue satis a nobis distincta est S. Alexandri Martyris sepultura triplex. Prima, in subterraneis cœmeteriis veterum Christianorum Lugdunensium; secunda in crypta S. Justi; tertia in crypta S. Irenæi. Quod vero de S. Alexandro diximus, hoc et de XXXIV ejus Sociis affirmant non uno loco Irenæenses tabulæ: uno fortasse dempto Constantino Martyre, quem adhuc anno MCCLXXXVII in S. Justi crypta jacuisse, docent nos ejus Ecclesiæ tabulæ plures. Et quidem quando Sanctorum Irenæi, Epipodii, et Alexandri, anno MCCCCX relevata sunt corpora, docent nos monumenta S. Irenæi, visa quoque esse, et recognita Minervi et Eleazari, octoque filiorum sepulcra illis contigua; et alios omnes ad triginta quatuor, in eadem S. Irenæi sive inferiori sive superiori æde fuisse compositos. Inde ergo Amorem et Viatorem, eorum socios, transferri oportuit Vincennam; adeoque et Claudium Martyrem Metenacum, si et ipse illorum E socius fuit, quod nos opinamur ex conjectura; si quid in posterum de Claudii hujus martyrii loco et tempore certius cupiam compertum fuerit, in ejus sententiam ultro concessuri.

Cum ergo ibi constet conditum S. Alexandrum et socios,

47 Sustine hic paulisper, mi lector. Quamdam nonnullorum e S. Alexandri sociis relevationem docet nos Codex rituum Ecclesiæ S. Irenæi in quo hæc olim legebamus; Dominica prima post Octavam Paschæ, festum relevationis Sanctorum Irenæi, Epipodii, Alexandri, et sociorum. Sermo ad populum de eadem, et Oratio sequens. Omnipotens sempiternæ Deus, qui hodierna die beatissimos Martyres tuos, Irenæum Pontificem, Ypipodium, atque Alexandrum, cum sociis eorum, gloriosissime relevari voluisti: concede propitius, intercessionis ipsorum auxilio, nos ab omnibus malis mentis et corporis liberari, et de eorum societate in æterna beatitudine consolari. Per Dominum.

usque institutum festum Relevationis commune,

48 Ex anno MCCCCX Petrus Cardinalis de Thureyo, cum Sanctorum Irenæi, Epipodii, et Alexandri corpora, solemni apparatu ex antiquis tumulis in ornatiores thecas transtulisset, octavo Idus Aprilis, propositis Indulgentiis invitavit fideles ut ad eam translationis diem in S. Irenæi Ecclesiam convenirent. Verum ex eo tempore relevatis in eadem Ecclesia ali- F quot S. Alexandri sociorum corporibus, placuit Irenæensibus horum omnium relevationis anniversariam memoriam conjicere in Dominicam primam post Octavam Paschæ. Quinam porro fuerunt hi socii S. Alexandri, haud multo post illum relevati? Opinor Minervus et Eleazarus, et octo eorum filii, quorum tumulos in propinquo visos et recognitos a Petro Cardinali, quando Alexandrum ipsum relevavit, notatum legimus in antiquis Irenæensium chartis, in quibus præterea hæc habentur; In crypta, sive inferiori Ecclesia S. Irenæi, requiescunt Sancti Minervus et Eleazarus cum octo filiis: et ibi a populis honorari solent; unde colligere est, eos haud multo post S. Irenæum, S. Epipodium, et S. Alexandrum relevatos, et publico cultui fuisse propositos.

post an. 1410 quando reperti nomina aliqui ex illis.

49 En igitur decem e triginta-quatuor Alexandri sociis. Ex aliis quatuor et viginti fuere (ut putamus) Amor, Viator, et Claudius: et reliquorum complura corpora non dubitamus, quin in superiori vel inferiori S. Irenæi basilica etiamnum delitescant, in iis in quibus a Patiente recondita sunt monumentis: cum prædatorum Hugonotorum effugisse credantur manus, quod

credibile fit jam olim inde ablatos SS. Amorem Viatorem et Claudium.

A *quod nihil extrinsecus ornatus præseferrent; immo ne sepulcrorum quidem haberent speciem, sed alte defossa pavimento operirentur. Nam et ævo nostro, cum circa annum* MDCXXV *Lugduni versarer, et ad quosdam sepeliendos mortuos in quibusdam superioris ecclesiæ recessibus terra cavaretur, memini effracta esse a fossoribus lapidea quædam sepulcra, et in his composita humanorum corporum ossa, unumquodque cum sua lampade, et phiala, certissimis martyrii notis; quæ ad reliquos S. Alexandri socios pertinuisse plusquam verisimile est.*

CAPUT V.

Ordo et locus B. Claudii inter Archipræsules Bisontinos: horum antiqui duo Catalogi, ab annis DC, eorumdem ratio Chronologica.

Priorem suam sententiam mutaturus Auctor,

C*ensui olim cum fratre meo, Vesontionis parte secunda numero* XXIV, S. Claudium *decessisse* Donato *in administratione Bisontini Archiepiscopatus,* Protadio *vero successisse; scriptoris illius inductus testimonio, qui in ejus Vita cum factum dicit Archiepiscopum Bisontinum,* anno sexcentesimo vicesimo sexto B Incarnationis Dominicæ: *quod certe si verum esset, non alius ei locus deberetur, quam inter* Protadium *et* Donatum. *Verum ex quo hujus auctoris recentiorem ætatem deprehendi, expensis antiquiorum auctoritatum momentis, ac temporum diligentius subductis rationibus, alia omnia sentire cœpi; nimirum* S. Claudium, *Bisontinæ Ecclesiæ sextum a* Nicetio *præfuisse, proxime post* Gervasium, *proxime ante* Felicem. *Id loquuntur Bisontinorum Archipræsulum antiqui catalogi, e quibus duos, ceteris et emendatiores et vetustiores (quippe in Hugone primo desinentes, adeoque undecimo Christi seculo in membranis descriptos) operæ pretium erit hoc loco proponere. Desumpti sunt autem e duobus pervetustis codicibus ecclesiæ S. Stephani Vesontionensis, argento varie cælato desuper bracteatis. Prioris duo erant exemplaria, in quorum altero quod ab altero diversum erit, ad marginem adnotabitur.*

proponit antiquiores duos Præsulum Bizontin. Catalogos.

Nomina Episcoporum Vesontionensis Ecclesiæ, exceptis illis quos reproba vita vel introitus de Catalogo radi fecit, sicut Chelmegiselum, Tetradium, Felicem, Hayminum, et quosdam alios.* C

* Geimeisilolum

Quorum primus pro Dipytchis fuit scriptus sec. XI.

LINUS. Hic primus ædificavit Bisontinensem ecclesiam sancti Stephani, quæ usque ad Hilarium permansit.

II MAXIMINUS. Iste sexto ab urbe milliario vitam eremiticam duxit ubi et requiescit.

III PAULINUS. Iste fuit discipulus B. Maximini, post ejus obitum in eadem eremo sub persecutione Maximiani latuit. Requiescit autem in ecclesia sancti Stephani ante altare.

IV EUSEBIUS. Hic fuit discipulus Melchiadis Papæ: duobus annis Episcopatum tenuit.

V HILARIUS. Hujus tempore reædificata est ecclesia S. Stephani ab Helena Regina, matre Constantini, cum nulla adhuc alia ecclesia fuisset Bisuntii.

VI PANCRATIUS. Hic fuit contemporaneus Julii Papæ, a quo etiam Episcopus est ordinatus.

VII JUSTUS. Hic tempore Juliani Apostatæ multam legitur habuisse familiaritatem cum Eusebio Martyre, Vercellensi Episcopo.

VIII ANIANUS. Hic tempore Valentiniani et Valentis ædificavit ecclesiam Sanctorum Ferreoli et D Ferrucii Martyrum, milliario ac semis ab urbe distantem.

A Fran. Chiflet.

IX SILVESTER. Hic ædificavit Ecclesiam S. Mauricii.

X FRONIMIUS.

XI DESIDERATUS. Iste apud villam Ledonis sanctissimam vitam finivit, ubi et requiescit.

XII GERMANUS. Pro isto maximum miraculum operatus est Dominus apud sanctum Vitum.

XIII LEONTIUS.

XIV CELIDONIUS. Hujus tempore extitit adventus brachii S. Stephani ad urbem Bisontinam.

XV ANTIDIUS. Iste decimo ab urbe milliario, ubi sepultus fuit, capitalem suscepit sententiam sub Croseo Wandalorum Rege.

XVI NICETIUS. Hic fuit contemporaneus et familiaris B. Papæ Gregorii. *Addebatur alia paulo recentiore manu;* ædificavit autem ecclesiam S. Petri.

XVII PROTADIUS.

XVIII DONATIUS. Per istum recepit ecclesia villas Domblingum et Arslatum. Ædificavit autem ecclesiam S. Pauli, in qua etiam in Domino requievit; et Jusanum monasterium, cum matre sua Flavia, quæ ibi sepulta est. E

XIX MIGETIUS.

XX TERNATIUS.

XXI GERVASIUS.

XXII CLAUDIUS.

XXIII ABBO. Hic magnæ abstinentiæ fuit, pro qua Episcopatum obtinuit.

XXIV GUANDALBERTUS*

* Gaudbertus.

XXV EVRORDUS.

XXVI ARULEUS.

XXVII ERVEUS.

XXVIII GEDEON.

XXIX BERNUINUS Hic ædificavit ecclesiam S. Joannis Evangelistæ.

XXX AMALWINUS*.

* Amalguinus

XXXI ARDUICUS. Iste acquisivit ecclesiæ S. Stephani, ad luminaria concinnanda, salarium Ledonis, de manu Clotharii, nepotis Karoli Regis: Abbatiam vero de Bergill, et teloneum Bisuntii obtinuit ab Rege Karolo.

XXXII THEODERICUS. Per hunc restituit Zuentebolchus Rex ecclesiæ S. Stephani villam Pauliaci.

XXXIII BERENGARIUS. Iste fuit nepos Theoderici, cui successit; in Archiepiscopatum raptus et inthronizatus communi electione, ante altare S. Stephani, cujus erat Canonicus: sed propter Haguinum hæreticum excæcatus, Vicarium habuit in officio Pontificali Stephanum, Belicensem Episcopum. F

XXXIV GIREFEDUS.

XXXV GUIDO.

XXXVI GUICHARDUS.

XXXVII LEOTOLDUS.

XXXVIII HECTOR.

XXXIX GALTERIUS. Hic iterum cœpit reædificare ecclesiam S. Stephani, ad modum Romanæ ecclesiæ S. Petri.

XL HUGO. Iste consummavit, sed multum retractam.

51 *Seriem hanc apparet ex eo genere esse tabularum ecclesiasticarum, quas Græci δίπτυχα nuncupabant; quippe in qua desiderantur ii,* quos reproba vita *(ut habet inscriptio)* vel introitus *(hoc est illegitima promotio)* de Catalogo radi fecit. *Itaque hic ipse Catalogus tempore Hugonis primi inter Missarum solennia recitari solitus erat; sed jam alteram seriem, etiam priore aliquanto vetustiorem, quippe Hugone primo adhuc superstite conscriptam, inspiciamus.*

alius; aut vetustior unde nomina tenet.

A

A. FRANC. CHIFLET

Nomina Episcoporum sanctæ Bisonticensis Ecclesiæ.

1 Linus.
2 Ferreolus.
3 Maximinus.
4 Paulinus.
5 Eusebius.
6 Hilarius.
7 Pancratius.
8 Justus.
9 Anianus.
10 Silvester.
11 Froniminius.
12 Desideratus.
13 Germanus.
14 Leontius.
15 Celidonius.
16 Importunus *pseudo-episcopus, receptus, sed turpiter ejectus.*
B 17 Gelmeisilus
18 Antidius.
19 Nicetius.
20 Protadius.
21 Donatus.
22 Migetius.
23 Ternatius.
24 Gervasius.
25 Claudius.
26 Felix.
27 Tetradius.
28 Abbo.
29 Wandelbertus.
30 Evroldus.
31 Aruleus.
32 Erveus.
33 Gedeon.
34 Bernuin. bonus.
35 Amalwinus
36 Arduicus.
37 Theodericus.
38 Berengarius.
39 Ayminus *invasor, vocatus pseudoepiscopus, non receptus.*
40 Gonterius; *vocatus Episcopus.*
41 Girfredus.
42 Wido.
43 Wichardus.
44 Leutaldus.
45 Hector.
46 Bertaldus, *pseudo-episcopus, non receptus.*
47 Walterius.
48 Hugo.

Licet Catalogus in Vesontione Chiffletiana expositus,

52 *Si Catalogos hosce sequimur, patet solutio ad quæstionem in titulo capitis propositam, et* S. Claudius *dicendus erit successisse* Gervasio, *præcessisse* Felicem, *diptychis prætermissum. Qua de re ut certius statui possit simulque ut retractentur utilius alias minus bene definita, placeat Lectori mecum præmissa nomina Chronologice percurrere, suum cuique tempus historicis rationibus metiendo, et secundum illas seriei totius ordinem confirmando, reformandoque. Etenim qui prodiit Bisontinorum Archiepiscoporum Catalogus, parte prima Vesontionis fraternæ, cujus supra memini, et unde is magnam partem in Claudii Roberti Galliam Christianam derivatus est, non modo in* S. Claudii *chronologia nutat, sed etiam in* S. Antidio *Episcopo et Martyre; cujus agon in priorem illam Vandalorum* C *in Gallias irruptionem referri nequit, anno Christi* CCCCVII, *cum in omnibus Catalogis, etiam* Importuno *et* Gelmeisilo *interjectis, postponatur* Celidonio, *quem Vesontione Episcopum fuisse constat anno* CCCCXLV. *Adde quod series illa* Frominium *et* Albonem *corrupte scribit pro* Fronimio *et* Abbone; *ut de ceteris taceam:* Amantium, *S. Lautheni Abbatis consecratorem prætermit:* Vitalem *ex fictitio Gregorii magni diplomate inculcat, de quo nos infra pluribus in Nicetio Archiepiscopo* XXIV, *sive in ejus decessore Silvestro II. Duos facit ex uno Binomine, qui et* Hugo IV, *et* Pontius *dictus est:* Hugonis tertii, *et* Stephani Electi *virorum Principum genus ac progenitores perperam assignat.* Ebrardum *alieno loco ponit, multisque in temporum notis deficit. Quibus purgatum erroribus horum Archiepræsulum Catalogum cum ad Sammarthanos transmisissemus, eum illi locis plurimis a se locupletatum, Galliæ suæ Christianæ tomo primo illigarunt. Ad quos hinc Lectorem meum remittere satis videri posset; nisi hæc series ab eo tempore a nobis retractata, longe nunc accuratior existeret: tametsi ut plurimum brevior, ac velut facula quædam longiori illi admovenda; ut ex ambabus inter se comparatis, rerum veritas clarius elucescat.*

fuerit variis locis deinde correctus,

et Sammarthanis communicatus,

53 *Sed antequam aggrediar, duo mihi præmonendus es, Lector candide. Primum me in hac serie omnes in numerum vocare, quotquot Bisontinam Sedem quomodocumque occuparunt, sive illegitime promoti, sive ob improbam vitam e Diptychis erasi, sive dumtaxat Electi, non etiam confirmati fuerint: ne scilicet hiatu aliquo historiæ nostræ cursus abrumpatur. Alterum moneo, me de industria ne uni quidem litteram* S. *sanctitatis vulgarem notam præfigere, ne cui forte publici honoris hoc specimen vel temere vindicem, vel temere abrogem. Etenim in Catalogis alius atque alius Sancti censentur tres et viginti; videlicet* Gedeon, *et præterea vigintiduo. qui primi in diptychis supra descriptis continua serie ponuntur, quorum postremus est* S. Claudius. *In Martyrologiis decem dumtaxat, aut undecim adnotati sunt: nimirum* Linus, Anianus, Silvester, Desideratus, Germanus, Antidius, Nicetius, Protadius, Donatus, Claudius, *et fortasse primus a Lino* Maximinus: *neque hi omnes propriis coluntur officiis. Multos etiam in variis Ecclesiis pro Sanctis haberi et invocari certum est, quorum festi dies nulla certa die in Martyrologiis sunt adscripti. Itaque in tam gravi causa nihil est quod privatus judicem agam. Quo autem habeat ubi interquiescat Lector; Caput hoc alias longius futurum in plures dividetur Paragraphos.* D

nova tamen retractatione eget,

quod fiet sequentibus paragraphis.

E

§ I. Primorum quinque seculorum Episcopi.

Linus, *de quo sic Martyrologium membraneum vetus metropolitanæ basilicæ S. Joannis;* VI Kalendas Decembris, Romæ Lini Papæ et Martyris, qui primus post Beatum Petrum duodecim annis rexit Ecclesiam Romanam: et ante Papatum fuerat primus Archiepiscopus Bisonticensis. *Sequitur hic auctor vulgarem sententiam, quod Petro* Linus *successerit in summo Pontificatu. At non desunt qui existiment, et antiquiorum testimoniis probari putent, Linum in summo totius Ecclesiæ Pontificatu, non Petri successorem, sed tantum in Urbis Episcopatu Vicarium fuisse: proxime autem Petro successisse in summa Ecclesiæ præfectura Clementem: qua de re alius erit nobis, ut speramus, dicendi locus. Certe* Linum *quempiam prima fidei semina jecisse apud Bisontinos, constans traditio est. An porro hic ipse sit* Linus, *Beati Petri in Episcopatu Romano vel successor, vel Vicarius, dubitare visi sunt ipsimet Vesontinenses, qui cum* Linum *Papam et Martyrem colant die* XXVI *Novembris, non eum primæ classis Officio duplici prosequuntur (quo solent gaudere Ecclesiarum Patroni); sed tantum semiduplici, in quo de Bisontino ejus Apostolatu nec verbum habent, sicut nec Romani in* Lini Papæ *rebus gestis.* F

1 Linus vulgo creditur Episcopus Romanus falsæ Petri successor.

55 *Porro de qualicumque apud nos* S. Lino *Liber S. Protadii,* XI *Kal. Augusti;* Huic Sanctæ (*Mariæ scilicet Magdalenæ*) Linus nostræ Ecclesiæ Episcopus ecclesiam propriam fecit, ad quam ista die procedendo pergimus. *Nec repugnat Guillelmus I Archiepiscopus Bisontinus, asserens in tabulis anno Christi* MCXI, *Indictione* IV *datis, quod ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ* Hugo primus ab imo erexit, ordinem ibi canonicum instituit, facultatibus etiam competenter ditavit. *Hæc enim haud aliud innuunt, quam quod eodem loco, ubi* S. Linus *ædiculam sub B. Magdalenæ nomine fundaverat, postmodum Hugo I augustioris formæ basilicam exstruxit, quam et apposito Canonicorum Collegio honestavit.*

S. Ferreolus Presbyter, etiam Episcopus?

56 II Ferreolus. *Lini Bisontinorum Apostoli labores, longo licet intervallo excepti sunt a Sanctis* Ferreolo *Presbytero, et* Ferucio *Diacono inclitis Martyribus, S. Irenæi Lugdunensis Episcopi discipulis, qui tempore (ut videtur) Aurelii Antonini Caracallæ, novellum*

A vellum ibidem christianæ fidei agrum suo sanguine irrigarunt, circiter annum Christi CCXV: qua de chronologia videsis Vesontionis partem secundam. Certe ad hoc tempus referenda videtur fuga Prisci, et multorum Christianorum, Vesuntione in pagum Autissiodorensem: de qua liber de Gestis Pontificum Autissiodorensium in S. Peregrino. Quod ergo legimus in Libro S. Protadii, XVI Kal. Julii, de Sanctis Ferreolo et Ferrutio Martyribus; Isti sunt per quos ad finem venimus, per quos salutis viam cognovimus, Linum de primi Bisontinorum Apostoli gradu non deturbat; sed tantum nos admonet, Sanctos Ferreolum et Ferrutium rem Christianam apud Bisontinos multum promovisse: et eo impensius quam Linum, quod jactam a se sementem sanguine suo irrigarunt.

57 *Porro quod* S. Ferreolo *Presbytero inter Episcopos Bisontinos locum dedimus, fecimus in primis vetustiorum codicum auctoritate inducti, in quibus Bisontinorum Episcoporum series, inter Linum et Maximinum medio loco* Ferreolum *repræsentat. Fecimus et prudenti ratione: cum enim post Tridentinum Concilium, Sessione 23 Canone 7, dubitare non liceat, quin jure divino, adeoque ex Christi institutione, ordi-*
B *natio Episcopi sit sacramentum, diversum a Presbyteri ordinatione, opinamur tamen cum Petavio, et cum Martinonio disp. 68 de Sacramentis, Sect. 4, prioribus Ecclesiæ seculis, cum nondum Evangelium per omnes orbis tunc cogniti regiones promulgatum esset, neque per omnes civitates ac provincias constituti essent Episcopi, qui ad fidem Christi disseminandam ab Apostolis aut eorum successoribus destinabantur, ut plurimum utroque et Presbyteratus et Episcopatus Ordine fuisse initiatos. Sic in alio nostro opere observavimus,* S. Benignum *Divionensem Apostolum et Martyrem, quia Divio in Lingonibus est, primum censeri Lingonensem Episcopum:* Andochium *Sedeloci in Æduis passum, primum Episcopum Æduorum. Pari ratione* Ferreolus *inter Episcopos Bisontinos, post Linum primus erit numerandus: quamvis in Martyrologiis hi tres, Presbyteri dumtaxat appellentur. Et verisimile est, Episcopos quoque quoad characterem fuisse omnes aut plerosque Apostolicos viros, antiquarum Ecclesiarum fundatores: alioqui certe successores sibi Episcopos, ac ne Presbyteros quidem ordinare potuissent. Neque his objecerit quisquam, videri Episcopos non differre a Presbyteris, eo quod utrique per manuum impositionem ordinentur. Nam præter manuum impositionem ordinatio Presbyteri continet declaratio-*
C *nem quamdam, qua et Eucharistiæ conficiendæ, et confitentes a peccatis absolvendi potestas ei traditur: ordinatio vero Episcopi, præter manuum impositionem, habet quædam verba seu signa externa, quibus Presbyteros atque Episcopos consecrandi, et Confirmationis Sacramentum populis conferendi virtute accingatur. Et hi ritus, tamquam a Christo instituti, ab ipsis Ecclesiæ primordiis usurpati sunt: de quibus qui plura volet Theologos Scholasticos, aut polemicos consulat, et præsertim Martinonium, doctrinæ soliditate ac perspi-*
b *cuitate in paucis illustrem.* b

58 III Maximinus, *consecratus Episcopus circa an-*
c *num* CCXC c.

59 IV Paulinus, *in persecutione Maximiani, circa annum* CCCII *latuit in eremo decessoris ac magistri sui,*
d *sexto a Vesontione milliario* d.

60 V Eusebius *ex discipulo Melchiadis Papæ, circa* CCCXII *duobus annis sedit. Iste Constantinum Magnum,*
e *cœlesti Crucis ostento* e *motum, Christo adjunxit.*

61 VI Hilarius, *a Silvestro Papa creatus Episcopus, ex Diacono Romanæ Ecclesiæ, Bisontinam S. Stephani ædem, primum a Lino fundatam, Reginæ Helenæ Constantini Magni parentis liberalitate novo opere construxit, haud longe ab anno Christi* CCCXXV. *Evocas se ad Superos legitur* XI *Kal. Augusti.*

62 VII Pancratius, *a Julio Papa Episcopus ordi-* D
natus, Synodo Agrippinensi post Consulatum Amantii et Albini (hoc est, anno CCCXLVI*) celebratæ consensit per legatum: in cujus Actis, uti et in quibusdam catalogis* Pancharius *appellatur.*

A FRAN. CHIFLET.

63 VIII Justus, *persequente Juliano Apostata, ad Eusebium Vercellensem Episcopum, amicum suum se recepit, anno (ut putamus)* CCCLXII.

64 IX Anianus, *super corpora Sanctorum Martyrum* Ferreoli ac Ferrucii, *ex improviso reperta, mille et quingentis ab urbe passibus sacram ædem excitavit, Valentiniano et Valente imperantibus, circa annum* CCCLXX. *Colitur Nonis Septembris, ipsa die Inventionis Martyrum.*

65 X Silvester *S. Mauritio, et sociis Agaunensibus Martyribus ecclesiam Vesontione dedicavit. Sepultum opinor in basilica superiore S. Stephani: et cum ea a Walterio, vel ab Hugone primo ampliaretur, translatum cum* Aniano *decessore, in eum tumulum sane pervetustum, qui nunc ad parietem est, prope altare sacelli S. Agapiti. In eo namque tumulo, anno Christi* MDCXXVII, *rogante et præsente me a Dominis Canonicis aperto, inventa sunt duorum corporum ossa prægrandia, promiscue congesta, et loci humiditate putrescentia: atque in ossium cumulo annulus aureus,* E
qui relatus in sacrarium, et de quadam hierotheca suspensus est. Festum S. Silvestri *adscribitur in Martyrologio* VI *Idus Maji: ejus vero et* S. Aniani *communis Translatio, Nonis Junii.*

SS. Aniani et Silvestri translatio.

66 XI Fronimius. *Ita antiquiores et melioris notæ Catalogi, non* Frominius: *et ea vox et Græco deducta* Prudentem *sonat. Sedit sub Damaso et Siricio Romanis Pontificibus, circiter annum* CCCXC f. f

67 XII Desideratus, *patronus est Ledonensium: apud quos sacra ejus ossa in argentea capsa asservantur. Colitur in tota diœcesi die mensis Julii* XXVII.

68 XIII Germanus *quiescit in monasterio Palmensi nobilium puellarum, quinque leucis horariis a Vesontione: passus martyrium ab Arrianis die Octobris undecima, apud Grandefontem vicum, haud procul a Sancto Vito circa annum* CCCVII.

69 XIV Leontius *præfuisse legitur annis* XXX, *et in sacris ædificiis curandis præcipuam operam posuisse. Atque de hoc potius quam de Leontio Foro-juliensi accipiendam putamus epistolam Leonis Papæ I, ad Episcopos per provincias Maximam Sequanorum et Viennensium constitutos* g. g

70 XV Celidonius, *ab Hilario Arelatensi exauctoratus Leonem Papam appellavit, a quo suæ Sedi*
restitutus est anno Christi CCCCXLV, Valentiniano Augusto sextum Consule. *De statu ac toto cursu controversiæ inter Viennensem et Arelatensem Ecclesias, vide sis Petri de Marca epistolam ad Henricum Valesium, quam hic Eusebio suo præfixit* h. *Excepit* Celidonius *brachium dextrum Protomartyris Stephani, a Theodosio Juniore Imp. ad Ecclesiam Bisontinam transmissum: e quo sanguis copiose manans, per aliquot Galliarum Ecclesias pro magno munere distribu-*
tus est i. i

F

h

71 XVI Importunus. *Hunc (ut opinamur) ab Hilario Arelatensi Episcopo in Celidonii destituti Sedem intrusum, S. Leo Papa in ordinem redegit.*

72 XVII Gelmeisilus. *Deficiens iste ad Arrianos e Diptychis expunctus est.*

73 XVIII Antidius *a Crosco sive Croco Alamannorum Rege, apud castrum Ruffeyum, decimo a Vesontione milliario, pro Christi fide interfectus est ad diem* XVII
k *mensis Junii. Porro ex Flodoardo lib.* I *hist. Remensis, cap. 6 et 8. Hincmaro Remensi epist. 5 cap. 17, aliisque scriptoribus constat, uno* Vandalorum *nomine vulgo appellatas omnes exteras gentes, quæ quinto post Christum seculo in Gallias irruperunt. Sic igitur sentio, cæsum* Antidium *in eo Burgundionum bello, quod tale*

Antidius cur videri possit cæsus an. circ. 477 k

A

A FRAN. CHIFLET.

late in Sequanis, Æduis, et Lingonibus grassatum, denique Viennæ Allobrogum, Chilperici et Gundomari cæde conclusum est, circa annum Christi CCCCLXXVII. *Chilperico tum venisse auxilio Alamannos asserunt rerum Burgundicarum scriptores, Guillelmus Paradinus lib.* I *Annalium Burgundiæ, Nicolaus Viguierius in Chronico, Andreas Duchesnius Tomo* I *Burgundiæ, Franciscus Guillimannus de rebus Helvetiorum lib.* 2 *cap.* 8. *Rex illis erat Crocus ex Gregorio Tur. lib.* 1 *hist. cap.* 32 *et* 34; *qui tamen eum non recte ad Gallieni tempora retulit: deceptus (ut videtur) Eusebii verbis, qui in Chronico, ad annum* VIII *Valeriani et Gallieni (circiter annum Christi* CCLX); Alamanni, *inquit,* vastatis Galliis in Italiam transiere.

licet a Turonensi relatus ad an. 270

74 *Sed Croci eorum Regis Eusebius non meminit: meminere autem Acta sanctorum Martyrum, Antidii Vesontionensis Episcopi, Desiderii Episcopi Lingonensis, Valerii ejus Archidiaconi; Florentini quoque et Hilarii, qui passi sunt Seduni in territorio Kadrellensi episcopatus Æduensis, non autem (ut multis visum est) Sedum ad Rhodanum in Vallesia. Sed Crocum hæc Acta appellant Vandalorum Regem; ejusque irruptionem referunt in Honorii et Theodosii conjunctim imperantium tempora, adeoque inter annos Christi*

B

CCCCVIII, *quo incepit Theodosius junior; et* CCCCXXIII, *quo vivere desiit Honorius. Nos in Actis* S. Antidii, *Vandalorum nomine venire putamus Alamannos: quos bello illo Burgundico, haud procul anno* CCCCLXXVII, *Sequanorum, Æduorum, et Lingonum provincias pervagatos esse comperimus: atque ab his cæsum* Antidium *opinamur, Bisontinæ Ecclesiæ traditione compulsi, cujus Antistitum vetusti omnes catalogi Antidium memorant, tertium a Celidonio: quem Celidonium anno* CCCCXLV, *Valentiniano Augusto* VI. *Consule sedisse certis argumentis probavimus. Quod si unus atque idem est Crocus Christianorum persecutor, et peremptor* S. Antidii, *qui postmodum Arelate captus, et meritis suppliciis affectus est, ut et Gregorius Turonensis, et horum Martyrum Acta testantur; consequens est, ut et Privatum Gabalitanum, de quo Turonensis; et Desiderium, et Valerium, et Florentinum atque Hilarium, eodem fere tempore, certe ejusdem persecutionis æstu, qui vix ultra biennium efferbuerit, sublatos esse fateamur.*

75 *Ceterum quæ de* Antidio *memorantur Romam a dæmone, indeque ad suum Episcopatum transvecto, in historia exemplis, non carent: tametsi inspersa sunt adjunctis nonnullis quæ fabulam sapiunt. Ab* Antidio *ad* Nicetium *usque, diu Sedem vacasse admonent Bisontinæ tabulæ: hoc est, Episcopos eversa urbe, vel ab Arianis occupata, alio loco domicilium elegisse: ita tamen ut suam semper Visontiensium Episcoporum appellationem retinuerint: uti nunc videmus Lausannensem, Genevensem, et Basileensem Episcopos, jam integro amplius seculo a civitatibus suis extorres. Quinque igitur, qui sequuntur, Episcopos ab externis testimoniis restituimus.*

Episcopi orthodoxi seculo 5, fere alibi commemorati

C

ANNOTATA D. P.

Quamquam propositum mihi non fuerit, Chiffletianæ huic de Episcopis Bisuntinis commentationi demere vel addere quidpiam; cum tamen video Auctorem, tanta erga cives suos indulgentia ferre; ut quidquid ab iis quomodocumque creditur, velit verosimile videri, etsi fortassis nec ipse sibi id persuaserit; cogor hic aliqua annotare, ne fortassis imputentur nobis hallucinationes alienæ, ex affectu potius quam judicio scriptæ; aut, si eas in ipso textu corrigeremus, alibi passim crederemur eadem licentia usi.

Si aliquis S. Linus Vesontione fuit Episcopus,

a *Petro revera successisse* Linum *credimus: sed ut idem Vesontione aliquando Episcopus fuerit, nemini qui Vesontionensis non sit, credo unquam persuadendum. Fixa Romæ Cathedra Petrus, quo liberior esset ad opus Evangelii,* ordinavit duos Episcopos Linum et Cletum, qui præsentialiter omne ministerium Sacerdotale in urbe Roma populo vel ad se venientibus exhiberent; *quos deinde etiam successores habuit, uti et Clementem, paulo ante mortem (ut alibi diximus, et eo quem diximus fine) ordinatum. Ante eam ordinationem, vel etiam post, in Gallias* Linum *excurrisse, ut credatur, non sufficit Martyrologii unius minime vetusti auctoritas, in silentio antiquiorum; cum neque Protadius id de nominato a se* Lino *dixerit. Ut autem subsistat veritas Catalogorum, simulque Protadii assertio de* Lino; *sufficiet hujus nominis aliquem seculo* III *Vesontione prædicasse, et Ecclesiam instituisse; ædificasseque oratorium, quod postea ampliori forma restauratum fuerit sub nomine S. Mariæ Magdalenæ: nec enim ante seculum* IV *invenias ecclesias, quas certo possis affirmare alicui Sancto nuncupatas fuisse.*

D

fuit sec 3.

b *De* SS. Ferreolo et Ferrutio *ago ad* XVI *Junii, ubi num.* 8 *de tempore Martyrii disserens, censeo, haud diu post annum* CCXII *accidisse, quæ etiam Chiffletii sententia est. Neque dubitare, velim quin ipsorum prædicationi merito accepta retulerit Protadius suæ Ecclesiæ exordia; non tamen necesse est, imo nec conveniens, etiam credere, quod illis prædicantibus statim Episcopum habuerit Vesontio: potius dixerim, per illam, quæ sub Philippis religioni obtigit pacem, tum aliis in Gallia Ecclesiis pluribus, tum Vesontionensi prospectum esse, misso Roma Episcopo* Lino; *quo quid factum deinde sit nesciatur; cum ejus neque corpus, neque ecclesia propria, neque specialis cultus, neque aliud quidpiam ad posteros transierit, præter nomen, quod eum fecit cum Petri discipulo confundi. Illi successerit, ex jam ordinari cœpto ibidem Clero,* Ferreolus *aliquis, nomen illud adeptus, ex gratiosa ibidem* S. Ferreoli, Presbyteri et Apostoli, *memoria; nulla autem monumenta post se relinquens alia, per quæ moneremur Episcopum a Presbytero distinguere. Si tamen revera aliquis eo nomine Episcopus fuit: quod nolim asseverare.*

E

item si Ferreolus aliquis, diversus a Presb. Martyre fuit:

c *Sicuti in* S. Maximini *sacello, quod sexto ab urbe milliario distat, non alio die Sanctus ille colitur quam* 29 *Maji, quando est dies* S. Maximini Trevirensis; *ita vereor, ut ab hoc diversus ille sit.*

Pro Maximino et Paulino melius 3 loco ponetur S. Antidius.

d *Fuerit ibi revera aliquis ejus nominis Eremita: sed longe posterior quem vulgi imperitia eodem modo confuderit cum Trevirensi Episcopo, quo ad se* Maximinum *traduxit: de quibus plura vide in Analectis post hujus Acta num.* 15: *utque a* Lino, *primo circa annum* 250 *noti nominis Episcopo, ad Hilarium usque habeatur series non interrupta, post illum ponatur* S. Antidius, *martyrizatus sub Croco, circa an.* 270: *huic successerit* Ferreolus, *Ferreolo* Eusebius, *de quo mox.*

F

e *De hoc argumento Diatribam particularem edidit paulo ante mortem Chiffletius, quam examinavi agens de Constantino ad* 21 *Maji, cap.* 4; *ubi ostendi, nullam alicujus* Eusebii *pro hoc tempore antiquiorem notitiam inveniri, quam in apocryphis inventæ Crucis Actis, et quidem ut Romani Pontificis: quod autem revera Vesontione fuerit Episcopus hujus nominis, malim solis Catalogis, licet tanto recentioribus, credere, quam operosius contra disceptare.*

An aliquis Vesontione Eusebius

f *Habet hic communem cum* S. Silvestro *cultum ad diem* X *Maji.*

g *Huc spectat titulus cap.* 12 *Illustrationum Jurensium parte* 1 *Sacrarii Jurensis: quod Caput in MSS. legens, invenio totam probationem in eo consistere, quod Epistola illa scripta esse sciatur anno* 445, Leontius *autem Forojuliensis (cui Baronius aliique, et novissime Quenellius, eam laudem adscribunt, quod ipsi tamquam omnium Gallicanorum Episcoporum ordine consecrationis*

Primatialis in Synodo contra Hilarium auctoritas, oblata Episcopo Senatori a S. Leone Papa an. 445

A *nis seniori, delatum S. Leo voluerit honorem Primatus seu Patriarchatus, Arelatensi ademptum) certissime obiit anno 432 vel 431. Siquidem eo defuncto, optavit Clerus ex Lerinensi monasterio Abbatem ejus S. Maximum; qui tunc quidem fugiens se occultavit evasitque honorem; sed paulo post effugere non potuit quominus ordinaretur Regiensis Episcopus, quod factum esse constat an. 433. Constat etiam Leontio isti suffectum Theodorum subscripsisse actionibus Synodalibus anni 439 et 449. quemadmodum nuper ostendit amicus noster Josephus Antelmius, in eruditissima sua de Forojuliensis Ecclesiæ initiis Dissertatione, edita an. 1680. Quamquam autem idem* S. Leontium *putet*, Confessorem *Forojulii obiisse* XVI *Novembris; post hunc autem, mediante Theodoro, fuisse alium* Leontium, *qui sub Evarico Rege Visegothorum, annuis excursionibus Provinciam infestantium, captus deportatusque in Africam, ibi Martyr obierit* I *Decembris post annum 446; nihil tamen id facit ad rem præsentem, ubi inveniri debet aliquis* Leontius, *senex Episcopus, qui sederit anno 445. quando scripta est Epistola. Restat ergo quærendum, an locus eo anno sit* Vesontionensi Leontio; *non apparet autem quomodo, si is ordinatus circa annum 407, solum præfuit annis 25, cum quibus recurritur ad annum duntaxat 432. Vidit hoc Chiffletius loco prædicto: sed hoc se eximit creandi, certo sibi persuadens, successorem* Leontii *Celidonium, ipsum esse, quem præter juris ordinem deposuerat Hilarius, ideo ad Romanum judicium protractus; et quem Leo per prædictam Epistolam restitui jussit.*

non Leontio Forojuliensi pridem mortuo,

B

sed verosimilius Vesontionensi.

h *Contra ego, in addendis ad* 5 *Maji de S. Hilario num.* 15, *censui, prorsus diversum illum* Celidonium *esse, cujus Sedes ad Viennensem Provinciam, tunc adhuc Hilario subjectam, pertinuerit; quod de Vesontione dici non potest. Id autem minime peregrinum videbatur, cogitanti quam multorum ejus temporis Episcopatuum Antistites sine nomine nos lateant, quam multi item inveniantur nominati Episcopi absque indicio certæ Sedis, quam tamen certam habuisse eos oportet. Talem esse* Celidonium, *ab Hilario depositum, a Leone jussum restitui, ipso quo* Leontius *Vesontionensi Ecclesiæ adhuc præerat tempore, et aliquamdiu ante alterius* Celidonii *ordinationem mortuum, tanto nunc verosimilius existimo, quanto majores in angustias cogi Chiffletium hic video: qui ut* Celidonio *suo locum Vesontione inveniat anno 445, nec tamen decessorem ejus* Leontium *privet honore, ipsi per Leonem delato; comminiscitur, hunc jam inde ab anno circiter*

Leontii successor Celidonius

C 432 *onus Episcopale transtulisse in* Celidonium, *suo jussu et loco ordinatum: quo non obstante perrexerit ille* Episcopus *dici, et ut talis fuerit a Leone electus, qui titulo senectutis ceteris omnibus Episcopis præsideret in Synodo, atque ita deinceps* Senior Episcopus *Primatis titulo ac jure uteretur: quæ omnia quam sunt ab usu remota, tam debent videri a verosimilitudine aliena, in eo qui ultro omnem Episcopalem jurisdictionem supponitur abdicasse. Quomodo enim in Episcopos jus accipiet, qui nec in laicos quidem, olim sibi subjectos, ullum habet? Quin ergo potius credatur vixisse in Episcopatu Vesontionensi* Leontius, *nec tamen pro Primate se gessisse, novitatem istam transferendi a Sede in Sedem Primatus non recipientibus Gallicanis Episcopis, nec postea multis annis superfuisse. Fortassis autem ubi legitur* Leontius *annis* XXV *præfuisse, legi debeat* LXV: *sic enim habebatur grandis illa in Episcopatu ætas, cui Leo tam insolitam prærogativam designabat.*

diversus ab eo qui contra S. Hilarium appellavit ad Leonem PP.

i *Leone nusquam* Hilarium *accusante, de superordinatione ejusmodi attentata; cur gratis novo eo crimine gravatur* Hilarius, *simul et injuria irrogatur* Importuno? *quod ne quidem faciendum erat, etiamsi decessor ejus* Celidonius, *revera depositus restitutusque fuisset; cum potuisset illi post restitutionem mortuo successisse; sed electione minus Canonica vel Simoniaca, ob quod expunctus e diptychis fuerit; aut etiam depositus, si aliqua est censura Catalogi, in eaque fundata expunctio nominis: quod de ceteris quoque intelligi debet, qui* Pseudo-Episcopi *in dicto Catalogo notantur.*

D

A FRAN CHIFLET

k *Nos de eo agimus cum Romano Martyrologio 25 Junii, et quia durum nobis videtur Gregorium erroris arguere malumus* S. Antidium *sub Chroco Rege Alamannorum, quos alias libuit* Wandalos *nominare, Martyrem una cum tot aliis Sanctis, referre ad an. circiter 270 proximo loco post* Linum; *nec tamen negabimus Vesontionensibus* Antidium *aliquem juniorem, qui juxta eorum Catalogos tertius post Celidonium sederit, seculo* V *cadente; eadem facilitate, qua duos* Leontios, *et quidem Sanctos ambos, indulgemus Forojuliensibus, ac tertium inter utrosque medium ipsismet Vesontionensibus, non alio quam Catalogorum suorum fundamento nixis; sicuti iisdem etiam tribuere volui, ut seculo tertio Episcopos habuerint* Linum et Ferreolum, *diversos a vulgo notissimis nominum istorum Sanctis.*

Antidius aliquis, diversus a Martyre

§. II Episcopi qui seculo VI præfuerunt usque ad S. Nicetium, ubi de Privilegio Medardino.

E

AMANTIUS. *Sanctum Lauthenum, duorum in diœcesi Bisontina monasteriorum fundatorem, jam quinquagenario majorem, consecravit Presbyterum* Amantius Antistes, *ut habet proba et antiqua hujus Vitæ. Quidni Episcopus Desatinus, cum alteri in ejus diœcesi secundum Canones minime id licuerit?* Amantium *autem hunc ipsum esse suspicor, de quo sic Epternacense pervetus, et alia passim Martyrologia;* Pridie Nonas Julii, Nividuno Amantii Antistitis: *et fortasse Nividunum, seu Civitas Equestrium ad Lacum Lemanum, deleta, vel ab Arrianis obtenta Vesontione, Bisontinorum Episcoporum orthodoxorum Sedes fuit.*

10 *Amantius S. Lautheni ordinator*

77 *Jam Amantii Episcopatum hunc ex Lautheni Abbatis chronologia agnosce. Obiit Lauthenus (ut habet ejus Vita) septuagenarius, Kalendis Novembris, feria quinta, eo anno quo S. Gregorium Lingonensem Episcopum, Geneva revertentem, obvium habuit, ab eoque de imminente sibi obitu admonitus est. Hic annus littera Dominicali G notatus fuit: nec alius esse potuit quam* DXII, *vel* DXVIII, *vel* DXXIX, *vel* DXXXV. *Deduc ab horum numerorum quolibet anno viginti, incides in annos* CCCCXCII, XCVIII, DIX *et* DXV: *quorum aliquo Lauthenus quinquagenarius ab* Amantio *Episcopo Presbyter consecratus est: semperque antecedes annum* DXVII, *quo* Claudium *Vesontio Episcopum habuit. Cum autem alibi ostenderimus, fuisse olim Nividuni Sedem Episcopalem, in provincia Sequanorum quintum, eamque cum Lausannensi, Basileensi, et Bellicensi, Bisontinæ metropolis Suffraganeam; conjectura est non levis, illam ortum habuisse ab Archiepiscopis Bisontinis; qui cum in ea per non paucos annos degissent, reversi postliminio in suam metropolim, proprios Episcopos ibi constituerint, aut a Romano Pontifice constitui curarint: quos ultra annum Christi millesimum, et saltem usque ad Hugonis primi tempora ibi constat perstitisse. Hujus rei vestigium superest. Nividunum exinde feudum Archiepiscopi Bisontini, et Genevensi diœcesi adjectum.*

ante an. 517

F

verosimiliter Nividuni tunc residens.

78 XX CLAUDIUS *subscribit Concilio Epaonensi,* Agapito Consule, *anno* DXVII: *et alteri Lugdunensi, in causa Stephani, eodem vel potius sequenti anno celebrato. Quod ait Sirmondus in Epistolam* XVII *Aviti Viennensis, Claudium Episcopum Vesontionensem sepultum fuisse in S. Eugendi monasterio, eique postea cessisse veterem a S. Eugendo appellationem, cave de isto Claudio accipias cum Sammarthanis. id enim*

de

A FRAN. CHIFLET.

A *de* S. Claudio *ejus nominis secundo est intelligendum.*

79 XXI URBICUS *interfuit Synodis, Aurelianensi quintæ, et Arvernensi secundæ anno* DXLIX.

80 XXII TETRADIUS. *Ab hoc missus Cæsarius Presbyter anno* DLXVII, *Lugdunensis secundæ Concilii decreta sanxit. Et conjectura est, hunc ipsum esse* Tetradium *Episcopum, qui sub annum Christi* DLX *subscripsit Synodo Parisiensi secundæ, proxime ante Vincentium Bellicensem.*

81 XXIII SILVESTER II *trium Conciliorum Canones suo chirographo firmavit; Parisiensis* IV *anno* DLXXIII; *Matisconensis* I, *anno* DLXXXI; *Matisconensis* II, *anno* DLXXXV.

Obtruditur his Vitalis ex Privilegio Medardino,

82 VITALIS *Commentitius Episcopus hoc loco ætate nostra inculcatus ut* Vesocensium, *sive (ut habent quædam editiones)* Vesoncensium Episcopus, *ex Privilegio Gregoriano monasterii S. Medardi Suessionensis: de cujus Privilegii fide acriter hactenus disputatum est. Illud propugnavit adversus Launoium Robertus Quatremaires Congregationis S. Mauri Monachus Benedictinus, cujus ego in causam propensus hoc primum observavi; non eo abrogandum esse hoc diploma Gre-* B *gorio Magno, quod quamvis in omnibus Registri Gregoriani editionibus reperiatur, nullus tamen (quod sciam) illud exhibet manuscriptus codex, dempto uno S. Victoris Parisiensis, quadringentorum ad summum annorum ætatis, ut monet Gussanvillæus tomo secundo Pag* 1144. *Gregorii sui, quem a se recensitum Notisque illustratum nuper edidit: non tamen inde sequitur numquam illud a Gregorio emanasse; sed dumtaxat, quod vulgato ejus Registro inclusum non fuerit a primis ejus collectoribus, sive quia illis ad manum non erat, sive alia ex causa. Nos enim vidimus in veterum Ecclesiarum archivis, rescriptorum autographorum ingentem numerum, Gregorii VII, Callisti II, Innocentii III, et aliorum cujusque ætatis Romanorum Pontificum, quæ non apparent in eorum Registris.*

non ideo reprobando quod in uno solum MS inveniatur,

non etiam quia subscripserint non præsentes aut postea nati,

83 *Deinde, non est necesse ad tabularum fidem, ut omnes illis subscripti, ad eas chirographo suo adprobandas simul convenerint, quando primum sunt confectæ; cum potuerint a multis et loco distractis, et tempore posterioribus subscribi: factumque id constet quamplurimis exemplis, illorum maxime diplomatum quibus omnia aut saltem præcipua Monasteriorum privilegia continentur. Hujus moris specimen habes in Probationibus Historiæ Tornutiensis, Pag.* 215, *ubi Remigius Lugdunensis Archiepiscopus, Isaac Lingonensis Episcopus, et Gerbaldus Episcopus Cabilonensis, qui anno* C *Christi* DCCCLXV *ad consecrationem Adalgarii Æduensis Episcopi convenerant, egregio rescripto bona Tornutiensis monasterii et jura confirmant, adduntque ad finem;* Harum itaque sanctionum evidentissimam confirmationem, manibus sacrorum præsentium Pontificum subternotatam, absentium quoque Consacerdotum nec minus idoneis stipulationibus, per Christum, et cum Christo fulciri postulamus. *Ergo post quatuor illos qui præsentes fuerant, subscripti sunt promiscue alii duo et quadraginta, ex quibus nonnullos multis post annis vixisse certum est; puta* Aurelianum et Guidonem *Archiepiscopos Lugdunenses*, Ericum *quoque Lingonensem,* Rotmundum *Eduensem, et* Ildebodum *Cabilonensem Episcopos. Ejusdem methodi habemus Privilegium Monasterii S. Benigni Divionensis, datum ab Isaaco Episcopo Lingonensi, mense Majo, Indictione* V, *anno* XXXII *Karoli Calvi Regis, Christi* DCCCLXXII, *quod his verbis concluditur;* Et ut hoc Privilegium nostræ constitutionis, firmum et stabile per succedentia tempora permaneat, manu propria subter firmavimus, et Coepiscopos nostros, ac totius regni Regis nostri subscribere petivimus. *Quare, subscribunt post* Isaacum *Lingonenses Episcopi,* Geylo, D Warnerius, Argrimus, Bruno, et Lambertus, *qui Sedem eamdem alii ex aliis per ducentos fere annos occuparunt. Quod si veterum Conciliorum subscriptiones ad eamdem normam explores, aperta erit via qua Sardicensis, Agrippinensis, Aquileiensis, aliarumque Synodorum epochas cum Præsulum subscriptorum ætate concilies. Hoc igitur posito, tabulis anno* DXCIII *confectis subscribere potuerunt* Augustinus et Mellitus, *post aliquot exinde annos ordinati Episcopi.*

(id enim multis certissimis tabulis contigit ex voluntate eas fieri jubentium)

aut quia Theodorico adscribitur in regno non suo,

84 *Præterea non probatur nobis quod Medardino privilegio nonnulli opponunt, frustra in eo mentionem fieri* Theodorici Regis, *cujus extra ditionem erat Suessio pars Austrasiæ, quæ Theodeberto ejus fratri ob venerat. Erant enim hi duo fratres adhuc pueri, nec eorum regia auctoritas, sed tantum pia intercessio hic requirebatur. Potuit ergo avia eorum Brunichildis, quæ in Theodoricum propensior erat, illius uti nomine, ut Francos omnes ei conciliaret, velut in S. Medardum communem Patronum, ejusque alumnos, quamvis extra regnum suum positos, pie affecto. Minus etiam me movet quod objicitur, Medardini privilegii fabricatorem pleraque mutuatum esse ex epistola Gregorii Magni ad Senatorem Lib.* XI *Epistola* X, *qua Augustodunensis Xenodochii Privilegium continetur. Nihil enim vetat quo minus idem Notarius iisdem sit usus formulis in* E *utroque Privilegio, quod Brunichildis ejusdem Reginæ interventu a Pontifice Romano concederetur. Nec plus habet momenti quod obtendunt nonnulli, numquam vel Brunichildem, vel nepotem ejus Theodoricum Romæ fuisse versatos, ut S. Medardi monasterio Privilegium vel ibi peterent, vel ibidem ei subscriberent. Petere enim illud potuerunt per Legatum, eique Romæ dato, postmodum in Galliis vel sua vel Cancellarii sui manu subscribere.*

nec Romæ fuerit Theodoricus;

aut quia aliorum Monasteriorum Caput declaratur Medardinum,

85 *Denique damnare nolim clausulam, qua Gregorius Magnus statuisse dicitur ut S. Medardi Monasterium,* Caput esset monasteriorum totius Galliæ. *Hoc enim jam ante ipsum sanxerat Joannes Papa tertius, dato rescripto* in Ecclesia sancti Silvestri, quinto Idus Martii, Indictione decima, *cui annum Dominicæ Incarnationis quingentesimum sexagesimum secundum, in apographo quod solum superest, recentior quispiam adjecit. Refert hoc diploma, ex Melchioris Reginaldi Historia Suessionica, Carolus le Cointe Tomo* II *Annalium, anno Christi* DLXII, *numero* L, *et immerito falsitatis damnat; cum præter pauca menda a librario, et annum* DLXII, *prisco illi ævo minime convenientem, nihil non authenticum præ se ferat. Danieli Abbati, Rege Clotario suadente, concessum dicitur: quo nihil apparet verisimilius. Adhuc enim in vivis erat Clotarius, qui secundum Gregorium Turonensem, a Clodo-* F *vei patris obitu annum attigit regni primum et quinquagesimum: pronumque est existimare, id privilegii, quod erat mixti juris, vel a Rege indultum, vel apud Joannem Papam procuratum, sive S. Medardi amore et reverentia, quem privatim noverat; sive quod in ejus basilica, apud ejus Reliquias sepulturam sibi delegisset, aut Monachorum vel Canonicorum ibi degentium consuetudine delectaretur.*

ratione præcellentiæ illi concessæ

86 *Certe Capitis titulus Prioribus seculis, triplici ratione videtur Ecclesiis seu Monasteriis fuisse collatus: prima originis, secunda dependentiæ, tertia* προεδρίας *seu præcellentiæ in confidendo aut præcedendo in comitiis, publicisque aliis vel concursibus vel occursibus. Origine Caput fuit Luxovium, multorum quæ ab eo derivata sunt Monasteriorum de Regula S. Columbani, in Burgundia, in Belgio, in Germania, in Longobardia. Sic et Jurense S. Augendi, seu S. Claudii Monasterium etiammum* Caput Ordinis *appellant, quot alia plurima ex eo ab antiquissimis temporibus propagata esse affirmet auctor Vitæ S. Romani, numero* IV *his ipsis verbis;* Cœperunt exinde venerabilia Patrum examina, velut ex refecto apum alveario, Spiritu sancto

A sancto ructante diffundi : ita ut non solum Sequanorum provinciæ loca secretiora, verum etiam territoria multa longe lateque spatiis distincta terrarum, divinæ sobolis diffusa gratia, Monasteriis atque Ecclesiis replerentur. Dependentiæ ratio, nunc late cernitur in omnibus religiosis Ordinibus, monarchice administratis, et uni Generali Præposito tamquam Capiti suo subjectis. Harum duarum Capitis prærogativarum, quia vestigium nullum in S. Medardi Monasterio agnoscimus; tertiam, quæ est προεδρίας, tum regia, tum Pontificia auctoritate collatam ei fuisse opinamur, quæ mutato rerum statu paulatim evanuerit.

sed ex aliis sex capitibus inexcusabilibus

87 Hæc pro S. Medardi religiosis alumnis dicta sunto. Sed alia certe sunt quæ vulgati eorum Privilegii fidem elevant, non pauca. Primum, quod ei subnotetur annus ab Incarnatione Domini DXCIII præter illius ævi morem; cum in toto S. Gregorii Registro ne uni quidem ejus Epistolæ annus Christi legatur subscriptus. Secundo, quod concessum dicitur anno DXCIII, ad petitionem Theodorici Regis : qui, secundum veram chronologiam, regnare cœpit ex anno duntaxat Christi DXCVI, post mortem patris sui Childeberti Junioris. B Tertio, non potuit ei Privilegio subscribere Flavius Remorum Archiepiscopus, quem longe ante annum DXCIII e vivis abiisse, apparet ex Flodoardo, et ex antiquis Remensis Ecclesiæ tabulis.

præsertim ob nominatum ibi Eutherium Ep. Arelat. pro Etherio Ep. Lugdunen.

88 Quarto, Eutherius Arelatensis Archiepiscopus nullus fuit. Ætherius sive Etherius, cui Augustinum Gregorius commendavit, ut eum et benigne haberet, et Anglis Episcopum ordinaret, fuit Episcopus Lugdunensis. Ideo Ætherium pro Licerio Arelatensi scriptum a Beda, non recte, monuit Petrus Saxius in Pontificio Arelatensi; cum constet positum ab illo Ætherium Arelatensem pro Ætherio Lugdunensi. Bedæ hunc errorem notarunt Baronius in Annalibus, et Sirmondus Tomo I Conciliorum Galliæ, cui sic ille adhæsit, ut libro I de gestis Anglorum, cap. 28 Etherio in Episcopatu Arelatensi Virgilium successisse scripserit. Post Bedam proximo seculo, in eumdem lapidem impegit Joannes Diaconus in Vita Gregorii Magni, lib. 2 cap. 35 et 36. Bedæ offendiculo fuit Nothelmus Presbyter, qui de scrinio Ecclesiæ Romanæ, Gregorii hanc epistolam illi exhibuit, ut hic testatur in Præfatione ad Ceolvulfum Regem. In epistola Gregoriana, nihil est vitii, sed in ejus interpretatione. Ad Etherium pro Augustino scribit Gregorius : hunc male Arelatensem credidit Nothelmus, qui fuit Lugdunensis. Sole clariora sunt ista ex accurata chronologia, hinc Sapaudi, C Licerii, et Virgili Arelatensium Præsulum, inde Prisci, Ætherii, et Secundini Lugdunensium, quam tradunt Gregorius Turonensis, Gregorius Magnus, et Fredegarius, præclare inter se concordes. Piget hic diutius immorari. Quinto, ignotus est Vitalis Episcopus Bisontinus tempore Gregorii Magni. Fuit enim eo longe recentior Vitalis Archiepiscopus Bisontinus, qui obiit XI Kal. Septembris, anno MCCCXXXIII, cum sedisset ex anno MCCCXII : qui nec postmodum Privilegio subscripsit, cum in codice Victorino quadringentis abhinc annis ei subscriptus legatur Vitalis Vesoncensium Episcopus : qui si quis unquam fuit, potius fuisse videtur Vasensis seu Vasionensis Episcopus, inter Arthemium et Petronium reponendus, prætermissus a Joanne Columbi in hujus Sedis Antistitum Catalogo, quem nec integrum, nec perpetuum esse ipse agnoscit. Verum si fictitius est hic Vitalis, non est illi quærenda Sedes, nisi commentitia, in corpore Lunæ reponenda in novo mundo, quem novi Philosophi inter amicos suos liberaliter partiti sunt.

et Vitali Bisontino,

nonnullisque ineptissimas formulas

89 Sexto, sunt quædam clausulæ in corpore vulgati Privilegii, quæ nec Magni Gregorii genio, nec veterum diplomatum stylo congruunt. Ipso initio; Pretiosissimis lapidibus, in diademate Christi merito renitentibus, omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ membris D etc. In cursu; Auctoritate igitur divina, vice beati Petri Apostolorum Principis, consensu omnium Romanorum Pontificum, et voluntate totius Senatus Romani, suadente nobis viro apostolico Anserico Suessorum urbis Pontifice, et omnium favente Galliæ Episcoporum judicio, decernimus etc. Omnia hic nutant. Ecquis enim, amabo, Romanus ille Senatus, cujus voluntate Privilegium Medardinis conceditur? Ubi consensus ille Romanorum omnium Pontificum? ubi omnes Galliæ Episcopi faventes? Declamatoria sunt ista, et interpolatoris imperiti tumidiorem ostentationem præ se ferunt. Adhæc Ansericus, qui interfuisse legitur ei Synodo, cui præfuit Sonnatius (apud Flodoardum lib. 2 Hist. Remensis, cap. 5) nondum erat Suessionis Episcopus anno DXCIII, ut ex Droctigisili, Tandulphi, et Landulphi decessorum ejus Chronologia intelligitur. Potuit ergo privilegio Medardino subscribere longe post annum DXCIII, sed ad illud obtinendum hortator aut suasor esse non potuit. Cetera non attingo, de quibus admonuere alii.

A Fran. Chiflet.

90 Nolim tamen idcirco dicere, aut etiam existimare, usque adeo oblitos fuisse instituti sui Monachos Suessionenses, ut indebita Privilegia sibi arrogare, corruptisque E Pontificiis tabulis sibi vindicare unquam ausi sint : neque dubito, quin verum Privilegium Gairaldo, monasterii S. Medardi Abbati, a Gregorio Magno concessum fuerit : id enim persuadent Rothardus Suessionensis Episcopus, et expressius Eugenius Papa secundus, uterque sub initia Ludovici Pii Imperatoris. iis verbis quæ ex veteri Registro refert Robertus Quatramaires in Propugnatione Privilegii Medardini, pagina 135 et 136 : ubi statuit Eugenius Pontifex servari privilegia, quæ per deprecationem Clotarii Regis, Dominus Joannes Papa Danieli Abbati, et bonæ memoriæ Gregorius Gairaldo Abbati Basilicæ sancti Medardi, per deprecationem Brunechildis, ac nepotis ejus Theodorici, ipsi loco indulserunt. Sed opinamur, cum Joannis tertii, et Gregorii Magni Privilegiorum tabulæ primariæ vetustate exesæ, ac pene consumptæ essent, deque iis per apographa servandis deliberaretur; illas licentius interpolatas fuisse ab iis, qui verum jus falsa scriptura tueri licitum esse arbitrarentur : quæ sententia periculosa, et nunc (extra rarissimos quosdam casus) omnium pene Doctorum calculo damnata est. Hujus interpolationis certissimas notas indicavimus. Nec vero idcirco traducendos putamus religiosos viros, velut totius fidei publicæ adulteratores. Longe enim aliud est, jus indebitum tabulis commentitiis sibi quærere velle; aliud, jus verum et jam F partum, cujus tabulæ vetustate aliove casu perierint, ficto vel interpolato scripto velle sibi tueri. Hoc perraro hactenus factum deprehendimus in plurimarum Ecclesiarum quæ evolvimus archivis, et sua potius servandi quam aliena invadendi cupiditate. Ideo condonandum censemus, et priorum temporum simplicitati magis quam nequitiæ adscribendum : præsertim cum ejusmodi interpolatæ scripturæ adeo plerumque incaute adornatæ sint, ut prudenti cuique, et in observandis chronicis characteribus vel leviter versato, seipsas prodant, ac suis auctoribus vel propugnatoribus plus molestiæ et pudoris quam utilitatis creent.

Potest tamen supposititium istud verior: amisso substitutum fuisse,

licentia pro illo tempore excusabili

ANNOTATA. D. P.

Extrema hæc Chiffletii admonitio, plane ex sensu nostro scripta, signanter meretur nostro quoque commendari suffragio, quibus in hoc opere sæpe contigit in dubium revocare sinceritatem quarumdam tabularum, a nobilibus et pervetustis Ecclesiis ostentari solitarum. Prima etiam capita, ad excusationem Medardini Privilegii factura, si non obstarent alia evidentiora suppositionis

A. FRAN CHIFLET.

A tiones argumenta, congruunt cum dictis a Mabillone in præclarissimo de re Diplomatica opere, et usui post hac frequenti erunt; facientque ut in talibus censurandis parcior sim, quam fui in Propylæo antiquario ante Tomum 3 Aprilis, multæ correctionis egente. Nec ea tam ingenua confessione, puto quidquam decedere operi nostro apud Eruditos, multum autem eidem accessurum post Junium hunc editum recognoscendo, ex scientia rerum et experientia notarum, falsa a veris, dubia a certis distinguentium, tanto tunc majori futura, quanto plus temporis positum in tali studio fuerit.

Interim ex notatis ad §. I, et ex Chiffletii ipsius confessione in hujus 2 § Episcopis, Catalogo vetustiori adjiciendis, liquere existimo; Episcoporum Bisontinorum nomina et ordinem, usque ad Nicetium; ex Catalogis tam defectuosis parva cum certitudine peti, nisi cum ea habetur ex certioribus antiquioribusque documentis.

§. III. S. Nicetius ejusque successores usque ad seculum XI, ubi de Vita S. Megetii, atque usu Pallii per Macarium Hierosolymitanum eidem confirmato, et Claudio II.

B NICETIUS, monasterii Luxoviensis, anno DXCI fundati altaria consecravit. Deinde post annos viginti, nempe anno DCXI exulantem S. Columbanum semel atque iterum Vesontione perhumaniter excepit. Sepultus est in Ecclesia S. Petri, olim suburbana, nunc vero mediam urbem obtinente. Unde explices quod in ejus Vita legitur extra muros sepultus; nempe extra muros, et in suburbio civitatis; non autem extra muros Ecclesiæ, ut nonnullis alias visum. Colitur ad VI Idus Februarii.

92 XXV PROTADIUS Clotario II Galliarum Monarchæ carus fuit in paucis, circa annum DCXX. In S. Petri celebre est ejus festum die X mensis Februarii. Inter cetera quidem hujus beatissimi viri adscribitur laudibus (ait ejus Vitæ auctor) quod dubitantibus Clericis inter se de diversis Ecclesiarum usibus (rogante bonæ memoriæ Stephano sanctæ matris Ecclesiæ Beati Joannis Evangelistæ, et Haymino Sancti Stephani ejusdem civitatis Decano) libellum ediderit, in quo ad separandum omne ambiguum hæc scripta reliquerit, quid in conventu Fratrum agi conveniat: quid tenere Ecclesiam, quidve vitare oporteat: quot sacri Ordinis ministros festivi dies habeant: quo, et quando pro- C cessiones fiant: quo tempore totius urbis congregationes ad matrem Ecclesiam conveniant: quidquid etiam agendum sit per anni circulum in Ecclesia, sancta ejus edocuit posteros industria. Superest hic liber in sacrario basilicæ S. Joannis, cui titulus Ordo Canonicorum, cum præfatione Protadii Archiepiscopi ad Stephanum Decanum: sed cum in contextu fiat mentio Amalarii, Caroli Calvi, et Hugonis primi, vel hinc apparet fuisse hoc opus a recentioribus interpolatum. Quia tamen non uno loco præscribit nudipedales supplicationes, et de antiquo Urbis statu, ac Bisontinæ veteris Ecclesiæ religione multa colligit ad memoriam utilia; et quod unicum in membranis restat ejus exemplar, vetustate in dies deteritur, operæ pretium duximus, illud hoc in volumine repræsentatum ab interitu vindicare.

D. P.

Ita quidem hic scripserat Chiffletius, sed in Præliminari totius operis designatione nullam ejus mentionem faciens, incertum nobis reliquit, an mutata postea mente ipsum alteri cuidam volumini servare decreverit. Nolumus Claudianas hasce Illustrationes, satis superque prolixas, nova illa nihilque ad S. Claudium spectante accessione prolixiores facere. Aptior fortassis illi libello in lucem proferendo locus obtinget, ante Tractatum aliquem præliminarem de Festis Dominicis D Græcorum, quem Joanni Jacobo Chiffletio Petri Francisci fratri referemus acceptum.

93 XXVI DONATUS, precibus S. Columbani, Waldaleno Burgundiæ Duci et Flaviæ parentibus divinitus concessus, cum Luxovii adolevisset, datus est Bisontinis Archiepiscopus post Protadium: sic enim plures, et vetustiores ac melioris notæ Catalogi; cum alii Nicetio Donatum proxime successorem ponant, qui etiam error in S. Donati vulgarem Vitam manavit. Firmatur autem hic ordo noster, ex eo quod Migetium (cui Donatus decessit) constat quædam immutasse in Ecclesia sua, quæ a Protadio constituta fuerant; ut in Migetio refert anonymus S. Pauli Canonicus. Porro Donati Bisontiensis Episcopi adhuc viventis, Jonas in Columbano, et Sancti Agili, ex monacho Luxoviensi Resbacensis Abbatis, Vitæ auctor meminere. — *S. Donati Regula ad Moniales*

94 Scripsit pro Monialibus Regulam, Donati vulgo dictam, apud Benedictum in Concordia: et Commonitorium ad Fratres Pauli et Stephani: quod in Codice Regularum non recte inscripsit Holstenius: Sanctorum Pauli et Stephani Abbatum Regula ad Monachos; Smaragdum secutus in cap. 23 Regulæ S. Benedicti, ubi conscriptam eum dicit a Paulo et Stephano Abbatibus. Verum Donatus, ut opinamur, hoc E Commonitorio, et S. Stephani Canonicos tum regulares, et S. Pauli a se fundatos Monachos, ad regularem disciplinam pariter instituit, ut ex ejus Vita colligitur. Exstruxit Ecclesias Bisontinas S. Pauli et Sanctæ Mariæ Jussani monasterii, adjuvante matre Flavia, quæ ibi sepulta est. Hæc posterior, ævo nostro Patribus Minimis cessit. Colitur cum cognomine Episcopo Aretino et Martyre septima die mensis Augusti. — *ejusdem Commonitorium:*

95 Sepultum fuisse constat in ecclesia S. Pauli quam fundaverat: translatum vero post aliquot secula in vicinam ædem, quæ ab ipso Sanctus Donatus nuncupatur, Bisontinorum traditio est. In presbyterio Metropolitanæ basilicæ S. Joannis, depicta est ad parietem ejus imago, cui antiqua manu subscriptum legitur, Sanctus Donatus Archiepiscopus Bisuntinus, cujus corpus requiescit in ecclesia sua, juxta ecclesiam Sancti Pauli Bisuntini. Quæ hodie extat ædes S. Donati, recentior est Ordine Canonicorum (quem S. Protadii librum vulgo appellant) tempore Hugonis primi Archiepiscopi interpolato, in quo cum ceteræ quæ tunc extabant urbis ecclesiæ recenseantur, de S. Donati ecclesia, nulla prorsus fit mentio. Hæc autem videtur fundata haud multo ante quam Cælestinus Papa III, F Priori et Canonicis S. Pauli concederet, ineunte Decembri anni MCXCIII, sui pontificatus anno tertio, ut in ecclesia S. Donati parochiali, infra claustra ecclesiæ suæ fundata, unum de Canonicis suis, ad ministranda Sacramenta divinaque officia celebranda, instituerent. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur XXV Maji; quæ si primo facta est Dominica die, referenda erit in annum MCLXXXVI, qui fuit septimus antequam cura animarum in Regulares S. Pauli per hanc Bullam transferretur. Quo vero loco, quove in statu nunc habeantur S. Donati reliquiæ, paucis accipe. — *ejusdem cultus et ecclesia*

96 Æstate anni MDCLXX, cum ecclesiæ S. Donati altare primarium loco suo motum esset ut parieti propius adjungeretur; infra illud altare, et sub pavimento Presbyterii apparuit crypta quadrangula, cæmentitia, longa pedem unum regium cum unciis octo, lata pedem et quatuor uncias, alta pedes omnino tres: quam nos sequenti anno LXXI, die mensis Junii decima, præsente et cooperante Illustrissimo Archiepiscopo Petro Antonio de Grandimonte, atque admodum Reverendo Domino Petro Alix S. Pauli Abbate (qui me Divione commorantem ad id spectaculi accersierat) aliisque honoratis viris, apertam diligenter inspeximus. In — *ibidem an. 1671 sub pede altaris reperta corpora,*

A *In ea invenimus ossa, quatuor circiter aut plurium humanorum corporum, vividia et procera pleraque, cum infantilibus tamen nonnullis tumultuarie permixta, ac loci humiditate magnam partem corrupta. Constat enim ex nostris et priorum temporum observationibus, non semel exundante Dubio flumine, S. Pauli et S. Donati ædes aquis redundasse, adeo ut earum accolis alio migrare necesse fuerit, donec in alveis suis resedissent aquæ.*

non fuerunt ibi condita ut corpora Sanctorum.

97 *Nec vero putet quis, hæc ossa quæ infra altaris suppedaneum reposita erant, ad altaris ipsius consecrationem ibi fuisse recondita. Nam proxime sub altaris primario lapide inventa est capsula quadrata, aliquot Sanctorum inclusas habens reliquias, quæ ritu consueto in altaris dedicatione ibi collocatæ fuerunt. Ex quo animadvertere est, etiam ab illis qui annis abhinc fere quingentis* S. Donati *altare consecrarunt, ossium illam congeriem crypta inclusam, non fuisse pro certis et indubitatis Reliquiis habitam. Quamvis ergo verosimile sit, in his ossibus haberi reliquias, non modo S. Donati, sed etiam patris ejus Waldaleni Ducis, et Migetii ac Ternatii Bisontinorum Archipræsulum (quos omnes et sanctitatis fama inclitos, et ad sanctum Paulum sepultos* B *fuisse, ex ejusdem Ecclesiæ tabulis compertum est) quia tamen hæ Reliquiæ, nec a se invicem, nec ab aliis profanis ossibus secerni possunt; ideirco consilium fuit, eadem illa ossa quæ in crypta reperta sunt, diligenter expurgata ac detersa eadem in crypta reponere, grandi saxo imposito, quod hujus inventionis memoriam inscriptum posteris exhibeat.*

licet veros misse sit aliqua esse talia:

quod etiam videntur lumina et cantica nocturna indicare.

98 *Ceterum dum ibi ad aliquot dies versaremur; a viris fide dignis accepimus,* S. Donati *ædem nocte intempesta, clausis ostiis, non raro tamquam permultis accensis facibus undique collucere visam: auditasque psallentium, sive ad altare orantium voces, ac tintinnabulorum strepitus, quales ad certa Missarum intervalla edi solent. Quæ si vera sunt, non temere quis existimaverit, æquissimam et usquequaque mirabilem Dei providentiam, illos honores qui* B. Donato, *aliisque et adjunctis Sanctis, (si eorum Reliquiæ in thecis auro, argento, ac multiplici gemmarum varietate fulgentibus exhiberentur) a religiosis populis impendendi essent, his prodigiis quasi compensare voluisse.*

Ea confusio quomodo facta?

99 *Unde porro illa sacrorum ossium confusio acciderit, nunc disce ex antiquis. Testatur Ado in Chronico, mortuo Eudone Aquitanorum Duce, Karolum Martellum contra ejus filios arma corripuisse, multisque eos attrivisse prælüs. Interim* Sarraceni, *inquit,* pene totam Aquitaniam vastantes, et late alias provincias igne ferroque superantes, Burgundiam dirissima C infestatione deprædantur, pene omnia flammis exurentes: monasteria quoque ac loca sacra fœdantes, innumerum populum abigunt, atque in Hispanias transponunt. Contra quos Carolus iterum expeditionem movit. Quibus forti manu resistens, cæsa inde maxima multitudine, reliquos qui superfuerunt fugere compulit, e quibus pauci evasere. *Mortuus est Eudo Aquitanus anno Christi* DCCXXXV. *Deleti sunt ultimo intra Gallias Saraceni anno* DCCXXXVII. *Ad annum igitur* DCCXXXVI *illa pertinuit Burgundiæ per Sarracenos devastatio: cujus etiam mentio in Actis S. Æmiliani Nannetensis Episcopi et Martyris, Protectoris Augustodunensium vulgo dicti. Canonicus seu Monachus S. Pauli Bisontini, qui seriem Bisonticensium Archipræsulum in Francisco Bustidio conclusit, annis abhinc amplius ducentis, in Gedeone* XXXI *Archiepiscopo hæc habet;* Cujus quidem temporibus, gente aliena, populorum urgente scelere, urbs Crisopolitana combusta, et totus archiepiscopatus adeo vastatus est, quod in principali Sancti Joannis et in Sancti Pauli ecclesiis vix tres Clerici possent sustentari. *Non aliam cladem indicavit hic auctor a Sarracenica, quam tamen minus accurate ad Gedeonis*

an. 736 vastantibus Urbem Saracenis.

tempora retulit. cum ex tabulis Jurensibus constet, D *superstitem fuisse Gedeonem anno Caroli Magni Regis* XXII, *Christi* DCCXC. *Non igitur illam videre potuit Sarracenorum incursionem quæ ad annum pertinuit (uti ostendimus)* DCCXCV. *Ea strage, quæ S. Pauli Ecclesiam involvit, dubium non est quin violata sint Sanctorum ibi sepultorum, adeoque* S. Donati, S. Migetii, S. Ternatii Episcoporum, et Waldaleni Ducis *monumenta: secundum vulgi opinionem, quia thesauri in iis absconditi putabantur. Dissipatis igitur, atque hac illa dispersis sanctorum virorum sacris ossibus, cum ea tempestas pervasisset; qui cladi superfuerant ad sua reversi, disjectas Sanctorum reliquias unum in locum collegerunt: quas deinde, aliquot post seculis exstructa* S. Donati *parochiali ecclesia, in cryptam ejus ædis summo altari substructam congesserunt.*

A. FRAN. CHIFLET. non vero Gedeonis Archiep tempore.

100 *Eadem ex causa evenisse credimus, ut Reliquiæ* S. Eusebii, S. Nicetii, *et aliorum Sanctorum qui in S. Petri tunc suburbana æde sepulti fuerant, cum aliis ossibus per illas Barbarorum grassationes permixtæ et confusæ, medio in choro exstructis in quadrum muris colligerentur, ut fidem faciunt quæ adhuc supersunt inscriptiones duæ: prima summo altari vicinior;* E

Similis etiam alibi facta dissipatio

Sanctorum sepelit Cancellus corpora multa.
Hac igitur causa non suscipit alia.

Altera inferior, in parte opposita:

Multa Sanctorum corpora ibidem sepulta sunt,
Quorum animæ felices in cœlis coronantur.

et collectio sacrarum Reliquiarum.

101 *De* S. Donati *chronologia non una restat difficultas. Interfuit illi Synodo de qua Flodoardus libro* 2 *Historiæ Remensis, cap.* 5, *quam nos anno Christi* DCXXV, *nec prius nec posterius, celebratam fuisse credimus, cum Labbeo æræ Christianæ seculo* VII, *et in hujus Concilii notis. Sanxit etiam cum aliquot aliis Episcopis fundationem monasterii Fossatensis, Idibus Maji Indictionis quintæ, Clodovei II Regis anno quinto; adeoque anno* DCXLVII; *si fides Anonymo, qui S. Baboleni Abbatis Vitam conscripsit. Adfuit quoque Concilio Cabilonensi haud procul anno* DCL. *Et denique memoratur a Joanne Chronographo Bezuensi subscriptus tabulis, quibus Adalsinda Abbatissa, monasterii sui Berziliacensis fundos, fratri suo Waldaleno, Bezuensium primo Abbati, transcripsit, anno primo Clotarii III Regis, Christi (ut ego arbitror)* DCLXI. *Unde apparent Sedis* S. Donati *sex fere et triginta anni. Verum hic annus primus Clotarii III, qua ratione in Chronico Bezuensi jungatur anno Christi* DCLII, *monuimus in tractatu de annis Dagoberti, capite* V.

102 XXVII MIGETIUS *anno* DCLXV, *S. Walberti,* F *Luxoviensis Abbatis, amici sui funus curavit. Huic ille quantum fuerit superstes non constat; tametsi conjectura est diu illum præfuisse, ex multitudine rerum ab eo gestarum, quas pluribus prosecutus est Auctor Vitæ, successoris* Ternatii *Chronicon secutus. Hanc vitam ex Manuscripto codice integram damus, Sanctorum Vitis inferendum; nam et ille Sancti titulo prænotatur in nonnullis Ecclesiæ Bisontinæ Archipræsulum Catalogis, et in veteri Codice ecclesiæ S.-Pauli, quamvis certum diem ejus cultui dicatum nusquam invenerim, ne in Martyrologio quidem proprio ipsius illius ecclesiæ. Vitæ contextus hic est.*

S. Migetii Vita ex MS.

103 Migetius, vir omnis bonæ memoriæ dignus, concordi voto Crisopolitanæ Ecclesiæ Præsul efficitur. In dicta Ecclesia nutritus et ductus, ac secundum morem Canonicorum ad legendum et cantandum satis aptus, se moribus prædecessoris sui conformans, Officio divino insistebat: intus et externus providus, quod invenit, diligenter observavit. Præterea idem Migetius, divina Officia decentius quam prædecessores sui, et consuetudines Ecclesiæ Crisopolitanæ instituit. Verbi gratia; cum B. Protadius hujus Sedis Archiepiscopus electus est, Horæ

Hic instituit quotidianam Missam de B. Maria,

A de beata Virgine Maria in ecclesia non cantabantur, sed finitis Matutinis Canonici in baptisterio ante altare S. Stephani, Matutinas de S. Maria in directum dicebant, et Laudes de omnibus Sanctis: Prima vero, Tertia, Sexta, Nona, et Completorium in ecclesia non dicebantur. Iste autem Migetius voluit, ut Missa Matutinalis cum Tertia præcedente, quæ a prædecessore suo instituta fuerat, cantando ad S. Stephanum ad altare S. Mariæ (celebrari quotidie deberet), ita ut omnibus diebus anni (excepto die Parasceves) ibidem Missa de S. Maria solenniter celebraretur; sed non a choro primo; et qui Hebdomadarius majoris Missæ et matutinalis esset, hanc tertiam Missam ad altare B. Mariæ cum adjutore celebraret, et mensuram illam vini quæ pro Missa S. Stephani dabatur, quotidie perciperet, quod et tempore nostro perduravit.

A FRAN. CHIFLET.

ordinavit quinque Archidiaconos;

104 Ordinavit insuper in ecclesia supradicta quinque Archidiaconos cum majore Archidiacono, qui vices Archiepiscopi supplerent: assignavitque eis redditus quos pro Sede acquisiverat. Collationes nihilominus prædictarum dignitatum, cameræ Archiepiscopi; B collationem vero majoris Archidiaconi, Decano et Capitulo libere resignavit. Possessiones autem et redditus primi Archidiaconi, assignavit in Luxovio; secundi, assignavit in Faverneio; tertii, in Treva; quarti, in Grayaco; quinti vero, in Salinis et in villariis confinibus prædictarum.

parochias divisit;

105 Præterea ecclesiam parochialem, in honorem sancti Joannis Baptistæ, prope muros civitatis reædificavit, atque circum hanc cœmeterium benedixit: in qua etiam instituit baptisterium fieri per succedentium annorum curricula, exceptis tantum in Sabbatis sanctis Paschæ et Pentecostes, et per octavas earum; nam antea cives et suburbani qui fuerant baptizandi, in baptisterio majoris Ecclesiæ baptizabantur. Decimas quoque et oblationes quas debent laici de civitate, contulit ecclesiæ prædictæ, a parochiano jure possidendas, retento tamen jure patronatus. In aliis vero ecclesiis parochialibus instituit Fontes fieri; videlicet in ecclesiis S. Mariæ Jursani monasterii, monasterii S. Mauricii, S. Petri, et S. Laurentii. Claustrum quoque columnis et testudinibus ædificavit, ab ostio ecclesiæ quæ ducit ad Palatium, per partem illam quæ Conventus dicitur, et per partem dormitorii usque ad C refectorium.

confirmari fecit a Papa privilegium Urbi, a Macario Hierosol. concessum;

106 Privilegium etiam, a sancto Macario Patriarcha Jerosolymitano dudum huic urbi concessum, et per Beatam Helenam delegatum, sed suo tempore jam deletum, per Romanum Pontificem renovari fecit. Perquirebat vero quotidie quem Sanctorum in aliquo modo imitari valeret: eum diem perdidisse putans, quod aliquid non profecisset in actibus seu in mandatis Dei. Sacrificium pro salute mundi, et requie defunctorum, nullo modo offerre Deo prætermittebat. Omni die eleemosynis maxime insudabat, et largissimæ hospitalitati. Ceterum omnibus omnia se faciebat, ut omnibus placeret, et omnes salvos faceret: et ut bonus Pastor, quidquid gregi sciebat agendum, operum exhibitione ministrabat.

nocturnæ intentus orationi

107 Hic autem suus mos erat assiduus, ut nocturnæ quieti membra traditurus, sese Sanctorum pignoribus commendaret; et a secularibus absolutus curis, in sancta contemplatione animum relaxaret, atque in ipsa meditatione necessarium corpori soporem susciperet. In pia ergo intentione quadam nocte soporatus, per visum ad principalem ecclesiam est deductus; ubi contemplabatur quasi consistentem multitudinem Albatorum, quorum major pars videbatur esse Sacerdotum, inter quos D unum recognoscebat, quem sibi noverat familiarem, quia ejus comes in Romano itinere extiterat: hominemque interrogans quæ tanta esset multitudo; audivit, omnes hos mundanam vitam finisse in B. Joannis Evangelistæ servitio: quos beatus Joannes cum Levita Stephano ad altare prædictæ ecclesiæ cum ineffabili cantus melodia deducebant: et sacris peractis Officiis, omnes ab ejus manibus vivificum munus percipiebant. Divina itaque revelatione est edoctus, quod non alia eum maneret carnis resolutio, nisi in locis beati Joannis vicinis oratorio.

vidit se invitari ad cœlum,

108 Qui gratulabundus super tali visione, seque visitari divini respectus miseratione, oratorium B. Joannis est ingressus, et ibi ex imo cordis profundo lacrymis prorumpentibus, ad Deum extendens puram mentem, Dei clementiam secretis precibus invocavit. Quo facto, ad domum quamdam episcopatui proximam declinavit, et ibi cum magna Albatorum multitudine et Cleri visitatus, sacro se jussit Oleo muniri, una cum Corporis et Sanguinis Domini perceptione. His peractis astantes respiciens, singulis pro exhibito obsequio gratias retulit, fessaque membra ad requiem in Domino contradidit. E

ac pie obiit.

109 *Hactenus Vita, quam non ita crediderit ex Ternatu successoris Chronico acceptam, quin sit a multo recentiori Auctore dilatata et aucta; talem enim sonant verba illa, num. 2 in fine*: Quod et nostro tempore perduravit. *Hujus autem Vitæ occasione, ex sacris Lectionibus divinorum Officiorum ecclesiæ Bisontinæ, addiderim, quod ab eodem* Hierosolymitano Macario, *cujus supra facta mentio est, Magni Constantini Mater Helena, post Crucem Domini anno Christi* CCCXXVI *revelante Deo inventam, obtinuit* partem sanguinis S. Stephani, cum ejus Dalmatica: *quæ pia munera ad Hilarium Bisontinensem Episcopum destinavit, uti habetur ex sacris lectionibus divinorum officiorum Ecclesiæ Bisontinæ. Atque his Protomartyris Reliquiis junctum fuisse a Macario illud, quodcumque fuit, privilegium Vesontioni concessum, pronum est existimare, quando et illud* per Beatam Helenam delegatum *fuisse asseritur. Verum ecquod tandem istud privilegium, cui firmando Romani Pontificis auctoritas requirenda fuerit?*

Cum sanguine S. Stephani

110 *Huic difficultati perquam obscuræ lucem affundit Ordo Canonicorum Ecclesiæ Bisontinæ, qui Liber S. Protadii vulgo nuncupatur: ibi enim hæc lego.* In die Natalis Domini domnus Pontifex ascendit tribunal cathedræ: et ordinant se ministri per cancellum. Presbyteri in sinistra parte cum Subdiaconibus; Archilevita cum Diaconibus et Acolytis ad dexteram. Tunc Cancellarius accedit reverenter ante Sedem, et dicit. *Jube Domine benedicere*: et Dominus *Spiritus sancti gratia repleat nostra pectora.* Et legit privilegium Pallii, ut commendet memoriæ quanta est illi adhibenda cautela pro gregis custodia. Perlecto privilegio accipit Cancellarius aureum nummum, aut duodecim argenteos Archiepiscopi. Sicque fit quotiescumque Archiepiscopus accinctus Pallio cathedram ascendit. *Hæc lectio Privilegii in eodem codice notatur sexies; videlicet in Natali Domini, in festo S. Vincentii, in festo S. Joannis ante Portam Latinam, in Pentecoste,* IX *Kalendas Octobris in Dedicatione matris Ecclesiæ S. Joannis, et in festo Omnium Sanctorum. Suspicabar alias, cum hæc Privilegii lectio in ritum Missæ cadere videretur, illud Privilegium inscriptum esse debere in aliquo ex libris antiquis, quorum usus erat in Missa Pontificali: verum iis (nam adhuc supersunt) diligenter evolutis, cum nihil tale invenerim, minime dubitavi quin illud ex Bulla Pontificia legeretur, quam* F

acceptam Hierosolymis privilegium a S. Macario Episc. post an. 326.

ipse

A *ipse ejus lector Cancellarius ex archivo episcopali deprompsisset : nam et ejusmodi Bullæ et sunt et appellantur Privilegia ; et in illis commendatur memoriæ Archiepiscopi, quanta est illi adhibenda cautela pro gregis custodia ; ut apparet ex Epistola Benedicti Papæ noni, qua Pallium misit ad Hugonem I Archiepiscopum Bisontinum,* XV *Aprilis, Indictione* V, *anno ab Incarnatione Christi* MXXXVII, *anno sui Pontificatus quinto, Chuonradi Imperatoris* XI : *et ex altera, Paschalis Papæ II, ad Pontium Archiepiscopum Bisontinum, data pridie Kalendas Januarii, Indictione* XIV, *anno Pontificatus* VII, *Christi* MCVI, *quas ex autographis proferemus alibi.*

quod Megetius Romæ curavit renovandum;

111 *Quid ergo erat privilegium, a* Macario Jerosolymitano *Ecclesiæ Bisontinæ concessum, quod postmodum a Romano Pontifice confirmari necesse fuerit ? Opinor, Epistola fuit* Macarii, *cum Pallio Episcopali ad* Hilarium Bisontinensem Episcopum, *transmissa. Sciebat enim Macarius, provinciæ Sequanorum Metropolim esse Vesontionem ; provincias ac Metropoles Ecclesiasticas, in hierachia ex civilibus constituendas, et quasdam fortasse nuper in Nicæna Synodo jam esse descriptas : de* Hilario Episcopo Bisontino *quædam* B *fama sparserat, quædam fortasse ex ore Helenæ Augustæ acceperat, quæ viri virtutem commendarent. Ille ergo Protomartyris Reliquiis ad eam civitatem destinatis junxit Pallium, quasi pro xenio, quo jus Metropolitæ ad se spectare intelligeret. Est enim Pallium* plenitudinis officii Pontificalis insigne (*ut aiunt Innocentius III, et Gregorius IX Pontifices, apud Raynaldum Tomo I Continuationis Annalium Baronii, anno* 1218 *num.* 25. *et anno* 1239, *num.* 59, *Metropolitanis omnibus Episcopis tradi solitum) interdum etiam uni ex eorum Suffraganeis, qui esset sui Metropolitani primarius Consecrator, velut Episcopus Ostiensis in provincia Romana, ex Marci Papæ decreto ; Episcopus Æduensis, in Provincia Lugdunensi ; Episcopus Lausannensis, in Provincia Bisontina : Aniciensis quoque, in Provincia Bituricensi. Item Bambergensis, in Germania : In Italia Lucensis, et Papiensis : et Quinqueeclesiensis , in Hungaria inferiori : quorum exemplis ac præjudiciis idem Privilegium sperare posse videntur a Romano Pontifice, qui Episcopi Suffraganei in singulis Provinciis, vel suæ civitatis dignitate, vel antiquitate promotionis, vel Sedi Apostolicæ præstitis obsequiis, aliisve in rem Christianam rebus bene gestis, ceteris suis collegis fuerint potiores.*

[illegible] fuisse usus Pallio misso a Macario Hierosol.

quod licet tempore Migetii spectaret ad solum Papam Rom

112 *Sed de Privilegio Macariano multa sunt quæ* C *his opponat eruditus Lector. Nam hodie, et a multis jam seculis, in Ecclesia Occidentali solius est Romani Pontificis, Pallium Episcopis tradere. In Oriente licuit olim Patriarchis, suarum diœcesium Episcopis Pallium dare, ut colligitur ex Concilio Romano, quod sub Innocentio Papa III celebratum est. Macario autem Hierosolymitano Patriarchæ, ecquid juris esse potuit in Episcopum Bisontinum, ut eum Pallio donaret? Ad hoc respondeo distinguenda esse tempora : nec esse existimandum pontificia omnia decreta, quæ politiam ecclesiasticam spectant, adeo esse antiqua, ut vel a temporibus Apostolicis, vel etiam a Nicæna Synodo arcessenda sint. Jus quidem ex omni orbe Christiano appellandi ad Sedem Apostolicam, cum ipso Beati Petri primatu exortum est : at reservationum recentior est ætas ; nec illæ simul omnes factæ, sed aliæ ex aliis, prout rerum status exigere visus est. Latitante in cryptis propter tyrannorum sævitiam, aut per avia et devia silvarum ac montium errante Ecclesia, nullæ factæ sunt civitatum aut provinciarum ecclesiasticarum descriptiones : primus illam Constantinus Magnus libertate donavit, sed non statim perfectum in ordinem redegit : pedetentim fidelium gregibus dati sunt Pastores, et hi varias in classes distributi, constitutaque hierarchia, in qua civitatibus impositi sunt Episcopi, Episcopis Archiepiscopi seu Metropolitani, his Primates ac Patriar-* D *chæ, qui et ipsi subessent omnes Romano ac Universali Papæ. Ante hanc civitatum ac provinciarum subalternationem, viri Apostolici ad se spectare existimarunt verba illa Christi, suos in messem operarios emittentis,* Euntes docete omnes gentes. *Hinc missiones illæ Asianorum in Gallias, antiquo sibi fœdere sociatas; Photini et Irenæi, ad Lugdunenses; Ferreoli, Benigni, Andochii, ad Sequanos, ad Lingones, ad Æduos; aliorum ad alios. Si ergo priscis illis temporibus jus habuerunt Asiani Præsules, mittendi Episcopos in Gallias; qua ratione illis abjudicaretur jus mittendi ad eos Pallii, quod ipsius gradus Episcopalis quædam appendix et consequentia est ?* Matt. 28, 19

tamen ante constitutam perfecte Hierarchiam sec. 4

fecisse Macarius ille potuit;

A. FRAN. CHIFLET.

113 *Neque objicias ex Tertulliano, libro de Præscriptionibus cap.* 20 *et* 21, *fuisse Sedes omnes ac diœceses in Ecclesia ab Apostolis ipsis constitutas : tantum enim ait, fuisse illas conditas ab Apostolis, sive immediate, sive per traducem ; hoc est, per eorum successores ; ut inde colligat, unicam esse Dei Ecclesiam, quæ fundata a Christo atque ab Apostolis, ad sequentia secula eodem perseveret. At subordinationem Sedium ac diœceseon, qualis nunc in Ecclesia cernitur, uti et* E *hujus subordinationis varias mutationes posteriora tempora invexerunt. Quamvis autem concederetur quod adhuc dubium est) sancitam fuisse anno* CCCXXV, *in Concilio Nicæno illam Sedium subordinationem : adeo ut sequenti anno* CCCXXVI: *quo Vesuntionem transmissum opinamur Pallium, nihil habuerit Macarius Jerosolymitanus in provinciam Bisontinam auctoritatis : satis est si cogitemus, tum nondum plane extinctam veterem Orientalium et Gallicanorum Ecclesiarum Societatem; aut si forte intercisa esset, Helenæ Augustæ interventu redintegratam. At præter talem magnæ ac sanctæ Reginæ intercessionem, singularis fuit ratio Macario Hierosolymitano, ut præ ceteris orientalibus Patriarchis benevolentiam suam ac munificentiam ad Ecclesiam Bisontinam extenderet ; quod nimirum Ecclesia Hierosolymitana, antiquitate suæ originis, omnium Ecclesiarum matrem se esse diceret; quo titulo ornatur in epistola Synodali Concilii Œcumenici Constantinopolitani ad Damasum Papam : unde et Polychronius Episcopus Hierosolymitanus, fingitur dicere ausus (ut refert Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem) Ecclesiam suam locum principem obtinere, et dignitate reliquas Sedes Apostolicas antecellere.*

(Neque id credere prohibet Tertullianus)

114 *Concludo igitur, a Macario missum esse Pallium ad Episcopum Bisontinum, non tamquam ad subditum, sed velut ad amicum et fœderatum ; quo tempore illa Pallii transmissio nondum erat in Orbe Occiden-* F *tali Romanis Pontificibus reservata. Et sicut Pallium recentioribus seculis ad Occidentis Episcopos, de corpore Beati Petri mitti dicebatur, quia in Confessione S. Petri, super sacra ejus lipsana, per solidam noctem deponi solebat; ita verosimillimum est, Pallium illud, priusquam ad Episcopum Bisontinum, mitteretur, vel sanctæ Crucis recens inventæ vel Dominici Sepulcri attactu fuisse a Patriarcha Macario consecratum. Exinde cum intelligeret Migetius Episcopus Bisontinus, jus illud dandi Pallii ad solum Romanum Pontificem esse revocatum ; prudenti consilio Privilegium, decessoribus olim suis a Macario concessum, ab eo qui tum præerat Romano Papa confirmari voluit; relicto successoribus suis exemplo, ut in posterum eo nomine Apostolicam semper Sedem adirent, alioquin illo suæ dignitatis insigni carituri ; quod et ab illis ad hanc usque diem observatum est. In his tenebris nihil mihi nunc apparet luculentius.*

115 *Verum a* Migetio *non prius avelli me patior, quam illi amici sui Walberti Luxoviensis Abbatis, anno Christi* DCLXV, *exequias cohonestanti, comes atque assertor adstiterim. Id enim officii ab eo præstitum negat*

Male negatur Migetius funeri S. Walberti adfuisse

A FRAN. CHIFLET.

A *negat Carolus Le Cointe, tomo* 3 *suorum Annalium, pagina* 574; *quia hic 'inquit,* ex Abbate Luxoviensi factus est post Faronem fratrem Meldensis Episcopus : et Migetius Vesontionensis Episcopus, longe ante eumdem Walbertum ex hac vita discessit. *Quibus in verbis lapsum agnosco triplicem. Primum quod Walbertus Faronis frater nuncupatur. Alterum quod fuisse dicitur post Faronem Meldensis Episcopus. Tertium quod Migetio superstes extitisse asseritur. Ab hoc ultimo ordior, ad duo priora postmodum reversurus.*

quod tamen in hujus Vita asseritur,

116 *Adzo Abbas, qui se Luxovii a parentibus traditum, ibi* primævi tirocinii juvenilia rudimenta percepisse *testatur, in libro de Vita et miraculis S. Waldeberti Luxoviensis Abbatis ita loquitur;* Salva quoque auctoritate Francorum Regum et Procerum, qua usus admodum eo tempore ferebatur, Sancto Migetio Episcopo, magnarum virtutum viro, familiarius adhærebat : interposita utrisque conditione pacti, ut quis eorum primus Domino vocante rebus humanis excederet, alter superstes locum sibi sepulturæ competentius ordinasset. Quod et ita contigit. Nam cum per quadraginta annorum spatium gloriosus Confessor Domini Waldebertus, locum B sibi delegatum, omni virtutis genere optime dispositum, augeret rebus et numero Deo servientium; multis miraculorum virtutibus adornatus migravit ad Dominum, sexto Nonas Majas, supernorum civium socius et consors effectus, ac januam perpetuæ jucunditatis introductus. In cujus obsequium funeris confluentibus undique fidelium turmis, in ecclesia Beati Martini, quæ est constructa ex latere monasterii a parte aquilonari, composita a S. Migetio Pontifice post aram crypta opere mirifico, Domino disponente, dignissima ibidem conditus est sepultura. *Quid hoc testimonio sanctius? Nullus hic interpolator. Ipse auctor, non in erroris, multo minus in malæ fidei suspicionem venit. Abbas erat, et pro seculi sui captu in paucis eruditus. Septingentis fere abhinc annis Luxovienses omnes tabulas excussit, monumenta omnia perlustravit, ut* S. Waldeberti *Vitam et miracula in scripta referret : opus hoc suum Luxoviensium Cœnobitarum sacræ concioni nuncupavit.*

in qua altum de illius Meldensi Episcopatu silentium:

117 *Jam vero si fuit Waldebertus Episcopus Meldensis, quo tandem facto id Adzonem, sed et Luxovienses omnes latuit, qui in publicis suis officiis Walbertum semper Abbatem, nusquam Episcopum appellant? Meldenses etiam, qui (ut notant secundi seculi Benedictini Auctores eruditi, pagina* 304) *Faroni Episcopo suo* C *Hildevertum proxime successisse, in sacris suis Lectionibus publice affirmant? Certe et Luxoviensium et Meldensium intererat,* Waldeberto *suo Episcopales infulas, si unquam illi obtigissent, minime invidere. Quare, in Vita S. Agili, ex Monacho Luxoviensi Resbacensis Abbatis, quæ* S. Donato *Sedem metropolitanam Vesontionensem adhuc obtinente conscripta est, agnoscere necesse est, vel ab auctore vel potius a librario hallucinationem, ubi sic legitur;* Sicque ingrediens laudabilis Agilus ævum pueritiæ, committitur Eustasio probatæ religionis viro sacris litteris erudiendus, cum aliis nobilium virorum filiis, qui postea Ecclesiarum Præsules exstiterunt : Agnoaldo scilicet, et Waldeberto, Agnerici patrui ejus filiis, qui monasterio quod soror illorum Fara in paterno solo, inter Albam et Mucram, in loco qui Eboriacus dicitur, ædificavit, construendi et docendi regulares magistri claruerunt : quorum alter Lugduno clavato, alter vero Meldensis urbis est ordinatus Episcopus. *Nam eo loco, pro* Waldeberto *Faro est restituendus; uti ego ad ejus Vitæ marginem olim adnotavi, in Probationibus Historiæ Trenorciensis, pagina* 140 ; *cum certum sit,* Donato *Episcopo Vesontionensi Faronem Meldensem non paucis annis fuisse superstitem. Si ergo Faroni* D *in Episcopatu successisset* Waldebertus, *ut vult Cointius, certe dum S. Agili Vita scribebatur, nondum fuisset Episcopus.*

perperam asseritur in Vita S. Agili:

sicut itidem is perperam dicitur frater S. Faronis.

118 *Quod reliquum est, senseram olim cum Lamberto Ardensi Presbytero, in Historia Comitum Ghisnensium; Joanne Iperio, in Chronico Bertiniano: et aliis multis; Chagnoaldi, Faronis, et Faræ seu Burgundofaræ fuisse Walbertum natura fratrem (quod probaret ex Vita S. Agili locus quem protuli, nisi esset vitiatus) Sed revocavit Hadrianus Valesius, rerum Francicarum disertissimus scriptor, et eum secuti Benedictini Patres, secundi sui seculi citato loco : maxime vero Adzo Abbas in Vita S. Walberti, ubi pagi Meldensis vicum* Nant, *genuinum ejus solum non semel appellat : cum constet ex Jona in Eustasio, Hagnerici, adeoque ejus liberorum, Chagnoaldi, Faronis, et Faræ patriam fuisse* Pipimisum, *sive (ut habet codex Bertinianus pervetustus)* Pipisicum, in pago Briegio.

119 XXVIII TERNATIUS *decessorum suorum Archipræsulum Chronicon scripsit circa annum* DCLXXV; *quod utinam ad hæc extaret! Ad hæc construxit ecclesiam in honore Sanctorum Marcellini et Petri Martyrum, in campo Martio. Ea hodie crevit in Abbatiam S. Vincentii, ordinis S. Benedicti, in vico qui Sancti Vin-* E *centii nuncupatur.*

120 XXIX GERVASIUS *Ternatio fratri successor datus est circiter annum* DCLXXX, *et ipse commendatus a curæ pastoralis sollicitudine, quod gregem suum ab Ecclesiæ unitate nullatenus deviare permiserit, aliasque sui muneris partes cumulate expleverit.*

Vitæ Claudianæ uti nunc habetur Chronologia

121 XXX CLAUDIUS II, *prius Jurensis Abbas quam Episcopus : septimo Episcopatus anno abdicavit, ut suam eremum repeteret, haud procul anno* DCXC. *Auctoris, qui vulgatam ejus Vitam quadringentis fere abhinc annis conscripsit, opinio fuit, illum, cum esset annorum viginti, Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ Bisontinæ adlectum fuisse; quo in munere completis duodecim annis, creatum Archiepiscopum Vesontionsem anno Christi sexcentesimo vigesimo sexto : anno septimo sui Episcopatus, illo abdicato, ad Jurense S. Augendi monasterium convolasse. Ibi completis ab introitu quinque annis, mortuo Injurioso Abbati successorem electum, et* Joannis Papæ IV *auctoritate confirmatum. Expleto in monasterii regimine anno quinquagesimo quinto, tandem anno* IV Childeberti *Francorum Regis ad Superos evolasse.*

Chiffletio improbata,

122 *Ex his primo illud improbamus, quod* S. Claudius *ex anno* DCXXVI *ad septennium fuisse dicatur Archiepiscopus Bisontinus : quia certum habemus, per hoc* F *ipsum tempus, imo ex anno* DCXXV, *usque in annum* DCLXI, *per sex et triginta annos Bisontinam Sedem a* S. Donato *fuisse occupatam, uti a nobis evidenter probatum est. Fuit autem in hac serie* S. Claudius, *quartus a* Donato. *Fuit porro tertius a* Migetio, *quem constat anno Christi* DCLXV, *S. Walberti Luxoviensium tertii Abbatis exequiis præfuisse. Ad hæc antiqui horum Archipræsulum Catalogi, inter* Migetium *et* Claudium *duos alios, nempe* Ternatium *et* Gervasium *collocant. Suus ergo ut cuique servetur locus, statuendus est hujus Chronologiæ velut cardo, annus Christi* DCXL, *quo* S. Claudius *a* Joanne Papa IV *Abbas Jurensis confirmatus est : ejusque annorum ratio sic deducenda, iis omnibus retentis ex vulgata ejus Vita, quæ vitæ Chronologiæ aliunde non adversantur.*

aliaque ab eo substituta

123 *Natus est anno Christi* DCIII. *Factus est Canonicus in Metropolitana Ecclesia Bisontina anno* DCXXIII, *ætatis suæ vigesimo. Post annos duodecim, cum esset annorum* XXXII, *Christi anno* DCXXXV, *factus est ad S. Eugendum Monachus sub Injurioso Abbate. Post quinquennium, anno ætatis* XXXVII, *Christi* DCXL, *defuncto Injurioso successor eligitur a Fratribus, et a* Joanne Papa IV, *in eo munere confirmatur. Regiminis in*

A *in monasterio continuos quinque et quinquaginta annos ei tribuunt Jurenses omnes tabulæ, sed horum interpolationem non explicant : unde et lapsus est ejus Vitæ auctor in ejus obitu quem in annum quartum* Childeberti *male retulit : nam Chronicon quod superest optimum, desinens in anno* MCXLIX, *sic habet;* Et quarto Childeberti Abbas tantum? *Quid sonat illud*, Abbas tantum? *nisi quod illo anno quarto Childeberti*, S. Claudius *post septennium, abdicato Archiepiscopatu, restitit dumtaxat Abbas?*

sic ut Abbas esse cœperit S. Claudius an 640

124 *Sed hic annus quartus* Childeberti *cui anno Christi respondeat videndum est. Fuere enim Childeberto huic duo regni exordia primum a prælio Textriciensi, quod commissum est anno* DCXCI, *cum profligatus est a Pippino Heristello Theodoricus, ejusque subregulus Bertharius, ex Annalibus Metensibus, aliisque Chronicis : et ille victoria modeste usus, non modo Theodoricum regio titulo atque honore non privavit, sed etiam duos ejus filios, Clodoveum et* Childebertum *Reges esse jussit. Verum haud diu stetit res per domus pax ista ; sic enim Aigradus Monachus in Vita S. Ansberti, qui paulo ante Audoeno successerat in Episcopatu Rotomagensi ;* Decedente de ordine principatus Waratone illustri, et ejus filio ac supplantatore nefando B Gislemanno, Pippinus Præfectoriam administrationem Domino largiente adeptus est. Quo tempore accusatus apud ipsum Principem præfatus Pontifex sanctus, jussu ejusdem, exilio deportatur in Altummontem monasterium, quod est situm in territorio Aguanno super Sambræ fluvium. *Aperte hic designatur annus Textriciensis prælii, qui fuit Christi* DCXCI : *quo ex tempore cum suspectus fuerit Ansbertus de agitatis contra novum Principem Pippinum consiliis (non utique cum Clodoveo et Childeberto ejus filiis juvenculis) cadit suspicio in Theodoricum, cui tunc præter Regis titulum nihil superesset. Hinc opinari licet, ex illo anno* DCXCI, *exulante Ansberto, quando nominatur in diplomate Dionysianis Monachis tunc concesso, post* Donatum, *sic exauctoratum fuisse præfatum Theodoricum, ut Regis titulus in ejus tantum filiis staret, saltem quoad Acta publica, quæ potius ejus filiorum quam ipsius illorum parentis regni annis a cancellariis notarentur.*

et obierit an 703.

125 *Sic igitur describendam censeo* S. Claudii *omnem ætatem. Ex anno Christi* DCXL, *solidos quinque et quinquaginta annos Abbas fuit : nec obiit, nisi* expleto quinquagesimo quinto anno sui regiminis a tempore quo fuit Abbas, *ut habet liber de Viris illustribus Condatescensis* C *Monasterii. Sed hunc regiminis Monasterii periodum interpolavit septennio gestum Archiepiscopi munus, adeoque obierit anno* DCCC : *quod non viderunt rerum Jurensium recentiores scriptores. Restat autem difficultas de tempore hujus interpolationis, qua sola nos expedire potest Præsulum observatio, qui Bisontinæ Ecclesiæ inter* Donatum *et* Claudium *præfuerunt, et temporis per quod præfuerunt. Nam post* Donatum, *cujus ultimus Chronicus character annum æræ christianæ* DCLVIII *spectat Bisontinus Archiepiscopus fuit* Megetius : *quem certum est anno* DCLXV *præfuisse funebribus exequiis S. Walberti; diu autem rexisse Ecclesiam, persuadet rerum jam descriptarum multitudo. Huic* Ternatius, Gervasiusque *successerunt, ac denique noster* S. Claudius, *a priore, judicio meo distinctus, cujus universam Chronologiam sic tandem concludo. Anno* IV Childeberti *Regis, Theoderici filii, ex prælii Textriciensis anno* DCXCI *deducto (hic fuit Christi annus* DCXCV) *fuit Claudius* Abbas tantum; *hoc est, abdicato Archiepiscopatu ad Abbatis conditionem redactus. Ordinatus ergo fuerat in Archiepiscopum anno* DCXXXVIII, *cum Abbas ex anno* DCXL *præfuisset per annos quadraginta octo. Redux in monasterii administrationem, ut annum in ea quintum et quinquagesimum compleret, sequentem etiam libavit, translatus ad*

regimin s Abbatiæ as per annos 7 Episcopatus interpolati anno 55.

Cœlites anno ætatis centesimo, æræ Christi vulgaris seu Dionysianæ septingentesimo tertio, dignus omnium seculorum gloria immarcessibili. D

A FRANC CHIFLET.

126 *Nunc ad alia progrediamur : nec nos moretur Cointius, qui tomo 4 suorum Annalium, anno Christi* DCLXXXVI, *num.* 27, *et anno* DCXCVIII *num.* 1, S. Claudium *natum ait anno Christi* DCXLII; *Bisontinis Canonicis adlectum anno* DCLXII ; *creatum Archiepiscopum duodecimo post anno, ætatis* XXXII, *Christi* DCLXXIV: *factum Monachum in monte Jura post annos septem, Christi anno* DCLXXXI : *electum Abbatem post quinquennium, anno* DCLXXXVI *convenisse* Clodoveum *Regem, ejus nominis non secundum sed tertium : obiisse post annos* XII *a suscepto Jurensis monasterii regimine, anno Christi* DCXCVIII, *ætatis suæ dumtaxat* LVI. *Hæc enim chronologia, cum omnia antiquitatis fundamenta convellat, sic seipsam evertit, ut refutatione alia non indigeat.*

Cointii Chronolog a alia.

127 XXXI FELIX, *moribus infelicissimus, quem Gilbertus Cognatus perperam confudit cum Felice orientalium Anglorum Apostolo, de quo Beda Hist. lib.* 2 *cap.* 15, *et lib.* 3 *cap.* 20. *Consule Vesontionem et Sammarthanos.*

128 XXXII TETRADIUS II, *inter bonæ notæ Præsules locum non meruit.* E

129 XXXIII ABBO, *Luxovii ad regularem vitam institutus, restituendæ Cleri sui disciplinæ plane collapsæ, cum Alono Priore Luxoviensi operam dedit.*

130 XXXIV WANDELBERTUS.

XXXV EUROLDUS *ad annos* XII

131 XXXVI ARULEUS.

XXXVII ERVEUS.

132 XXXVIII GEDEON, *cum Ruberto S. Augendi Abbate, de S. Lupicini Cella disceptans, Karolo Magno Regi occasionem præbuit, eos ditionis Jurensis terminos sanciendi, qui hodieque usservantur. Datum est Remis hoc diploma,* XI *Kal. Octobris, anno regni* XXII. *Annus* XXII *Karoli Magni in Burgundia regnantis post fratris Karlomanni obitum, mense Octobri censebatur* DCCXCII : *quo anno Christi opinabar olim datas esse has tabulas. Verum quæstione ad incudem revocata, censui non posse hunc annum* XXII, *intelligi de regno ejus Burgundico, sed de Francico, a Pippini patris obitu derivato, esse accipiendum; et incurrere in annum* DCCXC, *uti in Chronico Abbatum Jurensium a nobis demonstratum est in Ricberto* XVI *Abbate. Quo errore in Bibliotheca Cluniacensi Berno Abbas consecratus scribatur a Gedeone, Odo autem a Bernuino, vide in Vesontione.*

Jurensis ditionis termini a Karolo M definiti anno 790

133 XXXIX BERNUINUS *cognomento Bonus : qui et* ADAM *dictus videtur in diplomate Lotharii Regis, de quo mox in Arduico. Interfuit anno* DCCCXXI *Concilio Niumagensi Batavorum, in quo obtinuit a Ludovico Pio Constitutionem Cæsaream de servis ecclesiarum provinciæ suæ libertate donandis, quam nos anno* MDLXXIX, *quatuor opusculis a nobis editis, appendicis loco adjunximus. Præerat etiam annis* DCCCXXII, XXIII, XXVIII, XXIX. *Obiit pridie Idus Augusti : sepultus est ad S. Vitum, tribus ab urbe horariis leucis.* F

134 XL AMALWINUS, *apud Flodoardum lib.* 2 *Hist. cap.* 20 *subscribit edicto Lotharii Imp.* VIII *Kal. Julii, anno* DCCCXL, *Indictione* III.

135 XLI ARDUICUS *interfuit Concilio Tullensi apud Saponarias anno* DCCCLIX, *et alteri Tullensi apud Tusiacum anno* DCCCLX. *Decennio post accepit a Lothario Rege Juniore, Romam proficiscente, anno regni ejus* XIV *Indictione* III *annus erat Christi* DCCCLXX XI *Kal. Februarii*, Abbatissam, Carnonis castrum in pago Scodingorum, una cum cellula vocabulo Balma, in eodem pago sita, *ad compensandas* villas Cavennacum, Campanias, et Tolsiacum, quæ quondam possessæ fuerant ab Episcopis prædecessoribus suis, Gedeone scilicet et Adam; *tunc autem ab Attone Comite Lotharii Regis consanguineo obtinebantur. Ex vetusta quadam*

castrum Abbatissa Arduico donatum

Canonum

A. FRAN. CHIFLET. *Nicolai Papæ ad eum epistola.*

A *Canonum et Decretorum collectione nacti sumus Nicolai Papæ ad Arduicum officiosissimam epistolam, cujus est initium :* Nicolaus Episcopus, servus servorum Dei, Reverendissimo et Sanctissimo confratri nostro Arduico, Vesontionensi Archiepiscopo. Inter cetera virtutum tuarum insignia, quæ plurimis sunt gratiarum actionibus cumulanda, summam obedientiam tenere conspicimus cum humilitate fastigium. Et cum tantam in te circa nos animi admirati cernamus alacritatem, mentem tuam Apostolorum spiritu tactam nullo modo dubitamus. *Integram dedimus in Probationibus, quia nondum (quod sciam) in publicum prodiit. Cum autem notam temporis nullam adscriptam habeat ; suspicamur tamen datam anno Christi* DCCCLX, *quo celebratum est Tullense* II *Concilium apud Tusiacum : in cujus præfatione, e duodecim provinciis prima appellatur Vesontionensis, et e duodecim Archiepiscopis primus subscribit Arduicus Vesontionensis, non quod inter ceteros primatum obtineret, sed (ut opinor) quod ei Concilio Legati Apostolici titulo præesset, alioqui* προεδρίας, *jus nullum in eos habiturus : ut vel ex eo manifestum est, quod in Concilio priore Tullensi, proximo ante anno* DCCCLIX *apud Saponarias, ex duodecim item provinciis* B *convocato, subscripsit Arduicus Synodicis duabus epistolis, uni quidem quinto, alteri septimo loco inter Metropolitanos.*

Quomodo præsederit Conc. Tullensi II?

136 XLII THEODERICUS *subscripsit Synodo Pontigonensi anno* DCCCLXXVI , *Tricassinæ* II *anno* DCCCLXXVIII, *Mantalensi anno* DCCCLXXIX. *De illo, vel ad illum sunt plures Joannis Papæ octavi epistolæ. Adhuc præerat anno* DCCCXCIV, die Dominico III Nonas Februarii, anno V regnante domno Rodulfo Rege, *ex tabulis autographis Pharulfi Presbyteri , quibus Ecclesiam S. Mauricii in villa Coldrivico Portensis pagi sitam, quam tribus ante mensibus a Rodulfo Jurensi Rege acceperat, tradit Ecclesiæ Bisonticensi S. Joannis Evangelistæ.*

137 XXIII BERENGARIUS, *decessoris nepos, factione Aymini excæcatus, Vicarium habuit Stephanum, Episcopum Bellicensem , qui ejus jussu corpus S. Mainbodi Martyris e villa Domnipetra transtulit ad Montembelgardis. Præfuit annis* XIII.

138 XLV AYMINUS *pseudoepiscopus , subscriptus tamen* Eiminus *Concilio Cabilonensi anno* DCCCCXV, *Indictione* III.

139 XLV GONTERIUS *vocatur Episcopus. Aymino vel Gonterio pseudoepiscopis Bisontinam Ecclesiam turbantibus, videtur* S. Maiolus *vocatus fuisse ad archiepiscopatum Bisontinum circa annum Christi* DCCCCXXV, *ut* C *refertur in ejus Vita Syro et Aldebaldo auctoribus, et in Bibliotheca Cluniacensi, pag.* 1768; *cum esset* Majolus *in Matisconensi Ecclesia Archidiaconus , et nondum Cluniaci Monachus. Sed illo id honoris atque oneris refugiente, subiit illud*

140 XLVI GIRFREDUS *: qui anno* DCCCCXXXII *consecraris Beroldum Episcopum Lausannensem : præfuit per annos Conradi Burgundionum Regis ,* VIII , XII *et* XIV, *Christi* DCCCCXCVII, LI *et* LIII. *Interfuit Concilio Tornusiano seu Trenorciano ad Ararim : quod nos non anno* DCCCCXLIV *ut olim vulgo creditum est) sed potius* DCCCCXLVIII *vel* DCCCCXLIX *habitum fuisse ostendimus in Historia nostra Trenorciana.*

141 XLVII GUIDO, *quem male nonnulli confuderunt cum Guidone Viennensi Archiepiscopo , qui ex anno* MCXIX *fuit Papa Calixtus II.*

142 XLVIII GUICHARDUS, *ex Abbate Vallis S. Georgii in Germania. Wion lib.* 2 *c.* 19 *ex Munstero et Belforestio.*

143 XLIX LEUTALDUS, *qui et* Leotoldus, *Alcherium illustrem Clericum recepit in Canonicum S. Stephani; qui deinde anno* DCCCCXCIII *villam* Lovetingem *Comitatus* Amoensis *contulit ad mensam fratrum. Sequenti anno* DCCCCXCIV *die Pentecostes, S. Odilonem Abbatem Cluniacensem consecravit. Wilenco viro illustri præstariam fecit de nonnullis rebus S. Stephani et S. Mariæ Vesontionensis. Theodradæ illustri matronæ dono Chisciacum Ecclesiæ suæ adjecit. Duas item Ecclesias S. Mauritio dicatas in Comitatu Amauvensi ; alteram in villa Gradiaco, alteram in rure Pontiliaco, quæ hodieque Patroni nomen retinent : prior in Gradiaco villa,* a Gray la ville, *quadrantis horæ itinere a Castro Gradiaco : eratque mater Ecclesia Gradiaci castri, quod exinde cum in urbem evaserit, nunc propriam habet parochialem Ecclesiam, Beatæ Mariæ Dominæ nostræ titulo insignem.* D

Leutald. Archiep. illustria acta:

144 *At Pontiliacus vulgo* Pontalie, *duas habet Ecclesias ; alteram S. Mauritii, ad sinistram Araris ripam, in Sequanis ; alteram S. Joannis , ad dextram ejusdem fluminis ripam, in Lingonibus. Nescio autem an scite, certaque ex causa, an vulgi corruptela, quod castrum prisco ævo* Pontiliacus *ferebatur, recentioribus seculis* Pons sciseus *nuncupatum sit, quasi ex Francorum lingua* Pont-taille : *cujus tituli fuit apud Burgundiones perillustris familia, ex Campaniæ Comitibus per Odonem Campaniensem extorrem propagata ; quæ masculorum defectu, nostro seculo ad feminas devoluta, nunc in affinium familiarum appellationes transiit.* E *Verum hæ tabulæ Leutaldi, sunt Comitis nobilissimi , qui pro remedio animæ* Senioris sui Hugonis incliti Marchicomitis, *duas quas diximus Ecclesias S. Stephano Vesontionensi contulit , anno Christi* DCCCCLI, *Conradi Regis* XII, *Indictione nona : fontesque aperuit unde et Sequanicæ Burgundiæ exortus Comitatus , et hereditariorum ejus Comitum Series derivata est; imo Dominorum Salinensium et Comitum Matisconensium, ac Viennensium, et nonnullarum etiam Cabilonensium: quod nunc admonuisse sufficiat, tanti negotii tractatione in propriam Dissertationem reservata : quamquam Dominorum Salinensium hic præmisimus perbrevem Catalogum, illustrationum Claudianarum capite 2 , disputantes, An ad Dominos Salinenses, qui septem fere postremis seculis ei toparchiæ præfuerunt S. Claudi genus propagatum sit.*

ejus cum Comite Leutaldo confusio.

§. IV. Seculi XI Episcopi ubi multa de triplici Hugone, et de Gaufredo Lugdunensi.

HECTOR *acquisivit S. Stephano Capellam S. Justini de* Cambruniaco, *ex Papæ Leonis IX et Henrici II Imp. rescriptis , anno* MXLIX *datis. Obiit* VI *Kal. Novembris, qua die appellatur in Necrologio Luxoviensi,* Hector Crisopolitanus Archiepiscopus, Luxovii ubique adjutor bonus. F

146 LI BERTALDUS *pseudoepiscopus ; intrusus, sed non receptus.*

147 LII WALTERIUS *Hugonem futurum successorem suum*, sacri Baptismatis unda renovatum suscepit, ac tenuit, *ut ipsemet Hugo refert in quodam diplomate. Adhæc a S. Agapito Martyre, cujus caput in S. Stephani basilica defossum latebat , ex morbo difficili persanatus est : indeque S. Stephani ædem vetustate nutantem, restituere et ampliare cœpit : sed e vivis excedens anno* MXXX, IV *Nonas Octobris, ejus ædificii perfectionem successori transmisit.*

S. Agapiti miraculum

148 LIII HUGO, *cognomento* Salinarius , *seu* Salinensis, *patre natus Humberto Domino Salinensi et Hermenburga,* filia Lamberti (*ut ait Rodulfus Rex Burgundiæ, dato diplomate ad annum Christi* MXXVIII *regni* XXXIII) nobiliori semine exorta, bonæque famæ præconiis collaudata ; *primum Canonicus Bisontinus fuit, et Rodulfi Burgundionum Regis Capellanus : deinde S. Pauli Bisonticensis Abbas commendatarius post Albericum : postremo Archiepiscopus Vesontionensis ordinatus septimo Novembris, die Dominica , anno* MXXXI, *præfuit annis* XL, *usque ad annum* MLXXI, *quo vivere*

53 Hugonis genus illustre.

A *vivere desiit* VI *Kal. Augusti. In veteri codice S. Stephani, de ejus consecratione sic lego ;* VII Idus Novembris, Ordinatio Hugonis Archipræsulis. *Pallium deinde accepit a Benedicto Papa IX, die mensis Aprilis* XV, *Indictione* V, *anno Christi* MXXXVII, *pontificatus Benedicti* V, *Chuonradi Imp.* XI. *Quod ergo Symphorianus Champerius in Catalogo Episcoporum Tullensium, in Brunone* XXXV *(qui fuit Leo Papa IX) et alii nonnulli referunt,* Hugonem *ab eodem Leone Papa IX fuisse in Ecclesia Tullensi consecratum, constare neutiquam potest, nisi de illo tantum Episcopo Tullensi, et nondum Papa intelligas. Creatus est enim Bruno Tullensium Episcopus anno* MXXVI, *quinquennio ante Hugonis I ordinationem : cœpit autem esse Leo Papa IX ex anno* MXLIX, *cum esset Hugo jam ab annis octodecim Archiepiscopus.*

non fuit is consecratus a Leone PP. IX:

149 *Ex veteri membrana, conscripta tempore Hugonis tertii ;* Anno secundo Papæ Leonis Noni, consecratum est Bisuntii altare B. Stephani, nonodecimo scilicet anno Hugonis primi. *Hæc consecratio facta est* V *Nonas Octobris, anno Christi* ML; *non autem anno* MXXVIII, *ut habet Vesontio ex quadam tabula Joannis Bancleti Notarii Apostolici : cujus hallucinatio etiam Ferdinandi Ughelli Italiam sacram afflavit,*
B *ut monuimus apud Sammarthanos ; accuratius autem in Probationibus Historiæ Trenorciensis, pag.* 358. *Ex eadem antiqua membrana* sedit Hugo I annis XL. *Qui ergo, ut jam dixi, consecratus fuerat anno* MXXXI, *die septima Novembris, is quadragesimo post anno, nempe* MLXXI, VI *Kalendas Augusti ad vitæ bene transactæ præmia evolavit.*

sed hic ejus tempore consecravit altare S. Stephani:

150 *Fuit* Hugo *non minus rebus multis præclare gestis quam nobili genere illustris ; quamquam non fuit* de stirpe Comitum Burgundiæ, *nec habuit fratrem* Remundum nomine, in Hispania Comitem, *ut ait Albericus in Chronico ad annum* MXXXII, *qui quoad majorem partem fuit Hugonis primus. Quamvis enim veterum Dominorum Salinensium familia, ab antiquis Burgundiæ Comitibus derivata sit, et ad eam, per Mauram seu Moretam, Walcherii eo nomine tertii Salinensis Domini filiam heredem, Girardo ex Comitibus Burgundiæ desponsatam redierit ; ipsa tamen* Hugonis I *Archiepiscopi ævo a familia Comitum diversa fuit. Bertoldus Constantiensis, in Appendice ad Hermanni Chronicon,* Hugonis I *obitum toto quinquennio antevertit ; ait enim ad annum* MLXVI : Hugo Bizantiensis Archiepiscopus obiit, cui ejusdem Ecclesiæ Canonicus a Fratribus electus, a Rege substituitur. *Offendiculo, ni fallor, ei fuerunt apographæ tabulæ ad*
C *S. Pauli ; quæ ut emendandæ sunt, vide in* Hugone secundo, *primi proximo successore.*

ipse vero obiit anno 1071,

151 *In Chronico Benigniano, cujus Auctor patria Salinensis, tempore* Hugonis *hujus sui concivis vivebat cap.* 98, Hugo *inquit,* Chrysopolitanæ Sedis Archiepiscopus, ipsius *(nempe Halmardi Abbatis)* valde familiaris amicus, dedit ecclesiam sitam in burgo, Salinis dicto, quam sui genitores a fundamentis extruxerant : et est sacrata in honore Sanctorum Symphoriani et Agathæ Martyrum, Sanctusque Anatolius Confessor inibi quiescit. Cujus loci donationem posuit super altare Sancti Benigni, die natalis ipsius Martyris ibidem Missas celebraturus : atque coram omni populo qui convenerat, obligavit excommunicationis vinculo qui illum locum subtraheret a dominio Abbatis et Monachorum Divionensium. Hæc donatio facta est anno ab Incarnatione Domini millesimo trigesimo septimo, Indictione quinta; Episcopatus sui anno sexto. *Si annus sextus Episcopatus Hugonis, in natali S. Benigni, Kalendis Novembris, fuit Christi* MXXXVII, *certe primus ejusdem annus, Kalendis Novembris fuit* MXXXII. *Recte ; nam* I *Novembris anni* MXXXII *adhuc censebatur primus annus* Hugonis, *anno* MXXXI *die septima Novembris consecrati.*

benefactor ecclesiæ S. Benigni Divion.

D *Hic adscripta Indictio quinta, a Christi Natali ducebatur, anni Christi perpetua Comes : de quo genere Indictionum alio loco monuimus. De aliis Hugonis hujus rebus gestis multa leges parte 2 Vesontionis : quibus lucem affundunt tabulæ a nobis prolatæ in hujus operis Probationibus : quo genere testimoniorum nullum in historia vel sanctius, vel certius.*

A FRAN. CHIFLET.

152 *De Episcopis, deque Abbatibus, vel Abbatissis ejus tempore ordinatis hæc obtulit vetustus codex, quæ obiter perlegisse juverit.*

Promittunt subjectionem, et obedientiam Vesontionensi Ecclesiæ, in præsentia Domni Archiepiscopi Hugonis.

Lucia, nunc Faverniacensis ordinanda Abbatissa, secundum præceptum S. Benedicti.

Prælati sub illo ordinati.

Durandus, ordinandus Abbas Lutrensis.

Berlaida, Castri Carnionis ordinanda Abbatissa, secundum præceptum S. Benedicti.

Helizabet, Palmensis ordinanda Abbatissa.

Theodericus, Basiliensis ordinandus Episcopus.

Alduidis Castri Carnionis ordinanda Abbatissa, secundum præceptum S. Benedicti.

Gauzerannus, Balicensis ordinandus Episcopus.

Beringarius, Basiliensis ordinandus Episcopus, MLVII Indict. X

Burcardus, Lausannensis ordinandus Episcopus. E

Eufemia, Faverniacensis ordinanda Abbatissa, secundum præceptum S. Benedicti.

Halaida, Castri Carnionis ordinanda Abbatissa, secundum preceptum S. Benedicti.

Heinricus, Lausonensis ordinandus Episcopus.

153 *Ab* Hugone I, *non prius discedo quam suum ei locum restituerim in Synodo Æduensi, cujus meminit Hugo monachus in Vita S. Hugonis Abbatis Cluniacensis, his ipsis verbis :* Mirandis plus miranda subjungo, quæ referentibus viris authenticis probata cognosco. Hæc sane referunt Gaufredus de Monte Sancti Vincentii, et Rainaldus Æduensis, qui adhuc præsentes sunt, Dux Burgundiæ Rotbertus Haganonem Æduorum Episcopum nimia infestatione gravabat, variisque prædonum incursibus passim Burgundia laborabat. Ea propter Episcopi, Gaufredus Lugdunensis, Hugo Bisontinensis, Accardus Cabilonensis, et Drogo Matisconensis Æduam convenerunt magnumque patrem considerunt prædictum Hugonem Cluniacensem Abbatem venire rogaverunt. Aderat illustrium multitudo copiosa virorum, populus confluebat infinitus, pro pace supplicans indefessis clamoribus. Adveniens ipse Dux, imo tyrannus, Æduam intravit ; sed fastu maligno interesse conventui recusavit At Pater Hugo, fervore caritatis concitus, F tyrannum adiit : quem vehementer increpans, cunctis mirantibus tamquam ovem mitissimam secum adduxit. Episcopis autem supplicantibus ut Pater Hugo pro pace agenda loqueretur, turbis undique conticentibus, et ex ejus ore pendentibus, sic ait; Qui pacem quærunt, qui Deum diligunt, nos audiant, nobiscum agant. Qui vero filius pacis non est, qui non ex Deo sed adversarius est, huic ex parte Omnipotentis præcipio, ut a nobis exeat, et operi divino non noceat. Vix dicta compleverat, cum ecce quidam statura procerus, facie truculentus, multis cum sequentibus egressus disparuit. Non fuit in tanta multitudine hominum, qui aliquem nosset egredientium. Mirabantur singuli, stupebant universi. Quærentibus invicem super his non erat aliud respondere, nisi interdicente Sancto dæmones visibiliter exiisse, egressosque de turbis simul evanuisse. His ita depulsis; tantam mox prædicatio Sancti efficaciam habuit, ut eo jubente Dux ipse sui mortem filii, interfectoribus condonaret, et Ecclesia pacem reciperet. O beatum virum, cujus præsentiam Sathanas ferre non poterat, cujus imperium invitus agebat !

Interfuit Synodo Æduensi.

quando S. Hugo Cluniac. dæmonem e conventu exire compulit.

Res

A Res equidem mira, sed altiori miraculo cumulata. Quamdiu enim in conventu illo vir sanctus sancta perdocuit, sicuti columba candida super caput ejus præsens apparuit. Quibus id videre datum est, Deum glorificaverunt; non enim omnes hanc videre gloriam meruerunt. Stephanus Archipresbyter de Parricejo, sub omni assertione, itidem se, licet indignum, testabatur vidisse.

S. FRANCHILLET.

anno, non 1072, vel 1055,

154 *Hanc Synodum plerique assignarunt anno Christi* 1072; *unde et* Hugonem *Archiepiscopum Bisontinum qui et interfuit, secundum ejus nominis putarunt; qui fuit primus, ut mox ostendam. Labbeus in Synopsi Conciliorum anno* MLV *adscripsit. Ego verum illius epocham deprehendisse me arbitror, ex eo quod ait Hugo monachus, in ea Synodo factum esse hortatu S. Hugonis Abbatis, ut Dux Rotbertus* sui mortem filii interfectoribus condonaret, et Ecclesia pacem reciperet. *Fuit hic Rotberti filius Hugo, de quo sic Chronicon Autissiodorense, quod exstat apud Labbeum Tomo* 1 *Bibl. nova, pag.* 293 *ad annum* MLVII. Hugo filius Rotberti Ducis, incendio subdidit villam Sancti Bricii: et perierunt intra ecclesiam viri et mulieres cum infantibus, numerus cx. Et eodem anno

B ipse interfectus est. *Addit Chronicon sequenti anno* MLVIII, Clandestina irruptione captum est castrum S. Germani a militibus Rotberti Ducis, et Tebaldi Comitis: qui ingressi, nutu divino territi, quantocius exierunt: et hoc intra venerabiles Quadragesimæ dies. *Huic optimæ notæ Chronico adversantur tabulæ inaugurationis Philippi I Regis, in quibus et solemnitati die Pentecostes anno* MLIX, *interfuisse legitur* Hugo filius et Legatus Ducis Burgundiæ: *non ergo ille biennio ante occisus fuerat. Verum hic Duchesnius et Sammarthani Chronico Autisiodorensi fidem suam non immerito servari volunt, et notari eum quarum, qui pro singulari littera* H. Henricum *Rotberti Ducis filium adhuc superstitem designante,* Hugonem *acceperit, et ad longum scripserit, historicæ veritatis haud levi detrimento.*

sed 1058

155 *Ulturus igitur Dux Rotbertus filii necem, cujus certos auctores non noverat, quacumque eum ferebat suspicio Burgundiam populabundus pervagabatur. Sensit Agano Æduensis Episcopus suas et suorum clades: vocavit ad Synodum comprovinciales suos, Gaufredum Lugdunensem Metropolitanum, Accardum Cabilonensem et Drogonem Matiscensem Episcopos; Hugonem quoque Vesontionensem Archiepiscopum, magni nominis virum. Sed præcipuum hujus Concilii robur penes Hu-*

C *gonem Cluniacensem Abbatem fuit cujus sororem Dux Rotbertus matrimonio sibi copulaverat: ejus enim comitate et odore sanctitatis sic ille delinitus est placatusque, ut cæsi filii injuriam remitteret, pacemque redderet Burgundiæ. Hujus Synodi tempus fuit (ut probabilissime) autumnus anni* MLVIII, *ultra quem plus duodecim annis Hugo I Bisontinam Sedem obtinuit.*

Gaufridus Lugd. idem qui et Humbertus:

156 *De* Gaufredo Lugdunensi Archiepiscopo *restat difficultas, ex eo quod nullis in Catalogis antiquis censetur. Verum (ut ego quidem existimo) censetur in omnibus, sed sub nomine* Humberti. *Nam ex brevi Chronico S. Benigni ad Cyclos paschales, Halinardo Lugdunensi Archiepiscopo, anno Christi* MLII *Romæ vita functo, successit in Archiepiscopatu* Humbertus, *et in Abbatia Benigniana Joannes, Fiscannensis tum Abbas. Ad eumdem porro* Humbertum *Lugdunensem Archiepiscopum datæ sunt a Gregorio Papæ VII Epistolæ* 36 *et* 76 *libri* 1, *et libri* II *Epistola* 15, *annis Christi* MLXXIII, LXXIV *et* LXXV. *Quare, qui medio tempore Æduensi illi Synodo interfuit Lugdunensis Archiepiscopus, idem* Humbertus *fuit: qui tamen ibi* Gaufredus *nuncupatur; uti et apud Nicolaum Arragonium in antiquis Romanorum Pontificum gestis: et apud Hildebertum, in Vita S. Hugonis Abbatis Cluniacensis, sub finem: qui sanctus Abbas,* ut et moriens ostenderet quam vigil et sollicitus fuerit circa commis- D

dicendus Humbertus Gaudofridus;

sarum sibi vigilias ovium, quibus potuit sermonibus Anniversarium Archiepiscopi Gaufridi et Guidonis Abbatis adesse nuntiavit: significans oportere defunctis Fratribus debita solvi beneficia. *Obiit S. Hugo* III *Kal. Maji;* Humberti *vero Lugdunensis Archiepiscopi dies obitus adscriptus est in Necrologio S. Stephani Lugdunensis* III *Idus Maji. Nihil ergo dubii remanet quin binominis fuerit idem Archipræsul,* Gaufridus *ex familia,* Humbertus *ex Baptismo: cujus Sedis annos continuos habemus tres minimum supra viginti, ab anno scilicet* MLII *ad* MLXXV.

male confusus cum Roberto successore Simoniaco,

157 *Sed de illo rursum alia nascitur difficultas, ex Chronico Hugonis Flaviniacensis, qui Synodum referens anno* MLXXVII *Augustoduni celebratam;* Quinta autem die, *inquit,* quia Lugdunensis Sedes, Humberto Simoniaco expulso, et in locis Jurensibus Monacho facto, vacabat Antistite, a latere Domni Lingonensis electus est Gebuinus Archidiaconus, vir morum probitate venustus, ut præficeretur Lugdunensi Ecclesiæ. *Atqui in* Humberto, *de quo diximus, nullum apparet vestigium simoniacæ labis, sed potius multæ res præclare gestæ per annos Sedis* XXIII. E *Quo igitur facto ab Hugone Diensi, Apostolicæ Sedis Legato simoniæ convictus, episcopatu dejectus sit? Vidimus in codice MS. S. Stephani Lugdunensis, inter Martyrologium et Necrologium, Catalogum Pontificum Ecclesiæ Lugdunensis, a quingentis circiter annis descriptum, in quo inter* Humbertum *Halinardi successorem, et Gibuinum inseritur quidam* Robertus. *Hunc esse opinamur illum ipsummet Gibuini decessorem simoniæ reum factum, et in Jurensi S. Eugendi monasterio vestem indutum monasticam, pro quo apud Hugonem Flaviniacensem, sive auctoris lapsu, sive librarii oscitantia, irrepserit* Humbertus.

post depositionem Monacho Jurensi,

158 *Addo videri et de hoc ipso* Roberto *locutum Chronicon Bezuense, ubi meminit Simonis regii juvenis, Rodulfi Comitis filii, qui Jurense S. Eugendi cœnobium expetiit anno Christi* MLXXVII, *ut in alio opere, speciali tractatu pluribus demonstrabimus.* Præmiserat ante se (*inquit Bezuensis*) duos illustrissimos viros, Dominum Rodulfum, et Dominum Franconem: secum vero duxit Dominum Robertum, Dominum Arnulfum, et Dominum Warnerium. Hi omnes et secundum genus seculi clarissimi, et secundum Dominum nobilissimi, postea se holocaustum Domino obtulerunt. *Vides convenire hic omnia; nomen, tempus, monachismum ad S. Eugendum; sed et generis claritatem: quis enim dubitet quin* Robertus *ille, in Lugdunensem cathedram simoniace provectus, nobili familia ortus fuerit, cum per ea tempora vix nisi Principum ac Procerum filiis dignitates ejusmodi obvenirent?* F *Quo etiam magis illi suspecti erant simoniæ quod favore potius cognatorum, atque opibus, quam merito suo ad ea fastigia pervenire vulgo existimarentur. His præmissis, Albericum nihil moror, qui contra antiquiorum omnium fidem, Philippum quemdam in archiepiscopatu Lugdunensi, Halinardo proximum successorem scripsit, ut referunt Sammarthani Galliæ suæ Christianæ tomo* 1.

et quidem laudatissimo.

159 LIV Hugo II de Montefalconis: *hoc enim illi cognomen tribuit Calixtus Papa II, in Bulla qua Bisontinæ Ecclesiæ S. Joannis Evangelistæ, bona sua et privilegia confirmat* XV *Kal. Martii, Indictione* XIII, *anno Dominicæ Incarnationis* MCXX, *Pontificatus secundo. Hunc Notarium fuisse ante Episcopatum, ostendunt in Chronico Bezuensi litteræ Pontii, Domini Bellijocensis, datæ anno* MLXXXIII, Hugone, ex Notario archiepiscopatum Bisunticensis Ecclesiæ gubernante. *Sedit per annos* XV *secundum veterem membranam, conscriptam tempore successoribus ejus Hugonis tertii; nempe ex anno* MLXXI *in* MLXXXVI, *quo e vivis abiit* IV *Kalendas Octobris; sic enim de illo S. Pauli Necrologium,*

Hugo 2 ante Episcopatum Notarius

A *Necrologium*, Quarto Kal. Octobris obiit Hugo, Archiepiscopus et Monachus. *Quia vero Benedictinis monasterium ad S. Vincentii basilicam extruxit, in qua et sepultus est, conjectura est illum in ultimo morbo (ut olim solebant Procerum multi) monastico S. Benedicti habitu indutum, et in eo sepultum fuisse, ut Monachus censeri posset : vix enim ante Episcopatum Monachus esse potuit, qui ex Notario seu Cancellario publico creatus est Archiepiscopus.*

et in fine Monachus fuit, fundato S. Vincentii Mon.

160 *Adhuc Electus, et nondum constitutus Archiepiscopus, anno Christi* MLXXII *Dionysiano, sub finem (ut videtur) Julii mensis, vel per initia Augusti, Spiræ convenit Henricum IV Germaniæ Regem, ubi Agnetis ejus matris interventu privilegium obtinuit, pro S. Pauli Ecclesia Bisontina : cujus temporum characteres in veteri apographo vitiati sic leguntur;* Anno Incarnationis MLXVII, Indictione IV, ordinationis Henrici XIV, regni XX. *Atqui certum est ex Lamberto Schafnaburgensi, accurato sane scriptore, quod anno Dionysiano* MLXXII *(scripseram olim ad Sammarthanos,* MLXXI*) Henricus* Rex in Natalem Sancti Jacobi, Wormatiæ occurrit matri suæ Agneti Imperatrici, de transalpinis partibus redeunti, ubi sex aut eo

Privilegium a needum ordinato obtentum non anno 1067,

B amplius annos jam demorata fuerat, sub nimia austeritate vitam instituens etc. Statimque compositis propter quæ venerat, a filio abscessit. *Porro regnare cœperat Henricus ipso die Natalis Domini, primo scilicet die anni Dionysiani* MLII *: ordinatus autem seu coronatus fuerat Aquisgrani* IX *Kal. Julii anni* MLIV. *Ex quibus apparet subscribendum illis tabulis, Spiræ datis (quo scilicet matrem abeuntem Rex comitatus fuerat)* annum Incarnationis MLXXII, Henrici ordinationis XVIII, regni XX, Indictionem decimam.

sed 1072.

2 *Ad Hugonem II est Epistola Ecclesiæ Basiliensis, pro ordinatione Electi sui Burchardi, ex Camerario Archiepiscopi Moguntini, data anno* MLXXII. *Cujus etiam rogatu* Hugo *cognomine Burgundio, servos quosdam a se libertate donatos, Ecclesiæ S. Stephani addixit. Eodem Hugone conscio et favente,* Hugo *dominus de* Trevas, *Ecclesiam in suo castro fundavit, sub patrocinio S. Petri Apostoli, et S. Marcelli Cabilonensis Martyris, anno Christi* MLXXIII. *Quod pariter anno probavit idem Hugo Archipræsul, ut Humbertus, Medullensis castri et Naviliacensis Dominus, et uxor ejus Raynodis, et frater Wicardus Archidiaconus conferrent S. Marcelli monasterio, Ecclesiam S. Laurentii de villa Pontis-Dubii : et Alexander Papa II Bisontinensem S. Magdalenæ Ecclesiam in tutelam*

Quædam ab et sub eo acta.

C *Apostolicæ defensionis suscepit.*

161 LV Hugo III, *patre natus est Guillelmo Magno Comite Burgundiæ, cognomento* Testardie, *Raynaldi filio, Othonis Willelmi nepote ; matre vero Stephania Allobrogum Comitissa; sic enim appellatur in Necrologio Bisontino : cujus vocis quod sit significatum alius erit explicandi locus. Raymundo fratri, Castellæ Regum postmodum parenti futuro, cum esset in procinctu ad Hispaniensem expeditionem, dedit Hugo septies mille solidos probatæ monetæ denariorum : et vicissim aliquot fundos, et tradidit Raymundus Comes ad ejus Ecclesiæ emolumenta. Habemus hoc ex tabulis autographis insertis Acheriani Spicilegii tomo* 9, *a chronicis illis quidem, sed annum Christi* MXCII *spectantibus, ut colligitur ex Mariana lib.* 10 *hist. Hisp. cap.* 1, *et ex auctoribus ab eo laudatis : qui annus* MXCII *in tabulis Ecclesiarum Bisonticensium dicitur Hugonis tertii, Sedis septimus, ordinationis vero quartus. Inierat enim anno* MLXXXVI, *haud multo post obitum Hugonis II ; triennio post, nempe anno* MLXXXIX *ordinatus fuerat, seu consecratus in Archiepiscopum, ut habet ejus temporis membrana vetus. Sed repugnare videtur huic chronologiæ, quod anno* MXCII, *Indictione* XV, *quarto Nonas Novembris,* Raimondus Consul *interfuisse legitur dedicationi Ecclesiæ S. Nicolai de Marthereto prope Vesulum. Num igitur ille exeunte hoc ipso anno, dederit se itineri ad Hispanicam expeditionem, an potius sequentis vernum tempus exspectarit, quo solent Reges ad bella procedere? Ad hoc respondeo, apparere ex Indictione, annum illum dedicationis, fuisse Dionysianum* MCXI *a Christi Natali deductum, Gallicanum vero* MXCII *a* XXV *Martii vel a Paschate derivatum, qui Dionysianum novem circiter mensibus anteverteret. Nam Indictio* XV *cœperat mense Septembri. Igitur mense Junio præcedente (exempli gratia) in cursu erat Indictio* XIV, *quæ secundum Dionysii et Bedæ methodum, conveniebat anno Dionysiano* MXCI.

Raymundo Comiti in expeditionem Hispanicam commodat pecuniam 1092,

D

A FRANC. CHIFLET.

2 *Hugonis III anno secundo, Guichardus, S. Stephani Archidiaconus, Ecclesiam suam bonorum suorum fere omnium heredem scripsit; genus suum maternum aperiens ex Dominis Salinensibus derivatum. Idem Hugo III, S. Vincentii monasterium, ab ejus decessore Hugone II fundari cœptum, et privilegiis muniit, et bonis opimis locupletavit, primum illi Abbatem Achardum præficiens,* V *Kalendas Octobris, anno Dionysiano* MXCI. *Sequenti* MXCII *contulit Ecclesiæ B. Magdalenæ, altaria de* Boyseyres *et de* Sayens. *Anno* MXCV, *Domini de Montefalconis, ipsi ejusque decessoribus ac successoribus Archiepiscopis ligios se esse professi sunt. Biennio vero post, nempe anno* MXCVII *monasterium* Valliscluse *de injustorum possessorum manibus receptum, tradidit Ecclesiæ S. Joannis Evangelistæ : et Raymodis nobilissimæ matronæ opimam hereditatem Ecclesiæ suæ adjecit : cui etiam medietatem decimationum Ecclesiæ de* Vileta *restitui curavit.*

varia sub et ab eo acta:

E

162 *In itinere ad Terram sanctam, a Stephano fratre suo, Comite Burgundiæ quiddam beneficii accepit in utilitatem Ecclesiæ suæ, conscriptis tabulis* in strata publica, circa castrum Ferretis, Indictione octava, *adeoque anno* MC. *Eadem Indictione,* VI *Idus Septembris, de manu Othonis Militis recepit quædam bona Ecclesiæ suæ, ab ejus majoribus inique detenta. Sequenti anno* MCI *e vivis excessit Idibus Septembris, anno suscepti Archiepiscopatus quintodecimo. In Ecclesiarum archivis vidimus aliquot Bullas Calixti Papæ II, in quibus meminit Fratris sui Hugonis Archiepiscopi, qui in* Jerosolymitana peregrinatione ad Dominum migravit.

obiit in peregrinatione Hierosolymitana.

§ V. Episcopi ab anno MCI ad MCLXVI : ubi de Faverniacensibus primum Abbatissis, deinde Abbatibus.

F

PONTIUS, *cognomine* HUGO IV. *Etenim* Pontium *ubique se ipse appellat, appellaturque a Paschale Papa II, non uno in diplomate, ut solent Episcopi de propriis nominibus nuncupari : cum autem cognomen illi esset* Hugo, *invaluit usus apud Bisontinos, ut post tres* Hugones *Archiepiscopos, ipse* Hugo quartus *nuncuparetur, quamquam in tabulis S. Magdalenæ de quadam colonia, trium Hugonum proximus successor* Pontius *aperte scribitur. Audita igitur morte Hugonis tertii, in itinere Jerosolymitano vita functi, datur illi successor* Pontius : *qui mox Bisontinam Ecclesiam B. Mariæ Magdalenæ egregiis donis et privilegiis auxit,* tertio Idus Januarii, Indictione X, *anno Christi Dionysiano* MCII, *quem a Paschate deductum censet Notarius* MCI. *Porro anno* MCVI *Indictione* XIV, *Pallium accepit a Paschale Papa II, data Bulla Laterani, pridie Kalendas Januarii : eodemque anno, Nonis Augusti, Hunaldo S. Eugendi Abbati subjecit monasterium Cusantiense. Ineunte sequenti anno* MCVII *Valclusensem Ecclesiam tradidit Cluniacensibus, diplomate quod in Bibliotheca Cluniacensi* Petri *nomine prænotatur, in littera singulari P. scriptore hallucinato : quod donum firmat Paschalis Papa II, data Bulla apud villam S. Hippolyti, Cluniacensium juris, in Matisconensi Episcopatu*

Pontius quomodo Bisontinis dictus Hugo IV.

A *scopatu sitam*, VI *Idus Februarii ejusdem anni* MCVII.

A FRA-CHIFLET. *et abdicato Episcopatu factus Monachus Prior Altæpetræ,*

164 *Quo etiam anno* Pontius Archiepiscopus, *cum altare de* Useyes *Ecclesiæ Altepetrensi addixisset; mox ipse ejusdem Ecclesiæ Prior factus est abdicato Archiepiscopatu. Hoc certe constat, vacante tum Episcopatu Bisontino, fuisse Widonem Archiepiscopum Viennensem, illo ipso anno* MCVII *auctoritate Apostolica* Bisontinæ Sedis Vicarium *constitutum, et quædam Altepetrensi Ecclesiæ a Wilenco Sedunensi Episcopo collata dona, in* Pontii Prioris *gratiam, eodem anno confirmasse. Quocirca ad hanc Widonis administrationem referenda sunt,* Geraudi Lausannensis *et* Radulfi Basileensis, *notorum Episcoporum, sanctæ Vesontionensi Ecclesiæ subjectionis, reverentiæ, et obedientiæ coram Guidone Viennensi Archiepiscopo præstita Sacramenta. Hugonis quarti obitus notatur in Necrologio Bisontino ad* XVI *Kalendas Februarii : nam etsi abdicatus, Archiepiscopi appellationem etiam post mortem apud vulgus retinuit.*

olim cum patre vestitus Cluniaci sub S. Hugone.

165 *Siste hic, mi Lector.* PONTIUM HUGONEM *non prius dimitto, quam meam de ejus natalibus conjecturam tibi aperuero. Anno Christi* MLXXXVIII WIDO *Comes Matisconensis Cluniaci habitum monasticum indutus est sub S. Hugone Abbate, cum Widone et* PONTIO
B *filiis suis. Pontio, ut verisimile est, nomen suum imposuit S. Hugo Abbas, sive in Confirmatione (ut Christianorum omnium mos est) sive propter monachismum, ut est plurimorum regularium Ordinum vetus consuetudo. Ita qui jam nomine* Pontius *erat, cœpit esse cognomine* Hugo. *Puer* Pontius-Hugo, *ut quondam Paulus secus pedes Gamalielis, sic secus pedes Hugonis Abbatis eruditus; cum in magnum virum crevisset, Hugone tertio Bisonticensi Archiepiscopo in expeditione Ierosolymitana exstincto, in ejus consanguineum* Pontium-Hugonem, *et Burgundiæ Principum, et Cleri ac populi vota consenserunt. In ea dignitate vix totis sex annis versatus, quietioris vitæ amore abdicavit, ac secessit in Altæpetræ monasteriolum, ad sex fere leucas horarias a Vesontione : ubi Prior constitutus, haud multo post, Altepetrensem suam Ecclesiam, per Guillelmum de Arguello suum in Archiepiscopatu successorem, Pontio Cluniacensi Abbati ejusque monasterio subjecit. Ex quo evidens est, diversum hunc fuisse a Pontio Cluniacensi Abbate, Merguliensis Comitis filio, qui ex Monacho S. Pontii Tomeriarum, Cluniacum veniens haud multo ante obitum S. Hugonis, nova ibi edita professione, ipsi in Abbatis officio successit. Habes igitur in Pontio Widonis Comitis Matiscensis filio, et Cluniacensem*
C *Monachum, et Hugonem, et Archiepiscopum Bisontinum, et denique Priorem Altepetrensem.*

Gulielmi gesta præclara:

166 LVII GUILLELMUS *de* Arguello. *Est castellum de* Arguello, *collis vertici impositum, ad leucam fere horariam a Vesontione, nobilis quondam familiæ titulus: et hoc* Guillelmo *cognomen appingit successor ejus* Ansericus, *in diplomate pro Balernensibus, anno Dionysiano* MCXXIX *Indictione* VII. *Is primo anno sui Pontificatus, Christi* MCIX XIII *Kal. Martii, Bisontinæ Ecclesiæ S. Magdalenæ sua bona ac privilegia asseruit; et nonnullis de suo adjectis cumulavit, tum illo anno* MCIX, *tum anno quartæ Indictionis. Controversiam quoque, ortam inter S. Joannis Bisontini Canonicos, et Monachos S. Benigni Divionensis, super Ecclesia de* Algerens, *et Capella de* Loya-novella, *communicatis cum Ganceranno Lingonensi Episcopo consiliis, composuit* VII *Idus Augusti, Indictione* VII, *anno Christi* MCXIV, *suæ ordinationis quinto : unde et deprehenditur annus* MCX *ejus ordinationis primus.*

abdicatio ultronea.

167 *S. Eugendi Ecclesias, in sua diœcesi constitutas, Hunaldo Abbati confirmavit; adjectis S. Georgii in villa* Solciaco, *et S. Albini in villa* Annoras *Ecclesiis.* Pontio *Abbati Cluniacensi* Altepetrensem *Ecclesiam addixit. Monetariam officinam quam Tezelinus Monetarius in privatis suis ædibus constituerat, in terram S. Joannis Evangelistæ transtulit, anno* D *suæ ordinationis tertio, Christi* MCXII. *Idem, jussu Paschalis Papæ II, reddidit Ecclesiæ S. Stephani Archidiaconatum de Dola. Ejusque tempore Stephanus de* Montmorel *hæredem scripsit bonorum suorum S. Joannem Evangelistam : testibus inter alios Pontione Belicensi Episcopo, et Mainerio Decano. Post novem fere administrationis annos abdicato Archiepiscopatu diu fuit superstes in Clero Bisontino cum Archidiaconi dignitate. Mirum est autem, quod ejus nomen, neque in antiquis Archiepiscoporum catalogis, neque in Necrologiis reperitur : cum alioqui plurima ejus exstent in religiosissimas quasque Ecclesias beneficia, et pro suo Anniversario contulerit Ecclesiæ B. Joannis Evangelistæ* altare de Vincella, in territorio Scodinga.

168 LVIII ANSERICUS, *ex Decano Æduensi initi* *Anserici Acta varia,*
anno MCXVII : *nam duas tabulas perlegimus ex archivo S. Magdalenæ, datas anno* MCXXIV *Indictione* III, *pontificatus ejus anno octavo. Novus Archiepiscopus, post Concilium Divionense, quod anno* MCXVII, *præside Guidone Viennensi, Apostolicæ Sedis Legato, celebratum est, Humbertum Dominum Salinensem cum Benignianis Monachis conciliavit, de quodam proventu supra Salinas,* VI *Idus Maji : qua de re nos pluribus egimus* E
in Divione nostra Christiana. Hujus tempore Calixtus Papa II Bisontinas S. Pauli et Sanctæ Magdalenæ Ecclesias egregiis privilegiis donavit : et ad eum dedit Breve Apostolicum anno MCXXII, *Pontificatus* IV, *super contentione duarum Ecclesiarum Bisonticensium de maternitatis prærogativa, quod nos Historiæ Trenorciensis Probationibus illigavimus : cum alio Anserici ipsius diplomate ejusdem argumenti, dato Indictione* X, *anno* MCXXXIV, *feria secunda post Dominicam* Lætare Jerusalem ; *quæ feria in mensis Martii diem* XXVI *tunc incurrit : cui subscriptus est, inter alios plurimos,* Maynerius de Nigra porta.

169 *Idem anno* MCXXII, *in Octava Assumptionis* *anno 1119 et seqq.*
B. Mariæ, Petrum cognomento Venerabilem, in Abbatem Cluniacensem consecravit. Idem Aonii, S. Eugendi Abbati, Ecclesiam de Sarroniaco *contulit : aliasque suæ diœcesis jam eidem monasterio partas confirmavit, annis* MCXIX *et* MCXXIX. *Cum Raynaldo Burgundiæ Comite, super juribus regalibus pacem reformavit, qualis fuerat decessorum ejus cum Guillelmo Comite, patre tertii Hugonis Archipræsulis; et cum Comite Stephano; ejusdem Hugonis fratre.*

170 *Anno* MCXXVII *Dionysiano, sed Gallicano* *item anno 1127*
MCXXIII, *novis Ascetis Constantino et Roberto fratribus, in Valle Sancti Joannis prope Serram,* V *Kal.* F
Decembris basilicam consecravit : earumdemque possessiones confirmavit anno MCXXX *Dionysiano, Gallicano* MCXXXI : *quæ omnia postmodum transiisse videntur in rem et nomen Abbatiæ de Aceyo, diœcesis Bisontinæ, Ordinis Cisterciensis. Idem anno Dionysiano* MCXXIX, *Gallicano* MCXXX, *Aimoni Balernensi Abbati partem parochiæ de* Cognosch *confirmavit, partem donavit, annuente inter alios Guillelmo de Arquel, quondam Archiepiscopo. Sibyllæ deinde Palmensi Abbatissæ, anno Dionysiano* MCXXXI *Ecclesiam de* Villagundry *vindicavit. Tum anno* MCXXXII *Ecclesiæ S. Pauli,* Michem *cum sede caldariæ, et injuriam illuc pertinentem apud Salinas stabiliunt, ex dono* Walcheri *Domini Salinensis, qui se tabulis illis Humberti filium, Walcheri alterius nepotem fuisse significat. Exinde Ecclesiam B. Mariæ de Caritate, ab Augustinianis receptam, Cisterciensibus tradidit, secundum consecrationem Basileensis Episcopi Adalberonis, Dominica die, tertio Idus Februarii, anno* MCXXXIV. *Per quæ tempora, etiam fundationem Locicrescentis, seu Trium Regum Abbatiæ, Ordinis ejusdem Cisterciensis promovit.*

171 *Idem anno* MCXXXI *ad Garlandum, Priorem* *anno 1131 et seq.*
S. Pauli Bisontini, leges sanxit concordiæ, tenendæ

inter

A *inter Ecclesiæ suæ regulares et seculares Canonicos. Sequenti anno* MCXXXII, XV *Kal. Octobris. Anno* MCXXXII *Innocentius Papa II, Canonicos regulares Augustinianæ strictioris normæ, in S. Pauli Ecclesiam immiserat, dato diplomate* Cluniaci, per manus Aimerici S. R. E. Diaconi Cardinalis et Cancellarii, tertio Nonas Februarii, Indictione X, Incarnationis Dominicæ anno MCXXXII, Innocentii Papæ II Pontificatus anno secundo; *quod incipit,* Dilecto filio Gerlando Priori de Sancto Paulo : *quo vetuit, ne quis qui S. Augustini Regulam sequi nollet in B. Pauli familiam admitteretur. Unde evenit, ut sensim per centum et viginti annos deficientibus Canonicis secularibus, anno demum* MCCLII *domus tota in regulare institutum consenserit, cui eo nomine primus Abbas præfectus est* Stephanus de Cicons.

Faverniacensis Virginum Abbatia deserta, in emphyteusim data an. 1132:

172 *Eodem anno* MCXXXII, XV *Kal. Octobris, nobilem* Faverniacensem *Ecclesiam, quæ antiquis temporibus religione Sanctimonialium floruerat, tunc vero ab omni religionis cultu alienam, et ab incolis suis desertam; Stephano* Casæ-Dei *Abbati ejusque Monachis, inhabitandam et regendam tradidit; præsentibus et annuentibus loci Advocatis, Raynaldo Consule, Vidone de* Juncivilla *et Henrico fratre ejus, Theobaldo* B *de* Rubeomonte, *Humberto de* Jussiaco *et Ludovico fratre ejus. Hoc vero monasterium B. Mariæ Virginis de* Faverneyo, *Guillelmus* Simonin *Archiepiscopus Corinthiensis, Bisontini Archiepiscopi Suffraganeus, novissime anno* MDCXIII *Kal. Novembr. auctoritate Apostolica, et virtute rescripti Apostolici, univit et incorporavit Congregationi Sanctorum Vitoni et Hidulphi, in qua strictior viget Benedictinæ Regulæ observantia.*

veteres istic Abbatissæ aliquæ:

173 *Quod spectat ad veterem statum Monialium Faverniacensium, legi in antiquo codice Bisontino;* Ego Lucia, nunc Faverniacencis ordinanda Abbatissa subjectionem et reverentiam a sanctis Patribus constitutam, et obedientiam secundum præceptum S. Benedicti, sanctæ Sedi Crisopolitanæ Ecclesiæ, in præsentia Domni Hugonis Archiepiscopi (*erat hic Hugo I)* perpetuo me exhibituram promitto, et propria manu firmo, *et infra:* Ego Eufemia, Faverniacensis nunc ordinanda Abbatissa *etc*. in præsentia Domni Hugonis Archiepiscopi, *et reliqua ut supra.*

in quibus et Detta, Soror Widradi Ab.

Ad hujus Monasterii fundationem, primamque originem pertinet, quod legi in veteri Kalendario seu Necrologio, quod proxime præmittitur Chronico MS. Hugonis Flaviniacensis, in Bibliotheca Collegii Claromontani, C *his ipsis verbis;* XI Kalendas Novembris Detta obiit, soror sancti Widradi, quæ fecit Monasterium sancti Widradi Andochii Eduense : et alia soror fecit Monasterium Faverniacense.

Flaviniac. Abbatum sec. 7 et 8

174 *Tempus ex Widradi ætate colligi potest : sed hæc non recte definitur in Chronico Hugonis Flaviniacensis, qui veram ejus epocham multis annis antevertit. Quatuor enim primos Flaviniacenses Abbates, hoc ordine et his temporum adscriptis notis recenset tomo primo Bibliothecæ Labbeanæ.*

174 I Magoaldus, *tempore Mauricii Imperatoris ordinatur Abbas, fundato prius Monasterio Flaviniacensi anno Christi* DCI, *Gregorii Papæ IX; cui præfuit Magoaldus annis* XLVIII (*ita MS. codex, pro quo apud Labbeum leges* LVIII, *fortasse librarii lapsu.) Obiit* IX *Kal. Augusti, Clodovei II Regis anno* XI, *Christi* DCL.

apud Hugonem Flaviniac. turbata Chronologia,

176 II Widradus, *ordinatur Abbas* XI *Kal. Maji, Christi anno* DCLI. *Præfuit annis* XII. *Obiit* V *Nonas Octobris,* DCLXIII. *Datum est Widradi quoddam testamentum anno primo Theodorici Regis, apud Sinemurum. Hunc Hugo interpretatur filium Childeberti Junioris : et de suo addit characteres aliquot Chronicos, falsos omnes; hoc est, annum ab Incarnatione Domini* DCVI, *Focæ Imp. tertium, secundum post transitum* D *S. Gregorii Papæ, primum Saviniani ejus successoris, præsidente Lugdunensi Ecclesiæ Secundino Archiepiscopo. Dissimulat autem testamentum prius ejusdem* Widradi *Abbatis, datum anno* IV *Chilperici : unde colligere debuerat, prius testamentum Widradi, datum esse anno Christi* DCCXVIII *vel* DCCXIX; *posterius autem datum esse anno* DCCXX *vel* DCCXXI, *qui fuit primus annus Theoderici IV, filii Dagoberti Junioris secundum Henschenii verisimilem sententiam: non autem Theoderici I, qui fuit Clodovei magni filius primogenitus; neque (ut asserit Hugo) Theoderici secundi, qui fuit (ut dixi) filius Childeberti junioris; neque Theoderici III, Clodoveo II patre nati.*

A FRAN. CHIFLET.

177 III Gayronius, *qui et* Gervinus *dictus legitur in veteri Necrologio, mendose autem* Gaguinus *in Sirmondi Analectis. Hunc Hugo ordinatum fuisse ait anno Christi* DCLXIII, *mortuum anno* DCCLV, V *Nonas Octobris, in expeditione Pippini, quem Imperatorem appellat; adeoque fuisse Abbatem per annos duos et nonaginta : qui si factus fuerat Abbas annos natus* XXX, *obierat annos natus* CXXII, *et in castris Pippini, homo id ætatis. Quis hoc sibi persuadeat?*

meliori calculo reformata.

178 IV Manasses, *ordinatus anno* DCCLV, *obiit anno* DCCLXXXVII, *Nonis Novembris,* XXXIII *anno suæ ordinationis. Ab hoc ascendamus ad tres superiores. Fecit* E *Widradus duo testamenta proprie dicta, hoc est tabulas ultimæ voluntatis. Posterius datum est* XV *Kal. Febr. anno* I *Theoderici quarti, qui fuit Christi* DCCXXI. *Eodem anno vivere desiit* V *Nonas Octobris. Duodecim annis præfuerat, adeoque inierat ex* XI *Kal. Maji anni* DCCIX. *Qui Widrado successit Gayronius, obiit anno* DCCLV; *Ab anno* DCCXXI *ad* DCCLV, *sunt anni* XXXIV. *Totidem annis Abbas fuit Gayronius. Rursus ante Widradum præfuisse dicitur Magoaldus annis* XLVIII. *De annis* DCCIX *detrahe annos* XLVIII, *supersunt anno* DCLXI. *Hoc anno Christi* DCLXI *iniisse videtur. Magoaldus præfecturam suam in Monasterio Flaviniacensi. Per hæc tempora fundarunt piæ Widradi Sorores Monasteria, Æduense S. Andochii, et Faverniacense : sed quo præcise anno, quis vaticinetur? Hoc certius, si vera hæc nostra est epocha, non posse pro S. Andochii Æduensi Monasterio accipi illud a S. Maria nuncupatum, de quo S. Gregorius Registri libro* XI *epist.* XI *ad Thalassiam sive Thessaliam Abbatissam data, quod agente Syagrio Episcopo a Brunichilde Regina fundatum creditur. Porro sicut habemus ex Necrologio Flaviniacensi citato,* DETTAM *S. Widradi sororem, Augustodunensis S. Andochii Parthenonis fundatricem; sic, opinor, habemus sororem ejus* GUDILAM, *seu* GODILAM, *Faverniacensis Monasterii primam matrem* F *et conditricem,* Sainte Gude *vulgo nuncupatam : cujus mentio in Vita Sanctorum Bertharii et Athaleni Martyrum, per tempora Pippini Regis et Wayfarii Aquitaniæ Ducis : quia hic eorum corpora diligenter quæsita, honorifice sepeliri curavit.*

Dettæ soror Gudila Fundatrix Faverniac.

cujus locus a Normannis vastatus,

179 *Ad casus Faverniacensis Monasterii pertinet diploma quo Ludovicus Rex (Transmarinus)* XVI *Kal. Martii, anno regni sui* III, *Indictione* XIII (*Hic est annus Christi* DCCCCXL) *ad preces Ugonis Comitis, dat Adalardo, ejusque conjugi Addilæ, eorumque heredibus duas Abbatias, sitas in pago Portensi, nempe Faverniacum et Offonis-Villam, conditione adjecta, ut post eorum decessum, ad id quod hactenus fuisse noscuntur, eædem Abbatiæ absque diminutione sive deterioratione revertantur. Fuerant scilicet a Nortmannis vel ab Hungaris spoliatæ, atque a Regularibus tantum non desertæ; adeoque eorum fundi, ne vacui et inculti penitus devastarentur, haud imprudenter laicis commendabantur, commodiori tempore ad Ecclesiam aliquando redituri. Habe has tabulas ex archivo Benigniano.*

180 In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. LODOWICUS, gratia Dei Rex. Si fidelium nostrorum congruis petitionibus aures accommodamus, præcessorum

A FRANCHIPLET. a Ludovico R. an. 940 etiam fuerat datus

A sorum nostrorum Regum consuetudines obtinemus, eosque nostræ Celsitudini magis familiariores reddimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus nostris, tam præsentibus quamque futuris, quod inclitus Comes Ugo adierit nostram præsentiam, deprecatusque sit, ut quasdam Abbatias cuidam nostro fideli, nomine Adalardo, suæque conjugi Addilæ, eorumque heredibus daremus, sitas in pago Portensi: quarum monasteria, unum dicitur Faverniacum, dicatum in honore S. Mariæ; alterum dicitur Offonis-villa, dicatum et ipsum in honore S. Leodegarii Martyris. Faventes itaque libentissime precibus præfati gloriosi Comitis Ugonis, concedimus eisdem, Adalardo, uxorique ejus Addilæ, cum omni integritate supradictas Abbatias: hoc est, Faverniacum cum omnibus appendiciis suis, videlicet cum ecclesiis, villis, mancipiis utriusque sexus, campis, pratis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, exitus et regressus, quæsitum et inquirendum. S. Leodegarium similiter totum et integrum, similiter cum omnibus ad se pertinentibus. Ita dumtaxat ut hoc præcepto Altitudinis nostræ, quod fieri eis lemque dari jussimus, quamdiu advixerit ipse Adalardus, et uxor B ejus jam dicta, ac heredes illorum, asscriptas Abbatias teneant atque possideant: post illorum vero quandoque decessum, ad id quod hactenus fuisse noscuntur, eædem Abbatiæ absque diminutione sive deterioratione revertantur. Et huc hoc firmius statutum nostrum permaneat, hoc eis præceptum exinde fieri jussimus, et annulo nostro insigniri.

secularibus ad emphiteusim.

Signum domni et gloriosissimi † LUDOWICI Regis. Odilo notarius, ad vicem Heirici Episcopi summique Cancellarii, recognovit. Datum XVI Kalendas Martii, regnante gloriosissimo Rege Ludowico anno III, Indictione XIII. Actum villa Gurziaco super Madernam fluvium.

Abbates Faverniacenses sec. 13

181 *In scriniis Bisontini Archiepiscopatus lego, Abbates Faverniacenses,* Oliverium *anno* MCXCIV *ab Odone,* Guillelmum MCCXXVI *a Vitali,* Joannem MCCXXXV *ab Hugone Bisontinis Archiepiscopis ordinatos, prius præstito de more fidei et obedientiæ sacramento. Obiit* Anserícus XII *Kal. Maji* MCXXXIV; *merito dictus a successore Humberto* Vir reverentissimus.

Quædam acta Humberti,

182 LIX HUMBERTUS *sedit annis* XXVII. *Iniit anno* MCXXXIV; *unde est quod privilegium amplissimum, quo S. Vincentii Bisontinam Ecclesiam prosecutus est, datum extat anno* MCXL, *Ordinationis ejus anno septimo. Ecclesias S. Petri de* Tromarey, *et S. Mauricii de* Brucey *anno* MCXXXV *Indictione* XIV, *dedit Manegaldo Decano* transpontanæ Ecclesiæ Bisontinæ S. C Mariæ Magdalenes, Apostolorum Apostolæ. *Anno* MCXXXVIII *Dionysiano, sed Gallicano* MCXXIX *Indictione* I, *die secundo mensis Martii, Petro S. Stephani et ejus Ecclesiæ, sua bona ac privilegia confirmavit. Eodem anno* MCXXXVIII *dedit Brochardo Priori Vergiacensi Ecclesiam* Ladonensem, *ea conditione, ut Prior Ladonensis singulis annis Bisuntium veniret, cum duobus Fratribus et duabus cappis, in die Revelationis S. Stephani, festum ibi celebraturus.*

in quibus more Gallico annus inchoatur 9 mensibus citius

183 *Anno* MCXLII *prædictæ S. Stephani Ecclesiæ, decimas de* Viletia *asseruit. Anno* MCXLVI *Dionysiano,* III *Idus Aprilis, suam monetæ Bisontinæ partem oppignerarit Canonicis S. Joannis, pro solidis ter millibus sibi commodatis, in persecutione, quam a Raynaldo et Guillelmo Burgundiæ Comitibus perpessus erat. Eodemque anno ac die, mansum unum ad introitum claustri, et vineam apud* Bergilias *in* Sessel *positam eis dono dedit. Cum autem in tabulis autographis subscriptus sit annus* MCXLVII *cum Indictione nona; ex hac Indictione deprehendimus, annum hic adscribi a* XXV *Martii, vel a Paschate, deductum veteri more Ecclesiæ Gallicanæ, qui idcirco Dionysianum novem circiter mensibus antevertit: quod et in plurimis illorum temporum diplomatibus observavimus, præsertim a Calixto Papa II, et* D Humberto *Archiepiscopo datis.*

Dedicationes altarium Vesontione per Eugenium 3,

184 *Eodem* Humberto *annuente,* Richardus de Montefalconis *dedit Ecclesiæ S. Stephani villam* Villiacum, *pridie Idus Julii, anno Dionysiano* MCXLVII, *Indictione* X. *Sequenti* MCXLVIII III *Nonas Maji,* Eugenius Papa III *Ecclesiæ S. Joannis altare majus consecravit: de quo sic proprium Martyrologium:* Consecratum est hoc altare in honore dominicæ Resurrectionis, et Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, et Beati Joannis Apostoli et Evangelistæ, et sanctorum Martyrum Stephani, Vincentii, Ferreoli et Ferrucii, per manus Domini Eugenii Papæ tertii, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo octavo, III Nonas Maji; *et alio loco:* III Nonas Maji, Apud Bisuntium Dedicatio majoris Ecclesiæ Sancti Joannis Evangelistæ, per manus Domini Eugenii Pape III, adsistentibus et cooperantibus Archiepiscopis, Humberro Bisuntino, Balduino Cæsariensi, Henrico Eboracensi: Episcopis autem, Hymaro Tusculano Cardinali, Hugone Altissiodorensi, Arnaldo Austodriensi vel Austroriensi, Navarrone E Cantiensi, Crisandino Mantuano. *Ex ordine Canonicorum (qui Liber S. Protadii vulgo nuncupatur, quod ab eo cœptus fuerit, cum sit tamen a recentioribus interpolatus) antiquitus celebrabatur Dedicatio Ecclesiæ S. Joannis Evangelistæ* XI *Kalendas Martii. Illam deinde augustiore forma restitutam* Hugo I *Archiepiscopus solenni ritu consecravit Nono Kalendas Octobris. Tertia et ultima Dedicatio per Eugenium Papam III, non memoratur in illo veteri Ordine Canonicorum, quamvis duabus prioribus posthabitis sola nunc per totam diœcesim celebratur, ex mandato ejusdem Pontificis, quod est datum Lausannæ,* XII *Kal. Junii,* MCXLVIII.

ipsius ecclesia dedicatio triplex,

Consecratio Landerici Episc. Lausann.

185 *Adoni II S. Eugendi Abbati contulit* Humbertus *Ecclesiam de* Sourosc, *et alias suæ diœcesis Ecclesias confirmavit anno* MCL *Dionysiano. Consensit ut S. Stephani Canonici, Raymbaldo Bellifontis Priori darent Ecclesiam de* Pins *anno* MCLII. *Cum Odone Campaniensi, Raynadi et Guillelmi Burgundiæ Comitum nepote, transegit de censuariis potestatis de* Quingey *anno Dionysiano* MCLIV, *Indictione* II. *Ecclesiam de* Assum *cum appendiciis suis, de Narduini cujusdam manu vindicatam, Bellifontanæ Ecclesiæ donavit anno* MCLV. *Petro Abbati et Ecclesiæ S. Vincentii dedit Ecclesiam de* Tisia *anno* MCLX, *Indictione* VIII. *Eodemque anno* Landericum de Durnac, *ex Decano S. Joannis Bisonticensis, Lausannensem Episcopum consecravit, adstantibus et cooperantibus Ardulcio Gebennensi et Willelmo Bellicensi Episcopis.* F

186 *Hujus consecrationis mentio est in tabulis* Humberti *Archiepiscopi de divisione jurium Ecclesiæ B. Mariæ Magdalenæ, inter Decanum et Canonicos: quæ tabulæ describuntur a Gerardo Archiepiscopo Bisontino, mense Augusto anni* MCCXXI, *et datæ notantur anno* MCLX, *Indictione* II. *Cum autem anno* MCLX *conveniat Indictio octava, Indictioni porro secundæ annus* MCLIV; *opinabar aliquando ex Indictione emendandum esse annum Christi, et pro* MCLX *restituendum* MCLIV. *Sed quæstione ad incudem revocata, cogitavi primum, ubi non convenit Indictio cum anno Christi, præsumendam esse hallucinationem tabellionis, potius in Indictione quæ abstrusior est, quam in anno Christi qui vulgo notior, ut monet Covarruvias ex antiquioribus. Deinde in tabulis Bellifontani subscriptum reperi* Landricum *adhuc Decanum anno* MCLV, *Indictione tertia: unde certo concluditur non fuisse illum ordinatum Episcopum anno* MCLIV.

anno 1160.

non 115[illegible]

187 *Denique in MS. Catalogo Lausannensium Episcoporum qui penes me est, legi expressis verbis, consecratum* Landricum *anno* MCLX: *ei porro decessisse* B. Amedeum, *cum Episcopus fuisset per annos* XIV; *ordinatus fuisset die festo Sanctæ Agnetis,* XXI *Januarii, quæ*

cum decessor Amedeus obiisset an. 115[illegible];

A *quæ erat Dominica dies anno* MCXLV : *obiisset* MCLIX, XXVII *Septembris : quæ quidem edenda tradidimus Sammarthanis in serie Episcoporum Lausannensium : sed in editione eorum error irrepsit a Typographo, cum ait;* In Catalogo MS. notatur oriundus de castro quod dicitur Costa, prope S. Antonium. *Nam locum natalem B. Amedei non existimaverim* Costam, *quæ fere media est inter Viennam et Gratianopolim (hic enim locus cum leucis pluribus a S. Antonio distet, dici non potuit* prope S. Antonium) *sed potius locum quem tabula Delphinatus appellat* Chastellar, *qui inter S. Antonium et Iseram fluvium medius est, et S. Antonio pene contiguus. Quare legendum opinor;* Oriundus de castro quod dicitur Chastellar, prope S. Antonium. *Hæc obiter de loco natali* B. Amedei, *quem certius est cœli civem fuisse, undecumque hujus terræ puncti ortum habuerit.*

hujus patria

188 *Humbertus adhuc anno Christi* MCLXI *Indictione* IX, *multa bona contulit in Ecclesiam S. Joannis;* quæ, *inquit,* lacte sui beneficii, me puerum nutrivit, provectum in Pontificali Cathedra collocavit, senem baculo dignæ compassionis sustentavit. *Inter alia, octo Ecclesias illi subjectas, quarum duas, de* Tyl, *et de* B Pontereyntru *Anniversario suo deputavit. Ipse haud multo post abdicato Archiepiscopatu, ad S. Pauli in regulam habitumque concessit : unde in ejus Ecclesiæ Necrologio scriptum;* Kalendis Octobris obiit Humbertus Archiepiscopus, Canonicus noster, hic sepultus. *Eum adhuc in vivis fuisse anno* MCLXV *comperimus ex tabulis Pontiæ Burgundiæ Comitissæ, pro Palmensi puellarum monasterio, quibus præsens interfuit, adhuc titulo, sed non officio Archiepiscopus. Gratia pollens apud Fridericum I Imperatorem, regium ejus tutelam Ecclesiæ suæ obtinuit. Probavit, ut Sibylla Palmensis Abbatissa suum quemdam proventum salis, in villa S. Hippolyti, Christiano Lucellensi Abbati concederet. Juvit fundationem Roseriensis Cisterciensium monasterii : primusque in suæ diœcesis loco* Ulnens. *Ordinis Tartensis, et regulæ Cisterciensis Moniales instituit, quæ nostro ævo Dolam transductæ pristinum* Ulnensium *nomen retinent; quemadmodum et e* Tarto *veteri Divionem translatæ,* Tartenses *hodieque appellantur. Gravem Ecclesiæ suæ cum Episcopo Lausannensi controversiam, ab Orliebo Basileensi Episcopo, Sedis Apostolicæ Legato, dirimi passus est anno Christi* MCLIV.

Cessio Humberti jam senis.

Acta alia

C § VI. Reliqui per seculum XII Antistites.

WALTHERIUS II, *filius Hugonis II, frater Odonis II, et patruus Hugonis III, Burgundiæ Ducum, Clero addictus ab adolescentia. Archidiaconus subscribitur in tabulis, quibus Dux Odo ejus frater villam* Villariensem *Oscaræ fluvio impositum Benignianis restituit, nulla adscripta temporis nota. Postmodum S. Stephani Bisontinæ Ecclesiæ Decanus, anno* MCLII, *Indictione* XV, *Raymbaldo Bellifontis Priori Ecclesiam de* Pins, *Capitulo suo consentiente, addixit. Deinde* Humberti *successor dictus, pro Bellævallis monasterio sententiam protulit anno* MCLXII, Bisontinum Electum *sese appellans. Porro cum sequenti anno* MCLIII. Godefridus Lingonensis *Episcopatu abdicato in Claramvallem suam se recepisset, locum ejus obtinuit* Waltherius : *sic enim habet anno illo breve Chronicon Benignianum ad Cyclos paschales;* MCLXIII dimisit Episcopatum Godefridus, et Galtherius filius Hugonis Ducis Episcopus factus est : *tum ad annum* MCLXXIX; Obiit Walterius Lingonensis Episcopus VI Idus Januarii : successit Manasses. *Multis rebus in Episcopatu præclare gestis* Luniacensem *Carthusiam fundavit, factus ibidem Carthusianus, ibique sepultus.*

Waltherius 2, transit ad Lingonensem Episcopatum,

190 *Illi ex Imperio in regnum remigrandi occasio* D *fuisse videtur, ne Friderici Imp. schismate involveretur, neve a partibus divideretur Ludovici VII Francorum Regis, fratrisque sui Odonis Burgundiæ Ducis, qui a legitimo Papa Alexandro III stabant. Anno illo* MCLXII, *inquit Albericus in Chronico,* Imperator Fredericus a Rege Francorum invitatus, ut sublato schismate, Romanæ Ecclesiæ pax firma redderetur ; Concilium in territorio Vesontionum, Dola villa super Sagonam fluvium, in Decollatione S. Joannis Baptistæ convocavit. Sed in tanto conventu Regum, Ducum, Comitum, Archiepiscoporum, Episcoporum, et Abbatum ; Clarevallensium consilio et instinctu, Rege Franciæ ab Imperatore averso ; quique sine effectu, eadem et adhuc graviore permanente discordia, in sua redierunt.

A FRANC. CHIFLET. propter schisma Fridericianum:

cui extinguendo

191 *Erratum hic est, sive ab Auctore, sive a librario, in loco Concilii, seu Comitiorum totius fere orbis Christiani ad tollendum schisma. Distat enim* Dola *ab Arari tribus fere horariis leucis. Illorum vero Comitiorum locus non fuit* Divio, *ut putavit Platina; non* Ledo, *vulgo* Lons le sauvier, *ut suspicatur Vignerius in Bibliotheca; non* Vesontio, *ut visum Alberto Stadensi, et Krantzio lib* 6 *Saxoniæ, cap.* 18; *sed oppidum Arari impositum, vulgo* Laone, *Hugoni Pictavino in historia Vizeliacensi* Lovigenna, *Fredegario* Latona *cap* 58 : *quo loco dicit resedisse Dagobertum Regem aliquantis diebus, ibique Brunulfum fratris sui Ariberti avunculum interfici jussisse: et cap.* 90 *ubi de Flaocato, Villebadi Patritii peremptore, refertur, quod Cabiloni febre correptus, indeque* Latonam *Arari adverso properans, animam efflarit ex itinere, post patratam Villebadi cædem die undecimo, et in S. Benigni Divionensi basilica sit sepultus.*

frustra laboratum erat,

non Dola, E *Divione aut Vesontione,*

192 *Refert Vignierius citato loco, diploma Friderici Imp. quo Arducii Gebennensis Episcopatum a Ducis Bertoldi de* Zeringen , *et Comitis Gebennensis Amedei invasionibus vindicat : datum* VII *Idus Septembris* MCLXII, *Indictione* X, *anno regni ejus decimo, Imperii septimo,* in archiepiscopatu Bisuntinensi, apud Pontem Laonæ, ubi fere omnes, *inquit,* Imperii nostri Principes convenerant. *Friderici Imp. tractoria ad Eraclium Lugdunensem Archiepiscopum;* Universorum nostrorum Principum consilio colloquium indiximus, IV Kal. Septembris, ad Pontem Laonæ, inter Divionem et Dolam : *et epistola ad Matthæum Ducem Lotharingiæ;* IV Kal Septembris, in die videlicet Decollationis Sancti Joannis Baptistæ, super fluvium Saonam Concilium celebrare F statuimus. *Godefridus Monachus Coloniensis in Chronico, ad annum* MCLXII ; Igitur generali Synodo indicta in municipio quod Ladona dicitur, super fluvium Saonam , in episcopatu Bisontino, Imperator cum Papa Victore , multisque Archiepiscopis , Episcopis , Abbatibusque adfuit , in Decollatione S. Joannis Baptistæ. *Erat olim* Ladona, *seu* Latona, *aut* Laona *oppidum duplex, ad utramque Araris ripam : quod ad sinistram ripam erat, ætate nostra dirutum deletumque est. quod vero superest ad dextram ripam, hodie non* Latona *pure, sed* S. Joannes de Latona *nuncupatur.*

sed Latonæ an. 1162 in conventu Generali ibidem.

193 LXI HERBERTUS *intrusus et improbus. Celebrandi ad Latonam conventus disturbato consilio, Fridericus Imp. in Alexandrum III, ejusque fautores commotior,* Waltherio Bisontino Electo, *seu pulso, seu sponte abdicanti, ut ad Lingonenses insulas transiret,* Herbertum *suffecit : qui et conjunctim a Victore Antipapa, in Imperatoris aula constitutus est Legatus. Vidimus complures ab eo confectas tabulas annis* MCLXIII, IV, V *et* VI; *in quibus,* et *in appensis ad eas sigillis scribitur,* Herbertus Bisuntinus Electus, Imperialis aulæ Legatus. *Anno* MCLXV *tantum electus Abbatiam Berhiliarum, et cambii tabulas sibi ab*

Walterio suffectus Herbertus schismaticus

A *ab Imp. Friderico asserunt : Petronillæ quoque Castri-Karoli Abbatissæ sua jura firmavit.*

A EBRARDUS CHIFLET *consecratus primum anno* 1166 :

194 *Porro anno illo* MCLXVI, *non amplius Electus, sed pleno jure Archiepiscopus legitur, in aurea Bulla Friderici Imp. Ecclesiæ Viennensi data, apud Bisontium* XVI *Kal. Aug. anno Incarnat.* MCLXVI, *Indict.* XIV, *Friderici Imp. anno regni* XIV, *Imperii* XII, *sicut legimus Viennæ in antiquis membranis, quarum compendium editum est in Bibliotheca Floriacensi, et in Antiquitatibus Viennensibus Joannis le Lievre : sed in anno Christi depravatum, qui notatur apud illos* MCLXXVI ; *cum fuerit* MCLXVI, *ut evidens est ex Indictione, et Imperii Regnique annorum notis : scribiturque ab illis* Ilbertus, *qui fuit* Herbertus. *Adde quod anno* MCLXXVI, *non erat in vivis* Herbertus, *sed illi extincto jam a sex annis* Ebrardus *successerat. Et notandum quod in eo Cæsareo diplomate* Herbertus, *quippe ut* Pontificius Legatus, *ante Drogonem Lugdunensem Archiepiscopum honoris causa appellatur.*

funesto interitu circiter 1170 *extinctus,*

195 *Anno* MCLXVIII *concordiam quamdam sanxerit inter Monachos de Caritate, et Pontium de Rocha. In quibusdam chartis Ecclesiæ S. Pauli, scribitur,* Herbertus Dei gratia Bisuntinæ Sedis Ar-B chiepiscopus humilis, *anno* MCLXIX *Kal. April. Indictione* II, *et* MCLXX, IV *Idus April. Indictione* III. *In sacrario S. Joannis superest Crux, ex auro puro apprime elaborata,* Herberti Archiepiscopi *munus, cujus et nomen præfert : sed sese ipse (quod caput erat) Deo pariter non obtulit, homo perditæ vitæ, et chismatis in Ecclesia præ aliis multis incentor : Funestum ejus interitum narrat Gaufridus Abbas Altæcumbæ, in Vita S. Petri Archiepiscopi Tarentasiensis ; et qua ratione impœnitens infelicem animam exhalarit, tractumque sit ejus cadaver in plaustro boum, circum exclamante populo,* Benedictus Deus qui tradidit impium. *Id contigit Friderico Imp. Vesontione agente, anno (ut putamus) exeunte* MCLXX, *vel ineunte* LXXI. *Porro impii pseudo pontificis rescissa et exauctorata sunt acta ; ut profitetur inter alios Cœlestinus Papa III, dato Romæ diplomate ad Lausannensem et Bellicensem Episcopos, pridie Nonas Junii, anno Pontificatus* IV, *Christi* MCXCIV.

a Cæsario Vir bonus perperam dictus, qui dæmonem consuluit,

196 *Cæsarius Heisterbacensis, lib. 5 de Miraculis, cap. 18, cujusdam Bisuntini Archiepiscopi meminit, qui Clerici necromantici opera usus est, ut revelante dæmone intelligeret, quibus artibus duo pseudoprophetæ nonnulla commentitia miracula, ut fidem sibi apud populos conciliarent. Ita convictos illos, ac publice cremandos mortuos pœnas dedisse.* Erat idem Episcopus C (*inquit Cæsarius*) vir bonus et litteratus, atque de nostra provincia natus. Bene illum novit senex Monachus noster, qui mihi ista retulit, et qui eodem tempore in eadem civitate fuit. *Erat Cæsarius Colonia Agrippina, aut saltem Coloniensi provincia oriundus. Indidem traxisse originem* Herbertum pseudoepiscopum *suadet in primis ejus nomen, apud Colonienses vetustissimum : deinde Legati conditio in aula Teutonici Imperatoris, dubitare non sinit, quin et fuerit ipse lingua et ortu Teutonicus. Favet etiam tempus et ætas Cæsarii, qui anno Christi* MCXCIX *in Heisterbaco Monachum professus, commode potuit eam Bisuntinensem tragœdiam, vix ante tres et triginta annos actam, ex ore grandævi Monachi testis oculati accepisse. Nec alienus est ille ad magicas artes damnandus recursus, ab impio et schismatico* Herberto : *quem hic Cæsarius* virum bonum *nimis simpliciter appellavit ; etiam imprudentius Clerici necromantici peritiam laudare visus. Censeo igitur totam hanc historiam, de* Herberto pseudoepiscopo *esse accipiendam.*

ut impostores detegeret et puniret.

197 LXII EBRARDUS *ex* Thesaurario *Ecclesiæ S. Joannis et Sanctæ Magdalenæ* Decano *Electus Bisontinus legitur ad annos* MCLXXI, *et* MCLXXII ; *tum pleno jure Archiepiscopus anno* MCLXXIII *et sequentibus usque ad* MCLXXIX *in compluribus Ecclesiarum tabulis. Adhuc Thesaurarius, pactus est cum Guigone Abbate Balmensi, de partitione oblationum Capellæ S. Georgii de Dola ad ejus quasdam Reliquias evidentissimorum gloria miraculorum illustratæ. Præfuit funeri S. Petri Tarentasiensis, et Bellævallis monasterio ad Superos evocati anno* MCLXXV, *ut fidem facit ejus Epitaphium vetus, testaturque Gaufridus in ejus Vita MS. (quam, vulgata emendatiorem et locupletiorem, Henschenio nostro edendam tradidimus) non autem anno* MCLXXI, *ut est apud Surium. Anno* MCLXXVII, VI *Idus Octobris consecravit altare abbatiæ de Roseriis, a Galchero Domino Salinensi ejus nominis tertio fundatæ. Raynaldum quoque ex Cartusiano Episcopum Bellicensem anno* MCLXXVIII *electum, ritu solenni consecravit, Sacramentum dicentem hac forma, quam ex veteri codice descripsimus ;* D

Antea Thesaurarius S. Joannis

Ego Raynaldus, Belicensis Episcopus, subjectionem, et reverentiam, et obedientiam, a sanctis E Patribus constitutam, secundum præcepta Canonum, sanctæ Sedi Vesontiensis Ecclesiæ, et ejusdem Rectoribus, in præsentia Domini Archiepiscopi Ebraldi, perpetuo me exhibiturum promitto, et super altare manu propria confirmo. *Alias res ab eo prudenter gestas, ac nominatim quamdam ejus cum civibus Bisontinis auctoritate Cæsarea sancitam concordiam, annotatam reperies in Probationibus. Vitam excessit Ebrardus* III *Nonas Octobris* MCLXXIX.

ejus præclara quædam acta defunct. 1179.

198 LXIII THEODERICUS II *de* Montefalconis, *Richardo patre natus est : sic enim Alberici Chronicon ad annum* MCLVIII. Theodericus Comes Montisbeliardi, duas habuit filias, quarum unam Richardus de Montefalconis accipiens, genuit Comitem Amedeum Montisbeliardi, et Archiepiscopum Theodericum Bisuntinensem. *Hujus tempore, et anno (ut videtur)* MCLXXXII *permisit Lucius Papa III Canonicis B. Magdalenæ, ut domum hospitalem, præsertim ad peregrinos excipiendos, infra parœciam suam construerent : quam ipsi in vico Arenarum, S. Jacobi Ecclesiæ apposuerunt. Anno* MCLXXXIV *confirmavit dona, quæ Willelmus Utennensis et Matisconensis Comes, ejusque frater Walcherus Dominus Salinensis, pro anima patris sui Gerardi Comitis, in S. Stephani Ecclesiam contulerant. Sequenti anno* MCLXXXV, *Urbanus Papa III Ecclesiæ S. Stephani bona, a Burgundiæ Comitibus accepta, recensuit et firmavit.*

Hujus prosapia nobilis.

2 *Rexit Ecclesiam suam annis decem, ut habet MS. codex S. Magdalenæ : nempe usque ad annum* MCLXXXIX : F *quo anno expeditionem in Terram sanctam aggrediens cum Friderico Suevo, Amedeum reliquit episcopatus sui administratorem, Vicarium porro Oliverium Lacroviensem Abbatem. In procinctu, anno* MCLXXXIX ; Ecclesiæ B. Protomartyris Stephani in Bisuntio (quæ me, *inquit*, a cunabulis usque ad nostri promotionem honoris, veluti pia mater enutrivit) *dedit centum solidos censuales, in festo S. Vincentii annuatim persolvendos : et quinquaginta solidos pro Anniversario matris suæ, quod erat octavo Idus Aprilis. Ecclesiam insuper de* Monte S. Martini, *et Ecclesiam de* Quers, *et Capellæ de* Boens *medietatem. Pestifera lue sublatus est in Oriente, post expugnatam Acconam,* IX *Kalendas Decembris anni* MCXCI. *Quo ipso anno Otto Palatinus Burgundiæ Comes locum* Malveonays, *quem Hospitalariis Ierosolymitanis imprudens concesserat, restitui jubet Ecclesiæ S. Joannis, ad cujus proprietatem pertinebat.*

Mors obita in Oriente an. 1191

199 LXIV STEPHANUS *de* Burgundia, *Electus biennio præfuit, sed consecrari non potuit per ætatem. De ejus genere Albericus in Chronico ad annum* MCXC ; Comes autem Gerardus Viennensis duxit filiam Galcheri

Hujus prosapia

A Galcheri de Salins, de qua genuit Comitem Guilhelmum Matisconensem sive Viennensem, et Galcherum de Salins, et quemdam Gerardum, et Stephanum Bisuntinensem Electum, et sorores eorum, de quarum una natus est Comes Thomas de Sabaudia. *Illam* Stephani Electi *matrem, Galcherii Domini Salinensis eo nomine tertii filiam heredem, diversis in tabulis nunc* Mauram, *nunc* Moretam *nuncupatam vidimus.*

male confusi cum multo juniori

200 *Fallit autem, et duos* Stephanos *in unum constat inscriptio, ad ædis Stephaniensis parietem depicta, ubi legitur in medio octo Comitum ;* Stephanus de Burgundia, Electus Bisontinus, frater Othonis Comitis. *Nam ex Comitibus Burgundiæ duo fuere* Stephani, *Clero addicti : prior* Electus Bisontinus, *filius Gerardi Comitis Viennensis et Matisconensis, ex Maura Salinensi : alter centum fere annis posterior, fuit* Stephanus Canonicus Bisontinus, *frater Othonis Comitis. Horum communis stipes fuit Guillelmus Comes, frater Raynaldi soceri Friderici I Imp. ut ex hac serie patet.*

Guillelmus.

B
Stephanus. ———— Girardus.
Stephanus. Stephanus Electus.
Johannes.
Hugo.
Otho. Stephanus Canonicus.

defuncto an. 1299 :

Hic Stephanus Canonicus *obiit Romæ* IV *Aprilis, anno* MCCXCIX, *heredem relinquens fratrem suum Othonem Comitem, ut nos infra pluribus in Odone de Rubeomonte,* LXXI *Archiepiscopo.*

illius mors et epitaphium anno 1194.

201 *At de* Stephano Electo *hæc habentur in Necrologio S. Stephani ;* III Idus Junii obiit Stephanus, filius Comitis Gerardi, Bisuntinus Electus, pro quo Garnerius Magister suus dedit Ecclesiæ S. Stephani, sextarium vini in vinea sua de Gice, cum decimis ipsius vineæ quæ ad eamdem Ecclesiam pertinent, quotannis persolvendum. *In codice S. Stephani, ejusdem obitus notatur* IV Idus Junii : *fortasse ut solenne in utraque ecclesia pro eo celebrandum Anniversarium, ad consequentes duos dies protenderetur. Annum obitus* Stephani Electi *opinor fuisse Christi* MCXCIV. *Ad oras ejus tumuli, qui adhuc exstat in navi basilicæ Stephaniensis, quatuor insculpti erant versus hexametri, e quibus tertium disrupti saxi vetustas nobis eripuit ;*

Forma, decus morum, stirps regia, culmen hono-[rum,
C
Fluxit in hunc : horum sedes fuit iste bonorum.
. . . .
Tot bona, tamque brevi, casus brevis abstulit ævi.

Male quidam legebat olim in primo versu, spes regni.

§. VII. Successio Episcoporum usque medium seculi XIII.

In schismate Imperii adhæret Philippo :

AMEDEUS *de* Tramelay, *Guidonis filius, Fromundi frater, primum Theoderici Archiepiscopi Cancellarius reperitur anno* MCLXXXIII : *tum illo trans mare abeunte, Episcopatus Administrator : denique, post* Stephani *Principis obitum, pleno jure Archipræsul constitutus est. Albericus ad annum* MCXCV ; In Burgundia, *inquit,* mortuo Bisuntinensi Electo Stephano, qui successerat Archiepiscopo Theoderico, Amedeus in Archiepiscopum electus, XXV præfuit annis. *Anno* MCC *cum aliis multis Electoribus Innocentium Papam III monuit per litteras, se Philippum Sueviæ Ducem, mortuo Henrico VI, in Imperatorem elegisse ; cum alii Electores nonnulli in Othonem IV consensissent. Utrorumque epistolas refert Baronius in Annalibus. Eo quippe tempore, Imperatoris electio omnes spectabat Principes ac Magnates, seculares et ecclesiasticos, qui ad comitia Imperatoria convenire solent :* D *quod jus eligendi, ad paucos redactum est in Concilio Lugdun. anni* MCXLV *sub Innocentio IV. Illa sane Electorum discordia magnas et diuturnas in Imperio Occidentali turbas concitavit : unde et* Amedeum *nostrum, his verbis perstringit Raynaldus Baronii Annalium Continuatur, ad annum Christi* 1202, *numero* 28. Bisuntinus quidem Archiepiscopus, prodita patria, in Burgundiam Philippum exciverat, eamque vastandam ipsi exposuerat : quin etiam instructo religioso agmine admiserat in ecclesiam : ob quæ a Prænestino Episcopo Legato censuris fuerat notatus. Huic Innocentius indixit diem, et, si jussa refelleret, de gradu pellendum denuntiavit.

x FRAN. CHIFLET

donationes varias firmat

203 *Porro eodem illo anno* MCC, *cum Otho Comes Palatinus Burgundiæ, in extremis constitutus, et Margareta ejus uxor, dedissent Ecclesiæ S. Stephani, justitiam de* Traitefontaine, *et Molendinum de* Chisse : *Eamque donationem Philippus II Romanorum Rex, sequenti anno* MCCI *confirmasset ; illorum omnium largitiones* Amedeus *Archiepiscopali sua auctoritate stabilivit. Nec non et fundationem altaris in Ecclesia S. Stephani, quod Conradus Spirensis Episcopus consecravit ; et in quod Margarita, relicta Othonis Comitis,* E *contulit villam de* Genuillei *anno Christi* MCCII. *Testatus est* Amedeus, *Otonem de Astrabona, et Jacob ejus filium, remisisse omnes querelas quas habebant adversus domum* Aceii : *anno* MCCIII. *Sequenti* MCCIV, *complures donationes Palmensi Ecclesiæ factas confirmavit. Consecravit Ecclesiam de Gollia, Ordinis S. Augustini, diœcesis Bisontinæ prope Salinas, cujus fundationem compleverat Galcherus junior, Dominus Salinensis, filius Mauræ seu Moretæ Viennensis Comitissæ anno* MCCXIX, *asserens, ei domui, intra septa cimiterii, se jus asyli pro facinorosis concessisse, quo tempore ab Amedeo Archiepiscopo ritu solenni dedicata est.*

Reformatur Ecclesia Bisontina,

204 *Idem* Amedeus *multorum criminum delatus est ad Romanos Pontifices Cælestinum III, et Innocentium III. Sed in ejus delatores conversis deinde accusationibus, Innocentius anno* MCCXII *Legatum misit Bernardum Gebennensem Episcopum, qui de majoris utriusque Ecclesiæ Canonicorum moribus cognosceret : quod et fecit, et ad mores eorum reformandos statuta condidit, digna quæ nostris etiam temporibus vigeant. Hic Bernardus postmodum ex anno* MCCXIV *Ebredunensis Archiepiscopus fuit. Eodem anno* MCCXII. *Amedeus Ecclesias de* Croysei *magno et parvo, contulit S. Eugendo, et Prioratus S. Mariæ de* Cusantia, F *cum onere celebrandi in perpetuum Anniversarii sui. Fuitque annus idem S. Joannis basilicæ fatalis : post cujus incendium indixit* Amedeus *collectionem pecuniarum ad ejus reparationem : sic vero ad eumdem* Amedeum, *et ad Capitulum Bisuntinum rescripsit Innocentius Papa III Laterani, Nonis Octobris, pontificatus sui anno* XV. Ligneis ædificiis Ecclesiæ vestræ, casu quodam igne consumptis, parietibus tamen illæsis ; ac mensa principalis altaris ; in sui extremitate modicam passa fracturam, quæsivistis per Sedem Apostolicam edoceri, si propter hoc, ipsius altaris, vel etiam totius Ecclesiæ deberet consecratio innovari. Ad quod sic duximus respondendum : quod cum parietes in sua integritate permanserint, et altaris tabula mota vel enormiter læsa non fuerit ; ob casum prædictum nec ecclesia, nec altare debet denuo consecrari.

eadem incensa restauratur.

Cedente Amedeo, postulatur, sed negatur Conradus,

205 *Albericus ad annum* MCCXX ; Amedeus Archiepiscopus Bisuntinensis, cum esset vir senex et emeritus, cessit. Duæ sunt in illa civitate Ecclesiæ contendentes de majoritate ; S. Stephani scilicet, et S. Joannis. Una die in ambarum Capitulis cum fieret electio, et altera ignoraret quem altera eligeret, nominatus est, et electus Dominus Conrardus Legatus

A TRAN. CHIFFL.

A gatus : et de communi tandem consensu ipsum a Domino Papa postulaverunt ; nec tamen obtinuerunt, quia eum super gentes et regna constitutum, ad lucra majora Dominus Papa sibi reservabat. Electus est igitur in Archiepiscopum vir nobilis **Gerardus, S. Joannis Decanus, filius Theobaldi de** Regemont, filii Humberti, Comitis Stephani consobrinus : et habuit fratres Humbertum et Theobaldum etc. *Obiit* Amedeus *abdicato archiepiscopatu*, xv *Kal. Februarii, sed anno incerto ; cum præfuisset annis* xxv ; *nempe ex anno* MCXCIV *in* MCCXIX, *et Ecclesiis S. Joannis et S. Stephani centum solidos censuales pro suo Anniversario, jam ex anno* MCCXIII, *assignasset. Quæ porro in Vesontione referuntur ad annum* MCCXIX *de Henrico Camerario Civitatis Bisuntinæ, qui functus esset* vice et auctoritate Domini Archiepiscopi Bisuntini, dum idem Archiepiscopus esset in partibus transmarinis, *aliquando existimavimus ad* Theodericum II *pertinere, et hoc Sammarthanis insinuavimus. Verum re attentius considerata, spectare opinamur* Amedeum, *qui peregrinationem ad loca sancta aliquo sui Episcopatus tempore sit aggressus : nam* Theodericus II *Jerosolymam profectus est, non Henricum Camerarium, sed ipsum* Amedeum *vice sua Ad-*
B *ministratorem reliquerat.*

206 Conradus *ille, quem Alberico teste Bisontina Ecclesia Archipræsulem a Papa non obtinuit, alius fuit a Conrado, Henrici Bavariæ Ducis filio, natusque est patre Egenone de Urach, Suevorum Dynasta : Monachus et Abbas Villariensis, Claravallensis, et Cisterciensis, ac demum Cardinalis Episcopus Portuensis ; obiitque in partibus transmarinis anno* MCCXXVII *pridie Kal. Octobris, sepultus in Claravalle : de quo præter alios videndus Ferdinandus Ughellus in additione ad Ciaconium, et in Italia sacra.*

Vir plane Apostolicus.

207 LXVI GIRARDUS *de* Rubeomonte *(e qua nobili familia successores quoque ejus Odo et Theobaldus prodiere) filius fuit Theobaldi, quem* Comitem de Rubeomonte *Lausannenses tabulæ appellant : et qui in Bisuntinis chartis passim nuncupatur* Vicecomes Bisuntinus. *Abdicato* Amedeo *electus est in ejus locum* Conradus, *de quo diximus : simulque* Girardus *ex Decano S. Stephani (qua in Ecclesia educatus a puero, et per quadraginta amplius annos fuerat versatus) postulatus est, electusque in Episcopum Lausannensem. Cum autem Bisontinis* Conradum *non concessisset Romanus Pontifex, nec illi* Girardum *suum Lausannensibus permittere voluerunt. Contentione delata ad Sedem Apostolicam, causæ arbitros constituit*
C *Papa Trecensem et Lingonensem Episcopos, a quibus ille Bisontinæ Ecclesiæ restitutus est in Archiepiscopum.* Girardi Lausannensis Electi *mentionem vidimus in tabulis datis* MCCXX, *mense Novembri.*

Girardus electus Lausannensis,

pro Conrado retinetur a Bisontinis.

208 *Ejus jam Archiepiscopi frequens est mentio apud Bisontinos, præsertim ad annum* MCCXXI, *qui primus ejus pontificatus annus dicitur ; tum ad annos* MCCXXII *et* XXIV. *Anno* MCCXXII *Ottonem, Meraniæ Ducem et Comitem Burgundiæ, anathemate percutit ; quod in damnum Ecclesiæ, castrum ædificaret in Monte Castellionis. Anno* MCCXXIII *confirmavit donationem viginti librarum super puteum Salinarum, factam Abbatiæ de Gollia, Ordinis S. Augustini, Bisontinæ diœcesis, jam ex anno* MCCXX, *per Dominam Idam Lotharingiæ Ducissam, Dominam de Colonaco. Fuit Ida Simonis II Lotharingiæ Ducis relicta improlis, filia Girardi Comitis Viennensis, soror autem Galcheri Domini Salinensis : de quo tertia die Augusti, anno* MCCXIX, *vita functo, fallax est inscriptio apud Gollianos, quod una die tria cœnobia fundaverit, mane* Roserianum, *meridie* Gollianum, *vespere* Sanctimarianum. *Nam de* Roseriano *mihi constat ex codice MS. Cisterciensi, quod anno* MCXXXII *tertio Kalendas Decembris fundatum fuerit a Galchero III Domino* D *Salinensi (avo materno hujus Galcheri, a quo Gollianum, et montis S. Mariæ monasteria fundata memorantur) : ejusque altare anno* MCLXXVII *ab Ebrardo, ut supra monui, Archiepiscopo consecratum. Sed Roserianæ Ecclesiæ locupletationem nonnullam Gollianis placuit fundationis appellatione honestare. Obiit* Girardus *Idibus Martiis anni* MCCXXV, *cum sextum jam annum sederet : sepultusque est in æde Bellævallis, ante majus altare. De fundata dum præerat, Bisontina Prædicatorum domo, videsis Vesontionem.*

Galcheri Domini Salinensis liberalitas, supra rerum aucta.

Girardi obitus.

209 LXVII JOHANNES, *de quo Albericus ad annum* MCCXXV. Romanus, *inquit*, Sancti Angeli Diaconus Cardinalis, per regnum Franciæ, per Burgundiam, per Provinciam constitutus Legatus, potestative quæ disponenda sunt disponere intendit. Hujus auctoritate, Remis, in crastino Lucæ, Magister Joannes de Villa-Abbatis, vir honestis moribus præditus, ad prædicandum optimus Theologus, Ambianensis Decanus, consecratur in Archiepiscopum Bisuntinensem. *Tum anno* MCCXXVII. Patriarcha Constantinopolitanus erat hoc anno Matthæus, tertius eorum qui de Latinitate in eadem Sede assumpti sunt. Primus namque eorum dictus est Thomas, de Venetia natus ; secundus Gervasius, de Tuscia assum- E ptus ; tertius iste Matthæus, iterum Venetianus : quo cedente, et electoribus vota sua per consilium transferentibus, et in Magistrum Joannem Archiepiscopum Bisuntinensem consentientibus, de voluntate Domini Papæ dictus Archiepiscopus Romam adiit. Postulatus onus illud subire, non consensit attentare : unde Dominus Papa Cardinalem eum instituit, et secum retinuit, dans ei Sabinensem Episcopatum. In Constantinopoli vero factus est Patriarcha Simon Archiepiscopus de Tiro.

Joannes consecratur Archiepiscopus,

recusat Patriarchatum CP. et fit Cardinalis.

210 *Jam Archiepiscopus Joannes, Cartusiæ Vallis clusæ juribus cavit, datis tabulis Aprili mense anni* MCCXXVI. *Eodemque anno, postridie Nativitatis B. Joannis Baptistæ, inter primarias Ecclesiæ Bisontinas S. Joannis et S. Stephani, lites quasdam diremit, de quibus egimus pluribus in Historia Trenorciensi. Constitutus deinde Patriarcha Constantinopolitanus ab Honorio Papa III, per diploma datum Laterani,* x *Kal. Januarii, anno eodem* MCCXXVI, *pontificatus* XI. *Cui oneri cum se prudenter subduxisset, creatus est a Gregorio IX Cardinalis Episcopus Sabinensis, Anagniæ anno* MCCXXVII, *in quatuor temporibus mensis Septembris. Obiit denique Romæ anno* MCCXXXVII, IV *Kalendas Octobris, jam ab annis decem Episcopus Sabinensis. Scripsit in Cantica Canticorum eruditis oculis* F *dignam Expositionem. Reliqua de illo vide apud Sammarthanos et Ughellum, in Episcopis Sabinensibus.*

Quædam prius acta,

obiit Card. Episcopus Sabinen.

211 LXVIII NICOLAUS *natus est in Æduis, oppido Flavigneyo. Ex Decano Lingonensi factus est Archiepiscopus : de quo ad annum* MCCXXVIII *sic Albericus ;* Archiepiscopatum Bisuntinum Magister Nicolaus obtinuit, Prædicator et bonus Theologus. *Ab eo celebrata est relevatio corporis* S. Anatolii *Salinensium Patroni Kalendis Septembris : quæ dies si fuit Dominica (ut fuisse verisimile est ad majorem solemnitatem) pertinuit ad annum* MCCXXX. *Firmavit donationem Willelmi Viennensis, S. Stephani Ecclesiæ Decani, qui pro anima sua et fratrum suorum, Girardi et Henrici Viennæ Comitum, unam montatam muriæ in puteo Ledonensi contulerat Nonis Junii* MCCXXXIII. *De ejus obitu Albericus ad annum* MCCXXXV ; In Octava, *inquit*, Assumptionis Beatæ Virginis, Fredericus Imperator celeberrimam Curiam omnium Principum Alemanniæ tenuit apud Moguntiam. Henricus Brabantiæ cum ab eadem Curia reverteretur, Coloniæ moritur. Item, in reversione ejusdem Curiæ, mortuus est Bisuntinus Archiepiscopus Nicolaus. *Id evenit* VII *Idus Septemb.*

Nicolaus ordinatus an. 1228

obit. 1235,

212 LXIX GAUFRIDUS, *de quo Albericus*, Anno MCCXXXVI

A MCCXXXVI Gaufridus Parisiensis Archidiaconus, fit Bisuntinensis Archiepiscopus. *Cæsus est, et a Schismaticis demersus sexto Nonas Maji, anno* MCCXLI, *inter Portum Pisanum et Corsicam insulam, cum Romam ad Concilium Lateranense navigio contenderet.*

Gaufridus cæsus a schismaticis an 1241:

213 LXX JOANNES II. *In archivo Ecclesiæ Bisontinæ autographas legimus tabulas* Joannis, permissione divina Bisontini Electi, *datas anno Christi* MCCXLII : *et alias, quibus* Joannes Dei gratia Bisuntinus Electus, *mense Decembri anni* MCCXLIII, *quamdam componit controversiam, inter Capitulum S. Stephani et Joannem de* Eaneste, *filium Roberti quondam dicti* Genni, *aliosque multos, super Ecclesiis* de Visignol, *et de* Longavilla. *Ejusdem* Joannis Electi *exstant duo diplomata in Bellavalle, data Septembri anni* MCCXLIV. *Cum deinde invenitur A. Decanus Bisuntinus, Sedem Bisuntinam vacantem regens, anno* MCCXLIV in crastino Bordarum, *intelligendus est* Alexander, *ex Ducibus Burgundiæ, postea Episcopus Cabilonensis. Intelligendus quoque est annus* MCCXLV *Dionysianus a Christi Natali præcedenti. Quare*, Joannes *ille* Electus, *quicumque fuit, cessisse videtur medio tempore inter hos duos limites.*

et vacantem Sedem an. 1245 rexit Alexander,

B 214 *Quis autem ille fuerit, gravis est inter eruditos disceptatio. Ciaconius, et ex eo alii complures,* Joannem *hunc Bisuntinum Electum* Franciogiam *cognominant, et* de Abbatis-villa, *Gallum asserunt, Burgundum, et ex Monacho Cisterciensi Archiepiscopum Bisontinum : tum ab Innocentio Papa IV, anno* MCCXLIV *Lugduni creatum in quatuor temporibus Adventus Presbyterum Cardinalem, tit. S. Laurentii in Lucina. Exinde ab Urbano IV Viterbii,* MCCLXI *mense Decembri factum Episcopum Portuensem et Sanctæ Rufinæ. Denique Lugduni in Concilio generali sub Gregorio X. anno* MCCLXXIV, *pridie Idus vel* XIII *Julii vita functum, et ibidem sepultum, sive apud Franciscanos, sive apud Prædicatores.*

Electum illum alii Gallum

215 *At Wion lib. 1. Ligni Vitæ, cap. 44 pag. 69, et accuratius Ferdinandus Ughellus Tomo* I *Italiæ sacræ, in Episcopis Portuensibus, asserit* Joannem *cognomine* de Toleto, *natione Anglum, Ordinis Cisterciensis Monachum, creatum fuisse ab Innocentio IV Cardinalem cum aliis novem, Romæ anno* MCCXLIV, *die festo Sanctæ Trinitatis, qui fuit* XXIX *Maji. Secuti sunt hi auctores Matthæum Vestmonasteriensem, et co priorem Matthæum Parisium, cujus hæc sunt verba ad annum* MCCXLIV. Die vero Sanctæ Trinitatis, volens Dominus Papa partem suam roborare, quia C paucos sui laboris socios, et sollicitudinis habuerat participes, creavit decem Cardinales ; videlicet Magistrum Joannem de Toleto, natione Anglicum, et quosdam alios moribus et sanguine præclaros. *Jam autem eodem anno* MCCXLIV, *circa Kalend. Februarias, idem Pontifex (ut refert Vestmonasteriensis) Othonem Cardinalem, creaverat Episcopum Portuensem, ex Diacono S. Nicolai in carcere Tulliano. Ex quibus redarguitur Ciaconius, primam duodecim vel tredecim Cardinalium creationem affirmans Lugduni factam in quatuor temporibus Adventus, adeoque Decembri mense anni* MCCXLIV, *cum ejus mensis initio Innocentius IV Lugdunum pervenisset.*

alii Anglum faciunt,

216 *Pergit autem Ughellus, et* Joannem de Toleto, *natione Anglum, probat fuisse creatum Episcopum Portuensem anno* MCCLXI, *et Lugduni denique obiisse anno* MCCLXXIV *tempore Concilii generalis Lugdunensis sub Gregorio X. Certe quod hic* Joannes *jam fuerit Cardinalis S. Laurentii in Lucina, mense Septembri anni* MCCXLIV, *confirmatur ex Actis Capituli generalis Cisterciensis, eo anno celebrati per dies quinque, a die præcedente Vigiliam Exaltationis Sanctæ Crucis, Septembris duodecima : cujus Capituli hæc fuit diffinitio;* Pro Domino I. Cardinali S. Laurentii in Lucina, amicissimo Ordinis, dicatur una Missa de Beata Virgine a singulis Sacerdotibus per Ordinem D universum. Monachi vero et Conversi Collectam dicant quæ pertinet ad unam Missam, secundum morem Ordinis consuetum. *Idem ab Alexandro Papa IV, dicitur* Ordinis Cisterciensis Promotor assiduus, *in rescripto dato Viterbii, Idibus Decembr. anno pontificatus tertio, Christi* MCCLXXV, *quo monasterii Cisterciensis terras quasdam ab omnibus decimis decernit esse immunes.*

Ord. Cisterciensis Patronum.

A FRAN. CHIFLET.

217 *Hujus porro* Joannis de Toleto *Cardinalis Episcopatum Bisuntinum, nec Wion nec Ughellus commemorant : nec esse potuit Archiepiscopus Bisuntinus ante Cardinalatum, quem constat factum Cardinalem* XXIX *Maji* MCCXLIV ; *cujus anni Septembri mense* Joannes *noster solo Electi Bisuntini nomine gaudebat. Diversi igitur hi fuerunt cognomines. Quod tamen Ughellus, Joannem Cardinalem Anglum, non fuisse Archiepiscopum Bisontinum, probare se putat, ex rescripto Innocentii IV, quo Guillelmum anno* MCCXLV, XII *Kal. April. de Sede Cabilonensi transfert ad Bisuntinam,* quæ diutius Pastore vacaverat, *quasi Pontifex Bisuntinam Sedem a Gaufridi Archiepiscopi obitu per quadriennium vacasse significet ; probari mihi* E *non potest, nisi intelligat vacasse eam Sedem, quamdiu nemo in ea confirmatus est, quæ est ipsamet mens Pontificis. At certum nobis est, fuisse* Joannem, *quemdam annis* MCCXLII, III *et* IV Bisuntinum Electum, *de quo dicam quod sentio.*

Sed illi Cardinales erant, quando iste solum dicebatur Electus Bisontinus;

218 *In primis non fuisse illum Cardinalem, vel Presbyterum S. Laurentii in Lucina : vel Episcopum Portuensem, ut ex dictis patet : nec etiam cognominatum* de Abbatis villa, *quod soli convenit Joanni Archiepiscopo Bisontino hujus nominis primo. Videri autem fuisse cognomine* Franciogiam, *natione Gallum, patria Burgundum, conditione Monachum Cisterciensem, sed ignoti nobis monasterii : atque illum obtinendi ad quem electus fuerat Archiepiscopatus spe dejectum, ad suos Cistercienses revertisse.*

qui spe obtinendæ Sedis dejectus ad suos Cistercienses redierit.

219 *Nunc ut Innocentii IV* Cardinalium *creationes, a Ciaconio perturbatas, tempori suo reddamus, duæ Bullæ consulendæ sunt ab his Cardinalibus subscriptæ : Vezeliacensis, et Jurensis S. Eugendi. Data est Bulla Vezeliacensis Lugduni,* X *Kalend. Februar. anno pontificatus secundo,* MCCXLIV *Indictione* II, *more Ecclesiæ Gallicanæ, anno et et juncta Indictione a Paschate deductis : erat enim annus Dionysianus* MCCLXV, *et Indictio* III, *quia ex ineunte Decembri anni* MCCXLIV *Papa Lugdunum pervenerat. Ei Bullæ subscribunt* F *tredecim Cardinales hoc ordine, cui numerorum notas adjecimus :* 1 Otho, Portuensis et S. Rufinæ Episcopus ; 2 Petrus, Albanensis Episcopus ; 3 Willelmus, Sabinensis Episcopus ; 4 Odo, Tusculanus Episcopus , 5 Petrus, S. Marcelli Presbyter Cardinalis , 6 Willelmus, basilicæ duodecim Apostolorum Presbyter Cardinalis ; 7 Ugo, tit. S. Sabinæ Presbyter Cardinalis ; 8 Fr. Joannes, tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis ; 9 Goffredus, S. Hadriani Diaconus Cardinalis ; 10 Octavianus, S. Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis ; 11 Petrus, S. Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis ; 12 Joannes, S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis ; 13 Willelmus, S. Eustachii Diaconus Cardinalis.

Cardinales ab Innocentio IV creati anno 1244

non una, ut Ciaconius putat,

220 *In Bulla pro S. Eugendi monasterio data* MCCXLV, X *Kal. Julii, quam ex autographo habemus, subscripti sunt iidem Cardinales, excepto uno* Goffredo, *qui obierat Lugduni ante Concilium anni* MCCXLV ; *pro quo legitur* Egidius, SS. Cosmæ et Damiani Diaconus Cardinalis : *Sed hic non erat de Cardinalibus Innocentii IV : quia creatus fuerat ab Honorio III, mense Decembri anni* MCCXVI, *obiitque postmodum mense Augusto anni* MCCLIV. *Ex his igitur prima illa Ciaconiana Cardinalium Innocentii Papæ IV creatio in tres di-*

sed trina creatione.

A *fundenda est, quarum prima* Otthonis Portuensis Episcopi *ex Diacono S. Nicolai, Februarium spectat anni* MCCXLIV : *Secunda, decem Cardinalium sequentium in Bulla Vezeliacensi, ad diem pertinet Sanctæ Trinitatis, eodem anno* MCCXLIV *incurrentem in Maji* XXIX. *Tertia, Joannis et Willelmi, quos ultimos recenset Bulla Vezaliacensis, facta est (ut videtur) Lugduni, anno eodem* MCCXLIV *in quatuor temporibus Adventus.*

A FRAN. CHIFLET.

§. VIII. Seculi XIII prosecutio, usque ad seculi XVII dimidium.

Ab Episcopatu Cabillon. ad Bisontin. translatus 1245 Guillelmus,

GUILLELMUS II de Turre, *ex Episcopo Cabilonensi, per Bullam Innocentii Papæ IV datam Lugduni,* XII *Kalend. April. anno Pontificatus secundo, Christi* MCCXLV : *in qua hæc lego apud Ughellum Tomo* I. *Italiæ sacræ, in Episcopis Portuensibus ;* Venerabilem Fratrem nostrum Willelmum, quondam Episcopum Cabillonensem, virum utique secundum cor nostrum, famæ celebris, et notæ scientiæ ; a vinculo Cabillonensis Ecclesiæ absolutum, præficiendum duximus in Archiepiscopum et Pastorem Ecclesiæ Bisun- B tinæ.

non ex familia de Chavanis

222 *De ejus genere nonnulla est quæstio : nam auctores Historiæ Cabilonensis, familia de* Cabanis, *seu de* Chevanis *oriundum asserunt ; quod hoc fuerit cognomen fratris ejus Simonis Cabilonensis Decani, ut in quibusdam chartis se legisse dicunt. At nobis certum est, fuisse* Guillelmum *filium Odonis* de Turre, *Militis, de quo sic Necrologia primarium Ecclesiarum S. Joannis et S. Stephani ;* VII Idus Novembris obiit Odo de Turre, Miles, pater Wilelmi Archiepiscopi Bisuntini, qui dedit S. Stephano triginta solidos censuales, super homines suos de Pallise : pro quo idem Wilelmus dedit S. Stephano decem libras *etc. Ipse postmodum totidem libras in suum Anniversarium contulit : sic enim eadem Necrologia,* XIII Kalendas Septembris obiit Venerabilis Pater Wilelmus, Archiepiscopus Bisuntinus, qui dedit nobis decem libras pro Anniversario suo faciendo, super Ecclesias de Lambre, de Juvigné, d'Ogecourt, et de Sainct Mardon. *Hæc male in Vesontione tribuebantur* Guilelmo *ejus nominis primo, qui deinde compertus est prodiisse ex familia* de Arguello. *Porro cum Guillelmum III protulerit dynastarum Vergiacensium do-* C *mus, restat ut hic Guillelmus II filius fuerit Odonis* de Turre, *Militis, hoc est, equestris ordinis viri. Non paucæ occurrunt in Galliis familiæ nobiles, a Turribus nuncupatæ : Odonis hujus nomen, a* Turre S. Quintini *Bisontina, derivatum est ; de cujus origine hæc in antiquis observavi.*

sed de Turre natus,

alias de Turre S. Quintini,

223 *Necrologium Ecclesiæ Bisontinæ ;* XIV Kal. Maji, obiit Bisonticus laicus, qui Ecclesiam S. Quintini ædificavit. *Laicus videtur dictus, ut distingueretur a cognomine Canonico, de quo ibidem :* VI Idus Augusti obiit Bisonticus, Canonicus S. Stephani. *Ædis S. Quintini fundatio, ut conjicio, septingentorum fere annorum est, ejusque meminit Liber antiquorum rituum Ecclesiæ Bisontinæ,* Ordo Canonicorum *inscriptus, et* S. Protadii Liber *vulgo dictus. A S. Quintini Ecclesia, et vicus, et platea, et vicina Turris nomen habet : cujus possessores nunc Domini* de Turre, *nunc* de Sancto Quintino, *nunc* de Turre S. Quintini *nuncupantur. Necrologium S. Stephani ;* XVIII Kal. Februarii, obiit Gerardus Miles Bisuntinus, dictus de Turre, qui dedit nobis x solidos (qui debentur singulis annis in crastino Paschæ, de Ecclesia S. Petri Bisuntini) in die Anniversarii sui distribuendos : et mansum Gerardi de Sunna, cum heredibus suis. *In hujus doni tabulis memorantur* Gerardi de Turre *quatuor filii,* Amedeus, Renardus, Theobaldus *et* Haymo *Canonicus S. Stephani, ad annum* MCCXLVII. D *Idem Liber ;* XII Kal. Maji, obiit Ebrardus Miles de Sancto Quintino, pro cujus anima uxor ejus Ylaria, et filius ejus, dederunt S. Stephano unum sextarium vini, quod habebant in vinea nostra de Rossat. *In tabulis anni* MCCLXVI, *mense Martio datis, memoratur* Guillerma, Domina de Montemoreto (*e qua familia fundatores Carthusiæ Boniloci*) *vidua relicta Domini* Gerardi de Turre, *Militis Bisuntini. Ad annum* MCCLIII Amedeus de Turre, *Miles Bisuntinus, Gerardi (ut videtur) filius.*

Dominorum de Turre hodiedum perseverans familia.

224 *Ad nostram usque ætatem propagata est gens illustris* Dominorum de Turre S. Quintini, *quorum duos postremos novimus, Comitum titulo præfulgentes. Cur autem in Commentario de Archiepiscopis Bisuntinis, a centum quinquaginta fere annis manu exarato,* Guillelmus *hic Turrianus, dicatur* de domo et genere Imperatorum, *nondum capio ; nisi forte de filio quopiam spurio Frederici I Imperatoris (cujus in familiam Beatrix Burgundiæ Comitissa enupsit) originem traxisse intelligatur. Hoc scio, non recte illum asseri ex familia de* Cabanis, *seu de* Chevanis, *quod hoc Simonis Decani ejus fratris cognomen fuerit. Est hic locus vulgo* Chavannes, *in prætoria diœcesi Montismoreti, vel* Chavannes *in diœcesi Orgeleti ; vel* Chevanne *in diœcesi Vesulana. Hæc fuit portio Simonis,* E *minoris natu filii e gente Turriana : nisi fuit hic Simon Guillelmi Episcopi frater tantum uterinus, cui a patre cognomen fuerit de* Cabanis. *Sed de Simone Decano quicquid tandem sit, certe Guillelmi Archiepiscopi, ex Turriana Bisonticensi familia origo indubitata est.*

Translatio SS. Ferreoli et Ferrucii an. 1246

225 *Secundo sui Episcopatus anno, Christi* MCCXLVI, IV *Nonas Septembris,* Guillelmus *Archiepiscopus corpora* Sanctorum Ferreoli et Ferrucii *Martyrum,* de loco humili ad locum venerabilem *transtulit in basilica S. Joannis, in cujus Martyrologio hæc habentur ;* Anno Domini MCCXLVI quarto Nonas Septembris, residente apud Lugdunum Innocentio Papa IV, facta est in hac Ecclesia revelatio Sanctorum Martyrum Ferreoli et Ferrucii, Prædicatorum hujus urbis, per Venerabiles Patres Willelmum Archiepiscopum Bisuntinum, Joannem Lausannensem, Saguinum Matisconensem, Alexandrum Cabilonensem, Anselmum Eduensem Episcopos, et alios Prælatos civitatis et diœcesis Bisuntinæ. *Hanc diem in posterum solennem esse voluit Archiepiscopus in Ecclesia Bisuntina : sed post triduum occurrebat Inventio eorumdem Sanctorum, de qua sic Martyrologium ;* Nonis F Septembris, Bisuntii, Inventio corporum Sanctorum Martyrum Ferreoli Presbyteri, et Ferrucii Diaconi, a S. Aniano ejusdem civitatis Episcopo. Item Crisopoli depositio S. Aniani, qui corpora sanctorum Martyrum transtulit ad Ecclesiam S. Joannis. *Ne igitur tantorum Martyrum cultus nimia assiduitate vilesceret, sanxit Archiepiscopus, dato diplomate postridie B. Bartholomei Apostoli, anno* MCCL, *ut gemina hæc solennitas unam in diem conjiceretur, ageretur que Nonis Septembris per totam provinciam omnibus futuris temporibus : quod etiamnum observatur. Alias horum Sanctorum duas translationes, vide in Vesontionis parte secunda.*

Unio Canonicorum S. Joannis et S. Stephani anno 1253.

226 *Sub hoc Archipræsule, anno* MCCLIII, Hugo, *vulgo dictus* de Sancto Caro, *tituli S. Sabinæ Presbyter Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, dato diplomate Bellicii pridie Kal. Octobris, Innocentii Papæ IV anno Pontificatus undecimo, controversiam quæ de S. Joannis, et S. Stephani Bisonticensium Ecclesiarum præcellentia ducentis fere annis tenuerat, mirabili sapientia diremit ; utriusque basilicæ Canonicis in unius Capituli corpus redactis : qua de re nos in Historia Trenoriciensi pluribus disputavimus. Ad hujus Archiepiscopi querelas mandavit Alexander Papa IV Episcopo Autissiodorensi, ut Ecclesiæ Bisontinæ, a*

Proceribus

A *Proceribus Burgundiæ* (*ut ferebatur*) *vexatæ, opem ferret, anno sui Pontificatus quinto, Christi* MCCLIX. *Sedit* Guillelmus *annis* XXIII, *et usque ad annum* MCCLXVIII, *quo e vivis abiit* XIII *Kal. Septembris, sepultusque est ad S. Stephanum, in S. Nicolai Capella, quam fundaverat.*

Ejus confirmatio 1269.

227 LXXII ODO *de* Rubeomonte, *Guillelmi electus successor, postmodum per Clementis Papæ IV obitum vacante Sede, confirmatus est a Collegio Cardinalium, dato Viterbii diplomate,* V *Idus Februarii, cui appensa sunt octodecim sigilla. Anno Christi* MCCLXIX XVII *Kal. Novembris convenit cum Yvone Abbate Cluniacensi, super electione Abbatis, et visitatione monasterii Balmensis.*

Obedientæ Prælatorum sub eo ordinatorum.

228 *Excepit obsequentiæ professiones*, Humberti *mox ordinandi Abbatis Balernensis,* III *Nonas Novembris* MCCLXXV; Guillelmi *mox ordinandi Abbatis Balernensis, in Octavis Apostolorum Petri et Pauli,* MCCLXXXI; Joannis *mox ordinandi Abbatis Corveoli, Ordinis Præmonstratensis, Dominica post Pentecostem,* MCCLXXXI. *Similis obsequii et obedientiæ sacramentum dixit* Renaudus, *mox ordinandus Abbas Balernensis, in præsentia Armani Suerinensis Episcopi, vice Odonis Archiepiscopi,* V *Kal. Martii,* MCCLXXIII: *et* Oliverius, *mox ordinandus Abbas Faverneyacensis, in*
B *præsentia Theoderici Sudensis Episcopi, vice Odonis Archiepiscopi, Dominica post Octavam S. Michaelis,* MCCXCIV. *Anno autem* MCCLXXX, *die Martii post Octavam Pentecostes,* Henricus *Basileensis Episcopus, eidem* Odoni *obedientiam et reverentiam fecit, apud Insulam supra Dubim, prope abbatiam Locicrescentis, ex gratia speciali; quia alioqui tenebatur id sacrmentum dicere in matrice Ecclesia Bisuntina: sed absque gravi periculo, tam personæ suæ, quam negotiorum Serenissimi Domini sui Rudolphi Romanorum Regis, et rei familiaris Ecclesiæ suæ Basileensis, ad præsens, nec securum, nec opportunum ad civitatem Bisuntinam poterat habere accessum.*

Compensatio facta Abb. Bathensi.

229 Guillelma *Abbatissa de Bathento, recepit ab Odone Archiepiscopo* CXXXVI *libras Stephanienses, et viginti bicheta frumenti ad mensuram Bisuntinam: pro omnibus damnis sibi illatis, dum idem Archiepiscopus quoddam castrum in monte de* Reignons *ædificaret,* XV *Kalend. April.* MCCXCII, *Indictione* VI, *vacante Romana Sede per obitum Nicolai Papæ IV.*

Stephani Canonici acta:

C 230 *Sedente Odone Romam cogitans Stephanus de* Burgundia, *Hugonis et Alaydis Burgundiæ Comitum Palatinorum filius, anno* MCCXCVIII *Indictione* XI, *Bonifacii Papæ VIII anno quarto, testamentum condidit Vesontione in domo sua,* V *Idus Maji: quo heredem scripsit fratrem suum Otthonem, Comitem Burgundiæ Palatinum, et Dominum Salinensem: mandans ossa sua deferri in Ecclesiam Bisontinam S. Stephani, ad pedes Otthonis quondam Comitis Burgundiæ Palatini, ubicumque eum mori contingeret: et innumera pene bona legans multis ecclesiis et xenodochiis civitatis ac diœcesis Bisontinæ, immo et quibusdam externis. Huic testamento codicillum addidit Romæ in hospitio suo,* XIII *mensis Augusti, ejusdem anni* MCCXCVIII. *Sequenti anno* MCCXCIX *excessit e vivis, Nonis Aprilis* (*ut habet Necrologium ecclesiæ S. Joannis*) *vel potius pridie Nonas, seu quarto die Aprilis* (*ut notatur in libro Obituum S. Anatolii Salinensis*) *ubi et obiisse dicitur anno* MCCXCVIII, *nempe deducto a Paschate quod eo anno fuit* XIX *Aprilis. In veteri membrana scriptum legimus, quod* in articulo mortis, jussit deferri cor suum ad Ecclesiam Bisuntinam S. Stephani: et ibidem dictum cor fuit honorifice inhumatum. Et in ipsa Ecclesia fundavit Capellaniam in honore Beatæ Virginis Mariæ, in qua duos instituit Capellanos.

obitus, sepultura.

Hoc altare in honore B. Mariæ Virginis et S. Stephani dedicatum, et in navi basilicæ Stephaniensis
D *Comitum Burgundiæ tumulis impositum, circa annum* MDCXXIV *destructum est. In Necrologio S. Stephani duo memorantur ejus Anniversaria; alterum* VI *Nonas Octobris, qua die opinamur conditum ejus cor* in cimiterio Comitum, *ut ibi legitur,* ante tympanile, intra Ecclesiam: *alterum in crastino B. Ambrosii. Quam hic Stephanus Canonicus, sit diversus a* Stephano Electo, *eadem Burgundiæ Comitum familia nato, supra a nobis demonstratum est.*

A. PRIN. CHIFLET.

Obitus ipsius Odonis.

231 *Idem Odo Archiepiscopus, anno* MCCLXXXI, *postridie Inventionis sanctæ Crucis, quæ tum fuit Dominica tertia post Pascha, dedicavit in Ecclesia B. Magdalenæ primarium altare, et altare S. Michaelis. Præfuit tribus et triginta annis, mortuusque anno* MCCCI, IX *Kalendas Julii, sepultus est ante majus altare Ecclesiæ Bellævallis, absque Epitaphio quod nunc exstet.*

Ab Ecclesia Leodiensi assumptus anno 1301 *Hugo V:*

232 LXXIII HUGO V *de* Cabilone, *filius Joannis Comitis Burgundiæ, et Domini Salinensis, ex Laura* de Commerceyo, *tertia uxore; Joannis de* Cabilone, *Lingonensis Episcopi, non frater, sed patruus; primum Episcopus fuit Leodiensis, ad sex circiter annos: tum Archiepiscopus Bisontinus annis fere decem. Nam pro S. Pauli monasterio diploma confecit anno* MCCCXI; *ultra quod tempus non diu sedisse cognoscitur ex aliis tabulis ejusdem Ecclesiæ, datis anno sequenti* MCCCXII *a Vitali ejus successore. Exstruxit, dotavitque Ecclesiam Belliprati, tertio ab Urbe milliario. Abhinc sequentium Archipræsulum sola fere nomina subjecimus, cum adnotata temporis ratione: studiosum Lectorem remittentes, qua ad Vesontionem, qua ad Roberti et Sammarthanorum Galliam Christianam: quibus quæ de aliquot postremis ad finem deerant, compendio adjecimus.*

E

obit 1311.

Inventio Reliquiarum, inter quas Caput S. Joan. Calybitæ.

233 LXXIV VITALIS, *obiit* VI *Kal. Septembris, anno* MCCCXXXIII, *cum præfuisset ex anno* MCCCXII. *Hoc sedente contigit reperiri reliquias Sanctorum* Epiphanii et Isidori, ac Sanctorum Innocentium, *in altari Confessionis seu Cryptæ, quæ directe subjacet majori altari basilicæ S. Joannis Evangelistæ,* XV *Septembris* MCCCXIX: *ac biennio post, nempe anno* MCCCXXI. *Olympium et Leontium Episcopos Græcos, per Avenionem ad Joannem Papam XXII convenerant, interpretari Græcam inscriptionem Capitis S. Joannis Calybitæ, a Joanne de* Corcondrayo *Canonico et Scholastico Bisuntino ad ipsos delatam: quod Caput Orientis spolium, hodieque apud Bisuntinos magna in veneratione est.* F

234 LXXV HUGO VI *de* Vienna, *præfuit annis* XXII. *Obiit* IV *Idus Maji, anno* MCCCLV.

235 LXXVI JOHANNES III *de* Vienna, *anno* MCCCLXI *transfertur ad Metensem Episcopatum: inde vero anno* MCCCLXVI *ad Basileensem, in quo mortuus anno* MCCCLXXXII.

236 LXXVII LUDOVICUS *de* Montebeligardis, *Henrici Comitis filius, præfuit non solido anno: obiit* VIII *Kal. Augusti,* MCCCLXII.

237 LXXVIII AYMO *de* Villariosexel, *e vivis excessit* IV *Idus Decembris,* MCCCLXX.

238 LXXIX GUILLELMUS III *de* Vergeyo. *Mentio ejus in tabulis Latrensibus* MCCCLXXXV, *Indictione* VIII. *Fit Cardinalis a Clemente VII Antipapa,* XVII *Kal. Maji,* MCCCXCI.

239 LXXX GIRARDUS II d'Athies *nobilis Picardus, ex Monacho Benedictino, rexit usque ad annum* MCCCCIV, *quo Parisiis vitam exuit* XXII *Novembris.*

Prætensio Bisontinis de occursu Papæ sibi debito.

240 LXXXI THEOBALDUS *de* Rubeomonte, *primum Episcopus Matisconensis, tum Viennensis Archiepiscopus, denique post Girardum Bisontinus ad annos fere* XXV. *Obiit Romæ* XVI *Septembris,* MCCCCXXIX. *Non possum silentio præterire quod de hoc Archipræsule observavit ex codice Bibliothecæ regiæ Spondanus in*

A FRAN. CHIFLET.

A in Annalibus Ecclesiasticis, ad annum MCCCCXXIV, numero XIII, illum, quando Constantiam ad Concilium generale advenit, prætendisse ex privilegio Ecclesiæ suæ concesso, Papam in prima visitatione teneri sibi tribus passibus occurrere : Papam vero non statim acquievisse, sed causam Placentino et Aquileiensi Cardinalibus cognoscendam commisisse : a quibus quid in ea re judicatum fuerit, quidve a Papa vel concessum sit vel negatum, Acta illa non referunt.

241 LXXXII JOHANNES IV de Rupescissa, multarum vir dignitatum, de quibus Vesontio et Gallia Christiana. Theobaldo suffectus obiit IX Kal. Aprilis MCCCCXXXII.

242 LXXXIII FRANCISCUS Condelmerius, promotus ab Eugenio Papa IV, patruo suo, cum adversarium haberet Joannem de Fruyno, a Capitulo Bisontino electum, cessit verno tempore anni MCCCCXXXVIII.

243 LXXXIV JOHANNES V de Norry, ab Eugenio IV translatus a Viennensi Sede ad Vesontionensem, moritur Gyaci, antequam Vesontionem inveheretur, MCCCCXXXVIII.

244 LXXXV QUINTINUS Menart, e Flariqueyo Æduorum oppido, rexit usque ad annum MCCCCLXII, quo e vivis excessit, XVIII Decembris.

B 245 LXXXVI CAROLUS de Novocastro ex Bajocensi Episcopo, præfuit per annos XXXVI. Obiit XIII Kal. Augusti, MCCCCXCVIII.

246 LXXXVII FRANCISCUS II de Busleydem, decessit Toleti, MDII, X Kal. Septembris.

247 LXXXVIII ANTONIUS de Vergeyo, feliciter præfuit, usque ad annum MDXLI, quo vivere desiit XXIX Decembris.

248 LXXXIX PETRUS a Bauma, ex Episcopo Gebennensi Cardinalis, ultra biennium rexit. Obiit IV Maji, MDXLIV.

Gilbertus Cognatus hæreticus an. [illegible]

249 XC CLAUDIUS III a Bauma, patruo suffectus, tenuit ad annos XL. Obiit XIV Junii, MDCXXXIV, septimum jam annum Cardinalis. Hoc sedente anno Christi MDLXVII, Pius Papa V dedit octava die Julii Breve Apostolicum ad Senatum Dolanum, quo Gilbertus Cognatus, qui tum Vesontione Ludimagister hæretica dogmata in vulgus spargebat, jussus est conjici in vincula, et secundum Ecclesiæ ac regni leges judicari. Hic Nozereto Sequanorum oppido oriundus, litteris operam navarat, Erasmi non modo auditor, sed etiam librarius domesticus. Edicto igitur Pontificio Vesontione in carcerem Archiepiscopalem conjectus, ibique mortem obiens, debitum suis facinoribus supplicium antevertit.

C 250 XCI ANTONIUS II Perrenotus, multis titulis ornatus Cardinalis, rexit per suos ad biennium : diœcesim enim suam nondum ingressus obiit Madriti XI Kal. Octobris MDLXXXVI.

251 XCII FERDINANDUS de Rye Jubilaris Episcopi titulum in tumulum intulit. Etenim extinctus est labente anno Episcopatus quinquagesimo. Christi MDCXXXVI, XX Augusti, cum Dolæ per dies octoginta obsidionem difficillimam tolerasset, eaque XVIII Kal. Septembris soluta, ipse jam lue pestifera afflatus, puriorem auram ruri quæreret.

252 XCIII FRANCISCUS III de Rye, Ferdinando patruo jam pridem successor designatus, non totis octo mensibus ei superstes fuit : quippe mortuus Bruxellis D anno MDCXXXVII, et Episcopo animarum nostrarum commorituus XVII Aprilis feria sexta hebdomadæ paschalis.

253 XCIV CLAUDIUS IV d'Achey, prius Abbas Balmensis, et Ecclesiæ Bisontinæ Decanus, electus a Capitulo XXIII Maji, MDCXXXVII. Atque ex hoc turbari cœpit jus eligendi Archiepiscopi, quod ab antiquissimis temporibus penes Capitulum fuerat. Itaque Rex Catholicus, quamvis in Claudii Electi personam sibi gratam consentiens, contendit tamen et rescripto suo (quod ipsi perlegimus) contestatus est, se inconsulto Archiepiscopum a Canonicis eligi non debuisse. Pontifex porro, quasi ex conflictu cum Rege pro Legato, confirmavit quidem personam, sed Bullam ei dedit de reservato. Admissus est tamen a Capitulo virtute suæ electionis, et conditione adjecta, ut Claudius expensis suis Romam mitteret, qui Pontificem de antiquis Capituli juribus admoneret : quod et fecit : sed in cassum, ut ex sequentibus patebit. Adjecta est novo Archiepiscopo Abbatia Montisbenedicti, Ordinis S. Augustini, ad Balmensem quam ante Episcopatum jam possederat. Cum multa in Episcopatu pie et prudenter gessisset, obiit ex apoplexia, in arce sua Gyacensi, XVII Octobr. E MDCLIV, ibidem sepultus.

Jus electionis Capitularis turbatum

254 XCV CAROLUS EMMANUEL de Gorrevod, Marchio de Marnay, frater Ducis de Pontdevaux, electus est a Capitulo, eodem mense Octobri anni MDCLIV : nec multo post ab Archiduce Leopoldo Belgii Principe obtinuit, vacantes per ejus decessum ablatam, Balmensem et Montisbenedicti Abbatias, jam antea Prior de Arbosio. Obiit XX Julii, MDCLIX Madriti, quo missus fuerat Comitiorum Sequanicæ Burgundiæ Legatus ; nondum accepta Bulla Pontificia, qua in Archiepiscopatu stabiliretur.

255 XCVI JOHANNES JACOBUS Fauche, Prior Mortuaquæ, electus est a Capitulo die III Septemb. MDCLIX : cumque Romæ institutioni suæ moras injectas esse sentiret, renuntiavit in manibus Papæ electioni de se factæ : et sic accepto brevi Alexandri Papæ VII, sub data XXVI Februar. iniit Archiepiscopatus possessionem. Verum ad eam novitatem reclamante Capitulo et regiis Ministris, ejus reditus auctoritate regia sunt sequestrati : quibus adversis perculsus, ac mœrore confectus, apoplectico symptomate interiit XI Martii MDCLXII, Vesontione in S. Stephani sepultus.

Unde anno 1659 difficultas nata,

156 XCVII PETRUS ANTONIUS de Grandmont, a Capitulo electus est veteri more : cui electioni diffidens, F eique in Pontificis manu renuntians, per Breve de motu proprio ab Alexandro Papa VII Archiepiscopus constitutus est. Eo Brevi accepto consecratus est nocte in crypta subterranea S. Vincentii, ab Episcopo Andrevillensi Suffraganeo suo, et a duobus Presbyteris Canonicis : et januis clausis, ne quid a Capitulo, vel a regiis Ministris obstaculis inferretur. Magnis inde concitatis turbis, appellavit novus Archiepiscopus Romanum Pontificem : a quo acceptis ad Regem Catholicum commendatitiis manu propria exaratis, evicit tandem, et communi omnium consensu admissus est, vir prudens ac pius, et supra antiquæ nobilitatis splendorem, vitæ ac morum integritate conspicuus.

Electionum in manus Pontificis renuntiationibus Electis.

DE

DE S. CERATIO EPISCOPO

SIMORRÆ IN VASCONIA

COMMENTARIUS HISTORICUS

G. H.

De cultu, et Vita post translationem scripta, incertaque ipsius ætate, ac Sede Episcopali.

Elusa Metropolis Novempopulaniæ,

Novempopulaniæ, quæ tertia Aquitaniæ versus montes Pyrenæos provincia est, Metropolis olim fuit Elusa, ad Gelisam fluvium, quæ in veteribus Notitiis Provinciarum et subscriptionibus antiquorum Conciliorum Galliæ, dicitur metropolis civitas Elusatium *vel* Elosasium. *Hanc eamdem urbem* opulentissimam Elusaberrum *dixit Mela; ubi* Berris, *proprio regionis idiomate, villam seu castrum significat, uti Petrus de Marca lib.* I *historiæ Bearniæ cap.* 6 *erudite explicat. Sub hac Metropoli undecim in veteribus Notitiis collocantur civitates, inter quas, subinde ultimo, subinde primo loco, constituitur* civitas Ausciorum, *ad quam dignitas Metropolitana translata est Ecclesia Elusana cum suis reditibus ipsi unita. Ultimus hujus Ecclesiæ Episcopus censetur Senocus, qui teste Fredegario cap. 54, anno* XLIII *regni Chlotharii II, Christi* DCXXVI, *cum Palladio patre suo, quod rebellionis alicujus inter Vascones suscitatæ fuissent conscii, in exilium retrusus est. Quia autem postmodum* Elusa *ad oppiduli parvitatem redacta est; ideo videntur Acta antiquorum Elusanorum, urbi Ausciorum etiam attribui.*

B

ubi Episcopus Ceratius,

2 *Primus illorum Episcopus a recentioribus censetur* S. Ceratius, *de quo hic agimus. Memoria ejus inscripta est antiquo Martyrologio monasterii S. Sabini in agro Tarbiensi, ad dictos montes Pyrenæos, apud Saussayum sub finem Martyrologii Gallicani, ubi pagina* 1248 *ista leguntur:* Die XXIV Aprilis Sancti Ceraci, Episcopi et Confessoris. *Arnaldus Oihenartus, in Notitia utriusque Vasconiæ lib. 3 cap. 8, Elusanos Archiepiscopos enumerans, ita incipit:* B. Ceratius, Elusanæ Ecclesiæ conditor, præfuit ipsi annis XLIII; *idque (ut ait)* Ex monumentis Ecclesiæ Auscensis. *Sammarthani, ante Archiepiscopos Auscenses, præmittunt Archiepiscopos Elusanos, et de primo ista habent:* Beatus Ceratius, Evangelii per Novempopulaniam præco, Saturnini Tolosani Episcopi discipulus, Aquitaniam, quæ ad Pyrenæum pertinet, Christianæ fidei dogmatibus informasse, et Ecclesiam hanc Elusanam instituisse fertur. Illius sacræ Reliquiæ, miraculorum fama percelebres, Simorræ requiescunt in monasterio antiquissimo Ordinis S. Benedicti. Elusanæ Sedi præfuit annis XLIII, ut ferunt monumenta Ecclesiæ Auscensis. *Saussayus in Supplemento sui Martyrologii* XXIV *Aprilis hæc tradit:* Augustæ Ausciorum S. Ceracii Episcopi et Confessoris, qui in magnis Ecclesiæ perturbationibus ministerium pacis implevit: ferisque persecutionum turbinibus superatis, grege feliciter conservato et adaucto, ad emeritam abiit pastoralis curæ fortiter exactæ remunerationem. Quiescit Pontifex gloriosus in monasterio Benedictinorum S. Mariæ de Simorra prædictæ diœcesis Auscensis. *Supra memoratus Saturninus Episcopus Tolosanus colitur* XXIX *Novembris, quando erit tempus Sedis ejus examinandum. Videri possunt quæ de ejus et Sociorum adventu in Gallias diximus* XXII *Martii, ad Vitam S. Pauli Episcopi Narbonensis* §. 2.

colitur 24 Aprilis.

C

corpus Simorræ adscribitur.

3 *Nunc quæritur, an ab hoc diversus, et Simorræ in unam personam confusus sit is, quem Hieronymiani Martyrologii apographa tria ad hunc* VI *Junii ultimo loco sic referunt:* Gratianopoli, depositio Cerati Episcopi. *Ita MS. Epternacense, Corbeiense et Blumianum, uno et Lucens, sed per errorem ad initium diei sequentis. De eo autem Wandelbertus Prumiensis, sub medium seculi* IX *sic scripsit:*

Octavas Idus Geratus Episcopus ornat,
Urbem qui fulsit Gratiano a Principe dictam.

Vetera Martyrologia Gratianopoli eum adscribunt,

Sequuntur vetera MSS. tam Reginæ Sueciæ, quam S. Maximini apud Treviros; et cum illis aliisque alibi visis, Molanus, Canisius, atque Ferrarius. Nec aliter crediderunt ipsi, ad quos corpus pervenit, Simorrenses; quique eum apud se mortuum credunt, in Vita Gallica, quam ex vetustis Odonis nostri Gissæi schedis transmisit nobis Petrus Possinus. Hanc satis fuerit in pauca contraxisse ex contexta perpetuo verbo, cujus hæc fere substantia est. Natus fuit S. Ceratius in ditione Burgundionum, in tenui aliquo oppido, ab illustri patre ex familia Principis. In litteris et studiis instructus a S. Ambrosio Episcopo Mediolanensi, creatus Episcopus Gratianopolitanus, habuit duos secum Diaconos Gervasium et Protasium; sed diversos a Sanctis Martyribus ejusdem nominis, qui in Litaniis invocantur. Quia vero Burgundiones traduntur secta Saducæorum seducti, cum aliquo ex his hæreticis longam disputationem habuit, eique mysterium Sanctissimæ Trinitatis exposuit et convertit. Verum exorta contra eum magna persecutione, a Sede sua pulsus venit cum Diaconis in provinciam Astaracensem; et in loco, cui Sainctes nomen, prope ecclesiam hospitium accepit; cœpitque miraculis clarere, energumenos liberando, cæcum illuminando, et hospitem nomine Justum a morte resuscitando.

E

et Vita Gallica discipulum S. Ambrosii,

qui in Vasconia miraculis clarus

F

D. P.

4 *Hactenus scripserat Henschenius, et ego pergebam etiam ex Gallico reddere, sed eadem brevitate: quando in manus meas venit pars reliqua Vitæ, ex originali Latino sumpta, et Parisiis apud Fulienses a nobis reperta, sub hoc titulo,* De S. Ceratio Arch. Aux. et Confess. XXIV Aprilis: *quo tamen non obstante, mortuus mihi Sanctus dicitur* VI *Junii, ut omnino videri possit, alter ille ac prius notatus dies, et Martyrologis vetustis incognitus, dies fuisse translationis infra memorandæ. Veterem ergo contextum reddo, quem Gallico longe priorem non dubitaverim affirmare, atque in Simorrensi monasterio compositum, ad usum Chori, sicut Gallicus inde sumptus est ad instructionem vulgi.* Adveniente multitudine maxima languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, surdorum, mutorum, pusillanimorum, a dæmoniis obsessorum, a diversis infirmitatibus, per famuli Dei intercessionem liberabantur. Cujus fama divulgata per omnes regiones, a mari magno usque Romam, et a limine B. Ambrosii Magistri sui usque ad Pyrenæos montes, omnes undique [veniebant] implorantes ejus auxilium: et ita sanctitate beati viri divulgata per totam Vasconiam, confectus itineribus, suæ carnis maceriam [dimisit, de] hereditate perpetua securus, et in pace clausulam vitæ octavo Idus Junii finivit...

ubi item obiit,

(Hic

A (*Hic addebantur, non satis integre transcripti versus Wandelberti, ac si eos edidisset* S. Paulinus Nolanæ civitatis Episcopus; *quapropter eos, jam supra relatos, iterum contexui*)...

Simorramque translatus primum extra oppidum cultus,

5 Audientes hoc Sammoritani pagi habitatores, in sarcophago marmoreo, et in ecclesia B. Andreæ Apostoli, quæ usque in nostris temporibus infra mœnia burgi est, sepelierunt: diciturque, quod sudarium ejus, appositum contra tempestatem, maxime tranquillum reddit aerem. Ad cujus etiam sacratissimum tumulum miracula insignia divinitus patrabantur; ut merito ipsi habitatores vellent sacratissimum corpus traducere intra pagum. Quod, præmissis orationibus supplicibus, quidam ex Clericis et Religiosis volentes peragere; vas in quo jacebat contremuit, et laminæ ferreæ quibus tenebatur solutæ sunt, et inde magnus suavitatis odor resiluit; et viri qui ad accipiendum sanctum corpus venerant, rem considerantes, minime ingredi audebant. Sed tamen deposito timore levaverunt cooperitorium sepulcri, et acceperunt corpus, involventes in novo pallio; et magnus calor eos invasit, ita ut unus, qui non lotis manibus tetigerat corpus sanctum, fronti suæ apponens manum, statim pilos

deinde intra illud deportatus sit:

B amisit: ut palam ostenderetur, S. Ceratium nolle transmutari. Sed Religiosus quidam suppliciter orans, translationem Deo volente fieri obtinuit, dicens: Beate Cerati, nobiscum Deo concedente semper permanebis: et nos tibi, sicut oportet, serviemus. Et ita cum hymnis et canticis deportaverunt et collocaverunt eum digno honore.

6 Narrandum insuper videtur de duobus ecclesiæ ejusdem Sacristis, ubi sacratissimum ejus corpus humatum jacet. Primus nomine Geitardus, qui [quia a juventutis suæ tempore acri certamine carnis [victus,] et inhoneste mysteria et officia S. Ceratii tractans, multoties ab ejusdem ecclesiæ viris [fuerat]; increpatus, res ei contigit valde memorabilis. Quadam etenim nocte, dum festinantius quam solebat surrexisset, ad pulsandum campanam, et lampadem reficiendam; ecce subito B. Ceratius in stola candida et virgam in manu gestans, ante illum astitit, ita inquiens; Geitarde, quare mihi et seniorum increpationibus non attendis? Quo dicto et timore illato evanuit; sed tantus tremor fuit ex hac visione prædicto Geitardo, ut deinceps de lectulo suo surgere non posset; sed agens pœnitentiam de omnibus suis delictis, interpellato B. Ceratio con-

cum antea impurum sacristam corripuisset,

C valuit; et scrinium argenteum, quod usque nunc in ipsius basilica habetur, ex suis propriis operibus in honorem S. Ceratii fieri jussit.

et paralyticum reddi sanitatem fecisset.

7 Similiter, ut multi viri probabiles testantur, quidam custos ecclesiæ dictus Giraldus, magnæ humilitatis atque virtutis vir, ita omnipotenti Deo et B. Ceratio fideliter servivit, ut B. Ceratius cunctis illius bonitatem per signa ostenderet. Quidam etenim homo, paralyticus existens, cum manibus reperet ad fores ecclesiæ; et dissolutum corpus, venis et nervis dilaceratis, per terram duceret; et diu prædictum Confessorem Christi Ceratium rogasset, ut salutem restitueret; in hora noctis eum post visionem allocutus est, sic dicens; Proficiscere ad sacristam meum Giraldum, et dic ei, quod te ad illum destinavi, ut te sanare debeat. Cum autem ignoraret quis prædictus sacrista foret, summo mane in foribus ecclesiæ factus est ei obviam quem desiderabat; quem ita allocutus est; Precor te, Domine, ostende mihi quis sit sacrista Giraldus. Qui respondit, Ego sum. Tunc ille: Gloriosissimus Pater noster Ceratius in visione mihi peccatori apparuit, et præcepit ut te deprecarer, quatenus hujus infirmitatis expertem me facias. Tunc ille dixit: Si ille te ad me misit, convalescens surge. Et statim illius manum tenuit, et incolumem eum ab omni infirmitate fecit, sicque ex illa hora, ejus paralytici et manci membra ad solidamentum redacta sunt. Hic vero paralyticus in honorem Christi et B. Ceratii binas cruces argenteas, cum thuribulo, et tabula, et supertabulam in altare ipsius Sancti, atque peroptimam imaginem argenteam in honorem Dei Genitricis fieri jussit. D

Eadem Vita, Gallice reddita,

8 *Cum his ita convenit contextus Gallicus, ut pleraque verbotenus reddita appareant; nisi quod pro imagine, substituat Missale; finiat autem cum iis ipsis verbis, quæ de late sparsa miraculorum fama initio fragmenti Latini leguntur. Igitur ad utramque contextum pertinet, de Sancti Diaconis,* Gervasio *et* Protasio *nuncupatis, libertatem lectori relinquere, verumne opinari ea fuisse vera comitum* Ceratii *nomina, an occasione S. Ambrosii mutuo sumpta a Sanctis, quorum ille corpora extulit. Ad locum quod attinet,* Astaracensis *provincia, secundum Oihenartum pag.* 494, Armaniacensi, *cujus caput est Auscum,* Bigorrensi et Convenensi comitatibus cingitur; *Comitem autem primum ipsa accepit seculo* X, *quando Garsias Sancii, cognomento Curvus, Vasconiam in filios tres divisit; et (ut est in veteri monumento Auscensi apud Oihenartum pag.* 425) Sanctio Garsiæ dedit majorem Vasconiam, Wilielmo Garsiæ Fidentiacum, Arnaldo Garsiæ Astaracum, *vulgo* Estarrac; *cujus caput* Miranda, et aliæ non ignobiles civitatulæ, *quas inter* Simorra, *pari fere septem Leucarum intervallo Mirandam et Auscum meridiem inter et septemtrionem respiciens. Hic locus quandonam acceperit Benedictinos Monachos, necdum comperi: mirarer tamen, si ante seculum* XI *aut etiam* XII *translatum ad eos corpus sit, Vitaque conscripta.* E

Astaracensi provinciæ Simorram adscribit.

Variæ de Sancti ætate et Episcopatu conjecturæ.

9 *Interim ad elucidandam quadamtenus controversiam supra motam, inter Auscenses et Gratianopolitanos, occurrit cogitare, quod* S. Ceratius *potuit fuisse Episcopus Apostolicus, apud Allobroges in urbe Calorone sive Acusiorum Colonia, quæ postea ab Imperatore Gratiano nomen accepit: et inde pulsus in Aquitaniam venerit, atque Auscensem ecclesiam regendam susceperit. Quia autem Gratianus prædictus S. Ambrosio Mediolanensi coævus fuit, ideo fortassis placuit hujus discipulorum facere* S. Ceratium, *potius quam S. Saturnini: et quia Burgundiones, qui e Germania in Gallias delati, totam Allobrogum ditionem occuparunt, Ariana aliquando labe infecti fuerunt, primum circa annum* D *sub S. Sigismundo, conversi ad fidem Orthodoxam; ideo omnis disputatio in Vita* Ceratii *formatur de Trinitate, quantum quidem ex Gallica versione novimus. Quid quod Ariani, etiam ante Burgundiones, et ætate S. Ambrosii, plurimum Gallicanas provincias depravarint? Quod si Ambrosio seniorem* Ceratium *placeat credere, potuit ab Ethnicis ille passus fuisse persecutiones et contradictiones, quæ Burgundionibus earumdem postea partium incolis communiter attribuuntur.* F

Videtur Gratianopoli vixisse.

10 *Me tamen veterum Martyrologiorum auctoritas commovet, ut Gratianopoli revera vixerit obieritque* Ceratius, *S. Ambrosio junior; sed Burgundionibus regiones illas invadentibus ad Elusates, quos fortasse prius etiam excoluerat, delatum a fidelibus corpus sit in Vasconiam, Simorræque depositum.*

DE

DE S. BERTICHRAMNO

EPISCOPO CENOMANNENSI IN GALLIA

COMMENTARIUS HISTORICUS

D. P.

§. I. Acta vitæ usque ad susceptum Episcopatum, hujusque initia.

ANNO DCXXIII.

Inter XI primos Episcopos Sanctos decimus h c,

Cenomannensis Ecclesia, post primum suum Episcopum S. Julianum, *qui* XXVII *Januarii colitur, alios octo ex ordine commemorat, vacuus per annum diebus Sanctorum honore dignatos. Penultimus horum* Innocentius *commemorandus nobis veniet hujus mensis die* XIX; *de ultimo, et post Julianum octavo*, S. Domnolo, *egimus* XVI *Maji. Pulcherrimam hanc Sanctorum Antistitum seriem, ne porro ad duodecimum inclusive continuaretur, fecit* Badegisilus, *non tam Episcopus, quam tyrannus; canonice tamen ordinatus, quantum quidem scire pos-* B *sumus ex historia S. Gregorii Turonensis, saltem interpolata, lib.* 6 *cap.* 19. *Postquam enim ibi narratum esset, quomodo S. Domnolus, mori se sentiens,* Theodulfum Abbatem in locum suum prælegit, ad cujus assensum Rex *Chilpericus* suam præbuit voluntatem; *mox subjungitur:* sed non multum post tempus, mutata voluntate, in Baudegisilum, Domus regiæ majorem, transfertur electio : qui tonsuratus, gradus quos Clerici sortiuntur ascendens, post quadraginta dies migrante Sacerdote *Domnolo* successit, *anno* DLXXXI; *deinde uti legitimus Episcopus, subscripsit Concilio Matisconensi anno* DLXXXV. *Verum, sicut ibidem lib.* 9 *cap.* 39 *legitur*, cum anno quinto Episcopatus sui expleto, jam sextum, *anno Christi* DLXXXVI, ingrediens, epulum civibus cum immensa lætitia præparasset; annum, quem cœperat, protinus morte imminente finivit. Bertichramnus, Parisiacus Archidiaconus, subrogatus est. *Ipse se suo testamento* Bertichramnum *subscribit, aliique post eum; eidem vero synchronus et synonymus* Ecclesiæ Burdegalensis Episcopus, Bertechramnus *notatur in prædicto Concilio: ast vulgo pronuntiabatur* Bertrannus, *quod initio Testamenti secutus ejus Notarius est;* C *itaque inscriptus invenitur veteri Ecclesiæ Cenomannicæ Kalendario ad diem* XXX *Junii, quo creditur obiisse; sed, propter solenne S. Pauli Officium simplici solum Commemoratione honoratur; festivius autem recolendus præscribitur hac die* VI, *sub titulo Translationis, cum Officio trium Lectionum ac Missa: cujus diei antiqua observantia probatur ex Vita* Arnaldi Episcopi, *anno* MLXXXII *defuncti, qui* in oratorio S. Vincentii sepulturæ honorificentiam consecutus, denique tempore Domni Ugonis Episcopi, *anno* MCXXXV *ordinati*, in capitulum ejusdem monasterii translatus est anno Domini, *non* MCXI (*ut male excusum*) *sed* MCXLI, die Translationis S. Bertranni Episcopi.

anno 586 ordinatus,

colitur 6 et 30 Junii.

An. 588 legatur ad Britones.

2 Multas ille, *inquit Gregorius*, altercationes, cum relicta *decessoris sui* defuncti vidua habuisse probatur; eo quod res, quæ illius tempore Ecclesiæ datæ fuerant, tamquam proprias detinebat, dicens: Militia hæc fuit viri mei : sed licet invita, tamen cuncta restituit. *Interim Episcopus, annum jam tertium in Episcopatu agens, a S. Gunthramno Burgundionum Rege cui tamquam tutori pronepotis Lotharii, Chilperico posthumi, suberant Cenomanni; cum Namatio Aurelianensi legatus directus ad Britones, pro facta in terminum Namneticum irruptione omnem satisfactionem pollicitos, eorum fidejussores atque subscriptas cautiones recepit anno Christi* DLXXXVIII, *uti nobis videmur colligere ex Gregorio, prolixius rem narrante lib.* 9 *cap.* 18, *ac deinde cap.* 20 *subnectente, quæ gesta sunt,* eo *id est, eodem* quoque anno, XIII Chideberti Regis, *ejus qui postea Guntramno successit; licet Carolus le Cointe in Annalibus Francorum, id referre malit ad annum præcedentem. Plura de* Bertichramno *non habet Gregorius; quippe qui ad Regis Guntramni mortem, obitam anno* DXCIII, *et hanc secuta Sancti Præsulis adversa, scribendo non pervenit. Nemo autem, quod quidem scitur, proximis duobus seculis Vitam illius conscripsit, sed qui S. Aldrici, Episcopi* E XXIII, *anno* DCCCLV *vita functi, compilavit Gesta, ad Januarii Supplementum die* VII *repræsentenda; eodemque omnino stylo digessit Acta præcedentium Episcoporum; ex iis quæ vel scripto vel traditione accepit monumentis; etiam* S. Bertichramni *historiam aliquam nobis dedit, huic Commentario per partes inserendam; pro majori autem parte sumptam ex Testamento,* VI *kalendas Aprilis sub annum Christi* DCXVI *condito, quod gestis subnectitur. Id enim, cum admodum sit prolixum, multa de ejusdem actis docet: sed imprimis probatur egregia* Bertichramni *fides erga Clotharium II Regem, tutore Guntramno patruo orbatum. Indidem etiam innotescit, quanta ejus fuerit, in sacris Deo locis condendis dotandisque, et ad perpetuitatem communiendis, diligentia ac liberalitas; quantum insuper fundorum ex bonis ad se, vel hereditate, vel donatione, vel etiam emptione devolutis, ipse possederit; quorum tamen particula aliqua, sed minima Nepotem ac Pronepotes carissimos aliosque amicos et familiares aspserserit, tam memor officii, quam parcus beneficii, in non egentes profundendi.*

Acta in Regesto scripta post annum 855

fere sumpta ex proprio Testamento, anni 615

3 *Testamentum hoc ex Regesto Ecclesiæ primus edidit Antonius Corvaserius, Toparcha de Curtillis, Regius in Cenomannensi Senatu Consiliarius, ac deinde* F *Locumtenens ad causas criminales, in Historia Cenomanensium Episcoporum, Gallice edita* 1649. *Sed huic Joannes Bondonnetus, Benedictinus, idem argumentum haud paulo accuratius et eruditius eadem Gallica lingua prosecutus, tertio post anno gravem dicam impegit, quasi non grammatica dumtaxat et orthographica menda corrigere, sed etiam substantialia quædam mutare præsumpserit, et annum Chlotharii* vigesimum secundum *pro* trigesimo secundo *substituere. Carolus le Cointe in Annalibus Francorum, huic accusationi occurrens, ostendit Clothario, primum post Guntramni mortem adepto Cenomannorum possessionem, licet per annos viginti fluxam, potuisse apud illos sic numerare annos. Verum nihil opus eo effugio, tam incerto, tamque remoto a praxi ejus temporis, quo scriptum testamentum est, et quo totam Francorum Monarchiam Clotharius possidens, et tamen regni annos cum vita numerans, ducta ab anno* DXCIII *Epocha, suis ubique subditis præibat exemplo ad similiter faciendum. Non opus est, inquam, effugio illo: nam in Regesto, unde Corvaserius accepisse copiam profitetur, numeralibus litteris notatur annus* XXXII; *ut nihil verosimilius sit, quam Corvaserium, deceptum per Librarii sui socordiam, bona fide decennium omisisse. Ita excusari eum debere ac posse scriptorem, ad observationes*

R. Clotharii non 22,

sed 32, juxta accuratiorem editionem:

A *tiones Chronologicas alioqui non valde attentum, probat ipsius integri Regesti fidelissima ex MS. editio, tom. 3 Analectorum Mabillonii, sicut illud Auctores varii successive suppleverunt, incipiente ab Aiulfo Episcopo* XXXIII, *et post S. Aldricum (in quo pars prior desinit) decimo, ac porro scribentes usque ad Gaufridum de Loudono, sub annum* MCCLV *vita functum.*

Ex tomo 3 Analect.

4 *In fronte hujus Regesti (quo ut facilius recursus Lectori sit, placet ad singula inde sumenda loca notare in margine numerum Paginæ). In hujus, inquam, Regesti fronte* incipiunt nomina vel tempora justorum vel injustorum Pontificum, Cenomannis in urbe degentium : *et post* Beatissimum Julianum, *atque alios octo intermedios,* Beatos *dictos, sequitur* X, Domnus Baldegisilus Episc. sedit in Episcopatu annis V. *sub cujus tempore* Berthodus Chorepiscopus et Merolus ; *tum subjungitur ;* Beatus Bertichramnus Episcopus sedit annis XXXVII. *Secundum prædictum calculum, sumpta ex Gregorio Turon. Epocha, obiisset ille anno Christi* DCXXIII. *Multo certe diutius vixisse non potuit, quando* Precaria, quam ejus nepos esse Domnus Hadoindus Episcopus fecit Leodegisilo Sacerdoti, *signata invenitur* Kalend. Decembris anno XLII *(isto per librarii oscitantiam scribatur* LIII*) regnante*

ubi Sanctus dicitur absque Chorepiscopo sedisse an. 37: Pag. 46

B *Clothario Rege, id est,* DCXXV. *Corvaserius et Bondonnetus, nullo Auctore citato, fuisse eum scribunt quando obiit annorum* LXX ; *unde fuit natus consequenter anno circiter* DLIII ; *quando S. Germanus, quem mox infra Patrinum suum appellat Sanctus, adhuc erat Augustoduni Abbas S. Symphoriani, biennio post factus Episcopus Parisiensis; unde consequens videtur, ut Bertichramnus, patre Franco, matre Aquitana genitus, Augustoduni potius quam Parisiis venerit in lucem. Idem etiam, ex prædicto calculo, fuisset anno ætatis* XXXII *ad Episcopatum provectus, certe non potuit multo citius per Canones ordinari. Porro cum in prædicto Regesto, sub num.* X, *scriptum esset,* de Baldegisilo Episcopo nihil, *Caput* XI *implent,* Gesta Domni Bertichramni, Cenomannicæ urbis Episcopi, qui fuit novissimo tempore Chilperici filii Clotharii, *anno paulo amplius quam uno*, et tempore Clotharii filii ejusdem Chilperici, qui fuerunt Reges Francorum, Viri illustres.

adhunt recentiores vixisse annis 70

Augustoduni e sacro fonte susceptus a S. Germano Abb.

5 *Gestorum illorum hoc est principium.* Domnus Bertichramnus, urbis Cenomannicæ Præsul, nobilis genere, natione partim Aquitanus, partim Francus, Turonis vero tonsuratus, et postea aliquo tempore

C conversatus cum Domno Germano, insigni Parisiacæ urbis Episcopo, et ab eo edoctus, atque in quibusdam Sacerdotalibus gradibus est ordinatus, et spiritualiter instructus. *Ita scribendi occasionem dedit ipse, in suo Testamento sic loquens;* Basilicæ Domni et peculiaris Patrini mei Germani Episcopi, qui me dulcissime enutrivit, et sua sancta oratione, licet indignum, ad Sacerdotii honorem perduxit. ..donari jubeo in honorem sepulturæ suæ villam Bobane : *et rursum infra, loquens de constructa a se Cenomannis Basilica,* beatissimi ac sancti Germani, Parisiaci Antistitis, *addit ;* qui me dulciter enutrivit, et ad Sacerdotale onus, ut non merui, sua intercessione pervenit : *sed hæc alio sensu accipere Sanctus non potuit, quam quod Germani, jam tunc ab anno* DLXXVI *in cælis beati, deprecatione apud Deum adscribat adeptum Pontificatum Cenomannensem. Et hoc est quod animadvertens Gestorum Auctor, (Sacerdos enim et Sacerdotalis, idem antiquis sunt quod* Episcopus *et* Episcopalis, *neque de Presbyteris accipitur) caute dixit,* Sacerdotalibus quibusdam gradibus; *id est ad Episcopatum ducentibus, quales etiam sunt Ordines quatuor Minores, Subdiaconatusque et Diaconatus.*

et postea apud eumdem Episc. Paris. educatus,

P. 121

P. 133

primos ab eo suscepit Ordines;

6 *Verum ne hos quidem a S. Germano potuisset suscepisse Sanctus, si recte ex Testamento legeretur, quædam accepisse a Clothario Rege,* dum laicus fuit. *Etenim Clotharius Secundus, patri suo postumus, ut jam dixi, anno* DLXXXIII *primum vivere ac regnare cœpit; Primus autem obiit anno* DLXI, *quando octennis dumtaxat erat* Bertichramnus. *Si vero sub Clothario II, utcumque infante; sed tamen per matrem regentem multa donare apto, adhuc laicus fuisset* Bertichramnus, *jam annum agens ætatis* XXX ; *consequens esset, nullum Ordinem sacrum ab eo susceptum ante id tempus, jamque virum fuisse, quando a seculo conversus,* ad sepulcrum Domni ac specialis Patroni S. Martini comam deposuit, *cœpitque eidem tali titulo* annis singulis tributum ibidem reddere ; *adeoque vix uno anno Archidiaconi munere functum Parisiis esse, idque sub Ragnemodo S. Germani successore. Tam subita quasi per saltum promotio, suspecta mihi merito est, nec satis credibilis in viro sancto. Consulatur ergo locus ipse. Is apud Mabillonem continetur, his verbis :* In mihi placuit delegare, ut villa Nimione, sita in territorio Parisiaco, cum vineis, quæ Frontaniito ad palastrias et vinitores esse noscuntur, quas mihi Domnus Lotharius Rex dedit, quæ meo sæpius dum laicus fui, tam de fisco quam de comparato, possidendum sanctæ Ecclesiæ Parisiacæ, sub cujus gratia nutritus sum, ad integrum volo esse donatam. *Hunc eum esse sensum, nemo non videt : et si non hic latet quispiam, qui aliquid Episcopo donarit aut vendiderit, sicut num. 44.* Eusebius quondam Laicus) *velamenti exponit, quod Ecclesiæ velit esse donatam* Nimionem *villam,* cum vineis, quæ Frontinet., *sive* in Frontinet esse noscuntur, quas Rex Clotharius dedit ; et quod in eo *(scilicet Nimione vel Frontineto)* prius Dunlaici fuit, *vel* Dunlaicus habuit. *Etenim hujus terminationis nonnulla nomina Francis usitata inveniuntur, ut* Wulfilaicus, Grimlaicus *et infra num.* 61 Berthelaicus, *in Translatione autem SS. Marcellini et Petri invenitur Notarius Eginhardi Abbatis* Ratleicus *alias* Ratlaicus. *Interim non miror, ex iisdem verbis, apud Corvaserium sic detortis, quasi clare ac distincte scriptum foret,* quas mihi Domnus Clotharius Rex dedit cum laicus fui, *duxisse Carolum le Cointe in Annalibus sensum prorsus contrarium sententiæ ipsiusmet Corvaserii,* Bertichramnum *a S. Germano sacris Ordinibus initiatum et Archidiaconum factum asserentis : eoque magis doleo etiam in Abbatia Culturæ periisse originalem Testamenti chartam, aut non superesse saltem antiquius aliquod exemplum, unde verior lectio certius erui posset.*

D

nec enim debet credi an. æt. 30. adhuc laicus fuisse,

propter locum unum testamenti, certo vitiatum.

E

F

7 *Ex eadem (nisi fallor) Abbatia venit ad nos, quinquaginta abhinc annis Parisiis missum a P. Joanne d'Arces, initium Vitæ cujusdam verbosissimæ, nec multum antiquæ ; primo in duodecim, deinde in octo Lectiones divisum ; brevissimas omnes, quales fere reperiuntur in antiquioribus Gallicanarum Ecclesiarum Breviariis, sola Legendarum initia referentibus ; quas viginti Lectiones verosimiliter sequebantur in autographo aliæ, octo vel duodecim pro singulis per Octavam reliquam diebus. Sed initium illud tale est, ut priores duodecim, juvenilis dumtaxat institutionis laudes; aliæ octo, postulationem Sancti ad Episcopatum contineant ; tanto inutilis exaggerationis ambitu, ut, sicut historicæ substantiæ nihil est legere, præter errores quibus* Bertrannus *a S. Germano Sacerdos ordinatus, et S. Domnolo defuncto dicitur immediate suffectus Episcopus (quod utrumque transcripsit Saussayus) ita nec in reliquis videatur docere nos aliquid posse dignum relatu, nequidem de Translatione aut miraculis ; quando tale quid si reperissent Corvaserius ac Bondonnetus, videntur id nobis, uno saltem verbo, indicaturi fuisse. Nihilo pluris faciendum Saussayi commentum, asserentis, quod* spectabat ad ipsum *Bertichramnum* Cenomanorum Comitatus, *quam* ille potestatem in justitiæ præsidium convertit; *quasi vel eo tempore Comitatus hereditarii fuerint, vel secularium judicum more unquam justitiam*

Vita recentior omittitur :

neque credi tur quod Sanctus Cenomannorum Comes fuerit.

A *justitiam administraverit Sanctus*, ab adolescentia (*ut ipsemet Saussayus scribit, et sequitur ex dictis*) in sortem sacræ militiæ adscriptus. *Sed neque fratrum alteruter, qui in Testamento nominantur titulo Comitis appellantur, neutiquam prætermittendo tali occasione, si alteruter eo usus fuisset, ex quacumque administratione sibi personaliter et ubicumque commissa.*

§ II. Monasteria et Xenodochia a S. Bertichramno fundata.

Monast. SS. Petri et Pauli,

Pag. 113

Observat *Corvaserius*, inter Episcopos Cenomanenses, qui Bertichramnum præcesserunt vel subsecuti sunt, neminem reperiri qui tot templa Xenodochiaque erexerit. *Primum in his locum merito postulat et tenet* sancta ac venerabilis basilica Domni Petri ac Pauli Apostolorum, quam, *inquit*, Bertichramnus, in conspectu civitatis, *ad ejus latus meridionale*, opere meo, pro defensione civitatis vel ad salubritatem populi, ædificavi; *de qua ecclesia, sic in ejus gestis legitur*. Fecit in territorio matris et civitatis ecclesiæ S. Mariæ et sanctorum Martyrum
B Gervasii et Protasii, de villa cui vocabulum est Vivereus, a fundamento (Angelo sibi demonstrante, dum in ecclesia S. Michaelis infra urbem, juxta prædictam matrem ecclesiam, in quadam turre ipsius civitatis constructam, pervigilans in oratione erat; atque Angelo ei visibiliter, oriente aurora Dominici diei, designante) monasterium juxta urbem, in honore S. Petri et Pauli Apostolorum, et nobiliter construxit, et ipsam ecclesiam Apostolorum jam consummatam, tam de rebus S. Mariæ et S. Gervasii matris et civitatis ecclesiæ, quam et de aliis quas undecumque juste et legaliter attrahere, vel invenire potuit, tam de suæ hereditatis rebus quam de aliis comparatis vel acquisitis, legaliter per consensum Domni Clotharii Regis atque Episcoporum multorum, mirifice dotavit; et monasterium in circuitu ecclesiæ, cum claustris et aliis ædificiis, nobiliter a fundamento operatus, et in eo agmina multorum Monachorum regulariter degentia esse instituit; et pauperum atque adventantium peregrinorum sive matriculariorum receptiones et refocillationes devotissime supplevit, et perpetualiter fore constituit.

in quo seculo 9 Monachi erant,

9 *Hactenus ille, secundum eum scilicet quo tunc cum scribebat res erant statum, currente seculo* IX.
C Bertichramnus *qui in monasterio S. Martini, de quo infra*, Moniculos, *id est* Monachulos, *a se constitutos declarat; de potiori illo ac priori loquens, Monachorum non meminit; Sed* rogo, *inquit*, et jubeo Abbatibus, per singula tempora, sicut divina potentia aut gratia Domnorum Apostolorum eos inibi jusserit perdurare, ut omni tempore vitæ eorum hoc sit eis potissimum observandum........ ut quod de agris, *seu villis in testamento nominatis*, speratur, in usibus sanctæ Basilicæ et monasterii sui, sive alimonia Canonicorum vel pauperum, qui ad ipsam ecclesiam sanctam ad matriculam sedere videntur, victus et vestitus per singulos annos sufficienter ministretur. *Bondonnetus* Canonicos, *id est sub Regula viventes interpretans, putat eo nomine Monachos designari, motus fortassis titulo* Abbatis, *quo monasterii istius sui Prælatos* Bertichramnus *appellat. Sed placere ejusmodi explicatio non potest; cum ex paulo posteriorum seculorum Conciliis satis appareat, nequaquam peregrinam a Canonicis aut novam* Abbatum *appellationem esse, quæ et hodiedum perdurat inter eos, quos ad secularium distinctionem vocamus* Canonicos Regulares. *Sic in Concilio Moguntino anni* DCCCXIII, *agitur de* Clericis, qui sunt sine capite, neque sub Episcopo, *ut seculares*; neque sub Abbate, *ut Regulares*; sed sine canonica seu regulari vita. *Et in Turonensi anni ejusdem, jubentur Episcopi scire*, qualiter Canonici, qui sunt cum Abbatibus, vivant; et quantos quisque Abbas Canonicos in suo monasterio habeat. *De quibus vide Nicolaum Desnos, in opere cui titulus Canonicus Secularis et Regularis, lib. 1 cap. 13. Interim a quo et quando in SS. Petri et Pauli Monasterium Monachi sint introducti, ignorare me fateor: sed invenio eos, non tamen solos, ibi fuisse sub Episcopo* XXXIX *Hoello, qui in Gestis suis narratur anno* MXC *in ipsa Ecclesia excommunicationem relaxasse Clericis matris Ecclesiæ*, utraque S. Petri tam Clericorum quam Monachorum congregatione audiente.

fundatum Canonicis a Sancto fuit,

pag. 117

sub Abbate Canonico;

D

AUCTORE D. P.

qui an. 1090 necdum plane defecerant

10 *Carolus le Cointe, in Annalibus Francorum, Fundationem istam refert ad annum* DLXXIX, *quod vellem doceretur productis tabulis, saltem illis quæ scriptæ fuerunt de* villa Patrilliaco, quæ est secus Ponto-Chiuggane, quam, *inquit Sanctus*, de Doleno comparavi, et venditionem in nomine Sanctorum Petri et Pauli, vel Basilicæ eorum, quam jam tunc temporis ædificare videbamur, et postea ad ipsam sanctam Basilicam delegavi. *Nunc illud de anno nobis manet incertum: multo etiam incertius, quod addit Carolus ex sententia Corvaserii; ideo, quia Angelo apparente didicit Sanctus*, Deum coli velle in loco *illo, ipsum* de Cultura Dei appellari volui se. *Equidem Testamentum legens, non possum non judicare*, Culturæ *nomen, quod vulgo* la Coulture *redditur, longe esse antiquius; et tamen non accessisse monasterio ecclesiæque prædictæ, nisi post scripta Gesta, quæ talis nominis non meminerunt, cum loquuntur de monasterio; Testamentum vero, inter villas et agros Ecclesiæ S. Mariæ, id est Cathedrali attributos, secundo loco nominat* Agrum Culturam, eo tempore acquisitum, *quo ante dixerat obvenisse sibi primo loco nominatam* villam, cujus vocabulum est Bonalpha; *quam, inquit*, mihi præcelsus Domnus Clotharius Rex suo munere, una cum præcelsa Domna Fredegunda Regina quondam genitrice sua...... in me humilem eorum, pro fidei meæ conservatione, quam semper circa ipsum Principem habere et tenere visus sum, concesserunt; *utique postquam Clotharius anno* DCV *aut etiam serius, regnum fere totum, quod sæpe victus amiserat, recuperavit; aut etiam, postquam anno* DCXIII, *mortuis æmulis Theodeberto et Theoderico, factus est Francici totius Imperii Monarcha.*

Annus fundationis incertus.

E

Pag. 126.

et nomen Culturæ recentius,

Pag. 113.

sumptum ab agro Ecclesiæ legato,

F

11 *Tunc ergo, et post multipliciter probatam Regi fidem, non autem multo prius, donatus Bonalpha* Bertichramnus, *etiam* Culturam *acquisierit: quem agrum* inquit, te Domina heres mea Ecclesia habere volo ac decerno. *Quomodo autem eum Ecclesiæ ipsi acquisiverit explicans, addit*; ex quo agro medietatem bonæ memoriæ Domna Ingoberga, quondam Regina (*Chariberti Regis uxor, viroque sub annum* DLXVII *defuncto usque ad annum* DLXXXIX *superstes*) mea instantia meoque exigente servitio, S. Mariæ dereliquit, *per testamentum, ut videtur*; aliam vero medietatem de germano ipsius Magnulfo quondam dato pretio comparavi, ut in jura sanctæ Ecclesiæ ager ille ad integrum perveniret. *Erat ergo, et per Testamentum confirmabatur matri Ecclesiæ, totus ager iste; esto diu post pervenerit ad jus monasterii SS. Petri et Pauli; quod cum forte destructum collapsumque post scriptam priorem Regesti partem, reædificandum esset, placuerit novus in vicino Culturæ agro locus, unde novum nomen monasterio factum, quod in Regesto non invenitur, nisi sub Hoello prædicto seculo* XI *quo etiam tempore Clericorum Congregationi eatenus ibi subsistenti juncta fuisse legitur Congregatio Monachorum, fortassis eo non pridem inductorum, tali pacto, ut Clericis paulatim emorientibus soli deinde locum tenerent.*

qui Sancto post an. 605 obtigerat,

Pag. 114.

et in quo monasterium novum dicitur extructum sec. 10.

A

Auctore B. P. Ecclesia S. Germani cum Xenodochio Monachos ab initio habuit,

12 *Antiquior fortassis est* S. Germani, *pariter a* Bertichramno *fundata Basilica; prior certe nominatur in Gestis, occasione commemoratæ principio institutionis sub S. Germano. De hac fundatione, consequenter ad verba num. 4 recitata, ita scribit compilator:* Antedictus namque Domnus Bertichramnus fecit quamdam cellulam ultra fluvium Sartæ, in honore sancti magistri sui Domni Germani, Parisiacæ civitatis insignis Præsulis, quam de rebus S. Mariæ et S. Gervasii dotavit; sive de quibusdam vicis ejusdem S. Mariæ et S. Gervasii, atque de aliis rebus quas acquirere suo bono ingenio meruit, ecclesiastico jure dotavit: et in prædicta Cellula, quam in honore jam dicti S. Germani construxerat et sacraverat seu dotaverat, aliquos Monachos, sub Regula degentes constituit; et hospitale pauperum atque nobilium inibi esse instituit: quam cellulam ecclesiæ suæ Sedis S. Mariæ et S. Gervasii subjugavit; sive suis Successoribus atque Canonicis S. Mariæ et S. Gervasii possidendam et regendam perennibus temporibus sub regulari ordine dereliquit.

qui gratis dicuntur ex tunc subjecti fuisse Ecclesiæ Cenom.

13 *Ita credo se res habebat, cum Gesta scriberentur: et hæc ipsa causa fuerit, cur desolato monasterio, istic nunc aliud nihil quam parochia sit, teste Corvasério; ab initio autem non fuit sic, et absque ulla talis subjectionis mentione, ita in suo Testamento* Bertichramnus

B

Pag. 133

loquitur: Basilicam in honorem ipsius S. *Germani....* ædificavi, et casas inibi ædificavi, et Moniculos institui, qui inibi Christo propitio in perpetuis temporibus officium et servitium procurent. Dono ad ipsam basilicam, in honore ipsius Pontificis, has villas his nominibus. Chorisago cum vineis, quæ Silviaco vico sunt; et reicola, quæ appellatur Stirpiaco, cum vineolis et mancipiolis quæ inibi esse noscuntur; et Landolenas, Graciaco et Manciaco, quas dato pretio undique comparavi et ad meam pervenerit ditionem, tam quod præsenti tempore videor possidere, quam quod adhuc meliorare potuero, ad ipsam sanctam basilicam in honore beatissimi Domni Germani volo esse donatas; et vineas illas, quæ ad Ruilionem sunt, quas Aunigilus Diaconus tenuit, vel adhuc postea undique comparavi, cum prati medietate ad ipsum Ruilionem præcipio possidendum.

14 *Ita ille, nec porro alibi verbum ullum de Basilica S. Germani, quo ipsam subjecisse Cathedrali ecclesiæ videatur fundator suus: simili tamen phrasi eadem Gesta, post expositam fundationem Monasterii SS.*

C

uti et Xenodochium sanctæ Crucis, cum Basilica Apostolorum;

Petri et Pauli, verbis supra relatis, de ipso adjunctoque Xenodochio Sanctæ Crucis loquuntur: Non longe autem ab eodem monasterio, ecclesiam in honore sanctæ Crucis fecit, et Dei servos ad divinum explendum Officium instituit, et receptiones pauperum atque hospitum ibi mirifice ordinavit: et prædictum monasterium Apostolorum Petri et Pauli, cum Ecclesia dictæ sanctæ Crucis, cum omnibus ad se pertinentibus, Sedi suæ Ecclesiæ S. Mariæ et S. Gervasii subjugavit; et ipsam matrem et civitatis Ecclesiam S. Mariæ et S. Gervasii, ex omnibus suis, tam propriis quam et ecclesiasticis sive hereditariis rebus, heredem appellavit, atque heredem esse constituit; et suis Successoribus et ejusdem senioris Ecclesiæ Sacerdotibus atque Canonicis, ipsum monasterium SS. Petri et Pauli Apostolorum, cum omni integritate ecclesiastico ordine possidendum et regendum, jure firmissimo, perpetualiter delegavit atque dereliquit. *Quis non crederet ista sic in Testamento legi? Interim in ipso statim exordio invenimus unam ecclesiam alteri æquali hereditatis jure compositam his verbis:* Quando ego Bertrannus peccator ex rebus humanis excessero, debitumve naturæ tempus complevero; tunc tu, sacrosancta Ecclesia Cenomannica, una cum sancta ac venerabili Basilica Domni Petri et Pauli Apostolorum.... heredes mihi estote, heredesque meos vos esse constituo: ceteri exheredes sint toti: *et sic consequenter modo ambas simul, modo seorsim singulas identidem nominat* Heredes suas.

quam Sanctus æquali cum Ecclesia jure heredem scripsit.

Pag. 113

D

15 *Videbatur id quod futurum erat præsagire sanctus Episcopus, quando hæc verba dictaret.* Et quia casus humanus multos dubios reddit; et ego vereor ne (quod Deus avertat) devotionem meam iniqua cupiditas, quæ malorum radix est, in aliquo frangat; conjuro te, Domne Sacerdos, quem post me Deus esse voluerit; per illud judicium tremendumque diem; sic in æternum beatitudinis præmium adipiscaris, et non cum Juda damnationis partem acquiras, ut in omnibus voluntatis meæ arbitrium impleas, vel dum te Deus superstitem esse voluerit custodire intendas omnia. *Ac rursus infra, præfati monasterii libertati et indemnitati nominatim consultum volens;* Quia deliberationis meæ arbitrium opto per hoc Testamentum firmiter conservare; ideo conjuro vos, Domni Pontifices (*omnes Galliarum Episcopos communiter alloquitur*) per Apostolatum quem divina traditione accepistis, ubicumque necesse fuerit Basilicæ meæ vel Abbati loci illius semper solatium præbeatis, et tale consilium Domno ac Successori meo instruite, ut de eo quod sanctæ Basilicæ, in honore Domni Petri et Pauli Apostolorum, pro animæ meæ remedio, deputavi, nihil exinde minuat, vel per quamlibet occasionem aliquid debeat fraudare: quia me nullum dispendium sanctæ Ecclesiæ generasse cognosco; *id quod antea pluribus demonstraverat, sicut ex infra allegandis apparebit.*

Pag. 131.

adjuratis suis successoribus,

Pag. 143

uno Episcopis omnibus,

E

ut ejus indemnitati semper provideant.

16 *Pergit nihilominus compilator eodem tenore subjugare etiam monasterium et Xenodochium S. Martini.* Fecit quoque vel restauravit idem Domnus Bertichramnus, super fluvium Idoniæ, quoddam monasterium vel Synodochium in honore S. Martini, quod Ponteleugua vocatur; ipsumque de rebus Episcopatus sui dotavit, sive de aliis quas legaliter invenire vel acquirere quivit, et hoc constituit, ut omnes adventantes inibi omnia necessaria sumerent; ibique Monachos regulariter degere constituit, et matricularios numero et tenore, quo in ejus continetur Testamento; et ipsum Synodochium suæ Sedis Ecclesiæ subjugatum, atque suis Successoribus possidendum futuris temporibus, more canonico atque ecclesiastico dereliquit; sicut hactenus in ejus Testamento decretum sub jurejurando nobiscum habetur, cujus exemplar in subsequentibus conscribere libuit. *Mox autem post pauca interjecta, quibus Gesta Sancti absolvuntur,* sequitur exemplar Testamenti prædicti Domni Bertichramni, quod fecit pariter (*nota τὸ* PARITER) Cenomannicæ matri Ecclesiæ et monasterio S. Petri.... quod ideo in his Gestis Pontificalibus inseruimus; ut si aliqua (quod absit) negligentia perditum fuerit; hic reperiatur, per quod sciatur, qualiter actum fuit.

Similiter et Xenodochium S. Martini,

F

male dictum ecclesiæ subjectum ex Testamento;

17 *Interim ex ipso Testamento liquet, quod qui nusquam meminit Monasterii Ecclesiæ subjugandi, Xenodochium S. Martini monasterio subjectum esse expresse voluerit; idque absque ulla mentione* Monachorum, *inibi (ut Gesta tamen dicunt) constitutorum. Sic ergo legitur.* De Ponteleugua, hoc est de matricula et Synodochio in honorem S. Martini, si per singula pensamus, quanta facinora nostra, in seculo cum detenti fuimus, commissa esse noscuntur; [agnoscimus] non esse tantam facultatem redimendi, quantæ sunt culpæ commissæ: sed omnipotens Deus, qui nullum perire vult, ipse parva munuscula, quæ grandibus cum lacrymis vel memori animo Redemptori offerre videmur, in pauperibus [suscipiet, et] pro larga pietatis suæ gratia qualemcumque tribuet veniam. Ergo quia votum et deliberatio mea est,

cum ex eo constet illud fuisse fundatum sub potestate Abbatis S. Petri.

A est, ut [conservetur] basilica, quam in honore beatissimi ac peculiaris Patroni nostri S. Martini Episcopi, ad Pontileuga [fundavi], ubi et Reliquias suas sanctas Deo propitio posui (*ita corrigo pro requie sua sancta*) delego ad ipsum sanctum locum locella his nominibus, Logiagas, Noginto, Novavilla, Antoniaco, et de Monasteriolo partem illam quam de Leodelene dato pretio comparavi, et de Avanto quodcumque inibi comparavi aut aliunde mihi obvenit, cum mancipiis, mobilibus et immobilibus. [Et hæc] cum omni jure eorum, vel quantumcumque adhuc ad ipsa loca subjungere et comparare potuero, habere jubeo ac decerno, ut sub Abbate Basilicæ Sancti Petri et Pauli potestate consistat. Licet [autem] præsumptive dicamus ut Synodochii locus sit, dum parum ibi intulimus; tamen potens est Deus, et ipse sanctus Athleta Christi, inibi plurima conferre; unde pauperes et alimonia [fruantur, et] vestiantur, et cuncti amici nostri et peregrini receptum, pro nostra memoria, habere videantur.

pag 127

et quidem sub interminatione divini judicii,

18 *Non poterat clarius mentem suam, quoad subjectionem, explicare* Bertichramnus; *quam supra fecit, postquam tamen* ad præsens *jussisset*, ut sedecim animulæ Deo devotæ, hoc est viri pauperes, cæci, B aut debites in ipso loco collocentur; et diebus singulis eis victus facta ratione sufficienter ministretur, de tributo Taledensi et suffragio Crisciniacensi, vel Camburionensi, tam in vestimentis quam in lectariis aut calceamentis, et istis Fratribus nostris et Matriculariis S. Petri, qui sub regimine suo esse noscuntur; Tu, *inquit*, Abba S. Petri et Pauli, omnimodis potissimum tibi cura sit, hoc eis in omnibus adimplere: quod si in aliquo (quod absit) ex hoc negligens apparueris, ante Tribunal Christi *(non autem Episcopi Cenomannensis)* cum S. Petro et Paulo Apostolis et S. Martino Antistite habeas rationem; et nullus ex Pontificibus successoribus nostris, de eo quod ad prædictum locum vel pauperibus est delegatum, auferre præsumat; sed ad festivitatem ipsam (*S. Martini*), et Pontifex et omnis Clerus prandium dignum percipiant; et si de prædicto locello quicumque aliquid retraxerit, tamquam necator pauperum ante conspectum divinum judicetur. *Neque his contentus, pergit Abbati officium suum inculcare et explicare, dicens:* Tu vero, venerabilis Abba, vel successores tui, talem curam habeatis de cursu sanctæ Ecclesiæ Domni Martini, qualem et de Sanctorum Petri et Pauli; et lumen per noctes, de tributis villarum ipsarum, sufficienter comparetur: et quod superest ad ipsos pauperes vel inopes ipsius basilicæ proficiat. *De prædicto autem Xenodochio, millario ab urbe distante, narratur in Gestis successoris S. Hadoini, quomodo transeunte illac Alano quodam, viro divite et decretum habente sua omnia Deo, ubi magis placuisset, consecrare:* venerunt servi Dei obviam, et suscipientes eum cum silentio, et per orationes eum deducentes, omnia necessaria ei voluntarie et diligenter ministrabant, et cum magno honore ei serviebant: quia ad hoc opus Domnus Bertichramnus ipsum Synodochium in Pontileuca in honorem S. Martini fecerat, ut omnes adventantes, tam divites quam pauperes, ibi receptiones haberent, et alimenta et cetera necessaria abundanter inibi acciperent.

pag 122

etiam ad Episcopos extensa,

C

Fundatum illud erat etiam pro nobilium receptione. pag. 147

19 *De sanctæ Crucis Xenodochio, unde huc digressi sumus, nihil invenio scriptum in Testamento, quod probet ipsum alterutri heredum fuisse subjectum; sed nec unde sciam a* Bertichramno *plus conditum sub eo nomine, quam ecclesiam: solum enim futuris Abbatibus commendatur, ut, de medietate quarumdam initio nominatarum villarum, lumen sufficiens præbeatur*, tam ad basilicam Sanctorum Apostolorum, quam et ad sanctam Crucem, quam, *inquit*, postea ædificavi; vel ad basilicam Domni Martini ad Synodochium, D quæ est in Ponteleugua. *Neque dubito, si quod postea sanctæ Cruci Xenodochium accessit, quin illud quoque, similiter atque alterum, Abbati SS. Petri et Pauli commendatum subjectumque fuerit, Clericosque habuerat. Verum ejusmodi accessio et fundatio longe posterior esse videtur ætate* S. Bertichramni. *Etenim Caroli Magni præceptum, Canonicis Cenomanensibus datum anno* II *Imperii, Christi* DCCCII. de censu tam monasteriorum quam et cellarum Episcopii, *quod ad Franconis Episcopi Pontificatum in Regesto habetur, in iis* ex quibus nonæ et decimæ ad ecclesiam S. Gervasii persolvi debent, *nominat quidem* Monasterium S. Petri, quod Bertrannus Episcopus ædificavit, cum monasterio vel Synodochio S. Martini in Ponteleva, et monasteriolum S. Germani ultra fluvium Sartæ; *seu* sanctæ Crucis *nusquam meminit; uti nec Ludovicus Pius, in ejusdem Privilegii renovatione facta S. Aldrico, anno Imperii* XIV *Christi* DCCCXXXI. *Interim ex priori instrumento discimus, prædictorum Monasteriorum et Xenodochii Martiniani subjectionem ad Ecclesiam Cathedralem, ad Carolina fere tempora referri posse.*

S. Crucis Xenodochium recentius est,

pag 117

AUCTOR. D. P.

quod nondum ætate Caroli M. et Ludovici Imp.

pag. 258

20 *Ista autem Gestorum cum Testamento Collatio* E *docere evidenter potest, quam diversæ sint notitiæ, quæ ex originalibus Instrumentis ducuntur, ab iis quæ solum habentur ex narrationibus diu postea scriptis, et pro cujusque affectu, secundum præsentem tunc rerum statum alteratis; quamvis earum Auctores eademmet originalia præ oculis habuerint. Habuit certe et Gesta et Testamentum, unde hactenus processimus, Corvaserius, et apud hunc illud non indiligenter legit Annalista Carolus; et tamen uterque scripsit, quod* Bertichramnus *prædictis omnibus* addidit Oratoriolum in eodem loco, ubi Archangelus se conspiciendum obtulerat, quod nunc etiam de nomine Sancti Michaelis sortitur appellationem. *Atqui Gesta dicunt visionem istam oblatam Sancto, dum in ecclesia S. Michaelis juxta matrem ecclesiam, in quadam turri ipsius civitatis constructa, pervigilans in oratione erat. Supponitur ergo tam illa ecclesia extitisse: et Sanctus in suo Testamento,* Perfeci, *inquit*, domum, quam intra muros, in dextra parte de posteriola, meo opere ædificavi, ubi oratoriolum in honore S. Michaelis Archangeli constructum est, [ideoque] volui ut ipsa domus et basilica, S. Petri et Pauli esse debuisset.

Oratorium vero S. Michaelis invenit, non struxit Bertichramnus

pag. 123

21 *Pergit autem de ipsa Domo, non de Oratorio vel Ecclesia, cui eos eamdem servire velit, sic enarrare, ut simul nobis indicet alterum Xenodochium, neque* F *a Gestorum Compilatore neque a recentioribus observatum, dicendo sequentia:* Dum nos cum Clothario Rege, pro fide nostra et amore illius, detenti fuimus; pistrinum Ecclesiæ, *matris scilicet in proximo constitutæ*, ante ipsam domum constructum est: propterea in hisce locis Ecclesiæ stipendia [distribuenda statui] et Matriculam ego inibi erexi. Quare supplex rogo Domno meo Pontifici, qui mihi successor fuerit, ut omni tempore matricula ipsa, sicut usque nunc meis temporibus stipendia promeruit, ita semper in antea ministrante sancta Ecclesia alatur; et domus ipsa sit ad receptionem Pontificum vel Religiosorum, qui ad ipsum Oratorium (*S. Michaelis*) deserviant: quia et virtutes ibi ostensæ sunt (*visio scilicet præmemorata*) et honorari in omnibus debet. Precamur Domno et Pontifici successori nostro, et per Deum Trinitatis (*id est* in Trinitate subsistentem, *ne quid hic cavilletur Bondonnetus, Corvaserium carpens, quasi ejus hæc phrasis sit, parum orthodoxa, cum sit originaria*) per Deum *inquit*, Trinitatis conjuramus, ne de villis quas ego sanctæ Ecclesiæ per hoc folium Testamenti delegavi, vel quæ meo tempore conquisitæ sunt, vel in donationem sanctæ Ecclesiæ pervenerunt, ex omnibus vel in omnibus decimas

sed aliam matriculam ibi constituit;

pag. 124

et Xenodochium pro Episcopis et Religiosis,

[illegible] suos successores

A decimas annonæ, vini, casei, lardi, omnes decimas in domo ipsa S. Michaelis Archangeli annis singulis congregentur, sicut nostro tempore actum fuit; et pauperibus vel peregrinis in eorum alimonia ministretur: quia nec sancta Ecclesia dispendium perferet; si ea quæ nos, licet indigni, qui qualemcumque locum Sacerdotii visi fuimus occupare, Deo annuente pauperibus studuimus ministrare, a vobis indesinenter conserventur.

AUCTORE D. P.

§ III. Fides Clothario Regi constanter servata inter ejus adversa a Bertichramno, et reliqua ejus acta.

Quamvis post an. 597 et antea multa passus sit Sanctus,

F*rancicorum Annalium Conditor jam sæpe nominatus le Cointe, cum ad annum* DLXXXIX Bertichramnum *repræsentasset, totum rebus piis vacantem, et quæ superiori § explicuimus enumerasset, tamquam in Testamento commemorata*; inde colligimus, *inquit*, ante annum Christi DXCVII confecta fuisse tot ædificia: nam post obitum Fredegundis Reginæ (*erat ea Lotharii mater*, Bertichramni *fautrix præcipua*) bis aut tertio passus est facultatum suarum adeo grave dispendium, ut idcirco erubesceret in suo Testamento B scribere quod parum ad offerendum resedisset.... Sane ante Clotharii cladem amplissimis abundavit opibus. *Hic videtur Annalista cladem eam intelligere, quam Rex iste anno* DC *pertulit, longe omnium maximam, sed neutiquam primam; dispendia autem quæ illius causa pertulit* Bertichramnus, *initium sumpserunt cum fine Guntramni Regis; quando idem qui regnum ipsius occupaverat Childebertus nepos anno* DXCIII, *etiam Cenomannos, ad Clotharii hereditatem alioqui pertinentes, sed tutelæ titulo relictos ejus patruo in beneficium quoad viveret, sibi contra juris ordinem vendicavit. Verba Testamenti ad quæ Annalista respexit, ita sonant;* Omnibus notum est, qualiter bis aut tertio in rebus sanctæ Ecclesiæ vel propriis, sustinui spoliationem. Deus scit quod non pro culpis nostris hoc passus sum, sed pro eo quod fidem volui illibatam custodire. Et sancta Ecclesia in prædiis illo tempore grave pertulit dispendium, et ego pauperatus substantiola mea propria, valde egenus evasi, idcirco erubesco scribere quod parum resedit ad offerendum.

ideoque excusat in Testamento penuriam; pag. 130

C 23 *Verum ex consequentibus mox apparet, non eum quæri, quod sibi, Testamentum scribenti parum superesset in prædiis, sed in argento,* quod postea Deus vel Domnus Rex aut amici contulerunt: *de prædiis autem, ex quorum proventibus præcipue existimo fabricata ædificia, ea liquet identidem ad Episcopum rediisse cum fœnore. Etenim afflictiones* Bertichramni, *quas ab anno* DXCIV *ad* DCXIII *licet protrahere, lucida identidem habuerunt intervalla. Hoc ut clarius pateat, lubet* Clotharii *simul et* Bertichramni *fortunam omnem prosequi, sicut eam habemus in Testamento expressam. Præcipuus ea de re locus sic legitur:* Licet nulli habetur incognitum, qualiter ego post transitum Guntramni quondam Regis, pro eo quod sacramentum insolubile Domno meo Clothario Regi dedi, propterea quod civitas Cenomannis, legitimo ordine, post transitum Domni Guntramni, ex hereditate genitoris sui bonæ recordationis Chilperici, quondam Regis, [filii] debuit provenire: sed faciente cupiditate, et civitas ipsa fuit ablata, et de reliquo regno suo multum passus est dispendium. Sed dum me sacramentum meum in integrum constrinxit, ut eum nullatenus dimittere deberem; facilius mihi fuit ut tam Sedem quam facultatem, tam sanctam Ecclesiam quam et proprietatem relinquerem, quam perjurus (quod absit) invenirer. *Interim (uti infra pergit)* Berthigisilus, illicito ordine, contra decreta Canonum

id tamen de argento solum intelligi;

pag. 119 *dum ipse fideliter adhæret Regi suo,*

ut ipse post suum privato, pag. 123

D in Sede sua fuit, aggressus nimium res S. Mariæ, vel meas proprias, et generavit pro his gravissimum dispendium.

24 *Quis autem ille* Berthigisilus? *Gesta* Clericum quemdam *vocant*, qui bis Sedem et Episcopatum tyrannica potestate, contra Canonicam auctoritatem, invaserat. *Non fuit certe Chorepiscopus* Bertichramni, *nullum enim talem illi adjungit syllabus antiquus Nominum Episcopalium, num. 4 allegatus; neque hoc ad exaggerationem injuriæ dissimulasset addere Sanctus. Verba tamen*, in Sede sua; *idem videntur sonare, quod* tempore Sedis suæ, *atque adeo ordinationem aliquam Episcopalem innuunt, quam absente* Bertichramno, *jubente Theodorico Childeberti filio*, Bertegisilus *susceperit; sed illegitimam, atque nullam; quare nec* Episcopi *nomine eum quisquam dignatur, præter Corvaserium. Hic vero dupliciter in historia errat; primum, quod contra hunc, velut illegitime ordinatum, jam inde ab anno* DLXXXI, *fingat electum atque Parisiis ordinatum* Bertichramnum, *necdum annos Pontificales assecutum: deinde, quod* Baldegisilum, *quem Gregorius sexto Episcopatus anno ineunte mortuum asseverat, ipse præsumat in vivis retinere sub nomine* Berthigisili, *atque Episcopo Sancto non solum bis, sed* E *tertio opponere in usurpata male Sede.*

pag. 110 *Sedem invasit Berthigisilus quidam,*

diversus a Balgedis prædecessore

25 *Porro* dum, *Bertigisilo primas occupatæ Sedis vices sic tenente*, pro amore ipsius Principis *Clotharii*, unanimiter cum illo consisterem, *inquit* Bertichramnus *cœptæ narrationi insistens*; necesse ipsi Principi fuit, ut nobis aliquid adderet, unde vitæ substantia et nos et pauperes nostros sustentare deberemus. *Ubi existimo, non intelligi familiares, Dominum suum exulem secutos; sed pauperes ipsiusmet Ecclesiæ Cenomannicæ; quodque ad eamdem redierit* Bertichramnus, *post prælium inter utriusque Regis exercitus commissum; in quo prælio* Deus justitiam reddidit Domno Clothario Regi, *sicut occasione alia antea dixerat. Tunc scilicet et Cenomanni redierint ad Domini sui legitimi potestatem (puta altero vel tertio a morte Guntramni anno) et Ecclesia ad Episcopum suum: qui alia quidem male ablata mox recuperavit, sed* Bertigisilus, *loco motus atque ad damna reparanda damnatus*, non ut debuit restauravit nisi parvitate (*malim legere* parcitate) propter res *Episcopi* propriis, quas malo ordine distraxerat; *et quædam* locella cum charta venditionis dedit; hoc est, cum domibus Campariaco et Stivale, portionem suam in integrum F *Episcopo* vendidit. *Sic ergo annorum aliquot requies Cenomannis et* Bertichramno *fuit; non solum usque ad obitum Fredegundis Reginæ, defunctæ anno* DXCVII; *sed omnino usque ad annum* DC, *quo a Theodeberto et Theoderico Childerici filiis invasus ac prælio victus* Clotharius, *deindeque Parisiis obsessus, damnosa pactione coactus fuit cedere, Theodeberto quidem quidquid antea possederat* inter Sigonam et Ligerim, usque mare Oceanum et Britannorum limitem, *ut loquitur Fredegarius, adeoque et Cenomannos; Theoderico autem* Ducatum integrum Dentelini usque ad Oceanum mare, *id est (si non fallor) totam Picardiam, Campaniam, Belgicamque; remanentibus sibi dumtaxat* duodecim pagis, inter Iseram et Sigonam et mare littoris Oceani, *id est, Normannia cis Sequanam, cum Parisiis atque Caletibus.*

pag. 119 *Per illum multa injuste distracta*

pag. 113

Sancto ex parte fuerunt compensata, regressis ad Clotharium Cenoman. pag. 123

sed cum hic iterum dictionibus spoliaretur an. 600

26 *Atque hæc fuit* expoliatio posterior, quam injuste pertulit Clotharius, *in Testamento* post anteriorem *nominata; in qua, similiter ut in priori,* amore ipsius Principis unanimiter cum ipso constitisse *se gloriatur* Bertichramnus, *et de qua sic porro narrat.* Et postea cum alia vice gloriosus Domnus Clotharius de regno suo multum dispendium ex insidiis pertulit, et iterum ego propter ipsum valde in captivitate fui; [tempore] in ipso nec nominandus Berthegisilus iterum vastator Ecclesiæ accessit; et chartam

pag. 119 *in captivitatem abductus Episcopus,* pag. 1..

A chartam ipsam, quam prius fecerat, in archivo Ecclesiæ invenit, et eam igni comburi præcepit. *Cum his non potest bene consistere, quod absque teste primus scribit Boudonnetus, Sanctum urbe exclusum a Bertigiselo, in supradicto loco Stivali, seu Æstivali cellam sibi eremiticam construxisse, in quo solitarius degens, Deoque ac sibi vacans, præstolaretur tempus revelationis suæ. Credo ego, ad primum victoris exercitus incursum captos Cenomannos, abductumque Episcopum; pace autem composita liberatum, non ad Sedem sub alienato Rege tenendam, sed Parisios se ad Clotharium contulisse; unde contigit ut non prius omissa recuperaret, quam anno* DCV, postquam (*sicut pergit ille*) Domnus noster cum voluntate Dei, una cum præcelso consobrino suo Theodeberto Rege, *nimiam fratris Theoderici potentiam formidante,* charitatem ac *fœdus contra hunc* inivit; et voluntarie quantitatem de regno suo recepit; et nos locella illa, illo *Bertigisilo nequidquam* obsistente, ad Dominationem nostram revocavimus.

Iterum a Berthegisilo supplantatur, nec ante an. 605 restituitur in integrum;

27 *Hac re narrata, subdit Carolus;* Quamquam nec illis locis diu potitus est *Episcopus:* quia Clotharius viribus iterum inferior fuit, postquam Theodebertus ac Theodericus fratres in amicitiam redierunt. *Equidem apud Fredegarium invenio, occiso ab* B *exercitu Theoderici Protadio, qui illum contra fratrem incitabat; ipsum confusum atque coactum, pacem inivisse cum Theodeberto, atque anno mox sequenti: sed non invenio notabilem aliquam cladem illatam* Clothario. *Cum igitur supra lego, de* Bertichramno, *quod* bis aut tertio, in rebus sanctæ Ecclesiæ aut propriis, sustinuit spoliationem; *tertiam hanc jacturam malim adscribere alicui non satis noto tempori et causæ; qua non urbs ipsa Cenomanica dominum mutarit, sed pervasa dumtaxat regio fuerit ab exercitibus Theoderici ac Theodeberti, sæpius ad dissidia redeuntium; a quibus periculis tunc primum liberati Cenomanni sunt,* cum Deus, *ut paulo post habetur,* regnum suum integrum Domno Clothario dedit, *anno scilicet* DCXII, *profligato bis Theodeberto. Sic enim anno præcedenti per legatos convenerat, ut,* si Clotharius in solatio Theodeberti non esset, Ducatum Dentelini, quem contra Theodebertum cassaverat, si Theodericus Theodebertum superabat, reciperet. *Ad pacem autem longe constantiorem* Bertichramno *redierunt omnia, mortuis illis duobus, uno altero post anno, Christi* DCXIII; *quando* (*ut alibi loquitur Sanctus*) Deus Clothario Regi, totum regnum Francorum, *eatenus trifariam divisum,* in sua ditione advenire præcepit. Postea nos (*inquit ille*) C larga sua pietas, propter servitia nostra, in aliquo respexit, *ipsum, et Ecclesiam ipsius causa, variis donans fundis; de quibus aliisque (ut supra dictum est) disposuit per Testamentum conditum anno* DCXV, *certe ante mortem Bertetrudis Reginæ, cui num.* 19 *villam Pempinas legat: illa autem obiit anno* DCXIX.

ac tertium post ea jacturam passus et Ecclesiæ bonis

quod ad an. 612 in integrum restitutus Clotharius, mox etiam Francorum Monarcha est factus:

Pag. 114

28 *Ex dictis, et ex copia villarum, de quibus Sanctus testatur, liquet, neque perpetuo absentem illum ab urbe sua fuisse, usque ad integram Clotharii restitutionem; neque necessario cessasse totis* XVII *annis ab ædificiis; neque si cessavit nova tunc condere, consequens esse ut non aliqua ex præmemoratis postea fundaverit, sub faventissimo sibi jam Monarcha Clothario, prius etiam quam conderet Testamentum. De Sanctimonialium certe conventu postea erecto, fidem nobis faciunt gesta, in quibus proximo post S. Germani monasterium loco (nam nullus ibi temporis ordo servatur)* Prædicto quoque Bertichramno Cellula quæ monasterium Stivale nuncupatur, a quodam Clerico Bertigisilo nomine.... legaliter et per strumenta chartarum, pro quibusdam negligentiis suis, quas in Episcopatu Domni Bertichramni et in rebus S. Mariæ et S. Gervasii fecerat, sub jure et dominatione S. Mariæ et S. Gervasii atque Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum tradita fuit, sicut in Testamento Domni D Bertichramni hactenus inveniri potest. *Verum nulla ibi mentio S. Mariæ: solum dicitur* Campariacum et Stivale, *quæ scilicet Bertigisilus (ut supra dictum) vendiderat,* cum domibus, mancipiis, vineis et silvis, pratis, aquis, aquarumque decursibus, et jura earum vel omnium peculium, sanctæ Basilicæ Domni Petri et Pauli delego. *Si ergo* Domnus Bertichramnus *monasterium seu cellulam prædictam* nobiliter amplavit et immelioravit, et Sanctimoniales Monachas sub Regula degentes ibi constituit; *dubito equidem, an eamdem* suæ Sedi S. Mariæ et S. Gervasii subjugavit, atque suis successoribus possidendam et regendam perpetualiter jure firmissimo dereliquit; *et non potius Abbatibus SS. Petri et Pauli, licet id forte postea mutatum sit.*

post hæc et post conditum Testamentum, Pag. 110 *fundatur Monachis in Stivali*

AUCTORE D. P. pag. 123 *cui subjectæ fuerint?*

29 Prædictus autem Domnus Bertichramnus, *inquiunt Gesta,* Archiepiscopus erat; et Pallium, sicut mos est Metropolitanorum, ferebat; atque omnibus Episcopis totius regni præerat et proderat: *unde quidam colligunt, teste Corvaserio, jus Metropoliticum ad Cenomannos aliquando translatum fuisse ab Archiepiscopatu Turonensi; constare enim volunt, quod non solum S. Bertichramnus, sed etiam S. Maurus, Aulbertus, aliique ex successoribus plures, Pallio et Cruce usi sint. Corvaserius suspicatur ejusmodi prærogativam non fuisse indicium potestatis Archiepiscopalis, sed natalium præcellentiæ, aut virtutis tributum. Boudonnetus maluit de re tota silere. Nos solum optamus, ut antiquis Scriptorum testimoniis ea prærogativa Cenomannis confirmetur; scrupulum enim omnem exemit Cantelius noster, in Historia Metropolitanarum urbium Parte* I, *Dissert.* 3 *de Pallio cap.* 3, *sic scribens:* Primis temporibus usus Pallii concessus tantum iis est, quibus Pontificiæ delatæ vices; *quod soli Arelatensi in Gallia Episcopo competebat.* Haud multo post aliis etiam, sive Metropolitani essent, sive meri Episcopi, a quibus in publicum Ecclesiæque commodum multum opis sperabatur, quod aut virtutibus, aut nobilitate, aut magna apud Reges gratia florerent, *quæ omnia fere in* Bertichramnum *cadebant.* Eo nomine et Siagrius a Gregorio, et a Joanne VIII Adelgerius, *uterque* Heduensis Episcopus, Pallium obtinuit; quorum ille apud Theodebertum, *(ipsissimo quo* Bertichramnus *apud Clotharium tempore)* hic apud Carolum Calvum poterat sane plurimum. Ideo etiam datum est et Grodegando et Drogoni Metensibus, quod alter Pippini cognatus esset, alter Caroli Magni filius. Ætardo etiam Namnetensi vicarius ergo indulsit Adrianus II, ob cruciatus fidei causa fortiter toleratos. Imfinitus autem sim, si exempla omnia persequar: hæc ad rem nostram satis sint.

pag. 112 *Non fuit quidem Archiepiscopus Bertichramnus,*

Pallium tamen ei concessum esse,

30 *Sed quam hoc de Pallio* Bertichramni *verum esse citra controversiam potuit; tam citra controversiam ut falsum rejicitur etiam a Corvaserio, id quo Saussayus Sancti nostri Elogium sic clausit, post laudatam Monasterii Apostolorum fundationem:* Deinde augendæ religionis solicitus, S. Maurum e Cassino, per Frodogarium Archidiaconum et Harderidum Vice-dominum; qui ejus nomine a S. Benedicto hoc subsidium petierunt et impetrarunt, evocavit. Quo adventante, ipse eximiis laboribus pro Christi gloria, Ecclesiæ decore, Populi utilitate perfunctus, ad repositum abiit cœleste meritorum præmium. *Qui possunt disparata magis quam hæc sunt copulari? Etenim sancto S. Benedicto, sub annum* DXLIV *defuncto, missus in Galliam fuit Maurus, etiam post dictos in fundato ibidem Glannofoliensi monasterio annos* XL, *prius obiisset quam* Bertichramnus *Episcopus ordinaretur: nec nisi per magnam conjectandi licentiam (uti ad Vitam S. Domnoli* XVI *Maji num.* 10 *dixi) ad* Bertichramni *initia adducetur Maurus, ponendo hunc petitum*

S. Maurum non petiit a S. Benedicto,

AUCTORE D. P. A *petitum impetratumque non a Benedicto, sed a Bonito, annis post Benedicti mortem pluribus quam* XL; *quo casu toto tempore quo Cenomannis* Bertichramnus, *Glannafolii vixisset Maurus, sub annum* DCXXVIII *defunctus, quod nescio an alteri Benedictino facile probandum sit. Gestorum Episcopalium Auctor primus, priorem partem faciens in S. Aldrico cum anno circiter* DCCCLVI, *nihil habet de S. Mauro ad Cenomanos accersito; credo quia apud nos nihil ea de re scriptum inveniebatur, necdum edita Mauri Vita, quam non nisi sub annum* DCCCLXIX *Aldrico Cenomanensi Archidiacono direxit Odo Glannofoliensis, nescio qua ratione expressa discipulus, ut Domnolum* Bertichramni *successorem faceret, qui sine controversia decessor ejus fuit.*

31 *Auctor Gestorum, de fine S.* Bertichramni, *sic loquitur:* Hic autem plenus dierum in senectute bona obiit in pace..... pridie] Kalend. Juliarum; et in præfixa ecclesia, quam ipse in honorem sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ædificaverat, a suis Consacerdotibus et Discipulis honorifice ac condigne sepultus est: qui et in cœlis vivit cum Sanctis Dei, ubi et nos suis atque horum omnium precibus pervenire et vivere mereamur, præstante D. N. Jesu Christo, cui est honor et gloria per cuncta secula seculorum. Amen. *Plura frustra in Regesto quæras; totum enim de* Bertichramno *contextum, per partes jam dedimus: proinde Translatio ejus, quæ nunc præcipua solemnitate VI Junii celebratur, necdum facta erat, cum primas partes Auctor scribere desiit. Sed neque pars secunda, ultra seculi* XIII *medietatem producta, illius meminit: quare non nisi verbo uno loqui de ea Corvaserius potuit, et Vitam* Bertichramni *sic finivit:* Metus, ne importunus videar similia sæpe iterando, prohibet miracula scribere, quæ reddiderunt vitam ejus illustrem, pretiosam mortem, et tumulum frequentatum: qui modo habetur sub fornice capellæ inferioris, cujus columnæ sustinent altare majus ecclesiæ, ipsumque faciunt multum elevari supra pavimentum chori: *quod totum opus, licet non valde antiquum esse existimem, facile tamen crediderim prius esse factum, quam Abbatia devolveretur in commendam, Episcopo Silvanectensi donata. Opinor autem per hanc calamitatem, aut per antecedentium temporum incuriam accidisse, ut neque de Translatione, neque de Miraculis, quidquam vel scriptum sit, vel saltem nunc inveniatur.*

Sepelitur in monasterio Apostolorum

B

post an. 1255 transfertur 6 Junii

C

§ IV. Testamentum Sancti quatenus continens donata primæ suæ heredi, scilicet Ecclesiæ Cenomannicæ.

P*ost sic deducta vitæ acta, explicandum venit Testamentum, licet annis novem ante mortem conditum: non tamen eo quo scriptum fuit ordine, id est nullo, sicut in mentem veniebat dictanti: hunc enim tenere nihil nunc opus videtur, postquam insertum Regesto ecgraphum, non jam ex Corvaserii judicio emendatum mutatumve, sed omnino invariatum habemus. Placet ergo ad certa quædam capita revocare omnia; et sicut in superioris § punctis nonnullis, prout historia poscebat e Testamento exceptis, fecimus; ita et in reliquis digerendis corrigere, atque ad grammaticas et ortographicas leges non nihil levigare singula, voces etiam quasdam deficientes supplere beneficio horum signorum [ ] in gratiam lectoris, contrariam illis scabritiem, ecgraphisque sæpius quam autographis imputabilem, hic (ut reor) non desideraturi, quando omnia jam habentur ad litteram fidelissime a Mabilione expressa; ad cujus editionem dum remittitur Lector notato in margine, uti cœptum est fieri, numero Paginarum, nemo ægre ferre poterit articulorum ordinem, qui pene*

Quo ordine hic editum Testamentum?

cur Stylo laxato

fortuitus in autographo est, hic immutatum et ad certa D *quædam capita revocatum. Quod autem Annotationibus nullis videas illustrata tam multa pagorum villarumque nomina, per contextum totum occurrentia, eo fit, quod in plerisque frustra laboraturum me viderem, mutatis vel antiquatis appellationibus plurimis, quarum si quæ adhuc supersunt vestigia, ea Cenomanni ipsi aliique Franci in suis quique provinciis reperient et eruderabunt facilius, ut hoc ab illis potius, quam a me opera istæc debeat expectari. Ipsum Testamentum sic incipit:*

et absque Annotatis?

33 In nomine D. N. Jesu Christi et Spiritus sancti, sub die sexto Kalend. Aprilis, anno XXXII regnante gloriosissimo Domno Clothario Rege, Bertrannus, etsi indignus peccator, Episcopus sanctæ Ecclesiæ Cenomannicæ, sanus Deo propitio mente et corpore sanoque consilio, metuens casus humanæ fragilitatis, Testamentum meum condidi, ipsumque filio meo Ebbone Notario scribere rogavi et dictavi. Quod Testamentum meum, si quo casu, jure civili aut jure prætorio, vel alicujus novæ legis interventu, valere nequiverit, ac si ab intestato ad vicem Codicillorum valere ipsum volo, et valeat. Itaque quando ego suprascriptus Bertrannus peccator ex rebus humanis excessero, debitumve naturæ tempus complevero; tunc tu sacrosancta Ecclesia Cenomannica, una cum sancta ac venerabili Basilica Domini Petri et Pauli Apostolorum. . . . heredes mihi estote.... Omnis itaque cui [per] hoc Testamentum meum [aliquid] dedero, legavero, darive jussero; id ut detur, fiat, præstetur, fidei heredibus meis committo; si quos autem liberos [liberasve] esse jussero, liberæ liberive sint toti.

Per ipsum Sanctus an. 615 Lotharii R. 32, pag 111

heredes scribit ecclesiam Cenomen. et Basilicam Apostolorum, pag 113

E

34 Et quia inclitus atque præcelsus Domnus Clotharius Rex, cui Deus in millia æternam retribuat beatitudinem, [per] suum præceptum, manus suæ jure firmatum, mihi liberum tribuit arbitrium; ut de propria facultate, quam ex parentum successione habeo, seu quam munere suo consecutus sum, aut comparavi vel comparare Deo adjuvante potuero, vel in quibuscumque rebus aut corporibus augmentare, tam pro animæ meæ remedio, quam propinquis seu fidelibus meis delegare [possim quidquid] voluero; idcirco te sacrosancta Ecclesia Cenomannica, heres mea, habere volo ac jubeo villam juris mei, cujus vocabulum est Bonalfa, sitam in territorio Stampensi seu Æquilina silva; [quam] mihi præcelsus Domnus Clotharius Rex suo munere, una cum præcelsa Domna Fredegunda Regina quondam genitrice sua, postquam eam Domnus Vædola justitiæ eorum reddidit, me humilem eorum, pro fidei meæ conservatione, quam semper circa ipsum Principem inviolabilem habere et tenere visus sum, concesserunt, ipsam villam, cum domibus, mancipiis, vineis, campis, vel omni re, jure, et adjacentibus suis, tam mobilibus quam immobilibus; [ut eam] post meum obitum valeas perpetualiter possidere; excepto quos exinde liberare voluero. Similiter et agrum culturam *etc. num* **11.**

ex facultate ad hoc a Rege obtenta.

Acquirit quidem assignat villas, Bonalfam,

35 Et de villa Celonica, sita in territorio Tricurino, cujus medietatem bonæ memoriæ Bobolenus Ecclesiæ delegaverat, et pro ipsa medietate multas habui vexationes, sed meo opere egi, ut de jure sanctæ Ecclesiæ non auferretur; et postea aliam medietatem, quam uxori vel heredibus ad possidendum delegaverat, dato pretio ad integrum comparavi, et in dominationem meam pervenit; volo ut ipsam villam cum omni securitate, tu sacrosancta Ecclesia heres mea, una cum fano Vicinoniæ [possideas]. Quidquid mihi [ibi] comparavi, aut meo opere ad mancipia stabilivi; cum eo quod adhuc Deo propitio in ipso agro meliorare potuero, cum omni integritate eorum, et mancipia ibi commanentia

pag 114 Celonicam.

cum fano Vicinoniæ

A tia, tibi, sacrosanctâ Ecclesia, volo esse donatum. Itemque villa Brea, quam mihi Daulfus per donationis titulum contulit; et [quæ ibi] ego postea mihi comparavi vel quæcumque subjunxi, velut ipsa villa, cum omni integritate sua, sicut a me in præsente tempore possidentur, in dominatione sanctæ Ecclesiæ Cenomannicæ heredis meæ perdurent..... Villam Dolus, quam meo opere construxi, et [quidquid ibi] meo ingenio undique ad me pervenit, quidquid inibi laboravero, cum domibus, mancipiis, vineis, campis, pratis, cultis et incultis, et omni jure suo vel termino suo quod ibi justo ordine abstraxi, post diem obitus mei, te, sancta Ecclesia, in integrum habere decerno......

Bream,

Dolum, pag 117

36 Villam vero Morenaco, quam meo opere et cum grandi labore acquisivi, et postea, dum ego absens fui pro fidei mei conservatione, a Madghisilo malo ordine fuit præoccupata: sed, cum Deus reddidit justitiam Domno Clothario Regi, iterum ad dominationem sanctæ Ecclesiæ vel meam pervenit; ipsam villam, cum omni jure suo et termino, te, sancta Ecclesia, habere, constituo..... Vineolas seu prata, quæ sunt ad Riuhone, et adjunguntur ad vineas sanctæ Ecclesiæ, vel infra terminum Calimarcensem, quæ dato pretio comparavi, B sanctæ ecclesiæ volo esse donata. Itemque et colonicam Statoveram, quam Vulsarius quondam tenuit, et postea Aiga eam nobis, cum ipsa venditione quam ab ipso Vulfario acceperat, dedit... cum vineis et cum omni jure suo, tu Sancta Ecclesia heres mea percipias. ... Sanctæ Ecclesiæ heredi meæ dono villam, cui vocabulum Grandefontana, quam dato pretio de Vaddoleno compatre meo, [et ejus ac meo] filio Bavone comparavi, cum omni jure vel termino suo....... Villam Monciaco, cum colonica [Condaco] quam condidi, vel [quidquid] undique in ipso Condacensi aut Monciacensi [termino] comparavi et adjunxi, tibi, sancta Ecclesia heres mea ad integrum volo esse donatam: Vineas vero, quas mihi sanctæ memoriæ Domnus Licinius Episcopus (*Andegavensis, cujus Acta dedimus* XIII *Februarii*) pro amoris affectu, secus vineas Cariliacenses, suo munere, dedit et nos antea de Sargite quodam, negotiante partem divinam cum terra, comparavimus, et postea inibi vineas posuimus, et in una clausura cum vineis sanctæ Ecclesiæ adjunximus, volumus ut pro mercede animæ nostræ Ecclesia sancta Cenomannica possideat. Licet [enim] antea C ipse ager parum habebat vineolas, nec Domni mei antecessores Episcopi aliquid ibi voluerunt addere; nos pro amore sanctæ Ecclesiæ vel augmento ipsius, tam de negotiantibus quam de reliquis, maximæ [eas] spatiavimus et pretium dedimus; [atque] ut in jure sanctæ Ecclesiæ proficiant optamus......

pag 118 *Morenacum,*

pag 125 *Grandemfontanam.*

pag 12? *Vineas quasdam cum colonica,*

pag 12? *Monciacum,*

vineas Cariliacensibus additas a se,

37 Villa Blacciago, sita in territorio Burdegalensi secus castrum Blavit, quæ est super alveum Garonnæ, et a parentibus meis longo tempore fuit possessa, sed per interregna vel adolescentiam meæ genitricis fuit de jure suo ablata, et ab Annulfo filio Marilionis, qui eas occupaverat, per Testamenti sui paginas, duæ partes illicite ad sanctas Ecclesias Burdigalensem et Turonicensem et Enguilismensem, ex ipsa villa sunt delegatæ; tertiam [autem] Arnulfus germanus ipsius Aunulfi possidebat: unde altercationes habuimus inter nos et ipsum de prædicta villa. Sed ille, recognoscens quod nobis legitime debebantur, coram ipsis Pontificibus, qui duas tertias ex his possidere videbantur, nobis præsentem tertiam ex omnibus de prædicta villa reddidit; et epistola exinde manu sua roborata, et a prædictis Sacerdotibus firmata nobis tradidit possidendam. Sed dum nos ita constringit amor divinus, ut contra sanctam Ecclesiam non ambulemus, forsitan [volemus] si possimus, cum gratia Domnorum meorum et Fratrum, rem ipsam redimere. Sed quia Domnus Agericus Episcopus (*Turonensis*) portionem illam quæ S. Martini fuit, nobis vendidit, et venditionem ipsam cum Canonicis suis nobis fecit et solidos LX, [quantum] secundum arbitrium suum valebat, de præsenti dedimus, et ipsam altercationem nostram subjunximus; volumus ut [ipsam] sancta heres mea Ecclesia Cenomannica, possideas: et si adhuc rem ipsam de Domnis Pontificibus Burdegalensi et Enguilismensi redimere possimus, totum et ad integrum ad tuam revoces potestatem.

pag 128 *Clav ag?, partem 3,*

cum proposito redimendi etiam duas alias;

D

...TORE D. P

38 Villa Redonatiego, quæ ad Bonalfa semper aspexit, et nos postea inibi tam terras quam silvas dato pretio a Chargario et Ragnario comparavimus, vel undique totum, et ad integrum, sicut semper ipsa villa Redonatiaco ad Bonalfa aspexit, [sic] et aspicere [imposterum] debeat, ut sanctæ Ecclesiæ heredi meæ in perpetuum proficiat.... Villas Rufiniaco et Marogilo, quæ de actione Nuncianæ ad me pervenerunt, propter res sanctæ Ecclesiæ quas multum devastavit, et nobis gloriosus Domnus Clotharius post obitum ipsius Nuncianæ concessit (*fuit hæc forte Bertegiseli, mali Episcopi, pejor uxor, qualem Gregorius describit, et cum qua litigandum* Bertechramno *fuisse initio vidimus*) te, E sacrosancta Ecclesia heres mea, habere jubeo.... Villæ nomine Tauriaco portionem illam, quam Nunciana inibi tenuit, et nos modo per præceptionem Domini nostri, sicut Marogilo et Rufiniaco tenemus; et in ipsa villa Tauriaco, tam portionem Nuncianæ quæ fuit, et modo ad nostram [potestatem] traditione pervenit; quam portionem illam, quam Audericus et nepotes sui, filii germanæ suæ et germani sui nobis vendiderunt, et ipsas insimul conjunximus, te sacrosancta Ecclesia heres mea, habere jubeo.....

pag. 129 pag. 134 *Redonatiogum,*

pag. 135 *Rufiniacum et Marogilum,*

pag. 136 *Tauriacum,*

3 Reicolas illas, quas sanctæ Ecclesiæ Suadria, soror Theodori quondam Episcopi (*fortasse Massiliensis circa finem seculi* VI, *Gregorio Turonensi et Aimoino multum a sanctitate laudati*) per suum Testamentum dedit, hoc est Lucmano et Monte; et postea meo opere ipsas vindicavi: villam [quoque] quam de Dadone nepote Romani super Ligere comparavi datis solidis centum, [et] quidquid ibi ad præsens habere videor, cum domibus, vineis, terris, mancipiis, et omni portione illa, te sacrosancta Ecclesia heres mea habere jubeo. Similiter Villam Berea, quam mihi Theudoaldus vendidit, et ipsam F ad tuam revoces ditionem, cum vineis, mancipiis et omni jure suo..... Villam Sitriaco, quam dato pretio de Leugadio comparavi, cum alio locello qui nuncupatur Blaciacus, cum adjacentibus ad se pertinentibus, domibus, mancipiis, vineis, terris, pratis, silvis, vel omni jure earum, te, sacrosancta Ecclesia Cenomannica, heredem meam habere præcipio..... Villam Montiniaco, quam Giboaldus quondam Episcopus tenuit et postea ad nostram ditionem venit, cum omni jure suo, sancta Ecclesia, juris tui esse nunc delego atque decerno...... Domum Diablentes, quam meo opere ædificavi, cum curte et stabulo, et hortis, et colonicis, et quidquid undique, tam de Bosone Presbytero, quam [ejus] heredibus Etoleno et Trilono, in loco qui dicitur Calviaco, vel undique in oppido Diablentis, juxta ripam Aroenæ fluvioli comparavi, cum terris, mancipiis, silvis, pratis et omni jure suo; et cum taxonaria, quam vindicavi contra Leutherum et heredes ejus, totum et ad integrum te, sacrosancta Ecclesia heres mea, habere volo; excipiendo res antiquas sanctæ Ecclesiæ Diablenticæ. Itemque portiones illas, quas mihi Guntherus in omnes res suas per donationem contulit, et ipsum conjunctum apud ipsam casam Diablinticam

Ibid *Lucmanum, Montem,*

Villamque Dudonis,

pag. 135 *Tauriacum,*

Ibid *Montiniacum,*

pag 144 *domum Diablentis cum adjunctis,*

cam, te, sacrosanta mater et heres mea Ecclesia, habere decerno.

Victore D. P.

40 Licet omnibus Christo propitio notum sit, qualiter ego et quam fideliter in sancta Ecclesia aut in monasteriis aut in cunctis rebus laborarim; tamen et tu, Domine Pontifex, quem Deus in eis post me esse voluerit, cognoscere potes, quanta ibidem studio meo vel labore, tempore meo, Deus est dignatus conferre. Quod si fida integra disponis inquirere, cognosces, me tuæ Ecclesiæ non modicum laborasse. Unde tibi ineptum esse non debet, si aliquid de rebus S. Mariæ cuicumque ex Fratribus nostris, hoc est Presbyteris et Diaconibus seu Lectoribus aut propinquis meis vel amicis aut servientibus, tam sanctæ Ecclesiæ quam et meis propriis, aliquid in usu-fructu committo; quia sanctæ Ecclesiæ proprietatem non aufero, et de substantiola mea heredem ipsam constituo. Sanctæ quidem recordationis Domnus Domnolus quondam Episcopus de agro Ecclesiæ aliqua locella ad basilicam suam, ubi requiescere videtur, delegavit: sed nobis molestum fuit, si iterum nos simili conditione de agris Ecclesiæ aliquid auferre aut minuere deberemus, ut Basilicæ sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, quam in honore nominis ipsorum construxi, conferremus. Sed [tamen] pertractans cum consilio venerabilium Fratrum nostrorum Presbyterorum seu Diaconorum vel omnium Clericorum, [æquum censui] ut unum locellum de Ecclesiæ conditione ad ipsam sanctam Basilicam, non tantum pro necessitate, quantum propter primitias vel reverentiam ipsorum Dominorum Apostolorum: eo quod sancta Mater Ecclesia, omnes Basilicas ad se pertinentes fovet et ditat. Convenit [igitur] cum Domnis Pontificibus [pariter collectis ad] diem illum, quo benedictio cœlestis vel Reliquiæ sanctorum Petri et Pauli Apostolorum in ipsa Basilica positæ sunt, et [ipsa Basilica fuit] dupliciter, divina opitulante gratia, a sanctis Sacerdotibus consecrata; villam Umbriaco, quam Basilius et Baudegundus quondam per donationis titulum ad sanctam Ecclesiam condederunt, [ipsi Basilicæ tradere] post eorum obitum possidendam.

pag. 114 Denique deprecatur successorem, ne, post tam multa Ecclesiæ a se collata, pag. 115

ægre ferat aliqui amicis legatum,

et ex consensu Cler. Basilicæ Apostolorum

datum Umbriacum,

41 Unde et nos, postea jugiter laboravimus, ut Ecclesiæ non auferretur (post omnia supradicta) quod per me humilem sanctæ Ecclesiæ proficit aut provenit, tam in prædicto Umbriaco quam in suburbana Basilica Domni Petri et Pauli Apostolorum, quæ meo opere ædificata esse cognoscitur. *Hic porro deesse nobis videntur aliqua verba, quibus Testator statuit, non obstante cessione prædicta, ut defunctis donatoribus ipsum Umbriacum non ad Basilicam Apostolorum, sed* ad ipsam sanctam Ecclesiam Christo propitio debeat in perpetuum permanere. *Non ausim tamen ex contextu tam male sibi cohærente inferre, quod Testator voluerit (licet hæc ultima verba in editis immediate sequantur prægressa de Basilica Apostolorum) Ecclesiæ dominationi subjicere illam ipsam basilicam, quam æquali cum Ecclesia jure suam totius nominat heredem, nullo utpiam alio apparente talis voluntatis motivo; sed bene, quod, aliunde satis liberalis erga fundato a se monasterio prospiceret, sicut ex sequentibus apparebit, potuerit rationabiliter rescindere præfatam cessionem, et Ecclesiæ reddere jam semel acquisitum jus in fundum istum: quare etiam ille non invenitur nominatus §. sequ. Ut ut est, voluit illi servatum jus supremum in Casellas, quas Domnigisilus Diaconus munere suo habuerat; quando eas concessit pronepoti Leodochramno,* sic quoque ut post illius obitum ad jus sanctæ Ecclesiæ revertantur.

quod tamen redditur Ecclesiæ redditum velle.

§ V. Fundi legati Basilicæ SS. Petri et Pauli, alteri heredi.

Basilicam Sanctorum ac beatissimorum Petri et Pauli Apostolorum superius heredem, una cum sancta Ecclesia Cenomannica, constitui, sicut mea est devotio: quia ibidem meum (quando quidem Deus voluerit) desidero collocari corpusculum; ut pro facinore meo, quod hic in seculo jugiter visus sum perpetrasse, ipsi Apostoli suffragiis suis ab infernali pœna me liberare dignentur; et, si non gloriam, quod non mereor, vel veniam eorum patrociniis aut intercessionibus merear obtinere. Dono itaque ad ipsam sanctam Basilicam villas sitas, tam in territorio Cenomannico, quam in Stampensi vel Burdigalensi aut ubicumque, tam [quas] per donationis titulum, ad ipsam Basilicam in die natalitii sui dedi, quam etiam quas adhuc per Testamenti hujus paginam dedero ex iis quas mihi Domnus gloriosus Clotharius per suam munificentiam contulit pro fidei mei conservatione: [qui etiam] præceptionibus suis manu sua roboratis, mihi integram tribuit licentiam, ut prædicto loco, pro animæ meæ remedio vel sui regni stabilitate, ipsas villas, quas munere suo promerui conferre deberem. Hæ [autem] sunt villæ. Villa Thedone, colonica nomine Telate, et alia villa Buresaco, et mansiones in Wastinensi, quas de viro illustri Warnachario Majore-domus, pro villa Columbaria percepimus.

pag. 116 Volens in hac basilica sepeliri,

confirmat ei plures villas in ejus dedicatione donatas

43 Illud vero rogo atque jubeo Abbatibus per singula tempora, sicut divina potentia aut gratia Dominorum Apostolorum eos inibi jusserit perdurare; ut omni tempore vitæ eorum hoc sit eis potissimum observandum, ut de villis superius nominatis, quidquid exinde aut in tributum aut in suffragium annis singulis poterit provenire, medietas ex hoc, quando fuerit mea commemoratio, pauperibus aut in vestimento aut in auro erogetur: alia medietas [seponatur ut copia] luminis exinde in sancta Basilica omni tempore sufficienter accendatur; ut numquam sit nec una horis noctis sine luminaria ipsa sancta Basilica; [seu] sicut dignum est, in honorem prædictorum Apostolorum, [ibi copia] luminis omni tempore fulgeat indesinenter, tam ad Basilicam Sanctorum Apostolorum, quam et ad sanctam Crucem quam postea ædificavi; vel ad Basilicam Domni Martini ad Synodochium quæ est in Ponte-leuga. Excepto eo quod de fructibus aut reliquis conditionibus de prædictis agris separatur in usibus sanctæ Basilicæ et monasterii sui, sive alimonia Canonicorum vel pauperum, qui ad ipsam Basilicam sanctam ad Matricolam sedere videntur [quibus] victus et vestitus per singulos annos sufficienter ministretur, ut pro meis expiandis peccatis jugiter Domino deprecentur; et [ut] pro collata Principis [munificentia, Rex] cœlestis eidem et regnum longævum præstet, et in retributione æterna centuplum accipere mereatur.....

ex eorumque proventibus pag. 117

jubet anniversarium,

et lumen perpetuum celebrari,

44 [Delego etiam] basilicæ S. Petri et Pauli villas, quas dato pretio comparavi, id est, Gaviaco, Colonica, Laudolenis, et Ferrenas, meo opere undique acquisitas; et quidquid Cellis vel in Samarciano, prope Cenomannis civitate, et quidquid in Portithorengo, quem pro tutela percepi, mihi fuit; et hoc quod Ceta et Mancia et Gunthia illic possedisse jure visæ fuerant, et ad meam pervenit ditionem, tam in terris ac vineis [quam in] colonis et servis, integra portione eorum. Similiter et villas, quas in honorem Basilicæ Domni Petri et Pauli comparavi de pecunia, quam gloriosus Domnus Clotharius Rex nobis dedit pro fidei nostræ conservatione,

pag. 117 item legat plures alias villas,

A tione, vel nos undique conquisivimus (hæ sunt villæ ipsæ; Campocunana, Ludina, et Comariago vel Cambariaco, sicut venditiones edocent, [factæ ad] ipsam basilicam, cum villari, cui nomen Piciniaco, quem Gundobaldus quondam Diaconus tenuit; pariter et Iliaco, quem de viro illustri Babisone percepimus) in Dei nomine possidendas volo..... De villa Morenaco..... [habeat] basilica S. Petri et Pauli portionem, quam inibi possidere videor, cum colonica, quam mihi Leodaldus per donationis titulum contulit, cum eo quod ibidem postea undique comparavi in ipso fundo Mechensi et Voligione, cum omni integritate, [cumque] portionibus ipsius vel terminis earum et mancipiis, mobilibus et immobilibus; [ut iis omnibus] tu sancta Basilica, perpetualiter valeas dominari.....

pag. 118 *et portionem Moriaci.*

45 Locellum, qui appellatur Fontanido, quem mihi gloriosus Domnus Clotharius Rex suo munere concessit, ubi Eusebius quondam laicus vineas plantavit, et nos postea mancipia posuimus, cum omni integritate [et omni] quod eodem aspicere videtur, totum et ad integrum basilica Domni Petri et Pauli ad suam revocet dominationem..... Villare meum, quod est in Cramleno territorio ad Summa Vedan- B tia, sicut a me præsenti tempore possidetur, et ex successione Domni ac Genitoris mei legitime reddebatur, basilicæ Domni Petri et Pauli post obitum meum, pro mercede animæ meæ volo esse donatum..... Vineolas secus arenas, juxta quod ipsas maxima [cum diligentia] de deserto comparavi vel adunavi, de ipsa arena usque ad stradam quod clausura ipsa circumcingit, quod ipsa sancta basilica Domni Petri et Pauli præsenti tempore possidere videtur; itemque vineolas, pradella vel territorium, quod in dextra parte de strada est quæ vadit ad Pontileugua, quod de venerabili Fratre meo Eolado Abbate comparavi, quod ipsius basilicæ oppidum esse noscitur; cum Brugilo, quem de Fratre meo Leusio Abbate datis quadraginta solidis redemi; et campellos, quos cum ipso Abbate comparavimus, qui [sunt] ad alveum Sartæ cum prato quod est ad confluentem, totum et integrum, cum servientibus quos ibi posui, aut adhuc Christo propitio ponere potuero, et modo ab ipsa sancta basilica in Dei nomine possidetur, eidem in perpetuum manere volo.

pag. 120 *Fontanidum,*
Villare in Cramleno,
pag. 121
vineas varias,
Brugilum,
Pag. 123

46 Simili modo medietatem de colonica Vatilonno, quam de Berone in nomine ipsius sanctæ basilicæ C comparavi; et aliam medietatem, quam illustris matrona Ægidia ad ipsum sanctum locum per donationis titulum contulit; jubeo in integrum, sicut a modo ab ipsa basilica Christo præside possidetur, in perpetuo inibi perseverare..... Curtem [quoque] illam cum casis, quas bonæ memoriæ Romulus, quondam Presbyter, Cenomannis in civitate tenuit; et domum illam quam nostris temporibus supra muros ædificavit, et nos manum ad hoc porreximus, et postea de nepte sua comparavimus; domos ipsas [inquam] sicut a præsenti tempore in Dei nomine ab ipsa sancta basilica possidentur, cum eo quidquid inibi laboratum fuerit, aut ante vel meis temporibus subjectum, totum et ad integrum præfata basilica, absque illius impedimento, perpetualiter valeat possidere..... Te etiam, sancta basilica Domni Petri et Pauli, dono villa Conadaco, quam de Beltrude sive Bettane matrona, relicta quondam Mautini, dato pretio comparavi; et Colicas villas, quas postea dato pretio de Betholeno vel Mantharigo, cum silvis vel omni adjacentia ad se pertinente, cum domibus et mancipiis, sicut jam in tua ditione tradidi, cum mobilibus et immobilibus, in integrum volo esse donata; item agellum illum nomine Timiago, quem [de] filio et parente meo Berulfo ad usum-fructum possidemus, post meum obitum ad tuam D revoces potestatem......

Vatilonnum,
pag. 1.. *domum in urbe,*
pag. 125 *Conadacum,*

AUCTORE D. P.

47 Villam Patriliaco (*de qua num.* 10 .... volo ut in perpetuum possideas, cum colonica ad se pertinente.... itemque et vineolas, quæ sunt in Saboranensi, quas meo opere undique subjunxi, aut per domum aut per venditionem, et si adhuc subjungere potuero, cum cultoribus earum et familiis quas ibi stabilivimus, te sancta Ecclesia Domni Petri et Pauli habere jubeo..... Colonicam vero Vincentianæ, quam Domna et Genitrix mea possidet, et nos modo in Dei nomine possidere videmur, quæ secus agrum Blaviaco esse videtur Basilicæ S. Petri et Pauli, cum mancipiis, vineis et terris volo esse donatam. Villæ Floriaco, sitæ inter duo maria, quæ parentum meorum fuit, et postea genitrix mea per orphanitatem [eam] perdidit, et a Childegerno fuit malo ordine possessa; cujus villæ medietatem, cum mancipiis, domibus, vineis, silvis, omnique termino suo vel adjacentibus sibi, a Berthtanno sive Bettone filio ipsius Childegerni dato pretio redemi, volo ut ... Basilica S. Petri et Pauli in perpetuum dominetur.... Locum vero qui appellatur Bresetum in territorio Burdigalensi, ubi picarias habere videmur, E quas dato pretio cum Arennoaldo quondam comparavimus.... cum picariis inibi manentibus et familiis eorum vel pixita, sicut a me præsenti tempore possidentur, post meum obitum tu, sancta et venerabilis Basilica Domni Petri et Pauli, ad tuam revoces ditionem, et exinde annis singulis pix recipiatur.

pag. 126 *Patriliacum.*
pag. 129 *colonicam juxta Blaviacum,*
pag. 130 *Bresetum,*

48 Villam vero de Comancio, quam ego de filio et parente meo Ebroaldo comparavi, et postea domos et vineas inibi ædificavi, cum eo quod inveni, et cum omni adjacentia sua, te Basilica S. Petri et Pauli, [sicut eam] in honore vestro ædificavi et immediate heredem institui, in omnibus habere decerno reicolam quæ appellatur Fortana, inter terminum Alaunensem, quam mihi vir magnificus Baudegisilus et Sancia conjux sua condiderunt, et donationes fecerunt, [quia] nos multa eis in quantum potuimus solatia præbuimus, post obitum nostrum, sancta ac venerabilis Basilica Domni Petri et Pauli ad tuam revoces ditionem, sicut ab ipso Baudegisilo possessa fuit; sic quoque ut nomina illorum in libro vitæ in ipsa Basilica recitentur. Sed quia postea quam Deus, glorioso Domino nostro Clothario F Regi totum Regnum Francorum in suam ditionem advenire præcepit... nos sua larga pietas propter servitia nostra in aliquo respexit, nec ipsum oportet præterire. Ergo [ut pro eo jugiter oretur] villas illas, quas bonæ recordationis Avitus filius Felicis quondam Episcopi (*Bituricensis*) qui parentem nostram proximam in conjugio habuit sociatam, et omnes res Aviti inter me et virum illustrem Gundoaldum Majorem-domus sua Pietas [dividendas] concessit; omnem portionem meam quam ego contra ipsum modo ad præsens habere videor, tam quod in Biturigo est, quam in Albiensi, Cadurcino et Agennensi, totum et ad integrum quidquid medietatis ex agro ipso ad meam pertinet rationem... Basilica S. Petri et Pauli, quam heredem constitui, post obitum meum... percipias...

pag. 133 *Comancium,*
pag. 134 *Fontanam,*
Ibid
partem suam in hereditate Aviti,

49 Villam Vocriomno quam mihi gloriosus domnus Clotharius Rex suo munere [dedit], pro rebus nostris quas Egulfus et Arnoaldus malo ordine tenuerunt et vastaverunt, licet plus jam nobis exinde pius Rex dederat, per injunctionem suam Ecclesiæ Metticæ in honorem S. Stephani relaxavi; sed villam istam a Domino Fratre meo Arnulfo Episcopo petivi, ut villas illas quæ fuerunt Egulfi et Arnoaldi ipse reciperet, et nos villam de Vocriomno perpetuo tenere deberemus, et quod exinde facere volebamus liberum

pag. 135 *Vocriomnum,*

A liberum arbitrium haberemus. Idcirco ipsam villam,

AUCTORE D. P.

tam pro mercede Domini Regis quam et pro nostra, quia vineolas parum habet Basilica S. Petri et Pauli in loco isto, cum omni jure suo et adjacentia ad se pertinente, totum et ad integrum, tibi, sancta Basilica Domni Petri et Pauli, ubi corpusculum meum desidero sepeliri, in perpetuo volo esse donatam.

Nociogilos,

Villam vero Nociogilos, quæ est in territorio Pictavo super Ligerim, quam inibi Beato, nepos quondam Babonis, filius Theudaldi, de materno suo per donationis titulum condedit, te sacrosancta Basilica Domni Petri et Pauli habere jubeo... Locellum

pag. 136
Luciacum,

quia ppellatur Luciacus, et quidquid inibi de Berthigisilo, vel conjuge sua et filiis eorum comparavi, et ad præsens habere videor, et quidquid inibi adjunxi aut adhuc adjungere potuero, Basilicæ S. Petri et Pauli heredi meæ delego possidendum... Kairaco

pag. 137
et Kairacum.

vero villam, quam de Comerio Diacono datis solidis CCC comparavi, et nunc in ditione mea in Dei nomine esse dignoscitur, te sancta Ecclesia Domni Petri et Pauli, quam heredem cum Ecclesia nuncupavi, habere decerno, cum domibus, mancipiis, vineis, pratis silvis, cum omni jure suo, et si adhuc

B inibi aliquid meliorare potuero, totum et ad integrum ad tuam revoces potestatem...

§ VI. Legata utrique heredi communiter, et aliis piis locis assignata.

pag. 122.
Communiter possideri jubet suam domum Parisiensem,

Domum intra muros civitatis Parisiorum, quæ ab Eusebio quondam ædificata fuit vel possessa, et mihi a præcelso Domno Clothario Rege concessa esse dignoscitur, inter [vos] sancta Ecclesia Cenomannica et sancta Basilica, heredes meas, æqualiter possidendam decerno : sic quoque ut de tabernis quæ infra domum esse noscuntur, locarium illud

et jus hospitand. Burdegala.
pag. 122

quod annis singulis exinde speratur, ad lumen in sacrosancta Ecclesia Cenomannica et prædicta Basilica Domni Petri et Pauli inferatur; et areas quæ foris civitatis sunt, eædem communiter possideant... Domum vero intra muros civitatis Burdegalensis

pag. 129

legamus quidem nepoti nostro Sichelmo, et suis poteris; sed jubemus ut omni tempore vitæ illorum, quando missi a Domnis venerabilibus sanctæ Ecclesiæ Cenomannicæ vel Basilicæ S. Petri et Pauli, pro piscibus negotiatum ibidem venient, semper in domo

supellectilem vero dividi,

illa receptaculum habeant, et inibi quæ eis necesse

C fuerint comparent... Item constituimus observandum, ut quidquid die obitus mei, in die superius nominata Parisius, aut... in quibuslibet rebus quæ

pag. 118

nostræ propriæ esse noscuntur [inventum fuerit], æqualiter heredes meæ, sancta Ecclesia Cenomannica et Basilica Domni Petri et Pauli, inter se dividant... Illud etiam constituimus et decernimus, ut quidquid mihi in minutis rebus aut in quibuscumque modis datum est, uti in meis chartis noscuntur esse conscriptæ, hoc totum et ad integrum, tu sancta Ecclesia et venerabilis Basilica S. Petri et Pauli, licet in hoc folio Testamenti mei forsitan in oblivionem mihi venit, æqua lance dividatis possidendum...

51 Dono argentum illud, quod nobis post *spoliationem, quam sustinui bis aut tertio,* Deus vel Dom-

pag. 130
item argentum quod reliquum erit :

nus Rex aut amici contulerunt, sicut brevis manu mea conscripta continet, qua pertractavi, ut duas partes de ipso argento quod visus sum laborasse, tu sacrosancta Ecclesia percipias; aliam vero portionem, quam in ipsa brevi conscripsi, te, Basilica S. Petri et Pauli, quam heredem meam, sicut te sancta Ecclesia, institui, habere jubeo. Adjuro [autem] per Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, tam te Domne Pontifex, qui successurus es, quam et Abba, qui eo tempore fueris, quando me Deus de D hoc seculo migrare præceperit, vel successores vestros; ut nullus præsumat de istis parvis munusculis, quæ ego sanctæ Ecclesiæ vel sanctæ Basilicæ pro commemoratione nominis mei [legavi, atque] de his speciebus nihil abstrahere vel venum-

adjurato successore ne quid subtrahat,

dare; sed omni tempore tam pro ornatu sanctæ Ecclesiæ vel Basilicæ [quam pro instructione] mensæ earum perpetualiter debeat perdurare. De reliquo vero argentulo quodcumque post diem obitus mei in regestoriolo meo inventum fuerit, et hic non delegavi, argento sanctæ Ecclesiæ salvo, jubeo

pag. 131
et Abbate obstricto ad sepulturam curandam

quod præsens habere videor vel adhuc laborare potuero, quod delegatum non fuerit, totum inter sanctam Ecclesiam et sanctam Basilicam Domni Petri et Pauli æqualiter dividatur : et Abbas portionem illam quam acceperit, si necesse fuerit sepulturæ meæ aliquid exornari, et si ego hoc antea non fecero, de hoc ipso quod contra Pontificem acceperit, ipsam sepulturam meam digne exinde jubeat componere : sed si nos Christus permitteret ad ea durare, argentum istud in ministerium quod necesse fuerit Basilicæ faciendum intromittatur... E

Ibid.
Ministris et Clericis suis equum sigillatim donari jubet

52 Volo ac jubeo ut ex omnibus servientibus sanctæ Ecclesiæ, qui ministeriales esse noscuntur; vel meis, tam Clericis quam secularibus, qui mecum conversari videntur, singulos caballos tam ingenui quam liberti vel servientes de præsenti percipiant : reliquos vero caballos, tam warannones quam spadas vel poledros, qui inventi fuerint et characte-

pag. 132

rium sanctæ Ecclesiæ habuerint, Pontifex vel Ecclesia recipiant; illorum vero qui meum characterium particulare habuerint, aut quos mihi parentes vel amici dederunt, medietatem sancta Ecclesia accipiat; aliam vero medietatem Basilica vel Abbas qui inibi [præesse] videbitur recolligat. Illud quoque

ceteros equos vult inter heredes suas dividi,

huic Testamento adnecti volui, ut de gregibus equinis, quos mea parvitas undique attraxit vel augmentavit... ex ipsis qui mei proprii esse videntur et super terra sanctæ Ecclesiæ pascua habent, duæ portiones fiant; unam percipiat sancta Ecclesia, et aliam percipiat Basilica S. Petri et Pauli...

pag. 135
nec non Nogiogilum

53 Nogiogilo villam, quam ego et vir illuster Gundolandus filiæ meæ et parenti Dundanæ usufructu concessimus, post ipsius obitum vos sacrosancta Ecclesia et Basilica communiter mediate, sicut per precariam jam dictæ Matronæ convenit, ad vestram revocetis potestatem ad ipsam æqualiter F dividendam.,. Villarum vero sitarum in Burgundia,

pag. 137
villasque in Burgundia

quas nobis gloriosus Domnus noster Clotharius Rex et viris illustribus Bradoni et Warnehario Majori-bus-domus dedit, quæ fuerunt Leodigisili quondam, tertiam portionem quæ mihi ex ipsis villis legitimo ordine cum ipsis viris illustribus debetur, vos sacrosancta Ecclesia Cenomannica et Basilica S. Petri et Pauli heredes meas, æquivalenter cum ipsis habere volo. Et villas in Provincia, quas ipse pius

pag. 138
et in Provincia :

Rex inter me et viros illustres Gondolaidum et Chugonem de ratione Aurelianæ dedit, quantum exinde per justitiam vindicare possumus absque peccato nostro, id est portionem meam, vos heredes meæ cum ipsis illustribus viris ad vestram revocetis potestatem...

pag. 110
Ecclesiæ Parisiensi legat Nimionem

54 Id mihi placuit delegare ut villam de Nimione, sitam in territorio Parisiaco, cum vineis quæ Frontanito ad palastrias et vinitores esse noscuntur quas mihi Domnus Clotharius Rex dedit..... tam de fisco quam de comparato possidendas, sanctæ Ecclesiæ Parisiacæ, sub cujus gratia nutritus sum, ad integrum velim esse donatam... Basilicæ Domni

pag. 121

et peculiaris Patrini mei Germani Episcopi, qui me dulcissime enutrivit, et sua sancta oratione, etsi indignum, ad Sacerdotii honorem perduxit; si supersistit

A sistit in Basilica Domni Vincentii, ubi ejus sanctum corpusculum requiescit; donari jubeo, in honorem sepulturæ suæ, villam Bobane, quæ est in territorio Stampense super fluvio Calla, quam mihi gloriosissimus Domnus Clotharius Rex suo munere contulit. Quod jubeo ea conditione, ut si sanctum corpus ejus in Basilicam novam, quam inclitus Chilpericus quondam Rex construxit, convenerit ut inibi transferatur; villa ipsa semper ibidem deserviat, ubi ejus sanctum corpus fuerit, ut ipse sanctus Pontifex pro meis facinoribus deprecari dignetur. Rogo, Abba illustris loci illius, ut nomen meum in libro vitæ recitetur.

et ei in qua est corpus S. Germani villam Bobanæ,

55 *Dedimus* XXVIII *Maji, die natali* S. Germani, *Translationem corporis, sub Rege Pipino, anno* DCCLV; *in qua dicitur ea facta*, cum a ducentis circiter et eo amplius annis, in porticus ecclesiæ beati Vincentii Levitæ et Martyris, jam pridem basilica facta, jacuisset humatum; *cum tamen Sanctus primum obierit anno* DLXXVI. *Arguit hoc supinam auctoris in subducendo calculo oscitantiam : nunc vero etiam discimus, ignotam ei fuisse translationem hic designatam; simul et posterioris Basilicæ (nam priorem ecclesiam circa* B *annum* DLVIII *Childebertus extruxerat, acceptis a Cæsaraugustano Episcopo Stola et Tunica S. Vincentii) conditorem fuisse Chilpericum, anno* DLXXXIV *defunctum. Quod si a loco primæ sepulturæ motum non fuit sanctum corpus, ut verosimile est non fuisse; oportet ut prior ecclesia conversa sit ex toto vel ex parte in porticum Basilicæ posterioris. Mabilio porro hinc etiam docet*, veteres Regum statuas, quæ ad ecclesiæ majorem portam etiam nunc prostant, Chilperici ætati esse tribuendas : neque enim ulla hujus ecclesiæ aut destructio aut instauratio facta perhibetur, ex eo tempore usque ad Normannorum procellas, quibus antiquior ea porta est. *Mereretur ergo, si vera illatio est, tam insigne antiquitatis Francicæ monumentum accurate exsculptum repræsentari ex ære, cito alias diffluxurum totum. Sed resumamus reliqua in Testamento legata pia* Bertechramni.

vel in qua erit post factam translationem,

56 Locellum, qui appellatur Lucianus, et quidquid inibi mihi debet Hesigilo; reiculam [quoque] illam quæ est super Ledo fluvium, nomine Bauciallo, quam ego de Bestingeselo Vendocinensi et conjuge vel filiastris suis comparavi; basilicæ S. Victuri in Cenomannica civitate, cum mancipiis et omni eo quod ibi melioratum est, volo esse donatam... Gregem illum *equorum*, qui portiones equinarias super rem sanctæ basilicæ Domni Victurii in- C tendere videtur, ad ipsam sanctam basilicam volo esse donatum... Villam Cresciaco et Vallem, sicut per epistolas inter me et Domnum Arnulfum Episcopum Mettensis Ecclesiæ convenit, in honore Domni Stephani... post meum obitum ipsa sancta Ecclesia... ad suam revocet ditionem; et nomen meum in libro vitæ, qui tunc temporis Pontifex fuerit, scribi jubeat. Tres partes Colonicæ, quam de ratione Annoaldi habuimus, ipsam basilicam Domni Petri et peculiaris patroni nostri Medardi Episcopi, post meum obitum habere jubeo.

pag. 136 item ad quæ ecclesiæ S. Victurii, Cenomannis,

pag. 138

pag. 137 S. Stephani Metis,

et S. Medardi Suessione.

57 Te, dulcissime Archidiacone, qui tempore obitus mei fueris, Domno vestro et Pontifici successori meo pariculos duos optimos de propria vestimenti-clavia reverenter offerre jubeo; tibi vero, sancte Archidiacone præcipio ut unum caballum bonum, et unum pariculum de proprietate mea præsumas. Omnia vero quæ de propietate seu ex militia in regesteriolo meo post obitum meum inventa fuerint, seu species aut vestimenta quæ ego laboravi vel acquisivi, tres exinde jubeo fieri portiones; unam, Domnus et successor meus Pontifex accipiat; aliam, basilica Domni Petri et Pauli; tertiam vero, de præsenti pauperibus jubeo erogari.

pag. 131 Tum successori suo aliquid,

Similiter tibi præcipio, Archidiacone, et coram Deo D contestor, ut de eis fructibus quos eo anno reliquero, cum diem extremum conclusero, per manus tuas tertia pars pauperibus absque fraude erogetur.

AUCTORE D. P. et pauperibus:

58 Rogo, cum Testamentum meum, ab omnibus Comprovincialibus meis fuerit apertum; tunc per manum Archidiaconi centum solidi, per Domnum Episcopum Turonicæ civitatis, ad sepulcrum Domni et peculiaris Patroni S. Martini Antistitis, ubi comam deposui et annis singulis tributum ibidem reddidi, transmittantur. Similiter ad basilicam S. Albini Antistitis, per manum Andegavi Pontificis, solidi quinquaginta dirigantur : quos solidos, per saccellos separatim.... in manu fidelis dispensatoris commendavi, sicut pagina Testamenti mei eloquitur, dispensandos. Tibi vero Archidiacone, demando atque præcipio, ut per omnes basilicas, quæ circa civitatem nostram esse noscuntur, [distribuas eleemosynam]. Hoc est basilicæ S. Victurii, peculiaris Patroni mei, dabis solidos XX; basilicæ Domni Vincentii, ubi S. Domnolus Episcopus requiescit, in honore ipsius Martyris vel Domni Antistitis, dabis solidos XX; basilicæ S. Mariæ vel S. Crucis, E dabis solidos X; basilicæ S. Juliani Episcopi, aut caballum, aut in auro dabis solidos V; itemque Basilicæ S. Richomeri, solidos X; Basilicæ S. Hilarii, dabis solidos V. Ad oratoria Domni Martini, D. Victorii, vel S. Petri infra muros, dabis in auro aut in caballo solidos V..... Ad matriculas capitulares in civitate, vel quæ per basiliculas sunt, per manus Archidiaconi quinque solidos jubeo dari...... Similiter volo ac jubeo, ut omnibus Clericis nostris, qui hic in Ecclesia deservire noscuntur, de ovibus aut in quibuslibet rebus, quinquaginta solidos dones. Illud vero specialiter rogo, ut in supra scriptis locis, ubi aliquid, non ut decuit, sed in quantum virtus prævaluit, delegavi; nomen meum Sacerdotes eorum in libro vitæ jubeant adscribi, et per singulas festivitates recitari..... *Quando scilicet ex Diptycho Ecclesiæ recitabantur nomina defunctorum Episcoporum, Principum, ac Benefactorum; quæ cum tandem nimium excrescerent, cœperunt scribi Necrologia, post Martyrologium recitanda; et unumquodque nomen sibi inscriptum, anniversario cujusque die relatura; quæ similiter possent* Liber-vitæ *vocari.*

pag. 142 item ecclesiæ Turonicæ S. Martini,

Andegavensi S. Albini,

et singulis ecclesiis urbis suæ,

pag. 143

atque Clericis:

et ubique petit nomen suum referri in Diptycha

§ VII Legata Regibus, Nepoti, pronepotibus, aliisque familiaribus. F

Dum pro amore Domni mei Clotharii Regis unanimiter cum ipso consisterem, [post] anteriorem spoliationem suam, vel posteriorem quam injuste pertulit; necesse Principi ipsi fuit, ut nobis aliquid adderet de vitæ substantia, unde et nos et pauperes nostros sustentare deberemus; unde illi Rex cœlestis pro nobis remunerator existat : nam nos pauperes non habemus nec aurum nec argentum, unde tibi, gloriosissime Domine Clotharie, bona retribuamus. Attamen de eo quod Gloria vestra nobis contulit, præsumemus in hoc Testamento nostro vestram celsitudinem memorare. Offerimus itaque Regno vestro de muneribus vestris; unde nobis per præceptum, vigore vestræ manus roboratum, licentiam tribuisti faciendi quod volebamus : id est villas Neolone et Walonno, cum omni termino et adjacentiis ad se pertinentibus, vel quidquid postea nobis fuit melioratum, hoc Celsitudo vestra ad suam recipiat dominationem. Similiter donamus tibi, gloriosissima Domna Berchtrudis Regina, villam Penpinis, quæ appellatur Cella, quam nobis gloriosus Domnus noster, Jugalis vester, suo munere contulit; ut ipsam villam, cum domibus, mancipiis

pag. 119 Multis possessionibus auctus a Rege, gratum se volens testari,

legat ei villas duas,

et unam Reginæ.

AUCTORE D. P.

A mancipiis, vel termino suo, post meum obitum, ad vestrum regimen absque ullo impedimento recipiatis.

pag 120

60 Dulcissimo nepoti meo Sigechelmo et pronepoti meo Thoringo, si mihi superstites fuerint [volo esse donatam] villam Seuvacum, et villare Ripariola [quæ] æqua lance dividant. Simili modo [fiat de] villa Briomilia, quæ ex successione parentum nobis juste debita erat, et per interregna nobis longo tempore ablata fuit: et postea cum Deus Domno Clothario regnum suum integrum dedit, ipsam villam nobis sua Pietas reddidit, et per præceptionem suam firmavit: quam villam dulcissimis pronepotibus meis, filiis Sigechelmi, Leuthramno et Sichramno volo esse donatam. Similiter villam Castalione, sitam in Santonico, quæ parentibus meis et viro illustri Sigeleno fuit, et ipsam nobis gloriosus Domnus Clotharius Rex per suum præceptum concessit; quia jam longo tempore et mihi et jam dicto parenti meo Sigeleno ablata fuit, si mihi superstes fuerit ipse Sigelenus, ad suam revocet ditionem: sin autem, filiis suis, Sicheleco et Berthelaico, ipsam volo esse donatam. Villas Crisciago et Botilo, quæ nobis ex successione Genitoris nostri juste debentur, et [quas] cum germanis meis

hereditaria quædam bona relinquit suo nepoti Sigechelmo,

et pronepotibus Thoringo, Leuthramno, Sichranno, Sicheleco, Berthelaico,

B deberem partiri, si eorum mors non antecessisset; modo jubeo, dulcissime nepos meus Sigechelme, ut cum nepote meo Thoringo æqua lance dividas. Villam Bualone, sitam in Stampensi secus [Silvam] Æqualinam, quam per donationis titulum dulcissimo pronepoti meo Leuthramno die nuptiarum suarum dedi, sicut donatio ipsa continet, etiam per hoc Testamentum meum ei volo esse donatam. . . . . [Ex locello quoque qui appellatur Fontanido] medietatem de vineis pronepos meus Leuthramnus et conjux sua perpetualiter valeant possidere . . . . .

pag 120

pag. 121

61 Dulcissimo pronepoti meo Thoringo dono colonicam, cui vocabulum est Villa-nova, quam de filio [meo] Papoleno quondam dato pretio comparavi, [ut] in perpetuum eam teneat atque possideat. Villam Idguino, dulcissimo nepoti meo Sigechelmo, dum ad vivit, volo esse donatam: post obitum vero illius, filiis suis, qui est Bertichilde filia Leuthramni nati esse noscuntur, absque consortio fratrum suorum (si alios filios [nepos meus Sigechelmus aliunde] habuerit) ipsam præcipio possidendam . . . . . Licet dulcissimo meo nepoti Sigechelmo jam per donationis titulum villam Murocincto anteactis temporibus contuli, que ex suc-

aliaque prius donata confirmat:

C cessione Domni et Genitoris mei legitime [mihi] reddebatur; et posteaquam, meis peccatis facientibus, germano meo Berthulfo, in expeditione Domni Clotharii Regis interempto, etiam portio sua mihi legitime obvenit; [ipsum] volui in hoc Testamento comprehendi, ut tam quod prius ei dedi, quam quod postea mihi de germano meo obvenit, totum et ad integrum ipse nepos meus [possideat] villam scilicet ipsam cum domibus, mancipiis, vineis, campis, pratis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus aut immobilibus, sicut hæc jam possidere videtur; [iisque] et ipse et soboles sua perpetualiter dominetur.

pag 125

item quæ sibi obvenerunt a Fratribus Berthulfo atque Ermenulfo præmortuis:

62 Tertiam vero portionem de ipsa villa Murocincto, quam bonæ memoriæ germanus meus Ermenulfus tenuit, et ipsam mihi dedit, dulcissimo pronepoti meo, filio ipsius Sigechelmi, nomine Leodefredo, post obitum meum volo esse donatam; exceptis illis quos emisit [prædictus germanus meus] aut ego de captivitate redemi: ipsi liberi perseverent. Casam vero, quæ est infra muros civitatis Cenomannicæ, quam Domnus et frater meus Chaimoaldus Episcopus (*Carolus le Cointe* Aimoaldum, *sive* Annoaldum, *aut* Ennoaldum, *tunc* Pictaviensem *Antistitem, esse putat, et consentit Mabilio*) dum Archidiaconatus officio fungeretur, ædificavit; cum casella, quam Malaricus Diaconus tenuit, dulcissimo nepoti meo Sigechelmo, cui eas dedi [confirmo; et] volo ut eis ipse et filii sui in perpetuum dominentur, quia ubi casa nova est areæ ille comparatæ esse noscuntur. . . . . Domum infra muros civitatis Burdegalensis, quam ego et germanus meus Ermenulfus nostro opere recuperavimus, ... cum appendicia sua additione, dulcissimo nepoti nostro Sigechelmo jubemus pervenire; ut ipse [eam] habeat et possideat, et suis posteris ad possidendum relinquat..... Villam Mareiliaco, sitam secus Diablentas vicum, quam dato pretio a Medighisselo et Ebretrudi comparavi, aut undique adjunxi, aut adhuc adjungere potuero, cum domibus et mancipiis et adjacentia sua, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, dulcissimo pronepoti meo Leodechramno dono atque transfundo perpetua dominatione.

pag 126

Item domos aliquas Cenomannis

D

pag 129 *et Burdegalæ:*

pag 132 *Item Marilincum Leutchranno*

63 Similiter villam secus Pacilenovico, quam genitor Blado. . . . . nobis pro solidis nostris vendidit, cum omni adjacentis sua, tibi, dulcissime pronepos meus Sigramne, habere jubeo. Similiter villam Pauliacum, quam ego dato pretio, id est solidis trecentis auri, de venerabili Bobeno Abbate Basilicæ Domni Albini comparavi, dulcissimo pronepoti meo Leodochramno habere jubeo, ut ipsam in perpetuo possideat. Sic quoque ut si aliquid aut Basilica Domni Albini aut Abbas, qui successor ipsius Bobeni fuerit, inde attentaverit circa ipsam, cum duplici satisfactione jam dicto Leudochramno reddat; et villam ipsam, si voluerit contra definitionem antecessoris sui agere, ne sic quidem valeat vindicare, et sic ab ipso pronepote meo in perpetuum vindicetur. Villam quæ secus vicum Berulfi esse dignoscitur, et in ipsa villa quam quondam Berulfus amisit, quidquid inibi comparavi, tam de filio Erculphi, quam de Remoaldo vel conjuge sua; totum et ad integrum, inter dulcissimos pronepotes meos Leutfredum et Thoringum, si mihi superstites fuerint, æqualentia dividendum, volo esse donatum; sic quoque ut [omnia] post obitum meum, ad suam in integrum revocent potestatem. . . . . Villas vero sitas in territorio Dunensi, hoc est, villam Pannonio, quam de Joanne Abbate dato pretio, hoc est solidis centum quadraginta, comparavi; et villam Marcirias, quam de Bethone filio Baddonis quondam visus sum comparasse; tu dulcissime nepos meus, Sigechelme, post meum obitum recipias; sic quoque, ut post tuum obitum filii tui inter se æqualentia dividant..... Villas, quas dato pretio de Dracoaldo Episcopo comparavi, et [quæ] juxta civitatem ipsam, ubi prædictus Pontifex fuit occisus, esse noscuntur; tibi, dulcissime nepos meus Sigechelme, una cum filiis tuis præcipio possidendas . . . . .

et Sichranno Pauliacum.

E

pag 133

Leutferedo et Thoringo pronepotibus alia, pag. 136

pag 138 F

64 Præcipio tibi, dulcissime nepos meus Sigechelme, et filiis tuis, [atque vos] rogo et adjuro per Deum omnipotentem, ut quamdiu vos in seculo superstitisse voluerit, una cum conjugibus vestris et sobole vestra, si sanitas permiserit, semper annis singulis bis aut ter sepulturulam meam visitetis: et hoc adjuro Abbatem loci illius, ut taliter vos reficiat et filios vestros honoret, qualiter cognoscit me sanctæ Ecclesiæ fuisse consolatorem ut vos et filios vestros delectet, frequenter visitare locum ipsum sanctum vel meam commemorare memoriam. . . . . Casellas illas, quas bonæ memoriæ Domnigiselus Diaconus ex nostro munere habuit, et ipsi pauperi inibi ædificavi; et nos post illius obitum dulcissimo pronepoti nostro Leudochramno concessimus, cum omnibus casellis, casticellis, vineolis, campellis, et quod ipse Diaconus habere ibi visus est, cum mancipiolis

cumque adjurat, ut cum suis sæpe veniat ad sepulcrum

pag 141 *Leudochramno donata confirmat:*

A cipiolis illis quæ inibi habitare videntur, volumus ut ipse nepos noster, dum pro amore nostro frequens ad basilicam S. Petri et Pauli Apostolorum venire deliberat, sicut et nos in Testamento scripsimus; volumus [inquam] ut ipsas cum gratia Pontificis successoris nostri semper possideat: sic quoque ut post obitum ipsius ad jus sanctæ Ecclesiæ revertantur......

pag 138 Legat aliquid Ghisoni compatri suo,

65 Villam, quæ de ratione Nuntianæ, tam in Pictavo quam in Erbaticola mihi [obvenit]; et illas alias villas, quas cum Ghisone compatre meo in Cardurcino, Lemovicino, aut ubicumque in Gutia portiones Nuntianæ nobis exinde legitime reddebantur; te, dulcissime compater meus Ghiso, pro amoris affectu et compateratu, una cum nepote vestro et nostro Thoringo, æqualiter dividendum habere præcipio...... Locellum qui dicitur Condomas, quem pro re mea accepi, et postea fidelissimæ Cottanæ per donationis titulum concessi, volo ut ipsa jam dicta Cottana vel filii sui in perpetuo valeant in integrum possidere...... Jumenta illa, quæ fuerunt peculiaria Gallimero, pro fideli mea Elopodia volo esse donata.....

pag 122 duabusque famulabus,

pag 132

pag 130 tum in nostris fidelibus, Warnechario et Walconi

B 66 Fidelissimis meis Warnechario et Walconi, filio Tedemundi quondam, qui mihi fideliter ab adolescentia eorum, vel sanctæ Ecclesiæ cum integra fide, quod omnibus incognitum non est, deservisse noscuntur; quidquid eis in terris, mancipiis, vineis dedi, aut ipsi meo tempore visi sunt acquisivisse, totum et ad integrum eis volo esse concessum: et filii et filiæ eorum, quamdiu vixerint, possideant; et nullus ex eis quidquam auferat, jubeo ac decerno. Quidquid fideli nostro Cherulfo quondam dedimus vel filiis suis, hoc ad integrum confirmamus. Fidelissimo amico meo Chadeleno, quidquid ei hic et in Cenomannico dedi, volo ut hoc in perpetuo et ille et filii sui possideant: quia omnibus notum est, quod fideliter in ministeriis sanctæ Ecclesiæ et jugiter deservivit, et tempore vitæ suæ [idem] facere disponit; et justum est, ut quidquid ei [accessit] de jure Ecclesiæ, vel eo quod meo labore ad Ecclesiam pervenit, semper in eo perpetualiter perduret. Fideli meo Betoleno, filio Candoleni quondam, quidquid genitori suo dedero, vel quod postea ipsi Betoleno ex nostra largitate est concessum, ipsi Betoleno et conjugi suæ vel filiis eorum in perpetuo volo esse donatum: sic quoque ut genitrix sua quidquid exinde habet, quoad vixerit, usufructuario possideat: post obitum vero ipsius, jam

Cherulfo et Chadeleno,

pag 139

Betoleno et conjugi;

C dictus Betolenus et filii sui in integrum percipiant, et semper amici Ecclesiæ persistant. Illud itaque rogo ac jubeo, ut quanticumque amici mei vel fideles servientes fuerint, semper eis memor sit nutritura mea, vel benefactum meum quod circa illos impendi; et ut ipsis post obitum meum cura sit, ut cum dies commemorationis meæ evenerit, semper inibi adesse debeant; et Abbates loci illis solatium præbeant, et dicant; Felix est homo ille qui amicos bonos relinquit.

suamque s memoriam commendat.

§. VIII Manumissiones tam servorum quam mancipiorum sexus utriusque. Cura sepulturæ et anniversarii: conclusio cum subsignationibus.

pag 140 Libertate donat utriusque sexus mancipia,

Hos et has liberas liberosve esse jubeo. Libigisum, cum uxore et filiis; Chinemundum, Chrodosindum, cum uxore et infantibus; Theodogundim, et filium suum; Lopum, et filiam suam; Emmanem, cum uxore et filiis; Ebrelenum, cum uxore et filiis; Gaviulfum; Julianum; Picoaldum, cum uxore et filiis; filium et filiam Maurelli. Similiter et famulos meos qui mihi deservire videntur, tam natione Romana quam Barbara, ut sunt, Theodanes, Bajanes, Baudesindus, Maurus, Austreharius, Audegisilus, Vetesigilus, Berchanus, Quotanes, Alagises, Leodigisilus, et filii Theodoviniæ. Hos omnes ad integrum liberos esse jubeo, cum omni peculiari eorum quod habent, aut deinceps laborare poterunt: et defensionem sanctæ Basilicæ Domni Petri et Pauli Apostolorum, ubi corpusculum meum in Dei nomine opto requiescere, habere mereantur: ita ut unusquisque tempore depositionis meæ conveniant, et oblata tantum nominis mei ante sanctum altarium offerant vel recenseant; et ministerium quale egisse visi sunt unusquisque in Dei nomen in prædicta die observent; et Abbati loci illius solatium præbeant; et postea in crastinum Abbas det illis dignam refectionem, et unusquisque ad domos eorum revertantur, tam isti quorum nomina hic continentur, quam quos postea de gente barbara comparavi, aut adhuc comparare potuero; tam pueri quam puellæ, qui a me empti noscuntur, et epistolas eis feci.

D ...ATORE D P.

ea conditione ut in Anniversario suo ministrent,

68 Et Dasgastaldi qui voluerint ex ipsis cum ipso Abbate consistere vel Basilicæ deservire, de rebus sanctæ Basilicæ ditentur, ut melius eos delectet sepulturolæ meæ impendere honorem, et sanctæ Basilicæ deservire. Et qui hic in Cenomannico territorio manere noscuntur, defensionem sanctæ Basilicæ Domnorum Apostolorum Petri et Pauli se habere noscant, si necesse fuerit: et Abbas ille, cui Basilica sancta ad regendum et gubernandum commissa fuerit, omni tempore, de eo quod inibi a me collatum est, depositionem meam et limen sepulturolæ meæ taliter studeat celebrare, qualiter alios delectet loca Sanctorum in maximis rebus ditare. Quod si Abbas ille exinde negligens fuerit, cognoscat se ante tribunal Christi cum Domnis Petro et Paulo ex hoc habere actionem, et perpetuam suscipere damnationem. Illi vero quos de ratione Ecclesiæ, pro singulis festivitatibus in Albis, per epistolas relaxavi aut relaxavero, sicut epistolæ eorum edocent, sub tuitione et defensione sanctæ Ecclesiæ rependeant....

E pag 141 sub clientela Abbatis SS Petri et Pauli

cujus curæ commendat suam sepulturam,

69 Adjuro et rogo Domnum meum Chaimoaldum Episcopum, quia consanguineus meus esse dignoscitur, et eum divina pietas ad Sacerdotale culmen per [me] duxit; semper illi memor sit nutritura mea vel, patrocinium S. Petri, unde ad ipsum onus Christo præsule ambulavit; et ut idonea sepultura, quandocumque me Deus ab hac luce migrare jusserit, suis manibus, cum reliquis Domnis et Fratribus suis, corpusculum meum dignanter sepeliant, ut inde Domini mercedem conquirant, et laus in populo percurrat. Hoc jubeo Archidiacono meo, ut ipsis Domnis, qui peccatorem sepelire dignati fuerint, donet eis caballos padi duos, et poledros congregales duos, et singulos parioculos ipsi Domni accipiant: et tu hoc, Domne Chaimoalde, cum Archidiacono dignanter facias; et tibi simili modo, sicut tui Fratres accipient, ut accipias jubemus. Et quamdiu in seculo te Deus superstitem esse voluerit, rogo ad meam commemorationem digneris venire: et Domnus Abba vel Congregatio S. Petri et Pauli dignum tibi honorem impendant....

pag 1?9 et Episcopo Pictaviensi Chaimoaldo

F

70 Licet superius intimare debueram, qui cineribus meis inservire deberent; quia tamen non habui integre perscrutatum de familia mea, quorum [curæ] hoc agendum committerem; ideo mihi convenit, ut de quantiscumque villis [quas] sanctæ Basilicæ Domni Petri et Pauli heredi meæ delegavi posssidendas, [id faciant] singuli condomæ de unaquaque villa qui nitidiores esse noscuntur, et nobis vel Basilicæ sanctæ fideliter deserviunt; [et nos

pag 142 h... singulis villis sui deservientes aliquos

A AUCTORE D. P. pag. 143

nos] volumus nomina eorum in una epistola conscribere, et manu nostra firmare, ut integre relaxentur a servitio; et ipsis, pariter cum Abbate, de sepulturola mea, tam de luminario quam de cineribus meis, integra sit cura, usque diem ultimum vitæ eorum: et tam illi, quam soboles quæ ex ipsis fuerit procreata, in perpetuo debent [sepulturolæ meæ] cum integra diligentia deservire; et ingenuitas status illorum sub defensione ipsius Abbatis debeat perpetualiter perdurare. Et quia nos de familia sanctæ Ecclesiæ, nec, [pro] cineribus meis, nec [pro] depositione facienda, præsumimus, injungere aut relaxare, sicut Domni et Antecessores nostri fecerunt; simili modo jubeo, ut si aliqui mihi minime in mente fuerint de meis famulis, aut germani mei Bertulfi quondam, et hic in Cenomannico manere videntur, toti absoluti sint a servitio, et defensionem vel tuitionem sanctæ Basilicæ Domni Petri et Pauli, sicut reliqui liberti mei, habere mereantur. Illi vero, quos de captivitate redemi, et ante ingenui fuerunt, et modo pro pretio servire videntur, tam viri quam mulieres de villa Boalcha, omnes a servitio relaxentur....

qui Anniversario suo intervenerint, a servitio liberandi:

sicut et mancipia reliqua.

B

71 Quia deliberationis meæ arbitrium opto per hoc Testamentum firmiter conservare; ideo conjuro vos Domni et Pontifices etc. *ut supra num.* 15. Similiter conjuro vos omnes, per victorias clementissimorum Principum, qui in seculo virtutem agendi apud Domnos et Principes nostros habetis, ut, si necesse fuerit, semper defensionis vestræ auxilium huic paginulæ non negetis.... Nam et ego in præsenti denuntio, ut siquis, contra hanc voluntatem meam venire tentaverit excommunicatione perpetua feriatur; et tale in ipsum Deus judicium ostendat, ut lepra Naaman percussum, terra ipsum sicut Dathan et Abiron absorbeat; et sic ultio divina in illum appareat, ut in præsenti seculo se male egisse cognoscat, et in futuro judicio numquam remissionis veniam consequatur. Si quæ lituræ, si quæ charaxaturæ, si quæ litteræ adjectæ sunt vel detractæ; ego feci, fierive jussi, dum meam mihi sæpius prælego voluntatem, et omnia per singula recognosco vel emendo. [Et hoc testamentum] ut Lex edocet, septem virorum subscriptionibus et sigillis credidi muniendum, et pro totius rei firmitate atque stipulatione annecti præcepi. Actum Cenomanis, die et anno superius comprehenso.

pag. 143 *Commendat executionem Episcopis* pag. 144 *et Proceribus.* pag. 145

Concludit cum execratione contravenientium,

approbat omne liturarum,

7 testium subscriptionibus, etc.

C

Bertichramnus, in Christi nomine, acsi indignus Episcopus, Testamentum meum, quod filio meo, Ebboni Notario, scribendum dictavi, relegi et subscripsi.

Guntinus Honoratus subscripsi, rogante Domno Bertichramno.

Dado, rogante D. Bertichramno subscripsi.

Gerinus, rogante D. Bertichramno subscripsi.

Ibbolenus, rogante D. Bertichramno subscripsi.

Gaddo rogante D. Bertichramno, subscripsi.

Ego Hugo Honoratus subscripsi. D

Ego Ebbo Notarius, jubente Domno meo Bertichramno Episcopo, et ipso præsente, hoc Testamentum scripsi, relegi, et subscripsi [et] notavi diem.

Similiter ergo, Bertichramnus Episcopus, rogo filium meum Archidiaconum; ut, cum Testamentum apertum fuerit, ipso prosequente, gestis municipalibus secundum legem faciat alligari, quo semper firmiter perduret.

72 *Hactenus Testamentum, eo quem initio promisimus, non quo originaliter scriptum est, ordine digestum, subsignatumque secundum Romanam Legem Constantini Magni, quam nunc frustra in Codice Theodosiano requiri; notat eruditissimus Jacobus Gothofredus, in Comm. ad* l. 1 tit. 4 de Testamentis et Codicillis; *olim tamen in eo legebatur. Nam quæ nunc prima est,* secundum superiorem *procedere, notat vetus Interpretatio; idemque per se patet, eo quod nunc prima sit* de Codicillis, quos Testamentum non procedit; *in quibus definit Lex, quod* sicut in voluntatibus Testamenti septem testium vel quinque interventum non deesse oportet. *Excidit ergo prior, quæ erat* de voluntatibus Testamenti. *Hanc vero ille ait a Constantino latam anno* CCCXXVI, *posteriorem vero filii ejus Constantii esse, latam anno* CCCXXXIV; *etsi utrumque nomen nunc confundatur, in legis posterioris titulo et subscriptione; in qua conflatum videtur jus Prætorium, quo* septem, *cum civili, quod solum* quinque Testes *requirebat,* Si quando igitur testium numerus defecerit, instrumentum Codicilli (*et multo magis* Testamenti, *de quo lex omissa*) habeatur infirmum: quod et in ceteris voluntatibus placuit observari.

juxta Legem Constantini M. quæ hodie in Codice desideratur.

E

73 *Hinc in quodam Capitulari Caroli Magni, sub annum* DCCLXXXIX *condito, juxta eruditissimum Baluzium, dicitur:* Testamentum, quod Romani faciunt firmum non esse, nisi per quinque aut septem testimonia firmatur. *Porro ad explicationem formulæ, initio propositæ, qua cavetur, ut* Testamentum *hoc,* si quo casu jure civili aut jure prætorio, vel alicujus novæ legis *interventu,* valere nequiverit; valeat acsi ab intestato ad vicem Codicillorum; *ad explicationem, inquam, hujus formulæ notat Gothofredus, quod* plerique testatorum ita timidi erant ea tempestate, ut, quia exactam juris diligentiam in testamentis ordinandis a se observari posse desperabant, aliis atque aliis nominibus voluntatem suam indigetarent, imo clausulam eodem fine quandoque adhiberent, F *Valeat jure Codicillorum.* Quo pertinet inter alia quoque insignis illa Testatoris præfatio *in l. penult.* § *ult. ff. de legatis* 2. Lucius Titius hoc meum Testamentum scripsi sine ullo Jurisperito, rationem animi mei potius secutus, quam nimiam et miseram diligentiam: et si minus aliquid legitime minusve perite fecero, pro jure legitimo haberi debet hominis sani voluntas.

DE SANCTO ATTALO

G. H.

THAUMATURGO APUD GRÆCOS

Notitia ex Menæis excusis et Synaxariis MSS.

VI JUNII

Cultus in fastis Græcis.

Celebrant *Græci hoc* VI *Junii* memoriam sancti Patris nostri Attali Thaumaturgi *in Menæis excusis et antiquis MSS. Mediolanensibus Bibliothecæ Ambrosianæ, et aliis Divionensibus Petri Francisci Chiffletii Societatis Jesu, atque apud Maximum Episcopum Cytherorum* ἐν βίοις ἁγίων: *apud quos omnes hoc profertur elogium.* Οὗτος ὁ ἅγιος Ἄτταλος, τὸν βίον ἀποταξάμενος, καὶ τὸν μονήρη βίον ὑπελθὼν, πᾶσαν ἄσκησιν ἐπεδείξατο· νηστείαν, ἀγρυπνίαν, καὶ πᾶσαν ἄλλην κακοπαθείαν μετιών· καὶ γὰρ ἐπὶ δυσὶ καὶ τρισὶ,

πολλάκις

A πολλάκις δὲ καὶ διὰ πέντε, τροφῆς μετελάμβανεν. Οὔπω δὲ ἐπὶ πλευροῦ καὶ ἄλλως ἐξεπίτηδες ἀνεκλίθη ποτὲ, ἀλλὰ καθήμενος καὶ ἱστάμενος τὴν φύσιν παρεμυθεῖτο. Ἐκ τούτων οὖν πολλὴν ἐκ Θεοῦ ἐδρέψατο τὴν ὠφέλειαν, καὶ πολλῶν θαυμάτων πηγὰς ἐντεῦθεν ἐπλούτησεν· οὐ μόνον γὰρ ἐπὶ ψυχῶν λογικῶν τὴν συμπάθειαν ἐπιδείκνυτο ἀλλ᾽ ἤδη καὶ ἐπὶ αλόγων καὶ ἀψύχων καὶ ἀναισθήτων τὸ συμπαθὲς ἐπεδείξατο· καὶ παρόντας προτρεψάμενος δοῦναι αὐτῷ τὸν ἐν Χριστῷ ἀσπασμὸν, τὴν ψυχὴν τῷ Θεῷ παραθέμενος. Sanctus hic Attalus, abdicata vita mundana, et suscepta vita monastica, omne genus exercitationum amplexus est; jejunia scilicet et vigilias, et quidquid aliud malam confert molestiam. Sæpe etenim post duos vel tres dies, aut etiam quinque cibum sumpsit. Numquam de nocte in latus incubuit, aut alio aliquo commodo situ se inclinavit; sed sedendo aut stando naturam placavit. Quam ob rem multam a Deo utilitatem accepit, et fontem inde originemque D multorum patrandorum miraculorum impetravit. Nam non tantum erga animas rationales suam misericordiam ostendit, sed etiam erga bruta irrationalia, aliasque res inanimatas et insensibiles suam beneficentiam demonstravit. Denique adhortatus præsentes, ut sibi in Christo amoris amplexum darent, animam Deo reddidit. *Hæc ibi : at quo vixerit tempore, hactenus nullo nobis judicio constat, Chifletianum insuper eumdem* Attalum, *hoc disticho celebrat.*

Mortificatio sui ardua.

Miraculorum gratia

Εἰ θαυματουργὸς Ἄτταλος ζῶν, οὐ ξένον·
Ὁ θαυματουργὸς ὕστερον καὶ χρισμένος,
Quid Thaumaturgum vixisse Attalum stupes?
Inunctus etiam talis extremum fuit.

Sed hæc ejus miracula, ut aliquando in lucem prodeant, frustra forsan optamus.

DE SANCTO PHOTA

Ex Synaxario Græco Divionensi.

G. H.

B **G***ræcis* φῶς, φωτός, *Latinis est* Lux, Lucis : *unde* S. Photas, *idem est quod* S. Lucas *aut* Lucius. *Quæsivimus curiose, num forte aliquis sub alterutro nomine alicubi relatus inveniretur Sanctus, qui a Græcis coli hoc die videri posset, sed non invenimus. Ergo aliis, huic* S. Photæ *lucem majorem forsitan allaturis, proponemus quæ in Synaxario MS. Græco, Divione apud Petrum Franciscum Chif-* E *fletium Societatis Jesu reperto, habentur his paucis verbis :* ὁ ὅσιος Φωτᾶς ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται. Sanctus Photas in pace vitam finivit : *tum adjungitur hoc distichon.*

Τῶν ἀρετῶν τὰ Φῶτα τὸν μέγαν Φωτᾶν
Καὶ νεκρὸν αὐγάζοντα πᾶσι μηνύει,
Virtutis ingens fulgor ingentem Photan,
Splendere cunctis, mortuum quoque, ostendit.

DE SANCTO GURVALLO

EPISCOPO ALETHENSI IN ARMORIC S

COMMENTARIUS HISTORICUS

G. H.

De ejus cultu, actis, ætate, et instituto.

Sec. VII

Alethensis Episcopatus.

C **M**aclovium *urbs Britanniæ Armoricæ Episcopalis, in insula Aaronis constructa, ob commodam navium stationem facta est celebre emporium, vulgo* Sint Malo : *a* S. Maclovio, primo Alethensi Episcopo, *ita appellata. Ipsius autem* Alethæ *ruinæ visuntur primo lapide a Maclovіopoli, quæ post illius excidium crevit : et Joannes* XI. *Episcopus circiter annum* MCL. *Episcopalem Sedem Alethensem in insulam Aaron transtulit, ubi ipse Sanctus Maclovius, ut Patronus tutelaris, sub ritu duplici primæ classis cum Octava, colitur* XV *Novembris. Huic successor, ab ipsomet designatus, fuit* S. Gurvallus, secundus Episcopus Alethensis : *cujus festum in urbe et diœcesi Maclovіensi agitur hoc die* VI *Junii, et in Proprio Sanctorum hujus Ecclesiæ recitantur Lectiones secundi Noturni de ejus Vita, desumptæ ex veteri Legendario Maclovіensi. Post lectiones illas hoc loco dandas, donec ipsum antiquæ Legendæ textum communicet nobis aliquis, proponitur* Oratio : Deus qui beatum Gurvallum, Confessorem tuum atque Pontificem, in terris vita laudabili decorasti, et in cœlis æterna gloria sublimasti, concede, ut ejus suffragantibus meritis apud te vita nostra commendetur. *Albertus le Grand, inter Vitas Santorum Britanniæ Armoricæ Gallice editas, etiam ad hunc diem* VI *Junii inseruit Vitam* S. Gurvalli, *ex proprio Sanctorum et Legendario MS. Maclovіensis Ecclesiæ : nec quidquam scripsit quod in Lectionibus non contineatur : quæ causa fuit ut minus soliciti essemus de Legendario, quod allegat, requirendo.*

S. Gurvalli festum, 6 Junii,

Vita,

Oratio

F 2 *Augustinus de Paz, in Historia Chronologica Episcoporum Britanniæ Armoricæ, etiam secundum Episcopum Maclovіensem statuit* S. Gurvallum, *asseritque mortuum die* VI Januarii ; *quod, mensis nomine non integre scripto, assumpsit pro* VI Junii : *illumque mox secuti sunt Joannes Chenu, Claudius Robertus, et Sammarthani in Episcopis Maclovіensibus ; quodque magis mirandum, etiam Andreas Saussayus in Martyrologio Gallicano, non semel solicitus, ut ipsos Maclovіenses eorumve Breviaria consuleret ; poterat etiam consuluisse Albertum le Grand, si sciebat eum jam inde ab anno* MDCXXVIII, *ex sui Provincialis mandato, incumbere in Sanctorum Armoricorum Vitas : sed ut hoc ignorassse absque culpa potuit, ita multo magis librum Alberti anno primum* MDCXXXVI *editum, cum jam totum fere Martyrologium impressum haberetur, sequenti mox anno vulgatum. Sed quomodo excusabimus, quod primus et solus hactenus in* S. Gurvalli *elogio, a se excogitato, ait, eum* primo ætatis flore Ordinem S. Benedicti fuisse ingressum? *nisi valde impropria locutione usum, exprimere voluisse dicas ; Sanctum* primo ætatis flore *apud Benedictinos collocatum fuisse, ut more aliorum puerorum priscis temporibus usitato, pie educaretur ac institueretur. Bucelinus certe, ad sequendum Saussayum ubique proclivis, hic ausus non fuit. Mabilio vero ne quidem in Indice Prætermissorum*

alibi perperam refertur 6 Januarii,

et Benedictinis adscribitur

A *rum, nominandum sibi* Gurvallum *censuit, utpote non repertum in kalendario Benedictino, alias pluribus talibus nihil ad Ordinem spectantibus abundante.*

AUCTORE G. H.

3 *Ætas Sancti, figmento isti Saussayano repugnans, colligi debet ex Actis* S. Maclovii *decessoris et* S. Brandani, *Abbatis Hiberni : sub quo et ipse et* S. Maclovius *Monachi fuerunt, et* S. Gurvallus *etiam Abbas constitutus. Duo autem fuerunt Sancti illustres* Brandani *seu* Brendani. *Alter monasterii Birensis in Momonia fundator et Abbas, colitur* XXIX *Novembris; alter fundator et Abbas monasterii Cluanfertensis in Connacia, cujus Acta illustravimus* XVI *Maji, et ab hoc institutum fuisse* S. Maclovium *scribit Sigebertus in hujus Vita : quod idem de* S. Gurvallo *esset dicendum. Dictum autem* S. Brandanum Cluanfertensem *ex hac vita migrasse anno* DLXXVII, *diximus ad ejus Vitam. At* S. Maclovius *traditur quadraginta annis prefuisse Episcopatui Alethensi, postea a malevolis civibus pulsus, a* Leontio Santonum Episcopo *exceptus, ac tandem data petentibus veniam Alethensibus benedictione, apud Santones vita functus, a dicto* Leontio *est honorifice sepultus. Interfuit dictus* Leontius *Concilio Remensi, quod sub Sonnatio Episcopo habitum fuit anno* DCXXIV *aut initio sequentis, ut sæpius a nobis est probatum.*

Tempus vitæ

Episcopatus et mortis 7 seculo

B

4 *Hinc optime colligimus* S. Gurvallum *Monachum in Hibernia factum, seculo Chisti* VI *ad medietatem vergente, quando ab Hibernis Romam peregrinatis potuit quidem Casinensis monasterii et Benedictinæ Regulæ notitia aliqua advecta fuisse; sed illis, qui et Scoti dicti, patriarum institutionum usque ad pertinaciam retinentissimis, (sicut in celebratione Paschalis schismatica mordicus servanda patuit) quis credat ætate illa peregre advectam Regulam placuisse in suamet regione; quando nec in aliena quidem camdem suscipere, cum illa jam passim ab aliis Monachis teneretur, cito potuerunt persuaderi? Liquet etiam ex dictis,* S. Gurvallum, *seculo Christi septimo, Episcopum Alethensem fuisse; eaque Sede relicta, mox e vita excessisse.* Annum *assignat Albertus le Grand* sexcentesimum vicesimum tertium, *quo ait,* die sexta Junii, in monasterio Guernio, *infra indicato.* mortuum esse; et sub altari majore honorifice sepultum, *ac* plurimis miraculis claruisse.

professio Monastica.

D. P.

5 *Monasterium istud, ut postea Regulam Benedictinam susceperit, verosimile tamen est ad normam Scotorum primitus institutum fuisse a S. Maclovio : qui tamen in tam diuturno Pontificatu, non omnino potuit ignorasse Glannofoliensis monasterii institutionem, late* C *celebratam, sub eodem cui et Armorici Episcopi suberant Metropolita Turonensi : sed agnitam Regulam mox suis præscripsisse, credi sine teste non debet, adeoque nec senex quidem* Gurvallus *ad eam trahi potest. Interrogati, qui Macloviensem ecclesiam post Benedictinos Monachos ab anno* MC *nunc tenent Canonici, num apud eos adhuc supersit Legendarium vetustum* D *ecclesiæ prædictæ, ex quo acceptæ Lectiones sunt; responderunt, nihil apud se manuscriptum extare; totamque de Sanctis suis fidem impressis niti, quæ impressa tamen, necesse est desumpta esse ex Codicibus, superiori seculo adhuc extantibus; ut credi non possint eos secum abstulisse Benedictini. Interim, quod possumus solum, hoc damus, Lectiones scilicet hodierni usus, quæ tales sunt.*

6 Gurvallus in Britannia Majori natus, puer factus, juste ac prudenter vivere cupiens, scholasticam vitam, in qua regulas Ecclesiasticæ institutionis agnosceret, diligenter exercuit. Exinde corpus suum jejuniis, eleemosynis, vigiliis, et orationibus castigans, solitus erat omni die, Clericis simul convocatis, unum præbere sermonem, per quem multos a mundi tumultibus ad cœlestem vitam provocavit. Proponens autem Christum heredem suum constituere, patrimonium, quod sibi contingebat amplissimum, ad monasterium construendum dereliquit. Quo constructo sub Brandano, magni nominis viro, Monachus permansit, et ab eodem, super degentes ibidem et Deo digne servientes Monachos, E Abbas constituitur.

In lectionibus propriis

dicitur discipulus S. Brandani.

7 Tandem beatus Maclovius Alethi Pontifex, in partibus Xantonicis infirmus, populo suæ diœcesis condolens, et de successore in Episcopatu cogitans, Fratres hortatur; ut, quam primum obierit, accersendum curent beatum Gurvallum, signis pollentem et virtutibus, qui regendam suscipiat Alethensem Ecclesiam : divinitus enim admonitus fuerat, illum ad talem honorem evehendum. Beato igitur Maclovio ab Angelis ad gloriam cœlestem evocato, discipuli mandata exequentes, Alethum pergunt, et incolas monent, ut ad S. Gurvallum legatos mittant.

a S. Maclovio moribundo designatus successor,

8 Is itaque Legatorum Alethensium supplicationibus inclinatus, una cum ipsis æquora sulcans, ad portum venit optatum. Tum vero unanimi consensu Pontificum vicinarum civitatum sacris induitur infulis, et Metropolitani consecratur auctoritate, atque in Sede collocatur Alethensi. Porro cum per annum et menses aliquot Cathedram rexisset Episcopalem, electo Coalfinith Archidiacono, ipsoque in Pontificali Sede collato, ut liberius Deo vacaret, quoddam suæ diœcesis monasterium in pago Guernio constructum expetiit, pluribus secum ductis Sacerdotibus : qui pro Dei amore suas reliquerant facultates. Illic autem populorum frequentiam, ob sanctam ejus conversationem concurrentium ferre non valens, et F Episcopatus sui notitiam deserere cupiens; duodecim de prædictis Sacerdotibus reliquit, et cum aliis alio migravit, ac in speluncam denique quamdam se recepit, ubi signis atque miraculis etiam conspicuus, et dierum plenus in pace quievit.

atque ordinatus.

DE SANCTO GUDWALO

EPISCOPO BRITANNO, GANDAVI IN FLANDRIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De Vitæ et miraculorum Actis, ac Sancti ætate.

SEC. VII.

Cultus Gandavi ob allatum eo corpus anno 959

Gandavum, *nobilissima Flandrorum urbs, sua amplitudine inter maximas Europæ computanda, intra mœnia nunc continet illustre sua antiquitate et magnificentia monasterium, a S. Amando in monte Blandinio excitatum ad honorem Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, ab eorumque primo,* S. Petri *passim appellatum, et plurium Sanctorum corporibus, tempore Normannorum eo translatis, locupletatum. In his fuerunt, anno* DCCCCLIX SS. Gudwalus et Bertulphus *istic honorifice depositi. Hinc Prioris ibidem* VI *Junii celebratur festum tamquam* Episcopi et Confessoris, *sub ritu magno cum Octava,*

ut

A *ut ipsi vocant, et desumuntur Lectiones ex priore Actorum parte. Laurentius Surius*, vitandæ prolixitatis causa, hanc S. Gudwali Vitam comprehensus a se scriptam esse *profitetur. Nos, instituti nostri memores, ut eruditus Lector de rei veritate certius ferat judicium, ipsum primogenitam phrasi damus ex MS. Thosano; ubi illa quidem habebatur absque Prologo, et absque historia miraculorum, quæ in Flandria contigerunt: sed hæc et illum anno* MDCLXII *Rotomagi reperimus, in illustri Bibliotheca nobilissimi et eruditissimi viri, Domini Aimerici Bigotii, atque ipsi ibidem descripsimus ex codice, litteram D et numeri 8 signum præferente.*

Vita datur ex MSS.

2 *In Vita S. Bertulphi Abbatis, a nobis ad diem* V *Februarii illustrata, extat de* S. Gudwalo *ejusque Vita scripta tale testimonium :* Erat B. Gudwalus, Confessor pariter et Pontifex, alta Britannum prosapia ortus, generis quidem titulo nobilis, sed vita et moribus multo nobilior. Qui ut spreta parentum celsitudine et hereditarii juris amplitudine, vel in monasterio, vel in Episcopatu Deo servierit, et post plurima ac inaudita seculis miracula ex hoc mundo ad Dominum transierit, liber, qui de vita et virtutibus ejus plenissime conscriptus est, liquido B pandit. *Hæc illi. Sed num ea illa elegantior Vita, quam damus, non satis constat: quia hæc ab initio in tres libros fuit distributa, et deinde quartus accessit de miraculis, ejus intercessione postea patratis. Præterea auctor Vitæ S. Bertulphi asserit in Prologo*, se Vitam, veteri olim stylo descriptam, novo scribendi percurrisse studio : *quod de Vita* S. Gudwali *etiam dici posse, colligimus ex num.* 10, *ubi hic Auctor scribit*, sic in antiquioribus Gestorum ejusdem exemplaribus legi; *et in Prologo ait*, se memorabilem Vitam ejus styli officiis tradere, *idque incitatum* per inusitata miraculorum insignia, *forsan eorum quæ contigerant se in templo præsente. Ita num.* 74 *inquit*, Quod oculis nostris vidimus actum, proferamus : *et paulo post*, quod cum multis adhuc superstitibus vidimus. *Ita se* mutam et cæcam sanatas novisse *dicit num.* 63 *et* 64. *Quis autem ipse fuerit, indicat dicto num.* 47 *his verbis :* Matutinis imponebamus Antiphonam, sive *Invitatorium*, Ecce beatissimus Gudwalus totus in miraculis est, rupto in muta suæ linguæ vinculo. *Auctorem ergo censemus* Blandiniensem monachum, *qui num.* 57 *clare asserit se vixisse sub* Gisleberto Abbate, *quem Sanderus lib.* 4 *Rerum Gandav. nostram* C *cap.* 2 *ait*, Abbatem XXIV ordinatum anno MCXXII, et morte vitam commutasse anno MCXXXVIII; *idemque legitur in MS. Monasteriologia Francisci la Barre Prioris Aquicinctini, tom.* 8 *parte* 2. *Compendium hujus Vitæ edidit in Legenda Angliæ Joannes Capgravius, etiam aliqua Gandavi miracula facta adjungens. Aliud compendium ex prioribus libris continetur in MS. Ultrajectino S. Salvatoris : alios qui sua ex Surio contraxerunt, non est quod memoremus.*

al qua citata in Vita S. Bertulphi,

videtur antiquior esse :

Auctor fuit monachus Blandiniensis seculo 12

3 S. Gudwali *mentio fit in Martyrologio MS. Ultrajectino Ecclesiæ S. Mariæ, in Anglia aucto, et circa annum* MCL *exarato, nec non in MSS. Treverensi S. Martini, Tornacensi et Latiensi, his verbis :* In Blandinio S. Guthwali Episcopi et Confessoris. *Quibus in MS. Bruxellensi S. Gudulæ ista adduntur :* Cujus scrinium cum post processionem in Gandavo referretur, imago Crucis inclinato vultu eum venerata, immobilis mansit, neque se reflexit. *Quæ ex posteriore parte Vitæ desumpta sunt. Plura ex Actis descripta habentur in Martyrologio, Anglice a Richardo Wilfordo sub annum* MDXXVI *Londini edito, idque secuti passim sunt posteriores Martyrologi. Item Ecclesia Macloviensis in Aremoricis; cujus veteri Kalendario inscriptus* Gudwalus *invenitur, et quidem velut* Episcopus Macloviensis : *qui titulus etiam ei adscribitur pro* VI Januarii *a Claudio Chenu, Roberto, Sammarthanis, Saussayo; et ad* XXII Februarii *in pluribus* D *signatur* Gudwali Archiepiscopi Translatio, *ut dictum inter Prætermissos illorum dierum : et rursum* XX *Maji, a Molano, Saussayo et aliis*, Translatio SS. Gudwali, Bertulfi et Amelbergæ. *Num de eo agat Camerarius in Menologio Scotico, ad diem* VIII *Januarii, nihil attinet quærere, propter auctoris notam levitatem.*

Memoria in Fastis

4 *Tempus et locus, quibus vixit Sanctus; exprimuntur in ejus Vita. Scribitur haud procul* Cornuvia, (*quam* Cornubiam *interpretamur*) *monasterium extruxisse dicitur, idque in* Devonia *factum arbitramur : huc enim navigio potuit cum suis appellere, veniens ex* Wallia *illi satis vicina, ubi Episcopus fuerat. Hæc autem commodius explicamus in Actis, ad quæ etiam notamus*, Gudwalum *seculo septimo vixisse, cum Anglo-Saxonia jugum Christi suscepisset. Interim nescio quo abrepti antiquitatis desiderio, velint aliqui eum transferre ad Diocletiani tempora, et seculum Christi quartum. Ita post Martyrologium Anglicanum Wilsoni refert Michael Alfordus in Annalibus Ecclesiæ Britannicæ a[d] annum* CCCXL, *et Jacobus Malbrancus lib.* 2 *de Morinis cap.* 14.

Vixit in Britannia, sec. 7, non 4 :

5 *Idem, eo quod in Surio loco* Cornuviæ *legatur* Corminia, *sic reperire se putant locum* Cormon, *sesqui lapide dissitum Monstrolio, et Morinensem fecit* Mevorum, *de quo infra, ex nostra divisione, pluribus agitur capite tertio. Verum an putarant expunctum iri apud Surium, etiam verba hæc sub finem posita?* Fratres monasterii supradicti, absportato sacro corpore, mare, quod Britanniam a Gallias separat, transfretantes, in Franciam pervenere; eamque perlustrantes... tandem ad Monasterioli castrum pervenerunt. *Quæ infra num.* 40 *aliquanto accuratius referuntur. Nolumus nos in similibus refellendis eruditum lectorem detinere, doceri cupientes si accuratiora monumenta quis possit proferre. Ex Francia discimus a Claudio Castellano, Canonico Parisiensi, in Vastinensi Pago per traditionem haberi; Corpus, illuc allatum ex Britannia, primum depositum fuisse* Ebridæ, *vulgo* Yevre-le Chastel; *ubi adhuc monstretur vetus illius caput : et* Pituveri, *vulgo* Plaviers en Gastinois, *os unum relictum; ideoque ambobus in locis festum agi cum officio de Communi Pontificis Confessoris : inde Gandavum ablata ossa credi. Quibus ad ulteriorem probationem remissis, damus hic ea de Sancto monumenta, quæ conscripta habemus, quinque ut minimum seculis post ætatem* S. Gudwali; *sed forsan aucta ex traditionibus non satis firmis; dabimus tamen ea ut accepimus, istud præmonuisse contenti, nullo verbo mutata, sed more nostro distincta in Capita longiora. Veterem tamen in Libros plures et Capita breviora divisionem placet notare in margine, Capitumque titulos antiquos subjungere Prologo.*

E mortuus in Britannia, non in Flandria,

D. P.

licet ad hanc translatus,

nonnullis reliquiis in Francia relictis. F

6 *Num.* 51 *dicitur* SS. Gudwali et Bertulfi solennis apud Blandinienses depositio *celebrata* III Nonas Decembris, *quod sequuntur nonnulla Martyrologia, a nobis ad Vitam* S. Bertulphi *adlegata : in qua idem etiam legitur cap.* 7, *quod totum est de Translatione prædicta, sumptum* ex libello, qui de eorum adventu scriptus est, *uti dicitur sub finem num.* 30. *Hunc libellum frustra requisivit Bollandus, Vitam istam illustrans in Annotatis litt. c : ego reperisse me credebam in Historia Monastica Francisci la Bar, Prioris Aquicinctini, cujus autographum sub finem seculi* XVI *in* 13 *volumina digestæ, apud nos est a Rosweido scribi curatum. Etenim Tomi* 8 *parte* 2 *pag.* 463 *legitur hic titulus :* Incipit adventus gloriosus SS. Gudwali et Bertulphi, in territorium Gandense in monte, Blandinium rite vocato. *Sed utrumque textum inter se conferens, deprehendi me aliud non habere, quam Sermonem, in anniversario prædictæ Translationis festo legendum; adeoque compendium alterum ejusdem libelli;*

3 Decembris;

qua de re quæritur proprius titellus;

A *belli : quod tamen inde transcribendum, atque inter Caput x ac xi sub* Embolismi *titulo ponendum putavi; alterum enim alteri illustrando tantisper servire poterit, quoadusque reperiatur desideratus libellus; quem non solum verbis, sed ipsis quoque rebus ampliorem esse utroque compendio, demonstrant circumstantiæ, utrobique prætermissæ, et ex alterutro invicem supplendæ; quas simul omnes oportet in originali contextu reperiri. Annus prædictæ Translationis, necdum in MSS. repertus, ab Arnoldo Rayssio, in Hierogazophylacio Belgico pag.* 116 *ex Jacobi Meyeri Annalibus Flandriæ, notatur* DCCCCLIX. *Sed qui potuit non vidisse Meyerus, S. Gerardum, Blandiniensis pluriumque in Flandria monasteriorum reformatorem, Bronii mortuum* III *Octobris illiusmet anni, (ut habetur in fine Vitæ et ipse asserit) non potuisse* III *Decembris curare et interesse tali Translationi. Melius ergo Bollandus eligens, anno* DCCCCLV *factam ait,* si (ut ejusmodi translationes solent) die Dominica peracta est, ad ciendum celebriorem populi concursum.

datur epitome ex MS.

B

VITA

A Monacho Blandiniensi expolita.

Ex MSS. Thosano et Bigotiano.

PROLOGUS.

Tob 12 7

Angelico comprobante testimonio, pium est coram omnibus viventibus confiteri Domino, et valde honorificum opera ejus prædicare in populo. Cujus verbi gratia, ex illo innumerabili Sanctorum agmine, Sacerdotem Christi Gudwalum, acsi quoddam cœlestis gloriæ ornamentum, libet assumere, in medium ducere ; et in eo, quasi speculo perlucido, magnalia tua, Christe, considerare : qui quondam inter homines, nunc vero inter Angelos gloriosus, suo tempore a Deo ad multorum salutem mundo est destinatus, suo æque tempore a Deum e mundo gloriosus translatus. Hunc ergo magnum coram Deo in excelsis, mirabilem ex Deo in terris, per inusitata miraculorum insignia, per celeberrima omnibus seculis prodigia, acsi Prophetam quemdam aut Apostolum, commendat sibi pia Ecclesia fidelium. Cujus gloriam quia attollere cupio, memorabilem vitam ejus, virtutum fragrantia divinitus respersam, styli officiis trado : ad quam non arrogans præsumptor, sed ut devotus divinæ laudis propagator transmigro : scilicet ut lætitia cordis mei de gloria Dei augmentum, et de altiori reverentia tanti Patroni juge habeat jubilum. Nec multum terret subeundus neglecti leporis pudor, aut præferendus alienæ facundiæ decor : quia profusius accrescet ei materia ad gloriam, qui postposita rhetoricæ amplitudinis suadela, quasi torrens inundans per se divinæ laudis eructabit affluentiam. Qui enim aperuit clausa ora Prophetarum; et quid dico, Prophetarum? Qui brutum os asellæ aperuit, et humanis sermonis modulis informavit; num invalidus est, ad gloriam suam, meum potenter suscitare silentium? Et qui linguas infantium, sicut canitur disertas facit, an inscius est de tacito cordis mei organo festivum attollere concentum?

Auctor miraculis incitatus Vitam scribit S. Gudwali

C

2 Præstat etiam fiduciam, quod dedicando sibi operi pius Gudwalus præsto erit, et apud Deum precibus efficaciam obtinebit : qui, sicut de eo legitur, muto a nativitate, solo auctoritatis verbo, linguam absolvit, solo imperio vocis organum in verba distinxit. Nunc autem quia tempus est sanctum opus aggredi pretiosarum Christi margaritarum; timeo ne forte spurcissimo porcorum ritu eas D potius proteram et dispergam, quam debito honore colligam, et filiis lucis proponam. Unde humili prece Dei invitanda est sapientia, ne in tanta necessitate, omnibus semper superflua, ejus dehabeatur gratia. Exaudi Deus, Dei sapientia, qui Aaron os Moysi esse præcepisti, qui os Prophetæ calculo de igne altaris sublato emundasti; eamque ori et corde meo, data commissorum venia, infunde gratiam, qua et tibi et tuis, in tui Gudwali laude, nunc et in perpetuum placeam; qui cum Deo Patre et Spiritu sancto, vivis et regnas, per secula seculorum. Amen.

confisus patrocinio ejus.

VETUS DIVISIO.

Lib. I Cap. I. De ortu viri Dei, et per ortum reddita pace. *num.* 3
II Quod, in Christum renatus, in virum perfectum sit provectus.
III Quod, ob meritorum insignia, Pontificali sit sublimatus gloria. 4 E
IV Qualiter se mundo subduxit, et divino amori arctius junxit.
V Quomodo hostes Ecclesiæ fugati, et divinitus sunt prostrati. 5
VI Quod divini amoris gratia, spelunca cœpit uti maritima. 6
VII De animantibus maritimis, ejus obsequio divinitus excitatis. 7
VIII De aquarum substantia, ex rupe arida, Sancti precibus educta. 9
IX Ubi mare, elementum indomabile, ad dictum viri Dei se præbuit domabile. 10
X De cordis ejus innocentia et manuum munditia, in salutari hostia declarata. 11
XI Ubi mare ingressus, dextera Dei sustentatus est et roboratus. 13
XII Quod Sancto Præsuli psallenti reciproce respondere Angeli Dei. 15
Lib. II Cap. I. De loco cœnobitis congruo, sancti Patris usui divinitus proviso. *num.* 17
II De Fratribus Cornuviam missis, et ad illustrem Mevorum legatione functis. 20
III De senibus, longæva sterilitate infœcundis, sed per B. Gudwalum prole jucundatis. 22
IV De discipulis melliti Patris, ab infestatione latronum mirabiliter ereptis. 24 F
V De imbre, per viam servorum Dei suspenso, et de expleto illustris Mevori voto. 26
VI Quod Christi odore perfuderit tempus peregrinationis suæ. 28
VII De mortuo, ad gloriam Dei resuscitato. 29
VIII De reo furti, ab amentia ad sanam mentem reducto. 31
IX Quo muto nato linguæ officium et sermonis contulit usum. 33
X De ove resuscitata, et natura lupi permutata. 35
XI De lupo sanato, sensuque bestiali abalienato. 37
XII Quod equum pridie mendicis dedit, sed mane facto similem divinitus accepit. 39
Lib. III. Cap. I. De Angelica visitatione et allocutione, et sanctissimi transitus sui revelatione. 41
II Quod ante diem obitus sui, Sanctorum usus sit consolatione. 43
III De dormitione ejus in Christo, et anima in columbæ specie de corpore egressa. 45
IV Quod ad exequias ejus splendor illuxerit divinus. 47
V Qualiter deportata corporis funebria, miraculorum solenniis facta sunt celebria. 48

A vi Quod mortuus peregrinationem adiit, et in Blandinio sibi requiem elegit. 50
Prologus in librum Miraculorum S. Gudwali. 57
i Quod imago Crucifixi se inclinaverit S. Gudwalo. 58
ii De infirmo sanato. 60
iii De bove resuscitato. 61
iv De muta muliere sanata. 63
v De cæca illuminata. 64
vi De incendio extincto. 65
vii Circulus cœlestis super feretrum sancti viri visus dependere. 67
viii De invasore juris S. Petri, percusso et sanato. 69
ix De ove a lupo liberata. 70
x De muliere, quæ festum Sancti violavit. 71
xi De illo qui sacrilegium fecit. 72
xii De contracta muliere sanata. 73
xiii De contracta muliere erecta. 74

CAPUT I.

B *Vita Sancti in patria atque in vicino scopulo, ante et post Episcopatum; nonnullaque miracula.*

LIBER. I CAP. I — In illis igitur diebus, cum Christiani Imperii majestas universo *a* orbi prævaluit, et Christus ubique gentium gloriam suam innotuit; Deo et piis omnibus amabilis. Gudwalus terris est nobiliter natus, cœlis nobilius nasciturus Ortus est sane Britanniæ *b* finibus parentum et consanguineorum claritate apprime ornatus: cujus nativitatis tempus, quo se mucro furoris Domini a terra illa suspendit, quam eo usque gladio, fame, et peste afflixit, de futuro pacis filio quasi quædam insonuit præsagii organo. Lætare ergo clara Britannorum Ecclesia, personans in laude divina, quia te salus respexit, cum Gudwalum maternus uterus effudit. Deinde puer almæ indolis, aqua et spiritu purificatus, per momenta ætatum et incrementa temporum, Dei quam suscepit gratiam piis actibus augmentavit; quem infantem mater sapientia quasi inter ubera suspendit, et divino lacte educavit: nec adolescentem reliquit, sed solido cœlestium doctrinarum pabulo in altum evexit. Et peracto tirocinii tempore, cum jam in robur C virile migraret, cum columna lucis in templo Dei erigenda cunctis appareret; Ecclesia in hunc, Dei inspiratione, oculos convertit, quem in gradus Levitici et Sacerdotalis officii eleganter assumpsit. Tunc thesaurizatus a tenero, sapientiæ thesauros aperuit; et pro immortali lucro Imperatoris sui, suscitavit effectum spiritus sui. His humanæ scientiæ argumenta solvit, illis divinæ sapientiæ mysteria altius reseravit. Ex profunda Evangelici fontis abysso, sitibundis peccatoribus haustum salutis infudit: sic ergo acsi lucernas, candelabro Christi imponendas: probabiles accendit personas, quas veri solis radio reddit flammivomas.

In Britanniæ ortus b — CAP. II *litteris et moribus instructus,* — *consecratus Sacerdos,* — *alios instruit.*

CAP. III — 4 His igitur et his similibus illectus Dominus, vicissitudinem tam egregiis studiis condignam, sancto viro dignanter rependit; cui reposito bravio, cum Angelis in cœlestibus possidendo, in Ecclesiastico principatu eum promovit, et solium Pontificale *d* benignus contradidit. Qua gloria sublimatus, quo altius in plebe Dei caput extulit, eo diffusius piæ conversationis odorem respersit. Cujus Sacerdotis diebus opus gratiæ suæ magnifice extulit Spiritus sanctus, et gaudium omnis Cleri ad lætitiam totius gregis Dominici. Erat autem mellitus Præsul, nobilitatis titulo sublimis, et hereditarii juris potentia illustris: sed hæc per omnia abhorrens, quidquid sibi mundanæ ambitionis arrisit, ad gloriam Dei convertit: amplum hereditarii juris cespitem Christo obtulit, et per Christum Ecclesiam confirmavit. Videns etiam se ex Pastorali cura acsi catenis quibusdam seculo innecti; his absolvi, et his per gratiam Dei citius studuit exonerari. Unde summo Pastori et electo a se idoneo successori, Ecclesiam commendans, quoddam suæ diœceseos monasterium expetiit, in quo Angelicæ vitæ instar, atque monasticæ conversationis præclarum enituit exemplar. Hic animæ quieti, hic divinæ contemplationi operam dedit; sperans locum, votis suis congruum, divina sibi gratia citius revelandum; iis, inquam, votis quibus patriam genuinam deserere, et paupertatem spontaneam volebat adire; ubi ex his quæ se divino sperabat munere accepturum, struendi cœnobii gerebat affectum. Sed hæc suo in loco. His igitur virtutum lampadibus pollentem, cœpit Dominus ad laudem sui signis glorificare, miraculis et prodigiis mirificare: e quibus quædam, more rosarum et liliorum, in odorem suavitatis spargamus in medium, ut fragrantia respersa divinitus fidelium spirèt animabus.

ordinatur Episcopus: d — *sed cura Episcopali deposita.* — D EX MS. BLAND. — *in monasterio degit:* — E

5 Morante ergo Sacerdote Dei in cœnobio præfato, et egregie more suo cœlestia tractante; ecce die quadam quorumdam funestorum adest satellitum, comite cruenta manu latronum: qui more barbaro, quod suæ impietatis est exequentes, in res monasterii rapaci ungue debacchati sunt. Quos dum ratio persuadere non poterat, ut rationem admitterent; saltem cœlestis judicii metu tanto scelere abstinerent; fama impudens prodiit, et ipsum aerem clamore nefando maculavit. Tandem ad notitiam viri Dei pervenit, qui in hostem Ecclesiæ Christo auctore insurgens, maledictionis jaculum ex Evangelio protulit, dicens: Sinite illos, maledicti sunt, nescientes bonum opus operari. Et mox prophetice Dominicam subintulit sententiam, imminenti jam eis divinæ animadversioni congruam: Cæci, inquit, sunt duces eorum: cæcus autem si cæco ducatum præbet, nonne ambo in foveam cadunt? Tunc in oratione prosternitur, armis quibus Moyses in Amalech usus est accingitur, preces tacitas fudit, et quasi tuba bellica hostem terruit: suspiria cordis emisit, et his Spiritus sancti gladium trimphaliter vibravit. Cum ecce inter hæc officium egreditur, ut tyrannidem compescat malignantium: zelo Dei armatur, sed bello Domini præveniente cohors inimica debellatur. Nam evaginato post eos cum furore mucrone Domini, divinitus perterriti, et divinitus sunt terribiliter effugati: quorum unus in sathan versus, seditione mota, in jugulum fratris sui pertinax homicida convertitur. Unde rabie exurgente, ita in cædem mutuam debacchati sunt; ut milites in hac cædis potestate, omnes pariter in ore gladii absorberentur: actumque est ut ex crabalis hæc phalanga, Deo judice et vindice, simul ibidem occumbens, quasi vice sepulcri, clam horrendæ foveæ una sortiretur baratrum. Quia, juxta quod scriptum est, sanguis sanguinem tetigit; et dum a rapina superbi spiritus impetum non retraxerunt, ad intestini homicidii flagitium, justo Dei judicio prolapsi sunt. Quid ergo hoc in facto? quid, inquam, aliud cernimus, nisi hic amplectendam Dei pietatem, illinc timendam ejus severitatem? Pietatis enim est, quod famuli sui injuriæ compassus est; severitatis, quod iniquitas impiorum in caput proprium redundare permissa est.

et hostes in se ad irruentes, — Joan. 7, 19 — *precatione sua* — F *et precibus,* — *in mutuam cædem agit insanire,* — 4, 2

VI 6 Morabatur autem Præsul Domini in monasterio præscripto, eo (ut dictum est) affectu, quo locum votis suis congruum, se citius sperabat reperturum. Nec defuere preces et suspiria, hujus rei gra: a

A gratia ad Dominum fusa. Unde Dei mira dispensatione contigit, ut mare, quod proximum erat, e medio sinus sui rupem vastam prominentem, instar scilicet habitabilis insulæ, ostentaret. Hanc ergo marmoreæ soliditati innitentem, cum e mare in gyro concludat, nullo inter se compugnantium fluctuum turbine quassat. Hoc ergo comperto, Sanctus, Laus tibi Christe, ait, Alleluia dulce personuit, et locum votis suis congruum lætus proclamavit : ubi ratus habiturum sese divini cultus familiare secretum, et sanctorum posse promereri frequentiam Angelorum; Spiritu Dei afflatus, et signo Crucifixi armatus, uno tantum comite contentus, illuc properat festinus : tandemque illuc comite Deo perventum est. Hic more f antiquorum eremitarum, more anachoretarum sanctorum, in speluncis latentium, in cavernis terræ degentium, angustam sibi in petra mansiunculam excidit. Tunc discipuli, ejus sacra institutione informati caritatis, pietate devicti, monasterium egressi, illud Dei templum, illud exorcizatum Dei domicilium pia solicitudine circumquaque scrutati sunt. Quem more columbæ in foramine petræ absconsum; et (ut altius dicam) more filii columbæ Dei, in petra, qui Christus est,
B reperientes fundatum; ipsi quoque in columbinam innocentiam conversi, sanctæ ejus simplicitati et vivificæ mortificationi satagunt cum gaudio participari. Sed dum eos loci angustia premit, speluncam ferreis sarculis scindunt, et habitacula satis Christo famulantibus sufficientia struunt. Attendant hæc tyranni purpurati, seculi pompæ in immensum dediti. Attendant hæc habitacula pauperum Christi : attendant, inquam, et sic saltem divino tremore compuncti, perpendant, quid hæ turres Babyloniæ, quid palatia spatiosa, quid mœnia in cœlum ducta proderunt, cum exiguam carnis glebam angusta sepulcri urna concluserit. Ecce pauperes Christi, ab his cavernis terrarum et speluncis petrarum, ut Reges magni, Reges incliti, aulam cœlestis Jerusalem laureati et coronati ascendunt : divites vero mundi, a citius dissolvenda pretiosi marmoris fabrica, in gehennale baratrum, nudi, rei, et peccatorum onere curvi incidunt. His per excessum dictis, cœptum felicis historiæ iter curramus.

Ex MSS. Bland. *In rupem maris cum unico comite migrat.* c

f *mansiunculam sibi in eam excidit.*

accipit plures socios, qui etiam sibi struunt habitacula.

VII 7 Erat igitur secessus, præfato specui contiguus, speculorum hinc inde aera petentium objectu privatus : et cum mare certis horis naturali fervore
C exæstuaret, aut interdum incertis vim procellarum moto turbine suscitaret; falsa fluctuum volumina, per eumdem secessum minaciter accedentia, desolationem eisdem sedibus, crebro impetu et importuno fragore, minitare consueverant. Vir autem Domini gravi sternebatur anxietate, hinc familiaris rei dispendio, illinc vitæ periculo. Igitur animo in omne consilium descendit, si quod forte utile, si quod aspiraret salubre : cui magna Dei gratia contigit omni humanæ argumentationis prudentia destitui, ut tantæ calamitatis evasio, soli adscriberetur magni consilii Angelo. Vere enim et sapienter intellexit, mari vim fieri non posse, etiamsi contingeret ad hoc omnes Reges terræ convenire. Ergo cor in manu Domini ponens, et oculos ad cœlum attollens; misericordiam Domini, et spe et fide animatus, invitavit; et, ut similitudinem aliquam de exterioribus intus trahamus, musicam cœlestem in mente aptavit, plectro spirituali vocem edidit, et in auribus Domini piarum precum modulis insonuit. Nec distulit preces justi piissimus Dominus, qui in sapientia sua mirificæ pietatis novitatem invenit, quam mirifice adimplevit. Mira dicam, gloriam Dei referam : referam namque miraculum præclarum et multum celebre, cœlos laude et terram suscitans stupore.

I ...modat li maris æstui

8 Cum ergo orasset Deo amabilis Gudwalus, mirabile edictum [prodiit] a superna arce, quod mare D animantia sua Sancti obsequio producere jussit. Quæ cœlesti imperio suscitata, quamdam prævalidi roboris machinam, a Deo provisam et ab ipsis inventam, supra ipsos spumantis pelagi fluctus, dictu et auditu mirabile, detulere : cujus oppositione et minas ponti exturbarunt, et virum sanctum salutis compotem Dei gratia reddiderunt. Quod ab eo tempore usque in hodiernum diem ita permanet, Deo creatori creatura obediente, et omnipotentissimo ejus imperio magnifice famulante. Quis ergo in iis non miretur sensum Domini? O sapientia, o prudentia Dei! quam excellens in miserationibus, quam supereminens in cunctis dispositionibus! Ubi quæso tantæ profunditatis consilium ab exordio abscondisti, quod nunc demum Gudwali tui gratia stupenti seculo aperuisti? Res mira et gratia Dei plena! Animantibus irrationabilibus ratio divinitus admittitur, et obsequium cœleste committitur. Fidele commissum, gloria tibi Christe, fideliter exequuntur, et imperio divino in omnibus obsecundantur : machinam namque deferunt, maris accessum obstruunt, nec ante recedunt, quam habitacula servorum Dei munitissima reddant. Sit erga supereex- E
cellenti Deo magna gloria, in hoc tam ineffabili pietatis suæ indicio.

impetrat arenariam molem a piscibus objici,

9 In memorata reclusione natura aquam negavit, VIII
et sitis incommodo servos Dei fatigavit. Sed ecce dum caro deficit, fides proficit; dum fides proficit, mens erigitur, animus roboratur; quo clarus Dei Sacerdos per Spiritum sanctum animatus, pro redimendo aridæ sitis incommodo, superno Regi precum gemmas obtulit, piæ orationis aurum appendit. Ad cujus preces uberrima Dei benedictio effusa abundanter, et sitis exturbavit incommodum, et affluentis gratiæ munus profudit copiosum. Nam veluti quondam in deserto Sina [Moises] petram percussit, et aquam produxit; ita et hic rupem aridam in fontem convertit, qui cameram ejusdem rupis, stillam limpidissimam desudare jussit; quæ deorsum uberrime distillans, et naturali exesione marmoream planiciem excavans; quoddam receptaculum in modum dolii rotundum perfodit; et concavum, in quo collectus salubris ille liquor, servorum Dei administravit usibus. En petra, quæ ignem excussa emittit, nutu Dei aquam produxit : sicut e contra aqua in crystallum gelu mediante solidata, F
ignem natura stupente emittit. Deus enim natura est Dominus, et idcirco utitur eis prout vult, ut vere Deus. Pro iis ecce omnibus laus tibi, Christe, qui Gudwalum tuum tam speciali signorum prærogativa dignatus es glorificare; cujus periculo cavens et compatiens, cum impetum accedentis pelagi in sapientia tua removisti, tum etiam aquæ indigentiam superni roris gratioso munere abstulisti. Mirabilis in his excelsis Dominus, mirabilis æque in his præcellentibus : nam magnis, si dici potest, majora, et mirandis magis admiranda succedunt.

et ex rupe aquam stillare.

ANNOTATA G. H.

a *Seculo Christi septimo, cum jam heptarchia Anglo-Saxonum etiam Christi fidem esset amplexa.*

b Christianæ *Britanniæ* fines, *tum censebantur ditiones, Cambriæ seu Walliæ postea adscriptæ.*

c *Ob bella, quæ inter Anglo-Saxones et dictos Britannos seu Cambros excitata, aut quæ horum Reguli inter se invicem habebant.*

d *In Wallia Britannica, Sedes Pontificales sunt maxime obscuræ cum suis Episcopis. Ibi ergo potuit illi assignata Sedes fuisse, eaque mari vicina, uti ex sequentibus colligitur.*

e *Mare Hibernicum prope littus Walliæ.*

f

A f *Sunt hi antiqui Eremitæ, qui seculo potissimum quarto et quinto in Ægypto et Syria floruerunt.*

CAPUT II.

Terminus mari positus, Angelorum in Missa ministerium. Discessus in aliam ditionem, miraculis roboratus.

IX Sacer igitur specus ille, Patris insignis quondam solitudine horridus, fit Dei gratia domus orationis, ecclesia fidelis, locus tam Angelica reverentia honorandus, quam Monachorum frequentia venerandus. Illic solennes agebantur excubiæ, in honorem Dei: illic cœlestia personabant oracula, in laude Christi. *Monachos sub se habet* 188. Sic enim in antiquioribus eorumdem exemplaribus legitur: [illegible] fere centenorum octoginta octo multitudo [illegible], tam senum [illegible] servitute Christi [illegible], quam [illegible] in laude Dei [illegible], [illegible] castrorum Dei, in procinctu laborabant belli Dominici. Hujus ergo sanctæ multitudinis conventum cum angustia loci iniquo B concluderet spatio; inclitus ille signorum operator, *ad us habitationem pro u ret,* [illegible] cœpit tractare cum Deo: a quo mirabilem confidentiam [illegible] potentia, quas [illegible] egit. [illegible] recederet, et vastam arenarum superficiem proprio recessu detegeret; vir Dei, morarum nescius, propere accessit; et pastoralis virgæ radio terræ pulverem depingens, cum magna constantia dixit: In nomine Domini nostri Jesu Christi, accipe interdictum, quo tibi idem Dominus termini hujus interdicit transgressum: ipsius auctoritate legem tibi præscribo, quam testamenti vice ratam statuo, ut allapsi hucusque intumescentes fluctus tui inde resiliant, et in [illegible] remeando penitus dispereant. Dixit, et mox elementum insensibile imperio paruit divino. Videres indomabile pelagus mitigari, potestatem coercere, impetus retinere, tumores deponere. Et hoc non sine admiratione maxima, quod tanta pars creaturæ Dei, naturali commotione sedata, unius hominis servi Dei dicto tanta facilitate obaudivit, ut usque in diem hodiernum statutum sibi termi- *terminum mari præscribit.* C num [illegible]. Et [illegible] per animantia sua militis Christi providit saluti, ita nunc sibi ipsi vim facit, ut ejus militet voluntati. Magna sunt hæc, et gestis antiquorum non inferiora. Ecce veteris Legis miracula, nostra glorificant tempora: nam pius Pater Gudwalus, velut alter Moyses, in mari opus Domini operatus est. Sicut enim ille mare divisit, sic iste frænavit Magnus Dominus, omni laude superexaltatus, qui tanta [illegible] gloria [illegible], et potentia exaltat! ipsi laus et honor in secula.

11 Moris erat sancto Præsuli, prout competebat, sacra Missarum frequentare solennia: cui officio quanta se puritate delegavit, Deo ejusdem puritatis inspectori revelare placuit. *Missam celebrans.* Præmissis ergo ab eodem sancto Pontifice sacris jejuniorum et vigiliarum victimis, thurificatisque piarum precum incensis Deo et Angelis in odorem suavitatis; cum Sanctis altaribus, bysso virginitatis candidatus, regio caritatis murice astaret purpuratus; ecce cœli aperiuntur, et novi gaudii spectaculum cœlitus ei offertur. Erat enim videre gloriam, et talem gloriam, cui cedit in terris omnis alia gloria. Audi Christi Ecclesia; audi, et erigere in gaudium, tanti muneris exempli. Cum ergo, ut dictum est, altaribus astaret, tamquam cruci affixus, et ad cœlestia suspensus; ecce illa cœlestis Jerusalem chorum Angelorum di- D mittit, cives supernos dirigit, servum Dei consolatione visitare, et gratissimam Deo hostiam in immolatione Agni Dei glorificare. *In Missa Angelos assistentes habet:* Cerneres assistentes Deo ministros, cœlitus descendentes, Virum sanctum circumvallantes, et ei vice mortalium astantes: et sicut Deo devota Christiana plebs, ad templum Domini convolans, Sacerdotis sui ministerio intendit, officio applaudit, communicat benedictionibus; ita cœlestem illam catervam, in illa intelligibili natura, qua apparere solet hominibus, Virum sanctum mirareris invisere, tremendis sanctæ Eucharistiæ mysteriis interesse, et nomen Domini cum tanto Pontifice in magna reverentia glorificare: quem etiam cœlestium gaudiorum demulcent organis, piisque fovent consolationibus: et sicut homo amicus amico, sic chorus ille Angelicus utitur viro sancto; nec veluti sibi tantum amico, sed sicut Deo [illegible].

12 O [illegible] spectaculum! Stat hinc, ut splendida columna lucis Pontifex, sancta sanctorum celebrans, Agnum-Dei immolans, libamen cœleste degustans; illinc Angelorum chori, E inter tanta mysteriorum solennia timorati; cœlestia terrenis, et terrena junguntur cœlestibus; immortales mortalibus sociantur, et pro indulta tanta Dei gratia mortalibus congratulantur. Inter hæc sacer Præsul animas, fontem vitæ sitientes, fluentis inebriat Evangelicis, sacrisque munit benedictionibus; [illegible] Missarum [illegible]. Nec enim vero quod [illegible] ambiguum, et hujus mirabilis spectaculi exemplo, et auctoritatis Scripturarum comprobatur judicio, quod numquam absque Angelorum præsentia atque reverentia, Mysteriorum Christi sacra celebrantur arcana. Sed ad proferendum in oculis solis hujus famuli sui meritum, hoc sapientiæ Dei erga eum complacuit visibiliter agere, quod Spiritum sanctum constat in Ecclesia, quotidie invisibiliter celebrare, ipso auctore, cujus regnum cum Patre et eodem Spiritu permanet in æternum. Cum ergo hæc et his similia erga B. Gudwalum divinitus aguntur, magis ac magis Spiritus sancti cœpit calore excitari, quibus gratiarum responsis, tam evidentibus Dei obviaret beneficiis. Sed vir omnimoda laude prædicandus, [illegible] crucifixus F erat? Regnum Dei nunc primo appetendum decerneret, pro quo non solum omnibus abrenuntiarat, sed etiam animam suam odio habuerat?

13 Hoc autem solum restabat, ut quas jam pro nomine Domini sedes incolere cœperat, easdem æque pro nomine ejus desereret: videlicet, ut quanto in his a genuina exulatus est patria, tanto ab eis pro amore Christi peregrinus effectus, sub alio sole jacentem, quasi alienus et ignotus, expeteret mansionem. Verbi gratia, sicut quis inter geminos ignes incedens, quo magis ab igne recedit ut ad ignem accedat, eo amplius hoc frigescit, illo calescit. Ita venerabilis hic Pater, inter carnem et spiritum, mundum et Deum positus, quo magis se carnalibus impedimentis absolvit, et mundum tergo postponit: eo in spiritu robustior surgit, et in amorem Christi faciem ardentius intendit. Inito ergo cum Fratribus consilio, septiformi gratia Spiritus sancti repleto, septemplex in ipsius insulæ portu construitur navigium: ubi sanctissimo discipulorum grege comitatus adveniens, qui centenarii et octogenarii numeri, ut dictum est, summam excreverant; mare cum omnibus, Spiritu Dei ductore, ingressus est. Quod divina et non humana dispensatione ingreditur, ut et creatura alterius elementi communicet terræ,

A terræ, in miraculorum ejus sacra benedictione. Angelica sane caterva navium sinum complexa, inter nauticos clamores modulamine animas demulcentes, mare magnificum et spatiosum cœlestium hymnorum sonoro complevit celeumate, pelago grata responsione reboante, et divinis jubilis in gloria Dei resultante.

EX MSS. BLAND.

14 Inter quæ Vir sanctus, et Dei et Angelorum præsentia confisus, atque auxilio securus, navim egreditur; ubi ab ipsis fluctibus, quasi commendatus a Deo, suscipitur. Inter quos invicta Christi detentus dextera, tanti novitate miraculi meruit gubernari, ut magis libeat pro his mixto stupore admirari, quam aliquid inculto sermone effari. Qui enim Petro suo undas solidavit, et rursus mergenti manum extendit; qui Paulo inter naufragia portus salutis extitit; ipse, qua solus scit arte et sapientia, famulum suum erexit, et ab imminenti undarum periculo protexit in tantum, ut incolumi omni corporis substantia, intacta quoque ab aspergine fluctuum omni vestimentorum circumstantia, totus illæsus et alacer Dei munere permaneret. Interea gratulabundus se regentis, secumque manentis audit vocem Domini, dicentem sibi; Constans esto, o Gudwale meus; constans esto, electe meus? ne verearis, quia ego tecum sum Deus tuus. Protestati namque sunt Fratres, hæc se vere audisse, et Virum sancta hac gratulatione Domini animæquiorem fuisse. Quid hæc vox Domini, vox incomparabilis eloquiis Angelorum; quid rogo aliud sonuit, nisi (ut recurramus ad Petrum) quod ei mergenti dictum est: Modicæ fidei quare dubitasti? Nunc igitur quia quasi in mari laboramus, licet exclamare; O Gudwale Pater pie, Pater benigne, attende de cœlis, et famulis tibi in medio pelago laborantibus clementer adesto; ne absorbeamur fluctibus, et præda fiamus maritimis animantibus: præbe tabulam, porrige dexteram: ecce tecum Jesus ambulat in mari, cujus ductu tu inter undas et sacer exercitus tuus properatis ad terras. Per ipsum petimus, per ipsum exoramus, ne naufragantes scopulos incurramus, sed hilares per te ad littoream soliditatem tecum pertingamus.

ipse supra mare ambulans, — *voce cælesti confirmatur* — B — Matth. 14, 31

15 Sed quoniam miraculorum ejus flores florere cœperunt, et fructus jam protulerunt; tollantur et comedantur, ut gusto eorum fauces condiantur. Gustemus ergo, et judicemus, quoniam suavis est Dominus. Contigit ergo ibidem egregium quiddam, præclarum quiddam, et celeberrimo laudum præconio efferendum. Cum enim inter undas, ex Dei, ut dictum est, præsentia securus sui versaretur, ferventis in se spiritus tenorem amplius divinis laudibus intendebat. Unde ei, horis Christi et Apostolorum auctoritate statutis psallenti, cum Pontificali more suo Fratrum concio non adstaret; nam navigio, ut gravi carnis sarcina gravati, ducebantur; ecce Angeli adsunt, et Deo devoti Cleri officio funguntur. Cumque usu Ecclesiastico Præsul versum imponeret psallens, et dicens, Deus in adjutorium meum intende; solennem levant hinc inde Angeli concentum, dicentes: Domine ad adjuvandum me festina. Perseverant quoque cum eo nomen Domini benedicentes, hymnos et laudes cum tanto Pontifice reciproca modulatione alternantes. Quid inter hæc inusitata divinitatis miracula jucundius? Quid celebrius? Christum in mari complectitur, comitem Christum consolatorem, Christum [habet] gubernatorem. Angelos sanctos sibi in laude Dei cernit assissentes, sibi obsequentes, et secum perseverantes.

psallit cum Angelis

16 Et ubi est quod canitur, In conspectu Angelorum psallam tibi? ecce in conspectu ejus canunt Angeli Deo. Sed quid mirum si contubernio Angelorum utitur in laude Dei, cui ipse Rex Angelorum tutela est in medio pelagi, acsi pupillæ oculi sui. Delatus est sane ad terras, felici cursu et prospero navigio, omnis ille exercitus Domini: et sicut per columnam nubis et ignis, in manu Moysi et Aaron, Israel mare rubrum pertransiit; ita per visum, cui subjecta est potestas maris, in manu Gudwali castra hæc Angelica transvecta sunt per medium abyssi. Gratia tibi Deus, qui numquam deseris sperantes in te, sed semper in eis adimples misericordiam tuam, qua utuntur omnes diligentes te. Ecce habes, pie lector et Deo devote auditor, digesta sacra gestorum insignia, quibus sacer Gudwalus et marinam ecclesiam, et propriæ nativitatis lætificavit patriam; quibus etiam magnifice excitavit profundum abyssi, ad ineffabilem gloriam Dei. Hæc a sequentibus, quæ transmarinis postea oris magna coruscatione illuxerunt, distinguamus; ut sicut mare interjacens, patriam a patria, et regnum secernit a regno; sic et nos distinctis libris regnorum quoque distinguamus opera.

Psal. 137, 1 — D — *feliciter portum cum suis attingit.*

CAPUT III.

Monasterium constructum. Hereditas obtenta, et filius proprietario datus. Alia miracula.

E

Et factum est ut viro Dei, propriæ peregrinationis fines egresso *a*, et proflua Dei benignitate et totius regionis magna occurreretur humanitate. Tanti enim hospitis gratiam Christus mox per omnem diffudit patriam, quem etiam cum Christo commendabant magnalia et maxima mirabilia; quibus jam, præfato attestante opusculo, terræ et mari, Angelis et hominibus clare innotuit. Cumque illic paria operari cœpisset, hinc tibi Christe laus et honor in secula) amoris ejus spiritum attraxit sibi universa terra. Et primo quidem, licet difficulter, locus struendo cœnobio aptus exquiritur. At vir Domini ipsa difficultate non infirmatus, solidam spem velut clavo aneo fixam habebat in Domino: erigebant enim animum ejus præcedentia Dei beneficia. Nam tam ponderosæ fidei meritum quomodo desereret Deus, qui in se sperantibus et de se præsumentibus remunerator semper adest piissimus? Cum ergo, ut dictum est, struendo cœnobio per deserta et invia locus exquiritur; ecce agellus, non satis proposito congruus, sed qui advenis et rudibus accolis, quasi ex necessitate sufficiens videbatur, occurrit. Hic in nomine Domini laborare atque monasterium struere cœperunt. Compatiens autem piis eorum affectibus, sed frustra nitentibus, Deus, hoc modo decrevit consilium consilio, et locum loco mutandum.

LIBER II, CAP. I. *a* — *Benigne ab incolis acceptus,* — F — *Locum monasterio eligit*

18 Quadam igitur die, cum in loco operis hujus laboris horam nonam, qua Christus passurus crucem ascendit, festiva luce celebrarent; ecce quidam præpotens terræ illius, militari septus agmine superveniens, ad hanc Sanctorum collectam, gaudio et stupore plenus, sese reverenter admisit. Hic zelo justitiæ armatus contra invalidam cædem latronum et crudelium raptorum lanceam suam levavit, et Christianam innocentiam ab eorum infestatione eripuit: qui videns sanctum in media Fratrum collecta, acsi Dei Angelum stantem, psallentem, et per singula versuum capitula Deo genua flectentem cernens, corde compunctus eum humiliato capite tertio adoravit: et accedens cum tremore et reverentia, benedictionem a viro sancto expetiit. Qua suscepta, quasi pro vicissitudine beneficii et consolatione eum fovit, et utilitatis consilio animavit. Dixit ergo ei: *b* Patriam, qua oriundus es, inclite athleta Dei scio, nobilissimam tuæ stirpis prosapiam agnosco, et de suscepto

sed consilio viri prudentis, — *b*

A suscepto propter Deum spontaneæ paupertatis et peregrinationis labore admodum gaudeo. Sed quia in constructione hujus loci inani labore consumeris, qui nec proposito regulari, nec tantæ huic congruit multitudini; suscipe consilium Dei, et non meum, tibi et tuis Deo propitio profuturum. Est ergo in proximo locus, ubi si hujusmodi operam pio studio impenderis, fructuosi laboris gaudium multiplex obtinebis. Unde assumptis tecum aliquantis Fratrum, explorandi gratia illuc dirige gressum. Vere enim confido, te illic lætitiam cordis tui, desiderium animæ tuæ adepturum, locumque et Deo et sibi famulantibus congruum cum gaudio reperturum. His auditis venerandus Heros, sumpto Spiritus sancti plectro, laudem Deo et hymnum cecinit Christo. Deinde monitorem suum ductorem habens, præeunte et subsequente se Dei gratia, ad explorandum loci qualitatem celerius venit; cujus amœnitatem et commoditatem amplexus, Deo sacrificium laudis obtulit, et tota cordis jucunditate, Gloria in excelsis Deo, proclamavit.

commodiore loco illud construit.

19 Hunc ergo locum suæ habitationis Deo ad gloriam dedicavit, et ad commanendum sibi conservos Dei undique invitavit. Mandatumque est celebri B internuntio, sacratissimam Fratrum catervam, cum omnibus ecclesiasticorum apparatuum reditibus, debere illo properare quantocius. Quibus advenientibus perpetuam illic sedem firmare decernunt, atque monasterium cum claustro cœnobii statuunt; ubi de loco agresti, de habitaculo belluarum, fit locus orationis, locus divinæ contemplationis. Sed quia perlongum est singillatim servorum Dei attentare studia, compendii causa similitudinem dico, quod cerneres familiam sanctam, ut prudens examen apum divinis fervere studiis. Comparatio hæc sumpta a minimis, sed collata maximis, quam siquis quasi incongruam calumniatus fuerit, physicam quæso naturarum inspectricem attendat : in qua si hujus minimæ sed admirandæ apis prudentiam, naturam, leges, mores, laborum exercitia et quietum otia, cetera quoque studia diligenter inspexerit et strenue intellexerit; habebit, ut autumo, comparatione congrua sibi rationem ad aliquid respondentem. His succinctim intersertis, felicis historiæ cursum, beati viri suffragiis et intercessionibus adjuti, repetamus.

20 Beatus igitur Gudwalus, quasi unum ex ani- C malibus cœli ante et retro oculatum, præsentia pensans et futura prospiciens, secum quærere et cum aliis cœpit tractare; an locus tam amœnæ jucunditatis hereditario possessore gauderet, vel cur legitimi Domini præsentia tam diu neglectus esset. Dictumque est Christicolam quemdam, Mevorum nomine, paternas ibidem sedes habuisse; sed hosticam civium rabiem non ferentem, patriam sub alio sole manentem adisse, et e Cornuvium se domumque suam pacis gratia transtulisse. His auditis venerandus Heros dixit : Si ita est, Fratres mei, considerandum quid super his nobis agendum. Cum enim in omnibus, tum maxime in hujusmodi negotio, quæ sancta et justa sunt oportet tractare. Quid enim magni, si in hoc exilii incolatu regnare nos fecit dilectio Dei, si offendatur dilectio proximi Quapropter regula rationis teneatur, et cespitis hujus Dominus super hoc amica legatione conveniatur : nam spero in Domino, quod præveniet cor ejus gratia spiritus sancti qui in eum pietatis suæ viscera commovebit : quibus per hoc patrimonium, tam saluti animæ suæ, quam etiam utilitati nostræ, ad coronam suam prospiciat Qua de re quatuor Fratrum directum iri censeo legationem, sollicitudinem nostram prudenti tractare consilio, et celebre hoc negotium peragere fideli effectu. Huic namque consilio cunctis salubriter faventibus, electi ex D Fratribus missi, et de fructu obedientiæ certi, viam aggrediuntur, per eum ambulantes et ipsum comitem habentes, qui in Evangelio ait : Ego sum via, veritas, et vita. Et permenso jam longi itineris labore, Cornuviam veniunt, illustrem Mevorum adeunt, salutem dicunt, legationem pandunt, laudabilem aperiunt præsumptionem Patris incliti, qua ex divina confidentia terminos prædii sui intraverit. Intravit, inquiunt, non, ut violentus invasor res tuas possideret; sed, ut has Regi Deo ad coronam tuam obtineret. Jam sedes tuas Christus, inquiunt, hereditavit; jam templum cultui suo providit, et castra ibidem propria coadunavit.

Intelligens Mevori cujusdam locum esse.

Joan. 14, 6

quatuor Monachos ad eum mittit,

21 His auditis illustris Mevorus, utpote Spiritus sancti gratia præventus, magnas Deo gratias egit; pia animum dulcedine demulcens, quia nec publici exactoris potentia, neque inimicorum violenta sors, præclaræ hujus hereditatis esset invasor : et ob hoc maxime, quod Christus eam sibi dicavit, sicut ubi jam titulos sui juris affixit, et tamquam sub alis cœlestem militiam aggregavit. In hoc sane facto, ut viro Dei aliquid veteris historiæ asscribamus, Abraham Patriarcham, et David Prophetam, E pro imitabili exemplo tenuit : quorum uterque, quod ex potestate possidere valuit, cum gratia obtinere maluit; ille videlicet, quia Princeps Dei inter suos erat, speluncam duplicem in possessionem sepulcri; hic vero aream Areuna in ædificationem templi. Vicit tamen potentiam imperii amor Dei et proximi, unde et semen eorum permanet in seculum seculi. Susceptis deinde hospitio Fratribus omnem humanitatem inclitus Mevorus alacriter exhibuit. Sed nec frustratus est sanctæ hospitalitatis mercede; ipse enim qui suis in fine dicturus est, Hospes fui et suscepistis me, reservato huic æternæ remunerationis deposito, non passus est ad præsens inexpertem manere proposito gratiæ suæ. Audiant et oblectentur, quos delectat gratia, quæ operatur in servis Dei.

et obtinet hæreditatem;

22 Igitur vir illustris, de quo sermo est, et clara conjux ejus, commanentes erant in Christo, caritate scilicet conjuncti, copula autem carnali disjuncti. Jam enim novennium effluxit, quod communis consortium cubiculi uterque non cognovit : erant autem grandævi senioque confecti, quos caræ sobolis jucunditate natura destituit, quibus affinitatis omnis lætitia defluxit. Suscepti autem hos- F pites, quasi impensæ sibi caritati vicem rependentes, cum rememorarentur omnium magnalium, quæ per B. Gudwalum fecit Deus; antequam irentur cubitum, honorifice eos in secretis sic alloquuntur. Scimus, inquiunt, pro certo, quia direxit Dominus viam nostram; et meritis Patris nostri, cujus legatione fungimur, tam hic quam etiam in futuro, benedictionem Abrahæ hereditabitis. Consiliis ergo nostris acquiescentes, in nomine Gudwali, hac nocte castis legitimi connubii fruimini amplexibus; et dabitur vobis gaudium, unde caritas vestra Deum benedicat in æternum. Nam meritis Patris nostri preces nostras sociabimus, atque, ut in Domino confidimus, gratia caræ prolis dabitur vobis de excelsis. Illis autem de senio causantibus, sed in Domino spem profuturam alentibus, sanctorum Patriarcharum proponunt exempla, libidinis excusant incitamenta, et suscipiendæ prolis dulcia approbant incrementa.

quibus vicissim ipsi et ejus uxori sterili prolem addicentibus

23 Tandem illis acquiescentibus, suscipiuntur thoro, superna consolatione mox honorandi. Nam intempestæ noctis silentio, dum gratus sopor omnia fovet, cœlestis subito adest visitatio. Ecce enim sanctus Pontifex Gudwalus, in visione assistens mulieri; Gaude, inquit, mulier, gaude, inquam, et lætare

[illegible] apparet Gudwalus indicans conceptum filium et appellandum Simeonem

A lætare : quia filium concepisti, quem in tempore
Ex MSS. suo paritura es. Hunc vocabis Simeonem, quem Domino consecrandum, mihi autem trades nutriendum. Facto autem mane, cum proficisci jam cœpissent famuli Dei, ex superna inspiratione hujus auctores consilii; hæc eadem mulier, gratias agens occurrit, et salutis visionem ex ordine pandit. Gratulantibus cunctis, et Deum inde benedicentibus, senex quoque accurrit, et ipse Deum benedixit. Spondet se venturum, filiumque ex promissione nasciturum, cum omni integritate hereditatis, Deo et B. Gudwalo ratis legibus traditurum : et benedicens eis, dimisit in pace. Qui Dominum super omnibus bonis, quæ experti erant, collaudantes, ad Patrem Gudwalum veniunt : quem tantæ legationis mysterio hilarem reddunt, et cum eo pariter hujus muneris largitorem Deum benedicunt. Visitavit igitur Deus mulierem, quæ juxta divini præsagii oraculum peperit filium, et vocatum est nomen ejus Simeon; gaudiumque floridæ ætati denegatum, senectuti (laus tibi Christe) lætantur concessum. Sane, attestante libro Judicum et sacris Evangeliis, Angelorum est senibus et infecundis parentibus,
B pro caræ sobolis spe, divinum ferre oraculum : cui ministerio primum hunc Patrem nostrum scribimus destinatum, ut verum Angelum Dei et veridicum vatem cœlestis præsagii.

24 Evoluto autem aliquanto annorum curriculo, memor B. Gudwalus fidelis sponsionis Mevori, eumdem per Fratres electos admonet cum legatione conveniat : quos qualiter gratia Dei, qualiter comitabantur suffragia viri sancti, hinc lectori facultas datur cognoscendi. Positis enim eis in itinere, contigit eos per vastissimam silvam transitum habere : et ecce ex improviso incurrunt in quamdam manum latronum, quos satanæ vinculo irrititos opus testabatur nefandum. Nam conglomerati more vulturum, circa quoddam extincti cadaveris funus, direpta inter se spolia dispertiunt; nec Dominum tam detestabilis flagitii enormitate offendere timentes, nec verecundam nuditatem nobilis naturæ in proximo reverentes. Qui famulos Dei per viam venire aspicientes, in impetu spiritus immundi obviam ruunt, quasi sanguinem eorum quem sitiebant mox bibituri, aut substantiam in eis pretiosam reperturi. Sed, ut scriptum est, frustra jacitur
Prov. 1, 17 rete ante oculos pennatorum. Nihil in hac con-
C spiratione malignorum, profecit callida astutia diaboli. Servi enim Dei, memores Scripturæ dicentis, Nullus timens Deum timere debet creaturam; intrepidi viam cœptam exequuntur. Eis inter melodiam psalmorum, inter verba orationum, Dominum per meritum Gudwali in auxilium sui invitantibus; inimica phalanga, velut venti turbine retro agitata, in fugam maligna confusione est prolapsa. Et quia, ut nox cæcitatem, ita confusio generat turpitudinem; cum ignominia fugæ, justo Dei judicio puniti sunt oculorum cæcitate : quos etiam invadens Spiritus sancti terror, tanta confusione in gyrum aspersit, ut dum fugæ præsidium quærerent, capita opposito saltui horribili dedecore illiderent.

Remittit suos ad Mevorum :

hi in via liberantur a latronibus

in fugam versis cæcis factis et in fronte læsis,

25 Ecce triplex miraculum in uno, fuga, cæcitas, frons attrita. Accedit autem, adaugens calamitatem, stridor inconditi clamoris et vesania mentis. Dum enim fuga, ut dictum est, turbarentur; clamore confuso, sibique ex densitate saltus reboante, cœlum pulsant et aerem replent, dicentes : O terribile nomen Domini! o admirabile meritum Gudwali, cujus invocatione cæcitate punimur, fuga dispergimur, insuper et mortem suspectam habemus, dum sententiam capitalem in illisione attritarum frontium sentimus. Discipulis autem veneran-

sed precibus illorum illuminatis :

D di Patris, exemplo Crucifixi Domini preces effundentibus, ab insania ad sobrietatem reversi sunt : qui etiam votum Deo cœli facientes, in receptione luminum clementiam Dei meruerunt. Quid frustra niteris invidia diaboli? Consilium Altissimi et sancti Patris nostri, per hos internuntios pacis disponendum, destruere cupis : dum dentes bestiarum tuarum in sanguinem eorum exacuere moliris : sed inevitabile consilium Domini in æternum manet; tua autem molimina statim frustrantur, et tela insidiarum tuarum in te retorquentur. Nam artis tuæ apodixim exequentes, Imperatori suo manum dederunt, cui votum fecerunt, et gratiam ejus acquisierunt. Gloria Agno Dei, qui in Cruce sanguine fuso obdormiens, sævi leonis ita vires confregit, ut nunc Sanctorum pedibus gemendo prostratus, antiquæ tyrannidis victoriam defleat contritus.

26 Talia operum Dei insignia secum prædicti famuli Dei circumferentes, et hæc, in laude Creatoris efferentes, Cornuviam veniunt; Deo devotum Mevorum, claramque ejus conjugem requirunt, requisitos adeunt, et salutatis legationem pandunt. Memor esto, inquiunt, virorum optime, fidelis spon- E
sionis tuæ sanctique Patris nostri votis concordans; nam adventus tui lætitiam summe desiderat, ne mors repentina irrumpens impediat, quo minus compos fias voluntatis bonæ, quam Christus inspirat. Respondens autem Mevorus, dixit; Votis Patris vestri, vota etiam mea respondent : et ad hæc implenda ejus accendit gratia. Unde mane ituri, opusque Domini consummaturi, hodie simul epulemur, et pro caritate adventus vestri festivo gaudio jucundemur. Quibus in Domino epulantibus, et de gloria Gudwali sermonem crebro texentibus, non modica materies tantæ gloriæ. Simeon parvulus in medio statuitur, et nomen Domini amplius benedicitur. Nocte autem elapsa, cum jam lux auroræ in matutinum prorumperet, iter diu desideratum cum famulis Dei Mevorus aggressus est. Et ecce cœlum subito cœpit nigrescere, tempestatum horrores et imbrium inundationes minitare. Viatores autem, a Magistro edocti in tribulatione ad Dominum clamare, et de Dei misericordia non desperare, semel, secundo, et tertio genu flectunt, preces fundunt, sanctamque Trinitatem per meritum Gudwali sibi adesse in necessitate deposcunt. Et quia non deserit Deus sperantes in se; juxta illud Propheticum factus est piæ obumbrationis et protectionis F
umbraculum, in securitate et absconsione, a turbine et a pluvia. Nam imbre circumquaque de cœlo ruente, eis autem spe et prece cœlos intendentibus, apparuit gloria Domini in præclara ostensione miraculi. Sicut enim in diebus Gedeon factum est, quod, omni terra rore cœli madefacta, solum vellus siccum permansit; et iterum, solo vellere perfuso, omnis terra arida fuit : ita in tempore isto, cum totum mane omnesque campos omnesque saltus per gyrum inimicus imber fatigaret; publica tantum via, dirigens hos famulos Dei, ab inundatione procellæ illæsa permansit. Regia, inquam, via, invocato Christi nomine per merita Gudwali, intacta fuit; cum omnia hinc inde sub divo posita nimbosus horror haberet possessa. Invisibili enim potentia famulis suis desuper umbraculum, a dextris vero et sinistris extitit obstaculum : qui mirabile quondam iter inter undas siccavit; et ex utroque latere pelagi fluenta murorum vice solidavit. Illic quidem aqua naturam servavit, ut flueret; mutavit vero, ne flueret : hic autem imber naturæ obedivit, ut circumflueret; sed meritis Gudwali repugnavit, ne viam tingeret.

benigne excipiuntur a Mevoro,

cum eo redeuntes

Is. 4, 6

et ab imbre circumquaque cadente intacti,

27 Perseverat autem in hujuscemodi miraculo gratia Dei cum eis, donec ad præsentiam attingerent

A rent venerandi Patris. Ad quem illustris Mevorus cum reverentia accedens, Christum in tanto Patre manentem, in terra prostratus, devote adorat: a quo officiosissime receptus, diu optatæ benedictionis et allocutionis meruit consolatione relevari. Ipse quoque vir sanctus ubertim lætabatur in Domino, audito piæ memoriæ prodigio, Fratribus ad se redeuntibus in via cœlitus ostenso. Inter hæc crescente spirituali lætitia, alternant sibi invicem sanctæ humilitatis obsequia, et conferunt divinitus afflata caritatis alloquia. Mevorum quidem pius Pater, acsi susceptum Angelum Dei, amplectitur; Gudwalum vero illustris Mevorus, ac si Christum suscipientem se, veneratur. Complevit ergo Mevorus omnia, ad quæ eum peragenda Dei et tanti Patris excitavit gratia. Simeon, almæ indolis puer, Deo offertur; omnisque hereditas illa rata legum sanctione, sub testamento æterno, coram testibus contraditur. Merito sane Mevorus iste Deo dicere potuit: Spes mea es tu, portio mea in terra viventium. Et idem: Tu es Domine, qui restitues hereditatem meam mihi. Christus enim in terra viventium hereditas eorum effertur, a quibus in terra hac morientium ipse
B heres eligitur: ea dico hereditas, non quæ successibus temporum transeat, sed quæ perseverans in æternum maneat.

adducunt Mevorum ad S. Gudwalum,

cui cum Simeone filio hereditas traditur

ANNOTATA G. H.

a *Navigatam ex Wallia per mare Hibernicum, ad provinciam, ut videtur Devoniam, eidem mari subjectam, neque a Wallia procul distantem.*

b *Hæc confirmant vicinitatem Devoniæ cum Wallia.*

c *Ista est constans lectio hoc in titulo et in sequentibus postea; et per* Cornuviam *intelligimus* Cornubiam, *vicinam Devoniæ provinciam. Surius edidit* Carminiam.

CAPUT IV.

Miracula S. Gudwali, in mortuo suscitato, amente et muto sanatis: item in ove, lupis, et equo patrata.

VI Confirmatus est autem per gyrum regnis ille fiscus Ecclesiæ Dei, quam in peregrinatione sua hic
C Pontifex clarus, anachoretarum et cœnobitarum Dux venerandus, Deo adjutore fundavit; et indeficientibus cœli thesauris ditatus, honorifice erexit. In qua usque ad finem vitæ Deo servire, et pro corona sibi ante constitutionem mundi prædestinata elegit militare. Ibi positus, virtutum exemplis, sicut ubique, clarus fulsit: quibus adeo enituit insignis, acsi regium diadema gemmis pretiosis, aut sertum liliis redimitum et rosis, præsentibus quidem, quasi gemmifluum diadema et oculis subjectum sese ostendit, absentibus vero tamquam sertum rosulentum ex odore suavitatis apparuit: quasi in diademate splendor morum videbatur, et quasi in serto suavis fragrantia amorum sentiebatur; Ecclesiæ quidem, quasi ex guttis purissimi balsami; omni autem patriæ, tamquam ex paradiso voluptatum odorem vitæ suscitavit: sic aliis exemplo radiabat, aliis opinione redolebat. Ipse autem in se, hoc est in mentis abdito, o quanti erat Deo! Totus enim in Spiritu sancto flagrabat pii amoris incendio, quo se quoddam pingue et medullatum holocaustum intus cremabat Deo. Unde totus divino igne liquefactus, tamquam de camino tentationum prodit aurum purissimum et excoctum, non alio usui quam summi Regis gloriæ et honori condignum. Sed hæc nobis tacentibus clarius produnt miracula, in præcedentibus et

S. Gudwalus diadem vireus

præbet omnibus exempla virtutum

sequentibus pari modulamine consonantia: quorum D tanta est majestas, tanta claritas, ut priorum Sanctorum, Ecclesiæ dicto columnarum, signis et prodigiis cedere nesciant; in quibus jucundum ducimus immorari, quia et divinæ laudis materies est infinita, et ad sequenda imitandi Patris vestigia maxima præbent incitamenta.

EX MSS.

ac miraculis fulget:

29 Igitur B. Gudwalus, Dei et multorum adjutus et auxilio, ad peragendum sacræ basilicæ ædificium VII infatigabilis perdurat; quo etiam propemodum consummato, architectonica tantum fabros lignarios expertos dedit, Dominus autem inexhaustos quotidie sumptus augmentavit, sanctæ ædificationis usibus profuturos. Econtra invidus omnium bonorum tentator, damna sibi in eodem loco ventura prævidens, more suæ malignitati proximo, antiquæ fraudis calumnias intexit, atque ad impediendum opus sanctum laqueos tendit: nec astu nefando quievit, donec uni artificum de pinna templi moliretur præcipitium; hoc sibi [procurans] in momento ad gaudium, perpetim ad dispendium; viro autem Dei in puncto ad luctum, perpetuo ad triumphum. Qui videlicet artifex ad mortem præcipitatus, pavimenti saxis, irremediabiliter contritus et conquassatus, illisus est: manu vero sociorum, tanto amici infor- E tunio sauciata, ab opere solvitur, anxia ut a viro Dei occurratur. Quorum undique concurrentium, et ut fieri solet, tumultuantium strepitu pulsatus Pater pius, et ipse gravi sauciatus dolore, festinus occurrit; sed repentina mors sic subito miserum invasit, ut nil medelæ seu incantationis, nisi cœlestis hujus incantatoris arte, posset occurrere. Quem vir sanctus vita privatum intelligens, oratorium ingressus, coram divino altario hujuscemodi fudit orationem: Domine Pater omnipotens, qui genus humanum, inobedientiæ merito, gemina morte multasti; quarum unam, pretiosa Unigeniti tui morte, in electis peremisti; donec alteram resurrectionis victoria absorptam, destruxeris gloria adventus tui: meis quæso condescende suspiriis, et compatere lacrymis: faveat, Domine, gratia tua huic defuncto; pietatis viscera, pio quodam affectu, fœtenti jam Lazaro effusa, [pande]; ut, una unius resurrectio multiplex multarum animarum fiat resuscitatio. Sicque præcurrente piarum precum sacrificio, rediit ad locum mœroris, ad jam paratas tristes exequias funeris. F

artificem e pinna templo lapsum et mortuum,

precibus ad Deum fusis

30 Tunc omnes circumstantes recedere jubens, solus cum extincto remansit. Hic se inter verba orationis prosternens, et totus super cadaver incumbens, os ori, manus manibus, pedes pedibus, et membra singula singulis superposuit: eo nimirum spiritu plenus, quo simili in facto magnus claruit Elizæus. Et sicut caro carni admixta, calorem ex carne videtur concipere; ita cadaver illud exanime, ex sacratissimo superincumbentis corpore, vitalem putares ignem recipere. Regreditur ergo anima, corporis sui domicilium ingreditur; et vivens homo in statum pristinum Dei gratia reducitur: quem vir sanctus amicis mœrentibus redivivum, et, nullis mortiferæ ruinæ clarescentibus indiciis, incolumem assignat, magnam futuræ resurrectionis gloriam miraculo hoc præoccupans; quando, absque triumphatorum Martyrum signis, nulla cicatricum vulnera erunt in resurgentibus Sanctis. Videntes hoc discipuli, et confluentes hinc inde populi, pias fundunt lacrymas, gaudio et admiratione suscitatas. Hinc catervatim pedibus ejus prostrati, magnas dant voces in cœlum, dicentes: Vere sanctus Dei es, vere amicus Dei es. Sicque factum est, ut tanti materies miraculi, ingens fieret documentum potentiæ Dei, ingens æque manifestatio meritorum B. Gudwali, et in confusionem diaboli et in augmentum operis Dei.

resuscitat.

A Dei. Per hanc ergo tantam gratiam, qua, beatissime Pater Gudwale, animam revocasti in membra defuncti, ampliori gratia revoca, quæsumus, animas diabolica captivitate abductas; vivæ morientes, Christo vivifica; et morti viventes, mundo mortifica; per eum, qui vera est animarum vita, et vivens permanet in secula. EX MSS

VIII 31 Cum ergo ratus monasticæ sanctionis Ordo, Patrum auctoritate et B. Gudwali dispositione statutus, felici processu cursum teneret; necessarii usus ratio poscebat, hora nona, peractis Sacramentorum Christi solenniis, refectionis gratia Fratres in unum convenire. At venerandus Pater arctiori se jejunio victimam immaculatam Deo faciens; in oratorio, edentibus illis, precibus erat insistens. Diaboli autem instinctu vir quidam nactus opportunum tempus malitiæ suæ, hora eadem temerare solitus erat viridarium monasterii; detestabilis furti sacrilegio quasi quoddam inopiæ suæ prævidens remedium. Nam olera et egregia quæque virentium carpens, quotidianæ huic nequitiæ modum ponere nolebat. Frater vero, horti curam habens, cum quotidiana laborum suorum dispendia patienter ferret, B ut patientiæ palma, reum furti mutando corrigeret; ille vero vesaniæ suæ augmentum quotidie caperet; Gudwalum super his aggreditur; quid facto opus sit sciscitatur. At ille, ut totus semper affluens visceribus pietatis, Nisi hunc, inquit; reum necessitudinis summa compelleret, in hujuscemodi facto cum morte pactum non iniret. At sustine Dominum, et crastino super hoc gloriam Dei admirabere. Factumque est ut die altera, Fratribus communi mensa participantibus, sancto autem Patre more suo in oratorio psalmis indulgente et precibus; fur, non immemor sui, non immemor moris perversi, suetæ machinationis calamitatem iterare aggressus est. Cumque inter densa olerum furtive insidias pararet, seque in tenebris suis latere gauderet; divino verbere in ultione servi sui desuper pendente, mira revelatione publicatus est. Cui cum nefario opere, tenuissimi venti sibilus; aut volantis folii strepitus, facile terrorem ingereret; terribilis est visa quædam sacerdotalis reverentiæ persona astitisse; et inter asperæ correptionis verba, tentam manu pastoralis virgæ ferulam in cædem ei vibrasse. Quo verbere tanta doloris insensibilitate amens affectus est, ut dum fugæ præsidium quæreret, confusi clamoris immanitate se proderet. Cumque trans C sepem saltum moliretur, invisibili detentus catena, quasi simulachrum immobile mansit.

Furem solitum olera horti surripere,

sed precibus suis

et verbere in amentiam lapsum,

32 Fratres autem, incognitæ vocis stridore attoniti, ad hortum venientes (vicinus enim erat monasterio) Deum talia operantem, mirabilem prædicant, gloriosum conclamant. Tandem venerandus Pater cum gravitate sese præsentans, miserumque ita dæmone obsessum considerans, clementia motus ait: Oportet, Carissimi, erroribus hujus compati: Frater enim noster in Christo est. Oportet etiam precibus insistere; ut Deus, qui neminem vult perire, geminam dignetur in eo salutem perficere, quem loquentem ipse, de quo agitur, audiens, vultusque ejus gloriam non ferens, exanguis in terram corruit. Orantibus autem juxta edictum Magistri discipulis, ipse ei manum clementer extendit, et confidenter ait: Dominus erigit elisos, Dominus solvit compeditos. Ad cujus vocem continuo incolumis surrexit, et quosque hæc videntium et audientium ad laudem et gloriam nominis Domini incitavit. O ineffabilem Dei sapientiam, quæ, in diaboli nequitia, tanta utitur clementia! Quod enim ille machinabatur ad pœnam, hæc clementissime disponit ad gloriam. Attende ergo in hoc miraculo, pie lector et auditor, quantæ dispensationis gratia plerumque Deus quorumdam prodit commissa et persequitur vindictam, ut aliis scilicet paria committendi alii fiant causa D exempli. Ideo in veteri Lege furtum anathematis Acham publicavit, et per famulum suum Josue cum ingenti opprobrio eum exturbavit. Ideo et David crudeli plaga percussit, et Saulum de cœlo mirabiliter in terram prostravit: cujus beneficiis æterna sit laus et gratiarum actio in secula.

commendatum precibus discipulorum sanat;

33 In quodam etiam puero, et Deum mirabilem, et famulum ejus Gudwalum prædicemus laudabilem. IX Erat namque mulier quædam fidelis, filium habens duo jam lustra peragentem: qui a nativitate linguæ destitutus officio, cæco illi evangelico in celebri divinæ laudis præconio conjunctus est. Sicut enim ille a Domino visum promeruit, ut clarificarentur opera Dei per ipsum; ita hic vocem loquelæ recipit, ut virtus divina manifestaretur, glorificans Sanctum suum: quod tali modo certum est contigisse. Venerando itaque Patre tempore quodam cum suis residente, et egregio more sibi utilia quædam tractante; præfata mulier, rogatura pro filio, accurrit; et plena fidei ait; Homo Dei, scio quæcumque poposceris a Deo dabit tibi Deus; unde filio meo huic, quem diuturna ab utero premunt silentia, E tacentis linguæ, quæso, vincula dissolve; ut Creatorem omnium, quem corde confitetur, communi etiam usu sermonis benedicens veneretur. Tunc vir sanctus, Omnia, inquit, quæcumque voluit Dominus fecit in cœlo et in terra, in mari et in omnibus abyssis. Ipsum fideliter roga, ipsi vota sponde, ipsi preces funde; solus enim potens est filinm tuum salvare, et linguæ ejus retinacula laxare.

pro filio 8 annorum a matre rogatus,

34 Hæc vir sanctus dixit, non quod se talia in digito Dei peragere posse diffideret (quippe qui se potiora jam adimplesse sciebat) sed quod in arte humilitatis se erigens, omnem miraculorum suorum gloriam in auctorem Dominum erat transfundens. Illa vero, quam in caram sobolem pietatis affectus movit, quam maternæ caritatis stimulus punxit; magis ac magis clamare cœpit, et pretiosæ fidei balsama latius diffudit. Cujus fidei ponderosum meritum famulus Dei attendens, et precibus condescendens, extensa manu digitum in ore puero posuit, et plectrum linguæ tetigit, dicens: Repleti sunt omnes Spiritu sancto et cœperunt loqui. Dixit: et mutus natus, illico loquelam recepit. Nam sicut materiale organum per se quidem jacet tacitum, humana autem industria temperatum, et F flatu perfusum distinctos reddit modulos consonantiarum: ita os muti prius quidem tacitum, sed ad tactum et verbum Viri Dei, Majestatem Spiritus sancti exprimentis, subito mirareris apertum: acsi idem in tanto Patre regnans Spiritus sanctus, sui afflatus potentia, mutæ vocis fistulam penetraret. Quis ergo a laude Creatoris temperaret? Fit gaudium stupore mixtum, et diuturnum divinæ laudis præconium.

attactu et precibus loquelam ei reddit

35 Loquamur adhuc magnalia Dei, celebria in miraculis Gudwali sui, quæ non solum in ipsis elementis admiranda, non solum in animabus et X corporibus humanis amplectenda, verum etiam in animalibus et bestiis admodum sunt jucunda. Inter quæ, quod de ove, quod de lupis mansuefactis, et tamquam in humanam rationem permutatis, compertum habemus, ad laudem Dei in medium proferamus. Habebantur caulæ ovium in usus monasterii, quibus luporum insidiæ quamplurimum erant infensæ. Unde et contigit, ut die quadam ex oviculis unam, ab ipsis pene lupi faucibus ereptam, ante pedes sancti viri pastor exponeret extinctam. Vir autem Domini in mortua pecude, Christum sicut ovem ad victimam ductum, et sicut agnum coram tondente in passione recolendo mansuetum, conversus ad Dominum dixit: Intret oratio mea in conspectu

Ovem a lupo extinctam,

A conspectu tuo, inclina aurem tuam ad precem meam, Domine. Tu Domine in figura David servi tui ora leonum dissipantis, brachia ursorum confringentis, ovem perditam eruisti de manu mortis; quam idem pastor bonus, relictis nonaginta novem in deserto quærens invenisti, et humeris impositam ad gregem reduxisti; harum memor miserationum, fautor precum nostrarum, super hanc ovem benignus intende; ut in ejus resuscitatione virtus tua maxima declaretur, quam in ceteris creaturis per nos virtus tua operatur. Scis ergo, Domine, quod ad preces has, magis laude et gloria nominis tui, quam aliqua mortalis fructus cupiditate, provocamur. Oravit. et pastoralis virgæ summitate ovem tetigit, quam levi attactu suscitavit: quæ mox, cunctis Deum glorificantibus, in pedes constitit, et ad gregem suum non sine admiratione multorum repedavit.

precibus resuscitat:

et lupum ad se venientem cicurat:

36 Rursus ad Dominum conversus ait: Jube, Domine, cruentum gregis nostri invasorem adesse; ut et in ipso, quod tuæ gratiæ est, operemur. Quo dicto, ecce lupus, placido cane blandior, recenti adhuc præda cruentatus adest; quasi conscius commissi, beato viro satisfaciens, et ejus pedibus sese in terram prosternens. Videntes hoc omnes qui B aderant Deum laudant, et cum gratiarum actione manus in cœlum levant. Sanctus autem Episcopus, in Domino hilaris effectus; Recede, inquit, cruenta bestia; recede, nullaque deinceps læsione oves tuas inquietare præsumas. Quare ad imperium Sancti illico cum mansuetudine recedens, sensum permutat, dum a præfatis ovibus omnem crudelitatem abalienat, quam sua natura feris sævius exacuit. Factumque est, ut post hæc tamquam pastoris functus officio, tanta provisionis cura gregibus interesset, ut lupos trucesque belluas, cum siti sanguinis supervenientes, impetus sui occursu, ore sæviens et dentibus frendens, non segnis abigeret.

XI
alterius claudicantis miseratus,

37 Alia item tempestate, lupum in campestribus vidit, tam ambulandi quam etiam currendi invalidum, ægræ molis sarcinam magis trahentem, quam ferentem. Cujus incommodo compassus, levata in altum voce clamavit: Silvatice, simplicium gregum insidians innocentiæ, quid sinistri contigit? quid asperi accidit, ut naturalis a te recederet celeritas, et non naturalis succederet tarditas? Ad quem viri sancti sermonem bruto pecori competens sibi ratio accessit, quia intellexit divinitus in se operandum, C unde in Christicola plebe nomen Domini esset prædicandum. Ergo qua potuit valetudine accessit, acclini capite venerationem exhibens, reflexa cervice affectum præbens: deinde ungulam pedis spina perforati ostentans, nutu quo poterat quasi preces fundebat, quibus recuperationis suæ remedia exigebat. Vir autem Domini tantam in insensibili pectore rationem perpendens, Deo laudem dixit, Deo gratias egit: et extenso pastoralis virgæ radio, quo ovem mortuam excitavit, claudum bestiæ pedem levi attactu contingens, ait ad Dominum: Homines et jumenta salvabis, Domine. Ad hanc vocem cœlestis medela, in manu viri Dei posita, eadem quæ in divina, quasi per aridam virgam deorsum membro claudicanti demissa est, qua olim in Ægypto virga Moysi, ad peragendum signa et prodigia, perfusa est.

a spina pedem ejus sanat.

Ps. 35, 7

38 O mira virtus! O valida potentia servorum Dei! quam potens miraculorum, quam efficax curationum! Tunc sanatæ belluæ dixit vir sanctus: Nullam unquam creaturam lædas, sed omnibus diebus tuis fœnum quasi bos carpas: fœno, inquam, utere, siliquis saturare, sicque servata natura innocentiæ, ad solvendum commune mortis debitum tende. Nec defuere quamplurimi qui belluam exinde mansuefactam videre, et exhibitæ sancti Patris imperio obedientiæ testimonium perhibuere. Sunt lacrymæ D rerum, et mentem mortalia tangunt. En homo, rationis capax, rationi repugnat; bestiæ, rationis expertes, rationi communicant. Bestiæ, naturaliter insipientes, corporis gestu et animi affectu Deum in Sanctis suis venerantur, homines vero, divinæ mentis haustu naturaliter sapientes, dura cervice et indomabili corde Deum non verentur, Sanctos ejus detestantur. Attende, Jesu benigne, de cœlis, et asperæ cautis instar ad obediendum tibi resistentes, bestiarum saltem exemplis, horum saltem miraculorum indiciis, inenarrabilibus beneficiis tuis fac resplendentes. Opportunum jam tempus est, gloriosum beati viri transitum stylo commendare, celeberrimas quoque super eum revelationes divinas annotare: ad quem opere pretium tendere, interposito sane miraculi clari testimonio, quo sancta eleemosynarum ejus eucharistia Deo astitisse, Deo probatum est placuisse.

ex MSS qui exinde nocere prohibitus, fœnum manducavit.

XII
Equum donat mendicis

39 Mendici quadam tempestate, stipem publicam petituri, monasterium adeunt, et Gudwalum Patrem exquirunt. Exquisito autem mendicitatis preces offerunt, inopiæ querelas intexunt, pium Patrem cla- E moribus flectunt. Flexo autem Hero venerando, requiritur, si quæ eleemosynarum reliquiæ, si quæ pietatis superessent eulogiæ. Dictum ab officio est nil esse residui pauperum succursus: jam enim omnia pii dispensatoris in usum pietatis transfuderat gratia. Athleta autem Dei, pauper quidem seculo, sed dives cœlo, equum agrariæ deditum, præsentiæ suæ potius jubet assistere. Adductus in medio statuitur, pauperibus cum magna gratia præbetur; benedictionem viri Dei pauperes suscipiunt, vultu dimisso gratias referunt, et Deo omnium bonorum auctori et largitori laudum munera persolvunt. Deinde hospitio recepti, omni humanitate, publicæ administrationis sunt expensis lætificati: lectisterniis suscipiuntur, quieti per alta silentia noctis indulgetur. Dies terræ redditur, usus laboris agricolæ somnum matutinum abrumpit, recreatos nocturna quiete actus sueto operi reddit; conferunt ad invicem, equum boum laboribus deputatum mendicis perendie deditum, nec similem in agriculturæ haberi subsidium. Inter hæc oculos levantibus equus apparet, depascens in campestribus; quem eumdem effigiabat simillima membrorum et totius molis habitudo, qui per manus pauperum perendie susceptus F est a Christo; et cum vere alius esset essentia, idem ipse tamen videbatur in specie: figura eadem membrorum, aciem fefellit oculorum; fit celebre in monasterio miraculum, visum in campo. Xenodochium aditur, ubi mendici hospitantur, de amissi jumenti dispendio sciscitatur. Animal, inquiunt, nobis donatum, in testimonium eximiæ virtutis, oculis subjectum [adstat]: hoc nostris necessitatibus gaudemus succursum, hoc in cœlestes thesauros Pater pius Gudwalus sibi gaudeat translatum.

et similem divinitus recipit.

40 Emergit fama facti, rumor spargitur miraculi, replentur ora vulgi, fit celebre in populo Dei: Novitas rei incitat audientes, ad spectaculum properare gaudentes: egrediuntur monachi, conveniunt laici, replentur omnes stupore et extasi. Tantæ virtutis majestati diversæ laudes celebrantur in ecclesia Dei. Unde, inquiunt, animal animali adeo simile? Quo grege emersit? Quis in stabulis a tenero extulit? Quis pullum vidit aut sessioni suæ dedicavit? Quis hoc viri Dei obsequio direxit? Quis in loco alterius surrogavit? Nisi forte, sicut Creatoris imperio omnem animalis speciem mater terra in exordio mundi produxit, et servituti hominum delegavit; ita et hoc ex ejus voluntate protulit, atque agriculturæ servorum Dei subsidium providit. Vere non est alius, quam amicus Domini electus, quam

Fama miraculi vulgatur cum stupore omnium

servus

Ex MSS.

A servus Domini pretiosus, quem ita signis mirificat, virtutibus exaltat. Sane agricolæ equum equi vicarium suscipiunt, et pro collato divinitus laboribus suis subsidio, animos attollunt. Hæc tua, Christe, magnalia, hæc tui Spiritus mirabilia, quæ in dilecto tibi Gudwalo mirabiliter peregit maxima virtus tua. Tuum ergo, tuum est, quod operantur per te electi tui : quibus gratiam, quam hic impertiri incipis, in regno Patris tui plenius perficis : ubi ipse perpes efficeris corona, qui factus es momentanei laboris palma. His ergo omnibus a prudente prudenter inspectis, perpendat, si valet, quanta vir [Dei] gloria, in exulatus sui patria, et Deum glorificare, et a Deo glorificari meruit. Sed quia jam tempus est, ut, clausa sibi hujus vitæ janua, de mundo transeat, et cœlestia conscendat ; nos quoque ejus exemplo huic etiam libello januam claudimus, per quam quasi hinc cum eo transimus, si forte eum in subsequenti opusculo ad cœlos ipso duce sequi valeamus.

CAPUT V.

B *Tempus mortis divinitus indicatum. Pius obitus. Translationes.*

LIBER III. CAP. I.

Peractis denique miraculorum insignibus, perpetratis coruscantium signorum prodigiis, quibus maria nobilitavit, terras sanctificavit, Ecclesiam sanctam exaltavit, optatissimum beatæ consummationis tempus Deo sibi revelante in munere cognovit : super hoc sane et Angelica et Apostolica justificatione consolari divinitus et lætificari meruit. Ac primo quidem cum die quadam sacrosancti Quadragesimalis jejunii, immolata jam in mensa altaris redemptionis nostræ victima, signum Cruciferi Domini supplex visitaret; piissimamque Christi passionem supplex, et mortem in mortificationem sui jam expertam, et mente coleret et laude celebraret ; ipse quoque pro proximante jam sibi mortis natali, a Deo missa cœlitus legatione, sublimiter meruit honorari. Ecce enim Angelus, jucundo aspectu cœlis delapsus, hæc ei verba lætitiæ, læto deprompsit ore : Athleta Dei inclite, gaudium Domini tibi semper accrescat, et pax ejus tecum permaneat. Quia ergo salus æterna perseverantiæ palma acquiritur, pro coronis, tuis laboribus præparatis, victoriosissimi agonis trophæo C quotidie ante Deum triumpha. Ne deficiat in te grata Deo constantia, quia post modicum divina vocatione es et invitatione hinc transiturus, Regi tuo cum palma victoriæ eris occursurus.

In Quadragesima ab Angelo intelligens mortis tempus instare:

42 Diuque cum eo commoratus ille superni Regis nuntius, soli Deo nota suavitate eructavit melliflua [verba]; quem, cœlestia repetentem, vir Dei in cœlum ut læto oculorum lumine, ita prosecutus est mentis aviditate : ex cujus præsentiæ sacra benedictione tanta divini nectaris suavitas relinquitur, tantus cœlestis fragrantiæ vapor respergitur, quantum non spirat odor thuris et aromatum, odor balsami et universi pulveris pigmentarii. Quo refecta felix illa anima, quo recreatum corpus illud, totius septimanæ jejunio sanctificatum, longa inediæ maceratione extenuatum, psalmum Deo dixit, ac vota gratiarum devote persolvit. In quo Dei beneficio cum multitudinem dulcedinis Domini totis animæ medullis hausit, tum etiam immortalis illius convivii, [quo] anhelabat, jucunditatem prægustare meruit. Sed vir Domini pro solenni totius septimanæ jejunio, spirituali divinæ remunerationis satietate suscepta, magis ac magis in se concupiscentias æternas provocabat, ad Christum veniendi voluptates animæ amplius incitabat; sanctissimi obitus

mira interius suavitate perfunditur:

D sui diem, mundo sibi mortuo mortuus, ardentius expectabat ; utpote legatione superna sua invitatus ad epulas, quas in regno Patris sui diligentibus se præparat prædives Dei benignitas.

43 Adhuc altior gloria, et, ut ita dicam, fastigium quoddam Divinitati proximum coronat virum II sanctum : die enim quodam, decimo ante sanctissimum sui transitum, coram sacrosancto altari cœlestibus intendebat, atque in contemplationem Spiritus sancti faciem mentis ardentius erigebat. Nec grata eum vicissitudine piissima Divinitas destituit, quæ desiderii sui ardore adeo æstuanti, summum mox cœlestis exercitus Principem destinavit, in quo etiam optabilem pietatis suæ præsentiam clementer exhibuit. Et descendens Archangelus Domini in mensam Dominici convivii, cui astabat vir Domini, vultus sui gloriam, his verbis placidus ostendit. Ego, inquit, Michael, legatione Domini mei functus, ex ipsius imperio, quæ tibi in proximo ventura sunt, innotesco. Ecce horam transitus tui prænuntio, quia abhinc solari orbita in se decies revoluta, de carnis ergastulo lætus exilies, et mundi hujus carcerem liber evades, occursuroque tibi Regi E tuo inestimabili lætitia obviam procedes ; qui te, nostro subvectum auxilio, cum gloria suscipiet, et civem aulicum sibi in regno suo conscribet. Adhuc eo loquente gloria gloriæ accrescit, et gratia gratiæ divinitus coalescit. Nam Petrus, Claviger regni Dei, Paulus quoque Claviger thesaurorum scientiæ Dei, Angelicæ visitationi Apostolicam sociantes, eidem viro sancto gloriose apparent ; et immortalitatis desiderio fatigatum, blande demulcent : qui per sacram basilicam cum radio luminis ingressi, sancto Archangelo sese in mensa Dominica jungunt. Inter verba quoque exhortationum se Christi Apostolos esse, et consolationis suæ gratia sese attestantur venisse : juxta verbum Archangeli, proximum sanctæ resolutionis diem prænuntiant, de promerendo regni præmio gaudia multiplicant. Eo, inquiunt, dierum numero, quo Christus ad dexteram Patris conscendens Spiritus sui distulit descensum, tibi quoque regni sui differt ascensum. Hunc ergo diem more tibi insigni hymnorum solenniis, precum sacrificiis, et jejuniorum præveni festis : his enim coronam regni obtinebis.

decimo ante obitum die

præmonetur a S. Michaele,

itemque a SS. Petro et Paulo,

44 Viro autem Dei ad hæc cœlitus oracula tamquam extra se ducto, et veluti in extasi rapto, F summi Regis nuntii cœlo recepti sunt. In testimonium quoque eximium Angelicæ atque Apostolicæ præsentiæ, velut ex horto deliciarum Dei, insatiabilis fragrantiæ suavitas prodiit : et templum illud rorali odore replevit : cujus jucunditate refecta mens sancta, refecta caro pudica, incensa orationum ardentius obtulit ante Dei conspectum. Beatus es, care Dei Gudwale, quem Dominus cum speciali gratiarum prærogativa honoravit. Sicut enim de Unigenito Dei venerandus Præcursor suus in Evangelio narrat, quod non ad mensuram dat Deus spiritum; ita te de justo fidenter dico, quod quasi absque mensura data sit tibi Dei gratia. Nam Angelum lucis de arce luminis descendisse, summum autem Archangelum quasi præmisso nuntio subsecutum esse, Principes etiam Ecclesiæ tibi cum gloria apparuisse, quis mediocris reputabit mensuræ? et quod his majus est, ipse Angelorum et Apostolorum Rex in iis vere creditur affuisse, et per eos consolatricis gratiæ verba pia edidisse. De his omnibus etsi non digna eloqui, utinam digne sufficiat admirari !

post quorum recessum fragrantia suavi recreatus.

45 Factum est autem, ut die crastina omnem sibi III congregationem venerabilis Pater coadunare juberet; et collecta in unum sacra Fratrum caterva, inter excellentia doctrinarum, quibus statum roborabat

indicat Monachis instantem sibi mortem :

rabat animarum, pro expleto sibi cursu vitæ præsentis, tractum sermonis rigat lacrymis : et pandens, se super hoc Angelica atque Apostolica visione lætificatum, divina quoque consolatione roboratum, lacrymas lamentorum in lacrymas permutat gaudiorum; eo quoque amplius, quod sacris hesternis revelationibus per ordinem explicitis, de promisso sibi ab Archangelo Salvatoris occursu lætus sermo producitur, Fratribus autem inter se hinc de tanta ejus gloria in Domino exultantibus, illinc de recessu corporali ubertim mœrentibus, subjunxit vir Dei : Nolite, dilectissimi, flere, magis autem gaudete, quia mercedem jam mihi servo suo fideliter adesse repromisit. Recessui fragilitatis meæ debitum caritatis impendite, et orationibus protegite : quem his decem diebus venturum cœlestis præsagii prompsit oraculum. Cujus salubribus monitis obaudientibus discipulis, extremo cœpit repente languore solvi, et saluberrima ægritudine fatigari. Cumque sanctissimi transitus hora instaret, circumvallat eum lamentabilis discipulorum concio, melodiis animæ egredienti congruis, exeuntem de thalamo sponsi immortalis amicam demulcens. Ipse vero in Domino gaudens, exhortationis verba eis erat profundens, et ædificationis exempla imitanda proponens, de contemptu mundi : de appetitu regni [cœlestis] suadens, Mysteriis divinis iturum spiritum roboravit : sicque vale ultimum dicens, lætus in Domino obdormivit. Obdormivit plane : quia pretiosa morte in pace quievit.

et post ultima monita exspirat :

46 Nec mora, janua ei vitæ æternæ aperitur, porta cœlestis Jerusalem recluditur, occurrunt Angeli et Archangeli, obviam procedunt Dei nuntii, in oscula ruunt Apostoli, eumque deferunt ante conspectum Altissimi. Emerito agonothetæ majestas ipsa coronas imponit, et intra urbis mœnia civem aulicum perpetuo describit. Quis autem obstupescet Angelorum et Apostolorum occursu huic famulo Dei honorem impendi, maxime cœlestis aulæ palatium conscendenti; quorum toties potitus est visitatione, in hujus exilii adhuc manens peregrinatione? Quis ipsum Salvatorem inter Primates regni sui sedem ei contulisse, quem summus Archangelus spopondit cum gloria [obviam] ei processurum esse? In argumentum vero fidei, sanctæ ejus innocentiæ, simplicitatisque innocuæ, sanctissima ejus anima, in columbæ specie, a discipulis visa est conscendisse, et in sinu Abrahæ assumpta cum gaudio quievisse. Ibi gaudium possidet Angelorum, amplexibus hæret Sanctorum : quod hic fide speravit, spe possedit, illic re ipsa et veritate obtinere meruit, ubi Deum facie ad faciem intuetur; ubi gloriam ejus, non speculum et in ænigmate, sed sicuti substantialiter est, contemplatur : quam uti ad plenum nullus mortalium potest persentire, sic nihilominus sicuti est nemo verbis aut litteris valebit dicere.

in cælis coronatur

visus in columbæ specie ascendisse

47 Transiit ergo venerandus Præsul VIII Idus Junii : gloriosum suum transitum Ecclesiæ Dei signorum prærogativa commendans. Nam inter ipsas venerandi funeris exequias, circa illius aromaticæ glebæ memorabiles exuvias, mira Dei enituit gloria, magna æque ejus apparuit gratia : ubi sanctorum Angelorum frequentia, supernorum quoque civium non deerat reverentia; ex quorum gloriosa et admirabili præsentia, lux instat nitidi titanis per totam noctem incanduit, ita ut nocturnam cæcitatem lux divina fugaret, et naturales tenebras fulgoris sui radio dissiparet. Radiabat quippe tota cella ut sol in virtute sua, quæ non cereorum lumine, non flammantium eguit lampadum nitore : quia in testimonium æternæ lucis animam illustrantis, splendor iste circumfulsit glebam pretiosi cadaveris.

tota nocte honoratur mira luce :

O virum tanto laudum præconio gloriosum! cujus spiritus inter intelligibilia translatus, divinis coronatus adstat aspectibus, cujus corpus aureis miraculorum radiat fulgoribus.

48 Intererat in hoc sacro ejus transitu, inter reliquos fidelium, *a* mater ipsius venerabilis, de tanta filii gloria admodum hilaris : aderant quoque et sorores, sacris vigiliis cum gaudio communicantes : quæ inductæ pio amore defuncti, in omnes preces descendunt, quatenus sacris dignæ haberentur exuviis, ad lætitiam gentis propriæ in terram nativitatis suæ deferendis. Faveat, inquiunt, conservi Dei, pia omnium vestrum gratia, ut saltem defunctus in propriæ Sedis Cathedra recipiatur, et Ecclesia sponsi sui mausoleo Pontificaliter honoretur. Nam exspectat eum concio Cleri, suspirat post eum populus Dei; utque desiderati sui corpus suscipiant, cor et manus ad cœlos levant. Discipulis autem diu quidem refragantibus, ex Dei vero voluntate, ut liquido patet, non valentibus; ad concordiam demum cum pace redeunt, et affectibus piorum parentum suis conveniunt. Nescit enim sancto huic conventui interesse abominabilis discordia; quia qui intererat filius pacis, spiritum suscitat unanimitatis. Igitur utrimque Deo placitum committentes, mutandi operis [arbitrium] utramque in manu Domini ponunt. Corpus illud magna ambitione et pariter tegunt, et pariter oculo imponunt, humeris sustollunt, et plaustro bobus alligato superponunt. Quibus viam gradientibus, concursus et occursus fit populorum tanti Præsulis exequias cum magna devotione solennizare gestientium. Prodit Monachorum chorus, procedit Deo devotus Clerus, et clara Christicolarum agmina tanti protectoris ducebant patrocinia; sacer grex, exemplis et doctrinis ejus institutus, obsequio venerandi funeris adhæsit devotus. His ergo hymnidicis agminibus valentes corpus pretiosum, usque cujusdam collis perveniunt tumulum : cui ob memorabile prodigium, ibi Deo servum suum mirificante perpetratum, Collis Gudwali accolæ indidere vocabulum. Hic ergo jumenta, pii oneris officio deputata, instar immobilis simulacri repente obriguere, ita ut omne venerandi illius conventus collegium secum cogeret figere gradum. Accedunt adhuc sex juga et bissena boum corpora, quæ instar priorum traxere insensibilitatem silicum.

a contendunt matri et sorores ut in Episcopali Cathedra sepeliatur.

Corpus avehentes boves,

in colle S. Gudwali dicto subsistunt.

49 Tunc in se conversi dixerunt ad invicem : Cum voluntati Dei omnibus obtemperare magnæ salutis est, et reniti evidens damnatio est; cujus nutu cuncta in his animalibus natura videatur permutari, et per hoc nostris studiis reniti, quid incassum dispositioni ipsius repugnamus? Non nostra super hoc corpore Justi, sed voluntas fiat Altissimi. Inito autem consilio, ex pari consensu diffinitum est, ut præfato armentorum grege loris et jugis excusso? indomitæ geminorum vitulorum pubi felicissime illius sarcinæ commendaretur servitus. Adhuc, inquiunt, viarum imprudentes, ubicumque eos præcipua impulerit gratia, liberos conferant gressus. Factumque est ut juvenci, proprio arbitrio permissi, gressus a priore suspendentes itinere, erga locum insulæ, cui nomen Plecit est, Dei gratia et duce et comite, faciem recto tramite dirigerent. Hæc ergo, ni fallor, illa insula est, in qua, ut in prima hujus opusculi parte dictum est, idem sanctus Pontifex ex egregio Cœnobita, clarus enituit Anachoreta : ubi inter cetera miraculorum insignia de rupe arida aquam produxit, maris accessum in nomine Domini frænavit; ubi etiam inter celebria Christi mysteria supernorum honorari meruit civium frequentia. Huc ergo delatum corpus sacrosanctum, cum ingenti fidelium devotione, tumulum sumpsit; non sine

a duobus indomitis juvencis deferuntur ad insulam Plecit;

A sine admiratione multorum, quod inter gloriosa sancti funeris obsequia, signorum insignia non defuere. Cum enim, in magna Sacerdotum reverentia, pretiosi loculus thesauri ad locum bajularetur sepulcri; quidam luminibus carens, et diuturnæ cæcitatis tenebras lugens, ut sæpe casu evenit, feretrum nescius tetigit : quo tacto visum recepit, oculorum sensu uti cœpit; et videntes se videns, præclara divinæ laudis extitit materies.

ex MSS. et cæcus illuminatur

VI

50 Hoc igitur gloriosum ejusdem incliti Præsulis corpus, per multorum spatia temporum, in pace et honore quievit; atque in gloriam Dei plurima miraculorum gaudia, credentibus suscitavit. Peractis denique multorum annorum curriculis, ob infestationem barbarorum *b* et paganorum, gens Britannica magna ex parte hinc et inde dispersa est; relictisque avitis sedibus, per diversa orbis climata diffusa est. Hinc etiam Fratres præfati cœnobii, asportato secum sacrosancti corporis thesauro, mare fines Anglorum atque Francorum dividens transfretantes, cismarinam petiere patriam. Factumque est ut, quasi leo apertis oculis soporatus, hoc per ossa mortua ageret jam defunctus, quod spiritu B vitæ animatus olim egerat vivus. Sicut enim tunc, relicta patria domo, sedem sub alio sole jacentem per mare exul expetiit; ita etiam nunc, deserto reconditi sui funeris loculo, peregrinam non absque Dei permissu requiem quæsivit. Dignum quidem erat, ut qui tanto cœlestium coruscationum jubare enituit, more solis, ab ortu in occasum, ab Austro in Aquilonem tendentis, diversa orbis climata per maria circuiret et terras, sicque Ecclesiam, ab unitate nec mari disjunctam, pia miraculorum communicatione et pignorum susceptione Deo ostenderet sociatam. Et cum Fratres prædicti cismarinam, ut dictum est, petentes patriam Galliarum finibus applicuissent, cum pia quam gestabant sarcina; te inter cetera regna præclaram adeunt Franciam, ut inclita gens tua, inter cetera quibus gloriatur Sanctorum patrocinia, tanti etiam Præsulis benedictione maneret nobilius superba : quam hinc perlustrantes et inde, ubi ubi, pro ebullientibus ex cadavere vermibus, pretiosa sparsere balsama vitam spirantia, et aromata Christi medelam suaviter redolentia. Tandem *c* Monasterialæ venere in castrum, aliquanto tempore tanti Patroni præsentia et gratia cœlo adæquatum; ubi quia condigna sibi C non colebatur reverentia, cor magni et incliti Marchisii *d* Arnulfi, ad multorum salutem destinati, gratia tetigit Spiritus sancti : qua intellexit, in Dei sapientia ab æterno dispositum, illa humana Sancti sui non diutius debere reservari, sed *e* Blandinum eorum justificatione revelari, eorum debere susceptione glorificari.

Ob barbarorum incursionem, b

defertur in Franciam,

ad Monasteriolum castrum,

c

d

e

51 Unde accersito Venerando *f* Gerardo Abbate, Ecclesiasticæ religionis et monastici ordinis industria præpollente, cum auctoritate Episcopi ejusdem *g* diœceseos, hujuscemodi officium injunxit, ad quod affectum suum magna Dei gratia incitavit: Venerabilis vero Abba vota gratiarum Deo persolvens, fidele negotium fideliter suscepit, fidelius peregit; et suscepto cum fide et tremore magno pretiosi corporis thesauro, cum gazis membrorum nulli pretio conferendis egregii Confessoris Domini *h* Berthulphi, magna Clericorum et Monachorum comitante cohorte, in monasterium detulit Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, quod situm est in monte claro, Blandinum nomine nuncupato. Convenit autem populus utriusque sexus innumerabilis, manibus applaudens, et in voce exultationis Deum benedicens; qui geminas has duarum gemmarum margaritas de inæstimabili pietatis suæ thesauro destinavit, et in ornamentum ecclesiæ D suæ cum tanto decore collocavit. Quod actum constat III Nonas Decembris *i*, Lothario quidem Rege in sceptro Francorum jus regium agente, Domino autem et Salvatore nostro Jesu Christo, Angelorum totiusque mundi monarchiam cum Patre et Spiritu sancto moderante. Hoc ergo in loco B. Gudwalus gloriosus coram Deo in cœlis, mirabilis ex Deo in terris, conjunctus præclaro Sacerdoti Christi Wandregisilo *k* et sociis, omnimoda semper laude rite colendis, larga intercessionum suarum præstat suffragia, et copiosa miserationum Christi cum fide et devotione quærentibus obtinet beneficia, ipso largiente qui in Trinitate et Unitate perfecta vivit, et regnat per immortalia secula seculorum. Amen.

f inde Gandavum,

g

h

et deponitur in monasterio Blandino.

i

k

ANNOTATA G. H.

a *Hic matris et sororum accessus, et petita translatio corporis ad propriam Cathedram, indicant vicinitatem locorum; et vel maxime conjectura auctoris, de situ insulæ Pleru, hic subjuncta.*

b *Indicari videntur Danorum incursiones in hasce Britanniæ ditiones, seculo 9 potissimum cœptæ, et seculo sequenti continuatæ.* E

c Castrum Monasteriale, *nunc* Monasteriolum, *vulgo* Monstreuil, *oppidum Picardiæ, prope ostium Canciæ fluminis : sic dictum a monasterio, quod istic S. Salvius Ambianensis Episcopus construxerat, uti dictum* XI *Januarii ad hujus Vitam.*

d Arnulphus, *cognomento* Magnus, *Marchio seu Comes Flandriæ ab anno* 918 *usque ad annum* 964. *Hunc aliquando tenuisse Monasteriolum, docent Willelmus Gemmeticensis lib.* 3 *Historiæ Normannorum cap.* 10 *et alii.*

e Blandinium, *monasterium Gandense, Normannica rabie eversum, ab Arnulpho restauratum fuerat.*

f S. Gerardus *ab Arnulpho convocatus, et Abbas constitutus dicitur anno* 937; *colitur* 3 *Octobris.*

g *Suberat quidem Tornacensi diœcesi Gandavum, jam inde a principio prædicatæ istic fidei : sed cum illa diœcesis proprio Episcopo per annos* 400 *caruerit, Noviomensi unita; credibile est Flandros, Ultrajectino potius Archiepiscopo paruisse; hic autem tunc erat* Baldricus *ab anno* 917 *ad* 977.

h *Acta* S. Bertulphi *dedimus* 5 *Februarii, in qua hæc utriusque Translatio memoratur cap.* 7 *facta, ut scribit Raissius, anno* 959. F

i Lotharius *coronatus est Rex Francorum* 12 *Novembris anni* 954.

k S. Wandregisilus, *conditor monasterii Fontanellensis colitur* 22 *Julii, cujus corpus cum corporibus SS. Ansberti Rotomagensis Episcopi et Wulfranni Episcopi Senonensis translatum Sigibertus ait an.* 944, *uti aiunt ad illorum Vitas* IX *Februarii* § 4, *et* XX *Martii* § 1 *de Translatione. Adde his corpora SS. Winwaloci et Condedi.*

EMBOLISMUS D. P.

Sermo in Translatione S. Gudwali et S. Bertulfi,

Ex Chronologo Blandiniensi transcriptus, a Francisco la Bar, Priore Aquicinctino. tom. 8 part. 2.

Quicumque memoriam Sanctorum agit, Creatori omnium bonorum laudem dicit; unde et Psalmista, Laudate, inquit, Dominum in Sanctis ejus. Ergo Ps. 150 diem præsentem de Beatorum Gudwali et Bertulphi glorificatione festum agentes, quidquid pro eorum veneratione agitur, in laudem Creatoris adscribitur:

Exordium a laude Sanctorum

A scribitur : quia victoria Militis, gloria est Principis. Milites siquidem eruditos apprime dixerim, qui scuto fidei et gladio Spiritus sancti in hujus mundi principem insurrexerunt, et victoriosissime decertarunt. Hi ergo sanctissimi Patres duo, velut maxima luminaria fulgentes, e diversis mundi partibus procedentes ; quorum unus ab Orientis *a* Pannoniæ, alter ad Occidentis Britanniæ finibus convenerunt, et in unum quietis suæ sedem elegerunt. Tantorum ergo patrocinio Sanctorum subnixi, magna spe nitimur ; dum ejus meriti sunt apud Deum, ut ad nutum ipsorum cœlos aperiat et claudat. De quorum solenni translatione præsentem diem festum agentes, prout Dominus donaverit, narrare fideliter aggredimur.

a eorumque invocatione.

Ex Britannia Monstrolium translatum corpus :

53 Sanctus igitur Gudwalus, dignissimus Deo Archipræsul, cujus memoriæ jucundissima est nobis recordatio, post multiplices hujus seculi labores, quibus pro perennis vitæ bravio indefesse agonizabat, cursum certaminis sui gloriose consummavit in finibus Britanniæ, in loco Cornuvia : et in villam quæ Plecit *b* dicitur translatus ibique humatus est : cujus vitam virtutibus decoratam qui nosse voluerit, libellum legat qui plenissime de virtutibus B ejus conscriptus est. Sed dum per multorum annorum curricula in loco prædicto ipsorum venerantur pignora gens totius Britanniæ a cyclicis, qui et piratæ, undique infestata, et propriis eliminata sedibus, terram sub alio sole jacentem quærere compulsa est. Inde vero contigit corpus sanctissimi Patris, omni pretiosa margarita dignius, a Fratribus ejusdem loci tranferri in fines Galliæ, in castro quod Monasteriolum vocatur. His etiam diebus membra beati Confessoris Bertulphi, de loco sepulcri, quod in loco proprii juris nuncupante Rentica *c* habuit, effossa translataque sunt a quodam Erchengario Comite, cum frequentia tam Monachorum quam Clericorum, et promiscuo sexus utriusque vulgo, cum reverentia in civitatem Bononiam. Facta sunt autem hæc, tempore quo gloriosus Rex Francorum Carolus, quem Heribertus Comes post dolo comprehendit ac vinctum tenuit, honeste agebat in sceptris *d*.

ibidem jungitur corpori S. Bertulphi :

his autem furtim sublatis,

54 [Post hæc] fur quidam, Electus nomine, genere Brito, maligno instigatus spiritu, latrocinium aggressus, furatus est corpora SS. Gudwaldi et Bertulphi, de locis supra memoratis transmarinam C cupiens inire fugam ; ut tantorum patrocinia Sanctorum lucri gratia Athelstano *e* venumdaret Regi Anglorum. Quo in tempore Arnulfus gloriosus Marchisius principabatur in dicto castro Monasteriolo seu civitate Bononia, ubi et tunc commorabatur. Quadam vero die, finitis vespertinorum hymnis in memorata civitate Bononia, ait venerabili Wifredo, memoratæ urbis Episcopo, Ne pigeat, Pater sanctissime, Sanctitatem vestram Sanctorum adire loca, ut sciatis, in quibus locis Sanctorum habemus pignora, ac utrumne salva sint signa. Ad hæc Episcopus ; Non hoc, inquit, negotium horæ instantis. Persistente autem Marchione nutu Dei in sententia sua, Episcopus perrexit ire visitatum loca Sanctorum : et deprehendit sublatum corpus S. Bertulphi cum aliis Sanctorum pignoribus. Qui prorumpens in lacrymas, pectusque pugnis contundens, pro destitutione tanti Patroni, tam ipse quam cuncti qui aderant, plurimas descenderunt in lacrymas : validaque facta inquisitione, supramemoratus Electus Britto deprehensus est, furti reus : jam enim asportarat corpus in villa, cui vocabulum *f* Oditigahem, ibique clanculum recondiderat.

et facinore deprehenso,

55 Venerabilis autem Wifredus, cum valida manu Militum, exitus viarum obstruendo eum persequitur *g*, et in villula supradicta, cum corpore S. Bertulphi deprehendit. Et, sicut Propheta testatur, D Sanguis sanguinem tetigit ; non sibi satis visum est manum semel ad crimen mittere, nisi peccando adjiceret peccatum. Nam corpus sanctissimi Patris Gudwali; omni lapide pretioso nobilius, a memorato castro Monasteriolo furtim abstrahens, cum corpore S. Bertulphi recondidit. Factumque est, ut dum de amissione hujus querimoniam facerent, geminata lætitia ex amborum inventione, uberius in Domino exultarent. Egerat autem ille venenatus serpens et insatiabilis homicida diabolus, persatellitem suæ nequitiæ amicum, dico tamen latronem, ut distraherentur memoratorum corpora Sanctorum, atque ab hominibus deleret notitiam eorum ; præcavens nequando, virtute divina examinandus, ad memoriam eorum deduceretur, ubi et ab obsessis eorum exire corporibus cogeretur. Sed quoniam draco iste est, quem formavit Dominus ad illudendam ei ; quod ipse disponebat ad fraudem, Christus Sanctis suis providit ad gloriam ; vel, ut ita dicam, negligentiori loco quiescentibus providit Deus, ut tali occasione ad alium eorum transferrentur corpora locum, ubi et altiori reverentia colendi, et majori devotione essent venerandi.

g

Ex MSS Os 4, 2

recuperatum thesaurum,

56 Arnulphus autem, accersitis Præpositis monasteriorum S. Bertini atque S. Audomari, jussit corpora Sanctorum, cum frequentia Fratrum ac populorum utriusque sexus, deportari in ecclesiam suam, in prædium sui juris, cui Harlebeka est vocabulum, quam tunc regebat dignus Deo Presbyter Theodradus, ibique præsentiam suam præstolarentur. Cujus jussioni parentes, II Kalend. Decembrium *h* illo pervenerunt. Ex præcepto vero Marckisii, adest obviam Domnus Gerardus divæ memoriæ, Abbas monasterii Blandiniensis, ut hoc negotium ipsius industria honestius vel religiosius administraretur. Quarta demum die, III Nonas Decembris, ipse adveniens, in hymnis et canticis et totius jubilationis devotione, transtulit corpora SS. Gudwali et Bertulphi, cum Reliquiis SS. Audomari et Bertini, in Basilicam Apostolorum Principis Petri, situm in territorio Gandensi, in loco Blandinium dicto. E

Arnulphus Marchio

Blandinii collocat.

ANNOTATA D. P.

a *Imo* Alemanniæ, *ut dicit Vita. Deceperit auctorem instituta num. 1 comparatio cum S. Martino, æque ac Bertulphus ex Gentilibus parentibus in Pannonia nato.* F

b *Ecgraphum nostrum, festinantibus scriptum*, Plerit : *malui sequi Vitam.*

c Rentica, *inter nobiles olim urbes* Teroanam *et* Quentaricum, *de qua Vide Comm. Prævium nostri Bollandi num.* 1.

d *Ergo inter annum* 898 *et* 923, *uti idem docet num.* 6. *In Notis autem, ad cap.* 6 *Vitæ, illustrata vide, quæ hic posses requirere.*

e *Æthelstanus Rex, sub an.* 929 *restaurata Glastoniensi vetustissima Abbatia, eidem* contulit Reliquias multas valde, sibi a diversis partibus orbis destinatas, *uti ex antiqq. Glaston. legitur apud Alfordum nostrum, in Annalibus Eccles. Angliæ : unde etiam intelligitur, quanti sacra lipsana Rex ille faceret, et quam merito magnum sibi ab eo præmium polliceretur Electus.*

f Oditegem, *Malbrancus putat* Audingem *esse, inter Bononiam et Caletum : mallem ego cum vicum concipere in ea quæ Caletum et Gravelingam interest regiuncula, vulgo* Terre d'Oye *dicta, a vico maritimo* Oye ; *qui potuit etiam* Oyegem *appellatus fuisse, molliori dialecto*, *pro* Odegem , *quod olim* Oditegem *fuerit. Pro priori tamen facit, quod Bononiæ*

A *nia duplo propior sit, et brevior inde trajectus in Angliam.*

EX MSS

g *In Vita S. Bertulphi dicitur quod fur, Boloniæ fuit comprehensus, callideque ab Arnulfo inductus, ut furtum fateretur, et locum ubi illud habebat reconditum: atque ita eo missum Episcopum.*

h *Fr. la Bar legit* III Iduum Decembrium *et mox,* quarta demum die III Nonas Novembris : *quæ sunt manifesta librarii menda.*

CAPUT VI.

Recentiora miracula, Gandavi et in vicinia patrata.

LIBER IV *Prologus.*

Benedictus Deus, qui facit mirabilia solus, qui dilectum suum et omnibus merito seculis laudabilem Budwaldum, non cessat mirificare in oculis hominum, nec quotidiano et mediocri miraculo, sed inusitato et (ut vere fatear) raro aut numquam comperto virtutis præconio : cujus sanctitatis pretiosissimo odore ; odore, inquam, sicut agri pleni, cui benedixit Dominus, cum jam non solum terra, sed et omne mare repletum sit ; felix quo- B dammodo es ante alia, sancta Blandiniensis Ecclesia, quæ tantum divinæ majestatis thesaurum, ante omnia secula tibi prædestinatum, et in fine seculorum commissum, penes te retines, servas, et possides. Speciosa certe facta es et suavis in deliciis tuis : altitudo tua similis palmæ, sufficienti in plenitudine caritatis ; de qua plenitudine verum et merito laudabile Domini Jesu miraculum proferimus in medium, cujus adhuc supersunt testes, non modo unius hujus Ecclesiæ filii, sed pene omnes circumadjacentis provinciæ populi.

a 58 Anno incarnati Verbi millesimoquadragesimo tertio, octava Idus Junii *a*, secunda feria, celebris beatissimi Gudwali recolebatur transitus, sicut Angelis pretiosus in cœlis, sic et hominibus gloriosus in terris. Convenit autem Fratribus, ut pretiosissimum hujus Sancti Dei corpus, ad humilitatem supplicantis populi in montem, quem usitato vocabulo dicunt *b* S. Quintini deberet efferri : pia scilicet, non præsumptione, sed devotione ; quatenus liceret tam pio oneri humeros supponere, et quasi quoddam jugum cum fidelibus fideliter ducere. Et jam de loco requiei suæ a Sacerdotibus et Ministris, C in hoc ipsum opus præparatis, cum alta reverentia sanctissimi viri feretrum deponebatur; officiosa plebis multitudo pium onus præstolabatur ; cum ecce, mirum dictu! imago crucifixi Domini, quæ in medium ecclesiæ in altari S. Joannis Baptistæ exaltata erat, cum ingenti fragore fixura clavorum cedente, manibusque sublatis a cruce, tota ad orientalem plagam conversa, corpore quasi in obsequium sui Gudwali visa est se deponere, et tertio humiliter inclinare. Apparuit autem hoc, non uni, nec de minoribus ; sed multis, et de melioribus. Meliores dico, quorum hoc pretiosa et Deo nota fides obtinuit, ut tali et tam inusitato refoverentur Domini Jesu miraculo. Quid lacrymarum, quid jucunditatis dies illa habuerit, quantum fidelis populi devotio profecerit, me tacente prudens lector advertere poterit. Et ne dubitarent filii annuntiantibus patribus de gloria hujus Sancti Dei, reiteratum est idem miraculum, in salutem non modo præsentium, sed et omnium futurorum et credentium.

Anno 1043

S. Gudwali corpori imago Crucifixi visa inclinari,

59 Denique post quadraginta et unius anni curriculum, cum iterum immineret Beatissimi Gudwali festum, et rursus laudabili illa consuetudine efferretur corpus sanctissimum; ecce iterum manus Domini et gloria Dei de loco sancto suo apparuit.

iterum anno 1084

Nam egredientibus ecclesiam eadem imago, eadem D crucifixi Dei humilitas, manibus protensis prætereunti suo Gudwalo se inclinavit : velut si ad profectum eorum qui aderant, videretur dicere ; Quia Crucifixo militasti, quia crucem meam bajulasti, quia crucis gloriam non erubuisti, Crucifixus ego grates rependo, Crucifixum me in obsequium tui extendo. Nec tamen omnibus id apparuit, sed sicut in superiori miraculo, multis, et quorum fides hoc a Deo promeruit. Quis non stupeat, quis non miretur? Deficimus auditu, hebescimus cogitatu ; et quia auditum Domini audivimus, et opera ejus consideravimus, ultra jam in nobis non est spiritus. Hæc tua, humilis Christe, opera ; hæc tua sunt inæstimabilia magnalia; quæ etsi incircumcisi labiis non possumus digne protestari, liceat saltem precibus tui Gudwali humiliter et digna cum reverentia admirari.

60 Parum est si corrupti aeris curatas incommoditates, si commoti maris sedatas tempestates, si languentis orbis terræ compressas referam ultiones, quæ ad invocationem hujus cœlestis curiæ Senatoris ita hodie usque obediunt, ut in nomine ejus, ad- E jecta sola fide, plerosque viderimus vel elementis vel mortibus imperitasse. Referam quod nuper gestum tota vicinia teste non siletur. Stomarum Presbyterum, optimum miraculorum B. Gudwali testem, et eumdem dicendi peritum nostis. Convicaneum ejus ita lues extrema vexabat, ut diræ calamitatis exemplo solam mortem vix spirantis vitæ remedium postularet. Claudebantur oculi in mortem, artus dissoluti nil nisi exequalia requirebant. Vocatur ad visitandum, quem dixi, Presbyter : accessit, assedit, benedictionem ex more dedit ; ex occasione aliqua sermo exhortationis usque ad B. Gudwali memoriam perductus, cum ipsum ægrotantem totum in lacrymas compungeret, miseratus Sacerdos hominem; Si credis, inquit, omnia possibilia credenti. Quo respondente, Etiam Domine. Arrepta mox ejus dextera, In nomine, ait, Gudwali, surge et ambula. Mirum dictu! Velut si ex eodem simul ore sanitas derivaretur, homo statim surrexit, ad agendum negotium exiit; ut ex ipsius ore, quæ dixi audita credantur.

III

Moribundus sanatur:

61 Quid illud, quod non dissimiliter actum, omnes quoque mecum audistis. Vidua quædam morientis bovis plorabat damnum, quam solam vel paupertas vel injusti Domini ei reliquam fecerant. Forte idem, quem dixi, supervenit Presbyter, causamque scrutatus quærelæ, miseratur inopem. Tum vero potenti fretus fide, admoto quo innitebatur baculo, Dominus, inquit, tibi imperat, in suo Gudwalo. Surrexit statim sanissimum pecus, et gregi suæ redditum dominæ lenivit damnum. Toto vico jucundissimi miraculi dulce cedit emolumentum. Res utraque in Truncinensi *c* villa acta est. Ita vero parum est, nostrum Gudwalum per seipsum apud benignum Dominum Jesum crebris et iisdem rarissimis enituisse miraculis; credite mihi, multi in nomine ejus, præsumpta fidei auctoritate, multa fecere. Novit hoc pretiosi hujus germinis felix mater Britannia, quæ licet ulla, quæ hujus mundi principem fortiter debellavere, nutu Dei nobis ex integro destinaverit tanti militis ossa ; tamen dici non potest quanta meritorum ejus illustretur munificentia; eo vel maxime loco, quo, post tot desudatos agones suos, abundantissima sancti Spiritus aura frigerandus carnis exuit indumenta : neque enim ibi aut faces Regum aut ulla tribunalia Ducum, non cohors Prætoria, aut potestas dominatur quam dicunt Præfectoria; solus Gudwalus, urbis curam et patriæ suæ agit monarchiam. Ipse adjutor pupilli et defensor viduæ : invocatum ejus nomen semper

moriens bos suscitatur: F

c

Patrocinium ejus in Britannia circa pupillos et viduas,

A semper discernit de omni dubia re: evidenti indicio, quanta apud omnipotentem Deum eorum animas commendet intercessione, quorum corpora hic tuetur tam imperiosa auctoritate.

et Gandavi c rca energumenos:

62 Peregrina autem ut taceam, ne velut de longinquis argumentum adstruere videar; quis eorum, quos aut rei familiaris adstrinxit damnum, aut catenæ colligavere carcerantium, quis pro facto timens judicium, adhuc apud hunc Patronum non facit familiare confugium. Prætereo dæmonomachos, quorum, propter naturaliter insitam levitatem vel potius feritatem, apud hos Occidentales frequentior usus est; qui in ultima positi angustia, mox ut hunc Advocatum inclamaverunt, statim ut pares aut superiores seipsos mirati sunt: in cujus dissimilitudine pugnæ etsi nullum ex ratione defendi potest justum judicium, frequentissime tamen experiri solet divinæ misericordiæ beneficium. Quid vero quod, propter nova miracula, usitato vocabulo eum appellare solent novum Sanctum? quod enim ex antiqua in eum consenuit pietate, quotidie non desinit innovare clementi bonitate: ut dictum de illo putetur, quia mecum crevit miseratio, et mecum egressa est ex utero matris meæ.

ubi propter nova miracula appellatur novus Sanctus. Job. 31, 18

B Peccare autem me æstimem, si hujus præclaræ novitatis, qua nos omnipotens Deus inebriavit, calicem, adhuc sitientibus vobis, non misceo; quatenus et attentos vos video, nec quidquam jucundius quam loqui de Gudwalo. Ad cujus gestorum multitudinem enumerandam, etsi Tullianı eloquii fluenta siccarentur; dulce tamen erit de plena copia quædam degustare, quia memoria justi in benedictione.

63 Ex annua in orbem revolutione, prædicata hujus tanti Patroni optatissima semper solennitate, frequens ut solet convenerat populus, vel studio devotionis vel devotione alicujus videndi miraculi. Mulier longo damnata silentio, quam et nos, utpote frequenter antea miserati, noveramus, fideli turbæ se immiscuit, et locum orationis sub corpore Sancti Dei potenti fide obtinuit. Jacebat miserabile mancipium, et cessante lingua, frequenti tamen singultu, provocabat Divinitatis beneficium: loquebatur interim pro ea et fides; et rogantibus Apostolis, Dimitte eam Domine, quia clamat post nos, miraculum de thesauris Dei præparabatur, et ut desiderabilius fieret interea, differebatur. Inchoabatur et

Muta loquelam recipit

C nox, quæ in lucem miraculi deberet clarescere, et frequenti conventu initiatis Matutinis, imponebamus Antiphonam *d*; Christo Regi jubilemus cum Angelis, qui in Gudwalo suo resplendet mirabilis. Mox ut personatum est; Mirabilis; ecce beatissimus Gudwalus totus in miraculis; et, rupto in muta suæ linguæ vinculo, totam relaxavit in loquaci nobiscum jubilo. Tendebat manus, totos artus in laudem Dei et sui Gudwali præparabat, et facillima garrulitate cantus hominum femina loquax evincebat. Interrogata nil nisi laudem respondebat; et, quasi longi adhuc pigeret silentii, grates divinæ continuabat medicinæ. Profecit non parum et populi devotio: et quod in unius actum est lingua, multorum usque ad boni operis fructum prædicavere verba.

d

64 Accessit ad hoc et aliud illustre miraculum, eodem die meritis ejusdem sanctissimi Patroni peractum. Femina ex oppido Gandensi (nomen non occurrit, personam novimus) septennii inclusa cæcitate, longi hujus sui incommodi rixam, cum tanti medici pietate, constituit componendam. Addebat, et hoc in somnis sibi persuasum, ut ab hoc divino propitiatorio lumen exigeret pristinum. In quo quid aliud nisi pietas omnipotentis Dei innuitur, quæ ad hoc corripit ut sanet, ad hoc ut propitietur admonet? Duce autem regente gressus, præeunte spe, ad alteram, sed longe curabiliorum Siloe piscinam admittitur. Toto corpore sub sui medici feretro projicitur: offert orationum preces, aurum appendit fidei, clamosis lacrymis januas lacrymarum sibi postulat reserari. Dum interim Missarum aguntur solennia, loco quo invisibilibus mysteriis cœlestia junguntur terrenis, movetur et distillat se divinæ misericordiæ aqua; et quos infanti creavit, pene jam seni feminæ oculus perfundens, illuminavit. Miratur reviviscentem pupillam, motabilem stupet palpebram; restituto visu, homines oculis, Deum illuminato corde recognoscit. Nota persona, frequens conventus, celebre miraculum, lætam diem egregie reddidere lætiorem.

cæca illuminatur:

D *ex mss.*

65 Instabat solita hujus Sancti sanctæ depositionis annua revolutio, quæ sopitis secularium negotiorum tumultibus, solennizanda erat communi populorum gaudio. Sed quia instantia negotiandi facile non quiverat avelli, cœtum plebeum, vel paupertati vel cupiditati male assuetum, non cohibuit tantæ festivitatis anniversaria indictio: quem iræ divinæ non præterivit exaggeratio. Dies enim forensium nundinarum Gandensibus instabat: quem pecuniosa cupiditas non dico celebrem, sed de celebri illis commutavit in lugubrem: in qua dum lucris inhiarent publicis, S. Gudwalo minus detulere quam decuit reverentiæ et devotionis. Quo factum est, ut, ad adstipulandum tanti Præsulis prærogativam, utilem sentirent divino verbere virgam. Jam ergo aderat, ut, quod pro fidelium devotione satis approbabile est, solenniter a populo conductaretur sanctissimi corporis gleba, et in montem Quintinianum celebri concentu atque reverentiæ cultu efferretur. Ubi dum præmemoratus Presbyteræ Stomarus ore facundo verbum salutis peroravit in populo, causabatur quam plures sanctis defuisse exequiis; quodque satis indecens videbatur, propriis insudasse commerciis: comperiensque Gandenses avaritiæ lucris inhiare, non Gudwalo spirituali officio fœnerari; ut Elisæus, illudentibus pueris vulnus inflixit maledictionis; sic iste, Sanctum Dei neglectui habentibus vindictam imminere significavit divinæ animadversionis; taliaque subinferens, Quoniam, inquit, hæc plebs Sanctum Dei invisere repudiavit; illos proculdubio, priusquam dies instans claudatur in vesperum, Sanctus visitare non dissimulabit. Dixit, nec dictum dicentem fefellit.

vi

negligentibus cultum debitum impendere S. Gudwalo E

prædicitur obventura calamitas:

66 Nam necdum illius diei orbe solari ad integrum perlapso, ignis egressus est a Domino; paulatimque succrescens flammicoma immanitate præoccupat obvia quæque. Gandenses vero concursu confuso atque discursu cœperunt perstrepere, seque ad extinguendum toto ingerentes conamine, ægre omnino profecere: manu enim Domini ignis invaluit, cui reluctari amplius nec fortitudinis nec constantiæ fuit. Jam ergo, ut conjectura facili cunctis innotuit, ob Sancti neglectum illic prævaluisse ignis incendium; omni demum desiciente humano ingenio, omnes unanimi consilio ad illum, quem offenderant, se contulere confugio: cujus ossa, ut ita sit dictum, dignitatis prærogativa, gazis omnibus pretiosiora, raptim tollentes cum loculo, non dispari in Aarone exemplo furenti opposuere incendio. Cerneres, etsi non visibiliter, summum Pontificem ante Sanctum Sanctorum stantem pro populo, et de sacrosancto impectoratæ caritatis thymiaterio thura precum adolentem Regi altissimo; quarum libamina in odorem suavissimum admittens superna clementia, non ultra in ira misericordias suas continuit, sed ut complacitior fieret, manum misericordiæ apposuit; Jamque sufficit, cessa, flagranti incendio dixit. Mox mirum in modum, ut declareret res indubitata, præcordialem Dei amicum

F *incendio*

opponitur sacrum corpus,

A cum esse exauditum in cœlestis senatus curia, viso tanto obice tota deferbuit vorax flammarum insania, resque tunc accidit omnium admiratione dignissima. Domus nempe proxima adurebatur parte media, perdurante adhuc intacta medietate altera: at ubi Sancti lipsanum semiustæ cœpit esse contiguum, subito, mirum dictu! in ea parte quam afflaverat sic contabuit incendium, ut ad partem illæsam nullum sibi vendicaret accessum. Nec huic fuit illud dissimile, quo hic Sanctus triumphavit in non dispari discrimine. Culpis siquidem Gandensium incolarum id promerentibus, dum ex divino judicio domata eorum ignis devastarentur exterminio, hujus fide periclitantium ad Deum reconciliandum delegata est legatio; dumque suscepta humeris bajulantium pia sacri corporis sarcina per domum cujusdam foret transposita, quam flamma invaserat ex parte maxima; mox ad tam celerem Sancti transitum in se deficiens cessit incendium; quodque jam præoccupaverat de domate, semiconsumptum reliquit repente; et quod necdum contigit, contingere deinceps non præsumpsit. Sed jam dictis dicendi finem imponamus, ne dicendis morosiores supersedeamus.

EX MSS.

et illud subito sistitur.

B

ANNOTATA G. H.

a *Hæc accurate conveniunt, currente cyclo Solis* XVI, *littera Dominicali* B.

b *Est etiam nunc* sacellum S. Quintini, *haud procul a Blandinio.*

c Truncinensis villa, *vulgo* Drongen, *Ordinis Præmonstratensis Abbatiam nunc habet, Gandavi distantem leuca vix dimidia.*

d *Hoc invitatorium etiam nunc præscribitur in Officio S. Gudwali.*

CAPUT VII.

Alia ejusdem temporis miracula.

VII *In magna siccitate*

Pluviali imbre terris suspenso, quadam tempestate labor agricolantium periclitatur nimia ariditate, spesque de frugum multiplicitate contuentium oculis adimebatur seminum tenuitate. Quo in periculo dejectis populi animis, saluberrimum haud defuit consilium: ut scilicet omni instantia precum sibi ad condescendendum flecterent S. Gudwalum, veræ pietatis amicum. Indicto igitur conventu publico, ætas universa; sexus et ordo convenerunt tempore præfixo, ut dato fidei speique commercio, tanti Præsulis exhilararentur beneficio. Quos præcedentes et subsequentes longo agmine comitatur ipse sanctus Præsul, et vere Consul illius supernæ Curiæ. Pervenientibus demum cum sacratissimo corpore usque ad contiguum castrum, *a* Alst vulgari nomine dictum, in subjacenti ejus grata planitie libuit paulisper subsistere, et in verbo salutari auribus avidis requiescere. Plebs universa consedit, uno superstite, qui tuas tuique, Christe, militis victorias triumphales declamaret in populo, mox approbandas divinorum miraculorum mirabili indicio. Igitur ubi omnium vultus, divinus Orator dictorum pondere defixit; subito, mirum dictu! in superna cœlorum arce, contra sacrum loculum, tricolori pulchritudine corona resplenduit: in cujus medio signum Crucis intermicans apparuit, quod oculos intuentium pariter et animos sui admiratione suspendit: quibus hac quoque visione attonitis, facula quasi ignea de cœlo lapsa plus gaudii invexit atque stuporis.

C

corpus S. Gudwali circumlatum *a*

circulo cœlesti honoratur:

68 Accrescit interea miraculis miraculorum copia: liberalem enim omnipotens Dominus se exhibuit in commendanda amici sui gratia, qui populum suum calice tantæ dulcedinis cum maxima miraculorum debriavit gloria. Sublato nempe de eodem loco corpore sacro. ut ecclesiæ inferretur fideli bajulantium obsequio; cerneres illud triumphale signum, virtute indicibili, protenso viæ spatio ad ecclesiam usque pariter deferri. Ubi dum sacra corporis invectione prosequente populo illustraretur cœmeterium; erat cernere mirum, cœlestem scilicet usque ad valvas ecclesiæ inseparabiliter circumferri circulum. Sacris demum artubus cœlo obsequente infra ecclesiam susceptis, duobus *b* infirmis statum redintegravit amissæ incolumitatis. Quam jucundum, Jesu bone! quam pium, quam celebre tunc fuit cernere tuum victoriosum militem, æthereo redimitum diademate, tanto plausu popularis frequentiæ, tuæ invehi ecclesiæ! lampade divina coruscat, cruce triumphat, corona resultat, potentia sanat. Sed de justitia ejus pauca dicamus, ut de misericordia quoque consequenter subinferamus. D

2 infirmi sanantur. *b*

69 Fundus possessionis hereditariæ S. Petri de proximo adjacens erat, cui tunc temporis invasor quidam, ut adultera perdix, incubuerat. Admonitus ut dexteram daret justitiæ, descendit in contumaciam: excommunicatus, defensione munit contumaciæ culpam. Hic, ne mala videretur aduri conscientia, ad Sancti locum mentita innocentia accessit; sed repulsus a Fratribus, obstinata mente recessit. Interminatur et a suis terribilis quædam comminatio, nisi dicto citius resipiscat ab incepto. Ille vero, cui facilius fuit culpam tueri quam intueri; culpæ culpam accumulat, dum suæ saluti consulere dissimulat. Tendit ad sua, plectendus pœna, quia injuste dominatur in re aliena. Cum ecce in media via divinitus corripitur, usuque videndi simul et audiendi exuitur. Indicat quid sentiat, consilium capit quid faciat. Reductus a suis ante Sanctum exponitur, velit nolit de crimine fatetur: reddensque non sua suis, absolutus pœna, emendatior restituitur. Sic hic, bone Petre, ad securitatem tui satis prudenter invigilasti, dum Gudwalum contubernalem tuum ad ultionem tuarum injuriarum supposuisti, qui hostem tuum te animadvertente pœna plecteret, teque miserante clementer absolveret.

VIII *Fundum monasterii usurpans,* E

fit cæcus et surdus,

facta restitutione sanatur.

60 Quidam, ob custodiam bidentium, S. Gudwali obsequialem ovem obtulerat usibus, certus nil morbi posse pestiferi prævalere in gregibus, quos tanti Pastoris vigilantiæ assignaverat tuendos a malis ingruentibus. In argumentum ergo susceptæ pecudis adhibitæque custodiæ, dum grex consisteret in pascuis, fera, ovibus semper inimica, effero Impetu irruit lupus: nihilque discernens, quasi Sanctus nihil de ea commune haberet, ejus oviculam ex omnibus elegit, et sub sua sorte male dividens totam redegit: lustraque repetens silvestria, exultat capta præda, qui nec saltem cum Sancto voluit dividere pellis spolia. Cessit interius Sanctus, ut postmodum abductam ovem erueret jucundius satisque potentius. Pastor vero, vel, ut magis conjicio, mercenarius, fit mox villico sacri damni nuntius: villicus, ut audivit, Quid mea, inquit, interest Gudwali rebus invigilare, ipse pecus tueatur proprium: cui tuendo facile aspirat sanctitas et meritum. Dixit, et dicto citius, obnitente Sancto, fuga interdicitur lupo: actusque retrorsum quasi captivus cum capto redit pecore, reducemque prædam deponit illæsam, non quidem sine pari fœnore, sed alterius brebicis *e* malo omine: nam aliam nescio cujus impetens, silvamque quantocius repetens, dentibus cruentis tyrannidem placat famelici ventris. Ex providentia Dei corpus Sancti cum innumera plebis multitudine

IX F *Ovem S. Gudwalo oblatam lupus rapiens,*

ultro refert.

A multitudine de proximo tunc constiterat, cujus conspectui pecus recens liberatum pastor repræsentaverat; satisque fuit dulce hoc ipsum admirantibus, Sancti patrocinium non deesse in tam exiguis vel vilibus: qui quamquam nonnullis negligentioribus paterna irascatur severitate, non tamen damnat usquequaque; sed, ut ex sequenti liquebit exemplo, correctos relevat materna pietate.

Festum violans,

punitus contractione manuum, et adhæsione cultri.

71 Mulier quædam ex vicina Gandensium colonia, suis nomine et facie notissima, dum in vigilia, quæ hujus Sancti sacræ depositionis præcedit solennia, in horto intempestive olerum virentia decerperet; tanta exinde repente stillavit sanguinis affluentia, acsi pro naturali succo cruor innatus infecisset omnia. Illa autem rei novitate attonita, vehementer eventum exhorruit; divinitusque perculsa manus contradictione, qua cultrum tenuerat, tota obriguit: articulis quoque ungue tenus in se reflexis, manubrium ferri tanta tenacitate manui inhæsit, ut facilius disjungi posset manus ossetenus a brachio, quam digiti a manubrio. Res pro sui magnitudine celari non potuit, nec debuit; et rumore quaquaversum sparso, pene cunctis factum lugubre innotuit.
B
Rea vero, miserabile intuentibus spectaculum, cum ipso quo cruciabatur tormento, ad memoriam S. Gudwali præsentatur; et quasi humilitate Davidica pavimento adhæsisset ejus anima, terræ ante Sanctum Dei coæquatur; precibusque indulgens, imbre lacrymarum fatetur culpæ reatum; et quamvis luat pœnam, spe tamen promovetur ad veniam. Dissimulabatur interim reparandæ sanitatis impetratio, et dilatione miraculi ad correctionem multorum pœnalis in rea protelatur ultio. Interea nonnulli tentavere, si quoquo modo ferro avulso manum reformare possent vigore pristino; sed frustra: nam, ut præmissum est, sic sibi manus et manubrium conglutinabantur mutuo, ut alterum ab altero humano non posset disjungi adminiculo. Immensis igitur continuisque per totam noctem exanimata doloribus. Ubi visa est satis dedisse pœnarum Dominus de excelso sancto suo eam respexit; et gemitum compeditæ suæ exaudiens, ad sacrificandum sibi hostiam laudis vincula ejus disrupit: digitales articuli globosæ manus extenduntur, usuique pristino et statui ad integrum reformantur: ferrum cecidit, mulier Dei gratia incolumis surrexit; plebs laudes resonat, plus laudum femina donat.

pœnitens sanatur:

C
At fortasse legenti prius deficiet fides, scribenti quoque tempus et dies, quam de Gudwalo nostro vera scribendi materies. Unum adhuc succincte proponamus in medium; utile admodum contra incautam temeritatem circumspectionis documentum. Hoc etenim territi exemplo, quos cauteriata adurit conscientia, sacrosanctis tranctandis ferendisque pignoribus infrunita ne se subinferant audacia. Certe Oza Levites, dum, quod sui non erat officii, Arcam, boum lasciva irrationabilitate paululum inclinatam, irreverenter sustentasset, percussus est a Domino: cujus mors tam facilis,quid aliud innuit nobis, nisi quod periculosius patiantur in anima, qui sancta tangunt polluta conscientia: quod mirabilis Deus in Sancto suo Gudwalo evidenti comprobare dignatus est indicio.

sacrilegus corpus sacrum portare præsumens, fit cæcus,

72 Igitur præfatus Sanctus Dei, dum in festo suo foras deportaretur juvenis quidam, nomine Sewalo, corpus bajulantium admixtus numero; dum se supposuisset oneri sacro, corruit illico, hærensque pavimento, decore videndi nudatur et gaudio: quique Sanctum indigne sustentare voluit, Sancto dejiciente salubriter corruit: quia sibi ceterisque casu innotuit, quid de illo divinis obtutibus displicuerit. Mirandum intuentibus spectaculum, salubre tandem confert consilium: quorum subvectione coram Sancti loculo expositus, prece eorum respirat in melius, fandique facultate indulta, interrogatur de conscientia. Fatetur de scelere, seque commemorat in Fresia templum Dei cum nebulonum manu profanasse, ibique sacrilegium perpetrasse: spondet tamen tota mentis obligatione, se de cetero per omnia fore correctioris vitæ, si Sancti indulgentia liberari meruisset a cæcitate illata. Cumque vespertina consummaretur synaxis, Deo Sanctum suum mirificante, os et nares multo sanguine cruentatus, lumen recepit; Deo gratias egit; domum rediit; et quod sacrilegio rapuerat, sicut promisit, ante Sanctum Gudwalum denuo rediens, præsentavit. Ad monumentum ergo tanti miraculi cum liber esset, sub S. Petri Sanctique Gudwali patrocinio, se annuo censu confirmavit in Blandiniensi cœnobio.

D

EX MSS.

pœnitens sanatur.

Contracta, brachiis pectori, et digitis palmæ adhærentibus,

73 Vicus est, nomine Axla *d*, quatuor ferme millibus Gandensi continuus coloniæ: in hoc mulier, Ouda nomine, maritali copula fœtu gravida, passione, quam Physici spasmum vocant, contrahitur tam subita, ut brachiis cum manibus altrinsecus cohærentibus pectore, digitisque medio palmæ infixis ungue tenus, compassione dignissimum intuentibus exhiberet spectaculum. E
Quod quo Dei judicio, sive pro eluenda culpa, sive pro prædicanda ejus gloria, evenerit; nescio, Deus scit. Erat tamen in misera videre miseriam, cum manuum destituta obsequio, alterius velut pusio pasceretur adminiculo: cui adhuc ad cumulum calamitatis et miseriæ accessit, quod plus partui quam sibi condoluit.

et prole gravida,

Aiebat enim, Heu me infelicem! me duplici angore anxiam? Ego meipsa careo, mihimet subvenire nequeo; et quis parituræ, quis partui succurret edito. Desunt ancillarum matronarumque consanguinearum cuncta adminicula: desunt ad conducendum obsequentes universa mercedis commercia. Quis parvulum editum suscipiet? quis tenera membra componet? quis fascia alligabit? quis in cunis vagientem fescenninis demulcebit? quis lactandum mammis admovebit? quis lactatum removebit? quis cetera necessaria exhibebit? Væ miseræ matri, cum viderit miseriam nati! Hujusce igitur mali tormento quadraginta circiter dierum cruciabatur curriculo. Dum vero summæ majestatis placeret consilio, ream suam ab hoc absolvere incommodo, nomenque sanctitatis suæ per B. Gudwalum amplificare in populo; mulieris occurrit animo, virum quemdam F
approbatæ famæ, tunc temporis in ecclesia S. Petri commorantem, cum marito socio invisere; non tamen spe vel futuri boni eventus causa, sed cum prædicto viro colloquendi gratia. Quo perveniens, dum a confluentibus in tanta calamitate non sine magna miseratione esset intuita, quidam ex adstantibus consuluit, S. Gudwali expetere suffragia; certus de subventione, si illa ei humiliaretur fideli mentis devotione. Nec distulit, ecclesiam ingreditur, tota mentis devotione Sancto prosternitur. Vix hæc tria orationis protulit verba, S. Gudwale subveni; cum subito superna adest gratia, quæ meritis sui militis supplici suæ sanitatem reddidit ex integro. Articuli manuum cum fragore eriguntur de palmæ medio, brachiis usui restitutis pristino Si dubitatis de miraculo, testis est tunc circumstantium omnis multitudo: quorum corda ad reddendas Deo gratias mulieris hujus amissa, sed recuperata excitavit sanitas.

sanitatem recuperat

74 Quod oculis nostris vidimus actum in muliere per eum, ad laudem Dei in sole proferamus, XIII
Moris erat hujus nostræ Ecclesiæ retractis diebus, scrinium S. Gudwali Alst deportari, et hanc deportationem annis redeuntibus iterari; et (ne hujus deportationis labor vel vexatio expers esset emolumenti,

A menti) frequentia miraculorum Deum in Sancto isto, et Sanctum in Deo mihi glorificari. Reverendo igitur memoriæ Abbate Gisleberto e isthic præsidente, Dei, quo et frequenter illustrabatur, instinctu eum incitante, mos prædictus, non diu tamen duraturus, nec a diu victuro reparatus, reiterari cœpit, simul et familiaria et assueta huic mori mira renovari. Prima ergo vice reparatæ sub Patre Gisleberto hujus consuetudinis, cum jam diu aperta ejus signorum perpetratio quasi eo obdormiente sopita esset; istud quod subjicimus cum multis adhuc superstitibus vidimus. Mulier quædam, Berta nomine, in vicino, bonæ piæque et nobis satis notæ cujusdam matris familiaris munifica beneficentia, retributionis æternæ intuitu, fovebatur, hujusmodi multos per annos constricta calamitate. Calcanei siquidem ejus, natibus, perpetua insolubilitate quasi naturaliter compacti, hærebant; brachia etiam simili colligatione pectori imminebant. Jacebat misera et miserabilis sine eundi agendique officio, quasi truncus et inutile lignum, ad omnem humanæ utilitatis mortua functionem, vitam mortuam imo morte amariorem trahens. Hæc Alst delata,

ex MSS sub Gisleberto Abbate, e

contractus ob adstrictos natibus calcaneos et pectori brachia

B medico cœlesti curanda offertur: ubi aliquamdiu scrinio Sancti supposita fuit. Plerumque augmenta insolita solitæ adversitatis, initia sunt sequentis insolitæ prosperitatis, ut ex aucta infirmitate, virtus quoque miraculi claresceret. Dolor illius jam fini imminens cœpit plus solito ingravescere; cum ad ea, quæ terminalis hora exigit, mulieri vix spiranti impendenda, Presbyter accersitur. Interim trunci illius rami, complicati et curvi, in rectitudinem naturalis usus extenduntur: dumque D in columnas corporis insolitam erectionem necdum bene firmata molitur, in terram relabitur: sed vero medico non deficiente, medela proficiente, iterum in altum nititur, manibus brachiisque solutis; sustentaria scrinii, quas Scragas f dicunt, tenens, sensim sensimque in sursum repebat; donec tota corporis mole erecta, manus utrasque loculo Sancti supponeret; inde gaudium, imo velut debriatio quædam populis orta est.

sanatur

ANNOTATA G. H.

a Alst, Alostum *aliis, oppidum medio itinere inter Gandavum et Bruxellas.*

b *Apud Capgravium ista sic habentur:* Cum ad ecclesiam corpus sanctum deferrent, et cœmeterium lustrarent, signum usque ad ostium ecclesiæ secutum est, et pluvias statim largissime cœlum dedit.

c Brebix, *ovis, Gallice* Brebis, *Glossario Cangiano meretur apponi, necdum alibi lectum quod sciam, quod tamen nisi aliquando usitatissimum fuisset, Gallica lingua non haberet.* E

d Axla, *jam oppidum, inter 4 ambactos ut vocant, versus Zelandiam,* quatuor millibus, *id est leucis horariis Belgicis distans Gandavo.*

e *Gislebertus Abbas* 24, *ordinatus anno* 1132, *mortuus* 1138.

f Schrage *vox Teutonica, Latinis* Capreolus, *tignum transversim affixum quatuor quasi pedibus, ipsum sustentantibus.*

DE S. AGOBARDO

ARCHIEPISCOPO LUGDUNENSI

G. H.

Sylloge de cultu, actis, fide et ætate.

ANNO DCCCXL

Stephanus Baluzius Tutelensis, *inter alia monumenta a se edita, protulit* anno MDCLXVI opera, *ut in titulo appellat,* Sancti Agobardi Archiepiscopi Lugdunensis, Notisque illustravit. *In his, inquit,* Sancti nuncupationem Agobardo tribuimus, post editionem Massoni; et quia cœle-

C stes ei honores persolvuntur in Ecclesia Lugdunensi, ubi vulgo vocatur Sainct Aguebaud: tum et in Martyrologiis quoque illarum partium Sanctus dicitur. *Antonius Mouchiacenus Demochares, Jacobus Severtius Ecclesiastes Lugdunensis, Joannes Chenu Bituricus, et Claudius Robertus Presbyter Lingonensis, in suis Catalogis Archiepiscoporum Lugdunensium,* Sancti *titulo honorant* S. Agobardum, *et a Claudio Roberto citatur* Breviarium Lugdunense, VIII Idus Junii. *In Breviarii Lugdunensis Kalendario, quod una cum Vitis Sanctorum Lugdunensium prælo paraverat, nobisque anno* MDCLXII *communicavit Stephanus de Vernay, Presbyter Lugdunensis, additur* ritus novem Lectionum. *Sammarthani in Archiepiscopis Lugdunensibus, ista scribunt:* Inter Sanctos Lugdunenses, VIII Idus Junii, memoria ejus anniversariis honoribus colitur in Fastis Ecclesiæ. *Ex his allegat Baluzius verba Martyrologii Ecclesiæ Lugdunensis, et MS. Martyrologii monasterii S. Claudii. Quibus addo Ferrarium in Catalogo generali, citantem Breviarium Lugdunense. Demum Theophilus Rainaudus, in Indiculo Sanctorum Lugdunensium, quem Lugduni scripsit et bis edidit, eumdem inter reliquos Sanctos Lugdunenses Sancti titulo honorat, et ritu officii duplicis coli Lugduni asserit. Tot incitati argumentis et auctoritatibus, audemus etiam titulum* Sancti *tribuere* Agobardo; *neque terremur auctoritate Andreæ Saussayi, qui post conclusum hujus diei Martyrologium consueta formula, inter Pios eum collocat, sed hac honestiori phrasi:* Celebrat hodie Lugdunensis Ecclesia feliciter depositionem F Beati Agobardi, insignis sui Archiepiscopi. *Forsan putavit illius sanctitati obesse exilium ejus, ob conspirationem cum Lothario contra Ludovicum Pium Imperatorem patrem. Sed hoc non obfuit S. Bernardo, Archiepiscopo Viennensi, quem eo tamen non obstante summis laudibus extollit ipse Saussayus ad* XXII *Januarii: ad quem diem varia ejus Acta, Miracula, et gesta Translationis illustravimus, atque de utriusque exilio varia dedimus, ex quibus repetimus hæc verba Adonis in Chronico:* Bernardus adhuc et Agobardus Viennensem Ecclesiam et Lugdunensem regebant. Qui ambo apud Imperatorem delati, desertis Ecclesiis in Italiam ad filium Imperatoris Lotharium se contulerunt, et postmodum piis Imperatoribus agentibus, Agobardus Lugdunensem, Bernardus Viennensem Sedem recepit. *En eadem utriusque causa exilii, et felix ad Sedes suas reditus, forte post probatam innocentiam.*

Cultus

et titulus Sancti, æque ac debitus,

ac Bernardo Viennensi, exilii socio,

ob favorem impensum Lothario, contra patrem.

2 *Acta* S. Agobardi *nulla reperimus ab antiquis scripta: edidit aliqua citatus Rainaudus. Nos ex hujus et aliorum antiquorum relationibus pauca excerpta damus. Ado in Chronico, relato obitu Caroli Magni Imperatoris, qui decessit* XXVIII *Januarii anno* DCCCXIV *ista subdit:* Bernardus Viennensis Episcopus erat, et Leidradus Lugdunensis, qui initio Imperii Ludovici

Anno 814 constitutus Episcopus,

A vici Imperatoris Suessionis monasterii locum petiit, et in loco ejus Agobardus, ejusdem Ecclesiæ Chorepiscopus, consentiente Imperatore et universa Gallorum Episcoporum Synodo, Episcopus substitutus est. Quod quidam defendere (*id est prohibere*) volentes, dixerunt : Eumdem venerabilem Agobardum, a tribus Episcopis, in Sede Lugdunensi jubente Leidrado fuisse ordinatum. Sed Canonica auctoritas est, in una civitate duos Episcopos non esse : nec vivente Episcopo successorem sibi debere eligere. Ac proinde illa quacumque causa regulæ Ecclesiæ præteriri, in tanto ordine fixæ, non debent. *Philippus Labbe, in Appendice ad tomum* 7 *Conciliorum columna* 1864, *arbitratur Synodum hanc Lugduni anno* DCCCXXIV *habitam fuisse: in qua, contra istos obloquentes, verus Episcopus Lugdunensis constitutus est. Quæ eadem ex Adone desumpta confirmantur ex Chronico Virdunensi Hugonis Abbatis Flaviniacensis, ubi etiam consensus* Imperatoris *exprimitur. Fuit autem ante* Chorepiscopus *ordinatus, similis illis quos jam* Suffraganeos *appellamus, qui in principalioribus Ecclesiis et amplioribus Episcopatibus assumebantur, ut Episcopos mole rerum agendarum aut*

contra obtrectantes defenditur in Synodo.

B *senio aggravatos sublevarent in Ordinibus conferendis, ac diœcesi potissimum rurali visitanda. Rainaudus mallet legi* Coepiscopum, *quem nunc* Coadjutorem *dicimus cum jure successionis, quod Leidradus jam disposuisset, abdicato Episcopatu, ingressum ad monasterium S. Medardi Suessionense.*

Fuit protector veræ fidei,

3 Ut ut sit, *inquit Raynaudus*, potitus Episcopatu Agobardus, plurima in eo digna Episcopo, tantæque Sedis Præsule gessit. *Vixerat eo tempore Felix Episcopus Urgellitanus, qui Nestorianæ sectæ semina resuscitarat, et post aliquot revocationes relapsus fuerat. Hujus dogmatis fundamenta diruit* Agobardus, *per librum Ludovico Imperatori inscriptum, qui primo loco inter opera ejus recensetur, capitibus* XLVI *distinctus. Huic succedit alter ad eumdem Imperatorem, de insolentia Judæorum; cum altero aliquanto, de superstitionibus Judaicis : et hunc suo et S. Bernardi Viennensis Archiepiscopi, et Eaofi sive Faquæ Episcopi Cabillonensis nomine obtulit. Accedunt hisce breviores tractatus de Baptismo Judaicorum mancipiorum, et de convictu et societate Judæorum cavenda. Unde ejus zelus pro vera Christiana religione elucet, uti etiam ex ejus libro adversus legem Gundobadi Regis, et impia certamina quæ per eam geruntur; nec non ex altero, adversus quasdam objectiones Fredegisi Abbatis.*

C 4 Jura Ecclesiastica, *inquit Raynaudus*, strenue tutatus est, et laicos Ecclesiastica bona invadentes generose arcuit... *Illud* in Agobardo eximium fuit, quod Clerum suum et ritus Ecclesiasticos ac divini officii formam componere sategit : qua in parte visus est paulo morosior aut scrupulosior justo, cum præter Scripturas nihil ad divina Officia admitteret. *Quæ latius ibidem exponuntur*, Graviora sunt, *inquit idem Raynaudus*, quæ S. Agobardo impinguntur ex Commentario ejus de picturis et imaginibus. Dicitur enim imaginum cultum inficiatus, solo earum usu ad memoriam retento. *Inter plurima hic discussa addit*, eum Catholice de imaginibus sensisse, nec aliud voluisse, quam non esse imagines adorandas supremo cultu : imo per se et secluso omni prorsus ordine ad prototypum, non esse cultu dignas : nec imagines, prout imagines sunt, in eum finem excogitatas esse, ut invocarentur et colerentur, sed ud memoriæ inservirent, manuducerentque ad prototypum, notitiam ejus ingerendo, et prototypi cultum in ipsis imaginibus ac per ipsas adjuvando : quod est verissimum... Itaque Agobardus, quamvis incommode loquatur, nec sit hoc tempore approbanda ejus locutio, tamen reipsa videtur ab errore Iconomachorum fuisse immunis. *Hæc aliaque plura in eumdem finem Raynaudus. Dignissima autem lectu est Dissertatio Mabilionis* de cultu Sacrarum imaginum, *quæ facit* § *tertium Præfationis ad Seculum* IV *Benedictinum : licet enim non eo tendat* quasi Gallos ejus temporis omni penitus culpa vacasse existimet; si non in ritu colendi imagines, saltem in modo impugnandi decretum Nicænæ Synodi ; eorum tamen religionem erga sacras imagines, Romanis Pontificibus perspectam probatamque vult, tum ex responsis Adriani I, qui eos nusquam erroris notet ; tum ex aliis Pontificibus, qui nullum hac de re negotium ecclesiæ Gallicanæ facesserunt. E

et juris Ecclesiastici.

D

AUCTORE G. H.

an etiam venerationis imaginum?

5 *Quod attinet ad dissidia inter Ludovicum Pium et Lotharium aliosque illius filios, extat flebilis Agobardi Epistola ad Ludovicum : ex qua colligitur sincera mens ejus etiam erga ipsum ; cui si in aliquo adversatus est, id unice tribuendum sit, non omnino vano scrupulo ac metui temerandi juramenti, auctore patre præstiti filio. Quod, inquit*, juramentum nemini visum est spernendum aut superfluum, sed potius opportunum atque legitimum, eo quod ad pacem et concordiam pertinere videretur. *Id quod etiam perpendisse videtur Ludovicus, qui* Agobardum *Sedi suæ restitutum, carum iterum habuit, atque ad negotia adhibuit, et secum in Aquitaniam duxit, ubi* motus Aquitanicos componere sategisse *legitur in Annalibus Bertinianis ad annum* DCCCXL, *quo anno etiam e hac vita decessisse videtur. Nam, teste Adone in Chronico,* Agobardus apud Sanctonas in expeditione regia positus defungitur. *Raynaudus, ista addit :* Clarum miraculis Lugdunensis Ecclesia Cœlitum honoribus prosequitur, et Kalendario suo insertum VIII Idus Junii duplicis Officii ritu celebrat. Ut dubitare non liceat, quin vel ab impactis noxis immunis fuerit, vel eas ante obitum condignis pœnitentiæ imbribus eluerit. *In Chronico S. Benigni Divionensis componitur* S. Agobardi *obitus cum morte Ludovici Pii Imperatoris, atque prior refertur ad* VIII *Idus Junii, posterior diebus quatuordecim serius, vel licet ad* XII *Kalendas Julii. In Additionnibus vero Greveni ad Usuardum, nescio quo errore, adscriptus est diei sequenti.* F

Post dissidium a Ludovico Pio ad negotia adhibitus,

moritur anno 840

6 Junii

DE S. ALEXANDRO MARTYRE

EPISCOPO FESULANO IN HETRURIA

COMMENTARIUS HISTORICUS

D. P.

De Sancti cultu, actis, ætate.

ANTE AN. DCCCXLI.

Fesulæ *et* Fesula *Plinio; Ptolomæo, Dioni et Appiano* φαισοῦλαι, *urbs olim florentissima, et inter duodecim primas Tuscorum colonias æstimatur. Distat ea haud procul ab Arno fluvio in colle sita, Florentiæque ad duo millia passuum proxima, quæ ex ejus ruinis mirifice crevisse dicitur. Aliquæ adhuc ædes extant, et Episcopatus antiquus cum Ecclesia Cathedrali; quam anno* MDCLXII *perlustravimus, sed nullo in rem nostram operæ pretio relato. Inter urbis Patronos colitur hoc* VI *Junii* S. Alexander, *Episcopus Fesulanus et Martyr, de quo Ferdinandus Ughellus, Tomo tertio Italiæ sacræ in Episcopis Fesulanis columna* 272, *hæc edidit :* S. Alexander, civis ac Fæsulanus Episcopus, Læto successit; Ecclesiasticæ libertatis defensor acerrimus, pro qua capitis adire periculum haud recusavit. Siquidem cum plures potentes in seculo Ecclesiasticas fortunas deripuissent, ad Atharim Longobardorum Regem Papiam confugit : quem Rex, cum Theodelinda uxore piissima femina, ob egregiæ sanctimoniæ laudem famamque, honorifice excepit : ad ejusque preces favorabilis, plura diplomata Ecclesiæ Fesulanæ indulsit · imperavitque conscelei atos homines in Alexandrum refundere, quæcumque violentissime detraxissent. Redibat ille honoratus a Rege, victorque piissimæ causæ : cum subodorati prædones, sibi esse ex imperio Regis restituenda Ecclesiæ, quæ rapuissent; ex insidiis, in agro Bononiensi prope Renum rapidissimum flumen collocatis, prætereuntem undis præfocandum compellunt in flumen. Extinguitur Alexander in vorticibus, vitæ mortalis naufragium passus, ut ad portum beatæ vitæ securius deveheretur, anno quingentesimo octogesimo secundo, octavo Idus Junii. Socii ejusdem sacrum corpus denique expiscatum Fesulas deportarunt, in Cathedrali sepeliendum. Tametsi postea ex divino instinctu in templo S. Petri ad Hierusalem, ut vocant, decentissime collocaverint : quam postea ecclesiam de nomine Martyris, qui illic diuturniori mora jacuerat, S. Alexandri, superioris seculi homines usque ad hæc nostra tempora appellarunt.

Fesulis Patronus S. Alexander.

NOT. 39

B

Vitæ compendium ex Ughello:

ecclesia sub ejus nomine.

C

2 Franciscus deinceps Cataneus Fesulanus Episcopus, quique S. Alexandri Vitam perscripsit, ejusdem sacras Reliquias transtulit in Cathedralem, inque marmorea capsula cum hac inscriptione includenda curavit.

translatio in novam arcam,

> Divi Alexandri Episcopi Fesulani Martyrisque ossa, hactenus in lignea portatilique capsula hic asservata, Franciscus Cataneus Diacetius, ejusdem Sedis Antistes, hoc marmore includenda curavit, anno salutis MDLXXX.

Si consequens esse Ughellus credidit, ut qui in hoc marmor sacra ossa transtulit, eadem transtulerit etiam in suam Cathedralem; vehementer erravit, aut quisquis ei id persuasit. De ista enim urna quærenti mihi rescribit Mag. Raphael Badius Dominicanus, Fesulis sibi respondert, ipsam adhuc in Ecclesia S. Alexandri *honorari e regione majoris altaris, muro ecclesiæ insertam opere cæmentario : Caput vero haberi ibidem in peculiari capsula, atque ad venerationem monstrari.*

non in aliam ecclesiam.

3 *Vitam* S. Alexandri *et aliorum Sanctorum Episcoporum Fesulanorum, a se Italice conscriptam, curarat anno* MDLXXVIII *excudi dictus Cataneus, hinc prædictum compendium sumpsit Ughellus : ejusdemque auctoritate, a Baronio in Notis allegata, inscriptus est Martyrologio Romano* S. Alexander, Episcopus Fesulis in Tuscia et Martyr; *et adscriptus est* annus DLXXXV, *qui omnino supra apud Ughellum, non* DLXXXII *esset ponendus : cum* Autharis, *ibi* Atharis *dictus, solum anno* DLXXXV *fuerit regnum auspicatus ex sententia Baronii. Sed quod* Alexandrum *attinet, vereor ut Episcopus Cataneus aliud habuerit fundamentum adscribendi ipsum tempori istius* Autharis, *quam quod invenerit Ecclesiæ suæ Lectiones de Sancto illo, non valde antiquas, hoc principio.* Anno Domini DLXX. Tunc temporis Rotharius, Rex Longobardorum (*atque, ut mox infra,* barbarus et Paganus), *transivit in* Italiam. *Isto sane anno venerunt in Italiam Longobardi, pagani adhuc; sed, ut dixi, serius ibidem regnare cœpit Rex eorum tertius* Autharis. *Septimus eorumdem Rex* Rotharis, *Christianus fuit, regnum adeptus anno* DCXXXVI. *Ista ergo non convenire videns Episcopus Cataneus, illam melioris (ut rebatur) Chronologiæ rationem inivit. Invenimus nos Florentiæ Lectiones illas, novem quidem numero, sed tam breves, ut jam productum ex Ughello elogium non superent simul sumptæ; easque descripsimus, ex copiosa ejusmodi Officiorum collectione, apud Senatorem Carolum Strozzium reperta; sed non esse valde antiquas cognovimus, cum notaremus ibi verba prorsus Italica,* Malvaggius, Adnegatus, Pelligrinasium, *ac* fluvium Po, *pro* Scelestus, Submersus, Peregrinatio, Padus : *pro hoc autem Episcopus maluit substituere* Renum, *agri Bononiensis fluvium (nam Padus extra limites illius est, et Renum ad Ferrariam excipit) substituit autem* Renum *ex aliis prolixioribus et melioribus Actis, quæ etiam Florentiæ invenimus, in Bibliotheca Patrum Conventualium Sanctæ Crucis, Pluteo* 34 *Cod.* 773, *hoc tenore.*

Nomen in Martyrol. Romano.

Recentiores eum adscribunt sec. 6 aut 7.

E

Acta ex MS. sanctæ Crucis narrant,

F

4 Beatus Alexander, de civitate Fesulana, ex nobili genere oriundus fuit, et a primævo ætatis suæ, honestæ indolis existens, illud Apostolicum memoriæ commendabat : Nemo militans Deo, implicat se secularibus negotiis. Despectis igitur pompis mundanæ nugacitatis, sincera devotione adipisci satagebat emolumenta perpetua felicitatis : et scalam, quam Jacob vidit, erigendam a se cernens, primum gradum stabilem ineundo, ita cordis humilitate pollere, ut tunc in eadem urbe nullus potuisset inveniri secundus. Hic namque, non vagans per abrupta vitiorum, ut mos est illius ætatis; sed frequentando ecclesias discere conabatur, quid sectandum, quidve foret vitandum. Affectans itaque totis viribus templum Spiritus sancti ornare castitate, fulcire caritate, coronare patientia, castigare jejunio, clarificare orationibus, munire eleemosynis, sepire reverentia, obedientia vallare; cœpit esse ita perfectus, ut nullum haberet parem in his virtutibus. Ceterum ejus irreprehensibilem vitam agnoscens bonæ memoriæ Lætus, Fesulanæ urbis Episcopus, ipsum Archidiaconatus sublimavit officio.

2 Tim. 2

quod virtutibus a puero exornatus

creatus sit Archidiaconus

A officio. Itaque cernens se B. Alexander tanta dignitate sublimatum, secundum Sapientis monitionem; quanto erat major, tanto plus in omnibus se humiliabat; et sequens exempla B. Laurentii, temporalia ita distribuebat, ut omnia fierent omnibus communia, nec quemquam ad se venientem permitteret ire expertem, dicens :

In tellure jacet, quod non in paupere surgit.

Inerat namque ei omnium virtutum lucidissima gratiositas.

dein Episcopus Fesulanus,

5 Interea Lætus Episcopus animam Deo reddidit, et Clerus et populus Alexandrum fore Episcopatu dignum dicebat. Ipse vero econtra se peccatorem et indignum vocitans, totis viribus resistebat. Trahitur ergo et capitur, eligitur et inthronizatur, et superna dispensante gratia, virtutum apicem paulatim ascendens, ad Apostolorum Petri et Pauli limina ducitur, ut a Papa canonice consecretur. Sanctissimus itaque Alexander reversus Fesulas, plebem sibi commissam sanctis monitis exhortabatur, ut scilicet terrena despicerent et cœlestia diligerent.

suos diligenter instruxerit,

Diu vero noctuque in orationibus pervigil, paginas divinas jugiter scriptitans, omnibus ostendebat,
B quid sequi quidve vitari debebat, semper prius implendo, quod ipse docebat. Vir namque Dei dum talibus polleret studiis, res sibi commissas cernens a tyrannis invasas, arrepto itinere Papiam devenit ad Imperatorem Lotharium. Et ingressus ad eum, mox pileum ubi abstraxit, statim solis sphæra id per dimidiam fere horam sustinuit. Quo viso miraculo, Imperator surgens, propria manu eum ad Sedem suam perduxit, et petitioni ejus sponte annuit; et non tantum possessiones antiquas concessit, sed etiam ex suis propriis largitur quamplurima : castrum scilicet Fesulanum et Montislaurei; et Imperiali privilegio sibi et successoribus suis perpetualiter confirmavit.

ab Imperatore Lothario recuperarit possessiones,

et in Reno per fraudem suffocatus,

6 Lætabundus igitur ad suam Ecclesiam suos dirigens gressus, venit ad portam civitatis [Boniæ]; ubi obviantes ei adversarii Ecclesiæ sibi commissæ, sub specie fidelitatis gratantes sibi prævenire, simulque cum eo reverti cœperunt. Interea ventum est ad flumen Renum, ubi proditione sibi adhærentes, captum quasi in modum tutelæ, ne impetus aquæ ei noceret, eum in fluvium immerserunt, dicentes : Væ! væ! quia cecidit vir Dei in gurgite. Et sic B. Alexander migravit ad
C Dominum martyrio coronatus. Tunc Clerici et fideles, qui cum eo erant, corpus inquirentes, reportarunt Fesulas. Venientes enim ad Episcopium, quod foris civitatem tunc erat, tanto eum pondere fixit Spiritus sanctus in bivio, ut in alteram partem deflectere, quam in illam, quam sibi acquisiverat, non valerent. Qua de causa infra urbem deferentes, honorifice tumularunt in ecclesia Jerusalem, quam nuper acquisierat ab Imperatore, die octavo Idus Junii.

sepultus Fesulis 6 Junii:

corpus integrum translatum,

7 Post non multum tempus quidam filii iniquitatis, accipientes litteras a Principibus terræ, ut utique liceret eis fodere aurum; Venientes Fesulas, Episcopo qui Romanus dicebatur ostendentes, et responsum non habentes; indignati, arrepta virga ferrea et sudibus ligneis, detecto B. Alexandri tumulo, corpus ejus ita integrum visum est, sicut ea die, qua fuerat tumulatum: et præ fragrantia odoris et coruscatione vestium, velut mortui ceciderunt, et post in fugam versi invicem se occiderunt. Unde Clerus et populus dignum fore duxerunt, ut corpus Sancti decentius collocaretur; et venientes ad tumulum, nisi debitis peractis laudibus, portare minime potuerunt. At Episcopus omnes monuit, ut per noctem totam hymnis, laudibus, et orationibus vigilarent. Populis autem ad sua regressis, Episcopus cum paucis Clericis Sancti corpus transportavit, quod D
multi facere non potuerunt. Cujusdam autem Sacerdotis, audactius capillos trahentis, arefacta est manus: sed pœnitens pristinæ redditur sanitati, regnante Domino etc.

AUCTORE D. P. manus arida sanata.

Eadem Acta a Blondo Florentino exculta,

8 *Habuit hæc Acta quidam Florentinus Presbyter Blondus, seculo* XIV *aut* XV *scribens Legendarium quoddam Hetruscorum Sanctorum, sumpto initio a Vita S. Zenobii; ad cujus diem* XXV *Maji num.* 7 *dedi istius Legendarii Prologum. Neque necesse censeo nunc inde dare Vitam* S. Alexandri, *sola nitidioris styli elegantia differentem ab ista antiquiori. Sufficit breviter annotasse, in hac posteriori dissimulari nomina, tam Imperatoris quam Episcoporum duorum, ante ac post* Alexandrum, *in superiori Vita nominatorum; diem autem mortis notari* II Nonas Junii; *quod cum supra notata die depositionis* VIII *Idus consistere potest, si in Hetrusci Bononiensisque agri confiniis, in quibus Renus oritur, suffocatus Sanctus fuit; vir enim* XXX p. m. *ea confinia Fesulis distant. Miraculum pilei, ad sphæram, seu (ut Vita posterior loquitur) radium solis appensi, suspectum forte alicui, etiam alibi legitur de cappa vel pallio; et secunda Vita id imputat casui, per* E
quem factam sit, ut famulo, quem sibi a tergo stare putabat, pileum se porrigere Sanctus crederet. Clarius quoque miraculum, quod sepulturam honoravit, sic exprimitur a Blondo: Cum autem ad portam civitatis deductum fuisset *corpus, illud* intromittere non valentes, divinitus inspirati, par indomitorum vitulorum assumpserunt, currum ipsis apposuerunt, desuper ipsum posuerunt; et Spiritus sancti dispositioni committentes, quo vellent pergere libere permiserunt: qui montem ascenderunt, et in montem ubi nunc est, cunctis mirantibus propter loci asperitatem et ipsorum facilitatem, deduxerunt.

cum miraculo galeri ex solis radio suspensi,

et juvencorum suum corpus trahentium.

Translatio ad propriam ecclesiam.

9 *De posteriori corporis Translatione, quia nihil in Actis antiquioribus Blondus reperit, scripsit etiam nihil; sed illam explicant Lectiones prænotatæ his verbis:* Corpus sanctissimum, a suis discipulis et sociis, fuit inventum et depositum in supradicta civitate Fesulana, cum magna reverentia: et postea, per suos successores et alios reverendos Prælatos, fuit translatum et transportatum, ubi hodie est ejus ecclesia, penes Roccam: *et hæc verosimiliter est, quam* S. Petri in Hierusalem *Cattaneus Episcopus nominat. De ipsa Rocca sive Arce quærenti mihi, rescripsit P. Mag. Badius, supra S. Alexandri ecclesiam esse, in summitate montis, et hoc per traditionem haberi; additque Capitaneum Cosmum della Rena dicere, se aliqua ejus vestigia vidisse circa veteres muros Fesulanos;* F
alios negare quod appareat quidpiam, eo quod totum locum nunc occupet ecclesia et monasterium Franciscanorum reformatorum. Ad ætatem quod attinet, nescio cur non debeam tenere Imperatorem Lotharium, *Romæ coronatum anno* DCCCXXXIII, *et quamdiu pater Ludovicus vixit, in sua Italici regni Sede Papiæ sæpius commoratum; potius quam* Autharim *vel* Rotharim *Longobardos. Cum enim nos lateat series Fæsulanorum Episcoporum, et* Lætus *decessor,* Romanusque *successor ex solius* Alexandri *Vita innotescant, Sancti quidem a recentioribus scriptoribus dicti, sed nullo speciali cultu notabiles; nullum suppetit argumentum, ob quod discedere debeamus a Vita, jam producta.*

apud quam videtur Sanctus obiisse:

sub Lothario Imp. inter an. 833 et 841

10 *Etenim primus Episcopus Fesulanus, nobis ex Concilio Constantinopolitano sub annum* DLV *habito notus, est* Rusticus; *deinde* Grusolphus, *Synodo Romanæ præsens apud Baronium, anno* DCCCXXVI; *tum* Donatus, *ab Anastasio Bibliothecario memoratus sub Sergio II, pro anno* DCCCXLIV; *ac denique* Zenobius, *qui anno* DCCCXC *a Widone Rege obtinuit Privilegium, in Ughelli tomo prælaudato inveniendum. Horum nemo ita alteri contiguus est, ut non interjici unus aut plures possint.*

A *possint. Atqui Lotharium a morte patris, id est ab* *AUCTORE D. P.* *anno* DCCCXLI *Italiam revisisse, nusquam legimus. Restat ergo, ut, inter* Grusolphum *et* Donatum, *Fesulis præsederit* Alexander, *siquidem sub Lothario Papiæ residente obiit mortem. Hanc vero Martyrii titulo honoratam, nemo mirabitur, qui mediæ ætatis usum intelligeret eum fuisse, ut omnes Sancti, violenta morte extincti,* Martyres *vocitentur et ut* Martyres *colantur, absque scrupulosiori indagine in proprietatem tituli;* D *sicut neque nunc scrupulose inquiritur in titulum* Confessoris, *solitum altari quibusvis Sanctis, sicca morte defunctis; licetis a principio ex vi nominis proprius sit fidem in judicio confessis, ideoque tormentis, carcere vel exilio maceratis, juxta primam ipsius nominis notionem.*

DE SANCTO ALDRICO

G. H.

ARCHIEPISCOPO SENONENSI IN GALLIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De Vita, ætate, et cultu Sancti

ANNO DCCXCI. *Vita ex MSS* B

Ob *mutuam amicitiam et communicationem opusculorum manuscriptorum, quæ fuit inter Andream du Chesne Geographum Regium, libris quamplurimis editis clarissimum, et nostrum Joannem Bollandum, prædecessorem in Actis Sanctorum edendis, impetravit hic ab illo Vitam* S. Aldrici, *Archiepiscopi Senonensis, ex MSS. erutam: quam hic damus collatam cum alia, edita ab Acherio et Mabilione, seculo quarto Actorum de Sanctis Ordinis Benedictini. Auctor videtur fuisse Monachus cœnobii Ferrariensis in agro Vadnensio, ob hæc in titulo verba:* Vita B. Aldrici Senonensis Archiepiscopi, et hujus Abbatiæ Ferrariensis Abbatis, ubi ejus corpus est inhumatum. Quapropter ejusdem transitus fit solenniter decimo die Octobris. *auctore Monacho Ferrariensi.*

2 *Non est Auctor Sancto coævus, eumque credit prælaudatus Mabilio* sub initium seculi XI vixisse. *Tempus nativitatis* *In hujus ergo scriptione displicent aliqua, circa tempus, quo dicitur aut natus aut vita functus* S. Aldricus; *dum ita exorditur.* Anno septingentesimo septuagesimo quinto... extitit oriundus, *ac num.* 2, *sub* Singulfo Abbate *appellatur* adolescentulus *et* flos adolescentiæ; *cum ille successerit Alcuino, sub annum* DCCCIV *mortuo, adeoque jam tunc fuisse debuerit, vir maturus triginta annorum. Dein num.* 3 *evocatur* adolescens ad Hieremiam Archiepiscopum Senonensem, a cujus dispensatione fuerit suppletum quid- C quid ætas juvenilis videbatur invidere, *ut Sacerdos ordinaretur. Hieremias iste dicitur anno* DCCCXVIII *electus; esto etiam aliquanto citius; sic quoque* Aldricus, *si natus anno* DCCLXXV, *pervenisset ad annos vitæ quadraginta, aut ultra, cum Sacerdos erat ordinandus. Non bene igitur ista simul consistunt, sed in dicto nativitatis anno errorem merito apprehendimus; ac salvo meliore judicio statuimus, natum fuisse Sanctum circa annum* DCCXC; *in prima autem adolescentia,* *et Monachatus* *ut tum sæpe fiebat, monachalis disciplinæ suscepisse insignia; eique Singulfum exposuisse Virgilium, ægre ferente Alcuino, ut in hujus Vita* 19 *Maji illustrata refertur num.* 19; *adeoque Monachum factum* Aldricum *ante annum Christi* DCCCIV, *quo e vivis excessit Alcuinus, quando hic ejus discipulus potuit egisse annum ætatis decimum quartum, atque sub successore Abbate Singulfo adhuc* adolescentulus *haberi; deinde sub Hieremia Sacerdos consecratus, cum non procul abesset ab anno ætatis trigesimo, sed eo quod Monachi serius ordinari solerent, indulgentius cum ipso actum ferri.*

3 *Postea ut dicitur num.* 4, *sub* Ludovico Pio Imperatore Præceptor Palatinus instituitur, ut vita Imperialis aulæ et majora negotia suæ discretionis arbitrio definirentur: *ac tum videtur a dicto Imperatore datus Cancellarius filio Pippino Regi Aquitaniæ. Porro Phillippus Labbe in Miscellaneis curiosis Elogio hanc profert subscriptionem.* Sigebertus Diaconus, ad vicem Aldrici, recognovi. Data III Idus Januarii, anno XIV Imperii Hludovici et XII regni nostri. Actum in Cassanegili palatio. *Item ex MS. Turonensi S. Martini:* Sasibodus Diaconus, ad vicem Aldrici, recognovi. Data VI Idus Martii, anno XV Imperii Domini Hludovici, et XIV regni nostri. *Quæ referenda ad annum* DCCCXXVII, *et sequentem, quando ex nostro computu egisset ætatis annum circiter* XXXVIII; *circa quod tempus erat, aut fiebat Abbas Ferrariensis.* Post modicum *vero* temporis intervallum, *dicitur num.* 6 *Hieremias Præsul Senonensis carne mortali exutus, eique* S. Aldricus *successisse, quod potuit contigisse labente anno* DCCCXXIX *aut sequente* DCCCXXX. *Officium Cancellarii sub Pippino Rege Aquitaniæ:* E

4 *Jam ut aliqua, quorum infra mentio non est facta, addamus, ab eo jam Archiepiscopo patrata; anno* DCCCXXXV *interfuit Concilio apud Theodonis-villam, in quo Ludovicus Pius iterum reconciliatus, et Ebbo Remorum Antistes damnatus graduque suo dejectus est.* *in Episcopatu varia ab eo acta:* *Ex præcepto quoque ejusdem Ludovici Imperatoris procurasse* Aldricum *Senonum Archiepiscopum cum Coepiscopis, ut Heribaldus, in Palatio educatus, eligeretur Episcopus Autissiodorensis, legitur in Historia Episcoporum Autissiodorensium, apud laudatum supra Labbeum, Tomo primo Novæ Bibliothecæ pag.* 432. *Ab eodem Ludovico Imperatore, ut evitarentur discor-* F *diæ inter Abbatem et Mon[illegible]s Flaviniacenses,* Aldricum *Senonensem [illegible]copum, aliosque Episcopos missos fuisse habetur in Chronico Virdunensi Hugonis Abbatis Flaviniacensis, apud eumdem Labbeum pag.* 270. *Denique ab eodem Ludovico Imperatore directum fuisse* Aldricum, *sed adhuc Abbatem, ad monasticum Ordinem in monasterio Elnonensi sive Amandino confirmandum, discimus ex diplomate Ludovici Imp. edito a Mabilione ad Elevationem S. Amandi Episcopi: Trajectensis hoc seculo* 4 *pag.* 66.

5 *Alia ad ipsam Vitam notabuntur: quare istis tantisper dilatis, aggredimur ultimam controversiam de obitu* S. Aldrici, *qui infra num.* II *Vitæ refertur* viam universæ carnis ingressus, LXI vitæ suæ anno, et sexto Idus Octobris feliciter migrasse ad Dominum. *Sed hæc non satis cohærent, undecumque initium vitæ sumatur. Nam etsi natus foret Sanctus anno* DCCLXXV, *dictus annus* LXI *ætatis incideret in annum* DCCCXXXV *aut sequentem: et tamen eum vixisse ad annum usque* DCCCXL *satis constat. Lupus Abbas Ferrariensis,* Aldrici *alumnus, epist.* I *ad Eginhardum asserit,* se a sancto Metropolitano Episcopo Aldrico delegatum, ut doctorem Grammaticæ sortiretur, a quo præ- *Tempus mortis.*

ut

A cepta artis acceperit a Grammatica ad Rhetoricam: *et nonnullis interpositis,* in Transrhenanam provinciam directum se ait a præfato Episcopo ad venerabilem Rabanum, ut ab eo ingressum caperet divinarum Scripturarum. *Inde digressus sub finem anni* DCCCXLI, Sospes regressus, *inquit epist.* 41, præter Domini ac nutritoris mei Aldrici, quantum ad me attinet, plenum infortunii obitum, non est quod mihi accidisse admodum triste meminerim. *Et Carolus Calvus, eo tempore quo partem regni cum fratribus divisit, asserit,* Metropolim Senonum vacasse Pastore. *Divisio autem facta est post pugnam Fontaneticam, commissam* VII *Kalendas Julii anni* DCCCXLI. *Qui porro non diu ante obierat, et Monachus erat ante annum* DCCCIV, *adhuc valde juvenis, non potuit multo major quinquagenario fuisse quando obiit.*

6 *Sed jam inquirendum, num eodem* anno DCCCXLI die VI Junii *obierit, an autem anno præcedente* X *Octobris. Pro die* VI *Junii est celebritas festi in urbe et diœcesi Senonensi; et in Breviario, quod habemus anno* MDCXXV *excusum, assignantur tres Lectiones propriæ, ex ejus Actis desumptæ: nec ulla ejusdem ibi memoria habetur ad diem* X *Octobris Claudius Robertus, in Archiepiscopis Senonensibus, scribit,* S. Aldricum obiisse B anno DCCCXL die VI *Junii, sive* VIII Idus Junii. *Idem etiam videtur legendum apud Joannem Chenu, dum omisso verbo* Idus, *scribit festum celebrari* VIII *Junii. Demochares quoque adscribit festum* VI Junii: *ad quem referunt eumdem in suis fastis Galesinius, Ferrarius, Wion, Dorganius; et cum longo encomio Saussayus, Bucelinus, atque Ghinius. Interim solenniter in monasterio Ferrariensi colitur* X Octobris, *forsan eo die depositus in dicto monasterio, et creditus tunc obiisse: ad quem diem nuper relatus est a Menardo, et dein a Mabilione: qui etiam asserit Translationem celebrari* XXX *Julii. Nos cum Ecclesia Senonensi eumdem ad hunc* VI Junii *referimus, potius arbitrati anno* DCCCXLI *isto die ex hac vita migrasse, anno ætatis non* LXI, *sed* LI, *ex computu supra formato; solennem autem in ecclesia Ferrariensi depositionem, ob tumuli forte apparatum, dilatam fuisse usque ad* X Octobris.

Cultus sacer 6 Junii, 10 Octobris, ac 30 Julii.

7 *Addit Mabilio in Appendice,* Reliquias S. Aldrici in thecam magnificam inclusisse Ludovicum de Blancaforti, Abbatem Ferrariensem, anno MCCCCLXXXVII, expensis in hoc opus millibus nummorum argenteorum quadraginta eam vero thecam diripuisse Calvinistas anno MDLXIX, sacris ossibus dissipatis, C præter quatuor aut quinque certis indiciis recognita, qua in argentea capsula hodie asservantur.

Reliquiæ honoratæ, a Calvinistis dissipatæ,

VITA

Auctore Monacho Ferrariensi.

Ex MSS. Andreæ du Chesne et editione Mabilionis.

CAPUT I.

Ortus, studia, acta ab eo Monacho et Abbate.

Anno septingentesimo septuagesimo *a* quinto, ab Incarnatione Domini, regnante Carolo Magno, B. Aldricus in territorio *b* Vastinensi de Principibus Palatinis extitit oriundus. Qui dum adhuc intra materni uteri angustias includeretur, voluit Dominus ostendere in mundum nato, quod futurum esset in adulto. Crebris quippe saltationibus ita movebatur, ut ipsos parentes suos stupor vehemens apprehenderet: qui motus signum creditur extitisse, quod contra hostes spirituales esset dimicaturus. Hic postquam in lucem prodiit, sacri Baptismatis charactere insignitus, Aldricus nominatus est. Qui more D nobilium in deliciis suavitatis educatus, in prima pueritiæ teneritudine, operibus maturis ætatem cœpit anticipare; et præclaram nobilitatem, præclarissimis bonorum actuum excubiis reddere clariorem, puerilibus portendens tirociniis, qualis quantusque athleta esset futurus. Nam B. Nicolai æmulus, multo jejunio tenerum corpus macerabat, et intempestiva abstinentia exiles attenuebat artus. Non solum autem parentes tanta bonæ indolis signa vehementi stupore afficiebant, verum etiam omnium contemplantium animos mirabiliter reddebant attonitos. Igitur a primis pueritiæ rudimentis puerilia devitans oblectamenta, suæ ingenuitatis magnificentiam morum honestate mirifice extollebat; et Deum totis viribus diligendo, in anteriora se extendens, operum maturitate perfectiores æmulabatur.

a b Præsagia virtutum præbet in utero, *ex ms.* *et pueritia:*

2 Tandem a parentibus traditus in liberalibus artibus erudiendus, mirabiliter cœpit proficere, et juxta scientiæ doctrinalis augmentum, incrementa religionis suscipere; ut non solum in liberalibus, verum etiam in spiritualibus disciplinis efficaciter institueretur. Recolens, juxta illud verbum Sapientis, mores ex convictu formari, cum Cœnobitis delectabatur continuare sermonem, et Religiosorum E colloquiis quamplurimum demulcebatur. Gaudebat cum illis tempore jejuniorum communicare, nocturnis vigiliis interesse, et studio sanctitatis concupiscentias illicitas penitus declinare. Secum etiam singulis momentis secretius tractabat, qualiter mundi fallaces evitaret illecebras, cujus conversatione diutina sanctitatis propositum impediri verebatur. Hujus zeli facibus B. Aldricus ardenter accensus, arctioris vitæ semitam deliberavit arripere; et ut habitum exteriorem interiori conformaret, habitum monachalem assumere destinavit. Sed ne parentes gravius molestaret, vel iis ignorantibus hoc ageret; nactus opportunitatem, eis pium mentis revelavit arcanum. Qui licet quadam pietate in primis non acquiescerent; attendentes tamen in eo relucere inæstimabilem caritatis ardorem, honesto proposito noluerunt obviare; sed eum, Deo perpetuo serviturum, monasterio præsentaverunt, quod in honore *c* B. Mariæ erat fundatum: ubi sub *d* Alcuino Abbate magistro litterali, cui dicti cœnobii administratio tunc temporis erat commissa, monachalis disciplinæ suscipit F insignia. Quo *e* defuncto, ad curam ejusdem loci gerendam substitutus est *f* Singulfus, natione Anglicus, nobili prosapia ortus, morum honestate præditus, et religiosæ conversationis prærogativa præclarus. Hic B. Aldrici futuram perpendens præeminentiam; quam manifesta religionis declarabant indicia, eum piis eruditionibus assidue instituebat; et, ut flos adolescentiæ in fructus uberes procederet, ætatem teneram pastorali cura studiose informabat. Singulis itaque diebus in adolescentulo succrescebat bonæ operationis industria, ut eruditorem suum in devotione, silentio, humilitate, et concordia uniformiter æmulari videretur, imo etiam cunctis præponi ad imitationis exemplum.

studiis liberalibus et piis exercitus: *habitum monasticum suscipit:* *a d sub Abbatibus Alcuino, e f et Singulfo proficit in virtute:*

3 Denique hujus beati adolescentis fama ad Sanctum *g* Hieremiam devenit, qui tunc temporis Archipræsulatui Senonensi feliciter præsidebat. Eum itaque videndi pio flagrans desiderio, præcepit eum suis conspectibus præsentari; ut, si fama de probitate ipsius vera prædicaret, præsentali visione et fide probaret oculata. Quo facto, tam admirandæ perfectionis expertus est, ut pluribus tam tacitis quam relatis, fama in ejusdem commendatione maligna fuisse videretur. Majori itaque promotione dignum arbitratus, ordine Diaconi illustrem insignivit

g ab Hieremia Archiepiscopo evocatus,

EX MS.

A *Parisiense, ad quod inter Episcopos, ut adsit* futurus Antistes Senoneus, *mandat Ludovicus Augustus, in Epistola aliquot mensibus ante data, quando electio* Aldrici *nondum facta aut saltem rata erat.*

f *S. Aldricus, in Epistola ad Frotharium Episcopum Tullensem,* Indigno mihi, *inquit,* Episcopalis cura injuncta est : quæ me, sicut indignum, ita quoque imperatum invenit. *Et inferius.* Quia prudentiæ meæ fiduciam ad tantum opus idonee exsequendum nullam habeo ; quæso ut vestra sacra intentio apud Deum obtinere laboret, quatenus et meipsum sincere custodiam, et commissorum mihi curam eo miserante venerabiliter saltem exerceam, *ubi mallem legere,* Venialiter saltem

NOT. 40

g *In Historia miraculorum S. Baboleni Abbatis Fossatensis, danda 26 Junii, dicitur* Ecclesia elegantiore opere a religioso Abbate *Fossatensi* Benedicto constructa, et a S. Aldrico Senonensium Archiepiscopo aliisque Præsulibus dedicata, *ubi annotamus id factum anno* 839. *Ad hoc monasterium translatum est corpus S. Mauri discipuli S. Benedicti, cujus Translationem dedimus* 15 *Januarii, ubi plura diximus de dicto monasterio, quod* S. Mauri *fere appellatur.*

B h *Est hæc Ecclesia Cathedralis, S. Stephano dicata.*

i *Mabilio* Marrymardum, *et mallet legi* Marcavardum ; *quod* limitis custodem *significat, et apte quadrat fastuoso ejus mox dato responso. Hunc autem idem ait,* postea factum Monachum Ferrariensem, dein Abbatem Prumiensem, *ad quem extant variæ Epistolæ Lupi Abbatis. E vivis excessisse dicitur Bucelino anno* 853.

k *Mutilus hic locus apud Mabilionem, sic legitur :* quid omnium præteritorum gratia.

l *Robertus Autissiodorensis in Chronico,* Hic, *inquit de Aldrico,* cœnobium S. Remigii, in propria villa ejusdem cœnobii, quæ vocatur Vallilias, commutavit : quo tamen imperfecto, plenus virtutibus obdormivit in Domino. Post Aldricum præfuit Wenilo, qui cœnobium S. Remigii apud Vallilias, a suo prædecessore inceptum, perfecit. *Ipse Aldricus Privilegium transferendi cœnobii accepit in conventu Wormatiensi anno* 833, *excusum Tomo* 7 *Conciliorum Labbei cum S. Aldrici Epistola, cui primus subsignat, et dein subscripserunt Episcopi quinque et viginti et aliquot Abbates : ac dein Ludovicus Pius hoc Aldrici Privilegium ratum habuit, per diploma anno* 834, *die*

C 16 *Kalendas Decembris signatum. Locus autem jam* Vareilles *appellatur.*

m *Lupus, Epistola* 29 *ad Guenilonem successorem, eadem ita confirmat :* Decessor tuus beatæ memoriæ Aldricus, qui præfati Cæsaris, *Ludovici Pii,* jussu, et mirabili bonorum annisu, nobis cum esset Abbas, ablatus et Ecclesiæ Senonicæ Pontifex factus est, ad nos immutabiliter proposuerat regredi, Episcopali cura omissa ; quando hanc vitam, ut credimus, feliciori mutavit.

n *An non potius anno* LI *ætatis, et* 6 *Junii anni Christi* DCCCXLI *Senonibus mortuus, et dein* VI Idus Octobris *Ferrariæ tumulatus, supra inquisitum.*

CAPUT III.

Translatio corporis. Miracula patrata.

a
b
Sub successore
c

Post B. Aldricum prædictæ urbis Cathedram sortitus est *a* Geneaulus, quem ipse sæpedicto monasterio *b* Abbatem præfecerat. Hic igitur bonorum actuum exercitiis pervigilans, et mente cœlestibus inhærens, divinitus comperit ubi requiescerent *c* corpora sanctorum Martyrum, scilicet Saviniani et Potentiani, Eodaldi et Serotini, quorum reverentia ne tempore et neglectu obsoleret, corpora beatorum Martyrum omni pompa solenni in ecclesia S. Petri honorabiliter collocavit. Corpus etiam B. Lupi Senonum Præsulis, et B. Columbæ Virginis, quæ sub Aureliano Imperatore passa est, et* altera transtulit, et in loco recondidit, ubi usque in hodiernum diem eis debita exhibetur reverentia. Fabricæ, quam beatus Aldricus prædecessor suus apud Valerias inchoaverat, manu consummationis finem apposuit. D

corpora Sanctorum translata,

**an* altare?

monasterii fabrica perfecta,

13 Fuerunt autem in prædicto cœnobio tres juvenes, *d* Gauberto qui ejus curam susceperat, jugi famulatu assistentes : qui obsequii sedulitatem per vitæ lasciviam detrahentes, devotius gulæ quam Domino famulantes, Monachis dormientibus cibi potusque crapula se ingurgitabant : et in ridiculis et carminibus obscœnis intempestivæ noctis horas producebant. Accidit autem, ut somno gravati tandem requiem peterent, ut vinum quo madebant paulisper digererent. Usu vero temerario locum, in quo corpus B. Aldrici quiescebat, ebrietatis errore, vel contumacia correpti petierunt, et ibi somno resoluti repente obdormierunt. Sed Dominus locum, sacris artubus servi sui dedicatum, non patiens profanari ; dormientes mirabiliter subvexit, et unum trans flumen proximum in strata publica, duos sub fago longe collocavit. Tandem aurora rutilante a plebe inventi sunt, dum de more ad Sanctorum in prædicto monasterio quiescentium properaret suffragia. Omnibus a somno excitatis, et miraculosum eventum confitentibus, stupor omnes apprehendit ; et nomen sancti Confessoris, magnificatum ad honorem Dei, claruit gloriosius. E

d

tres ebrii, dormientes supra corpus B. Aldrici, divinitus avehuntur :

14 Translatum est autem *e* corpus ejus a stillicidio ecclesiæ, virtutum indiciis clarescentibus, et in sublimiori exedra venerabiliter collocatum. Erat eo tempore vir quidam Consularis, Mauricius nomine, nobilis quidem genere, sed genus opere denobilitans : cujus instinctu satellites prædictis Monachis exactionibus indebitis cœperunt graviter injuriari, et res suas suorumque violenter deprædari : quod toties nullo resistente facere consueverant, ut quod erat illicitum, consuetudo videretur licitum facere, et usus delinquendi delictum minorare. Itaque Monachi, tantæ calamitatis pressura coarctati, nec ab aliquo sperantes defensionis præsidium, communicato consilio constituerunt locum tranquilliorem petere, et per absentiam suam hostibus occasionem F malignam præripere. Qui rebus suis plaustro impositis, sumptoque corpore B. Aldrici, cum ceteris Sanctorum pignoribus, iter sub noctis silentio arripuerunt. Dum autem per anfractus viarum devios plaustrum ducerent incaute ; progrediens bubulcus quidam, in terram provolutus corruit : per cujus tibias rota plaustri graviter onusti transiens, eum seminecem credebatur reliquisse. Quo infortunio omnes perturbati, clamorem tollunt lacrymabilem ; et voce consona opem S. Aldrici deposcunt : ad quorum devotionem bubulcus surrexit illæsus, tamquam nihil sensisset gravaminis ; et iter aggrediens, soliti operis officium prosecutus est. Igitur luctu cunctorum in gaudium converso, Deo gratias reddentes, ad monasterium *f* Villarense feliciter pervenerunt. Quo audito, ad sancti Confessoris patrocinia plurima turba virorum et mulierum devote confluxit ; inter quos, audito miraculo, ivit Consul Mauricius, minaci increpatione, in nocturna visione sibi facta, a B. Aldrico valde perterritus : qui ante Reliquias, cum lacrymis et gemitu, præcedentis delicti postulavit indulgentiam ; et imposterum monasterio, quod violaverat, spopondit debitam exhibere reverentiam. Voto igitur ab omnibus collaudato, [et scripturæ] munimine roborato, cum Reliquiis beati

e
Corpus honestius collocatur :

et ob exactiones indebitas

deferendum in plaustro,

servat bubulcum illæsum,

f

emendato exactore revehitur:

A beati Confessoris, ad locum solitum hilariter reversi sunt.

15 Erat autem consuetudo, quod Ferrariensis cœnobii Congregatio, finita festivitate Pentecostes, cum solenni pompa singulis annis Castrum Nantonis *g* peteret, obsequia devotionis redditura et suffragia Sanctorum petitura. Igitur cum ad locum prædictum, tempore debito, pii cineres Deo dilecti Patris Aldrici, .digna veneratione deportarentur; ecce puella grandiuscula, quam in lucem sine luce maternus effuderat uterus, per turbam eluctata, pannum Reliquiis superpositum in gestatorio manu injecta corripuit; et firmiter adhærens, per * tantum viæ spatium inde divelli non potuit; sed semper opem pii Confessoris intimo devotionis affectu feliciter postulavit. Ut tandem ad Castrum prædictum pervenerunt; in loco quodam ante portam facta mora modica, disposuit æternum Dei consilium, per virtutis opera mirificare Sanctum suum. Ibi namque patenti populorum spectaculo, erumpentibus ex oculis jam dictæ puellæ guttis sanguineis, per merita sancti Confessoris lux nova nativam cæcitatem

B illustravit. Illico ab omnibus concurritur, miris laudum præconiis attollitur Deus, qui in suis Sanctis semper est mirabilis.

g
puella a nativitate cæca illuminatur:

* *an* totum

16 Advenerat forte revoluto anni curriculo B. Aldrici dies solennis: quem cum populus universus debita celebritate veneratur, mulier quædam scelerosa, quasi in contemptum solennitatis, nebat attentius, per peccatum inobedientiæ Ecclesiasticis sese opponens institutis. Quod dum fieret, venit ad eam hostis malignus in specie canis nigri, et manum ipsius deglutire moliebatur: quem obnixius arcere gestiens, non potuit; sed læsa morsu funesto labefacta corruit, manumque labentis fusus proprius perforavit; ut quasi manca de cetero manus illius solito officio destitueretur *h*.

in festo ejus nent fit manus inutilis.

h

17 Tempore præcedente contigit hominem quemdam, Rambaldum *i* nomine, aliquamdiu propriis pollere divitiis; sed in senium vergens ad tantam devenit inopiam, ut nihil ad vitam suppeteret, nisi quod uxor sua, nomine Supplicia, labore manuum suarum acquirebat. Qui sæpe recolens felicitatem præteritam, ærumnarum cumulum gravius sustinebat, cum infelicissimum genus infortunii sit fuisse felicem. Accidit autem ad sui doloris augmentum, ut uxor sua solita corporis valetudine destituta, in diutinum languorem incideret; nec solito beneficio

C viri debilitatem poterat refovere, eidem consors facta miseriæ. Rebus igitur adversis graviter afflicti, opem divinam humiliter deposcebant; ut qui dat escam omni carni, non sineret eos miserabili penuria deperire. Cum autem, post nimiam luctus defatigationem, contingeret virum obdormire; ei revelatum est in somnis, quod uxor ejus subsidium B. Aldrici humiliter peteret, et doloris medicinam efficaciter inveniret. Excitatus vero a somno, pandit uxori cuncta quæ viderat, consulens et exhortans, quatenus cogitatum jactans in Domino et in ejus Confessore, fiducialiter agat. Illa vero consurgens, post modicum temporis intervallum, ad B. Aldrici limen cum humilitatis devotione pervenit: et spiritu contribulato ante sepulcrum, in quo pii cineres quiescebant, divinam implorans clementiam, a languore penitus liberata, pristinam recepit sanitatem, ipso adjuvante, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen *k*.

i

pauperis viri languens mulier sanatur.

ANNOTATA G. H.

a Geneaulus, *nomine plane detorto*, *aliis* Guenilo, *seu* Wenilo *dicitur. Mabilioni* Heneaulus.

b *Proximum successorem* S. Aldrici *in Abbatia* *Ferrariensi fuisse* Odonem *censet Mabilio, nec recipit* D Wenilonem *inter Abbates; sed eum immediate putat* EX MS *assumptum ex Palatio, ut in Senonica Sede Aldrico succederet. Et sane Carolus Calvus in libello proclamationis cap.* 1, *asserit,* se Weniloni, tunc Clerico in capella sua, cum consensu sacrorum Episcoporum ipsius Metropolis, hanc ad gubernandum commisissé. *Est tamen quod aliquis suspicetur*, Odoni *Abbati, quia Lothario faveret pulso, suffectum* Wenilonem *ex commendatione Aldrici, assumptumque deinde ad ministerium Capellæ Regiæ, ac denique ad Archiepiscopatum. Videtur hoc quidem infra Abbatum dignitatem, cum econtra Lupus Ep.* 25 *queratur* Clericos Palatii diversorum sibi cœnobiorum Dominium aptare atque poscere. *Sed occurri objectioni huic potest dicendo,* Wenilonem, *non simpliciter* Capellanum, *seu* Clericum Capellæ *fuisse; sed* Archicapellanum; *quorum longam seriem texit Cangius in Glossario Tom.* 1 *col.* 787 *et* 788, *in iisque non solum Abbates, sed et Episcopos et Archiepiscopos nominat. Rex autem de* Wenilone, *ut ingrato conquerens, contemptim vocaverit* Clericum. *Sic commotus contra S. Thomam Archiepiscopum Cantuariensem Henricus Rex Angliæ, queritur impune sibi* a plebeio quodam Clerico illudi, E *ut est in Vita apud Surium cap.* 21.

c *Clarius in Chronico Senonensi hanc Translationem refert* ad annum 865, et VIII Kalendas Septembris; *ac loco* Serotini *habet* Altinum. *In Chronico Monachi Altissiodorensis uterque collocatur, quod idem facit Saussayus, sed ad* X Kalendas Septembris, *seu diem* 23 *Augusti, eosque simul r colit* 31 *Decembris: quo die Martyrologio Romano inscripti sunt* Sabinianus *et* Potentianus, *cum* S. Columba. *At* Lupus *Episcopus Senonensis refertur Kalendis Septembris.*

d *Sammarthanis* Gausbertus, *Lupi successor*, *et in miraculis* Alduini (*puto* Aldrici *scribere voluisse*) *nominatus.*

e *Hanc Translationem celebrari apud Ferrarienses trigesimo die Julii, indicat Mabilio, sub initium observationum præviarum.*

f *Vulgo* Ville-monstier, *quasi* Viller-monstier, Villare-monasterii: *ubi etiam nunc est Prioratus, Floriacensi monasterio subjectus, haud longe ab oppido Argiso seu Monte Argiso, duobus millibus passuum a monasterio Ferrariensi.*

g *De* Castro Nantonis *egimus* XI *Februarii, ad Vitam S. Severini Abbatis Agaunensis: qui dum Parisiis, curato precibus Chlodoveo primo Rege, reverteretur, vita functus est in* Castro Nantonis, *Gallice* Chasteau-Lemdon, *gemina leuca Ferrariis dissito.*

h *Infra in Hymno primo dicitur, apud capsam prostrata, ope S. Aldrici salutem consecuta.* F

i *Mabilioni* Tamboldum.

k *Subjunguntur a Mabilione duæ epistolæ S. Aldrici: quibus omissis, damus tres Hymnos, ab Andrea du Chesne etiam submissos.*

HYMNI.

Felix dies hodierna, digna laude sempiterna,
Qua cœlos Aldricus scandit, et polorum iter pandit.
Hic ante diem obitus, post legis pios monitus,
Ferrarias sepulturam funeris legit futuram.
Ubi quantis miraculis enituit a seculis,
Ut pie constat credere, nullus sufficit promere.
Solennitate præsenti numquid mulieri nenti
Claret canem teterrimum suam momordisse manum?
Ecclesiam ingreditur, coram capsa prosternitur,
Ut Aldricum exoravit, salutem recuperavit.
Cœtus omnis Monachorum, ibat quolibet annorum,
Cum pompa processionis ad castrum rite Nantonis:
Cum sacra nobilis capsa, Aldrici continens ossa,
Illuc semel portabatur, cæca nata illustratur.

Laus,

Ex MS

A Laus, honor, reverentia, regnum, virtus et gloria,
Sit decus et imperium Satori rerum omnium.
II Clara præsens Ecclesia nunc Aldrici præconia
Modulizet, hac in die pangens odas lætitiæ.
O Galliarum gloria, ex Principum prosapia,
Tu decus omne Fratribus, quos exornasti moribus.
Imitator magnifice Joannis, pastor Aldrice,
Maternis in visceribus crebris saltationibus;
Infans, mirabile, dictu! parvo contentus amictu,
Degens in pueritia mira cum abstinentia.
Ferrariarum felices quis reserabit apices,
Ubi sic est eruditus Aldricus atque nutritus?
Agmine cum monastico hoc fundo Bethlemitico
Militavit sub regula, flocco tectus aut cucula.
Ex hinc Abbas eligitur et Patribus præficitur,
Electione normali rituque cœnobitali.
Pastor hujus cœnobii, tuis sacris subsidiis
Pasce gregem tibi datam, discrimine constipatum. D
Honor summo Creatori, Patri sit et Redemptori
Sacro Flamini pariter, in æternum perenniter.
III Dulce melos et cantica pangat omnis Ecclesia,
Ingenti cum tripudio Aldrici sub præconio.
Hic Senonum sublimatus ad apicem Præsulatus,
Plebem miro conamine rector rexit regimine.
Ante valvas Ecclesiæ virum vocat superbiæ,
Quærens cujus dignitatis: Custos, inquit, Civitatis.
Ut quid custos aliorum, ritu nequam magistrorum,
Inter tot ambagum curas te servare non procuras?
Mox, ex oratu Pastoris, cor flectitur peccatoris,
Religionis adytum vilemque sumens habitum.
Quin et Præsul piissimus, morumque serenissimus,
Valerias Ecclesiam construxit Deo congruam:
Qui nunc, Aldrici precibus, cunctis pollens virtutibus
Annuat nobis in gloria, ejus frui præsentia. Amen.

DE S. HILARIONE JUNIORE,

B E

HEGUMENO ET CONFESSORE CONSTANTINOPOLI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

De ejus Monasterio, vita et cultu, ex Græcorum Ritualibus.

ANNO DCCCXLV.

Dalmati celeberrimum CP. Monasterium,

Dalmati *seu* Dalmatarum monasterium, *Constantinopoli celeberrimum ac vetustissimum, nomen istud debet cuidam* Dalmato; *qui, sub Theodosio Juniore, dimissa uxore ac liberis, cum uno eorum* Fausto, *se contulit ad S. Isaacium. Hujus licet proprius dies sit* XXX *Maji, communi tamen cum duobus illis festo etiam colitur* III *Augusti, ubi de illo, in quod post Valentis cædem se contulit, monasterio dicitur,* ὃ τῶν Δαλμάτου νῦν λέγεται, quod eorum qui Dalmati sunt nunc appellatur. *Plura de hoc monasterio ejusque nomenclatore vide apud eruditissimum Cangium, Constantinopolis Christianæ lib. 4 cap. 8. Hujus monasterii Abbatibus aliquibus, si non omnibus, prærogativa peculiaris fuit, ut* Catholici *seu* Abbates universales *nominarentur, qualis apud Theophanem anno* XXX *Justiniani, obiisse dicitur* Timotheus, Ἔξαρχος τῶν μοναστηρίων καὶ Ἡγούμενος τῆς Δαλμάτου μονῆς. *Nos hic insignem illius Abbatem proponimus* Hilarionem, Juniorem *dictum cum respectu ad magnum illum* Hilarionem, *qui* XXI *Octobris colitur. Varia is exilia sub Leone Armeno, Michaele Balbo, atque Theophilo Iconomachis, et carceres plures passus; restitutæ anno* DCCCXLII *per S. Theodoram Theophili viduam orthodoxiæ triennium supervixit, adeoque obiit anno Christi* DCCCXLV.

C

insignem hunc sub Iconomachis Confessorem tulit:

quem etiam Moschi colunt:

2 *Idem express. legitur in Synaxario Moscovitico, quod nobis Latinum ex impressis fecit Perillustris ac Generosus Dominus Gabriel Baro de Sparwenfelt Suecus, toto quinquennio Moscuæ commoratus, multaque de gentis illius historia sacra ac profana, nec non de ipsa Slavo-Russica lingua prælo parata habens, itemque de antiquis Sueciæ Patronis ac Sanctis multa pollicens. Synaxarium prædictum sic habet:* B. Hilarionis Junioris, in monasterio Dalmatarum; qui postquam multa pro imaginibus perpessus esset, obiit anno DCCCXLV, sub Theodora et filio ejus Michaele, *quæ omnia conveniunt cum infra dicendis; et, quoad hujus diei cultum, confirmantur ex Ephemeride figurata.*

3 *Idem celebrior cultus etiam ad Arabo-Ægyptios transierit, Synaxariorum Græcorum beneficio; quorum Græcorum erga ipsum venerationem testantur, primo Tipycum,* εἰς τὰς ϛ', *id est,* VI Junii, *præscribens officium faciendum* Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Βησσαρίωνος τοῦ θαυματουργοῦ, Καὶ τοῦ ὁσίου Ἱλαρίωνος τοῦ Νέου μονῆς τῶν Δαλμάτων. S. P. N. Besarionis Thaumaturgi, et S. Hilarionis Junioris monasterii Dalmatarum: *qui idem fere titulus eidem diei præfigitur in Menæis excusis, ubi tamen nec verbum quidem* de Besarione, *a nobis ad* XVII *hujus dilato, sed Odæ omnes sunt de solo* S. Hilarione, *illius Angelicam puritatem, insignem abstinentiam, invictam constantiam, et crebra miracula multimodis collaudantes; sed, quod mireris, post Oden* VI, *ubi vitæ compendium legi deberet, de* Hilarione *etiam nihil habetur præter versus tres, quorum duo Iambi, quales Sanctorum Elogiis secuturis præmitti solent, hoc tenore:*

ejus precibus hodie apud Græcos cultus

Ἱλαρὸς ὢν πνεύματι σὺ Ἱλαρίων,
Ἱλαρὸς ἐν σώματι γε καὶ καρδίᾳ. F
Hilaris Hilarion spiritu cum sis pio,
Sis hilaris etiam corpore et corde in Deo.

Sequitur ex Ephemeride metrica Hexametron, nihilo minus prærogativam cultus præcipui sic denotans;

Βῆ δ' ἐς ὄλυμπον Ἱλαρίωνος κέαρ ἁγνὸν ἐν ἕκτῃ.
Cor mundum sexta petit Hilarionis olympum.

Vita ex MS. Divionensi.

4 *Vitam, in Annotatis ad Ephemerides Græco-Moscas, non inveniri querebar; sed nescio an alia unquam scripta extiterit, quam mox danda ex Synaxario Divionensi, ubi illa habetur; breviter quidem, sed accuratissime digesta; idque ad diem præcedentem, quo etiam die idem Synaxario Constantinopolitano MS. quod Parisiis in nostro ibi Collegio servatur; nec non in duobus aliis ibidem Parisiis, quorum unum Cardinalis Mazarini fuit, alterum possidetur a PP. Prædicatoribus reformatis, in via S. Honorati: sed in* βίοις Ἁγίων *Maximi Cytherorum Episcopi, novoque Anthologio Arcudii, Menæa Typicaque secutis, tenetur dies hodiernus.*

Ferrarii circa eum errores.

5 *Idem, istis allegatis, fecit Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, in Romano Martyrologio desideratorum: sed si propriis oculis ipsa legere potuisset, ex* Dalmatarum

A Dalmatarum *seu potius* Dalmati monasterio *non fecisset* Dalmatiam; *neque huic describendæ tam operose incubuisset in Notis: non etiam dixisset, Græcos in Menologio et Anthologio* vitam admirabilem *Hilarionis referre, quod longissime a vero abest, sicut vidimus. Si pridem promissæ et a Jacobo Sirmondo nostro collegi operosius cœptæ, S. Theodori Studitæ Epistolæ,* D *aliquando lucem videant; inveniemus verosimiliter aliquas* S. Hilarioni *inscriptas: utinam et Vitam prolixiorem et miracula aliquis alicunde producat: nunc quod habemus et solum dare possumus, accipe.*

AUCTORE D. P.

VITA COMPENDIO COLLECTA

Ex MS. Synaxario Divionensi.

Οὗτος ὁ μακάριος Ἱλαρίων, πατρὸς μὲν ὑπῆρχε Πέτρου Καππάδοκος, καὶ μητρὸς Θεοδοσίας, εὐσεβῶν καὶ θεοτίμων, ἀλλὰ καὶ γνωρίμων τῷ Βασιλεῖ· ὁ γὰρ πατὴρ τὸν ἄρτον τῆς βασιλικῆς τραπέζης ἦν χορηγῶν. Γεννηθέντος δὲ τοῦ Ὁσίου ἐξ αὐτῶν, καὶ ἀπογαλακτισθέντος, ἐπαίδευσεν ἐπιμελῶς ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν. Εἴκοσι δὲ γενόμενος ἐτῶν, καθαλιπὼν εὐαγγελικῶς πατέρα καὶ μητέρα, οἰκείαν, πλοῦτον, γέγονε Μοναχὸς ἐν τῇ μονῇ τοῦ Ξηροκηπίου ἐν τῷ Βιζαντίῳ. Εἶθ᾽ οὕτως ἐλθὼν ἐν τῇ μονῇ τοῦ Δαλμάτου, ἔλαβεν τὸ μέγα καὶ ἀγγελικὸν καὶ ἅγι σχῆμα, καὶ ἡσυχίαν καὶ ὑπακοὴν καὶ ταπείνωσιν πολλὴν B ἔχων, ἐδούλευε τῷ κήπῳ χρόνοις δέκα, καὶ τὴν ψυχὴν ὡς ἥλιος λαμπρύνας, γέγονε θαυματουργός. Πνεῦμα ἀκάθαρτον διώξαντα, ἐκ νεανίσκου τινός, Ἱερουργὸν ὁ Ἡγούμενος πεποίηκε καὶ μὴ θέλοντα. Τελειοῦντος δὲ τοῦ Ἡγουμένου μετὰ χρόνων τινῶν, παραδραμὼν ἀποδρὰς, καὶ εἰς τὸ ὀψίκιον περάσας, ἐν τῇ μονῇ τῶν Καθάρων προσέφευγε. Τοῦτο οἱ Μοναχοὶ μεμαθηκότες, προσανεφέρουσιν Νικηφόρῳ τῷ ἁγιωτάτῳ Πατριάρχῃ, ὁ δὲ τῷ Βασιλεῖ Νικηφόρῳ προσυπομνήσας, ἀπέστειλεν ἀναγαγεῖν αὐτόν· καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ Βασιλέως εἴξας, γέγονε Ἡγούμενος καὶ Ἀρχιμανδρίτης, καθὼς ἐκεῖσε συνήθεια, ἀπὸ συνόδου τυπωθεῖσα.

2 Ὀκτὼ δὲ χρόνους τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην χριστομιμήτως κυβερνήσας, τοῦ θηριωνύμου Λέοντος τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας δραξαμένου, καὶ καθελοντος τὰς ἁγίας εἰκόνας, αχθεὶς καὶ οὗτος ἐν τὰ βασίλεια, αναγκάζετο διὰ πιθανολογίας, ὡς ὁ βδελυρὸς ᾤετο, καὶ ὑποσχέσεων, τῶν ἁγίων μὴ ὑποστρέφεσθαι εἰκόνων. Ἀλλ᾽ οὗτον ἐλέγξας, καὶ ἄθεον αὐτὸν καὶ νεον Παραβάτην αποκαλέσας, εἰς ὀργὴν οὐ μικρὰν αὐτὸν ἐκίνησε. Καὶ τότε μὲν κολάσεις πολλὰς καὶ αφορήτους τῷ Μακαρίῳ ἐπαπειλήσας καθεῖρξε· μετὰ χρόνον δὲ παλιν παραστήσας αὐτὸν, καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς προτερον διεξιὼν, τῷ ὁμόφρονι αὐτοῦ παρέδωκε Πατριάρχῃ καὶ κοινοετῷ ὁμοίᾳ δυσσεβείᾳ· ὃς σκοτεινῇ κατακλείσας φρουρᾷ, ἐταρίχευεν μετὰ πολλὰς ἡμέρας μήτε ἄρτος, μήτε ὕδωρ, μήτε ἄλλο C τι [ἐάσας] προσδοῦναι αὐτῷ. Τοῦτο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ μεμαθηκότες, ἦλθον πρὸς τὸν Βασιλέα, λέγοντες. Ὦ Βασιλεῦ, αποδὸς ἡμῖν τὸν Ποιμένα, καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ ἐπαγγελόμεθα τὸ σὸν περατωθῆναι θέλημα. Ὁ δὲ απατήσας τῇ ὑποσχέσει αὐτῶν, δέδωκε τὸν Ἅγιον μετὰ σπουδῆς. Τοῦ Ἁγίου δὲ χρονοτριβήσαντος ἐν τῇ μονῇ, καὶ μικρὰν ἄνεσιν τῆς ταλαιπορίας καὶ τοῦ λιμοῦ λαβόντος, ἐματαιοῦτο ὁ Βασιλεὺς, την ὑπόσχεσιν προσδεχόμενος ἐπι τούτοις· γνοὺς δὲ ὅτι ἐνεπαίχθη, τοὺς μὲν Μοναχοὺς ἠμύνατο, τὸν δὲ Ἅγιον τῇ φυλακῇ ἔθετο.

3 Εἶθ᾽ οὕτως ἀποστείλας ἐν τῇ μονῇ τοῦ Φονέος κατὰ τὸ Στένον, ἐπὶ μησὶν ἓξ τῇ φρουρᾷ καθεῖρκτο, δεινοῦ καὶ αδυσωπήτου καὶ σκληροῦ τῆς μονῆς τοῦ Ποιμένος ὄντος. Πάλιν δὲ εἰς τὰ βασιλεια τοῦ Ἁγίου αχθέντος, κολακίαις ἐπειρατο ὁ θηριώνυμος τοῦτον ὑποσκελῖσαι· αλλὰ μὴ εἰσακουσθεὶς, ἐν τῇ μονῇ τοῦ Κυκλοβίου φυλακῇ κρατεῖσθαι καὶ κακουχεῖσθαι προσέταξε· και μετὰ χρονους δυὸ καὶ μῆνας ἕξ, τῇ φυλακῇ τῶν Νουμέρων προσέταξε καθεῖρξαι. Ἐκ ταύτης δὲ, πρότερον μαστίξας σφοδρῶς, εἰς τὸ Προτίλιον κάστρον ἐξώρισε. Μαχαίρας δὲ τούτου τὴν ψυχὴν απορρήξακτος ἐν τῷ ναῷ, ἔνθα την αγίαν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ ἐν πρώτοις καθεῖλεν, ἐκρατησεν τῆς βασιλείας Μιχαὴλ ὁ Θραῦλος. Τότε ὁ ἀπολυθεις, ἐξενίσθη παρά τινος γυναικὸς πιστῆς, ἐν τῷ ἰδίῳ αὐτῆς οικήματι, ἐπὶ χρόνους επτά. Ταύτης οὖν αὐτῷ ἀόκνως διακονησά-

Beatus hic Hilarion, patrem quidem habuit Petrum Cappadocem, matrem vero Theodosiam, pios ambos ac Dei cultores; insuper et notos Imperatori, eo quod pater Regiæ mensæ panem subministraret. Ita genitus ex illis Sanctus et ablactatus, diligenter institutus fuit in sacris litteris. Cum vero annorum jam esset *a* viginti, derelinquens secundum Evangelium patrem ac matrem, domum atque divitias, Monachum se fecit Byzantii in monasterio *b* Xerokepii. Inde ad monasterium Dalmati translatus, magnum atque angelicum et sanctum Habitum suscepit. Multa autem modestia, obedientia, atque humilitate præditus, servivit in horto annis decem; et animam componens, sic ut solis instar splenderet, dignus etiam effectus est, qui miraculorum patrator appellaretur. Cum vero etiam impurum dæmonem a quodam juvene expulisset, Sacerdotem eum vel invitum fecit Hegumenus suus ordinari. Quo e vivis excedente, cursim ille subducens sese, transfretavit in minorem circa Propontim Asiam *c*, atque ad Catharorum monasterium confugit. Non potuit ea res diu latere Monachos: sed eam mox annuntiaverunt sanctissimo tunc Patriarchæ *d* Nicephoro, qui ad cognominem Imperatorem ipsam detulit, miseruntque qui reducerent illum. Tum vero adhortationibus Imperatoriis persuasus, factus est Hegumenus et Archimandrita, secundum ritus ibidem a *e* Synodo ordinatos.

Nobilibus ac piis parentibus natus,

et Monachus factus

ordinatur Sacerdos et Hegumenus:

2 Jam annis octo Christi gregem ad Christi exemplum gubernaverat; cum Leo nominis ferini appellatione ad sceptra Imperii pervenit, cœpitque Imagines sacras abolitas velle. Pertractus igitur etiam ipse ad Palatium *f*, compellebatur verbositate multa, cui execrandus ille assueverat, pollicitationibusque, non amplius ad sacras Imagines venerandas accedere: verum redarguens eum, ipsum appellans atheum ac novum Apostatam, ad vehementem iram concitavit. Et tunc quidem ille multa intolerandaque tormenta comminatus, includi Sanctum fecit: post aliquod vero tempus, iterum sisti eum sibi jubens, et eadem quæ prius ex ipso audiens; tradidit ejusdem secum mentis et impietatis Patriarchæ *g*: qui obscuræ ipsum includens custodiæ, diebus pluribus asservavit, mandans ut nec panis, nec aqua, nec aliud quidpiam ipsi præberetur. Hoc cum discipuli ejus cognovissent, accesserunt ad Imperatorem, dicentes; O Imperator, trade nobis Pastorem, et pollicemur tibi, quod brevi implenda fit voluntas tua. Qui tali pollicitatione ipsorum deceptus, tradidit illis confestim Sanctum. Et hic quidem in monasterio diutius commorans, non modicum recreatus fuit ab ærumnis ac fame quam sustinuerat; Imperator vero frustrabatur expectans promissorum fidem, donec illudi sibi cognovit: quapropter et Monachos insectari cœpit, et Sanctum rursus mancipavit carceri.

E

a Leone Arm. imagines abolente

F

traditus Pseudopatriarchæ torquetur inedia;

sed a suis callide liberatus,

3 Postea misit ipsum Imperator ad monasterium Homicidæ, quod est juxta *h* Fretum, ibique sex mensibus conclusum tenuit, sub monasterii Pastore, homine aspero duroque et inexorabili. Rursum vero

A vero adductum in Palatia tentavit efferus blandimentis subvertere; sed nihil in eo proficere se videns ad *i* Cyclobii monasterium amandavit; ibique teneri vinctum et ærumnose haberi præcepit. Inde vero, post duos annos et menses sex, in carcerem *k* Numerorum jussit eum transferri: atque hinc, sed prius atrociter fustigatum, ad Protilium castrum. Cum autem infelicis illius animam in templo *l* gladius expulisset, unde prius sanctam Christi imaginem sustulerat; Imperium suscepit Michael Balbus. Tunc Sanctus solutus vinculis, hospitium accepit apud fidelem quamdam mulierem in propria ejus domo: quæ dum impigre eidem ministrasset totis septem annis, et Imperium consecutus Theophilus *m* Confessores omnes ad se evocaret, etiam hic Beatus requisitus utrum Imperiali mandato vellet obsequi. Ast ille eum increpuit, ut impium ac deceptorem: quare plagis septemdecim supra centum dorso exceptis, in Aphusiam *n* insulam est relegatus: ubi angustissimam sibi cellulam ex saxis construxit, in eaque octennium transegit. Mortuo vero Theophilo, uxor ejus *o* Theodora, omnes undique Confessores ab exilio revocatos, in regiam urbem convocans, restitutionem sacrarum imaginum adorationemque sancivit. Dimissus ergo etiam Hilarion, proprium ad monasterium est regressus, multisque in eo miraculis splenduit: triennio autem supervivens, discipulosque secundum Deum instruendo gubernans, ad Dominum emigravit, annum ætatis suæ septuagesimus agens.

per varios deinde carceres circumducitur.

sub Michaele Balbo

et Theophilo exilium passus,

a S. Theodora revocatur, et moritur æt. an. 70

D σεν, καὶ Θεοφίλου βασιλεύσαντος, καὶ πάντας τοὺς Ὁμολογητὰς συλλεξαμένου, ὁ μακάριος Ἱλαρίων ἐξητάζετο εἰ πείθεται τῷ βασιλικῷ προστάγματι. Καὶ ὃς ἐλέγξας αὐτὸν μᾶλλον, ὡς ἄθεον καὶ ἀπατεῶνα, διὰ τοῦτο μαστίγας ἑκατὸν πρὸς ταῖς ἑπτὰ καὶ δέκα νώτῳ δεξάμενος, ἐν Ἀφουσίᾳ τῇ νήσῳ ἐξωρίσθη. Δομήσας δὲ κελλίον ἐκεῖσε πάνυ στενώτατον, καὶ διαγαγὼν ἐν αὐτῷ χρόνους η'· καὶ τοῦ Θεοφίλου τελευτήσαντος, ἡ τούτου σύζυγος Θεοδώρα, πάντας τοὺς ἐν ἐξορίᾳ Ὁμολογητὰς συναθροίσασα ἐν τῇ βασιλευούσῃ, τὴν ὀρθοδοξίαν ἐκράτυνε, διὰ τῆς τῶν ἁγίων εἰκόνων ἀναστηλώσεώς τε καὶ προσκυνήσεως. Ἀπολυθεὶς δὲ καὶ οὗτος, ἀπῆλθε πρὸς τὴν μονὴν αὐτοῦ, ἐξαστράπτων τοῖς θαύμασιν. Τρεῖς δὲ ἐπιβιοὺς ἐκ τότε χρόνους, καὶ θεοπειθῶς καὶ εὐαρέστως τοῖς μαθηταῖς ὁδηγήσας, ἀπῆλθε πρὸς Κύριον, ἐτῶν ὑπάρχων Ο'.

B

ANNOTATA D. P.

a *Qui anno ætatis septuagesimo, Christi* 845 *obiit, nasci debuit anno* 775, *et vicennis anno* 795 *monasterium ingredi.* b Xerokepii *monasterium, quod* Arentis horti *possis interpretari, videtur illud esse quod tempore Junioris Theodori struxisse Patricium quemdam scribit Codinus, S. Gregorio Nazianzeno sacrum.* E

c Ὀψίκιον, *Latine* Obsequium *reddas, eoque nomine etiam dicta est Legio, destinata ad obsequium seu comitatum Imperatori præstandum: quæ quia solebat præsidio statui in ea Asiæ minoris parte, cujus Metropolis Nicæa, urbes præcipuæ sunt Colyrum, Dorylæum, Medæum, Apamea, Lampsacus, Cyzicus et Abydus, sive Provincia Propontidi ad orientem meridiemque adjacens, Bithyniam Mysiamque complexa; ipsa quoque apud S. Nicephorum CP. Patriarcham dicitur* χώρα τοῦ λεγομένου Ὀψικίου, Regio ejus legionis, quæ ab Obsequio nomen habet, *sicut erudite observat ad hanc vocem Cangius: quo autem præcise loco fuerit* Catharorum *monasterium necdum comperi: de ejus Hegumeno Joanne, similia hac in persecutione passo, egimus* 27 *Aprilis: hinc interim patet, extra Constantinopolim illud esse, contra quam putavit Cangius.* d *S. Nicephori Vitam illustravimus* 13 *Martii. Ecclesiam is rexit ab anno* 806 *ad* 828, *eique cognominis Imperator regnavit ab anno* 802 *ad* 811: *sub quibus anno* 807 *ordinatum* Hilarionem *fuisse oportet, siquidem octo annis monasterium rexerat, quando Leo Armenus an.* 814 *cœpit Cultores imaginum persequi, uti ostendi ad Acta S. Theophanis* 12 *Martii num.* 12 *Comm. pr.* e *Synodum aliquam Provincialem intelligo, Constantinopoli habitam, pro ordinatione monasteriorum, cujus vereor ut alia notitia extet, nedum temporis quo celebrata est.* f *Vide in præcitata Vita S. Theophanis Hegumeni Magni-agri in Sigriana, similiter adducti Cap.* 3. *et eadem fusius deducta lege.* g Joannes, *de quo vide quæ ad præcitatæ Vitæ compendium ex Menæis dixi Annot.* q, *sic inchoanda Leo Grammaticus* Joannem Grammaticum *vocatum ait,* verius alium Jannem vel Simonem, *magos videlicet.* h Fretum, *quod Byzantium et Pontum interjacet,* τὸν αὐχένα τοῦ Εὐξίνου, Euxini collum *vocat nonnemo apud Cangium in Glossario; et naviculariu, illud trajicere soliti,* Στενῖται *appellantur. Si loco* φονέως *legeretur* Λῃστοῦ, Boni Latronis *honori monasterium istud conditum crederem: nunc aliunde quærenda nominis occasio est.* i *Etiam hoc monasterium circa Pontum jacere concipias licet, quando eo versum exules fere demandatos pluribus exemplis eorum constat, qui pro Imaginum cultu relegari sustinuerunt.* k Numeri et Numera, *Legiones dicuntur; militaris ergo in Urbe ipsa hic carcer erat.* l *Ipsiusmet Palatii ecclesiam hanc fuisse indicat* Leo *Grammaticus: occisus est autem Leo ipso die Natalis Dominici anno* 820. m *Cœpit regnare* Theophilus *an.* 829 *mense Octobris.* n Aphusiam *insulam in Ponto quærendam, suspicatus sum in fine Comm. de S. Joanne Hegumeno prædicto.* o S. Theodoræ Imperatricis *Acta digessit Henschenius* 11 *Februarii, ubi num.* 33 *docet obiisse Theophilum, sub exitum anni* 841 *vel initium sequentis.*

C F

DE S. COLMOCO SEU COLMO,

EPISCOPO IN SCOTIA.

G. H.

Notitia ex Breviariis et scriptoribus Scoticis.

CIRCA AN. M.

Cultus sacer.

In *Breviario Aberdonnensis apud Scotos Ecclesiæ Episcopalis, ad hunc diem sextum Junii, proponitur veneratio* S. Colmoci, seu Colmi Episcopi et Confessoris in Scotia, vulgo S. Colmæ sub Rege Kennetho III anno millesimo. *Et hæc additur Oratio.* Mentibus nostris, omnipotens Deus, gloriam tuæ laudis infunde, ut dum Beati Colmoci Confessoris tui atque Pontificis festivitatem agimus, in æterna refrigeria, ipso intercedente, transferamur. *Hæc ibi de sacra* S. Colmoci *veneratione.*

2 *Hector Boethius lib.* XI *Historiæ Scotorum, et Joannes Leslæus Episcopus Rossensis lib.* 5 *de Rebus gestis Scotorum cap.* 80, *proponunt* Kennethum tertium Regem, *asseruntque eum regnasse* ab anno DCCCCLXXVIII usque ad annum M, et claruisse eo tempore in Scotia sanctissimos Pontifices Moveanum, Medanum,

A Medanum, Blaanum, Englantium, et Colmocum. *Thomas Dempsterus, citato Kalendario, sive Adami Regii, sive alterius, ad hunc* VI *Junii, celebrat* S. Colmum, Orcadum Apostolum, Kirkuæ. *Idem Dempsterus lib.* 3 *Historiæ Ecclesiasticæ Gentis Scotorum cap.* 267, *citato* Breviario Scotico, *hoc concinnavit ei Elogium :* S. Colmus incomparabili vitæ sanctitate suis præluxit, Episcopus doctissimus Orcadum : qui Romæ consecratus, familiaris Benedicto VII, ei sua opera nuncupavit.... Floruit anno millesimo decimo, præcipua quadam religione : templa Deo, sub invocatione ipsius, varia dicata. Die VI Junii. *Præfuit autem Ecclesiæ* Benedictus VII, *ab anno* DCCCCLXV *ad annum* LXXXII *dicti seculi. At David Camerarius, ad diem* IX *Martii*, S. Colmum, Episcopum Orcadum Insularum, *celebrat : et jubet* consuli Annales Scoticos. *Sed quos? Num dicti Dempsteri, qui ante ipsum libros citatos ediderat? Num forte intelligit dictum Leslæum, et Hectorem Boethium supra relatos? Hos sequuntur Georgius Conæus lib.* 1 *de duplici statu religionis apud Scotos pag.* 52, *et Joannes Spotwoodus, Archiepiscopus S. Andreæ, lib.* 2 *Ecclesiæ Scotorum pag.* 27.

An Episcopus Orcadum

B

3 *Sedes Episcopalis Orcadum indicatur* Kirkua, *incolis aliquando* Kirckwal, *ubi ædes pulcherrimas tempore Mariæ Reginæ, a Roberto Rhodo Episcopo Orcadum constructas, indicat Robertus Gordonus in sua nova descriptione Scotiæ. Hæc proponimus lectori, ut satis probabilia. Addo videri de eodem Episcopo accipienda, quæ idem Dempsterus libro* 3 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 255, *tamquam de diverso, habet :* S. Colmocus Episcopus, summa integritate vitæ, civium suorum vitia admirabili libertate carpsit : ac cum illi nollent resipiscere, neque ad bonam frugem redire; comminationes effectum gravissimum sortitæ, glicente crudeli bello civili inter Constantinum Regem et Malcolmum Kennethi Regis filium.... Obiit circa annum MX. Sanctorum Albo adscriptum, scribit Scoti chronicum, et templa ei erecta testantur. Colitur IV Maji, Translatus V Februarii.

In urbe Kirkwa!

D

AUCTORE G. H.

4 *Idem Dempsterus in Martyrologio Scotico ad* IV *Maji*, Banffiæ, *inquit*, Colmoci Episcopi, miri concionatoris, *citatque Breviarium Scoticum et Hectorem Boethium. Est Banfia in Scotia ultramontana, unde præfectura Banfiensis ibidem dicitur. Potuit ibi, unus idemque Sanctus, sub nomine* Colmoci, *cultum habuisse sicuti Kirkuæ apud Orcades, sub nomine* Colmi. *Quos Dempsterus utrique adscribit libros enumerare omisimus; quia videtur ipse, in patriæ suæ gratiam, eos confinxisse; et propterea circa tales fides illius apud viros eruditos vacillat. Fatemur porro, dum Scotica tractamus, tenebrosa plurima occurrere, quæ illustrari a nobis omnino non confidimus. Et talis videtur esse, quæ huic Sancto apponitur Vita in Aberdonnensi Breviario, in Lectiones novem distincta. In hac enim ipse Sanctus, transmittitur ad* Episcopatum Ultoniæ Dromorensem, *ubi apud Jacobum Waræum* Episcopus Colmanus *dicitur ;* et a vetusto Ængusiani Martyrologii Scholiaste *appellatur* Mocolmoc; *affinguntur que stupenda miracula, ex Vita S. Colmani Episcopi : sed cum hic dicatur sexto Christi seculo floruise, a* S. Colmoco *seu* Colmo, *de quo hic agimus, debuit diversus æstimari.*

An idem Banfiæ colatur?

E

Juxta ordinem ætatis et Catalogum Sanctorum huic diei præfixum, sequi deberet Commentarius de S. Norberto *; nisi aliæ rationes suaderent, et diem et Tomum tam illustri argumento coronare.*

DE SS. GILBERTO ABBATE,

PATRONILLA CONJUGE, PONTIA FILIA,

ORDINIS PRÆMOSTRATENSIS IN ARVERNIA

C

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

F

De cultu antiquo et Vita recentiori.

ANNO MCLII.

Sammarthani tomo IV *Galliæ Christianæ, qui est de Abbatiis Galliarum pagina* 695, Novem-Fontium, *inquiunt*, alias S. Gilberti Ordinis Præmonstratensis, diœcesis Claromontensis, in Archipresbyteratu Limaniæ in Parochia S. Desiderii, fundatur circiter annum MCL, a Gilberto, nobili milite Arverno, e Palæstina reduce, cui monasterio primus Abbas ipse præfuit. *Hæc ille. In Registro beneficiorum diœcesis Claromontanæ* Patronus dictæ Parochiæ S. Desiderii *dicitur esse* Abbas S. Gilberti, *de quo hic agimus. Sita est dicta parochia ad fluviolum Sibulim, haud procul ab oppido S. Portiani, et Ducatu Borbonio. Joannes le Paige, Doctor Theologus, Collegii Præmonstratensis Prior, ejusdemque Ordinis Procurator Syndicus, sæpe inferius ad Vitam S. Norberti laudandus, instar prolusionis suarum scriptionum edidit* anno MDCXX Vitam S. Gilberti, Fundatoris et primi Abbatis ecclesiæ B. Mariæ Virginis Novem-Fontium, nec non S. Petronillæ uxoris ejusdem, Fundatricis ac primæ Abbatissæ monasterii SS. Gervasii et Protasii de Albapetra, Claromontensis diœcesis. *Idem Joannes le Paige edidit postmodum anno* MDCXXXIII *Bibliothecam Præmonstratensis Ordinis, atque in ejus libro* 2 *pag.* 482 *et sequentibus inseruit eamdem* Vitam, partim, *inquit*, ex Chronico Roberti Altissiodorensis, partim ex pervetusto archetypo MS. ejusdem Ecclesiæ fideliter depromptam, *uti infra in Prologo, sive Epistola dedicatoria, quam in posteriore editione omisit, satis accurate docet.*

Novem-Fontium Abbatia.

Vita scripta a Joanne le Paige

2 *Dies natalis ejus infra numero* XI *indicatur hic* sextus Junii, *ille idem* qui S. Norberti exitu notatus est. *Quo etiam die in Ecclesia Cathedrali Claromontana præscribitur ejus cultus in Ordine divini Officii, quem vidimus, pro anno* MDCLVI *ad usum dictæ Ecclesiæ excusum. Aubertus Miræus in Chronico Præmonstratensi pag.* 167 *asserit*, ejus festum celebrari in tota diœcesi Claromontana ; *sed* die quarta Februarii, *quem* fortasse deceptum fuisse nomine alterius Gilberti *dicimus dicto die inter Prætermissos. Is est* S. Gilbertus fundator Ordinis Sempringhamensis in Anglia. *Interim Miræum secutus est Jacobus Branche, in Vitis Sanctorum Arverniæ et Velauni. Alius dies, ejus cultui sacer, assignatur*

Dies natalis S. Gilberti 6 Junii

non 4 Februarii.

neque 3 Octobr.

A *tur tertius Octobris, ad quem Joannes le Paige in prima editione retulerat ejus obitum: et secuti hunc fuerunt Joannes Chrysostomus Vander Sterre in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonstratensis, atque Joannes du Pré in Annalibus Brevibus Ordinis Præmonstratensis. Andreas Saussayus, ad eumdem* III *Octobris longo cum exornat encomio: ubi sub finem ista habet:* Colitur vir beatus suo in Ordine et cœnobio, jam suo nomine insigni, repetitis sacris, octavo Idus Junii, qui est dies depositionis, et isto die V Nonas Octobris, qui elevationis. *At loco* V *Nonas Octobris indicatur in Breviario Præmonstratensi nuper excuso* V Octobris. *Idem Saussayus ad diem* XXIV *Octobris, ista scribit:* In agro Claromontensi monasterio Novem-fontium facta est inventio et repositio corporis B. Gilberti, primi ejusdem cœnobii Abbatis, *facta anno* 1612. *At quem hic solum* Beatum *appellat, titulo Sancti honorat die* III *Octobris, et hoc* VI *Junii solum inter Pios recenset.*

elevatio et repositio 24 Octob.

Cultus Petronillæ et Pontiæ.

3 *Laudatus ante Joannes le Paige, in titulo Vitæ in Bibliotheca Præmonstratensi editæ, addit, dari una* Vitam Beatarum Petronillæ uxoris, et Pontiæ eorum filiæ, ejusdem cœnobii post matrem Præpositæ. *Saussayus utriusque Elogium adjunxit Encomio* B S. Gilberti *ad dictum tertium Octobris, et sub finem ista addit:* Petronilla, ejus beatissima uxor, cum Pontia filia meritissima, tertio Idus Julii, *scilicet colitur, ut ante dixerat: ad quem tamen diem harum non meminit. Dictam* Petronillam *celebrant ad citatum diem* XIII *Julii Chrysostomus Vander Sterre in suis Natalibus, Jacobus Branche in citatis Vitis Sanctorum Arverniæ, ubi refert* S. Pontiam *ad diem* XVI *Maji. Verum* S. Ponciæ Virginis commemoratio *præscribitur in diœcesi Claromontana ad diem* XX *Maji, uti tunc inter Prætermissos annotavimus, ipsamque remisimus ad hunc* VI *Junii, ubi de omnibus simul agimus; quod omnia quæ sciri hactenus potuimus, in hisce Actis contineantur.*

VITA

Auctore Joanne le Paige, Ordinis Præmonstratensis.

PROLOGUS.

Nobilissimo et Clarissimo viro Domino, D. Gilberto Baroni de Alberia, sacri sepulcri Hierosolymitani Equiti fortissimo. C

Ex quo primum addixi me huic studio, ut quidquid ad Præmonstratensis Ordinis Canonicos, eorumque instituta, primordia, incrementa, privilegia, antiquitates, viros cum eruditione tum maxime sanctitate vitæ insignes pertineret, vestigiis omnibus indagarem, faceremque publici juris; S. Gilbertum, Conditorem illum primumque Antistitem cœnobii, quod in Arvernia apud Claromontenses est, et Novemfontium olim, nunc S. Gilberti cœnobium dicitur, imprimis semper colui; sanctitatem pietatemque viri, non communi vulgarique instituto, sed proprio quodam studio, propria quadam mentis inductione complexus. Atque ea propter, ut ex ejus vita delibarem quædam, seu potius demonstrarem, iis mihi minime acquiescendum duxi (quamquam magnæ prorsus auctoritatis) quæ ex antiquis tabulis, tum excusis, tum manu exaratis in commentarios retulissem. Contuli me, præsertim cum id muneris atque Circatoris officii mei ratio postularet, in cœnobium illud S. Gilberti (ut abunde extat renuntiatione illa, quam Divi Gilberti vitæ inserui) ex cujus tabulis et diplomatibus multa decerpsi, mihi ad institutum opus non mediocriter profutura. Hinc vero ad S. Mariani cœnobium, quod apud Altissiodorenses est, profectus; Roberti Altissiodorensis, ejusquondam conventus Canonici, manuscriptos codices excussi; quorum mihi pro sua singulari humanitate copiam fecit Reverendus Pater Frater Edmundus Martin, Cœnobiarcha meritissimus. Ex quibus aliisque compluribus membranis, præsertim vero duorum nostræ hujus facultatis Parisiensis Doctorum, Jacobi Atrebatis Monasterii Monctis sancti-Martini, et Eustachii Lensii Vallis-serenæ Archimandritarum vigilantissimorum, cum locupletes mihi commentarios confecissem, destinabam jam tum eos publicæ luci; et quamquam graviores curæ consilium istud meum magna parte interpellarint, numquam tamen penitus exciderunt. S. Gilberti vitam (quam habebam præ ceteris in animo) proludii instar, quanta potui brevitate descripsi; atque etiam beati Reynerii Prioris Antistitis Præmonstratensis, primique Abbatis sancti Mariani apud Altissiodorenses, manuscriptos illos, postissimum Roberti Altissiodorensis, codices secutus. Quidquid vero hic mei est laboris et opusculi, cui dicari consecrarique aut potuit aut debuit, potius, quam Tibi? Quis enim est, qui in Divum Gilbertum venerationem cultumque professus, non idem in te tamquam in speculum intueatur? Joannes Savaro, Præses et Præfectus Arverniæ, pietate æque ac doctrina insignis, cum de S. Gilberti vita libellum conscripsisset, nomini tuo consecravit. Cui enim (inquiebat vir clarissimus) dicarem hoc potius quam ei, qui non modo singulari Dei beneficio S. Gilberti nomen, atque septem primoribus annis habitum induit; verum etiam auctorem illum ducemque secutus, in Palæstinam se contulit, ut ad Christi sepulcrum procumberet: ubi omnium non suffragiis modo, sed votis, in piam illam nobilemque Equitum sancti Sepulcri cohortem receptus est; quique (quasi hoc unum habeat in animo, ut Gilbertum se comprobet) ea conquisivit etiam apud exteras nationes, quibus quæ de Divi Gilberti vita ab aliis scripta sunt, illustrari locupletarique non mediocriter possint? Suspice ergo levidense hoc munus, nec tam suo pretio, quam studio mei in Te cultus, atque ex ea causa, qua nihil nostrum non complecti soles, ama. E Gymnasio Præmonstratensi, pridie Idus Julii, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo.

Auctor ex affectu ad S. Gilbertum

profectus ad ejus cœnobium

atque Autissiodorum,

et utrobique varia monumenta nactus,

Vitam hanc edit,

et dedicat Gilberto Baroni

exemplo Savaronis,

anno 1620.

CAPUT I.

Expeditio cum Ludovico VII Rege Francorum in Terram-Sanctam.

Cum armis suis Palæstinam vastarent Turcæ et Saraceni *a*, Ludovicus junior Gallorum Rex, Ludovici Crassi filius, cum universi Ecclesiastici ordinis, tum maxime divi Bernardi Clarævallensis Abbatis hortatu, expeditionem adversus istos Christiani nominis hostes infensissimos suscepit; conflatoque ex Episcopis, Abbatibus, aliisque pietate, dignitate, et virtute præstantibus viris exercitu, cum Conrado Imperatore (cui se suasque copias, ut totum negotium felicius conficeretur, adjunxerat) per Germaniam et Hungariam, Constantinopolim primum, deinde Hierosolymam pervenit.

Anno milleno centeno bisque vigeno
Sexto, Jerusalem Rex Ludovicus adit.

3 Inter tot tamque insignes vel Gallica nobilitate, vel Ecclesiastica dignitate viros, Arvernus quidam, Gilbertus nomine, avo proavoque nobili natus, solenni voto ad hanc militiam se obstrinxit. Eo nimirum impellebat *b* Ornifius, primus ille cœnobii

a Cum Ludovico VII Rege Francorum

et Conrado III Imp.

anno 1146

discedit in Palæstinam; b

A nobili cujusdam nostri Præmonstratensis Ordinis, quod apud Senonenses est, et c Dei-locus dicitur, Archimandrita, qui ei a Confessionibus et consiliis erat. Eo etiam vocabat pietas et magnanimitas, eo antiqui nobilitas generis. Quale enim edendæ pietatis, ac bellicæ fortitudinis argumentum illustrius nancisci potuisset? Munit se sacra Stephani de Mercolio d Claromontensis Episcopi benedictione: S. Petronillæ, carissimæ et castissimæ conjugi, Pontiam filiam unicam commendat; jubetque impensissime, ut singulis diebus pauperibus tantum exhiberet alimenti, quantum præsenti sibi consuevisset. Mox itineri se committit, nobili fortique manu stipatus; Regem adit et salutat, a quo excipitur pro ea humanitate et benevolentia quam postulabat, non solum devota in Deum, in Religionem, in Regem et patriam fides, sed cum militari virtute conjuncta in rebus gerendis perficiendisque prudentia quædam singularis.

c

d commendata S. Petronillæ filia Pontia,

et eleemosyna danda quotidie pauperibus:

4 Appellunt omnes ad Palæstinam: acies utrimque instruitur, conseruntur cum Turcis et Saracenis manus, anceps in limine pugna, donec Christiani B in fugam versi sunt. Nulli tamen tunc non explorata Gilberti virtus et magnanimitas; unde et a Rege Christianissimo summis honoribus affectus, provinciisque clarissimis præfectus, ita in iis se gessit, ut non tam Gilbertus re bellica administranda fieret illustrior, quam Gilberti virtute et industria ipsa rei bellicæ administrandæ ratio et dignitas. Tanta erat in Duce fortissimo moderatio, tanta recte vivendi agendique constantia, ut qui strenuum se foris et invictum Militem præbebat, domi Clericum prorsus agere videretur; suisque verendus, hostibus terribilis, omnibus amabilis foret. Fusa conflictu illo Christianorum acies sese recipit ad Balduinum Hierosolymorum Regem: mox e Damascum urbem obsidione cingit; qua tamen inani et irrita, Imperator in Germaniam, Rex in Galliam revertitur. Ægerrime ferebat hanc Christianorum cladem Gilbertus, ac dolore prope contabescens, hoc unum suspirabat, cum viro desideriorum Daniele; Peccavimus, iniquitatem fecimus, Domine in omnem Justitiam tuam. Avertatur obsecro ira tua, et furor tuus a civitate tua Jerusalem, et a monte sancto tuo.

strenuus ipse miles

Christianis profligatis

e

Dan. 9

5 Sensit jam tum nescio quid rerum humanarum fastidii. Omnia, cum Apostolo, arbitrabatur tam- C quam stercora, ut Christum lucrifaceret. Domum reversus, cum sanctissima conjuge consilium init, instituendæ in posterum solitariæ et sanctioris vitæ. A cognatis et amicis magno apparatu et hilaritate excipitur; mirantur solito tristiorem; sciscitantur, num quid de rebus domesticis adversi contigisset? Nihil (inquit) detrimenti cœperunt res meæ: publica me vexat calamitas. Ejicite hinc tibicines, conviviorum vestrorum quædam est nimietas, lætiora sunt et lautiora quam Christiana modestia, atque temporum ratio postulet. Quis enim æquum censeat, religione in summis periculis constituta, epulari Christianos, et ludicris istis ac conviviis oblectari? Terreat nos vitæ præteritæ recordatio, atque cervicibus nostris imminens casus. Musica nostra luctus sit, deliciæ condita lacrymis jejunia, ne quid res nostræ deterius patiantur.

Philip. 3.

tristis revertitur.

ANNOTATA G. H.

a *Extant Tomo 4 Scriptorum Historiæ Francorum, ab Andrea et Francisco Chesneis editorum,* Gesta Ludovici VII Regis, Junioris *dicti, quod cum Ludovico VI Grosso patre suo cœperit regnare, et in hisce Gestis res tunc actæ explicantur accuratissime; unde aliquæ hic indicatæ circumstantiæ, corrigendæ videntur.*

b Orniflus *assumptus ex monasterio Vivariensi, postea Valle secreta dicto, in diœcesi Suessionensi, de quo agitur hoc die in Vita S. Norberti num.* 77, *Institutus autem est primus Abbas anno* 1135. D

A. JOAN. PAGIO.

c Dei-locus *dictus a sanctimonia tunc ibi degentium Canonicorum, quem locum ipsis concessit Henricus Sanglier, id est Aper cognomitatus, Archiepiscopus Senonensis factus anno* 1122, *mortuus anno* 1144.

d Stephanus de Mercolio, *aliis* de Mercurio, *postmodum vita functus* 26 *Januarii anno* 1169.

e *Anno* 1147.

CAPUT II.

Monasteria duo constructa. In illis sancta ejus et uxoris conversatio, obitus et cultus.

Gilbertus ergo et Petronilla sanctissimi conjuges, inter summas divitias arbitrati nihil possidere, thesaurumque in terris ampliorem nullum esse quam spontaneæ paupertatis; bonorum partem alteram sublevandæ mendicorum egestati, alteram extruendis duobus Præmonstratensis Ordinis monasteriis impendunt. Probabat hoc tam laudabile parentum consilium Pontia filia: suadebant Claromontensis Episcopus, et Ornifius Dei-loci Abbas. Monasteriorum itaque alterum voluere parthenona esse, hoc est puellis ac virginibus destinatum; alterum viris. Atque illud quidem prius extructum est apud Scholam, Arverniæ vicum, sub invocatione SS. Gervasii et Prothasii martyrum, quod hodie Prioratus de Albaperra, vulgo d'Aubeperre dicitur, et a cœnobio Novem-fontium duabus fere leucis distat. Huic parthenoni tum primum B. Petronilla præfuit, ea probitate et suavitate morum, ea monasticæ disciplinæ observantia, ut nobiles quasque a mundi illecebris revocaret, alliceretque ad sanctioris vitæ institutum; allectas quasi vinculis quibusdam pietatis et sanctimoniæ Christo strictissime devinciret, ut jam nihil de rebus humanis solicitæ, hoc unum dicerent amantius cum Sponsa mystica; Dilectus noster nobis, et nos illi, inter ubera nostra commorabitur. Invenimus quem diligit anima nostra, tenemus eum nec dimittemus. Quam dilecta tabernacula tua, Domine, concupiscit et deficit anima nostra in atria tua. Erat in B. Petronilla tantus virtutum splendor, ut ejus aspectu et alloquiis statim evanesceret, quidquid bonis mentibus nefarius hic mundus pulveris F et caliginis solet obducere. Tandemque dierum ac virtutum plena obiit tertio Idus Julii, et in pronao, hoc est anteriori ecclesiæ parte, quæ vulgo dicitur, la Nef, ad levam honorifice sepulta est, variis ante et post mortem miraculis conspicua, eique dies ille festus celebratur. Matri in regendo monasterio successit Pontia, pietate et sanctitate haud impari, quasi id unum haberet in animo, ut maternæ virtutis heredem se comprobaret.

Ipse et uxor

E

bona distribuunt pauperibus,

et Parthenonem ædificant,

ubi illa Abbatissa

mortua 13 Julii colitur:

succedente S. Pontia filia,

7 Sanctus vero Gilbertus ad locum, qui vulgo Novem-fontium dicitur, secessit, tamquam in eremum; ubi pie religioseque vivendi rationem ita coluit, ut amictus rudi vestitu et cilicio, victuque aspero, pane et aqua contentus, caritate, humilitate, patientia, ceterisque virtutibus insignis, vitam ageret non humanam, sed Angelicam ac cœlestem. Unde merito de illo Robertus Altissiodorensis: S. Gilbertus (inquit) ex potenti Milite seculi, humillime miles Christi, eleemosynarius, abstinentiæ, paupertatis, admirandus exemplis fuit; cujus magnitudinem meritorum miraculorum magnitudo declarat. Cum ergo virtutum illius fama quotidie increbresceret, atque ad eum multi tam pietatis quam recuperandæ sanitatis

ipse in loco Novemfontium secedit

In Chronico ad annum 1152.

A

[illegible] pago monasterium aliorum consilio

sanitatis gratia convolarent, fundamenta jecit monasterii quod animo destinarat. Sed quoniam insalubris parumque commodus erat locus Novem-fontium (palustris quippe, ac vepribus et dumetis obsitus) quamquam ejus loci solitudine sentiret se oblectari, amicorum tamen consilio, præsertimque Claromontensis Episcopi jussu, adductus est, ut de monasterii sede opportuniori cogitaret. Elegit ergo locum, qui vulgo le Creu des *a* fosses dicitur, et a Novem-fontibus dimidiato fere milliari distat.

a

In vicino incipiens construere, cœlesti monitu

Cum autem cæmentarii et lignarii fabri ædificium illud extruerent, immissæ divinitus aves turmatim convolare cœperunt; ita ut non modo artifices impedirent, sed rostris et unguibus exiguas assulas colligerent, et in locum illum Novem-fontium asportarent; ubi nativo cantu nescio quid suavius canerent, maxime iis horis quibus solent preces Canonicæ in Ecclesia celebrari.

Novemfontes redit

8 Quo auspicio sensit B. Gilbertus divinæ Majestati gratissimum esse locum, sibique in eum divino jussu redeundum, unde humano discessisset. Quod gauderet habebat devota Deo mens. Quid enim non afferret hilaritatis argumentum hoc divinæ bonitatis et benevolentiæ? Majori igitur alacritate caritatis B operibus cœpit insistere; ac priusquam susceptam primum inchoatamque monasterii structuram repeteret, amplum quoddam nosocomium extruxit: ejus præfectum se curatoremque exhibens, non imperando solum, sed agendo.

nosocomium construit,

Nullum enim omittebat officii et hospitalitatis genus: ægrotis præsto erat vel in rebus vilissimis; ratus hanc certissimam tesseram et arrham futuræ nobilitatis, si ignobilem se in terris præstitisset.

servit ægris,

Leprosorum et aliorum ulcera, vel aspectu ipso et cogitatione horrenda, extergere nihil formidabat; imo nec osculari; eaque sputo suo linita sæpius sanabat.

sanat puellam strigosam,

9 Mœrebat angebaturque animo nobilis quædam femina, quos liberos educare et ad perfectam ætatem perducere non posset, unicamque ex multis haberet filiam languentem ac strigosam: in cujus curationem sedulo incumbens, medicorum opem ac industriam omnem frustra consumpsisset. Filiam ergo adduxit ad B. Gilbertum, qui fusis ad Deum precibus, eamque aqua lustrali aspergens, mox sanitati restituit; ita ut jam non matris manu subnixa incederet languidius, sed cum ea æquo passu contenderet. Manat tota regione tanti fama miraculi et rumor: adducuntur undequaque pueri languidi, febricitantes, cœliaci; hœmorrhoide, dissenteria, epilepsia, aliisque id genus morbis laborantes.

alios imposita manu

C

Quibus S. Gilbertus manus imponens, recitabat Evangelium hoc; Sinite parvulos venire ad me, et ne prohibueritis eos; talium est enim regnum Dei; eosque parentibus sanos et incolumes reddebat.

Marc. 10, et Luc. 18

pacem componit:

10 Fuit etiam ipse pacis studiosissimus, adeo ut vel per se, vel fusis ad Deum precibus, contendentes distractosque ad concordiam reduceret.

miseros fovet:

Oppressos, pauperes, orphanos, viduas fovebat, tuebatur sustentabat: et cum Simoniacos, Schismaticos et Ecclesiæ perturbatores acerrime insectaretur, sacrum Clericorum ordinem pro viribus propagabat.

Clerum defendit.

habitum Præmonstratensem suscipit:

11 Tum demum suo illo beatæ Virgini sacro Novem fontium monasterio pene extructo, Præmonstratensium Canonicorum habitum suscepit in prædicta Dei loci ecclesia: et ibidem professione monachali completa, præclaros quosdam ejusdem ecclesiæ Canonicos (e quorum numero Gofridus, *b* pietate et doctrina præcellens, S. Gilberto in Abbatiali munere, prout illi prædixerat, subrogatus est) ad suum Novem-fontium cœnobium adduxit anno reparatæ salutis millesimo centesimo quinquagesimo primo.

b

anno 1151

Cujus quidem administrationis onus, flagitantibus illis Canonicis, invitus suscepit, et admirabili sanctitate cum iisdem vixit. D

Abbas præficitur:

Denique jejuniis, vigiliis, et orationibus assiduis confectus, bonis operibus mirum in modum fulgens, miraculisque clarissimus, migravit ad Dominum, octavo Idus Junii, quo die festum illius apud suos agitur, quoque dies S.P.N. Norberti exitus notatus est anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo secundo.

moritur, 6 Junii anno 1152:

Atque ut humilitatis suæ specimen aliquos posteris relinqueret, in cœmeterio pauperum xenodochii a se extructi sepeliri voluit.

in xenodochio sepultus,

Verum crebrescentibus ad ejus sepulcrum miraculis, Petrus prædictæ Novem-fontium ecclesiæ (cui postmodum S. Gilberti nomen inditum est) Abbas tertius, anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Adriani Papæ quarti anno quinto, transferri sancti viri corpus ab eo loco, in quo sepultum erat; et in eadem ecclesia prope chorum, septemtrionem versus, in tumulo lapideo columnis quatuor imposito, honorifice collocari asservarique summa reverentia jussit.

anno 1159 transfertur ad ecclesiam:

miraculis claret circa pueros, etiam mortuos.

12 Atque eo quidem in hodiernum diem multi confluunt, pellecti multitudine miraculorum, quæ cum circa omnes, tum maxime circa pueros vel emortuos utero materno, vel affectos graviter morboque languentes, dum illi ad vitam, hi ad perfectam sanitatem reducuntur, ad tanti viri sepulcrum E divinitus contingunt. Multi etiam, ut prolem suscipiant, S. Gilberti opem implorant; sicut testantur illa quæ ejus capellæ vitreis inscripta sunt. Alii ut proles suas sanas et incolumes servent, eas B. Gilberto tum primum vovent, et candido Præmonstratensium habitu induunt, quem pro parentum voto, vel quinque, vel septem, vel novem annis gestant; quibus elapsis, et Missæ sacrificio pro iisdem pueris oblato, ac veste eorum candida sacrario monasterii relicta, sanæ ac salvæ ad parentes revertuntur. Zona ejusdem sancti Gilberti ex corio nigro, et baculus pastoralis ex ligno vulgari ac inartificiali, adventantibus peregrinis illic ostenditur. In pariete claustri Abbatiæ S. Gilberti versus ecclesiam, hæc habentur metro et littera vetustissima.

Epitaphium

Anno milleno, centeno, ter quoque deno,
Bino bis decimo, sursum migravit ab imo
Sanctus Gilbertus, multa virtute refertus,
Est ab eo, Christe, tibi donatus locus iste:
Et tunc fundatus fuit hic, hinc ædificatus.

Claromonti est S. Gilberti sacellum,

13 Claromonti in anteriori parte ecclesiæ Canonicorum beatæ Virginis de Portu, sacellum quoddam est S. Gilberto sacrum, in quo quotannis ejus et S. Boniti festum die septima Junii colitur. Illic B. Gilberti imago depicta conspicitur, sub habitu Canonicorum Præmonstratensis Ordinis, manu dextra baculum pastoralem, sinistra librum tenens; pedeque dextro loricam, galeam, ferrum et alia id genus arma conculcans. Pueri ægroti, qui ad S. Gilberti monasterium nec adduci possunt, nec deferri, in eodem sacello habitu candido vestiuntur, quem expleto voto sani deponunt.

F

cultus,

imago,

miracula

ANNOTATA D. P.

a Creu des fosses, *id est*, Cavitas fossarum.

b *Ignoraverunt hunc Sammarthani, de Abbatibus Novemfontanis scribentes, tom.* 3, *ubi nemo eorum nominatur ante* B. *forte* Bernardum, *pro anno* 1233.

CAPUT III.

Corporis inventio et elevatio. Aliqua miracula.

Anno 1612

Neque vero inter tot tantaque miracula prætermittendum illud, quod anno Domini millesimo sexcentesimo duodecimo, in eo S. Gilberti monasterio contigit. Templi campanarium, edita quædam turris erat, laternæ in modum, e qua pyramis eminebat; totaque

A totaque moles ex incisis politisque lapidibus, quatuor chori columnis nitebatur : quæ cum paulo ante labefactata ictu fulminis fuisset, nec pro ea quam res postulabat celeritate restaurata ; die decima septima mensis Octobris, hora circiter decima, noctu repente corruit ; lapsuque suo, non chorum modo, sed sanctuarium, et templi anterides effregit, constravitque. In tanta vero ruina illæsum intactumque permansit S. Gilberti sepulchrum, illæsi etiam cancelli lignei quibus sepulchrum hoc concluditur, quamquam ingenti lapidum mole circumsepti.

lapsu turris choro et sanctuario confractis sepulcrum illæsum.

15 Anno salutis millesimo sexcentesimo decimoquinto, cum a Reverendissimo Patre nostro generali Præposito demandata mihi fuisset provincia, lustrandi ac reformandi pene omnes nostri Præmonstratensis Ordinis ecclesias et domos quæ in Francia sitæ sunt ; iis peragratis, contuli me tandem ad prædictum S. Gilberti cœnobium. Ubi cum de iis statuissem, quæ tum ad communitatem vitæ, et disciplinæ monasticæ rationem, tum ad ædificia, aut conservanda sarta tectaque, aut reparanda videbantur pertinere ; a venerandis Confratribus Priore et Religiosis, submisse hoc atque
B obnixe postulavi, ut ex B. Gilberti ossibus et reliquiis aliquid mihi Lutetiam perferendum darent, futurum templi illius, quod construere in Prioratu et Gymnasio nostro Præmonstratensi proponebam, quodque jam summo Dei beneficio inchoatum est, toreuma sacrum atque ornamentum singulare.

Anno 1615 auctor Novem-fontes profectus.

petit aliquas Reliquias S. Gilberti

16 Ad hæc illi ex divo Gilberto (inquiunt) nihil nunc habemus præter cingulum et pedum, nec nostrum cuiquam compertum est, ubinam situm ac reconditum sit illius corpus. Tristior hoc responso factus, quod spe prope decidissem ; non tamen destiti a proposito, sed disquirere ipse cœpi, diligentius omnia oculis perlustrans. At converti demum in meipsum oculos, et me tanto beneficio indignum sentiens, jejuniis publicisque orationibus vacandum censui. Cumque illi hoc meum consilium probassent, in id exequendum per aliquot dies incubuimus. Octobris vigesimo quarto die, qui sacro corpori indagando destinatus erat, excussit quisque propriam conscientiam, et quantum in se erat ab omni labe expurgare conatus est. Res sacra a singulis Sacerdotibus peracta, ad sacram Synaxim
B Novitii accesserunt. Missale sacrum, quod Spiritus sancti dicitur, sub invocatione S. Gilberti offero cum solenni apparatu.

ut corpus latens inveniatur, indicantur jejunia, preces, sacrificia :

17 Tum religioso ritu et habitu, publicisque supplicationibus procedimus ad xenodoxii cœmeterium, quod jam viridarium est frugiferis arboribus consitum, in quo sepeliendum se mandaverat S. Gilbertus. Animadvertimus ingentem lapidem, illud ipsum arbitrati esse quod quæreremus. Immissi cum falcibus multi purgarunt locum, et subducto lapide ad octo circiter pedes effoderunt. Quo cum patefactus esset aditus, solicite introspicimus ; sed cum nihil præter humum appareret, ad templum solenni cum supplicatione reversi, jubemus inter quatuor columnas, quibus S. Gilberti sepulcrum suffulciebatur terram aperiri. Occurrit quædam ingens urna operta, oppletaque terra quadam nigra et spissa. Tacita mœstitia incessit, defixitque omnium animos.

frustra quæsitum in cœmeterio reconditum,

18 Iterum Deum oramus atque obtestamur, ut concederet hoc omnium expectationi, nec tam nobis quam plebi Christianæ, quæ eo confluxerat, indulgeret. Constituti itaque inter metum et spem, cum in diversum tenderent sententiæ ; atque alii in medio choro, alii pro altari, alii alio in loco jacere sanctum corpus dicerent ; ecce ex improviso quidam proponit videri sibi, S. Gilberti corpus, lapide illo qui columnis quatuor innixus erat, inclusum. D
Probamus hoc consilium ; disjunguntur qui majori illi incumbebant lapides duo, longitudine et latitudine fere pares. Apparet in medio lapide recessus quidam peramplus, et qui satis esset homini continendo, atque in eo linteum conspicitur. Gratulabundi gestimus; urget circumfusa turba, petitque duos illos lapides actutum removeri. Quibus subductis, expirat suavissimus quidam odor, et plusquam myrrheus : conspectumque in majoris lapidis recessu integrum sancti Gilberti corpus, leucophæo linteo exesis quibusdam partibus involutum, cum hac inscriptione : HIC JACET SANCTUS GILBERTUS FUNDATOR ET PRIMUS ABBAS HUJUS ECCLESIÆ. Nos lætis animis erumpimus in gratiarum actiones, et solenne aggredimur epinicion, Te Deum laudamus. Effero interea e sepulcro sacras Reliquias ; atque altari sacelli, quod præpotenti Deo sub invocatione S. Giberti juxta illius sepulcrum dedicatum est, oblata a felicis memoriæ Fratre Claudio Varvuille, ejusdem monasterii tunc Priore claustrali, sindone nova et candida, intus pro angustiis temporis obvolutas impono.

in templo a JOAN. PAGIO sub 4 columnis,

lapidibus remotis,

cum suavissimo odore reperitur,

altari ipsi dicato imponitur :

19 Rogantibus Patribus Priore et Religiosis
E prædictis, ossa quædam seposita sunt, quæ peregrinis spectanda et veneranda proponerentur ; ut testatur brevis rei gestæ historia, quæ a me tum præsentibus illis atque approbantibus, his verbis concepta est. Hoc S. Gilberti Confessoris et Abbatis mausoleum, postulantibus et circumstantibus hujus ecclesiæ Canonicis omnibus, a nobis apertum, perlustratum, ac linteis albis renovatum ; in quo corpus ejusdem Sancti integrum comperimus. Atque ut prædictorum Religiosorum fideliumque devotioni faceremus satis, ex eodem sepulcro maxillam inferiorem, dentes duos ex superiori maxilla, brachium unum, articulum unius digiti, et costas duas, quæ peregrinis advenientibus veneranda colendaque exhiberentur, eduximus. In quorum omnium fidem et robur, præsentes, manu propria exaratas, nostra et prædictorum Canonicorum Religiosorum syngraphis, die vigesima quarta Octobris anni millesimi sexcentesimi decimi quinti, munivimus.

seponuntur quædam ossa ;

maxilla inferior, dentes 2, brachium, costæ 2.

20 Hac tabella prædictorum Religiosorum, necnon venerandi Fratris Joannis Leger, Prioris cœnobii beatæ Virginis Montis S. Martini (qui adjunctus mihi comes in monasteriorum nostrorum lustratione erat) meoque chirographo obsignata, S. Gilberti reliqua ossa (dum ab iisdem Religiosis et pia turba devote suaviterque Hymnus, Iste Confessor Domini sacratus, canitur) in sepulcrum illud retulimus, cum sacris cineribus, majorique lintei veteris parte, nova sindone contecta ; sacro corpori tabellam eamdem ex membrana imposuimus ; atque post multas orationes, sepulcrum, duobus lapidibus, qui detracti fuerant superinductis et cæmentatis, occludi fecimus. Et ut tota res foret testatior, Notarius quidam Regius, Gilbertus Mizon nomine, Arvernus, eam redegit in Commentarios, ac pro more consignavit, Religiosisque et mihi antigraphum dedit.

reliquum corpus in sepulcro includitur :
F

21 Quibus ita peractis, ossibusque illis quorum in renuntiatione, memini ab hierophylace religiose sepositis, paucis post diebus postulavi a præfatis PP. Priore et Religiosis, ut mihi ex sacris ossibus quædam concederent, quæ in prædicti Collegii Præmonstratensis templo collocarem. Annuere ultro omnes, mihique duos dentes, duas costas, et unius brachii ossa concessere ; quæ Dei gratia et S. Gilberti meritis huc ipse attuli, feretroque inclusi ex ære cyptio (argenteo, si Deus et piorum eleemosynæ dederint, postea facturus) cum aliis quibusdam aliorum

auctor accipit 2 dentes, 2 costas, et ossa brachii.

Parisiisque altari imponit :

A rum Sanctorum Reliquiis, adstantibus omnibus, qui in dicto Collegio studiorum causa erant Religiosi, tum altari sacelli cum loculo imposui. Dicam profecto, quod ex fide et veritate est; ex illo tempore vigere hic pietatem, monasticam disciplinam, litterarum studia magis magisque in dies reflorescere; neque restaurata esse modo ædificia, sed ecclesiam quamdam ampliorem inchoatam. Unde nobis illud Geneseos XXXIX, merito attribui posse videatur; Benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph, et multiplicavit tam in ædibus quam in agris cunctam ejus substantiam. Vel, quod I Regum VI Et benedixit Dominus Obededon, et omnem domum ejus propter Arcam Domini.

A. JOAN PAGIO.

curantur vulnera tibiæ,

22 Atque ut inde concludam, quod vel affirmare certo possim testis oculatus, vel mihi ipsi quoque contigerit. Scatebat cuidam utraque tibia variis ulceribus, eo sane periculosissimis, quod medendo magis serperent. S. Gilberti opem imploravit. Cumque ad utramque tibiam aliquid veteris illius lintei, in quo sepultus fuerat S. Gilbertus, applicasset; D paucis post diebus, ad planum cicatrices reductæ sunt, nec unquam post hac refricatæ. Ea res attulit mihi nescio quid fiduciæ et securitatis, ut plane crederem idem mihi, Deo favente, eventurum. Cum enim anno Domini millesimo sexcentesimo decimo tertio, in Adventu Domini, ad Bruyerensem urbem, quæ in diœcesi Laudunensi est, missus forem concionator; lapsu quodam ex equo luxatum mihi est obtritumque sinistrum genu. Sanari non ita potui quin biennio claudicarem, incederemque gradu non satis firmo, et dolores paterer gravissimos. Linteum illud genu compositum, qua potui reverentia detuli novendiali voto; quo expleto perfectoque, non extenuatæ modo, sed extinctæ prorsus molestiæ sunt. Atque ex illo tempore nec claudicavi, ut antea, nec ullum prorsus dolorem sensi. Hoc ego obiter, ad honorem præpotentis Dei, qui gloriosus in Sanctis suis, et ne ingratus ac immemor beneficii, lumen sub modio occultasse videar.

et luxatum auctoris genu.

B

DE B. GERARDO TINCTORIO,

E

FUNDATORE ET MAGISTRO HOSPITALIS

MODOETIÆ IN LOMBARDIA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De cultu per S. Carolum Borromæum probato, et Actis coram eo productis.

ANNO MCCVII.

Per Processum Modoetiæ confectum an 1582

Longobardorum civitas Regia, vulgo Monza, Modoetia *dicta cum regnum illorum staret; in qua etiam, licet regno eorum per Francos everso, hodiedum servari et ab Imperatoribus moris est sumi Italici regni* Coronam, *ut vocant*, ferream; *prætitulatum* B. Gerardum, *civem suum, anno* MCCVII *ad cælos transmisit, augustius coronandum; eamdemque cœpit habere Patronum, non sibi tantum, sed et multis circumjectis in Mediolanensi et Comensi diœcesi oppidis. De jure et antiquitate ejusmodi cultus ut legitime constaret, S. Carolus Borromæus effecit; misso Modoetiam, qui Processum formaret, Carolo a Basilica Petri, Congregationis S. Pauli Decollati postea Generali, ac denique Episcopo Novariensi. Fecit is anno* MDLXXXII, *mense Augusto, quod jussus erat sane graviter. Actaque vitæ et miraculorum, ex Bonincontri Morrigiæ historia Modoetiensi MS. attulit, cum informationibus aliis. His acceptis Romamque transmissis, sanctus Præsul apud Gregorium XIII Romanum Pontificem, per D. Cæsarem Specianum, postea Cremonensem Episcopum, suum in Curia Agentem, haud difficulter impetravit, ut Modoetiensibus confirmaretur usus suus antiquus; prout ipsi cum multa cum solennitate et pompa instaurarunt anno mox sequenti, die obitus sui VI Junii. Constant hæc nobis ex Discursu Italico, sub annum* MDCIV *Ticini impresso, quem scripsit Josephus Ferrarius, postquam præfatione ad lectorem præfando, obiter rejecisset errorem eorum, qui* Gerardum *ex laico finxerant Presbyterum, Canonicum ecclesiæ S. Joannis; et ex Magistro seu Ministro Hospitalis, nullius voti tunc religione obstricto, professum Ordinis S. Ambrosii ad nemus.*

habentur Acta,

C

et instauratur cultus Beati, pro 6 Junii.

Eadem hic dantur ex MSS.

2 *Duobus post annis Mediolani, Latine edidit* Vitam et Miracula S. Gerardi Tinctorii, *Bartholomæus Zucchius, et Cæsari Cardinali Baronio dedicavit, non aliis quam prior adjumentis usus, prædicta scilicet Bonincontri historia, ab anno* MCC *ad* MCCCXL *deducta in membranis; et primum quidem in Modoetiensis Basilicæ archivio, nunc vero in Bibliotheca Ambrosiana Mediolani asservata; unde quæ* Gerardum *spectant excerpta, una cum reliquo Processu, ex editione anni* MDCIII, *mihi misit jam dictæ Bibliothecæ Præfectus Andreas Pusterla. In his num. dicitur, quod Sanctus* in Domino quievit, anno Domini MCCVII die sexto Junii: *et tamen Zucchius atque, ex hoc Ferrarius in utroque Catalogo, dicunt, quod* Idus Juniæ *fuerunt* suprema mortalitatis *ipsius dies. Viderint Modoetienses, unde processerit diversitas illa, et utrum ipsæ* Idus, *pro die* VIII Idus *Zucchio obrepserint.*

non 13 Junii.

3 *Addidit Pusterlæ in dicta Præfectura decessor, nunc Modoetiensis Archipresbyter Petrus Paulus Bosca, triplex Actorum uno in folio compendium, cum imagine: sed hæc cum ubique alia atque alia vultus lineamenta præferret, differretque etiam ab illa quam ligneæ tabulæ insculptam; diu ante illas editas, præfixerat Discursui suo Josephus Ferrarius, diu hæsi ambiguus an earum aliquam juberem sculpendam dare: cum etiam illa Ferrarii ceteris antiquior, novitatis evidens præferret indicium, in precatoriorum globulorum serto, ad zonam appenso, quo non potuit vivus Gerardus usus fuisse; cum ejus institutor fuerit S. Dominicus, decem annis post mortem Gerardi. Super his ergo interrogatus idem Bosca, respondit, illam Ferrarii discrepare ab omnibus quæ usquam extant, jam olim pictæ; si qua autem esset genuina effigies Sancti, eam videri, quam supra pilam, ad dexterum latus aræ maximæ in basilica S. Joannis Baptistæ, annis abhinc ducentis pinxit Bernardinus Lovinus, ex alia verosimiliter antiquiori.*

Imagines impressæ quales?

F


4 *In Processu expressior et frequens mentio Mantelli est, ad parturientes deferri soliti; quod cum circa annum* MDCLXXV *requireretur, in eo ubi servari dicebatur Hospitali; simul cum eo reperta fuit charta, situ fracida, quam apparebat fuisse impressam haud multo post Canonizationem S. Caroli Borromæi, Ejus chartæ hic tenor est.* Anno MCCVII, die VI Junii obiit Beatus Gerardus, sepultusque fuit in ecclesia S. Ambrosii,

Testimonium in capsa, Pallii custode, inventum.

A Ambrosii, nunc vero S. Gerardi; ubi nunc etiam ejus ossa quiescunt in marmoreo monumento, concurrentibus populis integris infrascriptorum locorum, tum voti tum devotionis causa, cum muneribus et oblationibus, quotannis certis anni diebus, ad visitandum ejusdem Sancti sepulcrum, et venerandas ejusdem sacras Reliquias. Populi sunt oppidorum Olgiati, Garini, Trevini, et Asnagi, in diœcesi Comensi sitorum: item populi oppidorum Decii, Sevesi, Segrati, Lentati, Barlasinæ, Varesii et Figini diœcesis Mediolanensis.

Monumentum anno 1622 *erectum*

5 *Quæ omnia distinctius patescent ex Actis infra producendis. Hic nota S. Caroli Canonizationem fuisse quidem celebratam anno* MDCX; *sed chartæ impressionem videri plus quam duodennio posteriorem illa fuisse; si marmoreum Monumentum, idem sit quod hodie post aram maximam hujusmodi visitur.*



Subtus legitur scriptus hic titulus: S. Gerardo de Tinctoribus, humilitatis et pudicitiæ singularis viro; mirificæ charitatis in pauperes, quibus fovendis publicum valitudinarium extruxit prædiisque locu-
C pletavit, miraculorum gloria clarissimi; tanto Civi, tam bene merito, patri Patriæ; monumentum hoc, priore multo illustrius, Modoetia, beneficiorum memor, poni mandavit anno MDCXXII. *Verum ruit ejusmodi conjectura, si prius monumentum, licet minus augustum, marmoreum etiam fuit.*

Breve encomium Modoetiæ.

6 *Atque hæc præmisisse sit satis; pro complemento præfationis, accipe, quæ de ipsa Modoetia mihi Archipresbyter ejus prælaudatus scribit, sexto Idus Novembris* MDCLXXXV. Urbs est Modoetia Imperialis, quoniam in insigni ejus S. Joannis Baptistæ basilica, Italiæ Reges Corona ferrea redimuntur: eaque Corona isto in templo diligentissime custoditur. Colunt illud Archispresbyter, Infula et Lituo a Sede Apostolica decoratus, decem et octo Canonici, octo Sacellani ab Hispaniarum Rege creati, quadraginta item alii Sacellani, demum quatuor Coadjutores ad curam animarum. Intra mœnia degunt incolæ decies mille: duo sunt valetudinaria, alterum S. Bernardi, alterum S. Gerardi: octo Domus virorum Religiosorum, nempe Patrum Societatis Jesu, Barnabitarum, Dominicanorum Augustinianorum, item aliorum Augustinensium nudipedum, Minorum de Observatia, Conventualium et Capuccinorum. Accedunt, unum Seminarium Clericorum, duo Orphanotrophia, quatuor cœnobia Sanctimonialium, unum Ursulanarum; in suburbiis vero duæ Parochiæ, quibus qua- D
tuor millia incolarum subsunt, præter sex Sodalitia AVC ORD D P
Confratrum et Scholas plurimas doctrinæ Christianæ, sanctissimi Rosarii, et sanctæ Crucis: ut huic urbeculæ jure invideant præcipuæ ob celebritatem basilicæ, cui adhuc, post tot clades ac rerum vicissitudines, supersunt dona, quibus eam Longobardorum Reges ditaverunt, cum summa auri gemmarumque copia.



effigies ante annos 200 picta

7 *Hic porro vides picturæ num. 3 memoratæ ectypon, ubi cerasorum ramusculus, qui alibi ex baculo furcato appensus pingi solet, tenetur sinistra, cujus rationem requisitus docere idem Boscha, respondit, quod* Traditio est S. Gerardum, cum frequenter adiret Basilicam S. Joannis Baptistæ, aliquando pernoctare ibidem orando voluisse; et prohibere id volentes ostiarios atque exire jubentes exorasse, ut sibi indulgeretur, spondendo unicuique eorum cistulam recentium cerasorum. Mensis tum exibat December, ejusmodi fructuum nequaquam ferax: et tamen postridie ostiarios singulos singulis cistulis cerasorum donavit: cui miraculo commemorando solita sint cerasa tali numero ex baculo illius suspendi. *At pedes appicta bascauda lignea cum cochleari, memoriam retinet eorum quibus utebatur, cum infirmis sui nosocomii ipse cibos ingereret ori; majorem etiam ipsa formam præferens vetusti temporis, quam in recentioris ævi imaginibus manu tenere conspicitur.*

quare cum cerasis

et bascauda?

VITA

Jussu S. Caroli Borromæi collecta.

Ex Processu in Bibliotheca Ambrosiana.

CAPUT I.

Vita, fundatio Hospitalis, miracula, mortui sanctitas Olgeatæ cognita.

Beatus Gerardus, magnæ abstinentiæ, humilitatis et

ex MSS.

A puero deditus pietati,

et misericordiæ vir, de terra Modoetiæ, ex illis de *a* Tinctoribus fuit; qui defuncto patre, cum puer esset (nam semper hospitalitatis studio intentus erat) jejuniis, orationibus, et eleemosynis vacabat *b*. Qui postquam fuit ætate maturus, Hospitale Modoetiæ, juxta flumen Lambri, de bonis paternis fundavit. De custodia, regimine, cura; de electione Ministri, de receptione Conversorum, et visitatione infirmorum, post suum decessum fienda in dicto suo Hospitali, per publicum instrumentum sicut hodie patet, cum Archipresbytero, Canonicis et Capitulo Ecclesiæ S. Joannis, et cum Communi Modoetiæ valde bene ordinavit.

fundati a se hospitalis advocatiam

2 *Ipsum hic accipe, sicut ex originali transcriptum habeo.* Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo septuagesimo quarto, undecimo Kalendas Martii, Indictione septima, in præsentia Canonicorum S. Joannis Baptistæ de Modoetia, et laicorum hominum Modoetiæ testium, stetit et convenit inter Dominum *c* Obertum, Dei gratia Archipresbyterum Modoetiæ, de consilio suorum Fratrum Canonicorum, nec non et Gerardum Tinctorem, Conversum Hospitalis pauperum, fundati ab eo in suprascr. loco Modoetiæ ultra flumen *d* Lambri, prope ecclesiam S. Ambrosii, et ejus Fratres; atque Ardericum Fidelem et Arnaldum Lauterium, Consules Modoetiæ, ex parte Communis ipsius loci; quod avocatiam ipsius Hospitalis habere debeat ipsum Commune Modoetiæ, et præf. ecclesia S. Joannis habere debeat pro censu annuali ab ipso Hospitali cereos duos, quemque de libra una ceræ, adducendos ab ipsis Conversis in festivitate S. Joannis ad ejus altare et Magister *e* eligi debeat ab ipso Hospitali, et ipsa ecclesia S. Joannis, et a Consulibus suprad. loci: et ab Archipresbytero d. ecclesiæ investiri debeat: et manum obedientiæ ipse Magister eidem Archipresbytero dare debeat, et sui Fratres Conversi eidem Magistro suo. Deputatos vero servitio jam d. Hospitalis, esse debere Decanos sex populi Modoetiæ, constitutum est, ut curam informorum habeant, qui eligantur ab ipsis Conversis, consilio jam d. Archipresbyteri. Magistrum vero ipsi Fratres eligant, consilio tantum præfatorum Decanorum; quem si malum tulerint, videlicet latronem, ganeatorem, minusve utilem; Ecclesia repudiandi habeat auctoritatem: nec Conversus jam d. loci ibi Conversum ponere possit: nec *f* albergandi ibi aut ejus loci possessiones vel res ullas tollendi habeat modo ullo ipsa Ecclesia libertatem aut potentiam. quia sic inter eos convenit. Actum infra ipsam Canonicam, coram multis, Alexandro Converso ipsius Hospitalis. Interfuerunt de Canonicis plures, videlicet Magister Vuidottus, Ambrosius Ciminus, Marchesius de Cellonia, Diaconi; et Mag. Ricardus Ormenus, et Ambrosius de Palatio, Subdiaconi; et Mag. Matthæus, et Martinus de Pirovana, et Michael de Bosozo, et alii Fratres et Clerici præfatæ Ecclesiæ; et etiam de Populo Modoetiæ complures, Joannes et Landus fratres qui dicuntur Bonvassalli, et Cazardus Pelluccus, et Arminus, et Germanus Patius et Ambrosius Medicus, et Donixolus de Curate, et alii multi testes.

ac regimen ordinat;

coram testibus, et Notario:

Ego Junius Judex interfui, et hanc chartam ad memoriam habendam subscripsi *g*.

intendit operibus misericordiæ:

3 Idem Gerardus, maxime devotus S. Joannis Baptistæ fuit. Tantam compassionem, misericordiam, et humilitatem in se habebat, quod in quacumque parte terræ Modoetiæ, ubi noverat pauperes infirmos jacere, ibat; et ulnis suis solus, et aliquando cum socio, ad Hospitale suum portabat, et super mundos lectos, illos ponebat; leprosos manu sua tergebat; omnes infirmos, quos hospitabatur, cum osculo pacis recipiebat, illisque in omni hora debite personaliter ministrabat, et quodlibet necessitatis servitium sine indignatione eis faciebat. Petentibus egenis eleemosynam, numquam negabat: eoque tempore, quo alimentorum inopia Lombardiam graviter *h* affligebat, vir Dei diversis indigentibus Hospitalis sui cuncta tribuerat, ut pene nihil in cellario, nisi forte modicum grani, et ex *i* vegete starium *k* vini remaneret. Tunc multi egeni ad se veniunt, magnopere postulantes: vir autem Domini, qui cuncta decreverat in terra tribuere, ut in cœlo omnia reservaret; hoc ipsum parum, quod in Hospitali remanserat, petentibus jussit dari. Conversus vero, qui Canevarius *l* erat, audivit quidem jubentis verba, sed implere distulit; dicens, turbido animo increpando: In cellario modium grani, in vegete starium vini, nec plus in Hospitali est; quomodo debent vivere Minister et Conversi? Eadem hora vir Dei inquit: Frater, modice fidei noli esse: Evangelium dicit, Qui Dei caritate unum dabit, centuplum accipiet: Christus non derelinquet bona facientem, et in se spem habentem. Vade igitur; totum id quod potes pauperibus Christi ministra. Tunc vir Christi, tam pro Fratris sui turbatione, quam pro egenorum compassione, cum lacrymis in oratione se dedit: et Canevarius, causa distribuendi quod remanserat, ivit; et reperit granarium ita blado *m* plenum, quod ostium non poterat aperiri; et vegetem, quæ tenebat carra *n* quatuor plena boni vini. Qui statim Ministro suo hoc retulit cum lacrymis; veniam ei petens: qui etiam et alios Conversos admonuit, quatenus nemini miraculum dicerent, nec in fide deficerent, sed misericordiam semper consequerentur.

tempore famis publicæ

cum distribui cuncta jussisset,

frumentum ac vinum oratione multiplicat

Lambrum flumen exundantem

4 Quadam vero die, vir Dei in mane tempestive, dum de B. Joannis devoti sui oratio, quod circa duos ictus balistæ, mediante flumine Lambri, longe ab Hospitali suo situm est, reverteretur (in quo causa audiendi Matutinales orationes omni die ibat, in quo etiam oratorio divino auxilio multoties januis clausis intrabat, prout evidenter a custodibus illius oratorii notatum fuit) flumen Lambri per pluviam, sicut hodie facit, subito creverat, et pontem ruinaverat. Cum [autem] suum Hospitale sit, mediante stricta strata, in ripa d. fluminis situm; timuit ne ipsa aqua damnum domui, et maxime ad infirmos intrando, faceret. Subito divinitus inspirando, sine alio cogitatu, nisi cum magno fervore liberandi infirmos a periculo aquæ, capam suam projecit in ipsius magni et currentis fluminis aquam, et cum pedibus superivit, semper recommendando infirmos suos Deo et S. Joanni, ne de aqua damnum acciperent. Sic ipsum Lambrum transivit, qui nec ipsum nec capam *o* balneavit: et in nomine Christi et S. Joannis devoti sui, ipsi aquæ ne intraret cameras infirmorum præcepit: quæ per medium cubitum juxta ipsas cameras altius stetit, per plures horas, quam limina ostiorum ipsarum camerarum essent alta, et in eis cameris non intravit. O quam fervidum amorem et solicitam curam habebat vir sanctus iste ad pauperes Christi! Sicut B. Petrus Apostolus, sine alio cogitatu nisi cum fervore essendi ad Christum, ambulavit super mare: sic venerabilis vir iste, sine alio cogitatu, nisi cum magno fervore essendi ad pauperes infirmos, qui repræsentant personam Christi, ut eos a periculo aquæ liberaret, se posuit super *p* capam in flumine, et meruit aquam transire miraculose *q*.

pallio desuper instrato transit,

et ab aquis ægros defendit.

Miraculis clarus

6 Vir venerabilis iste B. Gerardus, pro suis sanctis orationibus, de multis languoribus sanabat multos bonæ fidei pauperes infirmos. Temporalem namque honorem fugiens, egit ut ab his, a quibus visus in tanta virtute fuerat, numquam in hac vita, in

A in vanam sui laudem, aspiceretur. Tandem in bonis operibus vitam gerens, senex plenus dierum, de hac luce transiens, in Christo quievit, anno Domini MCCVII, die sexto Junii. Eodem vero d. anno, quo ex hac vita erat transiturus, quibusdam bonis Conversis, secum conversantibus, multa prædixit, et sanctissimi sui obitus denuntiavit diem. Sed Christus servi sui bona opera, qui ea bona opera quæ fecerat in vita, despiciendo vanitatem mundi, occultaverat, voluit post illius mortem manifestare.

obiit 1207:

die postera a morte Olgiatenses ægri de ejus morte,

6 Quadragesimo die post ejus obitum, in quodam vico, qui locus de Olgiate dicitur, longe a Modoetia per viginti milliaria, in principatu Cumano sito, cujus loci habitatores erant plures, masculi et feminæ, percussi omnes de una infirmitate, quæ Syncope *r* vocatur, sic quod nec unus ejusdem loci poterat alteri servire. Sed admoniti a quodam sancto Solitario *s*, vici illorum habitatore, qui a Deo per revelationem habuerat, quod servus Dei, nomine Frater Gerardus, quadraginta diebus jam elapsis sepultus fuerat in terra, juxta portam ecclesiæ suæ in Modoetia; ejus bona opera, quæ in B sua sancta vita occulte, fugiendo vanitatem mundi, fecerat, post ejus obitum manifestarunt; ut ejus corpus in reverentia haberetur. Voverunt [autem] inter se unanimiter, atque dixerunt, Si sanctus iste pro nobis intercedit ad Dominum nostrum Jesum Christum, et de hac infirmitate liberati fuerimus; nos omnes, ad visitandum corpus ejus, cum reverentia et dono ibimus; insuper et perpetualiter omni anno, in ipso die, a nobis, dum vixerimus, et a nostris descendentibus, scilicet ab uno pro qualibet familia, ex nostri voti promissione, visitabitur. Qui cum hoc votum fecissent, subito omnes liberati fuerunt, et votum adimpleverunt. Sed illi sanctum corpus de terra, ubi erat sepultum, omni odore plenum, abstulerunt; et in arca lapidea, in qua nunc est, cum magna reverentia illum in ipsa sua *t* ecclesia posuerunt: qui usque in præsentem diem votum non fregerunt.

vovent quotannis adire corpus,

et subito omnes sanantur;

t

7 A præd. vero Gerardo illis hominibus et aliis undique multis eorum circumdantibus, et maxime Modoetiensibus, magna et infinita miracula facta sunt, et quotidie in suis meritis spem habentibus fiunt; prout oculata fide aut discretorum relatione novimus: de quibus plura, prout tempus et ordo C dictaverit, in sequentibus hujus nostræ historiæ a nobis scripta sunt. Sed quæ superius posui de ipso B. Gerardo et de miraculis ejus, pro magna parte audivi a senioribus terræ nostræ, scilicet Modoetiæ, quibus Conversi et alii Religiosi bonæ famæ et fide digni, amici familiarissimi et noti ipsius B. Gerardi, ea dixerunt, quæ oculata fide de ipso B. Gerardo et miraculis ejus viderunt. Sed oportet jam ut antiqua priora taceamus: ad ea quæ nostris temporibus gesta sunt, veniendum est *u*.

[illegible] exinde multis miraculis.

u

ANNOTATA D. P.

a *Addit Zucchius quod* Tinctoriæ familiæ neque obscura nobilitas, neque parva decora *sint: vetustior Epitome, ante annum* 1174 *vixisse seu floruisse* Gerardum *ait: Philippus Ferrarius, et cum eo Epitome recentior, definite asserit natum anno* 1134.

b *Idem Zucchius exaggerat propositum tenendæ castitatis, contra solicitantes ad uxorem ducendam propinquos firmum, aliasque virtutes, puta ferventem orationem, jaculatoriarum frequentium usum, discretionis spiritum etc. congrue quidem de tali viro cogitanda, non tamen huc ingerenda, cum veteres de iis tacuerint.*

c Tertiagum *cognominat Ughellus atque ex Archipresbytero Modoetiensi Archiepiscopum Mediolanensem factum ait; utique jam grandem natu, utpote quem docuimus decimo suæ Sedis mense, anno* 1196, *obiisse.* D

EX MSS.

d *De hoc flumine Leander Albertus in Descript. Italiæ pag.* 645. Lamber, aquarum perpetua claritate nitens, copiaque piscium optimorum abundans, ex Eupili sub Comensibus jugis, item Cerviano Segrenoque lacubus, qui fossis et ostiis Eupili conjuncti sunt, effluit; et sic ab Eupilo, in quem alii confluunt, effusus, tandem in Padum se exonerat.

e *Sic etiam in mox proferendo Curiæ Modoetiensis Statuto, edito post hanc conventionem, semper scribitur* Magister: *cum tamen in Actis constanter legatur* Minister; *idque hodiedum esse in usu probat Epitome Actorum, nuper in folio recusa. Aut igitur ipsemet Sanctus, recusata* Magistri *appellatione*, Minister *dici voluit; aut assumpta tertii Ordinis Regula, humilior iste titulus Conversis omnibus placuit, post Sancti mortem, idque secutus Bonincontrius sit.*

f Albergare, *hospitium præbere, a voce Italis, Hispanis, Francis communi* Albergo, Alvergo, Auberge, *ex Teutonico Al omnis et* Berghen, *abdere, tuendum suscipere, quomodo Græce* Πανδοχεῖον *dicitur, quia* E omnes excipit. *Dicitur etiam* Heribergum *et* Herbergum, *id quod Teutonibus familiarius et forte altero antiquius, [illegible] ab* Her *exercitu: eo quod ad publicas vias Romanorum dispositæ mansiones, militares potissimum, eo nomine ac primum venirent.*

g *Post authenticationem Processus de quo infra,* Joannes Vicecomes, publicus Mediolani Notarius et oppidi Modoetiæ, *attestatur se* de defensione Hospitalis S. Gerardi et Communitatis tertii Ordinis *scripsisse,* sicut in volumine Statutorum Modoetiæ reperiuntur, capitula exempli sequentis videlicet:

Statuta pro conservatione Hospitalis

Ad hoc ut pauperes Hospitalis S. Gerardi et Communitas Fratrum tertii Ordinis, quantum est pro factis pauperum, conserventur a persecutione malorum et superborum hominum, Rector et Curia teneantur et debeant d. Hospitale et Communitatem defendere, et manutenere in suo statu et jure, tamquam rem specialem Communis Modoetiæ; cum d. Hospitale et Communitas antiquitus conservatum et conservata, sit illæsum et illæsa pro defensione Communis Modoetiæ. Et per Curiam Communis Modoetiæ eligantur quatuor boni et discreti viri, qui sint Advocati Hospitalis; et cum uno ex Fratribus tertii Ordinis et Pœnitentiæ debeant se congregare in d. Hospitali, ad videndum F jura et rationes d. Hospitalis, et providendum super bono statu ejusdem: et quod non possit eligi aliquis in Magistrum d. Hospitalis sine licentia d. Communis Modoetiæ; et si electio aliter facta fuerit, non valeat. Qui Magister et Canevarius d. Hospitalis teneantur et debeant facere rationem singulis mensibus dd. Advocatis, de intrata et expensis factis de bonis d. Hospitalis ipso mense. Qui fuerint Advocati uno anno, non possunt [resumere advocatiam] infra annos tres, nec aliquis de eorum familia. *Ita ibi, citra expressionem anni; cum* Gerardus *jam vulgo nominaretur* Sanctus, *et Conversi ab eo instituti, tertium Ordinem suscepissent, sive tertiam Regulam de Pœnitentia S. Francisci.*

h *Joseph Ferrarius Zucchiusque, hanc publicam famem aiunt per Italiam sæviisse,* Frederico Ænobarbo imperante; *de quo et Actis Alexandri III apud Baronium discimus, quod anno* 1162 multa famis inedia coactus *sit ex Italia, quam fere totam occupaverat, exercitum ad propria remittere; et ipse ad regnum Teutonicorum, non sine magna tristitia, remeare.*

i Veges *quidem communiter significat* dolium ligneum:

EX MSS.

A gneum : *sed hic usurpari videtur pro* cella vinaria, *idque suadet quantitas vini ibi miraculose reperti.*

k Starium. *i. Sextarius.*

l Canivarius. *i. Promus-condus, Teutonicæ originis, ex* Kanne *cantharus, et* Waren *custodire : aliis a* buticula, Buticularius.

m Bladum. *i. frumentum.*

n Carrum, *quæ vox pro unius carri vectura hic usurpari videtur.*

o Balneare, *Italis* Bagnar, *madefacere totum, sicut in balneo,*

p Capa, *alias* Mantellum.

q *Jos. Ferrarius etiam hoc factum comparat, cum miraculo Metauri fluminis, divisi ad transitum* S. Fantini, *quem ait coli* 3 Junii ; *libenter sciam ubi : nam Syracusis colitur* 24 *ejusdem, alii etiam serius collocant : de quo videndus in Annotatis ad Vitam Octavius Cajetanus ; et forte apud Ferrarium per incuriam typothetæ obrepsit* 3, *pro* 23.

r Syncopen, *interpretatur Jos. Ferrarius,* defectum cordis.

B s Manfredum Septalium *nominant iidem Ferrarius et Zucchius : ejusque festum, ut Beati dicitur agi* 27 *Jan. quando licebit de eo agere in Supplemento ; modo interim submittantur nobis, quæ hactenus nulla accepimus, vitæ et miraculorum monumenta.*

t *Tunc* S. Ambrosii *dicta.*

u *Fortassis hic aliqua recentiora addidit Auctor, quæ notata in Processu non sunt ; et infra, post caput* 2, *litt.* r *adnotabitur unum ex Josepho Zucchio, patratum seculo* 14 ; *item recentissimum unum anni* 1692, *post Caput* 3 *litt.* d.

CAPUT II.

Miracula seculo XIV *patrata, et a Bonincontro Morigia, dum fierent, scripta.*

Scriptoris pater.

Et quia, sicut miraculose puniuntur, qui contra Sanctos prave agunt ; sic miraculose præmia et veniam recipiunt, qui in operibus Sanctorum student, et in eorum meritis confidunt ; ideo neque hoc silendum existimo, quod actum in persona christianissimi ac devoti viri, genitoris mei, miraculose a B. Gerardo, de quo in primo libro hujus historiæ mentionem feci, reminiscor, prout ipse genitor meus multoties cum magna devotione mihi retulit. Primo C anno, quo matrem meam duxit uxorem, ei sub vibriano *a* sinistri brachii apostema, admodum ovi grossi, natum est. Cumque timerent Mediolanenses et Modoetienses medici apostema in tam periculoso loco *b* tabiare, et tunc tam pro calore febris quam pro dolore nascentiæ, in periculo mortis se agnosceret ; vovit B. Gerardo, quod de cera imaginem brachii sui ad illius ecclesiam offerret ; et infirmos qui erant in Hospitali suo, cum certa eleemosyna visitaret ; humiliter et cum magna devotione semper supplicans et orans B. Gerardum, ut veniam impetraret, et ab ipsa infirmitate liberaretur. Eadem vero hora soporatus, in visione B. Gerardus ei apparuit, qui brachium suum signavit, eique dixit : Christianus aliquando fit salvus ex fide et ex devotione, tam ab omni infirmitate corporis quam animæ, et postea disparuit. Qui cum esset e somnis excitatus, sine dolore apostematis (eo quod esset quasi penitus *c* malatia declinata) et sine febri remansit ; et sic die tertia a d. infirmitate liberatus fuit. Quod maximum miraculum dictis Medicis et aliis apparuit *d*.

periculoso apostemate liberatur, apparente Beato :

9 Nuper quoque (*scilicet anno* MCCCXXIV) *e* cujus superius memoriam feci, B. Gerardus, pro ecclesia sua, prout boni vicini ipsius ecclesiæ testati fuerunt monstravit quoddam memoriale miraculum. Cum D ecclesia illa sita sit extra portam terræ Modoetiæ per ictum arcus, quasi in medio burgorum portæ de Lecco et portæ S. Gerardi, quæ porta nomen accepit ab ipso B. Gerardo, in d. ecclesia sepulto ; aliqui de supramemoratis perfidis *f* gentibus ascenderunt super coperturam ipsius ecclesiæ, et voluerunt eam diripere, causa comburendi lignamina, cum ipsa sola coperta in dictis burgis remansisset ; quia sedimina *g* centum sexaginta familiarum, quæ habitabant in d. burgo, detruncaverant. Sed unus eorum cum increpatus foret, quod vellet projicere copertam ecclesiæ tanti Sancti ; maledixit, loquens nefanda increpanti ; et dicens ; Non credo quod hujus nominis Sanctus habetur in Paradiso. Qui statim de coperta omnes ceciderunt : sed qui maledixerat, subito moritur : aliis vero eorum ossa franguntur, sed non moriuntur. Sic de cetero nemo ausus fuit ipsam ecclesiam dirumpere ; cum ceteræ ecclesiæ et omnia alia sedimina et ædificia, quæ erant extra d. terram, forent destructa a prædd. pessimis gentibus et combusta.

tectum ecclesiæ ejus detractari milites / *miraculose ex eo deturbantur.*

E 10 Sed quia de B. Gerardo isto tempore apparuit unum de sua sanctitate signum, satis mirabile, libet nos huic nostræ Historiæ hoc breviter inserere. Illi de loco Olgiate, qui ex voto, scilicet unus de quaque familia, obligati sunt omni anno visitare corpus et ecclesiam B. Gerardi, sicut in primo libro hujus Historiæ diximus ; steterant occasione guerræ *h* suprad. annis duobus et mensibus quinque, quod votum adimplere non poterant. Tandem suprascripto anno, vocati die statuto pro Communi loci, qui debebant ex debito post Crucem cum Pleviano *i* suo venire, ad visitandum ibidem sanctum corpus ; unus eorum qui arabat in campo vocabatur verbis a sorore sua ; Veni, veni, frater, quia vocatus et notatus es : Crux deducitur : Presbyter et omnes de loco secundum votum vadunt, ad visitandum corpus et ecclesiam sancti nostri Gerardi. Qui cum irato animo, dicendo ; Nolo ire, B. Gerardum et sororem suam blasphemasset ; statim oculorum lumen amisit, et sororem clamare cœpit, illique dixit : Duc me tecum : curramus post Crucem, quia non solummodo pro mala reponsione, sed pro mala intentione cæcus factus sum. Roge ut una mecum supplicare debeas cum devotione B. Gerardum, quatenus pro me veniam a Christo impetrare debeat, ut mihi lumen oculorum restituat. Qui cum fere per duodecim milliaria cum sorore in pœnitentia F peccata luxisset, prope vicinos suos junxit : cui Soror, Vide Crucem, inquit. Qui cum magnis precibus humiliter genua flexisset, Crucem vidit, et de restituto sibi oculorum lumine omnibus indicavit ; Deoque et S. Gerardo gratias cum magna promissione egit. Sed nos hic brevi relatu quæ digna erant contenti [scripsisse], ad historiam revertamur……

Olgiatensis rusticus, ad votivam peregrinationem ire recusans, / *et ideo cæcus factus,* / *deinde pœnitens, illuminatur*

11 Isto vero tempore *k* quædam honestæ vitæ, credita *l* et nobilis Matrona, ex illis de Lampugnano, terraria *m* Modoetiæ, quadam die cum vidisset duos homines, masculum et feminam, de loco Olgiate venire Modoetiam cum magna devotione, ad visitandum corpus B. Gerardi, secundum eorum votum, et de miraculis ipsius intellexisset ; statim secreto suum intravit cubiculum, et humili corde cum magna devotione supplicavit, orando, dicens ; O B. Gerarde, exaudi preces mei devotæ tuæ, quæ cum steterim annis novem cum viro meo, et prolem non habuerim, et vocata sum sterilis ; tuam humiliter supplico pietatem, quatenus a Christo pro me impetrare debeas gratiam, ut saltem unum concipiam filium, cui amore tui faciam ponere nomen Gerardum ; atque omnes vestes quas ipse portabit, usque-quo

Mulier sterilis, / *voto facto*

A quo ad ætatem venerit, ad pauperes infirmos dabo qui erunt in Hospitali tuo; et perpetualiter dum vixero, ecclesiam tuam et corpus tuum omni anno cum optimo munere visitabo. Quod votum cum plena fide fecisset, ad tempus gravidam se sentiens, nono mense post diem voti, filium masculum peperit, qui ad ætatem, prout votum, crevit, nec unquam alium filium habuit, et quod voverat adimplevit. Veritatem in Christo loquor.

filium parit.

12 Matrona quædam, nomine Honoria, de Cassinis de *n* Boate, territorii Modoetiæ, senuerat, et lumen oculorum suorum tam pro senectute quam pro infirmitate amiserat. Hæc magnam devotionem B. Gerardo habebat; et quotidie filiis, neptibus, nuribus, et filiabus suis supplicando dicebat, Facite super plaustrum nostrum me conducere ad ecclesiam B. Gerardi; ad hoc ut illius Sancti corpus visitare, et de mantello suo oculos meos tangere possim: quia non dubito, pro ipsius mei devoti precibus et meritis, restituet mihi Dominus, prout cupio; [facultatem] videndi cum oculis B. Gerardum. Cumque de ejus verbis irriderent, et per plures menses illudendo sibi tempus dilatarent; tandem una die, cum rogare quod conduceretur non B cessaret, ei complacere voluerunt, et ipsam ad d. ecclesiam conduxerunt. Quæ cum ecclesiam intrasset, et arcam et mantellum ipsius B. Gerardi cum magna devotione osculata esset, et oculos suos signasset; reversa domum, statim gratias Deo et B. Gerardo egit; et omnibus de domo, quod sibi oculorum lumen restitutum erat, veraciter indicavit. Veritatem in cœlo loquor. Quidam devotus Presbyter et creditus, nomine Presbyter Finetus, Capellanus ecclesiæ S. Joannis Modoetiæ, mihi scriptori et pluribus discretis viris certificando retulit, quod ipsam mulierem duobus annis cæcam stantem habuit ad Confessionem, et eam vidit cæcam et videntem.

n
Anus cæca ad arcam Sancti visum recuperat.

13 Ne legentibus audientibusque in dubium veniant miracula Sanctorum, quod gestum est certissimo isto tempore miraculum, confirmat, cetera Sanctorum quæ scripsimus miracula esse credenda. Nobili generatione, creditus vir et dives, Guffredus *o* de Nerio, vicinus noster, de semetipso narravit gratiam, quam ex voto per eum facto B. Gerardo habere a Christo meruit, de uxore sua; quæ ex improviso de mortali infirmitate liberata fuit, quia ipsa jacente per quindecim dies in lecto, continua C febri et phreneticis quam passionem pro quolibet anno semel vel bis tribus annis continuis sustinuerat, atque totum corpus eius maceratum erat) cum in festo die B. Gerardi hac passione sic jaceret, et ipse Guffredus in prandio staret; et ipsa, prout phreneticorum consuetudo est, gerendo et dicendo turpia, nuda, cum teneri non posset, de lecto exire vellet; vovit intra se dicendo: O B. Gerarde, si pro tuis precibus et meritis uxor mea ab hac passione, quam quasi omni anno patitur, liberata fuerit; perpetualiter omni anno dum vixero, duos [cereos] unius libræ pro quolibet offeram ad ecclesiam tuam, aliudque pauperibus qui sunt in Hospitali tuo largitus ero, Cumque sic vovisset, statim sine dilatione de voto pœnituit, et sæpe dixit: Sum stultus; posset alio modo, prout vidi alios, liberari; quare si oblationem, quam promisi offerrem, pro memetipso delusus fuissem? Qui stando in hac deliberatione, uxor alta voce clamare cœpit verbis insolitis pluries, Gerarde, Gerarde; et de hac voce non cessavit, donec ipse Guffridus dubitationem, in qua quasi una hora stetit, a se amovit; et firmo corde, cum firma fide et spe observandi, quod voverat firmavit.

Pro uxore quotannis phrenetica,
o
votum faciente idque mox retractante marito,
ipsa sibi redditur, aliud ratificat,

14 Eadem vero hora clamando cessavit, et cum bonis intellectu et pio voto, mulieribus quæ ad ejus D servitium erant, Vocate virum meum, inquit, illique dixit: Date mihi vestitum meum pulchrum, quem habetis in scrippo clausum; volo enim ire cum mulieribus illis ad visitandum B. Gerardi ecclesiam et sepulcrum: quia hodie tantum a me clamatum fuit, quod exaudivit; et ab hac infirmitate, cum nullum morbum sentiam, me liberavit. Cum crederent quod vanaciaret *q*, nec quod tam longe ire posset, eo quod ecclesia erat per medium milliarium longe ab illius hospitio, rogabant quod staret. Quæ dixit: Hujus Sancti meritum probate, et me dimittatis ire. Cui vir, qui sciebat quod voverat, acquievit. Induta, cum dictis mulieribus sociata ad d. ecclesiam, absque ullo gravamine, eadem hora ivit: quæ reversa statim domum, liberata fuit; nec unquam, cum vixisset postea plus quindecim annis, ipsam infirmitatem habuit. Qui Guffredus, in nostri præsentia, Magistro Hospitalis ipsius B. Gerardi ac Priori Fratrum Prædicatorum de Modoetia, et pluribus eorum Fratribus et Conventui hoc miraculum cum sacramento notificavit: etiam creditæ et honestæ mulieres, quæ tunc ad ipsius infirmæ servitium erant, hoc in sua anima, prout supra scripsi, testatæ sunt *r*. E

Ex MSS et salva persolvit.
q
r

ANNOTATA D. P.

a *Vereor ut sincera sit scriptio: auctores Itali*, sub axilla, *vertunt.*

b Taliare .i. *dividere, secare, Francis, Italis, Hispanis commune verbum a Teutonico* Thail, *pars, sectio, Belgis* Deel, *molliori dialecto.*

c Malatia .i. *morbus, sic* Malato, *Italis*; Malade, *Francis, dicitur morbo laborans, quasi a verbo* Malare, *male habere.*

d *Aderat transitio:* Cum de duobus miraculis Sanctorum nostrorum, S. Joannis et B. Gerardi, sit convenienter dictum, ad historiam revertendum est. *Hinc intelligo eadem in historia etiam quædam* S. Joannis Bapt. *miracula describi, quæ optarem pro* 24 *Junii vel* 29 *Augusti accipere. Sic in fine miraculi seq. dicitur:* Aliud autem in historia ordinandum est et pulchrum S. Joannis miraculum.

e *Ecgraphum notat hæc haberi*, inter narrationes anni millesimi trecentesimi vigesimi quarti, *pro ceteris solum notatur folium; quamvis verosimile sit ad varios annos pertinere singula, sicut apparet illa in historiæ ipsius contextu discreta, aliisque narrationibus interpolata fuisse.* F

f *Narraverat credo Auctor, quomodo Teutonici, missi a Ludovico Bavaro electo Imperatore, in subsidium Galeatii contra Pontifices: Modoetiam, a Pontificiis detentam, toto fere anno isto obsessam, tenuerint; quæ tandem pene destructa tota ac desolata, sub finem anni fecit deditionem, uti narrat in Historia Mediolan. Corius parte* 3.

g Selvanna *aliter vocantur Campus*, loca vacua ad habitandum vel plantandum; *sed hic apparet minime vacua fuisse, ut ex contextu videtur patere. Domus ergo et habitatores & agrestes intelliguntur; alias* Mansi et Maneria

h *Scilicet inter Galeatium Vicecomitem Mediolanensem, et Raymundum Cardonam Siculi ac Pontificii exercitus in Italia ducem: quo bello durante Modoetia a Pontificiis, ut dixi, insessa tenebatur, reliqua fere Lombardia pro Galeatio et Imperatore faciebat.*

i Plevianus, *alias* Plebanus. *i. Parochus.*

k *Joseph Ferrarius* tempus *indicat* Ludovici Vicecomitis, filii Barnabovis, Domini Laudensis et Cremonensis, *adeoque post an.* 1385 *quo pater obiit. Quod autem ille hic nominetur, indicio est, ipsum etiam Modoetiam aliquando tenuisse.*

A l Creditus, *hic et infra sæpius dicitur, fide-dignus et alicujus auctoritatis, aut ut vulgus loquatur* persona crediti. *Itali*, a gran credito, *valet auctoritate.*

m Terrarius. *i. incola alicujus terræ seu oppidi: Oppida enim* Terras *Itali nuncupant. Idem Josephus* Catharinam *nominat*, uxorem Joanelli Belloni,

n *Idem Joseph.* Cassina Bovariorum, *cognominatur, ait, a suis possessoribus, quorum familia ditissime eas tenuit: fortassis* Beari *scripsit Auctor, et sic invenitur altero a Modoetia lapide etiam* Cassina de Banfi. *Addit autem Josephus id factum eodem anno, quo miraculum sequens, prius ab ipso relatum, nec tamen annum nominat.*

o Gottifredum Nessi *nominat Josephus*, Gatifredum Nellum *Zucchius, ambo autem asserunt, mulieri nomen fuisse* Olivæ.

p *Ecgraphum nostrum* scripto: *male, ut reor: igitur* scrippo *substitui, quod* peram *vel* saccum *significat. Auctores vide apud Cangium in Glossario.*

q Vanaciare, *Italice* Vaneggiare, *desipere, delirare.*

r *Iidem, post relatam ex Morrigia sanitatem Auctoris patri redditam, referunt ex eodem (et quidem* B *Zucchius allegato in Margine* Hist. Modoetiæ lib 2. cap. 30) *id quod sequitur, in ecgrapho Ambrosiano prætermissum.* Non minus mirabilis fuit gratia, eodem Sancto mediante, obtenta tempore Matthæi Vicecomitis, Vicarii generalis Mediolani et Lombardiæ ab Henrico VII Imperatore constituti. *Successit hic Othoni Archiepiscopo patruo suo, sub annum* 1295, *dominatus usque ad annum* 1320, *quo obiit. Henricus autem Luxemburgius, electus anno* 1308, *et Mediolani coronatus* 1312, *obiit* 1313. Accidit autem miraculum in quodam Nazario, de Sexto S. Joannis, viro erga S. Gerardum devoto, ipsique scriptori satis noto, qui præsentem se fuisse affirmat, et quod narrat oculis propriis vidisse. Scilicet, quod cum is vellet declinare currum calce onustum, quem ferocissimi duo boves trahebant, per declive pontis S. Gerardi; ubi ille cum aliis sedebat bibens, et forte temulentus nonnihil; dum assurgit, retrorsum lapsus est inter pedes posteriores unius eorum animalium et primam rotam: quæ super guttur ejus pertransiens, sic ipsum elisit confregitque, ut per eos naresque sanguis continuo multus effluxerit. Dum autem ad ejus casus spectaculnm attoniti stabant, alii continuo exclamaverunt, S. Gerardus te adjuvet, S. Gerardus te adjuvet. Quamquam autem præ ti- C more fugisset is qui boves minabat, hi tamen ultro substiterunt, cum jam posterior rota ad jacentis collum pervenisset. Ipse vero continuo subductus discrimini novo, et semimortuus delatus ad hospitale Sancti, quod non longe aberat, dulci sopitus somno est: atque post horam unam experrectus, absque livore et macula ulla evigilavit sanus atque alacer; dixitque, quod inter cadendum invocarit S. Gerardum, per eumque fuerit liberatus. *Hactenus Italice Josephus, cujus verba malui Latine reddere, quam Latinis Zuchii uti, quod hic Auctoris sui contextui minus presse inhæreat, iste additis circumstantiis temporis atque præsentis Auctoris accuratius retulisse rem videatur.*

Homo temulentus, sub rota currus transeuntis collisus,

invocato ab occurrentibus Sancto,

subito sibi restituitur sanus.

CAPUT III.

Seculo 16 exhibitum MS. Bonincontri. Seniorum Modoetiensium depositiones, per Carolum a Basilica-Petri exceptæ.

Reperitur in Actis, receptis per qu. Josephum de Casata, olim publicum Mediolani et Modoetiæ Notarium, inter alia adesse Processum unum tenoris infrascripti a.

In nomine Domini. Amen. Anno a nativitate D ejusdem millesimo quingentesimo octogesimo secundo, die Lunæ, vigesima septima mensis Augusti, coram multum Reverendo I. V. D. Domino Carolo a Basilica-Petri, Clerico regulari S. Pauli decollati, delegato ab Illustriss. et Reverendiss. Domino, D. Carolo Cardinali Borromæo S. Praxedis, Archiepiscopo Mediolani, prout constat instrumento ipsius delegationis, rogato per R. D. Julium de Norate, Notarium præfati Illustriss. et Reverendiss. Domini Cardinalis, anno etc. ad quod etc. et hoc pro assumendis informationibus, recipiendis testimoniis et monumentis, de vita, miraculis, et cultu, superioribus temporibus exhibito B. Gerardo Modoetiensi. Vocatus R. D. Presbyter Benedictus de Brambella, filius qu. D. Joannis-Petri, Canonicus residens S. Joannis Baptistæ Modoetiæ, uti Syndicus et Procurator RR. DD. Archipresbyteri, Canonicorum, et Capituli d. ecclesiæ S. Joannis Baptistæ Modoetiæ. Magnificus D. Joannes Maria de Hortensiis, filius qu. Magn. D. Gerardi. Joannes Angelus de Tricio, filius qu. Mag. D. Baptistæ. Joannes Baptista Bonfantus, filius qu. Magn. D. Joannis-Antonii, omnes Syndici et Procuratores Magnificæ Communitatis Modoetiæ, requisiti ad exhibendum vetera monu- E menta et testimonia, item testes super vita et miraculis et cultu præfati D. Gerardi;

An. 1582. jussu S. Caroli Borromæi:

citati ad monumenta de Gerardi sanctitate exhibenda cives:

16 Primo exhibuerunt Chronicum quoddam manuscriptum in charta pergamena D. Bonincontri Morigiæ, viri primarii oppidi Modoetiæ, quod incipit Historia Bonincontri Morigiæ etc. Qui auctor, quantum perspicitur ex lectione libri, fuit ante annos circiter ducentos quadraginta. In eo Chronico primo habetur, folio decimo quinto a tergo, infrascriptum Capitulum, positum ab auctore inter narrationes anni millesimi ducentesimi septimi. B. Gerardus etc. *num.* 1. Exhibitum fuit aliud Capitulum ejusdem Historiæ, in folio trigesimo primo, tenoris sequentis. Et quia sicut miraculose etc. *num.* 8. Item aliud Capitulum, folio quinquagesimo, inter narrationes anni millesimi trecentesimi vigesimi quarti tenoris sequentis. Nuper quoque etc. *num.* 9. Item aliud Capitulum, ex folio quinquagesimo sexto, tenoris sequentis. Sed quia de B. Gerardo etc. *num.* 10. Item aliud Capitulum, in folio sexagesimo octavo, tenoris sequentis. Isto vero tempore etc. *num.* 11. Item aliud Capitulum, folio septuagesimo a tergo. Matrona quædam etc. *num.* 12. Item exhibitum fuit aliud Capitulum folio septuagesimo..... tenoris sequentis videlicet. Ne legentibus etc. F *num.* 13.

offerunt Chronicon Bonincontri Morigiæ, ante 240 scriptum,

in quo miracula prænotata.

17 Die suprascripto vocatus fuit D. David Saldanus, filius qu. D. Joannis Jacobi, d. terræ Modoetiæ habitator [annorum ætatis octoginta] qui juravit etc. et interrogatus respondit b: Ego semper audivi ex senioribus nostris, quod iste B. Gerardus fuit de familia Tinctorum, et vitæ sanctissimæ, qui multa miracula operatus est adhuc vivens; atque inter alia supra suum mantellum transivit Lambrum, urgente necessitate succurrendi pauperibus, quos habebat in Hospitali a se fundato, quod etiamnum subsistit, et monstrantur bona quibus ipsum dotavit; itaque vidi et intellexi, ipsum Modoetiæ haberi in multa devotione et reverentia: fuit autem Modoetiensis: et quantum possum recordari, vidi semper celebrari festum S. Gerardi Modoetiæ, quod occurrit die sexta Junii Et scio quod in vigilia ejusdem festi Capitulum S. Joannis Baptistæ soleat venire ad ecclesiam S. Gerardi extra portam c Gradensem, cantatum Vesperas. Et postea ibant cantatum Hymnum unum aliasque Laudes intra oratorium Hospitalis S. Gerardi; dictisque Matutinis ipsius festi, ibant ad d. ecclesiam cantatum

b Testis octogenarius affirmat cultum antiquum,

c tam festi,

A cantatum Missam : ibidemque et in Hospitali fiebat magnus apparatus multo cum sumptu. Eodem autem modo vidi die tali adornari ecclesiam S. Joannis. Audivi etiam dici a pluribus senioribus, hanc fuisse consuetudinem a longo retro tempore : ab annis vero aliquantis solum veniunt aliquot Presbyteri, ad Missam tali die cantandam, et Vesperas unicas recitandas, quæ nescio an sint de S. Gerardo : sed festum eo omnino modo semper celebratur.

quam reliquiarum,

18 Scio etiam partem quamdam vestis S. Gerardi esse et reverenter servari in Hospitali præd. quando autem ostenditur, habentur accensæ faces ; alias autem deferebatur ad mulieres parturientes : et audivi narrari varia miracula, tali occasione facta. Specialiter autem scio quod d. Reliquia delata aliquando fuit ad uxorem D. Joannis-Jacobi Legnani, a qu. Rev. Presbytero Baptista Brianza, Canonico S. Joannis Baptistæ, quæ tribus diebus in doloribus permanserat ; mox autem atque mantellum præd. superpositum ei fuit, enixa fœtum est. Quapropter ipse D. Joannes-Jacobus ; qui tamquam unus de Magistratu Modoetiensi inhibuerat deputatis præd. Hospitalis, ne uterentur quodam canali, unde derivata ex Lambro aqua irrigabantur eorum horti ; B

parturientibus salutarium,

miraculo ejusmodi motus, mutavit sententiam, et præd. aquæ usum Hospitali reddidit, quod eodem deinceps fruitum est ac fruitur. Ego vero in societate ipsius Presbyteri Baptistæ deduxi præd. vestimentum sive mantellum ad domum D. Joannis Jacobi in loco S. Donati, extra Modoetiam ad unum milliare, præsentibus quibusdam Domini istius famulis, funalia accensa gestantibus : atque hoc ab annis circiter quadraginta *d*.

et frequentes ad corpus peregrinationes,

19 Scio etiam, quod Communitas Modoetiensis solita fuerit in festo S. Gerardi accedere ad ipsius ecclesiam, cum oblatione ceræ atque pecuniæ : sed hoc annis abhinc aliquot prætermissum est : et tamen audivi dici, quod Communitas ad ejusmodi oblationem festumque ex voto obligetur. Scio insuper, ex quo memorari possum, venisse multas terras quotannis processionaliter, cum Crucibus et Presbyteris suis, ad visitandam ecclesiam S. Gerardi, Missamque in ea cantandam, et cereos atque denarios offerendos : idque etiam ex senioribus intellexi, quotannis fieri pridem solitum, et quidem ex voto, quo majores ipsorum obstrinxere posteros, ut per intercessionem istius Sancti a pestilentia liberarentur. Nominatim autem id scio observari a Communitate Olgiatensi, milliaribus circiter sedecim *e* C distante a Modoetia in diœcesi Comensi, in die S. Marci : audivique semper ex ipsismet Olgiatensibus quod obligentur annuatim ex singulis familiis unum quempiam mittere : quodque ipsius Sancti festum celebrent in sua terra. Recordor etiam venire solitos semper centum et quindecim circiter personas promiscui sexus. Eodem modo etiam venire solet Garenum *f*, terra civitati Comensi vicina, sed longius distans quam Olgiate prædictum ; venit autem ultimo sabbato Maji, recitatque Officium et Oblationem facit ut supra. Item terra Desii *g* cum Præposito, Canonicis, Sodalitate disciplinatorum, ac multitudine populi venire consuevit postridie Pentecostes : nec non Lenta, Barlassina, Afnagum, Figinum, et plures aliæ terræ, quarum omnium nomina haud facile sigillatim expressero : quia non omnes accedunt ad Hospitale, sed aliquæ solum accedunt ad ecclesiam S. Joannis extra muros. Omnia autem prædicta scio, quia ab anno MDXXXIII functus sum officio Cancellarii Hospitalis, et præfatas oblationes terrarum prænemoratarum recepi, retulique in libros rationum, quemadmodum etiam feci anno præsenti. Laus Deo.

ex voto communi solitas obiri

e

f

g

diebus constitutis.

20 Addidit dicens. Anno MDXXI, dum Romæ essem, cum multis Modoetiensibus aliis, pannorum laneorum propolis, suas ibi officinas habentibus, tempore magnæ pestilentiæ, sub Pontificatu Adriani Papæ, omnes curavimus nobis fieri imagines S. Gerardi, quas supra officinas nostras poneremus, implorando intercessionem Sancti præfati. Quamquam autem tanta grassaretur mortalitas, nemo tamen nostrum extinctus est. Cumque a Cardinali Farnesio, qui postea fuit Papa Paulus III, acciti fuissemus ad reddendam factarum imaginum rationem ; isque ex nobis intellexisset Beati istius merita ; permisit ut nostram devotionem prosequeremur. D

EX MSS
Imagines Sancti Romæ an. 1521 contra pestem efficaces

21 Die suprascripto vocatus Magister Gerardus de Beregho, filius qu. Matthæi-Stephani, Modoetiæ habitans [annorum ætatis sexaginta quatuor vel circa] juravit et interrogatus respondit : Intellexi ex majoribus nostris, quod S. Gerardus de Modoetia sanctissimam vitam duxit, atque miracula patravit : et quod Lambrum quadam vice transiverit supra suum mantellum ; et alias cum necessitas succurrendi pauperibus urgeret, ministro suo mandarit ut ex dolio vinum peteret, quod vacuum erat, E sed miraculose repertum est plenum : idemque audivi narrari factum de granario, quod similiter inventum sit aliquando plenum : idque specialiter audivi ex Canonicis, qui etiam affirmant, chorum veterem ecclesiæ S. Joannis Baptistæ a d. Sancto ædificatum fuisse. Recordor insuper, quod cum puer essem, haberemque fratrem Sacristam S. Joannis, sæpius eum juverim in adornanda ecclesia, pro die festo S. Gerardi extra Modoetiam, et deinde intrabamus Hospitale : ibatque similiter illuc ad cantandam ipso die festi Missam : id quod fieri desiit annis abhinc aliquantis. Scio etiam quod die S. Gerardi publice celebretur Modoetiæ festum, celebratumque fuerit semper ex quo possum recordari : idemque ex patre meo intellexi, quod idem festum etiam antiquioribus temporibus in usu fuerit. Scio etiam quod eodem die Communitas faciebat publicam oblationem, quæ similiter ab annis aliquot offerri desiit.

Alius at. 64 an. prædicta confirmat

22 Sunt item picturæ veteres d. Sancti cum diademate ad caput, quemadmodum consueverunt Sancti depingi : quarum una consistit supra portam ecclesiæ S. Joannis, ducentem ad cœmeterium ; alia supra basim ad Pontem-arenæ, ubi ego natus sum ; et hanc pingi fecerat pater meus priusquam nascerer, quia erat valde devotus Sancto. Quantum etiam F memoria mea fert, scio quod mantellum, vel aliud quoddam Sancti vestimentum, quod servatur in Hospitali, solitum fuerit portari ad mulieres in puerperio periclitantes, non sine miraculosis effectibus. Sunt autem anni forsan viginti octo, quod cum Helena uxor mea parturiens multum laboraret, toto uno die ac duabus noctibus, quia fœtus medio dumtaxat capite prodibat ; curavi ut præd. mantellum ad ipsam deferretur, a qu. Rev. Presbytero Joanne Petro de Arsago : statimque ut eo contacta fuit et involuta uxor mea, fœtus integer prodiit. Scio denique quod multa oppida processionaliter veniant, cum Crucibus et Presbyteris suis, ad honorandum quotannis S. Gerardum : qui Missam dicunt et oblationem faciunt : atque ita etiam hoc anno vidi venientes Desio, Lenta, Olgiate, Asnago, Figino, Vare, Seveso, Barlassina, Crazino, atque ex aliis terris, quarum non recordor.

d. ponit etiam de picturis, Gerardum ut Sanctum exprimentibus

ANNOTATA D. P.

a *Respondit autem tam ipse quam sequens Testis Italice, intercurrentibus nonnumquam his Latinis verbis,*

A

ex MSS.

bis, Interrogatus respondit ; *post omnia autem additur utrobique*. Super generales, *scilicet* interrogationes, *quales solent juridice examinandis proponi*, Recte, *subintellige* respondit : *et* Est ætatis annorum.... die supra scripto, coram ut supra ; *quæ omisi ut magis continuus haberetur contextus, ex Italico Latine redditus ; ætatem autem cujusque transtuli ad principium depositionis exactæ, ubi hæc vides* [ ]

b *Titulus libelli totius, cui præcedentia duo Capita innectuntur, hic est :* Sancti Gerardi Modoetiensis Acta, Beati Caroli Cardinalis Borromæi Archiepiscopi Mediolanensis jussu confecta. Mediolani apud Heredes quond. Pacifici Pontii et Jo. Baptistam Piccalleum, Impressores Archiepiscopales. 1603 de Consensu Superiorum. *In decreto Canonizationis deprompto anno* 1610 *nulla fit mentio Beatificationis prægressæ*, Beatus *tamen ibidem aliquoties vocatur* Carolus : *et hic forte titulus ei vulgo solum dari cœpit anno* 1601 *statim ac cœptum de Canonizatione agi, ad quam dixerim immediate processisse Paulum V, donec aliunde certius constiterit de speciali Beatificationis decreto.*

c *Si hoc antiquum ei Portæ nomen fuit, neque*

B Gradi *contractum dicitur pro* Gerardi ; *apparet quod ipsa vicinia nominum facilitaverit appellationis mutationem, factam haud multo post obitum Sancti.*

d *Ergo circa an.* 1542. *Recentius aliud alio in genere sic mihi scribit Bosca.* Erat Modoetiæ Capitaneus Justitiæ Jurisconsultus, Gaspar Annibaldus, cujus filius sexennis, multos menses æger, desperabatur a medicis : surrexit tamen et lecto mox atque allatum sibi Pallium attigit anno 1671. *Et hujusmodi gratias ait frequentissimas a Sancto referri.*

e *In tabulis* Olgia, *ubi* 20 *milliarium ponitur intervallum a Modoetia, quale etiam supra num.* 6 *notavat Morigia, distat autem Como* p. m. 6.

f *Ibidem* Carenum *nominatur* 5 p. m. *ultra Olgiam, versus lacum Luganum.*

g Desium *vix* 5 p. m. *Modoetia versus Occidentem distat, ubi a Nobili quodam, aut Joseph Ferrarius, legatam certam quantitatem panis, distribuendi in eos qui supplicationi interfuerint. Deinde, continuo fere a meridie in Boream tractu, jacent* Barlassina, Lenta, Asnagum, Figinum, *mox nominanda loca ; quorum primum* 8, *ultimo* 10 p. m *abest, quæ autem infra insuper nominantur* Vare, Sevesum, Corazinum, *in tabulis necdum reperi, exprimuntur autem circum imaginem Sancti, supra Modoetiensis civitatis figuram, gloriose inter Angelos expressi : et ad latera utrimque*

C *pendent simul cum* Como, Mendrizio, Modoetia, Trevenum, Carima, *universim oppida quatuordecim, clientelarem Sancto obligationem professa.*

CAPUT IV.

Prosecutio informationum, de cultus antiqui continuatione sumptarum.

[illegible] a Commissario Archiepiscopali

Die suprascripta præfatus multum Rev. D. Delegatus venit in ecclesiam S. Joannis Baptistæ, causa assumendarum dictarum informationum : et ostensa ei fuit imago d. S. Gerardi, in latere sinistro januæ Ecclesiæ versus cœmeterium, quæ videtur esse valde vetusta. Item in sacristia d. ecclesiæ exhibita ei fuit Crux magna argentea, in cujus cornibus inscripta est historia vitæ d. Sancti, et ejus actionum miraculosarum, distincte et sigillatim, prout habetur in d. Chronico MS. quam Crucem referunt Canonici fabricatam intra annos quinquaginta, impensis fabricæ d. ecclesiæ. Die suprascripta venit in ecclesiam S. Gerardi extra portam Gradi, cujus curam seu gubernationem habent Disciplinati, quorum Societas erecta est ante annos fere quadraginta, sub nomine et protectione d. S. Gerardi ; et obtentus fuit ei locus ab antiquis Huvomeribus Modoetiæ, ubi positum est corpus S. Gerardi in arca lapidea, posita sub altari majori d. ecclesiæ. In cujus ecclesiæ capella majori pictæ sunt actiones piæ et mirabiles d. B. Gerardi, prout continentur in d. Chronico : quæ pictura dicitur facta ante annos quadraginta. Item picta est historia dd. Communitatum, quæ cum processione populi et cleri veniunt ad honorandum d. corpus, ut supra per Testes depositum fuit : et ostensæ eidem in eodem loco sunt picturæ vetustæ ejusdem B. Gerardi, in habitu pauperibus ministrantis.

D

picturæ prædictæ,

24 Die suprascripta præf. multum Rev. D. Delegatus venit ad domum Hospitalis S. Gerardi, ubi visitavit oratorium, dedicatum nomini ejusdem, B. Gerardi. Deinde ostensum ei fuit vestimentum, seu pars vestimenti, quod solebat portari ad mulieres, partus doloribus laborantes, ut supra testatum est : quod vestimentum servatur in capsula, et ostenditur honorifice et pie, estque ejusmodi coloris et materiæ, ut sanctitatem Beati illius aliquo modo ostendat. In eodem loco exhibiti sunt aliqui cerei, quos dixerunt esse oblatos d. Hospitali hoc anno a Communitate Olgiate et Crazani supradictis. Item exhibuerunt librum rationum d. Hospitalis, in quo descriptæ erant quædam partitæ, de receptione oblationum ceræ et pecuniarum dictarum Communitatum.

pallium B. Gerardi,

oblationes factæ

25 MDLXXXII, die Jovis, tertia decima mensis Septembris, coram præfato multum Reverendo D. Delegato constituti Nobiles Domini, Jacobus de Vicomercato, filius qu. D. Baptistæ, et Bernardinus de Moltano, filius qu. Nob. D. Gerardi, ambo Modoetiæ habitatores, et ambo Deputati Hospitalis S. Gerardi Modoetiæ ; exhibuerunt Calicem, qui adhibetur ad sancta Sacrificia peragenda in d. ecclesia S. Gerardi : quem Calicem dixerunt prædd. Deputati donatum esse, jam ante plurimos annos, supra eorum qui vivunt memoriam, præd. ecclesiæ a Communitate Comi ; ex ejus devotione erga B. Gerardum, et ob beneficia ejus intercessione a Deo obtenta : in cujus Calicis pede inter alia est insigne Crucis albæ in campo rubeo, cum his litteris circum circa expressis, COMMUNITAS COMI. Adest etiam effigies ipsius B. Gerardi, Sancti habitu precesque Deo offerentis.

Calix a Comensibus oblatus

26 Præterea exhibuerunt quatuor testimonia seu fides, factas a Reverendis Præposito Severi et Parochis Figini et Barlasinæ ; tenoris hujusmodi, videlicet ; Die XXX Augusti MDLXXXII in Barlassina. Ego Joannes Petrus Pelogri, Curatus ecclesiæ S. Julii de Barlasina, Plebis *a* Sevesi, Diœcesis Mediolanensis, per præsentes fidem facio, qualiter Terra et Commune Barlasinæ in usu habebat quotannis, ultima die mensis Julii ex quavis familia unum mittere cum suo Curato, sub vexillo Crucis, ad visitandum ecclesiam S. Gerardi de Modoetia, et faciendam ibi vigiliam ipsa nocte cum collecta : denarios autem sic collectos commutandos in cereum, offerendum ecclesiæ S. Gerardi. Mane autem sequenti, celebrata per Curatum Missa, auditaque a populo, redibant ad habitationes suas. Annis abhinc aliquot dimissa ea consuetudo fuit, idque propter excessus inordinatos, quorum causa Mediolani ordinatum mandatumque est, ad ejusmodi abusus tollendos, ut non amplius fierent vigiliæ in aliqua ecclesia. Et quia ignoratur utrum id fiat ex voto vel ex mera devotione, cum nulla de eis inveniatur scriptura, neque personæ quæ testari aliud possint, quam istud fieri ex censuetudine antecessorum ; nunc autem dicuntur ejusmodi consuetudines, non esse utiles, sicut olim fuerant ; ideo nolunt eo ire. Hoc autem totum intellexi ex antiquioribus Barlasinæ nunc viventibus : atque in

Ex publicis testimoniis cognoscitur

F

a

solitos Sevesinos quotannis collecta, vigilias Sancti agere.

b

A in fidem veritatis scripsi et subscripsi præsentibus manu propria. Barlasinæ die, mense, et anno supra notatis.

27 MDLXXXII die XXVIII Augusti. Ego Presbyter Demetius Caspanus, Vicecuratus loci Figini, plebis *c* Galiani, facio amplissimam et indubitatam fidem, qualiter informandum me curavi a multis viris honestis et senioribus hujus loci Figini, quod ab omni sua et suorum majorum memoria, populus hic Figini, ex voto antiquitus facto, solebat quotannis die XXVIII Julii procedere Modoetiam, ad visitandam ecclesiam S. Gerardi, cum oblatione largæ eleemosynæ secundum cujusque facultates: quod votum nuncupatum fuit propter maximam quamdam pestilentiæ influentiam, quæ Figini grassabatur. Facto autem voto isto subito cessavit pestis, ex eaque hora usque modo numquam attigit terram Figini. Ideoque prædicti homines quotannis vadunt visitatu meccclesiam S. Gerardi, intercessorem eum agnoscentes apud Deum benedictum, qui eos in perpetuum a peste præservat aliisque malignis influxibus. Et quia ita se habet veritas, præsentes scripsi, et manu propria iis subscripsi. Ego Presbyter Demetius Caspanus, Congregationis Oblatorum S. Ambrosii, et Vicecuratus Figini, ut supra. B

c ad eumdem Galianenses venire,

ex voto. a peste liberatos,

28 Dei XV Augusti MDLXXXII, Ego Franciscus Perlasca, Præpositus Sevesi, fidem facio cuicumque præsentes visuro, qualiter Terra et Commune Sevesi diœcesis Mediolanensis, voto perpetuo obligatur quotannis ex unaquaque familia mittere unum, ad visitandam ecclesiam B. Gerardi de Modoetia et S. *d* Rocchi, ibique offerendum cereum librarum septem. Votum autem istud a d. Communi factum fuit anno MDXXIV cum præd. terra Sevesi multum, infestata et afflicta fuisset a peste, tam præteritis temporibus quam tempore voti nuncupati. Ipsum vero nuncupatum fuit solenniter viva voce ante portam ecclesiæ Præposituralis, post Missam, in præsentia Vice-præpositi, qui tunc erat Rev. Presbyter Reverendus de Cirimitto, interveniente fere tota Communitate, Illa autem voto sic facto, continuo cœpit remittere pestis, quique ea tunc afflati erant cœperunt convalescere, et majori ex parte sanati sunt. Hæc porro omnia intellexi ex senioribus, in præsentiarum Sevesi viventibus: quodque amplius est Illustriss. D. Cardinalis S. Præxedis Archiepiscopus Mediolanensis, Sevesum personaliter visitans anno proxime præterito, statuit ut ejusmodi observantia continuetur; C uti apparet ex Actis Visitationis præfatæ. Atque in horum fidem præsentes scripsi, iisque susbcripsi manu propria, ut supra.

d similiter de Sevensibus testatur alius,

29 Ego Claudius Mandellus, Curatus Lentæ, plebis Sevinensis, fidem facio, qualiter terra Lentæ voto perpetuo obligatur visitare, per unum ex singulis familiis lectum, ecclesiam B. Gerardi de Modoetia, die primo Augusti; ibique offerre cereum librarum XV. Votum autem istud factum a Communi est anno MDXXII, quia ipsa terra tunc gravi pestilentia tenebatur, et factum est viva voce dumtaxat in ecclesia parochiali, coram Curato cui tunc nomen erat Boviardi, præsentibus omnibus fere Lentensibus. Atque ex tunc cessavit pestilentia, et qui ea detinebantur multi convaluerunt. Verum cum successu temporis intermitteretur observantia istiusmodi, rursum anno MDLXXXVI malum contagiosum invaluit; ideoque rursum omnes votum præd. instaurarunt, polliciti numquam deinceps in D eo deficere; rursumque liberati ac sanati sunt multi. Proinde defecerunt numquam, sed magno numero ipsum executi quotannis sunt. In fidem autem veritatis præsentes scripsi, subscripsique manu propria, Sevesi XV Septembris MDLXXXII. Idem Claudius Mandellus Curatus.

et alius de Lentensibus

ex mss.

30 Ego Joannes Baptista Agugiarius, filius Marci, habitator contratæ Caterræ Modoetiæ, publicus Apostolica Imperialique auctoritatibus Mediolani Notarius, suprascriptas attestationes et processus, assumptos per suprascr. qu. Josephum de Casate, olim Modoetiæ habitatorem, ab ejus actis exemplare feci, et concordavi, et me pro fide subscripsi.

Fides Notarialis prædictorum;

31 In nomine Domini, anno a nativitate ejusdem millesimo sexcentesimo primo, Indictione quarta decima, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Clementis, divina providentia Papæ octavi decimo, die vero Mercurii, quinto mensis Septembris, in palatio Episcopali Novariæ, ibique in mei Notarii publici testiumque infrascriptorum, ad infrascripta specialiter vocatorum ac rogatorum præsentia, constitutus multum Ill. et Reverendiss. in Christo E Pater D. Carolus a Basilica-Petri, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Novariensis et Comes Ripariæ etc. qui suis tenebat manibus attestationes antedictas, subscriptas a Joanne Baptista Agugiario Notario publico: illiusque volumen mihi Notario et Cancellario infrascripto dedit et exhibuit; dixitque et protestatus fuit, se eas recognoscere, et eas esse illasmet a Reverendissima Dominatione sua, et coram ac in ejus præsentia receptas, ex commissione Illustriss. ac Reverendissimi b. m. Caroli Borromæi Cardinalis, Mediolani Archiepiscopi, pro verificatione sanctarum Reliquiarum corporis B. Gerardi, oppidi Modoetiæ: et pro fide dictæ recognitionis mandavit mihi Notario et Cancellario infrascripto publicum confici documentum, præsentibus testibus m. R. J. U. D. Domino Horatio Jesmeo, Apostolico Protonotario, ejus Reverendiss. Dominationis Vicario generali; et Gabriele Beamio, ejus familiari, notis, idoneis etc.

et totius Processus conclusio.

Ego Michael Michaelius qu. Jacobi, publicus Mediolani et Novariæ Notarius, et loco Sunæ Cancellarius Episcopalis, Novariæ, rogatus de præmissis pro fide subscripsi.

ANNOTATA D. P.

a *Hinc apparet* Plebis *nomen latius sumi, quam nomen Parochiæ; videlicet pro Præpositura vel Decanatu, plures sub se Parochias habente: interim, ut dixi,* Sevesum *nullum apparet in tabula, nedum circa Barlassinam; sed inter ipsam et Figinum reperitur oppidum Serenia dictum.* F

b *Id est, 1 Augusti, quo die etiam venire Lentenses et Carimenses scribit Josephus.*

c *Similiter supra* Figinum *notatur* Grajanum, *quod magis integre hic* Galianum *est.*

d *Cujus scilicet die, id, 16 Augusti, talis supplicatio instituitur, teste Josepho: qui de* Mondrisio *addit, consuetudinem supplicationis annuæ, Modoetiam ducendæ, istic mutatam in Scholam disciplinatorum, honori* S. Gerardi *erectam in ecclesia S. Benedicti, ibidem parochiali.*

DE BEATO BERTRANDO

PATRIARCHA AQUILEIENSI MARTYRE,

UTINI IN FORO-JULIO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

C. J.

§. I. Bertrandi distinctio ab aliis ejusdem temporis homonymis, natale solum, Patriarchalis Sedes, tempora vitæ præcipua.

ANNO MCCCL.

Distinctio Bertrandi Patriarchæ

Egimus hoc die de S. Bertichramno *Episcopo Cenomanensi, ac primo statim Commentarii numero notavimus, scribi solitum fuisse,* Bertrannus *breviori ac molliori vocabulo. Idem autem nomen, mutato elemento uno, transiisse opinor in* Bertrandus, *idque passim deinde obtinuisse, duriori voce* Bertichramnus *relicta. Floruerunt certe ætate* Beati, *de quo agere incipimus,* Bertrandi *Aquileiensis Patriarchæ, plures alii ejusdem nominis, dignitate ecclesiastica rerumque gestarum gloria et ipsi celebres, quos inter se distinguere initio, pretium operæ fuerit, ut ne aliorum acta cum hujusce Beati confundantur. Imprimis distinguendus ab eo venit* Bertrandus de Insula, *Convenarum Episcopus, sanctitate conspicuus; cujus sacra lipsana tempore* Bertrandi *nostri solemnissime translata sunt anno* MCCCIX *a Clemente Papa V, qui et ipse ante Papatum Episcopus Convenarum et proprio nomine appellatus fuerat* Bertrandus. *Sed cum sanctus ille* Bertrandus, *seculis duobus ante Translationem modo dictam, in vivis floruerit; et* Bertrandus, *successor ejus in Episcopatu, Papa deinde fuerit, ulteriori distinctione hic nulla opus est.*

a duobus Convenarum Episcopis,

et Cardinalibus Bertrandis, de Porto,

2 *Alter* Bertrandus de Poieto *seu* Podietto, *aliis* de Porto, *oriundus e Castronovo-Rotherii diœcesis Cadurcensis anno* MCCCXVI, *a Joanne XXII avunculo suo in Cardinales relatus est, titulo S. Marcelli, vel ut Bernardus Guidonis, illius temporis scriptor ait, SS. Marcellini et Petri. Legatum diu et præclare egit in Italia, multaque acquisivit Ecclesiæ, ac inter alia Bononiam ipsam; in quam etiam splendidissime introductus fuit: atque excitata arce subjectam aliquamdiu urbem habuit, quamvis inde postea recedere coactus sit, mortuus tandem Avenione anno* MCCCLI *aut* LII. *Eodem anno* MCCCXVI, *ex eodem natali solo Castronovo-Rotherii ejusdem diœcesis Cadurcensis, assumptus fuit ab eodem Pontifice Joanne ad Cardinalatum* Bertrandus de Montefaventio *titulo S. Mariæ in Aquiro. Legatus in Galliam ivit anno* MCCCXXXVII, *pro pace componenda inter Francorum Anglorumque Reges: qua in re ardua invenit obstacula. Extructa deinde in Montefaventio prope Avenionem Canonicis Regularibus domo, ac Deiparæ Virgini ecclesia, diem clausit extremum in prædicta urbe, anno* MCCCLIII.

de Montefaventio,

de Turre,

3 *Tertius his addi debet diœceseos ibidem Cadurcensis* Bertrandus, *ex loco Cambolico oriundus, cognomento* de Turre; *qui, ex Ordine Fratrum Minorum S. Francisci, Archiepiscopus primum Salernitanus, dein Cardinalis, demum Tusculanus Episcopus creatus fuit ab eodem Joanne Pontifice anno* MCCCXX, *ac vivere desiit juxta Wadingum* MCCCXXXIV. *Fuit etiam iste, obitis per Italiam legationibus, percelebris; ideoque cum Bertrando de Porto ab aliquibus confusus. Quid dicam de* Bertrando Ducio, *non quidem diœcesis Cadurcensis, sed Uticensis non procul ab illa remotæ, ex oppido Blandiaco; pietate juxta ac juris peritia claro? Nuntius Apostolicus adiit Reges, Robertum in Sicilia, Petrum Aragonensem in Hispania, Joannam Neapolitanam in Italia. Excitavit Avenione S. Desiderio ædem sacram, ac monasterium Carthusianis, obiitque ibidem* XXI *Octobr.* MCCCLV. *Addatur denique* Bertrandus, *alius Bernardus* de Albia, *primum Rutenorum in Gallia Episcopus, dein Cardinalis titulo S. Cyriaci in Thermis; a Clemente VI anno* MCCCXLIV *Legatus et ipse ad Reges, Aragoniæ Petrum, et Majoricarum Jacobum, obiitque ex Contelonio* XIII *Novembris* MCCCL.

Ducio,

de Albia.

Distinctio eadem clarius proponitur.

4 *Viden' quam in multis prædicti omnes* Bertrandi *inter se et cum Beato nostro conveniant? Sed et vides in quibus differant. Omnes isti fuere Cardinales, non item Noster. Omnibus in pace vitam finire contigit; excepto Nostro; cui violenta mors obvenit, et Martyris inde nomen adhæsit, quod nulli aliorum competit, uti nec nomen Patriarchæ, nostro soli cum dignitate ac potestate tributum. De hoc igitur* Bertrando, *Patriarcha Aquileiensi, ac glorioso Ecclesiæ suæ vindice Martyreque, procedunt omnia quæ dicturi sumus.*

Nascitur in Fano S. Genesii, Cadurcensis,

5 *De natali solo ejus nihil dubitat auctor Vitæ, quin sit Diœcesis Cadurcensis, in eaque oppidum seu fanum S. Genesii. Idem oppidum natalibus ejus assignant Cortesii, et collocant in Guasconia, cujus pars est Cadurcum cum sua diœcesi. Fuerunt auctores isti contemporanei* Bertrando, *et primus etiam domesticus ejusdem; sit ut audiendus hic non sit Paulus Carolus Suardus, qui in Vita Italica, Venetiis anno* MDCLXVII *impressa, licet Latinam antiquam præ manibus habuerit, ponit tamen* oppidum S. Genesii, *natale* Bertrandi, *in diœcesi Castrensi provinciæ Occitaniæ seu Languedociæ. Sed nullum ego in hac diœcesi, nec in provincia Languedocensi reperio locum a S. Genesio appellatum. Fuit olim in Provincia, proprio nomine sic dicta,* fanum S. Genesii *non procul a mari, ideoque piratarum incursionibus ac deprædationibus perquam obnoxium. Verum illud diu ante quam nasceretur* Bertrandus, *desertum atque dirutum fuit, nil nisi nomine ad posteros transmisso. Est igitur natali* Bertrandi *solum* S. Genesii fanum, *in diœcesi Cadurcensi, Cadurco in Ortum hiemalem tribus fere leucis dissitum.*

non vero Castrensis diœcesis.

Patriarcha colit Utinum,

6 *Clarior diœcesi Cadurcensi Patriarchatus Aquileiensis, quem deinde obtinuit* Bertrandus; *clarior S. Genesii fano civitas* Utinum, *quam ut plurimum Patriarcha incoluit; secutus exemplum decessoris sui Bertholdi, sub quo Utinum præcipue cœpit efferre caput, magnis ab eo beneficiis affectum et studiose ornatum. Ejus in illud merita commendans Jacobus Candidus, seculo* XVI *ineunte scriptum reliquit, quod* Bertholdus ad ornandam Utinatem urbem, quam assidue incolebat, conversus, eam quinque regionibus distinxit: templum Divi Oderici extruxit, in quo Custodem et octo Canonicos instituit: Utinenses incompositos, ad quatuor et viginti viros, ut in comitiis reipublicæ negotia decernerent, redegit: Aquileiensem civitatem, ruderibus obrutam atque aere corruptam..... cum Utinate adeo conjunxit, ut utriusque censeretur

emergere cœptum sub Bertoldo Patriarcha

A tur civis qui alterius esset, ac deinceps utrique communibus privilegiis gauderent; quod quidem jure factum Brutius quoque scripsit. Ideoque in obsignatorio Utinensis Reipublicæ adhuc excisum legitur;

Est Aquileiensis Sedes hæc urbs Utinensis.

Quo factum est ut postea successores omnes, veluti in eam translata Sede, Utinatem civitatem præcipue excoluerint.

excultum dein a B. Bertrando.

7 *Inter illos etiam annumerari debet* Bertrandus, *septimus a Bertoldo Patriarcha*, vir jurisprudentia clarus, vitæ sanctimonia celebris, pater pauperum et ecclesiasticæ libertatis acerrimus defensor; *ut apud Ugellum legitur*. Sed ad perficiendum Utinæ apparatum, *inquit citatus Candidus* præcipuus Bertrandus Antistes divinitus affuit, ædes sacras, cœnobia, et xenodochia erigens, collapsa instaurans; divinumque cultum adeo excitans, ut jam civitas universa unicum esse religionis collegium appareret. *Hæc pia opera, indicia externa internæ pietatis fuere et sanctitatis; qua meruit, uno post obitum anno refossus, integer et incorruptus reperiri; altero vero post anno iterum refossus, meruit universo populo spectandus, non aliter ac si viveret, altari superimponi; atque inde gloriam suam miraculis propagare, ac publice coli.*

B 8 *De tempore quo vixit, duo certa sunt. Nempe quando creatus Patriarcha, et quando defunctus sit: unde tertium non minus certo consequitur, de tempore nativitatis ejus. Creatum Patriarcham esse anno* MCCCXXXIV *die* IV *Julii docet Ughellus. Idque ipsum testantur etiam, saltem de anno, et virisimile reddunt de die, Cortusii, cum lib. 5 cap. 7 narrant, Bertrandum anno* MCCCXXXIV die XX Octobris honorifice Paduam intrasse, in Aquileiam transiturum, *videlicet ad possessionem Patriarchatus adeundam. Et idem porro testatur Vita ipsa cum num. 7 distincte asserit, anno prædicto* MCCCXXXIV, in festo Apostolorum Simonis et Judæ, XXVIII *Octobris, ipsum* Aquileiam pervenisse, *impensis nempe octo diebus ab ingressu Patavino ad Aquileiensem. Moritur* 6 *Junii* 1350. *De obitu discrimen est unius diei inter auctores etiam contemporaneos Bertrando. Cortusii namque anno* MCCCL *die* VII *Junii: Vita vero (cujus sententiam tantisper suppono veriorem esse) die* VI *ejusdem mensis cædem ejus notat. Hinc jam facile deducitur annus nativitatis ejus. Cum enim Vita asserat, nonagenarium fuisse cum cædebatur; debet superioris seculi, id est decimi tertii, anno sexagesimo in lucem editus fuisse.*

Creatur Patriarcha 4 Julii, 1334,

natus anno 1260,

C 9 *Deducitur item, non recte supputare Candidum, cum scribit, e vivis excessisse Patriarcham* anno XVII mense XI Pontificatus sui. *Sequitur enim ex præmissis, ipsum præfuisse annos* XVI, menses XI, *dies* III *aut potius* II. *Puto enim, non die* VII *Junii, sed* VI, *cædem ejus accidisse; prævalente apud me scriptoris domestici et vitam ejus ex professo concinnantis auctoritate. Neque vero obscura est auctoris sententia, quamvis aliqui circa ejus intelligentiam aberraverint. Nam num.* 12 requiei *Patriarchæ distincte adscribit* diem VI Junii. *Et paulo post describens, quomodo sabbatum transegerit, non solum* devotissime audiendo Missam, *sed* personaliter *etiam* ob gloriosæ Virginis Mariæ reverentiam, humili confessione præcedente, illam celebrando; *prosequitur sic:* Elapso sabbato; equum ascendit, *et circiter Nonam in hostes incidens ab iis letaliter vulneratur; ac* hora *dein* quasi vespertina *moritur. Moritur itaque die Dominico, qui anno* MCCCL, *incidentibus in feriam tertiam Kalendis Junii, debet necessario sextus ejusdem mensis fuisse. Quem eumdem et Martyrologos assumpsisse; et Ecclesiam Aquileiensem semper tenuisse anniversarium, sequens paragraphus docebit: ut nihil dicam quod in Vita num. 57, miraculum anno* MCCCCVIII, *eodem mense Junio, quo factum erat, jurejurando confirmans, asserat id contigisse* luce sexta mensis hujus Junii, scilicet in venerando S. Bertrandi festo. D

Sabbato pie transacto,

cæsus in Dominica obit.

10 *Hæc ipsa tamen, quamvis non admodum obscura, fefellerunt Suardum, ad temporis rationem non satis attentum. Dicit enim Patriarcham ultimum* ascendisse equum die Sabbati, *et Sabbatum facit* diem sextum Junii, *duplici errore, altero historico, altero Chronologico. Nam verba historiæ,* Elapso Sabbato, proximo die, *sequentive, designare Sabbatum ipsum non possunt, utpote jam tum* elapsum. *Dies vero sextus Junii anno* MCCCL *in Sabbatum incidere nequaquam potuit, uti e Kalendis ejus jam indicatis sole clarius innotescit, et ex aliis characteribus temporum ostendi potest. Ex dictis ulterius sequitur, quod Cortusii aliique, qui necem Patriarchæ die* VII *Junii consignarunt, eam rejiciant in feriam* II. *In quo cum assentiri illis nullatenus possim, credere malim, ipsos diem sequentem, quo cadaver tam mœsta quam frequenti pompa, illatum est Utinum, pro ipso die mortis sumpsisse.*

non in sabbato,

neque feria 2.

§. II. Veneratio et cultus Bertrandi publicus.

Nondum annus a cæde Bertrandi *effluxerat, cum præludi gloriæ ejus, postea magis illustrandæ, cœptum est;* diversis de eo somniis *(ut Vita loquitur num. 14)* noctis tempore apparentibus Nicolao, successori *ejus in Patriarchali Sede: qui inde motus,* anni circulo revoluto, in die Depositionis ejus corpus exhumari jubet; totaliter integrum sine aliquo cadaverali fœtore, (*cum tamen* sine myrrha, thure, aloe, et aliis odoramentis fragrantibus, in terram depositum *fuisset*) reperit; et Pontificalibus indutum, mitraque et pastorali baculo munitum, in locum reponi pristinum facit. *Hinc diditta per urbem extraque insolitæ rei fama, accenderit pietatem ac fiduciam populorum in Patriarcham suum, ejusque meritis ac patrocinio poposcerint Deum in necessitatibus suis opem, illamque experti fuerint.* E

Cœpta veneratio primo a morte anno,

12 *Certe nisi crebra aut insolita quædam intervenissent miracula, non videtur novus Patriarcha post alterum annum denuo effossurus fuisse idem corpus; idque majori quam ante apparatu,* inter Missarum solennia, anniversario ejus die per universos Clericos mirifice celebrato, *ut loquitur Vita;* cuncto populo Patriæ Forojulii aliisque universis populis concurrentibus, tam Sclavorum, Ungarorum, Germanorum, quam aliarum diversarum partium; *quibus ipsum* publice demonstrari jussit super altari; *et* ut vivus, mirifice stare a cunctis in ecclesia cernebatur. *Quamobrem* infinitis vocibus in altum dimissis, stupore admirabili videbatur quodammodo ecclesiæ fabrica ruinam minari. *Addit Vita Italica Suardi, hoc tempore sacrum ejus corpus repositum fuisse in marmorea arca, quam ipse reponendis in ea S. Hermagoræ ossibus faciendam curaverat, sustentatam a quinque statuis similiter marmoreis, uti in templo cathedrali hodiedum videre est. In eadem arca conservatur etiam pastorale ejus Pedum, fabrefactum ex ebore totum: uti et gladius, temporalis Dominii index.* F

aucta secundo,

corpore integro aræ imposito,

dein arcæ marmoreæ incluso:

13 *Omnia hæc videre est in hic apposita icone, quam qui delineandam curavit, anno* MDCXCII, *Goritiensis Collegii nostri Rector R. P. Antonius Gregorinus, sic misit, ut seorsim capsa sacrum corpus continens exprimeretur, seorsim Mausoleum cui ipsa includitur. Et de capsa quidem significavit, ipsam a Mausoleo eductam, apertamque exhibuisse corpus integrum excepta extremitate narium, crebro admotis Rosariis nonnihil attritarum: non addidit autem, quomodo illa capsa educi soleat ex arca marmorea, tam alte elevata. Ea ut hic a fronte sculpta cernitur, exhibet S. Hermagoræ, cujus Reliquiis destinabatur, passionem; quomodo scilicet ille, post liberatum energumenum, crudis nervis cæsus, ac deinde in eculeo suspensus, circumfusos fideles animaverit*

cujus hic iconismus habetur

et cælaturæ explicantur.

A *verit ad constantiam; ita verosimiliter cælatam habet faciem alteram; et secutim ejus hic conspicuis cornibus symbola SS. Matthæi et Lucæ Evangelistarum, in limbo autem intercurrente Apostoli sex habentur expressi; ita et in altera credimus haberi Leonem et Aquilam, symbola Marci et Joannis, cum aliis sex Apostolis. Sed quid dicemus esse quinque figuras arcam sustentantes? Libera cuique conjectura est sua: mihi placet in medio concipere* Utinum, *sacro hoc deposito dives; alias vero quatuor Forojulii civitates,* Gemonam, Civitatem Austriæ, Palmam, *et* Belgradum *ad fluvium Tiliaventum. Cur tamen hæ potius quam illud coronam gestent, non divino. In basi totius operis ingens tabula expanditur, hactenus quidem pura ab omni inscriptione: sed cui designaverit auctor suus insculpendum elogium prædicti S. Hermagoræ, suæque erga eum devotionis monumentum: qui locus ne vacuus relinqueretur, jussimus eidem insculpi formam corporis incorrupti, in sua capsa jacentis, quæ alias seorsim fuerat exhibenda, quamquam ipsa non hoc loco, sed in elevata desuper, ut dictum est, arca soleat asservari.*

AUCTORE C. J.

Missis quoque in Hungariam Reliquiis,

14 *Fama porro* Bertrandi *eximia pervolavit in Regiam ipsam Hungariæ, pepulitque aures pientissimæ Reginæ Elisabethæ, inflammans cor ejus desiderio nanciscendi Reliquiam beati viri. Quamobrem misit anno* B MCCCLXXXIV, *ut scribit Suardus, Georgium Comitem de Corbania et Jacobum Radurchium nobilissimum Jaderensem, Oratores suos ad Utinenses, rogatum prædictas Reliquias: qui gratiose donatum sibi a civitate et Capitulo Pedem alterum venerandi corporis, summa reverentia atque religione comportarunt ad Reginam; allatum thesaurum læte solemniterque, ut par erat, excipientem et publicæ venerationi exponentem. Quod si tanta* Bertrandi *apud exteras gentes principesque feminas existimatio fuit; quanta credi debet fuisse apud Utinenses, caros olim subditos ejus, et magnis a vivente, majoribusque a mortuo beneficiis affectos? Indicia pietatis in illum Utinensis populi nonnulla supersunt in scripturis publicis iisque authenticis, qua docent, in Concilio eorum semel atque iterum serio actum esse de canonizatione* Bertrandi *Romæ curanda, primum anno* MCCCCXCI *die* XIII *Junii, deinde anno* MCCCCXCII *die* XXIX *Septembris. Habuit Suardus exemplum scripturarum illarum in forma authentica, et post Vitam Italicam Latine impressit: ex eoque idem hic proponimus, multa castigatione (quia mendis scatebat) et subinde per conjecturam, emendatum. Sic habet:*

de Canonizatione actum publice

C

an. 1491

15 Anno MCCCCXCI, Indictione IX, die Lunæ, XIII mensis Junii actum Utini in Camino Palatii Communis; in Concilio, ad sonum campanæ more solito congregato, etc. Magister Baldissar Murrarius dixit et proposuit, quod alias ex deliberatione Consilii per cives et habitatores terræ Utini, fuerunt factæ oblationes pluribus annis in bona quantitate pecuniarum, quæ deberent expendi in faciendo canonizari corpus beati Bertrandi: propterea instituit provideri, quod Venerandum Capitulum Utinense reddat rationem de ipsis pecuniis. In Christi nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem Domini MCCCCXCII, Indictione X, die Sabbati, XXIX mensis Septembris, actum Utini sub logia Communis Utini, in publico et pleno Arengo, ad sonum campanæ more solito congregato, coram etc. In dicto Arengo spiritualis Dominus, Cittadinus della Frattina, Doctor, proposuit cum multa verborum serie, et ornatissimo sermone, quod pro honore magnificæ Communitatis præsens spirituale Arengum velit deliberare, et providere de canonizari faciendo beatum Bertrandum, Patronum nostrum, olim Patriarcham Aquileiensem, et Protectorem hujus civitatis. Super qua propositione fuit per ipsum spirituale Arengum deliberatum, quod omnino provideatur quod canonizetur: et commissum fuit spiritualibus Dominis deputatis terræ Utini, cum Magnifico et Clarissimo Domino Locumtenente nostro, ad providendum de pecuniis pro expensis fiendis, attento quod magnificus Dominus Nicolaus Savorgnanus Eques, obtulit dare ducatos mille in auxilium expensarum fiendarum pia dicta causa. D

et an. 1492:

de expensis faciendis inquiritur Romæ:

16 Anno MCCCCXCII, Indictione X, die Martis, XXX mensis Octobris, actum Utini in Camino Palatii Communis in consilio, ad sonum campanæ more solito congregato, etc. In dicto Consilio ad recordationem spiritualis doctoris Domini Cittadini della Frattina commissum fuit spiritualibus Dominis Deputatis terræ Utini, quod nomine nostræ Communitatis alloqui debeant Reverendum Decretorum doctorem Dominum Jacobum de Marano Decanum Ecclesiæ Utinensis, qui de proximo iturus est Romam; et illum rogare, quod dignetur inquirere, et diligenter se informare, de expensis quæ occurrerent et fieri deberent, in canonizando B. Bertrandum, olim Patriarcham Aquileiensem, et deinde referre seu per suas litteras intimare dictas expensas nostræ Communitati.

17 *Subjungitur ibidem a Suardo aliud efficacius Decretum, anno* MDXCIX, *a Patriarcha Aquileiensi, super veneratione et cultu* Bertrandi, *a Romano Pontifice permisso, editum et in archivo Patriarchali perpetuo asservandum: cujus tenor est ut sequitur:* F Franciscus Barbarus, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Patriarcha Aquileiæ etc. Patrum nostrorum, qui sancta conversatione, et virtutum Christianarum gloria, et summa Ecclesiastici gubernii laude floruerunt, memoriam piis animis et grato recensere obsequio, laudabile semper habitum est. Quod primi, ut fieret, et pie curavimus, et factum summa lætitia prosequimur; et ut in omne tempus, et bene, et continuato cursu fiat, præcipimus, et perpetuo decreto, juxta dispositionem et oraculum Sanctiss. D. N. D. Clementis, divina providentia PP. VIII, sancimus.

Decretum de cultu publico permisso per Clementem VIII.

18 Alias vetere instituto in ecclesia collegiata Utini, die sexta Junii, singulis annis, confluentibus pluribus Sacerdotibus ex tota Patria Forojulii, celebrabantur Missæ pro defunctis in memoriam benedictæ memoriæ Bertrandi Patriarchæ Aquileiensis, et in eadem ecclesia in capella beati Odorici prope Capellam Majorem ossa et reliquiæ illius ostendebantur, quæ et quas populi omni venerationis genere prosequebantur. Fiebant præterea processiones solennes, et universa pene civitate exultante, vix constabat aliquid apud nos certi, quod ex omni parte satisfaceret. Res aliquando superioribus annis in E longam consultationem adducta est; et cum de re tanta definire quisquam non auderet, inconsulto Romano Pontifice, ad sanctam Sedem causa relata est. Ex eo tempore obnixe petivimus ab omnipotenti Deo, ut quod esset pro illius gloria, et populorum salute, ostendere vellet. Demum ipsimet rem universam coram Sanctiss. Domino nostro proposuimus; ac diligentur, quantum cum Domino potuimus, egimus; et postremo etiam impetravimus, ut, post maturam discussionem, Sanctitatis suæ gravissimum oraculum haberemus. Ex cujus dispositione, et ordinatione, præsenti scripto, in archivio Patriarchali perpetuo asservando, decernimus, imposterum quotannis, die suprascripta VI Junii, Missas pro defunctis hactenus celebrari solitas, omittendas; et Missas pro gratiarum actione celebrandas esse. Ossa et Reliquias sanctæ memoriæ Bertrandi Patriarchæ, cum veneratione ab antiquis temporibus ostendi solitas, eadem solennitate et veneratione ostendendas esse. Reliqua etiam observari, celebrari, frequentari, et solennizari debere; ut hactenus concursu populorum, frequentia Sacerdotum, processionum solennitate, factitatum est. Sic etc.

in Missis, Reliquiis, supplicationibus.

Ad

A Ad gloriam omnipotentis Dei, ad laudem Beatissimæ Virginis, SS. Hermagoræ et Fortunati, Patronorum nostrorum, et cœlestis curiæ Sanctorum omnium, quorum pio patrocinio nos et Ecclesiam nostram devotissime commendamus. Datum in civitate Utini, die XXVII mensis Aprilis MDXCIX.

19 *Hunc Martyrologi quoque honorabilem* Bertrandi *mentionem faciunt ad diem* VI *Junii. Et Ferrarius quidem, in Catalogo Sanctorum Italiæ, Vitam ejus per compendium contractam exhibet, adjecta tali Annotatione.* Etsi in Sanctorum numerum minine relatus est; *solenniter nempe;* in multa tamen apud Utinenses, ob crebra miracula, quæ post mortem ab eo perpetrata sunt, in morbis præsertim insanabilibus curandis, habetur veneratione. *Brevius quam apud Ferrarium legitur compendium Vitæ, aut potius Elogium, apud Saussayum, in Martyrologii Gallicani Supplemento, die prædicto, his verbis :* Passio S. Bertrandi, Patriarchæ Aquileiensis, qui origine Aquitanus, patria Cadurcensis, ad hanc Cathedram excelsa ob sapientiæ et pietatis merita sublimatus, pauperum pater, ecclesiarum instaurator, cultor justitiæ, acerrimus religionis vindex et propagator:

Memoria ejus in Martyr. Ferrarii et Saussayi

B pro defensione ecclesiasticæ libertatis gladiis impiorum apud Spilimbergam trucidatus, feliciter occubuit, miraculisque post mortem gloriose resplenduit; apud Utinum in Carnis, ubi, translata Patriarchali Sede, digna honorificentia conditus est. Morbis præsertim insanabilibus beatus iste opitulatur, hocque perenni beneficio magnam sibi conciliat populi reverentiam. *Auctoritatem quoque antiquioris Martyrologii habere possunt, quæ hanc in rem leguntur inter Miracula seculo* XV *patrata, et in Vita a num.* 57 *narranda; nempe unum anno* MCCCCVIII, die lunæ sexta mensis *Junii*, scilicet in B. Bertrandi festo *factum esse; uti supra etiam meminimus. Numero* 59 *asserit alius anno* MCCCCXX, Utini corpus B. Bertrandi annuatim solenniter coli ac devote.

§ III. Instrumenta duo, quorum alterum per Indulgentias confirmat cultum prædictum; alterum exhibet compendium vitæ ac mortis: earumdem ex Cortusiis narratio.

Venerabilis Pater, Mathias Soutermans, de Actis Sanctorum bene meritus anno MDCLXXIX *Collegii Societatis nostræ Rector Goritiæ, sollicite egit, ut ab Utinensibus impetraret nonnulla ad* Bertrandum *spectantia monumenta; tandemque duo submisit,* speciali gratia, *ut ait.* ex archivo Utinensi desumpta sibique communicata. *Alterum continet Indulgentias, visitantibus sacellum aliquod in festo* B. Bertrandi *anno* MCCCCLXXVII *concessas : alterum præfert titulum hunc,* Mors B. Bertrandi de Utino, *recensetque nonnulla alibi desiderata. Primum Latine, ut scriptum est, hic exhibemus; alterum deinde ex Italico Latinum facturi. Primo Instrumento ita subscriptum legitur.* Ex originalibus, in pergameno existentibus, in scriptorio, capsula P hujus Cancellariæ, præfatas bullas Indulgentiæ requisitus Andreas Brunellesius, Cancellarius magnificæ civitatis Utini, manu propria descripsit, et solito officii sigillo roboravit, Utini die XVI Maji MDCLXXIX. *Ipsum instrumentum sic habet.*

C

Instrumenta duo Utinensia,

21 Guillermus Ostiensis, Rodericus Portuensis, Angelus Penestrinus, Oliverius Albanensis Episcopi; Jacobus titulo S. Grisogoni, Marcus tit. S. Marci, Julianus tit. S. Petri ad Vincula, Stephanus tit. S. Adriani, Ansias tit. S. Vitalis, Joannes tit. S. Praxedis, Antonius-Jacobus tit S. Viti, Joannes Baptista tit. S. Cæciliæ, Philibertus tit S. Luciæ in Silice, Presbyteri; Franciscus S. Eustachii, Franciscus S. Mariæ-novæ, Joannes-Michael S. Angeli, Diaconi; miseratione divina Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales. Universis et singulis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam.

alterum Cardinalium, D *Auctores c. i. dantium Indulgentias,*

22 Deum placare credimus, et in cœlis habere propitium, cum fidelium mentes ad pia exercendum caritatis opera, debitis exhortationibus invitamus. Cupientes igitur, ut Capella S. Joannis Baptistæ in Majori Ecclesia beatæ Mariæ civitatis de Utino, Aquileiensis Diœcesis, congruis frequentetur honoribus, et a Christi Fidelibus jugiter revereatur, ac in suis structuris et ædificiis debite reparetur et conservetur, librisque, calicibus, et aliis ornamentis Ecclesiasticis decenter muniatur, in ea quoque cultus augmentetur divinus; et ut ipsi Christi fideles eo libentius devotionis causa confluant ad eamdem, ac ad reparationem, conservationem, et munitionem hujusmodi, manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ uberius conspexerint se refectos; supplicationibus quoque dilecti nobis in Christo Venerabilis Viri Pinzani de Soldoneriis Canonici Aquileiensis, ac præfati Reverendissimi Domini Angeli Cardinalis sanctæ Crucis Camerarii, et familiaris continui commensalis, super hoc inclinati, de Omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui in Nativitatis, ac Decollationis S. Joannis Baptistæ, et Purificationis præfatæ B. Mariæ Virginis, nec non B. Bertrandi Martyris, in qua Ecclesia jacet Corpus, et ipsius Capellæ Dedicationis Festivitatibus a primis Vesperis usque ad secundas Vesperas inclusive, Capellam hujusmodi devote visitaverint, annuatim, et ad reparationem ac alia præmissa manus adjutrices porrexerint, ut præfertur.

E *etiam in festo B. Bertrandi,*

23 Nos Cardinales præfati, et quilibet nostrum, pro singulis diebus festivitatum ipsarum, quibus id fecerint, centum dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus perpetuo duraturis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum, præsentes litteras fieri, nostrorumque Sigillorum jussimus, et fecimus appensione communiri. Datum Romæ in Domibus nostris, sub anno a Nativitate Domini MCCCCLXXVII, die vero IV mensis Martii; Pontificatus Domini nostri D. Sixti divina providentia Papæ IV, anno VI.

anno 1477.

24 *Aliud instrumentum, quod non admodum antiquum et e Vita desumptum videtur, nonnulla etiam habens aliunde collecta, ita sonat, ex Italico Latinum.* Statuerat Patriarcha Bertrandus, augendi Utini perquam studiosus, Insigne Patriarchatus, et corpora Sanctorum cum thesauro *(ita vocant Itali pretiosiorem ecclesiæ supellectilem et Reliquias Sanctorum)* aliisque antiquis Ecclesiæ Aquileiensis monumentis transferre Utinum, ut hæc civitas, nova fieret Aquileia. Id ubi rescitum fuit a Comite Goritiæ ejusque fautoribus Forojuliensibus, continuo ipsis decretum fuit e medio tollere Patriarcham. Quamobrem convenientes Civitatem-Austriæ, submissi a Comite certi homines et Patriæ Nobiles, conjurarunt; indeque Spilimbergam profecti, opperiuntur adventum Patriarchæ, per territorium illud iter facturi, uti per exploratores suos didicerant. Cum igitur memoratus Patriarcha rediret e Concilio provinciali, Patavii anno jubilæi celebrato; nec quidquam de pace confecisset cum Domino Francisco Cararra, qui, ut socer prædicti Comitis, auctoritatem suam interposuerat; venit tandem Sacilum Patriarcha : indeque post aliquot dierum moram profecturus, monetur a Frederico Savorgnano, Gerardo de Cucagna, aliisque Utinensibus eum comitantibus,

F *Alterum instrumentum docet causas conjurationis, insidiis Patriarchæ positis,*

AUCTORE C. J.

A tantibus, imo et enixe rogatur, ut ne porro prosequatur iter suum; tum quidem: quia sibi constabat, per aliquot e complicibus, de conjuratione contra ipsum inita.

ejus magnanimitatem

25 Verum ille nihilo timidior inde factus, sponte sua se sacrificium obtulit pro Ecclesia sua, in hæc verba prorumpens; Cupio immolari pro Ecclesia Dei. Simulque iter ingressus, cum ad planitiem Archiveldæ, quater mille passus Spilimberga dissitam, accessisset; circumventus et quinque mortiferis plagis necatus fuit, anno MCCCL. die VI Junii, ab Henrico de Spilimberga, Nobilibus de Vilalta, et de Castro-Pagano, nec non duobus juvenibus de Maniaco, aliisque Nobilibus Forojuliensibus, qui cum militia Comitis et Civitatis-Austriæ, in hunc finem missa, advenerant. Cæsi Patriarchæ cadaver posuerunt tantisper in vicina Archiveldæ ecclesia, ac deinde Utinum miserunt in carro, cui ignominiæ causa duæ meretrices una imponebantur. Interea socii Patriarchæ, pars fuga consuluerant sibi, pars capti, Spilimbergam conducti fuerunt, interque eos annumerabatur Fredericus Savorgnanus, Odericus et Gerardus de Cacagna, Armanus de Cargna, Franciscus de Nimis, Paulus Gubertinus, Hector Mivi-letius, Fredericus Ottacinus, Nicolusius Orbenius de Castro-Pagano, Franciscus et Carlevanius de Fagagna nepos Ucelli, Utinenses omnes: qui multas variasque passi ærumnas, anno sequenti ad suos rediere, ope Patriarchæ successoris carceribus exempti, præter unum, qui antea illic mortem obierat.

ac cædem,

B

sociorumque captorum nomina,

26 Fuit Bertrandus vere ideo occisus, quia semper Ecclesiæ Aquileiensis jura tueretur, contra Comitem Goritiæ atque alios ejus invasores; nec non quia plurimum favebat Utinensibus, multis multa conferens beneficia. Hinc etiam sepelierunt eum Utinenses cum magno planctu, tum promiscue omnium, tum maxime pauperum, in arca marmorea, ab ipso curata fieri pro sacris ossibus S. Hermagoræ, uti hodiedum videre est in summo templo Utinensi. Legitur etiam in libris aliquot, apud Canonicos S. Odorici; quod Bertrandus iste, præter alia pia opera, ab ipso pro defensione Aquileiensis Ecclesiæ facta, in magna annonæ caritate, aluerit quotidie bis mille pauperes, effundens anno uno in eleemosynas ad duodecim millia Ducatorum. Tempore sui Patriarchatus Sacerdotio initiavit Utini fere septingentos, aliis vero Ordinibus inferioribus plus quam bis mille per diœcesim suam. Quas ob res merito consecutus est nomen Beati. Post necem Patriarchæ obivit continuo Goritiæ Comes apud Deputatos Utinenses officium humanitatis, commiserationis affectum ob necem tam religiosi sanctique, ut aiebat, Pastoris per litteras commonstrans; conatus fictis tegere verbis, quod passim vulgo jam innotuerat. Pœna porro Comiti divinitus inflicta, fuit, quod brevi post tempore miserandum in modum supremum diem obierit, nullo familiæ suæ relicto herede. Nec dissimilis pœna conjuratores ejus mansit: quorum pars major, Deo volente, supplicia sua solverunt seorsim Patriarchæ successori.

Patriarchæ sepulturam

C

et cædis auctorum pœnas.

Eorumdem brevius ex Cortusiis compendium.

27 *Paucioribus mortem* Bertrandi *ejusque occasionem perstringunt Cortusii, ita loquentes in sua istius temporis historia de Novitatibus Paduæ et Lombardiæ lib.* 10 *cap.* 3. Beltrandus Guasionus, Aquileiensis Patriarcha, vir probus et sapiens; et Comes Gozitiæ; inter quos erat magna discordia, coram Domino Legato et Domino Paduæ mense Madii convenerunt: et multum fuit de juribus partium disceptatum, sed nihil potuit expediri. Tunc multi Castellani de Forojulii erant rebelles Domino Patriarchæ. Dominus vero Patriarcha equitavit Sacilum, iturus Utinum cum ducentis galeatis. Contra eum pugnaverunt ejus rebelles cum gentibus D de Goritia; et debellatus fuit Dominus Patriarcha. Capti fuerunt multi divites et nobiles Castellani, in quorum numero fuerunt Gherardus de Cucagna et Fredericus de Savorgnano. Ipse vero Patriarcha captus, fossus gladio a quodam de Villalta, obiit statim. Fuit hoc MCCCL, die VII mensis Junii, *imo sexto, uti diximus: et non ita* statim *obiit, sed post aliquot horas, uti certius narrat Vita.*

§. IV. Alia Bertrandi gesta. Vitæ auctor et auctoritas. Beati effigies.

Jubetur a Benedicto PP. XII; Sanctus,

P*ræter multa, quæ in Epistola sua ipse* Bertrandus *attingit, quæque iis subjecta Vita adjungit, citatur ab Odorico Rainaldo ad annum* MCCCXLI *num.* 14 *Epistola Benedicti PP. XII ad* Bertrandum Patriarcham Aquileiensem, IV *Kalendas Decembris scripta: qua Pontifex ei (cum fama percrebuisset, Margaritam, Carintiæ Ducem ac Tyrolis Comitem, divortium meditari a Joanne legitimo suo marito negotium dat continendi in officio impudentem feminam per censuras ecclesiasticas:* ut *nempe (verba sunt Rainaldi)* si, relicto viro, Carintiæ Ducissa Ludovico juniori Bavaro, non pronuntiata ab Ecclesia divortii cum Joanne Tyrolensi Comite sententia, matrimonio conjugari meditaretur; illam intentata censurarum religione ab scelere deterreret, moneretque, ut marito adhæresceret: ac si prorueret in flagitium, seque auctoritate sua segregaret a viro; et cum Ludovico juniori vel alio, matrimonium scelere contraheret; adulteros conjuges, et quoscumque illorum in eo scelere studiosos, anathemate defigeret. *Constat divortium subsecutum esse: nec dubitandum, quin religiosissimus Patriarcha mandatum Pontificium executus sit, quamvis de illo nihildum scriptum invenerim.*

Comitissam Tyrolis censuris coercere:

E

Canonicis Veronensibus jus suum in equum,

29 *Alia ad* Bertrandum *spectantia leguntur apud Ughellum, in Patriarchatu Aquileiensi, tomo* 5 *Italiæ sacræ, ubi a columna* 74 *in Valtero Patriarcha, monumenta producit ecclesiæ Veronensis, in controversia Canonicorum, contra Adelardinum de Capite-pontis, prætendentium, in jus suum transire equum; quo novus Patriarcha, primo suo Veronam ingressu, ad ecclesiam Cathedralem vehens deducitur. Orta controversia illa anno* MCCVI, *multum negotii facessivit Canonicis, solicitosque habuit ut juridice possessionem prædicti equi seu palafredi Patriarchalis subinde adirent, ac tandem in ingressu* Bertrandi *nostri per Notarios coram testibus ita scriptum reliquerunt die Lunæ* XVII *mensis Octobris* MCCCXXXIV: Cum Reverendus in Christo Pater et Dominus, D. Bertrandus, Dei et Apostolicæ Sedis gratia sanctæ Sedis Aquileiensis Patriarcha, transitum per civitatem Veronensem, faciens, causa eundi ad dictam suam Sedem Patriarchalem... de quodam suo palafredo bruno, super quo insidebat, et dicta die Lunæ XVII Octobris tunc primo intraverat in civitatem Veronensem, descendisset, causa intrandi solenniter una cum cuncto Clero; et Populo Veronensi ibidem adstante, dictam ecclesiam Veronensem cum hymnis, ut moris est: tunc ibidem, in continenti post ipsius Domini Patriarchæ de dicto suo palafredo descensum; *Joanninus Canonicus nomine Capituli palafredum ipsum* manualiter, cum reverentia tamen qua decuit, per frænum apprehendens, ejus corporalem possessionem præsentialiter recepit, sine omne dicti Domini Patriarchæ contradictione. *Atque, ut in sequenti Instrumento additur, alius Canonicus capistrum equi recipiens, equisoni*, more laudabili, qui consuevit in talibus observari, unum florenum puri auri pro se et nomine Capituli dedit, tradidit, et donavit. *Fuit autem* Bertrandus *Patriarcharum ultimus, qui id juris*

quo Patriarcha ecclesiam primum adit, 1

inviolatum ultimus servat.

ris conservatum Canonicis Veronensibus voluit ; abrogantibus consuetudinem diuturnam ac immemorabilem successoribus.

Forojulium in 5 regiones apte distribuit.

30 *Subjungit etiam col.* 107 *Ughellus ex Candido, quam apte* Bertrandus *distinxerit Forojulium in regiones quinque. Ac* prima quidem regio decreta fuit Aquileiæ urbi, cui Montis-falconis agrum adjecit, et quidquid a Vite-alta ad Tiliaventum protenditur. Huic præfecit Nicolaum Castellium cum Henrico Strasoldio et Pallæa Fermæo. Secunda Utinensis, continens quidquid citra Turrum, Judicum, Viamlatam, Coloretum, Melsum, et S. Danielem Tiliaventumque comprehenditur. Præfectus ei est Fridericus Savorgnanus, cum Olerico Villaltæo et Friderico Morutio. Tertia Civitatensis juxta Turrum et Judicum, cum Sclavis et collibus, Philippo Porteo, Joanni Cucaneo, et Hermanno Atempsæo legata. Quarta Glemonensis, a Taracento et S. Daniele cum montana Carnorum ora, Artuico Pranpergio, Asquino, Coloretæo, et Conradino tradita. Quintam vero quidquid est ultra Tiliaventum constituens, Begorrio Spilimbergio, Brisalio Purliliensi, et Nicolao Barensi subjecit.

Senatum Utini auget ac reformat : plebeios patriciis miscens : omnes ad honestatem hortatur :

31 Rursus et ad togæ munia Utinensem Senatum, qui adhuc Bertoldi decreto sub quatuor et viginti regebatur, cum nimis parvus, reclamantibus præcipue novis civibus et plebe, videretur, in majorem numerum redegit : consideransque multas apud gentes rerum publicarum formas,... ex omnibus mixtam quamdam constitutionem deligens, ex universis familiis, quæ genere et spectata virtute præstabant, viros vigesimum quintum annum attingentes conscribi fecit : qui postquam coram septem viris juraverint, se boni civis munere functuros, ipsi sint jure Consilio adjecti : statuitque, ex qualibet Regionum quinque, interioris ambitus trinos viros per regionarios singulos deligi ; totidemque ex singulis suburbiis quinque, qui cum suburbanæ plebis Præfectis in Consilium accederent. Atque ita quinque ac triginta tenuioris fortunæ viros Patritiis addidit ; ex quibus omnibus Senatus conficiebatur, veluti ex pluribus membris corpus totum. Iis tam scite dispositis, omnes in concionem accersiit ; suasitque, ut immortali Deo preces offerant, quibus præsertim benevolentia comparatur, quæ cum adest omnia hominibus in melius feruntur. Deinde ut prudentiam ac justitiam servent, ob quas minus lædentes se invicem homines, magis sunt inter se concordes ; neque turpissimis voluptatibus felicitatem, sed honesto metiuntur. Postremo eos ad generositatem excitans, ut graviter et magnanime omnia auderent, noscant se ab Aquileiensibus viris illustribus ortos, nil nisi condignum atque amplum complecti debere. *Hactenus Candidus.*

Monetam cudit novam, duo Capitula in unum constat : sanctuarium ædificat :

32 *Suardus quoque in Vita Italica tangit nonnulla, quorum alibi mentionem non invenio. Ac primum quidem quod initio statim Patriarchatus sui, jusserit monetam novam argenteam cudi, altera sui parte exhibentem effigiem S. Hermagoræ, altera Crucis ; circum quam scriptum legebatur* Deus. *Valebat denariis quatuor : testaturque auctor, istius monetæ nummos sese vidisse, et manibus contrectasse. Quod anno* MCCCXXXV *Capitulum S. Odorici transtulerit ad ecclesiam S. Mariæ de Castello Utini, ejusque Canonicis adjunxerit ; ita ut e duobus Capitulis unum evaserit, perquam numerosum ac decorum, quod laudes Deo solenni ritu perpetuo solveret, mutato Custodis nomine in Decani, additisque præclaris possessionibus, reditibus, libris, et vario ornatu ecclesiastico. Quod in prædicta ecclesia præter sacellum, de quo ipse Patriarcha in Epistola sua num.* 6. *exædificaverit Sanctuarium, impendio marcarum quadringentarum.*

AUCTORE C. J.

ostensorium et graduale donat.

33 *Quod ecclesiæ majori de Glemona ostensorium (ut Itali loquuntur, Belgæ remonstrantiam vocamus) faberrime factum ex argento inaurato, libras* XIV *Forojulienses appendens, donaverit ; uti et Graduale (liber est Gradualia in Missa cantari solita continens), quod etiamnum conservatur cum hac inscriptione :* Anno Domini MCCCXLV, Indictione XIII, die XV Decembris ; Reverendissimus in Christo Pater et Dominus, Dominus Bertrandus, divina miseratione sanctæ Sedis Aquileiensis dignissimus Patriarcha, ad honorem et ob reverentiam Dei et beatissimæ Virginis Mariæ, et pro suorum peccatorum remissione ; donavit ecclesiæ suæ S. Mariæ majoris plebis de Glemona hoc Graduale ; ut omnes qui in eadem ecclesia pro tempore fuerint, teneantur ipsum litteræ recommendatum in eorum omnibus et pro ipso intercedere. Amen. *Ita extat apud Suardum : ubi postrema pars necessario indiget correctione, seu ignorantia illius, qui notas compendiarias scripturæ antiquæ non recte legit, seu culpa typothetæ commissus sit error ; malimque legere* teneantur ipsum habere recommendatum in eorum orationibus et pro ipso intercedere.

Vita MS. Utini et Romæ apud patres Oratorii, unde ipsam habemus

34 *Venio nunc ad Vitam* Bertrandi, *quam partim ipse in epistola quadam, partim Sacellanus ejus, utrobique satis Laconice scriptam, posteritati reliquerunt. Accedunt miracula plurima ; pleraque tribus primis post mortem annis patrata ; pauca subinde secutis temporibus addita ; omnia jurejurando interposito legitime contestata. Extant autem monumenta illa MSS. tum Utini* in sacrario interiori ecclesiæ B. Mariæ, *tum Romæ in præclara bibliotheca Patrum Oratorii S. Philippi Nerei, ubi sub annum* MDCLXXXIV, *admodum Reverendi et studiis nostris perquam addicti, nunc Eminentissimi S. R. E. Cardinalis et summi Pœnitentiarii, Leandri Coloredi, favore ; illa ipse describenda curavi, descriptaque sedulo contuli cum codice, ac menda librarii correxi.*

Pars ejus prima, est epistola ipsius Bertrandi

35 *Primo loco Epistola ponitur, quam ipse* Bertrandus *inscribit Decano suo Gulielmo nomine, qui Sede Patriarchali vacante, Conservatoris ejus munere functus fuerat ; perstringitque præcipua gesta sua perpaucis, quia nempe ad illum scribebat, qui omnium gnarus erat. Si quis vero tunc temporis deducere illa voluisset, næ is prolixam inde historiam ac posteris jucundam pariter atque utilem contexere potuisset. Nunc, quod tantum possumus, Annotationibus aliquot Epistolam illustramus. Præfigitur in Codice prædicto Patrum Oratorii, iste titulus :* Hoc est exemplum Vitæ et Miraculorum beati Bertrandi, olim Patriarchæ Aquileiensis, sumptum cum licentia et auctoritate Illustrissimi ac Reverendissimi Domini D. Francisci Barbari, ejusdem ecclesiæ Aquileiensis Patriarchæ dignissimi, ex libro perveteri, chartæ membranæ, tabellis ligneis munito, et corio rubro superinducto, qui servatur et custoditur in sacrario interiori ecclesiæ B. Mariæ civitatis Utini.

secunda a Sacellano ejus descripta est

36 *Præmisso hoc titulo subditur continuo Epistola. Epistolam, nullo interposito, sequitur Vita cum adjunctis Miraculis, uti a nobis eduntur. Circa quæ monendum solummodo est, quod Vita, uti jam insinuavi, scripta sit ab homine, in multis teste oculari, utpote qui de se fatetur, quod fuit* Capellanus ejus commensalis, et ad obsequium ejus fuit continuo tempore triennali : *quamvis et fateatur, multa tam occulte fecisse Patriarcham, ut* quodammodo usque ad mortis ejus tempora fuerint incognita, etiam sibi Capellano ejus et commensali. *Quod ad miracula attinet, quæ intra triennium ab obitu Patriarchæ patrata sunt, fervente populi studio ac devotione, diligentius examinata atque annotata fuerunt : remittente vero paulatim, uti fit, studio illo, examinatio pariter atque annotatio etiam intermissa fuit : præterquam*

tertia complectitur miracula

quod

A *quod subinde, post intervalla temporis, suscitaverit Deus aliquos, qui beneficiorum miraculose obtentorum memoriam gratitudinis causa perennare volentes, in publicas ea tabulas referre, ac prioribus miraculis adscribi curaverant.*

Effigiei antiquitas et similitudo.

37 *Denique, ne quid hic desiderari possit, accipe etiam imaginem beati Patriarchæ, quam in æs incidendam curavimus juxta exemplum Vitæ Italicæ præfixum, postquam super illius similitudine cum prototypo et hujus ipsius antiquitate consulti Utinenses rescripserunt, Auctore D. Carolo Bartolomi die* XVII *Augusti anni* MDCXCI, *similitudinem esse summam, quamvis positio corporis sit diversa: antiquam etiam esse proto[typ]um ac desumptum credi ex lapide marmoreo. Sensus epistolæ ejus Italicæ hic est:* Sunt quidem hic (*Utini*) aliæ tabulæ Beatum repræsentantes, earumque una spectatur in sacello ubi veneratio ejus præcipue viget; altera extat in sacrario ecclesiæ Cathedralis, sed utraque dissimilis et positione diversa. Submissa imago (*nostra videlicet*) desumpta est e tabella, conservata in domo personæ privatæ, B quæ et dixit mihi, a majoribus se per traditionem accepisse, prædictam tabellam delineatam fuisse a quodam Joanne Petro Fabiano, ad similitudinem lapidis marmorei, reperti cum nescio quid ædificii repararetur in templo Cathedrali. Et hæc eadem tabella est omnium antiquissima, ac persimilis imagini impressæ, a qua solo positionis modo differt. *Suspicor sub eo lapide sepultum jacuisse Sanctum primo post mortem anno, donec inde auferretur in arcam §. 2 propositam; adeoque hic repræsentari Sanctum, in ea nonaginta annorum ætate, qua mortuus fuit.*



EPISTOLA

Continens præcipua gesta Bertrandi, pro immunitate ecclesiæ suæ Aquileiensis, ab ipsomet scripta ad Guillelmum Decanum ejusdem ecclesiæ.

PARS PRIMA.

a **R**ecordare, fili Decane *a*, et in mente revolve, quales et quantos labores, tribulationes, expensas, D et pericula sustinuimus, non thesaurizando nobis, nec nostros ditando nepotes aut propinquos; sed solum in recuperatione et defensione jurium et bonorum Aquileiensis Ecclesiæ. Nos enim, sicut scis, recuperavimus et redemimus terram *b* Sacili, de manibus Comitissæ *c*, pro quadringentis marchis *d*. Medunam *e*, quam tenebat occupatam Rizardus de Camino *f*, recuperavimus; nec non Avianum *g* et Castrum Turris *h* exegimus ab illis de Porciliis *i*, pro non modicæ pecuniæ quantitate, quæ castra ipsi de Porciliis sibi pignori obligata dicebant. Scis etiam quomodo stabant terræ et castra nostra Istriæ, et cum quanto labore nos illa habere potuimus a prædicta Comitissa, datis sibi prius quadringentis quinquaginta marchis. Postmodum et instanti hujusmodi guerra cum Venetis in Istria *k*, ubi quales et quantas victorias Deus Ecclesiæ suæ concesserit, non expedit dicere; quia tibi satis est manifestum; et etiam qualiter per tractatum Concordiensis Episcopi, compromissum fuit per nos et Venetos; et qualiter durante compromisso ejusmodi, E dare nobis debent pro juribus Civitatis Polæ *l*, Serrarum-Vallis, Ignani et Regaliæ, quæ Pagano Patriarchæ proxime prædecessori nostro acceperunt et occupaverunt, ducentas viginti quinque marchas denariorum Aquileiensium annuatim.

a Recuperat Sacilum, Medunam, Avianum, castrum Turris. b cd e fg h i

k Bellum et pax cum Venetis. l

2 Demum Rizardus de Camino guerram, quam fecerat Ecclesiæ, tempore quo vacante Sede Conservatoris nomine fungebaris, nobis renovavit; et tunc factis treugis inter nos et ipsum Rizardum, nos ivimus Laibacum *m* ad habendum colloquium cum Domino Ottone *n* Duce Austriæ, ubi cum quali et quam nobili fuimus comitiva, et cum quantis expensis, tu, qui interfuisti, potes testimonium perhibere; et dum rediremus de Laibaco, nobis pernoctantibus in Chirchenez *o*, habuimus nova, quod dictus Rizardus invaserat terra Ecclesiæ, et ibat comburendo per Patriam *p*. Nos autem non sine magnis laboribus, expensis et periculis, congregato Ecclesiæ exercitu, ivimus ad S. Vitum *q*, et deinde stetimus longo tempore apud S. Danielem *r*. Finaliter ivimus versus hostes, et castra nostra posuimus in Campis extra Sacile: et quantum illa guerra duraverit, bene nosti. Finaliter, ex dispositione superna, Deus ultionum de inimicis suis Ecclesiæ suæ Victoriam tribuit; et ipse Rizardus, hostis et persecutor Ecclesiæ, contritus et debellatus, præ dolore post paucos dies sine heredibus F masculis *s* mortuus est, et ad alienos est ipsius hereditas devoluta. Pro redemptione Venzoni *t* quanta sustinuerimus, et victoria Ecclesiæ divinitus tradita *u*, et captione nobilium Comitatus Goritiæ, direptione Bragulini *x*, introitu Venzoni, non expedit dicere; quia res, Deo operante, satis per se claruit et extitit manifesta.

Congressus cum Duce Austriæ. m n o p

Bellum cum Rizardo de Camino: q r

hujus clades et mors. s

Venzonum intrat. t u x

3 Pace vero terræ reddita, Dominus Carolus nunc Romanorum Rex *y* navigio venit Aquilegiam, ubi ipsum recepimus sicut decuit tantum Dominum, et secum duxit Dominum Bartholomæum *z*, qui stetit in Civitate *aa* et Utini, ad nostras expensas per unum mensem et ultra: et postmodum frater ejus, Dominus Joannes Comes Tirolii *bb*, una cum Episcopo Tridentino *cc*, venit ad nos in Sacile, habentes secum ultra septingentos equos; quibus omnibus fecimus expensas abundanter, et ipsum Comitem investivimus de feudis suis. Processu vero temporis Comes Goritiæ, fultus potentia Comitum *dd* Veglæ, aggressus est de guerra fidelem nostrum et Ecclesiæ Aquileiensis Georium de Duino *ee*: et finaliter factis treugis inter eos, idem Comes cum magna potentia aggressus est terram nostram. Nos autem præparavimus ad defensionem, et venientibus

Carolum Regis Bohemiæ filium y z aa bb cc *ejusque fratrem Joannem excipit:*

dd ee *Comes Goritiæ contra Georgium de Duino,*

A bus in nostrum et dictæ Ecclesiæ subsidium præfatis Dominis Carolo et Joanne *ff*, cum equitum et peditum multitudine satis grandi, cum eisdem et nostrorum gente processimus contra hostes. Et primo ivimus Cormonum *gg*, ubi stetimus decem diebus; et ibi dato damno, quod dari potuit, castra nostra in Vigilia nativitatis Domini duximus Goritiam: et solennitatem sacratissimæ noctis nativitatis Dominicæ, et Missas tres illius diei, videlicet in primo galli cantu et in aurora et Tertia, solenniter celebravimus in Campis ante Goritiam; assistentibus Principibus antedictis et Comitibus de Ortimburch, cum Militum ipsorum et nostrorum ac aliorum Nobilium multitudine copiosa. Ab inde in die S. Joannis Evangelistæ recedentes, dato guasto, pervenimus Belgradum, et ibi stetimus, tenentes Belgradum et Latisannam *hh* obsessa usque in crastinum Epiphaniæ. Tandem Comes treugas anni unius postulavit, quas sibi ad ipsius postulationem concessimus: in qua guerra inexhaustam consumpsimus pecuniam. Non enim fuit dies aliqua, in qua non expenderemus quingentos florenos auri et ultra: nam solum in blado equorum expendebamus B singulis diebus marchas quadraginta, et aliquando sexaginta; et omnibus stipendiariis integre fuit satisfactum, et ultra stipendia eorum a nobis alacriter cum muneribus recesserunt.

ff et Patriarcham bellum gerens

gg

ab hoc inductus petere cogitur.

hh

ANNOTATA C. J.

a *Appellat hunc Candidus in historia Aquileiensi* Guillelmum, *et in ipsa hac Epistola num.* 2 *dicitur* Conservatoris nomine functus *tempore Sedis vacantis.*

b Sacile, *urbs olim Episcopalis et celebris, sita in confiniis territorii Tarvisini et Foro-Julii ad Liquentiam fluvium, qui ipsum circumdat, teste Sabellico. Inde in ortum æstivum iter est Utinum* 34 m. p. *De illo sic scribit Leander Albertus pag.* 730: Circa Meduni Liquentiæque confluentem, honestissimum ac ditissimum oppidum est Sacile, multis Italiæ civitatibus cum lautitia tum populi frequentia non cedens. Habet ædificia splendida, numerumque doctorum, excellentiumque et nobilium hominum tam magnum, ut cum nobis olim iter hac esset, in honestissima civitate versari videremur. *Hæc Leander: sed errat in situ. Multo enim propius abest Sacile a fontibus Liquentiæ quam ab ostio Medunæ: quod et ipse paulo post indicat, cum Saravalle Sacile eunti, Cordimanum occurrere in via, dicit. Atque hæc de* C *Sacile pluribus, quia pluries de illo fit mentio in Vita.*

c *Videtur intelligi Comitissa Goritiæ*, Beatrix *nomine, de domo Ducum Bavariæ, vidua Henrici Goritiæ Comitis, Henricum tunc Carinthiæ Ducem sanguine contingentis, anno* 1323 *die* 24 *Aprilis vita functi, relicta* Beatrice *uxore sua*: quæ, *ut apud Cortusios lib.* 3 *cap.* 2 *legitur*, post mortem Comitis regnavit in Tarvisio cum filio suo anniculo, ac, licet nobilis de domo Ducum Bavariæ et juvenis, fuit cum Comite annos LX *(lego potius* IX) matrimonio copulata.

d *Marca una valebat tunc, uti explicat Suardus, libris* 9, *solidis* 6, *minutis* 8.

e Meduana *oppidum, Sacili distans meridiem versus* p. m. *non amplius decem, ad flumen ejusdem nominis ubi Imesulum, vulgo Naucellum, excipit.*

f *Inter plures Dominos* de Camino, *eosque* Rizardos, *de quibus mentio fit apud Cortusios; fuit unus, qui* sororem Dominorum della Scala uxorem *habuit, uti aiunt Cortusii lib.* 5 *cap.* 8 *et* 9; *addentes, quod* Rizardus de Camino cum exercitu obsedit Sacile, ostendens se contrarium Patriarchæ; *contra quem deinde etiam pugnavit*; *et* post multas strages occisorum, relicto campo fugit Saravalle; *ubi non multo post* verberibus belli fessus, tristitia captus, febre correptus, mense Septembris *anni* 1335, sine herede masculo solvit debitum naturale. Fuisse tamen hunc Nobilem veneno extinctum, publica fuit opinio. *Atque ita* defecit nobilis progenies de Camino, *saltem quoad illam lineam. Hunc Rizardum significari loco notato, patet ex hac ipsa quam illustramus epistola num.* 2, *ubi plura huc spectantia leguntur; colligiturque ex illis et hic notatis error Suardi, qui profectionem* Bertrandi *Labacum ad Ottonem Austriæ Ducem, et Rizardi mortem contigisse ait, anno* 1337; *cum Rizardus hic biennio ante obierit.* D

IN MSS

g Avianum *abest Sacili in Septemtrionem* m. p. 10, *habetque territorium sat amplum ejusdem nominis.*

h Castrum-turris *proximum est Portui Naonis, seu Pordonone, ut vulgus loquitur; circa fontes Imesuli, in Medunam influentis, non procul ab Liquentia, qui utriusque aquas excipit. Quis castrum occupaverat, docebit sequens Annotatio.*

i *Est* Porcilia (*inquit Leander, in Marchia sua Tarvisina pag.* 750) modicum quidem, at opulentum ac nitidum oppidum: quod una cum Bromaria, parvo etiam castro, quinto abhinc lapide secus Liquentiam, gens nobilis Comitum Porcilianorum possidet, a Jacobo illustrata, viro docto facundoque. *Ex eadem gente fuit apud Sabellicum, de vetustate Aquileiensi lib.* 4, *col.* 91, Beachinus Comes Porcilianus, Portus Naonis Præfectus, qui auxiliari manu a Spilibergensibus Regulis accepta, Castellum, quod Turrim vocant, occupavit. E

k *De hac guerra seu bello ita scribunt Cortusii ad annum* 1335, *lib.* 5 *cap.* 9: Mense Martii Beltrandus Aquileiensis Patriarcha furtive abstulit Venetis Castrum-Vallis. Veneti indignati congregaverunt exercitum suum militum et peditum juxta Polam. Discurrit exercitus destruendo Forum-Julii. Semel vero Patriarcha cum Furlanis et Theutonicis contra gentem Venetorum occurrens, multos cœpit. *Deinde addunt, pacem* inter eos convenisse, Venetis restituto Castro-Vallis. *Tacent vero de eo quod Veneti cedere Patriarchæ hic dicuntur debere, arbitro pacis statuto Episcopo Concordiensi, qui tum fuit Guido de Guisis, celebris jurisconsultus.*

l *Civitas Episcopalis in plaga meridionali Istriæ ad littus maris Adriatici cum portu capaci.* Vallis *Pola distat in Septemtrionem* m. p. 10. *Ignanum puto esse quod in tabulis Geographicis dicitur* Dignan, *media via inter Polam ac Vallem.* Regalam *non reperio: sita est verosimiliter non longo a prædictis locis.* F

m *Alias* Labacum, *incolis* Laubach, *Carniolæ Ducatus caput, Episcopali Sede ornatum a Paulo Papa II anno* 1468.

n Otto *filius fuit Alberti primi Imp. Obiit anno* 1338. *Accidisse autem debet legatio illa* Bertrandi *anno* 1335, *cum in fine præcedentis anni possessionem Patriarchatus primum adiverit; et prius quam Labacum profectus sit, pacem cum Rizardo composuerit; et hic, dum rediret Labaco Patriarcha, bellum innovans, cæsus tandem et præ animi ægritudine mortuus sit hoc ipso anno* 1335, *uti supra annot.* f *retulimus.*

o Chirchiniz, *alias* Cerniza, *oppidum in Comitatu Goritiæ, fere* m. p. X *distans ab urbe Goritia in Ortum.*

p *Id est per* Forojulium. *Sumitur enim hic sæpe vox* Patria, *non appellative, sed proprie. Itaque ipsum Sabellicus de Vetustate Aquileiæ in Proœmio notat; quod nempe malit ditionem illam Forojuliensem* cum ipsis incolis Patriam nominare, *quam Forojulium aut Carniam.*

q S. Viti *oppidum, Regonæ (ut nunc tabulæ scribunt) fluvio adjacens, non procul a fontibus ejus: dis-*

situm

A *situm a Portu Naonis in Ortum* m. p. x. *Minus recte* EX MSS.
videtur a Leandro poni in ripa dextera Tiliaventi; cum inde versus ad Regonam, uti diximus, recedat.

r S. Danielis oppidum *est* præcelso difficilique in monte, *ut ait Leander, qui* nobilissimum *appellabat, ad Tiliaventi minoris seu potius Stellæ fluvii fontes; Utino in occasum æstivum recedens ad* m. p. xii. *Admodum diversum est ab alio* S. Danielis *oppido, quod itidem in monte positum, sed ad Orientalem Utini plagam, in Comitatu Goritiæ. De priori sermonem hic esse puta.*

s *Accidit mors illa testibus Cortusiis, anno* 1335, *uti dixi Annot.* f. *Addit Suardus, mortuo Comite, bona ejus Ecclesiæ Aquileiensi feudalia redisse ad Patriarcham; eumque illa contulisse partim Frederico Savorgnano, de Ecclesia illa optime merito; partim Nobilibus de Sbrugliovacca; et illi quidem contulisse Bibanum, Riginzolum, Caneram, et alia. His quæ contulerit non enumerat auctor.*

t Vesonum *scribit Sabellicus, addens;* Tiliavento proximum *esse; nempe ad sinistram ejus, ubi appellatus ab oppido illo fluvius* Venzonissa *in Tiliaventum*
B *influit, inter montes Alpestres; paulum supra Gemonam ad Boream.*

u *Legebatur,* victoriam *ecclesiæ divinitus* traditam.

x *Ad dexteram Tiliaventi ripam,* m. p. x *infra Venzonum, situm est Bragulinum.*

y *Postea etiam Imperator, nominis sui quartus, qui casum, quo delatus sit Aquileiam, quomodo a Patriarcha exceptus et quamdiu moratus in ditione ejus sit, ipse describit in Vita sua. Nempe, e Dalmatia in Italiam trajicere volenti, insidias a navibus Venetorum, tametsi amici essent, structas fuisse: illas vero se evasisse in cymba, coopertum saccis et retibus; sicque per medium Venetarum triremium devectum Aquileiam:* ubi, *inquit,* notificavimus nos hospiti nostro, qui Concilio civitatis mox notificavit: cives vero usque ad Patriarchæ notitiam perduxerunt. Patriarcha mox civitatem ingressus, cum magno honore Cleri et populi, pulsatis campanis, nos suscipiens, in palatium suum deduxit. Et sic cum magno honore, familia nostra *(quam fugiens reliquerat in manibus Venetorum)* ad nos de captivitate perveniente, in terra sua per quatuor septimanas nos tractans, confirmatus est nobiscum, deducens nos per vallem Cad usque in comitatum Tyrolis. *Hoc autem accidisse debet anno*
C 1337, *uti ex iis quæ sequuntur in eadem Vita, potest colligi.*

z *Dicitur is in memorata Caroli Vita,* Comes Weglæ et Semi; *subitque eamdem quam Carolus fortunam, cum ipso e manibus Venetorum in cymba clam elapsus. Errat autem Suardus, cum ipsum Tirolis Comitem facit et fratrem Joannis; qui verus Comes Tyrolis tunc fuit ratione uxoris Margaritæ; et fratrem Bartholomæum nuspiam habuit.*

aa Civitas *proprio nomine, quæ et* Civitas Austriæ, *et olim* Forum-Julii *teste Cluverio: vulgo nunc* Cividal di Friuli, *ad Natisonem fl. supra Utinum ad ortum æstivum* m. p. viii.

bb *Ratione uxoris Margaritæ, Henrici Comitis Tirolis et subinde Bohemiæ Regis electi filiæ unicæ. Fuit* Joannes *Caroli modo dicti frater, ex Joanne et Elisabetha Bohemiæ Regibus. Sed ab uxore Margarita per divortium inique sejunctus est, annuente Ludovico Bavaro, anno* 1342 *ut Cortusii habent, et colligitur ex litteris Benedicti XII Avenione anno* 1341 *die* 28 *Novembris ad* Bertrandum *datis; quibus jubetur divortium illud impedire, subjiciendo Censuris ecclesiasticis quotquot ei cooperentur. Litteras indicat Raynaldus ad annum* 1341 *num.* 14.

cc *Nicolaus Brunus Episcopus Tridentinus, anno* 1338, *in locum mortui Henrici de Metis.*

dd *Bartholomæi, credo, supra nominati et consanguineorum ejus.*

ee *Est* Duinum *ad fines Foro-julii, media fere via* D
inter montem Falconis et Tergestum; atque huc e monte-Falconis tendenti, dicitur apud Albertum, occurrere juxta littus, edito in jugo, munitissimum castellum opulentumque ac nobile Duinum.

ff *Hinc videtur exarsisse hoc bellum ante annum* 1341, *quo repudiatus est Joannes a Comitissa Tirolis uxore sua: nisi aliunde suppetias tulisse velis.*

gg *Distat Goritia* m. p. viii *in occasum.*

hh *Duo oppida, Utino in meridiem disjuncta, Belgradum quidem* m. p. xii : *Latisana vero,* xviii.

PARS ALTERA.

Ceterum tribus vicibus, quibus fuimus Venetiis, ubi nobiscum fuisti qualibet vice, quantum expendere potuimus, tu ipse considera. Non enim fecimus vias illas causa nostri, sed solum ad inclinandum Domini illius animum, ut Ecclesiæ dimitteret jura sua. Pro quæstione Cavolani quanta expenderimus, et quot noctes duxerimus insomnes, tu et alii, quorum diligentia et solicitudine, Deo et justitia operante, victoriam reportavimus, bene nostis: et bursa vestra etiam non fuit expers expensarum. Quia bene vidimus, et cognovimus, labores vestros sine damnis bursalibus non fuisse. Domum Francisci de Villalta *a*, pro eo quod ipse Testamentum patris, qui nos Commissarium suum fecit adimplere nolebat, obsedimus, et finaliter se nostræ voluntati submisit. Quadraginta sex diebus stetimus ante Pinzanum *b* cum nostro exercitu, cum magnis expensis, periculis, et labore, pro illo detestabili homicidio, perpetrato per Manfredum et suos complices de Pinzano, qui Franciscum et Pinzanutum patruos, et Succium consanguineum eorum de Pinzano, morte crudelissima peremerunt.

Tertio Venetias adit Patriarcha,

Cavolanum recuperat,

E

a Villaltanos submittit, b Pinzanum obsidet.

5 Post anni revolutionem iterato Comites Goritiæ nos et Ecclesiam invaserunt de guerra, in qua tenuimus pro majori parte duos exercitus; unum apud Latisanam *c*, et alium in Campis juxta Manzanum *d*, ad resistentiam inimicorum; et tribus mensibus, quibus ipsa guerra duravit, habuimus trecentos equites armigeros, exceptis peditibus ad nostrum stipendium. Constitit enim nobis illa guerra quindecim millibus florenorum: et tamen per Dei gratiam in omnibus pertransivimus cum honore. Anno sequenti, de mandato Domini nostri Papæ *e*, ivimus ad Regem Ungariæ; in quo itinere quanta incommoda et pericula atque labores habuerimus, transeuntes per montes Gelboe *f*, nationes barbaras et immanes, atque devia incredibilia, tacemus ad præsens: sed relinquimus tibi per Paulinum Notarium nostrum referenda, cum fueris apud; quoniam scribere nimis esset prolixum. In recuperatione Cadubrii *g*, in quantis nos posuimus periculis et gentem nostram, et quantas expensas fecerimus, quæ Deo gratiæ sunt, te credimus audivisse; et qualiter filius Bavari *h* cum exercitu suo copioso, volens nos invadere, fuit cum gente sua per nostros paucos positus in conflictu: et quam mirabiliter et voluntate divina invenimus litteras, quæ contra nos, et in destructionem Ecclesiæ et totius Patriæ, filio Bavari et Comitibus Goritiæ mittebantur.

Comites Goritiæ bellum redintegrant c d

e F *f Bertrandus legationem obit ad Regem Hungariæ, g h Cadubrium recuperat,*

6 Debita nostrorum Prædecessorum ab Ottobono *i* citra, in Romana Curia integre persolvimus, per gratiam Jesu Christi, quæ ascendunt ad viginti quinque millia florenorum. Arcam *k*, in qua recondi debent Patronorum nostrorum Reliquiæ, cum Cruce et capite argenteis, et mitram campanilis ecclesiæ nostræ, non fecimus fieri gratis. Capella ecclesiæ S. Mariæ de Utino, cum pictura, constitit nobis plus quam quadringentis marchis. De Monasterio Monialium S. Nicolai de Utino *l*, ubi posuimus viginti

i k debita Decessorum solvit, arcam reliquiis et sacellum condit: l

A ginti Moniales, et eis emimus redditus competentes, etiam tibi diximus. De Castro Raimondi, quod erat spelunca latronum, et nocumentum mercatorum, quomodo illud habuerimus violenter, quod inexpugnabile credebatur, et sine sanguinis effusione, quid dicemus? nisi quod Deus in hoc mirabiliter operatus est, et tota patria ab illis prædonibus, de quibus etiam justitia facta fuit, est liberata. Duo *m* provincialia Concilia habuimus, sicut scis, in quibus multæ constitutiones reformatæ et editæ fuerunt in favorem Ecclesiarum et Ecclesiasticæ libertatis *n*.

Monasterium fundat.

Castrum Raymondi capit.

Duo concilia celebrat,

7 Nudius-tertius cum Hermagoras della Turre intrasset Varmum *o*, una cum Rizardo de Varmo fraudulenter, et Nobiles Castri illius captivasset, nobis existentibus causa solatii in Seplimbergh *p*, et multas crudelitates exercuisset in eos; nos gentem nostram illuc misimus. Quod sentiens Hermagoras statim fugit: et redemimus castrum illud; ipsis Nobilibus, quorum erat, restituentes. Sed unum non prætermittimus, de portis Sclusæ et Castri Moscardi, quas ita mirabiliter reparavimus, imo de novo fecimus, quod nunquam vidimus pulchriores. *q* Et vocatur hodie porta Sclusæ propter hoc, porta Bertrandi. *Separatur est manu in Nicolusii dicta scriptura.*

Nobiles Varmi succurrit

portas Sclusæ restaurat.

B

8 Et ego Bartholomæus Mastinas de Utino, quondam Odorici de Martinis de Valsa Sueviæ: civis et incola dictæ terræ Utini; Imperiali auctoritate Notarius publicus, suprascriptam paginam seu scripturam, quæ in alma litera invenitur apud spirituales scripturas quondam Nicolusii Notarii de S. Maria la Longa, et spiritualis Curiæ Patriarchalis Aquileiensis scribæ et Cancellarii, commissas per Reverendiss. Dominum Antonium Aquileiensem Patriarcham, die nona Novembris MCCCXCIX, olim Ser Petrobono de Joseppis, Notario Utinensi et quoque ejusdem spiritualis Curiæ Cancellario, et ipsi Ser Petrobono legatas per antedictum Ser Nicolusium in suo ultimo Testamento diei quinti Novembris MCCCXCIX, scripto per Ser Alexandrum de Ceneta, Notarium Utinensem; et demum die tertia Septembris MCCCCXXIX mihi recommissas, per magnificum et generosum Militem, Dominum Joannem Nemo, tunc Patriæ Forii-Julii Locum-tenentem, seu investitas simul et promiscue cum notis quondam Raphaelis Notarii, et antedicti Petriboni; ita illam fideliter de verbo ad verbum, manu alterius, mihi fidi Notarii, in hac tertia et aliis duabus præcedentibus chartis, per numerum distinctarum litterarum, manu mea in supremo angulo signatis, publicari feci, ad requisitionem Venerandi Capituli Utinensis; et facta diligenti collatione, auscultante mecum honorabili Ser Joanne-Francisco Filtino, Notario et Cancellario magnificæ Communitatis Utini, omnia cum antedicto exemplari concordare inveni; salvo quod in secunda linea secundæ chartæ omissa fuerant ista verba, videlicet, et aliquando sexaginta; quæ corrigendo restitui ad locum suum etiam manu mea. Et ideo in fidem, robur, et testimonium omnium et singulorum præmissorum, me etiam hic propria manu subscripsi, signo, nomineque meis appositis consuetis.

Epistola præmissa, a D. Nicolusio

an. 1399 legata Petrobono,

committitur an. 1429 Notario, hæc testanti,

collatis sedulo inter se MSS.

ANNOTATA C. J.

a *Sumpto familiæ nomine ut puto, a loco* Villa-alta, *sex* m. p. *Utino Occasum versus dissito.*

b Pinsanum, *uti id describit Sabellicus, situm est* ad radices montium, Taliavento proximum. Locus satis sua natura, sed longe magis Savorgnanæ familiæ, cujus ditionis est, in primisque Nicolai Equitis, viri præstantis ingenii, cura et diligentia munitissimus.

c *De* Latisana *egimus Annot.* hh.

d *Adjacet* Mansanum *Natisoni fluvio, stadiis* XLVIII *infra Civitatem Austriæ vulgo Cividal di Friuli, ut diximus, relinquens infra se ejusdem fluvii stadia fere* XV, *antequam se Turri inserat; quocum una in Sontium deinde influit.*

D

EX MS.

e *De anno certo nil satis certi possum uspiam eruere. Papa tunc fuerit Clemens VI, anno* 1342 *creatus, et mortuus biennio post Patriarcham. Eodem anno* 1342 *Rex Hungariæ electus fuit Ludovicus, Caroli filius.*

f *Metaphorice sumit pro montibus aridis et infaustis; ex eo quod montibus* Gelboe, *quorum sæpe mentio in sacra Scriptura, maledixerit David, ob mortem Saulis, in iis patratam.*

g Cadubrium, *tractus terræ satis extensus inter Forumjulii ad ortum, et Comitatum Tirolim ad occasum; ditionis quondam Dominorum de Camino, a quibus ad Patriarchatum Aquileiensem, transiit.*

h *Nempe Ludovici Imperatoris, et ipse* Ludovicus.

i *Decessore Bertrandi in Patriarchatu Aquileiensi, creato anno* 1301.

k *Illa ipsa arca fuerit, quam Patriarcha faciendam curaverat, ut in ea reconderentur translatæ Aquileia Reliquiæ S. Hermagoræ: sed in qua ipse deinde conditus fuit, ut alicubi lego.*

l *De fundatione Monasterii illius instrumentum extat datum Aquileiæ 6 Novembris anno* 1341; *cujus initium hic a scribo:* Nos Beltrandus, Sedis Aquileiensis Patriarcha, non dubitamus magni esse apud Deum meriti, errantes et infirmas oves reducere ad ovile, et a contagiosa eximere infirmitate. Tali nos consideratione inducti, proque directi affectu, prævia etiam matura deliberatiene, habita cum nostro Aquileiensi Capitulo, simplicem S. Nicolai Confessoris ecclesiam, animarum cura destitutam, in suburbio Pascolle sitam, nostri Utinensis oppidi, diœcesis Aquileiensis, ad laudem et honorem Dei. B. V. Mariæ, et S. Nicolai, erigimus in regularem ecclesiam; constituentes ibi Cœnobium viginti Monialium, inclusa earum Abbatissa: quæ debeant opitulante Deo, durare perpetuo, ac profiteri vitam sub Regula S. Augustini, assumpto candido habitu, quo puritas mentis et corporis denotetur, cum flammeo nigro; ut intelligant, mundano se affectu exutas, Christo Domino se militaturas sub Regula S. Augustini, sub ductu Abbatissæ. In quod cœnobium declaramus et ordinamus ut recipi valeant in Moniales et Antistitam, et Virgines et viduæ continentes, ac etiam impudicæ; quæ vel effrænato cupidinis œstro, aut rerum inopia impulsæ, in locis infamibus quæstum corpore faciebant; quæ tamen ex certis indiciis cognoscantur ad cor contritum, et veram, non autem fictam pervenisse pœnitentiam. Nos censentes non in postremis caritatis operibus reponendam hujusmodi personarum revocationem ad veram viam, etc.

E

F

m *Alteram in Vita num. 4 dicitur celebratum anno* 1339, 25 *Aprilis: de altero nuspiam invenio mentionem.*

n *Ad fluviolum in Tiliaventum influentem, aliquantum infra Belgradum Fori-julii.*

o *Hic finis est Epistolæ apud Ughellum, quam is tamen putat se integram dare, a Candido, ut queritur, mutilatam.*

p *Imo* Splimbergh., *quæ urbs memorato Tiliavento adjacet, versus Boream.*

q *Bertrandine ipsius sequens clausula sit, an librarii alicujus?*

A

VITA ET MIRACULA.

Ex MSS. Vallicellano Patrum Oratorii S. Philippi Nerii Romæ.

CAPUT I.

Vita ante Patriarchatum, in eo liberalitas et solicitudo erga sibi commissos.

Bertrandi natales, studia, mores, a

In nomine Domini, Sanctæ et individuæ Trinitatis. Amen. Beati Bertrandi Gesta hoc breviloquio scripta. Bertrandus ex nobili genere oriundus de sancto Genesio *a* Diœcesis Caturcensis, utriusque juris Doctor, sacri Palatii decem et septem annis causarum Auditor, continentissimæ vitæ et sobrietatis eximiæ, magnæ solicitudinis et vigiliæ, pro subditorum commodis noctes transibat *b* insomnes; circa divinum Officium devotus, ac fidelis minister erga sacra Mysteria, nullo labore poterat fatigari; potissime in Ecclesiarum consecrationibus, et Ecclesiasticarum personarum ordinationibus: nefanda scelera, Simonis Græci et Scariotis Judæ nomine *c* nuncupata, semper abominando in consecrationibus et B beneficiorum collationibus. Quis enim dubitat, quod qui sacra mediante pecunia exhibent; Christum, qui est omnium sacrorum principium, finis et medium, commercio subjiciunt? quorum pœna lepræ aspersio, patibuli appensio, propriæque salutis amissio. Ille vendebat sacrum corpus mortificandum, hi mercantur sacrum corpus glorificatum; unus altero tanto sceleratius agit, quanto glorificatum mortificandum excellit.

Ordinationes,

2 Ordinavit enim tempore suo circa septingentos Sacerdotes; ad reliquos vero sacros et inferiores Ordines, duo millia et ultra. Cultui divino intentus, in Ecclesiarum augmentationibus seriosus, inter alias Ecclesiam S. Mariæ majoris de Utino *d* (ubi suam deputavit sepulturam ad faciem majoris Altaris, supra cujus corpus celebraturus Missam Sacerdos agendo Confessionem pedes teneret) Canonicis possessionibus, redditibus, ac libris cultui divino deditis, et aliis multis tam paramentis, quam aliis ornamentis ampliavit. Numerum Canonicorum octonarium duplicavit: panes distributionis, tempore quadragesimali interessentibus divinis, de suo proprio dari mandavit; ac alia notabilia multa in eadem C Ecclesia fecit. In ordinatione divini Officii, et constitutionibus ac visitationibus, nullas unquam recepit procurationes, quas etiam de jure recipere potuisset. Conventui quoque Prædicatorum loci prædicti, quem aliquando visitans, et eorum librariam *e* diligenter explorans; velut vir providus et in omnibus circumspectus, deficere comperit in pluribus libris valde necessariis, pro prædicationis officio et consiliis animarum; hujusmodi libros, pro animæ suæ merito, ad perpetuum usum Fratrum misericorditer est largitus. Sororibus etiam [monasterii] S. Mariæ ad Virgines, apud Civitatem Austriæ suæ diœcesis situati, sub cura memoratorum Fratrum degentibus, ad quarum sanctitatem sincero ferebatur affectu, ad augmentum divinæ gratiæ consequendum, donavit unum calicem, valde pulchrum ac magni ponderis et valoris: quibus insuper pluries in magnis solennitatibus prædicabat, et Missam celebrabat cum nota *f*, nec non et sacram Communionem manibus propriis ministrabat.

liberalitas in ecclesiam S. Mariæ Utini, — *Bibliothecam Prædicatorum* — *et monasterium S. Mariæ:*

solicitudo in obeundo munere Ep.

3 Compellebatur frequenter Pastor bonus, pro Ecclesiæ suæ juribus recuperandis aut etiam conservandis, expeditiones bellicas instruere contra hostes; in quibus interdum in hebdomada sancta Quadragesimæ constitutus, et ab ecclesia sua non D modicum elongatus, per totam noctem velociter equitavit sub armis; nulla eum hostium formidine, aut aeris intemperie retrahente, ut feria quinta in cœna Domini posset in Sede sua conficere sanctum Chrisma. Considerabat enim, quod spiritualia, tamquam digniora et præcipua, erant magis acceptabilia apud Deum. Unde, quoscumque alios spirituales actus in illis sacratis diebus eum facere oportebat, cum mira devotione et ædificatione atque consolatione populi exercebat. In illis quoque diebus signanter circa pœnitentium reconciliationem, curam solicitam cum omni diligentia impendebat. Nam cum de sua Diœcesi non solum Sclavi, sed etiam Theutonici et Latini, de diversis partibus, illo sancto tempore Aquilegiam properarent, ad recipiendum Pœnitentiæ remedium opportunum, pro removendis suorum gravaminibus peccatorum; providebat Pastor solicitus, qui super gregem suum oculos non claudebat, de quodam Fratre Prædicatore, litterato ac conscientiato viro, trium supradictarum linguarum plenarie erudito, qui auctoritate ipsius audiebat hujusmodi pœnitentes, ac eis imponebat pœnitentias salutares. Unde illud, quod per se ipsum facere non valebat, per idoneos ministros exequi satagebat.

deputandis populo idoneis Confessariis:

E

fundandis monasteriis et ecclesiis,

4 Fratres Ordinis S. Petri Papæ, Cœlestini vocati, arctissimæ ac devotissimæ vitæ, juxta Utinum evocavit; et eisdem Ecclesiam S. Gervasii, deputatis certis redditibus, assignavit; monasterium Monialium Ordinis S. Benedicti eis assignando. Ecclesiam S. Nicolai cum sufficientibus redditibus fundavit et dotavit. Concilium Provinciale Aquilegiæ *g* celebravit; ubi utiles Constitutiones edidit, et innovavit antiquas, tam contra usurarios, bonorumque Ecclesiasticorum invasores, quam contra alios approbatæ a Patribus consuetudinis transgressores; et hoc anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo nono, die vigesimo quinto Aprilis: cui concilio interfuerunt Episcopi Paduanus *h*, Feltrensis et Bellunensis *i*, Cumanus *k*, Concordiensis *l*, Vicentinus *m*, Tarvisinus *n*, Emonensis *o*, Justinopolitanus *p*; ac Procuratores Veronensis, Tridentini, Tergestini, Polensis, Cenetensis et Petinensis, Abbates, Decani, et alii quamplurimi Prælati. Concilia autem Synodalia, quasi annis singulis celebravit, proponendo verbum Dei personaliter ad Clerum de fonte suæ scientiæ profundissimæ, potius divinitus infusæ, quam humaniter acquisitæ. Hunc prædicandi laborem adeo sitiebat, quod fere nullas solennitates, prædicationibus et Missarum celebrationibus vacuas, pertransiret, ex nimio fervoris zelo, quem agebat ad subditos, devotioneque quam gerebat ad superos.

cogendis conciliis, — *exhortando per se Clero,*

F

faciendis [illegible] precibus

5 De occultis orationibus, propriique corporis afflictionibus, dicendi audacia careo; quia oppositum agens, est temeritate damnabili merito reprehendendus. Unum tamen non taceo, quod a digno fide percepi. Nocte quadam, jam galli cantus tempore per horam transacto, et per ipsum ejus licentiato *q* Cubiculario; super eum, ut quiescere fingeretur, ostio clauso; se nudo corpore prostravit in terram, lacrymosis ac devotis ad Deum fusis orationibus. At casu supervenit quidam suus familiaris secretus, eum reverenter increpans, quomodo senex annosus sic suum corpus affligeret, ut vitam suam ante tempus, in grave damnum tot eidem subjectorum, abbreviandam duceret. Quem reciproca vice (repente surgens, ut ne videretur orare) redarguit: Nescis, imperite, quid dicas; eumque ut nulli manifestaret, donec super terram ageret, jure coegit. [At ille] conscientia remordente non duxit omittendum, quod non erat omnino secretum. In Parasceve enim Domini, cum ejus familia nocturno tempore ad requiem fuisset

A fuisset dimissa, solus per porticum secretam suæ Aquileiensis Ecclesiæ nudis pedibus introibat, ibique in devotissimis orationibus pernoctabat. Ab aliquibus quandoque Sacerdotibus deprehensus, eos occulte adjurare nitebatur, ut nemini manifestare valerent, ut quodammodo usque ad mortis suæ tempora, hæc fuerint incognita, etiam mihi Capellano suo commensali *r*, ad cujus obsequium fui continuo tempore triennali.

6 Hic pater pauperum, agnatos non ditavit, nec thesaurum Ecclesiæ ad alienas partes transmisit: sed inter Christi pauperes suæ diœcesis, ut Laurentius, divisit; ut propriis oculis vidi, meisque manibus contrectavi. Quondam famis et penuriæ tempore, duo millia pauperum singulis diebus eleemosynæ refectione sustentabat; continuo autem tempore, quotidianis diebus, suis propriis manibus duodecim mendicantes, ob honorem duodecim Apostolorum, cibariis, quibus illa die vescebatur, reficiebat. Demum benedictione facta, cum devota comitiva, potissime litteratorum virorum, discumbebat. Virgines complures Deo dedicavit, aliasque non paucas jugali matrimonio propriis et Ecclesiæ suæ facultatibus copulavit, ut a quodam ejus Pœnitentiario, post ipsius mortem, percepi. In his dispensavit ultra duodecim millia florenorum, quod tempore vitæ suæ sciri vetuit; sicut homo (qui humanæ laudis favore contempto ad divinam gloriam suas eleemosynas referebat. Hujus patriæ Forojulii majores natu sint testes, aliique omnes. De occultis egentium provisionibus, Dei et ejus Secretariorum attestationibus derelinquo.

jurandis alendisque pauperibus,

7 Qui Imperialis Princeps, Patriarchali dignitate insignitus, in festo Apostolorum Simonis et Judæ pervenit Aquilegiam, currentibus Dominicis annis mille trecentis quatuor et tricenis, contra gentes Venetorum *s* in Istria, contra Rizardum Comitem de Camino *t* juxta Sacilum, contra Comitem Goritiæ *u*, juxta Braganum, ob prædefendendis Ecclesiæ suæ juribus pugnare coactus, Dei dextera mediante, ac ejus precibus et orationibus suffragantibus, adeo viriliter egit, ut, Principis militiæ suæ industria cooperante, gloriosum triumphum de inimicis mirifice reportaverit: quarum certationum descriptiones in ... Regum, Machabæorum, et Paralipomenon librorum narrationibus fere adæquari merentur. Moysis enim vestigia sequebatur, dum bellum per milites indiceretur; signoque ad pugnam dato, nudis genibus in terramque deflexis, nudato capite, manibus ad cœlum levatis, orationibus insistebat continuis, donec ad eum finis belli pervenire optatus. Ex his triumphis temporibus diversis, Verezonum *x*, Ecclesiæ suæ Aquileiensi diu occupatum, Cadubrium, et Cavolanum sub suo pacifico merito possedit dominio.

ANNOTATA. C. J.

a Fanum S. Genesii, ipsa Civitate Episcopali distat tribus fere leucis in Ortum hiemalem, uti diximus in Commentario prævio §. 1 num. 5.

b *Active sumptum pro* transigebat.

c *Intellige Emptionem et venditionem sacrorum, quarum prioris exemplum est in Simone-Mago, Act.* VIII, *Spiritum sanctum conferendi virtutem oblata pecunia emere volente, unde etiam dicta* Simonia; *posterioris in Juda, Iscariote nomine, qui rem sacerrimam Christum Dominum pretio vendidit.*

d *A Bertholdo Patriarcha, in honorem S. Oderici excitata fuit ecclesia illa, postea mutato titulo S. Mariæ appellata.*

e *More Italo pro* bibliotheca.

f *Seu Musivo: quod certis* notis, *diversimode, seu tonis componitur.*

g *Hoc etiam concilium Aquileiense apponere tomis suis potuisset Labbeus, si hanc Vitam habuisset, forte plura eo spectantia alicubi inventurus. In Epistola præmissa ipse Patriarcha asserit, duo se Concilia provincialia celebrasse.* D EX MS.

h Hildebrandinus de Comitibus, *natione Romanus.*

i *Erant enim jam tum uniti duo isti Episcopatus, et Episcopum habebant* Gorgiam de Lusia, *Decanum antea Feltrensem.*

k *Seu Comanus aut Comensis,* Benedictus de Asinago, *Ordinis Prædicatorum, post Concilium habitum ante finem anni mortuus.*

l Guido de Guisis, *de quo supra.*

m Blasius, *Ordinis Minorum Religiosus.*

n *Verosimiliter* Joannes de Benedictis, *ex Ordine Prædicatorum, de quo constat anno* 1334 *vixisse; nec alius illi successisse legitur ante annum* 1344.

o *Seu* Civitatis-novæ *in Istria. Cui illo tempore præfuisse videtur* Marcus, *patria Novariensis, ex Ordine Prædicatorum.*

p Marcus Semiticulus, *ex Canonico S. Marci Venetiis. Atque hæc Episcoporum nomina ex Ughello fere desumpta sunt. Eorum vero nomina, qui Procuratores suos miserunt, quærere apud eumdem poterit qui volet.* E

q *Id est* dimisso.

r *Disce hinc auctoritatem Vitæ.*

s *De bello illo Veneto vide præmissam Epistolam num.* 1, *Annot.* k.

t *De hoc bello similiter vide in eadem Epistola num.* 1 *Annot.* f.

u *Videtur hoc bellum non omnino idem cum illo, de quo in Epistola præmissa. De hoc distincte refert Sabellicus, quod Comiti Goritiæ, invadenti levissima de causa Forojulium, et, conjungentibus sese illi pluribus Regulis, oppida multa occupanti, tandem ad Bragalinum restiterit cum suis Patriarcha. Nam cum* Goritianæ copiæ Braulinum concessissent, *(verba sunt Sabellici)* repente Hunnienses, *id est, Utinenses,* ad hostem proficiscuntur; eosque trepidos, et ad pugnam se tumultuarie expedientes, parvo negotio fundunt, eorumque impedimenta diripiunt. Signa quam plurima militaria ex ea victoria relata, et in basilica divæ Virginis, quæ Hunnii est, suspensa sunt. Ceterum hostibus fusis; Braulinum oppugnant; quod intra paucos dies vi captum diripiunt et exurunt.

x *Vide in Epistolæ Annotationes parte* 1 *litt.* t. *et parte* 2 *lit.* g. F

CAPUT II.

Reliquæ ejus præclaræ virtutes, cædes, postuma gloria.

Qualis, ac quanta fuerit ejus Vicariorum spiritualium et secularium, litterarum sapientia refulgens turba, publice annuntiet Patria; quæ Doctoratu sacrorum Canonum, et Imperialium Legum splendebat insigniis, ac cingulo militiæ triumphalis et secularium negotiorum fulgebat præsidiis. Litteratos viros, morum honestate decoros, suis affectuose cupiebat aggregari consortiis. De ceteris familiaribus, adhuc in hac mundi peregrinatione degentibus, subticeo. Quis autem vivens potest sine trepidatione laudari, cujus iter vitæ occulta dæmonum velut latronum obsidet multitudo? Tantæ enim fuit vigilantiæ, ut semper intempestæ noctis mediano silentio, spreto cubiculo, Matutinalium ceterarumque canonicarum Horarum devotis laudibus deserviret Officio. Demum illucescente die, circa Missarum celebrationem adeo piissime instabat, ut nulla pertransiret dies, quin Missas tres *a*, diceret, vel saltem unam

Ejus in vendiltos amor,

EX MS

A unam celebraret, vel faceret celebrari; ut postmodum die clarefacto cum suis consiliariis super agendis liberius insudaret.

b humilitas in opprobriis,

9 Quanta humilitate ac mansuetudine venerandus Princeps irradiaverit, loquantur Legati de latere *b*, Concilium Paduæ celebraturi; qui cum multis et variis lacesseretur injuriis opprobriisque diversis, **tamquam mitis silebat, humiliter ori suo digitum** superponens. Noverunt et Forojulienses exponentque ejus clementiam, quibus notum est, quot offensiones sibi illatas pertransiverit impunitas; quod ejus nominis detractores, ejusque bonæ tam famam denigrare volentes, immunes dimiserit a vindicta, considerans illud Senecæ: Nullam ex omnibus virtutibus magis homini convenire [illegible], quam clementiam, cum sit nulla humanior; nullum tamen clementia ex omnibus magis, quam Regem aut Principem decet. Istæ enim virtutes magnis viris decori gloriæque sunt, si illis salutaris potentia est: nam pestifera vis est, valere ad nocendum. Clementia in quamcumque domum pervenerit, eam felicem tranquillamque præstabit. Magna fortuna magnos animos decet. Magni autem animi proprium est placidum esse tranquillumque, et injurias atque offensiones B supreme despicere. Muliebre est furere in ira; ferarum quidem nec generosarum, præmordere et urgere projectos; elephantes leonesque transeunt, quæ impulerunt: ignobilis bestiæ, pertinacia est. Non decet Regem sæva et inexorabilis ira: non enim multum supereminet is, cui se ira exæquat. Nil gloriosius Principe impune læso.

reverentia erga Sedem Apostolic.

10 Hic acceptus Pontificibus, potissimum Summo, cujus nuntios læta fronte et hilari vultu, ut Loth Angelos, semper in suo Palatio colligebat, propter reverentiam Apostolicæ dignitatis. Dilectus a Regibus, et gratus Principibus existebat: sciens enim beatius esse magis dare, quam accipere, juxta sententiam Salvatoris, multis Principibus, ut forent suæ Ecclesiæ in favorem, dona magnifica destinabat: unde ipsum non modicum fecit illustrem ejus munificentia liberalis. A subditis quoque suis, tam Clericis quam Laicis, timebatur ut dominus, et tamquam pater miro veneratione ab omnibus amabatur: conveniens nempe erat, ut qui diligebatur a Deo, a cunctis etiam hominibus amaretur. Adeo enim dilectus fuit, ut cum ex consuetudine patriæ visitaret terras et castra, descenderetque ad eas, C tanto jubilo reciperetur et gaudio, quod ab ignorantibus vix crederetur ex dubio. In suis enim expeditionibus, et populi excitationibus, non erat necessaria vocatio trina: unico solo signo, a Principe militiæ dato, læto corde, veloci pede, pro juribus Ecclesiæ defendendis, omnes exibant, et communiter cum glorioso triumpho redibant.

munificentia erga Principes,

veneratio apud subditos,

modestia in vestitu,

11 Hic ornatus suarum vestium. Cultu incedebat honesto, omni vario pompatico quo habitu a se spreto. Vestibus demissis, histrionibus neglectis, pauperes, honestas, nubilesque mulieres, ac verecundos et fortunis Sacerdotes tenues, eis ornabat. Quantum jejuniis domabat se ipsum, omnibus compatriotis noscitur esse clarum. Adventum Domini cum debita singulis annis servavit abstinentia: subticendo de jejuniis Quadragesimæ, et Quinquagesimæ, et aliis ab Ecclesia indictis. Totius anni Sabbatis et sextis feriis, devotis se affligebat jejuniis; ceteris autem solutis temporibus, sobriis utebatur cibariis; abjectisque perdicibus et aliis delicatis altilibus, corpus suum bovinis reficiebat carnibus et arietinis; reliquis secum discumbentibus lautis et splendidis divisim propinatis cibariis, pro anni parte majori, unica et sola refectione contentus. Tanta in eo floruit sobrietas, ut non solum in se, sed etiam in subditis, maxime clericali cingulo cinctis, exceptis refectionibus ordinatis, abominaretur primas potatas *c*, D maxime ante tertiam, quarum crapulam spiritu quodam indicabat esse notam. Malvasiam et alia vina, ut asserebat, choleram gignentia, ut humanæ naturæ detestabatur inimica. Ex suo modesto victu, et honesta vita, Dei gratia prævia, tempore suo, febribus aliisque diversis languoribus immunem suam conservavit personam. Arteticas, guttas, podagras, ac cholicas passiones totaliter ignorabat. Dolores stomachi et capitis aliorumque membrorum nullo modo portavit; sed penitus sine eis suam vitam finivit. Ignium calefactiones et *d* pannorum, etiam tempore hiemali, devitabat: duabus tunicis, una fodra *e*, contempta pellicia, etiam cruditate frigoris perseverante, nivium tempore et pluviarum, addito simplici pallio, corpus suum tegebat; quod verisimiliter poterat ex sua naturali plasmatione, aut divina provisione adimpleri. A multis fertur, ipsum vix moriturum, sed solum senio defecturum, nisi martyrii triumpho migrasset ad Christum.

abstinentia a cibis,

amor sobrietatis,

c

vacuitas a morbis

d

e

Palatio anno 1350 domum rediens

12 Rediens Pater inclitus a prænominato Concilio, tunc Paduæ celebrato, annis Dominicis decies centenis trecentis quinquaginta fluentibus..... *f*, die Junii sexta, sui spiritus vaticinio moram illo E mane contrahens in Sacilo, per inusitatam viam nitebatur ad patriam. Tandem Militum suorum, timoris periculum exuere conantium, devictus instantia, alta voce verbum emisit, Vado immolari pro vobis. Quam veritatem hæc habuerit prophetia, testetur sui martyrii triumphalis victoria. Licet enim dum in humanis ageret, sæpissime assereret; Deum orans, et dissolvi optans pro Ecclesiæ meæ juribus conservandis, tropheo, quo gloriosus Thomas pro suæ Ecclesiæ juribus militavit. M[illegible] (quem magnis venerabatur obsequiis, singulis autem Matutinarum Vesperarumque Horis completis, ipsius gloriosi Thomæ commemorationem agebat devotam) tamen cernens in spiritu suæ proximæ resolutionis eventum, ex humanitatis fragilitate agonizabat in mente. Demum gratia confortatus divina, jam completis suis canonicis Horis, Missam celebrari jussit, eamque devotissime audivit; personaliter etiam, ob gloriosæ Virginis Mariæ reverentiam, humili Confessione præcedente, Missam celebravit.

f

mortemque præsagiens

ad aram facit die Sabbati.

13 Elapso sabbato, proximo die, præmisso sanctæ Crucis signaculo, equum ascendit, Christi nomine invocato. Pergens usque ad nonam, ad planiciem quam habent *g*, a Spenimbergo *h* per quatuor milliaria F distantem; aspiciens ejus comitiva a longeque cernens inimicorum copias, in dicto Castro Spenimbergi congregatas, gentis Comitum Goritiæ et quorumdam Castellanorum eidem rebellium, ac propinquius intuens; tanto fuerunt terrore perfusi, quod datis tergis omnes sunt in fugam conversi, aliqui tempestivius, alii tardius; solus immolandus remansit. Inimici autem irruerunt in eos, sic in fugam conversos, aliquibus captivatis, aliis ab eorum manibus liberis factis: ipse vero captus ad victimam ductus fuit, quinque vulneribus lætiferis sauciatus; non oleo et vino fotis, sed pluvia maxima madidatis. Quamdiu caro tenuit spiritum, devotissimis orationibus animum habebat intentum; suisque carnificibus indulgendo, pro eis Deum suppliciter exoravit. Tandem dicto, in manus tuas, Domine, spiritum meum commendo, ductore Deo migravit ad Christum hora quasi vespertina; hora Completorii verisimiliter suo rutilanti sanguine, pro suis defendendis Ecclesiæ juribus, Thomæ *i* beato sociatus, cujus semper flagitabat martyrium imitari. Defleat Clerus, tali Pastore nudatus: ingemiscat Populus, tancti Rectoris providentia spoliatus; tota suspiret patria, tali Patre privata; ululent pauperes, nunc tanto suffragio carentes, tamquam pupilli et orphani derelicti. Quis enim

postridie facta Cruce iter ingressus,

g h

incidit in hostes,

et 5 vulneribus sauciatus,

ac moritur

i

A enim exterus, cujus animi non dulcorentur motus, et sua non commoveantur viscera, de nonagenario, tot moribus, virtutibus, et sapientia pleno, qui tali modo de hoc migraverit mundo? Consolemur *k*. Mortem perdidit, vitam invenit, ut infrascripta præsumptione quadam annuntiant miracula.

nonagenarius

postera die Utinum delatus,

14 Sequenti die *l* Utinum adductus, tanto fletu, lacrymis, et ululatu repletus est populus utriusque sexus, ut eorum lacrymabilibus vocibus cœlum transcendere viderentur. Occurrentibus cunctis choris secularium Clericorum, Religiosorum Prædicatorum atque Minorum, orationes devotas fundentibus; pisque Psalmorum melodiis ad Ecclesiam majorem *m* cum infinitis gemitibus est delatus; et ante faciem altaris majoris, prout ipse disposuerat; per Canonicos Utinenses, Sacerdotes, Religiosos, lacrymabilibus et devotis completis exequiis, subterraneo sepulcro extitit tumulatus; sine myrrha, thure, aloe, et aliis odoramentis fragrantibus in terram depositus. Demum Venerabilis Pater Dominus Nicolaus *n*, ejus successor, de eo diversis somniis noctis tempore apparentibus, anni circulo revoluto, corpus ejus exhumari jussit: eoque totaliter integro reperto, sine aliquo cadaverali fœtore, Pontificalibus B indutum, mitra pastoralique baculo munitum, in locum reponi fecit pristinum. Hoc in suo depositionis die, dicto revoluto anni circulo, noscitur factum. Demum infrascriptis coruscantibus miraculis, integro anni tempore devoluto, iterato exhumari sacrum corpus fecit, infra Missarum solennia; anniversario suo per universos Clericos mirifice celebrato, cuncto populo totius patriæ Fori Julii, aliisque universis populis concurrentibus, tam Sclavorum, Ungarorum, Germanorum, quam aliarum diversarum partium: publiceque demonstrari jussit super altari, [ita] ut vivus mirifice stare a cunctis in ecclesia cernebatur: infinitis vocibus in altum dimissis stupore admirabili, videbatur quodammodo ecclesiæ fabrica ruinam minari.

sepultus ante aram majorem sine aromatibus.

post annum semel iterumque exhumatus,

integer invenitur;

et in pondus altari cunctis spectabilis.

15 Qualis ejus sit gloria in triumphante Ecclesia, denotant non solum supradicta, sed subscripta miracula. Gaudeat Aquileia lætitia singulari, quæ est novi Martyris titulo decorata. Utinum vero lætitia præcipua jucundetur, quod excellenti thesauro tam pretiosi corporis est ditatum. Exultet quoque Forijulii patria universa, quæ quotidie per ejus merita gloriosa, in largitione sanitatum, divina percipiet beneficia admiranda. Sit laus et gloria bonorum C omnium Largitori, ac toti Ecclesiæ triumphanti: reverentia autem et mentis devotio ad Sanctum ejus, cum spirituali gaudio, in Ecclesia militante jugiter perseveret. Amen. Simplici corde puraque fide telam talem texui inusitato licio, inexercitata navicula *o*, aridis spolis, et rudi seta; mendacium non inserui, sed filum ex vero vellere traxi. Sileant ergo detrahentium voces, latrantium morsus, æmulantium risus; quorum linguæ gladius acutus, et sub labiis eorum venenum aspidum; in tendiculas foveasque, quas instruunt, incidant: ecclesiarum devoti, moribus ornati, fideque clari, ad regna cœlestia tendant. Amen.

Fides et sinceritas scriptoris.

ANNOTATA C. J.

a *Memini legisse me de pio Sacerdote, soluto, annis necdum centum elapsis, post Missæ sacrificium rite peractum, facere plures Missas votivas, recitando scilicet omnes eas preces, quarum usus est in eis quas imitabatur Missis, eo modo quo pii Laici Communionem spiritualem (ut appellatur) sæpius uno die usurpant: neque plus hic credo fecisse* Bertrandum.

b *Intellige* Guidum *(seu Guidonem)* Comitem Boloniæ de supra mare *(seu Galliæ, ut loquuntur* Cortusii initio libri 10, titulo S. Luciæ *(non S. Cæciliæ, uti ex illis male citat Labbeus)* Presbyterum D Cardinalem, Romanæ ecclesiæ Legatum; *qui ex Hungaria, ubi pacem Legatus composuerat inter Hungariæ atque Neapolis Reges, Concilium Patavii coegit; ac inter alia conciliare inter se Patriarcham nostrum et Comitem Goritiæ nequidquam annisus est.*

ex ms

c Petatæ, *vices seu tempus petendi.*

d *Diletta,* requiei Patris divini, *quia absque illis consistit sensus; qui cum illis nullus est, quem quidem assequi possim.*

e Fodra, *sive* Diplois, *vestis interior: ab Italico* fodera, *id est,* Duplicatura, *ad frigus arcendum comparata.*

f *Id est Dominico, qui fuit anno* 1350 *sextus Junii.*

g Archivellam, *ut alibi appellatur.*

h *Alias* Spilimberga.

i S. Thomam Cantuariensem *intelligit tum hic, tum supra, qui colitur* 29 *Decembris.*

k *Passim sumitur, pro* solatium accipiamus, *aut* bono animo simus.

l *Id est Lucæ septimo Junii*

m *S. Mariæ [illegible]tam; de qua supra Annot.* d.

n Nicolaus, *Joannis Bohemiæ Regis filius nothus, et eatenus frater Caroli IV Imperatoris.*

o *Desumit metaphoram auctor a textrina, additis etiam Italicis vocibus.* Navicula *enim ponitur pro* navicella, *quo Itali* radium *textorium significant.* Spola *similiter vox Italica est a Longobardis accepta; qua etiam Teutones utuntur, et* Spoule *nominant fusum, [illegible] subtegminis fuso circumvoluti, cui trajiciendo Navicella inservit.* Seta *vox etiam Italica, proprie quidem significat Sericum: sed hic generice est quodlibet* stamen, *quod jugo intensum, subtegmine interjecto connectitur.*

CAPUT III.

Miracula legitime ac juridice deposita anno MCCCLII, *Junio, Julio, et initio Augusti.*

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Hæc sunt miracula beati Bertrandi, Reverendissimi olim Patriarchæ Aquilegiensis, nota et manifesta per infrascriptos idoneos Testes, et vera fide dignos, cum debito juramento, coram Reverendissimis Patribus Dominis Episcopis Concordiensi *a*, et Emonensi *b*; nec non coram Venerabilibus Dominis Abbatibus S. Prosperi *c*, Reverendissimi in Christo Patris ac Domini Nicolai, Dei gratia sanctæ Sedis Aquilegiensis dignissimi Patriarchæ, in spiritualibus Vicario generali; et Sextensi ac Rosacensi, nec non Mosacensi *d* Abbatibus; et Domino Fratre Joanne, Custode conventus Fratrum Minorum Forojulii; et providis et discretis viris Dominis Canonicis, Raimundo Vicedecano Majoris Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Utino, Meliorantia, et Viviano, Magistro Petro Joannetto, et alii multis Canonicis dictæ Ecclesiæ, et Magistro Bartholomæo Rectore Scholarum Utini; et aliis multis nobilibus et notabilibus viris, summa fide dignis, quorum nomina hic scribere nimis prolixum esset.

Miracula legitime deposita coram Episcopis.

17 In nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCLII, Indictione V, die VI mensis Junii: Dominica, uxor Francisci, quæ moratur in Utino, posuit super sepulturam B. Bertrandi imaginem unam ceream; quæ ex devotione et ex voto facto curata est, et sanata a maxima infirmitate, scilicet a gutta *e*, quæ sibi duravit per quatuor menses et ultra, taliter quod ipsa non poterat se movere, nisi cum maxima difficultate et juvamine. Item prædictis millesimo, indictione, et loco, die VII mensis Junii: Lucia, filia Dominæ Claræ de Utino, posuit super

Curantur gutta,

affectus digitus,

A super sepulturam reverendi Corporis B. Bertrandi manum unam ceream : quæ [curata fuit] ex maxima infirmitate, quam habuit in digito, scilicet in indice in sinistra manu : quæ infirmitas sibi duravit bene per menses tres et ultra, taliter quod ipsa credit digitum ipsum infallibiliter amisisse. Unde Lucia ipsa personaliter accessit ad sepulturam beatissimi Corporis antedicti, et manum ipsam posuit super capsam corporis ipsius ; dicens et vovens, quod si sanaretur ab hujusmodi manus sive digiti infirmitate, quod ibidem ceream manum offerret. Quo voto sic facto, post tres dies per Dei gratiam, ipsiusque beatissimi Corporis *f* merita et intercessiones, ex devotione quam habuit ad dictum Corpus, a dicto morbo curata est, et restituta pristinæ sanitati.

dolor capitis,

18 Anno Domini MCCCLII, Indictione V, die VIII mensis Julii ; Vitalis de Vascona, nunc Utini commorans, cui in die sanctorum Hermagoræ *g* et Fortunati supervenit tantus et tam gravis dolor capitis et corporis, quod ex dicto dolore indubitanter mori credebat, per dies quinque tot in die noctes, unde totaliter dubitavit ; posuit super sepulturam beatissimi Corporis Domini Bertrandi duo cinctoria B cerea ; eo quod fuit [illegible] precibus deprecatus, ut ipsum ab hujusmodi dolore redderet liberatum. Unde per Dei gratiam, et ipsius beati Corporis merita, ex maxima devotione quam habuit et habet ad ipsum Corpus, statim a dicto dolore curatus remansit.

gutta,

Prædictis millesimo, Indictione, et loco, die vero XII mensis Julii ; Venuta, uxor Joannis Sclavi, a maxima infirmitate guttæ, quæ sibi duravit bene per quinque menses et ultra, cum magnis doloribus et anxietatibus, ex speciali devotione et voto, gessit ad dictum Corpus, curata est ; oblata et posita per eam una tibia, cum crure et pede de cera, facto voto.

dolor capitis

Eisdem millesimo, Indictione, et loco, die vero XV mensis Julii ; Clara, filia Omnibeni de Strasoldo, quæ patiebatur maximos dolores capitis et corporis, posuit super sepulturam ejusdem Beatissimi unum cinctorium ceræ, et facto voto ex maxima devotione curata est, et sanata ab hujusmodi doloribus capitis et corporis, eam sic graviter exantlantibus.

Mulier ... deponit

19 Millesimo, Indictione, et loco præscriptis, die vero XXIX mensis Julii ; Domina Agitussa, filia quondam Pidrussii de Civitate, et uxor quondam Nicolai de Utino, constituta in præsentia venerabilium virorum Dominorum Fratris Alberti Abbatis Monasterii sancti Prosperi de Regio, Reverendiss. in Christo Patris et Domini, Domini Nicolai Dei gratia Patriarchæ Aquileiensis in spiritualibus Vicarii generalis, et Dominorum Episcoporum Concordiensis et Emonensis, ac Abbatis Sextensis, nec non Dominorum Guidonis Præpositi Concordiensis, Matthæi Canonici Aquileiensis, Raimundi Canonici et Vicedecani Utinensis, Fr. Joannis de Mortegliano Custodis Fratrum Minorum de Utino, Fr. Matthæi Subprioris, et Fr. Anzuti Ordinis Prædicatorum de Utino, et multorum aliorum Clericorum, secularium et religiosorum Ordinum supradictorum, et astante ibidem copiosa multitudine utriusque sexus populi, delato sibi sacramento per Dominum Fr. Albertum Vicarium antedictum, suo sacramento dixit, et testificata est ; quod cum fuisset infirma, jam sunt quatuor anni, et plurimum debilitata ac inutilis de persona, et specialiter in tribus locis dictæ suæ personæ, videlicet in pede sinistro, et in digito pollari manus dexteræ et in costa seu flanco lateris sinistri, in tantum quod nullatenus poterat stare in pedibus, nec de prædicto digito se juvare, neque ipsum extendere digitum ; neque poterat jacere, nisi supina propter infirmitatem et debilitatem d. costæ seu flanchi ; dum ipsa Domina fecisset se portari, quia per se ipsam venire non poterat, de domo, retro ecclesiam S. Mariæ de D Utino sub quodam portico, quæ est juxta domum Dominæ Meliorantiæ ; et inde transiret Jacobus *i* Monachus, ad officium campanorum deputatus dictæ ecclesiæ, d. Domina dixit eidem, non possem ego gratiam aliquam habere, aut aliquid ab ipso Domino Bertrando, olim Patriarcha Aquileiensi, in quo tantam habeo devotionem ? Qui respondit : Bona Domina, credo quod vos truffamini *k*, et cœpit ridere. Quæ Domina respondit : Ad sacra Dei Evangelia non truffor, imo maximam devotionem et affectionem habeo in ipso. Et statim dictus Monachus extraxit de tascha *l* sua particulam modicam diploidis *m* de sindone rubea, quam d. Patriarcha tempore mortis suæ tenebat in dorso : et fricavit cum illa costam dictæ Dominæ, ex ea parte et latere, in qua patiebatur ; et recessit : et paulo post d. Domina cœpit ponere pedem in terra, quem ponere non potuerat bene per annum et ultra ; et liberata fuit de infirmitate sua, quam patiebatur in costa prædicta : quia costa prædicta habebat quoddam os grossum, et sublevatum exterius, propter quod se juvare non poterat, quod fuit statim, et est totaliter complanatum. Et dixit, quod postea prædicta per aliquos dies Presbyter Zanettus, Canonicus d. E ecclesiæ, tradidit d. Dominæ modicum d. diploidis, cum qua fricavit sibi digitum, in quo patiebatur ; et statim cœpit extendere digitum, quem extendere non potuerat per unum annum et ultra.

h quod a tribus malis, gressum impedientibus — *attactu vestis ejus liberata sit.*

Puerperæ lac impetratur.

20 Millesimo, Indictione, die, et loco prædictis ; Domina Sclava, filia quondam Bartholomæi, qui fuit de Vincentia, uxor Joannis de Cramariis de Utino, suo sacramento testificata est, et dixit ; quod cum peperisset quamdam puellam, quæ est modo quatuor mensium vel circa, nomine Julianam, et haberet modicum lactis ad nutriendum ipsam ; ipsa vovit (forte est unus mensis vel circa) Deo et B. Virgini Mariæ, et B. quondam Domino Patriarchæ Bertrando, quod si daret sibi lac ad sufficientiam pro nutrimento dictæ puellæ, quod offerret eidem unam mamillam ceræ, ponderis mediæ libræ : et statim habuit et habet lac, ad sufficientiam et ad votum suum. Anno Domini MCCCLII, Indictione V, die II mensis Augusti ; Brida Cancellarii, posuit super sepulturam beatissimi corporis Domini Patriarchæ Bertrandi duo cinctoria cerea, et ex maxima devotione ac spe, quas gessit ad dictam Corpus, a gravissima infirmitate, qua detinebatur et detenta erat per decem annos et ultra, curata et F sanata est.

oculus pene amissus sibi restituitur.

21 Eisdem millesimo, Indictione et loco, die VIII mensis Augusti ; Focina de Faganea diœcesis Aquileiensis, venit ad sepulturam B. Bertrandi, et posuit ad partem superiorem capsæ unum doplerium *n*, et aliud ad partem inferiorem ; et ex voto, quod fecit dixit se totaliter esse sanatam a maxima infirmitate, quam habuit in oculo dextero. Etiam sic dixit, quod per dies multos stetit quod nihil in toto mundo videbat cum oculo, imo medici dimiserunt eam, credendo amisisse oculum ; et per gratiam Dei totaliter sanata est. d. infirmitas duravit sibi per tres menses et ultra. Ista sunt dicta in præsentia Presbyteri Nicolai Plebani in Castro Utini, et Presbyteri Laurentii de Utino, et Regutii Nepotis Domini Meliorantiæ, et Joannis de Cramariis. Anno, indictione, et loco suprascriptis, die vero X mensis Augusti. Margarussa filia quondam Pagani de Corhaco posuit super sepulturam præfatam unam imaginem ceream ; et ex maxima devotione, quam habuit ad beatissimum corpus Domini Bertrandi Patriarchæ ac spe, curata et sanata est a maxima infirmitate, quæ sibi duravit per annos quatuor et ultra.

Dolor ventris pellitur,

22 Anno, indictione, et loco quibus supra proxime, die vero XI mensis Augusti; Dominus Meliorantia, Canonicus ecclesiæ S. Mariæ Majoris de Utino, juratus dixit; quod bene sex annis elapsis passus fuit dolorem ventris, a parte sinistra; et quod per quatuor annos vel circa, ille dolor semel vel bis in mense gravabat eum; sed in quinto anno quasi omni die habebat ipsum dolorem. Et sciens quod Domina Agitussa, quæ per magnum tempus in costa sinistra tantam guttam, et dolorem sustinuerat, quod ossa anchæ *o* dislocata erant extra juncturam: et quod per tactum unius petiæ rupæ *p* bonæ memoriæ Domini Bertrandi Patriarchæ Aquileiensis, in qua mortuus fuit, erat sanata, et ossa in locum suum reducta, et dolor qui fuerat continuus recesserat; habens spem quod sibi debebat prodesse, tetigit se cum ipsa petia rupæ, in loco, ubi habebat et habere consueverat dolorem, jam sunt septem septimanæ vel circa; et dixit, quod numquam postmodum habuit ipsum dolorem, testibus ut supra in miraculo Dominæ Agitussæ. Millesimo, indictione, loco et die prædictis; cum d. Dominus Meliorantia equitaret solus ad solatium circa Utinum per braidam *q* Domini Patriarchæ, sunt anni sex; volens transire per unum campum, equus voluit saltare, projiciens se ante: et pars anterior sellæ læsit eum in corpore, videlicet in inguine; sic quod medicus, qui curabat eum, plus reputavit ipsum ad mortem, quam ad vitam; et dixit sæpe et sæpius, quod nisi permitteret se scindere, quod numquam evaderet a d. infirmitate. Unde Dominus Meliorantia dixit, non permittere se ullo modo scindere, sed potius velle mori. Unde d. Dominus Meliorantia vovit se beato Bertrando, quod si ipse impetraret sibi gratiam, quod sanaretur a d. infirmitate, quod diceret ob reverentiam suam, vel faceret dici viginti Missas. Unde, per Dei gratiam et beati Corporis, totaliter est sanatus, et purgatus ab hujusmodi infirmitate.

in inguine læsus curatur

ANNOTATA C. J.

a Petrus *vocatur infra num.* 23. *Translatus, teste Ughello, anno* 1348 *e Melphiensi ad Concordiensem Sedem.*

b Joanne, *de quo in monumentis ecclesiæ Emonensis mentionem fieri pro anno* 1348, *auctor est idem Ughellus.*

c *Vocatur is infra num.* 19 *ac* 23. Frater Albertus, Abbas Monasterii S. Prosperi de Regio.

d *De Abbatiis istis apud Ughellum sic lego tomo* 5 *col.* 25 *b*, Sunt in hoc tractu *Forojuliensi* tres Abbatiæ consistoriales, commendari solitæ; prima de Medio nuncupata, *quam Mosacensem esse credo*, altera Rosaccensis, tertia Setensis. *Abbas Rosacensis infra num.* 23 *appellatur* Gaiardus; *Mosacensis vero* Guido.

e Gutta, *podagram notat ac subinde paralysim.*

f *Improprius sed hic frequens loquendi modus, quo corpus sumitur pro ipso Sancto: sic etiam dicitur alicujus* corpus canonizari *in Actis B. Nicolai de Rupe* 22 *Martii.*

g *Coluntur* 12 *Julii,* Hermagoras, *primus Aquileiensium Antistes; ac* Fortunatus, *ejusdem Diaconus, Martyres.*

h Pollaris digitus, *id est,* Pollex. Flanco *autem Italis est latus, seu pars lateris infra costas.*

i *Infra num.* 31 *bis dicitur,* Monachus sive Campanarius; *credo quia olim moris ibi fuerit curæ isti adhibere Monachum, sive Solitarium commorantem juxta ecclesiam: sic in Belgio omnes scribas seu amanuenses vocamus* Clericos, *quia olim soli fere Clerici litteras norant.*

k Truffamini, *id est* nugamini, *a* Truffo *jocus, ludus.*

l Tascha, *Lombardica vox,* peram *aut* crumenam *notans, Teutonibus* Tesche.

m *Diplois hæc, infra num.* 22 *vocatur* rupa. *Sonat autem* Diplois *vestem duplicatam seu fultam alia materia. Hic forte pro toga aut penula sumitur.*

n Doplerium *seu* duplerium, *cereum aut potius funale sonat; uti clarius indicabitur num.* 25 *et* 26. *Lego etiam apud sæpe citatos Cortusios lib.* 7 *cap.* 10, *quod in exequiis Marsilii de Carraria* omnes Clerici cum singulis dupleriis *incedebant. Desumitur autem ab Italico* doppiere, *quod ipsum quoque funale significat.* Cinctorium *vero de quo supra num.* 18 *et infra sæpius, est filum cera obductum et longum ad mensuram corporis ejus, qui vovet, vel pro quo votum sit, vel etiam ad mensuram sepulcri sacri, ut infra num.* 30, 34, 40, 42, 44, 45.

o Anca *Italis,* coxendix *est Latinis.*

p Petia, *quod et* petium, *est* frustum, pars, lacinia. *Quod autem* rupa *hic vocatur, supra num.* 19 diplois *dicitur* de sindone rubea; *ibique suspicor pro* penula *aut* toga *itinerantis sumi. Confirmabor vero in suspicione mea, si liceat τὸ* Rupa, *uti* Ropa, *quod alicubi lego, pro* Roba, *scriptum dicere.* Roba *enim Italis significat tum vestes, tum aliam quamvis supellectilem; Galli* Robe *scribunt et proprie intelligunt talarem togam, reliquis vestibus superindui solitam.*

q Braida, *est* planities, campus.

CAPUT IV.

Miracula reliqua in Augusto deposita.

Quatuor annis febri et stomacho laborans,

Eisdem millesimo, indictione, et loco. Die XII mensis Augusti: in ecclesia S. Mariæ Majoris de Utino, præsentibus testibus, Venerabili in Christo Patre et Domino D. Petro, Dei gratia Episcopo Concordiensi, Ven. Viro Domino Gajardo Abbate Monasterii Rosacensis Aquileiensis Diœcesis, Ven. Viro Domino Guidone Abbate Monasterii Mosacensis, Venerandis Viris Dominis Corrado de la Turre, et Matthæo de Padua Canonicis Aquileiæ, Ven. Viro Raymundo Vicedecano et Canonico prædictæ ecclesiæ S. Mariæ de Utino; Religiosis Fratribus Simone de Utino, et Joanne de Mantua Ordinis Fratrum Minorum. Religiosis Fratribus Matthia de Civitate Ordinis Fratrum Prædicatorum, et Fr. Dominico de Venzono d. Ordinis, et astantibus etiam ibi multitudine copiosa religiosarum et ecclesiasticarum personarum, ac etiam populi multitudine sexus utriusque: religiosa et honesta Domina D. Mabilia, Abbatissa monasterii majoris de Aquileia, constituta coram Ven. Viro Domino Fratre Alberto, Abbate Monasterii Sancti Prosperi de Regio, Reverendissimi in Christo Patris et Domini Domini Nicolai Dei gratia Sanctæ Sedis Aquileiensis Patriarchæ in spiritualibus Vicario generali, et sibi per ipsum delato debito sacramento, dixit, et testificata est, quod cum fuisset infirma infirmitate febrili, quartana videlicet, et dolorem stomachi passa fuisset, jam sunt quatuor anni elapsi, sicut publicum et notorium est in tota patria Foro-julii, et maxime in civitate Aquileiæ; et non potuisset opera aliqua vel industria medicorum liberari, experiendo multa medicamina diversorum medicorum de diversis locis et civitatibus; semel sibi in nocte, videlicet de mense Augusti proxime præterito, prima die sabbati *a* post festum beatæ Virginis, sibi in visione venit Corpus beatum olim bonæ memoriæ Domini Patriarchæ; et tunc cum excitata esset, ipsa votum emisit, quod si virtute et meritis ipsius ab infirmitatibus liberaretur hujusmodi, ipsa quam citius

desperantibus medicis

facto voto sanatur.

haberet

IX ss. A haberet possibilitatem seu convalescentiam sui corporis, personaliter visitaret corpus prædictum Domini Patriarchæ Bertrandi; et etiam offerret duos cereos octo librarum ceræ, et duas libras olei pro luminaribus, et faceret dici Missas septem. Quo facto, statim omnis infirmitas sibi cessavit, et totaliter sanata remansit.

Alius annorum 4 morbo liberatur.

24 Millesimo, indictione, die, et loco suprascriptis; Andreas de Ragonea Diœcesis Aquilejensis, juramento suo dixit, quod quatuor annis stetit infirmus in hospitali S. Mariæ Magdalenæ de Utino, jacens continue in lecto, guttosus et contractus, non valens ambulare nec se movere; votum fecit Deo et Virgini Mariæ ac beato Patriarchæ Bertrando, quod si liberaretur, poneret duos pedes cereos ad sepulturam d. Domini Patriarchæ Bertrandi. Quo voto emisso surrexit, et cœpit ambulare et ambulat quotidie, taliter quod in festo S. Mariæ de mense Septembris visitavit ecclesiam S. Mariæ de Monte.

25 Prædictis millesimo, indictione et loco, die vero XIII mensis Augusti; cum ego Presbyter Joannettus starem in domo mea ad balconum *b* domus meæ post prandium, venit ad me Dominicus, Monachus ecclesiæ S. Mariæ de Utino; qui dixit mihi, B quod irem cito ordinare *c* unum hominem, qui est in periculo mortis, scilicet in porta de Aquileia juxta gurgitem. Et dum ego venirem ad ipsum hominem causa dandi sibi Pœnitentiam; inveni eum in lecto laborantem in extremis, et sine intellectu et loquela. Et dum uxor sua multum fleret, et doleret de marito suo, quia sic videbat eum mori sine Pœnitentia et Eucharistia; ego Presbyter Joannettus vocavi eam, et dixi sibi, quod in continenti debeat ipsum recommendare B. Mariæ Virgini, et filio suo, et B. Bertrando; quod si habet potestatem, et virtutem impetrandi cum Domino nostro Jesu Christo gratiam aliquam, quod ipse impetret, ut possit recipere Pœnitentiam et Corpus Christi, antequam sic moriatur. Unde in continenti d. mulier, cum maxima devotione et affectione, flens ante lectum d. mariti sui, vovit ipsum B. Bertrando, et ipsam semper diem suæ passionis jejunare, et suam sepulturam cum uno mantili lineo cooperire, et unam imaginem de cera in sepultura sua ponere. Facto voto, ego recessi a d. infirmo cum doplerio *d* benedicto in manu sua dimisso, credendo ego et homines circumstantes, ipsum veraciter mori. Facta prædicatione Domini C Episcopi Emonensis, qui illa die in ecclesia majori prædicavit; venit ad me filius d. mulieris, quod ego cito debeam venire, quia recuperatus est ad intellectum, sed non ad loquelam. Dum reverterer ad d. infirmum, inveni eum in bona memoria, et perfecta, sed non poterat aliquid loqui. Sed per Dei gratiam ego feci facere sibi omnia signa contritionis, quæ quilibet Christianus debet facere, et sic irerato ab eo recessi. Post maximam vero horam *e*, bene per spatium trium horarum, reversus est ad me filius d. Dominæ, quod ego debeam cito reverti, quia recuperatus est perfecte ad loquelam. Quo audito in continenti ego portavi sibi corpus Christi: qui in continenti recepit primo Pœnitentiam valde bene et diligenter, et postmodum corpus Christi, cum maxima devotione et contritione; dicendo coram hominibus, quod totaliter resuscitatus est a mortuis, ex devotione et ex voto facto B. Bertrando. Dominus Monachus d. ecclesiæ, et Marcolinus filius Marchisinæ de Utino, et Hermagoras Monachus suprad. ecclesiæ, et Michael dictus Paci, Presbyter Laurentius de Utino, et quamplures homines et mulieres, ad supradicta interfuerunt.

Pene mortuus, et ratione destitutus,

paulatim ad se redit,

ut viaticum suscipiat.

26 Eisdem millesimo, indictione et loco, die XV mensis Augusti, Murulinus, filius Nicolai de Pontiba, posuit super sepulturam beatissimi Corporis unum doplerium rotundum de cera: qui devotione D et voto curatus est, et sanatus a dolore maximo, quem passus fuerat et patiebatur in ventre. Anno, indictione, et loco quibus supra, die vero XVI mensis Augusti; Lucas de Venzono posuit super sepulturam beatissimi Bertrandi unum doplerium, qui ex voto facto et ex devotione maxima curatus et sanatus est a dolore maximo, quem passus fuerat et patiebatur in capite, et etiam in toto corpore. Millesimo, indictione, et loco prædictis, die XVIII mensis Augusti, Lena de Flaibano, uxor quondam Balzutti, nunc commorans in Utino prope ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ, posuit super sepulturam beatissimi Corporis unum cinctorium cereum; quia dixit se totaliter mortem evasisse, dum ipsa esset una die in quodam campo pro serendo milica; subito venit sibi inanitas *f*, taliter quod cecidit in terra pro mortua: Unde et maxima devotione, et voto facto sanata et liberata est.

Curantur dolores ventris et capitis.

Seminortuus restituitur.

27 Eisdem millesimo, indictione, et loco, die vero XIX mensis Augusti; Joana de Utino posuit super sepulturam beatissimi Corporis unum cinctorium E cereum; quæ dixit se liberatam et sanatam esse a maximo periculo, propter magnam devotionem quam habuit et habet ad d. beatissimum corpus Domini Patriarchæ Bertrandi. Millesimo, indictione, et loco prædictis, XX mensis Augusti; Nicolaus Mirissa de Utino posuit super sepulturam beatissimi corporis unum brachium cereum: et voto facto, ob magnam devotionem quam habuit et gessit ad ipsum corpus, curatus et sanatus est a maxima infirmitate, quam patiebatur et passus fuerat in brachio et etiam in manu. Millesimo, indictione, et loco prascriptis, die vero XXI mensis Augusti; Domina Lucarda, filia Astiri de Brassano, dicit se gratiam habuisse a beatissimo Corpore Domini olim Patriarchæ Bertrandi, quia ipsa febricitante a febre quotidiana, et postea conversa in tertianam, deinde conversa in quartanam, cum devotione maxima et affectione vovit se beatissimo corpori Bertrandi; propter quod, ipso voto sic facto, dixit se statim et totaliter ab ipsa febre sanatum.

Depellitur periculum,

Dolor brachii,

febris,

28 Anno, indictione, et loco prædictis, die XXII mensis Augusti; dixit Petrus Caligarius, gener Dominæ Milinæ, commorantis in burgo *g* Aquilejæ Utini, maximam gratiam obtinuisse a beatissimo corpore Bertrandi, quæ talis fuit; videlicet, quod dum ipse per unum annum et duos menses passus F fuisset et tunc pateretur quamdam gravissimam infirmitatem, nuncupatam ethicam *h* et hydropicam, et a multis medicis valde doctis, et præcipue ab infrascriptis, tamquam mortuus, et homo qui a d. infirmitate evadere non poterat, derelictus fuisset; videlicet a Magistro Joanne de Aquileia, in civitate Austriæ commorante, et quodam alio medico de Padua, qui curabat Dominum Joannolum de Lisono, et Magistro Lazaro de Utino; facto voto beatissimo corpori Domini Bertrandi, per gratiam Dei et ejus gloriosæ Matris sanctæ Mariæ, ipsiusque beatissimi corporis precibus et intercessione, incontinenti cœpit meliorari, et taliter quod totaliter sanatus et curatus est ab hujusmodi tam gravi morbo seu infirmitate. Millesimo, Indictione, et loco prædictis, die XXIII mensis Augusti; dixit Collinus Præco de Utino, gratiam habuisse a beatissimo Corpore Bertrandi; quia cum esset infirmus in auribus, taliter quod nihil audiebat, vovit se cum duabus auriculis visitare sepulturam beatissimi Corporis Domini Bertrandi: quo voto sic facto, totaliter sanatus est.

hydrops periculosus,

surditas,

29 Millesimo, indictione, et loco præfatis, die XXIV mensis Augusti; ego Petrus de Sano de Tarvisio, perhibeo testimonium veritatis, et veritatem dico, sic Deus me adjuvet; quod filius meus Guillelmus

contractio et immobilitas corporis,

A lelmus habuit maximam gratiam a B. Bertrando, de infirmitate, quam passus est per tres annos et ultra, tali modo quod non poterat se movere de lecto, nisi cum maxima difficultate et bono juvamine. Unde cum essem uno die in Portu-gruario *i* cum Beno Vicecapitano d. terræ, et eidem exponerem et lamentarem infirmitatem ipsius filii mei, ac dolorem et malinconiam *k*, quos ob hoc sustinebam; ipse mihi dixit et consuluit, quod ipsum filium meum recommendarem cum voti emissione B. Bertrando, olim Domino nostro Patriarchæ Aquileiensi, qui infinita facit miracula die quasi qualibet; videlicet multos infirmos, variis et gravibus infirmitatibus detentos, curando et sanando; ut pro ipso filio meo intercederet, et oraret pro ejus liberatione et sanitate apud Dominum nostrum Jesum Christum, et ejus gloriosissimam Matrem S. Mariam. Unde cum reversus fuissem in Tervisium, in domo meæ solitæ mansionis, vovi eumdem filium meum B. Bertrando, cum promissione de visitando ejus sepulturam, si eum sanitati pristinæ restitueret. Quo voto sic facto, incontinenti ivi in crastinum de mane ad ecclesiam, ad audiendum Missam, causa orandi beatissimam Mariam Virginem et B. Bertrandum, pro sospitate
B eidem meo filio restituenda. Qua Missa dicta et per me audita, et factis orationibus antedictis, redii ad domum; ubi inveni d. filium meum ab hujusmodi ejus infirmitate curatum et sanatum, et circumcirca domum euntem. Quo sic sano per me viso, debitas laudes reddidi omnipotenti Deo, et ejus Matri Virgini gloriosæ, ac B. Bertrando, cujus precibus tam cito sanatus et liberatus fuerat.

30 Eisdem millesimo, indictione, et loco, die XXVIII mensis Augusti; Catarina uxor Nicolucii de las Momuas de..... Perhibeo testimonium veritatis et veritatem dico, sic Deus me adjuvet, quod habui maximam gratiam a B. Bertrando: quia cum ego Catarina valde fuerim infirma, et steterim in lecto assiderata *l* per talem modum, quod non poteram me movere neque ire, neque me sustentare super meis pedibus sine baculo in manibus meis, nec elevare personam meam a terra nisi valde parum: stando sic in infirmitate per quatuor annos et ultra; videns me in tanta tribulatione, angustia, et miseria constitutam, rogavi cum lacrymis maritum meum quod me conduceret vel conduci faceret ad sepulturam B. Bertrandi, quem audiveram multis de præsenti miraculis corruscare, et a quo sperabam sospi-
C tatis gratiam impetrare, et etiam obtinere. Qui quidem maritus meus me statim super uno curru conduxit ad sepulturam ejusdem B. Bertrandi: et dum stetissem per duos dies circa capsam, in qua erat corpus ipsius, vovi cingere sepulturam ipsam cum uno cinctorio de cera. Et ipso voto sic facto, statim incepi me erigere, et elevare a terra: unde per Dei gratiam et B. Mariæ Virginis, beatique Bertrandi precibus et intercessione, ab eadem infirmitate servata sum: quibus tunc, et ante laudes debitas retuli atque infinitas gratias egi.

paralysis.

ANNOTATA C. J.

a *Quæ fuit* 20 *Augusti anno* 1351. *Cum enim hæc deponantur die* 12 *Augusti* 1352, *dicaturque apparitio facta esse* mense Augusti proxime præterito, prima die Sabbati post festum beatæ Virginis; *intelligendus utique est Augustus anni* 1351, *quo festum beatæ Virginis Assumptæ, id est dies* 15 *mensis, incidit in feriam* 2 *: et Sabbatum sequens colligitur fuisse dies* 20.

b Balconum, *non male* podium *aut* exedram, *seu locum extra murum prominentem vertus, augmentativum* a Palco *suggestu : utrumque vero per Longobardos Italiæ invectum a Teutonica radice* Balk, *trabs.* D

EX MS.

c Ordinare hominem *hic dicitur pro administrare ei extrema Pœnitentiæ atque Eucharistiæ Sacramenta.*

d *Sive cereo benedicto, uti supra notavimus. Observari hic etiam potest consuetudo illius temporis moriendi cum cereo benedicto in manu.*

e Hora, *pro* tempus.

f Inanitas, *defectus sensuum, deliquium, et sic etiam Belgicis dicimus* Ydelheyt.

g Burgum, *id est suburbium Utinense Aquileiam versus.*

h *Sic vulgo nominatur febris* hectica.

i *Urbs est, quam* Limen amnis, *auctore Sabellico,* perfluit, *non multum supra Concordiam,* Semiemporium Patriæ hoc tempore *(Sabellici),* ob Venetarum Germanarumque mercium frequentem illuc convectationem.

k *Vox omnino Italica, pro* melancholia.

l Assideratus *vox Itala est,* frigore rigidus : *Latino-barbare loquentibus usurpatur pro* tactus paralysi.

CAPUT V.

Miracula mense Septembri deposita.

E

Depositiones et curationes factæ mense Septembr.

Anno Domini MCCCLI, indictione V, die III mensis Septembris; Flordalis de Budrio dixit, quod cum esset quadam nocte in lecto, et dormiret juxta quandam suam parvulam filiam, etiam dormientem in cunis juxta lectum suum; excitata a somno, invenit d. suam filiam extra cunas in terram cecidisse, et unum brachium eidem fractum esse, videlicet dextrum. Quo sic invento, timens ne d. puella ob hoc moreretur, fecit eam mederi, et sibi provideri ut melius potuit, per Magistrum Gasparinum: et nihilominus vovit B. Bertrando, dicendo, quod si eidem filiæ suæ sanitatem restitueret in d. brachio, poneret et offerret super capsam, in qua reconditum erat corpus ejus, unum brachium de cera. Quibus promissione et voto sic factis, paucis diebus elapsis, puella libera et sanata fuit a d. morbo, ex devotione d. B. Bertrandi. Millesimo, indictione, et loco prædictis, die vero VII mensis Septembris; Joannolus de Lesono posuit super sepulturam Reverendiss. Domini Bertrandi unum caput de cera; qui ex maxima devotione et voto facto, liberatus fuit a dolore maximo, quem passus fuerat et patiebatur in capite per plures dies. Eisdem millesimo, indictione, et loco, die vero VIII mensis Septembris; Cilot Cornamusa, posuit super sepulturam Domini Bertrandi unam maxillam ceream, qui fuit per multos dies valde infirmus, et ex devotione et voto facto beatissimo corpori Domini Bertrandi curatus et sanatus est. Et de hoc testis est Jacobus Monachus sive Campanarius ecclesiæ S. Mariæ Majoris de Utino, et Dominicus etiam Monachus sive Campanarius d. ecclesiæ.

Brachium fractum sibi restituitur.

Levatur dolor capitis.

F

32 Millesimo, indictione, et loco prædictis, die vero IX mensis Septembris; Dominica de Utino, commorans in burgo S. Lazari d. terræ Utini, posuit super capsam beatissimi corporis Domini Bertrandi olim Patriarchæ, unum oculum de cera; quæ ex devotione et voto, quod fecit propter infirmitatem, quam passa fuerat per quatuor menses et ultra, et tunc patiebatur in oculis, per Dei gratiam et d. beatissimi corporis merita et intercessiones, ab eadem infirmitate sanata est totaliter et curata. Anno, indictione, et loco prædictis, die vero X mensis Septembris; Venetia, filia Domini Cortellarii, posuit super capsam corporis B. Bertrandi unum caput de cera; et ex voto per eam emisso a maximo dolore capitis

Tollitur malum oculorum et capitis.

Ex MS.

A capitis, quo detenta et gravata fuerat per multos dies, curata est et restituta pristinæ sanitati. Millesimo, indictione, et loco prædictis, die x mensis Septembris; Domina Catarina, uxor Joannoli de Lesono, posuit unam imaginem ceream super sepultura seu capsa B. Bertrandi, quam ponere voverat pro marito suo; ob quod votum et ipsius satisfactione dictus ejus maritus a maxima ægritudine curatus et sanatus fuit.

Morib undus unus

33 Anno, indictione, et loco supradictis, die vero xv mensis Septembris; Catarina de Porta de Ronco Utini, dixit et testificata fuit, se a beatissimo corpore Bertrandi, in persona filii sui Nicolai maximam gratiam obtinuisse; ex eo quod, cum dictus ejus filius per multos dies fuisset, et tunc esset valde debilis et infirmus; ipsa, timens de morte ipsius sui filii, eum lacrymando rogavit et hortata fuit, quod se recommendaret corpori B. Bertrandi, et eidem voveret aliquid se daturum, quia ut intellexerat multum eum juvaret. Qui quidem Nicolaus ejus filius, quia pauper, devoto corde vovit eidem beatissimo corpori, quod si eum de hujusmodi ægritudine liberaret, personaliter sepulturam et corpus ipsius visitaret, eique offerret unum cereum pretii B duorum denariorum. Ob cujus voti emissionem, et satisfactionem ac devotionem puram, dicit Mater, ipsum ejus filium a d. infirmitate, per Dei gratiam et ipsius Matris Virginis gloriosæ, ac beatissimi Bertrandi merita et intercessiones, sanatum esse totaliter et curatum.

et alter convalescunt.

34 Eisdem millesimo, indictione, et loco, die xvi mensis Septembris; Joannes filius quondam Manchini hospitis, dixit; cum ipse ivisset ad indulgentiam S. Petri de Camea, in reversione sua invenit filiam suam valde infirmatam, et quasi in mortis periculo constitutam: ex qua infirmitate ad tantam pervenit debilitatem, quod plus sperabatur de ipsius morte quam vita; pluriesque candela in suis manibus fuit apposita, quia videbatur expirare. Tandem vero pater, dolens de sua filia et ejus morte, devote recommendavit eam beatissimæ Mariæ Virgini, rogavitque B. Bertrandum et vovit eidem, quod si posset eidem suæ filiæ impetrare gratiam et restitutionem sanitatis, ipse iret cum dicta ejus filia ad sepulturam ejus; et cingeret capsam in qua reconditum erat corpus suum cum uno cinctorio de cera. Unde facto voto et promissione hujusmodi, filia totaliter sanitati pristinæ est restituta. Imo (ut dixit) attentis signis C fuit a mortuis quasi resuscitata: et hoc per gratiam et misericordiam Domini nostri Jesu Christi, et ejus Matris Virginis gloriosæ, ac merita et intercessiones B. Bertrandi.

Brachium putrescens sanatur.

35 Millesimo, indictione, die et loco prædictis; Annussa, quæ moratur in Utino prope ecclesiam sanctæ Mariæ Virginis, dixit; quod cum ipsa phlebotomiam fecisset in brachio dextro, elapsis tribus mensibus, tantus dolor tantaque infirmitas ipsam invasit in brachio, quod non poterat se juvare nec movere de brachio, imo brachium ipsum totum nigrum et tumefactum erat. Ex quo dubitans vovit B. Bertrando offerre unum brachium cereum, si sanitatem in brachio restitueret eidem. Quo voto sic facto per ipsam, statim ipsius brachii sanitas sibi fuit per Dei gratiam, et B. Bertrandi preces et merita totaliter restituta. Millesimo et indictione prædictis, die xviii mensis Septembris; ego Jacobus, filius Leonardi Utinensis, commorans prope furnum Dominæ Eliensæ, perhibeo testimonium veritatis, et veritatem dico, sic Deus me adjuvet; quod habui maximam gratiam a B. Bertrando. Quia cum essem valde infirmus et debilis, propter febrem tertianam, quæ mihi duravit per duos menses et ultra, ego multa et infinita vota infinitis Sanctis feci ob hoc. Quæ cum

Febris post multa vota,

D demum nihil mihi proficerent, recommendavi me B. Bertrando: et eidem, una dierum cum essem in lecto, et ipsa febris me graviter opprimeret et detineret, taliter vovi; videlicet, Ego promitto et voveo Deo et B. Mariæ Virgini ac B. Bertrando, quod si ipse me juvabit evadere ab ipsis febribus, ego visitabo ejus sepulturam, et super altare S. Mariæ, ob ipsius reverentiam, unam Missam faciam celebrare. Quo voto sic facto, in continenti per gratiam Domini nostri Jesu Christi, ejusque genitricis Virginis gloriosæ, ac preces et merita B. Bertrandi, fui a dd. febribus derelictus, et restitutus pristinæ sanitati: quibus sit laus et gloria per infinita secula seculorum. Amen.

aliis sanctis frustra facta,

invocato B. Bertrando depellitur

36 Eisdem millesimo, indictione, et loco, die vero ultimo mensis Septembris; Margarussa Cusandaria, socrus Guidonis Cinatorii, Utini commorantes, posuit super capsam, in qua reconditum est corpus Reverendissimi Domini Patriarchæ Bertrandi unam imaginem de cera. Et ob hoc ab ipso Domino Bertrando maximam gratiam habuisse dixit, quæ fuit talis: Videlicet, quod dum prædictus Guido passus fuisset a festo sancti Joannis de mense Junii, usque in præsentem diem, quamdam infirmitatem ethica nuncupatam, quæ ad tantum ipsum adduxerat, quod flatum trahere non poterat, nec emittere; imo pulmonem expuebat, et tantam tussim patiebatur in E pectore, quod mori totaliter videbatur; ac ab omnibus medicis fuerat derelictus, tamquam persona, quæ (ut dicebant) non poterat evadere ab infirmitate eadem; vovit B. Bertrando, quod si eidem Guidoni sanitatem impetraret ac redderet de infirmitate prædicta, ejus sepulturam visitaret, et super ipsam imaginem ceream ad formam hominis, trium librarum et valoris quadraginta frixoriorum *a* poneret, et offerret. Unde facto d. voto, per Dei gratiam, et B. Bertrandi merita, totaliter sanatus est a d. infirmitate.

Phthysi ad desperationem medicorum

pristinæ sanitati redditur

ANNOTATIO C. J.

a *Quod genus monetæ et cujus valoris fuerint* Frixoria, *ignorare se hodie fatentur Foro-julienses interrogati: suspicantur autem nummum fuisse, Frixorii seu sartaginis formam referens vel impressam sibi habens.*

CAPUT VI.

Miracula mense Octobri ac Novembri deposita.

F

Anno Domini MCCCLII, Indictione v, die III mensis Octobris; Ursula de Tergesto, Utini commorans de præsenti in burgo Aquileiæ, dixit, magnam gratiam a B. Bertrando habuisse et obtinuisse. Nam cum passa fuisset per multos dies, et tunc pateretur maximum dolorem in capite, vovit se Corpori B. Bertrandi daturam unum caput cereum, ut eidem succurreret contra dolorem hujusmodi. Quo voto sic facto, statim per Dei gratiam, et beatissimæ Mariæ Virginis ac B. Bertrandi merita et intercessiones, extitit ad d. dolore sanata. Millesimo, Indictione, et loco prædictis, die IV mensis Octobris; dixit Domina Lippa, uxor Joannis de Bononia, se maximam gratiam obtinuisse a corpore B. Bertrandi: quia cum ipsa per magnum tempus in digito indice suæ manus dextræ, tantum dolorem et tantam infirmitatem habuisset et sustinuisset, quod manum credidit amisisse; vovit corpori B. Bertrandi, quod si a d. infirmitate eam liberaret, unam manum ceream offerret eidem. Unde per Dei gratiam, et B. Bertrandi merita atque preces, facto hujusmodi voto, statim ob devotionem, quam habuit ad ipsum corpus,

Medetur Sanctus doloribus capitis,

manus,

A corpus, sanata est in ipso digito. Millesimo, Indictione, et loco quibus supra, die vero v mensis Octobris; ego Bartholomeus, Rector Scholarum Utini, perhibeo testimonium veritatis, et veritatem dico, sic Deus me adjuvet; quod dum panderem uno dierum, uxor mea Sophia conquesta fuit de maximo dolore dentium ultra modum; et rogata a me ut pranderet, dixit se nullo modo posse comedere ex nimio dolore dentium. Cui dixi; Fac votum omnipotenti Deo, et B. Mariæ Virgini, ac Patriarchæ Bertrando, quod tu dabis prandium duobus pauperibus amore ipsorum, ut liberent te ab isto dentium dolore. Quæ statim fecit d. votum, et statim facto voto cessavit dolor, et mox liberata fuit. Laus sit omnipotenti Deo, et B. Mariæ Virgini, ac B. Bertrando, cujus meritis et precibus tam subito sine mora aliqua dentium sedavit dolorem, et d. uxorem ita perfecte et subito liberavit.

dentium.

38 Millesimo, indictione, et loco prædictis, die vero XIII mensis Octobris; Nicolaus dictus Glos, qui moratur in burgo Pescollis Utini; dixit, se gratiam maximam habuisse et obtinuisse a B. Bertrando; quia cum ipse ivisset ad venationem leporum die tertio exeunte mense Octobris, ipso die cœpit B duas lepores vivas: et cum reversus fuisset domum suam, et suæ uxori dixisset se velle in crastinum Domino Patriarchæ dd. lepores præsentare; ipsa ejus uxor consulendo dixit, quod non erat bonum d. die, quæ erat Veneris, ipsas lepores præsentare; sed quod in crastinum rediret ad venandum, et si posset alias capere, omnes tunc præsentaret; ex quibus pluribus major sibi succederet honor, quam de duabus tantum. Unde Nicolaus ipse, juxta uxoris consilium, ipsa die non præsentavit; sed in crastinum rediit ad venandum; et cum invenisset unam leporem juxta quoddam sepe *a*, seu ad pedem unius sterpi *b*, et voluisset descendere de equo, causa capiendi eam; subito invasit eum tantus dolor in tibia, quod videbatur mori. Et cum voluisset pluribus vicibus ascendere equum, et non potuisset; tandem ascendit, cum magna tamen difficultate et labore. Et cum revenisset domum, uxor ejus interrogavit ipsam qualiter sibi erat. Qui respondit ei, quod male; et narravit sibi de dolore, qui eum invaserat, et propter quem in aliquo loco stare non poterat.

In venatio ne dolore pedis correptus,

a
b

39 Cui ipsius uxor sic respondit: Scio quod vos dilexistis B. Bertrandum Patriarcham in vita sua, C et ipse e converso vos dilexit: volo ergo quod vos habeatis devotionem ad ipsum, et quod vos faciatis aliquod votum ad ipsum, saltem de visitando ejus sepulturam; quia credo et spero quod vos juvabit. Credo etiam quod Presbyter Zanettus monstrabit vobis corpus suum, quia habet unam clavem capsæ, in qua d. corpus est reconditum; et Joannolus de Lisono habet aliam. Qui quidem Nicolaus sic respondit: Si scirem Presbyterum Zanettum habere ambas claves, libenter visitarem Corpus suum; sed gratiam aliquam non peterem a Joannolo, quia ipse fuit mihi contrarius in quæstione mea paucis diebus transactis. Demum vero d. Nicolaus, videns et cognoscens ac sentiens d. ejus infirmitatem crescere, et multiplicare, et non minuere; una nocte, scilicet tertia decima mensis Octobris, dum jaceret super lecto et dolores eum dire torquerent, infra se locutus sic est, dicens: O Deus! multi vovent ire Romam, et ad S. Jacobum, et ad S. Nicolaum, qui sunt ita remoti abhinc, et gratias ab eis obtinent; numquid ego potero gratiam obtinere ab isto beato Domino Bertrando, qui sum ita sibi vicinus? Et his dictis recommendavit se beatissimæ Mariæ Virgini, et ejus filio glorioso, ac B. Bertrando, ut apud eos sibi gratiam impetraret liberandi ab hujusmodi infirmitate et doloribus suis: vovitque jejunare diem, D vel vigiliam Passionis d. B. Bertrandi, vel unam Missam ob ejus reverentiam facere celebrari, et ad præsens sepulturam ipsius personaliter visitare, et ibidem unam tibiam ceram offerre. Unde juravit ad sancta Dei Evangelia, quod incontinenti, facto voto et promissione hujusmodi, fuit et remansit totaliter ab eadem infirmitate sanatus, ob reverentiam et devotionem, quam habuit ad B. Bertrandum Patriarcham.

a sibi noto dum viveret, Bertrando curatur.

EX MS.

40 Millesimo, indictione, et loco præscriptis, die vero XIX mensis Octobris. Dixit Leonardus Porcarius, qui morabatur in burgo Aquileiæ Utini, se gratiam maximam habuisse a corpore B. Bertrandi pro filio suo. Quia cum ipse ivisset Cividatum *c*, ad complendum unum votum pro filio suo per eum omissum et factum; scilicet ad ecclesiam S. Pantaleonis, et in ipsa ecclesia unam Missam faceret celebrari; subito invasit proprium filium tanta infirmitas, quod pater credidit ipsum mori. Sed pater d. ejus filium recommendavit B. Mariæ Virgini, et ejus filio gloriosissimo; vovitque B. Bertrando, quod si redderet eidem suo filio sanitatem, ipsum ad ejus sepulturam conduceret, et eam cingeret cum uno cinctorio cereo. Quo voto sic facto, statim puer, per Dei gratiam et merita B. Bertrandi, a d. infirmitate sanatus est. Eisdem millesimo, indictione, et E loco, die XXII mensis Octobris; Bartholomæus quondam Bertucii de Tabulis de Bononia, visitavit corpus B. Bertrandi; qui ex devotione magna, quam gerebat ad ipsum, dedit et obtulit unum annulum aureum in manu sua.

Subito deficiens puer,

c

facto per patrem voto redit ad se.

Annulus aureus offertur Sancto

41 Anno, indictione, et loco prædictis, die vero XXII mensis Octobris prædicto; Franciscus Caligarius, filius Joannis Cerronis, qui nunc moratur in caligariis; dixit obtinuisse pulchram et magnam gratiam a corpore B. Bertrandi. Nam cum haberet tantam infirmitatem in una ejus auricula, quod nihil posset audire; ob fidem quam habebat et gerebat ad corpus B. Bertrandi ac devotionem, vovit eidem offerre unam auriculam ceream; et a d. infirmitate, per Dei gratiam et B. Bertrandi merita, totaliter sanatus est. Millesimo, Indictione, et loco prædictis, die XXIII mensis Octobris; dixit Domina Palma, uxor Petri de Brassano, quod habuit gratiam maximam a corpore B. Bertrandi. Quia cum maritus suus haberet rixam et quæstionem cum quodam vicino suo, per quem erat taliter accusatus, quod mortem incurrebat; ipsa recommendavit eum beatissimæ Mariæ Virgini, et filio suo, ac B. Bertrando; eis humiliter supplicans, quatenus ipsum ab hujusmodi tribulatione et mortis periculo liberare dignentur: et voto facto seu emisso, eodem die in continenti; ambo invicem sunt pacificati et concordati, seu boni amici facti.

Auditus redditur.

Inimici reconciliantur,

c

42 Millesimo, indictione, die, et loco suprascriptis: Cumina uxor Jacobi Berarii, qui morabatur in Grazzano, dixit, se maximam gratiam obtinuisse a corpore B. Bertrandi. Quia cum filius suus per multos dies passus fuisset, et tunc pateretur morbum caducum; recommendavit ipsum beatissimæ Mariæ Virgini, et gloriosissimo Filio; ac vovit B. Bertrando, quod si faceret eum evadere a d. morbo, offerret et poneret super ejus sepulturam, ad ipsius beati corporis reverentiam et commemorationem hujusmodi gratiæ, sibi taliter impetratæ, unam imaginem ceream. Quo voto sic facto, ab illa hora in antea non habuit amplius, neque passus fuit d. morbum; sed per Dei gratiam, et ipsius beati corporis intercessionem, a d. morbo liber evasit et sanus. Eisdem millesimo, indictione, et loco, die vero XXIV mensis Octobris; Soprana de Sacilo quondam Madaloti, constituta in præsentia venerabilium virorum Dominorum

Morbo caduco remedium affertur.

A minorum Raimundi Vicedecani majoris ecclesiæ sanctæ Mariæ de Utino, Magistri Petri de Regio, Domini Meliorantiæ, Domini Zanetti, et Domini Simonini, Canonicorum Utinensium, delato sibi debito sacramento per suprascriptum Dominum Vicedecanum, dixit, quod de mense Julii proxime futuro erunt duo anni, quibus numquam potuit ire absque cruchigliis *d* : et hoc dixit sibi accidisse, dum laboraret in quodam campo. Demum audita fama et miraculis, quibus vigebat B. Bertrandus, vovit visitare et visitavit sepulcrum ipsius, ut pro ipsa et ejus restitutione ad sanitatem intercedere dignaretur. Quo voto sic facto, et sepulcro B. Bertrandi per d. infirmam personaliter visitato; ipsa optime et sine cruchigliis, vel alio quovis adminiculo, incepit ire et præsentialiter ibat, prout publice ab omnibus visa fuit. Dominicus, quondam Almerici de Hospitali, constitutus in præsentia prædictorum, dixit, suo sacramento delato eidem per supradictum Dominum Vicedecanum, quod vidit prædictam Sopranam infirmam in domo sua, et etiam in Sacilo infirmam, et cum cruchigliis incedentem ut præscribitur.

EX MS. Gradiendi sine fulcris facultas restituitur.

d

B 43 Millesimo, indictione, et loco prædictis, die vero ultimo mensis Octobris..... Uxor quondam Domini Frederici de Savorgnamo, perhibeo testimonium veritatis, et veritatem dico, sic me Deus adjuvet, quod habui magnam gratiam a B. Bertrando. Nam cum essem valde infirma prænimio dolore capitis, et ob febres tertianas, quas passa fueram et patiebar; vovi corpori B. Bertrandi, quod si removeret a me prædictum dolorem capitis, et febres tertianas, primam viam quam facerem, mihi reddita sanitate, sepulturam ipsius visitarem et cingerem uno cinctorio. Quo voto sic facto incontinenti per Dei gratiam et misericordiam et beatissimæ Mariæ Virginis ac intercessiones beati corporis a dictis infirmitate et dolore sanata fui. Sit laus Deo omnipotenti, et B. Mariæ Virgini, ac B. Bertrando, cujus precibus et meritis tam cito liberata sum. Anno MCCCLII, indictione V, die III mensis Novembris. Ego Dominicus filius Zerlini de Utino, perhibeo testimonium veritatis, veritatemque dico, sic me Deus adjuvet; quod cum filius meus Stephanus infirmaretur ultra modum, taliter quod credebam ipsum amisisse, vovi B. Bertrando, quod si restitueret eum pristinæ sanitati, visitarem una cum C ipso meo filio sepulcrum ejus, ibique offerrem unam imaginem ceream. Unde, per gratiam Dei et B. Bertrandi merita, sanatus est.

Aufertur dolor capitis et febris;

Mortis periculo puer eripitur.

44 Millesimo, indictione, et loco prædictis, die vero XXIII mensis Novembris; ego Fusta, uxor Canciani de Strosolt, perhibeo testimonium veritatis et veritatem dico, sic me Deus adjuvet; quod habui maximam gratiam a B. Bertrando; quia dum essem in quodam campo meo, subito invasit me quædam infirmitas in parte sinistra meæ personæ; et talis ac tanta, quod amisi visum, auditum, et loquelam, ac fui tota perdita et contracta in brachio et pede sinistris. Unde videns me in tanta tribulatione et infirmitate constitutam, cum maxima devotione et affectione, vovi B. Bertrando visitare ejus sepulturam; et capsam, in qua reconditum erat corpus ejus, cingere cum uno cinctorio cereo, ut ipse mihi restitueret sanitatem meam. Quo voto sic facto, mox liberata fui ab omni dolore et infirmitate prædictis: sit laus Deo omnipotenti, et beatissimæ Mariæ Virgini, ac B. Bertrando, cujus precibus et meritis tam cito et sine mora tanta infirmitas mea sanata est.

Paralysi subito tacta sub eo opem capitur.

45 Eisdem millesimo, indictione, et loco, die ultimo mensis Novembris; Domina Cunigundis suo sacramento dixit, quod quidam suus filius duorum annorum, nomine Petrus-Fredericus, fuerat et erat D tam gravi febre gravatus, quod totaliter credebatur per d. suam matrem ac etiam per patrem et nonnullas alias mulieres ibidem astantes, de hac vita transire. Et jam d. ejus mater posuerat in manu ipsius pueri candelam, quia erat quasi totus frigidus, et expirare videbatur. Demum vero candela prædicta consumpta, bene de una spana *e*, mater ejusdem pueri, reducens ad sui memoriam B. Bertrandum et ejus miracula noviter facta; devote flexis genibus, in præsentia supradictorum ac Dominorum Matthæi et Conradi fratrum ejusdem loci, vovit B. Bertrando, quod si impetraret d. ejus filium restitui pristinæ sanitati, ipsa duceret eumdem puerum ad visitandum sepulcrum ejus, et manibus propriis ipsius pueri præcingi faceret d. sepulcrum cum una candela cerea. Quo facto, coram omnibus prædictis puer aperuit oculos, et miraculose liberatus est, et sanus perfecte factus, per gratiam Dei et merita B. Bertrandi. Ego Christophorus quondam Pagani de Cargnaco, Imperiali auctoritate Notarius, prædictis omnibus interfui, et rogatus fideliter scripsi, præsentibus Dominis Raymundo E Vicedecano, Guidone, Joanne, et aliis pluribus.

Puer moribundus,

e

confugiente ad Sanctum matre,

illico sibi redditur

ANNOTATA C. J.

a Sepe *neutrius generis hic, pro* seps *sive* sepes *feminini.*

b Sterpum *vel* sterpus *ponitur pro* Stirps, *quod arbustum Italis.*

c Cividatum, *trans Natisonem* X p. m. *Utino in Orientem distat, in tabulis scribitur* Cividal.

d *Id est fulcris diminutivum a* Krucka, *subaxillare fulcrum, formam* T *referens : ecgraphum male habebat* Chuchigliis.

e *Sive* Spanna *Italis*, Spann *Germanis*, Span *Belgis, et Anglis*, espan *Gallis ; spatium scilicet quantum pollex et digitus auricularis distensi attingere possunt : a verbo* Spannen, *tendere.*

CAPUT VII.

Miracula mense Decembri anni MCCCLII, *et anno* MCCCLIII *deposita.*

Anno Domini MCCCLII, indictione V, die XIV mensis F Decembris; in capella majoris ecclesiæ S. Mariæ de Utino, præsentibus discretis et Venerabilibus viris Dominis Guidone Præposito Concordiensi, Raimundo Vicedecano prædictæ ecclesiæ, Guidone, Joanne, Joannetto, Nicolao de Samerdenga, Simonino, Francisco nepote Domini Meliorantiæ, Canonicis d. ecclesiæ et aliis; Domina Cunigundis, uxor Fradoni de Brazaco, constituta in præsentia prædictorum ven. virorum et mei Notarii infrascripti, delato eidem debito sacramento per præfatum Dominum Raimundum Vicedecanum, juravit corporaliter ad sancta Dei Evangelia, vera esse quæ infra deponet seu dicet. Et primo, videlicet, quod de anno præsenti et mense Augusti proxime præterito, in festo S. Mariæ Virginis, cum essem gravissime infirmata in mamilla sinistra, per duos menses et ultra, cum dolore quodammodo insupportabili; et d. mamilla esset dura facta sicut lapis, multaque remedia medicorum, tam phlebotomiæ quam alia, per ipsam fuissent adhibita et nihil profuisset, imo dolor semper crevisset, et auctus fuisset; dicto tamen die ipsa Domina convenit, cum Domina Rodulphina de Utino ejus Sorore, in ecclesia S. Mariæ de Plaino, conquerens de dolore suo prædicto; a quo tale recipit consilium: videlicet, quod votum faceret beato Bertrando, Patriarchæ olim Aquileiensi. Quæ statim,

Mamilla uti lapis dura,

A statim, audito consilio hujusmodi, vovit cum magna devotione visitare sepulcrum d. beati Bertrandi Patriarchæ, et ibidem offerre unam mamillam ceream. Quo voto sic facto, incontinenti coram d. sorore sua, Candido barberio, Fradono ejus marito, et Gabriele filio, miraculose sanies de d. mamilla exivit: et cessavit dolor et tumefactio recessit, ipsaque liberata et sanata fuit.

voto facto statim saniem emittit et curatur:

47 Millesimo, indictione, et loco prædictis, die sequenti mensis Decembris; cum d. Domina Cunigundis fuisset reversa ad domum suam, invenit quamdam suam famulam, nomine Fuscam, ætatis annorum XVII, quæ fuerat gravata et infirmata gravibus febribus; cui, dum febribus ipsis graviter opprimeretur et de remedio suam dominam postularet, domina ipsa tale consilium et remedium impertivit; videlicet quod se recommendaret beato Bertrando Patriarchæ, per quem ipsa etiam ab infirmitate suæ mamillæ liberata fuerat: votumque aliquod eidem faceret, ut ipsam liberare dignaretur a dd. febribus. Cui puella sive famula ipsa respondit: Nescio cujusmodi votum facere deberem. Cui Domina ipsa sic dixit et consuluit: B Voveas visitare corpus beati Bertrandi, sive sepulcrum in quo reconditum est, pedibus discalceatis, ac dicere per unum mensem completum quolibet die decies Pater noster ad ipsius honorem et reverentiam, ut tibi impetret sospitatem. Cui puella: Ego sic voveo. Quo dicto, immediate coram ipsa Domina a dd. febribus miraculose liberata fuit: et statim surrexit, et amplius non habuit neque sensit dd. febres.

similiter curantur febres periculosæ.

48 Anno, indictione, et loco suprascriptis, die vero XVIII mensis Decembris, præsentibus Venerabilibus Viris Dominis Raymundo Meliorantia, Joannetto et Nicolao de Sameindenga, Canonicis d. ecclesiæ; ac Presbytero Valtero, Capellano ecclesiæ S. Mariæ de Castro Utini, Antonio quondam Pasculutti de Utino, et aliis pluribus. Presbyter Blasius Capellanus Domini.... Episcopi Signensis *a* constitutus in præsentia prædictorum Ven. Virorum et mei Notarii infrascripti, interrogatus per prædictum Dominum Raymundum Vicedecanum, juravit corporaliter per sacramentum, vera esse quæ infra deponet seu dicet; videlicet, quod dum esset in Gonbliz, invasit eum quidam dolor intolerabilis in maxilla dextra in festo S. Nicolai, et duravit eidem duobus diebus sic. C Quibus elapsis equitavit *b* Ciliam cum præfato domino suo, ubi cum fuit, maxilla in tantum fuit tumefacta, quod vix comedebat, Unde recedens, Laibacum accessit; ubi maxilla multo fortius tumefacta est, et dolor augmentatus est, adeo quod comedere non poterat, nec somnum facere; imo in tantum eum gravabat, quod videbatur scindi in binas partes. Tandem vero recordatus beati Bertrandi, et miraculorum suorum, cum maxima devotione intravit quamdam ecclesiam, et ibi flexis genibus vovit, quod si Deus precibus beati Bertrandi liberaret ipsum a dolore et tumefactione prædictis, per unum mensem continuum diceret omni die septies Pater noster et totidem Ave Maria. Quo facto, rediit domum: et statim quædam vesica facta seu orta est intus; qua vesita sic orta, [vovit] iterum, quod si frangeretur, visitaret sepulcrum beati Bertrandi prædicti, et veniret per quinque milliaria nudis pedibus: et statim voto facto, in præsentia d. Domini Episcopi et familiæ ac Domini Joannis de Ordine Cruciferorum, vesica ipsa miraculose fracta est, et sanies exivit, et dolor recessit, et tumefactio: et liberatus fuit, adeo quod comedit ut prius. Ego Christophorus quondam Pagani de Cargnaco, Imperiali auctoritate Notarius prædictis interfui, et rogatus fideliter scripsi.

Juratus testatur

a

maxillam adeo sibi intumuisse,

b

ut edere non posset:

sed voto emisso sanatam esse,

49 Anno Domini MCCCLIII, indictione VI, die XIV D mensis Januarii; Domina Fumia, uxor quondam Zanini Vasconi, olim Aquileiæ commorantis, constituta in præsentia Ven. Virorum Dominorum Guidonis Præpositi Concordiensis, Guidonis, Joannis, Zannetti, Canonicorum S. Mariæ majoris de Utino, præsentibus Presbyteris, Pasculo, Paulo, et Andrea, Capellanis in d. ecclesia et aliis, sacramento suo dixit; quod septima die mensis Januarii proxime præteriti, invasit eam quædam infirmitas a latere sinistro in parte interiori; quæ secundum dicta Medicorum erat quoddam apostema, ut communiter a Medicis et aliis dicebatur. Quæ quidem infirmitas ipsam gravavit et detinuit per XIII dies, cum febribus magnis et continuis; infra quod tempus cibum aliquem non sumpsit, neque potum, nisi aquam frigidam. Tandem vero, cum videret sibi mortis periculum imminere; recepit candelam ardentem in suis manibus, indubie credens mori. Quam dum sic teneret, recordata fuit beati Bertrandi et miraculorum ejus; cui statim vovit cum magna devotione, quod si a dicto evaderet infirmitate, per unum annum completum, aliquo die lunæ carnes non comederet; et per quatuor menses, etiam completos, dicto die lunæ vinum non E biberet. Quo voto sic facto, ipsa Domina immediate convaluit, et ea die incepit comedere; ac comedit quinque grana uvarum, et restituta fuit pristinæ sanitati. Nomina Medicorum sunt. Magister Joannes de Aquileia, et Magister Joannes de Padua. Benvenutus et Alexius, ac communiter omnes de terra Aquileiæ. Viderunt prædicta Dom. Culussa et Dom. Clara. Ego Nicolaus quondam Varnerii de Clauto, Utini commorans, prædicta scripsi.

EX MS. Apostema, mortem allaturum.

post votum continuo evanescit

50 Anno Domini MCCCLIII, indictione VI, die XIII mensis Februarii, in Capella ecclesiæ majoris S. Mariæ de Utino; Claraspina de Toppo, constituta in præsentia ven. virorum Dominorum Raimundi Vicedecani et Canonici d. ecclesiæ, Viviani, Nicolai de Samerdenga, et Zannetti de Conciis, Presbyterorum et Canonicorum d. ecclesiæ, et Simonis de Marano Canonici ipsius ecclesiæ, et aliorum plurium, suo sacramento dixit et juravit ad sancta Dei Evangelia, vera esse quæ infra dicet. Videlicet; quod a decem annis proximis non vidit oculis suis, nec sciebat ire aliquo sine duce, usque ad mensem Augusti proxime præteritum: sed tunc, F auditis et intellectis [miraculis], noviter a Deo factis meritis B. Bertrandi Patriarchæ, a multis, et specialiter a Domina Catarina de Utino, uxore Leonardi de Toppo, commorantis in Utino; se humiliter fudit quadam die prædicti mensis in orationem, Deo et B. Bertrando Patriarchæ, ut Deus liberaret eam tali cæcitate, et redderet sibi lucem meritis B. Bertrandi Patriarchæ; vovendo portare, si liberaretur, ad sepulcrum prædicti B. Bertrandi tantam candelam de cera, quantum ipsa mulier esset longa; et visitaret personaliter sepulcrum ejus. Quibus factis, statim et miraculose vidit, et illuminata fuit, et ex tunc sine duce quo voluit ivit. Item prædicta Domina Catarina, uxor etiam Leonardi Bresini de Toppo, constituta coram prædictis ven. Viris, delato sibi sacramento, dixit, quod cognovit et vidit præd. Claraspinam non videntem. Item Adaleta, quondam Philippi de Toppo, coram prædictis, delato sibi sacramento de veritate dicenda, dixit; quod multis annis ante cognovit præd. Claraspinam non videntem; et frequenter, cum veniebat ad domum suam, quia vicina ejus erat, percutiebat per parietes cum debebat introire per ostium: et hoc posset probari per omnes, qui viderant et cognoverant prædictam.

Cæcitas decennalis depellitur:

quod multi testantur.

51 Anno Domini MCCCLIII, indictione VI, die XVIII

A xviii mensis Januarii, in capella ecclesiæ S. Mariæ majoris de Utino, in præsentia Ven. Virorum Dominorum Zanneti Canonici præd. ecclesiæ, Joannis Coriarii de burgo Glemonæ, Presbyteri Fantucii, Nicolaii quondam Morandi, Joannis quondam Sirtulis de Prademano, et aliis; Domina Leicia, uxor Martini de Utino, constituta in præsentia prædictorum et mei, suo sacramento dixit, vera esse quæ infra dicet. Videlicet; quod de anno præsenti et mense Augusti, dum esset multum infirma in brachio sinistro, per duos annos fere; et hoc quodam casu, quo cecid t; et ipsa de d. infirmitate lamentationem faceret quibudam vicinabus suis, et specialiter cuidam nominatæ Stella. Et ipsa dixit; Nescio nisi quod faciatis votum B. Bertrando Patriarchæ, cui ego similiter feci de quadam infirmitate mea, et statim fui liberata. Quæ auditis his, reversa fuit domum: et statim fecit votum devote, quod si liberaretur a Deo precibus B. Bertrandi Patriarchæ, ipsa faceret unum brachium cereum, et portaret illud ad sepulcrum suum Quo facto, in eadem nocte sequenti, a Deo miraculose liberata fuit, ut unquam; et ita manendo per aliquot dies, aliquæ de prædictis vicinabus adhuc dixerunt; Fecit vobis B. Ber randus gratiam? Et ipsa dixit: Quid vultis? Petatis etiam vos aliquid. Et ille dixerunt: Creditis vos, quod ipse sit Sanctus, qui in vita sua habuit agendum cum mulieribus? Et ipsa Domina dixit: Ego bene audivi, sed nescio. Quo dicto, incontinenti dolor intolerabilis in d. brachio suo intravit, multo plus quam primo: et ipsa stetit cum ipso dolore intolerabili per quatuor dies, in quibus vicinæ et maritus dicebant: Vultis quod mittamus pro medicis? Et ipsa dixit: Nolo alios medicos, nisi illum, qui mihi dedit. Quia sciebat, et vere credebat, quod ipsum malum revenisset sibi ex prædictis verbis, quasi derisivis, et non vere. Et post quatuor dies et noctes, cum festinatione et devote fecit facere præfatum brachium de cera: et statim eo facto, fecit portare ipsum ad sepulturam prædicti B. Bertrandi: quo portato, statim mitigatus est dolor: et mane sequenti cum surrexit, ita sana facta fuit sicut unquam.

EX MS. Brachii dolores pelluntur, B *sed ob dicta quædam redeunt* *ac denuo pelluntur a Sancto*

52 Anno Domini MCCCLIII, indictione VI, die XVIII mensis Martii; Domina Catarina, uxor Gardemoris hospitis, habitans in Utino, constituta in præsentia Ven. Virorum Dominorum, Guidonis, Joannis Raimundi Vicedecani, et Zannetti, Canonicorum d. C ecclesiæ S. Mariæ, et Gardemoris prædicti, suo sacramento dixit, quod a tribus annis circa habuit quamdam infirmitatem in coxa sua dextra, quam portavit usque ad festum S. Michaelis proxime præteriti, cum aliquibus doloribus; et a d. festo citra passa est maximos dolores, et quodammodo insupportabiles. Dicta autem infirmitas erat elevata ab alia carne, sicut unum ovum gallinæ: et ista elevatio erat nigra, et caro circumquaque erat rubea; et d. tumefactio erat dura quasi lapis: et heri de sero fuerunt quindecim dies, cum pateretur maximos dolores; vovit Deo et B. Bertrando dicens: Si verum est, quod d. B. Bertrandus faciat miracula, quæ dicuntur; facio ei votum, ut si ejus precibus et meritis liberabor de ista infirmitate, visitabo sepulcrum suum personaliter, et portabo unam coxam de cera, cum crure et pede. Et sic facto voto, sedens super scamno juxta imaginem per modicum tempus, favilla de igne exiens intravit in gremium ipsius. Cum autem expelleret d. favillam, surrexit sine aliquo dolore; et sic quassando pannos suos propter d. ignem, aspiciensque in terram, vidit juxta pedes unum glomum carnis nigrum et grossum, sicut una nux: et ponens manum ubi erat d. infirmitas, invenit se totaliter liberatam, D sine aliquo vulnere ibidem apparente. Et tunc reddens gratias Deo et Bertrando beato, accipiensque d. carnem in manibus suis, cum gaudio ivit ad maritum suum, sana sicut unquam; annuntians ei, et aliis pluribus ad cœnam discumbentibus, eisque ostendens d. carnem. Summo mane venit ad ecclesiam, ad corpus B. Bertrandi, et votum complevit, et d. carnem dimisit in manibus d. Presbyteri Zannetti. Quæ omnia supradicta d. Gardemor ibidem juravit corporaliter, vera esse: et etiam Daniel dictus Latina, qui fuit de Tarcento; et Joannes Traffico de Cividato, et plures alii discumbentes in cœnis prædictis, viderunt prædicta.

Carcinoma nigrum in coxa *excidit sine dolore in terram.*

53 Millesimo, indictione, et loco præscriptis, die vero IV mensis Aprilis; Domina Colussa, uxor quondam Simonis de Flagonea, et soror Dominæ Fumiæ, constituta in præsentia Ven. Virorum Dominorum Guidonis, Joannis, Meliorantiæ, Magistri Petri Zannetti, et Simonis, Canonicorum in infrascripta ecclesia, et aliorum plurium, suo sacramento dixit; quod cum audivisset a Domina Fumia sorore sua, miraculum factum in personam suam; dixit, quod non credebat talia, et sic deridebat. Et incontinenti invasit eam quidam dolor magnus in stomacho: et cum isto dolore immenso fuit tribus E diebus, quibus nullum cibum sumere potuit; et si quem sumpsit, illum statim emisit. Tandem vero reduxit se ad beatum Bertrandum, facta pœnitentia de verbis per se derisive dictis, factis, et prolatis: votumque fecit eidem beato Bertrando, quod si de d. infirmitate liberaretur visitaret sepulcrum suum, et ipsum cingeret, faciendo celebrari unam Missam ad honorem ipsius. Quo facto, ejus meritis statim liberata fuit. Actum in capella S. Mariæ majoris de Utino, ubi jacet Reverendissimum corpus prædictum. Testes sunt Franciscus Notarius, Presbyter Guido Capellanus in ecclesia S. Joannis de Foro de Aquilegia, Alexius de Montelupo, Antonius qui fuit de Flagonea, omnes habitantes in Aquilegia, et alii quamplures.

Ridens miracula Beati punitur et curatur.

54 Eisdem millesimo, indictione, et loco, ac die, coram Ven. Viris Dominis Guidone, Joanne, Meliorantia, Magistro Petro Zannetto, et Simone, Canonicis ecclesiæ S. Mariæ majoris de Utino, Constituta Domina Fumia, suo sacramento dixit; quod dum cantaretur Passio Domini in ecclesia Aquilegiæ, quædam sua filia, nomine Joannina, annorum XIII, repente gravissima infirmitate oppressa, cecidit in terram quasi mortua, et tota ni- F gra; ita quod oportuit, quod mater portaret eam domum cum aliis mulieribus. Quæ eam portavit, et posuit super lecto, conquerentem de magno et intolerabili dolore in parte sinistra. Quæ puella fecit c testamentum, cum dubium esset de vita ipsius. Tandem vero ejus mater prædicta fecit votum beato Bertrando, quod si de d. infirmitate liberaretur, pedibus scalciis d una cum d. sua filia, visitaret sepulcrum beati Bertrandi, et apportaret unum cereum duarum librarum, et faceret cingi sepulcrum. Quo voto facto, statim precibus et meritis beati Bertrandi, liberata fuit: Et infrascripti sunt testes, qui prædicta viderunt, Franciscus Notarius, Presbyter Guido Capellanus in ecclesia S. Joannis de Foro Aquileiæ, Alexius de Monte Lupo, Antonius qui fuit de Flagonea, omnes habitatores Aquileiæ, et alii plures. Ego Christophorus quondam Pagani de Cargnaco, Imperiali auctoritate Notarius, prædictis interfui, et rogatus scripsi.

Puella exanimis redit ad se

55 Millesimo, indictione, et die de quibus supra; in capella ecclesiæ S. Mariæ majoris de Utino, coram Ven. Viris Dominis Guidone, Joanne, Magistro Petro de Regio, Meliorantia, Joannetto, et Simonino, Canonicis d. ecclesiæ et aliis pluribus; Domina Clara, filia

Hemiplexia curatur.

A filia quondam Basilii de Carisiaco, Aquileiæ habitans, corporaliter juravit, vera esse quæ infra dicet. Videlicet; quod in festo S. Mariæ de mense Augusti, proxime præterito, dum esset Aquileiæ, invasit eam quædam infirmitas maxima cum pruritu, ita quod tota nigra facta est. Et semel flebotomata, nihil profuit, imo plus invaluit, et de sua parte sinistra nihil sentiebat, quasi mortua: et in ista infirmitate permansit per octo dies, ipsa semper augmentando. Postmodum vero mater, nesciens sibi remedium, fecit votum pro ea B. Bertrando Patriarchæ; quod si d. sua filia ejus precibus et meritis liberaretur ab hujusmodi infirmitate, ipsa portaret unam imaginem ceream, et visitaret una cum filia sepulcrum ejus. Quo facto, incontinenti libera fuit. Et testes, qui talia viderunt, sunt prædicta mater ejus, quæ ibidem juravit, prædicta vera esse; Alexius Vanni de Montelupo, et Nihil de Asquino, habitantes in Aquileia, et aliæ plures mulieres. Ego Christophorus quondam Pagani de Cargnaco, Imperiali auctoritate Notarius, prædictis interfui, et rogatus fideliter scripsi.

ANNOTATA C. J.

B

a *Nescio cujus diœcesis hic designetur Episcopus nisi* Signinæ *seu* Signiensis *in Latio: ejus autem hoc tempore Episcopus indicatur apud Ughellum. Fr. Michael Mathiæ, Ordinis Carmelitarum, electus anno* 1349.

b Cilia *vulgo* Cillei, *Comitatus a se dicti caput trans Savum ad Sanum fluvium, distat Laubacho ad* XL p. m. *Laubacho vero Utinum iter est* p. m. LX *Gonlbiz tabulæ non exprimunt.*

c *Hinc suspicor pro annis* XIII *ætatis, scribendos* XXIII.

d *Italice* Scalzo *id est* Discalceatus; *solent enim Itali ex particula negativa Latina* dis, *solum* s *retinere.*

CAPUT VIII.

Miracula annis MCCCLV, MCCCCVIII, MCCCCXX, *et* MCCCCLXXX *patrata.*

Anno Domini MCCCLV, indictione VIII, die V mensis Februarii; providus Vir Presbyter Betinus, Plebanus in Laude ecclesiæ S. Floriani Diœcesis *a* Bellunensis, constitutus in præsentia Venerab. Virorum Dominorum Raymundi Vicedecani, Guidonis, Joannis, Zannetti, Canonicorum ecclesiæ Utinensis et aliorum complurium, suo sacramento dixit, quod de anno proxime præterito cum esset graviter infirmus in oculo sinistro; qui oculus erat tumefactus, propter vesicas ipsum oculum gravantes cum maximis doloribus, adeo quod dubitabat de oculo, et communiter credebatur morbus ipse incurabilis esse. Tandem una nocte, reducendo sibi ad memoriam de miraculis, quæ audierat, ob reverentiam B. Bertrandi factis; proposuit in corde suo, adveniente die votum facere, si precibus et meritis d. B. Bertrandi liberaretur a d. languore, quod indueret unum pauperem, et sepulcrum suum visitaret: ita quod illucescente die d. votum emisit. Quo voto facto, statim intercessione B. Bertrandi miraculose liberatus fuit, votumque complevit; et hac die Utinum, causa visitandi corpus. Testes qui viderunt d. oculi infirmitatem, et etiam post votum factum sanitatem, quæ sanitas evidenter apparet, sunt hi (qui quidem testes juraverunt ad sancta Dei Evangelia, coram supradictis hominibus, se vidisse d. oculum infirmum, et post votum emissum esse sanatum) Petrus filius Saimbeni de d. Valle

a C *Oculus fere amissus*

visum recipit.

de Laude, Bartholomeus Tudischini de eodem loco, D supradicta dixerunt, in præsentia supra et infra scriptorum testium, in sacristia ecclesiæ S. Mariæ majoris de Utino: videlicet prudentium Virorum Presbyterorum, Stephani quondam Pharaoni, et Benvenuti, Capellanorum et intitulatorum in d. ecclesia, et Senti quondam Heremiæ de Venetiis, tunc Utini habitantis, et aliorum plurimorum. Ego Albertinus de Gatis de Cremona, Imperiali auctoritate Notarius, his omnibus præsens fui, et rogatus scripsi.

Ex…

57 Anno Domini MCCCCVIII, indictione I, die vero X mensis Junii: actum Utini Aquileiensis diœcesis in sacristia collegiatæ ecclesiæ S. Mariæ, ubi ipsius Capitulum congregari et fieri consuevit; præsentibus ibidem Venerabilibus Viris, Presbytero Nicolao de Vogliano, Presbytero Leonardo, Presbytero Benvenuto de Martignaco, et Frederico quondam . . . . ., et Bertoldo de Muratio, et Frederico quondam Nihili de Castronovo, et Nicolao quondam Brisini de Toppo, omnibus in dicto Utino habitantibus, testibus ad hæc adhibitis, convocato et congregato Capitulo ejusdem majoris ecclesiæ. In quo quidem majori Capitulo interfuerunt venerabiles circumspectique Viri, Presbyter Nicolaus Vicedecanus, Guilielmus de Paona, Jacobus de Amaro, Rizardus de sancto Vito, omnes ipsius ecclesiæ Canonici præbendati, ipsiusque ecclesiæ Capitulum facientes et repræsentantes, cum plures pro tunc in ipsa ecclesia vel apud eam non essent, qui de jure vel consuetudine possent aut deberent ad d. Capitulum convocari. Ibidem in præsentia dd. Dominorum Vicedecani, Canonicorum, dictorumve testium, et mei Aloysii Notarii publici infrascripti, constitutus Nicolaus cerdo, quondam Antonii genitus, cujus habitatio ipsum Utinum est, S. Lazari contrata *b*, per d. Dominum Vicedecanum sibi prius delato juramento, per summum ac omnipotentem Deum omni exploso mendacio effatus est, veritatem suis verbis locum vendicare: præfatisque Dominis circumstantibus, mirum hoc recitavit horrendum; asserens, quod luce sexta mensis hujus, scilicet in venerando tam beati, tam incliti Bertrandi festo, dum in sua statione, ut mos cerdoniæ artis est, subularis *c* scapino *d* infigeret acum suendi causa, sunt illico extra scapinum ipsum sanguinis guttæ tres effusæ. Qui hoc cernens, ingenti F est stupore commotus, trepidusque opus a manibus cecidit; dehinc alta voce ad vicinos clamavit: Huc adeste, huc concurrite, Viri; miraculumque prospicite.

…ius cerdo

E *quod, dum festo B. Bertrandi laborat.*

b

c d

…idulam sanguis secutus sit,

58 Tunc occurrerunt vicini, videruntque metuendum prodigium: quos attestatus fuit præfatus referens, et primo providum habilemque virum, Nicolussium Zanni, Utini in superiori burgo commorantem, fide dignum; et Nicolaum de Villalta; Magistrum Petrum cerdonem quondam Nicolussii, prædictum burgum colentem; et Antonium Spilosinum. Præpositique omnes testes, sacramento præsuscepto juraverunt, hoc vere vidisse mirum; dictumque approbaverunt et ratificaverunt; et asseruerunt, ibidem infinitas affuisse personas, de quarum nominibus ad præsens eis non perstabat memoria. Ego Aloysius, natus quondam Jacobi Aurificis de Montegnaco, Utini habitans, publicus Apostolica et Imperiali auctoritate Notarius, ac Curiæ spiritualis Patriarchalis Aquileiensis et d. Capituli Scriba, supradictis omnibus et singulis, dum sic, ut præmittitur, agerentur et fierent, una cum prænominatis testibus præsens fui, eaque sic fieri vidi et audivi, et in notam propriam recepi; ipsaque rogatus et requisitus propria manu scripsi, meisque signo et nomine appositis consuetis, in fidem et testimonium præmissorum omnium et singulorum [munivi].

…idque plures viderunt.

A *Ex MS.*

59 Inter præscripta miracula, quæ sacro ex corpore B. Bertrandi olim ex multis apparuerunt, hoc proculdubio ab omnibus mirabilius creditur extitisse, quod emicuit M.CCCCXX, indictione XIII, die vero VI Junii. Nam cum tota Fori-Julii patria diu fuisset foretque maximis discordiis agitata, præsertim hæc Utini terra, in qua corpus ejus annuatim solenniter colitur et devote; hic B. Bertrandus tantis angustiis tantisque tribulationibus, quantæ perseveraverant, finem imposuit condecentem; graves discordias et inexorabiles mitigando, quæ quidem cives inter Utinenses annis quamplurimibus viguerant. Una etenim pars civium, alteram crudeliter in exilium relegarat; et ipsorum bona sub præconis voce vendebantur in foro. Communitas ex hoc profecto parvam consequebatur utilitatem; et, heu! si quis expulsorum casu capiebatur, ipse truci suspendio tradebatur: et attinentes non solum, sed etiam amici, indigne quærebantur ad pœnam, novis occasionibus adinventis. Unus ad alterum accusandum præmiis incitabatur; multis variisque modis inimicitiæ cumulabantur continue; atroces erant animi ad vindictam peragendam. Concordiæ *e* spes nulla penitus sperabatur, adeo erat in pectoribus omnium crudelitas introclusa. Hoc omnibus fere notum constat, patriam incolentibus.

Anno 1420 Utinenses, bellis civilibus sævientes,

e

B

60 Interposuerant etenim se viri optimi, pacis et virtutis cujuslibet amatores: nemo has discordias poterat mitigare. Tanta quotidie fiebant enormia, quod vix verbo posset aliquis explicare. Et ut breviter multa, quæ poterant invenire, unico verbo perstringam; totius terræ Utini destructio ab omnibus iniquissima timebatur, consideratis animorum motibus truculentis. Miseratus itaque B. Bertrandus, tandem hos terrores atque calamitates tranquillam reduxit in pacem: quod miraculosum valde, et inopinabile videbatur. In die namque sui obitus, dum ad sui memoriam exequiæ celebrarentur eximiæ, uti annis fuerant continuis celebratæ; inter omnes quietissimum est concordium consecutum. Expulsi revertuntur in terram Utini, nulla facta sanguinis effusione, quod ab omnibus incredibile putabatur. Quis non credat esse mirabile? Hoc fide digni quamplurimi persenserunt: omnium communis erat opinio, atque judicium, B. Bertrandum, suis efficacibus factis intercessionibus, tam salubre suffragium impetrasse a Virgine gloriosa, cujus protectioni tota est patria recommissa. Quare devotissime eum colere debemus, et ejus festum merito celebrare; ut, sicut transacto tempore adversitatis nos incolumes reservavit, ita futuro prosperitatis tempore nos perenniter ab omni superveniente periculo valeat liberare. Amen.

In festo Beati præter spem reconciliantur inter se.

C

61 Stupendum miraculum de quinque mulieribus, ex maleficio continue tripudiantibus, meritis et intercessione beatissimi Bertrandi liberatis *f*. Quamquam immortalis Deus gloriosum Pontificem suum B. Bertrandum, olim scilicet Aquileiensis Ecclesiæ Patriarcham, qui pro Ecclesiasticæ libertatis defensione gladiis occubuit impiorum, plurimis et pene innumeris, retroactis temporibus, miraculis decoraverit; tamen de præsenti anno Gratiæ MCCCCLXXX, indictione XIII, et die ultima Junii, proxime revoluti, corpus ejus hoc insolito gratiæ et virtutis munere plurimum illustravit. Nam dum Lazara, uxor Joannis Odorici; Marculina, relicta quondam Dominici Mitri; Joanna, uxor Picotti; Maria, uxor Aulivi; Bertulina, uxor Joannis de Vivaro, habitantes in Lauzacco *g*, ætate admodum juvenes, quodam inaudito morbi genere, ex maleficio ut creditur, cujusdam veneficæ mulieris contracti, incredibili modo ac miserabili casu pluribus diebus et noctibus vexarentur; et fere semper, licet compotes mentis essent, bacchantium more invicem tripudiarent, acsi in publico carnis-privii spectaculo choream ducerent, cum maxima membrorum omnium agitatione; ita ut ex labore tam longæ et continuæ vexationis largo sudore madidæ, fatigata sæpius corpora in terram ponerent; prout hæc omnia mala et ipsarum infelicitas multorum oculis mortalium, et præsertim populi Utinensis, conspectui actualiter subjecta fuere. Nec ejusmodi malitia morbi [multis ab ipsis, ac parentibus et amicis remediis adhibitis] ulla humana ope tolli, vel ex parte aliqua levari potuisset: tandem maturato intra se consilio, de visitando præfati Antistitis beatissimo corpore, singulari devotione votum emiserunt; eoque piissime reddito et adimpleto, ad vesperam ipsius diei, propria cum bona fiducia repetentes, ac fessa et debilia membra somno et quieti pristinæ commendantes; sequenti luce, meritis et intercessione præfati nostri Præsulis Bertrandi, Utinensis populi et aliorum in se sperantium Patroni et veri apud Deum intercessoris, totius d. morbi furore deposito, ac vi ejus non modo mitigata sed penitus extincta, sanæ quidem et liberæ ut primum fuerant, surrexerunt.

f

An 1480 feminæ 5,

g

ex maleficio assidue tripudiantes,

D

voto emisso post quietem sibi redditæ sunt:

62 Quo factum est ut universa Civitas Utinensis, tanto excitata miraculo, una cum juvenibus supradictis, ac multis de ipsarum cognatione, a Clero majoris ecclesiæ d. civitatis, apud quam corpus præfati gloriosissimi Patriarchæ congrue veneratur, ad habendas gratias tanti beneficii, solennem processionem die Dominico, nono mensis Julii d. anni, ad perpetuam rei memoriam fecerit celebrari. Ubi d. die post majoris Missæ et divinorum Officiorum celebrationem, apud tribunam majoris aræ, et penes monumentum, in quo præfati corpus Præsidis in pace quiescit, prædictæ mulieres, coram Reverendo Patre et eximio decretorum Doctore, Domino Butio de Palmulis, Reverendissimi in Christo Patris et Domini, Domini Marci, miseratione divina Episcopi Prenestini, Cardinalis S. Marci, Patriarchæ Aquileiensis dignissimi Vicario generali; nec non Venerabilibus Dominis Canonicis, Capitulo et omni Clero præfatæ ecclesiæ, ac frequenti multitudine d. populi Utinensis, personaliter constitutæ; et a præfato Reverendo Domino Vicario omnes singulariter et de per se super præmissis diligenter examinatæ; deposuerunt, et confessæ sunt, se a prædicto morbo, meritis solum et intercessione præfati beatissimi Bertrandi, pro ipsorum liberatione piissimo Deo facta, mediante voto, ut præmittitur, ad eum emisso et reddito, sanas et liberas effectas esse.

E *id que ipsæ legitime coram multis testantur,*

F

63 De quarum mulierum confessione et testimonio præfatus Dominus Butius Vicarius, pro æterni Dei gloria, et præfati beatissimi Antistitis devotione in fidelium mentibus augenda, et ad titubantium de nostra religione corda opportune confirmanda, me Paulum Sanctoninum, præfati Reverendissimi Domini Patriarchæ Aquileiensis Cancellarium, una cum infrascriptis quatuor egregiis Viris Notariis Utinensibus; ut in præsenti libro aliorum miraculorum ejusdem olim Patriarchæ Bertrandi notam facerem, et eam propria manu subscriberem, ibidem publice rogavit, commisit, atque mandavit. Ego Paulus Sanctoninus, filius quondam honorabilis Viri Joannis de Sanctoninis, laicus Narniensis Diœcesis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, et Præfati Reverendissimis Domini Domini Patriarchæ Aquileien. Cancellarius, prædictis omnibus et singulis per me dictatis, et per alium scriptis, una cum infrascriptis aliis Notariis Utinensibus, præsens interfui; et de mandato prædicti Reverendi Domini Butii Vicarii, ea omnia hac subscriptione mea et signo artis tabellionatus, quo utor, roboravi.

et Notarii confirmant.

A Et ego Bartholomæus, filius quondam Joannis Cumini de Latisana, civis Utini, publicus imperiali auctoritate Notarius, prædictas mulieres ut supra maleficiatas vidi; earumque confessionem coram suprascripto Rev. Domino Vicario factam audivi, et omnibus prædictis interfui. In quorum omnium fidem et testimonium rogatus, ac de mandato præfati Rev. Domini Vicarii me subscripsi. Et ego Bartholomæus Mastrinus de Utino, quondam Odorici de Mastinis de Valsa-Sueviæ, civis et incolæ d. terræ Utini, Imperiali auctoritate Notarius publicus, suprascriptas mulieres ex maleficio ita laborantes vidi, et suprascriptæ earum confessioni præsens fui, rogatusque me hic propria manu subscripsi, in fidem, robur et testimonium omnium et singulorum præmissorum; cum appositione signi et nominis mei consuetorum.

D *EX MS.*

ANNOTATA C. J.

a Bellunum *distat Utino ad* LX P. M. *versus Tridentinam diœcesim : quod vero hic* Raude *infra videtur* Taude *scribi : sed neutrum exprimunt tabulæ.*

b Contrata, *quasi* Conterrata, *vicus.*

c *Seu potius* Subtalaris. *Vox media ætate calceum significat, quod hic sub talo induatur.*

d *Italicum* scappino *soleam calcei sonat.*

e *Similiter etiam infra,* concordium *dicitur.*

f *Titulus est, sequentis miraculi, diu post alia scripti, sicut omnia fere hujus Capitis.*

g Lauzaccum *non tamen tabulæ circa Utinum, sed* Rosaccum *intervallo* X *milliarium ad Orientem pro Losacco.*

DE B. PACIFICO CEREDANENSI

B

ORDINIS MINORUM OBSERVANTIUM

E

IN NOVARIENSI INSUBRIÆ DIŒCESI

SYLLOGE HISTORICA

D. P.

De ejus Vita, translatione, et cultu.

A. MCCCC-LXXXII.

Ceredani, vico ab Acerris diverso, natus,

Carolus a Basilica-Petri, Novariensis Episcopus, quem supra vidimus, de mandato S. Caroli Borromæi causam B. Gerardi Tinctorii Modoetiæ cognovisse; anno MDCXII *Novariam suam edidit, accuratissime duobus libris explicatam. In harum primo, qui est de locis diœcesis totius, sub Terminatione Trecati, agit is pag.* 56 *de prætitulati Beati patria, pari fere intervallo quinque vel sex milliarium Navaria atque Viglebano dissita, sed ad istam pertinente, atque hæc scribit :* Ceredanum, quia vulgo Ceranum dicitur, putavit Gaudentius Merula fuisse antiquum oppidum Acerras, de quo Polybius et alii, belli illius Gallici scriptores. Sed omni tempore integre loquentes Ceredanum dixerunt : Acerræ potius dicendus est, vicus huic nostræ finitimus, qui vulgo dicitur Acere. Ceredani autem vicus, utpote Ticino proximior, aliis ejusdem Terminationis præstare videtur amœnitate : præstat vero magis, beato viro
C Pacifico, quem protulit, et cujus corpus tenet. *Hæc Carolus prælocutus, talem porro de eo sermonem texit.*

in Ordine litteris et officiis clarus,

2 Natus dicitur ex familia hujus vici Ramota. Ordinis fuit Franciscani : doctrina sanctitateque insigni. Librum composuit anno MCCCCLXXIII, Sixti III Pontificis anno II, de Casibus quos conscientiæ dicunt, qui ab ejus nomine Summa Pacifica est nominata. Ejus, uti Prædicatoris verbi Dei et Commissarii Apostolici, in Pontificia indictione, quæ Cruciata dicebatur, promulgata contra Turcas, qui nonnullas Italiæ oras occupaverunt; legimus litteras quasdam Ceredanensibus concessas, anno Domini MCCCCXXXI, nona Septembris die. Corpus ejus, artubus adhuc compactum, palpatur, vestitum Ordinis indumento : et antiqua consuetudine, ob famam sanctitatis, servatur in altari ædiculæ, quæ majori ecclesiæ adjuncta est ad meridiem; ubi precibus, votis, oblationibus Fidelium colitur ut beatus, præsertim postridie Nonas Junii : quo die magna Ceredanum convenit multitudo, venerandi visendique corporis gratia. Deest tamen Caput, quod in ecclesiæ majoris altari asservatur; et digitus dexteræ manus, qui Mortarii dicitur haberi; brachium quoque sinistrum, quod in Sardinia servari fertur, ubi diem suum Vir beatus obiit, et unde corpus olim transferri curarunt Ceredanenses, ut patrium solatium præsidiumque; quo loco mox etiam Hospitium ejus Ordinis fundavere.

in patria colitur 6 Junii;

3 *Totum hunc locum transtulit in suos Annales Waddingus, ad annum* MCCCCLXXXII; *præfatus, constare sibi, quod hoc anno obierit; idque* ex Registro veteri Observantium, in quo notatum est, Vicarium generalem Florentiæ die XIV Junii, hoc ipso anno constituisse Commissarium Sardiniæ Michaelem Aquensem, celeberrimum Prædicatorem; propter obitum, inquit, Pacifici a Novaria; *eo scilicet modo sic cognominati, quo sæpe solent in designanda alicujus patria, urbium potius quam oppidorum usurpari nomina. Causa igitur colendi ipsum die* VI *Junii, non est, quia tali die obierit : sed quia tunc corpus ejus* Ceredanum *allatum, et publica verosimiliter processione acceptum, ac ritu Beatorum est collocatum in altari. Anno autem præcedenti num. 7 notaverat idem Waddingus, quomodo post Comitia Generalia Ordinis Ferrariæ, habita* XIII *Martii,* in Curia Romana Commissarii instituti *sunt; pro aliis quidem Provinciis, alii;* Sardiniæ *vero,* Pacificus a Novaria. *Operæ pretium omnino foret videre Epistolam, quam ille, jam Commissarius Apostolicus, ipso anno ad Ceredanenses dedit; et cognoscere, ex quo loco sit data, et qua ex causa. Interim satis intelligitur, non longas in Sardinia moras trahere potuisse eum, qui frequenti anno, forsitan vix dimidio ab acceptata Commissione, Romæ sciebatur jam esse defunctus. Et hac forte causa motus Arturus a Monasterio, eum inscripsit Martyrologio Franciscano primæ editionis,* mensis Januarii *die* XXIV. *Sed hoc ille tamen in secunda editione mutavit, ad quem autem diem ipsum transtulerit hactenus non comperi : fallit enim istius editionis index Alphabeticus, in quo legitur* Pacificus a Cerano Confes. apud Tertiariam insulam, 24 Junii : *ubi quid* Tertiariæ insulæ *nomine significatum velit, fateor me ignorare.* Tertiam, *Hispanice* Terceram, *medio fere inter Africam et Americam spatio sitam, novi : sed eo* Pacificum *appulisse, nusquam lego.*

mortuus in Sardinia an. 1482,

fortassis in Januario,

F

Commissarius ibi Apostolicus

subobscure inscriptus Martyrologio Franc.

4 *Non Mireris autem quod Arturus in præcitata prima*

AUCTORE D. P. ex Gonzaga, non recte informato:

A *prima editione*, Pacificum commendans, ut virtutum laude ac sanctis operibus celebrem; *et in Notis Auctores, quos secutus est, nominans; Waddingum, diligentissime alias solitum appellari, prætermiserit: Tomus enim Annalium* VII, *unde discere certiora Arturus poterat, primum prodiit anno* MDCXLVIII, *utique decennio serius quam prima editio Martyrologii: et hanc post* XV *annos est secuta secunda; in qua ex Waddingo Auctor potuit, ac verosimiliter voluit emendare perperam scripta ex Gonzaga, in Provinciæ Mediolanensis Conventu* VII, *Gonzagamque secuto Baresso.*

5 *Conventus ille Viglebanensis civitatis est*, ad quem, *inquit*, Hospitium Divæ Annæ sacrum, Ceranique erectum, et id quod Gambali ædificatum perseverat, pleno jure spectant. In altero vero istorum oppidorum, nempe in eo cui Ceranum nomen est, beatus Pater Pacificus, hujus olim Provinciæ alumnus, diem clausit extremum; atque in alia a præfato hospitio ædicula, tumulatus est. Quamobrem confecto Instrumento, in eam tum Fratres tum Ceranenses sententiam venere, ut ejus corpus, indeexhumatum, ad præmemoratum hospitium, honestiori loco tumulandum, transferatur. *Verum*
B *Gonzagam, licet totius Ordinis Ministrum generalem cum scriberet, non semper fideliter fuisse informatum, patet ex prægressis; nec minus patebit ex altero Waddingi loco, ad annum* 1474, *ubi de eodem Viglebanensi Conventu agens, sic loquitur num.* 57. D

Corpus sub altari in capella hospitii Minoritici,

6 Hujus Conventus incolæ duo habebant hospitia, in duobus oppidis propinquis, Ceredani et Gumbali; atque in primo tumulatus est B. Pacificus, eo prognatus oppido, sed in Sardiniæ insula mortuus, atque Ceredanum furtim in sarcinulis mercatorum, expensis oppidanorum, translatus. Errant, qui in patria mortuum affirmant. Dum Mortario transibant qui ferebant, elevavit brachium; quod tandem obtinuerunt Clarissæ Mortarienses, habentque in magna veneratione. Caput, a reliquo corpore separatum, servatur honorifice in ecclesia parochiali Ceredani. Sæpe orta est contentio inter Fratres et Oppidanos circa ostensionem corporis:

concessi Confratribus Corporis Christi.

cesserunt enim Fratres hospitium et ædiculam conjunctam, sub cujus altari jacet S. Pacificus, Confratribus Corporis Christi, prope cœmeterium ecclesiæ parochialis; ea lege, ut Fratribus domus et ecclesia commodiori loco construeretur. Quod promiserunt Confratres, compleverunt: sed corpus noluerunt reddere. Tandem conventum est ut duabus seris clauderetur, primamque clavem haberent Fratres, tamquam legitimi possessores; secundam, E
Confratres, tamquam custodes; demumque Fratribus Ceredani ædificaretur cœnobium.

DE SANCTO ANTISTITE
NORBERTO

FUNDATORE ORD. CAN. PRÆMONST. IN GALLIA

APOSTOLO CIVIUM ANTUERPIENSUM IN BELGIO

ARCHIEPISCOPO MAGDEBURGENSIUM IN GERMANIA

Ad Amplissimum et Reverendissimum Dominum

ABBATEM S. MICHAELIS ANTUERPIÆ



AMPLISS. AC REVERENDISS. DOMINO

JOANNI CHRYSOSTOMO

TENIERS

CELEBERRIMÆ ECCLESIÆ

S. MICHAELIS

SACRI ET CANONICI ORD. PRÆMONSTRATENSIS

ANTUERPIÆ

ABBATI DIGNISSIMO

ILLUSTRISSIMORUM ORDINUM BRABANTIÆ

ASSESSORI

TRIUM ABBATIARUM

Averbodiensis, Tongerloënsis et Middelburgensis

PATRI ABBATI

Toparchæ de Santuliet, Berendrecht, Neder-Ockerzeel, List, Domino in Wilryck, Beirse, et Vosselaer

CONRADUS JANNINGUS SOC. JESU.

Amplissime et Reverendissime Domine,

Quem de sancto Patre NORBERTO, fundataque per ipsum Abbatia Antuerpiæ, et successoribus in ea Præsulibus, concinnavit Tractatum meus in studio historiæ Ecclesiasticæ Magister; ipsius ego ac meo nomine, meo quondam in studiis juvenilibus Condiscipulo, nunc autem Amplissimo ac Reverendissimo Domino, oblatum venio, priscæ familiaritatis, venerationis hodiernæ, obsequii perpetui monumentum. Eccui enim potius sistatur Lucubratio hæc, quæ a sancto Antuerpiensium Apostolo NORBERTO orditur, Vitam ejus pertexens; quam Tibi? qui ipsius locum Antuerpiæ tenes, quadragesimus quintus ordine continuato Successor, meritissimus Præsul. Cui potius sistatur Lucubratio, quæ fundatam a sancto Viro Abbatiam, ejus Vitæ subnectit, illustrans obscura, innovans antiqua, reducens sepulta; quam Tibi? qui ibidem loci præsides, prudentissimus Rector, scientissimus antiquitatis Æstimator. Cui potius Lucubratio sistatur, quæ decessorum istic Abbatum gesta atque omnis generis virtutes, veluti in theatrum, orbi spectandas toti, producit; quam Tibi? qui easdem virtutes imitari atque exprimere in propria persona didicisti, vivum aliis earumdem exemplar factus. Quibus enim non eluceat præluceatque nunc in virili ætate religiosus Antistes virtutum splendoribus; qui privatus ac juvenis et pene puer, plurimis, continua exercitatione acquisitis, pridem fulsit? Tua, Amplissime ac Reverendissime Domine, tua illa sunt, quæ loquor, a puero supra ætatem laudabiliter, sapienter constanterque gesta,

gesta, me audiente, et inspectante, et æmulo in multis. Quoties enim (juvat meminisse), pulchro certamine contendimus, uter alterum antecelleret salutari Christianæ doctrinæ scientia; uter juvenili Poeticæ laude; uter virili Eloquentiæ gloria; uter Dialectica disputandi arte! In quibus vicisse me alios sæpe, per menstrua, uti fit, intervalla, libentius recolo; quia simul recordor, victum esse nonnumquam abs Te. Quid porro indicant præmia publica, quæ decurso classium singularum curriculo, annuatim tibi cesserunt? Quid theatrum, quod pluries declamantem cum plausu miratum est; ipsumque illud magnum ac in Humanioribus ultimum honoris tui; ubi spectatoribus Amplissimo urbis Senatu, Consulibus, supremoque Belgii pro Rege Catholico Gubernatore, tunc recens creato; Cyrum Regem, Regali habitu, oculo, incessu, majestate repræsentasti: quid, inquam, theatrum illud resonat aliud, quam gloriam tuam, usque adeo in animis spectatorum insidentem adhuc, ut Cyri prius Regis oblituri sint, quam Actoris? Interea celebrius meditabaris theatrum, palæstram Lovanii Philosophicam, ubi etiam plausibilius quam Antuerpiæ partem egisti arduam; eoque evasisti perfectionis, ut elapso biennio in prima, ut vocant, Linea cum Primo contenderis de prima gloriosi certaminis laurea, septimam ex innumerabilibus adeptus, suave præmium laboris. Hinc altius ascensurus, demittis Te; secutusque exemplum et institutum S. Norberti, præ gloria mundi amplecteris opprobrium Christi in Tirocinio Antuerpiensi: cui ex omnium voto succedit Professio Religiosa. Ascendere continuo juberis Cathedram, explicaturus aliis, quam paulo ante bene Tibi didiceras, Philosophiam. Vix me teneo, quin ampliores hic in laudes prorumpam; cum oculi mihi mei atque aures hodiedum repræsentent consessum illum celeberrimum virorum, tota urbe doctissimorum, qui confluxerant ad Ecclesiam vestram, oppugnaturine dicam Positiones, a Te propositas Præside; an miraturi potius expeditam nodosorum argumentorum solutionem, objicientibus a Te datam? Sed eloquentia Te tua non sivit diutius profanis impendi scientiis, intra parietes privatos; aptissima nempe sacris ad populum concionibus, lucrandisque Deo animabus publica dictione. Audivit illam per annos facile quatuor continuos Ecclesia vestra, ita flectentem et impellentem, quo velles, animos auditorum (quod etiamnum præstas sæpe, in illa qua emines Dignitate) ut alia nulla opus sit eloquentia, nedum mea, in laudem Oratoris Christiani. Transeo igitur ad nobilem, quæ exinde nascitur, contentionem, Religionem inter et Sapientiam Theologiæ sacram. Utraque Te sibi conciliare, utraque per te illustrari cupida, in suas Te partes trahere nititur. Evicit Religio, et exercitatam per varia virtutem tuam evexit ad præcipua quæque munia, Procuratoris, Magistri Novitiorum, Prioris, ac tandem Abbatis. Satis hoc in laudem foret, nisi subliniora mereretur virtus, quæ Abbatem fecit; virtus illa, quæ malvut operari laudanda, quam laudari ipsa. Illam ego, non in Te Tibi, sed in Decessoribus tuis Abbatibus inspiciendam atque admirandam propono. Inspice primum recentiores illos, quorum gesta immortalia oculis nostris obversantur adhuc, et perpetua dulcedine afficiunt animos recordatione sui; Gerardos, inquam, Josephos, Macarios, Norbertos, Chrysostomos, Matthæos, Christianos, Dionysios: quales viros! Transi inde ad antiquiores, Cornelium de Mera, Joannem de Weert, Joannem Robyns; primum liberalitate in egenos, alterum benevolentia in subditos, tertium hospitalitate in peregrinos, insignes. Adde tenacissimum æqui Andream Aechtenryt; amantissimum librorum ac litteratorum Joannem Fierkens; reverentissimum rerum Ecclesiasticarum Olardum Teerlinck: nec non Petrum Breem, miserorum commiserando solamen; et mansuetudine mitissimum, Martinum Loys. Admirare Guilielmorum triada, commodabilium a perseverantia in bonis litteris indefessa, a continentia inter epulas mirabili, ab assiduitate in psalmodia publica. Intuere Godefridi de Waertoos æqualem animi magnitudinem atque constantiam, prosperis rebus non elati, non fracti adversis. Suspice Ægidii Bierevliet eminentem in supremo Præmonstrati culmine dignitatem, eo suis meritis evecti ex Abbate Antuerpiensi. Contemplare sanctitatem Waltmanni, primi a fundatore Norberto instituti Antuerpiæ Abbatis, viri (ut Epitaphium ejus sonat) Apostolico spiritu pleni. Hæc et alia Decessorum tuorum decora, ita singulorum sunt singula, ut omnium sint tua: dum enim illa renovas in Te, tua facis; ut dicere liceat de Te (quod nobilis Poeta Scaliger civitati tuæ natali Antuerpiæ, præcipuis quibusque in Europa urbibus comparatæ, honorifice canens tribuit)

QUORUM INSUNT ALIIS SINGULA, CUNCTA TIBI.

Atque ex hoc etiam capite Lucubratio hæc nostra, nulli potius sistenda, nulli jucundius legenda est quam Tibi, inter legendum contemplaturo Te in ipsis, operamque daturo, ut si qua illorum fortasse Tibi desint, æmulando acquiras, acquisita perficias, perfecta conserves, quo possis inter tuos Canonicos in Monasterio, inter concives in Urbe, inter gentiles in Belgio, inter homines ubique in Mundo,

Mundo, cum Abbatia tua reputari ac esse, uti Fulgor lucidissimus Gemmæ, uti Acies acutissima Pupillæ, uti Corona pulcherrima Lauri, uti Fructus saluberrimus Arboris vitæ, uti Radius ferventissimus Solis. Ausim enim (ut obscuriora quæ dico explicem) amplificare, quod pridem magnifice scriptum reliquit Carolus Scribanius noster, encomium Antuerpiæ; ad Abbatiam quoque vestram, quæ suam cum suo Præsule communicat gloriam, per me extensum.

BELGIUM ORBIS ANNULUS,
ANNULIQUE HUJUS GEMMA,
ANTVERPIA;
ET HUJUS IPSIUS GEMMÆ FULGOR LUCIDISSIMUS,
ABBATIA VESTRA.
BELGIUM ORBIS OCULUS,
OCULIQUE HUJUS PUPILLA,
ANTVERPIA;
ET HUJUS IPSIUS PUPILLÆ ACIES ACUTISSIMA,
ABBATIA VESTRA.
BELGIUM ORBIS NEMUS,
NEMORISQUE HUJUS LAURUS,
ANTVERPIA;
ET HUJUS IPSIUS LAURI CORONA PULCHERRIMA,
ABBATIA VESTRA.
BELGIUM ORBIS PARADISUS,
PARADISIQUE HUJUS ARBOR VITÆ,
ANTVERPIA;
ET HUJUS IPSIUS ARBORIS FRUCTUS SALUBERRIMUS.
ABBATIA VESTRA.
BELGIUM ORBIS CÆLUM,
CÆLIQUE HUJUS SOL,
ANTVERPIA;
ET HUJUS IPSIUS SOLIS RADIUS FERVENTISSIMUS,
ABBATIA VESTRA.

Fulgor Gemmæ lucidissimus est Abbatia vestra, quæ in ipso ortu suo dispulit hæreseos Tanchelinianæ, ut aurora noctis tenebras; splendidissimumque veritatis lumen, cum novo pietatis ardore conjunctum. Acies Pupillæ acutissima est Abbatia vestra, quæ ultra Antuerpiæ ambitum late prospectans, ut aquila; detexit pares hæreseos atque impietatis tenebras, Averbodii in finibus diœcesis Leodiensis, Tongerloæ in Taxandria, Middelburgi in Zelandia; et quo acies oculorum præcucurrerat, intulit continuo fulgorem suæ lucis, missis qui tenebras inde exterminarent Canonicis; et ternis, quæ lucem conservarent perpetuam, extructis filialibus (ut vocant) Abbatiis. Corona Lauri pulcherrima est Abbatia vestra; quæ *gloria et honore coronavit* Antuerpiam (ut e sacris paginis loquar) *in vasis virtutis* suæ. Fructus Arboris vitæ saluberrimus est Abbatia vestra, quæ spiritualem civium Antuerpiensium vitam, olim aut amissam restituit, aut revocavit fugientem, ac deinceps retinuit, usque adhuc perennantem. Radius solis ferventissimus est Abbatia vestra; imo tot Radii, quot in varios circum Antuerpiam pagos emittit Pastores, emisitque perpetuo innumerabiles, qui lumine fidei et ardore caritatis rustica corda illuminant atque accendunt. Hæc Abbatia, tot titulis commendanda

commendanda, variis, uti par erat, temporibus mutata in melius, amplificata superbius, ornata speciosius, Decessoribus tuis simul omnibus debet, quod spectetur cum admiratione coram a præsentibus; amplius aliquod post hac uni debitura Tibi, quod absentibus quoque et longissime dissitis spectari cum admiratione non minori possit, in æs multipliciter eleganterque incisa. Habes hic, Amplissime ac Reverendissime Domine, aliquot tua adolescentis, aliquot decessorum tuorum Abbatum, aliquot Abbatiæ tuæ decora; quæ in Te, illorum successorem, hujus Antistitem, redundant omnia. Illa igitur pro tuis; cum illisque Lucubrationem hanc; priscæ, ut dixi, familiaritatis nostræ, venerationis hodiernæ, obsequii perpetui monumentum, benignus accipe, oblatum anno MDCXCIV, pridie Dedicationis ipsius Archistrategi vestri, S. Michaelis Archangeli; qui quemadmodum, pariter dedicatam nomini suo Abbatiam vestram, ab initio tuendam suscepit, ac plura per secula huc usque fideliter defendit; ita porro eamdem constanter propugnabit, ad gloriam vestram, ac præcipuæ Dei, ampliorem. Ita opto ac voveo; non minus nunc servire, quam olim condiscere, gaudens

AMPLISSIMÆ AC REVERENDISSIMÆ DOMINATIONI TUÆ

Famulorum minimus

CONRADUS JANNINGUS

Societatis Jesu.

AD



AD ACTA VITÆ ET TRANSLATIONUM

SANCTI NORBERTI

COMMENTARIUS PRÆVIUS

DANIELIS PAPEBROCHII SOC. JESU.

§ I. Synopsis Vitæ chronotactica, cultus sancitus a Gregorio XIII, a successoribus auctus.

ANNO MCXXXIV

C

Ut viri honorati sunt gloria patriæ,

Si *gloriosum sibi esse putaverunt plures Asiæ populi, Colophonii, Chii, Salaminii, Smyrnæi, adscribere civibus suis Homerum, Poeticæ laude clarum; suumque illum esse alii præ aliis non indecore contenderunt: quanta gloriatio accedere debet Europæis, qui eminentiorem Homero, et sanctiore virtutum laude illustrem* Norbertum, *suum sibi aut civem vendicant, uti* Sanctenses; *aut institutorem religiosissimi Ordinis agnoscunt, uti* Præmonstratenses; *aut Apostolum venerantur, uti* Antuerpienenses; *aut Archiepiscopum transmiserunt cælo, uti* Magdeburgenses, *aut mortuum conservant reliquiæ in cineribus, uti* Pragenses: *quem eumdem Galli, Belgæ, Germani, Itali; olim terras suas cum multorum salute docendo peragrantem mirati, nunc adorant triumphantem in cælis. Siti sunt* Sancti *urbs, Collegio Canonicorum, magnifica templi fabrica atque ortu* S. Norberti *nobilis, in ducatu Clivensi prope Rhenum. Situm est* Præmonstratum *in Picardia, Galliæ provincia, distans Lauduno in occasum leucis tribus, magis floridum religiosorum virtutum cultura, quam ubertate telluris. Incunabula hic sunt Ordinis, ab ipso nomen mutuati* Præmonstratensis. Antuerpia, Magdeburgum, Praga, *notiora signant loca, quam ut debeant explicari. Natales igitur* Norbertus (Northbertum *scribunt multi, procul dubio secuti originem vocis*, Septemtrionis Principem *denotantis: sed mollior plurium pronuntiatio* T *extrivit; uti cum* Lambertus, *dicitur pro* Lautbertus *i'est* terræ Princeps, *et* Suibertus *pro* Suitbertus *quod* meridionalis Princeps *interpretari potest) Natales, inquam,* Norbertus *habuit* Sanctos *quam dixi urbem, nobili e stirpe prognatus sub annum* MLXXXV: Præmonstratum *cœpit incolere, ac religiosi Ordinis fundamenta jecit anno* MCXX; Antuerpiam *evocatus ad destruendam Tanchelini hæresim, ecclesiam S. Michaelis sibi suisque, perpetuis temporibus possidendam, accepit quadriennio post; ad insulas deinde Magdeburgenses assumptus Archiepiscopus anno* MCXXVI; *anno demum* MCXXXIV, *die* VI *Junii, laborum suorum præmia accepturus æterna, migravit in cœlum; corpus* præcipiens sepeliendum inter Fratres suos et Filios, in ecclesia beatæ Mariæ *Magdeburgi: ubi et* sepultum fuit per aliquot annos, ante altare sanctæ Crucis in medio monasterio. Sed boni Filii *(uti habent Acta num.* **115**, qui..... eum tenere diligebant, ut sine oblivione memoriæ ipsorum commendaretur, ante oculos suos in choro eum transtulerunt. *Hunc tandem anno* MDCXXVII, *prævalente Magdeburgi Lutherana lue, gloriosius Pragam translatus est; incumbente jam inde ab anno* MDXCVI *in id Joanne de Pruetis, Præmonstratensium Abbate Generali, uti constat ex ejus litteris, Antuerpiensi ad S. Michaelis Abbati ea super re inscriptis.*

sic Norbertus gloria multorum,

Natus Sanctis urbe,

F

sepultus Magdeburgi,

translatus Pragam,

2 *Quod vero addat ibidem Auctor*, Canonizatum *fuisse* Norbertum jam ab ipso tempore Innocentii III; *idque* constare ex Martyrologiis veteribus in

Canonizatus non ab Innoc. III,

AUCTORE D. P.

A Bibliotheca Vaticana, quæ leguntur quotidie in Ecclesiis Romanis, maxime D. Petri, *ex minus certa notitia, aut informatione minus sincera profluxerit: quamvis idem deinde etiam scripserit Joannes le Paige, Ordinis Syndicus, lib. 2 Bibliothecæ Præmonstratensis anno* MDCXXXIII *editæ, cap. 43; distincte insuper exprimens annum Pontificatus circiter* XVII, *qui esset Christi* MDCXIV, *quo ea Canonizatio sit facta. Nam præterquam quod nullum Innocentii prædicti, aut alterius antiquioris seculo* XVI *Pontificis ea de re scriptum extet aut extitisse memoretur a Scriptoribus ullis; nos, quam cupidi opinionem prædictam de canonizatione confirmandi; tam studiose coram Romæ intenti examinando complura Martyrologia MSS in iisque nonnulla propria ipsiusmet Ecclesiæ Vaticanæ S. Petri; dolemus nihil inde desideratæ confirmationis elicere potuisse. Adversatur eidem opinioni aliorum Scriptorum auctoritas, qui temporibus longe posterioribus Canonizationem* Norberti *adscribunt, et quidem de memoria sua loquentes: quos inter Petrus Opmeersius, seu Cratepolius, Franciscanus, Theologiæ Baccalaureus, in Catalogo omnium totius propemodum orbis Archiepiscoporum etc. edito Coloniæ anno* MDXCII, *ubi pag.* 232 *agens de Magdeburgensibus et* Norberto; *ait hunc* suis temporibus canonizatum per Gregorium XIII *esse* anno Domini MDLXXXII; *annos videlicet tantum* XIV *ante, quam isthæc sua imprimeret Baccalaureus Theologiæ. Eadem videmus, quæ habet Aubertus Miræus in Originibus Monasticis pag.* 371, *imprimis*, a Gregorio XIII anno MDLXXXII Divis adscriptum esse *Norbertum*, illiusque diploma extare in Chronico suo Præmonstratensi ad annum prædictum. *Lucas etiam Castellinus, Procurator generalis totius Ordinis Prædicatorum, in tractatu de certitudine gloriæ Canonizatorum quem impressit Romæ anno* MDCXXVIII, *pag.* 441, *Norbertum* in numerum Sanctorum solenniter certo relatum *ait*, sed nescit per quem. *Quod si placuisset* [illegible] *suam quam tractabat; facile potuisset rescire, editum a Gregorio XIII Diploma, de quo Miræus, unicum quod sciam fundamentum, cur Canonizatis adscribatur* Norbertus. *Illo enim concedit Pontifex Præmonstratensibus inter alia*, ut festum ipsius S. Norberti Confessoris atque Pontificis die VI Junii, quo idem S. Norbertus ex hac vita migravit ad cælum, cum sua Octava, officio duplici de eo Confessore ac Pontifice, in omnibus et singulis dicti Ordinis monasteriis, ecclesiis, et locis, annuatim ea solemnitate in perpetuum celebrare; ac ejusdem Sancti Commemorationem, quandocumque aliæ consuetæ Commemorationes ex monastico dicti Ordinis instituto vel ritu fieri debent, facere; nec non præfatum S. Norbertum, qui in pluribus Martyrologiis, usu Cathedralis Ecclesiæ receptis, sub præfata die Junii descriptus et annotatus reperitur, in Kalendario ejusdem Ordinis tantum, sub eadem die sexto Junii, pro festo duplici cum sua Octava describere et annotare libere et licite valeant.

sed a Gregorio XIII,

concedente publicum ejus cultum

per Officium Divinum

B

C

3 *Ad hæc decernenda ut moveretur Pontifex, probandus imprimis fuit vetus et ab immemorabili cultus* Norberti, *ut Sancti: hunc autem vel sola vel præcipue adducta videtur fuisse Martyrologia, quandoquidem sola illorum in jam recitata Bulla auctoritas allegatur: sed gratis assumptum Præmonstrati est, ea Martyrologia Vaticana fuisse: melius id de Gallicanis Germanicisque dictum esset, in quæ* Norbertum *referri magis pronum erat. Cur tamen de Vaticanis cogitaverint aliqui, causam mihi eruere videor ex Miræi Chronico Præmonstratensi, occasionem petiti impetratique Officii ad annum* MDLXXXII *sic exponente.* Cum Joannes Molanus, *inquit*, Doctor Theologiæ Lovanii, de historia Ecclesiastica optime meritus, Usuardi Martyrologium cum indiculo Sanctorum Belgii edidisset *post primam curatam et sæpius deinde recusam*, non sine Dei numine factum est, ut in dicto Indiculo ista de S. Norberto scriberet. « *Norbertus Sanctensis, Fundator Ordinis Præmonstratensis et Archiepiscopus Magdeburgensis, nondum est Catalogo Sanctorum inscriptus: haud propter inopiam miraculorum, quæ amplissima habuit; sed, ut opinor, quia id Ordo a Romana Sede petere neglexerit.* » Quæ quidem verba R. D. Ambrosium Loots, Monasterii Parcensis ad muros Lovanienses Abbatem, sic pupugerunt; prorsus ut ad Joannem a Pruetis, Abbatem tunc Præmonstratensem, adeoque universi Ordinis Principem, amplissimas litteras daret, quibus eum de nota ista negligentiæ abolenda hortabatur. Quo factum est ut dictus D. Joannes a Pruetis, per Illustriss. Cardinalem Philippum Boncampagnium, Ordinis Præmonstratensis Protectorem, sedulo Romæ ageret de B. Norberto Canonizando (ut vocant) seu Catalogo Sanctorum, a Gregorio XIII Pontifice Romano, adscribendo. Itaque dum eo fine scrinia et bibliothecæ excutiuntur, et luculenta sanctitatis testimonia quæruntur, inventum est Romæ in bibliotheca Vaticana scriptum amplissimum, a multis retro annis ad solennem illius Canonizationem (ut vocant) adornatum. Quo quidem diligenter excusso, Gregorius XIII Pont. Max. diploma de festo S. Norberti solenniter die VI Junii celebrando, alterumque de Indulgentiis eodem die apud Præmonstratenses promerendis, evulgavit.

allegatis Martyrologiis.

D

occasionem dante Molano in suo Sanctorum Belgii indiculo,

[illegible] MS.

E

4 *Hactenus Miræus,* [illegible] quantum illi Antuerpienses debeant, *quæ eadem omnia etiam habet* [illegible] *Natalibus Sanctorum Belgii,* [illegible] *Indiculi* [illegible] *compositis,* [illegible] *Norbertum* [illegible] *viderat coli ut Sanctum, sed Anniversarium ejus in* [illegible] *Molano* [illegible] *manuscriptum aut typis excusum, quod sequeretur ipse,* [illegible] *derimus, præter unicum Coloniense anni* MDXXI, *ubi simpliciter notatur*, Commemoratio Noberti, sanctæ memoriæ Archiepiscopi Magdeburgensis et Confessoris, Fundatoris Ordinis Præmonstratensis; *et MS. Florarium, ubi legitur*, Ipso die Beati Norberti Ep. et Conf.) *talia, inquam, extitisse jam olim non dubitamus quidem, sed non putamus ex talibus probari expressam alicujus et formalem canonizationem. Quid ergo? Cultum illa nobis probant a tempore immemorabili, diuturna Sedis Apostolicæ vel Ordinariorum notitia ac tolerantia confirmatum, adeoque sufficientem ad fundandam declarationem indubitabilis sanctitatis pro tota Ecclesia, qualem promulgavit Gregorius, allegans Martyrologia: quæ etiam* [illegible] *vel* [illegible] *præcipue allegata fuisse in prolixo illo scripto, quo motus Pontifex dicitur a Miræo. Esset nihilominus operæ pretium ipsum instrumentum habere: quare et ego Romam scripsi ad Illustriss. Vaticanæ Bibliothecæ custodem Schelstratium, et Præmonstratensibus auctor fui ut ibidem per suos urgerent quæstionem, ad hoc fortassis profuturam, si inveniatur quod requiritur, ut sciatur quinam et quando in Romam miserint, atque adeo coram quo Pontifice causa fuerit vel instituta vel instituenda, quibus etiam impedimentis intercurrentibus usque ad Gregorium prætermissa.*

In eum titulum [illegible] Molani [illegible]

[illegible] Martyrologiis [illegible]

5

A 5 *Huic interim* S. Norberti *Canonizationem, velut Decreto isto contentam, adscribens Michael Malcorpus, in Vita Sancti versibus elegiacis reddita impressaque Leodii anno* MDXCIX, *postquam in margine notasset hæc verba*, Canonizatur anno 1582. 5 Kal. Augusti, *ita poema suum concludit*

adeo ut Gregorius dici possit S. Norbertum canonizasse

Ac licet Indigetem merito fraudavit honore
Posteritas longo tempore cæca, suum;
Hactenus ille tamen carpsit carpetque perenne
Nectar, olympiaco Numen in axe novum.
Quo magis æternam laudem Gregorius, heres
Tertius et decimus nominis hujus, habet.
Hic juste atque pie, cœli aurea templa tenentem,
Hoc quoque Norbertum sanxit in orbe coli:
Jamque aræ, jam templa, ejus de nomine, surgunt:
Fertque piis certam rite vocatus opem.

6 *Sic institutum cultum, idem Gregorius (ut jam ex Miræo audire cœpimus) auxit, concessa*, pro die festo S. Norberti plenaria Indulgentia, usque ad annum Jubilæi exclusive. *Eamdem* ad septennium concessit Clemens VIII; *sed* Paulus V perpetuam fecit anno MDCVI, *et dein anno* MDCXVII permisit cum festo transferri. *Postea* Gregorius XV Orationem et Lectiones secundi Nocturni, die festo S. Norberti re-

Idem aliique Pontifices auxerunt cultum,

B citandas, approbavit et confirmavit anno MDCXXI: Urbanus VIII etiam festi translationem ad diem XI Julii approbavit per diploma anno MDCXXV concessum, *et e Chrysostomo Vander Sterre in Echone S. Norberti pag.* 173 *excusum. Interim cum idem* Urbanus VIII *festum inseruisset Breviario et Missali Romano, ac voluisset sub ritu semiduplici celebrari; retraxit dictam solemnitatem a die* XI Julii, *ad hunc* VI Junii, *verum Sancti natalem; quo itidem die, in hodierno Romano Martyrologio, ante omnes ponitur memoria* Sancti Norberti *etc. Ipsum vero Officium sub ritu Duplicis in posterum ab omnibus celebrandum sanxit* Clemens X *anno* MDCLXXII. *Exemplar Decreti cum mihi mitteret R. P. Carolus Alexander a Manderscheit, tunc Romæ pro Belgio Pœnitentiarius, meus olim in tirocinio Societatis instructor, litteras addidit in hæc verba.* Si res hæc a me non est perfecta, certe cœpta fuit et inchoata, suasionibus meis atque consiliis. Ego primus ante aliquot annos suggessi ut rem, perparum difficultatis habituram, tentarent; ego ad vos scripsi, ut per Abbatem S. Michaelis ceteros commoveretis in spem consequendi id, quod alii Ordines pro suis Fundatoribus jam fere omnes obtinuerant; ego denique nostros hic Norbertinos induxi, et per Abbatem Strahoviensem Pragæ im-

usque ad ritum Duplicis a Clemente X sancitum.

C petrarent commendatitias a Cæsare litteras: quibus impetratis, et totius rei commendatione suscepta a Cardinali Landgravio, tandem, per summam industriam Procuratoris generalis Præmonstratensium, felicissime confectum negotium est.

7 *Ita ille, qui deinde, cum Vaticana Porticus, ad peribolum supremum educta, Sanctorum statuis ornaretur, interque eos censeri audisset plerosque religiosorum Ordinum Fundatores; operis istius curatoribus primus suggessit, et argumentis atque omni qua apud eos gratia valebat, interposito etiam P. N. Generali Joanne Paulo Oliva, persuasit, ut locus daretur* S. Norberto; *de quo alias cogitasset Italorum nemo, eo quod apud illos non aliter notus nunc Ordo sit, quam ex paucis Tongerloani in Brabantia monasterii junioribus, studiorum causa Romæ per vices commorantibus, sub Præside indulem misso, et æque ac illi ibi peregrino. Honoribus hisce* S. Norberto *deferendis prælusera Ordo suus, id quod nunc Abbatibus et Episcopis omnibus, commune est, suo etiam Institutori aptans; Scutum scilicet tesserarium cum Lemmate, quale in fronte hujus Commentarii posui, acceptum ex iconum, Vitam Sancti per partes repræsentantium, penultima; ubi ille jacet compositus in feretro, unde defluens per*

Statua in porticu Vaticana.

latera tapes funebris ornatur, ex hujus ævi more, Scuto D *quale dixi, sic composito, ut complecti videatur summam omnium quæ de Beato Viro explicanda nobis prolixius sunt. Siquidem totius parmæ fundus ruber alba primum Cruce totus dispescitur, supra quam hinc inde emergens Palmæ atque Olivæ ramus, medium stipant cum sacra Hostia Calicem eucharisticum: quæ quo spectent omnia, indicat Lemma,* Fide et Patientia; *principalibus utique Sancti virtutibus, cum quibus Crucem Domini tulit constanter; hostiumque tam visibilium quam invisibilium triumphator gloriosus, pacis autem quocumque se inferret reformator egregius, fidei Christianæ mysteria, tum alibi, tum Antuerpiæ contempta aut etiam conculcata, in locum debitæ venerationis restituit. Utriusque etiam Vitæ, Activæ et Contemplativæ studia, quæ in præliminari ad icones prædictas imagine pariter repræsentantur, tam belle conjunxit, ut summum earum apicem constanter tenuerit, quoad illuc pervenit, ubi actione laboriosa cessante, sola eum occupat beata visio firmiter creditorum, constanterque prædicatorum mysteriorum.*

AUCTORE D. P.

Tesserarium scutum cum Lemmate

ex usu ævi nostri Norberto aptatum.

§. II. Vita scripta curante Hugone, primo Sancti socio, et in Præmonstratensi regimine successore, cum Analectis. Historiæ translationum hoc seculo factarum, et Corollaria.

E

Ad *Vitam quod attinet, jam pridem inceperant colligere Decessores mei ex variis codicibus MSS. Acta primaria. Acceperant quoque Acta cum aliis* nonnullorum Ordinis Præmonstratensis Patrum Vitis *impressa* anno 1608 typis Monasterii Lucensis ad fluvium Dia *(quod est Ordinis ejusdem prope Znoimam, in Moravia, proxime ab Austriæ finibus)* per Sigismundum Kohel, ibidem Abbatem. *Verum cum Vita ista arbitrio, ut videtur, Editoris truncata in multis, et alibi mutata sit; ea prætermissa, ad primarium nos referimus textum; cujus solicitius inquirendi cura suos et nos liberavit Ampliss. ac Reverendiss. Dominis Joannes Chrysostomus Vander Sterre, Abbas Ecclesiæ S. Michaelis in hac urbe Antuerpiensi, Ordinis Præmonstratensis per Brabantiam etc. Vicarius Generalis, noster singularis amicus et studiorum fautor. Exemit autem solicitudinem istam, communicando sancti Fundatoris sui vitam, qualem excudi fecerat, sed vulgari nondum patiebatur; vulgari vero eamdem anno* MDCLVI F *jussit dignissimus ejus successor Norbertus van Couwerven. Etenim impressio illa curata fuit, collatis inter se Codicibus MSS. omnino quindecim, videlicet,* Antuerpiensi, Grimbergensi, Parcensi, Averbodiensi, Trunchiniensi, Ninivensi, Bernensi, Heylesemensi, Neomagensi, Morinensi, Steinveldensi, Knechstadiensi, Chotiessoviensi, Marchtalensi, Wilthinensi, aliisque, ut textus ejus per omnia purus et sincerus exhiberetur. *Auctor hujus Vitæ fuit Canonicus Ordinis, et probabilius archimonasterii Præmonstratensis, adjutus a pluribus. Nam, ut sub finem Prologi loquitur,* diligenti examinatione procuratum est, ut convenientibus in unum quibusdam, qui ab initio cum eo jugiter conversati sunt, eo modo et ordine conscribantur singula, quemadmodum plurium assensio comprobasset.

Acta dantur ex plurimis MSS

scripta a Canonico Præmonstratensi.

9 *Primus qui ab initio adfuit, potest censeri* Hugo, *ante inceptam habitationem Præmonstratensem* Norberti *socius, ac postea in eodem Præmonstrato primus ipso vivo et adstipulante successor, eidemque per annos triginta superstes: quem adhuc, cum hæc Acta absolverentur, extitisse in vivis, constat ex num.* 118, *ubi narratur apparitio Sancti huic facta, et additur hæc apprecatio:* Det omnipotens Deus, ut secundum promissionis intellectum ad ipsum veniat: et quem socium

oculata sua aliorumque fide

NOT. 11.

Auctore D. P.

socium et successorem participemque miseræ et pœnalis tribulationis seculi hujus reliquit, consortem cum faciat gaudiis felicitatis æternæ, et donis a Deo perceptæ benedictionis. *Incitante ergo, aut favente et adjuvante Hugone, scripta sunt hæc Acta, secundum ea quæ aut ab aliis conscripta legimus*, (*inquit Auctor in Prologo aut* magna ex parte vidimus et videmus: *et infra*; Quæ de ipso, legitimo et fideli testimonio ab aliis narrata didici, et scio, summatim perstringam. *Ex hac Vita sumptam Lectionem* I *pro* II *Nocturno approbavit Gregorius XV, quasi ea Vita sit*, quam scripsit B. Hugo Præmonstratensis, *Sancti successor : quod ab ita suggerentibus credo præsumi facilius quam probari potuisse; nemo certe postea id ut verosimile assumpsit, et laus piæ et sanctæ conversationis inserta num.* 27 *prohibet credere, quod vir humilis sic de se ipse scripserit.*

potissimum Hugonis successoris :

10 *Ceterum, quod favente et adjuvante Hugone scripta, ut dixi, Vita sit, testimonio esse possunt Versus, ab Auctore ad calcem positi hoc exordio :*

Felix Norbertus, primus Pater Ordinis hujus :
Gaudeo quod meritis ejus, Pater Hugo, favetis.

præter quam non videtur extitisse alia :

Non possum autem mihi persuadere, veram esse famam, ex Gallia ad Petrum de Waghenare Suppriorem Furnensem delatam, quasi istic extaret Vita alia, annis XXX ab excessu S. Norberti scripta, in qua sint multa *quæ* vulgo ignorantur, *prout ille scribit Bollando nostro sub annum* MDCXLVII. *Quomodo enim talem ignorasset Pagius in Bibliotheca? Credo igitur* multa *illa* vulgo ignorata, *contineri in hac ipsa quam damus Vita quæque tunc necdum edita in vulgus erat, sed adhuc latebat in manuscriptis. Nonnulla tamen vel plenius dici, vel nova addi potuisse, patet ex Cappenbergensium scriptis, et aliis quæ addimus sub titulo Analectorum ex lib.* 3 Hermanni Monachi de Miraculis B. Mariæ Laudunensis, ad Bartholomæum Laudunensem Episcopum; *ipsum qui* S. Norbertum *primus in Francia excepit et fovit : qui liber potius inscriberetur, uti editor Lucas d'Achery, vel antiquior aliquis librarius fecit*, de Venerabilis Bartholomæi Episcopi et S. Norberti gestis : *unde etiam sic præfatur Auctor;* Post ipsa quoque miracula subjunxi, quomodo divina misericordia in diebus vestris novem, imo decem monasteria vestro labore construi fecerit, per Domnum Norbertum Domnumque Bernardum Abbatem Claravallensem. *Quin et tertium Caput Analectorum dabo de fundationibus duorum monasteriorum, quorum alterum adhuc secularis Norbertus promovit in patria sua Clivia, alterum in metropoli Magdeburgensi, productis originalibus instrumentis.*

dantur tamen Analecta ;

11 *Primariæ, de qua dixi, Vitæ, per prælaudatum Chrysostomum vander Sterre excudi jussæ, statuerat idem Annotationes suas addere, idque foliculo ultimo indicarat : verum morte præventus decessit* XXVIII *Julii anno* MDCLII. *Sed quod infectum ille dimiserat, effectum dedit Polycarpus de Hertoghe, ejusdem cœnobii Canonicus, longissimis Notationibus lucubratis, quas etiam sententiis Sanctorum Patrum stabilivit, et subinde Theologicis dissertationibus corroboravit. Eas benevolus Lector in prædicta editione poterit legere, nec non varias Lectiones a Chrysostomo adjunctas. Ego more nostro quædam ad historiam facientia annotasse, et paucas alicujus momenti diversitates lectionis indicasse contentus, digressiones longiores vitandas censui, ne moles operis immensum crescat. Eadem de causa etiam in breviorem formam contraham prolixiores duos Tractatus, spectantes Translationem sacri corporis Magdeburgo Pragam, nonnullarumque Reliquiarum Antuerpiam, quorum alterum semel iterumque ac tertio auctiorem publicaverunt Conventus Strahoviensis Pragæ Canonici; alterum prælaudatus Chrysostomus vulgavit Antuerpiæ, et* Echonem S. Norberti triumphantis *appellavit anno* MDCXXIX. *Hic etiam dicendum nobis veniet, quomodo sub annum* MDCLIV *successor Chrysostomi Norbertus prænominatus, partem sacri Cerebri Praga acceperit, quam hodiedum cum aliis Sancti Patriarchæ Reliquiis grandi elegantissimæque arcæ argenteæ inclusam veneramur.*

et, omissis aliorum prolixioribus ad Vitam Notis,

historia Translatarum Reliquiarum,

12 *Petrus Baptista Burgus, Belli Suevici historiam tribus libris complexus, post narratum Magdeburgensis urbis excidium, a Cæsareis duce Tillio patratum anno* MDCXXXI *Majo mense, præter multa præclara Urbis ejus ornamenta quæ enumeraverat*, pretiosissimum omnium, *inquit*, habebat Divi Norberti corpus, quod... Pragam translatum vidimus, numero et qualitate miraculorum clarum, quod ipsam civitatem ab exitio servasse, dum in ea fuit, vel ab ipsis hæreticis creditur. *Sed hujusmodi miraculorum collectio nulla hactenus prælum subiit : illustriora quædam submisit nobis modernus Abbas Strahoviensis Reverendiss. D. Vitus Seipol, quæ ad finem invenies. Hic noto, ut rem consideratione dignissimam, quod ædes Cathedralis Magdeburgi, in qua octennium Archiepiscopus sedit Norbertus et Marianum ab eo fundatum cœnobium, fere sola superaverint flammarum, ab irato milite Urbi postea injectarum, voracitatem. Prima* Translatio *seu verius* Inventio *Magdeburgi, vel Elevatio, ex eo in quo apud hæreticos inhonoratus Sanctus jacebat monumento, facta* III *Decembris* MDCXXVI, *soli Gallicano Martyrologio Saussayi inscribitur : neque in Ordine cultum ullum habet aut habuit. Ast quæ anno* MDCXXVII *Pragæ est solennissime facta die* II *Maji, Dominica* IV *post Pascha, celebratur per Ordinem in Hispania; inscriptaque est Martyrologio Gallicano Saussayi, atque sacris memoriis regni Bohemiæ a nostro Crugerio editis.* Depositio *deinde in novum, suoque loco infra describendum sacellum, facta est anno sequenti* XXI *Maji, Dominica item* IV *Paschali : decretumque, ut eadem Dominica quotannis, non vero secunda dies Maji, eo ipso titulo anniversaria Pragensibus esset. Porro quotquot deinde Sanctorum Vitas digesserunt per anni Ordinem, variis linguis ac locis, non omiserunt iis inserere aliquam Epitomen vitæ: alii qui ipsam seorsim ediderunt me latent, præter Joannem Baptistam Schellembergium Societatis nostræ, qui aliquam, necdum mihi visam Latine edidit Augustæ Vindelicorum anno* MDCXLV, *ut habet nostræ Societatis Bibliotheca, a Nathanaele Sotuello aucta. Denique, post Historiam Translationum, dabo* Corollaria *duo; primum de institutione* Archiepiscopatus Magdeburgensis, *Primorumque Præsulum Actis et post* S. Norberti *ætatem indulto successoribus Primatu Germaniæ: alterum de* Abbatia S. Michaelis Antuerpiæ, a S. Norberto *suscepta, et hodiedum florentissima, ejusque Abbatum serie, Actis, et Epitaphiis.*

ac recentiora miracula quædam.

Translatio 4 Dom. post Pascha.

Vitæ recentiores indicatæ :

addita Corollaria duo

§. III. De Festo Sancti, a Semiduplicis ad Duplicis ordinem translato.

P*ost translationem, de qua supra, crevit indies Præmonstratensium, præsertim Strahoviensium zelus, pro sancti sui Fundatoris cultu ad summum ecclesiasticæ venerationis gradum extollendo. Igitur Hieronymus horum Abbas, anno* MDCLXXI, *die* XXVII *Junii, sequentes ad Christi Vicarium, tunc Clementem* X, *supplices scripsit.*

An. 1671

Beatissime Pater.

Cum Sanctos religiosorum Ordinum Fundatores et Antesignanos, post exactam Vitæ gloriosæ militiam cum Christo triumphantes, a Filiis, Institutorum suorum sequacibus, quibus religiosæ vitæ semitas præmonstrarunt, æquum sit quam maxima coli

Clementi IX supplicans Ab. Strahoviensis,

A coli veneratione; neque ullum prætermitti studium ac laborem, quo Deus in iisdem Sanctis suis indies magis magisque glorificetur; indignus ego Strahoviensis Ecclesiæ in urbe Pragensi Abbas, et Præmonstratensis Ordinis per Bohemiam aliasque Provincias adjacentes Visitator, Reliquiarum S. Norberti in Ecclesia nostra quiescentium Custos, ad humillima sacrorum Pedum oscula Sanctitati suæ advolutus, unicam mihi totique familiæ nostræ Præmonstratensi desideratissimam gratiam, ex liberalissimo Sanctitatis suæ clementissimæ sinu conferri, ardentissimis precibus subjectissime flagito. Ut Festum S. Norberti, Præmonstratensis Religionis nostræ Fundatoris, Archiepiscopi Magdeburgensis, per totam Ecclesiam, Apostolico suo regimini commissam, ad honorem Festi Duplicis elevari clementissime jubeat. Promeruerunt id honoris, a supremis in orbe terrarum Christi Vicariis, non pauci jam Ordinum Religiosorum Fundatores. Idem venerationis sancto Patriarchæ nostro accedere, universus Ordo Præmonstratensis, Apostolicæ Sedi subjectissimus, semper ac devotissimus, ardentissime suspirat; votisque suis aliquando se potiturum, Sanctitatis suæ favente clementia, confidit.

petit S. Norberto festum duplex,

B Suadent hoc Divi Norberti erga Romanam Ecclesiam impensa merita, cum Archiepiscopi Magdeburgensis et Germaniæ Primatis fungens titulo, Lotharium Imperatorem comitatus, consilio et auxilio suo, Innocentii II Pontificis legitime electi auctoritatem, contra vim Petri Leonis, summum in urbe ac orbe honoris apicem violenter occupantis, pro sua in Sedem Apostolicam pietate, viriliter asseruit ac defendit.

adhibita etiam intercessione Cæsaris,

13 Supplicat pro eodem beneficio, Ordinis Canonici Præmonstratensis antiquitas: qui plurimis abhinc annis, quinque jam secula excedentibus a Divo Norberto plantatus, palmites suos a mari usque ad mare quondam extendit: et quamvis Germanicis in Provinciis, hæresis furente atrocia, multis in locis excidium passus sit, ob Romanæ Catholicæ fidei defensionem; auctiora tamen denuo sumit incrementa, non tantum piæ contemplationis otio, ac sedula regularium observantiarum custodia, Deo sibique serviens; sed etiam activæ vitæ studio, Ecclesiæ militans. Implorat pro ejusdem favoris gratia suæ Clementiæ Sanctitatem universum Bohemiæ Regnum, quod publici ac singularis Patroni titulo, quadraginta jam amplius annis, Sanctum eumdem veneratur; in cujus etiam Metropoli, parte sua corporea, supra Montem Sion requiescit, multa etiam-

C num gloria miraculorum illustris. Expetit idem universa Germania, cujus olim, dum viveret, Apostolus extitit, Primatis etiam titulo ab Innocentio II Romæ condecoratus. Exoptat demum magnopere hunc Divo præstari honorem Imperator noster Leopoldus, in Divos, maxime vero Regnorum suorum Tutelares piissimus, ac religionis fideique propagandæ Catholicæ zelantissimus: cujus gratiosa interventione, apud suam Sanctitatem quam plurimum valitura, humillimas indignitatis meæ preces gaudeo adjuvari: et jubente clementissimo suæ Sanctitatis Imperio, futurum spero, ut Ordo noster Præmonstratensis, qui per tot secula complures animas, sanctitatis laude ac miraculorum gloria illustres, cœlo transcripsit; raro tamen hactenus Canonizationis beneficio gavisus est; saltem sub auspicatissimo Sanctitatis suæ Pontificatu, de honore Fundatoris sui, per totam Dei Ecclesiam adaucto, lætetur. Rependet honoris præfati obsequium amicus Dei Norbertus, in cœlis triumphans: et quanto solenniori, per Ecclesiam Dei, sacra ejus memoria celebrabitur Officio, tanto magis Deum exorando insistet, ut sua Sanctitas, Deo adjuvante ac fortunante, universum Christiani nominis gre- D gem in terris militantem, quam diutissime ac felicissime gubernet. Quod universus Ordo Præmonstratensis, Sanctitati suæ subjectissimus, indefessis precibus assidue a Deo exposcit; et ego, indignissimus ac humillimus suæ Sanctitatis filius, cum omnibus meis Strahoviensis Ecclesiæ Religiosis, ad aram ejusdem Divi Patriarchæ Norberti, Superos quotidie, ut hactenus, deprecari non omittam; ut S. Petri Navicula, Sanctitatis suæ gubernamini commissa, contra omnes adversitatum fluctus, Clementinæ Anchoræ subsidio, diu stabilita et inconcussa persistat.

14 *Dederat antea idem Abbas ad Imperatorem litteras, quibus commendatitiæ prædictæ obtentæ fuerunt, hoc tenore:*

Augustissime et invictissime Imperator, Domine, Domine Clementissime.

Suppliciter jam rogavi,

Cum plerique Ordinum Religiosorum Fundatores eum post sua fata nacti sint in terris honorem, ut Festa eorum annuatim recurrentia ritu Duplicis per totam Ecclesiam colantur; id tamen honoris Divo E Norberto, incliti Bohemiæ regni Patrono, qui sacrum et Canonicum Ordinem Præmonstratensem, jam ante quinque secula fundaverat, nondum obtigerit; ego, indignus Ecclesiæ Strahoviensis Abbas, et Sacratissimi Cœlitis, corporea sui parte apud Nos quiescentis Custos, cum omnibus meis Strahoviensibus Religiosis, apud quos Sanctissimi Patris ossa quiescunt, et universo Præmonstratensi Ordine, sacram suam Cæsaream Majestatem submississime humillimeque supplicans, accedo; ut imbecillas nostros hoc in negotio apud Sedem Apostolicam conatus, suo præsidio clementissime promovere ac fortunare non dedignetur: quatenus, eodem annuente, prædictum Divi Norberti Festum, ritu Duplicis, per totam deinceps Ecclesiam celebretur. Reddet pro impenso sibi prædictæ pietatis studio uberes sua interventione gratias, Dei amicus in cœlis triumphans: et Nos ad ejusdem aram quotidie, pro suæ Cæsareæ Majestatis longæva salute ac regimine felicissimo, nec non Regnorum et Provinciarum ipsi subjectarum pace ac tranquillitate, divinum Numen, ut hactenus, exorare die noctuque non desistemus etc.

15 *Istis motus Cæsar Augustissimus non multo post, has ad Summum Pontificem litteras dedit.*

F

Beatissime Pater.

et commendantis per epistolam,

Recurrit ad Nos.... Hieronymus Abbas Strahoviensis; et ductus exemplo aliorum Ordinum Religiosorum, quod Festa Sanctorum Fundatorum ritu Duplicis per totam Ecclesiam celebrentur, quatenus etiam Sancto Norberto id venerationis accedat, nostrum desuper interventionem humiliter exposuit. Cujus desiderio eo propensiores subscribimus, cum nosmetipsi, imo totum inclitum Regnum nostrum Bohemiæ, speciali Sancti illius patrocinio dicatum, suffragia illius luculenter experiatur; adeoque majori, quo possumus conatu, gloriam et cultum ejusdem zelamus; Sanctitatem vestram filiali observantia et obsequiose requirentes, præfati Abbatis ejusque conspicui Ordinis Præmonstratensis preces, hoc in passu exaudire, et Sanctum illum Patriarcham, eo, qui aliorum Ordinum Fundatoribus obtigit, honore atque solennitate condecorare non dedignetur. Quod uti eximia merita et sanctitas Viri illius divini per se exigunt, dicto quoque Regno nostro, et ipsi sacro Ordini, impetrata hac gratia, singulari

A singulari solatio eveniet. Ita et Nos effectum hujus petitionis sperantes Sanctitatem Vestram etc. Laxenburgi die xx Maji MDCLXXI.

AUCTORE D. P.

16 *Porro cum nosset Abbas, ejusmodi causas a Pontifice non definiri immediate, sed ad sacram Rituum Congregationem remitti: scribi quoque fecit ad illius cœtus Præsides Cardinales, quo de causæ suæ munimentis instruerentur: scribi autem in hunc modum fecit, per sui Præmonstratensis Ordinis Procuratorem generalem, Fr. Franciscum Bruyrette.*

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini.

Ut S. Norberti, Canonicorum Præmonstratensium Institutoris, Magdeburgensis Archiepiscopi, Verbi Divini Præconis eximii, Antuerpiæ et Saxoniæ Apostoli, Bohemiæ singularis Patroni, in vita pariter, et post mortem miraculis clarissimi, festum a Semiduplici ad Duplex evehatur, suadere videntur.

propter Sancti nobilitatem,

I. Ipsius Natalium splendor. Ex Regum quippe ac Imperatorum stirpe, Patrem habuit Heribertum, Comitem Palatinam Rheni, Henrici Junioris, tunc regnantis, cognatum; Matrem vero, Hedwigem, B Eudonis Burgundiæ Ducis ex Sancto Roberto Franciæ Rege oriundi, filiam.

conversionem mirabilem,

II. Mirabilis ejus conversio, Divi Pauli, quem proxime in vita est imitatus, conversioni non absimilis. Fulminis enim ictu, equo disjectus, vocanti Deo, per vocem e cœlo dicentem, Norberte quo vadis? quo properas? durum est tibi contra stimulum calcitrare; respondit; Domine quid me vis facere? Statimque in virum mutatus alterum, verbum Dei prædicando, innumeros hæreticos ad fidem; peccatores ad pœnitentiam; dissidentes ad pacem et concordiam revocando, se verum vas electionis ostendit, ad portandum Christi nomen coram gentibus, Regibus, etc. Unde et Illustrissimus ac Reverendiss. D. Franciscus Belleiensis Episcopus, ipsius Sancti Vitam sub hoc titulo evulgavit, Vir Apostolicus; eum in omnibus Apostolo simillimum ostendens.

Evangelicam paupertatem,

III. Paupertatis Evangelicæ professio. Illud enim Sacri Evangelii sibi nominatim dictum existimans Norbertus: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni, et sequere me; resignatis in sui Archiepiscopi manibus, C pinguissimis quæ habebat Beneficiis ecclesiasticis, Cameracensi Episcopatu humiliter ac generose recusato, bona sua omnia pauperibus distribuit, solis sibi ad celebrandum retentis paramentis sacris, nudus nuda Christi Jesu sequens vestigia.

zelum animarum,

IV. Zelus animarum incredibilis. Norbertus siquidem, tamquam bonus miles Christi, ad opus Evangelii se accingens; potestate prædicandi verbum Dei ubique terrarum a Summo Ecclesiæ Præsule Gelasio II accepta; urbes, pagos, castella perambulans; peccatores arguit, obsecrat, increpat, in omni patientia et doctrina; idque tanto studio ac fervore, ut de eo scriptum sit, quod, nec aspera hiems, nec inedia, nec corporis lassitudo ipsum a sancto prædicationis proposito avocare poterant.

miracula,

V. Ipsius in Deum fides miraculo comprobata; dum ipse in crypta quadam celebrans, grandem araneam, in calicem jam consecratum delapsam, (cum, quid hoc casu agendum foret, ab Ecclesia nondum esset determinatum) magna in Deum fide, cum pretioso Sanguine sumpsit illæsus; quod salutifero hoc antidoto vires suas venenum crederet amisisse: illud Marci XVI verum in se comprobans; Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; unde et illud celebre ipsius temporis effatum: In Norberto eminet fides; in Bernardo Claravallensi, D caritas; in Milone Taruanensi Episcopo, Norberti discipulo, humilitas.

revelationes,

VI. Ipsi a Deo factæ revelationes, ac futurorum prædictiones. Primo etenim locus ille, in quo primam sui Ordinis fundaret ecclesiam, ipsi a Christo Domino, in cruce septem radiis solaribus coruscante præmonstratus est; unde et ipse Ordo Præmonstrati nomen accepit. Secundo, Beatissima Virgo candidi habitus, a Præmonstratensibus gestandi formam Norberto, in oratione pernoctanti, præostendit. Tertio, Norberto de eligenda sibi suisque Regula solicito; divinumque beneplacitum jejuniis, lacrymis, ac precibus exploranti: B. Augustinus apparuit, suamque ipsi porrigens Regulam dixit: Quem vides Augustinus ego sum, Hipponensis Episcopus; ecce habes Regulam quam ego conscripsi; sub qua si bene militaverint Confratres tui Filii mei, securi Christo adstabunt in extremi terrore judicii. Quarto, Coloniæ Agrippinæ, ubinam essent sepulta Sanctorum Gereonis aliorumque Christi Martyrum corpora, divinitus accepit. Quinto, futuram in Westphalia famem, celebremque illam Lotharii Imperatoris tempore seditionem Augustanam, et alia multa prædixit.

fidem defensam,

E VII. Sacramentariæ Tanchelini hæresis, quæ totam Brabantiam infecerat, extinctio; unde et Brabantini, ac maxime Antuerpienses, eum pro suo Apostolo habent, colunt, ac venerantur.

Ecclesiam adjutam,

VIII. Ipsius in Archiepiscopatu præclare gesta. Sciens enim a Christo Domino dictum esse Apostolis, eorumdemque successoribus Episcopis; Vos estis lux mundi; Saxones, et Wandalos e gentium ac hæreseon tenebris in admirabile lumen Christi revocavit; ecclesiasticam disciplinam, at imprimis cœlibatum in sua Diœcesi postliminio restituit; Ecclesiæ suæ bona ab injustis possessoribus repetiit, ac revendicavit: et, quod non omittendum, Innocentium II contra Anacletum Antipapam strenue, non modo in Germania (cujus Primas fuit) sed et in Concilio Rhemensi defendit; ipsumque Pontificem Romam cum Lothario Imperatore (cujus erat Cancellarius) veniens, in suam Sedem reposuit, ac schisma compressit.

institutum Ordinem amplissimum,

IX Insignia miracula, quibus Deus eum illustrare voluit: quæ tot et tanta sunt, ut de eo dixisse sufficiat, dæmones fugasse, ægrotos sanasse, F cæcos illuminasse, mortuos suscitasse. Tres siquidem ab ipso suscitatos esse ad vitam, ex fide dignis auctoribus habemus, sed præsertim ex Imperialis Monasterii Bergensis, Ordinis Sancti Benedicti, diœcesis Magdeburgensis Annalibus, quæ Sancti Patriarchæ nostri Norberti Vitæ epitomen, his verbis concludunt. Norbertus ad suam Ecclesiam reversus, plenus Spiritu sancto, trium mortuorum resuscitator, beato fine quievit. Denique omnes ferme Religiosorum Ordinum etiam recentiorum Fundatores (inter quos novissime S. Petrus de Nolasco, sacræ Congregationis vigesimo tertio Julii ultimo præteriti habitæ decreto) eo cultu per totam ecclesiam celebrantur: Sanctus autem Norbertus, Canonici Ordinis, secundum B. Augustini Regulam, a sexcentis propemodum annis est Institutor: qui quidem Ordo, confirmatione Apostolica ab Honorio secundo accepta, multa refulgens gloria meritorum (ut loquitur Adrianus IV, qui dicti Ordinis, Bulla ad Præmonstratenses data, se fuisse testatur) et gratia redolens Sanctitatis, palmites suos a mari usque ad mare extendit; ita ut Clementis VI tempore (ut etiam ex ipsius Bulla constat) præter septem Archiepiscopatus et novem Episcopatus ipsi Ordini Præmonstratensi incorporatos, MCCCXXXII Canonicorum claustra, Sanctimonialium vero seu Canonissarum CCCC, cum trecentis et quinquaginta Præposituris

latissime diffusum.

A Præposituris (parochialibus Ecclesiis, quæ sine numero erant, non computatis) habuerit; quæ quidem monasteria, iis exceptis quæ in Palæstina, Cypro, Hungaria, Saxonia, Livonia, Dania, Suecia, Anglia, Hibernia, Scotia, Hollandia, Frisia, Zelandia, ac diversis aliis Europæ partibus, Turcarum et hæreticorum furore extincta sunt; etiamnum in Gallia, Hispania, Belgia, Germania, et Polonia extant magno numero, in viginti et octo Provincias distincta: in quorum plerisque, ultra quinquaginta, sexaginta, octoginta, imo centum et viginti extant Canonici, Deo secundum Divi Augustini Institutum famulantes; extra vero, in ecclesiis parochialibus quas adhuc dictis in Regnis ad millia possident, suæ ac proximorum saluti invigilantes: ita ut non mirum, si fel. Record. Clemens PP. VIII, Præmonstratensem Ordinem esse dixerit, perpetuum virorum fortium, et propugnatorum Ecclesiæ seminarium; et Aubertus Miræus, Antuerpiensis Episcopus, dicta Ordinis Monasteria, fœcunda Parochorum sive Pastorum Seminaria nominavit.

et multis laudatum:

x. Quæ cum ita sint, facile speramus eum, de quo canit Ecclesia; Norbertus, lucerna ardens et lucens super candelabrum positus, omnibus qui in domo B erant lucebat, non diutius sub modio latitaturum; sed Eminentissimorum et Reverendissimorum Dominorum meorum suffragio, a Sanctissimo Domino nostro, tamquam lucernam ardentem, ut omnibus qui in domo, id est Christi Ecclesia sunt, magis ac magis luceat; supra festi Duplicis candelabrum fore tandem aliquando reponendum; sicque Augustissimi Cæsaris Leopoldi, hunc in finem Sanctissimo Domino nostro, per suum Oratorem Eminentissimum Cardinalem Landgravium, iteratas preces, benigne fore exaudiendas. Et totus Ordo Præmonstratensis etc. Quam Deus etc.

quibus moti Pontifex et Cardinales

Valuit, ut merebatur, sic instructa causa; et servatis tali occasione servari solitis, prodiit hujus tenoris Decretum a sacra Congregatione, mox ubique vulgatum.

festum Duplex decernunt, anno 1672

Sanctissimus D. N. D. Clemens PP. X, de consilio Eminentissimorum DD. Cardinalium, Sacræ Rituum Congregationi Præpositorum, [illegible] die III Septembris currentis, ad preces Cæsareæ Majestatis, per Eminentissimum D. Cardin. [illegible] Hassiæ eidem Sanctitati suæ porrectas, mandavit; ut Officium S. Norberti, Episcopi et Confessoris, Institutoris Ordinis Præmonstratensis, quod hactenus sub ritu Semiduplici recitatum est, in posterum ab omnibus Christi fidelibus, tam Secularibus quam C Regularibus utriusque sexus, qui ad Horas canonicas tenentur, sub ritu Duplici de præcepto recitetur. [illegible] Septembris, MDCLXXII.

F. M. Episc. Portuen. Card. Brancatius.

Loco ✝ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sacr. Rit. Congr. Secr.

Romæ, ex Typographia Rev. Cameræ Apostolicæ MDCLXXII.

§. IV. Encomia S. Norberto ejusque Ordini ab ejusdem ævi scriptoribus data.

Norberti spiritum probat S. Bernardus,

P*rimum, hoc Paragrapho, merito appellamus* S. Bernardum, *qui licet non usquequaque sententiam* S. Norberti *probarit in quæstione de Anti-Christo Epist.* 56; *gratulatur tamen sibi, quod tali occasione* ejus faciem videre, et de cœlesti fistula, ore videlicet ipsius, plurima haurire meruit. *Brunoni autem Coloniensi Electo, consilium petenti super electione sua num ei deberet acquiescere, scribens Epistolam* 8, *sic concludit:* Habetis Dominum Norbertum, quem melius præsentem præsens de talibus interrogare potestis: nam tanto vir ille in divinis aperiendis mysteriis nobis promptior, quanto et Deo propior esse cognoscitur. *Annus erat, cum hæc scriberet Bernardus,* D MCXXXII, *S. Norberto ante penultimus vitæ: hoc autem pridem mortuo, scribens Præmonstratensi Abbati Epist.* 252. Vestrum, *inquit,* Ordinem fovi et promovi semper quantum in me fuit; *quod deinde luculentis argumentis probat: ac denique excusatis omnibus quæ occasionem dederunt querelarum, insolubilem sibi cum illis amicitiam esse et futuram, profitetur.* Adhærebo vobis, *inquit,* etsi nolitis; adhærebo, etsi nolim ipse. Olim me alligavi forti vinculo, caritate non ficta, illa quæ numquam excidit. Cum turbatis ero pacificus, cum turbantibus quoque dabo locum iræ, ne diabolo dem. Vincar jurgiis, vincam obsequiis: invitis præstabo, ingratis adjiciam, conhonorabo et contemnentes me. Et nunc tristis est anima mea, quod quacumque occasione offenderim vos; eritque tristis, usque dum vestra indulgentia relevetis. Si tardaveritis; ibo et excusabo; præ foribus perseverabo pulsans; instabo, opportune, importune, donec vel merear vel extorqueam benedictionem.

[illegible] ejusque Ordini [illegible] devinctum se profitetur:

18 *Tam altas in Sanctorum illorum visceribus radices egerat contracta cum* S. Norberto *amicitia, ex eo potissimum tempore, quo junxerunt prædicationis sacræ arma contra* Petrum Abailardum. *Hic licet anno* MCXX *aut* XXI, *in Synodo Suessionensi, suum ipse librum* [illegible] *manibus* [illegible], *ut præcepit Sedis Apostolicæ Legato Canone; pergebat tamen de judicio illo velut* [illegible] *nare; calamum interim, felle amaritudinis tinctum, exercens sabunde contra utrumque Sanctum,* [illegible] *que laudes in* [illegible]. *Sic* [illegible] *non erat quam testimonium dare* [illegible] *in Epist.* 1 *queritur, ab æmulis contra se excitatos esse novos* Apostolos, quibus [illegible] plurimum credebat: quorum alter Regularium Canonicorum Vitam; alter [illegible]. *Dum autem in Sermone de Jo. Baptista eos calumniatur, quod de* solitudine ad turbas [illegible] Religionis nomine tumebant, ita et simulatione miraculorum, gratia mirabiles videri appetebant; *in utroque et de utroque errasse, si non et mentitus fuisse convincitur ex eorumdem Actis, et infallibili Ecclesiæ,* [illegible] *Sanctos* [illegible]; *ac denique ex sententia Innocentii II,* [illegible] *prudenter fecisse Sanctos, quod* per mundum discurrentes prædicando, [illegible] *seculari*bus potestatibus contemptibilem effecerint, et de [illegible], adeo sinistra disseminaverint, ut ipsos quoque amicorum [illegible] averterent.

ab utroque impugnatus Abailardus

utrique testimonium perhibet,

19 *Tantum vero abest ut* [illegible], *cum,* [illegible] illa miracula de resuscitandis quoque mortuis, inaniter tentata *fuisse; asserit,* quod nuper quidem fecisse Norbertum, [illegible]; *ut vel ideo magis id vere narratum fuisse credamus, licet istud siluerit Auctor Vitæ; cui, propter* infidelium *quorumdam et* impiorum obstinatam impudentiam, *solum curæ fuit, sicut in Prologo profitetur,* [illegible] breviter perstringere quæ omnibus nota sunt, neque ipsimet ulla improbitate audeant diffiteri. *Dicerem, hic Abailardum sugillari; nisi post mortem illius, anno* MCXLII *Cluniaci obitum, crederem scriptam hanc Vitam; et illum testaretur Petrus Cluniacensis, ad Innocentium II scribens, cum S. Bernardo, sopitis prioribus querelis (adeoque et hæresibus retractatis)* pacifice convenisse; [illegible] *cum* Norberto *si vixisset, et calumnias eidem impactas re cantaturus.* [illegible] *enim* [illegible] *vitæ annos sanctissime traduxit, et pientissime obiit, prout legere est in epistola prælaudati Petri ad Heloissam, tunc Abbatissam*

[illegible] calumniator,

postea conciliatus

æ[illegible]

AUCTORE D. P.

A *æque sanctam, olim autem Abailardi discipulam et amasiam.*

Hermannus Ab. S. Martini Tornac. an. 1141 scribens,

20 *Sed venio ad distinctiora magisque explicata* Norberti et Ordinis Præmonstratensis *elogia variorum; in quibus scriptionis ordine antiquior est* Hermannus, *Abbas S. Martini Tornacensis: qui Romæ sub annum* MCXLI *restaurationem monasterii sui proditurus, variarum rerum notitia refertam, qualis in Spicilegii Acheriani tom. 12 legitur. Hic cum narrasset fraudulentam Paschalis Papæ II captionem, ad extorquendam investiturarum approbationem, anno* MCXI *patratam ab Henrico IV; Quidam, inquit,* Clericus, nomine Norbertus, qui in eadem captione Capellanus Imperatoris fuerat, videns tantam nequitiam domini sui Regis, pœnitentia ductus, pedibus Domini Papæ se prostravit; et absolutione ab eo suscepta, *catenus saltem conversus est, quod oblatum sibi anno* MCXIII *Cameracensem Episcopatum, utpote non sine labe Imperialis investituræ tenendum, recusaverit; non multo autem post de cælo tactus est instar Pauli, et* secularem vitam relinquens, in Franciam venit; et in Episcopatu Laudunensi locum quemdam solitarium reperiens, qui Præmonstratus dicitur; ibidem Deo sub Regula S. Augustini, immo multum rigidiori et arctiori, servire cœpit: sicque per Dei gratiam brevi

narrat, quo- modo tunc re- perit Rom. a conversione Norberti,

B tempore profecit, ut nullum post Apostolos videamus hodie tantum fructum in Ecclesia fecisse. Nam cum necdum conversionis ejus trigesimus annus sit, jam fere centum monasteria a sequacibus ejus, per diversas orbis partes, constructa audivimus, ita ut etiam in Hierusalem usque Regula eorum servetur. Nam, ut de aliis taceam, in urbe Laudunensi commissa est ei a Domno Bartholomæo Episcopo quædam paupercula ecclesia, in honore S. Martini constructa: in qua idem Norbertus paucos ex Fratribus suis ponens, Abbatem eis præfecit virum religiosum, nomine Walterum: cui Deus tantam gratiam contulit, ut hodie in ipsa ecclesia fere quingenti Fratres degere videantur; jamque ex ipsa decem fere alia monasteria processerunt. Ipse vero Norbertus, postmodum in urbe Magdeburgensi Archiepiscopus factus, tempore Lotharii Imperatoris qui Henrico successit, defunctus est.

et quam cito e jus Ordo sit toto orbe propagatus.

21 *Hermanno succedat* Laurentius de Leodio, *ejusdem cujus ille Benedictinæ Professionis, in Historia Episcoporum Virdunensium, Alberoni Episcopo scripta ante annum quo hic obiit* MCXLIV, *et in eodem Spicilegii prælaudati tomo invenienda. Ibi is narrat,*

Laurentius de Leodio ante annum 1144

C *quomodo idem Episcopus Albero, rigorem monastici ordinis diu frustra restaurare in quibusdam conatus,* degenerem et aridam plantationem ferro abscissionis extirpavit, et novellam Clericorum monastici Ordinis ibi inseruit, quos Norbertus, Magdeburgensis Archipræsul, vir magnus in Ecclesia, de Professoribus sui Ordinis delegaverat ei. *Extat ibidem ipsiusmet Alberonis ad Innocentium Papam Epistola, qua causam reddit, cur in* ecclesia S. Pauli, juxta civitatem, quæ per incuriam et irreligionem paucorum Monachorum ibi degentium, ad tantam infamiam redacta fuerat, ut jam non domus Dei, sed diceretur esse quoddam prostibulum; *posuerit* pauperes Christi ecclesiæ Præmonstratæ, secundum Regulam B. Augustini laudabiliter viventes.

cum de Præmonstratensibus, Virdunum adduxisset,

22 *Hac epistola relata, cum etiam de introductis per eumdem Episcopum Cisterciensibus egisset Auctor, atque ad* Ecclesiastici et monastici ordinis *reformationem, primum quidem* Simoniacam avaritiam gladio Petri succisam *dixisset; deinde novam Carthusiensium Religionem,* Aquilæ in cœlum volanti *comparasset;* ut habeamus, *inquit,* animal vituli laborantis et offerentis in sacrificio Dei, itemque hominis prudenter divina et humana ratiocinantis, subsecuta sunt illa duo Cherubim, expandentia alas suas in medio

ipsos et Cistercienses vehementer extollit:

D Ecclesiæ, et versis vultibus in Propitiatorium se mutuo respicientia; id est, duo præclarissimi Ordines, devotione sua Ecclesiam protegentes, et conversis ad Deum cordibus se mutua caritate æmulantes: quorum unus Cisterciensis, duce Bernardo, sanctissimi nominis Abbate, Monasticum ordinem, jam pene lapsum, ad primam Apostolicæ vitæ normam reparavit; alter, merito et nomine a Deo Præmonstratus, duce Norberto Parthenopolitano Præsule inceptus, Ecclesiasticum ordinem de luto mundanæ vanitatis excussit. Credas hos duos Ordines esse, de libro Apocalypsi duos Prophetas, circa finem mundi a Deo missos, et sacco pœnitentiæ amictos; duas Olivas clementiæ cœlestis, divinæque duo Candelabra gratiæ: ita se in omnibus cruciant, ita verbo vitæ mundum irrigant, ita meritorum luce illuminant. Isti duo, Deo cooperante et piis omnibus juvantibus, adeo jam profecerunt, ut Cisterciensis quidem, per id temporis tricennium, jam in ducentas Abbatias, magni nominis, meriti, et numeri excreverit; et usque in barbaros Sarmatas et extremos Scythas jam diffundi cœperit: Præmonstratus autem per hos viginti annos in Abbatias pene septuaginta adoleverit.

E

23 *Et hactenus quidem antiqui illi, sed nuper primum impressi scriptores: necdum autem lucem viderunt* Antikimenon *libri, Eugenio Papæ III inscripti, atque adeo ante an.* MCLIII *scripti, ad* Anselmo, *Episcopo Havelbergensis Ecclesiæ, in Saxonia inferiori sub Magdeburgensi Metropolita. Codicem originalem MS. et fortassis toto mundo unicum, dignumque in auctiori Sanctorum Patrum Bibliotheca vulgari, possidet amicissimus nobis Henricus Julius Baro de Blum, Cæsareus in Appellationum tribunali Consiliarius Pragæ, a quo etiam submissum Florentinio exemplar Hieronymiani Martyrologii alterum sæpe laudamus. Hic cum suum illum Codicem nostro Hermanno Horstio, Eleonoræ Imperatricis viduæ Confessario, legendum commodasset; isque Reinoldo Dehnio, itidem Societatis nostræ erudito et libris noto Sacerdote (quorum amborum animas Deus habeat) inspiciendum dedisset; sua is manu transcripsit nobis ex lib. 1 cap. 10, sequens de argumento, quod tractamus, fragmentum.*

Anselmus Havelberg. Ep. Eugenio Papæ III scribens,

24 Surrexit in eadem professione [*Canonica nempe*] et in Apostolicæ vitæ imitatione quidam Presbyter religiosus, nomine Norbertus, tempore Papæ Gelasii: qui, propter suam religionem; et multas enormitates et schismata, quæ tunc fiebant in occidentali Ecclesia, a Romano Pontifice Gelasio litteras et auctoritatem prædicandi accepit. Iste suis temporibus in religione clarissimus et famosissimus, diversas provincias prædicando peragravit, non parvam turbam religiosorum collegit, multas congregationes instituit, et eas ad perfectionem Apostolicæ vitæ verbo et exemplo informavit. Qui etiam tantam gratiam habuit coram Deo et hominibus, ut vere beatos se dicerent, qui illi adhærere possent. Postea in Magdeburgensi Ecclesia Archiepiscopus factus est, cujus corpus Sanctum et venerabile requiescit in Ecclesia B. Mariæ, in sua Metropoli, ubi ipse Fratres suæ Religionis ordinaverat. Igitur religio per eum renovata, maxima cœpit habere incrementa et ubique terrarum diffusa est; adeo ut nulla fere provincia sit in partibus Occidentalibus, ubi ejusdem Religionis Congregatio non inveniatur, Francia, Germania, Burgundia, Aquitania, citerior Hispania, Britannia minor, Anglia, Dacia, Saxonia, Leutecia*, Polonia, Bavaria, Sueviaque, Pannonia et Hungaria, Langobardia, Liguiagia *, Etruriaque, et Tuscia. Omnes nempe hæ provinciæ habent Congregationes præfatæ Religionis, quarum etiam exemplis et orationibus confidunt incessanter adjuvari. Extendit etiam palmites hæc eadem

Norbertini instituti celerem propagationem admiratur:

F

* an Suecia?

* an Liguria?

A eadem sancta Societas in partes Orientis : nam in Bethlehem una, et in loco, quem vocant sanctum Abacuc, alia Congregatio est.

25 *Atque hi pauci ex* multis *illis fuerint, de quibus in Prologo Auctor Vitæ ait, quod cum S. Norberti* vitam et gesta conscripserint, rem tamen plenarie et ordine non persequuntur ; *uti nec facit is, qui Gesta Bartholomæi Episcopi scripsit, coævus etiam Auctor sub annum* M C L, *necdum triginta annis a Sancti adventu in Urbem Laudunensem : qui Auctor hic non profertur, quia excerpta ex illo facient nobis Caput 2 Analectorum, post illud quod Cappenbergenses adjunxerunt ; quodque solum hactenus excusum habetur; cum istud a Pagio et Polycarpo carptim et per partes delibetur. Videtur autem esse illa, quam Andreas du Chesne, in Bibliotheca Historiæ Franciciæ pag.* 248, *appellat* Historiam restaurationis Ecclesiæ Laudunensis, sub Bartholomæo Episcopo, MS.

uti et Auctor Actorum Episcopi Laud.

§ V. Auctorum quorumdam seculi sequentis testimonia. Sanctimonialium Ordinis vetus disciplina.

B *Locum sequenti seculo primum damus Roberto de Monte, Sigeberti Gemblacensis usque ad annum* MCCX *continuatori, ad annum* M XXXI *sic scribenti :* Sub his temporibus Ordo Canonicus Præmonstratensis et Monasticus Cisterciensis, quasi duæ olivæ in conspectu Domini, pietatis lumen et devotionis pinguedinem mundo ministrabant; et quasi vites fructiferæ, religionis palmites circumquaque propagabant ; et per omnes fere Christiani orbis terminos, bonæ opinionis paulatim odore diffuso, novas Abbatias, ubi antea Dei cultus non fuerat, construebant : unde etiam in Syriam et Palæstinam de Præmonstrato Fratres missi, nonnullas Abbatias ædificaverunt. *Sic ille, breviori Elogio multa complexus. Prolixior aliquanto est Auctor Annalium Laudunensium, Roberto plane contemporaneus ; siquidem hic ille est* Anonymus Canonicus Laudunensis, natione (ut videtur) Anglus, *cujus labor laudatur ab Andrea du Chesne in Bibliotheca et pag. supra citatis, sub titulo* Chronico MS. a Nativitate Christi usque ad annum MCCXVIII, in quo de rebus præcipue Belgicis tractatur. *Ut autem id opinemur, facit Pagius, quando ex Annalibus, ut vocat ille pag.* 10 *transcribit nobis* lib. 3 cap. 1 ad annum MCXXI ; *tale enim Chronicon, quale jam audivimus, facile potuit ac debuit implevisse* C *duos libros, prius quam ad Bartholomæi Episcopi tempora veniret. Igitur verba ejus hic accipe, quousque Annales seu Chronicon istud integrum exhibeat aliquis; quod etiam Historiæ Episcopi Bartholomæi optamus.*

Laudatur eodem, Robertus de Monte circa 120?

Chronologus Laudunensis anno 1228.

27 Post paucos annos ille novi luminis novæque conversionis, non solum exterioris, sed etiam interioris candoris novus inventor et inceptor, Dominus Norbertus, de Germania in Franciam adveniens, divina præcedente et comitante gratia, in Episcopatu Laudunensi, primam illam, Præmonstratensem scilicet, vineam plantavit : quæ in charitate radicata et fundata, quasi vitis fructifera propagines suas, a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, extendit ; et vino fortitudinis suæ, quod lætificat cor hominis, jam ubertim inebriavit plures Principes et Judices terræ, juvenes et virgines, senes cum junioribus ; ita ut fortiter inebriati, nihil aliud quærant nisi laudare nomen Domini, et cantare ei canticum novum ; quoniam veterem hominem cum actibus suis exuentes, et novum qui secundum Deum creatus est induentes, carnales illecebras funditus abjiciunt ; et quasi de aqua in nuptiis a Domino in vinum conversi, quæ retro sunt obliviscuntur, et ad ea quæ ante sunt D extenduntur. Sicque licet in terris corporaliter consistant ; tamen quæ sursum sunt sapiunt, non quæ super terram ; dicentes cum Apostolo ; Nostra autem conversatio in cœlis est, ubi Christus est ad dexteram Dei ; cœlestibusque Seraphim mente conjuncti, solo Christi jugiter ardent amore ; cui etiam corpora sua exhibent hostiam viventem, sanctam, Deo placentem ; candorem virtutis, quo intrinsecus nitent, etiam in exteriori veste præferentes. *Ita ille, ac plura forsan alia in progressu historiæ, digna lucem videre, si quis obstetricetur.*

prolixiori Elogio

AUCTORE D. P.

Phil. 3, 20

28 *Ternarium, seculi* XIII *prolixius laudantium* Præmonstratenses, *vel eorum conditorem* Norbertum, *(plures enim nobis modo non occurrunt, etsi plures esse vix ambigamus) claudat Jacobus de Vitriaco, ex Acconensi in Palæstina Episcopo, S. R. E. Cardinalis Tusculanus, qui vel eo nomine prætermittendus a nobis non fuit ; quod ipsiusmet, anno* MCCXXIV *defuncti, Vitam daturi sumus ad* XXIII *Junii, nobile Corollarium ad Vitam S. Mariæ Ogniacensis ab eodem editam, cum argumentis communis cujusdam utrique cultus. Sane concinnatum ab eo candidi Ordinis elogium, sive Caput* 22 *Historiæ Occidentalis* De Canonicis Præmonstratensis Ordinis, *tanti fecit Pagius, ut operosis commentariis dignum judicaverit ; quibus tamen omissis sufficiet paucas notas subjungere, ab Henschenio relictas, qui idem totam* S. Norberti *Vitam cœperat Notis illustrare, a me secundis curis amplificandas, quatenus necesse videretur. Vitriaci verba hæc sunt :*

Jacobus de Vitriaco

E *ante annum 1244*

29 Quidam *a* vero vir justus et timoratus, verus Dei cultor, et permanens in innocentia sua, dictus Nobertus, cum prædicatione sua, velut cœlestis fistula et tuba argentea, multos docuisset ; et ad Dominum convertens, ad frugem melioris vitæ divinitus inspiratos incitasset ; tandem in loco, qui Præmonstratum dicitur, ad opus sui et discipulorum suorum, pacificum constituit habitaculum. Sumpto autem regulari *b* habitu, ut secundum *c* regulam B. Augustini Domino militaret, consuetum vivendi modum, quem prædicti Regulares Canonici usque ad tempora illa laxius observaverant, in se et in discipulis suis coarctavit, quasdam novas institutiones addendo, quasdam etiam veteres immutando. *d* Carnes siquidem Præmonstratensis Ordinis Canonici et Fratres laici numquam, nisi in infirmitate, manducant. A festo sanctæ Crucis usque ad Pascha *e* jejunant : duobus pulmentis, more Cisterciensium, in refectorio vescuntur. *f* Camisiis non induuntur : pellibus caprinis utuntur. Vestiti tunicis albis, et caligis calceati dormiunt. Cappis laneis albis, absque tinctura aliqua, vestiuntur. Diebus festis, more aliorum Canonicorum, novem lectiones ; aliis autem, tres tantum in Matutinis legunt. Post Officium nocturnum ad dormitorium revertuntur, ut dormiant et quiescant. Temporibus determinatis et horis certis ad labores manuum *g* egrediuntur. Parochiales ecclesias et animarum secularium curas id propriis personis suscipiunt. Omnia hujus institutionis et religionis monasteria sub uno capite Præmonstratensis monasterii continentur, ad quod *h* annis singulis ad generale Capitulum omnes hujus Ordinis Abbates congregantur. Habent autem *i* Curias et Prioratus, non solum hominum, sed et feminarum : in quibus tam clerici quam laici, secundum quod a Superioribus suis injungitur, commemorantur.

a

fusius et distinctius explicat severam disciplinam Ordinis,

b c

d

e

f

F

g

h

i

30 A principio autem Ordinis et novellæ plantationis, cum adhuc pretioso paupertatis thesauro abundarent, quasi musto novæ religionis inebriati, et ferventes igne illo, quem misit Dominus in terram ut arderet, adeo succensi sunt, quod non solum vicinas regiones, sed remotas per universum fere mundum provincias accendebant, illuminabant, et exemplo

etiam Sanctimoniales complexi,

A exemplo conversationis suæ provocabant. Unde parvo tempore multa ubique hujus Ordinis et professionis tam Clericorum quam Sanctimonialium constructa sunt *k* monasteria, largitione Principum et eleemosynis fidelium, copiosis redditibus et latis possessionibus in immensum ampliata et sufficienter ditata. Castis siquidem matronis, et viduis sanctis, et Deo devotis virginibus, velut lapidibus pretiosis, ad ornatum et pulchritudinem tam sanctæ et honestæ religionis convenientibus, quasi ex duobus virorum et mulierum parietibus uno angulari lapide conjunctis, jucundum Deo constructum est habitaculum, et quasi alterius arcæ ædificium cubito consummatum: in quo immitia animalia, et bestiales sensualitatis motus, jejuniis, vigiliis, orationibus, et aliis variis disciplinis tanta districtione domabantur, quod refrænato tumultu pacem habentes, arcæ rectores non multum infestabant. Quod si aliquando contra ipsos indisciplinatæ insurgerent, capitibus eorum allisis ad petram, in matutino, id est in principio suggestionis diabolicæ, interficiebantur omnes peccatores terræ. Moniales siquidem adeo

AUCTORE D. P.

k

sed magna sub cautela

B inclusæ intra septa monasterii tenebantur, quod ad eas nullus hominum patebat ingressus. Et quoniam in choro et ecclesia non cantabant, sed tantum in silentio orationi vacabant, psalteria sua legentes, et Horas Canonicas vel beatæ Virginis Mariæ secreto cum omni humilitate et devotione dicentes; commorabantur seorsum ejusdem Ordinis Sacerdotes et Clerici, viri probati et religiosi, qui eis in divinis Officiis servientes, Confessiones earum per fenestras audiebant, et eas certis temporibus verbis divinarum Scripturarum instruere et informare studebant.

31 *Auctor Gestorum Episcopi Bartholomæi, cap.* 2 *Analectorum, sic de iis loquitur:* Miro modo videmus, ad illius institutionis monasteria sic festinantes, ut plusquam decem millia feminarum in eis credamus contineri. *Notat autem Parcensis apud Lovanium Abbatiæ Chronologus MS. ab ipsomet S. Norberto, eas in Præmonstrato collocatas; idque liquere ex diplomate Cælestini II, ad Hugonem Abbatem dato* III *Idus Decembris anno* MCXLIII; *et inter alia ubi eæ habebantur monasteria, numerat Cellam superiorem prope Herbipolim, et Augiam Minorem apud Ravensburgum, et S. Michaelis Antuerpiæ, et suum denique Parcense, cujus secundus Abbas Philippus, scribens S. Hildegardi;* Ora, *inquit*, Mater venerabilis, pro me,

ubi etiam liquet ex Bullis Pontificum.

C et pro congregatione Fratrum ac Sororum, quam habeo regere, ut pacem et concordiam nobis Dominus tribuat. *De quibus idem Chronologus ita scribit,* Commorabantur illæ seorsim a viris, neque in choro et ecclesia cantabant, sed tantum in silentio orationi vacabant; Psalteria sua, et Horas canonicas vel beatæ Virginis secreto, et cum omni humilitate et devotione, legentes; et in aliis operibus Ecclesiæ et Fratribus, suendo, nendo, texendo, lavando, servientes.

32 *Et hæc quidem omnia innocentissime, donec* primo fervore tepescente, *ut addit Vitriacus*, improvida securitas torporem et negligentiam inducere cœpit; et fenestras, *per quas solas primitus dabatur alloquium*, convertit in ostia. *Unde* prudenter, *ut idem concludit*, in Generali Capitulo Præmonstratenses unanimiter firmaverunt, quod feminas de cetero in Ordine suo non essent recepturi. *Capitulum hoc anno* MCXXXVIII *celebratum fuisse, docet Pagius ad hunc locum pag.* 352, *simulque declarat in eo non fuisse statutum, ut omnino non essent ullæ; sed, quemadmodum ait Bartholomæus, earum recipiendarum primus S. Norberto auctor*, visum est *illas* removere, et ad serviendum Deo longinquius collocare. *Paulo aptiorem ac clariorem forsitan modificationem eruit*

Hæ prudenter separatæ postea,

extinctis Conversis,

Chronologus Parcensis ex ipsis Statutis Ordinis, ubi dist. 4 *cap.* 15 *dicitur*, Nulla mulier in Ordine nostro recipiatur in Sororem; nisi in illis locis quæ sunt ab antiquo cantantibus Sororibus deputata. *Conversas ergo dumtaxat, et tantum non in ipsis habitantes monasteriis, quales superius descripsit Chronologus, arceri Patres voluerunt: non omnino extincta earum, quibus choro et cantui sacro vacare indultum fuit, monasteria, quæ ad hæc usque tempora perseverarunt, secundum Bullas Summorum Pontificum Innocentii II, Cœlestini II, Eugenii III, quorum postremus anno* MCLIV; Illud etiam, *inquit*, humanitatis ratione perspeximus, et præsenti decreto in perpetuum valituro sancimus, ut Sorores, quæ, per laborem Fratris nostri Norberti Magdeburgensis Archiepiscopi et vestram exhortationem, ad omnipotentis Dei servitium accesserunt, et semetipsas Domino obtulerunt, de bonis vestræ ecclesiæ (quorum non minima pars eidem loco per ipsas noscitur pervenisse) sine cujusquam contradictione, nunc et semper in sustentatione temporalium necessaria consequantur. D

et longius remotis iis quæ chorum habebant

33 *Hactenus scripseram et prælo paraveram cum Perillustris Dom. Jacobus Baro le Roy, editis Marchionatus S. R. I. et Gallo-Brabantiæ Notitiis clarus, ad me detulit feliciter redemptum Chronicon Alberici Monachi trium-Fontium, in eoque legendum exhibuit locum, etiam ab Andrea du Chesne inter Probationes ad lib.* 6 *Historiæ Genealogicæ familiarum Guisnensis, Ardrensis, Gandavensis et Cociacensis, descriptum pag.* 333, *ubi initium Ordinis explicatur, ad annum* MCXIX, *his verbis.* Ordo Præmonstratensis cœpit hoc tempore, per virum mirabilem Dominum Norbertum, natione Teutonicum. Et fundata est Ecclesia sub Episcopo Bartholomæo in diœcesi Laudensi, et in præsentia viri nobilis Thomæ de Cocy, et filii ejus Ingelranni. Habebat hic Ordo trecentas quinquaginta Abbatias. *Desinit scribere Auctor iste, in iis quæ seculi sui sunt fide dignissimus, anno* MCCXLI. *Pergit deinde* Nobilium istorum, sub quibus fundata est Domus illa, *Præmonstratensis, antiquitatem genealogice explicare; quod nostri hoc loco instituti non est. Quare Commentarium hunc prævium finio cum Annotatis Henschenii nostri, jam olim ad locum Jacobi de Vitriaco præparatis, in hæc verba:* E

Quid de initio Ordinis Albericus 3 fontium ante 1240

ANNOTATA G. H.

a *Egerat Vitriacus cap.* 21 *præcedenti de Canonicis Regularibus, cui hoc subjungit.* F

b *Pagius lib.* 1 *cap.* 3, *explicans textum Vitriaci, asserit, horum* essentialem habitum esse tunicam laneam et niveam, cum scapulari candido et laneo.

c *Idem cap.* 4 *ait, hanc S. Augustini Regulam ipsis confirmasse Summos Pontifices, Alexandrum, Lucium, Urbanum, Clementem, Innocentium, Honorium, sui quemque nominis tertium, item Gregorium IX, Innocentium IV, Urbanum et Gregorium X, aliosque, quorum Privilegia libro* 3 *idem Pagius profert, et Privilegio* 105 *Gregorius X plurium decessorum exemplar allegat. Regulam prædictus Pagius cap.* 4 *libri primi exhibet, et Sectionibus* 19 *exponit.*

d *Abstinentia a carnibus perpetua relaxata fuit a Pio Papa II anno* 1460, *ac dein a Sixto IV, Alexandro VI, et Julio II. Consule caput* 6 *Pagii.*

e *Modificatum dein auctoritate eorumdem Pontificum jejunium, et redactum ad Adventum Domini, Quinquagesimam, ferias sextas totius anni, Vigilias Deiparæ Virginis et similes, docet Pagius cap.* 7.

f *Auctoritate Clementis VI usum vestium lanearum ad carnem, Prælatorum arbitrio et dispensationi relictum, tradit Pagius cap.* 8.

g *Scilicet ut otium fugiatur, ceterum præferri studia litterarum labori manuum palam est.*

A h *Capitulum generale de annuali factum est triennale anno* 1605, *sub Francisco a Longoprato Præmonstrati Abbate.*

i Curiæ *sunt, curtes, grangiæ, villæ seu prædia, quibus si duo vel plures Presbyteri collocentur, appellantur Prioratus.*

k *Fuerunt monasteria per* 30 *circarias seu provincias distributa, et hæc indicat Pagius a pag.* 318, *quæ ibi videri possunt. Huc facit quod Miræus, ad calcem Indicis monasteriorum, post Chronicon Præmonstratense inveniendi, ex MS. Steinfeldensi recitat, tamquam in Cœnobio Cellæ-superioris apud Herbipolim lectum* : Hæc est summa claustrorum sive monasteriorum Ordinis Præmonstratensis. Mille Abbatiæ, trecentæ Præpositurae, cœnobia vero Sanctimonialium sunt quingenta. Insuper in Ordine Præfato sunt sexdecim Episcopatus : de his sunt septem Archiepiscopi, et novem Diœcesiani Episcopi. *Quam quidem summam ita credo collectam intra primum aut sesqui primum seculum Ordinis; nam, teste eodem Miræo, Slagæ in Austria sic legitur parietibus aulæ inscriptum* : Dinumerata sunt ubique terrarum hujus candidæ familiæ cœnobia, ante annum millesimum ducentesimum, Canonicorum quidem mille trecenta. Sanctimonialium vero quingenta, exceptis Prioratibus et aliis domibus minoribus. NOT. 42

D AUCTORE D. P.

VITA

Auctore Canonico Præmonstratensi coævo.

Ex pluribus MSS. imprimi curata a D. Chrysostomo, Abbate S. Michaelis Antuerpiæ.

B E

PROLOGUS.

Tanto procul dubio quisque fidelis piusque animus, ad omnipotentis Dei amorem et gratiam promerendam, propius accedit; quanto bonum, quod de alio audit, facilius credit, idque sibi ab eodem Domino Deo conferri optat et sperat. Qui non credit, non imitatur : qui vero non imitatur, numquam perveniet : quia sicut vera est patria, quam in exilio hujus vitæ quærimus ; ita similiter vera et singularis est via, qua tendimus. In hac autem via, erroribus et ærumnis valde et multipliciter intersepta, non defuerunt nobis ab initio mundi inter cetera divinæ dispensationis beneficia, sanctorum virorum exempla : quorum vestigia sequentes, æternæ beatitudinis gaudia et avidius quæreremus et certius caperemus. Horum nimirum quædam sunt, quæ præterita et ab aliis conscripta legimus ; quædam vero, quæ ipsi quoque ex magna jam parte vidimus et videmus. Quapropter, cum nihil sit homini Christiano in peregrinatione sua tam commodum, et ad sempiternæ gloriæ præmia capessenda necessarium, quam vitam informare honestis moribus, et laudabilibus studiis occupari ; gratanter profecto et cum omni C devotione suscipit quæcumque de hujusmodi viris memoriæ commendanda potuerit invenire : ut quorum satagit æmulari virtutem, studeat etiam merita jugi meditatione revolvere. Sed infideles et impii, quorum Deus venter est, et summum bonum corporis voluptas : quidquid legunt vel audiunt, quod ab eorum studiis et conversationibus sit alienum, falsum continuo et confictum esse judicare non metuunt : et quia fœdam et immundam conscientiam gerunt, exosam habentes justitiam et suspectam veritatem : simplices quosque a via salutis avertere et suis corruptis et perditis moribus subvertere non desistunt.

Exempla Sanctorum ad æternam salutem ducunt.

2 Propter istorum itaque obstinatam avertendam impudentiam, cum proposuerim scribere de Præmonstratensibus viris, nostris temporibus omnis religionis et sanctæ vitæ meritis coram Deo et apud homines approbatis; cogor multa prætermittere, ea dumtaxat breviter attingens, quæ omnibus nota sunt, neque ipsi ullo improbitate audeant diffiteri. Horum profecto virorum cum considerarem opera, et animadverterem incrementa, mirum in modum comperi, non hominum virtutem, sed Dei. Recordatus proinde illius Evangelicæ sententiæ, quam Magister bonus et Salvator omnium Jesus Christus protulit, dicens : Ex fructibus eorum cognoscetis eos : et, quia non potest arbor mala bonos fructus facere ; contuli me ad arborem, unde tot et tanti fructus processerant, indagandam. Cumque paulo diligentius rei originem et radicem perquirerem ; occurrit mihi piæ et reverendæ memoriæ Pater Norbertus : de quo, prout ratio narrationis et ordo suggesserit, eorum, quæ de ipso legitimo et fideli testimonio ab aliis narrata didici et scio, pauca summatim perstringam. Et, ne sermo continuus atque prolixus lectori fastidium ingerat ; hoc ipsum, quoad diligenter potero, distincte et per capitula ordinate et titulis annotare curabo ; ab eodem præfato Patre competens dicendi sumens exordium, qui hujus Congregationis extitit primus. Præterea sciendum est, quia cum multi hujus vitam et gesta conscripserint, nullum omnino invenerim, qui rem plenarie et ex ordine persequatur : quod ne hic quoque accideret, diligenti examinatione procuratum est, ut convenientibus in unum quibusdam, qui ab initio cum eo jugiter conversati sunt, eo modo et ordine conscribantur singula, quemadmodum plurium assensio comprobasset.

Auctor volens de præclaris Præmonstratensibus scribere,

Matth. 7. 16

Incipit a Vita S. Norberti fundatoris.

F *Capitula indicata, margini ubique adscribimus, eorumque titulos hic subjungimus ; more nostro in capita et numeros distincturi, et additiones marginales cum Annotatis adjuncturi.*

INDEX CAPITUM ET TITULORUM

Editionis Antuerpiensis.

Cap. i. De S. Norberti natalibus, ortu et seculari vita.

ii Qualiter gratia Dei visitavit eum.

iii Ubi et quando exuit veterem hominem, et induit novum.

iv De initio prædicationis ejus, et longanimitate patientiæ.

v Quare patiuntur Sancti mala, quæ non faciunt.

vi De constantia fidei, in discrimine vitæ et mortis.

vii De instantia prædicandi.

viii Qualiter se excusaverit, accusatus coram Legato Romanæ curiæ.

ix Quomodo satanas ei adstitit in oratione pernoctanti.

x Quomodo, relictis omnibus, peregrinationem aggressus est.

A xi Quomodo primum generalem ubique prædicandi potestatem accepit.
xii Quomodo Valentinianas venit, ubi tres socios suos amisit.
xiii Quomodo ibidem unum pro tribus recepit.
xiv Quomodo socium suum exhortabatur.
xv Quomodo discordantes apud Fossas pacificavit.
xvi De duobus Principibus discordantibus, quorum alter viro Dei consentire noluit.
xvii Item de duobus, quorum unus, cum fugere vellet, non potuit.
xviii De invocatione et confirmatione prædicationis ejus a Callisto Papa.
xix Quomodo Præmonstratum venit.
xx Quomodo ad colligendos socios exivit.
xxi De quodam juvene, quem satanas multipliciter tentavit.
xxii De puella, a dæmonio curata apud Nivigellam.
xxiii De Reliquiis, quas Coloniæ invenit.
xxiv Quomodo Professiones fieri instituit.
xxv De voluntaria paupertate, et prompta obedientia.
B xxvi De quodam Novitio, qui viro Dei fraudulenter adhæserat.
xxvii Quomodo per visionem cuidam Fratri ostensum est, ubi ædificari deberet ecclesia.
xxviii De constructione et dedicatione Præmonstratæ ecclesiæ.
xxix De multimodis tentationibus Fratrum in principio.
xxx De quodam juvene, a dæmonio arrepto, et per Fratres curato.
xxxi De dæmoniaco, apud Trajectum curato.
xxxii De conversione Comitis Godefridi.
xxxiii De Theobaldo Comite Blesensi, viro illustri.
xxxiv De itinere Romano, et quomodo Comiti duxerit uxorem.
xxxv De dæmoniaco apud Vivarias curato.
xxxvi De Tanchelino hæretico, et de Antuerpia.
xxxvii De spiritu maligno quem præsensit in olla.
xxxviii De lupo ad horam domestico facto.
xxxix Item de alio lupo, qui præcepto pueri ovem dimisit.
xl De Fratre qui dæmonem apprehendere voluit; et de illo cui dæmon adstitit, et non audebat
C surgere.
xli Quomodo dæmon coram Patre Norberto ursi similitudinem assumpsit.
xlii Qua occasione venit ubi electus est Archiepiscopus.
xliii Quomodo in civitatem receptus est.
xliv Quomodo dispersa congregavit.
xlv Quomodo de Ecclesia B. Mariæ Canonicos transtulit, et Fratres suos imposuit.
xlvi De persecutionibus, quas sustinuit.
xlvii De Clerico, qui voluit eum interficere.
xlviii Quomodo successorem ordinavit in Præmonstrata ecclesia.
xlix De aperta seditione Parthenopolitanorum civium adversus hominem Dei, et de constantia ejus in necessitate mortis.
l De ebrietate Parthenopolitanorum.
li Quomodo in Sede repositus est.
lii Quomodo in Italiam ivit cum Innocentio Papa et Lothario Rege.
liii De contentione sepulturæ ejus, inter majorem ecclesiam et ecclesiam B. Mariæ.
liv De tribus visionibus, quibus post discessum suum visus est.

D

APPENDIX

Fratrum Cappenbergensium.

i Qualis quantusque Norbertus fuerit.
ii Quod famen Westphaliæ adventuram prædixit.
iii Quod febres verbo fugavit.
iv De regulari Fratrum proposito.
v De Regula B. Augustini.
vi De Sanguine Domini, qui in patena calicis Patris Norberti apparuit.
vii De velo S. Servatii.
viii De prædonis cujusdam interitu.
ix De guerra quam prædixit.
x Quomodo dæmoniacum curavit.

Hæc Appendix mihi facit Caput i Analectorum, *quorum reliqua Capita nihil attinet adnotare; quia nihil faciunt ad Antuerpiensium editionem, cujus solius hic reddimus rationem.*

CAPUT I.

E

Ortus; secularis vita; conversio ad meliorem.

Fuit in diebus *a* Henrici Junioris Cæsaris Augusti *b*, Paschale summo Pontifice Sedis Apostolicæ regimen administrante, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo decimo quinto, vir quidam, nomine Norbertus, natione Teutonicus, municipio de *c* Sanctis, quod antiquitus *d* Troia dicebatur, genere de illustri Francorum, et Germanorum *e* Salicorum prosapia ortus, opibus adauctus, forma decorus, statura gracilis ac paululum longus, ætate adultus; scientia tam litterarum quam curiæ ac seculi eruditus; eloquio excultus, officio Clericus, ordine Subdiaconus, vita et moribus pro ætate et seculari consuetudine admodum levis. Nomen patris ejus Herbertus, de castro juxta silvam Kettel a *f* Genepe nomine, et nomen matris Hadwigis; quæ cum eum a Domino postulatum gestaret in utero, audivit per somnum dicentem sibi: Æquo animo esto Hadwigis *g*, quoniam Magnus apud Deum futurus est et apud homines.

a b · *Sanctis natus,* · *c d* · *e* · *f Matri prædicitur fore Magnus.* · *g*

F

4 Hic, cum in omnibus ei præsentis vitæ obsecundaret felicitas, et rerum temporalium prosperitas arrideret; factum est inter cetera, ut etiam in Magnatum curiis perspicuus haberetur; primo quidem in curia Domini Frederici *h* Coloniensis Archiepiscopi, deinde in aula Imperatoris: in hac nimirum, propter officium *i* Clericatus et scientiam litterarum; in illa vero, propter generositatem animi et excellentiam urbanitatis; in utraque autem, propter affabilitatem vitæ et elegantiam morum. Hic clarus, ibi nobilis; strenuus utrobique: dilectus et honoratus non minus a Dominis quam ab universa familia; gratus omnibus, et habilis universis; magnus inter magnos, et inter parvos exiguus; inter nobiles illustris, et inter ignobiles rusticanus; inter peritos disertus, et inter idiotas tamquam fatuus, cunctis se amabilem exhibebat: omnibus denique omnia factus, omnium, inter quos versabatur, studiis congruebat. Erat enim homo adspectu hilaris, vultu serenus, sermone jucundus, conversatione mansuetus, societate affabilis, suis beneficus, extraneis pacatus; in dando profusus, in accipiendo pudibundus; in manu consilii sui positus, et ante cogitationum suarum oculos constitutus, proprio pro ratione utens arbitrio, et pro arbitrio agens vitam;

h · *i Clarus in curiis,* · *et omnibus carus*

A tam; nihil sibi denegans, neque intentatum relinquens, quod propriæ voluntatis suggereret appetitus; non attendens quid liceat, et quid non deceat non cavens, dum tantum quod libet suppetat, et quod displicet non obsistat: transglutiens præterita, præsentia devorans, præoccupans et futura: civis seculi hujus egregius, et inclitus Babyloniæ colonus; *in vanitates et illicita diffluens,* clausis incedens luminibus, et capite verso retrorsum, nesciens quid super eum disponeretur in posterum, et ignarus quid sibi crastinus pararet dies, immo, quod deterius erat, penitus non curans; religionis et quietis impatiens, inquietudinis et impatientiæ servus.

5 Amplificabant præterea in his omnibus spem votorum ejus, et dilatabant desideria cordis, secundorum proventuum temporalis successio, et aura favoris humani, plausu dulcisono, et voce, homini sic affecto melliflua, acclamantium undique atque dicentium, Euge euge: præ cujus dulcedine atque suavitate, promissio regni cœlorum, seu comminatio gehennæ ignis ardentis, et quæ his similia, insonabant auribus ejus, tamquam verba lenta et somnolenta, perstrepentia et tumultuosa, indignationis et molestiæ plena, quasi deliramenta senilia, et *ingreditur viam perditionis.* B ineptiæ pueriles. Omnis denique cantio, quæ non geminum in circuitu ejus duplicaret Euge, videbatur ei veluti locutio inanis et narratio fabulosa. His igitur stimulis exagitatus, atque hujuscemodi solicitatus aculeo, circumferebatur Norbertus in medio Babylonis; multiplicibus et tortuosis anfractibus, per vias laboriosas et difficiles, semper vadens et numquam rediens, errans et nesciens, vagus et profugus, fluctuans nec sentiens, periclitans et securus, exhauriens ventum et aucupans vanitatem. Tum factum est, et ecce subito et ex improviso sermo velox et manus præpotens imminet dorso fugitivi, dejiciens adscensorem, et erigens curvum.

6 Accidit enim ut solus, uno tantum assumpto *k* secum puero, festinaret ad locum quemdam *k* Freden nomine: sed cur clam vel solus ierit, ipse novit Oseæ 2, 6: qui dixit: Sepiam vias tuas spinis. Cum vero, cum miro tam equitaturæ quam sericæ vestis apparatu, procederet in prati virentis amœnitate; subito densantur nubes, insurgunt procellæ, terrent tonitrua, *In tempestate deprehensus,* micant fulgura et tempestates: villæ refugia procul: spiritus potestatem tempestatum habens, terrores incutit, et mortis horrendæ responsa. Quid plura? Non destitit illitteratus docto, servus domi- C no, puer seniori clamare, prædicare; Norberte, quo vadis? Domine, quid agis? Revertere pater, revertere: manus enim Domini valida contra te. Clamat servus, loquitur asina, sed utilius quam illa Balaamitica. Dominus enim desuper pius ad revocandum, nec tardus ad convertendum, quasi diceret; *monetur a puero comite:* Norberte, Norberte, quid me persequeris? Corpus aptavi tibi, divitias quibus te ostentas, administravi tibi; mihi servire debueras: cur et alios perdere festinas? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Adhæc repente prosilit ictus ante pedes equi, perforans herbam, scindens et aperiens terram profundius quam ad staturam hominis, quem sano sensu *ictu fulminis dejicitur ex equo:* nullus audire posset mortalium; et, ut supra dictum est, manus præpotens Domini dejecit adscensorem; ejus misericordia vivificans, incurvatum et humilitatum protinus erexit. Stabat puer stupefactus, jacebat dominus, jacebat et equus, fere usque ad mortem extra se factus: fœtor impleverat locum et vestes hominis, velut sulphureus, velut infernalis ignis.

7 Post horæ spatium surgit homo quasi de gravi *et incipit converti.* somno: sed et reversus ad se, tactus dolore cordis intrinsecus, dicere cœpit intra se: Domine, quid me vis facere? Et statim, quasi responderetur: De-

sine a malo, et fac bonum; inquire pacem, et per- D sequere eam; non processit ulterius, nec transivit AUCTORE COÆVO vallum quod foderat ei Dominus: sed revolvens secum misericordias Domini, quoniam bonas, quoniam in seculum misericordia ejus, reversus est via qua venerat. Et ex tunc conceptum divini amoris ignem paulatim augmentans, nec subito mutavit habitum, nec statim reliquit seculum; sed asperi- *cilicium induit,* tate cilicii membra domabat sub mollibus indumentis, et erigere se contra se prætentabat. Tum vero deinde sensim atque paulatim, interior verbi Dei gladius, penetrans profunda, urensque renes et scrutans corda, cœpit ab interioribus versa vice reformare quod mendaciter fuerat deformatum; evel- *atque paulatim mutatur interius:* lens et destruens, reædificans et plantans, eadem qua irrepserat via ejiciens serpentem; vertitque repente atque in momento, et mutavit silvestrem et rapacem accipitrem, in simplicem et mansuetam columbam. Factum est autem, sicut dicit Apostolus, ut ubi peccatum superabundavit, abundarit et gra- Rom. 5, 20 tia. Et quia noverat Spiritus sanctus modum et ordinem operationis suæ, non est quidquam oblitus; sed postquam inspiravit amorem, addidit insuper et aperuit intellectum; misitque in animum renovatæ jam intrinsecus mentis, ut tempus adhuc modicum E et sibi congruum sustineret exterioris hominis exuendi cum actibus suis, locumque aptum et idoneum eligeret publice abrenuntiandi huic seculo, ac principi et magistro ejus diabolo, cum omnibus pompis suis, ubi divinæ pietatis clementia et evidentior appareret *deliberat de relinquendo seculo:* et gratior existeret.

8 Collectis ergo interim ad se Vir Dei viribus, *l* rediensque introrsum apud se, corroboransque *l* animum suum, et altiora secum versans consilia; mutavit funditus atque convertit omnia vitæ suæ studia, ad vias penitus alias et omnino diversas. Jam igitur edoctus pugnare cum hoste, retraxit continuo pedem a Curia; ac domi residens, vel in Abbatia Sigebergensi, cum bonæ memoriæ *m* Conone *m* Abbate, qui tunc illi præerat monasterio, mirandæ *in Sigebergensi monasterio exercitiis spiritualibus ...* sanctitatis viro, commorans, et Scripturas divinas memoria colligens; expectabat, ut dicit Salomon, sapiens usque ad tempus; et tirocinia quædam futuræ conversionis exercens, quidquid paupertatis apud se disponebat, quidquid passionum et agonum Prov. ... accidere poterat, infatigabili præmeditatione lævigabat. Ne autem novelli tironis, et inexercitati adhuc militis, affectuosus animus sedula dilationis F suspensione aliquatenus angeretur; confortabatur exemplo Domini et Magistri sui ac Redemptoris omnium Jesu Christi, de quo ipse legebat, quia sustinuit donec veniret tempus et hora ejus; sicut refert sermo Evangelicus, dicens de Judæis; Et Joan. 7, 30 non tenuerunt eum, quia nondum venerat hora ejus: et alibi sub persona ipsius; Quid mihi et tibi est, Joan. 2, 4 mulier? nondum venit hora mea: et iterum; Tempus meum nondum advenit, tempus autem vestrum Joan. 7, 6 semper est paratum: et rursus Evangelista; Cum Joan. 6, 4 appropinquasset Pascha, dies festus Judæorum; Joan. 13, 1 sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, etc. Imbutus itaque nova interioris virtutis gratia, exterioris autem vetustatis tunica nondum exutus, demulcebat desiderium suum spe uberioris fructus; malens simul novi hominis indumentum pariter et ornamentum suscipere; illud quidem in habitu Religionis, istud vero in dignitate Sacerdotii: fierentque collata munera tanto jucundiora, quanto existerent ex alterutra collatione potiora; ac per hoc malignus spiritus eo gravius in circumstantium conspectu rueret, quo magnificus Rex in Norberto gloriosius triumphasset.

ANNOTATA

AUCTORE COEVO

ANNOTATA D. P.

a Henricus *Imperator IV, et Rex Germaniæ V*, Junior *dictus, respectu patris Henrici senioris, cui, auctoritate Sedis Apostolicæ deposito, successit die* 25 *Decemb. anno* 1105, *mortuus* 23 *Maji anno* 1125.

b Paschalis II *sedit ab anno* 1099 *die* 14 *Augusti ad* 20 *Januarii an.* 1118.

c Sancti *seu* Xancti *oppidum Cliviæ, ita dictum a sanctis Martyribus Victore et sociis, tempore Diocletiani ibidem occisis*, 10 *Octobris. Anno* 1028 *accepit locus Collegium Canonicorum : e quorum numero postea fuit ipse S. Norbertus : unde in quodam illius ecclesiæ Kalendario, ad* VI *Junii, sic legi ait D. Crusius apud Polycarpum;* Norberti, Archiepiscopi Magdeburgensis, Fratris nostri : *et Arnoldus Archiepiscopus Coloniensis an.* 1144, *in charta, ad Cap.* 3 *Analect. danda, ejus meminit*, ut Sanctensis tunc Canonici, *cum cœnobium in Vurstenberg fundaretur, ac* postea Magdeburgensis Episcopi. *Cum ergo in cap.* 2 *Analect. Hermannus Monachus, æque coævus*, Canonicum Coloniensem *facit Sanctum, intelligendus est diœcesim nominasse pro particulari intra eam Ecclesia. Porro quæ ibidem Xantis hodie monstratur domus Natalis* S. Norberti, *in via vulgo* de Mar-strato *dicta*, jam non una, sed tres contiguæ domus sunt, *sicut huc scripsit R. P. Lambertus Buren, per plures annos Xantensis nostræ Residentiæ senior et plerorumque Canonicorum Confessarius, prope septuagenarius : qui studiose singulos interrogando, ait eam esse* omnium tam incolarum quam accolarum traditionem. *Inivit autem anno* 1692, *quo literas illas dedit, quod* trium istarum domorum prima versus forum, cui signum trium mercatorum, ab aliqua mercatrice habitatur; secundam pistor incolit; tertiam faber ferrarius : cujus pater, vir octogenarius refert, has tres domos unam fuisse domum, sed totam præter muros incendio periisse. Idem confirmat alius quidam senex octogenario major, natus et educatus in illa quam nunc pistor incolit : additque se audivisse a parente suo, viro similiter octogenario, S. Norbertum olim eo loco, in quo ipse tum commorabatur, natum esse. *Ibidem in Vicaria S. Petri perseverat* Calix, *qui dicitur* S. Norberti *fuisse, vel ab eo donatus.*

Canonicæ Sanctensis fundatio anno 1028

B

S. Norberti domus Natalis:

d *Creditur constructum ex ruinis Coloniæ Trajanæ; et forsitan inde occasionem sumpsere quidam comminiscendi, locum olim dictum fuisse* Trojam, *seu* Trojanam.

C

e *Egimus* 1 *Februarii, ante Vitam S. Sigeberti Regis, de origine* Francorum, *tam* Ripuariorum, *quam* Saliorum, *et his docuimus, ortos in ditionibus Zutphaniæ et Transisulaniæ, inde migrasse in Betuam atque Brabantiam, ac tandem regnum antiquum Francicum constituisse. Ex his ergo* Francis Saliis *origo deducitur. Et* Hadwigis *quidem mater, a Polycarpo creditur fuisse filia Eudonis Burgundiæ Ducis, Roberto Franciæ Rege nati :* Herbertus *vero Comes Palatinus Rheni, Otthonis I per matrem Mathildem pronepos : sed hæc vellemus confirmata antiquis testimoniis legere.*

genus ejus ex Francis Saliis.

f Genepe *oppidum Cliviæ, antiquitus* Genapum, *unde* Genapii : *ad Ruram fluvium, trans quem jacet silva, in veteribus scripturis* Kettelensis, *hodie* Kesselensis *dicta; ab antiquo* Kettel, *nunc* Kessel, Castro *scilicet* Genapiorum, *media supra ipsorum oppidum leuca sito, ubi silva illa initium capit ; sicut infra idem oppidum, ac dicti Ruræ et Mos confluentes, jacet* Genapiorum Curia, *vulgo* Genepper-Huys, *versa etiam ipsa superiori seculo in munitissimam arcem, nunc solo æquatum. Quod autem antiquitus, scriberetur* Kettel *(sicuti* Hassum, *inter Genapum et Gochum, antiquitus dicebatur et scribebatur* Hattum) *docuit me Joannes Michael vander Ketten, Brigittinorum Kalkariensium in eadem Clivia Prior : et sic intelligitur pater S. Norberti nomen habuisse, ab ipso* Castro Genapiorum *(nam* Kettel *seu* Kessel *linguæ nostræ idem sunt quod* Castellum, *et ab hac Romanis usitata voce verosimiliter relicta) quod castrum fuerit proprii ipsius juris, sicuti plerumque Nobiles ea ætate a suis dominiis cognominabantur. Nobilem autem fuisse familiam a* Genepe, *patet, tum ex* Heriberto et Ereberto a Genepe *fratribus, in prædicta Vurstenbergensi charta nominatis, ac* S. Norberti *verosimiliter consanguineis; qui etiam* Heribertum *fratrem habuisse ibi legitur : tum ex* Wilhelmo de Gennep, *Archiepiscopo Coloniensi, cujus anno* 1362, 15 *Septembris defuncti monumentum ornatissimum cum epitaphio habetur in Metropolitana ecclesia. Insinuavit porro in sua de Trajectensibus Diatriba Henschenius,* Menapios Germanos *(quos Julius Cæsar asserit* trans Mosam magnam partem equitatus ad Ambivaritos, prædandi frumentandique causa misisse) *potius* Genapios *appellandos, quos Tacitus dixit* Gugernosque *nobis* Gochenars, *quos, modo* Clivios *vocamus, sumpta diversimode appellatione a tribus istic oppidis præcipuis et vicinis*, Gennep, Gosch, Cleve.

D

Castrum Genapiorum

hæreditas parentum ejus.

g *Varia MSS.* Quoniam Archiepiscopus futurus est, quem gestas, in ventre : *et natus traditur circa annum* 1080.

E

h Fredericus, *sedit ab anno* 1100 *ad an.* 1131, *diem* 25 *Octobris : apud quem dicitur fuisse circa annum* 1112, *et sequenti anno in aula Imperatoris.*

i *Hermannus Abbas S. Martini Tornac.* Capellanum *Cæsaris facit.*

k *In charta Vurstenbergensi prænotata nominatur* Agena Abbatissa de Frethena, *quod molliori dialecto* Freden *hic dici nihil dubito : invenio autem ad amnem Borkelam in Westphalia, sex leucarum intervallo a Sanctis,* Vreden *oppidulum ; et intelligo ibi esse nobile Canonissarum monasterium, cum Canonicis ad sacra illis ministranda divinumque Officium, sicut in aliis multis Belgii locis ; huc ergo vanæ conversationis potius quam spiritualis utilitatis causa iter habuerit Norbertus, quando divinitus tactus fuit : quamquam eadem in via, post secundam a Sanctis leucam, occurrat* Marien-Vreden, *Eremitas Augustinianos nunc habens locus. Propius etiam abesse locum,* Vreden *olim dictum, nunc dirutum, seniores aliqui cives asseverant.*

D. P.

Vredense monaster.

l *MS. Neomagense,* residensque.

m Cononi *seu* Cunoni *Abbati Sigebergensi inscripsit Rupertus, Abbas Tuitiensis, libros de Victoria verbi Dei. Is anno* 1126 *factus fuit Episcopus Ratisponensis, mortuus anno* 1130. *Abbatiam autem rexisse videtur, in ordine tertius apud Bucelinum, ad annum* 1115 *aut sequentem. Est Abbatia illa ultra Coloniam trans Rhenum ad* 3 *circiter milliaria Germanica, vulgo etiam* Siburg.

F

CAPUT II.

Ordines sacri suscepti. Verbum Dei prædicatum. Injuria patienter tolerata.

Cumque diu optatum jam tempus adesset, et sacri Ordines forent ex more in Ecclesia celebrandi ; vir Dei, pia exultatione repletus, festinanter et cum omni devotione adiit Dominum Fredericum Coloniensem Archiepiscopum, petens se prima vice inter ceteros ordinandum. Quo audito, Archiepiscopus non mediocriter admirans, hominem per se ipsum demum petere, quod ab aliis sæpe recusasset oblatum ; libenter tamen et læta responsione annuit, se facturum quod quærebat. Moxque ille subjunxit : Diaconus et Presbyter simul volo fieri. Ad hæc Archiepiscopus, vehementer stupens et pavens, quæsivit

m

Sacros Ordines expetit :

A quæsivit, quænam esset hujuscemodi tam subitaneæ atque inopinatæ voluntatis causa. Qui ait : Sic est in animo meo, nec poteris scire modo, scies autem postea. Cumque Archiepiscopus, causam scire volens, vehementius ex adverso insisteret; recogitans apud se vir Dei, quod per omnem modum honesta et congrua esset persona, cui possit et debeat secretorum suorum conscientiam aperire; procidens ad pedes ejus cum lacrymis et gemitu, et peccatorum suorum veniam petens et accipiens, confessus est ei firmum et indeclinabile voluntatis suæ propositum. Videns igitur Archiepiscopus, hominem apud se quod petebat firmiter deliberasse, ac metuens gratam sibi et jucundam familiaris sui amicitiam violare; considerans quoque bonum, quod posset de tam laudabili viro facillime provenire atque intelligens, quod non sine instinctu divino talia contingerent; quamvis non *a* liceret hos duos supremos Ordines a quoquam simul dari vel recipi; admissa tamen pro causa et tempore dispensatione, tandem aliquando annuit.

cum lacrymis agnoscit peccata sua:

a

10 Facta itaque hora celebrandi Officii, et singulis qui ordinandi erant, sacris et albis vestibus, juxta consuetudinem Ecclesiasticam, indutis, locisque suis dispositis; adfuit et Norbertus in medio circumfluentium populorum; notus, ut putabatur, omnibus; sed ignotus, ut rei veritas se habebat, universis; mirabilis apud homines, sed mirabilior coram Deo. Spectantibus ergo cunctis et expectantibus, cum ei Sacrista vestes offerret benedictas, quas, ut ceteri, ad Ordines suscipiendos indueret; ille, in cujus jam pectore Spiritus sanctus inchoaverat templum suum, convertit manum ad unum de famulis suis, qui erant ibidem juxta eum: et innuit sibi præsentari pelliceum agninum, quod ad hujuscemodi opus de industria jusserat præparari. Quo accepto, et illis attentiore suspensione intuentibus : exuit varium et multiformem diabolum (indumentum scilicet miræ æstimationis pretio abundante vanitate, de iniquo mammona comparatum, in cujus comparatione in plateis Babyloniæ nullum simile invenire tur) et, videntibus universis, induit uniformem et simplicem Christum; vestem videlicet hominibus hujus seculi, et maxime illius regionis apud nobiles prorsus insolitam, vilissimi pretii et nullius fere momenti; quæ consortibus pristinæ levitatis ejus, irrisionis potius signum ostentaret, quam ulla conversionis præferret indicia; sed homini Dei pretiosior quam purpura et byssus. Tum vero demum convertit aliam manum ad Sacristam, et induit insuper oblatas sibi vestes, quibus, ut mos habet, in accipiendis sacris Ordinibus uteretur; quid de se homines cogitarent aut dicerent, penitus non attendens.

ordinandus Diaconus et Sacerdos

B

pelliceum agninum induit:

C

11 Acceptis ergo juxta votum et desiderium animi sui sacris Ordinibus, et spreto atque postposito humano de se judicio; divertit continuo pedem, et contulit se ad Sigebergense quoddam magnæ ac præclaræ famæ cœnobium : ubi inter religiosos ac devotos in omni sanctitate Monachos, et accepti Sacerdotii addisceret usum, et certa religiose vivendi caperet documenta. Completisque ibi diebus circiter quadraginta, rediit ad patrium solum; conferens se ad Ecclesiam, unde fuerat et erat Canonicus, ut dicitur, secularis. Sequenti vero die, cum obtulissent ei Decanus et Concanonici sui, sicut consuetudo habet apud plerosque offerri noviter ordinatis, ut majoris in Conventu Missæ mysteria celebraret; ille humili responsione annuit se facturum. Temporis ergo hora instante, acceditur ad altare, et singula, prout res exigebat, usque post Evangelium solenniter peraguntur. Lecto itaque Evangelio, vir Dei, zelo divini fervoris accensus, incalescente in præcordiis ejus igne Spiritus sancti, versus est ad vestibulum Ecclesiæ; subjiciensque verbo Dei ministerium vocis et officium linguæ, cœpit, prout divinitus ei inspirabatur, proferre de thesauris sapientiæ et scientiæ Dei pia futuræ vitæ monita, et salutaria æternæ beatitudinis hortamenta. Addens præterea et ostendens, quam sint omnia hujus vitæ oblectamenta fluida et caduca, brevia tempore, vilia æstimatione, nec amore digna, nec possessione idonea; gloria labilis, ambitio cæca, divitiæ fugaces, delectatio momentanea, requies infida, securitas incerta, gaudia vana, prosperitas falsa; quam denique mordaces in his omnibus curæ et ærumnosæ solicitudines cupientem stimulent, et solicitent possidentem : quia non sine dolore amittitur, quidquid in hac vita cupide possidetur; cum id, quod concupiscitur, nec sine difficultate conquiritur, nec sine periculo custoditur : inflectens et retorquens totum negotii pondus in Concanonicos suos, neminem tamen aperte designans, sed ea præcipue crebro sermone versam, quibus eorum conscientias acrius perurgeret, intentans minas, et exaggerans vindictam : asserens et adstruens, atque idipsum multis et necessariis argumentis irrefragabiliter asseverans, quod divini rigoris severitas nihil inhoneste perpetratum, patiatur inultum; nec quidquam illicite gestum, relinquat inpunitum : et quoniam qui talia agunt, sicut dicit Apostolus, regnum Dei non consequentur. Post hæc autem reversus ad altare, incepta sacrosanctæ Missæ mysteria ad finem usque perduxit.

IV

primitiis celebrandis

D

[illegible] interponit concionem

de vanitate rerum caducarum.

E

Gal 5, 21

12 Crastina rursus die, cum jam omnes ex more in Capitulo resedissent, cœpit primo accepto codice alloqui Decanum, ostendens ex verbis *b* BB. Gregorii atque Isidori, quorum se Regulam tenere dicebant, quia ipse, qui erat omnium Præpositus et Magister, deberet eos ad rectum honestæ et sanctæ vitæ tramitem revocare. Audientes autem hæc seniores et Prælati, utpote sapientes, rem taciti considerabant, juxta id quod scriptum est; Sapiens autem differt, et reservat in posterum, et quia veritati nullatenus et Spiritui, qui loquebatur, resistere præsumebant. Juniores vero, quibus mos est, minus quæ Dei sunt attendere, ad alterutrum murmurantes, et seorsum subsannantes, pristinæ levitati deputabant. Unde factum est ut inde recederent, exteriorem [solum] ei reverentiam exhibentes; tum quia gravis erat inter eos auctoritatis, tum quia signum prætendebat et habitum alicujus religionis. At ille singulorum aditus atque diverticula a longe quodammodo prospiciens et attendens, in crastinum rursus, cum iterum convenissent, cœpit proclamare in eos, nominatim unumquemque significans, quis videlicet, quid, ubi, qua hora, cum quo, quod minime liceret, egit vel dixit.

b

Postea ad Canonicos dicit

Prov 29, 11

deinde eos singillatim redarguit.

13 Eo itaque in hoc per dies quamplurimos perseverante, cum jam eis intolerabilis videretur; et quia, sicut ait sermo divinus, nemo propheta acceptus est in patria sua; Deo viam ejus ad plurimorum salutem altius disponente, reptante in cordibus eorum, ex occulta permissione Dei, spiritu maligno, qui operatur in filios diffidentiæ, quales illi tunc erant; concitaverunt adversus eum quemdam ignobilissimum Clericum, vilis conditionis humilisque fortunæ. Hic dum temeraria et audaci præsumptione obloquitur ei, et salebra convitiorum perfundit eum, sputis etiam, incredibili arreptus dementia, fœdavit faciem ejus. Accepta vir Dei tanta contumelia, continuit seipsum, et conticuit; detersaque facie, ac peccatis suis deputans, maluit coram Deo lacrymis indulgere, quam ultioni. In quo facto, ut datur intelligi, expertus est, quantum sibi per gratiam Dei virium superesset, ad majora pro justitia toleranda. Erat autem, ut ex multorum relatu cognovimus,

Luc 4, 24

quare contumeliis sputisque petitus,

Ephe 2, 2

Clerici

AUCTORE COLANO fert patienter injuriam

A Clerici illius, a quo sputis injuriatus est, talis persona; quem si ipse per comam trahi et demergi a coquis coquinæ suæ mandasset, nullus diceret aliud, nisi, Bene factum est. Hæc autem et his similia ob hoc maxime de eo referuntur, quia visibilia miracula simplicibus et idiotis stupenda sunt: patientia vero et virtutes Sanctorum, his qui ad Christi militiam se accingunt, admirandæ sunt et imitandæ; quatenus et retributionis possint esse participes, qui laboris et tolerantiæ extiterint consortes; ac per hoc nec in remuneratione dispar sit merces, quorum non est in voto dissimilis causa.

ANNOTATA G. H. et D. R.

a *Hinc apparet ante Cœlestinum, Honorium, et Innocentium Tertios, quorum extant decreta, id prohibentia, fuisse prohibitionem istam, sed ab Episcopis dispensabilem. Infra num.* 24 a Gelasio II Papa, *de hoc facto* veniam postulans, impetravit.

b *In Concilio Aquisgranensi, anno* 816 *sub Ludovico Pio habito, forma institutionis Canonicorum præscribitur ex Sanctis Patribus, potissimum ex regulis a SS. Isidoro et Gregorio tradita; ab hoc quidem, in* libro Pastoralis Curæ; *ab ipso vero, in* libris de

B Officiis ecclesiasticis atque de summo bono: *uti apperet inspicienti prædictum Concilium, quod in omnibus editionibus, vel in margine vel in titulis designatos habet cujusque Patris locos, quod fieri etiam potuisset in iis Martyrologiis, quibus ad singulos dies sententiam aliquam, ex prædicta Regula sumpta, invenimus adscriptam, in editionibus Parisiensibus Usuardi, anni* 1490 *et* 1536: *quem salubrem usum revocari pro Clericis, quibus sæpe nulla suppetit copia instructionum, statui suo aptarum, per quam utile foret. Ceterum habetur in Codice Regularum parte* 2, *pag.* 197 *editionis Holsteniana*, Regula Monachorum S. Isidori: *quæ Patribus Aquisgranensibus an visa fuerit, necdum vacavit facta collatione examinare.*

CAPUT III.

Quare et quo modo patiantur Sancti mala. Constantia fidei in S. Norberto.

a Nam *a* si, ut ait sermo divinus, nihil fit in terra sine causa, et hoc est summum et principale rationalis creaturæ decus, eorum quæ fiunt cognoscere causas; nullus profecto ambigit an sint, non dico

C quia sint, sed an sint Sanctorum, quas in hoc seculo patiuntur, adversitates, et relatione dignæ, et cognitione idoneæ: quia nec eorum sciri potest causa, quorum exitus ignoratur. Causa namque intellecta et cognita, tum demum facillime quisque atque ex seipso, tamquam sponte propria et ultroneo appetitu, movetur circa finem, prout utilitatis seu dispendii ratio dictaverit, ad id quod proponitur imitandum vel refugiendum. In omni enim re diligenter considerata duo præcipue occurrunt, causa videlicet, cujus cognitione reficitur interior animi ratio; et effectus, cujus usu juvatur exterior corporis sensus. Ex quo fit, ut duplex sit rerum perceptio: una quidem per experientiam secundum usum, quæ pertinet ad exteriorem corporis sensum: alia vero per scientiam secundum cognitionem, quæ pertinet ad interiorem animi rationem. Horum autem duorum, animæ scilicet et corporis, et rursus rationis ac sensus, cum sit natura diversa, motusque contrarius; contingit plerumque, ut vel ratio exercitata debilitet sensum, et adimat pervicaciam sentiendi; vel e converso, sensus invalescens obruat rationem, et obtundat aciem intelligendi. Proinde cum ratio, subjecto sibi corporis sensu, exercetur ad

Cognoscenda tum causa cujusque rei

tum rationis ac sensus diversa natura

virtutem, agitur fortiter; cum autem sensus, obruta ratione, fovetur ad voluptatem, toleratur pecualiter. Ex hoc ergo est, quod homines sensibus carnis dediti, et rebus corporeis assuefacti, nec rationem quærunt, nec causam attendunt; existimantes omnia fortuitis et inopinatis motibus provenire. In quibus autem ratio viget, et ingenii lumen refulget, hi profecto diligenter inquirunt, et facile advertunt, quod nihil unquam sine certa et rationabili causa non solum non contingat, sed nec contingere possit. D

(quorum neutrum faciunt homines carnales)

15 Itaque si videris hominem rebus visibilibus irretitum, sensuum judicio innixum, curam carnis agentem, asserentem casum, diffinientem fortunam, blasphemantem Mercurium; noli ab eo quærere, quare homines sancti, et justi, et boni, tot in hoc seculo mala, cum nihil horum faciant, patiantur: quoniam qui ejusmodi est, pro nihilo ducit, et quod patiuntur scire, et quod faciunt imitari. Cui autem Christus vivere est, et mori lucrum; qui potest in veritate cum Paulo dicere, Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo, pium salutis suæ gerens solicitudinem; hic procul dubio solicite advertit, et diligenter considerat, quid Sancti ad tempus, in hac dumtaxat vita, humanæ conditionis debito patiantur, et quo per talem patientiam divinæ miserationis clementia perducantur. Verum in hac distributione tria sunt præcipue attendenda: quid videlicet quisque patiatur, quare, quid postremo exinde consequatur. Quod potest sic compendiosius dici; pœna, causa, et finis. De pœna dicit Apostolus: Quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei, et iterum: Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad superventuram gloriam quæ revelabitur in nobis. De causa legitur, quia non pœna facit Martyrem, sed causa. Propter quod dicitur in Evangelio ex persona Domini: Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam. De fine denique scriptum est: Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum. Et rursus in libro Sapientiæ: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, et cetera quæ ibi sequuntur. Horum vero trium pœna prior est in cognitione, deinde sequitur finis: verumtamen *b* in imitatione, finis præcedit, et pœna sequitur. Finis persuadet ut velimus; pœna probat si possumus: causa vero media discernit inter filios regni et filios gehennæ, tamquam inter paleam et frumentum; inter eos qui propter justitiam patiuntur, et eos qui secundum justitiam puniuntur.

Philip 1,22

utrumque qui spirituales sunt:

E

ideoque intelligunt qua causa et fructus patiendi Sanctorum:

Act 14, 21
Rom. 8, 18
S. August. epist. 61 et 176
Matth 5, 10
Apoc 21, 4
Sap. 5. 3

b

16 Quamobrem Deus, cujus providentia universus regitur et administratur mundus, ut ostendat se rerum omnium potentissimum effectorem et justissimum ordinatorem, non *c* prohibuit, ut nullus sit malus; sed subdens eos, qui per propriam et iniquam voluntatem tales sunt, legibus imperii sui; facit per omnipotentiam suam, ut sicut de nihilo ab ipso et per ipsum factum est aliquid; similiter ab eodem et per eumdem, aut de malis fiant boni, aut per malos, tamquam per idonea instrumenta, perficiantur qui volunt et satagunt esse boni; non eos separans neque disjungens, sed permixtim et insimul esse permittens. Hæc nempe quatuor, bonum et aliquid, nihil et malum, tam ordine considerationis, quam naturæ conditione, gradatim quodammodo ab invicem disjunguntur. Quantum enim differt nihil ab aliquo, tanto procul dubio et malum per pœnam inferius est, quia nihil; et bonum per meritum superius, quia indifferenter aliquid. Quapropter Deus, tamquam Rex in republica sua, disponens atque ordinans per sapientiam attingentem ubique rerum universitatem, malorum quidem cupiditatem aperit, vel intercludit viam, prout ipse oportere judicat, ad quod inhiant consequendum; bonorum

F

Quomodo Deus permittat malos esse

c

omnia sapientissime disponens
Sap 8.

A bonorum autem et voluntatem præveniendo præparat, et possibilitatem adjuvat subsequendo. Ut autem certius fiat quod dicitur, de Scripturis divinis utrumque probandum est. In Psalmo CIII commemoratis quibusdam operibus Dei, loquitur Spiritus sanctus et dicit: Quam magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti. Et, paucis quibusdam iterum breviter enumeratis, subjungit: Draco iste, quem formasti ad illudendum ei; omnia a te expectant, ut des illis escam in tempore. Hoc nimirum est dare escam, quod est aperire viam, ad quod inhiant consequendum. Huic sententiæ etiam

Matth. 8, 31 illud convenit, quod legimus in Evangelio petiisse dæmones a Domino Jesu Christo, ut intrarent in porcos. Quod enim sermo propheticus ait, Expectant; hoc ab Evangelista Matthæo positum est, Rogabant: et quod iste dicit, Dante te illis; hoc ille ait, Ite: et quod iste, Colligent; hoc ille, Abierunt. Post hæc sequitur Propheta, et dicit: Avertente autem te faciem tuam, turbabuntur, quod est intercludere viam, coercendo voluntatem pravam, et invisibilibus quibusdam vinculis religando. Huic sententiæ simile invenitur in lib. Tobiæ: Tunc Raphael

Tob. 8, 3 Angelus apprehendit dæmonem, et religavit in de-

B serto superioris Ægypti.

17 De misericordia vero præveniente ait Psalmus LVIII, Et misericordia ejus præveniet me: de

et gratia adjuvans: subsequente vero XXII, Et misericordia ejus subsequetur me. Huic sensui attestantur reliqua verba utriusque Psalmi, a principio usque ad finem. Nam iste incipit ab adversitate; et tribulationem suam,

Ps. 58, 2 quasi nondum præventus, prosequitur describendo;

Ps. 22, 1 ille vero a prosperitate incipiens, utpote jam præventus, divina erga se beneficia describit. Proinde iste orat cum gemitu, Eripe me de inimicis meis, Deus meus; ille vero narrat cum gaudio, Dominus regit me, et nihil mihi deerit. Communicant ergo boni permixtim atque indiscrete temporalia ista commoda vel incommoda inter malos, tanto nonnumquam majora, quanto inventi fuerint meliores. Sed bonis proveniunt hæc bona, ut a Deo esse ac

hinc ad emendationem suscipiendæ adversitates. distribui credantur; malis autem, ne ab his qui boni vel sunt, vel esse cupiunt, talia pro magno habeantur. Item hæc temporalia mala et bonis ingruunt, et malis: sed istis, ut vel probentur, vel purgentur, vel exerceantur; illis vero, ne scelera et iniquitates eorum ignorari ab eo vel negligi putentur: ac per hoc divini consilii altitudo eo majori veneratione sit dignior, quo intellectibus humanis existit incomprehensibilior. Unde nos quoque, qui malorum pœnas extimescimus, et bonorum præmia desideramus, non debemus his auditis et cognitis obdurare corda nostra; sed istorum et illorum exemplis, tamquam divinis vocibus provocati, studeamus in adjutorio Domini nostri, ad ea quæ cupimus consequenda, emendare vitam, corrigere actus, instruere mores; sensum quoque, voluntatem et propositum nostrum ad meliora semper provehere.

18 Probatus itaque vir Dei Norbertus, ut supe-

VI *Sic exercitatus Norbertus* rius dictum est, et in uno jam per omnia dignus inventus; ut etiam secundum hoc evidentior super eum divinæ providentiæ operatio appareret, juxta id quod scriptum est, Qui diligit filium suum, assi-

Eccli. 30, 1 duat illi flagella; repetitur adhuc, et examine majoris tentationis exquiritur. Nam cum post hæc incredibili se jejunio et abstinentia maceraret, die noctuque vigiliis et orationibus insistendo; contigit semel, dum in quadam crypta Missam ex solito celebraret, ut in Calicem jam consecratum aranea laberetur. Quo viso stupuit Sacerdos, vitam et mortem ante oculos habens: erat enim aranea non modicæ corpulentiæ. Quid faceret homo, cujus fides jam in Domino solidata erat? Ne ergo aliquod præ-

parati Sacrificii faceret dispendium, magis elegit D

subire periculum; et totum quidquid erat hausit. AUCTORE COÆVO. *araneam in calicem lapsam bibit innoxie.*

Ergo peracto Sacrificio se statim moriturum præstolabatur. Dum igitur, immotus a loco, ante altare exitum quem expectabat Domino precibus commendaret; pruritu narium provocatus dum scalperet, subita sternutationis commotione, aranea integra per nares excusa est. Ecce Deus iterum Sacerdotis sui, quem sibi utilem futurum præsciebat, mortem adhuc nolebat, sed fidem. In quo facto manifestissime compertum est, quanta et[a] hujus esset in Domino fides, et Domini erga eum benignitas. Duo namque illi, ad quod præparabatur, erant necessaria, Patientia videlicet et Fides; patientia pro armis, fides pro robore; patientia, ne inermis cederet; fides, ne infirmus deficeret. Tantam proinde adeptus est fidem, ut in ea omnibus

in patientia et fide excellens. vitæ suæ diebus cunctis tunc temporis viventibus, communi omnium judicio, facillime præferretur. Erat præterea homo ille absque omni dubitatione ceterarum virtutum munere laudabiliter imbutus: sed fides in eo propterea tam diligenter præ ceteris commendatur, quia sine dubio per eam operatus est tam multa quæ fecit, juxta id quod legimus in F

Evangelio, ex persona Domini dicentis discipulis Matt. 17, 19

suis: Si haberetis fidem quantum granum sinapis, et diceretis monti huic, Transfer te, et transferret se. Et iterum: Credenti omnia sunt possibilia. Apo- Marc. 9, 22

stolus quoque in hæc verba consentiens ait: Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt, et cetera quæ Hebr. 11, 33

ibi sequuntur, fidem proculdubio commendans. Unde quidam cum diceret; quis in quo, illius ipse vivebat temporis, excelleret, ait: In Norberto eminet fides in [d] Bernardo Claræ-vallensi charitas, in [e] Milone Tarvanensi humilitas. Et idcirco, si quid de ipso dictum fuerit quod humanæ consuetudinis conditionem excedat, non debet videri ei, qui talis non est, incredibile; sed ad eum continuo id referat, qui huic per gratiam fidem, et per fidem talia posse donavit.

ANNOTATA G. H. et D. P.

a *Sequentia usque ad num.* 20 *desunt in nonnullis MSS. et apud Surium, quia est doctrinalis tractatus, parum ad Vitam spectans; retinendus interim, ne opus censeatur mutilum.*

b *Aliqua MSS.* immutatione *vel* mutatione finis.

c Prohibuit, *idem hic est quod*, Impedivit.

d *S. Bernardus laudat* S. Norbertum *epistola* 8 *ad S. Brunonem Archiepiscopum Coloniensem, ep.* 38 *ad Theobaldum Principem, ep.* 79 *ad Lucam Cuissiacensem Abbatem, ep.* 56 *ad Gaufridum Episc. Carnotensem, et ep.* 126 *ad Innocentium Papam.* F

e Milo, *discipulus S. Norberti, primus Abbas Ecclesiæ S. Judoci in Nemore, quod nunc cœnobium Donmartinense appellatur, in Artesiæ finibus juxta Hesdinium situm. Idem anno* 1131 15 *Februarii creatus Episcopus Torvanensis, mortuus* 16 *Julii anno* 1159. *De eo inter Prætermissos egimus* XV *Februarii, sunt enim qui* Beatum *vocent, aut etiam* Sanctum. *Excusat eumdem Polycarpus prolixe, contra amaram Petri Cluniacensis Epistolam: tamquam nimio impetu, etiam ex S. Bernardi sensu, rapti in causa Bertiniensis cœnobii, pro quo Milo stabat.*

CAPUT IV.

Persecutiones toleratæ; peregrinationes assumptæ. Potestas concionandi obtenta.

Patientiæ igitur clypeo protectus, et fidei fortitudine communitus, prædicans omnibus et annuntians VII

A verbum Dei, oportune, ut dicitur, et importune, seseque quotidie meliorem reddens, conversatus est per annos tres in eodem habitu. *AUCTORE COÆVO. Ob prædicationem patitur persecutionem;* Cum autem persequeretur ab his, quibus erat ejus prædicatio importuna, conferebat se interdum ad Sigebergense quoddam monachorum cœnobium, quod tribus a Colonia leucis distat; aliquando in Regularium Canonicorum monasterium, quod dicitur *a* Roda; sæpius autem ad quemdam Eremitam, nomine Lidulphum *b*, miræ sanctitatis et abstinentiæ virum, Clericalem vitam agentem. Ad hujuscemodi ergo viros confugiebat causa recreandi spiritum, quotiescumque persequebatur his quibus verba veritatis erant tædiosa. *spirituales viros frequentat.* Apud eos autem divertebat, ut inter eos et sanctæ vitæ addisceret instituta, et spei cœlestis susciperet incrementa. Nonnumquam vero domum suam Sanctis rediens, cœptæ prædicationis studiis infatigabiliter insistebat. His ergo ita se ha-
VIII bentibus, accidit ut Concilium quoddam fieret in Teutonicis partibus, apud oppidum quod dicitur in Friteslare *c*, coram Domino *d* Conone Sedis Apostolicæ Legato. Ex qua re occasione accepta, Episcopi, Archiepiscopi, Abbates, aliæque multæ personæ, qui negotiorum suorum causas illuc convenerant tractaturi, *in Synodo Frislariensi,* inito consilio vocaverunt hominem Dei. B Quo præsente, cœperunt eum ex communi omnium assensu coram præfato Domino accusantes redarguere; quare videlicet prædicationis officium usurpasset, eosque in ipsa prædicatione quare verbis et convitiis tam acriter insequeretur, cum a nullo mitteretur, nec eorum princeps esset constitutus: *varia sibi objecta* quare insuper habitum Religionis prætenderet, cum in nullo Religio et proprietas convenirent; et qua ratione pretiosas vestes abjecisset, cum mos terræ id non habeat, et maxime apud Nobiles, qualis ipse erat, ut, quamdiu versantur in seculo, agninis seu caprinis vestibus utantur.

20 Ad hæc omnia vir sapiens, a Deo edoctus, sapienter respondebat, dicens: *prudenter diluit,* Si de religione impetor; *Jac. 1, 27* Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est: Visitare pupillos et viduas in tribulatione sua, et immaculatum se custodire ab hoc seculo. Si de prædicatione; scriptum est: Si quis converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ salvabit animam suam a morte, et operiet multitudinem peccatorum. *Jacob. 5, 20* Si de potestate; datur nobis in susceptione Sacerdotii, cum dicitur; Accipite potestatem, C et estote relatores verborum Dei. Si postremo de veste; docet nos primus Ecclesiæ pastor, quia non in veste pretiosa acceptum est coram Deo; *1 Pet. 3, 3* et Joannes Baptista vestibus pilis camelorum; et Cæcilia, quæ induebatur cilicio ad carnem; et, quod his omnibus majus est, omnipotens Deus, protoplasto Adæ in exordio mundi non purpuream vestem, sed pelliceam tunicam fecit et dedit. *Gen. 3, 21 adversarios vincit.* Taliter igitur invictus, adjuvante se gratia divina, recessit ab eis, quia non erat conveniens testimonium illorum adversus eum. Omni ergo destitutus solatio, divino tantum fultus auxilio, orationibus et psalmodiis jugiter incumbebat, vanitati et voluptati secularium contrarius prorsus existens; propter quod et ipse contra omnes, et omnes erant contra eum.

21 Inde cum proposuisset totam sequentem noctem insomnem ducere, et orando rogare Deum,
IX ut ipse, qui est dator recti consilii, et bonorum operum adjutor, *In oratione pernoctans,* secundum beneplacitum voluntatis suæ consilium ejus dirigeret, et propositum adjuvaret; ac sic in oratione pernoctasset; summo diluculo paululum, maxillam manu sustentans. Et ecce adversarius adfuit, sperans aliquid se facere per seipsum; cum nihil prius in membris suis, per quæ adversus eum molitus fuerat, potuisset, ita subsannando et illudendo loquens: Eia, eia, multa proposuisti; D sed ad quem finem devenire speras, qui nec in unius noctis proposito perseverare potuisti? Expergefactus itaque homo et insidiantis insidias inimici non ignorans, respondet: Quis minis tuis crederet, cum ab initio, teste Veritate, mendax sis, et mendacii pater? *Joan. 8, 44 diabolum tentantem fugat,* Taliter ergo spiritus malignus confusus recessit ab eo. Videns autem homo Dei, quia omnes essent contra eum, et jam veritas, cui testimonium perhibebat, ex superabundanti multorum mendacio suffocaretur; præsertim cum peccatum eorum ex relatione verborum Dei amplius invalesceret, *Joan. 15, 22* juxta id quod Dominus dixit; Si non venissem, et locutus eis non fuissem, peccatum non haberent: intelligens etiam, quod in ipsum usque ad falsi criminis injectionem irruerent; *beneficia resignat,* eorum detrimentum ac perditionem potius, quam quod sibi nocere possent, dolens ac metuens; venit ad Archiepiscopum suum, et resignavit ei quidquid beneficiorum ac reddituum, quibus plurimum abundabat, in Ecclesia fuerat consecutus.

22 Venditis insuper domibus, ac ceteris omnibus *e*, quæ vel ex patrimonio vel aliunde jure hereditario possidebat, cum omni supellectili sua, et pauperibus erogatis; *et cetera omnia dat pauperibus* nihilque sibi retinens, præter decem marcas argenti, et mulam unam, capellamque E unam ad Missam celebrandam, assumptis secum duobus tantum laicis comitibus itineris sui, exemplo Patriarchæ Abrahæ spontaneam adiit peregrinationem. Cumque venisset ad quoddam castrum Hogum nomine *f*, super Mosam fluvium situm, considerans apud se, quod nudam crucem nudus utique sequi deberet; ipsam eamdem supradictam, quam sibi retinuerat, proprietatem ibidem pauperibus erogavit, sola dumtaxat capella sibi retenta, ad sacrosanctæ Missæ mysteria celebranda. Deposita itaque funditus atque rejecta sarcina rerum temporalium, vigore animi bene jam compositi et præparati ad paupertatem omnimodam et indigentiam tolerandam, arduam et sublimem sanctæ vitæ aggreditur viam. *Tenuiter asperque vestitus* Pede igitur nudo, tunica, lanea, et pallio sibi sufficiente, sine tecto, sine certo domicilio, virtute animi horrendas hiemes et asperam glaciem superans, solo Christo duce, cum duobus tam singularis propositi comitibus, proficiscitur versus *g* S. Ægidium. Quo cum pervenisset, ibique, gratia Dei ordinante, qui sperantes in se non derelinquit *h*, Gelasium Papam, qui successit post Paschalem, invenisset; *adit Gelasium Papam* confessus est ei voluntatem et propositum animi sui. Veniam deinceps, specialiter de hoc, quod duos simul supremos Ordines contra Canonum instituta susceperat, a præfato Pontifice postulans, impetravit.

23 Papa vero videns prudentiam ejus, et spiritum Dei habitantem in eo, voluit eum retinere secum. At ille rogans et obsecrans, ne hac eum obedientia cogeret; exponebat qualiter seipsum in curiis Regum atque Pontificum lasciviendo dissipaverat: et quia id, ad quod invitabat eum, juventuti *i* ejus vel assumptæ pœnitentiæ minime competebat. XI Quod si Canonicum, vel Monachum, aut Eremitam, seu etiam euntem Peregrinum eum esse præciperet, libenter ac per omnia obediret. Videns autem sanctus Pontifex constantiam hominis et devotionem animi bonam; nec non et persecutione, quam pro verbo veritatis pertulerat, audita et cognita; dedit ei licentiam facultatem prædicandi verbum Dei, non solum ubi prius prædicaverat, verum etiam ubique terrarum vellet et posset; idipsum ex persona sua monendo et præcipiendo injungens. Præterea eos, qui prius ei ex invidentia obsistebant, prohibendo inhibuit, ne saltem simplices impedirent, si hujus sibi prædicationem superfluam seu minus utilem judicarent: et hoc ipsum, ut ratum esset et stabile,

A stabile, auctoritatis suæ litteris ac sigillo firmavit.

XII Accepta itaque prædicandi ex Apostolica jussione obedientia; cœpit media horrendæ hiemis intemperie, nudis item, ut ierat, pedibus remeare. Tanta quippe quod prætereundem non est, homo ille caritate in Deum flagrabat, ut eum nec frigoris asperitas, nec famis inedia, nec corporis lassitudo, ab eo quod inceperat revocaret. Pertingebant ei aliquando absque omni dubitatione in ipso itinere nives usque ad genua, nonnumquam vero usque ad femora; nec tamen eum uno saltem die poterant retinere.

Vitam rigidissimam prosequitur:

24 Cibus ab eo, nisi quadragesimalis et vespertinus, præterquam in Dominicis diebus, minime sumebatur; piscibus namque seu vino rarissime utebatur. Corpus ejus non requiescebat per diem; spiritus autem nec per noctem habebat requiem, nec per diem: singularis enim fidei et magnæ fortitudinis erat homo ille. Cum ergo, hujuscemodi tam honesto tamque laudabili corporis et animi vigore procedendo, transiret Aurelianum, adjunxit se comitatui ejus Subdiaconus quidam; ac sic cum tribus sociis venit Valentianas Sabbato Palmarum.

parcus in victu.

B In crastinum ergo fecit sermonem ad populum vix adhuc aliquid sciens vel intelligens de lingua illa *k*, Romana videlicet, quia numquam eam didicerat: sed non diffidebat, quin, si materna lingua verbum Dei adoriretur, Spiritus sanctus, qui quondam centum viginti linguarum erudierat diversitatem; linguæ Teutonicæ barbariem, vel Latinæ eloquentiæ difficultatem, auditoribus habilem ad intelligendum faceret. Et ita per gratiam Dei omnibus acceptus factus est, ut cogerent eum fessa ibi et attenuata membra paululum recreare. Quibus cum nulla ratione vellet acquiescere, (facies enim ejus erat euntis in Episcopatum Coloniensem, propter populi et linguæ notitiam quem habebat) factum est per dispensationem Dei, ut sociis ejus subitanea ægritudine oppressis, non posset inde tunc ulterius proficisci. Remansit itaque homo ad custodiendum infirmos suos, qui sequentibus infra Octavas Paschæ diebus beato fine in Domino quieverunt. E quibus duo laici sepulti jacent in suburbio apud Valentianas, in Ecclesia beati Petri juxta forum, in sinistro latere ad Occidentem, Subdiaconus vero Monachus effectus, jacet sepultus in Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæ in eodem oppido sita est *l*.

k

Valencenis Teutonice concionans intelligitur.

sepelit 3 socios

l

ANNOTATA G. H. et D. P.

C

a Rodæ Monasterium, *in diœcesi Coloniensi, Ducatu Limburgensi, nominatur apud Cæsareum lib* II *cap.* 42, *indicaturque vicinum fuisse villæ* Wurme: *cujus nominis licet villa nulla nunc sit, est tamen fluvius inde dictus, vel illi nomen donans; atque ab Aquisgrano, circa quod ortum ducit, ad Ruram Juliacensem descendens, interimque transiens villam insignem* Herzogenrath, *Gallice* Rolducq, *cui adjacet Abbatia Canonicorum Regularium*, Claustrum Rodense *vulgo* Klofter rath: *cujus Abbas et Monachi Latine scribentes*, Rothenses *vel* Rodenses *se dicunt. Est autem Abbatia hæc sita, medio fere itinere inter Juliacum et Trajectum ad Mosam, nec minus Sanctis quam Colonia distat. Vide* 5 *Jan. ad Vitam S. Gerlaci cap.* 7 *litt.* d.

b *Alias* Ludolfus et Ludulfus: *aliunde necdum nobis notus, nisi quod Gelenius in Sacrario Colon. lib.* 3 *Syntagm.* 22 *Parochialem S. Mariæ in Littore, alias* Liskercken, *ab antiquioribus dicat* S. Lisolphi *ecclesiam appellari; suspiceturque hunc esse in Vita* S. Norberti *nominatum*, Ludolfum, *tum alibi nullum inveniat* S. Lisolfi *vestigium: et pag.* 752 *Indiculum texens Sanctorum ac Venerabilium, quorum dies ignota.* Ven. Ludolfus vel Lovo, *inquit*, Comes Cliviæ, circa an 755 traditur duxisse uxorem, excitatoque ex ea herede vitam sectatus eremiticam, in monte S. Joachimi prope Bedbur, *ad Erpam fluvium*, 4 *leucis Colonia ad Occidentem. Nomen placet: sed discrepant ætas et locus, duabus forsan personis in unam conflatis implicata.*

D

AUCTORE COÆVO.

c *Meminit hujus* Fritislariensis *in Hassia* Concilii, *ad an.* 1118 *habiti. Urspergensis, qui addit aliud tunc habitum Coloniæ, cui* Norbertum *interfuisse scribit: sed unum pro altero accipiens, aberrat.*

d Conon *seu* Conus *Germanus, Prænestinus Episcopus Cardinalis, a Paschale* 2 *creatus.*

e *Chrysostomus Vander Sterre in Vita, vulgari lingua Brabantica edita, scribit, magnam bonorum suorum partem contulisse monasterio fundando in alto monte Fürstenbergh prope oppidum Santense, quod quidem ex Charta, ad cap* 3 *Analectorum danda, probatur: sed oportet statim ab initio conversionis, si non etiam citius, factum fuisse. Cessit deinde Sanctimonialibus Cisterciensibus locus, quæ eodem per bella destructo, Sanctos migrarunt Superest autem adhuc villa rustica cum parvo sacello, et turricula lapidea rotunda, propter eminentem situm ad tres et ultra leucas spectabili. Stephanus Pighius noster, Caroli Principis Neoburgici iter describens: ait*, Varesberg *etiam dictum, id est*, Montem Vari; *ejus scilicet, qui commissum sibi ab Augusto Rhenum per tres annos tutatus, sua deinde et Legionum Romanorum clade celebrior evasit.* E

f Hoyum, *celebre ditionis Leodiensis oppidum, inter Leodium et Namurcum.*

g *Oppidum* S. Ægidii, *in Occitania et Episcopatu Nemausensi, ubi olim celebris Abbatia Benedictinorum, postea Melitensibus Equitibus cessit.*

h *Gelasius, ob schismaticorum rabiem fugiens anno* 1118, ducente Domino, portum villæ S. Ægidii sanus cum omnibus suis et intolumis attigit. *Ita Pandulphus Subdiaconus qui aderat, in Vita, quam vide in Propylæo Maji; et Baronium ad an.* 1118 *num.* 16, *ubi hoc addit*, Norbertum a Pontifice munus prædicandi impetravisse.

i *Hinc nonnulli putant se posse ascendere ad annum, quo natus Sanctus sit; sed ita, ut discrepent eodem modo, quo discrepatur in definiendo termino juventutis. Polycarpus censet legitimam Sacerdotio ætatem annorum* XXX *habuisse, cum est ordinatus circa an.* 1115 *atque adeo natum esse anno circiter* 1085.

k *Pauperes, rudes, ineruditos et rusticos intelligit.* F Romana lingua *erat, quæ modo Gallicana seu Francica dicitur. Id anno* 1118 *contigisse mense Junio infra num.* 27 *dicitur; tunc autem Dominica Palmarum inciderat in* 7 *Aprilis, Pascha in* 14.

l *Eadem ex Chronico Præmonstrat. narrans Petrus Doutremannus in historia Valencen. pag.* 120 *ait, S. Petri ecclesiam quidem ad forum, quod nunc medium civitatis occupat, tunc suburbium erat, fuisse proximam sacello Leprosorii: alteram vero D. Virginis, vocat primariam loci, ut etiam nunc est, cum titulo* Majoris, *ad distinctionem alterius Abbatialis eadem in civitate, a qua portarum una locum habet.*

CAPUT V.

Colloquium cum Episcopo Cameracensi Ascitus Hugo socius. Conciones habitæ.

Interea dum ibi maneret ad custodiendum socios, contigit Dominum *a* Burchardum Cameracensem Episcopum, piæ ac reverendæ memoriæ virum, transitum inde habere Feria quarta, proximo die ante Cœnam Domini. Quo audito, vir Dei, quia cognoverant se mutuo, dum adhuc versarentur in seculo, accessit ad colloquendum ei. Veniens ergo ad

a

A Burchardo Episcopo Cameracensi excipitur.

AUCTORE COÆVO

A ad ostium domus, in qua hospitatus erat Episcopus, invenit ibi ante fores, per voluntatem Dei, unum de Clericis ejus stantem. Hunc igitur submissa voce rogavit, ut introduceret se ad Episcopum : erat enim gelu super terram, et homo nudis pedibus incedens. Ingressus igitur prædictus Clericus, locutus est ad Episcopum, et introduxit hominem. Qui paululum inter se pariter colloquentes, recognoverunt se, continuo memores facti pristinæ familiaritatis. Episcopus autem intuens hominem, et intra se vehementissime admirans ac stupens collacrymatus est : non enim se poterat continere ; mota quippe

cum lacrymis

sunt viscera ejus super eum. Et irruens collo ejus, ac pio ejulatu exclamans, cum suspirio dixit : O Norberte, quis unquam de te talia crederet aut cogitaret ! Stans vero prædictus Clericus, qui eum introduxerat, et affectum Episcopi videns erga hominem, minime tamen sermocinationem eorum in-

stupente et collacrymante Hugone Clerico

telligens, quia Teutonice loquebantur ; præsumens accessit, et interrogavit quidnam hoc esset. Statim ait Episcopus : Iste, quem sic vides, in curia Regis mecum pariter nutritus est, homo nobilis et deliciis affluens, in tantum ut Episcopatum meum, cum ei offerretur *b*, respueret.

b

B 26 Audiens hæc Clericus ille, lacrymis statim perfusus est ; tum quia Dominum suum flentem videbat, tum quia mens et spiritus ejus in amorem tanti hominis caritate melliflua redundabat. Erat etiam ipse voluntatem habens relinquendi seculum, et hujuscemodi vivendi modum, quem in homine illo cernebat, in corde suo jam diu elegerat ; eumque nimia cum devotione per dies singulos consequi optabat. Qui tamen, nec adhuc inde quidquam loquens, conferens id tantum in secreto conscientiæ suæ, quonam viæ illius verterentur, tacitus considerabat. At vero Vir Dei, in eodem interim loco

qui dein solicitus de ægro,

permanens, expectabat finem sociorum suorum. Illis igitur, quorum solatio plurima itinera, rigoremque viarum, ac frigidas nives frequenter superaverat, ad Deum, ut superius dictum est, ob sanctæ vitæ meritum receptis, ipse idem gravi infirmitate consequenter arripitur. Episcopus autem præstolabatur interim, quem tandem exitum infirmitas, quæ acciderat, haberet ; familiaremque suum per Archidiaconum quemdam et quasdam alias personas suæ curiæ visitabat. Prædictus vero Clericus, utrum convalesceret, et quando, amori ejus ardenter inhæ-

C rens, de die in diem solicitus investigabat. Postquam

convalescit et societatem expetit.

ergo convaluit, accessit ad eum : et cum confessus esset ei votum et desiderium animi sui, seque sponderet cum ipso iturum ; extendens homo continuo manus ad cælum, et in immensum gratias agens, dixit : Domine Deus, hodie te rogaveram, ut dares mihi socium : existimabat enim, ut statim secum remanens, nusquam ad aliquid agendum ulterius repedaret. At ille non eo modo statuerat, sed prius volebat res suas ordinare : et ideo cum post hæc verba intulisset, dicens ; Habeo de rebus meis disponere ; contristatus est homo ad hujuscemodi sermonem ; et sono vocis, pietatis affectum indicans, ait ; Eia frater, si ex Deo est, non dissolvetur. At ille continuo respondit : Vinculo indissolubili colligasti me, Pater. At sic abiens, rebus suis dispositis qualitercumque vel indispositis, paulo post, cito prout potuit, reversus ; et deinceps irregressibiliter secutus hominem Dei Norbertum, nefas et indignum esse arbitratus est, si pro re aliqua temporali, ullam horum quæ Deo placent faceret moram ; vel aliqua, in tanta devotionis affectione, dilationis intervalla pateretur.

27 Anno igitur post incarnationem Domini nostri

XIII Jesu Christi millesimo centesimo decimo octavo, mense Junio, cum adhuc esset homo Dei apud Valentianas castrum, ab omni comitum suorum, quorum superius mentio facta est, solatio destitutus ; D

et an. 1118 ad eum accedit.

quatenus miseratio divina erga famulum suum Norbertum evidentior appareret, et gratior existeret ; post illorum ex hac vita decessum, accessit ei Dominus Hugo, supra memoratus videlicet Clericus ; hoc enim erat nomen ejus, qui proximo post eum loco successit in regimine *c* Præmonstratæ Ecclesiæ ; relictisque omnibus, se cum eo in eadem vita et paupertate contulit, piæ nimirum et sanctæ conversationis homo. Gavisus est homo, et in immensum gratias agens Deo, et interiorem inspirationem

c

Sanctus cum eo gratis prædicans,

cum exteriori Dei munere conferens, animatur ad prædicationem. Et jam sciens et præsumens de voluntate Dei, castella circuibat et villas et oppida, prædicans et reconcilians male dissentientes, et inveterata odia et bella ad pacem reducens. Erant enim veri pauperes Christi, laborem suum aliis gratuito impendentes, nihil a quoquam vel etiam in victu seu vestitu expetentes vel accipientes, nisi forte ad Missam eis oblatum fuisset : et hoc totum, quidquid illud erat, pauperibus erogabant : Spiritus Psal. 111, 9

E sancti et Prophetæ memores, qui laudat eum, qui dispersit et dedit pauperibus, cujus justitia manet in seculum seculi. Securi nimirum erant de gratia Dei, qui servis suis provideret quæ necessaria essent. Fixum enim tenentes, quia peregrini et hospites essent super terram, nec ulla poterant ambitionis nota perstringi, quorum tota spes de cœlo pendebat. Vile namque videbatur generoso spiritui, ut qui omnia pro Christo contempserat, ceu canis ad vomitum, quocumque ingenio vilibus rapinis inserviret, et abjectis mercedulis anhelaret.

28 In tantam igitur admirationem et dilectionem in cordibus omnium inductus est, ut quocumque iter agentes se verterent, villis aut castris proximantes, etiam pastores, relictis gregibus, concito cursu prævenirent ; et populis, servos Dei adventare, conclamarent. Tunc vero campanæ pulsabantur, tunc concursus populi omnis sexus, omnis ætatis, omnis

miro affectu ubique excipitur,

conditionis, catervatim ad ecclesiam confluens, Missarum solennia libenter audiebat, et verborum exhortationes ac monita libentius suscipiebat. Post sermonem vero non modica facta collatione, de Confessionis frequentatione, de agenda pœnitentia, de conjugatis, de proprietatibus, et quomodo qui moriuntur in eis, debeant salvari ; de omnibus ergo

F his dato et recepto responso, circa vesperam tandem ad hospitium ducebantur. Gaudebat siquidem non modice, felicemque se ac Deo dignum judicabat, qui eum in hospitio suo excipere merebatur. Aliquando autem alius trahebat asellum, alius rapiebat aselli capistrum, alius vi detinebat juvenem illum, quem solum habebant ad asellum custodiendum. Quis enim non stuperet novum genus vitæ in terra Prov. 21, 15

degere, et de terra nihil habere, nil quærere ? Si enim, ut ait Salomon, gaudium justo justitia est ; maxime gratulabatur homo Dei, se illud evangelicum complesse mandatum, quod in executione prædicationis neque peram, neque calceamenta, neque Marc. 6, 8

duas tunicas portaret, nisi virgam, et capellam *d* *d*

ad Missam celebrandam, et Psalterium, vel nescio quemlibet alium libellum. Ad reficiendum autem nullam sedem præparare, non mensam apponere sibi

tenuem admittens refectionem :

vir sanctus sinebat. Terra sedes, et genua mensa illi erant ; fercula, salis condimento condita, et non alio ; potus, aqua illis erat, nisi forte in civitatibus et abbatiis, aliisque hujuscemodi locis, ab Episcopis, Archiepiscopis, seu Abbatibus invitati cogerentur : ubi, propter simul discumbentium pacem, modum et consuetudinem eorum nollent excedere.

29 Nam illi, omnimodam eis humanitatem exhibentes

A bentes, etiam in Capitulis cum timore et reverentia ad faciendum sermonem colligebant eos; et post sermonem, data opportunitate, multis eos quæstionibus pulsabant, de ordinibus, de regulis, de habitu, et de diversis institutionibus sanctorum Patrum; de vita et moribus Prælatorum, de subjectione et obedientia subditorum; de sacramentis cœlestibus, et de cœlesti vita, et de retributione ac beatitudine electorum; de gloria perenni, et de felicitate bonorum spirituum; de indifferenti bonorum malorumve tribulatione in hoc seculo, et ad quem exitum deveniant opera singulorum, cum ad judicium Judex venerit in fine seculorum. Etenim hujusmodi et tam multiplices quæstiones, non sine instinctu et fraudulentia insidiantis inimici esse poterant: quod exinde compertum est, quia hominem alii ad tentandum, alii ad decipiendum, plerique tamen ad discendum, suis multiplicibus interrogationibus circumveniebant, ut eum in sermone caperent possent, et probare, utrumne tam insolitum modernis temporibus morem vivendi, in veritate prædicaret. Sed Vir sanctus, quamvis eos insidiari sibi, ipsis confitentibus, pro certo haberet, nihil horum metuebat; sed clamans, et quasi tuba exaltans vocem suam,

Religiosorum collationes habet utiles,

et multum apud omnes fructificat

B scelera peccantium annuntiabat; et quod prædicabat ore, demonstrabat opere; et quod operabatur, signis et virtutibus confirmabat. Sic itaque, undique pertranseundo, multos ab errore revocabat; et pœnitentiam suadens, multos restringebat a crimine, multos etiam discordantes ad concordiam reducebat. Propter hæc igitur et his similia, tantum amorem et gratiam ad populum contulit ei Deus, ut visu et alloquio ejus vix aliquis satiari posset; et ipse tantam caritatem haberet ad populum, ut multo tempore, relicto ecclesiarum hospitio, potius hospitari præferret in medio urbium et castrorum, ubi omnes adventantes gratanter exciperet. Erat præterea in his omnibus, supra quam dici et credi potest, patiens in vigiliis, sedulus in labore, gratus in verbis, gratiosus in visu, benignus in simplices, severus contra hostes Ecclesiæ. Nullus, temporibus illis, eorum qui religiosi videbantur, tantum favorem ad populum, tantamve confrequentationem obtinuit.

XIV 30 Sanctus itaque vir, qui novum noviter Hugonem acceperat, sicut a Deo postulaverat, socium; ne in tanta pœnitentiæ asperitate titubaret, verbis hujuscemodi alloquebatur, et multis admonitionibus sustentabat; et ne paupertatem abhorreret, B. Laurentium, qui thesauros sancti Pontificis Sixti dis-

Socium instruit cœlestibus monitis

C persit, in exemplum proponebat: volens ut ille, paulatim siccitate æstus secularis postposita, hauriret cœlestis refrigerii et dulcedinis fontem; idem ei promittens, quod a Veritate promissum est, scilicet, qui ex eo bibit, non sitiet unquam. Docebat etiam eum, quomodo reconciliari Deo et appropinquare peccator debeat; quibus studiis, quibus laboribus, quibusve virtutibus justus quilibet ad bonorum spirituum consortium pertineat; quantæ sit virtutis humilitas, adstruens, qua venitur ad cælum; quantæque simplicitas, qua penetratur; qualisque sit obedientia, qua ad occultorum Dei notitiam pertingitur; qualis patientia, qua virtus animi possidetur; qualis castitas, quæ proximum facit Deo; qualis virginitas, quæ ambulat cum ipso; qualis paupertas, quæ regnum cœlorum possidere facit. Hæc et his similia Vir Deo plenus multoties de die in diem, exhortationis gratia, repetebat.

Joan 4, 13

ANNOTATA D. P.

a Burchardus, *creatus Episcopus anno* 1115 *ecclesiam S. Foillani in Hannonia postea Præmonstratensibus tradidit, et Ecclesiæ Tungerloensis libertates eidem Ordini firmavit.* D

AUCTORE COÆVO

b *Vacaverat Episcopatus, mortuo B. Odone, a* 19 *Junii* 1113 *sesqui-anno et amplius: intra quod tempus oblatum Episcopatum ideo videtur recusasse* Norbertus, *quod, licet necdum conversus a seculo, investituras tamen abominaretur, quibus extortum privilegium, sed an.* 1112 *cassatum a Pontifice et Concilio, noverat nullum esse.*

c Hugo *mortuus est anno* 1164 *die* 10 *Februarii, quando inter Prætermissos aliquod ejus elogium dedimus, quia ab ipsis Norbertinis nostratibus tunc intelleximus, nullum extare cultum Ecclesiasticum. At postea in quodam Capitulo plurimis Abbatibus præsentibus ejus corpus elevatum est, et aliquæ Reliquiæ Antverpiam delatæ ab Abbate Norberto van Couwerve: ita eamdemque cum Reliquiis S. Norberti capsam compositæ: quare si certiora de cultu, vita, miraculis proferantur instrumenta, ea in Supplemento danda erunt.*

d Capella *.i. instrumentum capellæ, puta Calix etc. Missæ necessaria: ita supra num.* 22 Capellam unam *sibi dicitur reservasse Sanctus.*

CAPUT VI.

E

Discordiæ sublatæ, et pax firmata.

Igitur ut aliqua, ex his quæ generaliter dicta sunt, specialiter dicantur; contigit quadam die, cum pertransiret per quoddam castrum *a* Fossas nomine, fieri concursum populorum tam clericorum quam laicorum, insolitum hujus vivendi modum admirantium; et eo maxime, quia, quem socium acceperat, notum habebant. Intelligentes autem, eum concordiæ et pacis esse, ex collata sibi a Deo gratia, ministrum; obnixe rogare cœperunt, ut apud eos requiem paulisper haberet; asserentes, in eadem regione mortalis odii non minimam esse discordiam; de qua non minus quam sexaginta peremptos esse confirmabant, nec a quoquam, cum a multis religiosis seu potentibus jam diu laboratum esset, pacificari poterat. Cumque multi multa super hac re loquerentur, non casu æstimandum est, sed divina disponente gratia, quod quidam pertransibat, cujus frater de eodem odio, eadem septimana, interemptus fuerat. Quem cum adstantes cernerent; Ecce, inquiunt, unus ex his, de quibus sermo habetur inter nos. Quo advocato, statim homo Dei, brachiis collo ejus circumdatis, sic ait: Dilecte mi, peregrinus ego sum pertransiens, et nihil a quoquam petii in istis partibus

Pacis studiosissimus,

F adhuc vel accepi; sed quia te juvenem bene armatum elegantemque video, placet mihi primum munus quærere a te et accipere, quod ex paterna probitate, rogo te, non habeas contradicere. Statim ille, nutu divino, pietatis affectu permotus, et lacrymis obortis perfusus, respondit; Quid est, Pater reverende, quod tibi a me vel a quolibet negari possit? Qui cum remissionem perempti fratris ab eo quæreret, sine mora remissum est; et non tantum remissum, sed exinde obsequium viro Dei præstabat; ostendens opportunitatem quomodo cuncta pacificarentur, et ex integro odia reconciliarentur. Erat enim Feria *b* sexta, quando homini Dei primo indicatum est.

[illegible]

32 Factum est autem mane in sequenti Sabbato ut ad villam, quæ Monasterium *c* nuncupatur, utraque pars adversariorum conveniret, populus etiam multus ex eadem vicinitate confluerët, partim ut hominem Dei, de quo insolita nuntiabantur, viderent; partim ut dissidentes, de quibus tota regio perturbabatur, ad reconciliationem provocarent. Cumque vir ille, ex præcepto Dominicæ veritatis, intra cubiculum quoddam, clauso ostio, fere usque

[illegible]

ad

A ad horam tertiam orando persisteret; populus tædio et curiositate quadam (ut fieri solet) affectus; cœperunt mirari non minimum, et murmurare, murmurandoque alter ad alterum dicere: Ut quid convenimus? Putabamus quod exiret, et verbi Dei semina seminaret, et fluentis fontis vitæ dura corda discordantium emolliret; ipse autem in latibulis jacet, dormiens et requiescens, aut aliud quod suæ voluntatis est faciens. Cum vero adeo impatientes ultra sufferre nollent, coegerunt socium suum, qui ad eos egressus fuerat, ut ingrederetur, et diceret, se omnes in præsenti recessuros, si non exiret. Ille siquidem, ut erat timidus, sciens quia oraret, ne in oratione sua eum perturbaret, ingredi distulit; importunitate tamen eorum impulsus, demum intravit; et stans coram eo tremens, submissa voce dixit: Pater, populus te expectat; et quia præsentiam tuam ei non exhibes, recedere vult. Et ille, Tace, inquit, fili mi: non est nostrum servire Deo secundum voluntatem hominum, sed secundum voluntatem Dei. Sed tamen non post multum surgens ab oratione, ecclesiam ingreditur; et sacris vestibus præparatus, primo Missam beatæ Virginis Mariæ, ut in Sabbatis fieri solet, celebrat; deinde Missam B *d* illorum defunctorum, quorum mors extitit causa odii quod pacificare volebat. Quibus devotissime, juxta consuetudinem, peractis, exivit ad faciendum sermonem: sed quia prandii jam hora transierat (erat enim fere nona), multis ad reficiendum egressis, paucos quibus prædicaret invenit. Mos siquidem ipsius erat, ut sic in paucis sicut in multis, sicut in divitibus sic in pauperibus, ex abundantibus caritatis visceribus, unicuique pro modulo suo et facultate sua faceret sermonem. Et paulum facta oratione, cum cœpisset loqui, et attraxisset spiritum; miro et ineffabili modo spiritus ille caritatis, quasi vox diffusa, sonus factus est in cordibus eorum qui præ tædio recesserant; et ut ad sonitum tubæ unusquisque, relicta refectione vel potatione, de locis et tabernis in quibus consederant, quasi meliores epulas accepturi, concito cursu ad ecclesiam convolant.

AUCTORE CŒNO ipse persistit in cubiculo orans.

Missam celebrat:

d

sermonem habet:

33 Cumque vir Dei repletam esse ecclesiam videret, abbreviato sermone sic eos alloquitur: Viri fratres, Dominus noster Jesus Christus, cum discipulos suos ad prædicandum mitteret, inter alia præcepta, hoc illis dedit præceptum; ut in quacumque domum primum intrarent, primo dicerent; Pax huic domui; et si ibi esset filius pacis, requiesceret super eos pax eorum. Nos autem, non nostris meritis, sed sola superabundanti Dei gratia imitatores eorum effecti, eamdem pacem vobis annuntiamus, quæ mente incredula contemnenda non est; nam ad pacem perpetuam pertingere facit. Vobis igitur incognitum non est, ad quid convenimus. Non est nostrum, nec ex nostro (utpote qui peregrinus sum et advena pertransiens) sed potestatis et voluntatis Dei; vestrum est autem, ipsius voluntati ex integro et devoto affectu acquiescere. Adhuc vox omnium una facta est: Præcipiat, inquiunt, per te nobis Dominus quod beneplacitum est ei; non habemus contradicere, quod te ordinante, in hoc negotio Dominus de nobis facere voluerit. Quid plura? Egressa est utraque pars adversaria hinc et inde foras in atrium, Reliquiis in medio positis; et parvo intervallo facto, abjurata est discordia, et concordia facta, et pax sacramento confirmata.

Luc. 10, 5. Matt. 10, 12.

ac deinde eorum Reliquiis omnes pacificat.

34 Quia vero non segnis erat ad hujusmodi opus, XVI et ad cetera opera Dei, quæ, ex officio sibi injuncto et in pœnitentia, divina miseratione susceperat; in crastinum, summo diluculo consurgens, secessit ad aliam villam, non longe positam, *e* Gemblacum nomine, ut sermonem faceret ad populum, in qua devotissime susceptus est; eo quod et verborum Dei D relatorem, et mansuetæ pacis eum esse portitorem audierant. Sed et in eadem regione duo Principes sibi non minimum inimicabantur, et, ut fieri solet, rapina et incendio tota regio vastitati et solitudini redacta fuerat. Hoc vir Dei audiens, et populorum vocibus commotus, ipsorumque miseriæ et paupertatibus misertus; ipsos, quo potuit labore, adiit, ad alterum primo, deinde ad alterum. Qui cum primum alloqueretur dicens: Magnus es et potens, et ignorare non debes, quod tibi a Deo potestas concessa sit; et ego servus ejus qui ad te missus sum, me, inquit, non pro me, sed pro ipsius amore audire debes, qui pro tuo et multorum proficuo ad te diverti. Audi ergo pauperem peregrinum, suscipe Domini Dei tui præcepta, per eum tibi transmissa; suscipe, ut ab eo suscipiaris; dimitte ei qui tibi nocuit; dimitte, ut tibi dimittatur, tibique sit ad proficuum, pauperibus et egenis ad subsidium; ut proficuum tuum, peccatorum tuorum fiat remissio, pauperum subsidium, rerum suarum dissipatarum reparatio. His auditis Princeps ille, et homine inspecto (ut erat vultu Angelico) considerataque vestitus et habitus humilitate, et facun- E dia verborum cum columbæ simplicitate, et serpentis astutia; totus intremuit (commota quippe sunt omnia viscera ejus) et pietatis affectu respondens, emolliens, dixit: Fiat quod vis; non est aliqua certæ rationis oppositio, quam possit aliquis objicere, tuæ contradicendo vel obsistendo petitioni.

Gemblaci

e

duos dissidentes Principes adit:

priorem emollit

36 Cum ergo tali affectu ad effectum perduxisset quod petebat, ab eo transivit ad alterum. Sed seminator discordiæ, qui sedem suam ad Aquilonem posuit, præveniens cor ejus sic obduraverat, et sui seminis radicem in eo sparserat, et ita mentis oculos clauserat, ut nullus veri luminis radius in mente, nullus caritatis fervor esset in corde, quo viro Dei vel ad modicum suavitatis responsa ministraret. Videns autem atrocitatem vultus illius, et oculorum intorsionem, et feritatem verborum, et cordis duritiam; ne margaritas ante porcum jactaret, statim conticuit; et versus ad socium, quem secum habebat, dixit: Insanit hic homo, sed futurum est in brevi ut retrorsum cadat, et detur inimicis suis ad capiendum, et illaqueandum, et conculcandum. Hæc dixit, et in eadem septimana verborum effectus subsecutus est; nam et captus ab inimicis detentus est. Hæc idcirco narrata esse sciat auditor, quatenus F in hoc etiam vir Dei spiritum prophetiæ habuisse credatur.

alterum obduratum

pœnam prædicit

36 Et procedens inde, venit ad proximam villam, quæ vocatur *f* Colrois: et, quia fama de eo XVII jam undique percrebuerat, populus de eadem vicinia ad audiendum sermonem confluebat. Et post celebrationem Missæ, audito finitoque sermone, sicut consueverat, de pace et concordia; si inter eos aliquod dissidium esset, cœpit inquirere. Cum autem nominarent quosdam inter eos discordantes, cœpit eos humili exhortatione a veteris odii litibus revocare. Unde cum unus ex ipsis, multis rogatus precibus, nullatenus petitioni ejus et omnium circumstantium acquiesceret; foras exiliit, et ascendens equum suum (Miles enim erat) nitebatur fugere: sed cum ferociter calcaribus iterum atque iterum urgeret eum, nullatenus vel passum unum potuit procedere. Exeuntibus autem ceteris qui in ecclesia remanserant, et undique concurrentibus cum stupore et admiratione nimia; quidam subsannando clamare, quidam condolendo flere cœperunt; omnes tamen una voce Deum laudabant, qui et in Sanctis suis gloriosus est, et ibidem in oculis peccatorum hanc eamdem demonstrabat gloriam. Ille vero confusione

f

alium obstinatum prohibet fugere,

et admittit pœnitentem.

A fusione non minima confusus ad vocem clamantium, ad ecclesiam coram viro Dei rediit; et prostratus veniam petens, quod prius ab eo petebatur, quantocius gratanter annuit; et absolutionem, quod sanctum Dei virum offenderat, petiit et accepit. Et sic impletum est in eo quod scriptum est: Imple facies eorum ignominia, et quærent nomen tuum, Domine. Psal. 82, 17

ANNOTATA G. H. et D. P.

a Fossæ *oppidum ditionis Leodiensis, ubi quiescit S. Ultanus; uti ad hujus Acta diximus Kalendis Maji.*

b *Surius et quædam MSS.* secunda; *plura*, tertia; *sed ex sequenti mox Sabbato appareat legendum esse* sexta: *scriptum verosimiliter erat* III, *quod facillime convertitur in* III, *et ductu uno extrito in* II.

c Monasterium, *vulgo* Monstier, *ob monasterium ibidem a S. Amando erectum secunda leuca ab urbe Namurcensi, uti diximus 6 Februarii ante hujus Vitam num.* 62; *et iterum dicendum erit 17 Julii ad Vitam S. Fredegandi, cujus Reliquiæ istic quiescunt.*

B d *S. Aybertus, Presbyter a Burchardo Episcopo Cameracensi ordinatus, hoc eodem tempore duas Missas quotidie celebrabat, alteram pro vivis, alteram pro mortuis: ut scribit Robertus Archidiaconus Ostrevandensis in ejus Vita, a nobis edita 7 Aprilis num.* 14.

e Gemblacum, *in Brabantia Gallicana, in eodem tractu cum dictis locis oppidum, ubi illustris Abbatia, de qua egimus ad Vitam S. Guiberti Fundatoris* 23 *Maji.*

f Colrois, *Surio* Coteri, *videtur esse* Covroy, *non integra leuca dissitum Gemblaco oppidum.*

CAPUT VII.

Favore Callisti Papæ et patrocinio Episcopi Laudunensis Præmonstratum cœptum habitari. Diabolicæ tentationes superatæ.

XVIII Si igitur rei veritas, et veritati ordo succedentium adjungitur, causis præcedentibus, legenti et audientibus fastidium et derogandi occasionem generare nullatenus debet; quia etsi quædam sunt, quæ tædiosa vel quibuslibet æmulis superflua videantur; vera tamen ab his, qui viderunt et audierunt, retexuntur, et quæ prætermitti nequeunt; eo quod C alio modo seriatim procedere res gesta nequeat, et scire volentibus satisfacere. Sunt etenim cuncta, quæ præmissa sunt, ex multis pauca, quæ gessit, priusquam Fratres colligeret; nunc autem plurima restant, quæ in colligendo, et locando, et conservando laboravit: et quomodo eos, quos per verbum Dei, et Spiritus sancti gratiam, in unitatis vinculo colligaverat, conservavit; et voluntariæ paupertatis amatores, et obedientiæ per omnia Christi imitatores esse docuit. Eodem denique anno contigit, beatæ memoriæ *a* Gelasium Papam, a quo prædicandi auctoritatem acceperat, migrasse a seculo, cui successit Callistus Viennensis Episcopus, piæ et sanctæ conversationis homo et dignæ recordationis; quem constat apud Cluniacum electum fuisse, et in Sede universalis Ecclesiæ potestatem honoris ac dignitatis culmen, communi omnium electione, suscepisse. Transierat enim prænominatus Gelasius Papa, cum saniori parte Cardinalium, ut sanctam matrem Ecclesiam in membris visitaret: qui multa sedens in capite de his audierat, utpote qui Cancellarius per multos annos extiterat, tempore Paschalis Papæ et aliorum; et quæ ubique terrarum dextra sinistrave fuerant, illum latere non poterant. Tanto

Prologus ad sequentia

a
Ad Gelasii successorem Callistum 2

D denique Patre orbati Cardinales, ceterique Sanctæ Romanæ Ecclesiæ filii, qui ad exequias Gelasii convenerant, ab eo qui dixit, Non relinquam vos orphanos, consilio quæsito et accepto, ad perficiendum quod cœperat prædecessor Callistus; bonum dans adveniens principium, Remis *b* Concilium convocavit: ubi et introitum suum Ecclesia confirmavit; et ipse quæ bene gesta erant, approbavit et corroboravit; et quæ sinistra inventa sunt et corrigenda, auctoritate Romana et correxit, et corrigi præcepit.

AUCTORE COÆVO
Joan. 14, 18

b

38 Audiens autem homo Dei, Apostolicæ Sedis dignitatem esse innovatam (Autumnus erat, quando primo brumale tempus hiemis incipit frigescere) ut erat nudis pedibus Remos adiit: ubi ab Episcopis et Abbatibus, qui convenerant, cum gaudio susceptus est; non minimum tamen admirantes super excellentia verborum prædicationis et responsis ejus, et super duritie et asperitate assumptæ pœnitentiæ; de qua a quoquam ipsorum, cum plurimi remitti et sibi indulgeri postulassent, quantum ad vexationem corporis attinet, nullam volebat recipere relaxationem. Veruntamen, ne ab aliquibus oblatrantibus, qui in hujuscemodi novitatibus esse solent, sana ejus doctrina ab aliquo posset infirmari; E litteras auctoritatis Apostolicæ, quas a Papa Gelasio acceperat, sicut jam superius dictum est, iterum renovari postulavit. Quibus acceptis, Dominus Papa Venerabili Laudunensi Episcopo *c* Bartholomæo præcepit, ut curam ejus susciperet: erat enim ipse homo habens ex progenie matris suæ quosdam in Episcopatu, et in eadem civitate propinquos; quorum viscera pietatis affectu super eo mota sunt; et eorum instinctu submonitus erat Episcopus, humanitatis ei manum, licet invito, per aliquod tempus ministrare. Quo deducto et finito Concilio, Papa non post multum Laudunum devenit: initoque Episcopus cum Papa consilio, quomodo eum retinere posset, obtulit ei Ecclesiam B. Martini, quæ in suburbio sita est, in qua pauci Fratres erant sub Regula Canonicæ professionis degentes; qui omnibus modis renuebat.

in Synodo Remensi accedens

accipit confirmationem.

c
XIX

Laudunum adductus,

cogitur præesse ecclesiæ S. Martini,

39 Tandem cum cogeretur, ne summi Pontificis offensam et inobedientiæ notam incurreret, quod petebatur annuit; si tamen Canonici, in eadem commorantes, mores suos, quos secundum Evangelium et Apostolicam institutionem eos doceret, observare non recusarent. Sed cum inquisitis ostenderet modum Evangelicæ institutionis, quomodo imitatores Christi, contemptores mundi esse deberent; quomodo voluntarii pauperes; quomodo ad opprobria, ad contumelias, ad irrisiones, ad famem, ad sitim, et nuditatem, et cetera hujusmodi patientes; quomodo præceptis et regulis sanctorum Patrum obedientes; illi statim, ad verbum et adspectum illius perterriti, dixerunt: Nolumus hunc super nos; quia talem magistrum nostra non novit nec prædecessorum nostrorum consuetudo; liceat nos sic vivere. Castigare quidem Deus vult, sed non mortificare: sic homo et obedivit, et ab obedientia solutus, ab ea non recessit. Mansit itaque ibidem; socius vero suus, de quo superius mentio facta est, cum Cameracensi Episcopo Burchardo perrexerat: habebat enim ipse de rebus suis, quas noviter reliquerat indiscussas, quædam disponere. Quæ quia aliter dirigebantur quam vellet (novitius quidem erat) æquanimiter non poterat sustinere. Interea Episcopus, attenuata et dissoluta jejunio et frigore hospitis sui membra nitebatur reficere; sed ipse quotidie ab hospite suo reficiebatur spirituali et melliflua verbi Dei refectione. Ob hanc causam amore nimio et caritatis igne in eo accensus, assidue hortabatur eum, precibus quibuscumque poterat adjunctis, quatenus

sed reformationem non admittentibus Canonicis liberatur.
F

Inter alia loca oblata

in

A in Episcopatu suo vellet remanere; quotidie circumducens eum, et ostendens, si qua sit ecclesia quæ ei placeat, si quæ solitudines, si quæ deserta, si qua terra culta vel inculta, ad ædificandum et commanendum. Victus tandem ipsius et multorum, tam Religiosorum quam aliorum Nobilium, precibus; elegit locum valde desertum et solitarium, qui ab incolis antiquitus Præmonstratum vocabatur; in quo si quando daret ei Deus colligere Socios, se mansurum spopondit.

Accipit ab Episc. locum dictum Præmonstratum.

XX 40 Transacta igitur hieme, niviumque et glacie frigore, vernali calore paululum deterso; vir Dei, ut erat solitus, virtute divini solatii accinctus, ad prædicandum exiit, solus Cameracum veniens: factoque sermone ad populum, cecidit semen in terram bonam, scilicet in juvenem *d* Evermodum nomine: qui tanto rore Spiritus sancti perfusus exstitit in verbi Dei susceptione, quod amoris ejus gratia stratus oraret ad Dominum Deum suum, in eodem loco, et in eisdem passibus, ubi hominem Dei stare diligenter consideraverat in faciendo sermone. Quid igitur puer, Spiritu sancto edoctus in verbo, nisi eumdem *e* Verbum, quod caro factum est, esse credidit, qui, ubi steterunt pedes ejus, adoravit? Nec B moras intulit; sed statim, relictis omnibus, secutus est eum. Qui tanto amoris intimi vinculo ei alligatus est, ut omni tempore vitæ suæ spiritus viri Dei in eo requiem caperet, et post discessum suum, locum sepulturæ suæ ei commendaret; dans hoc præceptum, ut numquam, nisi reversurus, ab eo recederet. Perveniens autem *f* Nivigellam, alium juvenem, Antonium nomine, a Deo sibi datum, recepit. Hi duo, et tertius quem prius susceperat, quantum ad humanum spectat examen, radices et fundamentum fuere futuræ multitudinis quæ subsecuta est: Dei enim dispositioni relinquitur, quod, præ nimia altitudine sapientiæ et scientiæ ipsius, occultum ab humanis oculis ignoratur. In hoc, ubi collegerit, vel quomodo *g* Socios alios Deus illi contulerit, non est immorandum. Scitur tamen, quod intra Quadragesimam illam tot habuit, quod in septimana Passionis Domini ante Pascha, cum tredecim reversus, prænominatum locum, Præmonstratum videlicet, possedit *h*.

Socios colligit. d Cameraci B. Evermodum, e f Nivelli Antonium, g et alios; h

41 Locato igitur fundamento in Christo Jesu, ut ait Apostolus, Fundamentum positum est, quod est XXI Christus Jesus, paulatim de vivis et bene sectis et politis lapidibus crescebat ædificium, et domus Dei C ampliabatur, ad suscipiendos peregrinos, spontaneam adeuntes peregrinationem, et ad Jerusalem cœlestem festinantes. Sed non defuere tentantis inimici et adversantis hostis insidiæ, qui plantata eradicare, fundata evellere, congregata dispergere, dispersa morti tradere, multiformi dolositate et multimoda calliditate laboraret. Nam in singulis singulas et proprias considerans affectiones (ut in quibusdam summæ contemplationis affectum, in aliis quibuslibet idiotis majoris sapientiæ desiderium, in aliis jejunia, in aliis remissionem inimicorum) omnimodis se opponebat: et quod usurpative esse voluit, scilicet, ut similis fieret Altissimo, ad decipiendos novos tirones Dei, sese in Angelum lucis transformare non metuebat. Itaque ut de his quamplurimis, auribus audire volentium, quædam disserantur; contigit quadam nocte, cuidam ad Matutinas stanti et contemplanti, et de illa gloriosa et ineffabili Trinitate cogitanti, ut ille antiquus adversarius visibiliter adstaret, et diceret: O quam felix es, et quam in tuo bono proposito laudabilis! qui et bene cœpisti, et te perseveraturum in tanta afflictione deliberas! Idcirco Trinitatem sanctam, ad quam toto mentis affectu suspiras, videre mereberis: et, his dictis, apparuit tria gestans capita, Trinitatem se esse contestans. At ille expavescens, et plurimum admirans, D paululum tamen præmeditatus, cum non sibilum auræ lenis, sed ventum turbinis fœtidum sentiret, dixit: O miser et infelix, et omnibus creaturis deterior! Tu, inquam, qui signaculum similitudinis Dei fuisti, et superbiendo veritatis hujus cognitionem perdidisti, quomodo præsumis, non tantum scire te Trinitatem, sed ipsam temetipsum esse, qui te velle scire amodo potestatem non accepisti. Recede, inquit, recede, et me tuis fraudulentiis non obedientem ulterius non præsumas inquietare. Statim recessit, post hac ad eumdem reversurus.

1 Cor. 3, 11

quos sollicitat varius diabolus

Trinitatem se mentitur, sed a tirone repellitur

42 Erat quidem Frater ille ad obedientiam promptus, in oratione devotus, in jejunio assiduus, ita ut per totum annum jejunaret tam æstate quam hieme, et a nullo cogi poterat, nisi in Dominicis diebus, ut alteram in die perciperet refectionem; et tunc crudum quid sumebat, et non aliquam coctionem. Sed cum super eo omnes mirarentur, et tanta ejus abstinentiæ et continentiæ virtus ubique in laude ipsius prædicaretur; adfuit iterum satan, occulte ponens insidias, ut novum militem prosterneret; juvenis siquidem erat, et indignari potuit quod aliquando ei restitisset. Nam quarta Feria in capite E Jejunii, cum devotioni cunctorum fidelium abstinentia Quadragesimalis indicitur, tanta fames et gulæ voracitas eum invasit, ut diceret, se nullo modo posse jejunare, et ex toto mori, si etiam a lacte et caseo cogeretur abstinere. Cui cum diceretur: Quid est, Frater? Sacrum et annuale jejunium est, et non est licitum alicui, etiam seculari, bis reficere; vel cuilibet parvulo, lactis et casei abstinentiam frangere. Ille, torvo vultu et lupina rabie, respondebat: Numquid vult Deus hominem mori, subtrahendo illi quocumque tempore, quidquid ad usus ipsius creavit et necessitatis hora ad percipiendum? Quid plura? Aberat Pater Norbertus, et Fratres adhuc rudes, qui ad hujusmodi insultus arma ferre non consueverant, multimodis supplicationibus hoc tandem ab eo impetrarunt, ut et bis, et quantum vellet cibum quadragesimalem comederet; timentes ne illud improperium exiret, quod tam arcta et subita Religio, vel secularium consuetudinem in suis Conversis non servaret.

eidem tamen indiscrete abstinenti ingerit famem enormem;

43 Cum ergo transissent Quadragesimales dies, et ad celebrandum Pascha homo Dei reverteretur Præmonstratum ad Fratres suos; ad introitum ipsius vallis horror nimius invasit eum, et ventus tur- F binis circumvallavit eum, quasi ventus veniens ab Aquilone: et ipse statim sentiens, secum venientibus malignam prædixit adesse tentationem. Perveniens autem ad Fratres, trepidi ad interrogata narraverunt quid actum fuisset. At ille dolens: Heu mihi, ingeminans, in meam, inquit, miseriam, et in detrimentum animæ Fratris, et ad notitiam nostræ insipientiæ, hoc consentire voluistis; ac per hoc locum diabolo, nisi viriliter ei resistatur, ad disperdendum dedistis. Ubi est, ait, ille? Qui cum adduceretur, vix se sustentare præ nimia pinguedine poterat; et velut vesica turgens, edacitatis spiritu plenus, non nisi torvis oculis Magistrum, quem super omnia diligere solebat, respicere prævalebat. Videns ergo vir, cui Deus discretionem spirituum dederat, non esse infirmitatis humanæ, sed tentationis diabolicæ; statim vetuit omnino quidquam ei dari. Qui postquam per aliquot dies jejunavit; ubi ei reddita est quarta pars grossioris panis, et vas aquæ ad mensuram, pro summis deliciis computavit; et sic ad pristinam consuetudinem, bene et moderate vivendi, Deo per Magistrum suum subveniente, rediit.

a qua eum liberat Sanctus.

ANNOTATA

A

ANNOTATA G. H.

a Gelasius, *vita functus Cluniaci die* 29 *Januarii anno* 1119. *cui mense Februario successit* Callistus II.

b *Captum* Concilium Remense *celebrari* 20 *Octobris anni* 1119.

c Bartholomæus *Episcopus ordinatus anno* 1113 *qui anno* 1150 *Episcopatum dimisit; et factus Monachus Fusciniaci, ibidem mortuus est* 26 *Junii, quo die inter Prætermissos de eo egimus.*

NOT. 43 d B. Evermodus, *postea Raceburgensis in Wandalia seu Saxonia inferiore factus Episcopus, vixit ad annum circiter* 1178*; quo mortuus est* 17 *Februarii, quando ejus Acta illustravimus.*

e *Scilicet in spiritu, uti S. Joannes Baptista a Christo appellatus Elias, et sub quadam repræsentatione ac virtute.*

f Nivigella *sive* Nivella, *vita et sepultura S. Gertrudis celebris, uti dictum ad hujus Vitam* 17 *Martii.*

g *Nomina horum exprimit Petrus de Wayhenare; sed fidem non adhibet Polycarpus de Hertoghe.*

h *Quomodo Præmonstratum possidere cœperit Sanctus, dilucide explicant Gesta Bartholomæi infra, ejus-*
B *demque ad Cap. 2 Analect. in Annotatis prolata diplomata, ex quorum uno hic habe primos loci terminos et jura.* Notum fieri volumus quod ego Bartholomæus

Termini Abbatiæ Præmonstratensis.

Laudunensis Episcopus, Norberto, et successoribus ejus, in sancto proposito viventibus, dederim locum, qui nostri juris erat, totum liberum, ab omni exactione cujuslibet personæ absolutum, apud Humberti-pontem, a loco qui dicitur Halierpret, usque ad Vallem-Rohardi; cum tribus adjacentibus vallibus, totum alodium a rivo versus Vois, sicut valles dividuntur et proportant, ad ecclesiam Dei in honorem Dei Genitricis construendam; et sicut totum possidemus in alodium, ita omnimode libere possidendum eis concedimus. Pascua vero seu prata a Ponte-Humberti, usque ad Monandi-vicinum, et citra et ultra rivum, animalibus eorum communia erunt omni tempore. Ultra rivum ex parte ecclesiæ, in defensionem erunt ad opus eorumdem Fratrum, usque ad collectionem fœni et frugum: deinde vero communia erunt, tantum ut nullus importunus sit religioni eorum super ulla occasione. Conceditur tamen rusticis, qui sunt de vicinia, de silva quæ est in jugis montium, colligere materiam ad opus capitis seu stipitis aratri sive axis. In omni
C igitur labore Fratrum, facto in iisdem locis, nullus exiget ab eis nec decimam, nec terragium; nec molestiam quælibet persona inferet quieti eorum; et omnimode ab omni parochia absolutos, omnesque ejus subjectos Eremitas, manere censemus. *Data hæc charta erat anno* 1121; *cum anno præcedenti, ut alibi asserit idem Bartholomæus, Laudunum cum ipso venisset Norbertus.*

CAPUT VIII.

Varii socii acquisiti. Energumena liberata. Reliquiæ acceptæ.

XXII Devictus a juvene hostis antiquus, et pusillanimi gregis timore depulso, pace reformata; homo Dei, ut erat solitus, ad prædicandum egressus est. Sed, ut fieri solet, absente signifero ubi bellum geritur, hostes positi in insidiis suos adversarios aggrediuntur; ita nihilominus malignissimus insidiator arcum tetendit, et in eo paravit vasa mortis; simul utrumque considerans, et gregem vacillantem, et belli ductorem et frequentium jaculorum protectorem absentem. Verumtamen de adversario interim prætermittendum est, ut prius, quid in hac egressione

vir Dei egerit, dicatur. Exivit itaque homo ad opus D suum; nam pertransiens recepit primum socium suum, qui ad res suas abierat componendas: et quam plurimis in itinere discordantibus ad concordiam revocatis, Nivigellam pervenerunt. Quia vero, ab exordio prædicationis suæ, in eodem oppido nimium carus habebatur; statim ut Præmonstrati consedit, quidam ex ipsis, *a* conversationis gratia ad eum cucurrerunt; sed asperitatem Ordinis et institutionis impositæ ferre non valentes, ut canis ad vomitum, reversi sunt. Qui, ut fieri assolet, suam nequitiam tegere volentes, ad opprobrium hominis Dei, et ad repulsionem seminis prædicationum ejus, ut etiam inimicus homo, in agro patrisfamilias zizania superseminaverant; ita quod nec eum videre, nec ejus prædicationem curarent audire. Sed is, qui hujusmodi haustus sorbere consueverat, pertæsus malitiam eorum qui hoc commoverant, nullo modo expavit; confidens magis hoc esse materiam victoriæ contra dæmones, qui ejus prædicationi, et saluti credentium, quam per eum operabatur Deus, nitebantur obviare.

AUCTORE COÆVO. *Sanctus recepto Hugone, etiam alios suscipit,* a

eorumque resilientium detractiones spernit.

45 Dum igitur ob hanc causam in populo illo parvi pretii haberetur, suscitavit militi suo Deus bellum, de quo, ipsius dono, certando viriliter assecutus est victoriam; amorique pristino redditus, E non tantum Nivigellensi plebi, sed etiam coram omnibus hoc audientibus adeptus est suavissimi odoris favorem et gratiam. Nam ibidem aderat quidam pater cujusdam puellæ, quæ jam per annum a dæmonio fuerat vexata, et vinculis et carcere tenebatur; qui graviter flens et suspirans, dolore filiæ affectus, cœpit rogare eum, ut saltem videre eam et tangere dignaretur. Magnum opus! sed non dispar fides in opere. Adducite eam, inquit, ad me. Adducitur puella jam duodennis, et populi plurima frequentia convenit. Tunc igitur Dei Sacerdos, tempus et locum et materiam videns, ut glorificaretur Deus, majorem fiduciam concepit. Itaque Stola et Alba indutus, exorcismum agere aggressus est; cœpitque diversa legere Evangelia super caput illius puellæ. Ad quæ dæmon respondit: Hujusmodi liras frequenter audivi, neque pro te, neque pro his omnibus hodie recedam de habitaculo isto. Nam pro quibus recedam? Columnæ Ecclesiæ ruerunt. Cum autem Sacerdos multiplicaret exorcismum, respondit dæmon: Nil agis, quia necdum per coruscum sanguinem Martyrum me adjurasti. Tunc igitur, ut vere superbus est dæmon, scientiam F suam volens ostentare, Cantica canticorum, a principio usque ad finem, per eos puellæ edidit: et iterans verbum ex verbo, in Romanam linguam us- NOT. 44 que in finem interpretatus est; et reiterans verbum ex verbo, in Teutonico totum expressit; cum illa puella, dum adhuc sana esset, nihil nisi Psalterium didicisset.

exorcizat obsessam a dæmone

procace,

et variis linguis loquente,

46 Nihilominus Dei Sacerdos imminebat: et dum insisteret, et præciperet ut exiret a creatura Dei, coactus respondit dæmon: Si hinc me compellis exire, permitte me intrare in Monachum illum (ibi quippe Monachus quidam adstabat) et nominavit eum. Tunc vero Pater Norbertus, cui Deus discretionem spirituum dederat, exclamat in populum: Audite, audite, inquit, malitiam hujus dæmonis, qui, ut infamaret servum Dei, vexandum expetiit quasi peccatorem et dignum hoc supplicio; sed nolite super hoc scandalizari, quia talis est nequitia ejus, ut bonis omnibus velit derogare, et quantum potest infames facere. Hoc dicto, iterum cœpto officio cœpit acrius insistere. Tunc ait dæmon: Quid agis, inquit? neque pro te, neque pro alio hodie exibo. Quod si videris mox exclamare, jam tantum veniet de meis, id est de nigris, ad bellum; Eia ad bellum,

ejusque astum detegit,

A eia ad bellum. Eia jam faciam corruere arcus istos et fornices super vos. Ad hoc verbum populus diffugit, Sacerdos vero imperterritus et intrepidus mansit. Tunc illa injecit manum ad Stolam ejus, ut proxime collum ejus adstringeret. Cumque hi, qui aderant, vellent manus ejus dimovere; Nolite, inquit; permittite illam: si accepit a Deo potestatem, faciat quod potest. Tunc vero, ejus audacia hoc verbo perculsa, tamquam reverentiam exhibens, manus sponte relaxavit. Jam itaque plurima parte diei consumpta, Pater Norbertus consilium duxit, ut in aqua exorcizata eam imponeret. Et ita factum est. Et quia flava erat, verens Sacerdos, ne occasione crinium diabolus in eam potestatem retineret, tonderi eam jussit. Qua permotus dæmon injuria, maledictis cœpit in Sacerdotem ulcisci, dicens: Peregrine de Francia, Peregrine de Francia, quid tibi forefeci? Quare non sinis me quiescere? Omnia mala et infortunia, et omnes mali eventus super caput tuum veniant, quia tantum vexas me.

AUCTORE COÆVO

minasque spernit:

47 Jam vespertina hora erat: et videns Pater Norbertus non exisse dæmonem, aliquantulum contristatus, jussit eam reddi patri, et in crastinum iterum ad Missam adduci, ipse vero cœpit se expo- B liare Alba et aliis indumentis. Cum ergo hoc vidisset impius dæmon, cœpit insultando plaudere manibus, et dicere: Ha, ha, he, modo bene facis; et hodie non fecisti opus quod mihi sic placeret; et hodie consumpsisti diem, et nihil profecisti. Ad hæc stomachando Pater Norbertus et indignans, contulit se ad hospitium, et obfirmavit in animo suo non gustare cibum, donec illa sanaretur, et ita transegit diem illam et noctem sine cibo. Jam crastina dies advenerat, et Dei Sacerdos parat se ad celebranda Missæ mysteria, et iterum puella adducitur: et iterum multiplex fit concursus populi, ut videret agonem Sacerdotis et dæmonis. Tunc vero mandavit duobus Fratribus qui secum erant, ut tenerent eam ibi juxta, haud procul ab altari. Inchoato igitur servitio, ventum est ad Evangelium: et illa applicata ad altare, plurima Evangelia super caput ejus lecta sunt. Et dæmon iterum derisionem cœpit replicare, quia hujusmodi liras frequenter audierat. Cum ergo ventum est ad locum, ubi Sacerdos elevat Hostiam coram Domino; exclamat dæmon: Videte, videte, quomodo Deiculum suum inter manus suas tenet! Fatentur dæmones, quod hæretici negant. Tunc vero Sacerdos Dei inhorruit; et concepto spiritu virtutis, in ipsa oratione sua cœpit C agere dæmonem et torquere. At ille coactus et tortus, per os puellæ exclamat: En ardeo, en ardeo. Iterum iterumque clamabat, En morior, en morior. Tertio quoque magna voce dicebat, et sæpius replicabat: Volo exire, volo exire: dimitte me. At illi duo Fratres fortiter eam tenuerunt. Sed spiritus immundus nullas patiens moras, fœtentissimæ urinæ fœda relinquens vestigia, aufugit, vasque possessum reliquit. Illa vero destituta a suo tortore, collapsa et languida delata est in domum paternam; et paulo post accepto cibo, ex integro incolumis, et compos sui, et perfecte sanata apparuit. Hoc ita publice factum est, teste omni populo, qui Dei laudes in commune prædicabat, et Patrem Norbertum vere Apostolicum virum fatebatur.

ipsa Energumena in crastinum dimissa

jejunus manet,

tandemque post Missam

dæmonem expellit

XXIII

48 Post hæc devenit Coloniam, ubi et libenter suscipitur, et libentius in sermone et confessione auditur; eo quod ipsum prius juvenem noverant, et modo mirabiliter immutatum videbant. Et quia populorum consuetudo novitatum imitatrix esse solet, multi ad verbum et exhortationem ejus tam clerici quam laici concurrentes, imitatores paupertatis Christi effecti, ipsum secuti sunt. Habebat et ipse jam tunc in voluntate ædificare ecclesiam, in qua coadunatos reciperet. Ob hanc causam petivit D ab Archiepiscopo Frederico et ceteris fidelibus, ut aliqua sanctarum Reliquiarum mereretur patrocinia suscipere, e quibus non minimum ab antiquo repleta et dotata erat felix Colonia. Annuit Episcopus, annuit Clerus, justam esse petitionem judicans, et populus. At ille Fratribus suis, quos secum habebat, et quos ibidem Deus ei contulerat, jejunio indicto, hoc pretiosum donum Deo commendabat, quatenus venerabile patrocinium daret invenire. Nocte vero eadem, Virgo ex numero undecim millium Virginum, et nomen ipsius Virginis, et locus ubi jaceret, per visionem cuidam designatus est: et in crastinum, ex ordine visionis, corpus ibidem quæsitum, integrum repertum est. Quo cum hymnis et laudibus Dei et gratiarum actione suscepto, de Reliquiis etiam aliarum Virginum, aliorumque quorumdam Martyrum, videlicet Gereonis, Maurorum, duorum Ewaldorum, duo vascula, in modum feretri, ad efferendum ei impleta sunt.

Coloniæ plures Socios accipit.

petit Reliquias Sanctorum,

et impetrat:

49 Sequenti vero die, cum a Præposito et Canonicis S. Gereonis sibi similiter Reliquias dari supplicaret; concessum est ei, ut, si quid in ecclesia eorum placeat ei, vellet, quæreret, et acciperet. E Gavisus est homo, et hoc promissum, ut erat solitus, Deo per totam noctem orando commendabat attentius. Mane autem facto, in medio monasterio, ubi nullum alicujus sepulchri patebat vestigium, effodi præcepit: ubi corpus integrum absque cerebro repertum est, honorifice et cum omni diligentia collocatum. Quod cum Canonici, et plebs innumerabilis, quæ convenerat, cerneret; Ecce, inquiunt, noster Dominus S. Gereon, et nostrum venerabile patrocinium; quod a nobis et a prædecessoribus nostris per multos annos diligenter quæsitum est, et, peccatis nostris exigentibus, inveniri non potuit. Et exclamantes voce magna cum gaudio, immensas Deo gratias agebant, hominem Deo dignum efferentes, per quem talis et tantus thesaurus, diuque desideratus, merebatur inveniri. Et ne quis dubitet ipsum non esse, sciat pro certo, verum agnitionis ejus fuisse indicium, quod de morte et martyrio ejus legebatur, quod pars capitis, et non totum caput esset abscissum. Hanc partem habebant, sed reliquum corpus ubi esset, ignorabant. Susceptum est itaque corpus sanctum ut digne debuit, et E elevatum; parsque inde viro Dei data est: quod reliquum fuit, magnifice a Clero et populo repositum est. Assumptis non post multum Reliquiis, collectoque Fratrum tam clericorum quam laicorum collegio, quos Deo per verbum prædicationis genuerat, redeundi iter aggressus est; qui ubique in ecclesiis et congregationibus cum processione magnifice suscipiebatur. Audiens autem transitum ejus matrona quædam nobilis, d Ermensendis nomine, Namurcensis Comitissa, velociter occurrit ei; obnixe deprecans, ut ad imponendos Fratres et Religionem, quamdam ecclesiolam suam in villa Floreffiæ vellet suscipere. Habebat etenim ipsa multo tempore in voluntate, ob remedium animæ suæ et prædecessorum suorum, in ecclesia eadem Religionem propagare. Videns autem ille affectuosam mulieris devotionem, respexit eam, et suscepit quod petebat. Et ibidem altero e Reliquiarum vasculo derelicto, festinavit Præmonstratum (erat enim instans Nativitatis dies) habens clericorum et laicorum fratres circiter triginta novitios.

corpus S. Gereonis detegit:

ejusque partem obtinet.

Ecclesiam Floreffien suscipit. d

e

ANNOTATA G. H.

a *Forte legendum.* Conversionis gratia.

b S. Ursula ejusque sodales, *coluntur* 21 *Octobris.*

c

A c S. Gereon et socii 10 *Octobris, et* duo Ewaldi 3 *ejusdem.*

d Ermensendis *Comitissa, uxor Godefridi Comitis Namurcensis, qui et ipse fundator Abbatiam Floreffiensem S. Norberto anno* 1121 in fez *obtulit ; postmodumque in eo* Conversus *(ut loquuntur) factus, ibidem quiescit, ante aram summam, cum uxore Ermensende, filio Henrico et hujus conjuge Agnete. Sita est hæc Abbatia secundo fere a Namurco milliari ad Sabim fluvium.* NOT. 45

e *Sunt ibidem Reliquiæ ex præscriptis Sanctis, et potissimum brachium S. Gereonis, thecæ auro obductæ decenter inclusum.*

CAPUT IX.

Professio secundum Regulam S. Augustini. Exercitia virtutum præscripta.

XXIV *Adhortatur suos ardore magno,*

Congregatis igitur Clericis ferme quadraginta et quamplurimis laicis, assidua consolatione vespere et mane fovebat eos, et multiplicibus sermonibus hortabatur, ne desisterent a felici proposito et spontanea paupertate quam susceperant; et quod docebat, velut aquila provocans ad volandum pullos suos operibus demonstrabat. Erant enim exhortationes et sermones, non de terra, nec terrenum saporem quemlibet prætendentes; sed ut columba, pennis assumptis, volabat. Volabat quidem mente et ore ad requiescendum, et suos auditores volare faciebat; ita ut cum Propheta videretur dicere : Assumam pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam. (Ps. 54, 7) Unde quidam ex Fratribus assidentes, in tanto meritis excessu rapti sunt, ut de locis, in quibus sedebant, surgerent : et circa se pennas quærentes invenire putarent, statim se volare existimantes et requiescere. In tantum denique credebant se ei, et tanto familiaritatis affectu adhærebant, ut nullum Ordinem, nullam Regulam, nulla sanctorum Patrum Instituta ad obtinendam æternæ felicitatis gloriam quærerent, nisi quod ab ore ejus audirent, vel dictum esse rescirent. Sciens hoc vir per omnia discretus, et ad omnia providus; ne in posterum sancta plantatio posset eradicari, et fundamentum, quod supra firmam petram locare disposuerat, posset labefactari; submonuit eos de Ordine, de Regula de sanctorum Patrum Institutionibus, sine quibus, ad integrum non posset observari Apostolica et Evangelica institutio, per quam constant Dei certa mandata, et omnis consummationis finis, et fidelium omnium benedictio. Illi, ut oves in simplicitate pastorem sequentes, non renuunt quod hortatur, non renuunt quod suadet; sed quod docet amplectuntur, et ob æternæ pascuæ desideria in omnibus obsequuntur.

eosque cum simplicitate sibi obsequentes habet,

perpendens varia Instituta,

51 Quapropter magis metuebat homo, ne gregi pusillo et in simplicitate Deum ex toto corde quærenti, minus quod ad salutem pertineat ostenderet; non quia diversas Regulas et sanctorum Patrum Instituta ignoraret, sed quia multi Religiosi tam Episcopi quam Abbates diversa consilia dabant, alius eremiticam, alius anachoreticam vitam, alius Cisterciensium Ordinem assumendum suadentes. Sed ille, cujus opus et consilium de supernis pendebat, qui suum principium non sibi, non hominibus, sed ei qui est omnium rerum initium commendabat in corde suo cuncta conferens, ut sapiens velox ad audiendum, qui differt et reservat in posterum; tandem ne professioni Canonicæ, cui et ipse et quotquot cum ipso vivere volebant attitulati fuerant ab infantia, injuriam inferre videretur; Regulam quam B. Augustinus suis instituit, adferri præcepit : Apostolica enim vita, quam in prædicatione susceperat, jam optabat vivere; quam siquidem ab eodem beato Viro, post Apostolos, audierat ordinatam et renovatam fuisse. Quam cum allatam diligenter inspexisset, in paucis compositam, in multis tamen bene dispositam : statim in die Natalis Domini, quæ instabat, adinstar Dominicæ descriptionis, sub eadem et stabilitatis in loco, et professionis gratia, ad illam beatæ perennitatis civitatem singuli seipsos conscripserunt. Deinde cum quamplurimi, quamplurimas super eamdem Regulam expositiones et interpretationum diversas opiniones autumarent; eo quod ejus præscripta ad mores aliorum Regularium et opera videbant non convenire; aliosque ad timorem, alios ad dubitationem, alios ad teporem inducerent, utpote plantationem adhuc tenuiter radicatam; Quid miramini, inquit homo Dei, vel hæsitatis, cum universæ viæ Domini misericordia sint et veritas? et si diversæ, numquid adversæ? Si usus mutatur et institutio, numquid mutari debet caritatis vinculum, quod est dilectio?

eligit regulam S. Augustini profiteri

D AUCTORE COÆVO.

52 Regula quidem dicit, Primo diligatur Deus, deinde proximus. Regnum Dei non operatur sola institutio, sed veritas et mandatorum Dei observatio. Ergo quia de dilectione, quia de labore, et de abstinentia escæ et jejunio, de vestitu etiam, de silentio, de obedientia, et quod invicem honore prævenire debeant, et Patrem suum honorare, evidenter hæc Regula determinat; quid est quod amplius alicui Regularium ad salutem obtinendam expediat? Quod si colore vel grossitate et subtilitate vestium fiat aliqua inter aliquos spirituales contentio; dicant, qui ob hoc derogandi occasionem accipiunt : dicant, inquam, de hac Regula, dicant de Evangelii et Apostolorum institutione, ubi albedo, nigredo, subtilitas, vel grossitudo, præceptum dando describatur; et erit eis credendum. Unum est tamen, quod testes resurrectionis Angeli in albis apparuisse leguntur; auctoritate vero et usu Ecclesiæ, pœnitentes in laneis sunt. In laneis similiter in veteri Testamento exibant ad populum, in Sanctuario vero, ex præcepto uti consueverant lineis. Quia vero sanctorum Patrum et prædecessorum nostrorum docet expositio, sanctis prædicatoribus et canonicæ professionis utentibus, horum Angelorum in typo vicem gerere, de albis vestibus [a] scandalum non generent : et si sunt pœnitentes, et si eos ad populum exire suum cogat officium, laneas non abhorreant; quod si ad Sanctuarium Dei ingressuri sunt, lineas non prætermittant. Non docebat hoc Vir justus, ut aliis Patrum institutis, quæ quamplurima sunt, derogaret; qui erat omnibus omnia factus, ut omnes lucrifaceret.

E *ejusque auctoritatem tuetur:*

vestem candidam et laneam præscribit.

F

XXV *Docet suos*

53 Erat enim severus in censura : et cum multi ad eum jam confluerent; totum spiritum eorum Spiritu sancto docente exhauriebat; ut spiritu superbiæ evacuato, idem Spiritus sanctus in eis melius locum inveniret. Et gratia Dei non deerat, quæ, quamlibet dissolutis et remissis, et quantumlibet marcidis cordibus, vigorem divini solatii ministrabat. De corporalibus cura et sollicitudo vix aliqua erat : universum vero studium ad spiritualia contulerant, Scripturas divinas sequi et Christum ducem habere. Nam et hoc attendit spiritualis ille Pater, quod numquam exorbitare possent, qui secum vellent remanere, si professionem suam secundum Evangelia et dicta Apostolorum, et propositum S. Augustini facerent, et opere complerent. Hoc vidit, et suas professiones, ut præmissum est, hoc modo fieri censuit. Erat ergo mens eorum, qui ab initio collecti sunt, sic affecta, ut potius eligerent veterem et clavatam tunicam, quam novam et integrum quodlibet vestimentum. Unde et factum est, ut quidam non minimum paupertatem amplectentes, cum

soli spiritualibus curare,

amare vestes veteres,

A cum datas novas sibi vestes erubescerent; ad ostendendum quam sit vilis seculi pompa ad reprimendam superbiam, pannos veteres novis superconsuerent. Nullum opus erat tam vile, quod respuerent. Obedientia adeo prompta, ut si clibanus ardens proponeretur eis, vel quælibet mors se offerret, magis timerent imperantem quam mortem. Juge silentium in omni loco, in omni tempore, in omni statu: ita etiam ut hi qui illum comitabantur, licet confertissimis populorum turbis admixti, vix unum verbum ab eorum ore posset extorqueri. Quod si quemlibet eorum de quantulocumque commisso culparet, ibidem ad pedes corruens satisfacturus, neque visum hominum circumstantium erubescebat. Quod si amaritudinem actione, verbis et vultu, etiam male facientibus, aliquis suorum responderet, ibidem statim satisfactionis pœna reddebatur,

AUCTORE COENO. obedire prompte, silere jugiter, confiteri humiliter,

54 Voluit ut omni tempore jejunarent, una vice contenti in die. Voluit etiam ut asellis circumvectarentur usque ad quatuor vel quinque leucas; sed obsistente carnis infirmitate, observari non potuit. Feminalibus *b* semper uti Fratribus suis præcepit;
B quia semper exhorruit virile robur animi effeminata mollitie lentescere: non tamen hoc respectu *c* stamina pretiosiora ante oculos interni Judicis approbans. Quam erat ille Ordo religiosus, qui ex sua Regula et proposito his carebat! Laneis ad carnem laneis ad laborem uti, et absque ulla tinctura, præcepit; licet asperrimo cilicio assidue vestiretur. In Sanctuario vero, et ubi divina Sacramenta tractanda fuerant, vel celebranda, propter munditiam et multimodam honestatem, lineis uti voluit, et omni tempore utenda disposuit. Sed non prætermittenda tria, quæ præcipue commendabat, sæpius de die in diem hæc tenenda ingeminans: scilicet circa altare et divina mysteria munditiam; excessuum et negligentiarum in Capitulo et ubique emendationem; pauperum curam et hospitalitatem. In altari namque exhibet quisque fidem et dilectionem Dei; in conscientiæ purificatione, curam sui; in hospitum et pauperum susceptione, dilectionem proximi. Constanter equidem asserebat, aliquam domum numquam posse egere, supra id quod possit sustinere, quæ hæc tria solicite studuerit observare. Verbis enim et factis clamabat, se nihil aliud scire, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum: in omnibus actionibus suis præcedentem rationem attendens, ut cum fulciretur ratione, et auctoritate firmaretur,
C stare posset.

b c vestiri viliter, sed nitide, alia ejus tria præcipua monita.

ANNOTATA D. P.

a *Quamquam* Norberto *ad vestis candidæ electionem satis esse potuerat* multitudo albatorum virorum, ad crucem accurrere visa *illi, apud Præmonstratum oranti in ecclesiola S. Joannis Baptistæ: sicut ex Hermanno Monacho legetur, Cap. 2 Analectorum §. 2: constanti tamen Ordinis traditione habetur, et a recentioribus scriptoribus indubitanter refertur,* quod alias ibidem orans Sanctus vidit Reginam cœli, cum cœlesti splendore et Angelis multis, quæ preces ejus exauditas asseruit, locum fundandi primi cœnobii demonstravit, Romanum Pontificem pro Ordinis confirmatione adire monuit, et insuper candidum Habitum ei exhibuit, addens melliflua voce, Fili Norberte, accipe candidam vestem. *Ita Jo. Chrysostomus Vander Sterre lib. 2 Vitæ cap. 2, Joannes le Paige lib. 2 Biblioth. cap. 12. Gerardus van Hardegom lib. 1 cap. 2 ejus operis, cui titulus Diva Virgo Candida, candidi Ordinis Præmonstratensis Mater, Tutelaris et Domina, aliique. Horum asserta vellem antiquioribus posse auctoritatibus roborare: ut-*D *cumque tamen illa sumantur, aliud non efficiunt, quam ut credatur colorem candidum præscripsisse Virgo, formam reliquisse eamdem qua jam utebantur? Qua autem uterentur Canonici, nisi Canonica sui temporis veste: in qua tamen nihil ex seculi pompa redundaret, asperitas appareret. Sic invenio neque lineis vel indusiis ad carnem, vel toralibus ad lectum usos initio Præmonstratenses, discalceatosque incessisse, insuper et perpetuam servasse a carnibus abstinentiam: quæ licet prudenter relaxata nunc sint; non desunt tamen etiam hodie in Lotharingia, qui severioris vitæ amore ad pristinam formam se reduxere, uti asserunt qui eos hoc tempore norunt et laudant.*

b Feminalibus *uti permittit S. Benedicti Regula egressuris extra Claustrum: cumque etiam intra illud iisdem uterentur Cluniacenses, usum illum defendit Petrus Cluniacensis lib. 1 Ep. 28, tamquam honestum, utilem, necessarium, adeoque minime contrarium Regulæ, nihil tale prohibenti.* NOT. 46

c *MSS.* Hæc statuta: *quod nullum sensum facere videtur, et corrigi debuisse.*

CAPUT X.

E

Socii unius Hypocrisis detecta: ecclesia constructa.

Quadam denique die, cum reverteretur a Remis, cum quibusdam Sociis suis et duobus Novitiis, quos de seculo sermo divinus traxerat ad eos factus; et incederent cum silentio, per viam in Deo suo meditantes; vox quædam de nube auribus eorum in hunc modum insonuit: Hæc est, inquit, Fratris Norberti societas: ad quam vox altera ex altero latere respondit: Non est de his duobus Novitiis alter eorum de societate ceterorum. Hoc audiebat homo ille et alii qui comitabantur illum, et rem taciti considerabant, nihil mali suspicantes: sed tamen quidnam fieri deberet hæsitabant. At Pater Norbertus, cui major incumbebat solicitudo, sciens non supervacuum esse, quod ex permissione divina hæ voces audirentur; perquirebat omni orationum instantia quorsum darent responsum, mores et actus eorum considerans de die in diem, de quibus fuerant prolatæ. Cumque considerasset alterum eorum, minus devotum in confessione, levem in verbis, inquietum corpore, inconstantem moribus, tepidum in oratione, negligentem in obedientia, et in omnibus dissolutum (Anglicus enim erat) Quid est, inquit, Frater, quid est quod gestas in corde? Expone quid latet. Si Deum quæris, non est ulla creatura coram eo invisibilis; quia, ut ait Apostolus, omnia nuda et aperta sunt oculis ejus. Veritatem quærimus, et, prout fragilitati humanæ conceditur, in veritate ambulare nitimur; nec est ulla veritatis cum falsitate conventio, nec aliqua fidelis cum infideli participatio. Cui ille caput agitando, et lenitatem verborum præferendo; Putasne, inquit, bone Pater, quidquam velim tibi furari? Pauper es; sed omni habenti dabitur, et abundabit, ab eo autem qui non habet, et quod videtur habere, auferetur ab eo.

XXVI Voce quadam monitus hypocrisim unius suorum detegit,

F Heb. 4, 13

56 Hæc dixit, et dicta opere complevit. Nam tunc forte quidam ad conversionem venerat, et cum parvula substantia sua aliquantulum argenti detulerat; quod retro altare pauperis oratorii, quod tunc solum habebant, projectum jacebat. Nocte vero quadam Anglicus ille, horam sibi prævidens competentem, argentum ipsum rapiens, aufugit. Sic igitur deceptor ille, plenus fraude et minister diaboli, pauperes eos in corde judicans, pauperibus Christi nihil suspicantibus deceptionis, paupertatem adauxit in tantum, ut nulla remaneret

cumque noa[...] experitur furem

A neret eis substantia, unde sumptus procurari possent unius diei. Quid ergo? Probandi erant primo alimentis corporis, qui regni cœlorum possessores audierant esse eos, quos constaret pauperes fieri, non rebus et divitiis, sed spiritu paupertatis. *De paranda sociis domo solicitus,* Probandi erant in minoribus, ut discerent stare in procellis et tumultibus, quibus aggrediendi fuerant, ut series docebit in sequentibus. Igitur ad insinuandum opus divinum, quod magnum et exquisitum est, in quo, secreto suæ dispositionis consilio, magna operatur in minimis, qui humilia respiciens; alta cognoscit a longe, pauca de loco Præmonstratensi et situ ejus disserenda videntur; ut sit laus per omnia omni tempore, ab omnibus audientibus, ei qui ab æterno et ante omnia tempora, soli suæ præscientiæ cognita, manifestavit in tempore novissimo.

57 Jam tunc denique, ut ordo rei prosequatur, *in loco per se incommodo,* plurimi in disciplinatu sæpefati viri et vita et proposito, relictis omnibus, se conferebant. Et quia jam turba erat, diffinito consilio quærebatur, ubi in eodem deserto, certum ad commanendum, et ad ædificandum idoneum locum præpararent. Erat siquidem locus ille asperrimus, et omnimodis B incultus, arbustis et paludibus et ceteris incommoditatibus occupatus, nec quidquam patebat habile ad commorandum, præter capellulam, et juxta illam pomerium, et stagnum quoddam parvulum, quod de aquis montium cadentibus pluviarum tantum tempore, et de succo paludum usque in præsenti impleri dignoscitur. Ibi consederat homo Dei una cum parvula societate sua, spei anchoram inconcussæ fidei adjungens, et cum Patriarcha nostro Abraham spem contra spem ponens; in tantum, quod etiam omnes fere Religiosi testarentur, et populus conclamaret, stare non posse, quod cœperat homo; et ob asperitatem nimiæ paupertatis et victus, potius per aliquot annos expectarent fugam, quam alicujus stabilitatis fundamentum. Sed quid ageret humana ratione, et rationali destitutus auxilio? Sciens quia firmavit faciem suam Jesus ut iret Luc 9, 51 in Jerusalem; firmavit et ipse faciem suam ut ibi expectaret mortem, qui mundo mori venerat, et Christo vivere. Clamabat quia vivunt, clamabat quia vere vivunt, qui non sibi vivunt, sed in quibus pauper Christus vivit: vivo autem jam non ego, Gal. 2, 20 dicit Apostolus, vivit vero in me Christus. Audie- C rat hoc, et docebat; et qui habet aures audiendi, audiat. Verumtamen ne grex pusillus desperaret, et amicorum suorum, non rei exitum, sed statum expectantium corda lætificaret, et derogandi æmulis occasionem subtraheret; habilitatem, utcumque *post indictas preces,* in tali loco poterat esse, et ipse circuire et considerare cœpit, et aliis considerare præcepit: addens, quatenus ad omnipotentem Deum assidua fieret et intenta orationum supplicatio, ad ostendendum locum in quo divini cultus omni tempore fieret celebratio.

58 Cumque multi multis et assidui assiduis precibus Domino consilium hoc commendarent, obnixe suæ beneplacitum voluntatis nimia afflictione, jejunio et orationibus exquirentes; apparuit cuidam quædam revelatio, manifesta satis et evidens, evidenter locum, et quæ in loco, et de loco erant ventura, aperta significatione denuntians. *et visionem cuidam e suis oblatam,* Nam ibidem, ubi præsens sita est ecclesia, Dominus noster Jesus Christus sicut in cruce visus est, super quem septem solis radii mirabilis claritatis fulgebant; et a quatuor partibus, sicut in quatuor introitus loci illius esse dignoscitur in modum crucis, multitudo magna peregrinorum cum peris et baculis properabat, et flexis genibus adorato suo Redemptore, et pedibus ejus dato osculo, quasi per licentiam recessuri revertebantur. Quod cum Viro D Dei relatum fuisset, gratias egit Domino Deo suo, AUCTORE COÆVO. qui servis suis, se in veritate quærentibus, et in fide et justitia obsequentibus, et de præteritis dat fiduciam, et de futuris secreta revelatione notitiam. Et post hæc, exhilarata facie, assumpta fiducia, Eia, inquit, eia, Fratres dilectissimi, accingimini et estote viri fortes: vobis plurima bellorum genera præparantur, quæ ab hostibus tam visibilibus quam invisibilibus futura sunt; sed qui venerunt novi tirones per visionem, visibiliter venturi sunt; et accepto *sumpta fiducia,* præcepto, et obedientia ab eo qui Patri fuit obediens, vobiscum sunt usque ad consummationem bellaturi. Quis dubitat hoc verbum verum et propheticum non fuisse? Verum siquidem fuit, quod subsecuta actio quotidie insinuat in his, qui relictis omnibus ut peregrini veniunt, et professione quasi osculo dato facta, ad obtinendas præliorum acies, ad diversas nationes recedunt. A mari usque ad mare tuba sonuit, et ipsorum audita est vox, in qua et opera Dei manifesta sunt, et exquisita in omnes voluntates ejus. Gratias ei, qui sperantes in se non derelinquit.

59 Quia vero ædificium et templum spirituale E bene dispositum et compositum fuerat, et ad mate- XXVIII riale necessarium erat laborem adhibere; ut cuncta cum benedictione fierent, Episcopo Bartholomæo *ecclesiæ novæ fundamenta jacit* advocato, effosso fundamento et consecrato, de consecratis lapidibus fundari fecit ecclesiam, adstante Domino Thoma de Couci, qui hominem Dei metuebat, et reverebatur propter Deum, sciens eum virum justum et omni honore dignum; adstante etiam filio ejus Ingelramno adhuc puerulo, et multis nobilibus clericis et laicis, et populorum innumera multitudine admirante, et quasi spectaculum considerante, et intra se ad invicem dicente: Quis putas est homo iste? cujus fidei, qui nulla utitur ratione? Putasne stabile sit hoc opus, quod in tanta solitudine locatur? et cujus fundamentum non in petra, non supra firmam terram jacitur, sed in palude? Tanta namque ibi palus erat, quod vix sorberi poterat, cum etiam multa lapidum congeries *quæ dum post 9 menses dedicatur* projiceretur. Sed non debuit titubare, nec potuit eradicari, quia plantatio, quam plantat Pater cœlestis, non eradicabitur. Porro pars cœmentariorum Teutonici erant (conduxerant enim eos Colonienses quidam, amici hominis Dei) pars nostrates, amici F jam Præmonstratensium: et contendebant in opere, alteri in altero latere ecclesiæ, alteri in altero accelerantes. Crevitque quam celerrime ædificium, et sub tempore novem mensium perfectum et consummatum est templum, et a supradicto Episcopo Bartholomæo consecratum.

60 Sed quia lætis tristia, prosperis adversa *dissoluto altari,* misceri solent, in eadem die consecrationis quoddam infortunium accidit. Nam cum multitudo innumera, quæ convenerat ad festum de remotis partibus, certatim ad oblationem et ad circuitum altaris, ut fieri solet, currerent; motum est altare majus, et lapis dissolutus, consecratioque cassata est, ut præcipit auctoritas, et totus labor in nihilum redactus. Expavit homo, et contristatus est; plus tamen pusillorum scandalum metuens, quam de divinis operibus, quæ sine causa non fiunt, diffidens. Sed homo ille quid fecit? Resumptis denique in Domino consolationis viribus, qui hujusmodi tentationes haurire et sorbere consueverat, denuo ecclesiæ dedicandæ in Octavis B. Martini, diem secreto cum Episcopo instituit. *iterata consecratione opus fuit.* Et sic factum est: qui quamdiu vixit, ob hanc causam, innovationem aliam futuris temporibus asserebat esse gerendam. Hanc viderunt qui tunc temporis aderant, et quidam qui successerunt: sed

AUCTORE COÆVO. Joan 14, 12 Joan 1, 50

A sed et succedentes amplius videbunt; quia, teste Veritate, qui credit, opera quæ facit, et ipse facit, et majora horum facit. Et alibi: Si credideritis, majus his videbitis. Hæc de materiali ædificio dicta sufficiant. Sed quid interim egerit homo, quidve pusillo gregi acciderit, non est reticendum. Sed quia, quod eodem tempore illi, quodque eodem tempore illis acciderit, eodem momento narrationis ordine disserere non est cuiquam possibile; non miretur quilibet auditor, si vicissim stylus transeat ad ea, quæ de actibus singulorum et de innumeris eventibus prætermitti non debent.

ANNOTATIO G. II.

a *Petrus de Waghenare* §. 27 *Vitæ, Ædem, inquit*, et monasterium ibi a S. Norberto extructa, non sine miraculo; Angelis nimirum allaborantibus, qui opus multo plus noctu quem omnes opifices interdiu promovebant, teste Reverendissimo Domino Gosvino van Weirdt, S. T Doctore Floreffiensi Præte, ut asserunt ejusdem monasterii B Floreffiensis archiva. *Utinam, ad majorem fidem, etiam archiva Præmonstratensia idem haberent, vel Floreffiensia distinctius promererentur!*

CAPUT XI.

Tentationes superatæ. Energumeni liberati.

XXIX Exivit denique homo ad prædicandum, exivit iterum seminare semen, non suum, sed semen Dominicum; relictis qui præessent cœpto operi, relictis qui præessent aliis rebus omnibus, et omnia integra conservarent, et qui præessent tam clericorum quam laicorum conventui; binos et binos in singulis ponens officiis, quos ad ultimum vale, de pace et unanimitate docebat, dicens; numquam posse exorbitare congregatam aliquam multitudinem, quam Prælatorum concordia præcesserit. Sed recedente Pastore, rabido lupus ore ovibus molitur insidias. Insidias vere dixerim, quia ex adverso caulas earum effodiens, latenter ingreditur: ut prius terrorem incutiat, territas malleo caudæ suæ dejiciat, dejectas mactet, mactatas postea hiante ore devoret et perdat. Quia vero major est ejus arrogantia quam fortitudo, bene primo terrorem incutiebat: quia quibusdam, velut essent mortalis odii inimici, C quos in seculo reliquerant, armata manu quasi ad perimendum, etiam in luce diei, cum suis satellitibus se præsentabat. Illi vero territi, venientibus in speciem armati exercitus, et pompæ armorum et fremitus equorum, quibuscumque poterant modis, se opponebant; ita ut cum fugerent, velociter raptis fustibus et saxis, involutis etiam brachiis, aliquibus adminiculis vel tunica resistere festinarent. Sed, quod mirum et incredibile videtur alicui, adeo acriter pugnabatur, ut æstimarent jacula mitti et mittere, feriri et ferire, vulnerari et vulnerare, interfici et interficere. Ad quos cum multi Fratres alii concurrerent, redarguentes eos, cur sic insanirent: Numquid non adspicitis, aiunt, quod ab inimicis nostris opprimimur, et jam in frusta fere concisi ad opprobrium irrecuperabile morimur?

Absente S. Norberto

infesti socius dæmones

62 Tunc Fratres, scientes eos ab infestatione dæmonum illusos esse, aquam benedictam spargunt, signum Crucis faciunt; et recedente malignorum spirituum turba, illi quasi hostibus victis et in fugam versis, concito cursu insequebantur, altis vocibus inclamantes: Eia, eia, vertimini et resistite, belligerantes fortiter; alioquin turpissima morte moriemini, si amodo nos adire, et minas et mortem inferre præsumpseritis. At postquam in se reversi, D quidam ex ipsis delusos se esse agnoscunt, fortiter exinde persistunt, qui fortiter vicerunt. Quidam vero ignominiam tantæ irrisionis ferre non valentes, et de perseverantia desperantes, aculeo caudæ dæmonis percussi recesserunt. Sed quia huic maligno et falso spiritui non sufficit, nec miratur si absorbeat mare, sed et Jordanem totum sorbere nititur; qui manifeste ad integrum seducere non potuit, iterum occultiores insidias præsumptuose sumens, redire non metuit. Convenerat siquidem in eadem paupertate multitudo de diversis nationibus et diverso genere, nobiles et ignobiles, divites, pauperes, majoris minorisque ætatis, sapientes, simplices et idiotæ, sicut vir ille recipere consueverat, in hoc Evangelii imitator effectus: Omnem qui venit ad me non ejiciam foras. Inter quos fallax ille spiritus quosdam considerans idiotas, et sua quondam recognoscens esse vascula, in quibus suæ quieti et voluntati habitaculum habere consueverat; tanta eos falsa suæ deceptionis sapientia replevit, ut qui prius vix in aliquo libro legere poterant, nunc de libris magna quædam dicerent, et de futuris prophetando majora et stupenda prædicarent. E

aqua benedicta ac signo Crucis fugantur:

iidem ipsos decipere nituntur,

Joan. 6, 37

63 Danielis quoque unus ex eis prophetiam se scire asserebat, et de ea quædam duce mendacio loquebatur, ubi de quatuor, et septem, et decem cornibus et Regibus, Propheta scribendo inducit, et de Antichristo. In quibus jam simpliciores quosdam attentos reddiderat, et, si fieri posset, etiam Dei hominem, et venerabilem Simonem, Abbatem sancti Nicolai, in errorem induxisset; quia in tantum processit ejus arrogantia, ut ipsis assidentibus etiam in Capitulo sermonem facere præsumeret. Et qui vidit, et audivit, perhibet hujus rei testimonium: et hoc signum ejus, quia de sermone profert initium. Erat enim hic sermo: Estote fortes in bello, et pugnate cum antiquo serpente. Hoc spiritus ille mendax per organum illud assumptum proferebat, sed ad veritatem quæ sequitur, videlicet, Et accipietis regnum æternum, nullatenus procedere valebat. Unde cum Pater Norbertus cuidam innueret, quid sibi videretur; ille respondit: Magister bone, in brevi manifestum erit. Porro dum ab auditoribus veritatis et dulcedinis falsus ille spiritus se ex parte deprehendi cerneret, ut est milleartifex, artificiosius deceptionis alia genera exquirit; ut quia cooperatores manifestæ operationis non poterat subvertere, saltem contemplativos quoslibet succideret a contemplatione. Nam ille idem Clericus, laboris hujus iniqui minister, subita quadam gravissima infirmitate arripitur. Et qui prius de visibilibus responsa dabat, in cœlum os suum ad invisibilia et ineffabilia ponere præsumebat. F

et quemdam faciunt altiora se dicere

ac per eumdem infirmatum

64 Concurrunt Fratres, sicut consuetudo est, ad inungendum eum; concurrunt, ad ea quæ dicebat audiendum. De se quidem magna, sed et de quamplurimis circumadstantibus asserebat majora. De se, quia in eadem vespera, aut esset cum Angelis in cœlo, aut staret sanus cum ceteris Fratribus in choro; de aliis vero, singulorum considerans habilitatem, quasi prophetando et augurando dicebat: Hunc, cum nuper in ecstasim raperer ad superiora, vidi ad æternitatem vocatum; istum jam in sede felicitatis positum; lectum istius in eadem felicitate præparatum: iste futurus Pontifex, iste constituendus Rector multorum Regularium et magister; iste in bono proposito perseveraturus, iste alius deficiens recessurus. Hic dictis, se contulit quasi ultimum exhalaret spiritum, unius horæ spatio sic in terra jacens, ut statim morituris fieri solet; tum audito primo Vesperarum sonitu surrexit, et veloci cursu

multa soli Deo nota dicunt;

A cursu cum aliis chorum intravit. Quod cum adstantes cernerent, alter ad alterum, suum scandalum profitentes, se delusos esse contestabantur. Sed nec sic quidem destitit antiquus ille et malignissimus insidiator, totiusque bonitatis et veritatis expers, et cunctorum scelerum malignissimus adinventor. Suscitavit enim alium Clericum similiter, qui sicut ille de Propheta Daniele spiritum hauserat seductorium, sic iste de Joannis Apostoli Apocalypsi nihilo minus spondebat se scire, et rimari debere dona cœlestium secretorum. Quem cum unus ex Prioribus in Capitulo adduxisset, Ecce, inquit, nunc demum visitavit nos Oriens ex alto; quia hunc non diuturna scholarum exercitatio instruxit, nec labor annorum numero computatus edocuit, sed Angelica quædam revelatio, quæ per totam noctem, sub tenebrarum silentio, ad ipsum diligenter instruendum, et nos per ipsum, laboravit. Audiamus igitur eum, ut ab eo discamus, quod de excelsis didicit in Apocalypsi per mentis excessum.

alterum faciunt explicare Apocalypsim

65 Audientes hoc quidam de Fratribus, quibus jam ex parte subtilitas fallacium spirituum nota B erat, omnino prohibuerunt, dicentes; Amodo nec hunc nec alium quemquam velle audire in sermone, priusquam Pater Norbertus reverteretur. Videns itaque mendacissimus ille spiritus, claritatem suam, qua transfert se in Angelum lucis, esse repulsam; ut leo frendens, qui esurit et circuit quærens quem devoret; quasi excitatus ad iram, ultra latere non valens, aperte sævitiam suam et odii fomitem, quem adversus congregationem et aciem bene ordinatam gerebat, exercere cœpit. Primo quidem inter illos duos, quos sic illuserat, et per quos alios irridendo illaqueare tentaverat, tantas discordiæ inimicitias posuit, ut si alter alterum alicubi posset apprehendere, interficeret eum; et nisi seris et laqueis tenerentur, evadendi alter eorum non invenisset locum. Deinde importunissimus ille insidiator, qui apponit iniquitatem super iniquitatem, ut onus grave aggravatum ponat super innocentes, juvenem quemdam cujusdam Conversi filium arripuit, et ingressus nequiter eum torquere cœpit. Et qui totum gregem multiplici arte sua non poterat subvertere, omni modis nitebatur eum saltem præruptum relinquere. Quid faceret grex sine pastore, cui sic lupus undique insidiabatur? Stabant stupentes et admirantes, quinam essent assultus tam frequentes, qui hujus- C modi arma ferre non consueverant. Ligatum tamen ipsum dæmoniacum recludunt, donec agatur consilium quid facto opus sit.

et denique ambos inter se committunt

XXX Dæmon juvenem obsidens,

66 Et facto silentio noctis, cum Prior, qui tunc aliis præerat, ad eum intrare vellet; adhuc foris stans, longe aliquantulum a domo, ostiis etiam omnibus clausis, nec patebat foramen per quod posset videri, et etiam quia tenebræ erant; dæmon interius alta voce cœpit clamare: Modo intrabit ad me, modo intrabit ad me; modo venit, modo venit magister ille cum clavata tunica sua: maledicatur ipsi; firmate ostium firmiter, firmare quam celerrime. Non ob hoc cessit ille, sed processit, et pulsans ad ostium intravit. Stansque ante illum dixit: Dic mihi, rogo, quid est quod loqueris? Respondit: Interrogas me quid loquor, an, quis ego sum qui loquor? neutrum tibi indicabo. Numquid tu magister es, aut tutor illius, aliorumve ductor? Recede, recede, inquit, quam citissime, ne a me injuriatus ignominiose recedas. At ille certus quia spiritus esset nequam, et quia ad decipiendum sæpissime venerat, qui modo tandem ad perimendum intraverat; Adjuro te, inquit; per Jesum Christum filium Dei, qui tuas in cruce vicit insidias; et potestatem, quam injuste et fraudulenter rapueras super hominem, juste et potenter recepit; ut, quis sis, celare

a Priore suo exorcizatur;

et adjuratus per Jesum,

non præsumas. Ait: Numquid sic me coges? D Respondit: Non ego. Cogit te, qui in altera vice, ut præmissum est, per crucem te vicit Et exclamans dæmon ille nequam: Ei mi! ei mi! quid agam? Ego sum, ait, ille idem qui fui in puella Nivigellæ coram Norberto magistro tuo, albo cane; maledicatur hora qua unquam natus fuit.

AUCTORE COÆVO

67 Sic certus ille de suo et aliorum importuno persecutore, totum convocat Conventum; et hæc omnia indicans, quid super hoc faciendum sit interrogat. Illi consilio inito, timidi tamen, utpote novitii, qui hæc non consueverant; disciplinam corporalem suscipiunt, jejunia et orationes inter se constituunt, aquam in vase ad hoc habili benedicunt, et cum Processione eunt ubi erat dæmon. Cœpit igitur fremere, et cum magno strepitu clamare: Veniant nostri ad hoc bellum; plures enim sumus: et conteremus eos, ut a lapide grana tritici conteri solent, et prorsus eos delebimus. Cui cum Prior responderet: Sic facies, si a Deo accepisti potestatem. Ille versus ad eum, et extensis manibus, quasi scindere vellet vestes; quibus erat indutus, ait: Putasne te istorum esse magistrum? Et extendens digitum ad crucem, quam ibi tenebat puer; Ille, in- E quit, est magister, non tu. Pro te nihil faciam: sed ille est a quo torqueor. Dæmones Jesum Christum crucifixum fatentur, et timent: Judæi legem habentes, et falsi Christiani non agnoscunt, sed detestantur et rident. Solutus est ille, in quo spiritus erat nequam; sed cum vix a multis circumstantibus teneri potuisset, juvenis quidam Clericus de Conventu, humilem de vera obedientia, cui totus deditus erat, assumens præsumptionem, dixit: Præcipiatur mihi per obedientiam, et tenebo eum, non meis, sed obedientiæ manibus et vinculis. Cui cum præceptum datum fuisset, et alii recessissent; ille solus tenuit, et usque ad aquam benedictam deduxit. Dæmon vero ad adspectum illius tremebat, ut coram positis ad verberandum virgis quilibet tremere solet parvulus.

seipsum manifestat,

fateturque se a Crucifixo torqueri

68 Ponitur in aqua exorcizata, leguntur exorcismi, fiunt adjurationes, leguntur Evangelia, aliis de Fratribus flentibus, aliis in oratione, aliis in disciplinis corporalibus, aut aliis afflictionibus existentibus; omnibus tamen admirantibus super responsis inutilibus et joculosis ejus sermonibus. Quid plura? Tandem post nimias et innumerabiles miserrimi corpusculi fatigationes, dæmon supra linguam F dæmoniaci residens, in modum grani nigerrimæ lenticulæ se posuit; et aperto ore, linguaque extracta, omnibus adstantibus se ostendit, dicens: Ecce ego, sed pro vobis omnibus hodie non egrediar. Cui cum responderetur: Mendax es, et ab initio in veritate non stetisti, nec tibi ab aliquo fidelium credendum est; non post multum, sonitum fœtidissimi fœtoris emittens, exivit, intolerabiliter fœda relinquens vestigia. Et statim a suo tortore corpus evacuatum cecidit, et in lectulum quemdam reclinatum, post diuturnam recreationem, ab ægritudine illa vix convaluit. Fatigatis igitur mirabiliter et multipliciter Fratribus, et artificiosa dæmonis hujus calliditate inquietatis: ipse dæmon totius quietis impatiens, et pacis quieti nullatenus acquiescens, cum locum suæ seductionis apud simplices nullum inveniret, volatu facili, sicut levis est velocitate naturali, Trajectum, ubi erat Pater Norbertus, concito transiit; et hominem quemdam, cujusdam Principis villicum, arripuit; ut qui non poterat aciem, quam bene compositam reliquerat, dissolvere, saltem in Signifero jaculare, et per Signiferum tentaret in acie tela mortis ministrare.

et tandem exire compellitur

XXXI Alius Trajecti energumenus.

69 Erat enim in eodem oppido annuæ celebritatis dies, quando populus ad hujusmodi solennitatem convenire

Sancto sacrificanti effertur.

A convenire solet. Et tunc ibidem multi convenerant, et Sacerdos Dei Norbertus in ecclesia majori, ubi frequentia populi major erat, celebrabat; ubi erat etiam homo ille, arreptus a dæmone intra Secretam; qui cum magno tumultu et tremitu vix ligatus tenebatur. Finitis itaque Missarum solemniis, oblatus est ei ille cum magno suffragio plebis circumstantis, et expectantis agonem militis Christi et dæmonis. Ille vero, ut erat adhuc sacris amictus vestibus, imo sancti Spiritus virtute accinctus, et lorica justitiæ, fideque et veritatis scuto munitus, ad debellandum hostem illum importunissimum procedit. Cumque quidam circumstantes Fratres dicerent ei, ut suæ imbecillitati parceret, quia jam vespera erat, et hunc eventum esse casualem, neque omnes casus posse emendari; ipse permotus, et vultu et responsione gravi reverberavit eos, dicens: Nescitis, Fratres; nescitis, inquam; quia invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum, quæ et adhuc in eo perseverat; nec resipiscendi unquam habebit voluntatem. Iste siquidem ad hoc se ingerit tam frequenter et importune, ut et me odiosum reddat; et verbum Dei, quod per me ministratur, in cordibus audientium faciat vilescere; et ab eis, qui illud B susceperint, etsi latenter non potest, evidenter tamen ex innata sibi arrogantia laborat auferre. Numquid in auribus vestris veritatis non sonuit expositio, quæ dicit, Quia venit diabolus ut tollat semen verbi Dei de cordibus eorum?

AUCTORE COEVO.

quem ille dissuadentibus licet sociis,

70 Hæc dixit, et statuto dæmoniaco ante altare, exorcismum aggressus est, dæmonem compellens ut exiret. Et cum salem exorcizatum ori ejus immisisset, ille magno impetu in faciem et in oculos Sacerdotis exspuit, dicens: Jam tu consilium dedisti ut in aqua mitterer, ut ibidem durissimis cæsus flagellis ad mortem fere verberaret. Frustra niteris; me tua flagella non lædunt, minæ tuæ non terrent, mors non cruciat, nec me mortis vincula ligant. Consilium, ut præmissum est, datum erat, ut in aqua exorcizata mitteretur, sed eodem furioso absente. Cum ergo circumstarent et clerus et populus, alii ob curiositatem, alii propter pietatem; pessimus dæmon per os invasi hominis, multorum pessimam vitam, et adulteria et fornicationes, cœpit detegere, et quidquid Confessione tectum non erat, malitioso ejus ore detegebatur. Hoc audientes, cœperunt omnes hac illacque diffugere, paucis cum Patre Norberto remanentibus. Et cum jam dies esset inclinata, facto vespere, fatigati qui aderant jejunio et vigiliis C noctis præcedentis, coegerunt eum ad hospitium, ut requiem paulisper acciperet, et membra debilia refectione aliqua refocillaret, et dormitione recrearet. Ubi cum ad cœnam cum Fratribus suis et quibusdam hospitibus resideret, nuntiatum est ei, quia æger ille quietus sedebat, et solutus ante altare, de commissis et maledictis, quæ turpiter intulerat, veniam precabatur. Gratias egerunt Deo; vere enim illa nocte et in crastino, quasi esset curatus, apparuit.

exorcizare aggressus,

adstantium peccata detegentem,

seque eruisse fingentem,

71 Habebatur vero inter cives ejusdem oppidi quoddam mortale odium, ad quod cum in crastinum per totum diem Pater Norbertus pro pace componenda laborasset, et ex integro, adjutrice gratia, cuncta in pace et quiete composuisset; statim diabolus qui a cordibus eorum expulsus fuerat, ut libenter digrediens, in eumdem miserum hominem, qui curatus videbatur, ingressus est; qui statim cœpit stridere iterum et furere. Regressus ab ecclesia Sacerdos Dei: Nescis, inquiunt adstantes, quia energumenus ille hesternus insanit? nisi quam citius subveniatur ei, et quam cito curetur, furore sui ipsius consumptus peribit. Respondens homo Dei; Non, inquit, modo a suo tortore liberari poterit; quia peccatis suis exigentibus hoc ei accidit nam et officium procuratoris villæ gerebat) et merito suo tortori traditus est. Sinite eum modo, ut D postquam vexaverit eum per aliquot dies, satisfactione recepta, ille nequissimus dæmon facilius expelletur. Sapiens homo doctusque palestræ gerendæ cum spiritibus immundis, tribus diebus permisit eum torqueri et vexari; et post hæc divina miseratione ab eo curatus est, ita ut mentis suæ compos et incolumis ad sua propria reverteretur.

ac denuo regressum:

post triduum pellit.

CAPUT XII.

B Godefridus Cappenbergensis conversus: idem cogitanti Theobaldo Comiti persuasum conjugium.

Eo tempore fama creberrime et celeberrime ob insignia tanti hominis percurrente, compunctus est paupertatis spiritu Comes quidam Westphaliæ præpotentissimus, *a* Godefridus nomine; qui accessit ad eum, eo quod de eo multa audisset; sed cum adhuc majora, Spiritu sancto perdocente qui per eum operabatur, invenisset, omne consilium suum E et voluntatem ei aperuit: et qui se totum jam Deo devoverat interius, sine mora de omnibus relinquendis, et de paupertate voluntaria amplectenda, perdocetur exterius. Erat enim dives, potens in armis, utpote homo juvenis, in prædiis multis, servis et ancillis satis locupletatus; quibus statim omnibus abrenuntiatis, se et sua omnia Deo per manus hominis Dei disponenda contradidit; ea siquidem conventione interposita, ut propriæ domus, castri videlicet *b* Cappenbergensis, transmutaret fastigia, consecrandi gratia; ut ubi regnaverat vitiorum execratio, virtutum ibidem locum faceret divinæ benedictionis consecratio. Quid faceret juvenis, certamen gravissimum bellaturus? Gravissimum bellum vere dixerim; quia erat illi uxor et frater eo junior, qui per omnem modum, quodcumque disposuerat facere, contradicebat. Contradicebant etiam homines sui feodati, servi et ancillæ, et cuncti ministeriales ejus. Contradicebat Comes *c* Fredericus pater uxoris suæ, atque ex magna parte eleemosynam quam fecerat, de dote filiæ suæ esse dicebat. Quid dicam? Manus ejus contra hos omnes, et manus horum omnium contra eum. Geritur bellum, non armis materialibus, sed fide; non contentionibus, sed ratione; non armatorum multitudine, sed Angelorum suffragio, et spe F cœlesti galeatum, et superna loricatum virtute. Vicit tandem humilis importunitas, quam opportunet plantaverat et comitabatur spes cœlestis beatitudinis et perfecta humilitas. Vicit quidem, quia *d* uxor consensit; et *e* frater leonino furore deposito, agninam mansuetudinem assumpsit, et Religionis habitum, quem ipsum Comitem Godefridum velle noverat, uterque suscepit. Gavisus est Pater Norbertus, gavisus est et Comes; et redditis omnibus Cæsari quæ Cæsaris erant, et quæ Dei Deo retentis, tres de propriis allodiis Ecclesias, ordinante Patre Norberto, construxit. In quibus Fratribus impositis, et Religione ordinata, cum Dei servitium eleganter impleretur, non defuit tentatio et malignorum spirituum persecutio.

XXXII

a

Converso B. Godefrido Cappen.

b

obsistunt uxor, fratres et socer.

c

emollitis duobus

d e

73 Nam Comes Fredericus, pater uxoris Comitis, ambitioni suæ indulgens, eo quod castrum Cappenbergense dominatum Westphaliæ tenuerat; prætendens esse dotem filiæ suæ, comminatus est Fratribus, quod nisi quam citius abscederent ab eo, omnes interficeret. Aliquoties etiam cum equitatu suo illuc usque accedebat, Patri Norberto comminans, quod si ipsum teneret, cum asino suo eum suspenderet, ut æqua lance experiretur, quis corum

pertinax socer.

A rum ponderosior esset. Tam superbæ locutioni qui aderant Episcopi aut alii Principes contradicebant; et pro hoc etiam verbo iram Dei super eum comminabantur. Jam enim Pater ille Norbertus, circa Rhenum et ultra Rhenum, apud omnes pluris habebatur; nec æque ferre poterant, si a quoquam comminaretur ei vel malediceretur. Fratres vero Cappenbergenses in arcto positi, nec ullum habentes liberatorem, præter Deum, de manu potentis et iniqui, miserunt ad Patrem suum ut adjuvaret eos, pariterque superbi hominis arrogantia verba nuntiantes. Quo nuntio accepto, collectis viribus fidei et spei, in eum et per eum qui dixit, Confidite, ego vici mundum, ad ipsum se totum contulit; et publice pronuntiavit, se cum asino suo terram illius ingressurum, et copiam sui se facturum. Quid multa? Quamvis iter longum esset, tamen asinum suum mutare noluit; sed transito Rheno, mox ut cum asino suo inermis et debilis terram illius Frederici Comitis intravit *f*: [dirupto ventris thorace, idem Fredericus sedens in prandio, medius crepuit] nec longe post atrocissimus ille hostis languore correptus interiit; et finem malitiæ simul reddidit et vitæ. Igitur animadvertendum est, quis B et cujus miles iste fuerit, qui in asino residens, vibrato a longe iræ Dei gladio, in ultionem sui et Fratrum suorum, hostem perforavit, et de immani tyranno triumphum accepit. Sic pacatis omnibus, Fratribusque Deum timentibus electis, in tribus ut præmissum est, ecclesiis de eodem allodio servitium Dei omni tempore agendum ordinavit, videlicet Cappenbergensem, *g* Elophstatensem, et *h* Varlarensem; in quibus multorum Fratrum et Sororum usque in hodiernum diem viget Congregatio, et in cultu divino floret honesta religio.

nullaque Sancto comminans

Ioan. 16, 33

misere et subito extinguitur.

f

g h

74 Multa de tanto Patre narrari possunt, sed XXXIII tamen plurima prætermittuntur; quia non contingit uni alicui scire cuncta, quæ per eum Deus operatus est. Erat enim vere lucerna ardens, satis temporibus modernis spectabilis; lumen non sub modio, sed super montem positum; et tam in Germania quam in Francia magnum nomen ejus habebatur et manifestum. Unde contigit, ut cum in Franciam reverteretur, et fama de conversione supradicti Principis, mirantibus multis, divulgaretur; eo quod cum habitu in religionem mutasset et castra et castrorum militiam, et totum Comitatum destruxisset, servitioque Dei cuncta mancipasset; exemplo hujus commotus et compunctus quidam nobilissimus Princeps Franciæ, Comes *i* videlicet Theobaldus, hominem Dei adiit, de salute sua, et de remissione peccatorum suorum simili modo consilium quæsiturus. Considerans autem hominis Dei facundiam, et vultus elegantiam, et maturitatem in verbis et responsis ejus; pietatis affectu mens ejus in amore dulcedinis Dei et omnis mansuetudinis sic perfusa est, ut statim seipsum totum, cum tota sua possessione, Viri Dei subderet potestati: erat enim et ipse homo prudens et bene doctus, et sanam doctrinam et sapientiam verborum Dei sapienter in corde suo et laudabiliter colligebat. Sed Vir Dei e converso videns generosi Principis cor nobile, nobilemque et devotam quam de seipso bene dividens offerebat oblationem, et holocaustum quod de cunctis rebus et divitiis faciebat, paucis diebus respondendi acceptis induciis, Domino Deo consilium hoc attentius commendabat.

Godefridi exemplo motus, Theobaldus Comes *i*

se suaque similiter offert S. Norberto,

75 Intellexerat enim quod Princeps ille amplissimas haberet facultates, et castra quamplurima, nec cuncta facile possent destrui et mancipari cuidam Religioni, tum propter regni imminutionem, tum propter multorum aliorum Principum nobilium, qui sub eodem Principe Principes feodati erant, destructionem. Audierat etiam, ipsum esse D largissimum in dandis eleemosynis, in ecclesiis, claustris, et ceteris Religiosorum officinis ædificandis: addens quoque ceterarum necessitatum grande subsidium. Audierat similiter hunc patrem esse orphanorum, sponsum viduarum, pauperum dapiferum, insuper solamen *k* lazarorum: nec in eo vir per omnia discretus, alterius consuetudinis vitam præsumebat ordinare, quem a Deo horum omnium ministrum considerabat electum fuisse. Expectabat autem ille responsum de contemptu mundi et renuntiandis omnibus: cui homo Dei; accepto divinitus post datas inducias consilio, Non erit, inquit, ita: jugum enim Domini, ut cœpisti, cum jugo conjugalis societatis portabis; et semen tuum cum benedictione patrum tuorum præcedentium, terram tuam largissimam obtinebit: quia nobis non est licitum in te destruere, quæ de te divina dispositio ante omnia tempora in his novissimis temporibus voluit ordinare. Ad hæc intulit Princeps: Si sic, ait necesse confirmas, Reverende Pater, ex E Dei voluntate; Domini est terra, et plenitudo ejus, nec ex ea quisquam aliquid nisi per ipsum obtinere debet. Quia igitur ab ipso hoc præcipis, non habeo contradicere; sed certum tibi sit, quia nullam in matrimonium ducam, nisi quam Dominus Deus per te mihi voluerit copulare. Penset igitur quilibet auditor, quanta fuerit in viro virtus discretionis, qui de duobus Principibus alterum fecit cuncta relinquere, alteri vero præcepit, tamquam nihil habente, cuncta possidere. Consideravit quippe in altero, quod aliena etiam ab egenis raperet: consideravit vero in altero, quod propria indigentibus largiri non cessaret. Disposuerat denique jam tunc homo Dei iter Romanum, pro statuendo Ordine XXXIV Fratrum suorum, et pro confirmandis rebus eorum sibi a Deo collatis. Assumptis itaque Legatis Comitis, usque Ratisponam secum perduxit. Erat enim *l* Episcopus ejusdem civitatis nobilissimæ progeniei, et habebat fratrem potentissimum, videlicet Engelbertum *m*, Marchionem quemdam, cui erant nubilis ætatis filiæ, et quibus una *n* quæsita, Comiti Theobaldo conjugio concessa est danda.

qui re mature coram Deo expensa,

AUCTORE COÆVO.

k

potius suadet illi conjugium,

et procurat uxorem. *l* *m* *n*

ANNOTATA G. H.

a *Hic est* B. Godefridus Cappenbergensis, *ex Comite Canonicus Ordinis Præmonstratensis, mortuus anno* 1127, 13 *Januarii, ad quem diem varia ejus Acta sunt illustrata.*

b Cappenberga *in diœcesi Monasteriensi, a Luna, ad Lupiam flumen sito oppido, ferme milliari distat.*

c Fredericus Comes Westfaliæ, de Arnsburg, homo ferocissimus *Gobelino, ætate* 6 *cap.* 48 *anno* 1123, *cujus nepos postea fundavit monasterium Ordinis Præmonstratensis in Arnsburg, qui locus nunc pertinet ad jus Electoris Coloniensis.*

d *Jutta Comitissa de Bonneburgh in sinistro montis latere reclusa vixit, dum Hervordiam evocata illustri Dominarum Collegio præfecta est Abbatissa.*

e *Otto post B. Godefridum et alium Ottonem tertius Præpositus Cappenbergensis mortuus anno* 1171 *aut sequenti. De eo etiam egimus inter Prætermissos ad diem* 23 *Februarii.*

f *In tribus MSS. omittuntur hic* [ ] *inclusa, adsunt in aliis; videnturque ad sensus integritatem prorsus necessaria.* F

g Elophstadium, *sive* Elfstat, *usitatius* Ilmstadium *in Wedderavia,* 3 *leucis Francofurto dissitum, morte B. Godefridi celebre.*

h Varlar, *leuca a Cosfeldia, Episcoporum Monasteriensium residentia, distat.*

i Theobaldus Blesensis *cujus amplus ad Ligerim* Comitatus

AUCTORE COÆVO

A *Comitatus singulari mappa geographica continetur; Comes fuit etiam Carnotensis et Campaniæ, mortuus 10 Januarii an. 1151, filius fuit Adelæ, filiæ Gulielmi Conquestoris. De eo continuator Monachi Gemeticensis:* Theobaldus, *inquit*, vir per omnia laudabilis, utpote laicus, ac viros religiosos miro affectu venerans ac fovens, successit Patri *Stephano*, in Comitatu Blesensi. Comitatum etiam Trecensem emens ab Hugone patruo suo, simul cum Carnotensi possedit. *Autissiodorensis Robertus ad an.* 1136, *hoc eumdem ornat elogio:* Floruit hoc tempore Theobaldus, Comes Campaniæ, pater orphanorum et judex viduarum; cæcorum oculus, pes claudorum; in sustentandis pauperibus singulariter mirificus, in extruendis cœnobiis et erga religiosos quosque incomparabili largitate; quanta fuerit circa eos largitione profusus, et religionis amator et propagator exstiterit, vix lingua sufficit explicare.

[illegible]

B [illegible]

[illegible]

[illegible]

CAPUT XIII.

Curati cæca et dæmoniacus. Tanchelini hæresis extirpata Antuerpiæ.

Receptis itaque Legati litteris, et Pater Norbertus cœptum iter aggrediens, Comam pervenit, [illegible] tanter accepit. Peractisque omnibus, cum jam de reditu cogitaret, quadam nocte summo diluculo, cum in [illegible] suorum, quos itineri sui solamen habebat, audita est vox [illegible] ipsum esse Episcopum futurum, denuntians. His auditis admirantes stupebant, nec audebat quisquam eorum alius alteri fateri quid audivisset. Præmiserat enim unum ex Clericis suis nuntiare Comiti reditum suum, et accipere responsum, quid de matrimonio placeret ei, quod per Legatos suos audierat sibi quæsitum. Ipse vero rediens, forte transitum habuit per quamdam civitatem Herbipolis nomine, quæ tunc temporis Episcopo carebat. Et coegerunt eum populus et clerus (erat enim Pascha) ut apud eos illud celebraret. Illo denique retento, cum in die sancto majorem Missam celebraret, ventumque fuisset ad sacrosanctam Dominici corporis et sanguinis perceptionem, accessit ad eum cæca mulier, quæ omnibus nota erat: et eo, de flatu Dominici sanguinis recenter perfuso, sufflante in oculis, lumen recepit. Unde cum in admirationem laudis, cunctus assistens populus magnificentiam Dei altis vocibus extolleret, contigit ut quidam divites de majoribus civitatis compuncti, et in amorem Dei accensi se et sua per manus hominis Dei Deo redderent: de quorum proprietate et possessione ecclesia ædificata ibidem esse dignoscitur, quæ divinis cultibus claret usque in hodiernum diem. D Recordati vero vocis, quam Romæ audierant, ipse homo Dei et Fratres sui, eo quod Parthenopolis et Herbipolis utrumque nomen civitatum Polis finem faciebat, timentes ne in Episcopum assumeretur, ab his qui supra modum magnificabant eum, propter magnificum opus Dei quod ibidem contigerat, festinanter egressi de civitate recesserunt.

77 Accepta igitur potestate a Romano Pontifice, de institutione proposita et statuto Ordine, cum ad locum suæ paupertatis, videlicet Præmonstratum, esset reversus; statim confirmavit quod prius fecerat, videlicet Ecclesiam B. Martini, quæ est Lauduni sita in suburbio, quam sub *b* Abbate, cum adhuc in nomine proprio esset, ordinaverat. Quæ quantum in spirituali et temporali ædificio creverit, et plantata super quam terrenis radicibus fixerit, arbores ex ea natæ per diversas terrarum nationes dicant, fructus ex eis suavissime redolens prædicet; et qui viderunt et cooperatores extiterunt, usque in æternum [illegible], succedentibus perhibeant testimonium. Ordinavit etiam in *c* Vivariensi ecclesia Abbatem, quam in Suessionensi pago susceperat; ubi et dæmon, qui eum persequebatur, ad introitum Fratrum in hominem quemdam statim ingreditur, ut scriptum est, Etenim Assur venit cum illis: quem Pater Norbertus, Deo cooperante, hoc modo liberavit. Ille siquidem, ut erat solitus heri [illegible]

XXXV *Laudunum Abbatem ordinat.*

Psal. 82, 9

78 Hora erat quasi post meridianum, et prope vesperam; [illegible] esset intuitus; Videtis, inquit, quomodo malignus spiritus, qui bonis omnibus invidet, nos facere odiosos etiam in isto loco nititur? Laborat enim talem seminare rumorem, quod ad ingressum nostrum [illegible] per gratiam Dei, quia non prævalebit. Tunc cœpit hominem signare et exorcizare donec quiesceret, et sana verba proferret, [illegible] in cujus honore erat ecclesia consecrata, ut ejus misereretur. Quod videntes qui adstabant, gavisi sunt valde, gratias agentes Deo, et dicentes: Eia benedictus Deus per omnia, modo pausare paululum [illegible] Pater noster, qui fatigatus hac accessit, de longo noviter veniens itinere. Sed ille qui, ut sæpe dictum est, spirituum discretionem habebat, propius accedens, cum de naribus illius possessi fœtorem fœtidissimum exire sensisset; Non est, inquit, ita ut vos putatis; quia numquam spiritus iste nequam recessit, sed latitat in calamo isto, et verba composita loquitur, ex divinæ virtutis timore, ut non expellatur; sed, nobis recedentibus, acrius hunc miserum valeat cruciare. Attamen sine causa non est traditus huic adversariæ potestati: permittamus eum hac nocte, quatenus pœnas debitas hac exolvat vexatione, orantes pro eo; et forsan in crastinum facilius miserebitur ei Deus. Et sic factum est. Sed rei veritas et subsecutæ veritatis indicia, vera comprobaverunt esse verba Sacerdotis. Nam ut recesserunt ab eo, cœpit arreptus ille multo nequius stridere et furere quam prius fecisset. In crastinum autem homo Dei ad eum reversus est; et in conspectu innumeræ plebis, quasi ad spectaculum stantis, sanus per Dei gratiam redditus est æger, et ad

energumenum [illegible] pacatque ad tempus, et sequenti die liberat:

Herbipoli cæcam illuminat,

A ad domum propriam cum omni sensus integritate reversus.

79 Hæc de dæmoniaco isto per excessum dicta

XXVI sunt, ut ea quæ facta sunt, prout fieri potest, suo ordine et loco differantur. Non est enim prætereundum, quare vocatus fuerit ad suscipiendam Antuerpiensem ecclesiam: *Antuerpiam, sub uno Sacerdote fornicario,* Erat siquidem et est Antuerpiæ locus, oppidum amplissimum et populosum, in quo unus erat tantum Sacerdos, qui curam totius populi ibidem commorantis habebat regere; sed præ nimia multitudine et frequenti negligentia non poterat, nec credebatur ei; eo quod et ipse, quasi in conjugio et copula carnali, neptem suam in linea tertia manifeste sociam sui sceleris fecerat. Ob hanc causam populus ille, quasi grex sine pastore, in multis errorum vanitatibus deviabat: unde contigit, ut hæreticus quidam, miræ subtilitatis et versutiæ, seductor, Tanchelinus *d* nomine, ibi adveniens, in

d eadem gente suæ seductionis locum inveniret. Erat denique omnium hominum sceleratissimus, et Dei et omnium Sacramentorum ejus inimicus, et totius Religionis et Christianæ fidei contrarius, in tantum, ut obsequium Episcoporum et Sacerdotum nihil esse diceret; et sacrosancti Corporis et Sanguinis Do-

B mini nostri Jesu Christi perceptionem, ad salutem *Tanchelini spurcitiis infectam,* perpetuam prodesse denegaret; et populum illum, cui jam per multa tempora veritas horum nuntiata non fuerat, in eumdem errorem induceret. Credebant ei, et sequebantur eum circiter tria millia pugnatorum; nec erat Dux aut Episcopus, vel quilibet Princeps, qui auderet ei resistere vel occurrere, nec ante eum, nisi sectam ejus sequeretur, apparere. Cum pretioso apparatu, in vestibus deauratis, triplici funiculo crinibus intortis, et auriphrygii ligamine triplicatis, incedebat; et verbis persuasibilibus magnisque conviviorum apparatibus benevolentiam eorum, ad seducendos eos, exhauriebat. Res mira et stupenda! Balneum suum bibebant, et *vocatus a Clericis* Reliquiarum loco asportantes, recondebant. Et cum filias in matrum præsentia, sponsasque maritis videntibus corrumperet; opus spirituale esse asserebat; in tantum, ut infelicem se diceret, quæ huic conjunctioni nefariæ misceri non meruisset. Hæc turpissima et detestanda seductionis execratio, etiam post mortem ipsius hæretici extirpari nullatenus potuit; quamvis duodecim Clericorum congregatio ab Episcopo, ad subsidium Sacerdotis, qui solus erat in Ecclesia sancti Michaelis, ibidem poneretur.

C 80 Tunc vero Clerici, caritate suadente, et hac evidenti necessitate cogente, Patri Norberto et Fra-

e tribus *e* ejus, per manus Episcopi hanc eamdem *S. Michaelis ecclesia donatur:* ecclesiam cum aliquibus redditibus dederunt; confidentes, quod Deus meritis ipsius et Fratrum suorum mortiferæ pestis auferret sævitiam; et tenebris ignorantiæ depulsis, lumen veritatis repararet. Suscepta igitur est ecclesia, et Clerici in eodem oppido aliam sibi ædificaverunt; quæ utræque manent usque in hodiernum diem, Dei servitio mancipatæ. At Pater Norbertus, peritis Fratibus impositis, qui mortifero vulneri vitale medicamentum apponerent; cœperunt et ipsi seminare verbum Dei, et eloquia quam dulcia faucibus eorum super mel et favum propinare, infirmis pulmentum dulce ministrantes, et debilibus panem, qui cor hominis confirmat et vitam præ- *convertitque cives.* stat æternam, annuntiantes. Aiebat enim: Fratres, ne miremini, et ne timeatis: vos per ignorantiam secuti estis mendacium, veritatem esse existimantes; quam si quis prius vos edocuisset, ut faciles inventi estis ad perditionem, sic faciliores invenire-mini ad capiendam salutem. Audientes igitur quidam verbum, et videntes opera quæ sequebantur, compuncti revertentes, viri et mulieres, Corpus Dominicum, quod in cistis vel in foraminibus per

decem aut quindecim aut quamplures annos repo- D suerant, referèbant. Quis non stupeat super hoc *AUCTORE COÆVO* facinus detestabile? qui dicat, memoriæ et posteris non esse commendandum, quod et seductor pessimus hanc gentem fraudulenter seduxerit; et pius prædicator Norbertus per se, et per suos, ad viam veritatis et justitiæ reduxit? Supervacua judicari potest ab audientibus hæc narratio: sed ad subsequens transitus evidens haberi non potest, nisi hoc aliquando doceat præcedentis operis attestatio.

ANNOTATA D. P.

a *Honorius II Papa creatus an.* 1124 *exeunte, vixit usque in Februarium anni* 1130. *Bulla autem data* 1126, XIII *Kal. Martii, inscribitur,* Dilectis filiis *Confirmatio Ordinis Præmonstratensis, data ab Honorio II,* Norberto Fratri in Christo et Canonicis Præmonstratæ ecclesiæ S Mariæ, eorumque successoribus, regularem vitam in perpetuum professis, *et incipit:* Apostolicæ disciplinæ sectantes vestigia, mundanis quidem pompis et possessionibus abrenuntiant, et Domino totis viribus famulantur. *Hoc ergo eorum proposito laudato et confirmato,* Statuimus, *inquit Pontifex,* ut in ecclesiis vestris, in quibus Fratres E vitam Canonicam professi degunt, nulli hominum liceat, secundum B. Augustini Regulam, ibidem constitutum Ordinem commutare. Nullus etiam Episcoporum futuris temporibus audeat ejusdem Religionis Fratres de ecclesiis vestris expellere, nec professionis Canonicæ quispiam ex eisdem ecclesiis aut claustris audeat, sine communis Congregationis permissione, discedere: discedentem vero nullus Episcoporum *et primæ octo sub illo Abbatiæ.* nullus Abbatum, nullus Monachorum, sine communium litterarum cautione suscipere. Bona etiam et possessiones, quas juste et legitime possidetis, præsentis nostri scripti pagina confirmamus; in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: Ecclesiam videlicet S. Martini Laudunensis, in Laudunensi Episcopatu; Vivariensem ecclesiam S. Mariæ, in Suessionensi Episcopatu; Floreffiensem ecclesiam S. Mariæ, in Leodiensi; Cappenberg. ecclesiam S. Mariæ, et beatorum Petri et Pauli, in Monasteriensi; Waltar ecclesiam S. Mariæ in eodem Episcopatu; ecclesiam Sancti Annalis (*suspicor* Salinævallis *legendum*) in Metensi; Antuerpiæ ecclesiam S. Michaelis, in Cameracensi. *Eccum jam tunc Abbatias octo fundatas; possessiones autem, Archimonasterio Præmonstratensi attributas legere in reliqua Bulla est apud Pagium fol.* 392: *solum hic animadverto,* F *Privilegia supra notata eadem quoad substantiam esse, quæ anno præcedenti* 1124, *phrasi uberiori et cum insigni novæ institutionis encomio signaverant,* Petrus Sedis Apostolicæ Presbyter Cardinalis, *et* Gregorius S. Angeli Diaconus Cardinalis, *uterque* Legatus *Callixi Papæ II in Francia: quorum diploma vide apud eumdem Pagium fol.* 390. NOT. 47

b Gualtero *scilicet, dein Episcopo Laudunensi, qui obiit anno* 1153 *die* 5 *Octobris, quando est cum titulo* Beati *inscriptus Natalibus Ordinis Præmonstratensis, inter* Pios *a Saussayo relatus.*

c Vivariense monasterium *nunc* Vallis-Serena: *ubi Sanctus* Henricum *constituit Abbatem, cujus elogium sub titulo* Beati *habet le Paige pag.* 454: *Saussayus Piis adscribit ad* 30 *Augusti.*

d Tranchelinus, *Clero Trajectensis ad Rhenum ecclesiæ, in Epistola ad Fredericum Archiepiscopum Coloniensem,* Tanchelmus; *Petro Abailardo, SS. Norberti et Bernardi coævo lib.* 2 *Introduct. ad Theolog.* Tanquelmus; *Roberto de Monte in Supplemento ad Chronicon Sigeberti,* Tandemus; *Willelmo Hedæ in Hist. Epp. Traject.* Landelinus; *non nemini etiam* Tanderius *et* Tauchelinus. *Postremas ego lectiones vitiosas omnino censeo, et librariorum socordiæ*

imputandas

A *imputandas: inter* Tanchelinum *et* Tanchelmum, *quid præferam nescio; cum* Dankeling, *et* Dankhelm, *æque nomina Teutonica sint, a* Dank, Danken, *id est,* Gratia, Gratias agere, *derivatum unum, compositum alterum: ubi enim nos Belgæ molliori Dialecto nunc usurpamus* D, *majores nostri, uti et hodie paulo asperius loquentes Germani ceteri, utuntur littera* T. *Abailardi locus, in Parisiensi anni* 1616 *editione pag.* 1066 *sic habet:* Tanquelmus quidam laicus nuper in Flandria.... in tantam se erexit dementiam, ut se Dei filium vocitari atque decantari, et a seducto populo (ut dicitur) templum sibi ædificari faceret. *Trajectensium Epistolam mox integram dabimus; sicut eam inter vetera Monumenta contra Schismaticos an.* 1612 *Ingolstadii edidit Cæsareus Viennæ Bibliothecarius Sebastianus Tengnagel. Robertus de Monte eadem fere omnia dicit quæ Vita, quandoque etiam verbis iisdem; hoc speciale, quod asserat eum fuisse,* nimiæ subtilitatis, cum tamen esset laicus, sed multis etiam disertis Clericis in sermone acutior; *quodque per tria sequentium se millia,* in resistentes sibi cædibus sæviebat: *addit etiam de morte ejus aliqua, infra commodius proponenda, post Epistolam Trajectensium.*

Auctore coævo

Veterum de Tanchelmo hæretico testimonia.

B *e Duodecim illos fuisse loco non uno dicit Polycarpus, idemque legitur in quodam vernaculo de originibus Antuerpiensibus scripto, quod ab anno circiter* 1400 *compositum servatur in Archivo civitatis, pluribus allegando in speciali de eisdem originibus rebusque Antuerpiensium Commentario. Abstineo alias producendo in lucem: nunc enim satis habebimus ex eodem sumere priorem partem secundi post Acta Norberti Commentarii, ad explicanda Michaelitiæ ac Marianæ ecclesiarum exordia, earumque ab invicem sejunctionem et peculiares Michaeliticæ profectus atque incrementa.*

EMBOLISMUS.

Epistola Trajectensis Ecclesiæ ad Fridericum Episcopum Coloniensem de Tanchelmo seductore.

Ex editione Sebastiani Tengnaghel.

Domino suo et Venerabili Patri Friderico, sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopo, humilis Trajectensis Ecclesia, ex sincero affectu devotissimas orationes, cum debito subjectionis obsequio.

C 1 Gratias, Reverende Pater, Sanctitati vestræ agimus; quia paterna miseratione vicem nostram doluistis, et Antichristi nostri, perturbatoris et blasphematoris Ecclesiæ Christi, cursum et impetum retardastis. Qui aperuit in cœlum os suum, et contra Sacramenta Ecclesiæ hæresim suscitare ausus est, jam olim Sanctorum Patrum sententiis jugulatam. Hic enim spiritu superbiæ (quæ radix est omnis hæreseos et apostasiæ) intumescens, nihil Papam, nihil Episcopos, nihil Archiepiscopos, nihil Presbyteros aut Clericos asseruit; columnasque Ecclesiæ Dei concutiens, etiam fidei nostræ petram, id est Christum dividere ausus est. Penes se, et suos tantum Ecclesiam esse contendebat: Ecclesiam quam Christus a Patre accepit, gentes in hereditatem suam, et possessionem suam terminos terræ; hic, ad solos Tanchelmistas contrahere conatus est.

Actis gratiis pro capto Tanchelmo

2 Jam vero, sancte Pater, afflictionis nostræ querelas suscipite, et Præcursorem Anti-Christi, eodem schemate, eisdem vestigiis, quibus ille secuturus est præcurrentem, advertite. In maritimis primum locis rudi populo et infirmioris fidei, venenum perfidiæ suæ miscuit; et per matronas et mulierculas (quarum familiaritatibus, et secreta collocutione, et privato accubitu libentissime utebatur) D errores suos paulatim spargere cœpit: deinde per [has], conjuges etiam ipsos perfidiæ suæ laqueis irretivit. Nec jam in tenebris vel cubiculis, sed super tecta prædicare incipiens, in patentibus campis late circumfusæ multitudini sermocinabatur, et veluti Rex concionaturus ad populum, stipatus satellitibus, vexillum et gladium præferentibus, velut cum insignibus regalibus, sermonem facturus, procedere solebat. Audiebat illum populus seductus, sicut Angelum Dei. Imo, vere ipse Angelus sathanæ, declamabat; Ecclesias Dei lupanaria esse reputanda; nihil esse, quod Sacerdotum officio in mensa Dominica conficeretur; pollutiones, non Sacramenta, nominanda: ex meritis, et sanctitate ministrorum virtutem Sacramentis accedere; cum ex verbis S. Augustini; *Dominus Christus traditorem suum (quem diabolum nominavit, qui ante traditionem Domini nec loculis Dominicis fidem potuit exhibere) cum ceteris Apostolis ad prædicandum regnum cœlorum miserit; ut demonstraret dona Dei pervenire ad eos, qui cum fide accipiunt; etiamsi talis sit, per quem accipiunt, qualis Judas fuit.* Item Augustinus; *Si in percipiendis Sacramentis dantis et accipientis est meritum considerandum; sit dantis Dei, et accipientis conscientiæ meæ. Hæc enim duo non mihi incerta sunt; bonitas illius, et fides mea. Quid te interponis, de quo certum nihil scire possum? Sine me dicere; In Domino confido. Nam, in te si confido, unde confido, si nihil mali hac nocte fecisti?* Contra has et hujusmodi sententias sacrilegus ille declamans, dehortabatur populum a perceptione Sacramenti Corporis et Sanguinis Domini; prohibens etiam Decimas Ministris Ecclesiæ exhiberi; quod facile volentibus persuasit: quia ea tantum prædicabat, quæ vel novitate sui, vel magna voluntate populi placitura sciebat.

exponunt errorem ejus,

cum apparatu quasi regio prædicare solitus,

In Ps. 10 virtutem Sacramenti a ministro pendere,

Ibidem.

E

3 Talibus nequitiæ successibus misero homini tanta sceleris accessit audacia, ut etiam se Deum diceret; asserens; quia, si Christus ideo Deus est, quia Spiritum sanctum habuisset; se non inferius nec dissimilius Deum, quia plenitudinem Spiritus sancti accepisset. In qua præsumptione adeo illusit, ut quidam in eo divinitatem venerarentur, in tantum, ut balnei sui aquam potandam stultissimo populo pro benedictione divideret, velut sacratius et efficacius Sacramentum, profuturum saluti corporis et animæ. Quodam etiam tempore, dum novum genus quæstus nova adinventione machinaretur; quamdam imaginem S. Mariæ (stupet animus, dicere) in medium multitudinis jussit afferri: et accedens, manumque imaginis manu contingens, sub typo illius, S. Mariam sibi desponsavit. Sacramentum et solennia illa desponsationis verba, ut vulgo fieri solet, universa sacrilego ore proferens; En, inquit, dilectissimi. Virginem Mariam mihi desponsavi: vos sponsalia, et sumptus ad nuptias exhibete. Exponens duos loculos, unum a dextris, alium a sinistris imaginis; Huc, inquit, offerant viri; illuc, mulieres. Viderim nunc, utrius sexus major circa me et sponsam meam ferveat caritas. Et ecce eum muneribus et oblationibus certatim ruit insanissimus populus. Mulieres inaures et monilia jaciebant; et sic, non sine immanissimo sacrilegio infinitam contraxit pecuniam.

seque Deum dicere,

F

atque Mariæ desponsatum fingere.

4 Sed et faber ferrarius quidam, nomine Manasses, quem cum scelerato homine etiam a vobis detentum audivimus, exemplo nequissimi magistri, fraternitatem quemdam, quam Gilda vulgo appellant, instituerat; in qua duodecim viros in figura duodecim Apostolorum, et unam tantum feminam in figura B. Mariæ constituit; quæ, ut ferunt, per singulos illorum duodecim circumducebatur, et ad injuriam sacrosanctæ Virginis, nefaria

Hunc cum duobus discipulis detentum

A nefaria turpitudine, quasi ad confirmationem fraternitatis, singulis miscebatur. Presbyter etiam quidam Eværwacherus nomine, a Sacerdotali dignitate apostatans, nefandi hominis magisterio adhæsit: qui et illum Romam prosecutus, maritima loca, quartam scilicet partem Episcopatus nostri, Teruwanensi Episcopio Regni Franciæ, auctoritate Domini Papæ, atterminare conatus est: quem etiam a sanctitate vestra detentum audivimus, et gavisi sumus. Idem Presbyter, per omnia Tanchelmi assertor, decimas Fratrum Ecclesiæ S. Petri invasit, Presbyterum ipsorum armata manu ab altari et Ecclesia ejecit. Infinita sunt, Domine, illorum scelera; quorum plurima pro Epistolari brevitate suppressimus. Hoc ad summam dixisse sufficiat, res divinas in tantum venisse contemptum, ut reputetur sanctior, cuicumque fuerit Ecclesia despectior.

ne dimittat Fridericus

5 Quia igitur, sancte Pater, divina misericordia, Ecclesiam suam diutius periclitari non sustinens, illos in manus vestras tradidit, rogamus et obsecramus in Domino, ne qua ratione de manibus vestris elabantur. Qui, si elapsi fuerint, denuntiamus vobis, et sine omni ambiguitate attestamur, futuram irrecuperabilem Ecclesiæ nostræ jacturam, et infinitarum perniciem animarum. Vere, Domine, gravissimum casum Ecclesia nostra sustinebit, si quomodo evadere illos contigerit, quorum sermo, juxta Apostolum, ut cancer serpit, et simplicium animos blandiendo perimit. Nunc quoque ob hoc ipsum Antichristus noster, Monachum mentitus, exemplo capitis illius, cujus membrum factus est, in Angelum lucis se transfiguravit, ut eo securius illuderet, quo versutius speciem sanctitatis simulate sumpsisset. Rogamus, Domine, ut justa indignatione moveamini adversus detestandos dissipatores Ecclesiæ. Augustinus: *Quando vult Deus concitare Potestates adversus schismaticos, adversus hæreticos, adversus dissipatores Ecclesiæ, adversus exsufflatores Christi, non mirentur; quia Deus concitat, ut a Sara verberetur Agar. Cognoscat se Agar: ponat cervicem, revertatur ad Dominam suam. Quid mirantur, quia commoventur potestates Christianæ adversus detestandos dissipatores Ecclesiæ? Ergo non moverentur? et quomodo redderent rationem de imperio suo? Pertinet hoc ad Reges Christianos, ut temporibus suis pacatam velint matrem suam Ecclesiam, unde spiritualiter nati sunt. Legimus Danielis visiones, et gesta Prophetica; Tres* C *pueri in igne laudaverunt Deum. Miratus est Rex Nabuchodonosor laudantes Deum pueros, et circa eos ignem innocentem: et cum miratus esset ille, qui statuam suam erexerat, et ad eam adorandam omnes coegerat; tamen laudibus puerorum commotus, ubi vidit Majestatem Dei præsentis in igne, ait: Et ego ponam decretum omnibus tribubus et linguis in omni terra: quicumque dixerint blasphemiam in Deum Sidrach, Misac et Abdenago, in interitum erunt, et domus eorum in perditionem. Si Nabuchodonosor laudavit et prædicavit, et gloriam dedit Deo, ut decretum mitteret per regnum suum; quomodo Reges Christiani non moveantur adversus blasphematores Ecclesiæ Christi?* Hæc Augustinus. Proinde obsecramus in Domino, quatenus de his Sanctitas vestra faciat, ut Ecclesiæ nostræ jam diu periclitanti subveniendo consulatis.

sed potius puniat, Tr. 11, in Joann.

itaque Ecclesiæ consulat, rogatur.

B

ANNOTATIO.

6 Maritima loca, quartam scilicet partem Episcopatus *Trajectensis, ad Germanicum Imperium pertinentis, quæ impius* Everwacherus conatus est, auctoritate Domini Papæ, Terwanensi regni Franciæ Episcopio atterminare *.i. adnectere, censeo esse* terram Quatuor officiorum, *vulgo* de vier Ampten *in Flandria, Pago Riensi, cujus caput Antuerpia, trans Scaldim objecta,* cum Insulis Zelandicis. *Has possidebat Flandriæ Comes Robertus, cognomento Frisius, Hollandi easdem juris sui esse prætendebant, Henrici Imperatoris auxiliis subnixi: sed* Flandri *(ut ad annum* MCVIII *scribit Meyerus,* tali Duce invincibiles videbantur; *et* Henricus, nulla re memorabili gesta inglorius redit, paceque ad Moguntiacum facta Flandrus retinuit *quæ possidebat. Hinc cupido nasci Roberto potuit, ut easdem juris controversi terras, Terwanensi potius quam Trajectensi Episcopatui subjectas mallet; et in hanc rem actorem se apud Pontificem offerens Eberwacherus, facile sibi potuit tum Flandriæ Comitis, tum Episcopi Terwanensis Joannis gratiam acquisivisse.* D

Auctore conatu Ecclesiæ Insularum Zelandicarum ad Morinen. diœc. translatione.

7 *Hinc porro occasio dari videtur perveniendi ad cognitionem temporis, quo data sit Epistola; observanti scilicet, quod eam scribat Clerus, absque ulla Episcopi sui mentione, adeoque verosimiliter post ejus mortem, Sede vacante. Fuerat is* Burchardus vir devotus, pius, ac pacificus, *uti eum describit Joannes de Beka, annoque* MCXII, *Episcopatus* XIII, *e vivis excesserat* XV *Kal. Junii. Lego autem apud Meyerum in Annalibus Flandriæ, quod anno* MCXIII Tanchelinus hæreticus, habitu monastico falso glorians, damnatus anathemate, ab Sacerdotio populoque Brugensi, urbe ejicitur: *et anno* MCXV, *quod* eodem anno Tanchelinus hæreticus occiditur: *hoc vero distinctius explicans Robertus a Monte,* Post multos, *inquit,* errores multasque cædes, dum navigaret, a quodam Presbytero percussus in cerebro, occubuit. *Rem igitur sic actam concipio, ut ab Insulis Zelandicis egressus* Tanchelinus, *venena sparserit per Imperialem Flandriam, una cum ipsis quatuor Officiis Trajectensi diœcesi subditam, infeceritque etiam Andoverpos cum Pago Riensi universo, ad initio seculi* XII *usque ad annum ejusdem* VIII *vel* IX; *inde ad Flandros, Francici Regni Clientes, Morinosque se contulerit, deposito seculari habitu* Monachum mentitus; *ausus etiam Romam sub specie sanctitatis proficisci; unde anno* MCXII *redeuntem detineri Coloniæ cum Sociis contigerit, haud dubium quin propter malum sui odorem Romæ et quacumque fecerat iter relictum. Sed elapsus e custodia Brugas redierit, cito anathematizandus a Clero populoque; vagus deinde per maritima quæ potissimum infecerat loca, quoadusque a Presbytero, illatam Ordini suo injuriam, ordine non bono ulcisci volente, obtruncatus fuit.* E F

verisimile fit Epistolam scriptam mortuo Burchardo Traject. an. 1112

cum Tanchelinus Monachum mentitus et Roma rediens Coloniæ attineretur,

8 *Monachi certe habitu indutum versipellem, non multo prius quam Epistola scriberetur, indicat particula ista,* Nunc quoque, *scilicet post tantas animarum strages in Trajectensi diœcesi eique proximis Andverpis, licet ad Cameracensem spectantibus, editas sub habitu seculari; quas reparaturus* Cameracensis Burchardus, *Canonicos ad S. Michaelis Antuerpiæ restituit; neque credibile est cessasse* Trajectensem *item* Burchardum. *Ambo autem, intellecta pessimi hominis Romam profectione, nihil ab officio suo alienum fecerint, si curaverint de hominis pessimi doctrina et moribus informandum eum, qui tunc Apostolicæ Cathedræ præsidebat* Paschalem II; *quando turbatissimis in Italia rebus pacem ab Henrico iniquissimis conditionibus redimere coactus Pontifex, minus attendere ejusmodi delationibus potuit. Sed quos Romæ evasit carceres, Coloniæ reperit scelestus, eo quem vidimus successu; defuncto jam* Trajectensi Burchardo. *An autem inde elapsus sit prius quam Trajectensis Cleri denuntiatio Coloniam perferretur, et ideo remissius custoditus commoditatem promptiorem elabendi sit nactus; an aliter evaserit, statuat quisque ut voluerit. Ego non credo eum Antuerpiæ prædicasse ultra annum* MCVIII *vel* IX;

quo inde elapsus et Flandriamque reversus, eodem anno pulsus fuit Gandavo.

cum

AUCTORE COENO NOT. 18

non tamen in quam Antuerpiam redut.

A *cum Vita S. Norberti nullam faciat mentionem habitus Monastici ab eo sumpti: relictum tamen ibidem duo fermentum nequitiæ, quod non potuerit expurgari nisi per novam candidi Ordinis aspersionem. Est qui suspicetur fuisse virum hisce in partibus opulentum et seculari aliquo magistratu pollentem; verum quando in superioris seculi historiis lego, quomodo Monasterii Westphaliæ regnum Anabaptisticum obtinuerit gesseritque vilis Sartor,* Joannes a Leidis; *et nostro ævo Neapoli, quidam* Thomas Agnellus, *ex fæce piscatoru vulgi assumptus, contra Nobilitatem atque Regem; nulla in* Tanchelino *requiro generis aut fortunæ ornamenta.*

Burchardus Traject. per gravem anachronismum insimulatus Simoniæ,

79 *Ad* Trajectensem Burchardum *quod attinet, de ejus contra heresiarcham conatu, non auderem tam bona præsumere, si verum esse crederem, quod de eo scripsit Beka; qualiter apud Hildebrandum, Sedis Apostolicæ legatum, purgaturus Simoniæ crimen quo diffamabatur, et jussus versiculum* Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto *pronuntiare,* Patrem, *quidem ac* Filium *nominaverit sine formidine,* Spiritum *vero* Sanctum *non prius potuerit appellare, quam esset ab Episcopatu destitutus, in cujus emptione consors Simoni mago convincebatur fuisse. Hæc, inquam, si vere* B *de* Buchardo Trajectensi, *dici crederem, arbitrarer quoque nihil digne ab eo actum contra* Tanchelmum; *sed ejus culpa potius factum putarem, ut hæresis prævaleret; scribentibus autem Canonicis ejus vacasse Sedem, per Episcopi Simoniaci, non obitum, sed depositionem annis forte plusculis.*

illo agnito melius excusatur,

Verum qui potuit non vidisse Beka, non dico, quam id parum caderet in virum, qualem laudat, devotum ac pium; sed quam id inepte applicetur ei, qui primum anno MXCIX *creatus Episcopus erat, id est annis* XLIV *post tempus legationis Hildebrandi in Galliam, ad Simoniæ perfidiam abolendam. Taceo quod in Gallia nequaquam fuerit judicandus, cui nihil cum Gallia erat commune. Qui Vitam Hildebrandi deinde Gregorii VII scripsit, remque narrat in Synodo Lugdunens. gestam num.* 11 *Paulus Bernriedensis, ex frequenti Papæ Callisti relatu; et ex ipsiusmet Hildebrandi ore, Desiderius Abbas Cassinensis, postea Victor Papa III, ac S. Petrus Damiani, neque Episcopum neque Episcopatum nominant. Hunc vero si, præter verisimilitudinem, aliunde constaret Trajectensem fuisse; nominandus esset* Wilhelmus, *frater Wichardi Geldriæ Præfecti,* vir totus Belliger, *inquit Beka, et suffectus Bernulfo, vita functo* XIV *Kal. Augusti* 1054. *Arnoldus Buchelius, Bekæ Scholiastes, nihil solicitus de Burchardi innocentia ex ratione tem-* C *porum comprobanda, fidenter pronuntiat,* narrationem *totam* confictam videri, ad conflandum odium Imperatori, quem Simoniaco vitio inquinatum ferebant, quod investituram Prælatorum per baculum et annulum, a majoribus acceptam, urgeret.

quam negando miraculum fide dignissimum.

Hæc scilicet hæretici spiritus præfidentia est; Auctores omni fide dignissimos et emptionis sacrilegæ crimen manifeste accusantes, nec facientes ullam mentionem investituræ, de cujus jure tunc adhuc disceptabatur) vocare in suspicionem calumniæ, cum turpi mendacio miraculi fictitii conjunctæ. Nescio autem an vel in ipsa Episcopatus emptione, criminis aliquid agnosceret Calvinista, ex Tanchelmi dogmate per Calvinum Sacramentum Ordinis assuetus contemnere, et civili magistratui totum in sacra, si quæ sacra Secta illa habet, jus tribuere.

CAPUT XIV.

Dæmones sæpius repulsi. Lupi cicurati.

XXXVII *Agnoscit vir sanctus latentem in aqua dæmonem,*

Inter cetera prætereundum non est, quod cum quadam nocte Præmonstrati in domo paupertatis, cum quibusdam Fratribus infirmis et minutis plus solito resedisset, de spe cœlesti et beatitudinis gloria conferens, et conferentes audiens, cum in D secretæ noctis silentio quidam ex eis sitirent, missum est ad fontem ut afferretur aqua. Revertentes igitur qui missi fuerant, statim ut ostium cellulæ ingressi sunt, Quare, Vir Dei inquit, aquam immundam huc attulistis? At illi stupentes timebant, et vas bene lotum, et aquam purissimam se detulisse protestabantur.

cumque effundi imperat.

Cumque de olla in scyphum effunderetur, semel et bis fecit de eodem scypho foras projicere; omnino prohibens, ne quis ex ea vel ad modicum gustaret. Et cum tertium totum usque ad fundum ollulæ vergeretur, accensoque lumine clarius diligenter intuerentur, viderunt bufonem miræ magnitudinis in scypho reptantem, et obstupuerunt. Obstupescere quidem poterant, et supra modum mirari; tum quia hiems erat, quando hujusmodi vermes apparere non solent; tum quia erat fons purissimus *a*, et vas mundissimum fuisse recordabantur. *a* Videns eos attonitos Pater Norbertus, Quid, inquit, Fratres miramini? Mille artifex est ille spiritus nequam; qui nos inimicando persequitur; sed projicite eum, quia major est ejus versutiæ et subtilitatis arrogantia, quam fortitudo Quid igitur, o Lector, de homine isto animadvertendum est? Numquid spiritibus immundis hac sub- E tili examinatione obviare potuisset, nisi sancti Spiritus infusio et gratia superabundans eum docuisset?

XXXVIII *Lupo ereptam prædam reposcenti, jubet reddi:*

82 Alio quoque tempore, cum ad ligna cædenda Fratres quidam in silva fuissent, invenerunt lupum capreolum devorantem. Exclamantes autem fugaverunt eum; et accepta præda, quam lupi rapacitas ceperat, detulerunt secum domi; et in angulo quodam, nihil mali suspicantes suspenderunt. At lupus, quasi de injuria sibi illata conquerens, sequebatur eos; et ad ostium domus, quam illi fuerant ingressi, ut canis quilibet domesticus residens, quod sibi ablatum fuerat repetere videbatur. Nescientes autem qui adventabant quid factum fuerat, exclamabant super eum, ut fieri solet, ad effugandum eum. At ille vultu domestico ad eos respiciens, immobilis permanebat, Quod cum Viro Dei nuntiatum fuisset, convocatis cunctis Fratribus, percunctabatur quidnam esset; dicens, quod sine sausa tam rabidum animal mansuetudinis hujus frontem non assumpsisset. Timentes vero Fratres illi qui causæ conscii erant, processerunt in publicum; et veniam quasi de magno excessu petentes, narraverunt ea quæ gesta erant, et injuriam quam lupo illi intulisse putabant. Quod Vir Dei audiens, Reddite, inquit, F ei quod suum est; injuste enim egistis, tollentes quod vestrum non erat. Accepta denique lupus præda sua, neminem lædens in pace recessit.

XXXIX *item suo nomine reposci quod alius rapuerat.*

83 Cuidam etiam puero pastori ovium, quærenti, cum canes non haberet, quid faceret, si lupus quilibet ovem ei auferret; jocose responsum est, ut ex parte Magistri sui præciperet, ne auderet eam deferre vel lædere. Non post multum vero contigit, ut ille idem more solito servaret oves in campo; et lupus veniens unam ex eis rapuit, et concito cursu deferens eam fugiebat. Quem Frater a longe suspiciens, præcepti non immemor, alta voce clamitare cœpit: Quo fugis, ait, malignissime raptor, solito velocior? Depone ovem: depone, inquam, eam; hoc tibi præcipio, ex parte Magistri mei: et ne lædas eam nec ulterius deferre præsumas. Qui statim illæsam deposuit, et ille festinus in humeris suis sublatam ad alias reportavit.

Lupus ovem raptam dimittit ad nomen S. Norberti:

84 Utrumne ille an alius fuerit, nescitur. Scitur tamen, quia cum die alia missus fuisset Frater quidam Clericus in agro ad animalia custodienda, lupus eis per totam diem adstitit eo præsente; et quasi custodiæ ferens solatium, nullam prætendebat

A bat feritatem. Cunque, appropinquante vespera, hora esset ut grex introduceretur; sicut ex altera parte Frater, sic ex altera parte lupus gregem intrare compellebat. Introducto vero grege, cum Frater januam clausisset lupo excluso; quasi de illata injuria conquerens, et mercedem debitam sibi reddi postulans, pede, prout poterat, pulsabat ad januam; pulsabat crebris ictibus, se velle intrare ostentans, et alicujus alimenti portionem percipere. Quod cum Vir Dei audisset, Quare, inquit, pulsanti hospiti non aperitis? Cui cum responderetur, non hospitem, sed lupum esse, qui se importune ingerebat, nec pro ipsis omnibus vellet recedere; advocatis Fratribus percunctabatur, qua occasione illuc venisset. Sed cum tacerent omnes, accersito Clerico illo, quem in mane ad custodiendum gregem miserat, sciscitabatur quis juvisset eum in custodia gregis. At ille, indicare quod ei contigerat timens, interrogata tamen celare non præsumens; Illa, inquit, fera est quæ pulsat ad ostium, quæ hodie mecum fuit, et gregem mihi commissum, ac si commissus ei fuisset, mecum, [illegible] intra januam recluderetur, conservavit. Audiens hoc Vir Dei,

idem custodit et reducit gregem,

B Date, inquit, ei aliquod pabulum; mercedem enim de servitio impenso requirit, quia dignus est mercenarius cibo suo. Cumque ad præceptum Viri Dei carnes ei projectæ fuissent, quasi pro mercede rapuit eas, et recessit: qui etiam non post multum, de manu cujusdam pueri vitulos servantis, quadam vice panem suscepit. Quid est hoc, Fratres? Feræ rabidæ rationis expertes mansuescunt, et hominibus obediunt; homo rationabilis claudit aurem et non obedit: quasi qui finxit oculum non consideret. Non audit miser homo; quia cum placuerint viæ ejus Deo, omnes inimici ejus pacifici erunt, et alibi: Pugnabit orbis [illegible]. Hoc Vir Dei omnibus prædicabat, hoc docebat suos, et hoc modo [illegible].

Psal. 93, 9

Prov. 16, 7

Sap. 5, 21

85 Arte multimoda, ut sæpe dictum est, invidus ille hostis persequebatur aciem, ad ipsum debellandum ordinatam; in tantum, ut vix quidam ex ipsis, postquam noctis tenebræ revertebantur, alicubi exire præsumerent. Sed cum unus, cui multum insidiabatur, se modicæ fidei esse diceret, et seipsum reprehendens assumpsisset fiduciam, et solus ad [illegible] stitit dæmon coram eo, terribili valde hominis effigie

C assumpta; et aspectu nigerrimo incedens, et quasi [illegible]. Ille autem fidei collectis viribus, et vigore animi resumpto, intra se dicebat: Quamdiu hanc importunam [illegible]? Et surgens, cum [illegible] dæmon in fugam versus est. Ille vero fugientem velociter insequitur; et veniens ad arborem *b* quæ prope stabat, luctari cœpit ad eam, dæmonem cupiens tenere et ligare. Sed parvo intervallo facto respiciens, recognovit hanc esse arborem, quam ibidem esse sciebat. Et hoc animi virtute venenosi serpentis illusione devicta, nullum postea timorem passus est. Non solum istum, sed et alium simili modo aggredi præsumpsit, eumdem terrorem incutiens, cui visibiliter adstabat, dum resideret ille ad suam privatam necessitatem: nec movebatur uterque de loco, ab initio Matutinarum usque ad finem. Sed vicit tandem probitas opportuna Fratris, improbam importunitatem dæmonis. Nam surgens, et signo Crucis imposito, per ostium, quod a dæmone occupatum videbatur, exiliit; et neminem obsistentem inveniens, exinde, quod talis illusio nec ei nec alicui nocere posset, cognovit. Et liber ab hoc falso timore remansit, qui libertatem sancti Spiritus apprehendens, ab ea postea non recessit. *c*

dæmon fratrem spectris territans ab eodem abigitur,

ab alio Crucis signo pellitur,

86 Si hæc membris, quæ capiti certamina debebantur? Si hæc subjectis, quænam Magistro? Utique majora. Majora quidem, utpote illi, qui ipsi inimico majus damnum intulerat, et adhuc permaximum ipsi in futuro inferendum prævidebat. Unde cum noctem quamdam totam insomnem Vir Dei orando transegisset, stans ante altare pauperis oratorii, quod in primordio conversionis suæ in Præmonstratensi loco susceperat; adstitit retro eum satan ille, in modum horribilis ursi, dentibus et ungulis terribilem gestans aspectum. Cumque verteret se homo, et vellet procedere ut membra debilia modico sopore recrearet; ex improviso videns adstantem belluam, expavit: sed quam cito ad se reversus, et ostium oratorii clausum considerans, nec alicujus intrantis sonitum se prius audisse recogitans, persecutoris sui recognovit esse insidias. Et parumper orando, viribus resumptis; Quid, inquit, expectas cruenta bestia? Unguke tuæ inanes sunt, et horribiles dentes tui ventus, et hirsuta pellis tua fumus et vapor inaniter pertransiens, et velut umbra, quæ Sole recedente disparet. Tu signalum similitudinis Dei, lux cum esses, tenebras superbiendo meruisti. Recede nunc, præcipio tibi: quia nulla conventio Christi ad Belial; nulla societas luci ad tenebras; nulla pars fideli cum infideli. Recede festinanter: scis, quia nulli nocere potes, nisi permissus; et tunc his, qui peccatis suis exigentibus tuæ fuerint subditi potestati. Et his dictis ipse mendax, verba veritatis ferre non prævalens, disparuit.

D

AUCTORE COÆVO

XLI

ursi ad instar dæmon Norberto apparens, magnanimiter repellitur

E

87 Jam tunc tempus advenerat, in quo die determinato per internuntios, loco etiam statuto, Comes Theobaldus, de quo superius mentio facta est, futuræ uxori suæ et patri ejus, parentumque suorum [illegible] Patre Norberto, qui conjunctionis hujus dederat consilium, secum usque ad eumdem locum perduxit. [illegible] eam: remanserat enim in via gravi infirmitate detenta. Qua de re cum Comes, et cuncti qui cum eo erant, mirarentur, alicujus pœnitudinis et deceptionis causam esse suspicantes; consilio inito, magnis precibus rogatus est Pater Norbertus, ut procederet in occursum ejus, et renuntiaret, utrumne vera esset hujus dilationis occasio. Acquievit homo precibus deprecantium, suum etiam improperium esse reputans, si non usque ad finem perduceret curam, quam de eodem matrimonio gerendam susceperat. Et acceptis octo marcis argenti, misit eas Fratribus suis Præmonstrati, qui eo absente quin[illegible] bant. Et quia ex hoc eis iratus fuerat, præcepit, quatenus in suo nomine centum *d* viginti adhuc pauperes superadderent: ita quod centum ex eis plenariam haberet de cibo communi refectionem, tredecim vero in hospitali domo pane et carne et vino recrearentur, septem vero cum Canonicis essent in refectorio. Offensam enim quam Deo et Fratribus intulerat, eo quod displicuerat ei humanitas et opus misericordiæ, quod in fide Jesu Christi gerendum susceperant in pauperes, sic remitti et expiari credebat: non enim sperabat, ad commanendum cum eis, ad eos se ultra reversurum; nec volebat alicujus offensionis notam in eos relinquere, quos esse sciebat in Dei, et sua et omnium fidelium congregatos dilectione; veri in hoc Magistri sequens exemplum, qui cum dilexisset suos, in finem dilexit eos.

XLII

F

Discessurus [illegible] Præmonstrati d

Joan 13, 1

ANNOTATA D. P.

a *Fontem hunc etiam hodie* S. Norberti, *dictum, quod*

[illegible]

A *quod ipse ac primi Socii ex eo biberint, visitari, ut febribus pellendis efficacem, Præmonstrati didicit et Antuerpiæ narravit R. D. Josephus Dappiano p. m. quemadmodum ipsum ejus verbis prolixe describit Polycarpus, infra cap. 2 Analect. referendis.*

b *Item cum indicasset Præmonstrati fuisse* pomarium juxta capellulam, *incertum tamen esse ait, utrum an alibi steterit arbor, de qua hic agitur: deinde ex Petro de Waghenare narrat* de quadam arbore Præmonstrati, a S. Norberto plantata in medio claustri, quæ numquam virentes comas posuit: sed algore et calore superior, lætas frondes explicavit per quinque secula; addita Senorum traditione, quod diebus festivis sancti Patris, quasi sentiret sui coloni manus, tanto virore videretur excellere, ut raperet aspicientes. Sed et hoc rapit in admirationem, quod hæc arbor dicatur fuisse scipio sancti Patris: rapit item, quod lignum hoc, cedrino agnatum et grati odoris ac insitæ virtutis describatur: et si dolendum de incuria qua arbor ista stirpitus evulsa sit, lætandum tamen in hoc, quod quidam ramusculi, ab ea excerpti, dicuntur alibi reviviscere et excrescere.

Dæmon a Monacho confusus recedit

c *In MS. Mommonsi hic interponebatur Caput, ab* B *aliis prætermissum, hoc titulo:* Quomodo malignus spiritus, improperata sibi a quodam Fratre dejectione, confusus abscessit. *Caput hoc, uti a Waghenario transmissum nobis est, nunc accipe:* Erat tum temporis, ad portam custodiendam, ad eleemosynam ibidem dandam, et ad hospites recipiendos cum oratione, secundum statutum Ordinis, positus Frater quidam satis probandæ sanctitatis: cui quadam nocte jacenti super lectum, qui cunctis idem erat de filice, affuit satan, non dormienti, sed oranti, rugiens, et in modum suis quandoque grunniens, et filicem circa pedes Fratris circumvolvens. Quod cum sic ageret prima sequentique nocte, sed et tertia non tardaret; ille Frater, a Priore suo jam consilio accepto, quid ei dicendum vel faciendum esset, tertio venientem sic alloquitur: Hei miser et miserrime! Tu quondam ille Lucifer, qui mane oriebaris, in deliciis paradisi Dei fuisti: sed cum tibi non sufficerent hæc, et diceres, Ponam sedem meam ad Aquilonem, ero similis Altissimo; idem quod eras amisisti; pro luce tenebras, pro beatitudine miseriam, pro loco deliciarum fœtorem cum porcis eligens, commutasti: en dignum concambium, idonea commutatio. Eia; non hic tibi locus est, sed in fœtore cloacarum te volutans, porcis assimilare. Recessit C confusus, nec ad hunc Fratrem de cetero usque ad diem mortis suæ in aliqua visibili effigie tentaturus accessit. Sic enim confunditur et verecundatur spiritus nequam, dum illi deliciæ quas perdidit objiciuntur, sicut pavet et tremiscit, dum illi minæ et terrores judicii venturi in adjurationibus præferuntur. Inde sane mos inolevit Ecclesiæ, ut omnium exorcismorum conclusio in fine sic sonet: Exorcizo te per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et seculum per ignem. Amen.

objectis sibi sua de cælo dejectione

d *Abbas Chrysostomus manu sua testatum reliquit, quod Sanctus existens, in veteri ibidem Breviario legerit, et describi jusserit sequentia:* S. Norbertus, Antuerpiæ aliquamdiu commoratus, tandem valedictis ibidem Fratribus, tantaque instituta pecunia, quantum satis esset ad centum et viginti in perpetuum alendos pauperes, discessit. *Potuit diversis locis occasionibusque idem instituisse Sanctus: quare nullum hic scrupulum relinqui velim. Nam et Magdeburgi anno* 1130 *constitutis istic a se Fratribus* regendam et disponendam jure perpetuo tradidit domum hospitalem, *ab Adelberto Archiep. fundatam: quia eamdem* ita dissipatam et pene annihilatam repererat, quod hi qui in ea stipendium quotidianum accepturi erant, indecenter et miserabiliter mendicarent. *Digna est autem ejusdem Sancti et alia circa pauperes* D *Præmonstrati relata ordinatio, quæ hic integre legitur, sicut refertur a Pagio fol.* 304. Decima Deo, ad hospitale, de omni possessione et oblatione Fratrum, usibus pauperum detur. Sic tamen, si summa argenti decem solidos valuerit, vel usque ad decem solidos oblata fuerit, ex his decem et octo pauperes per singulos annos vestiantur: per hiemem scilicet in festo omnium Sanctorum unus, in Nativitate Domini unus, in Circumcisione Domini unus; similiter in Epiphania Domini, in Purificatione S. Mariæ, in Annuntiatione S. Mariæ, in Sepultura Domini, in Resurrectione Domini, vestibus novis; scilicet camisiis, braccis, caligis, soccis, subtularibus, tunica, cappa cum mantello aut pellibus vestiatur: per æstatem vero, scilicet in Ascensione Domini, per septem dies Pentecostes, in passione Apostolorum Petri et Pauli, in Assumptione S. Mariæ, nova chlamyde sive cappa, camisia, braccis, soccis, subtularibus, in singulis festis unus induatur. Ex die autem quo pauper vestem accipit usque ad diem octavum, si remanere vult, refectio corporis ibidem ei exhibeatur, cetera in usus pauperum advenientium vel transeuntium impendantur. In Cœna autem Domini unusquisque Sacerdotum vel Levitarum, post lotionem pedum mendicorum, consilio Præpositi, unam E de propriis vestibus, sive cappam, sive pelles, seu tunicam, seu caligas ipsis caritative impendant: qui post acceptam caritatem, nequaquam ut superius per dies septem maneant, sed post refectionem statim recedant.

Instituta S. Norberti in subsidium pauperum.

CAPUT XV.

Archiepiscopatus Magdeburgensis aditus, Cœnobium Ordinis in eo constitutum.

Exinde processit ad quod mittebatur: et veniens Spiram, Saxones et Clericos Parthenopolis civitatis ex magna parte, ad eligendum Archiepiscopum, coram Rege Lothario congregatos, invenit. Qui audientes hunc advenisse hominem, quem per diversas terrarum nationes virum sanctum populus acclamabat, vocaverunt eum, et ad sermonem faciendum, in quo libenter audiri solebat, et ad audiendum consilium super quibusdam negotiis, quod quorumdam eorum qui convenerant necessitas exposcebat. Et primo quidem Parthenopolitanorum causa, qui Patre orbati fuerant, agebatur. Aderat ibidem quidam *a* Cardinalis, qui a Romana Sede noviter advenerat, et aliorum Principum innumera multitudo: et in F electione tres eorum consilio nominati sunt, quorum unus erat Norbertus, sed eo ignorante. Factum est autem cum illi hæsitarent, et de tribus ad meliorem anhelarent; digito latenter ex adverso latere innuit eis Primicerius Metensis Ecclesiæ Albero, ille qui postea Trevirensis *b* Ecclesiæ Archiepiscopus fuit, ut Virum Dei Norbertum assumerent. Qui statim porrectis manibus eum arripiunt, vocibus ingeminatis exclamantes: Hunc in Patrem eligimus, hunc Pastorem nostrum approbamus *c*.

Spiræ in Archiepiscopum Magdeburgensem eligitur;

a

b

c

89 Non potuit se homo debilis defendere; non licuit ei cogitare, nec cogitando quidquam de seipso ordinare; sed quam cito raptus est, a *d* Rege fuit laudatus, et ab omnibus adstantibus approbatus, ab ipso etiam Romanæ Ecclesiæ Legato confirmatus. Deducitur homo, onus grave aggravatum secum portans; deducitur ad locum quem non noverat: trahitur, inquam, ad gentem nationis pravæ et perversæ, scilicet inter *e* Sclavos et Saxones, quæ gens utraque ex re trahit nomen; ista, ablato S. clavorum acumine infidelitatis punctionem insinuans; ista, saxorum pondus et lapidei cordis cæcitatem

d

abductus ad Sedem illam

e

A tem feritatemque contestans: et qui jam pro septenario servitio, quod Laban exhibuerat, Rachelem expectabat; aut Mariæ, utpote debilis corpore, partem optimam quam ipse elegerat; Marthæ opus et Liæ laborem invenit; quia non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Idcirco et ipse, qui neglexerat gentem Paganorum incredulam, ad quam in primordio conversionis suæ ire disposuerat, ut quoslibet ab errore infidelitatis revocaret; nunc auctoritate et officium secum deferens, unde dispositionem divinam putavit effugere, inde cogitur obedientiam manifeste subire.

Luc. 10, 42

XLIII 90 Fuit itaque ad introitum ejus, ut est consuetudo populorum, concursus innumerabilis; et congratulabantur omnes majoris ætatis et minoris: majores, quia famosam et alti nominis personam elegissent; minores, quia hunc, qui infirmitatibus eorum compateretur, recipere meruissent. A longe autem aspiciens civitatem illam, ad quam ducebatur, nudatis pedibus incedebat: nudis pedibus cum processione in sanctuario, nudis pedibus deducitur in palatio; sed ut pauper, paupere amictus pallio, aliis introeuntibus, repellitur non agnitus ab ostiario.

pedibus nudis et humili schemate ingreditur

B Dicebat quippe ostiarius illi: Alii pauperes jamdiu intromissi sunt; non decet ut te ingeras importune, comprimens horum Principum multitudinem. Exclamabant autem qui sequebantur hæc dicentes: Miser, quid agis? Sine, miser: quid est quod fecisti? Numquid non nosti, quia hic est Episcopus noster et Dominus tuus? At ille quam cito retro latitans fugiebat, Patre Norberto eum revocante, et subridendo dicente; Ne timeas, et ne fugias, mi frater; melius enim me nosti, et clariori oculo intueris, quam illi qui ad hæc alta palatia me compellunt, ad quæ non debueram, qui tam pauper et modicus appareo, sublimari.

XLIV 91 Consecratus igitur et Episcopus factus, et in Episcopali cathedra sublimatus, non immemor illius Apostolici præcepti, qui præcepit, Episcopum suæ domui esse dispensatorem; convocatis præpositis domus, et cunctis ministerialibus, perquirebat qui essent redditus Episcopalis mensæ, et ubi: et qui nam illi qui singulis præesse debeant. Et cum adnumerata cuncta fuissent, ac scriptis commendata, et qui ex ipsis sumptus debebantur; vix sunt ex omnibus inventa quæ quatuor mensibus anni possent sufficere. Admiratus supra modum Dei Sacerdos,

1 Tim. 3, 4

C interrogabat diligenter, utrumne ampliore prædiorum possessione antiquitus ditaretur Ecclesia; an ab aliquibus, in regimine prius existentibus, quæ juris ipsius erant, minus caute conservando, fuissent dispersa. Cognita veritate, quia nobilis fuerit Ecclesia, et a Regia potestate fundata et sublimata, et liberalitate dotata et dilatata; Ubi sunt ait, hæc? aut qua ratione ab ea et a vobis quibus erant, sunt alienata? Aiunt illi: Quidam ex prædecessoribus tuis, nimium suæ carnalitati indulgentes, fratribus carnalibus, et quibusdam ex parentibus et propinquis suis aliud prædium concesserunt, aliud præstiterunt. Alii similiter succedentes quædam in feudo dederunt: alii vero remissius se habentes, et a potentibus oppressi, defendere non prævalentes quæ juris erant Ecclesiæ, quædam perdiderunt; et sic imminutæ fuerunt, et penitus ad nihilum redactæ cunctæ res, quæ honori huic servire solebant et honestati.

redditus imminutos inveniens,

92 Audiens hoc ille Vir, memor existens quia maledictus qui confidit in homine, et ponit carnem brachium suum, et a Domino recedit cor ejus; collectis viribus in eo, et per eum, a quo se vocatum ad hoc officium administrandum non diffidebat, imperterritus, jubare potestatis assumpto, legationem undique mittit; præcipiens, ut quicumque possessiones

Jerem. 17, 5

D Ecclesiæ, cui Deo auctore præsidebat, obtinerent injuste, nullatenus auderent ulterius ad eas manus apponere, nisi prius ostendissent, esse suum jus hereditarium, et ex antiqua paterna possessione. Audientes hoc raptores et sacrilegi illi, multum indignabantur, quod homo inermis et pauper, qui asino vehente introductus est, tam potens tamque festinum auderet inferre præceptum; quod pro nihilo reputabant, nil per eum de his quæ possederant violenter, perdere existimantes. At ille gladio spirituali, quo accinctus erat, eos insequitur: in sua quiete sedendo aggreditur, percutit, dejicit, dejectos anathematis vinculo ligat. Et illi hanc persecutionem Episcopo levem, et sibi diuturnam et gravem esse considerantes (eo quod præcipit auctoritas, quia qui anathema unius anni patiuntur, post annum exleges sunt, nec in Curiis aliquot habeant responsum) dimiserunt ex magna parte ea quæ de beneficiis Ecclesiæ usurpando sibi injuste rapuerant; sed inviti, et ob hoc immunitiarum et odii fomitem adversus Episcopum, utcumque et ubicumque poterant, latenter ministrabant.

Auctore coævo patrimonii Christi se vindicem præbet

et varia bona recuperat:

E 93 Sed ille qui viam justitiæ et cursum recti itineris ante sublimationem Episcopatus assumpserat, ab eis immobilis permanebat; prædicans verbum, et regnum Dei annuntians, pacemque in terminis suis faciens; domos Religiosorum exaltans, et ubi non erant novas construens; Religiosos amplectens et ordinans; indisciplinatis et irreligiosis, nisi resipiscant, inferens assiduam persecutionem. Decanis et Sacerdotibus, et his qui habebant regere populum, omnibusque ad sacros Ordines promotis omnimodis castimoniam tenendam esse dicebat; cogens eos aut eam tenere, aut si fuerint publicati, cuncta Ecclesiastica beneficia relinquere. Initia dolorum, et occasio persecutionum omnia hæc. Dicebant enim de die in diem, suam quisque, quam agre ferebant, molestiam confitentes; Ut quid hunc adventitium, et cujus ignorabanus consuetudines, super nos regnare volumus? Contrarius quidem est operibus et consuetudinibus nostris, supra quam ferre possimus. Hæc in majoribus, hæc in minoribus querimonia, divitibus, pauperibus, etiam divulgabatur; alii gravati existentes, alii gravamen timentes, alii aliis rumore vulgari tantum acquiescentes. Sic qui prius magnis laudibus elevabatur, nunc vituperio et improperiis, verbis tantum, ipso etiam ignorante, dejicitur. Sed tamen proficiebat in opere exterius, ipso dispensante qui cuncta exteriora, priusquam fiant, ordinare consuevit interius. F

cœlibatum a Sacerdotibus servari curat.

94 Erat ante Palatium Episcopale, haud longe sita ecclesia quædam in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ, in qua viginti erant Canonici seculares, sub Præposito antiquitus constituti. Hanc ergo cum prævidisset Sacerdos Dei sibi necessariam esse, ut ibi Fratribus suis impositis, aliquando a tumultu, cui officio imposito debebatur, paululum spiritum refocillaret, petebat multoties et a Rege, et a Canonicis majoris ecclesiæ, ejusdemque ecclesiæ Canonicis, ut alibi ab eo aliis æqua vel meliori conditione reditibus acceptis, illam sibi liberam concederent. Qui omnes una voce contradicebant; asserentes, ecclesiam tanti nominis non debere immutari, nec Regiæ potestati dignitatem cui subdita erat, imminui: sed nec alterius ordinis et consuetudinis gentem imponere, quæ jura regalia ignoraret, et subjectionem debitam et obsequium secundum consuetudinem ipsorum. Hanc ab his omnibus passus est per aliquot annos repulsam: sed vicit tandem, humiliter in petitione perseverans: vicit quidem ratione, qua premebat eos; vicit et constantia, qua noverant eum a bonis initiis, usque ad finem numquam velle desistere. Expositisque Clericis illis, et omnibus f unumquemque

XLV. Ecclesiam S. Mariæ post longam repulsam impetrat

A unumquemque ad suum velle relocatis, Fratres sui Ordinis, sicut diu conceperat, in eadem ecclesia imposuit; ubi et eo vivente secundum Ordinem institutum, et post discessum ipsius maternum, servitium Dei habendum ordinavit.

AUCTORE COÆVO et sui Ordinis cœnobium facit.

ANNOTATA D. P.

a Gerardus, *qui postea* Papa Lucius: *ita Robertus de Monte: eidem in Cap. 2 Anal. additur Legationis socius* Petrus.

NOT. 49 b Albero Trevirensis, *Electus anno* 1132.

c *Vetustum MS. nostrum Saxonicum*, Anno Domini MCXXVI, Rukero succedit Norbertus in Sede Magdeburgensi.

d *Hic erat* Lotharius, *Dux Saxoniæ, in Regem electus 24 Augusti anno* 1125, *qui Romam cum S. Norberto profectus, Imperator coronatur 4 Julii anno* 1133, *ut alibi dictum est.*

e Sclavonia *olim e dextera ripa Albis fluvii, cui adjacet* Magdeburgum, *porrigebatur usque ad mare Baltheum, et Wagriam provinciam Holsatiæ: a sinistra ripa est* Saxonia *antiqua.*

f *Ita omnia MSS. unicum Parcense distinctius* B *scribit:* Et singulis ubi vellent collocatis. *Honorius II factam mutationem approbans per Breve quod Magdeburgo allatum recitat Polycarpus in Annotatis pag.* 415) Clericos qui in ecclesia S. Mariæ minus religiose vivebant, in locis, *inquit*, aliis, necessitatibus suis tamquam pius pater providens, posuisti. *Robertus de Monte factum id refert ad an.* 1129. *Ipsum Norberti Diploma vide Cap. 3 Analectorum.*

CAPUT XVI.

Persecutiones toleratæ. Primi Abbates ordinati.

XLVI Crevit Fratrum numerus, et multiplicati sunt in Saxonia, ubi Religio tepuerat; et in Sclavonia, ubi non erat, radicati fructuoso germine floruerunt, multiplicatique sunt ut Hebræi. Fremuerunt Saxones, fremuerunt Parthenopolitani; odioque et invidia adversus hominem Dei invalescente, ipse in Deo spem et fiduciam habens, et ipsam et aliarum consuetudinum Congregationes dilatare non cessabat. Ob hanc causam sæviebant lupi in agnum, oves in pastorem; lupus ovi in mansuetudine, suam feritatem, ovis lupo in feritate, suam communicans mansuetudinem; ut utrimque consentientes, crudelem in nece pastoris exerceant ferocitatem. Videas C genus persecutionis mirabile. Qui adstabant lateri ejus, latera ipsius latenter perforabant: amici prope inimici facti, de longe jacula ex adverso mittebant: proximi sagittas in pharetra, suo tempore et loco jactandas; acutos gladios sub lingua sua consiliarii portabant, undique insidias in occulto ponentes, ut interficiant innocentem. Corrupti et abominabiles adversus eum facti sunt: linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Illic trepidaverunt ubi non erat timor. Regnum per eum timebant perdere, qui laborabat ut sine fine possent regnare. Pauperes timebant fieri; sed perverse agebant, illum extinguere volentes, a quo debebant et poterant, si vellent, ditari. Tædet forsitan Auditorem, toties blasphemias audire, et nullius blasphemiæ notam a scriptore proferri. Audiat ergo mundus, et judicet: audiant senes, et discernant juvenes, et discant, et successoribus suis narrent, et doceant, si factum est in diebus antiquis, sicut factum est in diebus illis.

Odium patitur ob Ordinis dilatationem.

96 Jam enim advenerat dies, dies, inquam, ille sanctissimus et celeberrimus in Cœna Domini, in quo pœnitentes Deo reconciliari sanctorum Patrum decrevit auctoritas, et in quo Agnus ille innocens, D ad reconciliandas inimicitias inter Deum et hominem, captus est, et ad immolandum ductus. Et ecce ad ostium illius loci, in quo Sacerdos Dei pœnitentium Confessiones recipiebat, adstitit quidam amictus pallio, in similitudinem pœnitentis; obnixe ostiarium rogans, quatenus ad confitendum intrare liceret ei ad Episcopum. Hoc cum ostiarius viro Dei notificasset, Noli, inquit, intromittere eum. Et cum paululum ille ex præcepto Domini sui diceret expectandum esse, ille magis ac magis instabat ut introduceretur. Sic perseveravit pulsans, nec intromissus est, donec recessit alia multitudo quæ convenerat ad confitendum; et tunc novissime illi copia intrandi data est. Quem cum Vir Dei a longe diligenter inspexisset, Noli, ait, huc propius accedere, sed sta, et vide ne moveas pedem. Advocatisque de servientibus Palatii qui foris aderant, præcepit eis, ut adstantem juvenem, pallio, quo involutus erat, nudarent. Nudato autem eo apparuit cultellus acutus, quem adstrictum lateri suo tenebat, cujus erat longitudo fere pedis et dimidii; qui cum eodem, Episcopo jubente, cunctis qui aderant intuentibus, ante eum adductus est. Cumque quæreretur ab eo, cur sic armatus venisset: tremens ac stupens, ut- E pote ineffabilis et nefandæ crudelitatis conscius, mortem timens, procidit ad pedes ejus; et quia ad ipsum interficiendum missus fuisset, confessus est. Nominatisque illis a quibus erat conductus, quorumque instinctu et consilio venerat ad tam execrabile facinus perpetrandum; ceteri qui aderant, quique ad hoc novi generis spectaculum confluebant, supra modum mirabantur: eo quod proditionis hujus rei inventi sunt hi, qui de majoribus negotiis et secretioribus consiliis cum ipso tractare consueverant.

In Cœna Domini audiens Confessiones: cognoscit arcana sicarii ab adversariis submissi:

97 At Vir justus, ut erat hilari facie et vultu sereno, ad eos respiciens; Quid miramini, inquit, si vas suum hostis antiquus recognovit, et in membris suis opus suum exercere nititur, quod in hac sacratissima nocte in sancto Capite nostro Jesu Christo non timuit operari? O quam felix esset qui in aliqua hujus diei hora, non ab inimicis, sed etiam ab amicis, ut sunt isti quos recitatos audistis, traderetur et moreretur! Hæc est, inquam, dies, qua desperatis misericordia, peccantibus venia, mortuis redditur vita: in hac quod hanc mortem prohibuistis, dolorem meum prolongastis, et laborem intulistis, sed et requiem meam distulistis. Isti erant et sunt amici, nec propterea merentur ut sint inimici: F decet enim nos Caput principiumque nostrum Jesum Matth. 5, 44 Christum imitari. Ait enim; Benefacite his qui oderunt vos: et orate pro persequentibus et ca- Luc. 23, 34 lumniantibus vos: et alibi; Pater, ignosce illis: non enim sciunt quid faciunt. Attamen ille traditor in custodia redditur, non ut puniatur, sed ut suffragatorum suorum consilium detegatur; ut in eis tanti ignominia sceleris puniret, quod dolor cordis eorum aliqua pœnitudine vel ægritudine non sentiret. Quid igitur? Numquid scire poterat homo Dei, quid ille, qui Confessionis et pœnitentiæ causa veniebat, ferret, nisi gratia superabundans eum docuisset? Ab inermi victi deficiunt, qui probrosa iniquitate et evidenti injustitia se armaverunt.

ardet patiendi et moriendi desiderio.

98 Non cessabat æmula iniquitas in occulto, in XLVII manifesto mansuetam simulans æquitatem, et tanto gravius et nequius, quanto magis a domesticis fiebat et familiaribus. Familiaritas vere dicenda est: quia cum quodam noctis tempore, ad celebranda cum Clericis suis Matutinarum solennia, more solito surrexisset; advenerat Clericus quidam de domesticis, et retro ad ostium se in insidiis posuerat, iniquitate plenus et crudeli malitia; utpote armatus competentibus

Ita et Clerici insidias evitat:

A competentibus armis, quibus innocentem caute et in dolo ferire posset et interficere. Egressisque Capellanis qui præcedebant, sicut mos est in terra (præcedunt enim Dominos suos Capellani ille de insidiis prosiliens, novissimum putans Episcopum, unum ex Clericis media veste conscissa percussit. Cumque ille exclamaret et diceret; Quis est qui me lædit? ille, sonitu vocis, non esse ipsum quem quærebat agnoscens, Putavi, inquit, hunc novissimum esse, quem morti tradere disponebam. Præcesserat enim Episcopus mixtim inter alios, eumdem eventum, quasi futurorum præscius, timens. At ille concito cursu in fugam versus est: et cum alii ad capiendum illum insequerentur, Sinite, ait Vir Dei, fugere eum, nec malum pro malo reddatis; fecit quippe quantum potuit, et quantum ei Deus permisit: nondum enim venit hora mea. Sed qui miserunt eum, non dormient, nec quiescent; donec opprobriis suis satientur, et me vel morti tradant, vel, si divinum sit opus quod agitur de me, manifeste probatum reddant.

XLVIII B 99 Orbatus grex pusillus Præmonstratensis Ecclesiæ tanto Patre, ipsum tamen exemplo ejus qui dixit, Non relinquam vos orphanos, vado et venio ad vos, per biennium patienter expectabat. Aliis ex ipsis cum quibusdam secularibus dicentibus, Subsistere nequaquam poterimus, quia recedente pastore, oves abire solent in dispersionem; alii nullum Magistrum nisi ipsum, alii de ipso desperantes, alium volebant eligere: et in hunc modum contendentes, causamque veritatis et rationis ex parte consimilem prætendentes, nullumque fidelis exhortationis solamen habentes; titubare potius adhuc tenuiter radicati, quam stabilitatem poterant aliquam de se cogitare. Quod cum Viro Dei relatum fuisset, timens ne aresceret, quod a Deo per eum plantatum fuerat, si adhuc rore divini consilii non perfunderetur; advocatis ad se quibusdam ex prioribus et majoris et sanioris consilii Fratribus, perquirebat ab eis, quid facto opus esset; singillatim perscrutans de voluntatibus eorum, ut per omnia in definitione sui operis certior redderetur. Cumque intellexisset alios secum velle habitare, alios consilio suo alibi vivere, alios propositæ paupertatis votum velle tenere, plurimos tamen sub certo Magistro et disciplina eumdem paupertatis tenorem velle observare, remisit eos ad locum suum, paucis secum retentis; C pacis et unanimitatis normam iterum atque iterum suadens, quatenus, cum eis ab eo facultas eligendi Patrem concessa fuerit, concordia Christi Jesu, et dilectio quam docuit, in ipsis inveniatur. Recesserunt illi: et bonus Pater non immemor filiorum quos in Christo genuerat, ne diu absque pædagogo remanerent, fideles non post multum nuntios ad eos destinavit, qui et eligendi nuntiarent facultatem, et de electione suam indicarent voluntatem. In hoc, quomodo et quid factum sit in electione, non est immorandum; quia qui a Magistro suo bene fuerant docti, a transmissis Legatis non indigebant perdoceri.

Joan. 14, 18

Per absentiam suam fluctuare Præmonstratenses cognoscens,

post maturam deliberationem,

hortatur ad pacem:

permittit ut ipsi se alium eligant;

100 Electione igitur approbata a filiis, ut erat a Patre datus assensus, reversi sunt ad eum qui fuerant missi, voluntatis suæ præceptum completum esse nuntiantes. Habebat et ipse *a* Electum secum, sed tamen rem dissimulare præcepit per aliquot dies, nec illi Electo indicatum est: ut considerari posset curiositas quorumdam qui secum erant, qui et hoc responsum curiose præstolabantur. Erat enim hæc ejus consuetudo, ut cum tractandi essent, mutandi, vel confirmandi hujusmodi rerum eventus, et aliarum quæ actione multimoda superveniebant; totum spiritum singulorum qui circa ipsum erant, de singulis negotiis exhauriret; quatenus nullam faceret D in causis ex abrupto definitionem, nisi prius, ut homo poterat, exquisisset voluntatem Dei, et hausisset de circumstantibus sensum meliorem. Consilium ad tempus occultabatur; non tamen ignorabat Electus ille, quid de eo factum fuerat, quatenus rem tacitus consideraret divina edoctus revelatione. Asserebat denique, quod mane die illo, quo de ipso facta fuit electio, stetisset per visionem coram Filio Dei Jesu Christo, cum Patre et Magistro suo Norberto; extendensque manum suam dexteram Jesus, recipiebat Fratrem illum a ceteris Fratribus electum de manu Viri Dei, dicentis; Hunc a te, Domine, mihi commissum tuæ sanctissimæ Majestati repræsento.

a quo facto id electum celat,

ALIUS TORRE COLENO.

sed rem divinitus Hugo discit,

101 Per hoc proculdubio scire poterat, quid aliud de se divina miseratio disponebat. Quid plura? Venit dies, in qua placuit homini Dei quod cœperat perficere: convocatisque Fratribus quos habebat secum, consilium suum indicavit eis. Et advocato electo, Tu, inquit, mihi succedes electione Fratrum tuorum in domo paupertatis nostræ. Cumque ille responderet: Tibi et maxime Patri omnium obedire oportet: vadam et considerabo misericordiæ Dei E processus et profectus: in quibus si procedere potero et proficere, gratias ipsi; sin autem, ad te, quem post Deum Patrem elegi et animæ meæ tutorem, mihi sine offensa liceat remeare. Vade, ait; manus enim Domini usque in finem tecum erit. Hac accepta benedictione recessit, duobus adjunctis sibi sociis, e quibus præceperat Vir Dei, ut *b* alterum in Antuerpiensi Ecclesia Patrem, *c* alterum similiter in Floreffiensi poneret. Et sic factum est. Positus et consecratus est ille sub nomine Patris in Præmonstratensi Ecclesia; et illi duo in duabus aliis supradictis. Sed et duo jam alii consecrati erant in duabus aliis Ecclesiis, *d* Laudunensi beati Martini, et Vivariensi. Isti quinque, et sextus, quem ad locum qui dicitur *e* Bona-spes, statim post introitum suum, Abbas Præmonstratensis exposuerat, instantem dissolutionem Ordinis in plerisque locis videntes, et majorem futuram metuentes, ad diem statutum in loco determinato convenerunt; et quidquid ad præsens in domibus suis superfluum esse videbatur recidentes; deinceps, ad similitudinem et exemplum Cisterciensium, annuatim *f* se reversuros simul, ad Ordinis sui sinistra corrigenda, firmaverunt. Quod cum in locis aliis divulgatum fuisset; si in primo anno sex, in secundo novem fuerunt, F in tertio duodecim, in quarto decem et octo. Et exinde multiplicati sunt ubique terrarum, sicut voces et actus eorum et opera usque in præsentem diem testantur.

et Abbas constituitur:

et alii alibi Abbates,

primum capitulum celebratur.

ANNOTATA G. H.

a *Hic est* Hugo, *primus ejus Socius, de quo supra ad caput 5 actum*

b *Hic est* Waltmannus, *mortuus anno* 1138 *die* 15 *Aprilis, ad quem suis Natalibus eum inscripsit Chrysostomus vander Sterre, et nos mentionem fecimus inter Prætermissos. Elogia ejus a variis edita collegerunt le Paige pag.* 455, *et Sanderus in descriptione hujus cœnobii. Placet his apponere Commemorationem quæ impressa legitur post Litanias de S. Norberto.* Antiph. Hic vir despiciens *etc.* ℣. Justus germinabit sicut lilium. ℟. et florebit in æternum ante Dominum. Oratio, *ex Collectis de S. Francisco et S. Carolo Borromæo compilata.* Ecclesiam tuam, quæsumus, Domine, Beati Patris Waltmanni meritis, gratia cœlestis amplicet: ut sicut eum Pastoralis solicitudo gloriosum reddidit, ita nos ejus intercessio in tuo semper faciat amore ferventes.

c *Hic est* Richardus, *cujus elogium cum titulo* Beati

AUCTORE COÆVO.

A Beati *habet le Paige pag.* 439. *Inter Pios Saussayus ad* 30 *Augusti. De* Floreffia *actum cap.* 8.

d Gualterum *et* Henricum, *de quibus et eorum monasteriis actum cap.* 13.

e Bonæ-Spei *cœnobium in Hannonia prope Binchium oppidum; cujus primus Abbas* Odo, *discipulus S. Norberti, sed ab Hugone constitutus. Le Paige more suo etiam* Beatum *appellat, ejusque Elogium profert pag.* 463. *Saussayus, eo quod ejus Natalis ignoretur, posuit in Appendice talium pag.* 1228. *Horum autem omnium ea moderatio fuit, ut accepta benedictione Pontificaliter officiantes, Annulo essent Baculoque contenti; licet Benedictini passim et Mitra et Chirothecis uterentur: quos ne paulatim a suis assumerentur consenserunt Præmonstratenses, ut supplicaretur apud Innocentium III, quatenus ipsis talem usum interdiceret, sicut et interdixit* IV *Idus Maji* 1198; *ne scilicet forsan ex ipsis quispiam* supercilium elationis assumat, vel sibi videatur sublimis, cum iis uti se viderit, quæ Pontificibus et majoribus Ecclesiarum Prælatis a Sede Apostolica sunt concessa: *quæ tamen prohibitio, postea fuit relaxata justis haud dubie de causis: quarum una esse*
B *potuit, ne Canonicorum Præpositi et Episcoporum Archipresbyteri, de potiori forsan gradu cum Abbatibus istis contenderent, uti nunc aliqui cum non mitratis contendunt.*

f *Addit Pagius, ipsius* S. Norberti *præceptum fuisse, ut tale Capitulum celebraretur quotannis* in festo S. Dionysii, 9 *Octobris.*

CAPUT XVII.

Privilegia Ecclesiæ suæ ab Innocentio II confirmari impetrat Sanctus. In seditione constantiam tenet; miraculose præservatur a morte.

XLIX
a
Deinde beatæ memoriæ Papa *a* Honorio ad suam prædestinatam æternitatem vocato, Innocentioque Sanctæ Romanæ Sedi canonica electione subrogato, cum Sedem obtinere non posset, propter intrusionem Petri Leonis, et seditionem suæ progeniei, exiens inde contulit se in Franciam, ubi, ut decuit,
b
Ab Innocentio in Remensi Concilio,
honorifice susceptus est. Convocatoque *b* Remis Concilio, convenerunt undique Episcopi de diversis nationibus: advenit et Pater Norbertus, ibique illum Petrum intrusum excommunicaverunt; et electione Innocentii approbata, eumdem Petrum Leonis leoni
C rugienti, nisi resipisceret, devorandum tradiderunt. In hoc Tractatu tractare de Romanis Pontificibus, alicui videbitur superfluum esse; sed alio modo seriatim differri non possunt quædam, quæ de milite Christi prætermitti non debent, quæ ab eo magnifice et laudabiliter gesta modernis temporibus dignoscuntur. Attulerat namque secum Ecclesiæ suæ privilegia vetustissima, et fere a vermibus consumpta, quæ cuncta Romano munimine fecit renovari et corrigi. Apponens ea quæ receperat de manibus eorum, qui ea injuste et violenter rapuerant, ut superius annotatum est. Addidit præterea aliud
post confirmata vetera et nova obtenta Privilegia,
privilegium secreto, ut, cum daretur opportunitas, Romana fultus auctoritate, suæ Religionis Ordinem in Episcopali propagaret ecclesia. Finito Concilio, cum ad Sedem propriam reverteretur, jamque ex parte divulgatum esset quod fecerat; scilicet quomodo gladio spirituali et castrorum mœniis et propugnaculis se contra eos armaverat; magis fremebant, dicentes ad alterutrum; Regnum nostrum
ad Sedem suam reversus [illegible] seditionem [illegible],
non stabit, et gloria nostra nihil est; sed et honor omnium nostrum et dignitas prædecessorum nostrorum destruetur, nisi quam cito tollamus eum de nobis, et auferatur hæc ejus subtilis potestas de terra nostra: et exinde quærebant opportunitatem ut facerent caute, juxta quod inordinate et insipienter machinabantur. D

103 Cum autem ei qui elegerat eum et assumpserat in opus ministerii sui, placuit ut quæreret Viri constantiam; qui, ut præmissum est, fidem probaverat et patientiam; non diu distulit, sed occasionem et tempus intulit, ut et furorem esurientium sanguinem satiaret, et evidentis tribulationis igne tironem suum purgaret. Contigerat autem eodem tempore quoddam infortunium in ecclesia *c* majori; quod secrete Viro Dei fuerat revelatum. c *occasione Ecclesiæ Cathedralis,*
Cumque hoc senioribus indicasset ecclesiæ, et protestaretur, pro re tali expiari debere Ecclesiam, secundum Canonum auctoritatem; illi acquiescere ei noluerunt, dicentes, non esse denuo consecrandam ecclesiam illam, quam constabat multorum Regum et Pontificum auctoritate fuisse consecratam. Hoc illi prohibebant: sed ille econtra asserebat, numquam se in ea divina celebrare velle mysteria, nisi ab ea dæmonum infestationem, qua fuerat irretita, paterentur effugare. In hunc modum contendebant; sed Vir ille qui versutias eorum non metuebat, dum tamen Deus esset in causa, notum fecit omni populo rei eventum *d* in pulpito: ostendens etiam quod prohiberetur facere quod erat authenticum, et quod in hujusmodi eventibus sanctorum Patrum sanxerat consuetudo. E *quam pollutam sciens* d

104 Hæc dixit, et sequenti nocte assumptis duobus Episcopis, quos tunc secum habebat, et Præposito ejusdem ecclesiæ, qui in hoc favebat ei, et quampluribus de Fratribus suis Clericis, intravit ecclesiam: indutique sacris vestibus, et aqua consecrata, illud officium, sicum exigebat quod præmissum est negotium, sincera devotione compleverunt. *noctu expiarat;* Isti locum ad consecrandum *e* Dominicum Corpus et Sanguinem divina benedictione, ut fieri oportet, ex officio debito consecrabant; sed præscripti adversarii hoc factum execrantes, de sanguine innocentis Sacerdotis manus suas implere festinabant. e Vigilant isti, ut agni sanguinem colligant; vigilant illi, ut sanguinem innocentis effundant. Nam statim ut peractum est Officium, adhuc omnibus qui aderant in sacris vestibus existentibus, clamor nimius, et tumultus grandis populi foris auditus est. Commota quippe fuerat omnis civitas, furore non minimo et inenarrabili; eo quod vox crudelis et stupenda facta fuisset ad eos a quibusdam adversariis, scilicet, quod fregisset Episcopus altaria, sacrarium reserasset, feretra et phylacteria dissolvisset, sibique reposuisset; et cum his omnibus, sub ejusdem noctis tenebris, cum omni etiam thesauro ecclesiæ fugere disposuisset. F *orto tumultu populari,*
Audientes hoc qui cum Viro Dei erant, territi sunt, alii plus, alii minus. Sed ille imperterritus ad eos exire volebat, ut interrogaret quidnam esset. Porro alii omnimodis prohibebant, dicentes, hunc plebeium tumultum non facile in tali hora a quoquam posse sedari: et coegerunt eum, ut adscenderet quoddam *f* municipium, quod ab Imperatore Ottone ibi constructum erat antiquitus, loco turris cujusdam ecclesiæ, quam inceperat ædificare, sed morte præveniente non consummavit. f

105 Ibi se reclinavit homo, et qui cum eo erant, sacris adhuc amicti vestibus, mortem potius corporis turpissimam quam vitam expectantes. *obsidetur in quodam municipio.* Invalescebant voces insultantium et insilientium *g*, Theid-ut, Theid ut, ingeminantes, hoc est, Exite, Exite. g Sed illi in turre desuper econtra in Matutinarum solenniis laudes Deo canentes, cum hymnis et canticis exultationis laudes Deo in honore prædicatoris egregii Pauli vocibus immensis resonabant:

A bant: isti vero insultationis voces clamoribus inordinatis multiplicantes, Sacerdotem Dei reum esse mortis proclamabant. Erat equidem proxima nox, post diem qua fit solennitas beatorum Petri et Pauli in martyrio; et sicut nocte pristina pro altero, id est beato Petro, celebrat Ecclesia; sic in sequenti pro altero, id est Paulo, celebrabant solennia, sicut Ecclesiæ solet esse consuetudo. Cantabant, qui fuerant obsessi, de eo quem obsessum fuisse narrat ejus historia; ac resumunt vires de timore martyrii, cum resonat in auribus eorum beati Pauli depositum, quod reservatum sibi confirmat in gloria: ait
2 Tim. 1, 12 enim; Scio cui credidi, et certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem justus judex. Hac fiducia quidam ex ipsis stantes non trepidabant; sed alii adhuc seculo et suæ carnalitati tenere inhærentes, et ejulatu non minimo inge miscentes, dicebant; Heu, heu! ut quid hunc secuti sumus hominem, ut cum eo moreremur in peccatis nostris? Quibus Vir sanctus, ut poterat, melliflua consolatione exhortans aiebat: Nolite, Fratres carissimi, nolite terreri: Dei est enim quod a nobis gestum est; Dei est quod geritur; Dei est permissio, quando ab inimicis suis suum aliquod bonum opus impugnatur. Hæc aliquando dicebat, interdum autem pro ipsis, ne deficiendo desperarent, attentius orabat, ipsorum defectu, crescebat ejus orandi affectus; et, ut ipse postea asserebat, non tantum metuebat mortem, quantum timebat ne desperando illi deficerent.

hortatur suos ad constantiam;

B

106 Congregabatur per totam noctem pars adversaria; multiplicabant orationum preces, in articulo talis necessitatis, sacer Sacerdos et societas cum eo congregata. Facto autem mane, cum summo diluculo lux cœpisset illucescere; dum alii ad insultum turris insistunt, alii sagittis, alii jaculis Pontificem et Clericos suos impetunt; quidam, qui mortem suam jurasse dicebantur, tamquam avidiores crudelis illius necis appetitores, quocumque modo irrumpentes, ad superiora turris audacter evaserunt. Quos ut vidit homo districtis gladiis irruere, ne in aliorum mortem desævirent, progrediens in obviam, Magistri sui exemplum secutus, Unum, inquit, hominem quæritis; ecce ego. Parcite istis, qui nullam mortis sententiam meruerunt. At illi eo viso, ut erat amictus adhuc Episcopali et Sacerdotali veste purpurea, territi sunt; et paululum retrocedentes; in momento Deus, cujus nutu omnia disponuntur, declarata Martyris sui, quantum in eo fuit, constantia, tunc ipsorum persecutorum mentes mutatione compunxit, ut ad pedes ejus corruentes, veniam de tanto ausu precarentur et acciperent; et ex adversariis in defensores prodirent. Alii vero festinanter insequentes eos, unum ex Camerariis suis, qui fideliter ei adhærebat, quemdam introitum defendentem invenerunt. Et jam Episcopum esse decollatum a præcedentibus putantes, ipsum eumdem Camerarium, eo quod Dominum suum diligebat, odio habentes, gladio percusserunt; et usque ad guttur collum ei abscindentes, semivivum, mortuum tamen ipsum esse existimantes, reliquerunt. Quod videns Vir Dei, omnibus invitis in mediam turbam prosiliit, et inimicis dans de se facultatem, morti se obtulit; eligens mori potius, quam aliquis alius eos superstite moreretur.

et in irrumpentibus ultro se offerens,

C

primos placat, inimicis benigne ignoscit:

Camerario ab aliis graviter læso,

107 Cernens autem eum ille idem qui servientem suum percusserat, furore diabolico et iniquitate plenus, adhuc sanguineum gladium evaginatum tenens, extendens manum suam in Pontificem, audaci præsumptione grandem ictum ei super humeros obtulit. Sed resiliit gladius, velut si percuteretur super lapidem adamantinum; et de recenti, quo erat intinctus sanguine, fimbrias Episcopalis mitræ, quam in capite gestabat, intinxit: quæ quamdiu vixit homo, eodem adspersa sanguine mitra apparuit. Videntes autem quidam, qui adstabant, ex adverso rei exitum expectantes, illi, qui plus hominis sanguinem quam hominem expectabant; videntes, inquam, illi quod non moreretur, quia a quibusdam parcebatur, a quibusdam vero percussus non lædebatur; concurrerunt, et Reliquias Sanctorum concito deferentes, eas in medio posuerunt; dicentes, magnum inconveniens esse, quod sic indecenter Pastor ab ovibus impugnaretur. Hæc prætendebant, falsam simulantes humanitatem: nam et ipsi ipsum in hoc articulo positum cogebant, ut Fratres suos de ecclesia B. Mariæ exponeret, qui in ea positi erant, ut superius dictum est. At ipse negabat, affirmans factum hoc, quamdiu viveret, numquam ab eis infirmandum; quod Regali potentia et Romana auctoritate dolebant confirmatum.

ipse miraculo manet illæsus

D AUCTORE COÆVO

neque cedit sævientibus ut suos abduceret ab ecclesia;

108 Dum hæc agerentur, advenit ejusdem urbis Comes de via; et quasi eventus hujus nescius, inter medios tumultuantes cucurrit; dividensque eos ab invicem, diem determinatam eis nominavit, qua venirent omnes justam querimoniam habentes adversus Episcopum, justitiam executuri et accepturi. Recesserunt ergo illi ad præceptum Judicis. At Dei Sacerdos intravit eamdem ecclesiam, pro qua tota commotio facta fuerat, Missam celebraturus, et immensas Deo suo gratias redditurus. Cumque accessisset ad altare, accersitis circumstantibus; Ecce, inquit, integra sunt omnia, salvaque et sana, quæ denuntiata fuerant confracta et asportata. Celebravit igitur Missam in eodem loco, sed et Epistolam et Evangelium ipsemet legit: recesserant enim omnes ministri sui tædio et timore affecti; ita ut vere dici posset de eo, sicut de summo Capite nostro Jesu Christo, Relicto eo omnes fugerunt. Finita autem Missa, venit ad palatium, purpuream miro et ineffabili modo gestans faciem, utpote calice Domini sui bene potatus; ut dicere posset cum Propheta: Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. Hunc quippe colorem in ipso mortis periculo tenuerat; et hoc testabantur qui cum eo extiterant, quod non vidit eum quisquam vel ad modicum pallescere: ipse vero econtra Martyrum constantiam levem, et super mel et favum dulcissimum esse asserebat. Sic eum Dominus eripuit, complens promissa ipsius qui dixit: Multæ tribulationes justorum, et de omnibus his liberavit eos Dominus; militis sui fidem exquirens, sed nullatenus sanguinem sitiens

tumultu a Comite sedato,

E

solus in illa Missam facit.

Matt. 26, 56

Psal. 115, 13

et lætus discedit

ANNOTATA D. P.

a Honorio II *sub annum* 1130 *mortuo successit* Innocentius II, *cui se opposuit Petrus Leonis Pseudopapa*, Anacletus, *dictus.*

b *Captum Concilium Remis* 300 *Episcoporum et Abbatum in Octobri.*

c *Hæc est* S. Mauritii ecclesia *ab Ottone I ædificata, de qua pluribus ad Cap.* 1 *Analect.*

d *MS. Antuerp.* in publico.

e *MS. Bern.* Dominici Corporis et Sanguinis Sacramentum.

f Municipium, *quasi* Muricipium, *quod muro capiatur; itaque hic solum ea vox accipitur, quæ alias significat oppidum muris cinctum.*

g *Ita MSS. tria conformiter ad idioma gentis, sub aliqua tamen diversitate, dum alia etiam* Thied ufs *vel* uet *scribunt. Plura* Thiedur *aut* Theidur, *legunt: sed hoc vertendum esset*, Abite.

h *Rem totam sic breviter narrat Chronologus Saxo noster:* Eodem anno, *scilicet* 1129, *Lotharii* 4; in Commemoratione S. Pauli facta est commotio maxima

A xima civium Magdeburgensium contra Norbertum Archiepiscopum, quod majorem ecclesiam, sicut sibi dictum erat, polluisset, nocturno tempore purgaverit. Crescente itaque tumultu ascendit in superiora antiquioris monasterii, cum Misnensi et Havelbergensi Episcopis, *hic Gumbertus an.* **1120** *Hemoni suffectus; istius nomen necdum comperi*, cum Præposito majoris monasterii; ibique multum diu obsessus est, sævientibus atque objurgantibus adversariis, quod altaria fregerit, et Reliquias Sanctorum furto abstulerit. Sed hunc divina gratia mirabiliter de insidiis eorum eripuit; et persistentes in malo excommunicans, eos sibi subjecit.

AUCTORE COÆVO

CAPUT XVIII.

Alia conspiratio discussa. Iter Romanum. Morbus et obitus.

Invidorum solet esse consuetudo, ut cum ab eis, quibus invident occasione aliqua paululum concitati fuerint, non statim totum quod ægre ferunt, et quod dolet in cordibus eorum, proferant; sed post-
B quam ab eis recesserint, acriori dolore intumescentes, quidquid ad contumeliam ipsorum dixisse vel fecisse potuissent, magis amaricati, majori vindictæ data opportunitate, reservent in posterum. Sic præscripti adversarii, quibus odiosa erat æquitas, quam eis Pontifex invictus prædicabat; convocatis iterum perversis conventiculis suis, suum quisque dolorem proferebat; dicentes se esse delusos, et arte magica tenebrarumque caligine sensus suos adumbratos, qui hominem hunc vivum reliquerant; qui eis non cedebat, nec ritum et honorem ipsorum, dignitatemque urbis debitam nullatenus immutare metuebat. Vere delusi *a* et stupidi; nec mirum, quia dolosi et stupenda nimirum convenerant tractaturi. Nam et hoc ab eis firmiter ibidem decretum est, quatenus cum ad condictam diem convenire deberent, singuli denariatam *b* vini vel *c* medonis biberent; ut si quidquam voluntati eorum contrarium in discussionibus querimoniarum accidisset, supplerent de nece sui Pastoris quod minus fecerant; et sic ebrietati potius deputaretur quam præmeditationi. Et hoc statutum est, ut quicumque huic decreto non obediret, domus ejus ad dejiciendum, et tota suppellex ad diripiendum judicibus totius illius senatus subjaceret. Quod factum cum
C relatum fuisset ad aures quorumdam Principum terræ, qui Virum Dei ex quadam parte diligebant, eo quod sciebant eum esse Virum sanctum et justum; persuadebant ei ut ad tempus cederet, exemplo Magistri sui, qui a facie persequentium eum se abscondit, sicut scriptum est : Jesus autem abscondit se, et exivit de templo. Quod cum ille renueret, palmamque martyrii gaudens expectaret; illi multiplicibus persuasionibus exire compellebant.

Ob novam conspirationem

a ab ebrios faciendam,

b c

recedere suadentibus cedere, animo recusat

Joan. 8, 59

110 Advenit dies, ut erat prænominata; et dato signo, cœpit civitas immensis clamoribus perstrepere. Et interrogans homo Dei quid esset; responsum est ei, quia populus multus congregatus, Fratres de ecclesia B. Mariæ vellent ejicere. At ille subridens aiebat : Non est ita; quia plantatio, quam plantavit Pater cœlestis, eradicari non poterit. Attamen compulerunt eum ut exiret : et præparatis equitaturis exivit ad Abbatiam quamdam monachorum in honore S. Joannis *d*, quæ est in suburbio civitatis sita supra montem quemdam; ubi satis spatiose dispositis omnibus, transivit ad quoddam Castrum suum quod dicitur *e* Halla, ut ibi a tanto tumultu requiesceret. Sed et illud clausum invenit : Prævenientes enim hostes sui, omnem præoccupaverant munitionem. Quid faceret homo, qui nusquam inveniebat ubi requiesceret pes ejus? quid faceret, humano destitutus auxilio? Contulit se ad ecclesiam quamdam Canonicorum *f* Regularium, quæ ibidem prope erat; orans Deum suum per aliquot dies, ut viam suam in suæ beneplacito voluntatis dirigere dignaretur. Sed ille qui dixit per Prophetam, Maledictus homo, qui confidit in homine, et ponit carnem brachium suum, et recedit a Domino cor ejus, videns sui tironis humilitatem et constantiam, respexit veritatis ejus preces; et sicut voluit, ex quo voluit, pax rebus data est. Nam ut convenerant certatim inimici ad interimendum, sic convenire festinabant ad satisfaciendum. Omnimodam satisfactionem offerebant, offerebant et pecuniam multimodam. Sed ille, qui plus animas quærere Deo venerat, quam pecuniam; ne Domini Dei sui offensam incurreret, respuebat pecunias, ut animas eorum, quæ pro hoc excessu perditionis periculo subjacebant, lucrifaceret. Dicebat denique, suum et non ipsorum esse delictum : quod deliquerunt, sibimetipsis, non sibi, nocuerunt : nocuerunt et ei potius, quem vulneratum et semivivum jacentem reliquerunt. Satisfactionem illius quærebat, suam autem minime, exemplo sui Capitis, qui dixit, Pater, ignosce illis : non enim sciunt quid faciunt; et illius Apostoli, Nulli malum pro malo reddentes : de illo dolore intrinseco, dolebat; qui nihil dignum morte meruerat, morti tamen addictus, gravique vulnere tentus jacebat.

deinde recipit se in Abbatiam S. Joannis,

d

e

D

f

tum Hallam ad Canonicos Regulares:

Joan. 17, 5

sed tam a malignis pœnitentiam respuit:

sed Cameraio. reo vult salutem sperat:

Luc. 23, 34

E

Rom. 12, 17

111 Videntes itaque adversarii, quo potissimum dolore angeretur homo Dei, studuerunt illum lenire in eo super quo gravatum eum esse sentiebant. Nam illi vulnerato domum suam, quam dejecerant, ex integro reparantes, ad medicandum vulnus, quod ei inflixerant, quadraginta marcas argenti contulerunt. Post hæc, apertis januis Castri, quas ad adventum ejus prius clauserant, intravit illuc cum omni honore, multorum cœtu vallatus Nobilium, multitudine etiam plebis Deum laudantium super constantia tanti Pontificis, ipsumque Pontificatu dignum esse asserentes, quem Deus omnipotens de tot persequentium manibus eripuit : et in tam evidenti mortis periculo, cum suæ fidei integritate corporisque incolumitate invictus permansit. Sic vicit humilitas, humilitatis gratia præeunte, ut in eo Veritatis insignia clarescerent, quæ dicit : Qui se humiliat, exaltabitur. Laudes ergo tanti Viri tacendæ non sunt; quia gloriosus Deus in Sanctis suis. Et cum magna præcedentium Patrum facta narrantur, subsequentium opera filiorum ad hæc imitanda provocantur. Quinto anno Episcopatus sui hæc acta sunt, et tribus postea sedit, de die in diem, ministerio a Deo sibi commisso dans honorem, in omni religione et honestate proficiens; unitatem sanctæ Ecclesiæ conservans, ejusque perturbatores et schismaticos omnes persequens et detestans; bonos amplectens, desolatis dans consilium, pauperes et orphanos viduasque sustentans, religiosos quosque fovens et dilatans, religionisque docens formam; seipsum, prout dignitas officii pati poterat, tam minoribus quam majoribus affabilem exhibens; divinæ largitatis et gratiæ non immemor, Domino Deo suo per singulos dies bonæ opinionis et intimæ suavitatis et dulcedinis offerebat conscientiam.

11

honorifice receptus

laudibus extollitur:

Luc. 18, 14

F

heroicis virtutibus excellit:

112 Erat schisma gravissimum et ad pacandum difficillimum in sancta Romana Sede, de duobus, ut præmissum est, Pontificibus, Innocentio et Petro Leonis : quorum alter, Innocentius videlicet, canonice electus, Catholicus erat, et a Catholicis omnibus approbatus recipiebatur; alter vero, id est Petrus, fuerat intrusus, sed tamen occupaverat sanctam Sedem, non a Deo neque ab Ecclesia sancta, sed a potestate seculari. Quia et ipse, etsi non nobilitate

LII

ad destruendam potentiam Petri Leonis antipapæ

A bilitate, multitudine tamen generis potens erat in civitate; legesque sanctas, et ordinem, et omnia statuta Patrum et Ecclesiæ sanctæ, regulamque Christianæ fidei, fervore suæ ambitionis excæcatus, destruebat; turresque et munitiones civitatis alias dejiciens, alias muniens, ad omnem Principatum secularem, et suæ cupiditatis votum obtinendum præparabat. *g* Ob hoc, consilio inito a Rege Lothario et sanctæ fidei Principibus, ne cognitio et robur fidelium Christianorum his modernis temporibus illa peste mortifera periret, expeditionem in Italia ordinaverunt: ut ipsum sacrilegum, quem gladius spiritualis, quo jam sæpissime percussus fuerat, penetrare non poterat, materialis saltem perforaret. Cum eo et aliis tam Episcopis quam Archiepiscopis, ex præcepto et obedientia Innocentii Pastoris Catholici, Pontifex Norbertus protectus est. Transitisque castris et urbibus [non], absque intolerabili offendiculo, cum magno cœtu præeuntis et subsequentis exercitus, Romam, Papam venerabilem Innocentium secum deducentes, pervenerunt. Ubi cum impetu grandi et manu forti introeuntes, ipsum eumdem Papam in sancta Sede, invitis hostibus et adversariis omnibus, posuerunt.

g cum Lothario Rege et aliis

Romam deducit Papam Innocentium.

B 113 Sed et ipsum Lotharium Regem Pontifex in Sede positus, et alii qui cum eo venerant, in Romanum Imperatorem consecraverunt *h*. Erat enim vir ille, strenuus belli ductor, præcipuus in armis, providus in consilio, terribilis inimicis Dei et sanctæ Ecclesiæ; veritatis amicus, justitiæ socius, injustitiæ inimicus: cujus probitas patuit in Sicilia, viguit et in Saxonia. Qui, quamdiu vixit, totum Romanum Imperium, quod ejus custodiæ deputatum fuerat, titubare non potuit. Diligebat autem et ipse Virum Dei Norbertum; eo quod ejus consiliis, quæ strenuitate et providentia pollebant, assidue utebatur; et quia ab eo cœlestis dulcedinis potum hauriebat, et pane divinæ refectionis quotidie reficiebatur. Magnæ debilitatis erat homo ille in suo corpore, utpote longa et gravi attritus asperitate pœnitentiæ: sed multo amplius crevit infirmitas, cum labor et dolor itinerantium, et terrarum occupatio ei adjuncta est, et domesticæ curæ solicitudo et mutatio diversorum aerum, et inquietudinis assiduitas. Cuncta autem, quæ ibi vel alibi ab eo facta sunt, non est possibile alicui soli narrare; quia nec alicui soli possibile fuit cuncta scire vel cognoscere. Scitur tamen, quia ab Italia reversus in civitatem suam
C Parthenopolim, non post multum gravi ægritudine detentus est; et per aliquod tempus, id est per spatium quatuor mensium, in ea laboravit. Episcopatuque sapienter et fideliter annis octo administrato, plenus Spiritu sancto, cum omni integritate sensus, adstantibus benedictione data, beato fine quievit. Neque enim, ut ait Augustinus, poterat male mori, qui bene vixerat. Annus erat Dominicæ Incarnationis millesimus centesimus trigesimus quartus, Feria quarta Pentecostes, octavo Idus Junii, Papa Innocentio anno quinto regnante, Lothario anno nono.

h

Inde redit cum Lothario bis coronato

et infirmatus in via

Sanctissime moritur anno 1134, 6 Junii

ANNOTATA D. P.

a *Ita omnino legendus videtur sensus, a transcribentibus in hunc modum turbatus:* Vere delusi, nec mirum, quia dolosi, dolosi et stupendi.

b Denariati, *id est, ad valorem unius denarii.*

c Medo, *hydromel. Potus hic defectum vini, ubi hoc non crescit, supplere solet, et generosissima vina adæquat cum diutius decoctus fuerit: quapropter his nostris regionibus a Sacrificio Missæ arcentur vina Hispanica aliaque dulcia, eo quod œnopolæ fraudulenti aliquando* D *Medonem pro illis supponant, talem ut verum a ficto vino vix ipsi peritiores discernere queant.*

AUCTORE COÆVO

d *At nunc eadem Abbatia, medium fere locum civitatis secundum Albim porrectæ obtinet, cum insigni ecclesia; postquam scilicet in quadruplum aucta illa per longitudinem est, addito non solum suburbio S. Joannis (postquam additionem nescio an vestigium ullum supersit restrictiorum olim murorum) et complanatis quæ suburbium ab urbe dirimebant fossis, sed etiam Judæorum burgo ex una, et nova (ut vocant) civitate ex altera ædificatis; quomodo civitatem repræsentat Merianus elegantissime sculptam, in Topographia Saxoniæ inferioris.*

e Halla, *ad Salam fluvium,* 12 *leucis Magdeburgo dissitum oppidum, tunc ditionis Archiepiscopalis, sui postea juris factum.*

f *Forsitan in* Petersberg *seu* Petri-monte, *ad latus urbis meridionale, ubi etiamnunc ecclesia vel capella cernitur juxta Merianum.*

g *Ad hoc schisma, ejusque auctorem* Anacletum *sic enim vocari voluit, passim omnes pertinere existimant, id quod ex ore Sancti habuisse se affirmat S. Bernardus Epist.* 56, *ad Gaufridum Episcopum Carnotensem, sic exordiens:* Quod a me de Domino Norberto sciscitamini, si videlicet iturus sit Hierosolymam, ego E nescio. Nam cum ante hos paucos dies ejus faciem videre, et de cœlesti fistula, ore videlicet ipsius, plurima haurire meruerim, hoc tamen ab ipso non audivi. Verum de Antichristo cum inquirerem ab ipso quid sentiret; durante adhuc ea quæ nunc est generatione revelandum illum esse, certissime se scire protestatus est. At cum eamdem certitudinem, sciscitanti mihi unde haberet, exponere vellet: audito quod respondit, non me illud pro certo credere debere putavi: ad summam tamen hoc asseruit, non visurum se mortem, nisi prius videat generalem in Ecclesia persecutionem. *Hanc vero et vidisse dici quodammodo potest, cum vidit prædictum scandalosissimum schisma, et Anacletum* Antichristum *futurum præsignificasse; nec alium in hunc sensum vocat Bernardus Ep.* 124, 125 *et* 126 *de illo scribens. Baronius ad an.* 1106 *num* 26 *totum istud eo referri putat,* quod cum sæpe sancti viri prænovissent ingentes futuras persecutiones Ecclesiæ, putarent rerum magnitudine ipsa adfore Antichristi tempora.

S. Norberti de Antichristo opinio

h *Placet totam hujus itineris rationem ex Magdeburgensi Chronico nostro describere, ubi ad an.* 1132 *sic legitur.* Rex *Lotharius* celebravit Assumptionem S. Mariæ in Werzeburg, et inde cum exercitu Longobardorum fines intravit: et quia Archiepiscopus F Coloniensis defuit *(defuncto* Friderico, et Brunone *necdum consecrato)* qui jure debet esse Cancellarius in istis partibus; Norbertus Archiepiscopus Magadeburgensis huic officio deputatus est. Anno Domini MCXXXIII Rex celebravit Natalem Domini in Italia, apud castrum quod dicitur Meduina, *ad confluentes Medunæ et Liventiæ in confinio agri Tarvisini et Forojuliensis.* Rex autem inde progressus, sanctum Pascha, XXVI *Martii,* celebravit apud S. Flavianum, XII *circiter* p. m. *ab urbe juxta Socratem, nunc S. Orestis aut etiam S. Silvestri dictum, quod eum ibi latuisse fabulentur, Constantino ecclesiam persequente:* Flavianum *Virgilius Siliusque dixerunt, nunc plane deletum locum, antiquam verosimiliter Romanorum Coloniam, quod, deinde nomen in S. Flaviani Martyris* XXVIII *Januario commemorati nomen videtur transiisse.* Ac postea in Kalendis Maji Romam veniens, ad S. Joannem in Laterano a Papa et Clero ac Romanis honorifice suscipitur: ibique Pentecosten celebravit: et in ipso sancto die in monte Aventino ad S. Sabinam coronatus processit. Ibidem ergo per sex continuas hebdomadas commoratus, tandem ex consilio et voluntate Principum, mediante

Iter Lotharii Romam

A mediante Norberto Archiepiscopo, in præfata Basilica Constantini, a Papa Innocentio imperialem suscepit benedictionem, cum conjuge sua II Nonas Junii die Dominica, quæ tunc tertia extitit post solemnitatem adventus Spiritus sancti. His ita gestis, inquit, Imperator transcensis Alpibus celebravit nativitatem S. Mariæ in Werzeburg....... Natalem Domini celebravit Coloniæ....... Pentecosten in Junii in Merseburg in Suevia : *sed jam ante ab eo discesserat* Norbertus : *qui* infra quartam ejusdem hebdomadæ *Pentecostalis* obiit : et infra quintam sequentis *hebdomadæ* in monasterio S. Mariæ est sepultus.

Sacrorp. coævo

et reditus in Germaniam.

CAPUT XIX.

Sepultura corporis, Triplex apparitio. Epilogus.

111 Defuncto itaque beatæ et dignæ memoriæ Patre Norberto, spirituque suo ad summæ felicitatis æternitatem vocato, sanctoque corpore ipsius exanimi relicto, contentio non minima orta est, inter Ecclesiam majorem et Ecclesiam B. Mariæ, de loco sepulturæ ejus. Volebant enim alii, dignumque et B justum esse dicebant, ut, quia Caput ecclesiarum ejusdem civitatis extiterat, Ecclesiæ capitali ejus ossa deferrent honorem : ibique adventum summi Judicis expectaret, ubi erat titulus ejus immobilis et sine fine, si sine fine ei in carne vivere contigisset. Sed et alia pars, Fratres videlicet S. Mariæ, sui juris ipsum esse asserebant ; eo quod per ipsum suo Creatori reconciliati, ipsum Patrem elegerunt ; et per ipsum seipsos et suam devotionem Domino Deo suo, a quo aversi fuerant, reddiderunt : præcipue cum adhuc vivens homo præcepisset, et usque in finem suæ hoc voluntatis devotio postulare demonstrasset, quod inter Fratres suos et filios, quos Deo, Dei verbo, paupertatis suæ tempore genuerat, sepeliri et requiescere debuisset. Hæc erat contentio ; et evidens utrimque proponebatur justæ certæque rationis responsio. Res mira ! Contendebant hominis hujus corpus exanime retinere ; prodesse sibi putantes mortui præsentiam, cujus, cum viveret, et prodesse poterat, omnimodis quærebant absentiam. Videntes tandem illi qui erant medii, qui utrimque contentionem hanc æque ferebant, quod invincibiles essent, et suam unaquæque pars justitiam meliorem assereret ; consilium dederunt, C ut ad Regem Lotharium quam cito mitteretur ; quodque ipse præciperet aut judicaret, hoc ratum haberetur. Et sic factum est.

Corpus, dum de loco sepulturæ contenditur,

et Cæsaris responsum expectatur,

115 Interim vero corpus inhumatum jacebat, sicque de die in diem per singula monasteria civitatis delatum est ; et in unoquoque Vigiliæ, et ea quæ fidelibus defunctis debentur, diligenter sunt celebrata ; donec in die octava reversi sunt qui missi fuerant : et tunc ex præcepto Imperatoris, ad Fratres in ecclesia B. Mariæ corpus Viri sancti sepultum est. Sed et hoc mirum fuit, et tacendum non est, quia cum esset æstas nimia, ita quod eodem anno pratorum fœna nulla, præ siccitate nimia, secarentur, non est de corpore ejus per tot dies alicujus fœtoris egressa corruptio *a*. Unde datur intelligi, quomodo mundavit eum gratia superabundans a corruptione mentis, quæ conservavit corpus ejus ne corrumperetur, dum tractari manibus, et humanitatis exhibitione, more solito, exequiarum officio sepulturæ debuit præmuniri. Sepultus itaque ante altare sanctæ Crucis, in medio *b* monasterii fuit per aliquot annos : sed boni filii, qui ex præcepto Veritatis, ut scriptum est, Honora patrem tuum, ut sis longævus super terram ; et ex recordatione benignitatis, quam eis exhibuerat, eum D tenere diligebant ; ut sine oblivione memoriæ ipsorum commendaretur, ante oculos suos in Choro eum transtulerunt ; ubi in *c* tumulo, diligenter pro loci opportunitate adornato, diem expectat novissimum, in spe certæ resurrectionis et gloriæ.

per omnes ecclesias circumfertur dum exequiæ celebrantur :

ipsum monet interim fœtoris expers :

a

sepelitur in monasterio :

b

transfertur ad Chorum.

Ex. 20. 11

c

114 116 Argumentum salutis ipsius et spei, nequaquam a quoquam fidelium æstimatione incredibile debet esse ; præsertim cum a quibusdam, quibus optime credendum fuit, etiam post discessum suum in ea effigie apparuerit ; et de statu suo quærentibus, tale responsum ex divina permissione dederit ; quod verum et certum dubitare nullus diligenter attendens debebit. Eodem namque die et hora, qua separata est anima ejus a corpore, videbat eum Frater quidam in veste candida, et pulcra effigie, ramum olivæ tenentem in manu sua. Qui cum quæreret ex eo, ut erat timidus, unde veniret, vel quo festinaret ; respondit, dicens : De paradiso missus sum, unde et hunc ramum olivæ florentem tuli ; et vado celeriter, ut in loco paupertatis meæ, id est in Præmonstratensi ecclesia, transplantem illum. Expergefactus Frater de tam insolita visione, cœpit intra se cogitare, quid hoc significaret : nuntiansque hanc visionem quibusdam ad ecclesiam *d* (erat enim ad curiam quamdam ejusdem ecclesiæ) memoriæ commendarunt diem et horam visionis, præstolantes quid prætendant, et quæ sequantur opera tam manifestæ hujus apparitionis. Audito tandem transitu Magistri sui, inventa est illa eadem dies esse, qua carne anima ejus soluta est. Alii similiter Fratri, *e* qui Sacerdos erat, apparuit in propria effigie stans coram eo. Sed statim effigies ipsius hominis mutabatur in florem miri candoris, in modum floris lilii ; quem Angeli suscipientes ad æthera deferebant. Evigilans autem Frater summo diluculo, cucurrit ad Priorem suum, licentiam accepturus, ut Missam celebraret, Deoque per eam animam pii Patris sui Norberti commendaret. Cumque Prior quæreret, quod esset signum hujus tam subitæ contestationis ; exposuit ille ordinem rei. Cui Prior præcepit, ut diem illum memoriter retineret. Est itaque inventa dies illa, dies sepulturæ hominis Dei.

Apparet obitus sui hora Sanctus,

ramum olivæ Præmonstratum ferens :

d

e

alteri in specie lilii ad cælum ferri visus:

117 Erat et alius *f* quidam de his, quos in primordio conversionis suæ contulerat ei Deus, qui fideliter et affectuose ei adhærebat, et de discessu Magistri sui dolebat intrinsecus ; plus tamen, qui certitudinem nullam suæ salutis haberet. Cumque E omni precum instantia supplicans rogaret Deum suum, quatenus aliquod responsum acciperet de misericordia, quam contulerat ex indebita gratia militi suo, et peccatori veraciter pœnitenti ; nocte quadam apparuit ei in domo pulcherrima, quæ solis claritate satis decenter apparebat irradiata. Recognoscens ergo ille Magistrum suum, cujus visione quoquo modo perfrui voluntate ferventi desiderabat ; procidit velociter ad pedes ejus, humiliter petens ab eo, quatenus de statu suo, et de percepta a Deo misericordia, aliquid insinuare dignaretur. At ille erigens eum a terra, et brachiis suis collum ejus amplectens, sic ait illi : Fili mi, rem difficilem quæris : attamen quia ei, qui pulsat indesinenter, aperitur ; veni, sedeamus. Erat autem ibidem sedes pulcherrima præparata, super quam cum consedissent, dixit ille : Dictum est mihi. Veni soror mea, requiesce : in pace et requie sum ; sed tremendum judicii timorem nondum amisi, in quo et Angeli timebunt. Hac melliflua et desiderata Frater ille responsione refertus, timens ne recederet, quia per visionem, sicut postulaverat, hoc se videre sciebat ; Quæso, ait, Pater amantissime, ut dicas mihi, si moleste accepisti, quod ad te non venerim, cum adhuc

f

iterum gloriosus apparet Hugoni.

A adhuc vivens me venire præceperis. Et respondit : Tu venies : *g* et post hæc disparuit. Verum fuit; quia iturus ad illum Frater ille fuerat, sed, alio impediente negotio, non pervenit *h*. *g* *h*

Votum scriptoris pro Hugone. 118 Det omnipotens Deus, ut secundum promissionis intellectum ad ipsum veniat ; et quem socium et successorem, participemque miseræ et pœnalis tribulationis seculi hujus reliquit ; consortem faciat cum gaudiis felicitatis æternæ, et donis a Deo perceptæ benedictionis, per eum qui vivit in secula, et misericordiam servat, et dat eam omnibus in bonis obedientibus sibi, et ambulantibus in viam salutis, et justitiæ, et veritatis. Et quid amplius ? Numquid de salute tanti viri ab aliquo fidelium desperandum est, qui, ut præmissum est, et vixit, et post mortem, permissus a Deo, signa hæc suæ salutis ostendit? Sed dicet aliquis : Audio quod scriptum est ; verumne sit hoc scriptum dubito, quia mihi incertum est. *Epilogus de fidelitate Auctoris hujus Vitæ.* Crede si vis ; veritatem rei gestæ in Christi veritate Scriptor adhibet. Quia aut vidit ea quæ de eo scripsit, aut audivit a veris relatoribus, qui viderunt ; et adhuc vivebant, quando præmissum Opus per hoc scriptum memoriæ commendavit : B præter quædam quæ ab ipso didicit, antequam exiret de terra et cognatione sua, et onus deponeret proprietatis. Vivant ergo succedentes, et quæ ab ipso et a præcedentibus ejusdem Ordinis Fratribus gesta sunt et narrata memoriæ studeant commendare : quia etsi quidam ea per omnia non recipiant, et omnibus ad integrum hæc placere non valeant, non poterunt obesse benevolis ; etiamsi contigerit, malevolis et detractoribus non prodesse.

ANNOTATA D. P.

a *Addit in Notis Polycarpus :* Etiam post plura secula, mira et miri odoris fragrantia, ex se exhalata, impio cuidam Lutherana lue infecto Præposito, monumentum effringere tentanti, religionem incussit, et terrorem imo et subitam mortem, ut Auctores referunt : *quos mallem nominatim indicasset.*

b Monasterii *nomine intelligi posset* claustrum, *in cujus subdivali area cœmeterium commune Fratrum fuerit, uti fert usus variorum monasteriorum : sed omnino hic intelligendam esse ecclesiam, in cujus anteriori et laicis destinata parte conditus sit Sanctus, persuadet Pagius, sic accurate locum describens :* Sepelitur primum in medio ecclesiæ ante altare, quod ibi titulo sanctæ Crucis ad ingressum Chori, inter C lapideas scalas, quibus ille hinc inde binis aditur, consistit.

c Deinde vero, *inquit idem Pagius,* aliquot post annos *(forte post incendium anni* 1188 *de quo in Corollario* I, *num.* 61*)* corpus illud nondum ita cor- D rumpi cœptum, quin commode eximi, et in aliam thecam posset transferri, habitu situve quo primum fuerat collocatum,.... ad chorum ipsum translatum est, et sub altari ante memorato, in monumento sive lapide ex candido marmore, ad viri altitudinem erecto, conditum. *Ita scilicet ut tumbæ caput subintraret cavitatem altaris, adeoque supra ipsum defuncti caput Sacrificium conficeretur, reliqua vero pars in chorum spectabilis omnibus procurreret, uti ex Historia Translationis apparebit.* AUCTORE COÆVO

d Præmonstratensem ecclesiam *intelligo, eamdem nempe ad quam transplantandum olivæ ramum monstrabat Sanctus, et quæ Magdeburgo aberat leucis fere ducentis ; sic ut mirum non sit, si nuntius mortis eo tarde advenerit. Sed quid significaverit rami transplantatio non capio, quando nec corpus defuncti eo relatum fuit, neque Fratres illuc Magdeburgo redierunt.*

e Curia *autem hic sumitur pro* Curte *seu* Prædio. *Et hoc verosimile est Præmonstrati accidisse.*

f Hugonem *ibidem Abbatem intelligit Chrysost. vander Sterre ; et merito : cum infra dicatur Sanctus, eum cui apparebat reliquisse* successorem, *in regimine scilicet monasterii.*

g *Ivit autem ad eum* Hugo, *quando obiit post annos* 30 *: sequens porro deprecatio, et infra allegata notitia* E *Sancti, prius quam Auctor dimitteret patriam et proprietatem, verosimilem faceret Præmonstratensium opinionem, quod Auctor fuerit ipse* Hugo, *ideoque nomen suum et sociorum suppresserit ; si illud etiam fecisset num.* 27, *aut saltem sine encomio* conversationis sanctæ. *Quare satis sit tenere, quod, eo dirigente et symbolam conferente, sit scripta hæc Vita, intra primos viginti aut triginta annos a morte Sancti : cum usque ad annum* 1164 *dicatur* Hugo *supervixisse ; et infra dicatur corpus* in medio monasterii per aliquot annos *sepultum mansisse. Et tamen nulla, quod miramur, fit mentio miraculorum ad sepulcrum patratorum ante vel post translationem ; ita ut suspicari quis possit ob eorum defectum, Deo id occultis ex causis permittente, non cogitatum de procuranda Canonizatione fuisse ; contra quam accidit in causa S. Bernardi, annis* 19 *post* S. Norbertum *mortui, et propter miraculorum frequentiam intra annos* 12 *canonizati.*

h *Mirum fuerit, si defuncto nihil honoris detulerit Conradus Imperator, qui vivum sic dilexerat : sed hoc omisit adnotare auctor : nam, ut Chronologus Saxo testatur,* Festivitatem Apostolorum Petri et Pauli celebravit in Magadeburg Imperator, et Cunradus ejusdem ecclesiæ Canonicus, consentiente generali electione Cleri et populi, Archiepiscopus constituitur. F

ANALECTA NORBERTINA

CAPUT I.

Fratrum Cappenbergensium additamenta ad Vitam.

CAP. I

De communi Patre, nos quoque Cappenbergenses filii, nobis comperta desideranter adjicimus; ne in paterni meriti prosecutione, nos tamquam ingrati Vestræ Sanctitati deesse videamur. Est apud nos libellus, Vitam Deo digni Fundatoris nostri continens, in quo ita scriptum est : Illis *a* diebus apparuit in Westphaliæ partibus eximium quoddam jubar Ecclesiæ, memorabilis ille Dei præco Norbertus, Vir nimirum admirabilis gratiæ, prædulcis eloquentiæ, summæ continentiæ, informator ac propagator Religionis Canonicæ, servorum Christi aggregator, cœnobiorum non paucorum fundator, tam habitu quam voce strenuissimus, veræ pœnitentiæ prædicator, ac per omnia illius propheticæ jussionis executor, qua dicitur ; Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Sed et duo ejus magnalia, quæ in hoc gesta sunt loco, dignum non arbitror præterire silentio *b*. Quodam tempore famem Westphaliæ affuturam, et ipsos quoque Fratres parum- per

a *Ex Vita B. Godefridi additur elogium Sancti,*

Luc. 3, 4 B

b

A per castigaturam, in spiritu prædixit : quæ juxta viri
EX VARIIS. fames et prædita et levata Cappenbergi : Dei præscientiam adeo gravis evenit, ut plerosque
dira mediæ calamitas extingueret. Accidit ergo die
quadam Fratribus ad refectionem ituris, cum hospi-
tibus ac pauperibus erogarent quidquid sibi absti-
nendo subtraherent, ut panis deesset alimonia ; ita
ut etiam unde fieret, inveniri non posset. Cumque
Vir Dei sæpius intimasset quod scriptum est ; Non
affliget Dominus fame animam justi ; ecce subito
per fideles suos Dominus tantam panis abundantiam
Prov. 10. 3 transmisit, quod Fratres et sufficienter refecti sunt,
et advenientibus cum alacritate obtulerunt. Atque
postmodum ex die illa numquam defuerunt Fratri-
bus opportuna subsidia.

c 2 Tempore *c* item alio, cum Vir sanctus quem-
III dam ex Fratribus pro causa vellet monasterii desti-
febris imperio Sancti depulsa: nare ; inveniens eum valida prostratum febre, in-
junxit ei causam obedientiæ in virtute Christi, solo
verbo usus imperii, Vade, inquit, et revertere,
jamque amplius noli febricitare. Statim ergo Fra-
ter, recuperatis viribus, perfecit quantocius quod
a Patre sancto fuerat jussus. Ita viri Dei sermo et
causam obtinuit, et morbum diutinum repente fuga-
d vit. Item illic scriptum est *d*. Placuit itaque Spiritui
IV B sancto, qui in præcone veritatis habitabat, quique
Ibidem Regula rigidius observata: per illum loquens in agro Dominico fructus mirabi-
les operari dignatus est ; placuit, inquam, ei, ut in
prædictis cœnobiis Fratres commanentes, hoc est,
Cappenbergensi, Varlarensi, Elofstatensi, Regulam
beati profiterentur Augustini, eo quidem tenore, uti
Regulam eamdem aliquanto districtius, quam eate-
nus usitatum fuerat, observarent ; esu scilicet adi-
pis et carnium abstinendo ; austeriori quoque habitu
pœnitentiæ rigorem exhibendo. Nam et amicus
Sponsi Joannes non exquisitis, imo naturalibus et
silvestribus cibis pastus est : et ab ipso Salvatore
coram turbis ad eremum confluentibus, de vestitus
austeritate laudatus est. Et ecce hic Ordo noster,
divina prosequente clementia, longe lateque proten-
ditur ; et, ut vere confidimus, multo latius in futu-
rum protendetur. Unde nec ambigere debemus,
quin sancto dictante Spiritu et inchoatus fuerit, et
divinæ ordinationis nutu promulgatus. Numquid
enim non vineam istam in brachio excelso ipse Do-
minus dux itineris transtulit de Ægypto ? Item illic
adjunctum est.

e 3 *e* Audivimus nihilominus eumdem orthodoxæ
V veritatis assertorem, in communi Capitulo hæc quæ
C sequuntur prosequentem. Scio, inquit, unum ex
quia a S. Augustino apparente accepta. professionis nostræ Fratribus, cui de Regula nostra
indaganti studiosius, non quidem suis meritis, sed
Confratrum suorum orationibus, beatus visus est
Augustinus ; qui et auream Regulam, a latere dex-
tro prolatam, illi porrexit ; seque ipsum luculento
et sermone intimavit, dicens : Quem vides, Augu-
stinus ego sum, Hipponensis Episcopus : ecce habes
Regulam, quam ego conscripsi ; sub qua si bene
militaverint Confratres tui filii mei, securi Christo
adstabunt in extremi terrore judicii. Et quidem ista
humiliter, tamquam de alio, prosecutus est ; nos ta-
men ipsum fuisse cui hoc revelatum est, indubitan-
ter advertimus *f*.

f 4 Hucusque de libello nostri Fundatoris insertum
est : nunc, si placet, ea quæ nec in vestro nec in
nostro sunt annotata libello, prout veraciter com-
VI perimus, breviter et affectuose digeramus. Res apud
Missam celebrans, Floreffiam gesta est. Cum enim illic memorabilis
Pater divina forte celebraret, in quibus nimirum
exequendis se devotissimum exhibere consueverat ;
in patena videt guttam sanguineam. vidit repente, ante ipsam perceptionem, in patenæ
medio non modicam stillam Sanguinis Dominici ru-
bentem ; vocatoque Fratre Rudolpho Sacrista nostro,
ejus tunc Diacono ; Videsne, inquit, Frater, quod
video ? Video, ait, Domine ; cœpitque pro tantæ rei D
magnitudine ubertim flere *g*. Post cujus miraculi g
declarationem, ex eodem sumpta (ut credimus) oc-
casione, nobis deinceps patenam abluere mandatum
est : cœpitque apud nos hujus observantia *h* consue- h
tudinis, cum a nobis eatenus nesciretur.

5 In Vita B. Servatii legimus *i*, quod defuncto VII i
eodem Præsule sanctissimo, sericum quoddam, po-
pulo spectante multumque admirante, Angelicis al-
latum manibus, super illius venerabile corpus posi- *Cupiente illo velum S. Servatii videre,*
tum est. Quaproter idem sericum in Trajectensi
Ecclesia summa honoratur reverentia, præcipua
quoque conservatur et obseratur diligentia. Cum
ergo Vir Dei Trajectum devenisset, petiit hoc sibi
sericum demonstrari. At illi cœperunt simul omnes
excusare, præsertim cum vel ipsum scrinium, in
quo repositum erat, introspicere nullus auderet.
Sed quid multa ? Novissime Viri Dei obtinuit petitio.
Cumque in ejus præsentia sacrum aperuissent repo-
sitorium, subito ecce sericum illud (mira dicturus
sum) mirabili et divino quodam impulsu subvectum
evolavit ; ipsam quoque Basilicam aliquanto tem-
pore circumvolans, tandem se ad summa templi
prope laquearia displicatum continuit, et illic quasi
quodam remigio alarum librabatur annixum. Quo *ipsum elatum in aere*
viso, aliis stupendo exclamantibus, aliis penitus sibi E
subtrahendum cum luctu formidantibus ; vir Dei
rem tacitus considerans, Missarum adorsus est so-
lennia. Quæ dum ageret, ecce sericum se recom-
plicans, super expansa Sacerdotis brachia lente se
demisit ; quod ipse venerabiliter suscipiens, loco *super brachia ejus descendit.*
suo restituit. In hoc igitur facto, et meriti gloriam
in Præsule Servatio, et fidem atque orationis virtu-
tem in suo famulo Deum declarasse non dubito.

6 Apud locum qui Bonlandt *k* dicitur, ubi nostro- k
rum quoque Fratrum floret cœnobium, potens VIII
quidam alienorum invasor commanebat. Hic, inter *Redditus ecclesiastici usurpatori*
cetera violentiæ suæ mala, quosdam vini redditus,
qui proprie erant Parthenopolitanæ Ecclesiæ, et
ad divina celebranda præcipue pertinebant, injusta
usurpatione jam aliquamdiu possederat. Illuc ergo
cum forte devenisset Archiepiscopus, ut mihi Fra-
ter ejusdem loci testatus est, pro Ecclesia sibi com-
missa non siluit ; accersitoque raptore, quamvis
multis pavendo, libere dixit : Cur, homo, hanc in-
juriam B. Mauritio *l* inferre præsumis, ut redditus
annuos, ad divina celebranda institutos, temeraria l
invasione possideas ? in tuos usus expendas ? Cum-
que ille inflatus responderet, dicens, non hoc esse *mortem prædicit Sanctus,*
invasionem, sed legitimam hereditatis suæ posses-
sionem ; Vir Dei prophetico spiritu respondit : F
Scias, frater, quod hoc imminenti anno ab hac de-
prædatione Dei repelleris judicio. Dixit, et factum
est : eodem quippe anno infelix ille ab inimicis suis
occisus est.

7 Alio quoque tempore, cum esset in expeditione IX
Regis Lotharii, una cum ipso Rege Vindelicam *Augustæ Vindel. pacem apprecatus,*
pervenit Augustam ; ubi famosam seditionem, quæ
inter populum ejusdem civitatis et Regem aborta
est, hoc ordine prædixit. Solebat hic ter-beatus,
ad orationem ecclesiam quamlibet ingressurus, ad
ipsa semper Basilicæ limina curvatis dicere geni-
bus, Pax huic domui et omnibus habitantibus in
ea. Cum ergo præfatæ civitatis ecclesiam ingrediens
orationem complesset, vocato Diacono suo, ex cu-
jus hæc ore cognovimus, quid per Spiritum cogno- *prædicit seditionem,*
visset, ei revelavit, dicens : Ego, Frater, huic loco pa-
cem imprecatus sum, pacem optavi ; sed tamen pacis
hic repulsam inveni. Pallium *m* ergo nostrum et
cetera quæ sub manu tua sunt, diligentiæ tuæ com- m
mendo attentius ; quia loco huic imminet confusio
magnusque conflictus. Ita factum est. Nam proximo
die, multis a Rege prostratis et vulneratis, temeri-
tatis

A tatis suæ cives pœnas dedere; vixque tandem in Regis gratiam, post multa dispendia, recepti sunt. Alio item tempore, cum oblatus ei fuisset dæmoniacus, ut paucis absolvam, aquam sale mixtam exorcizavit: et cum procedens eamdem spargere cœpisset, antequam perveniret ad hominem, spiritus malignus abscessit. *n* Hæc sunt pauca de multis, quæ nobis comperta, non pium silere existimavimus, qui tam ex Lege, quam ex Evangelio, honorem Patris nostri non negligere commonemur. Ipse quoque, qui tantæ nobis perfectionis dereliquit exempla, pro nobis apud Christum, uti securi confidimus, intervenire non desinet; quatenus et hic tanti præcessoris imitemur vestigia; et cum lucro meritorum, post hujus miseriæ terminum, æterna cum illo recipiamur in gloria. Amen. *o*

dæmoniacum liberat.

n

Epilogus Appendicis.

o

8 Felix Norbertus, primus Pater Ordinis hujus:
Gaudeo quod meritis ejus, Pater Hugo, favetis,
Felix nimirum qui mundi culmina sprevit;
Subjectusque jugo Christi, pia semina sevit;
De quibus est ortus mirabilis undique fructus.
Fructus, quo multos claustralis Regula salvat:
Fructus, qui cœli feliciter horrea stipat.
Spiritus insignis, divini muneris ignis
B Hunc illustravit, doctrina clarificavit;
Cœlitus inflammans, magnis Doctoribus æquans.
Hic meritis clarus gerit indelebile nomen:
Nam paupertatem veram constanter amavit;
Dæmonis incursus fidei virtute fugavit.
Hic vas æterni Verbi, pacisque minister,
Pacem firmavit, discordes conciliavit.
Hic sublimatus provectu Pontificatus,
Vir fuit insignis, crux pravis, forma benignis,
Et sidus clarum circa res Ecclesiarum.
Felix qui gladios potuit securus adire,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa;
Nec dubitare mori, Christi connexus amori.
Felix cujus erunt Domino veniente manipli,
Quos bonus assumet Judex ex Ordine nostro.
Hoc apud examen nos gratia protegat. Amen.
Explicit Vita gloriosi Patris nostri Norberti.

ANNOTATA D. P.

a *Hæc eisdem verbis continentur in priore Vita* B. Godefridi Cappenbergensis *ad* 13 *Januarii num.* 9.

b *Hæc ibidem referuntur num.* 14 *et* 15.

c *Ibidem num.* 16.

d *Ibidem num.* 11.

C e *Ibidem num.* 13 Audivi, *inquit Auctor in singulari, quod factum anno* 1121 *arbitrantur.*

f *Hunc etiam respexit auctor Vitæ B. Ludovici Arnesteniensis, sub annum* 1185 24 *Septembris ad Superos translati, eodem scriptæ seculo; cum illius ad Præmonstratenses accessum narraturus;* Anno, *inquit,* MCXIX beatæ memoriæ Norbertus..... Præmonstratum venit; et HABITUM, quem, non ab homine, neque per hominem accepit, Apostolicis sanctionibus confirmatum, Fratribus observandum tradidit, sicut in ejusdem professionis ecclesiis uniformiter custoditur; in quo et ipse, in Sede Pontificatus sui irreprehensibiliter vivens, anno gratiæ MCXXXVI, certus de corona justitiæ, cursum vitæ suæ feliciter consummavit; et debito cum honore sepultus, in ecclesia B. Mariæ Magdeburgi requiescit. *O quanti refert integra veterum monumenta habere et consulere, suis, non alienis oculis!* Habitum *manifeste intelligit Auctor, mentis, non corporis; Regulam scilicet seu normam vitæ, a S. Augustino in visione acceptam, Norbertoque Pontificiis decretis confirmatam, et in omnibus ejus monasteriis observatam. Herdegomius, in Virgine Candida lib.* 1 *cap.* 7 § 3, *ad Colorem ac Formam vestimenti dilabitur; indeque confecisse*

Acceptam divinitus Regulam asserit alius scriptor coævus,

male deforma vestis a quopiam intellectus:

se putat, quam vera et antiqua sit apparitionis D illius historia, *Virginis scilicet, vestem candidam tradentis.*

EX VARIIS.

Pergo igitur optare, quod supra, ut ejusmodi revelationis relatores inveniantur, quam fieri potest antiquissimi. Interim agmen nobis ducet Gaspar Bruschius, tanto acceptabilior quanto minus domesticus, et toto dimidio seculo senior Præmonstratensibus, quorum alibi memini, hujus ævi scriptoribus. Floruit enim anno MDL, *Poetica laurea et plurimis editis libris clarus; solum autem annos natus septemdecim, panxit Urspergensis monasterii laudem et historiam, qualem Monasteriologiæ suæ senior inseruit: et ibi inter alia scripsit, quod Deipara Præmonstratenses (quorum istud monasterium est)*

de qua tamen, ut similiter Norberto delata,

Pura uti veste voluit et candore notata... *atque*
Idcirco hanc olim a summo dimisit olympo;
Dixit, et hoc animi pignus habete mei.

Hinc intelligere possumus, jam tum ea verba legi solita, quibus ad Norbertum *dicitur usa Deipara.*

habentur testimonia seculi 15, *et* 16,

Similia videtur etiam legisse is, qui Breviario anni MCCCCXCVIII *et* MDXII, *hos versus præfixit apud Pagium pag.* 21.

Voce Norbertus rapitur superna;
Angeli vestem niveam ministrant;
Se viro tandem manifestat Alma
Relligioso. E

Hic autem, Bruschio etiam antiquior Poeta, clarius quam ille supponit, prægressam visionem Angelicam, secutam Marianam; eoque nos monet, non eodem ab omnibus modo rem solitam narrari aut legi; et a ceteris longius etiam abiit Antonius Trumelius Poeta Gallus, cujus hoc carmen legitur ante Breviarium Parisiis excusum MDLXXIV *et* XCVIII;

Quum Pater ad Superos animum Norbertus habe-[ret;]
Et precibus peteret, quo se velaret amictu;
Angelus accelerat cœlo dimissus ab alto,
Induit et tunica, niveo candore micante.

Ex ista tam varia ejusdem facti relatione, tribus aut quatuor post seculis primum scribi cœpti, apparet, quam male de traditionibus mereantur, qui dum singulos ejusmodi scriptorum apices salvare nituntur, quoad omnes circumstantias; ipsam sæpe rei substantiam adducunt in periculum perplexæ hæsitationis apud eos, a quibus plus fidei postulant, quam opus est.

sub nonnulla diversitate

Rem ergo tenere contenti, non disputemus, utrum vestis, cælitus Norberto *exhibita, plus quam colore discrepaverit a communi tunc vestis Canonicalis forma: quin potius censeamus, aut nihil aut parum discrepasse. Hoc enim nobis indicant ipsa Statuta Ordinis, quorum ex MS. Parcensi hic titulus invenitur apud Ferreolum Locrium, lib.* 3 *Mariæ Augustæ cap.* XI: In nomine F sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, Filii, et Spiritus sancti; et ad laudem et gloriam gloriosissimæ Dei genitricis Mariæ, cujus sanctis auspiciis et præmonstratione noster Ordo sub habitu candido sumpsisse creditur originem; ac Beati Patris Augustini, sub cujus Regula idem Ordo dignoscitur esse institutus; Statuta et Ordinationes ac Moderationes feliciter incipiunt et sequuntur. *In præfatione porro redditur apud Herdegomium* causa, *cur* candidum, sed Canonicum tamen habitum...... Vir sanctus, sanctissima Virgine exhibente, assumpserit, suosque perpetuo ferre decreverit; ut scilicet ipsi suo habitu se Canonicos sive Prædicantes (ut ex Sanctorum Patrum doctrina ipse * interpretatur) scirent et exhiberent. *Sicuti igitur nunc ex forma vestium, quibus utuntur Clerici nostræ Societatis Jesu, novimus, quæ fuerit, ante sesquiseculum, in Italia atque Hispania, ubi illa cœpit, ratio modesti habitus Clericorum atque Presbyterorum honestorum, quorum usui Jesuitæ ex instituto aptabantur: sic ex habitu Præmonstratensium concipi*

ad stipulibus statutis Ordinis,

eamque Canonicam vestem appellantibus;

num. 52

EX VARIIS.]

A *concipi debet idea habitus Canonicalis, etiam secularibus usitati in Laudunensi diœcesi; licet labentibus jam quinque seculis, magna, ex parte secularium; nonnulla, ex parte religiosorum, successerit alteratio, per quam nunc ingens apparet discrimen.*

etiam quoad Scapulare Marianum:

Neque scrupulum ingerat Scapulare, *quo neminem Canonicorum vel Secularium vel Regularium uti vidamus, præterquam Præmonstratenses: nam et hoc scribit Pagius in Biblioth. lib.* I *cap.* 3, *quod* sicut aliqui Canonicorum antiqui *(utique Laudunensium) sic* Præmonstratenses Canonici Scapulare, pro habitu Deiparæ Virginis, religiose gestant et complectuntur. *Equidem non video quod Mariæ dici possit specialiter commune habere cum Scapulari seu Clericali seu Monachali (quo Patientiam et Crucis Dominicæ portationem notari scimus) ut illud potius dicatur, quam alia pars religiosi vestitus, esse Marianæ clientelæ tessera. Si tamen est aliquid (quod libenter suscipiam) gratulabor Præmonstratensibus, quod prærogativam eam jam inde ab anno* MCXIX *possederint; qua Patres Carmelitæ primum gloriari cœperunt anno* MCCLI. *Sed redeo ad habitum Præmonstratensium, qui eo jubentur reminisci, se* Canonicos *sive* Prædicantes exhibere: *cujus expressionis virtutem potissimum contineri noto in Scapulari, quatenus ipsum Crucis figura est: neque ejus usum Laudunensibus sic fuisse proprium, ut non alibi quoque is inveniretur. Nam eos qui proprio titulo dicti fuere* Prædicatores, *uti a S. Dominico Canonico Oxumensi instituti seculo* XIII *sunt, ita verosimile est sui quoque vestitus, adeoque et Scapularis formam similiter ab Oxumensibus in Hispania Canonicis retinuisset: unde ad alios quoque plures facere conjecturam licet. Sane quam varius variis in regionibus est Canonicorum Regularium habitus, tam varius fuit etiam secularium, inter quos regularitas illa principium diversis temporibus et auctoribus habuit. Ut autem vulgo notiores taceam in Belgio et alibi, inspice Monastici Anglicani tom.* 2, *et vide pag.* 367 *Hospitalarium S. Joannis Baptistæ; pag.* 755 *et* 783 *Gilbertinum Sempringamensem, Canonicos Augustinianos utrosque, habitu tamen inter se et ab aliis magis diversos, quam sint Præmonstratenses et Prædicatores.*

quod sic annis 130 ante Carmelitas habuerint Norbertini,

B

sed tamquam prædicandæ crucis tesseram;

uti et Prædicatores.

g *Simile miraculum, ibidem patratum, narrat Polycarpus, annis* 1204 *et* 1214 *festo inventæ Crucis, cum ex hujus particula copiosus sanguis stillavit; qui lineis exceptus panniculis, hodiedum reverenter asservatur.*

h *Quærenti num etiam hodie is ritus obtineat, responsum est, exolevisse.*

C i *Acta varia S. Servatii illustravimus* 13 *Maji, cum mentione hujus veli num.* 24, *merito dubii de veritate miraculi, propter auctoris levitatem: veremur certe, ne id de Angelo fictum sit, nec ideo tamen minus veneratione dignum censemus: quia illud incorruptum in tumulo servatum fuisse, a quocumque positum, miraculosum est; et vel solus sacrorum membrorum contactus sufficit, ad ipsum cum honore habendum.*

k Bonlaut, *alias* Boulant, *neutrum hactenus reperi in tabulis Topographicis.*

l S. Mauritio, *Thebæorum Duci, Magdeburgensis Metropolitana dedicata fuit a Tagmone 4 Archiepiscopo, cum* Otto I Imp. *(uti Dresserus, licet hæreticus, scribit)* summo frigore nudis pedibus Reliquias ejus ex cœnobio Bergensi S. Benedicti in eam intulit, atque in summo altari reverenter deposuit.

m *An ergo* Pallium Archiepiscopale *(nam de vulgari aliquo cogitare non sinit præcipientis solicitudo) secum etiam per Germaniam solebat deferre Sanctus? Ita credere malim, quam quod opinatur Polycarpus, id factum cum Romæ coronandum Lotharium est comitatus Norbertus, quasi in isto solenni actu eo ibi usurus: quod nescio an coram summo Pontifice alicui etiam Archiepiscopo liceat.*

n *His addere placet quod Mauritius du Pré, in Annalibus brevibus Ordinis Præmonstratensis, agens ad annum* 1134 *de obitu S. Norberti, appellat eum* trium mortuorum suscitatorem eximium. *Petrus de Waghenare conatur id probare* peristromatis Nancejanis, in quibus depictus cernitur totidem mortuos articulatim excitans. *Addit* auctoritatem Richardi Itali, Summi Pontificis Protonotarii, in sua Evangelicorum Patrum synopsi, *hactenus nobis ignota. Nec nullum argumentum est illud, quod sumi potest ex acerrimo SS. Bernardi atque Norberti hoste Abailardo hæretico, dum utrumque calumniatur* de simulatione, *qua* miraculorum gratia videri mirabiles appetebant, *et* summa illa de resuscitandis quoque mortuis inaniter tentata *fuisse ab eis blasphemat:* quod quidem, *inquit,* nuper præsumpsisse Norbertum, et Coapostolum ejus Fursitum, mirati fuimus et risimus. *Parum movemur risu isto, dolemusque Auctorem,* propter *ipsius ipsique similium* obstinatam avertendam impudentiam, multa prætermittere *coactum,* ea dumtaxat breviter attigisse, quæ omnibus nota essent, neque ipsi ulla improbitate auderent diffiteri. *Sed quis iste Abailardo dictus* Fursitus, *S. Norberti* Coapostolus? *Ego convitium suspicarer potius esse quam nomen; si ejus commoda aliqua notio occurreret: nunc feliciori conjectatori explicationem committo, dum inter discipulos* S. Norberti *nemo est cujus nomen eo accedat.*

D

Mortui a S. Norberto suscitati

E

o *Sequentes Versus, uti reperi editos post Appendicem, sic et relinquo, cum potuerint Cappenbergæ fuisse compositi, post lectam ibi Vitam: si quis tamen ab hujus Auctore adscriptos malit opinari, non repugnabo.*

CAPUT II.

Ex libro III Hermanni Monachi de Miraculis S. Mariæ Laudunen.

§. I. *Congressus primus S. Norberti cum Episcopo, deductio Laudunum, Præmonstrati oblati acceptatio.*

Paschali siquidem Romæ Papa defuncto, cum Joannes Cardinalis ei succedens Gelasius dictus fuisset; et in Franciam venire volens, apud Cluniacum vitam terminasset; Cardinales qui cum eo venerant, cum Romam, pro electione facienda, redire se non posse videbant; necessitate compulsi, protinus elegerunt ad Sedis Apostolicæ Præsulatum e proxima civitate Dominum Guidonem, Viennensem Archiepiscopum, virum nobilem et industrium, Reginæ Francorum, conjugis scilicet Ludovici Regis, patruum: eumque in eadem provincia Papam consecrantes Calixtum appellaverunt. Hic ergo antequam Romam iret, in Francia generale Concilium tenere voluit, universosque pene tenus Occidentis Episcopos et Archiepiscopos, cum Abbatibus et aliis ecclesiasticis personis, ad urbem Rhemorum convenire præcepit, cui Concilio etiam prædictus Francorum Rex interfuit. Hujus itaque Concilii causa supradictus D. Bartholomæus Episcopus cum clericis et hominibus, Rhemorum urbem expetens, cum jam monasterium S. Theodorici *a* præteriisset; supra memoratum virum Norbertum, cum duobus Clericis non longe ab itinere sedentes, conspexit: audierat siquidem ante paululum idem Norbertus duas voces, sicut postea referre solitus erat, quarum prior ex una parte clamaverat; Hic est Norbertus et Socii ejus; altera vero ex alia parte subjunxerat, Hic est Norbertus et Socius ejus: quod quid signaverit posterius dicetur. His ergo duabus vocibus ex aeris summitate auditis, Norbertus stupefactus ex itinere declinat; terræque cum duobus suis Sociis residens, attonitus circumcirca respectat.

Cap. I

Ad Concilium R mense profectus Bartholomæus,

F

a

A 10 Nec mora, præfatus Episcopus appropinquans, non, sicut Sacerdos vel Levita viso illo a latronibus vulnerato, præterivit; sed ab itinere divertens, benigne illos salutavit; deinde, quinam essent, interrogavit. *incidit in Norbertum et socios,*

b Respondit Norbertus, se de *b* Lotharingia esse; et relictis parentibus, seculique vanitate, religiosam vitam sequi proposuisse; et pro hujus religionis norma, Sedis Apostolicæ consilio et auctoritate accipienda, jam per tres dies Rhemis demoratum fuisse; sed quod, præ multitudine confluentium divitum jugiter, nullus sibi ad Papam ingressus patebat, tristem ac desperantem urbe digressum, quo diverteret nescire. Tunc nimia compassione permotus Episcopus, hortatur eos ut secum Rhemos redeant; promittens quod eos ad Papam introduceret. Quia vero pedites erant, præcepit hominibus suis de equis descendere; sicque faciens eos cum eis equitare in itinere, diligentius eos sciscitatus, audivit eumdem Norbertum genere nobili ortum, et in

c Ecclesia Coloniensi maximas divitias possedisse; sed paupertatem eligendo, cunctas ex integro reliquisse. Rhemos deinde veniens Pontifex, ad Papam ingreditur: modeste suggerit, non esse bonum,

B quod ipse Pater universalis Ecclesiæ existens; solis divitibus colloqueretur, pauperes vero ab ejus colloquio repellerentur. Statimque annuente Papa; Norbertus et Socii ejus ab ipso introducuntur, et Apostolico colloquio recreantur. *eisque favorabile Calixti PP. alloquium impetrat,* Sed qua nimis ibi Papa occupatus, non ex integro desideriis eorum vel colloquiis satisfacere poterat; promittit eidem Episcopo, sese, finito Concilio protinus Laudunum iturum, et per aliquot dies ibi requieturum, sufficienterque eis collocuturum; rogatque ut eos præmittat, et ut Lauduni se reperiant admoneat. *deinde secum ducit Laudunum:* Quamdiu ergo postea Rhemis fuerunt, semper eos secum Episcopus detinuit: deinde Laudunum rediens, numquam eos a suo consortio separari permisit. Venientem postea, sicut promiserat, Dominum Papam officiosissime, ut dignum erat, suscepit; tuncque demum Norbertum et Socios ejus colloquio ipsius abundantissime satiavit.

II 11 Erat tunc extra muros urbis Laudunensis quædam ecclesiola, in honorem S. Martini constructa, in qua jam multoties idem Episcopus Clericos religiosos, qui Deo ibi servirent, posuerat; sed nullo ibi proficere valente, eadem ecclesiola in ejusdem manus redierat. *ibique ei offert ecclesiolam S. Martini,* Videns ergo præfatus Episcopus Norbertum religiosam vitam velle sectari; suadere ei cœpit, ut in eadem ecclesiola S. Martini remaneret.

C Sed Norbertus, intelligens ejus conatum, Non idcirco, inquit, Coloniæ majores divitias reliqui, ut minores quæram modo Lauduni. Non in urbibus volo remanere, sed potius in locis desertis et incultis. Cui Episcopus; Deserta, inquit, et occulta loca religionique congrua in Episcopatu isto quam plurima vobis ostendam, et ostensa accepta conferam. Dixit: et post Domini Papæ discessum assumens eum, ostendit ei, non omnia regna mundi et gloriam eorum, sed illam maximam diœcesis suæ

d silvam, quæ vocatur *d* Terrassea. Duxit ergo eum

e ad locum, qui dicitur *e* Fusniacus, demonstrans ei aquarum, et pascuarum, silvæque et terrarum opportunitatem congruam religioni. *tum Fusniacum et Thenolias* Tunc ille, facta oratione; Revera, inquit, hic locus religioni omnino est congruus; sed non est mihi a Deo destinatus. Episcopus exinde duxit eum ad alium silvæ locum,

f qui Thenolias *f* vocatur: quem sibi ostensum, post factam orationem, sicut prius, dixit idem Norbertus; Revera satis religioni congruit, sed nec hunc a Deo sibi destinatum. Tunc Episcopus Laudunum rediens, duxit eum in silvam *g* Vosagum; ostendit-

g que ei in silva locum quemdam, qui Pratum Mon-

h stratum *h*, vel Præmonstratus vocatur. Viderit ergo quisquis hæc legerit, cujus devotionis hic Episcopus D fuerit; qui relictis Episcopalibus negotiis, hominem ignotum per tot silvestria et invia loca, non sine magno labore, circumducebat: quæ licet etiam hodie, cum a multis incoluntur, videantur horribilia; tunc tamen multo erant asperiora, et terribiliora, ut pote ab omni hominum inhabitatione remota, solisque lupis et apris congrua. *EX VARIIS. ac denique Præmonstratum:*

12 Venientes itaque ad præfatum locum Præmonstratum, ingrediuntur orandi gratia quamdam ecclesiolam, in honorem S. Joannis Baptistæ ibidem constructam. III *ubi cum Sanctus in oratione pernoctasset,* Hæc erat de jure cœnobii S. Vincentii Laudunensis, et aliquis Monachus de eodem cœnobio illuc pro agendo divino Officio nonnumquam dirigebatur: sed quia finita Missa panis ibi non inveniebatur, nisi aliunde afferretur; jam cum ipsa ecclesiola locus pene manserat incultus, et desertus. Cum ergo Pontifex, oratione finita exiens, virum Dei Norbertum moneret ab oratione surgere, quoniam jam hora noctis supereminentis urgeret, nullusque remanendi locus erat; villa vero sua, quæ Anisiacus *i* dicitur, ubi eos hospitari necessitas cogebat, *i* adhuc uno milliario procul erat; Servus Dei egressus rogavit eum, ut cum hominibus suis discederet, E seque ibidem tota nocte vigilare permitteret. Tunc Præsul celeriter conscensis equis, utpote jam nocte incumbente velociter Anisiacum venit; nec tamen Domini Norberti oblitus, rursum ei per nuntium suum panem et cetera necessaria transmisit: factoque mane ad eum reversus, quid agere vellet, inquirit.

13 Ille præ nimio gaudio exhilaratus, hic inquit, Domine Pater, remaneo, quia locum istum mihi scio a Deo fore destinatum: hic requies et sedes mihi erit: hic per Dei gratiam salvabuntur multi. *eumdem mox obtinet:* Nec tamen hæc ecclesiola principalis sedes erit, sed ex altera parte hujus montis ædificabunt sibi mansionem in qua requiescent. Vidi enim hac nocte in visu quasi maximam multitudinem albatorum virorum, cruces argenteas, et candelabra, atque thuribula gestantium, eumdemque locum cantando circumeuntium. Pontifex itaque magnifice lætificatus, nec tamen injuriam facere volens cœnobio S. Vincentii, cujus juris idem locus erat; accersito Abbate S. Vincentii, utiliorem tunc temporis commutationem dedit eis: sicque locum eum cum ecclesia liberum Domino Norberto, privilegii sui *k* auctoritate conformavit. Servus ego Dei Norbertus ibi remansit. Episcopus vero Laudunum rediit *k* F quidem, sed assidue tam ipsius quam sociorum ejus curam gerere non destitit.

14 Post paucos dies vir Dei Laudunum veniens, Scholam Magistri Radulphi, qui germano suo Magistro Anselmo defuncto successerat, ingreditur; et Scholasticis ejus sermonem exhortatorium faciens, protinus septem ex iis ditissimos, qui nuper de Lotharingia venerant, convertit, et cum magna pecunia ad ecclesiam suam duxit. *socios asciscit, et unum ex prioribus furem patitur,* Sed antiquus hostis, qui semper servorum Dei profectibus invidere consuevit, etiam hunc in suo ipso principio perturbare studuit: et sicut Evam in Paradiso seduxit, Judamque inter ceteros Apostolos depravavit; ita etiam unum ex duobus sociis, qui cum eo venerant, corrupit. Hic namque præfatam pecuniam, a Scholasticis delatam, sibique a Magistro commendatam, media nocte furtim sumens, et de ecclesia fugiens, latenter discessit, et præfatos Scholasticos in multa penuria et necessitate reliquit *l*. Tuncque primum *l* vir Dei recordatus vocum, quas prope Rhemorum urbem eum audivisse supradiximus, et ipse intellexit, et Domino Episcopo super hoc consulenti, exposuit secundam vocem, quæ clamaverat: hic est Norbertus et Socius ejus; hoc significasse, quod ex duobus *[illegible] yarat esse de ejus societate,*

A duobus sociis, qui cum eo venerant, unus solummodo esset remansurus, alter cum Juda exiturus.

EX VARIIS.

15 Et ipse siquidem sic intellexit. Dominus autem Leoninus *m*, Abbas S. Bertini, vir religiosissimus, et tam gentilium quam aliarum litterarum peritissimus, nuper hunc libellum legens, protinus aliter interpretatus est illam vocem: Mihique, ut ex parte sua sententiam suam hic ponerem præcepit; dicens; ex ipsa consideratione temporis et personæ appropinquantis, palam intelligi posse, quod Bartholomæum Episcopum vox illa testata est Socium esse Norberti. Cum enim, inquit, tribus diebus demoratus, et Papæ loqui non valens, tristis ac desperans ex urbe exisset; et quid jam ageret, et quo verteret, nesciret; nullamque consolationem præter Deum habere, sibi videretur, nisi in duobus sociis suis, quos sibi, indivisibiliter adhæsuros, quocumque iret confidebat, vox desuper ei sonuit: Hic est Norbertus et socius ejus. Acsi apertius dixisset, Noli desperare, vel de duobus sociis tuis confidere, quia ecce prope est Episcopus, quem tibi Deus socium dedit; qui te secum reducens, faciet Papæ colloqui, qui in tribulationibus tuis consolator dulcissimus tibi erit; qui tibi ecclesiam, in qua B requiescas, et fructum facias, dabit. Hæc mihi scribere præcepit Dominus Leoninus, Abbas S. Bertini: et, Ego credens eum revera bene et fideliter intellexisse, libenter ei obedivi.

m *illam tamen aliter explicat Abbas S. Bertini.*

ANNOTATA D. P.

a S. Theodorici monasterium, *a suo fundatore S. Remigii discipulo nuncupatum, Ordinis Benedictini, distat Remis leucis duabus.*

b Lotharingia *scilicet* inferiori, *cui et Belgium adeoque et Clivia accensetur, uti Guicciardinus etiam observavit: ut frustra sint, qui contra adeo expressam Vitæ assertionem, e Clivia in Lotharingiam Mosellanam, vel etiam in Burgundiam, transferre Sancti natales nituntur.*

c *Quamvis ad ecclesiam .i. diœcesim Coloniensem etiam Xantensis Collegiata pertineat; plus tamen videtur Auctor hic indicare, qui num.* 138 *dicit, quod Norbertus* inter Canonicos Colonienses honorabilis et ditissimus fuit: *sed et hoc excusandum per Synecdochen, sumendo totum pro parte.*

d *Antiquis* Theoracia, *diœcesis Laudunensis pars Septemtrionalior.*

e Fusniacus, *vulgo* Foigny, *distat Lauduno ultra* C *Vervinum leucis* 10, *quem locum an.* 1121 *idem Episcopus S. Bernardo dedit, estque unum ex præcipuis Cisterciensis Ordinis cœnobiis, in quo ipsemet Fundator ejus deposito Episcopatu factus Monachus, anno* 1150, *cito etiam hominem exuit beato fine.*

f Thenaliæ *videntur esse locus prope Vervinum, vulgo* Tenelle, 2 *leucis Lauduno propinquior quam Fusniacus: cui autem Ordini idem locus cesserit necdum comperi. Petrus du Val, in Alphabeto Francico* Tenailles *sive* Thenailles, *Abbatiam diœcesis Laudunensis Præmonstratensibus adscribit: sed forte recentius illuc inductis; nisi alius is locus est.* NOT. 50

g Vosagus *vulgo* le pays de Vauges *agri Laudunensis pars occidua, diversissimus ab ejusdem nominis monte ac silva, quæ Lotharingiam ac Burgundiam disterminat, Germanis* Wasgaw *dicta.*

h Præmonstratum *Lauduno versus Noviomum distat 3 leucis, habens a Meridie Suessiones, a Septemtrione S. Quintinum.*

i Anisiacus *vulgo Anisse versus Meridiem ad Delettam fluviolum.*

k *Triplex diploma an.* 1121 *rite signatum integre exhibet Pagius pag.* 372 *et seqq. cum confirmatione Ludovici Regis Francorum itidem Lauduni data, omnia* *absque nota diei. Primum rem cum S. Vincentii, Abbate actam describit. Initium ejus dedi Annot.* h *ad Cap.* 7, *explicans terminos et jura ac libertatem loco concessam. Deinde sic progreditur.* Volumus etiam notum fieri, quod Ecclesia Præmonstrata et locus ejusdem, a prædecessore meo Elinaudo data et confirmata fuit Ecclesiæ S. Vincentii: modo vero, quia penitus in solitudinem universa ibidem erant redacta, Abbas Seifridus et Conventus ejusdem Ecclesiæ S. Vincentii utile dixerunt esse consilium, in nostram manum reddere et ad nostram dispositionem pendere: quod et factum est. Unde nihil melius esse considerantes in hoc negotio eamdem ecclesiam cum omnibus quæ Monachi prædicti ibidem possidebant, eidem Norberto venerabili viro, et successoribus ejus in sancto proposito viventibus, similiter ab omni exactione libere condonavimus perpetuo possidenda; ita ut nullos conventus laicorum secum adhibeant, nisi tantum personas quæ sub eodem proposito vivant. *Postea vero etiam distinctius enarrat rem, non solum cum Siffrido Abbate, sed etiam cum decessore ejus Adalberone actam, his verbis:* Cum Ecclesia S. Vincentii locum qui Præmonstratus dicitur, qui ad propriam mensam Episcopi pertinebat, ex dono prædecessoris nostri Elinaudi Episcopi haberet, sicut in privilegio ejusdem Ecclesiæ continetur; Monachi locum illum diu incoluerunt, et per multos labores nullum vel parvum fructum consequebantur. Quod ego attendens, rogavi Adalberonem Abbatem et Monachos, ut locum supradictum mihi libere concederent, quatenus secundum voluntatem meam de eo libere disponere possem. Abbas autem et Monachi petitioni meæ assentientes, quidquid in illo loco habebant, mihi libere et sine ulla contradictione concesserunt: ego vero non ingratus eorum voluntati concessi Ecclesiæ S. Vincentii altare de Bariaco, in perpetuum, salvo Synodali jure, habendum: dedi eis etiam dimidium modium frumenti ad molendinum, quod apud villam situm est, quod Broincourtum dicitur. Videns autem supradictum locum, qui Præmonstratus dicitur, religiosis viris utilissimum, Fr. Norberto et subditis et posteris ejus, libere et sine contradictione, in perpetuum concessi habendum. Frater vero Norbertus, sicut alienæ rei minime cupidus, primitus noluit recipere, donec Seiffridus Abbas S. Vincentii et Monachi ejus donum illud ei firmaverunt in Capitulo, communi assensu. *Denique in tertio Diplomate, ad eorumdem sustentationem assignaturus* tres terræ carrucatas, *ab ovo retexit quomodo* Norberto *Præmonstratum obtulerit ita scribens*: Notum fieri volumus, tam præsentibus quam futuris, quo anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo, virum spectabilis religionis Norbertum nomine, per Episcopatum nostrum transire contigerit: cujus agnoscentes sanctitatem, honestatem, doctrinam, atque facundiam, multis eum precibus coegerimus ut apud nos hiemaret. Quem quanto amplius loquentem audivimus, et familiarem nobis adstriximus, tanto magis boni odoris ejus fragrantia refecti sumus. Deinde jam fere transacta hieme, cum vir ille sanctus a nobis vellet recedere, a personis Ecclesiæ nostræ, et a quampluribus Episcopatus nostri Nobilibus rogati sumus (quamvis et hoc satis desideraremus) ut eum in nostra diœcesi alicubi ad serviendum Deo collocaremus: quod vix tandem, divina gratia cooperante, impetravimus. Nostrarum igitur perlustrantes terminos possessionum, ad locum valde desertum, qui Præmonstratus dicitur, tunc temporis inhabitabilem, venimus. Quem vir Dei considerans; Locum, inquit, video secundum cor meum, a Domino mihi ante omnia tempora præparatum. Hoc igitur audientes gavisi sumus gaudio,

primum diploma Bartholomæi Ep. pro Præmonstrate.

2 *Diploma.*

3 *Diploma.*

A gaudio, et ipsum ibidem cum paucis Christi pauperibus, loco illi terminis impositis, sicut in primo ipsorum privilegio continetur, ad commanendum illis ordinavimus. Volebat autem sæpe fatus vir cum Fratribus suis, ut de laboribus manuum suarum viverent : quod nos impossibile considerantes, dedimus eis tres terræ carrucatas, unam ad Anisy, aliam in Capriniaco monte, tertiam ad Verciny. *Hæc omnia Pagius, sed ordine diplomatum prorsus inverso. Polycarpus de Hertoghe, eadem considerans in Annotatis ad num.* 39, *miratur, quomodo S. Bernardus Epist.* 252 *ad Præmonstratenses scribat :* Locus ipse Præmonstrati, in quo degitis, noster fuit : nam nobis Fr. Wido (hoc nomen primi incolæ loci) per manum Episcopi ante donaverat : *et huc respicere videtur Auctor Chronici Viconiensis Monasterii in Hannonia per prædictum Widonem fundati, desinens in anno* 1140, *cum ait :* Illo tempore, in quo venerandus Pater Norbertus Præmonstratum venit habitaturus, sacrarumque institutionum, quibus jam totum ferme per orbem Catholica decoratur Ecclesia, rudimenta daturus ; præfatus Wido, paucis diebus illic (sicut audivimus) demoratus, secessit loco, majori cedens. *Admirationi Polycarpi occurrit Carolus*

quomodo S. Bernardus locum dixerit fuisse suum ?

B *de Visch, Prior Dunensis, in Epistolica dissertatiuncula, quæ apud nos MS. extat ; dicitque Auctorem nostrum ordine nonnihil præpostero supra dixisse, quod cum illuc* Norbertus *venit, locus esset* de jure S. Vincentii, *unde* nonnumquam aliquis eo dirigebatur pro divino Officio agendo, *antequam Episcopo locum cederet Adalbero. Hic certe jam obierat, habebatque successorem Seiffridum, quando donationem, sibi ab illo factam voluit Bartholomæus a Vincentianis confirmari, saltem ex superabundanti cautela, si forte ipsis adhuc aliquid juris restabat ex eo quod olim habuisse constabat. Id enim ut summum potest censeri voluisse, qui ignorare non poterat cessionem Adalberonis. Qua facta non statim eo ductus* Norbertus *est : sed prius quam Remos iret Bartholomæus, atque* Norbertum *nosse inciperet ; potuit is locum obtulisse ac donasse Widoni, ea conditione, ut sui Cisterciensis ordinis cœnobium istic institueret ; quo non succedente, vel quia Cisterciensibus non arridebat conditio, vel quia divinitus cognoverit Wido hunc locum* Norberto, *sibi autem alium alibi destinari, manserit locus Episcopo liber : qui tamen non censuerit primæ donationis nullum effectum sortitæ, et verosimiliter necdum in tabulas relatæ, faciendam mentionem ; sed potius Vincentianorum legitimas sui olim*

aut primus eum incoluisse B. Wido ?

C *juris tabulas servantium : quod etiam* Norbertum *moverit, ut ab his potius quam ab illis voluerit rem confirmari : interim vero potuit Bernardus de nonnullo suorum beneficio gloriari : potuit et* primum loci incolam *appellare Widonem : quippe qui illuc venerit animo ibidem permanendi, quod Vincentianorum nemo antea intenderat. Juvat porro ex relatione oculati testis, et nobis dum viveret amicissimi D. Josephi Dapiano loci descriptionem, uti a Polycarpo transcribitur accipere.* Tendenti Præmonstratum, in ipsa valle prati Præmonstrati, ad dexteram occurrit sacellum pervetustum, mediocre, per fenestellas tantum lumen intus recipiens, solidis lapidibus constans, olim S. Joannis Baptistæ, hodie S. Norberti a Præmonstratensibus nuncupatum. Prope hoc sacellum extat hodieque ædificium valde antiquum, quod S. Norberto ejusque primis Sodalibus sub initium Ordinis servivit pro habitaculo, unde et Dormitorium S. Norberti nuncupatur ; estque Sacellum et Dormitorium prædictum situm in valle, inter limpidissima amœnissimaque vivaria. Utrumque distat ab Archicœnobio Præmonstratensi, situ loci, portis quatuor majoribus, areis, ambitibus templi, hortorum pomariorumque forma, totaque sua structura crucem ubique referente ; distat, inquam ab Archicœnobio trecentis

Ipsius loci descriptio accurata.

D circiter passibus, duobus hinc inde arborum ordinibus in via positis, et a dextro latere vivariis fere usque ad ipsam Abbatiam se offerentibus, gratissimo aspectu, maxime in æstate radiante sole. E regione vero dicti Sacelli, ad latus sinistrum tendentis Præmonstratum, in collis sive monticuli ascensu offert se fons limpidissimus et saluberrimus ; qui vel ideo maxime celebratur, quia inde S. Norbertus cum primis suis Sodalibus sitim restinxit, unde usque hodie Fons S. Norberti est nuncupatus, et visitatur ut pellendis febribus efficax et idoneus.

EX VARIIS

l *Res hæc tota haud paulo aliter narratur in Vita num.* 55 : *sed vel similis res etiam alias cum circumstantiis fere similibus contigit ; vel Auctor vitæ informationem minus certam secutus est : nam circumstantiæ hic relatæ, multo verisimiliorem formam certioris in referente scientiæ præferunt.*

m *Alias* Leo *et* Leonius, *Abbas S. Martini, cedente Simone, electus an.* 1138, *usque ad extremam ætatem et annum* 1163 *pervenit, mortuus* 6 *Februarii ; quando de eo inter Prætermissos actum, eo quod, licet cum titulo* Beati *aut etiam* Sancti *nominetur a variis, publicum nullum cultum apud suos habeat.*

E

§ II. *Laudini erecta S. Martini Abbatia. Hugo Præmonstrati substitutus Norberto : hujus multiplex commendatio.*

Postmodum ergo videns Episcopus, in eodem loco Præmonstratensi jam non parvum numerum Fratrum religiose viventium convenisse ; rogavit Dominum Norbertum, ut aliquos ex ipsis in suprascripta B. Martini ecclesiola, in qua ipse rogatus remanere noluerat, poneret, qui eum ad Dei honorem construere et augmentare studeret. Acquiescens ille precibus Pontificis, paucos ex fratribus suis ibi posuit, Abbatemque eis virum religiosum Dominum Gualterum præfecit. Cui Deus (orante sicut credimus B. Martino) tantam confestim gratiam contulit, ut de ipso quoque illud videatur posse dici, quod de Sara puella Ragueli patri ejus Angelus dixit : Propterea nullus potuit habere eam, quoniam huic timenti Deum debetur conjux filia tua. Similiter illam B. Martini ecclesiolam, cum plures ab Episcopo regendam suscepissent, nullusque eorum ibi proficere potuisset, huic Abbati Gualtero tam bona fortuna per divinam gratiam comes adhæsit, ut infra duodecim annos, plusquam quingentorum Fratrum Dei servientium ibi Conventus inveniretur. Unde non immerito dixerim, illam a Deo illi reservatam. Paupertatem tamen tantam ibi in primis sustinuit, ut præter unum asinum, Burdinum a nomine, nihil pene aliud haberent : quem in proximam silvam Vosagum, mane ducentes, lignaque cæsa dorso ejus imponentes, Laudunum reducerent, et ex venditis lignis panem sibi emerent ; multoties tam diu jejuni manentes, donec panis ille emptus post nonam eis deferretur. Ipsi tamen, consolante Abbate Gualtero, in tanta penuria non deficientes, sed assidue Deo servientes, et manibus propriis laborando paulatim proficientes, ad tantam jam, Deo dante, provecti sunt abundantiam : ut ex vineis suis tria millia modios vini frequenter habeant, et tam in terrarum et molendinorum, quam et in pecorum possessione cuncta pene Episcopatus Laudunensis cœnobia præcedant. Caritatis quoque et hospitalitatis tanta ibi affluentia reperitur, ut propter hospitum susceptionem, et propter pauperum quotidianam revelationem, mirum in modum videatur ibi Deus omnia multiplicare et augmentare, adeo ut jam inter præcipua et excellentia Franciæ monasteria computetur.

In ecclesiola S. Martini factus Ab. Gualterus, Nor. 51

F

a mire auget locum personis et possessionibus

17 Postmodum etiam in Præmonstratensi ecclesia

A clesia Dominus Norbertus Abbas esse noluit, sed illum ex duobus sociis, qui secum remanserant, nomine Hugonem, ejusdem loci Abbatem constituit. Non solum autem virorum, sed et feminarum cohortes idem Norbertus ad Deum convertere studuit; ita ut hodie *b* in diversis ejusdem ecclesiæ locis, plusquam mille videamus Conversas, tanto rigore et silentio Deo servire, ut in districtissimis cœnobiis Monachorum vix similem religionem possit aliquis invenire. Nec contentus fuit, intra Laudunensis diœcesis terminos Fratrum suorum turmas coerceri; sed instar apum, quæ de vasculis in quibus mellificarunt exeuntes, ad alia loca mellificaturæ transvolant, etiam ipse diversa et deserta loca cœpit expetere, directisque Fratribus nova monasteria ædificare. Constituit vero, ut ex omnibus monasteriis, quæ vel in vita sua, vel post obitum, institutionis ac Regulæ suæ institutionem ac normam sequerentur, singulis annis in festo B. Dionysii universi Abbates ad primam Matrem, de qua processerant, id est, Præmonstratensem ecclesiam, quasi ad fontem potaturi convenirent; et simul positi Capitulum generale tenerent, ac, si quid, vel B communiter, vel in aliquo corrigendum esset, ibidem corrigerent. Cum ergo necdum triginta anni transierint, ex quo Dominus Norbertus per supradictum Episcopum ibi adductus est; jam tamen, divina præstante gratia, tot exinde monasteria pullularunt, ut fere centum Abbates in prædicto festo, ex eis ibi convenisse reperiantur, non solum ex Francia vel Burgundia, sed ex ipsa quoque Alemania, Saxonia, seu Wasconia. Ut enim de aliis taceam, ex sola præfata S. Martini ecclesia, cui adhuc primus Abbas Dominus Gualterus præest, jam duodecim alia processerunt monasteria; nec solum vicinæ tanto lumine perlustrantur provinciæ; sed etiam mare jam hujus novi solis radius transivit, et urbem Jerusalem transmissis aliquot clarissimis stellis irradiando splendificavit.

Ex variis. Norbertus etiam feminas recipit: — *b* — *jubet quotannis cogi Capitulum generale,* — *aucto valde Ordine:*

18 Quid alii censeant ignoro: ego corde credo, et fideliter ore pronuntio, omnium bonorum, quæ in tot monasteriis fiunt, vel deinceps fient, Dominum Bartholomæum consortem esse, participemque et cooperatorem. Cum enim veritas in Evangelio dicat, qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: profecto liquet quod Pontifex, qui præfatum servum Dei non solum recepit, sed etiam ut suprascriptum est in- C termissis Episcopalibus negotiis per tot silvarum devia et horrenda loca circumducere, et ad ultimum in Præmonstratensi solitudine firmiter plantare, plantatumque jugiter rigare studuit, fructus utique illius dulci mercede non carebit. Beatus siquidem Gregorius in homilia Evangelii, Anno quinto decimo, præfatam sententiam subtilius exponens, Notandum, inquit, quia non ait Dominus mercedem de Propheta accipiet, sed mercedem Prophetæ. Quia mercedem quam Propheta de bono opere suo a Deo accipiet, eamdem etiam ipse, qui eum recipiendo ei adjutor exstitit, se percepturum noverit. Ad cujus rei certitudinem evidentius demonstrandam, idem B. Gregorius etiam Isaiæ Prophetæ testimonium subjungit, qui inter cedrum, olivam, abietem, ceterasque pretiosiores arbores, etiam ulmi facit memoriam: quæ licet per se fructum non ferat, tamen cum vitem cum botro portat, etiam ipsa a Domino computatur inter arbores fructiferas. Quam B. Gregorii sententiam si quis voluerit diligentius inspicere, puto quod me non deridebit hæc scripsisse, sed fideliter etiam ipse pronuntiabit, quod præfatus Episcopus Bartholomæus, licet ecclesiasticis officiis occupatus, secularibus negotiis visus fuerit implicari; tamen cum servos D Dei mundanam vitam fugientes tanto tempore semper adjuvare studuit, etiam piæ conversationis eorum dulci desiderio *c* per gratiam Dei particeps existit, unde et in futuro mercede eorum non carebit. Quod cum ita sit, fateor merito laudari debere illam Domini Leonini, Abbatis S. Bertini, superius memoratam sententiam, quia eumdem Episcopum Domini Norberti socium intellexit, cœlesti voce fuisse denuntiatum.

Matt. 10, 41 — *unde laus et merces Bartholomæo Episcopo, ut cooperatori debetur.*

19 Sed ut jam de eodem Norberto breviter concludam, plurimi testantur, post Apostolos nullius conversationem in Ecclesia tantum fructum in tam parvo temporis spatio fecisse. Licet enim quidam [dicere possint] Dominum Bernardum, Abbatem Clarevallensem, eodem tempore non minus fructificasse; tamen, si quis diligenter attendat, puto quod Norbertum præcellere non negabit; Dominus siquidem Bernardus illius religionis non fuit inceptor, sed jam eadem religio florebat in *d* Cistellensi cœnobio; in quo præfatus Bernardus cum esset Clericus, audita hujus religionis fama, monasticum habitum sub Abbate *e* Stephano sumpsit: de quo etiam cœnobio Clarevallense cœnobium processit, cujus idem Bernardus pro sua sanctitate primus Abbas est constitutus Ipse ergo quamvis E sua prædicatione plurimos converterit, multaque monasteria de Clarevallensi Dei gratia genuerit; tamen ipsius religionis irrigator quidem magnus et propagator, sed non primus fuit plantator. Norbertus autem suæ institutionis primus fuit plantator, primusque dono Dei inceptor. Et licet ejus sequaces B. Augustini tenere se dicant Regulam, tamen, ut ejusdem B. Augustini pace dicamus, multo rigidiorem, multoque severiorem et austeriorem videmus esse Norberti, quam Augustini institutionem.

c — *Norbertus etiam S. Bernardo ab Auctore præfertur* — *d* — *e* — *utpote auctor novi Ordinis,*

20 Præterea in Cistellensi cœnobio soli viri recipiuntur; Dominus vero Norbertus, cum sexu virili, etiam femineum ad conversionem suscipi constituit, ita ut etiam arctiorem et districtiorem in ejus monasteriis videamus esse conversationem feminarum, quam virorum. Illi enim tam pro necessariis operibus, quam pro aliis negotiis, post conversionem ad publicum progredientes, ecclesiasticis frequenter aut etiam secularibus responsis vel legationibus implicantur; et multoties, quos in priori vita novimus aut rusticos fuisse, aut pauperes, in habitu religionis quasi fastidiose cernimus equitantes. Feminis autem mox ut conversæ fuerint, perpetua deinde lex manet semper intra domus ambitum clausas retineri, nusquam ulterius F progredi; nulli vero, non modo extraneo, sed nec germano aut propinquo loqui, nisi ad fenestram in ecclesia, duobus viris conversis cum viro exterius, et duabus feminis cum illa interius residentibus, et quidquid dicitur audientibus. In ipso etiam conversionis initio, mox ut recipiuntur, ad resecandam omnem superbiam et carnalem voluptatem, etiam capilli earum usque ad aures tondentur; utque magis Christo cœlesti sponso placeant, pro ejus amore, in fragili et illecebrosa carne, omnino deturpantur. Nulli deinceps pretiosam vestem, nisi ex lana vel ovinis pellibus, licet habere; nulli velum sericum, more quarumdam Sanctimonialium, sed vilissimum panniculum nigrum supra caput portare: et cum in tanta districtione et vilitate sciantur esse reclusæ, miro tamen modo, Christi operante virtute, quotidie videmus feminas, non modo rusticas vel pauperes, sed potius nobilissimas et ditissimas, tam viduas juvenculas, quam etiam puellas, ita conversionis gratia spretis mundi vanitatibus, ad illius institutionis monasteria festinantes, et quasi ad mortificandam teneram carnem

non solum viros sed et feminas recipientis, — *sub arctiori quam virorum sit disciplina.*

A carnem currentes, ut plusquam decem millia feminarum in eis hodie credimus contineri. Si ergo nihil aliud Dominus Norbertus fecisset, sed omissa conversione virorum, tot feminas servitio divino exhortatione sua attraxisset, nonne maxima laude dignus fuisset? Nunc vero cum ejus doctrina utriusque sexus tot millia Christo famulentur, cum ejus institutionis tot monasteria per orbem refulgeant, nescio, quid alii sentiant, mihi videtur verum quod plurimi asserunt, a tempore Apostolorum nullum fuisse qui tam brevi temporis spatio sua institutione tot perfectæ vitæ imitatores Christo acquisierit: et siquidem Præmonstratensi cœnobio, diutius mansisset, multa alia tum forsitan fecisset; sed divinæ prædestinationi placuit, ut honorem quem in vita seculari declinavit, assequeretur in habitu religionis; et qui ante conversionem noluit esse Episcopus, post conversionem fieret Archiepiscopus.

adeo ut post Apostolos nemo plures Christo lucratus sit.

ANNOTATA D. P.

a Burdinus *diminutivum a* Burdone, *quod Asinum seu Mulum significat.*

B b *Id est annis necdum* 30 *elapsis ab adventu* S. Norberti, *ut mox dicitur; adeoque circa annum* 1150.

c *Hinc intelligitur istæc scripta, non solum vivente adhuc Bartholomæo, sed forte necdum ad Cistercienses transgresso: quod prædicto an.* 1150 *factum testatur Robertus de Monte, his verbis:* Bartholomæus Laudunensis Episcopus, trigesimo octavo anno sui Episcopatus, contempto mundi schemate, Fusniaci induitur monachili. *Quamdiu autem in eo vixerit, necdum comperi. Longius ejus Epitaphium actorumque epitomen, 28 distichis contextum, vide apud Sammarthanos; Brevius alterum, tumulo circumscriptum, hic ex illis accipe.*

Qui jacet his Præsul Marianam condidit ædem,
Lauduni, pariterque domos Antistitis ustas.
Templa decem instruxit: Benedicto contulit unum,
Bernardo quatuor, Norberto quinque piavit.
Dat diadema, genus; Lauduni Ecclesia nutram;
Funera, Fusniacus; gloriam et astra, Deus.

d Cistellum *etiam dicitur* Cistercium, *Hispanis hodiedum* Cistel, *Gallis* Cisteaux.

e Stephanus, 3 *Abbas Cisterciensis, in Menologium Cisterciense relatus* 28 *Martii. Nos ejus Acta collegimus* 17 *Aprilis, secuti Romanum Martyrologium.*

C

§. *III. Cameracensis Episcopatus a Norberto recusatus, Magdeburgensis recusanti impositus.*

Recusatum ab eo Episcopatum Camerac.

Dominus siquidem Hugo, Præmonstratensis Abbas, mihi nuper narravit, quod in principio conversionis suæ, cum ecclesiam Coloniensem, et parentes suos idem Norbertus reliquisset; Valencenas pedes discalceatus venit, ibique Dominum Burcardum Cameracensem Episcopum invenit. Cum ergo mane eumdem Episcopum Missam celebraturum audisset, veniens ad ecclesiam rogavit eumdem Hugonem, qui tunc ipsius Episcopi Capellanus erat, ut se faceret Episcopo colloqui. Hugo, nesciens quis esset, ingressus nuntiavit Episcopo, quemdam Clericum peregrinum præ foribus esse, et ei loqui velle. Jussu deinde Episcopi introductum, cum eum Episcopus recognovisset, (utpote quem in Imperatoris Curia multoties familiariter conversantem, magnisque divitiis pollentem viderat) protinus admirando stupefactus, uberrimisque lacrymis perfusus, O, inquit, Domine Norberte, quis credere potuisset, te tantas divitias relinquere, et ad tantam paupertatem sponte venire? Domine D Deus, quid est quod video de Domino Norberto? quem olim tam superbe indutum, tamque pompatico fastu videbant incedere solitum? Cumque Hugo Capellanus, Episcopum, videns tam mirabiliter flentem, et præ nimio fletu vix loqui valentem; interrogaret eum, quisnam esset ille Norbertus, pro quo tanto tempore lacrymabatur? Episcopus respondens. Si scires, inquit, quis fuerit, mirareris quod nunc talis sit: cum enim Imperator dedit mihi Episcopatum Cameracensem, hunc Norberto prius obtulit; sed ipse eum suscipere vel habere noluit: hic enim inter Canonicos Colonienses honorabilis et ditissimus erat; sed nunc, sicuti cernis, omnia pro Deo reliquit, et nudis pedibus quærere Deum satagit. Hæc ex ore Episcopi audiens Hugo Capellanus ejus, et protinus Norberti dilectione succensus, qui jam et ipse mundo renuntiare cogitaverat, Deo agere gratias in corde suo cœpit, qui sibi talem socium destinaverat. Sicut ergo quondam Andreas, a Magistro suo Joanne Baptista Dominum audiens laudari, relicto eodem Joanne secutus est Dominum; sic et Hugo, audiens Norbertum tantopere laudari a Domino suo Burchardo, cujus Domini Capellanus fuerat, relicto eodem Episcopo, adhæsit Norberto, ejusque consilio disposita substantia sua socius ei peregrinationis et prædicationis inseparabilis factus est, eum eo nudis pedibus ubique proficiscebatur; donec Rhemis veniens ad Concilium Papæ Calixti, Domino Bartholomæo Laudunensi Episcopo, sicut supra retulimus, notificatus est. E

EX VARIIS Auctor narrat, qui id ab Episc Burchardo audivit, Hugo:

exinde socius Norberti,

21 Quia ergo relatum est, quod Episcopus Cameracensis esse potuerit, sed noluerit; nunc subjungatur, quomodo Archiepiscopus fuerit factus. Cum jam plures utriusque sexus, relicta seculi vanitate, ad Dei servitium convertisset; multisque monasteriis, longe lateque constructis, fama ejus ubique protenderetur; transmissus est ab eo magni nominis Comite Campaniæ Theobaldo, Henrici Regis Anglorum germanæ *a* filio, ad excellentissimum quemdam *b* Lotharingiæ Principem, cujus filiam idem Comes conjugem duxit. Accidit interim, ut Archiepiscopo Magdeburgensi *c* defuncto, Clerici ejusdem urbis ad faciendam electionem convenirent. Eodem vero anno Dominus Norbertus, colloquens familiari suo Domino Godefrido *d*, Carnotensis urbis Episcopo, dixit ei, se per visum cognovisse, quod ipso anno futurus esset Episcopus, sed nesciebat cujus urbis vel provinciæ. Cum ergo Clerici Magdeburgenses plures quidem elegissent, sed in nullius electionem unanimiter consensissent; nuntiatur illis duos Apostolicæ Sedis legatos, viros religiosos, ab urbe Roma Maguntiacum *e* venisse, quorum unus Petrus *f*, alter vocabatur Gerardus, qui postea Papa factus Cœlestino successit, et Eugenium præcessit. Timentes itaque præfati Clerici, ne præ discordia electionis perniciosa forte inter eos oriretur seditio, inito consilio prædictos Sedis Apostolicæ Legatos adeunt, et electionem suam in ore eorum ponunt; et quemcumque elegissent se consensuros promittunt. Legati videntes tantam eorum devotionem, proposuere nullam accipere pecuniam, quæ ipsis a nonnullis per internuntios offerebatur; ne forte Sedes Apostolica et maxime Episcopi super hoc infamarentur. F

a

b

c

d

qui sicut dixerat divinitus didicerat se futurum Episcopum

e f

22 Cum ergo decenter et laudabiliter ac sine omni Simoniæ nota terminandi, Domini misericordiam peterent, et cum sapientibus viris in ecclesia positi exinde diligenter tractarent; ecce insperatus et improvisus, de Francia veniens orandi gratia, eamdem ecclesiam Norbertus ingreditur, ejusdem negotii omnino ignarus. Quo viso Legati, stupefacti, admirantes

EX VARIIS.

A 29 Bertolfus, Comes de Stroemburg *n*. obtulit legaliter monasterio Sigenbergensi mansos v, quos prædictus Cuno, ejus loci Abbas, consensu totius Ecclesiæ illius, contulit in usus Fratrum Sanctis in monte Deo servientium. Hi mansi persolvunt solidos xv Davendrensis monetæ, porcos x, oves v; nullusque allodii hujus erit Advocatus, nisi tantum Coloniensis Archiepiscopus; ipsique mansioniles eodem modo putentur, quo ceteri eo loci S. Petri homines, in pratis et campis, silvis et aquis. Arnoldus quidam de Kempene feudum, quod habuerat ab Almaro Coloniæ Advocato, reddidit: quod D. Fridericus Archiepiscopus; ipso Arnoldo petente, dedit B. Mariæ, ob recordationem anniversarii sui. Hoc beneficium in Kempene primitus quidem III solvit: sed postmodum, invocato consilio, pro solidis datæ sunt duæ feminæ; quarum posteritas dabit quod justum est. Apud Keilar Fridericus medium mansum, solventem III solidos Davendrenses, et II maldaria avenæ. Ante Clive, Renizo de Strale v jugera, quorum census II solidi Davendrensis monetæ. Agellum dedit Imo, pro filia sua, trium sextariorum hordei. Gerbergus de Seleheim mansum I apud Alfene. Azela de Bumele VI jugera. B Ibidem Gela de Kalkere trutam in monumento duorum malderorum ordei. Heribertus *o* de Genepe, pro fratre suo Ereberto occiso, mansum unum Brakele, quod solvit VII solidos Davendrenses. Apud Rimagen, Manegaldus Xantensis Canonicus, et supra nominata Bertrad, comparaverunt v jugera vinearum, quarum medietas præfato vivente Clerico, reliqua pars eo defuncto Fatrum in monte erit.

n item a Comite Stromburgensi,

et Frederico

o

30 Dominus Hildolfus *p* Archiepiscopus, dedicans oratorium S. Martini in ipso monte, dedit possessiones domorum IX in Sanctis, quarum aliæ plus, aliæ minus solventes, summam conferunt v solidorum, ad lumen ipsius capellæ. In monte Arnoldus Comes jugerum I. Adelheidis Sanctimonialis III jugera dedit. In campo Megeneete jugera sunt VII, ad montem pertinentia; quarum I Volmarus et uxor ejus, Wilhelmus II, Videricus de Eile I, Rudolfus de Megeneete I, Amizia du Budweche, Rudolfus de Lo. Bezela de Megeneete II. Apud Wentervelde, Henricus monachus professus, jugerum I. In Ebbecheren, Grunzelinus de Bevenburch. possessiunculam XII numorum. Gebehardus Presbyter de Brutine, sub montem, medium jugeris. Amelune I, Snedo II, jugera in monte. In saltu C qui Hiese dicitur, æquale jus habebunt per omnia, prope homines utriusque curtis in Britine. Cuno, Clericus in Wissele, in Rimagen emit jugerum vineæ, deditque B. Mariæ, Heribertus de Britine, allodium quod possederat in monte ad v jugera terræ; et tradidit e sensu suorum. In Lappesdal jugerum unum, a quodam Ingelgero, Hierosolymam profecturo, susceptum in dextro montis latere. Rutgerus et Hermannus, frater ejus, dederunt agrum, ut putatur, ad quantitatem jugeris I. Gerhardus de Lattingen, II jugera Sanctis.

p atque Hildolfo Archiepiscopis

et alus:

31 Hæc, et si qua sunt alia, diversis temporibus, diversis in locis, a diversis utriusque sexus personis, Domino Jesu Christo, sanctæque Genitrici ejus perpetuæ Virgini Mariæ, in memoriam omnium fidelium vivorum et mortuorum, legaliter in sæpe dicto monte oblata et legitime suscepta sunt, Episcopali nostra auctoritate roboravimus; æternum Dei judicium, et judiciariam sententiam imprecantes in omnem animam hominis, quicumque horum quippiam quocumque modo vel ingenio defraudaverit, vel defraudari consenserit; ut quamdiu vivit, expers sit omnium orationum, quæ in ipso monte, seu per totam fiunt Ecclesiam; et moriens, partem D accipiat cum illis, quorum vermis non moritur, et ignis non extinguitur; quia peccatum eorum a facie Dei numquam delebitur, nisi resipuerit, et digne Deo satisfecerit. Acta in Monte Verstenberg, anno Dominicæ Incarnationis MCXLIV, Indictione VII, anno primo Domni Apostolici *q* Kucii, regnante Romanorum Imperatore, Occidentis, Conrado III anno VII; Orientis, sub Emmanuele Commeno anno II. *r*

quæ omnia ipse Arnoldus confirmat

q

r

32 *His laudatissimis initiis, ut media taceam, quam conformia etiam extrema fuerint, quoad Monasteriorum erectionem, docebit ipsiusmet Norberti diploma, a Strahoviensi Abbate Vito nobis missum, sub hoc titulo:* Quomodo Norbertus ecclesiam B. Virginis a Secularibus ad Fratres sui Ordinis reduxit. Item de paupertate loci, et quomodo Fratribus a novo providit. *Tenor Diplomatis hic est.* In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Norbertus, Dei gratia Magdeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Notum sit omnibus tam futuris, quam præsentibus; quod ego statum Mabdeburgensis Ecclesiæ attendens, et eam sublimare in religione cupiens, et immunita redintegrare, et minus correcta reformare, vel in melius mutare studens; in ipsa Civitate reperi E ecclesiam, B. Mariæ Genitrici Dei perpetuæ Virgini dedicatam, internis et externis adeo attenuatam, ut et sarta tecta ipsius ecclesiæ omnino fere essent annihilata, et duodecim Clericis in ea Deo deservire constitutis non sufficerent alimenta. Ex iis enim quæ ad illam pertinebant ecclesiam, plurima erant Militibus etiam in beneficio distributa; quædam per negligentiam jacebant inculta; quædam in aliorum usus usurpata, ita ut ecclesia fere irrecuperabiliter esset destituta.

Ecclesiam S. Mariæ depauperatam inveniens,

33 Nos itaque paupertati eorum et frequenti eorum querimoniæ condolentes, et ecclesiam magis crescere, quam decrescere cupientes; monendo, exhortando, suadendo, hoc ab eis obtinuimus; ut de illa exeuntes ecclesia, religiosis viris, communi vita sub Regula B. Augustini degentibus cederent, et se provisioni nostræ sine omni conditione crederent. Ut autem ipsi in claustrali, sicut prius, disciplina sub Decano viverent, ecclesiis aliis in civitate eos attitulavimus. Quosdam in ecclesia Beati Nicolai collocavimus; quosdam de bonis ipsius ecclesiæ sustentavimus: Fratres vero nostros, in ecclesia substitutos, pristinis ecclesiæ possessionibus et justitiis donavimus: et pro ampliori pace et quiete, eos ad neminem, nisi ad nos et successores nostros, respectum habere statuimus. Ut igitur F hæc in perpetuum inconvulsa permaneant, Banno Beatorum Apostolorum Petri et Pauli et nostro confirmamus. Conservantibus pax et remissio peccatorum. Si vero aliqua conditionis alicujus persona, studii nostri laborem præsumpserit cassare, vel temerario ausu pauperes Christi disturbare, vel aliqua occasione voluerit eliminare; sit Anathema Maranata usque in diem Domini. Ego Elinderus subscribo. Ego Uwernus subscribo. Ego Wernerus subscribo. Ego Sidagus subscribo. Ego Anselmus subscribo. Ego Theodericus subscribo. Ego Sigebodo subscribo. Ego Godescalcus subscribo. Actum est ab Incarnatione Domini anno MCXXIX, Indictione VII, IV Kalendas Novembris, in suburbio Civitatis Magdeburg. in Abbatia Beati Joannis Baptistæ.

Clericis alibi collocatis,

eam Præmonstratensibus tradit.

ANNOTATA D. P.

a *Id est*, Ecclesiæ Cathedralis Coloniensis, *quam Gelenius lib.* 3 *Syntagm.* 1, § 4 *a Wilhberto Archiepisc. ædificatam ait anno* 873, *ejusque primarium Chorum S. Petro dicatum; stetisse autem usque ad annum circiter* 1248, *quando exusta fuit, et nova hæc ædificari*

A *ædificari cœpta, cujus Choro coronis imposita fuit anno* **1320.**

b Geist *Castellum, inter Monasterium Westphaliæ et Paderbornam urbes, via fere media situm est, uti ipse vidi; habetque nunc ibi Societas nostra Domum tertiæ Probationis, ex legato ultimi possessoris; vix tamen credo, locum hic illum intelligi, utpote remotiorem ab oppido Sanctis: sed alium: quem tamen nusquam notatum reperio; sicut nec alia plurima successive nominanda loca: quare iis requirendis non immorabor; sed Westphalicarum et Coloniensium rerum curiosis examen dimittam.*

c Maldarium *alias* Maldrum, *quantum simul ferri ad Molam solet, a Teutonico* Malen, *molere; unde et molitor,* Malder *dicitur.*

d Brasium, *frumentum aqua maceratum quousque incipiat germinare, ac deinde siccatum, ex quo denique commolito cerevisia coquitur.*

e Ceanna *quid fuerit, nondum potui discere: licet plures in Clivia fecerim interrogari.*

f Susatum, *vulgo* Soust, *in finibus Marchiæ, post Monasterium Westphaliæ opulentissimum habitum, etiam nunc.*

B g Frethena *vulgo* Vreden, *de quo vide dicta ad Vitam num.* 6.

h Statua, *idem quod virga frumentaria: nam in speculo Saxonico apud Cangium, ubi in textu legitur;* Duodecim vero virgarum cumulus tritici, *notatur in margine* Acervus tritici duodecim habens statuas ... et quælibet statua clavos continet duodecim, ... in altitudine unius hominis staturæ usque ad humeros. *Unde apparet etymon. Infra tamen num.* 146 tres statuæ *exponuntur,* tria noctis hospitia.

i Daventra *sive* Daventria, *vulgo* Deventer, *oppidum Transisalaniæ diœcesis Ultrajectinæ, unum ex tribus primariis, cum Swolla et Campis.* D

EX VARIIS

k Dusberg, *credo esse* Duysberg *in Clivia ad Ruram, vel* Dousborg *ad Isalam in Zutphania.*

l Resa *munitissimum oppidum Cliviæ, ad dexteram Rheni ripam, distat Sanctis leucas* **3.**

m Durtmund, *amplum oppidum diœcesis Coloniensis, inter Ruram et Lippam fluvios: cujus aliorumque jam dictorum antiqua potentia, ex jure propriæ monetæ cudendæ intelligitur.*

n Stromburg, *cum titulo Burchgraviatus hodie spectat ad Episcopatum Monasteriensem, inter Lippam et Amisium; ubi creditur Q. Varus legiones amisisse.*

o *Si constaret hunc eumdem esse, qui supra, S. Norberti fratrem, jam hic haberemus alterum fratrem* Erlebertum, *uterque fortassis ex eadem qua ille familia commune habuerint cognomentum* de Genepe.

p Hildolfus, *nullus post Fridericum invenitur apud Gelenium et Sammarthanos: quos hinc corrigas, et præter* Hildolfum *S. Annonis successorem, anno* 1079 *defunctum, intelligas Hugoni in Italia mortuo, ad annum* 1138, *successisse* Hildolfum II, *et aliquanto tempore Sedem istam tenuisse ante Arnoldum, quem ipsi faciunt immediatum Hugonis successorem.*

q *Mabilio reperit in Necrologio aliquo hunc* Lucium Papam *obiisse eodem anno die* 25 *Augusti; ego vero demonstrasse me puto in Paralipomenis ad Chronologiam Pontificiam, non ante* 13 *Februarii sequentis defunctum esse, quod etiam hinc probatur.* E

r *Chrysostomus vander Sterre in Vita vulgari S. Norberti scribit, hoc monasterium Sanctimonialibus postea fuisse traditum, quæ temporum iniquitate coactæ, demum in Sanctense oppidum migraverunt, uti jam supra dixi.*

HISTORIA TRANSLATIONIS

Ex impressis Pragæ atque Antuerpiæ.

CAPUT I.

Conatus pro obtinendo corpore, pridem in Belgio cœpti, in Germania promoti, effectu nullo usque ad Imperium Ferdinandi II.

C *Triplex tractatus Pragæ hac de re editus,*

Sanctissimi Patris Norberti consummata translatio, referentibus iterum ipsius in Monte Sion Pragæ filiis, Fratribus Strahoviensibus, *in lucem ibidem data anno* MDCXXVIII; *nostroque Bollando, necdum hisce studiis applicito, Mechliniam missa, lectoris alloquium sic orditur.* Hoc jam tertium, amice Lector, tecum de S. Patre nostro, novoque nostri montis inquilino ac præside, Norberto, loquimur: toties enim oportuit. Primo quidem cum modum narravimus, quo petitæ e Saxonia, acceptæ tandem, et in hoc regnum illatæ fuerunt sacræ ipsius Reliquiæ. Deinde vero, cum earumdem per omnem Pragam in Sionæum montem, cum solenni lætissimaque pompa translatarum triumphum oculis tuis exhibere conati sumus. Et nunc denique, quando sacri Corporis in proprium suum quoddam apud nos sive cubile sive solium collocatio (quam ob causas in Octiduo nostro commemoratas eodem illo tempore facere non licuit) solenni sane ritu peracta, iisdem oculis tuis manu itidem nostra erat repræsentanda. *Primum secundumque scriptum nec accepimus nec magnopere requirimus: utriusque enim ac tertii etiam vicem abunde supplet* Vita, mors et translatio S. Norberti, *anno* MDCLXXI denuo recusa Pragæ: *utrumque tamen indicandum mihi fuit, quia utrique, non item tertio, respondet* Echo Norberti triumphantis, sive Commentarius eorum quæ ab Antuerpiana S. Michaelis Præmonstratensium Canonicorum ecclesia, tam pro impetrandis S. Norberti nonnullis Reliquiis, quam pro iisdem debito cum honore ac communi civitatis lætitia excipiendis, peracta sunt, auctore R. P. Joanne Chrysostomo vander Sterre, ejusdem Ecclesiæ Canonico et Priore, *postmodum Abbate dignissimo,* Antuerpiæ anno MDCXXIX. *Ex istis narrationem suam composuerunt in Bibliotheca Præmonstratensi Pagius a pag.* 405 *ad* 415, *et Polycarpus de Hertoghe a pag.* 451 *ad* 480, *uterque post Vitam; sed brevius ambo quam dignitas rei exigat, licet pro suo instituto satis. Ego vero integram et extra-quam conflaremus Historiam, omissis tamen hinc inde nonnullis ad rem nostram minus facientibus; exordior a posteriori, tametsi altius rerum gestarum seriem repetente, hoc modo:*

sed ante tertium excusus Antuerpiæ Echo Norbertinus,

[illegible]

nos pleniorem narrationem teximus.

2 Venerandum illud suum sub altari S. Crucis cubile S. Norbertus, magnus et ipse Crucis amator, quadringentos annos, et quod excurrit, in suo Magdeburgensi Mariano Cœnobio tenuit: donec ibidem venenosis Lutheri, et aliarum ex orco emissarum hæresum afflatibus, miserandum in modum sacra Christi pessumdaretur Ecclesia. Tunc enim cum jam a filia Sion, Magdeburgensi illa olim tam celebri Ecclesia, SS. Adalberti, Norberti et aliorum sudoribus

Præfatus sepulcrum [illegible] Sancti inter hæreticos inhonorati,

A ribus irrigata, laboribusque exculta, egressus esset omnis decor ejus; jaceretque venerandum illud animæ beatæ depositum, Corpus, inquam S. Norberti inter pollutos illos Lutheri asseclas inglorium; sancta Prælatos Ordinis Præmonstratensis cura sollicitare ac urgere cœpit, tantum illum thesaurum hæreticorum manibus eripiendi, et in locum tutum transferendi. Hæc porro in Parentem pietas varios Ordinis Prælatos admodum solicitos tenuit, ac inter illos D. Joannem Lohelium, ex Abbate Strahoviensi Ordinis Præmonstratensis Pragensem in Bohemia Archiepiscopum, qui cum D. Gasparo Questembergio, suo in Abbatia successore, ab annis viginti et pluribus in hoc negotium sedulo intendit; tum etiam imprimis D. Joannem de Pruetis, totius candidissimi Præmonstratensis Ordinis dignissimum Generalem, mirum in modum, ut par erat, ante quadraginta fere annos sancta hæc solicitudo affecit. Vir enim ille et doctrina et pietate eximius, sed et scriptis clarus, ut divino plane munere Ordini Præmonstrato supremus Magister obtigit, ita decorem ejus ac dignitatem indefesso zelo admodum promovit; privilegia ejus confirmari ac augeri curavit: Ordinis sui cœnobiis plurimis visitatis, disci-

Joannes de Pruetis Generalis

B plinam restituit; et vero, qui multa et magna præstitit, nisi temporum turbatissimorum obstitisset iniquitas, majora præstitisset. De sanctissimo etiam Canonici Ordinis Præmonstratensis Fundatore optime meritus est, quod accito in petitionis suæ communionem Cardinale Philippo S. Sixti, dicto Boncompagno Ordinis Protectore, a Gregorio Papa XIII S. Norberti cultum amplificari; eidemque, jam dudum inter conscriptos cœli Patres adjecto, solenne festum decerni impetravit: cujus etiam quod in hæreticorum terra etiamnum ingloriæ delitescerent sacræ Reliquiæ; quo potuit studio inde eripere sategit.

3 Extat hujus rei in Archivio nostro S. Michaelis Antuerpiæ non obscurum testimonium, in Diplomate quod ad D. Dionysium Feyten, ad D. Michaelis Abbatem, anno salutis reparatæ MDXCVI, majori Sigillo suo munitum dedit: quod hic subjiciendum duxi. Joannes de Pruetis, in sacratissima facultate Parisiensi Doctor Theologus, permissione divina et sanctæ Sedis Apostolicæ gratia incliti monasterii S. Joannis Baptistæ Præmonstratensis Laudunensis diœcesis humilis Abbas, et totius Ordinis Caput et Reformator generalis; dilecto

an. 1596,

Antuerpiensi Abbati mandat,

C nobis in Christo filio et Confratri, Dionysio S. Michaelis Antuerpiensis Abbati, salutem et paternitatis affectum. Quadringentesimus et ultra annus agitur Divum Norbertum, monasterii nostri Fundatorem, et Ordinis Institutorem, et Magdeburgensem Archiepiscopum, ad Sedem beatorum commigrasse,..... Et quia Dei gratia, qui mirabilis est in Sanctis suis, ejus sacrum corpus in monasterio B. Mariæ adhuc integrum manere, jam dudum certiores facti sumus; incultum tamen, inhonoratum et spretum, propter hæresim in illis partibus nimis tenaciter grassantem; Tibi per præsentes mandamus et rogamus, ut si quos viros pios nactus fueris, qui illud sacrum corpus absque ullo tumultu religiose possint transferre, in tuum monasterium S. Michaelis, ubi multa per eum Deus est operatus; et inde ad nos, ubi prima sua sedes fuit, et Ordinis principium et origo est, tempore opportuno transferri possit; et honorificentius quam ubi est venerari, et a catholicis Christianis, et a nobis potissimum coli, tamquam Pater apud Deum triumphans, et pro nobis interpellans. Rem tuo nomine dignam, nobisque et toti Ordini gratissimam facies, et nos de omnibus commonefacies. Præmonstrati, tertia Aprilis, anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto.

ut illud ad se transferri curet:

4 Quia vero Dionysius Abbas, rei familiaris, D propter exulceratorum horum temporum injurias, et gravissima damna quæ Antuerpiana ejus S. Michaelis ecclesia passa erat, non modicis premebatur angustiis; idcirco in hoc Translationis negotio nihil efficere valuit: sed nec D. Christianus Michaelius, qui in demortui Dionysii locum anno MDCXIII mira omnium gratulatione suffectus est, etsi peculiari erga S. Norbertum ejusque sacrum Corpus transferendum, ut et erga ceteros Ordinis sui viros sanctitate illustres (quos picturis exprimi curavit) devotione ferretur; eamdem ob causam, sed et ob accisum nimis Prælaturæ suæ tempus, (quippe quam vixdum per annum tenuit) quidquam etiam præstare potuit. Extimulabant interim mirum in modum ejus pro hac Translatione tentanda eximium zelum, tum pius ejus in Sanctum affectus, tum, quod Antuerpiensem Episcopum Joannem Miræum ac alios ejusdem Ecclesiæ Primores, magnis etiam impensis sanctum illud Corpus pro Cathedrali sua, non ita pridem vendicare conatos esse, intellexerat. Admotus est clavo ecclesiæ S. Michaelis anno MDCXIV, D. Matthæus Irsselius, vir vel eam ob causam immortali memoria dignus, quod pro impetrando ecclesiæ suæ S. Michaelis hoc sanctissimi Norberti Patriarchæ nostri ac Antuerpiensium gloriosi Apostoli corpore, non parum operæ ac impensarum posuerit... E Hic cum prima vice Bruxellas peteret, Serenissimis Principibus Alberto et Isabellæ acturus gratias, ob nominationem, quam dignati erant facere, personæ suæ nihil tale suspicantis, sed et cum lacrymis deprecantis, ad Prælaturæ dignitatem; humili obtestatione, una cum Conventu ecclesiæ suæ, ab iisdem Principibus petiit, quatenus pro ecclesia sua S. Michaelis, quæ iisdem suis Celsitudinibus Antuerpiam excurrentibus gratissimum ad Scaldis prospectum hospitium præbere solet, dignarentur impetrare thesaurum sanctissimi Corporis B. Norberti: æquum enim esse, ut ubi palæstra laborum ejus fuerit, ibidem etiam de subactis hæresibus in corporis sui Translatione redivivus Antuerpiæ Apostolus triumpharet. Nullibi melius, quam in ocello hoc urbium, ejus cultum propagandum; cujus uti Clerus admodum exemplaris, ita Magistratus populusque pietati valde deditus: nullibi etiam eum tutius asservari posse, quam in munitissima hac urbe: sed et nullum alium locum æque sibi, præter ipsum totius Ordinis Præmonstratense Archicœnobium, ad ejus sacra Lipsana obtinenda, jus majus F prætendere, pluresque titulos allegare posse: quippe qui illum tamquam Apostolum suum speciali quotannis cultu et honore, cum tota Antuerpiana diœcesi, veneretur ac suspiciat. Hæc et alia quæ servire poterant prudentissimo Principi magis inflectendo, allegare curavit; quibus eumdem permovit, ut cœnobio huic nostro favorem suum benigne addiceret.

sed nihil agi potuit usque ad an. 1614

quando Alberto et Isabellæ supplicatum est,

favere desiderio illi tam æquo.

5 Non destitit interim Prælatus occasione hac uti: quin conciliatis sibi in illum finem viris aliquot magnis Aulæ Primoribus, ac inter eos Excellentissimo Arausiorum Principe Philippo Guilielmo, qui opem etiam suam addicerent: eisdem Serenissimis Principibus, dum non ita post cum Aula sua Antuerpiam excurrentes, oblatum in cœnobio hospitium acceptarent, eamdem piam petitionem suam de obtinendo S. Norberti corpore, qua potuit instantia coram iterum renovavit; sed potissimum Alberto Pio, qui verbis humanissimis se ejusmodi petitionem gratam et ratam habere declaravit.... *Cum vero non ita multo post Principes Antuerpiam excurrerent, Xenii nomine, idem suppliciter petiit.* Etsi autem constet Sereniss. Albertum pro obtinendo Corpore hoc sacro, etiam aliorum cœnobiorum Prælatis

Et favorem quidem ille addixit,

et mortuo illo etiam illa,

A Prælatis, ac imprimis Bonæ Spei, id ipsum instanter flagitantibus, non exiguam operam ac curam adhibuisse; eum tamen

——— ——— postquam fata tulere,
Promeritum meliora poli cum Numine regna;
Conjux, sanctorum socia indefessa laborum,
Pertendit magni curas Isabella mariti.

nec non varii Principes: Quin et eidem studio intendisse scimus non solum Saxoniæ Electorem, sed et Leodicenses Principes ac S. R. I. Electores Ernestum et Ferdinandum Bavaros; item Fredericum Ittelium Cardinalem Solleranum, ac alios; sed imprimis præmemoratos Lohelium sanctæ memoriæ nuper Pragensem Archiepiscopum, et Gasparem Questembergium Abbatem Strahoviensem ac Siloensem; qui ante complures annos non semel conati sunt gloriosæ mem. Cæsaris Rudolphi II auctoritate impios sacri thesauri incubos expugnare, etsi hactenus sine effectu: *nihil tamen peractum est.* quod Invictissimo Cæsari Ferdinando II, qui cum tanto divinæ gloriæ incremento ac fidei Catholicæ propagatione hodie felicissime regnat, inter cetera Imperii sui decora gloria hæc servata esset. *Hactenus Antuerpienses, in sua Echo: nunc cum Strahoviensibus progredior.*

B

CAPUT II.

Cæsaris voluntati Magdeburgi expositæ consentit tandem Magistratus, res tamen non peragitur.

An. 1625 in Hungaria ad Cæsarem profectus Abbas Pragensis Annus erat Æræ Christianæ supra millesimum sexcentesimum quintus et vigesimus, quando Reverendissimus noster in Christo Pater D. Gasparus a Questemberg, natu Coloniensis, monasterii titulo S. Mariæ in Monte Sion, vulgo Strahow dicti, e regione arcis Pragensis siti, Abbas; diu ante soli citeque, re cum animo suo ac suis pertractata; et voluntate Numinis, quantum fieri potuit, exquisita implorataque; tandem tentare certus, VII Idus Novembris domo ad Cæsarem profectus est; jussu piissimi Principis et auctoritate primum impetrata, sanctum negotium aggressurus. Erat id temporis Cæsar in Pannonia inferiori, Sempronii, hodie Oedemburgum vocant, ubi acto regni Conventu Ferdinandus filius in Regem Pannoniorum electus et continuo inauguratus est. Eo Abbas cum venisset; libello dato Cæsari supplicavit. Summa petitionis erat; uti, pro suo illo summo in Dei Sanctorumque C ejus honorem studio, auctoritate sua pulcherrimum opus Cæsar ipse initiare vellet: quo opere effecto, Boemiæ regno, certum præsidium, divinæque protectionis pignus, et gaza omnibus Indorum opibus potior; Ordini Præmonstratensi, qui adeo in Boemia, aliisque hereditariis ditionibus et floruisset *supplicat ut recuperando corpori velit intendere,* aliquando, Reipublicæ multum utilis; et modo felicitate, favore, liberalitate Cæsaris monasteria, fundos, census, pridem violenta grassantis impietatis manu diruta, erepta, occupata, sanctissime reponentis, reflouresceret, illi Ordini cum universo, tum maxime iis in locis inenarrabile de reddito Patre gaudium, et incomparabile cimelium; sibi denique augustæque Familiæ suæ, cum apud Deum et amicum ejus Norbertum gratiam ac tutelæ auctioris meritum, tum apud pios omnes, qui sunt et erunt, gloriosissimi nominis æternitatem, omnisque semper boni imprecationes, sacratissima sua Majestas assignaret.

per suam prope Magdeburgum cum copiis Legatum: 7 Venisse nunc opportunitatem rei peragendæ, quantam ne sperare quidem licuerat hactenus. Illa utendum. Scire se, potentium aliorum in vicina Bojaria, in Belgio longinquo, ad hunc thesaurum converti oculos et manus extendi. Illos anticipandos esse: omnia nunc in proclivi posita: non alio D opus esse, quam a sua Majestate mandato ad D. Aldringerum Legatum Legionis, et Generalem in castris ibi ipsius Commissarium, virum fortissimum simul ac prudentissimum, jam in vicinia civitatis habentem stativa; omniumque illic rerum huic facientium optime conscium, et alioquin hactenus ad ipsius sanctæ rei negotiationem per se valde promptum; qui litteris a sua Majestate, ad ipsos Metropolitanos Collegas, et ad cœnobii supra memorati nunc inquilinos instructus, aditurus homines ipse, ad facile quod optatur effecturus sit. Ac ne fraus ulla, vitiatis fortasse sacris Reliquiis, profanisve suppositis, intercedere possit; se Abbatem in Saxoniam proficisci, et monumenti resignationi, ignoto habitu, præsentem adsistere, ac manum operi una admovere, paratum esse: jam enim ante annos aliquot aditum sibi locum omnem et exploratum. Corpus ipsum ubi impetrare et auferre contigerit, in Boemiam fideliter illaturum; in suique monasterii oratorio, ad æternam Regni custodiam, magnifice collocaturum. Cæsari, sponte sua in ejusmodi cœlestium thesaurorum conquisitionem intentissimo, rei, cum utilis in commune, tum nomini suo plurimum gloriosæ, petitio vehementer placuit. Quare mox ad D. Joannem Aldringerum ante memoratum E litteras dedit ipse; jussitque omnem in hoc opus solicitudinem, diligentiam, industriamque conferret. Ad Fridlandiæ quoque Ducem, copiarum illic suarum delectum Imperatorem; denique et ad Metropolitanos Collegas, ad cœnobii Præpositum; ad Senatum. Quas singulas e Germanico transpositas huc adscribere brevitatis causa supersedemus.

EX IMPRESSIS

prique ipsum-met Abbatem.

Annuit Cæsar, et litteras expedit.

8 Hac optimi Cæsaris voluntate, gratia, litteris, D. Abbas lætissimus, atque ad conandum instructissimus, pridie diei D. N. Jesu Christi anniversaria commemoratione natalis, Pragam reversus est. Inde, solennibus pro more et ex animo operatus, rebus domi ordinatis, anni proximi Januario, ipsis mensis Idibus in Saxoniam, ut assignato Commissario adjungeretur, iter arripuit. Eum jam litteris suis convenerat, significans, quid a Cæsare constitutum esset; simulque, quando ad ipsum, et quo veniendum esset, consulens. Ad quas Commissarius et statim et secundo rescribens, quid fieri oporteret, docuit; ac petiit festinari. Ut igitur Praga Lipsiam, inde Saxonum Hallam (quo veniendum esse monuerat Commissarius) ventum est; eodem post octiduum demum, expeditione quadam militari tantæ moræ necessitatem faciente, Commissarius accessit, una cum D. Collalto Comite, Cæsarei bellici Consilii Præside, Tribuno Militum, et copiarum F illic supremo quem vocant Mareschallo; qui etiam ipse magno studio ferebatur in sanctum negotium, consiliaque sua et opem liberaliter conferebat. Ibi tum inter eos convenit; ante omnia Metropolitanis aperiendam esse Cæsaris voluntatem, eorumque tentandos animos, Sed incommodum acciderat per eos dies, quod omnes ad unum Magdeburgo, ob exortas inter ipsos ac cives simultates excesserant, alius alio varia in loca dispersi.

proficiscitur Abbas Januario sequenti;

et re Halæ consultata,

indicatur voluntas, Cæsaris

9 Itaque Commissarius litteris Wittenbergam, ubi tunc Conventum agebant, datis eos adiit; cum ostendens esse, quod sibi Cæsar injunxisset, et ab illis vellet; tum petens, vel aliquos e suis ablegent, vel locum ubi convenire placeat, designent. Missæ simul quæ ad eos erant a Cæsare litteræ: quibus et suas Fridlandiæ Dux, copiarum summus Imperator, addiderat, Collegii Decano inscriptas; vehementer petens, ne quam ex ore Commissarii coram intellecturi essent, Cæsari atque adeo et sibi gratificandi opportunitatem ullo modo præterire sineret ipse, vel a Collegis præteriri. Illi duo e suis ad Commissarium

A sarium Dessam, Anhalti Principis oppidum ad Albim situm, ablegant; per eos, quid Cæsar vellet, cogituri. Ibi Commissarius (cum subito graves ob causas, a Generale Asserslebiam noctu evocatus, biduum abfuisset) ad eos venit, et humanissime compellatis prolixe rem omnem exposuit; ostendens insuper, quantum interesit hoc rerum statu habere propitium Cæsarem; occasionem offerri, qua illum, nullis suis impendiis, amplius quam ullius auri profusione, demereantur. Plura adjecit, quæ videbantur ad persuadendum congrua. Quibus auditis illi ad Collegas suos, Wittenbergæ collectos, dicunt se relaturos. Verum ut illuc dieri itinere reversi sunt; eos conventu soluto, frivolis rationibus prætensis, recessisse comperiunt; datisque ad Commissarium litteris, quam primum exponunt. Rogare, factum benigne interpretetur: operam daturos, uti paulo post iterum conveniant.

[illegible] missis *Commissarius Capituli Magdeburg*

10 Insurbanitatem datis iterum litteris acriter insectatus, exprobrat hominibus, quod tanti eis summus Orbis ipsius Magistratus non fuisset, ut unius diei morulam patienter ferrent. Petit, adabo rent delegati; ut eo magis maturato responso accusationem contemptus Collegium avertat. Respondent illi, iterum purgationem suorum ingeminantes, fore ut brevi rursum conveniant: optima pollicentur. Itaque non paucorum sub hac dierum multis et molesta mora D. Abbati devoranda fuit. Evenit interea, ut expeditione aliqua suscepta D. Henricus a Schlik, Comes in Passaum, etc. S. C. Majestati et ipse a Consiliis, Tribunus Militum reique tormentariæ summa cum potestate Præfectus, cum copiis per Dessam iret. Is, pro pietate sua studioque in honorem Dei et Sanctorum incomparabili, cum D. Abbate multis et candide (nam ea quoque virtute plurimum excellit) egit de re proposita; receptique certo se effecturum, ut ipse voti compos fieret; comitaretur modo, viamque qua duceret ininitem, secum insisteret: intra quatriduum omnino se cum eo et Commissario iturum Magdeburgum. Credere se plane, decreto et ope Senatus, prætermissis aliis id agendi rationibus, quod Cæsar vellet, posse effici. Itaque pergente in hosticum una D. Abbate, munitioribus aliquot propugnaculis triduo captis, quarto Magdeburgum die ventum est. Erat is dies alter et vigesimus Februarii, Dominicæ ipsius Quinquagesimæ. Senatores Urbis de Comitis adventu ante certiores redditi, in suburbium obviam exierunt: et honorifice per Urbem deductum ad hospitium, cui aurei Brachii insigne, comitati sunt. Ibi magnifice, promptissima liberalitate, sumptu publico, Comitem et comites exceperunt.

Canonicis responso dando moras innectentibus B *admoventur copiæ civitati, 21 Febr.* C

11 Continuo Commissarius credentiales suas apud Senatum profert; quidque a Cæsare sibi injunctum sit, ostendit. Comes simul magnæ auctoritatis instantiam de se addidit: magnum cito ac facile lucrum facturi, Cæsari obsequerentur: dimitterent Reliquias istas, rem apud eos projectam nulliusque pretii. Præposito quoque cœnobii, quod habebat sacrum Corpus, Cæsaris litteræ redditæ sunt. Ille, simulatione valetudinis Commissario sui copiam facere abnuens, postera die in suburbanum rus sese abstulit. Actum subinde cum hominibus ejus, qui sibi Conventualium et locum et nomen tam inique quam false usurpant, nihil quam Religiosi Fratres ac filii S. Norberti minus. Et hi docti artibus Præfecti sui, variis commentis prætextisque difficultatibus petitionem eludebant. Constituit tamen tandem Senatus (ubi Metropolitanorum consensus impetratus sit) facere quocumque modo, ut voluntati Cæsari mos geratur. Atque ita postquam, et iterum et pluribus, cum Conventualibus frustra actum fuisset, quinto Kalendas Martii die, qui Cinerum erat, Magdeburgo, non sine capitis periculo, nisi sclopetariorum Quinquagena stipati fuissent, excesserunt. Postridie Asserslebiam, ubi prætorium Generalis ipsius tum erat, D. Abbas venit, Principem salutaturus; eoque valedicto et actis gratiis, domum, moræ ac diuturnioris a suis absentiæ tædio, rediturus. At reditum is ipse dissuasit. Jam enim sacras Reliquias illas et clam et palam a maximis Principibus vehementer expeti: eos, si ipse abscesserit, potituros. Pollicebatur, se scripturum Senatui, et hortaturum, præsentem occasionem Cæsari se probandi minime prætermittat. Facile ab ita suadente, D. Abbati persuasum est; ut est spes credula, et pro desiderii modo semper longius se extendit.

Cæsaris litteræ exhibentur Magistratui, *mox tamen moræ objiciuntur.* D

12 Contigit inde paucis post diebus, Reipublicæ causa Senatores adire Principem. Itaque occasione usus, diligenter eos, oblatam Cæsari gratificandi facultatem effluere ne paterentur, commonuit. Subinde Collegæ, nunc huc, nunc illuc indicebant Conventum. Tandem aliquando Torgaviæ collectos, cum Princeps, tum Commissarius, litteris ad consentiendum Cæsari diligenter iterum cohortati sunt. Rescriptum ab iis ad Commissarium, interesse, ut coram colloquantur: petere, Lipsiæ, aliove securo loco sese convenire dignetur. Commissarius Lipsiam id temporis, tamquam longiuscule dissitam, minus rebus suis et publicis opportunam videri, respondit: desiderare, ad propiorem aliquem locum e suis aliquos, quo et ipse venire possit, ablegent. Tandem ab illis, Torgaviæ congregatis XXII Martii die, consensum est; eumque consensum Torgaviæ, scripto solenni et obsignatione, ipsi contestati sunt; Placere, Sacrum Corpus tollatur, et Cæsari repræsentetur. Reliquum esse, ut modis quam maxime congruis tollendi ineatur ratio. Commissarius de omnibus D. Abbatem illico reddidit, e suo ad Pontem Dessanum propugnaculo, certiorem. Dum hæc inter Commissarium et Collegas ultro citroque aguntur, altera parte D. Comes a Schlick Senatores urgere pergit. Erat per eos dies Magdeburgi Tribunus militum D. Pechman Cæsareanus; hunc Comes missis quotidie tabellariis monebat, ut præsens jam illic, omnibus persuasionum rationibus insisteret, Cæsari hac opera plurimum gratificaturus. Is igitur e Magistratu potissimum quemque præhensare, occupare, idoneisque rationibus conciliatos impellere studuit ad maturandum. Quotidianis fere litteris Comitem et D. Abbatem, quid fieret, quantum promoveret, edocebat: nullo se fine, nulla mora instare operi: nihil rerum prætermittere, quas idoneas existimet ad persuadendum aut movendum: quemdam ab Administratore delegatum intercessione sua facere, ne certi aliquid constituatur: incredibile esse, quanta cum id genus hominibus circumspectione agendum sit.

Rem urget Dux Walstenius, E *et 22 Martii consensus extorquetur,* *tum persuaso etiam Magistratu,* F

13 Tandem ubi Comes Senatui per litteras ostendit; Collegas jam consensisse; inquirens, num porro ad reliquas difficultates vincendum potestate sua (ubi res postularet) cooperari, ac venienti D. Abbati in omnem casum assistere parati sint; illi omne auxilium stipulati, D. Abbatem, qui non procul urbe paratus in eventum aberat, omnino securum esse, ac procedere jusserunt. Itaque D. Abbas, quadraginta cataphractorum præsidio tutus, processit. Verum non nisi leucam ab urbe cum jam abesset, substitit; nisi designati, qui deducerent obviam venirent, non ingressurus. Postridie igitur ejus diei (erat is dies v Calendas Aprilis) Secretarius Civitatis curru vectus occurrit; et D. Abbatem humaniter compellatum, nemine fere animadvertente, perduxit. Altero statim die missi a D. Abbate, cum Conventualibus qui agerent, ac porro Metropolitanos solenniter jam annuisse ostenderent: num et ipsi

opem conferre. *Abbas ingreditur 28 Martii,*

A ipsi denique ad obsequendum Cæsari se comparassent. Simul redditæ a Commissario ad eos litteræ; quibus ipsos accurate compellans, memores faciebat promissi nuperi : consensuros scilicet, ubi Metropolitani consensissent. Jam eos consensisse. Reliquum nunc esse, ut et ipsi. Verum ubi se comprehensos vident boni Fratres, posita simulationum larva, manifestos se faciunt; neque se, nisi hominis cujusdam, unde se pendere aiebant, assensum petitores prius impetrent, assentiri aut velle, aut posse rotunde asserunt. Erat is inter capita factionis, unus e primis choragis perduellium, Cæsaris hostis manifestus.

et a Conventualibus S. Mariæ promissum corpus exigit.

14 Spe ergo conatuque homines illos inducendi abjectis, D. Abbas totus ad Senatum conversus, exhibitis, quæ ad eos iterum a Principe Generale ipso dabantur, litteris, per Tribunum Pechman orat, stolidissimam hanc Fratrum illorum Portionistarum (sic quoque vocant) petulantiam auctoritatis suæ admotu compescant; neque ab ineptis hominibus Cæsarem Maximum ludificari longius patiantur. Illi per aliquos e suis D. Abbatem convenientes; facturi quod peteretur, inter alia rogant, Privilegiorum sanctionem a Cæsare ut impetrare allaboret : B tum quod ad urbis tutelam meditarentur, ut impetrata item Cæsaris clementissima voluntate, perficere liceat : quin et adversus quoscumque hujus rei causa, nunc vel olim litem eis aut molestiam intentaturos, Cæsar cautum ut velit. Se porro daturos, qui assisterent pro tutela; nec ulla auctoritatis aut potestatis suæ parte defuturos, quin Reliquiæ concupitæ tollantur. Respondit D. Abbas, quod Cæsari decorum, quod se dignum, quod illis idoneum. Hos inter mutuos sermones, ecce qui nuntiet; venisse ab Administratore delegatos, qui Senatum e vestigio dari petant, relaturis, quod a Domino suo referre missi sint. Datus postridie Senatus in Curia. Ibi, qui missorum Princeps erat, multa dixit. Caput dictorum : profiteri Principem, Dominum suum, Administratorem Magdeburgensem, et jam hic palam contestari; Senatus si quid eorum, quæ petuntur, annuat, pro injuria sua se habiturum : itaque viderent quid faciant. Et minime vero decere homines Evangelicos, religiosissimi populi Præsides, tam fœde idolomaniæ se præbere cooperarios.

His ferg versantibus,

iterum appellatur Magistratus.

intercedit Administrator,

15 Mansit tamen Senatus in sententia. Itaque ad vesperam ejus diei D. Abbatem hortantur, pergat noctu sub horam decimam cum suis, adscitis in opus operis, ad monasterium : se contra periculum, C si quod forte occurrere posset, provisuros : eat modo securus, ac voto suo maximo, nemine prohibituro potiatur. Fecit D. Abbas, quod hortabantur; deducente nobili viro D. Henrico a Mengersem, contendit cum suis ad monasterium. Nox inibat post diem proximum ante Kalendas Aprilis. Verum ingressi locum, a militibus Administratoris, qui illic, insciis Senatu et nostris, excubias simul et epulas agebant, cum gladiis et bombardis hostiliter irruentibus, excepti sunt. Ea improvisa res puncto temporis omnes quotquot venerant dissipavit; temporis illius tenebris debentes, quod nemo fuerit ab insequentibus trucidatus. Profunda igitur nocte ad hospitium Tribuni militum Pechman, quocum Consules ab eo invitati cœnabant, reversus D. Abbas cum successum narraret, Consules indignitate rei commoti, mox se inde proripuerunt; et horæ circiter intervallo prima noctis hora peramanter D. Abbatem, ut se invisere quam primum ne gravetur, orant : interesse, ne tanta ignotorum hominum intra muros, in medio civitatis, temeritas impune ferat. Ivit D. Abbas, pluribus comitatus; et invisit. Mox Consules execrari denuo factum; ostendere, gravissime

et armata manu rem, 31 Martii agendam prohibet :

vim vi reprimere vult Magistratus :

sibi displicere, quod aliter ac speraverant evenisset. D Non se permissuros, ut sic velut spreti nebulonibus ludibrium sint. Interesse pro vindicanda auctoritate sua opus repeti et absolvi. Pergeret modo ipse : se vires eas opemque collaturos, quibus deinceps nemo obsisteret.

IN IMPRESSIS.

16 Verum D. Abbas, quia rem in seditionem spectare animadvertebat, neque vanus metus esse videbatur, ne turbulentis plerisque concurrentibus, stante ex adverso Magistratu, ad sanguinem et cædes veniretur; in posteram diem censuit differenda omnia. Minus Cæsaris auctoritate dignum videri, quasi furtim, nec nisi tenebrarum beneficio, honestissimæ voluntati ipsius satisfieri. Cupere igitur se, ut in Cæsarem observantiam palam probent, ac plurium e suis conscientia assensuque decernant. Placuit statim consilium. Et quidem Consulum primus magno reverentiæ affectu rogavit Dom. Abbatem, paulisper subsistere vellet, et temporis, quantum ex nocte, inveniens mane, reliquum esset, moram patienter ferre : quam primum illuxerit, se omnium, qui Magistratum gerant, suffragia lecturum. Die exorta, novus ab Administratore Delegatus venit in Curiam; eamdemque Principis sui contestationem magna voce ingeminavit. Senatus autem, E non satis plebi fidendum ratus; præsertim quod jam quorumdam inaudiri murmur cœpisset; sub meridiem tandem constituit, ante sequentem diem nihil decernendum esse; quo et Centum-virorum, qui multitudinem repræsentant pro eaque pronuntiant, suffragia audiantur. Qua re D. Abbati et Tribuno Pechman nuntiata, eodem illi momento urbe excedere statuerunt; relicto in ea Nobili viro D. Henrico Mengersem, qui operiretur eventum rei; ipsis quod accidisset, relaturus.

Abbas, seditionem formidans,

indulget

ut populi Centumviris res proponatur.

CAPUT III.

Expugnata pervicacia civium, redit tertium Abbas, securosque reddit de Cæsarea clementia.

Itaque pridie Kalendas Aprilis excedentes in oppidum Kalbe, ubi Comiti a Schlick stativa erant, profecti sunt. Trecenti circiter ab hostibus missi, suburbium quo transeundum nostris erat insederant; qui egressos adorirentur et cæderent : verum ii metu cataphractorum, qui ad centum numero nostros stipabant, nihil ausi sunt. Magna civium multitudo, conscia insidiarum, se effuderat in spectaculum : in civitate res tumultui proxima videbatur. Tertio F inde die, qui erat postridie Kalendas Aprilis, litteræ ad D. Abbatem veniunt a supra nominato D. Mengersem, quibus, quid interim in civitate geratur, aut gestum fuerit enuntiat. Pridie Centum-viros non convenisse : causa, a quadraginta Administratoris equitibus et turmæ Præfecto occupatum monasterium : eos tamen sub vesperam excedere a Magistratu jussos, locum iterum deseruisse. Jam in Curia magno Conventu rem tractari : quo exitu, se quam primum nuntiaturum. Ceterum, vehementes ad Senatum ab Administratore venisse litteras; eum plebis animos sibi adducere; plurimum hunc conatum qui concionantur adjuvantibus. Ex eo numero hoc ipso die quemdam, sententia e Dominicæ Passionis historia abusum, Magistratui in probrum Cæsaris insultasse. Erat sententia : Si hunc dimittis, non eris amicus Cæsaris. O os improbum, et S. Stephani grandine compluendum! Adeo illis in Tiberium Ferdinandus versus est; in Pilatum, proximus Magistratus : adeo nos Christum occidi, petimus; quia Christi amicum honoratum cupimus. Sed pergamus.

Egressus urbe Abbas

intelligit non convenisse Centumviros,

remque seditionem spectare :

A

EX IMPRESSIS.

Itaque Tribunum ibi relictum monet,

18 D. Abbas extemplo respondit; non tam dolere sibi, rem pro voto sanctissimi Cæsaris et suo non successisse, quam ipsi D. Mengersem tantam industriam, studium, conatum, fidem in hoc negotio periisse; neque sine evidenti periculo diutius illic jam hærere: sibi hoc quidem tempore omnino desistere, constitutum esse. Credere, nondum viro Dei placere, ut ossa sua illud cubile, quamquam neglectius, mutent honestiori: manere integram in futurum spem: quod differatur, non auferri. Rogare, nec unius verbi in posterum super hac re jacturam velit facere, seque quam primum periculo eripiat: minime Cæsari placere, ut cum multorum ac fortassis etiam publici alicujus tumultus discrimine, hoc piissimum ejus desiderium ipse prosequatur: se amplissimi prudentissimique Senatus studia et optimum affectum sibi in commodiora tempora reservaturum: orare itaque, ut sine majoris periculi expectatione, civitate excedat: sibi nullos unquam dies fidei et industriæ ab ipso impensæ inducturos oblivionem: sed omni modo, loco ac tempore ad vicissim obsequendum in procinctu fore; idque re potius, quam talentis verborum, ubi ubi poterit demonstraturum. Itaque pridie Dominicæ Palmarum, quæ in Aprilis quartam diem cadebat, D. Abbas iter domum arripuit. Eadem die Hallam venit: inde tertia post die Lipsiam ad meridiem. Hinc a meridie quatuor milliaria processit. Altera die, cum jam diurnum Commotovio, Boemiæ oppido, iter abesset, venit ad eum missus a sæpe memorato D. Aldringero Commissario, vir quidam Nobilis, qui revocaret. Is redditis ab illo litteris; multa suadendo tandem, ut rediret effecit.

periculo subducat ipse se.

Regressurum Pragam Abbatem

B

revocat Magistratus.

19 Causa reditus potissima fuit promissio Magdeburgensium, qua sacras S. Norberti Reliquias, Cæsareæ Majestatis suæ placito, ad Domini Abbatis manus repræsentare spoponderunt. Accedebat periculum, ne interim omnino tollerentur, quod etiam tentatum jam fuerat, et clandestina machinatione sepulcro admoveri cœptæ manus. Qua tamen re mature composita, D. Henricus Mengersem a Senatu impetravit; ut nefarii homines templo excluderentur, ejusque fores publico sigillo obsignatæ bona insuper et vigili custodia observarentur. Publicæ fidei instrumentum desuper confectum, ad suspicionem omnem tollendam D. Abbati, postquam tertio Magdeburgum venit, ab ipso Senatu oblatum est. Reversus hisce de causis in castra D. Abbas, alia omnia invenit, quam speraverat: rei in civitate publicæ conditione mutata. Causa mutatæ, spurium illud ac periturum caput, Mansfeldius: qui et hostilia minitabatur, et levibus quibusdam successibus ferocul us factus, insultabat: aditus quoque ad civitatem omnes, miles ejus insidendo clauserat. Jam ad Senatum iterum scripserat Commissarius exigens, ut tandem quid facturi essent, constituerent. D. quoque Abbas, ut in castra venit, et ipse scripsit Senatui, aliisque. Verum, quod itinera ab hostibus tenerentur, nihil ab his tum quidem potuit aut responderi, aut quod responsum esset, pervenire. Itaque dum, Spuris illo quædam nostrorum stativa oppugnante, aliisque alibi hostibus, ob ludos potius nonnullos, quam successus lascivientibus, nulla ad id quidem temporis reliqua videretur spes; D. Abbas tædio fractus, ipso solenni Paschatis die, post prandium ad Comitem a Schlick profectus, domum redire constituit et cœpit. Ab illo Hallam postridie: atque inde porro magnis itineribus Dresda Doxanum nostrum, moxque Pragam, pervenit.

C

Interim adest armatus Mansfeldius;

quo obstante, redit domum spe frustratus Abbas.

20 Domi D. noster Abbas tres hebdomades, quo pecoris sui vultum Pastor solicitus consideraret, substitit; mox Viennam ad Cæsarem profecturus, et itineris sui laborumque successum ex ordine coram expositurus. Jucunde vero et ipsi et nobis accidit per hos dies, ut Mansfeldicarum copiarum, propugnaculum ad pontem Dessanum Albi impositum oppugnantium, strages et insignis nostrorum victoria nuntiaretur. Nuntius eo acceptior, quod eorum maxime virtuti et industriæ victoriam imputari constabat, quos negotii nostri optimos habebamus et operarios et patronos, Comiti nimirum a Schlick et Commissario Aldringer; quorum hic oppido et pontis custodiæ cum potestate fiduciaria præerat, ipsumque propugnaculum firmo magnæ molis et artis opere, contra hostem, jam secunda obsidione locum tentantem, fortissime defendebat. D. Abbas primus in hac urbe pulcherrimæ rei in ipso templo nostro factus est conscius. Ibi enim, qui nuntiatum Cæsari e castris missus erat, ad monasterium e via proxime divertens, eum convenit, et a Commissario salutationis officium, simulque felicis prælii nuntium attulit. Mox gaudio plenus D. Abbas, ad nos, in choro stantes et simul psallentes, prorupit; Eucharisticum Deo Canticum, non minore cordis, quam oris clamore præcenturus. Itaque læti Largitori, ut omnium, et hujus quoque boni, Domino gratias, tonantes magis quam sonantes, cito a perfido nebulone nobis pœnas dari exultabamus: debebat enim, spei nostræ intercessor nuperus ac dilator. Ea lætitia D. Abbas nobiscum domi prælibata, non multo post profectus est. Venientem ad se Cæsar benigne accepit et audiit; aliisque iterum litteris copiose, ad Commissarium, ad Comitem a Schlick, ad Tribunum Pechman, ad Senatum, ad Collegium Magdeburgi Metropolitanum, prosecutus est.

D

Cæsis Mansfeldianis,

nova iterum spe plenus Abbas,

E

21 Inter hæc D. Abbati domum Vienna reverso, tam Comes a Schlick, quam Commissarius crebris litteris, quid ageretur, quid agendum esset, quid sperandum, diligentissime ostendebant. Factum eorum infatigabili diligentia, in Deum et sanctissimum Patrem nostrum pietate, in Dominum nostrum Abbatem amore, in nos benevolentia, ut Magdeburgenses ad extremum opem omnem operamque addicerent. Rediret modo D. Abbas; et desideratum thesaurum ut vellet tolleret, ac sui juris faceret. Itaque his per amicissimos illos viros renuntiatis, de repetenda illuc profectione serio cogitare cœpit. Hi et ideo properandum monebant; quod appareret; fore brevi, ut omnis ex illa Saxonia miles Cæsaris deduceretur, et hostem a nupera ad pontem cæde nonnihil redintegratis copiis ac viribus Silesios hostiliter invadentem persequeretur. Quod si fieret, nullam esse reliquam rei sanctæ conficiendæ spem apud istos; qui etiamnum copiis nostris circumfusi, tamen ad vota nostra tam sive duros sive tardos se præbuissent. IX Kalendas Augusti D. Abbas, tamquam alio instituto itinere, (intererat, occultum illuc pervenire) Praga Doxanum ante memoratum, Sanctimonialium Ordinis ac juris proprie nostri castigatissimum cœnobium, cum paucis discessit. Inde adscito in itineris, curæ, et operis societatem adm. Rever. viro D. Crispino ibidem Præposito, ulterius justis itineribus in Saxoniam progressus est. In eam cum venissent, novæ iterum a Magdeburgensibus difficultates cœptæ objici; aliæque ex aliis morarum productæ causæ.

per litteras e castris acceptas,

eo redit festine,

F

23 Julii :

22 Suspicamur, vel Dani vires nondum fractas pendulos habuisse: illo enim rerum potiente, probrum et insultationem; imo gravius a victore malum aliquod timendum esse, non injuria videri poterat; si reclamante Administratore, qui sibi jus arrogabat (nimirum Episcopus) Reliquias Papistis ad impietatem abusuris dimisissent: vel metu turbarum a plebe, Prædicantium flabello ventilata, hæsisse dubios. Forsitan et illud nonnullos tardiores fecit, quod susurrus

sed rursum tergiversantibus civibus.

A surrus ex ore multorum, ut infirmis aut male consciis suspicandi nullus finis est, sibilaretur; eo Cæsarem tam instanter petere Reliquias istas, quo civitatem, tamquam præsidio suo nudatam, magis obnoxiam haberet, et liberius vel premere posset, vel opprimere: quam diu enim in ea sint adamatæ Reliquiæ; metum fieri, ne obsessi turpius aliquid in eas statuant, atque dispergant. Sed non videbant illi ea ratione Sancti quoque Mauritii, tanti Martyris, ossa repetenda et tollenda fuisse: hujus enim civibus illis et antiquissimum et æque sanctissimum fuit patrocinium. Deinde, si ossium istorum præsentia se credere possunt tutiores, quid nos stolidi reprehendunt ea venerantes? Cæsarem certe, sincerissimum Principem, quidquam durioris in eos consilii animo coxisse, tam est falsum; ut etiam severissime suis edixerit, ne irritarent; valdeque caveri voluit, ne qua sibi ad ambiguæ fidei populo gravius aliquid statuendi imponeretur necessitas. Magnam vero laudem Senatus meruit; cujus tum industria, tum moderatione et patientia multitudo, in perduellium factionem admodum vergens, ne tandem erumperet, sapienter cohibita est: nam B Theologi illic de quinto Evangelio suo ostendere nitebantur, non esse quod est Cæsaris, dandum Cæsari.

recedit vacuus.

23 Ut ut sit, D. Abbatis patientiam cum novo morarum tædio flagellarent, illi cito fraus, vel quod fraudis instar esset, suboluit. Itaque ne longiorem de se ludum facerent, unde venerat, citò redire constituit: non parum etiam contagionis periculo inde pellente, quæ longe lateque serpens vehementer illic locorum grassabatur. Decem igitur et quatuor dierum moram dissimulanter passus, cum supra memorato D. Præposito Boemiam repetiit; atque domum regressus est; minori quidem spe et animo, quam cum a priori expeditione se recepisset: sparsus enim rumor erat, de effracto sepulchro motisque Reliquiis: quam nequitiam maxime D. Abbas semper timuerat, ne homines pessimi rem optimam vitiarent. Quare ita animo comparatus omnibus illuc profectionibus fuit; ut si minima conjectura monumentum resignatum aliqua fuisse deprehenderet, nec pulvisculum inde (quamquam totius copia fieret) sumpturus fuerit. Quid enim cum incertis nobis: et de quibus hostes, qui a se vitiatarum probe conscii essent, illuderent venerantes? Noluit ergo Pater ille noster venire ad filios suos nisi tertio invitatus. Quisquis enim ad convivium vocatus ubi moram fe-C cerit, iterum atque iterum accersitur, tanto se gratiorem intelligit hospitem venire, quanto sæpius appellatus sit. Matres infantes, quos tardius atque difficilius pariunt, amant tenerius. Ingens arbor nulla sternitur primo ictu. Difficilia quæ pulchra: cara, quæ difficilia. Cultor et amicus Trinitatis, tertiis votiis, tertio itinere, tertio labore fuit conciliandus; funiculo triplici vinciendus, atque ita ad amantes amans pertrahendus.

24 Magdeburgenses dolere videri volebant, de tam inopinato sibi discessu D. Abbatis, et querebantur. Itaque factum deinceps, ut jam ultro venirent ipsi, et D. Abbatis reditum orarent. Tum quidem fortius et sincerius, quando pugnata a Dano pugna infeliciter, et fiducia obsequentibus et terror refractariis aut contemnentibus Cæsarem augeretur: sæpius enim hunc ipsum annum singulari Superum favore, felicem habuimus, qua publice, qua privatim. Duæ ingentes victoriæ, altera alteri paucorum mensium intervallo succedente, publicam rem; nostram, sacræ illæ Reliquiæ impetratæ sub anni exitum, nostrique Juris factæ, bearunt: communi lætitia propriæ nostræ toties et tam pulchre prælusum est. Danum certe memorabili ad omnem posteritatem prælio Tillius (hodiernum miraculum, in tam D diuturna militia, cum tam amplo imperio, constanter pius et castus Dux) ad terram afflixit. Debellari poterat hoc anno. O! quanti est, esse qui ducat! sed hæc indoles Divinæ patientiæ, partibus (ut Sapiens loquitur) eos qui exerrant, judicantis; ut detur locus pœnitentiæ. Non enim impotens erat (ut idem ait) bello e vestigio subjicere impios justis; aut bestiis sævis, aut verbo duro simul exterminare. Ab ea Dani clade Magdeburgenses omnino voluntati Cæsaris, Reliquias quod attinet, atque quam primum obsequi, in animum induxerunt. Itaque crebris qua ad Comissarium, qua ad alios litteris egere potissimi e Senatu orantes, rediret D. Abbas quandocumque, quomodocumque: nec moram fore, nec obicem; quin quod Cæsari petebatur, accipiat.

Victo Dano a Cæsareis

EX IMPRESSIS.

cives pertinaciam deponunt,

25 Commissarius nuperrima ipsorum tergiversatione commotior factus, offensi animi tum verbis, tum reipsa dabat indicia. Intererat eorum, ut pacarent Cæsareanis enim copiis, quæ in Saxonia subsistere, reliquis hostem insequentibus, jussæ erant, cum vicaria summa potestate ipse præerat: et annonam in civitatem inferri, aliis tamen justis de causis, prohibebat. Ad pacandum opportunus visus E Vir Admod. Venerabilis D. Martinus Stricerius, S. Theologiæ Doctor, Presbyter Hidelsiensis titulo S. Crucis Canonicus, Saxonum hodie Apostolica missione Apostolus purissima anima, et morum gratia alienis quoque a fide acceptissima. Is aliquantum hactenus tempus Magdeburgi vixerat, in S. Agnetis Virginum illic cœnobio; rogatus ab illis, ut sibi, defuncto nuper Præposito, tantisper vellet esse pro Præposito. D. Martinum, quia Commissario carum et in pretio esse Magdeburgenses satis animadverterent, adeunt plures, sæpius orant, in medium eat, Dominis Commissario Abbatique ipsos reconciliet: sacras Reliquias omni hora tolli posse: id se recipere et præstituros. Ad hoc dexteras dant; verba fidem factura ingeminant. Is itaque libenter venit in medium; se una eademque opera civibus, nobis, Commissario, D. Abbati, Cæsari, S. Norberti, atque adeo Dei ipsius gloriæ commodaturus. Illico quid Senatui constitutum, ad D. Abbatem perscribit; rogat, ut iterum, idque sine mora, redeat; operam suam copiose offert: si D. Abbas, bis itinere tanto frustra suscepto, a tertio alienus sit, aliave causa impeditus; alium submittat, aut sibi etiam quod agendum, committat: nullam se molestiam, laborem, periculum recusare, quin operi sanctissimo finis tandem imponatur.

ultroque offerunt quod erant rogati,

interposito mediatore.

Tantæ molis erat Norberti tollere sacras
Exuvias, terræque recens inferre Boemæ,
Præsidium nostri statuendum in vertice montis.

26 D. Abbas, qui pertæsus laborum, sumptuum, periculorum, nullo dum operæ pretio aditorum; et fraudum Reliquiis inesse veritus, animum jam a re pulcherrima avertere cœperat, ac spem dimittere; donec fortasse Deus ipse voluntatem de hoc suam quocumque modo ostenderet, et Reliquiarum sinceritati attestaretur; ubi ex insperato, et intactas manibus profanorum illorum manere Reliquias, et Magdeburgensibus rem cordi esse, certo cognovit; iterum, hoc est tertio proficisci constituit; hoc uno itinere trium simul præmium relaturus. Diligenter igitur solicitato Numine, suorumque precibus successu commendato, VIII Kalendas Decembres Doxanum abiit, inde Reverendum Admodum Virum D. Crispinum Fuck, antehac a nobis honorifice commemoratum, cœnobii isti Præpositum, sibi percarum, in laborum iterum periculorumque ac sperati nunc certius aliquanto gaudii societatem adhibens, Litomeritzium, limitaneum Boemiæ oppidum ad Septemtrionem imminens Albi, perrexit. Hinc nescius, quo

Eo audito redit tertium in Saxoniam Abbas,

A quo maxime loco Commissarium inventurus esset, Hallam (cujus civitatis Arcem Nobilissimus et fortissimus Vir Dominus Rudolphus Sbrajavacca Centurio, cum præsidio Cæsareano imperioque tenebat) recta contendit : ex eo ubi Commissarium invenire, ad eumque tuto compendio pervenire possit, auditurus. Hallam ut venit, postero statim die ab Arcis Præfecto ad Commissarium in Stasfurt, pietatis affectu deductus est. Venientem magna humanitate D. Aldringer, vir non optimus minus quam fortissimus, excepit; totum se in obsequium ipsius effundere gestiens. Verum quod commissas sibi copias, in expeditionem quamdam intentus, observaret, una Magdeburgum ire non potuit : neque necessarium videbatur, auctoritate etiam absentis tantumdem efficaci.

EX IMPRESSIS.

et cum Hallensis arcis Præfecto

27 Deducto igitur D. Abbate ad primum ab urbe lapidem, eique in sui vicem D. Sbrajavacca ad obsequium assignato, ibi tantisper substitit; donec evocatos Magdeburgo Senatores, et officii in Cæsarem, ac fidei datæ commonitos, superiorum temporum errores aut culpas, studiis in Cæsarie obsequium cultumque translatis, in præsens eluerent; ejusque rei, facta Cæsari per D. Abbatis manum B copia, testimonium darent, congruo sermone hortatus est. Senatores omnia pro voto successum habitura, pollicebantur : Abbatique ad faciendam fidem et diligentiæ suæ, et integritatis atque sinceritatis sacrarum Reliquiarum, publicæ fidei instrumentum præsentarunt. Digressum igitur a Commissario, urbemque secum sero ingressum D. Abbatem, ad præcipui cujusdam Senatoris domum, obsequio publico in hospitium assignatam, comitati sunt. Omnibus deinde comparatis, rebusque ita, ut nihil negotio in solidum perficiendo turbarum intercedere posset, compositis; proximæ diei, quæ tertia Decembris erat, mane circiter octavam horam, adsunt a Senatu missi ex eorum Collegio duo; qui sine strepitu, famulis eminus ac seorsum sequentibus, ad S. Mariæ cœnobium, in veteri civitate proxime ab æde Metropolitana situm, Dominos Abbatem, Præpositum, Stricerium Hallensis arcis Præfectum, deduxerunt. Sclopetarii milites quindecim dispositi erant, qui cœnobii aditum observarent, et curiositatis studio forsitan accurrentes arcerent.

honorifice exceptus Magdeburgi,

adit 3 Decembri S. Mariæ cœnobium,

28 Ingressis in monasterium simul omnibus duo illi ordinis senatorii viri, cum Portionistis loci sive conventualibus seorsum, nostris in alio conclavi exitum præstolantibus egerunt, colloquio ad decimam ferme C horam protracto. Post quod ab iis D. Abbas, non sine multa honoris delatione, ut eodem ipse cum suis concedere dignetur, rogatus est. Quibus ingressis, et jam considentibus, monasterii Œconomus (quem Provisorem ipsi, nomen etiamnum quod a nobis acceperunt, retinentes appellant) a Præposito (qui tunc inde ob calices aliamque templi pretiosam suppellectilem infideliter distractam Administratoris decreto exclusus erat) secundas obtinens; ceterique cum eo quasi Conventuales, per causidicum ad hoc accitum initio sese purgare; superiorum temporum insolentias in homines quosdam suos, paulo ante mortuos, rejicere; speciose contestari, numquam quidquam se committere voluisse, quo sacratissimo Cæsari minus obsequi parati esse viderentur : orare, si quo forte Cæsar offensus fuerit, D. Abbati, in medium ire ac deprecari, ne grave sit; nihil se prohibere, quin clementissimæ Majestatis suæ desiderio satisfiat.

ubi Conventualibus præterita solicite excusantibus,

29 Respondit D. Abbas, quæ decuit respondere : jure quidem Cæsarem, ipsis ob impudentem quorumdam stolidamque nuper protervíam succensere; et graviora, quibus auctoritatem vindicaret ac rei culpæ successum promoveret, statuere potuisse : longas illi manus esse, quod temporum horum eventus satis docerent; vix ut temerarius illi quisquam injuriam decoquat : sperare tamen se, ubi studia eorum in melius conversa suo Cæsar optimus relatu cognorit, facilem ad veniam futurum, neque durius quidquam in eos cogitaturum. Bono animo essent : laboraturum se, ut in monasterii commodum plura a Cæsare conferantur. Actis illi vehementer gratiis, rogare porro cœperunt, ne quod hæc desiderata Fundatoris sui Translatio primæ fundationi suæ antiquissimisque privilegiis præjudicium procuraret. Responsum est; fore, ut Cæsar maximus etiam manus et sigilli sui fide caveat, nihil primæ fundationi et antiquissimis privilegiis ex hoc facto decessurum. Non eam esse mentem Cæsaris : credant modo, suspicionibus quibuscumque (quas nisi temere suscipere non possint) procul rejectis; et optimo, piissimo, integerrimo Principi se committant. Tandem rogarunt, et contra Administratoris minas ac vim patrocinio Cæsaris se tutos fieri : illum sibi laqueos ac furcas denuntiare; si Reliquias, quæ petuntur, dimittant. Respondit D. Abbas potentiorem sanctioremque Cæsarem esse, quam ut homines, sibi morigeros et obsequentes, ob hoc ipsum a perduellibus opprimi passurus sit : neque velle pati, quia potentissimus sit; neque debere, quia sanctissimus. Nihil addubitent; nihil formident. Senatum interim Urbis Amplissimum, dum refertur ad Cæsarem, contra minantis iras et machinas futurum subsidio.

spem facit Cæsareæ indulgentiæ,

D

et protectionis contra Administratorem.

E

CAPUT IV.

Die 3 Decembris requisitum et tumulo exemptum corpus, devectumque Doxanum prope Pragam.

Dom. Abbas, accepto jam satis illorum in id quod volebat assensu, cœpit vicissim gravissimis ad eos verbis protestari; si dolo agerent, si Reliquiis fraus inesset; non impune laturos, si tanta malitia summæ sub cœlo potestati illuderent : viderent ne cumulato scelere, gravioris sibi magisque properatæ vindictæ pondus accumulent. Audivisse se rumore dubio, nec satis stabili, imo et illos ipsos superioribus diebus, publico ad Senatum scripto retulisse; ante non multos annos sanctissimas, adeoque Cæsari expetitas Reliquias alio commigrasse; nec in præsens constare, quo commigrarint. Itaque, sive ante F annos aliquot, sive proximis his diebus violato sepulcro; sive per eos, sive per alios; sive agentibus ipsis, sive consciis saltem; loco sacra ossa mota, alioque translata sint, candide ac sine fuco enuntient; neque se et comites, tanta cum auctoritate præsentes, ludum facere et in fabulam vertere velint; injuria in Cæsarem ipsum gloriosissimum, invictissimum, et de tot hostibus suis toties triumphantem transitura. Fideliter potius quidquid latet, efferant : se pari fide ad Cæsarem relaturum. Illi attoniti paululum, primum excusare, se numquam in Cæsarem scientes volentesve deliquisse, subjectissimi in eum animi semper tenaces; neque commissuros in posterum, ut aliter velle convincantur. De amotis sacris ossibus majoribus narrantibus se audisse, nullo tamen rei gestæ certo ordine. Proximis diebus atque, ex quo tempore ipsi locum insedissent, nullam usque ad sepulcrum vim pervenisse, nec atomum ademptum sacris exuviis : neque credere se, plus aliquid factum a Prædecessoribus. Experirentur modo, et in opus pergerent.

Abbate obtestato Conventuales,

ut indicarent, siquid violatæ Reliquiæ essent,

illisque negantibus,

31 Hæc ita utrimque prolocuti cum essent, circa diei meridiem ab omnibus in templum simul itum est. Erant ii, D Abbas, D. Præpositus, D. Stricerius,

itur ad tumulum,

A rius, D. Sbrajavacca, duo Senatores, inquilini ædis, causidicus, famulitium nostrorum ad octo numero; cœmentarii nonnulli, ad machinandum opus acciti. Sepulcrum suberat altari titulo S. Crucis, quod; secundum ea quæ ante protulimus, ad ingressum sacrarii sive chori, octo plus minus gradus reliquo templo altioris, inter geminas hinc inde scalas, quibus ille aditur, consistit: ita tamen, ut corporis inferiori parte sub chorum extensa, caput et pectus altare completeretur. Ingentis molis e materia Crux, ut solet in basilicis Catholicorum, a summo fornice demissa, et ferrea catena librata pendebat in medio. Ejus Crucis ima pars ad ipsum usque sepulcrum pertinebat, tamquam arbor ex ore sancti viri progerminans: ad perpendiculum enim sepulcro, qua caput situm erat, desuper imminebat. Chorum crypta sustinet, in quam (uti jam diximus) proxime sub chori pavimento sarcophagus, a capite pedum tenus excurrebat. Eam ingressi, disjectis illico lateritiis, quæ obstare videbantur, operibus, eruendo thesauro magna mole et animo inhiabant.

sub altari S. Crucis positum:

in quo repertum quidem foramen est,

32 Ubi proxime ventum ad monumentum, foramen in extima ejus et fornici contigua parte factum, B quo humana manus inseri et intromitti posset, deprehensum est. Documentum sacrilegii; cujus supra mentionem fecimus, magno audentis malo vindicati. Eo conspecto D. Abbas vehementer exhorruit, cœpitque non parum tristari; veritus sceleratæ fraudis nequitia inæstimabilem thesaurum inde ablatum esse: non quod eo tam angusto aditu satis tanta corporis moles eximi potuerit; sed, quod ibi tentatum fuerat, alia forte parte peractum fuisse, nascebatur suspicio. Certe adeo se ad hoc spectaculum animo statim concidisse D. Abbas fassus est, ut operi instare vix jam liberet ulterius. Colligens tamen paulum se animumque recipiens, lucerna summæ virgæ infixa ac per foramen immissa, lustrare voluit, num adessent Reliquiæ, aut cohærerent: certus nihil ex iis, ubi tenuissima fraudis vestigia notarentur, tollere. Admoto diligenter oculo, quid videretur, discerni non potuit, nisi quod D. Abbas (dubium quo splendore deceptus) plumbea intus capsa, aut laminis saltem albis obducta, Beatissimi nostri Patris exuvias contineri credidit: id ipsumque D. Præpositi auribus insusurravit. Postquam vero animadversum est, altius situm esse monumentum, quam ut commode et sine periculo turbandi Reliquias sacras, tanti ponderis moles posset dimitti (duo quippe ingentes, uti mox apparebit, lapides, invicto ferru- C mine compacti, cryptæ fornici velut insiti hærebant) visum, alia eos via debere rem aggredi.

sed nullum, parere suspicionem aptum.

imo effringenda ara fuit,

33 E crypta igitur, quo item gradibus aliquot descendendum fuerat, egressi; chorum scalis, quas diximus, ascenderunt. Ibi pavimento pone altare Sanctæ Crucis revulso, extrema monumenti pars apparuit: cujus partis modo reliquum ipsum, quod non apparebat æstimantes, animadverterunt; nisi sanctæ Crucis altari tantisper diruto, non posse decenter ac tute satis venerabiles Exuvias obtineri. Lapidem igitur altaris nostri devolverunt. Tum altaris ipsum quasi truncum, e cæmento massam, cui lapidis incubuerat, disjecerunt. Eam massam numquam hactenus motam fuisse, durities ac soliditas calcis, qua cæmentum ita constrictum sibi hærebat, ut impenetrabile videretur, certum faciebat indicium. Ibi demum propius spectari optata res; sarcophagus ipse, quantus erat. Illum duo, ut dicere cœpimus, ingenti mole lapides, altero alteri incumbente, efficiebant. Uterque solidissimæ indolis; quatuor ulnas longi; mutuo firmi operis nexu penitissime cohærentes: ferreis enim, ut fieri solet, magnis fibulis, in amborum oras hinc inde non uno loco immissis, plumbum infusum opus fecerat in- D dissolubile: ut maxima omnino vi, longoque conatu, vix tandem ab inferiore superior lapis divulsus sit. His jam laxatis vinculis, difficilioris operæ fuit impositum a supposito, Reliquiis integris, amoliri. Et illud quoque, dum alii superne e choro vectibus protrudunt, alii inferne funibus trahunt, tandem effectum est.

difficilique opera duo grandes lapides divellendi:

Ex impressis quo facto apparuit inter eos sacrum corpus,

Maxima res confecta. Patet domus, hospita sancti
Corporis, et clausum tot jam per secla cubile,
Quem tenuit longa solem sub nocte, videndum
Exhibet, atque oculis læte lacrymantibus offert.

Canendum enim, non dicendum hoc, tantum est nostrum gaudium. Ita lætantibus solenne est.

p imæ fi … retinens,

34 Sed nunc dicamus reliqua: et singulatim ossium sacrorum habitum, modum, situm, quantum verbis possumus, repræsentemus. Sic enim amplius de integritate ac sinceritate Reliquiarum fides fiet, intelligentibus cujusmodi eæ, tanta testium maximorum turba circumstante, inventæ sint. Jacebant ipsæ in subteriorem, quem sæpe diximus, lapidem, ad humani corporis figuram captumque excisum, penitus conditæ; tota ossium, suo cujusque loco et ordine cohærentium, compage adhuc integra immotaque: quæ tamen, ubi moveri cœpta sunt, consumptis ætate tendinibus, illico dilapsa sunt. E Staturæ modum, quanta sancto viro fuerit, corporis ultra communem longitudinem porrecti situs loquebatur. Sacri capitis frons stillis aliquot quasi sudabat, limpidis et omnino purissimis: loci natura, an ab alia occulta causa; recentes item, an olim expressæ vel collectæ; incertum. In loci tamen naturam referri non debere, tam arcte clausi lapides, et ipsi undecumque aridi, nec ab humo parum dissiti, persuadent. Quidquid id fuerit sive ostenti, sive casus, non ultra inquirimus. D. Abbas in genua prolapsus, sacrum caput digito venerabundus attigit: statimque inferior mandibula, a superiori dilapsa, ordinem et locum quem tenebat deseruit. Utrique, dentes sui etiamnum inerant ad unum omnes, serie pulcherrima ac valde continua. Unde speciem viventis, quam decora fuerit; habitudinem quoque et ætatem non improbabiliter æstimamus.

fronte nonnihil sudante,

corpore integro,

35 Caput Humerali quod vocamus, obvolutum erat: cujus materia, quippe linea (uti et Albæ ipsius ac reliquæ vestis interioris) vetustate contabuerat, et ad primum contactum velut in tenues araneorum telas diffluxerat. Limbi tamen, qui summas Humeralis et manicarum Albæ oras ornaverant, ex aureo filodenso pulchroque opere contextæ, nihil dum ætatem senserant, frontem etiamnum et manus circumplexæ. Cerebrum quoque, sed ex- F succum, cranio suberat: et adhuc cutis hinc inde reliqua visebatur. Cetera sacri corporis, ab humeris ad usque talos, Cyclas, seu pluviale, ut vocant, Pallium, materia sericum; colore (quem anni, vix ut discerni posset, ademerant) purpureum; textu florido; tribus ex ære operosis acubus, superne gemmatis, summo, imo, medio confibulatum obtegebat. Eas acus argenteas esse, nec nisi duas initio creditum fuit; donec postmodum majori otio lustratione facta, et æreas esse et tres, deprehensum est. Pallii, quod Pontificale dicimus, cycladi insuper ad humeros et pectus circumpositi, solæ cruciculæ, quibus insigniri id solet, integræ supererant: laminulæ item plumbeæ binæ, extremis hinc inde lingulis ipsius, ponderi faciendo insutæ. Pedum juxta ligneum erat, duas in partes divisum. Cyclade, quam diximus, cujusque maxima pars integritatem servaverat, refibulata; manus apparuerunt, decussatim in modum crucis compositæ. Stola quoque et Manipulus, sacra gestamina, utraque supra consuetum prolixa et auro texta. Annulus denique aureus, opere nudo, saphyro ad palam indutus, repertus

et obvoluto

indutum Pluviali,

Stola, Manipulo, et Annulo.

A pertus est. Is D. Abbati, scrutanti forte interius

EX IMPRESSIS. ac manum insinuanti, in medium digitum sponte ac præter exspectatum incidit : quod nostrum quidam in omen (qualia Christianis omina sunt, acceperunt.

36 Nunc ordinem et modum, quo nobilissimus thesaurus exemptus atque collectus a tribus illis viris sacris fuerit, referamus. D. Abbate ad caput sarcophagi, D. Præposito ad imam partem provolutis ; D. Stricerius, inter utrumque medius, super mundissimam (ne quid excideret) sindonem genibus flexis incumbebat ; quæ ab ipsis porrigerentur, ex-

Tunc exemptum caput

cepturus : potissimasque partes quasque, schedis inscriptis et affixis, notaturus ; atque ita denique panno involuturus. Hunc juxta D. Sbrajavacca, arcis Hallensis Præfectus, venerationis et custodiæ causa, piissimo gestu adgeniculabatur. Caput primum a D. Abbate exemptum est. Id ipse, post eumque D. Stricerius in manus sumptum, miro pietatis dulcique affectu cum oscularentur ; admirabundi qui aderant, loci occupatores, aliique propius jam ac liberius oculos admovebant. Ut primum superiorem lapidem operæ amolitæ fuerunt, mox ii, naribus accurate clausis et aversis vultibus, eminus

B stabant ; fœtorem (ut fieri solet) et nauseam nequidquam verti : qui etiam, subridentes ad nostrorum tantam erga mortui hominis ossa reverentiam, negotium pietatis impie vertebant in ludibrium.

ac deinde ossa cetera,

Deinde mandibula per eumdem D. Abbatem sublata, reliqua deinceps membra, uterque simul vicibus eximentes, D. Stricerio signanda (ut diximus) et involvenda obtulerunt. Jam crepusculum erat, et obscurioris ædis natura properaverat noctem ; nec appositi lychni satis omnia ostendere poterant, minutias etiam et atomos perquirentibus : cum neque de famulitio quemquam propius aut ægre admodum paterentur. Nullam æque patellam triduanus esuritor tergit aut lingit, quam religiosissimum istud et maximum Sacerdotum par illum lapidem.

37 Tandem vertente in noctem die, omnia tanta cum cura, diligentia, cautione, veneratione ad minimum usque pulvisculum collecta, decenterque involuta, et in sindonem mundam simul condita, capsæ cum inclusissent ; exultantes, sicut exultant victores capta præda ; lætantes, sicut qui lætantur in messe ; magno cordis clamore (oris enim voces, sonantesque jubilos, nec aures istic illæ, nec locus, nec tempus capiebant) cantantes interius canticum

omniaque decenter involuta

C gratiarum Deo, tanti muneris largitori, abierunt. Egressis e templo, et in hypocaustum convenientibus simul universis ; D. Abbas amplissimi loci inquilinis egit gratias, pollicitus, integre Cæsari, de obsequio in ipsum eorum, promptoque in hanc rem consensu, se relaturum. Atque ita inde, bene illis ipsis omnia comprecantibus, urbico satellitio stipati, discesserunt. Reduces in domum, quam eis a Senatu assignatam in hospitium fuisse supra commemoravimus, religiosa hilaritate cœnati sunt : non enim operi tam desiderato intentos ulla prandii cura solicitaverat, mystico interim pabulo bene pastos. A cœna opere diurno fessos excepit quies. Postera die, quæ erat pridie Nonas Decembris, S. Barbaræ sacra memoriæ, abiturientes Senatus orabat, eam diem subsistere vellent : superesse quæ amico colloquio privatim cum D. Abbate tractare desiderent. D. Abbas nihil se minoris obsequii reddere posse hominibus, adeo in re tanta obsecutis intelligens, non diem ipsum, sed horas quantum satis esset, addixit. Venerunt igitur ad eum Consul et duo alii, gratulantes successum ; ac læti quod Cæsaris maximi voluntati feliciter tandem esset satisfactum ; confidentes una amicissimos affectus contestati sunt, et ad extremum tamquam publicos

efferuntur ad hospitium Abbatis:

qui 4 Dec. valedicit Senatui,

hospites impensis omnibus liberos esse voluerunt. D

38 Inter colloquendum quidam ex eis D. Abbati retulit ; esse civium nonnullos qui dicerent, non alio consilio a nostris desiderari ac peti tam celebris viri Reliquias, quam, ut ablato quasi præsidio, facilius premi possit civitas. Respondit ipse ; otiosorum hominum, neque nostra intelligentium sive commenta, sive vanissimas suspiciones esse. Cæsarem, Principes, Populumque Catholicum, atque adeo se ipsum, qui in hoc negotium tanto tamque pertinaci labore incubuerit, solo Sanctorum, tanquam amicorum Dei ad aures ipsius potentium, amore ac reverentia ejusmodi Reliquias et petere solere et æstimare. Nihil hic fraudis subesse ; nihil malignioris consilii. Ad quod ille rubridens, vulgi sermones esse aiebat, quibus indulgendum : atque ita alio orationem convertit. Circa tertiam horam pomeridianam D. Abbas, Consuli et Senatoribus, humanissimis hospitibus, quantum ore poterat gratias agens, ac bene precatus omnibus, dixit vale : atque ita cum suis et illo ineffabilis pretii thesauro suo, multo per eum, quam si urbes expugnasset, regna domuisset, gloriosior, urbe excessit. Excedentem duo viri publici ac publico nomine ad primum ab urbe lapidem deduxerunt : ulterius ituri,

et Catholicorum sinceram in his intentionem declarat:

E nisi preces D. Abbatis, plus satis humanitatis officio præstito, ad reditum compulissent. Nolebat enim, vicina jam nocte, ac longius progressus quam quo periculi a civibus forte suspicio se extendere posset, viros optimos fatigari. Sera nocte ventum in Stasfurt : Hallam postridie : cujus oppidi in arce, cui D. Sbrajavacca præerat, sequenti die (erat ea Dominica) solenniter Deo gratias egerunt, oblato ad aras sacras Eucharistico, quod iter emensi essent, Deo protegente securi, sanctoque Norberto, tanto comite gloriosi ac læti. Deinde Doxanum, D. Præpositi cœnobium disciplina sanctissimum, III Idus Decembres, appulerunt.

atque honorifice deductus extra urbem,

39 Ibi excepti, pro temporis ac loci conditione, Fratrum et familiarium cum facibus et cereis obviam euntium occursu, hymnique eucharistici cantu, quem sacræ Virgines religioso gaudio in lacrymas exundante vix alternare poterant, consonantibus campanis, venerabiles Reliquias, bene obsignatas, ad ancillarum Dei fidelem custodiam deposuerunt ; ibi futuras, dum comparatis omnibus, quæ ad ipsum triumphum Translationis, solennissime Pragam ad ædem nostram instituendæ, designata erant, ulterius publica pompa et omnium regni ordinum co-

appellit Doxanum cum corpore :

F mitatu, ac Cæsaris denique sacratissimi augustis auspiciis ac ductu, perferantur. Altero statim die, iter properans Reverendissimus noster in Christo Pater ac Dominus, D. Casparus a Questemberg, Abbas montis Sion in Strahow, etc. tam felicis æternaque memoria celebrandæ expeditionis auctor, idemque patrator laboriosi ac magni operis, pervenit ad nos filios ; inusitato gaudio, imo nimio, quodque capere non possemus, gestientes. Paulo enim ante pridiano vespere, primum, quid gestum esset, cognoveramus. Quo item vespere, statim accepto nuntio, convolavimus ad templum, et jubilantes canticum, Te Deum, pro prima gratiarum actione Deo obtulimus, prolixo campanarum pulsu civibus quoque testati novum gaudium. *Ut autem omni modo sanctarum Reliquiarum integritatem ac sinceritatem faciamus quam testatissimam, subdimus pro coronide instrumentum publicum, Magdeburgi fide et auctoritate publica super hoc ipso confectum* 10 *Decembr.*

ipsum ibi deponit, quoad paretur solennis Translatio.

CAPUT

A

EX IMPRESSIS.

CAPUT V.

Magdeburgensium attestatio super veritate sacri corporis.

In nomine sacro-sanctæ et individuæ Trinitatis. Amen. Cunctis pateat, et per hoc publicum instrumentum innotescat, quod anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, Indictione nona, regente illustrissimo potentissimo atque invictissimo Principe ac Domino, Domino Ferdinando ejus nominis Secundo, divina favente clementia electo Romanorum Imperatore semper augusto, Germaniæ, Bohemiæ, Hungariæ Dalmatiæ, Croatiæ, et Sclavoniæ, etc. Rege, Archi-Duce Austriæ, Duce Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lucemburgi, Wirtembergæ, Superioris et Inferioris Silesiæ, etc. Principe Sueviæ, Marchione S. R. Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, superioris et inferioris Lusatiæ, Comite Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, et Goritiæ, etc. Landgravio Alsatiæ, Domino Marchiæ Sclavonicæ. Portus-Naonis et Salinarum, etc. Regnorum sacræ suæ majestatis Romani octavo, Hungarici nono, et Bohemici decimo, annis, Domino nostro clementissimo, etc. Cum reverendissimus in Christo Pater ac clarissimus Vir Dominus Casparus a Questembergh, Abbas Strahoviensis et Siloensis, Ordinis Præmonstratensis, per Boemiam, Moraviam, Silesiam, Austriam, Hungariam, Poloniam, etc. Visitator, Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliarius, et adm. reverendus Dominus Præpositus Monasterii Doxanensis Virginum, Dominus Crispinus Fuck; cum perillustri et strenuo D. Joanne Aldringero, etc. S. C. M. Consiliario, Colonnello et Commissario Generali; ac prænobili et strenuo item viro Rudolpho a Sbrajavacca, S. C. M Capitaneo et Castellano in Arce S. Mauritii civitatis Hallensis; die secundo Decembris, stylo novo, in pago Lutgen-Ottersleben adfuissent, eoque requisiti Senatus Magdeburgensis nomine venissent, consultissimi Viri; D. Joannes Aleman Tribuum Proconsul, et D. Andreas Rhor Camerarius; perillustris et strenuus vir Dominus Joannes Aldringer, etc. cœpit vi commissionis sibi a Cæsare Augustissimo Ferdinando II delegatæ, in mei Notarii publici et immatriculati præsentia, quæ hactenus longo ac multiplici tractatu inter ipsum et Civitatis Magdeburgensis Amplissimum Senatum evenerant, repetere; ut certior de rerum successu reddi posset, ne quid committeretur, quod in Cæsaris optimi maximi præjudicium, aut summæ auctoritatis ejus vilipendium redundaret.

An. 1626 Ferdinando II Imp.

B

Abbas Strahov cum Sociis,

expositis catenus actis,

C

41 Utrum videlicet missus in hos successus dictus Prælatus, Reverendissimus Casparus a Questembergh, Abbas Strahoviensis cum suis, tuto ingredi civitatem posset Utrum a Magistratu provida cura provisum de hospitio; si nullius periculi metus. Utrum assistente Senatu et tutelam præstante, sine difficultate, Reliquias, diu hactenus desideratas, Beatissimi Præmonstratensium Patriarchæ et quondam Parthenopolitani Archiepiscopi D. Norberti levare posse, fidem præstarent. Ad quæ Dominus Joannes Aleman respondit: Rebus omnibus abunde provisum; satagere Senatum, ut suam in omnibus fidem ac observantiam in Cæsarem maximum probet. Nihil periculi: et de hospitio, ubi privatus agat de Cæsare deputatus, provisum esse. Neminem impedimento futurum, quin expetitæ diu Reliquiæ e sepulchro sublatæ deferantur, quocumque Augustissimo Cæsari adlibuerit: sequantur modo ipsos in Urbem intrepidi. His et similibus transactis, perillustris D. Joannes Aldringer, quod creditum sibi exercitum in certam expeditionem observaret, omnibus valedicens, itinere suo abiit. Reverendissimus D. Casparus vero antedictus Abbas Strahoviensis, cum D. Crispino præmemorato Præposito Doxanensi, et prænobili viro Rudolpho a Sbrajavacca, præeuntes e Magdeburgo missos secuti sunt; et ejusdem diei hora quinta domum D. Joannis Aleman, cum uno alterove famulo ingressi, currus et residuum comitatus ad publicum diversorium dimiserunt.

quærit tutane et certa sibi sint omnia in urbe:

respondent deputati a Senatu, tuta esse:

42 Postera die, quæ tertia Decembris erat, circa horam octavam antemeridianam, rursum ab Amplissimo Senatu Magdeburgensi destinati ad Commissarios supra memoratos, videlicet Dominus Andreas Rhor et Dominus Nicolaus Genthe, uterque Senatorii Ordinis, accesserunt; qui sine strepitu sæpe dictos Dominos Commissarios, una cum adm. Rev. D. Martino Stricerio S. Th. D. Canonico Sanctæ Crucis Hildesii, et Equite Sanctissimi Sepulcri Jerosolymitani famulis seorsim et a longe sequentibus, ad monasterium B. Virginis Mariæ in ipsa civitate, ubi S. Norbertus quondam Archiepiscopus quiescebat, deducerent, in eoque usque ad finem operis adessent. Constituerat et solicita cura Amplissimus Senatus milites sive sclopetarios, qui monasterii ostia observarent. Ut ingressi sunt, dicti duo Reipublicæ viri, seorsum, cum iis qui monasterium inhabitabant (Dominis Commissariis interea alio in hypocausto eventum præstolantibus) egerunt; et protracto colloquio usque ad decimam, tandem cum honoris delatione Conventuales rogaverunt, ut clarissimi Domini Commissarii ingredi dignarentur. Ingressis itaque Dominis Commissariis et confidentibus; præsentibus dictis Reipublicæ Viris; Loci Provisor, quem appellant Monasterii inspectorem, per procuratorem Joannem Rudorphium aliunde adscitum, excusationes dixit, ob superiorum temporum insolentias, causas in proximis diebus mortuos referens, addita speciosa protestatione, quod numquam contra sacratissimum Cæsarem præsumere annuissent. Orabant demum, ut offensus forte Cæsar, interventu Clarissimorum Dominorum, iis repropitiaretur; nihil se prohibere, quin clementissimæ Majestatis tandem voluntati satisfiat.

iidemque illos 3 Dec. ducunt ad cœnobium B Mariæ:

E

43 Respondebat Reverendissimus sæpe dictus Prælatus, Abbas Strahoviensis; Jure quidem Majestatem suam, ob protervam quorumdam insolentiam, et impudentem temeritatem, qua non ita pridem in summam Majestatis injuriam proruissent, commoveri potuisse, et alia decernere, quibus auctoritatem vindicaret, et in voluntatis suæ successus procederet; sed sperare se, ubi in melius translata eorum studia Commissariis referentibus cognoverit, meliora pro prædicato clementiæ affectu consilia probaturum. Inde rogare cœperunt, ne desiderata hæc translatio primæ eorum fundationi et antiquissimis privilegiis præjudicaret. Ad quæ Reverendissimus Prælatus Abbas Strahoviensis subinferebat, se impetraturum, ut Cæsar impresso sigillo caveat, ne quidquam primæ fundationi et antiquissimis eorum privilegiis hoc ipso decedat. Tertio rogarunt, ut Cæsar Augustissimus clementissimum iis patrocinium impenderet, adversus Archiepiscopatus Administratorem, qui sub suspendii pœna prohibuerat, ne desideratas Reliquias transferri indulgerent. Ad quæ memoratus Præsul Abbas Strahoviensis: potentiorem Cæsarem, quam, ut eos ob obedientiam præstitam proteri permissurus sit: nihil quidquam addubitarent; animæquiores sub umbra magni Cæsaris quiescerent.

et indemnitatem pacti,

F

44 Itaque assensu illorum habito, cœpit protestari

A stari Reverendissimus Abbas Strahoviensis, si maliciose in contumeliam Cæsaris maxima ultro disponerent aliquid; caverent, ne multiplicato scelere vindictam accelerari velint. Audivisse enim se rumore dubio; sed et superioribus diebus illosmet scripto publico contestatos, ante annos non multos, tantis votis expetitas sacras Reliquias, alio translatas, et de loco non constare in præsenti. Nec dubium, quin proximis diebus varie tentarint sepulcri adita penetrare. Itaque sive ante annos aliquot, sive proximis diebus vi illata venerabili sepulcro, sive per se, sive per alios, sive iis actoribus, sive consciis, loco moverint, sive transtulerint, idem candide et sine fuco enuntiarent, nec velint illos tanta auctoritate præsentes fabulam pluribus prostituere. Ægerrime laturum Cæsarem victoriosissimum, si multorum opera admota, nullo desiderii fructu diem traherent. Edicerent saltem clare; præsentes Commissarios fideliter de omnibus ad Cæsarem relaturos. Illi ad hæc, de translati D. Norberti Ossibus, se Majoribus narrantibus audivisse; nullo tamen certo ordine. Proximis diebus, et a tempôre quo illi Conventum insedissent, sepulcro vim nullam illatam, nec vel pilum e sacri
B corporis exuviis motum: nec credere se, quidquam a prædecessoribus commissum. Faciant saltem rei periculum.

In re pressius urgentur, ne quid fraudis celent,

45 Hæc præfati, ingressi sunt omnes ecclesiam circa meridiei tempus, reverendissimus juxta ac religiosissimus vir D. Casparus a Questenberg Abbas Strahoviensis, etc. cum supra dicto Domino Crispino Præposito Monasterii Doxanensis, et D. Martino Stricerio, quin et præmemorato Domino Rudolpho a Sbrajavacca, etc. iisdemque duobus Reipublicæ viris, a Senatu ad hoc pro assistentia deputatis, quin et loci inquilinis, famulis item Dominorum Commissariorum, quorum circiter octo erant, operis pariter murarii gnaris quibusdam accitis. Tentatum fuit primum variis in locis, qua pie perfringi sepulcrum posset; sed nullo commodo successu. Conditum erat corpus S. Norberti sub altari sanctæ Crucis, quod ab extra adhæret choro, nunc aliquot gradibus eminentiori; ita tamen, ut pars corporis inferior cum pedibus in chorum distenderetur, caput cum parte nobiliore dictum altare occuparet. Ingentis molis Crux lignea e fornice templi pendebat, a catena ferrea; cujus basis ad ipsum sepulcri locum dimissa per perpendiculum, quasi capiti Divi Norberti innitebatur. Sub choro crypta erat, quam ingressi diversis in locis magna
C vi collata, pretiosam margaritam eruere festinabant, sed nullo desiderii fructu. Demum chorum conscenderunt, et pavimento in ultima ejusdem parte levato, extimam tumuli partem revelabant: unde mensuram corporis humani æstimantes, facile deprehensum fuit, non posse levari sanctum Corpus, nisi altari sanctæ Crucis emoto. Cujus lapidem ut sustulissent, cum parte aliqua substratæ basis ejusdem, totum sepulcrum patuit.

Itur ad ecclesiam;

nec nisi submoto altari retegitur tumulus:

46 Erat vero tumba, non plumbea, aut lignea, sed lapidea, ex lapide uno, duro, solido, prægrandi, quatuor circiter ulnas habens in longitudine, excisa ad formam et magnitudinem corporis humani; cui ejusdem magnitudinis alter superpositus erat lapis: et erat uterque ferramentis plumbo superinfuso arctissime constrictus. Itaque ferramentis prius extractis, superiorem lapidem plurium opera e Choro protrudentes, in Ecclesiæ vero corpore funibus admotis trahentes, tandem superiorem lapidem amoliti sunt; et exuviæ beati viri apparuerunt. Tota ossium sanctorum compages adhuc integra, suoque omnino ordine hærebat; quæ tamen, ubi moveri cœperunt, illico dilapsa sunt. Sacro capiti stillæ aliquot velut sudantis inerant. Quam primum autem hæc patue- D runt, in genua prolapsus Reverendissimus Præsul Abbas Strahoviensis, sacrum Caput venerabundus digito attigit, et mox mentum decidit. Inerant et capiti et mento dentes omnes. Erat et caput obvolutum Humerali, cujus materia, uti et Albæ, et vestis interioris (excepto quod fibulæ sive limbi Humeralis et Albæ, auro graves, quæ frontem et manus circumdabant etiamnum integræ et illæsæ, superessent) ita vetustate contabuerunt, ut velut aranearum saltem telæ adhærescerent. Quare Reverendissimus D. Abbas provolutus ad superiorem sepulcri partem, adm. Rev. Domino Doxanensi Præposito Crispino inferiorem partem observante, Reliquias dicti sancti Dei cum reverentia collegerunt, et viro adm. Rev. Domino Martino Stricerio, qui in medio flectebat amborum, super expanso linteo (cui venerationis et custodiæ causa adgeniculabatur sæpe dictus Dominus Rudolphus a Sbrajavacca, S. Cæs. Majestat. Capitaneus) in manus obtulerunt; qui principalioribus quibusque partibus schedis adfixis, omnia decenter, ut potuit, involvit, circumstantibus et aspicientibus omnibus supra recensitis et Testibus infra nominatis.

qui lapideus totus, ægre apertus fuit.

Sic conspecta omnia ossa integra

et reverenter excepta linteo,

47 Caput, primum elatum ex sarcophago; inde E mentum; postmodum reliqua membra per vices proferebantur. Vestis superior, quæ parte maxima superest, punicei coloris serica erat, aureis filis florum vel rosarum instar intersparsa, quæ totum corpus cum brachiis ab humero ad plantas usque convestiebat; sub hac transversæ manus, ad modum Crucis, pectori superpositæ. Vestis eadem obvoluta, duabus argenteis acubus, superiore parte gemmeo opere exornatis, connectabatur; quarum unam superiorem reverendissimus Dominus Casparus a Questenbergh Abbas, etc. alteram adm. Rev. D. Præpositus Doxanensis resolvit. Jam crepusculum erat, et obscurioris templi conditio tenebras induxerat. Stola, Manipulus, Pallium Pontificale, potiore parte integra. Annulus etiam aureus saphiro insignis reperiebatur, quem pretio appenso redemit toties memoratus Venerabilis Abbas. Mox sera nocte incumbente, superiorem vestem, una cum cineribus et sacri Corporis reliquiis involverunt; et in sindone munda reponenda, Domino Martino Stricerio tradiderunt. Inde quidquid supererat, minutissimum etiam pulvisculum, reverenter collectum, una asportaverunt. Peracta sacrarum Reliquiarum elevatione, et Dominis jam abiturientibus, ostendebant monasterii inquilini in parvulis cistulis affabre factis, et in summi altaris superiore parte collocatis, diversorum corporum Reliquias, quas rursum in locum reponi Domini Commissarii petierunt. F

...ti et vestium

et cinerum reliqua.

48 Post hæc monasterii hypocaustum ingressi, convocatis locum habitantibus, gratias egit Religiosissimus Abbas Strahoviensis, promittens se Cæsari clementissimo relaturum, quod prompto omnino consensu in operis consummationem convenissent. Inde sibi ipsismet bene precantibus digressi sunt, excubiarum satellitio stipante illos, qui inventum sacrum thesaurum deferebant: ac tandem redeunt in adsignatum hospitium, domum videlicet Domini Alemanni; et cœna sumpta (totam enim diem, desiderii magnitudine superati, jejuni transegerant) fessa membra quieti dederunt. Sequenti, quæ quarta Decembris erat, abituri; requirente Senatu Civitatis Clarissimos Dominos Commissarios, usque ad Vesperarum tempus substiterunt. Venit enim circa prandii tempus Doctissimus juxta ac Consultissimus Vir Dominus Joannes Dauth, Juris Doctor, Civitatis Consul regens, vir multis corporis et animi dotibus abundans, cum duobus aliis Consulibus, Domino Martino Braunss, et Domino Joanne Henrico Walthero

Hinc ad hospitium, et cœnam deductus cum suis Abbas

A thero Juris Doctore, etc. qui una cum Domino Joanne Alemanno, congratulati sunt Clarissimis Dominis Commissariis, quod ad votum et desiderium Cæsaris maximi omnia cessissent. Consederunt deinde, amplissimos affectus contestati, et hospitiorum impendia, frustra reclamantibus Dominis ablegatis, redimentes. Circa tertiam pomeridianam omnibus bene precatus Reverendissimus Præsul Abbas Strahoviensis, cum bono Deo, sociatus prætactis Dominis recessit, deducentibus extra Civitatem ferme unius milliaris spatio, jussu Senatus, duobus Reipublicæ Viris, Domino Andrea Rhor Camerario, et Domino Nicolao Klaken Secretario inferiori : ultra progressuri, nisi Dominorum ablegatorum precibus concessissent.

sequenti die honor fice dimittitur,

49 Super quibus omnibus et singulis, prædictus Reverendissimus ac Clarissimus Vir Dominus Casparus a Questenbergh, Abbas Strahoviensis, me publicum et immatriculatum Notarium infra scriptum requisivit et rogavit, ut his notatis, unum aut plura, si opus sit, publica instrumenta sibi inde conficerem : quod officii mei ratione minime ipsi denegandum censui. Acta sunt hæc Magdeburgi, in cœnobio B. Mariæ Virginis, sub anno, indictione, B regimine Imperatoris, mense diebus et horis, quibus supra; præsentibus ibidem, præter supra nominatos, circumspectis et honestis viris, Domino Nicolao Genthen, et Hansen Millern, Testibus fide dignis, specialiter ad hunc Actum vocatis et rogatis. Et ego Andreas Rhor, civis Magdeburgensis, Sac. Imp. auct. Publ. et in Camera Imperiali approbatus et immatriculatus Notarius, quia prædictorum elevationi, omnibus aliis et singulis, dum sic ut præfertur, fierent, et agerentur, una cum prænominatis Testibus interfui, et ea omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ac ad notam sumpsi ; ideo publicum hoc instrumentum, manu propria scriptum exinde confeci, publicavi, et in hanc authenticam formam redegi. Signo ac Sigillo, nomine et cognomine, meis solitis et consuetis consignavi, manuque mea subscripsi, in fidem et testimonium omnium et singulorum, specialiter rogatus et requisitus.

ad ejusque votum scribitur instrumentum rei actæ.

CAPUT VI.

S. Norbertus Patronis Bohemiæ adscriptus. Translatio festive per octiduum celebrata.

C Ante solennem Translationis Triumphum, Nobilissimi Regni Bohemici Proceres apud Illustrissimum Cardinalem Archiepiscopum Pragensem, precibus (divino haud dubie impulsu) solicitant, S. Norbertum ipsis cœlitus datum, reliquis Bohemiæ Patronis ac Tutelaribus Sanctis connumerare, accensere dignaretur; felicissimum omen accipientes, cum novo Sancto nova omnia prospera et felicia Regno Bohemiæ eventura. Justis his Procerum postulationibus Illustrissimus Cardinalis ultro annuit, eamque in rem Mandatum Archiepiscopale typis excusum promulgari fecit, quod ad verbum hic referre placuit. Ernestus Dei et Apostolicæ Sedis gratia S. R. E. Cardinalis ab Harrach, Archiepiscopus Pragensis, etc. Omnibus has præsentes visuris vel audituris, salutem. Quandoquidem Illustrissimi et Excellentissimi Domini, Sacræ Cæsareæ Regiæ Majestatis in inclito Boemiæ Regno Locum-Tenentes, Intimi et alii Consiliarii, nec non Supremi Officiales et Assessores Judicii Supremi Regni Boemiæ, per Illustrissimum Excellentissimumque D. D. Jaroslaum Borzitam S. R. I. Comitem a Martinicz, S. C. M. a consiliis sanctioribus et cubiculis, supremum ejusdem Regni Boemiæ Camerarium, ejus-

Petentibus Proceribus Regni,

Pragensis Archiep.

demque S. C. M. in eodem hoc Regno, Dominorum Locum-Tenentium et Supremorum Officialium, ad Nos deputatum, honorifice et instanter a Nobis, suo totiusque Regni præsentium et absentium Optimatum vice ac nomine; desiderant et requirunt. D

ex impressis. S. Norbertum, cujus mox afferendum erat corpus,

51 Uti S. Norbertum; sacri Præmonstratensis Ordinis Conditorem; Magdeburgensium aliquando Archiepiscopum; Germaniæ Primatem; Antuerpiensium, Saxonum, et Slavorum Apostolum ; Sacramentariæ hæresis tanto ante expugnatorem; (cujus sanctissimas Reliquias singulari Dei Optimi Maximi et Gloriosissimi Cæsaris Ferdinandi II, semper Augusti Regis ac Domini nostri Clementissimi beneficio Boemiæ nostræ in thesaurum incomparabilem assignatas, huc in Metropolitanam et Regni ipsius et Archidiœcesis nostræ civitatem paulo post transferre constituimus) uti hunc inquam tantum Dei amicum, Cœlestium Boemiæ Patronorum seu Tutelarium numero, potestate et auctoritate nostra accenseamus; eumdemque hoc nomine ac titulo deinceps ab universo Clero et populo nostro coli, celebrari, et invocari jubeamus ; tam sancto desiderio justæque requisitioni illico, et promptitudine, animique in eumdem sanctissimum virum studio, quanto par est, annuentes; S. Norbertum, jam nunc et in posterum, hujus incliti Regni Patronis seu Tutelaribus accensemus, inter eos habemus, colimus, invocamus, et æque ab universo Archidiœcesis nostræ Clero ac populo accenseri, haberi, coli, invocari, omnino volumus, decernimus ac mandamus : injungentes omnibus et singulis ejusdem Archidiœcesis nostræ Parochis, et quocumque titulo Concionatoribus, ut hanc voluntatem, decretum, mandatum nostrum, quam primum ad eorum manus pervenire potuerit, pro concione recitent ac divulgent ; hortantes insuper serio fidelem populum et excitantes, uti novum Regni de cœlo hospitem tantum et Tutelarem pie diligenterque celebrando et invocando, per potentissimi apud aures Dei Viri merita, suffragia, et ossa sacra, conciliare favorem boni Numinis, et impendentia dorsa iræ divinæ flagella avertere festinent. Datum Pragæ in Archiepiscopali Nostro Palatio, anno salutis MDCXXVI die Aprilis ultima. Ubi certe miram Dei providentiam, non minus quam potentiam, in honore S. Norberti hoc tempore promovendo, videre, suscipere, laudare, ac deprædicare merito possumus ac debemus. E

Regni Patronis adscribit,

an. 1627.

52 Invitarat supranominatus Reverendissimus Abbas Strahoviensis, excelso et heroico animo vir atque ad summa natus, zelo Dei plenus, Candidi et Canonici Ordinis singulare decus, ac vel solo per hos labores, sumptus et pericula translati Sanctissimi P. N. Norberti, audaci non minus quam glorioso opere et triumpho, æterna memoria dignus, ad futuram Translationis solennitatem universi Ordinis alumnos candidos sequentibus litteris : F

Abb. Strahoviens s,

Admodum Reverendi Domini, Venerabiles item ac dilecti Confratres ac Fratres.

Præstamus quod paulo ante promisimus. Invitatum venimus nunc adm. reverendas, venerabiles item ac religiosas Dignitates et Charitates vestras, ad celebrandum illum nuptiarum Agni nostri Sanctissimi P. Norberti diem. Quin enim Agnum vocemus, qui cum ex fera seculi fieret primum agnus Christi, agno vestiri voluit? Ad magnum diem, solennem, et valde inclitum, vos ut possumus, clamore quanto possumus, vocamus et invitamus. Venite et videte gaudium, de quo audistis. Venite, et nobiscum præsentes lætamini gaudio inenarrabili. Non hic noster, sed ipsius maximi optimique Patris ac Patriarchæ nostri sanctissimi Norberti clamor est. Ille vos vocat; illius in suos merita, illius illi debitus a suis honor vos invitat. Nos quidem peti-

per suas ad totum Ordinem circulares,

 mus,

Ex impressis omnes et singulos invitat

A mus, sed ille exigit. Quis det nobis ut in unum huc confluant omnes, ab ortu solis usque ad occasum, ejus filii! Veniant saltem, quando non possunt omnes, quotquot possunt. Videat gloriosissimus, piissimusque Cæsar semper Augustus D. N. clementissimus, videat ipse coram, quibus et quantum benefecerit. Nam et illo sole nostri solis triumphalis ille dies irradiabitur.

in 2 Maji ad Translationem.

53 Diem legimus Kalendis Majis proxime succedentem, in quem eumdem Dominica post Pascha IV incidit, dicta vulgo Cantate. Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia nobis fecit. Cantate Domino canticum novum, laus ejus in ecclesia Sanctorum. Est ille dies idem Comitiis Ordinis nostri sacri alias proprius; semel hæc modo ad Patrem Comitia fiant, tempore quo fieri solent ad Matrem. Optamus, ut qui et quot venturi sint, resciscere tempestive liceat; quo de commodo hospitio cujusque assignando provideamus; quando domestici parietes capiendæ multitudini minus ampli sint. Deus gloriosus in Sanctis suis admodum Reverendas vestras, venerabiles item ac religiosas Dignitates et Caritates semper beet, et huc nobis maximo numero incolumes et lætas repræsentet. Pragæ in Monasterio B nostro Strahoviensi, XIII Martii, MDCXXVII. His acciti litteris, prompti alacresque plurimi ex amplissima Germania, per multa itinerum periculorumque incommoda, Pragam properarunt. Ex Belgio nobilissima Antuerpia, ad sui Apostoli Triumphum, legatum misit; sic et Westphalia, Suevia, Bavaria, aliaque loca, maxime viciniora, suos. Atque ut tutius possent, maxime ex Moravia et illis locis, ubi miles Cæsarianus et hostis degit, concurrere; invictissimus Imperator ad suos Tribunos, Præfectos ac Duces militum litteras (ut relatum est) dedit, quibus serio injunxit, Militem hoc tempore severe cohiberent, ne Præmonstratenses, ad Patris sui triumphum confluentes, ullam injuriam paterentur; secus factum in ipsorum Ducum caput redundaturum. Convenere itaque tanto numero candidi Canonici, ad tantam Patris solennitatem, ut cum inquilinis monasterii Sion, religiosi advenæ ultra centum pulchro candore in processione visi fuerint.

Adveniunt ex Germania multi:

nonnulli etiam ex remotis Provinciis:

1 Maji

54 Ad sacras Sanctissimi Patris Norberti Reliquias Pragam asportandas, quod Kalendis Maji contigit, maximus apparatus fuit institutus, quem videre pulchrum fuit. Imprimis pulcherrimo et undique candido pilento, cui sex albicantes equi jungebantur cum auriga niveo vestitu splendente, sanctissimæ C Reliquiæ sunt impositæ, et ex Doxanensi Virginum Ordinis Præmonstratensis cœnobio splendide Pragam advectæ; ad quas deducendas aliquot turmæ equitum, a vicinis nobilibus adornatæ et instructæ, convenerunt. Omnes etiam tres civitates Pragenses, unaquæque sub certo labaro, manipulum centum circiter equitum instruxit, ac sanctis Reliquiis obviam misit, qui a reliquis exceptas Pragam in templum usque comitarentur. Ad portam Viennensem postquam perventum, adest Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis Archiepiscopus, cum solenni Religiosorum et Clericorum totiusque populi frequentia; novum de cœlo hospitem, Regnique Bohemiæ inclyti adlectum Tutelarem ac Patronum, suavissima gravissimaque oratione ad lacrymas usque consalutat. Quo facto, aliquot ex hymno S. Norberti strophis decantatis, in novam inde arcam, affabre ac pretiose ex Indico ligno subrubro et nigris maculis intersperso confectam, argentoque quaquaversus ornatam, sacræ Reliquiæ sunt depositæ; et cum solennissima supplicatione sacrum onus, succollantibus Prælatis Ordinis, in ecclesiam Thein dictam deportatæ fuerunt. Et ecce hoc ipso momento derepente cœlum, hactenus aliquot diebus assidue

inducitur pulchro ordine Pragam corpus,

novæ arcæ inclusum,

pluvium, sese quasi explicare, et serenam induere D faciem cœpit; quam etiam in octavum usque diem constanter retinuit, ut novo triumpho et ipsum applauderet, serenitateque sui solennitatem augeret. Ad ingressum templi, trium civitatum equites, displosis bombardis, miro applausu novum suum Sanctum salutarunt ac honorarunt. Ea nocte ab omnibus Præmonstratensibus, qui sicut et alii jejunio diem illum in honorem sancti Patris destinarant, Matutinæ solennes in illa ecclesia fuere decantatæ, et sic pervigilia illa finem suum acceperunt.

et in Theinensi æde locatur:

55 Altera die, II scilicet Maji, bene mane convenere maximo numero, qua Religiosi, qua alii, ipseque sursus Illustrissimus Cardinalis et præcipui Proceres Regni, ad sacras Reliquias novi sui Patroni magno cum gaudio, summa festivitatis pompa, in Strahoviensem ecclesiam introducendas, ac præparato loco reponendas. Hujus vero triumphi pompam, tam hac quam octava luce, nemo facile explicabit, etiam qui præsens interfuit; tantus equitum apparatus, tantus tubicinum undique clangor, tantus bombardarum et majorum ex propugnaculo ad arcem Cæsaream tormentorum displosorum bombus ac terror, tantus Procerum fulgor, tantus candi- E cantium Præmonstratensium Canonicorum nitor, tantus Religiosorum cœtuum ac Cleri in supplicatione pulchro ordine procedentium splendor, tantus populi accursus, tanta demum triumphi gloria, ut novum de cœlo lapsum Imperatorem honorari et excipi crederes. Tres arcus triumphales, cum suis de S. Norberto doctissimis symbolis, maximo labore et sumptu stabant erecti; in quibus partim musicorum chorus, partim adolescentes instructi armis et scutis Provinciarum, Regni Bohemiæ insignia referentibus, quæ Sancto consecrarunt et affixerunt; partim alii, Patronorum Bohemicorum instar ornati, ac in nube quadam ex alto demissi, novum Sanctum consalutarunt, inque suum numerum receperunt. Triumphus autem ille sacer in hunc fere modum se habuit.

2 Maji instruitur processio,

56 Sexto Non. Maji, ut supra indicatum, primo mane circiter horam sextam conventum est in ecclesiam Theinensem, in qua pridie sancta Lipsana destituta fuerant. Ibi solenni primum ritu et cantu sacrificatum, rem divinam faciente quodam Abbate Præmonstratense. Finitis Sacris e templo Processio movit, in qua præcessere votiva Imperatoris, Regni Bohemiæ, et Procerum splendida ac sumptuosa vexilla, numero septemdecim; singula, Deo et magno F ejus amico Norberto inscripta. Successere Clerici Pragenses, tam regulares quam seculares, procedentes singuli cum grandi et flammante cereo; hos secuti Præmonstratenses, tam incolæ quam advenæ; tum Cathedralis Capituli Canonici; dein sanctum Reliquiarum S. Norberti feretrum, quod subiere primum octo Abbates mitrati, post totidem Religiosi Præmonstratenses, denique rursum Abbates. Proximus his præcessit Illustrissimus et Reverendissimus D. Cardinalis et Archiepiscopus Pragensis, gestans sacrum Caput sanctissimi Patris Norberti argento inclusum: inde Proceres Regni et Urbis cum tædis candidis: denique innumera civium multitudo, suis tamen iisque præstantissimis signis distincta. E templo Theinensi egressos excepit latissimum atrium, quod a dextris armato et cataphracto milite cinctum, tympanis ac dulci instrumentorum omnis generis musica personabat. Ubi ad primum arcum triumphalem cum Reliquiis perventum est, pompa constitit; exceptusque est Sanctus suavissima musicorum symphonia, et eleganti oratione ab ephebis ex arcu salutatus.

a Theinensi ecclesia,

per arcum primum,

57 Perrexit deinde Processio, et ex itinere in Societatis Jesu templum, quod occurrebat, divertit: ibi

A ibi deposito paulisper sacro onere in templi medio, Te Deum Laudamus festis musicorum vocibus est percantatum. *et templum Societatis,* Inde ex veteri urbe in minorem, per oblongum pontem, qui Moltavam amœnissimum flumen jungit, transitum. Vix vero sacræ Reliquiæ Urbem-Veterem egressæ in ponte conspectæ sunt, cum statim ex arce opposita bellicorum tormentorum festo fragore sunt salutatæ. Pons ipse latus et longus pompam conspicuam fecit, in cujus medio Christi a Cruce pendentis signum consistit, ad quam Crucis amator Norbertus nonnihil moratus est. Pontem ex altera parte Praga-minor excipit, magna parte Catholica. Ad ejus portam ubi perventum, *ex veteri in minorem urbem:* cataphractus in equo juvenis adfuit, qui stricto eoque splendenti gladio Sanctum veneratus, tutelam Urbis et Regni cum gladio obtulit; ipse deinde functus legatione, præambulis subsequisque tribus adolescentibus nobilibus cum tædis, Eques gladium tota reliqua Processione Sancto prætulit. Ascensum deinde in Urbem-minorem, itumque usque ad arcum *tum per arcum secundum* triumphalem secundum; quem Respublica ejus civitatis suis sumptibus S. Norberto gratulabunda eduxerat. Ibi rursum quies bajulorum et totius pompæ, ac festæ ex arcu cum salute acclamationes. Porro in B arcu visenda erat effigies crucifixi Domini, septem *et suorum,* radiis illustris, qualis olim sancto Viro oranti apparuit; et ipse etiam Sanctus radiatus ac benedicentis habitu, itaque factus, ut sese ad omnem civitatis partem cum benedictione converteret. Hinc discesserunt in forum amplum, in quo dispositæ equitum cohortes triumphum auxere. Processum post hæc pone arcem, et paulatim ad monasterium *ad ecclesiam Strahovien.* Strahoviense promota supplicatio. Propius accedenti Prælatus cœnobii infulatus occurrit, et ad monasterii portam in ara depositum Sanctum, oratione pietatis affectibus plena, suo et adstantium Præmonstratensium filiorum nomine, non sine dulcibus multorum lacrymis, compellavit.

58 Ingredientibus exinde ad templi vestibulum, *ante quam stabat arcus 3,* arcus tertius triumphalis se obtulit, adeo sublimis, ut ipsum templi culmen despiceret, vario emblemate ingenioque ornatus; e cujus superiori parte accedentem Norbertum duo juvenes salutavere, quorum voces musica interior prosecuta festivas fecit, attonante etiam ex arce sclopeto, et ephebis interea ex eodem, genuum flexu variaque ceremonia Sanctum venerantibus. Illatæ denique in tem- *et pos tæ sunt in altari Reliquiæ.* plum Reliquiæ, et in summo altari solenni ritu depositæ, circiter horam diei primam pomeridia- C nam; ad eam enim usque horam ab egressu duraverat festa processio. Ibi præsentibus adhuc Principibus, Comitibus, aliisque innumeris, Illustrissimus Cardinalis in summo altari sacrum fecit; absque tamen Pontificia ceremonia, se musica perpetuo accinente. Post Sacrum, incensatis Reliquiis, Pontifex populum fausta precatione impertitus dimisit. Atque hæc fuit primo die instituta solennitas, in qua præter inexpectatum cœli favorem, infinita prope hominum multitudo confluxit; tantusque undique plausus et applausus tubarum, et æris tam campani quam militaris, musicorum præterea musarumque fuit, ut dicant, a condita Praga similem triumphum non fuisse conspectum. Certatum quasi inter Comites et Barones pia contentione, quis umbellam, sub qua sanctæ Reliquiæ ferebantur, gestaret. Nec minor liberalitas quam pietas Abbatis Strahoviensis apparuit, qui nummos argenteos plurimos, S. Norberti imagine insignes, cudi fecit, et in pauperes ac populum irrumpentem sparsit, qui deinde nummi ob S. Norberti imaginem et memoriam non tantum in pretio, sed etiam in magna veneratione apud omnes fuere. Eccum eorum ectypon.

D *ex impressis.*





59 Tertia die Maji reverendissimum Capitulum *Accedunt per Octavam supplicantium ordines varii.* Cathedralis ecclesiæ ad templum Strahoviense solennem processionem instituit, ibique rem divinam cum concione ad populum de Sancto Norberto habuit, quod deinceps per octiduum integrum quotidianum fuit; singulis enim diebus aliqui ex Ordinibus et Regularium familiis adfuere, qui supplicatione instituta, Sacra ibi peragebant, et Sanctum pro Concione laudabant. Præceptumque fuit ab Archiepiscopo omnibus per Urbem Concionatoribus ut per eam Octavam non aliud sibi thema nisi S. Norbertum laudandum sumerent. Nono Maji, qui fuit octavus Translationis, mane post sextam, *9 Maji instauratur triumphus* venerandum caput S. Norberti cum processione Præmonstratensium in Forum Theinense delatum E fuit, ut novus denuo triumphus institueretur; cum maximo iterum populi concursu. Descendentibus obvia processio academiæ Pragensis se nostris junxit, pulcherrimo ordine ac varietate illustris; aliis cereos, palmas aliis præferentibus, RR. Patres Societatis longo agmine incessere linteati, et stolis quisque suis insignes. Umbellam gestarunt primum in descensu Religiosi, deinde Urbis Proceres et Comites. Caput sacrum tres Præsules mitrati per vices tulere. In medio foro Theinensi Præmonstratensis quidam, oratione ad sanctum Patrem dicta, universis Ordinibus populoque Pragensi gratias egit pro insigni pietate, qua per elapsum octiduum sanctissimum Patrem prosecuti essent; faustaque omnia invictissimo Imperatori, Regno, Triurbi est apprecatus.

60 Processum dein ad primum usque arcum triumphalem, musicis instructissimum; ubi ex aliis insistentibus tres ornatissimi adolescentes descen- *per eosdem tres arcus,* derunt; qui triplicis Urbis nomine obvii Sanctum salutarunt; subeuntem vero lipsanothecam quinque ex arcu medio demissi, et in nube penduli, sanctorumque Regni Patronorum habitu nobiles, tum dictione tum cantu festivissimo exceperunt. Inde per Societatis templum et pontem in Civitatem-mino- F rem ad alterum arcum, tam Musicis quam Musis illustrem transitum: suspensæ ibi variæ coronæ ex auro, hedera, quercu, nobili versu sancto Patri sunt dedicatæ. Denique in templo Strahoviensi, solenni sacrorum apparatu Divinis peractis, verba ad frequentissimam concionem de sancto Patre a quodam e Societate sunt facta; ubi inter aliam honorificam Præmonstratensis Ordinis mentionem, etiam zelus ejusdem animarumque singulare studium est prædicatum, nec ante secundam pomeridianam hic Dei Sanctique cultus finiit. Post Vesperas festa symphonia celebratas, rursus e Societate unus in con- *et usque in noctem festive continuatur.* cionem ascendit; et eleganti oratione Latina, de fructu Apostolicæ vitæ et Præmonstratensium in Vinea Christi labore, deque instituto mixto ab ipso sancto Patre fundato suisque relicto disseruit. Post hæc ex arcu triumphali, pro templi foribus, scenica actio instituta est: cantatum a duobus pueris, solenne Canticum Benedicite omnia opera etc. Quidquid illi in cantico nominarunt musica intercinente, mox ad nomen in arcum scenamque prodiit; ignis, æstus, frigus, aqua, pisces, orbes cœlestes, etc. aviculæ etiam cum affixis schedulis dimissæ in publicum

EX IMPRESSIS.

A blicum, quasi ituræ in orbem, et gaudium hoc universis annuntiaturæ : ignes excitati, eaque actio in noctem ipsam spectante populo et proceribus est producta. Atque hæc breviter, Deum humillime precor, ne nutantes transferantur filii ejus et mendicent, et ejiciantur de habitationibus suis; sed ut cum sancto Patre suo translato exurgant, et induti virtute ex alto crescant et germinent sicut lilium, et sicut cedrus libani ramos suos in omnem terram diffundant.

CAPUT VII.

Descriptio Sacelli, in quo Reliquiæ collocandæ erant.

In navi media ecclesiæ

Esto dignissimus esset Pater sanctissimus, suarum ut Reliquiarum thesaurus quam splendidissimo a filiis Sionaris honoraretur mausoleo; quia tamen pronissimæ in obsequium voluntati sæpe potestas deficit, sacellum, tanto quidem habitatori nondum conveniens, pro facultatibus tamen suis quam poterant sumptuosissimum, adjuvantibus patronorum aliquot
B liberalibus suppetiis, sanctissimo Patriarchæ poni curarunt. Situatum illud est in medio fere templi, a chori cancellis terminati limine, undenum pedum spatio distans : qui locus, post aræ supremæ stationem, omnibus videtur honoratissimus juxta et commodissimus; nam et e choro a Religiosis (in quorum mentibus sanctissimi Patris memoria perpetuo versari debet) undequaque est conspicuus; et totius populi ad ipsa statim ecclesiæ limina adeo ferit intuitum, ut etiam summi altaris aspectum minuat, nisi quatenus is per cancellatas ferri compages trajici potest. Castelli sive turriculæ undecumque perspicuæ formam sacellum repræsentat, pedes latum octo et semis, totidem profundum, altum octodecim; majore videlicet aliquanto proportione quam dupla; angustius quidem, quam usus ac rei majestas postulare videantur, aliquanto tamen quam ipsa fere loci conditio patiatur amplius. Totum ab imo ad summum usque verticem, e solidis clathris ferreis, varia elegantissimaque arte ductis et inauratis constructum. Ædificium omne inferne, coronide tenus, forma quadratum est, quaternis juxta totidem mundi plagas lateribus clausum : quorum in occiduo geminæ ejusdem operis ac materiei fores hærent, altitudine pedum octonum et semis, latitu-
C dine quaternum minus sexante : quibus hinc inde disclusis ipsum adiri solet.

erigitur sacellum ferreum quadratum

clatris per singula latera eleganter ductis perspicuum

62 Liminis apte phalerati projectique, quatuor pedum ac dodrantis est latitudo, altitudo semissis : cetera quæque latera duas in partes, dexteram sinistramque ceu facies quasdam, columnis alteram ab altera secernentibus, distinguuntur. Eæ adeo, quam architectonices ratio ferat, necessitate longiores, in toto opere novenæ visuntur, undenum fere penum altitudine. Quaternis ad angulos totidem; ternis inter laterum, ac diximus, trium facies componentibus; reliquæ binæ in occiduo latere, ipsaque adeo sacelli fronte stationem habent; fores ipsas, egressis e corpore suo supra infraque cardinibus, sustinentes; et a faciebus, quæ cetera frontis illius seu lateris occidui spatia tanto reliquis angustiores occupant, dividentes. Cum enim illæ quatuor, triente minus, pedum singulæ latitudinem teneant; hæ vix dimiduum assequuntur, longitudine pares : quæ quidem ex æquo omnibus eadem cum columnis, nisi quod illæ (facies puta) his aliquanto constrictiores sunt, margine trium et semis unciarum, quem intra, ceu canthos quosdam, cancellorum artificium varie discurrens concluditur, non ad

basem inferne et coronidem superne statim conti- D guo; sed, elegantiæ ac perspicuitatis gratia, non nihil utrimque distante : adeo, ut fibulis dissimulati tectique operis, ædificio reliquo facies ipsæ compaginentur. Ei margini, faciem quamque modo quem diximus ambienti, linea seu regula per medias ipsas facies discurrens, in duasque iterum partes singulas discernens, figura et latitudine similis est. Sic enim artifici opus omne partiri placuit; quod ea ratione cum firmitudini, tum venustati (quam varietate conciliari, notum est) prospiceretur. Cum enim laterum singulorum non nisi binæ sint facies, regularum istarum commento velut quatuor exhibentur; superiores binæ, totidem inferiores : quarum ea est ratio; ut, quæ ejusdem ordinis sunt, specie figurave operis conveniant inter se, ceteris dispares.

63 Qua parte facies columnis per cochleolas adstringuntur, frondes per intervalla columnas ipsas extrinsecus, quasi parerga quædam, quo decentior et occultior membrorum compages esset, inumbrant. Regularum et marginum intra limbos inauratos, columnarum quoque ater color est; stellulis sparsim ex auro interlucentibus; idem coronidis ac basis ipsius; quod eo nimirum tinctu aureus par- E tium reliquarum fulgor eminentior gratiorque fieret. Coronidis tamen lemnisci seu phaleræ, ipsæque projecturæ plurimum inauratæ sunt. Extremis columnis, quæ videlicet ad angulos sacelli dispositæ sunt, singula inferne ab exteriori parte statumina, decuncem plurimo sui lata, tres pedes et semis alta, in solumque defixa, pro elegantia magis ædificii quam firmitate, artifex opere phalerato, apposuit. Universæ moli solido e ferro basis, circiter semissem pedis alta, profunditate aliquanto minore, quasi pro fimbria, ad modumque coronæ, prominentibus labris fabricata subest. Eadem, qua parte valvas seu fores adspicit, iis liminis officium præstat. Basi marmor, reliquo ædis pavimento æquale, suppositum : fidelius puta ferendæ tanti ponderis machinæ, librarum quippe sexies mille et centum. Quibus si Aligerorum, qui fastigio et coronæ operis noveni ex ære fusiles insistunt, pondus addideris; librarum sexies mille quingentum et quindecim summam colliges.

interlucente ad ornatum auro,

opus librarum 6515:

64 Corona porro aliquanto, quam basis altior, quippe novenum digitorum, limbisque suis, phaleris, ac projecturis operi congruis decenter adornata, ab imo solo pedes abest semi-duodecim. Ei fastigiola, octona molliter ab ima pedum quaternum et quadrantis latitudine in acumen altitudine sesquipedali F assurgentia, quasi pro totidem murorum culminibus aut pinnis ad ornatum imposita sunt. Tot enim in facies velut muros singulos parietesve Sacelli latera distributa fuisse, ostendimus. Fastigiolis ad summum sphærulæ formæ compressioris impositæ cernuntur, quarum e summo coni turbinati procedunt, flammulas sursum ejicientes. Intra hæc fastigiola, ex interiori coronæ labro, operis universi tectum, cameræ seu fornicis ab omni parte in tholum tamquam centrum suum coeuntis forma, senum pedum altitudine, adscensu molli et eleganter incurvo erigitur. Id tectum, non minus, quam cetera perspicuum, radii molliter flexi, duum pedum altitudine, totidem pedum et quadrantis latitudine, efficiunt : quorum radiorum alii directi, alii flammarum specie vibrantes, alternatim e tholi labris, cuspide in interiorem coronidem insinuata, sese demittunt, ad eum videlicet modum, quo divinæ Matris, amictæ solæ mulieris, effigiem, a pictoribus et cælatoribus radiis ambiri solere vulgo conspicimus, ut adeo sacello pro tecto sol quidam suus imcumbere atque illucere videatur.

vario artificio sursum ductum,

65 Tholus ipse, e quo radii quos diximus æquabiliter



SACELLVM CORPORIS S. NORBERTI PRAGÆ

A biliter sparsi prodeunt, inferiori operi respondens, adeoque forma quadratus, ita turritim erigitur; ut ab imo, altitudine fere sesquipedali, trium pedum ac bessis latitudine, eademque profunditate, directe assurgens, porticum columellis eleganter distinctam referat: quarum columellarum, a basi sua seu infero porticus limine, ad superum usque ipsam illius coronidem, fere pedalis altitudo est. Inde vario venustoque flexu coeuntibus pariter ac sensim lateribus, triplici discretione tholus in obtusum quadrumque latitudine trientis apicem fastigiatus desinit: altus proinde in universum, ab ima porticu cacumine tenus, pedes quatuor. Ad angulos tholi sphærulæ frondentes, egressique ex iis coni seu pinnulæ, per intervalla triplicis quam diximus discretionis, impositæ sunt. Apici porro paulo ante memorato Aliger ex ære fusus, super quadrum, altero pede, specie volantis, insistit; dextra quidem coronam, palmæ terminem leva pretendens; præmium quasi aut ejus symbolum Triumphatori illic quiescenti. Modus Aligeri, duo pedes et quadrans: pondus, libræ septem et quadraginta. Simili ratione atque opere quaterni alii, totidem extremis ædificii angulis super coronidem impositi, ac supremo illo quadrantem minores, B ovata specie parmulas ære fusas utraque manu tenent et exhibent, veluti quædam Norberti victoris trophæa, rebus ipsius gestis et elogio congruente, opere anaglyptico inscriptas.

tholoque eleganti terminatum,

66 Primi quidem, hoc est, ejus, qui dexterum frontis cornu occupat, parmula, venerabile Sacramentum in perspicua turritaque pyxide ostendit, circulo ad extremam scuti oram circumducto epigraphe addita: S. NORBERTUS, AUGUSTISSIMI SACRAMENTI VINDEX. Alterius Aligeri, qui sinistro frontis ejusdem cornu conspicitur, scuto duo senemata repræsentantur; alterum reducti in Urbem ope S. Norberti, in sedemque suam collocati Innocentii II Romani Pontificis, expulso qui eam raptor invaserat Petro-Leonis schismatico; alterum, expugnati per eumdem Tanchelini. Prius quidem superiore scuti campo, duabus hinc inde manibus medium Papale solium a Pontifice insessum sustinentibus, visitur (quo emblemate SS. Norberti et Bernardi, in ea peragenda fidelis ac potens opera insinuatur) posterius, inferiori, sancto Norberto hæresiarcham pedibus subjectum calcante. Unde circumscriptus extremus ambitus hoc elogio: HÆRESEON ET SCHISMATUM DOMITOR. Tertii Aligeri, qui reliquorum ad Ortum angulorum dextero insistit, parmula eumdem ipsum C exhibet, egenorum turbæ circum se fusæ stipem utraque manu effundentem, addita circumscriptione; PAUPERUM ALITOR. Quarti denique parmula S. Norbertum refert, inter aversos ante hac medium, eosque commissis in amicitiæ fidem manibus invicem conciliantem; id quod circumscriptio explicat. DISSIDENTIUM CONCILIATOR. Omnes porro pro suppedaneo sphæras habent æque fusiles, quibus singuli, volantium ritu efformati, altero tantum calce insistunt. Harum altitudo quincuncialis.

et Angelis volantibus quatuor per totidem angulos,

cum parmulis elogia sancti complexis.

67 Præter hos stationarios, alii pari numero, modi ac ponderis ejusdem, in eadem summa coronidis ora, inter fastigiola quæ diximus, ac proinde medio laterum, sedentes visuntur, sellis planis itidem ex ære fusis. Eæ in modum sigmatis, cornibus, quam sint media prominentioribus efformatæ, nonnullam epistylii speciem referunt, pedis et unciæ latitudine; profunditate trientis, quadrantis altitudine. Ex imo sellæ labro quasi velum demittitur protuberans, et a summo latius, ac deinceps continua contradictione arctius; femineo capite, anaglyptica ratione cælatum. Et illi parmulas dextera manu longius porrecta protendunt, similiter cælatas et inscriptas. Quarum in occidua, hoc est ejus qui sacelli fronti medius insidet, dæmonum turba, S. Norberti pedibus cal- D cata, exhibetur cum Epigraphe: DÆMONUM TERROR. Ejus vero qui Orientem medio sedens adspicit, parmula eumdem iterum S. Norbertum exhibet, expansa utrimque veste suum Candidatorum gregem, ut gallina mater pullos alis solet, tegentem et obumbrantem: quod emblema circumscriptio exponit, PRÆMONSTRATENSIUM PATRIARCHA. Tertii, qui meridiem spectat, scuto designantur, Pontificia Norberti dignitas, additusque a Romano Pontifice, ob merita ipsius, Magdeburgensium Archiepiscopis Primatus Germaniæ. Id designat figura sedentis in Hierarchica cathedra, cum ornatu et insignibus summi id ordinis Sacerdotii; a dextris Aquila Romana, Imperii signo; a sinistris Magdeburgicæ Diœcesis tessera adscriptis, Circumscriptio hæc est: MAGDEBURGENSIUM ARCHIEPISCOPUS ET GERMANIÆ PRIMAS. Ultimi denique in Septentrionem versi scutum nobilissimi Martyris S. Gereonis. Reliquias exhibet, Ubiorum Coloniæ caras et celebres, atque a S. Norberto, cœlesti indicio, mirabiliter inventas. Circumscriptio hæc est: RELIQUIARUM CŒLITUS INDEX. Cujusmodi plura Sanctorum corpora simili indicio ibidem detexisse, legitur. Porro singulorum, tam stantium, quam sedentium, cum sellis suis aut sphæ- E ris et parmulis pondus, libræ sex circiter et quadraginta.

alius item sedentibus quatuor per latera,

ex impressis.

sessilesque parmulas protendentibus

68 Atque hæc quidem Sacelli istius cum ornatu suo, non tam descriptio quædam esto, quam designatio: cum fieri nequeat, ut ejusmodi variæ magnæque artis opera oculis idoneæ satis ac pro rei merito per verba subjiciantur. Certe constat peritorum confessione, imo præconio, supra invidiam esse tam ingentis illius e ferro, hoc est, intractabili materia, operis artificium; et omnino tale, cui geminum non temere alibi reperiamus. Altare puniceo colore marmoreum, non in medio sacelli, sed proxime ad Orientale ipsius latus situm, novenis ex ære fusili columellis incumbit: longum quidem pedes senos et unciam, quaternos minus sextante latum; septuncem profundum. Columellæ cochleides, vite eas cum pampinis suis et uvis circumplectente, ad legem compositarum factæ sunt. Altitudo cuique universi quidem corporis trium pedum et sextantis; scapi duorum et semis, stylobatæ cum spira quadrantalis; epistyliorum quincuncialis: singulæ pondo plus minus nonagenum. Lapidi insistunt itidem marmoreo, ejusdem cum superiori coloris et amplitudinis. Jam altari ipsi Aligeri duo, fusi et ipsi ex ære solido, nobilissimæque artis, habitu sto- F latorum impositi sunt; qui Arcæ sacræ geruli, ad interiorem oræ regionem hinc inde diversi, ac velut adversi, poplite venerantium ritu nonnihil inflexi, utraque manu pretiosam sarcinam sustentant, altero austrinum cornu tenente, boreale altero. Horum altitudo, pedes quatuor cum sextante: semiquingentum librarum cuique pondus. Artifex novo commento ita materiam tinxit, ut intuentibus revera aurei videantur.

Intra hoc sacellum erectum altare,

columellis æneis fultum.

super quod duo Angeli ænei,

69 Hi sicut et columellæ, de quibus diximus, Illustrissimorum fratrum, DD. Baronum a Questenbergh, Gerardi et Hermanni munus sunt; quo iis et ad hunc quoque annum sua in Sanctissimum Norbertum studia, in nos munificentiam testari placuit. Iisdem et in Sacelli structuram collatos sumptus magna parte debemus. Utrique Aligero bases ebeno vestitæ, quadræ, latæ pedem et semis, septuncem altæ subjiciuntur. Itaque justum inter Arcam et Altare spatium patet; pedum videlicet quatuor et quadrantis: ut ipsa adeo bene sublimis ac proinde conspicua manibus bajulantium Aligerorum incumbat. Ejus spatii profunditati latitudo respondet, tantum Aligeris inter se distantibus, quanta sacri loculi

arcam sacram in altum elatam sustinent

A Loculi longitudo est. Inter bases non minor, quam pedum quatuor, distantia intercedit. Opportunus locus dimidiatæ statuæ, quam propriam sanctissimo Capiti thecam ab Illustriss. D. Polyxena Pernstainia Manriquezia, Illustriss. Dom. Archi-Cancellarii Zdenconis Adalberti, Principis a Lobkowicz Conjuge, pro suo et mariti in Sanctum nostrum studio, in nos favore, dari dicarique alias diximus, collocandæ. Præ foribus Sacelli altius aliquanto lychnus argenteus e summo fornice demissus pendet, ignis æterni pro honore Sancti focus. Argenteam reliquam suppellectilem, apparatum sacrificum Sacello peculiarem, hic enarrare intermittimus. Licet ea inter sit Capella, quam vocant, id est, hierarchicus Antistitis cum procedentis tum sacrificantis, et duorum pro ministerio adsistentium amictus, e tela argentea flore aureo intertexta, Serenissimi Principis. Ac D. D. Wolffgangi Wilhelmi, Comitis ad Rhenum Palatini, Neoburgi, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ, Montium Ducis, etc. donarium; quod ipse, angustias domus nostræ hospitio sui dignatus, heroica munificentia S. Norberto, Civium suorum olim populari, oblatum ivit.

ex impressis.

B 70 Arca, in qua S. Norberti Reliquiæ sunt reconditæ, accurati est operis, e rara materia magnique pretii. Ipsa fabricæ compages, seu potius corpus, cedrinum est, immissis per latera ac superne ex Indico ligno tabellis: quod lignum colore spadiceum, et pariformiter maculosum, discurrentibus per totum obscurioribus velut undulis, cum ebeno soliditate, pondere, lævore, atque nitore certat. Assulæ quoque minores quadræ, utrique ad latera fronti insitæ, e rariori materia elaboratæ sunt, quam hodie calamum marinum vocant; quæque maculis suis æque distinguitur, ita pullis pallidas intercurrentibus, ut dubium sit uter sit color potior. Totum opus duas in partes dividitur separabiles; inferiorem, quæ scrinium; et superiorem, quæ pro operculo et operis quasi coronide est imposita. Scrinium ipsum imposita desuper valva clauditur, et triplici sub sera custoditur, longum pedes quinque et semis, latum aliquanto minus quam duos, sesqui altum. Limbi ejus superi inferique undulatim dolati, qualis est species æquoris, cum æquabili fluctuum volumine sinuatur. Coronis, molli et nonnihil introrsum curvato ac velut subsidenti fastigio, ex omni parte erecta, et pedis ac semis altitudine finita, non in acumen desinit, sed summo plana, cum
C inferne eamdem habeat cum scrinio subjecto in longum latumque extensionem, superne aliquanto quam pedem latior, et quam quatuor longior. Eam sui quoque limbi exornant, pari artificio undulati seu fluctuantes.

pretioso varioque ligno compositam,

71 Convexum coronidis seu tabulatum extremis hinc inde cornibus gemini semi-Cherubini occupant; qui capite et humeris e reliquo opere velut emergentes, adversi alter alterum intuentes, cincinnis supra frontem collectaque in nodum cæsarie circa verticem decori consistunt, alis in medio cancellatim concurrentibus. Ipsi plusculum quam pedem alti e cedro; alæ sesquitertium pedem ab humeris, unde brachiorum vice ac more exeunt, protensæ, ex Indico ligno affabre figuratæ sunt. Tota adeo structura utriusque ab imo ad summum, ubi alas concurrere diximus, trium cum semissi pedum altitudo est. Argenteus hinc inde color nativo inductus, mire opus exornat. Porro tam coronidem quam scrinium ipsum, argenteæ complures laminæ fusiles, et varias in species efformatæ, suis quæque regionibus congrue obtegunt et ornant. Medio capsæ ante retroque in aureum campum, quem argentei Cherubinuli utrimque manu stantes prehensant, Muneratoris gentilitio insigni ac nomine inscriptis.

cælatamque

72 Hactenus forma et figura Sacelli Norbertini D verborum coloribus abunde depicta est. Quia vero exhinc genuina, ac suo conformis archetypo, universi operis idæa ægre a quoquam concipi potest, illo præsertim qui non singula oculis præsens lustravit; sacelli totius ectypon in ære sculpendum atque historiæ huic inserendum curavimus, una cum Corona post modum fabricata, quæ super Sacellum Divi sic eminet, ut supremum ex geniis Alitem Sacello insistentem circumambiat. Rarum in ea mirantur opus quotquot ecclesiæ Strahoviensis limina primum adeunt; nec facile conspicuum est intuenti, quonam modo tanta illius machina in aere pendula sustentetur; cum undequaque spectetur libera, præterquam in suprema sui parte, qua in sphæram desinens cruce terminatur, ferrumque tegit; quod octo fere ulnas nostrates longum, crassitie ponderi tantæ molis ferendo adæquata, robustissimis e trabibus quam optime firmatum, descendit per supremum ecclesiæ fornicem, cujus foramen rosa grandis obtegit expansis in quadrum foliis; inferne autem ferreis quatuor annulatis, eque interiori Coronæ limbo per paria intervalla sursum tensis apprehensum vinculis, universam Coronæ machinam sustentat. Ea vincula, uti et extima tota Coronæ super- E ficies, auro tecta est obrizo; interior autem ex argenteo in puniceum vergit; colore istiusmodi argenteis foliolis superinducto. Tribus arcubus eleganter fimbriatis, in latitudinem non modicam excurrentibus, superne Corona rotundatur, quorum maximus per ejus verticem excurrit. Omnes hi, uti et infimus, in oram Coronæ desinens, Alitum octo verticibus incumbentem, unionibus atque gemmis multicoloribus, nec non flexuosis, visuque perviis spatiolis varie sunt interstincti. Medii duo, aliis dimidiis in vertices suos insertis, infimo ad horizontem exacte parallelo junguntur: quorum eorumdem fastigiis sphæræ pariter inauratæ, at suprema illa paululum minores, insident. Ex supremo zonæ gemmatæ limbo, quem horizonti æquidistantem diximus, octo latius mucronata, minoribus totidem disterminata, consurgunt parerga, anfractuoso effigiata opere, quorum umbilicos gemmæ prægrandes exornant. Universa operis hujus e ligno constructi machina, variis compagibus arcuum, ex solidissima ferri materia per intimam superficiem ductorum, quam optime firmata cohæret. Altitudo Coronæ totius quatuordecim nostrates ulnas quadrante supergreditur, maxima diametralis latitudo tredecim ulnas continet, minor vero quæ est oræ infimæ octo F cum dimidia: peripheria inferior, septem supra viginti ulnis comprehenditur.

supra sacellum corona pendet epanoclista:

vasti ac pulcri ex ligno inaurato operis,

73 *Hactenus decerpta ex quarto Strahoviensium libro, anni (ut initio præfabar) MDCXXIX, cum jam appensa Corona esset; nondum fabricata, quando in Sacellum supradescriptum illata sacri Corporis Arca est, ea pompa quam capite sequenti describemus, ex libellorum ante quartum impressorum tertio. Nunc ære expressam hic Antuerpiæ Sacelli Coronæque formam considerantes, monitos velim, nostram hanc sculpturam a prototypo Pragensi differre in eo, quod vastissimæ (ut supra dictum) Coronæ molem, dimidio minorem quam sit repræsentari voluerimus, ne pileus (ut sic loquar) enormiter excedere videretur mensuram capitis eo tegendi. Meminisse enim Lectorem oportet quod num.* 76 *describatur* Sacellum pedes octo et semis, *id est cubitis (qui hic videntur venire nomine ulnarum Pragensium) non integris sex,* latum *atque* profundum; altum pedibus octodecim *sive cubitis duodecim. Confer cum hac mensura, latitudinem* tredecim, *altitudinem* quatuordecim ulnarum, *quas dicitur tenere Corona; nullamque servatam proportionem dices. Crediderim fieri, ut ex imo suspicienda ab intuentibus moles, multo*

ea cur in tabula exprimatur dimidio minor quam sit

ALTARE ET ARCA CORPORIS S. NORBERTI PRAGÆ

ARCA REL. ANTVERPIÆ.



A *multo minor videatur quam sit; eoque non offendat vel minuat, sed etiam addat majestatem infra stanti sacello. Verum id præstare non potuit tabella sculpta, æquali ex distantia subjiciens oculis Sacellum et Coronam; ideoque hanc hic maluimus exhibere contractiorem. Diversa sunt Coronæ et Umbellæ, sive (ut vulgo loquimur Baldechini) officia, uti et forma; nec facile una in alterius locum venit. sic ut oculus ad artis regulas assuetus non offendatur, nisi magno adhibito moderamine, de quo hic non ausim spondere; maxime cum ex iis qui viderunt, audiverim non placere disproportionem tantam. Quæ utrimque appensa vides scuta, locum habent in duobus illis scutulis, supra utrumque ostii postem in tabula vacuis, ubi* Questenburgiis, *tamquam præcipuis operis pulcherrimi promotoribus locus dexter conceditur, sinister* Strahoviensis Abbatiæ *insignibus.*

Forma altaris et arcæ.

Quoniam vero non satis apte exprimi poterat tota forma et elegantia altaris atque arcæ, eam exhibemus tibi in altera tabella seorsim, auctam insigni argentea lamina recentius curata et una cum corporis Christi tabernaculo; quibus totus infra arcam vacuus locus speciose nunc impletur; nihil tamen eorum tunc aderat, cum quæ tractamus excuderentur: recentioris enim operis sunt, ex hodierni Abbatis munificentia magnifica. Accedit ad B *implendam laminam forma Arcæ Antuerpiensis, de qua infra.*

CAPUT VIII.

Vertente anno primum Depositionis festum institutum, et magnifice ducta processio.

Invitati ad depositionis festum

Ita nunc Sacello, quæque illuc pro usu vel ornatu pertinerent, utcumque potuimus, comparatis; annuum Translationis diem expectare visum est, qui idem sanctissimarum Reliquiarum Depositionis dies fieret. Quæ quo solenniter ac pro rei dignitate institui posset, invitati ab Antistite nostro, piissimus Cæsar cum Augusta, Rege filio, filiabus Archiducibus; uti ad hunc ultimum circa munus illud suum nostræ devotionis actum, simulque ad primam annuam Translationis vere triumphalis commemorationem, suam suorumque (quæ una nobis ac festo, præ omni, imo pro omni humano decore et ornamento futura esset) præsentiam, tamquam soles totidem, irradiare benignissime pateretur. Ita comiter ab eo responsum invitanti; ut ultro etiam, illam sibi lucem in votis pridem fuisse, ac vehementer desideranti venturam, assereret. Cupere se quacumque ratione venerari S. Norbertum; idque nunc C unum gaudere, quod obsequium, anno superiori intermissum necessitate, hoc ipso compensandi copiam nactus sit.

Cæsar et Proceres

Post Cæsarem aditi atque idem rogati Principes, qui in urbe essent; cum Aulæ, tum Regni utrovis ordine Primores. Missæ quoque, ut alias factum, invitatoriæ ad Societatis nostræ in Germania, Gallia, Belgio Patres; ut quos a Translatione necessitas nolentes ac dolentes abstinuisset, ipsa Depositio haberet præsentes. Urbicus uterque Clerus, cum rogatu nostro, tum Illustriss. Reverendissimique Principis, D. Cardinalis ab Harrach Archiepiscopi Pragensis monitu aut etiam jussu compellatus est.

in diem 21 Maji,

Ad diem igitur, præter spem, jucundissima serenitate ridibundam, Kalendarum Juniarum XII, quartam a Paschali Dominicam (ea deinceps, non Maji secunda, hoc ipso titulo anniversaria erit) matutina sexta hora, cum sacris Reliquiis ad metropolitanam ædem e nostra, itione continuata, processimus. Agmine quidem rariori, ac minore pompa, quam redeundum esset; Cæsare, Hierarcha, Collegio Sacerdotum, in Metrepolitana primum, ubi nos præstolabantur, ad seriem accessuris. Ordinum tamen Sacrorum aliquot familiæ, D quas tamquam viciniores ad egrediendum ita mane nobiscum vocaveramus, adfuere, nostrorumque agmen duxere.

EX IMPRESSIS. progressum a Sionæo monte pompam

Post eos signa, trophæa, vexilla; numero, modo, ordine, quem anno superiori servatum in Octiduo ostendimus, a dispositis prælata. Post ea, argentea Cruce cum niveo argentei textus conopæo, candidorum Canonicorum insigni, præeunte; incessimus, amicti supparis lineis; et qui Sacerdotes essent, stolati; olivæ ramum (symbolum triumphatoris) manu altera, altera cereum album singuli prætendentes: numero quidem qua Antistitum qua ceterorum haud sane multo, quam anno superiori fueramus, contractiores. Constat, parum eum abfuisse a nonagenario; ut alter ille duodenario fortasse superaverit hodiernum. Qui e Gallia Belgioque, quamquam itinere longissimo, venire omnino constituerant, aut morbis aut novis bellicorum tumultuum rumoribus intercepti, optimorum desideriorum suorum deliquium necessitate passi sunt.

75 Antistes extremum agmen, infulati ac super interiorem habitum Sacerdotalem cyclade pluviali amicti, optabili sarcinæ magna cum reverentia, iterum se bajulos præbuerunt; Sanctissimum caput, argentea sua theca clausum, proxime ab eis sub conopæo gestante, Rever. adm. D. Abbate Gradicensi: nostro enim Præsuli, eo glorioso pietatis E obsequio supersedendum fuit; quo spargendis missilibus (ut anno superiore) numis manus haberet liberas. Siquidem in egressu dumtaxat pompæ, et ad metropolitanam aditu, sparsionem facere oportuit; in regressu enim, ob præsentiam Cæsaris, futura non erat illius faciendæ copia.

excipiunt in Metropolitana.

Ita ad arcem usque ac metropolitanam ædem processum est; spectatissimis magno numero viris niveas e cera faces, ad utrumque pompæ latus, ferentibus. In ædem ingressis nobis, Antistites bajuli sacram sarcinam ad aram summam deposuere; Cæsare (qui sub hæc e palatio cum Augusta, filiabus Archiducibus, Magno Etruriæ Duce ejusque fratre, recens hospitibus suis, descendens, templum inibat) sanctissimas Reliquias gestu supplici et magno pietatis affectu coram omnibus venerante. Serenissimum Boemiæ et Pannoniarum Regem, Augusti filium, morbus, qui per eos dies invaserat, felicitatis ac lætitiæ illa luce nostræ cumulo invidebat.

76 Exinde Cæsarem ita Antistes noster allocutus est. Annus est, invictissime idemque piissime Cæsar Auguste, Rex noster ac Domine clementissime; annus est, cum beatissimi Norberti, Magdeburgen- F sium olim Archiepiscopi, et Germaniæ Primatis ob rerum a se gestarum merita primi, sacrique Præmonstratensium Ordinis Conditoris, viri undecumque magni, venerandum Corpus, Sacratiss. Majestate vestra e manibus illud alienorum (ut nihil verius dicam) asserente, suisque in proximo Sionæis ad urbis hujus et regni præsidium assignante, transtulimus.

Cæsarem affatur Abbas:

Pompa quidem, qualis quantaque tanti in ecclesia Dei Herois ossa sacra, pro virium nostrarum modo ac temporum conditione, deceret. Unum modo lætissimi triumphi et ceteroquin splendidissimi cum gaudio, tum luci deerat; auctor ipse et munerator, vestra Majestas Augustissima; ac si dicam, sua annulo gemma; suum cœlo lumen; suus diei sol; corpori suum caput. Itaque unum modo tum illud deerat; hoc est, omnia: quia Cæsar aberat Ferdinandus. Aberat autem, non quod nollet, ille ubique alias, cum negotium pietatis agitur, primus promptissimusque; sed, quia, rebus communibus aliud poscentibus, quod maxime cuperet, non etiam æque posset.

sibique gratulatur hoc anno compensatum, quod superiori defuerat,

Eum ad lætitiam omnium in hac re nostram tam ingentem cumulum hic demum annus, vel eo nomine beatissimus, nunc adjecit; ut, Augustissima Majestate vestra præsente, et amœnissimum

A amœnissimum optimi vultus sui jubar anniversariæ EXPRESSIS. triumphi nostri diei adradiante, celebriorem multo Translationis memoriam, quam Translationem ipsam, habeamus. Tanti et suis et omnibus unus Cæsar. Quanquam, Augustissime Cæsar; non tam hodierna anno vertente lux, superioris festi, commemoratio revera sit, quam consummatio. Etiamsi enim Reliquiæ sacræ tum temporis in urbem, per eamque omnem in Sionæam ædem illatæ, atque adeo translatæ fuerint; nondum locum tamen aliquem in ea sibi proprium obtinuerunt. Non obtinuerunt autem; quod, pro Augustissimæ Majestatis Vestræ nutu, Translationem deproperantibus nobis, mora deesset, cum locum tanto hospiti pro æterno deinceps solio, aut potius illius suæ partis cubili quodam aptandi, decenterque satis adornandi. Igitur alibi eis, aliena (inquam) et temporanea sede, *jam parato sacello proprio,* ceu diversorio quodam, deponere tantisper oportuit; dum propria extructa interim instructaque, illuc demum novum hunc Boemiæ, Germaniæ, Imperii Romani, ipsius propriæ Regiæ Augustæque Austriacæ Gentis Tutelarem transferre contingeret ac collocare. Id nunc, annuente bono Deo, et Sacratissima Majestate Vestra cupide ultroque (quod sane gau-
B demus et gloriamur) cum augustissima Consorte sua, Serenissimis Archiducibus, præsente, agimus; et inchoatam anno superiori sanctissimi Norberti Translationem consummamus. Bene vertat, qui vertit orbem; et felix hodie faustumque Augustissimæ Majestati vestræ et Imperio ejusdem ac Regnis esse, jubeat; ut Divi Ferdinandi Cæsaris Augusti auspiciis, opibus, auctoritate tam pretiosus thesaurus, indignis omnino possessoribus et inhonoro prolixæ noctis situi ereptus, in eamque, quam nunc adeo Majestas vestra videt facitque, lucem et gloriam assertus; ac proprio demum throno, in Ferdi- *et hinc ipsi Augustæque Domui bene ominatur.* nandæi Regni Metropoli, et metropolis ipsius editissimo proximoque cœlis loco; Sionæi, inquam, montis sui medio collocatus; inde, tamquam e summa specula, in omne Regni hujus Imperiique Romani latus, pervigil et æternum custos, circumspiciat; tamquam e corde Germaniæ in membra ejus universa vitalem succum, salubria insinuando, dispenset; tamquam e regiæ Austriacorum arcis proximo, Cæsarem Augustum, vindicem suum et adeo cultorem, omnemque Familiam, quasi pro statione satelles cœlestis, ignea romphæa armatus ac semper excubans, tueatur. Quid Vindici porro, Au-
C guste, ego, mei, quicumque, ubicumque nostri, universa ipsa Præmonstratensium Societas debeamus; quam cupiamus esse grati; quem beneficiorum (in quibus illæ Norberti vindiciæ facile sunt caput) acervo obruti nequaquam possimus; jam publicis quoque litteris non semel mei nostrique mundo fecère testatum, et exinde testatius facient. Pro gratiis porro, quas Augustissimæ Majestati vestræ toties debemus, non alias aut aliunde solvendo, saltem vota ferimus, precumque pro ea ad Deum missarum vectigal: sanctissimum Triumphatorem, cui hodie celeberrimam pompam pro sua pietate præsens agere voluit, animitus obsecrantes, ut eidem pissimæ Majestati vestræ gratias, quas nec agere quidem possumus, ipse Dei potens e cœlo referat, bonorum et hic et illic omnium assiduus impetrator.

77 Postquam dixit, solenni jubilo Triumphatori chorus noster accinuit; Hierarcha, Illustrissimo Principe D. Cardinale ab Harrach, ad Numen per Sancti merita perorante. Canticorum et orationum sive precum, quas hic jam, ad ceterasque deinceps stationes celebrari contigit, modos ac formulas in Octiduo dedimus. Eædem enim hoc anno; nisi quod numero pauciores, repetitæ sunt. Subinde anterius Pompæ agmen, idem omnino quod ad Translationem D anno superiori convenerat, in area templo subjecta, ordinem quo processurum esset cœpit. Eum ordinem, uti et agminis ipsius membra, varia nimirum sacrorum aliorumque hominum Sodalitia, Congregationes, Familias, quando eadem nunc omnia habuimus, quæ in ipso Translationis triumpho, alibi narrata nihil hic repetere opus est. Cœpto igitur moveri agmine, ac nobis jam procedentibus, Hierarcha sacrum Caput in manus, Præsules loculum iterum in humeros acceperunt. Conopæum Procerum dignissimi quique per vices: reliqua Nobilitas, et e populo vel aula digniores, multitudo ingens *Tum simul omnes procedunt ad locum* candidis faces gestarunt. Bajulantes chorus symphoniacorum numerosus modico intervallo præibat, qui dulcissima ac fere continua modulatione aures aurasque mulcebant. Agminis ultimus idem, qui mundi primus; ipse Cæsar: ea compositione corporis, oris habitu, oculorum modestia, serenitate vultus, animi denique pietate procedens; ut in unum, tamquam diei illius aut cœli solem, conversi maxime omnium oculi, et mirifice fruerentur spectaculo, et exemplo saluberrime non sine piis lætisque lacrymis moverentur. Eum Augusta proxime consecuta est; solem suum luna ipsa; Cæsari ut imperii, regnorum, ac thalami socia, sic etiam pietatis: inde Serenis- E simæ Archi Duces; tum Medicæi Principes, Magnus Etruriæ Dux et Frater ejus, uterque solennitatis nostræ decus, ut insperatum, ita sane pulcherrimum. His Gynæceum Augustæ, cæteri Principes et Magnates, ingenti numero successere. Post hæc vidimus (ut Apocalyptæ verbis uti liceat) turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omni gente, sexu, ætate, ordine: tabescente sub hæc invidia; et gloriam cultumque amicorum Dei, quem se illi de hominum quoque memoria abolituros, pridem jactaverant, sic augescere quotidie (quando jam hic fremere ipsis non liceat) gemente. Gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

78 Ita in exteriorem arcis aream portæque ejus ad occasum solis versæ proximam, ubi pompæ caput, *primæ stationis,* sacri videlicet bajuli, Hierarcha, Cæsar, pervenere; depositis ad altare, quod vice triumphalis molis illic loci Cæsar pro honore Sancti erigi jusserat, sacris Reliquiis, prima statio declamante pube celebrata est. Erat illud velut in amplissimo Sacello situm medium, spatioso ante illud tabulato (quod solo reliquo non nihil altius, molli a lateribus ascensu adiri posset, ipsique Sacello stereobatæ vicem præberet) substructo. In eo tapetibus strato Cæsar cum suis, Hierarcha, Antistes consistebant. F Sacelli latera altissimæ columnæ cum stylobatis suis et epistyliis adornabant; porticum, desuper cum coronide impositam, et antrorsum columellis clausum, sustinentes. Ejus medio stylobatem constituerant, cui statua S. Norberti viva insisteret. Stylobatæ prætensa inferne tabula cum inscriptione: D. O. M. AD GLORIAM; AMICO EJUS NORBERTO, AD HONOREM. Porticus in sigmatis figuram ædificata, arctiori introrsum reliquo corpore, cornua hinc inde ad pedes aliquot prominentia extrudebat: in extremis cornibus Romanæ bicipites Aquilæ, columellarum coronide, quantum deceret, editiores cernebantur. Sancti igitur Norberti viva, quam diximus, statua ornatu Pontificio cum oleæ in altera manu ramo stylobatæ suo insistente; juxtaque (inferiori tamen ordine) hic B. Haytone ex Armeniæ Rege, post domitos armis Tartaros et Christo additos, Fratre olim nostro; inde B. Godefrido, et ipso e Comite Cappenbergensi aliquando nostro, per intervalla adstantibus; cornua Beati Hroznata et Gerlacus, Boemici Præmonstratensium Heroes tenuerunt: singulorum ad zophorum coronæ subscriptis nominibus

A nominibus. Vestis omnibus nostra; Rege ac Comite sceptra manu, coronas capite gestantibus. Illos vero, præ ceteris candidæ Gentis receptis jam olim cœlo Patribus, ipsi Patriarchæ adstitores legimus ac dedimus; quod loco isti ac muneri maxime eorum repræsentatio congruere videretur. In arce Boemorum regia et mole, cum reges regiive sanguinis Heroes, tum gentis hujus populares exhibere oportuit. Dicendi porro initium ab Sacro Regni hujus Genio seu Angelo tutelari factum hexametro versu, quo et Norbertus et ceteri personati Divi locuti sunt: sed quæ dixerunt brevitatis causa hic omittuntur, uti et in aliis consequenter Stationibus, quarum et personas satis est indicasse, ut quod fuerit dictionis gratulatoriæ argumentum intelligatur.

secundæ, 79 Altera Statio, simili ratione celebrata in area Ratschinensi, quæ arcem amplissima et occidua spectat; ad altare, quod hemicycli seu dimidiati amphitheatri specie præ suis ædibus Catholici Regis Orator, Illustriss. et Excellentiss. D. Franciscus de Moncada, Marchio de Ajitona, Comes de Osuna, etc. mero magnoque pietatis affectu excitaverat. B Molem sane adspectu amœnam, et numerosa facium ac cereorum cum supra infraque, tum ad latera dispositorum corona conspicuam. Et hic tabulatum erat moli præstructum; Cæsari, ceterisque, quos memoravimus, receptus. In summa super altare introrsum porticu, (quæ et ipsa columellis e coronide emergentibus adornata, semicirculari forma per cornua procurrebat) medius ac ceteris altior iterum S. Norbertus stetit, pari ac prius cultu. Ad latus dextrum longius ab eo adstabat Hispania, ad sinistrum Lusitania; cultu Reginarum, et cum insignibus Regni utraque. Has juxta ad extrema cornua inde America, cum plumeo, ritu gentis, diademate, plumeo item ad umbilicum perizonio, cetera in speciem nuda et hastata visebatur, hinc India, nuda plurimum et ipsa, nimiique solis ustione atrata: ci squamatum e tenuatis piscium ossibus, breve ac bipartitum ante retroque tegmen media corporis velabat; peplo concolori seu nigra et bysso fascia caput, conchyliato monili collum ambientibus; umbella, qualis Indis in usu, desuper imminens solem avertebat. Hujusmodi personas inducendi a conditione muneratoris ipsius capta occasio. Notius, quam ut monere oporteat, Hispaniam, seu Ibericum Bæticumque regnum et Lusitanicum, quorum alteri America, alteri India ancillatur, nunc et olim divisa C Regibus, tunc uno sub capite Austriaco fuisse: Dramati, ut superiori, hymnus et oratio successit: *tertiæ,* quod et alibi factitatum. Hinc processum ad Stationem tertiam. Porta est, medio fere inter arcem et ædem nostram spatio, plateæ latera committens; qua hinc illuc aut inde huc commeantibus necessario transeundum est. Secundum eam, viridantibus arcubus ac decussatis substructam, pictisque ad summum tapetibus ornatam, cives Ratschinenses (id illi urbis regioni, aut potius quartæ Pragensium civitati nomen est) altare, sui quoddam affectus et cultus Sancto delati trophæum, et ipsi erexerant. Ibi tertio pompa substitit. Super fornicem portæ Sacer Boemici regni Genius (idem, quem in arce paulo ante vidimus) longe conspicuus stetit, atque e sublimi Boemiam, clientem suam, infra pegmati e regione altaris habitu Reginæ insistentem, ad accipiendum Sanctum, pro eoque Cæsari gratandum ac bene precandum, adhortatus est.

quartæ. 80 Quartum trophæum Pohorzelicenses statuerant, juris nostri municipes; medio iterum inter Portam, ubi paulo ante stetimus, et Sionem situ. Altare id erat, simili ac cetera ratione adornatum; cujus in tholo constitit S. Norbertus; cui, ut hactenus ornato, pro oleæ ramo Venerabilis in altera D manu Sacramenti fuit effigies. Tabulati quoque *EX IMPRESSIS* substructio tanto ab ara spatio excurrebat, quantum Principum et Antistitum receptui satis esset; ad quod utrimque ascensus molliter acclivis præseptionibus quibusdam turbæ irruptiones excluderet. Ex angulis tabulati pro columnis arbores exsurgebant, comato viridique cacumine; quarum in singula superne latera totidem fronde velati arcus, interque binas quique intercepti desinerent. Ab extremo item tabulato adversum aram pegma erexerant, quinque personarum stabulum. Ibi locum habebant Italia, imperatricio cultu; Gallia, reginali; Belgica, ducali, Rhenus, flumineo. His quinta adstabat Saxonia, ornatu gentis muliebri et splendido; muta tamen, luctu erepti sibi Norberti, et ornamenti tanti cum adesset; et in præsens præsidii, atque in futurum spei. Lacrymæ tantum ab oculis, et e profundo corde suspiria, pro ea loquebantur. Quid has personas exhibere suaserit, dicent, quæ dixere. Velut regionum illarum de corpore Norberti jurgium est; sibi quaque potius in illud jus, magna contentione, vindicante. Debuit quidem hoc drama tertiæ Stationis esse, ac prius peragi, quam proximum illud, Boemiam paulo ante repræsentans: id E enim hisce commentis agebatur, uti Triumphatoris in Cæsarem, ob eumque in Boemiam, regnum ipsius, gratia ostenderetur; qui tot Regibus, Principibus, Regnis, Regionibus præteritis, antiquissimum suum cubile deserere, solumque Ferdinandum sequi, atque ubi ille cuperet, esse voluerit. Verum, quod illius ad portam Ratschinensem loci conditio, minus ad hanc personarum turbam congrue disponendam idonea videretur, dispositum ordinem pervertere oportuit. Ita igitur e pegmate Italia, ad sacros pretiosissimæ gazæ gerulos exclamans, prima cœpit. Subsecutæ eodem metro ceteræ sunt. Ut siluerunt; cantatum a nobis, peroratum ab Hierarcha: atque ita demum agmine promoto, per nemus ab eo trophæo ad usque Cœnobii nostri exteriorem portam utrimque dispositum, navigationis illius nostræ portum tangere cœpimus. Ea porta, verno cultu vestita, in aream, Ædi nostræ sacræ præstratam, recentique longe ac densæ seriei silva virentem, pompam transmisit.

CAPUT IX.

Ultima statio pompæ, et finis solennitatis totius.

Ad prædictam molem, Occiduæ templi nostri F fronti præstructam, celebravimus quintam eamdemque ultimam stationem. Arcus erat triumphalis, Corinthia ratione illic loci a properantibus excitatus; ac de stereobate (quem operi pro majestate substernere visum fuit) duplici contignatione in altitudinem pedum quatuor et quinquaginta assurgens; totidem, duobus minus, latus; profundus viginti. Stereobates ab solo pedes aberat quatuor; ut adeo molem subeuntibus adscendendum aliquantum fuerit: cui rei tabulatum structum, quod sensim leniterque *Ante templi Strahoviensis faciem,* se a terra attollens, ad primum portæ limen, sex et viginti pedum spatio, pertineret; latum, initio quidem pedes sedenos, extremo duodecim, quot nimirum essent ipsius portæ. Id tabulatum pro elegantia et usu dispositis ordine columellis, coronali desuper tigno addito, utrimque ad latera finiebatur. Inferioris contignationis frons senos pedes alta. binis hinc, totidemque inde columnis, in speciem marmoreis, medium ipsum per molem ad templum aditum stipabat. Eæ figura rotundæ, singulæque planis duabus interius ac pone adstantibus, velutique latus cingentibus

EX IMPRESSIS. erecto pegmate,

A cingentibus concludebantur: ut proinde planarum duplus fuerit quam reliquarum numerus. Interco lumnium utrumque, secundum altitudinem, duas in partes distributum erat; inferiori in conchæ seu potius sacelli formam, quod personas illic statuendas capere posset, excisa; superiore deinceps ad modum pergulæ fabricata: qua pergula inferne (ut solet) columellis præcincta, ceterum patens, canentium choros admitteret. Conchæ, a solo suo plano ad tholi summum, altitudinem habebant pedum octonum et semis; latæ quatuor et quadrantem; profundæ binos et quincuncem. Infra concham interque columnarum stylobatas, æqua cum eis altitudine, quod reliquum erat spatium, inscriptioni opportunum fuit.

tum ampla porta,

82 Inter hæc media stetit porta ipsa; alta pedes quatuor et viginti, lata duodecim. Superior contignatio, binos pedes altera illa introrsum reductior seu contractior, decora columellarum serie ad interiorem coronæ marginem præsepta, pedum altitudinem habuit duodeviginti, latitudinem octonum et semis, profunditatem altitudini æqualem. Ea secundum latitudinem tres secabatur in partes; arcus scilicet totidem inter columnas planas et combinatas B erectos, ad modumque sacellorum vivis statuis capiendis idoneos: quorum medius, ceteris major ac ternos pedes prominentior, altitudine quindenos pedes impleret, octonos latitudine; laterales tanto contractiores, senos quidem pedes lati, alti erant quatuor denos. Iis summa operis totius imposita; pro arcuum numero triplex super suam quodque coronam fastigium. Parergum tamen operi superadditum, Mons e supremo molis emergens, quædam Sionis nostræ repræsentatio. Media e monte pinus eminens, pro cypressi nobis vice fuit, quæ Patriarcham nostrum ejusque sacrum corpus in Sionæum montem illatum significaret; subdita ad pedem montis epigraphe: *Quasi Cypressus in monte Sion.* Ad coronam superioris contignationis hæc facta erat inscriptio; *D. Norberto, D. Ferdinandi II ope auspiciisque vindicato, et in præsidium huc illato, Sionæi.*

effictus stabat Mons-Sionæus:

83 Medius ejusdem contignationis arcus, thronus erat Matris Virginis, id epigrapha ad tholi marginem circumscripta explicante: *Virgo Mater.* Quam sub, altera adjecta: *Ab hac utrique numen et nomen.* Utrique, Ordini scilicet Præmonstratensi, et monasterio Montis Sion; quæ totidem personis in inferiori (ut statim videbimus) contignatione repræsentabantur. Arcus dexter Norbertum habebat C ornatu Pontificio; cum inscriptione; *Ab hoc per hanc utrique origo.* In sinistro B. Hermanni nostri, vulgo Joseph (ob mysticas cum Virgine, Angelo pronubante, nuptias ita dicti) erat statio. Eum juxta S. Norbertum eo loco repræsentandi, præter celebritatem nominis illius, causa nobis, tum quod Steinfeldiensis fuerit (quo nominis magni ac boni cœnobio, olim nascimur) tum, quod ipsius in colendorum cum Beatis album referendi Cæsar optimus vehementer hodie, sæpius ob hoc missis ad Urbem petitionibus, satagat. Itaque et hujus capiti superscriptum: *Ab hoc per hanc utrique decus.*

in eoque Deipara, Norbertus, Hermannus-Joseph,

84 In dextera porro contignationis inferioris concha, Ordo Præmonstratensis; in sinistra, Sion nostra; habitu utraque virgineo Sanctimonialium ejusdem Ordinis, capite florida sarta, manibus precum instrumenta gestantes, stabant. Additis inscriptionibus; ibi quidem, *Gens Mariana Norberti:* hic vero, *Sion Mariana Norberti.* Utramque Marianam vocamus, quia singulariter utraque Reginam illam magnam, et dominam colit, et patronam agnoscit. Certe domus nostra vetus et a prima origine nomenclatura est, Monasterium S. Mariæ in Sion, vulgo Strahow. Camera seu fornix interior D medio, venerabile Sacramentum referebat, sole radio quaquaversum fundente ambitum; epigraphe addita hinc: *Trophæum Norberti.* Inde: *Sol Austriadum et Salus.* Gaudemus equidem et gloriamur Præmonstratenses, idem divinitus insigne aut symbolum Norberto et Austriacis obtigisse. Id quod schemata, ad utrumque Solis istius latus infera fornicis regione expressa, ostendunt. Hinc enim Norbertus visitur, scelestissimum Tanchlinum profligans, ejusque jam illud pedibus calcaturi manibus Augustissimum Sacramentum diripiens ac suæ dignitati restituens; addita inscriptione: *Magnus Norbertus, quia vindicavit.* Inde vero Rudolfum contemplari erat. Habspurgi Comitem, humi stratum, eidemque augustissimo Sacramento a longe supplicem; equo, quo generosissimo venerationis causa jam descenderat, Mystæ bajulanti ad usum et in munus tradito. Quo quidem uno tantæ pietatis obsequio, tamquam origine sua, hæc, quam nunc utrumque mundi limen complexam cernimus, Austriacorum magnitudo nata est: ut pietate, sic etiam dignitate ab uno illo in posteros hucusque, seu patrimonio quodam, transeuntibus. Id quod, inscriptio adjecta innuit: *Magni Austriade, quia adorarunt.*

cum Geniis Ordinis atque Domus.

Tum Vener. Eucharistia, vindicata a Norberto,

85 Directa planaque sub fornice Portæ latera E amplo schemate, iterum Norbertum et Ferdinandum, similitudine aut potius officiorum vicissitudine quadam, committunt. Dextero Sanctissimi viri Reliquias Cæsar pater et Rex filius humeris bajulantes, ad Sionemque deferentes conspiciuntur; comitibus et ad sacrum loculum pro obsequio manum admoventibus hinc inde Angelis; Principum ex utroque ordine virorum subsequo agmine; Antistite nostro nobiscum sub arcu triumphali excipiente. Desuper adscriptum: *Ferdinandus Norberto triumphos.* Bajulavit equidem Cæsar Antistitum humeris; qui, nisi ille favore et auctoritate vindicatas in hanc lucem gloriamque Reliquias istas sacras nobis in æternum munus adsignasset, numquam eas in humeros accipissent. Subditum infra epigramma:

ab Austriacis adorata;

Quo neque majus habet mundus; neque conspicit usquam
Mundi oculus melius, par gerit ossa viri.
Succollant Cæsar pater et Rex filius. Euge:
Non poterant curru nobiliore vehi.

denique triumphus Sancto, a Cæsare;

86 Sinistrum latus Cæsarem ipsum habet, vicissim (duce et auspice e nubibus Norberto) triumphantem. Id schema docet; Augustos patrem et filium curru triumphali una vectos exhibens, ita, ut hic anteriore sella singularis sedeat, cultu Regio; illi Imperatorio, pone latiori et editiori solio conspiciatur; adstante a puppi Victoriæ simulacro, al- F tera manu serta victricia, altera palmam porrigentis. Quadrijuges albi, uno eodemque ordine ad idem jugum deligati, currum promovent; ad proram Aquila Romana temoni volabunda imminet. Ita D. Ferdinandus, lata splendidaque per nubes via, in sublime triumphator attollitur, obviam eunte e cœlis Norberto, et oleæ ramum facili manu deferente. Sub curru virorum, armorum, imo diadematum quoque et sceptrorum longe fusa strages cernitur; spolia victoris vel trophæa. Post eum, agmen incedit pileatum, liberationem suam aut libertatem, vel etiam salutem Ferdinando debentium. Agmen ducit Religio, modeste culta, manus cruce, rosario, libello, pietatis insignibus et instrumentis onerata. Hanc sequitur Romanum Imperium, habitu Imperatricio; cui mediæ latus claudunt, hinc Germania, inde Boemia, Cæsari omnino acceptum ferentes, quod sint salvæ, aut esse cœperint. Inscriptum desuper: *Norbertus Ferdinando triumphos.* Subdito inferne Epigrammate:

huic ab illo delatus:

Norbertus

A *Norbertus ducit; comes est Victoria; strata*
Arma, solum; nubes, sunt via; meta, polus.
Sic Ferdinandi, cœlo aurigante, vehuntur:
Quid furis; et bellum, Livor, inane moves?

Ad hanc igitur molem ut pompæ caput pervenit ac substitit, musicus Ephebus, viridi e bombyce paludamento amictus, mediæque supra portam coronæ insistens, suavissima modulatione positas in conchis Personas, Ordinem dicimus Præmonstratensem et Sionem nostram, ad lætandum excitavit, consonante a tergo in recessu machinæ citharœdorum ac tibicinum cum organis suis choro.

Hic pompa stetit, musico excepta concentu,

87 Post mutuas gratulationes ac vota utrimque musico concentu alternata, Hierarcha Eucharisticum benefactori Deo canticum solenni voce exorsus est: quod choro nostrorum excipiente, in ædem denique ultima pompæ series penetravit. Ubi collocatis in illud solium suum, inter Angelorum manus, venerandis Reliquiis, Illustrissimus ac Reverendissimus Princeps D. Cardinalis ab Harrach, primam in pensili, quem descripsimus lychnucho, æternamque flammam sua ipse manu accendit; et Triumphatorem gestu supplici veneratus, ita ad extremum conceptis verbis ac rata prece compel- B lavit. Hanc tibi, Sanctissime Norberte, flammam Præsuli Præsul accendo, dedicoque festam; quæ de nitido melioris metali foco, olivo nutriente, emicans; uti lucis tuæ qua vestiris in cœlo gloriosus index, nostrique erga te cultus quotidiana quædam testis ac monumentum est; ita nobis, in hujus seculi caligine turbulenta viventibus, veritatis lumen, et ardorem caritatis, oleumque pacis, impetratione tua, a luminum Patre ac Deo pacis assiduo venire, non inani significatione ostendat. Macte vero, o Tu nova et ingens Regni hujus incliti, Ovilis mei magni, Tutela; suumque illum cum Sanctissimo Rege populum, cum Pastore gregem, ita porro ex hoc ossium tuorum hodierno æternoque in posterum cubili tueri perge; ut, quam Sanctissimi puelli, martyris Viti, parte aliqua nostra metropolis; tam Te, hoc est corpore tuo toto, Sionæi montis ecclesia sit gloriosa. Post hæc, celebrata cum solenni ritu cantuque Missa, offerente Hierarcha, Cæsare cum suis piissime adgeniculante. Et vero, quamquam dies, tot stationum moris et ipsa procedentis pompæ tarditate, adultior factus esset; placuit tamen Cæsari, ut esset, qui Triumphatorem breviter pro concione laudaret.

et Archiepiscopus posita in Sacello novo arca,

Sanctum alloculus peroravit.

88 Sic collocatus S. Norbertus, constanti civium C advenarumque devotione colitur in hoc novo suæ requietionis loco. Quotidie ibi Missa de Divo, sub Primæ canonicæ tempus celebratur, in qua semper Augustissimi Imperatoris et Regis nostri, per specialem Missalis Collectam, a Celebrante fit memoria. Dominicis festisque diebus dictum Missæ sacrificium solenniori cum ritu cantuque persolvitur. Singulis insuper hebdomadis summæ Missæ officium sub ejusdem Sancti nomine celebratur. Ignis, in foco argenteo ante sacellum pensilis, mentionem jam antea fecimus. Præterea filii Strahovienses quotidie, mox a Vespertina psalmodia, extra chorum in templi medium progressi, ordine ac serie duplici, ante sanctissimi Patris Reliquias genuflexi, supplici modulatione sequentem decantant Antiphonam; cui ab Officiante Collecta prævio versu subjungitur. Hic est electum vas, repletum Spiritu sancto. Hic est Norbertus, amicus Dei magnus. Hic est præliator fortis, qui pugnavit cum antiquo serpente. Hic est pacis Angelus, Præco pœnitentiæ; ore potens et opere; signis et prodigiis. Hunc Patrem filii, hunc Patronum clientes devote adeamus: voce supplici rogemus, clamantes. Sancte Dei, Amice Sponsi, Norberte pater et custos, nostri Montis gloria, tua prece Dominum D nobis fac propitium. Audi nos, audi nos, Norberte; quos tui corporis sacro thesauro dignaris, tuæ intercessionis efficacem gratiam fac sentire. Alleluia. ℣. Dominus custodit omnia ossa Justorum. ℟. Unum ex his non conteretur. Oratio. Deus qui es gloriosus in Sanctis tuis, et eorum nobis intercessione placabilis; quæsumus, ut hunc locum, quem B. Norberti, Patris sub te nostri, venerandis Reliquiis decorare dignatus es; omnesque in eo habitantes, cum Rege nostro et Regno ejus, a noxiis omnibus et adversis, ipso custodiente, tuearis. Per Christum etc.

exhinc quotidiana ibi de Sancto Missa

et specialis invocatio post Vesperas.

Ex impressis.

89 *Hactenus libelli Pragensis verba: quibus addimus quod prædictorum omnium generosus molitor et gloriosus patrator, atque Joannis Lohelii monasteriis Ordinis per Germaniam reformandis adjutor, et in Sionæo regendo successor, diem suum obiit* XXVIII *Junii anno* MDCXL, *eique amplum inter sacros istius mensis Pulveres elogium texuit noster Georgius Crugerius; Strahovienses vero hoc Epitaphium posuerunt.* D. O. M. honori et memoriæ Reverendissimi Patris ac Domini, D. Caspari a Questemberg, viri, verbi ac operis, vere magni: quo Colonia Patritio, Cœnobium hoc Antistite, Ordo Præmonstratensis per E regiones Imperatorias Visitatore ac Vicario Generali, Sacra Cæsarea Majestas Consiliario, Monasteria Ordinis libertatis suæ assertore, Sanctissimus Norbertus Patriarcha noster vindice gaudet et translatore: qui operum, meritorum, et dierum plenus. A. C. MDCXL, ætatis LXIX, regiminis XXVIII, IV Kal. Julii requievit, monumentum hoc mœstissimi Filii posuerunt.

Ab. Gaspar obiit 1640, 18 Junii:

ejus Epitaphium.

90 Ceterum, sicut ingruente hostili exercitu Civium quisque Thesauros suos in secretiora recipere solet, ita æquum etiam fuit iisdem urgentibus hostium periculis, ut Religiosi Strahovienses sacrarum Divi Norberti Reliquiarum (quæ ipsorum unicus sunt Thesaurus) indemnitati consulerent, ne quæ forsitan sacrilega manus ausu profano eas temeraret. Contigit id primum anno Christi MDCXXX copiis Saxonum imminentibus, dum Sacra Ossa, Reverendissimo D. Casparo a Questemberg annuente, in sindonem mundissimam involuta et crassiori e quercu tumbæ immissa, annis tredecim sub terra latuerunt; donec furore hostili defervescente iterum exempta sunt, et in Sacelli arcam cum honore reposita. Majus altera vice periculum thesauro nostro imminebat, cum anno MDCXLVIII a Suecis, noctu furtive irrumpentibus, Urbs minor Pragensis capta est. Casus repentinus uni e Strahoviensibus Sacerdotibus salubre consilium suggessit, F ut thesaurum eumdem paucis consciis in secretiorem quemdam Ecclesiæ loculum transferret, quem induciarum mediante spatio, Vetero Pragam occulte medios per hostes ablegantes, in tutiora postmodum recepimus. Neminem igitur suspicio capiat, thesaurum hunc pretiosissimum Strahoviensibus aliquando per hostes ereptum fuisse; neque nos amplius sanctissimi Patris reliquias, sed supposititia quædam ossa venerari. Servarunt hactenus et deinceps conservabunt pii Cœlites pretiosum hoc Strahoviæ cimelium, ut Filii in Patre suo indigena numquam desinant gloriari.

Anno 1630 imminentibus urbi hostibus,

Corpus sacrum absconditur

91 Pluribus interim comprobari potest exemplis sanctissimum Cœlitem, a puerperis cum voto invocatum, præsentissimo auxilio succurrere, et intercessione sua periclitantium feminarum partus facilitare. Eadem potentia præditi sunt sacri Pulveres, qui e Divi resoluto corpore defluxerunt: hi namque, animi devotione adhibita, introsumpti, plures in partu de vita periclitantes ipsis Libitinæ faucibus eripuerunt. Omittimus eorum referre numerum,

Frequentia ad illud miracula,

A rum, qui in aliis constituti morbis ut necessitatibus, Divi opem cum fiducia imploratam experti sunt. Et pluribus hodie miraculis conspicuus fulgeret, suique famam potenti apud Deum Patrocinio latius extenderet Divus Norbertus; ni populorum fiducia cultus atque pietas deficeret erga sacros Dei cives, qui nos sic visitant, sicut hos colimus.

ex impressis.

CAPUT X.

Antuerpienses ad Translationem anni 1627 invitati, duos ex suis Religiosos mittunt.

Antuerpiensium Echo.

Strahoviensium actus et plausus ex ipsorum libellis audivimus, duorum annorum acta uno complexi tenore; quamquam ordo temporis exegisse poterat, ut aurem præberemus Echoni ipsomet anno factæ translationis, ab Antuerpia resonanti. Hoc ergo sequentibus facere aggredior : atque in primis in memoriam revoco, quod Strahoviensis Abbas uti num. 53 dictum mox atque voti compos Pragam redierat, ad futuram translationis solennitatem universi Ordinis alumnos *invitarit : sed eis, quibus id factum est litteris, certum diem definientibus,* Kalendas *scilicet* Maji, *cum Dominica* IV *post Pascha concurrentes, priores fuisse alias, indicant* B *circulares, quarum* Antuerpiensis Echo, *non extremas solum syllabas, sed tenorem integrum nobis refert, ut Abbatibus et Religiosis Belgis missæ sunt, sub hac inscriptione.* Admodum Reverendi Domini, Venerabiles quoque et Religiosi Congregationum Belgicarum, sub B. Norberto, in Christo confratres et Fratres.

recitat Abbatis Strahov. litteras anni 1626

93 Quibus nunc potius quam illis Pauli verbis vos alloquar : Gaudeo et congratulator vobis omnibus. Idipsum et vos gaudete, et congratulamini mihi. Congratulamini (inquam) mihi, quia inveni drachmam, tam male per hæreses perditam, tam anxie, tam laboriose, tanta cum impensa, per tot tantaque pericula diu quæsitam. Nobilem drachmam, pretiosam, desiderabilem. Sancti, inquam, Norberti Patris ac Patriarchæ nostri sacrum Corpus, ex illa diuturna nocte et inimicorum suorum manibus eripuimus; et nostræ potestatis factum, tandem in lucem (Domino faciente) produximus. Benedictus Deus qui fecit misericordiam, et gemitus nostros, labores, manus tam gloriosi Sanctique operis patratione dedignatus non est. Ipsi gloria et Sancto ejus in secula, ipsi gratia pro tanta gratia. His diebus jam quarto Magdeburgum profectus, redempta mille modis et sumptibus male detinentium voluntate, quam gloriosissimi Cæsaris auctoritas et C dignanter facta ad eos petitio maxime impulerat; impetravi : exemi sepulcro, hactenus per tot secula clauso et integro; abstuli, et in Bohemiam mecum intuli. Nulla fraudis suspicio, nullum vestigium. Vidi coram omnia, imo feci ipse, adsistentibus in testimonium multis et magnis viris, hostibus quoque fidei nostræ et Sanctorum ipsis urbis Senatoribus. ... *(Hic rei ut gesta est, series tota brevi narratione perstringitur)* et ex veteris sepulturæ loco, actis Deo gratiis, reverenter exemimus omnia, ne pulvere quidem ullo sacri corporis ac vestium, ramentisve hospitio antiquo relictis, et in arcam collocata in Bohemiam sospites ac læti nobiscum attulimus, atque in Doxanensi monasterio ad tempus deposuimus. Totam rei gestæ seriem latius et ordinatim, ab ipso suo initio ad extremum usque, narratam, publici quoque Instrumenti apud Magdeburgenses sic per hoc ipsum facti attestatione confirmatam, typis proxime subjiciemus, et omnibus communem faciemus.

indices allati Magdeburgo corporis,

94 Itaque de sanctissimarum Reliquiarum sinceritate omnino et ipsi sumus certi, et esse vos jubemus. Iterum dico : Gaudete mecum, et congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum et Amicum ejus Norbertum. Porro quia mora erat nobis necessaria ad locum deligendum, aptandum, et instruendum, quo deinceps tam infinitum Thesaurum honorifice in ecclesia nostra recipiamus : ad ea quoque ordinanda et comparanda, quibus Translationis nobilissimum Triumphum celebremus, in sæpe dicto Doxanensi nostro monasterio fideliter interim ac reverenter custodiendum Corpus ipsum collocavimus. Spero non longe post proximum Pascha omnia parata fore : ubi cum Illustriss. Domino Cardinale Archiepiscopo nostro certum diem designaverimus, faciemus tempori ut scire possitis; et ad Festum commune, corpore et animo præsenti nobiscum celebrandum læti ac prompti, quorum ita res ferent et quantum tanti Patri nostri honor exiget, accurrere. Deus RR. Admodum Paternitates vestras, Venerabiles quoque Religiosas Fraternitates, impetrante S. Norberto Patre nostro diu præstet incolumes, Domuique suæ et Ordini universim nostro, ejusdem Patris Norberti Familiæ semper utiles et gloriosas. Pragæ in Monasterio meo XXIII Decembris MDCXXVI, Paternitatum et Fraternitatum vestrarum Servus Confrater et Amicus in Christo F. Casparus a Questenberg Abbas Strahovienses Ord. Præm. in Regnis et Provinciis Cæsaris Visitator, et Majestatis ejusdem Consiliarius. *Cum hisce litteris aliæ quoque venerunt, ad Amplissimam Antuerpiensis urbis Magistratum, hoc tenore.* E

et invitatorias ad Translationem,

95 Non potuimus Per-Illustres, Nobilissimas, Amplissimasque Dignitates vestras celare gaudium recens nostrum, quia et vestrum est. Gloriosum Urbis vestræ, inclitæ urbis olim Apostolum, Beatissimum Norbertum, Ordinis nostri candidi Patriarcham, Parthenopolitanum Archiepiscopum, Primatem Germaniæ, cujus et adeo et tam merito in eadem inclita urbe vestra, in benedictione memoria est; Illum, inquam, communem utrorumque nostrum in Christo Patrem, tandem his paulo ante lapsis diebus, ineffabili boni Dei munere, e diuturno illo suo et inglorio hactenus, apud hostes fidei nostræ Sanctorumque, situ eripuimus : et in lucem, tantam aliquando vestram Lucem, asseruimus. Gaudete nobiscum, Domini Per-Illustres, et Amplissimi; quia invenimus, quem quærebamus. Scio, gaudetis; quantum videlicet doluistis nobiscum hactenus et gemuistis, abditum in tenebris jacere, cujus per Christum ore et opera in majoribus quondam vestris veritatis diem recepistis. Doluistis utique, et quantum in vobis fuit, connisi estis illinc eripere. Implevit nunc vota vestra piissimosque conatus, nostra potissimum studia, manus, et operam tanti operis patratione non dedignatus, gloria Sanctorum suorum Dominus. Totam rei gestæ seriem adm. Rev. Patri Domino et Confratri nostro, ad Divi illic Michaelis Abbati, breviter perscripsimus; eumdem rogantes, ut Per-Illustr. Nob. Ampl. vestris Dignitatibus ipse coram exponat, communemque faciat. Nos, ne epistola prolixiori iisdem fortasse fieremus onerosi, hic non apposuimus. Ubi Cæsaris voluntate dies constiterit, quo solenniter et pompa, quæ tanti Divi triumphum deceat, sanctissimas Reliquias e loco, ubi eas tantisper sub accurata fidelique custodia venerabundi deposuimus, in urbem Pragensem et hoc monasterium nostrum transferre oporteat; easdem Dignitates vestras illico faciemus certiores : pleni spe, fore, ut pro summa illa sua ubique terrarum notissima in Deum et Sanctos ejus, maxime in hunc fidei suæ Patrem, pietate ac studio, adesse per aliquos suorum, et lætissimam Festi gloriam et lucem, raro quodam præsentiæ suæ splendore cumulare, non graventur. Nos certe inter alia Triumphantis insignia, illa urbis inclitæ vestræ argenteæ telæ

aliasque ad Magistratum Antuerp.

quibus etiam ex ipsis adesse aliqui rogantur.

A telæ labaro inscripta circumferemus. Deus Optimus Maximus Dignitates vestras S. Norberti meritis et interpellatione servet et semper augeat; et bene de honore suo suorumque meritas, coactis ad pacem aliquando tandem boni communis e proximo inimicis, in pristinæ felicitatis florem reponat.

Delegantur eo ex Michaelitis duo,

96 Hisce litteris, *novisque aliis, quas supra citato loco legisti, sub data* XIII *Januarii* MDCXXVII, *Antuerpiam perlatis et* acceptis, Reverendus adm. Prælatus noster, Matthæus, nequaquam suis partibus deesse voluit, quin saltem per suos hunc optimi Parentis sui triumphum cohonestaret. Auditoque desuper et in consultationem adhibito ecclesiæ suæ Conventu, vices suas committere statuit venerabilibus viris, ecclesiæ suæ S. Michaelis Canonicis professis, Matthæo de Beir et Prospero Moriconi: quibus, ut nomine suo dictæ Translationis triumpho assisterent, hasce (ut vocant) credentiales sive fiduciarias litteras dedit. Nos Matthæus, Dei permissione Abbas ecclesiæ S. Michaelis Antuerpiensis, Ordinis Præmonstratensis, omnibus hasce visuris salutem in Domino sempiternam. Notum facimus, quod Nos, pro augmento gloriæ Dei, et cohonestando Triumpho Translationis S. P. N. Norberti, B Ordinis nostri Fundatoris, Archiepiscopi Magdeburgensis et Antverpiæ Apostoli: qui non ita pridem, felicibus auspiciis invictissimi Cæsaris Ferdinandi, in Bohemiæ Regnum illatus est; Pragam ablegavérimus, dilectus nobis in Christo Confratres, Matthæum de Beir, sacrosanctæ Theologiæ Baccalaureum formatum, in cœnobio nostro Philosophiæ Professorem: et Prosperum Moriconi, Utriusque Juris Baccalaureum, Canonicos et Presbyteros ecclesiæ nostræ; iisdemque vices nostras per omnia commiserimus. Quos proinde omnibus et singulis, ad quos eosdem hoc in itinere divertere contigerit, tamquam probos Religiosos, in Christi visceribus obnixe commendamus, et pro talibus ab omnibus habendos præsentis scripti attestatione declaramus; ut commissione sua, juxta instructionem ipsis per Nos datam, feliciter peracta, incolumes iterum ad Nos redire valeant. In horum fidem credentiales hasce litteras confici mandavimus, quibus et nomen

cum insignibus Urbis et monasterii

nostrum subscripsimus, ac sigillum nostrum imprimi curavimus. Actum in Abbatia nostra S. Michaelis Antuerpiæ, die 11 Martii MDCXXVII.

97 Quia vero in apparatum Triumphi etiam Ecclesiæ nostræ S. Michaelis Insignia, ut et Antuerpianæ Urbis, ab Strahoviense Abbate petita essent; C eadem, coloribus suis concinne expressa, cum subjunctis hisce litteris S. Michaelis Abbas misit: quibus et prioribus ejus respondet, et Confratrum suorum Pragam tendentium adventum significat. Reverendissime Domine et dignissime Confrater. Quantum iteratis suis ad nos datis litteris totam Communitatem nostram exhilaraverit Dominatio tua, frustra jejunis hisce characteribus explicare conabor. Quomodo enim non exultarent boni filii, cum tam insolitam Parenti videant decerni gloriam? Certe nos imprimis Antuerpienses ejus filii, non potuimus non immensum lætari, cum gloriosum illum urbis nostræ Apostolum, domus nostræ Fundatorem,

Gen. 46, 30

vestra dexteritate et instantia hæreticis ereptum, inclitoque Bohemiæ Regno illatum, adeo videamus illustrari. Ut autem de me loquar; ingenue dicam cum Sancto Patriarcha Jacob: Jam lætus moriar, cum ita mirificatum a Domino Sanctum Norbertum, et sublimatum intelligo mysticum nostrum Joseph. Quin et, nisi me grandior ætas, prohiberet (sunt enim dies annorum vitæ meæ parvi et mali octoginta quinque) ipse coram mihi magnopere gratularer, si ad decretum Translationis ejus triumphum, cum ceteris Confratribus et Coabbatibus meis, potuissem interesse. D Dedimus interim commissionem duobus ex Cœnobio nostro Confratribus Presbyteris, qui in illa solennitate vicibus nostris ac totius Domus nostræ fungentur; si modo (ut spero) salvi et incolumes iter suum, quod Bohemiam versus arripuerunt, perficere possint. Epistolas encyclicas Circariæ nostræ, quas ad me insuper dederat reverendiss. Dominatio Vestra, simul ac recepimus, Domino Prælato Parcensi Vicario nostro deferri curavimus: sed quia Visitationibus suis Taxandricis distinebatur, hinc est quod hactenus ipsius responsum non acceperimus: non dubitamus interim, quin ex parte Provinciæ suo etiam officio non deerit. Nos vero, pro particulari nostro obsequio, quo Divo Norberto obligamur Antuerpienses ejus filii, muneri nostro noluimus deesse; mittimusque hic una, Domus nostræ insignia quæ requisivistis, suis coloribus expressa, si pro cohonestando Translationis triumpho deservire possent. Interim autem dum Confratres nostri iter suum maturant, qui etiam ex parte nostra Reverentiæ vestræ litteras tradent, Deum optimum maximum pro Reverendissimæ Dominationis vestræ, et Regali vestro cœnobio (cui ex corde hanc tantam gloriam gratulamur) rogare non cessabimus, qui reverendissimam Dominationem tuam, Eclesiæ suæ ac Ordini nostro sacro E diu servet ac sospitet. 111 Martii, anno Domini MDCXXVII.

[illegible] venturos respondet

98 Ad hasce Prælati Antuerpiensis litteras, hocce responsum Strahoviensis Abbas XX Martii dabat: Litteræ Reverend. Paternitatis vestræ, gaudiorum, gratulationum: et optimi in me animi plenæ, valde me recrearunt; duosque in pectore meo affectus, multum diversos, excitarunt. Nam annis illis Reverendiss. Paternitatis vestræ multis et bonis, quos eosdem veneror et augescere voveo, fere (si licet) succenseo, quod mihi gratissimi vultus conspectum intercipiant. Bene tamen; quod sanctissimi Patris nostri triumpho (quando propriam non potest) quantam potest, hoc est vicariam præsentiam exhibet. Veniant sane pro Patre, duo aut plures Filii; ejus luce, quam e longinquo, ex illa domo, ex illa urbe repræsentant, non modicam festo beatissimi Norberti gloriam, et nobis lætitiam allaturi. Excipiam ulnis, quæ et inde, et tanto itinere venientibus, obviam aperiendæ sunt. Super insignibus missis ago gratias: curabo singulis utrumque vexillis inscribi, addita nominis utriusque grata commemoratione. Utinam vero populi hujus nostri et pietas et vires essent, quæ Antuerpiensis! quanto decore, quo F apparatu, quanta gloria ingredientem in montem suum Sion Regis magni consortem, eoque Regem et ipsum, Benedictum et venientem in nomine Domini, deduceremus! Nunc conatus et moles, longe animum nostrum meritumque sancti Viri infra, necessitate consistunt. Spero tamen nihilo Triumphatori minus acceptum fore, quidquid volumus supra quam possumus. Deum oro, per Amici sui merita et ossa sacra, reverendissimæ Paternitatis vestræ venerandam caniciem (adjecto quantus ad centenarium aut vota desit, annorum numero) et hic tantisper assidue lætam esse velit, et ibi fieri sine fine lætissimam. Pragæ, in Monasterio meo Strahoviensi XX Martii, anno MDCXXVII.

CAPUT XI.

Abeunt Antuerpia Michaelitæ duo, commendatitiis ad Relequiam aliquam obtinendam instructi.

ex impressis.

atque litteris Abbatis Antu.

Licet Adm. Rev. D. Matthæus, S. Michaelis laudatissimus Abbas, pro illo suo plurimis argumentis demonstrato

A demonstrato erga S. Norberti Reliquias zelo, non parum lætaretur, atque adeo toti Ordini merito gratularetur, quod invictissimi Cæsaris auspiciis Strahoviensis Abbas, pro Sionæo suo Pragæ cœnobio, Sanctum P. N. Norbertum ex hæreticorum manibus vindicasset ; non omnem tamen solicitudinem ac spem deposuit, aliquam saltem partem petendi et impetrandi earumdem Sanctarum Reliquiarum pro Antuerpiensi sua ecclesia ; quæ eumdem, non Fundatorem tantum, sed et fidei suæ Apostolum ac Patrem suspicit et veneratur : in qua ut merito quiescere deberet, plurimæ, eæque haud exigui momenti suppetebant causæ ; quippe in qua, præter Apostolatum et assertam in ea Catholicam fidem, expressissima etiamnum remanerent præclarissimæ de Tancheliniana hæresi reportatæ victoriæ trophæa. Quocirca nullum non movit lapidem, ut hujus sui adeo pii voti posset fieri compos : conciliatisque in hunc finem gravissimis viris, qui pro obtinendis sacris hisce B. Norberti pignoribus comprecatores ac interlocutores accederent ; illos suos ecclesiæ suæ religiosos Canonicos quos ablegabat, quatenus cum effectu in hoc negotio quidquam proficerent, voluit esse instructissimos. Dedit itaque subjunctas

Antuerpiensis Abbas, cupidus Reliquiæ impetrandæ

B hasce deferendas, tam ad Cæsaream Majestatem, quam ad Ill. ac Rev. Cardinalem ab Harrach Pragensem Archiepiscopum, sed et ad Strahoviæ dignissimum Abbatem, litteras, sub eadem qua priores, anni ac diei nota.

supplicat Cæsari,

100 Invictissime Cæsar. Quod sacra tua Cæsarea Majestas sanctissimum Ordinis nostri Patriarcham Antuerpiæ Apostolum, inclitæ Germaniæ vestræ quondam Primatem, Divum Norbertum, e diutino illo suo et inglorio apud hæreticos situ eripuerit, et in lucem protulerit, tantam aliquando Occidentis Ecclesiæ, et in ea præsertim Antuerpiæ nostræ Imperialis vestri Marchionatus lucem ; non possumus non piissimæ Majestati tuæ, sed et toti Ecclesiæ Catholicæ Romanæ, ac specialiter Ordini nostro Canonico, immensum gratulari ; eidemque, pro acceptis tanti meriti et æternæ memoriæ beneficiis, quam humillime gratias agere. Non potuit certe sacratissima tua Majestas felicissimi Regni sui (quod utinam in secula duret, et sub eodem Catholica Ecclesia in universali pace aliquando respiret!) tutius consuluisse firmitati ac stabilitati, quam si hunc Germaniæ suæ Primatem, in Imperatoris Henrici IV Salici palatio educatum, Imperatoris Lotharii prudentissimum Consiliarium,
C de ipso vestro Imperio dum viveret, et tota Catholica Ecclesia (cujus servitiis immortuus est) optime meritum, e cœlo sibi devinciret ; ejusdemque gloriæ, hunc solennissimæ Translationis, tot titulis debitum, decerneret triumphum. Optassem quidem ego ; humillimus Majestatis Tuæ Capellanus, ad condictum diem præsens eidem interesse, et coram advolutus genibus etiam piissimam Majestatem tuam venerari ; verum propter grandævam meam ætatem, quæ quinto jam anno supra octogenarium excurrit ; vices meas commisi duobus ecclesiæ nostræ S. Michaelis Antuerpiæ Canonicis religiosis, qui hasce nostras piissimæ Majestati tuæ porrigent, et in iis humillimam nostram et totius Conventus nostri Antuerpiensis petitionem ; quatenus serenissimæ Majestatis tuæ annutu, aliqua saltem notabili sanctissimarum Reliquiarum S. Norberti portione ditari mereamur. Fecimus et nos jam olim non exiguam pro iisdem instantiam, quin et Serenissimi Alberti Principis nostri piissimæ memoriæ in illum finem auxilium et favorem imploravimus : verum gloriam istam, qua Imperiale suum diadema mirifice illustraret, Ferdinando Deus reservavit : quem etiam humiliter confidimus, pro Antuerpiensis Ecclesiæ gloria, pro Marchiæ suæ splendore, pro Christi fi- D
delium in hac inclita urbe mirifica in S. Norbertum devotione magis inflammanda, pro hæreticorum Hollandorum nobis e vicino adlatrantium confusione, voto nostro dignanter condescensurum : qui nos æternum pro Majestatis tuæ piissimæ devotis clientibus et precatoribus habebimus. Deus Opt. Max. Sacratissimæ Majestatis tuæ gloriosos conatus provehat semper et secundet.

et Pragensi Archiep.

101 Archiepiscopo autem ita scripsit : Illustrissime ac Reverendissime Domine. Quem divinæ bonitati placuit sanctissimo Parenti nostro ac urbis nostræ Apostolo Norberto decernere Triumphum, cum ingenti cordis nostri lætitia intelleximus. Optassemus et nos pro modulo nostro, si non ætas grandior obstitisset, eumdem præsentes potuisse cohonestare. Misimus interim duos cœnobii nostri Canonicos religiosos, quibus vices nostras commisimus, et in mandatis dedimus, etiam coram Illustrissimam ac Reverendissimam Dominationem tuam venerari, humilemque nostro et totius Conventus nostri nomine, cum omni obsequiorum exhibitione præsentare supplicationem ; quatenus ejusdem illustrissimæ Dominationis vestræ favore, aliquam pro ecclesia nostra S. Michaelis ob- E
tinere valeamus sacrarum istarum Reliquiarum partem : quam cum omni, qua par est, solennitate, ad Urbis nostræ splendorem, reponamus in loco ubi steterunt pedes ejus. Dum enim ante quingentos annos Tanchelini hæresiarchæ venenosus error inclitam hanc Belgici cœli Lunam eclipsasset, et Ocellum hunc Urbium Antuerpiam excæcasset ; S. Norbertus sanctitatis et doctrinæ suæ radiis eamdem rursus ad fidei Catholicæ communionem reduxit. Perseverat autem magna in hunc fidei suæ Apostolum Christi fidelium devotio, adeo ut ipsius solennitas (quam per totam diœcesim sub Officio festi Duplicis habet) quotannis ingenti totius urbis nostræ concursu celebretur ; quin et elapso anno, magna cum pietate Serenissima Princeps nostra Isabella Infans Hispaniarum, cum tota Aula sua et Principibus, festivitatem dictam, sed et solennem statuæ ejus per civitatem circumlationem, cohonestare dignata est. In magnum cederet hujus piæ devotionis incrementum, si per Illustriss. ac Reverendiss. Dominationis Tuæ favorem et auxilium (quod humiliter requirimus) aliqua sacrarum Reliquiarum portione ditari possemus : qui venerandum illud depositum illa celebritate et triumpho excipiemus, qui merito impendi debet exuviis Animæ illius beatæ : nosque æternum Illustriss. ac Reverendiss. Dominationi Tuæ obsequio devotos habebimus; quam F
ut ad magnam Dei gloriam et totius Ecclesiæ suæ utilitatem Omnipotens Deus ad multos annos servare ac sospitare dignetur, indesinenter orabimus.

atque Abbati Strahoviens.

102 Admodum autem Rev. Domino Strahoviensi Abbati hæ litteræ fuerunt directæ : Quod nuper meis ad reverendissimam Dominationem tuam litteris significavi, in solennissimo hoc Translationis triumpho, quem divinæ bonitati placuit gloriæ S. P. N. Norberti decerni, exequi conabuntur duo hi Confratres nostri religiosi, F. Matthæus de Beir et F. Prosper Moriconi, qui nomine nostro et Antuerpiensis nostri Conventus, actibus dicti triumphi assistent, et reverendissimæ Dominationis tuæ manus devote exosculabuntur. Non possumus non congaudere vobis et congratulari, pro tanto hospite quo ditati estis ; ad cujus ingressum non dubitamus, quin sicut olim olivi Laban, ad ingressum Jacob ;
ita et vobis, benedicturus sit Deus. Fecimus et nos Gen. 30, 30
magnam subinde instantiam, quatenus pro Antuerpiensi ecclesia, quam semper valde amavit, hæc sacra B. Patris N. pignora obtinere potuissemus :
et

A et vero rationes plurimæ erant, propter quas in hac urbe nostra et hoc cœnobio nostro merito debuissent quiescere; tum quia hic adoramus in loco ubi steterunt pedes ejus, quem sanctis suis sudoribus rigavit, prædicatione sua fœcundavit, sanctæ vitæ exemplis illustravit, in quo collapsum Catholicæ fidei labarum denuo erexit; adeoque merito dicere possemus, nos esse illam Sichimam, quam Patriarcha Jacob, Christum intelligo, dedit partem præ ceteris fratribus suis, filio suo Joseph S. Norberto, quam acquisivit de manu Amorrhæi, id est Tanchelini, in gladio et arcu suo: tum etiam vel ob id merito nobis debebatur, quod hic colatur eximio totius Urbis nostræ concursu sanctus hic Patriarcha noster, et Antuerpiæ Apostolus: quin et quotannis, ob assertam hic contra Sacramentariam Tanchelini hæresim veritatem venerabilis Sacramenti, Gregorius PP. XV plenaria nobilitavit Ecclesiam nostram Indulgentia, Dominica post Octavas Corporis Christi; adeoque domum nostram, ob prostratum Goliam per mysticum nostrum David, fecit esse immunem a tributo. Quare obnixe rogamus reverendissimam Paternitatem tuam, quatenus, ad augmentum gloriæ Dei et cultus S. P. Norberti,
B hanc ecclesiam nostram S. Michaelis notabili aliqua sacrarum ejus Reliquiarum portione ditare dignetur: quo in pio voto nos a reverendissima Paternitate tua et religiosissimo vestro Conventu exaudiendos fore non dubitamus; qui pro eorumdem incolumitate juges ad Deum preces fundemus, et immortalis hujus beneficii memores æternum nos reverendissimæ Dominationis vestræ, et totius Communitatis vestræ obsequiis devotos habebimus.

Addunt commendatitias Nuntii Pontificii,

103 Addidit etiam suas in favorem Ecclesiæ nostræ ad Cardinalem ab Harrach litteras, Cardinalis Alphonsus de la Cueva, Catholicæ Majestatis ad Ser. Isabellam Infantem, etc. ac Belgicas Provincias Legatus ordinarius. Sed et Joannes Franciscus e Comitibus Guidiis a Balneo, Archiepiscopus Patracensis, nec non S. D. N. Urbani PP. VIII, cum potestate Legati a latere, ad Belgicas tunc Provincias, nunc autem ad Christianissimum Franciæ et Navarræ Regem, Nuntius Apostolicus, suas etiam in eumdem finem ad Cæsareæ Majestatis Nuntium Viennam addidit. Reverendus quoque et clarissimus vir D. Aubertus Miræus, Cathedralis Ecclesiæ Antuerpiensis Decanus, pro eadem etiam causa Strahoviensi Abbati scripsit. Reverendissimus au-

Decanus et Episcopus Antuerp.

tem ac perillustris Dominus, D. Joannes Malderus,
C Antuerpiensis Episcopus, Fratribus hisce nostris Pragam ablegatis suas (ut vocant) patentes, sigillo suo munitas, pro obtinenda aliqua sanctarum harum Reliquiarum parte pro nostra hac S. Michaelis Ecclesia hasce dabat: Joannes Malderus, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Antuerpiensis, omnibus has visuris salutem in Domino. Cum intellexerimus Rev. adm. Dominum, D. Matthæum ab Irssel, Abbatem monasterii S. Michaelis Ordinis Præmonstratensis nostræ Civitatis Antuerpiensis, causa cohonestandæ festivæ Translationis S. Norberti, ejusdem Ordinis Institutoris, quæ erit sexto Nonas Maji hujus anni, duos ecclesiæ suæ religiosos Presbyteros, Matthæum de Beir et Prosperum Moriconi decrevisse mittere ad civitatem Pragensem; noluimus eos abire sine hisce nostris litteris, quibus cum eodem Abbate obnixe rogamus, ut aliqua Reliquiarum dicti S. Norberti pars istis Religiosis, ad monasterium Antuerpiense deferenda, donetur; quo testata et innovata in hac civitate extet memoria, quod aliquando Apostolico munere ejusdem Sancti insigniter adjuta fuerit. Id enim si fiat, in celebri ista et antiquissima Abbatia, ab ipso Divo Norberto initium suum habente, augebitur, quæ multum nunc viget, devotio populi erga eumdem Sanctum, quem etiam per totam Diœcesim nostram jam pridem Officio duplici quotannis celebrari curavimus. In quorum omnium et singulorum fidem, his manu nostra subscripsimus, et sigillum nostrum apponi jussimus. Datum Antuerpiæ die tertio mensis Martii, anno Domini MDCXXVII. D

EX IMPRESSIS.

CAPUT XII.

Michaelitæ duo, Antuerpia Pragam missi, intersunt Translationi; nec sine Reliquiis revertuntur.

Ablegati ex S. Michaele iter in Germaniam arripiunt:

Hisce aliisque instructi prædicti ex S. Michaele Canonici-religiosi, cum fausta Prælati sui apprecatione, ac felicibus Confratrum suorum ominationibus, suis eosdem quotidianis precibus prosequentium, iter suum ad IV Nonas Martias arripuerunt: lustratisque tum Mosæ-trajecti (quod et Superius vocatur) tum Coloniæ Agrippinæ præclarissimis ac multiplicibus Sanctorum Reliquiis; variis itinerum ac temporum difficultatibus, Rheno conscenso, Bonnam, Lintzium, Andernacum, Confluentesque prætervecti, Bodobrigam (quæ modo Boppardia) Wesaliam, aliasque nonnullas in Palatinatu infero civitates, ipsius Rheni ripis gratissimo spectaculo adsitas, præternavigantes; Moguntiacum, celeberrimam Germani civitatem ingressi, magnificam ibi B. Martino sacram, ipsaque Archiepiscopali cathedra conspicuam Basilicam, variisque Principum et Præsulum statuis ac epitaphiis spectabilem visitarunt. Inde Mœnum ingressi, ad urbem illam longe nominatissimam pervenerunt, E

transitoque Francofurto,

rapido quæ proxima Mogo,
(ita Guntherus Ligurinus eam describit)
Clara situ, populoque frequens, murisque decora est,
Sed rude nomen habet: nam Teutonus incola dixit
Francofurt: nobis liceat sermone Latino
Francorum dixisse vadum. etc.

Inde vero terrestri itinere salvi ac incolumes, secunda post Dominicam Palmarum feria, ad Cellam superiorem, quæ est juxta Herbipolim in Franconia, celeberrimum et antiquissimum Præmonstrati Ordinis cœnobium, pervenerunt. Ibi ad complures dies optime habiti, per Paschalium festivitatum solennia, ipsam etiam Herbipolim lustrare datum fuit: ubi quandoque, ipsis etiam Paschalibus feriis, S. P. Norbertus, post Dominici Corporis ac Sanguinis in solenni Missa sumptum Sacramentum, cæcam mulierem illuminavit. Postquam autem Bambergæ Sanctissimorum Henrici et Cunegundis Imperatorum conjugum et virginum sacras Reliquias visitassent, ac coram venerati essent; Egra, Bohemici Regni civitate limitanea, transita; per vias ob nivium copiam difficillimas, Teplam tandem pervenerunt: ubi in adsito civitati ejusdem nominis celeberrimo Præmonstratensium Canonicorum cœnobio, ab Illustrissimo Principe et Martyre B. Hroznata fundato, incredibili humanitate excepti, fuere. Licuit iisdem in eodem tum cœnobio B. Hroznatæ tumbæ coram adgeniculari, quam in ædis sacræ Choro summo elevatam habet, stragulo subtus candido, superius violaceo decenter coopertam. Memorabilia sunt quæ de ejusdem Divi, pro Teplensi sua ecclesia pia solicitudine variis etiam nuper ejus apparitionibus, cum grassante ibidem Notho Mansfeldico cum turmis suis, ipsis excubitoribus terrorem incutere, ac cœnobii tutorem agere visus est, referuntur.

Cella Superiori, Herbipoli, F

105 Cum vero indictus Triumpho S. Norberti dies, paulatim magis approximaret, postquam Teplensis

EX IMPRESSIS.

appulsi Pragam,

A plensis Antistitis, longe dignissimi ac senis omnino venerandi, nec non ceterorum Confratrum supra modum eximiam erga se benevolentiam ad dies aliquot experti essent; Pragam tandem, totius Bohemici regni metropolim, plurimis tum ædificiis, tum ipso regali Palatio, ac aliis admirandis egregie instructam, octavo Kalendas Majas feliciter tenuerunt. In ipso autem montis Sion Regali cœnobio, quod, præter nitidissimum et undique depictis ex vita S. Norberti historiis egregie ornatum templum, eximiis modo ædificiis præclare amplificat nominatissimus Abbas Questembergius; ipsis Kalendis

intersunt 1 Maji

Venerandum S. Norberti Corpus, quod nuper in Doxanensium Virginum Præmonstratensi Cœnobio, dum interim Pragæ magnificus Triumphi apparatus fieret, depositum significavimus; quanta solennitate et gloria triumphali currui, rhedæ scilicet honorariæ omnino candidæ, adinstar Triumphantis impositum, spectabili pompa honorificoque comitatu, Pragam ex eodem Doxanensi cœnobio delatum; ac juxta Viennensem portam, inter tertiam et quartam pomeridianam, Cardinale Archiepiscopo, Prælatis, Principibus, ac effusa propemodum extra portam tota civitate exceptum sit; ac deinde octo B candidissimi Ordinis Prælatorum infulatorum humeris, deducentibus illud omnibus totius civitatis Familiis religiosis ac Clero universo, stipante etiam plurima ac potissima totius regni Nobilitate, ac innumera omnium ordinum ac conditionum multitudine, quæ sese novo deinceps suo futuro Tutelari, ingenti cum devotione ac pietatis sensu, obviam effuderat; primæ noctis hospitium, in Theinensi Divæ Matris-Virginis Æde sacra, in veteris Pragæ foro sita, accepit. Quanta autem religionis significatione tota ibidem nocte illa, quæ inter primam

et 2 die Translationi S. Norberti,

et secundam Maji, quæ Translationis triumpho celebrando decreta erat, intercedebat, a variis triurbis Urbis illius religiosis familiis, ac primum a venerabilibus Præmonstrati Ordinis Canonicis, qua Officii divini celebritate, quo musico concentu sacrum ad beatissimas Reliquias pervigilium celebratum sit; ac deinceps quam gloriosa pompa ipsa Translatio peracta, quam insigni musico concentu, quanta luminarium multitudine; quinam Triumphatori nostro triumphales arcus erecti, quantaque gloria in Strahoviense ibidem montis Sion cœnobium sub tertiam pomeridianam sanctum corpus illatum, factusque sit in pace locus ejus, et habitatio ejus in sancta Sion; quæque demum ibidem erga C Sanctum, incredibili devotione, omnibus sequentis hebdomadæ diebus sint pietatis obsequia frequentata; frustra in hac Echone mea pauculis aliquot lineolis, et jejunis characteribus adumbrare conarer: potissimum cum jam dudum tanta illius Triumphi magnificentia, quaqua versum patet orbis Christianus, jucundissime totum pervaserit; ac etiam stylo politissimo ornatissimoque, per illos quos nuper diximus Strahoviensis Ecclesiæ Canonicos Religiosos, altera libro, cui titulus Octiduum S. Norberti triumphantis, Pragæ itidem publicata sit. Unum tamen hoc fidenter assero, Romam nullum unquam a gentium domitoribus triumphum agi vidisse, cum gloria æque et vera et solida et promerita; quanta istis diebus Christiana Norberti humilitas, super omnem creatæ magnificentiæ fastum, triumpharit.

106 Interfuere autem triumphali huic pompæ, præter Cardinalem ab Harrach, ac Trapezuntinum Archiepiscopum, Prælatos aliorum Ordinum, Præmonstratensis Familiæ inferioris ordinis professores plurimos, qui undequaque advenerant; Abbates ex eodem Ordine duodecim infulati, cum aliis aliquot minoris gradus. Ex Provinciis Francicis ac Belgicis (quod in eamdem Dominicam indictum esset

D Capitulum generale, in Præmonstratensi Archicœnobio celebrandum, ad quod se plures ex iisdem contulerant) nulli ibidem vel Prælatorum vel Canonicorum comparuerunt, duobus illis dumtaxat ex S. Michaele Antuerpiensi Religiosis exceptis, quos eodem singularis Abbatis zelus ablegaverat: quibus inter alia, hic etiam favor obtigit, quod post illos quos diximus Ordinis Prælatos, per notabilem viæ triumphalis partem, digni habiti fuerint, qui sub aureo conopœo, quod a potissima Bohemiæ Nobilitate superferebatur, sanctissimis Parentis sui Norberti, ejusdemque Antuerpiæ Apostoli, Antuerpienses Religiosi colla ac humeros humiliter subjecerint. Sed et sæpius illis obtigit, sanctissimas illas animæ beatæ Exuvias coram, non solum intueri, verum etiam miro pietatis sensu venerabiliter contrectare, ac osculis devotissimis dissuaviari. Quam erat dubio procul suavissimæ consolationis plenum, sanctum illud Norberti os intueri, quod tamquam imbres emisit eloquia sapientiæ suæ, quodque mellifluus Bernardus adeo suspexit ac reveritus est, ut cœlestem fistulam vocare non erubuerit! sanctos illos humeros videre, qui adeo infatigabiliter portarunt jugum Domini; et ad impactos gladiorum validissimos ictus, adinstar adamantis, Dei præservantis virtute, mirabiliter induruerunt! sacras illas manus contrectare, quæ tanta cum pietate toties inter orandum in cœlum sublatæ sunt; tanta puritate sacris operatæ; tanta liberalitate pauperibus subsidia elargitæ sunt! beatos illos et pulchros pedes venerari et osculari, qui adeo infatigabiliter cucurrerunt ad evangelizandam pacem! Annulum præterea aureum sancti Archiepiscopi nostri videre ac contrectare meruerunt, cum ejusdem Sacerdotali ex tela argentea Stola ac Manipulo, integris (quod mireris) post quinque propemodum seculorum senectutem; præter alias Pontificalium ejus paramentorum partes, quæ cum eodem quingentis fere annis in tumulo jacuerant. E

ipsimet sacro feretro succollantes,

et Reliquias devote intuiti.

107 Ut autem gratam istam sibi in Sionæo monte quietem Norbertus declararet, Praga ad nos datum est, multis eum in visu se exhibuisse et exhibere: sed et vixdum peracto Triumphantis octiduo, nonnulla etiam miracula germinare videbantur ex sacris ipsius ossibus; ut et illa constet esse fontes salutis, quomodo Reliquias Sanctorum vocat S. Damascenus Bina dabo notiora, et quæ etiam ex collectaneis R. P. Georgii, Rothensis Ecclesiæ Canonici Ordinis Præmonstratensis, et ejusdem in Aula Cæsarea pro Circaria Sueviæ Procuratoris dignissimi, Viri eruditione et prudentia spectabilis, nuper mecum communicata sunt. Uxor Domini Baronis a Kolowrat, F heroina sane cordata, dum in fine Septembris ejusdem anni, conclamantibus medicis, spes salutis moriturae abdicitur; versa in aversam lectuli sui spondam, simulque in vota et lacrymas effusa, a Cœlitibus petit, quod negant terrigenæ. Norbertum inclamat tacita cordis vociferatione, ut ipse veniat pro medicina. Venit vocatus; illico de cœlo sentit auxilium: fugit morbus et cum eo vicina mors: ipsa, valetudine cum viribus recepta, adiit cubile sanctorum ossium sui medici Norberti; agnoscit opem, prædicat, voto se solvit: ac Strahoviensi Prælato hæc ipsa narrat, affirmans se in conscientia ad hæc narranda instimulari. Puellus circiter quadrimulus, honorabilissimæ matronæ (uxor est Quæstoris D. Comitis a Slawata) post diuturnos odontalgiæ dolores, tantos adeoque intolerabiles, ut totum octiduum soporiferæ ætatis puer, somni ne quidem stillam oculis cœpisset, cum votis ad templum Strahoviense defertur. Mater, religiosissima quadam vidua in pietatis societatem assumpta, sternitur orationi: puellus illico sopore profundissimo incessitur,

Plures enim apparens S. Norbertus

miraculis clarere incepit:

sanata moritura,

A incessitur, adeo ut nec excitari motu ullo vel clamore potuerit. Itaque post longas preces, dum efferunt dormientem, et inscenso carpento domum revehuntur, ecce subito expergefactus puellus clamat; obstupescentibus omnibus; Vere, inquiens, domina mater, S. Norbertus cœli civis est. Atque iterum clausis in somnum ocellis, usque ad octavam vespertinam obdormit: ad quam demum iterum expergefactus; Potens, inquit, medicus S. Norbertus. Nec deinceps rediit dentibus suus dolor. Hæc et alia in hoc genere plura, politiori stylo alii quandoque dabunt, mihi bina hæc commemorasse satis est; si tamen et hoc adjecero, ex eodem R. P. Georgio: assertionem haberi ex Cancellaria Bohemica, infra hanc Translationis octavam facile sexcentos ad fidem hæreticos conversos: ut Fidei Apostolum fidei miraculis (quæ certe corporalibus multo sunt potiora) Deus illustrare voluerit. Quo in genere, nec hoc reticendum videtur: eodem ipso anno, v Novembris, ad Cœnobium montis Sion venisse nobilissimum Capitaneum e castris Domini Walsteinii, Lutheranum e Saxonia oriundum, causa conversionis ad fidem. Affirmabat ille, se prima Legatione functum ad Magdeburgenses pro restitutione SS. B Reliquiarum; se inquit, tamquam optimum Lutheranum, et qui proinde aptissimus esset ut cum Magdeburgensibus ibidem Lutheranis ageret. Ecce quomodo S. Norbertus rependat officium sibi a milite impensum conversionis gratia. Est autem hujus Capitanei familia a Brandstein. Sed hæc satis; in orbitam redeamus.

pueroque dentes dolente.

et hæreticis pluribus conversis.

108 Religiosi illi Canonici ex S. Michaele ablegati, quod alteram commissionis suæ partem esse scirent, quam maximam possent adhibere diligentiam, pro obtinendo aliquo sanctarum Reliquiarum participio; cum in illum finem tum per se, tum per alios viros magnos, ac imprimis Cardinalem ab Harroch, quæcumque sciverunt media adhibuissent: cum Strahoviensis Abbas, hujus sacri thesauri custos, ejusdem omnino cuperet integritati cautum, ob rationes complures, ad hoc ipsum moventes: tum ille tamen, importunis supplicantium precibus ac etiam rationibus permotus, præ omnibus aliis, quibus earumdem sacrarum Reliquiarum aliquid obtigit, dictis ecclesiæ S. Michaelis Commissariis, post impensa plurima benevolentiæ et humanitatis indicia, per novemdecim illos dies quibus Pragæ hæserunt, cum paterna sua benedictione ac nummorum argenteorum, quales in triumphali pompa spargebantur, non exiguo numero in partibus hisce distri- C buendo; notabilem ipsis digredientibus Mumiæ (ut vocant) sacræ, sive sanctissimæ carnis Beatissimi Norberti, in frusta partim induratæ, partim in sacros cineres resolutæ, ac in ea sacrorum ossium ramenta quædam, quantitatem tantam, quantam utraque manus vola commode quis contineat, pie largitus est. Et quia inter venerandas illas sancti corporis defluxiones, haud æque potuere omnia ejus etiam minutissima ossa perquiri; quin inter eas, quas obtinuere tum Osterhoviensis in Bavaria Prælatus, tum Novæ in eadem juxta Frisingam Cellæ Præpositus, non modica ejusdem S. Norberti deprehendere ossicula; ita etiam cum illis, quæ Ecclesiæ nostræ obtigere, præter aliqua minora ossium ramenta, aliud ibidem majus recepimus: quod expertissimorum aliquot desuper consulto medicorum judicio ac attestatione, alterutrius pedis S. Norberti penultimi digiti asseritur esse Articulus. Contulit præterea dictus Abbas iisdem Fratribus vestis illius interioris, sive Sacerdotalis Albæ, quæ aureis fimbriis prætexta fuerat, et intime carni sanctæ tot seculis adhæserat, partem non modicam; cui etiam passim cernuntur ejusdem sanctæ carnis emortuæ partes non modicæ adhærescere. Aliam D insuper partem dedit satis magnam coloris subflavi, quæ Dalmaticæ ipsius Pontificalis putatur fuisse portio: sed et lignei quod in sepulcro sibi adsitum habuit Pedi pastoralis fragmen.

De Reliquiis partem impetrant Michaelitæ,

in quibus articulus pedis etc.

EX IMPRESSIS.

109 Illustriss. Pragæ Archiepiscopus S. R. E. Cardinalis ab Harrach, quod optasset etiam majori ecclesiam nostram Antuerpianam ditare sanctarum Reliquiarum thesauro, hasce ad Abbatem S. Michaelis litteras, humanissimæ dignationis plenas, dabat, XI Maji ita scriptas, Litteras Reverendiss. Dominationis suæ nobis gratissimas, per suos Religiosos Canonicos ad nos perlatas accepimus, quibus lectis mentem vestram sanctissimam, et erga sanctissimi Norberti, sacri Ordinis Præmonstratensis Patriarchæ, Magdeburgensis olim Archiepiscopi, Germaniæ Primatis, nunc autem Patroni nostri hujus Bohemiæ Regni summe gloriosi, gloriosas Reliquias devotionem ardentissimam, magno cum gaudio intelleximus. Ad petitionem vero vestram ratione Reliquiarum S. Norberti, cui petitioni maxime et liberalissime annuendum nobis videtur, quod attinet; illud ipsum contulimus cum Domino Abbate in Strahoff; sed rationabiles ob causas, præter pulveres de sacris Reliquiis S. Norberti E per supra dictos DD. Canonicos pro hac vice nihil mittere potuimus. Quos pulveres sine dubio devota mente acceptando, grato animo interim boni consulet; nam Deo dante, brevi temporis spatio, de S. Norberto alias Reliquias nos missuros speramus. Interim ob devotionem vestram summam erga S. Norbertum, Patronum nostrum hujus Regni Boemiæ summum et gloriosum, agendo gratias omnia prospera precamur Reverendiss. Dominationi suæ.

iidem acceptis ab Archiepiscopo litteris

110 Litteras etiam suas addidit Amplissimus Strahoviæ Abbas, quibus se significat ac testatur mittere Particulas sacrarum vestium, ipsius quoque Pedi, ac denique ramenta ossium, quædamque carnis sanctissimæ defluvia; hoc tenore; Adm. Rev. Domine, et in Christo Confrater observande. Duos illos, quos e Filiorum numero, pro studiosissima sua in communem Patrem nostrum pietate Adm. Rev. Paternitas vestra nuper ad ornamentum triumphi ipsius in sui vicem huc ablegavit, accepimus cum gaudio; modoque quo tunc, et occupatissimis undecumque, et hospitum frequentia circumvallatis licuit, habuimus. Nihil per abeuntes rescripsimus, quod intelligeremus serius domum reversuros esse, ac nos minime per id tempus ad scribendum essemus vacui. Nunc itaque, quando illos pervenisse F iterum illuc, aut perventuros proxime credimus; simul nostras mittimus, quibus et agamus pro religioso obsequio gratias, et eorum diligentiæ testimonium conferamus. Quo successu quantaque lætitia triumphum egerimus nostri ac tanti Patris, jam Adm. Rev. Paternitas vestra et ab ore ipsorum, et e libello per nostros ad octavum hinc diem misso, abunde cognoverit. Dolemus vero, non potuisse nos tanto obsequio piissimoque vestro desiderio vicem reddere, ac notabilem aliquam sacrarum Reliquiarum partem transmittere. Quamquam enim et maximi nobis vestra esset petitio; ac vehementer omnique modo eos qui venerunt oratores pateremur improbos et tot simul ac tam justæ petendi causæ viderentur; plures justioresque fuere (sit venia verbo) negandi. Eas libellus (de quo supra) vel dicit vel innuit. Quid? Vilior nobis Norbertus fuerit, quam Benno Bavaris? Atqui ne Pontifici quidem, multum roganti, vel micam dari voluit eorum Princeps. Dabimus Antuerpiensibus? Præmonstratum, Coloniam, Clivios, alios quomodo repellemus? Ecce, quam multis amplissimi idem postulandi tituli! Coloniensis

Scribit etiam sed non per ipsos Abbas.

A loniensis sane Princeps Elector notabilem et ipse Reliquiarum partem, scriptis quoque ad hoc ipsum litteris causisque petitioni præscriptis, jam dudum petiit. Si uni dabimus, tot alii tantique de injuria querentur præteriti : si omnibus, ubi erit Norbertus? Ignoscet (spero) Antuerpia; quando nec ipsa Sancti ipsius ac mea propria carissima Patria, Ubiorum Colonia, et Principe postulante quidquam abstulit. Nunc insuper, quod ipsa nos ratio ante hac cogebat nolle, Apostolicæ Sedis sacrosancta mundo auctoritas prohibet velle. Non tamen adm. Rev. Paternitati vestræ nihil a nobis referunt, quos ablegavit. Particulas sacrarum vestium, ipsius quoque Pedi, ac denique ramenta Ossium quædamque carnis sanctissimæ defluvia, deferenda ac vice nostra offerenda tradidimus. Quæ (quando aliud non licet) ut grata habeat, etiam atque etiam rogamus. Deus Opt. Max. adm Rev. V. Paternitatem, annorum onustam sarcina, virga sua et baculo suo consoletur atque sustineat. Pragæ, in monasterio Strahoviensi, VII Augusti MDCXXVII.

EX IMPRESSIS.

111 Sacris hisce pignoribus instructi, super omnes mundi gazas pretiosis, dicti ex S. Michaele Canonici Religiosi, cum novemdecim diebus Pragæ B hæsissent, IV Idus Maji iter in patriam desideratam relegere cœperunt : lustratoque eodem ipso die S. Ivani Benedictino Cœnobio, quod est in valle, rupes inter horridas, miro modo situm prope Baronam, tribusque Praga milliaribus abjunctum, ante ejusdem Sancti venerandas Reliquias, multa peregrinorum visitatione frequentatas, et miraculis illustres, in ejus Divi capella, ex ipso vivo saxo excisa, rem divinam fecerunt. Fuit ipse S. Ivanus ex Dalmatiæ Regibus oriundus; qui conculcatis mundi honoribus ac luxu, spretisque diademate et sceptro, cœlestem inibi vitam et Cœlitibus familiarem egit, in hac certaminum suorum palæstra, ab infernali hoste plurima reportans trophæa. Videre etiamnum ibidem est admirabilem sancti hujus Eremitæ mandram, gemituum et lacrymarum ejus sæpe consciam, aliaque sanctitatis ejus relicta vestigia. Inde ad duos dies Teplam supra laudatam repetivere, ubi filiorum adinstar suorum affectu plusquam paterno, iterato eos excepit dignissimus Abbas, vir senio et canicie venerandus. XV Kal. Junias Gotteschoviense Cœnobium Præmonstratensium Virginum, conditum a Beato item Principe Hroznata et illustri ejus sorore B. Woizlava (cujus ibidem tumulus visitur) pervenerunt. Vigesima autem prima Maji Bohemia egressi, in Bavariam sub vesperam, adeoque sequente die C in quam Pentecostalis Solennitatis pervigilium incidebat; Windpergæ, Cœnobio Præmonstrati Ordinis celeberrimo, honorifice excepti sunt. Quare autem per Bavariam, Sueviam, Alsatiam, Lotharingiam, etc, suum in Brabantiam iter instituerunt, causæ fuere complures : ac imprimis eæ, quod minus hic esset periculi, ac eadem opera lustranda occurrerent præclarissima aliquot candidi Ordinis cœnobia; ut quæ in iis plurima memoratu digna sese offerrent, ea annotarent. Quæ interim dum lustrant; alios tantisper ex Ordine nostro Fratres, ac inter illos, Sanctum nostrum Michaelem Antuerpiensem nonnihil revisamus; et quis fuerit illis inter hæc tanta triumphantis Parentis sui gaudia sensus, describamus.

Illi Praga digressi

redeunt per Bavariam.

CAPUT XIII.

Quid interim actum Antuerpiæ, et quomodo eo rediverint Delegati.

Ingenuorum certe filiorum erat, dum Parentis sui cum tanta gloria fieret Translatio, miro spiritus gaudio in Domino etiam exultare; quod post tot secula quibus in tenebris delituerat, in lucem proferre dignatus esset ejusce sacratissimum Corpus, quo animæ beatæ gratissimo hospitio, tamquam instrumento, Deus ad magnas ac mirificas pro nominis sui gloria res efficiendas jam olim sæpe usus fuerat. Quomodo enim non exultarent ac lætabundi subsilirent, etiam infimi pedes aliaque corporis membra, cum Deus sublevare dignatus est ex diutino illo suo carcere, et inglorio apud hostes fidei nostræ situ, caput nostri Joakin, sanctissimi inquam Ducis nostri ac candidæ militiæ Principis Norberti. Pervasit mysticum hoc candidi Ordinis corpus, miro pietatis sensu, gratissima translati Parentis sui fama; adeoque omnibus in locis videre erat gestientium spiritali lætitia cœnobiorum lætissimum vultum. Variis in locis (ut de Circariis Westphala et Suevica aliisque constat) quo die Pragæ in montem Sion inferretur solennissimo triumpho, et quo vix ullum in alicujus Sancti translatione Ecclesia majorem vidit; earumdem Provinciarum cœnobia, jucundissima quadam resonantia, quasi Echonem quamdam exhibuerunt. Hinc variis in locis etiam typis mandati Versus et Plausus, lætitiæ hujus testes. Sed et in Rothensi Cœnobio, disciplinæ regularis observantissimo, opera eruditi P. Martini E Merz, ejusdem Cœnobii Canonici et Prioris, editus est S. Norbertus, in vita et translatione triumphans, optimo ad fovendam pietatem spiritu, in communis Suevicæ Provinciæ Novitiatus (cujus idem religiosissimus Director est) usum conscriptus, ac typis Joannis Schroter Ravenspurgi editus.

D *S. Norberti Translatio magnæ in Ordine lætitia causa,*

113 Sed quid inter hæc omnia Sanctus noster Michael Antuerpiensis? An ille qui Sancto nostro Apostolo ad prædicandum Christi Evangelium viam stravit, gloriosos terræ humiliavit, sanctissimum Crucis labarum ad dilatandos Ecclesiæ fines prætulit, nullam ad se portionem hujus gaudii spectare monstravit? Minime vero. Etsi enim in ejus Ecclesia (ut et in plerisque aliis hujus Provinciæ) quo die Pragæ hæc fieret solennitas, consulto ab eadem abstineretur; quod, prout evenire solet, occurrentibus impedimentis, Triumphi dies differri potuisset, quo casu Translationem necdum peractam recoluissemus; nulla hic tamen occasio prætermissa est, qua S. Norberti Translatio Antuerpiensi populo, qui eidem Divo suo Tutelari et Apostolo devotissimus est, tum hic tum alibi pro concione sæpius proponeretur. Solenne est in nostra hac S. Michaelis ecclesia quotannis, Dominica post Pentecosten tertia, ea scilicet quæ Octavam Corporis F Christi proxime sequitur, festive recolere gloriosum S. Norberti de excisa sacramentaria Tanchelini hæresi Triumphum : qui ut a piis fidelibus diligentius frequentaretur, S. D. N. Gregorius PP. XV die VII Februarii anno MDCXXIII plenariam concesserat Indulgentiam, omnibus qui eadem ipsa Dominica eamdem S. Michaelis Ecclesiam pie visitarent. Quin et Reverendissimus totius Præmonstratensis Ordinis Generalis, D. Petrus Gossetius (qui eumdem modo prudentissime et sanctissime gubernat) nuper speciali diplomate, concessit adinstar festi Triplicis (ut vocant in Breviario Præmonstratensi) in eadem ecclesia Officium de sanctissimo Sacramento, omisso Beatæ Virginis horario penso, cantari posse, addita speciali S. Norberti Commemoratione, cum hac in illum finem ab eodem Reverendissimo Domino approbata Oratione : Deus qui Beatum Norbertum, Confessorem tuum atque Pontificem, Sacramenti tui admirabilis Vindicem fieri voluisti, tribue quæsumus, ut quod olim per te potuit moriturus, nunc e cœlo efficiat immortalis. Per Dom. etc. Fuit ergo in S. Michaelis ecclesia, hac ipsa Dominica

præsertim Antuerpiæ,

ubi Sancti de Tanchelino triumphus

quotannis recolitur:

A nica post Octavam Corporis Christi, ut semper ingenti, ita hoc anno, ob celeberrimam recenter peractæ Translationis memoriam, multo maximo populi concursu et devotione Norbertinus hic Triumphus celebratus.

et festum solennius actum est.

114 Alia rursus occasio commemorandæ hujus celeberrimæ Translationis sese offerebat ipso die festo S. Norberti, qui cum alias admodum solenniter; tum hoc ipso anno in pluribus Ordinis Ecclesiis, ob hanc Translationem multo magis festive celebratus fuit. Concursus piorum civium ingens, necessitates suas Antuerpiensium Apostolo ingeminantium: qui non ipso dumtaxat festo die nostram S. Archangeli Ecclesiam pie visitarunt; sed et per omnes sequentis Octavæ dies, suam ibidem devotionem continuarunt: ac potissimum Feria quinta, quæ erat Julii dies xv, qua Statio servabatur in capella S. Martini Est ea vetus admodum ad Septemtrionem sita, ac cœmeterio Ecclesiæ adjacens, vel eam ob causam in magna veneratione habita, quod ibidem Sanctus noster Parens, rem divinam fecisse credatur: quare et majorum nostrorum memoria, piorum hic vota concipi solent; prout etiam subinde oblata ibidem ex cera anathemata vidimus illo- B rum, qui vel in afflictionibus suis per S. Norberti merita opem implorabant, vel reipsa experti essent. Quin etiam olim adeo prædecessoribus nostris locus ille solet esse venerabilis, ut semper a refectione Fratres refectorio egressi, eo conventualiter pergerent gratias persoluturi. Augendi autem populi fidelis erga Sanctum hunc locum cultus ergo, Episcopus Antuerpiensis ab annis aliquot Indulgentias XL dierum concesserat, eumdem certis temporibus pie visitantibus.

115 Dominica quæ fuit Festi octava, mensis autem XVIII cum plenaria Indulgentia solennis per Urbem, cum venerabili Sacramento, indicta erat Processio: ad quam dum sacer apparatus pro more disponitur, narrationis ordo exigit, ut tantisper Fratres nostros, ex S. Michaele Pragam ablegatos, quos nuper in Bavaricis Ordinis cœnobiis reliquimus, revisamus; ac iter suum cum sacris ipsis S. Norberti pignoribus relegentes, pia devotione comitemur. Appulerant illi Windpergam ipso sacræ Pentecostalis solennitatis pervigilio: ac feria deinde quarta ad S. Ingelmarum, milliari inde distantem (qui eo loci vixit sanctissimus Eremita, ac innocenter trucidatus occubuit) cum ipso Abbate, qui eo rem divinam solenniter in Pontifilicabus ibat acturus, pervenerunt. Vigesima septima Maji

Interim Michaelitæ

C Oosterhoviam venerunt, quod est præclarum Ordinis Præmonstratensis cœnobium, ejusdem nominis civitati adjacens: pertransitaque ipso S. Trinitatis, quo Antuerpiensis Urbis amburbalia Festa celebrantur, civitate Landeshuta, (quæ est Bavariæ superioris ad fluvium Isaram non invenusta civitas) trigesima prima Maji ad Novam-Cellam, Ordinis item Canonicorum Præmonstratensium juxta Frisingam Cœnobium illustre, pervenerunt; atque per D. Joannem Georgium Purcher Cathedralis Ecclesiæ, et per Collegiatæ S. Andreæ Decanos deducti, varia ab iisdem sacrarum Reliquiarum pignora obtinuerunt; et inter illa, SS. Corbiniani et Lamperti Frisingæ Episcoporum, ut et S. Walpurgis Divæ Antuerpiensium Tutelaris nonnullas particulas. Monachium, quod Boiorum Ducum sedes est, eorumque Palatio insigne, quarto Junii tenuerunt: lustratisque quæ ibidem visu digna essent, etiam in æde principe S. Bennonis Misnensis Episcopi (quem ex Saxonia novum Bavariæ Tutelarem, non ita pridem advexerat piissimus Bajoariorum Dux Wilhelmus) illustri opere pro Sancti gloria exornatum tumulum venerati sunt; ac re ante eumdem

lustratis variis sui Ordinis cœnobiis,

D divina facta, Augustanum iter ingressi, Vindelicam ipsam Augustam, die mensis octavo tenuerunt: nono Urspergam, inclitum Præmonstrati Ordinis Cœnobium deveniunt; ac ibidem reverendi admodum ac amplissimi Domini Viti, ejusdem ecclesiæ Abbatis longe meritissimi, nostrorumque pro illustrando Ordine conatuum fautoris optimi munificentia, ossium sacrorum B. Grimonis, II Urspergensis Præpositi ibidem quiescentis, partem notabilem obtinent. Superest in eodem cœnobio etiamnum ipsum Conradi Lichtenavii Urspergensis Chronici autographum, quod a mendis illis quamplurimis immune est, quibus illud postmodum sublestæ fidei homines resperserunt: quod pro Urspergensis cœnobii honore, ac ejusdem Conradi viri omnino egregii immortali memoria, ac pro communi Reipublicæ litterariæ bono, optandum foret ex fide ipsius autographi aliquando in lucem prodire, una cum ejusdem Conradi vindiciis, ac etiam Vita, quam doctissime compilavit R. P. F. Hierononymus Spenglerus, ejusdem ecclesiæ canonicus.

ex impressis nonnullis Reliquiis donati,

116 Verum agedum reliqua cum iisdem Fratribus nostris Sueviæ cœnobia, quæ pertransiere, lustremus: ac imprimis Montis-farrei sive Rockenburgense, pulcrum omnino ac præclarum: ubi experti Fratres nostri miram erga se humanitatem, die decima quinta, Rothum, quod et ipsum est Circariæ Suevicæ longe religiosissimum cœnobium, appulerunt. Hic in cœnobio præter B. Odimonis, ejusdem ecclesiæ dignissimi Abbatis, sacra ossa, quorum etiam modica particula donati sunt; ipsis coram venerari datum est, ac eximio pietatis sensu dissuaviari fragrantes mirum in modum, et qui naturam superat, Sanctæ memoriæ Wilhelmi Rothensis Canonici, venerandas Exuvias: qui non ita pridem, anno scilicet MDCLXXXVIII, ad V Kal. Martias (verbis utar elogii quod pro epitaphio ibidem sanctus Frater habet) virtute quam ætate major, cœlo quam terra dignior, flos inter spinas, et inter flores lilium, ad cœlos evolavit. Sacrarum ejus Reliquiarum parte, pro Ecclesia nostra S. Michaelis ditati, Rotho demum die XVI mensis digressi, Candidam Augiam petierunt, præclarum item Præmonstratensium Canonicorum cœnobium. Inde, lustrato etiam Weingartensi Benedictinorum egregio cœnobio, ac præclarissimarum Reliquiarum thesauris, et inter eas Protomartyris Stephani manu longe ditissimo, digressi: ad Sorethanum Præmonstratensis Ordinis cœnobium die XVIII Junii pervenerunt; Marchtallum inde, Præmonstratensis F Ordinis die XXII Junii advehuntur, ubi floruit hujus cœnobii dignissimus Præpositus, (qui illud ipsum primus sanctissime rexit) Sanctæ memoriæ Eberhardus; qui ex nobilissima Wolfeggensium familia Angelicam in terris vitam degens, beata eam ibidem morte terminavit; ac sexto post felicem obitum anno, in tumulo suo, dexteræ manus digitis in benedicentis modum elevatis et incorruptis, quasi benedictionem dare visus est.

instituto per Sueviam itinere, E

post adita varia ibidem monasteria,

117 Die mensis XXIII, lustrato obiter celebri Suifaltensi Benedictinorum Monasterio, vigesima quinta die Cellam omnium Sanctorum, itidem Præmonstratense cœnobium, quod Oberkirchen vocant, ingrediuntur. Translata est eadem Sanctorum omnium Cella, ex veteri sua in Hercinia silva sede, ad ipsam civitatem Oberkirchen, ubi in principe ecclesia, quæ eidem cœnobio subest, pro primævo candidi Ordinis instituto, omnibus Apostolicæ vitæ muniis defunguntur nostri. Inde vero XXVII Junii, quæ dies erat Dominica, sub vesperam Argentoratum ingressi, in Melitensium ibidem Commendaria (ubi plurima erat videre Sanctorum capita, ac etiam integra

EX IMPRESSIS

A integra aliquot corpora) benigne habiti sunt. Vigesima autem nona die venerunt ad Tabernas Alsaticas, urbem adeo munitam, ut nuper diuturna obsidione tentatam cam spurius Mansfeldicus expugnare nequiverit. Postridie Kal. Julias, Nanceio præterito sub vesperam, ad S. Mariam Majorem, novum ex nemore Mussipontum translatum cœnobium Præmonstratense, sospites pervenere : ac difficili via Ardennæ silvas et Lutzenburgici Ducatus sterilem agrum prætergressi; nona Julii, itinere admodum periculoso Leffiæ, quæ est juxta Dionantum, Præmonstrati Ordinis Canonicorum Ecclesia: indeque conscenso Mosa, Namurco allapsi sunt : unde Floressiam, in Comitatu Namurcensi florentissimum cœnobium, die x Julii, quæ erat festivitatis S. P. N. Norberti pervigilium, devenerunt. Celebrarunt ibidem sancti Parentis sui Officium, atque Abbatis summam experti sunt humanitatem : qui etiam illas quas secum ferebant sacras S. Norberti Reliquias, cum processione ad ecclesiam suam venerabiliter deferri voluit. Bruxellam demum in Brabantia, die decimaquinta Julii sani ac incolumes ingressi, nihil prius habuerunt, quam

Bruxellam 4 mense appellunt,

B cum Parcensi Abbatis Generalis in Circariis Brabantiæ et Frisiæ Vicario, cujus etiam petita benedictione iter illud suum sacræ hujus peregrinationis ante quatuor fere menses auspicati erant, de toto ejusdem successu conferre : repertoque ibidem opportune Prælato suo S. Michaelis, pro communibus patriæ ac Ordinis negotiis illic existente, et jam dies et horas reditus ipsorum computante, mira illum lætitia perfuderunt; ut et ejusdem ecclesiæ Priorem, qui Prælatum comitatus, Bruxellæ tum quoque agebat : quo cum die decimaseptima Julii, S. Archangeli nostri. Antuerpiensem ecclesiam, sub ipsis (quæ pro Octava die festi S. Norberti ac promulgata ibidem Plenaria Indulgentia, solenniter fiebant) prioribus Vesperis, incredibili omnium Fratrum suorum gratulatione ac gaudio ingressi sunt.

et 17 Junii Antuerpiam.

CAPUT XIV.

Festum Sancti solennius solito actum. Apparatus ad translationem Reliquiarum allatarum.

Fecit hic desideratissimus carissimorum Fratrum adventus, quod hæc solennitatis S. Norberti dies

C Octava, super primam Festi multo celebrior, ac propter solennem illo die per civitatem Theophoriam, multo jucundissima decurreret : Hinc musicorum concentuum varii chori, per varias ecclesiæ porticus (quas sursum plurimas habet) ingeniosissime dispositi, gratissima ac propemodum cœlesti melodia S. Norberti Natalem, in solenni Missæ ac Vesperarum Laudumque Officio (quod ob Prælati absentiam per Priorem loci complebatur) personarent. Qui eodem die pro confertissimo auditorio ex suggestu perorabant, nihil prius habebant, quam ut Antuerpiensi populo, ejusmodi sacrarum novitatum avidissimo, de immensa Apostoli sui translati gloria et pompa, pleno (ut aiunt) ore, quæ ex Fratribus nostris reducibus intellexerant, eructarent : ac imprimis D. Norbertus van Couwerven, ecclesiastes ordinarius, qui ante solenne Sacrum ad nonam matutinam, concionem habebat, egregie de Translatione disseruit; ac pro celebranda eodem die per urbem solenni processione cum sanctissimo Sacramento, insigniter Rebeccæ ex Genesi sacram historiam, monilia quæ ab Eliezer Abrahæ servo acceperat parentibus suis ac domesticis magna cum lætitia ostentantis, Antuerpiensi ecclesiæ appli-

Octava S. Norberti solennissime celebratur

D cabat : quæ cum per mysticum nostrum Eliezer Norbertum, summi Abrahæ fidelissimum servum, in exterminatione hæresis magna restitutæ Catholicæ religionis monilia, ac inter ea præstantissimum illud militantis Ecclesiæ cimelium, augustissimum Altaris Sacramentum receperit; illud ipsum gratulabunda hodie, convocatis omnibus vicinis et cognatis suis, in solennissima Theophoriæ processionem per civitatem ostentat.

119 Procedentium autem hic ordo fuit. Crucis Abbatialis labarum quotquot sunt Fratres Conversi ac Novitii, ac deinceps omnes ordine ejusdem ecclesiæ Canonici, superpelliceis induti cum almutiis, præcedentes in Cappis solennibus Cantores subsequuntur. Eisdem succedunt ex omnibus totius Urbis Familiis regularibus bini Religiosi, qui S. Norberti Festum cohonestatum veniunt. Post illos sub baldachino, ex holoserico rubeo fimbriis aureis prætexto, quod sex honoratiores ex Confraternitate Digladiatorum, (quæ nostrum cœlestis militiæ archistrategum Michaelem Patronum habet) in togis suis solennibus gestant, bini ecclesiæ nostræ Canonici, Planetis aureis super Albas vestiti, sacras illas ecclesiæ nostræ Reliquias venerabiliter deferunt, quarum

et processio instituitur,

E supra meminimus. Includuntur eæ decenter arcæ, byssino intus candido ac foris holoserico rubeo vestitæ, fimbriis aureis ornato, ex cujus quatuor angulis, quatuor flosculorum ex argento candicantium rami exurgunt, qui superne in liliorum manipulum coeunt, ex quibus inferne, aureola super ipsam sacram thecam dependet. Subsequebatur numerus haud exiguus adolescentum ac puellorum, in novem turmas discretorum, novem trium Angelicarum Hierarchiarum choros repræsentantium : qui habitu quique byssino ac serico, torquibusque aureis ac monilibus nonnulli decorati, cum alis ac chori sui distinctivis intersigniis conspicui erant; ac post quemque chorum Nympha, pulchriori ornatu decora, instar Virginis Deiparæ gradiebatur: quæ et ipsa ejusdem Chori intersignia, demptis alis præferret, ac binas Virgines sanctas haberet pedissequas. Unicuique Choro per aliquem ejusdem Ordinis Angelum, Titulus depicto hastili affixus præferebatur.

præeuntibus novem choris Angelorum,

120 Post hos gradiebantur suo singuli ornatu decori Michael, Gabriel, et Raphael; deinde Nympharum alatarum schemate sequebantur Vita activa, cum suis operum misericordiæ intersigniis, argenteis verticem radiis redimita; ac etiam contemplativa Vita, cor alatum flammeum præferens, quæ aureos in capite radios habebat. Pone sequebatur harum Vitarum binæ ex

Sanctis et Virtutibus præcipuis,

F Evangelio figuræ Martha et Magdalena. Prodibat deinde plurimarum Sanctarum virgineo choro cinctus B. Jacobus, Novitius Ordinis Præmonstratensis, habitu Præmonstrato insignis, ac corollam ex byssinis floribus mixtim candidis, mixtim rubeis, capite præferens. Sed et tria Religionis Vota, egregie suis intersigniis distincta, totidem captivos ducebant in triumphum hostes salutis; Paupertas, Mundum; Castitas, Carnem cum Cupidine; Obedientia, Diabolum. Hinc ex Præmonstratensi Ordine complurium Sanctorum gradiebatur chorus, inter quos varii Abbates, ac etiam Episcopi BB. Ludolphus et Isfridus, suis inferne talaribus albis, ac desuper rocketis ac mossetis (ut vocant) quin et mitris egregie ornatis conspicui Post illos Angelus prodibat, ramum olivæ præferens: sed et alius, qui in Scuto, floribus hedera et bracteis exornato, insignia gestabat S. Norberti; cui hinc inde latera claudebant, adinstar duarum nympharum, Fides et Patientia, propter elogium quod iisdem Sancti Insignibus additum, FIDE ET PATIENTIA. Succedebant Heribertus et Hadewigis S. Norberti parentes, suis comitibus honorariis stipati. Tandem inter quatuor Pontifices

cum S. Norberto.

A Pontifices Gelasium II, Callistum II, Honorium II, et Innocentium II (qui rubeis ex bysso talaribus, ac desuper candidis rocketis, mossetis item rubeis, pellibus albis prætextis ac nodulis aureis junctis, et competenti simul pileolo item pellibus prætexto notabiles erant) medius ipse S. Norbertus gradiebatur, vestem talarem byssinam candidam, ut et mossetam aureis stellulis variegatam habens, ac rocketum lineum; pallio ad scapulas Archiepiscopali insignis, crucem Primatis una, altera vero factam ex ligno Hierothecæ formam portabat: captivosque ante se ac ligatos Tanchelinum et Dæmonem in triumphum agebat.

atque Deipara:

121 Hosce gemini cum facibus Angeli sequebantur: sed et Habitus candidi variis Angelis portabantur partes; ut hic tunicam, ille scapulare, alter caputium, quartus biretum, quintus almutium, sextus cappam ferret: quos, inter SS. Joannem Baptistam ac Præmonstrati Ordinis Legislatorem gloriosissimo schemate, sequebatur Ordinis candidi Præmonstratrix habitusque designatrix Deipara. Denique præcedentibus tribus Apostolis Petro, Jacobo, et Joanne, inter Moysen et Eliam, Christus Dominus, B in nivea veste, facie radiis aureis coruscante, Transfiguratus claudebat agmen. Hunc lectissimorum puerorum, in hunc finem a parentibus pro pio suo erga S. Norbertum cultu, libenter et liberaliter exornatorum gregem; inter aliquot faces, quatuor honestiorum civium humeris delata excipiebat S. Norberti statua, fere virilem æquans; quæ subtus aureis stellulis distincta ex bysso candida talari, desuper autem subtili rocketo vestita, cum pectorali cruce, mossetam habebat auratis item stellis variegatam, ac desuper Archiepiscopale Pallium, scintillantibus monilibus refulgens: dextra hierothecam inauratam sustinebat, læva Primatialem crucem cum olivæ baccis onusto ramusculo; in capite vero mitram, auro et gemmis radiantem. Post ipsam statuam plurimæ per honestiores cives gestabantur ardentes faces, quas insequebatur, præcedentibus binis ex argento candelabris grandioribus per Acolythos delatis, ac etiam subsequentibus Thuribulariis incensum continuo ministrantibus, ipsum sanctissimum Sacramentum; quod, præcedentibus in Dalmaticis aureis, Altaris ministris, cœnobii Prior gestabat, sub baldachino item ex rubeo holoserico fimbriis aureis prætexto, quod a sex itidem Confraternitatis Digladiatorum senioribus Decanis superferebatur. Ipsum a tergo sanctissimum Sacramentum exceperunt, tum C ex Clero tum ex Magistratu varii, ac etiam ex communi populo confertissima piorum turba, sua Sancto vota ingeminantium, ac necessitates intimantium: quin et in eadem processione persona, quædam quæ multo tempore brachium infirmum et affectum gestaverat, et pro suo in Sanctum cultu processionem illam comitari decreverat, præsentissimam ejus opem (ut et alii alias) sensisse dicitur; ac non ita post conscientia stimulante, brachium ex cera virgine, pro anathemate, ad S. Norberti altare suspendit.

post hanc statua Sancti,

ac denique Venerabile Sacramentum.

Sanatur cuidam brachium

122 Mirari autem merito quis posset, cur in hac solenni processione non fuerint in pompam prolata sacra illa pignora Reliquiarum S. Norberti, quæ pridie diximus per Fratres nostros Praga reduces huc delata; quod consulto omnino factum est, tum quod Sacrosancti Tridentini Concilii Decreto ss. 25, de invocatione veneratione et Reliquiis Sanctorum, in iisdem publicæ venerationi exponendis prævia requireretur Ordinarii visitatio et approbatio, quod adeo conciso tempore fieri non potuisset; tum quia conveniebat, præter hanc solennitatem Natalis S. Norberti, specialem quamdam commemorandæ ipsius Translationi decerni, quæ illius Pragensis velut Echo quædam foret; ac posteris expresso aliquo signo declararet, qua ratione ad hanc ecclesiam venerabiles D illæ et super aurum ac topazium pretiosæ Reliquiæ pervenissent. Quare Prælatus S. Michaelis, consilio cum Antuerpiensium Episcopo communicato, diem commemorandæ hujus Translationis statuit, quintam Septembris, quæ prima ejusdem mensis erat Dominica, cum subsequentis hebdomadæ omnibus diebus; quatenus illius celeberrimi Pragensis octidui quamdam videretur Echonem exhibere. Optassent ex piis civibus plurimi, S. Norberto egregie addicti, festos in solennitatis hujus pervigilio ac ipsius festi vespera per urbem excitari ignes, grandiora in triumphum explodi tormentorum tonitrua, missilibus in cœlum diffusis ignibus, quasi novis totidem stellis, illud ipsum variegari; verum circumstrepentium armorum fragor, ac e vicino ob Grollam nuper interceptam elatus incubans hostis, fecit ejusmodi exterioris apparatus triumphi in exercitia commutari pietatis, ad placandam per S. Norberti merita offensi Numinis iram. In quem finem et ipse Reverendissimus Episcopus omnibus Christi fidelibus, per totum ipsum Octiduum ecclesiam S. Michaelis, ac in ea S. Norberti Reliquias pie visitantibus, concesserat quadraginta dierum Indulgentiam: E quas etiam Reliquias, sericis velis involutas, ac cistellæ inclusas argenteæ (quæ affabre satis facta, quibusdam externe sacris ex Scriptura historiis insignita, Angelis aliquot superne Passionis Dominicæ signa præferentibus, ac flosculorum byssinorum manipulo exornata erat) per Priorem domus et Confratres illos qui easdem Praga detulerant, eidem Episcopo Abbas S. Michaelis, cum solenni tum suo tum Conventus nomine supplicatione, visitandas et approbandas exhibuit.

Ipsarum Reliquiarum Translatio recolendæ.

[illegible] ex impressis.

statuitur Dominica prima Septembris,

cum 40 dierum Indulgentia

123 Sacris autem Pignoribus hisce diligenter inspectis, attestationibus visis, ac iisdem Religiosis auditis et examinatis, in adhibito ad hoc gravium aliquot Theologorum consessu, qui easdem Reliquias venerabiliter, ac nominatim sacrum illud pedum Sancti ossiculum exosculati sunt; idem Episcopus, laudata Confratrum illorum solertia, qui thesaurum illum revera non modicum obtinuissent; dato infra scripto Diplomate easdem approbavit, ac publice fidelium devotioni proponendas decrevit hoc tenore: Joannes Malderus, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Antuerpiensis, omnibus has visuris Salutem in Domino. Exposuerunt nobis Rev. adm. Dominus Abbas et Conventus Monasterii S. Michaelis hujus civitatis Antuerpiensis, ad suum Monasterium a Rev. adm. Domino Abbate Monasterii Strahoviensis civitatis Pragensis missas esse quasdam Reliquias F S. Norberti, videlicet particulas sacrarum vestium, ipsius quoque pedi, ac denique ramenta ossium, quædamque carnis defluvia; desiderantes ut eædem Reliquiæ, eo quo decet honore et cultu venerentur; a Nobis postularunt, ut easdem recognosceremus, ac ut populo honorandæ exponi possent concederemus Nos, pro munere nostro libenter iis intenti, per quæ Christi fideles ad imitationem et debitum Sanctorum cum Christo regnantium cultum incitentur, visis dictis Reliquiis, et auditis ae examinatis venerabilibus FF. Matthæo de Beir et Prospero Moriconi, supradicti monasterii S. Michaelis Religiosis, qui prædictas Reliquias a præfato Abbate Strahoviensi se accepisse et fideliter Antuerpiam detulisse sub juramento declararunt; adhibitis insuper in consilium Theologis aliisque piis viris; censuimus prædictas Reliquias, tamquam veras et genuinas habendas esse; iisdemque eum cultum et venerationem deferendam, quæ hujusmodi sacris pignoribus merito debetur, ac in Ecclesia Catholica semper adhibita fuit; adeoque ut populo venerandæ publice exponi

interim illas sibi oblatas

[illegible] et approbat Episcopus

A poni possint, concedimus per præsentes. Datum Antuerpiæ, in Palatio nostro Episcopali, die vigesimo septimo mensis Augusti, anno Domini MDC vigesimo item septimo.

EX IMPRESSIS

Thronusque S. Norberto triumphanti erigitur:

124 Ipso solennitatis pervigilio, ornatis iterum omnibus ecclesiæ nostræ parietibus et columnis tapetibus pretiosis, ac potissimum ipso choro pulcherrimis ex bysso aulæis splendido, cujus etiam altare princeps, ut et cetera totius ecclesiæ, ac potissimum ipsum S. Norberti, pulchiori quam unquam solent apparatu splendebant; in ipso Ecclesiæ meditullio novus S. Norberto thriumphanti thronus erectus stabat; opere quidem non sumptuoso, sed concinno gravissimoque, qui ad plures dies non unius dumtaxat familiæ, sed et plurium religiosarum Congregationum, suam libenter S. Norberto opellam consecrantium, manus pie occupaverat. Tabulatum inferne substratum erat, ad quod circumcirca gradu uno adscendebatur, rubro undique panno instratum: quatuor grandiores columnæ cum epistyliis ac basibus, ad quatuor angulos æquali distantia dissitæ, inferiori graduum tabulato insistebant, quæ adeo totæ hederarum foliis concinne vestitæ erant, ut nihil columnarum appareret, ac desuper variis ex B bractea spiris circumdatæ rutilabant. Ipsis columnarum capitellis singulis, inter minores aliquot ex cera virgine candelas, bicubitabile imminebat ovali forma scutum, et ipsum hedera interlucentibus bracteis vestitum; ex quo superne æneo candelabro cereus grandior insistens exurgebat. Scutorum, ab interiori throni adspectu, argumentum erant quatuor de S. Norberto emblemata, appictis singulis lemmatibus. I. S. Norbertus, Currus Israel et Auriga ejus. Hieroglyptum erat, adscendens in cœlum igneo curru Elias. II. S. Norbertus, tamquam flos Rosarum. III. Columba Noe pacifera, præferebat illa in Hieroglypto oleæ ramusculum. IV. S. Norbertus quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ. Ab illa vero facie quæ spectatoribus obversa erat, quatuor in circulis puncta ex Vita Sancti depicta cernebantur, ut ejus per fulmen conversio, Habitus candidi collatio, Regulæ traditio, et Antuerpiensium ad fidem reductio.

125 Totum superne tabernaculum, miro inter se flexo vestitorum hederæ funium tecto, interlucentibus multis bracteolatis lemniscis, floribusque ac stellulis nubeculisque ex byssinis floccis variegato, in pyramidalem figuram assurgente, coopertum erat; C cui in cacumine, hinc Illustrium Gennepensium Comitum Intersigne (quod ex veterum aliquot MSS. fide S. Norberto gentilitium fuisse, in nostris ad MS. ejus Vitam Notis, disseruimus) addito lemmate, FIDE ET PATIENTIA; illinc vero Abbatiæ S. Michaelis arma, cum avito symbolo, MODERATE, spectabantur, eodem quo scuta modo, hederaceis sertis inclusa. Sunt ea in æquore rubeo, crux latior argentea, in sui medio acuminatim protuberans, ex cujus commissura quatuor transversim aurea sceptra egrediuntur: scuto autem, quod hinc Pedo, inde Cruce sustentatur, Abbatialis mitra incumbit. Medium throni, inter quatuor dictas columnas, Altare occupabat, utrimque palliis antipendiis ex aurophrygio pulchre vestitum, ac suis velis in cristas dentatas concinne desinentibus instratum. Eidem imposita stabat, inter grandiora duo ingentis ponderis ex argento candelabra, sub hanc solennitatem recenter fabrefacta, et binas item argenteas sportulas floribus plenas, ipsa benedicta S. Norberti Statua, pro triumphi hujus solennitate noviter efformata.

126 Festivitati sacræ, per solennes musico concentu celebratas priores Vesperas, initium datum est, admodum Reverendo Domino in Pontificalibus officiante. Cum autem necdum speciale de S. Norberti Translatione Officium compositum esset (quod D nuper Pragæ digestum, ac a Generali approbatum typisque brevi subjiciendum esse, ex litteris eximii viri R. D. Adriani Gossetii S. T. D. ac Prioris Archicœnobii Præmonstratensis longe meritissimi accepimus) visum fuit per totum ipsum hoc octiduum persolvere illud, quod in ejus Natali recitaretur, mutatis hinc inde nonnullis; ac adhibita infrascripta, ex impresso Processionis in Translatione factæ officio desumpta, ac ibidem per Cardinalem ab Harrach Pragensem Archiepiscopum cantata Collecta: Omnipotens sempiterne Deus, qui es gloriosus in Sanctis tuis, et eorum nobis intercessione placabilis; da nobis hodie S. Norberti Confessoris tui atque Pontificis triumpho lætantibus, meritis ipsius et precibus, ad regni tui gloriam triumphata morte feliciter pervenire. Per Dominum, etc.

ad quem celebratis primis Vesperis,

datur 5 Septemb. in Cathedrali initium festo.

127 Dominica sequente, quæ erat V Septembris, ad quintam matutinam, in Cathedrali ecclesia (ad quam delata erat Sancti statua, in ejusque meditullio collocata) concione sua super ista Psalmistæ Regii verba, Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus; Translationis hujus festivitatem auspicatus est Raphael Lestius, ecclesiæ nostræ Supprior: ac inter cetera, quanti apud Deum pretii E ejusmodi amicorum ejus ossa essent, ob complura quæ inde sæpe beneficia pullularent, declaravit. Hora octava, in auditorio numerosissimo, et quantum ibi numquam vel a XL annis visum meminerant personæ graves, concionem pulcherrimam instituit ecclesiæ nostræ Ecclesiastes ordinarius Norbertus van Couwerven, qui admodum ad festivitatem nostram apposite verba illa Psalmistæ, Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ, primo litteraliter ex Toleto, Bellarmino, Janssenio, et aliis explicans, ea deinceps egregie eidem solennitati nostræ applicavit. (Psal. 80.) A Concione Pontificale Sacrum fecit Antistes Malderus, assidente etiam in Pontificalibus juxta altare cum Officialibus suis, S. Michaelis Abbate; considentibusque in ejusdem summi chori B. Mariæ subselliis, cum Venerabilibus Dominis Cathedralis Ecclesiæ Canonicis Confratribus nostris, etiam ipsis S. Michaelis Canonicis, ac Dominis de Magistratu. Reliquiæ autem S. Norberti, summo ibidem Altari impositæ cernebantur.

CAPUT XV.

Processionalis pompa variis, spectaculis interpolata. F

Procedit a Cathedrali pompa.

Sacræ autem processionis, ad quam solenniter celebrandam omnes hujus urbis familiæ religiosæ cum labaris suis, ac numero numeroso convenerant, hic ordo fuit. Præcedebant sex lectiorum civium militaria Collegia, quæ Gildas vocant, qui tunicis suis solennibus induti, ac manibus bacillis suis variegatis innitentes, longo tractu viam triumphalem pertransibant. Interea vero nubes, quæ toto fere tempore matutino cœlum et solem subduxerat, et effusa subinde pluvia timorem et remoram aliquam injecerat (unde et aliqua vix tempestive disponi potuerunt) nubes, inquam, illa, sub ipsum egressum in imbrem resolvitur: sed mox simili prodigio, quo Pragæ post continuam nivem, et hic post tristem cœli faciem dissipata nube, sol subito erupit; et serenato æthere, quasi triumphantem alterum solem et urbis Apostolum spectaturus, deinceps toto tempore serenus illuxit. Quatuor exinde Cathedralis ecclesiæ Canonici, assumptam in humeros Sancti statuam, quæ eatenus in templi medio constiterat, ex ipsa ecclesia, ad forum illud quod frumentarium vetus appellant, honorifice detulerunt: quæ ibidem RR. PP. Minimorum (qui inter

A ter Religiosas familias primi agmen ducebant) humeris excepta fuit. Tanta autem fuit effusæ multitudinis, seu ut comitaretur, seu ut spectaret, inundatio; ut gravissimæ personæ exclamasse narrentur: Ubi jam sunt hæretici? Quasi nimirum incredibile videretur, aliquem remansisse, qui non occurreret huic Tanchelinianæ hæreseos (utinam et nostrorum temporum hæreseon!) Domitori. Certe nos ipsi sensimus, ita totam fere viam triumphalem occupatam, ut submoveri turba vix posset, ut vel singuli (non bini jam, ut solent in supplicationibus Religiosi) ne dicam transire, sed perrumpere quibusdam locis possemus.

cui repræsentantur, Angelica nascituri Sancti prænuntiatio:

129 Ex Virginis matris æde vixdum egressis nobis, statim elegans pegma in oculis est, sacram illam et faustam prænuntiationem exhibens, qua cœlesti oraculo matri Hadewigi gravidæ in sommis dictum est; Bono animo esto Hadewigis: Archiepiscopus et magnus futurus est, quem portas in utero. Pegma cubiculi instar, circum circa tapetibus aliaque supellectili competenti ornatum erat. In ejus latere thorus magnæ Comitissæ, conopæo suo, peristromatis, omnique suo ornatu instructus. In thoro mater S. Norberti, quiescentis specie; vitta candida circumcincta caput. B Assidebant ei hinc inde variæ, speciosissimo omnes ornatu, vel ut matronæ invisentes Comitissam prægnantem, vel ut pedissequæ nobiles, et honori Comitissæ et adjutorio futuræ. Ornatum singularum non est quod exprimam; satis est si Antuerpiam cogites, a qua nil nisi magnificum. Ad latus thori editiore loco, ceu e cœlo delabens apparuit Angelus, augusta specie et cultu, ut mos est Angelos Dei legatos exprimere. Hujus subinde ea vox audita est, ad matrem sancto fœtu gravidam, futuræ magnitudinis nascituri Norberti testis et prænuntia: Bono animo esto Hadewigis, etc.

ejusdem Conversio,

130 Progressis nobis ultra medium forum ad viam usque, qua in Austrum versi cornu Septemtrionale B. Mariæ libere prospicimus; ecce iterum aliud pegma visitur, ingenio magis et arte quam cultu spectabile. Campus erat, viridi et vivo cespite vestitus, hinc et inde etiam suis arboribus consitus. Exurgebant ingeniosa manu pendulæ rupes, hinc velut excavatæ ruinam minitantes, inde felici naturæ imitatione sursum adscendentes et erectæ. Campus hic palæstra erat et amphitheatrum, in cujus arenam Deus ipse cum Norberto descensurus erat ad singulare certamen, ut ex altero Saulo Paulum C alterum, ex mundi sectatore mundi contemptorem efficeret. Circa pegma hoc Norbertus habitu aulico, vanitate tumidus, equo insidens, uno famulo comite, paulo ante processionem per ipsum forum (ceu in Freden perrecturus) obequitabat; sub adventum vero sacræ processionis, per Pontem ligneum ad latus pegmati decliviter affixum, eques Norbertus cum famulo pedissequo, theatrum viride conscendit. Hic equo aliquoties in gyrum verso, ecce subito de rupe emicant fulmina, terrent hominem tonitrua, dum quidam et rupe et nemore tecti, novi Salmonei,

Et flammas Jovis et sonitus imitantur Olympi.

Turbari ad hæc equus cum sessore suo; sessor etiam frequenti fulmine consternatus, et ephippio excussus, in terram labi, pede uno nihilominus ex stapia pendulus. Hic Norbertus humi stratus, toto tempore transeuntis processionis, quasi semianimis jacere, et sui

Immemor, et vitæ nescius ipse suæ.

Tandem post horam circiter, quasi de gravi somno evigilans, et sibi redditus, vere tonitrui filius, cum Saulo alium jam Dominum agnoscens, se parat ad obediendum, exclamans: Domine quid me vis facere? Nempe voce Christi prostratus de cœlo, et accipiens desuper interdictum serviendi mundo et D vanitati; cecidit in faciem suam, prius prosternendus, postea erigendus; prius percutiendus, postea sanandus: non enim in illo postea Christus viveret, nisi occideretur in eo quod male ante vixisset. Stupere interim famulus, et equum retinere, nec interpolatis vicibus cessare mixta fulmini tonitrua.

Ex impressis

tirocinium pietatis,

131 Circa hoc pegma PP. Minimi in humeros RR. PP. Cappucinorum, strictissimæ observantiæ S. Francisci Sodalium (qui secundo inter Religiosos ordine gradiebantur) deponunt statuam Sancti: ac deinde in Forum lacteum itum, in quo ad caput Viæ (ut vocant) Brevis novæ *Corte-nieustraet*, Theatrum aliud ex ordine sequitur: in quo Norbertus, futuræ sanctitati præludens ceu alter Saulus, Ananiæ alteri se instruendum subjicit, Vas vere alterum divinæ electionis. Erat in hoc pegmate cubiculum sacrum, B. Mem. Cononis Abbatis Sigebergensis Ordinis Benedictinorum, illius qui postmodum Ratisponensis Ecclesiæ Episcopus fuit, tapete suo vestitum aliaque pia et Religiosa suppellectile. In medio mensa posita cum Cruce, cranio, similibusque ad pietatem incitamentis. Huic a latere sinistro assidere B. Cono, nigro et sacro habitu manu sinistra Pedum tenens, dextera mensæ imposita, quasi Nor- E bertum ad pietatem erecturus. Ex opposita parte assidere Norbertus, qui jam in ea cogitatione totus, ut ex ore beati viri salutis semina excipiat, et religiose vivendi salutaria capiat documenta. Assident a tergo Religiosi aliquot cum Abbate suo, et famulus unus Norberto comes.

Item ipse sua in pauperes dispergens.

132 Hoc spetaculum contemplati, progredimur inde ad Forum ovorum: et ecce mox in ejus ingressu aliud Pegma oculis objicitur. In hoc Pater sanctus, cum magnis Apostolis mundum nauseans, et supernorum bonorum desiderio suspensus, quod aure fidelissima audierat; Si vis perfectus esse vade et vende omnia et da pauperibus, fideliter impleturus, omnia bona et amplissimas possessiones sponte abjecit; ut expeditiori itinere ad summæ sanctitatis culmen, calcato mundo et opibus, conscendat. Stat ipse inculto et neglecto habitu ad mensam suam: in ea variæ capsulæ cum opibus, monilia, torques, similia quæ mundus amat et suspicit vanitatis instrumenta. Hinc inde insuper capsellæ aliæ, scrinia alia divitiis suis gravida, quæ eviscerari optent in pauperes. Accurrunt varii inopes, viri, feminæ, pueri, quos amicos suos faceret de mammona iniquitatis; effundit in hos obvie omnia: et majus F gaudium est ei qui effuderit, quam qui acceperit. Sub hujus fori initium RR. PP. Beggardi, sacram hic Statuam S. Norberti suis humeris venerabiliter exceperunt; quam circa caput vici illius, in quo et forum calcearium, juxta cœmeterium B. Virginis RR. PP. Eremitis S. Augustini portandam tradiderunt.

Callistus PP. Norbertum Laudunen. Episcopo commendans,

133 Aliud hic iterum pegma oculis se subjiciebat, quod aulam exhiberet, pretiosis tapetibus in gyrum ornatam. In editiore loco Callistus PP. II in linea et rubeo birro, reliquoque solito Papali habitu, sublimis in sede Attalicis aulæis instrata, sedebat. Latus utrumque proximi cingebant duo Cardinales, in linea similiter et birro suo purpureo, reliquoque Cardinalitio cinctu. His proximi assidebant aliquot Episcopi, Pontificali Infula, reliquisque Pontificalibus induti. Ante Callistum, paululum ad latus, peregrini habitu S. Norbertus, genibus flexis Pontifici advolutus, humiliter expectans, quid de se suprema illa post Deum in terris et sacra Majestas disponeret. Aderat et supradictis Patribus Bartholomæus Laudunensis Episcopus, et ipse in linea sua et birro violaceo, reliquoque habitu qui Episcopum deceat. Huic Papa Callistus S. Norbertum, et Prædecessori

A sori suo Gelasio, et sibi de singulari sanctimonia et zelo animarum experimento cognitum, pastorali solicitudine commendavit, ut hominem Dei benigne foveret ; sagaci mente in semine prævidens, quanta meritorum in universam Ecclesiam a tanto viro seges expectanda foret. Bartholomæus hominem, Papæ commendatione, et suo etiam pondere inclinatus, benigne et humiliter suscepit, et benignius etiam fovit; studens eum ita sibi beneficiis irretire, ut ne a se forte tanta virtus elaberetur. Ad extremum utrimque bini satellites habitu Helvetico, ceu fidelissimi Papæ custodes, cœtum Præsulum circumstando claudebant.

EX IMPRESSIS

Habitus candidus a B. Virgine eidem datus

134 Transitum hinc per Viam (ut vocant, cœmeterii, et ultra Viæ hujus medium e regione cœmeterii, a dextro latere Pegma sextum visitur; in quo candidissimi Habitus per cœli Reginam et Virginem-matrem præmonstratio cœlica S. Norberto exhibita; et tanta venustate et amœnitate, ut dum hoc spectaculo transeuntes satiari non posse viderentur; platea alioqui satis late fusa, homines confertissimos non posset capere. Pendebat in medio Pegmatis vivæ æmula nubes, quasi aeri suo suspensa inhærens : de nube eminens speciosissimo vultu Virgo-mater apB paret cultu regio, et (ut verbo dicam) quo cœli Reginam solemus exprimere. Circum hanc nubem, festivo gaudio, vultu hilari, specie splendidissima, varii Angeli Dei matri comites, gemmis, sertis, zonis aureis, veste rutila, nivea, varia, fulgidi et decori. Nec hic otiosi, sed administratorii Spiritus in omnem nutum Angelorum Dominæ, niveæ et Angelicæ vestis, quo S. Norbertus de cœli favore donandus erat, singuli certatim suam partem exhibent. Albati nempe (ut ait quidam) et in niveis crebrius visi sunt Angeli ut Scriptura loquitur et nemo diffiteri potest. Candor sane placet Angelis et in veste et in mente. Et quidni alba veste gaudeant, innocentissimi purissimi Spiritus? Decet illos hæc textilis et decora nix. Alius ergo Cappam, quam Choralem dicimus; alius Tonicam ; Scapulare alius; Cingulum alter ; Cucullum alius sustinet et portat; candida omnia et candido Patriarchæ munera cœlo missa. Ante Dominam suam, imo et Matrem suam (quidni enim Matrem ejus dicam, quem ipsamet hic Deipara Virgo dignata est dicere Filium suum ?) supplici vultu, supplici gestu, in genua nixus habitu simplici, et quo peregrini solent S. P. Norbertus, pendula expectatione præstolans, quid benigna Mater cum cœtu Angelico sibi favoris impendat. At illa
C de nube subridenti vultu, placido affatu, dextraque in Vestem candidam Angelicis manibus allatam intendens, ad Norbertum conversa, subinde ingeminat: Fili, Norberte, accipe candidam vestem. Diffluere ad hæc præ gaudio Norbertus ad tantum tantæ Imperatricis favorem. Nec in oculis stetit hic sua voluptas : sed et auribus suum mel et sua dulcedo, quasi cum sua Regina et Dei cantores et auletæ descenderint. Post nubem et Virginem, auditæ voces cum citharis, fistulis, aliisque id genus suavissimis instrumentis : et alternis unus, suavissima modulatione vernacula nostra lingua, gloriosissimæ Matri canticum laudis cum omnium applausu accinuit. Vidimus ipsum Reverendissimum Dominum, ad hoc spectaculum gratissimumque concentum, attentum subsistere, suaviterque arridere. Dum substat Episcopus, totum proscenium subito cortinis obducitur, omnesque illi Angeli in alium gestum compositi ; novum apertis cortinis spectaculum. Substat adhuc Reverendissimus noster, quasi necdum satur ; et ecce iterum, obducto proscenio, subito per Angelos toto Candido amictu Norbertus indutus apparet ; novaque specie novisque gestibus, Norbertum cœli candidatum in albis vestibus, congratulantes salutant Angeli : et ita tandem ab hoc spectaculo quasi inviti D avulsi, ulterius pergimus.

Delata cœlitus a S. Augustino Regula.

135 Pastis, ut dictum est, priori pegmate et oculis et auribus, recta continuo in Occidentem profecti ; ubi in medio plateæ, quæ *Reyndersiraet* dicitur, a sinistro latere novus cœli favor oculis objicitur; quasi non suffecerint Præmonstrato Ordini præmonstrati cœlitus, Pater, Locus, et Habitus, nisi et Canon sacer seu Regula ipsa cœlo pariter præmonstraretur : ut merito Præmonstratus Ordo audiat, cujus omnia hoc pacto cœlitus sunt præmonstrata. Stabat hic quasi lararium seu oratorium Norberti, suo tapete vestitum et congrua supellectili exornatum. In ejus latere mensa suo cultu instrata, cum Cruce sacra similique ornatu, qui devotioni potius serviat quam vanitati. Assidebat humi flexus B. Norbertus, ceu Deo supplex et in oratione pervigilans, quo de certa Regula, sub qua cum Fratribus suis Deo militaret, divinitus edoceretur. Nec frustra preces : adfuit enim desuper e cœlo missus magnus cœli civis, Doctorum lumen, mundi sol aureus, magnus inquam Aurelius Augustinus. Norbertus, ut erat candido habitu, qualem Virgo-mater ostenderat, amictus, adhuc genibus nixus, novum de cœlo pignus ab Augustino præstolari. Ille vero Pontificalibus ornamentis mitra et E aliis congrue vestitus, eminentiori loco quasi cœlo delabens, auream Regulam a se scriptam Norberto porrigit, ineffabili et singulari privilegio. Nec enim (quod sciamus) ulli eorum, qui sub Regula S. Augustini militant, ipse jam immortalis et cœli incola, eam de superis tulit, tamque insigni promissione firmavit, quam beatissimo P. Norberto, cui dictum est ; Quem vides, Augustinus ego sum, Hipponensis Episcopus. Ecce habes Regulam, quam ego conscripsi ; sub qua si bene militaverint Fratres tui, Filii mei, securi adstabunt in extremi terrore judicii. Nemo tamen existimet quemquam aliorum Ordinum, si sub eadem Regula bene militarint, ab hujus securitatis communione secerni : id tantum dicimus, singulari privilegio eam promissionem expresse et directe nulli alteri factam.

Conversio Antuerpiensium.

136 Exceperant ad initium hujus viæ deferendam Sancti statuam, usque ad Forum linarium, RR. PP. de monte Carmelo ; eamdemque ibidem RR. Patribus Ordinis S. Francisci Regularis Observantiæ bajulandam imposuerunt : qui simul ac gratissimo ponderi colla submiserunt, elata voce sacrum illud epinicium, Te Deum laudamus, magna populi ædificatione omnes (qui plurimi numero erant) per totum tractum Viæ, quæ Alta dicitur, F solenniter percantarunt. Stabat in Foro linario moles alia, in qua urbis nostræ conversio per S. Norbertum ante quingentos annos facta, ita festive exhibita fuit, ut et hic Reverendissimus noster substitisse visus, rei spectaculo delectatus ; ac postea diserte quibusdam edixerit, ea sua voluptate spectasse omnia pegmata, ut molestia omnis viæ abstersa fuerit ; præ ceteris tamen delectatum se Habitus candidi præmonstratione, et ea quam hic aggredimur persequi, suæ Antuerpiæ conversione. Residebat in hoc pegmate, in throno sublimi venustæ nymphæ forma, pulcherrimo schemate ornata Antuerpia, veste pro more rubra et candida, et præ cetero ornatu quo erat cultissima, lilium candidissimum dextra, sinistra scutum, (in quo urbis insignia) quo distinctius nosceretur, tenens ; voto nostro blandiens, ut indicio esset præsentis gratitudinis, et omini etiam majoris semper futuri, in S. Norbertum Apostolum suum, Antuerpiæ affectus. Versus partem anteriorem in medio theatro, S. Norbertus stabat habitu candido, scapulari discincto, bireto albo in capite, dextra manu in gestus concionabundi

A concionabundi libera, sinistra ramum olivæ tenens, ut Angelus pacis; quam semper studiosissime sectatus est, et sopitis odiis ubique et semper ita promovit, ut merito in ipsa hora dormitionis suæ, in veste candida et cum ramo olivæ in manu, a Fratre quodam manifeste videri meruerit. Ad pedes ejus sceleratissimus ille, Dei et Sacramentorum omnium ac præsertim Sacratissimæ Eucharistiæ totiusque Religionis juratissimus hostis, propudiosæ libidinis incentor et doctor, hæresum nostrarum verissimus Patriarcha; Tanchelinus (inquam) cultu superbo, in manu calicem cum hostiis, quasi Venerabile Sacramentum execrans, prostratus jacebat; manifesto indicio extirpatæ funditus eversæque per veritatis Præconem Sacramentariæ illius et Adamiticæ hæreseos. Calcabatur etiam Norberti pede substratus diabolus, qui variis artibus et machinis Ordinis auctorem, ipsumque Ordinem supplantare nisus fuit. Sed Dei gratia non prævaluit; multiplici potius victoria S. Norberto succumbens. Adstabant aliquot Norberto Socii, et inter eos B. P. Waltmannus, S. Michaelis postmodum primus Abbas, simili cum eo schemate, nisi quod cingulo desuper scapulare stringerentur. Per totum theatrum, quod ceteris capacius; magna multitudo virorum mulie- B rum, nobilium, civium, rusticorum, pauperum; ante, retro, dextra, sinistra, circumfusa erat, singuli suo cultu festivissimi, quasi ex ore Norberti veritatem exceptura, quæ Tanchelini fraudibus et erroribus jam diu exularat.

S. Norbertus Dæmonomastyx:

137 Conversæ Antuerpiæ pegma prætergressis in Ponte S. Joannis aliud occurrit, tapete suo suoque ornatu aulam Lotharii Imperatoris referens, Norberti sanctitati et cœlesti eloquentiæ explicandæ dicatum opus. In throno magnifico Lotharius Imperator, Cæsarea majestate, veste fulgentissima, totoque suo apparatu et diademate splendidus, sublimis residebat. Assidebat ei a dextris B. Norbertus, Episcopali cinctu, in linea scilicet et candida mosseta. Ex opposito Norberti residebat in sede sua mellifluus ille, et toti orbi notissimus, S. Doctor Bernardus, in habitu suo candido Cisterciensi. Ad utrumque pegmatis latus Accensi duo, Romano more sagati armatique Romanos fasces sustinebant Imperatoriæ majestatis satellites et custodes. Ita vero a latere Cæsaris assidebant Sancti, ut versis utcumque ad se mutuo vultibus notarentur; quasi C et inter se et cum Cæsare collocuturi. Tacito hoc schemate significatum est, magnam omnino fuisse Norberti et facundiam et sanctitatem, quam non tantum vulgus et simplices homines, sed et tota Nobilitas (Cæsare significata) et ipsi etiam Sanctissimi viri et Ecclesiæ Præsules, (uno, qui instar omnium sit, Bernardo signati) suspexerint semper et deprædicarint. Norunt omnes, qui Vitam Sancti legerunt, quantum magnus et sapiens Augustus semper ab ore Norberti pependerit; cujus etiam suasu et salubri consilio armis assumptis, perniciosum et durum Ecclesiæ schisma, expulso Petro Leonis Antipapa, sustulit, Innocentio vero Pontifice restituto. Norunt etiam qui sacra mellei Doctoris volumina lustrarunt, quid vir ille adulari nescius, de S. Norberto et senserit et scripserit: qui S. Norbertum Deo præ se propiorem deprædicat, et Cœlestem fistulam alibi vocat, de cujus ore se gratulatur hausisse divina eloquia.

ejusdem cœlestis eloquentia,

138 Juxta hoc pegma venerandam Sancti statuam excepere RR. PP. Ordinis S. Dominici, qui et ipsi suum hoc pacto, erga communem urbis nostræ Apostolum, et Fidei Patrem, pium cultum declararunt: sed et eodem Hymno Te Deum gratulabunda voce percantato, ad Ripæ finem juxta monetarias officinas, et adsitum eis novissimum pegma ad initium Viæ Michaeliticæ, deposuerunt. Stabat D illud ad primum hic a dextera vicum, Norberti, magni Antuerpiæ Apostoli, extremum actum repræsentans. Jacebat in thoro ornato (ut Sanctum decuit) corpus exangue: mitra caput; casula ex panno aureo corpus; sinistrum brachium Crux Archiepiscopalis ornabat. Circumsecus adstabant, feminis viri, juvenes senibus, sanis debiles permixti: alii opem afflicti quærere, alii mirari, quod sacræ illæ exuviæ corporis in summo æstu per dies octo (ut refert historia) insepulti, ita virtutibus conditæ essent, ut per tot dies de eis nihil fœtoris percipi posset. Nec funeri deerant Religiosi, Norbertino habitu piissimi Patris sui animam Deo commendantes: quorum etiam solatio visi hic duo Angeli loco editiori, quasi aeri suo suspensi inhæreant, alis protinus cœlestia petituri. Deferebant hi gaudio diffluentes, in manibus suis lilium candidissimum, tacito hoc schemate significantes, quod in ejus vita legitur, animam ejus adinstar floris miri candoris velut lilii, per Angelos ad cœlum visam deferri.

EX IMPRESSIS. et anima instar lilii ad cœlum ferri visa.

CAPUT XVI.

Reliquus procedentium ordo: et per Octavam continuata festivitas.

E

Hic ergo fuit ordo procedentium sacrarum urbis hujus familiarum, et in triumphum deportantium sacram ejus Statuam: quas ex ipsa Mariana et Cathedrali ecclesia, longa et non interrupta serie, per Viam triumphalem subsequi cœpit ingens omnino faces portantium honestiorum civium numerus, et qui millenarium facile adæquaret. Prodibant primo bina ex panno serico, quem Damascenum vocant, labara, pedes quinque et semis lata, decem vero et semis longa, inferne in binas, flammarum in modum lingulas, fimbriis suis prætextas concinne decrescentia. Rubeum unum erat, quod Conventus Ecclesiæ hujus donum, hinc S. Norbertum habitu suo regulari Candidum præferebat, dextra oleæ ramusculum, pacis intersigne exhibentem: quo eum schemate cum a viginti annis hic primi in S. Michaele cœperimus exprimere, adeo omnibus placuit ut passim jam per omnes Christiani orbis partes, hoc eodem oleæ ramusculo conspicuus exprimatur Sanctus noster, Angelus pacis. Crucem ipsius Primatialem appictus lateri Genius quidam sustinet; sinistra vero pastorale Pedum, et cum eo clavum F Antuerpiensis sui Cœnobii B. P. N. Waltmanno coram se genuflexo tradit, hisce verbis desuper aureo lemmati inscriptis: Pasce oves meas. Assident autem Waltmanni tergo, Venerabiles Viri Walterus Walacriensis, Andreas Averbodiensis, et Henricus Tungerloensis Ecclesiarum Abbates primi. Altera labari facies Abbatiæ S. Michaelis Insignia, serto ex oleæ ramusculis flexo inclusa, eadem ipsa quæ superius nobis descripta sunt exhibet, addita Inscriptione: S. NORBERTO TRIUMPHANTI S. Cæruleum labarum, piæ item familiæ donum, hinc eumdem Sanctorum cultu suo Pontificali stellulis distincto (cujus pedibus Tanchelinus cum cacodæmone substrati) triumphantem repræsentat, addita desuper Epigraphe: S. NORBERTO ANTVERPIÆ APOSTOLO S. Ab altera vero facie, eumdem exhibet cui item Pontificali schemate conspicuo, compuncti viri ac mulieres sanctissimum Sacramentum, quod in cistis ac foraminibus per annos complures durante Tanchelini hæresi abdiderant, venerabiliter referunt: unde et inscriptio lemmati argenteo indita: S. NORBERTO SANCTISSIMI SACRAMENTI VINDICI S.

Labara bina triumphanti S. Norberto dedicata

140 Utrumque hoc labarum (quod honestior aliquis Decanus Confraternitatis S. Michaelis portabat

A bat, binæ tædigerorum adeo longo tractu sequebantur lineæ, ut igneum quemdam torrentem fuisse credidisses. Certe in hac sacrarum S. Norberti Reliquiarum pompa locum sibi merito vendicat, quod de glorioso Sancti Patriarchæ Meletii funere scribit S. Gregorius Nyssenus. Sed et hoc decoro suo non caruit, quod Candidi Ordinis Parenti, ex candida et virgine cera, faces hæc pleræque fuerint : in quem etiam, utpote candidissimæ Virginis matris cultorem eximium, et speciali ratione filium, Partheniorum Sodalium apud religiosissimos Societatis Jesu Patres, ac potissimum R. P. Hermanni Spruyt eorumdem Directoris, pium studium enituit. Prodibant et illi sancto nostro Apostolo, cum ardentibus facibus in triumphum : ac primo Sodalitatis Conceptæ sine macula Virginis Deiparæ, quæ vocatur Nationum (cujus rubeum ex serico labarum insigne præferebatur) ingens Sodalium tædigerorum numerus. Sequebatur aliud iterum tum Natæ Virginis tum Assumptæ Sodalitatum, quæ ambæ sunt Juvenum, ex serico candidum auroque distinctum labarum, quod ejusdem Sodalitatis plurimi, cum ardentibus item facibus, comitarentur. Tum Partheniæ Conjugatorum Sodalitati, quæ est Annuntiatæ Virginis, labarum insigne prælatum, magnum B eorumdem Sodalium agmen stipabat. Denique, quod gloriosissimum se vindicem quoad vixit sanctissimæ Eucharistiæ sacramenti, Triumphator noster ac potissimum in urbe hac nostra exhibuisset, raro pietatis exemplo, cum insigni suo ex rubea item bysso labaro, aureis egregiæ flammis coruscante, quo utrimque sanctissimi Sacramenti hierotheca depicta exhibebatur, sacra in Cathedrali ecclesia hujus Sacramenti Confraternitas, cum facibus suis, tædigerorum hoc numerosissimum agmen claudebat.

EX IMPRESSIS. Ingens tædigerorum numerus,

Sodalitates variæ comitatæ triumphum,

141 Tum Subdiacono (ut est in ritibus Romanis) Tunicella induto, inter binos Acolythos Cathedralis Ecclesiæ, Crucem argenteam hastili longo impositam præferente, ejusdem Ecclesiæ Choraulæ ac Clerus minor sequebatur : quibus, pro more jam recepto, succedebant omnes Ecclesiæ S. Michaelis Canonici ac Conversi : quorum tandem agmen Reverendus adm. S. Michaelis Abbas claudebat : qui pro ætate sua grandæva, quam quinque ad minus annorum habebat supra octoginta, hac erga Parentem sanctissimum pietate vires ac spiritum suggerente, toto hoc triumphalis viæ tractu, satis prolixo, Pluviali solenni supra Dalmaticam, ac Mitra aurophrygiata spectabilis, cui ipsum Abbatiale C Pedum præferebatur, Processionem comitabatur. Omnes autem ecclesiæ hujus Canonici-religiosi, super habitum suum regularem candidum, superpelliceis vestiti incedebant, lævo singuli brachio almutium suum ex pellibus albis sustinentes, ac dextra manu candidos cereos accensos gestantes. Prælati tergum claudebant Cathedralis ecclesiæ Canonici, præcedentibus eosdem in solennibus Pluvialibus, cum baculis argenteis, Collegii Cantoribus : qui omnes ad Sancti et ejus Reliquiarum reverentiam nudo capite incedentes, quos eis deferendos tribueramus candidos cereos gestabant. Demum cum Ministris ac Diaconis in paramentis pretiosis, duo illi ecclesiæ nostræ Canonici gradiebantur, Dalmaticis item aureis induti, qui sacras S. Norberti Reliquias Praga detulerant ; easdemque cistellæ argenteæ, de qua supra, decenter inclusas, per totam processionem venerabiliter utrimque sustinebant, ac populo venerandas proponebant. Sacræ denique pompæ agmen Antuerpiensis Ecclesiæ Episcopus, pro pio suo in Sanctum affectu, cum suis Archidiacono ac Ministris, et ipse in Pontificalibus, claudebat : quos omnes Amplissimus Antuerpianæ urbis Magistratus, præcedentibus ordinariis tubicinibus vias omnes festiva melodia complentibus, honorifice D comitabatur ; cum sequacibus ex populo adeo innumeris, ut tota propemodum civitas in festum hoc effusa videretur.

et Reliquiæ S. Norberti ante Episcopum.

142 Dum autem ad novissimum pegma, ubi PP. Prædicatores sacram Statuam supra diximus deposuisse, procedentium ordo devenisset ; Norbertini S. Michaelis Canonici, S. Norberti in Christo Filii, eamdem paratissimis humeris excipientes, ad ipsam suam ecclesiam detulerunt ; ac decantato ibidem admodum solenniter, per varios musicorum Choros, Hymno Te Deum laudamus, eamdem throno suo in templi medio, Sacras autem Reliquias, alteri ad hoc ex flosculis byssinis pulcherrime concinnato tabernaculo in summo Altari deposuerunt ; ubi et Episcopus, subjuncta de S. Norberto ex Missali Romano Oratione propria ; solennem populo, quem omnem templum (alioquin satis capax) capere non poterat, benedictionem impertiit. Quo facto, omnibus in pace digredientibus, Abbas, quotquot tam ex Canonicis quam aliis in Cathedrali Ecclesia solennis Missæ ministerio occupati fuerant, ut et sacrarum cæremoniarum Magistrum, religiosa hospitalitate mensæ suæ omnes adhibuit. Inchoata hoc pacto in Mariana basilica solennitas, in nostra (cujus uterque aditus inter vernantes arborum ramos E et florida serta imaginem Sancti depictam ostentabat) terminabatur, aut verius inchoabatur : quia per subsequens octiduum, ab innumera Sanctum et ejus Reliquias pie visitantium multitudine, frequentata fuit. A meridie sub horam tertiam ex suggestu ecclesiæ nostræ eruditissime in laudem Sancti peroravit D. Gaspar Estrix, S. T. L. ac Pastor tunc Cathedralis Ecclesiæ, deinde autem ejusdem ecclesiæ Canonicus ac Plebanus : qui super illa Libri Esther verba cap. IX. Sic honorabitur quemcumque Rex voluerit honorare ; egregie in honorem Triumphatoris nostri discurrebat, ac ejus in Antverpiensem ecclesiam, (quam tamquam Augiæ quoddam stabulum ipse novus Alcides expurgaverat) novis ac eruditis conceptibus, ut est Vir admodum facundus, præclara merita declarabat. Concionem exceperunt post quartam Vesperæ, quæ solennissimo musico concentu, et populi concursu undequaque maximo peractæ, cum Completorio et Laudibus sub septimam vespertinam terminabantur : atque ita hujus diei festivitati coronis, magno omnium Ordinum gratulatione, ac imprimis Filiorum S. Norberti pia exultatione, imposita fuit.

qui in ecclesia Michaelitica cunctis benedicit.

conclusaque istius diei festivitas

143 Quod vero Pragæ per totum ibi Triumphantis octiduum singulæ Religiosorum Familiæ singulos F hebdomadæ dies delegissent, quibus et Processione et solenni Officio, ac etiam Concione sacra Sancti Reliquias veneratum venirent ; ita et in hac nostra Triumphantis Echone, per singulos hebdomadæ dies, variæ venerunt hujus urbis sacræ Congregationes ; eæque potissimum, quæ publicas urbis Processiones comitari non solent, ut sunt Domini Cistercienses, Patres Discalceati, Patres Societatis ; quatenus hoc pacto suam quoque erga communem Parentem devotionem testatam facerent ; quam alii, publicam Processionem comitando, jam declaraverant. Feria itaque secunda mane RR. Patres Collegii Antuerpiensis Societatis Jesu, cum Scholis suis ac Sodalitatibus, quibus pulcherrima ex bysso labara salutifero Jesu nomine decore ornata præferebantur, veneratum Sanctum ejusque Reliquias venerunt : quos omnes, præcedentibus binis illis nostris ad solennitatem hanc (ut nuper diximus) novis aptatis labaris, Canonici-religiosi S. Michaelis ad portam circa Abbatialem planitiem excipientes, venerabiliter per cœnobii ambitum ad suam ecclesiam deduxerunt : quod quia subsequentibus diebus, aliis

per totam continuatur Octavam.

PP. Collegii Soc. cum Scholis suis veneratum veniunt S. Norbertum.

A aliis item Religiosorum familis factum est, hic semel commemorasse sufficiat. His omnibus, ante Sancti Statuam, totam Ecclesiam pie occupantibus, rem divinam faciebat Pater Martinus Bresserus, tunc Antuerpiensis Collegii, nunc Lovaniensis vigilantissimus Rector; ac etiam Concionem longe doctissimam habuit R. P. Antonius a Burgundia, Comitis de Wacke frater, scholarum Præfectus, qui super illud Esaiæ xxxv, Et florebit quasi lilium, egregie candidi Ordinis (cujus ipsum lilium hieroglyphicum est) velut totidem spiritalium liliorum amœnissimi viridarii, præclara decora, ac imprimis S. Norberti (quem et lilio assimilabat) concionis suæ pulcherrimo penicillo delineabat. Missæ summæ de S. Norberto Officium pro iisdem Patribus, qui extra ecclesias suas ejusmodi solennia officia celebrare non solent, celebriter D. Philippus Boonen, Cœnobii S. Salvatoris tunc Prior, nunc autem D. Guilielmi de Castillo Baudelonensis Archimandritæ Coadjutor dignissimus, cum assistentibus sibi Ordinis sui Ministris religiosis, peregit: quos (quod et aliis diebus, ceteris Religiosorum Congregationibus fiebat) Prælatus S. Michaelis gratitudinis ergo, pia hilaritate, secundum faciem Sanctorum, in mensa sua excepit.

144 Vespertinarum Laudum per Octavam ordo fuit hujusmodi. Ad satisfaciendum populi devotioni, qui vel hac secunda feria, die tamen non festivo, adeo creber ecclesiam visitabat ac si Paschalis fuisset solennitas; quotidie ad medium sextæ pomeridianæ, persoluto Completorio, præmissoque grandioris campanæ pulsu, processio instituebatur, binis illis novis supra descriptis labaris prælatis, ad navem templi; Conventu in superpelliceis existente, ac Priore præter Stolam, Pluviali solenni induto, veloque ad collum aptato, sacras honorifice Reliquias ante pectus, cistellæ suæ inclusas gestante, præcedentibus Acolythis cum cereis et incenso. Easdem ille ductibus aliquot incensatas, decenter ante Sancti statuam populo venerandas exhibebat; percantatisque cum organis ac musica nonnullis Hymnis, brevis quotidie ad populum ex suggestu vespertina collatio fiebat, considentibus utrimque Religiosis. Ita hac ipsa vespera feriæ secundæ resumpto Themate pridiani sermonis, Buccinate in Neomenia Tuba, etc. V. D. F. Norbertus, per egregium ex S. Chrysostomo discursum, declaravit diversitatem inter reliquias ciborum corporalium et spiritualium, adeoque ex prioris concionis suæ reliquiis vespertinam collationem instituit; additis egregiis de S. Norberto, quem tubæ assimilabat, et hoc Tubarum festo, considerationibus. Simili autem modo per Octavam similes Collationes habitæ sunt. Collationem iterum musica excipiebat: ac demum, data populo cum Reliquiis benedictione, actui huic finis imponebatur, Processione eo ordine quo venerat chorum repetente. Feria tertia venerandas sibi delegerunt sacras S. Norberti Reliquias RR. Domini sancti Salvatoris Ordinis Cisterciensis, qui processionaliter per ecclesiæ nostræ Conventum præcedentibus labaris (ut supra descriptum) ad chorum deducti sunt. Concionem insignem habuit R. D. Jacobus Segers, ejusdem ecclesiæ Monachus, qui super thema suum Joannis V, Ille erat Lucerna ardens et lucens; quæ de Joanne Baptista Christus asseruit, et mellifluus Bernardus egregie explicat, ex eodem sancto Doctore, qui S. Norbertum mirifice coluit et suspexit, pulcherrimas ardentis et lucentis lucernæ conditiones, eidem Sancto attribuit, gestisque ejus præclarissimis comprobavit.

Collatio Vespertina quotidie instituitur.

C

DD. Cistercienses, veneratum veniunt Sancti Reliquias:

145 Ipso natæ Virginis festo; ejus solennitatis Missa alio tempore peracta, introductis Capucinis, et ad chorum deductis, pro iisdem votivam de S. Norberti Translatione Missam, insigni musica completam, cum suis solenniter peregit loci Prior, F. Joannes Chrysostomus vander Sterre. Concione autem elaborantissima et ad stuporem egregia, eamdem Missam prævenerat R. P. Gabriel Amerfortius, qui ex Isaiæ LI Audite me qui sequimini quod justum est, et quæritis Dominum: attendite ad petram unde excisi estis, et ad cavernam laci de qua præcisi etsis; attendite ad Abraham patrem vestrum, etc. de Hebræis post maris transitum lætantibus cum Moyse, qui Joseph Patriarchæ secum Reliquias tulerat, exorsus; insigniter ea post tot reportatas in Germania victorias Imperatori Ferdinando triumphanti, et sacras Pragam S. Norberti Reliquias transferenti, applicavit; ac litteraliter explicatis iis quæ notanda essent de Fide et Patientia Abrahæ, eadem docte S. Norberto attribuit: cui etiam Antuerpiam plus debere, quam ceteris suis Apostolis, Theologice disseruit. Feria quinta Tertiariis Capituli Sepperensis, quos Beggardos dicunt (a Begga dictos, nuper asseruimus) ad venerandum Sancti Reliquias obtigit: quibus pro more solenniter exceptis, et templo inductis, Concionem habuit R. P. Guilielmus van Styl cœnobii Procurator, qui super ista Ecclesiastici verba; Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo; statum olim miserum Antuerpianæ urbis declarans, ac submissum ei divinitus S. Norbertum; obligationem etiam exaggeravit, qua eidem suo Apostolo merito devincta est. Eodem hoc pomeridiano tempore, augendæ S. Norberti gloriæ, drama apud Eremitas Augustinianos a R. P. Nicasio Baxio erudito carmine compositum, feliciter exhibitum fuit. Erat ipsum ex S. Norberti vita desumptum, egregium ejusdem Sancti stratagema, quo cœlesti sua flexanima efficacicate debellavit, ac Ordini suo candido aggregavit potentissimos Principes, Beatum Cappenbergæ Comitem Godefridum, una cum conjuge ac Ottone fratre suo.

item PP. Capucini·

D

EX IMPRESSIS.

E

Quod Augustiniani,

146 Feria sexta Minimis S. Francisci de Paula destinata fuit. Ante Missam solennem, concionem Gallicam insignem habuit R. P. Ægidius du Fourmanoir, super istud Matthæi v, Qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur, egregie deducens, pro illius idiomatis eloquentia, S. Norbertum Parentem nostrum, undequaque fuisse Magnum. Sabbatho, Sanctum venerunt veneratum Carmelitæ Excalceati. Concionem ante Missam, Flandricam habuit R. P. Hiacynthus a Jesu, qui verba illa Ecclesiastici L, Vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso, egregie S. Norberto applicabat; ac minutatim qui in eo fulsissent lapides pretiosi præstantissimarum virtutum, quas fidei fundamento magnifice superstruxerat, explicabat. Summæ Missæ officium reverenter peregit R. P. Clemens a S. Catharina, eorumdem Carmelitarum Antuerpiæ Prior: sed et post Missam Hispanice concionem egregiam ac eruditam habuit (cui præter varios ejusdem nationis, ac alios Nobiles, intererant Antverpiensis castri Gubernator cum conjuge sua) R. P. Joannes a Matre Dei; Provinciæ Definitor.

Minimi,

Carmelitæ Excalceati fecerint?

F

CAPUT XVII.

Octavæ die functiones eucharisticæ. Brandea variis impertita.

Dominica, quæ erat Septembris XII, Translationis autem hujus dies octava, qua cum numerosissimo populo, quantum nec ipsum templum potuit capere, pium suum erga communem urbis nostræ Apostolum ac Parentem declaratum venerunt RR. Patres Domus professæ Societatis Jesu; concionem antemeridianam

PP. Domus professæ S. J. salutem sui veniunt ad S. Norberti,

A antemeridianam in confertissimo auditorio omnino egregiam habuit R. P. Maximilianus Habbequius : qui pro Triumphatoris nostri gloria hæc thematis sui verba eximie illustravit : Si decem millia Pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos Patres : nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui. Ac inter complura alia, quæ ex protuberante in candidam Præmonstrati Ordinis familiam ejusque Parentem affectu, alias adhuc sæpius declarato, pleno ructabat ore ; in mystico hoc nostro Joseph sancto Norberto, alterum asserebat se deprehendere Salvatorem (ut illum olim Ægypti,) ita hunc Antuerpiæ (quod pluribus affectuosissime explicabat) ac proinde, quod de ejusdem Joseph manipulo, quem alii Fratrum suorum manipuli adorarint, alibi legitur ; etiam in nostro jam Parente et altero Joseph Norberto impletum aiebat : qui tamquam Acervus quidam tritici, ut in Canticis habetur, duplicis generis vallatus Liliis (quæ pulcherrime interpretabatur) sive alius quispiam excellens manipulus, in nostra jam Antuerpia ad venerationem erectus staret ; quem hoc octiduo adoratum venerint totidem Fratrum suorum manipuli ; quot huc ejus sacram Statuam ac Reliquias veneraturæ venerint variæ hujus urbis Religiosorum Congregationes ; inter quas novissimo loco hodie etiam accederet Domus professa Societatis Jesu, cujus nomine et ipse ecclesiastes libenter adoraret erectum manipulum nostri Joseph ; ac ut olim præco apud Ægyptios, et ipsum salutaret ac compellaret nostrum Abrech S. Norbertum ; communem Urbis nostræ Parentem et Apostolum, Concionem hanc sacram (quæ mira omnium gratulatione excepta fuit) Missæ summæ Officium excepit ; quod solennissime in Pontificalibus peregit D. Matthæus Abbas S. Michaelis, quinis musicorum choris per varias templi partes dispositis, Angelicam quamdam harmoniam exhibentibus.

ex impressis

cum matutina concione

B

148 Hora tertia pomeridiana concionem ad populum Antuerpiensem Eucharisticam habuit V. D. F. Norbertus van Couwerven, super idem suum per hoc Tubarum festum sæpius frequentatum thema : Buccinate in neomenia tuba etc. adeoque, quod per Tubas inchoaverat, per Tubas conclusit ; deduxitque inter cetera, ad Reliquiarum venerationem, quod de Christo vaticinatus est Evangelicus Vates; Erat sepulcrum ejus gloriosum. Concionem autem excepere solennissimæ Vesperæ de Beatissima Deipara ac S. Norberto. Coronidem denique sub ipsis Laudibus, idem qui eamdem Dominica elapsa in ecclesia hoc nostra, egregia concione auspicatus fuerat, collatione vespertina festivitati imponebat R. D. Plebanus Gaspar Estrix : qui verba item ista Isaiæ xxxv, Gloria Libani data est ei, decor Carmeli et Saron, egregie explicabat : Sanctoque triumphatori nostro ejusque candido Ordini, per Libanum, montem candidum designato, applicabat : cujus cum præclara extitissent ac etiamnum extarent in civitatem Antuerpiensem merita : tum beneficiorum illorum cumulo non exiguam factam accessionem aiebat, cum sacrarum ejus Reliquiarum non modicis jam ditata esset pignoribus, quæ omnibus eadem fide viva visitantibus futura sunt fontes salutis, et scaturigines gratiarum. Agebat proinde immortales gratias D. Gasparo a Questembergh ; Strahoviensi Abbati dignissimo, cujus munificentia thesauro isto ditati essemus. Agebat item amplissimas D. Matthæo Irsselio, ad Divi Michaelis Abbati meritissimo, cujus vigilanti studio ac opera eumdem obtinuissemus : sed et agendas asserebat gratias Senatui Populoque Antuerpiensi, qui toto hoc octiduo insignem erga Apostolum suum pietatem ostendisset. [illegible] illum finem insigni musica decantato Te Deum laudamus, ad agendas illi gratias qui est fons bonorum omnium ; una cum Laudibus B. Virginis et S. Norberti, sacrarumque Reliquiarum ad anterius templum cum processione multo solennissima delatione, ac per easdem populo data benedictione, non nisi per ingruentes tenebras solennitati ac innumeri populi concursui finis impositus fuit.

sequuntur aliæ pomeridianæ duæ

Is. 10, 11

C

D

149 Posset hic non incongrue subnecti, quomodo nonnulli e cœlo, ad venerationem sacrarum harum Reliquiarum et S. Norberti invocationem, ejus medicam manum ac cœlestem opem experti dicantur ; quale illud est cujus supra meminimus, de restituto sanitati ægro brachio et aliis : quod et oblatis anathematis aut recipiendæ sanitatis votis, aut recepti gratis indicibus, sæpe testantur ; nisi pro sancta Tridentini lege, sancte vetarentur ejusmodi miracula ante Ordinarii disquisitionem publicari. Ingens præterea fuit eorum numerus, qui vel globulos suos precatorios sive rosaria (ut vocant) vel imagunculas Sanctorum, aut quasvis alias res aut vela serica sacris hisce Pignoribus admoveri petierunt; ac etiamnum, quoties easdem Reliquias reserari contingit, admoveri expostulant. Rosariorum autem admovendorum tantus fuit cumulus, ut grandiores etiam sportas implevisset; quorum ea ratione sanctificatorum vis sacra, diabolo in energumenis terrori fuisse deprehensum est.

Innumera Rosaria etc. admota Reliquiis

E

150 Jam olim, in ipsis etiam nascentis Ecclesiæ exordiis, ea in veneratione Sanctorum Corpora et sacræ Reliquiæ habita sunt ; ut cum religioni duceretur eadem, non dico dividere, sed vel etiam contrectare ; vela sibi quædam ex bysso aut alia quapiam materia facerent, quæ iisdem pie admoverent : ac ut olim semicinctia Pauli, ita etiam hæc, per earumdem rerum sacrarum contactum, sanctificari crederent ; quin et multoties experirentur eadem vim salvificam ex illo contactu hausisse. Hujusmodi autem brandeorum sive velorum ex bysso confectorum, per sacras S. Norberti, iisdem ad tempus involutas Reliquias contactorum nonnulla, ad piam eorum instantiam, piis aliquot locis xenii loco misit S. Michaelis Abbas. Ita ad devotas preces Nobilis Dominæ Margaretæ Beyssel a Gimnich , Priorissæ cœnobii Hinsbergensis Ordinis Præmonstratensis, eidem ac sacro Virginum istarum cœtui cæruleum nuper brandeum, misit; alterum quoque ex bysso candidum Religioso item Præmonstratensium Virginum in urbe Bredana Collegio cœnobii Vallis S. Catharinæ. Canonicis etiam cœnobii S. Norberti Madritensis, cum hisce suis patentibus Litteris, rubeum non ita pridem brandeum, magna ab iisdem veneratione exceptum, destinavit. Litterarum hic tenor. Nos Matthæus, Dei permissione Abbas S. Michaelis Antuerpiensis, Ordinis Præmonstratensis, etc. Omnibus hasce visuris salutem in Domino sempiternam. Notum facimus, quod nos ad piam instantiam Reverendi admodum Patris. F. Michaelis Maldonati, Congregationis Hispanicæ Ordinis nostri Præmonstratensis Canonici, ac dictæ Congregationis in Curia Regia Procuratoris generalis, die datæ præsentium dederimus ac contulerimus, ac hisce damus et conferimus Patri Abbati ac Conventui S. Norberti in urbe regia Madritensi, brandeum quoddam rubeum, cui involutæ fuere Reliquiæ S. P. N. Norberti, quas pro ecclesia nostra nuper impetravimus; quodque sanctificatum credimus (ut olim majores nostri solent) ex earumdem sacrarum Reliquiarum contactu, tamquam exuviarum animæ gloriosæ. Et quomodo olim S. Gregorius Magnus (ut ex ejus Registri lib. 3 ep. 30 et aliis patet) cum religioni duceret Sanctorum corpora dividere, vel iis quidquam demere; ejusmodi a sacris

Act 19, 12

Varia variis brandea missa.

F

A cris eorum Reliquiis contacta vela (quæ brandea vocabantur) transmittere solebat; ita et Nos Vobis ipsum rubeum brandeum transmittimus; quatenus ea illud veneratione suscipiatis, qua illa olim sanctarum Reliquiarum contactu nobilitata in Ecclesia suscipi solebant. In horum fidem hæc ita scribi jussimus, quibus et nomen nostrum subjecimus, ac sigillum imprimi curavimus, die VII Novembris anno MDCXXVIII.

PP. Soc. J. dramatice exhibent Vitam S. Norberti,

151 Non est prætereundum, quod Antuerpiensis collegii Patres Societatis Jesu, pro pio suo erga S. Norbertum affectu, hoc jam hactenus a nobis descriptum octiduum (quo tamquam Echone quadam Pragense illud longe celeberrimum, si non apparatu et magnificentia, certe animo non impari retriumphare conati fuimus) insigni concluserint dramate, quo publice ejusdem Sancti vitam, per studiosam suam juventutem populo Antuerpiensi, in ejusdem sui collegii area, spectandam exhibuerunt. Erat drama illud ingeniose dispositum, magna varietate refertum, et ad ingenerandos spectatorum animis ad Sancti cultum et imitationem pios affectus, apprime compositum: quod in Actus quinque tributum, Primo S. Norbertum, sub vanitatis labaro B mundo militantem, Secundo, eumdem mirabiliter per fulmen conversum, vitam novam auspicantem, ac pacis Angelum; Tertio, eumdem candidi Ordinis Patriarcham cœlitus a Virgine-matre habitu candido, ab Aurelio Augustino Regula Canonica donatum, novam et candidam Jesu militiam conscribentem, Quarto, Antuerpiæ Apostolum, ac ejusdem ibi Præmonstrati Ordinis sui cœnobii Michaelitici (cui B. P. Waltmannum in Abbatem primum præficit) fundatorem; Quinto demum Actu, eumdem ipsum Magdeburgi Archiepiscopum creatum, ac totius Germaniæ Primatem, cœlorum denique civem beatum, egregie magnoque spectatorum applausu repræsentabat. Præter actorum felicitatem, etiam ipsius cœli (quod alioquin pluviam minitari videbatur) auræque gratissimæ favorem utroque die experti sunt, ut magna cum eorumdem spectatorum voluptate (qui numerosissimi utriusque sexus convenerant) nova semper iisdem excitata orexi, secundo exhibitum fuerit.

Antuerpiensium affectum erga S. Norbertum,

152 Hæsit ab hac triumphantis Norberti echone, mirus Antuerpiensi populo erga S. Apostolum suum affectus, qui majora indies devotionis capit incrementa: ut, quod olim de Antiochenorum civium erga Patriarcham suum S. Meletium eximio cultu, C scribit S. Chrysostomus; idem de hoc pio Antuerpiensium erga S. Norbertum studio asserere me posse videar. Ut enim Antiocheni, ob gratissimam Meletii memoriam, quam sibi ob oculos continuo versari volebant, patres, avos, proavos, matresque prætereuntes, B. Meletii nomen liberis suis imponebant, adeo ut omnes ædes ac compita jucundissimo Meletium personarent; ita etiam Antuerpienses, liberis suis certatim imponere satagunt gratissimum Norberti nomen: etsi nullus ex cognatione ipsorum ante vocatus fuerit illo nomine: quin et eosdem suos liberos nonnumquam veste S. Norberti candida, (quæ etiam subinde ad cœnobium benedicenda mittitur) vestiunt; ut eadem opera et Sancti virtutes et innocentiam induant. Alterum Antiochenorum erga S. Meletium studium erat, quod feliciter Antuerpienses erga S. Norbertum imitari incipiunt; quod etiam erga ipsam Sancti imaginem sese devotissimos exhiberent: ut, teste eodem S. Chrysostomo, non in publicis solum, sed et privatis locis, eam collocarent; eamdem in palis annulorum, in simulachris et in phialis, et in thalamorum parietibus et ubique exprimerent; ita etiam S. Norberti sacra imago, non tantum cultorum suorum

Antiochenos erga S. Meletium imitati

privatis ædibus inferri: sed et publicis locis collo- D
cari, militaribus signis ac vexillis infigi, ac pro domorum intersigniis adhiberi cœpit. Tertium autem Antiochenorum erga Meletium cultus indicium erat, quod solenne ei statim festum decernerent; ac non secus ac apes favum, ita ejusdem sacras Reliquias circumvolarent. Quo in studio etsi Antuerpienses, in immensum tamen Norberto obligatiores, ab Antiochenis superentur; sperandum tamen omnino est, ejusdem pii voti, quod pro publica hac S. Norberti festivitate obtinenda, jam dudum concepimus, aliquando nos fore compotes; ubi potissimum Sancti e cœlo accesserit favor, qui nonnullis inspirabit, humanæ prudentiæ rationibus, ex zelo forte non satis bono nimium innixis, plus tribuendum legibus pietatis.

Ex impressis

153 Solicitus post hæc Abbas noster, ut sacræ istæ S. Norberti Reliquiæ, et diligentius asservari, et honorificentius in Ecclesia populi venerandæ collocari possent; postquam ejusdem Divi capellam, quam in sinistro chori latere ad Septemtrionem habet, peristromatis ex inaurato corio totam decore vestiri curasset; novam item ibi non exiguis sumptibus lipsanothecam fieri fecit; arculam imprimis novam, ad duos circiter pedes longam, unum altam, exterius vario Seraphinorum ac fructuum sculpto E
ornatu decoratam, ac totam undique inauratam: interius vero rubea bysso circumquaque vestitam excipiendis sacris Reliquiis decenter compositam. Arcæ autem huic Reliquiariæ excipiendæ affabre admodum factæ, novum item in dictæ Capellæ latere, ad murum Septemtrioni oppositum (ut tamquam sacer quidam averruncus, omne quod ab Aquilone panditur et cœnobio imminet malum, Norbertus avertere dignetur) vario item sculpturæ artificio, conditorium sive lipsanothecam aptari curavit. Est ea quatuor pedes alta et semis, tres vero et semis lata, quæ insigni qua coronidis et limborum, qua florum et spirarum ac Amaltheæ cornuum variegatione decoratur. Utrimque binæ virtutum illarum, quæ in Sancto mirifice floruerunt, basibus suis innixarum statuæ collocatæ sunt, duos fere pedes altæ, Fidei et Patientiæ. Supernæ inter binos Angelos tubas inflantes, hic et inde coronidi innitentes, S. Norberti statua imposita cernitur. Totum externe opus pro potissima sui parte inauratum est; inferne abaco concinne efformato hæc majoribus characteribus aureis inscripta visuntur. RELIQVIÆ S. NORBERTI, CANONICORVM PRÆMONSTRATENSIVM PATRIARCHÆ, ANTVERPIÆ APOSTOLI. Omnibus autem F
hisce diligenter aptatis, ac pro tanti hospitis sacris Exuviis excipiendis, digne exornatis, cum die XV Februarii anni MDCXXVIII, votiva in honorem S. Norberti, eaque insigni musico concentu Missa celebrata fuisset; Abbas, Pontificalibus indutus ac Mitra, aptatæ isti novæ Arcæ, juxta ritum in Pontificali præfixum prius a se benedictæ, sacras illas S. Norberti Reliquias, aliis ex bysso velis decenter involutas, coram multis testibus, una cum earumdem approbatione, ac aliis litteris, fidei posteris faciendæ ergo, inclusit: quæ deinde suo item novo conditorio in S. Norberti Capella indita fuit: ubi sacra isthæc urna inaurata, per appositam anterius vitream fenestram perrutilans, omnibus venerantibus conspicua apparet: ac deinceps ante eas noctu ac interdiu lampas semper ardens, in Capellæ medio, ex ipso fornice venerationis augendæ ergo, pendula visitur.

Nova lipsanotheca facta:

An. 1628 15 Febr.

imponuntur Reliquiæ

154 Pius hic S. Norberti ejusque sacrarum Reliquiarum cultus, indies majora capit incrementa: adeo ut crebro, coram ejus altari ac sacris istis Reliquiis, videre sit magnum numerum genuflexorum, vota sua Sancto intimantium, luminaria accendentium

Ex impressis Indulgentiis concessæ visitantibus illas,

et instituta Confraternitas

A tium, ac alia pietatis opera exercentium. Cui devotioni augendæ nuper Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus D. Fabius de Lagonissa, SS. D. N. Urbani PP. VIII Nuntius, omnibus Christi fidelibus capellam dictam ac sacras ibi depositas Reliquias pie visitantibus, ex plenitudine facultatis suæ, concessit Indulgentias dierum trecentorum, per Diploma datum Bruxellis, XVIII Decembris MDCXXVIII. Denique, ad augendam magis piorum civium erga Tutelarem hunc suum devotionem, S. Michaelis Abbas, per Sedem Apostolicam, primum hic Confraternitatem in honorem S. Norberti institui, ac spiritualibus gratiarum et indulgentiarum thesauris locupletari solicite curat: quin et, quo suam erga sacra ejus pignora pietatem testatiorem faceret, adjecit, ut fieri curaret Crucem quamdam argenteam, admodum affabre concinnatam, duos propemodum pedes altam; cui quinis locis dictarum sacrarum Reliquiarum particulæ, per crystallum conspicuæ, includerentur: ipsa circum quemque loculum sculpta epigraphe indicante, quid quisque contineatur, hoc ordine. Circum medium legitur. ARTICVLVS PLEVM SS. P. N. NORBERTI ANTVERPIÆ

B APOSTOLI. Circum supremum, EX DEFLUXIONIBVS CARNIS SS. P. N. NORBERTI. Circum sinistrum; PARS ALBÆ SACERDOTALIS S. NORBERTI. Circum infimum; PARS PEDI PASTORALIS S. NORBERTI. Circum dexterum; EX DALMATICA S. NORBERTI ARCHIEPISCOPI MAGD. Sed et honesta ac pia Matrona Susanna de Bruyn, egregii statuarii Joannis Collyns de Nole ac capitanei conjux (cujus etiam illud quod supra descripsimus cæruleum labarum, pium donum fuit) novum S. Norberto in ejus capella ex vario marmore Altare fieri curat, ut ejus e cœlo patrocinium demereri possit.

Pars Cerebri an. 1654 allata

155 Norberti Triumphantis Echo *sub Abbate Matthæo Antuerpiæ resonans, per organum R. D. Joannes Chrysostomi vander Sterre, hic nobis tacebit. Ut tacere citius posset, neque mole operis enormiter extenderet, rescissis etiam idem pluribus, ad hanc contracta brevitatem; eo fidentius quod major prolixitas, exteris onerosa futura, non debeat ab Antuerpiensibus hic desiderari, integrum librum habentibus. Auctori, merces fuisse videtur successio in dignitatem Abbatialem, anno* MDCXXIX *feliciter oblata, et per* XXXII. *annos gesta: quod etiam marmora, in honorem S. Norberti loquacia, posteris testabuntur. Successit Chrysostomo* Norbertus van Couwerve, *inauguratus* XXI *Decembris anno* MDCLII. *Hic a Norberto Nicolao Amand ab Amelunxen, Strahoviensi Abbate, accepit,*

C XII *Maji, anno* MDCLIV, *partem Cerebri condensati sanctissimi Fundatoris* Norberti, *quam aliasque ejusdem Reliquias inclusit novæ et artificiosæ insignique capsæ argenteæ longæ ad mensuram humani corporis: quæ sub insigni conopeo, in ejus festo, et per Octavam exponitur in ara extemporali, magnifice medio in templo erecta: per reliquum vero annum servatur in proprio Sancti sacello, quod marmoreo altari sepimentoque instructum, chori ambitum insigniter ornat, una cum aliis similiter ornatis sacellis quatuor. Ibi excavatus in loculum speciosi operis paries, post inauratas valvas illam custodit, majoribus dumtaxat festis spectandam, et ardente ante eam jugiter lampade illuminatam, qualem vides sub altari sacelli Pragensis, supra exhibiti, æri incisam.*

et novæ arcæ argenteæ inclusa:

156 *Litteræ Abbatis Strahoviensis, tam insignem sacri Cerebri partem donantis, invenire cupiens, nobisque jam pridem optantibus omnia coram inspicere gratificari volens præsens Abbas (quem monasterio diu Deus conservet) Ampliss. ac Reverendiss. D. Joannes Chrysostomus Teniers, invitavit nos die* XIX *Julii* MDCXCIII, *ad inspectionem argenteæ illius arcæ. Cumque adessemus, reverenter expositam in Sacristia, co-*

cum approbatione Vicariatus Antuerp.

D *ram præcipuis sui monasterii Religiosis aperiri fecit, et singula intus contenta coram se explicari. Et inventa est quidem pars Cerebri exiccati, multipliciter obvoluta; sed scripturæ eo spectantis nihil. Jussit ergo nobis describi Instrumentum Vicariorum generalium, vacante Sede diœcesim Antuerpiensem administrantium, ipsamque Reliquiam approbantium, quod est hujusmodi;* Quoniam Sanctorum cum Christo in cœlis regnantium relicta in terris corpora, aliasque exuvias, ecclesiarum esse ornamenta, urbium contra hostes visibiles et invisibiles præsidia, publicæ pietatis incitamenta; et recta ratione, et innumeris experimentis, et omnium seculorum sensu comprobatum est; merito existimamus, quæ eorumdem cultui amplificando conducunt, quorum patrocinia cupimus incessanter habere, singulari nobis studio esse promovenda. Cum igitur pro parte Rev. adm. et Ampliss. Domini Norberti van Couwerven, moderni Abbatis Monasterii S. Michaelis, Præmonstratensis Ordinis in hac urbe, nobis fuisset exhibita theca quædam lignea; et in illa loculus holosericus, insignes Reliquias de corpore S. Norberti, Ordinis sui Fundatoris, ac vere Antuerpiensium Apostoli,

post inspectas Reliquias

legitime donatas atque transmissas continens; ad E finem et effectum, ut auctoritate qua hac parte utimur ordinaria assertæ, pro veris et legalibus haberi et exponi possent, iisdemque honor deferri, qui in Dei Omnipotentis gloriam, et totius Ecclesiæ Antuerpiensis redundaret utilitatem: Nos, pro debito officii, quantum in Domino possumus, satagentes Sancti desideriis et filiali affectui Ampliss. Domini exhibentis condescendere, populique nobis commissi erga Apostolum suum devotionem promovere: ut ejus meritis efficacius adjuvemur, cujus Reliquias pio amore complectimur; certo confisi, hos Religionis cultu nobis apud Deum Patronos parari, et adversus quævis ingruentia mala Tutelares, ac simul fidei, caritatis, fortitudinis, aliarumque virtutum exempla atque incitamenta offerri; reseratis et attente perlectis litteris Reverendissimi in Christo Patris ac Domini Fr. Norberti Nicolai Aman ab Amelunxen Abbatis Strahoviensis, quibus sub manu et sigillo propriis declarat ac testatur, se ad majorem Dei gloriam, et Antverpiensis inclitæ civitatis consolationem perpetuam, nec non cœnobii et Ecclesiæ S. Michaelis ibidem indeficientem novam benedictionem, ejus altari reverenter, quo potest, pio devotionis actu, et superabundanti caritatis affectu, transmittere, imponere, atque donare, medium Cerebrum sanctiss. Patris Norberti Antuerpiensium Apostoli, rogans, ut hunc thesaurum bene observent, custodiant, venerentur: utpote organum, unde tam salutaria, dum viveret Vir Dei, in illorum F et posterorum salutem distillata sunt; et per quod, prout notum orbi, mirabilia, stupenda, sancta plurima, Spiritus sanctus operatus est olim. Ex quo donationis et transmissionis instrumento, cum constet (quantum moraliter cognosci potest) prætactas Reliquias, veras et legales esse; easdem ut tales, auctoritate nostra ordinaria approbamus, fideliumque venerationi publice exponi posse decernimus; in majus devotionis augmentum, omnibus et singulis hasce Reliquias, die exaltationis earumdem, aliisque anniversariis, quibus sancta Mater Ecclesia festivam hujus Sancti recolit memoriam, prævia legitima dispositione, in orationis spiritu visitantibus, quadraginta dies de vera Indulgentia, juxta formam Ecclesiæ consuetam, in Domino concedentes. In quorum omnium fidem ac robur, præsentes sub sigillo Vicariatus, et Ampliss. Domini

et litteras Abbatis Strahov.

additis 40 dierum Indulgentiis,

Franc-

Vicarii Generalis vidimatione, per Secretarium expediri fecimus. Antuerpiæ Kal. Maji MDCLIV.

Franc. Dinghens Vic.

et erat subsignatum de mandato RR. adm. Dominorum Vicariorum præfatorum.

Franc. Hillewerven Secret.

157 *Exaltationi prædictæ tecta videtur fuisse Dominica* III *post Pentecosten, inter utrumque Sancti Patriarchæ festum mediare solita; quæ ut singulis annis solennius recoleretur, placuit tertium unum instituere, impetrata deinde etiam plenaria ad id Indulgentia sub titulo* Triumphi Norbertini, de sacramentaria Tanchelini hæresi apud Antuerpienses; *ut proxime Octavam Sanctissimi sequeretur ejusdem restitutio, post aliquot annorum latebras in lucem reproducti, atque ita pompam Eucharisticæ circumlationis, per omnes urbis parochias sigillatim circumductam, extrema denique concluderet Michaelitarum cum venerabili Hierotheca processio. Exemplum Abbatum Antuerpiensium, parte aliqua sacri Corporis ita bis donatorum, adduxit Præsidem Norbertini Romæ Collegii, ut ipse etiam sperare auderet simile quidpiam, Romano po-*
B *pulo exponendum ad venerationem. Nec sua eum spes fefellit; scripsit enim nobis anno* MDCLXXXIX, *quod anno immediate præterito, beneficio Abbatis Strahoviensis Hyacinthi Hofman, acceperit particulas duas, unam deciduæ carnis (pulveres ex sepulcro collectos, et in massulam coagmentatos intelligo) et digiti unius articulum, sub attestatione Principis et Archiepiscopi Pragensis, signata* XXX *Januarii, quas recognoverit et publice exponi probaverit Eminentiss. Cardinalis Carpegna, Pontificius in alma Urbe Vicarius. Addixerat nobis idem D. Præses, submissurum se descriptionem pompæ, in solenni expositione dictarum Reliquiarum Romæ celebrata, una cum litteris donationis: sed nihil hactenus præstitit, aliis rebus intentus. An aliæ quædam particulæ simili modo communicatæ aliis sint, necdum comperi.*

An 1689 missus Romam articulus

158 *Addo postremas Indulgentias, toti Ordini in perpetuum novissime concessas.*

CLEMENS PAPA X

Ad perpetuam rei memoriam.

Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensationem fidei nostræ commisit divina dignatio, prudenti liberalitate libenter erogamus; cum id ad augendam fidelium religionem, fovendamque et ex-
C citandam erga beatos patriæ cœlestis incolas pietatem, arbitramur in Domino profuturum. Volentes igitur ecclesias, tam Canonicorum Regularium, quam Monialium Ordinis Præmonstratensis, a S. Norberto (qui tamquam lucerna ardens super candelabrum in domo Domini positus, Apostolicis charismatibus aliisque divinæ gratiæ donis longe lateque refulsit) sub speciali beatissimæ Virginis Dei Genitricis protectione, ac S. Augustini Regula salubriter instituti, ut condignis frequententur honoribus, et fidelium ad eas confluentium devotio augeatur, aliquo gratiarum spiritualium munere decorare; supplicationibus dilecti filii Francisci Buyrette, Canonici Regularis expresse professi, et Procuratoris ejusdem Ordinis, nomine, nobis super hoc humiliter porrectis; ac de Omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi; omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus, vere pœnitentibus et confessis ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis quorumcumque monasteriorum, tam Canonicorum Regularium, quam Monialium dicti Ordinis Præmonstratensis, hactenus erectis et imposterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus, in Assumptionis D
B. Mariæ Virginis immaculatæ et S. Augustini festivitatibus, ac die festo S. Norberti præd. vel Dominica infra illius Octavam; et die XIII Novembris, qua omnium Sanctorum Ordinis præfati Commemoratio ibidem fieri solet; nec non quamcumque ecclesiam ejusdem Ordinis, die festo specialis Patroni ceu Titularis illius ecclesiæ, cujus nomen in Martyrologio Romano annotatum reperiatur, a primis Vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi, annis singulis devote visitaverint, et ibi pro Principum Christianorum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint; quo die ex prædictis id egerint; plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam misericorditer in Domino concedimus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris... Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die V Julii MDCLXXIII, Pontificatus nostri anno quarto.

Clemens X omnibus ecclesiis Ordinis

concedit Indulgentias perpetuas pro festo S. Norberti et aliis.

Ex impressis

an 1673

APPENDIX.

Beneficia quædam recentiora, Sancti ope impetrata. E

Ego Elisabeth Sucborabska, Soror Ordinis S. Norberti, præsentibus his fidele testimonium exhibeo, Religiosam in Christo mihi multum dilectam, Annam Rupeczka, Sororem et Priorissam cœnobii Czarnowassensis, anno Domini MDCXXVII, a Domino Deo gravissima per nonnullas hebdomades infirmitate oppressam fuisse, adeo ut salutis ejus spes ab omnibus desperaretur. Cumque eamdem; in extremis jam laborantem, loquela destituisset Sorores mœstissimæ, videntes angustias animi Matris dilectissimæ, in templum, ad anchoram tutissimum et solamen infirmorum omnium, beatissimam Virginem Mariam, confugerunt, eam Litaniis salutantes, et pro incolumitate Matris deprecantes. Me tamen penes infirmam remanente, et votum faciente ante imaginem S. Norberti, me velle faciem illius depictam ad corpus S. Norberti transmittere; statim infirma ac muta, labiis quasi solutis, loqui et bene valere incepit. Quod ego meritis et patrocinio S. Norberti factum adscribens, hanc eamdem imaginem Pragam ad corpus illius transmitto, suppliciter rogando, faventes S. Norberti, ut eamdem ad corpus Sanctissimi appendant. Datum in cœnobio Czarnowassensi Virginum Deo dicatarum, die XX Januarii MDCXXVIII.

Sanctimonialis moribunda,

ad votum alterius subito convalescit an 1627,

F

160 Senior Conventus nostri Strahoviensis recensuit, dum quadam vice gravissimo morbo decumberet; et XIV diebus cholicæ enormibus doloribus, medicinis nihil juvantibus, vexaretur; desperata jam a medico salute, de licentia Domini Prælati sui, et consilio P. Prioris, viribus licet destitutus, absente Ministro infirmorum, e lecto ad genua provolutus, votum vovit; quod si Deus, per merita et intercessionem S. P. sui Norberti eumdem sanitati restituerit, se tot Sacra votiva quod litteræ in nomine Norbertus continentur, velle legere. Voto emisso post tres dies sanus e lecto surrexit, et votum exsolvit.

item Sacerdos graviter infirmus.

161 Narratum etiam fuit nobis, ab illis qui præsentes fuerunt; dum tempore Translationis sancti Patris e Magdeburgo Pragam, ex arca triumphali præ templi foribus scenica actio institueretur, et cantaretur a duobus pueris solenne canticum, Benedicite omnia opera etc. quidquid illi in cantico nominarunt, musica intercinente, mox ad nomen in arcum scenamque prodiit; Ignis, Æstus, Frigus, Aqua etc. dum autem Fulgura et Nubes producere debuissetn,

Honoraria de cœlo fulmina et tonitrua in die festo

A debuissent, nullo modo successerunt: sed (quod mirandum) eo ipso tempore cœlum fulgura et tonitrua submisit, statimque priori serenitati restitutum fuit.

EX IMPRESSIS

Sanantur Matrona morti proxima,

162 Uxor Domini Baronis a Kolowrat, Herois sane cordata, dum in fine Septembris ejusdem anni, conclamantibus medici, spes salutis morituræ abdicitur; versa in aversam lectuli sui spondam, simulque in vota et lacrymas effusa, a Cœlitibus petit, quod negant terrigenæ. Norbertum inclamat tacita cordis vociferatione, ut ipse veniat pro medicina. Venit vocatus; illico de cœlo sentit auxilium: surgit morbus et cum ipso vicina mors. Ipsa, valetudine cum viribus recepta, adit cubile sanctorum Ossium sui medici Norberti; agnoscit opem, prædicat, voto se solvit: ac Strahoviensi Prælato hæc ipsa narrat, affirmans se in conscientia ad hæc narranda instimulari.

puer præ dentium dolore octiduum insomnis,

163 Puellus circiter quadrimulus honorabilissimæ Matronæ (Uxor est Quæstoris D. Comitis a Slawata) post diuturnos odontalgiæ dolores, tantos adeoque intolerabiles, ut totum octiduum, soporiferæ ætatis puer, somni ne quidem stillam oculis cœpisset; cum votis ad templum Strahoviense
B defertur. Mater, religiosissima quadam vidua in pietatis societatem assumpta, sternitur orationi: puellus illico sopore profundissimo incessitur, adeo ut nec excitari modo ullo vel clamore potuerit. Itaque post longas preces dum efferunt dormientem, et inscenso carpento domum revehuntur, ecce subito expergefactus puellus clamat, obstupescentibus omnibus; Vere, inquiens, Domina mater, S. Norbertus, cœli civis est. Atque iterum clausis in somnum ocellis, usque ad octavam vespertinam obdormit: ad quam demum iterum expergefactus; Potens, inquit, medicus S. Norbertus. Nec deinceps rediit dentibus suus dolor.

Medico Lutherano apparens S. Norbertus

164 Anno MDCLI, XXII Novembris, in civitate Ausicensi, in diversorio, apud Aureum-Angelum nuncupato, imago S. Norberti in Pontificalibus sedens depicta est, in memoriam, quod sacra ejus ossa, dum transferuntur, in dicta domo pernoctarint. Prædicto igitur anno et die, medicus quidam Dresna advectus, secta Lutheranus, aliquot septimanis ob copiam patientium in dicto diversorio fuit moratus. Contigit autem dum mane hora quinta in somnis jaceret, apparuit ei S. Norbertus, prout in imagine ibidem depictus est; utramque manum dolentis instar concutiens. Ille, signo se Crucis
C muniens, exclamavit; Dominus meus et Deus meus, quid hoc portendit? Respondit S. Norbertus: Ah! mala nova. His dictis disparuit. Medicus e lecto prosiliens, flexis genibus oravit, totaque die sequenti totus tristis incedebat. Altera die intra sextam et septimam nuntium venit, uxorem suam illa hora, qua sanctus Norbertus eidem apparuit, apoplexia tactam expirasse. Nuntio tam tristi accepto Medicus, etsi Lutheranus, coram imagine S. Norberti ad genua provolutus, in hæc, inter singultus et lacrymas, prorupit verba: O S. Norberte, nunc scio te esse Virum sanctum; tristitia mihi tulisti nova. Promitto quoad vixero me quotidie in honorem tuum unum Pater noster oraturum. Hoc coram pluribus pluries narravit; testimonia hujus facti apud nos in monasterio habentur.

et mortem uxoris nuntiat.

Devota Sancto pestem evadit,

165 Anno MDCLXXX, dum pestis Pragam totam infecisset, Matrona quædam, cujus maritum cum septem prolibus pestis sævissima absumpserat; votum ad S. Norbertum fecit, et inter tot pestiferos sana et illæsa ab hoc malo permansit. Curavit postmodum in gratiarum actionem, pingendam imaginem S. Norberti; quam de facto in oratorio suo quotidie veneratur.

166 Anno MDCLXXXVII, in festo Translationis, D
vidua quædam bonarum facultatum in ecclesia nostra comparuit; quæ retulit, sibi injuste quamdam intentatam litem; et quia sufficientibus destituta instrumentis, causa jam cadere debebat; illa nullum sciens refugium, nisi ad pacis Angelum S. Norbertum, ad ejusdem sacras Reliquias Missam legi curavit. Et ecce ad Curiam veniens, omnes judicum animos pro se esse animadvertit, qui ante contra erant; ipsamque, de qua paulo ante desperabatur, causam obtinuit.

alia causam desperatam vincit,

167 Fuit eadem gravissime a suis consanguineis diffamata, et quidem innocenter; hinc longo tempore inter eos iræ, discordiæ, et odii succendebantur. Illa iterum ad pacis Angelum S. Norbertum per Missam confugit: et ecce domum rediens, nuntios ab amicis suis ante diffamatoribus deprehendit, qui petebant occasionem sibi dari; se omnem injuriam, per diffamationem sibi factam, velle etiam publice deprecari; quod et fecerunt, et ab eo tempore in summa pace et caritate sibi convivunt. Hæc omnia prædicta vidua in et extra Confessionale testata est; etiam juramento idipsum parata confirmare.

et læsæ famæ restitutionem:

168 Eodem anno Illustriss. D. Comitis de Waldstein conjux, una cum filio suo juniore, gravissime infirmabatur, et maxime de juniore jam desperatum erat. Illa, transmissis candelis, Missam ad sacras exuvias sanctiss. Patris legi curavit: et ecce, præter omnem spem, tam ipsa quam junior paulo post restituti sunt sanitati. In gratiarum actionem per totam Octavam Translationis quemdam Religiosum transmisit, qui Missam celebraret in honorem sanctiss. Patris. E

ægra cum filio mater convalescit:

169 Eodem anno quædam Domina fassa est, sæpius sese ante hac, non sine vitæ periculo, una vice duas proles easque mortuas esse enixam: tandem jam prægnans, votum fecit ad S. Norbertum, ac felicissime prolem masculam vivam peperit; quam postmodum candido habitu ejusdem sacri Ordinis ad aram sanctiss. Patris indui curavit.

juvantur parturientes.

170 Anno MDCLXXXVIII Matrona quædam in partu laborabat. In his angustiis constitutæ, in mentem venit, postridie sextam fore diem mensis Junii, alias S. Norberto sacram. Hæc pie cogitando incipit enixe opem sanctiss. Patris implorare, et quidem peroptato eventu. Hora siquidem duodecima noctis, initio diei sextæ, Junii, feliciter partum enixa est. In gratitudinis vicem prolem suam nomine S. Patris insigniri curavit. Patrocinii, quod prægnantibus per merita et intercessionem S. Patris exhibetur, innumera tam Pragæ quam extra sunt exempla; F
nam pulveres sacri Corporis cum reverentia sumpti, vel saltem collo suspensi, felicissimum procurant partum; ita ut vere dici possit, mulieres prægnantes corpus S. Norberti, quo ad carnem, præ amore et reverentia jam fere totum absumpsisse.

171 *His Praga ex Strahoviensi Conventu acceptis, addatur singulare quidpiam, quod Xanctis, in patria ipsius Sancti, accidisse sibi narrat honestissima et gravis matrona* D. Boegels, *sicut anno* MDCXCII *die* VII *Augusti scripsit P. Lambertus Buren, nostræ ibi Residentiæ pridem senior, vir prope septuagenarius, de quo supra. Is rogatus quærere, qua certitudine dicatur ibi adhuc monstrari locus natalis S. Norberti: ea renuntiavit quæ in Annotatis ad Caput I Vitæ lit. c descripsit: deinde epistolam sic prosequitur.* Historiola Dominæ Boegels, cujus aliquando mentionem feci, quantum ad confirmationem traditionis piæ memoratæ de nato in platea Martis S. Norberto, ponderis habeat viderit Reverentia vestra. Sic autem narravit mihi, et R. D. Canonico Tunnissen, quem assumpseram socium. Nimirum, accidisse ante annos circiter quinquaginta; ut Hassi manu violenta Xanthorum

Xanthis natali domus Sancti

A thorum occuparent urbem, totamque misere spoliarent. Quod cum fieret, matrem suam, quæ tunc afflicta erat vidua, et non procul a loco jam dicto habitabat, singulari erga hunc Sanctum suum vicinum fiducia animatam, eumdem jure vicinitatis in auxilium vocasse; apertoque ne perfringeretur ostio, prædonibus liberum aditum præbuisse. Nec mora harpyias magno numero statim irrupisse, rapuisse, diripuisse quidquid occurrebat. Verum adfuisse ex tempore egregia forma equitem, qui indignitate rei cognita, equo præ foribus custodiæ matris commisso, ipse domum stricto gladio ingressus, omnes exegerit nebulones, nec unquam amplius comparuerit, equo interim ante fores in manibus parentis suæ relicto; donec postea, pacatis omnibus, ab alio quopiam abduceretur. Ceterum mulieri dictum erat sic : Tene hunc equum; et esto secura, nihil damni vel molestiæ tibi inferendum, quamdiu hic steterit ante D ostium tuum : quod et factum ejusdem hodie filia, ad honorem S. Norberti, grata deprædicat. Sed an vere hic eques fuerit S. Norbertus, an Angelus aliquis, vel Officialis quispiam bellicus, plorantis viduæ commotus gemitibus, Deus novit : ego certe nihil aliud hinc possum elicere, quam testimonium aliquod ad confirmandum, quod locus supra dictus vere is sit, in quo natus olim fuit S. Norbertus. *Idem fortassis conficient, ex hic et antea ad Vitam dictis, Prælati Præmonstratenses, et quod alias in deliberationem adductum audivi; an redemptas communiter ædes vellent in Sacellum Divo consecrandum convertere, effectui dandum decernent, quamprimum restituta Belgio et Germaniæ pax, tempus adduxerit ejusmodi cogitatibus exequendis opportunum.*

vicina domus servatur a prædonibus illo invocato,

. x . ss.

cujus ædes bene merentur in sacellum converti.

VIDE AD CALCEM HUJUS TOMI QUÆ SPECTANT AD TRANSLATIONEM.

COROLLARIUM I.

De institutione Archiepiscopatus Magdeburgensis, et primis ejus Præsulibus usque ad S. Norbertum.

B E

Ex MS. Chronico Magdeburgensi.

Ad S. Norberti, *Magdeburgensis Archiepiscopi* XIII, *laudem nonnullam facturum videtur, si Metropoleos istius exordia, atque primorum* XII *Archiepiscoporum acta, ex vetustis membranis eruta, emergant hoc tempore; quo diœcesis illa, cultu Catholicæ Religionis per proprium exuta culpam; per Westphalicæ pacis conditiones, permissa seculari Electoris Brandeburgici potestati, libertatis ecclesiasticæ jura amisit : cujus ut memoria quoque aboleretur, pro Archiepiscopatu, cœpit dici Ducatus. Accidit hoc anno* MDCXLVIII, *cum jam annus centesimus effluxisset, ex quo Canonicis Metropolitanam vacuam dimittere coactis, seque alio recipere, simul et Deo et Cæsari rebellis civitas, subjici banno Imperiali commeruit, unde omnia istic retro fluxere; ædificiis etiam non uno incendio deformatis, postquam inde ablatum fuit corpus* S. Norberti, *ut infra explicabitur. Prius quam ultima illa mutatio fieret, redierat ad Cæsarem civitas, armis Tillii Comitis subacta anno* MDCXXX, *et a biennio institutum Archiepiscopum Guilielmum Leopoldum Archiducem Austriæ, jussa revereri, Catholicæ Religionis* C *exercitia tantisper fuerat coacta recipere. Eo, usque ad prædictam Westphalicam pacem, titulum istum tenente, prolixum de historia urbis ecclesiastica tractatum, ex Archivio Magdeburgensi, colligere exorsus* Fr. Waltherus Henricus Strevesdorff, Novesiensis, S. T. D. et Ordinis Eremitarum S. Augustini per Turingiam et Saxoniam Vicarius generalis, *brevem ejus Epitomen evulgavit anno* MDCXXXIII, *sub titulo* Primatis Magdeburgensis : *qua Epitome jam excusa, nactus* Chronica Magdeburgensia, anno MDXXV in pergameno calamo exarata, *Observationes hinc aliquas sumpsit, quibus folium unum chartæ, prioribus adjungendum, implevit.*

Operæ pretium videtur, extincta Magdeburgi religione Catholica,

ejus ibi exordia scripto resuscitare :

id antea breviter fecerat Strevesdorffius,

2 *Ipsum illud MS. habuisse videtur Henricus Meibomius, in lucem edens Witikindi Chronicon cum Historia Hroswithæ ; indeque transcripsisse, quæ subjungit de hoc nostro argumento. Nec aliud esse videtur, unde diligentissimus Joannes Mabilio collegit Commentarium* de S. Adalberto, Archiepiscopo Magdeburgensi primo; ubi de origine monasterii ipsius et de erectione Metropolis ejusdem *tractat : quem Commentarium Lector reperiet insertum seculo* V *Benedictino pag.* 573 *et seqq. Idem autem Chronicon, iisdem ut plurimum verbis, sub modica tamen hinc inde varietate, odo contractius, modo auctius, nobis anno* MDCLXVIII *Treviros excurrentibus, donavit R. P. Henricus Turckius, nostræ tunc ibi Societatis Rector ; pro raro uti revera est, cimelio ; quamvis extremis foliis mutilum, per quæ usque ad annum a Strevesdorffio notatum verosimiliter producebatur. Verum ea mutilatio non magnum antiquitati præjudicium adfert : siquidem vetustior scriptura Codicis, non protenditur ultra annum* MCLXXXVIII : *sed ita, ut antiquiorem illam scripturam ecgraphum esse codicis vetustioris et sub finem corrosi, appareat, ex crebris circa finem lacunis, quibus relicta sunt spatia vacua auxilio alterius codicis aliquando supplenda, qui antiquior codex potuerit usque ad annum* MCCC *pertigisse. Est autem non unus Codicis hujus character, nec eadem membranarum antiquitas. Prior enim pars usque ad annum* MLXXX *vetustior est, et in ultima pagina non parum attrita; uti contingere solet codicum male habitorum membranis, operculi munimine spoliatis, quarum revulsa pariter pars altera, uno aut dimidio post fracturam seculo resartata fuerit, sicut dixi : sic tamen ut ea parte qua vetustissimus est Codex, non sit quadringentis annis multo antiquior.*

nunc fit ex membraneo MS. Chron.

perdito ad an. 1188.

et post an. 1300 exarato,

3 *Auctores, ut in talibus contingere solet, successive sunt plures; et quisque præcessoris sui transcribens exemplum, ipsum interpolavit, ut scivit et voluit. Primus qui hoc fecit, et propiores sibi annos supplevit, aut vixit tempore Tagmonis Archiepiscopi Magdeburgensis tertii ; aut potius sub annum* MCCC *vivens, ex tali tractatulo aliquo sumpsit, et Chronico quod transscribebat inseruit, tum civitatis, tum Archiepiscopatus exordia : sed ea suis quibusdam interpolamentis auxit, fide non bona. Hæc ab originario textu discreturus, Interpolatores duos distinguam. Primum dicam ipsum Tagmonem, qui anno* MXII *obiit, vel ejus coævum : sed qui ad Tagmonis mortem describendam non pervenerit. Huic utinam nihil addidisset is, quem vocabimus Interpolatorem secundum, et cujus causa adeo minute describenda mihi fuit conditio Codicis. Eo antehac aliquoties usus sum, præsertim in Analectis ad Chronico-historicum Conatum circa Romanorum Pontificum seriem, ubi de Gregorio V et sequentibus, et* Chronicon *appellavi* Saxonicum. *Poteram cum Meibomio et Mabilione* Magdeburgense *appellasse : revera enim Magdeburgi, aut potius in vicino S. Joannis Baptistæ monasterio,*

F *cum duplicis generis interpolationibus.*

A *nasterio, scriptum fuisse agnoscet, quisquis illius Ecclesiæ historiam leget, qualem inde huc transcribere exordiens, in plures Paragraphos hos Corollarium seco.*

§. I. Fundatio civitatis, in eaque Abbatiæ S. Mauritii, et hujus postea in Archiepiscopium conversio.

In prædicto MS.

S*cripserat vetustior Chronici auctor, ad annum* DCCCCXXXVIII, *breviter suo more, hæc pauca :* Eodem tempore, prædictus Rex, *Otto I,* instinctu et petitione piæ conjugis suæ Edith Reginæ, Abbatiam Regalem intra urbem Magdenburg fundavit. *His non contenti rescriptores, antiquiori isti contextui addiderunt, non solum ipsius fundationis historiam plenius descriptam, sed etiam civitatis, a vulgata tunc fabella de Julio Cæsare ductum initium. Nam Magdeburgo idem, quod multis aliis Germaniæ locis accidit; ut dicatur ab eo conditum, qui illuc usque numquam pervenit. Quod quia ætati illi ignoscendum, non gravabor hic quoque totum illum locum ponere ut melius de omnibus lector judicet, et a primis interpolationibus secernere possit secundas.* B *Sic ergo interfatur.* Sed antequam de hac fundatione plenius dicamus, non otiosum putamus, si de tam famosæ civitatis prima fundatione, [et unde hoc nomen Parthenopolis sive Magdeburg susceperit] penes traditionem veterum paucis perstringamus.

fabulose dicitur a Julio Cæsare condita civitas,

[Cæsar igitur ille, quondam potentissimus; ab Julo Æneæ filio stirpis derivatione cognominatus Julius, Dictatoris ordine cum Crasso et Pompeio sublimatus Romæ; cum totam Galliam trinæ divisionis Romano Imperio armis subjugandam suscepisset; in has subjectæ gentis partes veniens, tum ut eo tutius cum exercitu pausaret, tum ut circumpositas nationes facilius coerceret, plures competentibus in locis civitates condidit; quarum nonnullas terræ lignique materia circumvallavit, plerasque etiam murorum ambitu cinctas munire studuit, quantum opere festinato valuit inhianter accedens populi multitudo.

et Dianæ dicatæ,

Inter quas non infimam ad honorem Dianæ condidit : quæ quia apud Gentiles Dea virginitatis stulto errore credebatur; a Parthenoū, quod Græce Virgo dicitur, Parthena quoque vocabatur; sicque a Parthena, id est Diana, Parthenopolim, id est Parthenæ urbem [appellavit : quod etiam barbarum nomen C testatur, quia Magadeburg quasi Virginis urbs dicitur. Fecit quoque idem Cæsar intra urbem, juxta ripam Albiæ fluminis, templum, imo idolium, ejusdem Dianæ; ubi ad supplementum ejusdem religionis, pluribus Virginibus dicatis, sacra Deæ statuit, quæ posteritas celebravit. *Non magni quidem interest, secundine an primi Interpolatoris hæc esse statuas; malim tamen ad secundum referre, atque per conjecturam, ut magis piam, sic magis verosimilem opinari, nomen istud sub Carolo Magno factum ab aliquo Deiparæ Virginis sacello; eodem fortassis, quod postea in ecclesiam Collegiatam auctum per aliquem Carolingorum, denique per sanctum Norbertum Præmonstratensibus traditum sit.*

ideoque Magdeburgum vocata :

5 Decursis post hæc pluribus annis] *(quibus verbis transitum a novo ad veterem embolismum facere videtur Interpolator secundus)* Cum summæ virtutis Karolus Magnus, sceptra regni gerens,.... Saxoniam, continuis bellorum procellis subactam ad fidem Christi convertisset [hujus idolii aras destruxit, et] oratorium Protomartyris Stephani ibi dedicari fecit, et diœcesi Halberstadensi [ipsam civitatem] subjecit. Sed jam dicto Albiæ flumine, jugi impulsu usque ad ecclesiæ parietes littus suum cavante, illa tandem corruit : pro qua hanc permodicam, quam usque hodie cernimus, vulgi paupertas erexit. Præfatus autem Imperator Otto Magnus, et post Karoli tempora nulli inter omnes Romana sceptra gerentes secundus, non solum suæ, sed et futuræ generationis ætatibus, relinquere volens nominis sui memoriale celebrandum, novum hujus civitatis posuit fundamentum. D Volebat enim ibi Sedem Episcopalem facere : sed partem parochiæ, quæ Halberstadiensi diœcesi subjacebat, a Bernardo ejusdem Ecclesiæ Episcopo, quoad ille vixit, impetrare non potuit. Fundavit igitur inibi regalem, ut diximus, Abbatiam, in honore Beati Petri Apostolorum Principis, ac Mauritii egregii Thebæorum Ducis, dignique contubernalis illius Innocentii militis, cujus corpus Rodulfus, Rex Burgundiorum, ei ac Reginæ transmissum, regium, imo divinum munus donavit. Maximam quoque partem corporis S, Mauritii, et quorumdam Sociorum ejus; cum plurimis Apostolorum, Martyrum, Confessorum ac Virginum Reliquiis, in eamdem civitatem transtulit.

ubi Carolus M. fundarit sacellum S. Stephani,

et novam civitatem condidit Otto I

cum Abbatia S. Mauritii:

6 Eodem anno jam dictus Otto, Rex gloriosus, XI Kal. Octobris præfecit Abbatiæ Annonem, virum venerabilem, Treveris de cœnobio S. Maximini assumptum; transductis inde et aliis Fratribus, numero et sanctitate monasticæ disciplinæ perfectionem informare sufficientibus. E Qui Domnus Anno, postquam Abbatiam per annos (quos non invenire potuimus) strenue rexit, Wormaciensis Præsul eligitur *(alii anno* DCCCCXL *id factum statuunt)* eique Othwinus in Abbatia substituitur. *Hactenus (sipræ-notata forte excipias) Interpolator primus : qui rursum ad annum* DCCCCLIX *hæc adjungit, infra dicendis opportuna futura,* Legati Helenæ Russorum Reginæ, quæ sub Romano, Constantinopolitano Imperatore, Constantinopoli baptizata est *(fuit is* Romanus Leucapenus, *qui anno* DCCCCXIX *Cæsar nominatus, a genero suo Constantino Porphyrogenneta illius nomen suo post poni fecit in publicis Actis cum titulo Augusti, quousque gradu motus et visu privatus est, anno ejusdem seculi* XLIV). Legati, *inquam,* Helenæ, ficte, ut post claruit, ad Regem Ottonem venientes, Episcopos et Presbyteros eidem genti ordinari petebant. Quod ille audiens et nimium gavisus, consensit deprecationi eorum; fecitque eis ordinari venerabilem et Catholicum virum Libutium. Sed idem Libutius, ab itinere quibusdam dilationibus suspensus, XV Kal. Martii diem clausit extremum. Cui Adelbertus, ex cœnobitis S. Maximini, machinatione et consilio Willhelmi Archiepiscopi *(Moguntini scilicet, omnia apud patrem Regem potentis)* licet meliora in eum confisus fuerit, et nihil unquam in eum deliquerit, F peregre mittendus, in Ordinatione successit. Quem piissimus Rex, solita sua misericordia, omnibus quibus indigebat copiis instructum, genti Russorum destinavit. Sed et hic nihil in his, ob quæ missus fuerat, perficere valens, et inaniter se fatigatum videns, revertitur : et quibusdam suorum in redeundo occisis, ipse cum magno labore vix evasit; adiensque Regem, caritative suscipitur; et a Deo amabili Willehelmo Archiepiscopo, pro retributione tam incommodæ ab eo sibi machinatæ peregrinationis, bonis omnibus et commodis, quasi frater a fratre, amplectitur et honoratur : *præficitur deinde Abbatiæ Wirziburgensi, ac denique Archiepiscopus Magdeburgensis creatur.*

posito istic Abbate Annone, ac dein Othwino.

Interim Russis Episcopum petentibus,

post Libutium ordinatur Adelbertus :

sed ab illis non admissus,

Wirzeburgi Abbas fit.

7 *Quo id modo factum sit, delucide explicat, Metropolitanæ illius Ecclesiæ Suffraganeus,* Dithmarus Merseburgensis Episcopus; *qui anno* MXVIII *vita functus, paulo ante obitum scripsit octo libros Chronicorum de gestis Henrici Regis, triumque Otthonum, et Henrici Sancti, Imperatorum : qui libri apud nos MSS. extant, plenius perfectiusque quam habentur editi, et cuicumque alteram editionem curaturo libenter communicandi. Is libro 2 ante medium sic habet.* Imperator *Otto,*

Hunc Otto I. Imp.

A *Otto*, comperta lugubri matris suæ, *S. Mathildis*; et Filii, *Wilhelmi Moguntini Archiepiscopi*: ceterorum Principum, *Heronis patriæ defensoris et filii sui illustris Sigifridi*, morte; gravi queritur mœrore invincibile damnum totius reipublicæ. Urgebat eum ad hæc timor mortis propinquæ *(et reapse intra quartum annum obiit)* et quod Deo in rebus anxiis promiserat, opportuno tempore tunc studuit implere; *cum jam scilicet obiisset Halberstadensis Bernardus, qui eum retardarat a cœpti executione consilii.*

Madeburgi Archiepiscopium fundans,

Electum namque a cuncto Halberstadensis Ecclesiæ Clero et Populo Hildewardum, tunc Præpositum et a Domno Bernardo ad hoc præsignatum, Romam venire præcepit; cum quo, quod diu absconderat, secretum mentis revolvit: scilicet, se facturum in urbe Parthenopolitana Archiepiscopatum semper studuisse, ob spem remunerationis æternæ defensionemque communem patriæ; seque ad omnia, quæcumque unquam petisset, promisit paratum, sibi si consentiret hoc perficere votum. Hic autem, ut erat vir sapiens, piæ annuebat petitioni, partemque Parochiæ, quæ sita erat inter Oram et Albiam et Bodam fluvios, et insuper viam quæ Fritheria dicitur, Deo concessit Sanctoque Mauritio ac Imperatori... qui vocavit ad se Richarium, Magadaburgensis ecclesiæ Abbatem tertium (nam Anno et Otwinus, jam Episcopi, præfuerunt) eum volens hac Sacerdotali dignitate decorare: sed visa quadam epistola, quæ clanculum sibi deferebatur, omisit;

B

primum istic Antistitem statuit,

Athelbertum vero Trevirensem, professione Monachum, sed Russiæ prius ordinatum Præsulem et a Gentilibus huc expulsum, ad Archiepiscopatus apicem, inclitum Patrem et per omnia probatum, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXX, XV Kal. Novembris, Apostolica auctoritate promovit.

anno 970,

8 *Tunc misit eum Otto* cum magno honore, præcipiens universis Saxoniæ Principibus, ut proximum Natale Domini cum eo essent. Archiepiscopus a Clero et omni populo magnifice susceptus, in his festivis diebus, consecravit Bosonem, Merseburgensis Ecclesiæ Pastorem; Burchardum, Misnensis Sedis Provisorem; Hugonem, Cicensem Episcopum; Havelsbergensis Ecclesiæ Custodem, Dudonem coaptavit, prius consecratum. Omnes hi, subjectionem sibi suisque successoribus promittentes, dispositi sunt singuli per speciales parochias. Additus est his confratribus Brandeburgensis Ecclesiæ Pastor Thietmarus, ante hos unctus; et Jordan Episcopus Posnaniensis *trans Oram sive Oderam, extensa per Po*

attributis ei Suffraganeis 6:

C *loniam noviter converti cœptam diœcesi jam inde ab an.* DCCCCLXVI. *Hoc enim* Jordanum *prædictum, natione Romanum ex familia Ursinorum, ut credunt, Romanus Pontifex, eodem Otthone postulante, dedit; si recte tempora subduxit Joannes Longinus alias Dlugossus, Warmiensis Canonicus, defunctus anno* MCCCCLXXX, *et a Bollando nostro multum laudatus* IV *Martii, ad Acta S. Casimiri, cujus institutor fuit. Hic tractatum reliquerat de Episcopis Posnaniensibus, quem porro continuatum anno* MDCIV *in lucem dedit Thomas Treterus; uterque venia dignus, quod mortuum* Jordanum *scribant anno* MII, *quem constat ex Chronico nostro obiisse* DCCCCLXXXII; *siquidem successor ejus* Wungerus *obiit,* XXX anno sui Episcopatus, *ut infra num.* 83 *Christi* MXII. *Minus eis ignosci potest, quod ordinatum* Jordanum *dicant a* Stephano Papa; *cujus nominis ab anno* DCCCCLIII *per centum annos nullum fuisse scire potuerunt et debuerunt.*

inter quos et Jordanus Posnaniensis.

§. II. Archiepiscopatus Magdeburgensis Institutio, ex nostro MS. et primi Adelberti ordinatio.

A*dithmaro, nullius interpolationi suspecto, transeo ad Chronicon, ab interpolationibus secundis, in eo quem primus Interpolator addiderat contextu, repurgandum per notas* [ ]. *Ibi annus* DCCCCLXIX, *consueta Chronicis brevitate, sic inchoatur;* Magdeburgense Archiepiscopium, ab Ottone Christianissimo Imperatore fundatur, anno regni XXXIII: Imperii vero VI: atque Adelbertus primus ibidem Archiepiscopus ordinatur, qui primitus Russis ad prædicandum directus fuerat. *Tum sequitur prolixissima interpolatio, eademque pulcherrima, et per omnia Dithmaro consona; si excipias, quæ secundi interpolatoris esse, manifeste probabo. Sequitur autem tenore tali.* Et quoniam in superioribus hujus opusculi, de fundatione istius tam inclitæ tamque famosæ civitatis, prout potuimus disseruimus; *(uti habes supra num. 5)* de fundatione quoque Archiepiscopatus in eadem civitate aliquid disserere, utilitati legentium censemus esse proficuum. *Potuerat Chronici auctor rem ordiri ab an.* I *Imperii Ottonis, Joannis XII Papæ* VII, *qui fuit annus Christi* DCCCCLXII; *quando prædictus Pontifex suum Privilegium, de erectione monasterii Magdeburgensis in Metropolim, et Merseburgensis in Sedem Episcopalem dedit, absque indicio loci,* Indictione v, II Idus Februarii: *quod Privilegium diligentissimus Mabilio reperit in margine Chronici sui descriptum, inseruitque suo de S. Adalberti Actis Commentario. Poterat, inquam, hinc ordiri Auctor: sed propter moram executioni interpositam, maluit exordiri a gestis in Synodo Ravennate post quinquennium, hoc modo.* E

D

AUCTORE D. P.

Juxta MS. Chronicon Magdebur.

10 Anno igitur Incarnationis Dominicæ plus minusve nongentesimo sexagesimo septimo, regnante Ottone Imperatore Augusto, Christianæ Religionis ac divinæ servitutis propagandæ solertissimo; habita est Synodus Ravennæ in suburbio, in ecclesia beati Confessoris et Episcopi Severi; residentibus Domno Joanne, summo et universali Pontifice, et pluribus Italiæ, Germaniæ, ac Galliæ Præsulibus, de statu Ecclesiæ tractantibus, adstante etiam innumerabili Clero et populo. Idem ergo Serenissimus Imperator Augustus Otto, qui eamdem sanctam Synodum, ob communem Imperii sui salutem, congregaverat; plurimas Sclavorum nationes, intra flumen Albiæ, in confinio Saxoniæ, multo se labore et maximis sæpe periculis, ad Christum convertisse, coram omnibus retulit. Et quia rudes et necdum stabiles erant, qua tuitione quave custodia in fide corroborari deberent, sanctam Synodum consuluit; rogans, ut quos ipse summo studio Deo mancipaverat, Pastorum negligentia ad vomitum redire non sineret. Hujus dignam relationem et tantam fidei confessionem sancta Synodus benigna aure suscipiens, Deoque in his omnibus gratias agens, tot Sclavorum populos, ad Deum noviter conversos, non nisi per Episcopos, in convenientibus locis, in unaquaque earum provincia, secundum populi quantitatem et rationabilem terræ divisionem, constituendos, ad hoc animari atque erudiri posse censuit, et ratum æstimavit. Ad quod agendum ut major firmitas, et tutior in Episcopis ordinandis sit opportunitas; Archiepiscopum, ad quem negotium suum et controversiam, si qua orta fuerit, quasi ad caput referre et discutere valeant, eis constitui atque proponi, communi deliberatione censuit: et hoc ejus judicio et discretione, in quo maxima reparandæ et confirmandæ religionis post Deum fiducia erat, fieri debere omnino judicavit. F

cum in Synodo Ravennæ an. 967

Sclavorum conversionem exposuisset Ottho I,

decretum dari eis Episcopos

cum Archiepiscopo,

11 Est præterea civitas in parochia Halberstadensis Episcopii, Magdeburg dicta, in confinio Saxonum et Sclavorum, in ripa prædicti fluminis Albiæ, in qua idem Serenissimus Cæsar populi multitudinem adunavit; ecclesias construxit; plurimorum Martyrum, beati scilicet Mauritii, et Innocentii, aliorumque innumerabilium corpora Sanctorum illuc transferens;

in confinio Saxonum et Sclavorum,

A tranferens; Canonicosque inibi Deo famulantes constituens; ad eorumdem victum et Ecclesiæ utilitatem, castra, villas, prædia, decimasque cum universis adjacentiis, affluenter ex proprio concessit. *Magdeburgi constituendo* Placuit igitur omnibus, apud prædictam civitatem Magdeburg Archiepiscopalem fieri Cathedram, eo quod hæc in confinio Sclavorum, ut prædiximus, loco videretur opportunior, et in ejus propagatione voluntas Imperatoris esset amplior. Ad hæc Imperator, precibus Synodi et Dei voluntate commotus, sanctæ Congregationis decreto paruit, et hoc Privilegio Apostolicæ Sedis corroborari dignum duxit. Quod et actum est, et a summo Pontifice, omnibusque Præsidibus Italiæ, Galliæ, et Germaniæ qui aderant propriis manibus corroboratum. Ceterum quia Præsul Halberstadensis Synodo huic non affuit, causæ clausulam in ejus adventum differre placuit, ut civitatem ipse a debito subjectionis absolveret; et tunc denique Privilegium et subscriptio illibata fieret.

quod cum esset in Synodo Romana probatum,

12 Anno igitur integro et dimidio jam evoluto, cum Hatto Archipræsul Magonciensis cum præfato Hildewardo, suo videlicet Suffraganeo, eo devenisset; et Imperator illos pro dicta causa, blanda B petitione convenisset; Hildewardus Episcopus, tam ex Archiepiscopi consensu, quam omnium qui aderant consulto, prompta et hilari mente, piæ ejus petitioni annuit: ac facto in præsentiarum pari æstimatione concambio, Synodali decreto, S. Mauritio Magdeburg, et S. Laurentio Merseburg quæque *cum assensu Episcopi Halberstadensis,* petita tradidit, id est omnem parochiam sitam inter fluvios Albiam, Salam, Horam et Bodam, usque ad ea loca ubi castra Unnesburgh, Wantleva, Hortersleva, cum omnibus pertinentus et villis, quæ Burchwart appellantur, versus Occidentem longius protenso fine terminantur; cum omni decimatione, banno, subjectione, obedientiis, et omni ecclesiastico ordine, prout Halberstadensis Ecclesia visa est eatenus possedisse. Recepit autem ad vicem ab Imperatore, in partem et utilitatem suæ Ecclesiæ, omnem decimationem in Hosgowe, ut terminatur in fluviis Sala, Willebike et Wippera, cum omni possessione quam de Abbatia in honore S. Wicberti, in territorio Herolfesfelt constructa, idem Imperator æqua commutatione acquisierat, cujus etiam Abbatiæ ipse fundator erat.

13 Huic autem concambio confirmando, jussione Domni Joannis summi et universalis Pontificis, et *et Episcoporum præsentium* Cæsaris Augusti Ottonis, petitione quoque Domni Halwardi Halberstadensis Antistitis, Ambrosius Cancellarius Palatinus, et Petrus sanctæ Ravennatis C Ecclesiæ Archiepiscopus; alii quoque quam plurimi Episcoporum Italiæ et Germaniæ subscripserunt: quorum etiam nomina præsenti paginulæ studuimus annotare.

subscriptionibus confirmatum,

Hatto, Moguntinus Archiep. interfui et subscr.
Hildewardus, Halberstad. Episc. interfui et subsc.
Reginoldus, Rubilonensis Ecclesiæ Episc.
Adelbertus, Rugorum Episc. interfui et subscr.
Alberisus, Tarvisianensis Ecclesiæ Episc.
Lautwardus, Mindensis Ecclesiæ Episcopus.
Everacrus, Leodicensis Ecclesiæ Episcopus.
Teupertus, Feltrensis Ecclesiæ Episcopus.
Gauslinus, Patavianensis Ecclesiæ Episcopus
Sichelmus, Florentinæ Ecclesiæ Episcopus.
Adelbertus, Bononiensis Ecclesiæ Episcopus.
Arnadus Foro-populi Episcopus.
Joannes, Immolensis Episcopus.
Ingizo, Castellanæ Ecclesiæ Episcopus.
Martinus, Fres. Ecclesiæ Episcopus.

Hactenus MS. nostrum, et ex eo, per nostrum Alexandrum Wilthemium sibi transcripto, tomus IX *Conciliorum Philippi Labbe. Eadem Meibomius post Wittekindum habet: sed auctis in duplum subscriptionibus quas* D *Labbe ex ipso sumpsit, ut magis integras magisque plenas, etiam in formulis subscribendi variis, quibus Interpolator Chronici noluit scrupulosius immorari. Etenim pergebat ad cetera, quæ ex nostro pariter MS. licet in Conciliis prædictis jam edita, hic rursum accipe; sed (ut intendimus) distinguendo his notis [ ] spuria a genuinis: quod ibi non est factum.*

executurus rem Otto,

14 His ita peractis Cæsar admodum lætatus, nec minus pro adhuc peragendis secundum Deum solicitus, accersito Richario, Magdeburgensis cœnobii Abbate tertio, coram Annone Wormaciensi et Otwino Hildinesheimensi Episcopis, secum tunc forte commorantibus, volebat illum officio Episcopatus fungi in ipsa mutatione Sedis suæ: sed impedierunt quidam occulto consilio, et Imperatori pro hoc secreto delatæ litteræ. Qui dum se tanto honore privatum intelligens, minus æquo animo ferret; ac in impediendo tam sancto proposito, Imperatori quoquo pacto obviare proponeret; ne malitia mu- *Abbatiam transfert ad montem S Joannis Baptistæ,* taret intellectum illius, brevi pulsatus valetudine, terrena mutavit cœlestibus; successitque in eadem Sedis mutatione Herdingus, in eadem Congregatione E nutritus et electus. Transmutata est itaque Abbatia in montem, suburbio ejusdem civitatis adjacentem, deputaturque S. Joanni Baptistæ, et adhuc habetur (et o utinam diu feliciterque habeatur!) famulatura. *Quod votum omnino persuadet, in ipsomet monasterio descriptum Chronicon hoc fuisse; ibique vetustioris chronici contextui additam utramque illam præter morem Chronicorum prolixam relationem, de fundatione civitatis et erectione Archiepiscopatus, sed absque secundis interpolationibus.*

unde Monachi quotannis

15 *Pergens porro Interpolator* (*inquit*; Monachi quoque succedentibus sibi Clericis, reliquerunt in libris sive aliis rebus plurima ornamenta, quæ ibidem Imperiali munere et propria industria fuerant congregata. [Cumque eorum corda de hac migratione non immerito gravaret tristitia; Cæsar eis, pro consolatione, prædiorum suæ hereditatis non parva dona adjecit; et quocumque in loco cum Canonicis in una statione conveniant, ipsi dextra in parte supremum locum obtineant, constituit] *Credat hoc qui potest, mihi ægre quis persuaserit voluisse Imperatorem institutos a se Canonicos primas Monachis cedere: minus adhuc credibilia sequuntur.* [Sed et præterea *(constituit)* ut recurrente annuatim translationis hujus die; quæ est V Idus Augusti, id *revisunt antiquam Sedem,* est in Vigilia victoris ignium Levitæ Laurentii, pedibus nudis processione lugubri, Sedem suam visitantes, Missam celebrarent, quo tam apud Canonicos F quam et apud Monachos facti hujus perpetim staret inviolabilis memoria, eos quoque dilectio jungeret indivulsa: quatenus illi hos, tamquam primos Ecclesiæ suæ Patres, omni honoris exhibitione præ- *non sine lugubri, sed postea assumpto, apparatu.* veniant; illique non dispari ratione, quod membra debent capiti, quod etiam testator heredi, plena devotione restituant. Nec fefellit adinventorem tam prudens consilium, sicut et usque hodie, cuique scire volenti, publicum est] *Ut quotannis primam sedem revisere liceret Monachis die tali, Missam ibi canere, dexterum etiam pro una illa vice locum tenere in choro, prudens Imperator vel Archiepiscopus permittere petentibus potuit vel ultro etiam indulgere. Sed quæ prudentia fuisset, eos, quos consolatos de jactura, et honoratos volebat, accersere lugubri processione nudipedes, tamquam alicujus criminis annuam pœnitentiam subeuntes? Ipsorum Monachorum inventum istud fuerit, renovato quotannis luctu suam quasi expulsionem ejus auctoribus exprobrare; idque verosimiliter post Otthonis et Adalberti mortem, quibus viventibus ea res non potuisset non molesta accidere. Pergamus porro.*

16 Erat tunc temporis quidam magni nominis et

Idem anno 970 ibi constituit Archiepiscopum Adalbertum,

A et meriti Adelbertus, qui dudum Treveris de cœnobio S. Maximini Monachus abstractus, et Episcopus consecratus, sicut in superioribus partim tractavimus *(scilicet ad annum* DCCCCLIX) ad prædicandum Russis fuerat destinatus; sed populus exasperans, dura fronte et indomabili corde, expulit illum de finibus suis, et contempsit evangelium pacis; quia Dei providentia in terra nostra populus illi committendus erat novæ acquisitionis. Anno Domini DCCCCLXX, Imperator prædictum Adalbertum, de Wirzinburgensi Abbatia, quam interim regebat, assumptum, prædictæ Ecclesiæ Sacerdotio promovit, per omnia dignum et probatum; eumque pro Pallio et Privilegio ab Apostolica Sede suscipiendo, cum litteris suæ auctoritatis direxit.

ac Romam mittit pro Pallio:

Quem Joannes Apostolicus, nominis illius XIII, in ordine vero Romanorum Pontificum CXXXVI, benignissime suscipiens, proprio etiam studio gloriosissimi Imperatoris, quod in amplificatione divini cultus habebat gaudens, ideoque justis ejus petitionibus acquiescens, Apostolica illum auctoritate Archiepiscopum fore, ejusque successores decrevit. Dans etiam eidem Pallium ad Missarum solennia celebranda, nimia dilectione commonitus XV Kal. Novembris, id est in festo S. Lucæ Evangelistæ, ipse circumposuit;

B

quod ei imposuit Joannes 13,

et privilegio Apostolicæ auctoritatis sancivit ac confirmavit, eum [in omni ecclesiastico Ordine, Primatum habere omnium Ecclesiarum et Archiepiscoporum qui in Germania ordinati sunt; in Gallia quoque *(id est Francia Orientali)* Coloniensi, Moguntiensi, Trevirensi Archiepiscopis, per omnia honore similem esse; Crucis signaculum ante se ferre, et inter Cardinales Episcopos Romanæ Sedis consortium habere]. *Tanto scilicet prius, quam Episcopi, Pontificiam electionem a Cardinalibus factam soliti attestando declarare legitimam, ideoque post Cardinales subscribere (ut adhuc anno* MCXXX *factum ostendi in meo de Pontificibus Conatu Chronico-historico ad Pontificatum Hadriani IV num. 4) tanto, inquam prius quam Episcopi incepissent Cardinalibus adnumerari cum jure suffragii.*

sed absque privilegiis postea adjectis.

17 [Præterea XII Presbyteros, VII Diaconos, XIX Subdiaconos Cardinales, ad morem S. R. Ecclesiæ, ordinare *(quamvis Ecclesia Romana Cardinales Subdiaconos numquam habuerit)* qui ad principale altare ministrantes quotidie, excepto jejunio, Dalmaticis; festis vero, Sandaliis uterentur; et ut Presbyteri et Abbates S. Joannis Baptistæ, tunicis induerentur; et ut, his exceptis et Episcopis, super altare in honore B. Mauritii dedicatum, Missam celebrare aliquis nullatenus præsumeret C *(quomodo etiam Canonici Aquisgranenses solis sibi licere volunt, Missam celebrare super altare B. Virginis)* Præterea statuit, eum] esse Metropolitanum totius ultra Salam et Albiam Slavorum gentis, tunc ad Dominum conversæ et convertendæ: *(secundi Interpolatoris cur esse hæc judicem, commodius explicabitur* §. *ult. hujus Corollarii: ego pergo, ne longior digressio obscuritatem inducat)*

atque ad Canonicos extensis.

et ut secundum desiderium Imperatoris in his civitatibus, in quibus olim barbari ritus maxima viguit superstitio, id est, Cizi *(alias Naumburg)* Misen, Merseburg, Brandeburg, Havelberga, Poznani, in honore Domini Episcopia fundarentur: quorum Pastores, secundum Canonicam auctoritatem, Magdeburgensi Archiepiscopo, fidem et subjectionem debendo, sociarentur.

Ille cum Legatis Papæ reversus,

[His et aliis, quæ privilegia, adhuc inibi conservata *(sed vel conficta vel a transcribentibus interpolata)* testantur, Synodali decreto ordinatis, et sub interminatione Dei et Apostolici nominis confirmatis], prædictus Archiepiscopus, cum legatis Romanæ Ecclesiæ, cum Widone scilicet Episcopo *(Portuensi)* Bibliothecario *(Tidonem vocat Ciacconius)* et Benedicto *(Archidiacono)* Cardinali, qui illum cum Hilwardo Halberstadensi Episcopo Sedi suæ inthronizarent, dimissus ad Imperatorem remeavit. Quem Imperator nihilo minus gaudens, utpote beati desiderii compos, cum litteris commendatitiis Magdeburg destinavit. D

AUCTORE D. P.

et solenniter inthronizatus,

18 Illuc ergo, ex præcepto Imperatoris, Episcopi, Marchiones *(Brandeburgicus scilicet et Misnensis, ab Henrico Aucupe sub annum* DCCCCXX *instituti, ad fines Imperii Orientales contra barbarorum incursiones tuendos)* et reliqui Saxoniæ Principes convenientes, ipsum honorifice susceperunt et vocum acclamatione, manuumque elevatione, Electum, cum præfatis Apostolicæ Sedis Legatis, inthronizaverunt. Adfuit omnis sexus et ætas gaudentium, fuit præsens generale tripudium: ubi ad confirmationem sui, idem Archiepiscopus, in præsentia eorumdem, Nativitatem Domini secum celebrantium, Bosonem Monachum, Merseburgensi; Burchardum, Misnensi; Hugonem, Cizensi Ecclesiis primos Episcopos ordinavit; et Adaldagum, primum Ecclesiæ Magdeburgensis Præpositum instituit.

ordinat novos Suffraganeos tres,

Dudo quoque Havelbergensis, et Audelinus Brandeburgensis Episcopi, prius quidem Moguntino Archiepiscopo subjecti, sed tunc agente Imperatore a debita sibi obedientia absoluti, Magdeburgensi Ecclesiæ ejusque Archiepiscopo, cum præfatis confratribus, fidem et subjectionem promisere. E

et duorum veterum sibi attributorum obedientia suscipit.

Ipse namque felicis memoriæ Imperator Otto, constructor fuit omnium harum, quas Archiepiscopatui subjecerat, Episcopalium Sedium; nimirum infinitæ hereditatis suæ potissimum cupiens heredem esse Dominum, non pauca tamen relinquens successioni filiorum. In tanti ergo talisque solennii pro summi Regis exortu celebratione, tum etiam pro nova populi ipsius vel cultus augmentatione, gaudebat chorus Magdeburgensium; et a summo Principe missum Principem, canit frequentia Principum; palamque a Pastoribus Ecclesiæ, laudabili numero hic adauctis, laudatur Pastor Creator omnium.

§. III. Adalberti primi Archiepiscopi sanctus obitus: Electi Othrici exclusio, Giselharii Merseburgensis Episcopi ad Metropolitæ dignitatem transitus illaudatus.

Sub Ottone minus probo,

P*ost ista moritur Imperator* Otto I, *cujus prolixum elogium texitur in Chronico nostro, ad annum* DCCCCLXXII; *et succedit* Otto II *filius ejus,* ab habitu F faciei cognomine Rufus; *et* (uti per quemdam figurate dicitur).

Decolor argento mundi successit imago.

Neglecta namque justitia et judicio, quæ fuerant aurea præparatio Sedis paternæ; misericordia et veritas, quæ faciem ejus præcessere; post obitum sui dilectoris, a prævalente iniquitate fugatæ terris terga dedere. *Exemplo probatur censura aeris anno* DCCCCLXXIX; *eoque exemplo, quod inculpatam eatenus* Adalberti *nostri famam nonnihil obfuscavit. Casus in Chronico sic narratur:* Gero Comes apud Imperatorem a quodam Waldone accusatur, et in loco qui Sumering dicitur, hortatu Adelberti Magdeburgensis Archipræsulis et Theodorici Marchionis captus, custodiæ mancipatur.

Gero Comes calumniose accusatus

Deinde, convocatis Magdeburg cunctis Regni Principibus, congressi sunt in insula quadam singulari certamine; vulneratusque binis ictibus in vertice Waldo ardentius insequitur hostem: cujus caput percutiens ictu valido, terræ prostravit eumdem. Interrogatus autem ab eodem Gero Comes, si plus pugnare potuisset; coactus est profiteri, quod jam defecisset. Waldo itaque egressus, dum armis depositis aqua refocillatur, post tergum

AUCTORE D. P.

gum cadèns, amaro mortis poculo, justo Dei judicio, debriatur. Decreto vero Judicum et voce Imperatoris, Gero jussus est a quodam carnifice decollari, in Idus Augusti.

innocens capite plectitur,

20 Hæc pugna nulli placuisse dignoscitur, excepto Adelberto Archipræsule et Theodorico Marchione; correptusque est non modice Imperator, ab Ottone Bawariorum Duce, filio Liudolfi eodem die veniente, et a Comite Bertholdo, quod, ob tam vilem causam, tam industrium virum damnari decrevisset. Idem autem Comes Gero, in propria urbe, quæ Aleslove dicitur, congregationem Sanctimonialium, in honore S. Joannis Baptistæ construxerat: post cujus decollationem, soror ipsius Tetta et conjux ejus Adela, pro ejusdem memoria, omnem suam tradiderunt hereditatem. Factum est autem post tres annos, ut corpus præfati Comitis, cum juxta illud contectalis sua poneretur, integrum una cum vestimentis invenitur. *Ita innocentiam Geronis declaravit Deus; docuitque, judicio duelli non multum fidere; quod tamen ut penitus interdiceretur, sublata ipsis etiam Regibus duella permittendi potestate, vix demum a Concilio Tridentino effectum est. De eo vide Cangium in Glossario prolixe scribentem; atque conditiones ac leges, sub quibus duella suscipi Reges etiam Sancti permiserint, cum abolere omnino non possent.*

non sine aliqua Adalberti culpa:

21 *Qualemcumque hinc contractam labem, noluit Deus diu adhærere* Adalberto, *quem consensus præstiti serio pœnituisse non dubitaverim. Nam* anno Domini DCCCCLXXXI, XIII Pontificatus sui, consummatus in bonis, cum ex more partes diœcesis suæ ac Gisilharii *Merseburgensis*, qui interim in servitio Imperatoris apud Italiam morabatur, suos docendo et confirmando circuiret; veniensque Merseburg XIII Kal. Junii Missam celebrasset; proxima nocte, in loco nomine Cruwati pernoctans, et altera luce exurgens, conquestus est se vehementer capitis dolore detineri: nec tamen ob hoc cœptum iter omittens, Frekenloue cum suis cœpit proficisci. Cumque Crimini villam præterisset; languore subito prævalente, quasi casurus, paulatim de equo nutando, cœpit declinare. Mox igitur a suis sustentatus, et ibidem tapeti superpositus, atque his quæ a Clericis dicenda erant cum festinatione completis omnibus, suavi obitu,

quam hic cita morte luit;

anno 971, inter visitandas diœceses,

subito extinctus,

Rite supernorum factus consors Monachorum,
Ut nova stella chorum conregnans fulcit eorum:

juxta illud. Qui ad justitiam erudiunt multos, tamquam stellæ fulgebunt in perpetuas æternitates.

quo Magdeburgi tumulato,

22 Corpus vero ad Guickenstein castrum delatum, ibique Pontificalibus indumentis velatum, navigio Magdeburg est usque pervectum, Ubi a Clero et Populo, et præcipue a Monachis flebiliter susceptum, coram altari sanctæ Crucis sanctorumque Apostolorum Philippi et Jacobi, in medio majoris ecclesiæ, a venerabili Hildewardo Halberstadensis Ecclesiæ Episcopo, et Herdingo primo Joannis Baptistæ Abbate, condigno est cum honore tumulatum, talique sepulcrum epitaphio decoratum.

Præsul Adelbertus, omni virtute refertus,
Membra solo clausus, lætos agit æthere plausus.
Clerus eum plangit, nec non Populum, dolor angit.
Ipsius hoc pietas meruit, fleat omnis ut ætas.

Strevesdorffius, XXI Maji *obiisse dicit: Textus autem quo usum Mabilionem diximus pro* XIII kal. Junii, *quo noster habet venisse Merseburg et Missam celebrasse, scribit* XIII kal. Julii; *et consequenter dicit quod* tapeto superpositus, completisque omnibus quæ a Clericis dicenda erant, fideliter migravit ad Christum XII kal. Julii: *quod secutus Mabilio, Commentarium de eo veluti Sancto retulit ad* XX Junii: *et hunc Commentarium ad istum diem verosimiliter adoptabimus ob rationes ibi dandas.*

eligitur Ohtricus Canonicus,

23 Magdeburgensis Ecclesiæ filii (*Iubet enim ex MS. Chronico nostro historiam Archiepiscoporum istorum prosequi,*) Pastore destituti, omnes, pari consilio et voluntate, Ohtricum suum confratrem, tunc vero in aula Imperatoris degentem, elegerunt: sed hoc nullatenus fieri posse, præfatum Archiepiscopum Adelbertum, dum adhuc viveret, prædixisse, non adverterunt, vel advertentes parvipenderunt. Cum enim idem Ohtricus Episcopi moribus non conveniret, et ob hoc animum erga se non rectum præsentiret; post multos liberalium artium disciplinis nobiliter instruxerat (quia sapientia et facundia sui temporis Magistris incomparabilis erat, ibidemque scholis præfuerat) deliberavit, impetrata per Ottonem Cæsarem Rufum licentia, claustrum exire, et potius in aula et capella regia deservire. Unde, illo absente, cum in die Resurrectionis Dominicæ, Archiepiscopus ad Missarum solennia paratus staret; Subdiacono ex more coram se Crucem sanctam tenente, piis illam amplexus palmis, cum lacrymis petiit, ut Ohtricus et Hico loco suo numquam præficerentur. Peracto autem divino Officio ipse ad mensam sedens, pro tali supplicatione se exauditum a Domino, cunctis assidentibus spiritu revelante palam indicavit: quod et postea rerum eventus comprobavit.

contra defuncti votum,

qui etiam mortuus affirmavit eum sibi non successurum.

24 Nam illo ad Dominum assumpto, cum præfatum Ohtricum cuncti (ut diximus) elegissent; Walthardo, sibi dilecto suæque Sedis successori quarto, qui et vocabatur Dodico, de tali electione mœrenti, sed solummodo causa obedientiæ et concordiæ assentienti, quadam hora facto in excessu mentis; idem Episcopus, coram Australi ostio monasterii stans, cum baculo et pera, quasi Romam iturus apparuit: eumque stupentem blande affatus, omnia affirmabat, quæ de Ohtrico, Sedem suam numquam possessuro, prophetico instinctu, adhuc seculo vivens prædixerat. Clerus autem et Populus, pro sua electione Imperatori insinuanda, nuntios idoneos in Italiam, ubi Imperator tunc morabatur, miserunt. Quo venientes, pro suæ legationis causa gnaviter peragenda, Giselharium Episcopi Suffraganeum deprecantur; quia eum, sicut res erat apud Imperatorem plurimum posse rebantur. Qui, licet in dolo, benignum et fidum, pro Ohtrico, suo jam dudum amico, favorem promisit: et ingressus ad Imperatorem, eique mortem Archipræsulis significans, mox solotenus vestigiis ejus provolvitur; et ut devotæ servitutis, illi a se impensæ, vicem modo inventa opportunitate sibi recompensare dignaretur, obnixe deprecatur. Imperatore autem voluntati ejus se satisfacturum pollicente, egressus, et a Legatis vel præfato Ohtrico, ut quid eis sperandum de commisso a Cæsare, referret perquisitus, cum irrisione respondit; vix sibi ipsi, nedum illis, in hoc suffragari potuisse, cum sibi quisque sit proximus. Sic ergo Ohtricus cassatus, dum, mox reverti ad suos disponens, Beneventum devenisset; subito infirmatus, obiit septima die mensis Octobris: et ibidem sepultus, clarum sapientiæ suæ memoriale reliquit pluribus, ut dicitur in Passione B. Adelberti Episcopi et Martyris, qui et ipse fuit ex discipulis ejus. *Passio ea, a Monacho coævo scripta, num.* 3 *hoc solum dicit, quod* ipso tempore, *quo Sanctus puer fuit Archiepiscopo commendatus a parentibus*, erat Magister Scholarum Octricus quidam Philosophus, sub quo turba juvenum et librorum copia multa nimis, crescente studio, floruerunt.

Electionem nuntiantes Legati,

supplantantur a Giselhario Episc. Merseburg.

qui 30 Novembris Magdeburgi inthronizatus,

25 Otto igitur Imperator, ut pollicitus erat, Giselhario Magdeburgensem Archiepiscopatum IIII Idus Septembris, ut mos exegit, commisit; eumque data licentia honorifico comitatu Theodorici Metensis Episcopi, ad Sedem suam direxit: quo illum,

II

A II kal. Decembris, id est in festivitate S. Andreæ venientem, Clerus et Populus festive ritu suscepit. Eumdem igitur Giselharium Otto Imperator Magnus, quia stirpis, morum, et industriæ nobilitate pollere cognoverat, de claustro Magdeburgensi assumptum Capellæ suæ præfecerat, et defuncto Merseburgensi Episcopo Bosone, quorumdam interventu ipsum illi substituerat: sed adeptus a secundo Ottone desideratum, utpote longe potioris dignitatis et opulentiæ, Magdeburgensem Archiepiscopatum, ambitionis cæca cupidine ductus, assentiente sibi ad malum Imperatore, postposito Dei et vindicis Laurentii honore, Merseburgensis Episcopatus Sedem pariter cum nomine destruxit; illumque pro Abbatia Archiepiscopio adjiciens tenuit. Unde plura scribere supersedemus; quia quorumdam, pro concessis ab eo, sive ab Imperatore, ex petitione ipsius, temporalibus beneficiis, actis illius faventium offensam incurrere, vera persequentes metuimus; falsa vero adulationis causa dicere, ut nefas refugimus: cum et ipse Dominus nequaquam hæc sibi placuisse, in utrorumque detrimento, indiciis declaravit evidentibus.

servatum sibi Episcopatum priorem convertit in Abbatiam,

26 Nam, ut refert sanctus Episcopus et Martyr
B Bruno, *in Prussia cum sociis crudeliter interfectus, de quo Bollandus noster* XIV *Februarii, (in hoc autem Chronico ad annum* MIX *passus dicitur* VII *Idus Martii)* post destructionem Episcopatus, cuidam Sapienti talis divinitus ostensa est revelatio: in qua visus est illi præfatus Cæsar secundus Otto, aureo subnixus solio, vallante illum Episcoporum Principumque et Nobilium agmine longo. Cum subito ille victor ignium magnus Laurentius, igneo terribilis aspectu, circumamictus aurea stola, in medio apparuit; et velut lacessitus injuria, prorumpens, argenteum de sub pedibus Imperatoris scabellum tulit; seque torvo avertens intuitu, abire cœpit. Cumque a quodam adstantium, quis, aut cujus auctoritatis esset, qui sic in gloria sua sublimatum Regem exhonorare præsumeret, inquireretur, et suppedaneum reddere rogaretur; respondit; Quia nisi sibi illatum dedecus ab ipso Imperatore corrigeretur, ipsum quantocius de solio indubitanter deponeret. Quod et ita factum est. Et quia Imperator, hanc visionem auditam parvi pendens, et Archiepiscopi amorem male blandientis timori Dei præponens, non correxit errorem; idcirco minoravit Deus dies temporis ejus, et in ipsis eum omni perfudit confusione; donec in brevi (ut præfixum erat) vita pariter et Imperiali caruit potestate, *extinctus præmature anno* DCCCCLXXXIII.
C

magno suo et Imperatoris consentientis malo,

sicuti revelatum fuit S. Brunon. Ep. M.

§. V. Brevis Walthardi Archiepiscopatus, ejusque enconia ex eodem Dithmaro.

Succedit patri Ottho III, an. 983,

Mortuus Otto II *seu* Rufus, *anno ut dictum* DCCCCLXXXIII, *die* VII *Decembris*, reliquit successorem, puerili quidem ætate parvulum, sed pietate, pulchritudine, et omni morum honestate præcipuum *(ut eum describit Chronicon nostrum)* qui per unctionem Joannis Archiepiscopi Ravennatis, Aquisgrani, in die Natalis Domini unctus est in Regem. *Hoc regnante, anno regni ejus* XIII *Christi* DCCCCXCVI, S. Adelbertus Episcopus de Praga a Prussis glorioso martyrio VIIII kal. Maji coronatur, *cujus corpus Gnesna repetens Otto III*, nova locum illum institutione, id est Archiepiscopatus in eodem loco fundatione, sed non legitima, honoravit. Nam tota hæc provincia, unius Poznaniensis Episcopi erat parochia, et ipsa cum omnibus futuro tempore illic fundandis Episcopatibus, auctoritate primi Ottonis et Pontificum Apostolicæ Sedis, Metropolitano Magdeburgensis Archiepiscopii fuerat subjecta. Hanc ergo, sine utrorumque Episcoporum consensu, iste Imperator in quinque dividens Episcopatus, in ipsa urbe Gnesin, Gaudentium, B. Adelberti germanum, consecrari fecit Archiepiscopum; eique tres alios Episcopos in tribus locis, id est Salzcolberg, Cracouwe et Wratrislau, ordinatos subjecit: Poznaniensem vero Episcopum, non assentientem, priori juri et Archiepiscopi Magdeburgensis subjectioni reliquit. *Erat hic,* Jordani *successor* Wungerus: *quem ex anno mortis, superius indicato et infra probando, constat Sedem illam tenuisse ab anno* DCCCCLXXXII. *Longinus, in sua, Episcoporum serie eum prætermisit nominare; et* Jordani *Episcopatum protrahit usque ad annum* MII. *Hinc vehementer suspicor, ipsum* Wungerum *tali anno discessisse ex Polonia, propter duritiam gentis, Germanum Episcopum fastidientis, et in Saxonia reliquam vitam egisse. Nisi tamen Episcopatui suo renuntiaverit, credibile non est, Polonos impetrasse Roma, quoad ille vixit, eum quem secundum statuunt Episcopum* Timotheum, *natione item, ut fuerat prior, Romanum. Veruntamen eo saltem mortuo, avulsa a Magdeburgensis Archiepiscopi subjectione fuit Posnaniensis diœcesis; et Roma accipere cœpit Episcopos suos, non autem ab Imperatore, uti accipiebat Germania per investituras, tunc necdum abrogatas.*

hic an. 996 martyrizati S. Adalberti Ep. corpus

Pragam adfert Gnesna,

D

AUCTORE D. P. *et hinc erigit in metropolim.*

cui postea accessit Posnaniensis Ecclesia

28 Anno Domini M, præfatus Imperator, facta cum Episcopis in Magdeburg Synodo, Gisilharium, ejusdem civitatis Episcopum convenit, ut dans gloriam Deo, uno et legitimo contentus esset Episcopio. Ipse autem, non ratione, sed pecunia respondens, hujus causæ mediatoribus usque in frequentiorem Curiam Paschæ Quindilingburg agendam protelari, rogavit. Quo dum per languoris instantiam venire non posset, quemdam Rotmannum, Clericum sibi familiarem, et Walthardum Magdeburgensis Ecclesiæ Præpositum, ut eum excusatum haberent, direxit: ubi nihilominus inducias, ad concilium, Aquisgrani coram Imperatore congregandum, accepit. Huc ergo cum fautoribus suis profectus, ab Apostolicæ Sedis Legato de prædicta causa bis terve convenitur; nec minus ille renitens, defensiones molitur: sed tandem, sententia omnium convictus, hæc usque ad generalem Romanæ Ecclesiæ Synodum differri callide precatur. Talibus machinamentorum artibus impedita res, nec terminata intercipitur, *nec amplius quoad Ottho vixit resumitur: quia hujus sancti operis perfecti laus S. Henrico, post Otthones tres ad regnum evecto, debebatur.*

E

Rex anno 1000 monet Giselharium redire ad Episcopatum Merseburg.

sed frustra

29 Anno Domini MIIII, Rex Henricus, cultor æquitatis inclitus, et religionis divinæ præcipuus, quæcumque Regni negotia a decessore suo (tamquam puero, et ipso intempestivo obitu præoccupato) relicta fuissent minus caute ordinata, ipse secundum Dei timorem restaurare, justoque disponere studuit. Huic igitur ut innotuit Merseburgensis Episcopatus destructio, ob tam incorrigibilem longo tempore Giselharii Magdeburgensis Archipræsulis ambitionem; non mediocriter dolens, omni annisu se armavit ad ipsius reparationem. Unde et, cum Regni sui anno secundo Nativitatem Domini Polithi celebrasset; inde Thorneburgh profectus, Willigisum Archiepiscopum *(Moguntinum)* cum aliis sapientibus et idoneis viris, Magdeburgh direxit ad præfatum Archiepiscopum, qui jam præ diuturni languoris vexatione a multis desperatus erat; monens et obtestans per Deum, ut rediens ad cor, divinæ saltem correptionis, tam liquido in suo corpore perspicabilis, flagella animadverteret; et usurpatam injuste Sedem relinquens, et legitimam resumens, quidquid in destructione ejus errasset, vel nunc in extremo vitæ suæ satisfaciens pœniteret. Ille autem, quæ facere nolebat, vix ipso auditu sufferebat.

F

Ottonibus anno 1004 suffectus S. Henricus,

an. 1006

idem nequidquam tentat.

A ferebat. Pauca tamen pro tempore locutus, promisit se abiturum, et die tertia indubia responsurum. Sed, o male dilata bona, post hæc sæpe negata! Curru ergo, quoniam aliter ex multo tempore jam non valebat, se abduci in curtim suam Thuriburi jussit: ubi biduo commoratus, morbis excruciatam, quia non est consilium contra Dominum, viii kal. Februarii animam reddidit.

Auctore D. P.

Giselhario autem mortuo,

30 Quod audito, Imperator ipse, funereis præsens exequiis, corpus Magdeburch prosequitur: a quo Wipertus Capellanus suus, de eligendo Tagmone voluntatem regiam legaturus, ad Fratres præmittitur. Walchardus autem Præpositus, coadunatis Fratribus, ut eis Antistitis mortem et Regis ad illos insinuationem innotuit; quid super electione idonei Provisoris censerent, consuluit. Qui omnes unanimiter ipsum, licet humiliter recusantem, se eligere, responderunt. Corpus autem delatum ad S. Joannis Baptistæ monasterium, prima nocte honorificis Vigiliis conservatur; nec minus sequenti die ad S. Mauritii deductum, a superveniente tunc Rege, Clero et Populo suscipitur; circaque illud propensiori ritu psallentium secunda nocte excubatur. Mane autem facto Arnulfus Halverstadiensis Episcopus, ut Fratres de electione Tagmonis conveniret, B a Rege mittitur. Walthardus igitur Præpositus, respondere rogatus pro omnibus, quamvis ab eis esset ad hunc honorem Pontificii electus, tamen a se primo removit hujus ambitionis suspicionem: sed de alio eligendo cum dicat omnes Regis sentire intentionem, profitetur eos velle et petere, ut mereantur canonica auctoritate habere liberam, nec potestate Regia coactam electionem; nec pati posse, suo tempore detrimentum subire suæ Ecclesiæ dignitatem. Rex igitur his auditis, accersito eodem Præposito ac reliquis seorsum majoribus, benigne obsecrando et multa pollicendo, tandem ipsius et omnium voluntate ac consensu, electo Tagmoni commisit Episcopalem, in qua et ipse eum honorifice collocavit, Cathedram. Cujus, ut mox est, laude universorum favore celebrata, ad defuncti exequias alio carmine conveniunt: quem et coram altari Australi, cum multo luctu et lacrymis, sepeliunt.

proponit eligendum suum Capellanum Tagmonem.

Canonici liberam electionem petunt,

eaque impetrata Tagmonem sponte eligunt:

31 Dehinc Rex Merseburch, diu Pastore viduatam, consolationis gratia adiens, pristinis eam restitui honoribus quam maxime conatur. Ibi tunc Tagino venerandus, in Purificatione S. Mariæ unctus est a Willigiso Archiepiscopo Moguntino: utriusque Suffraganeis, qui tunc aderant, honorifice suffragantibus; Apostolicæ autem Sedis Legato, et C Hilderico tunc in ordine Suffraganeorum primo consentientibus: ordinandus enim ab solo * Apostolico fuerat; sed hunc adire causa instantis necessitatis non poterat. Tunc Rex coram omnibus tradidit Merseburgensem Episcopatum supradicto Wiperto, Capellano suo; dota ei novi Archipræsulis Baculo, per quem ei omnia tradidit, quæ a Gisilhario injuste hinc ablata didicit: quem nihilominus iisdem diebus consecravit idem Tagmo, cum quaternario adstantium sibi Suffraganeorum suorum numero. Postquam igitur Rex beati desiderii sui explevit votum, reversus Magdeburg, nequid ex hac institutione Archiepiscopo incusaretur intulisse damni; quoddam sui juris eidem, cum legali testamento, tradidit prædium, cum omnibus pertinentiis suis, in Zeudici provincia situm. Nam ipse in Domino magnæ devotionis Rex, de capella sua sumens non modicam partem Reliquiarum B. Mauritii, hieme tunc forte redivivo frigore sæviente, terramque glaciali asperitate et nive cooperiente, a monte S. Joannis Baptistæ, ubi servabantur, nudis pedibus (ut fertur) calore pietatis illum animante, tricesimo die depositionis Gisilharii Archiepiscopi, in civitatem detulit; cunctis festivo ritu, ut par erat, ea suscipientibus: quas in sancto altari cum prædictis donariis obtulit; ipsumque diem, in honore D præfati Martyris, celebrem [quemadmodum adhuc habetur] instituit.

qui Merseburgi consecratur,

ibidem ordinat Wipertum Episcop.

accepta compensatione a S. Henrico.

qui Reliquias ad S. Jo. Baptistæ ferendas nudipes deducit.

32 *Quam clare patet ex num. 24 verum Magdeburgensium hic transcriptarum Auctorem, Chronico nostro insertum, eo vixisse tempore quo vera scribendo adhuc offendere poterat Giselharii fautores et clientes; adeoque priusquam historiam suam Dithmarus scriberet; tam merito censui parentheses illas,* Ut fertur, *et,* Quemadmodum adhuc habetur, *ejus esse qui ipsas una cum Chronico diu postea transcribens interpolavit: quamdiu autem postea, certius statuemus, si Chronici ipsius contextum, quatenus Magdeburgum attinet, prosequendo, nativam illius brevitatem, qualis usque ad annum* DCCCCXXXVIII *fuerat, consideremus; inveniturí Chonologum, Magdeburgensia quidem haud raro attingentem, sed valde succincte; et Cæsareis gestis, per annos singulos adnotandis, potissime intentum. Prius tamen quam ad sequentia pergam, non neglexerim indicare ex Dithmaro, ipsummet* Tagmonem *aliquid de sua Ordinatione scripsisse: sic enim sub finem libri* v *lego,* Quia is, ut ejus scriptura testatur, a solo Apostolico ordinandus erat, *ipsis quæ paulo supra * notavimus verbis. Hinc vehementer suspicor totum Chronici embolismum, hactenus transcriptum,* E Tagmonis *opus esse, decessorum suorum actus posteritati commendantis; tantoque magis compellimur ablegare a genuino contextu interpolationes num. 4, 5, 6 et seqq. sequestratas per [ ].*

33 *Quinimo non vererer opinari, ipsummet* Tagmonem, *totius Chronici huc usque transcribendi, et ab Henrici Aucupis obitu ad sua tempora insignioribus quibusque locis augendi, ac denique continuandi auctorem extitisse; si ipsum possit* libellus *vocari, ut supra num. 9 vocari vidimus. Cur autem non possit, etiam grandior liber, ab Auctore, res suas extenuante,* libellus *dici? Habemus, ex San Dionysiano prope Parisios Monasterio partem prægrandis ac vetustissimi Codicis membranei, continentem, præter viginti Sanctorum Vitas, librum S. Gregorii Turonensis de Gloria Confessorum; quo explicito docet librarius,* quibus temporibus libellus iste videatur esse conscripta *etc. alibi integre producta. Fortius opinionem istam infirmant verba, ad annum* MIX, *post S. Brunonis Archiepiscopi et Martyris ordinationem passionemque, sic descripta:* Pater præfati Episcopi, Bruno dicebatur, mater Ida, frater Gevehardus. Gevehardus genuit Burchardum et Idam; Burchardus genuit Gevehardum, patrem Conradi Magdeburgensis Archiepiscopi; Ida vero genuit Gevehardum Comitem, patrem Lotharii F Imperatoris. *Hic enim anno* MXXV *primum electus Rex fuit, Imperator coronatus anno* MXXXIII; *iste* S. Norberto *successit anno* MXXXIV: Tagmo *autem dicitur obiisse anno* MXII. *Verum cur idem qui Chronicon, sicut ipsum nunc habemus, locis supra notatis manifeste interpolavit, ipsum non etiam interpolarit genealogica ista, et toto Chronico nusquam alias usurpata, digressione? Ut ut est, prolixiores omnes, de rebus Magdeburgensibus, Episcoporumque et regiarum personarum laudibus digressiones, quibus abundat hoc usque Chronicon, finem habent ante mortem* Tagmonis, *quantumcumque postea vixerit Auctor: qui vero Chronicon est prosecutus,* Tagmonis *obitum nec indicavit quidem. Ejus igitur elogium ex Dithmaro nostro MS. accipe, librum suum* v *sic ferme finiente.*

34 Hic fuit Clericus Pontificis egregii Wolfgangi, qui Ratisponensem bonus Pater Ecclesiam rexerat. Huic tam carus erat iste, ut in vice filii a primis annis nutritum, jamque adultum, bonis suis omnibus præficeret: insuper Ducis et Imperatoris gratiam in tantum ei acquisivit, ut quando divina jussione ex hac vita ipse subtraheretur, hunc sibi successurum

Hactenus Auctor coævus,

(sed interpolatus a nostri MS. copista)

ac forte ipsomet Tagmo,

qui vetustius Chronicon continuarit,

licet libellum vocet scriptor,

et S. Brunonis Episc. M. ex patre posteri ibi intexti legantur

Dithmarus Mersebur. Tagmonem laudat,

A successurum esse non dubitaretur. Igitur venerabilis Pontifex, consummato cursu hujus exilii, in admirabili sanctitate, cum jam ad mortem usque ægrotare cœpisset, accersitum sibi dilectum Tagmonem ita alloquitur: Pone, inquit, fili carissime, os tuum super os meum, et accipe a Deo inspirationem spiritus mei; ut ubicumque ardore juventutis incalescente in gemina caritate es frigidus, a summa pietate meique benevolentia Spiritus sancti accipias temperamentum: et, si meis forsitan honoribus privat eris, post bis quinos solares annos, cum mea apud Deum luero commissa, majoribus pro certo lætaberis. Post hæc vir sanctus, cum finem suum adesse in spiritu præsciret; jussit se in ecclesiam portari: expletisque ab eo orationibus, ceterisque quæ facienda erant a Fratribus, se cum sibi commissis Deo commendans, pridie kal. * Octobris in pace sanctum spiritum emisit.

ut alumnum. S. Wolfgangi Ratispon.

qui post an. 20 Archiepiscopum fore prædixerat;

* *imo* Novembris

35 Igitur ille, electus ab universis, ad Imperatorem venit, sed promissa non percepit, dato ab Imperatore Episcopatu Capellano suo Gebehardo. Huic iste fideliter committitur; et quamvis ab eo honorabiliter habetur, tamen quia bonum et malum non sunt nisi ad aliquid, non longum tempus cum eo, ob morum suorum inæqualitatem, versatur. Adhæsit namque Henrico, tunc adhuc Duci, et propter B castitatem mentis et corporis ei in omnibus complacuit; et usque ad hunc diem quem præfatus sum, malis moleste, et bonis accepte, perdius et pernox ei servivit; sua omnia specialius sic impendere satagens, ut et Deo placeret et hominibus. Quapropter in eo completur a Rege, sancti viri amore ab eo unice dilecti (quippe qui nutritor ipsius Regis extitit) veridicum vaticinium; decursis tum, ut ipse Domnus Tagmo sæpe mihi retulit, decem annorum curriculis; qui carissimum sibi Dominum Regem et Reginam ceterosque socios multiplicibus muneribus, ut par erat, honorarat, nequaquam suæ benignitati adhuc suppetentibus. Rex igitur, a Magdeburg cum eodem ad castellum ipsius * Givikenstein dictum pergens, omnia quæ ibidem a Gisilhario collecta sunt perspexit singulariter, et hæc esse superflua testatur. Debinc Merseburg, diu Pastore viduatam, consolationis gratia adiens, eamdem pristinis honoribus restituere quam maxime conatur. Ibi tum Tagmo venerandus, quarto Nonas Februarii, Hypapante Domini, id est obviatione C justi Symeonis, accepta ab Hilderico Antistite licentia, qui primus in ordine horum Fratrum fuit, a Willigiso Moguntino Archipræsule consecratus est, præsente Rege et Romanæ Sedis Legato, ceterisque Episcopis ad hæc faventibus. Et quia is, (ut scriptura ejus testatur) ab solo ordinandus Apostolico huc venire propter instantem necessitatem non potuit, ibidem *(id est in Merseburg)* sacri Chrismatis delibutione, tertium numerum implevit, *id est factus est Magdeburgensis Archiepiscopus tertius*, et Walthardo omnem Episcopatum post se commisit: Rex autem... quidquid a carissimo Tagmone poscebat, bonæ voluntatis abundantia hoc largiente, percipiebat, *in favorem Episcopii Merseburgensis.*

et ut carissimus S. Henrico

* *al.* Witganstein *et* Witgenstein.

qui eum fecit consecrari 2 Februarii.

36 *Anno* MXII, completis *(inquit idem Dithmarus, lib.* 6 *post medium)* in Orientali Francia omnibus utilitatibus, Rex Merseburgensem civitatem invisit, et ibi sanctam Pentecosten celebravit. In primo mane Dominicæ diei, qua Spiritus sanctus Apostolos implevit, Episcopus Tagmo infirmari cœpit, et ea die Missam canere non potuit. Tunc ego indignus huic officio jussus sum succedere. Postera die ad modicum Archiantistes convaluit, et ad Regem ambulans nimis semetipsum fatigavit, et post in tantum tardatur, ut per se numquam aliquid facere potuisset. Accersito vero ad eum fratre meo

Idem Tagmo an. 1012 infirmatus,

Sigefrido, novæ Corbeiæ modo Abbate, ac Præside D Horico, ipsis suam Confessionem fecit, et indulgentiam ab eis accepit. In quinta vero feria cum jam voluisset discedere, ad caminatam Regis suo solio portatur; et elevato pileo a capite, lecto jacentem Regem alloquitur: Gratias condignas, Domine mi carissime, referat tibi omnipotens Deus, de omni misericordia et gratia, quibus me peregrinum hominem consolatus es; et det tuæ benignitati, ob recompensationem earum, in cœlesti Jerusalem præmium, quod ipse suis dilectoribus ineffabile præparavit: me enim amodo viventem non es visurus; quia jam, ut spero, viam universæ carnis sum ingressurus. Vale igitur, Domine carissime: vale in Domino.

AUCTORE D. P.
* *al.* Henrico *et* Herico
et Regem extremum allocutus,

37 Inde ad ecclesiam veniens, Missam audivit, præsentesque benedixit; Tum portatur ad navim, in qua ad Givikenstein deductus est: et in die Dominica juxta urbem suam, * Spuizni vocatam, navigio venit. In secunda autem feria, in ipso itinere, cum jam pene defecisset, Walthardum ad se vocavit Præpositum; ejusque fidei se suosque committens, quinto Idus Junii, non obiit; sed ad Christum, quem semper dilexit, lætus abiit. Fit oratio a Confratribus, cum intermixtis fletibus; et Bodo Miles ad Regem, ut hæc ei indicaret, mittitur. Corpus autem Archiepiscopi ad Frasam ipso die venit, et ibi cum Sacerdotalibus vestimentis præparatum ad Sedem suam transfertur, et cum ingenti tristitia ab omnibus suscipitur. Ego autem hæc omnia in Merseburg sero comperiens, in ipso depositionis die, orto jam sole, adveni. Cumque in majori ecclesia, pauca orationis verba effudissem; veni in refectorium, ubi Præpositus cum universis Fratribus et Militibus sedens, de electione tractabant. In quorum præsentia ego stans, multum flebam, vehementi dolore commotus: et salutatis omnibus, consedi; et quid ab iis esset dispositum, exquisivi.

* *al.* Spuitni.
obiit 9 *Jun.*

ac Magdeburgum fertur ad sepulturam. E

§. V. Brevis Walthardi Archiepiscopatus, ejusque encomia ex eodem Dithmaro.

Liberalis in Tagmone *laudando Dithmarus, profusior etiam fuit in successore* Walthardo *commendando, qui ut eligeretur ipse imprimis fecerat. Cum enim, ut jam dictum, ille a collectis in Refectorio Fratribus quæsivisset, quid ab iis esset super electione dispositum; respondit ei Præpositus Walthardus;* Misimus legatum nostrum ad Regem, qui mala quæ nobis acciderunt ei indicet, et ejus voluntatem in rebus agendis inquirat. Ipse vero Rex Horicum Episcopum ad nos misit, ut electio a nobis non fiat, sed tamen unanimis consensus ex hoc ei indicetur: sed in his omnibus omnium præsentium pietas me, quamvis indignum, ad hoc decrevit, si Deus vult, et si Rex consentit. Cui sic protinus respondi: Sum unus ex iis qui hujus electionis et consecrationis participes esse debent: et hoc ego vobis consilium do, et in quantum prævaleo adjuvabo: Rex imperet, quod vult; vos autem, quod a Deo et antecessoribus Regis accepistis, videte ne perdatis. Te igitur, Fr. Walthardo, ad Archiepiscopatum primus eligo; non tua caritate, sed certa in te agnita omnium utilitate; et hoc præsentium mentem nunc singulariter scire desidero, te electum esse a Domino. Omnes itaque una voce responderunt, Walthardum nobis in Dominum et Archiantistitem omnes eligimus. His ita confectis ille surrexit, et profecturus veniam petiit, divinam interpellans pietatem, ut hæc nobis omnibus retribuere dignaretur. Tunc ego me inclinans, rogavi eum, per nomen Domini, et per amorem veræ fraternitatis, ut Ecclesiæ meæ, admodum spoliatæ, parochiam sibi injuste adpertinentem, si ad hunc

Suadente et suffragante Ditmaro, F

eligitur Walthardus,

A AUCTORE D. P.

hunc honorem perveniret, aut mihi restitueret, aut sibi eam, cum aliis rebus inde abstractis, Sacramentis firmare voluisset. Hoc ergo mihi in præsentia omnium firmiter promisit.

quod dum Regi nuntiatur,

39 Lassatus ab itinere Præsul Horicus interea dormiebat : Episcopus quoque Wigo veniens electionem nostram consolidavit. Mittitur itaque a nobis omnibus Redingus Custos ecclesiæ ad Regem, nuntians preces nostras, ut memor Domini et antiquæ promissionis, si unquam sic accidisset, familiam S. Mauritii, orbatam et nimis tristem, tanto Patre consolari voluisset. Sonante Prima Horicus Antistes evigilat, et Missam pro Defunctis cantavit: post Evangelium autem præsentibus innotuit, ad quod eum Rex huc miserit, et defuncto Archipræsuli Absolutionem nobiscum fecit, et ab omnibus fieri postulavit : tertia enim dies depositionis ejus fuit, quæ cum septima atque trigesima in uniuscujusque fidelis exitu est memoriter, ob mysterium in se continens, celebranda, id est ob fidem sanctissimæ Trinitatis ; et septiformem sancti Spiritus gratiam.

celebrantur Tagmonis exequiæ,

Dehinc corpus benedictum usque ad locum sepulcri carmine et planctu deferunt ; et positum est in Occidentali parte, in choro ante cryptam, quam ipse
B fecit et consecravit, et in qua se, quamdiu vixit coram altari fecit sepeliri, et ubi lacrymabiles orationes sæpe effudit. Sed Walthardus locum hunc, in quo nunc pausat, quia non erat dedicatus, animæ salubrem, et cunctis introeuntibus conspicabilem, dilecto suo Seniori providit.

viri omnibus virtutibus ornatissimi,

40 Quia igitur Beati omnes virtutibus suis cum Christo vivunt, et in seculo scriptis ; operæ pretium esse videtur tanti Patris inclitam conversationem silentio non tegere, sed veritatis luce omnibus innotescere. Erat hic justus et timoratus, et miræ caritatis : largus, fidelis, castus, mitis, prudens et stabilis : Canonicus quidem habitu, sed verus Monachus in omni conversatione sua. Vitia omnium ob meliorationem aspere increpabat, bona quæque laudans. Non fuit apud modernos ullus Pastor, qui Fratribus suis familiarior esset : eos ante omnia amabat ; memorabatur ubique eorum in bonum ; et eos coram Rege, et Principibus, et universis populis, intus et exterius semper laudavit. In primo Ordinationis suæ anno, templum Domino ædificare cœpit. Presbyteris et Diaconibus vestitum suum, octo cyclis ; Subdiaconibus et Infantibus, quatuor adauxit. Omni die, nisi infirmitas impediret, Mis-
C sam et Psalterium cantavit : et quia ob lassitudinem jejunare non potuit, eleemosynarum multitudine hoc redemit. In vigiliis supra modum laborabat : at quia, ob infirmitatem dentium, parum manducare potuit, potu licet mediocri facile satiabatur. Nobiles genere et moribus amavit ; ignobiles autem non contempsit, sed in familiaritate non habuit. Cultores Christi dilexit ; contemptores ejus justo odio persequebatur. Omnia sibi divinitus commissa studiose excolebat et lucrari contendebat. Antequam divinum Officium perageret, severe se agebat : quo peracto omnibus hilarem se præbebat, et sæpe cum suis Kyrie eleison canebat. Nequeo certe enumerare quantum pietatis et misericordiæ, meæ parvitati impendit : hoc unum scio, quod numquam digna retributione de iis ejus largitati respondi. Harneburg, et Frasan, et Protine urbes, cum curte quadam quæ Esiconis Comitis fuit, suæ Ecclesiæ acquisivit. Apparatum Episcopalem, satis egregium et abundantem, congregavit. Octo annos et quatuor menses et * octo dies, columna Ecclesiæ sedit ; cadens, ut dixi, præsentialiter ; sed invisibili templo Domini translatus, manet perpetualiter. Eodem die * Wungerus, Posnaniensis, cœnobii Pastor, Coepiscopus et Suffraganeus ejus, tricesimo Ordinationis suæ anno, obiit. Hæc itaque dicta sufficiant : de quo prius cœpi, loqui aggrediar.

et de Merseburgensi ac sua Ecclesia optime meriti

alias VI

* *al.* Ungerus

D

Wungeri Ep. Postnan obitus die eodem

Walthardus Regi præsentatus,

41 Redingus ad Regem veniens, legationem suam suppliciter profert ; et quamvis ardue, tamen desiderata impetrans, per legatum, Walthardum (in exequiis dilecti Senioris studiosum, et jam viginti talenta argenti, Thiderico nepoti meo in eleemosynam excepto victu largientem) vocat : ego quoque vocatus, proficiscebar cum eo. In sabbato ergo Gronam sero venimus ; et in præsentiam Regis venientes, benigne suscipiebamur. Rex pauca locutus, ad hospitium nos ire permisit : extra urbem namque hospitati sumus, juxta locum, ubi nunc est ecclesia S. Alexandri Martyris. Crastino die Dominica fuit, et solennitas pretiosi Martyris Viti pueri, Saxoniæ Patroni, qui in nova Corbeia requiescit : ego quoque summo mane Missam de eo cum Fratribus meis cantavi. Post quam Missam in urbem vocati, venimus, et usque ad caminatam Regis ivimus : ubi solus Walthardus intromittitur, et ibi usque ad Tertiam soli colloquebantur. Cum ecce Walthardus egressus, annulum manu gestabat ; et nobis ostendens, inquit : Ecce pignus, indicium futuræ dignitatis, pie mihi promissæ. Itaque in præsentiam Regis omnes intromittimur ; et judicio ejus, ipso eum primo laudante, eumdem in Dominum eligimus : et probissimi quique aspirabant. Continuo Pastoralem Virgam Rex ei tradidit : et post sacramenta Regiæ dignitati exhibita, ad ecclesiam ducitur, quam a Rege constructam Antecessor suus consecraverat, et laus Christi a præsentibus canitur....

ab eo gratanter suscipitur :
E

et ejusdem jussu consecratus,

42 Proximo sabbato Walthardum Archipræsulem Arnulfus Episcopus jussu Regis inthronizavit, et utrique honorifice et cum magna jucunditate suscepti sunt. Postera vero die unctus est ab eodem venerabili Misnensis Ecclesiæ tertio Episcopo, cum adjutorio Coepiscoporum Wigonis, Hildiwardi, Horici et mei, iis multum inferioris ; Arnolfus quoque Præsul nos adjuvit. Secunda feria omnes cum caritate magna abivimus : fuerat enim vigilia S. Joannis Baptistæ. Rodingus vero ab Archiepiscopo Præpositus, communi Fratrum electione, constituitur. In die sancto ad montem cum solito honore ductus a me et Fratre meo Sigefrido, S. Viti Monacho, suscipitur. Ibi tum Missam cantans, populos verbo doctrinæ instituit : ab Abbate autem rogatus, ut ibi caritatem susciperet ; ob turbam, sibi adhærentem, omisit. Fuit in Nativitate Apostolorum in Sede sua, et sibi commissos salubriter admonuit. Interea a nuntiis Bolislavi, *Poloniæ Ducis, S. Henrici, ut hic appellatur, generi, id est, affinis, quia sororem S. Cunigundæ Reginæ uxorem habebat, contra quem cum exercitu ire Rex decreverat;* a Bolislavi, *inquam,* nuntiis Archiepiscopus rogatus, Zicianæ gratia faciendæ pacis venit : et ibi magnifice susceptus, duas tantum noctes mansit : sed nil ibi proficiens magnis muneribus honoratus revertitur. Affuit mox expeditionis indictæ statuta dies, id est nono kal. Augusti, juxta locum qui * Zribenz dicitur convenimus ; et sic sursum, usque prope Belgori, ascendimus. Tum visum est Principibus, non esse bonum perfici iter nostrum, sed optimis præsidiis Marchiam firmare.

studet ipsi reconciliare Boleslaum Poloniæ Ducem.
F

* *al.* Tribenz

Moritur 25 Julii æstimatus,

43 Insequenti nocte Archiepiscopus capite nimis infirmatur : cumque ad eum mane venissem, diu eum in tentorio tardantem expectavi. Egressus tandem, quæritur mihi, se multum ægrotasse : promisit autem se ad Reginam, Merseburg tum manentem, venire, et me ibi allocuturum. Tunc ego abscessi. Et primum quidem recusans ; tamen quia inventio Protomartyris Christi erat et dies Dominica, Missam cantavit, proh dolor ! ultimam. Quinta feria ego

visitatur a Dithmaro S Augusti,

A ego Merseburg veniens, dum me cum Fratribus meis adventui ejus præpararem; audivi ab internuntiis quod ille Givikanstein, male habens, curru adveheretur. Prima die ego eo equitans veni, et Bernwardum Hildineshemensem Episcopum, causa benedictionis, et cujus peritus fuit gratia curationis, accitum reperi, et Frithericum fratrem Dedi Comitis. Cumque introissem, Archiepiscopus in solio suo sedebat, et me caritative suscipiebat: et suos pedes a tumore solito relaxatos videns, dolebat: quia dum hi turgebant, venter suus levius habebat. Mihi quoque adstanti intimavit, quia si hoc periculum sanus evasisset, nullus amicorum mihi eo fidelior esse potuisset. Mansi tunc ibi usque ad vesperam, et tum invitus redii, quia in crastino Vigilia Christi athletæ Laurentii erat, cujus festivitas Dominica die instabat: qua cum ego populis advenientibus pauca prædicarem, ab omnibus pro infirmo Archiepiscopo orationem fieri supplex postulavi.

et ab eodem 12 Aug regresso,

44 Tertia feria ante Primam ad eum redii; et ibi Eidum Episcopum, multum pro eo in oratione laborantem, inveni: cumque caminatam, qua ille jacebat, ingressus essem, nec loquentem audivi, nec B aliquem bene noscentem eum vidi. Eo adhuc vivente, Arnulfus et Hildewardus, cum Meinwerco et Horico Coepiscopi eum visitavere. Hi eum pariter benedicentes, et indulgentiam facientes, eum Christo commendaverunt: ego autem peccator unxi eum Oleo sanctificato in locis maxime dolentibus. Jaromirus quoque Dux affuit, quem frater suus Othelricus atque satelles, totius debiti immemor, in Sancto sabbato Dominicæ resurrectionis proxime, a regno Bohemiorum expulit; et ad Boleslaum, quem, etsi amicum sibi consanguinitate, tamen pro hoste hactenus habuit, in persecutione fugam petere compulit. Hic quia Archiepiscopum, cunctis laborantibus satis misericordem esse sciebat; sperans ejus incolumitatem, ad impetrandam Regis gratiam, intercessionem ejus quærebat: et cum hunc jam defecisse videret; dexteræ ejus se committi, et per eam nobis, lacrymis profusis postulat. Sed Archipræsul, cum jam ei finis adesset, nescio quid videns ad lævam, signo Crucis se potenti munivit dextera: et aversus corpore et vultu, quasi ploraturus, faciem contraxit, et statim lætus remisit.

Ungitur coram Jaromiro Bohemiæ Duce,

45 Hoc ego considerans, præ tristitia egredior. C Interea præsentes, eum semianimem videntes, a lecto levaverunt, et tapetio superposuerunt. Accensis vero luminaribus, ego intro vocabar: et eum, Stola indutum, in agone laborantem vidi: cujus pectori Crux sancta superposita fuit; et in manibus cinerem, et subtus cilicium habebat, ut Eidus Episcopus monstrabat. Cumque sol die mediante declinaret, cum incenso sibi adhibito pridie Idus Augusti, anima ejus transiit ad Creatorem suum, unde erat, relinquens quod non erat. Orantibus igitur et psallentibus cunctis præsentibus cum fletu, ego infelix pro debito eos non adjuvi. Quod vero in animo mihi tunc obviaverit, non possum cuiquam fidelium prodere; sed hoc tantum mecum exoret, ut Dominus, cui nullum latet secretum, neque illi neque mihi hoc imputet. Post hæc, solutis visceribus intra caminatam, et sepultis in ecclesia, corpus præparatur, et sancto altari præsentatur. Ibi tum facta pro defunctis memoria, nos ibi cantavimus, et corpus eo die usque ad Conire prosequimur: et in via plangens familia, fit obvia.

ac pie moritur eodem die.

Corpus magno cum luctu Magdeburgi excipitur:

46 Crastino, cum ad villam, monti S. Joannis proximam, venissemus; Clerus omnis flens adfuit, et Judæorum synagoga; et orphanorum, quorum erat pater, multitudo magna convenit, dolorem cordis lacrymando manifestans. Nos vero in ecclesiam D majorem cum funere intrantes, amici cum heredibus omnibus, elevatis cum luctu manibus, miserabiliter suscipiunt.

AUCTORE D. P.

Quis tunc non fleret, cum tristia tanta videret? Omnis autem hæc querimonia novo damno non æquabatur. Nos igitur Fratres omnes ad Capitulum convenientes, nepotem meum, excepto quodam Bennone, elegimus; non hoc ob juventutem ejus impleri posse sperantes, sed pro conservandæ electionis gratia, et caritate Archiepiscopi Thagmonis hoc maxime facientes. Vespere autem jam facto Arnulfus Episcopus venit, aspirans nobis quibuscumque bonis valuit. Postera die renovata electione corpus Archipræsulis tumulatur, ad dexteram Antecessoris sui in Australi absida, in Vigilia Assumptionis S. Mariæ. Hæc omnia ut Regina primum comperit, per Gezonem pincernam suum; Regi, juxta Metensem urbem cum exercitu sedenti, nuntiavit: qui vehementer ea admiratus, et qualiter se nostræ res haberent, inquirens et audiens; per eumdem ut regnum ipsa procuraret, usque ad suum adventum, celeriter ei demandavit.

Eligitur Thidericus, nepos Dithmari.

Regi apud Metas agenti Walthardi mors nuntiatur.

47 *Hactenus Dithmarus: cujus Historiam si habuisset is qui tunc continuabat Chronicon nostrum, de quo supra; uti paulo post illam habuit alius Continuator; plura haud dubie addere voluisset, de morte* Tagmonis, et Walthardi *electione atque obitu: ubi nunc* E *toto decennio nihil scripsit Magdeburgum spectans, nisi quod* anno Domini MIX Wipertus Merseburgensis Episcopus obiit, cui Thietmarus successit. *Item quod* eodem anno Alfkerus Abbas de cœnobio S. Joannis Baptistæ Magdeburg, cui mox Sigefridus, frater prædicti Thietmari Episcopi successit, electus de eadem Congregatione. *Et* anno Domini MXII Waltharus, Magdeburgensis Archiepiscopus, extrema sortitus est, cum Domino felicius regnaturus. Vixit autem post obitum Tagmonis Antistitis ter trino hebdomadarum numero, et nocte una: sedit vero in Episcopatu VII septimanis noctesque binas, trinum et unum Deum ore prædicando, unctus Spiritu sancto, pacem in invicem... in dilectione Dei et proximi præparando. *Ac postea.* Hoc etiam anno inchoatum est fundamentum ecclesiæ S. Joannis Baptistæ, in suburbio Parthenopolitanæ civitatis a Domno Sigefrido Abbate, anno IV Ordinationis suæ. *Nec plura ibi de his. Dithmarus vero sic pergit.*

Dithmarus an. 1009 factus Episcopus,

48 Epitaphium Archipræsulis, non aliquo lapide, sed memori corde imprimendum, Lector, audi. Walthardus, quamvis Potestas-dura interpretatur, severus in aperto, mitissimus in occulto sentiebatur. Homo fuit temperatus, bene morigeratus: gemina pollebat dilectione, summa florebat religione. Creber in vigiliis, orabat in lacrymis: largus eleemosynis, opem ferebat miseris. His honoratus virtutibus, Regi placebat et Primatibus: ab hoc amabatur, ab illis venerabatur. Hunc suus Prædecessor benedictione et solo præcellebat nomine. Ecclesiæ suæ in omnibus propugnator erat fortissimus. Sine omni jactantia vicinis suis impendit plurima. Me audiente juravit, et pro vero affirmavit, quod non per ambitionem hunc expetisset honorem; sed ob utilitatem Ecclesiæ laborantis, et jam pene deficientis. Scio, dixit, me esse immeritum, hoc suscipere officium. Sunt hi duo Fratres, quos libenter elegissem, si sic ullo modo fieri potuisse scissem. Justus et tenax propositi vir iste fuit sui. Laudare se ab aliis non appetebat, nec aliis ipse detrahebat. Genealogiam duxit ex nobilissimis natalibus, quam extollebat bonis moribus. Ejus pater Erp dicebatur, qui vita laudabili decorabatur, carus omnibus suis contemporalibus. Mater ejus, Amulradis nomine, et castitate florens et bono opere, bona fama alias præibat matronas.

Epitaphium scribit Walthardo.

A

AUCTORE D. P. deinde testatur ejus Episcopatum, sed brevem,

49 Prædicto Archipræsuli antea dictum in somnis erat, quod Archiepiscopatum in Magadeburg percipere, et modicum tempus possidere deberet. Et in hoc anno, quo hoc impleri debuit, cuidam venerabili matronæ mater sua, jam defuncta, per visum apparuit. Quæ cum ab ea salutaretur, et quomodo se haberet interrogaretur; respondit, Bene; et adjecit: Numquid scis, quod Archiepiscopus noster Tagmo de hoc seculo migrare, et Walthardus ei succedere debet? Non autem aliquantulum hic est regnaturus, sed in ultimo examine inter judicantes est consessurus. Ab ipso enim in cœlis est tabula ex argento, pene perfecta: qua velocius completa, ab aspectu hominum est auferendus, præmia digna percepturus. Ipse vero, ut soror ejus laica mihi retulit (alteram enim habuit Sanctimonialem) id ipsum præsciens, vocavit eam ad se, dicens: Recordaris, soror, quod olim mihi promisisti, si hereditati meæ unquam succederes, ut prædium, quod in * Osulfestede habeo, pro animæ meæ remedio S. Mauritio traderes? Cui hæc omnia profitenti, et digito (ut ipse petiit) confirmanti, flens respondit: Mihi non licet jam vivere: tu autem fac ut dixisti: et pro certo scias, quod vobis sororibus meis de residuis nihil abalienabo. Sciebat itaque hæc compleri debere: sed prolixius tempus speravit. Viginti octo annis Præpositus erat, quod officium præ omnibus suis contemporalibus honorifice tenebat.

pax matronæ in visu prædictum.

ipsumque suæ mortis præscium fuisse,

*al. Osulstidi

B

50 Sarcophagum ingens, ad includendas Sanctorum Reliquias, de argento fecit. Ecclesiam rotundam, post incendium civitatis dilapsam, a fundamento erexit; et ibidem Canonicorum Congregationem facere proposuit, et his prædia de suis propriis dare voluit. Non fuit verbosus: sed conscientiæ secreto congruis temporibus aperienda contexit. Hoc solum præ omnibus querebatur, quod Ecclesias et Clerum non benedixit; de Pallio vero nil doluit. Maximam librorum copiam et Sacerdotalem apparatum, cum plurimis secularia respicientibus, contraxit: quæ omnia, in subitaneo ejus fine, multorum inutilium manus distraxerunt: sedebat enim tantum septem hebdomadas et dies duos. Hæc ideo dixi, ut de celeri ejus obitu nec palam, nec in occulto ullus miretur, vel suo speciali delicto hoc evenisse arbitretur: multi enim ante eum triginta annos et amplius sedebant, qui nec hic nec in futuro tanti meriti erant. Væ iis qui in hac peregrinatione diu vivunt, et tempus suum male operando perdunt: at contra bene illis est, qui dies sibi concessos cauta solicitudine in Christi servitio ducunt. Male operantes quique longæva vita pœnas sibi augent: e contra autem quibus abbreviatur præsens vita, si sunt mali, admissa cito luunt; boni autem omnes, etsi corporaliter non æque hic degant, una tamen felicitate gaudent. Non autem ille solus tam parvo tempore sedit: legimus enim Tertullinum a S. Stephano Papa, Presbyterii dignitatem; et post quatuor dies, ab amorem Christi constantiamque fidei, martyrium a tyranno suscepisse; et in utroque ordine semper manebit. Iste quidem peccata hic luit, et in brevi pro laboribus justis bravium a Deo recepit: et hoc ita esse multis illico manifestum est.

et præ aliis qui diu sederint, bene meritum.

C

51 Hæc autem omnia enarrare prælongum est: sed de his qualiter mihi acciderit (Deum testor, quia non mentior) explicabo. Fui ego in præsidio Misnæ, et in Natali Apostolorum Symonis et Judæ, post Matutinos, apparuit mihi ille venerandus. Cumque eum mortuum bene reminiscerer, protinus inquisivi, quomodo se res ejus haberent. Ad hæc ille, inquit: In pœnis pro qualitate meriti fueram, quas omnes prorsus jam superavi. Et ego oppido gavisus, inquam: Licet mihi campanas sonare, et populos ad laudem Dei accendere? Ille respondit, Licet bene: quia verum est. Et ego amplius in loquendo progressus, dixi: Estne vobis notum, quod multorum susurratione mens Regis a vobis alienata est, eo quod post Ordinationem vestram contra eum multa operari studueritis? Ille vero respondit: Credite mihi obsecro, credite (verbum ingeminans) quia de hac re omnino inculpabilis existo. Cumque eum percunctari vellem, cur tam cito obiit; evigilavi, et hoc scire mihi non licuit. Post a quibusdam religiosis et veracibus didici, quod hic in commemoratione omnium Sanctorum divinis obtutibus clementer præsentari mereretur. Omnia quæ de illo dixi, non ob specialem aliquam sui dilectionem protuli: quia verum est, quod ante benedictionem suam mediocriter me dilexit; et ob defensionem Ecclesiæ suæ, multa meæ impedivit. Veritatis gratia et ob vitationem opprobrii secuturi, hæc locutus sum: minora tamen quam fuerint, quia nullum post se meliorem reliquit.

sibi apparuit 28 Octobris

D

jam expiatum;

atque 1 Novembris cœlo receptum.

§. VI. Aliorum Archiepiscoporum successio, usque ad S. Norbertum et ultra, ex nostro MS.

E

Post tam longam digressionem revertitur ad Magdeburgensium Præsulum successionem Dithmarus, haud ultra proximam Ordinationem progressurus, hoc modo: Post ejus (*Walthardi scilicet*) sepulturam, Horicus Episcopus, ex nostra parte ad Regem cum electione mittitur: cui ego epistolam, Ecclesiæ meæ detrimento inscriptam, et Regis clementiam admonentem, commisi.... Rex interea ab expeditione Occidentali reversus, Geronem suum Capellanum in vacuum [thronum] ponere conatur. Huic Præsul Horicus occurrens, et ei legationem suam aperiens, non exauditur. Thidericus nepos meus ad Gronam vocatus venit, et a Rege per manus suscipitur, et in vice Geronis deinceps habetur. In Natali S. Matthæi Apostoli Sehusen venit: et ego accedens, cum jam tempus esset, admonui eum coram omnibus assidentibus, ut aliquid de parochia mea et aliis rebus injuste ablatis, ante constitutionem Archipræsulis, cum eo tractare voluisset. Me itaque ejus firmæ fidei commisit; ut cum justitia, aut cum alio salubri consilio hæc finirentur. Postera die Rex ad Magdeburg veniens, in refectorio Fratrum nos omnes convenire fecit. Hic ergo Regis petitione, salva inposterum electione, Gero communiter eligitur. Itaque in ecclesia se primum altari tradens, et communioni Fratrum decem mansos acquirens, Baculum a Rege Pastoralem accepit. Mox vero inthronizatus, ab Eido Episcopo unctus est, nobis ceteris Coepiscopis eum adjuvantibus. Thebæorum festivitas Martyrum ibi a Rege celebratur, et post ab Archiepiscopo cum suis omnibus magnis muneribus honoratur.

Rex Geroni Capellano suo Sedem destinans,

pro eo ad se recipit Thiedericum Electum,

F

et Geronis electionem obtinet.

53 *His ex sexto libro Chronici Dithmariani relatis, quod ultra addam de rebus Magdeburgensium Archiepiscoporum nihil invenio, licet adhuc sequantur libri duo: nisi quod libro* VII *ubi describitur mors sancta* Irmingardis *cujusdam, in ecclesia rotunda ministrantis, ea dicatur* pridie quam carnis debitum persolveret (*persolvit autem* XI Kal. Junii) in excessu mentis effecta, et in præsentiam sanctæ Dei genitricis delata: ubi Tagmonem et Walthardum et Eidum, *Misnensem* Præsulem venerandum, magno lucentes honore sibi indulgere promeruit. *Eadem iisdem verbis, adeoque ex eodem unde Dithmarus accepit fonte, leguntur in nostro MS. Chronico, quod qui continuavit, annum* MXIX *sic conclusit*: Piæ memoriæ Thietmarus, Merseburgensis Episcopus migravit ad Christum:

Decessorum ejus gloria recitatur,

Dithmari obitus anno 1019:

A Christum : cui Bruno successit. *Vitam, paulo post obitum scriptam allegat Vossius in libro de Scriptoribus Latinis, quam operæ pretium foret habere pro adornando nova pulcherrimi istius Chronici, cujus hic specimina dedimus editione. Cetera porro Geronis Archiepiscopi accipe ex MS. nostro, auctoris tunc viventis, et quotannis res ut gerebantur scribentis : sic enim ait ad finem anni* MXXII ; Regali in præsentia, inter geminos Præsules Geronem videlicet et Arnulfum, nefanda omnique ævo execranda oritur seditio : ideo nefanda, quia periculosa : ideo periculosa, quia non peritura, sed (ut vereor) illos perditura, amborumque necem perdurabit expectatura, *quæ plane sonant auctorem ipso anno scribentem. Talis autem sic progreditur.*

ejus Vita mox scripta desideratur.

54 Anno MXXIII, Gero Archiepiscopus Magdeburgensis, multis confectus doloribus XI Kal. Novembris seculo moriens, sed Christo vivens ; migravit. Hic cum consilio fidelium suorum, commutavit Xenodochium, quod primus Otto construxerat in villa B quæ dicitur Rothardestorp ; et facto infra urbem monasterio, in honore sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, eadem prædia, unde prius Christi militibus, scilicet egentibus, necessaria præbebantur, cum aliis bonis, pretio proprio acquisitis, eidem ecclesiæ contulit, et Præposituram ibi constituit. Aliam præterea ecclesiam in honore B. Joannis Evangelistæ construxit et dedicavit : Canonicisque ibidem Deo servientibus de sua proprietate, unde sufficiens illis victus et vestitus esset, deputavit, et statum loci cum illis ecclesiis honorifice amplificavit. Muros nihilominus urbis, quos Otto Pius Imperator imperfectos reliquit, hic consummavit. Domum etiam S. Mauritii, cum variis ornamentis et ædificiis Episcopii, renovavit : et omnia in sua diœcesi, tam exterius quam interius meliorando rejecit. Decessit autem in villa Vaddirroth, in parochia Halverstadensi, relinquens posteris plurima suæ industriæ monumenta. *Ex hinc in MS. nostro longum de Magdeburgo silentium, nec verbum ibi ullum de* Hunerido, *alias* Menfrido, *quem Strevesdorffius ex Wirtzburgensi monasterio assumptum, obiisse ait anno* MLII *Martii : nihil etiam de ejus successore, quem idem Strevesdorffius ex eodem Wirtzburgensi monasterio postulatum ait, et Winfrido eamdem dignitatem ambienti prælatum; nisi hoc tantum :* Anno Domini MLXIII.... Eggilhardus Magdeburgensis Archiepiscopus obit : pro quo constituitur Wezilo, qui et C Wernherus, frater Annonis Coloniensis Archiepiscopi, *de quo postea ad annum* MLXXVIII *ibidem lego :* Henricus Rex properanti contra se cum valida manu Rudolfo, *in schismate contra ipsum electo*, juxta Strowi occurrit, initoque bello non pauci utraque parte sternuntur, atque incerta fit victoria. Ubi a vulgaribus hominibus Wecil, Magdeburgensis Archiepiscopus, *a parte Catholica pro Rudolfo stans*, in fuga occiditur. *Strevesdorffius addit*, VI Augusti, *juxta Annales MSS. ut ait, et successorem nominat* Hardricum sive Hardericum ; *in MS. nostro appellatum* Hardwigum.

Moritur Gero anno 1026 21 Septembris.

unius monasterii,

et novæ Canonica fundator.

succedit Menfridus, tum Engelhardus,

et huic anno 1063 Wezilo,

55 Hardwigus *iste in eodem MS. nostro ad annum* MLXXXII *finem legitur, assistentibus ei* Godescalco et Giffredo Episcopis, monasterium S. Joannis Baptistæ, in suburbio Magdeburg civitatis, consecrasse. Ibidem *ad annum* MLXXXV *in conventu Principum, qui* XIII Kal. Februarii, apud Perestad Thuringiæ villam convenerant, ad discutiendam tam immortalem controversiam *qualis emerserat inter Gregorium Papam VII et Antipapam, dicitur etiam adfuisse : cum aliis septem Archiepiscopis et Episcopis, qui a Gregorio stabant, nempe Ostiensi, Juvavensi, Hildeneshemensi, Halverstadiensi, Viridunensi, Merseburgensi, Cicensi, Misnensi, et Paterbrunnensi designato, annumeratur secundo loco* Hartwich Magdeburgensis, D improperium Christi thesauris Ægyptiorum præferens : *quod et re ipsa monstravit, quando pro defensione veri Pontificis Romani, e sua Sede profugus fuit. Nam deficiente ad excommunicatum Henricum tota fere Saxonia; ad hanc ille* venit circa æstatem, et castris positis juxta Magadeburg in pratis virentibus, cum Optimatibus suis intravit urbem, ibique susceptus est regio more. Sed quia propter metum ipsius advenientis Archiepiscopus Hardwigus cum Halverstadensi Episcopo et Hermanno Rege ad Danos abierat, sicut prius animo conceperat ; Henricus in locum illius Hartwigum, Abbatem Hertzfeldensem, substituit; et pro Burchardo Halverstadensi, Amizonem ejusdem Ecclesiæ Canonicum. *Non ergo obiit ut apud Strevesdorffium legitur anno* 1078 : *sed forte typotheticus hic error est, pro* 1087 : *neque enim de ipso, verosimiliter in Dania mortuo, sed de Synonymo ejus intruso atque schismatico intellexerim, quod habetur in nostro MS. ad annum* MCIII. Hartwigus Magadaburgensis Archiepiscopus obiit subitanea morte : cujus intestina apud S. Joannem, reliquum corpus in ecclesia S. Mauricii sepelitur.

tum anno 1078, Hardecus, sive Hardwigus,

an. 1085 fidei causa exul in Dania,

ejus loco intruditur alius Hartwigus Ab. Hertzfeld :

subitanea morte sublatus anno 1103

56 Huic successit Henricus, eodem anno electus E a Clero et populo, *Streversdorffius Catholice electum ait, cum Henrico excommunicato vel auctoritas vel vita defecisset. Vivebat ille omnino ; sed cum Chronicon nostrum ad annum* MCVI *dicat de eo, quod* voluit Saxoniam, propter quosdam Catholicos hostili manu invadere, sed non potuit, quia filius cum detestabatur, sicut et cuncti fideles, quia denuntiabatur excommunicatus ab Apostolicis Gregorio, Urbano et Paschale. *Illos autem Catholicos possumus opinari Magdeburgenses fuisse, qui Rege inconsulto elegerant sibi* Henricum *istum, eo delatum, postquam a Paderbornensi Ecclesia fuerat per tyrannum ejectus ut scribit Streversdorffius, qui tyrannus primum* anno MCVII Leodio VII Idus Augusti moritur et Spiræ sepelitur: *anno vero mox sequenti* Henricus Magadaburgensis Episcopus obit; cui Adelgotus eodem anno successit. *Adelgotum multis laudat Crantzius in Metropoli lib.* 5 *cap.* 32. *Streversdorffius defunctum ait anno* MCXVIII, *de quo nihil in nostro MS. uti neque de ejus successore, sed solum quod* anno MCXXV Rukerus *utique Adelgoto suffectus* Archiepiscopus Magadaburgensis obiit.

a Catholicis Henricus electus,

Paderborna expulsus a schismaticis

Huic succedit an. 1108 Adelgotus,

57 *Anno mox sequenti*, Rukero succedit Norbertus in Sede Magadaburgensi : *de quo porro ad annum* MCXXXII *legitur, quod Lothario Rege post Assumptionem S. Mariæ in Merseburg celebratam in Longobardiam transeunte;* quia Archiepiscopus Coloniensis defuit, qui jure debet esse Cancellarius in illis partibus, Norbertus Archiepiscopus Magadaburgensis huic officio deputatus est. *Tum addit ad annum* MCXXVIII, *quod* in Commemoratione S. Pauli Apostoli facta est commotio maxima civium in Magadaburg, contra Norbertum Archiepiscopum, eo quod majorem Ecclesiam, sicut sibi dictum erat, pollutam nocturno tempore purificaverit. Crescente itaque tumultu ascendit in superiora antiquioris monasterii cum Misnensi et Havelbergensi Episcopis, et Præposito majoris Monasterii ; ibique multum diu obsessus est ; sævientibus atque objurgantibus adversariis, quod altaria fregerit, et Reliquias Santorum furto abstulerit. Sed hunc divina gratia mirabiliter de insidiis eorum eripuit ; et persistentes in malo excommunicans, eos sibi subjecit. *Denique* anno MCXXXIV Imperator celebravit Pentecosten in Merseburg, et in feria quarta ejusdem hebdomadæ Norbertus Magadaburgensis Episcopus obit : et in feria secunda sequentis hebdomadæ in monasterio S. Mariæ est sepultus. Festivitatem Apostolorum Petri et Pauli celebravit in Magadaburg

tum Rukerus,

et huic an. 1125 Norbertus.

A burg Imperator : et Conradus ejusdem Ecclesiæ Canonicus, ipso Imperatore consentiente, generali electione Cleri et Populi Archiepiscopus constituitur. *Hic S. Brunonis Episcopi ac Martyris ad num. 75 dictum, ex fratre pronepos*, anno MCXXXIX, post Pascha, cum Duce Henrico et aliis Principibus sibi auxiliantibus castrum Bernhardi Comitis Plozeke obsedit, cepit, destruxit. Appropinquante vero festivitate Assumptionis S. Mariæ, idem Archiepiscopus, cum Duce et prædictis Principibus apud Cruciburg contra Regem *(Conradum)* convenit, qui Saxoniam hostiliter intrare ac devastare summis viribus conabatur. Ibi facta per internuntios conventione, pax firmata est usque ad condictum tempus.

ALGERBE D. P. defunctus 1134: deinde Conradus:

58 *Ac denique* anno MCXLII obiit Conradus Magadaburgensis Archiepiscopus..... et succedit Fredericus in Archipræsulatu, Custos majoris ecclesiæ et Præpositus Bivere. *Hic* anno MCXLV in Nativitate Domini magnam partem de allodio Domini Hartwici et matris ejus Richardis, datis beneficiis et copiosa pecunia, in proprietatem Magadaburgensis Ecclesiæ contrahens, magnum et gloriosum memoriale nominis sui posteris reliquit. Anno *autem* B MCXLVIII circa festum S. Petri, divina inspiratione et Apostolicæ auctoritatis exhortatione, et multorum Religiosorum admonitione, *inito fœdere inter* Fridericum Archiepiscopum Magadaburgensem, *et multos alios tam Episcopos quam Seculares Principes, qui enumerantur in Chronico*, magna Christianæ militiæ multitudo contra paganos, versus aquilonem habitantes, assumpto signo vivificæ Crucis, exivit ; ut eos aut Christianæ Religioni subderet, aut Deo auxiliante omnino deleret.. Omnes *igitur illi*, cum maximo apparatu et commeatu et mirabili devotione, in diversis partibus terram paganorum ingressi sunt ; et tota terra a facie eorum contremuit : et fere per tres menses peragrando omnia vastaverunt ; civitates et oppida igni succenderunt ; fanum etiam cum idolis, quod erat ante civitatem Malchon, cum ipsa civitate concremaverunt. *Anno autem sequenti ipse*, et quidam alii Principes Saxoniæ, Polonicis Ducibus Boleslao et Miseconi, in Epiphania Domini occurrentes in Crusawike, fœdus amicitiæ cum eis inierunt. *Denique* anno MCLIII obiit Fridericus Magadaburgensis Archiepiscopus.

hunc anno 1142 Fridericus,

59 *Friderico successisse dicitur* Wigmannus, *a Citicensi seu Naumburgensi Episcopatu assumptus ; de quo in Chronico nihil legitur, nisi quod* anno MCLXVI C Werra *fuit* inter Henricum Ducem et Wigmannum Archiepiscopum et ceteros Saxoniæ Principes; *et quod anno* MCLXXIX *Magdeburgensis* Archiepiscopus, cum Principibus Orientis et Coloniensi Archiepiscopo, oppidum Haldesleve obsederunt : ubi discordia inter eos orta, ab obsidione inacte redierunt. *Denique finit Chronicon in anno* MCLXXXVIII *his verbis :* Magdeburgensis civitas, judicio Dei occulto, tamen justo, in Vigilia Pentecostes *(tunc* IV *Junii)* pene tota exusta est : ecclesia S. Mariæ, ecclesia S. Sebastiani Martyris, cum parochiis et capellis XII exustæ sunt. *Cladi autem isti* Wigmannum *superfuisse ait Krantzius usque ad* XXV *Augusti* MCXCII. *Hoc incendio periisse crediderim, quidquid ibi scriptum habebatur de miraculis* S. Norberti ; *sepulcrum quoque potuit fuisse corruptum, ac deinde in eam formam modumque reparatum, quo illud inventum est anno* MDCXXV ; *quando etiam scriptum vel renovatum fuerit Epitaphium, quod apud Pagium, in Bibliotheca pagina* 401, *tale legitur :* Norbertus Dei gratia sanctæ Magdeburgensis Ecclesiæ Episcopus, Ordinis Præmonstratensis Institutor, et hujus monasterii restaurator, sub hoc conditur marmore. Obiit anno Domini MCXXXIV, VI Junii.

tum Wigmannus an. 1154, usque ad an. 1193,

Norberti Epitaphium sub eo renovatum.

D

§. VII. Titulus Primatis Germaniæ, quomodo, et quamdiu post S. Norberti obitum, Magdeburgensi accesserit.

Quærenti Krantzio unde hic titulus,

Albertus Krantzius, Collegii Hamburgensis Decanus, anno MDXVI *vita functus, in eo quod Metropolim inscripsit opere lib.* 3 *cap.* 28, *agens de Magdeburgensi Ecclesia*, Quomodo, *inquit*, et unde consecuta sit, ut Primas dicatur Germaniæ Archiepiscopus ejus, necdum comperi. Sciens tamen nonnullos Archiepiscopos illi non cedere honore (nam Saltsburgensis cum eo contendit de paritate, nec Archiepiscopi Electores illi cedunt locum) unde et in quo Primatum habeat, aliunde mihi ostendi velim ? *Ad hujus quæstionis discussionem,, lubet a notioribus ac certioribus adscendere per gradus temporum. Ac primum* Leo Papa X, *in suo ad* Albertum Brandeburgicum *Brevi apud Streresdorffium pag.* 41, *dato sub nono anni* MDXVIII, *illum renuntians S. R. C. Cardinalem :* Tu, *inquit*, ex Moguntinensi, Elector Imperii ; et Magdenburgensi Ecclesiis, Germaniæ Primas, in Ecclesia et agro Domini magnus et dives eras. *Anno* MCCCCXLVII, Joannes Merseburgensis Episcopus, E *scribens* venerabilibus viris Dominis Rectori, Magistris, et Doctoribus almæ Universitatis Studii Leipzensis, *apud eumdem Streresdorffium pag.* 37, *et declarans quod se pro* D. Nicolao *tunc Papa declaravit, quemadmodum et Principes ceteri tam spirituales quam seculares ;* Ita, *inquit* Reverendissimus in Christo Pater et Dominus noster, D. Fridericus Archiepiscopus Magdenburgensis ac Primas Germaniæ, qui noster Metropolitanus existit, se cum suo Clero prædicto Domino nostro Papæ Nicolao declaravit.

respondetur cum in usu fuisse,

ante seculum 15 :

61 *Senior etiam illo* Theodoricus a Niem, *Pontificius Scriba, libro de Privilegiis et juribus Imperii apud Meibomium, post Witikindi Chronicon, cum exposuisset fundationem Magdeburgensis Ecclesiæ et ordinationem Suffraganeorum ejus, factam ab Otthone I.* Archiepiscopum Magdeburgensem , *inquit*, qui esset pro tempore, per Papam ejus ætatis, Primatem Germaniæ fieri procuravit, *Adde his Chronici nostri qualemcumque Interpolatorem, Theodorico vel æqualem vel seniorem: qui cum præsumi debeat ex sui temporis usu locutus, præsumi etiam debet tunc scripsisse, quando jam in oblivionem venerat verum initium talis tituli, adeoque post annos circiter centum, quod censetur temporis immemorabilis spatium. Antiquiorem multo ne titulum eum credam, persuadet mihi historia primæ Institutionis in Ravennate ac Romana Synodis, ejusque Synopsis* F *apud Dithmarum, et Chronici nostri perpetuum ea de re silentium, præterquam in eo, quem certæ fictionis et novitatis convicimus. Eodem facit Epitaphium* S. Norberti, *in quo non videtur titulus ille omitti potuisse, si vere eo usus ipse umquam fuisset : quod sane non fecit in diplomate, supra in Analectis producto, quo ecclesiam S. Mariæ transfert in jus suorum Præmonstratensium anno* MCXXIX. *Non ideo tamen arguendi sunt illi, qui subnixi usu quatuor seculorum ceteris sui Fundatoris titulis addiderunt* Primatum Germaniæ: *qui eidem etiam dari posset per fictionem juris, qua acquisiti a posteris tituli vulgo attribuuntur majoribus.*

cum jam in oblivionem venisset verum ejus initium

S. Norbertus eodem prior

per prolepsim sic appellatur.

62 *Primus in hoc excessisse videtur Joannes Latomus, Decanus Francofurtensis, anno* MDLXVII *adhuc vivens, cujus de rebus Moguntinensibus Codicem, sub indicio* MSL, *identidem allegat Serarius noster, ex eoque lib.* 5 *pag.* 811 *ad annum* MCXXXV *hoc describit fragmentum.* Asserunt *(utinam adderet, Qui!)* hac ætate Norbertum Archiepiscopum Magdeburgensem , ab Innocentio II Primatum Germaniæ obtinuisse pro se et successoribus, cum esset Romæ cum Lothario Imperatore anno MCXXXV. Antea vero Moguntius ceteris

Longius excerrat Jo. Latomus,

A ceteris in Germania Præsidibus prælatus fuit, ut supra in Hattone et aliis apparet. Videtur tamen in Epistola Benedicti Quinti ad Episcopos Germaniæ (in quibus etiam mentio fit Ruperti Moguntini. Willigisi antecessoris) Magdeburgensem vocari Patriarcham Germaniæ. *Hac nixus (ut opinor) auctoritate Anonymus Præmonstratensis, verosimiliter Francus, a cujus stylo habetur sancti Fundatoris Vita, præfixa libro 2 Bibliothecæ Præmonstratensis, ubi is dum cap. 39, dissimulato anno, quem Latomus imperite notarat* 1135 *pro* 1133, *rem ipsam copiosius describit hoc modo.* Pulso Petro Antipapa, legitimo supremoque Pontifici Innocentio Sedes Lateranensis restituitur. Quo negotio feliciter gesto, Lothario Regi vicissim, præmium pietatis, titulus Augusti, ceremonia solenni confertur: et Norbertus, utriusque Pontificia simul et Imperiali sponte (non enim ipse ambiebat) Germaniæ Primas dicitur. Eo quippe Primatu, seu suprema inspectione ac jurisdictione, in omnes Germaniæ Archiepiscopos, olim Imperator Ottho, nomine Primus, de assensu et consilio Pontificis summi et Ravennatensis Concilii, Magdeburgensem Ecclesiam ornari fecerat, ut ex litteris B Benedicti Papæ VI ad Germaniæ Archiepiscopos, de S. Pilgrino et Passaviensi Ecclesia anno DCCCCLXXIII liquet, ubi Albertus, Magdeburgensis Ecclesiæ Metropolitanæ Archiepiscopus primus, Patriarcha Germaniæ nominatur. Est igitur Magdeburgensis Ecclesia præ ceteris, Moguntina, Coloniensi, Trevirensi, Salisburgensi, Bremensi, et Rigensi Germaniæ Archiepiscopalibus Ecclesiis, per universam Germaniam jam olim honorata.

cumque secutus recentior alius, — qui ei titulo — annectit jurisdictionem, — in omnes Germaniæ Archiepiscopos,

63 *Non miror scriptorem Francum tanto fidentius hæc recepisse ut certissima, quanto minus diffidere poterat Serario Latomi Codicem MS. sine ulla hæsitatione alleganti apud ipsos Moguntinenses. Sed miror Serrarium non animadvertisse, quam parum istæc inter se cohæreant, ut Benedictus, non V aut VI, sed VII ejus nominis, Magdeburgensem vocaverit* Patriarcham Germaniæ*; et hujus successores sic neglexerint adeo speciosum titulum, ut opus fuerit, eum velut novum privilegium obtineri a Norberto, idque anno* 1135, *qui obiit* 1134*: et neque ipsum neque Latomum consideravisse, quantum ibi asserta excedant id omne quod hactenus vidimus prætendere ausos Magdeburgenses paulo antiquiores. Excessum, viris eruditis ægre tolerabilem, notavit Bernardus Malinkrot, Decanus Monasteriensis, in Additamentis ad suum de Archicancellariis Imperii tractatum, cap.* 4, *quod est de Primatu* C *trium Metropolitanarum Ecclesiarum Germaniæ, scilicet Treverensis, Moguntini et Magdeburgensis pag.* 196. *Cum enim attulisset Chronici, seu verius Interpolatoris verba, in nostro MS. ad annum* DCCCCLXX *relata*, Primatum habere omnium ecclesiarum Archiepiscoporum qui in Germania sunt ordinati; in Gallia quoque, Coloniensi, Moguntinensi, Trevirensi Archiepiscopis per omnia honore similem esse; *cum, inquam, hæc verba allegasset Malinkrotius, sic infit:* Longe differunt, Dignitate priorem, et Honore similem esse; ac præterea per expressum [terminum] ab invicem distinguuntur Transrhenani illi Archiepiscopatus a Germanicis. *Quid autem vel imminutæ illi, quam dictus Interpolator Magdeburgensibus tribuit prærogativæ, simile in Concilii Actis? aut quæ mentio jurisdictionis supra Archiepiscopatus alios extensæ? Hujus saltem vel unicum, per septem decursa jam secula, actum proferre oportuisset.*

quam numquam prætenderunt Magdeburgenses — sed solum honore similes eis se dixerunt

64 *Jam quod Benedicti Epistolam attinet, inscribitur ea* Dilectissimis in Christo filiis, Hrodberto, sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ; et Dietrico, sanctæ Trevirensis Ecclesiæ; atque Adelberto, sanctæ Magdeburgensis Ecclesiæ; parique modo Gereoni, sanctæ Coloniensis Ecclesiæ; atque Friderico, sanctæ Juvanensis Ecclesiæ; sed et Adaldago, sanctæ D Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopis; pariterque Domino Ottoni, gloriosissimo Imperatori; atque nepoti suo Henrico, præcellentissimo Duci Bawariorum; ceterisque omnibus Episcopis et Abbatibus, Ducibus atque Comitibus, Galliæ atque Germaniæ, *ut videre est Tomo* IX *Concil. novissimæ editionis col.* 718 *et* 19. *Nusquam ibi apparet vox,* Patriarcha. *Quod autem Moguntino ac Trevirensi prima deferantur loca, tribui existimo utriusque Archiepiscopatus longe Majori quam aliorum antiquitati; quod Coloniensi, Juvavensi (id est Salisburgensi), et Bremensi præponatur Magdeburgensis, ejus pro tunc specialem aliquem honorem arguit, ideo verosimiliter tributum Adelberto, quia vel ita statuerat Otto, pro ordine sessionis in Comitiis servando, qui ordo per septem Electorum institutionem mutatus deinde fuit, vel quia ipsius Pontificis Romani manibus fuerat ille consecratus; et quidem sic, ut id perpetui juris esse prætenderit tertius Archiepiscopus Tagmo (nam secundus, a Merseburgensi Episcopatu assumptus, Ordinatione nova non egebat) ideoque, ut vidimus num.* 31*; necesse putarit excusare* causam præ E sentis necessitatis, *ob quam alibi et ab alio quam Romæ ab Apostolico ordinari se passus sit: quo tamen jure nullus successorum usus legitur, utpote non minus oneris quam honoris adferente.*

Adelbertum Benedictus 6 nominat quidem — Auctore D. P. — post Moguntinum et Trevirensem, ante ceteros; — sed non appellat Primatem, nedum Patriarcham.

65 *Hic porro locus exigere videtur, ut de aliorum Archiepiscopatuum veteri dignitate paucis disseram. Ac primum de Trevirensi: qui, omnium sub Imperio existentium vetustissimus Archiepiscopatus, invenitur* Galliæ Belgicæ, *sive (ut alii appellant)* Inferioris Germaniæ Primatum *sibi vindicasse SS. Silvestri et Hilari Pontificum Privilegiis: quæ licet incendio periisse dicantur, possessionis tamen seu præscriptionis prærogativa eumdem Primatum sibi defendens Theobaldus Præsul anno* DCCCCLXIX, *obtinuit a* Joanne XIII *bullam, quam Browerus profert, ubi statuitur, ut* quandocumque ab Apostolica Sede Legatus ordinarius rei Ecclesiasticæ vel cogendæ Synodi causa in Galliam Germaniamve destinatus fuerit, Trevirensis Præsul post eumdem, primum inter alios Pontifices locum obtineat: et, si Missus Romanæ Ecclesiæ defuerit, similiter post Imperatorem sive Regem sedendi, sententiam edicendi, et Synodale judicium canonice promulgandi Primatum habeat, utpote in illis partibus Vicarius Apostolicæ Sedis constitutus, Neque enim, *inquit Pontifex,* dignum est, ut illius Ecclesiæ Præsul aliquo tempore ceteris non habeatur prælatus, cujus honor in illis partibus sub ipso Apostolorum Principe extitit primitivus. *Idem alia Bulla confirmans* Leo IX *anno* MXLIX, *testatur, quod* F *lectis in Ecclesia S. Petri Ecclesiæ istius Privilegiis, ac nominatim Bulla priori,* ab omnibus acclamatum est, jure Primatum vobis *(Eberhardum præsentem alloquitur Pontifex)* vestrisque successoribus deberi, qui in Cathedra sedetis discipulorum Petri; quapropter omnibus ipsis laudantibus et respicientibus, pro investitura ipsius Primatus Romana mitra caput vestrum insignivimus; qua vos et successores vestri in ecclesiasticis Officiis Romano more semper utamini.

Primatus Galliæ seu Germaniæ Belgicæ — confirmatur Trevirensi, anno 969 et 1049.

66 *Paria aut etiam potiora, licet origo juris tam antiqua non prætendatur quam prætenditur a* Trevirensi, *invenias pro* Moguntino. *Editi a Pithæo Annales, quos ille haud ex vano censet Moguntiæ scriptos tempore Rabani Mauri, Moguntinensis Archiepiscopi usque ad annum* DCCCLVII, *id est ferme sesqui seculo prius quam de Magdeburgensi cogitaretur,* Germaniæ Metropolim *vocat* Moguntiam*: et Witikindus Saxo, coævus Othoni, Antistitem ejus appellat* Summum Pontificem. *Quis autem credat, quod Imperator, ad institutionem Magdeburgensem tam verecunde progressus, ut invito Bernardo Halberstatensi Episcopo nihil egerit*

Moguntinus invenitur Primas Germaniæ ab an. 857.

AUCTORE D. P.

A *egerit, sed quoad ille vixit decretum Synodi Ravennatis suspenderit; voluerit filium suum Willelmum, tunc Moguntinum Archiepiscopum, Primatiali titulo privare: aut a suffecto eidem Ottone plus exigere, quam ut cederet sua Archiepiscopi jurisdictione in Episcopatus, novo Archiepiscopatui subjiciendos: quod facere poterat absque detrimento sui* Primatus, *in eo consistentis, quod in Comitiis Imperii primum ille obtineret locum, sicut etiamnum obtinet. Itaque Lambertus Monachus Schaffnaburgensis, uno post institutum Magdeburgensem seculo florens, ad annum* MLXXIII, *ultra quem non nisi ad quadriennium pertexuit Historiam,* Primatum Moguntinæ Sedis *aperte agnoscit, propter quem ejus Archiepiscopo* eligendi et consecrandi Regis auctoritas deferebatur: *et Conradus, in Ordine Præmonstratensi Abbas Urspergensis, anno* MCCXL *defunctus, ad annum* MCXXI; Præsul, *inquit,* Adalbertus..... Primatum in Cisalpinis partibus multiformiter tenens, ad defensionem totius Germaniæ Metropolis, *scilicet Moguntiæ*, animos omnium, Catholicam obedientiam profitentium, accendit.

usque ad an. 1121 et ultra.

67 *Hactenus ergo tam Trevirensi quam Moguntino illibatus stabat Primatus suus, huic in Superiori, isti* B *in Inferiori Germania: quamquam neuter inveniatur in suis diplomatibus alio unquam titulo usus quam* Archiepiscopi: *quia Primatus illis suus revera nihil juris aut potestatis dabat super alios Archiepiscopos, sed solam in Synodalibus congressibus Imperialibusque comitiis præsidentiam, prout hæc contingebat in hujus vel illius diœcesi celebrari: sic enim ipsam convenit limitari, ne alter alteri adversari videatur.* Coloniensi Hermanno *sub annum* MXLIX *scripsit idem* Leo IX, *apud Mallinkrotum pag.* 497. Sicut neminem Archiepiscoporum tibi subjicimus, ita sub nullo Primate te agi decernimus. *Archiepiscopus autem* Hamburgensis, *qui et* Bremensis *sæpius dicitur, propter Episcopatum hunc Archiepiscopatui unitum jam inde ab anno* DCCCXLVI, *sicut ad Acta S. Anscharii* III *Februarii docuit Henschenius, adeo numquam cessit* Magdeburgensi, *ut eodem tempore, quo Coloniensem nulli Primati subjectum declaravit Leo,* Albertus, *omnium Septemtrionalium Antistitum tunc potentissimus, post confirmata ab eodem Pontifice Ecclesiæ suæ privilegia (in quibus verosimiliter cum eo actum sicut cum Coloniensi, quasi parum esset nulli subjici Primati, non quidem* Primas *ipse dici voluit; sed ampliorem titulum ambiens (teste Adamo Bremensi Canonico, sub annum* MLXXX *scribente,* Hammaburgensis Patriarcha vocari voluit, *et* in Hammaburg aperte laboravit Patriarchatum instituere. *Historia Archiepiscoporum Bre-* C *mensium, usque ad annum* MCCCXCV *perducta, distinctius id hoc modo explicat:* Ordinavit in Aldenborg, Ezonem Monachum; Joannem Scotum constituit in Magnopoli; Aristonem quemdam, ab Hierosolymis venientem, in Racisburg destinavit: sicque Aldenburgensis Ecclesia in tres divisa est Episcopatus. Quod quidem Imperiali minime factum est auctoritate, sed Alberti Archiepiscopi adinventione. Ipse enim, vir magnificus et præpotens in regno, cum Papam et Cæsarem propitios, atque per omnia suæ voluntati consentaneos haberet, in omnibus Borealibus regnis, Daniæ, Suediæ, et Nordwegiæ functus est auctoritate Archiepiscopali et Legationis Apostolicæ ministerio. Nec his contentus, Patriarchatus honorem assequi voluit, atque infra terminos suæ parochiæ duodecim statuere Episcopatus disposuit. *Suberant autem ei Slavorum Nordalbingorum et Obotritorum populi, adeo ut nec omnes quidem Slavi ad Magdeburgensis Archiepiscopi curam pertinerent, licet horum causa potissimum instituti.*

Hamburgensis, voluit Patriarcha vocari,

respectu totius Septemtrionis:

68 *Nec minori, quam ad Septemtrionem Hamburgensis* Albertus, *potestate ad Meridiem gaudebat Salisburgensis* Fridericus: *cui ejusque successoribus,* D *Benedictus VI concedit* vicem Apostolicam in tota Norica provincia, et in tota Pannonia, Superiori videlicet et Inferiori, quomodo sui decessores habuere; ita scilicet ut nulli liceat in præfatis provinciis sibi usurpare Pallium, nec Episcopos ordinare, nec ullum Officium [exercere], quod ad Archiepiscopum pertinere debet. *Hoc vero quid aliud erat, quam ipsum nulli Primati subjectum declarare? Quia autem id factum est eodem anno, quo Magdeburgensis Adelbertus suum noviter institutum Archiepiscopatum suscepit; et quia Salisburgensis Episcopatus, Caroli Magni ætate constitutus in Bavaria, multo antiquior est; ideo existimo, cœpisse tunc eumdem Salisburgensem cum Magdeburgensi de loci prærogativa contendere. Nam si huic diœcesi nullus erat in Orientem constitutus olim terminus (quos tamen mox accepit, Polonis Archiepiscopum proprium nactis, et Wungero, qui subjici ei noluerat, vel ultro abdicante vel mortuo) longius etiam per utramque Danubii ripam, usque in Bulgariam Slavoniamque, extendebat sese jurisdictio Salisburgensis Archiepiscopi, complectens tot antiquas veteris Pannoniæ atque Illyrici diœcesis, necdum quidem Christianæ Religioni restitutas, sed restitui cœptas.*

simili libertate gaudebant Salisburgensis,

69 *Porro sicut* Benedictus VI, *Salisburgensem* E *Archiepiscopum Pallio donans, declaravit eum frui plenissimo jure, quo decessores fruiti erant, nihil cuiquam in Germania Primati debentes, ante diœceseon suarum per barbaros vastationem; ita etiam* Benedictus VII, *prioris successor,* Laureacensem Archiepiscopum Pelgrinum, ad fructificandas Deo gentes, ex novitiis cultoribus fidei Ungrorum atque Moravorum, sive etiam aliis multis provinciis Sclavorum suæ parochiæ finitimis, illic ordinatis Episcopis, secundum quod antiquitus dispositi erant, Archiepiscopum constituit... eamdem sanctam Laureacensem Ecclesiam ejusque Rectores, jam Archiepiscopos, ab omni Salsburgensis Ecclesiæ ejusque Præsulum subjectione et ditione absolvens, et honore Metropolitano sublimans: et sicut modernis temporibus *(puta circa* ML) sanctæ memoriæ Agapitus Papa terminos earumdem Provinciarum ab invicem distinxit, sic et ipsi definimus, *inquit,* ita ut sancta Salsburgensis Ecclesia superioris Pannoniæ Episcopos habeat Suffraganeos, quibus usque huc sui Pontifices præesse videbantur... sancta autem Laureacensis Ecclesia in inferioris Pannoniæ atque Mœsiæ Regiones, quarum provinciæ Bavaria atque Moravia, in quibus septem Episcoporum parochiæ antiquis temporibus continebantur. *Sub his cum etiam* Sclavos *nominari audis; scito, eos illuc ab orientali Albis ripa a Carolo Magno traductos in Franciam Orientalem, ut loquuntur Chronica, nomen illud extendendo trans Danubium quam late Caroli patebat Imperium, per hodiernam* F *Moraviam atque Sclavoniam: non totos tamen, sed multo plures adhuc relictos trans Albim, in quibus convertendis Ottho utiliter laboraret. Quod autem duo isti Benedicti contulerunt Salisburgensi et Laureacensi Archiepiscopis; credendi sunt contulisse successores paulo post institutis, Pragensi apud Bohemos, et Rigensi apud Livones Metropolitis.*

et Laureacensis,

post definitos utriusque diœceseos fines.

70 *Nunc, quam est certum ex antedictis,* Primatis *titulum Magdeburgensi competisse annis jam quadringentis et amplius; tam evidenter demonstratum credo, nullum illum fuisse, duobus primis ab instituto Archiepiscopatu seculis; neque fieri posse, ut anterioris juris exstiterint unquam documenta sincera. Sed an propterea nihil respondebimus Krantzio quærenti,* unde, et in quo Primatum habeat Magdeburgensis? *Deficiunt, fateor, monumenta, quibus id certo definiam. Omnia tamen circumspectanti haud insulsa occurrit conjectura, ex tempore, quo Romani Imperatoris Electio, antea communis Imperii Principibus universis, restricta fuit ad septem Majores Principes,* Electores *nunc dictos.*

Interim videntur Trevirensis et Moguntinus,

Albertus

A *Albertus, Abbas Stadensis ac postea Minorita, in Chronico quod usque ad annum* MCCLVI, *suæ vitæ verosimiliter ultimum texuit; ad ipsum quo Abbatiam dimisit annum* MCCXL, *notat; quod* ex prætaxatione Principum et consensu, eligunt Imperatorem Trevirensis, Moguntinus, et Coloniensis... Palatinus... Dux Saxoniæ... Markgravius de Brandenburg... Rex Bohemiæ : *estque admodum verosimile* prætaxationem *istam sive decretum, tunc fuisse formatum cum pro Friderico II excommunicato, alium Imperatorem substituere Principes monuisset Gregorius IX.*

constituto circa annum 1240 Electorum Septemviratu,

71 *Qui ad Gregorii X et Concilii Lugdunensis tempora istud differunt, quando electus Rudolphus Habspurgius fuit, facile comprobantur erravisse; nec minus illi, qui Gregorio V Septemviralis Electoratus institutionem adscribunt. Ut enim ad hujus Pontificis annum* I, *Christi* DCCCCXCVI *num.* 56, *animadvertit Baronius* : Nemo jure inficias ire poterit, post tertii Otthonis obitum ducentis et amplius annis, quotquot electi fuerunt Romanorum Reges, Imperatores designati, eosdem, non septem duntaxat Electorum, sed omnium Principum Germanorum, qui ad Comitia convenissent, suffragiis fuisse ad regium culmen electos. *Pergit porro id confirmare Annalium scriptor, authenticis epistolarum, tam Pontificiarum quam Imperialium* B *et Electoralium documentis: ex quibus ad rem nostram potissimum faciunt datæ anno* MCC *ab utraque parte Principum, in electione discordantium. Aberat tunc in Hungaria nec inde vivus rediit Moguntinus Sigefridus, ipso anno defunctus. Itaque ex parte Otthonis primus subscribit Coloniensis, tum Episcopi duo, Abbates tres, Dux unus et unus Comes : ex parte Philippi ceteri omnes, quorum agmen ducens* Magdeburgensis Archiepiscopus, *post se signantes habet Trevirensem et Bisuntinum Archiepiscopos.*

cum eatenus ad omnes simul Principes spectasset Electio

et inter Electores a 1200 primus fuisset Magdeburgensis

72 *Neque dixeris, eo quo Albertus Stadensis scribebat tempore, necdum fuisse septem illos quos ipse nominat definitos, adeoque alterius scriptoris interpolamentum istud esse; eo quod in Concilio Lugdunensi* I *anni* MCCXLV, *a quo exauctoratus Fridericus fuit,* Electores *nominentur* Duces Austriæ, Bavariæ, Saxoniæ, Brabantiæ; Archiepiscopi, Coloniensis, Moguntinus, Salisburgensis. *Hæc enim Innocentii IV designatio, a Matthæo Paris notata, et ex eo apud Baronium, in qua Trevirensis, cum Palatino, Brandeburgico et Bohemo prætermittuntur (forsitan quia Friderico pertinacius adhærentes credebantur non processuri ad novam Electionem) recepta non fuit, vel quo ad locum vel quoad personas, sed (sicut ait Anonymus, hic fere finiens ac* C *verosimiliter coævus, cujus Chronicon Albertus Argentinensis seculo* XIV *continuavit)* Principes Alemanniæ, scilicet Archiepiscopus Moguntinus, Coloniensis et Trevirensis, cum ceteris Episcopis Argentinensi, Spirensi, et aliis *(cum quibus convenerint etiam Laici, iidem qui antea prætaxati apud Stadensem, ne parto sibi semel jure exciderent)* elegerunt apud Herbipolim Henricum Landgravium Thuringiæ in Regem. *Sed, ut apparet, septem illi necdum ita soli eligebant Regem, ut alii quoque convenire omnino desinerent; si non suum calculum, saltem suam præsentiam collaturi ad electionem, Electumque confirmaturi. Interim ipsa qualiscumque Septemviratus designatio, facta in Concilio Lugdunensi prædicto, confirmare videtur, quod intendebam, jam tum septenarium numerum fuisse definitum.* D

et non obstante Innocentii IV designatione diversa,

in electione Henrici 7 iidem 3 Archiepiscopi præfuissent.

AUCTORE D. P.

73 *Ut ut tamen istæc se habuerint, de quibus integrum librum implevit anno* 1616 *Christophorus Gewoldus; certum manet, omnino tunc, nec diu ante, id factum fuisse.* Magdeburgensis autem Willebrandus Comes de Kirberg, *Alberti sui mediati decessoris frater, vir tam potens, ut Otthonem Marchionem Brandeburgicum, prælio victum captumque, marcis* MDC *argenti mulctaverit, teste Streversdorffio; quique Sedem suam tenuit ab anno* MCCXXXVI *ad* LI; *Albertus inquam iste videri potest questus in Comitiis generalibus, se, quem Institutor sui Archiepiscopatus Ottho speciali voluit honore sublimatum; et cujus decessorem ac primum Archiepiscopum Adelbertum Benedictus VII, et alii post illum verosimiliter plures, tertium inter Episcopos salutaverat; cujus etiam proximo decessori Ludolfo* E *Trevirensis ipse primas nuper (ut vidimus) cesserat, licet quatuor annis prius quam ipse ordinatus; nunc simul et Trevirensi et Coloniensi postponi; excludique a numero Electorum se, qui par ad eum gradum jus se credebat habere, si non etiam nonnullis potius.*

Videtur inquam, Trevirensis et Moguntinus,

excluso inde Magdeburgensi

cessisse Primatis titulum,

74 *Quod si Trevirensis* Theodoricus II, *aut hujus Nepos* Arnoldus, *atque Moguntinus* Sigifridus de Eppenstein *Junior, potiori jam titulo* Electoris *contenti, cesserint placando Magdeburgensi titulum* Primatis Germaniæ, *vi cujus proximus post Electores sederet in Comitiis, habebimus et tempus et occasionem, quibus ejusmodi Titulus* Magdeburgensibus *accesserit, deinceps usurpandus. Quoad sessionis tamen prærogativam,* Salisburgensis *contradicebat; ac verosimiliter etiam* Hamburgensis, *cujus Archiepiscopatus Magdeburgensi antiquior sesqui seculo, institutus fuerat anno* DCCCXXVI, *et vigesimo post anno unito sibi Bremensi Episcopatu auctus : hujus tamen contradictionis nulla ratio habita fuerit, propter ceterorum Principum in istam compensationem consensum. Reliquis autem Archiepiscopis junioribus minime grave idem fuerit, cum vacuus jurisdictione alias competente titulus nemini esset odiosus; ideoque non multum curaverint indagare, quomodo is, qui sex dumtaxat Suffraganeos Episcopos numerabat in* F *Saxonia Orientali et veteri Sclavonia (sicut eam Adamus Bremensis appellat) vere posset dici* Primas Germaniæ. *Certius aliquid si doceat quis possit, sequar libenter.*

nomini molestum nisi Salisburgensi.

COROLLARIUM II

De Ecclesia et Abbatia S. Michaelis Antuerpiæ, a S. Norberto suscepta, et hactenus florentissima.

Haud licuit *Vitæ Norbertinæ scriptori excurrere ad singula, a suo sancto Fundatore suscepta erectave loca;* non *tamen* prætereundum sibi putavit, quare vocatus fuerit ad suscipiendam Antuerpiæ Ecclesiam; *teneque impensum ei credidit totum Caput* XXXVI *lucubrationis suæ. Nos autem longius etiam ipsum fecimus, prolixa de* Tanchelmo *seu* Tanchelino *hæretico digressione, a quo sparsa zizania, et post satoris improbi mortem impune luxuriantia, evellere rogatus ex agro Dominico Sanctus, suorum illuc coloniam duxit. Satis hoc Historiæ Norbertinæ fuerit: sed non est satis propriæ meæ erga eamdem Ecclesiam ejusque Abbates obligationi, aut erga patriam pietati. Utrique obsecuturus affectui, exorsus eram jutum Tractatum, de originibus antiquitatibusque nostris, apponendum pro Corollario Norbertinis Actis, seu potius primo Junii Tomo. Verum dum amicos consulo, quos aliquid eo posse credebam; reperi nonnullos qui, per occasionem administrandæ reipublicæ, arcanas omnis generis scripturas versando, conquisierant sibi minime*

Cur argumentum istud hic additum,

ex tractatu de Originibus Antuerpiensibus?

A *nime contemnendam notitiarum curiosarum copiam; eamque tantam, ut iis apte digerendis tempus non concederet properans in lucem ire hic Tomus. Igitur absolvendo operi inducias sumpsi; et quæ jam digesseram, Norbertinam* S. Michaelis *apud nos* Abbatiam *spectantia, huc retuli omnia. Plura qui volet, habet* Chorographiam sacram cœnobii S. Michaelis, *sive* (*ut in progressu ad singula folia scribitur*) Cœnobiographia S. Michaelis Antuerpiensis, *anno* MDCLX *Bruxellis edita apud Philippum Uleagaert, sub nomine Antonii Sanderi, una cum pluribus similibus Tractatibus illi submissis, ad illustrandas præcipuas quasque Brabantiæ nostræ Abbatias ac monasteria, et justum tomum conficientibus : qua* Chorographia *haud illiberaliter usum me profiteor : quid autem insuper hic præstiterim res ipsa declarabit.*

AUCTORE D. P.

§. I. Translatio Ecclesiæ S. Michaelis ad Præmonstratenses.

Extant de argumento prætitulato diplomata, tam Hildolphi Præpositi *Antuerpiensis, quam* Burchardi Episcopi *Cameracensis, apud Aubertum Miræum, in Codice Donationum piarum pag.* 247 *et seqq. signata*
B *ambo* anno MCXXIV, Indict. II, Epacta III. *Prioris hic tenor est :* In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Hildolphus, Præpositus S. Michaelis in Antuerpia, tam futuris quam præsentibus, in perpetuum. Qualiter præfata ecclesia nostra ad usus Canonicorum Præmonstratensis Ordinis transierit, et qua de causa assensus Capituli nostri eis datus fuerit, præsentis scripti attestatione notificamus.

Testatur Hildolfus Præp. quomodo ipse ac sui

Cum in diebus nostris quidam, Tanchelinus nomine, in partibus nostris advenisset; et venenoso sermone, a Fide et a Sacramentis Ecclesiæ plurimos avertisset; hac de causa, ut illa hæresis; quæ provinciam nostram occupaverat, funditus extingueretur, consilio Domini Burchardi Episcopi, et totius Populi, et assensu Capituli nostri, Dominum Norbertum, virum nostris temporibus spectabilis religionis, accersiri curavimus; eique ac suis Fratribus, Regulam B. Augustini servantibus, suamque institutionem exequentibus, supradictam ecclesiam, cum capellis in ejus cœmeterio fundatis, et tribus curtilibus et jugero terræ eidem cœmeterio adjacentibus, cum quatuor Præbendis, per manus memorati Episcopi tradidimus; circumspectione vigiles digneque perpendentes, quod eorum saginaremur orationibus et bonis spiritualibus, si eos sustentaremus beneficiis temporalibus. Nos vero, prius numero duodecim, numerum nostrum in octo terminavimus Præbendis; et cum hic et Præposituræ nostræ integritate, ad ecclesiam B. Mariæ in eadem villa transtulimus; ceteras vero quatuor Præbendas, per omnia eis consimiliter participantes, proprio nostro arbitrio dedimus; excepto quod allodia et mancipia, quæ usque ad hæc tempora ecclesia illa possederat, in nostros singulariter usus segregavimus.

S. Michaelis ecclesiam Norbertinis cesserint

C

cum 4 Præbendis :

3 Baptismus vero celeberrimi temporis, videlicet Paschæ et Pentecostes in ecclesia illa observabitur, reliquo autem tempore Parochianus noster baptizandis providebit. Infirmos autem visitare et communicare oleoque inungere, confessiones audire, mortuos sepelire, omnibus hæc ab eis quærentibus libere concedimus. Ut autem tam præclaræ beneficentiæ fœdus inviolatum inter nos et ipsos semper permaneat, hoc definitum est, ut quodcumque munus infirmus et moriens Parochianus, sive in terra sive in alia substantia, cuivis ecclesiæ aliquod obtulerit, aut pro se offerri instituerit; per medium dividatur. Quod vero Alienus, sanus vel infirmus, aut Parochianus incolumis dederit; ecclesia, cui hoc datum fuerit, absque partitione possideat. Ipsæ vero D ecclesiæ sedulas in invicem juges sibi debebunt fraternæ caritatis orationes, in omnibus necessitatibus sese supportantes. Pro commemoratione vero suæ libertatis, utraque ecclesia persolvet Cameracensi Præsuli aureum nummum Antuerpiensis monetæ et ponderis, singulis annis in festo S. Lucæ. Ut autem hæc rata et inconvulsa permaneant, sigilli nostri impressione et testium subscriptione, qui interfuerunt et hoc donum dederunt, annotari curavimus.

et communicatione ministeriorum suorum

atque oblationum participatione.

Ego Hildolphus, Præpositus S. Mariæ; *Titulo scilicet priori, per ipsam hujus instrumenti traditionem, mutato.*

Anselmus Canonicus. Bernardus Canonicus.
Giselbertus Boreas. Raduardus Canonicus.
Ovo Canonicus. Raduardus Scriptor.
Rogerius Canonicus. Hilduinus Parochianus.

Idem verosimiliter, de quo in S. Norberti Vita legitur, quod unus Sacerdos curam totius populi habebat regere; sed præ nimia multitudine et frequenti negligentia, non poterat; nec credebatur ei; eo quod et ipse, quasi in conjugio et copula carnali, neptem suam in linea tertia manifeste sociam sui sceleris fecerat. *Felix, si ad* S. Norberti *prædicationem, deposita prioris vitæ turpitudine, peccata sua sic redemit.* E

4 *Eodem fere tenore procedit Actorum confirmatio, auctoritate Burchardi signata, tamquam superius jus spirituale habentis in rem donatam. Concepta autem conscriptaque Confirmatio fuit sub duplici, quamvis non multum dissimili in iis, quæ translationem ecclesiæ spectant, tenore; quorum unus Canonicis Donatoribus, alter Donatariis traditus sit. Priorem,* ex ecclesiæ Cathedralis Antuerpianæ scriniis fideliter depromptum, *edidit Miræus in Cod. Donationum piarum, cap.* 78, *et Baronius ad annum* MCXXIV. *Posterior extat in Chorographia cœnobii, erutus ex archivo ejusdem. Prior sic incipit :* In nomine Patris et Filii, qui est Veritas; et Spiritus sancti, qui est amborum Caritas. Burchardus, divina miseratione Cameracensium Episcopus, tam futuris quam præsentibus, in perpetuum. Pontificalis solicitudinis et compensativæ dispensationis est, a nobis seu ab aliis bene gesta, quando opportunum fuerit, altius promovere, et promota ut permaneant firma sanctione solidare. Ea propter Antuerpiensem Ecclesiam, qualiter ad usus duodecim Canonicorum libertate donavimus, et postmodum ad altius per divinam inspirationem sublimavimus, præsentis paginæ attestatione notificamus. F Sane prioris fundationis et libertatis privilegium hujusmodi est : Cum in Ecclesiaste scriptum sit etc. *quæ videre licet apud Miræum loco citato. Tum verbotenus fere inserit Diploma, a nobis supra relatum, quo Præpositus et Canonici ecclesiam S. Michaelis transferunt in Præmonstratenses, ipsi ad S. Mariæ migrantes; hoc fere solo discrimine, ex librariorum oscitantia verisimiliter orto, quod hic non omnia, quæ illic, enumerentur ministeria, utrique ecclesiæ communia in posterum futura : quæ ipsa videri supra possunt num.* 3. *Sed et his ipsis in ministeriis (ut verbo id notem) nonnulla deinde mutavit tempus, usu et conventione intercedentibus. Hoc tamen perseverat hodiedum, præter alia notum omnibus, quod quotiescumque; alterutrius Ecclesiæ Canonicus moritur, ad eam in qua funus celebratur Ecclesia Collegialiter procedat Congregatio altera; et una hinc, altera inde, eodem in Choro confidentes, communiter decantent Vigilias mortuorum, atque postridie Missam de Requiem. Atque ita* ipsa Ecclesia, *uti Diploma donationis exigit,* sedulas in invicem juges sibi *præstant* fraternæ caritatis orationes.

Facto Burchardus diplomate duplici

quorum primum primam fundationem S. Michaelis,

tum translationem et ministeria prosequitur

5 *Redeo ad tenorem Confirmationis Burchardianæ, quæ*

A *quæ cum* utramque Ecclesiam integra et parili libertate donavit; ipsasque *sancivit* Ecclesias, seclusa invicem omni exactione, juges sibi debituras esse fraternæ caritatis orationes, in omnibus necessitatibus sese supportantes..... *sic concluditur:* Quæcumque igitur Pontificum seu Principum largitione, imo quorumlibet Catholicorum collatione, memoratis Ecclesiis oblata sunt vel ulterius conferentur, hujus nostri decreti munimento, eidem ad usus (ut dictum est) canonicorum assignamus. Ne qua vero canonica secularisve persona processu temporum, in hanc nostri decreti paginam, spiritu calumniæ moveatur, collata conservatoribus pace, in pervasores, quoad resipuerint, anathematis exterminium promulgamus, atque nostra subsigillatione et canonica adstipulatione confirmamus. *Sequitur ergo sigillum Episcopi, non item manualis subscriptio, sed pro Episcopo manus suæ signum apponunt, qui ex Cameracensi Clero præsentes aderant, hoc tenore:*

a solo Clero Cameracensi subscriptum:

Signum Urlebaldi Præpositi,
S. * Joannis Archidiaconi,
S. Radulfi Archidiaconi,
S. Anselmi Archidiac. S. Anselmi Præpositi,
S. Widonis, S. Roberti, S. Gerardi Capellani,
S. Oilardi Decani, S. Hugonis,
S. Heriberti, Canonicorum.

* signum

B

6 *Hactenus tenor instrumenti, Canonicis Donatoribus relicti. Alterius, Donatariis traditi tenor, eodem redit; nisi quod exordium brevius sit, sub his terminis,* In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Burchardus etc. *quodque mox Præmonstratensium mentionem faciens Diploma, loco horum verborum* (Eapropter Antuerpiensem Ecclesiam qualiter ad usus duodecim Canonicorum libertate donavimus) *substituat;* Quapropter Ecclesiam S. Michaelis in Antuerpia, qualiter ad usus Canonicorum Præmonstratensis Ordinis libertate donavimus,..... præsentis paginæ attestatione notificamus. *Omittitur deinde hic, totus textus primæ Canonicorum XII cum Præposito suo institutionis, illis insertus. Denique subscribentium nomina non omnia utrobique sunt eadem. Nam hic, omissis* Widone *et* Roberto, *sic clauditur formula;* S. Joan. S. Radulfi Archidiaconi, S. Anselmi Præpositi, *utique diversi a præmissis ejusdem nominis Archidiacono et Præposito. Quemadmodum enim ex ipsis subscriptionibus colligere datur, in comitatu Episcopi, anno* MCXXIV *Antuerpiæ versati (ubi et Diplomata Confirmationis præmissa condidit et ecclesiam consecravit, plures adfuerunt illustres viri, plures Archidiaconi, plures Præpositi, etiam eodem nomine appellati. Huic secundo diplomati,* Testes sunt etiam Canonici S. Mariæ, Hildolphus Præpositus, Anselmus Canonicus; Hildewinus Parochianus, Giselbertus Porcus, Bernardus Canonicus, Ovo Canonicus, Ragerus, Lambertus de Ghand. Actum est autem hoc, anno incarnati Verbi MCXXIV, Indict. II, Epacta III, Præsulatus Domini Burchardi IX. Ego Werenbaldus Cancellarius scripsi et recensui.

alterum Præmonstratensibus datum est simile priori

paucis necessario mutatis;

* signum

C

subscribente præter Clerum Camerac.

etiam Antuerpiensi;

7 *Duo ex his noto. Alterum, quod testes Canonici S. Mariæ hic iidem sint omnes, qui supra subscripserunt Diplomati suæ ipsorum donationis, præter duos* Raduardos, *in quorum successit locum* Lambertus de Ghand. *Uti autem ex eo, quod Diplomati donationis post Præpositum Canonici dumtaxat octo subscribant, non inepte colligit Goropius Becanus, ex eoque Polycarpus; quod alii quatuor jam ante se adjunxerant Præmonstratensibus, eoque facilius illis octo fuerit, horum quatuor Præbendas* Norberto *transcribere: ita fieri potuit ut pauciorum exempla secuti mox sint* Raduardi *duo, seque pariter conjunxerint Præmonstratensibus, priusquam hæc Confirmatio, præmissa Donatione aliquanto saltem posterior, condita fuerit, consecuto jam alterius Præbendam* Lamberto, *atque ideo et ipso hic subscribente. Alterum, quod noto, est: quod Data utriusque diplomatis Episcopalis omnino eadem sit: nec ab illa discrepat diploma donationis quantum attinet ad annum, Indictionem et Epactam. Dolendum tamen quod nulli adscriptus dies sit, quo posset distinctius sciri, quantum intercesserit spatii inter diplomatum scriptiones.*

ex quo jam tum aliqui transierant ad Præmonstratenses.

D

AUCTORE D. P.

8 *Vixit Burchardus (cujus Acta hactenus dilucidavimus, quatenus utramque Ecclesiam spectant) non solum usque ad annum* MCXXX, *quando mortem ejus ponit Dodechinus, vel si quis alius Mariani Scoti Chronicon usque ad finem seculi* XII *continuavit; sed ad triennium ultra vel amplius. Siquidem Miræus in Cod. Donationum piarum pag.* 282 *diploma ejus exhibet, quo Ecclesiam de Tongerloo,* ad petitionem Waltmanni Antuerpiensium Abbatis, et Bernardi Claravallensis, *libertate donat,* quatenus in ea Fratres Præmonstratensis Ordinis libere et quiete Deo valeant famulari..... anno MCXXXIII, regnante Conrado semper Augusto. *Erat hic Conradus Henrici V ex filia nepos, Lothario in Henrici locum evecto, oppositus a nonnullis anno* MCXXV. *Si ergo Conrado adhærebat Burchardus, per Honorium II excommunicato; haud mirum fuerit, quod Lotharius ab eodem Honorio impetraverit ipsius depositionem, et substitutionem cujusdam* Petri, *in quadam Balduini Flandrici charta cum Episcopi Cameracensis titulo subscripti, anno* MCXXIX *apud Sammarthanos; quodque huic defuncto, idem Lotharius curaverit, Innocentii II auctoritate, substitui suum Capellanum Lietardum, anno* MCXXXI *consecratum, Cameracique receptum ut talem. Verosimile est autem hac de causa nonnihil dissensionis extitisse Antuerpiæ; Waltmanno Abbate cum suis, ipsoque S. Bernardo, licet alias studiosissimis Innocentii contra Anacletum Antipapam, non probantibus institutionem Lietardi, pro etiamnum vivente nec canonice damnato Burchardo. Sed hoc mortuo, sopita lis tota videtur, et omnes pariter in Lietardo conquieverunt: quare etiam ad ipsum Antuerpienses nostri recurrerunt anno* MCXXXV, *ad confirmanda Burchardi acta, ne eorum validitati forsan officeret auctoris depositio. Itaque rogatus ille, primo translationem Capituli factam ab una Ecclesia ad alteram,* per prædecessorem Burchardum Episcopum, faventibus, imo petentibus ejusdem Ecclesiæ Præposito et Fratribus, auctoritatis suæ testimonio confirmat; *deinde, narrata modo et causa ob quam ad S. Michaelis collocati Præmonstratenses fuerant, quædam inter utrosque pacta ratificat, infra commodius exponenda.*

Burchardo an. 1133 adhuc vivente, seque pro Episcopo gerenti,

eique suffecto Petro subrogatur anno 1131 Lietardus,

E

et illius acta confirmat 1135:

9 *Sed ecce rursum novæ in Episcopatu turbæ. Lietardus, ob vitam reprobam, Sede sua dejicitur, ab eodem a quo fuerat susceptus Innocentio; nihil deprecante Lothario, cui verosimiliter exosus etiam esse cœperat; atque in ejus locum subrogatur* Nicolaus. *Hoc autem sedente, cœperunt inter utriusque Ecclesiæ Canonicos nova quædam dissidiorum germina pullulare, ex hoc verosimiliter capite, quod cum in Burchardi diplomate expressa fiet mentio quatuor Præbendarum, Præmonstratensibus transcriptarum; hic a Lietardo simpliciter scribatur, quod transitum ad D. Mariæ sit,* cum integritate Præpositure et beneficiorum, videlicet prædiis seu mancipiis quæ usque ad hæc tempora Ecclesia illa possederat, nec non cum omnibus appendiciis, capella scilicet S. Walburgis, quæ est in eodem Burgo, et capella Ortheren, Berendrecht, Lillo, Zantvlit, atque omnibus quæ infra ambitum præfatæ parochiæ continentur Decimis. *Maxime autem ad lites suscitandas faciebant verba hæc, de Canonicis, olim S. Michaelis, tunc S. Mariæ,* In quorum dispositione.... tota Antuerpiæ pendebat, et pendet Parochia; *quæ videbantur ipsos quoque Præmonstratenses Marianorum dispositioni subjicere, contra quam Burchardi institutio ferebat.*

F

huic substitutus Nicolaus:

turbatam nonnihil pacem

A 10 *Itum igitur ad* Nicolaum *est, qui pacem, jam labefactam cæptam, confirmaturus,* Præsulatus sui anno XII, Incarnati Verbi MCXLVIII, Apostolum, *inquit,* habentes in medio, cum ad pacem sectandam et exhortandam officii nostri sollicitudine commoveamur, ut ecclesiastica devotio, sub pacis emolumento, tranquillitatis processu augeatur; pacem inter Canonicos S. Mariæ Dei Genitricis, et Canonicos S. Michaelis Antuerpiensis Præmonstrati Ordinis, condiximus. Cum enim a Domno Burchardo, bonæ memoriæ prædecessore nostro, Ecclesia S. Michaelis [sub] Præposito et duodecim Canonicis ordinata fuisset; Norbertus, bonæ æstimationis vir, Præmonstratensis Ordinis secundum B. Augustini Regulam primus institutor, Dominico actus spiritu, in Antuerpiensem Burgum devenit; ac plures infidelitatis gurgite mersos, sagena verbi Dei ad littora sanæ fidei perduxit; quosdam vero Religionis ab eo ordinatæ executores, sub optione Canonicorum et totius populi assensu, ordinante præfato Episcopo, in ecclesia S. Michaelis collocavit. Eodem igitur Episcopo disponente, Canonici, quorum usque ad id temporis eadem Ecclesia fuerat; B ad aliam Ecclesiam, in honore B. Mariæ fundatam, cum Præpositura et duodecim Prebendarum suarum integritate nunc inibi Deo servientes, se transtulerunt: eamdem nimirum potestatem in sua parochia habitam, scilicet in Pascha et Pentecoste baptizandi, infirmos quoque visitandi Oleoque sacro inungendi ac mortuos sepeliendi, libere sine contradictione, eisdem concedentes etc. *Ast ne hic quidem, inquies, ulla fit mentio* Præbendarum *cessarum, et omnino* duodecim *nominantur. Huic objectioni respondeo, non fuisse necessarium mentionem cessionis, satis expresse notatæ a Burchardo, sicuti et conditionum quarumdam quibus illa fuerat illigata: non dici autem Canonicos* ad ecclesiam S. Mariæ transisse cum duodecim Præbendis, *sed* cum duodecim Deo servire in Ecclesia eadem: *quia scilicet, haud diu post cessionem præfatam, pristinum sibi numerum ipsi suppleverant, vel per novam redditum partitionem, vel commodiori quadam, sed alibi opportunius explicanda ratione.*

AUCTORE D. P.

anno 1148 reparat

Acta sub Burchardo narrans,

quasi iterum 12 ad B. Mariæ essent.

§. II. Confirmata Fraternitas, inter Marianos Canonicos et Michaelitas.

C *Quamquam ex præmemorata Burchardi constitutione factum sit, ut utrumque Collegium,* seclusa in invicem omni exactione, *pari utrimque jure videretur subsistere, et Antuerpiensis parochia bipartita censeretur (hoc enim indicant* Parochianus *et* Alienus, *inter se condistincti, istic ubi agitur de utriusque partis sepulturis) mansit tamen prærogativa aliqua ordinis, saltem naturalis, penes Canonicos* B. Mariæ; *quos* prompto ac pleno gratitudinis affectu, *inquit Polycarpus, in Notis ad Vitam S. Norberti pag. 402, idque ex mente Abbatis sui Norberti omniumque tunc Fratrum,* primos nostros Fundatores esse agnoscimus, et pro talibus habemus ac veneramur. *De hac vero ut magis constaret, Lietardus in supradicto diplomate, quod dedit* anno MCXXXV, Indictione XI, *anno XIII, post narratam priorum Canonicorum in ecclesia S. Michaelis fundationem, sic progreditur:* Fratres sæpedictæ Ecclesiæ S. Mariæ, ex quorum dispositione, cum dignitate et tenore prioris libertatis, tota Antuerpiensis pendebat et pendet parochia, Fratres, qui in Ecclesia B. Michaelis sub Regula S. Augustini deserviunt, ut commissum sibi onus humero mutuæ Fraternitatis secum portarent, per Dominum Norbertum, summæ religionis et ejusdem vitæ professionis virum, ad se vocaverunt; eisque Ecclesiam S. Michaelis supradictam liberam cedentes, ad eam D in qua nunc serviunt gloriosæ Dei Genitricis Mariæ Ecclesiam.... transierunt. Ut autem eos, pondus diei et æstus secum portantes, consolationibus concessorum sibi beneficiorum confoverent; conservatis in suos usus Natalitio Christi die, et Purificationis B. Mariæ (exceptis quæ in eodem die ibi offeruntur candelis) Paschæ quoque seu Ascensionis, Pentecostes sive omnium Sanctorum, nec non omnium Commemorationis Animarum oblationibus; reliquas S. Michaelis Fratribus atque Ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ (sub eodem conditionis tenore) Sororibus per omne tempus concesserunt; mutuam in invicem orationem communicantes; et in perpetuum conservantes Fraternitatem, et in omnibus necessitatibus auxiliandi caritativam supportationem.

Remanente apud Marianos Ordinis naturalis prærogativa,

confirmatur Fraternitas cum Præmonstratensibus an. 1135,

etiam cum extensione ad Sorores

12 *Atque hæc prima est mentio* Ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ; *cui Nicolaus, item Cameracensis Episcopus, anno* MCXLVIII *adjungit* Capellas S. Petri et S. Martini, *statuens ut* oblationes, *tam in Capellis prædictis quam in Ecclesia Sororum faciendæ,* in partem Fratrum S. Michaelis cedant, exceptis obla- E tionibus Missarum pro defunctis Parochianis S. Mariæ. *Ut autem pacis causa de istis sic convenit inter utrumque Collegium; ita etiam sub eodem Lietardo,* cupientes iidem sibi et suis successoribus pacis unitatem servare et relinquere; quia sepeliendi in utroque cœmeterio concessa est licentia; statutum est, ut quicumque infirmus ex Parochianis Antuerpiensibus sub Regula memoratorum Fratrum S. Michaelis deservire desiderat, licentiam a Parochiali Sacerdote S. Mariæ sine contradictione accipiat: et si vivens ad eos introierit: accepto eorum Habitu, exequiarum funeris oblationes. Fratres S. Michaelis ad quos transiit habeant: sin autem, sicut de aliis Parochianis, ad Fratres S. Mariæ redeant. Communicare quoque infirmos et Oleo inungere, nisi qui in vitæ suæ Habitu inveniuntur, Fratribus S. Michaelis non licebit. *Restringitur hic facultas, quam concesserant amplissimam Canonici Donatores et Episcopus Burchardus: camdemque rursus amplificat Nicolaus, concedens liberam quosvis Oleo sacro inungendi potestatem, sub hac tamen conditione,* ut Parochiali Sacerdoti de inunctione infirmorum intimetur; ne forte excommunicati, ipso ignorante, inungantur; et ipse (si velit) intersit. *Hæc autem conditio, quam fœcunda litium, tam plena molestiarum,* F *causa fuisse videtur, cur inungendi ministerium æque ac baptizandi, quod ipse Burchardus ad paucas solennitates restrinxerat, universum denique dimissum sit a Michaelitis. Existimo etiam prædictas restrictiones solum spectare Parochianos S. Mariæ, quos necesse fuerit in Habitu Ordinis inveniri, ut ad S. Michaelis sepeliri et a Præmonstratensibus procurari possent, utpote citra istud Parochiæ Michaeliticæ alienos: cui vicissim concessum est, ut quoscumque, sepeliri apud se volentes, possent undecumque accipere.*

rursumque anno 1148, salvis quarumdam dierum oblationibus,

ac restricto jure sepulturæ et extremæ Unctionis

13 *Post hæc* Eugenius Papa III, *circa annum* MCL, *ab Emmelino secundo Abbate rogatus, locum sub sua et B. Petri protectione suscipere, id facit; confirmando ipsi Emmelino ejusque Fratribus omnem potestatem eis in Parochia Antuerpiensi a Canonicis S. Mariæ concessam; possessionesque tam præsentes quam futuras; præsentium præcipua quædam propriis vocabulis exprimens, videlicet,* Santvliet, terram Orderen, curtem quæ dicitur Parke, curtem Ossele, curtem Haga, curtem Alterle, curtem Marxblas, piscationem Huntemudem, cum mancipiis, et pascuis, et nemoribus, et mansuris. *Est autem* Santvliet, *ultra* Orderen, *Liethardo num.* 9 Ortheren, *pari quo hoc ab Antuerpia intervallo sesquileucæ situm, locus nunc perquam bene munitus contra incursus Hollandorum, propinquas* ad

Eugenius III privilegium pro ecclesia S. Michaelis ejusque juribus

A *ad Zomam Bergas obtinentium, solumque tribus leucis distantium; ibique ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ, bellorum injuria eversam, restauravit Chrysostomus vander Sterre Abbas anno* MDCXLVIII: *aliæ Curtes ubi sitæ, quando obtentæ, et num hodiedum possessæ omnes, nihil attinet quærere, cum verosimiliter earum plures aliunde sint quam a Canonicis S. Mariæ; a quibus interim, in eadem Eugenii Bulla, dicuntur concessæ* de quatuor grangiis decimæ, sub annuo reditu XII sextariorum forensis mensuræ, quatuor siliginis, quatuor hordei, et quatuor avenæ, quæ omnia et alia in eodem Privilegio ut rationabiliter statuta *laudantur; Privilegio scilicet eo, ut arbitror, quod Præmonstratensibus Mariani fecerunt, pro quatuor Præbendis antea cessis, quatenus res quique suas independenter unis ab alteris haberent. Neque pactio reditus* XII *sextariorum debet censeri infractio privilegii a Burchardo dati,* seclusa in invicem omni exactione; *uti neque stipulatio celendarum certis diebus oblationum a Lietardo approbata; sed gratitudinis quædam recognitio accepti beneficii erga optime meritos Fundatores.*

cum mentione cujusdam reditus Canonicis Marianis solvendi

§. III. Veteris Parochiæ Antuerpiensis limites, eorumque inter Marianos Canonicos et Michaelitas divisio.

B

Q*uandoquidem Lietardum Episcopum num.* 9 *scribere viderimus, de primis ad S. Michaelis a Godefrido institutis Canonicis, quod* ab eorum dispositione tota Antuerpiæ pendebat Parochia; *et hanc deinde, illis ad S. Mariæ transgressis, docuerimus fuisse inter* Marianos *et* Norbertinos *divisam; operæ pretium fuerit explicare quibus illa terminis adveniente* Norberto *definiretur. Ac primum moneo, Cameracenses Episcopos, apud Miræum in Notitia ecclesiarum Belgii ponere,* in burgo Antuerpiensi sitam, *non solam* capellam S. Walburgis; *sed etiam* ecclesiam B. Mariæ, *et* ecclesiam S. Michaelis, *atque adeo* Burgi *nomine appellare* totam Antuerpiæ Parochiam, *tam intra quam extra ejus temporis muros, ante grande illud augmentum anni* MCCCXIV, *quo locus noster, ad Scaldim duplo latior quam profundus versus Orientem, pene visus est conquadrari.*

Burgi nomine, ætate S. Norberti latius sumpto,

comprehendebatur tota ad flumen civitas:

15 Burgi *igitur nomine strictius sumpto, scias proprie venire modicum illum altioris terræ tumulum, in quo nunc est ecclesia* S. Walburgis, *fossa* de Burggracht *dicta circumductum; qui solus a late circumfusa uligine extabat, priusquam, ductis ad Orientem et meridiem aggeribus, patefacta inde via est, tum* Querceiodoram *alias* Turninum, *hodie* Deuren *dictum; tum ad Arenariam, vulgo* den Ouver, *ultra quam ibatur ad* S. Martini *ædiculam, a S. Amando (ut creditur) consecratam. Isto in tumulo prædicavit seculo* VII *S. Eligius, cum adversus paganicos ritus* jugi instantia Andoverpis pugnavit; *ibidem, sive (ut aliter dicitur)* infra castrum Antuerpis super fluvium Schalde, *vel,* in Antuerpo, *eodem seculo* sacro sanctam ecclesiam Petri et Pauli Apostolorum construxit *idem* Amandus Episcopus, *uti testatur* Bonhigus vir illustris, *dum dicit, quod ipsam* in concambio *accepit* a venerabili viro Firmino Abbate de monasterio Querceolodora, *et donavit* Apostolico viro Domno Willibrordo Episcopo. *Hinc porro intelligis quomodo animarum cura, quæ fuerat Abbati Quercolodorensi commissa, transiit ad Abbatiam Epternacensem a S. Willibrordo fundatam, et omnium quæ hic atque alibi possederat heredem institutam. Credibile est autem, quod Sanctorum istorum Episcoporum ætate, cœperat habitari non modicum circumjectæ uliginis spatium, paulatim exiccatum, ac forte jam tum muro fossaque cinctum. Dico,* Forte; *quia non satis constat*

quatenus an. 1221 habitabatur,

C

scilicet Burgum vetus a seculo 7 notum

cum ecclesia SS. Petri et Pauli,

id fuisse ante irruptiones Nortmannorum seculo IX, *imo verosimile est de muniendo isto, ut sic loquar, Subburgio cogitandum non fuisse, nisi accepta ab illis clades, et similis deinceps a regressuris metuenda consilium illud suggessisset.* D

vexatione D. P. et expulsi illa a Burgo

16 *Hoc ergo, et si quid ultra ædium erat ad Orientem atque Meridiem, secundum istos quos dixi aggeres,* tota *erat* Antuerpiæ Parochia, *quando præfati* Nortmanni, *appulsi sub annum Christi* DCCCLXXXII *(uti auctor est Sigebertus)* omnem Brabantensium circa Scaldam fluvium terram ferro et igni devastarunt; *atque adeo etiam ipsam, quæcumque tunc erat,* Antuerpiam; *unde per fluvium Scaldam dicuntur ad villam Turninum devenisse, et Quercolodorense seu S. Fredegandi monasterium evasisse ac funditus evertisse. Nortmannis digressis, redire paulatim qui cladem effugere potuerunt Burgenses; et in solis Burgi sui muris, quamvis firmissimis, haud satis præsidii esse agnoverunt adversus piraticas istas excursiones.* Subburgium *quoque (veteres chartæ* de Onder-borgt *nominant) primus muniendum decreverunt, et tale invenit* S. Norbertus, *incolarum multitudine jam tum celebre, et præternavigantium commerciis opportunum; sed idoneorum Pastorum cura destitutum fere totum. Nam Epternacensibus, quibus eam S. Willibrordus commiserat, procul absentibus; et occisis fugatisve, qui numquam deinde restitui potuere Quercolodorensibus; nescio quis curam animarum susceperit, antequam in jurisdictionem Cameracensis Episcopi Parochia cessit. Tunc melius et consultius Dux Godefridus Bullionius, in procinctu sui ad expeditionem sacram discessus, Christianorum exercituum Archistratego Michaeli, prope vetus S. Martini sacellum, ædificavit ecclesiam, Collegiatam simul et Parochialem futuram: jam enim cœperat totus ad Scaldis ripam illuc usque tractus habitationibus frequentari, et unus cum ipso oppido Burgus censeri. Cur autem Dux iste, tam procul a veteri Burgo, locum elegerit fundandæ Canonicæ, nulla melior ratio sese offert, quam quod in restaurato pridem Burgi oppido quæ arcta essent impedivas omnia, neque laxandis cœmeterii claustrique et hortorum spatiis accommodata; et languente tunc plusculum religionis cultu, sufficiebat* Capella S. Walburgis, *post Nortmannorum discessum vel instaurata vel primum fundata, ad Dominicales festivasque synaxes, earum quibus integrum vel libitum non esset usque ad S. Michaelis progredi.*

sub annum 882 per Nortmannos eversa,

E

et habitatoribus secundum flumen tempus porrectis

seculo 11 erecta est S. Michaelis ecclesia

17 *Interim Deipara Virgo, quæ oppido, tunc adhuc parvo, sed in amplitudinem maximam paulatim dilatando, præparabat Patrocinium; et novo sibique dilectissimo Præmonstratensium Ordini Canonicam S. Michaelis destinabat; fecit, ut in proximo ad prima Antuerpiensium mœnia prato, tunc in altiores hortos verso, super altioris unius Brassicæ caudice (sic fert traditio) suam fecit inveniri iconem, ab eventu* op't stoxken *dictum. Ad hanc cum propter quotidiana miracula ingens afflueret peregrinorum multitudo, adeoque et copia oblationum; primo sacellum extemporaneum, deinde etiam justæ amplitudinis ecclesia surrexit: et totus illius prati ambitus tam multis novis habitatoribus frequentari cœpit, ut veteri oppido novum adjunctum videretur, vix illo minus, quale producto ad meridiem pomœrio inclusum anno, ut nostri Chronographi dicunt,* MCCII, *et ichnographia signat num.* 3. *Cum ergo utrisque Canonicis, insimul ad S. Michaelis habitare exorsis, ut supra vidimus, arctus esset locus suus; et nova prope veteris oppidi muros ecclesia opportunitas cum hortis amplo cœmeterio suffecturis invitaret; congruum censuerunt Canonici veteres, novis hospitibus pristinum locum relinquere, et ad S. Mariæ se transferre; cujus ecclesiam, licet necdum muris inclusam, apparebat brevi centrum futurum indies sese proferentis ad Meridiem civitatis; cujus suburbana cum etiam ad Septemtrionem*

cessis Canonicis ad novam S. Mariæ migratis,

F

illam cessere Norbertinis,

A trionem et Orientem longius se una cum muris extendissent, quam ut ab uno S. Mariæ Parochiano commode possent administrari; coactum Capitulum fuit suam jam nimis amplam Parochiam dividere, et tres novas S. Walburgis, S. Jacobi et S. Georgii instituere prout factum anno MCCCCLXXVII.

ALC.OR: D. P.

18 Restabat, ut quemadmodum Mariani Canonici seculo XII Præmonstratensibus dimiserant tertiam suarum Præbendarum partem, sic etiam cum iis partirentur Parochiam hactenus unicam; quam ut intelligerent, ab utrisque communiter haud commode administrari, non fuit longa annorum plurium experientia opus. Quis autem non facile sibi persuadeat, ita convenisse, ut *Marianæ Parochiæ idem esset ad meridiem limes, qui* hodieque est? et secundum quem ineunte seculo XIII placuit novos muros ac fossam ducere? Initium sumit illa a novo S. Joannis navali, vulgo S. Jans vliet; atque secundum vias, postea a Lapicidis, Lombardis et *Lecticariis dictas, circumagitur versus veterem fossam,* cum eodem coitura istic, ubi nunc Professæ nostræ domus Turris consistit. Igitur quidquid modo censetur sub Parochia S. Andreæ, et tunc etiam ad Burgum Antverpiense spectabat, licet muris necdum inclusum, S. Michaelis Parochia dici cœpit fuitque; donec Præ-

cum ea suæ parochiæ parte, quæ nunc est transfossam

anno 1314 ductam,

B *monstratensibus placuit Pastorales curas intra civitatem* deponere, easque restituere Canonicis Marianis, administrandas a Parocho quem illi constituerent ad S. Andreæ, quod anno MDXXIX factum esse docent Adriani VI litteræ apud Scribanium; prout plenius docebimus in proprio de rebus Antverpiensibus tractatu, ubi etiam *explicabimus quomodo Michaeliticæ Parochiæ suburbana,* ultra Kronenburgum usque in Kilam secundum Scaldim porrecta, anno MDLXIII propriam ecclesiam Parochialem acceperint, *istic ubi Carthusianorum paulo ante* eversum monasterium steterat: sed hæc quoque eversa occasione Arcis Hispanicæ ob Albano ædificatæ, iterum nostra memoria cœperit restaurari.

attributa nova S. Andreæ Parochia anno 1529

§. IV. De Fratribus seu Tertiariis Michaelitarum, eorumque Sanctimonialibus.


Quod dictum est Paragrapho superiori de Regula et Habitu Ordinis, confer cum solito Parochianis etiam S. Mariæ, volentibus ad Præmonstratenses aggregari, ob usum ad vitam percipiendi per Sacramenta, et apud eos sepeliri; id quod facile judicabat spectare ad speciem aliquam Confraternitatis, fideles laicos utriusque sexus etiam conjugatos complexa, uti sunt eæ, quas *Tertiariorum vocant Mendicantes Ordines. Sed ejusmodi* Regulæ, *sicuti nunc usus obsolevit, sic et capita* oblivioni data sunt. Ad Habitum quod spectat, Nicolaus Cameracus in Promptuario Antiquit. Trevirensium in pag. 363, agens de Conditoribus Bremensibus, monasterii Bassi [illegible] fundatoribus; cum, inquit, præscriptam a B. Norberto Regulam stricte et accurate observarent, omnibus innotescebat, non frustra eos vestem albam gestare: integritas enim et puritas piorum et religiosorum operum apte conveniebat et consentiebat eorum vestimento, quod album gestare jussi sunt. Paquus in Bibliothe. pag. 311, agens de Tutelario Campenico Cœnobio, asserit, [illegible] a Sancto distinctum ac modestum vestitum, et breve scapulare laneum candidum, sub laicalibus vestimentis.

Qui Regula et quis Habitus Tertiariorum Præmonstratensium?

C

20 *Tale etiam Antverpiensibus in usu fuisse mihi persuadeo, sed vestem istam superiori seculo fuisse immutatum, in locum scapularis succedentibus* nummulis plumbeis, quales plurimos, ab altera facie hierothecam Sanctissimi exhibentes, hic inter ambitus casu effodimus, *inquit Auctor Chorographiæ pag.* 8, *et hunc illorum typum subjicit. Doleo sane nullum eorum superesse, unde posticam faciem describerem; fortassis etiam docturam aliquid, necdum animadversum.* D

quid nummi, theca Eucharistica signati?



Sed ipsa illius prætermissio mihi persuadet, nihil tergo fuisse quod sculpi posset. Fortassis etiam reperiretur ansula vel aliud indicium annuli, quo mediante et alba verosimiliter tenia, suspendi sacrum ejusmodi numisma ex collo potuerit. Ipsa tamen forma minime antiqua est, sed posterior institutione festi, quod Clemens IV anno MCCLXIII *confirmavit, et toti Christiano orbi commune fecit. Nec enim antea mos erat sacram Hostiam (ut nunc fit) per vitrum spectabilem exponere et circumgestare, a fidelibus adorandam. Fortassis etiam ejusmodi numismata primum excogitata fuerunt seculo superiori, cum Geusii nominis susceptoribus primis, appensa ex pileis numismata nomini congrua assumentibus, opposuere Catholici metalla sacra, sanctioribus typis expressa, et horum usum Pius V additis etiam Indulgentiis commendavit. Tali autem occasione, unde potius tesseram sibi sumerent Norbertini Sodales, quam a venerabili Sacramento; memores cultus Eucharistici, a sancto suo Parente vindicati; unde etiam ejus imaginibus pingendis fingendisque propriam eam tesseram fecerunt, eique merito accinuerunt, id quod hodiedum sub statua ejus ad urbis mœnia post Abbatiam legimus,* E

Quod Amandus inchoarat,
Quod Eligius plantarat,
Willibrordus irrigarat,
Tanchelinus devastarat,
Norbertus restituit.

21 Sanctimoniales *quoque, mox a sua Antuerpiæ institutione, æque ac alia prima Ordinis monasteria, habuit* ecclesia S. Michaelis, *sub eo quem in Commentario prævio descripsimus rigore disciplinæ, apud ipsas etiam arctioris quam apud viros. Harum prima nobis occurrit mentio in Lietardi Episcopi diplomate, signato sub nota anni* MCXXXV, *tamquam ecclesiam habentium intra vel juxta cœmeterium ecclesiæ Michaeliticæ, sub titulo* S. Mariæ Magdalenæ : *quæ ecclesia, una cum Capellis SS. Petri et Martini, nominatur etiam in bulla Nicolai successoris, sub anno* MCXLVIII, *sed absque mentione* Sororum *quæ fit in prima; quarum etiam monasterium dictum esse* Fossatum *(propterea forsan quod interjecta fossa dirimeretur ab habitatione Fratrum) D. Baro le Roy asserit in Notitia Marchionatus pag. 53, quia sic reperit in pluribus antiquis Schedis ipsius monasterii Michaelitici, totum archivium, cum bona Abbatis gratia, pridem accurate scrutatus. Hinc colligimus,* Sorores *istas, mox ab allato Hugonis Generalis decreto, longius fuisse remotas. Quo autem? Verosimilis satis conjectura est quod transierint ad suburbanum quoddam, ab earum commoratione hodiedum* Nonnarum campus, *vulgo* Nonnevelt *dictum. Uno post hæc seculo, scilicet anno* MCCXLVI *Godefridus Brædæ Dominus* Decimam suam de Santvliet conventui B. Michaelis in Antuerpia in eleemosynam contulit, *uti prædictus Baro pag.* 384 *ex monumentis ipsius cœnobii docet : docet item anno* MCCLIV *translatam Antuerpiam in prædictum Santvliet capellam* S. Mariæ Magdalenæ, de consensu Petri Cardinalis Legati Apostolici. *Quid ni causa transferendarum eodem* F

Sanctimoniales quæ Antuerpiæ fuerant,

remotæ in suburbanum agrum,

A dem Nonnarum, quæ sub ista appellatione ecclesiam Antuerpiæ habuerant ?

22 Id si factum, locus datur suspicandi, easdem illas esse, quæ, teste eodem Barone le Roy pag. 53 fundationem suam acceperunt juxta Woudam in agro Bergezomensi, tribus fere leucis Santflita dissitam. Causa iterandæ migrationis in promptu est inclementia scilicet marini aeris, quem retroactus ab æstu quotidiano Schaldis efflat et afflat Santflitæ; cum Woudæ, purissimus idem aer sit et saluberrimus. Cœpit ædificari Monasterium illud pauperibus Monialibus, secundum Baronem le Roy pag. 456 a nobili Principe D. Servatio de Lidekerke ejusque conthorali Immezoete anno MCCLXIX : sequenti vero absoluta et consecrata fuit ecclesia : atque anno post altero, locum prædictum Abbas Præmonstratensis, in universalibus Ordinis Comitiis præfato Servatio Lidekerkano, id ipsum ex voto in iisdem Comitiis a Patribus Ordinis postulante, totaliter cum Virginibus, Præmonstratensi Ordini incorporavit, utique sub directione Abbatis S. Michaelis et regimine Monialium Santflita adductarum. Unde enim propius assumi illæ potuissent ? Pro anno deinde MCCLXXIX recitat Christophorus Butkens, in Tropheis B Brabantiæ pag. 219, ex archivis Bergensibus fragmentum instrumenti, isto anno dati, in nativitate B. Mariæ Virginis ; quo Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda et Elisabeth ejus uxor, ejusdem terræ Domina... dotant et benefaciunt Præposito et Conventui monialium Vallis S. Catharinæ juxta Woude. Non tamen diu istic subsistere Sanctimonialibus licuit ; quia, ut habemus ex Brabantia Mariana Wigmanni lib. 3 cap. 44, anno MCCLXXXVIII effractis aggeribus circa Lillo, tota circum circa terra aquarum diluvio obruta est : et illarum misertus Raso de Gavere, Dominus Lidekerkanus et Bredanus, cum Aleyde conjuge sua, Bredam easdem evocavit, atque anno MCCXCV in Hospitali collocavit, pauperibus et infirmis ministraturas.

inde successive forte Santflitam,

Woudam,

Bredam;

23 Dein Hospitale deserentes, vitæ pristinæ et tranquillioris desiderio, opportuniorem locum ibidem acceperunt, renovato veteri Vallis S. Catharinæ nomine, eumque sub Præposito Antuerpia accepto tenuerunt, usque ad annum MDCXXXVII. Interim verisimile mihi fit, iisdem conjunctas fuisse reliquias Virginum, Antuerpiam advectorum ex cœnobio Valis-dulcis, quod in Welacria Zelandiæ insula pridem habuerant tunc ab hæreticis occupato. Has enim Miræus testatur apud nos degere, cum scribebat ; nunc vero quid eis factum sit, ignoratur. Erat autem earum monasterium ex Antuerpiensi prognatum, eodem teste ; ut hæ fortassis sint, quas ex Divæ Magdalenæ abductas requirimus, nec certo possumus affirmare traductas Santflitam, quia nulla istic est parthenonis alicujus memoria. Ut ut est, Breda in potestatem quoque Fœderatorum redacta, quæ ibi erant Virgines Præmonstratenses, post diuturnas molestias religionis causa æquanimiter toleratas, Præpositi sui consilio in Oosterhout sese receperant, anno quem dixi MDCXXXVII ; quia Catholici ritus ibi adhuc vigebat libertas, et locus erat oppido vicinus. Cumque in omnem deinceps eventum Antuerpiæ sibi refugium obtinuissent anno MDCXLIV ; visum est conducibilius fore, si illud converteretur in monasterium a cœnobio Oosterhoutano independens, quod quomodo anno MDCLIV factum sit fuse describitur cap. ult. Chorographiæ prælaudatæ. Ita, si priores nostræ conjecturæ subsistunt, post varias per quinque secula migrationes, ad civitatem eamdem regressæ Sanctimoniales Norbertinæ fuerint, unde primum exierant ; licet non ad eumdem locum, sed remotiorem a monasterio, prout Hugonis decretum exigebat ; et egregium quotidie capiunt incrementum sub titulo venerabilis Sacramenti, reguntur que a Præposito per S. Michaelis Abbatem ipsis constituto, nec tamen apud ipsas, sed apud Cœnobitas habitante.

ubi e s accessisse potuerunt Zelandicæ

ac pariter cum illis Osterholto

ductæ Antuerpiam.

D

§ V. Topographia Ecclesiæ et Cœnobii, vetus et nova, iconibus declarata.

A notioribus ad minus cognita procedere, et quæ manibus oculisque tenentur præmittere conclusionibus, ex verosimili partim ratiocinio, partim conjectura ducendis, natura docet, et probat experientia. Itaque ante omnia exhibeo conspectum loci, orientalem, qualis hodie offertur ex parte viæ publicæ, quæ ex re nomen habens, vulgo de Klooster straet, id est Via monasterii antonomastice nuncupatur. Scito tamen seriem earum ædium, quæ secus viam notantur novæ et ad civium usus elocantur, simul quidem designatam ab architecto totam, necdum tamen perfectam esse : sed hinc et inde quatuor solum novas stare ; et cum reliquis adhuc requiri portam num. 3 signatam, quasi per eam Introitus sit ad Abbatiam et Conventum. Hunc enim præstare pergit vetustioris operis porta alia, opus Abbatis XXIII, oculis spectantium subducta a Chalcographo, sed facile cognoscenda ubi consistat, ex ductu procerarum tiliarum, ab eadem porta ad Abbatiam protensa- E rum. Similiter longa illa domus, quæ inter aream Ecclesiæ et Abbatiæ, post secularium ad viam publicam habitationes porrigitur, et numeris 13 atque 14 notatur, hinc Scholam, inde Locutorium promittens ; una dumtaxat parte stat, necdum Scholæ usui applicata ; altera vero, una cum porticu, huc ductura ab ea porticu quæ subest cellis majoris Dormitorii, adhuc in mente architecti hæret ; Locutorii autem usum præbere pergit locus idem, qua patet ingressus ad Conventum sub majori Dormitorio. Econtra vero, recenti memoria, pro veteri quod ad Septemtrionem stabat Braxatorio, surrexit novum ad Meridiem, ante hortos Prælati, ubi olim officina lignaria erat ; uti exprimitur apud Baronem le Roy in notitia Marchionatus, unde hanc tabulam mutuatus, in nonnullis corrigi feci. Quoniam autem sub istum prospectum non cadit exterior forma Conventus et Abbatiæ Meridiei obversa, hanc quoque desideraturis consuluit Chalcographus, desuper suspendendo tabellam alteram, quæ istam quoque faciem repræsentaret.

Exhibetur hodiernus loci prospectus ab Oriente, et Meridie,

auctior nonnullis domibus necdum structis.

25 Abbatiæ recentissima et alteris oculis dijudicanda imagine : transeo ad investigandum veteris, quam Norbertus reperit, ecclesiæ formam posituramque. Hunc quadamtenus offerre videtur pictura vetusta civitatis, quam hodie Senatoria Bibliotheca custodit, et ex qua sub annum MCCCCXX facta, totam aliquando civitatem F trans Scaldim ab Occidente spectandam dabo. Nunc satis habeo exhibere structuram ejus quæ tunc erat, et cujus modo nihil non mutatum superest, Abbatiæ ; eo tantum ut consideres, ante Turrim et Chorum, nihil ab hodiernis differentes, minoris cujusdam Ecclesiæ, tunc adhuc stantis, partem saltem aliquam, quando totius formam reperire despero. Equidem ea pictura visu, manibus tenere me ipsam rem putabam, et parum aberat quin apud me statuerem, vetustam illam Canonicam, fuisse porrectam a Septemtrione in Meridiem. Sed pene in desperationem quæsitæ notitiæ revolutus sum, considerans, ædiculam tam exiguam, explicandis Canonici Officii simul et Parochialis functionibus non potuisse sufficere, per annos ferme trecentos, imo quadringentos, quot a prima per Godefridum Bullionium fundatione, aut saltem ab adventu S. Norberti Antuerpiam fluxerunt, usque ad consummationem Chori ejus, qui totus ibi adstare cernitur. Quamvis enim suspicari quis vellet et Turrim et Chorum non esse a primi pictoris manu, fateatur tamen necesse est, eum qui ista appinxit, appicturum eadem opera fuisse totam hodiernam Ecclesiam, si tunc cum ista pingebantur tota stetisset. Præterea usque ad annum MDC reperies pro inviolabili lege servatum

Vetus prospectus ab Occidente

partem tantum primæ ecclesiæ offert,

non totam.

A vatam Antuerpiæ, at non solum ecclesiæ, sed etiam altaria in iis pleraque sic disponerentur, ut in iis, vel ante ea orantes fideles ad Orientem converterentur, posthabito quocunque incommodo.



B

cum novis turri et choro stante :

26 *Inter hæc fluctuanti occurrit cogitare, neque nihil veteris Ecclesiæ hic haberi, neque corpus totum; sed alam duntaxat Septemtrionalem, quæ inter Turrim et Claustrum vetus procurrens, conservataque ad tempus, commodum præbebat transitum a Conventu veteri ad Chorum illum novum; donec fabricata ala Meridionali nova, quæ hic non apparet, ipsaque navi anteriori versus Occasum, integrum foret dejicere etiam modicum quod supererat hujus veteris Ecclesiæ cum sua turricula, catenus quoque reservata, et sic perficere Basilicam præconceptam. Ingressus in hanc non nisi de post Chorum nunc patet civibus, sacrorum causa accurrentibus : sed si Iconismos Abbatiæ, ex variis et successive sculptis tabulis, in unam tabellam hic collectos, duntaxat aspexeris, aliud nihil poteris cogitare, quam unam eandemque portam fuisse, quæ a via publica duceret in aream, Ecclesiæ Abbatiæque communem :* ***maxime cum quatuor Iconismorum secundus et præcipuus,*** *post annum* MDLXX, *sculptus, videatur distinctissime*

alii tres iconismi

C

repræsentare portam quasi Ecclesiæ, in fronte alæ meridionalis; alii autem annorum MDXC *et* MDCX *nullum etiam ostendant introitum nisi istum, et quidem immediate ab area in Ecclesiam. Inter has tamen nunc* ***mediat amplum et quadrilaterum Claustrum, longitudini anterioris Ecclesiæ coextensum, ita ut ipsam etiam alam illam tegat, post quam ad aream procurrit Dormitorium; et ab hoc procedens Refectorii domus reflectitur*** *versus Abbatiale palatium, atque ita totum prædictum* ***Claustrum sive Ambitum includit, et secludit ab area : quorum nihil in istis Iconismis cernitur.***

ingressum non nisi per alam meridionalem ostendunt

27 *Quid ergo? An credemus, istæc tam ampla ædificia, primum ibi posita post annum* MDCX*? Non patietur id patens ad oculum plusquam ducentorum annorum vetustas, quam ipsamet forma fenestrarum ac fornicum loquitur, cogitque credere, omnia fabricata haud diu post ecclesiam, si non simul cum illa. Idem probabit infra deducenda Abbatum Chronologia, et fornicum claustralium unus, manifeste includens nomen* Petri Breem, *ejus qui primus fecit novæ Basilicæ construendæ initium.* ***Fallunt*** *igitur catenus Iconismi isti, omnes* ***sumpti ex una quadam et antiqua imagine ecclesiæ, tunc facta, cum prædictæ inter ipsam et aream ædes necdum starent, et cum tota Religiosorum habitatio adhuc consisteret ad latus templi Boreale.*** *Sculptores autem post*

licet sculpti post prostructas ea parte ædes,

seculi, dicendi sunt, ***sumpto semel exemplo inhæsisse, nec curavisse supplere quæ conditæ ecclesiæ accesserunt ad latus meridionale. Hoc autem sic factum minime mi****raberis, si intelligere velis, quod idem defectus adhuc* ***reperiatur, in tabula quadam post annum*** MDCXXXV ***sculpta, ad explicandum triumphalem Principis Cardi****nalis ingressum in hanc urbem.*

E

juxta exemplum ædibus illis vetustius:

28 *Ex istis nihilominus Iconismis, licet pro eo quo primum sculpti sunt tempore defectuosis, certo videmur concludere, fuisse aliquando tempus, quo talis patebat ad ecclesiam ingressus. Sunt etiam qui ex suis parentibus audiverant, quod, prius quam nova post chorum area aperiretur (aperta est autem primum hoc seculo) ingredi solitus fuerit populus per portam locutorii in claustrum, et per claustrum in ecclesiam. Debuit hoc fieri saltem ab anno circiter* MDL, *quo strata est longa illa et recta via* ***ab Officina monetaria ad Scalim, cum continua illa do****morum serie, quæ fundum monasterii ad Aquilonem* ***sic terminat, ut nullus hac pateat ad ecclesiam transitus.*** *An vero hac parte patuerit unquam ullus, non potest nisi per rationabilem conjecturam definiri. Placet igitur* ***concipere, quod, priusquam duceretur prædicta domorum series, et muris tunc etiam noviter fabricatis connectere****tur ; eadem quam dixi via transversim secta fuerit, ad signum*, deflectendo versus Meridiem, donec veniretur ad ipsius ecclesiæ, tam veteris quam novæ frontispicium,* ***positum in area ripæ, primum a muris et ædificiis libera, his vero occupari et claudi cæpta circa annum*** MCCCXXIII, ***patente semper eadem via ; sic tamen ut Basilica nova jam stante, patefactus sit etiam ingressus*** *in illam lateralis a meridie, iste quem Iconismi solum* ***repræsentant, utpote facti post priorem illum populo clausum.***

et solum probant illi aliquando fuisse portam.

F

saltem postquam occlusa est prior ad Occidentem.

29 *Fundamentum huic conjecturæ præbet ipsa tam veteris Ecclesiæ, quam novæ Basilicæ positura versus Orientem ; quas ita ab initio sui fuisse constructas, ut,* ***non a fronte, sicut aliæ omnes, sed a tergo exciperent*** *adventantes, prorsus videtur incredibile ; ideoque vix dubito, quin reducta calce, qua exterius et interius* ***operitur frontispicii principalis paries, invenienda sit*** *adhuc porta, tunc patens, et nunc obstructa. Ad firmandam autem conjecturam noto, quod via ab——* ad Scaldim ducens, veteri adhuc nomine vocetur* de Krommen-elleboogh-straet, ***id est,*** Anconis ***seu*** Cubitiflexi

quidem olim fuisse probatur ex ipso vice, nunc vero, antiquo nomine,



Refectorii Abbatiæ S. Michaelis Antuerpiæ latus Boreale

A flexi via. *Item quod sicut ad monasterium, sive vetus, sive novum ituros, per viam vulgo* de Klooster-straet, *id est* Claustri, *a foro et veteri civitate ducebat*, Via *dicta* Superior, *vulgo* de Hoogh-straet; *sic a veteri Burgo secundum Scaldis ripam descendentes versus ecc esiam* S. Michaelis, *in eadem ripa positam, duxerit Via quædam inferior, variis successive nominibus ac denique* het Schelleken *dicta, usque ad* *, *quam deinde suppono continuatam porro in Meridiem, non solum usque ad frontispicium Ecclesiæ Michaeliticæ, per ea quæ in* 2 *Iconismo notari puncta* . . . . *sed etiam usque ad Croneburgicam et portam et turrim, qui est et fuit ultimus quantumvis auctæ civitatis terminus.*

et ductu viarum a Burgo veteri procedentium.

30 *His, quæ difficiliora videbantur, et a præsentis temporis notitia, propter immutatam locorum faciem, remotiora quadamtenus explicatis per rationabilem (ut mihi quidem videtur) conjecturam; facile erit concipere, quo loco fuerit* Cœmeterium, *initio* §. 1 *nominatum, et* curtilia atque jugerum terræ, eidem Cœmeterio adjacentia. *Nam* Cœmeterium *quidem, concipies illud fuisse spatium, quod panditur inter Viam publicam* de Klooster strate, *usque ad ecclesiam, veteremque ad hujus latus septemtrionale Abbatiam; quod spatium areæ et hortorum usum jam præbet, domibus nunc præcinctum,* B *olim vero uno continuo muro seclusum, qualem adhuc repræsentat Iconismus secundus.* Jugerum *vero* adjacens cum curtilibus, *hinc porro in Meridiem extendi dices, quam longe nunc tenditur fundus Michaeliticus; qui Via* de Kaey-straet *dicta intersecatur. Non etiam difficiles erit concipere, quo modo in ea quam veterem voluedum vocant Abbatia, habuerit sese antiquius* Claustrum, *sive claustralis in quadrum* Ambitus, *cujus latus unum ad Occidentem hodie superest, cum ipsius Basilicæ frontispicio continuatum. Siquidem reflexa hinc latera duo imaginaberis tibi, quæ nunc occupentur, unum quidem ab alveo ecclesiæ Aquilonari, alterum vero ab iis domibus quæ in tabula veniunt nomine Granarii num.* 19 : *et hinc ad Orientem reflexum latus, cogitabis attingere veteris ecclesiæ navim, infra illius alam.*

Cœmeterium quo loco fuerit?

quo vetus Claustrum?

31 *Ita præfatus* Ambitus *seu* Claustrum *vetus, in uno quidem cornu habuerit sibi conjunctam vetustissimam* S. Martini capellam; *altero vero latere attigerit eam veteris ecclesiæ Alam, quam solam in Iconismo* 1 *spectari dixi, in eaque* Beatæ Mariæ capellam *vel* altare, *ante quod sub adventum* S. Norberti *anno* MCXIX *sepulturam sibi legit* Domna Luytgardis, uxor Godefridi, Domini de Breda et Schoten; *sicuti ex* C *publicis registris eruit, nobisque indicavit nostræ urbis Secretarius D. de Valkenisse. Quod ad Abbatum sepulturas attinet, eas crediderim fuisse in ecclesia veteri, partim sub pavimento grandibus saxis constrato, partim intra excavatos ad laterales parietes loculos, tumbæ elatioris capaces; sicuti in novi chori ambitu sepultum* D *videbimus* Antonium Toparcham Ogniacensem. *Fortassis etiam sub Mariana Capella erat crypta plurium sepulcrorum capax, ad quam ingressus erat per Claustrum capellæ adhærens: de tali enim crypta nonnullus adhuc sermo perseverat; et audivi qui dicerent, ipsummet Waltmannum istic ante aram subterraneam sepultum fuisse; lapidem autem quo tegebatur postea eductum in lucem, et eo ubi nunc est loco, e regione cathedræ concionatoriæ, fuisse collocatum. Cetera veteris Canonicæ Claustrique ornamenta nos latent.*

nempe juxta capellam B. Mariæ nunc extinctam,

AUCTORE D. P. *sub qua etiam fuerunt crypta.*

§. VI. De forma, mutatione, et alienatione murorum Abbatiæ, ad Scaldim, deque Romanis antiquitatibus, juxta eos effossis.

Scaldis *fluvius, qui ex Gandensi Flandriæ diœcesi nobis fere ab Occidente allabitur, nihilo se minoris Rupelæ accessu tumidus, totam aquarum suarum molem impingit in eam partem, ubi nunc Hispanicum castrum et S. Michaelis Abbatia sunt. Ibi enim tantisper in Septemtrionem deflectitur, donec* Antuerpiam *prætervectus, quasi perfunctus munere eam salutandi, cursum* E *reflectat in Occidentem, et S. Mariæ arcem prætervectus, viam sibi pandat in Septemtrionem, versus debita sibi Zelandicarum insularum æstuaria. Hinc fit ut tota ejus ad civitatem nostram ripa, crebris munienda sit quasi promontoriis,* Kajas *vulgo appellant: quæ aggesta inter pilos densatos arena, non modicam præbent navibus appellentibus commoditatem exponendorum tuto ac sicco loco onerum. Idem ad Abbatiæ muros adeo prope admovet alveum suum, ut nusquam magis frequentiusque quam istic mutari facies rerum debuerit. Præteritis seculis id sæpius contigisse, talium peritus facile æstimabit: nobis in defectu monumentorum impossibile est definire, quoties? sed tabulam habemus, quæ ineunte seculo* XVI *picta, Paragrapho superiori primum Iconismum dedit, ex quo intelligitur publicis privatisque ædificiis plenum tunc fuisse fundum, nec invenustum præbuisse præternavigantibus aspectum.*

Incumbenti hac maxime parte Scaldi

objectus murus monasterii,

33 *Procedente ad medietatem seculo, necessarium Antuerpienses duxerunt, totum Orientale ac Meridionale latus civitatis suæ novis operibus communire; qui labor, minori licet molimine, reflexus inde in Septemtrionem, et ultra Croneburgicam portam provectus, cum Michaeliticos fundos attigisset, coacta fuit Abbatia opus prosequi usque ad crepidinem, a fœno* F *istuc appelli solito dicta fœnariam, vulgo* de Hoy-kay *prout expressum conspicis in subjecto Iconismo.*

et magno sæpe sumptu instaurandus



B

Tunc simul ex novo muro suspensa est domus, vulgo 't Bargie-huys †, *sub qua recipi actuariam unum navigium posset, et inde ad posticum,* * *signo notatum, per quod ex Abbatia descenderetur in navem, apportareque illuc quæcumque res aliæ ad œconomiam facientes inferrentur: nec dubium quin etiam per cloacas eodem ductas, foras derivari potuerit eluvies. Sed commoda hæc non levioribus pensabantur incommodis; cum, præter sumptus in conservationem talis operis faciendos, tolerandum esset onus nocturnorum eo loci vigilum, qui tam longo murorum tractui deesse non debebant.*

etsi aliàs non parum commodus

34 *Ergo sub annum* MDCVIII *conventum inter Civitatem et Abbatiam, ut hæc illi tantum de suo fundo cederet, quantum satis esset educendo ex terra aggesta vallo, ad quod ascensus liber esset in capite Viæ, jam quidem rectæ, sed tamen a* Curvo-cubito *nomen vetus retinentis, de sub una domum ad Abbatiam spectantium; usque post oratorium avium Amoris; eo pacto ut istic educendam maceriam, qua fundus monasterii a mœnibus secluderetur, Civitas curaret sumptu* C *suo, et futuris temporibus conservaret. Tunc erectum* vallum *illud novum* Michaeliticum *est, quod Iconismi superioris pars altera repræsentat, arboribus consitum, ad modum vallorum Orientem spectantium: et jacta pariter sunt fundamenta novi propugnaculi, usque ad fluminis alveum procursuri, simulque et affluentium aquarum impetum refracturi, et defensuri utrimque crepidinem ripæ, si quid externus hostis inimicum moliretur: quemadmodum ex altera quoque civitatis parte, qua Nova vulgo dicta terminatur, procedit pentalithum, venturis ab Hollandia et Zelandia navibus objectum, et a* S. Laurentio *nuncupatum.*

traditus est in jus civitatis,

quæ dum ibi molitur propugnaculum,

35 *Tali moli fundandæ, dum adjectam a fluvio arenam profunde fossores egerunt, donec ad solidam immotamque humum pertingerent;* Vidimus, *inquit Auctor Chorographiæ*, rara quædam cujusdam operis arcuati. *Ipse* Martis *ibi* fanum *olim fuisse asserit, ex quadam suorum traditione. Et facit veteris Poetæ sententia, cujus in archivio reperiuntur hi versus, apud D. Valkenisse Secretarium:*

detecti sunt fornices subterranei

Hic Martis fanum quondam fuit arma tenentis,
Idola cum coluit Antverpia: sed miseratus.
Abstulit errorem Christus, Michaele ministro.
Luciferum cœlis, hunc Martem trusit acerbum,
Angelus ille pacis, et cœli Satrapa fortis
Purgato delubro, locus intitulatur ab isto.

E

Eidem traditioni consonat Chronicon Antuerpiense, ab annis circiter centum vulgariter scriptum, dum addit, templi istius vestigia quædam extitisse usque ad annum MDLXXX. *Magnum quoque eidem traditioni pondus accederet, si vere locus ille aut vicinus, ut quidam canonicatorum mihi retulit, in censualibus libris invenitur nominatus* Dinst-velt, *vel* Dinst-acker, *id est* Campus *aut* Ager Martis. *Nam* Dinst *famulatus*, Dienen *famulari, antonomastice nobis est* Militia *militare. Hinc* Mars *belli ac militiæ Præses Majoribus nostris* Dinst *dictus fuit, et Feria hebdomadæ tertia ab ipso nominatur* Dinstdag; *sicut quarta a* Mercurio, *nostris* Woen *id est* lucrum, *vocatur* Woensdag; *quinta, a Tonante Jove,* Donderdag; *sexta, a Venere* Vry *dicta, quasi Libera,* Vrydag; *et septima, a prosatore Deorum.* Sater-dag. *Sub istis enim nominibus Planetas a Belgis cultos, ex tali nomenclatura certius constat, quam quod de* Pallade *arcium præside,* F *ex suo cerebro primus protrusit Goropius Becanus; cum sub nomine* Walburgis, *id est* Burgum tuentis, *nostro in Burgo cultam fuisse; fideique præcones, converso in* S. Walburgis *honorem titulo, profanum abolevisse.*

reliquiæ ex templo Martis

ibi, ut traditur, culti;

36 *Dubitat interim nonnemo de Templo, et suspicatur, ista* operis arcuati rara, *reliquias esse veterum cloacarum, factarum ad usum monasterii; aut fornices pontis instrati* Fossato, *unde nomen Parthenoni, super vel trans ipsum collocato, adhæsit. Sed si argumentum istud cultæ istic Gentilitatis vacillat: eidem irrefragabile testimonium dant* Ossuaria, *sive* Urnæ, *Romano more* D. M. *id est* Diis Manibus *inscriptæ, cum suis titulis lampadibusque funebribus; nec non lacrymatoriis vasis, in quæ collectos combustorum cadaverum cineres lacrymis perfundere Romana Libitina consueverat, uti antiquariis notum est. Ex hoc eventu primum persuadeor, fuisse tempus, cum illa fundi Michaelitici pars, necdum usque eo promoto Scaldi, nonnullis occupabatur ædificiis, et illac ducebatur agger seu via publica. Moris enim erat, ejusmodi monumenta funebria erigi secundum publicas vias (unde usitatum istud,* Sta viator) *centenis aliquot aut etiam*

sed hoc minus certum,

quam quod ibidem effossa epitaphia evincunt,

A *etiam mille passibus ab eo oppido vel castro, unde illuc efferebantur solenni ritu urenda cadavera. Neque enim eo officio licebat funestare murata loca, sed in suburbanis res agebatur; qui mos etiam ad Christianos complures transiit, et in variis Germaniæ locis adhuc consuetudo durat foras ducendi exequiales pompas, ad publicum cœmeterium, ex re nomen habens* Agri-Dominici, *vulgo* Gods-acker.

vicinum loco Burgum, fuisse habitatum a Gentilibus Romanis,

37 *Unde autem ad prædictum locum potius credas adductos mortuos, Romano more comburendos et Romani ritus ac linguæ Epitaphiis commendandos transeuntibus, quam ex Burgo Antuerpiensi, quod proinde jam olim, et multo prius quam ibi Christus prædicaretur, Romanorum fuerit; ab illis verosimiliter extructum, causa vectigalis sive telonii a prænavigantibus exigendi. Sic habetur diu quæsita demonstratio vetustatis nostræ, idque verosimiliter a tempore Julii Cæsaris, cujus aliquos libertos hic collocatos ad quæsturam ejusmodi, persuadent Epitaphia mox producenda. Quare licet Baro le Roy fateatur, quod* certo affirmari vel negari non potest, an Julius Cæsar, dum egit in Belgio, unquam fuerit illo in loco quo nunc visitur Antuerpia; *id tamen verosimillimum ex prædictis fit, et merito opinamur sic intelligendum ipsum in Comm. de bello Gallico lib.* 6 *cum ait, quod* misso Trebonio cum legionibus tribus, ad eam regionem quæ Advaticis, *id est Tungris,* adjacet; *ipse cum reliquis tribus ad flumen Scaldim, quod influit in Mosam, ire constituit, et ad* Ambivaritas *vulgo* 't Land, *sive* Ampt van Ryen, *cujus regionis caput* Andoverpum *est, usque pervenit, et ibi prædictum Telonium constabilivit. Videntur autem Romani isti, in omnem proni obscœnitatem, nomen loci ex situ factum* Andowerp *sive* Aen-de werf, *id est,* Ad terræ a flumine advectæ procursum, *deflexisse ad obscœnam ex sua lingua nomenclaturam, et hoc intellectu supra portam Burgi a se communiti, collocasse obscœniorem* Verpæ *seu Priapi effigiem: quam mirum est inter Christianos per tot secula duravisse, ut primum a centum annis abolita sit; relictis tamen reliquiis corporis idolici notis, et desuper collocata Deiparæ Imagine, in opprobrium fœdi dæmonis istic olim a Gentilibus culti.*

qui etiam nomen vetus loci 1;

deturbarunt interpretatione obscœna.

38 *Ad prædictorum confirmationem objicio oculis unam in laminam collecta præcipua monumenta, anno ut dixi* MDCX *de post S. Michaelis effossa, quæ diu fuerunt apud Secretarium Valkenisse asservata, sicut ea pater suus redemerat, et nunc habentur apud Maximilianum Comitem de Merode, Marchionem de Deynze, Baronem de Duffele etc. talium rerum curiosissimum; prius tamen quam hinc efferrentur a Quæstore Koubercken ad vivum delineata; unde hæc, servata in omnibus proportione ad minorem mensuram contracta vides. Primum ac præcipuum in iis est Urna quadrata, fere integra, quæ cum operculo suo sesquipedem alta, unumque larga formam refert templi, clausis januis, quod esse concordis connubii symbolum probat erudito suo super hanc arcam Commentario dbni auctor, qui illum aliaque plurima de rebus Antuerpiensibus monumenta, a se suoque patre diligentissime collectæ, mecum humanissime communicavit. Eodem faciunt in culmine sculptæ columbæ duæ, conferentes rostra; duo item supra portam passeres, Veneris aves; totidemque palmæ, creditæ inter se amare etiam ipsæ, et versus invicem longius licet positæ inclinari; ut merito possessor suus eam nominare fuerit solitus,* Urnam amatoriam.

C *In illis spectabilis fuit*

urna quam Cn. Voluntilio Sophro

39 *Fieri eam curavit* Voluntilia Rodine, *conditione quidem servili edita, sed beneficio patroni atque amatoris sui* Cnei Voluntilii Sophri, *viri potentis ac nobilis, et libertatem et opes et claritatem cum nomine consecuta. Hoc et anaglyphum ejus probat, quale hic vides, nobiliter vestitum comptumque, et grandibus circa collum margaritis ornatum, quod rubro in marmore sculptum ipsa intra urnam reponi fecit, una cum virilis capitis,* Voluntilium *haud dubie assimilantis, statua: quam ut pariter hic expressam videres, recurrendum mihi Romam fuit ad heredes Cardinalis Azzolini, ad quem illa pervenerat ex testamento Reginæ Sueciæ, huic Antuerpia transeunti olim dono data.* D

sibique Voluntilia Rhodine posuit,

AUCT. RE D P.

40 *Intra eamdem urnam clausum erat grandius vas lacrymatorium, cum nonnullis, quas hic circumpositas urnæ vides lampadibus; quæ (sicuti et peculiare unum vasculum, in lacrymam conformatum, duos pollices altum, unum autem pollicem in diametro habens) ex argilla cinerei coloris confecta sunt: cujus coloris etiam sunt lampades pleræque. Omnium tamen maxima, cum figura leonis, ex rubra argilla est: et quæ humano capite insignitur figuli sui nomen* CTITISTCI *habet in fundo scriptum. Porro in lampadibus istis notandum venit, non tam quod loco eo unde prodire ellychnium et ardere debet, nigerrimæ sint, sed quod adhuc appareant quasi a recenti et oleagino fumo vapidæ. Aliæ duæ lampades sub linea notatæ (quarum quæ formam oblongam habet, ænea est, sed nigerrima) vasculaque cetera, non intra sed prope urnam reperta sunt, satis vulgaris formæ omnia; si unum excipias, cujus labrum ex parte fractum apparet: omnia autem servierunt recipiendis carbonibus cineribusque ex rogo collectis.*

cum lacrymatoriis et lampadibus,

aliis etiam juxta urnam vasculis.

E

41 *Quæ sequuntur monumenta, prædicto D. Marchioni pariter donata, putantur eodem loco et opere refossa fuisse, etsi id non æque certo meminerit emptoris filius: quare reliqua in iis adhuc verba placet legenda proponere Romanarum antiquitatum studiosis.* Diis Manibus *inscripta erant duo. Primum, in marmore sesquipedem longo, octo pollices alto, epigraphen hanc adhuc integram offert.*

Vide mox eodem simuliter effossa monumenta quatuor,

D. M. TVRPILIAE
NEBRIDI TVRPILIVS
MARTIALIS LIBERTÆ
PENE MINVS FECIT

Ubi rursum notatur Libertæ prænomen, a nomine Patroni sumptum; cui defunctæ, pene minus *quam merita erat, fecisse se queritur* Turpilius Martialis, *amator verosimiliter defunctæ, fortassis etiam Græculæ, ut* Voluntilia Rhodine. *Ut enim* ῥόδον, Rosea *ex Græco latine redditur, sic* νεβρίς, Pellis caprina *est, Baccho tribui solita; apta etiam vox ad significandam* Bibaculam, *et* Damulam, *citra convitium tamen, cum et præclaros viros noverimus* Nebridios *seu Cervinos dictos.*

1 *Libertæ a patrono,*

F

4[2] *Alterum quadratæ formæ saxum, sed inferne confractum, unius pedis ac duorum pollicum in omnem partem, minus perfectum offert sensum, litteris pluculis ad finem cujusque lineæ deficientibus, ut puto; sic autem inscribitur:*

2 *Adjutori Pontificis Haruspicum Imperatorium,*

D. M.
CN. IVLI. CN. FIL.
DOMATI. PRISCI
EXEQVO. PVBLIC
ADIVTORIS
HARVSPICVM
IMPERATORIS
PONTIFYCIS
AIBANI.

Tertius lapis, si dexterum cornu avulsum non esset perfecto constat quadrangulo; sesquipedem uno minus pollice longus, altus pollices septem cum dimidio. Monumentum hoc quoque videtur esse sepulcrale, positum cuidam pecuniæ socialis Curatori, *qui* ratione paris sortis *in pecuniariam societatem* loco II *collatæ cum* M. Æmilio

A M. Æmilio Cresto, *inter socios* XXXVI *numerabatur vigesimus septimus, hoc modo*

AUCTORE D. P.

3 Socialis pecuniæ curatori a Sociis,

M. FABI. FELICIS. CVR
CVM. M. AIMILIO
CRESTO
MONVMENTVM. EX
PECVNIA. SOCIORVM
XXXVI FECERVNT
RAT. PAR. SOR. II. LOCO. XXVII.

42 *Nihil Ethnicismi continet titulus iste, uti nec sequens quadratum item saxum, decem pollices longum, altum quatuor et semis: intra cujus ornatiorem sesquipollicis limbum (alia saxa limbo carent) et utrimque ad infigendos clavos forato, hæc verba continentur:*

4 a filio positum matri,

IVLIAE. C. L. ACME
C. IVLIVS. GEMINVS
ET C. IVLIVS. CLARVS. PATER
MATRI CARISSIMAE

forsitan Julii Cæs. libertæ.

Ubi si liceat C. L. Cæsaris Libertam *interpretari habebimus proprio nomine* Acmen. ἀκμὴ *autem* Vigor ætatis, *seu* Flos juventutis *est prænomini ex*
B *nomine patroni* Juliam, *cui cum filius suus* C. Julius Geminus *monumentum istud posuisset, jussit etiam adscribi nomen patris* C. Julii Clari, *adhuc viventis, et ita forte jubentis adscribi; qui cogitari posset etiam ipse* Julii Cæsaris *libertus, Libertæ conjunctus credi, ut filius, cognomento* Geminus *fuerit utrimque* Libertinus, *ex Libertis natus. Conjectura ista si admittatur, admitti etiam poterit ante natum Christum et Julii Cæsaris vel Augusti ætate, his in partibus consedisse* C. Julium Geminum *prænominatum, publici alicujus muneris vel telonii causa; qui intellecta ex paternis litteris morte matris, ipsi posuerit ejusmodi lapidem, monumentum amoris ac doloris sui.*

§. VII. Hodiernæ Basilicæ et Abbatiæ ornamenta præcipua.

Nova Basilica jam stante,

S*atis, imo plus satis circum basilicam hodiernam versatus, ad eruderandam vetustatis obsoletæ cognitionem; introrsum me recipio, quædam ejus præcipua ornamenta contemplaturus. Chorum cum sacellis circumeuntibus,*
C *atque adhærentem meridionali lateri Capitularem domum ac Dormitorium, et unam claustralis ambitus alam ædificare cœperat, et, nisi fallor, opere compleverat Abbas* Petrus, *ab anno* MCCCXC *ad* MCCCCXIII *utiliter præsidens; cujus tempore quin parte jam extructa uti Religiosi cœperint, vix equidem dubito. Petro suf-* D *fectus* Olardus, *cum a rebus undequaque laudetur in suo Epitaphio, credi potest, per annos triginta quibus præfuit, nonnihil ad reliquæ ecclesiæ fabricam contulisse. Perfecti tamen Templi et Claustri, præstructique iisdem Refectorii, aulæque Abbatialis gloria datur* Joanni Fierkens, *anno* MCCCCLII *electi, qui etiam primus sibi ac successoribus suis acquisivit jus Mitræ, eamque gessit usque ad annum* MCCCCLXXVI. *Hujus tempore, anno scilicet* MCCCCLXV *obiit, et huc delata ad sepulturam fuit, Ducissa* Isabella; *cui deinde in Choro ante altare, ex nigro marmore, monumentum grande erigi fecit Maria filia, quale hodiedum superest; sed æneo Epitaphii limbo per circuitum tumbæ, cui ipsamet ænea tota superjacet, spoliatum ab Iconoclastis. Quorum tamen furori superstites ac postea reperti statunculi tres ænei, restituti sunt; manus vero truncatas suppleri novis aptatis curavit D. Paschalis von Gessel, loci sacrista et meus olim condiscipulus. Epitaphium ne quereremur amissum, conservavit nobis Franciscus Swertius, inter collecta a se monumenta sepulcralia et inscriptiones publicas Ducatus Brabantiæ pag.* 129. *Ipsum in altera pagina lege, sub Iconismo ejusdem monumenti, ut nunc visitur nobis commodato per D. Baronem le Roy, qui illud sculpendum curavit.* E

ollata in eam anno 1476 est Dux Isabella,

et magnifice collocata.

44 *Prædictus D. Baro le Roy etiam commodavit Iconismum alterius antiqui ac nobilis monumenti, quod ipsiusmet Swertii diligentiam fugit, et tamen hodie tum satis integrum spectatur, intra sacellum primum ab ingressu portæ meridionalis de post Chorum: quod sacellum, primo* sanctis Apostolis *dedicatum; postmodum nuncupatum fuit* Divæ Lidwinæ, *Virginis Schidamensis cujus Vitam illustravi* XIV *Aprilis ob nonnullas Reliquias ejus ex Hollandia huc allatas. His vero amissis et cultu Virginis obliterato, ipsum nunc servit colendo* B. Hermanno Joseph *Steinfeldensi, Ordinis Præmonstratensis Religioso, de quo egimus die* VII *Aprilis, nec non* Sanctis Adriano et Jacobo *ejusdem Ordinis Canonicis, cum reliqua turma Martyrum Gorcomiensium nuper Canonizatorum. Epitaphium insculptum lapidi ex Gallico Latinum facio, et Iconismo subjungo. Cetera si qua fuerunt Procerum hic sepultorum cœnotaphia sustulit furor præmemoratus.*

item Antonius Ogniacensis an. 1478


45 *Nobiliora quædam ex recentioribus cap. 8 collegit auctor sæpe memoratæ Chorographiæ: quæ istic legi possunt. Hic nequeo præterire, quia viri toto orbe celeberrimi, descriptum ad parietem transversæ na-* F *vis juxta fenestram, infra ejus effigiem, dignam quæ etiam hoc loco cernatur, alibi non facile invenienda.*

et an. 1608 Abraham Ortelius.

EPITAPHIUM
























Epitome urbis Antverpiensis unciarum undecim




Specimina Romanarum Antiquitatum Antverpiæ refossarum cum iacerentur fundamenta propugnaculi S. Michaelis ad Scaldim An. MDCX



EPITAPHIUM

Æneo limbo, sed ab Iconoclastis sublato, olim incisum.

Hic jacet nobilissima Isabellis, ut subscripta utriusque parentis demonstrat progressio (*nempe in lamina verosimiliter ænea, frontem ipsius tumbæ, ut puto occupante, sed ab iisdem iconoclastis direpta, insculpta*) Karolesii Comitissa, Karoli Ducis Borbonii filia devotissima; Domini Karoli, Illustrissimi Principis Philippi Dei gratia Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ Limburgi Ducis; Flandriæ, Artesiæ, Burg. Palatin. Hann. Holl. Zeland. Namurci, Comitis; S. Imperii Marchionis; Salinarum, Machliniæ Domini, unici filii Conjux carissima: quæ Mariam unicam ex Illustrissimo Marito relinquens filiam, in florida ætate decessit, anno Dominicæ Incarnationis MCCCCLXV, die XIII Septembris, In Christi pace requiescat.




EPITAPHIUM


Cy gist noble home Messire Antoine d'Ongnies/ Chlr; Seigneur de Bruay/Sarton/Ramcourt/Lingny et de Croy. Conseillier et Chamblan de defunctz les Ducs Phle et Charles de Bourg.ne et Gouberneur de la ville de Lille. qui trespassa en ceste ville le xix de Mars l'An m.cccc.lxxviii.

Quæ sic Latine sonant :

Hic jacet Dominus Antonius de Ongnies, Eques, Toparcha de Bruay, Sarton, Ramecourt, Lygni et Croy, Consiliarius et Camerarius defunctorum Burgundiæ Ducum Philippi et Caroli, atque Gubernator civitatis Insulensis: qui in hac urbe obiit XIX Martii, anno MCCCCLXXVIII.



J. van Croes deli. ECCLESIA ABBATIÆ S. MICHAELIS ANTVERPIÆ ORD. PRÆMONSTRAT.



ABRAHAMI ORTELII,

quem urbs urbium Antuerpia edidit,
Rex Regum Philippus Geographum habuit,
monumentum hic vides.
Brevis terra eum capit,
qui ipse Orbem terrarum cepit,
stylo et tabulis illustravit,
sed mente contemsit,
qua cœlum et alta suspexit:
constans adversum spes aut metus;
amicitiæ cultor, candore, fide, officiis;
quietis cultor, sine lite, uxore, prole;
vitam habuit, qualem alius votum.
Ut nunc quoque æterna ei quies sit,
votis fave, Lector.
Obiit III Kal. Julii, anno CIƆIƆXCIIX.
Vixit ann. LXXI menss. II, dies IIXX.
Colii, ex sorore Nepotes, B. M. poss.

C

Crucifixus an. 1566 dejectus, anno 1585 restitutus:

46 *Hoc inter Epitaphia unicum est ex monumentis dignioribus, quæ solent eruditi adire & legere: reliqui vulgi oculos magis alliciunt ornamenta ejusdem Ecclesiæ alia. Licet enim vetera omnia dejecerit iconoclasmus; ea in decuplum restituit, post hæresim domitam reductosque in suam sedem Religiosos, Abbatum sequentium insignis pietas. Curatum autem imprimis est, ut quæ dejecta fuerat Christi e Cruce pendentis figura, novo meliorique opere efformata reponeretur, cum hac memorabili epigraphe :* Qui me dejecit anno MDLXVI, *Calvini sectarius;* me fecit anno MDLXXXV, *ad fidem utique Catholicam reductus. Altarium eodem turbine dissipatorum quæ fuerit elegantia, inde colligas, quod eorum primum, auro redemptum, Hispani Mercatores Madritum miserint, velut dignum quod Regis sacello inferretur. Qualiscumque tamen ejus decor fuit, longe ab eo superatur, quod* Matthæus Irselius *Abbas* XXXIX *substituendum curavit e solido marmore, fornici prope ipsi contiguum. In hoc singulari arte* Petri Pauli Rubenii, *expressa cernitur Magorum adoratio; nescio tamen an præ hac etiam æstimanda non sit, quam idem seculi nostri Apelles, ab Italia in patriam redux, primam exposuit civium admirantium oculis; ubi S. Gregorius, inter Sanctos Martyres*

erectum postea altare majus,

positæ tabulæ Rubenii duæ,

D

Georgium atque Sebastianum, Domitillam atque Joannem et Paulum eunuchos suos, contemplatur allatam, quasi e cœlo per Angelos, imaginem Deiparæ cum filiolo. Sola hæc diu sufficere visa est altari, super quo conservatur venerabile, communicaturis distribuendum; donec ei sub annum MDCLXVII *speciosissimus ex albo et nigro marmore ornatus accessit; atque ita vestitus fuit totus paries, alæ sinistræ in Cruce templi adhærens Turri.*

Quellini tres

47 *Ne autem multum ei cederet ala dextera, adhærens conventui, amicus meus singularis effecit,* D. Ambrosius van Eyck, Persona et Pastor in Vorsselaer et Beirs : *qui sui monumentum aliquod relinquere volens, ibi anno* MDCLXXII *poni curavit picturam insignem, et toti illi spatio, alto pedes* LXXX, *lato* XXX *commensuratam, in qua repræsentatur Piscina Bethsaidæ, septem porticus habens; et ad eam Christus, paralyticum faciens grabatum tollere, sanumque abire. Est ea, si dubitas, opus* Joannis Erasmi Quellini, *præstantissimi hac ætate apud Antverpienses pictoris: a cujus manu, sub navi laterali post suggestum concionatorium, etiam habentur tabulæ duæ, Gorcomiensium Martyrum passionem et Apotheosim repræsentantes; futurumque putatur, ut reliquus sub lateralibus fornicibus paries, propter adhærens sibi claustrum fenestris vacuus, pari decore paulatim convestiatur.*

E

Cur in summo altari

48 *His obiter consideratis, ad Chorum redeo; non ut admirer prætensum ei speciosissimum ex candido et nigro marmore Odeum, vulgo Doxale, geminis altaribus superincumbens; vel circumeuntia ipsum Chorum sedilia sculpturæ elegantis; aut disposita per ambitum sacella quinque marmoribus tabulisque splendentia; sed propter Deiparæ statuam, summi altaris vertici insistentem, tamquam primariæ loci Patronæ, inter Sanctos Norbertum ac Michaelem; ne id putes absque prudenti consilio factum. Nam præterquam quod totus Ordo Præmonstratensis, Marianus sit; peculiare hujus monasterii Cœnobitis est, uti hoc formula Professionis:* Offerens trado me Ecclesiæ sanctæ Dei genitricis Mariæ ac S. Michaelis Antuerpiæ. *Hinc ut minimum sequitur, quod præsentis Ecclesiæ conditores, eamdem in nomen utrumque consecratam voluerint Si autem doceri posset, eam formulam præsenti Ecclesia vetustiorem esse; consequenter verosimile fieret* S. Norbertum, *vel institutum ab eo Abbatem* Waltmannum, *vel alium denique ex primis unum, ad veterem* S. Michaelis *tutelam adscivisse etiam patrocinium* Deiparæ. *Wigmannus in sua Brabantia Mariana altius nititur assurgere, idque a prima fundatione obtinuisse vult, sic ut eadem quæ* S. Michaelis, *etiam* S. Mariæ *Ecclesia ab olim dicta sit. Verum, id in silentio antiquorum, ipsam sub uno dumtaxat Archangeli nomine appellantium, non facile nobis persuaserit. Illius etiam solius nomen refert sigillum Abbatiale; illum in summo vertice spectandum dat Turris; illum denique cognatus noster* Norbertus van Couwerven, *Abbas* XLII *insigni mole arteque mirabilem, constituit supra Propylæum; quod decessor suus construi fecerat, arcus instar triumphalis prætensum areæ, ab Oriente ad ecclesiam ducenti, et publicæ ad quam stat viæ ingens ornamentum; ut videre est in majori tabula, ad initium superioris Paragraphi posita. Cetera lubens prætereo, et verbis parcens, quorum segnior efficacia est, arbitris oculis cognoscere te, in alia hic apposita tabula jubeo, quis anterioris templi versus Doxale prospectus, quamque magnificus sit. Sed ut omnia istuc usque progressis placeant, primum tamen ingressuris numquam non displicebit tam præposterus introitus; et sæpe cogitatio mihi incidit, posse impendio non maximo converti omnia ab Oriente in Occidentem, sic ut ex hodierno choro fiat navis anterior, et quæ nunc templi navis anterior est, mutetur in chorum; producta in hemicyclum fabrica, et ea qua nunc circularis est parte, in frontispicium*

Deipara, ut primaria nunc Patrona?

F

Offertur in tabula conspectus Ecclesiæ interior,

AUCTORE I. P.

facile ab ortu in occasum convertibilis.

A *cium complanata. Hoc vero cum audio etiam alias, dignitate in monasterio præcipuis, in mentem venisse, non despero aliquando factum videre, cum approbatione totius civitatis.*

Bibliothecæ copia.

49 *A templo progressus ad Conventum; non multis te morabor in Bibliotheca, non minus dispositione loci et forulorum ordine speciosa, quam locuples numero selectorum codicum, qui ad annum* MDCLVII. *supra* 8572 *dicebantur excrevisse; nec desierunt quotidianis accessionibus sic augeri, ut difficile nunc fit inire rationem omnium, et eo quo nunc sunt loco apte digerere. Eapropter modernus Prælatus cogitat de occupanda ipsis amplissima aula, olim ad eum finem supra Refectorium structa, quæ inter Dormitorium ac domum Abbatialem procurrit: quod si fiat, nescio an toto Belgio futura sit bibliotheca speciosior ac spatiosior alia, nisi forte Tongerloæ. Minus etiam inhæreo ipsius Refectorii, quamvis splendissimo, ornatui describendo, ubi per varia Evangelica convivia assidentem mensis Christum videri fecit prælaudatus Quellinus. Quid enim opus est, prolixo verborum ambitu committere auribus, quod fideliores oculi intuitu uno possunt cognoscere in tabula, ita ordinata, sicut locus objicitur intus stanti, verso contra meridiem dorso, cum obliquo con-* B *spectu utriusque frontalis tabulæ, ad geminum Refectorii caput. Alterum latus (prout a claustro per ostium ingressis spectandum se præbet habenti dorsum, Aquiloni obversum) quatuor similes tabulæ implent; sed iis interpolatæ fenestris, quæ lucem Refectorio toti infundunt. Ut fornix, loco tam amplo superextensus, altius evectus fuerit, optabile est. Hinc sculptor, qui ideas in æs transferendas delineavit, licere sibi putavit, saltem defectum in tabella corrigere: idque ut commodius faceret, lateris utriusque icones cum fenestris altius, quam revera structæ sunt, protulit, nihil in re aliud mutando, quam columnarum in tabulis pictarum altitudinem; quæ revera humiliores sunt, et quales architectonicæ regulæ exigunt, habita ad earum crassitudinem ratione. Monendus hic mihi de eo fuit proportionum ejusmodi peritus; ne inscitiæ damnet pictorem: qui tamen considerans, quanto per hanc mutationem appareat augustior locus, delineatoris factum non valde improbavit. Sed dimissa admiratione Refectorii, aggredior explicare Abbatum seriem, quæ potior ad historiam est, ex iisdem quæ Chorographiæ Caput* III *suggerit monumentis, nostræ civitatis antiquioribus Chronicis, aliisque subsidiis.*

Refectorii decor a picturis.

C §. VIII. Series XVII primorum Abbatum S. Michaelis.

Primum Capitulum generale an. 1128:

WALTMANNUS, *ab ipsomet* S. Norberto *primum anno* MCXXIII *constitutus* Præpositus; *deinde ab eodem, jam Archiepiscopo Magdeburgensi, ordinari* Abbas *jussus anno* MCXXVIII; *una cum aliis quinque primis pariter ordinatis Abbatibus, sequenti anno interfuit primo Generali Capitulo apud Præmonstratum in Gallia. Præfuit autem* Waltmannus, *qua* Præpositus, *qua* Abbas, *annis circiter* XV: *et tumulatus creditur, ipso eo loco hodiernæ Ecclesiæ ad latus septemtrionale, ubi etiam nunc jacet lapis, ex albo saxo non maximus, in quo nullius sculpturæ vestigia discernere est, præterquam baculi Abbatialis partem supremam, ceteris lineamentis omnibus, extritis; in quorum locum, post reconciliatam ecclesiam, quæ fuerat ab Iconomachis polluta, eidem lapidi, secundum longitudinem, Teutonicis litteris insculpta sunt hæc verba:* Hic jacet Dnus Waltmanus, primus Abbas hujus ecclesiæ qui obiit anno Dni M. C. XXXVIII. XVII. Kal. Maji. Orate pro eo.

quo loco sepultus Waltmannus Abbas?

defunctus an. 1138

51 *Hujus Epitaphii sic rescribendi auctorem alloquuntur Versus, olim descripti in pariete, nunc tecti vel aboliti, ut sequitur:*

Non sinis, ut pereat, tot jam labentibus annis, D
Fama viri, primi Abbatis, tot honoribus aucti.
Hunc, Guilielme Comes, Prælate, reducis in auras
Ne pereant prisci per longa oblivia Patres.

sepulcralis lapis renovatus anno 1575

Inscriptus notatur, monumentum istud Guilielmus Greve *posuisse, seu mutis reposuisse,* anno MDLXXV, *id est decimo post Iconoclasticos furores. Eo autem non contentus* Chrysostomus vander Sterre, *post Guilielmum præfatum quartus, ad eumdem parietem aliud ex candido marmore cenotaphium posuit, aureis inscriptum litteris; super quod ipse* Waltmannus *cernitur, eleganter sculptus, et ante sedentem cum filio Virginem procumbens; idque positum fuit anno* MDCXXXVIII, *quinto scilicet seculari post mortem* Waltmanni.

aliud cœnotaphium anno 1638.

52 II EMELINUS, rexit annis XXVI, obiit MCLXI, XXIX Septembris. *Sic Chorographia, sed vel in hoc corrigenda, quod anno* 1138 *ordinatum* Emmelinum *dicit (sic enim solum invenirentur anni Regiminis* XXIII) *vel in ipso annorum* XXVI *numero. Ego malim credere, exemplum abdicandi ante obitum muneris (adeo frequens in successoribus, ut mox apparebit) fuisse ab ipsomet.* Waltmanno, *viro humillimo ac religiosissimo sumptum; et hoc cedente, ordinatum* Emmelinum *anno* MCXXXV: *ita manebunt hujus regiminis anni* XXVI, *quos verosimile est ex veteri Catalogo (ut in talibus solet fieri) acceptos esse; annum vero ordinationis a Chorographiæ auctore, vel potius ab exerrante typotheta, male notatum* 1138, *pro* 1135. *Et sic hujus Abbatis annus* XIII *fuerit, Christi* MCXLVIII, *quando* Eugenius Papa III *illi ejusque Fratribus scribens,* Nonis Aprilis, Indict. XI, *ut fuerat rogatus;* Locum, *inquit,* in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus; *et anno* MCLV *Godefridus III Marchio Antuerpiensis, in Chorographia profitetur, quod* ipsorum monasterium et bona in sua defensione habeat, *ut qui sit* eorum Dominus et Advocatus. E

Papa et Marchio tutelam loci suscipiunt

53 III ALARDUS rexit annum I *non integrum: quippe qui* obiit anno MCLXII, I Septembris.

54 IV TIBALDUS, cum rexisset annis IX, resignavit MCLXXI.

55 V RICHARDUS, cum rexisset annis XVIII, resignavit *etiam ipse* MCLXXXVIII. *Huic Alexander Papa III, Eugenii præfati vestigiis insistens,* confirmavit anno MCLXXIX cessionem Ecclesiæ per Canonicos Marianos factam aliaque multa privilegia donavit, *ut scribit auctor Chorographiæ. Sub eodem Abbate, aut certe priusquam* Fredericus Ænobarbus *an.* MCLXXXIX *discederet in Syriam, cum post Godefridi III obitum, Sacri Imperii Marchionatum ac Brabantiæ Ducatum jam obtineret* Henricus IV, *adeoque post annum* MCLXXXVI; *Circa annum, inquam, quo obiit* Richardus *Abbas, et* Walterus *successit, dedit Imperator præfatus insigne Diploma, cujus autographum, una cum elegantissimo sigillo, apud Michaelitas optime conservatum, primus in lucem extulit Baro le Roy, et Notitiæ suæ pag.* 15 *inseruit, dignum hoc loco recudi.* Fredericus Dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus, Henrico Duci et fidelibus suis civibus Antuerpiensibus, gratiam suam et omne bonum. Fidelitati vestræ plurimas et maximas agimus grates, quod unanimiter pro augendo et conservando Imperialis Coronæ Solio laboratis, et Marchiam ad honorem nostrum et Imperii, quod nobis et gratum, fideliter defenditis et conservatis. De hoc quoque vos plurimum commendamus, laudes vobis et præconia referimus, quod prout nostræ Majestatis auribus est intimatum ecclesiam S. Michaelis beneficiis vestris et eleemosynis sustentatis, et in sancta religione et honestate laudabiliter serviatis. Quia vero ex abundanti gratia nostra et æternæ retributionis intuitu ecclesiam S. Michaelis, cujus patrocinium optamus habere in cœlis, in nostræ

F

Frederici Imp. diploma,

laudantis cives Antuerpienses



Frons Occidentalis



Frons Orientalis



A stræ Majestatis protectionem, tuendam et gubernandam suscepimus; ideo eam ab omni collecta et exactione liberam esse volumus, tam publica quam privata; Imperiali auctoritate præcipientes, ut de cetero eam in aliquo nullus molestare vel inquietare præsumat, de omnibus possessionibus suis quas tenet. *Deest, quod mirum, non solum ubi aut quo die et anno datum Diploma sit, sed etiam subsignatio Imperatoris et Cancellarii; solumque adest* Sigillum, *quod dixi, et hic subdo, ut oculis suis Lector curiosus*

de beneficentia impensa Michaeli s, et hos liberos declarantis.



B *usurpare possit formam Imperialis seculo* XII *habitus, adhuc multum retinentis ex eo in quo Fuldenses Antiquitates, ad Acta S. Bonifacii in hoc ipso Tomo exhibitæ, ante pag. 459, repræsentant Carolum et Carlomannum fratres, Francorum Reges, a Zacharia Papa coronatos, nisi quod chlamys majori fluens syrmate, a dextro humero de post tergum retracta in latus sinistrum, ipsa etiam genua et tibias sedentis operiat: quodque ex corona Imperiali descendant in humeros infulæ, quasi Episcopales.*


56 VI WALTERUS de STRIPEN Flander, rexit annis IV, obiitque MCXCII, IX Novembris. *Monumentum illius esse videtur lapis ille cæruleus grandis, qui nunc ante Chori portam ex latere Evangelii invenitur pavimento instratus, extritis pene lineamentis, nec nisi acutiori oculo conspicuis, manifeste adhuc retinens habitum Abbatis Præmonstratensis, cujus nomen expri-* C *munt litteræ initiales* WA, *mutuo sibi implexæ; licet amplus circum limbus, qui hic omittitur, animalibus quatuor Evangelicis ad cornua expressis circumpositus, contineat superinductum veteri, Epitaphium multo recentius, cujusdam seculo* XVI *Vicarii,* Wilielmi. *Et forte, ut huic quadamtenus aptarentur vetustioris defuncti lineamenta, trium seculorum spatio jam fere extrita, pedibus transeuntium, ablata penitus fuerint verba vel versus basi insculpti, et Pedum, quod stanti in lapide* Waltero *æque potuit adsculptum fuisse pedum Abbatiale, sicut fuit adsculptum* Waltmano, *adhuc in lapide ejus sepulcrali conspicuum. Et hac ratione puto tumulatos fuisse omnes, tam præcedentes quam sequentes Abbates: idque vel in veteri ecclesia, si jam tum moris erat Prælatos in ecclesia sepeliri; vel saltem in Ambitu, quem Claustrum vocant. Et forsitan accurate scrutantes, plurium similium monumentorum saltem fragmina quædam invenient ad alios usus translata: nam et in primo, qui ab Abbatia ad Chorum ducit gradu, stratum hujusmodi lapidem fere dimidium videmus, adhuc aliquas ad oram unam litteras retinentem. Cur autem litteras* WA, *non interpretor,* Wilielmus

Sepultura sub lapide nunc in nova ecclesia inveniendo,

et aptato eidem huic juniori Abbatiæ Vicario.

Abbas, *ut intelligatur hujus nominis primus vel secundus seculo* XIV *defuncti? Nempe sua isti habent adhuc memoriter servata Epitaphia, longiora et operosiora, quam ut inscripta potuerint vel basi vel limbo. Interim vides hic habitum non ita multum diversum ab eo quo hodiedum Prælati utuntur, et solum minus laxe fluentem.* D

Auctore D. P. sic ut Walteri lineamenta quadamtenus appareant.



57 VII HELYAS, cum rexisset annis VII, resignavit, et obiit anno MCXCIX, XXIV Decembris.

58 VIII GISLEBERTUS præfuit annis VI; resignavitque, et obiit anno MCCV, VI Octobris. *Huic anno* MCC Innocentius Papa III, *confirmans decessorum suorum Acta, nova quædam* privilegia *addidit,* quoad decimas quasdam, libertates sepulturæ, et exactiones secularium Principum. F

59 IX HUGO rexit annis III, et resignavit, atque obiit anno MCCVIII, VII Januarii, *ubi annum intellige, sicut et deinceps protensum usque ad Pascha, adeoque cum a kalendis Januarii nunc inchoantibus censendum* MCCIX. *Hic autem notat Auctor Chorographiæ, idem videri* resignasse *et* obiisse, *eo quod jam tertium consequenter dicatur eodem anno factum utrumque. Equidem hos postremos tres, mutuum exemplum secutos facile crediderim cessionem fecisse extremo in morbo, cum diutius vivere non sperarent, idque fortassis ut exercerent delatam sibi a Fratribus eligendi successoris potestatem. De* Tibaldo *et* Richardo *non est cur dubitemus, quin cessioni a se factæ aliquanto diutius supervixerint; sed vel regiminis impotes propter senium, vel pertæsi præ studio quietæ contemplationis. Veram autem resignationem, id est translationem dignitatis et*

Not. 52

Resignandæ Prælaturæ usus frequens:

AUCTORE D. P.

A *juris in alium, usitatam Michaelitis, clare probat Epitaphium Abbatis* xxv, *cui (ut ubi dicitur)* regendi officium Præsul contulit alter ; *sed* nullo reprobante, *ut intelligatur id factum consensu omnium prærequisito et habito.*

Vacat Abbatia biennio.

60 x Arnoldus de Erpse, creatur anno mccx. *Causam vacantis per biennium Abbatiæ nemo exprimit nec ego divinare præsumpserim ; nisi forte aliquod impedimentum in eo, quem Hugo successorem nominaverat, ob quod non fuerit receptus ab Henrico Duce et Marchione præfato ; aut certe Benedictio ejus differri debuerit, propter absentiam Joannis Cameracensis Episcopi, sequentis castra Otthonis IV Imperatoris usque in Italiam : invenitur enim anno* mccix *apud Spoletum mense Decembri subscripsisse privilegiis Portensis et Walkenrithensis Abbatiarum, uti legere est in Historia Cameracensi Joannis Carpentarii tom.* i *pag.* 374. Rexit Arnoldus annis ix, post quos postulatus et electus fuit in Bona-spe, ubi ecclesiam rexit annis xi. *Interim*

61 xi Hermannus rexit et obiit anno mccxxx kalendis Julii, *et sarcophago inscriptum hoc distichon fuit :*

Hic jacet Hermannus, quem de medio tulit annus
B Christi millenus, bis centenusque tricenus.

Hinc incipit usus Prælatos a familia vel patria cognominandi,

61 xii Sigerus, *brevis paucorum mensium Abbas, eodem quo prior anno* mortuus xxiv Novembris. *Monasterii MS. Catalogus, diverso tamen charactere, adscriptum habet,* Natus in Balen, *cujus loci Ecclesia forsitan tunc a Michaelitis administrabatur ; anno deinde* mcclxvi *filiæ eorum, Averbodiensi scilicet monasterio, collata, teste le Roy in Marchionatu pag.* 274. *Quod autem hoc primum tempore inveniatur Abbatibus adscriptum nomen loci natalis, cogitare me facit, prægressos* Walterum *et* Arnoldum, *cognominatos* de Stripen, *et* de Erpse, *nobiliori titulo, tamquam ex illorum locorum Toparchis prognatos ; solis enim Nobilibus usitatum tunc erat, idque non amplius quam ab annis ducentis superioribus cœperat, solis, inquam, Nobilibus tunc usitatum erat cognominari a locis Dominiorum suorum : quorum imitatione ignobiles alii cœperunt cognomentum sumere a loco suæ nativitatis.*

62 *Porro duobus istis, uno anno sic mortuis, repetitus redditusque a monasterio Bonæ-Spei prope Binchium in Hannonia* Arnoldus, *in Catalogo Abbatiæ præcitato, numeratur* Abbas xiii, *tamquam diversus ab Abbate* x, *cum tamen unum eumdemque esse Michaelitæ censeant, quibus in hoc nolim refragari : dicunt*
C *autem, quod* in hoc secundo regimine vixit annis viii, *quorum quinto* Henricus Dux *(verosimiliter V patri succedens ipso anno* mccxxxv*)* libertatem dat Canonicis S. Michaelis, quod construere possint muros circa ambitum claustri ubicumque voluerint. *Postea idem* Arnoldus resignavit, et obiit ix Januarii mccxxxix. *Sit ergo nobis Abbas.*

Collapsa turris anno 1244.

63 xiii Eggerius, qui rexit annis v, et resignavit : obiitque anno mccxliv *(nunc* xlv*)* ultimo Januarii. *Regimen ejus memorabile nobis facit ruina* Turris, anno mccxli collapsæ, dum sacrum solenne cantant Religiosi, *sicut ex civitatis Registris notavit et indicavit Secretarius Valkenisse. Est autem credibile, eamdem opere firmiori et grandiori eodem loco, quo prior steterat et præsens nunc stat, resurrexisse, quatenus opus erat ad usum campanarum, quæ sic imperfecta manserit per annos fere centum, quando ejus absolutio indicabitur sub* xxi *Abbate Martino.*

Facultas hereditandi Michaelitis data,

64 xiv Gerardus de Lyra, *proximo Antuerpiæ oppido, qui* rexit Ecclesiam S. Michaelis annis xiv, *quorum primo* Innocentius IV diploma emanat, quo hujus Ecclesiæ Canonicis facultas datur succedendi in bona parentum, eodem modo, ac si mansissent in seculo ; *quam facultatem* Clemens IV, *anno* mcclxvii ; *et* Martinus IV, mcclxxxii *confirmarunt,*
D *nihil id officere existimantes solennitati Professionis religiosæ. Quod ii notent velim, quibus nunc difficile captu videtur, quomodo ejusmodi jus cum veritate religiosi status consistat in Societatis nostræ hominibus, ante solennia Professorum, et publica Coadjutorum formatorum vota. Habetur autem* Gerardi *Abbatis Epitaphium sic expositum,*

Me quem petra tegit Gerardum, Lyra creavit ;
Et qui cuncta regit hic me Rex exanimavit.
Vivens dictus eram præsentis Pastor Ovilis :
Non sum quod fueram, sed fæx putredoque vilis.
Quodsum, lector, eris : tempus transiit : geme, plora :
Nolens me sequeris : Dominum pro me, precor, ora.

Sub hoc Epitaphio scriptum erat : Me tumulant anno Do. mill. ducent. quinquag. oct° xvi Julii : *quæ non mirarer ab ipsomet vivente composita et sculpi mandata, relicto post* Ducent. *spatia vacuo, quod suam post mortem suppleretur.*

65 xv Joannes, dictus de Lyra, *nescio an a patria, an potius a familia, quæ istius nominis jam tum Antuerpiæ fuit Equestris, quaque anno* mcxcvi summum Prætorem, *vulgo* Markgravium, *civitati dederat, nomine* Guihelmum, *seculo autem decimo quinto jam adulto,* Consules *duos,* Willielmum *atque* Walterum ; *deinde* Arnoldum, *ab* mdvi *ad* xxix *quater et decies eo Magistratu functum ; cujus posteri in nomen Berchemiorum transgressi,* Henricum Florentiumque *dedere, ambos novies titulo isto ornatos. Ut taceam* Immerselios, *ejusdem familiæ Lyranæ ramum alterum, quæ summos Prætores omnino quinque, nec non* Joannem *tulit, uno septennio quater Consulem.* Rexit *porro* Joannes de Lyra, *cujus causa hæc attigimus*, annis xiii, et postea resignavit, *primoque post resignationem* obiit anno, *scilicet* mcclxxii, xi Novembris.

Familia de Lyra Antuep. Equestris

E

Abbat Antuerp factus Generalis Ordinis.

66 xvi Ægidius de Bierulier, creatus anno mcclxxi, rexit annos viii ; postea electus et postulatus a Præmonstrato, summum egit totius Ordinis Magistratum annis tribus ; *deinde resignavit, et Antuerpiam regressus, privatam ibi vitam egit adhuc annos* iv : obiit *enim primum anno* mcclxxxvi, xvi *Julii, in Epitaphio sic laudatus,*

Clemens mens humilis, munda caro, vita jucunda,
Ægidium Bierulier commendat, utique dignum :
Grex igitur fidei roget, ut vitam requiei
Perpetuo det ei gratia summa Dei.

Obitus autem ad caput sic notatur,

Bis sex centeno, bis terno, bis quadrageno
Anno decessit : huic Christus vera quies sit.

F

A Mechlinia, stirps Consularis,

67 xvii Henricus de Mechlinia, *non ita dictus a familia, tunc etiam nobili inter Antuerpienses, quibus undecies Consulem dedit, spatio annorum paulo plus quam quadraginta, in confinio seculi* xv *et* xvi ; *sed a patria ; sicut apparet ex Epitaphio, quod nobis tale recitatur ex Swertio,*

Consilio plenus, vir pulcher, totus amœnus,
Et Pater egregius, pius et Pastor Gregis hujus,
Mechliniæ natus, jacet hic Henricus humatus.
Hic Prælatorum speculum venerabile morum,
Inter Magnates bene vixit : reddere grates
Largus ; discretus, facundus, eratque facetus.
Qui dum vivebat, per bis duo lustra regebat
Claustra sed annorum spatium superadde duorum.
Qui legis hæc ora, quod Mater-Virgo decora
Isti solamen divinitus impetret Amen.

Tempus vero mortis sic porro describitur ad loculi caput :

Anno milleno cum ter centum legeretur,
Mors necat hunc telis in Octavis Michaelis.

Id est vi *Octobris, ab anno autem* mccc *retrogradiens per annos* xxii *pervenis ad* mcclxxviii : *ipsum quo decessor Ægidius Præmonstratum transiit, quidquid alii circa* Henrici *principium hallucinentur.*

§. IX.

A

§. IX. Successio Abbatum medii ævi, quorum plerique a templo vel domo aucta laudantur in suis Epitaphiis.

NOT. 53 GODEFRIDUS DE WAERLOOS, *multis laudibus cumulatur in Epitaphio, cujus initio significatur obiisse* MCCCXXVIII, XI *Januarii, qui nobis, nunc a kalendis Januarii annum auspicantibus : diceretur* MCCCXXIX :

Anno dum scribit C ter, M, tria X, minus I bis,
Terno Janus Idus, heu ! decessit GODEFRIDUS
Abbas, vir fidus, Pastorum nobile sidus,
De WAERLOOS dictus : qui nullo crimine victus,
Pervigili cura tenuit Claustro sua jura;
Virtutis cultor, lex pacis, criminis ultor;
Auctor opum, morum, templi, gregis, atque domorum;
Lætis seu mœstis conformis, gratus honestis.
Est oculus testis, præbens spectacula gestis.
Ut tecum, Christe, regnet, Grex supplicat iste.

Spatium quoque regiminis annorum XXVIII, *sic notatur ad caput :*

B

Annis bisdenis, cum bisquatuor duodenis (.i. *mensibus)*
Hic fueram Rector : ora pro me, rogo, Lector.

Fuerat ergo installatus sub initium anni nobis MCCCI, *postquam Abbatia vacasset mensibus ut summum duobus. Quibus ille tempore regiminis sui Domum vel Templum auxerit, vellem posse distinctius explicare. Quidquid tamen fecit, fecisse debuit circa ecclesiam veterem, jam fere a* CCCL *annis stantem, et adjunctum Boreali ejus lateri claustrum ; cum ad Meridiem nihil esset præter quasdam extra-claustralium operum officinas.*

Joannes Abb Averbod. sese abdicat,

69 *Hujus Abbatis tempus, quarto ejus anno currente vehementer illustravit* Joannis, Averbodiensis Abbatis XIV, *regressus ad Matrem suam Antuerpiensem ecclesiam, unde anno* MCCLXXXIX *fuerat assumptus. Postquam enim commissum sibi locum tum spiritualibus, tum temporalibus bonis mirifice auxisset per annos* XV, *humilitatis exemplo, Præmonstratensibus (ut vidimus) minime raro, abdicavit dignitatem, et in nativo suo Conventu quinquennium impendit, quo se compararet ad mortem : qua obita inter Antuerpienses Abbates tumulum cum hoc Epitaphio meruit :*

Laudibus immensis est dignus Averbodiensis
Abbas, nunc Frater. Succurrat ei pia Mater.
Fili summe Dei, Fratris miserere JOANNIS :
C Per te detur ei Paradisus in omnibus annis.

et Antuerpiæ privatus moritur,

Werchter erat natus, de ROTZELAER atque vocatus :
Christo sit gratus, in æthere sanctificatus,
Coersel Curatus, modo sit sine fine beatus.
Anno milleno trecentenoque noveno,
Vixerat in mundo : sit cum Jesu Nazareno.

Averbodienses dicunt, eum in suis monumentis prædicari ut Sanctum, *et obitus diem notant* XI *Augusti : sed errant in anno* 1308 *notando : cum certius hinc discamus annum* 1309. *Epitaphium illud relaturus Chorographus, sub annum* 1659 *scribens, asserit, ipsum se reperisse* annotatum a Domino Gerardo van Loen, ante annos plus centum Abbate S. Michaelis. *Sed talis eo tempore nullus fuit, Gregorio de Hagis præsidente ab anno* MDXXXVIII *ad* MDLI *inclusive. Itaque non displicet conjectura R. D. Theodori Ryswyk Provisoris, cujus diligentia varie me adjutum profiteor, suspicantis pro more ejus ævi scriptam nominis litteram initialem* G, *redditam ab aliis* Godefridus, *ab aliis* Gerardus ; *qui avito cognomine* van Loen *dictus, a patria vero* de Waerloos *(est enim eo nomine vicus in Brabantia, media inter Antuerpiam et Mechliniam via) fuerit* XVIII Abbas S. Michaelis, *ante ducentos annos quam Chorographia scriberetur,*

ut docet Epitaphium, ab Ab. Gerardo van Loen descriptum.

Quis hic?

D AUCTORE D. P.

Joanni Averbodiensi *coævus : quod ipsorum Michaelitarum examini ulteriori relinquo.*

70 XIX WILHELMUS DE BRUXELLA *dictus* CABILIAU, *ad sui sarcophagi caput, sic loquens inducitur :*

Annis bis senis, hic, mensibus atque novenis
Rexi : me, lenis Deus, omnibus eripe pœnis.

Laudes vero ejus, atque annus et dies mortis, MCCCXLI, XXV Novembris, *sic explicantur in Epitaphio :*

WILHELMUS meritis probus Abbas, ac homo mitis
Ecce quod est, eritis : huic subsidium preces sitis.
Bruxellæ natus, Tongerlo canonicatus,
Diestæ Curatus, Pater hic Pastorque sacratus,
Tutor adesse Gregi studuit, custos fore legi ;
Se ratione regi, pia vota Deo dare Regi.
Psalmis assuetus, * famæ dulcore repletus,
Hospitibus lætus, recto moderamine fretus;
Purior ingressus, vario tentamine pressus,
Constans processus, felix sit ab orbe recessus.
Mille trecentenis I juncta, quater quoque denis,
Cessit ei fine nox post festum Catharinæ.

* *an faminis seu famnis*

Si extaret historia Monasterii plenior, sciremus quasnam fuerit vel contradictiones vel adversitates passus sub initium sive ingressum ad dignitatem ; qui quod purior *fuerit simoniaca labe, quam ea ferebant tempora, videtur significatum Poeta voluisse.* E

Familia Limpiaes

71 XX WILHELMUS II, *cognomento variæ scripto* Lympiaes, Lymxiaes *vel* Liminas, *nec non* de Antuerpia : *sed primam scriptionem præferendam suadet libellus de septem patriciis Antuerpiæ Tribubus, quarum quarta* de Wilmars *dedit seculo* XIV *Nicolaum, Elisabethæ* Limpiaes *maritum, ab anno* MCCCLXXXIX *ad* MCCCCIII *novies in hac urbe Scabinum seu Senatorem. Iste ex versibus tumulo inscriptis intelligitur obiisse anno* MCCCLIII, XI *Octobris, cum rexisset annis ferme* XII.

Rector bis senis erat hic annis, sine denis
Hebdomadis : pœnis careat; jungatur amœnis.
LYMPIAES hic dictus, Abbas virtutes refertus,
Saxo districtus jacet hoc, WILHELMUS opertus.
Ipse modestus, turpe refutans qualibet hora,
Largus, honestus, reproba mutans in meliora.
Inter edendum, se reverendum dapsilitate
Efficiebat, seque regebat sobrietate.
Jus tenuit, nec opes minuit : verbis redimitus,
Auxilium per consilium dabat ipse peritus.
Compatiens mœsto, semper fuit ad bona præsto,
Gommari festo decedens, fine modesto
Mundi liquit iter, C ter, M scriptis, L, et I ter.
Qui super astra sedes, Rex, tecum vivere se des.

Altero ab electione ejus anno, Christi MCCCXLIII emanavit diploma Antuerpiæ, quod omni jure ac libertate civium utantur etiam Canonici S. Michaelis. F

72 XXI MARTINUS DE LEUYS, *sive* LOYS, *nomine dissyllabo, sed varie scripto,* Antuerpiensis *fuit etiam ipse, hoc enim indicat Epitaphium, cum* hac de villa generatum, *sic laudat.*

Sub petra jacet hac terra MARTINUS humatus,
Lo-YS dictatus, super afflictis miseratus.
Moribus ornatus, hac de villa generatus.
Abbas mansuetus, hospes largus, quoque lætus :
Pax pia Fratrum, flos quoque Patrum. Turris hic alta
Perficiebat, reficiebat plurima fracta.
Damna nocentia neque decentia sustulit; ejus
In reparando fuit magna diligentia claustro.
M canitur, C ter, L adde, viginti, duoque ;
Quando fuit sexto Februi. perit ecce, kalendas.
Quæ super astra sedet, huic, Christe, Parens tua sedet.

Perfecta turris,

Obiit ergo, anno MCCCLXXII, *die* XXVII *Januarii. Turri impositum a* Martino *fastigium, pyramidale fuit, ut fere tunc aliæ turres omnes habebant ; talemque vidimus pictam ex longo quodam volumine, occasione litis ante annum*

fastigium pyramidale

A *annum* MCCCC *inter Antuerpienses et Rupelmondenses* AUCTORE D. P. *vertentis, repræsentante utramque Scaldis ripam, cum impositis hinc et illi ædificiis, publicis privatisque; ubi ecclesia Michaelitica, parva adhuc et sub unico simplici tecto notatur. Ne autem ignoraret lector tempus regiminis fuisse annorum* XVIII, *hebdomadum* XIII, *ita legebatur ad caput prædictæ tumbæ,*

Annis ter senis, tribus hebdomadis, quoque denis
Rexi; Rex lenis, me cœli junge Serenis. *

Per quod tempus si retro gradiaris a die mortis XXVII Januarii; *invenies, eum installatum fuisse* XXVII *Octobris anno* MCCCLIII; *atque adeo Abbatiam post obitum Willelmi die* XI *ejusdem Octobris defuncti, vacasse dies* XVI.

73 XXII WILHELMUS III, dictus BRUYLOCHT vel BRULOCHT, Antuerpiensis.

Annis ter senis hic, mensibus octoque Rector,
Christe, fui: lenis mihi sis precor, et pete Lector.

Ita ad caput sculptum legebatur, reliqua aut sequitur:

Muri ducti circum monasterium.

Claustro Prælatus WILHELMUS, in hoc bene gratus,
De villa natus præsente, BRULOCHT vocitatus,
Præbuit exemplum vivens laudabile, templum
B Sæpe frequentando psallens, Missas celebrando,
Ipse muris, validis, duris, claustrum stabilivit,
Codicibus multiplicibus nec non redimivit.
Contra vexantes et eum placitando gravantes
Jus sibi servavit, et pervigil hos superavit.
Non fuit elatus, sed cernuus atque quietus:
Hospitibus gratus, bene mitis, eratque tacens vir.
Noctu mox ante Quintini, connumerante
M, minus X, C quater, obit: tegit hic lapis ater.

Colitur S. Quintinus, *cujus festum antecedente nocte ille obiit,* XXXI Octobris.

§. X. Abbates seculo XV. de fabrica plerique etiam meriti bene.

Processio amburbalis cum Statua Mariana,

PETRUS BREEM Antuerpiensis. *Hic anno* VIII *regiminis sui, Christi* MCCCXCVIII *comitatus fuit amburbalem processionem, Dominica infra Octavam Deiparæ Assumptæ, tunc in* XVIII *Augusti cadente. De hac processione id memorabile narrant Chronica; primum circumferri in ea tunc cœptam miraculosam illam icunculam Deiparæ, quæ Marianæ ecclesiæ initium fuerat. Nec parvam partem habuerit idem Abbas in hujusmodi consilio; quippe prima tunc in urbe Persona. Hic ne* C *sibi sub Sixto Papa IV auferretur, reducta sub Commendam Abbatia, cum deprecaretur Senatus Antuerpiensis anno* MCCCCLXXVII, *hoc inter alia usus est argumento; quia* Abbatialis dignitas alia nobiscum, aut etiam sub nostris suburbiis, non est, quæ festivitates sacras processionesque solennes nobiscum concelebret atque decoret. *Ordo autem procedendi varius fuisse dicitur inter Collegii utriusque Canonicos: aliquando enim alterna Nigrorum et Alborum paria ire solita, aliquando seriatim hinc Nigros inde Albos: sive autem hoc sive illud fieret, ordinem claudebat Abbas. Nunc vero, cum facta est urbs nostra Episcopalis, et ex hoc amplior dignitas Mariano Capitulo accessit, sic ordinata res est, ut prægredientes Religiosos ceteros, subsequantur sub sua Cruce cum Abbate Michaelitæ, deinde Mariani cum Episcopo.*

In ea tunc prima persona Abbas.

qui tunc ordo inter utriusque Canonicos:

Inventor novæ basilicæ ad S. Michaelis:

75 *Idem* Petrus *auctor fuit novæ, quæ hodiedum stat Basilicæ extruendæ, incipiens a Choro eique circumductis capellis: quod, uti et alia ejus opera, ex ejusdem Epitaphio sic intelligitur:*

Hic jacet infixus PETRUS BREEM, sic vocitatus:
Ipsius est fructus omni virtute probatus.
Namque pius Pastor, et opum fuerat bonus auctor:
Instructor morum fuit, et præcessor honorum;
Compatiens miseris, et pauperibus bene largus.

D Hic nulli cessit; in jure suo bene gessit.
Partem postremam Templi fundavit amœnam:
Muro firmavit Claustrum, Portam decoravit.
Ante Georg lucem mundo transivit ab isto:
Lucem perpetuam det ei qui cuncta creavit.

Et ad caput:

Hic jaceo PETRUS BREEM, Petrus sim benedictus:
Rexi bis denis hoc Claustrum cum tribus annis.

Chorum *autem (hic enim intelligendus est dici* pars templi postrema, *licet prius tempore fabricata* Chorum, *inquam, hodiernum, cum circumeuntibus sacellis, sic fundavit* Petrus, *ut etiam opere ipse compleverit, fornicibus tamen fortassis exceptis.*

cum Domo Capitulari Dormitorio, et parte Ambitus

76 *Choro sane nondum consummato, haud potuisset congrue exordiri, et perficere partem illam novi Conventus ad meridiem, supra quam procurrit* Dormitorium *hodiernum, ubi et* Domus Capitularis *et* Locutorium *est, et ante utrumque septem veteribus fornicatis procedens Orientalis pars hodierni* Ambitus. *Horum autem septem fornicum medius, umbilicam habet orbicularem, ceterorum umbonibus similem, non tamen Sanctorum hominum imaginibus ut illi insculptum, sed Angelo Michaele, cum hoc quod hodiedum ibi conspicitur lemmate, ad metri leges minus apte* E *tornato;*

O Michael sancte, mihi Petro Breem miserere.

ex idea totius operis nunc stantis

Neque mirarer si idem lapis impendet loco, sub quo ipse sibi sepulturam elegerat, licet non obtinuerit, sed decessoribus additus in veteri ambitu videatur, novo nondum perfecto, ideoque adhuc minus apto. Ejusdem ætatis videtur esse forma majoris Portæ ad viam publicam constitutæ, qua ingressus datur ad aream ante Conventum et Abbatiam ample protensam, et nunc amœnis arboribus consitam; non tamen eo loco quo novi operis portam nostra exprimit tabula, sed ad finem designatarum ibi domorum nec adhuc perfectarum, uti superius monui num. 24. Obiit *ex numeris prænotatis et ex MS. Catalogo* Petrus, anno MCCCCXIII, XX Aprilis; *haud dubie designatam successoribus relinquens operis totius, tam feliciter inchoati, ideam.*

77 XXIV OLARDUS TERLINCK, cum rexisset ecclesiam istam annis XXXVIII et mensibus X, postea resignavit, obiitque VI Septembris anno MCCCCIII, *factæ a se resignationi anno fortassis non integro superstes. Huic* Innocentius Papa VIII anno MCCCCXXVIII dat potestatem et jus conferendi Tonsuram ac minores Ordines. *Laudatur in sua Tumba his versibus:*

Quamvis ossa tegat hæc petra Patris reverendi, F
OLARDI TERLINCK; tamen ejus fama superstes
Vivax semper erit: qui dum præsederat Abbas
Istius Ecclesiæ, res nulla remansit inaucta.
Aucta Sacristia est per eum donis pretiosis,
Bibliotheca libris, Conventus juribus amplis.
Pervigilans fuit ipse Gregi, prælargus egenis,
Dapsilis hospitibus. Hunc ultro reliquit honorem
Annis quando fere præerat triginta novemque,
Mille quadringentis et quinquaginta duobus
Annis præteritis Domini; sol abstulit istum
Septembris sextus. Vero nunc Sole fruatur.

Hactenus cum Swertio Olardum *scripsi, quia hunc sequi etiam elegit Auctor Chorographiæ; licet fateatur esse qui* Alardum *nominet, nec desint publica instrumenta in membrana, ejus nomine edita, ubi prætitulatur* Oloudus, *perquam distincte et majusculis litteris, sicut ipse vidi; subtus autem cernitur appensum Sigillum monasterii antiquum quo etiam nunc utuntur Abbates, quod infra aptiori loco §.* 15 *spectandum dabitur. Habeo ecgraphum instrumenti de fundatione* capellæ SS. Mariæ et Eligii in Foro equorum, cum campana, campanili et Capellano perpetuo, *apud nos facienda* per Decanum, Provisores et Ministerium Fabrorum, *ut de Missis aliisque divinis Officiis prospectum*

Fundatio capellæ in foro Equorum et commissa

pectum esset pauperibus ipsius ministerii, *quorum habitationi et victui eo loci empta erat domus : a qua* domo usque ad B. Mariæ quæ Collegiata et Parochialis est, aliasque ipsius oppidi, tanta est distantia, quod ipsi pauperes, ex senio et aliis debiles, ipsas ecclesias accedere retrahant. *Huic fundationi, Pontificia auctoritate stabiliendæ, Commissarius a Nicolao Papa V constitutus* Abbas S. Michaelis, anno MCCCCLI, XII kal. Maji, *injunctum sibi munus exequitur, per datas* XIV *Augusti ejusdem anni, et se ubique nominat ac scribit* Oloudum.

qui ibi se Oloudum nominat.

78 XXV JOANNES II, cognomento FIERKENS, Antuerpiensis, *anno* MCCCCLVIII, *regiminis* VI, *a Pio Papa II* jus Annuli et Mitræ obtinuit, *anno* MCCCCLIX, *addita causa quod ejus* monasterium, inter cetera istarum partium valde solenne, notabile et caput trium aliorum notabilium monasteriorum existit, quorum Abbates ubique Mitra utuntur, *et ipsi* Baptismo, exequiis Nobilium ac solennibus processionibus interesse cum aliis Abbatibus invitatus seu rogatus consuevit : *indignum scilicet judicante Pontifice, Patrem Abbatem minori quam filios decore fulgere. Præclara Acta temporis ejus, quod annorum* XXIII *fuit, sic explicat Epitaphium.*

Jus Annuli et Mitræ concessum an. 1459

B

ædificatum Refectorium,

Hic jacet in tumulo FIERKENS, virtute JOANNES,
  Insignis Præsul : hoc proba vita docet.
Abbas erat hujus templi venerandus, et urbe
  Hac genitus, prudens, optimus, atque pius.
Moribus emeruit, nullo reprobante, regendi
  Officium ; Præsul contulit alter ei.
O bene consultum ! Turbæ secretus egenti
  Dona dabat dextra, nescia læva tamen.
Profuerit quantum Pastor vigilando benignus
  In Grege dilecto, plurima signa monent.
Namque locum struxit pulchrum ad convivia Fratrum
  Desuper et fulta est Bibliotheca libris ;
Præsulis atque domos aula exornavit, ubique
  Perdita restituens, adjiciensque nova :
Atque Crucem mediam templi, partemque chorumque
  Perfecit, Beerschot egregiamque domum :
Auctaque jura suis, Mitras, habitusque reliquit :
  Annis bis denis præfuit atque tribus.
Nunc jacet, exemplum reliquis Pastoribus : altum
  Mens petiit cœlum, perfruiturque Deo.

perfecta ecclesia, item domus suburbana

Defunctus est XIX *Januarii, anno [illegible]* MCCCCLXXVI.

79 Choro, *quem perfecisse hic Abbas dicitur, non potuit nisi fornix defuisse, ut supra dixi.* Crux media, *cum reliqua* parte templi, *seu alveo ejus anteriori versus Occasum, qua ingressus veteris ecclesiæ fuerat, et novæ etiam esse debebat, nec tum stabat, cum picta fuit tabula, unde Iconismum 2 sumpsi, sed jam parabatur. Cum anteriori autem templo et Cruce, consurgere pariter potuerunt reliqua tria latera* novi Ambitus, *a Petro inchoati. Neque de* Refectorio, *eodem quod nunc est, tunc quoque ad usum deducto dubites ; propterea quod patrum nostrorum memoria, Religiosi dicantur usi alio minori ad veterem Ambitum. Nec enim locus ille tam antiquus est, ut hunc Joannem habere auctorem possit, sicut ad oculum patet ; neque credibile fit tantam molem, quæ totam novæ Abbatiæ fabricam absolvit et claudit, adnectens Dormitorium Aulæ Abbatiali, unice ædificatam fuisse excipiendis hospitio Brabantiæ Ducibus, licet ea usi fuerint* Carolus V *et* Philippus *ejus filius, Religiosis tantisper loco cedentibus, ac deinde per Geusios et Alenzonium Ducem exturbatis. Illi tamen cum deinde redierunt, numero pauciores quam ut tam amplo loco egerent, annis adhuc pluribus perrexerunt altero secundario Refectorio uti : donec reddita pristina ipsis frequentia venit cupido prioris Refectorii expurgandi a sordibus, quibus illud praetorianorum militum præsente Principe contubernia impleverant, pristinoque usui redaptandi. Et vero, cur ipsi, post totum Conventum ad meridiem translatum, tantopere egentes contiguo eidem Refectorio, locum huic necessitati tam opportunum alteri ædificassent fini qui in rescripto anni* MDCXXXV *demonstrarunt, nullam Monasterii sui partem ab aliquo Principum ædificatam haberi, cujus titulo istic posset plus quam gratuitum hospitium exigi ; quemadmodum eo uti perrexerunt Belgii Principes* Albertus *et* Isabella, Ferdinandus Cardinalis, *et alii post hunc Gubernatores, quando eos contingebat Antverpiam divertere.* Domus Beerschot, *cujus Epitaphium meminit, distat a porta Croneburgica, monasterio ad meridiem proxima, grandi media leuca, eo prospectu advenientibus se olim offerens, quo expressam vides in tabulæ grandioris, totam Abbatiam repræsentantis, angulo uno.*

Refectorium autem istud ipsum est quo rursus utuntur Religiosi

C

aliquot annis post dispersionem alio usi.

D

80 XXVI ANDREAS AECHTENRYT, natus Hoogstratæ (*nobile id Marchionatus nostri municipium est, districtus sui cognominis caput, quo de totus liber 7 Baronis le Roy agit)* cum præfuisset annis fere duobus, obiit MCCCCLXXVIII, XIV Decembris. *Hic ergo ille est, quem Chronicon Zelandiæ ait, una cum Tongerloensi aliisque Brabantiæ Prælatis, aggeribus communisse terram, alluvione adjectam ad Somersdikam et Melhernissam, ubi mox amplus vicus exortus, dictus Vetus-lingua, vulgo* d'oude-Tonge. *Multos certe fundos a Michaelitis in Zelandia possessos, memoria tenet. Cetera Epitaphium sequens hoc pacto : ipso initio suspicionem ingerens, cum dudum electum dicit, quod decessor suus* Joannes II *eum de consensu Fratrum sibi optaverit Coadjutorem cum jure successionis, sicut infra expresse legitur fecisse* Joannes III. *Ipsum accipe.*

In hoc decessori suo datus ante obitum, datus Coadjutor.

E

Quem dudum hic Patrem sumpsit concordia Fratrum,
  En nunc ANDREAS vertitur in cineres.
Natus in Hoogstratem, AECHTENRYT gente vetusta,
  Vir constans, rectus moribus, atque gravis ;
Relligionis amans, tulit aspera Relligionis :
  Hospes justitiæ, fraudibus hostis erat.
Unde et majorum fuerat spes ipse bonorum :
  Sed Deus hunc pœnis eripit immeritis.
Nam cum Commendas invisas pellere certat,
  Stareque pro rebus non fugit Ecclesiæ :
Contra fas pressum variisque laboribus actum,
  Lucifer hunc languor occupat ac tenuat.
Ast nondum binis totis sic præfuit annis ;
  Hæc mala dum patitur, Mechliniæ moritur :
relatus, ut credo, ad sepulturam inter suos.

Commendam monasterio revocatam,

81 *Quod ad* Commendas *attinet, jam supra allegavi Magistratus ac Civium Antuerpiensium litteras ad Sixtum IV, quas in Chronographia pag.* 23 *integras legere licet, cum maximis Michaelitici Monasterii laudibus conjunctas ; ne suum illud ut loquuntur* luminare penitus *extinguatur, commendantium* D. Laurentio Sibinicensi, Episcopo Dalmatæ, in illari suæ Sanctitatis Nuntio et Oratori. *Ibi inter alia allegant, quod,* quoniam mœnium Abbati pro tempore cura incumbit et refectio, non satis tutum arbitrentur extero se fore commissos. *Sed et tum ex iisdem litteris, datis anno* MCCCCLXXVII, IV *Maji, intelligitur intentatum Michaelitis hoc periculum fuisse, Abbatia per obitum* Joannis II *vacante : requirunt enim Pontificem, ut* Sibinicensi Episcopo, si suus non sufficit Episcopatus, aliunde congruentius providens, electionem sanctam de persona venerabilis Patris D. Andreæ de Aechtenryt, viri providi et maturi, ac secundum longam quam de eo habemus, *experientiam,* experientiam commendatæ plurimum vitæ, et per omnia digni, canonice factam, cum in hoc sentiens approbare et ratificare, aut monasterio de illa persona de novo providere dignetur et velit ; nec patiatur tam insigne in suo Ordine membrum in prædam dari et in desolationem futuram. *Neque frustra fuere preces, ac plurium commendationem expertæ : nam idem* Sixtus anno MCCCCLXXX liberat monasterium a Commenda, *cassata quam idem Nuntius, eo quod non reciperetur,*

S. P. Q. A. deprecatur, ad Sixtum, an. 1477

F

fulminarat

AUCTORE D. P.

A *fulminarat excommunicationis sententia, sicut Chronicon MS. indicat factum, et a qua fuerat juste appellatum. Sed hunc fructum successor tulit ut mox patebit.*

82 XXVII JOANNES III, cognomine ROBYNS, de Mechlinia, anno MCCCCLXXIX, qui cum texisset annis VIII, obiit anno MCCCCLXXXVI, XVII Julii. *Tumulo inscripti versus hi produntur :*

Conditur hoc saxo, ROBYNS de stirpe, JOANNES ;
Pastor certe bonus, Mechlinia genitus ;
Terlinck ejus erat Olardus avunculus Abbas,
Ante pedes cujus nunc jacet ecce nepos.
Qui comis Fratribus, bonus hospes, fidus amicus :
Vincens Commendas prælia sæva tulit.
Post mala, dum damna studet ut restauret iniqua,
Sustulit heu ! nimium mors inopina virum.

83 XXVIII JOANNES IV, *cognomine* DE WEERT, Religiosus *quidem* S. Michaelis, *sed tunc cum eligebatur* Præpositus Monialium Dulcis-vallis in Walachria, rexit annis XII, ac mensibus X, atque obiit anno MCCCCXCIX, XVIII Maji : *cujus hoc Epitaphium, nomine Teutonico* Weerdt, *Latine redditum :*

Doxale et chori sedilia nova :

B Hospitis hic sita sunt venerabilis ossa JOANNIS,
Huic bene qui sacro præfuit Hospitio,
En opus insigne statuit Doxalis, et arte
Cælatas sedes indidit ipse Choro.
Quotidie sacris interna mente peractis,
Pervigil æternas solicitavit opes.
Et per eum partis stabilivit jure perenni,
Sint bini ex Fratribus semper ut in Studiis.
Providit vita quis Pastor eum comitetur,
Dum properat senium membraque fessa gravant
Mensibus hic denis, annis vixit duodenis :
Æterne vivat mortuus in Domino.

item Domus Abbatis.

Doxale *et* sedilia Chori *rabies Iconoclastarum evertit : non item Domum Abbatialem, quam ab eo ex parte novam extructam lego in præmemorato scripto seu libello supplici anni* MDCXXXV. *Huic* Joanni *Alexander Papa VI, x kal. Januarii* MCCCCXCIII *commisit negotium examinandi et suscipiendi* fundationem perpetuæ Capellaniæ ad altare Majus in Hospitali S. Joannis, *tunc sito prope portam ejusdem nominis S. Joannis nunc eatenus dirutam, ut solus pons istinc ad S. Michaelis ducens, pergat nominari. Stabilita autem per eum fundatio ista fuit anno* MCCCCXCV, IX *Novembris ; qui et alii similes actus probant, quo loco apud Apostolicam Sedem tunc fuerit* Abbas S. Mi-
C chaelis. *Eidem anno* MCCCCXCVII *idem Alexander potestatem fecit*, mittendi Religiosos suos ad Studia et Universitates, *ut habet Chorographia, Abbas autem eum in finem duas Lovanii Bursas, ut vocant, fundavit, quæ hactenus ab ejus successoribus pro libitu conferuntur; nec enim usui Religiosis sunt amplius, domesticos Philosophiæ ac Theologiæ Professores jam habentibus. Coadjutor, quem sibi vivens legit, fuit, si non fallor is, a quo sequentem Paragraphum ordimur.*

Missi ad Studia Religiosi ?

§. XI Reliqui seculo XVI Abbates, eorumque Acta gloriosa.

JACOBUS *dictus* ELSACKER, Silveducensis, *qui quamdiu rexerit, quando obierit, habetur ex Epitaphio, non versibus sed prosa, sic descripto.* Hic ante memoriam septem dolorum Matris Dei Reverendus Pater Jacobus Elsacker, hujus Ecclesiæ Pastor, suæ carnis expectat resurrectionem. Qui reformatis cœnobii moribus, post diutinos languores, cum VI præfuerat annis et mensibus V, nondum senex, Averbodii moritur anno MDV, XXVIII Septembris. *In ejus tempus incidit turris deflagratio ejus pyramidis, quam turri post lapsum anni* 1244 *reparatæ imposuerat* Martinus

Deflagratio turris anno 1591,

de Loeys. *Civitatis Registra, mihi a Secretario Valkenisse communicata, fulmine tactam aiunt anno* MDI *vel sequenti, et campanas ignis ardore liquefactas defluxisse asserunt.* D

85 XXX JACOBUS II, Antuerpiensis, cognomine EMBERCHTS, rexit annis circiter novem, *post quos Epitaphium meruit, decurrens Trochaicis, male quidem tornatis, sed clare explicantibus quod requirimus :*

Hic jacet JACOBUS EMBRECTHS, alter ejus nominis
Qui sacræ turri hujus ædis addidit fastigium.
Hospitalem nostra civem luxit urbs Antuerpia,
Præsulem Patremque verum luxit hæc Ecclesia.

ejusque restauratio.

Deinde mortis tempus sic indicatur : Obiit anno MDXIV, XIX Julii. Orate pro eo. *Huic* Julius II *anno* MDXII dato diplomate declaravi, Pastores *parochiarum ex monasterio* S. Michaelis *constitutos*, per Prælatum revocabiles *esse. Fastigium quod ille reparatæ post incendium turri imposuit, Peronis Leodiensis seu pyri formam habuit, ei quam nunc cernimus haud multum dissimilem, uti videre fuit in antiquæ urbis schematismis variis, in Apparatu topographico ad Annales Antuerpienses (quos Papebrochius eatenus paratas habet, ut si accedat Mæcenas imprimi possint) producendis.*

6 XXXI STEPHANUS A THENIS, Hooghstratanus, rexit Ecclesiam istam annis IV et mensibus E
III, obiitque anno MDXVIII, IX Novembris. Memoriam sepulturæ nullam habet. *Ita Auctor Chorographiæ. Huic* Carolus, *postea Cæsar* V, anno MDXVII amortizat, *id est ad manum mortuam tradita declarat*, omnia bona cœnobii, in Brabantia, Hollandia et Zelandia. *De eo in veteri Chronica Antuerpiensi, scripta ab anno* MCCCCLXXVI *usque ad* DLII, *et a Canonico Carolo Snyers p. m. mihi communicata, sic legitur.* Anno MDXIX obiit Stephanus Abbas S. Michaelis, et Erardus de Marca, Leodiensis Episcopus, sese nitebatur ad successionem intrudere : sed Religiosi eum recipere detrectantes, alium elegerunt : quæ res magnum Antuerpiæ tumultum excivit. Hic autem ut componeretur, consensere Fratres ad triduum quatriduumve recipere Episcopum ; cui de consensu Imperatoris mox succedens Electus Abbas, possessionem iniret ; sed tali conditione, ut monasterium Episcopo penderet quotannis triginta duo millia florenorum ad vitam, Berschotana domo in hypothecam obligata : idque, quia Abbas Stephanus ad aulam venerat eques, cum calcaribus et stapedis inauratis. Hac porro occasione, Abbatia illa pro lemmate usurpare cœpit, MODERATE, *quo etiamnum utitur, sub scuto ex Cruce et quatuor sceptris composito, ad numerum fortassis* F
Monasteriorum aut Abbatiarum supra memoratarum, quæ ab illa ut filiæ processerunt. Eo autem Lemmate videntur Michaelitæ Prælatos suos voluisse docere, ne ostentatione opum atque potentiæ invidiam conflarent, sibi suisque magno quandoque staturam. Antonius Abbas Tongerloensis XXXII, *maximæ hoc temporis etiam in Romana Curia auctoritatis Prælatus, omnino ad istam Leodiensis Episcopi usurpationem similesque respexit, cum Romam scribens (ut est in Chorographia Tongerloensi) graviter intonuit ;* Maledicta, *inquiens*, nominatio : quæ me coegit ultra tria millia florenorum expendere *(ingens eo tempore pecuniæ summa)* quæ Monasterium S. Michaelis destruxit, Middelburgense deordinavit, Ninivense multum gravavit.

Episcopus Leodiensis Abbatiam sibi petens

grandi pretio arcetur ;

lemma MODERATE, *unde natum.*

87 XXXII CORNELIUS DE MERA *electus fuit anno* MDXIX, *ipse* van Mere *scribit in publico de quo inferius actu, eoque distinguere se videtur a familia, tunc Antuerpiæ Equestri* Vander Meren ; *unde* Nicolaus *ab anno* MDXXX, *quintum ; et* Joannes *ab anno* MDLXXI, *tertium Consul. Hic Abbas anno* MDXX Carolus V *Imperatorem (cui tunc primum Antuerpia patefecerat novam Portam, exinde dicendam Cæsaream, principium circumducendorum toti urbi operum)*

Familia vander Meeren.

excepit

A *excepit festivo apparatu : sed quali, difficile est divinare ex Hypothesibus tredecim, sive argumentis totidem spectaculorum, per viam exhibendorum, quæ Petrus Ægidius (erat hic Civitati ab Actis) in lucem præmisit; nec enim indicat, quod eorum fuerit ad ingressum Palatii ante S. Michaelis, nec est qui docere nunc possit. Venit autem* Cæsar *iterum* cum Christiano Daniæ Rege *anno sequenti, primum lapidem positurus novo circum chorum Marianum operi, cujus adhuc extant ad* LX *pedum altitudinem educta super terram principia; ideales autem tabulæ dicuntur dissipatæ, in grandi illa anni* MDLXXVIII *mortalitate. Quoties deinde ad hospitium idem reverterit Imperator, per annos* XXXVI *quibus supremum Christiani orbis regimen tenuit, ex iis discas qui Caroli vitam et itinera descripserunt.*

88 Obiit Cornelius anno MDXXXVIII, XXVI Januarii. *Tumbæ ejus inscripti hi versus.*


CORNELII cineres (o mors !), cognomine MERA.
Sub hoc teguntur marmore.
Nondum bis denos Phœbus quem viderat annos
Honorem adeptum Præsulis.
Liquit inexhauste laudis monumenta, perenni
Gloria dignissimus.
B Adversis rerum multum est exercitus undis :
Fortis at usque perstitit.
Est largitus opes miseris, dum vita manebat,
Nullus ut unquam largius.
Tantarum laudum nunc debita præmia, Olympo
Consors beatis, accipit.

Inter adversa ejus merito numeres, quod anno MDXXVIII x Martii, ab hora tertia postmeridiana usque ad duodecimam noctis, arsit ecclesia ejusque turris, incendio per incuriam plumbariorum orto, *uti lego in Chronico MS. Canonici Sayers. Inveni et apud Joannem Carpentarium, in Probationibus Historiæ Cameracensis, instrumentum Commissoriale, in personam* Fr. Joannis Boschaert, *anno immediate præcedenti acceptantis potestatem, ab Abbate et aliis Confratribus suis, ad constituendam anno* MDXXVII, *in Curia Archiepiscopi Cameracensis, emphitevsim, supra quamdam terræ portionem, situm extra portam Croneburgicam, intra utramque viam regiam ab Oriente et Occidente ; a Meridie vero et Septemtrione, conterminam aliis ipsus Abbatiæ fundis ; quod fortassis juverit hic adnotari; incipit enim* Wy Cornelis van Mere, oodmoedigh Prelaet des Godshuys van Sinte Michiels tot Antwerpen: *sic enim loquebantur majores nostri, omniaque Monasteria, etiam Abbatialia,*
C *appellabant* Godshuyzen, *id est* Domos Dei.

Incendium grave anno 1528.

89 XXXIII GREGORIUS Tiberii DE HAGIS *(ut vetera omnia instrumenta habent) non* DE DAGIS *(ut perperam expressum in Chorographia)* suffectus anno MDXXXVII, I Februarii, *in libello supplici præcitato dicitur addidisse parti illi domus Abbatialis, quam Joannes IV extruxerat,* aulam, in qua Princeps vescitur; *eam credo, quæ in Occidentem porrecta etiam nunc habetur præcipua, et cujus frons Scaldi obversa turriculis duabus, ex opere vetustiori adhuc reliquis, stipatur. Opportune profecto Aulam istam struxerit* Gregorius, *si id fecit antequam* Carolus V Imperator, cum Principe Philippo, inaugurando Brabantiæ Duce, nec non Eleonora Francorum et Maria Hungarorum Reginis, sororibus suis, venit Antuerpiam anno MDXLIX. *His enim omnibus simul excipiendis (si tamen unum omnes hospitium habuerunt) non potuerunt non esse angustæ ædes Abbatiales. Rem solennissima pompa peractam, Latine descripsit Cornelius Grapheus, urbis Secretarius, illustratam figuris ligneis, ab omnium tunc operum designatore Petro Alostano, sacræ Cæsareæ Majestatis Architecto, delineatis ; quarum unum ante S. Michaelis, erectum ad pedum* LX *altitudinem, hoc erat. Quod hic supra portam spectas* theatrum, *concavi cœli rotundam habebat figuram, plus quam centum lucernis vitreis splendidam; quæ ad omnem orbium siderum motum ita circumagebantur artificiose suspensæ, ut fomite ardente semper sursum erecto, nihil olei aut liquoris effunderent, aut emitterent luminis. In medio stabat* divina Majestas, *Principem ante se genuflexum habens, eique ex manu adstantis Potentiæ gladium acceptum porrigens, tum sceptrum ab Angelorum uno sumptum dexteræ inserens, et ab altero oblatam coronam imponens capiti, coram assistentibus sibi* Virtute et Gloria, Fama et Immortalitate, *etc. Totum autem actum illustrabant hæc sacræ Scripturæ lemmata, in limbo theatri infra supraque descripta : supra quidem*, Non est potestas nisi a Domino : *infra vero,* A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. *Dies* x *Septembris erat cum triumphalem istum ingressum Antuerpia vidit, ipsamet triumphabunda, et ad Michaelis novum suum Ducem cum illustri illo comitatu deduxit.*

Exceptus anno 1549 Philippus novus Brabantiæ Dux,



90 *Sequenti* MDLVI *rursus Philippum excepit eadem Abbatia, jam Regem, postquam in eum Pater suus Regna atque Provincias suas transtulerat, Bruxellis advectum, ut tanquam magnus Ordinis Aurei velleris Magister, eum conferret prima vice adlectis in locum defunctorum novis Equitibus, sicut factum ad D. Mariæ mense Januario. Tunc vero prolixiorem moram hic traxit, et mense Martio excepit Petrum Ribadineiram nostrum, adferentem a Societatis Fundatore Ignatio litteras, supplices pro ea stabilienda in Belgio. Quod negotium, infinitis obstaculis superatis, non nisi tertio post Sancti mortem die, optatum ad finem perductum a Rege est : desuperque confectæ litteræ patentes expeditæque Bruxellis* XV *Augusti, et subscriptum erat, Philippus. Digressus post hæc in Hispaniam Rex, accepit diploma Pauli Papæ IV, datum* IV *Idus Maji, quo consilium ejus probabatur de tribus in Belgio Archiepiscopatibus, et quindecim novis Episcopatibus instituendis ; quorum tres habitura erat Brabantia nostra ;*

ac rursum anno 1556 factus Rex patre abdicante

Secuta novorum Episcopatuum erectio

A nostra; Mechliniensem scilicet, *Belgii quoque Primatem futurum*, Antuerpiensemque *et* Silvæducensem. *His dum dos quæritur placuit Regi eisdem unire et incorporare quasdam Brabantiæ Abbatias; scilicet* S. Bernardi prope Antuerpiam *Ordinis Cisterciensis*, *et* Affligemiensem *Benedictinorum*, *ac* Tongerloensem *Præmonstratensium;* una cum assignatione et **reservatione bonorum immobilium monasterii** Villariensis *Cisterciensium*, usque ad annuum proventum mille florenorum; nec non bonorum immobilium monasterii S. Michaelis usque ad annuum proventum mille similium florenorum; *idque ut ratum haberet Pontifex Pius IV, impetratum est.*

[illegible]

et Abbatiarum cum iis unio cum gravatio :

91 *Extat apud Miræum lib. 1 Donationum Belgicarum cap.* 146. *Breve datum anno* MDLX, V *Idus Martii, quo in prædictæ summæ dimidium consentit Pontifex; non item quo alterum dimidium adjungi permisit. Extat etiam apud Michaelitas Regis Philippi diploma*, datum Madriti MDLXIV, XXX Julii, *quo*, re deliberata cum sorore Ducissa Parmensi *Belgii Gubernatrice, annuit supplicationi sibi porrectæ ab* Abbatibus et Prælatis Brabantiæ, primum ejus Statum repræsentantibus, *et offerentibus* redditum annuum octo millium florenorum, *ad Regis arbitrium applicandum; vicissimque rogantibus ut dignetur*
B
Rex polliceri, acturum se apud Apostolicam Sedem et obtenturum, ut unio et incorporatio Abbatiarum *prædictarum*, una cum assignatione et reservatione bonorum immobilium *Villariensis et Michaelitici* Monasteriorum, jam paucis annis elapsis, ad instantiam suæ Majestatis, ad usum nonnullorum Episcopatuum factæ, sed nondum ad effectum deductæ revocentur, et apud Curiæ Romanæ registra cassentur; atque promittere pro se suisque successoribus, Ducibus ac Ducissis Brabantiæ, quod deinceps nullo unquam tempore, similes nec aliæ incorporationes dictarum seu aliarum Abbatiarum Brabantiæ, ex eisdem vel aliis causis unquam futuris, concedentur, nec hujusmodi Abbatiæ aliaque monasteria, certa aliqua summa pecuniaria, pensione, aut reditu annuo, aut alia aliqua diminutione fructuum de cetero gravabuntur, nisi de consensu Prælati benedicti et consensu sui Conventus. *Adduntur et aliæ cautiones, spectantes ad redimibilitatem dictorum octo millium annuorum, constituendorum, mox ubi Rex promissa implevisset, et ipsis monasteriis de suo gremio Abbates dedisset, atque ad liberam Prælatorum idoneorum electionem. Verum omnia hæc*
C
consilia et pacta conventa in ventos abierunt, *invalescente per Belgium hæresi, et deficientibus a Rege* ***Provinciis: quibus deinde ad obsequium reductis, Tongerloenses***, *ut infra dicetur, per peculiarem cum Silvæducensi Episcopo Conventionem, anno* MDXCII *libertatem suam redemerunt : sed Cisterciensibus S. Bernardi ad Scaldim primum id licuit anno* MDCXXXVI: *Affligemiensibus, nec hactenus quidem: Villarienses autem et Michaelitæ gravati manent imposita sibi pensione.*

pro qua tollenda offertur redditus annuus 8000 flor.

mox ubi eam Rex cassari fecerit, nihil tale amplius tentaturus :

quod ille pollicetur an. 1564, sed frustra.

92 *Redeo ad horum Abbatem* Gregorium, *qui videtur extremos vitæ annos duxisse vel mente vel corpore tam debilis, ut regimini per seipsum sustinendo impar fuerit; unde nec mortuus reperitur Epitaphium habuisse; nullum certe uspiam invenitur. Calamitatis istius indicia habeo in Chorographia Tongerloana, ubi pag.* 28 *lego, quod* Arnoldus, *loci illius* Abbas XXXIII, anno MDLVIII cum Abbate Parcensi se confert ad cœnobium S. Michaelis Antuerpiæ, ob grave quoddam negotium, ibidem visitaturus idemque examinaturus. *An ex speciali Abbatis Præmonstratensis commissione, an autem titulo* Vicarii Generalis per Circariam Brabantiæ et Apostolici Visitatoris, *equidem nescio; sed visitationis illius effectum fuisse puto* Vicarium, *eidem* Gregorio *datum (nec enim est alius, cui commodius adscribam) cum ipsum videlicet, cui postea mortuo aptatus est lapis sepulcralis, olim* Waltero Abbati VI *ut opinamur instratus : qui extrito veteri Epitaphio per limbum, nunc in ambitu chori ante portam ejus borealem sic inscriptus legitur :* Monumentum V. Guilielmi Verstegen ab Oisterwyck, Sacerdotis ac Canonici, nec non Vicarii hujus monasterii, qui obiit 1569 die Septemb. 27. *Si verum est quod nonnulli ex senioribus, velut majorum traditione acceptum, dicunt, monasterium grandia in temporalibus damna passum, Tiberiis*, Gregorii *fratribus aut consanguineis, omnia administrantibus; haud difficulter divinabimus, quod fuerit prænotatum* grave negotium, *ad quod examinandum decreta visitatio fuit. Hæc tamen ultra Vicarii institutionem non processit: Abbatis enim titulum et jus semper retinuit* Gregorius; *quod vel ex ea fenestra probatur, quæ in Divi Andreæ, non ita pridem renovatæ, hunc titulum gerit :* Abbas S. Michaelis Gregorius me fecit, anno MDLXI; refecit ejus successor Macarius Simeomo, anno MDCLXXI *Picturam veterem utinam in charta conservare studuisset aliquis, plura forte docturam.* Obiit *porro idem* Gregorius Nonis Junii vesperi, inter nonam et decimam, *teste Chorographo, anno* MDLXII.

Gregorii Abbatis inglorius

D

Vicarius per Visitatores et datus :

ultima ejus memoria in fenestra anni 1561,

E

93 XXXIV CORNELIUS II, dictus EMERICI, successit eodem anno *quo* Gregorius *obiit* MDLXII, *usque ad Pascha protrahendo*, XXIV, Januarii; *postquam Abbatia vacasset mensibus* VII, *diebus* XX. Rexit anno uno et septimanis quinque, et obiit mane statim post tertiam in die Dominica I Quadragesimæ, MDLXIII. *Nos modo annum* LXIV *numeraremus. Nam, sicut Miræus in Chronico Belgico notat ad annum* MDLXXVI, *hoc primum* anno 1576, juxta edictum Regium, Decembri superiori publicatum, anni initium a Kalendis Januarii duci cœptum est, cum antea apud Brabantos a die Paschatis numeraretur. *Hoc autem diligenter est animadvertendum, ad rectum usum et intellectum Actorum, mensibus Januario, Februario, Martio et Aprili publicatorum apud nos: et hujus observationis defectu contigit Chorographiæ Auctorem, mortem* Cornelii II, *quæ in* Dominicam I Quadragesimæ *inciderat, componere cum* XXVI Februarii, *in quem illa Dominica revera inciderat anno nostro nunc* MDLXIII, *quo Pascha celebrandum erat* XI *Aprilis. Sed anno sequenti, tunc adhuc Brabantis* LXIII, *in* LXIV *mutando tantum cum Paschate, quod futurum erat* II *Aprilis; Dominica illa, propter concursum Bissextilis, cadebat in diem* XX Februarii : *qui fuit verus dies obitus* Cornelii : *post cujus mortem vacavit Abbatia medio circiter anno.*

Annus a Paschate inchoatur Brabantiis usque ad an. 1576.

F

94 XXXV Guilielmus IV, dictus Greve, successit anno MDLXIV, circa XIX diem Septembris. *Huic* Pius V anno MDLXVIII dedit facultatem benedicendi omnia ornamenta ecclesiastica. *Idem, juxta libellum supplicem præcitatum*, ædificavit cubiculum æstivum Abbatis : *nunc in usus Gubernatoris conversum;* cui *postea* Chrysostomus Abbas adjunxit, Oratorium S. Spiritus, *alias* Divini Amoris ; *et eam, quæ hodiedum in meridiem procurrit, fabricam terminavit.* Guilielmus *autem, juxta Chorographiam*, rexit XVII annis, et obiit MDLXXXI, XVI Septembris. *Sustinuit feralem illum Iconoclastarum turbinem anno* MDLXVI: *et statu Belgii turbatissimo, nullum toto sexennio accepit successorem. Credibile est tamen, pollutam ab hæreticis ecclesiam anno mox sequenti reconciliatam fuisse*, a Camaracensis Archiepiscopi Suffraganeo D. Martino de Cuyper Carmelita, *eodem qui* XX Maji Marianæ Basilicæ nova altaria consecravit. *Præter alia incommoda etiam hoc vacante Abbatia accidit, quod* Franciscus Hercules Dux Alenzonius, *agente Auriaco susceptus a Statibus Brabantiæ in Ducem, primumque Natalem Domini volens quam solennissime Antuerpiæ*

et cubiculum æstivum Abb.

tolerati Iconoclastæ anno 1566.

A *Antuerpiæ ageret anno* MDLXXXII, *orbam parente domum, et Religiosis dispersis vacuam, suis suorumque usibus occupatam (habuerit totam, etiam* Refectorium et Culinam, quibus ad eum usque diem *(ut notat graviamen ius libellus supplex)* numquam cesserant Religiosi : sed ad aulam *et conclavia supra Refectorium posita, et ad usum Bibliothecæ primum ædificata,* ascendebant Principes per amplas scalas, *quarum jam clausaræ scopus, inter Locutorium et Refectorium assurgens, adhuc in Locutorio cernitur, portula autem obserata spectatur in frontispicio, haud procul a porta Locutorii et Conventus. Hinc ergo factum, ut regressi postliminio Religiosi exiguo valde numero, coegerint (ut dixi) minori refectorio uti. Sub eodem Abbate* Antuerpia *nostra, Cameracensis Archiepiscopi jurisdictioni immediate subjecta, accepit anno* MDLXX *proprium Episcopum, futurum novi Archiepiscopi Mechliniensis Suffraganeum : atque ita deseruit Mechliniensem et Cameracensem Curiam, cum opus erat, recursum habere. Anno post hæc septimo, Christi* MDLXXVII *die* IV *Novembris, ex arce in civitatem irruerunt populabundi Hispani ; et si quid in Abbatia supererat sacræ profanæve suppellectilis exportantes, spoliatissimam reliquerant.*

Occupat ... Monasterium,

B 95 XXXVI Eamericus Andreæ, anno *primum* MDLXXXVII, *post urbem ab Alexandro Farnesio, Parmæ et Placentiæ Principe, receptam biennio ante ad obsequium Regis sui, desolato tum monasterio concessus Abbas,* rexit annis duobus, et octo mensibus; *post hos sepultus* ante chorum, juxta altare B. Virginis, *hoc a successore accepit Epitaphium.* Hic jacet sepultus Dominus EMERICUS ANDREÆ, Abbas hujus monasterii, qui obiit anno MDXC, Augusti XXXI. Orate pro eo. *Multus huic labor haud dubie fuit in resarciendis tectis, et officinis monasticis reparandis, quarum magnam partem, nemine curante defecisse, probant Iconismi, ex ejus temporis tabulis sumpti, et præter templum claustrumque, firmiori extructa opere, ac partem ædium Abbatialium, ædificia utrimque non nisi rara retinentibus.*

Datus ser ... Abbatia.

96 XXXVII DIONYSIUS FEYTEN, ex Pastore in Minderhout, Præpositus Dulcis-vallis, deinde Abbatiæ S. Michaelis Administrator, factus denique ; et consecratus est Abbas anno MDXCII. *Huic non minor quam decessori labor fuit, in iis quæ defluxerant reparandis. Videns autem se raros domi Religiosos parumque exercitatos habere, senioribus et doctioribus per forenses Parochias Abbatiæ incorporatas distractis; Societatis nostræ prompta opera libenter est usus, ad conciones in ecclesia sua Dominicis festisque diebus habendas, et Christiana doctrina instruendam circumpositæ viciniæ juventutem ; quod sibi ab illa tunc præstitum obsequium religiosissimus Canonicorum Michaeliticorum cœtus, alieno auxilio pridem non indigens, adhuc tamen grataniter commemorat.*

Jesuitæ in auxilium adhibiti.

97 *Sub idem tempus anno videlicet* MDXCIV, XVIII *Kal. Julias, urbem nostram ingressus, ad S. Michaelis hospitium sumpsit,* Ernestus Archidux Austriæ, Maximiliani II Imperatoris filius, *futurus Belgii Gubernator. Machinarum et spectaculorum eidem paratorum ordinem descripsit vulgavitque, idem qui Philippæum, Joannes Bochius. Ab Officina monetaria ducebat serie duplici extemporanea porticus, usque ad Abbatiam in pedum mille protensa longitudinem. Pilæ numero centum et quinquaginta duæ ex utroque latere sic erant dispositæ, ut singulis duodecim pedum relinqueretur intervallum, altitudo quindecim pedes emineret, ipsa porticus pedes* XXXV *pateret, fastigium primum ad totidem pedes assurgeret : cui ad finem triumphalis viæ aliud fastigium altius etiam assurgebat, inter duo trophæa ex maritimis terrestribusque spoliis coagmentata, cum hoc desuper lemmate :*

Exceptus Ernestus Archidux Austriæ :

Aspice, magne Ducum, terræque, marisque trophæa, D
Factis digna tuis ; ad quam te Belgica palmam
Fata vocant et vota : Deus tua cœpta secundet.

AUCTORE D. P.

Auctores operis, prima in fronte ad Monetarium officinam, nomina sua profitebantur hac inscriptione, Ernesto Austrio, Principi virtute et armis inclito, susceptum Germaniæ inferioris imperium et adventum gratulantes, Marcus, Joannes, et Jacobus, Fuggeri fratres, Barones in Kirchperch et Weissenhorn, porticum temporariam extrui curarunt.

98 *Sed brevis hæc lætitia fuit : obiit sequenti mox anno* x *Kal. Martias Bruxellis* Ernestus, *eique ex designatione Philippi mox successit, ex Lusitania quam Prorex administrarat,* Albertus S. R. E. Cardinalis, *Philippi Regis ex patruo Ferdinando Imperatore cognatus, Belgium pro cognato gubernandum suscipiens.* Tunc quidam ministri Regii Richardoto Præsidi Concilii Statuum persuasum voluere, Abbatiam S. Michaelis Antuerpiæ ad jus Principis tamquam fundatoris pertinere : quapropter Dionysius Prælatus Bruxellas misit Aubertum Miræum, tunc Canonicum ad S. Mariæ, postea Decanum, utpote linguæ E peritum, cum documentis authenticis, unde constabat, totum quantum est monasterium hodiernum, ædificatum per Abbates suos esse : id quod prædictus D. Cardinalis libentissime intellexit, sibique pleno satisfactum declaravit, quemadmodum Miræus idem adhuc superstes testari potest, *inquit Auctor libelli supplicis, anno (ut dixi)* MDCXXXV *oblati.*

apud Albertum Card. Gubern. defensa libertas Abbatiæ:

99 *Lætioribus etiam animis idem* Albertus *receptus ad hospitium fuit, cum anno seculi* XVI *penultimo die* VIII *Decembris, una cum adducta ab Hispaniis, desponsata sibi uxore, Isabella Clara Eugenia, Antuerpiam invectus est solennissima pompa ; post alibi excepta dotalium Provinciarum sacramenta, S. R. I. Marchio apud nos inaugurandus. Ea de re insignem librum* Joannes Bochius, Senatui Populoque Antuerpiensi a Secretis, *scripsit. In eo spectatur idea materiati operis, ad ingressum Palatii Michaelitici erecti. Stabat illud pedes sexaginta altum, latum triginta quinque, Memoriæ nuper defuncti* Philippi Regis, *tamquam extremus totius pompæ actus, destinatum.* Hic in medio secundæ elevationis ipse in solio residens, Pallade ad dexteram, ad sinistram adstantibus Parcis, omnium regnorum suorum assem, in sphæras terrestris orbis distinctum, hoc modo dividebat : bessem Philippo III cum sceptro assignabat, reliquum trientem filiæ Isabellæ. Dextrum intercolumnium Orbis Imperium pictum continebat, virginis specie, capite septem planetas serti loco F redimita. Vestis pectus tegens (quod oblique Zodiacus ambiebat) cerulea erat, nubibus similis; altera usque ad genua dimissa, cymatilis et undosa ; in tertia, ad pedes usque, montes, civitates, arcesque erant pictæ ; sceptrum dextra, navalem clavum tenebat læva : adscriptum erat capiti, HEREDIBUS ORBIS IMPERII. Ad lævam Gloria, cum aliis et tuba, adstante Cupidine ; et supra caput legebatur, PHILIPPI GLORIÆ ÆTERNÆ. Tertia substructio his versibus sententiam operis explicabat.

idem jam Princeps Belgii receptus cum Isabella,

erecto ad monasterium arcu in memoriam Philippi R.

Maximus ut regnis, sic et pietate, Philippus,
Partitur natis genitor, quos rexerat, orbes.
Hinc sedes petit Æthereas ; hominumque labores
Sublevat assiduis, pacato Numine, votis;
Solaturque suos, et mundo consulit absens.

100 Statua in summo acroterio posita, Providentiæ erat typus, orbis globo insistens, atque hastile cum sceptro tenens : alia vero signa, in reliquis acroteriis collocata, hæc erant ; Pietas, Felicitas, Fortitudo, Liberalitas, Potentia, Magnanimitas, Majestas, et Clementia. *In oblongis supra portulas tabulis, intercolumnio utrimque affixis, hæ inscriptiones Lectorem detinebant.* Heu ! quam dolendum est, cum

arcus ejusdem acroteria explicata.

A AUCTORE D. P.

cum immortalis sit Respublica, eam in unius mortalis anima consistere : satis enim Philippus naturæ vixit et gloriæ, sed terrarum orbi parum. *Sinistri lateris elogium erat hujusmodi :* Cum exemplo Menandri, Bactrianorum Regis, desiderium Philippi (cui inter bonos ab orbe condito Principes anteponimus neminem, conferimus paucos) divisis in singulas civitates cineribus lenire nequeamus : optimi tamen Principis erectis publice privatimque imaginibus, quod Imperatori Adriano omnes Græciæ urbes præstiterunt, memoriam sacrosanctam venerabimur et colemus. *Hæc utcumque tempore isto elegantia, juvabit conferre cum idea ejus arcus, qui triginta sex annis posthæc ibidem stetit, urbem nostram et Abbatiam ingrediente Principe Cardinali Ferdinando; indeque æstimari poterit, quantum artes litteræque tam brevi spatio apud nos profecerint, postquam suum hic Societas gymnasium aperuit. Ne etiam formam ejus hic spectandam darem, fecit imperitia sculptoris, ubique se prodens et a regulis architectonicis aberrans; quam operosius corrigere non libuit, in re non singulariter eleganti.*

Dionysii Ab. obitus et epitaphium.

101 *Ad* Dionysium II *redeo, annis adhuc duodecim superstitem; et quid toto regiminis sui tempore egerit toleravitque legendum pono in Epitaphio, quod suus successor sic ei scripsit.*

B

D. O. M.
DIONYSIUS FEYTEN,
cui Grudii, Athenæ alteræ, patria;
virtutis Antistes eximiæ,
candoris animi in Canonica sua candidissima familia
candidus ipse fotor et fautor :
variis XLII annos strenuus in officiis,
malesanis itidem hæreticorum factionibus
secundum pauper Christi exul,
Præsulve dives, dixerim.
Ille, inquam Professionis ac Sacerdotii Jubilarius,
ætate gravis ac moribus, mœsto funere ablatus,
in certa resurrectionis spe,
hic diem expectat extremum.
Ut ei bene sit, tu apprecare.

In sarcophagi autem lapide legitur obiisse, anno MDCXII, Idibus Septembris, cum rexisset annis XIX, m. VI d. XII; vixisset annis LXXV, m. V, d. VI.

§. XII. Abbates seculi XVII, quibus longam successorum seriem optat Auctor.

C

CHRISTIANUS MICHAELIUS, creatus Abbas XXVIII Februarii MDCXIII, *dicitur in Epitaphio suo* vixisse annis XXXIII, rexisse uno et diebus V, obiisse Bruxellis anno MDCXIV, III Nonas Martii.

103 XXXIX MATTHÆUS IRSELIUS, Norbertino Middelburgensium cœnobio ab hæreticis pulsus, variis ærumnis et carceribus ut aurum probatus, ex Archipresbytero districtus Hoogstratani et Bredani, Abbas creatus est XVII Maji, anno MDCXIV, ætatis suæ LXXII. *Hujus Abbatis anno* VI, *Christi* MDCXX, *rursum funesto incendio conflagravit totum cum ecclesia monasterium, cum nullum ab aquis subsidium ferri posset, per acerrimum gelu, quod ipsum quoque Scaldim strinxerat; uti ex patre audivisse sæpe me puerum memini, natus ipse octavo post incendium istud anno. Adeo autem tunc sæviit flamma, ut ipsos quoque lapides, summa fastigia claustralis ambitus antiquo more coronantes, consumpserit; et opus fuerit novo (quod facile apparet) opere bonam illius partem resuscitare, maxime ad Meridiem, qua connectitur Refectorio. Tantam tamen* jacturam cito reparavit Matthæus Abbas, incredibili *(ut Libellus supplex asserit)* sumptu, nullo vel ab Aula, vel ab alio quopiam subsidio adjutus. *Tandem vero* obiit *etiam ipse* anno MDCXXIX, XV Julii,

3 Incendium anno 1620.

D

cum præfuisset annis XVI, ætatis LXXXVIII, et templum variis operibus ornasset; *sicut legitur in Epitaphio, quod* marmoreum habet et aureis inscriptum litteris, in sinistro chori latere juxta summum altare, versus ambitum, *quod altare ab eo erectum supra laudavi num. 46. Habet nihilominus ad ejusdem altaris cornu, quod Evangelii dicunt, sepulcralem lapidem candidi marmoris, cui vivus hoc solum inscribi voluit.* D. O. M. Matthæus Irselius, hic expecto, donec veniat immutatio mea. *Effigies vero, picta manu Rubenii, pendet ad proximam quæ chori fornicem sustinet columnam. Notandum tamen quod habet Epitaphium prius,* præfuisse *Matthæum* annis XVI, *intelligi non posse de integris : cum ex præmissa temporis nota de creatione et obitu ejus conficiatur, præfuisse tantum annis* XV, *mense* I, *diebus* XVIII.

104 XL JOANNES CHRYSOSTOMUS VANDER STERRE Buscoducensis, *eodem quo decessor obiit anno creatus, consecratus* VII *Octobris, per* XXIII *annos regiminis sui, multimodis Ecclesiam et Abbatiam ornavit. In hujus prima ac principali aula tum decessores suos omnes pingi fecit, tum grandiori in tabula etiam seipsum, sed in persona* B. Waltmanni, *Pedum cum benedictione Abbatiali de manu* S. Norberti *accipientis ante aram, ad quam Sanctus Archiepiscopus in habitu sacrificantis assistit. Ejusdem quoque opus est* Sacellum Abbatiale, *divino Amori nuncupatum quo vix aliud elegantius conspici possit; ita totum auro, picturis, statuisque ornatur et fulget. Nec præterierim Propylæum, ex Rubenii designatione, alboque ac cæruleo saxo, prætensum ei areæ, quæ viam regiam inter et ecclesiam jacet ad Orientem, ut dixi; dispositis utrimque pulchro ordine novis ædibus, ad commoditatem civium, illic longius ab urbano strepitu vivere eligentium; quæ tamen necdum omnes habentur perfectæ, sed hinc inde dumtaxat quaternæ, ceteris ad commodiora tempora, una cum nova ad Abbatiam porta, reservatis.* Chrysostomi *quoque opus est* Doxale *seu* Odeum marmoreum, *supra quod conspicitur Christi nobilis statua, sub schemate boni pastoris, ovem receptam bajulantis, S.S. Petri et Pauli Apostolorum statuis stipata, quibus per columnas mediæ navis reliqui fere Apostoli respondent, privata plurium liberalitate dispositi, pro cœnotaphiis quæ suæ suorumque memoriæ erecta volebant, istic sepeliendi.*

Sacellum Abbatiæ novum,

E

ornatum Propylæum et domus, ad publicam viam.

Doxale restitutum.


105 *In hujus felicissimi Abbatis tempus incidit ille, seculis omnibus apud Belgas memorabilis adventus* Ferdinandi Principis Cardinalis, *pro Rege fratre* Philippo IV *Belgas gubernaturi; qui, ne statim Antverpium viseret repellendis post Nortlingicam de Suecis victoriam Gallorum Belgis imminentium conatibus distentus fuit, nec nisi mense Aprili anni* MDCXXXV *eo appulit. Hic ex Castro ubi noctem egerat urbem invectus per portam Cæsareum, longo circuitu per dispositos locis quibusque celebrioribus arcus triumphales atque spectacula, deductus demum ad S. Michaelis est, atque a* Chrysostomo Abbate *exceptus, spectato qui viam versus Castrum ducentem intersecabat* Herculis Prodicei *arcu, qualem æque ibi ac locis ceteris ordinaverat felix Rubenii pictoris genius, et ingenium Archigrammatei Gevartii lemmatis epigraphisque illustraverat; prout alterum cœlo sculptum hæc tabella proponit; Idem his verbis liber editus explicat.*

Susceptus Princeps Card Ferdinandus an. 1635,

F

106 In tabula media Hercules ephebus conspicitur, de vitæ instituendæ ratione deliberans, leonis exuviis amictus, clavam dextra tenens. Adstat Venus, quæ renidenti vultu illum allicere, et ad voluptatis viam seducere conatur. Liber quoque Pater, pampino redimitus, et corollam floream ostentans, illum ad se invitat. Cupido medius, veste et clava Herculis arrepta, renitentem illum ad se trahere nititur. At ipse, assistentis sibi Palladis armatæ consiliis obsecutus, spretis deliciarum blandimentis, ad Honoris et Virtutis templa, in edita rupe

erecto eidem arcu Herculis Prodicei,



B

rupe posita, animose contendit. Viam draco alatus aliæque feræ bestiæ obsident. Epigraphe :

Ardua saxoso virtutis semita clivo
Calcatur, Fernande, tibi ; male sueta voluptas
Pellitur auspiciis divæ ductuque Minervæ.
I felix, comitem e Dea. Sic itur ad astra.
Hinc te solliciti gaza pendet adorea templo,
Herculeoque monet non impar fama labori.

Hinc atque in fastigio arcus, in lacinia laurum palmamque decussatam ambiente, scriptum.

ARDUA PER PRÆCEPS GLORIA VADIT ITER.

et Bellerophontis — 107 Posterior hujus arcus pars ejusdem plane erat cum anteriori architecturæ, eademque parerga continebat. In tabella media *(quam hic scorsum exhibere necessarium non duximus)* Bellerophon armatus, qui equo Pegaso alato per aera vectus, Chimæram hasta in pectus adacta interficit. Id monstrum pri-

C ma parte leonem, cauda draconem, media vero capram referens, hominesque ore flammas evomebat, ac proxima quæque exitiali afflatu interficiebat. Adjacent cadaverum a monstro absorptorum ossa. Epigraphe.

Fletibus Aligeri delusa, et cuspide fixa,
Ut cecidit magno sub Bellerophonte Chimæra ;
Haud secus auspicio Fernandi robore, dira
Concidet hæreseos rabies, delapsaque cælo
Unanimes tandem junget Concordia Belgas.

In fastigio sub palma Epigraphe,

SIBI PANDIT ITER PER NUBILA VIRTUS.

108 *Quid egerit* Chrysostomus Abbas *ad honorem sancti sui Patriarchæ promovendum, per sacri corporis translationem in ditiones Catholicorum, explicuit prolixius ea de re jam propositus Tractatus : prius autem quam ipsa tentaretur, cum adhuc solum esset monasterii Prior sub Matthæo Abbate, anno* MDCXXII *curavit ejusdem Sancti Vitam omnem, eleganti Theodori Gallæi scalpro lamellis* XXIV *æneis incidi, subjuncta cuique congrua synopsi historiæ istic repræsentatæ. Ut autem harum figurarum usus latinus pateret, iisdem aptavit librum bene magnum vernacula Belgarum lingua, de eodem argumento, quem altero post anno edidit ; uti etiam biennio post, sed lingua Latina,* Natales Sanctorum Præmonstratensium. *Abbatialis autem regiminis extremo tempore imprimi curavit, quam recusam dedimus antiquam* Vitam S. Norberti : *sed addendas eidem Vitæ Annotationes mors intercepit, nec tamen evulgationem libri impedivit ; vices defuncti supplente* D. Cornelio Polycarpo de Hertoghe, *et copiosas atque eruditas Notas perficiente. Porro idem* Chrysostomus *fuit (sicut in ejus Epitaphio legitur) sui* Ordinis Præmonstratensis, per Circarias Brabantiæ et Frisiæ Vicarius generalis et Visitator Apostolicus ; *atque* anno MDCLII *pie* mortuus, *sepultus jacet juxta majus altare, ex opposito decessoris ad cornu Epistolæ, sub simili marmore ; ubi habet præcitatum Epitaphium, in eodem chori latere positum a successore, ex opposito ejus quod ipse posuerat decessori : habet etiam ibidem similiter pendulam ex columna effigiem, devotissime pictam, sicut vivens toto vultu pietatem spiraverat.*

D — AUCTORE D. P.

Chrysostomi Ab. obitus an. 1652 : libri scripti et editi, sepultura.

109 XLI NORBERTUS VAN COUWERVEN, *Antuerpiensis, postquam in hac civitate per annos plusquam* XXV *verbum Dei frequenti concursu, subinde etiam Prior cœnobii, prædicasset ;* institutus est Abbas, *eodem quo decessor obiit anno* XXI Decembris ; *nec tamen a consueto prædicationis officio cessans, anno* MDCLVI *die* XXXI *Julii, in Ecclesia Domus Professæ Societatis Jesu, ubi tum celebrabatur centesimus a morte* S. P. N. Ignatii *annus ; ipsum, et usitata ab ejus filiis circa proximum hac in urbe exercitia, laudavit panegyrica illa Oratione, quæ diu in memoria civium et adhuc in plurium versatur manibus, typis Plantinianis vulgata, et a confertissima concione tam cupide audita, ut licet horas integras duas protraheretur : nemo tamen fatigaretur audiendis eorum laudibus, quorum jam mortuorum memoria adhuc vigebat apud plerosque, dum assumptum ex Ecclesiastico thema facundia sua dulci prosequitur :* Mortuus est pater ejus, et quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se.

Panegyris an. 1656 de S. Ignatio. — E

110 *Idem recondendis* S. Norberti *Reliquiis, dimidio scilicet ejus cerebro, anno* MDCLIV *acceptis, fieri curavit argenteam illam magni pretii nec molis minoris arcam, quam supra exhibuimus ære expressam : cui arcæ honestius collocandæ, in pariete Sacelli Norbertini excavato, loculum marmoreum anno post sexto condidit, ubi conspicua populo staret, quoties inauratæ valvæ panderentur. Idem post summam aram, Deiparæ sacellum marmoribus ornavit. Idem* Norbertus *anno* MDCLV *(uti in Chorographia legitur)* cum majorem S. Michaelis campanam refundi et ad meliorem tonum reduci curasset, et alias XXXI addi fecit, quæ adeo bonæ resonantiæ et harmoniæ sunt, ut cum quovis alio campanario opere per totam Belgicam certare possint, pondus autem omnium ad 14627 pondo librarum excurrit. *Idem grandem illam ac spatiosam aulam, quæ post incendium excitata fuerat inter Dormitorium et Abbatiam, alium vero usum vix habebat quam Principibus et Gubernatoribus Belgii, si quando huc veniebant, excipiendis, Religiosorum commoditatibus aptavit, Dormitorioque annexuit ; et substructionem ei subjectam, in qua stationem habere solebant Principum eorumdem stipatores, fecit ut ante fuerat Refectorium esse, sane perquam commodum et magnificum. Maluit ipse scilicet præsentibus Principibus tantisper incommodius habitare, et sua conclavia hospitibus cedere ; quam subditos, adeo procul a suis ut jam tunc erant cellis, ad sumendam refectionem, quotidie ambulare, in aulam illam Septemtrionalem, juxta quam suam illi habitationem habuerant, prius quam ea trans ecclesiam ad meridionale latus transferretur.*

Theca S. Norberti argentea.

F

Lusus Campanarius.

Refectorium translatum.

111 *Sanctimoniales quoque Norbertinas, quarum partem, capta a Fœderatis Breda, Osterholtum digressarum huc refugientem exceperat anno* MDCLIV *de-*

cessor

AUCTORE D. P.

Monasterium S. Sacramenti.

A *cessor suus : conventione inita cum Præposito S. Trinitatis in valle S. Catharinæ Osterholti, suscepit* Norbertus *in jus suum anno* MDCIV ; *juvitque ad novum* monasterium, *sub nomine* Sanctissimi Sacramenti, *hic Antuerpiæ condendum, emptis ad id Fuggerorum amplissimis ædibus : qua de re extant in sæpe citatæ Chorographiæ cap. ult. tam Generalis Præmonstratensis Augustini le Scellier, quam Antuerpiensis Episcopi Ambrosii Capello litteræ. His autem munitus Abbas, eidem monasterio primam communibus Virginum votis electam Priorissam instituit,* Catharinam Snyers. *Obiit autem* D. Norbertus *anno* MDCLXI, IX *Septembris, suo erga hoc de Actis Sanctorum opus insigni affectu commeritus, ut quadriennio ante mortem videret partem unam Februarii nomini suo inscriptum ab Auctoribus, Joanne Bollando et Godefrido Henschenio. Corpori deponendo lectus locus ad pedem summi altaris ubi etiam successores ejus sepulturam sibi legerunt, a dextris* Macarius, *a sinistris* Chrysostomus, *de quibus infra.*

Reliquiæ B Hermanni Joseph.

112 XLII Macarius Simeomo, *Antuerpiensis, creditur, cum adhuc privatus esset, collegisse sæpius laudatam* Choro-*seu* Cœnobiographiam S. Michaelis, *eamque Sandero adoptandam tradidisse anno* MDCLIX. B *Institutus autem Abbas anno* MDCLXII, *decessoris cœpta in utroque monasterio egregie promovit. Et apud suos quidem altare S. Gregorii seu venerabilis Sacramenti, ex candido nigroque marmore alte erectum, cancellis etiam marmoreis et ædificato juxta sacrario instruxit ; Sacris autem Virginibus specialem conciliavit Patronum* B. Hermannum Joseph, *de quo ad* VII *Aprilis egimus ; divisa cum illis insigni Reliquia, jam inde ab anno* MDCXXII *per Steinfeldiensem Abbatem donata : cujus prima expositio solenniter fuit celebrata anno* MDCLXIII *die* XI *Septembris : alteram vero partem ad S. Michaelis exposuit, in ea quam SS. Petro et Paulo, deinde S. Liduinæ Virgini Schidamensi pridem diximus dedicatam, capella. Cœperat ille præcedenti anno Refectorium Religiosorum ornare, iis quas superius laudavimus picturis ; sed longioris moliminis res erat, quam ut celeberrimus pictor intra paucos annos ipsum posset absolvere : fuit igitur eo mortuo quod duo successores curarent. Hujus etiam opus fuit nova a fundamentis et speciosa Braxatoria, eo loco ubi apotheca lignaria fuerat, vilis ac rustica, et Abbatiam adeuntium oculos haud parum offendens : quo facto etiam consultum est monasterii quieti, per quod discursandum braxatoribus extraneis eorumque ministris erat, dum coquendæ cerevisiæ opus exercebatur, in extimis ad Septemtrionem domibus, nunc ad alios quietiores usus traductis.*


Nova braxatoria erecta.

C

Hospitium Bruxellæ.

113 *Cum autem necesse sit S. Michaelis Abbatibus, ratione Concilii Statuum Brabantiæ Generalium, cujus membrum sunt, sæpe Bruxellis degere, maxime si quando allegantur in numerum Deputatorum pro parte Cleri, uti erat ipse ; sibi suisque successoribus in urbe illa Regia, juxta monasterium Capucinarum, construi fecit* Hospitium *commodum et magnificum, quale hic cernis.* Berschotanam *quoque domum, commodissimo ac saluberrimo loco sitam, quam suus decessor, ad religiosam suorum recreationem restaurarat, qualem spectandam dedi in grandiori tabula totius Abbatiæ, cœpit magnificis hortis, pomariisque et vivariis circumductis ornare : eaque occasione dejecta fuit porta quæ ibi ad caput pontis antea conspiciebatur. Hic ille (quod gratanter a me commemorari par est) non solum habebat nostra eatenus impressa Sanctorum Acta, frequentesque legebat ; sed sisti etiam sibi volebat præcipuos quosque ad prælum paratos Commentarios, tardum existimans eos expectare donec haberentur impressi : et titulo consilii pariter atque auxilii, in eam rem amanter diligenterque collati, invenies illi, annis* MDCLXVII *et* LXXV, *dedicatos Martii et Aprilis tomos ultimos. Talibus intentum, et ad lucem ad prælum Maji videndi cupidissimum, ætatis anno dumtaxat sexagesimo, Prælaturæ decimo quarto, Christi* MDCLXXVI, XII *Aprilis mors occupavit nobisque subtraxit. Vivens sibi monumentum statuit ad eam chori columnam quæ respicit cornu Evangelii ; cui quidem imponi dimidiam corporis sui figuram permisit ; sed aliud nullum Epitaphium voluit, quam hoc a se dictatum.* D. O. M. S. Quod mortale fuit, hic deponi voluit Fr. Macarius Abbas. Orate pro eo, ut cito ad Dei conspectum, atque exinde ad beatam transeat æternitatem.

Affectus erga Acta Sanctorum.



F

114 XLIII Hermannus Joseph vander Porten *sive* a Porta, Silvæducensis, *ex Præposito Norbertinarum nostratium, factus Abbas anno* MDCLXXVII, XI *Januarii, dilecti sibi Parthenonis fabricam insigni amplificavit extructarum a fundo ædium additamento ; Gorcomensium Martyrum, anno* MDLXXII IX *Julii a Calvinistis Brilæ in Hollandia enecatorum, Beatificationem, anno post eorum passionem* CIV *a Clemente X peractam, magnificentissime celebravit Antuerpiæ, anno* MDCLXXVII *Dominica* I *Quadragesimæ, ratione duorum ex Candido Ordine,* Jacobi et Adriani, *inter illos passorum. Abbatiæ suæ conclavia, minus commode, nec ad hujus ætatis ingenium satis venuste coordinata, dispositis aliter januis sic reformavit ornavitque, ut quantivis Principis aulico ministerio explicando idonea jam sint, Abbati tamen facultatem relinquant remanendi in iis quæ suæ privatim personæ aptata habet. Vivus sibi monumentum posuerat*

MM. Gorcomensium beatificatio

A *posuerat, simile monumento decessoris Macarii, ad cornu Evangelii: et quidem cui Chrysostomus pariter decessor illatus est tumulo, proprium nullum epitaphium habet, cum obiisset anno* MDCLXXXI, *die* XIX *Julii.*

Ornata Abbatia,

115 XLIV GERARDUS KNYF Antuerpiensis, *ordinatus* MDCLXXXII, *die* III *Martii, dum restaurare nititur, rei temporalis dispendia magna, illata per illuviones aquarum, exundante Scaldi et aggeres prope Antuerpiam perrumpente; curis laboribusque succubuit* XXI *Januarii anno* MDCLXXXVII, *sepultus sub proprio marmore, quod ante altare sibi vivens paraverat, his insculptum verbis:*

reparata illuviorum damna,

D. O. M. S.

Gerardus Abbas, hic in tenebris stravi lectulum meum, et substantiam meam in inferioribus terræ: ne imperfectum meum videant oculi Domini, sed ut operi manuum suarum cito porrigat dexteram, D orate: cinerique hæc reddite nostro munera.

AUCTORE D. P.

116 XLV JOANNES CHRYSOSTOMUS TENIERS, Antuerpiensis, *benedictionem Abbatialem suscepit anno* MDCLXXXVII, XIX *Maji, feria* II *Pentecostes. Plurima, ad commodum et splendorem Abbatiæ suæ, meditatur; quibus ad opus deducendis vitam prolixam et commoda tempora largiatur Deus; donec plenum dierum et meritorum ad se recipiat, in sortem Sanctorum, quorum honori promovendo studuit, et virtutes colere est visus: tum vero successorum longam sufficiat seriem, per quos a* S. Norberto *pridem bene cœpta, et ad præsentem amplitudinem gradatim provecta a posteris; continuato usque et usque splendore, ad finem usque sæculorum, indefectibili vigore perennet.*

Votum Scriptoris D. P.

COROLLARIUM III

De tribus Filialibus Abbatiis, ex Antuerpiensi Michaelitica prognatis.

B *Decursa Historia* Abbatiæ *nostræ* Michaeliticæ, *statueram Norbertinis Corollariis finem imponere; cum operæ pretium visum fuit de Filiabus ejusdem (sic vocant Monasteria, ab alio velut matrice deducta) Tractatulum componere sub titulo* Corollarii tertii. *Quamquam enim* Averbodiensis *et* Tongerloensis *Abbatiarum Chorographiæ extent, in compilatione præcipuorum Brabantiæ monasteriorum, a Sandero cœpta et sub ejus nomine vulgata; passim tamen obvium non est istud volumen, et extra Belgium vix ulli notum. De Middelburgensi vero, olim præstantissima, nunc sub Fœderatis Ordinibus suppressa Abbatia, exilis omnino extat memoria in nostri superiorisque ævi Chronicis: et tamen offerebatur ingens veterum monumentorum thesaurus, unde ea posset saltem in hominum notitia resuscitari. Itaque hoc etiam Corollarium aliis duobus, in Commentario prævio promissis, additur.*

Causæ hujus Corollarii.

§. I. De initiis Abbatiæ Averbodiensis.

I*dem annus* MCXXVIII, *qui* Antuerpiensi S. Michaelis Ecclesiæ Abbatem *creavit* B. Waltmannum, *eumdem putatur fecisse* Patrem Abbatem Ecclesiæ Averbodiensis; *tantum scilicet* Norberti *plantatio intra*
C *triennium unum succreverat. Situm est* Averbodium *in Taxandria, ad Distemiensis Sichemiensisque territorii confinia, ab Aspero Divæ Virginis colle ex una, ex altera parte a Taxandriæ loco leuca horaria distans, ab Antuerpia vero circiter decem. Situm est autem salubri cœlo, quamvis nemoroso solo; sed* usque ad ea tempora solis latronum vel prædonum spurcitiis, rapinis ac homicidiis vacante, *ut loquitur infra laudandus Stephanus, Metensis Archiepiscopus. Verum proprium eum sibi volens Deipara, primo suam istic imaginem, arbori nescio qua manu affixam, cœpit illustrare miraculis; cumque eo illicio inducti fideles, illuc periculo contempto accurrerent; contigit* Arnoldum III Lossensem Comitem *eodem quoque accedere, et preces fundentem a manifesto vitæ discrimine divinitus liberari. Ergo propositum concepit, illum sui juris locum Deiparæ consecrandi, et qui eidem deservirent Religiosorum conventum adjungendi. Cum autem nova Præmonstratensium Antuerpiæ institutio tota Brabantia celebraretur, eum Ordinem suo proposito censuit imprimis idoneum.*

Initio sec. 12 Averbodium, Deiparæ miraculis clarescit:

illuc ab Arnoldo Com. de Los.

2 *Petitus et missus continuo fuit a Waltmanno* Andreas, cum Sociis, Arnulpho, Ludovico, Hugone, et Nideno, *qui in Necrologio loci vocantur* primi Fundatores. Proinde, *inquit Chorographia*, eximium D. Michaelis Antuerpiæ, Averbodii mater est; cujus hæc filia primogenita, appellat Abbatem, more Ordinis, Patrem Abbatem. *Quot annos quatuor illi primo, sub* Andrea Præposito, *sint impenditi tali loco ad Canonicæ professionis et officii cursum aptando, exstruendæ ecclesiæ, constituendæ doti, erudiendæ excolendæque viciniæ, novis Sociis aggregandis; donec Abbatiæ titulum ac dignitatem* Averbodium *mereretur, non invenio notatum: integrum certe octennium effluxit, priusquam fundationis litteras prædictus* Arnoldus *expediret, quas* anno MCXXXV *signatas delibant Chapeavillæus, in Notis ad Chronicon Leodiensem Ægidii Aureævallis cap. 26, et Miræus in Codice Donationum cap. 91; integras vero profert Auctor Chorographiæ. Moræ causa fuit; quod impetrandus esset assensus plurium, partem in allodio Averbodiensi habentium, quorum nomina Alexander Episcopus Leodiensis, hoc suo authentico testimonio, exprimit.*

E *anno 1128 missus cum sociis 4 Andreas,*

sub an. 1135

3 Ego Alexander, divina ordinante Clementia Dominici Gregis in Leodiensi Episcopio humilis custos ac provisor, notum facio, ac sigilli nostri impressione memoriter tenendum trado, tam posteris sequacibus quam nostri temporis Catholicæ fidei cultoribus; quod videlicet Comes Arnulfus de Los, assensu aliorum Nobilium participum, scilicet, Arnulfi de Arschot, Arnulfi de Dist, Cunonis de Repe, et Radulfi Abbatis S. Trudonis, Allodium, quod nominatur Averbodio, ad laudem et honorem Christi, Domino ibi famulari volentibus dederit, pro salute animæ suæ et patrum suorum... Hoc autem in nostris diebus stabilitum est me teste, me præsente, temporibus Lotherii Imperatoris: *quod cum hic primum factus sit suscepta Romæ corona anno* MCXXXIII, VI *Julii, non potest prius scripta illa fuisse, nec absurde ad annum sequentem differetur: quo interim tempore crediderim absolutam fuisse ecclesiam, Deiparæque et Baptistæ Joanni consecratam.*

plenam loci possessionem obtinet,

F

de consensu omnium, partem in eo habentium,

4 *Ipsius Fundationis charta hoc habet principium:* In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. Dignum adjudicamus, fideles Christi famulos nos debere confovere, et de nostra abundantia necessitatibus eorum concurrere, et eorum inopiam sublevare; ut cum defecerimus recipiant nos in æterna tabernacula. Hinc est quod ego Arnoldus, Dei gratia dictus Comes de Los, cum Ludovico filio meo, ecclesiam sanctæ Mariæ Sanctique Joannis Baptistæ in Averbodio, allodio nostro, fundavimus, et in eo Canonicos

traditur ipsi a Comite;

A nicos Præmonstratensis Ordinis sub Regula Beati Augustini collocavimus: quibus omnem terram cum nemoribus a termino Endeberghe, usque ad terminum qui dicitur Ubrepath, cum pascuis circumjacentibus, libere concessimus; Ecclesiam etiam de Tessenderloo, cum decimis et appendiciis, et cum omnibus ejusdem villæ usibus, aquis videlicet et pascuis, prædictis Fratribus largiti sumus. *Sed quoniam in allodio donato portionem aliquam ecclesia S. Trudonis habuit, et in hanc juris nescio quod habebat aut prætendebat Metensis Episcopus; non videbatur ad ejus alienationem sufficere quod ea facta esset*, consensu Radulphi Ecclesiæ illius Abbatis et Fratrum ejus, *nisi accederet consensus dicti Episcopi; quo etiam ipse rogatus cedere*, anno incarnati Verbi MCXXXVI, Indictione XIV, Stephanus, miseratione divina Metensis Episcopus, omnibus tam futuris quam præsentibus in perpetuum, *sic scripsit:*

AUCTORE D. P.

Donationem pro parte S. Trudonis

5 Quia juxta Apostolum bonum operari ad omnes communiter et debitores sumus; maxime illis curam beneficentiæ impendendam esse minime dubitamus, qui relicto fluctuantis mundi præsentis naufragio, ad tranquillum contemplationis portum feliciter se contulerunt, ac in eo anchoram suæ salutis confixerunt. Igitur ob remedium nostrorum peccatorum, seu omnium prædecessorum nostrorum vel successorum, petitione nec minus Gerardi Venerabilis S. Crucis Cardinalis, tunc etiam Apostolicæ Sedis Legati; terram quæ Averbodium vocatur..... Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ, quæ inibi fundata est, libere possidendam contradidimus; eo quidem tenore, ut Ecclesiæ S. Trudonis singulis annis in Epiphania Domini, aureum nummum sive pretium ejus, Fratres ecclesiæ S. Joannis Baptistæ superius memoratæ persolvant. Huic nostræ traditioni assensum præbuerunt Advocati prædictæ S. Trudonis Ecclesiæ, Waleramnus Dux et Marchio Lotharingiæ, et Giselbertus de Duraco. *Ex quibus disco, Fundationem cœptam anno* MCXXVIII, *quo Spirensi conventui Gerardus Cardinalis, postea Lucius Papa II interfuerat, et* Norberti *ad Archiepiscopatum electionem confirmarat; qui cum deinde legationem suam obiret, Metasque pervenisset, post primos Abbates a Norberto ordinari jussos, etiam Averbodiensis fundationis probandæ auctor esse Alexandro cœpit. Disco insuper, Averbodiensis ecclesiæ Titularem Patronum, vulgo et communius habitum a principio,* S. Joannem Baptistam; *unde in tesserario Abbatiæ scuto solum repræsentatur* Agnus Dei; *Mariano tamen honori plerumque datum fuisse, ut ex titulo prioris, ante extructam ecclesiam capaciorem, sacelli, diceretur* S. Mariæ, *aut cum addito*, et S. Joannis Baptistæ: *cujus etiam articulum usque hodie asservatum, illuc ex Palæstina attulit, Comes Gerardus, Fundatoris Arnoldi ex filio Ludovico nepos.*

anno 1136, confirmat Alexander Ep. Metensis

B

C

6 *Necdum autem cum ista scriberentur Abbatem proprium habebant Fratres, sed Antverpiensi Abbati immediate suberant: quod etiam ipsi numero multiplicati, et plenam loci possessionem adepti, eumdem obtinuerunt circa annum* MCXXXIX. *Hoc enim colligitur ex Pontificia Bulla, data* XVI kal. Maji, Indictione II, Dominicæ Incarnationis anno MCXXXIX, Pontificatus Domini Innocentii Papæ II anno decimo. *Tenor Bullæ hic erat:* Innocentius Episcopus, Servus servorum Dei, dilecto filio Andreæ Abbati S. Mariæ, sitæ in Averbodio, tuisque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri; quatenus devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter, dilecte in Domino fili, Andreas Abbas, tuis petitionibus clementer annuimus, et ecclesiam S. Mariæ sitæ in Averbodio, quam utique nobilis vir Arnulfus Comes ejusque consortes, piæ devotionis intuitu fundarunt; et ad vestram sustentationem, pro animarum suarum remedio libere obtulerunt.... sub protectione B. Petri suscipimus, et præsentis Privilegii pagina communimus.

Sub an. 1139 factus Abbas Andreas.

ab Innocentio 2 impetrat

D

7 Statuimus etiam ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem locus juste et canonice possidet aut in futurum ex concessione Pontificum, largitione Regum et Principum, oblatione fidelium et aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Adjicimus quoque ut idem locus ab omni exactione liber maneat, sicut ab iisdem Fundatoribus statutum fuisse cognoscitur, nec aliquem præter Episcopum habeat Advocatum. Sane de laboribus, quos propriis manibus et sumptibus colitis, decimas exigi prohibemus. De nutrimentis quoque animalium vestrorum, id ipsum observari præcipimus. Ut autem liberius atque licentius manere possitis in omnipotentis Dei servitio, auctoritate Apostolica inhibemus, ne cui Episcopo liceat ad sua negotia, nisi forte ad Synodum, invitum trahere vel vocare. Porro sepulturam ejusdem loci omnino liberam esse concedimus; ut videlicet illorum qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati (nisi forte excommunicati sint) nullus obsistat; salva nimirum matricis ecclesiæ canonica justitia vel reverentia. Inter ceteras ejusdem loci possessienes ecclesiam, quæ dicitur Thessenderloa, nihilominus confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eumdem locum temere perturbare etc.

[illegible]

E

8 *Obiit deinde* Innocentius II *anno* MCXLIII, XXIV *Septembris; post cujus mortem diplomati fundationis anno* MCXXXV *signatæ, ut diximus, Arnoldus Comes hæc verba adscripsit.* Hanc etiam donationem nostram, a Patre nostro, universalis Ecclesiæ Pontifice beatæ memoriæ Innocentio, firmari fecimus; *per prædictam scilicet tanto post signatam Bullam; nisi forte quia hæc petenti Abbati concessa dicitur, velit aliquis opinari, anteriorem aliam extitisse, ipsimet Arnoldo Comiti inscriptam. Sed ut hoc quoque recipiamus, verba tamen,* bonæ memoriæ, *cogunt fateri, clausulam prædictam, a Chapeavillio et Miræo prætermissam, gemino textui fuisse mortuo Pontifice adscriptam; cui textui si nunc illa inserta reperitur, fateamur oportet periisse membranam originariam. Hæc vero etiam suadet* Indictio XII *perperam notata, ideoque omissa a prædictis duobus Antiquariis, in hoc prudentioribus quam fuit Chorographiæ auctor; qui animum non advertens ad Chronologicas rationes, notare nescivit, pro autographa membrana a se sumi apographam, ex illa non satis caute transumptam. Ipsam porro Chorographiam adeat, qui videre volet, quantum Lossenses Comites aliique eorum liberi; quantum Episcopi Leodienses, et qui; qui etiam Brabantiæ Duces Romanique Pontifices Averbodiensi Ecclesiæ faverint; quomodo etiam plures quam viginti septem Parochiales ecclesiæ, Averbodiensium curæ paulatim accesserint: mihi satis hic est ex Capite istic* 3 *breviter excipere Abbatum Seriem.*

Iterum mentio quomodo primæ fundationis diplomati sit adjecta,

et illud postea sic transcriptum habeatur.

F

§. II. Abbatum Averbodiensium series a primo Andrea usque ad hodiernum.

P*rimo omnium* ANDREAS, *passim* Beati *titulo honoratus: qui ex more Præmonstratensis Ordinis in Silva proxima curavit instituendum Sanctimonialium monasterium, loco hodiedum dicto* Vrouwen-klooster. *Idem* Abbatiæ S. Joannis prope Maseikam, *suo hortatu fundatæ,* præfecit Gisebertum Abbatem; Waltero Decano S. Gerionis Coloniæ, cum fratre suo Huberto, eam dotante, Cœlestino II confirmante anno MCXLIII. *De anno*

Abbatum series,

A *anno dubitari non potest; si modo is, pro stylo istius ævi, producatur usque ad Pascha sequens (nam Pontifex iste electus* XXVI *Septembris anni jam notati, obiit ante Pascha die* VIII *Martii), sed merito dubites, utrum Abbatia illa fundata in loco vulgo* Sint Jansberg, *recte dicatur fundata* in prædio, quod *idem* Waltherus atque Hubertus possidebant in Eyke quæ supra Mosam *est, et* quod cum familia ad ipsum pertinente et omnibus appendiciis suis ecclesiæ Averbodiensi legaverunt, observata Salicæ legis omni cautela, *uti testatur* Ludovicus Dei gratia Comes Lossensium, *donationis istius tabulas* consignans, anno Incarnationis Dominicæ MCLV Indictionis III. *Quis enim non judicet, hanc tanto serius quam fundata fuit Abbatia scriptam donationem, etiam serius esse factam, diversamque a dote, novæ Abbatiæ assignata; quæ nisi a* malevolis bis incensa *cito periisset, Abbate cum suis* Averbodium *reverso,* Patrem Abbatem *potuisset vocare Averbodiensem. Redeo ad* Andream, *qui dum obiisse in Chorographia legitur anno* 1139, 11 *Augusti, manifestum typothetarum erratum facile notabis ex præmissis. Considera an mutato* 3 *in* 5, *credere velis mortuum anno* MCLIX; *atque ita ipsi etiam facta sit suprascripta prædii Eykensis donatio. Defuncto et ad* B *crepidinem summi altaris sepulto, hoc in saxo sculptum Epitaphium.*

a quorum primo curata fundatio Abbatiæ S. Joannis,

non confundenda cum vicino prædio

Averbodiensibus donato sub an. 1155,

Andrea fortassis ad 1159 superstite.

Sidus in hoc clarum tumulo jacet Ecclesiarum,
Cœnobii primus pius Andreas Pater hujus.

Hujus proximi successores novem;

10 II STEPPO *sive* Stephanus; qui S. Arnikium traxit et attraxit *anno* MCXLI; obiit anno MCLXXXIX, XII Octobris.

III SIBERTUS, circa annum MCC, asceterium sacrarum Virginum ex silva Averbodiensi transtulit ad villam sui monasterii vulgo Keysers bosch, Latine Nemus Cæsareum, in tractu Hornano, *prope Ruremundam;* atque ejus Comite *cooperante dotavit, observantia regulari præfulgens: ipse vero* obiit MCCII, XXVIII Decembris.

IV ALEXANDER, obiit MCCVI, XXVII Novembris.

et sub iis B. Arnikii obitus:

V EGGERICUS *B. Arnikium, anno* MCCVIII *defunctum,* XVII *Martii sepelivit: cujus virtutes et miracula, ex optimis collecta auctoribus, Chorographia repræsentat; et nos optabamus inter Acta Sanctorum producere, si docere potuissemus aliquem eidem ut Sancto vel Beato cultum deferri, aut olim fuisse delatum. Utinam inveniatur aliquando corpus eo modo, qui Sedem Apostolicam moveat, decernere ejus venerationem publicam?* Obiit *autem* Eggericus MCCX, XXVIII Januarii.

C VI GODEFRIDUS obiit MCCXV, XI Aprilis.

VII BALDUINUS, *Archiepiscopis Coloniensibus suæ ætatis familiaris, ab iisdem jura et possessiones monasterii obtinuit confirmari, anno quidem* MCCXVIII *a Philippo Heynsbergensi, ut quod esset* possessione tenue *et* devotione locuples; *a Sancto autem Engelberto, postea Martyre, ad annum* MCCXXIV, *velut* in quo, ut fama celebris attestatur, vera religio viguit et floruit ab antiquo: *quod diploma in Chorographia integrum legitur.* Obiit ille MCCXXVI, XII Octobris.

II. VIII ROBERTUS, obiit MCCXXXVIII, XXII Septembris.

IX JOANNES de Bossuyt de Testelt, obiit MCCLVIII, XXI Julii.

X WALTERUS de Wesemale, obiit MCCLXX, IV Augusti.

XI GODEFRIDUS II de Testelt, obiit MCCLXXIV, XI Septembris.

tum alii 12

XII JOANNES II de Tieldonck, resignavit MCCLXXIX, et obiit MCCXCVII II Decembris.

XIII OTTO a Lovanio, obiit MCCLXXXIX, XXVIII Februarii.

XIV JOANNES III de Rotzelaer, resignavit anno MCCCIV, et obiit Antuerpiæ MCCCVIII XI Augusti, *ibidem sepultus, ut dictum num.* 69.

XV JOANNES IV, dictus Quistwater a Lovanio, obiit MCCCXI, VI Augusti. D

AUCTORE D. P.

XVI JOANNES V a Lovanio, appellatus Pistorius, obiit MCCCLIV, XXIX Julii.

XVII REINERUS de Arscot, obiit MCCCLVI, XX Novembris.

XVIII ARNOLDUS de Venlo, obiit MCCCLX, II Martii.

XIX HENRICUS de Wincxsele, obiit MCCCLXIX, XIX Julii.

XX ARNOLDUS II Tuldenus, obiit MCCCXCIV, I Martii.

XXI JOANNES VI Multoris ab Herlaer, obiit MCCCCXXII, XXIX Decembris.

XXII DANIEL Laekmannus, obiit MCCCCXLI, XV Augusti.

12 XXIII JOANNES VII, Balduini dictus, Canonicus Furnensis in Flandria, Consiliarius Philippi Burgundiæ Ducis, Eugenio Papæ IV summe carus, ejusdem provisione factus Averbodiensis Abbas, sibi et successoribus Mitram et Pontificalia impetravit, *annis* XXX *aut pluribus citius quam is honor Matri Abbatiæ contingeret, sub ejus Prælato* XXV, *item dicto* Joanne, *cognomento* Fierkens. *Averbodiensis vero* resignavit anno MCCCCLVIII, et obiit MCCCCLX, XXVI Januarii. E

ac dein mitrati,

XXIV ARNOLDUS III vanden Valgaet, obiit MCCCCLXXXIII, XVII Januarii.

XXV BARTHOLOMÆUS van den Valgaet, obiit MDI, XX Augusti.

XXVI GERARDUS vander Schaeft, Ecclesiam, Ambitum et Dormitorium, anno MCCCCXCIX ambusta fulgure, restauravit; Bibliothecam restituit, domum amplam hospitibus struxit; obiit MDXXXII, XX Julii.

XXVII DIONYSIUS vander Schaeft, obiit MDXLI, IV Martii.

XXVIII PAULUS Gielmannus, obiit MDXLII, IX Maji.

XXIX HIERONYMUS Fabri, obiit MDXLVI, XII Octobris.

usque ad modernum

XXX MATTHÆUS Fullonius a Rhety, obiit MDLXV, XXVI Novembris.

XXXI ÆGIDIUS Heynsius, obiit MDLXXIV, XXV Septembris.

XXXII ARNOLDUS IV vander Heyden, obiit MDLXXXVIII, III Octobris *Diestemii, ubi cum conventu exulabat, acatholis militibus occupato monasterio pulsi.*

13 XXXIII MATHIAS Valentini, ad monasterium, an. MDXCIV ab Hispano milite casu exustum, suos an. MDCIV reduxit ab exilio Diestemiensi: ubi pauper et modicus, rem domesticam in temporalibus et F spiritualibus *ita* sensim restituit, *ut* alter cœnobii Fundator appelletur. *Ita breviter Chorographia: nunc totius tragœdiæ ordinem, sic ut mihi recens perscripta est, accipe.* Anno MDLXXVIII ipso die festo S. Bartholomæi, ex Acatholicorum castris in Reymenant positis, duce quodam Comite N. Bossuyt adveniens militum copia fugavit omnes Religiosos, capto in altari D. Matthia Valentini, in suggestu Benedicto Rombouts, Joanne Joannis sacrista in sacrario, Joanne Cuyck Cellario et aliis, alibi; manseruntque ab illo die dispersi Religiosi fugatique a Monasterio per quinquennium. Totum tum Monasterium fuit expilatum; Bibliotheca, antiqua manuscripta, ornamenta et mobilia direpta; Sanctorum Reliquiæ profanatæ cum Ecclesia; vix aliquid a milite prædabundo remansit intactum. Postea revocati sunt qui supererant Religiosi, ad Refugium Diestense; ibidemque Horas et Laudes divinas, in quodam sacello, quod usque modo cum sedilibus superest, persolvebant, in tenuitate et religiosa paupertate sustentati, atque ad primum fundationis suæ locum anhelantes per annos novemdecim. Interea anno MDXCIV, ipso festo S. Thomæ, cum pedites Itali ob


interim an. 1578 pelluntur Religiosi.

ædes 1594 conflagrant

AUCTORE D. P.

A ob non soluta stipendia in Zichen stativa fixissent; Hispani, duce Ludovico Velasco ad eos compescendos directi, venerunt ad Monasterium Averbodiense; ibidemque hibernarunt; et urgente tum temporis frigore, excitatis ubicumque locorum ignibus, per consuetam incuriam militum, factum est ut e jam magna pars exureretur; et quidquid restabat decoris, antiquitatis ac rerum sacrarum, in Abbatia, Bibliotheca, Dormitorio et Ecclesia, vorax flamma integre absumpsit; novoque dolore exulatum Religiosorum pectora discerpsit; donec sub Abbate Valentini anno MDCIV, Monasterium ex parte restauratum fuit, et ad locum primævum Religiosi evocati Diesthemio, laudes divinas, in fundationis loco decantare meruerunt. *Restauratæ a Mathia ecclesiæ formam repræsentat Averbodiensis tabula apud Sanderum: quam quoniam hic domus aliqua parte mutatam, ut locus esset ædificandæ nuper ecclesiæ novæ, veterem hic seorsim accipe.* D

[illegible] demum 1604 restauratæ,

B  E

14 *Petrus Aloysius Caraffa, Urbani Papæ VIII per tractum Rheni et alias inferioris Germaniæ partes* C *Nuntius cum potestate Legati a Latere; cum post omnia Leodiensis diœcesis cœnobia etiam Averbodium visitasset, sic de eo scriptum reliquit:* Magnum paravit animæ nostræ solatium Pater misericordiarum, ac Deus totius consolationis; atque ad hos extremos limites Apostolicæ visitationis, videri potest voluisse nobis, post diuturnam fatigationem, levamen gratum suppeditare; dum suæ providentiæ consilio disposuit, ut pacem esse huic domui, et filios pacis habitare in ea, comperiremus: spiritum vero S. Norberti Fundatoris ita inter ipsos vigere, ac si non ita pridem sanctæ ejus Exuviæ et Ossa, quæ tamdiu inter inimicos fidei custodivit Dominus, ad lucem extrahi voluerit; ut filiorum reflorescere sanctitatem, atque in partibus his ad Ecclesiarum subsidium adhuc diu debere esse superstitem, omnes aspicerent. *Ita dignissimus ille Prælatus, ab Urbani deinde successore Innocentio X creatus Cardinalis; mihi vero numquam sine grati animi professione nominandus, qui anno* MDCXLVI, *iniquitate temporis præclusum omnibus in Belgicam nostram Societatem ingressum, ipso apud cognatum suum Vincentium Caraffam Præpositum Generalem, intercedente obtinui solus: nunc prope in ea quinquagenarius, unde Deo Sanctisque et piis illius manibus sint gratiæ.* Obiit Mathias anno MDCXXXV, XII Martii.

cum eximia loci commendatione a Nuntio Caraffa.

XXXIV NICOLAUS Ambrosii, novam in cœnobio suo extruxit Bibliothecam; et, ut erat eximio in Deiparam affectu, ejus venerationi augendæ amplam ecclesiam in Cortenbosch Comitatus Lossensis: obiit F *autem* anno MDCXLVII, IX Julii.


15 SERVATIUS Vaes Herkensis, ex Priore factus Abbas omnium voto, et consecratus MDCXLVIII, die III Maji, *qualem a Nuntio Caraffa laudatam, et a decessore conservatam reperit cœnobii disciplinam, in hodiernum usque diem fovet ac servat, jam pene jubilarius Abbas, idque ut et adhuc diu liceat, optant Patri optimo amantissimi filii. Novam a fundamentis Basilicam, condi cœptam anno* MDCLV *festo S. Ignatii de Loyola, Odeoque et sedilibus decentissimis instructam* MDCLXXIII, XXIII *Junii, fecit per Suffraganeum Leodiensem D. Antonium de Blaever dedicari. Hujus externam speciem sane magnificam videre licet in hic apposita totius Abbatiæ tabula, eadem quæ in Sandero conspicitur, ipsi* D. Servatio *a sculptore dedicata; sed curante* R. D. Ambrosio Aertnys, *moderno Camerario, ea qua oportuit parte mutato.*

Nova ecclesia extructa,


16 Renovatam sic ecclesiam ipse Abbas conquisitis undique Sanctorum plurium Reliquiis ditavit, inprimis S. Joannis Baptistæ; quas ex hujus sincipite sumptas anno MDCLXXXVIII, die XIII Junii, donavit Excellentiss. Princeps Salmensis, nunc Instructor Regis Hungariæ. Simili cura idem Prælatus optimis quibusque libris Bibliothecam auxit:

cetera domi ac foris aucta.

Parochorum









Index Locorum et Officinarū
Monastery Auerbodiensis

1 *Porta Monastery*
2 *Diuersorium Colonorum*
3 *Equile Hospitum*
4 *Porta secunda*
5 *Ecclesia S.ta Mariæ et S.ti Iōis Baptistæ*
6 *Dormitorium*
7 *Ambitus latet post ecclesiam*
8 *Refectorium silenty*
9 *Refectorium collogny*
10 *Infirmitorium latet post Chorum*
11 *Collocutorium*
12 *Bibliotheca*
13 *Pomarium Conuentus*
14 *Viuaria et fossæ Conuentus*
15 *Hortus Conuentus*
16 *Domus Prioris latet post Chorum*
17 *Portæ Conuentus veteris locus*
18 *Domus Recollectionis*
19 *Aula Episcopalis*
20 *Domus Abbatialis*
21 *Aulæ Abbatiæ*
22 *Domus Hospitum*
23 *Culina*
24 *Pistrinum*
25 *Braxatorium*
26 *Equile Monastery*
27 *Domus lotricum*
28 *Officina fabri lignary*
29 *Officina fabri ferrary*
30 *Officina Rotary*
31 *Officina Vitriary*
32 *Ouile*
33 *Horreum*
34 *Colonia*
35 *Vaccarium*
36 *Pomarium Abbatiæ*
37 *Hortus Abbatiæ*
38 *Infirmitorium famulorum*

ADMODVM REVERENDO
ET AMPLISSIMO DOMINO
D. SERVATIO VAES
ABBATI AVERBODIENSI
HANC A SE FACTAM
EIVSDEM ABBATIÆ IMAGINEM
HONORIS ERGO
D.D.
LVCAS VORSTERMANS IVNIOR
pictor & sculptor Antv. MDCXLVIII.
Novam ecclesiam veteri hic substitutam,
ex idea Joannis vanden Eynde Architecti,
delineavit Jo. sebastianus van Loybos,
sculpsit Henricus Causæus an. 1695.

A Parochorum domos varias a fundamentis resuscitavit, plures commodissime instauravit: *et, ut verbis Camerarii præfati, tamquam domestici et oculati testis concludam breve ac debitum elogium,* Opere et verbo subditis vivum se præbet exemplum omnis religiosæ virtutis, nulli divino Officio diu noctuque non præsens, in hac tam grandi LXXXVI annorum ætate; ad lectionem librorum tam recentiorum quam antiquorum assiduus, studiorum inter suos fautor eximius, ad disciplinam severus, colloquio affabilis, et omnibus carus.

§ III. De Abbatia Tongerloana, secundo genita, ejusque Prælatis usque institutum Episcopatum Silvæducensem.

Ad locum jam tum Mariano cultu notum,

Neccdum transacta erant legitime omnia, quæ ad solidandam Averbodiensem fundationem spectabant; cum postulatus Waltmannus fuit Tongerloam, *octo leucis remotam Antuerpia, atque adeo tribus horis viciniorem quam sit Averbodium dirigere aliquos, sumpturos possessionem Marianæ ibidem capellæ, et quorumdam ei attributorum fundorum: ut hæc etiam Abbatia initium* B *debeat Deiparæ Virgini. Nam, ut in sua Brabantia Mariana lib.* 3 *cap.* 40 *scribit Augustinus* Wichmannus, *Abbas Tongerloensis* XXXVIII, colebatur illa hoc in loco, ut specialis Parochiæ Tongerloensis Patrona, et miraculis multis ibidem erat illustris. Sed tam præclara ibidem prodigia (verba sunt Chronologistæ nostri, qui circa annum MCLXXVIII floruit) per negligentiam scriptorum obsoleta, memoriæ subtrahi quam juste dolemus. *Ibi, ut scribit idem Wichmannus,* incunabula sua habuit, præter propter annum MCXXX, auctore quodam Giselberto, ruricola et cœlibe, *(juxta præcitatum MS.)* qui Deo plenus erat, et amore pietatis ductus, quas habebat possessiones, Dei Genitrici Mariæ Ordinique Præmonstratensi, erigendo cœnobio Tongerloensi obtulit; et cum illis seipsum, in hostiam beneplacentem, regulari habitu indutus, et in ordine Conversorum humilis Dei servus effectus. Adjuvit pium propositum ejus coheres Engelbertus de Casterloo; qui fraterna devotione provocatus, heredium suum cœnobio quoque obtulit.

Antuerpiæ, inveniuntur Præmonstratenses:

18 *Perierunt, si quæ eorum rogatu super ejusmodi donationibus confectæ fuerunt, scripturæ; sed manet Cameracensis Episcopi diploma, libertatem suam loco dantis anno* MCXXXIII, *hoc tenore.* Desiderium quod C ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ego itaque Burchardus, Cameracensium Episcopus, petitionem Religiosorum virorum, Waltmanni videlicet Antuerpiensium Abbatis et Bernardi Claravallensis, approbandam existimavi, supplicantium ut ecclesiam de Tungerloo libertate donarem; quatenus in ea Fratres Præmonstratensis Ordinis, sub Regula B. Augustini degentes, libere et quiete Deo famulari valeant. Quam petitionem bonam judicans, ideoque benigne exaudiens, prædictam ecclesiam beatæ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ, ab omni exactione debitisque obsoniis, ad sustentandos Canonicos in ea Deo sanctæque ejus Genitrici servientes, liberam facio. Deinde, ut canonicum et justum est, libens constituo, ut in statuendo Abbate, sanior pars Conventus liberam potestatem obtineat; Electus vero Cameracensi Episcopo præsentetur, ut ab eo sine ulla contradictione vel cujuslibet personæ aliqua exactione consecratus, in parochia sua jus Synodale libere obtineat....

quibus an. 1130 libertatem decernit Ep. Cameracensis,

ad instantiam S. Bernardi et B. Waltmanni,

19 Quid autem hæc Ecclesia possessionum habeat, huic chartæ inserere necessarium judicavimus. Duas partes decimæ ejusdem Ecclesiæ et dominicaturam, videlicet quadraginta bonarios cum molendino uno. Terram in eadem parochia, solventem annuatim XIX sextaria brasii, cum X vasculis hordei. Terram insuper ibidem solventem XII solidos, et denarium unum cum ceteris terræ debitis: et manso uno, solvente manipulum quartum, et insuper mansum unum Wimple. Mansum solventem V solidos cum suis debitis. Vele terram, solventem III solidos, cum dimidio et reliquis debitis. *Hæc tunc tota Tongerloensis possessio erat; uti merito Sanderus, in hujus loci Chronographia (qua plurimum utemur scripserit pag.* 18, *quod* Rogerus Episcopus Cameracensis, anno MCLXXXIX donat pauperi Ecclesiæ de Tungerlo (in summa enim paupertate primi istic Ascetæ vixerunt, utpote fundati a quodam ruricola, non magnarum opum viro) altare de Oevelo: *atque his verbis tacite refutat eos, a quibus suggestum sibi fuerat,* Giselbertum *fundatorem, fuisse* virum divitem, et Dominum in Tongerloo. *Sane, quemadmodum notavit D. Jacobus Baro le Roy, in Notitia Marchionatus pag.* 287, non possident *Præmonstratenses* Dominium de Tongerloo ex dono ipsius *Giselberti;* sed partim ex dono Wenceslai et Joannæ E Brabantiæ Ducum *(quorum diploma, lingua Belgica originaliter descriptum, vide apud eumdem pag.* 285 *ex camera rationum Ducatus Brabantiæ, datum Bruxellis* XX *Julii* MCCCLVII) partim a Joanne van Liere Walteri filio, qui anno MDV alterum dimidium, supremæ, mediæ, et infimæ jurisdictionis de Tongerlo, a Philippo I Castellæ Rege jure pignoratitio acquiseverat; quod exiguo intervallo post transscripsit præfato cœnobio, ut habetur ex primario Codice generali feudorum agri Antuerpiensis. Philippus autem IV Hispaniarum Rex, anno MDCXLIV, in perpetuum vendidit Abbati, mille quingentis florenis, memoratam juridictionis partem, quam prædecessores sui pignoratitio jure possederant.

D

AUCTORE D. P. et possessiones primas enumerat:

modicas illas, dum pauper adhuc erat ecclesia,

quæ nunc supremum totius Tongerloæ dominium habet.

20 *Qui porro intelligere volet, ad quantam potentiam, quibusque auctoribus et temporibus locus ille successive pervenerit, præcitatam Chorographiam legat, Transeo ego ad breviter deducendam Abbatum seriem.*

Series Abbatum,

I Henricus, qui quondam cum S. Norberto, in pœnitentia gentis Antuerpianæ, venerat, ut male olentes Tanchelini fæces expurgaret, erat potens in opere et sermone; *sicut eum ex veteri suo Chronologo describit Wichmannus:* obiit anno MCL, quarto kal. Octobris.

NOT. 54

II Hubertus, cui nobiles de Diest, omne jus, quo in ecclesia Diestensi usi fuerant, plenarie resignarunt, ut magis secundum ecclesiasticos Canones, tum ecclesia tum plebs fidelis gubernaretur. *Ita plures quam triginta parochiales ecclesiæ Tongerloensium gubernationi subjectæ numerantur in sola Brabantia, quarum seriem vide in Chorographia cap. X. Capite autem* VIII *enumerantur Præpositi Collegiatæ S. Sulpitii Diestensis, ab Abbate Tongerloensi anno* MCCCCLVII *fundatæ.* Obiit Hubertus VIII Novembris, MCLXVII.

F

quibus successive in Brabantia supra 30 Parochiæ attributæ

III Wipertus, obiit anno MCLXXVIII.

IV Hermannus, obiit circa annum MCLXXXVI.

V Henricus II vivebat anno MCCVII.

VI Engeramus, obiit ante annum MCCX.

VII Wenemarus, obiit vel cessit ante MCCXIV.

VIII Salomon, obiit anno MCCXXII.

IX Egericus, obiit anno MCCXXXIII.

X Joannes, obiit anno MCCLXIII.

21 XI Petrus, obiit anno MCCLXIV.

XII Franco, obiit anno MCCLXIX.

XIII Joannes II de Berlaer, obiit anno MCCLXXXVI.

XIV Willielmus de Calstris, obiit Præmonstrati, anno MCCLXXXVIII, XV Kalendas Novembris.

AUCTORE D. P.

A xv Reinerus, obiit anno MCCXCIII.

xvi Arnoldus de Grimbergen, obiit anno MCCXCIX.

xvii Godefridus de Herentaels, moritur anno MCCCIX.

xviii Hubertus II, *cognomento* Back, Tilburgensis, *a duobus suis cubiculariis noctu occisus, grande Epitaphium habet, hactenus superstes : in quo patrata cædes dicitur, anno* MCCCXXXIII, XIV *Augusti.*

Mille trecentis, sed et ter, ter quoque denis,
Dum Virgo scandit, obitum lux prævia pandit.

xix Henricus III de Becke-voert, electus, non confirmatus.

xx Walterus Bak, defunctus officio anno MCCCLXVIII.

xxi Ægidius de Hildernisse, ex cœnobio Antuerpiensi assumptus, obiit anno MCCCLXXIX.

xxii Wilhelmus II de Comptich, obiit anno MCCCXCIV.

Usus mitræ obtentus 1400.

xxiii Joannes III de Gravia, obtinuit a Bonifacio Papa IX confirmationem omnium Parochialium ecclesiarum, Tongerloæ subditarum ; et anno MCCCC ad Jubilæum profectus, jus Mitræ gestandæ et usum Pontificalium, primus omnium Abbatum sui Ordinis in Belgio ab eodem Papa impetravit, et domum reversus obiit XXIX Decembris.

B 22 xxiv Joannes IV, dictus Gerardi, Zichemensis, ad Concilium Pisanum *missus anno* MCCCCX, anno sequenti a Joanne Papa XXIII, pro se suisque successoribus impetravit jus, quod sibi soli videtur habuisse decessor. Ædificavit Claustrum et Dormitorium, quæ etiamnum exstant. Fundavit Canonicos XII in Diest cum suo Præposito, de quibus supra, et obiit MCCCCXXVIII ipso die S. Magdalenæ. *Epitaphium ejus, æri incisum, in Chorographia, sic legitur :*

Inter Prælatos redolens flos iste Joannes.
De Zichen [villa] natus, jacet hic tumulatus.
Insignis multis meritis et honore perennis,
Ecclesiæ curam propriæ gessit valituram,
Redditibus, domibus, structuris amplificandis ;
Et consul patriæ, legatus ad ardua sæpe.
Qui fere bis denis rexit cum bis quater annis,
Mille quadringenti scribuntur et octo viginti,
Magdala, luce tua dum venit ad Superos.

Plura hujus generis Tongerloensium Abbatum Epitaphia, præter unum Huberti Abbatis XVIII *supra memoratum, non inveniuntur.*

Anno 1428 Tongerloam visitat Ab. Antuerp.

ægro Abbati daturus Coadjutorem;

deponit Camerarium,

23 *Extant in archivio S. Michaelis actus Visitatio-* C *num, ab Oloudo Antuerpiensi ecclesiæ Abbate institutarum*, ex mero officio erga filiam istam *suam* specialem, quæ nedum visitatione, verum etiam correctione, et permaxime reformatione egebat...... in spiritualibus ac temporalibus ; *in quarum una, anno* MCCCCXXVIII *die* XVII *Junii*, ex consensu, beneplacito, et voluntate expressis R. P. D. Abbatis, assumptis et vocatis Parcensis et Averbodiensis monasteriorum Prælatis, tamquam Pater Abbas d. monasterii Tongerloensis, gravi valetudine corporali attenta, qua d. Abbas se detineri, gravari ac impediri, quod pastorale officium sibi commissum in spiritualibus ac temporalibus exercere non posse commode et debite, asserebat ; *eidem, auditis singulorum votis, etc.* Fr. Theodoricum Haren, Præpositum d. Monasterii, præhabita examinatione repertum sufficientem, præfato R. P. D. Abbati in spiritualibus et temporalibus regendis, dat, deputat et ordinat Coadjutorem idoneum. *Mortuo autem* Joanne, *et successoris electione necdum Roma firmata* XXVII *Septembris, Fratrem N. alloquens,* te propter certas et rationabiles causas, nostram Paternitatem compellentes, ab officio Camerariatus tibi commisso deponimus per præsentes.

24 xxv Theodoricus ab Haren, *ex Coadjutore* D *mox factus Abbas*, obiit anno MCCCCXLVIII, *non* VII, *uti constat ex datis* X *Maji ad Antuerpiensem Abbatem* Oloudum, *cui orbus Conventus* sigillum *defuncti transmittit ;* et quia periculum, *inquiunt*, imo totalem destructionem ecclesiæ nostræ, per moram novæ electionis, videmus imminere ; quibus celeri et benigno adjutorio providere poteritis, dum iter vestrum huc veniendi arripueritis ; humilibus precibus rogitamus, quatenus dignetur Paternitas vestra, his litteris visis, huc venire, eamdem ecclesiam visitare, et ad novam electionem procedere.

et præest novi electioni,

xxvi Henricus IV, de Voren, obiit anno MCCCCLVII.

xxvii Henricus V de Kemminagio, moritur in Vigilia Paschæ, anno MCCCCLXIX, *ut dicitur pag.* 63 ; *sed intelligitur annus usque ad Pascha protractus, pro ævi istius consuetudine ; et ideo pag.* 25 *numeratur, ex usu hodierno, annus* MCCCCLXX, *qui Pascha celebravit* XX *Aprilis.* NOT. 55

Commenda excussa,

xxviii Joannes V de Kinschot, *imminentem monasterio Commendam generose excussit ; et annuam mille florenorum pensionem, Lucæ Zebenensi Episcopo per resignationes addictam, amolitus etiam est anno* MCCCCLXXIV, *ex decreto Sixti Papæ IV, eam pensionem annullantis et cessare jubentis ;* quod *ea* prædictum monasterium et illius personæ nimium gravarentur, E ac inibi divinus cultus imminueretur, et in ipso monasterio solita hospitalitas observari, et pauperes, qui ad d. monasterium pro recipiendis eleemosynis in magno numero confluere consueverunt, refici non possent ; propter quæ in partibus illis scandala non modica orirentur. Obiit Joannes anno MCCCCLXXVI, ac eodem pene die, sepulto Abbate, electus est VII Januarii successor, installatus et confirmatus : *metus scilicet Commendæ urgebat.*

pensio cassata

25 xxix Wernerus de Halles, moritur MCCCCLXXXVII.

xxx Joannes VI de Westerhoven, Pater pauperum dictus, moritur anno MDI.

Abbatis mortui sigillum, mittitur Antuerpiensi ut Patri Abbati.

xxxi Petrus Mans de Westerhoven, *jam inde ab anno* MCCCCXCVII *decessoris sui* Coadjutor, obiit MDVIII. *Horum trium aliquis obiisse debet* XXI Julii : *nam in Registro Antuerpiensi extant litteræ Prioris et Conventus Tongerloensis, datæ* ipso die B. Mariæ Magdalenæ *(absque nota quidem anni, sed post eas quas supra notavi)* quibus D. Abbati S. Michaelis Antuerpiensis, suique monasterii Patri Abbati dignissimo, humiles et devoti, cum devota subjectione reverentiam et honorem *præfati, indicant* quatenus Reverendus in Christo Pater Dominus Abbas *suus*, F *(nullo nomine expresso)* nocte proxime præterita viam universæ carnis ingressus est ; cujus *inquiunt* Abbatiale sigillum, in quadam bursa sub nostro sigillo clausum, Patern. vestræ per dilectos nostros Confratres et Canonicos nostri monasterii Priorem et Pitanciarium transmittimus, ut tenemur, devotis Rev. vestræ supplicantes et affectibus, quatenus nobis, vestris filiis Pastore carentibus, competentem diem ad novum eligendum Abbatem, quantocius possibile sit, per vestras patentes et gratiosas litteras assignando et præfigendo, in quo personaliter nostrum monasterium accedere, electionique futuræ præsidere, nos vestros filios Pastore viduatos pariter et desolatos.... dignemini feliciter dirigere in agendis etc.

qui pro casu subitæ vocationis, delegat suo loco præfuturos Electioni

26 xxxii Antonius Tsgrooten, extruxit novam partem Domitorii et Ambitus claustralis, novumque Refectorium ac Bibliothecam ; quæ modo supersunt, *inquit auctor Chorographiæ. Extant in Registro litteræ D. Stephani Abbatis Antuerpiensis, ad Abbates Averbodiensem, Parcensem, Jestensem, et Belli-redditus, datæ anno* MDXVIII *die* VIII *Octobris ; quibus indicat, a Tongerloensibus sibi* significatum, atque etiam humiliter

A humiliter supplicatum, quod, ne ex R. P. et D. Antonii moderni ipsorum Abbatis; senio admodum confecti, morte forsan improvisa, ipsi et eorum monasterium seu ecclesia diuturnæ forsan viduitatis atque prolongatæ vacationis incommoda patiantur... aliquibus probis Prælatis Ordinis, qui commodius, vacationis tempore occurrente, iis assistere possint, vices suas ad plenum committere vellet. Unde nos, *inquit Abbas Antuerpiensis*, variis curis, nos et nostrum monasterium S. Michaelis concernentibus impediti... vobis... committimus, quatenus vos aut alter vestrum ad d. monasterium accedatis.... ac ad omnia et singula, quæ præd. negotii materiam concernere... possint, et quæ faceremus aut facere possemus, si nos ipsi personaliter interessemus, tenore præsentium, vobis ac vestrum cuilibet plenariam in Domino concedimus facultatem. *Hactenus Stephanus Abbas: sed ipsemet eodem anno, die* IX *Novembris obiit;* Antonius *vero decem et amplius annos supervixit: nam (ut ait Auctor Chorographiæ)* anno MDXXIX fundamenta jecit novi chori, prout hodie conspicitur; *nec nisi* sequenti anno obiit, XVIII Kal. Maji.

Novum templum perfectum.

27 XXXIII ANTONIUS II Stryters, *ab anno* MDXXVI *Decessoris Coadjutor.* Primæ ejus curæ fuerunt templum inchoatum perficere: et augendo cultui sanctissimi Sacramenti cœpit anno MDXXXIX ædificare insignem ædiculam ad illud reponendum, quæ anno MDXLVIII demum perfecta est; opus vere heroicum, et cui toto Belgio simile haud reperias; altitudinis pedum quinquaginta. Obiit Mechliniæ in refugio Tongerloæ, MDLX.

§. IV. Unio cum Episcopatu Silveducensi facta, ac rursum dissoluta. Successio Abbatum reliquorum.

Abbatia Episcopatui Silvaducensi unitur semel

JACOBUS Veltackerus a Diessem, *mox ab obitu decessoris nominatus fuit: sed Pontificia Regiaque auctoritate instituto Buscoducensi Episcopatu, suspensa fuit electio ejus, ipsaque Abbatia novæ illi Sedi unita. Sed pro ea supplicantibus Ordinibus apud Philippum Regem, tandem dissoluta unione, installatus ille ut Abbas fuit anno* MDLXV, *non tamen consecratus uti manet D. Vickec. Certe anno* MDLXIX, *Albano jubente, coactus fuit Abbatiali dignitate cedere in manus Episcopi Francisci Sonnii; ita tamen ut et maneret appellatio;* Præpositi, *cum eo ut* conciliis patriæ, ut ante, intersit;

iterumque:

C discinctus more Prælatorum incedat, gubernationemque tam in temporalibus quam in spiritualibus, parum ab Episcopo dependentem, ad vitam habeat: *qui, post multa ejus temporis adversæ fortiter tolerata,* obiit anno MDLXXXIII.

datur et Administrator cum potestate Abbatis.

29 XXXV. Post Veltackeri obitum, Philippus Rex, intelligens Tungerloam in summis versari periculis, et absentes metu hæreticorum Episcopos illam quasi deserere; circumcingi hostibus, gravari sæpius utriusque partis milite, sic ut certa ruina expectanda esset... judicavit opus esse Administratore Regulari, qui instar Abbatis cum auctoritate gubernet. Collectis igitur Religiosorum, qua voce, qua scripto suffragiis (quia plurimi huc illuc dispersi erant) inventus dignissimus est WALTERUS a CORSWORM, Montenacensis... Hujus primum studium fuit separare cœnobium ab Episcopatu. Eapropter anno MDLXXXIV, cum ceteris Brabantiæ Prælatis, Duci Parmensi, tunc Belgium gubernanti, supplicat. *Supplicationi pondus addit* Clemens Crabbelius, *jam tum Buscoducensium Episcopus* III, *causatus*, Abbatiam, ad partes Antuerpienses sitam, suis etiam oneribus et curis particularibus gravatam, causa Religiosorum, et bonorum, in pluribus ac diversis locis situatorum; quod non modicam personæ Episcopali, in negotiis suæ diœcesis et dictæ Abbatiæ, non minus quam quindecim milliaribus a Silvaducis distantis, distractionem parit. D

qui, ipsomet Episcopo adnitente,

Cujus onera, modo ingravata sunt, non solum ratione Religiosorum, verum etiam ratione bonorum, cladem, ruinam et devastationem hoc moderno bello passorum: quo fit ut integra persona in illorum restaurationem et ad statum pristinum reductionem necessaria foret: qua cura sublevatus Episcopus, aptior ad animarum custodiam sibi commissarum, hæreseos extirpationem, parochianorum visitationem, et ad hujusmodi negotiorum diœcesis suæ tractationem redderetur. *Visi sunt æqua postulare, tam Gubernatori Parmensi, quam Sixto V Pontifici: sed* quia eidem Episcopo, nisi a dicta Abbatia, provisum non erat; *placuit quod hic suggesserat consilium*, ut competens pars bonorum derivaretur et applicaretur Episcopatui; cetera parte relicta in profectum Conventus, et administratione relicta pro solito more in curam Abbatis. *Quæ dum aguntur*, obiit Walterus anno MDXCII, die XXVI Aprilis.

impetrat libertatem, attributa illi parte competenti bonorum,

et novus Abbas an. 1592 consecratur.

30 XXXVI NICOLAUS Mudtzaert Silvæducensis, anno MDXC electus Abbas, *sed non nisi* biennio post, E decreta et stabilita in perpetuum separatione Abbatiæ a mensa Episcopali, mense Augusto nominatus a Rege,... die XXVI Octobris installatus Bruxellis, sequenti die consecrationem et mitram accepit a Levino Torrentio, Episcopo Antuerpiensi.... Œconomia sua et industria, velut alter Fabius deperditam Tungerloæ restituit rem: *donec* obiit anno MDCVIII, XV kal. Decembris.

Sacellum S. Norberti conditur 1615, et collegium Romæ 1628;

XXXVII ADRIANUS Stalpaert, Hilvarebekanus, *ab anno* MDCIII *Coadjutor Nicolai, et* anno MDCIX die XI Januarii installatus Abbas; anno MDCXV, ex adverso chori nominis Jesu, excitat perpulchrum sacellum in honorem S. P. Norberti. Anno autem MDCXVII die VI Julii, festiva pompa inferuntur in ecclesiam Tongerloensem Reliquiæ B. Siardi, Abbatis Hortimariani in Frisia: *qua de re plene tractandum nobis erit ad diem* XIII *Novembris. Idem* Adrianus, anno MDCXVIII, fundavit Romæ, sub patrocinio S. Norberti, Collegium Theologicum, pro suis aliorumque cœnobiorum in Brabantia (si Prælati vellent) Religiosis; *et sequenti post anno, Antuerpia rediens a benedictione D. Joannis Chrysostomi vander Sterre, cui cum aliis adstiterat;* in Duffele *infirmatus*, obiit anno MDCXXIX XXV Octobris; ac Tongerloæ. in ipso quod condiderat S. Norberti sacello, tumulatus est.

31 XXXVIII THEODORUS Verbraecken, Helmondanus, a Joanne Chrysostomo prædicto installatus, F pridie Dominicæ Gaudete in Domino, in Adventu; ipsaque Dominica, per Michaelem Ophovium Episcopum, benedictus. *Est ea Dominica* III *Adventus, quæ anno prædicto* MDCXXIX, *habente litteram Dominicalem* G, *cadebat in* XVI *Decembris: vixit autem* Theodorus *usque ad* XXII *Junii anni* MDCXLIV. *Huic nescio qua ratione persuasum fuit, ut pateretur* jus Paternitatis immediatæ, quod Antuerpiensis Abbas se habere asserebat, respectu R. D. Abbatis et Conventus Ecclesiæ Tongerloensis, ejusque immemorabilem possessionem, nonnullis Tongerloensium contrariis actibus perturbari. *Pro his anno* MDCXXXIV *appellatus* Petrus Gossetius, providentia divina Præmonstrati Abbas, Regis Christianissimi Consiliarius et Eleemosynarius, totiusque Canonici Præmonstratensis Ordinis Caput et Reformator Generalis.... Christi nomine invocato, pro tribunali sedens, Deumque præ oculis habens... visis utriusque partis intentionibus, fundamentis, responsis, replicis, contradictis, salvationibus, et scripturis; habitoque desuper Jurisperitorum et Fratrum suorum consilio; per suam diffinitivam sententiam in scriptis declarat,

Abbati Antuerpiensi immediata Paternitas

[illegible]

A declarat, die XXII Maji; D. Abbatem S. Michaelis

AUCTORE D. P.

Antuerpiensis, in possessione omnium et singulorum jurium paternæ auctoritatis immediatæ, erga Tongerloenses, et jam ante dictæ ecclesiæ D. Abbatem et Conventum, manutenendum fore et esse; ipsumque ac illius successores pro tempore Abbates S. Michaelis, veros, legitimos, et immediatos Patres Abbates; sicut et ecclesiam S. Michaelis, veram, legitimam, et immediatam Matrem filialis ecclesiæ Tongerloensis, futuris temporibus, sine contradictione qualibet, dici, nominari, et recognosci; omnibusque ad eam qualitatem, secundum Ordinis statuta, jura, privilegia et receptam consuetudinem pertinentibus, plene uti ac gaudere debuisse ac debere.... mandat et ordinat; actus quoscumque in contrarium elicitos, nullos et de facto absque jure præsumptos, illosque proinde Abbati et Ecclesiæ S. Michaelis nullum præjudicium generare potuisse et posse; nec non ipsis Tongerloensis Ecclesiæ Abbati et Conventui de cetero inhibendum, ac super jure Paternitatis hujusmodi annexis et connexis perpetuum silentium imponendum esse ac fore, decernens atque declarans.

per sententiam Generalis Gosselii an. 1654,

33 XXXIX AUGUSTINUS Wichmannus Antuerpiensis, anno MDCXLI postulatus, et sequenti obtentus,

B atque MDCXLIII, XI Januarii ab Antuerpiensi Abbate Joanne Chrysostomo installatus Coadjutor, Abbas autem MDCXLIV IX Julii, *feliciter Abbatiam regebat cum Chorographiam monasterii scribebat Sanderus, non autem ab aliis scriptam (ut plerasque similes adoptabat) in nomen suum; quæ deinde tamen prohibita est in publicum ire. Exemplar nihilominus unum aliunde obtinui; sed primo folio mutilum; ut etiam habent pauci illi, qui obtinere alia exempla potuerunt. Causam ejus sic mutilandi et supprimendi non divino; sed utor ea ut habeo, ex eaque pro supplemento Januarii sumam Historiam translatarum anno* MDCXXXIX XXIII *Octobris Reliquiarum* B. Godefridi Cappenbergensis. *Hujus Acta ad* XIII *dicti Januarii operose illustrata a Joanne Gamansio nostro, in lucem emittens Bollandus anno* MDCXLIII, *nihil ea de re scivit; ipsis quorum intererat, quique Bollandi molitionem non ignorabant, negligentibus ejusmodi notitiam communicare. Ediderat* Augustinus *anno* MDCXXXII, *cum adhuc* Pastor in Mierloo et Archipresbyter Helmondanus *esset, Antuerpiensibus typis insigne ac tripartitum opus, cui titulus* Brabantia Mariana, *quo sui Ordinis per hanc*

B. Godefridi Cappenb. Reliquiæ adferuntur an. 1639.

C *Provinciam monasteria præcipue illustravit. Sicut autem fuerat ipse egregius cultor bonarum artium; ita easdem studuit in suis Religiosis promovere. Quo in statu Abbatiam habuerit et reliquerit* Wichmannus, *licet cognoscere ex prædicta scenographica tabula, ipsi anno* MDCLI *oblata ab excellentissimo sculptore Wenceslao Hollar Bohemo; qualem beneficio D. Baronis le Roy hic spectandam exhibeo, addito ad calcem iconismo Collegii Norbertini Romæ, ut supra dictum ædificati a* Wichmanni *decessore mediato Adriano. Alias fortassis spectandam dabo recentiorem alteram, in qua videri possit, quid circa turrim fulmine tactam, et augustius ab eodem Abbate reparatum, mutatum sit. Erat Bruxellis ipso cum tristis casus nuntiatus eidem est; et ingemuisse dicitur, non tam præsenti ecclesiæ suæ damno, quam quod iisdem flammis deflagrasse ei videretur, nova quam meditabatur Deiparæ Duffelensis ædes, cum adjungenda ei domo Pœnitentiariorum, qui trans flumen longius habitant juxta Parochialem, eisdem Tongerloensibus commissam.*

Albertus an. 1663 factus Abbas,

34 XL ALBERTUS de Ursino, electus *fuit* anno MDCLXIII, *id quod Antuerpiensis Abbas Macarius Simeomo, scripto confirmans:* Omnes, *inquit* defectus in installatione commissos suppleo, ac plenum confero prædictæ ecclesiæ in spiritualibus ac temporalibus regimen, hac die XX Julii; *eodemque die, atque adeo et loco ubi installatio facta, ille suo chirographo hæc firmavit.* Ego Fr. Albertus, Abbas B. Mariæ de Tongerloo, promisi D. Fr. Macario Simeomo, Abbati S. Michaelis, et una Patri Abbati habito monasterii nostri de Tongerloo, obedientiam, reverentiam et assistentiam, in quantum provincialia statuta nostra nos obligant. Actum Bruxellis XX Julii. *D. Jacobus Baro le Roy, in Notitia Marchionatus S. R. I. lib. 2 cap. 12, agens de Jurisdictione, quam in locis* Calmpthoud, Esschen, et Huybergen *jam inde ab anno* MCLIX *obtinuisse creduntur Abbates Tongerloenses, sed infimam, cum exposuisset quomodo* Augustinus Wichmans altum *ibidem* Dominium emptionis titulo a Philippo IV Hispaniarum Rege acquisivit, anno MDCLI, pretio octo millium florenorum, *sic progreditur.* Ingens est pagi Calmpthout ager, cujus diametri quaquaversum quatuor leucis Brabantinis extenduntur, sed non omnis feracis terræ. Pars magna, vastum ericetum; loca etiam aliqua paludosa, e quibus gleba bituminosa foditur et extrahitur ad alendos ignes, qui fundi inibi summo in pretio habentur; sed hactenus majore ex parte intacti. Meditabatur thesaurum istum effodere Albertus Ursino, ex Pastore in Roosendael factus Abbas Tongerloensis. Jamque viginti erant structæ cymbæ ad transvehendum: sed dum hæc et majora

obedientiam promittit Antuerpiensi;

D

requirit thesaurum glebæ bituminosæ adhuc intactum,

etiam sub ejus successore.

E molitur præmature vita caruit, *defunctus anno* MDCLXIV, *quo etiam anno electus et installatus est successor.*

35 XLI HROZNATA CRILS, *hodiedum vivens. Hic cum inter prima sui regiminis molimina, publicæ omnium commoditati et cœnobii splendori conductura, mandasset* ut Hortus in pomarium, et econtra pomarium in hortum mutaretur; *eique commutationi non pauci ex Conventualibus se opponerent anno* MDCLXVI; *Circator et Secretarius, ceterorum nomine, Abbatis Antuerpiensis ut Patris judicium appellarunt, per datas* XVI *Februarii. Has ille Tongerloensi communicari jussit: qui eas scripto ad singulas eorum rationes responso refutavit. Quibus visis, Antuerpiensis judicavit,* easdem solido non niti fundamento, nec in omnibus veritati innixas; quod autem potissimum est, nullis Ordinis constitutionibus prohibitam Abbati talis horti conventualis translationem, atque in pomarium mutationem; proindeque omnia ipsius discretioni *commisit. Tunc rescripsit Prior* XII *Martii, hujusmodi litteras in loci capitulari a se prælectas: ac* Spero, *inquit,* quod iisdem prompte nostri obedient, et ulteriores hac in re molestias Prælato suo inferre cessabunt: qui certe non quærit nisi bonum conventus; pacemque et observantiam disciplinæ regularis. Difficulter aliquibus persuaderi potest: et invitis quandoque benefacere necesse est... *Sic ille, subscriptus* Humillimus in Christo filius, Fr. Joannes Kuysten Prior.

NOT 56

Pater Abbas agnoscitur Antuerpien.

F

ut mirum sit sub eodem renatam quæstionem adeo pridem decisam.

36 *Contigit nihilominus, ut* D. Michael Colbert, Archicœnobii Præmonstratensis Abbas, et totius Ordinis Generalis, *Brabantiæ cœnobia visitans, anno* MDCLXXXI *Tongerloam veniret; et, præmemorati judicii vel ignarus vel oblitus, mentionem induceret quorumdam documentorum a se visorum, quibus ea Abbatia probabatur Archicœnobii sui Filia esse: quod juniores quidam Religiosi adeo alte impresserunt animis, ut pro definitiva sententia habeant, seque Monasterii Michaelitici Filios negent. Eos tamen facile ad obsequium revocandos credimus, cum præmemoratam Gosselii sententiam, numquam forte sibi visam vel auditam, legerint; suisque majoribus, ac sibi in illis, imperatum super ea controversia silentium. Ad documenta, Colbertio Generali visa, quod attinet; ea non putamus esse alia, quam quæ pro parte Tongerloensium ad Gosselii judicium allata fuerunt: qui Generalis si pariter vidisset opposita illis ex parte Michaelitarum, non dubito*

quin

A *quin Gossetii judicium probaturus fuerit, nec ullum in contrarium prolaturus verbum. Quid porro tam multis longioris regiminis annis* Hroznata *Abbas ad utilitatem monasterii egerit; quomodo instruxerit Bibliothecam toto Belgio præcipuam; Nosocomium novum, solido et magnifico opere, una cum suo sacello, a fundamentis excitarit; aliaque hujusmodi, supersedeo enarrare, donec de singulis certius doceant me Religiosi sui.* NOT. 37

§ V. De tertio-genita Middelburgensi Abbatia, ac primum de ejus initiis seculo XII et XIII.

Walachriæ caput Middelburgum,

Hactenus vidimus S. Michaelis Antuerpiensem Ecclesiam, *Matrem filiarum lætantem; nunc vertenda est scena, et videnda Rachel, plorans filios suos Middelburgenses, quia non sunt; fera quippe pessima. Calviniana hæresis, devoravit eos. Walachria, Zelandicarum insularum prima ad Oceanum et Occidentalior, in conspectu littoris Flandrici, Metropolim veneratur* B Middelburgum, *seculo* XII *adhuc modicum oppidum, ut cetera Belgica omnia; nunc ampla civitas. A nescio quo* Metello, *Junii Cæsaris assecla, nomen factum volunt, quibus pulchrum videtur istuc referre origines suas. Ego ex re ductum nomen credo. Nam si Walachriæ insulæ* poldros, *ut vocant, id est, agros ductis aggeribus vindicatos ab aquis et cultui aptatos, quos Topographia Blaviana ostendit cum prætensis arenariis, et* Middelburgicos poldros *nuncupat vulgus, angustissimo diremptos freto, olim forsitan nec diremptos quidem. Si, inquam* poldros *ipsos accensere velis, ut vulgo accenseantur; Walachriæ, totius insulæ centrum videbitur* Middelburgum, *et sui nominis in patria lingua significationem undequaque implere. Jacet quidem ipsum media plane via, inter littorales duas civitates,* Zirikzeam *et* Veriam, *hanc ad Boream, istam ad Meridiem habens: ne tamen nomen* Middelburgi *inde factum suspicetur aliquis, prohibet minor antiquitas locorum istorum, quorum* Veria *primum in parochiam erecta fuit anno* MCCCXXXII, *et post annos* XXV *muris cingi cœpta;* Zirikzeam *vero nullis in Chronicis memorari ante* MCCX, *fatetur Reygersbergius: quidquid fabuletur vulgus de Ziringo, Zelandi fratre, velut illius ad annum* DCCCXLIX *conditore: Græcam enim levitatem, in comminiscendis conditorum nominibus, imitantur istiusmodi onomatopœiæ.*

a situ dictum.

Ibi manentibus Canonicis Reg. sub an. 1124 præfectus Alboldus

C 38 *Jacobus Meyerus, qui seculo superiori Brugis floruit, scripsitque Annales Flandriæ, usque ad* MDLII *superstes, omnia archivia Flandrica, ac verosimiliter etiam Zelandica per se scrutatus; ad annum* MCXXIII *loci vetustius nomen sic indicat.* Albaldus Abbas seu Præpositus Formiselensis, *Canonicorum Regularium prope Ipras in Flandria,* postquam per annos XXII laudabiliter præfuisset, et bona multa præcipue in Testrep (locus est prope Ostendam mari mersus) cœnobio acquisivisset; factus est Abbas apud Waltighem, id est Middelburgum in Walachria, qui primum Regulares fuere, sed non multo post facti sunt Præmonstratenses. *Mutati instituti rationem reddit Joannes de Beka, auctor Chronici Trajectensis, perducti ad annum fere* MCCCC, *in Godeboldo Episcopo* XXIV *his verbis:* Hic etiam Episcopus Regulares Canonicos, habitantes Middelburgi, propter inordinatam eorum conversationem, expulit; et religiosos Monachos Ordinis Præmonstratensis, de cœnobio S. Michaelis Antuerpiensis, illuc attulit. *Wilhelmus Heda, scriptor Historiæ Trajectensis usque ad annum* MDXXIV, *Bekano consentiens, iisdem fere verbis utitur; et,* in Middelburgo, *inquit,* oppido Walachriæ, Canonicos Regulares, propter eorum petulantiam amovens, Religiosos Ordinis Præmonstratensis ex Antuerpia, in locum eorum accitos, instituit. D *Secutus Beham et Hedam est Joannes Reygersberge de Cortgene, in Chronica Zelandiæ, quam lingua Belgica compilavit, et Antuerpiæ imprimi fecit anno* MDL, *dedicatam Maximiliano a Burgundia, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ Occidentalis, atque Ultrajectinæ civitatis Admirantio et Capitaneo Generali; quam etiam vidimus Middelburgi recusam auctiorem ornatioremque anno* MDCXXXIV. *In hujus Chronicæ cap.* 10 *dicitur, vetustiores quasdam Chronicas affirmare, quod* anno MCXXI fuit Middelburgi conventus Regularium Monachorum, qui circa hæc tempora alio translati sint, positis eorum loco Præmonstratensibus. NOT 58

Illis expulsis Præmonstratenses excipit,

AUCTORE D. P.

39 *Quid porro* Alboldo Formiselensi *factum sit, non explicat Meyerus: a quo primam ejus notitiam accepimus: solum addit, quod* Isaac successit in locum ejus apud Formiselenses, rexitque cum laude per annos XVII, magno cum labore, multaque Ecclesiæ acquisivit bona temporaria, pius et industrius nec unquam otiosus. *Vigebat ergo Formiselli si uspiam Canonicorum Regularium disciplina, non item in Walachria; ubi eamdem restaurare satagens Godeboldus Trajectensis, Alboldo Formiselensi persuaserit, ut illuc se transferri pateretur, pro insigni suo religionis zelo. Sed* E *gravius malum fuerit quam ut corrigi posset. Walachris igitur petulanter reformari abnuentibus, et erga Prælatum aforis adductum refractariis; factum suspicor, ut Episcopis et Abbatibus consilium steterit, immorigeros quidem ejiciendi, et per varia ejusdem instituti monasteria dispergendi; Antuerpia autem accersendi Præmonstratenses: in quorum institutum ipse* Alboldus *transierit, itaque primus eorum in Walachria Abbas seu Præpositus haberi possit, fortassis usque ad annum* MCXL *superstes. Miræus in Chronico Præmonstratensi, hujus novi Ordinis Religiosos, pro Regularibus inductos ait, anno* MCXXVIII, *fortassis quia tunc primum Abbas consecratus Antuerpiæ* Waltmannus, *pleno jure potuerit suorum coloniam ad Zelandos emittere.*

at hos verosimiliter transgressus,

sub annum 1128

40 *Ut ut est, res hactenus narratæ videntur plusquam unum alterumve annum exigere, quo gestæ sint. Non etiam prima horum sedes, adeoque nec Regularium quibus successere, fuit* S. Mariæ *etiam tunc* Parochialis ecclesia, *totius oppidi quasi centrum; sed alius Middelburgi locus, quem nunc difficile sit indagare; unde ut migrare possent (utique ad totius Parochiæ pro suo instituto curam gerendam) Eugenius Papa III, anno* MCXLV *primum Pontifex renuntiatus, indulsit. MS. Registrum ipsorum quibus utimur monumentorum, hoc seculo exaratum, dum inter alia Bullam Eugenia-* F *nam ejusque argumentum recenset; locum unde migratum sit nominat* Wyk, in reguncula Altena. *Sed fallax ejusmodi notatio est, non tantum quia talis reguncula nulla tota Walachria nunc nominatur; sed quia Chronica omnia in eo consentiunt, quod Godeboldus Episcopus Præmonstratenses adduxerit* Middelburgum. *Dicta autem reguncula plusquam duodecim leucis inde dissita, in eaque pagus est* Wyk *prope Heusdam trans veterem Mosam, ultimus Brabantiæ ad hodiernum Mosam et Vahalim angulus, contra Bommeliensem insulam, ut de ea hic nequeat cogitari. Quid autem? si* Waltighem *(quo nomine prius dictum* Middelburgum *censet Meyerus) fuerit suburbani olim vici nomen, in quo primum Regulares tum Præmonstratenses habitarint; quique auctioris postea civitatis muris inclusus nomen amiserit; quo factum, ut Beka et Heda illius non meminerint, sed simpliciter scripserint eorum monasterium Middelburgi fuisse.*

non tamen ad S. Mariæ,

41 *Porro ex præcitata Eugenii III Bulla certo nobis innotescit is, qui in Historia translationis S. Norberti num.* 139 *nominatur* Walterus Walacriensis Ecclesiæ Abbas primus; *inscribitur enim,* Waltero Abbati Walacriensi ejusque Fratribus. *Tenor autem, ex scriptura*

A *scriptura jam ferme evanida erutus ut melius potuit, talis est.* Sicuti injustis petitionibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima desiderantium non est deneganda petitio. Ex litteris siquidem venerabilis Fratris nostri Har. (*Hariberti, qui vixit usque ad* MCL) Episcopi Trajectensis inspeximus, quod vos monasterium vestrum ad alium constitueritis locum transferre, in quo quietius vivere et liberius possitis Domino deservire. Cui dispositioni prædictus Frater noster assensum præbuit, et ut vobis in posterum hoc liceat perficere scripto suo laudavit. Nos autem, quorum interest bene acta firmare, votum vestrum..... attendentes, licentiam translationis, ab eodem Fratre nostro rationabiliter vobis indultam, auctoritate Sedis Apostolicæ confirmamus; statuentes, ut nihil tamen, quod ad nos pertinere dignoscitur, propter mutationem istam, Nobis aut nostris Successoribus, in posterum minuatur. Datum Romæ apud S. Petrum, x kal Junii, *nullo notato anno (qui tamen infra Julium anni* MCLIII, *quo Eugenius obiit, est inveniendus) sed solum die* x kal. Junii; *idque in pergameno, vix palmum unum longo et alto, appenso inferne sigillo plumbeo. Hanc autem et alias plurimas, ex archivio Middelburgensi hæreticorum manibus subtractas, originales plerasque, reperi apud amicum, talium rerum curiosum, qui eorum inspectionem et usum mihi benigne concessit; lætatus venisse tempus, quo eas sic possent in publicam lucem efferri, ut tamen possessoris nomen et persona latere pergant; restituendas Præmonstratensibus, si eos fortassis aliquando Deus in pristinum loci possessionem reducat. Erat inter illas scriptura recentior, superioris seculi, ac dispersione Abbatiæ posterior, continens* Abbatum Middelburgensium Catalogum, *annotato primo cujusque anno; sed (quod mireris) nusquam defectuosior, quam circa finem, ubi perfectiorem expectasses. Eo nos utemur ubi aliæ probationes deficient; ipsique inseremus pleraque præfatorum monumentorum: quæ si plures in Paragraphos extremum hoc argumentum extenduet, indulgebit id spero lector archæophilus.*

AUCTORE D. P. quo primum sub Waltero Abb. transierunt de licentia Eugenii 3.

ante annum 1153,

B

ut habent monumenta originalia monasterii.

42 *Incipit Catalogus iste a* Florentio, *cujus initium adscribitur anno* MCXC, *quemque Abbatem secundum numerabimus: jam enim apparet dubium nullum esse, quin eo fuerit prior* WALTHERUS, *jam ex Eugenii Papæ Bulla notus. Dubitari tamen potest an fuerit immediatus Florentii decessor. Si fuit, annis ut minimum quadraginta Prælaturam tenuit, exorsus regere antequam ex indulto Pontificio ad S. Mariæ migrarent Præmonstratenses, et forsitan Antuerpia missus* Abbas primus *post mortem* Abboldi Formiselensis, *de quo Meyerus dubitat, fueritne* Abbas *an solum* Præpositus: *qui sicut usque ad Eugenii III Pontificatum vixisse potuit; sic etiam multo citius obiisse, et Abbas Antuerpiensis Middelburgensis vixisse usque ad* Walterum *per Præpositum unum aut plures, cujus aut quorum nomen vel nomina nunc lateant. Vix enim credibile est, ipsummet* Walterum *totis fere septuaginta annis rexisse, scilicet ab initio adventus Ordinis in Zelandiam usque ad Florentium. Interim vellem superesset adhuc* Victoris IV *Antipapæ Bulla, cujus in charta linea scriptæ frustulum, præter notam anni* Incarnationis MCLXII *et appensum plumbeum sigillum, nihil reliquum habet: non enim solum indicaret causam pro qua scripta illa fuit quam credibile est ipsum schisma spectasse, quod hi abominati ipsam Bullam laceraverint, sed fortassis etiam nomen Abbatis, ad quem scribebatur; quod si esset a nomine* Waltheri *diversum, consequens foret, ipsum non admodum diu superfuisse migrationi; si idem, probaret certius illius initium ad Eugenii III Pontificatum magis congrue referendum.*

Waltheri Abbatis incerta.

C

43 *Sed missas tandem faciamus conjecturas, et incipiamus texere seriem eorum, qui post* Walterum, *reipsa vel saltem notitia primum Middelburgi Abbatem, mediate vel immediate, præerunt, sitque inter notos nobis secundus* D

II FLORENTIUS, *juxta Catalogum ordinatus seu benedictus anno* MCXC. *Ultrajectinæ Ecclesiæ tunc præerat* Balduinus, *Florentii Hollandiæ ac Zelandiæ Comitis frater: Antuerpiæ apud Michaelitas, Præsul jam sextus habebatur* Walterus de Stripen; *et Romanam Ecclesiam* Clemens III *gubernabat; quorum utinam aliquæ extarent litteræ. Extant aliquæ Innocentii III quarum unæ, evanidæ fere totæ in semipedali pergameno, bullatæ plumbo ipsis* Kalendas Aprilis, Pontificatus anno undecimo, *Christi* MCCVIII, Nicolao de Prutris, Cantori et Scholastico Trajectensi, ad quæstionem Abbatis et Fratrum, *commendat inhibitionem quarumdam injuriarum, ipsis per nonnullos Clericos et laicos illatarum: aliæ majores in sesquipedali similiter Bullatæ, sed dimidia parte folii avulsa mutilæ, avulsa pariter nota anni, datæ* v Kal. Februarii, *inscribuntur a tergo manu recentiori, quod sint* confirmatoriæ, quod nobis licitum est participare quævis bona jure hereditario, acsi essent in seculo obvenientia: quodque Abbas poterit absolvere Fratres, si cui manus violentas intulerint, nisi sequatur mutilatio vel sanguinis effusio. *Ex ea quæ superest medietate, intelligitur Bulla data* Venerabilibus Fratribus A (*suppleo, Archiepiscopis, Præpositis*) Decanis, Archidiaconis, Prioribus, ac aliis Ecclesiarum Prælatis per Coloniensem diœcesim: *aguntque de justa contra malefactores defensione, etiam Clericis et Claustralibus licita: de jure vero hereditandi nihil ibi lego: nec ad Abbatem Middelburgensem aliter spectare videntur, quam quatenus etiam ipse alicujus Ecclesiæ Prælatus est. Interim dignitatem monasterialis Ecclesiæ, Middelburgi tunc temporis unicæ, probat frequens ibi exhinc sepultura Comitum: nam anno* MCCXVIII *sepulta ibi dicitur* Aleydis, *Guilielmi postea Comitis prima uxor; ac alius consequenter annis, successive indicandi.*

Apostolicæ hujus temporis litteræ.

44 III ARNOLDUS, anno MCCXX: *ad cujus annum quartum spectat quædam* Innocentii III *Bulla, data* XVIII Julii, anno Pontificatus IX. *Primo autem Arnoldi anno obiit* III *Januarii,* Ada, *Florentii III Comitis vidua, et ab ipso Abbate fuit in monasterio Middelburgi tumulata. Ad* Arnoldi *Abbatis Prælaturam pertinet bullatum Breve* Honorii III, *magnitudinis palmaris, sic sonans:* Honorius Ep. *etc.* Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem Officii nostri ad debitum perducatur effectum. Quapropter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, auctoritate præsentium inhibemus, ne quis vobis pro benedictione Abbatum monasterii vestri aliquid, contra statuta Concilii generalis, extorquere præsumat. *Intellige Canonem* LXVI *Concilii Lateranensis IV, cui nuntiatum fuerat,* de quibusdam Episcopis, quod decedentibus ecclesiarum Rectoribus, ipsas interdicto subjiciunt, nec patiuntur aliquos in eisdem institui, donec ipsis certa summa pecuniæ persolvatur. *Hoc ergo decretum pro Abbatia Middelburgensi valere hic declarat Breve,* datum Tibure II..... Maji, Pontificatus anno nono, *Christi* MCCXXV, *anno* x *post prædictum Concilium celebratum.*

F

Abbatum benedictio gratis facienda

IV PETRUS van Biggenkerke, *anno* MCCXXXIX. *In hujus favorem* Innocentius IV *sanxisse, legitur per datas* III Nonas Maji, anno Pontificatus III, *Christi* MCCXLVI, *quod nullis quantumcumque ab Apostolica Sede manatis jussionibus obligetur Abbas, quemquam invitus suscipere. Ego ejusmodi litteras non vidi, sed alias datas* Lugduni Kal. anno Pontificatus septimo *Christi* MCCL, *quibus* Priori S. Petri Gandavensis *mandatur, ut Abbatem vindicet, causa prius cognita, ab injuriis ipsi illatis per* quondam Henricum de Coudekerka Presbyterum, et Henricum de Vorne Militem,

A Militem, aliosque *nonnullos. Rursus idem Pontifex* Innocentius IV, IX Februarii, anno Pontificatus IX, *Christi* MCCLII, Romæ *sanxit; ne quis Apostolicorum Nuntiorum Abbatem et Conventuales gravaret, absque expresso sanctæ Sedis mandato.*

Vilhelmus Rex Rom. alter altis quasi fundator,

45 *Sed minus hæc profuerunt, quam favor* Willelmi Comitis *anno Christi* MCCXLVIII, *ætatis suæ* XX, *creati* Regis Romanorum : *qui cum oppidum ipsum multis ac grandibus privilegiis nobilitavit, tum* Abbatiam locupletavit multis prædiis decimisque, per Hollandiam Frisiamque et alias sui juris ditiones ; decernens et statuens, ut ecclesiarum Pastoribus istic deficientibus, ex suo gremio Abbas pro tempore futurus Parochos sufficeret et Sacellanos : quod etiamnum fit, *inquit Reygersbergius cap.* 28. *Nec exiguum ejusdem Regis beneficium fuit, a prædicto Pontifice impetrasse, Privilegium, quod ex originali adjungo.* Innocentius *etc.* Abbati *etc.* Attendentes fidei vestræ constantiam, *in Ecclesiæ schismate præmemorato, et per Friderici Ex-imperatoris asseclas usque ad annum* MCCLXXXVII *continuati; quam,* sicut ex parte carissimi filii nostri W (*Willielmi contra excommunicatum electi*) Regis Romanorum illustris accepimus, Ecclesiæ Romanæ in suis negotiis inconcusse servatis ; vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut nullus Delegatus Sedis Apostolicæ, vel Subdelegatus Delegati ejusdem executor, seu etiam Conservator a Sede deputatus eadem, in vos excommunicationis vel suspensionis aut interdicti sententiam valeat promulgare, absque speciali mandato Sedis ipsius, faciente plenam et expressam de verbo ad verbum de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo etc. Præsentibus post quinquennium minime valituris. Datum Perusii Nonis Februarii, Pontificatus nostri anno nono, *Christi* MCCLIII. *Idem* Rex, (*ut præcitato loco Reygersbergius docet*) plura Sanctimonialium monasteria fundavit, *puta* Dulcis-vallis in Walachria; *vulgo* Soetendael, *tribus horæ quadrantibus versus Boream Middelburgo distantis, quæ quartæ Filiæ locum inter Michaeliticas tenuit;* Loesdunensis in Hollandia, aliaque : multas enim habebat filias, quas ejusmodi beneficiis ecclesiasticis dotabat, *ibidem scilicet Deo sacratas.*

et Privilegiorum conciliator

B

ac Dulcis-vallis conditor,

46 *Quia tamen Comitissa Flandriæ Margarita a Rege Guilhelmo exigebat hominium pro Zelandia, ac præsertim Walachria, idque ille negabat; factum videtur ut circa possessiones quasdam in Flandria, molestias pateretur Abbas; et has amoliri conatus sit, postulata per Pontificem tuitione Prioris S. Petri Gandav. Porro* Willelmus Rex anno MCCLVI occiditur a Fresonibus, Medemblik prope Hollandiam morantibus. *Ita Albertus Stadensis, Chronicum suum hic finiens; et addens, quod fuerit* in loco incognito ab eisdem sepultus, *de quo mox. Successit patri necdum anniculus* Florentius V, *sub tutela patrui sui* Florentii. *Sed hoc etiam mox defuncto et Middelburgi ad S. Mariæ sepulto, pluribus tutelam ambientibus, vexatæ multimodis sunt pupilli ditiones, non sine incommodo Abbatiæ : quæ tamen plus damni passa per indulgentiam priorum duorum Abbatum deprehenditur, ex Bulla* Urbani Papæ IV, *data* II Kal. Februarii, Pontificatus anno II, *Christi* MCCLXIII, *qua ille necessarium duxit, cassare alienationes omnes immobilium bonorum monasterii, aut elocationes justo diuturniores, a prægressis Abbatibus factas.*

anno 1256 occisus,

C

47 V. VIGLIUS Doedius, anno MCCLXVI *Hujus anno primo obiit* Elisabeth Brunswicensis, relicta Willelmi Regis, *apud Præmonstratenses Middelburgi honorifice tumulata : cujus filius* Florentius Comes *junior, jam vir factus, et patris suorumque cædem insigni Frisonum strage ultus, anno* MCCLXXXII, ex captivo sene edoctus locum paternæ sepulturæ, refodi ossa curavit, ablutaque fecit juxta maternum sepulcrum honorifice collocari. *Addit Reygersbergius,* eamdem sepulturam honorificentius restauratam *fuisse,* anno MCCCCXLVI a Florentio Schonhovio tunc Abbate.

anno 1282 delatus

D

AUCTORE D. P.

§ VI. Abbates seculi XIV et dimidii sequentis, sub iisque Acta.

JACOBUS de insula, anno MCCLXXXVIII. *Huic anno* MCCCXV certamen fuit cum Archidiacono Ultrajectino, volente Præmonstratenses amotos a cura Parochiarum ipsis concreditarum : *sed appellato pro iis manutenendis fuit Apostolica Sedes, per mortem Clementis V tunc vacans, supplicatione signata die* XXI *Januarii. Ejusdem Abbatis tempore,* anno MCCXII aggeribus vallisque munitum Middelburgum a Guilhelmo Bono, sui nominis III, qui etiam alteram ibi ecclesiam parochialem fundavit, *propter adjunctum Collegium Canonicorum, sub nomine S. Petri appellatam (vulgo* Oostmunster, *id est Monasterium Orientale) quæ denique in Cathedralem evasit.*

Vindicatum jus Parochiarum contra Archiep. Trajectens.

48 VII. NICOLAUS Hugonis anno MCCCXVI. *In hujus favorem,* Joannes Papa XXII Abbati monasterii S. Pauli Trajectensis, *sic scribit :* Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecti filii Abbas et Conventus monasterii de Middelburg Præmonstratensis Ordinis Trajectensis diœcesis, quam prædecessores eorum, decimas, terras, domos, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, redditus, jura, jurisdictiones et quædam alia bona ipsius monasterii, datis super hoc litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis juramentis, factis conventionibus, et pœnis adjectis, in gravem ipsius monasterii læsionem, nonnullis Clericis et Laicis, quibusdam eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo ad firmam, vel sub censu annuo concesserunt; quorum aliqui dicuntur super his confirmationis litteras in forma communi ab Apostolica Sede impetrasse. Cum igitur nostra intersit læsis monasteriis subvenire, Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ea quæ de bonis ipsius monasterii, per concessiones hujusmodi alienata inveneris illicite, vel distracta; non obstantibus litteris, instrumentis, juramentis, renuntiationibus, pœnis et confirmationibus supradictis, ad me et proprietatem ejusdem monasterii legitime revocare procures, contradicentes per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo ; testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avenione, IX Octobris, Pontificatus nostri anno II, *Christi* MCCCXVII. *Membrana etiamnum est integra, cum grandi sigillo plumbeo. Similis quoque Bulla invenitur ab eodem Pontifice data* Decano S. Petri Middelburgensis Kal. Novembris, anno Pontificatus IV, *Christi* MCCCXX, *idem brevius commendans.*

E

Damnosi priorum Abbatum contractus a Pontifice rescissi

et iniuste alienata restitui jussa an. 1317.

F

49 VIII NICOLAUS a GANDAVO, anno MCCCXXIII

IX OLIVERIUS a LIRA, *anno* MCCCXXVII.

X NICOLAUS DE ALTA-TERRA, *alias* HOGELANDIUS, *anno* MCCCXXXIV; *cujus* Chronicon Beatorum Ordinis *si potuissem nancisci, libenter ipsum fecissem juris publici, titulo Corollarii IV. Ejus apud Averbodienses inveniendi spem aliquam conceperam, ex relatis in eorum Chorographia* de B. Arnikio : *sed intelligo, hæc fuisse communicata, per quemdam D. Butkens, qui ipsa transcripserat ex Codicibus fratris sui Christophori, apud nostros Antuerpiæ Cistercienses Prioris in monasterio S. Salvatoris, et Tropheorum Brabanticorum auctoris. Sed hujus eruditissimi ac studiosissimi viri, et de antiquitate ac nobilitate Brabantica lucubrationibus*

Iterum a Pontifice mandata restitutio an. 1375,

A tionibus suis optime meriti, neque sine laude commemorandi, plures Codices MSS. eo mortuo male distracti sunt: hujus certe nepos et heres inter relictos sibi a defuncto codices Chronicon istud non reperit. Igitur unum hoc restat, ut qui Chronicon Alberici, trium Fontium Monachi, Christophoro a Chiffletiis commodatum, neque hoc mortuo suis dominis redditum, fecit feliciter inveniri a D. Barone le Roy redimendum, etiam Hogelandii chronicum faciat in manus venire idoneas, publicæ luci dandum. Hujus primo regiminis anno, consultum volens Benedictus XII, iv Kal. Julii, Pontificatus anno i, Christi MCCCXXXV, scripsit Abbati S. Bartholomæi Eechoutani Brugis, ut recuperandis Middelburgensium bonis, male alienatis, operam daret efficacem.

AUCT. DE D. P. scribitur Chronicon Beatorum Ordinis;

50 xi Arnoldus Alardi, anno MCCCXLIII.

xii Petrus van Dam, anno MCCCLV.

xiii Petrus Hoeck, anno MCCCLVIII: *cujus anno* xiv, *Christi* MCCCLXXIV, Urbanus V, iii Julii, Pontificatus anno xii, *mandavit* Decano S. Salvatoris Ultrajectensis *evendicanda monasterii bona et simile mandatum ab eodem emanavit directum.* Cantori ecclesiæ Antuerpiensis ii kal. Februarii anno Pontificatus decimo tertio, *Christi* MCCCLXXIII.

B

xiv Hugo Boose, anno MCCCLXXXVI: *cujus ætate cœpta est ædificari tertia parochialis S Martini dicta West-monasterium: quia increscenti magis magisque numero non amplius sufficiebant parochiæ duæ.*

51 xv Willielmus vander Does, *anno* MCCCXCVIII, *Hic a* Bonifacio IX sub data vii Kal. Septembris Pontificatus anno vii, *Christi* MCCCCI, *obtinuit exemptionem a jurisdictione Ordinarii, hoc tenore.* Bonifacius etc. ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apostolicæ gratiosa Benignitas devotos et humiles filios, sub regulari habitu Domino famulantes, ex assuetæ pietatis studiis circum munit; et ne indebitis molestiis aut exactionibus agitentur, consuevit illos specialis protectionis suæ auxilio et munimine confovere. Hinc est quod nos dilectorum filiorum Abbatis et Conventus monasterii B. Mariæ Middelburgensis, Præmonstratensis Ordinis, Trajectensis diœcesis, in hac parte supplicationibus inclinati, ex certis etiam rationabilibus causis ad id nostrum animum moventibus, præd. monasterium et ejus membra cum omnibus ecclesiis, capellis, atque locis ipsis subjectis et dependentibus, ac personis et familiaribus in iisdem degentibus ceu pertinentibus, præsentibus et futuris; ac possessiones, villas, terras et quæcumque alia bona, mobilia et immobilia, ubicumque existentia, ad dictorum Abbatis et Conventus ac membrorum jura et jurisdictionem legitime pertinentia, cum omnibus juribus et pertinentibus suis, quæ ipsi Abbas et Conventus ac monasterium et membra in præsentiarum legitime possident, et in futurum justis modis, præstante Domino poterunt adipisci; nec non præd. monasterium, et illum qui pro tempore fuerit d. monasterii Abbatem, ac personas et familiares hujusmodi, ab omni jurisdictione, exactione, dominio, superioritate, et proprietate Archiepiscopi Coloniensis, ac Episcopi et Præpositi ac Archidiaconi Trajectensis, qui nunc et pro tempore fuerint, ac quorumcumque aliorum suorum Superiorum, Prælatorum ejusdem ordinis ac Judicum ordinariorum seu delegatorum, spiritualium et temporalium, jurisdictionem aliquam, in dictos Abbatem et Conventum, dictique monasterii ecclesias, capellas, membra, loca, personas, familiares, possessiones, villas, terras et bona prædicta habentium, auctoritate Apostolica tenore præsentium, eximimus et perpetuo liberamus.

anno 1401 impetratur a Bonifacio PP. IX

C

exemptio a jurisdictione ordinariorum,

52 Ipsosque Abbatem et Conventum ac monasterium, ecclesias, capellas, membra, loca, personas, familiares, possessiones, villas, terras, et bona prædicta, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, in jus et proprietatem B. Petri et d. Sedis et sub eorum protectione suscipimus, atque nostra: ac ipsos et ipsa eidem Sedi volumus immediate subjacere. Ita quod Archiepiscopi, Episcopi, Præpositi et Archidiaconi, et Judices et locorum Ordinarii, vel alia quævis persona ecclesiastica vel mundana, quacumque præfulgeat dignitate, in prædictos Abbatem et conventum ac monasterium, ecclesias, capellas, membra, loca, personas, possessiones, villas, terras, et bona prædicta, ad Abbatem et Conventum et monasterium et membra prædicta, ut præmittitur, pertinentia, utpote prorsus exempta, non possint excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias promulgare, aut alias, etiam ratione delicti vel contractus seu rei de qua ageretur in judicio vel extra, ubicumque committatur delictum vel ineatur contractus aut res ipsa consistat, potestatem seu jurisdictionem aliquam exercere. Decernimus insuper, omnes et singulos processus ac excommunicationis suspensionis et interdicti sententias, quos et quas contra Abbatem et Conventum ac monasterium, ecclesias, capellas, membra, loca et personas ac familiares prædictos haberi contigerit, seu etiam promulgari, irritos penitus et inanes. Nulli ergo etc. liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, susceptionis, voluntatis et constitutionis infringere. *Quod ita esse* sumptum ex registro Apostolico, *et omnibus interesse habentibus ad audiendum citatis publice lectum*, Romæ, sub anno a nativitate Domini MDXXX, Indictione iii, die vero Veneris, xxvii mensis Maji, Pontificatus sanctissimi Patris et Domini D. Clementis divina providentia Papæ septimi, *testatur* Hieronymus de Ginutiis, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Wigorniensis, sanctissimi D. N. Papæ Camerarius, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, nec non Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, ad instantiam et requisitionem D. Alberti Pii, Canonici Trajectensis, *ad hoc, ut videtur, impetrandum a Middelburgensibus deputati, eo quod ipsis perierat (ut opinor) originarium suæ exemptionis instrumentum.*

D

pro Abbate, Conventu et omnibus ipsos spectantibus,

ipsique Apostolicæ Sedi immediate subjecti, declarantur.

E

53 xvi Wiggerus Gerardyns, anno MCCCCV. *Ab hoc rogatus, per duos ex monasterio delegatos,* Henricus Poelwyc, Dei patientia Abbas monasterii S. Pauli Trajectensis, Ordinis S. Benedicti, *declaravit, quod* venientes religiosi viri et domini, Walterus filius Joannis, ac Nicolaus filii Nicolai, Canonici Ecclesiæ B. Mariæ Middelburgensis, nomine Reverendi Patris ac Domini D. Wiggeri Abbatis et monasterii et ecclesiæ suæ prædictæ, petierunt humiliter, eis concedi, nomine quo supra, decimas sitas in Swalinghem, et decimas quas Henricus dictus Bruusche et sui antecessores, *ab ipso et ejus monasterio* quondam in feodum tenebant, et iidem Domini Abbas et Conventus *ab ipso et prædecessoribus ejus S. Pauli Abbatibus* jure feodali possederunt. *Has autem idem Abbas S. Pauli* recepto homagio ac fidelitatis juramento *concedit, sub obligatione pendendi quotannis,* in festo BB. Remigii et Bavonis, sex libras Nigrorum Turonensium, et decem et octo denarios; anno Domini MCCCCVI, xvii die Februarii hic aliquis suspicetur, quod Henricus dictus Bruusche *fuerit etiam Abbas,* Wiggeri *decessor: cum is ibi nullo honorifico epitheto compelletur; sed ut homo laicus, qui ejusmodi decimas acceperat ab antecessoribus suis sub obligatione feudali, et concessu ejus qui tunc fuerat Abbatis, sub obligatione tali; jam eadem Abbatibus Middelburgensibus vendiderit vel donarit; itaque ipsæ conjunctim relevantur cum decimis in Swalingem, quæ ab eodem Abbate S. Pauli fuerant Middelburgensi concessæ immediate, fortassis a tempore primæ fundationis.*

F

Feudum ab Abbate S. Paul Trajecten Middelburgensibus concessum.

54 *Porro* Wiggerus *Abbas*, anno MCCCCXVIII die

A xi Maji, *necesse habuit appellare Apostolicam Sedem, contra tunc Episcopum et Præpositum Trajectenses, id est Ultrajectinos, Fridericum de Blankenheim et Zuedericum de Culenborg, postea, id est anno* MCCCCXIII, *factum etiam Episcopum. Anno autem seculi istius* XII *die* X *Maji, ipsi Abbati commissum fuit, ut assistente sibi Abbate Syonæo, initium faceret condendi monasterium Regiæ-vallis. Ast circa annum* MCCCCXVIII Martinus V, Abbati S. Jacobi Leodiensis et Decano S. Donatiani Brugensis *commisit, restitutionem bonorum et jurium injuste a monasterio alienatorum, omni diligentia curare; sub data* IX Julii anno Pontificatus I : *quæ commissio in persona Decani Brugensis iterata fuit ejusdem* Pontificatus anno X, ipsis kal. Julii, *Christi* MCCCCXXVIII *Sub eodem Abbate, cum viderent Middelburgenses, aliorumque Zelandiæ civitatum incolæ, Zirikzæanorum opes et potentiam supra ipsas augeri longinquorum commerciorum beneficio; cæperunt etiam ipsi naves trans mare mittendas fabricare, et similibus commerciis mediantibus vehementer increscere.*

Pontifex appellatus anno 1413

restitutio imperata an. 1418 et 1428.

55 XVII NICOLAUS VANDER CRUSTER, anno MCCCCXXXII; *cujus anno* III *appellatum ab eo Concilium Basileense, pro restitutione prædicta, hujusmodi diploma expedivit : quod ex originali membrana, bene hacte-* B *nus conservata, accipe.* Sacrosancta Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, dilectis Ecclesiæ filiis, Abbati monasterii S. Michaelis Antuerpiensis, et Decano ecclesiæ S. Donatiani Brugensis, Cameracensis et Tornacensis diœcesis, ac Officiali Trajectensi, salutem et omnipotentis Dei benedictionem. Justis supplicum votis, illis præsertim per quæ sub regulari habitu, piæ vitæ studio, Domino famulantium statui et indemnitatibus consulitur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Sane petitio pro parte dilectorum Ecclesiæ filiorum, Abbatis et Conventus monasterii Middelburgensis, Præmonstratensis Ordinis, Trajectensis diœcesis, nobis exhibita continebat, quod temporum causante malitia, et prævia negligentia Abbatum, et aliorum qui pro tempore præfuerunt d. monasterio, decimæ, census, redditus, domus, terræ, prata, nemora, jura, jurisdictiones, possessiones, res et bona alia, ad Abbatem et Conventum ac monasterium prædicta legitime spectantia, datis quandoque super iis fidei-jussionibus et cautionibus ac litteris et instrumentis publicis, factis renuntiationibus et pœnis adjectis, in gravem ipsius monasterii læsionem, distracta noscuntur seu etiam alie- C nata : quodque nonnullæ laicales et ecclesiasticæ personæ eosdem Abbatem et Conventum, nec non singulares personas d. monasterii, super præmissis et aliis bonis, ad eos et præfatum monasterium D communiter et divisim spectantibus, etiam contra fel. record. Innocentii PP. quæ incipit, Ad reprimendam, et Carolina nuncupatam, in generali Synodo Constantiensi, in favorem Cleri et Ecclesiasticarum personarum, acceptatam, constitutiones, vexare et perturbare, ipsisque injurias inferre sæpius moliuntur.

Conc. Basileense anno 1437,

restitutionem curandam etiam commendat Abbati Antuerp. Decano Brug. et Officiali Trajecten.

AUCTORE D. P.

56 Quare pro parte Abbatis et Conventus prædictorum, Nobis fuit humiliter supplicatum ut super iis, eis et dicto monasterio opportune providere dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati Discretioni vestræ per hæc scripta mandamus : quatenus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, omnia et singula distracta et alienata hujusmodi, ad jus et proprietatem ipsius monasterii, auctoritate nostra reducere et revocare; ipsosque Abbatem et Conventum in pristinum statum restituere procuretis; nec non injuriantes, vexantes, et perturbantes hujusmodi, pœnas et censuras, in iisdem Constitutionibus contentas, incidisse declaretis; facientes etiam, vocatis omnibus et singulis, qui fuerint evocandi, dum et quando pro parte Abbatis, Conventus seu personarum monasterii hujusmodi fueritis requisiti, et alias super præmissis, ac eos seu res et bona eorum contingentibus, contra quoscumque justitiæ complimentum; E contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstantibus tam fel. record. Bonifacii PP. VIII et aliis Constitutionibus Apostolicis, quam fidei-jussionibus, cautionibus, litteris et instrumentis præfatis, ceterisque contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter vel divisim a Sede Apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Basileæ Idibus Augusti, anno a Nativitate Domini MCCCCXXXV. *In plica signatum erat.* Jo. de Dyck.

sub clausulis valde prægnantibus,

57 *Appensum membranæ erat, Pontificali more, (omnem enim Pontificiam potestatem arrogabat sibi Synodus illa) appensum, inquam erat, plumbeum sigillum, cujus ectypon quia alibi nusquam expressum adhuc vidi, hic exhibeo, una cum sigillo* Oloudi Abbatis S. Michaelis, *unius ex præfatis Commissariis, qui ad executionem Synodalis mandati anno* MCCCCXXXVII, *die* III *Augusti, per Notarium Ægidium Corte amplissimas patentes expedivit : quarum vigore an Middelburgenses plus profecerint contra iniquos possessores, quam tot prægressorum Pontificum mandatis, vehemen-* F

vi quarum Abbas Antuerp. executoriales expedit anno 1437,



sub veteri Abbatiæ suæ sigillo.

A *ter dubito. Quam vetus sit Michaeliticum Sigillum, non divino; neque ex litterarum forma satis argumenti petitur ad ipsum seculo* XIII *vel* XIV *antiquius credendum; alias habent in eo Antuerpienses, secuti sui pro eo tempore expressam formam, Castri scilicet sive Burgi veteris cum manibus duabus, ex eorum proculdubio opinione, qui aspirando nomen civitatis* Hantwerpen *scribebant, et eo nomine* Projectum manuum *volebant significatum, juxta vulgarem de Gigante Antuerpiensi fabellam. In eo quod S. Michael tenet scuto vides tesserariam figuram Crucis, procurrentibus sceptris quasi radiis cinctam: tertium vero alterius lateris scutum,* Abbatiale *pedum duplex et decussatum continet, quia hoc consuetum est Abbatiarum Matricum symbolum. Sub S. Michaele spectatur genuflexus monasterii Abbas, absque mitra, quæ scilicet Michaelitis primum obtigit sub Olondi Joanne successore.* Anno MCCCCXXXVI, *inquit Reygersbergius,* Abbas periculum grande incurrit a populo, contra ipsum, quæstoremque Bewester-schaldis et Magistratum, tumultuante: sed averterunt illud, noctu clam ingressi cum manu armata suorum, D. Franco van Borssele Comes Ostrovandiæ, et D. Henricus van Borssele, Toparcha Veræ; seditionemque pacaverunt, auctoribus partim fuga elapsis, partim capite plexis. *Ita Reygersbergius cap.* 46. Callixtus *autem* Papa III, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, *amplum expedivit Breve in favorem Abbatis ac Fratrum suorum, sed quod evanido jam prorsus atramento amplius legi non potest.*

Seditio contra Abbatem discussa anno 1436.

B

§ VII. Reliqui seculo XV Abbates; Horum ultimo subjectum Hagense Virginum in Hollandia monasterium.

FLORENTIUS AERTS-SOON *sive* FILIUS ARNOLDI, *anno* MCCCCLIX.

XIX PETRUS VANDEN DAMME, *obiit anno* MCCCCLXIV, *uti asserit Philippus Dux Burgundiæ, ea omnia feuda quæ hic tenuerat transferens in successorem mox nominandum Joannem, per datas* VIII *Augusti: quibus consonant confirmatoriæ Pauli II, mox proferendæ,* IV Idus Martii *præcedentis; sed cognomen tacent, quod exprimit Philippus. Idemque fortassis a patris nomine etiam dicebatur* Petrus Nicolai, *quem Reygersbergii interpolator, inter Zelandos eruditione claros, cum titulo Doctoris in Theologia et Abbatis Middelburgensis recenset ad calcem sæpe dictæ Chronicæ: alius certe non occurrit quem aptius ibi intelligas, nec enim ejus causa placet augere Abbatum numerum.*

C

59 XX JOANNES VAN'S GRAVENZANDE, anno *non* MCCCCLXXXVI, *uti perperam habet is, quem alias sequimur, MS. Catalogus, per errorem amanuensis solius incuriæ tribuendum; sed* MCCCCLXIV. *Probat id manifeste Pauli II decretum originalem, pergameno, et Bulla plumbea ex more communitum, hoc tenore:* Paulus Episcopus, Servus Servorum Dei, universis vasallis monasterii B. Mariæ Middelburgensis, Præmonstratensis Ordinis, salutem et Apostolicam benedictionem. Hodie monasterio B. Mariæ Middelburgensis, Præmonstratensis Ordinis, Trajectensis diœcesis, tunc per obitum quondam Petri, olim d. Monasterii Abbatis, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacanti, de persona dilecti filii, Joannis de Sgravenzande, Canonici d. monasterii, Ordinem ipsum expresse professi, et in ætate legitima constituti; ac per dilectos filios Conventum ejusdem monasterii in illius Abbatem concorditer electi, de Fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica providimus, ipsumque illi præfecimus in Abbatem; curam, regimen et administrationem dicti monasterii sibi in spiritualibus ac temporalibus

Paulus II, in locum defuncti Petri

electum Joannem Abbatem confirmat

plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca Universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsum Joannem Abbatem, pro Nostra et Apostolicæ Sedis reverentia, benigne excipientes, et digna honorificentia prosequentes, ei fidelitatem solitam, ac consueta servitia et jura, sibi a vobis debita, exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive pœnam, quam idem Joannes Abbas rite tulerit seu statuerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam, inviolabiliter observari. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, Idibus Martii, *an. 1464,* Pontificatus nostri anno primo; *et signatum erat in plica,* Jo. de Buccabellis.

D

60 *Idem* Jo. de Buccabellis *pariter Middelburgum misit insignem, et Pontificio plumbo clausam membranam, qua continebatur formula a juramenti s'Gravenzandio præstandi Apostolicæ Sedi, quam addita nominis sui subscriptione et suæ Abbatiæ sigillo Romam remitteret. Plumbum utrique membranæ appensum, ex una parte considentes repræsentat* Petrum et Paulum, *ex altera ipsummet* Paulum II *in throno, publice supplices audientem: quem actum etiam nonnulli ejus nummi repræsentant cum subscripto,* Audientia publica: *quod hic non adest, sed supra scribitur,* PAVLVS PP. II, *sicut videre etiam est num. 5 in Historia Pontificia, explicata per numismata a Claudio du Molinet. Qua occasione notaverim, Paulum istum videri primum fuisse, qui mutaverit consuetam decessoribus Pontificibus formam plumbeæ Bullæ (quæ ipsis litteris Papalibus nomen dedit ut Bullæ vocentur) quotquot enim usque huc vidimus ex Middelburgensi Archivio Bullas (vidimus autem et contrectavimus omnino octodecim) anteriores Paulo, omnes una parte aliud non habent, quam Pontificis nomen et nominis numerum, ex altero Apostolorum Petri ac Pauli nomina et capita, perquam rudi typo expressa.*

eique proponit formulam juramenti clientelaris,

E

61 *Tenor juramenti præscripti hic erat.* Ego Joannes de Sgravenzande, Abbas monasterii B. Mariæ Middelburgi, Præmonstratensis Ordinis, Trajectensis diœcesis, ab hac hora in antea, fidelis et obediens ero B. Petro sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, et Domino nostro D. Paulo Papæ II suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu etc. *plane sicut præscribit Pontificale Romanum, jussu Pii IV Venetiis excusum anno* MDLXI, *in forma juramenti præstandi ab Abbatibus Apostolica auctoritate benedicendis, et ordinariæ potestati exemptis, qualem Middelburgensem fuisse, et hodiedum omnes Præmonstratenses esse, in comperto est: qui omnes ex dicto Pontificali id faciunt: sed nunc addita, ex mandato Clementis VIII anno* MDXCV, *hac nova clausula;* Et si ad aliquam alienationem devenero, pœnas, in quadam super hoc edita Constitutione contentas, eo ipso incurrere volo: *quibus lectis jurat Electus: et in Sixtina, de qua agimus membrana, subscriptum erat:* Sic me Deus adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia, *quæ nempe sibi porrecta jubetur manibus ambabus tangere. Ista porro membrana et sic sigillata, Middelburgum allata, et salvis sigilli vinculis aperta, non fuit remissa Romam, ut videbatur Pontifex intendisse; sed apud Abbatem remansit: quem crediderim pro ea remisisse suum juramentum similiter in membrana scriptum subscriptumque manu propria et sigillo Abbatiæ munitum. In hoc autem quin expressa fuerit Deipara Virgo, vix equidem dubito; hactenus tamen nullum inveni instrumentum, cui ipsum esset appensum, et unde illud possem ex ære spectandum dare, sicut supra spectandum dedi vetus sigillum Abbatiæ Antuerpiensis.*

F

62 *Poteram hic exhibere præcitatas* Philippi Ducis *patentes*

Is excipit Principem Carolum,

A *patentes litteras trans-et-infeodationis, ut vernaculæ nostræ linguæ quibus scriptæ sunt, terminos,* Verleyen-verleen briven, *quadamtenus Latine reddam : sed quia similes alias* Caroli V Imperatoris *infra dare malui, illas hic præmittendas non putavi. Hic solum lubet meminisse quitanciæ (ut appellant) super relevatione Decimarum fundorumque quorumdam, ab hoc Abbate redditæ* XX *Julii anno* MCCCCLXVI, *Henrico Joannis van Wissenkerke. Igitur hic ipse* Joannes s'Gravezande, *non ejus decessor excepit anno* MCCCCLXVIII, *Comitemque Zelandiæ inauguravit*, Carolum Audacem Burgundiæ Ducem : qui multa nova Middelburgensibus largitus est privilegia; quibus, et crescente quotidie fortuna urbis suæ animati cives, novam elegantissimam Curiam extruere cœperunt : eaque non contenti, anno MCCCCLXXIV novis muris ac porticu continua cingere, additis etiam speciosi operis portis.

et Bullam Sixtinam, pro subsidio contra Turcas, anni 1462,

63 *Ad eumdem* Joannem *Abbatem anno præcedenti* MCCCCLXXIII *amplissimas litteras patentes in membrana* Brugis *dedit* XVII Augusti, Andreas de Spiritibus de Viterbio, utriusque Juris Doctor, Sedis Apostolicæ Protonotarius, ac Apostolicæ Cameræ Clericus, in regno Franciæ ac universis Galliarum provinciis,
B nec non Ducatu singulisque dominiis Illustrissimi Domini Burgundiæ Ducis, ac illis adjacentibus regnis, dominiis, civitatibus, diœcesibus, terris, et locis, Nuntius et Commissarius Apostolicus, *super corrogatione pecuniaria, ad usus belli Turcici publicanda, una cum Indulgentiis eo fine propositis. Incipiunt hæ litteræ :* Dilecto nobis in Christo Joanni Abbati Monasterii S. Mariæ Middelburgensis etc. salutem in Domino sempiternam. Cum ex injuncto nobis officio teneamur cunctis Christi fidelibus, in dictis locis constitutis, conscientiæ morbo languentibus, congrua exhibere medicamenta salutis. *Ac primum ipsimet Abbati indulget Andreas facultatem eligendi Confessarii, ad quascumque ecclesiasticas censuras vel pœnas tollendas, in ordine ad executionem litterarum Apostolicarum, super prædicto argumento, ad omnes Ecclesiarum Prælatos, in quibus iste merito censuit esse* Joannem Middelburgensium, *totius Zelandici Cleri caput. Bulla illa Sixtina, quæ litteris Andreæ tota inseritur, incipit :* Ad apicem Apostolatus divina disponente Clementia vocati; *nec in Bullario Romano invenitur, neque Raynaldo Baronianos Annales prosequenti nota fuisse videtur : tam pathetice vero describit mala, per immanissimam gentem Christianis illata et porro metuenda, ut omnino digna*
C *sit publica luce : quam tamen hic ei dare nequeo, nullo sui puncto specialiter Middelburgum contingentem. Faciam id cum recudetur specialis meus de Chronologia Pontificia Conatus.*

hactenus ineditam et luce dignam.

Præest inaugurationi Maximiliani,

64 *Cæso* Carolo, *filiam ejus unicam* Mariam, *cum dotalibus Provinciis accepit* Maximilianus, Frederici Imperatoris filius, *anno* MCCCCLXXVII; *ejusque pro Zelandia et Hollandia juramentum excepit Middelburgi prænominatus Abbas, mense Martio. Idem rursus ex eo matrimonio natum* Philippum Principem *inauguravit an.* MDII, *quando is*, a medio Majo usque ad encœnia Middelburgensia, omnibus accedentibus jus dixit in ipsa Abbatia. *Verum hæc læta interpolavit triste incendium, quo eadem tota hujus* Joannis *tempore deflagravit, sed iterum circa annum* MCCCCXCIV *restaurari magnis animis cœpit, teste Reygersbergio.*

et Philippi.

Innocentius 8 similiter instituit successorem,

65 XXI JOANNES DANKARDUS, *ab eo qui Catalogum transcripsit vel supplevit, simili qua* Petrus *incuria vel ignorantia prætermissus; innotuit nobis ex Bulla Innocentii Papæ VIII*, data Romæ ad S. Petrum, anno Dominicæ Incarnationis MCCCCLXXXIV, Pontificatus I, *hoc tenore.* Innocentius Episcopus, servus servorum Dei, venerabili Fratri Episcopo Trajectensi *(erat hic David a Burgundia, Philippi Boni* D
Ducis filius naturalis) salutem et Apostolicam benedictionem. Hodie monasterio S. Mariæ Virginis de Middelburgo etc. per obitum quondam Joannis, ipsius quondam monasterii Abbatis, extra Romanam Curiam defuncti, Abbatis regimine destituto, de persona dilecti filii Joannis Dankardi Abbatis d. Monasterii, nobis et Fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, de Fratrum eorumdem consilio Apostolica auctoritate providimus, ipsumque illi præfecimus in Abbatem; curam, regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committentes, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur, ut idem Joannes Abbas in commisso sibi regimine præd. monasterii, quod tibi ordinario jure subesse dignoscitur, facilius proficere valeat, tuus favor ei fore noscitur plurimum opportunus; Fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per Apostolica scripta mandantes, quatenus prædictos Joannem Abbatem et monasterium, ordinario jure tibi subjectum habens, pro nostra et Apostolicæ Sedis reverentia propensius commendatos, in ampliandis et conservandis juribus suis, sic eos favoris præsidio prosequaris, quod E
idem Joannes Abbas, tuo fultus præsidio, in commisso sibi monasterii præfati regimine se possis utilius exercere; tuque divinam misericordiam, et nostram ac dictæ Sedis benevolentiam et gratiam valeas exinde uberius promereri.

eumque commendat Trajectensi Episcopo.

Tertius Joannes, notus ex instrumento.

66 XXII JOANNES DE WESTCAPPEL, *similiter in MS. Catalogo prætermissus, certissimo tamen nobis notus ex Chartulario insigni membraneo monasterii S. Barbaræ Hagæ Comitis, cui præmittitur manu Notarii* Martini Huysman *subscriptum, et cum originali collatum ecgraphum, æque membraneum, solennissimi actus, quo prædicti monasterii Religiosæ transierunt in jurisdictionem Abbatis Middelburgensis, tenore digno integre transmitti ad memoriam posterorum.*

67 In nomine Dei. Amen. Tenore præsentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno Nativitatis ejusdem Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, Indictione quarta decima, die vero mensis Septembris vicesima, hora ejusdem diei quinta post meridiem vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri D. Alexandri, divina providentia hujus nominis Papæ sexti, anno ejus quinto; in venerabilis ac religiosi in Christo Patris ac Domini, F
D. Joannis de Westcappel, Abbatis S. Mariæ Middelburgensis Præmonstratensis Ordinis, meique Notarii ac Testium infrascribendorum, et propter hoc vocatorum pariter ac rogatorum præsentia, personaliter constitutæ religiosæ ac devotæ. Gertrudis, filia Nicolai, Priorissa; Delia f. Andreæ, Adriana f. Henrici, Maria f. Willelmi, Mathildis f. Nicolai, Hildegardis f. Joannis, Beatrix f. Joannis, Maria f. Nicolai, Martina f. Ysbrandi, Moniales; dein Maria f. Willelmi, Hildegardis f. Gerardi, nec non Mathildis f. Hugonis, Conversæ; repræsentantes Conventum et Capitulum (prout asseruerunt) B. Barbaræ Haghensis Præmonstratensis Ordinis; nec non capitulariter, prout asseruerunt et moris est, in loco capitulari, Spiritus sancti instinctu, prout placuerit specialiter congregatæ, super certis pactis sive conventionibus, clausulis et articulis, in quadam papyri cedula in vulgari lingua conscriptis; et ad conversationem et decorem religionis pariter et augmentum devotionis earumdem Sororum desuper confectis; et per eas ac per me Notarium publicum infrascriptum eisdem præfatis Monialibus et Sororibus publice prælectis, ex earum certa et prævisa

Monialium S. Barbaræ Hagæ Comitis,

communi consensu ac legaliter testantium An 1496

AUCTORE D. P.

A prævisa sententia, non vi, dolo, fraude, aut quavis alia sinistra machinatione circumventæ, sed deliberationibus providis et bene maturis, prout asseruerunt, desuper sæpissime præhabitis, omnibus melioribus modo, via, jure, causa ac forma, quibus melius, firmius ac efficacius potuerunt et debuerunt, conjunctim et divisim, ac quælibet earum seorsim, prout et debuit, pro se et sequacibus suis, per earumdem juramentum in manibus discreti ac religiosi viri D. Joannis Olardi earum Præpositi, anno, mense, diebus quibus supra, solenniter ac canonice præstitum; et nunc denuo in manibus ejusdem Notarii Presbyteri infrascripti legitima stipulatione innovatum promiserunt, jurarunt, ac qualibet earum promittit et jurat per præsentes, omnia et singula infrascripta, in dicta papyri cedula conscripta, sicut præmittitur, jurata et publicata in omnibus et singulis et per omnia, firmiter et inviolabiliter observare. Quæ quidem dicta papyri cedula sequitur in vulgari de verbo ad verbum, et est talis; *in Latinam autem linguam hic versus offertur.*

qualiter ipsæ sibi ac posteris,

Ego Gertrudis Nicolai filia, *et ceteræ quæ supra*, Capitulum conventus S. Barbaræ Hagæ, diœcesis Trajectensis, hoc tempore repræsentantes, notum
B facimus omnibus, præsentem epistolam lecturis vel legi audituris, post bonam deliberationem et tractatum, capitulariter super subsequentibus punctis, rebus, et articulis congregatæ, ad religionem nostram rationemque vivendi exaltandam et meliorandam, Deoque in eadem aptius et ferventius serviendum, pro nobis nostrisque posteris, nos nostrumque singulas dedimus et submisimus, damus et submittimus, subjectioni, et obedientiæ nostri reverendi in Christo Patris D. Joannis a Westcappel, Abbatis Conventus Dominæ nostræ Middelburgensis, sub et cum certis pactis atque conditionibus, hic infra sequentibus.

Abbatem Middelburgen.

elegerunt in Patrem Abbatem,

68 Imprimis. Reverendus noster in Christo Pater ac Dominus Abbas præd. Conventus S. Mariæ Middelburgensis, habebit et retinebit curam atque paternitatem rerum tam temporalium quam spiritualium in nostro præd. conventu Nonnarum, super Præpositum et Nonnas, tam Conversas quam Sorores; ejusdemque monasterii Pater-Abbas æstimabitur, cum tali præeminentia, quamquilibet Patrum Abbatum Ordinis Præmonstratensis super filios ac filias suas habet.

abdicando jus ad electionem Præpositi,

C 69 Singulariter autem nos Nonnæ atque Conversæ d. Monasterii, nunc existentes aut olim exstituræ, nostri nostrarumque posterarum nomine, abdicamus jus omne, quod habemus aut prætendere possemus habere, circa electionem, aut postulationem Præpositi nostri; atque promittimus, sub juramento desuper facto et solenniter præstito in manibus præfati reverendi Patris Præpositi nostri, qui prior ipse juravit in manibus nostri Reverendi Patris Abbatis; nullo nos tempore, sive per nos sive per alium quemcumque, palam vel occulte, aut alia quacumque ex cogitabili via vel modo, quidquam machinaturas contra hanc nostram promissionem, neque desuper ullam dispensationem petituras, aut ea quomodocumque obtenta aliquatenus usuras, etiamsi ex libera Sanctissimi Patris nostri Pontificis Romani voluntate nobis ultro concessa foret. Sed præd. reverendus Pater-Abbas solus nec alius quisquam in communi, libera sua voluntate, consilium aut consensum nostrum exigere possit, quotiescumque opus erit, et Præposituram d. Conventus nostri per resignationem, mortem aut alium quemvis modum vacare continget, nobis ordinabit atque constituet: quemadmodum idem Reverendus noster in Christo Pater, D. Joannes a Wescappel, Abbas d. monasterii Middelburgensis, fratus probata vita, honestate, prudentia et diligentia religiosi viri Fr. Joannis Allerts, professi ejusdem monasterii Middelburgensis d. Ordinis Præmonstratensis, ipsum Fr. Joannem præfatum in præsentiarum Præpositum nostri Conventus facit, atque in nomine Dei constituit. D

et acceptando sibi statutum ab illo,

ut ejus correctioni subjectum et ab eo deponibilem

69 Porro si vel ipse Fr. Joannes Allerts vel aliquis successorum ejus, tempore sui regiminis et Præposituræ suæ, male viveret, bona Conventus nostri dissiparet, aut aliter contra suam professionem delinqueret, præf. Rev. Pater Abbas Conventus Middelburgensis Ord. Præmonstratensis, nostrique Conventus Pater-Abbas, eumdem Fr. Joannem Allerts vel ejus pro tempore successorem, deponet a præpositura, administratione et regimine Conventus nostri, aliumque substituet, et ipsum Fratrem, tamquam subditum suum, secundum statuta d. Ordinis et modum criminis, corriget et castigabit. Ita ut præd. R. Pater Abbas Middelburgensis monasterii nostrique Conventus S. Barbaræ, solus et integre atque pro suæ liberæ voluntatis arbitrio, in nostro præd. Conventu possit ordinare, instituere et deponere præd. Præpositum, nullius desuper consilio aut consensu requisito: nec persona ulla in hunc nostrum Conventum ad probationem recipi E
possit, nisi prius et ante omnia id petierit atque impetraverit a Reverendo nostro et Middelburgensi Patre-Abbate. Quod si Præpositus vel Priorissa contrarium facerent, graviter castigabuntur, et ab officio deponentur, si præd. noster Pater Abbas ita judicaverit convenire.

Tradunt etiam ei ejus recipiendi Novitias;

subjiciunt se ejus visitationi;

70 Quoad visitationem autem conventus nostri S. Barbaræ præfati, rev. Pater noster in Christo Abbas Middelburgensis, solus integre et semper exercebit officium Visitatoris, visitando Præpositum, Nonnas atque Conversas d. Conventus nostri, in capite et in membris, in rebus tam temporalibus quam spiritualibus, secundum Statuta Ordinis Præmonstratensis; nec alius quisquam, nisi quem ipse specialiter ad hoc deputaverit. Insuper nos Nonnæ atque Conversæ, nunc existentes aut deinceps exstituræ, erimus et manebimus in perpetuum sub arctissima atque firmissima clausura; ita ut vir nullus aut femina, ecclesiastici aut secularis status, quocumque modo ingredi ad nos valeant, nisi in casu necessitatis. Tali autem casu, mulieri sic ingressæ et Sorori nostræ, ex aliis Sororibus nostris, una aut plures præsentes aderunt. Ita scilicet ut mulieribus intra clausuram nostram ingredi liceat infrascriptis F
occasionibus, scilicet, quando Sorores nostræ vestientur aut profitebuntur, aut in Dedicatione ecclesiæ nostræ, vel cum funus aliquod præsente cadavere apud nos sepeliendum intromittendum erit. Salvo quod mulieribus sic intra claustrum nostrum ingressis non licebit transire ad dormitorium nostrum vel intra clausuram comedere vel bibere. Nonnæ etiam nostri Ordinis Præmonstratensis non ingredientur præd. clausuram nostram, neque cum nostris loquentur, nisi sint observantiæ regularis. Ex viris autem solus rev. Pater-Abbas noster subinde ad nos ingredi poterit cum familiaribus, quos vel Middelburgo adduxerit, vel sibi specialiter ad hoc deputatos assumpserit. Quæ omnia præscripta puncta et articulos, eorumque singulos, nos Priorissa et Communitas præfati Conventus, nostro ac post futurarum nomine promisimus et promittimus, sub juramento desuper in manibus præd. nostri Præpositi præstito, absque ullo defectu observare, quemadmodum etiam hoc die nostræ solennis professionis publice et expresse promisimus.

pollicentur arctissimam clausuram,

qua etiam externæ arceantur;

71 In quorum fidem et testimonium veritatis, nos Priorissa et Communitas, d. nostri Conventus sigillum hisce appendimus: atque ad majorem firmitatem

petuntque ut subscribat ipse,

A mitatem certioremque observantiam prædictorum articulorum et ordinationum, omnes nos et singulæ nostrum oravimus nostrum reverendum in Christo Patrem D. Joannem van Wescappel, modernum Abbatem Middelburgensem, ut dignetur omnia præscripta puncta confirmare, et munire sigillo suo: quod ego Joannes van Wescappel, ad supplicationem præd. Priorissæ et Communitatis feci, anno, mense, die, in instrumento desuper confecto notatis.

et Notarius publicum de omnibus faciat instrumentum,

72 Super quibus omnibus et singulis, supradictæ Moniales et Conversæ, conjunctim et divisim, voluerunt et petierunt, ac quælibet earum pro se et sequacibus suis voluit et petiit, fieri et confici a me Notario publico infrascripto unum aut plura publicum seu publica instrumentum aut instrumenta, cum clausulis ad hoc congruis et opportunis, ad dictamen cujuslibet sapientis, in meliori forma. Volueruntque prædictæ Religiosæ Moniales et Conversæ, conjunctim et divisim, pro se et sequacibus suis, supradicta instrumentum et instrumenta, in perpetuum, robur fidem et testimonium, sigillis supradictorum venerabilis in Christi Patris ac Domini Abbatis Middelburgensis nec non sui Conventus communiri.

cui rite et coram testibus signato

B Acta sunt hæc in domo majori, pro nunc ecclesia et loco capitulari prænominati Conventus, sub anno, indictione, mense, die, hora, pontificatu, et loco quibus supra; præsentibus ibidem venerabilibus, egregiis et magnificis Dominis magistris ac religiosis viris, Willelmo filio Jacobi, Præposito monasterii sive Conventus nomine Dulcis-vallis partium Walachriæ, Præmonstratensis Ordinis; Jacobo Houtenisse, Ordinis Minorum, sacræ Paginæ Professore; Arnoldo Boot, utriusque juris Doctore; Marcello Tolini de Mendonck, utriusque juris Licentiato, testibus fide dignis, ad præmissa vocatis specialiter et rogatis.

subscribit denique Notarius.

73 Ego Nicolaus, filius Simonis de Noortwick, Presbyter Trajectensis diœcesis, publicus sacrosanctæ Apostolicæ Sedis auctoritate Notarius, quia præmissis venerandi in Christo Domini Abbatis Middelburgensis, nec non religiosarum Monialium et Conversarum super certis pactis, positionibus et articulis, conventioni, actioni, præposituræ renuntiationi, obedientiæ, submissioni, et juramenti præstationi, ceterisque omnibus et singulis, dum sic ut præmittitur agerentur et fierent, una cum prænominatis testibus præsens interfui; eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi; ideo præsens publi-
C cum instrumentum, per me conscriptum, exinde confeci, et in hanc publicam formam redegi; signoque et nomine meis propriis solitis et consuetis subscripsi et signavi, in fidem, robur et testimonium omnium et singulorum præmissorum, cum præfatis testibus, rogatus specialiter et requisitus.

§. VIII. Reliqui Abbates usque ad constitutum Episcopatum.

PETRUS VANDER CAPELLE, anno MDIII: *cui ipso eodem anno*, IV Idus Maji, *indultum fuit*, ut posset cum suis Conventualibus dispensare, infirmitate id exigente, in usu ciborum vetitorum.

Maximiliani a Burgundia installatio.

75 XXIII MAXIMILIANUS a BURGUNDIA, anno MDXX: *ad quem annum sic scribit in Chronica Reygerbergius:* Maximilianus a Burgundia, filius Balduini Bastardi Burgundiæ, Roma venit, et provisionaliter factus est per Curiam Prælatus Middelburgensis; factus est etiam Abbas S. Gisleni in Hannonia: *Balduinus autem fuit filius naturalis Philippi Ducis, ex eoque processit illustris familia de Fallais. Habentur* Caroli V Imperatoris *patentes litteræ, datæ* XII Maji MDXX *trans-et-infeudatoriæ* pro domo de Westhoven ac D dependentiis, tenendis a dilecto suo cognato Maximiliano prædicto ejusque successoribus, eodem feudali jure, quo ipsam tenuit D. Petrus vander Capelle ejusque decessores Abbates, sub censu unius rubri falconis, et quinque librarum Hollandicarum.

AUCTORE D. P. ejusdem mors et opera insignia.

76 *Prælaudatus porro Reygersbergius ad annum* MDXXXIV, *post relatam Clementis VII mortem, obitam* XXV *Septembris, sic progreditur in Chronica præcitata:* Eodem tempore Bruxellis in Brabantia obiit Reverendus Dominus Maximilianus a Burgundia, et Middelburgum in Walachria delatus est intra arcam plumbeam, atque ibidem in Abbatia sepultus. Præscripti Prælati nobilitas atque doctrina valde extollitur ab Erasmo Rotterdamio et Hadriano Barlando. Ipse dum viveret d. Abbatiam multimodis restaurari fecit; vir valde prudens et bene moratus. Ipse pingi fecit pulchram illam tabulam, quæ stat supra majus altare in ecclesia ejusdem Abbatiæ, per Joannem de Malbodio pictorem eximium: cui tabulæ similem tota Christianitas nullam habet: ad quam visendam Antuerpia in Zelandiam venit Albertus Durerus *vulgo* Albordur *solitus nuncupari* E Germanus: qui ipsam picturam vehementer laudavit, dicendo quod in hisce Belgicis provinciis simile nihil unquam viderit. *Eam adhuc alicubi superesse, in furiali turbine Iconoclastarum sublatam anno* MDLXVI, XXI *Augusti, per ecclesias Middelburgenses grassatorum, vix ausim sperare; sublucta enim reposita fuisset, et postea cum reliqua ecclesiæ supellectile alio translata. Utebatur autem Joannes Malbodiensis coloribus aqua temperatis, quod aliæ alibi ejus picturæ demonstrant: puta in Tongerloana ecclesia insignis Crucifixio, et Adoratio Magorum super aulicæ capellæ altari Bruxellis.*

Joan. Malbodiensis pictura

Hic quoque prætermittitur in catalogo;

77 XXIV CORNELIUS VANDER GOES, anno MDXXXV. *Hunc quoque Catalogi nostri transcriptor prætermiserat; sed irrefragabili testimonio eum nobis ostendit Carolus V Imperator, in diplomate anni* MDXXXVI, *longe ampliori quam ad nomen decessoris citavimus, æque ac illud Belgica vulgari inscripto membranæ adhuc originaliter integræ, cum appenso ejus ut Comitis Hollandiæ Zelandiæque sigillo in cera rubra: cujus tenorem hic Latinum servari, gratum puto erit.* Carolus Dei gratia Romanorum Imperator etc. *(quæ in aliis passim obviis ejus edictis longa serie Regnorum atque Dominiorum facile est cuilibet invenire)* Notum omnibus facimus, quod, salvo nostro et alterius cujuscumque jure, tradidimus et concessimus, tradimus et concedimus, per hasce patentes litteras nostras, caro et dilecto nostro in Christo, Domino F Cornelio vander Goes, Dei gratia Abbati Middelburgensi, omnes subscriptas partes feudorum, ambactorum, terrarum, domuum et decimarum, quas noster quondam dilectus cognatus D. Maximilianus a Burgundia, Abbas et prædecessor antedicti D. Cornelii, dum viveret, a nobis in feudum accepit, in nostris Hollandiæ et Zelandiæ Comitatibus, tenendas a nobis nostrisque heredibus et posteris Comitibus ac Comitissis Hollandiæ atque Zelandiæ, per ipsum Dominum Cornelium vander Goes prædictum ejusque Successores Abbates, eodem feudali jure, quo ipsas cognatus noster prædictus Maximilianus ejusque prædecessores Abbates Middelburgenses easdem tenuerunt; secundum tenorem aliarum litterarum, gratiarum et appunctationum in nostro Registro desuper asservatarum.

[illegible] ex diplomate Caroli V,

ipsum investientis iisdem quæ decessores possederunt feudis,

78 Primo in 's Heeren-Arens-kerke sedecim metatas agri ambactalis in 's Heeren Boudius-kerke novemdecim metatas et trigintaquinque virgas seu decempedas ambactales, item in Dombirch, ducentas quadraginta novem metatas et centum ac septemdecim decempetas

A AUCTORE D. P. decempedas ambactales. Item in Oostcappel supra Dunas difflatas, viginti quinque centenas atque quadraginta septem metatas; ducentasque et quadraginta tres decempedas ambactales Item quod ibidem Willelmi, quondam Jacobi, liberorum fuit, viginti septem metatas atque quadraginta octo decempedas ambactales cum dimidia. Item in 's Heer-Aertskerke quinquaginta novem metatas ambactales cum dimidia. Item in Crunighen, in Bevelandia Boreali, centum viginti tres metatas et quinquaginta decempedas ambactales. Item in Geersdyck quadringentas quadraginta novem metatas, et centum nonaginta quatuor septempedas ambactales: et in Wisse kercke centum et viginti metatas.

79 Prædictæ agrorum partiones omnes faciunt simul ter mille quingentas et quadraginta atque unam metatas, ducentas quadraginta septem decempedas ambactales; quarum ratione prædictus Abbas nobis debet, secundum precariam jus et consuetudinem, primo ratione quadringentarum quinquaginta quatuor metatarum ambactalium, pro quoque relevamento æstimando ad ducentas metatas viginti quinque pondo Nigrorum Turonensium, qui pro B quingentis quinquaginta quatuor metatis ambactalibus faciunt quinquaginta sex libras et quinque schellingos Nigrorum Turonensium. Restant ergo adhuc ter mille nonaginta et una metata, ac ducentæ triginta septem decempedæ ambactales, pro quibus nobis debet ad singula relevamenta, viginti libras Nigrorum Turonensium, conficientes summam trecentarum novem librarum et quinque schellingorum Nigrorum Turonensium. Item Decimam in Bevelandia septemtrionali in Zoetelinckercke, quæ appellatur Cactkens-thiende, pro qua nobis debet viginti schellingos Anglicos; qui conficiunt quinque libras sex schellingos et octo denarios Nigrorum Turonensium. Item domum in Westhove, cum agro eo spectante pro qua debet, ex precaria pro rubro falcone, quinque libras Hollandicas: quæ simul omnia faciunt trecentas septuaginta libras, sedecim schellingos, et octo denarios Nigrorum Turonensium, singulas ad æstimationem quadraginta Grossorum monetæ nostræ Flandricæ, et quinque libras Hollandicas simili pretio æstimandas.

ad censum annuum 370 librarum,

80 Quam quidem summam prædictus Abbas tenetur ad nostros usus solvere, in manibus Quæstoris nostri Bewesterscheldensis in Zelandia, Adriani C vanden Heetvelde; qui obligatur de ea nobis reddere rationem accuratam, eo loco et modo qui nobis placuerit. Et mediante apocha ejusdem Quæstoris, absolvimus d. Abbatem a solutione ipsius summæ, aut alterius cujuscumque apochæ requirendæ. In persona autem et nomine d. Abbatis, hominium et juramentum super istis nobis præstitit, Adrianus Cornelii van Poppendamme; præsentibus huic actui et præsidentibus, tamquam Curiæ feudalis in Hollandia præfectis, Petro Bol, Auditore Cameræ rationum Hagæ; Cornelio Berthoudt, filio Joannis; Petro Willems et Antonio le Burg atque Bartholdo van Outena. In quorum fidem præsentes signantur Sigillo nostræ Curiæ Feudalis Hagæ his appenso. Datum XXII Octobris, anno Domini nostri millesimo quingentesimo trigesimo sexto. *Et in plica scriptum erat* Per Imperatorem, ad relationem Locumtenentis ejus et Præfectorum feudalium Hollandiæ, *atque subscriptum*, Damas.

quoque homagium acceptantis anno 1536.

81 XXV FLORENTIUS VAN SCHOONHOVEN, anno MDXL, *cui invenimus anno post istum quinto aliquid litigii fuisse, in Curia Cameracensis Episcopi, cum Priorissa et Conventualibus Dulcis-vallis, deputato ad controversiam examinandam et decidendam Officiali ejusdem Episcopatus. De eodem ad annum* MDXLIX *scribit Reygersbergius*, Ipso anno die IV Martii moritur D. Florentius van Schoonhoven, Abbas Middelburgensis, D qui suo tempore multas pulchras fabricas et ædificia facienda curavit, tam in ecclesia (uti in choro cunctis apparet) quam in domo Westhoven in Walachria.

82 XXVI MATTHÆUS VAN HEESWYK, anno MDXLIX: *de quo Reygersbergius*, Circa idem tempus *quo Philippus Austriacus, Carolo patre jubente circuibat Provincias Belgicas, Princeps earum inaugurandus; id est mense Augusto vel Septembri anni præfati*; electus est Dominus Matthæus van Heeswyck, in Prælatum et Abbatem Middelburgensem: vir prudens et eruditus, cui Deus in regimine suo prospera omnia largiatur... Die XX Septembris, Principi portum subeunti obviam processerunt D. Maximilianus a Burgundia, tamquam Locumtenens Hollandiæ atque Zelandiæ; Prælatus Middelburgensis, et D. Joannes van Cruninghe cum Statibus Zelandiæ... magnaque cum pompa deduxerunt in ecclesiam. Ibi Prælatus Officium fecit; eoque absoluto, cum Status Zelandiæ processissent in aream ante Curiam suam, in loco ad id præparato, coram omni populo, accepit Abbas a Principe juramentum, eumque investivit Comitem XXXI Zelandiæ. *Idem factum fuerit anno* MD *die* XVI *Maji, quando ipsemet Carolus similiter fuit Middelburgi* E *inauguratus, licet rem ad annum prædictum narrans Reygersbergius non meminerit Prælati juramentum excipientis. Etenim, ut ait Joannes Blaeu in Theatro urbium Belgicarum, Middelburgum describens*, Cœnobiarchæ ea fuit auctoritas, simul et præeminentia, ut in publicis Ordinum Comitatus Zelandiæ conventibus, ipse solus, totius ecclesiastici Ordinis nomine ferret suffragium. *Reygersbergius Chronicam suam finit cum actis quibusdam anni* MDL: *illam qui anno* MDCXXXIV *Annotatis quibusdam auctiorem recudi fecit Zacharias Roman, cur noluerit vel prohibitus sit ipsam ad sua usque tempora continuare, facile divinabit is, qui secutam Provinciarum a Rege et Religione Catholica defectionem recogitaverit.*

Comitum Zelandiæ juramentum Abbas excipit.

§ IX Primus Episcopus et Abbas Middelburgensis, et reliqua monasterii a Fœderatis una cum civitate occupati fortuna.

NICOLAUS DE CASTRO, *Lovaniensis*, Sacræ Theologiæ Doctor, et in ecclesia S. Joannis Ultrajecti Canonicus, jam inde ab anno MDLIX designatus fuit primus Middelburgensium Episcopus, et monasterii jam tum vacantis Abbas: non tamen ante annum LXII ipsius seculi consecrationem accepit, idque Mechliniæ ab ejus civitatis primo Archiepiscopo Cardinali Granvellano, festo S. Stephani. Proximi autem Januarii die IV solenniter fuit exceptus Middelburgi, *sicut in Historia Belgii ecclesiastica scribit noster Heribertus Rosweidus*. Moræ causa fuit difficultas cum Ultrajectinis, quibus ab immemorabili tempore Zelandia subjacuerat cum titulo Archidiaconatus. Receptus autem Nicolaus, multam mox operam posuit in extirpandis a sua civitate hæreseon zizaniis. *Hujus tempore cum providendum esset monasterio* Dulcis-vallis *de novo Præposito, suo ad S. Mariæ Vicario hujusmodi mandatum* Nicolaus *expedivit*.

Novo Episcopatui unitur Abbatia F

et primus ordinatur Nicolaus a Castro anno 1562,

84 Nicolaus de Castro, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Middelburgensis, nec non Prælatus sive Superior monasterii B. Mariæ Virginis, Ordinis Præmonstratensis, antedictæ civitatis Middelburgensis; dilecto nobis in Christo Fratri Lamberto Scyllinck, Præposito præd. nostri monasterii, salutem in Domino. Cum antea hactenus Prælati anted. nostri monasterii, prædecessores nostri, soliti sint et fuerint, electioni, confirmationi, et introductioni

hic suo Præposito monasterii,

A troductioni Præpositi monasterii Dulcis-vallis in insula Walachriæ, antedicti Ordinis Præmonstratensis, post cessum vel decessum Præpositi ejusdem monasterii, illius Præpositura modo præmisso vel alias qualitercumque vacante, una cum Prælato et Abbate monasterii S. Michaelis civitatis Antuerpiensis, interesse, una cum solennitatibus et ceremoniis in præmissis et circa ea fieri et adhiberi solitis et consuetis.

vices delegat præsidendi

85 Hinc est quod nos, jus Prælaturæ nostræ, Episcopatui nostro incorporatæ negligere nolentes; Vobis, de vestris legalitate, providentia, discretione et experta providentia plenarie in Domino confidentes, committimus, quatenus vice et auctoritate nostris, ratione prædictæ nostræ Prælaturæ, d. monasterio Dulcis-vallis, per obitum religiosi viri D. Joannis de Heusden, ejusdem monasterii novissimi Præpositi et Rectoris, nunc vacante, electioni, suffragiis, et nominationi, de novo anted. monasterii Dulcis-vallis futuro Præposito faciendis, una cum Commissario R. D. Abbatis S. Michaelis Antuerpiensis præfati, interesse, et vices nostras in omnibus supplere possitis et valeatis, ac si nos dictis electioni, suffragiis et nominationi præsentes et personaliter interessemus; aliaque omnia et singula facienda B et procuranda, quæ in præmisso negotio necessaria erunt seu quomodolibet opportuna, plenam et omnimodam potestatem vobis concedendam duximus, prout committimus et concedimus per præsentes. Datum Middelburgi, sub sigillo nostro ad causas, præsentibus appenso, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, die vigesima sexta mensis Novembris. *Ex hoc instrumento duo intelligo; primum, quod Parthenon iste, qui a sua origine fuerat filia S. Michaelis Antuerpiensis, indeque anno* MCCCCLXXXVI *adhuc habebat Præpositum* Joannem de Weert, *ac non Abbatem; hoc seculo fuerit subdispositione Abbatis Middelburgensis: deinde quod Episcopus non se dicat* Abbatem, *quia ad hoc numquam benedictus fuit, sed simpliciter* Prælatum; *domesticam autem monasterii administrationem reliquerit Præposito, quod et Tongerloæ pro tempore factum, et etiamnum Affligemii fit.*

in electione Præpositi Monialium Vallis-dulcis.

Moritur Episcopus obsessa a Geusiis civitate an. 1574,

86 *Hujus Episcopi vigilantiæ proculdubio debuit Middelburgensis civitas, quod ab obedientia Regia per se non recessit, sed diuturna obsidione coacta per deditionem venit in manus et potestatem rebellium anno* MDLXXIV. *Extremam autem hanc calamitatem ipse non* C *vidit, in hoc similis S. Augustino, Hippone sua a Wandalis obsessa morienti.* Obiit autem, *inquit Rosweidus anno jam dicto,* die v Junii, fuitque in choro ecclesiæ Abbatialis sepultus. Is aliquot annis ante mortem, cum Capituli sui et Monachorum præcipuorum consensu, condito testamento, successorem sibi tam Episcopii quam Abbatiæ designaverat D. Joannem van Stryen: qui proinde mox ab ejus obitu declaratus fuit Middelburgi Præsul. *Sed dedita mox urbe, cum Clero tam seculari quam regulari exire est compulsus. Sacram tamen profanamque supellectilem omnem, juxta deditionis pacta, efferre permissus; nescio an etiam pulcherrimam Bibliothecam, quam in monasterio fuisse præ ceteris spectabilem, scribit prælaudatus Joannes Blaeu: nisi hic ad eam forte respexit, quam Reygersbergius dixit cum ecclesia deflagrasse anno* MCCCCXCII.

relicto successore designato,

qui exul consecratur an. 1581,

87 XXVIII JOANNES VAN SIRYEN, sacræ Theologiæ Licentiatus, confirmationem suam Roma accepit anno MDLXXVII; et anno MDLXXXI, XV Augusti consecrationem Episcopalem in ecclesia Minorum Namurci, ab ejus loci Episcopo Francisco Wallon-capelle: sed possessionem inire numquam potuit, hæreticis civitatem tenentibus: Lovaniique egit ætatem reliquam, Præses recenter istic fundati a Rege Collegii. *Vixit usque ad finem fere istius seculi: ineunte enim sequenti nominatus Episcopus et Prælatus fuit* CAROLUS PHILIPPUS DE RODOAN, Enhamensis in Flandria monasterii Abbas *Benedictinus: qui desperata Middelburgensis Cathedræ restitutione, anno* MDCII *mense circiter Junio, Brugensibus datus Episcopus est: perrexit tamen* Administratoris Middelburgensis *titulo, curam gerere eorum fundorum ac jurium, quæ necdum venerant in potestatem Fœderatorum: et sic habetur ab eo expedita potestas Matthæo Irsselio Abbati Antuerpiensi, et Stephano van Wyk civi Bredano, ad elocandum quoddam prædium et reddituum certorum receptionem in Steenberge atque Muninkhoven, anno* MDCVII, XII *Julii in civitate Mechliniensi. Interim nulla melior aura rebus Catholicorum in Zelandia aspiravit: sed hæresis in plenam recepta possessionem, more suo miscens sacra profanis, ex Abbatia fecit Curiam Statuum Zelandiæ, aliaque publici usus loca.* D

AUCTORE D. P. cique succedit Car. Phil. de Rodoan, factus 1602 Ep. Brugensis:

seque pro Administratore pergit gerere.

88 *Redeo ad ipsius monasterii desolationem: quia hanc biennio præcessit insignis passio* Martyrum *ut appellant) Gorcomiensium, quorum duo ipsius Ecclesiæ filii, in finibus Hollandiæ, pago* Munster, *id est Monasterium appellato, animarum curam gerebant, alter ut Pastor, alter ut ejus Vicarius. Horum Canonizationi plausit, ut dictum supra, Matrix earum Antuerpiensis ecclesia: festum vero ex decreto Clementis X agit die* IX *Julii, sub hac ad Missam et Officium oratione:* Deus, qui beatorum Martyrum tuorum Hadriani et Jacobi ac Sociorum, gloriosum pro fide tua certamen æternitatis laurea decorasti: concede propitius, ut eorum meritis et intercessione certantes in terris, cum ipsis coronari mereamur in cœlis. Per D. N. J. C. *Seriem ipsius Passionis, non omnibus obviam, placet hic addere, qualis ad Matutinum pro secundo Nocturno recitatur a Præmonstratensibus, in tres distributa Lectiones.* E

An. 1572 ex Religiosis duo,

89 Seculum decimum sextum, Calvinianæ pravitatis tumultibus memorabile, insigne Christianæ fortitudinis in Belgio tulit exemplum. Anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, undeviginti Martyres, vulgo Gorcomienses, in cruciatibus sustinendis, pro asserenda reali Corporis Christi in Eucharistia præsentia, ac Romani Pontificis, visibilis Ecclesiæ Capitis, principatu singulariter enituerunt. Erant in iis primus Hadrianus Beeanus et Jacobus Lacopius, ambo Canonici Regulares sacri Ordinis Præmonstratensis, Abbatiæ Middelburgensis in Zelandia. Prior natus in municipio Hilvarenbecæ, in Brabantiæ Campinia; posterior, Aldenardæ in Flandria. Prior exemplaris et zelosus Pastor in pago appellato Monasterium, (in finibus Hollandiæ, ubi Mosa influit in oceanum) posterior ejusdem in dicto Pastoratu Vicarius, non impari zelo per omnia insignis; plus in hoc eminentes, quod Salvatori nostro sunt assimilati, ab ingratis Judæis ad mortem empto pro triginta denariis: illi vero, derelicti in periculo mortis, ab ingratis suæ parochiæ subditis, quibus Geusii piratæ (ex captivis quæstum facientes) hosce Pastores eorum venales ac redimendos offerebant pro dolio cerevisiæ, valente triginta denariis. F

Adrianus Beeanus et Jacobus Lacopius,

a Geusiis capti,

90 Sed et sancto Patri suo Norberto oportebat eos quoque felicius comparari. Nam sicuti sanctus ille Patriarcha triumphavit de Sacramentaria Tanchelini hæresi; ita et isti filii sui de Sacramentaria Calvini. Etenim interrogati a Calvinianis et vexati, super reali præsentia Christi Domini in Eucharistia, rei veritatem demonstrantes ex Evangelio Joannis et verbis Pauli Apostoli, pro mercede victoriæ reportarunt contumelias, verbera, flagra, ac fœtidos carceres; cum obmutefacti Calviniani, nihil opponere possent, nisi dictos impiarum manuum syllogismos. Quæ considerans, cum sui opprobrio, Comes

in veritatis Eucharisticæ assertione constantissimi.

A *AUCTORE D. P.*

Comes Lumnius, tyrannus impiissimus, non amplius cupiens corpora, sed animas jugulare, promissis ac lenociniis verborum contendit Martyrum fortitudinem labefactare. præ ceteris aggressus blandiloque Jacobum Lacopium; quod ea esset et ætas illius (scilicet annorum fere triginta) et sermonis ac vultus gratia, quæ tyrannicum quoque animum, occulta naturæ vi, ad commiserationem moveret. At, neque promissis, neque terroribus cessit Martyrum Christi fortitudo: et quamquam Lumnius objiceret præteritam a fide defectionem Lacopio; respondit ille imperturbate ac Christiane Lumnio, diligentibus Deum omnia, etiam ipsa peccata, cooperari in bonum; præfidenter quidem, quia summo odio et animi dolore, quæ male contra Ecclesiam scripserat, propriis manibus publice in ignem projecerat.

una cum aliis 17,

91 Scelestus Lumnius, comtemni se arbitratus, præcipiti accensus ira, omnes, binos et binos, colligatos extra portas oppidi Brilæ (quo Dordraco avecti fuerant) abduci imperat; utique laqueo in trabem agendos, tamquam supplicio Sacerdotum Christi magis infamatorio. Reliqui concaptivi erant tredecim, variorum Ordinum Religiosi, ac quatuor Sa- B cerdotes seculares; qui pro altero fidei dogmate. Romani Pontificis, visibilis Ecclesiæ Capitis, principatu, steterunt immobiles. Ea ratione in quodam tugurio ad oblongam trabem laqueo sunt suffocati, exhortationibus Hadriani Becani mirifice confortati; cum in ejus sermone, vultu, moribus, insignis eluceret cum pietate modestia, atque in tolerandis injuriis digna Martyre fortitudo. Suus vero Confrater Jacobus (cum ulteriori suspendio locus in trabe deesset, appensus est ad scalas; agente, procul dubio, Divina Providentia, ut per eam scalam, quasi in typo alterius Jacob Patriarchæ designatam, cum Angelis cœlum conscenderet. Sic itaque hi duo viri, toti candidi et rubicundi electique ex millibus, candidas stolas suas laverunt in sanguine Agni, candidumque suum Ordinem egregie purpurarunt, post mortem miraculis gloriosi.

suspendio necantur.

Exulum ultimus Irselius, Abbas Antuerp.

92 *Desolato per excessum Religiosorum monasterio, quæ fortuna fuerit, tam horum, quam sacræ profanæque suppellectilis, cujus exportandæ licentiam utrique Clero pactus fuerat Gubernator, deditionem urbis faciens, utcumque colligi potest ex gemino instrumento, inter acta* Matthæi Irsselii, *pridem* Religiosi Middelburgensis, *anno autem* MDCXIV *facti* Abbatis Antuerpiensis. C *Primum, Mauricio Principi Auriaco Fœderatorum Duci inscriptum, et ex vernacula lingua Latine redditum, sic sonat.* Cum omni reverentia repræsentat D. Matthæus van Yrssel, Prælatus Abbatiæ S. Michaelis Antuerpiæ, quod intellexerit, in gazophylacio nuper defuncti prænobilis Domini Philippi Guilelmi Nassaviæ Principis (*Catholicus hic et Mauritii frater primogenitus, obierat Bruxellis anno* MDCXVIII *die* XX *Febr.*) servetur quoddam pallium altaris, serico, auro et gemmis laboratum, cui arte phrygionica intexta est Cœna Dominica cum Nuptiis in Cana, olim pertinens ad Abbatiam Præmonstratensem Middelburgi; inde subductum, quando D. Joannes van Stryen ibidem Episcopus, una cum Religiosis Abbatiæ ejusdem, inde jussus est exire, et ad civitatem Bredanam se transtulit.

an. 1618 petit ab Auriaco

pretiosum pallium altaris Bredæ interceptum,

93 Hæc vero cum caperetur, *a Mauritio, memorabili navis cespites ferentis stratagemate anno* MDXC, ipsum altaris pallium deprehensum in domo civis cujusdam latere, ad Castellum Bredanum, ubi præfatus quondam D. Philippus Willelmus Nassavius, *per inducias duodennales, anno* MDCIX *cœptas, in istam suam civitatem regressus,* ipsum repererit, eoque in sua capella sit usus: quod ita abiit in oblivionem, nemine ex familia ejus sciente cujus esset, nemine D etiam illud requirente. Nunc vero cum dictus Supplicans, tempore quo Religiosi Præmonstratenses Middelburgo emittebantur, illius monasterii professus fuerit; factus Abbas S. Michaelis Antuerpiæ, libenter isto pallio uteretur ad suæ ecclesiæ ministerium. Neque enim alius quisquam superest eorum, qui Middelburgo egressi possent in ipsum aliquid juris prætendere, præter ipsum: ideoque Excellentiam suam, quæ illo nec utitur nec usura est, orat, ut mandare velit ipsum custodienti, illud tradere supplicanti; qui cum Religiosis suis obligabitur orare pro salute suæ Excellentiæ.

sibi reddi, ut proximum jus ad illud habenti.

94 *Alterum instrumentum concernit bona immobilia, quæ, quia in Brabantia sita, necdum venerant in potestatem hæreticorum; estque ipsimet Irsselio sic vernacule scriptum, ut hic reddo. Latine,* Nos Joannes Drusius, Abbas Parcensis, Vicarius Reverendissimi Domini Abbatis Præmonstratensis atque Generalis ipsius Ordinis, nec non deputatus a Curia ad conservationem bonorum monasterii Middelburgensis; committimus et plenam potestatem facimus Reverendo Domino, D. Matthæo Irsselio, Abbati S. Michaelis Antuerpiæ, recipiendi, apostillandi, et concludendi rationes honesti viri Stephani van Wyck, reddendas de eorumdem administratione, gesta ex commissione Reverendiss D. Joannis van E Stryen, et Reverendiss. D. Caroli Philippi de Rodoan Episcoporum Middelburgensium; nec non decessoris nostri D. Francisci van Vlierden, Sede vacante, a sua Catholica Majestate deputati ad temporalia istius monasterii, sita in territorio Steenbergensi, Wikano, aliisque circumjectis, conservanda; idque citra præjudicium cujusquam, et absque obligatione supplendi vel solvendi id quod post conclusas rationes posset competere præd. Stephano vac Wyck, veluti expensum plus quam acceptum; salvo tamen ejus jure ad illud in tempore et loco reposcendum, prout sibi videbitur. Actum Bruxellis III Junii MDCXXVIII: In quorum fidem hæc subsignavi et parvo nostro sigillo muniri feci. † Joannes Abbas Parcensis.

Idem ad audiendas rationes de bonis in Brabantia sitis,

deputatur an. 1628.

95 *Formam et modum veteris Ecclesiæ et Abbatiæ Middelb. utcumque cognoscere licet, ex posteriori loci figura: cujus aspectum Meridionalem satis commode offert Scenographia civitatis Middelburgensis, anno* MDCLI *inserta Theatro Urbium Belgicarum Joannis Blavii, quam figuram inde sumptam hic repræsento.*


Forma hodierna Ecclesiæ et Abbatiæ



Satis distincte hic vides veteres monasterii muros versus Septemtrionem circumductos spatio monastici olim horti, nunc in arboretum ad deambulationem emissi; nec non veteris ex altera parte cœmeterii. Utrum autem totum antiquæ Abbatiæ fundum complectantur ea, quæ

in usus profanos conversæ.

A *quæ nunc circumcurrere ipsum cernuntur viæ; an vero ex una alterave parte ductis novis, hinc inde truncatus ille sit, definiet vetus aliqua, si uspiam supersit civitatis delineatio. In hac recentiori, videre etiam est novam* Curiam *seu* Palatium Civitatis, *cujus supra mentionem feci, cum amplo ante ipsum foro, satis vicino Abbatiæ. Ecclesiæ interiorem speciem, satis hodieque venustam, quantumvis sacris ornamentis omnibus nudatam, fortassis spectandam dabit nova, quam sub prælo versari intelligo, Zelandiæ Chronica, multis tabulis ornanda, siquidem in his etiam sit distinctior rerum ut* D *nunc sunt species. Interim eam tibi offero ex grandiori tabula, repræsentante totam aream,* Curiæ *(ut nunc appellant)* Zelandicæ *prætensam, et arboribus consitam, quæ in superiori tabella iis adhuc nudata stabat : sicut etiam magis integre tunc spectabatur frons tota ecclesiæ; cujus nunc aliud nihil apparet ad Occidentem, quam mediæ navis facies inter præstructa utrimque ædificia nova arctius compressa.*



APPENDIX

ADDENDORUM, MUTANDORUM, CORRIGENDORUM,

AD PRIMUM TOMUM

DE ACTIS SANCTORUM

JUNII

APPENDIX AD DIEM I ET II JUNII.

ALIA QUÆDAM AD TOM. I.

NOT. 1 *Pag.* 3 *col.* 2 *post* S. Fortunatum *adde* —

S. Probatius Presbyter, prope Parisios in Francia.

S. Majanus, Peregrinus Longariis in Vasconia.

Pag. 69 *col.* 2 *post* — *illinat* — *adde.* NOT. 2

Interim Gaditanæ historiæ illustrator, seu potius obscurator, Fr. Hieronymus a Conceptione, certus nihil prætermittere eorum quibus argumentum suum impleret, libri 4 caput 10 *impendit* S. Firmo *vindicando ei qui ad fretum Herculeum ponitur* Mellariæ : *et quod Tamayus cum Pseudo-dextero indecisum reliquerat, fidenter resolvit.* E

Pag. 74 *pone sequentem Commentariolum.* NOT. 3

DE S. PROBATIO PRESBYTERO,

PROPE PARISIOS IN FRANCIA,

ET S. MAJANO PEREGRINO,

LONGARIIS IN VASCONIA.

Claudius Castellanus, Parisiensis Ecclesiæ Cathedralis Canonicus, sæpius mihi cum laude nominatus, ob egregium studium erga Sanctorum Acta et venerationem ; publico ad eumdem finem commodo elaboravit Vocabularium Hagiologicum, continens præcipua nomina Sanctorum, quæ vulgaris usus longius a sua origine detorsit, aut quæ pro locorum diversitate diversimode a fidelibus efferuntur. *Hujus vocabuli pars prior nomen Latinum præmittit, posterior vulgare; habentque subjunctum sibi tabulam vocabulorum Localium, in eo opusculo notatorum secundum communem usum, addito cuique Latino nomine. Hinc disco, apud* S. Clodoaldi vicum *ad Sequanam* (vulgo S. Clou) *in agro Parisino, quem vicum Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum aliique,* Novigentum *veteribus dictum affirmans, hac prima Junii coli* S. Probatium Presbyterum, *olim fortassis loci Parochum. Hunc Saussayo, Martyrologii Gallicani auctori, Parisiis viventi et scribenti mansisse ignotum, est sane quod miremur, et quare plenius cupiamus de eo informari. Facilius ipsum latere potuit, quod ex eodem Vocabulario nunc etiam primum disco, in Provincia Vasconiæ, quam longa est Gallia Parisiis distante, vicum esse, qui vulgo* Longuiers, *Latine* Longaria, *pluraliter dicatur : et in eo coli hac primo Junii* S. Majanum Peregrinum. *Poterat, inter Prætermissos referri uterque, donec distinctior Actorum, ætatis, cultusque notitia ex ipsis (ut opto) locis adferatur : sed quoniam prædicti Vocabularii, sæpius posthac a me meisque successoribus citandi, conveniebat distinctam semel notitiam dari ; occasionem hanc arripio non ingratus ; simulque rogo, ut si quis illi Sanctos ad Galliam spectantes inveniat Saussayo ignotos (inveniet autem multos) de iis me dignetur solicitius edocere ; continget enim sæpe de iis nihil a nobis sciri.* C

Pag. 75 *num.* 7 *adde* — *Porro ex Castellani Hagiologico vocabulario disco,* S. Medulfum, *vulgo etiam* Saint Mion *appellari, sicut* S. Magenolfus, *Paderbornensibus suis dictus* Menolphus, *Francis vulgo dicitur* Saint Meynon. *Magis autem aberrant Nannetenses, cum suum quemdam* S. Madulfum, *nescio quo die colendum, vocant* Saint Molf, *juxta prælaudatum Vocabularium.* NOT. 4 F

Pag. 92. *Ann.* a, adde : *Invenio autem MSS Lectiones* in festo Reclusionis S. Symeonis, *quæ incipiunt ab his verbis.* I Reclusus igitur, ut vere credimus, vir Sanctissimus II Illo etiam tempore non detraerunt. III Cum siquidem voces audiret . *et porro transcribitur reliquum Caput hoc, et adduntur ex initio sequentis hæc verba :* Deputatis igitur post hoc in nonam sepulcrum clauditur. *Hæc quem usum habuerint, libenter fateor me ignorare, cum dies Reclusionis fuerit* festivitas S. Andreæ, *proprio Officio eoque solenniori impedita, et anno* 1208 Sabbatum ; *nisi forte institutum fuerit, ut in Vigilia ejusdem Apostoli* Reclusio *ista celebraretur quotannis; cujus tamen usus nulla hodie memoria superest.* NOT. 5

Pag. 101, *Ann.* x, adde : — *Neuter titulus in eorum Actis fundatur : credibile proinde est, partiendis ita patrociniis, causam Treviris natam esse, ex benefi-* NOT. 6

cus

A ciis ibi per Sanctos prænominatos acceptis. Interim antiquiora videntur omnia, quam ut quis suspicari possit, Reliquiarum unam esse S. Caroli Borromæi, anno primum 1584 defuncti, 1610 canonizati, exindeque cœpti contra pestem invocari.

NOT. 7 Pag. 154 c. 2 ante Joannem Villariensem scribe — B. Sadoc Ordinis Prædicatorum cum sociis XLVIII occisus a Tartaris in Diario Dominicano Marchesii Italico, nec non in Anno Sancto Ordinis Flandrice edito per Dominicum de Herre, conjunguntur hoc die cum Martyribus Sendomiriæ per Tartaros occisis, de quibus agimus ad calcem hujus Diei.

NOT. 8 Pag. 155 col. 2 ante S. Florum ponatur.

S. Pelagiæ Pœnitentis Translatio agitur Parisiis in ecclesia inde nominata, ad ferum a puteo Eremitæ Puilermite cognominatum, intra parochiam S. Medardi. Natalis ejus recolitur VIII Octobris.

NOT. 9. Pag. 156, num. 4, adde — D. P. Ita Henschenius censuit, et suam hanc, Zachariam Martyrem faciendi sententiam, infra, tamquam ex Rufini mente, confirmat Annot. d. Verum Rufini interpretationem volventi ac revolventi mihi, adeo non videtur clarum, cum a Græco Eusebii textu discrepare, ut eidem bene B inhærere ipsum putem. Cum Photino certe non potest martyrium fecisse Zacharias Presbyter, qui ipsum dicitur tumulasse. Videtur ergo mihi Martyrologii Collector, nomina, in Epistola Martyrum, vel S. Irenæi de ipsis relatione, quomodocumque reperta, in unam Turmam compegisse; itaque ab eorum numero melius D abforet Presbyter Zacharias.

Pag. 160. num. 14, lin. 4, ad verbum Nundinas, NOT. 10 pone litt. g et col. 2 post f sit nota — g. Locum hunc insigniter illustrat Antonius Pagius, in Criticis suis an. 177, num. 5 et seqq. ostenditque, Nundinas illas celebratas fuisse, occasione Ludorum, a Druso institutorum ad Aram, Lugduni dedicatam Augusto ipsis kalendis Augusti; quos ludos Dio lib. 54, sua ætate, adeoque annis post hæc quinquaginta, adhuc durasse testatur. Quod si constaret, eosdem non fuisse annuos, sed quinquennales; ex Epocha eorumdem, ab anno U. C. DCCXLIX, etiam probaretur annus Martyrii hujus 177, concurrens cum anno U. C. DCCCCXX, eodemque revolventibus se quinquennis agonali. Antea autem pulchre ostenderat idem Pagius, quoad annum passionis istius, neque contradixisse sibi in Historia Eusebium, neque quod in Chronico scripserat in Historia retractasse: sed more suo notasse in Chronico initium quartæ Persecutionis sub annum VII Marci Antonini, obiterque addidisse, quod eadem persecutione, non quidem primo ejus anno, sed (uti in Historia docet) decimo Imperii vero anno XVII, plurimi in Gallia gloriose ob Christi nomen interfecti sunt, quorum scriptæ quoque passiones feruntur: Pothinus scilicet sociique: nec enim aliorum Passiones quam istorum habentur. E

Pag. 204, ante titulum De sanctis martyribus NOT. 11 Romanis, ponatur.

APPENDIX III.

De restauratione monasterii Hasnoniensis ex apparitione SS. Marcellini et Petri, curata per Balduinum Flandriæ Comitem, illorum patrocinio mortis periculo bis ereptum seculo XI: item de eorumdem ibi olim et nunc Reliquiis.

Eginhardus misit horum Reliquias Gandavum

Narrat Eginhardus, supra a cap. VIII, Reliquias sanctorum Christi martyrum Marcellini et Petri a se, præterquam in alia loca, etiam Gandavum missas fuisse ad monasterium S. Bavonis, rogatu Fratrum, ibidem tunc Deo servientium; ipsasque eo perlatas anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCXXVIII, die V Nonas Junias, et mox cœpisse operari miracula varia; quorum et catalogum, intra spatium trimestre factorum, Lectori proponit. Nihil ille meminit de eorumdem Reliquiis, deporC tatis ad monasterium Hasnoniense, ubi tamen aliquæ sciuntur celebrem cultum habuisse seculo XI, ac deinceps; et subinde postea translata fuisse ad ecclesiam S. Mariæ majoris Valentianis, quæ ecclesia monachorum est Hasnoniensium.

nec vero missas Hasnonium

112 Habemus multos codices MSS. Francisci de Bar monachi Aquicinctini, non indiligentis compilatoris, qui tomi VI parte secunda tractans de abbatia Hasnoniensi, innuit, translationem sanctorum Martyrum prædictorum factam fuisse ad memoratam abbatiam initio seculi IX; ante scilicet quam illos in Germania excepit Eginhardus Roma allatos ad se; et quidem, ait de Bar, integra eorum corpora Hasnonium illo tempore deportata fuisse. Sic enim habet citato tomo pag. 71, et sequenti: Ex archivis Hasnoniensis cœnobii, scilicet in MS. libro ita scriptum legimus: Sancti Marcellinus Presbyter, et Petrus Exorcista martyrio affecti fuere sub Diocletiano, ... quorum corpora duo seorsim ad cœnobium Hasnoniense allata fuere anno Domini DCCCVIII, et condita super altari cum omni honore ac reverentia. Tum subjungit de suo:

113 In summa siquis historiam translationis eorum a Roma in Belgium audire cupiat, tale compendium damus ex originali codice ejusdem Hasnoniensis monasterii in pergameno in folio, cooperto subnigro corio . . . cujus titulus est talis: Veris veri Dei cultoribus, et Jesu Christi Domini nostri sanctorumque ejus non fictis amatoribus Eynardus Abbas S. Bavonis, peccator. Hic titulus est ipsius Eginhardi, ut videre est supra, præterquam quod Eginhardus hic vocetur Abbas S. Bavonis, quod Eginhardus ipse non habet. Sequitur in codice Hasnoniensi ejusdem Eginhardi prologus et historia translationis, plane prout a nobis impressa sunt, uti manifeste colli- F gitur e compendio, quod de Bar inde desumptum proponit, sane prolixissimum, quodque verius historia ipsa, paucis quæ minus necessaria sunt, prætermissis, quam compendium ejus dici possit. In his ampla quidem mentio fit Reliquiarum ab Eginhardo missarum Aquisgrano Trajectum ad S. Servatii, Valentianas ad S. Silvii; Gandavum ad S. Bavonis monasteria, nulla vero usquam missarum ad monasterium Hasnoniense.

ubi putant se illorum corpora habere,

114 Mirum est, hujus monasterii incolas olim, et posteriores scriptores, ceteroquin eruditos, deinde credidisse, sanctorum Martyrum, de quibus hic sermo est, corpora et quidem integra, ad locum illum Roma per Galliam translata fuisse: cum tamen nulla talis translationis scriptura proferatur alia, aut inveniatur Hasnonii, quam ipsa Eginhardi historia, quæ plane alia docet. Vide caput ejus secundum, ubi viam qua, et locum quo allata fuere sacra corpora, accurate descriptum invenies. Qui porro acceperint illa Hasnonienses anno DCCCVIII, quæ duodeviginti annis post e tumulis suis primum extracta fuerunt? Quod siquis opinari velit, librarii errore in codice nostro scriptum esse annum DCCCVIII pro DCCCXXVIII; quo missas ab Eginhardo ad S. Bavonis monasterium Reliquias fuisse constat, sequar

modo sufficienti ad id probandum argumento

quar

A *quar ita opinantem, et credam eodem tempore ad S. Bavonis, et alias similes Hasnonium perlatas fuisse Reliquias non corpora) dono Eginhardi; quamvis hic ultimum non affirm t; fortasse quia ab Hasnoniensibus rescriptum non accepit de miraculis, apud ipsos per intercessionem Sanctorum illorum factis, quemadmodum accepit a Gandensibus, Valentianensibus et Trajectensibus. Hæc in gratiam prædictorum opinatorum.*

Putant alii Reliquias anno 1070

115 *Scio, Scriptores, ad caput* VIII *historiæ Eginhardi litt.* d *citatos, Gazetum, Doutermannum et alios asserere, Reliquias aliquas (Gazetus* satis insignes particulas *vocat,) allatas fuisse Gandavo Hasnonium anno* MLXX, *quando nova Hasnonii ecclesia, curante Balduino Montensi, Flandriæ Hannoniæque comite, et Hasnoniensis monasterii restauratore, solenniter dedicata fuit. Verum his, quod ad tempus translationis attinet, assentiri non possum. Constat enim ex diplomate Balduini mox producendo, jam tum Hasnonii Reliquias fuisse, quando sancti* Marcellinus *et* Petrus *Balduino prædicto, adhuc adolescentulo, e gravi morbo ad extremum vitæ discrimen deducto, apparuerunt promiseruntque longiorem vitam, si monasterium Hasnoniense restaurandum curaret; quod Buzelinus in Annalibus Galloflandriæ lib. 4, pag.* 160, *innuit contigisse anno* MXLV, *aut intra biennium post. Ætas quoque* B *Balduini, adhuc adolescentis requirit, circiter idem tempus factam esse apparitionem. Recepit autem apparentibus sibi Sanctis æger, se præstiturum quod postulabant; et continuo advocatis parentibus rei seriem pandit, eorumque consensum obtinens, convolescit præter expectationem. Exinde vero diutius quam par erat, distulit promissa solvere, cum fere post decennium, dum patrem ad obsidendam Antuerpiam sequitur, incidit ex accepto vulnere in novum mortis periculum, quando tandem pristina renovans vota, convaluit denuo, opusque aggressus, eo perduxit tam monasterium quam ecclesiam, ut anno* MLXX, *eorum encænia solenniter celebraverit, postquam quinquennio prius tabulas novæ fundationis dotationisque suæ condiderat confirmandasque a Philippo Galliarum rege curaverat. Sed hæc, ad majorem Sanctorum nostrorum gloriam, ex ipsius Balduini tabulis, quibus facti sui causam inserit, audiamus. Exstant apud de Bar, quamvis non satis correcte in aliquibus scriptæ; et sic habent.*

Hasnonium missas Gandavo,

Iitteræ forcate Balduini ejusdem ute

116 In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Balduinus filius Balduini, Philippi regis Francorum Procuratoris et Bajuli, futuræ posteritati, Spiritus sancti C gratia renatæ, hujus conscriptionis paginam curavi transmiterre: qualiter omnipotentis et clementis Dei patientia et benignitas, quæ, teste Apostolo, adducit peccatores ad pœnitentiam; me in gravi meæ corporis valetudine visitaverit, et super restauratione Hasnoniensis cœnobii, in honorem beati Petri apostolorum principis olim constructi, et a viris principibus sublimati vel dotati, nunc, negligentia vel depopulatione tam laicorum quam clericorum, ad nihilum pene redacti, me per visum monuerit. Quod scribo, non accepi ab homine, sed ipsum testor, quem præter isi Deum: monitus sum ab eo in nimia corporis mei ægritudine per beatos martyres Marcellinum et Petrum, qui infra septa requiescunt ejusdem basilicæ.

Declarantis cur Hasnoniense monasterium restauraverit

117 Hanc ergo admonitionem cum patri meo Balduino matrique meæ Adelæ ex ordine recensuissem, eorum salubri consilio aliorumque plurimorum abbatum, clericorum, laicorum exhortatione gratissima, exsecuturum me obligavi; et sic ab importabili, quam patiebar, molestia corporis, misericordi Deo alleviante, malum evasi. Processu vero aliquanto temporis, cum ingratus Domini misericordiæ, neglectui seu potius oblivioni promissa mea tradididissem (non enim sentiebam quæ sensi;) iterum gravis facta est super me manus Domini, atque incidi in languorem fortissimum, quo non erat qui me sperare evasurum. [At] recolligens, quia olim me obligaveram, et imputans peccatis meis, graviter flens et ejulans ferebam; accitisque iterum genitore meo et genitrice et aliis quam plurimis, jurejurando adstrinxi me reformaturum quidquid neglexerat reatus oblivionis. D

ex voto pridem emisso,

118 Repropitiante vero mihi misericordissimo cœlorum Rege et animam, quam pene perdideram revocante, ubi adhuc jacens in terra, quasi positus in ecstasi, nimie angustabar doloribus, dubius evasionis; per ardentem cereum (quia locus præfatus in ditione patris erat) eo donante et Deo disponente, recepi obedientiam cœnobii ejusdem restaurationis. Receptis igitur viribus, quibus pene fueram destitutus, ardentissimo fervore spiritus cœpi mecum cogitare, qua via, quave ratione, quibusve auxiliis, tam diu neglecta, tam distracta et prope ad nihilum inclinata, relevare possem vel redintegrare; et quia didiceram a bonis, sacræ Scripturæ auctoritate instructis, tam clericis quam monachis; [quod] plane incedat peccati rubiginem qui valde ardet per amoris ignem, et tanto peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor igne caritatis concrematur; quia in sua erat diœcesi, contuli me quantocius ad venerabilem sanctæ Dei genitricis E ecclesiæ Cameracensis Lietbertum præsulem, cujus consilio et auxilio vel assensu renovatis prædicti cœnobii ædificiis vel officinis, monachorum promovi ordinem.

donantisque ei nova bona anno 1065.

119 Inquisitis autem cum omni diligentia et recuperatis ex parte bonis, cœnobio supradicto a viris religiosis olim attributis, monachorum ibidem Deo deservientium restitui usibus. Sed quia modica probavi, adjeci de meis libera et ab omni exactione remota; quæ continentur inferius. *Bona illa recensere non est hujus loci. Additur tabulis Balduini, confirmatio, a rege Galliarum Philippo concessa,* Corbeiæ in basilica beati Petri Apostoli anno ab Incarnatione Domini MLXV, Indictione III, Epacta XI, regnante Philippo rege anno VI, episcopante Lietberto Cameracensi anno XVII. *Iisdem characteristicis annorum notis signatur similis confirmatio regis Philippi apud Joannem le Carpentier in historia Cameracensi anno* 1663 *gallice impressa, parte* 4, *pag.* 8.

Hinc ostenditur ante annum 1070 Reliquias ibi fuisse.

120 *Ex præmissis tabulis manifestissimum fit, ante Hasnonii Reliquias sanctorum* Marcellini *et* Petri *fuisse, quam nova ecclesia* anno MLXX, *dedicata sit. Tabulæ enim quinquennio prius conscriptæ, asserunt Sanctos illos (intellige eorum Reliquias)* requiescere F infra septa basilicæ *Hasnoniensis: et requievisse ibidem dudum, inferri potest ex apparitione eorumdem Sanctorum, annos* XX *prius Balduino facta, qua huic illi promiserunt longiorem vitam, si monasterium Hasnoniense restaurandum susciperet. Diceres, pristini domicilii sui solicitos fuisse. Certe quamdiu nemo ostenderit certum tempus, quo delatæ eo fuerint Reliquiæ e monasterio S. Bavonis; e quo allatas fuisse, citati scriptores assentiuntur; volens credam, id factum esse eodem fere tempore, quo Gandavum allatæ fuerant, id est anno* DCCCXXVIII; *quando et historiam Eginhardi, quam hodiedum servant Hasnonienses, simul acceperint. Interim lubens concedam iisdem scriptoribus, anno* MLXX *transpositas Hasnonii fuisse Reliquias ex antiqua capsa in novam, jussu Balduini* deauratam et gemmis pretiosis distinctam, *uti loquitur Gazetus; et simul translatas fuisse ex antiqua ecclesia in novam, quando hujus dedicatio solennis die tertia Junii a Lietardo Cameracensi episcopo facta fuit, eo evocatis a restauratore, ad augendam celebritatem, præcipua nobilitate ac dignitate conspicuis viris, apportatisque ex universa propemodum Flandria et Hannonia venerabilibus Sanctorum corporibus; ut illa ætate obtinebat,*

A 121 *Permanserunt porro sacræ illæ Reliquiæ apud eosdem monachos, subinde ad ecclesiam eorumdem Valentianis, S. Mariæ majoris appellatam, delatæ; usque ad annum* MDLXVI, *quo a tumultuantibus novellis hæreticis, auro argentoque capsarum inhiantibus, abjectæ, atque a nescio quo collectæ, mundoque linteo involutæ, ad urbis prætorium portatæ, ac demum anno quarto post, præmisso testium, talia jurejurando confirmantium in legitimo examine, pristino loco ac honori restitutæ fuerunt, ut docet sæpe dictus de Bar, ex eoque alii recentiores. Abbas Hasnoniæ ab anno* MDXLIV *fuit Michael du Chesnoy, qui lugens prædictæ ecclesiæ suæ Valentianensis anno* MDLXVI *direptionem, proximam deinde sitequit, ut Reliquias sanctorum Martyrum recuperaret. Verum id illi felicitatis et gaudii mors invidit, quam obiit anno* MDLXIX.

c. 1 quæ subinde Valentianas traductæ

ibique direptæ anno 1566 ab hæreticis,

122 *Felicior hac parte fuit Michaelis successor Jacobus Froye, Abbas a Rege nominatus. Illo enim antequam inauguraretur* MDLXX *die* XXIII *Aprilis, agente, mox examen de identitate Reliquiarum fuit institutum: quod de Bar e quodam libro MS. illius temporis, invento Valentianis, deprompsit; atque ego hic compendio, rescissis minus necessariis testium repetitionibus, lectori propono.* Feretra (*inquit ille*) seu capsæ sanctorum Marcellini et Petri martyrum confractæ et B comminutæ fuerunt a Calvinianis in ecclesia S. Mariæ majoris Valentianis, uti aliorum Sanctorum ejusdem ecclesiæ, die S. Bartholomæi anno MDLXVI, ibique, die XXIX Martii MDLXX ante Pascha, dictæ Reliquiæ post sumptam de illis informationem, repositæ solenniter fuerunt in nova capsa per suffraganeum episcopi Cameracensis dominum Martinum Cuperum, abbatem sancti Crispini, præsentibus domino Jacobo Froye, Hasnonii abbate; dominis item, Antonio Vermans Viconiensi; et Francisco Pire, sancti Joannis Valentianis, abbatibus, aliisque tam ecclesiasticis quam secularibus: et instituerunt supplicationem circum dictam ecclesiam paulo ante missam solennem, portante dictas Reliquias involutas, super brachia sua dicto domino suffraganeo.

an. 1570 restituta fuerunt,

123 *Sequitur in eodem codice MS.* Informatio sumpta Valentianis per reverendissimum D. Martinum Cuperum, suffraganeum Cameracensis episcopi, atque abbatem S. Crispini; et D. Jacobum Froye abbatem Hasnonii, super facto de Reliquiis sanctorum Marcellini et Petri martyrum, profanatis per hæreticos Valentianenses anno MDLXVI die S. Bartholomæi. *Tempus sumptæ informationis hic non exprimitur, sed sufficienter innotescit ex subsignatione* C *depositionum, fuisse annum* MDLXX, *diem* XXVIII *Martii. Depositiones omnino sex habentur in MS. nostro; quarum prima est* Antonii le Poyvre, domini de Rosel, qui in præsentia D. abbatis S. Crispini ad requisitionem D. Abbatis Hasnoniensis, interrogatus super facto de Reliquiis confractis in direptione, quæ contigit in hac urbe Valentiana die S. Bartholomæi anno MDLXVI; respondit, quod, quantum meminisset antiqua memoria sua, Reliquiæ confractæ in dicto loco (seu ecclesia S. Mariæ majoris) portatæ fuerunt in curiam urbis, linteo involutæ, atque illic tam diu conservatæ fuerunt, donec illas repetiit Thesaurarius dictæ ecclesiæ S. Mariæ, cui et fideliter sunt restitutæ etc.

sumpta prius informatione per suffraganeum Cameracen.

124 *Alter testis,* Joannes Rasoir, civis Valentianensis, *audita depositione præmissa,* testatus est in verbo veritatis, *summam ejus, de Reliquiis ablatis e templo S. Mariæ, allatisque ad curiam civium, et restitutis Thesaurario, veram esse. Eodem redit declaratio tertii testis,* Jacobi le Simon; *et quartæ,* Catharinæ Rouecques, uxoris Jacobi de Lespine, annos circiter XLIV natæ. *Dixit hæc, quod tempore direptionis prædictæ contulit se ad ecclesiam S. Mariæ majoris, anxia, ne forte quid incommodi a tumultuantibus pateretur frater suus, dictæ ecclesiæ Thesaurarius:* D cumque pervenisset ad ingressum portæ, vidit hominem viliter indutum, quem audiebat appellari Abraham, portantem humeris suis in linea tela aliquot ossa, quæ idem homo projiciebat ad pedes ipsius Catharinæ, quæque paulo post iterum sustulit, dicens, se illa portaturum ad curiam civium; quod et fecisse, eadem Catharina deinde intellexit.

auditisque testibus variis,

125 *Testis quintus,* Franciscus Hoye, homo exterus, habitans Valentianis, annorum circiter XLIII, *deposuit præter alia, se tumultus tempore* fuisse in ecclesia S. Mariæ majoris et illic vidisse hominem male vestitum, portantem ossa quædam in linteo albo: *ceterum nescire quid illis fecerit, aut quo portaverit. Scivit illud testis sextus,* Joannes le Francq mercator, habitans Valentianis, natus annos LII, *deposuitque, se quo tempore direptio facta est Valentianis,* fuisse urbis scabinum, ac propterea (*quia ex officio suo tunc in curia fuerit*) scire, quod in eamdem curiam, per quemdam ei ignotum allata fuerint aliquot ossa, deportata e S. Mariæ majoris, in linteo albo, quæ postea Thesaurario dictæ ecclesiæ, eadem esse affirmanti, restituta fuerunt. *Horum, saltem quatuor ultimorum, testium depositiones exceptæ fuerunt a Jacobo Berot Notario publico auctoritate apostolica et imperiali, die* XXVIII *Martii* MDLXX. E

quæ facta fuerunt declarantibus

126 *Porro ex his depositionibus abunde video constare, linteum cum ossibus confractis e templo S. Mariæ majoris ad curiam civitatis perlatum, ossaque deinde Thesaurario ejusdem ecclesiæ reddita fuisse. At non item inde constat, ossa linteo inclusa, vel omnia, vel aliqua, sanctorum* Marcellini *et* Petri *fuisse Reliquias: neque enim id probat depositio testium, quamvis sextus affirmet, Thesaurarium, cum ossa recepit e curia, dixisse* eadem esse; *non enim insinuavit, cujus aut quorum illa essent Sanctorum. Quamobrem lubens viderem ipsius suffraganei, tam piam pallicis, sententiam de dictis ossibus, e quibus aliqua saltem frustula, aut, uti Gazetus scribit,* satis insignes particulas, *pro Reliquiis sanctorum* Marcellini *et* Petri *recognitas et approbatas fuisse, colligitur a posteriori, quia denuo expositæ fuerunt publicæ venerationi, atque ex testimonio scriptorum, Ruzzii imprimis, ad caput* VIII *historiæ Eginhardi litt. d. pag. 202, nobis citati, contra Molanum, illas superesse probantis; ac Doutremanni, eas* hodiedum in honore esse *asserentis, et aliorum.*

Constat etiam illas hodiedum superesse

APPENDIX IV.

De ecclesiis vetustis S. Marcellini ac Petri martyrum. F

C*ertissimum est, duas olim SS. Marcellini presbyteri ac Petri exorcistæ ecclesias, easque pervetustas ac celebres, fuisse, alteram extra Romam via Lavicana ad tria passuum millia, in loco, inter duas Lauros dicto; alteram intra Urbem, non procul ab ecclesia Lateranensi, quæ hodiedum superest, illa pridem collapsa. Ad priorem locum, inter duas Lauros (ubi S. Tiburtius martyr, is qui a S. Sebastiano ad fidem Christi conversus fuit, colitur que* XI *Augusti non multo ante decapitatus quiescebat) transtulerunt Lucilla et Firmina christianissimæ feminæ, per visionem monitæ, corpora sanctorum Marcellini et Petri prædictorum, exhumata e loco martyrii eorum, qui antea silva Nigra, deinde Candida dictus fuit, ibique illa apud S. Tiburtium contumulaverunt in crypta. Illo ipso in loco Constantinus Magnus, non admodum multo post tempore ædificavit ecclesiam, sub invocatione SS. Marcellini et Petri, quæ subinde etiam Tiburtii vocata legitur, ab ejusdem ibi condito corpore.*

Duæ horum Sanctorum ecclesiæ

128 *De hac, et alia eorumdem duorum Sanctorum intra Urbem ecclesia (quæ a quo condita sit, ex idoneo auctore*

A *auctore nondum dedici) pauca habentur in Commentario nostro prævio ad illorum Acta. Pluscula de utraque ecclesia nuper congessit typisque vulgavit Jacobus Laderchius, e congregatione Oratorii S. Philippi Nerii Romæ Presbyter, præfatus, id se operis suscepisse ex voluntate Sanctiss. D. N. Clementis PP. XI, pro suo sacrarum antiquitatum ac religionis propagandæ studio cupientis, quemadmodum jam alias vetustiores ecclesias, puta S. Mariæ trans Tiberim et S. Theodori martyris, reficiendas curavit, ita basilicas quoque sanctorum martyrum Marcellini et Petri, restaurare; atque opus illud suum illustrius fiat, earumdem basilicarum situs, initia, reparationes, majestatem sanctitatemque et memoranda describi. Dignum profecto sapientissimo juxta ac sanctissimo Pontifice consilium: quo et ego moveor, ut nonnulla breviter tum ex commentario Laderchii, tum aliunde, si qua possim, excerpta, ad eorumdem Sanctorum honorem hic colligam.*

admodum vetusta.

a Laderchio nuper commentario illustratæ

129 *Laderchius opus suum, quod* Dissertationem historicam *inscribit, dispertitur in tres partes; et in prima quidem disserit de basilica SS. Marcellini et Petri Constantiniana extra Urbem. Nos de eadem jam diximus in citato Commentario prævio nostro ex Anastasio Bibliothecario, in S. Silvestro Papa, quod* Augustus Constantinus fecit basilicam beatissimis martyribus Marcellino presbytero et Petro exorcistæ inter duas Lauros, et mausoleum, ubi beatissima mater ipsius sepulta est Helena Augusta, in sarcophago porphyretico, via Lavicana, milliario ab urbe Roma tertio. In quo loco, et pro amore matris suæ et veneratione Sanctorum, *obtulit et Marcellini ac Petri,* posuit dona voti sui, *plurima sane et pretiosissima, prout continuo ab eodem Anastasio annumerantur. Quæ hic retulimus, totidem verbis leguntur in Libro pontificali, desumptaque sunt et amplificata ab auctoribus suis ex Catalogo pontificum Romanorum veteri seculi vi, diligenti studio Henschenii nostri illustrato ante tomum* I *Aprilis: ubi ita scribitur de Constantino:* Eodem tempore fecit basilicam sanctorum martyrum Marcellini presbyteri et Petri exorcistæ.

Harum altera, extra Romam a Constantino M. structa,

B

130 *Citatus Anastasius alia non uno loco habet de eadem basilica, ac primum in gestis Honorii PP. I, qui sub annum* DCXXXVIII *decessit, refert; quod iste,* innovavit cœmeterium beatorum martyrum Marcellini et Petri via Lavicana. *Item in Hadriano sub exitum seculi* VIII *pontifice, quod* cœmeterium beatorum martyrum Petri et Marcellini, via Lavicana, juxta basilicam beatæ Helenæ, renovavit, et tectum ejus, id est S. Tiburtii et eorumdem sanctorum Petri et Marcellini, noviter fecit; et gradus ejus, qui descendunt ad eorum sacratissima corpora, noviter fecit; quoniam nullus erat jam descensus ad ipsa sancta corpora. *Et subjungit hæc textui Laderchius pag.* 81, *in fine.* Hoc ipsum præstitit Nicolaus PP. primus *(præfuit is Ecclesiæ ab anno* DCCCLVIII *per novennium)* ut refert ipsemet Anastasius, dicens: Nicolaus ad basilicam beatorum martyrum Marcellini et Petri, quæ inter duas Lauros sita est, properavit; quam vetustate solutam ruinaque confractam invenit, et sentibus coopertam, tribulisque repletam, ita ut nulli ad eam aditus panderetur: cujux mox fundamenta validissimo ædificio renovans, in meliorem statum, ut pridem fuerat, restauravit: in quam nunc ad laudem nominis divini, populi multitudo properat et confluit.

ab Honorio et Hadriano PP. renovata fuit

C

131 *Hanc quidem citationem cum subjuncta ibidem observatione, habet Laderchius ex Aringho suo, libro 4, cap. 9, Romæ subterraneæ. Ego vero nihil ejusmodi in Nicolao Anastasii reperio in duabus editionibus, Moguntina anni* 1602, *et Parisiensi* 1649: *sed neque in adjunctis utrique variis lectionibus variorum codicum MSS. Nolim igitur meo nomine putari, istam ecclesiæ SS. Marcellini et Petri restaurationem a Nicolao I factam esse, si tamen facta est, seu ab ipso, seu ab alio quovis: contextus per se manifeste ostendit, agi illic de basilica extra Urbem, utpote* inter duas Lauros sita, *ut illa de re multis disputare exemplo Aringhi nil attineat. Videri quoque potest, istiusmodi restaurationem a Nicolao primo factam non fuisse, ob præcedentem ejusdem basilicæ reparationem, curatam ab Hadriano primo; a cujus obitu usque ad pontificatum Nicolai fluxerunt anni non amplius* LXIII: *quo temporis intervallo cogitari vix potest, ædificium* vetustate solutum ruinaque confractum *fuisse, uti hic dicitur.*

Ac etiam a Nicolao I.

D

132 *Neque vero assentiri possum illustrissimo viro Joanni Ciampino, qui ex citatis a se in sacris Ædificiis Constantini, pag.* 123, *et a nobis quoque hic numero superiori allatis Anastasii in Hadriano verbis deducit,* eamdem basilicam *SS. Marcellini et Petri,* etiam S. Helenæ nomen accepisse. *An id aliunde verum sit, nondum comperi. Certe ex citata Anastasii in Hadriano auctoritate id deduci adeo non potest, ut potius contrarium inde consequatur. Dicit quippe Anastasius ibi,* cœmeterium beatorum Marcellini et Petri juxta basilicam, *sive mausoleum,* B. Helenæ, *fuisse renovatum. Si cœmeterium Sanctorum prædictorum erat juxta basilicam B. Helenæ, eoque fere pertingebat, cogitari debet, ecclesiam eorumdem inde paulo magis remotam fuisse, atque adeo sub uno nomine non comprehendi, nisi forte per abusum vulgi. Et ipsa vox* juxta cœmeterium, *magis notat vicinitatem, quam contiguitatem, saltem ecclesiarum. Et vero monstrari aliunde potest, atque adeo monstrat Laderchius, basilicam sive mausoleum Helenæ, non intra Basilicam Marcellini et Petri fuisse, neque contiguum illi, sed aliquantum inde remotum, in eodem loco, qui inter duas Lauros appellatur.*

Non illa etiam S. Helenæ vocata.

133 *Forma ecclesiæ, uti et reliquis tunc aliquot particulis delineata a Bosio, in Roma subterranea Aringhi repræsentatur, rotunda fuit, desinens sublime in tholum, in quo fenestræ octo fuerunt. Quæ forma, ut ego mihi imaginor, non valde dissimilis debet fuisse ecclesiæ B. Mariæ ad martyres, vulgo nota sub nomine* La Rotonda; *et minus dissimilis ecclesiæ S. Stephani in monte Cælio, vulgo dicta,* San Stefano della Rotonda. *Exhibet ibidem Aringhus conspectum ecclesiæ, qua parte e ruinis tum supererat, cum ichnographia atque orthographia. Tum subjungit describitque, et multis figuris illustrat cœmeterium eorumdem Sanctorum subterraneum peramplum, quo ex ecclesia descensus adhuc patuit ab annis centum, quando illuc ingressus Bosius, et post illum alii, invenerunt cubicula* XIV, *ad latera viarum effossa, variisque picturis adornata, in quibus et multa demortuorum monumenta: quæ, præter alia ejusdem cœmeterii, conspicies, si lubet, in jam dicta Roma subterranea: de quibus plura referre, nostri hic instituti non est.*

Cœmeterium ejusdem ecclesiæ a Bosio descriptum.

134 *Altera pars Dissertationis Laderchii imo et tertia tractat de ecclesia eorumdem Sanctorum, quæ est intra Urbem, prope a basilica S. Joannis in Laterano, quam ille quidem opinari per conjecturas quasdam amat, etiam a Constantino magno fundatam fuisse, aut saltem a Damaso PP. I. Verum cum nihil antiquæ auctoritatis illam in rem proferatur, satius esse puto tantum asserere, ante Gregorii magni pontificatum, et fortassis aliquanto ante, ecclesiam illam exstitisse, et quidem eodem in loco ubi nunc conspicitur. Nam in synodo Romana, uti jam diximus in commentario prævio num.* 4, *coacta sub prædicto Gregorio, exeunte seculo* VI, *in causa Joannis atque Athanasii presbyterorum, legitur subscripsisse Actis* Albinus, SS. Marcellini et Petri presbyter.

Ecclesia quæ est intra Urbem

135 *Atque hæc est antiquissima memoria, quæ de ista ecclesia reperitur indicatque, jam tum titulum Cardinalis Presbyteri fuisse, ideoque ad alteram eorumdem*

exstitit ante Gregorium Magnum

A rumdem Sanctorum ecclesiam extra Urbem, quæ titulus Cardinalitius non fuit, uti satis constat, referri non potest. De titulo hujusmodi, ecclesiæ urbanæ proprio, consentit Onuphrius Panvinus, opinaturque ante pontificatum Gregorii magni institutum fuisse; quod omnino videtur rationi consentaneum, quandoquidem sub illo pontifice Albinus presbyter istius ecclesiæ subscripserit Actis synodalibus. Ex ejusdem Onuphrii sententia, eadem ecclesia habuit olim Stationem feria iv Triduanarum, seu Rogationum, uti nunc dicimus, ante festum Ascensionis Domini, quemadmodum olim habuit etiam ecclesia SS. Marcellini ac Petri via Lavicana iv Nonas Junii, festo nempe eorumdem Sanctorum die: sed hanc stationem dudum desiisse, alteram vero urbanam transiisse in Sabbatum post Dominicam secundam Quadragesimalis jejunii, quo etiamnum frequentatur quotannis, auctor est idem Onuphrius.

titulus Cardinalis,

et habet stationem;

136 Altera nostræ intra muros ecclesiæ memoria reperitur in Gregorio PP. iii, anno DCCXLI defuncto, apud Anastasium non admodum procul a fine, his paucis verbis: Fecit a novo ecclesiam SS. Marcellini et Petri juxta Lateranis. Tertia vero in Benedicto PP. similiter iii sui nominis, in hæc verba: In ecclesia beatorum Petri et Marcellini martyrum, cujus tectum jam vetustate positum, vicinum ruinæ existe-
B bat, depositis vetustissimis trabibus, et aliis impositis, noviter ipsum tectum, atque porticus in circuitu omnes noviter restauravit. Hæc sunt quæ de istius intra muros ecclesiæ restaurationibus leguntur in Anastasio et in libro Pontificali.

eadem restaurata a Greg. et Benedicto tertiis.

137 Notissimæ quoque Litaniæ seu supplicationes septiformes a Gregorio magno, ad avertendam dire sævientem tunc Romæ luem, institutæ, ex eadem ecclesia, non ex alia inter duas Lauros sita, partim ductæ fuerant. Vocantur autem istæ Litaniæ septiformes, quia, ut mea quidem fert opinio, in septem diversis ecclesiis convenire jussit, inde singuli ordines supplicabundi egrediebantur, conveniebantque omnes, unum in locum, puta in ecclesiam S. Mariæ ad præsepe, vulgo nunc dictam S. Mariæ majoris, in monte Esquilino; aut in Vaticanam S. Petri, aut aliam aliquam (triduo enim videtur illa supplicatio continuasse,) ut illic omnes simul divinam misericordiam exorarent in præsenti, quæ tunc urgebat, necessitate.

Litaniæ septiformes indidem partim ductæ

138 Scribit illa de re S. Gregorius episcopus Turonensis, contemporaneus, de rebus tunc Romæ gestis a Diacono suo, qui ibidem præsens fuerat, edoctus, lib. 10, Hist. cap. 1, enumerans singulos ordines; qui fuerunt, Clerus, Abbates, Abbatissæ, Infantes, Laici,
C Mulieres viduæ, Mulieres conjugatæ, cum suis quivis Ordo congregationibus propriis, et presbyteris Regionum. Assignat quoque singulis ordinibus ecclesias nominatim, ubi congregari et supplicationem inchoare debebant; quas inter etiam reperitur ecclesia SS. Marcellini ac Petri; dum sic ille scribit. Omnes Abbatissæ cum congregationibus suis egrediantur ecclesia sanctorum Marcellini et Petri, cum presbyteris regionis primæ. Ex quibus colligitur, istam SS. Marcellini et Petri ecclesiam, cum reliquæ omnes a Turonensi indicatæ, sint intra Urbem, extra illam quæri non debere. Neque vero credi potest, sanctimoniales virgines debuisse congregari ad supplicationem inchoandam, in ecclesia eorumdem Sanctorum extra Urbem ad tria passuum millia, ubi reliquis utriusque sexus ordinibus ecclesiæ suæ, eumdem in finem, intra muros assignatæ fuerunt. Indidem concluditur etiam manifeste, ante pontificatum Gregorii magni ecclesiam illam intra Urbem conditam fuisse; quandoquidem prædictæ Litaniæ septiformes, excepto e vivis per istam luem Paschale Papa, ante ordinationem Gregorii successoris, aut saltem initio pontificatus ejus, indictæ fuerint. Quod ecclesiæ, unde supplicationes ductæ fuerunt, aliæ nominentur ab aliis, quam a Gregorio Turonensi indicatæ sunt, existimari potest accidisse, quia singulis tridui diebus aliæ atque aliæ ecclesiæ, ubi populus congregaretur, constitutæ fuerint, nempe quæ propius abessent ab illa basilica, ad quam omnes ordines convenire debebant, aut alia de causa. De quibus videri potest Laderchius. Nobis satis est ostendisse, ecclesiam SS. Marcellini et Petri intra Urbem tunc temporis extitisse. D

secundum Greg. Turonen.

139 Non item id ostendi potest ex titulo homiliæ vi S. Gregorii magni; qui in codicibus impressis ita legitur: Homilia habita ad populum, in basilica SS. Marcellini et Petri, die natalis eorum, Dominica tertia Adventus Domini. Titulus ille ut citatus est, etiam allegatur a Decessoribus nostris in sæpe dicto Commentario ad Acta horum Sanctorum, num. 4, absque ullo additamento; solummodo dubitantibus, num eadem homilia dicta a Gregorio fuerit in ecclesia extra Urbem, an intra. Nempe post Baronium, qui indidem deduxit, in suis ad diem secundum Junii annotationibus, natalem istorum Sanctorum etiam mense Decembri olim celebrem fuisse; suspicio ipsis non subiit, titulum homiliæ, qui passim sic legitur in editis Gregorii operibus, pseudographum esse; quamvis aliquid ejusmodi suspicatum fuisse Baronium, credi possit, dum sententiæ suæ subnectit, nisi sit mendum in codice, seu titulo homiliæ citatæ. At nunc satis constare putem, E titulum istum in codd. MSS. aut non haberi, aut aliter atque aliter signari. Joannes Fronto in Kalendario Romano antiquo, quod anno 1652 Parisiis edidit cum notis antiquariis, testatur, in vetustissimis codicibus homiliarum S. Gregorii in Evangelia, titulos qui nunc leguntur, adscriptos non esse, in aliis alio atque alio modo esse descriptos, et signate titulum homiliæ vi repudiat, quia dicitur, recitatam fuisse Dominica tertia Adventus, natali SS. Marcellini et Petri, quod festum eo non pertinet.

An homilia vi Gregorii in illorum ecclesia sit dicta;

140 Aliorum quoque criticorum (quos inter Monachi sunt Benedicti congregationis S. Mauri) diligentia supervenit, docentium, in triginta codicibus MSS. deesse titulo illa verba; in die natali eorum, atque insuper deesse in aliis illa, Dominica tertia Adventus. Ex titulo igitur pseudographo, et e genio librariorum vario, nihil concludi certo potest. Imprimis igitur pars illa, in die natalis eorum, ab homine imperito adjecta fuerit, quia nusquam reperitur in Adventu Domini aliquod illorum Sanctorum festum, nedum Natalis, publice cultum fuisse. Dies natalis seu martyrii perpetuis temporibus quarto Nonas Junii adscriptus fuit. Translatio autem corporum ab Adone, non Treverensi, qui nullus fuit, sed Viennensi archiepiscopo, signatur in F martyrologio ejus, quinto Kal. Sept. Qui dies cum Adventu Domini nihil commune habent.

id dissuadent codices MSS.

141 Sed neque habita fuit homilia ista, prout titulus impressus præfert, in aliqua ecclesia SS. Marcellini et Petri. Quia, quod observare cuilibet curioso licebit, pleræque, si non omnes, homiliæ Gregorii in Evangelia, duobus præcipue temporibus ac locis recitatæ fuerunt, videlicet vel in ecclesiis ubi tunc stationes solennes frequentabantur; vel in ecclesiis, ubi tunc festum natale tutelaris Patroni celebrabantur: et in hisce Patronorum festis ut plurimum, in homiliis suis, eorumdem, Patronorum mentionem injicit. Constant hæc ex homiliis iii, v, xxviii, xxxii, xxxv, in natali Tutelarium, in ipsis eorumdem ecclesiis ad populum habitis: Homilia igitur vi, cum in natali SS. Marcellini et Petri habita non sit, nec in illa ipsorum mentio ulla fiat, sed nec per Adventum in alterutra eorumdem ecclesia statio fuerit; præsumi non debet, in alterutra istarum ecclesiarum a Gregorio recitata fuisse; quidquid demum titulus indicet pseudographus. Plura porro disputat Laderchius de Dominicis Adventus ad ostendendum, qua Dominica verosimilius dicta fuerit homilia ista, quæ ad nostrum institutum non magnopere spectant.

et alia argumenta.

spectant. Satis est nobis, dictam non fuisse in natali martyrum, sed in Adventu, de qua re dubitare non licet, quia nempe Evangelium quod nunc legitur, atque etiam olim lectum fuit tempore Adventus in ecclesia catholica, illa homilia explanatur a Gregorio. Idem per conjecturas non otiosas inquirit in ecclesiam, ubi dicta verosimiliter fuisse potuerit; quæ apud ipsum vide sis: observabis eadem opera, ecclesiam SS. Marcellini et Petri, quamvis in titulo homiliæ prænotetur, eo nullatenus ab ipso admitti.

Cardinalium in basilicis patriarch. celebrandi mos.

142 *Certius et gloriosius est ecclesiæ isti, quod jam tum, temporibus S. Gregorii Magni titulus Presbyteri Cardinalis extiterit, uti supra dicere cœpimus. Nunc addimus, ejusdem ecclesiæ Cardinalem Presbyterum in basilica Liberiana seu S. Mariæ ad præsepe, nunc vulgo S. Mariæ majoris appellata, quot hebdomadis, designato sibi a summis Pontificibus die, sacris operari solenniter consuevisse, quemadmodum in aliis basilicis patriarchalibus, uti vocantur passim, operabantur quot diebus hebdomadæ Cardinales alii: nempe in Lateranensi septem cardinales episcopi, singuli singulis diebus sibi constitutis; sic septem cardinales presbyteri in Vaticana; septem alii in S. Pauli extra muros via Ostiensi; totidem in S. Laurentii itidem extra muros, via Tiburtina; denique septem reliqui (numerus enim presbyterorum cardinalium olim fixus erat XXVIII) in Liberiana. Quo autem die in hac basilica operaretur Cardinalis SS. Marcellini et Petri, non est facile designatu.*

Presbyterium quid,

143 *Habuit eadem ecclesia SS. Marcellini et Petri, ejusque Cardinalis et clerus, presbyterium suum a summis Pontificibus. Est autem* Presbyterium, *uti hic sumitur, quod etiam* Roga *dici consuevit antiquis temporibus, donum pecuniarium, quo summi Pontifices impertiebantur illos, qui in præcipuis quibusdam solennitatibus ex officio Pontifici seu ministrabant seu honoris gratia aderant, aut occurrebant in via; tum homines seculares in dignitate constitutos, tum præcipue Cardinales, Episcopos, Presbyteros, Diaconos aliosque de clero. Qua de re videri potest Cencius Camerarius in Romano Ordine apud Mabillonem tom 2 Musei Italici pag. 188, et seqq. atque etiam alibi. Fuit quoque eidem ecclesiæ aliquando adjunctum hospitium peregrinorum atque infirmorum, uti ex Catullo refert Laderchius, quod lapsu temporis translatum fuit ad locum magis spatiosum in area basilicæ Lateranensis, ubi nunc splendidum magnificumque nosocomium spectatur.*

et quibus dari solitum

Restauratur ecclesia a Crescentio Card.

144 *Diximus supra de antiquioribus hujus ecclesiæ restaurationibus; nunc etiam minus antiquas inquiramus. Ciacconius de Pontificibus, anno* 1601 *Romæ editus, producit pag.* 372, Crescentium Anagninum, *qui a Paschale PP. II, cardinalis diaconus creatus, postea vero a Calisto item II,* presbyter cardinalis titulo SS. Marcellini et Petri factus, *hunc* Titulum suum et palatium vicinum a fundamentis restituit *anno, uti testatur Laderchius,* MCXIX. *Ab illo tempore nondum effluxerat sesquiseculum, quando eadem ecclesia indiguit nova consecratione, sive quod notabilem partem reparata fuerit, sive alia de causa. Memini certe, me ibidem aliquando coram legere in ampla vetustaque tabula marmorea, parieti infixa, hanc inscriptionem, quam Oldoinus quoque in Alexandro PP. IV, et Laderchius, uno alteroque verbulo aliunde suppleto, exhibent. Illam hic ego eo libentius reproduco, quod simul doceat, quam parce illis temporibus concedebantur Indulgentiæ, etiam in maximis solennitatibus, secus ac multi opinantur. Sic igitur se habet inscriptio.*

anno 1256, additis Indulgentiis.

145 ✠ Anno Nativitatis Domini MCCLVI, Indict. XIV, die X mensis Aprilis, Alexander Papa IV consecravit hanc ecclesiam SS. Marcellini et Petri et utrumque altare, et reposuit in majori altari de reliquiis SS. Marcellini et Petri; SS. Martii et Martæ; SS. Bonifacii et Victoris; SS. Septem fratrum; et SS. Rufinæ et Secundæ; S. Jacobi apostoli; S. Christinæ virginis; SS. Sixti, Felicissimi et Agapiti; S. Gorgonii martyris; SS. Cornelii et Cypriani; S. Stephani protomartyris: et tunc concessit ipsi ecclesiæ a dicta die consecrationis usque ad octavam, singulis annis Indulgentiam trium annorum et trium quadragenarum: et deinde transtulit dictam Indulgentiam de dicta die in feriam secundam post Dominicam secundam Quadragesimæ; qua die addidit Indulgentiam unius anni et quadraginta dierum.

Reparatur non multo post, a Comite Glusiano Card.

146 *Legitur quoque in eadem ecclesia hodiedum, testibus qui supra Oldoino et Laderchio, hocce distichon;*

Hæc fieri Comes Mediolanensis, in hujus
Cardinei Tituli jussit honore sui.

Est is Comes Glusianus de Casate, in sua patria Mediolani antea Archidiaconus; deinde presbyter cardinalis titulo SS. Marcellini et Petri renuntiatus a Martino Papa II, aliis IV, anno MCCLXXXI. *Non memini, qua parte ecclesiæ, distichon illud inscriptum sit, neque id prodit Laderchius. Juvaret tamen sciri, ad dignoscendum, quid et quam multum ibi Comes fieri curaverit. Prima namque inscriptionis particula,* Hæc, *videtur designare reparationem factam esse in loco ubi ipsa inscriptio legitur: nec puto, magni operis fuisse, quando quidem non multis a prædicta ejus consecratione annis, facta sit.*

Ornatur picturis a Card. Perbenedicto

147 *Scribit item Oldoinus, Marianum Perbenedictum, ejusdem Tituli cardinalem presbyterum a Sixto PP. V, creatum,* absidem ecclesiæ SS. Petri et Marcellini picturis, templique medium ornasse. *Quæ eadem fere habet Laderchius. Credidero, illa ipsis aliunde constare. Nam, quæ mox subjungit uterque:* Quare ad januam hæ sunt notæ, MARIANUS PERBENEDICTUS, CARD. DE CAMERINO HUJUS ECCLESIÆ TIT. *id non inferunt. Potest alia de causa inscriptio talis ad januam apposita fuisse, videlicet ut posteritati constaret, Perbenedictum, virum omni ex parte laudabilem, istius Tituli cardinalem fuisse, tametsi nullum ibidem loci, memoriæ suæ monumentum aliud reliquisset.*

Status ecclesiæ uti nunc est;

148 *De præsenti ejusdem ecclesiæ forma et statu plura minutim observat Laderchius; imprimis quod duæ supersint in illa naves, ut appellamus; primaria scilicet, quæ olim media fuit, et lateralis una, qua parte Evangelium in altari legitur: tertia enim, ex parte opposita, nunc deest, educto ibi per intercolumnia navis mediæ muro. Dimensionem utriusque navis jam dictæ ita signat, ut a porta primaria usque ad gradus presbyteri et aræ principis longitudo pateat palmis Romanis fere* 100, *latitudo autem* 41: *insuper presbyterii, ad quod per gradus quinque ascenditur, longitudo sit ab infimo ejusdem gradu palmos fere* 32; *et latitudo ferme* 31. *Navis porro lateralis, ut ait, secluditur a media per columnas quatuor atque unam pilam, ejusque longitudinem adscribit palmorum* 40 *usque ad primum gradum absidulæ; latitudinem vero palmorum* 33. *In capite utriusque navis, suæ aræ supersunt: quarum* maxima, in abside, speciem gerit insulæ inter inferiorem et superiorem confessionem, *inquit Laderchius; ex eaque* surgit tabernaculum, quod columnæ quatuor e Pario marmore sustinent, quarum tres squamatæ, lævigata quarta.

ejus pictura varii generis

149 *Ipsa ara tota marmorea est. Circum absidem supersunt etiam sua subsellia; et pavimentum deprehenditur opere tessellato marmoreo stratum fuisse. Præcipua in fornice absidis pictura non antiqua, repræsentat SSS. Trinitatem, Deiparam virginem corona redimientem, circumstantibus magno numero Cœlitibus, quos inter eminent sancti martyres Marcellinus et Petrus;*

A *trus, nec non Venantius et Stephanus; quos singulari cultu dicitur prosecutus fuisse Cardinalis Perbenedictus; priores duos, ut mihi quidem videtur, quia erant tutelares istius ecclesiæ; Venantium, quia patriæ suæ Camerini patronus primarius; cur Stephanum inter suos posuerit, ego nescio.*

et insignium.

150 *Intra picturam illam in media abside spectatur* ***stemma ejusdem Perbenedicti Card. cui utrimque ap****pictum est stemma Perettinum; quod factum reor in gratam memoriam Sixti PP. V, a quo Perbenedictus ad purpuram assumptus fuerat. Eadem de causa pingendum curaverit in frontispicio ecclesiæ, quod orienti objicitur, stemma ejusdem Sixti V, supra fenestram, quæ ibi est, tetragonam; ad cujus dextram lævamque partem apparent stemmata Cardinalium Montalti, qui idem est Alexander Perettus, Sixti ex sorore pronepos, et suum ipsius Perbenedicti: subtus vero fenestram est quartum stemma cardinalis Sfondrati. Inferius ad utramque portæ primariæ, quæ ex Pario marmore constat, latus, depictæ repræsentantur imagines SS.* ***Marcellini ac Petri. Et hinc patet clarius quam a titulo supra memorato, cardinalem Perbenedictum eccle****siam Tituli sui picturis decorasse; an etiam aliter re*-***paraverit, hinc mihi non constat. Alia nonnulla de***
B ***eadem ecclesia commemorat Laderchius: sed imprimis*** *deplorat miserandum ejus nunc statum, speratque fore,* ***ut opera Sanctissimi Domini nostri Clementis PP XI,*** *qui aream circumjectam, urticis vepribusque evulsis,* ***semirutisque ædificiis dejectis, jam curavit complananda****m, ecclesia ipsa pristino decori propediem reddatur; accedente eo etiam zelo Eminentissimi D. Francisci Pignatelli, ejusdem ecclesiæ titulo nunc presbyteri cardinalis.*

Pag. **358** *de Martyribus Sendomiriensibus in Po*-
12 *lonia num.* **2** *post hæc verba,* ut sanguis cæsorum ad Vistulam diffueret deletis 14 versibus — *adde* — *Abrahamus Bzovius, Ord. Prædicatorum, tom.* **13** *Annal. Ecclesiasticorum, prosecutionis suæ primo, num* 3 *an.* **1260**, *omnia hactenus deducta refert, nihil* ***in substantia varians; deinde, citatis in margine*** Annalibus Provinciæ Poloniæ *(quos utinam videre licuisset!), hæc subjungit, quæ Michael Pio sive Plodius,* ***Parte 2 lib. 1 de viris illustribus Ordinis pag. 62*** *Italice reddidit; et Marchesius in suo Diario eloquentia majori amplificavit: non tamen de suo quidquam addidit quod in Bzovio non inveniatur, quare hujus verba* ***hic transcripsisse satis sit.***

3 Sævierunt etiam *(inquit) Tartari* in Fratres Prædicatorum, sive ad D. Jacobi, sive ad S. Magdalenæ cœnobium degentes: et mirum est quod
C tunc accidisse ferunt. Noctc antecedente eam cladem, B. Sadoch Prior cœnobii, devoto Fratrum grege cinctus, matutino Officio intererat. Ibi pro antiquo religionis more, Tiro: indiculum Martyrologii ad diem sequentem pronuntiaturus, extemplo litteris aureis novos et insolentes characteres exaratos aspexit, eum in modum: *Sandomiriæ passio quadraginta novem Martyrum.* Legeret an taceret animi dubius erat; timore tamen abjecto, cygnea, licet trepidante voce, recitavit aureum edictum: *Sandomiriæ, passio quadraginta novem Martyrum.* Lectione inaudita obstupuit Sadochus, atque ceteri Fratres obriguerunt ad titubantem vocem, interque fauces hærentem, utcumque tamen intellectam pronuntiationem Novitii. Diariam illam lectionem postulavit Prior videre, desiderarunt et reliqui, pavore nimio perculsi sodales. Porrexit librum Tiro, aureæ interim litteræ cum notis Sandomiriæ, inter manus Fratrum legentium, sensim evanuerunt. Divina hæc est, ait Sadochus, præmonitio, Fratres. Cœlitus exaratæ illæ notæ non frustra innocentis oculis objectæ sunt. Auctor vitæ et mortis certo certius nos ad vitam feliciorem et immortalitatem pereanniorem

Bzovius ea tribuit suis Sandomiriensibus,

qui sub lectione Martyrologii,

invitat. Eia, per gladios etiam ancipites post tra- D
hentem indefesse curramus. Vitam nobis eripiet Scytha? Quam? Fluxam, calamitatibus obnoxiam, periculis undique objectam. Mortem inferet diram? At ea nobis est in hujus mundi fluctibus portus, eoque nos plenis velis convolare docet, ac per eam ad perpetis vitæ gloriam nobis iter apertum conficere licet. Revocate tantum in mentem vitæ antecedentis summam, et si quos animo habetis adhærescentes nævos, eos sacra exomologesi expiate: dulcissimo postea Viatico roborate spiritum, mox siderea regna petituri. Sempiternæ laudis proposita ornamenta, obnixo in omnes casus pectore, mucronibus jugulos vestros præparate. Moriendum est? sed alio animo. Pro his aris sacratis, pro his imaginibus Christi et sacrosanctæ Dei parentis, pro incruento vivifico sacrificio fortitudo nostra per patientiam exercenda est. Animati Fratres divino Oraculo, quod superfuerat temporis totum impenderunt præparationi adventus magni Dei, ex imo pectore suspirantes: O quando optata illa hora adveniet, quæ nos terris sublatos cœlis reddet! Felices nos! optatos gladios, qui nos beatorum spirituum cœtibus inserent: Suavissime Jesu! sacra spes suspirantium Maria! Quando tandem? Illuxit illis op- E
tatissimus sol, quo terrena compage soluta ex corporeo carcere evolaturi essent. Supervenerunt truculentissimi Scythæ, velut leones sanguinarii; et pastorem Sadochum, cum grege illo Fratrum devotissimo, in medio ecclesiæ, velut cygnos aliquos extremam illam hymnodiam, SALVE REGINA, Matri misericordiæ suaviter concinentes, interemerunt: qui interceptum morte canticum Deiparæ Virginis, cœlum petentes, longe suaviori harmonia prosecuti sunt, quam voces mortalium possint efformare. Hanc Frater quidam, qui se in superiori parte ecclesiæ abdiderat, ut audivit; illico descendens, sanguinolentis Scytharum gladiis jugulandum objecit, comitemque se adjunxit Fratribus ad cœlum euntibus, et dulce melos tuum, o Sanctissima Virgo, personantibus.

de morte postridie subeunda miraculo præmoniti,

ad eamque a suo Priore Sadoc animati,

dum Salve Regina in ecclesia concinunt,

ultro prodeunte etiam uno qui latebat, cæsi fuerint.

6 *Hactenus Bzovius, circa hæsitationem ullam* Martyribus Sandomirensibus, *ab Apostolica Sede, (ut infra apparebit) coli permissis, jungens istam suorum Fratrum cædem: quod tamen an recte fecerit, dubium nobis reddunt, qui ante ipsum, non in Polonia, sed in Hungaria passum cum sociis* Sadoc *notaverunt, per quam stricte ac breviter indicata ejus passione. Primus hactenus repertus, et (nisi fallor) reperiendus est Ambrosius Taegius, qui sub initium seculi* XVI *collegit vo*-
lumina grandia sex, inscripta de Insignibus Ordinis F
Prædicatorum, *quæ hodiedum manu ejus exarata servantur in ipsius Conventu Mediolani, S. Mariæ gratiarum dicto: unde præclaras multas, et originarias* ***Sanctorum Dominicanorum Vitas dedimus dabimusque.*** *Hic libro* **1** *cap.* **4** *agit* de his qui pro fide martyrium fecerunt, et pro ea passi sunt in diversis locis: ***Paragrapho autem 7****, de Martyribus in Hungaria passis acturus per articulos brevissimos sex eum absolvit lineis: imo verbis per paucis, faciens initium ab hoc titulo* Passio Sadoc: *ideoque, ad potiora intenti, non curavimus describere locum. Crediderim tamen inde sumpta verba, quæ post Regulam S. Augustini, et Constitutiones Ordinis Dominicani, habet* Indiculus Beatorum aliquot Martyrum et Confessorum Ordinis, ***excusus Romæ anno* 1615, *uno ante Bzovii editionem anno:*** *sunt autem hæc.* Fr. Sadoc Polonus, et alii quadraginta octo Fratres, pro confessione nominis Christi, ab infidelibus in Hungaria jugulati, gloriam adepti sunt sempiternam.

Sed obest quod integro seculo antiquior Taegius,

Hungariæ adscribat passionem Sadoci:

uti etiam Indiculus Sanctorum Ordinis Romæ excusus.

7 ***Secundum Auctores hujus Indiculi, Polonus quidem*** Sadoc ***fuerit, sed ex Polonia in Hungariam inter*** *primos novæ istic provinciæ conditores traductus, a Fratre*

A *Fratre Paulo, illam cum sex Sociis (quorum unus Sadoc fuisse dicitur) ingresso, statim post obitum S. Dominici, sub annum* MCCXXIII; *qui apud Comanos, quos feliciter convertere cœperat, martyrium cum sociis nonaginta passus est ad annum* MCCXLIV *die* XI *Februarii, ut recentiorum fert sententia : qua de re licebit plenius agere in Supplemento mensis istius. Scripsit de rebus Hungaricæ Provinciæ insigne opus Viennæque in Austria typis mandavit an.* 1637. *Is Sigismundus Ferrarius lib.* 1 *cap.* 3 *pluribus laudat Sadochi istic gesta ; nolens tamen Bzovio fidem derogare, comminiscitur, ex Hungaria reversum in Poloniam illum, Sendomiriensique conventui præfectum esse Priorem; quod si auctoritate aliqua probaretur, fundamentum præberet aliquatenus conciliandi dissonantiam illam. Sed cum usque ad Bzovium nemo cogitaverit de Sadocho in Poloniam reducendo, vereor ut omnibus satisfaciat tam recens conjectura.*

Ferrarius, Sadochum in Poloniam rediisse gratis assumit, sociis apud Comanos cæsis,

8 *Quid quod proximi post Taegium scriptores nullam omnino faciant* Sadochi *mentionem. Talis fuit Leander Albertus Bononiensis, qui circa an.* 1550 *simili quo Taegius studio concepit opus de viris illustribus Ordinis Prædicatorum, quod impressum habemus unico nec magno volumine, adeoque diversissimum ab opere prædicti Taegii. Ibi liber* 2 *de Martyribus est; referunturque, post quosdam in Hungaria singulari certamine nominatim coronatos,* nonaginta Fratres, pro fide Christi occisi anno MCCCXII, *de Sadoch et Sociis verbum nullum. Ex quo et ex aliis argumentis multis constare potest, Taegii opera, unde suum augere in duplum potuisset Albertus, huic numquam visa fuisse; tantum abest ut eorumdem auctor ipse sit, sicut sibi persuasit collector Bibliothecæ Dominicanæ sub annum* 1677 *Neapoli impressæ Fr. Ambrosius Altamura. Eodem quo Leander seculo* XVI *scriptis inclaruit auctor Bibliothecæ sanctæ, Sixtus Senensis, anno* 1584 *(sicut ipse pag.* II *præfatur) collectum habens Chronicon Ordinis, quod tenemus Parisiis editum anno mox sequenti; adeoque nequaquam vita functus (uti rursum hallucinatur Altamura vel ejus typotheta an* 1568, *sed fortassis* 1598. *Hic in Chronici istius Decade sexta, quam annus* 1260 *orditur, ita scribit.* Ad hanc decadem, pertinere illos 90 Fratres, qui fuerunt pro Christo a Tartaris trucidati in Hungaria, quorumdam est sententia, qui eorum passionem contigisse scribunt anno Domini 1261 : et hoc ego verius esse puto, quam quod ad decadem secundam (*id est post annum* 1220) referantur. *Nihil autem, nec ibi, nec alibi de* 48 *cum Sadoch passis, vel in Hungaria vel in Polonia; ut oporteat fateri, ipsorum perquam obscuram in Ordine fuisse notitiam.*

Interim de illo tacent non solum Leander Albertus, et Sixtus Senensis, qui mallet 90 cæsos credere an. 1262, idque in Hungaria,

B

C

9 *Magis tamen quam istorum externorum silentium, movet me, quod a Bzovio pariter allegati Crommerus atque Michovius, Sendomiriensium cædem et delatum eis cultum narrantes, verbis a Bzovio relatis, de Prædicatoribus taceant; nec satis alias ipsis cohæreat, quæ interseritur de Sadocho narratio. Vel enim hic cum suis in urbe remanserit, reliquis omnibus in arcem subductis, vel alios illuc fuerat comitatus. Si hoc, jam non consistit Annalium fides de rebus in ecclesia gestis : si remanserunt, et omnes ibi ad unum usque, etiam ille qui latere potuerat, cæsi sunt; quis ista tam particularia et notabilia retulit, de lectione, Martyrologio, apparatu ad mortem, unius initio timidioris latibulo, sicut ea describit asseverantissimus Bzovius? In hoc fortassis ille fuerit non magis circumspectus, quam fuit in referenda fictitia quadam S. Hildegardis revelatione, qualem Ordinum Mendicantium inimici tempore S. Thomæ commenti sunt, et Societatis æmuli nunc vellent ipsi non sine novis imposturis applicatam. Nihil equidem de supradictis pronuntio, sed in medio relinquens utrum* Sadoc *cum Sociis ad Hungariam pertineat, sicut antiquior apud Prædicatores opinio tenuit; an ad Poloniam, sicut Bzovius asserit et Ferrarius conatur verosimile reddere; ipsius quoque miraculi passionem eorum prægressi Sedem indiscussam relinquens; ad Vistulam redeo; et notis quod tunc, æque ac cetera regni flumina glacie concretus, similem Sendomiriæ, sinistro lateri adhærentis cladem viderit, per similem Tartarorum incursionem ante annos circiter viginti. Etenim illi, anno circiter* MCCXL, *uti præcitatus Crommerus narrat lib.* 8 *pag.* 201, *quando transmisso similiter* Vistula flumine glacie concreto, Sendomiriam expugnavere; Copronicense monasterium (quod etiam Pocruviniense appellatur) diripuere ; utrobique præter cives, magnam agrestium et nobilium multitudinem, qui illuc confugerant, una cum Monachis interfecere. *Simili modo, intra arcem recepisse et simul cæsi fuisse potuerunt Prædicatores, si jam tunc illi habuerunt unum alterumve conventum Sendomiriæ : quod probandum foret nec tamen probabitur eorum Prior fuisse* Sadoc, *sed melius cum ceteris relinquetur Hungariæ.*

sed etiam scriptores Poloni,

nec apparet unde res sic ut narratur Acta scire potuerit:

D

nisi hi quoque in arce fuerint.

10 *Quod attinet ad annum ejus de quo agere instituimus stragis, qua cæsorum nomina, numerum, professionem malumus non definire, quam sine fundamento conjectare; quod, inquam, ad annum attinet, non est etiam hic omnino certus : nam Crommerus præcitatus dubius hæret — etc. lin.* 2 *num.* 3 *qui nunc erit decimus et reliqui porro numeri uniformiter mutentur.*

clades autem adscribitur 2 Junii,

Pag. 261. *Ad calcem totius Commentarii, addatur.* NOT. 13

E

APPENDIX C. J.

Ad Commentarium de sanctis Martyribus Sendomiriensibus.

In *præmisso Papebrochii Commentario, num.* 3 *(qui inserta Additione, de qua dixi, fit* 10) *proponitur dubitatio Cromeri de anno, quo clades illa ex irruptione Tartarorum Sendomiriensibus illata est, fueritne annus* MCCLX, *uti opinatur ipse, an vero præcedens* MCCLIX, *quod scripsisse Dlugossum, ait, in historia Poloniæ MS. Pars illa historiæ Dlugossianæ nondum erat typis vulgata quando Commentarium suum concinnavit Papebrochius. Nunc autem prodiit, atque penes me est, impressa Lipsiæ, una cum priori parte recusa, anno* MDCCXI. *Hinc occasio Appendici huic compilandæ sumitur. Cromerus itaque sententiam Dlugossi improbat, aut saltem duas duobus consequentibus annis Tartarorum in Sendomiriensem tractum incursiones statuendas existimat, tum quia suam Dlugossus incursionem* sub brumam initio mensis Decembris factam esse *scribat; tum quia suam Cromeri, qua Sendomiria capta est,* æstatis initio accidisse, *constet* ex eo, *uti ait, quod hodiedum strages illa, die secunda Junii annuatim celebretur, atque ab Alexandro PP. IV pro illa die Indulgentia concessa sit. Quæ propriis Cromeri verbis citato num.* 3 *(nunc* 10) *allegat Papebrochius.*

Incursio Tartarorum factane sit 1259 an 1260 et æstate.

F

19 *Sed hæc ratiocinatio Cromeri positionibus nititur non veris. Neque enim verum est, Indulgentiam Sendomiriensibus a Pontifice Romano concessam fuisse die secunda Junii, ideo quod strages edita fuerit illa die, sed quod eadem Indulgentia, tali die lucranda extabat in ecclesia S. Mariæ ad Martyres Romæ; cujus, eadem die lucrandæ, ecclesiam collegiatam S. Mariæ Sendomiriæ participem fecit Pontifex, non quidem Alexander IV (id enim nec probatur nisi forte auctoritate Dlugossi, qui hic facile potuit errare, nec aliunde verisimile est) sed Bonifacius VIII, id rogatus a legatis Sendomiriensis ecclesiæ, Rodzella decano et Alberto canonico,* ad relevandam adhuc *ecclesiam suam,* a Tartaris in festo Purificationis S. Mariæ virginis, sub anno Domini MCCLIX; *uti pluribus deductum est supra num.* 6 (13) *et seqq. ex Brevi Bonifacii PP. prædicti,* dato Romæ ad S. Petrum, III Idus Novembr. MCCXCV.

A 20 *Neque item verum est, stragem* accidisse initio æstatis : *quod ex ipsius Cromeri ibidem scriptis convinci potest. Ait enim, quod, quando incursio facta fuit,* flumina jam tunc glacie concreta erant. *Quod utique hiemem notat, non ver, nedum æstatem ; et quidem initium hiemis et mensem Decembrem, ut expressius scribit hac de re Dlugossus col.* 757, *dum ait,* advenisse in illas *Sendomiriensem et Cracoviensem provincias,* statim post festum B. Andreæ Apostoli, Tartarorum ingentem exercitum, *atque (quod col.* 759 *habetur)* tribus mensibus Poloniam populatum esse. *Hæc, ut distinctiora, ita et certiora sunt rationique magis consentanea, quam quæ opinatur Cromerus. Consuevit enim barbara Tartarorum gens e longinquis regionibus prædam abactura, ad incursiones suas se accingere tempore brumali, quando flumina, jam glacie constricta, facilem quaquaversum præbent transitum. Certe in Poloniam cis Vistulam, per longissima terrarum spatia, vastissimaque juxta ac profundissima flumina, penetrasse alio anni tempore, per incursiones istiusmodi temporarias, credibile non est : et quam anno* MCCLIX *juxta Dlugossum, eidem urbi ac provinciæ Sendomiriensi intulerant vastationem, similiter per hiemem susceperunt.*

Facta non est æstate :

B 21 *Interim cladem posteriorem, de quo hic agimus, Sendomiriæ illatam, describit Dlugossus sub suo anno* MCCLIX : *eamdem protrahit ad annum sequentem Cromerus. Uter rectius ? Existimo, utrumque conciliari posse nullo negotio. Nam dum primus incursionem in Sendomiriensem provinciam, factam scribit post festum B. Andreæ anno* MCCLIX, *initium incursionis denotat ; cum vero addit,* tribus mensibus tenuisse, *utique illam extendit usque ad Martium circiter, anni sequentis. Hinc, licet cædes Sendomiriæ commissa inciderit in diem festum Purificationis B. Mariæ, quemadmodum refertur in Brevi Bonifacii VIII, nihilominus incursio et vastatio barbarica cœperat anno præcedenti ; ideoque totam istius rei historiam, quam in annalibus suis sub finem anni* MCCLIX *ultimo loco orsus fuerat, ut debebat, ibidem loci totam simul prosecutus fuerit, priusquam annum sequentem signate inchoaret, quod, historia illa absoluta, continuo facit. At in eodem Brevi pontificio Indulgentiarum, uti legitur, cædem commissum fuisse* in festo Purificationis S. Mariæ virginis, *similiter dicitur,* anno Domini MCCLX paganos recessisse. *Id expressius quidem contradicit Cromero, illa omnia anno* MCCLX *adscribenti ; sed cum exposita Dlugossi sententia videtur conciliari posse. Relatio quippe*

cœpit an. 1259,

desiit post tres menses 1260.

C *illa Pontifici facta fuit annos* XXXV *post cædem factam. Hinc Legatis referentibus, irruptionem et vastationem patriæ suæ incidisse in annum* MCCLIX, *quo reipsa initium habuit vastatio ; et addentibus, cædem in festo Purificationis commissam fuisse ; potuerit scriba pontificius omnia ad eumdem annum retulisse. Potest etiam festum Purificationis, quando juxta computationem vulgarem jam currebat annus* MCCLX ; *sub anno* MCCLIX *signasse more Romanorum, quibus tunc adhuc currebat idem annus, finiendus ad diem* XXV *Martii, quando ipsi ordiebantur annum novum. Ut ut est, nihil inde derivari potest, quod faveat opinioni Cromeri, qui stragem hanc Sendomiriensem ad initium æstatis differt.*

22 *Et hæc quidem ad concilianda tempora sententiasque discrepantes dicta sunto. Aliud quod propius spectat ad rem nostram, ex Dlugosso promamus. Scribit ille post narratam vastationis historiam , in hunc modum col,* 759 : Corpora eorum, qui in castoro Sandomiriensi fuere cæsi, in ecclesia et cœmeterio B. Mariæ Sandomiriensi condita sunt : et ecclesiæ illi, Nunciis Boleslai Pudici, Cracoviensis et Sandomiriensis ducis, Prandothæ episcopi, ecclesiæque Cracoviensis ; videlicet Bodzanta decano et Alberto canonico Sandomiriensibus, interpellantibus, et quanta fidelium cædes per Tartaros illic edita fuerit, declarantibus ; par Indulgentia, quam ecclesia S. Mariæ ad martyres de Urbe habet, per Alexandrum IV concessa est, quam Polonicus populus magnam indulgentiam vocat, et tanto cultu tantaque veneratione ex tunc et modo prosequitur, ut ad merendum illam pro die secunda Junii, quasi etiam reliquias martyrum, tunc a barbaris occisorum, honoraturus, singulis annis , quod nulli alteri ecclesiæ in Polonia reor contingere, in multitudine frequentissima accurrat.

Martyrum sepultura in ecclesia S. Mariæ,

D

cui et concessa Indulgentia.

23 *Hactenus Dlugossus , qui neque hic, neque in reliqua historia sua, magis quam Cromerus, meminit Prædicatorum aut aliorum Religiosorum in promiscua turba cæsorum : quod utique videri potest facturus fuisse, si quid specialiter illis evenisset ; quemadmodum in priori Tartarorum irruptione inter alia signate refert col.* 671 *de monachis Cisterciensibus tunc cæsis. Verba ejus ibi sunt : Exercitus Tartarorum ,* fluminibus transitum per glaciem præbentibus, Sandomiriam venit et tam castro quam oppido Sandomiriensi undique obsidione coarctato, ac tandem expugnato, Kopziwnicensem abbatem, Coprivunicense *monasterium, faciliori Latinis pronuntiatione, appellat Cromerus, atque etiam* Pocrivuciense *vocari dicit)* et omnes Fratres domus ejusdem, Ordinis Cisterciensis, et magnum tam ecclesiasticorum , quam secularium virorum, matronarum, nobilium et plebeiorum utriusque sexus numerum occidunt. *Sic et Cromerus in priori quidem irruptione meminit monachorum Coprivunicensium, in posteriori vero, monasterii Zavichostensis Monialium S. Claræ, tunc direpti. Neuter tamen auctor, in alterutra vastatione, verbum habet ullum de monasterio Prædicatorum aut Fratribus tunc in illo cæsis, nedum de numero cæsorum aut prodigiosa martyrologii annuntiatione. Verosimile tamen est, illos aliosque forte religiosos, cum reliqua turba, morti datos fuisse, nisi fuga sese alio proripuerint. Constat quippe testimonio Cromeri pag.* 194, *monasterium Prædicatorum Sendomiriæ ab Ivone episcopo Cracoviensi , diu ante erectum fuisse, postquam nempe Hyacinthus, ejusdem Ordinis vir sanctus , in Poloniam Roma redierat sub annum* MCCXIX, *mortuus ibidem* MCCLVII.

De Prædicatoribus nulla mentio;

E

possunt tamen cæsi fuisse.

24 *Interim præmissa Dlugossi narratio in nonnullis vacillare dignoscitur, dum quod asserit , Indulgentias* ab Innocentio IV , *Sendomeriensi ecclesiæ collegiatæ concessas fuisse , conatur verosimilius reddere , apponendo ejusdem temporis notas, regnum scilicet seu ducatum Boleslai Pudici, et episcopatum Prandothæ, qui ambo sub pontificatu Alexandri IV , et aliquot annis post, floruerunt. Fateor , his temporum notis consentientibus, dubitari non deberet de veritate datarum ab Alexandro IV Indulgentiarum, nisi alia quædam admiscerentur, quæ etiam in Brevi Bonifacii VIII fere eadem leguntur, videlicet* Bedzanta decano et Alberto canonico Sendomiriensibus, interpellantibus, *illas a Pontifice Romano, ad quem ipsi ea de re fuerant missi, concessas fuisse. Iidem namque , solo Decani nomine paulo aliter scripto, memorantur in dicto Brevi, ad Bonifacium Indulgentias petitum venisse. Adde, quod Indulgentiæ , quas Dlugossus Innocentio IV adscribit , eædem sint quas Bonifacius concessit : quodque in Actis Actorum Officialatus consistorii Sendomiriensis , unde instrumentum Indulgentiarum, a Bonifacio concessarum, extractum nobis fuit, nullæ antiquiores Indulgentiæ reperiantur concessæ.*

Error Dlugossi in Innocentio Papa [illegible] :

F

25 *Hinc merito quis opinetur, Dlugossum in apocryphum quoddam scriptum incidisse, ubi Innocentius IV pro Bonifacio VIII, fortasse majoris antiquitatis amore, vel per errorem, suppositus fuit , et hinc ipse Dlugossus ad tempora Innocentii istius respiciens, nihil dubitaverit, quin sub eodem Papa præmemorati Decanus et Canonicus Sendomirienses nuntii Romam missi fuerint,*

alia in textu ejus observanda.

A *fuerint, qui tunc juvenilem ætatem vix poterant superasse. Aliud quoque in adducta, num.* 22, *Dlugossi narratione observari debet, ubi sub finem dicit, populum Polonicum ad merendum Indulgentias* pro die secunda Junii; quasi etiam reliquias martyrum, a tunc barbaris occisorum, honoraturum *singulis annis Sendomiriam accurrere. Observari, inquam, in his debet, vocem* tunc a barbaris occisorum, *non appellare* diem secundum Junii; *sic enim contradiceret sibi ipse, qui paulo ante scripsit, barbaros ab ineunte Decembri* tribus *tantum* mensibus *Poloniam populatos fuisse, atque adeo populationem diu ante mensem Junium desiisse: sed appellare tempus ipsum, quo in communi vastatione martyres occisi fuerunt, nulla diei ratione habita. Nota etiam, tunc occisos, non vocari a Dlugosso simpliciter martyres, sed* quasi martyres, *quam itidem particulam adhibet etiam Cromerus.*

Pag. 284, *Opinor, titulum ipsum*, De SS. Hilario et Valerio, *potius scribendum esse*, De S. Hilario seu Valerio. *Quia eadem videtur persona notari sub diversis nominibus; quorum ultimum* Valerius, *invenitur quidem in veteri breviario Narbonensi sic scriptum; sed nusquam invenitur locus inter antiquiores Episcopos Narbonenses, ubi apte collocari possit, nisi forte ipso tempore, quo Hilarius præfuit. Quin imo nihil magnopere de Valerio reperitur apud idoneos auctores, præter nomen, in prædictum breviarium Narbonense relatum, per errorem, ut videtur, librarii, qui* Valerius, *pro* Hilarius *scripserit, et eodem die ipsum collocavit, quo Hilarius colitur. Sed hæc suo tempore enucleari operosius poterunt, siquid novi argumenti supervenerit.* D C 1. NOT. 14

Pag. 284, *post num.* 5 *adde.* NOT 15

PARALIPOMENA D. P.

AD TOMUM PRIMUM JUNII

B E

Procedente secundi Tomi impressione allata.

S. Hilarii Carcasson. translatio

Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare, *inquit Ecclesiastes, hominem alloquens, eo properantem, ubi* nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia *erunt, quibus suppleatur quod quis potuerit et distulerit exequi, illum maxime quem declivis ætas propius urget ad mortem. Cum igitur de* S. Hilario, Carcassonensi Episcopo, *agentem Henschenium, meque ejus cœpta prosequentem, justo breviores esse coegerit defectus veterum monumentorum, ex quibus recentiorum scriptorum obscura tenuisque notitia suppleri illustrarique possit: hæc deinde nactus, differre in ultimum Tomum nolui, quem nescio an visurus impressum sim. Ea igitur dum primus Tomus imprimebatur allata, hic accipe in fronte Tomi secundi, insuperque alia nonnulla, similiter tunc observata circa sex primos dies. Egimus nos de Sancto illo ad diem* III *mensis pag.* 291; *ubi Comitis Rogerii, translatique coram eo corporis nonnullam quidem fecimus mentionem; sed ex sequentibus confirmandam aut etiam corrigendam, hoc modo.*

6 *Quod ad prædictæ translationis annum ac diem* C *attinet, eum cur laudatus Branche sub disjunctione posuerit,* DCCCCLXX, *vel* LXXVIII *quærere desines; si instrumentum tunc conditum et sacræ arcæ impositum consulas; sic enim orditur*; Anno nongentesimo septuagesimo octavo Kalendas Martii. *Hæc verba sine nota disjunctionis descripta legens, dubitaverit ille, utrum τὸ* octavo *referatur ad* Kalendas (*prout exigit Latinæ locutionis proprietas, dum in accusativo* Kalendas *exprimit*) *itaque designat præcedentem aliquem diem* ante Kalendas *numerandum, quomodo palam est notari annum* LXX *seculi* X. *an vero, secundum barbariem istius ævi, frequentissime scribentis* Kalendas *pro* Kalendis; *Idus pro Idibus, potius intelligi debeat res acta ipso primo die Martii anno* LXXVIII. *Quod autem hic debeat notari comma inter* Octavo *et* Kalendas, *ita ut ipsis Kalendis dicatur elevata sacra arca, persuadet* postero die Kalendarum *Martii secuta translatio, neque ad plures annos differenda sit scriptura donationis tunc a Comite Rogerio factæ. Ipsum Translationis instrumentum hic accipe, non immediate ex originali, sed ex aliqua MS. Historia loci, cui ipsum insertum fuisse ostendit particula conjunctiva* autem, *in principio, sic addita.*

Verosimilius facta an. 978.

a b 7 Anno autem *a* dominicæ *b* trabeationis nongentesimo Septuagesimo octavo, *c* Kalendas Martii, apud provinciam Carcassensem, imperante Rogerio Comite ejusdem provinciæ, Præsulatus etiam decus regente Præside Francone, in cœnobio almi Hilarii præsidente Benedicto Abbate, Deique dnutu et providentia actum est, ut concilio inito cum comprovincialibus Episcopis et Abbatibus, sanctissimi Præsulis et in mirabilibus clari Domini Hilarii artus, qui humo tegebantur a tellure, subreptos post altare Ecclesiæ Abbatiæ, quod egregius sanctusque Hilarius una cum vicinis circumquaque commanentibus Episcopis Consecraverat, cum honore tumularentur.

c quando coram Rogerio Comite,

8 Quamobremin postero die *e* Kalendarum Martii Conglobati sunt pariter prædicti Proceres, id est Rogerius Comes cum Conjuge sua Adalai, et Domnus Episcopus Franco *f* et Abbates Marinus et Benedictus ceterorumque tam Procerum quam etiam illustrissimorum virorum et Clericorum insignis turma, nec n et Pagensium *g* utriusque sexus copiosa plebs i prædicto cœnobio. Adduxerat autem præfatus Abb secum a radicibus Pyrenæi montis, exque arcisterio Cocciano in honore agiotati Cesurani construct m, structorem *i*........... laborisciùm. Hic cum trepidare cerneret ad tangendum sancti viri locellum, non solum Clericos, sed etiam Abbates atque Pontificem, fiducialiter accessit: et mausoleum cum chalybe dissolutum patefecit. Cumque ipse artifex, et plurimi qui circumstabant perspicacibus oculis, beati Viri vellent videre corpusculum, quia apert erat vas; per unius fere horæ spatium ita vacuum videre sepulcrum, ut nihil in eo nisi solum saxum inspicerent. Unde mœstificati omnes qui aderant, cum magno gemitu flectentes genua, cœperunt Dominum enixius exorare.

e elevato corpore S. Hilarii

f

g

h

F

i et ejus arca, ab Episcopo et Abbatibus reserata,

ipsum aliquam diu inconspicuum,

9 Ut autem sæpius ipse artifex obtutus suos cœpit reducere ad vas, illico sanctum conspexit corpus; et, Deo gratias, clamavit: addens et dicens, Ecce S. Hilarii corpus hic habetur totum, Quod omnes audientes aspexerunt, et ita ut ipse clamabat viderunt. Exinde dum cum laudibus deferretur super altare a Pontifice; ceteris fidelibus odor suavissimus emanavit de sancto corpore: et extemplo cæcus quidam qui aderat, illuminatus est. Quo viso, Episcopus, una cum Abbatibus ceterisque fidelibus, magno eum gaudio laudes cœperunt reboare

visu de redditum fuit,

cæcus illuminatus,

A re in altissimis Domino. Apertis denique ejusdem basilicæ januis, qui pro foribus erant intrantes, et miracula aspicientes, dominum laudabant gaudentes. Dehinc Missa a Præsule celebrata, et excubiis totam per noctem expletis, dies *k* altus illuxerat, in qua plebs innumerabilis ex urbibus in circuitu sistentibus advenerat.

k

10 Cumque a Præsule ut decebat recineretur Missa, statim ut benedictionem super populum dedit, puerulus quidem, a sua patria advectus, qui a matris alvo fuerat cæcus, apertis ocellis, luminis visu cœpit aspicere decus. Quanta autem tunc sunt in plebibus gaudia facta, nullo modo potest effari humana lingua. Sed quid dicam? tanta tunc temporis facta sunt miracula, per S. Hilarii gloriosa merita, quanta per hominum ora nequeunt *l* [efferre] labra. Posuerunt autem, ut decebat, Beatissimi membra post altaris arulam, in saxea arca; et in utroque latere duorum suorum alumnorum Benedicti Celsique indiderunt corpora *m*. In quo loco Dominus, per sancti Hilarii sociorumque ejus merita, insignia quotidie non desistit patrare miracula. Hoc autem statuimus non esse omittendum, quod prædictus Rogerius Comes, cum Conjuge sua, spoponderunt ante sanctissimi Hilarii sepulcrum, ut
B tale [edictum] promitteret propalari in publicum omnem redditum, quod ab antiquis Comitibus seu a se fuerat in eodem Cœnobio quolibet modo impositum, nullatenus ab aliquo vel a se deinceps esse exigendum; Quod et factum est.

item alius a nativitate talis,

l

ipsumque post altare reponitur arca, m

Comite varios fundos dono dante,

11 Nam cum artus beati viri essent super altare positi, præfatus Princeps sua cum conjuge accepto libello Regulæ remisit in manibus Episcopi et Abbatum; ita dicens: Ab hora hac nullum censum nullumque servitium hoc reddat monasterium; sed secundum Regulam sancti Benedicti, post hujus Abbatis obitum eligant sibi Abbatem; et nullus Comes neque Episcopus de ordinatione illa audeat accipere servitium. Sed neque de alobibus, neque de rebus ejusdem monasterii audeat quislibet aliquid tangere contra voluntatem Abbatis vel Monachorum. Spopondit autem et privilegium atque præceptum eisdem cœnobio acquisiturum, et duodecim Monachos omni anno vestiturum. Cujus rei testes sunt tam Proceres quam Abbates et ceteri qui aderant utriusque sexus vel ordinis. Hanc autem scripturam censuimus, qui adfuimus, in sepulcro beati Hilarii esse ponendam, poscentes eum, ut ipse pro
C nobis Dominum exoret quatenus cum illo vitam perfruamur æternam, per cuncta secula seculorum. Amen.

et Monachos a se dotatos privilegiis muniente.

ANNOTATA D. P.

a *Conjunctio* autem, *transitum notat ab una relatione præcedenti ad hanc sequentem.*

b *Id est* Incarnationis Dominicæ, *exemplo fortassis sumpto a S. Fulgentio, Ruspensi in Africa Episcopo, qui in serm.* I *de Stephano,* Heri, *inquit,* Rex noster trabea carnis indutus, de aula uteri virginalis egrediens, visitare dignatus est mundum. *Et huc spectarit plura scriptorum monasticorum exempla, adducta a Cangio in Glossario; non autem ad* Crucifixionem (*ut ille opinatur veluti a* Trabe *crucis sumpto etymo: nec enim quisquam in Galliis, nedum communiter, seculo* 10, *in quo versamur, Epocham annorum Christi posuit annum Crucifixionis seu Passionis, uti alibi quidam ante seculum* V.

c *Hic numerus utrum referatur ad* kalendas, *legendumque sit* Octavo kalendas, *prout exigit Latinæ constructionis proprietas, an per solœcismum medio ævo usitatissimum, dicatur* kalendas *pro* kalendis; *et numerus* octavo *referri debeat ad annum ut sit* 978, *dubitari potest. Primum tenent Guilielmus Catel. Hist.* D
Occitanæ lib. 4 *in Rogerio* 2 *pag.* 625 *ideoque rem actam scribit* 22 *Februarii; librario tamen mendo notatur ibi annus* 978, *quem haud dubie ipse voluit notare* 970, *idem tenent Gerardus de Vic, et qui nobis hoc instrumentum descripsit in sua post addita inscriptione Gallica malim tamen* τὸ Octavo *referre ad annum, ipsisque kalendis rem actam credere, licet per solœcismum.*

d *Ecgraphum nostrum,* adeoque, *incuriæ librarii adscribendo, ut patet, mendo.*

e *Fuit hic dies anno* 978 *(nam annus* 978 *in Galliis usque ad Pascha et diem* 20 *Aprilis currebat) dies Dominicus aptus ostensioni sacri corporis coram populo ad missam confluenti, prout mox factum denuo infra dicitur.*

f *Ecgraphum* Franconius.

g Pagensis *ejusdem districtus seu comitatus homines, a voce* pagus, *Pays.*

h *Hujus* Cocciani monasterii, *ad radices Pyrenæorum, necdum alibi notitiam reperit. Abbas ejus videtur fuisse supranominatus* Warinus *seu* Guarinus. *Quis autem sit* Agiotatus, *id est* Sanctissimus (*sic enim corrigo, quod corrupte invenio* Agiostratus *scriptum*) *quis, inquam, sit* S. Consurianus; *cui istud monasterium dicatum fuit, libenter docebor; ut ei locus detur* E
in opere nostro.

i *Videtur in ecgrapho locus relictus scribendo quod legi non potuerit nomini proprio Artificis seu fabri quem* Laboris citum *dictum his lego, corrigo autem* Labori-scium *sicut* omni-scium.

k *Scilicet* Dominicus.

l *Ecgraphum,* nequeunt hæc labra.

m *Horum nihil recensetur in recognitione anni* 1345.

Hactenus illustrata relatio, olim quidem (*ut apparet*) *ab oculato teste descriptum, sed fortassis diu post transscriptum, unde factum sit ut ipse Comes, qui in suo mox dando Privilegio se scribit* Rodgarium, *ex usu recentiori* Rogerius *istic nominatus inveniatur.*

PRIVILEGIUM RODGARII.

Patres decreverunt temporibus priscis et sanxerunt legaliter, ut donationis textus firmiter sub scripturarum titulo roboraretur cum testibus. Christi vero annuente clementia, Ego Rodgarius *a* Comes simulque cum conjuge comitissa Adalayce, seu Regimundo sobole *b* atque Bernardo sobole, qui necdum est latice consecratus baptismatis, pietate compunctus, reminiscensque quia dicitur admonitione prophetica, Date Eleemosynam et ipsa orabit pro vobis ad dominum; itemque, Sicut extinguitur ignis ab aqua, ita extinguitur peccatum eleemosyna; et alibi, Eleemosyna de morte inferni subtrahet animam; expavescensque mortis ergastulo, cogitare cœpi qualiter cum Sanctis manerem in paradizo. Quamobrem volo ut, sicut mihi in animo venit, sit notum fidelibus Christianis. F

a

b Comes saluti suæ volens consulere per eleemosynas,

13 Cum ergo venisset injuste *c* Oliba Comes contra me cum exercitu magno hostiliter, in magna ferocitate et impetu suæ virtutis; et devastasset in igne et præda super terram nostram omne quod potuit; cum ego Rodgarius Comes persequerer; non [eram] confidens in nostra virtute, nec in manuum auxilio; sed in misericordia Domini speravi et beatum Episcopum Confessorem Hilarium deprecatus fui, ut pro nostra victoria Dominum deprecari non dedignetur. Cum Ergo reverterer ego Rodgarius, et omnes nostros fideles vidissem incolumes et absque vulnerum signo; cognovique inimicos mortuos et vulneratos atque in fugam conversos; intellexi quod Hilarius almificus et deprecatus

c et gratus esse pro victoria per S. Hilarium obtenta,

A precatus pro me Dominum fuit, et (ut fertur) nonnulli ante me eum præire viderunt. Spopondique ego Rodgarius Comes ibi in campo, ut alodes meos quorum hæc sunt nomina, Venancianum cum ecclesia S. Mariæ, cum villariis et apendenciis, et decimis et primitiis, et omnibus ad supradictum alodem pertinentibus; Villare assinario, cum ecclesia S. Cypriani, cum suis decimis; Nonnonem villare, cum ecclesia S. Saturnini, cum suis decimis; Karaneanum *d*, cum ecclesia sancti Michaelis, cum suis terminis atque decimis; Queuciago *e* cum ecclesia S. Petri, cum suis decimis, sicut priscis temporibus Domini qui fuerunt, de jam dictis alodibus tenuerunt *f* dominationem.

donat ejus monasterio

14 Donamus itaque ego Rodgarius Comes, et conjux nostra Adalaicis comitissa, supradictos alodes sicut jam resonat ad cœnobium, quod est consecratum in *g* B. Saturnini honore, ubi mauseolatus *h* B. Hilarius miro honore quiescit. Jubemus ergo ut Benedictus Abbas, et grex qui ibi Domino serviunt, vel in antea est serviturus, super eos alodes teneant in stipendia Monachorum, et in Eleemosynis pauperum, et in omne opus illorum: et non sit licitum Potestatibus ullis, nec
B Regibus, neque Comitibus, vel Pontificibus seu Abbatibus, aut Monachis, neque ulli sexui hominum, usurpare aliquid de supradictis alodibus, nec minuere ex rebus Monachorum. Et sunt isti alodes infra fines vel terminos *i* Carcassenses; ut mihi vero videtur, *k* affrontationes habent de parte Altano in Malavento vel Occiolos, et in Rivo qui inde discurrit de meridie in [summa serra vel Capraria] *l* et Ministrolo. De Circis in Barinis, sive in Salis, de Aquilone in Pojo vel Naderno, *m* quantum ego Rodgarius Comes tenere *n* vel habere debeo infra istas quatuor affrontationes, cum terminis et limitibus et fundis et possessionibus ad jam dicta peculia *o* pertinentibus, cum terris et vineis, pratis et pascuis, viæ ductibus vel reductibus, arboribus et molendinis, aquis aquarumque decursibus, tam divisum quam ad dividendum, tam quæsitum quam acquirendum, omnia et in omnibus, sicut superius scriptum est, et in antea acquirere potueritis, sic donamus ad supra memoratum S. Hilarium ejusque servulis, pro dei amore et animarum nostrarum seu omnium parentum nostrorum.

ubi ejus corpus servatur,

fundos varios in ditione Carcassonensi:

15 Quod si nos Donatores, aut aliquis de filiis, vel fratribus, aut consanguineis, vel successoribus nostris, aut quislibet homo per subrogatam personam fuerit, qui contra hanc chartam donationis
C surrexerit ad irrumpendum; in primis omnipotentis Dei iram incurrat, et ecclesiæ januas ingredi non valeat, confessionem Sacerdoti non valeat loqui, et a sancta Communione privetur; et sicut Dathan et Abiron vivos terra absorbuit, ita illi absorbeantur ab igne et sulfure inextinguibili; mortemque quam Anania et Safira præsente Apostolo Petro pertulerunt in corpore, hanc et illi, qui conati fuerint de supra scriptis rebus auferre, in corpore sentiant et in anima; et quod petunt non acquirant, sed in duplo S. Hilario componere faciant, et in antea donatio hæc firma et stabilis permaneat omni tempore. Facta est scriptura hæc donationis in mense Augusto, anno XXVII *p* Regnante Leutario Rege. Rodgarius Comes. Izarnus Monachus et Sacerdos, jussus a Superioribus, scripsit. *q*

sub terribili interminatione contra eorum invasores,

et chartam signat an. 27 Clotharii R.

ANNOTATA D. P.

a *De hoc Carcassonensi Comite, sui nominis, secundo agit Catellus, ut dixi, idque ex ipsis, quæ damus, monasterii documentis: ubi etiam verbotenus producit præsentis Instrumenti contextum. Oportet autem valde longævum hunc fuisse, si filius fuit Rogerii,* D
nomine et titulo primi Comitis Carcassonensis. Etenim, ex præcepto nobilissimi Comitis Carcassonæ, nomine Rogerii, *scriptum invenitur instrumentum Translationis S. Antonini Mart. Apamiensis 2 Septembr.* anno octingentesimo octuagesimo septimo, decimo octavo kalendas Junii: *quod instrumentum valde optamus pro isto mense Septembri adipisci. Porro* Rogerius II, *sub Ermengardo Archiepiscopo Narbonensi dicitur anno 974 interfuisse Concilio cuidam; cujus tamen Concilii notitia necdum reperitur in corpore Conciliorum.*

b *Præter hos duos fuerit et filius* Petrus, *cum patre suo præsens dicto Concilio; hic autem præteritus, quin forte præmortuus.*

c *Hunc* Olibam *Catellus appellat* Comitem Besaluensem et Ceritaniæ, *vulgo* Cabretam *dictum, filium secundo genitum Mironis Comitis Barcinonensis.*

d. *Catel.* Carantrivo, *quod aliaque hic nominata loca, ubi et an supersint, Carcassonensibus relinquo requirendum.*

e *Idem* Quenoxiaquo.

f *Idem* Donationem. E

g *Intelligo* S. Saturninum, *Episcopum et Apostolum Tolosanum, qui colitur* 29 *Novembr.*

h Mauseolum *medio ævo frequentius quam* Mausoleum; *unde* Mauseolare, *tumulare.*

i *Catello exciderunt hæc verba.*

k *Apud eumdem legitur* Confrontationes.

l *His quoque omissis sis porro, et perfectius fortassis, habet Catellus,* Et Minestrelo, vel in Vilabassino de Circio in Varinis seu in Sabba.

m *Idem* in Aladerico.

n *Idem* in alodem teneo, vel.

o *Idem* prædia.

p *Idem male* XC. VII. *Cœpit autem regnare* Lotharius *a morte Regis Ludovici Transmarini patris sui, 12 Novembris an. 954, atque adeo hic annus regni 27, mense Augusto anni 981 adhuc currebat.*

q *Hæc subscriptio deest Catello: Testium vero supra promissorum nomina mirum est, et hic, et ibi desiderari.*

PROSA DE S. HILARIO.

Venerandæ venustatis,
Mater * miræ claritatis,
Laudetur Ecclesia: F
Quæ tot viros sanctitatis,
Stolis albis duplicatis
Coronat in patria.
Sed in prima statione
Fuit, certans in agone,
Beatus Hilarius.
Pro te, Christe Jesu bone,
Præsul extans Carcassonæ
Fide fulsit clarius.
Cumque finis propinquaret,
Ecce sibi vir apparet
Quidam splendidissimus.
Dicens, ut consideraret
Regionem, quam donaret
Post finem Altissimus.
Quo de mundo sic sublato,
Clamque suo tumulato,
Loco seu cœnobio:
Eo tandem revelato,
Multo Clero congregato,
Cum Duce Rogerio;
Dulcis odor emanavit,
Qui cunctos exhilaravit,
Mox translato corpore

Verum

A Verum Deus augmentavit
Quia cæcis restauravit
Visum illo tempore.
Ut scriptura innotescit ;
Plura quoque Deus fecit
Per ipsum miracula.
Illud vero quod adjecit ,
Cum uxore seu concessit
Comes mente sedula :
Et signanter, post fugatum
Cum suis ac debellatum
Tolosanum Comitem ;
In quo scivit se juvatum ,
Velut sibi demonstratum
Fuit per Antistitem.
Ob hoc dedit census , jura ,
Cum capellis castra , rura ,
Decimas , allodia.
Sibi credens profutura ,
Sicque pœni Dei cura
Sub cœli custodia.
Ergo hic sanctus Confessor,
Sit pro nobis intercessor
Apud Deum carius :
Ut cœlorum sit possessor,
B Loci quisquis est successor
Ut Præsul Hilarius. Amen.

17 *Non esse Prosam hanc adeo vetustam , ut possit videri composita tempore ipsius Rogerii Comitis, aut etiam proximo seculo, persuadet* Comes Tolosanus, *sine nomine hic obtrusus , tamquam proximus ; cum hostem suum ipse Rogerius nominet* Olibam , *celebrem in Pyrenæis Ceritaniæ Comitem : Tolosani autem Comites seculo isto* 10 *fuerint ab anno* 919 *solum tres* , Eymericus , Raymundus, *et* Guilielmus. *Hoc notato, transeo ad novam sacrarum Reliquiarum inspectionem, seculo* XIV *factam , de qua instrumentum tale accepi.*

Anno 1345 Episcopus Carcasson

18 Universis Christi fidelibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint , tenore præsentium notum fiat, quod anno Nativitatis Domini MCCCXLV, die VIII mensis Octobris..... Nos Gaucelinus , Dei gratia Carcassonensis Episcopus, existentes intra ecclesiam monasterii B. Hilarii nostræ Carcassonensis Diœcesis , adhibitis et vocatis nobiscum et præsentibus ibidem venerabili D. Jordano , Abbate dicti monasterii, et Religiosis Guilhelmo de Podiociorano, et Innocentio de Bonosis de indoleriis et Pomariis, Præpositis ; Guilhelmo de Pulchro-castro
C Sacrista ; Bertrando de..... Bertrando de Liciato Priore Claustrali , et Petro Xendi de Archiis Monacho dicti monasterii ; nec non Domino Berengario..... Vicario nostro Generali ; et Fratribus Bernardo Bricii, Lectore Conventus reverendorum Fratrum Prædicatorum , et Joanne de Valle , ejusdem Ordinis, Socio nostro ; retro altare B. Hilarii, in muro ecclesiæ, ubi fama antiquitus crebrescente Reliquiæ nonnullorum Sanctorum requiescere in pace dicebantur, perfodi fecimus seu cavari.

jubet de post altari extrahi sacram arcam

19 Ubi tandem apparuit quoddam armarium , artificialiter fabricatum : et intra dictum armarium sub una poste, præ nimia antiquitate jam consumpta, comperimus capsam plumbeam, cum Cruce desuper apposita. Quam adaperientes , invenimus capsam unam, ab intra medionatam seu partitam ; et a parte sinistra pannum pulvere beatarum Reliquiarum plenum ; et desuper laminam seu tabulam plumbeam , in qua erat sic desculptum SANCTUS SATURNINUS : et a parte etiam dextera erat pannus, pulvere et ossibus Sacrarum Reliquiarum plenus , et desuper tabulam seu laminam plumbeam , in qua erat sculptura talis , BEATUS HILARIUS. Quibus talentis pretiosis , quæ sub specu muri prædicti diutius latuerant , ad laudem Dei et suorum Sanctorum suis fidelibus modernis temporibus cum gaudio revelatis , conventui Monachorum ipsius monasterii , et populo ibidem in villa degenti , ad tantæ laudis præconium concurrentibus, et una nobiscum rei veritatem cernentibus , laudes exsolvimus cum jubilo altissimo Redemptori ; qui suos Sanctos, nedum in cœlis magnificare , sed etiam a suis in terris fidelibus facit jugiter venerari. D

in qua repertæ SS. Saturnini et Hilarii Reliquiæ;

populo fideli commendatur,

20 Sane ne, post tanta cœlitus recepta beneficia, videamur ingratitudinis vitio denotari ; omnibus ac singulis Christi fidelibus utriusque sexus , vere pœnitentibus et confessis, qui limina sanctorum prædictorum intra monasterium prædictum infra annum proximum visitabunt personaliter, seu manus suas ad opus fabricæ dicti monasterii infra dictum annum porrexerint adjutrices de auctoritate et misericordia Dei omnipotentis, BB. Apostolorum Petri et Pauli , et SS. Nazarii atque Celsi confisi, quadraginta dies injunctæ sibi pœnitentiæ misericorditer relaxamus. In quorum testimonium atque fidem sigillum nostrum nostris præsentibus litteris apponi fecimus. Actum et datum, anno, die et loco supra dictis. Indictione decima quarta, Pontificatus sanctissimi Patris et Domini nostri , Clementis divina providentia Pontificis sexti anno quarto. E

per 40 dierum Indulgentias:

optatur arcæ illius delineatio,

21 *Armarium , in quo dictæ reliquiæ repertæ fuerunt , videtur fuisse ligneum, hodieque adhuc superesse (vulgo dicta* tumba S. Hilarii) *atque ex omni latere historiarum ; sicut indicant delineationes pariter nobis missæ. Sed tam confusæ et imperfectæ , ut nulla idea vel per conjecturam possit formari. Si aliam distinctiorem laterum singulorum delineationem mittere curaverint ii quorum interest ; non gravabor illam æri insculpendam dare in appendice ad tertium vel quartum tomum hujus mensis. Interim latine reddo natalem Reliquiarum , indidem missam hoc tenore ;*

I Capsa argentea, ubi sunt Reliquiæ SS. Saturnini et Hilarii , et duæ statuæ representantes ipsos sanctos, cum mitra et pedo.

II Pecten *(si tamen recte interpretor quod gallice invenio scriptum* un pigne , *et explico* peigne) pecten, *inquam* , eburneus S. Hilarii.

III Cingulum rubrum ejusdem Sancti , cum funiculis , quod servit facilitandis mulierum puerperiis.

IV Annulus aureus, arthriticis salutaris, quo mediante fiunt adhuc multa miracula.

V Pars ex brachio S. Hilarii , brachio argenteo inclusa ; pro cujus particula obtinenda Ludovicus XIII misit , cum anno 1642 esset in obsidione Perpinianensi ; et obtentam magno cum honore ac F reverentia excepit.

Pag. 285, *col.* 2, *lin.* 4, *post hæc verba — coluntur que* XXVIII *Junii* — adde — *ubi hæc controversia discutietur — deinde dele cetera usque ad num.* 4. NOT 16

Pag. 295, *col.* 1 *Annotatio* e *sic mutetur,* Mariam Magdalenam *intelligit proculdubio Auctor, quam ejus ætatis vulgaris opinio cum* Muliere peccatrice *confundebat, cui pedes Domini lacrymis suis apud Pharisæum riganti, benignus Jesus remitti dixit peccata multa, quia dilexit multum : sed melius istæ distinguentur, uti jam pridem viri docti notarunt, et nos probabimus suo tempore.* NOT. 17

Pag. 332 *num.* 5, *versu* 5, *dele*, extensis in — *cum versu sequenti, ac repone — qui utique repræsentat S. Hugonem, monasterii Cluniacensis Abbatem, et* S. Morandi *in vita monastica, magistrum. Ambo sinistra manu pedum gestant abbatiale, quod ex ignorantia pictoris appositum sit* S. Morando, *dextra vero elevata sustinent aquilam etc.* NOT. 18

Pag. 340, *col.* 1, *lin.* 4, adde — *Non ausim sustinere, alterum eorum esse ipsummet* S. Morandum, *sicuti mihi suggerebat memoria, cum hæc imprimerentur, interim dum Vienna expectabatur ectypon æri incidendum* NOT. 19

A *incidendum, hoc enim viso, statim judicavi non convenire* S. Morando *pedum Abbatiale, quale utriusque sinistra æqualiter tenet. Opto igitur ut felicior alius, ex additis scutis tesserariis vel aliunde dijudicet, nosque doceat, quinam sint : nam insignia, pluribus in Germania familiis communia esse dicuntur; et nisi forte propria monasteriorum quorumdam sint, nihil docere nos possunt. Interim intelligo iconem pictam apud Canonicos Regulares Augustinianos ad S. Hippolyti, fundatos a S. Adalberto Archiepiscopo Pragensi, qui dimisso Episcopatu aliquamdiu inter Monachos Græcos ad SS. Bonifacii et Alexii Romæ vixit.*

nor. 20

Pag. 341 *in fine adjungatur.*

§. VIII. De vita S. Morandi a Lambecio edita, et de quibusdam, in Codice MS. Cæsareo vitæ præmissis.

Visio S. Morandi

Meminimus, *paragrapho primo hujus Commentarii nostri num. quinto, libelli singularis de Vita* S. Morandi, *quem invenimus anno* MDCLXXXVIII *in Augustissimi Cæsaris Bibliotheca sub numero* 268, *pereleganter descriptum : non tamen magnopere tum curavimus, aliis magis necessariis distenti; quia sciebamus,* B *Vitam illam, sub eodem principio, penes nos esse. Incidi postea in Commentarios Petri Lambecii de eadem Bibliotheca Cæsarea, in quorum tomo* 2 *pag.* 886 *tractat Commentator de memorato libello, et præter jam dicta a nobis, ipsamque* S. Morandi *Vitam, notat in eodem libello extare hunc titulum :* Visio S. Morandi abbatis, patroni capellæ fundationis nobilium de Trina, in wiennensi ecclesia, cujus festum ipso die S. Erasmi festive ibidem celebratur; ad beatum facta Bernardum. *Sequitur deinde* EPITAPHIUM, *quod ego ipsam Visionem interpretor esse, quodque, teste Lambecio,* Paulus de Stockereau (*alius* Stekeraw *scribitur)* refert, a S. Morando in honorem S. Bernardi instar dialogi fuisse compositum. *Epitaphio, versus viginti tres complexo, subjungitur a Paulo hæc subscriptio :* Divi Morandi abbatis, ex illustri Principum Austriæ genealogia progeniti, divo Bernardo abbati Clarævallensi interni amoris glutino confœderati, B. Bernardi obitum audientis, Claram-vallem requieique suæ locum adeuntis, rursumque Bernardum pridie defunctum honorificeque, ut decuit, sepultum, præfatis Dialogi versibus alloquentis, de Clara valle Wiennam allatus Dialogus finit C feliciter. Anno Domini MCCCCLXXXII.

seu epitaphium S Bernardi.

An Abbas fuerit Morandus?

53 *Nonnulla in his animadversione digna occurrunt, ac primum quidem doceri velim, cur Paulus iste S. Morandum faciat* Abbatem. *Nihil de tali ejus dignitate comperio in Actis aut alibi, quod id verisimile reddat. Certe Oddo Cluniacensis ecclesiæ minister et abbas, anno* MCCCCXXXVII *in Capitulo generali Ordinis, S. Morando festum* XII *Lectionum decernens, non aliter ipsum vocat, quam* Cluniacensis ecclesiæ claustralem monachum ; *uti in tabulis ea de re conditis, et supra* § IV *allegatis, videre licet. Verius est, quod Patronus sit cappellæ, per Nobiles de Tirna fundatæ in ecclesia S. Stephani Viennæ; videlicet (ut ex Wolfgango Lazio habet Lambecius)* per Udalricum de Tirna ejusque conjugem Bertham et sorores Adelhaidem et Elizabetham anno Christi MCCCXXVI. *Festum Sancti cur Viennæ* celebretur ipso die S. Erasmi, *id est secundo Junii, causa non redditur : fortassis quia tunc Reliquiæ ibi fuerunt elevatæ, vel quia sequens dies, qui proprie natalis Morando et cultui ejus sacer est, alio impeditus fuerit Officio. Quod visio S. Morandi dicatur facta* ad *B. Bernardum, intelligam,* apud *illum factam esse; si verum est, quod postea subjungit Steckeravius, Morandum paulo post obitum S. Bernardi, ad tumulum ejus accessisse, idque* D *ipsum* præfatis Dialogi versibus allocutum fuisse, *et Auctorem illorum versuum esse : quod sola Steckeravii fide ausim credere.*

Est Patronus sacelli alicujus Viennæ

ibique colitur 2 Junii.

Datur pars epitaphii.

54 *Ita incipit, seu Visio, seu Epitaphium, seu Dialogus iste; Bernardo ordiente, Morando respondente.*

Bern. Mira loquor, sed digna fide *Mor.* Bernarde, quid hoc est ?

Vivis adhuc? *B.* Vivo. *M.* Non es ergo mortuus ? *B.* Ey !

M. Et quid agis? *B.* Requiesco. *M.* Taces, an faris ? *B.* Utrumque.

M. Cur taces ? *B.* Quia dormio, *M.* Cur loqueris ? *B.* Quia vivo. *S.*

Simili tenore sequuntur porro alii tredecim versus hexametri. Tum denique, solus Morandus Epitaphium claudit per tria disticha, alternis versibus hexametris et pentametris composita, a loco et nomine Clara-vallis *laudes Bernardi canens. Nota autem, versu tertio legi.* Clarus annis et clarior meritis, *pro quibus hic repono,* Clarus avis claris meritis, *Item, versus quarto deficere, quæ his* [ ] *per conjecturam includo.*

Sunt Claræ-valles ; Claris sed vallibus Abbas
Clarior, his Clarum nomen habere dedit.
Clarus avis, Clarus meritis, et Clarus honore : E
Claruit [at vera] relligione magis.
Est mors Clara, cinis Clarus, Clarumque sepulcrum :
Clarior exultat spiritus ante Deum.

Sufficiat hoc specimen Epitaphii, qui reliqua volet, adeat, Lambecium.

An Morandus Principibus Austriæ ortus sit.

55 *Quod porro in subscriptione Steckeravii, S. Morandus putetur* ex illustri Principum Austriæ genealogia progenitus ; *confirmari potest ex eo, quod Principes illi singularem animi sui venerationem erga ipsum et ejus monasterium perpetuo ostenderint, cultumque etiam propagaverint adusque Viennam Austriæ; uti ex præmissis constare potest. Neque hic me moratur Lambecius, qui suspicatur (putem falso) Steckeravium familiam Habsburgo-austriacam ab* origine gallicana *deducere. Hac de origine hic nobis non agitur. Major est et illustrior antiquitas ejus, quam ut conjecturis et cavillis genealogistarum stabiliatur magis. Nos jam diximus, Morandum non in Gallia (nisi sumatur juxta Romanorum, antiquam divisionem), neque in loco, ubi lingua gallica ejus tempore, et nunc, præcipuo in usu est, natum fuisse : idque porro contra opinionem Lambecii, vitiosa lectione decepti, monstrabimus ex Actis correctioribus nostris.* F

Epitaphium non est Morandi.

56 *Accepit Steckeravius Dialogum prædictum anno* MCDLXXXII *(certe tunc descripsit) ex* Clara-valle, *uti ait,* Viennam allatum. *Ex quo verisimile fit, in Clara-valle compositum fuisse, quocumque demum auctore. Neque enim credi potest a Morando, quamvis ejus præferat nomen, scriptum fuisse; tum quod ille ante S. Bernardum, supremum debet obiisse diem ; tum quod Altkirchii* audiens Bernardi obitum, *non potuit* Claram-vallem adire *tantillo temporis spatio, ut* pridie defunctum, honorificeque sepultum, præfatis Dialogi versibus *ad tumulum alloqueretur ; quod vel stulte finxerit Poeta, vel imprudens scripsit Steckeravius : scripsit tamen.*

qui vivente adhuc S. Hugone

57 *Colligamus, quantum licebit, Morandi ætatem. Ex num.* 4 *et* 5 *Vitæ habetur, jam sacerdotii sacro Ordine initiatum fuisse, quando instituit peregrinationem ad limina S. Jacobi in Gallecia ; atque inde concluditur, tricenario) tunc majorem fuisse. Ante illam quippe ætatem, temporibus istis presbyterum ordinari fas non erat. Tum rediens a S. Jacobo, Cluniaci vitam monasticem amplexatus est ; ibique sub disciplina S. Hugonis Abbatis tamdiu vixit profecitque multarum virtutum exercitatione, ut fama sanctitatis inclaruerit longe lateque :*

A *lateque : unde et factum est (quod num. 6 narratur) ut Cluniaco abductus sit, annuente S. Hugone, in Arverniam, ad reformandum illic suis monitis et exemplis monasterium quoddam multorum Fratrum; ubi clarior etiam inclaruit fama virtutum ejus, conveniebaturque e longinquis partibus, benedictionis ejus accipiendæ gratia.*

fit deinde sexagenarius

non potest S. Bernardo supervixisse.

58 *Quanto tempore commoratus utrobique in loco sit, non est facile dictu. Circumstantiæ possunt suadere, viginti fortasse annos, aut etiam plures, utrobique transegisse, antequam tiro, ab ingressu Religionis ad tam sublime perfectionis culmen et secutam inde celebritatem famæ pervenerit. Si ita mecum ponis, jam annos aliquot quinquagenario major fuit, quando in Suntgoviam ex Arvernia profectus est, superstite adhuc Cluniaci Hugone; uti e num. 8 constat. Obiit autem Hugo anno* XI *seculi* XII. *Quando præsumi potest, Morandum, post aliquot annos in Suntgovia transactos, circiter sexagenarium fuisse. Quod et valide confirmatur ex eodem num. 8, ubi dicitur, quando in Suntgoviam venit, jam tum* senex *fuisse* venerandus *et* cygnæa albedine respersus : *ut vel tum sexagenarium ætatem habuisse, existimari possit. Jam vero S. Bernardum Hugoni supervixisse constat annos, minimum,*
B *quadraginta quatuor; quot si senio Morandi addantur, ætas ejus universa centenarium multum superaverit, quod sine teste aut indicio meliori, quam sit Dialogus iste, non consentiam : neque tali ætate libuisse Morando crediderim, festinanter per montana Claram-vallem petere, ut ubi Bernardum inviseret ægrotantem, qui nescitur, ex quo in Suntgoviam venit, inde pedem alio ad longum iter extulisse.*

Vita ejus secundum Lambecium,

59 *Redeo ad libellum Steckeravii, in quo, post jam memorata, sequitur* Vita S. Morandi *(verba sunt Lambecii pag.* 888*)* ab anonymo quodam fere coætaneo conscripta et in lectionibus sex divisa; quæ quidem ab Andrea Quercetano in Bibliotheca Cluniacensi jam pridem edita est, sed secundum exemplar MS. non solum mutilum, verum etiam maxima ex parte mutatum ac depravatum. *Ita est. Ac pergit :* Quamobrem operæ pretium me facturum arbitror, si eam vitam hic publicavero integram, quemadmodum in præstantissimo codice MS. Ambrasiano a me reperta est. *Ut ut præstantissima Lambecio sit sua illa vita, nihilominus induxit eum, ex depravata librarii scriptione, in opinionem de patria et vernacula lingua Morandi, plane alienam a vero; dum credit ac tuetur, Morandum patria et lingua vernacula Gallum fuisse;*
C *cum tamen Wormatiæ operam studiis puer dederit, non procul inde ortus; et, ob peritiam linguæ Alemannicæ, quam ante ipsum, missi Altkirchium alii monachi Cluniacenses ignorabant, eodem ex Arvernia vocatus sit. Nec verior est opinio ejusdem Lambecii, qua putat Morandi temporibus, exeunte seculo* XI, *in Burgundia et monasterio Cluniacensi obtinuisse idioma Alemannicum, Germanis vernaculum; Altkirchii vero in Suntgovia, Gallicum.*

inductum in errorem

ex depravata lectione,

60 *Contrarium inferri potest, tum ex ipso situ utriusque loci; tum ex hodiernæ linguæ utrobique usu. Etenim sita sunt, Cluniacense monasterium in Burgundia Gallicana, quæ Francici jam olim juris fuit; Altkirchium vero in Suntgovia, quæ antequam Morandus eo venit, annumerabatur Alemanniæ, ac dirimit, saltem ex parte, Burgundiam illam a Germania transrhenana, inter utramque regionem media. Quomodo igitur factum sit, ut Burgundia Ducatus, et in illa Cluniacenses, usi fuerint tempore Morandi lingua Germanica; et Suntgovia, in eaque Altkirchienses, lingua Gallica; atque exinde lingua utrobique vernacula, in diversam mutata sit? Qua, quæso, occasione, aut quo tempore? Induxerit Lambecium lectio sua vitæ S. Morandi, prout § sequenti inter variantes lectiones, ad numerum 8, notabimus, in talem errorem. Nostra lectio clarior ibi est et genuina.*

61 *Nec obstat, quod lectio nostra, initio vitæ habeat, Morandum ex* partibus Galliæ *ortum esse. Id enim jam explicavimus commode; et Quercetanus contractiorem ejus vitam in Bibliotheca Cluniac. col.* 501, *sic orditur :* Beatus Morandus ex Germaniæ partibus, nobilissimis est ortus natalibus. *Quod autem num.* 7 *habet lectio nostra æque ac Lambeciana : Fratres, ab Hugone Cluniaco dimissos;* Galliarum invectos partibus ; *eodem modo, ut supra, intelligi potest juxta Annot. nostram* a et c, *ad cap.* I *vitæ. Attamen magis pronum est credere,* Galliarum, *utrobique et forte alibi scriptum esse, pro* Alemannorum *aut* Germanorum. D

quæ Gallia pro Alemannia non semel habet.

Citatus namque Quercetanus, col. 503, *clare dicit,* beatum virum *Morandum* ad Germaniæ partes *transmissum fuisse. Et paulo ante, tam nostra num.* 7, *quam Lambeciana editiones docent, primos Fratres Cluniaco illuc missos,* diutina quidem monastica disciplina probatos, sed idiomatis penitus ignaros *fuisse, videlicet Germanici : ideoque mox adscivisse Morandum, uti paulo post scribit Auctor vitæ, qui se Germanum prodit; quia* nostræ locutionis modulum non noverant, *nempe primum Cluniaco missi, in quo monasterio tunc temporis indubitate in usu erat, æque ac nunc, Gallica. Accipe nunc lectiones variantes, quæ ex collatione vitæ* E
Morandinæ nostræ cum editione Lambeciana, diligenter collegimus ad majorem Actorum illustrationem.

§. IX Variantes lectiones in Vita S. Morandi ex editione Lambecii, comparata cum nostra : item nostræ ad illas Annotationes aliquot.

P*agina nostra* 349 *num.* 1 *versu* 12, recesserit et — *Adde ex editione Lambecii,* tempus sibi indultum non in vacuum deduxerit, sed —

Num. 2 ℣ 19. ingrati — *sequentia sic leguntur melius apud Lambecium* — perceptores, pauca de pluribus colligamus ; et, licet inertes, qualicumque tamen schemate ab ipsius viri infantia gesta scribere incipiamus, et posteris nostris legenda relinquamus ; —

Num. 3 ℣ 6, locupleti — *Corrige sequentia ex eodem* — et quia totius felicitatis suæ Deum diligebant auctorem, talem justitiæ suæ meruerunt habere heredem. —

℣ 14. ineuntes — *Lamb.* intelligentes —

℣ 20. *Loco* [indicassent] *quo ego defectum suppleveram, Lamb.* detexissent. —

Num. 4 ℣ 10. præcinebat — *Lamb.* — præcinebatur.

℣ 15 hilaris — *Lamb.* — humilis F

℣ 22. hominibus, — *Lamb.* — omnibus

Num. 5 ℣ 1, formosissimus — *Lamb.* famosissimus

℣ 20, pervenit : — *Lambecius addit,* cui illico occurritur ab omnibus, et a pio Patre suscipitur ut filius. moxque —

Num. 6 ℣ 2, Arvernis — *Lamb.* — a veris Christi —

℣ 9. Quem mox assumptum [ducens] — *Lamb. rectius* — Quo mox assumpto — *Nos ad complendam orationem addideramus* [dicens].

℣ 11, commendavit *etc. Pro quibus Lamb.* — commendat. Verum quantis inibi vir Dei virtutum claruerit signis, frequens turba peregrinantium, ob benedictionis gratiam etiam ex nostris partibus ad eumdem confluentium, declaravit; quæ eum in nostris partibus vulgari laude extulit. —

℣ 19, nulli — *Lamb.* nulla

℣ 23, quibus suis — *Lamb.* quibusve

Num. 7 ℣ 2 Pferto — *recte. Lamb.* ferreo

℣ 3, Francorum — *Et hoc melius, quam quod apud Lamb.* Senatorum — *Pro quo tamen ipse in Notis observat, legendum potius* Sequanorum ; *nec male.*

A ℣.22 utensiliis — *Lamb.* — utensilibus

Ibid. qui cum convocatis delegatis sibi — *Lamb.* — qui convocatis subdelegatis sibi —

℣ 28. Principum — *Lamb.* — principis

℣ 34, pepererunt — *Lamb.* — Domino pepererunt

Num. 8 *ver.* 2, cum Principis sui litteris — *Lamb.* — cum Principis litteris precatoriis —

Ver. 6, opportunitatis — *Lamb.* — inopportunitatis.

Ver. 8, asserens, se suosque — *sequentia sic leguntur apud* *Lamb.* comites Gallicum ignorantes, Alemanniæ sine interprete minime profuturos esse. *Destruit se ipsam hæc lectio. Quis enim credat, Fratres in Cluniaco diu institutos indeque emissos, omnes ante seculo XII ignorasse idioma Gallicum? Item, ob ignorationem talis idiomatis non potuisse tunc Alemannis prodesse? quos novimus a primis post Christum seculis insedisse regiones Germaniæ ad Rhenum superiorem, ac longe ultra, uti et territorium Basiliense et Suntgoviam, quam ipse etiam Auctor vitæ hic vocat* Alemanniam. *Et credemus, illos, post decem seculorum in Germania commorationem, tempore S. Morandi magis*
B *Gallice locutos fuisse quam nunc? Rectius lectio nostra et clare, dum ait asseruisse Constantium Hugoni; se* suosque Gallicos sine interprete minime profuturos Alemanniæ esse. *Quibus verbis manifeste indicatur, Cluniacenses tunc fuisse Gallos atque adeo Gallicum idioma habuisse: aliud vero viguisse in Alemannia, quod ipsi ignorabant. Et hac de causa* Alemannicus, *ut mox dicetur, eo directus fuit, Morandus noster.*

Ver. 12, quem habebat Alemannicum — *Lamb.* — quoniam habebat Gallicum. *Hæc atque depravata lectio, ac superior. Patebit ex integra oratione. Hugo Constantium, qui rogabat sibi concedi scientem Alemannice, misit* in Arverniam, ut beatum inde Morandum, quoniam habebat Gallicum (*nostra lectio*, quem habebat Alemannicum) reduceret. *Tum Lambecius illud*, habebat, *refert ad Morandum, et explicat per*, sciebat. *per* Gallicum *vero intelligit Gallicam linguam: utrumque improprie hoc loco. Noster, refert* *ly* habebat *ad Hugonem, et per* Alemann.cum *designat hominem istius nationis et linguæ: quæ optime quadrant. Interim notat Lambecius ad suum illud* Gallicum, *hoc modo:* Locus notabilis et singularis de usu linguæ Gallicæ in Alemannia tempore S. Hugonis Cluniacensis. *Vere singularis est, non tantum locus iste, sed etiam opinio, quam inde sibi formal Lambecius; qui illam aliunde aliquo saltem verosimili argu-*
C *mento debuisset confirmare si ab aliis quoque ita credi vellet. Sed librarii seu error, seu astutia, ipsum in errorem induxit.*

Vers. 35, ceu — *Lamb.* — suum —

Num. 9 *ver.* 3, Mira illi erga omnes benignitas, mira caritas — *Recte. Lamb, perperam sic:* mira ergo omnis benignitas, omnis caritas.

Ver. 17, [imo] *quod interposuimus, aut aliud simile, abest a Lambecio, et abesse potest, dummodo sententia sic interpungatur* — eumque.... crebrius diversis, singulis pene noctibus, suis impetebat phantasmatibus — *nempe dæmon.*

Ver. 20, operimentum — *Addit Lamb.* cum sotularibus — *atque adnotat,* sotulares *barbare sumi pro* soccularibus, *hoc est* soccis *seu* socculis. *Ita ille, mittens Lectorem ad Ger. Jo. Vossium de vitiis sermonis. Hic autem citati operis libro 3 cap. 51, in synopsi quidem capitis sic habet:* Subtalaris, et corrupte Sotularis, pedum tegmen. *In contextu vero dicit,* Sotularis, ex Subtalaris, esse corruptum. *Utrumque igitur secundum Vossium significat tegmen seu tegumentum pedum. Quam in opinionem volens concedo, et ex origine vocis concludo, esse tegumentum pedis, quod supra talos non ascendebat: vocatur enim,* *non corrupto vocabulo* Subtalaris: *fierique solet, vel ex* D
corio, ut plurimque nunc calcei: vel ex ligno, uti rusticis aut infimæ plebi in usu est multis locis. At tale genus subtalarium in lectulo suo cum stragulis habuisse Morandum dormientem, vix possum assentiri. Malim credere, sotulares ejus ex panno, seu laneo seu lineo fuisse. Erant enim in usu Monachis sotulares diurni et nocturni, *quales suis præscribunt statuta Cartusianorum. Et in Capitulari, ad annum* DCCCXVII *Ludovici Pii Aquisgrani condito, jubentur Monachi habere* calceamenta diurna, paria duo; subtalares vero per noctem in æstate duas, in hieme soccos. *Ad hæc ausim proponere per modum dubii, num hic* sotulares *intelligantur, qui vel quæ (utroque enim genere vox illa usurpatur) tantum ascendebant ad talos; an etiam ascenderint ad genua, et fortasse ad femora, qui ab inferiore sui parte appellati sint sotulares. Tales enim a decubituris sæpe lecto imponuntur, ut mane surgentibus ad manum sint; atque ita cum stragulis detrahi poterant. Quo sensu sotulares non multum differrent a caligis monachalibus, quæ cum pedulibus, quod calceamenti quoque genus est, connectebantur. Ita docet Joannes de Janua:* Pedules, pars caligarum, quæ pedes capit. *Item vita S. Hugonis episcopi Gratianopolitani, tomo I Aprilis nostri pagina 45 litt. D:* De caligis pedules abscindebat, quatenus præter pedes, totus jaceret vestitus. E

Ver. 28, quoniam fuerat — *Lamb.* — quia fuit —

Num. 10 *versu ultimo, inserui* [fore], *quod videbatur requiri; deest tamen etiam in editione Lambeciana. At notare debeo, quod paulo ante sic loquatur vitæ Auctor:* Huic nostræ editiunculæ quoddam mirabile, dignum videtur inserere (*Lamb.* inserendum) de jam sæpe dicto Comite, hujus loci fundatore *Ita lectio utraque. Ex quibus manifestissime concluditur, scriptorem vitæ monachum fuisse Altkirchiensem. Quo in loco jam ostendibus linguam Germanicam tunc obtinuisse. Sed neque negat Lambecius in notatione ad citatam sententiam, ab Altkirchiensi scriptam esse vitam: verum contendit* natione Gallum *fuisse.* Quoniam, *inquit,* Gallia paulo ante ab eodem vocatur nostra, et lingua Gallica similiter, nostra locutio. *Sed aut non velit Lambecius, quam quod Auctor vitæ, in Altkirchio monachus, fuerit natione Gallus, referatque dicta ad suam ipsius personam suamque linguam vernaculam Gallicam, non ad monasterium ipsum, illique tunc usitatam linguam; abundet in opinione sua. Sed aliud quæritur, nempe de idiomate loci.*

Num. 11, *ver.* 1, Jam — *Lamb.* Nam — *et quidem rectius.*

Ver. 2, quemdam hujus ecclesiæ villicum — *Nominat illum in sua editione Lambecius,* Ottonem Wartishausen — F

Ver. 6, ultio divina — *Addit Lamb.* — eum —

Ver 15, nostrum — *Addit Lamb.* villicum

Ver. 27, præconantur — *Lamb.* præconizant

Num. 13, *ver.* 15 quod nostræ narrationis textus superius — *Pro sequentibus, quæ apud nos ben. habent, sic legit Lamb.* innumerositatem signorum resonat, noverit *apud nos* noveritis, *non male: Ipse tamen melius,* noverit is virum sanctum in vita plurima signa concessisse — *Vox ultima saltem aberat.*

Ver. 23, ne velocitate — *Lamb.* ne loquacitate — *quod melius est illo loco.*

Num. 14, *ver.* 11, infulas — *Rectius apud Lamb.* inferias —

Ver. 14, moralitas — *Lamb.* immortalitas —

Ver. 16, votivitas — *Lamb.* vocalitas —

Ibidem, [magis] — *Abest hoc etiam a Lambecio: videtur tamen requiri.*

Ver. 18, Nam [non] multo post — *Lamb.* Nam multo enim post — *Si hic* Nam *in* Non *mutes, eadem oratio erit, quam nos interiecto* [non] *supplevimus.*

A *Ver.* 21, fraterna — *Lamb.* superna —

Num. 15, *ver.* 8, manibus, tripetiis sustentatis— *Lamb.* manibus trepidis sustentatus —

Ver. 12, ad memoriam — *Lamb.* ad monumentum — *minus recte. Videri potest librarius ex ignoratione vocis* memoria, *quæ hic ecclesiam notat,* monumentum *scripsisse. Quod sustineri tamen posset, nisi sequentia aliter suaderent.*

Ver. 17, protinusque *et quæ sequuntur usque,* ad B. Morandi tumulum, *desunt Lambecio.*

Ver. 23, tertium — *Lamb.* tertio signati —

Ver. 25, arteticis manibus — *Lamb.* attractis manibus — *quod intelligibilius est. Fortassis noster* arthriticis *scribere debuit.*

Ver. 26, Seque solo protinus elevare; artubusque mire crepantibus, vigorem vitalem bases plantasque implere — *Lamb. hæc ita legit, minus perfecte;* jamque solo potens se elevare, artubusque crepitantibus, vigorem vitalem bases plantasque replere — *Si* potentem *scripsisset, pro* potens, *perfectus foret sensus; præstat noster.*

Num. 16, *ver.* 3, ad eamdem memoriam — *Lamb.* ad idem monumentum — *De his jam notavimus aliquid ad Num.* 15 *ver.* 12.

Num. 17, *ver.* 18, fortissime cœmentatum, ne ut B prius aliqua læsura conteratur, condunt — *quæ perfectum faciunt sensum. Non sic, quæ habet Lambecius;* fortissime esse intectatum, ne ut prius aliqua læsura conteratur. *Deest hic* condunt; *aut simile verbum.*

Ver. 20, Primores — *Lamb.* Priores —

Ver. 23, Beati viri exuvias — *apud Lamb.* Beati viri —

Num. 18, *ver.* 5, condonavit Sancti veneralitas — *Lamb.* conredonavit Sancti venerabilitas —

Ver. 7, innominatam — *Lamb.* innotata —

Qui mox sequitur apud nos rhythmus de canonizatione St Morandi, et apparet esse recentioris, quam sit vita, scriptoris, abest a Lambecii codice. Atque hæc de Morando.

NOT. 21 **P** *ag.* 403. *De* S. NINNOCA VIRGINE BRITANNA, *adde ad calcem* —

S. Turianus seu Turiavus

23 Turianus, *ut in præmissis, exemplo Usuardi, Baronis, Molani et aliorum scribitur: potius scribendum censent Castellanus et Baillet,* Turiavus, *e Gallico* Turiaf *et* Turiau: *qui juxta Vocabularium hagiologicum prædicti Castellani, fuit* episcopus in Britannia *Armorica,* mortuus in monasterio, quod dicitur Crux C sancti Leufredi, in Normannia: cujus corpus quiescit Parisiis in ecclesia S. Germani de pratis. *Tempus obitus idem, uti et Baillet, designat sub annum* DCCXLIX. *Episcopum uterque vocat, non Archiepiscopum aut Metropolitam, quales Britannia Armorica ante seculum* IX *nullos habuit; quamvis in præmissis S. Ninnocæ Actis, istis titulis decoretur Turiavus, ex usu scriptorum seculi* X, XI *et* XII.

floruit seculo 8

24 *Imo non satis constat, an Dolum, quod monasterium quidem antea fuit, episcopalem dignitatem obtinuerit, antequam Nomenoius, Britonum princeps, cum Regis titulo sibi auctoritatem sumpsit, episcopatus Britanniæ, qui eatenus tantum quatuor erant sub metropoli Turonensi, in septem augendi, eosque Dolensi recens instituto, tamquam metropolitano subjicere; quæ res multarum disputationum causa fuit, contradicentibus Turonensi ceterisque Galliarum episcopis: tenuitque lis ista tribus ac dimidio seculis adusque pontificatum Innocentii PP. III, qui tandem seculo* XII *exeunte illam diremit, abrogato Dolensi episcopatui titulo archiepiscopali. Plura de his si lubet, lege sis in commentario nostro de S. Salomone martyre, in hac ipsa Appendice ad diem* XXV. *Hoc loco, jam dicta sufficiant, ut dijudices, quam inepte Turiavus ad tempora S. Ninnocæ referatur, si illa seculo* V, *ut prætenditur, vixit; quamque item inepte appelletur* Archipræsul *et* Metropolita. D

Ninnocæ cultus antiquus,

25 *Addi quoque Commentario potest num.* 1, *ad probandum* Ninnocæ *tum sanctitatem, tum antiquitatem, quod in Litaniis Anglicanis, a Mabillone tom.* 3 *Analectorum pag.* 669 *editis, atque sub medium seculi* VII *primum scriptis, inter feminas sanctas invocetur* S. Ninnoca. *Antiquitatem istarum Litaniarum idem Mabillon valide probat pag.* 678. *Quamobrem obitus ejus referendus saltem est ad seculum* VII: *non tamen inde sequitur, ad seculum* V *referri posse. Neque item, quod instrumentum donationis, a principe Guerec, ut præfertur, S. Ninnocæ factæ, non sit supposititium. Præter argumenta enim suppositionem probantia, jam allata; ipsum ejus initium tantæ antiquitati reclamat. Incipit quippe:* In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, et beatissimæ virginis Mariæ, et per virtutem sanctæ Crucis. Ego Guerec, Dei gratia Britanniæ minoris Dux. *Cui, quæso, in scripturis antiquis utcumque versato, videri possint istiusmodi formulæ, simul conjunctæ, aut etiam pleræque seorsim, seculi esse quinti, aut etiam sexti, septimive? Istud,* In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, *in Regum Franciæ diplomatibus inusitatum fuit illis seculis: et quæ sequuntur,* beatissimæ virginis Mariæ, et per virtutem sanctæ Crucis; *multo magis. Aliud,* Dei gratia, E *ante Pipinum, ex Majore domus regiæ in regem electum sub medium seculi* VIII, *hactenus non inveni qui usurpaverit, saltem in diplomate quod suspectum non sit. Demum Britannia multo posteriori tempore* Minor, *ad distinctionem Britanniæ majoris, indigitata fuit. Cetera nihil attinet explicare pluribus.*

Initia diplomatum.

26 *Neque me movet ad aliter sentiendum, quod Domnus Lobineau in historia Britannica, nuper vulgata, tom.* 1 *pag.* 9, *sub annum* DVIII *citet, atque tomo* 2 *col.* 17 *producat instrumentum donationis Gradloni Britonum principis, cui formula,* gratia Dei Rex, *inseritur sub hoc exordio:* Ego Gradlonus, gratia Dei Rex Britonum, nec non ex parte, Francorum; cupiebam videre sanctum Guengualoeum ex multis temporibus. *Imo ex ipsa formula puto reprobandum esse, æque ac instrumentum donationis Guereci, in fundationem monasterii S. Ninnocæ datum. Appellatio ista,* Rex Britonum, *non magis spectat ad illa tempora, quam ad Guericum titulus* Britanniæ minoris Dux. *Præterea, Lobineus Gradlonum tantummodo appellat,* Comitem Curiosolitum. *Adde quod Guengualoeus sive Winwaloeus, adhuc inter mortales versans, similiter ac Ninnoca, vocatur* sanctus. *Denique illud,* gratia Dei, *utrique instrumento infartum, æqualiter utrumque arguit suppositionis.* F

Pag. 425. *Ad calcem Commentarii de* S. ILLIDIO *Episcopo Claromontano, isthæc subnecte* —

Bernowinus ep.

6 *Floruit tempore Caroli Magni Imperatoris Bernowinus aliquis Episcopus, notus e subscriptione, qua testamentum Caroli de divisione supellectilis suæ, cum aliis firmavit anno* DCCCXI. *Illum censent viri eruditi fuisse episcopum Vesontionensem. Nec alius Bernowinus episcopus pro illo tempore reperitur in Gallia apud Sammarthanos. Suspicatur tamen Mabillon tomo* 2 *Annalium Ordinis sui, pag.* 399, *præfuisse tunc episcopatui Arvernensi seu Claromontano alium Bernowinum, qui condiderit ecclesiam S. Illidii, de eaque panxerit poemata quædam; quorum pauca speciminis loco, in honorem Sancti ejusdem huc transfero, relinquens in medio, uter dictorum Episcoporum, si tamen duo fuerunt, carminum atque ædificii auctior sit. Id tamen non tacuero, quod Auctor inter alia carmina, sibi ipse epitaphium condens, ita loquatur:*

S. Illidio templum condit

7 Dives eram quondam, lato famosus in orbe,
Principibus multo carus amore piis.
Gloria me rurum mage * referebat opima,
Sed regum solita pluris amicitia.

* *an.* magnum?

Propterea

A Propterea populi largo venerabat honore,
Muneribus nimiis, atque favore precis.
Sed subita ereptus * tanto de culmine forte,
Augusti requies me tenet ista loci,

* potius, ereptum

videlicet ecclesiæ S. Illidii, ab ipso conditæ. Alio item in carmine declarat dignitatem suam episcopalem per vocem contractam epus; *simulque celebrat sanctimoniam et virtutem miraculorum Illidii; quod carmen affigendum curaverit in porticu aut vestibulo templi; sic ibi canens :*

Qui cupiat rerum studiosus forte viator
Auctorem scire carminis, aut operis;
Cum rediit, quæso, modicum subsistat eundo,
Et legat hunc titulum, qui sibi cuncta refert.
Bernowinus ego, nam dicor humillimus epus,
Culmina quæ feci, carmina quæ cecini.
Qui veniet, veniam scelerum deposcere fletu,
Transeat has portas, ad loca sancta situs,
Corpore Illidius celsa qui pausat in aula,
Eximius meritis, et pietate potens.
Illic inveniet solatia certa salutis,
Et quam cum lacrymis poscet, habet veniam.

Ita habet editio Mabillonis. Quid si versus octavus et sequens, sic legantur?

B Transeat has portas, ad loca sancta situs
Corporis Illidii, celsa qui pausat in aula.

8 *His consideratis comperio, auctorem nostrum fuisse divitem, fama celebrem, principibus suis carum, dignitate episcopum, quæ omnia possunt convenire Bernowino Vesontionensi. Attamen animadverto etiam, Bernowinum istum vix potuisse tempore Caroli magni anno* DCCCXI, *tam celebrem fuisse, utpote qui sub Ludovico Pio, Caroli filio et successore, præcipue floruit, ac primum anno* DCCCXXII *Archiepiscopus indicatur fuisse Vesontionensis in Capitulari ejusdem Ludovici apud Baluzium tom. 1 col. 743 c. 25, his verbis :* In Vesontio, quæ est diœcesis Bernowini Archiepiscopi. *Atque adeo non constat certo, an Bernowinus, qui testamentum Caroli prædictum subscriptione sua firmavit (nulli enim episcoporum, ibi subscriptorum, sua sedes indicatur) Vesontionensi, an vero alii præfuerit ecclesiæ : et viri eruditi, qui Vesontionensem faciunt, dum alius diœcesis episcopum, sic nominatum, pro illo tempore non invenerunt, conjecisse videri possunt, illum eundem fuisse Vesontionensem, qui post annos* XI *inveniebatur nominatus.*

An is Ep. Vesont.

9 *Ex alia parte Bernowinus episcopus, qui S. Illidio, super sepulcrum ipsius, in diœcesi Arvernensi templum construxit, suisque carminibus ornavit, ejusdem quoque sedis episcopus fuisse consendus est; quamdiu aliunde non constiterit aliquo indicio, alterius loci episcopum fuisse, qui id præstitit. Præsumptio certe stat pro episcopo proprio, et nullum indicium invenitur in omnibus Bernowini poematibus, a Mabillone editis, quod suspicionem movere possit, alterius loci episcopum S. Illidio templum illud fabricandum curasse. Multa vero ibidem indicia sunt, unde colligatur, ejusdem loci episcopum fuisse, qui templum illic in honorem decessoris sui S. Illidii condidit : atque illud imprimis, quod sibi eodem in templo, utique in diœcesi propria, locum sepulturæ designaverit, ita loquens in epitaphio suo, acsi jam mortuus,* Augusti requies me tenet ista loci. *Alia colliges ipse ex jam adductis et ex mox adducendis versibus.*

C an Avernensis.

10 *Neque vero minus convenire possunt huic Bernowino, quam Vesontionensi, elogia supra num 7 allegata. Divitem quippe fuisse et multa munera accepisse, ostendit ædificatio templi. Principibus fuisse carum, colligitur ex frequenti memoria, quam facit Caroli Imperatoris Augusti, cujus se dicit* pietate foveri, *ejusdemque* virtute, *seu ope, templum struxisse. Ex quibus etiam conjectura fit, Bernowinum hunc, Imperatori Carolo carum, cum ipso frequens fuisse, atque adeo testamento ejus, de quo supra subscripsisse potius, quam Vesontionensem. Illum enim constat tempore Caroli fuisse episcopum, quod de isto non adeo certum est. Quod autem in catalogis episcoporum Claromontensium Bernowinus non legatur, nihil obest, quo minus fuerit, inter illos episcopus. Plurima quippe desiderantur passim, præsertim antiquorum temporum nomina episcoporum : atque apud Sammarthanos in Claromontensibus, toto seculo* VIII *ac dimidio sequentis imperfectissimus est catalogus, et plurium nomina desunt. Sic etiam apud ipsos deest in Carnotensibus alter Benowinus, qui tamen* episcopus Carnotensis *reperitur subscriptus Conventui Wormatiensi anno* DCCCXXXII, *tomo* VII *Conciliorum Labbei, col.* 1681. D

Ultimum verosimilius est

11 *Ponderis quoque aliquid habebit si in citato jam epitaphio suo Bernowinus, postquam lectorem allocutus, ipsum rogavit, ut pro se misericordiam Dei exoret; intelligatur sequenti versu convertere sermonem ad suum in episcopatu successorem, a quo similiter petat idem beneficium, sive honorem uti loquitur, sibi præstari, hisce verbis :*

De successore Bernowini,

Hunc concede, mihi quisquis succedis, honorem
Nostro deposui qui mea membra loco :
Quem, peto, nulla manus violet, dum dicat ab [alto
Omnipotens : surge, jam tuba nostra jubet. E

Scio, primum versum aliter interpungi, atque aliter accipi verba quisquis succedis *posse, videlicet pro* accedis : *nihil tamen obest, quo minus accipiantur priore sensu de successore in eodem loco, ubi ipse sua membra deposuit, qui utique est episcopatus Arvernensis.*

12 *Hactenus dicta, ut non omnino decidant causam, qua de agitur; possunt tamen viam sternere dubitantibus ad plura indaganda. Ego ad præcipuum Bernowini episcopi de S. Illidio ejusque templo carmen venio. Sapit illud, ut plerique alii ejusdem auctoris versus, spiritum et pietatem S. Paulini episcopi Nolani, qui similiter sancto suo Felici, diu ante templum construxit suisque versibus celebravit. Ita igitur se habet :*

et carmine præcipuo.

Omnipotens Dominus, qui celsa vel ima guber- [nas,
Majestate potens, semper ubique Deus;
Respice de solio, Sanctorum gloria, summo;
Auxiliumque tuis, Rex bone, da famulis.
Principibus pacem, subjectis adde salutem.
Hostis pelle minas et fera bella preme.
Hæc quoque quæ statui fulgentia culmina templi F
Bernowinus ego, sint tibi grata Deo.
Augusto et Carolo, cujus virtute peregi,
Concede imperii gaudia magna sui.
Quisquis et hinc summas precibus pulsaverit aures,
Effectum tribuat semper habere Deus.
Hoc construxit opus, Lector, quod cernis hone- [stum,
Bernowinus ovans, ductus amore Dei,
Illius * nec non magni pro Patris amore.
Corpore qui sanctæ pausat in arce Domus.
In qua multa Deus jamjam miracula mitis
Sæpius ostendit, illius ob meritum.
Si veniet quisquis fidei de munere dives,
Quod petit invenit; quod cupit ecce tenet.
Vos Fratres, veniæ petitores, obsecro vobis,
Poscite factori dona superna domus.
Hæc tibi constitui, Illidi magne Sacerdos,
Quæ nitet hic Domini, [sit tua] clara domus.
Bernowinus ego, Sanctorum parvus amator,
Qui tibi præcipue vota precesque fero;
Te rogo suppliciter, pro me prece posce Tonan- [tem,
Ut purget venia crimina cuncta mea :
Et Carolo Augusto: cujus pietate fovemur,
Præbeat

* Mallem legere Illidii

A Præbeat ætherei præmia larga soli.[1]

NOT. 22 *Pag.* 406 *Quæ hic habentur de* B. Pacifico, *conferenda erunt cum iis quæ de eodem habentur die sexta pag.* 792 *et alteruter commentariolus supplendus ex altero, qui omittendus judicabitur.*

NOT. 23 *Pag.* 411, *col.* 1. *Post Joannem Gray, ponatur :* Sor. Isabella Maria a Passione, *Marchionis Gibellinensis apud Siculos Vidua, tanta cum opinione sanctitatis obiit hoc die* 1630; *totque mirabilibus mox a morte claruit, inter Clarissas, quarum habitum defuncto marito susceperat; ut biennio post pro ejus beatificatione Processus fieri jusserit sacra Rituum Congregatio, et Vitam eo scriptam an.* 1641 *Panormi ediderit D. Bernardus Colle, Consultor S. Officii. Hanc optamus nancisci, et causam feliciter promoveri.*

NOT. 24 *Pag.* 462. *Ann.* g adde — *Matthæus Merianus, in Topographia Hassiæ,* Hove Geismar *appellat, eique adjungit civitatulam olim, nunc vicum* Nort-Geismar, *versus Ducatum Brunsvicensem; atque utrumque locum distinguit ab altero simpliciter* Gismar *dicto in confiniis Westphaliæ. Quartum nihilominus suggerit Knackrichius noster infra laudandus, in Eichsfeldia, ubi in ecclesiæ lacunari adhuc monstratur trabs, credita ex dicta* Jovis-arbore *reliqua, et historia omnis* B *fuse depicta.*

NOT. 25 *Pag.* 499 *de* S. Elsiario *num.* 3 *adde — Claudius Castellanus, in suo Vocabulario, nominat illum antiquioris formæ nomine* Adalzarium. *Idem autem nomen in* S. Elzeario *Ariani Comite aliter variatur, cum in veteri ejus quam habemus Gallica Vita,* Saint Augias *dicitur.*

NOT. 26 *Pag.* 501 *num.* 7 *lin.* 11, *ubi in fronte quidem etc.* l. *ubi ad caput quidem versus altare ipse cernitur in habitu Episcopali, offerens Christo in aere apparenti biturritum templum, ad pedes vero inter duos Sanctos (quorum unus videtur esse* S. Paulus, *vel alius gladio consummatus; alter Abbas aliquis Benedictinus, Sanctus forsitan* Maurus) *idem videtur pictus cum templo triturrito: in latere vero sinistro, idem assistit inter* SS. Henricum *atque* Kunigundem, *adstanti Deiparæ offerens templum similiter triturritum, cum subscripto,* Renovatum anno MDXCVIII, *quod de picturis solis intelligendum puto. Latus denique dextrum habet etiam* D *Episcopum, mitratum cum pede, ad dexteram gloriosæ Virginis: et ad hujus sinistram videntur repræsentari* SS Benedictus et Scholastica, *reliquam vero partem ejusdem lateris occupare dixeris* S. Placidum *Martyrem Benedictinum* cum sociis, *et* S. Joannem Baptistam; *quemadmodum latus hoc cernitur in figura totius tumbæ, in aversa pagina hic appositæ, mihique serius allatæ, quam ut vel meum vel Gamansii memoriale sphalma, circa dictarum picturarum argumentum agnoscere possem; omnibus jam excusis præter tumbam, cui certo promissæ spatium relinquebatur vacuum.*

Pag. 533. *Annotatio* a *sic mutetur* Hamerstein, *firmissima olim arx, monti imposita, ad Rheni ripam, duabus, ita mihi scribitur, leucis Germanicis infra Confluentiam; pridem diruta. Notatur adhuc in mappis geographicis, sed ad tres facile leucas infra Confluentiam, locus,* Ober Hamberstein, *id est* superior Hamersteinia. *An is sit, quo de agimus? An alius fuerit, una inde leuca distans, qui cum arce nomen perdiderit? Videtur certe additamentum,* superior, *indicare, inferiorem quoque olim fuisse. Neque enim facile crediderim, vocem* superior, *respicere arcem, nunc pariter firmissimam in monte, e regione Confluentiæ; tum quia longiuscule distat, tum quia vulgatius hujus* E *nomen* Ehrenbreitstein, *satis per se distinguitur ab* Hamerstein. Hermanstein *vero, quamquam et hoc satis diversum sit per se, recentius videtur esse nomen, quod nunc latinizatum, passim* Hermanstenium *dicitur. Alia vide inter Paralipomena, eadem pag. quo supra.* NOT. 27

Pag. 533. *Annotationem* a *sic mutabis — Browerus lib.* XI *n.* 27. Arx Homersteinia, monte prærupto Rhenum subterlabentem excelsa contuens, duobus circiter passuum millibus infra castellum Antoniacense, Trevirensis diœcesis; *in Tabulis* Hammerstein. superius? *an ad differentiam alterius similis vulgo Hermansterin aliis Ebretstein e regione urbis Confluentinæ? Facile sane confunditur utrumque nomen, id quod in priori editione nobis contigit, et hic corrigitur.* NOT. 28

Pag. 547, *Ante* B. Placidum, *interponatur Commentariolus sequens.* NOT. 28

C F

DE SANCTO PETRO SPINA

C. J.

ORDINIS S. BASILII MONACHO,

CIANI IN CALABRIA ULTERIORE.

Sylloge Historica.

SEC. XI aut XII.

Petrus de Spina dictus,

Refloruit *S. Basilii magni Institutum a seculo Christi nati decimo per Siciliam et Calabriam præcipue, multosque sanctitate conspicuos dedit Ascetas, quos inter seculo* XI *aut* XII *(ætas quippe incerta est) floruit, quem in titulo proposuimus,* S. Petrus *cognomento* Spina, *ideo, ut suspicor, ita dictus, quia inventus aliquando fuerat, orans in spineto, quod videbatur totum ardere, absque ulla tamen orantis læsione aut sui consumptione; non aliter quam rubus, quem Moyses olim in monte Dei Horeb conspexit ardere et non comburi : quia Dominus erat in medio rubi.* Exodi 3, ✝ 2. *Cianum oppidum, occasione monasterii ejusdem nominis excitatum, est in diœcesi Miletensi, Pontifici Romano immediate subjecta; instituta autem seculo* XI *a Gregorio VII summo sanctoque Pontifice curante Rogerio magno, Calabriæ ac Siciliæ Comite, ex duabus Ecclesiis Bibonensi et Tauriauensi, antegressis temporibus per Saracenos devastatis : quarum bona idem Rogerius novo Episcopatui Miletensi attribuit; pro ut ipso diplomate suo, illa de re concesso, quod apud Ughellum tomo primo Italiæ sacræ col.* 1022 *græcolatine impressum est, declarat. In eo sic legitur :*

Cianum in Miletensi episcopatu,

2 Quoniam Ecclesiæ Episcopales Bibonæ et Taurianæ, propter patrata scelera *per Saracenos*, ab hominibus inhabitatæ atque deperditæ sunt; et ego Rugerius, Dei gratia Comes Calabriæ et Siciliæ, annuente nobis divina providentia, ut novi, volui duas has Cathedras in unam Ecclesiam Militensem redigere,[a] et hanc unam nec Bibonæ nec Taurianæ nomine, sed Militensem vocari, quam Deo favente, nomini Dei Genitricis et S. Nicolai Episcopi, Patris nostri, dicavi. Quare hujus rei causa confirmandæ, petii conspectum sanctissimi Papæ Gregorii VII, qui gloriosi Apostolorum principis Petri sedem tenet. Is petitiones justas implevit nostras, deditque nobis

a Rogerio Comite fundatum sec. 11.

A nobis honestissimum virum, Dominum Arnulphum nomine; et Episcopum Ecclesiæ Militensis constituit. *Habes hic exordium Episcopatus illius, quo instituto opinor, monasterium Cianense aliquanto post emersisse, aut institutore aut inter primos monachos illic agente* S. Petro *nostro.*

Cultus Petri publicus et Sancti nomen

3 *Hujus sanctitatem (quamvis gesta in obscuro sint) cultumque publicum varia docent monumenta, quæ ex instructione Reverendissimi juxta ac Religiosissimi viri, Petri Menniti, Abbatis Generalis Monachorum S. Basilii magni, nuper ad me Roma, illa super re missa, accipe. Imprimis, extat in ecclesia Cianensi, quæ sanctis Petro et Paulo Apostolis ab initio fundationis suæ dedicata fuit, sacellum atque altare Deo et* Petro Spinæ *consecratum; cujus Sancti imagines quoque, ex laminis æneis impressæ, illic dispensantur fidelibus. Ibidem conservatur hodiedum codex Evangeliorum græcis characteribus in membranis manu ipsius* S. Petri Spinæ *exaratus, coopertus tabulis ligneis, pelle nigra obductis et cruce argentea in plano insignitus, de quo et mentio fit in duobus suppellectilis sacræ inventariis, de anno* MDLXXIX *et* MDLIX*; qui codex confluentibus devotionis causa erga* B *dictum* S. Petrum *porrigitur osculandus usque in præsentem diem.*

etiam in Bullis Apostolicis.

4 *Ad hæc, dicta ecclesia monasterii Cianensis, quemvis primitus dicata fuerit, ut diximus, sanctis Apostolis Petro et Paulo; ab anno tamen* MCCCLXXI*, atque etiam prius, ob reverentiam sancti viri passim appellata fuit* Ecclesia S. Petri Spinæ : *et hoc eodem sub titulo expeditæ pridem fuerunt atque expediuntur in Dataria Apostolica Bullæ pro Abbatibus loci Commendatariis, habeturque adhuc istiusmodi Bulla Julii Papæ III de anno* MDL, *in qua idem monasterium Cianense nuncupatur* S. Petri de Arena. *Quia nempe ab hoc oppido* Arena, *quod inter Miletum et Stylum interjacet, prope abest. Hinc credere velim ego hæc commentans, in errorem inductum esse Augustinum Lubin in Notitia Abbatiarum Italiæ, dum monasterium* S. Petri de Arena, *et monasterium* S. Petri de Ciano, *tamquam diversa recenset. De primo sic scribit pag.* 25 : Abbatia sive monasterium S. Petri de Arena, Ordinis S. Basilii, diœcesis Miletensis, in Calabria ulteriore, extabat ante annum MCCXCI. Recensetur in codice Taxarum Cameræ Apostolicæ. *De secundo autem sic meminit pag.* 100, *ex Maruli Oceano omnium Religionum :* Abbatia, titulo S. Petri C de Ciano, Ordinis S. Basilii in Calabria.

Monasterium ejus sub duplici titulo unum idemque est.

5 *Sed potior hic fides haberi debet Reverendissimo Mennito (qui locorum illorum peritus est, et Abbatias sui Ordinis illic frequenter visitavit, tamquam Abbas generalis) idem sub utroque titulo monasterium statuenti. Porro queritur idem Abbas generalis in sua instructione, nihil se suis in monasteriis scripturarum de gestis* S. Petri Spinæ *reperisse hactenus; causans rapinam externorum, qui dudum Abbatiis præpositi fuerunt et codices plerosque MSS. inde ad se transtulerunt, imo ne diem quidem obitus Sancti hujus, uti nec aliorum multorum ejusdem Ordinis Sanctorum, proprium nunc sciri : fateturque, tum diem hunc V Junii S. Petro Spinæ, tum alios aliis Sanctis suis, ad recolendam quot annis illorum memoriam, in Ordine pro arbitrio assumptos esse.*

Apparet Sanctus in medio ardentis spineti illæsus,

6 *Superest quod suggerit idem Abbas Generalis, ex antiqua traditione haberi, quod Comes quidam Arenarum, seu Arenæ (quod oppidum supra memoravimus, et a Mileto orientem versus ad radices Apennini circiter* VII *m. p. distat venatum egressus, conspexit eminus in silva, monasterio Cianensi proxima, luculentum ignem, qui spinetum quoddam, ut quidem videbatur, late inflammabat, nec tamen comburebat. Miratus Comes quid rei esset, eo impulit equum, pervectusque, conspicatus est in medio spineti et flam-* D *marum hominem, erecto corpore stantem, et oculis in cælum intentis orantem. Tunc magis obstupuit, collectoque animo, ratus servum Dei sanctum esse, desilit ex equo, pavidoque gressu propius accedens, nec quidquam ardoris ex ignito spineto sentiens, ad pedes servi Dei provolvitur, interpellatumque supplex orat, sui ut misereatur (laborabat enim invaletudine nescio qua), sibique opem in nomine Domini ferat. Quo audito Vir sanctus hominem cruce signat, simulque liberat ægritudine. Tum varia a Comite familiariter interrogatus, inter alia declaravit, se Petrum appellari et monasterii Cianensis monachum esse. Hinc Comes gratias Deo Deique famulo pro recuperata valetudine habiturus, dicto monasterio Cianensi prædia multa, quæ hodiedum possidet, liberaliter donavit, multosque attribuit vasallos, qui paulatim prope monasterium coeuntes, oppidum, quod ipsum quoque Cianum vocatur et monasterio subjectum est formarunt.*

et signo Crucis infirmum sanat.

Pag. 585 *n.* 18 *lin.* 9 *post notam anni* MDLX, *adde* — *eamdem Darmarii ætatem confirmat Cangius, in Præfatione ad suum Paschalium, cum illius ecgrapho collatum num.* 3; *ubi inducit Isaacum Casaubonum, asserentem, quod ab eodem Darmario emit Africanum* de Bellico apparatu, et fragmentum Petri Alexan- E drini de Paschate. *Natus enim Isaacus ille fuit anno* MDLIX, *et (ut erat a juventute Græcis Latinisque litteris excolendis, atque eruderandis veteribus monumentis intentus facile potuit adolescens ipse seniorem Darmarium convenisse in Gallia. Ut autem præcitati Codices scriptor extiterit Darmarius anno* MDLX, *tunc forte adhuc juvenis, ita videtur auctor fuisse etc.* Not. 29

Pag. 584 *num.* 18 § 9 *addi nonnulla possunt in confirmationem ibi dictorum de ætate Andreæ Damarii, scriptoris Græci Epidauriotæ; videlicet quia Isaacus, Casaubonus, anno* MDLIX *natus, testatur, se aliquot libros ab illo emisse. Quod tamen juvenis fecisse debet Casaubonus. Vide hæc addenda, in sæpe citatis Paralipomenis p.* LXXXVII. *Quibus addi etiam potest ad confirmationem majorem, quod Cangius, loco ibi indicato notat, Fastorum Græcorum sive Siculorum codicem, qui postea in Augustanam bibliothecam illatus est,* manu Andreæ Damarii antiquarii descriptum, *emisse (utique ab ipso Damario, qui plura istiusmodi Græca descripsisse lucri causa et vendidisse cognoscitur) Fridericum Sylburgium* aureis solaribus XXXVI. *Desiit autem vivere Sylburgius* MDLXIX, *decennio postquam natum fuisse diximus Casaubonum.* Not. 30

Pag. 585 *n.* 23 *sic ordire — Antiquum fuisse Euchaitis Episcopatum, aliquando credidi Labbeo nostro, tom.* 2 *Conciliorum col.* 55 : *ubi inter alios Episcopos,* F *in Ægyptiaca quadam charta descriptos (quos ipse putat Concilio Nicæno interfuisse) nominatur etiam* Ἐπιφάνιος ἀνάξιος Ἐπίσκοπος τῆς Εὐχαΐτων πόλεως, τῆς Ἑλενο-ποντίων ἐπαρχίας Epiphanius, indignus Episcopus civitatis Euchaitorum, provinciæ Eleliotorum. *Verum cum eosdem omnes Episcopos eodem modo subscriptos inveniam tom.* 6. *Conciliorum col.* 1032, *et iterum col.* 1061, *cogor credere, chartam illam Ægyptiam, utcumque antiqua visa sit, ad Concilium Constantinopolitanum* III, *anno* DCLXXX *inchoatum, pertinere. Quæ fuerit* Eleliotorum provinciæ *hactenus non comperio. Quandocumque autem initium suum habuerit Euchaitorum Episcopatus, magis ex tempore istius Concilii inclaruit, factus etiam Archiepiscopalis : nam apud Carolum a S. Paulo in Geographia in duabus tabulis etc.* Not. 31

Pag. 606 *post* S. Cocam *adde.*

Agobardus, *Archiepiscopus Lugdunensis, ab an.* 823 *usque ad annum circiter* 840, *a Theophilo Raynaudo,* Not. 32 *in Indiculo Sanctorum Lugdunensium, cum titulo* Sancti *prolixissimum habet Elogium, aut potius Defensorium, propter iconomachiæ suspicionem, quam incurrit. Catholice quidem usquequaque sentiebat ille*

de

A *de veneratione sacrarum imaginum, ipsarum tamen usum minus probabat quam Crucis, nullam humanam figuram adjunctam habentis; ideoque durius in suis scriptis locutus, quam piæ fidelium simplicitati conveniat: quapropter opuscula ejus in Indicem expurgandorum referri meruerunt.* Clarum miraculis, *inquit Raynaudus,* Lugdunensis Ecclesia Cœlitum honoribus prosequitur; et Kalendario suo insertum VIII Idus Junii, duplicis Officii ritu; ut dubitare non liceat, quin vel ab impactis notis immunis fuerit, vel eas ante mortem condignis pœnitentiæ imbribus eluerit. *Vulgo quidem* Saint Aguo, *vel* Saint Aguebaut, *appellatur; sed neque viri eruditi cum opera ejus allegant (ut notat Claudius Castellanus)* Sancti *titulo eum nominant neque sic prænotatur in tribus vetustis Episcoporum Catalogis, ac ne in recentioribus quidem. Abstinent ab eo titulo etiam Sanmarthani, multa licet ex Raynaudo transcribant. Miracula autem, quibus inclaruerit, extitisse aliqua, præsumere potius videtur Raynaudus, nullum testem allegans, quam alicubi probata invenisse. Cum autem neque corpus in honore sit aliquo ac nec sepulturæ quidem locus sciatur, aliud nihil referente Adone Viennensi, qui ei pene coævus fuit, quam quod* in Longaribus defunctus *sit; velim doceri quam antiquus ille duplicis Officii cultus sit, et qua auctoritate* B *institutus, atque utrum etiam nunc servetur, prius quam prolixiorem de vitæ Actis tractationem instituam, quæ ipsi alias deberetur; et dabitur, si cultus qualem requiro antiquus probetur, vel pro recentiori proferatur auctoritas, qualem Urbani VIII decreta postulant.*

NOT 33 *Pag.* 609 *num.* 5 ℣ 15. Post, *extantia;* deletis sequentibus cum parenthesi, repone — *Hinc martyrologium, quod Rosweidus noster Romanum vetus appellat, ita scribit:* VIII Idus Junii, Philippi diaconi, de septem, apud Cæsaream. *Et Ado, in martyrologio quidem æque paucis;* S. Philippi Diaconi, qui fuit unus de septem. *In libello autem, de festivitatibus sanctorum apostolorum, pluribus elogium ei texit pro eodem die, hoc modo:* Natalis Philippi, qui fuit unus de septem diaconibus, qui cum beato Stephano statim post ascensionem Christi ab apostolis sunt ordinati; de quo beatus Lucas in Actibus apostolorum refert, quod signa et prodigia faciendo, prædicatione sua Samaritas ad fidem Christi convertit, et Candacis reginæ Æthiopum, studiosum in Scripturis eunuchum, in fonte, qui est in vico Besoro in tribu juda, euntibus ab Ælia, *seu Hierosolyma,* ad Hebron in vicesimo lapide, baptizavit; qui postea apud Cæsaream requievit. Juxta quem tres virgines filiæ ipsius C prophetissæ tumulatæ jacent. Nam quarta filia illius, plena Spiritu sancto, in Epheso occubuit. Quidam tamen putant, apud Hierapolim eas tumulatas, ubi apostolus Philippus, unus de duodecim quiescit: cujus fuisse filiæ ab aliquibus scriptoribus putatæ sunt. *Sumpsit Ado horum partem de baptismo Eunuchi ejusque loco, e S. Hieronymi libro de situ locorum Hæbraicorum, ubi hæc leguntur:* Bethsur in tribu Juda sive Benjamin: et est hodie Bethsoron vicus, euntibus nobis ab Ælia Chebron in vicesimo lapide; juxta quem fons ad radices montis ebulliens. Et apostolorum Acta referunt, Eunuchum Candacis reginæ in hoc esse a Philippo baptizatum. *Adonem more suo contrahens Usuardus, nullam tamen faciens mentionem quartæ Philippi filiæ, ita scripsit: etc.*

NOT 34 *Pag.* 611 *num* 5, adde sub finem—*Hactenus Papebrochius, secutus in ordinandis temporibus prædicti Patriarchæ, quam sibi collegerat de Patriarchis Alexandrinis, Chronologiam. Hanc, cæcitate circiter quinquennali et ingravescente ætate non valens perficere, tradidit juniori socio, P. Joanni Baptistæ Sollerio, cognoscendam, imo novis curis elucubrandam: quod is studiose fecit: accuratiorem Chronologiam contexuit; impressam ante tomum* V *de Actis Sanctorum Junii;* D *secundum quam, etiam hanc suam de* S. Justo, *emendandam cupit Papebrochius. Ex illius igitur pag.* * 17, *ubi de* S. Justo, *hujus initium patriarchatus collocari debet anno vulgaris æræ* CXIX, *terminus vero et mors Patriarchæ anno* CXXX, VI *Junii. Reliquam ibi chronologiæ discrepantiam, collatis ambabus locis, hic præmonitus, emendabit Lector, cui contigerit tali in argumento versari.*

Pag, 622 *post Acta* SS. Amandi, Lucii, Alexandri, et Audaldi inseratur NOT. 35

DISSERTATIO CONJECTURALIS

De præmissis duabus sanctorum Martyrum classibus, an aliqui illorum iidem utrobique, an omnes diversi sint.

Solos Amantium, Lucium et Alexandrum

R*ecognoscenti mihi nonnulla in die* VI *Junii, et ejus tabulam Sanctorum pag.* 615 *consideranti, occurrunt in una classe,* sancti Amantius, Lucius, Alexander, Andreas, Donatus et Peregrina, martyres Niveduni; *et continua in proxima classe iterum sequuntur,* sancti Amandus, Lucius, Alexander et Audaldus, martyres Caunis prope Narbonam. *Pronum est, hæc legenti in mentem venire, utrobique eosdem fortassis censendos* E *esse tres primos, qui fere synonymi sunt, nisi diversis adscriberentur locis. Atque hæc præcipue causa diversis etiam commentariis elucidati sunt pag.* 628 *et* 629; *priores quidem ab Henschenio, posteriores vero a Papebrochio, cui tamen in ipso, quem præfigit, titulo, hi videntur a Nivedunensibus* mutuo sumpti: *et pag.* 631 *annot.* a, *recte observat,* Audaldi *nomen non sapere summam antiquitatem. Res sub caligine vetustatis perobscura est, nec lucem facile accipiet, nisi per conjecturas; quæ mihi imprimis desumendæ videntur e vetustissimis ecgraphis martyrologii Hieronymiani, nostro Epternacensi; Lucensi Florentinii, Corbejensi, quod Dacherius tomo 4 veterum Analectorum edidit, et Blumiano, quod Florentinius ad calcem sui martyrologii per variantes lectiones impressit.*

2 *Ex his videor mihi posse conficere, Martyrum, in prima classe relatorum, tres primos,* Amantium, Lucium *et* Alexandrum, *tantummodo Niveduni passos esse, duos vero postremos,* Donatum *et* Peregrinam; *alius* Peregrinum *ad* Alexandriam *civitatem esse referendos;* Alexandriam *vero hic alii pro femina sumpserunt; alii, amputato principio,* Andream *fecerunt; alii, quia præcedebat* Alexander, *supervacaneum putantes, prætermiserunt; uti sit levitate aut ignorantia* F *librariorum. Præterea confici indidem puto, palæstram trium priorum Martyrum, scribendam esse* Nivedunum *aut* Nividunum, *aut etiam* Nevedunum, *ut est in aliquibus; non* Novidunum, *aut* Noviodunum, *aut* Niviodunum, *uti scribunt recentiores. Ut hæc verisimilia fiant, adduco martyrologia præmemorata, incipiens a postremo, quod est Blumianum, quodque a se examinatum Florentinius indicat pag.* 1054, *descriptum fuisse sub annum* DCCLXXII.

Niveduni passos,

3 *In hoc codice ad* VIII *Idus Junii, qui dies* VI *est, ita legitur:* Nividuno, Amanti, Luci, Alexandri, Alexandriæ, Donati, Peregri. In Africa, Itali *etc. In penultimo seu Corbejensi apud Dacherium ad eumdem diem sic habetur:* Neveduno, Amantii, Lucii, Alexandri, Alexandriæ, Donatæ, Peregrinæ,... In Africa, Italii *etc. In antepenultimo seu Lucensi, talis est lectio:* Nividuno, Amanti, Luci, Alexandri, Donati, Peregri. In Africa, Itali *etc. Sed continuo occurrit hic Florentinius in suis Notis, censetque, librarium putasse, illic vitiose repetitum fuisse* Alexandri *vel* Alexandræ *nomen, quod in præcedentibus exprimitur, ideoque prætermisisse* Tò Alexandriæ, *sive in* urbe Alexandriæ, *ad quam censet referendam* Donati *et*

eruitur e martyrologiis antiquissimis

A et Peregrini memoriam, pro ut illam eo retulerunt alii; et expressius Notherus, de quo mox. Denique in nostro Epternacensi MS. ita legitur, vitiato initio ac medio ; In Africa. Amansi, Luci, Alexandri, Andreæ, Donati, Peregrinæ. In Africa, Itali etc. Videntur hæc quatuor vetustissima martyrologii Hieronymiani ecgrapha satis conspirare ad eamdem intelligentiam, ut videlicet Nividuno adscribantur tres tantum martyres, Amantius, Lucius et Alexander; Alexandriæ vero, quod celeberrimæ urbis, non feminæ, nomen putandum est, Donatus et Peregrinus, aut si mavis, Donata et Peregrina. Ita præter citatum Florentinium censet Notherus, qui sub finem seculi IX floruit in monasterio Sangallensi, sic scribens in suo martyrologio ad eumdem diem VI Junii : Noviduno, Amantii, Lucii, et beati Alexandri. Atque ut scias ad alium pertinere locum Sanctos, qui sequuntur; novum, uti in talibus plerumque consuevit, orditur versum, dicens : Alexandriæ, Donati et Peregrini.

Epternacense hic convincitur errare,

4 Ex dictis manifeste colligitur, codicem nostrum Epternacensem, initio citati elogii sui, ut jam monui, corruptum esse ; dum solus inter illos palæstram Sanctorum istorum facit Africam, quam alii omnes notant Nividunum fuisse. Et corruptio illa ex ipso ejus con-B textu convincitur. Si enim, in Africa passi fuissent sex illi, quos primo loco enumerat; cur nullo verbo interposito statim repetat ; In Africa, Itali etc? Sufficiebat semel Africam nominasse. Idem codex etiam convincitur ex iisdem citatis codicibus, errare in medio elogii, ubi post Alexandri, intruditur Andreæ, aliis ignoti : considerantique patebit ex Alexandriæ, sublato vocis principio corruptum esse nomen. Et hujus codicis simile exemplar, si non ipsum (Moguntia enim non admodum procul distat Epternaco) nactus fuerit Rabanus, Præsul Moguntinus, dum eosdem errores transtulit in suum martyrologium, et novo auxit. Nam pro nomine Alexandri, posuit, in Alexandria, sic scribens : In Africa S. Amanti, Lucii. In Alexandria, Andreæ, Donati et Peregrini. Relinquere debebat Alexandri, ut erat, et restituere pro Andreæ, Alexandriæ, seu in Alexandria. Eadem omnino descripsit ex Rabano, Bedæ impressi amplificator, sed ad diem sequentem.

idque secutus Rabanus et Beda impressus.

5 Meliora habet ad proprium diem, VI Junii, Beda MS. his verbis : Nividuno, natale sanctorum Amantii, Lucii, et Alexandri. Ita codex Tornacensis S. Martini, Lætiensis, Atrebatensis. Eadem sententia de tribus tantum Nividuni passis, multum confirmatur, ex vetustissimo monasterii PP. Benedictinorum S. Savini C de Levitania in montibus Pyrenæis, in agro Terbiensi, martyrologio MS. abhinc circiter quingentis annis exarato in pergameno, quod impressum legitur apud Saussayum tomo 2 martyrologii Gallicani pag. 1247 ; quodque, uti idem Saussayus prænotat, aliquorum Sanctorum ad Gallias spectantium, non ita cognitorum, nomina recenset ; ex quo uti et ex contextu ipso, manifestum est collectorem dicti martyrologii præcipue intendisse, ut solos Galliæ Sanctos, aut quoquo modo cum Galliis connexos, suis in monasterio S. Savini proponeret cognoscendos. Usum fuisse Auctorem martyrologio Adonis, observo, ex sequentibus locis, ubi agit die XVII mensis Januarii de martyribus Lingonensibus ; I Maji, de S. Andeolo ; XXI Julii, de S. Victore ; XXV Octobris, de S. Fronto seu Frontone; I Novembris, de S. Benigno : quorum elogia, solito longiora, describit iisdem, quibus Ado, verbis. Habuisse Hieronymianum, deprehendere nusquam possum.

Meliora habet Beda MS.

et Anonymus S. Savini.

6 Interim tamen comperio, bis ab ipso citari palæstram martyrum, Nividunum, iisdem diebus IV et VI Junii, quibus etiam, et tantum, legitur nomen illud in Hieronymiano. Quod, si neuter scriptor et altero, ut mihi certum videtur, descripsit; debet Noster illud, reperisse in aliis Gallorum antiquorum monumentis, uti multa alia habet, aliis ignota, ad solas Gallias per- D tinentia : interque illa reponas licet Nividunum, sanctosque martyres ad illud ab ipso relatos. Nullum enim locum Auctor in toto opusculo suo nominat, quod sciam extra Galliam situm ; præterquam quod semel meminerit Romæ ad III Maji in Sixto Papa, quem addit Episcopum Convenarum fuisse nempe in Gallia. Semel item meminit Byzantii ad VII Junii, sed in margine notatur Bisuntii, quod pariter in Gallia. Semel denique meminit Auxiopolis, ad VIII Maji ; quod diversum potest fuisse in Gallia, ab Axiopoli ad Danubium in hodierna Bulgaria ; viderique potest Auctor noster intellexisse civitatem archiepiscopalem, Auscitanam seu Auxitanam, vulgo Ausch et Aux, inter Tolosam et Condomum ; ex quo formaverit ipse Auxiopolis.

qui Nividunum ad Gallias videtur referre,

7 Ut ut est : in illo martyrologio suo ita scribit : Die XI Junii . Nividuno, natale sanctorum Amantii, Luci et Alexandri ; prætermissis quæ apud alios sequuntur nominibus, Alexandræ, aut corrupte, Andreæ, Donati et Peregrini : utique quia existimavit, priores ad Nividunum et Galliam suam pertinere, non item posteriores. Ex præmissis etiam colligitur, tres illos martyres agonem suum complevisse Nividuni, Niveduni, Noveduni ; non autem Novioduni, ut habet Saussayus et interpretatur auctoritate sua Nivernos; neque Niviodunі, ut scribit Maurolycus ; imo E neque Noviduni, ut est apud Notkerum impressum. Nimis enim constans est antiquarum omnium scriptio, a qua propter recentium imaginationes aut sphalmata non potest prudenter recedi.

ubi tres Sancti fuerint passi,

8 Fuerunt quidem olim plures, et fere supersunt hodiedum, civitates, Noviodunum nomine, per Gallias, puta in Æduis, in Aulercis, in Biturigibus, in Suessionibus ; item una in Mœsia ad Danubium aut potius Istrum, altera in Pannonia superiore ad Savum. Quam ultimam tamen civitatem quamvis alii Noviodunum scribant cum tabula Peutingeriana ; Ptolemæus scribat Novidunum, Νοουίδουνον, at nulla omnium Nividunum. Interim Henschenius, quamvis dicat, se nihil in re obscura determinare, potius adscribendam existimat palæstram Martyrum nostrorum Noviduno in Pannonia, quam Galliis. Tum, uti pag. 628 num. 4 loquitur, quæ nec apud antiquos, nec apud recentiores Maurolycum atque Galesinium, additur, esse locum Galliarum. Tum quia, ut pag. 377 num. 2 legitur, cum in Pannonia imperatores Diocletianus et uterque Maximianus sæpe ac diutius fuerint commorati, opinatur, justam Sconlebii aliorumque suspicionem esse, complures ex iis marty- F ribus, quos vulgaris opinio Galliæ adscribit, Panoniæ relinquendos esse.

non Novioduni,

9 Verum Henschenius animum non adverterit ad illud, quod jam monuimus, martyrologium S. Savini, in Pyrenæis scriptum, tantummodo collegisse Sanctos, qui ad Galliam spectant. Præterea Noviodunum, aut etiam Novidunum illud Pannonicum, non est Nividunum aut Nivedunum. Adde quod duæ tantum classes Martyrum reperiantur, per totum sacrum annum, Nividuni aut saltem Niveduni passorum, nempe ad diem IV et VI Junii, ut jam notavi ; quodque locus ille totidem et iisdem characteribus utrobique scribatur in ecgraphis Hieronymianis, Blumiano, Corbeiensi ac Lucensi antiquissimis ; nec non in MSS. sub Bedæ nomine supra citatis, atque in S. Savini. Imo in omnibus codicibus Usuardi nostris, sat multis, tam MSS. quam impressis, ad diem VI Junii (die enim IV illi sanctos Nividunenses nullos habent) legitur in plerisque, Nividunum ; in aliquibus, Nivedunum ; in uno alterove, Nevedunum : in nullo, quod sciam post diligens examen, Novendunum, Noviodunum, aut Niviodunum. Quæ constanstantia in scribendo, saltem suadet, alium per Nividunum designari locum, alia per Noviodunum. Cumque hujus nominis civitates, olim æque ac nunc notissimæ

fuerint

aut Novidunι.

fuerint plures ; cur si aliquam illarum indicare voluissent, scripsissent antiquiores isti, Nividunum, et tam constanter omnes? Posteriores, qui eversa, ut putamus, hujus nominis urbe, præter nomen Nividuni nil repererunt, illud per suam conjecturam verterunt in Novi - Novio aut Nivio dunum. Ex dictis sequitur, utramque classem Martyrum citatam, æque ac alteram, eodem jure ad Nividunum et Gallias referendam esse.

Quæritur situs Nividuni,

10 Quod si cui ad Pannoniam et fluvium Savum referendi videantur Martyres illi, quia ibi imperatores Diocletianus et uterque Maximianus sæpe ac diutius fuerunt commorati; miram, eadem de causa, alteri cuipiam posset videri, quod non plures ibidem aliis quoque diebus passi fuerint. Quod porro recentiores, Maurolycus et Galesinius, non addunt, Nividunum esse locum Gallicanum, suadere nihil in rem præsentem potest, quia neque addunt, esse locum Pannonicum. Imo, ut quid id addidissent illi? recentiores sunt quorum vel fidem in rebus istiusmodi antiquis, soli auctoritate sua faciunt absque testimonio veterum. Oportet igitur alibi extitisse Nividunum. Ubi autem potius, quam in ipsis montibus Pyrenæis, ubi auctor martyrologium suum scripsit? aut prope illos et a quibus non admodum longe absunt Caunæ; ubi, ut mox dicemus, hoc ipso die VI Junii coluntur quoque tres martyres Amandus seu Amantius, Lucius et Alexander, quos si quis velit eo translatos fuisse ex Pannonia potius, quam ex vicinis montibus, id debebit argumento aliquo verisimile reddere. Quid porro prohibet in Pyrenæis montem fuisse aliquem, ceteris nivosiorem, unde civitas vicina Nividunum vocata sit? Composita namque vox illa est, ut patet, ex Latina Nix, Nivis ; et antiqua Celtica, Dun, quæ collem et montem notat, ac Latinis formatur Dunum ; cujus terminationis nomina urbium, per Gallias olim frequenti in usu fuerant, atque etiam nunc sunt in multis. Videlicet Novidunum, ut jam diximus, quadruplex. (Si illud, Novidunum scribatur, novum montem significabit potius quam montem nivosum.) Quadruplex item Lugdunum, nempe Segusianorum, Convenarum, Clavatum et Batavorum. Adde Augustodunum, Cæsarodunum, Segodunum, Melodunum, Minodunum et alia.

quod initio seculi v potest eversum fuisse.

11 Quod autem nunc ignoretur Nividuni situs, mirum antiquitatis scrutatoribus videre non potest ; cum sciant, et civitates occumbere, et sua habere cadavera, suisque ipsarum ruinis ita obrui frequenter, ut post aliC quot secula nec vestigium, et sæpenumero ne nomen quidem supersit. Nunc nomen Nividuni adhuc habemus, situm ignoramus. Potest eversum fuisse initio seculi V, quando Wandali, Suevi, Alani, reliquam Galliam barbare depopulati, invaserunt Occitaniam, destructisque ibi variis civitatibus, etiam Nividunum solo æquaverint, quemadmodum æquaverunt Albam, civitatem episcopalem, cujus certus situs adhuc quæritur ; et nisi episcopalis fuisset, suumque nomen (Sede Vivarium in tutiorem locum translata) aliquamdiu ibi retinuisset, fortasse nunc ne quidem Albæ istius nomen reliquum foret.

Iidem tres coluntur Caunis :

12 Venio nunc ad Commentarium sequentem de sanctis Martyribus Caunensibus, Amando, Lucio, Alexandro, Audaldo, in Gallia prope Narbonam honoratis. In his tres primi iisdem plane indicantur nominibus, quibus tres priores in superiori Commentario ; quos jam diximus solos ad Nividunum referendos esse, et illud verosimiliter situm fuisse ad Pyrenæos. Quod enim primus, ibi vocatur Amantius, hic vero Amandus, differentiam inferre non debet : cum Amandus sic primum Latine appellatus sit seculo X vel XI a collectore Actorum ; qui intelligens vernacula lingua illum vocari saint Aman (id enim audita tantum percipitur, sive scribatur Gallice Amant, sive Amand) Amandum appellare Latine maluit quam Amantium : potest etiam Gallice scriptum invenisse Amand ex ignorantia vulgi, aut librariorum oscitantia, levi mutatione litteræ unius. D

eo verisimiliter translati Nividuno,

13 Quid autem de S. Audaldo ? Claudius Castellanus, versatissimus in etymologia, originatione et variatione vocum Gallicarum, uti patere potest ex Vocabulario ejus hagiologico ; per litteras familiares de S. Audaldo, ejusque nominis mutatione ex Teodardo, archiepiscopo quondam Narbonensi sancto, ad nos quædam, non spernenda, transmisit cogitata sua ; quibus etiam verosimile fiat, in montibus Pyrenæis aut illorum appendicibus sub diœcesi Narbonensi situm fuisse olim Nividunum, in quo Amantius, Lucius et Alexander passi fuisse leguntur, quorum sacra Lipsana deinde, Wandalis Galliam et imprimis Occitaniam cum excisione urbium multarum barbare depopulatis, eversoque ab illis Nividuno; Caunas translata fuerint ; quibus lapsu temporis adjuncta etiam sit pars corporis S. Theodardi, istius diœcesis Narbonensis episcopi ; qui propterea cum prædictis sanctis Martyribus ibidem cultum habuerit, ideoque a posteris, Acta illorum scribere post longa temporum intervalla aggressis, creditus fuerit, ex eorumdem societate fuisse. Hac facit cogitatio Castellani, ominantis vocabulum Gallicum, Saint E Thodard (quod pronuntiatur acsi scriptum esset, Saint Audard) a parum cautis librariis, etiam in Actis publicis, scriptum fuisse Latine, S. Audardus, imo et S. Audaldus ; quia nempe in Cadurcensi provincia et versus Montem-Albanum, ubi præcipua pars corporis sancti istius archiepiscopi Narbonensis in veneratione est, appellatur Gallice, Saint Thodalt. Unde tandem factum sit, S. Audaldus. Adjungit porro, quatuor illos Sanctos, nempe Amandum seu Amantium, Lucium, Alexandrum et Audaldum (nescio, an e certis instrumentis, an aliunde) ita simul honoratos fuisse, tempore toto seculo X, in ecclesia S. Tertullini, sic ut nihil de illis notum esset præter nomina. Is cui seculo XI eorum fabricavit Acta, accepit Saint Thodalt (Gallice quod auribus sonabat Saint Audald) pro socio trium aliorum martyrum, eaque sua Acta falso illo fundamento superstruxerit. Ita Castellanus in confirmationem sententiæ nostræ ; quæ mihi quidem, quantum licet in re obscurissima, conjecturalem nostram opinionem multum stabiliunt.

a Gothis forte exciso.

An passi sint Noveduno Equestrium?

14 Scio quidem, Castellanum postea in suo Martyrologio universali Gallice conscripto, atque anno MDCCIX publicato, ad diem VI Junii in margine annotare Nivedunum Equestrium pro palæstra sanctorum Amantii, Alexandri et sociorum, prout eorum memoria signatur tum in martyrologio Romano hodierno, F tum in antiquioribus nonnullis post Usuardum MSS. Verumtamen illi duo Amantius et Alexander, alii non sunt, quam quos in ecgraphis martyrologii Hieronymiani jam consideravimus. Prætermisit Usuardus, in omnibus fere sub ejus nomine descriptis martyrologiis Lucium, quem sub titulo Sociorum comprehenderit cum aliis Martyribus, quos nequiverit ex diversa scriptione martyrologiorum antiquorum dijudicare, referendine essent ad Nividunum, an vero ad Alexandriam. Similiter habemus in nonnullis martyrologiis MSS. sub nomine Bedæ, in quibus soli proponuntur, Nividuno sancti Amantius et Lucius, prætermisso Alexandro, nulla etiam sociorum mentione facta, uti nec fit in plerisque codicibus, tam MSS. quam impressis Usuardi. Ex quo consequitur, Bedam et Usuardum, alios Nividuno non putasse adscribendos Martyres, quam Amantium, quem habet uterque nominatim, et Alexandrum, quem habet nominatim Usuardus, atque Lucium, quem nominatim habet Beda, in aliquibus saltem codicibus ; nulla mentione facta illorum, quos non ad Nividunum, sed Alexandriam diximus referendos. Qua ex re multum comprobatur sententia nostra, quam proposuimus supra, solos Amantium

A tium Lucium *atque* Alexandrum Nividuni *passos.*

quod est in Helvetiis. 15 *Redeo ad* Nividunum Equestrium *Castellani: quod eruditissimi passim Geographi collocant prope lacum Lemanum in Helvetiis, medio fere itinere inter Genevam atque Lausanam, quodque nunc in tabulis plerisque notatur* Nion *aut* Nyon, *olim vero scribebatur, uti legimus in Notitia Provinciarum et civitatum Galliæ,* Civitas Equestris Nojodunum. *Reflecto animum ad apices scriptionis, qui tales sunt, ut* Nojodunum, *non magis quam* Noviodunum, *sumi possit pro vetere, quod quærimus,* Nividuno. *Quapropter magis mihi placet prior Castellani opinio, nostræ consentiens de* Nividuno, *ubi* sancti Amantius, Lucius *et* Alexander *passi sunt, ponendo illud, in aut prope Pyrenæos, potius quam in Helvetia. Quia illa opinio nullam pro se conjecturam habet, habet aliquam nostra, uti jam ostendimus. Sanctorum quippe illorum corpora jam olim Caunis, non procul a Pyrenæis, in honore fuerunt, eorumdemque memoria, martyrologio S. Sevini in iisdem montibus, adscripta legitur.*

Caunæ villa sunt in diœcesi Narbonen. 16 *Si quæras, ubi Caunæ sint: dictum jam est in titulo commentarii Papebrochiani, et in hac Dissertatiuncula loco non uno, esse prope Narbonam, videlicet ad fluvium Argentoduplum, qui Caunas alluit, ac deinde præterlabens loca, Gallice* Rieux *et* Liran *dicta (uti auctor est Ludovicus Coulon, de fluminibus Galliæ, parte* 2 *pag.* 279) *influit in Ataxem, Gallis* l'Aude, *non admodum longe supra Narbonam. Ejusdem loci, ac monasterii illic conditi, quod etiam ipsum* Caunæ *appellatur, meminit Præceptum Caroli Calvi anno* DCCCLXXV *datum, apud Mabillonem de re diplomatica pag.* 545; *in quo legitur* monasterium, quod dicitur Caunæ, esse in pago Narbonensi, constructum in honorem Apostolorum Petri et Pauli, super fluvium Argentoduplum. *Quando illud condi cœperit, non adeo perspicuum est. Villam* Caonas *sive Caunas, a comite quodam Milone ante annum* DCCXCIV *donatam fuisse Aniano, tunc S. Joannis et S. Laurentii monasteriorum, quorum ultimum etiam* Celto *vocatum fuit, abbati, docet apud eumdem Mabillonem Præceptum Caroli Magni pag.* 505: *in quo legitur Carolus* concessisse, *id est confirmasse, Aniano prædicto* villam Caonas, sicuti Milo ad suum *Aniani* monasterium per suas litteras delegavit, cum omnibus appendiciis suis.

17 *Sub hæc fere tempora, certe Carolo Magno adhuc vivente, reperitur in dicta villa etiam fuisse mo-*
C *nasterium* Caunæ, *quod Daniel abbas pariter concessit*
... et Monasterium Caunæ *abbati Aniano. Id declarat Præceptum Caroli Calvi jam citatum; in quo Rex ita loquitur:* Detulit nobis *Hildericus abbas monasterii Caunensis,* præceptum avi nostri Caroli Augusti imperatoris, quo continebatur, qualiter eumdem monasterium bonæ memoriæ venerabilis abbas Daniel Aniano abbati in sua eleemosyna concesserat. *Si in Præcepto regi oblato, Carolus magnus, Calvi avus, vere scriptus fuit* Augustus imperator, *constabit, intra* XIV *primos seculi* IX *annos concessum Aniano, tunc in Celtone abbati, monasterium Caunas fuisse. Sed hinc nihildum de origine ejus habemus. Potest multos ante annos constructum, tunc Aniano, vitæ sanctimonia monasticaque disciplina claro, traditum fuisse. Æque incertum est, quo tempore illuc translatæ fuerint reliquiæ sanctorum* Amandi *seu* Amantii, Lucii *et* Alexandri: *priusne quam do-*

vivente Carolo M. datum Aniano Abbati Celtonis

nati monasterii fieret Aniano, an postea. Nam reli- D
quiæ S. Audaldi *sive* Theodardi, *archiepiscopi Narbonensis, sub annum* DCCCXC *in monasterio S. Martini vita functi, non possunt ante finem seculi* IX *prædictis reliquiis adjunctæ et in eodem loco cultæ fuisse.*

In Actis nulla Caunarum mentio, sed translationis, 18 *Auctor Actorum, quæ edidimus, tota historia sua non meminit Caunarum; sed postquam martyrii modum suo ingenio descripsit, tantummodo ait sub finem:* Hæc facta sunt in Nividuno civitate VIII Idus Junii. Translata sunt autem corpora eorum *(non indicat quanto tempore post: dixerat autem antea num.* 7, *corpora martyrum adducta fuisse* per noctem ad muros civitatis *Nividunensis,* in locum, qui est secus prædium Adamanti, viri fidelissimi; *ibique fuisse sepulta)* translata sunt, *inquit,* corpora eorum ab Irenæo, sanctissimo viro et episcopo, in ecclesiam S. Tertullini, episcopi et martyris, VII Idus Septembris, *Titulus porro, quem Actis præfixum invenimus, sive ab auctore sive ab alio additum, nescio; ita habet:* Incipit passio beatorum martyrum Amandi episcopi, Lucii, Alexandri et Audaldi, qui passi sunt tempore Antonii principis, sub Aurelio præside in Nividuno civitate, pro Christi nomine. *Mirum fo-* E
ret, hunc titulum, in quo mentio Antonii principis *(quod volens intelligam pro* Antonino imperatore*) ab ipso auctore appositum fuisse; qui neque* Antonium *neque* Antoninum *nominat tota historia sua, sed tantum* præsidem Aurelium.

quæ videtur non longi itineris fuisse. 19 *Habemus ex his, quod et martyrologia antiqua habent, passos fuisse martyres nostros* in Nividuno civitate, *quæ si longissime ab ecclesia S. Tertullini dissita fuisset, puta in Mœsia aut Pannonia, imo etiam ubi nunc civitates,* Noviodunum *nomine, per Gallias notæ sunt; dubitari non potest, quin aliquid de translatione longiore addidisset Auctor; qui potius de locis vicinis, et suo tempore forsan adhuc notis, intelligendus est. De Antonino imperatore sub quo passi fuerint sancti martyres, nihil est quod credi possit titulo, cum Acta ipsa sileant, nec alius scriptor id suggerat. De ecclesia S. Tertullini inquirit Papebrochius in commentario suo num.* 5; *nec invenit, quod satisfaciat. Quid si in Caunis sub tali appellatione ecclesia ante fuerit, quam monasterium ibi conditum sit? Denique Irenæus per Gallias episcopus, nullus innotuit hactenus, præter celeberrimum eumque antiquissimum Lugduni martyrem, qui huc videtur spectare non posse.*

F
Hactenus dicta, pro conjecturis accipienda. 20 *Sunt igitur omnia incerta, præter locum passionis,* Nividunum; *et monasterium, ubi postea, et forte hodiedum corpora martyrum in veneratione sunt,* Caunas. *Atque hæc sunt, quæ non aliter pleraque, quam ut conjecturas nostras considerari velim. Dum interim verisimile sit,* sanctos Amantium, Lucium *et* Alexandrum *in priori classe, tantum subiisse martyrium* Nividuni. Nividunum *vero quia sic ab antiquis constanter scribitur; non esse* Noviodunum: *denique* Nividunum, *nullibi nunc notum, non procul abfuisse ab ecclesia S. Tertullini, ad quam inde dicuntur translatæ fuisse prædictorum martyrum reliquiæ; quæ deinde in monasterio Caunis in diœcesi Narbonensi conservatæ fuerunt.*

Pag. 634 *ante* S. Claudium *pone hunc Commentariolum.* NOT. 36

DE S. CERATIO EPISCOPO,

GRATIANOPOLI IN GALLIA.

Andreas Saussayus, in Supplemento sui Gallicani Martyrologii, prænominatum Sanctum hoc elogio ornat, et Ceratum appellat; Gratianopoli Natalis S. Cerati Episcopi et Martyris, qui post innumera animarum lucra, stadium fidei ingressus, ex affectione Christi majestatis, forti occumbens fidelique certamine, palmam victoriæ, et coronam honoris et gloriæ feliciter reportavit. Pro hisce flosculis, quam mallem aliquid historici fructus accipere, de tempore, titulo, ac modo Martyrii: vel saltem de cultu in ista Ecclesia, quæ Gratianum Imperatorem fundatorem habuit, unde et civitati nomen. Licet autem eo loci fuisse credatur ex Ptolomæo Acusium, aliis Acusianorum Colonia dicta; nullo tamen argumento probatur, Sedem eo loci Episcopalem fuisse ante Gratianum, neque ullus istic reperitur an-
B tiquior Dominico Domno, vel Domnino, qui una cum S. Ambrosio interfuit Concilio Aquiletensi anno CCCLXXXI. Hic autem nullo hactenus sanctitatis titulo dignatus reperitur, uti neque ullus alius ex sequentibus duodecim, usque ad S. Ferreolum, qui post annum DCL Episcopatum gesserit; quem Martyrem obiisse credimus, inquit Robertus Chenu. Hunc sequuntur Claudius Robertus atque Sammarthani: sed nullum usquam Ceratium nominantes. Solum noto, sextum a Domno, apud prædictum Chenutum, Ciriacum vel Ciriatum dici; apud Claudium Roberti, Cypriacum vel Syriacum; apud Sammarthanos, simpliciter Cypriacum, Nullus etiam diem mortis vel cultus notat. Verum pro multis mihi est Claudius Castellanus, in suo Vocabulario Hagiologico, homo minime ad talia credulus facilisque. Docet is, Ceratium aliquem, vulgo Saint Ceras dictum, Episcopum Gratianopolitanum censeri et coli hac die VI Junii: abstinet autem a titulo Martyris, non abstenturus si reperisset: quare et ego ipso abstineo, donec contrarium docear ex Ordine Divini Officii, pro Ecclesia Gratianopolitana edito, et ex tot nominibus illud teneo quod cum vulgari propius convenit.

Pag. 634 num. 1 lin. 18 sic lege —

NOT. 37 S. Claudii audit, vulgo S. Claude, et quidem ab anti-
C quo, ut notas Claudius Castellanus; ita enim ipsemet scriptum litteris Gothicis (Teutonicas intelligo) reperit in monte S. Quintini prope Peronam, in quadam capella ipsius claustri. Quid ni autem etiam a temporibus Romanorum in Gallia sic fuerit pronuntiatum? quemadmodum nunc passim, ex vetustissimo usu, G loco C pronuntiatur in nominibus Caius, Cajeta, Cneus. Causam porro appellandi a S. Claudio monasterii referunt omnes etc.

NOT. 38 Pag. 717 num. 5 lin. post — credi — adde.

Idem Castellanus in Vocabulario Hagiologico notat, Gudwalum vulgo Goau dici, et in Lo-coal, id est Loco Gudwali (Prioratus est diœcesis Venetensis, ad oppidum Rotonense spectans, Patronum coli, ac vocari Saint Goal; deinde quærit, an forte ejusdem Sancti ecclesia sit in Arturensi Vasconiæ diœcesi, vulgo Saint Go dicta.

NOT. 39 Pag. 738. De S. Alexandro martyre, episcopo Fesulano col. 2 § 3, Post — de quo — sic continuanda est oratio hoc modo — de quo tria martyrologia Usuardi, Florentiæ aucta Medicæum et Strozzianum MSS. tertium vero impressum anno MCCCCLXXXVI, sic scribunt hoc die: Apud civitatem Fesulanam, natale S. Alexandri episcopi et martyris ejusdem civitatis. De ejusdem aliorumque Sanctorum Fesulis translatione meminerunt eadem martyrologia MSS. Strozzianum et Medicæum ad diem XVII Februarii: Apud civitatem Fesulanam in partibus Tusciæ, translatio corporum sanctorum Romuli, episcopi primi ejusdem urbis, Alexandri episcopi, Donati et Romani episcoporum prædictæ urbis; atque sanctorum martyrum Carissimi, Crescentii et Dulcissimi, et aliorum Sanctorum et Sanctarum, reliquiarum. De eodem Alexandro Ferdinandus Ughellus etc.

Pag. 744 quæ annotat. g dicuntur de Translatione NOT. 40
S. Mauri, tantisper deleantur: cum ad Januarium et Vitam istius Sancti, absoluto sacro anno, reditum fuerit, secundis curis examinanda a posteris.

Pag. 825, num. 9, lin. 5, post verbum, superstes
— addo, non tamen et Archiepiscopus Magdeburgensis NOT. 41
post eum, sicut obrepsit Baronio scribere ad an. 1134 num. ult. Eumdem Hugonem, cum hæc Acta scriberen-
tur, adhuc in vivis fuisse, verosimile est, ex num. 118, E
post apparitionem Sancti factam ipsi Hugoni, et hoc pro eo votum habetur, Det omnipotens Deus etc.

Pag. 809 NOT. 42

APPENDIX C. J:

Ad Commentarium prævium de S. Norberto, ordinis Præmonstratensis institutore.

Habeo binas litteras, quas reverendissimus F. Ar- Vita S. Norberti anno 1704 Gallice impressa
nulphus Simon. Abbas Bonifageti et in congregatione antiqui rigoris Ord. Præmonstr. vicarius generalis anno MDCCI die IX Novembris; et MDCCII VII Februarii dedit Nanceii ad reverendiss. D. Joannem Chrysostomum Teniers, abbatem S. Michaelis, ejusdem Ordinis Præmonstratensis, Antuerpiæ, cui hæc nostra S. Norberti Acta inscripseramus. Hic utrasque litteras, quæ ejusdem argumenti sunt et varias reverendissimi Arnulphi dubitationes atque quæsita, circa plura vitæ Norbertinæ minus nota et obscuriora capita continent, ad me pro antiqua familiaritate sua misit, rogans, ut pro se ad allatas dubitationes respondere vellem. Feci quod potui, et responsionem meam ad
reverendiss. D. Jo. Chrysostomum detuli. Exinde F
Vitam S. Norberti, cujus causa quæ dixi petita fuerunt, emisit in lucem lingua Gallica Luxemburgi anno MDCCIV Ludovicus Carolus Hugo ejusdem Ordinis ac reformationis. Est illa auctore suo erudito digna, chronologica serie et candore historico digesta in libros quatuor; quorum singulis seorsim suæ subjectæ sunt annotationes ad illustrandam magis historiam. Fatetur obiter in Præfatione, editionem nostram Actorum S. Norberti, et in illa multiplices observationes sibi profuisse: et ego vicissim nonnulla observo in ipsius lucubratione, quæ illustrare nostra magis possint. Procedat igitur, tum inde, tum aliunde Appendix hæc, Commentario Papebrochiano pag. 832 subnectenda.

2 Pagina igitur nostra 822 col. 2 § 10, prognatus Nativitas ejus refertur ad an. 1080
dicitur Norbertus fuisse sub annum MLXXXV, quod per oscitantiam typothetarum factum sit, pro MLXXX, uti patet e pag. 836 annot. g, ubi idem annus MLXXX nativitati ejus adscribitur, et vix tardius potuisse natum esse, colligitur ex tempore, quo sacerdotii ordine initiatus fuit sub annum MCXV, jam transgressus ætatem annorum XXX, ante quam ætatem presbyterum ordinari ab episcopo, per canones tunc adhuc nefas erat, uti diximus

A *mus supra pag.* 11 *num.* 57, *ex similis ætate sacerdotii suscepti inferentes tempus nativitatis S. Morandi; qui ejusdem seculi* XII *initio, uti Norbertus, floruit monachus Cisterciensis; et pluribus ostendit auctor Vitæ Gallicæ prædictæ in notis suis ad librum primum, pag.* 57. *Imo transgressus jam tunc fuerit Norbertus annum ætatis* XXXV, *quandoquidem archiepiscopus Coloniensis Fredericus, offerente se Norberto ex improviso, ut proxime inter ceteros ordinaretur,* non mediocriter admirans, hominem *(Norbertum)* per se ipsum demum petere, quod ab aliis sæpe recusasset oblatum, *uti legitur in vita cap.* 2 *num.* 9. *Hinc merito supponimus, ante tempus per canones statutum, ab episcopis ei ordinationem sacerdotii oblatam non fuisse. Cum igitur expresse hic dicatur, talem ordinationem ei* sæpe *ab aliis episcopis oblatam fuisse, ac* per se ipsum demum petenti *a Coloniensi collatam fuisse; non incongruum erit cogitare, a primi episcopi oblatione, quæ* sæpe, *et a variis episcopis iterata fuit; ad illud,* demum petiisse *a Coloniensi, quinquennium facile elapsum fuisse ultra annum ætatis ejus trigesimum, si non amplius. Quod mea quidem opinione amplius fuisse potest, et si quis verosimili argumento* B *ostenderit, facile concessero, totidem annis ante annum* MLXXX *natum fuisse Norbertum, quot quis monstraverit, ultra annum* XXXV *ætatis fuisse ordinatum presbyterum. Idem quoque tempus nativitatis deduci potest, ex eo quod Norberto ante Burchardum oblatus fuit episcopatus Cameracensis, uti legitur in Actis nostris pag.* 841 *num.* 25 *fine, et pag.* 880 *initio. Oblatus igitur fuit Norberto episcopatus post obitum B. Odonis anno* MCXIII *mense Junio defuncti, antequam ei subrogaretur Burchardus. Ex quo iterum concluditur, Norbertum tunc ætatem annorum* XXX, *ante quam episcopus non fiebat, superasse; atque adeo ante annum Christi saltem* MLXXXV *fuisse natum.*

Encomia Guiberti Abb. de Norberto,

3 *Pag.* 828 § IV *sub titulo,* Encomia S. Norberto ejusque Ordini ab ejusdem ævi scriptoribus data *referatur Guibertus, S. Mariæ de Novigento abbas, religiosissimus juxta ac doctissimus, primo loco, tum quia is reliquos encomiastes ætate præcedit, tum quia Norberto, adhuc in Galliis agente, familiariter usus fuit, mortuus anno* MCXXIV. *Guibertus iste S. Anselmi quondam discipulus, commentarios suos, quos* Tropologias *vocat, in prophetas Osee et Amos et Lamentationes Jeremiæ, sic Norberto inscripsit apud Dacherium pag.* 182: Amantissimo Patri et venerabili Domino, universæ caritatis affectione colendo, totius sanctæ C interiotatis vero cultori, ac veræ discretionis magistro Norberto frater Guibertus, monachus nomine, peccator operibus, prosperis sui suorumque gaudere successibus. *Tum sic præfatur :* Arduum nimis et magistris veteribus horrescendum, præsentis prophetiæ pelagus aggressuri, ad te *(alloquitur Norbertum)* liberalissime Doctor, tanti ausus causas, tuæ conscii humilitatis, inferimus: cujus verba excusationis non ambigo, quod modestia tua ea mente suscipiat, qua a me intentione apud tuas sobrias aures promi constat. *Ibidem pag.* 224 *idem Guibertus in proœmio libri* IV, *ad eumdem Norbertum se convertens, ita habet:* Tibi ergo, Reverende Magister, in quem non modo nostra, sed et nos appulimus, qui infinitas scientiæ copias cunctis sine livore communicas, totius summam corrigendæ nostræ orationis imponimus, ut secure dilates aut minuas, siquid plus æquo minusve dixisse, tuo judicio, reperiri poterimus.

ejusdem epistola ei inscripta,

4 *Denique absoluto commentario suo, quinque libros complexo, Guibertus epistolam scripsit ad eumdem Norbertum, qua ejus arbitrio eosdem libros subjicit censendos. Epistolam illam protulit in lucem in suo* Supplemento Patrum, *ut vocat, Parisiis anno* 1686 *pag.* 489, *Jacobus Hommey Augustinianus, ex cod. Biblioth. Navarr. ratus, illam a se primum edi, ideoque* D *monet, ad finem commentariorum Guiberti apud Dacherium appendendam. Verum eadem epistola jam pridem apud eumdem Dacherium legebatur suo loco, ad calcem libri* V *commentariorum pag.* 262, *sub titulo* Epilogus; *qualis vere est operis præmissi, quod uti ab initio inscripsit Norberto, ita ad calcem ei offert censendum. His ad lectoris instructionem prænotatis, profero ex eadem epistola seu Epilogo, quæ ad laudem Norberti præcipue spectant. Ita orditur :*

C. I.

in qua laudatur a sinceritate,

5 Quoniam ergo hujus æstuantissimi freti qualemcumque, Deo ductore, portum attigimus, ad te tandem, in quo totius sinceritatis judicium præeminere non ambigo, quasi in solidissimo littore commercia nostra, magnis cordis et corporis coempta sudoribus, Magister reverende, deponimus. Nec enim te improvide eligimus hujus nostræ supellectilis appretiatorem, imo vigilantissimum discussorem, cui prorsus insolitum scio, sine omnimodæ æquitatis intuitu censoria quempiam jaculari sententia, cujus nimirum operis gressus indesinenter præcurrere consuevit intellectualis consilii palpebra. Non absurde, inquam, præsens opusculum tuis disquisitionibus applicuisse decreverim, præsertim cum indubitanter agnoverim neminem super interioris hominis statu, in cunctis nobis contiguis regionibus, majoris discretionis obtinuisse vim. Nec id injuria. Quid enim spirituale nescias, cum in hujus examinatione te indesinenter exerceas? In his tractibus noctem diei continuas, in hujus contemplationis radio totius interni habitus delectatione conspiras.

æquitate,

E

discretione,

assiduitate contemplationis,

6 Quod si ad animales, quorum copia est infinita, magistros, et qui suis dignoscuntur sensualitatibus irretiti, aliqua spiritualiter sensa proponerem, studium plane meum, eorum lentitudine considerata, gravissime examinarem. Ad te igitur, qui spiritualiter cuncta examinas, et a nemine judicaris, securus intendo: quia ad liquidum universa, et etiam iis majora, non penetrare non poteris; cum nihil sit aliud quam divinum et spirituale quod vivis. Si qua ergo istic corrigenda perpendis, consilio cum scripturis, quarum tibi non infrequens usus extat, communicato, nequaquam corrigere dedigneris; sciens indubie, quod non ingratum nec ullo modo reperies; si qua inibi obliteranda, vel potius immutanda notaveris. *Ac tandem post pauca concludit Guibertus, se illa sua scripta non tam Norberti* lectione, quam oratione firmanda et auctoranda *(alia lectio habet,* auctorizanda) transmisisse.

perspicuitate ingenii,

aliisque dotibus,

F

Encomium sub nomine Roberti de monte allatam;

7 *Item, initio § nostri* V, *pag.* 830 *producitur encomium Roberti de monte, tamquam Sigeberti Gemblacensis usque ad annum* MCCX *continuatoris. Fateor ita passim scribi ac putari. Verum post diligens examen continuationis istius; opinor, me deprehendisse, Robertum de monte ad annum illum non supervixisse, sed annos circiter* XXIV *ante vivere desiisse; nec non, continuationem istam non unius, sed trium diversorum collectorum esse: adeo ut pars prima continuationis ab anno* MCXIII, *quo Sigebertus obiit, pertingat usque ad annum* MCLV; *cujus auctor ignotus, circiter illud tempus obierit. Partem alteram, quæ vere Roberti de Monte sit, extendi ad annum usque* MCLXXXVI. *Postremam denique esse monachi Gemeticensis. Hæc mea opinio, quam pridem concepi, in Dissertatione propria, hoc ipso Junii Supplemento verosimiliter locum inventura, pluribus explicabitur: Interea deduci inde hic potest, encomium sub nomine Roberti de Monte allegatum, non ad auctorem seculi* XIII, *sed seculi præcedentis referendum esse, qui sub annum* MCLV *scripserit, ac forte etiam obierit. Est autem encomium tale;* Sub his temporibus *anno* MCXXXI, Ordo canonicus Præmonstratensis *etc. uti impressum est loco citato; atque*

ad secul. XII referatur.

que referri debebit ex opinione nostra ad § præcedentem.

Candidum habitum

8 *Adjungatur hic etiam Ludovici Caroli Hugo, auctoris Vitæ Gallicæ, de qua præfati sumus, ejusdem Ordinis Præmonstratensis, sententia circa colorem candidum habitus, quem præscripserit Norbertus suis, ut aiunt aliqui, ex revelatione B. Mariæ virginis, ad honorandum candore vestis mysterium conceptionis ejus immaculatæ. Eoque magis sententia ejus adjungenda hic est quod priuem æmuli quidam nostri, illo ex capite concitare in nos ex temeraria opinione sua conati sint Reverendissimum Joannem Chrysostomum Teniers, abbatem Ordinis Præmonstratensis in hac civitate, supra laudatum: quasi nos ad Acta S. Norberti tunc nondum illustrata, nedum impressa, prædictam revelationem elevaturi essemus, uti mihi pro sua familiaritate declaravit ipsemet Reverendissimus; simul injungens pro sua æquitate et amore veri, ut nequid propterea prætermitteremus scribere super argumento isto, quod magis consonum veritati judicaremus: se id susque deque habiturum.*

a B. Maria Virg. Ordini præscriptum non esse,

9 *Post hæc, ad vitam S. Norberti sat multa commentatus est Papebrochius illa de re ad veritatem adstruendam, quæ legi possunt pag.* 824 *annot.* a *et pag.* 847 *annot.* f. *Sed clarius loquitur Hugo, pag. sua* 101, *dictaque ibi sua confirmat in Notis pag.* 157 *fine. Primo loco, relatis quibusdam Viri sancti statutis de Ordine suo, ita pergit :* Isthæc contestatio *aliorum contra alios*, destruit fictionem quorumdam scriptorum posteriorum, qui protulerunt absque teste, quod sanctissima Virgo apparuerit sancto Institutori, præscripseritque in visione miraculosa formam et colorem habitus, ut alumni ejus per candidum vestis colorem honorarent mysterium immaculatæ conceptionis suæ. *Et subjungit continuo :* Quæ veri similitudo, quod Religiosi, qui tam solicite sequebantur quævis signa voluntatis divinæ, opposuissent sese tam certæ demonstrationi matris Dei? Estne credibile, S. Norbertum, qui non tergiversabatur suis pandere apparitionem S. Augustini, voluisse iisdem clam esse apparitionem Mariæ? quodque inter rationes, cur illis præscriberet colorem habitus candidum præ aliis, non attulerit illam, quæ omnium erat præcipua, et rem liquido confecisset? *Tum alia subnectit dicta sancti Fundatoris, quæ eodem faciunt ac legi merentur.*

probat Auctor vitæ Gallicæ.

10 *Præterea in Notis ad locum istum, pag.* 157, *prius dicta multis confirmat, atque fabulam priam (ita vocat ipse) ad originem suam adducit confutatque. Ac primum quidem, talis assertionis vestigium se, ait, reperisse in charta quadam Ludovici XI regis Franciæ, anni* MCCCCLXXV, *apud Pagium suum in Bibliotheca Præmonstrat. pag.* 762. *Eamdem opinionem secutos esse, Hardegomium, Gasparem Bruschium, Eusebium Nirembergium, Auctorem monastici Anglicani (locos singulorum ipse citat) eisque demum adhæsisse Emin. Card. Sfondratum in sua* Innocentia vindicata, *edita* 1695 : *cujus verba e pag.* 52 *hæc citat :* S. Norbertus religionem suam instituit in honorem Conceptionis, juxta communem et unanimem suæ familiæ traditionem, *et quæ sequuntur de epistola, quam dicit Sfondratus, a Generali Ordinis Præmonstr. Philippo de Quintavilla ad regem Franciæ Philippum, quingentis annis post institutum a Norberto Ordinem scriptam fuisse. Quam sententiam omnino falsam esse, ait ibi Hugo, et clare demonstrat. Quia nempe talis Philippus numquam fuit Generalis Ordinis. Quia Philippus rex Franciæ nullus tunc potest fuisse. Philippus quippe, nominis istius sextus et ultimus, fatis cessit anno* MCCCL, *annis non amplius* CCXXX *ab instituto Ordine Præmonstrat. Atque hæc satis sunto ex testimonio viri eruditi ejusdem Ordinis, ad obstruendum os loquentium iniqua et aliis persuadere conantium sensa sua, quæ contra Acta Sanctorum nostra, gloriam Dei in Sanctis suis cum veritate dilatantia, conceperunt. Qui plura de prædictis scire vult, adire potest et legere Auctorem ipsum.*

An recte dictum sit, Præmonstratenses

11 *Idem Auctor, præterquam quod fateatur in præfatione sua, Acta S. Norberti, a Papebrochio illustrata, sibi profuisse; nihil ostendit in illis magnopere sibi displicere, nisi forte, quod ex dictis Papebrochii pag.* 824, *non recte sibi expensis, notet pag. sua* 160, *ipsum docere, quod discipuli sancti fundatoris Norberti nudis pedibus incesserint initio Ordinis. Sed locus iste videri potest notatione illa non indigere. Papebrochius citato loco sic scribit :* Invenio, neque lineis vel indusiis ad carnem, vel toralibus ad lectum, usos initio Præmonstratenses; discalceatosque incessisse, insuper et perpetuam servasse a carnibus abstinentiam. *Ad hæc respiciens Vitæ Gallicæ auctor, ita reponit pag. sua* 108; Norbertus suis numquam permisit nuditatem pedum, *et superaddit pag.* 160 *notationem hanc; Bollandi continuatores in suis ad vitam S. Norberti notis pag.* 824, *scripserunt*, quod filii sancti Fundatoris incedebant nudipedes initio Ordinis: *additque;* Nescio ego, ubinam id detexerint. Omnia Ordinis monumenta, maxime antiqua, nihil istiusmodi habent. Primæva ejus statuta, quæ facta sunt sub abbate Hugone anno MCXXVIII, plane contrarium docent.

initio Ordinis fuisse nudipedes

12 *Probo hæc ego : nec ideo tamen improbanda video scripta citato loco Papebrochii, qui statutis illis non adversatur. Ait*, se invenisse, initio Ordinis, Præmonstratenses discalceatos incessisse. *Cœpit ipse Institutor sic incedere; secutus est exemplum primus socius Hugo, qui* relictis omnibus, se cum Norberto in eadem vita et paupertate contulit, *uti legitur in Vita cap.* 5 : *et apertius apud Harmannum monachum, Quod* cum Norberto nudis pedibus ubique proficiscebatur. *Nec aliter fecerint qui mox sese illis adjunxerunt socii plures. Constat Norbertum sic etiam continuasse ab initio Ordinis per sex annos; et jam electum archiepiscopum Magdeburgensem, nudipedem adhuc more suo et vili habitu amictum, inter principes viros, tam ecclesiasticos, quam seculares, longo itinere ad episcopatum suum profectum esse anno* MCXXVI. *An exemplum sancti ducis, novi tirones sui mundique contemptores, in primo fervore suo, sub oculis ejus similiter secuti non sint? Ubinam monumentum Ordinis detexit Auctor Vitæ Gallicæ, quod doceat, istis initiis discipulos a magistro suo illa in re dissimiles fuisse? Certe Papebrochius aliud non dicit, tota annotatione sua, quam quod compererit*, Præmonstratenses initio Ordinis sui incessisse, nudis pedibus. *Quid verius? Annus* MCXXVIII, *non erat initium Ordinis, qui jam tum ab octennio institutus mire creverat; et octennium istud jure merito initium computari debet ac fuit. Quidquid deinde statutum sit, non tangit ibi Papebrochius. Quod etiam Vitriacus scribat, Præmonstratenses* caligis calceatos dormire, *ad ista initia referri non potest, sed ad tempora posteriora, quando jam anno* MCXXVIII *illa de re certæ leges, canonicæ vitæ convenientiores, conditæ fuerant auctoritate Ordinis.*

Capitulum Ordinis generale Præmonstrati

13 *Addi liceat pauca de Capitulo Ordinis generali* (quod Præmonstrati ex præscripto sancti Patris Norberti quotannis in festo S. Dionysii solebat celebrari, *quemadmodum testatur in Bibliotheca Præmonstratensi le Paige seu Pagius pag.* 254 : *additque, postmodum a Simone de Perona sub annum* MCCCCLXIX *celebrari cœptum esse Dominica quarta post Pascha; et sub Francisco a Longoprato anno* MDCV *mutatum fuisse in triennale) quomodo illud priscis temporibus agi consueverit. Habeo chronicon Emonis, abbatis primi Horti Floridi in Werum apud Ommelandos prope Groningam, quod orditur ab anno*

MCCIII

A MCCIII *ac terminatur in anno* MCCXXXVII, *in quo Auctor multa sui temporis scitu digna, suaque ipsius gesta et itinera, pro fundatione monasterii sui suscepta, distincte narrat; atque inter alia describit, quo pacto celebrari consueverit ac celebratum sit anno* MCCXVII *capitulum generale Ordinis in Præmonstrato, quo concesserat, atque* se et locum novellum, *monasterium nempe suum Floridi Horti*, imbutum suavi sapore Præmonstratensium consuetudinum in usu vivendi et religione Deo serviendi, obtulit, petens paternitatem, et percipiens, et litteras reportans in hunc modum: Ego Gervasius, Dei patientia, dictus Abbas Præmonstratensis, omnibus in perpetuum. Notum esse volumus... quod cum ecclesia Floridi Horti in Frisia per Dei gratiam dilatari cœpisset... vir religiosus Emo ejusdem loci Præpositus... veniens ad generale capitulum Præmonstrati, se obtulit et locum suum ecclesiæ et ordini Præmonstratensi, quem elegit, et professus fuerit a primis ecclesiæ sibi commissæ fundamentis; ipsamque Præmonstratensem ecclesiam immediate matrem elegit, ut ecclesia Floridi Horti tamquam specialis filia Præmonstrati, per Præmonstratensem abbatem, tamquam per patrem regatur, secundum quod Ordinis B exigunt instituta. Nos autem *etc.* Actum anno gratiæ MCCXVII.

quomodo celebratum sit an. 1217

14 *Idem Emo formam capituli prædicti*, quod per triduum celebratum *fuisse, ait, sic descriptam reliquit.* Primo die postquam ingressi sunt capitulum abbates Præmonstratensis Ordinis, procurantur litteræ variæ, et pro causis quibuscumque, tam per patres Ordinis, quam per nuntios potentum, et pro excusatione absentium; et conceditur fraternitas supervenientibus per librum solito more, item pro absolutione defunctorum, quibus olim, vel per certum nuntium, vel pro se petentibus per litteras, data fuit fraternitas: quorum litteræ recitantur. Quibus lectis, subjungit abbas: Anima ejus et animæ omnium fratrum defunctorum etc. Pro fraternitate quoque danda, multi tam viri quam feminæ religiosæ, pauperes et divites introducuntur.

Acta die primo,

15 Die secunda ante ortum lucis pulsatur unum de maximis signis, et statim omnes surgunt abbates et cappellani, dicentes apud se Primam; et pulsatis omnibus signis, omnes chorum ingrediuntur, et mox abbas ille, cui pridie injunctum fuerit, imponit solenniter, Dum sanctificatus etc. cum Sequentia, Veni sancte Spiritus. Missa itaque percantata, vel C usque Agnus Dei, pulsatur nola, quæ suspensa pendet ante ostium capituli vel caminatæ abbatum, ter interciso sono. Finita missa omnes intrant capitulum, et omnibus decenter stantibus, imponit abbas Præmonstratensis, Alleluia, Veni sancte Spiritus. Quo peracto dicit, Benedicite; et mox abbas aliquis, humilians se ante dictum Præmonstratensem, accepta benedictione, facit sermonem. Postea, sicut prius, fraternitas a supervenientibus postulatur et conceditur, et abbates pro familiaribus suis postulant. His ita peractis, prior capituli abbas aliquis, publice pronuntiat, ut exeant cappellani; et continuo surgunt circatores duo, secundum ordinem, cum scedulis; in quibus continetur, quomodo se habet domus illa, quam visitarunt, in spiritualibus et temporalibus. Quibus recitatis porrigunt chartulas priori capituli; et coram Præmonstratensi se prosternunt dicentes; Siquid minus fecimus quam debuimus, veniam petimus: et abbas subjungit, Indulgentiam etc. Post hæc omnia dicit dominus Præmonstratensis his, qui Diffinitores dicuntur, ut facto prandio conveniant, et super singulis, quæ recitata sunt, tractent et disponant.


die secundo,

16 Die tertia, ut prædictum est, ante ortum lucis pulsatur Prima, et ingressis omnibus chorum, imponitur solenniter, In medio ecclesiæ. Abbates D interim qui volunt, missas celebrant, missa vero percantata, pulsatur nola capituli, ut dictum est; et omnibus in templo constitutis, imponit dominus Præmonstratensis, Veni creator. Postea dicit, Benedicite; et rursum fit exhortatio. Diffinitores autem, si adhuc habent indiscussa, iterum conveniunt seorsum, et alii, quo libet exeunt. Fit tamen interim exhortatio in capitulo claustri, cui multi intersunt. Reversis vero diffinitoribus in capitulum, pulsatur nola, et conveniunt singuli abbates; et surgens prior capituli dicit; Exeant cappellani, et nuntii abbatum remaneant; et ex tunc de tabula pronuntiat quæcumque diffinita sunt et scripta, videlicet de abbatibus deponendis, quibus dicitur; Abbates illi præ insufficientia sua cedant. Et statim surgunt et reddunt sigilla; et dat eis prostratis indulgentiam. Quibus rite de abbatibus peractis, surgunt, et capitulum claustri intrant; et si quæ sunt de culpis subditorum ordinata, pronuntiantur in audientia omnium. Postremo dominus Præmonstratensis, more Præfationum in Parasceve, orat pro omnibus gradibus Ecclesiæ. Tandem accensis candelis et allatis stolis et baculo pastorali, excommunicantur proprietarii, et alii secundum ordinem, et E dicit: Omnis proprietarius etc. auctoritate Domini nostri Jesu Christi etc. subjungens, Fiat, fiat; et projicit ad terram candelam, quam tenuit; et alii abbates similiter. Postea subjungit, Confiteor. Misereatur. Indulgentiam. Sequitur Benedictio, Sit nomen Domini benedictum. Adjutorium. Benedicat. *Atque hæc sunt paragraphus* VI, *commentario Papebrochiano subnectendus.*

die tertio et ultimo

Nunc ad alia quædam emendanda, tum quæ ego, tum quæ amicus noster adm. R. D. De Waddere, Prior in abbatia Parcensi Ordinis Præmonstratensis prope Lovanium, in Actis S. Norberti observarimus, procedo: quibus et adjungam suis locis nonnulla, quæ diligentia scriptoris vitæ Gallicæ eruit nuper atque impressit. Imprimis igitur, mallet dictus D. Prior in figura nostra, pag. 789 *sculpta, repræsentari vera insignia S. Norberti*, quæ sunt, *ait*, scutum argenteum cum nigra cruce, supra quam est parmula, cujus fundus est aureus, cum decussi miniato seu rubro, quaternis ejusdem coloris forficibus sociato: *quæ etiam familiæ sint de Genep; et sic depicta idem Prior nobis submisit, uti hic exhibentur. Atque hinc meminisse oportet, illa quæ in commentario nostro numero* 7, *de insignibus notantur, conformiter hisce mutanda esse. Nota item, pileum ipsius archiepiscopalem debere utraque ex parte pendulos habere floccos decem. Quod ipse potest*

Insignia S. Norberti



F

notasse ex horum temporum usu, quando Archiepiscopi passim suis pileis appendunt utrimque decem floccos. An autem tempore S. Norberti id in usu fuerit, non est operæ pretium hic determinare distinctius.

Pag. 785 *num.* 4 § 14 post — *familia* — intra illic signatam parenthesin adde — *Monet autem D. Prior Parcensis, id nunc amplius non obtinere; sed bis in anno fieri solenniter pro ejusmodi defunctis, videlicet postridie festi S. Gregorii Papæ, die* XIII *Martii, et feria tertia post festum sanctissimæ Trinitatis non impedita* —

Pag. 790 *num.* 17 *sub paragrapho* VI, *primo loco addenda sunt, quæ paulo ante in hac ipsa Appendice nostra ex Guiberti abbatis commentario retulimus pag.* 22 *num.* 3.

Pag. 794 *num.* 20 *in fine*, adde — *Memoratus hic Walterus, aliis Gualterus et Galterus, abbas S. Martini*

A *Martini Laudunensis a sancto Patre Norberto constitutus, et post multos annos factus episcopus Laudunensis, agnoscitur a Parcensibus suus Pater abbas, qui ordinata illic Ordinis sui disciplina, subinde e suo Laudunensi monasterio primum illis moderatorem præfecit, virum religiosissimum Simonem, uti referunt Miræus in Chronico, et Pagius in Bibliotheca Præmonstr.*

Pag. 792. *Initio paragraphi* v *(ubi de encomio e Supplemento Roberti de Monte, ad chronicon Sigeberti Gemblacensis quædam mutari posse, diximus videnda in hac Appendice pag.* 22 *num.* 7.

NOT 43 *Pag.* 810 *annot.* c *in fine* adde — *Hugo in vita Gallica pag.* 72 *scribit, Bartholomæum* an. MCLII, XIII Julii *mortuum. Ubi diem istum, contra communem scriptorum sententiam invenerit, non scio, nec ipse indicat. Nos cum Chrysostomo Henriquez, Chalemoto, Saussayo, ad diem* XXVI *Junii mentionem ejus facimus inter Prætermissos, uti jam dictum est. Proponit ibidem etiam epitaphium Bartholomæi, diversum ab illis duobus, quæ leguntur in notis Dacherii ad opera Guiberti abbatis Novigenti pag.* 659, *atque apud Sammarthanos : in quo opera ejus pia, et fundationes monasteriorum sigillatim indicantur : sed perobscurum est* B *et minus facile intellectu, quam quod apud Sammarthanos in episcopis Laudunensibus sic legitur de Bartholomæo, circa tumulum ejus :*

Epitaph. Barthol. ep. Laud.

Qui jacet hic Præsul, Marianam condidit ædem
Lauduni, pariterque domos Antistitis ustas.
Templa decem instruxit, Benedicto contulit unum,
Bernardo quatuor, Norberto quinque piavit.
Dat diadema genus, Lauduni ecclesia mitram,
Funera Fusniacus, lauream et astra Deus.

NOT 44 *Pag.* 807, *col.* 2, *lin. antepenult. ad vocem* Romana *nota litt.* b, *et pag. sequ. inter Annotata ceteris litteris retroactis, eam sic pone :*

b *Sicut ea pars Brabantiæ, in qua est Nivella, vocatur vulgo* Brabantia *Romana, a vulgari istic lingua, scilicet Walonica : ita non alia, quam vulgari illa, hic dicitur dæmon interpretatus, quæ primum Latine prolocutus fuerat ex sacris Canticis ; deinde Teutonica lingua usus, propter alios Brabantos, Teutonice loquentes.*

NOT 45 *Pag.* 810 *annot.* d *in fine* addantur hæc — *Instrumentum fundationis, factum per* Godefridum comitem Namurcensem et Ermensendem comitissam *anno* MCXXI, *producitur in vita Gallica pag.* 147 ; *et subjungitur aliud Alberonis episcopi Leodiensis, in confirmationem prioris, datum anno* MCXXIV; *ac demum* C *additur epitaphium utriusque fundatoris, quod super eorumdem mausoleum legitur Floreffii. Illud tamen valde antiquum non esse, vel inde apparet, quod Godefridus atque Ermensendis ibi dicantur numerare* seros nepotes *suos, inter* Divos *seu Sanctos. Ut seri nepotes sint, debent seris post illos temporibus vixisse. Tum vero, vox* Divus, *pro* Sancto, *in rebus ecclesiasticis prisci usus non est, neque in Breviario Romano uspiam (si recte animum eo adverti) reperitur saltem ante seculum* XVII. *Est autem epitaphium hujusmodi.*

Epitaph. Godefridi et Ermensendis

A regiæ stirpis majoribus ortum æque repetunt
Godefridus et Ermensendis;
Imperatores, reges, heroes, sacrorum principes, divos,
Numerant inter posteros et seros nepotes.
Probandæ regiæ munificentiæ una sat est Floreffia.
Infimorum conversorum professo statu,
Ostentationis fastum depresserunt,
Illuserunt veste candida.
Vixerunt conjuges pacifici.
Faxis, lector, dormiant confratres in pace.

NOT. 46 *Pag.* 826 *col.* 1 *post annotationem* adde, *Quamquam hos cur adeo diversos habitu dico? Non fuerunt certe initio hujus seculi, saltem in provinciis ad Rhenum sitis. Habeo enim Catalogum Monasteriorum Ordinis Præmonstratensis, numero* CCCCLXXIII, *per Circarias* XXXIV *distributorum, impressum Coloniæ anno* 1612, *cui præfiquitur effigies sancti Fundatoris, a C. de Mallery eleganter sculpta ; quam si nunc, nomine rescisso, intuearis; non* S. Norbertum, *sed* S. Dominicum, *videre te ibi expressum jurabis, in sui Ordinis tunc temporis strictiori habitu ; nec enim sculptura colores semper curat discernere. Ipsum vide.* D



E

Talem autem mihi videor etiam Steinfeldiæ vidisse B. Hermannum Josephum, *laxiori multum capucio manicisque, quam Belgæ nostri, et nunc utuntur et tunc utebantur. Diversitatem vero hanc non aliunde fluxisse puto, quam quod eadem strictiora fuerint antiquis in Belgio Canonicis, quorum novissimam habitus mutationem etsi non usquequaque sequantur Præmonstratenses nostri, sequuntur tamen in usu et forma quadrati pilei aliisque nonnullis ; nec desunt qui capuciolum ipsum, omnibus Canonicis secularibus nunc inusitatum deponendum censeant, aliis merito refragantibus ; eodem enim jure etiam* Scapulare *deponeretur, quod tamen ad essentiam habitus Præmonstratensis pertinere censet Pagius pag.* 23, *negatque* S. Norbertum *hujus gestandi fuisse primum auctorem,* cum in antiquis, et successive apud omnes *claustrales,* pro essentiali semper habitu delatus fuerit : *mox autem ad prædictorum confirmationem.* S. Dominicus habitum laneum et candidum cum Scapulari, juxta formam habitus Præmonstratensium Canonicorum confectum, induit, et Fratres sui Prædicatorii Ordinis eo vestiri voluit; Præmonstratensibus tantum ex colere birri seu cappæ dissimiles, quod illorum nigrum sit, nostrum vero album et candidum. *Hinc illa inter utrumque Ordinem sancta communio, cujus testis Fr. Franciscus Janssens Elinga, ante libellum cui titulus, Auctoritas S. Thomæ, a Petro de Alva revincta, nunc soluta, Abbatem Macarium alloquens ;* Ordo vester, *inquit,* anno MCCXXX, in Comitiis Præmonstrati celebratis, Ordinem nostrum in partibus Teutoniæ participem fecit privilegiorum omnium et beneficiorum, uti patet l ex itteris originalibus in Conventus nostri Antuerpiensis Archivio reservatis. F

Pag. 819 *in fine annotationis totius* a, sic prosequere — *Inspexi loco citato Pagium, ex quo nostra hæc incaute sumpta sunt; et comperi, æque apud ipsum atque hic, perperam signatum esse annum, quo diploma* NOT 47

legatorum

Error Pagii correctus.

A *Legatorum sedis Apostolicæ, Petri et Gregorii cardinalium datum sit,* MCXXV. *Convincitur falsi, ex reliquis ibidem conjunctis chronologicis characteribus. Legitur enim apud Pagium :* Scriptum Noviomi quarto Kalendas Julii, anno incarnationis dominicæ millesimo centesimo vigesimo quinto. Pontificatus autem Domini Calisti II Papæ, anno sexto. *Annus sextus Calisti cœpit currere anno* MCXXIV *ab initio Februarii, quo mense creatus fuerat anno* MCXIX. *Calistus idem obiit anno* MCXXIV *mense Decembri. Petrus et Gregorius cardinales, qui diploma signarunt Noviomi, nominant se Legatos ejusdem Calisti. Quo igitur pacto possunt ipsi signasse annum* MCXXV, *quarto Kalendas Julii ; quando jam a semestri successerat Calisto Honorius Papa II? Aperte hinc consequitur, Pagium scripsisse annum* MCXXV, *pro* MCXXIV, *et decessores nostros induxisse in eumdem errorem, immemores, se initio ejusdem annotationis recte posuisse,* Honorium II Papam creatum esse anno MCXXIV exeunte ; *quod verum est.*

Not. 48 *Pag.* 833 *num.* 8, *lin.* 10 *a fine post — aspersionem* adde, *Anselmus Gemblacensis, seu potius alius primo Anselmi exemplari nonnulla addidit in editione Miræi, ex plurium MSS. fide peculiari charactere* B *impressa; ad annum* MCXV *sic scribit ;* Tanchelinus hæreticus, qui Antuerpiam, Walachram, et circumjacentes insulas, et maritima loca in partibus illis, multis hæresibus infecerat, occiditur : *eo scilicet quem Robertus de Monte nos docuit modo. Et in hunc quidam haud insulsus Poeta, Cœnobiographiæ pag.* 8 *allegatus, sic lusit, ut eam nominis rationem probet qua usi Trajectenses.*

Quis furor ardentis Tanchelmi pectus adurit?
An putat immemorem criminis esse Deum?
Ne nimium exultet terreno liber hiatu,
Si renuat tellus hoc caput, unda petet.

Est qui suspicetur etc.

Not. 49 *Pag.* 838 *Annot.* a *adde — Eodem adhortante, pro suo in Ordinem novum antiqua benevolentia,* Stephanus Metensis Episcopus *an.* 1136 *confirmat donationem, ab Abbate Trudonensi, in allodio Averbodiensi portionem habente, factam ecclesiæ illic fundatæ Præmonstratensibus, pro eo quod ipse in Trudonenses habebat jure ; ut appareat fundationis illius initia merito ad annum* 1128 *referri, quo in Germania Nuntius fuit* Gerardus, *etsi illa non fuerit plene perfecta ante annum* 1135. *Qua de re vide Corollarium* 3 *num.* 5.

Pag. 838 *annot.* f. Dele totam, ac repone — *Hic* C *locus,* Telonas *vocatur ab Hermanno apud Dacherium pag.* 544 ; *idemque ibidem pag.* 550, *de eodem loco sic scribit :* Porro locum, qui Telonas vocatur, quem domnus Norbertus dixerat Religioni quidem congruum, sed non sibi a Deo destinatum ; nolens Episcopus dimittere vacuum, posuit ibi aliquos ex clericis præfatæ ecclesiæ S. Martini Laudunensis : abbatemque eis ordinavit domnum Walfridum, virum religiosum. *Quod factum fuerit anno* MCXXXV. *Ait enim Bartholomæus episcopus in suo illa super re diplomate, anno jam dicto dato, quod in* Thenoliensi, *ita ibi scribitur,* ecclesia canonicum Ordinem ad tenorem ecclesiæ S. Martini Laudunensis, *Ordinis Præmonstratensis,* a qua prædicta ecclesia institutionis et religionis suæ sumpsit exordium, perpetuo tenendum statuerit. *Abest porro Thenoliensis ecclesia ista leucis duabus a Vervino superestque hodiedum.*

Not. 50 Thenolia Ordinis Præmonstr.

Pag. 838 *num.* 16 ℣ 5 *ad illud,* B. Martini ecclesiola, *fige hanc* † *aut similem notam, eamdemque denuo fige pag. seq. initio Annotatorum cum hac observatione.* † *Instrumentum, quo ecclesiolam illam Præmonstratensibus possidendam dedit Bartholomæus episcopus, extat in vita Gallica pag.* 223, *signatum anno* MCXXIV : *eique abbatem præposuit Norbertus* D *Gualterum discipulum suum, ex Præmonstrato eo translatum, qui locum paucis annis mirifice auxit, plu resque abbatias suæ S. Martini acquisivit filias Pater abbas, quas inter et Parcensem prope Lovanium ; ac Thenoliensem, de qua capite præcedenti annot. f ; ac tandem ex abbate creatus est episcopus Laudunensis, postquam Bartholomæus anno* MCL *deposito episcopatu concesserat Fisniacum, inter monachos Cistercienses paraturus se ad beatam mortem, qualis obtigit etiam Gualtero, ipsius in episcopatu successori, anno* MCLIII *die* V *Octobr.*

Not. 51 Item ecclesia S. Martini Laudun.

De Abbatibus S. Michaelis Antuerpiæ.

Pag. 933 *num.* 59 *ver.* 2 *deleantur ex voluntate Papebrochii quæ sequuntur post,* VII Januarii, — *usque ad — Hic autem notat —* Not. 52

Pag. 935 *num.* 68 *ver.* 4 dele — *qui nobis* — cum versu sequenti. *Ibidem ver.* 18 *sic lege distichon, quo tempus regiminis notatur.* Not. 53

Annus per menses 12 expressus

Annis bis denis, cum bis quatuor duodenis,
Hic fueram Rector : ora pro me, rogo, lector.

Tum, reliquis usque ad finem numeri ejusdem cancellatis, hæc substitue. Obiit decessor Godefridi Henricus in octava S. Michaelis, sive VI *Octobris, anno* MCCC ; *obiit Godefridus ipse,* XI *Januarii* MCCCXXVIII. *Hæc certa sunt ex epitaphiis. Intercesserant igitur inter utriusque obitum anni* XXVII, *menses* III, *dies* V. E *Ex quo consequitur anno* XXVIII *sui regiminis obiisse Godefridum, siquidem intra tres menses ab obitu decessoris sui, quod merito supponi potest, creatus fuit abbas. Quod tempus per annos* XXVIII *integros expresserit, uti sæpe usuvenit in talibus, præmissi distichi scriptor : utque formam metri Leonini haberet, octo annos, per* bis quatuor duodenos *nempe menses, indicatos voluerit.* Duodenis *igitur, subintellige mensibus ; aut meliorem affer explicationem.*

Quantum porro Godefridus iste promoverit monasterii sui jura, *intelligi potest ex diplomate monasterii Eenhamensis Ordinis Benedictini in Flandria prope Aldenardum, quo cedit* illud abbati et conventui monasterii S. Michaelis Antuerp. Ordinis Præmonstratensis, omnia et singula bona, jura, jurisdictiones et minores justitias, quocumque nomine censeantur ; in parochiis de Deurne, de Borsbeeck, de Wesele, de Wynegem, de Wommelgem et de Merxem ... pro certa parte, ab iisdem abbate et conventu innumerata pecunia plenarie persoluta .. Et Joannes Dei gratia F dux Lotharingiæ, Brabantiæ et Limburgiæ, præmissa omnia et singula laudat, approbat et ratificat; et dicto abbati et conventui S. Michaelis Antuerpiensis legitime warandare promittit. Et ob hoc sigillum suum in testimonium omnium præmissorum, litteris præsentibus duxit apponendum. Datum anno MCCXVIII, die Divisionis apostolorum, *id est* XV *mensis Julii. Integrum diploma legere est apud Le Roy in Notitia marchionatus Antuerpiensis pag.* 104.

Bona Præmonstratensibus Antuerpiæ acquisita

In Abbatia Tongerloana ejusque Prælatis corrigenda.

Pag. 958, *num.* 20, *in primo abbate* Henrico, *ad calcem subnecte : Ad hujus* petitionem Henrici, venerabilis abbatis de Tongerloo, *declarat* Godefridus dux Lotharingiæ, *idemque Brabantiæ, utpote tertius sui nominis, quod* advocatiam illius loci a glorioso Romanorum rege Conrado susceperit, ut omni exactione exclusa, et tali conditione supposita, nulli eam, nec ipse, nec aliquis successorum suorum in feodum dare debeat; *sed omnia ei hactenus collata et deinceps rationabili modo conferenda,* æqua defensione ac patrocinio tueri debeat, et omnem injuriam Deo adjuvante propulsare.

Not. 54 *In abbate I. Henrico,*

A pulsare. *Simul* liberali animo et gratanter concedit, ut, si quis de familia et de ministerialibus suis eidem ecclesiæ conferre voluerit aliquod suum allodium, libere hoc faciat: fratres autem mei, *inquit*, freti inctoritate suscipiant, et in proprios usus redigant. *Diploma integrum extat apud Miræum in Donationibus Belgicis lib. 2 cap. 49, a variis subscriptum.*

in 2, Huberto *In fine de obitu ejusdem abbatis adde — Ita quidem scribit Sanderus. At in Necrologio veteri Tongerloano signari obitum illius,* V Idus Decembris, *suggessit mihi adm. R. D. Rainerus Vichet, abbatiæ Tongerloanæ canonicus, nuper Pastor in Weinegem, vir studiosus, ac talium curiosus scrutator, qui, quæ de abbatia illa ejusque abbatibus e Sandero præcipue collegerat Papebrochius, diligenter legit, contulitque cum certioribus monumentis sui monasterii, et quibus non pauca, præsertim, quæ ad chronologiam faciunt, collegit, atque pro sua humanitate mecum communicavit, in sequentibus usui futura.*

in 4, Hermanno; *Ibid. in quarto abbate* Hermanno, *deletis paucis, quæ de illo ibi habentur,* sic lege — *Sub illo donationes monasterio factæ sunt anno* MCLXXXIII *non unæ: item anno* MCLXXXIX *a Godefrido duce Lotharingiæ, uti legitur apud Sanderum. Imo et suggerit prædictus D. Vichet, eidem Hermanno Henricum archidiaconum Leodiensem investituram dedisse ecclesiæ de Aiphen* B *anno* MCCV. *Quapropter tunc adhuc in vivis fuit; nec diu post supervixerit. Quandoquidem ad successorem ejus* Henricum II *istius nominis abbatem, pervenerunt anno* MCCVII *ecclesiæ parochiales duæ, nempe Happaert et Hoogeloon, in diœcesi nunc Silvaducensi; uti scribit Sanderus ex archivo, ut ait, Tongerloensi. Scribatur itaque apud nos de Hermanno, quod obiit sub* annum MCCVI.

in 18, Huberto 2 *Ibid. col.* 2, *in* XVIII *abbate* Huberto II, *cognomento* Back, *reforma epitaphii versum primum, quod ita mihi suggerit D. Vichet*; Mille trecentenis, sed I ter, ter quoque denis. *Quod nisi crederem, virum accuratum sic scriptum invenisse; mallem ego sic scribere metri causa,* Mille trecentenis, sed et I ter, ter quoque denis.

in 20 Waltero; *Ibid. in* XX *abbate* Waltero Back, *de quo pauca nostra, descripta sunt ex Sandero, qui scribit,* defunctum officio anno MCCCLXVIII. *Occurrit autem D. Vichet;* Quomodo tunc tantum defunctus officio, qui anno MCCCLXV in vigilia S. Andreæ apostoli scribitur monasterii Præpositus fuisse? Quod officium distinctum omnino erat a Prælatura. Constat insuper, Ægidium de Hil- C dernisse abbatem fuisse IX Martii MCCCLXVII. *Consuleo, domesticum istic per otium melius inquisivisse, quam exterum Sanderum, quamvis et hic passim dicat, sua se ex archivis Tongerloensibus fortassis tamen non tam per se, quam ex suggestione aliorum hausisse. Quamobrem noto imprimis. Walterum istum annos propean hic ex abbate factus sit præpositus. modum* XXX *dignitatem abbatialem gessisse; utpote cui variæ cessiones parochiarum factæ, illustrium que virorum inscriptæ sint litteræ, ab anno* MCCCXXXVIII, *usque ad annum* MCCCLXV, *utrumque inclusive, indicatæ a Sandero. Et ultima quidem cessio Waltero abbati facta a Petro episcopo Cameracensi anno* MCCCLXV, *citatur etiam a D. Le Roy in Notitia Marchionatus S. R. I. pag.* 280. *Quapropter quod notatur alicubi, abbas ille, eodem anno in vigilia S. Andreæ apostoli, id est* XXX *Novembris, Præpositus fuisse monasterii, concedere non possum, nisi certius ostendatur, ipsum, qui tam longo tempore Abbas fuerat, dignitatem illam tunc deposuisse, ut Præpositus fieret. Si quod tamen tale scriptum exstet, ubi* Præpositus *vocatur, opinabor, titulum istum illic designare ipsum Abbatem, qui totius monasterii eminenter Præpositus est. Si porro* constat, Ægidium de Hildernisse abbatem fuisse die IX Martii MCCCLXVII, *regimen decessoris ejus Walteri Bach, ulterius extendi non debet; dicendumque est, ipsum* obiisse sub annum MCCCLXVI.

De Ægidio, jam memorato, abbate XXI, *diximus* D *cum Sandero, obiisse anno* MCCCLXXIX. *Sed occurrit iterum D. Vichet:* At evidenter litteræ clamant, anno MCCCLXXVII Wilhelmum abbatem fuisse. *Litteræ tales nullæ nobis notæ sunt, neque indicatur hic, cujus sint. Si probæ sint, restringatur etiam regimen hujus abbatis Ægidii saltem ad biennium; signeturque, obiisse anno* MCCCLXXVI, aut forte sequenti *si post mensem Junium clamantes illæ litteræ fuerunt signatæ*: die vero, qui in Necrologio notari dicitur, XII Junii.

in 21, Ægidio de Hildernisse;

In XXII *abbate* Wilhelmo II, de Comtich, *diximus, illum* obiisse anno MCCCXCIV. *Forte scribi debuit* MCCCLXXXIV. *Si error in priori numero est, profluxit ex oscitantia Sanderi aut typothetarum ejus. Legitur enim ibi,* anno MCCCXC Wilhelmo resignationem *factam esse a* Rutgero de Oudem; *et paulo post*, anno MCCCLXXXIV Joannam ducissam, ad instantiam Wilhelmi abbatis solennibus litteris ratificasse ac stabilivisse cœnobio Tongerloensi omnes chartas, privilegia, jura etc. Obiit Wilhelmus eodem anno, *utique* MCCCLXXXIV. *Sed hic errorem esse suspicatus fuerit Papebrochius, quia jam ante scripserat Sanderus, anno* MCCCXC *resignationem factam Wilhelmo abbati a Rutgero. Ita ut Wilhelmus ante annum istum non potuerit obiisse; sed recte quadriennio post. Verum hæc accuratius definit D. Vichet, qui observat, in anno* E *obitus Wilhelmi errorem esse*; quia, *inquit,* licet Sanderus et alii notent, obiisse MCCCLXXXIV. Necrologium tamen vetus diem obitus ponit MCCCLXXXV, X Octobris. *Hoc igitur anno ac die signetur etiam apud nos ejusdem obitus.*

in 22, Wilhelmo de Comptich;

In XXIII *abbate*, Joanne III, de Gravia, *observat idem D. Vichet, perperam scriptum esse, quod obierit* die XXIX Decembris. Patet *enim, inquit,* ex lapide sepulcrali, obiisse XIX Decembris, *anno nempe, quem nos signavimus,* MCCCC.

in 23 abbate Joanne de Gravia.

In XXIV *abbate*, Joanne IV, Sichemensi, *qui dictus fuit*, Gerardi. *Ibi versu* 6 *scribitur* — Fundavit is canonicos XII in Diest cum suo Præposito, de quibus supra — *Sumpta hæc sunt ex Miræi chronico Præmonstratensi, tum in epistola dedicatoria, tum pag.* 201, *ad annum* MCCCCXXVIII. *Sed perperam ita scripsit Miræus, uti observavit Sanderus, ac transferri debet fundatio illa ad annum* MCCCCLVII. *Quamobrem quæ jam dixi,* Fundavit is canonicos XII *etc. deleantur, alio transferenda. In ejusdem Joannis epitaphio versus secundus, uti monet Vichet, sic legendus est.* De Zichen natus abbas, jacet hic tumulatus. *Item versus ultimi* F *postremam partem,* ad Superos; *mutandum,* ad supera. *Quod magis metrum Leoninum refert, quale etiam in reliquis apparet. Hunc versum tertium ab epitaphio,* post — *non inveniuntur* — sic continua — *apud Sanderum. Nunc tamen disco ex certiore relatione, in ecclesia Tongerloana extare adhuc plures lapides sepulcrales, istiusmodi epitaphiis insculptos, qui cur Sandero transmissa non fuerint, nescio. Nobis nunc unum alterumque indicatur a D. Vichet, paulo post referenda.*

in 24, Joanne Sichemensi;

In XXV, *abbate*, Theodorico ab Haren, *appone ad calcem illic dictorum — Hactenus Papebrochius, qui annum obitualem Theodorici, ex litteris a se citatis, definit esse* MCCCCXLVIII, *non* VII, *uti posuerat Sanderus, nullum citans auctorem, instrumentum aut chartam. Lectis autem istis Papebrochii scriptis, scribit mihi D. Vichet, litteras ab ipso citatas, non posse* X *Maji* MCCCCXLVIII *datas fuisse, quandoquidem Theodoricus certo obierit anno præcedenti* MCCCCXLVII; *idque constare ex epitaphio ejus, quod* ante pyramidem venerabilis Sacramenti, lapideo in tumulo, sic æneis inscriptum litteris legitur:

in 25, Theodorico

Inter Prælatos redolens flos iste serenus,
De Haren natus, Theodoricus, hic tumulatus, etc.

Qui

A Qui fere bis denis annis rexit minus uno:
Mille semel, centumque quater, septem, quadraginta,
Virginis in Mariæ decessit etc.

Vellem, totum, uti extat, transmissum fuisset epitaphium; tum totum quoque hic fuisset recusum; præsertim quæ in fine desunt: inde enim verosimiliter innotesceret, quo virginis in Mariæ festo mors Prælatum abstulerit; simul judicari certius posset, an litteræ, a Papebrochio citatæ, quæ post obitum Prælati scriptæ fuerunt, non potuerint anno MCCCCXLVIII *datæ fuisse. Interim quod ad annum obitualem spectat, præferatur inscriptio sepulcri auctoritati litterarum citatarum; et reponatur in præmissis, obiisse anno* MCCCCXLVII.

Nov. [?] *in 26, Henrico IV;* *Pag* 949 *in* XXVI *abbate*, Henrico IV, de Voren. *De hoc aliud non scripsimus, quam quod* obiit anno MCCCCLVII; *uti et scripserat Sanderus, dicens:* Dum labitur annus MCCCCLVII, in cœlestem migravit patriam abbas Henricus. *At rursum, inquit Vichet,* invenitur epitaphium,

Abbas Henricus, virtutum flore politus, etc.
Mille quadringenti, sex x pariter, duo præter,
Dum fierent, Dominum tulit hinc Dionysius ipsum etc.

B *Hic iterum desidero integritatem epitaphii. Ex allegata tamen epitaphii parte intelligo, obiisse Henricum prædictum anno* MCCCCLVIII *in festo S. Dionysii,* IX *Octobris. Idem igitur annus atque dies signentur etiam apud nos. Fundavit idem Henricus canonicos* XII *in Diest, cum suo Præposito, non anno apud Miræum signato, sed* MCCCCLVII, *die* XII *Januarii, uti legitur in instrumento, hac de fundatione dato a Ludovico Borbonio episcopo Leodiensi, cujus diœcesis Diestemium tunc erat, apud prædictum Miræum in Donationibus Belgicis pag.* 297

in 27, Henrico V; *In* XXVII *abbate* Henrico V, de Kemminagio, *delenda sunt omnia illic nostra, et substituenda hæc — Scripsit Sanderus pag.* 25, *ipsum mortuum esse* anno MCCCCLXX. *Atque iterum scribit pag.* 63 *col.* 1, *ipsum* obiisse anno MCCCCLXIX, in vigilia Paschæ. *Hæc conciliare Papebrochius fuit conatus recurrendo ad diversas annorum epochas initiales. Alias enim, ab aliis atque aliis nationibus principium anni ductum fuit a Kalendis Januarii; alias, ad diem* XXV *Martii aut festo Paschali; ut alias consuetudines prætermittam recensere. Sed istum recursum suum ad tempus paschale pro anni principio, tum hic, tum alibi in hoc suo tractatu, cupit Papebrochius nihili fieri, et annorum principia ad Kalendas Januarii referri. Hinc Henrici hujus de Kemminagio obitus referatur, uti* libitinaria sua habere, *ait Vichet; ad annum* MCCCCLXX *et diem* XXII C
Aprilis, qui non vigilia Paschalis illo anno fuit, sed ipsum Pascha.

in 28 Joanne V; *In* XXVIII *abbate*, Joanne V, de Kinschote. *Appone ad finem — Notat Vichet, obiisse* MCCCCLXXVII.

in 29, Wernero; *In* XXIX, Wener de Haller. *Scribit de hoc cum Sandero Papebrochius, mortuum esse anno* MCCCCLXXXVII. *At sequenti mortuum, asserit sæpe laudatus Vichet.*

in 33, Arnoldo Stryters; XXXIII *abbas*, Antonius I, Streyters — *lege* — Arnoldus Stryters — *Versu penultimo post*, quinquaginta — *sic prosequere* — Hic est quem supra in serie abbatum S. Michaelis pag. 955 num. 92, una cum abbate Parcensi, legimus Antuerpiam venisse visitatorem, ad res in S. Michaelis componendas, Obiit etc.

in 34 Jacobo. *In* XXXIV *abbate,* Jacobo Veltackero, *ver.* 7 — *nescio tamen, an consecratus* — lege — *non tamen consecratus, uti monet D. Vichet.*

in 35, Walthero; *In* XXXV, Walthero Corsworm. *Ad calcem gestorum ejus sic continua* — Numeratur inter abbates, *inquit Vichet,* quamvis tantum fuerit administrator bonorum.

XXXVI *abbas,* Nicolaus Mudtzaer Silvæducensis — *lege e correctione D. Vichet* — Nicolaus Mutsaerts a Tilborgh — *In fine elogii adde* — *Uti constat ex epitaphio ejus, ante principem aram tumulati, circum sepulcrum sic scripto apud Sanderum:* Reverendus in Christo Pater ac Dominus D. Nicolaus Mutsaerts, Silvæducensis. Vixit annos LXXIIX. Rexit annos XVII. Obiit anno MDCIIX. XV Kal. Decembris. *Atque hinc* Silvæducensem *quoque fecerit illum Papebrochius. Et cur dubitaret de eo, quod in epitaphio legebat? Sit tamen patria* Tilburgensis *sive* a Tilborch; *fuit saltem natione* Silvæducensis, *sub cujus civitatis territorio Tilburgum est.* D *in 36, Nicolao;*

In XXXVII *abbate,* Antonio Stalpaert. *Versu* 10 *dele* — anno MDCXVIII — *Quod erratum putat D. Vichet.* Quia, *inquit,* ante annum MDCXXV de fundando Romæ collegio, nulla mentio invenitur. *Num igitur anno* MDCXXV *fundatum sit, an tantum mentio de fundatione futura, tunc invenitur? Vellem, certum tempus et annum docuisset.* *in 37, Antonio;*

In XXXIX *abbate,* Augustino Wichmanno, *ad finem isthæc adjunge* — *in 39, Augustino Wichmanno;*

In præmissum commentariolum a versu 5. *plurcula animadvertit D. Vichet, quæ ipsiusmet verbis mox referam. Nostra illic sunt:* Feliciter Wichmannus abbatiam regebat, cum Chorographiam monasterii scribebat Sanderus; non autem ab aliis scriptam (ut plerasque similes) adoptabat in nomen suum; quæ deinde tamen prohibita est in publicum ire. Exemplar nihilominus unum aliunde obtinui; sed primo folio mutilum; ut etiam habent pauci illi, qui obtinere alia exempla potuerunt. Causam ejus sic mutilandi et supprimendi non divino. *Hæc nostra: in quæ tripliciter animadvertit D. Vichet, prout sequitur; et primo quidem in illa verba, sic ab ipso extracta* — non autem ab aliis scriptam adoptabat in suum nomen — Scilicet, *inquit,* uni Sandero archiva nostra patuere. Neque negligentes fuimus eidem ejusmodi notitias communicare. Chronicon penes nos habemus, ab annis circiter compositum, quo usus est Sanderus; et de verbo ad verbum, serie male immutata, et quibusdam fere semper erronee appositis, Chorographiæ suæ inseruit. Posteriora, ut auctor ipse fatetur, suppeditavit Wichmannus. *Deinde in hæc* — ut etiam habent pauci illi etc. *ait:* Quomodo pauci, quod larga semper manu, etiam non petentibus largitum fuit? adeo ut ipse, dum archiva nostra discuterem (in quorum atrio exemplaria neglecta et a muribus corrosa jacebant) non habens amplius, quibus darem, hortulanis etc. dilaceranda præbuerim. *Denique in illa* — causam sic mutilandi non divino. — Sunt, *inquit,* varii ex nostris, qui et primum folium habent, nec in eo aliud est reperire, nisi testimonia illustrium virorum de Tongerloa. Alia vero exemplaria mutilata sunt, ne imposterum integra ceteris chorographiis unirentur; et ne hac videretur a nostris composita; ac defuisse in tam vasto Tongerloæ corpore ingenia, quæ venustius, ornatius et magis ordinate componerent. *Hactenus animadversiones, quæ fatem Chorographiæ Tongerloanæ scire cupientibus non injucundæ accident.* E *de Chorographia Sanderi Tongerloana.* F

In XL *abbate,* Alberto de Ursino, *ad finem ibi dictorum annecte — Ex versu* 15 *citans ista verba idem D. Vichet* — De jurisdictione, quam in locis Calmpthout etc. jam inde ab anno MCLX obtinuisse creduntur — *nempe Tongerloenses; sic interrogat:* Quomodo ergo in litteris Eugenii PP. III, datis MCXLV, Idibus Martii, eadem jurisdictio nobis asseritur? Quomodo circa annum MCLVII, præclarus vir Per nerus de Riseberga benefacit Huberto abbati, alteram dans partem jurisdictionis in Calmpthout, nempe in Esschen? Quomodo anno MCLVIII ab Episcopo Leodiensi et Duce confirmata? Quomodo anno MCLIX, Episcopus Leodiensis, Indictione VII, auctoritate *in 40, Alberto;*

A ctoritate Dei etc. anathemate etc. huic donationi contravenientes innodavit? *Respondeo (quamvis responsione mea opus non sit, quandoquidem in textu nostro res clare explicata legitur) triplicem esse jurisdictionem, infimam, mediam et altam. Infimam, aut, si vis, etiam mediam, creduntur olim obtinuisse Tongerloenses in prædicta bona. Altam acquisivit abbas Wichmans anno* MDCLI, *titulo emptionis, a Philippo IV Hispaniarum rege, duce Brabantiæ, pretio octo millium florenorum, quibus parcere potuisset, si dominium altum illic jam ante habuissent Tongerloenses.*

C J. *quale dominium habuerit Tongerloa in Calmpthont.*

In XLI *abbate,* Hrosnate Crils, *initium sic corrige, juxta illa, quæ tum in appendice nostra post tomum* I *Junii, de isto abbate notata sunt, tum quæ aliunde innotuerunt ex informatione D. Vichet* — Jacobus Hrosnata Crils, ex Priore Abbas, obiit Kalendis Januarii MDCXCV, cum ultra XXX annos in prælatura vixisset.

in 41, Hrosnate

Denique sic concludit observationes suas ad commentarium nostrum de Abbatibus Tungerloensibus D. Vichet : Quæ sparsim huic tractatui inferuntur, de Paternitate Prælati Antuerpiensis, corrigam favente Deo, in fundatione nostra et primo abbate Tongerloensi. *Ita faxit : sed quæso, ne actum agat; atque contentionis serram denuo moveat, nisi gravissima et ha-* B *ctenus, tum suis, tum exteris incognita monumenta, quibus id probet, invenerit. Dum vero de fundatione monasterii sui ejusque primo abbate mentionem hic facit, rogatum velim, ut sedulo consideret diploma MS. uti creditur authenticum, Burchardi episcopi Cameracensis de libertate, ecclesiæ Tongerloensi ab ipso concessa, conferatque cum ecgrapho ejusdem, quod apud Miræum in Codice donationum piarum pag.* 282, *et apud Sanderum in Chorographia sacra Tongerloæ, pag.* 15, *impressum legitur; atque videat, an impressa cum MS. concordent in omnibus. Ego quidem, quem super illo consulere aliquando D. Vichet voluit, nihil in diplomate, quatenus de concessione libertatis et possessione bonorum tunc acquisitorum, ibi tractatur, comperio, quod ab illis temporibus abhorreat : verum clausula, quæ in impressis legitur, mihi saltem, ut dicam quod verum censeo, minus probatur. Est autem clausula in impressis hæc, tum apud Miræum, tum apud Sanderum; quam mox adscribam, ubi exordium diplomatis præmisero.*

Diploma, quod a Burchardo ep. Tongerloæ datum,

an sit ipsius.

Sic igitur incipit : In nomine sanctæ Trinitatis et individuæ Unitatis. Notum sit *etc.* Ego itaque Burchardus, Cameracensium episcopus, petitionem religiosorum virorum, Waltmanni videlicet Antuerpiensium abbatis, et Bernardi Clarævallensis, approbandam æstimavi, supplicantium, ut ecclesiam de C Tongerlo libertate donarem, quatenus in ea fratres Præmonstratensis Ordinis, sub regula B. Augustini degentes, libere et quiete Deo famulari valeant. Quam petitionem bonam judicans, ideoque benigne exaudiens *etc. Clausula vero cum subscriptionibus ita sonat.* Signum mei ipsius Burchardi episcopi. S. Joannis archidiaconi. S. Theodorici archidiaconi S. Rudolphi archidiaconi. S. Parvini abbatis sancti Sepulcri. S. Walteri abbatis sancti Auberti. S. Hugonis decani S. Eustathii scholastici. S. Waltmanni Antuerpiensis. S. Bernardi Clarevallensis. Acta sunt hæc Cameraci anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo XXXIII, regnante Conrado semper Augusto.

Initium et finis diplomatis.

Imprimis considerandum hic mihi tempus dati diplomatis, annus MCXXXIII. *Continuatio ad chronicon Sigeberti sub nomine Roberti de Monte, inter rerum Germanicarum scriptores, e bibliotheca Joannis Pistorii editos, tomo* I, *ad annum* MCXXVII *ita legitur :* Cameraci post Burchardum Hermannus episcopatum tenuit : quo post triennium extruso, Liethardus ei successit. *Eodem tomo scribit Dodechinus abbas, continuator Mariani Scoti, ad annum* MCXXX ; Burchardus Cameracensis episcopus, obiit. *Chronicon Ninoviense, quod habemus MS. ad annum* MCXXVIII *ait ;* D Mortuo Burchardo, Cameracensi episcopo, succedit Lietardus, Trajectensis præpositus.

Quando obierit Burchardus,

Franciscus de Bar, Prior Aquicinctinus, compilator historiæ sacræ operosus atque per diligens tomi sui quinti parte prima, in episcopis Cameracensibus, quorum gesta ex antiquioribus historiis chronicisque collegit, de Burchardo inter alia scribit, ipsum, juxta chronicon Aquicinctinum, obiisse anno Domini MCXXIX, juxta chronica vero sua MSS. anno MCXXX die III Januarii, at juxta Christianum Massæum, die quidem III Januarii, sed anno MCXXXI *Deinde ita scribit idem De Bar:* Antequam e vita excederet Burchardus episcopus, Innocentius PP. hujus nominis secundus, Cameraci transiens, ibidem solenne sacrum cum suis cardinalibus celebravit, Hinc pergens Leodium, ibidem conventum habuit, atque synodum faciens, cum audiisset, ad cœlum emigrasse reverendissimum Burchardum episcopum Cameracensem, ex commendatione imperatoris, qui aderat, confirmavit episcopum Cameracensem D. Liethardum, ejusdem imperatoris sacellanum.

sub initium anni 1131;

Venit Leodium Papa, XI *Kalendas Aprilis anno* MCXXXI, *itaque consequitur ex dictis, intra tres primos ejusdem anni menses Burchardum obiisse, ut de die determinato nihil disputem. Neque hactenus legi scriptorem, qui ulterius differat obitum ejus. Qui igitur* E *pervixisse illum usque ad annum* MCXXXIII *aut* XXXIV *sustinere velit, ut diploma, quo de agimus, possit signasse; id illi probandum aliunde incumbit, quam ex ipso diplomate, cui an Burchardus anno* MCXXXIII *subscripserit hic quæritur. Neque magis diplomati subscribere illo anno potuit Bernardus abbas Claravallensis. Scitur enim a Pontifice anno* MCXXXII *ante Pascha, ut verior historia habet, aut saltem non dius post, e Galliis in Italiam abductum fuisse, ibique variis in negotiis et legationibus per duos continuos annos utilissimam Pontifici Reique publicæ christianæ operam navasse : nec scitur intra illud spatium temporis in Belgium aut Cameracum rediisse. Quod tamen deberet factum fuisse, ut posset idem Bernardus diplomati subsignasse nomen suum anno ibi expresso.*

subscribere diplomati an. 1133 *non potuerunt*

seu Burchardus ep seu Bernardus abb.

Habemus præterea in Vita gallica S. Norberti, per Ludovicum Carolum Hugo Luxemburgi anno 1704 *edita, pag.* 339, *diploma Lietardi episcopi Cameracensis, quo confirmantur donationes factæ abbatiæ Bonæ-spei Ord. Præmonstratensis, cum hac subscriptione :* Actum anno MCXXXI, Indictione X, præsulatus Domini Lietardi primo. *Ex Indictione* X, *hic signata, quæ tunc temporis mense Septembri initium sumebat, conficitur vel illo ipso mense, vel uno ex tribus sequentibus diploma signatum fuisse.* F *Habemus item aliud ejusdem diploma, quo confirmatur Præmonstratensibus ecclesia Grimbergensis, apud Miræum in Codice Donat. piarum pag.* 278, *quod ita concluditur :* Actum est hoc Cameraci anno Incarnationis Domini MCXXXII, Indictione X. *Igitur ante mensem Septembrem. Iisdem anno et Indictione Privilegio Lotharii imp. ecclesiæ S. Servatii Trajecti ad Mosam concesso, subscriptus tamquam testis, legitur* Lietardus Cameracensis episcopus. *Et hæc quidem Lietardi a primo pontificatus sui anno diplomata extant : nullum vero, tum pro illis annis, tum pro aliquot præcedentibus, Burchardi hactenus inveni.*

Lietardus ep. Cameracen. fuit an 1131

Quod si verum est, Hermannum aliquem, ut supra dicebatur; aut Petrum, qui nominatur in charta Balduini Flandriæ et Hannoniæ comitis pro Novicastelli præpositura, quæ extat in registro episcopatus Cameracensis, num. 136, Curtraci scripta anno MCXXIX, V Idus Januarii, *uti legitur apud Sammarthanos : si, inquam, verum est, utrumque illum aut alterutrum ante Lietardum ecclesiæ Cameracensi præfuisse, locum habere potest opinio Miræi, quam ad salvandum*

Ut duo episcopi simul præfuerint,

A *vandum diploma Tongerloanum adducit, potuisse tunc temporis duos ecclesiæ Cameracensis episcopos fuisse quemadmodum duo de imperio contendebant Lotharius et Conradus, quorum uni unus episcopus, alteri alter adhæserit. Ut id concedam fieri potuisse in Burchardo ex una parte, qui faverit Conrado, et ex altera in Hermanno aut Petro, qui adhæserint Lothario, in Lietardo tamen et Burchardo locum habere non potuit; quandoquidem constans scriptorum assertio est ante ordinationem Lietardi anno* MCXXXI, *Burchardum e vivis excessisse. Neque vero Innocentius PP. confirmasset in sede Cameracensi novum episcopum Lietardum, quamdiu legitimus episcopus, a pontificibus Romanis rite admissus et consecratus, vir omni exceptione major et vitæ sanctimonia clarus, supererat in vivis Burchardus.*

non potest Burchardus Cameraci vixisse an. 1133.

Quod si etiam Burchardus diutius et ultra annum dati diplomatis vitam protraxisset; non sane protraxit illam Cameraci, ubi rerum potiebatur Lietardus, æmulus suus, et Lotharii, cui vicinæ regiones, Conrado in remotioribus agente, parebant, fautor insignis. Quo igitur pacto Cameraci a Burchardo datum diploma sit? Qui etiam subscripserit, Cameraci, *ubi dominabatur Lotharius,* regnante Conrado semper Augusto? *Qui* semper Augustum *nominaverit, qui Augustus numquam fuit? ut nihil dicam de reconciliatione Conradi*
B *cum Lothario, qui eodem anno* MCXXXIII, *opera S. Bernardi, ad id a Papa ex Italia in superiorem Germaniam ablegati, deposuit fastum suum et regis titulum seque Lothario submisit. Atque hæc sunt, quæ in diploma Burchardi Tongerloanum, a Miræo atque Sandero impressum, observanda mihi occurrerunt, quæque a doctiore me, qui autographum, quod dicitur, diploma, aliaque monasterii Tungerloani antiqua monumenta ad manum habet, cupio considerari, priusquam diplomate illo utatur ad probandum alia.*

Translatio corporis S. Norberti Magdeburgo Pragam defensa, contra Philippum Mullerum.

Vindiciæ Norbertinæ Mulleri

Redeo ad alia, quæ propius spectant S. Norbertum suis locis, siquando ejus Acta forte recudantur, inserenda. Historia translationis sacri corporis S. Norberti actaque Magdeburgi, tum ante ad obtinendum cum bona venia ac fide civitatis sacrum illud pignus: tum post, ad illud honorifice reponendum in ecclesia Strahoviensi Pragæ, amplissime relata sunt a nobis in Analectis Norbertinis a pag. 858; *interque illa cap.* 5 *producta*
C *est Magdeburgensium attestatio super veritate sacri corporis. Interea post annos plusquam* L *a dicta translatione, surrexit quidam Philippus Mullerus, qui se ecclesiæ S. Mariæ virginis Magdeburgensis, in qua olim S. Norbertus corpore conditus fuit, præpositum scribit, vir, uti ipse manifestat, sacrarum Reliquiarum Romanæ ecclesiæ Catholicis cultor, cetera dogmatibus Lutheri adhærens. Proposuit is anno* MDCLXXXIII *in academia Ienensi* Vindicias Norbertinas, *quibus monstrare intendit, corpus sancti Antistitis e suo S. Mariæ virginis monasterio Magerburgensi, Pragam translatum fuisse numquam,*

translationem S. Norberti impugnantis,

2 *Argumenta sua, aut potius conjecturas, quibus veri corporis Norbertini translationem impugnare amat Mullerus, præcipue intorquet in tria scripta anno* MDCXXVII *et sequenti, a canonicis Strahoviensibus Pragæ vulgata; quæ et allegat, sibique refutanda proponit. Ego ista nec legi nec vidi, neque curanda puto. Ad vindicandam contra Vindicias translationem Norbertinam sufficit mihi publicum, totius rei gestæ seriem complexum instrumentum; quod tale est, ut nihil accuratius probatiusve desiderari possit: quamvis Mullerus pag. sua* 8, *imprudenter dicat, notarium, qui* civis Magdeburgensis et Sac. Imp. auct. publicus, et in Camera imperiali approbatus et immatriculatus *erat* D
in Actis suis quædam finxisse; *quod quam facile est dictu, tam est indignum a viro probo dici, absque legitima dicti sui probatione. An putet Mullerus, suis dictis a cordato lectore plus fidei tribuendum, quam ipse tribuat publico approbatoque Reip. Magdeburgensis ministro? Sed videamus, quid dicat Mullerus contra translationem corporis, in publico notarii instrumento clare explicatam: si tamen intelligi dicta Mulleri satis possint. Mihi certe videtur auctor, dum brevis esse vult, tam obscurus fieri, ut in multis, quid dicere velit, non capiam. Aggrediamar tamen rem.*

c 1. perquam obscuræ sunt.

3 *Imprimis agit de* sepulcro et ipsius loco proprio, *ubi Sancti corpus depositum fuerit, videturque persuadere velle, uno tantum in loco, in medio ecclesiæ sepultum, ibidem perpetuo mansisse, atque sepulcrum illud etiamnum ibi superesse intregrum: ex quo consequi vult, ibidem hodiedum corpus esse. Audio et permitto scriptori asserta sua. Sed magis audio Vitæ Norbertinæ scriptorem antiquum de re antiqua; qui locum primæ Norberti sepulturæ, in medio ecclesiæ, et locum secundæ, in choro; nec non causam, cur inde huc translatum fuerit corpus, luculentissime docet. Loquitur is apud nos, pag.* 844, *num.* 115, *in hunc modum.* Interim vero *(dum scilicet inter ecclesias Magdeburgenses contentio orta, de vindicando sibi corpore viri sancti, appellaverat imperatorem Lotharium, expectaburque ejus responsio)* corpus inhumatum jacebat, sicque de die in diem per singula monasteria civitatis delatum est; et in unoquoque vigiliæ, et ea quæ fidelibus defunctis debentur, diligenter sunt celebrata; donec in die octava reversi sunt, qui missi fuerant: et tunc ex præcepto imperatoris, ad Fratres in ecclesia B. Mariæ corpus viri sancti sepultum est. Sed et hoc mirum fuit, quod tacendum non est, quia cum esset æstas nimia, ita quod eodem anno pratorum foena nulla, præ siccitate nimia, secarentur; non est de corpore ejus per tot dies alicujus foetoris egressa corruptio.... Sepultus itaque ante altare sanctæ crucis in medio monasterii *seu navis ecclesiæ)* fuit per aliquot annos. Sed boni filii, qui ex præcepto Veritatis, ut scriptum est; Honora patrem tuum, ut sis longævus super terram; et ex recordatione benignitatis, quam eis exhibuerat, eum tenere diligebant; ut sine oblivione, memoriæ ipsorum commendaretur, ante oculos suos in choro eum transtulerunt; ubi in tumulo, diligenter pro loci opportunitate adornato, diem inpectat novissimum, in spe certæ resurrectionis et gloriæ.

Negat corpus in ecclesia S. Mariæ

E

ex uno loco in alium fuisse translatum

contra scriptorem Vitæ antiquum

F

4 *Habes hic, lector, narrationem scriptoris antiqui et contemporanei, primum atque alterum sepulturæ locum designantis, eodem stylo, quo totam vitæ historiam a capite usque ad calcem prosecutus est. Quid amplius in historia humana ad fidem faciendam desiderari possit? nisi auctor, aut ex hac ipsa scriptione sua, aut aliunde convincatur, fallere voluisse. Id autem non convincit, nec tentat quidem, Mullerus; sed pro omni oppositione sibi est, quod eadem vita ab Hugone, S. Norberti primo in Præmonstrato successore, scripta non sit. Quid tum? An propterea auctor, qui contemporaneus est, æque dignus fide non sit, quam Hugo? Nihilominus Mullero hæc vita improbatur, quia nempe primæ translationis corporis Norberti e navi ecclesiæ in chorum, mentionem facit. Apage Mullere; an tibi quid credi vis, qui tam inconsiderate scriptori antiquo et probo fidem negas? Quin etiam ibidem pag.* 5, *virum sanctum Norbertum cum Hospiniano tuo, artis* magicæ *insimulas. Num vir talis, tanti tibi est, ut pro reliquiis ejus habendis aut conservandis pugnes?*

duplicem sepulturæ locum designantem

5 *Videtur etiam Mullerus confirmare velle, corpus in priori sepulturæ loco semper mansisse, quia* voluntas Norberti fuit de sua sepultura, in hoc loco. *Imo voluit*

Norbertus in ecclesia suorum condi voluit,

A *voluit Norbertus sepeliri in hoc loco, id est in monasterio sanctæ Mariæ, apud fratres filiosque suos in Christo, potius quam apud canonicos in ecclesia cathedrali; neque aliud tulit præceptum Lotharii imperatoris, ad dirimendam, inter contendentium de sacro pignore sibi vendicando partes, subortam litem, appellati, quam ut terræ mandaretur in ecclesia S. Mariæ : quo autem determinato in ecclesia illa loco conderetur ; neque imperatori, neque Norberto ipsi, in mentem venit definire. Elegerunt illum pro arbitrio suo filii ejus, primum in medio templi ; et deinde, pro arbitrio iterum suo, elegerunt alium in choro.*

non determinans, quo ibi loco.

Recte translatus est in locum alterum,

6 *Pergit Mullerus :* At fratres istos (*intelligit incolas monasterii S. Mariæ*) Norberti corpus, tam nulla idonea causa, ausos loco movere, nondum consentaneum est. *Moverint corpus illi pro solo arbitrio suo; quid tum? Motum fuisse; docet vita sancti viri antiqua et proba; atque etiam addit rationem, quæ idonea est, quæque passim suadet filiis, in parentes benefactoresque suos gratis, ut monumenti quidpiam, puta statuam, tabulam aut alia, in memoriam illorum conservent, atque honoratiore domi loco reponant. Neque factum illud piorum Norberti filiorum, exemplis caret. Plenæ sunt talium historiæ, tam antiquæ, quam* B *mediæ ætatis, etiam in Saxonia; quibus docemur majorum nostrorum in istiusmodi rebus religionem. Sed prohibet fortassis nova religio sua Mullero, quo minus credat, recte fecisse illa majores suos, catholicæ religionis observantes; uti non credit, fecisse illud in corpore patris sui Norberti viri sancti, filios ejus, antiquæ observantiæ memores.*

quod cuivis facile persuadebitur, ratione utenti.

7 *Interrogat etiam; Istius primæ translationis* (nec anno expresso, nec documento idoneo addito) jactatio, cui facile persuadebitur? *Persuadebitur cuivis, recta ratione utenti, ex prælaudato vitæ Norbertinæ scriptore contemporaneo.* Jactatio, *illa in re, deprehenditur nulla.* Documento *alio opus non est, quam quod illud pro arbitrio suo ac pietate in parentem fecerint.* Quoto præcise anno *translatio facta sit, non expressit scriptor, quia forte nesciverit accurate, ac propterea scripserit,* post aliquot annos. *Neque vero, aut Mullerus aut ego in omnibus scriptis nostris historicis, semper aut scimus aut curamus annum præcisum, quo res facta sit. Vis plura dicam, lector? Vir ille nodum in scirpo quærit.*

An ex inscriptione dignosci potuerit corpus?

8 *Dicit pag.* 7 : Sarcophagus cui insitas reliquias sese exemisse affirmant, nulla nota vel littera insignis extitit, quodnam corpus istic deliteret, *Mirabile id dictu. Convenit Mullerus pag.* 3 *in fine, et* C *initio sequentis, cum adversariis suis, quod* superextiterit sepulcro *(unde corpus extractum fuit)* erectum ad aram sanctæ Crucis, cui tumba subjecta erat, marmor *(seu marmoreum)* epitaphium, cum inscriptione : NORBERTUS, DEI GRATIA S. MAGDEBURGENSIS ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPUS, ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS INSTITUTOR, ET HUJUS MONASTERII RESTAURATOR SUB HOC CONDITUR MARMORE. OBIIT ANNO DOMINI MCXXXIV. D. VI JUNII. *An hæc nulla nota, nulla littera sint? Scribit deinde pag.* 7 : Ac licet marmor indicatum prolatum velint *Strahovienses*, fatentur tamen, illud olim motum, ac modo non repertum esse supra sarcophagum, sed erectum et applicatum tergo aræ superstantis, quam ipsi diruerunt : contra quam tenor verborum inscriptionis postulat, SUB HOC CONDITUR MARMORE. Cum ejus tota species ostendat, non tam columnæ erectæ, quam ad operculi usum factum fuisse.

Imo, quia translata fuerit cum ipso corpore.

9 *Concedamus hæc Mullero omnia præter conjecturas suas : quid sequetur aliud, quam (quod ipse jam negavit perperam) corpus sancti translatum fuisse e primo sepulturæ loco ad secundum, et cum ipso, istud marmor ; quod cum novo sarcophago vel non quadraret pro operculo, vel sub ipsa ara sanctæ Crucis majori* D *parte, uti ipse sarcophagus, latens, legi non potuisset ; provida transferentium cura illud posticæ altaris parti, quæ chorum respiciebat, erectum applicuerit, ut cuivis legi posset, perpetuum testimonium conditi subtus viri, cujus nomen, dignitatem, annumque ac diem mortis loquebatur marmor. Atque ita etiam dici potest, ibi supra sepulcrum fuisse; quia pars sarcophagi, uti et corporis inclusi, superior, latebat sub ara; inferior vero ad aliquod spatium protendebatur in chorum.*

Ineptiæ ex Cruce, super altare olim pendula.

10 *Pergit pag.* 8 : Adversatur dictis Crux, a qua altare, quod se diruisse dicit Abbas, nomen habuit. *Quomodo adversatur Crux illa? Lege instrumentum publicum translationis. Ibi dicitur :* Ingentis molis Crux lignea e fornice templi pendebat a catena ferrea, cujus basis ad ipsum sepulcri locum demissa per perpendiculum, quasi capiti divi Norberti innitebatur, *videlicet in loco altaris (uti ego quidem intelligo), cui caput sarcophagi atque ipsius Sancti, suppositum erat. Nihil hic video, quod adversetur veritati translationis. Imo, testatur Mullerus superesse Crucem illam adhuc,* sepositam ad gremii, *seu navis templi,* partem occiduam, perveterem ac modici operis, cum ferrea ansa in capite, unde suspendi commode potuit. *Quid hinc infert Mullerus? Nihil magnopere.* E *Ego igitur : Sit illa Crux ipsissima, quæ olim, ante demolitionem altaris illic suspensa fuit (ansam enim habet in capite, inferiore sua parte innixa altari, supra caput sarcophagi. Unum doleo quod Mullerus, ecclesiæ istius Præpositus, signum redemptionis suæ ac nostræ, loco tam indigno profanari patiatur, et non reponat reverenter loco suo super altare, ubi a majoribus suis collocatum fuit. Si reditibus fruitur, etiam sacra conservet.*

Aliæ ineptiæ

11 *Deinde annumerat Mullerus suppellectilem sacram, quæ cum corpore in sarcophago inventa fuit, puta pallium episcopale, stolam, manipulum, annulum, vestimenta etc. atque in singulis fere aliquid arrodit ; comparansque de illis scripta variorum varia inter se, contendit, non convenientia esse illorum testimonia ; si non et pugnantia sint. Sed pugnent illa, non pugnent; alio veritatis assertore hic mihi opus non est, præter Notarium publicum, qui coram inspexit, tractavit, descripsit singula; quique secum non pugnat. Hoc teste, hujus testimonio, standum, præ multis aliis.*

Impingit viris probis mendacium Mullerus;

12 *Audacius dictum est Mulleri, quo abbatem Strahoviensem mendacii insimulat circa gemmam, pallæ annuli insertam,* Annulum, *inquit,* elapsum digito defuncti, aureum, et sapphyro ornatum, ac ad se F receptum, abbas fatetur... Eum vero in conventu cœnobii non protulit; sed finxit, pallam e crystallo esse. *Primam hujus sententiæ partem ubi fateatur Abbas, non satis mihi compertum est; certe non fatetur apud Notarium nostrum. Altera post dici potest a Mullero ficta esse, quamdiu testem aut probationem aliam dicti sui non attulerit. Prosequitur autem Mullerus :* Recepit sane initio *Abbas*, siquid thesauri inveniretur, bona fide relictum iri. Pretio appenso annulum redemptum per Abbatem, Notarius finxit; tacente Narratione, negante Notario altero. *Prima hujus secundæ sententiæ Mulleranæ pars vera sit. Altera quoque pars vera erit, si Abbas appenso pretio annulum redemit ; sed tum pars tertia, qua criminatur Mullerus, Notarium* finxisse; *erit falsa. In quarta parte, ut dicta sua probet idem Mullerus, provocat ad* Narrationem tacentem *et* Notarium alterum negantem, *illa nempe negantem, quæ Notarius noster scripsit,* pretio appenso annulum redemptum per Abbatem *fuisse.*

idque probat e teste tacente,

13 *Duplex in præmissis mendacium, aut saltem fictio (si forte hanc illo leviorem putes) imputatur a Mullero viris bonæ famæ et publica auctoritate delegatis: una scilicet fidelia duos dealbante parietes; dum et Abbati et Notario ejus simul, una fictione sua*

injurius

A *injurius est. Ait enim :* Finxit *Abbas, palam annuli e crystallo esse. Atque iterum :* Finxit *Notarius, Abbatem appenso pretio annulum redemisse. Et in horum probationem, uti jam diximus, citat* Narrationem tacentem. *Nescio ego qualis isthæc narratio sit ; sed bene habet, quod* taceat *Veni hic mihi in mentem illud magni Augustini, perfidiam Judæorum increpantis :* O infelix astutia! Dormientes *tacentes* testes adhibes? *Certe si tacet Narratio, neque Abbatem non redemisse annulum, neque Notarium finxisse testatur. Attamen inquit* Notarius alter negat. *Impressit hujus Acta Mullerus in rem suam; sed non capio, quo operæ suæ pretio. Conveniunt enim ita cum Actis Notarii nostri, ut in idem conspirent. Præcipue differunt textus ubi agunt de annulo. Videamus. Noster sic scribit .* Annulus etiam aureus. Sapphyro insignis, reperiebatur ; quem pretio appenso redemit toties memoratus venerabilis Abbas *Strahoviensis, Gasparus a Questembergh. Notarius alter Mulleri sic loquitur Germanica lingua :* In tumba inventus fuit annulus cum lapide crystallino (secundum relationem Abbatis.) quem Abbas continuo inseruit digito suo, dicens : Nollem istum annulum pro ducentis coronatis B permutare. Quoties pontificatum celebraturus sum, utar hoc annulo.

14 *Habes hic utriusque Notarii scripta de annulo genuina. Quis modo, aut ex utroque scripto, aut ex alterutro exsculpat, Abbatem finxisse, et finxisse Notarium ejus? Scripsit Notarius Abbatis e sensu et cognitione sua (quamdo* jam crepusculum erat et obscurioris templi conditio tenebras induxerat, *cum annulus inventus fuit, uti ipse præfatur, adeo ut mirum non sit, præsentes tunc aliter atque aliter de gemma æstimasse.) Scripsit, inquam, Notarius e sensu et cognitione sua, annulum sapphyro insignem fuisse. Ex relatione vero Abbatis, apud Notarium alterum habetur, lapidem annuli fuisse crystallinum. Magnum crimen ! Sed quæ, amabo te, hic fictio Abbatis? Ubi etiam mentio,quod Abbas* in conventu cœnobii *debuerit annulum proferre et non protulerit? Pergamus ad fictionem alteram, quæ sit Notarii. Quid hic finxit? Abbatem appenso pretio annulum redemisse. Ita asserit, ut Notarius. Nihil contradicit Notarius alter, nec ullus, quod sciam, alius, præter Mullerum, qui absque teste, absque probatione, ex suo unius cerebro arguit Notarium illum fictionis. Quid fingere est, si hoc non est? Dum Abbas dixit, nolle se annulum pro ducentis Coronatis permutare, ostendit suam de illo æstimationem extrinsecam, tamquam de pignore, ob memoriam sancti fundatoris* C *sui sibi caro : quemadmodum etiam dixit, se illo, quoties pontificaliter celebraret, usurum. Ex quo consequi nullatenus potest, intrinsecum annuli pretium ab Abbate appensum non fuisse, quod asserit Notarius Abbatis appensum esse.*

et ex altero, nil contra dicente

15 *Subjungit Mullerus altercationem de vestimentis, quæ in sepulcro inventa sunt;* Vestimenta, *inquiens,* non respondent Ordini Norberti. *Quæso, an vir ille habuit statuta Ordinis particularia omnia, quibus præscribatur, quo habitu sui debeant sepeliri? Atque ut habuerit, an illa obtinebant initio Ordinis, et in ipso ejus institutore Norberto? An etiam statuit Ordo, ut episcopus, ex Ordine assumptus, more episcoporum sepeliri non possit? Cur autem* Vestimenta non respondent Ordini Norberti? *Respondet Mullerus, quia Norbertus,* ut de sepulcro, sic de velamine corporis sui præcepisse, credibile est. *Si credibile est Mullero, præcepisse Norbertum de velamine corporis sui ; magis credibile debet esse, præcepisse ipsum de tali velamine, quale inventum est in sepulcro. Ut enim Norbertus ex præcepto suo, juxta Mulleri opinamenta, obtinuit sepulcrum ; sic etiam obtinuerit velamen tale corporis sui, quale præcepit et quale inventum est. Nulla quippe ratio suadere potest, religiosos filios præcepta* D *patris sui in uno observasse, in alio contempsisse. Sed tota Mulleri responsio falso nititur fundamento. Jam diximus, Norbertum de sepulcro singulari, ubi conderetur corpus in ecclesia B. Mariæ. nihil præcepisse et ne cogitasse quidem : credibile est igitur, neque præcepisse de velamine ejusdem corporis sui. Omitto nugas alias ; quarum et me tædet, et pudere Vindicem translationis Norbertinæ possit.*

Quali habitu debuerit Norbertus sepeliri

16 *Si Auctor, aut alius pro ipso Vindex, rem suam tueri porro velit, proponat sua, quæso, stylo magis honesto, absque partium studio, nævis diluendo, ut cuivis, quid velit dicere, innotescat; historico denique, citatis rectius auctoribus e quibus sua depromere videri vult ; ut toti mundo palam fiat id, quodammodo privatum in disputatione Ienensi academica ventilavit apud suos. Totus quippe mundus, non tantum Romano-catholicus, verum etiam heterodoxus (quantum ego quidem mihi imaginor) clarius et magis probantia expectabit argumenta, quibus ipse, aut novus Vindex, defendat,* Sancti Norberti archiepiscopi Magdeburgensis, et primatis Germaniæ, Reliquias; e cœnobio (*liberum ego cœnobitico*) B. Virginis Magdeburgensis templo. Pragam in Strahoviense Præmonstratensium monasterium, numquam translatas. *Est is titulus scripti academici* E *Mulleri nostri. Si cum viro Catholico-romano hic mihi disceptatio foret, plura lubens adjungerem, quæ catholicum officii atque religionis suæ memorem facerent. Verum [illegible] quod [illegible] e [illegible], qui cæcis suis in sola fide sua [illegible] repentaæternam, atque ad Majorem [illegible] quamvis Præpositus sit monasterii Norbertini, [illegible] stitutione sua vere catholici) surdus est; videor mihi satis dixisse, ad vindicandam veram veri corporis S. Norberti translationem Magdeburgo Pragam.*

Monitio ad Auctorem Vindiciarum.

17 *Finire tractatulum hunc volebam, sed vellicat mihi aurem Mullerus adhuc, sic concludens Vindicias suas de falsitate translationis S. Norberti, pag. sua* **12.** *Ibi ad calcem insinuat se :* Demum si quid e Norberti corpore superest sub cœlo, efficax et salutare ; id totum, partim in primo quod extat sepulcro; partim in altero, quod Strahovicæ violentiæ cessisse dicitur ac numquam comparet, continebitur. In hæc duo enim resoluta corporis totius virtus est per tot annos : ac si quid humidi destillavit per foramen, subter pectus loculi fundo studio incisum, diffluxit in molem illam sepulcri, quo hodienum potimur ; forte et corpore. Quisquis nunc Norbertini nominis reverentia ductus, adire gestit quietem Patris beati ; siquis ex ipsius reliquiis sibi apud Deum aditum moliri, ac se vitæ aliquod pretium consequi posse, censet ; ille vel hoc e tumulo temploque, quod in conspectu est, vel nuspiam voto ipsius satisfactum iri, scito.

Opus hoc est [illegible]

18 *Lubuit hunc epilogum Mulleri totum adscribere, ut denuo considerent tum academici Ienenses, tum populus Magdeburgensis, quam ob causam Mullerus suas Vindicias Norbertinas publice defendendas proposuerit. Nempe ut persuaderet, ipsique crederent corpus Sancti viri hodiedum esse Magdeburgi. Quod quantovis molimine conatus sit ostendere, ipse nihilominus in hoc epilogo perspicue declarat, se non ostendisse; dum clare enuntiat,* forte et corpore *Sanctum in sua ecclesia S. Mariæ superesse, Quod si illic non est ; solatur cives, quod saltem habuerit ibi sepulcrum primum, atque etiam fortassis alterum ; in quibus* resoluta corporis totius virtus sit per tot annos : *atque adeo hortatur, ut* quisquis nunc Norbertini nominis reverentia ductus, adire gestit quietem Patris beati, *quod intelligo, ad sepulcrum ejus, quamvis, corpore ablato, vacuum ; ille conferat se ad suum Mulleri Præpositi in monasterio S. Mariæ templum. Iterum,* Si quis e sancti Patris reliquiis sibi apud Deum aditum moliri, ac se vitæ aliquod pretium consequi posse, censet ; *ille similiter ad*

[illegible] cultum [illegible]

ad templum suum accedat Scito *enim, inquit*, vel hoc e tumulo temploque, quod in conspectu est; vel nuspiam, voto tuo satisfactum iri.

19 *Quorsum hic tam patheticus epilogus? Vultne Mullerus suos docere papisticam venerationem sacrarum reliquiarum atque invocationem Sanctorum? Monstrat certe ipsis sepulcrum S. Norberti sua in ecclesia, hortaturque, ut eo recurrant, ad opem Viri sancti suis in necessitatibus implorandam (quæ pia et antiquissima Catholicæ ecclesiæ consuetudo semper viguit et viget.) Illic superesse, dictitat, corporis totius virtutem, tum ex diuturna corporis præsentia, tum ex humore ejus, qui destillavit per foramen in molem sepulcri, relictam. Venerantur equidem Romano-catholici Sanctorum reliquias, eorumque patrocinia, tamquam amicorum Dei, implorant, ut ipsis intervenientibus, per merita Christi Domini, beneficia consequantur divina. Si talem venerationem atque invocationem cives suos docere intendit Mullerus, gratulor ipsi perinde ac civibus ejus. Verum, est cur suspicer, aliud ab ipso principalius intendi. Dum enim pristinum Norberti sepulcrum superesse in ecclesia sua prædicat, dum totius sancti corporis virtutem in eo includit, dum vota supplicantium, Deumque sua dona per invocationem S. Norberti postulantium,* *non sine spe lucri.* *frustra alio deferenda inculcat, quam ad suam ubi sepulcrum Viri sancti est, ecclesiam, videri potest doctrina ipsius de veneratione sacrarum reliquiarum et invocatione Sanctorum in ipsius ecclesia, cum spe lucri conjuncta esse.*

De historia S. Norberti, Ienæ ad Salam in publica disputatione proposita a Caspare Sagittario.

Gestorum S. Norberti scriptores coævi.

V*ix scio, an cujusquam, seu principis, seu imperatoris, seu sancti viri gesta a pluribus contemporaneis prolisque scriptoribus posteritati commendata fuerint, quam S. Norberti, post institutum anno* MCXX *in Præmonstrato celeberrimum Ordinem Canonicorum, archiepiscopi Magdeburgensis. Vitam ipsius singulari studio conscripsit justo volumine Hugo, primus atque individuus ab instituto Ordine, imo et ante socius, uti fatetur Sagittarius,* fidumque ejus asseclam ac discipulum, eumdemque Ordinis Præmonstratensis propagatorem *appellans. Passim obvia est vita illa. Plurima quoque ejusdem Norberti gesta collegit Hermannus, monachus S. Vincentii, prope Laudunum libro* 3 *de miraculis S. Mariæ Laudunensis, qui et ipse Norberto coævus fuit, suosque illos libros Bartholomæo episcopo istius loci, maximoque Norberti patrono inscripsit, editos cum operibus Guiberti abbatis de Novigento opera Lucæ d'Achery anno* 1651. *Non pauca de eodem leguntur etiam in Vita B. Godefridi Comitis Cappenbergensis, a Norberto ad serviendum Deo in religione conversi; quam vitam, itidem a contemporaneo scriptam, olim curavit edendam Nicolaus Serrarius, atque inde impressa est a Bollando in Actis Sanctorum ad diem* XIII *Januarii. His similia atque alia, iisdem temporibus scripta, reliquerunt Cappenbergenses canonici, in lucem emissa publicam Antuerpiæ* 1656 *ad calcem vitæ Norbertinæ, et a nobis recusa tomo* 1 *Junii pag.* 838. *Adde alia antiquorum testimonia præclara, S. Bernardi abbatis Claravallensis; Herimanni, abbatis S. Martini Tornacensis; Anselmi, episcopi Havelbergensis et aliorum, quæ ibidem retulimus pag.* 803; *nec non ipsius Guiberti abbatis supra dicti, anno* MCXXIV *vita functi, cujus eximia de Norberti doctrina, prudentia, sanctitate encomia in hoc supplementorum tomo produximus pag.* 22.

a Sagittario recentioribus

2 *His præmissis, videamus quid novi de Norberto afferat Caspar Sagittarius, qui in eadem academia Ienensi, eodemque anno* MDCLXXXIII, *quo sua ibidem proposuit supradictus Mullerus,* Historiam Norberti archiepiscopi Magdeburgensis, Præmonstratensis ordinis conditoris, publico examini exposuit Præses. *Quamobrem et nobis licebit illam obiter examinare atque conferre cum nostris multiplicibus de S. Norberto scriptis, quæ e præmissis auctoribus contemporaneis pleraque sumpsimus et illustrare conati sumus. Hunc igitur in modum orditur libellum suum Præses iste:* Inter archiepiscopos Magdeburgenses magnum et vere illustre nomen habuit Norbertus, Præmonstratensis ordinis conditor; cujus vita et res gestæ proinde merentur, ut paulo distinctius recenseantur. *Recte; ac pergit :* Meque tamen nos primi sumus, qui hanc suscipiamus curam; sed jam olim vitam ejus scripsit Hugo, fidus ejus assecla ac discipulus, idemque ordinis Præmonstratensis propagator. Idem postea fecit Martinus Merz, prior cœnobii Rothensis in Suevia, et nuperrime Joannes Baptista Schellenbergh e Societate Jesu. *Et continuo subjungit :* At quia hi plurima fabulosa junxerunt veritati historicæ, rarius nos illorum insistemus vestigiis : sed potissimum sequemur antiquiores Germanicæ historiæ scriptores : in quibus si forte desideraveris industriam et judicium; sublestam tamen fidem et temerarium fingendi studium non facile accusaveris. Neque tamen et horum omnia atque singula probaverimus : ac nullus dubito, quin apud Robertum de Monte, quem alias præ ceteris in historia Norbertina diligentem deprehendimus, puriori metallo scoriæ quædam sint admixtæ.

an recte postponantur,

3 *Ego quidem lubens plus fidei adhibebo scriptis Sagittarii, quamdiu improbus esse probatus non fuerit; quam ipse adhibet scriptis viri probi Hugonis, quem solum e supra citatis scriptoribus contemporaneis legerit aut legisse videri vult. Sive autem legerit alios sive non legerit, ita ipsum animo affectum esse dignosco, ut in præsenti argumento de gestis Norberti, æque illos ac Hugonem,* plurima fabulosa junxisse veritati historicæ *dicturus sit; et vero debebit, ut conformiter loquatur. Sed dicat, quæso, cur Hugoni viro multis titulis ornato, gestaque Noberti, quorum plurima pleno meridie acta, totique mundo cognita tunc fuerunt, diligenter prosecuto,* plurima fabulosa, *quorum profert nullum, affingat fidemque ei neget, atque ab aliis negari velit. Capere equidem id ego non valeo; præsertim cum nihil in medium asserat, quod auctoritatem Hugonis elevet. Neque magis capio, cur sequi malit* antiquiores, *uti ait;* Germanicæ historiæ scriptores *hac in re, quem Hugonem ipsum. An quia scriptores sui Germani melioris fidei tunc fuerunt, quam nunc sint, aut quam tunc fuerint scriptores nationum aliarum? An, quia Germani illi, quos sequi mavult, antiquiores sint Hugone nostro? Hic coævus Norberto fuit a conversione sua itinerum socius, dictorum factorumque testis et successor in administratione totius ordinis Præmonstratensis. Illi nec contemporanei fuerunt, sed seculo plerique integro posteriores; nec aliunde sua hauserint ipsi, quam ex Hugone, aut alio auctore ipsis antiquiore.*

dicat Melchior Canus :

4 *Monet sane Melchior Canus, lib.* XI *de locis Theologicis, legem primam dignoscendi fidem historici sumendam esse* ex hominum, *qui scripserunt,* probitate integritateque. Quæ res omnino locum habet, *inquit,* cum quæ narrant historici, ea vel ipsi se vidisse testantur, vel ab aliis qui viderunt, accepisse. Qualia sunt pleraque in epistolis Ambrosii, Cypriani, Hieronymi, Augustini; ut in libris quoque hujus de Civitate Dei, in Dialogis Gregorii, breviter in omnibus fere doctorum ecclesiæ probatissimorum scriptis. In quibus mendacium suspicari, quod ad memoriam sempiternam transferre illi scribendo voluerint, piaculum est. Magnis quippe præclarisque virtutibus viri sanctissimi atque optimi id consequi meruerunt; ut in rebus ejusmodi, quas vel spectasse se, vel ab aliis fide dignis, qui spectarint,

A spectarint, se audisse testati sunt; fides omnino illis habeatur. Qua in re Erasmus Roterodamus aliique juniores quidam, sæpe ac licenter errarunt. *Ego inter viros illos sanctissimos atque optimos, quos Canus ait debere fidem mereri, etiam repono Hugonem, qui præter singulares, quas Sagittarius quoque agnoscit, dotes et prærogativas, etiam sanctitate vitæ eminuit, fastisque sanctorum Præmonstratensium adscriptus invenitur. Videat Sagittarius, an ipse inter asseclas et sequaces Erasmi non mereatur connumerari.*

qui et increpat tales scriptores.

5 *Pergit Canus :* Quid enim liberius, licentius, immoderatius dicit potuit, quam Hieronymum asserentem, Matthæi evangelium Hebraicum describendi sibi copiam fuisse, in eo virum gravissimum sanctissimumque mentiri? Jure itaque piis hominibus nimia hæc quorumdam juniorum liberiorque licentia displicuit, jure etiam in crimen vocata est. *Dicam ego; quid liberius, licentius, immoderatius dici potest, quam Hugonem, qualem descripsimus, virum perquam religiosum, fidum Norberti asseclam et discipulum,* plurima fabulosa junxisse veritati historicæ, *ideoque* rarius insistendum ejus vestigiis? *Oportebat saltem prius aliqua ejus protulisse fabulosa, quam plu-* B *rimorum accusare reum. Quid item liberius, licentius, immoderatius; quam sequi velle historicos juniores in historia antiquiore, ubi contemporanei ad manum sunt plures, summæ fidei et sanctitatis viri? Imo illos sequi juniores mavult,* in quibus forte desideraveris industriam et judicium. Neque tamen, *inquit*, horum omnia et singula probavero : ac nullus dubito, quin apud Robertum de Monte, quem alias præ ceteris in historia Norbertina diligentem deprehendimus, puriori metallo scoriæ quædam sint admixtæ. *Quid igitur tandem in historia humana, et cui historico, credet Sagittarius? Nulli opinor; tantummodo fere quæ genio placent novæ reformationis, facile credit; quæ vero displicent, ad fabulas relegat. Facile id quidem dictu, nec minus temerarium; sed non tam facile monstratu, talem genium duce ratione agi.*

Gesta Norberti ex Sagittario,

6 *Geniali exordio Sagittarii Præsidis, succedit chronologia præcipuorum Norberti actorum, a natali ejus, anno vulgaris æræ* MLXX, *sine teste, affixo, deducta usque ad obitum. Ab anno natali ad natalem locum, qui Xantus seu Sancti in Clivia, procedens, docet, æque* Coloniensem, *ut ab aliquibus; atque* Lotharingum, *ut ab aliis, appellari posse Norbertum : quia Xantus, Coloniensis fuit diœcesis, eratque sub ducatu Lotharingiæ inferioris, tunc latius extenso. Quæ* C *satis similia vero sunt. Anno* MCXIX *notat ex Abbate Urspergensi, Norbertum synodo Coloniensi interfuisse, et in multis accusatum, egregie se defendisse. Unde et scriptum de eo fuit, teste Uspergensi,* Quia manus horum omnium contra eum, et ipse contra hos omnes. *Anno* MCXX, *ex Roberto de Monte apponit textum sat longum, quomodo Norbertus, a Callisto Papa, Bartholomæo Laudunensi episcopo specialiter commendatus; ab hoc per multa deserta circumductus, tandem in Præmonstrato consederit. Quæ multo accuratius descripta leguntur in historiis Hugonis abbatis, et Hermanno monacho de miraculis S. Mariæ Laudunensis, uti et alia, quæ mox ab ipso citantur de institutione Ordinis Præmonstratensis, e magno chronico Belgico : quod auctor anonymus compilavit, quando jam Ordo abbatias habebat* CCCL, *allegans quidem dictorum suorum testes, Albericum, Bernardum Guidonis, et Vincentium in speculo : verum et hi impares sunt, tam tempore quam auctoritate hac in re, illis quos citavi. Nihilominus adducit quoque Sagittarius eodem loco Paulum Langium, seculo* XVI *mortuum, et e chronico Theodorici Engelhusii hos versus :*

antiquos scriptores deserente

Anno milleno centeno bis duodeno,
Sub patre Nortperto Præmonstrati viget Ordo.

D vel sic :
In Præmonstrato formatur candidus Ordo.

c. recentiorum errores excusante.

Observat tamen ipse in his versibus poni annum secundum et vigesimum seculi XII, *excusatque*, id propter rhythmi sonum factum esse. *Excuso hic ego quoque Sagittarium, quod observaverit in versibus poni annum* secundum et vigesimum; *cum clarissime exprimatur annus* quartus et vigesimus: *atque oro ipsum, ut minus iniquus sit scriptoribus antiquis historiæ Norbertinæ, qui recentioribus, manifeste errantibus, plus æquo æquus videri vult.*

An fictio sit.

7 *Idem Præses pag.* 6 *sic scribit :* Paulo ante laudatus *(imo vituperatus, tamquam concinnator fabularum)* Schellenbergius, ex Præmonstratensium chronico tradit, D. Augustinum Norberto se coram stitisse suasque tralucenti auro incisas leges, e sinu prolatas, in manus ei commisisse, verbis his adjectis : « Norberte, tene volumen, manu nostra » exaratum, quod te tuosque, tremendo illo ac fa» tali mundi die, ad Christi judicis tribunal; si » vita moribusque religiosis id expresseritis, æternæ » ac beatæ immortalitatis securos reddet. » Quæ quin ad amplificandam ordinis Præmonstratensis gloriam sint conficta, nulli dubitamus. *A quo sint* E *conficta? A Schellenbergio? Citat is vadem suum chronicon Præmonstratense. An et illud finxit? Si vis; adducam testimonium Fratrum Cappenbergensium, qui testantur, se, in communi capitulo congregatos, ex ore Institutoris sui, sub alieno nomine de se loquentis, audivisse sequentia :* Scio, *inquiebat*, unum *(uti Apostolus sua memoraturus, dicebat;* Scio hominem) ex professionis nostræ Fratribus; cui de regula nostra indaganti studiosius, non quidem suis meritis, sed confratrum suorum orationibus, beatus visus est Augustinus; qui et auream regulam, a dextro latere prolatam, illi porrexit, seque ipsum luculento sermone intimavit, dicens : Quem vides, Augustinus ego sum, Hipponensis episcopus. Ecce habes regulam, quam ego conscripsi, sub qua si bene militaverint confratres tui filii mei, securi Christo adstabunt in extremi terrore judicii. *Si etiam Cappenbergenses hæc, quæ se, coram, in loco capitulari, auribus suis excepisse ex ore Norberti testantur, confinxisse præsumat aliquis dictitare; næ is homo non est.*

Norbertum regulam a S. Augustino acccepisse?

An item testis candido Ordini

8 *Pergit Præses laudare Schellenbergium;* Attamen audiamus, *inquiens*, quid de candido Præmonstratensium habitu idem fabuletur. *Non fabulatur, qui proborum virorum vestigiis insistens, ex ipsorum scriptis, eorumdem fide, profert quæ scripserunt. Errare cum ipsis potest; fabulari non recte dicitur.* F *Habuit Schellenbergius auctores, qui de candido habitu, per B. Mariam Præmonstratensibus dato, scripserunt plures : habuit traditionem Ordinis illa de re, aliquot seculorum decursu continuatam; uti ex privilegio Ludovici XI Galliarum regis, ad petitionem universi Ordinis concesso anno* MCCCCLXXV, *constat. Ibi enim legitur* candidus habitus pariter atque locus *Præmonstratus*, per beatissimam et gloriosissimam virginem Mariam præmonstratus fuisse. *Si rem eamdem Hugo, Hermannus monachus, Cappenbergenses canonici, aut alii contemporanei, quos supra adduximus, scripsissent; uti scripserunt, regulam Norberti per visionem a S. Augustino fuisse traditam; æque utrumque factum fide humana credibile foret. Nunc vero, tacentibus de visione illa B. Mariæ, contemporaneis sequentibusque per tria secula historicis, nihil est cur prudenter hæc apparitio credatur; credatur autem apparitio S. Augustini. Et nos ipsi, hanc admittentes, istam reprobavimus supra pag.* 23 *a num.* 9.

a B. V. Maria præscripta?

Miracula divinitus per Sanctos facta,

9 *Accedit Præses ad annum* MCXXII, *quo dicit ex Roberto de Monte*, Norbertum apud Ningellam urbem, verbum Dei prædicantem, ex obsessa puella dæmonium,

A dæmonium, valde quidem reluctans, ejecisse. *Item, anno sequenti Coloniam venisse, acceptasque ibi Sanctorum reliquias Præmonstratum misisse; atque ita concludit :* Quæ quidem uti illorum temporum superstitionem arguunt; ita fabulas, quas in majus plerumque auxerunt novitii scriptores, distincta esse credimus. *Quam facile credat Præses suo genio! Quam injuriose novitios scriptores tractat! An ipse non æque novitius est, quam illi, quos arguit? Certe novitius non est Robertus de Monte*, quem *ipse Præses* præ ceteris in historia Norbertina diligentem deprehendit. *An non diligentia Roberti, et confessio Præsidis, scriptis Roberti auctoritatem conciliant majorem? Ita quidem recta suadet ratio; sed non persuadet genio Præsidis; qui mavult istiusmodi miracula, et cultum reliquiarum et apparitiones Sanctorum (tametsi post sacras Scripturas, omnium seculorum, doctissimorumque virorum scripta, talibus plena sint) amandare imprudenter ad* superstitionem illorum temporum, *quibus sui ipsius majores Catholici vixerunt; quam fateri, viros probos, doctos, religiosos, sanctos, vera scripsisse; quamvis ipsi asserant, se, quæ scriptis committunt, oculis suis vidisse aut in se expertos esse; uti fecerunt Ambrosii, Augustini, Gregorii et innumerabiles alii. His fidem negare in talibus, quid aliud est, quam evertere omne commercium humanum?*

an superstitionem arguant

B

10 *Pag. sua 8 num. 17 dubitat Præses, inquiens :* Quid sibi velit Dodechinus, quando ad annum MCXXVI, Norbertum « virum religiosum, ecclesiæ apud Wormatiam præfectum » scribit; nondum me capere fateor. *Puto ego, vocem* Magdeburgensi, *incuria librariorum aut typothetarum prætermissam, atque legendum esse*, ecclesiæ Magdeburgensi apud Spiram *(ibi enim conventum imperii tunc celebrabat Lotharius imperator)* præfectum *fuisse Norbertum, non* apud Wormatiam. *Si majoris auctoritatis fuisset, uti debebat, Præsidi contemporaneus vitæ Norbertinæ scriptor Hugo, quam Dodechinus, seculo fere uno junior; capere haud difficulter potuisset duplex in Dodechino sphalma, quod dixi. Hugo quippe docet*, ecclesiæ Magdeburgensis archiepiscopum Spiræ *electum fuisse Norbertum*

Dodechini locus imperfectus suppletur.

11 *Idem Præses mox de hæresi Tanchelini, seu Tandemi, ut ipse vocat, per Norbertum Antuerpiæ repressa, agens; addit, ipsum ibidem sui Ordinis asceterium obtinuisse*, cui primus, *inquit*, moderator Sylvanus deputatus est. *Nescio unde hic Sylvanus prodeat. Citat quidem Præses Robertum de Monte ad annum* MCXXIV, *ubi is de Norberto et Tanchelino verba facit : verum de Sylvano, aut alio, Antuerpiensibus moderatore dato, verbum habet nullum. Recurrendum hic iterum Præsidi erat ad Hugonem, vitæ Norberti scriptorem, qui apud nos pag. 839 num. 101, de se loquens tacito nomine, cum a Norberto Magdeburgi abbas Præmonstratensis designatus erat, accepta benedictione sancti Patris* recessit, duobus adjunctis sibi sociis, e quibus præceperat Vir Dei ut alterum in Antuerpiensi ecclesia Patrem; alterum similiter in Floreffiensi poneret; et sic factum est, MCXXVIII. *Nomen Patris, cui moderamen ecclesiæ Antuerpiensis obtigit, silentio involvit Hugo, æque ac suum et ablatis Floreffiensis : sed constat ex historia abbatiæ Antuerpiensis et serie abbatum ejus, uti etiam ex Bibliotheca Præmonstratensi, Waltmannum cum Norberto contra Tanchelinum Antuerpiam venisse, primumque ecclesiæ illic suæ præpositum, deinde abbatem præfuisse; atque hodiedum ejus sepultura ibidem monstratur : Sylvanus autem illuc notus est nullus.*

An Sylvanus abbas Antuerpiæ a Norberto datus

C

12 *Nihil attinet reliqua Præsidis nostri scripta examinare, tum quia nihil magnopere continent, quod ex antiquis scriptoribus certius non habeatur; tum quia in præmisso examine satis multa notavi, unde de reliquis judicium formetur. Addam tamen in gratiam Mulleri præsidis, translationem corporis S. Norberti Magdeburgo Pragam negantis, ut supra vidimus; alterius item præsidis, nempe Sagittarii, eodem anno, eodem loco, in eadem academia Ienensi, translationem illam defendentis, verba. Sub calcem itaque libelli sui, postquam corpus Norberti ad arbitrium Lotharii imperatoris in ecclesia Sanmariana conditum fuisse, insinuaverat, ita subnectit :* Illud tamen anno præsentis seculi (XVII) sexto et vigesimo, auspiciis Ferdinandi II imperatoris, consentientibus reverendissimo Administratore et Senatu Magdeburgico, præsul Strahoviensis cœnobii Caspar Questenbergius Magdeburgo Pragam transtulit. *Addam et quod sequitur, ut sciat Mullerus (si non meminerit) non Pontificium esse, qui ita scribit. Pergit igitur :* Malincrotius, Petrus Baptista Burgos et alii scriptores Pontificii annotarunt, Magdeburgum non prius a Cæsareis copiis expugnari potuisse, quam hujus tutelaris Divi reliquiæ ex urbe fuissent exportatæ. Verum nisi Deus decrevisset in hostium manus resignare Magdeburgensem urbem, neque ab occupatione, neque a feralibus flammis immunem ac intactam servassent Norberti cineres. *Dico ego : Verum, si Deus decrevisset, in hostium manus non resignare Magdeburgensem urbem, quamdiu in illa cineres Norberti manerent; neque Cæsareus miles ipsam occupasset neque ferales flammæ devorassent, nisi cineres Norberti prius fuissent exportatæ.*

Translatio corporis, contra Mullerum, a Sagittario agnita.

D

E

13 *Scimus, decrevisse Deum varia se facturum propter servos suos. Genesis enim 26 ait ad Isaac :* Noli timere, quia ego tecum sum : benedicam tibi et multiplicabo semen tuum propter servum meum Abraham. *Ad Salomonem vero 3 Regum 2 :* Quia non custodisti pactum meum et præcepta mea, quæ mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, et dabo illud servo tuo. Veruntamen in diebus tuis *(quamdiu tu vixeris)* non faciam, propter David patrem tuum : de manu filii tui scindam illud, nec totum regnum auferam; sed tribum unam dabo filio tuo, propter David servum meum et Jerusalem, quam elegi. *Sic 4 Reg. 8;* Noluit Dominus disperdere Judam propter David servum suum. *Ibidem cap. 19 dicit Dominus :* Protegam urbem hanc *Jerusalem, contra Assyrios*, et salvabo eam propter me et propter David servum meum. *Sic alia. Scimus quoque, eumdem et nos habere Deum, eumque potuisse decernere, se non resignaturum Magdeburgensem urbem in hostium manus propter Norbertum patrem et pastorem ejus servum suum, quamdiu in illa ejus cineres manerent. Potuit similiter decrevisse, sacros cineres inde auferendos, quia Magdeburgenses non custodierunt pactum suum et præcepta, quæ mandavit ipsis Deus et Ecclesia; quæque Norbertus eisdem inculcavit divino eloquio suo, solicitudine paterna.*

Deus propter servos suos alios beneficia præstat;

F

14 *Talia vero Deum super Magdeburgensibus habuisse decreta, non temere colligitur ex eventu. Præcesserant enim peccata populi per schisma et hæresim et quæ talia comitantur peccata alia. Hinc excitavit Deus spiritum Ferdinandi imperatoris, ut sacros cineres Norberti e medio peccatorum curaret exportandos (quemadmodum eduxit olim per Angelum, Lot servum suum de Sodoma, antequam super illam plueret sulphur et ignem de cælo). Successit paucis post annis obsidio, expugnatio, vastatio, deflagratio urbis. Aberat nempe corpus venerandum servi Dei, quo præsente per tot secula prægressa, numquam urbs dicitur capta fuisse. Atque hinc videri possunt scriptores, paulo ante a Sagittario citati et quodammodo explosi, non temere opinati fuisse atque annotasse, corpus Norberti Magdeburgensibus pro palladio fuisse; quo præsente urbs expugnari non potuerit, absente expugnata sit. Quin imo, hoc ipsum fore, ante translationem mussitatum fuit per urbem, et causa civibus visa est, quo minus paterentur*

nec temere dicitur præsentiam corporis Norberti,

palladium

A *palladium suum tunc exportari. Sic enim scriptum legitur in historia translationis, apud nos pag.* 863 *num.* 22 : Susurrus quoque ex ore multorum sibilabatur ; eo Cæsarem tam instanter petere reliquias istas ; quo civitatem, tamquam præsidio suo nudatam, magis obnoxiam haberet, et liberius vel premere posset, vel opprimere. *Quæ quid aliud præsagiunt, quam quod scriptores Pontificii annotarunt post factum?*

volente sic Deo, Magdeburgum servasse.

ADDITAMENTUM

Ad Corollarium I Papebrochii, De institutione et primatu archiepiscopatus Magdeburgensis.

§ I. Archiepiscopus primus a Dietmaro statuitur inauguratus anno DCCCCLXX.

Archiepiscopatus Magdeburgensis.

N*on male Actis S. Norberti Magdeburgensis archiepiscopi subjungendam putavit Papebrochius institutionem ejusdem archiepiscopatus, et successionem præsulum usque ad Norbertum, atque etiam deinceps aliquo usque, ut præpositorum sibi in Domino sanctorum* B *virorum, suorumque in via veritatis olim magistrorum gesta recognoscentes incolæ, atque alii erroris sui, audiant Apostolum clamantem :* Mementote Præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem. *Ad Hebr.* 13 *Tractat ibi Papebrochius, ut dixi, de institutione archiepiscopatus, atque paragrapho ultimo, de titulo Primatis Germaniæ, præclare quidem et accurate : sed non vidit bullam Innocentii PP. II, rogatu Norberti, antiqua ecclesiæ suæ jura proferentis, obtentam anno* MCXXXIII. *Hanc bullam primus, quod sciam, in lucem publicam emisit Sagittarius in Historia S. Norberti, qua de jam egimus, illa præcipue titulo æstimanda, quod bullam istam insertam habeat. Neque vero etiam vidit Papebrochius plura alia, tam bullarum pontificiarum, quam diplomatum imperialium, præsertim Ottonis Magni, monumenta, quæ idem Sagittarius collecta edidit in suis Antiquitatibus archiepiscopatus Magdeburgensis. Hinc, et aliunde, nonnulla quæ mihi in mentem veniunt, commentariis magistri mei addenda, ad majorem veritatis indagationem putavi.*

2 *Fundatio Magdeburgensis archiepiscopatus nota* C *ex passim, et forte clarius ex jam dictis commentariis in* Corollario Norbertino, *tomo* I *Junii pag.* 901. *Nempe fundator ejus Otto Magnus imperator, anno* DCCCCLXII *Romæ a Joanne PP. XII coronatus, obtinuit ab eodem constitutionem, qua præcipit Papa, ut monasterium S. Mauritii, Magdeburgi pridem ab eodem imperatore fundatum, erigatur in archiepiscopium, atque aliud monasterium Merseburgense, ab eodem imperatore ex voto, quia vicerat Hungaros, constructum,* in episcopalem evehatur sedem, quæ Magdeburgensi sit subdita. *Et eatenus Merseburgensis episcopus, unicus fuit destinatus Magdeburgensi suffraganeus. Tum vult etiam Papa, atque* ex B. Petri Apostoli jussione præcipit, ut Moguntiensis, Treverensis, Coloniensis, Salzeburgensis, Hammaburgensis, archipræsules, Magdeburgensis monasterii in archiepiscopalem, et Mersburgensis in episcopalem sedem translationis, totius cordis corporisque viribus, consentanei fautores persistant.

ab Ottone imp. fundari cœptus

3 *Denique declarat idem Papa, qui tandem alii suo tempore archiepiscopatus Magdeburgensis suffraganei futuri sint, sic prosequens :* Cum vero Deus omnipotens, per prætaxatum servum suum, invictissimum imperatorem, suumque filium regem successoresque eorum, vicinam Slavorum gentem ad cultum Christianæ fidei perduxerit ; per eos in convenientibus D locis, secundum opportunitatem, episcopatus constitui, et eisdem, per consensum prædictorum, et archipræsulum successorumque eorum, ab archiepiscopo Magdeburgensi episcopos consecrari volumus suffraganeos. *Totam constitutionem legere est apud nos tomo* IV *Junii pag.* 31. *ex Mabillonis Seculo* V *Sanctorum Benedictinorum pag.* 575 *mutuatam. Eamdem Sagittarius quoque habet, sed adscribit Joanni PP. XIII, quod verum non esse, ostendit in subscriptione, quamvis integra apud ipsum non sit,* Indictio quinta, *quæ in totum pontificatum septennalem Joannis XIII non incidit : concurrit vero cum anno* DCCCCLXII, *quo Joannes XII præfuit Ecclesiæ.*

per bullam Joannis 12,

c 1.

4 *Integra subscriptio apud nos et apud Mabillonem, locis citatis talis est :* Scriptum per manum Leonis scriniarii sanctæ sedis Apostolicæ in mense Februario, Indictione V. Data II Idus Februarii per manum Georgii secundicerii sanctæ sedis Apostolicæ, anno, Deo propitio, pontificatus Domni Joannis, summi Pontificis et universalis Papæ, VII ; imperii Domni piissimi Augusti Ottonis, a Deo cornati magni imperatoris, anno I, mense et indictione E prædictis. *Et hæc de archiepiscopatu tum quidem constituta sunt, sed effectum non habuere, nisi post annos aliquot, quando celebrata est Ravennæ anno* DCCCCLXVII, *præsentibus Joanne PP. XIII atque Ottone prædicto imperatore, synodus ; in qua et renovata fuit institutio archiepiscopatus Magdeburgensis atque episcopatus Merseburgensis, et simul designati fuere episcopatus alii suffraganei. Conservata sunt hæc synodi statuta, tum in Notis Meibomii ad Witechindi Annales pag.* 731, *et in chronico Magdeburgensi, tum in nostro MS. jam vulgato sub titulo,* Chronographus Saxo, *ex quo et descripta fuere, quæ leguntur in Conciliis Labbei post synodum Ravennatem tomo* IX *col.* 676. *Multa ejusdem argumenti, præsertim quæ ad novos episcopatus, Magdeburgensi suffraganeos spectant, accurate tractat Dietmarus, qui non multo post dictam synodum, anno* DCCCLXXVI *et perillustri familia natus, dein monachus Magdeburgensis, postea præpositus Wallibicensis, ac tandem anno* MVIII *episcopus Merseburgensis, obiit anno* MXVIII.

et confirmatus a Joanne 13.

5 *Dietmarus igitur sive (ut ipse sub initium chronici sui MS. apud nos scribit)* Thietmarus, *vir præcipuæ auctoritatis, cum libro* 2 *ante medium dixisset,* Athelbertum, Trevirensem professione monachum, sed Rusciæ prius ordinatum præsulem, et a gentilibus hinc expulsum, ad archiepiscopatus apicem, inclitum patrem et per omnia probatum, anno Dominicæ incarnationis nongentesimo septuagesimo, XV Kalendas Novembris apostolica auctoritate *promotum fuisse ; mox subjungit, in proximi Natalis Domini* festivis diebus ipsum consecravisse Bosonem, Merseburgensis ecclesiæ pastorem ; Burchardum, Misnensis sedis provisorem ; Hugonem, Cicensem episcopum ; Havelsbergensis ecclesiæ custodem his Dudonem coaptasse, prius consecratum. *Et prosequitur :* Omnes hi subjectionem sibi *Athelberto,* suisque successoribus promittentes, dispositi sunt singuli per speciales parochias. Additus est his confratribus Brandenburgensis ecclesiæ pastor Thietmarus, ante hos unctus ; et Jordan, episcopus Posnaniensis. *Huic specialis parochia non fuerit constituta, quia ulteriores Slavicæ gentes, quæ sperabantur convertendæ, ei tantisper committebantur instituendæ.*

primum antistitem suum quando acceperit F

6 *Scripseram hæc prius ex* Dietmaro Restituto, *inter Scriptores rerum Brunswicensium, cura illustrissimi viri Godefridi Guilielmi Leibnitii amici nostri, in bonum publicum anno* 1707 *vulgato Hanoveræ, pag.* 335. *Verum legens ibi, Athelbertum seu Adalbertum,* anno

Chronicon Dietmari

A anno DCCCCLXXXV. Kal. Novemb. apostolica auctoritate *Magdeburgensem archiepiscopum factum esse, præter alia ibidem mihi dubia; coactus fui, codicem nostrum MS. sane præclarum, ex quo editio illa, uti fatentur Leibnitii Prolegomena, curata et suppleta fuit, consulere; comperique, non scriptum ibi, ut supra, sed integris vocabulis sic legi :* anno nongentesimo septuagesimo, xv Kalendas Novembris. *Quod revera ita scribi debuit, atque a Chronographo Saxone sub anno eodem* DCCCCLXX *confirmatur : chronicon quoque Magdeburgense apud Meibomium pag.* 273 *consentit de die* xv Kal. Novemb. id est, *inquit,* in festo S. Lucæ evangelistæ, *Adalbertum a summo Pontifice ordinatum et pallio donatum fuisse.*

e nostro MS. non satis accurate editum.

7 *Alia, de quibus dubitabam, nihil attinet hic recensere : tantum dico, paginam illam* 335 *Dietmari Restituti eadem occasione me contulisse cum nostro codice MS. atque inde notasse amplius viginti lectiones variantes, inter quas nonnullæ notabiles, et pleræque in nostro MS. correctiores sunt, in nova autem editione non observatæ. Contuli vicissim eamdem paginam cum editione Reineccii anni* 1580, *ac deprehendi, lectiones prædictas utrobique eodem modo impressas esse, nisi quod pagina sæpe indicata Reinecciana lectio* B *habeat annum, de quo modo, et diem mensis, prout nos. In eo tamen æstimabilior est Dietmarus Restitutus, quod plures lacunas, quæ apud Reineccium sunt, et aliquot lectiones variantes, nec non Dietmari versus, qui per modum prologi libro ejus primo præmittuntur, e nostro MS. supplevit is, seu librarius, seu alius, cui codicis descriptionem commiserit Leibnitius (neque enim in illustrissimum accuratissimumque virum cadere talis indiligentia potest,) quique fortassis in scripturis antiquis minus versatus, laborem accurate describendi subterfugit, imaginatus sibi, textum MS. ab impresso Reineccii non multum discrepare, totamque curam suam intenderit, ut lacunas suppleret et præcipua quædam observaret. Unde et versum ultimum prologi, libro* VII *præfixi, quia in Reineccio deest, etiam ipse prætermisit. Est autem apud nos talis :* Da jubilum Domino, per quem pollere videris. *Hæc notanda fuerunt, ut ne ignorent viri eruditi, codicem nostrum MS. passim adhuc diversum esse, tam a Reformata, quam a Reinecciana editionibus, non multum inter se dissimilibus, præter illa, quæ, ut jam dixi, in Reformata editione e codice nostro suppleta sunt. Illud etiam miror, utrobique passim legi vocem,* Dominus, *ubi noster habet,* Deus; *item, repeti identidem,* suimet, *ubi noster aptius utitur simplici pronomine* suus.

C

§ 2. Ostenditur, primum Archiepiscopum ordinatum esse anno DCCCCLXVIII, die XVIII Octobris.

Archiepiscopus primus

R*edeo, unde diverti, Magdeburgum, ad ejusque primum archiepiscopum Adalbertum, qui a summo pontifice Joanne XIII Romæ, uti satis constat, institutus, pallioque, dignitatis archiepiscopalis insigni, ornatus fuit die* XVIII *Octobris, festo S. Lucæ evangelistæ : non item constat, quo id anno factum sit. Notat Dietmarus, ut diximus, annum* DCCCCLXX; *eumdemque innuunt Chronographus Saxo, et Chronicon Magdeburg. quamvis non exprimant annum, contenti dicere, id factum esse,* XV Kal. Novembr. id est, in festo S. Lucæ evangelistæ, *fortassis quia annum non satis exploratum habebant. Eumdem, quem Dietmarus, annum signavit etiam Papebrochius atque alii, auctorem seculi probum ac fere contemporaneum; nec viderunt, saltem Papebrochius, Antiquitates archiepiscopatus Magdeburgensis, a Caspare Sagittario Ienæ anno* 1684 *vulgatas, et non nisi post primum de Actis Sanctorum Junii nostri tomum editum, ad nos allatas; in quibus (ut jam præmonui num.* I*) leguntur variæ Romanorum Pontificum bullæ, et privilegia imperatorum,* D *archiepiscopatus prædicti fundationem atque Archiepiscopi primi institutionem firmantia. Ex his utique certius, quam ex Dietmaro aut aliunde dignosci annus primæ institutionis debet, eumque ego inde statuo nongentesimum sexagesimum octavum, diemque jam dictum* XV *Kal. Novemb. seu* XVIII *Octobris, S. Lucæ evangelistæ sacrum.*

Romæ ordinatus an. 968

9 *Ante omnia notandum, synodum Ravennatensem, in qua communi Pontificis Romani, episcoporum, atque Ottonis Magni imperatoris approbatione decretum fuit, de instituendo archiepiscopatu Magdeburgensi, celebratum fuisse die* XII *Kalendas Maji anno* DCCCCLXVII. *Quia tamen* civitas, ubi Magdeburgensis archiepiscopatus sedes est, sita est infra parochiam Alberstadensis episcopi; *ideo,* sine consensu episcopi sedis illius, [et] archiepiscopi Magonciensis, cui subjectionem exibet, commutationem parochiæ fieri non posse, sancta Synodus decrevit. Eo igitur revoluto anno *(nempe* DCCCCLXVII) et altero dimidio transacto, cum Hattonem archiepiscopum Magonciensem, et Hildiwardum episcopum Alberstadensem Ravennam convenire contingeret, sanctissimus Imperator, si bona voluntate commutationem parochiæ Alberstadensis ecclesiæ ad Magdeburgensem fieri vellent, coram archiepiscopo Ravennate et episcopis comprovincialibus, eos omni dilectione convenit. Tunc E venerabilis Hildiwardus episcopus in præsentia omnium, et prædicti præsulis Hattonis, hoc se pro Deo nullo modo negare et contradicere posse... clara voce respondit.

innotescit; ac plurium scriptis,

10 *Hæc ex bulla, apud Meibomios tomo* I *Rerum Germanicarum pag.* 731, *et apud Sagittarium opusculo jam citato, pag.* 60 *impressa. Bullam illi* Papalem, *ego potius* Synodalem *dixero, utpote Ravennæ, præsentibus jam ibi Hattone et Hildewardo, Joanne Papa Romam regresso, fabricatam, juxta sensum prioris decreti, quod initio synodi, præsente Papa, conceptum fuerat et huic bullæ sufficienter inseritur, de instituendo sæpe dicto archiepiscopatu, quando episcopus Halberstadensis consensisset in exemptionem loci. Sive autem omnes episcopi, quod vix credibile est, sive multi, qui hic* comprovinciales *vocantur, et subscripsere, tunc adfuerint, præsedit certe Archiepiscopus Ravennas in cujus diœcesi res agebatur, idemque primo loco ante Moguntinum et Halberstadensem, quorum præcipue intererat, subscripsit. Uti autem locus expressus, ubi hæc acta sunt, bullæ isti impressæ non subscribitur, sed e textu apparet, Moguntinum et Halberstadensem venisse* Ravennam, *negotiumque ibi coram episcopis atque Imperatore transegisse : ita neque subscribitur* F *annus, mensis aut dies, quibus transactio facta et bulla signata sit; verumtamen quia ibidem indicatur,* eo anno, *quo primum decretum in synodo factum est,* revoluto et altero dimidio transacto *(neque enim præ hac bulla audiendi sunt Chronographus Saxo et Chronicon Magdeburgense, qui* anno integro et dimidio jam evoluto, *scribunt) advenisse Ravennam Moguntinum et Halberstadensem; eorum adventus et consensus et bullæ expeditio ad initium Julii videntur referri debere. Ex mox ad se vocatum Adalbertum miserit Romam Imperator cum suis commendatitiis ad Papam, ab eoque ibidem is novus Archiepiscopus institutus fuit die* XVIII *Octobris eodem anno* DCCCCLXVIII.

nempe Joannis 13,

11 *Alia certe bulla ipsius Joannis XIII Papæ, ipso die et anno modo dictis signata, legitur apud Sagittarium pag.* 78. *In illa paterne monet novum archiepiscopum Adalbertum, ad quem data est, officii sui archiepiscopalis; atque innuit, nuperrime acta Ravennæ ad se Romam transmissa fuisse. Sic enim inter alia ibidem scribit :* Confratres Hatto sanctæ Mogunciensis ecclesiæ archiepiscopus, et Hildiwardus Halberstadensis ecclesiæ episcopus, et comprovinciales episcopi, sicut per consentaneas et petitorias litteras,

A ras, ab ipsis propriis manibus roboratas, quæ in præsentia nostra ante corpus B. Petri apostoli relectæ sunt, didicimus; in prædicta Magdeburgensi civitate archiepiscopalem sedem privilegio Apostolicæ sedis statui ordinaverunt, quæ ultra Albiam et Salam in congruentibus locis subjectos episcopos, qui nunc ordinati sunt, et ordinandi futuris post temporibus erunt, habeat; nostro post Deum judicio, qualiter eadem archiepiscopalis sedes ordinari debeat, deliberandum precantes; ne per invidiam fidei tanta Slavorum plebs, Deo noviter acquisita, callidi hostis (quod absit) rapiatur insidiis. Unde quia, confrater et coepiscope noster, clerus et populus sanctæ Magdeburgensis ecclesiæ te olim ad gentes missum, ad archiepiscopalem sedem promoveri et eidem sedi inthronizari quærit ..., religiosis desideriis nihil tarditatis impendo, sed privilegiis nostræ auctoritatis dignum te eis esse archiepiscopum judico. Unde, quia ob hoc agendum ad Apostolicam sedem ipse venisti,pro amore beatorum Mauritii et Innocentii martyrum... et prædicti Ottonis imperatoris petitione... et quia te ad profectum Christianæ religionis et innumeri populi salutem valere
B scimus, ipsi pallium tibi ad missarum solennia celebranda damus; ipsi, nimia dilectione commoti, circa * te ponimus, et eo te, sicut archiepiscopum Moguncienscm et Trevirensem, uti concedimus. *Tum singulares dies, quibus pallio uti archiepiscopus possit, enumerantur,*

** an circum?*

12 *Quæ hic produximus et alia, quæ legi in bulla possunt, satis indicant, Papam tamquam cum præsente Archiepiscopo loqui, et inaugurationem ejus factam esse ipso die, quo signata est bulla, testimonium novæ et legitimæ tam dignitatis quam potestatis,* XV *Kal. Novembr. anno Incarnationis* DCCCCLXVIII; *pontificatus Joannis XIII papæ,* IV; *Ottonis Magni imperatoris* VII; *filiique ejus Ottonis comperatoris, anno primo;uti habet subscriptio. Qui omnes temporum characteres mirifice in idem tempus conspirant. Conspirat quoque alia ejusdem Papæ bulla, eodem mense Octobri data, qua concedit Pontifex Adalberto archiepiscopo ejusque successoribus,* qui pallium, *inquit,* secundum morem Romanæ ecclesiæ a nostra sede recipiant, *potestatem ordinandi suos suffraganeos. Scripta notatur bulla ista per manum Stephani scriniarii etc.* in mense Octobri, Indictione duodecima. *Quæ Indictio eadem est cum prædicta et annum signat eumdem* DCCCCLXVIII.

item ex alio ejusdem Papæ,

13 *Eodem facit Hattonis archiepiscopi Moguntini*
C *instrumentum publicum apud Sagittarium pag.* 86; *quo jurisdictione sua eximi patitur episcopatus duos, sic inquiens :* Episcopos ultra Albiam, Brandeburgensem scilicet et Havelbergensem, nostræ hactenus ecclesiæ subjectos, a debita nobis obedientia absolvimus, et præscriptæ Magdeburgensi ecclesiæ ejusque archiepiscopo obedituros æque permittimus et consentimus. *Et hæc ipsa cessio facta et signata fuerit eodem anno (nota enim temporis nulla adest) Ravennæ, quando ibidem suæ diœcesis portionem cessit episcopus Halberstadensis coram Moguntino metropolita suo. Uterque enim id ibi rogatus fuit ab Imperatore et congregatis episcopis, qui antequam talis cessio facta esset, noluerant novum archiepiscopatum Magdeburgi institui : et ipse Pontifex Romanus in supra adducta num.* 11 *bulla testatur, æque Hattonem atque Hildewardum suo juri cessisse. Certe Hatto, qui primo loco huic instrumento subscribitur, id fecisse debet ante annum* DCCCCLXX; *utpote quem* non solidum in episcopatu annum egisse, *scribit Bruschius; et Schasnaburgensis,* obiisse DCCCCLXIX *Obiit quoque anno illo primus Merseburgensis episcopus Boso, qui una cum Burchardo atque Hugone, Misnensis atque Cizensis ecclesiarum primis antistitibus, ad Adalberto archiepiscopo Magdeburgensi in festivis Natalis Domini diebus* D
consecratus fuerat. Obiisse autem illo anno Bosonem legitur in chronico Cizensi seu Citizensi ad annum 2 *Hugonis episcopi prædicti, qui fuit Christi* DCCCCLXIX. *Quo igitur pacto Adalbertus anno demum sequenti institutus fuerit Archiepiscopus Magdeburgensis?*

aliosque archiepiscopi Mogunt.

14 *Extant plurima, apud sæpe dictum Sagittarium, Ottonis piarum donationum, tum monasterio S. Mauritii Magdeburgi, tum ejus ecclesiæ et Archiepiscopis factarum, diplomata; in quibus, quæ annum* DCCCCLXVIII *præcesserunt, notabilis est differentia ab illis, quæ isto anno aut sequentibus signata fuerunt. In prioribus ab anno* DCCCCXL *donatio fit* Fratribus in Magdeburg. *Ab anno autem* DCCCCLXII, *quo coronatus Otto a Joanne PP. XII, primam bullam pro erigendo in Magdeburg archiepiscopatu acceperat, donationes factæ sunt duæ* in jus S. Mauritii atque venerabilium archiepiscoporum, qui pro tempore fuerint rectores ejusdem sanctæ ecclesiæ almi martyris Mauritii. *Quin etiam anno* DCCCCLXVI *die* V *Kal. Junii adhuc donat* fratribus, diu noctuque Deo et S. Mauritio in Magdeburg servientibus. *Eodem autem anno, die* VIII *Kal. Sept. duobus diversis diplomatibus, donat* Deo sanctoque Mau-
E ritio, ut archiepiscopus, *inquiens,* ibi a nobis instituendus suique successores, omni contradictione remota, inoffense teneant et possideant, et suis, ut res ecclesiasticas, juxta libitum usibus adjungant. *Imo et anno sequenti, postquam synodus Ravennatensis denuo statuerat, archiepiscopatum sub certis conditionibus instituendum; die* IX *Kal. Octobr. Romæ existens Otto imperator, donat prædium quoddam ecclesiæ S. Mauritii,* atque ad opus vel usum cœnobitarum ejusdem almi martyris Mauritii deputat.

et pluribus Ottonis Imp. donationibus

15 *At vero donationes, quas idem Imperator, post cessionem Moguntini atque Halberstadensis Præsulum (quando conditio, apposita a synodo, impleta fuit, sub medium æstatis anni* DCCCCLXVIII) *fecit agnoscunt post S. Mauritii ecclesiam, etiam ejus archiepiscopum jam institutum. Videlicet eodem anno, ante etiam, quam ordinatus et pallio donatus a pontifice Romæ fuerat Adalbertus, ad id tamen cum commendatitiis ab Imperatore missus,* S. Mauritio in Magdeburg liberaliter offert, et archiepiscopis illius ecclesiæ perpetualiter utendum concedit. *Datum illud diploma est,* VII Non. Octobr. *(ubi vel erratum est, vel debent ipsæ Octobris Kalendæ signari)* anno dominicæ Incarnationis DCCCCLXVIII. Indictione XI. Anno autem regni domini Ottonis XXXIII, Imperii vero VII. *Quæ recte concordant, si Indictio scribatur* XII, *quia undecima*
F *jam desierat in Septembri. Sed nihil clarius dici potest in rem nostram, quam quod loquitur diploma sæpe dicti Ottonis Magni, datum Anconæ* I *Kal. Novembr. anno* DCCCCLXVIII, *Indictione* XII. *Anno Regni Ottonis ejusdem* XXXIII, *imperii autem* VII, *de conjunctione abbatiæ Weissenburgensis, in pago Spirensi sitæ (ubi Adalbertus quando archiepiscopus electus fuit, abbas erat) cum archiepiscopatu Magdeburgensi. Illud inter alia sic habet :* Cum beatissimæ memoriæ Joannes Papa, summus Romanæ sedis pontifex, nostræ serenitatis proposito, virum venerabilem, Adalbertum Romæ transpositum, in primi archiepiscopatus apicem, sanctæ Magdeburgensi ecclesiæ, Deo, ac gloriosissimo militi ejus sanctoque martyri Mauritio constructæ, promovendo consecrasset *etc. Igitur jam ante Novembrem anno* DCCCCLXVIII *consecratus erat archiepiscopus Magdeburgensis Adalbertus; ut frustra sint qui consecrationem ejus differant in biennium post.*

ante et post an. 968 factis

16 *Accedant tamen post tam clara antiquarum scripturarum testimonia, etiam recentiorum sententiæ ex chronico Bergensi, sive monasterii S. Joannis Baptistæ, prope Magdeburgum ad Albim, quod sub annum* DCCCCLXVII, *ab ecclesia S. Mauritii in urbe, idem*

Consentiunt etiam recentiores.

Otto

A *Otto fundator ejus, transtulerat in montem extra* c. 1. *urbem. In illo, inquam, chronico, ab Henrico Meibomio seniore concinnato, ac tomo 3 Germanic. inserto, sic habetur pag.* 293. *Hildewardus Hilleburdum ipse vocat) episcopus Halberstadensis Imperatori,* denuo negotium archiepiscopatus urgenti, amplissimæ diœcesis suæ partem non modicam concessit, Hattone Maguntino archiepiscopo metropolitano, et Joanne XIII pontifice Romanorum confirmantibus, Ita initium habuit archiepiscopatus Magdeburgensis anno filii Dei DCCCCLXVIII; ut plerique omnes annotarunt.

Anacephalæosis dictorum

17 *Atque ex his satis superque constat, Ottonem qui ab anno* DCCCCLV, *quando feliciter pugnavit contra Hungaros in Bavaria ad Lechum fluvium, voverat, se S. Laurentio martyri Merseburgi erecturum episcopatum, eodem tempore animum quoque adjecisse ad fundandam Magdeburgi sedem archiepiscopalem. Ibi enim, mox ut in patriam reversus est victor,* incepit, *in ipsa abbatia S. Mauritii,* ecclesiam mirum in modum, in loco, ubi sancta requiescit Edith, et juxta quam post obitum suum pausare desideraverat ipse, ibi etiam episcopatum facere conatus apud Bernhardum sanctæ Halverstadensis ecclesiæ antisti- B tem, in cujus diœcesi urbs præfata jacuit; [sed] quamdiu ille vixit, impetrare non potuit. *Ita scribit Dietmarus lib.* 2. *Sed magis constat ex dictis, eumdem illa de re anno* DCCCCLXII, *in sua coronatione Romæ convenisse Joannem XII PP. ab eoque bullam accepisse, de qua supra num.* 2 *et* 3. *Anno autem* DCCCCLXVII, *mortuo jam Bernardo episcopo Halberstadensi, in synodo Ravennate obtinuisse alterum de eadem fundatione decretum sub hac conditione, ut prius cederet novus Halberstadensis episcopus Hildewardus juri suo, quod habebat in Magdeburgum, suæ diœcesis portionem; et suo similiter cederet metropolita Moguntinus, cui Halberstadensis episcopus obedientiam debebat. Qui tandem uterque elapso illo anno, quo synodus decretum constituerat, atque altero dimidio evoluto, sub medium anni sequentis* DCCCCLXVIII *Ravennam advenerunt et coram archiepiscopo loci ceterisque episcopis comprovincialibus, ab Imperatore rogati, solenniter cessionem fecerunt illorum quæ rogabantur: eorumque consensu, inde Romam perlato, atque Adalberto cum commendatitiis Imperatoris eodem transmisso; is a Pontifice benigne susceptus et primus archiepiscopus Magdeburgensis rite inauguratus pallioque decoratus fuit eodem anno* DCCCCLXVIII, *die* XV *Kal. Novembr. uti supra non semel diximus.*

C

§ III. An per Regiones Polonorum fuerint anno DCCCCLXVIII episcopatus alii, quam qui Magdeburgensi metropolitæ tunc subjecti fuere.

Poloniæ primi episcopi

S*i Joanni Dlugosso aliisque Polonicæ historiæ scriptoribus credamus, Miesco, qui et Miecislaus, gentis Polonicæ principum anno* DCCCCLXV *ab idololatria ad veri Dei cultum primus fuit adductus per uxorem suam, S. Wenceslai Bohemiæ ducis et martyris, ex Boleslao fratricida neptem, Boleslai Pii sororem, virginem catholicæ fidei tenacem, nomine Dambraucam: atque anno sequenti uxoris hortatu duos archiepiscopatus et septem episcopatus per Poloniam fundavit. Nomina archiepiscopatuum apud Dlugossum libro* 2 *Historiæ Polonicæ, sunt,* Gnesna *et* Cracovia; *episcopatus vero,* Posnaniensis, Smogorzoviensis, Crusuiciensis, Plocensis, Culmensis, Lubucensis et Camenecensis. Quas septem ecclesias, *inquit,* jure metropolitico Gnesnensi et Cracoviensi metropolibus, voluit *Miecislaus* esse subjectas. *His fere similia de novis episcopatibus in Polonia anno* DCCCCLXVI *a Miecislao institutis atque* *dotatis, si non eadem, tradit Martinus Cromerus, et alii* D *post ipsum; indidemque depromunt tam Baronius in Annalibus, quam Oldoinus in gestis Pontificum et Cardinalium, quemdam Ægidium Tusculanum episcopum cardinalem, qui in Poloniam tunc, constituendæ religionis Catholicæ causa, missus fuerit.*

num anno 966 instituti,

19 *Nescio ego, qua isthac auctoritate nitantur. Dlugossus certe nullum asserti sui testem, nullas tabulas, nullum antiquius monumentum citat. Quin imo postquam scripserat,* in Poloniam Ægidium episcopum Tusculanum cardinalem, a summo Pontifice Joanne XIII missum, singulos episcopatus Poloniæ, videlicet duas metropoles Gnesnensem et Cracoviensem; item Posnaniensem, Wratislaviensem, Wladislaviensem, Plocensem, Chelmensem, Lubecensem et Camienecensem, cathedrales ecclesias confirmasse, et singulis diœcesibus terminos posuisse et distinxisse; *continuo subjungit:* De quo etsi singulæ ecclesiæ, ejusdem Ægidii cardinalis et legati privilegia et litteras habuissent, singularum tamen ecclesiarum singulæ litteræ, aut parum solerti cura custoditæ, amissæ sunt; aut frequentibus (cum tunc in Polonia non frequentes forent muri) periere incendiis. *Si ita est, unde, quæso, hausit Dlugossus asserta sua de tot simul episcopatuum per* E *Poloniam institutione, eaque facta per Miecislaum anno* DCCCCLXVI, *qui primus fuit ab ejus conversione, si tamen primus? Quis porro iste Ægidius episcopus cardinalis Tusculanus? Nusquam illius memoria occurrit apud Baronium aut Oldoinum, nisi tantummodo e scriptoribus Polonis, iisque minime antiquis.*

20 *Alterum, cur Dlugosso in sua institutione episcopatuum Poloniæ minus credi possit, saltem quod ad* *an posterius?* *tempus et fundatorem attinet, argumentum desumitur ex Dietmari episcopi Merseburgensis chronico, in quo Polonorum Bohemorumque æque ac Germanorum res, passim tractat. Is de primorum episcopatuum in finibus Poloniæ, imo et in ipsa (Posnania enim dudum juris Polonici fuit) fundatione specialiter scribit, nullorum tamen episcopatuum anno* DCCCCLXVIII, *aut secundum ipsum, anno* DCCCCLXX, *in Polonia existentium, præter Posnaniensem, meminit; imo satis superque indicat, Posnaniam tunc armis victricibus Ottonis Magni, uti alias, viciniores Saxonibus, regiones Slavorum trans Albim, occupatam fuisse; ibique etiam episcopatum factum esse in subsidium ulteriorum per Poloniam regionum. Quamobrem mihi sane in mentem venire non potest, tot episcopatus in Polonia anno* DCCCCLXVIII, *nedum biennio ante, a Miecislao fuisse constitutos, interque illos Posnaniensem ipsum; absque probatiore* F *testimonio.*

21 *Ut de singulorum episcopatuum a Dlugosso nominatorum institutione, ac tempore institutionis, institutoribusque ipsis (circa quæ, alia sane, quam ipse scribit, certiora sunt) nihil hic disputem, proderit tamen illorum temporum gesta paulo altius repetere. Constat ex Dietmaro, Miecislaum Poloniæ, æque ac Boleslaum Bohemiæ, duces, quoquomodo Ottonum tempore imperio Germanico subditos et vectigales fuisse. Sic enim scribit lib.* 2, *non longe ab initio:* Gero, *sub Ottone Magno* Orientalium marchio Lusizi et Selpuli, Miseconem (*is Dietmaro atque aliis quoque scriptoribus idem est, qui* Miecislaus *Poloniæ princeps*) cum sibi subditis, imperiali subdidit ditioni. *Et post medium ejusdem libri:* Udo venerabilis marchio Miseconem, Imperatori fidelem, tributumque usque in Warta fluvium solventem, exercitu petivit; *et cædes multorum nobilium facta est. Hac de re edoctus in Italia, ubi tunc agebat, Imperator,* nuntios misit, præcipiens Udoni et Miseconi, si gratiam suam habere voluissent, usque dum ipse veniens, causam discuteret, in pace permanerent. *Reversus autem Imperator, Pascha celebravit in Quidilingburg, quo et* confluebant

Ultimum suadet subjectio Polonorum sub Imperio Germaniæ;

Imperatoris

A Imperatoris edicto Miseco atque Bolislaus duces... cum omnibus regni primariis. *His similia subjectionis indicia per totum chronici citati decursum leguntur: et usque ad obitum Ottonis magni, imo usque ad imperium Ottonis III, nulla uspiam mentio episcopi aut episcopatus Polonici fit, præterquam unius et solius Posnaniensis. Imo notat idem Dietmarus, anno* DCCCCIC, *quo Otto III in Poloniam peregrinatus est, omnem illum regionem adhuc subjectam fuisse diœcesi Posnaniensi, ibidemque ab eodem Ottone, seu legitime, seu aliter, archiepiscopatum Gnesnensem et tres episcopatus institutos fuisse; uti postea videbimus.*

item tempus conversionis ipsorum ad fidem:

22 *Conversio quoque Miecislai ad fidem, quam Poloni anno* DCCCCLXV *aut sequenti affigunt, non satis certo constat pro illo tempore. Conversum fuisse per uxorem Dambraucam, consentiunt plerique omnes: quorum aliqui scribunt ipsum ante sponsalia pactum fuisse, ut sponsus amplecteretur suam catholico romanam religionem; quod ut verum esse possit; Dietmarus tamen indicat, libr. 4 post medium, ipsam jam matrimonio junctam, maritum ad religionem suam amplectendam multimodis invitasse. Verba Dietmari e nostro MS. hæc sunt:* Miseco dux inclitus a Bohemia re-B gione nobilem sibi uxorem, senioris Bolislai sororem, duxerat: quæ sicut sonuit in nomine, apparuit veraciter in re. Dobrawa enim Slavonice dicebatur, quod Teutonice Bona interpretatur. Enimvero Christo fidelis, dum conjugem suum vario gentilitatis errore implicitum esse perspiceret, sedula revolvit angustæ mentis deliberatione, qualiter hunc in fide sibi consociaret .... Laboravit enim pro conversione conjugis sui, et exaudita est a benignitate Conditoris sui; cujus infinita bonitate persecutor, suimet studiosus, resipuit, dum crebro dilectæ uxoris hortatu, innatæ infidelitatis toxicum evomuit, et in sacro baptismate nævum originalem detersit. Et protinus caput suum et seniorem dilectum membra populi, hactenus debilia, subsequuntur, et nuptiali veste recepta, inter ceteros Christi adoptivos numerantur. Jordan, primus eorum antistes, multum cum eis sudavit, dum eos ad supernæ cultum vineæ sedulis verbo et opere invitavit.

accedit, primum Episcopatum fuisse Posnaniæ

23 *Ex hoc probatissimi scriptoris testimonio sequitur, non satis certo determinari posse tempus, quo, ante annum saltem* DCCCCLXVI, *et forte nec illo ipso anno, nisi ad finem vergente, Miecislaus a conjuge ad fidem conversus fuerit. Constat indidem, Jordanum, primum istorum populorum fuisse antistitem, eumque multum cum Principibus sudasse in conversionem gentilium* C *Polonorum. Fuit autem iste idem Jordanus, qui anno* DCCCCLXVIII *cum reliquis novis episcopis, aut etiam post illos, Magdeburgensi metropoli subjectus fuit, ut supra docuit Dietmarus; atque idem hic docet, eumdem fuisse* primum *antistitem Polonorum. Quo igitur pacto fuerint jam anno* DCCCCLXVI *tot episcopi et episcopatus per universam Poloniam a Miecislao instituti, ut Dlugossus suadet: si Jordanus omnium primus fuit? Desino de his plura commemorare, quæ possem ex Dietmaro; relinquens Polonis certiora episcopatuum suorum principia statuere, quam constituit Dlugossus, et ejus sequaces.*

ante alios per Poloniam episcopatus,

24 *Certe ut et hoc adjiciam, quæ isti tam operose de metropoli Cracoviensi insinuant, quasi primitus fundata fuerit cum Gnesnensi; magis absona sunt. Nullum enim metropolitici juris vestigium Cracoviensis ecclesiæ uspiam ex idoneo auctore aut conveniente antiquitate affertur. Imo ne ipsa quidem Gnesnensis ecclesia, quæ dudum per Poloniam Primatum obtinet, tunc aut metropolitana, aut archiepiscopalis, aut etiam episcopalis extitit per se, si Dietmaro, de rebus sui temporis in vicinia scribenti, credimus. Is enim libro 4, agens de religiosa peregrinatione Ottonis III imperatoris in Poloniam, ad honorandum Dei martyrem Adalbertum, recens propter ecclesiæ Catholicæ fidem atque* D *doctrinam a gentilibus Prussis occisum, isthæc inter alia commemorat; quæ tamen e nostro MS. quia etiam hic aliquid varietatis occurrit; malo describere, quam ex impressis. Ait igitur:* Postea Cæsar, *Otto tertius*, auditis mirabilibus, quæ per dilectum sibi martyrem Athelbertum Deus faciebat, orationis gratia eo pergere festinavit .... Qualiter autem a Bolizlao, *Miecislai filio, tunc Polonorum principe*, susciperetur et per sua usque ad Gnesin deduceretur, dictu ineffabile et incredibile est. Videns autem a longe urbem desideratam, nudis pedibus suppliciter advenit, et ab episcopo ejusdem Posnaniensi Ungero venerabiliter susceptus est; ecclesiamque introducitur, et ad impetrandam sibi Christi gratiam, Martyris sancti intercessionem profusis lacrymis invitavit. Nec mora, fecit ibi archiepiscopatum, ut spero legitime, sine consensu tamen præfati Præsulis, *Ungeri, Posnaniensis episcopi*, cujus diœcesi omnis hæc regio subjecta erat. Commisit itaque eumdem episcopatum prædicti Martyris fratri Raduno *impressis* Radimo, *Dlugosso et aliis*, Gaudentio subjiciens ei Reynbernum, sanctæ Cholbergensis ecclesiæ episcopum; Popponem, Cracowensem; Joannem Wrotizlavensem; excepto Ungero Posnaniensi. Facto quoque ibi altari, sanctas reliquias in eo ho- E norifice condidit.

qui ante exeuntem seculi X forte nulli,

25 *Multa hic considerari possunt ad illustrandas res Poloniæ ecclesiasticas, quæ sensu Dlugossi et sequacium ejus omnino suspecta prodent. Mihi satis est ostendisse, Gnesnam ante annum* DCCCCIC *ne quidem episcopatum, nedum archiepiscopatum extitisse; eamque urbem illo anno etiam fuisse sub episcopatu Posnaniensi, atque adeo sub metropoli Magdeburgensi: Ungerum vero episcopum Posnaniensem, Gnesnæ tamquam in loco suæ jurisdictionis, Imperatorem excepisse. De hoc eodem Ungero Dietmarus lib. 6. aliquanto post medium agens, cum descripsisset gesta Tagmonis archiepiscopi tertii Magdeburgensis ejusque obitum, qui inciderat in diem* IX *Junii anno* MXII; *transit ad mortem Ungeri prædicti his juxta nostrum MS. verbis, quæ paulo aliter et minus recte leguntur in editione Leibnitii pag.* 329: Eodem die quo decessit Tagino archiepiscopus, Wungerus Posnaniensis cœnobii pastor, coepiscopus et suffraganeus ejus, tricesimo ordinationis suæ anno obiit. *Ex quo concluditur, Ungerum seu Wungerum sub annum* DCCCCLXXXIII *ordinatum fuisse: et Jordanum, quem diximus primum ecclesiæ Posnaniensis sub metropoli Magdeburgensi, anno* DCCCCLXVIII, *aut etiam post, institutum episcopum: ante annum citatum* DCCCCLXXXIII, *aut illo ipso anno, vivere desiisse.*

certe pauci ...

26 *Observo etiam verba Dietmari,* ut spero legitime; *quibus manifeste significat, dubitare se, an legitima fuerit institutio illa archiepiscopatus Gnesnensis. Ratio dubitandi potest ipsi fuisse, tum quia sine consensu episcopi Posnaniensis, in cujus diœcesi locus erat, institutio facta est: tum quia facta est ab Imperatore, non consulto, uti videtur, Pontifice Romano; sine cujus consensu avus ejus Otto Magnus ausus non fuerat, neque etiam legitime poterat, instituere archiepiscopatum Magdeburgensem; quin et consensum habere debuit episcopi diœcesani, qui erat Halberstadensis, ut Magdeburgum ejus jurisdictione eximeretur. Quamobrem non immerito dubitari potest, an revera ex tunc Gnesna pro archiepiscopatu haberi debeat, an potius, ex quo tam episcopi Posnaniensis, quam summi Pontificis consensus atque approbatio accesserit, quod quando factum sit, Polonis indagandum relinquo; uti et de episcopatibus ibidem nominatis, Cholbergensi, Cracoviensi, et Wratislaviensi; qui videntur tum simul primum instituti fuisse ab eodem Imperatore. Id tamen non tam clare patet ex Dietmaro, quam quod Gnesna tunc*

A *tunc episcopatus non fuit ; et facile adducar, ut credam, fundationem illorum istud tempus aliquot annis præcessisse, siquis antiquum attulerit testimonium.*

Posnania juxta litteras Papæ

27 *Dixi paulo ante, Jordanum* anno DCCCCLXVIII *cum reliquis suffraganeis Magdeburgensis metropoleos,* aut etiam post, *episcopum Posnaniensem fuisse factum. Cur suspicer Posnaniensem post alios institutum fuisse episcopum, suadet mihi altum silentium, quod tenent litteræ pontificiæ et imperatoriæ illorum temporum de tali episcopatu. Tantum statuunt illæ, in decreto quidem synodi, Indict.* X, *die* XII *Kal. Maji, seu* XX *Aprilis habitæ, ut archiepiscopus, Magdeburgi ordinandus,* ultra flumen Albiæ episcopos, qui ordinati sunt, et ordinandi futuris post temporibus erunt, subjectos habeat. *Facto autem synodali decreto ; ipse Joannes Papa adhuc ibi præsens, bullam edidit atque subscripsit eodem mense Aprili et Indictione, sic inter alia decernens :* Omnes unanimiter præordinavimus *in synodo,* suffraganeos metropoli novæ Magdeburgensi, Brandenburgensem episcopum et Havelbergensem *fore ; atque iis, et* quibuscumque Imperator voluit, in urbe Magdeburgensi archiepiscopus consecretur. Postea vero idem archiepiscopus et successores ejus habeant potestatem per congrua loca, ubi per illorum prædicationem Christianitas creverit, episcopos ordinare, nominatim nunc et præsentaliter Merseburg, Cici et Misni, a præsenti decima Indictione perpetualiter confirmamus permanendum.

et imperiales illorum temporum

28 *Postquam vero primus archiepiscopus Adalbertus, ab eodem Papa Romæ inauguratus, inde profecturus esset Magdeburgum ad sedem suam, Otto imperator per litteras suas adventum ejus prævenire voluit, ita inscriptas :* Omnibus fidelibus nostris, episcopis scilicet, comitibus, ceterisque comprovincialibus nostris æternam in Domino salutem et omne bonum. *Tum sic incipit :* Quoniam augmentum divini cultus, salutem et statum esse regni vel imperii nostri credimus ; idcirco cunctis, quibus posse suppetit, modis [omnibus] hoc amplificare tendimus * et desideramus. Igitur in Magdeburg civitate, fratrum omnium nostrorum noverit caritas, archiepiscopalem sedem fieri desiderantes, opportunum vero et jam temporis ad hoc perficiendum tempus invenientes, consilio venerabilis archiepiscopi Hattonis et Hildewardi episcopi, ceterorumque fidelium nostrorum ; virum venerabilem Adalbertum episcopum, olim Rugis prædicatorem destinatum et missum, archipiscopum et metropolitanum totius ultra Albiam et Salam Sclavorum gentis, modo ad Deum conversæ, vel convertendæ, fieri decrevimus pariter et elegimus ; quem et Romam pro pallio a Domino Papa suscipiendo direximus. Et ut hæc nostra electio firmior et subnixior fiat, eum vestræ caritati dirigimus, et ut a vobis omnibus, et vocum acclamatione, et manuum elevatione, Electus suæ sedi inthronizetur, omnibus modis desideramus.

potius intendimus

non fuit an 96. episcopatus,

29 Ne vero hæc ejus electio vel ejus inthronizatio, futuris (quod absit) temporibus aliquorum valeat invidia molestari ; tres ab illo episcopos, unum Merseburgensem, alterum Cicæ, tertium Misnæ, in præsentia Legatorum Domini Papæ et vestra volumus ordinari ; ut hæc eadem præsentia vestra ante Deum et Sanctos ejus, intentionis nostræ sit testis futura. Et quia vir venerabilis Boso multum in eadem Sclavorum gente ad Deum convertenda sudavit, inter Merseburgensem et Citicensem ecclesiam, quam velit, electionem habeat : altera vero secundum convenientiam nostram, in dispositionem Archiepiscopi nostri cedat. Vos autem marchiones nostros, Wigbertum scilicet, Wiggerum et Guntherum, fidelitate nobis debita obtestamur et admonemus, nequid in hac ordinatione Archiepiscopo nostro in vobis obsistat : sed secundum dispositionem nostram et suam, ut vobis dixerit, fiat, et quæcumque ab illo audieritis, nos velle sciatis. Ne vero iidem episcopi, qui ordinati erunt, pauperes, et villanis similes æstimentur, volumus caveatis ; et consilio Archiepiscopi et eorum, qui cum illo in Natali Domini erunt, episcoporum et comitum, qualiter sustententur, inveniatis. Quidquid enim illis impenditur, pro nostra Deo salute offertur, vestraque pro hoc merces apud Deum non minorabitur. Super hoc, Domini episcopi Dudo et Dudolinus, *nempe Havelbergensis et Brandenburgensis,* in Archiepiscopi nostri electione volumus ut subscribant, et fidem subjectionemque illi promittant. D

forte talis facta an 970.

30 *Libuit hæc verbatim describere, quia argumentum, quo de agimus, mirifice illustrant, ac palam faciunt, tunc temporis de Posnaniensi episcopatu nondum fuisse cogitatum, nedum de aliis per Poloniam, quæ tota, uti et Bohemia, tunc sub nomine gentis Slavonicæ veniebat adhuc ; atque omnes illic porro convertendæ nationes, et in iis instituendi episcopatus, subjiciebantur ex tunc metropoli Magdeburgensi, ad hoc institutæ. Id etiam manifestius declaratur per bullam Innocentii PP. II, archiepiscopo Magdeburgensi Norberto, antiqua ecclesiæ suæ jura in episcopatus Polonicos repetenti, datam anno* MCXXXIII, *quam paulo post exhibebimus.* E *Interea tamen videtur post jam dictos suffraganeos, primus Poloniæ episcopatus fuisse institutus Posnaniæ intra Oderam et Wartam fluvios, et forte biennio post prædictos metropolis Magdeburgensis suffraganeos, eidemque et ipse, juxta tenorem litterarum Apostolicarum, subjectus fuit. Dietmarus enim, qui ordinationem Archiepiscopi et quinque suffraganeorum ejus anno* DCCCCLXX *per errorem affixit, recitatis aliorum nominibus, ultimo loco per modum appendicis nominat Jordanum episcopum Posnaniensem ; qui quia illo forte anno ordinatus et archiepiscopo Magdeburgensi subjectus fuit, putaverit Dietmarus, omnes eodem anno ordinationem accepisse ; quod de quinque primis omnino falsum esse, constat abunde ex præmissis demonstrationibus nostris.*

§ IV De Primatu Germaniæ, Magdeburgensi ecclesiæ; et titulo Primatis, S. Norberto, ab quibusdam tributis.

Tutulus Primatus Germaniæ,

Quæ de hoc argumento Papebrochius post Acta S. Norberti a pag. **914** *tractavit, talia sunt, ut, qui ea minus probare videntur, improbare tamen omnino non vellnt, forte nec possint, deficientibus sibi melioribus* F *argumentis. Orditur Papebrochius ab opinamento Alberti Krantzii, qui in Metropoli sua ait, se necdum comperisse, cur* Primas dicatur Germaniæ, Archiepiscopus Magdeburgensis ; *cupitque alicunde sibi ostendi,* unde, et in quo, Primatum habeat, *cum sciat ipse,* nonnullos archiepiscopos illi non cedere honore. *Tum a tempore ipsius Krantzii sursum ascendendo, colligit Papebrochius aliquot scriptorum locos, ubi Primatis Germaniæ titulus Magdeburgensibus tribuitur ; qui tamen scriptores seculo* XIII *antiquiores non sint : neque altius putat repetendum esse istiusmodi Primatis titulum.*

Magdeburgensi ecclesiæ ab institutione sui

32 *Ego ut dicta Magistri quoquomodo confirmem, præcipue ex bulla Innocentii PP. II, ipsi non visa, ordiar a seculo* X *et ipsa institutione Magdeburgensis ecclesiæ metropolitanæ seu archiepiscopalis, descendendo ad tempora ipsius S. Norberti. In omnibus, quas de illa institutione legi apud Sagittarium litteris, sane multis, videlicet Synodi Ravennatensis, Joannis PP. XIII, Ottonis I imperatoris ; nihil reperio, unde apparere possit, aliquem illorum vel cogitasse de Primatu Germaniæ, Archiepiscopatu conjungendo. Eo omnia illorum scripta redeunt, ut Magdeburgum eximatur*

A *a jurisdictione episcopi Halberstadensis, in cujus erat diœcesi; ut erigatur in archiepiscopatum; ut Havelbergensis et Brandeburgensis episcopatus, prius instituti ab Ottone et metropoli Moguntinæ subjecti, inde, consentiente Metropolita ejus, subducti, imposterum suffragentur Magdeburgensi, uti et ecclesiæ episcopales, Merseburgi, Citu, et Misnæ, tunc primum fundatæ; ut denique regiones omnes totius, ultra Albim et Salam fluvios, Slavonicæ gentis, jam tum conversæ et convertendæ ad Deum, Magdeburgensi subjaceant, atque ipse ibidem episcopatus statuere et episcopos ordinare possit, qui propterea Pallio quoque donatus fuit.*

non fuit concessus:

33 *In iisdem litteris lego etiam, quod Papa moneat atque adeo præcipiat, ut* Moguncienis, Treverensis, Coloniensis, Salsaburgensis et Hamaburgensis ecclesiarum archipræsules Magdeburgensi, *in archiepiscopalem promovendi, consentanei fautores sint. Vult prætereà ibidem Papa, ut quando Deus per Imperatores vicinam Slavorum gentem ad cultum Christianæ fidei ulterius perduxerit, per eosdem in convenientibus locis episcopatus constituantur; et in eisdem* per consensum prædictorum quinque archipræsulum, successorumque eorum, ab archiepiscopo Magdeburgensi episcopi consecrentur suffraganei. *Concessit* B *idem Papa, tradens primo Magdeburgensi archiepiscopo Adalberto Pallium, ut illo ipse*, sicut archiepiscopus Mogunticiensis et Treverensis, *uti possit. Neque vero ulteriorem ullam prærogativam Dietmarus metropoli Magdeburgensi tribuit.*

licet epistola illa de re asseratur

34 *Attamen extat apud Sagittarium, qui Primatui ecclesiæ Magdeburgensis, a prima institutione sua concesso favet, etiam epistola Joannis XIII ad Adalbertum data* in mense Octobri Indictione XII; *quo eodem mense et indictione is archiepiscopus Magdeburgensis inauguratus, Pallium etiam accepisse, supra ostensus est. Verum de ulteriori dignitate ejus, quæ prætenditur, Primatus Germaniæ, nihil aliunde scitur, quam ex illa epistola. Illa vero talis apparet, ut in toto contextu videatur ab aliis litteris dissonare. Idem quippe Pontifex, qui sub idem tempus constituerat, archiepiscopum Magdeburgensem novos episcopos, sibi suffraganeos, consecrare debere, sed* per consensum quinque archipræsulum *Germaniæ*, successorumque eorum; *quique ipsi majorem facultatem utendi Pallio, quam Moguntinus atque Trevirensis tunc habebant, non concessit; quomodo tam subito super illos reliquosque antiquos archiepiscopos novissimum extulit, ut Primas omnium esset? quod institutor Otto numquam petiit,* C *tantum intendens, ut in conversionem Slavorum archiepiscopum et episcopos haberet; neque potest petiisse, quin sibi mox sensisset adversari tot simul archiepiscopos, per imperium Germanicum potentissimos; is nempe Imperator, virorum ecclesiasticorum observantissimus, qui ne portionem quidem diœcesis Halberstadensis pro instituendo archiepiscopatu subtrahere voluit episcopo suo absque ejus consensu; et is Pontifex, qui id ipsum sine tali consensu noluit permittere. Quomodo, inquam, iidem rem talem, in contemptum tot totius nationis archiepiscoporum antiquorum per epistolam ad solum novellum Archiepiscopum datam, putandi sunt voluisse, et juri illorum ecclesiastico derogare, ipsis non auditis, nedum consentientibus, et numquam verosimiliter consensuris.*

sed quæ uni soli inscripta

35 *Epistolam inspiciamus. Vult illa*, ecclesiam *Magdeburgensem* omnium ecclesiarum archiepiscoporum et episcoporum, qui in Germania sunt ordinati, in sedendo, in judicando, in confirmando, in subscribendo, in sententiis dandis, omnique ecclesiastico ordine Primatum habere. *Satis hæc ampla. At scire velim, an unquam alius Pontifex Romanus tam universales novæ ecclesiæ, super antiquissimos suisque privilegiis munitos metropolitas per patentissimam nationem, qualis est Germanica extensos, dederit* D *prærogativas; idque per litteras, uni soli, cum tamen multorum intererat, inscriptas. Non sic egit idem Pontifex, non sic decessor ejus Joannes XII, in suis de erectione archiepiscopatus Magdeburgensis litteris. Per suas ille* archiepiscopis, episcopis et cunctis timentibus Deum, omnique cœtui Christianorum notum esse vult, qualiter *etc. Iste vero suas inscripsit* Reverendissimis confratribus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, monachis, primatibus, cuncto clero et populo in Saxonia, Gallia, Germania, Bavaria constitutis. *Eodem modo successores illorum, Benedicti duo*, VI *et* VII, *alter Friderico Salisburgensi vices Apostolicas in Norico et Pannonia concedens; alter Pilgrimo Lauriacensi vices similiter Apostolicas delegans, ejusque jus metropoliticum atque episcopatus suffraganeos contra Salisburgensem definiens, litteras, illis de rebus suas, pluribus episcopis inscribunt; et postremus quidem sex nominatim metropolitis Germaniæ, ceterisque omnibus episcopis ejusdem Germaniæ atque Galliæ, nec non Ottoni imperatori et Henrico duci Bavariæ etc. Quantum hæc differunt ab inscriptione litterarum, quibus Germaniæ Primatus uni Magdeburgensi metropolitæ, omnium novissimo, cum diminutione juris antiquorum archiepiscoporum, adstruitur. Sic illa simpliciter habet:* Dilecto nobis in Christo confratri Adalberto sanctæ Magdeburgensis ecclesiæ archiepiscopo. *Scire etiam velim, an unquam ullo in loco archiepiscopus Magdeburgensis talibus privilegiis et prærogativis usus sit, aut illa habere prætenderit. An etiam supradicti alii archiepiscopi, aut aliqui eorum, talem auctoritatem supra se agnoverint unquam.*

36 *Pergit Epistola:* Eorum vero *episcoporum*, qui sunt in Gallia; item Moguncienis, Trevirensis et Coloniensis ecclesiæ, in omnibus parem honorem et similem vigorem præsenti privilegio confirmamus *Magdeburgensi. Nimis vaga locutio, quæ tribuit Magdeburgensi parem in omnibus honorem atque habent* episcopi, qui sunt in Gallia. *Habent illi varios dignitatum gradus, et singuli proprias sibi prærogativas, quibus hierarchia ecclesiastica in illo regno recte administratur. Quibus illorum, et in quibus, parem honorem et similem vigorem habebit Magdeburgensis? Determinari illa distinctius a sapiente Pontifice debuissent. Quid etiam Magdeburgensi ecclesiæ potius, quam reliquis Germaniæ, cum Gallicanis? An ulla unquam alia per Germaniam ecclesia, a Pontifice Romano par facta sit, in honore et vigore, ecclesiis Galliarum? aut contra, ulla Gallicana similiter par facta sit ecclesiis Germaniæ? Neque dicas, per episcopos,* qui sunt in Gallia, *intelligi Moguntinum, Trevirensem et Coloniensem. Obstat enim particula* item, *quæ distinctionem manifestat. Et isti, modo nominati tres archiepiscopi, suas singuli habebant prærogativas et honoris gradus. An singulorum singulos atque omnes honoris titulos in unum solum Magdeburgensem una hæc epistola cumulet? Dic præterea, quis ante Joannem XIII, aut quod aliud hujus Joannis scriptum, paritatem illam honoris et vigoris, Adalberto primum concessit. Hic enim* præsenti privilegio *tantum* confirmatur, *non item primum conceditur tale quid.*

et per se nimis vaga.

37 *Sequitur porro in epistola:* Ceterum more Romanæ ecclesiæ, ecclesiam tuam duodecim presbyteros, et septem diaconos, et viginti quatuor subdiaconos, Cardinales, qui sandaliis et lisinis utantur, habere volumus. *Hujus quoque privilegii exemplar aliud, alii cuivis ecclesiæ pro illo tempore concessum, requiro. Quid ibi intelligam per subdiaconos Cardinales, more Ecclesiæ Romanæ habendos? Quandoquidem Romana ecclesia numquam habuit subdiaconos Cardinales. Quod utique Pontifex Romanus non nesciebat. Prætermitto alia, quæ in eamdem epistolam animadverti possunt. Scio quidem, Canonicis quarum-* E

nominans etiam subdiaconos Cardinales, Romæ ignotos.

dam

A *dam ecclesiarum, puta Compostellanæ, Salernitanæ, Neapolitanæ etc. titulum* Cardinalis *tribui suo modo : sed ubi more* Romanæ ecclesiæ, *Presbyteri, Diaconi et Subdiaconi* Cardinales *instituti fuerint tam amplo modo a Pontificibus Romanis, cupio discere. Litteræ Paschalis PP. II, ad Didacum episcopum Compostellanum datæ anno* MCIII, *in quibus titulus Cardinalitius presbyterorum istius ecclesiæ fundari videtur, monent tantummodo episcopum illum, ut ad reformandam ecclesiam suam, in illa* Cardinales presbyteros seu diaconos tales constituat, qui digne valeant commissa sibi ecclesiastici regiminis onera sustinere. *Ubi titulum Cardinalis, alieno a more ecclesiæ Romanæ sensu accipi, nemo non videt. Prætermitto, inquam, alia, quæ in epistolam Joannis XIII, qua de præcipue agimus animadverti possunt.*

nihil probat :

38 *Transeo ad titulum bullæ Benedicti PP. VII, ad episcopos Germaniæ in causa Peligrini Laureacensis episcopi. Erunt nunc nonnulli Primatum Germaniæ pro archiepiscopo Magdeburgensi : quia ipse ibi nominatur ante Coloniensem, et vocatur* Patriarcha Germaniæ. *Memini ejusdem bullæ paulo ante. Nunc partem*
B *tituli priorem, prout circumfertur, et legitur ex Aventino apud Sagittarium, hic transfero majoris claritatis causa. Ita incipit :* Dilectissimis in Christo filiis, Ruperto, Moguntino; Theodorico, Trevirensi; Alberto, Magdeburgensi, Patriarchæ Germaniæ; Gerioni, Agrippinensi; Friderico, Juvavensi; Adaldago, Bremensi; Archiepiscopis *etc. Differunt hæc ab editis in novissima collectione Conciliorum Labbeana, tum in aliquot nominibus propriis, tum præcipue, quod illic titulus* Patriarchæ Germaniæ, *non reperiatur. Et vero videtur hic per hominem otiosum titulus iste in medio textu intrusus fuisse, ubi nulli aliorum Archiepiscoporum ullus titulus, præter* Archiepiscopi, *omnibus communem, in fine adjunctum, tribuitur. Otiosus quoque istic loci est talis titulus. Si enim censeatur, adjectus ad ostendendum Magdeburgensis seu Patriarchatum seu Primatum in reliquos; nihil obtineret : debuisset Magdeburgensis primo loco nominatus et sic reliquis prælatus fuisse : Quemadmodum enim in superiore qualicumque bulla, Joanni XIII afflicta, Primatus Magdeburgensis dicitur fore,* in sedendo, in confirmando, in subscribendo, in sententiis dandis omnique ecclesiastico ordine; *Ita vi istius bullæ, deberet hic Pontifex Primatum Magdeburgensis agnoscere, ipsum nominando primo loco. Quod cum factum non sit, non tantum non innuitur hic istiusmodi Primatus, verum etiam colligitur inde, bullam Joannis*
C *XIII prædictam tunc nullam fuisse. Si enim fuisset, non potuit illam, utpote pauculis ante annis, ut prætenditur, datam ignorare Benedictus, nec voluisset legitime concessum Magdeburgensi a decessore suo Papa honorem, eidem adhuc viventi, Archiepiscopo negare.*

uti nec bulla Benedicti 7 ;

ex qua potius contrarium eruitur

39 *Si quæras, cur ante Coloniensem, archiepiscopatus antiquioris antistitem, nominetur a Benedicto Papa Magdeburgensis; fatebor, me causam reddere non posse, et nolle per conjecturas hic divinare. Si quæras, cur nominetur post Moguntinum ac Trevirensem; dicam, quia Primas Germaniæ tunc saltem non erat. Sed neque postea in ullis conciliis aut conventibus publicis, per Germaniam habitis, nominatur aut subscribitur, quod sciam, primo loco. Amplum hujus rei testimonium habet concilium, Francofurti ad Mœnum anno* MVI *celebratum, præsente Henrico imperatore et petente episcopatum Bambergæ institui. Quod cum ibi concessum, et a Joanne PP. XVII approbatum esset, hujus illa de re litteris in confirmationem subscribunt episcopi omnium fere per imperium Germanicum ecclesiarum, nulla singulari ratione habita Magdeburgensis. Primus enim subscribit, qui et consilio præsedit,* Willigisus sanctæ Moguntiensis ecclesiæ archiepiscopus; qui eidem synodo, *inquit ipse,* vice Romanæ ecclesiæ D
præsidebam. *Illum mox sequuntur sui suffraganei. Tum archiepiscopi, Trevirensis, Juvavensis sive Salsburgensis, atque Coloniensis, cum suis similiter singuli suffraganeis : ac demum archiepiscopus Magdeburgensis itidem cum suis.*

Nusquam in conciliis Germaniæ

40 *Aliud hujusmodi exemplum habemus in synodo,* quadraginta prope episcoporum, *ut ait Hermannus Contractus, a Leone PP. IX Moguntiam anno* MXLIX *convocata, de qua sic scribit Adamus Bremensis lib.* 3 *cap.* 31 : Tunc habita est synodus generalis apud Maguntiam, præsidente domino Apostolico, et imperatore Henrico, cum Bardone Moguntino, Everardo Treverensi, Hermanno Coloniensi, Adalberto Hammaburgensi, Engelhardo Magdeburgensi, ceterisque provinciarum sacerdotibus. *Item anno* MLXXI celebrata est sancta synodus apud Moguntiam metropolim orientalis Franciæ, principalem vero pontificii sedem totius Germaniæ et Galliæ Cisalpinæ, cui præsedit idem memorabilis Sigefridus, Moguntinæ ecclesiæ Primas et Apostolicæ sedis Legatus; assidentibus et cooperantibus sibi, venerabilibus archiepiscopis Gebehardo Juvavensi et Udone Trevirensi *etc. Hæc e tomo* 9 *Concil. sub anno prædicto. Denique ibidem tomo* 10, *in synodo Quintilinburgensi, anno* MLXXXV *contra Henricum IV imperatorem schismaticum et Wecelonem ecclesiæ Moguntinæ invasorem habita, primo loco scribuntur interfuisse* Gebehardus reverendissimus Juvaviensis archiepiscopus; item venerabilis Hartungus Magdeburgensis archiepiscopus, cum suis suffraganeis *etc.* E

Magdeburgensis primo loco nominatur,

41 *Adde diplomata donationum et confirmationum varia, ecclesiæ Magdeburgensi ab Ottone I, etiam post institutionem archiepiscopatus atque prætensi Primatus, concessa; item ab Ottone II ac III; quæ legere est tomo 2 Rerum Germanic. pag. 372, a Meibomio juniore collecta : in quibus Præsules istius ecclesiæ numquam ampliori titulo nominantur, quam* Archiepiscopi. *Neque aliud faciunt privilegia ab Ottone IV anno* MCCVIII, *et a Carolo IV anno* MCCCLXI, *eidem ecclesiæ concessa; quæ ibidem quoque relata sunt. Adde insuper Dietmari per totam historiam, qua institutionem archiepiscopatus et primorum quatuor archiepiscoporum gesta narrat, silentium de Primatu perpetuum : quod similiter servat, post sesquiseculum ab institutione, tam epitaphium, sepulcro S. Norberti inscriptum, quam auctor vitæ ejus, imo ipse etiam Norbertus, et centum facile annos ante ipsum Gero, uterque archiepiscopus Magdeburgensis; nec digniorem sibi titulum adscribunt suis in litteris publicis : cum tamen Prælati ecclesia-* F
stici in talibus digniores titulos suos et amplitudinem potestatis non soleant tacere. Gero, anno MXV *sic scribit :* In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Gero, solo nomine Archiepiscopus, licet indignus, omnibus Catholicæ Ecclesiæ fidelibus. *Norbertus vero, de inductione Canonicorum suorum Præmonstratensium in ecclesiam S. Mariæ Magdeburgi scribens, ita orditur :* Ego Norbertus Dei gratia Magdeburgensis ecclesiæ archiepiscopus. Notum sit omnibus, tam futuris quam præsentibus. *Et Honorius Papa, inductionem illam confirmans, sic rescribit.* Venerabili fratri Norberto Magdeburgensi archiepiscopo, salutem et Apostolicam benedictionem. *Litteras integras descripsit in nova vita Norberti Gallica Carolus Hugo et alii. Quis modo, his omnibus consideratis, imaginetur sibi, archiepiscopum Magdeburgensem a principio fundationis suæ Primatum obtinuisse Germaniæ, et talem, qualis describitur in litteris, sub nomine Joannis XIII allatis num.* 35, *ut* in sedendo, in judicando etc. omnique ecclesiastico ordine *primus sit; qui nusquam invenitur primus inter archiepiscopos Germaniæ sedisse, nedum judicasse, aut ullo in ecclesiastico ordine præcelluisse? Si quis meliora his monumenta, in quibus*

nec aliter, quam Archiepiscopus.

talia

A *talia Magdeburgensi conferantur aut confirmentur, protulerit, cedam libens: interim hæc mihi veriora sunt.*

An Primas Germaniæ fuerit S. Norbertus

42 *Propero ad tempora S. Norberti. Illorum, qui a fundatione sua archiepiscopatui Magdeburgensi Primatum Germaniæ asserere non audent, alii illum Norberto singulariter pro sua tantum persona, alii etiam pro successoribus concessum fuisse autumant; idque Romæ anno* MCXXXIII *factum esse, quando Norbertus eo comitatus fuit Lotharium, ibidem ab Innocentio PP. II tunc coronatum imperatorem Romanum. Argumentum hujusce rei nullum profertur idoneum. Qui id adstruunt, probationem sumunt vel ex traditione, vel e scriptoribus non valde antiquis, vel ex Chronographo Saxone et Chronico Magdeburgensi. Verum hæc posteriora duo scripta nihil de Primatu Germaniæ, quo Norbertus fuerit ornatus, meminerunt: idquod habent, referunt ad priora tempora ipsaque instituti archiepiscopatus principia, et desumunt ex eadem bulla Joannis XIII, uti jam monstratum est, apocrypha, quæ jam tum cum ipsi scribebant circumferebatur; post tempora tamen Dietmari, qui de illa usque ac de Primatu tacet, uti diximus. Si qua etiam eadem de re traditio super est et posteriores memorant scriptores, ex iisdem Chronographo et Chronico sua hauserunt, atque adeo nituntur* B *eodem principio falso, bulla, inquam, Joannis XIII.*

aut Duarum saltem Saxoniæ provinciarum,

43 *Ex his dictis refelluntur pariter, quæ assumit D. Carolus Hugo in novissima S. Norberti vita Gallica, contra Bollandistas, ut vocat, pro asserendo qualicumque Primatu S. Norberti. Posteriora quippe sunt omnia, quæ citat; nec considerari magnopere hic debent; et ipse consideratis omnibus, tandem existimat, dignitatem Primatus Magdeburgensis ecclesiæ salvari posse per Primatum, quem habuerit in duas provincias Saxoniæ. Id vero nimium quantum differt a Primatu Germaniæ, qui passim prætenditur ex litteris Joannis XIII sæpe citatis, concessus fuisse. Sed quæ sunt istæ duæ provinciæ Saxoniæ? Præcipuæ et antiquiores per Saxoniam ecclesiæ episcopales a Carolo Magno sciuntur fundatæ, ac partim Moguntino, partim Coloniensi Metropolitis subjectæ fuisse. In hos autem, uti jam ostensum est, jus primatiale non habuit Magdeburgensis. Archiepiscopatus quoque Hamburgo-Bremensis ab eodem Carolo ante Magdeburgensem fuit institutus. Quamobrem qui illum magis, quam reliquos per Germaniam episcopatus metropolitanos Magdeburgensis Primatui subjectum fuisse contendit; potiori id argumento probet necesse est, quam quod desumitur ab auctoritate Chronici Saxoniæ, nescio quali.*

juxta Chronicon Saxoniæ?

44 *Citat frequenter Papebrochius, etiam ad Acta S.* C *Norberti, Chronicon Saxoniæ e codice nostro MS. qui deinde transmissus ad illustrissimum virum Godefridum Guilielmum Leibnitium, ab illo impressus est sub titulo,* Chronographus Saxo. *Verum istic, saltem ad annum* DCCCCLXIX *et sequentem, ubi institutio Magdeburgensis archiepiscopatus pluribus tractatur, nil invenio de duobus Saxoniæ provinciis, ejus Primatui subjectis. Aliud igitur sit citatum ab Hugone Chronicon Saxonicum, quod ille ait, Primatum Magdeburgensis ecclesiæ definire intra duas Saxoniæ provincias, ut nempe in utraque jurisdictionem habeat Magdeburgensis, qualem in sua quisque provincia habent Moguntinus, Trevirensis atque Coloniensis. Hæc sic dicta sunto. Vellem ego legere verba, quibus talia in dicto Chronico expressa habentur: quæ fortassis alia non sunt, quam quod Joannes PP. XIII* privilegio Apostolicæ auctoritatis sanxit et confirmavit, Magdeburgensem archiepiscopum in omni ordine ecclesiastico Primatum habere omnium ecclesiarum archiepiscoporum, qui in Germania ordinati sunt. In Gallia quoque Coloniensi, Moguntinensi, Trevirensi archiepiscopis per omnia honore similem esse. *Ita isthæc leguntur in nostro Saxoniæ Chronico seu Chronographo Saxone, quæ de duabus Saxoniæ provinciis, ubi Primatum habeat Magdeburgensis archiepiscopus, nullam mentionem* D *faciunt: et hæc ipsa amplius valere non possunt, quam litteræ Joannis XIII supra reprobatæ, ex quibus desumpta noscuntur. Responderi etiam potest, Moguntinum, Trevirensem et Coloniensem in sua quemque provincia jus tantum habere metropoliticum, non primatiale, quod aliquam super alios quoque archiepiscopos et metropolitas prærogativam insinuat. Unde talem prærogativam super Hamburgo-Bremensem acceperit Magdeburgensis, et ubi jus primatiale in illum exercuerit, ostendendum est illi, qui id vult credi.*

Id non probant argumenta allata.

45 *Alia quædam adversus argumenta Papebrochii excogitavit idem Hugo, sed quæ ex jam dictis facile refelluntur. Fatetur quidem, Dietmarum de Primatu Magdeburgensi nihil meminisse: verumtamen, quia titulus Primatis cum titulo Archiepiscopi frequenter confunditur, inquit; nihil ex silentio Dietmari illa super re, potest concludi. At aliud certe notat vocabulum* Archiepiscopus, *aliud* Primas; *et hic honoratior est, quam ille. Quamobrem qui alterum pro altero adhibent, nisi ex circumstantiis notio vocabuli clara fiat, abutuntur terminis istis. Et archiepiscopi Primates non solent in suis litteris publicis Primatis titulum prætermittere: nec voluisset Dietmarus ecclesiæ suæ metropolitanæ Magdeburgensi prærogativam Primatus (si illam habuisset) magis silentio involvere, quam Archiepiscopatus, illo præsertim loco, ubi de institutione archiepiscopatus, de inauguratione primi Archiepiscopi, de prærogativis ei concessis, de suffraganeis episcopatibus, de extensione jurisdictionis metropolitanæ ejus, studiose tractat. Imo quia Primatum silentio involvit Dietmarus, alia minoris momenti describens, argumentari licet, ipsum, annis quinquaginta post institutum Archiepiscopatum scribentem, de Primatu ejus seu Germaniæ, seu duarum Saxoniæ provinciarum, nihil quidquam scivisse. Nec plura sciverunt collectores Chronici Magdeburgensis apud Meibomios, quia illud, ab institutione Archiepiscopatus deductum usque ad annum* MDXII, *et singulos archiepiscopos eatenus prosequens, atque diligenter annotans, a quo Pontifice Romano acceperint pallium, nulli altiorem titulum, quam Archiepiscopi concedit. Quod autem is, qui primam ejus partem collegerit, ubi de institutione Archiepiscopatus, obiter dicat,* Archiepiscopum in omni ordine ecclesiastico Primatum habere, *cum versibus aliquot sequentibus: illa ipse descripsisse deprehenditur ex Chronographo Saxone, et hic ex litteris sæpe memoratis Joannis XIII.*

E *quæ desumpta sunt*

vel ex apocryphis scriptis.

F 46 *Ad idem fundamentum, male substructum, ad litteras inquam, Joannis XIII refert quoque suum hunc discursum Hugo:* Dissimulari non potest, quod, si Primatus Magdeburgensis, a Joanne XIII rogatu Imperatoris, cui ille Papatum debebat, concessus, non affert ecclesiæ Magdeburgensi ullam excellentiam jurisdictionis in tres majores ecclesias, *nempe Moguntinam, Coloniensem ac Trevirensem;* nihilominus attulit illi sæpe jus sedendi ante ipsos. *Exempla quippe, sunt, inquit, ubi in conventibus et subscriptionibus Magdeburgensis præcedit Trevirensem. Et Albertus de Querfort, archiepiscopus Magdeburgensis seculo* XIII, *questus est in conventibus Imperii, quod sua ecclesia Magdeburgensis,* quam Benedictus PP. VII et imperator Otto decoraverant titulo Primatus, *postponeretur Trevirensi et Coloniensi.* Et querelæ ejus tam justæ visæ sunt, *inquit,* Theodorico de Weda, archiepiscopo Trevirensi; et Siffrido de Eppenstein, archiepiscopo Moguntino, ut agnoverint jus Primatus ejus et prærogativam sedendi supra se.

vel e scriptoribus posterioris ætatis,

47 *Hæc exempla posteriora sunt temporibus S. Norberti, et prætensio concessi Primatus nititur suppositītus, ut dixi, litteris. Dixi etiam, Ottonem nullam Magdeburgensi dignitatem Primatus super alios ar-* chiepiscopos

A *chiepiscopos petiisse aut intendisse. Sequitur ergo, ta-*
c. 1. *lem Primatum aut Primatus institutionem, quæ nulla fuit saltem ante S. Norbertum, nullum attulisse Magdeburgensi jus sedendi ante alios Archiepiscopos. Sicubi reperiatur sedisse ante Treverensem aut etiam ante alios in conventibus Imperii; id alia de causa potest factum fuisse: ostendimus jam per aliquot exempla, in conventibus ecclesiasticis aliter se rem illam habuisse. Quod vero Albertus de Querfort seculo XIII questus sit, se postponi Treverensi et Coloniensi, suamque prærogativam tantum probet, quia* Benedictus VII et imperator Otto decoraverunt Magdeburgum titulo Primatus; *mihi significat, eatenus Magdeburgensem Treverensi atque Coloniensi in instiusmodi conventibus sedendi ordine solitum fuisse postponi. Quod vero Treverensis ob allegatam rationem (consuetudine trium seculorum contrarium obtinente) agnoverit Primatum Magdeburgensis et prærogativam ejus sedendi ante se, idemque agnoverit Moguntinus; vix adducar, ut prius credam, quam auctor talis narrationis et agnitionis factæ, citetur, quo inspici possit. Elegantior oratio, non semper verior est, et quivis quæ vera esse cupit, sibi facile persuadet.*

ne quidem pro Primatu personali;

48 *Attamen si hereditaria præsulibus suis non fuit*
B *dignitas Primatus Magdeburgensis, potest personalis fuisse aliquibus, atque inter illos S. Norberto. Ut id velim, non suppetit ratio cur possim, admittere. Dicitur Norbertus ultimo suo Romam adventu cum Lothario, qui tunc ibi coronatus fuit imperator, id dignitatis obtinuisse. Nulla autem istius rei adducitur scriptura, aut idonea auctoritas. Habeo quidem bullam Innocentii PP. II, sub id temporis Norberto, pro ecclesiæ suæ jurisdictione vindicanda supplicanti, concessam; verum nulla ibi mentio fit jurisdictionis vel dignitatis primatialis in alios archiepiscopos, nulla proedriæ; tantum vindicatur ibi jus archiepiscopale in partes Slavorum ultra Albim et Salam, atque in episcopos subinde per Poloniam (quæ tunc etiam ipsa audiebat Slavonia,) institutos. Antequam hic bullam istam, quæ multa in commendationem Norberti complectitur, producam; dabo casum, qui eodem tempore coram Papa et Imperatore incidit Romæ; et Primatui Norbertino, saltem in sedendo, multum officit. Narrat illum Browerus, lib. 1 Antiquitatum Fuldensium pag. 671 ex antiquo scriptore, his verbis.*

cessitque illum Norbertus abbati Fuldensi

49 Reperio in antiquis hujus ecclesiæ *Fuldensis*, monumentis, Berthoo abbati, qui anno MCXXXII præfuit, negotium fuisse cum archiepiscopo Magdeburgensi de excellentia sedis; arbitroque Lotha-
C rio imperatore, et pontifice Innocentio, honorem ei pristinum, postposita Archiepiscopi dignitate, adjudicatum. Res Romæ gesta est, quo tempore Lotharius ab Innocentio imperii diadema suscepit, *anno scilicet* MCXXXIII, *penultimo vitæ S. Norberti.* Vetus scriptor ita habet « Ipso eodem die consecrationis Imperatoris et Imperatricis, Domino Apostolico et ipsis considentibus, orta est dissensio inter ministros ipsius Abbatis et Archiepiscopi Magdeburgensis de primatu sedendi; cumque pro hac re vicissim prope usque ad effusionem sanguinis altercarentur, superveniente Abbate, et justa defensione pro hujusmodi, rationem reddente, favente sibi Imperatore, ut ab initio Fuldensis ecclesiæ, omnibus antecessoribus suis concessum erat; primatum sedendi, invito Archiepiscopo, obtinuit. »

et judicio ipsius Imperatoris.

50 *Si Norbertus ab eodem Innocentio Papa aut ab aliquo ejus decessore Primas Germaniæ declaratus fuisset, qua fronte ausus fuisset, præsente Papa, contra talem Primatem, sibi proedriam arrogare Abbas Fuldensis? qui quibuscumque demum prærogativis fuerit donatus, semper tamen proedriam cedebat, Archiepi-*
scopo Moguntino, contentus proximo et loco sedere? D
Hinc porro intelligimus, potiorem quoque prærogativam fuisse archiepiscopo Moguntino in ordine sedendi, quam archiepiscopo Magdeburgensi; dum videmus Abbati a Pontifice atque Imperatore Romanis confirmari suam proedriam, idque illo ipso tempore, et loco, quibus aliqui prætendunt Norbertum a Pontifice Primatum obtinuisse: quem ipse tamen, ut modestiæ et realitati titulorum, quatenus ad personam suam spectabant, minime delectatus, numquam (uti ego quidam puto) ambierit.

Petiit tantum Norbertus jus ecclesiæ Magdeb.

51 *Id quod reipsa ab Innocentio Norbertus atque obtinuit, spectabat ad antiquum jus ecclesiæ suæ Magdeburgensis, in ipsa institutione Archiepiscopatus ab Ottone imperatore et Joanne XIII Papa ei (litteris utriusque genuinis adhuc extantibus) constitutum; uti nempe regiones Slavorum trans Albim et Salam, tum quæ eatens conversæ ad fidem erant, tum deinceps convertendæ, subjacerent archiepiscopo Magdeburgensi. Quod jus tempore suo Norbertus ab institutis subinde pluribus per Poloniam episcopis violatum comperit, atque ecclesiæ suæ, scrutatus antiqua ejus monumenta, vindicare enixe studuit; eamque ob causam auctoritatem et opem Innocentii Papæ interpellavit per litteras, quarum argumentum ex responsione ejusdem Papæ, mox producenda,* E
clarissime innotescit. Responsionem illam seu bullam Innocentii gloriatur Sagittarius in sua Norberti Historia pag 13, se primum publicasse. Ipsam totam, tum quia multa in commendatione Viri sancti continet, tum quia, quid petierit Norbertus, quid concesserit Innocentius declarat, huc transcribo. Notari tamen prius velim, datam fuisse Romæ in Laterano, pridie Nonas Junii anno MCXXXIII, *uno circiter mense antequam Imperator ibidem coronaretur præsente Norberto. Ecce igitur Bullam.*

Bulla Innocentii Papæ II super certis Episcopatibus in Polonia et citra, Archiepiscopo Magdeburgensi subjectis

a Agnoscit Papa merita Norberti.

Innocentius *a* Episcopus, servus servorum Dei, venerabili Fratri Norberto episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana et Apostolica Ecclesia, ex quo te in filium specialem assumpsit, tuæ devotionis fervorem atque industriam in suis opportunitatibus, certis indiciis comprobavit. Ceterum novissime diebus istis, cum divinæ dispositionis providentiæ nos, licet indignos et minus idoneos, ad Apostolatus administrationem placuit evocare, id ipsum in persona tua magis ac magis enituit, tuæque fidei ac religionis constantia non tantum vicinis, sed etiam remotis nationibus F
evidenter innotuit. Siquidem nec labor aliquis temporalis, nec alicujus minæ seu blanditiæ efficere potuerunt, quin adversus Petri Leonis tyrannidem murum inexpugnabilem te opponens et ad ipsius Regis et aliorum principum corda, in B. Petri obedientiam inducenda, efficaciter laborans [præclare rem egeris.] Dignum est igitur, ut sedes Apostolica, quæ de tam devoto filio plenis visceribus gratulatur, tuis obsequiis atque laboribus debita benignitate respondeat; et te, ad suum servitium exequendum, amplius obnoxium faciat.

ejusque archiepiscopatui jus antiquum in ecclesias Poloniæ

2 Proinde, venerabilis frater Norberte archiepiscope, querimoniam illam, quam adversus episcopos Poloniæ, in nostra præsentia deposuisti, scripturæ et atramento duximus committendam. Afferebas enim, præfatæ regionis episcopos ex antiqua institutione, Magdeburgensi ecclesiæ jure metropolitico subjacere, et ad confirmationem tuæ partis, auctoritatem prædecessorum nostrorum, Johannis *b*, Benedicti *c* et Leonis *d*, beatæ memoriæ prætendebas. Quos nimirum episcopatus, qui ultra Salam, Albiam et Oderam esse tunc temporis videbantur; seu

b
c c

A seu qui ibidem in antea, divina essent cooperante clementia disponendi, interventu Ottonis piissimi Augusti supposuisse Magdeburgensi ecclesiæ adstruebas *e*; quorum videlicet episcopatuum nomina hæc sunt. Inter Albiam et Oderam, Stetin *f* et Lubus *g*: ultra Oderam vero Pomezania *h*, Potatuan *i*, Gnesen *k*, Cracow *l*, Wratislavia *m*, Cruciwitz *n*, Masania *o* et Leodilacum *p*. Unde legitimis datis induciis, earumdem ecclesiarum episcopos, ut tibi de tua querimonia responderent, tam per litteras, quam per nuntios, semel atque secundo ad nostram præsentiam invitavimus; ipsi vero non venerunt, nec ad nos responsales aliquos transmiserunt.

e f g h i k l m n o p

amplissime confirmat. 3 Visum est igitur nobis et fratribus nostris, quod nec ipsi de contumacia sua lucrari deberent, nec Magdeburgensis ecclesia diutius propria justitia privaretur. Ideoque, charissime frater Norberte archiepiscope, ex Apostolicæ sedis benignitate atque justitia, de prædictis episcopatibus et terminis, quos jam dicti prædecessores nostri antecessoribus tuis concessisse, et ecclesiæ tuæ pertinere noscuntur; te in possessionem emisimus et investivimus; et ut de cetero iidem episcopi fraternitati tuæ B obediant, per scripta nostra præcepimus; nihilominus tibi tuisque successoribus, et per vos Magdeburgensi ecclesiæ, quemadmodum prænominatos episcopatus, sic etiam qui in posterum mihi *, auxiliante Domino fuerint ordinandi, irretractabiliter possidendos, jure perpetuo confirmamus.

* *melius* inibi

vultque ratum esse in perpetuum. 4 Tua igitur, frater dilectissime interest in amore et obedientia sanctæ Ecclesiæ Romanæ persistere, et pro his, quæ ad honorem et utilitatem ejus spectare cognoveris, attenta diligentia vigilare. Ut autem hoc quod a nobis canonice institutum est, stabile maneat, apostolica censura sub divini judicii attestatione, jubemus, ut nulla persona parva vel magna, aut quilibet successorum nostrorum hæc, quæ statuimus, infringere præsumat. Hujus privilegii violator, cum Juda proditore æternis suppliciis deputandus, damnetur.

sub subscribentibus XI card. 5 Ego Innocentius, Ecclesiæ Catholicæ episcopus.

Ego Wilhelmus, Prænestiensis episcopus.

Ego Joannes, Hostensis episcopus.

Ego Conradus, Sabinensis episcopus.

Ego Johannes, tit. S. Chrysogoni presb. cardinalis.

C Ego Gerhardus, presb. cardinalis tit. sanctæ Crucis.

Ego Anselmus, presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Lucas, presb. card. tit. sanctorum Johannis et Pauli.

Ego Martinus. presb. card. tit. S. Stephani in Cælio monte.

Ego Romanus, diaconus cardinalis sanctæ Mariæ in Porticu.

Ego Gregorius, diac, card. sanctorum Sergii et Bachi.

Ego Otto, diac. car. sanctorum Cosmæ et Damiani.

4 Junii an. 1133. Datum Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, II Non. Junii, Indictione XI, Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIII, Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ II anno IV.

ANNOTATA.

a *Electus fuit Papa anno* 1130, *sub medium Februarii, egregios suæ personæ atque electionis defensores contra æmulum Anacletum, expertus sanctos* D *Norbertum et Bernardum; priorisque in se et sedem Apostolicam merita hic ample agnoscit.* c. 1

b Joannis, *utique* XIII; *qui archiepiscopatum ratum confirmatumque habuit, et primum ejus archiepiscopum Adalbertum instituit pallioque donavit, ac varia ei privilegia per suas litteras, de quibus egimus, concessit.*

c *Est is* Benedictus VII, *de cujus item litteris, earumque præcipue titulo jam locuti sumus.*

d Leo *ille alius esse non potest, quam qui octavus istius nominis passim venit, ab aliquibus inter veros Pontifices, a plerisque inter pseudopontifices numeratus. Verum, quid ille privilegii ecclesiæ archiepiscopali Magdeburgensi concesserit, ante mortuus, quam iste archiepiscopatus fuit constitutus, capere non possum; nisi forte aliquod sub ejus nomine scriptum apocryphum, uti sub nomine Joannis XIII, invenerit suo tempore Norbertus.*

e *Hæc adstructa sunt ex litteris de institutione Archiepiscopatus, datis a Joanne Papa atque ab Ottone imperatore; e quibus similia descripsimus supra, pagina* 42 *numero* 27 *et* 28.

f Stetinum *et* Stetina *Latinis, urbs præcipua Pomeraniæ ad sinistram Oderæ fluminis ripam, non admodum longe a mari Baltico, et Rugia illic insula. Non reperio, urbem illam nomine proprio episcopalem fuisse.* E *At reperio in vita S. Ottonis episcopi Bambergensis, Pomeranorum Apostoli; quod ipse sub annum* 1124 *in conversionem gentis istius incumbens, annoque fortassis eodem aut sequenti ad proprium redire sedem festinans, cum* de episcopatu Pomeraniæ pro voto suo tunc ordinare non potuit, de prudentia Ducis *Poloniæ Boleslai III* confisus, ei ex otio commisit ordinandum. At ille unum de cappellanis suis, Adalbertum nomine... præsulatus honore in gente illa sublimavit. *Utrum is stabilem mox sedem sibi elegerit, aut exemplo Ottonis oppidatim regionem peragraverit; utrum etiam ab initio Stetinum sedi episcopali designatum fuerit a Pontifice Romano, cui deinde Julina prælata sit; mihi quidem ignotum est. Habuerit tamen illo ipso tempore Norbertus rationem (quod dubitari non potest) cur Stetinum suæ jurisdictioni vindicaverit, tamquam civitatem episcopalem, aut sub illo nomine episcopatum* Pomeraniensem: *qualiter vocatur in Notitiis ecclesiarum antiquis.*

g *Vulgo nunc* Lubek, *Latine* Lubeca, *notissimum emporium in Circulo inferioris Saxoniæ, haud procul a mari Baltico, circiter decem milliaribus Germanicis ab Hamburgo in ortum solis. Subfuit olim episcopatui Altemburgensi, in eodem tractu ab Ottone Magno fundato: sed Altemburgo deficiente, et Lubeca emergente,* F *episcopatus paulatim a Lubeca, uti ex his litteris apparet, denominari cœpit, et omnino cum suo episcopo eodem translatus fuit anno* 1163.

h *Est in Prussia trans Vistulam fl. inter Elbingam et Torunium. Episcopatus vero ejus deinde Culmensi conjunctus fuit.*

i Pornam *non recte vocat chronicon Magdeburgense; melius* Poznani, *Chronographus Saxo, nunc* Posnania, *trans Oderam et cis Wartam fluvios, episcopatus primus, qui in Polonia institutus sit; uti dictum supra.*

k Gnesna, *notissima nunc Poloniæ civitas, Primatus titulo insignis. Ipsam tamen ante annum* 999 *episcopalem non fuisse, visum nobis est supra. Hinc vero, ex bulla, inquam, præmissa Innocentii Papæ, videri potest, tunc, quando illa scripta fuit, nondum habuisse archiepiscopatum legitime institutum, nedum Primatum Poloniæ. Quo enim pacto, si Gnesnensis, tempore Norberti et Innocentii II, a Romanis Pontificibus archiepiscopus et primas Poloniæ agnitus, atque adeo legitima potestate Magdeburgensi Metropoli subtractus antea fuisset; Norbertus tunc Gnesnam suæ Metropoli vindicare aut Innocentius subjicere illi voluissent?*

A *voluissent? Relinquo hæc ego interim in statu, quo tunc fuerunt. Tantum hic conor illustrare pro meo modulo bullam.*

l Cracovia, *notior et hæc civitas, quam ut plura hic dici de illa debeant. Archiepiscopalem numquam per se fuisse, supra meminimus.*

m *Primaria ducatus Wratislaviensis, totiusque Silesiæ civitas, ad Oderam fl. episcopatu insignita seculo* XI *Somogorzovia eo translatum fuisse episcopatum scribit Dlugossus: sed hæc non satis certa.*

n Krusivica (*aliis* Crusvicia) vetus quondam regia, lacu amplissimo Golpo circumdata, *inquit Dlugossus; ubi et sedes episcopalis fundata fuit, quæ postea Wladislaviam translata sit, uti idem scribit sub initium libri 2. At nomen primum adhuc retinuisse episcopatum illum anno* 1133, *constat ex hac bulla Pontificia.*

o *Crediderim*, Masoviam *sive* Mazoviam *scribi debere, cujus nominis ducatus est in media fere Polonia; et episcopatus* Masoviensis *sub archiepiscopo Gnesnensi invenitur in Notitiis episcopatuum antiquis apud Carolum a S. Paulo et alios.*

p *Nulla Polonis sub tali nominatione civitas episcopalis. Intelligi debet* Vladislavia *ad Vistulam est.*
B *ejusque episcopatus; quem eo Krusvicia delatum fuisse, scribit idem qui supra Dlugossus.*

q *Nota terminum, quo pontifex pronuntiat, Norberto, et per ipsum successoribus ejus ac Magdeburgensi ecclesiæ,* ex justitia *deberi subjectionem et obedientiam a prædictis omnibus episcopis. Et in hac prærogativa totum primatum Magdeburgensis ecclesiæ, quem sibi petiit Norbertus confirmari, consistere autumo, tum ex hac bulla, tum ex supra deductis.*

Rerum, a Norberto gestarum in archiepiscopatu, compendium,

Ex Chronico Magdeburgensi impresso apud Melmobios tomo 2 Rerum Germanicarum.

Qualis sit hoc Chronicon, quibus temporibus auctum atque interpolatum, operose deducit Papebrochius Corollario primo post Acta et Translationem S. Norberti, pag. 901*: deinde quæ primis auctoris, quæ primi interpolatoris, quæ secundi esse possint, annotat. Quæ vero de archiepiscopatu, et in eo gestis a S. Norberto illic leguntur, possunt sub finem seculi* XII, *quo et ipse*
C *anno* XXXIV *obierat, aut sequenti collecta fuisse: suntque non exiguæ auctoritatis, utpote scripta antiquitus Magdeburgi in loco ubi gesta fuerunt, et continent nonnulla, quæ alibi aut desunt, aut distinctius hic referuntur. Sic igitur in Chronico jam indicato legitur.*

Norberti conversio,

2 Norbertus, decimus tertius archiepiscopus *Magdeburgensis*, sedit annos VII menses X dies XX. Hic ex ignobili * genere editus, primo S. Victoris *a* apud oppidum Xantum erat canonicus, quem suo in servitio sæpius habebat in palatio Imperator Henricus *b*, quia non solum nobilitate, sed omni genere probitatis, gloria, et secularium negotiorum industria fuerat specialiter insignitus. Deinde cum conscientiæ suæ metu et divini timoris respectu compunctus, mutato habitu et moribus, cilicio asperrimo tunicaque lanea coopertus, limina quoque Apostolorum Romæ nudis pedibus adiens, gravem satis pœnitentiam pro quibusdam ageret excessibus, in ejusdem conversationis proposito et habitu deliberans perseverare, nec post manum, semel in aratrum missam, retro spectare, quod videbatur inchoasse, velut ex necessitate jam tenuit, ac exercere cœpit ex usu et voluntate; unde accepta ab Apostolico suoque episcopo prædicandi licentia et auctoritate, quia erat miræ eloquentiæ, doctrinæ et ingenii singularis, plurimos sibi attraxit prædicatione verbi salutaris, sicque per septem continuos et amplius annos in præparatione Evangelii pacis, circumquaque discurrebat, diu quidem nudis, post hæc vero jussu Papæ calceatis pedibus; aut in nimia lassitudine, subvectione aselli humilis, quia per omnia habitans, qualitate morumque sanctitate, et gratia linguæ, cunctis apparuit mirabilis.

* *imo* nobili

electio in archiepiscopum,

3 Factum est autem, ut post multorum circuitus laborum deveniret cum discipulis suis pauperibus Christi, in quoddam desertum Franciæ, ubi videns locum proposito vitæ suæ opportunum, arbustis circumquaque eradicatis casulisque ædificatis, pulchram admodum coloniam suis procuravit, in quo etiam ab eo instructum cœnobium, Præmonstratum, ab eo nomen accepit. In hoc diu multumque contra multiplices callidi hostis insidias in maxima penuria rerum, mira patientia dimicatum est, donec cum tentatione etiam proventu facto, hostis frustratus, locus personis et facultatibus, sicut hodie cernitur, satis decoratus est. Deinde multarum in aliis quoque locis fundator et rector extitit cellarum, ex Regula Augustini propriaque institutione collecta et in ipsis instructa venerabili et perfectissima fratrum caterva. E

habitatio in Præmonstrato *c*

4 Sed ut transeamus reliqua illius interea magnifica et memoriæ digna opera, primo Lotharii anno, defuncto Roccaro *c* Magdeburgensi archiepiscopo, cum de eligendo pastore diu cleri et populi esset discors sententia, nec facile possent reduci ad unitatis consensum partium studia, tandem majores ecclesiæ Spiram acciti a Legatis Apostolicis, venerunt; abdicatisque utrimque, quas in dissensione elegerant, personis, communicato ejusdem Regis et ipsorum consilio, Norbertum, quamvis plurimum renitentem et contradicentem, elegerunt. Qui mox cum sacramento regi debito, regalibus ab eo per sceptrum investitus, ac missione ipsius, Magdeburgum in comitatu Halverstadensis ac Brandeburgensis episcoporum deductus, ibidem X Kal. (*imo,* XV Kal. *uti in Annotatis monstrabitur*) Augusti *d*, quæ tunc evenit Dominica, magno concursu principum et procerum a clero et populo cum ingenti gloria suscipitur, ab omnibus eligitur, et in sedem suam divina laude attollitur, et octava dehinc die idem in festo Jacobi Apostoli ab Udone Olenæ episcopo *e*, cooperantibus aliis non paucis, qui aderant episcopis, in Archipræsulem ungitur, cui et pallium a Papa Honorio dirigitur. F

cura pastoralis.

5 Itaque sacerdotio sublimatus, sacerdoti congrua studiose est operatus; seu prædicare, seu aliquam de se ædificationem verbo aut exemplo dare paratus; in officii sui administratione, et missarum celebratione diligens ac devotissimus; coram seculi hujus principibus dignitate, reverentia sive potentia honorabilis apparens et gloriosus; spiritualibus vero et Christi famulis per omnia conformis et aptissimus, ideo omnium annisu et solicitudine pro exaltatione suæ ecclesiæ et augmento cœpit insistere, nec minori diligentia pro lucro animarum et divinæ servitutis in melius reformatione satagere. Unde et in civitate apud monasterium sanctæ Mariæ pro paucis admodum Canonicis, illic magnam satis congregationem discipulorum suorum adunavit *f*; similique permutatione Polidem *g* ecclesiam pene dilapsam restauravit; sed invidia diaboli, bono proposito illius obvia, multis eum adversis tentavit fatigare, in quibus et cives Magdeburgenses quodam tempore in odium ipsius cœpit concitare.

6 Ipse namque quorumdam suggestione audiens *h*, majorem ecclesiam a quibusdam nefando crimine violatam, publice proposuit eam expiare, sed non assentiente

A *persecutio a subditis,* assentiente clero aut populo, eo quod indicem hujus rei aut ipsos reos noluerit certius propalare et causam eorum synodaliter ventilare; quia aliter nequivit, nocturno tempore purificationem illius cum suis peregit. Unde mox aliquorum insidiis sonantibus campanis, cives cum ingenti strepitu concurrentes, illum super veteri structura obsessum cum Misnensi et Havelbergensi episcopis et majoris ecclesiæ præposito, a media fere nocte usque in mediam diem impugnantes, coarctabant; et cur altaria fregerit sanctosque furto sustulerit, objurgantes blasphemabant. Quidam autem per occultos aditus irrumpentes, eum strictis ensibus appetentes, viso pontificali habitu, quo erat indutus, nutu Dei territi, mutata mente facti sunt ejus defensores; alii vero furia concitati, hunc colaphizabant, et gladiis, sed versa acie, feriebant, unumque ex militibus ejus coram ipso, ita ut pontificalia ipsius indumenta sanguine ejusdem militis inspergerentur, multis vulneribus affectum pro mortuo semivivum reliquerunt.

justitia in reos, 7 Sed Henrico urbis præfecto tunc forte absente, mox per nuntium propere accersito, et tumultum sedante, Archiepiscopus liberatus, Missam eadem die ante altare summum complevit, deinde seditiosos B legitima vocatione ad satisfactionem invitatos, sed parere recusantes excommunicavit: post sex vero hebdomadas pœnitentes absolvit, et deinde fideles sibique devotos habuit. Ecclesiam quoque S. Mariæ in Nienburg *i*, quorumdam malignorum incursu, rapina, cædibus, incendiis, fratrumque violenta distractione temeratam, diligenter expiavit, ipsosque raptores satisfacere contemnentes ab Ecclesia separavit; ac domicilium iniquitatis eorum, scilicet Avelenburg, *k*, cum civibus Magdeburgensibus obsedit, destruxit ac terræ coæquavit.

ædificia, 8 Ut autem ad superiora revertar, hic sua admonitione et instinctu Ottonem illustrem de Revenigge *l* suo disciplinatui adjungens, seculum relinquere et hereditatis suæ prædia Deo et S. Mauritio tradere fecit: ex quibus in loco competenti, juxta Salam fluvium, quem Gratiam Dei *m* appellavit, in honore B. Victoris patroni sui prioris *n*, cujus et reliquias de Xanto adduxit, monasterium construere instituit. Dedit enim *o* Ecclesiæ Magdeburgensi mille et centum mansos cum ministerialibus attinentibus multis; honeste de reliquis, quæ habebat vacantia, locum prædictum fieri ordinavit. De thesauro etiam ecclesiæ Alesleven *p*, urben cum omnibus pertinentiis suis ab Irmingarde Marchionissa comparavit, ab- C batiam quoque in illa sitam ab imperatore Lothario precibus et prædiorum commutationibus sibi donari impetravit, nec non et alia prædia, usquequaque emendo acquisita, adjecit. Denique solus omnium antecessorum suorum veterem structuram, quam Otto Cæsar Magnus magnifice erexerat; ipse, nescio an spe audentiori, seu studio devotiori, ædificare aggressus, perficere magnopere optavit, sed mors immatura interveniens, hæc sicut pleraque ejus cœpta annihilavit.

iter Romanum cum imperatore, 9 Nam octavo *q* ordinationis suæ anno cum rege Lothario, reliquisque principibus in Italiam profectus et officio cancellarii in illa expeditione functus, utpote vir magnæ auctoritatis, consilio providus, apud Romanorum quoque primos clarus, cum plurima illic de ordinatione ipsius imperatoris et ceteris regni negotiis composuisset; de Polonorum quoque episcopis, ex primitivis privilegiorum ecclesiæ hujus, scilicet Magdeburgensis, scriptis, subjectionem illi debentibus, justitiam exposcens, iterato suscepisset *r*; altero anno *s* in reversione paulatim infirmari cœpit, et nihilominus circiter sex menses cum eodem imperatore pro utilitate Reipublicæ per diversas curias in Germania commoratus, tandem languore prævalente Magdeburgum devectus, ibidem D magnifice ab omnibus in Quadragesima est susceptus. *reditus, morbus,* Sic ergo per totam Quadragesimam illic, nec non apud sanctum Johannem, super lectum doloris sui recubans, plerumque tamen per se, quamvis modice, deambulans, postquam in Cœna Domini chrismatis consecrationem et in sancto Paschæ die *mors,* Missæ, pro dolor! ultimæ celebrationem in sede sua super vires peregit; accrescente quotidie dolore vexari non desiit, donec ab omnibus desperatus et hac divina Domini castigatione a delictis, sine quibus nemo, quamlibet justus, in hujus vitæ exilio degit, ad purum, ut speramus, expiatus, post olei unctionem et creberrimam Dominici corporis perceptionem; tandem VIII Idus Junii in confessione nominis Christi animam reddidit.

10 Taliter heu! dolenda mortis sorte et inspe- *præclaræ dotes,* rata, subtractus est nobis, tamquam flos subito decidens, vir ille memorabilis, ille prædicator egregius; vir, inquam, Ecclesiæ necessarius et desiderabilis, in quo esset miseris perfugium, afflictis solatium, dilectio hominum, odium vitiorum. Nam circa omnes se ipsum bonorum præbens exemplum, consolabatur pusillanimes, patiens fuit ad omnes. Quicumque autem ex clero scandalo erant Ecclesiæ, E subvertentes vias Domini rectas, hunc suis moribus censuerunt intolerabilem, disciplinam ejus tamquam onus Æthna gravius ferre non valentes. Argenti vero et auri, quæ prima mortales ducunt, adeo contemptor fuit, ut superabundantem Ecclesiæ suæ thesausum expendere non dubitaret; si modo ratio alicujus utilitatis, necessitatis sive honestatis exposceret. Cujus corpus, ut moris est, per omnes congregationes honestissime a clero et populo deportatum, sexto demum obitus sui die adstantibus *sepultura.* principibus ipsumque bajulantibus, cum innumera mœrentium multitudine, et trium qui aderant Episcoporum, Godeboldi Misnensis; Ludolfi Brandenburgensis; Anselmi Havelbergensis, flebili commendatione in monasterio S. Mariæ est tumulatum anno Domini MCXXXIV. Hic ordinavit Merseburgensem Meingotum, Havelbergensem Anselmum, Episcopos, Adelberonem etiam Nienburgensem abbatem.

ANNOTATA.

a *De hoc S. Victore martyre, item de Xanto seu Sanctis urbe Cliviæ, dictum est in commentario prævio ad Acta S. Norberti* § 1 *num.* 1, *et in Annotatis ad caput* 1 *vitæ, litt.* c.

b *Nempe quintus sui nominis, mortuus an.* 1125.

c *Aliis* Rotcarus, Rotherdus, Rotgenis, Ruggerus *et* Rukerus *dicitur, vita functus, ut habet Chronicon Magdeburgense, anno millesimo centesimo vicesimo quinto,* 20 *Decembris.*

d *Librarius scribens hic, inthronizatum fuisse Norbertum* x Kal. Augusti *prætermisit numerum* v. *Constat enim, diem* x *Kal. dicti mensis anno* 1126 *in Dominicam non incidisse, sed diem* xv *Kal. ejusdem, qui sit dies* XVIII *Julii: et hinc numerando, dies octavus, qui fuit ordinationis ejus, incidit in festum S. Jacobi dominica sequenti. Ad hæc, quod statuitur initio Compendii hujus tempus sedis, anni* VII, *menses* x, *dies* xx, *non potest compleri, si inthronizatio facta fuit* x *Kal. Augusti, id est die* XXIII *Julii; completur vero accurate, si facta est* xv *Kal. ejusdem Augusti: atque adeo sic scriptum fuit ex mente auctoris, Dominicam et festum S. Jacobi combinantis, tempusque episcopatus, ut dixi, circumscribentis.*

e *Quis hic* Udo *sit, et* Olensis episcopus, *non est obvium dicere. Fuit illo tempore Udo episcopus Cizensis; a Magdeburgensi archiepiscopo supradicto Rotcaro ordinatus*

A *ordinatus saltem ante finem anni* 1125, *quo Rotcarus obiit. Norbertum igitur ab illo Udone suffraganeo suo ordinatum fuisse episcopum, mihi quidem verosimile est. Ut tamen id pro certo habeam, debet me aliquis docere, cur Cizensis seu Citicensis episcopus, quem aliter* Naumburgensem *a Naumburgo, quo subinde episcopatus Cizæ translatus fuit, appellari scio, etiam* Olensis *nominat. Habebo autem pro incerto, siquis alium mihi Olensem episcopatum demonstraverit, cui et episcopus Udo per idem tempus præsedit. Habemus interea in Chronico Magdeburgensi inter Norberti decessore Rotcario, ipsum Cizensi ecclesiæ Rotcarum, alius Richwinum, et hoc intra biennium mortuo, Udonem ordinatus est episcopus. Habemus hic Udonem episcopum, qui ordinavit Norbertum: cur dubitem, an non idem utrobique Udo sit, qui ab eodem scriptore sub duobus inter se succedentibus archiepiscopis memoratur? Quidquid demum sibi velit terminus* Olensis, *forsitan ab interpolatore adjectus. Nam siquis opinari velit,* Olensem *perperam scriptum esse pro* Ostiensi, *is monstrare debet, Ostiensem tunc episcopum fuisse,* Udonem *nomine, eumque per illud tempus fuisse in Germania, quæ ego hactenus discere non potui.*

f *De hac Congregatione et aliquis tunc monasterii*
B *S. Mariæ Magdeburgensis, videnda sunt plura in Actis Norbertinis pag.* 837 *num.* 94 *et pag.* 856 *num.* 32.

g *Frequens istius loci mentio est apud Dietmarum, scribiturque et* Palithi, Polithi, Politin, *recentioribus* Poleda *et* Polda; *vulgo* Polde *et* Poelden. *Venit autem sub eodem nomine tum urbs; tum palatium imperatorum, qui illic plures festa solemniore celebrasse leguntur; tum monasterium, quod ibi S. Mathildis, Ottonis I mater, clericis fundavit ac liberaliter dotavit, uti in vita ejus, die* 14 *Martii nostri impressa, narratur. Meibomii in satis, ad Gobelini Personæ Cosmodromium, Ætat.* 6 *cap.* 52, *Notis, ad vocem* Palathi *observavit, esse* monasterium Ordinis S. Benedicti diœceseos Moguntinæ. *Si* provinciæ Moguntinæ *dixerent, intelligi posset; rectius alii locum ponunt* in Saxonia; *et magis distincte Leibnitius, in hodierno* Ducatu Grubenhagio. *Apertius Meibomiis errat Henr. Bodo in Syntagmate, scribens, Mathildem* in Polde, quasi in palude, monasterium ordinis Præmonstratensis fundasse. *Ordo enim ille sesqui seculo post obitum fundatricis monasterii istius primum natus est.*

h *Quæ sequitur historia, de profanatione ecclesiæ, reconciliatione ejus nocturna, ac tumultu populari; itidem legitur in Actis pag.* 840 *num.* 103 *et seqq. Va-*
C *riant tamen hinc et inde circumstantiæ.*

i Nienburg, Neuburg, Neuwenburg, *ejusdem nominis vocabula sunt Germanis, significantia* Novum burgum *seu* castrum *seu* castellum: *qualia loca cum deinde incrementa ceperunt evaseruntque urbes, iisdem nominibus perrexerunt vocari. Latinis passim dicuntur* Neoburgus *vel* Neoburgum, *voce similiter composita ex Græco* νέος, novus *et Germanico* Burgh, *nisi malis ultimam mem vem a Græco* Πύργος, turris, *deducere; quod viris quibusdam eruditis placet. Matthæus Merian in sua Topographia Saxoniæ superioris, tabula prima, exhibet in diœcesi Magdeburgensi duas istiusmodi Neoburgos ad Salam fluvium, prope ab ejus confluxu cum Albi, quarum altera ad ripam sinistram, simpliciter dicta* Neoburgus *seu* Neoburgum; *altera paulo inferius ad oppositam ripam, cum epitheto appellata,* Neoburgus Monachorum, *ab eo, ut videtur, quod ibi fuerit monachorum domicilium seu monasterium, fundatum ordini Benedictino a Gerone archiepiscopo Coloniensi ejusque fratre comite Dietmaro, ut est apud Trithemium in Chronico Hirsaug. ad annum* 972. *Uter locus altero antiquior sit, equidem ignoro. In alterutro tamen debet fuisse ecclesia S. Mariæ, quæ hic dicitur temerata, et a Norberto reconciliata.*

k *Domicilium illud iniquitatis Avelenburg, unde* D
progressi fuerint, qui prædictum ecclesiam S. Mariæ Neoburgi violarunt; non potest Neoburgo admodum procul dissitum fuisse. Situs ejus non indicatur in prædictæ Topographiæ tabula.

l *Vocatur ille,* Otto comes de Crudorp *Chronico Montis Sereni, citato a Sagittario in Historia Norbertina pag.* 12.

m Dei Gratia *monasterium, anno* 1131 *fundatum fuisse, scribit iidem Sagittarius, et locum propius designat prope* Calbam oppidum ad Salam; *atque ita porro scribit:* Ipse archiepiscopus Norbertus una cum comite Ottone primum lapidem in fundamento reposuit, ac ipse Comes a Norberto ejusdem ecclesiæ factus est canonicus, et in Diaconatus ordinem promotus. Primus illius ecclesiæ præpositus fuit Emelricus, cui successit Evermodus, qui postea Racesburgense pedum indeptus est. *Putabam hactenus ego, Evermodum, primum monasterii S. Mariæ Magdeburgi constitutum a Norberto præpositum, inde ad episcopatum Racesburgensem transiisse, verum certiora habere potuit documenta Sagittarius, illis in locis versatus.*

n Prior *hic Norberti* Patronus *videtur appellari* E
S. Victor, quia is Sanctis in patria Norberti, qui ibidem et canonicatum habuerat, martyrium sustinuit et Patronus loci colitur, cujus etiam Sancti reliquias indidem contulerit Norbertus.

o Dedit enim, *intelligo, Otto comes. Videntur quippe de Norberto dici non posse, qui e paupere Religioso factus Archiepiscopus, de proprietate sua tam amplas donationes facere non potuit. Nisi intelligatur Norbertus illa dedisse et applicasse ex bonis et voluntate Ottonis comitis, tum ecclesiæ Magdeburgensi, tum novo monasterio* Dei gratia *ædificando.*

p Alesleben *abbatia cum oppido ejusdem nominis, ad Salæ fluvii ripam sinistram, uno circiter milliario supra Bernburgum. Quam abbatiam prius acquisiverit Norbertus ecclesiæ Magdeburgensi ab imperatore, ac tum ab Irmingarde e reditibus abbatiæ emerit oppidum. Nisi tamen aliud* Alesleben *oppidum hic insinuetur; quia et aliud est prope fines diœcesis Magdeburg, versus occasum.*

q *Imo,* septimo, *adhuc currente.*

r *Nempe,* agere. *Prius enim illa de re egerat Norbertus cum eodem Innocentio Papa Rhemis, atque adeo nunc Romæ idem negotium* iterato *susceperit agendum; accepitque tandem bullam pontificiam, quæ prædictos Poloniæ episcopos, ex prima Magdeburgensis archie-* F
piscopatus institutione, Norberto et ecclesiæ ejus subjectos esse confirmat. Bullam ipsam paulo ante protulimus, in qua tamen nulla mentio est Primatus Germaniæ, seu petiti a Norberto, seu negati aut concessi ab Innocentio; uti jam meminimus.

s Altero *anno, id est octavo ordinationis Norberti, a* XXV *Julii inchoato, quando reversus est cum Imperatore idem Norbertus in Germaniam, eodemque ordinationis suæ anno* VIII, *nondum completo, Christi* 1134 *obiit Magdeburgi, post diuturnum languorem, die* VI *Junii.*

Reliquiæ S. Norberti in abbatia Parcensi prope Lovanium.

Parcum monasterium Præmonstr.

H*abebat Godefridus Barbatus, Lotharingiæ dux idemque Lovaniensis comes, ad muros Lovanii e parte australi vivarium, ubi alebantur feræ; quem locum in usus meliores, a feris ad homines transtulit, qui illic Ord. paradisum facerent, ipsique religiosis virtutum exercitiis in angelos transformarentur. Evocavit igitur e monasterio S. Martini prope Laudunum, recens instituti Ordinis Præmonstratensis virorum religiosorum coloniam, duce Gualtero Laudunensis monasterii abbate,*

A *bate, de quo supra pag.* 26 *litt.* c, *locuti sumus, ipsisque vivarium suum cedens sub annum* MCXXIX, *ibidem Ordinis Præmonstratensis monasterium erexit; cui a nomine appellativo Belgico* Parck *(id Latine* vivarium *sonat) nomen proprium adhæsit* Parcum, *eoque hodiedum appellatur. Ejus abbatibus, Gerardo et successoribus ejus, confirmavit Joannes IV Brabantiæ et Limburgi dux, anno* MCCCCXVI, *titulum et dignitatem* perpetui et hereditarii Cappellani ducis Brabantiæ, *uti apud Miræum in Donationibus Belgicis cap.* 135. *Incolæ olim insigni vitæ religiosæ simul et eruditionis studio inclaruerunt; et qui modo inhabitant, majoribus nihil cedunt; ac nuper specimen religionis suæ publicum dederunt, cum desiderantes pietatem suam, ex propiore præsentia sancti fundatoris Norberti, magis inflammare, multis precibus exorarunt Abbatem insignis monasterii Montis Sion Pragæ, ubi sacra Norberti ossa, Magdeburgo translata, in media ecclesia supra magnificum altare elevata, honorantur; ut aliquid reliquiarum ejus, suo Parcensi monasterio donaverit, atque cum hisce suis litteris, fidem facientibus, submiserit.*

cujus abbates, Capellani ducis Brabantiæ,

obtinet reliquias S. Norberti,

2 Ego Vitus sacri et canonici Ordinis Præmonstratensis, regiæ ecclesiæ Montis Sion, vulgo Strahoff, intra Pragam sitæ, abbas, et per cæsareas B provincias ejusdem sacri Ordinis visitator generalis, fide sacerdotali testor, adjacentes Reliquias esse veros pulveres, ex carne beatissimi patris Norberti desumptos; quos ipsemet, tanquam indignus sacrarum Reliquiarum custos, extradidi. In cujus rei majorem fidem propria manu subscripsi et consuetum abbatiale sigillum appressi. Actum Pragæ in monasterio Montis Sion die XI Januarii anno MDCLXXXVII. *Quales autem sint Reliquiæ prædictæ, aliquanto distinctius innotescit ex litteris episcopi diœcesani, illas approbantis ac publicæ venerationi permittentis exponi, nec non largientis indulgentias illarum cultoribus, hoc tenore.*

ab archiep. Mechlin probatas,

3 Humbertus Guilielmus a Præcipiano, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Mechliniensis, Primas Belgii, ad Exercitus regios delegatus apostolicus, suæ Majestati a Consilio status etc. Omnibus has visuris salutem in Domino. Notum facimus et attestamur, quod nos a die datæ harum aperuerimus thecam argenteam oblongam, affabre elaboratam, charta alba involutam, clausam ac sigillatam, et in ea invenerimus tres chartulas albas oblongas, pulveribus plenas, quos, litteris patentibus C ibidem junctis, reverendus admodum dominus Vitus, Ordinis Præmonstratensis abbas Montis Sion, asserebat esse veros pulveres, ex carne sanctissimi Norberti, a semet, dictarum Reliquiarum custode desumptos: quare dictos pulveres, servatis iis quæ a Concilio Tridentino servari præscribuntur, ut veros et legales, et ex carne S. Norberti desumptos recognovimus, atque in formam cordis super pannum rotundum flavi coloris, auroque intertextum, compositos, sigilloque nostro minori sursum et deorsum munitos, publicæ venerationi exponi posse concessimus, ac concedimus per præsentes.

concessis etiam indulgentiis,

4 Elargimur insuper omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus, dictos sacros pulveres in ecclesia Parcensi expositos, visitantibus, et ante eos in spiritu humilitatis et animo contrito quinquies Pater et Ave, aut alias preces juxta fines Ecclesiæ recitantibus, tam in festo dicti Sancti, quam per totam octavam, ac in festo translationis ejusdem, quadraginta, omnibus autem feriis secundis per annum, viginti dies de vera indulgentia in forma Ecclesiæ consueta. Datum Lovanii II Augusti MDCLXXXVII. *Erat autem signatum* H. G. A. M. *id est,* Humbertus Guilielmus Archiepiscopus Mechliniensis; *et sigillatum sigillo ejusdem Archiepiscopi, hostiæ rubræ impresso; subscribente secretario* Joanne D Daniele vanden Kerckhoven.

De Jordano, primo Posnaniæ et Polonorum episcopo, observanda.

Chronicon Magdeburg. a Meibomiano diversum

Antequam huic Appendici ad diem VI Junii finem imponam, observari nonnulla velim circa Jordanum seu Jordanem, primum Posnaniæ totiusque Poloniæ episcopum, cujus initium statuimus supra pag. 41 et seqq. factum anno DCCCCLXVIII aut paulo post, id colligentes ex Dietmari Chronico et Chronographo Saxone, nec non ex Chronico Magdeburgensi apud Meibomium, non satis distincte illa de re loquentibus. Nunc opportune mihi innotescit, aliud item chronicon Magdeburgense superesse, prædictis partim simile, partim dissimile, uti colligi potest ex aliquot textibus, inde allatis a Mabillone (is illud Chronici penes se habuerit) tum Seculo quinto Sanctorum Benedictinorum ad Acta S. Adalberti, primi Magdeburgensis archiepiscopi, a pag. 573 tum alibi sæpe, atque etiam in Annalibus ad annum DCCCCXXVII pag. 438. *In illo Chronico, prout a Mabillone allegatur ad Acta prædicti Adalberti, distinctius sic scribitur de Jordane, num.* 14.

Dietmari textum obscuriorem clare explicans,

E 2 His episcopis, quos Magdeburgensi archiepiscopo subjectos voluit Imperator, Jordanem Posnanensem addit Chronographus Magdeburgensis ad annum DCCCCLXIX. *Hactenus verba sunt Mabillonis: sequuntur Chronographi ipsius:* Adalbertus archiepiscopus, a clero et omni populo magnifice susceptus, in his festivis diebus *Natalis Domini* consecravit Bosonem, Merseburgensis ecclesiæ pastorem primum; Hugonem, Cicensis ecclesiæ primum episcopum. His confratribus cooptavit Imperator tres prius consecratos, hoc est Dudonem Havelbergensem, Dudelinum Brandeburgensem et Jordanem Posnanensem, omnes subjectionem episcopo *Magdeburgensi:* suisque successoribus promittentes. Monachi autem, qui prius ibidem conversabantur, *in monasterio S. Mauritii; quando ibi archiepiscopatus institutus est,* transpositi sunt in monte, qui dicitur ad S. Joannem in suburbio ejusdem civitatis, V Idus Augusti hoc est in vigilia S. Laurentii martyris... Quo autem anno hæc transpositio facta fuerit certum non tenemus. *Annum illum, quem ego quoque ausus non fui in præmissis, certo definire, designat Mabilio tom.* 3 *Annal. pag.* 692, *nongentesimum se-* F *xagesimum nonum. Malim ego ad annum saltem priorem referre. Illo enim anno Imperator accepta jam plena facultate instituendi diu desideratum archiepiscopatum, missoque Romam Adalberto, ut a Pontifice pallium acciperet, voluerit in reditum ejus sedem episcopalem sive monasterium S. Mauritii, a monachis vacuum esse, et novo archiepiscopo parari; ideoque illi tunc in vigilia S. Laurentii martyris migraverunt in montem, non anno sequenti.*

ait, Jordanum anno 968 jam episcopum fuisse.

3 *Quod ordinationem episcoporum, in solennitate nativitatis Domini factam (quando adhuc currebat, secundum aliorum et communiorem computandi rationem, annus* DCCCCLXVIII) *collector istius Chronici referat ad annum sequentem* LXIX, *inde evenire putandum est, quod ipse annum non a Kalendis Jannarii, sed a Natali Domini auspicatus sit, quod et scriptoribus ecclesiasticis præsertim Martyrologis, olim in usu fuisse scitur. Quod attinet ad textum ejusdem Chronographi, manifestum est, ipsum hoc loco in prima narrationis suæ parte præ oculis habuisse Chronicon Dietmari, a nobis supra descriptum pag.* 40 *num.* 5. *Verba enim Dietmari, illic relata, adhibet suisque interpolat, explicationis gratia. Sic tribus episcopis, tunc primam ab Adelberto ordinatis, adjicit singulis vocem* primus; *tres autem reliquos* Havelbergensem, Brandeburgensem *et*

et Posnanensem *dicit omnes* prius consecratos *fuisse; quod de Posnaniensi minus aperte scripserat Dietmarus nobisque necessitatem imposuit acquirendi per conjecturas de principio episcopatus ejus. Quibus conjecturis nunc opus non est, scribente hoc Chronographo, Posnaniensem æque ac Havelbergensem atque Brandeburgensem prius quam tres primo loco nominatos, consecratum fuisse.*

fundato episcopatu Posnaniensi

4 *Brandeburgensem episcopatum scribit Dietmarus libro* 3, annos triginta ante Magdeburgensem constitutum *fuisse, et Chronicon Magdeburgense apud Meibomios docet pag.* 271, *Ottonem* non longo post tempore, *quam monasterium Magdeburg fundaverat*, in terra Slavorum Brandeburg et Havelberg episcopatus duos construxisse, et Moguntiæ metropolis suffraganeos constituisse: *quæ ex Chronographo Saxone sumpta sunt, eadem ad annum* DCCCXXXIX *referente. Quo autem tempore Posnaniensis episcopatus initium habuerit, non æque constat. Ab eodem Ottone institutam fuisse æque ac Brandeburgensem et Havelbergensem, suadetur, quia illum æque ac istos, cum tribus aliis, noviter a se fundatis, novæ metropoli Magdeburgensi anno* DCCCCLXVIII *subjecit. Uti autem Brandeburgensem et Havelbergensem episcopatus non fundavit, nisi postquam illorum tractuum Slavos Henricus pater ejus ab anno* DCCCCXXVI *expugnato Brandeburgo sibi subjecit, et ipse Otto forte dominium suum latius ibidem extendit usque ad Oderam; sic ultra Oderam Posnaniæ episcopum prius non statuerit, quam et regionem illam usque ad Wartam fluvium subegit. Sebactam vero fuisse per Geronem Ottonis ducem, indicat quidem Dietmarus, non item quo anno; sic scribens libr.* 3 *ante medium*: Gero Orientalium marchio Lusizi et Selpuli, Misecomem quoque *cum suis M ecislaus Polonorum dux, de quo supra* cum sibi subjectis, imperiali subdidit ditioni. *Id factum notant Annales Gemrodenses apud Meibomios, sub annum* DCCCLIX. *Post illud igitur tempus, ex quo tractus ille inter Oderam et Wartam Imperio vectigalis fuit, et ante conversionem Miecislai, instituerit Otto episcopatum Posnaniensem, pari studio Ecclesiæ et Imperii gloriam semper et ubique amplificare conatus; ut inde in ulteriorem Poloniam adhuc gentilem, viri apostolici ad gentis conversionem a viciniore episcopo commodius emitterentur.*

post Brandeburgensem quidem,

sed ante conversionem Miecislai

B

An. Magdeburgensem archiepiscopatum anno DCCCCLXX fundatum esse, scripserit Dietmarus.

C

Ostenditur ex ipso Dietmaro,

Dictum *est superius, legi in chronico Dietmari, Magdeburgensem archiepiscopatum, ejusque primum archiepiscopum Adalbertum, institutos fuisse anno* DCCCCLXX: *idque legitur passim in codicibus ejus, tum impressis, tum etiam in MS. nostro; ex quibus eamdem sententiam posteriores plerique scriptores secuti sunt, contra atque nos supra statuimus ex certissimis monumentis, referentes institutionem illam in primo archiepiscopo ad annum* DCCCCLXVIII. *Hic quæritur, an aliter ipse Dietmarus scripserit. Ego quidem, salvo meliori judicio, persuadere mihi nequeo, Dietmarum, historicum pro illo tempore industrium, qui adolescentiam et potiorem vitæ partem Magdeburgi transegerat, ejusque ecclesiæ, paucis ante annis quam ipse nasceretur, fundatæ, monumenta vidisse dignoscitur, annum, qua instituta ecclesia fuerit, ignorasse. Quod sicut tamen videatur posse factum esse, ut ignoraret, certe non potuit ignorasse suæ ipsius ecclesiæ Merseburgensis primordia, postquam illi novennio præfuerat Episcopus, quando Chronicon suum scripsit sub finem vitæ. Nec magis ignorare potuit, suam eamdem ecclesiam eodem anno, quo Magdeburgensis, institutam fuisse; et Bosonem primum ejus episcopum a novo Archiepiscopo Magdeburgi in natalitiis Domini festis, præsentibus ex voluntate Imperatoris plerisque Saxoniæ principibus, ordinationem episcopalem cum aliis novis episcopis suscepisse. Scribit quippe illa diserte Dietmarus ipse lib.* 2 *sub medium.*

ipsum non scripsisse,

D

2 *Scribit item eodem libro, aliquanto post, de obitu et tempore sessionis ejusdem Bosonis in episcopatu, his distinctissimis verbis*: Boso antecessor meus, a præfato imperatore constitutus, curam sibi commissam annum unum et menses decem ac tres dies regens, in patria obiit Bavaria Kal. Novembr. sepultusque in Merseburg in ecclesia S. Joannis Baptistæ coram summo altari. *Ex hac tam minuta, quam accurata descriptione colligo, Bosonem cum reliquis novis episcopis, quos supra idem Dietmarus dixerat* in festivis Natalis Domini diebus *consecratum fuisse, consecrationem accepisse die* XXIX *Decembris; celebratis nempe prius quatuor tunc concurrentibus festis solenioribus. Colligo item ex computu annorum, quem Dietmarus ante citatum locum facit, quamvis non omni ex parte bono, Bosonem anno tertio post coronationem Ottonis secundi imperatoris, præsente patre anno* DCCCLXVII *exeunte Romæ celebratam, diem supremum obiisse, utique anno Christi* DCCCCLXX, Kalendis, *ut scribit Dietmarus*, Novembribus: *atque adeo reducto tempore episcopatus ad suum exordium, Dietmarus ex proprio calculo suo nescire non potuit, ordinatum fuisse anno* DCCCCLXVIII *finiente. Dederam ego supra pag.* 41 *num.* 13 *sub finem, ex chronico Citicensi, obiisse Bosonem anno* DCCCCLXIX, *sed annus sequens ex Dietmaro præferendus est; et hæc mutatio argumento illic proposito nihil officit, imo robur addit.*

primum ecclesiæ Magdeburgen. antistitem

E

3 *Denique idem Dietmarus libro* 3 *paulo ante medium, describens mortem primi archiepiscopi Adalberti, illam accidisse ait, quando Otto II postquam ad illum Lotharius cum filio suo ac muneribus magnificis venerat, et sibi satisfaciens, amicitiam ejus firmiter acquisierat) perrexit in Italiam, et jam Romæ commorabatur, anno videlicet* DCCCCLXXXI. *Quo item anno necrologium Fuldense apud Leibnitium tom.* 3, *Schafnaburgensis monachus Geographus Saxo, et chronicon Magdeburgense obitum Adalberti unanimiter signant. Jam vero pergens, ubi supra Dietmarus, ait, Adalbertum* tertio decimo suæ ordinationis anno migrasse ad Christum XII Kalend. Julii. *Ubi (ut et hoc notem) editio Reineccii, imo et Leibnitii, habent perperam* Junii; *recte noster codex MS.* Julii. *Si pervixisset igitur Adalbertus usque ad* XV Kal. Novembres *seu diem* XVIII *Octobris, quo Dietmarus antea docuit, ipsum Romæ institutum fuisse primum Magdeburgensem archiepiscopum et pallium accepisse, tredecim anni fuissent completi: illis vero ab anno* DCCCCLXXXI *et die* XV *Kal. Novembr. detractis, incidit ordinatio ejusdem Adalberti in annum* DCCCCLXVIII *et diem prædictum; quod certum est, et Dietmarus non potuit ignorare; neque adeo scripsit Adalbertum ordinatum fuisse anno* DCCCCLXX.

institutum fuisse non anno 970, sed 968.

F

4 *Chronographus Saxo, uti jam supra diximus, certum annum instituti archiepiscopatus non certo determinavit, sed tantum diem ordinationis primi archiepiscopi,* XV Kal. Novemb. in festo S. Lucæ evangelistæ. *Quæ tamen illa de re scribit, quamvis inter se non concordent, certo indicant, ante annum* DCCCCLXX *institutionem factam fuisse. En ejus, sub hoc præfixo titulo,* Anno Domini DCCCCLXIX, Ottonis XXXIII, *verba*: Magdeburgense archiepiscopium ab Ottone Christianissimo imperatore fundatur anno regni sui XXX, imperii vero VI; atque Adalbertus, primus ibidem archiepiscopus ordinatur. *Ubi nulli annorum numeri pertingunt usque ad annum Domini* DCCCCLXX, *imo nec ad annum præcedentem, nisi annus Domini in titulo notatus. Similiter Auctor chronici Magdeburgensis apud Meibomios, scribens de transactione*

Idem ostenditur ex aliis

super

A *super divisione diœceseos Magdeburgensis ab Halberstadensi, inter Hildewardum episcopum atque Ottonem imperatorem Ravennæ coram archiepiscopo istius loci Petro aliisque antistitibus, ipsismet subscribentibus, conclusa (quando tandem absoluta ibidem fuit Magdeburgensis ecclesiæ plena institutio, sub initium circiter Julii, ut docuimus supra) ait, transactionem illam signatam fuisse* anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVIII, indictione XII, imperii autem ipsius domini Ottonis VII, regni vero XXXIV. *Quæ ut commode adhibita levi in annis regni mutatione, concilientur; ita longius ab anno* DCCCCLXX *recedunt. Denique aliud chronicon MS. Magdeburgense, a Mabilione in Actis Adalberti citatum, quod (ut ex ejus citato ibi textu de re præsenti dignoscitur) Dietmarum pauculis mutatis descripsit, tantum abest, ut ordinationem Adalberti anno* DCCCCLXX, *quemadmodum nunc in Dietmaro legitur, adscribat; ut clarissime dicat, illud factum esse,* anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVIII, indictione XII, XV Kal. Novembris, hoc est in festivitate S. Lucæ evangelistæ, anno pontificatus ipsius Domini Joannis universalis Papæ, quarto. *Quæ plane omnia eumdem signant annum, mensem ac diem, quibus nos ordinationem Adalberti consignavimus.*

B 5 *Quamobrem uti ex ipso Dietmaro prius ostendimus, ipsum non potuisse ignorare certum annum institutionis archiepiscopatus Magdeburgensis ejusdemque primi archiepiscopi; neque adeo scripsisse, Adalbertum ordinatum fuisse anno* DCCCCLXX*; ita proxime citati Auctores, qui Dietmarum præ oculis habuerunt atque in multis descripserunt, suo calculo confirmant, ipsum non signasse illo anno ordinationem Adalberti; aut certe judicarunt, annum illum perperam in textu interpositum aut corruptum fuisse: quia omnes illum aliter notant. Apposuerit igitur in textu Dietmariano annum* DCCCCLXX *interpolator aliquis, aut certe numerum annorum, a Dietmaro expressum, binario auxerit, nisi id librarii socordiæ malis imputare. Atque hæc sufficiant, tum ad vindicandum Dietmarum ab errore, tum ad confirmandam ex ipsiusmet vera scriptione sententiam nostram, supra manifestissime demonstratam.*

Utrum Misnensis episcopatus cum Magdeburgensi, an prius, fundatus sit.

Fabricius episcopatus Misnensis initium

C **F***ortassis contra sententiam nostram de institutione ecclesiæ Magdeburgensis metropoliticæ ejusque suffraganeorum episcopatuum, quos inter et Misnensis est, objiciet aliquis, rerum suarum æquo amantior, Annales Misnenses et auctoritatem scriptoris eorum, qui est Georgius Fabricius Chemnicensis, qualisqualis historicus, nomine apud suos, quam re apud alios præstantior. Is in dictis Annalibus, a se compilatis, sub anno* DCCCCLVIII, *ita incipit:* Dicata est ecclesia Misnensis, proximo die Dominico ante divi Martini festum, jubente Ottone I imperatore, qui patris testamento eam perfecit. *Id verum esse possit de ecclesia privata, non de episcopali; quod tamen videtur innuere Auctor, dum mox ita pergit:* Qui (Otto) populis externis devictis, præter ecclesiam Misnensem fundavit etiam Magdeburgiam ad Albim, Brandeburgiam ad Havelum, Merseburgiam ad Salam, Citicensem ad Elistrum. Inter quas Misnensis dicta Ingenua, quod videlicet libera sit et nulli antistiti aut metropolitano, sed uni Pontifici Romano subjecta Fundationem Ottonis Joannes XIII Pontifex confirmavit, anno suæ sessionis tertio, et post victos ab Ottone imperatore in Lyci campo Ungaros, itidem tertio, subscripserunt Præsules undequadraginta. Præfuit ei primo loco Burchardus, Ottoni imperatori a sacris, qui auctoritate Hildeberti antistitis Moguntini, e cœnobio Ratisbonensi curator missus, nomine ac titulo pastoris, annos circiter viginti eam rexit. D Exemplum confirmationis pontificiæ sic habet ab initio: Joannes episcopus, servus servorum Dei etc. *c. I*

perperam constituit an. 958,

2 *Hæc Fabricius. Quæ omnia innuunt, fundationem episcopatus Misnensis factam fuisse anno* DCCCCLVIII. *Ille enim annus tertius fuit Joannis Pontificis, non quidem XIII, sed tantum XII; idemque item tertius fuit annus a profligatis ad internecionem in Lyci campis ab Ottone Hungaris. Sed quo pacto Burchardus isti episcopatui illo anno præfectus fuerit, quem constat, ante annum* DCCCCLXVIII *ordinatum non fuisse episcopum? Quo item pacto is auctoritate Hildeberti antistitis Moguntini, annis propemodum viginti ante mortui, eo fuerit missus? Nimiam hæc olent indiligentiam, ut levissime dicam, istius scriptoris: qui insuper videtur ad eumdem annum referre fundationem aliorum episcopatuum, quos nominat; cum tamen Brandeburgensis dudum ante institutus fuerit; reliqui vero omnes cum Misnensi, non nisi decem post annos exordium habuerint. Quid? quod etiam eximat Misnensem a subjectione Magdeburgensis archiepiscopi, et uni Romano Pontifici subjiciat? Quæ si vera sunt, collabascunt omnia, quæ de tempore institutionis Magdeburgensis archiepiscopatus et suffraganeorum ejus, operose disputavimus. Quod ut ne fiat, confutandus hic mihi scriptor ille est, quamquam ejus auctoritas hac in re, ex ipsiusmet verbis jam taliter elevata sit, ut æquis arbitris fidem nullis sit factura.* E

nec id probat bulla Joannis Papæ,

3 *Videamus modo exemplum confirmationis pontificiæ, quod in confirmationem dictorum suorum adducit Fabricius. Ita, uti jam vidimus incipit:* Joannes episcopus servus servorum Dei. *Qui (quia bullæ conclusio prætermissa est, nescio cur) discerni inde non potest, fueritne istius nominis XII, an XIII. Dixit Fabricius, annum Domini* DCCCCLVIII, *fuisse tertium pontificatus Joannis: quod verum est de Joanne XII, falsum est de XIII, quem ipse nominat. Pontifex autem in allegata bulla ait, illam se edidisse postulantibus et assidentibus sibi in ecclesia S. Petri Romæ,* augustissimis imperatoribus Ottonibus utrisque, majore et minore, *seu patre et filio. At anno* DCCCCLVIII, *pro quo allegat bullam Fabricius, neuter adhuc imperator erat, et Minor ne quidem rex. Ego ex eadem bulla confirmo sententiam meam; et dico, datum fuisse a Joanne XIII, anno pontificatus* IV, *Domini* DCCCCLXVIII. *Ait enim ibidem Pontifex, datam fuisse assidentibus Imperatoribus,* anno scilicet imperii majoris sexto, minoris primo. *Quæ temporum notæ accurate concurrunt cum annis pontificatus et Domini, proxime dictis, nec possunt alias.* F

nec litteræ Imperatoris,

4 *In eadem bulla dicuntur Imperatores a Pontifice postulasse, ut Burchardus episcopus,* sub jurisdictione sanctæ ecclesiæ *Romanæ* constitutus, nullius alterius ecclesiæ ditionibus submittatur. *Et ideo (uti paulo post inducitur loqui Pontifex)* in Christo sanximus firmiterque concessimus, ut nullus metropolitanus, nullus episcopus; præter sedis Apostolicæ antistitem, infra terminos Misnensis ecclesiæ, cui venerabilis episcopus Burchardus præesse dignoscitur, quemquam ordinare, dijudicare, excommunicare, vel aliquid temere exercere ullo modo præsumat. *Et hic terminatur bulla ista qualiscumque, prout edita est a Fabricio, qui et continuo sub nota anni* DCCCCLXVIII, *sic pergit:* Publicata hoc anno est templi Misnensis fundatio ab ipso Imperatore, cujus tale exemplum invenimus. *Quomodo id tunc factum? quandoquidem ante decennium, jubente eodem Imperatore, ista ecclesia dedicata sit, et primum episcopum Burchardum acceperit; uti ipse Fabricius ibi scripsit? Instrumentum fundationis Ottonianum, quod allegatur, datum fuisse scribitur,* Romæ, XIV Kal. Novembr. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVIII; *quando ibidem pridie institutus, pallium acceperat primus archiepiscopus*

A *chiepiscopus Magdeburgensis Adalbertus a Joanne XIII, et tunc Otto imperator* Romæ *non aderat.*

C. I.

episcopatum illum subjicientes Magdeburgensi.

5 *In eodem fundationis instrumento dicit Imperator :* Nostra regali potestate Misnensi episcopatui terminum posuimus, nominando fines et determinationes locorum, sicut nominati sunt supra in litteris Joannis XIII Pontificis. *Præposterus ordo. Solent fundatores ecclesiarum primo disponere circa ecclesiam fundandam, eique prædia et reditus et limites assignare, ac tunc Pontifici Romano probanda et confirmanda proponere. Hic contra factum apparet. Indidem apparet etiam, bullam Joannis PP. non duodecimi, sed decimi tertii esse, non anno* DCCCCLVIII, *sed posterius datum fuisse, et quidem decennio. Ante enim nec Misnensis, nec Magdeburgensis ecclesiæ re ipsa institutæ fuerunt. In hoc ipso fundationis instrumento ne verbum quidem est, de exemptione ecclesiæ Misnensis a jurisdictione Magdeburgensis aut alterius metropolitæ; nedum de subjectione qua soli Apostolicæ sedi parere debeat. Unde id igitur influxit in bullam supradictam Joannis Papæ? Imo Otto, eodem tempore, quo instrumentum ejus de fundatione Misnensi datum dicitur, voluit et scripsit et præcepit, consentiente Pontifice Romano, ut ecclesiæ, tam Misnensis, quam Citicensis et* B *Merseburgensis, simul tunc primum institutæ, atque etiam aliæ, quæ antea institutæ fuerunt a se, novo Archiepiscopo Magdeburgensi subjectionem et obedientiam promitterent : quod et fecerunt sub finem ejusdem anni solenniter Magdeburgi.*

Fabricius identidem errat

6 *Hæc de bulla Pontificia et instrumento Ottoniano, in probationem sententiæ suæ a Fabricio allatis, abunde sunt satis. Ipse sibi et veritati, in præsenti saltem argumento, contradicit tam crebro, ut aliunde intelligentia ejus ostendi non debeat. Prosequens enim Annales suos, ait sub anno* DCCCCLXX : Burchardus Provisor ecclesiæ Misnensis, ut Dietmarus eum nominat (*hactenus verum est*) ab Adalberto Antistite Trevirensi (*ab Adalberto archiepiscopo Magdeburgensi, scribit Dietmarus* in (præsulem consecratur XV Kal. Novembris (*consecratum fuisse in festivis Natalis Domini diebus, docet idem Dietmarus*) una cum Bosone Merseburgio, Hugone Citicensi *etc. Transit hinc Fabricius ad annum* DCCCCLXXII, *atque infit* Præsul, *Burchardus,* in suo pontificatu nihil egit, quam quod confirmationem pontificiam et cæsaream donationem plebi publicavit : in itinere lapsus de equo, cervices fregit XVIII Kal. Julii. *Quid? nihil egit Burchardus; qui Fabricio nostro ad annum* DCCCCLVIII, *jam factus fuit episcopus Misnensis? Sed corrigit quodammodo se, dum* C *ad an.* DCCCCLXX, *ejus consecrationem, et biennio post, mortem ejus ponit. Ubiubi tamen ponatur initium episcopatus Burchardi, certum est, ante annum* DCCCCLXVIII *episcopum non fuisse.*

et suis etiam suspectus esse debet.

7 *Nec minus certum est, tunc aut Burchardum aut episcopatum ejus Misnensem, exemptum a jurisdictione metropolitæ Magdeburgensis non fuisse, nedum uni Romano Pontifici fuisse subjectum, quamvis id in citata Joannis Papæ bulla asseratur; quæ vel ex hoc solo capite convincitur suppositionis. Quid enim? nonne litteræ Pontificiæ, mandata Ottonis, Chronicon Dietmari, quæ supra attulimus, certo convincunt, debuisse Misnensem primum episcopum Burchardum æque ac ceteros tunc designatos, Bosonem Merseburgensem et Hugonem Citicensem, eodem tempore cum Burchardo Misnensi, primum ordinatos, item Brandeburgensem et Havelbergensem, licet ante institutos, subjectionem atque obedientiam Magdeburgensi metropolitæ ejusque successoribus profiteri, et reipsa professos fuisse? Apage igitur ineptias tam Fabricii, quam instrumentorum, ab ipso in probationem adductorum. Et si is talis est in scriptis ceteris suis, qualis hic esse monstratur, vere magni faciendus non est; neque videri ingenuis potest tanta laudum encomia meruisse quanta ei a suis tribuuntur.* D

Pag. 960 *num.* 35 *sic incipe :* JACOBUS HROSNATA NOT. 56
CRILS, ex Priore Abbas, obiit sub initium anni MDCXCV, ætatis suæ LXIX, cum annis XXV in Prælatura vixisset, ultimis XII Vicarius etiam Generalis per Belgium. *Hic cum etc.*

Ibid, col. 2 *post num.* 36 *adde* — *Hi tamen quod officio suo rogati defuerint, ignoscendum dolori, quem* NOT. 57 E
bonis filiis creabat solicitudo de Patris extrema ægritudine; cui utinam medeatur utilis et concors Successoris electio. Interim ad laudem defuncti hoc etiam addiderim, quod sub extremum vitæ articulum testatum voluerit, quod esset erga Matrem suam, ecclesiam S. Michaelis affectu, districte præcipiendo, ut statim atque expirasset, Sigillum ex more offerretur Abbati Antverpiensi, suppliciter rogato, ut quam primum Tongerloam accedens, interesse vellet electioni Regentium Abbatia vacante : quod cum præstitum obedienter fit, videtur ipso facto deposita, si qua adhuc in nonnullorum animis residebat, dubitatio, neque facile posthac resuscitanda controversia, pridem in contradictorio judicio suprema auctoritate decisa : ob quam præcipue causam, placuit, hæc tradere memoriæ posterorum.

P. 961 *ad finem numeri* 40, *hæc* adde — *Quoniam* NOT. 58
autem Middelburgi *nomen non est facile reperire, in ullis antiquis monumentis* ante finem seculi XII; verosimilis admodum mihi est cogitatio D. Jacobi Baronis Le Roy suggerentis quod nomen a Walrighem apud Meyerum detortum videri debeat *a vetustiori, sed durioris pronuntiationis nomine* Walchrighem, *quod nostra lingua* (*cui* Hem, *domum*, ghehem *sive* ghem, *plurium domuum collectionem, id est, vicum oppidumve significat*) *idem esset atque* Walchrorum sive Walachrorum oppidum; hoc vero nomen adhuc viguerit sub initium Ordinis Præmonstratensis in F
Walachria, unde ut eorum primus abbas, *vocetur Abbas*, non Middelburgensis, *sed* Walacriensis, atque ille solum transierit, ab uno ejusdem oppidi loco, ad alterum.

41 *Inscribitur ergo Eugenii III Papæ Bulla* Waltero, abbati *Wallacriensi ejusdem fratribus, et hoc sequitur historia Translationis* S. Norberti *num.* 139 : tenor aurem ipsius Bullæ ex scriptura, etc.

INDEX HISTORICUS
IN ACTA SANCTORUM
TOMI I JUNII

A

Abajalardus *Ep. Brundusinus* 244 e
Abbo *Ep. Vesontionensis* 669 e
Abbo *Ab. Theologiensis* 128 e
Abdelaxanus *R. Fessæ* 560 b
Abdo *Ab. S. Laurentii* 167 c
† Abdon *M.* 201 e
Abdulacus *R. Fessæ* 560 b
† Abilius *Ep. Alexandrinus* 610 c
Abolenus *Presb.* 40 f
Abrahamus Ortelius *Geographus* 931 b
† Abundius *Ep.* 302 e
† Acacius *M.* 153 c
Accardus *Cabilonensis Ep.* 683 e
Acelinus *Ep.* 227 b
Achardus *Ab. S. Vincentii* 685 d
Achillas *Ep. Alexandriæ* 263 e
† Achilleus *M.* 4 a
† Actinia *M.* 434 c, 443 c
† Actus *sive* Atto *Ep. Gotholanensis* 111 a
Ada *ux. Florent. 3 Com. Holland.* 962 e
Adala *mater B. Meinwerci* 505 c
Adalbaldus *Ep. Trajectensis* 533 b
Adalbero *Ep. Basileensis* 686 f
Adalbero *Ep. Bremensis* 854 e
Adalbero *Ab. S. Vincentii* 850 d
† Adalbertus *Ep. Pragensis* 506 b
Adalbertus *Ep. Moguntinus* 854 e
† Adalbertus *Ep. Magdeburgensis* 857 f
Adalbertus *Ab. Weissenburgensis* 44 * b
Adalbertus I *Ep. Magdeburgensis* 905 *et seqq.*
Adalbertus *Ab. Ferrariensis* 742 c e
Adaldagus *Præpositus Magdeburgensis* 905 d
Adaldagus *Ep. Bremensis* 104 e, 915 e
Adalgarius *Ep. Æduensis* 674 b
Adalgarius *Ep.* 227 c, 229 a
Adalhardus *Ep.* 228 e
Adalhardus *pater SS. Herlindis et Relindis* 190 d
Adalsinda *Abb. Berziliacensis* 767 e
Adalwardus *Senior Ep.* 227 b
† Adalwardus *junior Ep.* 226 b
Adamus *sive* Amizo *fundator monasterii benedictinorum Aronæ* 23 b c et seq.
Adela *Abb.* 476 e
Adela *mater Theobaldi Com. Blesensis* 830 a
Adela *Comit. Blesensis* 854 c
Adela *filia Dagoberti 2* 479 d
Adelaidis *Reg. Franciæ* 355 e
† Adelardus *Ab. Corbeiensis* 229 a
Adelbertus *Ep. Russorum Ab. Wirziburgensis Ep. Magdeburgensis* 902 e f
† Adelbertus *Ep. Pragensis M.* 907 c
Adelbertus *Ep. Bononiensis* 904 c
Adelbertus *homo nefarius adversatur S. Bonifacio* 479 b
Adelboldus *Ep. Trajectensis* 509 f
Adeleidis *Soror Caroli Magni* 452 a
Adelgerius *Ep. Æduensis* 705 e
Adelgotus *Ep. Magdeburgensis* 913 e
Adelherus *Clericus* 467 c
Adelheydis *V.* 154 e
Adelheydis *Reg.* 502 c
Ado 2 *Ab. Turonensis* 643 e, 688 e
Adrianus Bekanus *Præmonstr. M.* 971 e
† Adrianus, *filius Probi Imperatoris* 383 b
Adrianus *Ab. Dulcis-vallis* 488 b
Adrianus Stalpaert *Ab. Tongerl. Præm.* 959 e
† Adulphus *Ep.* 447 f
Ædus, *vel* Aidanus *filius Ammirach Rex Themoriæ in Hibernia* 309 b
Ægidius *Andrinopolensis Ep.* 336 c
Ægidius de Biervliet *Ab. Præm. Antu.* 934 e
Ægidius de Fourmanoir *ex Ord. Minimorum* 895 e
Ægidius Heynsius *Ab. Everbod. Præm.* 967 e
Ægidius de Hidernisse *Ab. Tongerl. Præm.* 958 d
Ægidius Mendezius, *Confessarius B. Ferdinandi Principis Lusitaniæ* 558 a
Ægil *quartus Ab. Fuldensis* 482 d
† Æmilianus *Nannetensis Ep. M.* 767 c
† Æsmilia *Martyr* 366 b
Ætardus *Ep. Namnetensis* 705 e
Æthelstanus *Rex Angliæ* 731 c
Ætherius *Ep. Lugdunensis* 675 b
† Agabius *M.* 50 f
Agano *Comes* 663 b
Agapius *Ep. fabulosus in Hispania* 54 c
† Agapitus *M.* 682 f
† Agatha *V. M.* 244 e
† Agatha *V. M.* 612 e
† Agatha *V. M.* 252 c
† Agatho *M.* 366 d
† Agatho *Ab.* 390 e
Agaudia *anus* 367 c
† Agbertus *Presb.* 819 b
Agna *Abb. Frethenensis* 855 d
Agericus *Ep. Turonensis* 710 d
Agesippus *Princeps sub Clodovæo* 497 d
† Aggæus *M. Bononiensis* 49 c
Agilbertus *Ep. Cenomannensis* 705 d
† Agilbertus 173 f
† Aglae *matrona* 410 b
Agnes *Imperatrix* 117 c
Agnes *Comit. Namurcensis* 823 a
Agnes *mater Henrici IV Imp.* 684 b
Agobardus *R. Hispaniæ fabulosus* 54 b
Agoardus *Ep. Lugdunensis* 6 b
† Agricola *M.* 49 b
† Agricola *Presb.* 6 f
† Agritius *Ep. Antiochenus* 99 c
Aimo *Ab. Balernensis* 686 f
Aimoaldus *Ep. Pictaviensis* 712 c
Aistulfus *R. Longobardorum* 465 d
Alarinus Rambaldus *Ep. Albiensis* 140 e
Alardus *Ab. Præmonstr. Antuerp.* 931 e
Alardus Laurentius van Eyl *Canonicus Ecclesiæ Trajectensis* 199 c
Alaricus *R. Gothorum* 288 a
Albanus *M.* 200 e
Albericus *electus Episcopus Mindensis non consecratus* 533 b
Albericus *seu* Hinericus, *Etruriæ Regulus* 433 d

Albericus, *Com. Matisconensis* 663 d
Albericus de Narbona *Dom. Salin.* 664 a
Albericus *pater S. Gregorii Ultraject.* 476 d
Albericus *nepos Dagoberti 2 R.* 447 c
Alberisus *Ep. Tarvisinus* 904 c
Albero *Ep. Trevirensis* 836 f
Albero *Ep. Virdunensis* 804 b
Albertus Magnus *Ep. Ratispon.* 500 e
Albertus *Imperator* 335 a
Alberdus Brandeburgicus *Card. Ep. Mogunt. et Magdeburg.* 914 d
Albertus *Ep. Rigensis, Legislator Militiæ Gladiferorum* 5 c
Albertus *Ep. Hamburgensis* 916 a
Albertus Austriac. *Gubernat. postea Princeps Belgii* 858 e, 941 e
Albertus *Austrius Comes Ferretensis* 335 a
Albertus, *Abbas S. Prosperi* 779 c
Albertus Besutius, *ex primis Ambrosianis* 549 a
Albertus, *Canonicus Zendomiriensis* 259 f
Albertus de Ursino, *Ab. 40 Tongerl.* 960 d
Albertus Durerus, *pictor sec.* 16 969 d
† Albinus Lugdunensis 654 a
Albinus *Presbyter* 166 f
Albofledis, *Soror Chlodovei I* 288 a
Alcherius, *illustris Clericus* 682 c
† Alcuinus *Abbas* 738 c
Aldebertus *Hæreticus* 466 c d
† Aldegundis *Virgo* 606 b
Aldemarius, *Præfectus Coloniæ in Aquitania* 12 c
Aldricus *Ep. Senonensis* 411 b
Aldus *Ep. Placentinus* 625 a
Alduidis, *Castri Carnionis Abb.* 683 d
Alerinus de Rabaudis, *Ep. Albiensis* 132 c
† Alexander *Martyr* 4 c
† Alexander *Martyr* 157 c
† Alexander *M. Lugdunensis* 665 f, 866 a
† Alexander *Ep. Veronensis* 631 d
† Alexander *Ep. Hierosol.* 165 b
† Alexander, *Presb. CP. S. Metrophanis Episc. successor* 378 f
Alexander Riarius *Cardinalis* 207 d
Alexander *Ep. Cabilonensis* 694 e
Alexander *Ep. Leodien. sec.* 12 945 b
Alexander *ex Ducibus Burgundiæ Episcopus Cabilonensis* 693 a
Alexander, *Ab. 4 Everbod. Præm.* 967 b
Alexander Cribellus, *ex primis Ambrosianis* 549 a
Alexander Riccobaldus Bava, *Prior S. Michaelis Volaterræ* 440 c
Alexander Benevelli, *Capellanus Ecclesiæ Albiensis* 138 c
Alexander de Fæis, *Patricius Volaterranus, Conservator Sacrarii* 440 e
Alexander Pepulus *Comes* 49 e, 78 e
Alexander Wilthemius, *Societatis Jesu* 123 e
Alexander Guernivus, *Ordinis Minorum* 359 a
† Alexius *peregrinus* 512 e 529 d
Alexius Comnenus *Imp. CP.* 240 d
Alexius Menesez, *Episcop. Goanus et Bracharensis* 368 a
Alfkerus, *Abbas S. Joannis Baptistæ Magdeburgensis* 911 c
Alfkerus, *Abbas Palthi* 508 b
Alfleda, *Reg. Merciorum* 83 b
Alfonsus Navarettus, *ex Ord. Prædicator. Martyr in Japonia* 6 a
Alphonsus de la Cueva, *Card.* 883 b
Alfonsus, *Rex Aragoniæ* 257 a
Alfonsus V, *R. Lusitaniæ* 578 a f
Alfonsus, *Imp. Hispaniæ* 257 a
Alfonsus Marinus *Ordinis Minorum* 367 f
Alfonsus *Infans Lusitaniæ* 556 a
Alfonsus *Comes Orensis* 558 c
Alfonsus de Tapia *Ord. Min.* 154 f
Alfonsus de Soto, *Secretarius Eccl. Virovescæ* 121 d
† Alheidis *Virgo* 214 d
Almodus *Archidiac. Cenoman.* 706 a
Alpinus *Ep. Lugdunensis* 667 a
† Altfridus *Episcopus* 229 a
† Altinus *Martyr* 745 e
Alubertus *Episcopus* 448 d
Alubertus *Chorep. Cenoman.* 479 d
† Alvitus *Ep. Hispal.* 282 e
Alvualon *Ep. Lugdunensis* 662 d
† Amedeus *Ep. Lausannensis* 688 f
Amadeus de Tramelay *Ep. Vesontionen.* 691 c
Amedeus *Com. Gebennensis* 689 e
Amadeus *Sabaudiæ Dux, Pseudo-papa* 335 d
Amalaricus, *Rex Hispaniæ* 289 a
Amalwinus *Ep. Vesontionensis* 669 e
† Amandus *Ep. Traject.* 819 e, 921 c
Amandus *Diaconus* 230 c
† Amantius *Episcopus* 302 e
† Amantius *Presb.* 57 a
Amantius *Ep.* 230 b
Amantius, *Præses Pannoniæ* 375 a
† Amanus 410 b
† Amator *Ep. Augustodunen.* 7 a, 41 d
† Ambrosius *Ep. Mediolanensis* 252 c, 697 e
Ambrosius Loots, *Abbas Parcensis* 798 d
Ambrosius Aurelianus 400 c
Ambrosius a Lombardia *Ord. Min.* 410 f
Ambrosius van Eyck *Ord. Præmonstrat.* 931 d
† Amelberga 708 e
Amicus Arsula *Dux* 439 e
Amizo *Halverstadensis Ep. intrusus* 313 c
Amlardus *Ep. Lugdunen.* 404 c
† Amor *Martyr* 665 e, 669 c
† Amsilio *Monachus* 154 b
Amulradis, *mater Walthardi Episcopus Magdeburgensis* 911 f
Amurates II *Turcarum Imp.* 47 c
Ananias et Socii *MM.* 375 e
† Anastasia *Virg. Mart.* 216 e
Anastasia, *Oliveti Monacha* 153 f
† Anastasius *Martyr* 77 f
† Anatalon *Ep. Mediolanen.* 368 c
† Anatolius *Episcopus* 639 a
† Anatolius *Confessor* 683 c
Andochius, *discipulus S. Polycarpi* 41 d
† Andreas Cretensis *Ep.* 368 d
† Andreas Corsinus *Ep.* 365 c
† Andreæ *Reliquiæ in Scotiam translatæ* 6 f
Andreas de Perusio *Martyr* 368 e
Andreas Austriacus, *Cardin. Episcopus Constantiensis* 368 d
Andreas de Franchis *Ep. Tranensis, dein Acheruntinus* 230 d, 247 a, 249 d
Andreas Novellus *Ep. Albiensis* 132 f
Andreas de Spiritibus, *Ep. Viterbien.* 967 a
Andreas *Ep. Croensis* 336 c
Andreas Achtenryt, *Ab. Præm. Antu.* 937 d
Andreas, *Ab. S. Clementis Confessoris* 434 c
Andreas, *Ab. I Everb. Præm.* 946 f
Andreas Brunellesius, *Cancellarius Utinensis* 767 c
Andreas Judoci, *Soc. Jesu* 628 e
Androtius, *Generalis Apostolinorum* 548 e
Andustrius *Princeps* 497 d
Anemius *Ep. Albiensis* 14 c
† Anemius *Carthaginensis Episcopus* 15 d
Angelus, *Card. S. Crucis* 767 d
Angelus, *Ep. Bariensis* 246 d
Angelus, *Ep. Prænestinus* 767 c

Angelus, *Episcopus Recinetensis et Maceratensis* 549 f
Angelus a Florentia, *Ord. Prædic.* 367 d
Angilbertus, *Ep. Mediolanensis* 373 d
† Anianus, *Ep. Aurelianensis* 8 a
† Anianus, *Ep. Alexandrinus* 610 c, 694 e
Anianus *Ep. Vesontionen.* 669 c
Anianus, *Ab. Celtonis* 619 a
Anna *Brunswic. Comit. Feretensis* 337 e
† Annanus *Confessor* 220 b
† Anna *Ep. Colon.* 264 d, 522 a
Anno *Ab. S. Mauritii Magdeburg. et Wormatien. Episcopus* 902 d
Anonyma *reclusa* 410 e
Anolinus, *Judex persecutor Christian.* 368 c f, 369 a
† Ansbertus *Ep. Rotomagensis* 681 b
† Anscharius *Ep. Bremensis* 226 a, 528 a
Anschericus *Ep. Lugdunensis* 667 a
Anselmus *Ep. Havelbergensis* 38 * e
Anselmus *Ep. Æduensis* 694 e
† Anselmus *Ep. Cantuariensis* 355 c
Anselmus *Ab. Athanacensis* 404 b
Ansericus *Ep. Suessionensis* 675 d
Ansericus *Ep. Vesonsionen.* 686 e
† Ausfridus *vel* Aufridus *Ep. Trajectensis* 509 f
Ansias *Card. S. Vitalis* 767 a
Anthimus *Patriarcha CP.* 385 d
Antidius *Ep. Vesontionensis* 669 d
† Antimius *Ep. Albiensis* 10 d; 12 f, 14 c
Antiochus *Ep. Lugdunensis* 667 a
† Antonia *V. M.* 366 c
Antoninus Verus, *Imp. persecutor* 157 d, 619 c
Antonius Luxemburgicus, *Comes Briennensis* 649 e
Antonius Valiotus *M.* 367 f
Antonius Jacobus, *Card. S. Viti* 767 a
Antonius *Patriarcha Aquil.* 773 a
Antonius de Vergeyo *Ep. Vesontionensis* 695 b
Antonius Perenottus *Ep. Vesont.* 695 b
Antonius Maria Gratianus, *Ep. Amerinus* 79 c
Antonius, *pater S. Simeonis peregrini* 86 f
Antonius Borgii, *Consul armenorum Liburni* 327 e
Antonius Streyters, *Ab.* 32 *Tongerloæ Præmonstratensis* 959 a
Antonius Tsgrooten, *Ab,* 32 *Tongerl. Præmonstratensis* 958 f
Antonius Felix Marsilius *Archidiac. Bonon.* 80 b
Antonius Sanderus, *Canon. Iprensis* 627 f
Antonius a Burgo Reatino *Ord. Min.* 410 f
Antonius Hautsamus *Canon. Iprensis* 627 f
Antonius ab Elvas 263 d
Antonius *Ord. Min.* 360 a
Antonius de Padilla, *Soc. Jesu* 625 b
Antonius de Ongnies *Eques etc.* 930 c
Antonius de Bernardis de Pontremulo *Præpos. Albiensis* 132 c
Antonius Bernardi *Præp. Albiensis* 139 b
Antonius Petrasancta, *ex primis Ambrosianis* 549 a
Antonius a Monte-Siccardo *Ord. Min.* 367 f
Antonius Cigala *Soc. Jesu* 43 d
Antonius Gregorinus *Soc. Jesu* 765 b
Antonius a Burgundia *Soc. Jesu* 895 a
Antonius le Poyvre 4 * c
Antonius Vermans Abbas 4 * b
Aonius *Abbas S. Eugendi* 686 e
† Apollinaris *Martyr* 128 c
† Apollinaris *Martyr* 411 c
† Apollinaris *Syncletica V.* 396 e
Apollinaris *Confessor* 4 a
† Apollonius *Martyr* 368 a
† Apollonius *Martyr* 80 d
Antonius, *scriptor antiquus* 17 e
Arbertus Ancelin, *Ep. Claromont.* 417 b, 425 a
† Archangela de Trino, *Ord. Carm.* 3 f
Archangelus de Agone, *Ord. Min.* 607 b
Arduicus *Ep. Vesontion.* 662 d
Arduicus, *Ep. Vesontion.* 669 e
Ardulcius, *Ep. Gebenn.* 688 f
† Ares *Martyr* 68 b
Argrimus *Ep. Lingonensis* 674 d
Aribo *Ep. Moguntinus* 532 f
Aristo, *Ep. Racisburg.* 916 c
Armandus, *Ep. Suerinensis* 695 a
Armenius *Præfectus Ægypti persecutor* 31 f
† Armgardis *Virgo* 214 d
Arnadus *Ep. Foro-populi* 904 c
Arnaldus, *Ep. Austodriensis* 688 d
Arnaldus, *Ep. Claromontan.* 416 f
Arnaldus, *Ep. Cenoman.* 699 c
Arnaldus Virganastus *Ord. Min.* 607 b
Arneus Saminiatius *Canon. Lucensis* 328 b
† Arnikius, *Conv. Averbodii sec.* 13 947 b
† Arnoldus 500
Arnoldus *Ep. Coloniensis* 855 f
Arnoldus de Rotberg *Ep. Basileensis* 345 e
Arnoldus *Ep. Moguntinus* 487 b
Arnoldus *Ep. Halverstadensis* 524 b
Arnoldus Tuldenus, *Ab.* 20 *Everbod. Præm.* 947 d
Arnoldus Ab. *Middelburg. Præm.* 962 e
Arnoldus Alardi *Ab. Middelburg. Præm.* 964 a
Arnoldus de Venlo, *Abbas* 18 *Everbodi Præmonstrat.* 947 d
Arnoldus vanden Valgaet, *Ab.* 24 *Everbod. Præmonstrat.* 947 e
Arnoldus vander Heyden, *Ab.* 32 *Everbod. Præmonstrat.* 947 e
Arnoldus de Grimbergen, *Ab.* 16 *Tongerl. Præm.* 958 a
Arnoldus Com. Lossen, *fund. Everbod.* 945 f
Arnoldus de Lovanio, *Dominus de Breda* 923 b
Arnoldus a Certrudis-Berga 154 e
Arnoldus de Erps, *Ab. Præmonst. Antu.* 934 a
Arnoldus Stryters *abb. Tongerl.* 33* c
Arnulfus *Ep. Metensis* 711 c
Arnulfus *Ep. Cremonensis* 167 c
Arnulfus *Ep. Misnensis* 910 e
Arnulfus 928 e
Arnulfus de Arschot *sec.* 12 945 f
Arnulfus de Dist *sec.* 12 945 f
Arnulfus Magnus *Comes Flandriæ* 730 e
Arnulphus Simon *abbas Bonifageti* 26* e
† Arsatius *Ep. in Oriente* 634 d
Arsatius, *frater S. Eustorgii Ep. Mediolanen.* 634 d
† Arsenius *Abbas* 390 f
Arsicius *Ab. Onniensis* 115 d
† Artemius *Ep. Claromont.* 425 d
† Arthemius *Ep. Senonensis* 606 c
† Arthemius 155 b
† Arthemius *custos carceris* 167 f
† Arthemius *Conf. in Santonibus* 606 e
Aruleus *Ep. Vesontionensis* 669 e
† Asca *Martyr* 410 b
† Asclepiades *Ep. Antiochiæ* 608 a
Aspasius *Proconsul* 30 b
Asselinus Goellus *filius Ven. Hildeburgis* 354 a
Athalbaldus *Ep. Trajectensis* 511 c
† Athalenus *Martyr* 687 f
Athanaricus *Rex Gothorum* 287 a
† Athanasius *Patriarcha Alexand.* 629 a
Atharis *R. Longobardorum* 738 b d
Athelbero *Præpositus S. Paulini Treveris* 525 d
Athevulfus *R. Westsaxoniæ* 83 b
Atila, *uxor Alberici Dom. Salinen.* 664 a

Attala

† Attala *Abb.* 367 b
Attala, *fundator monast. S. Polycarpi* 619 b
Attalus 155 b
Atticus *Ep. Constantinopoleos* 385 b
Aubertus-Miræus *Decanus Antuerp.* 883 b
† Auctus *Ep. Pistoriensis* 410 b
Audelinus *Ep. Brandeburgensis* 905 d
† Audifax *M.* 192 e, 201 e
† Audomarus *Episcopus* 731 c
Audoynus *Chorep. S. Justi* 666 f
Augustina *Medicæa V. Ord. Prædicat.* 607 e
† Augustinus *Ep. Anglor. Apost.* 446 f, 450 b, 486 c
Augustinus Valerius *Ep. Veronens. Card.* 391 e, 631 b
Augustinus a Castro *Ep. Middelburg.* 282 e
Augustinus Zanettus *Vicarius Bonon. Ep.* 49 e, 78 e
Augustinus Wichmans, *Ab.* 39 *Tong. Præm.* 960 a
† Avitus *Ep. Claromontanus* 417 e, 419 e
† Avitus *Ep. Viennensis* 634 f
† Avolus 417 a
† Aurelia *Virgo* 331 b
Aurelianus *Imp. persecutor* 39 f, 52 f
Aurelianus *Ep. Lugdunensis* 674 c
Aurelius *persecutor* 13 f, 619 c
† Aureus *Martyr* 207 f
† Ausomia *Martyr* 366 b
† Auspicius *Ep. Trevirensis* 607 e
† Austremonius *Ep.* 419 a, 420 c
Ayminus *pseudo-Ep. Vesontion.* 670 a
Aymo de Villario-Sexel *Ep. Vesontion.* 695 f
Azecha, *mater S. Conradi* 124 f
Azela *Soror B. Meinwerci* 504 b
Azo *Abb. S. Clementis Confess.* 434 b

B

Babilius, *socius S. Clari Ep.* 8 b, 11 d
† Babolenus *Ab. Fossatensis* 744 a
† Babylas *Ep. Antiochenus* 165 d
Bacanda *Ep. Formiensis* 207 a
Badegisilus, *Ep. Cenomanensis* 699 a
Baduradus *Ep. Paderbornensis* 503 e, 526 e
Bajazetus, *Turcarum Imperator* 257 c
Baldechildis, *Reg. Franciæ* 219 f
Baldricus, *Com. vitricus B. Meinwerci* 505 d, 523 e
Baldricus *Ep. Ultrajectinus* 730 e
Balduinus *R. Hierosolymorum* 751 b
Balduinus *Ep. Cantuariensis* 84 f
Balduinus, *Ep. Cæsareensis* 688 d
Balduinus *Ab.* 7 *Everbod. Præmonstr.* 947 c
Balduinus Montensis *Comes Flandriæ et Hannoniæ* 197 e
Balthasar van Cortbemde, *Can. Brugensis* 488 a
Balthasar Mercklyn, *Decanus S. Symeon. Trev.* 102 c
Balthasar Riondetus *Soc. Jesu* 404 e
Baptista Brianza *Can. Modoetiensis* 761 a
Baptista Mercator *Ord. Minorum* 607 c
† Barbara *Virg. Mart.* 586 b
† Bardo *Ep. Moguntinus* 541 e, 542 c
Baugolfus *Ab. Fuldensis* 482 e
† Baro *Confessor* 486 c
S. Barnabas *Apostolus* 252 c, 549 a
Barsanuphius *Ab.* 246 b, 582 f, 589 b, 590 d
† Bartholomæus *Apostolus* 668 b
Bartholomæus *Ep. Laudunensis* 800 b, 805 a, 820 f,
Bartholomæus *Ep. Spoletinus* 358 b
Bartholomæus *Ep. Arianus* 246 c
† Bartholomæus *Ep. Vicentinus* 6 e
Bartholomæus vanden Valgaet, *Ab.* 25 *Everbod. Præsmonstr.* 947 e
Bartholomæus Bibonius, *Can. Volaterranus* 440 e
Bartholomæus de Boscario, *Vicarius Ep. Lugd.* 648 f
† Bartholomæus *Ord. Apostolinorum* 548 c
Bartholomæus a S. Joanne Baptista *Guardianus Minorum* 203 c
Bartholomæus Rosmarinus *Ord. Min.* 359 a
Bartholomæus de Monte regali, *Provinc. Min.* 358 f
Bartholomæus *com. Weglæ et Senii* 772 c
Basilius, *Generalis* 8 *Carthusianorum* 367 d
Basilius *monachus, socius S. Dorothei in Chiliocomo.* 600 b
Bassianus de Lauda, *Can. Albensis* 140 b
† Bathenus *Ab. Hiensis* 411 b
† Baumadus *vel* Baumardus *M.* 9 c
Beachinus *Com. Porcilianus* 771 d
Beatrix *Comit. Goritiæ* 771 c
Beatrix *mater Ven. Hildeburgis* 354 a
Bego *Ep. Claromontanus* 421 b, 423 e
† Benedictus *Ab.* 109 e, 207 b, 451 c
† Benedictus *Ep. Martyr* 4 d
Benedictus *Ep. Fallaritanus et Castellanus* 95 c
† Benedictus *Martyr* 28 d
Benedictus *Card. Archidiaconus* 905 c
Benedictus de Asinago *Ep. Comensis* 775 d
Benedictus *Abb. Fossatensis* 744 a
Benedictus *Abb.* 284 e
Benedictus *Oblationarius S. R. Eccles.* 95 d
Benedictus *Com.* 663 b
† Benignus *Presbyt. et Martyr.* 608 d, 683 c
† Benno *Ep. Misnensis* 294 f
† Beoanus *Eremita* 307 a
Berchthere *Hæreticus* 459 f
† Bercharius *Abbas* 311 e
Berengarius *regulus Etruriæ* 433 d
Berengarius *Princeps* 109 e
Berengarius *Ep. Basileensis* 683 d
Berengariûs *Ep. Vesontionensis* 669 e
Berenwardus *Hildinesheymensis Episc.* 506 f, 524 b, 529 f
Berfertus *filius Bertulphi R. Merciæ* 83 b
Berloida *Abb. Castri Carnion.* 683 d
Bernardinus Custius *Ep. Albensis* 144 d
† Bernardus *Abbas* 83 c
† Bernardus *Ep. Viennensis* 736 f
Bernardus *Ep. Gebennensis dein Ebredunensis* 691 e f
Bernardus *Ep. Haldenburgensis* 533 c
Bernardus *Ep. Halberstadensis* 902 d
Bernardus *Ep. Hildineshemensis* 912 f
Bernardus Ingiramus *Ep. Volaterr.* 442 a
Bernardus Pius, *Dux Saxoniæ.* 509 f, 520 c, 528 f, 529 f, 537 d
† Bernardus *Abb. Clarævallensis* 321 d, 803 d, 852 d, 957 c 38 * c
Bernardus ab Offida, *Ord. Min.* 607 c
Bernardus, a S. Joanne, *Ord. Min.* 367 f
Berneredus *Abbas* 263 b
Berno *Abb. Jurensis* 681 e
Bernowinus *Episcop.* 18 * et *seq.*
Bernuinus *Ep. Vesontion.* 669 e
Bernuinus *Ep. Viennensis* 163 d
Bernulfus *Ep. Trajectensis* 834 b
Bernwardus *Ep. Hildesheimensis* 511 c
Beroldus *Ep. Lausannensis* 682 c
Bertoldus *Pseudo-ep. Vesontion.* 670 b
† Bertharius *Martyr* 687 f
Bertechramnus *Ep. Burdegal.* 699 b
Berterada *Reg. Franciæ* 480 c

Bertetrudis *Reg. Franciæ* 705 c
Berthigisilus *intrusus Ep. Cenoman.* 704 f
Berthodus *Chorepiscopus Cenoman.* 700 c
Bertholdus *Patriarcha Aquil.* 764 f
Bertholdus *Comes* 507 c, 906 a
Bertholdus *Dux de Zeringen* 689 e
Bertholfus *Comes de Stroemburg* 856 a
Bertramus *Advocatus Epternac.* 93 e
† Bertinus *Ab.* 731 d
Bertrandus de Pojeto *seu* Podietto, *aliis* de Porto *Card.* 764 b
Bertrandus de Albia *Card.* 764 d
Bertrandus de Turre *Card.* 764 c
† Bertrandus de Insula *Episcopus* 764 b
Bertrandus Ducius, *Nuntius Apostolicus* 764 c
Bertrandus Turrianus, *Decanus Tutelensis* 13 f
† Bertulfus *Confessor* 730 b
Bertulfus *Rex Merciorum* 83 b
† Bertulfus *Abbas* 716 f
Berwaldus *Abb. Glastoniensis* 458 b
Bessarion *Cardinalis* 598 c
† Bessarion *Abb. Thaumaturgus* 746 e
† Bessarion *Anachoreta* 607 d
Biel *idolum* 490 c
† Bilbilus 105 a
Binna *Socius S. Bonifacii M.* 458 f
Bisantius Senior *Episc. Tranensis* 229 f
Bisantius Junior, *Episc. Tranensis* 230 b
Bisantius *Episc. Vigiliensis* 230 e
Bisantius *Presb. Vigiliensis* 230 e
Bisantius *Archidiaconus Vigiliensis* 230
Biso *Ep. Paderbornensis* 503 f, 506 a
Blaanus *Episcopus* 741 a
† Blasius *Martyr* 252 b, 512 b
† Blasius *Ep. Veronensis* 391 b
Blasius *Ep. Vicentinus* 775 d
Boleslaus *Dux Poloniæ* 630 c, 631 a
Bolizlaus *Comes Slavoniæ* 507 c
† Bona *Virgo* 262 e
Bonamicus de Bonamicis *Archipresbyter Volaterranus* 440 e
† Bonamicus de Bonamicis 441 b
Bonaventura Brochartus *Ord. Minor.* 607 c
Bonfilius I *Generalis Ord. Servorum* 3 c
† Bonifacius *Ep. Martyr.* 411 c
† Bonifacius *Ep. Moguntinus* 529 d
† Bonifacia *Martyr* 366 d
† Bonifacius *Martyr* 410 b, 606 c
† Bonifacius *Episcopus* 425 f
Bonifacius *Ep. Carthaginensis* 411 e
† Bonifacius *Ep. Ferentinus* 49 b
Bonifacius *Prior Villariensis* 410 d
Bonifacius *Comes* 663 b
Boninus *Ab. SS. Justi et Clementis Volaterris* 434 b, 441 f
Boniso *Ep. Sutrinus* 167 d
† Bonisus *Ep. Claromontanus* 315 f, 505 c f, 606 a, 752 f
Bonizo *designatus Ep. Tuscanenses* 95 d
Bonizo *Episcopus* 263 f
Bonus *Episcopus Cajetanus* 212 d
Borromæi, *Comites Aronenses* 24 c
Boso *Ep. Merseburgensis* 903 b 905 d
Bothianus *Ep. Suffraganeus Lugdun.* 660 f
† Botulphus *Episcopus* 447 f
Bovius *Ep. Moffettanus* 250 f
Braitdiucus *monachus* 305 c
† Brandanus *Ab. Cluanfertensis* 716 a
† Brandanus *Ab. Birrensis* 716 a
Brantoch *Ep. Halverstadensis* 533 c
Brectwaldus *Ep. Cantuariensis* 455 c
Brochanus *Rex, pater S. Ninnocæ* 400 e
Brunichildis *Regina Franciæ* 674 e
Bruno *Episcopus Coloniensis* 843 f
† Bruno *Episcopus martyr* 907 b
Bruno *Episcopus Augustensis* 538 a
Bruno *Episcopus Lingonensis* 674 d
Bruno *Episcopus Merseburgensis* 912 f
Bruno *Ep. Tullensis* 683 a
Bruno *Ep. Wirsburgensis* 542 c
Bruno Fabritius *Ab. Abdinckhoffensis* 501 d
Bruno *Princeps* 506 e
Bruno *frater R. Henrici Imp.* 507 c
Bubeker *Tingis et Arsillæ Dominus* 568 a
Bucardus *R. Fessæ* 564 d
Budicus *Cornubiensis Com.* 402 e
Burrhedus *R. Merciorum* 83 b
† Burchardus *Episcopus* 446 b, 482 c
Burchardus *Ep. Basileensis* 344 d, 685 b
Burchardus *Ep. Cameracensis* 817 c, 833 f, 853 c, 918 e, 957 c
Burchardus *Ep. Lausannensis* 683 d
Burchardus *Ep. Halverstadensis* 913 d
Burchardus *Ep. Herbipolensis* 473 c
† Burchardus *Ep. Herbipolensis* 461 d
Burchardus *Ep. Misnensis* 903 b, 920 d
Burchardus *Ep. Trajectensis* 833 d

C

Cacciola *Familia* 358 e
† Cæcilia et Socii *MM.* 216 e
† Cœlestinus *Martyr* 606 b
Cæsar Antonius *Archipresb. Albensis* 143 c
Cæsar Spetianus *Ep. Cremonensis* 754 c
† Cæsarius *Martyr* 28 d
Cajetani de Aragonia *Domini Pedemontii* 203 c
† Camniens *Abbas* 311 a
† Caius *M. Bononiensis* 49 c
† Caius *Ep. Mediolanensis* 368 f
† Calendinus *Martyr* 410 a
Calistus 31 a
† Calliopolus *Martyr* 375 d
Camino *de Familia nobilis* 771 c
Candax, *Reg. Æthiopum* 608 f
† Candida, *uxor S. Arthemii* 168 a
† Candidus *Martyr* 440 f
† Cannatus *Ep. Massiliensis* 651 f
† Canutus *Daniæ Rex* 321 d
Capitolinus *Prætor Tusciæ, persecutor* 615 e
Caprasius, *Prior Carmeli* 155 e
Carebertus, *servus S. Adalgisi* 219 c
† Carissimus 441 c
Carolomannus *Majordomus dictus R. Franciæ* 465 f 479 c
Carlomannus junior *frater Caroli magni* 479 e
Carlomannus, *frater Caroli Crassi* 506 a
Carolus Gualterius *Card. Ep. Firmi* 397 c
† Carolus Borromæus *Ep. Mediolan.* 24 d, 754 f, 788 e
Carolus de Novocastro *Ep. Vesontion.* 696 b
Carolus Emm. de Gornod *electus Ep. Vesont.* 696 e
Carolus Phil. de Rodoan *Ep. Brugen.* 971 d
Carolus *Ep. Novariensis* 25 a, 24 c
Carolus a Basilica Petri *Ep. Novarien.* 754 b, 788 f
Carolus Gaspar a Petra *Ep. Trevir.* 95 f
Carolus *Martellus Princeps Fr.* 452 b *dictus R. Franciæ* 447 a, 479 e, 767 f
Carolus Magnus *Rex Franciæ* 480 b *et Imperator* 101 e, 441 b, 482 b, 490 d, 503 b
Carolus Crassus *Imperator* 506 a
Carolus Calvus *R. Franciæ* 452 b, 740 f
Carolus Simplex *R. Franciæ* 9 d
Carolus IV *Imperator* 771 f
Carolus *Andegavensis R. Siciliæ* 212 f

Carolus

Carolus *secundus R. Siciliæ* 212 f
Carolus *Princeps Neoburgicus* 814 e
Carolus *Pugnax Dux Burgund.* 967 a
Carolus Cæsar Malvasius *Com. et Can. Bononiensis* 80 b
Carolus Alexander a Manderscheit *Soc. Jesu* 799 b
Carolus de Breuil *Societat. Jesu* 627 c
Carolus Bonaquistius *Perusinus* 57 c
Carolus Lusachius *Ord. Min.* 607 b
Cassanus *Presbyter* 366 e
† Cassianus *martyr* 132 b
† Cassius 614 b
Castinus *Ep. Byzantinus* 383 d
† Cataldus *Episcopus* 238 c
† Catharinæ *V. M. corpus* 88 b, 252 c
Catharina de Mendoza, *Dux. de Aytona* 216 d
Catharina Rouques 4 * c
Celega, *Dux Tartarorum* 258 c
Celidonius *Episc. Vesontion.* 669 d
Celerinus *Præfectus persecutor* 412 b
† Ceolachus Cellacus *etc. Episcopus* 153 b
Ceolvulphus *Rex* 83 b
† Ceraunus *Episcopus* 217 f
† Cerdo *Ep. Alexandrinus* 411 c, 610 f
† Cetalis *in Martyrol. Ægypt.* 606 f
Chadoindus *Dux sub Dagoberto* 661 c
Chariton *Presbyter* 607 f
Chelmegiselus *Episcopus Vesontionensis* 671 f
Childebertus *filius Chlodovei I* 72 a, 289a
Childebertus *R. Franciæ filius Theodorici* 681 a
Childebertus *R. Franc. etiam Burgund.* 641 e
Childericus, *Rex Franciæ* 452 a, 704 f
Childericus II *R. Francorum* 425 c
Childericus *Rex Franciæ* 399 f
Childericus II *Rex Austrasiæ* 316 a
Chilpericus *filius Godivici* 287 b
Chlodoaldus I *filius* 3 *Chlodomeris* 289 a
Chlodomeres *filius Clodovei et S. Chrothildis Regum Franciæ* 287 d, 289 c
Chlodoveus I *Franciæ Rex* 72 a, 283 b f
Chlodoveus *filius Theodorici R.* 681 a
Chlotarius *Chlodovei R. filius R. Franc* 72 a, 219 f 289 a 399 f, 641 e, 674 e
Chlotharius II *Rex Franc.* 699 e, 701b, 703 f
Chlotharius III *Rex Neustriæ* 316 a
Chresta *martyr* 370 f
Christianus, *Rex Daniæ* 939 a
Christianus *Ab. Lucellensis* 689 b
Christianus Michaelius *Abb. Præmonstrat. Antuerpiæ* 858 d, 942 c
Christianus *Ab. S. Maximini* 295 d
† Christophorus *martyr* 252 c, 606 c
Christophorus Bernardus de Galen *Episc. Monasteriensis* 229 b
Christophorus *Ep. Andriensis* 246 c
Christophorus Weberus *Vicarius Erford.* 177 a
Christophorus de Dembika, *Officialis Zendomiriensis* 259 e f
Christophorus Coquille, *Prior Cluniacens.* 339 c
Christophorus Luvicius, *concaptivus B. Ferdinandi Principis Lusitaniæ* 560 d
Chrothildis *filia Chlodovei I et S. Chrothildis* 289 b
† Chrysanthus *Martyr* 411 f
Chrysanthus *Ep. Spoletanus* 613 c
† Chrysogonus *M. Aquileiensis* 373 b
† Chryspolitus *Ep. Martyr* 614 e
† Chunigundis *Imperatrix* 507 c
† Clarus *Abbas* 157 f
Clarorum *gens Romæ, Adriani ætate* 8 c
† Claudius *M. Metenacensis* 665 d
† Claudius *Ep. Bisontinus* 411 b
Claudius *Ep. Vesontionensis* 669 e
Claudius 3 a Bauma *Ep. Vesontionensis* 696 b
Claudius 4 d'Achey *Ep. Vesontionensis* 696 d
Claudius Varvuille *Prior Novemfontium* 753 d
Claudius Boitonsetus *Can. Bisontinus* 654 b
Claudius Bouartius *Bitunien. Præfectus* 650 a
Claudius Mandellus *Curatus Lentæ* 763 c
† Clemens *Ancyranus* 375 d
Clemens Briliacus *Ep. Tutelensis* 10 c
Clemens *Presbyter* 425 c
Clemens a S. Catharina *Carm. Discal.* 895 f
Clemens *hæreticus* 462 f
Clemens, *Hostis S. Bonifacii* 479 e
† Coca *Virgo* 606 e
Coenhella, *mater S. Coemgini* 304 f
Coinlogha, *pater S. Coemgini* 304 f
Coleta *V. Ord. Min.* 367 f
Collaltus *Comes* 859 e
Colmannus, *filius Carbri Dux in Lagenia* 312 d
Colomannus, *R. in Hibernia* 486 d
† Columba *Virgo Senonensis* 742 f
† Columba *Abbas Hiensis* 311 a, 400 a
† Columba *Confessor et Presbyter* 607 d
† Columbanus *Abbas Luxoviensis* 676 b
† Columbus *aliis* Columbanus 366 e
† Comgellus, *Abbas Benchorensis* 308 f
Communis *Martyr* 438 c
† Condedus *Presbyter* 730 f
Conallus *Episcopus* 154 c
Conanus de Rennes, *Dux Britanniæ* 399 f
† Conon *martyr* 606 c
Conon, *Episcopus Perusinus* 24 b
Conon *Sedis Apost. legatus in Synodo Suession.* 803 e
Conon, *Episc. Prænestinus Cardinalis* 815 d
Conon, *Abbas Sigeberg. dein Episc. Ratispon.* 809 e
Conradus *Card. Ep. Portuens.* 692 b
Conradus *Ep. Magdeburgens.* 845 e, 913 f
Conradus *Episcopus Spirensis* 691 d
Conradus *Episcopus Tullensis* 336 a
Conradus *Episcopus Urbinas* 145 d
Conradus *Imperator* 505 d, 752 f 845 e
Conradus II *Salicus Imp.* 537 d, 541 c
Conradus *Henrici V nepos Imp. habitus* 919 f
Conradus *Henrici V nepos Marchio Thusciæ* 438 b
Conradus Allenhausen *Ab. Abdinckhoff.* 501 d
Conradus, *Baro, monachus in Heyna* 5 e
Conradus, *filius Guid. Com. montis Feltrii* 147 c
Constans, *Imperator monothelita* 215 c
Constantius *Episcopus Octodorensis* 663 a
Constantius *pater Constantini Magni* 99 c
† Constantinus *Martyr* 666 a, 668 d
Constantinus *Magnus Imperator* 166 d, 366 c
Constantinus Copronymus *Imperator* 394 d
Constantinus *Imperator filius Leonis* 462 a
Constantinus Porphyrogenneta *Imp.* 902 e
Constantinus Monomachus *Imperator* 585 b c
Constantinus *Rex Scotiæ* 749 d
Constantinus *Walliæ Regulus* 400 b
Constantius *monachus* 332 e
Constantinus Aimus *Societ. Jesu* 407 f
† Consul *Episcopus* 302 e
† Conus *Ordinis S. Basilii* 352 c
† Conus *Abbas* 262 c, 352 c
† Corbicanus *Confessor* 218 e, 220 b
† Corbinianus *Episcopus Frisingens.* 887 c
Corbus, *patruus S. Illidii* 420 d
† Corentinus *Episcopus* 80 c
† Corona *Martyr* 157 d
Corradus de Latorre, *Canonic. Aquileiens.* 779 e
Cornelius Emerici, *Ab. Præm. Antuerp.* 940 a
Cornelius de Mera, *Ab, Præm. Antuerp.* 938 f
Cornelius vander Goes, *Ab. Middelb. Præm.* 969 e
Cornelius Bobelius *Vicarius Erfordiens.* 177 a
† Cornelius *Presbyter* 265 e

Cosmas

† Cosmas *Martyr* 234
Cosmas *Episcopus Tranensis* 241 a
† Cosmus *Martyr* 252 c
Cosmus II *Magnus Dux Hetruriæ* 441 f
Coucyius, *Dux Anglorum prædonum* 335 b
Counradus *Princeps* 506 f
Cralvaneus, *Archidiaconus Albensis* 138 b
† Credanus, *Discipulus S. Petroci* 393 f
Crescens *Philosophus persecutor S. Justini* 17 f
† Crescentianus *Martyr* 624 e
† Crescentius 441 c
Crescentius *Episcopus Volaterranis* 432 e, 438 c
Crescentius *Subdiaconus S. R. E.* 95 d
Crescentius Anagnensis *Cardinalis* 74 c
Crescentius Anagniensis 7 * c
Crisandinus *Episcopus Mantuanus* 688 e
Crispinus Fuck *Præpositus Doxanensis* 862 f
Crocus, *Alamannorum Rex* 671 f
† Cronanus *Confessor* 219 d, 309 e
Crorianus *vel* Coriarius 262 f
Croscus *Wandalorum Rex* 669 c
† Culmatius *Diaconus* 265 f
† Cunera *Virgo Mart.* 524 d
Cuthbertus *Episcopus Cantuariensis* 449 e
Cuno *Abbas Sigenbergensis* 658 c
Cuno de Repe *seculo* 12 *Nobilis* 945 f
† Cyprianus *Episcopus Martyr* 6 e, 264 b
† Cyria *Martyr* 411 a

D

† Dachanus, *discipulus S. Petroci* 393 f
Dadanus *Episcopus* 447 f
Dagobertus II *Rex Austrasiæ* 447 b
† Damianus *Martyr* 234
Damianus *Presbyter* 6 f
Damianus, *Comes S. Rejuli* 153 c
Dandalus *filius Dionysii Procons. fabulosus* 54 c
† Daniel, *Levita Martyr* 262 e
† Daniel *Martyr Socius S. Pamphili* 61 c
Daniel *Episcopus Moguntinus* 490 a
† Daniël *Episcopus Wintoniens* 447 b, 458 b
Daniel *Abbas S. Medardi* 674 e
Daniel Lackmannus, *Abbas* 22 *Everbod. Præmonstraten.* 947 d
Daniel de Bergomo *Ordin. Minorum* 704 f
† Datius *Episcopus Mediolanensis* 634 b
Dattus *Episcopus Ostunensis* 246 b
† David, *Abbas Cluniacensis* 411 e
Decius, *Imperator persecutor* 27 c
Delius *Episcopus Tranensis* 239 a
Delphina, *Vidua Ordinis Minorum* 607 c
† Demetrius *Martyr* 237 a, 262 b
Demetius Gaspanus, *Vice-curatus Figini* 763 a
† Deodatus *Episcopus* 153 f
Deodericus *Episcopus Metensis* 613 f
Deodericus *Comes Trevirorum* 123 e
† Desideratus 416 f
† Desideratus *Episcopus Vesontionensis* 643 e
Desideratus II, *Episcopus Vesontionensis* 669 d
Desiderius, *Episcopus Lingonensis* 672 a
Detdic *Princeps* 468 e
Detta, *Soror S. Widradi* 687 c
Deusdona *Diaconus S. R. E.* 178 a
Diana de Capua, *Ducissa Laurentiani* 203 d
Dicullus *Eremita* 5 b
Didacus Alvarez, *Episcopus Tranensis* 230 f, 248 b
Didacus de Jepes *Episcopus Tarraconensis* 119 e
Didacus de Sousa *Episcopus* 282 a
Didacus Hernandes *Ordin. Minorum* 410 f
Didacus Lobo *Baro de Alvito* 216 e
Didacus Nunhez *monachus Onniensis* 120 f
Didacus *Ordinis Minorum* 367 f
Didacus Ximenius *Ordinis Minorum* 607 c
Dierolf *Princeps* 458 e
Dietricus *Episcopus Trevirensis* 915 c
Diocletianus *Imperator persecutor* 52 f, 374 a
Diocles *Anachoreta* 584 d
Diogenianus *Episcopus Albiensis* 10 e
† Dionysius *Martyr* 538 a
† Dionysii *diversi* 14 f
Dionysius Christophori *Episc. Brugensis* 428 f
Dionysius Feyten, *Ab. Antuerp. Præm* 858 b, 941 b
Dionysius vander Schaef, *Ab.* 27 *Everbodiens. Præmonstraten.* 947 e
Dionysius, *Proconsul persecutor* 51 f
Dionysius Lucidi a Porta, *Ordin. Minorum* 359 a
Divitaus *Episcopus Plocensis* 336 a
Dobrava Dambrauca *Soror Bolislai Senioris* 45 * b
Dometius, *frater Probi Imperatoris pater S. Metrophanis Episc. CP.* 376 f
† Dominicus *Calceatensis* 116 a
† Dominicus *Silensis* 112 f, 116 a
Dominicus 9 *Abbas Onniensis* 107 a
Dominicus *Abbas Saliensis* 117 e
Dominicus Bonellus *Præpos. Albiensis* 144 b
Dominicus Fredericus *Cong. Oratorii* 53 d
Dominicus Pierantonius 366 f
Dominicus Passoni *Ord. Convent. S. Franc.* 133a
Domitianus, *Metropolitanus Armeniæ* 388 c
Domna Major, *Regina Hisp. ux. R. Sanctii* 106
† Domnolus *Episcopus Cenomanensis* 699 e, 706 a
† Domnus *Episcopus Antiochenus* 606 c
Donatius *Episcopus Vesontionensis* 669 d
† Donatus *Martyr* 4 d
Donatus *Episcopus Fesulanus* 739 a
Donatus, *hæreticus Africanus* 70 f, 388 f
† Dorotheus, *Cubicularius Dioclet. Martyr* 428 b
† Dorotheus, *carnifex conversus* 169 c
Dorotheus *Episcopus* 606 c
Dorotheus *Confessor* 153 e
Dorotheus *Presbyter Antiochenæ Ecclesiæ* 428 b
Droctigisilus *Episcopus Suessionensis* 675 d
Drogo, *Episcopus Lugdunensis* 690 a
Drogo, *Episcopus Matiscensis* 683 e
Drogo, *Episcopus Metensis* 705 e
Drogo *Comes* 173 b
† Druthmarus, *Ab. Corbeiensis* 229 a, 526 d
† Dubdaletheus *Episcopus* 154 b
Ducatus *monachus* 292 f
Dudo, *Epis. Paderbornensis* 505 a
Dudo, *Episc. Havelbergensis* 903 b, 905 d
Dulchardus *monachus* 292 f
† Dulcissimus 441 c
Duodiche *Comes* 509 c
Durannus *Abbas Ibriacensis* 356 a
Durandus *Abbas Lutrensis* 683 d
Dymma *filius Tiagni* 310 d

E

Eanbercht *Hæreticus* 459 f
Eaofus *sive* Fagua *Ep. Cabillon.* 737 b
† Eata *Ep. Lindisfarnen.* 608 d
Ebbo *Ep. Remensis* 740 e
Eberardus *Ep. Trevirensis* 126 f
Eberhardus *Præp. Marchtall. Ord. Præm* 887 f
Eberwinus *Ab. S. Martini Trevir.* 85 d
Ebrardus *Ep. Vesontionen.* 690 a
Ecelinus *Episcopus* 228 e
† Edburgis *Virgo* 500 e
Edgarus, *filius Edmundi R.* 366 b
Edith *Imperatrix* 902 a
Edmundus *R. Anglorum* 366 b
Edmundus Martin, *Ab. S. Gilberti* 750 d
† Eduardus *Angliæ Rex* 321 d

Eduardus

Eduardus, *Rex Lusitaniæ* 556 a, 557 d
Edwius, *filius Edmundi R.* 366 b
† Egesippus *Historiographus* 453 d
Eggerius *Ab. Præmonst. Antu.* 926 c
Eggericus *Ab. 5 Everbod. Præmonst.* 947 b
Egericus *Ab. 9: Tongerl. Præmonst.* 957 c
Egilbertus *Ep. Frisingensis* 510 b, 541 b
Egilhardus *Ep. Magdeburgen.* 913 b
Eginhardus *Secretarius Caroli magni* 166 f, 172 e
Egino Vrach, *Suitonum Dynasta* 692 b
Egino *Episcopus* 227 c
† Edwinus *Ep. Wigornien.* 85 c
Eidus, *Ep. Misnensis* 912 f
Eilbertus *Comes* 216 c
Einhardus *Ep. Spirensis* 126 f
Eiso *Ep. Aldenborgen.* 916 c
Ekkihardus, *Marchio Thuringiæ* 508 a
† Eldasarus *Martyr* 665 a, 668 d
Eleonora *Reg. Lusitaniæ* 566 e
Eleonora *a Cepeda V. Carmelit.* 367 e
† Eleuterius *Martyr* 387 e
† Eleuterius *Ep. Bisunt. M.* 387 d
Eleutherius *Eremita* 263 a
† Elfgiva *Virgo* 366 b
† Elgiva *Regina* 366 b
† Elfredus *Rex Anglorum* 366 b
† Elias *Martyr* 68 b
† Elias, *Martyr, Socius Pamphili* 61 b
† Eligius *Episcopus Noviom.* 661 d, 922 e
Elinaudus *Episcopus Laudunensis* 672 f
Elisabetha *Regina Hungariæ* 765 d
Elisabetha *Regina Bohemiæ* 772 a
Elisabet, *uxor S. Hieremiæ Martyris* 319 a
Elisabet *Abbatissa Palmensis* 683 d
Elisabeth Peralta 263 d
† Elisabetha, *Zachariæ uxor* 326 a
Elisabetha Verdugo 3 *Ord. Minorum* 411 a
† Eloquius 216 c
† Elpidius *Episcopus* 6 e, 262 c
Elpidius *Episcopus Lugdunensis* 667 a
† Elpidius *Confensor* 613 f
Emelinus, *Ab. Antuerp. Præmonstr.* 931 d
Emericus, *Comes in Lynyghen* 102 c
Emma *Comitissa Soror B. Meinwerci* 509 f, 510 f
Emmanuel *Rex Lusitaniæ* 368 a
Emmanuel a Schelstraten, *Bibliothecæ Vaticanæ Custos, mortuus* 13 d
Emmanuel de Boge *Societ. Jesu* 626 a
Emmericus Andreæ, *Abbas Præm. Antu.* 941 b
Emo, *Abbas primus horti floridi* 29 * b
Eneco de Catalayud, *monachus Onniensis* 120 b
† Engelbertus *M. Episcopus Colon.* 947 c
Engelbertus II, *Episcopus Coloniensis* 502 c
Engelbertus *Episcopus Frisingen.* 532 d
Engelbertus, *Marchio Crayburgensis* 829 f
Engelbertus Nassavius 650 a
Engeramus, *Abbas 6 Tongerl. Præm.* 957 f
Englatius *Episcopus* 749 a
Enguerannus *Com. Hasbaniæ* 173 f
† Enna *Eremita* 305 c
Emundus, *Rex Sueonum* 227 b
† Eodaldus *Martyr* 744 c
† Ephebus *Martyr* 80 d
† Epiphanius 695 e
Epiphanius *Patriarcha CP.* 384 d, 607 e
† Epipodius *Martyr* 157 c, 665 f
Eppo *Ep. Babenbergensis* 526 b, 532 a
Eraclius *Ep. Lugdunensis* 689 e
† Erasmus *Episcopus Martyr* 70 e, 262 e
† Erasmus *Confessor* 153 c
† Erchanbaldus *Ep. Moguntinensis* 509 f, 511 d, 524 a, 526 b, 529 f, 532 f
Erchengarius *Comes* 731 a
† Erembertus *Episcopus* 4 b
Erembrechtus *Ep. Frisingensis* 460 f
Eremwulfus *Hæreticus* 460 c
Ericus *Rex Daniæ* 104 e
Ericus Stenchillus, *Rex Sueciæ* 226 b
Ericus *Ep. Lingonensis* 674 c
Erici *duo, Reges Suecorum* 227 c
† Ermelindis *Virgo* 199 e
† Ermenburga Angla 155 e
Ermengardis *Imperatrix* 173 f
Ermengardis *Reg. Burgundiæ* 404 b
Ermensendis, *Com. Namurcensis* 822 f
† Ernestus, *Abbas Martyr* 208 c
Ernestus *Elector Bavariæ* 859 a
Ernestus Austr. *Gubern. Belgii* 941 d
Ernestus *Card. ab Harrach* 869 c
† Ernineus, *filius Craskini* 366 e
Erp, *pater Walthardi Ep. Magdeburg.* 911 f
Erpo *Abbas Siburgi* 264 d
† Esaias *Martyr, socius Pamphili* 61 b
Esgerus *Ep. Londonensis* 336 c
Erveus *Ep. Vesontionensis* 669 e
Ethelstanus *Rex Angl.* 391 f
† Etto *Episcopus* 218 b
† Eva *Reclusa Leodien.* 365 f
Evasius II *Ep. Astensis* 136 b
† Eucharius *Ep. Lugdunensis* 75 b, 667 a
Eudo *Dux Burg. avus S. Norberti* 802 b
Eudo, *Aquitanorum Dux* 667 b
† Eudocia, *meretrix conversa* 365 c
Eudoxia *ministrat Confessoribus* 51 f
† Eufredus *Martyr* 132 b
† Eulogius *Presb. et M. Cordubensis* 4 b
Everacrus *Ep. Leodicen* 904 c
Everardus *Ep. Bamberg.* 510 b, 529 f, 532 c, 537 d
Everardus *Sebast. Ep. Herbipol. Suffragan.* 484 f
† Evermodus *S. Norberti discipulus, Episc. Raceburgensis* 821 a
Everwacherus *Presb. socius Tanchelini hæret.* 833 a
† Eugendus *Abbas* 634 c
† Eugenius *Ep. Carthaginensis socius S. Clari* 12 b, 14 b
† Eugenius *alter Ep. Carthaginensis* 411 e
Eugenius *Ep. Bysantinus* 386 c
† Eugenius *Eremita* 305 c
† Eulogius *M. Presb. Cordub.* 317 b
Euochildis *Regina Franciæ* 497 d
† Evodius *Ep. Antiochenus* 283 d
Evodius *Ab. Magnilocensis* 315 f
† Euphemia *Megalomartyr* 383 e, 629 d
Euphemia *Abb. Taverniac.* 683 e
Euphrasia *Abbatissa* 174 a
Euritus, *pater S. Gualterii* 397 f
Evrordus *Ep. Vesontionensis* 669 e
† Eusebia *Martyr* 411 a, 585 d
† Eusebia *Matrona Martyr* 611 f
† Eusebius *Martyr* 4 f
† Eusebius *Episcopus Cæsareensis* 453 d
† Eusebius *Martyr Episcopus Vercellensis* 669 c
Eusebius *Episcopus Comensis* 444 b
Eusebius *Episcopus Vesontionensis* 669 c
Eusebius de Leocata, *Capucinus* 366 d
Eusebius de Neufchastel *Ord. Min. procurator Generalis* 44 b
Euspicius *monachus* 292 f
Eustachius Lensus *Abbas Vallis-Serenæ* 662 c
† Eusthathius, *Ep. Antiochenus* 411 e, 428
Eustochius, *Episcopus Hierosolymorum* 582 e
Eustorgius *Episcopus Mediolanensis* 633 b
† Eutychius *Presbyter* 52 e
†† Ewaldi *duo MM.* 822 d

Expergenitus

Expergenitus *Martyr* 370 e
† Exuperantius *Episcopus* 302 e
Eylolfus, *pater S. Conradi* 124 f
Ezelinus *tyrannus* 411 d

F

† Fabianus, *Papa Martyr* 165 d
Fabianus de Bono-homine, *Ab. Dian.* 351 e
Fabius de Lagonissa, *Nuntius Apost. in Belgio* 898 a
Failbeus, *Abbas in Trioit* 263 e
Falco *Abbas Cavensis* 410 d, 606 f
† Faro, *Episcopus Meldensis* 680 a
Fastrada, *uxor Caroli Magni* 174 a
† Fausta *M.* 614 b
† Faustina *Virgo* 410 a
† Faustinus *Martyr* 410 c
Faustinus *Martyr* 26 d
† Faustus *Episcopus Rejensis* 76 f
† Febronia *Virgo Martyr* 252 c, 411 c
† Feciolus *Martyr* 26 e
† Felicianus *Martyr* 155 b, 543 c
Feliciardus Ninguarda, *Ep. Novocom.* 302 e, 445 d
† Felicitas *Martyr* 512 b
† Felix *Martyr* 4 a
† Felix *Martyr* 520 b
† Felix *Martyr* 541 e
† Felix *Martyr* 537 f
Felix *Episcopus Bituricensis* 709 f
Felix *Episcopus Claromontanus* 322 f
† Felix *Episcopus Metensis* 410 a
† Felix *Episcopus Veronensis* 391 d
Felix *Episcopus Vesontionensis* 669 b
Felix *Episcopus Urgellitanus* 737 b
† Felix, *Episcopus* 356 b
Ferdinandus de Rye *Ep. Vesontion.* 696 c
Ferdinandus II *Imperator* 859 a
Ferdinandus III *Imperator* 365 f
Ferdinandus, *Rex Hispaniæ* 115 f
Ferdinandus *filius Sancti Hispan. Reg.* 106 f
Ferdinandus, *Hetruriæ Dux* 443 b
Ferdinandus *Austr. Card. Gubern. Belgii* 942 e
Ferdinandus, *filius Eduardi Reg. Lusit.* 558 d
Ferdinandus, *Comes Aragolensis* 558 c
Ferdinandus, *Elector Bavariæ* 859 a
Ferdinandus Roderici de Sigueria *Magister Ordin. Avisiensis* 558 e
Ferdinandus Ægidii, *concaptiv. B. Ferdinandi* 559 c
Ferdinandus de Thomaso et Caro 366 d
Ferdinandus Gonsalvius, *Comes* 105 e
† Ferreolus *martyr* 694 e
Ferreolus *Episcopus Vesontion.* 670 a
† Ferrucius *martyr.* 694 e
† Ferrus *Episcopus* 262 b
† Fidelis *martyr* 368 d
† Fidelis *martyr cum 20 aliis* 623 f
† Fidelis *Confessor* 257 f
Finanus *Episcopus Hibernus* 81 c
† S. Finnianus *Episcopus,* 326 a
Firmilianus *Præfectus persecutor* 67 f, 68 c
Firmina, *quæ sepelivit martyres* 166 c
Firminus, *Abbas Quercolodorensis* 922 f
† Firmus *martyr* 4 c
Flaucatus *tyrannus* 661 d
Flavia, *mater Donati Episc. Vesontionen.* 669 d
Flavia, *Ducissa Burgundiæ* 676 d
† Flavianus *martyr* 843 f
† Flavianus, *Episcopus Theatinus* 629 f
Flavius, *Episcopus Remorum* 675 b
Flavius *Hetruriæ Præfectus sub Dioclet.* 59 c
† Florentius *Ep. M. socius S. Clari* 12 b, 14 b
† Florentius *martyr* 410 c
† Florentius *Episcopus* 4 b
† Florentius *Episcopus* 28 c
Florentius, *Ab. Middelburg. Præmonst.* 962 b
Florentius van Schoonhoven, *Abb. Middelburg. Præmonstrat.* 970 c
† Florentius *monachus* 4 c 292 f
Florentius Aertsoon, *Abbas Middelburgensis Præmonstrat.* 971 b
† Florianus *martyr* 787 b
† Florianus *vel* Laureanus *Ep. Hispal. M.* 633 c
† Floridus, *Episcopus Tifernas* 57 a
Floridus Veccellari, *Canon. Tifernensis* 57 a
† Florina *Virgo, Socia S. Ursulæ* 608 a
† Florus, *Episcopus Confessor* 155 e
† Florus, *Episcopus Lodovensis* 7 a
Folcmarus, *Ep. Paderbornensis* 505 a, 506 a
Folcus, *Episcopus Tifernensis* 57 c
Foillanus, *discipulus S. Livini* 486 b
† Foillanus *Episcopus* 217 d
Folradus, *Abbas S. Dionysii* 480 b
† Forannanus, *Abbas Valciodor.* 216 c
Forchtwine *Hæreticus* 459 f
Formosus, *Episcopus Lyciensis* 236 d
† Fortunatus *Martyr* 5 a, 541 e, 767 a
† Fortunatus *Martyr* 26 d
Fotadus *Episcopus* 367 b
Franciscus de Altua *Cardinalis* 367 c
Franciscus Rapacciolus, *Card. Ep. Interamn.* 80 e
Franciscus, *Cardin. Diaconus S. Eustachii* 767 e
Franciscus Barbarus, *Patriarcha Aquil.* 766 e
Francilio, *Episcopus Turonensis* 289 c
Franciscus de Baillencourt, *Episc. Brug.* 487 d
Franciscus Ditrichstein, *Card. Ep. Olomucensis* 625 f
Franciscus, *Card. Diacon. S. Mariæ novæ* 767 c
Franciscus, *Episcopus Belleiensis* 802 b
Franciscus de Rye, *Episc. Vesontion.* 696 c
Franciscus de Sarria, *Episc. Tranensis* 253 f
Franciscus de Busleyden, *Ep. Vesontion.* 696 b
Franciscus Cataneus, *Episc. Fæsulanus* 738 c
Franciscus, *Episcopus Urbinas* 57 c
Franciscus *Episcopus Sagitariensis* 336 c
† Franciscus Salesius, *Episc. Gebennensis* 634 c
Franciscus Condelmerius, *Episc. Vesontion.* 696 a
Franciscus Sonnius, *Ep. Antuerp.* 959 b
Franciscus Andrææ, *Canon. Tranensis* 252 f
Franciscus de Salinas, *Abbas S. Michaelis de Trevigno* 625 c
Franciscus Broccardus, *Canon. Volaterranus* 440 c
Franciscus Raggius, *Canon. Albensis* 136 f
Franciscus Perlasca, *Præpositus Sevesi* 763 b
Franciscus Fentin, *Canon. Iprensis* 628 f
Franciscus Ferruccius, *militum Dux* 439 e
Franciscus de Villanuzar, *Ordin. Minorum* 367 f
Franciscus de la Grange, *Sacellanus Virginis Lauretanæ* 397 a
Franciscus Buyrette, *Ordin. Præmonstrat. Procurat. Generalis* 802 a, 899 c
Franciscus a Cruce, *Societ. Jesu* 552 c
Franciscus Pignatellus, *Card.* 8 * b
Franciscus Hoye 4 * b
Franciscus Pire, *abbas S. Joannis* 4 * f
Franco, *Episc. Cenomannensis* 703 b
Franco, *Ab. 12 Tongerl. Præmonstrat.* 957 f
Franco van Borssele. *Comes Ostrovandiæ* 964 e
Fredeboldus *Comes* 663 b
Fredegunda, *Regina Franciæ* 701 e
† Fredegandus *monachus* 819 a, 921 d
Fridericus *Episcopus Magdeburg.* 914 e
Fridericus Melius *Cardinalis* 859 a

Fridericus *Episc. Colon.* 832 b, 843 f, 855 b
Fridericus *Episcopus Salisburg.* 915 c
Fridericus zu Rhyn, *Episcopus Basileen.* 346 b
Fredericus *Præp. S. Paulini Treviris* 99 a
Fredericus Ænobarbus *Imperator : ejus diploma ad Antuerpienses* 635 a, 689 f, 690 f, 757 f, 931 f
Fredericus II *Imperator* 917 b c
Fredericus III *Imperator* 333 b
Fredericus Aragonius, *Rex Neapol.* 352 b
Fredericus Normannus, *Rex Neapol.* 544 e
Fredericus *Dux Mantuæ* 223 a
Freedericus, *Comes de Castro Pfarto* 334 b
Fredericus, Senior *dictus, Comes Tirolensis et Ferretanus* 333 e f, 337 d
Fredericus, *Comes Westphaliæ* 829 f
Fredericus Ghettus, *Vic. Episc. Vulterrani* 440 e
Fredericus Burlamachius *Societ. Jesu* 53 c d
† Frigidianus *Ep. Lucen.* 320 c, 326 a, 614 b
Frithelo, *Advocatus monasterii Epternac.* 93 e
Frominius, *Episcopus Vesontion.* 669 d
† Frontinianus *Martyr* 132 b
† Fronto *Episcopus Petracoricensis* 8 a
Frothericus *Episcopus Monasteriensis* 529 c
Frotharius *Episcopus Tullensis* 744 a
† Frumentius *Apost. Æthiopiæ* 629 a
Fulbertus *Episcopus Carnoten.* 355 d
† Fulbertus *monachus* 153 f
Fulckus, *Tiferni Episcopus* 144 c
Fulco *Fundator Bonæ-vallis* 175 e
† Fulgentius, *Episc. Utriculanus* 78 a
† Furseus *Episcopus Hibernus* 218 b
† Furseus *Presb. Britannus* 470 f

G

Gabriel Paleottus, *Card. Ep. Bonon.* 49 a
Gabriel ab Æsio, *Ordin. Minorum* 367 f
Gabriel Amerfortius *Capucinus* 895 e
Gabriel a Spoleto, *Ordin. Minorum* 607 b
Gaiardus, *Abbas Rosacensis* 779 e
Gairaldus, *Abbas S. Medardi* 675 e
Galcherus, *Dominus Salinensis* 663 d, 690 e
Galcherus Junior, *Dominus Salin.* 691 e
Galcherus III, *Dominus Salinen.* 692 c
Galeatius, *Vice-comes Mediolan.* 759 f
Galeatius Villa, *Marchio* 144 e
† Gallus *Episc. Claromontanus* 416 f 420 a
† Gallus *Abbas in Helvetia* 530 d
Garavagnus Mavenascus, *Archidiac. Alben.* 138 f
Garcias, *Rex Hispaniæ* 115 f
Garsias, *filius Sanctii Hispaniarum R.* 106 f
Garzias, *Abbas Onniensis* 105 d
Garzias, *Comes ult. Castellæ* 105 f, 109 d
Garzias Fernandius, *Comes* 105 e
Gaspar Questembergius, *Ab. Strahov. Præm.* 858 a
Gaspar de la Torre *Præp. S. M. Brugensis* 488 f
Gaspar Estrix, *Canon. et Pleban. Antuerp.* 894 e
Gaspar a S. Josepho, *Ordin. Minorum* 154 f
† Gaubanus *Abbas* 311 d
† Gaudentius *Episcopus* 265 f
Gaudentius *Episcopus Gnesnensis* 506 b
Gaucerannus *Episcopus Lingon.* 686 c
Gaucerannus *Episcopus Belicensis* 682 d, 907 d
† Gaudinus *Episcopus* 6 f
Gaufredus *Episcopus Lugdunensis* 683 e
Gaufridus *Episcopus Vesontion.* 692 f
Gaufridus de Loduno, *Episc. Cenomann.* 700 a
Gaufridus *Abbas* 262 d
Gaugericus Boucquel, *Archidiac. Atrebat.* 394 c
Gausbertus, *Episcopus Senonensis* 744 d
Gauslinus *Episcopus Patavin.* 904 c
Gaycorius Geruinus, *Ab. Flaviniac.* 687 e
Gebehardus, *Episcopus Ratispon.* 908 e
Gebehardus, *frater Conradi Imperat.* 538 b
Gebuinus *Episcopus Lugdunensis* 684 d
Gedeon *Episcopus Vesontion.* 669 e
Geinsericus *Rex Wandalorum* 431 c
Gembertus *discipulus S. Bonifacii* 476 b
† Genesii *varii assignantur* 315 b c
† Genesius *Episcopus Martyr* 155 b
Geneaulus *seu* Guenilo *vel* Wenilo *Ep. Senon.* 744 c
Gentilis Ludovicus de Auximo 55 a
† Georgia *Martyr* 417 d
† Georgius *Martyr* 690 d
Georgius Colvenerius, *Duac. Canc. Univers.* 197 f
Georgius, *Comes de Corbania* 765 d
Georgius Veneticus, *Rect. Eccl. S. Salvii* 195 a, 196 e
Georgius Trapezuntius *scriptor* 598 b
Georgius Crugerius, *Societ. Jesu* 625 e
Geppa *Abbatissa* 505 e
Georgius David *S. J. in Muscovia* 131 b
† Geraldus *Confessor Ordin. Cluniac.* 337 c
Geraldus *Abbas Athanacensis* 404 c
Geraldus *vel* Girardus *Com. Vienn. et Matiscon. Dom. Sabinen.* 664 c, 690 f, 692 c
† Gerardus Tinctorius *Fundat Hosp.* 789 a, 836 f
Gerardus *Baro a Questemberg* 873 f
Gerardus *Card. postea* Lucius II 854 d 846 b
Gerardus, *Episcopus Arianus* 246 c
† Gerardus *Abbas Blandinien.is* 730 c
Gerardus de Lyra *Ab. Præmonstrat. Antuerp.* 934 d
Gerardus vander Schaeft *Ab. Præm. Everb.* 947 e
Gerardus Knyff, *Ab. Præmonstrat. Antuerp.* 945 a
Gerardus II, *Generalis Camaldul.* 362 c
Gerardus de Trinciis, *Dominus Fulginii* 615 b
Gerasimus *Confessor* 70 e, 153 c
Geraudus *Episcopus Lausanensis* 686 a
Gerbaldus *Episcopus Cabillonensis* 674 c
Gerberga *Regina Italiæ* 664 b
† Gereon *Martyr* 207 f, 822 d
Gereon *Episcopus Coloniensis* 915 c
Gerlandus *Prior S. Pauli* 686 f
Germanus *R. Sardin. et Monachus Cisterc.* 5 e
† Germanus *Episcopus Parisiensis* 700 b c
† Germanus *Episcopus Theatinus* 630 a
† Germanus *Episcopus Manniæ* 400 c
Germanus *Episcopus Vesontion.* 669 d
† Germanus *Episcopus Autissiodorensis* 400 b
† Germanus *Abbas* 365 c
Germanus *Abbas Athanacensis* 404 c
Germanus *Ordin. Minorum* 360 a
Gero *Ep. Magdeburg.* 526 b, 533 c, 912 e f
Gero *Comes* 905 f
Geroldus *Episcopus Moguntinus* 465 e
Geroldus *Comes consanguineus Car. M.* 528 e
† Gertrudis *Virgo* 214 d
† Gerontius Ficoclensis 302 d
† Gerontius, *socius S. Clari Episcopi* 8 b
Gertrudis Nicolai, *Priorissa Ordin. Præmonstr.* 967
Gervasius *Patriarcha CP.* 692 d
Gervasius *Episcopus Vesontionensis* 669 e
Gervasius *Diaconus Confessor* 697 e
Gervasius, *Abbas Præmonstratensis* 29 * a
Gerwardus *Bibliothecar. Aquensis Palatii* 192 e
Geylo *Episcopus Lingonensis* 674 c
Gewelibus *Episcopus Moguntinus* 465 f
Ghisianus de Casate, *comes* 7 * d
Ghirovilla, *Marchio* 144 e
† Gilbertus *fundat. Ordin. Sempringamensis* 749 c
Gilbertus, *Baro de Alberia* 750 c
Gilbertus Cognatus, *Erasmi auditor* 696 b
Gilius de Vitia *Archidiac. Albensis* 132 c. 139 b

Ginetti

Ginetti *Cardinalis sec.* 17 44 b
Girardus d'Athies *Episcopus Vesontion.* 695 f
Girardus de Rubeomonte *Episcopus Vesont.* 692 b
Girardus *Can. Vienn. vide* Gerardus 664 c, 692 c
Girfredus *Episcopus Vesontion.* 669 f
Gisela *mater S. Henr. Imp.* 505 d, 507 c
Giselbertus, *Ab. Præm. Antuerp.* 933 e
Giselbertus *Ab.* I *Mazeh. Præmonstr.* 646 f
Giselbertus de Duras, *Advocat. Trudon.* 947 a
Giselharius *Ep. Merseburg. et Magdeburg.* 905 f
Gisla, *soror Caroli Magni* 452 a
Gisla *Imperatrix* 538 a
Gislebertus, *Abbas S. Petri Gand.* 716 e
† Gislenus *Abbas* 7 c
Gislenus Perduyn, *Societat. Jesu* 488 a
Glismodis, *soror B. Meinwerci* 505 d
† Glyceria, *Virgo Martyr* 157 d
Gniph, *Satrapa Sueonum* 227 c
† Gobanus, *Confessor* 218 e
Godebaldus *Episcopus Traject.* 487 f
Godefridus, *vel* Gaufridus *Ep. Carnot.* 834 c
Godefridus *Episcopus Lingon.* 689 c
Godefridus *Comes Namurc.* 823 a
† Godefridus *Cappenberg. Præm.* 829 e, 960 b
Godefridus de Herentaels, *Ab.* 17 *Tongerl. Præmonstrat.* 958 a
Godefridus *Ab.* 6 *Everbod. Præmonstrat.* 947 c
Godefridus de Testelt, *Ab.* II *Everbod. Præm.* 947 c
Godefridus de Waerloos, *Ab. Præm. Antu.* 935 c
Godefridus, *Abbas Novem-fontium* 752 c
Godefridus Bullonius, *Dux Brabantiæ* 921 e
Godefridus, *Brædæ Dominus* 922 c
Godefridus et Ermensendis. 30 * c
Godefridus, *Abbas Præmonst.* 31 * e
Godefridus, *Comes Cappenberg.* 38 * b
† Godegrandus *Episcopus Meten.* 192 f
Godehardus *Episcopus Hildenesheim.* 533 c
Goffridus *Lycii Comes* 238 a
Goibaldus *Episcopus Ratisponensis* 460 f
Gomesius *Episcopus Burgensis* 116 e
Gomezius *Abbas* 557 d
Gondivicus *Rex Burgundiæ* 287 a
Gonterius *Episcopus Vesontionensis* 670 a
† Gontramnus *Rex Burgund.* 399 f, 641 e, 699 c d
Gonzalvus Vaz *Maurus M.* 273 c
Gorgias de Lusia, *Episcopus Feltrensis* 775 d
Gozelo *familiaris S. Symeoni* 90 e
† Græciniana *martyr* 434 c, 443 c
Gradlonus, *Britonum princeps* 18 * e
Grallonus, *Britonum Rex* 81 a
† Gratianus *martyr* 608 d
† Gratianus *Episcopus et martyr.* 608 d
† Gratianus I *Episcopus Turonensis* 608 d
Gratianus *Archipresbyter Romanus* 94 d
† Gregorius *Magnus* 166 f, 201 e
Gregorius *Papa* III, 166 f
† Gregorius, *Armeniæ Apostolus* 257 c
† Gregorius, *Episcopus Agrigentinus* 426 c
† Gregorius, *Ep. Ultrajectinus* 263 f, 447 c, 476 b
† Gregorius *Presbyter Spoletinus* 426 f
Gregorius *Diaconus Cardinalis* 831 f
Gregorius, *designatus Episcopus Tudert.* 95 c
Gregorius de Hagis, *Ab. Præmonstr. Antuerp.* 939 c
† Grimon *Præpositus Urspergensis* 887 c
Grimus, *Rex Scotiæ* 367 *b*
† Grodegandus *Episcopus Metensis* 705 e
Grusolfus *Episcopus Fesulanus* 739 f
Gualo *Episcopus Parisiensis* 295 d
† Guardatus *Ordinis Apostolinorum* 549 e
Gualterus *Episcopus Vesontionensis* 669 f
Gualterus *Ab. et Ep. Laudun.* 831 f, 840 a, 851 e
Guandalbertus *Episcopus Vesontionensis* 669 e
Guarinus *Abbas* 284 e
† Gudilas *vel* Godolias *Ab. Faverniacensis* 687 e
Guennargant, *matrina S. Ninnocæ* 401 a
Guerec, *Brittonum Rex* 14 * b
Guerec, *Dux Britanniæ* 399 e
Guerec, *Comes Nannetensis* 399 f
Guerec *Comes Venetensis* 399 f
† Guibertus *Abbas* 819 b
Guichardus *Episcopus Vesontionensis* 669 f
Guichardus *S. Stephani Archidiaconus* 685 d
Guichardus, *Abbas Athanacensis* 404 c
Guidebaldus, *Urbini Dux* 55 f
Guido *Cardinalis* 625 a
Guido de Guisis *Episcopus Concordiensis* 771 d
Guido *Episcopus Lugdunensis* 674 c
Guido de Bononia *Episcopus Lugdunensis* 648 f
Guido *Episcopus Viennensis* 686 d
Guido *Episcopus Volaterranus* 433 d
Guido *Episcopus Vesontionensis* 669 f
Guido *Abb. S. Clementis Confessoris* 434 b
Guido II *Abb. S. Clementis Confessoris* 434 b
Guido *Abbas Mosacensis* 779 e
Guido, *Comes de monte Feltrio* 145 d
Guido Rhenus, *pictor Bononiæ* 80 a
Guidus, *Cardin. S. R. E. legatus* 777 c
Guigo, *Abbas Balmensis* 690 d
Guilielma, *Abbatissa de Bathento* 695 b
Guilielmus a Castellione, *Ordin. Minor.* 154 c
Guilielmus de Arguello *Episc. Vesontion.* 686 c
Guilielmus *Episcopus Calensis* 336 a
Guilielmus Simonin, *Episcopus Corinth.*
Guilielmus, *Episcopus Diuensis* 336 a
Guilielmus de Sura, *Episc. Lugdun.* 648 e, 665 b
Guilielmus *Episcopus Luteolannensis* 336 c
Guilielmus *Episcopus Tartarorum* 336 c
Guilielmus *Episcopus Tornac.* 488
Guilielmus *Episcopus Vesontion.* 662 d
Guilielmus de Turre *Episcopus Vesontion.* 694 a
Guilielmus 3 de Vergeyo *Episcopus Vesont.* 695 f
Guilielmus Piro *Episcopus* 303 e
Guilielmus Conquestor, *Rex Angliæ* 854 c
Guilielmus Rufus, *Rex Angliæ* 854 c
Guilielmus Bonus, *Rex Siciliæ* 253 d
Guilielmus *Rex Siciliæ* 546 f
Guilielmus Leopoldus, *Archidux Austriæ Episcopus Magdeburg.* 901 b
Guilielmus Magnus, *Comes Burgund.* 685 c, 686 f
Guilielmus IV *Com. Pictav. Dux Aquitan.* 89 d
Guilielmus Trust. *Abbas Fontanensis* 410 e
Guilielmus, *Abbas Balernensis* 695 a
Guilielmus *Abbas Faverniac.* 688 c
Guilielmus *Abbas S. Clement. Confess.* 434 b
Guilielmus de Monte-forti *Ab. Beccensis* 355 c
Guilielmus de Bato Maurelli *Ab. S. Illidii* 425 a
Guilielmus *Ab. S. Benedicti Cremon.* 167 c
Guilielmus le Duc *Abbas* 286 f
Guilielmus Verstegen. *Vicar S. Michaelis Præmonstr. Antuerp.* 940 d
Guilielmus, *Decanus Aquileien.* 770 c
Guilielmus Gassa *Archipresbyter Albien.* 138 d
Guilielmus Tophius, *Cantor Traject.* 199 d
Guilielmus va Styl, *Ordin. Beggardorum* 600 b
Guilielmus du Lorny, *Societ. Jesu* 628 e
Guillermus *Card. Episcopus Ostiensis* 76 b
† Guimera *Episcopus* 284 c
Guinarus *et* Guinerus, *idem qui* Germanus *Rex Sardiniæ* 5 e
Gummarus *Præpositus S. Mariæ Brug.* 487 e
Gundeulfus *Comes* 863 c
Gundobadus, *Rex Burgundiæ* 287 b
Guntharius, *filius* 2 *Chlodomeris* 289 a
Gurgalonus *Episcopus* 402 a

Gurkeusanteli

Gurkentelius *Patrinus S. Ninnocæ et Abb.* 403 b
Gurtiernus *Rex* 400 c
Gutfredus *Episcopus Volaterranus* 441 f
† Guthlacus *Eremita* 262 a
Gunfredus, *Episcopus Volaterranus* 431 b

H

Habacuc *Martyr* 192 d, 201 e
Hadda, *discipulus S. Bonifacii* 465 b
Hadoindus, *Episcopus Cenomann.* 700 a, 712 c
Hadwigis, *mater S. Norberti* 802 a, 808 b
Hagano *Episcopus Æduorum* 683 e
Haguinus, *Hæreticus* 670 d
Hathumarus, *Episc. Paderborn.* 503 e
Halaida, *Abbat. Castri Carnionis* 683 e
Halinardus, *Episc. Lugdunensis* 684 c
Harnidus, *filius Agilberti* 173 f
Hartwicus, *Episcopus* 228 a
Hartwigus, *vel* Hardricus, *Ep. Magdeburg.* 911 a
Hartwicus, *Episc. Ratisponensis* 830 b
Hardwigus 2 *Abbas Hertzfeld. intrusus Episc. Magdeburgensis* 911 c
Hatto, *Episc. Moguntin.* 904 a
Hayminus *Episcopus Vesontionen.* 669 c.
Hector, *Episc. Vesontionen.* 669 f
Heden, *Princeps Turingiæ* 461 e
Hegesippus, *scriptor sub Hadriano* 19 b
† Heymeradus, *Presbyter* 500 e, 509 c, 530 b
† Helarus *Episc. Aquil.* 373 b
† Helena, *mater Constant. M.* 99 c, 155 d, 166 e, 669 c
Helena, *Russorum Regina* 902 c
† Helena *Sueca* 321 d
† Helenus *monachus Confessor* 564
Helias, *discipulus S. Livini* 486 b
Helvas, *Ab Præmonstrat. Antuerp.* 933 e
Heliodorus, *Episc. Sedunensis* 663 a
Helisachar *subscr. diplomati Ludovici Pii* 173 e
Helladius, *vel* Eladius *Episc.* 71 b
Henricus Auceps, *Rex Germaniæ* 505 b
† Henricus *Imperator* 502 c, 505 p, 507 a, 833 d
Henricus Junior *Imperator* 504 e, 802 b, 808 e
Henricus III *Imperator* 4 f, 224 b
Henricus IV *Imperator* 126 f, 685 a
Henricus V *Imperator* 334 f
Henricus VII *Imperator* 760 b
Henricus *Rex Angliæ* 854 c
Henricus II *Rex Angliæ* 303 d, 392 b
Henricus IV, *Rex Angliæ* 554 f
Henricus V, *Rex Angliæ* 558 c
Henricus VI, *Rex Angliæ* 558 c
Henricus, *Rex Franciæ* 354 a
Henricus, *Dux Bavariæ* 538 a
Henricus, *Dux Bavariæ pater, S. Henr. Imp.* 504 c.
Henricus, *Carinthiæ Dux* 771 c
Henricus, *frater S. Cunig. Dux Bavariæ* 507 c
Henricus, *filius Conradi Imp.* 538 b
Henricus, *filius Rotberti Burg. Ducis* 684 b
Henricus, *Dux Brabantiæ* 692 f
Henricus, *Lantg. Turing.* 917 d
Henricus, *Goritiæ Comes* 771 c
Henricus, *Infans Lusitaniæ* 556 a
Henricus, *Comes Namurcensis* 823 a
Henricus, *Comes Tirolis* 772 c
Henricus *a Schlik, Comes in Passaum* 860 b
Henricus Julius, *Baro de Blum* 41 c
Henricus de Spilimberga, *interfector B. Bertrandis Patr. Aquileien.* 768 a
Henricus van Borssele, *Toparcha Veræ* 964 f
Henricus *Ep. Eboracensis* 688 d
Henricus *Ep. Magdeburg.* 911 e
Henricus de Metis *Ep. Tridentinus* 772 b
Henricus *Ep. Basileensis* 635 b
Henricus de Maupas *Ep. Ebroicensis* 44 a
Henricus *Ep. Lausanensis* 683 e
Henricus *Ep. Londinensis* 303 b
Henricus Sanglier, *Ep. Senonensis* 751 e
Henricus *Ep. Parmensis* 525
Henricus *Ep. Wirciburgensis* 524 a, 526 b
Henricus II *Ab.* 5 *Tongerl. Præmonstrat.* 957 f
Henricus, *Ab. Vivarien.* 840 a
Henricus, *Abbas Vallis serenæ* 831 f
Henricus de Mechlinia *Præm. Ab. Antuerp.* 934 f
Henricus de Winxele *Ab.* 19 *Everbod. Præm.* 947 d
Henricus *Ab.* 1 *Tongerl. Præmonstr.* 957 e
Henricus de Beckevoert, *Ab.* 19 *Tongerl. Præm.* 958 a
Henricus de Kemminagio, *Abbas* 27 *Tongerl. Præmonstrat.* 958 d
Henricus de Voren, *Ab.* 26 *Tongerl. Præm.* 958 d
Henricus *Præpos. Paderborn.* 502 b
Henricus Godelin *Præpos. S. Morandi* 339 b
Henricus Bryms *Decanus Murbacen.* 339 f
Henricus *Ord. Min.* 607 b
Henricus Lindanus *Soc. Jesu* 51 a, 397 e
Henricus Turckius *Soc. Jesu* 901 e
Henricus Labus *Soc. Jesu* 489 c
Heraclidæ, *familia apud Græcos* 59 b c
Herbertus *Episcopus Vesontion.* 690 a
Herbertus, *pater S. Norberti* 802 a, 808 e
† Herculanus *Martyr* 77 f, 78 a
Hercules *idolum* 52 b c d
Herdingus, *Ab. S. Joan. Bapt. Magdeburgi* 904 d, 906 c
Heresindis *Comitissa* 216 c
Heribaldus *Ep. Autissiodor.* 740 e
Heribertus *Comes* 731 b
Heribertus *Episc. Mediolanensis* 373 b
† Heribertus *Ep. Coloniensis* 508 a, 511 c, 524 b
Heribertus, *frater S. Norberti* 855 a
Heribrandus, *Abbas Leodii* 606 e
Hericus *Episc. Havelbergensis* 511 c, 526 b
Herieldus *Comes* 505 f
Herimannus, *Dux Saxoniæ* 505 e, 509 f
Herimannus *Dux Sueviæ* 506 f
† Herlindis *Virgo* 199 e
† Hermagoras *Episc. Aquileiensis* 373 b
† Hermagoras *Martyr* 765 b
Hermannus *Ep. Coloniensis* 542 d, 916 b
Hermannus Wernerus Wolffmetternich de Grachi *Episcopus Paderbornensis* 228 f
Hermannus *Episc. Tifernensis* 57 b
Hermannus, *Baro a Questembergh* 873 f
Hermannus, *Ab. S. Martini Tornac.* 804 a
† Hermannus Joseph *Ord. Præm.* 878 c
Hermannus, *Ab. Præm. Antuerp.* 934 a
Hermannus Joseph vander Poorten, *Ab Præmonst. Antuerp.* 944 f
Hermannus, *Abbas* 4 *Tongerl. Præm.* 957 f
Hermannus, *Monachus* 38 * b
Hermenburga, *Domina Salinensis* 682 f
† Hermes *Martyr* 199 f, 201 f
† Hermes *Martyr Bononiensis* 49 c
† Hermilus *Martyr* 153 a
Hervæus, *pater ven. Hildeburgis* 354 a
† Hesychius *Thaumaturgus* 70 a
Hettus *Episcopus Trevirensis* 173 f
† Hieremias *Martyr* 318 e
Hieremias *Episc. Senonensis* 740 b, 742 e
† Hierlatius *Ep. Tuamensis* 608 d
Hieronymus de Genutiis *Ep. Wigorn.* 964 e
Hieronymus *Ab. Strahoviensis* 800 f

Hieronymus Calagrani *Ab. Comm. Aronensis* 24 c
Hieronymus Fabri, *Ab* 29 *Everbod. Præmonst.* 947 e
† Hilaria *Martyr* 32 f, 614 b
† Hilarion Junior, *Hegumenus* 411 a
† Hilarius *Martyr* 487 e
† Hilarius *Episcopus Martyr* 537 f, 541 e
† Hilarius *Ep. Tolosanus* 4 c
† Hilarius *Ep. Pictavensis* 72 a
Hilarius *Ep. Vesontionensis* 669 c
† Hilarius *Ep. Arelatensis* 75 b
Hilarius *ductor peregrinorum Hierosolymis* 87 a
Hilarius, *Conversus Cisterciensis* 367 c
† Hildegundis *Virgo* 500 e
Hildewardus *Ep. Citicensis* 511 d, 524 b
† Hermylus *Martyr Singiduni* 3 c
Heronius *Præses, persecutor* 537 f
Hildebrandinus de Comitibus *Ep. Paduæ.* 775 d
Hildegunda, *Abb. de Gesike* 537 d
Hildevortus, *Ep. Meldensis* 680 c
Hildewardus *Ep. Halberstad.* 903 a
Hildolfus I *Episcopus Coloniensis* 857 d
Hildolfus II *Episcopus Coloniensis* 857 d
Hildolfus *Præpositus Antuerpiæ* 918 c
† Hidulfus 687 c
† Hidulphus *Episcopus Trevirensis* 500 e
Hilduinus *Parochus Antuerp.* 918 f
Hilduinus *Ab. S. Medardi* 178 c, 183 b
Hilmitrudis, *mater Pippini Gibbosi* 174
Hildricus, *ultimus Meroving. R. Franc.* 480 e
Hoellus, *Episcopus Cenoman.* 701 d
† Hogerus *Episcopus* 227 c, 228
Honestus, *Episcopus Perusinus* 333 f
† Honorata *Virgo, ex Ursulanis* 608 a
Honoratus *Presbyter* 613 b
Honorius II papa 31 * a
Hosius, *Episcopus Cordubensis* 378 c
† Hrosnata *Princeps, M. Ord. Præmonstrat.* 883 e f
Hucbaldus *Episcopus Tranensis* 239 a
Hugibertus, *Dux Bavariæ* 447 c, 462 d
Hubertus, *Ab. 2 Tongerl. Præmonstrat.* 957 e
Hubertus Back, *Ab.* 18 *Tongerl. Præmonstr.* 957
Hubertus a Curia, *Martyr* 367 f
Hubertus, *Nobilis Colon. 12 sec.* 947 a
Hugo de S. Caro, *Presbyter Cardin.* 694 f
Hugo, *Episcopus Altissiodorensis* 688 e
Hugo, *Episc. Carnotensis* 355 d
Hugo, *Episcopus Cizensis* 903 b, 905 d
† Hugo, *Episcopus Lincolniensis* 500 e
Hugo I, *Episcopus Vesontion.* 665 f, 679 a
Hugo II, *Episc. Vesontionen.* 669 f 679 a
Hugo de Cabilone, *Episc. Vesontion.* 695 d
Hugo de Montefalconis, *Episc. Vesontion.* 684 f
Hugo ex Com. Burgundiæ *Ep. Vesontion.* 684 f
Hugo de Vienna *Ep. Vesontion.* 695 f
Hugo II, *Dux Burgundiæ* 689 c
Hugo III, *Dux Burgundiæ* 689 c
Hugo IV, *Dux Burgundiæ Dominus Salinensis* 664 e
Hugo *filius Rotberti Burgundiæ Ducis* 684 a
Hugo, *Abbas Cluniacensis* 683 e
Hugo, *Abbas S. Martialis Lemov.* 89 e
† Hugo *socius S. Norberti et Ab. Præm.* 800 d, 868 d
† Hugo *Abbas* 333 f
Hugo, *Ab. Præm. Antuerp.* 933 f
Hugo Boose, *Ab. Middelburg. Præm.* 964 b
Hugo de Granmont, *Præp. S. Morandi* 339 f
Hugo, *Dominus de Trevas* 685 b
Hugo *Diensis S. R. E. Legatus* 684 e
Hugo Richeus 263 c
Huneridus, *al.* Menfridus *Ep. Magdeb.* 913 a
Humbertus *Episc. Vesontionensis* 688 b
Humbertus *Ep. Lugdunensis* 684 c
Humbertus, *Dominus Salinensis* 664 a, 682 b
Humbertus II, *Dom. Salin. ejusque cognatio* 664 b
Humbertus III, *Dominus Salinensis* 664 b
Humbertus, *filius Alberici Dom. Salin.* 664 c
Humbertus *Dom. castri Medull. et Naviliac.* 685 b
Humbertus *Abbas Balernensis* 695 a
Humbertus de Beunco *Ab. Jurensis* 635 e
Hunaldus *Ab. Jurensis* 685 f
Hunred *Hæreticus* 459 f
Hunfridus *Episc. Magdeburg.* 533 c, 538 f
Hunus *Presbyter* 178 c
Huoggi, *Abbas Fuldensis* 485 f
† Hyacinthus *Martyr* 199 f, 201 f, 410 a
Hyacinthus Hofman *Ab. Strahoviensis* 899 b
Hyacinthus a Jesu *Carm. Discalc.* 896 c
Hymarus *Card. Ep. Tuscul.* 688 d
† Hymnemodus 662 e
† Hypatius, *forsan Episc. Gangrorum* 690 f
Hypolytus Novellus *Ep. Albiensis* 133 c
Hyppolytus Bæzani de Ferraria *Gener. Ord. Servorum B. Mariæ* 38 c

I

† Ida *vidua Com. Bonon.* 539 e
Ida *Lotharingiæ Ducissa* 692 c
† Ignatius *Martyr Ep. Antiochenus* 609 e
† Ignatius, *Societ. Jesu Fundator* 286 f
Ignatius Gigli, *Decanus Lucensis* 326 b
Ignatius Rochettus *Societ. Jesu* 628 f
Ignatius Diertins *Societ. Jesu* 259 f
Igniva *mater S. Coni* 353 a
Ildebodus *Episcopus Cabilonensis* 674 c
† Illidius *Episcopus* 263 d
Imadus, *consanguineus B. Meinwerci* 530 e
Imed, *pater B. Meinwerci* 504 b
Imed, *filius Walberti Saxonis* 505 b
Imma, *conjux Egenhardi Script.* 173 b f
Immedus, *frater S. Mathildis Reginæ* 505 e
Importunus *pseudo-ep. Vesontion.* 670 a
Ina *Rex Occidental. Saxonum* 458 b
Ingelarius *Ab. Carilocensis* 163 d
† Ingelmarus *Eremita* 887 b
Ingizo *Ep. Castellanus* 904 c
Ingoberga, *Regina Franciæ* 701 f
Ingomeres *filius Chlodovei I* 287 d
Ingrannus *Ep. Laudunensis* 202 e f
† Injuriosus 417 a
Injuriosus *Ep. Turonensis* 191 e
† Injuriosus *Abbas Jurensis* 640 f
† Innocentes martyres 440 f
Innocentius, *Miles Thebæus M.* 902 d
Innocentius *Papa II* 946 e
† Innocentius *Ep. Cenomanen.* 699 a
Innocentius *Ep. Mevanien.* 613 b
† Irenæus *Ep. Lugdunensis* 619 b 665 e 668 e, * 670 f
Irenæus *Episcopus Narbonensis* 619 c
† Irene *Virgo Martyr* 560 d
Irmengardis, *mulier sancta* 912 f
† Irmina *Abbatissa Horrei Trevir.* 447 b
Isaac *Episc. Lingonensis* 674 c
Isaac *Abbas* 262 d
† Isaac *Monachus* 410 c
Isaac *Præpos. Formisel. Can. Regul.* 961 d
† Isaacius *Monachus Martyr* 498 b
Isabella, *Ducissa Burgundiæ* 563 b
Isabella, *uxor Phil. Boni Ducis Burg.* 567 d
Isabella Clara Eugenia, *Belgar. Princeps* 365 f, 858 e
† Isidorus *Ep. Hispalensis* 119 f
† Isidorus *Episcopus* 282 e

† Isidorus 695 e
† Isidorus 811 c
† Isidorus *Confessor* 155 d
Isidorus *Presbyter* 582 c
Isidorus *Presb. et Xenedochus* 586 e
† Ischirion *et milites quinque* 7 d
Isfridus *Abbas Præmonstr.* 887 f
Issen *Rex in Hisp. Maurus* 498 c
† Ivanus *Monachus* 886 b

J

† Jacobus *Frater Domini* 127 d
† Jacobus *Apostolus* 252 c
† Jacobus *Diaconus Martyr* 51 a
† Jacobus a Certaldo *Camaldulen.* 439 a
† Jacobus Lacopius, *Præmonstr. Mart.* 887 f, 971 e
Jacobus *Rex Majoricarum* 764 a
Jacobus, *Card. S. Chrysogoni* 767 a
Jacobus Haraltus *Ep. Augustodunensis* 39 f
Jacobus *Archipresb. Albensis* 137 c
Jacobus Radurchius *Legatus R. Hung.* 765 d
Jacobus Coppenus *Martyr* 154 f
Jacobus Capelle, *Ab. Thosanus* 488 b
Jacobus Atrebas *Ab. montis S. Martini* 750 d
Jacobus Embrechts, *Ab. Præm. Antuerp.* 938 f
Jacobus Elsacker, *Ab. Præm. Antuerp.* 938 a
Jacobus de Insula, *Ab. Middelburg. Præm.* 963 d
Jacobus Veltackerus *Ab. 34 Tongerl.* 959 b
Jac. Hroznata Crils, *Ab. 41 Tongerl.* 960 e, 976 f
Jacobus de Marano *Decan. Utinen.* 766 d
Jacobus Heldewyck *Canon. Iprensis* 618 a
Jacobus Froye, *Abbas Hasnonii* 4 * a
Jacobus Laderchius 5 * a
Jacobus Simon 5 * a
Jacobus *Canon. Treverensis* 99 f
Jacobus Bardion *monachus Illidianus* 418 a
Jacobus Tirinus *Societat. Jesu* 415 f
† Jamnica *Martyr* 366 b
Jarbas, *Rex Mauritaniæ* 633 a
Jaromirus, *Dux Bohemiæ* 911 b
Jaroslaus, *Dux Wlodomiriensis* 630 d
Jaroslaus Borzita, *Comes a Martinitz* 869 c
† Jason *Martyr* 614 b
Jaxa, *Dux Zarbiæ* 630 e
Jecha *idolum* 490 d
† Jeremias *Martyr Socius Pamphili* 61 b
Joachim *Patriarcha in Moscovia* 131 f
Joachimus *Abbas Fuldensis* 491 f
Joanna *Fr. et Nav. Reg. Dom. Salin.* 663 d
Joanna, *Ducissa Brabantiæ* 957 d
Joanna Bernardini *Eremicola* 397 b
Joanna de Guilhem *Erem. Augustin.* 155 a
Joanna de Durve *Abb. Clariss.* 6 a
Joanna *uxor* Alberti *Com. Ferretr.* 335 b
† Joannes Baptista 326 a, 759 e
† Joannes Evangelista 584 d
† Joannes *Diac. Martyr* 4 d
† Joannes *Eleemosynarius Ep.* 410 a
Joannes Tudertinus *Martyr* 367 f
Joannes *Eremita Pinnatensis* 104 c
† Joannes Calybita 695 e
† Joannes a Meda, *Presbyter* 608 a
† Joannes *Conf. Kioviæ* 257 f
† Joannes Gandavensis *Eremita* 638 a
Joan. Bapt. *Card. S. Cæciliæ* 767 c
Joan. Bapt. *Altierius Card. Ep. Tudert.* 613 e, 628 f
Joannes *Card. S. Praxedis* 767 c
Joannes *Card. S. Laurentii* 405 d
Joannes Michael *Card. Diac. S. Angeli* 767 c
Joan. Bapt. Maduccius *Prior S. Laurentii* 351 b
Joan. Bapt. Petrocchius *Presb.* 38 c
Joan. Bapt. Petrutius *Can. Tranensis* 246 f
Joan. Bapt. Schellembergius *Soc. Jesu* 800 f
Joannes Bona *Cardinalis* 133 b
Joannes *Papa XII* 41 * c
Joannes *Papa XIII* 49 * c
Joannes *Vitellescus Card.* 615 c
Joannes, *Rex Angliæ* 303 d
Joannes, *Rex Bohemiæ* 772 a
Joannes I, *Rex Castellæ* 119 e
Joannes II, *Rex Castellæ* 359 d
Joannes I, *Rex Lusitaniæ* 552 b
Joannes III, *Rex Lusitaniæ* 263 d
Joannes, *filius Joannis I. R. Lusit.* 574 a
Joannes, *filius Alfonsi V. R. Lusit.* 580 d
Joannes *Com. Burgundiæ Dom. Salinensis* 663 d
Joannes II *Com. Burg. Dom. Salinen.* 664 d, 695 d
Joannes *Comes Tyrolis* 768 b, 772 c
Joannes, *Lancastriæ Dux* 554 f
Joannes Borgia *Dux Gandiæ* 207 f
Joannes de Castrolucio *Seneschallus Lugdun.* 667 f
Joannes Beccus *Patriarcha CP.* 327 f
Joannes de Rupescissa *Patriarcha CP.* 666 e
Joannes *Episcopus Alabensis* 106 e
Joannes *Episc. Aletensis* 715 c
Joannes Malderus *Ep. Antuerpiensis* 415 f, 883 b
Joannes Miræus *Ep. Antuerpiensis* 858 e
Joannes *Episc. Aurelianensis* 295 d
Joannes *Episcopus Bariensis* 246 d
Joannes de Senna *Episc. Basileensis* 335 b
Joannes *Ep. Bircacensis* 228 e
Joannes de Cabilone *Ep. Lingon.* 695 d
Joannes *Episc. Cirenensis Vic. Trev.* 102 c
Joannes *Episc. Emonensis* 777 f
Joannes Ludov. a Sabaudia *Ep. Genev.* 660 b
Joannes *Ep. Immolensis* 904 c
Joannes *Ep. Lausannensis* 694 e
Joannes *Episcopus Lucensis* 324 d
Joannes a Stryen, *Ep. Middelburg.* 971 c
Joannes *Ep. Magnopolitanus* 916 c
Joan Philippus a Schonborn *Ep. Moguntinus* 491 f
Joannes Suicardus *Episc. Mogunt.* 176 a
Joan. Antonius Ulpius *Ep. Novocom.* 444 f
Joan. Franciscus a Balneo *Ep. Patracensis, Nuntius in Belgio* 883 a
Joannes *Episcopus Perusinus* 24 b
Joannes Pistoriensis *Ep. Spoletinus* 358 d
Joannes *Ep. Ravennas* 504 d, 907 d
Joannes *Episc. Saltzburgensis* 460 f
Joannes de Benedictis *Ep. Tarvisinus* 775 d
Joannes *Ep. Tervanensis* 833 d
Joannes *Episcopus Tranentis* 238 f, 241 a
Joannes II *Episc. Vesontionensis* 692 e
Joannes de Truyno *Ep. Vesontion.* 696 a
Joannes de Villa-Abbatis *Ep. Vesontion.* 692 d
Joannes de Vienna *Ep. Vesontion.* 695 f
Joannes de Rupescissa *Ep. Vesontion.* 696 a
Joannes de Norry *Ep. Vesontion.* 696 a
Joannes Jacobus Fauche *electus Ep. Vesontion.* 696 e
† Joannes *Hegumenus* 748 b
Joannes *Euchaitarum Metropol.* 584 e
Joannes Magnus *Ep. Upsalensis* 226 e
Joannes *ex Monacho Episcopus* 227 b
Joannes *Archimandrita* 597 d
Joannes *Ab. S. Proculi Bonon.* 49 d, 78 f
Joannes *Propheta Ab.* 583 a, 589 c
Joannes *Abbas Corveoli* 695 a
Joannes de Lyra *Ab. Præmonstr Antuerp.* 934 d
Joannes Fierkens, *Ab. Præm. Antu.* 937 a
Joannes de Weert, *Ab. Præm. Antuerp.* 938 a

Joannes Robyns, *Ab. Præm. Antu.* 938 a
Joannes Chrysostomus vander Sterre, *Ab. Præm. Antuerp.* 799 e, 857 f, 942 f
Joannes Bacca *Ab. Omensis* 119 d
Joan. Chrysost. Teniers, *Ab. Præm. Antu.* 945 d
Joannes de Bossuyt, *Ab.* 9 *Everbod. Præm.* 947 c
Joannes de Tieldonck, *Ab.* 12 *Everbod. Præm.* 947 c
Joannes de Rotzelaer, *Ab.* 14 *Everbod.* 947 c
ejus Epitaphium 935 b
Joannes Quistwater, *Ab.* 15 *Everbod. Præm.* 947 d
Joannes Pistorius, *Ab.* 16 *Everbod. Præm.* 947 d
Joannes Multoris, *Ab.* 21 *Everbod. Præm.* 947 d
Joannes Baldus, *Ab.* 23 *Everbod. Præm.* 947 d
Joannes, *Ab.* 10 *Tongerl. Præm.* 957 f
Joannes de Berlaer, *Ab.* 13 *Tongerl. Præm.* 957 f
Joannes de Gravia, *Ab.* 23 *Tongerl. Præm.* 958 a
Joannes de Kinschot, *Ab.* 28 *Tongerl. Præm.* 958 d
Joannes de Wefferhoven, *Ab.* 30 *Tong. Præm.* 958 e
Joannes van's Gravesande, *Ab. Middelburg. Præmonstraten.* 966 c
Joannes de Westcappel, *Ab. Middelburg. Præm.* 967 e
Joannes Dankardus, *Ab. Middelb. Præm.* 967 c
Joannes Drusius, *Ab. Parcen. Præm.* 972 d
Joannes Lohelius *Ab. Strahov. de in Pragen. Ep.* 858 a
Joannes de Pruetis *Ab. Gen. Præmonstrat.* 798 a
Joannes *Ab. Faverniacensis* 688 b
Joannes *Abbas Fiscanensis* 684 c
Joannes *Abbas Onniensis* 115 e
Joannes VIII *Abbas Onniensis* 107 a
Joannes *Ab. S. Clementis* 434 c
Joannes *Ab. Casinensis* 451 c
Joannes Brand *Præpos. S. Albani Basileæ* 347 c
Joannes Spronts, *Præpos. Brixinensis* 102 c
Joannes de Luceria, *Præpos. S. Morandi* 335 d
Joannes Bureardi, *Præpos. S. Morandi* 339 e
Joannes Tulleri, *Præpos. S. Morandi* 339 e
Joannes Jac. de Morimont *Præpos. S. Morandi* 339 e
Joannes de Jonchiere *Præpos. S. Morandi* 339 e
Joannes a Soto *Ord. Minor.* 607 c
Joannes Bernardus, *ab Indis occisus* 154 f
Joannes Scarpa, *Ord. Apostolin.* 548 f
Joannes Michael vander Ketten. *Ord. S. Brigitt.* 809 d
Joannes a Matre Dei, *Carm. Disc.* 896 a
Joannes Paulus Oliva *Gener. Soc. Jesu* 799 d
Joannes Jac. Turrinettus *Soc. Jesu* 223 c
Joannes de Tollenare *Soc. Jesu* 415 f
Joannes Ferrandus *Soc. Jesu* 404 c
Joannes Bapt. Dametus *Soc. Jesu* 105 a
Joannes Filomarinus *Soc. Jesu* 207 e
Joannes Gregorius *Soc. Jesu* 105 a
Joannes Savaro *Præses Arverniæ* 750 e
Joannes Gabriel *Baro de Sparwenfeld* 131 c
Joannes Nassavius *Viandæ et Bredæ Dom.* 651 d
Joannes Franciscus Leta, *Gubernat. Perygulæ* 56 a
Joannes Aldringerus *Comiss. Cæsareus* 859 d
Joannes Allman *tribuum proconsul* 867 b
Joannes *pater B. Placidi Recinetensis* 549 b
Joannes Alvarez *Secretar. B. Ferdinandi* 552 b, 559 c
Joannes Lunensis *concaptivus B. Ferd.* 560 d
Joannes Laurentius *concaptivus B. Ferd.* 559 c
Joannes Rasoir 4 * c
Joannes le Franq 4 * b
Joannes, dux Brabantiæ 31 * f
Joannes Rodericius *concaptivus B. Ferd.* 559 c
Joannes Vasius *concaptivus B. Ferd.* 559 c
Joannes de Hoechperch, *Præpos. Phortzen.* 102 c
Joannes *Præp. S. Symeonis Trevir.* 99 f
Joannes de Weest, *Præp. Virginum Middelb.* 971 b
Joannes de Ftuyno, *Decan. Vesontion.* 675 f
Joannes Georgius Purcher, *Decan. Frising.* 887 f
Joan. Fredericus a Schwalbach, *Decan. Fulden.* 485 a
Joannes *Prior S. Albani Vicar. Ep. Basileensis* 307 b
Joannes de Ave *Officialis Trevir.* 99 f, 121 f
Joannes Papiron *Legat. Apost. in Hibernia* 303 c
Joannes de Buccabellis, *Pauli 2 Secretarius* 966 d
Joannes Bisaiga *Archivii Vatic. Præfectus* 57 c
Joannes Ciampinus *Scriptor Romæ* 166 e
Joannes Bapt. Marus, *Can. Romanus* 51 d
Joannes Cervius *Can. Spirensis* 628 a
Joannes Stevart *Can. Traject.* 199 d
Joan. le Paige, *inventor Reliq. S. Gilberti* 753 a b
Joan. Vincentius Barachias *Can. Tranensis* 249 d
Joan. Petrus Pelogri *Curatus Barlassinæ* 762 f
Joan. Conrad. Baur *Prior Seligenstad.* 176 a
Joannes Schekmannus, *Monach. S. Maximini* 99 a
Joannes *Villariensis* 154 e
Joannes Vicentinus *Ord. Prædic.* 411 c
Joannes Joseph a Cruce, *Guard. Min. Pedemont.* 203 f
Joannes Gray *Ord. Minor.* 411 a
Joannes de Montegliano *Ord. Minor.* 778 c
Joannes Luneburg, *Ord. Minor.* 154 f
Joannes Laicus, *Ord. S. Franc.* 154 f
Joannes de Vallibus, *Ord. Minor.* 360 b
Joannes Leger *Prior montis S. Martini* 753 e
Joannes Broccardus *Patricius Volaterranus* 439 e
Joannes de Malbodio *pictor* 969 d
Joannes Erasmus Quellinus *pictor* 931 d
Joannes a Leidis *Hæreticus* 636 f
Joanninus *Episc. Metricensis* 336 a
Joanninus Burius *Cancellarius Episcopi Montis regalis* 144 a
† Jobus *Propheta* 325 f
Job *Archipresbyter Albensis* 136 f
Joceramnus Grossus *Dom. de Branceduno* 664 c
† Jonas *seu* Joannes *socius S. Clari Episcopi* 8 b
Jordanus *Episcopus Posnaniensis* 903 b
Josephus Maria de Thomaso *Theatinus* 366 d
Josephus a S. Germano *Ord. Cisterc.* 616 f
Josephus Maria San-felice, *Umbriæ Gubernator Archiepiscopus Consentinus* 38 d
Josephus de Luciis *Soc. Jesu* 203 c
† Jovinus *Abbas Pictavis* 410 c
Juditha *Imperatrix* 226 a
† Juliana *Virgo Martyr* 410 b
† Juliana *Martyr* 585 c
† Juliana *Virgo Martyr* 625 e
† Julianus 417 c
† Julianus *Martyr* 201 f
† Julianus *Martyr* 410 b
† Julianus *Martyr* 252 c
† Julianus *M. Socius Pamphili* 60 e
† Julianus *Episc. Cenomanensis* 699 a
Julianus *Ep. Burgensis* 106 e
Julianus *Card. S. Petri ad vincula* 767 c
Julianus *Abbas Onniensis* 115 d
Julianus *Cæsar Apostata* 400 b, 427 b c
† Julitta *Martyr* 402 f
† Julius *de Barlasina* 762 f
Julius Caracciolus *Ep. Tranensis* 246 f
Julius Vitellii *Ep. Tifernensis* 57 e
Julius de Maffæis *Patricius Volaterr.* 440 e

† Justina

† Justina *Martyr* 208 a
Justinianus *Imperator* 376 c, 431 b
† Justinus 229 b
† Justinus *Martyr* 20 a, 43 b
† Justinus *socius B. Clari Ep.* 8 b, 11 d
† Justinus, *Ep. Theatinus* 629 c
† Justus *Ep. Claromontanus* 420 b
† Justus *Archidiac.* 417 a e, 424 f
Justus *Ep. Vesontionensis* 669 c
Justus *Ep. Lugdun.* 970 a
Justus *Ab. S. Clement. Conf.* 432 b
Justus III *Ab. S. Clement. Conf.* 432 b
Justus *Martyr* 4 f
† Jvanus *Monachus* 886 b
Justus *Phedonensis Comes* 402 e
Jutta *Comit. de Bonnebugh* 829 f
† Juvenalis *Martyr* 512 b
Juvencus *Presb. et Poeta Evangelicus* 6 f

K

Kennetus III, *Rex Scotiæ* 748 f
Kenredus, *Rex Merciorum* 36 f
† Kevinus, *Ab. in Livinia* 262 f
† Kevinus *Ab. in Hibernia* 262 f
† Kilianus *Confessor* 608 d
† Kilianus *Episcopus Scotus* 608 d
† Kilianus *Martyr* 93 b, 502 b
† Kyeranus *Abbas* 311 b
Kylianus *discipulus S. Livini* 486 b

L

Lætus *Episcopus Fesulanus* 738 a
Lætus *Monachus* 292 b
Lahra *idolum* 490 d
Lalilaba, *Rex Abassiæ* 606 f
† Lamanus *Martyr* 662 d
Lambertus *Episcopus Lingonensis* 674 d
Lambertus Schyllink, *Præpos. Middelb. Præm.* 970 f
† Lambertus *Monachus* 153 f
Lambertus Buren *Soc. Jesu* 900 f
† Lampertus *Ep. Frisingensis* 886 d
Lampridius *Episc. Trauriensis* 336 c
Lancea, *mater S. Guidonis Ep.* 224 b
Landericus de Durnac *Ep. Lausannensis* 688 f
† Landrada *Abbatissa* 607 e
† Landfrancus *Episcopus Cantuariensis* 355 c
Landulphus *Episcopus* 6 e
Landulphus *Episc. Suessionensis* 675 d
Lanthildis, *soror Chlodovei I* 288 a
Lantwardus *Episcopus Mindensis* 904 c
† Laodicius *Martyr* 157 d
† Largus *Martyr* 538 a
Latinus *Episc. Tranensis* 241 a
† Laudus *Martyr socius S. Clari* 9 c
† Launomarus 292 b
Laura de Comerceyo *Com. Burg.* 695 d
† Laurentinus *Martyr* 155 a
† Laurentius, *al.* Laurentinus *Martyr* 374 c
† Laurentii *Acta vitiata* 27 d
† Laurentius *Episcopus* 446 f
Laurentius *Episc. Mediolanensis* 633 b
Laurentius *Ep. Bracharensis* 367 e
Laurentius Corvinus *Ep. Spoletinus* 615 c
Laurentius de Leodio 804 b
Laurentius *Ord. Minor.* 607 c
Laurentius *Laicus in Hispania* 263 d
Lazaraquius *Dux Maurorum* 559 a, 564 c d
† Lazarus *Carmelita* 366 b
Lazarus Carafinus *Ep. Comensis* 444 f
Lazzara *Episcopus Alifanus* 203 d
Leidradus *Episc. Lugdunensis* 736 f
Leimarus *Episcopus* 228 a
Lelius Morellus *Episc. Caput aquensis* 351 e
† Leo 502 b
† Leo *Martyr* 4 d
† Leo *Episcopus Theatinus* 630 a
Leo *Episcopus Turonensis* 289 c
Leo *Episc. Centumcellensis* 182 e
Leo *magnus Imperator* 431 c
Leo Isauricus *Imperator* 394 a
Leo Armenus *Imperator* 394 d, 748 b
Leo *Diaconus S. R. E.* 95 c
Leo *Archipresb. Vigiliensis* 230 e
Leo *Auctor versus Leonini* 23 a
Leo Sanctius *Benedictinus* 444 d
† Leocadia *Virgo M.* 7 d
Leodegarius *Martyr* 688 a
† Leodegarius *Episc. Augustodun.* 662 a
Leodegarius *Episc. Viennensis* 404 b
Leodegarius Velianus *Abbas Juliac.* 10 c
† Leogontia *Virgo* 417 d
Leompardus *Monachus* 367 b
† Leonardus Magnus 292 e
† Leonardus de Vendopera 292 f
† Leonardus *Reclusus* 363 b
Leonardus *Assisias S. Francisci socius* 6 b, 154 f
Leonartius *Episcopus Confessor* 5 b
Leonius *Abbas S. Bertini* 851 d
Leontius *Episcopus Vesontionensis* 670 a
Leontius *Episc. Forojuliensis* 673 d
Leontius *Episcopus Santonum* 716 a
Leopoldus *Archidux Austriæ* 339 f
Leoterius *Episcopus Nerulanus* 336 a
Leotaldus *filius Alberici Dom. Salinensis* 664 b
Leotoldus *Episc. Vesontionensis* 669 f
Leucadius *M. consanguineus S. Greg. Turon.* 159 c
† Leucius *Episc. Brundusinus* 238 f, 246 b, 252 b
Levinus Torrentius *Ep. Antuerp.* 959 e
† Liberata *Virgo* 410 a
† Liborius *Episc. Cenomanensis* 502 b, 504 f, 507 d
Libutius, *Russorum Episcopus* 902 e
Liceria *Matrona Rom.* 617 c
Licerius *Episcopus Arelatensis* 675 b
Licinianus *Martyr* 607 d
Licinius *Imp. persecutor* 27 c, 366 c, 427 b c f
† Licinius *Episc. Andegavensis* 707 b
† Lidwina *Virgo* 390 a
Lietardus *Episcopus Cameracensis* 921 a
Lietbertus *Episc. Camerac. et Atrebat.* 197 e
† Lifardus *Episcopus Confessor* 155 b
† Lifardus *Presbyter* 366 b
Lifardus *Conversus* 263 b
† Lioba *Virgo Angla* 468 a
Linus *Episcopus Vesontionensis* 669 b
Liventius *Monachus* 292 f
† Livinus *Ep. M. Patronus Gandensium* 486 b
† Lochanus *Eremita* 305 c
† Longinus *Martyr* 529 d
Lonnatius *Eipscopus Remensis* 716 a
Lotharius *Imperator* 173 f, 737 f, 843 c, 919 d
Lotharius *Rex Francorum* 730 f
Lotharius *filius Ludovici Pii* 736 f
Lodunensis *Familia* 71 f
† Lubentius *Episcopus Bremensis* 510 a
† Lucas *Stylita* 232 a
† Lucia *Virgo Martyr* 612 a
Lucia, *Faverniacensis Abbatissa* 683 d
† Lucilla *Matrona Rom.* 30 d *sepelit Martyres* 166 c
Lucius *Imp. frater Aurelii Imp.* 18 b c
Lucius Clarus, *Præfectus urbis Romæ* 8 c
Lucullanus *Abbas Collismanti* 545 a
Ludgard *Matrona devota* 5 a
† Ludgerus *Ep. Monasteriensis* 93 b

† Ludolphus *Abbas Corbeiensis* 229 a
Ludolphus *Comes* 507 d
Ludolphus *filius Ottonis I Imp.* 505 d
† Ludolphus *ex Ab. Episcopus Ord. Præm.* 888 a
Ludolphus *Eremita* 814 a
Ludovicus Pius *Imp.* 226 a, 736 f, 740 e, 811 b
Ludovicus II *Imperator* 135 d, 506 a
Ludovicus *Bavarus Imperator* 759 f, 773 d
Ludovicus *frater Caroli Crassi Imp.* 506 a
Ludovicus Crassus *Galliæ Rex* 750 f
Ludovicus Junior *Galliæ Rex* 750 f
Ludovicus *Transmarinus R. Franc.* 687 f
Ludovicus VII *Francorum Rex* 689 d
Ludovicus XIII *Rex Franciæ* 285 f
Ludovicus *Rex Hungariæ* 773 d
Ludovicus *Comes Ferretensis* 334 c
Ludovicus *Bavarus Junior* 768 d, 773 d
Ludovicus *Com. de Los sec.* 12 946 c
Ludovicus *Vicecomes Laudensis* 759 f
Ludovicus d'Arestel *Nob. Burgundus* 650 b
† Ludovicus *Card. et Episc. Arelatensis* 612 a
Ludovicus de Monte beligardis *Ep. Vesont.* 695 f
Ludovicus Gonzaga *Ep. Mantuanus* 3 f
Ludovicus de la Rochefoucauld *Ep. Lectoren.* 8 d
Ludovicus Castanæus de la Rocheposay *Episcopus Pictavorum* 71 c
Ludovicus de Estrada *Abbas* 154 e
Ludovicus de Blancaforti *Ab. Ferrariensis* 741 b
† Ludovicus *Arnesteniensis* 847 e
Ludovicus Crasius *Soc. Jesu* 625 d
Ludovicus Lobo *Soc. Jesu* 216 d
Ludovicus Velascus *Hisp. Legionis tribunus* 948 a
Ludovisius *Card. Ep. Bononiensis* 80 e
† Lugidus *Episcopus* 307 d
Luicharda *Abb. Eltenen. Matertera B. Meinwerci* 505 c
Luidgardis, *uxor Caroli Magni* 173 f
Luidolfus *Abbas Corbeiensis* 528 c
Luitderus *Comes frat. Bern. Ducis Saxoniæ* 510
Luithardus, *Episcopus Paderbornensis* 505 a
† Lupus *Episcopus* 7 a
Luitprandus, *Rex Longobardorum*, 135 d 458 c
Lullus, *Episcopus Moguntinus* 464 d, 478 b
Lumnius, *Comes Calvinista sævus* 972 a
Lupus, *Abbas Ferrariensis* 173 c
† Lupicinus *Monachus* 634 c
† Lupus, *Episcopus Senonensis* 744 d
Luthardus, *Episcopus Paderbornensis* 507 e
Lya et Stephanus eorumque filii 4 d

M

Macarius, *Episcopus Enonensis* 396 d
Macarius Simeomo, *Ab. Præm. Antu.* 944 a
† Maclovius, *Episcopus Aletensis* 715 c
† Madelgisilus *Eremita* 4 d
† Madoinus, *Episcopus Cenomanensis* 705 d
† Magnericus, *Episcopus Trevirensis* 85 c
Magnoaldus, *Abbas Flaviniacensis* 687 c
† Magnus *Martyr* 517 d
† Magnus *Episcopus* 229 e, 331 a
† Magnus, *Episcopus Mediolanensis* 634 b
Magnus, *Episcopus Senonensis* 742 e
Magnus, *vel* Magus *persecutor* 69 b
† Maimbodus *Martyr* 682 b
Maynardus, *Episcopus Urbini* 57 b, 144 c
Mainardus, *Comes Marpeccensis* 854 d
† Majolus, *Abbas Cluniacensis* 682 b
Mairus, *Monachus Martyr* 607 c
Malcolmus, *Rex Scotiæ* 155 c, 749 d
Malgolmus II, *Rex Scotiæ* 365 c
† Maldegarius *Monachus* 153 f
Mamertus *Episcopus Ebronensis* 657 e
† Mamolus 49 d
Manasses, *Episcopus Aurelianen.* 292 a 301 e
Manasses, *Abbas Flaviniacensis* 687 e
Manasses, *infamis hæreticus* 832 f
Manfredus *tyrannus* 411 d
Manfredus Septalius *solitarius* 758 b
Maneidus *Abbas* 423 d
† Marcellianus *Martyr* 26 b
† Marcellianus, *item Martyr* 51 b, 201 c
† Marcellinus, *Martyr Romanus* 153 e
† Marcellinus *Martyr* 410 b, 411 f
† Marcellinus *Episcopus* 153 b
Marcellinus *Episcopus Turtubulensis* 336 a
† Marcellus, *Cabillonensium Apostolus et Martyr* 157 d, 685 d
† Marchelmus, *discipulus S. Gregorius Ultrajectinensis* 479 b
† Marcia *Martyr.* 411 a
† Marcianus *Martyr* 368 a
† Marcianus *Martyr* 411 c
Marcus Evangelista 373 b, 610 c
† Marcus *Martyr* 4 d, 201 e, 410 a
Marcus, *Cardinalis S. Marci* 767 a
Marcus *Episcopus Aurelianensis* 292 b
Marcus, *Episcopus Justinopolitanus* 775 d
Marcus, *Patriarcha Aquileien. Cardinal.* 788 e
Marcus Bergomas, *Ordin. Minorum* 367 f
Marcus vanden Tempel *Soc. Jesu* 627 c
Marcuviaus *disc. S. Greg. Ultraject.* 479 b
† Margarita *Virgo Martyr* 252 c
Margarita, *Domina Salinensis* 664 c
Margarita *Com. Flandriæ* 963 b
Margarita *Com. Tyrolis* 768 d
† Margarita *Hungarica* 500 e
Margarita *Abb. fil. Ducis Brabantiæ* 367 d
† Maria Magdalena 688 c
† Maria *soror Lazari* 611 c
† Maria, *mulier sancta* 368 a
Maria Peregrina 263 b
Maria, *Regina Scotiæ* 749 b
Maria, *Princeps Russiæ* 630 d
Mara *fil. Caroli Pugn. Ducis Burg.* 487 b, 928 d
Maria Baptista Butaroni *Virgo* 411 a
Maria *Parmæ et Placentiæ Princ.* 368 a
Maria Cavaleria *Sanctimonialis* 6 a
Marianus *vel* Marinus *Ep. Arelatensis* 71 b
† Marianus, *Lector Martyr* 51 a
Marianus *Perbenedictus* 7* e
Marinus, *Præfectus persecutor* 49 f
Marquardus *Ab. Corbeiensis* 228 b
Marquardus *Ab. Fuldensis* 451 e
† Martinus *Martyr* 4 d
† Martinus *Ep. Turonen.* 229 b
Martinus de Cuyper, *Carm. Suffraganeus Ep. Cameracensis* 358 b
Martinus Kreys *Ab. Selingenstad.* 177 a
Martinus *Abbas Onniensis* 115 d
Martinus *Ab. Tabanensis* 326 d
Martinus de Leuis *Ab. Præmonstr. Antu.* 935 f
Martinus Granter *Præpos. S. Morandi* 333 d 335 d
Martinus Gigii, *Decanus S. Michaelis Lucæ* 320 c
Martinus *Canonicus Regularis* 301 f
Martinus Stricerius *Canonicus S. Crucis* 863 c
Martinus Hassa *Presb. Albensis* 138 b
Martinus Bresserus *Soc. Jesu* 895 a
Martinus, *Hospes S. Justini Romæ* 20 c
Martinus, *concapt. et medicus B. Ferd.* 559 c
Martinus Caperus, *Abbas S. Crespini* 4* b
† Marius *Martyr* 192 c, 201 e 141 a
Marius Mercator *laicus eruditus sec.* 4 431 c
Marolus *Ep. Stuvensis* 246 b
† Martialis 89 c

† Martialis *Ep. Lemovicensis* 388 a
Martialis, *Ord. Minor.* 44 b
† Martha, *soror Lazari* 611 c f
† Martha *mulier sancta* 368 a
† Martha *Martyr* 192 c, 201 e
Martyres 40 *Iconii* 368 a
† Martyres *Gorcomienses* 971 d
† Martyres *Trevirenses* 101 b
† Martyrius *Martyr* 4 c
Martyrius *Episcopus Viennæ* 5 a
† Maternus 99 c
Mathias Valentini *Ab.* 33 *Everbod. Præmonstr.* 947 c
Mathias Soutermans *Soc. Jesu* 333 b, 767 b
† Mathildis *Imperatrix* 902 f
† Mathildis *Regina* 505 e
Mathildis, *Com. Atrebat. Burg. Dom. Salin.* 663 d
Mathildis, *Comitissa Blesensis* 830 b
Mathildis, *Marchionissa Thusciæ* 438 b
† Matthæus *Apostolus* 610 b
Matthæus Vice-comes *Gubernat. Lombardiæ* 760 b
Matthæus, *Patriarcha CP.* 692 d
Matthæus, *Episcopus Cajetanus* 213 a
Matthæus Irsselius, *Ab. Ant. Præm.* 883 c, 942 e, 972 a
Matthæus Fullonius, *Ab.* 3. *Everbod. Præmons.* 947 c
Matthæus, *Præp. S. Symeonis Trevir.* 102 d
Matthæus de Padua, *Canonic. Aquileien.* 779 e
Matthæus de Bair, *Canon. Ord. Præmonstr.* 881 a
Matthæus, *Ordin. Minorum.* 360 a
Matthæus, *Ordin. Minorum* 360 b
Maura, *seu* Moreta *Domina Salinensis* 664 c
Mavortius, *Comes persecutor* 613 b
† Mauritius *Dux Thebæorum Martyr* 130 a, 846 e
Mauritus Nassavius, *Com. Calvin.* 972 c
† Maurus *Martyr* 412 d 614 b
† Maurus, *discipulus S. Benedicti* 292 b, 705 f
† Maurus, *Episcopus Veronensis* 391 d, 631 b
Maurus, *Episcopus Senensis* 433 c
Maurus *Piscator qui invenit corpus S. Secundi M.* 52 e
† Maxentius, *Episcopus Pictavorum* 71 f
† Maxima, *quæ sepelivit Corpora MM.* 40 e
† Maxima, *soror S. Maximini Treviren.* 71 f
Maximilianus I, *Imp. Dux Burg.* 102 b, 489 b, 967 c
Maximianus Herculius, *Imp. persecutor* 52 f, 374 a
Maximianus, *Galerius persecutor* 52 f, 375 c
Maximilianus a Burgundia *Gubernator Zelandiæ, Hollandiæ etc.* 961 d, 967 c
Maximilianus a Burg. *Ab. Middelb. Præm.* 969 d
Maximilianus Habbequius, *Societat. Jesu* 303 c
Maximinus *Cæsar persecutor* 366 c
† Maximinus, *Episcopus Trevirorum* 71 f
Maximinus, *Episcopus Vesontionen.* 669
Maximinus Junior, *Abbas Muracensis* 292 b
† Maximus *Martyr* 4 b
† Maximus *Martyr* 415 f
Maximus, *Probi Imperator. pater* 383 a
Maximus, *Imperator Trevirieus* 419 f
Maximus, *Præses persecutor* 374 a
† Maximus, *monach. et Abbas Lerinensis et Episcopus Regiensis* 76 f, 672 e
Maximus, *Episcopus Genevensis* 662 f
† Medanus, *discipulus S. Petroci* 393 f
Medanus *Episcopus* 749 a
† Medardus *Episc. Suessionen.* 674 d e
Megingosus, *Episc. Herbipolitanus* 445 b
Meingoz. *Archiepiscop. Trevirensis* 524 b
† Meinolphus, *Diacon. Paderborn.* 502 c
† Meinwercus, *Episcop. Paderborn.* 911 c
Melania *Magna* 584 d
Melanium Junior 584 d
† Meletius, *Episcop. Antiochenus* 19 d, 997 d e
Meliorantia, *Canon. Eccl. S. Mariæ Utini* 779 a
† Mellitus *Episcopus Angliæ* 446 f
† Mello, *Episcopus Rotomagensis* 608 b
Memmia, *Martyr Virgo* 624 e
Menalchius, *Episc. in Hibernia,* 486 c
Mencus de Hispello, *Episc. Sutrinus* 357 d
Meneduc, *mater S. Ninnocæ* 400 b
† Menelius, *Abbas Menaten.* 496 f
Mennas, *Patriarcha CP.* 385 e
Mennitus Petrus, *Abbas generalis O. S. Basilii* 21* c
† Mercurius *Martyr* 229 b
† Mevennius *Abbas* 392 a
Merolus *Chorepiscopus Cenomanen.* 700 a
† Methodius, *Episcopus Olympi* 428 c
† Methodius, *Martyr Episc. Pataræ* 428 c
Mevorus, *Princeps in Cornubia* 723 d e
Meynerius, *Præpos. S. Mauritii* 663 d
† Michael Archangelus 558 d, 575 b 608 a
† Michael Aragawi, *Monach. Presbyter apud Habessinos* 629 a
Michel Balbus *Imperator* 748 b
Michael Ophoven, *Episc. Silveduc.* 959 f
Michael, *Decan. S. Symeonis Trevir.* 100 a
Michael du Chesnoy, *Abbas Hasnonii* 4* e
Michael Colbert, *Gener. Præmonstrat.* 960 f
Michael Maldonatus, *Ordin. Præmonstrat.* 896 f
† Michael, *Ordin. Camaldulensis* 364 b
Michael Aquensis, *Ordin. Minorum* 802 e
Michael Matthiæ, *Episc. Signiensis* 787 d
Michael Barlasius, *Ordin. Minorum* 367 f
Micia ab Apostolis 263 c
Miecefluus *Poloniæ Dux* 44*
Migetius, *Episcopus Vesontionen.* 669 e
Milo, *Episcopus Taruanensis* 813 f
† Minervus *Martyr* 665 a, 668 d
† Minius *Martyr* 245 f
Misaco, *Slavorum Princeps* 538 b, 540 a
† Mochoemocus, *seu* Pulcherius *Ab.* 219 e
† Mocherog *Britto* 315 d
† Mochonna *Abbas* 312 e
† Mochuarocus *Abbas* 315 d
Molaunus 366 d
Moncherus, *Episcopus Osnebrugen.* 533 c
† Montanus, *Eremita socius S. Clari* 12 c, 14 d
† Morandus, *Mon. Benedict.* 500 e
Morhedrus *Episcopus* 402 a
Moveanus *Episcopus* 749 b
Mucurana, *soror S. Chrothildis* 287 b
Muley-Abusayd, *Rex Fessæ* 560 b
Muley-Valsaca, *Princeps Maurus* 581 e
Muley Xeque *Rex Fessæ* 560 b
Muley Xeque Oatacius, *Arsillæ Dominus* 581 d
† Munna *Abbas* 309 c
Muredacius *Episcopus* 154 b
Mutius Vitellescus, *Gener. Societ. Jesu* 415 f, 627 f

N

Nantelmus, *Abbas Agaunensis* 663 d
Narcissus *Episcopus* 610 d
Navarro, *Episcopus Cantiensis* 688 e
† Nazarius *Martyr* 192 f
Neapolio Comitolus *Episcopus Perusinus* 33 e
Nebridius, *Abb. monasterii Crassæ* 619
† Neomisia *Virgo* 331 b
† Neophytus *Episcopus* 155 d
† Nepotianus, *Episc. Claromontanus* 425 d
† Nerius, *Martyr Romanus* 101 e
Nero, *Imperator persecutor* 368 f
† Nicander *Martyr* 368 a, 411 c, 624 e
Nicasius Baxius, *Ordin. Eremit. S. August.* 895 c
† Nicephorus, *Ep. Constantinopoleos* 302 e, 428 b

Nicephorus, *Imperator Orientis* 748 b
Nicetius, *Episcopus Vesontion.* 669 d
† Nicolaus *Eremita* 153 c
† Nicolaus, *Solitarius in Helvetia* 155 e
† Nicolaus Tolentinas 411 f
Nicolaus *Patriarcha Aquileiensis* 765 a
Nicolaus, *Episcopus Tripolitanus* 346 f
Nicolaus Brunus, *Episc. Tridentinus* 772 c
Nicolaus Sachetti, *Episc. Vulterranus* 440 d
Nicolaus, *Episc. Vesontionensis* 692 f
Nicolaus, *Episc. Cameracensis* 921 b
Nicolaus de Castro, *Episc. Middelburg.* 970 e
Nicolaus Vieille, *Præp. S. Morandi Abbas in Valle-Dei* 339 f
Nicolaus van Troostenberghe, *Ab. Eechhout.* 489 a
Nicolaus Ambrosii, *Ab.* 34 *Everbod. Præmonst.* 948 e
Nicolaus Mutzaert, *Ab.* 26 *Tongerl. Præmonst.* 959 d
Nicolaus de Altaterra, *al.* Hogelandius, *Ab. Middelburg. Præmonstrat.* 963 f
Nicolaus Hugonis, *Ab. Middelburg. Præm.* 963 d
Nicolaus a Gandavo, *Ab. Middelburg. Præm.* 963 f
Nicolaus, *Abbas Eeckhoutanus* 488 b
Nicolaus vander Cruster, *Ab. Mid. Præm.* 965 d
Nicolaus Cesteri, *Ordin. Apostolinorum* 548 e
Nicolaus de Samerdenga, *Canon. Utinensis* 784 f
Nicolaus a Kostikio, *Ordin. Min.* 410 f
Nicolaus Antonii, *Societ. Jesu* 123 c
Nicolaus Parthenius Gianettasius, *Soc. Jesu* 231 e
Nicolaus Romæus, *Societ. Jesu* 628 d
† S. Nicomedes *Martyr* 40 a
† Nicomedes, *Presbyter et Martyr* 6 f
Nicomedes *Presbyter* 373 c
Nithardus, *filius Agilberti* 173 f
Norbertus van Couwerven, *Ab. Præmonstrat. Antuerpiæ* 799 f, 943 d
Norbertus Nicolaus Amand ab Amelunxen. *Abb. Strahoviensis Pragæ* 898 b
Norbertus, *Patricius Schodingorum* 662 b
Numerianus *Imperator* 412 a
† Numerianus *Episcopus.* 272 c
Nummius Tuscus, *Consul Romanus* 369 a
Nuph *Abbas, idem qui* Anuph. 632 c

O

Obertus, *Episcopus Genuensis* 224 f
Obertus, Tertiagus, *Archipresbyter Modoetiæ Ep. Mediolan.* 756 a, 757 d
† Octavianus, *Patronus Volaterranus* 439 a
Octavianus Carafa, *Episc. Patracen.* 44 b
Odilo *alias* Utilo, *Dux Bavariæ* 447 c, 462 e
† Odilo, *Abbas Cluniacen.* 106 c, 107 b, 682 c
† Odimon, *Abbas Rothensis* 887 e
Odo 2, *Dux Burgundiæ* 689 c
Odo de Rubeomonte, *Episc. Vesontion.* 695 a
† Odo, *Episcopus Cameracensis* 817 d
† Odo Danus, *Episcopus* 155 b
Oddo II. *Abbas Cluniacensis* 406 a
Odo, *Abbas Bellicensis* 154 b
Odo IV, *Abbas Cluniacensis* 337 c
Odojus, *Abbas monasterii Bonæspei* 840 a
Oddo, *Abbas Jurensis* 681 e
Odo, *Abbas Ferrariensis* 745 d
Odo, *Abbas Tutelensis* 9 d
Ohtricus. *Electus Magdeburg.* 906 d e
Olaus, *Rex Suecorum* 226 b
Olemundus, *Abbas Montis-Olivi* 619 b
Oliverius, *Abbas Faverniac.* 599 d, 695 d
Oliverius, *Abbas Luxoviensis* 690 f
Oliverius a Lira, *Ab. Middelburg. Præmonst.* 963 f
Olardus, *sive* Oloudus Teerlink, *Ab. Præmonstrat. Antuerp.* 936 e, 958 d,
† Onesimus 286 c
Onuphrius a Camaranico 263 d
Oppizo, *Episcopus Laudensis* 224 c
† Orientius, *Episcopus Ausciorum* 5 c 8 b
Orliebus, *Episcopus Basileensis* 689 b
Ornifius, *Abbas Dei-loci* 750 f
† Ositha, *Virgo Martyr* 263 f, 368 d
Orthwinus, *Abb. S. Mauritii Magdeburg.* 902 b
Otto I *Imperator*, 23 c d, 431 a, 848 c, 902 a, 905 e
Otto II, *Imperator* 504 c, 506 b 905 e
Otto III, *Imperator* (41e) 469 c, 505 d, 506 b
Otto, *Meraniæ Dux et Com. Burg.* 660 d, 692 c
Otto, *Dux Sueviæ et Bavariæ* 702 c, 905 f
Otto, *Marchio Brandeburgicus* 817 d
Otto, *Comes Danorum* 526 a
Otto, *frater B. Godefridi Cappenberg.* 829 f
Otto, *Austriæ Dux* 770 e, 771 f
Otto, *Episcopus Lucensis* 324 d
Otto de Lovanio, *Ab.* 13 *Everbod. Præmonst.* 947 c
Ottobonus, *Patriarcha Aquileien.* 772 c
Ovidius, *Abbas Onniensis* 115 e
Otto, *Magnus Imperator* 43 * d

P

Paganus, *Patriarcha Hieracl.* 770 d
Palladius, *Episcopus Helenopoleos* 585 f
Palladius *monachus* 592 a
Pallonius, *Princeps fabulosus Lucanus* 4 e
Palumbus *monachus* 565 e
† Pamphilus, *Episcop. Theatinus* 630 a
† Pancratius, *Episcop. Vesontionen.* 669 c
Pandulfus de Malatestis, *Vicar. Pergulan.* 55 a
† Pantaleon 320 f
Parmenianus *Hæresiarcha* 388 e
Paronia, *nobilis matrona* 546 f
† Parthenius *Martyr* 44 b
Paschalis I *Papa* 216 e
Paschasinus, *Episcopus Lilybæi.* 426 e
† Paschasius, *Episcopus Viennensis* 71 d
† Paschasius Ratbertus *scriptor* 229 a
† Pastor, Pimenius Poemen *Abbas* 390 e
† Paternus 513 e
Paternus, *Ab. monasterii Pinnat.* 104 b, 106 c, 107 b
† Patiens, *Episcopus Lugdunensis* 666 f
† Patricius, *Apost. Hiberniæ* 309 e, 365 c, 400 c
Paula Junior, *Virgo Rom. neptis S. Paulæ viduæ* 4 a
Paula Isabella, *Ordin. S. Francisci* 154 f
† Paulina *Martyr Virgo* 624 e
† Paulina, *filia S. Arthemii* 168
† Paulinus Nolanus *Episcopus* 49 b
† Paulinus *Episcopus* 320 b
Paulinus, *Episc. Tyri et Antiochiæ* 428 d
Paulinus, *Episcopus Vesontion.* 669 c
Paulus Britius, *Episcopus Albensis* 144 b
Paulus Ximenius Alexander, *Ep. Salpensis et Tranensis* 230 f
Paulus de S. Maria, *Episcopus Burg.* 256 d
Paulus San-vitalis, *Episcopus Spolet.* 72 c, 359 d
Paulus, *Episcopus Leonensis* 80 c
† Paulus, *Abbas Martyr* 4 d
† Paulus, *Presbyter Martyr* 267 f
† Paulus, *Ab. Theolog. et Episc. Virdunen.* 123 b
Paulus Gielmannus, *Ab.* 28 *Everbod. Præm.* 947 e
Paulus Windek, *Præp. S. Morandi* 339 f
Paulus Jovius *scriptor* 263 c
Paulus, *Ordin. Minorum* 360 a
Paulus de Hrockerouw. 15 * b

Pax Masinius, *Ordin. Minorum* 360 a
† Pega *Virgo* 268 b
Pelgrimus, *Episcopus Laureacensis* 916 e
Pelopidæ, *familia Græciæ* 598 a
Pentagorus *persecutor* 433 f
† Perfectus, *Presbyter Martyr* 324 f
† Pergentina, *soror SS. Pergent. et Laurent.* 271 f
Martyrum 417 f
† Pergentinus *Martyr* 155 a
† Petrocus *Eremita* 313 c
† Petronax, *Abbas Cassionensis* 154
† Petronilla *Virgo* 4 d
Petronilla, *Regina Aragonum* 109 e
Petronilla, *Castri-Caroli Abbatissa* 690 a
Petronus, *Episcopus Larinensis* 336 a
† Petrus *Apostolus* 252 c, 607 e
Petrus Aloysius Caraffa *Cardinalis* 948 b
Petrus, *Presbyter Cardinalis* 831 e
† Petrus Luxemburgius *Cardinal.* 649 e
Petrus de Thureyo, *Cardin. legatus S. R. E.* 667 c
Petrus, *Patriarcha Hierosolymitan.* 385 e
Petrus, *Episcopus Confessor* 366 a
Petrus Emanuel *Episcopus* 282 e
Petrus Auxillon *Episcopus* 284 a
Petrus Paulus Medices, *Episc. Alifanus* 203 c
† Petrus, *Episc. Anagniensis* 368 b
Petrus, *Episc. Arborensis* 335 f
Petrus, *Episcopus Burgensis* 116 d e
Petrus Salpensis, *Episc. Theatinus* 630 a
Petrus, *Episcopus Cameracensis* 949 d
Petrus, *Episcopus Concordiensis* 777 e
Petrus, *Episcopus Derthonensis* 224 f
Petrus, *Episcopus Nazivensis* 336 c
Petrus, *Episcopus Novæ-civitatis* 336 c
Petrus, *Episcopus Ostunensis* 246 b
Petrus, *Episcopus Ravennatensis* 919 d
† Petrus, *Episcopus Tarentas.* 643 d, 690 d
Petrus, *Episcopus Tifernensis* 57 a
Petrus, *Episcopus Tirasonensis* 336 a
Petrus Ant. de Grandimonte, *Episcopus Vesontionensis* 676 f, 690 f
Petrus a Bauma, *Episcopus Vesontionen.* 696 b
Petrus, *Aragoniæ Rex* 764 e
Petrus, *infans Lusitaniæ* 556 a
Petrus, *Princeps et Regens Lusitaniæ* 566 e
Petrus Arragonius *filius Jacobi II* 410 e
Petrus de Crempa *Præfectus Sendomir.* 258 c
Petrus de Dacia *Princeps Polonus* 630 c
† Petrus de Nolasco 802 f
† Petrus de Alcantara *Ord. Minor.* 203 c
Petrus *Ab. S. Andreæ Brug.* 488 b
Petrus Venerabilis *Ab. Cluniacensis* 686 e
Petrus Alix, *Abbas S. Pauli* 676 f
Petrus de Torrecilla, *Ab. Onniensis* 120 d
Petrus Breem, *Ab. Præmonstr. Antu.* 936 d
Petrus Mans, *Ab. 31 Tongerl. Præmonstr.* 958 e
Petrus *Ab. 11 Tongerl. Præmonstr.* 957 f
Petrus van Biggenkerke, *Ab. Middelb. Præm.* 962 f
Petrus van Dam, *Ab Middelburg. Præm.* 964 a
Petrus Hoeck, *Ab. Middelburg. Præm.* 964 a
Petrus vanden Damme *Ab. Middelburg. Præm.* 965 b
Petrus Vander Capelle, *Ab. Middelburg. Præm.* 969 c
Petrus Matthæus Venantius *S. Silvestri de monte-subasio* 359 d
Petrus *S. Roberti Ab. discipulus* 5 d
Petrus Verne *Soc. Jesu* 634 b
Petrus *Legatus S. R. E.* 654 d
Petrus Gaurandus *Præpos. S. Morandi* 337 e
Petrus Garre de Cæciliis *Præpos. S. Morandi* 339 e
Petrus Antonius Comes *Cancellarius* 143 d
Petrus Nodæus *Ord. Minor.* 6 b
Petrus Leulin *Prior in Cosseshelm* 347 c
Petrus de Waghenare *Ord. Præmonstr.* 800 c
Petrus Vasæus *Presb. Confessarius B. Ferd.* 560 d
Petrus Eremita *Augustinianus* 367 f
Petrus *Eremita fontis Avellanæ* 5 c
Petrus Chambonus *Ord. Minor.* 607 c
Petrus Quartus *Ord. Minor.* 607 e
Petrus Valescus *Ord. Minor.* 607 e
Petrus Allemand *Soc. Jesu* 121 e
Petrus Richart *Soc. Jesu* 487 b
Petrus de Troyen *Soc. Jesu* 82 c
Petrus Abailardus *Hæreticus* 803 d e f
Petrus Paulus Rubenius, *Pictor Antuerp.* 931 c
Philadelphus *Episcopus Bysantinus* 429 f
Philibertus, *Cardinalis S. Luciæ* 767 c
Philibertus Poissenotus *Præp. S. Morandi* 337 e
Philibertus I, *Dux Sabaudiæ* 654 a
Philibertus, *Arausiæ Princeps* 439 d
Philippa *Regina Lusitaniæ* 554 f
† Philippus *Apostolus* 252 c, 610 d e
Philippus I, *Princeps Belgii* 967 c
Philippus II, *Rex Hispaniarum* 941 e
Philippus III, *Hispaniarum Rex* 248 b
Philippus I, *Rex Franciæ* 355 c, 684 b
Philippus, *Sueviæ Dux, Imperator* 691 c d
Philippus Guilielmus, *Princ. Aur.* 858 f, 972 c
Philippus Boncompagnius *Cardin.* 798 d, 858 b
Philippus Heynsberg, *Episcopus Colon.* 947 c
Philippus Archintus *Episc. Comensis* 444 e
Philippus *Episcopus Salernitanus* 335 f
Philippus Christoph. *Elector Trevirensis* 97 b
Philippus Fredericus *Ep. Viennensis* 411 f
Philippus Breiner *Episc. Viennensis* 625 f
Philippus Mala Bayla *Ord. Cisterc.* 133 b
Philippus Lang de Langefels *Præp. S. Morandi* 339 f
Philippus Boonen *Prior Ord. Cisterc.* 895 a
† Philippus Presb. *apud Cæsaream Palestinæ* 6 c
Philippus Firmanus *Ord. Apostolin.* 549 e
Philippus Sergeorgii, *Provincialis Minor.* 360 c
Philippus Taisne *Societ. Jesu* 489 d
Philippus Savate *Canonicus Iprensis* 628 a
Piligrinus *Episc. Coloniensis* 532 a
Pinzanus de Soldoneriis *Can. Aquileiensis* 767 b
† Pipio *Levita* 368 b
Pippinus *Heristallius* 681 a
Pipinus *Rex Franciæ* 452 a, 465 d, 479 c, 480 a b
Pippinus Gibbosus 174 a
† Piranus 392 c
† Placidus 207 b
† Pœmen *seu* Pastor *Anachor.* 607 e
† Polycarpus 385 a
† Polycarpus *socius S. Clari* 8 c 11 d
Polycarpus de Hertoghe *Ord. Præm.* 800 c
Pontio *Episcopus Bellicensis* 686 d
Pontius Hugo IV *Episc. Vesont.* 685 f
† Pontius *Diaconus* 264 b
Pontius *Episcopus Palentinus* 106 e
Pontius *Abbas Cluniacensis* 334 e, 696 c
Poppo Bajuarius *Patriarcha Aquileiensis* 373 b
Poppo *Episcopus Brixiensis* 373 c
† Poppo *Episc. Sleswicensis* 104 d, 527 f
Poppo *Episc. Trevirensis* 85 a, 525 d
† Poppo *Abbas Stabulensis* 500 e, 528 a
Poppo *Abbas Vultensis* 529 f
Porcilianorum *Familia nobilis* 771 d
† Porphyrius *Martyr soc. Pamphili* 60 e
Porphyrius *Prætor, persecutor* 617 a
Portia Cigala *Dux de Cardinale* 43 c
† Potentianus *Martyr* 744 c
† Præcordius *Confessor* 410 a

Præjectus

† Præjectus *Episc. Claromont.* 315 e
Præmodus *Comes* 663 b
† Primianus *Martyr* 329 b
† Primus *Martyr* 543 c
† Primus *seu* Ephrimus *Ep. Alexand.* 611 a
† Principius *Episcopus* 7 a
Priscus *Episcopus Lugdunensis* 675 c
† Probatius *Presbyter Novigenti* 4 a
Probus *Imperator* 376 f
† Probus *Martyr* 68 b
Probus *frater S. Metrophanis Ep. CP.* 376 f
Probus *Episcopus Formianus* 212 c
† Procopius *Abbas in Bohemia* 155 c, 368 b
† Proculus *Martyr* 410 c, 606 c
† Proculus *Episcopus Interamn. M.* 7 d, 49 c
† Proculus, *Episcopus Veronensis* 368 f, 631 e
Proculus *Episcopus Turonensis* 289 c
Promotus, *Consularis Tusciæ* 37 c
Prosper Moriconi, *Præmonstrat. Ord.* 881 a
Protadius *Episcopus Vesontionensis* 669 d
Protasius, *Episcopus Confessor* 697 d
† Protus *Martyr* 199 f, 201 f
† Provinus, *Episcopus Comensis* 410 b
Pyrrhus *Episcopus* 153 c

Q

Queban, *uxor Gralloni Reg. Britonum* 82 d
† Quirinus *Episcopus Laureac.* 365 f
Quintinus Menart, *Ep. Vesontion.* 696 a
† Quintus *Episcopus Theatinus* 629 c
† Quiriacus *Martyr* 404 a
† Quirilla *Martyr Virgo* 624 e
† Quirinus *Episcopus Siscitanus* 366 a
† Quirinus *cujus Corpus Tibure* 410 c
† Quirinus *Martyr* 369 b
† Quirinus Tergeseanus *Martyr* 366 a

R

Rabanus *Ep. Mogunt. Ab. Fuld.* 449 a, 469 c
Radulfus, *Episcopus Basileensis* 686 a
Radulphus, *Episcopus Turonensis* 295 d
Ragnemodus, *Episcopus Parisiensis* 700 d
Raimbertus, *Abbas S. Clement. Confessor.* 434 b
† Ramfredus, *socius S. Clari* 12 b
Ramprettus, *Marchio Thusciæ* 438 b
Ranimirus, *filius Sanctii Hispaniarum Reg.* 106 f
† Ranulfus, *socius S. Clari* 12 b
Raobardus, *Episcopus Moguntinus* 465 e
Raphael, *Abbas Audenburg.* 488 b
Raphael Maffæus, *Volaterran. I. V. Doctor* 440 c
Raso de Gavere, *Dom. de Lidekercke et Bredæ* 924 d
Ratbertus *Abbas* 163 c
Ratbodus, *Rex Frisiæ* 447 b, 456 d
Ratchisus, *Rex Longobardorum* 154 c
Ratgarius, *Abbas Fuldensis* 451 e, 482 e
Ratlaicus *Abbas* 174 f
Ratlaicus, *Secretarius Eginhardi* 178 c
Raymbaldus, *Prior Bellifontis* 688 e
† Raymundus a Pennafort, *Ordin. Prædicat.* 3 c
Raymundus de la Martonie, *Ep. Lemovic.* 9 b
Raymundus Cardona, *Dux exercitus Papalis* 759 f
Raymundus, *Comes Allobrogum* 685 c
Raymundus, *Comes Bigorritanus* 499 d
Raymundus, *Comes Claromontanus* 416 f
Raymundus Raphael, *Vicar. Vintemelien.* 138 a
Raynaldus, *Comes Burgundiæ* 686 e
Raynaldus, *Episcopus Bellicensis* 690 d
Raynodis, *uxor Humberti Dom. Medullen.* 685 b
Redemptus *Episcopus* 229 c
† Redicundis, *seu* Wedigundis *Virgo* 625 c
Reginaldus ab Ursunia, *Ordin. Min.* 410 f
Reginbaldus, *servus Rallaici* 178 a
Reginoldus, *Episcopus Rubilonensis* 904 c
† Regulus, *Reliq. S. Andreæ in Scotiam translati* 7 a
† Regulus *Martyr* 431 d
Reifridus, *Præp. S. Mariæ Brug.* 487 e
Reinerus, *Ab. 15 Tongerl. Præmonstrat.* 958 a
Reinholdus, *Episcopus Haldenburg.* 533 c
† Relindis *Virgo* 199 e
† Rembertus *Episcopus* 227 f
Renaudus, *Abbas Balernensis* 695 a
† Remigius *Episcopus* 288 f
Remigius, *Episcopus Lugdunensis* 674 b
Renata Austriaca, *Reg. Polon. et Sueciæ* 265 b
Renatus Andegavensis, *Rex Siciliæ* 651 e
Retharius, *Episcopus Paderbornensis* 505 a f
Retto, *idolum* 490 c
† Reverianus, *Episcopus Martyr* 267 c
Reynerus de Aerschot, *Ab. Everbod. Præm.* 947 d
† Richardus *Abbas* 618 b
† Richardus *Rex* 320 c
Richardus II, *Dux Normanniæ* 89 e
Richardus III, *Dux Normanniæ* 89 f
Richardus, *Comes Montis falconis* 690 e
Richardus *Episcopus Andrensis* 246 c
Richardus a Woltrats *Episcopus Trevir.* 103 f
Richardus *Ab. S. Vitoni* 89 d, 528 a
Richardus *Ab. Floreffiæ Præmonstr.* 839 f
Richardus, *Ab. Præmonstr. Antuerp.* 931 e
Richardus Rosbel 263 c
† Richarius *Presbyter* 262 d
Richarius, *Ab. S. Mauritii Magdeburg.* 903 b
Richbodus *Abbas* 174 a
Ritbertus, *Abbas S. Augendi* 681 e
Rizardus de Camino *Nobilis* 771 c
† Robertus 252 c
Robertus *Rex Franciæ* 802 b
Robertus *Rex Siciliæ* 764 c
Robertus *Episc. Corisopitensis* 81 b
Robertus Rhodus *Episc. Orcadum* 749 b
Robertus *Dux* Normanniæ 89 e
Robertus *Comes Flandriæ* 833 d
Robertus Ibriensis, *maritus Hildeburgis* 354 a
Robertus *ex Ab. Gemmetic. Ep. Lond. et Cant.* 392 b
† Robertus *de Abrissello* 43 f
† Robertus *Fundator et Ab. Casæ-Dei* 43 c, 643 f
Robertus *Ab. 8 Everbod. Præmonstr.* 947 c
Robertus, *filius Hildeburgis* 354 b
Robertus de Monte 27* f
Rodalgus, *servus Adalgisi* 218 e
Rodericus *Ep. Calaguritanus et Nacharensis* 257 d
Rodericus da Cunia *Ep. Portuensis* 283 a, 787 a
Rodulphus, *Rex Franciæ* 9 d
Rodulfus, *Rex Burgundiæ* 682 f
Rodulphus III, *Rex Burgundiæ* 404 b
Rodulfus, *Ab. S. Trudonis sec.* 12 946 a
Rodzella, *decanus Sendom.* 9* f
Rogerius *utriusque Siciliæ Rex* 246 a, 546 c
Rogerius *Comes* 284 e
Rogerius *Ep. Severinensis* 336 a
Rogerius *Ep. Volaterranus* 441 f
Rogerius *Prior de Bomine* 392 a
Rollandus de Dinant *Justitiarius Britanniæ* 392 a
Romanus Leucapenus *Imperator CP.* 302 e
† Romanus *Martyr* 153 c
Romanus *Ep. Fesulanus* 733 a
† Romanus *Monachus* 634 b
† Romedius *Confessor* 7 a
† Romualdus *Abbas* 500 f
† Romulus *Episcopus* 265 b

Ronanus

Ronanus Sixtus *Britto* 81 c
Ronanus *Scotus* 81 c
Repertus Montreal *Ab. Epternacensis* 102 c
Rosalia de Thomaso, Caro et Traina 366 d
Rostangnus *Ep. Neopatonensis* 336 c
Rotbertus *Ep. Moguntinus* 915 c
Rotbertus *Dux Burgundiæ* 683 e
Rothais, *soror Caroli Magni* 452 a
Rothardus *Episcopus Paderbornensis* 502 b
Rothardus *Episc. Suessionensis* 675 e
Rotharius *Rex Longobardorum* 738 e
Rotildis, *mater Hetti Episcopi* 174 a
Rotmundus *Episcopus Æduensis* 674 c
Rotruda *Monialis* 154 c
† Rubianus *Episcopus* 302 e
Rubinus Mirtilli *Ord. Min.* 154 f
Rudericus Gometius de Silva, *Commendator Nudarensis* 559 d
Rudolfus, *Comes Habspurgensis* 878 d
Rudolfus *Imperator* 223 e
Rudolfus II *Imperator* 859 a
Rudolfus Cæsar 339 f
Rudolfus *Rex Burgundionum* 902 d
Rudolfus III *Rex Burgundiæ* 224 e
Rudolfus II *Rex Arelatensis* 224 e
Rudolfus *Episcopus Basileensis* 334 f
Rudolfus *Episcopus Eugubinus* 6 c
Rudolfus II *Episcopus Basileensis* 340 b
Rudolfus Sbrajavacca, *Centurio* 864 a
† Rufina *Martyr* 366 b
† Ruffinus *Martyr* 6 e
Rufinus *Monachus* 292 f
Rufus *Episcopus Octodorensis* 663 a
Rugerius, *Comes Calabriæ et Siciliæ* 20* f
Rugeriorum *Familia* 134 c
Rukerus *Episc. Magdeburgensis* 913 e
† Rupertus *Episcopus Salzburgensis* 462 e
Russo, *Presb. Primicerius Tranensis* 245 b
Rusticus *Episcopus Fæsulanus* 739 f
Rusticus *Præfectus Urbis persecutor* 18 b c d
† Rutgangus *Episcopus Metensis* 468 c

S

† Sabina 843 f
† Sabinus *Martyr, an etiam Episcopus* 12 b, 14 b
Sagittarius *de gestis S. Norberti* 38* b
Saguinus *Ep. Matisconensis* 694 e
Salomon *Abbas* 584 c
Salomon de Grincis *Archipresb. Albensis* 140 b
Salomon, *Ab. 8 Tongerl. Præmonstr.* 957 f
† Salvius *Ep. Ambianensis* 730 d
Salustius, *Ep. Hierosolymorum* 582 f
Salutius, *Ep. Rubensis* 250 f
† Sampson, *Ep. Theatinus* 630 a
† Sampson *Episcopus* 393 f
† Samuel Propheta 263 f
† Samuel *M. socius Pamphili* 60 e
Sancius *Rex Aragoniæ* 104 c, 105 e, 107 b, 108 b
Sancius *Comes, Dominus Castellæ* 105 e
Sapaudus *Ep. Arelatensis* 675 b
† Saturninus 284 b, 647 f
Saturninus *Ep. Tolosanus* 697 c
† Savinianus *Martyr* 744 c
† Savinianus *Ab. Menatensis* 496 f
† Scariola *Virgo* 607 a
† Scea, *Virgo Martyr,* 612 a
Scemenus *Ep. Aucensis et Burgensis* 116 e
† Scholastica 417 a
Scipio Valembertus *Vic. Gen. montis Regalis* 143 f
† Sebastianus *Martyr* 201 e, 375 b
† Secundianus *et Socii* 34 e *et seqq.*
† Secundianus *Martyr* 51 a
† Secundina *Virgo Martyr* 331 a
† Secundinus *Martyr* 51 b
Secundinus *Episcopus Lugdunensis* 675 b, 687 d
† Secundus *Martyr* 4 a
Segerus *Monachus Hemmerod.* 410 e
Seiffridus *Abbas S. Vincentii* 850 d
† Seleucus *Martyr socius Pamphili* 60 e
† Senator *Martyr* 396 f
† Senator *Episcopus Veronensis* 396 f
† Senator *Episcopus Mediolanensis* 396 f
† Sennen *Martyr* 201 e
Sennocus *Episc. Elusatium* 697 d
Serenus, *Judex Romæ, persecutor* 166 b, 624 b
† Sergius *Episcopus* 284 c
Seridus *Abbas* 583 a
† Serotinus *Martyr* 744 c
† Servatius *Patron. Trajectensis* 199 c, 325 f, 848 c
Servatius, *Princeps de Lidekercke* 924 c
Servatius Vaes, *Ab. 35 Everbod. Præm.* 948 f
† Servilianus *Martyr* 397 a
† Severa *Martyr* 410 a
Severa *Comitissa Arverniæ* 497 d
† Severinus *Episcopus Coloniensis* 411 f
† Severinus *Episcopus Theatinus* 630 a
† Severinus *Abbas Agaunensis* 745 e
† Severus, *socius S. Clari Episcopi* 8 c, 11 e
Severus *Imperator* 159 c
† Severus *Presbyter Viennensis* 500 e
† Severus *Miles* 74 a
Severus *Episc. Milevitanus* 389 d
Sfortia *Cardinalis* 43 c
Siagrius *Episcopus Æduensis* 705 e
† Siardi Ab. *Reliquiæ Tongerloæ* 959 e
Sibertus *Episc. Mindonensis* 540 b
Sibertus, *Ab. 3 Everbod. Præm.* 947 b
Sybilla *Palmensis Abbatissa* 686 f
Sichelmus *Episcopus Florentinus* 904 c
† Sidonius Apolinaris *Episc. Arvernorum* 75 b
Sigefridus *Episc. Moguntinus* 130 d, 909 b
Sigehardus *Abbas Abdinghoffensis* 540 d
Sigerius, *Ab. Præmonstr. Antuerp.* 934 b
Sigibertus *Episcopus Mindensis* 533 b
Sigifridus de Eppenstein *Ep. Moguntinus* 917 f
Sigifridus *Episcopus Monasteriensis* 533 b
† Sigifridus, *filius Ottonis Imp.* 902 e
Sigefridus *Ab. S. Joan. Bapt. Magdeburg.* 911 f
Sigifridus *Ab. novæ Corbeiæ* 915 d
† Sigismundus, *Burgundionum Rex* 663 a
Sigismundus. *Landgravius Alsatiæ* 337 e
Sigismundus Kohel, *Ab. Lucensis* 799 e
† Silaus *Episcopus* 405 f
Silvanus *Abbas* 154 d
Sivanus *Comes, persecutor* 268 b d
† Silvester *Episcopus Vesontionensis* 410 b, 669 d
Silvester Gilius, *Decanus Lucensis* 325 c
Simon *Episcopus Tirensis* 992 d
Simon II, *Lotharingiæ Dux* 692 c
Simon *Episcopus* 227 b
Simon, *Abbas S. Bertini* 851 d
Simon de Marano, *Can. Utinensis* 785 e
Simon, *Eremita Camaldulensis* 362 c
Simon de Morosana *Ord. Apostolin.* 548 e
† Simplicianus, *Episc. Mediolanensis* 634 c
† Simplicius *Episcopus Verbonensis* 391 b
Simplicius *Judex, persecutor.* 613 a
† Sindulfus *Confessor* 264 a
† Sindulfus *Episcopus* 264 a
Singulfus *Abbas* 740 c
† Sisinnius *Martyr* 4 c
Slepu *Episcopus* 228 e
† Sophia *Virgo Martyr* 624 e
Sophia *Principissa Moscoviæ* 131 f

Sophia, *uxor Ludovici Com. Ferretensis* 334 c
† Soter *Martyr Virgo* 624 e
† Spes *Episcopus Spoletinus* 72 e, 74 d
† Stachys *Episc. Byzantinus* 385 c, 387 a, 429 e
Stanislaus de Horzis *Ord. Minor.* 410 f
Stanislaus *Posnaniensis Carmelita* 155 f
Stanislaus Casimiritanus 410 f
† Stapinus *Episcopus* 82 f
Stephania *Allobrogum Comitissa* 685 c
† Stephanus *Protomartyr* 669 b
† Stephanus *Martyr* 606 b
Stephanus *Card. S. Adriani* 767 c
Stephanus *Episcopus Bellicensis* 669 f, 682 a
Stephanus de Burgundia *Ep. Vesont.* 691 a
Stephanus de Mercolio *Ep. Claromont.* 751 a
Stephanus *Meten. Ep. sec* 12 946 a
Stephanus *Abbas Casæ-Dei* 687 a
† Stephanus *Ab. Cisterciensis* 852 d
Stephanus de Cicons *Ab. S. Pauli* 687 a
Stephanus *Ab. S. Clementis Conf.* 434 b
Stephanus *Comes Blesensis* 854 c
Stephanus *Comes Burgundiæ* 686 e
Stephanus de Burgundia, *Com. filius* 695 c
Stephanus *Eremita Augustin.* 55 b
Stephanus Rubeus *Diac. Albensis* 139 b, 140 a
Stephanus de Nuce *Capellanus Alben.* 138 f
Stephanus *Monachus* 367 c
Stephanus *minister S. Symeonis Recl.* 90 e
Stephanus Pighius *Soc. Jesu* 815 e
Stephanus Weberus *Misiensis Ep.* 176 f
Steppo, *Ab.* 2 *Everbod. Præmon.* 947 b
Stauratus *Episcopus Astensis* 135 d
† Stratonica *Martyr* 32 f
† Stratonicus *Martyr Singiduni* 3 c
† Stratonicus *Martyr* 153 a
Striffo *dæmon* 490 b
† Stremonius 54 c
Stunius *vel* Sturmius *Ab. Fuldensis* 474 e
Sugerius *Ab. S. Dionysii Paris.* 854 d
† Sulpicius *Martyr* 397 a
† Suibertus *Ep. Mimigardiford.* 93 b
Suitgerus *Ep. Monasteriensis* 510 c
† Sulpicius *Episcopus* 7 d
† Superantius *Martyr* 27 f
† Susanna *Matrona Martyr* 411 a, 611 f
† Symeonis *Reclusi inventor* 972 e
Symon *Episcopus* 228 c
† Symphorianus *Martyr* 40 a
Syncleticus *socius Athanasii Thaum.* 319 b
† Syrus *Ep. Theatinus* 629 f

T

Tagmo *Episcopus Magdeburg.* 848 d, 908 d
Tanchelinus *vel* Tanchelmus *Hæret.* 830 f, 973 a
Tankeredus *Ord. Præmonst.* 607 a
Tasia *Monialis* 154 c
† Tatianus *Diaconus Martyr* 537 f
Taudulphus *Episc. Suessionensis* 675 d
† Taurinus *Episcopus Ebroicensis* 355 d
† Tecla *Virgo Angla* 468 a
Tendemaudus *Comes* 663 d
Tendurus *Rex Britanniæ* 393 b
Teniers (Chrysostomus) *abbas S. Michaelis Antuerpiæ* 26 * e
Tergemini Lingonenses 262 a
Ternatius *Episc. Vesontionensis* 669 e
† Tertullinus *Martyr* 619 c f
Tetradius *Episc. Vesontionensis* 669 b
Tetricus, *Tyrannus victus ab Aureliano Imp.* 39 c
Teupertus *Episcopus Feltrensis* 904 c
Theatinus *Episcopus Scytharum* 505 b
Theobaldus de Rubeomonte, *Ep. Vesont.* 695 f
Theobaldus, *Princeps Turingiæ* 459 f
Theobaldus, *Comes Blesensis* 829 f, 853 c
Theobaldus, *Comes de Rubeomonte* 692 a
† Theobaldus *Abbas Vanjadiliæ* 6 d
Theobaldus, *Ab. Pontisarensis* 353 b
Theoctistus *Ep. Andrianopol.* 355 f
† Theocus *Presbyter Novomi* 5 a
Theodebertus *R. Austrasiorum* 289 f
Theodebertus *filius Childerici R.* 704 f
† Theodechildis *Regina* 263 e, 285 d
Theodelinda *Reg. Longobardorum* 738 b
Theodefridus *Ab. Corbeiensis* 219 c
† Theodemirus *Ab. Micиacensis* 291 d, 294 f
† Theodora *Imperatrix* 746 c, 748 c
Theodoricus *Rex Ostrogothorum* 441 a, 633 d
Theodoricus *Chlodovei R. filius* 72 a, 287 b, 289 a
Theodoricus *Rex Francorum* 285 e, 675 a, 681 a
Theodoricus *filius Childerici* 704 f
Theodoricus, *Comes Montis beliardi* 690 e
Theodoricus *Episcopus Basileensis* 683 e
Theodoricus *Episc. Metensis* 526 b
Theodoricus *Episcopus Sudensis* 695 b
Theodoricus II *Episc. Trevirensis* 917 e
Theodoricus *Episc. Vesontionensis* 669 e
Theodoricus II de Monte Falcone *Episcopus Vesontionensis* 690 e
Theodoricus Magnus *Ep. Virdunensis* 123 c
Theodoricus *Marchio* 905 f
Theodoricus *frater B. Meinwerci* 504 b
† Theodoricus, *discipulus S. Remigii* 848 c
Theodorus *Abbas Ouniensis* 115 d
Theodoricus ab Haren, *Ab.* 25 *Tongerl. Præm.* 958 c
† Theodorus *Megalomartyr* 585 d
† Theodorus *Tyro Martyr* 585 d
Theodorus Calliopas 215 c d
† Theodorus *Monachus M.* 76 f
† Theodorus *Studita* 587 c d
Theodorus Alexeides *Dux Mosch.* 131 f
† Theodorus *Ep. Bononiensis* 77 e
Theodorus *Ep. Lyciensis* 236 d
† Theodorus *Ep. Octodorensis* 663 a
Theodorus *Ep. Sedunensis* 662 f
Theodorus *Ep. Turonensis* 289 c
† Theodorus *Ep. Veronensis* 391 b
Theodorus Verbraeken, *Ab.* 38 *Tongerl. Præm.* 959 f
Theodosius *Senior Imperator* 390 e
Theodosius *Junior Imperator* 390 e
Theodovaldus, *filius Chlodomeris* 289 a
Theodulfus *Ab. Electis Cenomanensis* 699 b
Theodulfus *Episcopus* 228 e
† Theodulus *M. socius Pamphili* 60 e
† Theophanes *Hegumenus* 394 e
† Theophanes Graptus *Confessor* 609 f
Theophylactus *Nomenclator* 182 e
Theophilus *Imperator* 394 e, 748 c
† Theopiste *Virgo Martyr* 624 e
Theothardus *Diac. Einhardi* 195 d
† Theotonius *Ep. Brigantinus* 207 f
† Thesidius *Martyr* 438 c
† Thiagrimus *Episcopus* 229 b
Thiedericus *Ep. Metensis* 511 c
Thiedericus Bonus de Are *Episcopus Monasteriensis* 510 d, 524 b
Thiedericus *Ep. Paderborn.* 503 f
Thiedericus *Comes, frater B. Meinwerci* 523 e
Thiemmo *Ep. Merseburg.* 526 b
Thietmarus *Episc. Brandeburg.* 913 a
Thietmarus *Ep. Osnaburg.* 507 a, 511 c, 524 b, 533 c
Thietmarus, *frater Ducis Saxoniæ* 520 b, 528 f
† Thomas *Apostolus* 264 d

† Thomas *Martyr* 264 d
† *Thomas Ep. Cantuariensis M.* 311 c
Thomas *Patriarcha CP.* 692 e
Thomas *Comes Sabaudiæ* 691 a
Thomas de Regibus *Can. Albensis* 140 b
Thomas Aquinas *Martyr* 607 c
Thomes de Argentolio 154 d
Thomas Agnellus *Caput rebellum Neapoli* 834 a
† Thyrsus, *Discipulus S. Polycarpi* 41 d
Tibaldus, *Ab. Præmonstr. Antu.* 931 e
† Tiburtius *Martyr* 166 c, 201 f, 660 f
Tiburtius *Consiliarius Decii* 266 b
Tigridia *Abbatissa Onniensis* 104 c, 105 f
Timotheus *Ep. Posnaniensis* 907 d
† Timotheus *Presbyter* 28 a
Tircanus *Tyrannus persecutor* 426 e f
† Titus *Episcopus Byzantinus* 383 c
† Tobinus, *Tobias Junior* 326 b
† Torellus *Abbas* 109 e
Totilas *Rex Gothorum* 49 a 77 f, 431 b
Tranquilla, *mater S. Genesii* 497 b
† Tranus *Eremita* 153 e
Trasimundus *Rex Gothorum* 441 a
† Trephanus *Confessor* 262 b
Trincius de Trinciis *Dom. Fulginii* 615 e
† Triphæna *Martyr* 366 d
† Triphonia *Virgo Martyr* 366 d
Tristanus Ludovici, *Secret. Ep. Bracarensis* 282 e
† Trophina *Martyr* 366 d
† Trudpertus 93 b
† Turrianus *Episcopus Dolensis* 400 a
Turrianus Bertrandus, *Decanus Tutel.* 13 f

U

† Udalricus *Episc. Augustanus* 230 a, 368 b
Udalricus *Dux Bohemiæ* 513 b
Udalricus *Comes de Zile* 154 e
Udalricus *Anachoreta* 155 e
Udalricus de Terna 15 * c
Udo *Abbas S. Clementis Conf.* 434 b
† Ugo *Episcopus Volaterranus* 432 b
† Ugo *Episcopus* 440 f
Ugo *Episc. Cenomanensis* 699 c
Ugolinus *Cardinalis* 363 b
† Ulfardus *M. socius S. Clari* 9 b
† Ulfardus *Confessor* 262 e
† Ulfardus *Monachus* 293 b
† Ultanus *Abbas Fossensis* 199 e
† Ultanus *Confessor* 217 d
Ulricus *Comes Ferretensis* 335 a
Umbdemarus *Comes* 673 f
Unni *Episcopus Bremensis* 505 b
Unwanus *Ep. Bremensis* 510 a, 511 d, 524 b
Unwanus *Episcopus Paderbornensis* 503 f
† Urbanus *Martyr* 660 f
† Urbanus *Episcopus Theatinus* 639 a
Urbanus, *persecutor Christianorum* 60 f, 68 c
† Urbicius *Episcopus Claromont.* 417 d
Urraca, *Regina Aragoniæ* 237 a
Urraca *Comitissa* 105 f
Ursus *Episcopus Rapollensis* 246 c

V

Valdalenus *Dux Burgundiæ* 676 c
† Valentinus *Martyr* 80 d, 493 f
Valentinus *Presbyter* 5 c
Valentinus de Narnia *Ord. Min.* 607 a
† Valeria *Martyr* 411 a
Valerianus *Imperator* 36 f, 382 f
† Valerianus *Martyr* 157 d
† Valerius 99 c
Valerius *an Episc. Carcassonensis?* 11 * a
Valerius *Consularis* 616 a
Valerius de Zanis *Comes* 80 a
Valterus *Patriarcha Aquileiensis* 768 c
Varus *Dux Romanorum* 815 e
† Venantius *Martyr* 208 c
† Venantius, *frater S. Honorati Arelat.* 75 b, 76 d
† Venerandus *Martyr* 4 b
† Venerandus *Ep. Claromontanus* 424 e
† Ventura *Crucifer* 356 b
Veremundus *Legionensis Comes* 109 d
† Verianus *Martyr* 43 b, 51 b
Verus *Episcopus Viennensis* 71 a
† Viator *Martyr* 665 f, 668 d
† Viator *Episcopus Brixiensis* 368 f
Viator *Monachus* 292 f
† Vibianus *Episc. Santonensis* 606 a
† Victor *Martyr* 157 d
† Victor *Martyr* 207 f
† Victor *Martyr* 440 f
† Victor *Martyr* 606 b
† Victor *Martyr* 809 c
Victoria *mater S. Gualterii* 397 f
† Victorinus 417 d
Victorius *Ep. Gratianopolitanus* 663 b
† Vigianus *Episcopus Bruchinensis* 606 a
Viglius Doedius, *Ab. Middelburg. Præm.* 963 c
† Vincentius *Levita Martyr* 607 d, 613 f
† Vincentius *Martyr Agenni* 155 b
† Vincentius *Martyr Romæ* 4 d
† Vincentius *idem qui* S. Juventius *M. Romæ* 42 c
† Vincentius *Lirinensis* 4 c
† Vincentius Madelgarius *Comes* 607 e
Vincentius *Ep. Bellicensis* 673 f
Vincentius *Ep. Perusinus* 30 f
Vincentius Dethius *Ep. Tranen. et Castren.* 246 c
Vincentius *Presb. Romanus* 378 f
Vincentius Orsus *Comes* 49 e
† Vindemialis *Episcopus* 4 b
Virgilius *Ep. Arelatensis* 675 b
† Virianus *Martyr* 4 e
† Virianus *Martyr* 26 d
Virianis *Presbyter* 71 d e
† Vitalis *Martyr* 49 b
Vitalis *Ep. Vesontionensis* 675 c, 695 e
Vito *Presb. Rom. Legatus Silvestri in Nicæno* 378 f
† Vitonus 85 c
Vitus Seipol, *Ab. Strahoviensis* 812 e
Vitus *Ab. Urspergensis* 901 f
Viventiolus *Ep. Lugdun.* 673 c
† Viventius *Martyr* 42 c
† Vivianus *Episcopus* 606 a
Vivilo *Ep. Pataviensis* 460 f
Vizolon *Comes Virdunensis* 123 c
Vladislaus *Dux Poloniæ* 630 e
† Votus *Eremita* 104 c
† Vulfrannus *Episcopus* 4 b

W

Wal *Abbas Corbeiensis* 526 d
† Walaricus *Abbas* 153 b
Walbertus *Dux Saxoniæ* 505 b
† Walbertus *Abbas Luxoviensis* 667 f
Walcherius *Dominus Salinensis* 664 b
Walcherius II *Dominus Salinensis* 664 c
Walcherius III *Dominus Salinensis* 664 c
Walcherius IV *Dominus Salinensis* 664 c
Waldalenus *Ab. Bezuensis* 667 e
Walerannus, *Dux Lotharingiæ sec.* 12 946 b
Walfredus *Abbas Thenoliensis* 31 * e
Walterus *Episcopus Tornacensis* 486 e
Waltherus II *Episc. Vesontionensis* 689 c
Walterus de Stripen, *Ab. Præm. Antuerp.* 933 b
Walterus Bak, *Ab.* 20 *Tongerl. Præm.* 958 a

Walterus

Walterus a Korsworm *Tongerloæ Admin.* 959 c
Walterus, *Ab. Middelburg. Præm.* 961 f
Walterus de Wesemale, *Ab.* 10 *Everbod. Præm.* 947 c
Walterus *Abbas S. Martini Ord. Præm.* 804 b
Walterus, *Decanus S. Gereonis Colon.* 946 f
Waltherus *Monachus* 607 a
† Waltmannus *Præm. Ab. Antuerp.* 839 f, 932 d
† Wandregisilus *Abbas* 730 f
† Warinus *Abbas Corbeiensis* 229 a
Warnerius *Episc. Lingonensis* 674 c
Wayfarius *Dux Aquitaniæ* 687 f
Wenceslaus, *Brabantiæ Dux* 957 d
† Wendelinus *Ab. Theologiensis* 123 b
Wenemarus, *Ab.* 7 *Tongerl. Præm.* 957 f
Wernherus *Episc. Trevirensis* 85 b, 101 d
† Wernherus *puer M.* 500 e
Wernherus *Ep. Magdeburgensis* 913 c
Wernerus de Halles, *Ab.* 29 *Tongerl. Præm.* 958 e
Wicgerus *Episcopus Verdensis* 524 e
Wichardus *Geldriæ Præfectus* 834 b
Wichmannus *proavus B. Meinwerci* 505 e
Wichmannus *Zutphanicus, Fund. Eltenæ* 505 c
† Widikindus *Dux Saxonum* 452 d, 490 e, 505 e
Wido *Episcopus Viennensis* 686 a
Wido *Episcopus Portuensis* 905 c
Wido *Comes Matisconensis* 686 b
Wido *Monachus Cisterciensis* 851 a
Widradus *Ab. Flaviniacensis* 687 c
Wifredus *Episc. Bononiensis* 731 a
Wigbertus *Ab. Fritislariensis* 479 f
Wigerus *Episcopus Verdensis* 511 c
Wiggerus, *Ab. Middelburg. Præm.* 964 f
Wiggo *nomen dæmonis* 190 b
Wigmannus *Episc. Magdeburgensis* 914 b
Wilericus *Episcopus Sedunensis* 686 a
Wilhelmus de Gennep *Ep. Coloniensis* 809 d
Willehelmus *Episc. Mogunt.* 902 f, 916 a
Wilhelmus *Episcopus Trajectensis* 834 b
Willelmus *Episcopus Bellicensis* 688 f
Wilhelmus *Episc. Sareptanus* 488 b
Willelmus *Vienn. et Matiscon. Com.* 690 e
Wilhelmus, *Com. Holl. Rex Rom.* 963 a
Wilhelmus *Dux Bavariæ* 946 f
Wilhelmus *Com. Palatinus Rheni* 874 c
Wilielmus de Sabrano *Com. Forcalquerii* 664 c
Waltherus *Abbas Corasiæ* 85 d
Wilhelmus Bruylocht, *Ab. Antuerp. Præm.* 936 a
Wilhelmus de Limpaes, *Ab. Præm. Antuerp.* 935 e
Wilhelmus de Bruxella *Ae. Præm. Antuerp* 935 d
Wilielmus de Calstris *Ab.* 14 *Tongerl. Præm.* 957 f
Wilielmus de Comptich, *Ab.* 22 *Tongerl. Præm.* 958 a
Wilielmus vander Doese, *Ab. Middelb. Præm.* 964 b
Wilielmus Gerardyns, *Ab. Middelburg. Præm.* 964 e
Wilhelmus Rothensis *Ord. Præmonstr.* 887 e
† Willebadus *Majordomus M.* 964 b
Willebrandus a Kirberg *Ep. Magdeburg.* 617 d
† Willehadus *Episcopus* 228 c
Willesindus *Ep. Pampilonensis* 317 b
† Willibaldus *Ep. Aichstadiensis* 412 d, 461 d
Willibertus *Ep. Coloniensis* 856 f
† Willibrordus *Episcopus* 447 b f, 470 f
Willigisus *Ep. Moguntinus* 469 c, 507 a, 908 d
Wilpertus, *Ab.* 3 *Tongerlo. Præmonstr.* 957 f
Wiltinus, *filius Hildelburgis* 354 b
† Wimonoc *Episcopus* 229 a
Wimundus, *filius Witlasii R. Merciæ* 83 a
Winandus a Geldria *Decanus Trajectensis* 190 d
Winbrechtus *Abbas* 454 e
Winfrit *vel* Vinwart *Presbyter* 467 a
† Winibaldus *Presbyter* 412 d
Wino *Abbas Helmwardeshusensis* 517 e, 542 b
Wintra *Abbas* 455 f
† Winwaloeus *Abbas* 81 b
Wipertus *Ep. Merseburgensis* 712 a
Witlasius *Rex Merciorum* 83 a
† Woizlava *soror B. Hroznatæ Præm.* 886 b
† Wolgangus *Ep. Ratisponensis* 908 f
Wolfgangus *Ep. Consanguineus B. Mein werc.* 537 f
Wolfgangus *Ab. Abdinghoffensis* 528 e
Wolfgangus *Comes Palat. Rheni* 874 a
Wolfardus *Abbas* 454 b
Wotelolffus *Ep. Osnaburg.* 507 a
† Wlfadus *Martyr* 6 e
† Wulfrannus *Ep. Senonensis* 730 f
Wungerus *Ep. Posnaniensis* 903 c
† Wunibaldus *Episcopus* 446 b
Wunibaldus *Abbas* 479 e

X. Y

Xarifius *Rex Fessæ* 578 a
† Ypolitus *Martyr* 642 d
Yvo *Abbas Cluniacensis* 695 a

Z

† Zacharias *Martyr* 235 f
† Zacharias *Presb. M. Viennen.* 973 a
Zacharias *Ep. Tuaciensis* 336 c
Zacharias *Monachus* 154
Zacharias *inclusus* 154 c
Zalabenzala *Maurus Tingis et Arsillæ Domin.* 559 c
Zanettus de Conciis *Canon. Utinensis* 785 d
Zdenco Adalbertus Princeps a Lobkowicz 874 a
† Zenais *Martyr* 411 a
Zeno *Imperator* 411 e
Zeno *Episcopus Tyri* 428 f
† Zeno *Episc. Veronensis* 631 e
† Zeno *Episc. Theatinus* 629 f
† Zenobius *Episcopus* 366 b
† Zenobius *Ep. Florentinus* 438 c
Zenobius *Ep. Fesulanus* 739 d
Zeuxippus *tyrannus* 384 f
Zuentebolchus, *Rex Burgund.* 669

INDEX

TOPOGRAPHICUS

AD I TOMUM JUNII

A

Aaronis insula *in Britann. Armor.* 715 b
Absarus *Episcopatus in Slavonia* 131 d
Absyrthus *fluvius Thraciæ* 395 c
Abula *civitas Hispaniæ* 367 e
Abydus *oppidum ad Hellespontum* 748 b
Accinium *pagus in Flandria* 197 d
Accoyeum *vadum in Burgundia* 651 b
Acqui *vicus Umbriæ* 358 e
Adanei *pagus Westfal.* 515 c
Adena *civitas Arabiæ* 610 d
Ægæum *mare in Mediterraneo* 395 c
Ægidii *Ecclesia et oppidum in Gallia* 46 a, 815 c
Ælia *pro* Hierusalem 64 c, 65 a
Ænus *civitas Thraciæ* 395 c
Æquilina *silva in Gallia* 706 e
Aeria *Castrum Burgund.* 661 a
Africa *proprie dicta, Romanorum provincia* 13 d
Aga *pagus Westfal.* 506 c, 510 a
Agaunum *civitasin Sabaudia* 177 f
Agellus, *sive* Avellus *prope Montem Falconis in Piceno* 73 a
Agennum *civitas Gall. in Aquitania* 155 b
Aginhuson *pagus Westfal.* 542 e
Aglianum *vicus diœcesis Papiensis* 137 e
Agrigentum *civitas Siciliæ* 426 c
Ahenum *oppidum Insubriæ* 223 e
Ahus *pagus westfal* 518 f
Aileach *regio Hiberniæ* 309 b
Airanum *oppidum Insubriæ* 22 c
Alan *fluvius Britanniæ* 391 c f
Alatrina, Alatrium, Alaterna, *urbs Italiæ* 207 c
Alba Pompeia *civitas Insubriæ* 132 b
Albia, *sive* Albiga, *urbs Galliæ* 8 b 10 d
Albingaunensis *diœcesis in Gallia* 137 e
Albiniacum *oppidum Galliæ* 608 d
Albis, Albia *fluvius Germaniæ* 860 a 904 b
Alby, *et* Alba *oppidum* 498 e f 914 f
Alcacerium *oppidum Hispaniæ* 578 a
Alcmaria *civitas Holland.* 154 f
Aldanthorpe *pagus Westfal.* 542 e
Aldenthorpe *pagus Westfal.* 517 e, 539 f
Aldingaheim *pagus German.* 197 e
Aleslove *oppidum Zelandiæ* 906 a
Aletha *civitas Galliæ* 715 c
Alfene *pagus in Belgio* 856 a
Alfflaam *prædium Westfal.* 539 e
Algerens *pagus Westfal.* 686 c
Altkenchium *urbs in Suntgovia* 334 b
Almeria *civitas Hispan.* 565 a
Almunga *pagus westfal.* 519 c f 533 a
Alnetum, *vel* Olivetum *pagus in Gallia* 298 d
Alostum *oppidum Flandr.* 734 b
Alpes, *pro quocumque monte* 547 b
Alpes Rheticæ, *versus Helvetiam* 368 c
Alsatia *regio Germaniæ* 334 b
Altemberg *oppidum Westfal.* 533 e
Alteressun *pagus Westfal.* 517 e
Alterle *pagus in Belgio* 919 f
Alstede *oppidum Westfal.* 539 e
Altstetten *oppidum Westfal.* 541 d
Altkirchium *oppidum German.* 334 a 335 b
Alverca *oppidum Westfal.* 581 c
Amanaburgum *oppidum German.* 458 e
Amasia *civitas in Ponto* 586 a
Amasis, Amisius *fluvius Frisiæ* 533 f, 857 c
Anbroniacum *oppidum Burgund.* 645 e
Ambrunum *civitas Delphinatus* 141 d
Amelbergum *oppidum German.* 461 c
Amelia *olim* Ameria *urbs Umbr.* 50 c, 53 a
Amisus *civitas Asiæ* 583 d
Amiternum *oppidum Italiæ* 544 b
Ammobuhinet *pagus Westfal.* 517 f
Amoris *oppidum in Burgund.* 647 f 665 f
Anas *fluvius Hispaniæ* 370 e
Anagnia *urbs Italiæ* 331
Ananroth *pagus Westfal.* 522 c
Anasi *pagi duo in Westfal.* 242 f
Anansic *pagus Westfal.* 521 e
Anchialos *civitas Thraciæ* 429 a
Andeliacum *oppidum Galliæ* 285 c
Andepo *pagus westfal.* 540 c
Andernacum *oppidum German.* 883 d
Andria *urbs Apuliæ* 246 c
Anecium *oppidum Galliæ* 634 c
Anhaltum *oppidum German.* 860 a
Anhee *pagus diœc. Namurcensis* 82 c
Anisiacus *oppidum German.* 849 d, 850 c
Annoræ *pagus Burgund.* 644 b, 686 e
Antinous *civitas Ægypti* 584 c
Antiochia *Syriæ* 4 a 206 f
Antonia *nunc Volaterræ* 438 a
Antoniacus, *villa Cenomann.* 703 a
S. Antonii *oppidum in Gallia* 689 a
Apamea *civitas Asiæ* 748 b
Apennia *pagus Flandr.* 197 b
Aphrisia *insula Græciæ* 748 b
Apollonia *civitas Asiæ* 429 a
Aprutium *regio Italiæ* 263 d 544 b
Apulia *Regio Italiæ* 263 a 544 f
Aquilæ *oppidum in Gallia* 47 a
Aquæ Statielliæ *civitas Ital.* 223 a, 224 a
Aquileia *civitas Italiæ* 263 d
Ara *fluvius German.* 184 f
Arabia felix *regio Asiæ* 609 a
Arahemium *pagus Westfal.* 505 c
Araris *fluvius Galliæ.* 157 b, 404 b, 653 f
Arba *insula et urbs Dalmat.* 131 a, 682 d
Arbosium *oppidum Galliæ* 644 a
Archivelda *pagus Foro-julii* 767
Arca *oppidum Aprutii* 263 a
Arretium *urbs Hetrur.* 265 b
Ardenna *Silva in Belgio* 506 c 888 a
Are *fluvius et Castrum in Gallia* 510 d, 511 b 524 e
Arecium *pagus Burgund.* 663 e
Argentanum *in Brutiis* 396 f
Argentoratum *urbs German.* 288 e 334 b 887 f
Argisus *Mons in Gallia* 745 e
Argow *Helvetiæ regio* 189 a

Arguello

Arguello *Castellum in Burgund.* 686 c
Argyropolis *suburbium Constantinopolitanum* 385 b
Avia, *vel* Aquila *oppidum* 544 b
Arianum *oppidum Ital.* 246 c, 771 d
Armaniacensis *Comitatus in Gallia* 698 e
Armorica, *vide* Britannia
Arnhemium *oppidum Belgii* 505 c
Arnus *fluvius Hetrur.* 265 f, 437 f 738 a
Arnsburg *oppidum German.* 829 f
Aroena *fluviolus Cenomann.* 707 f
Arona *oppidum Insubr.* 22 c
Arquata *oppidum Ital.* 360 a
Arrhabon *fluvius Pannoniæ* 372 c
Arsilla *oppidum Africæ* 559 f, 560 e
Arslatum *villa Burgund.* 669 d
Artesia *Provincia Belgii* 395 a
Atfritheshem *pagus Westfal.* 522 e
Artura *fluvius Galliæ* 355 c
Arvernia *regio Galliæ* 332 f
Asbetinchuson *prædium Westfal.* 543 a
Ascha *pagus Westfal.* 542 e
Albiki *pagus Westfal.* 332 e f
Aschaffenburgum, *residentia Electoris Moguntini oppidum Franconiæ* 176 a
Ascvilarium *pagus Germ.* 194 b
Asculum *oppidum Piceni* 248 c
Asia, *ut a Phrygia distincta* 157 e
Asinaticus *torrens Italiæ* 330 b
Asinum *oppidum Italiæ* 411 c
Asla *oppidum Liguriæ* 4 a
Aslan *prædium Westfal.* 514 e, 542 e
Asnagum *oppidum Insubriæ* 755 a
Asnig *prædium Westfal.* 515 e
Asopum *pagus Westfal.* 522 d
Aspithara *prædium Westfal.* 543 a
Assenheim *oppidum German.* 192 f
Assilicum, *vel* Assericum *oppidum Aprutii* 544 b c
Asserslebia *oppidum German.* 860 a
Assiberg *prædium Westfal.* 521 e
Assiereshuhun *pagus Westfal.* 514 c
Assiki *pagus Westfal.* 542 d
Assum *pagus Burgund.* 688 e
Astensis *Episcopatus* 134 b
Asta *urbs Insubr.* 143 a
Astace, *unde* Astacenus *sinus maris, civitas Proponti* 602 a, 604 b
Astaracum *regio in Aquitan.* 697 e 698 e
Astanholte *prædium Westfal.* 515 c
Astdagasson *pagus Westfal.* 542 e
Asterluidi *pagus Westfal.* 517 b
Astheim *pagus Westfal.* 515 f
Astnedere *pagus Westfal.* 516 f
Asthem *pagus tstfal.* 518 f, 521 f
Atax *fluvius Galliæ Narbon.* 284 a
Ataugia de Balea *oppidum Lusitan.* 557 b
Atenum *oppidum Italiæ* 351 b
Athanacum *locus Lugduni* 157 c
Athcliath *civitas Hibern.* 311 d
Athesis *fluvius Italiæ* 390 c
Atissa *urbs Lucan.* 4 f
Attrebatum *civitas Belgii* 395 a
Atribis *sive* Jatrippa *civitas in Abassia* 32 f
Attingohem *oppidum German.* 479 b
Avantum *pagus Burgund.* 703 a
Auca *urbs Hispaniæ Tarrac.* 254 b
Avelenburg *in Saxonia* 54 * d
Avenio *civitas Galliæ* 763 c
Aventinus *Mons* 844 e
Auga *pagus Westfal.* 506 c, 539 e, 542 a
Augum *oppidum Galliæ* 356 a
Augusta Vindelicorum *civitas German.* 887 d
Avisium *in Lusitania* 558 b
Avisium, *fluvius et Arx* 558 b
Augustodunum *urbs in Gallia* 39 c
Avonus *fluvius Angliæ* 84 f
Aurelianum *civitas Gall.* 291 c
Aureala *vicus in Italia* 207 c
Auscium *urbs Aquitaniæ* 7 b
Austria *pro* Franconia 449 b
Axla *oppidum Flandr.* 735 d
Axona *fluvius Galliæ* 202 d
Aynaldum *Castrum diœc. Astensis* 136 e
Azotum *oppidum Palæstin.* 610 d
Azuellense *cœnobium in Navarra* 4 a

B

Babylon *nova in Ægypto* 88 d
Baceroda *pagus Flandr.* 197 a
Baddanhusun *pagus Westf.* 515 a, 518 f, 542 e
Badejocium *oppidum Hispan.* 367 f, 410 f.
Baduellun *pagus Westfal.* 518 f
Bætis *fluvius Hispan.* 498 d
Baldereshusun *pagus Westfal.* 515 b
Baldradestat *pagus German.* 200 b
Balhornon *pagus Westfal.* 514 b, 540 c
Balgeneacum *Castrum in Gallia* 300 a
Ballevan *pagus Westfal.* 510 a
Balma, *vel* Palma, *oppidum Burgund.* 655 f
Balticum Mare, *ad Septemtrion.* 838 b
Bamberga *civitas German.* 883 e
Barala *pagus Artesiæ* 395 a
Barchusun *prædium Westfal.* 526 f
Barcinona *civitas Catalauniæ* 607 c
Bardingthorpe *pagus Westfal.* 542 e
Barrum *oppidum Gall.* 240 e
Barlassinum *oppidum Hispan.* 755 a
Barna *pagus diœc. Trevirensis* 98 c
Barrus-Ducum, *oppidum Gall.* 657 d
Basilea *civitas German.* 332 e
Bath-guerran *pagus in Armorica* 403 a
Bastia-nova *vicus Italiæ* 138 d
Battenheim *pagus Westfal.* 348 b
Bavaria *Ducatus in German.* 447 c, 923 a
Bauciallo *villa in Gallia* 711 b
Bedbur *oppidum in Germania* 515 d
Beja, *civitas* Pax Julia *Lusitan.* 576 e
Bekinauno *prædium Westfal.* 514 f
Bekinum *pagus Westfal.* 542 e
Belfortum *oppidum German.* 334 b
Bellegrada, Belgradum Alba-græca 89 d
Belin *Castrum Burgund.* 661 a
Belleverre *pagus Burgund.* 654 c
Bellezium *oppidum Lusitan.* 561 b
Belligardi Mons *in German.* 334 b
Bellunum *oppidum Italiæ* 788 f
Belmerium *oppidum Burgund.* 652 b
Belmonte *pagus Burgund.* 654 b
Belsia *Regio Gall.* 301 b
Belna *oppidum Gall.* 368 b
Bennanhus *pagus Westfal.* 517 d
Bennahusun *prædium Westfal.* 539 f
Beneventum *civitas Ital.* 410 a
Bengele *pagus in Clivia* 855 e
Benidisla *vel* Benvidisla *pagus Westf.* 542 d, 543 a
Berchem *prædium Westfal.* 539 f
Bercheria *regio German.* 446 f
Berea *villa Gall.* 707 e
Berencasdel *Castrum Westfal.* 525 d
Berendrecht *pagus Brabant.* 920
Berga *pagus Westfal.* 542 e
Berga *civitas Norvegiæ* 653 f
Berghuson *pagus Westfal.* 542 e
Bergiliæ *pagus Burgund.* 688 c
Bergomum *civitas Ital.* 607 b
Berna *oppidum Helvet.* 335 d

Berneshusun *pagus Westfal.* 511 c
Bernona *villa Burgund.* 663 c
Berona *oppidum German.* 886 b
Bertingahein *pagus German.* 497 c
Bessarabia *regio ad Istrum* 257 b
Betanun *pagus Westfal.* 517 e
Betanum *pagus Westfal.* 518 b, 538 d
Bethleem *seu* Restillum *in Lusitan.* 560 b
Betua *regio Holland.* 809 c
Bethsoron *vicus* 22* c
Bevania *vel* Bibania *civitas Ital.* 613 b
Beverbiki *pagus Westfal.* 532 f
Beugesia *Regio Gall.* 634 c
Bezzulan *pagus Westfal.* 519 d
Bialogrodum *urbs Moscov.* 257 b
Bilisti *pagus Westfal.* 518 a
Bibanum *oppidum Ital.* 772 a
Bibona, *olim urbs episcopalis* 20* c
Biet-nrella *oppidum German.* 495 f
Biedburgum, Bideburch *agri Luxemburg.* 30 a
Bielstein *in German.* 490 d
Bigorrensis *Comitatus in Gallia* 698 e
Bikesethon *pagus Westfal.* 542 e
Bikihusun *pagus Westfal.* 519 a
Bilbilis, *civitas Arragon. vulgo* Calatayud 105 a b, 109 e, 119 f.
Bilinchuson *pagus Westfal.* 542 f
Bilivelde *pagus Westfal.* 519 b
Bingium *oppidum Belgii* 840 b
Birbiesca *oppidum Castell.* 104 f
Bircam *oppidum German.* 505 b
Bircha *civitas Sueciæ* 226 c
Birte *pagus Cliviæ* 855 d
Birtine *pagus Cliviæ* 855 c
Bischoffheim *oppidum German.* 468 a
Bistaurium *oppidum Insubr.* 223 c
Bisuntium, Bezanzon *civitas Burgund.* 645 b
Biveran *pagus Westfal.* 517 a
Blaciacus *villa Cenomann.* 707 c f
Blandinius *Mons Gandavi in Flandr.* 715 f
Blavit *Castrum, unde* Blaviacus *ager* 707 c, 709 d
Blesæ *urbs Galliæ* 291 c, 829 f
Blozheim *vicus German.* 346 d
Boalcha *villa Cenomann.* 714 a
Bobane *villa Cenomann.* 711 a
Bochbaldun *pagus Westfal.* 507 b
Bochunevordi *pagus Westfal.* 507 d
Bokinchusun *pagus Westfal.* 515 d
Bocla *pagus Westfal.* 515 d
Boconia *Silva in Germania* 449 d
Boda *fluvius German.* 904 b
Bodekerithorpe *pagus Westfal.* 518 f
Boderetium *pagus Flandr.* 196 f
Bodminia, Bosvena *civitas Angl.* 391 f
Boemelwig *pagus Brabant.* 855 e
Boens *pagus Burgund.* 690 f
Boffesun *pagus Westfal.* 517 e
Bohteresge *pagus Westfal.* 542 c
Bokinavordi *pagus Westfal.* 514 f
Bomelia *oppidum Belgii.* 505 c
Bonalpha *villa Cenomann.* 701 e
Bonna *oppidum German.* 883 d
Borlant *pagus in Belgio* 847
Bononia *civitas Gall.* 731 f
Bononia *civitas Ital.* 48 c f, 763 b
Bonum habitaculum, *Castrum Ital.* 351 b
Boppardia *oppidum German.* 883 e
Bordne *fluvius German.* 448 f
Borengun *pagus Westfal.* 510 a
Borgerhout *Suburbium Antuerp.* 208 c
Borkela *fluvius Cliviæ* 809 f
Bormius *fluvius Insubr.* 223 a
Bornwert, *et* Bornwerthuysen *oppid. Westfal.* 448 f
Bosanhamum, *sive* Boschan *in Anglia* 1
Botilo *villa Cenomann. diœc.* 712 a
Bovinium *oppidum Belgii* 82 b
Boyseyres *pagus Burgund.* 685 c
Brachara *civitas Lusitan.* 367 e
Braconia *Arx in Burgundia* 652 e
Bracum *pagus Burgundiæ* 663 d
Bragilinum *vel* Braulinum *oppidum Forojulii* 772 b, 775 b
Brea *villa in Burgundia.* 707 a
Breca *pagus Westfaliæ* 542 e
Brecal *pagus Westfaliæ* 542 e
Breda *oppidum Brabantiæ* 552
Bremen *pagus Germaniæ* 493 b
Bressia *regio et civitas Galliæ* 634 c, 648 c
Bresetum *villa Cenoman. diœc.* 709 d
Bridi *prædium Westfaliæ* 515 b
Briegium *oppidum Burgundiæ* 680 d
Brigantium *vulgo* Brianzon *oppid. Burg.* 657 e
Briogia *villa in Burgundia* 663 d
Briomilia *villa Cenoman. diœc.* 712 a
Brionensis *provincia Galliæ* 403 c
Britonia *pagus Burgundiæ* 642 e
Brixia *urbs Italiæ* 368 c
Britannia Armorica *provincia Galliæ* 80 c
Brivate *oppidum Galliæ* 155 a
Brochusun *pagus Westfaliæ* 518 c, 542 c
Bromusio *villa Burgundiæ* 663 c
Broniaria *castrum in Foro-Julii* 771 d
Brucey *pagus Burgundiæ* 688 c
Bruch *pagus Westfaliæ* 542 e
Brugilaim *pagus Cenoman. diœc.* 709 b
Brundusium *civitas Italiæ* 544 f
Bruninethorpe *pagus Westfaliæ* 520 c
Butreche *pagus Belgii* 849 c
Bruxella *civitas Brabantiæ* 411 a, 888 a
Bualone *villa diœc. Cenom.* 712 b
Bucchianicum *oppidum Flandriæ* 630 a
Buciacum *pagus Galliæ* 292 c
Buckinhusun *prædium Westfaliæ* 539 f
Buffasson *pagus Westfaliæ* 542 e
Bulgari *oppidum Germaniæ* 436 e
Buliheim *prædium Westfaliæ* 519 b
Burchusun *pagus Westf.* 519 e, 519 f, 542 e
Burwardium *in Westfalia* 505 f
Burclaun *pagus Westfaliæ* 533 a
Burdegala *civitas Aquitaniæ* 8 f
Buresaco *villa Cenoman. diœc.* 708 e
Burgnan *prædium Westfaliæ* 514 f
Burgnon *pagus Westf.* 514 c
Burgos *urbs Hisp.* 254 b
Burgum Ledonis *oppidum Burg.* 643 e
Burgundia *provincia Galliæ* 332, 634 c
Burovia *oppidum Castellæ* 256 b
Bussy *pagus Burgundiæ* 655 d
Bydgostia *oppidum Cujaviæ* 155 f

C

Cad *vallis Foro-Julii* 772 a
Cadurcum *urbs Galliæ* 10 d
Cadubrium *pars Foro-julii* 773 d
Cælius *mons Romæ* 207 d
Cæsarea *civitas Palæstinæ* 6 c
Cæsaris-Werda *oppidum ad Rhenum* 479 b
Cafassæ *oppidum in Africa* 545 e
Cafiletta *oppidum in Africa* 576 f
Cajeta *urbs Italiæ* 206 f, 212 a
Calabria *provincia Italiæ* 544 f
Calatayud *vide* Bilbilis
Caletum *oppidum Galliæ* 731 f
Calla *fluvius Cenomanniæ* 711 a
Callatis *civitas Thraciæ* 428 f

Callium

Callium *oppidum Italiæ* 54 f
Calociofu *vicus Insubriæ* 137 d
Caloron *sive* Gratianopolis 698 f
Calriki *pagus Westfaliæ* 519 d
Calviacum *pagus Cenomanniæ* 707 f
Camaleria *castrum Arverniæ* 497 c
Cambariaco *villa Burgundiæ* 709 a
Camberium *seu* Camerinum Leminorum *urbs Sabaudiæ* 6 a, 404 a, 659 c
Cambria, *provincia Angliæ* 393 e
Cambelicum, *pagus Foro-julii* 764 c
Camburionum, *villa Cenomanniæ* 703 b
Camburniacum, *pagus Burgundiæ* 682 e
Camel, *fluvius Britanniæ* 391 c
Camera, *oppidum Burgundiæ* 652 f
Cameracum, *civitas Belgii* 395 a
Camereta, *oppidum Insubriæ* 352 b
Camerinum, *civitas Italiæ* 208 c, 607 c
Camleviacum, *oppidum Burgundiæ* 653 f
Campania Francica 262 b, 403 c, 829 b
Campania *Italica* 410 f
Campaniæ, *villa Burgundiæ* 681 f
Campariacum, *villa Cenomanniæ* 704 e
Campocunana, *villa Cenomanniæ* 709 a
S. Canati, *oppidum in Burgundia* 651 f
Cancius, *fluvius Galliæ* 458 c
Canina-vallis *in Germania* 334 b f
Capella, *pagus Hannoniæ* 154 e
Capitolium *Trevericum* 101 d
Cappenberga, *Castrum Germaniæ* 829
Caput laci, *scilicet Lemani* 180 d
Cardinianum, *oppidum Foro-julii* 355
Carnutum, *civitas Galliæ* 829 f
Carcassona, *urbs Galliæ* 284 a, 607 c
Caritas, *oppidum Burgundiæ* 657 d
Carmagnola, *oppidum Pedemontii* 141 b
Carolstadium, *civitas Germaniæ* 372 b
Caroli-castrum, *oppidum Burgundiæ* 645 d
Carthago, *metropolis Africæ* 13 d, 431 c
Carthusia, *Coloniæ Agrippinæ* 207 e
Carthusia, *Eboræ in Lusitania* 207 f
Carthusia, *Erfurti in Germ.* 490 e
Casæ-Dei, *monasteria diversa* 43 c f
Casina, *Castrum Italiæ* 207 b
Casoria, *oppidum R. Neap.* 253 f
Cassain, *vallis in Hibernia* 312 f
Cassanegilum *Palatium, in Gallia* 740 a
Cassianum, *oppidum Insubriæ* 23 b, 436 c
Cassinus, *Mons Italiæ* 263 b
Castalione, *villa Cenomanniæ* 712 a
Castellionis, *Mons in Burgundia* 692 c
Castellotum, *oppidum Insubriæ* 223 c
Castel S. Elmo, *sive* S. Erasmi *Neapoli* 213 c d
Castellum Capistelli, *Diœc. Alben.* 138 a
Castellum Cissonis, *in diœc. Albensi* 137 d
Castrum, *fluvius Tusciæ* 265 f
Castellum S. Jacobi, *in Germ.* 351 b
Cassia *oppidum Umbriæ* 360 b
Castrum-Leonis, *circa Urbinum* 151 d
Castrum S. Mariæ, *in monte Germ.* 436 a
Castrum novum Botherii, *in Foro-Julii* 764 b
Castrum Raymundi, *in Foro-julii* 772 e
Castrum Turris, *in Foro-julii* 771 d
Castrum vallis, *in Foro-julii* 771 e
Caunæ, *oppidum in Gallia Narbon.* 719 c, 25* d
Cavennacum, *villa Burgundiæ* 681 f
Cavena, *oppidum in Foro-julii* 772 a
Ceilanum *insula olim* Taprobana 609 b
Cella S. Medulphi, *in Arvernia* 75 a
Celonica, *villa Cenomanniæ* 706 f
Censelach, *regio Hiberniæ* 310 e
Centula, *vulgo mon. S. Richarii* 4 d
Centum-cellæ, *urbs Italiæ* Civita-Vecchia 37 c
Ceredanum, *oppidum Insubriæ* 406 c, 788 f
Cervianus, *lacus Insubriæ* 757 a
Cesanus, *fluvius Italiæ* 51 a
Chasine, *pagus Aprutii* 630 d
Chamberia, *pagus Burgundiæ* 655 c
Chamblasium, *pagus Burgundiæ* 663 f
Chandey, *pagus in Francia* 46 f
Charspach, *pagus Germaniæ* 350 c
Chastellar, *oppidum Burgundiæ* 689 a
Chavannes, *pagi duo Burgundiæ* 694 e
Chaumont, *pagus in Francia* 46 f
San-Chierico, *pagus Perus. diœc.* 34 d
Cherascum, *oppidum Insubriæ* 138 c
Cherdinum, *pagus Westfaliæ* 515 d
Chersonesus, *peninsula* 262 c
Chillies, *pagus Burgundiæ* 654 e
Chiliocomum, *eremus Thraciæ* 382 c
Chirchiniz, *vel* Cerniza, *op. in Foro-julii* 771 f
Chisciacum *pagus Burg.* 682 d
Chisse *pagus Burg.* 691 d
Chorisagum, *villa Cenomanniæ* 702 b
Chosselheim *in Germania* 347 c
Ciassa *fluvius Tusciæ* 265 f
Cilia *Comitatus in Foro-Julii* 787 b
Cilicia *Provincia Asiæ* 370 b 410 b
Cirtha *urbs Numidiæ* 51 a
Cistellum *idem quod* Cistercium 853 b
Citium *vel* Citizum *civitas Saxoniæ* 513 d
Cividatum *oppidum Foro-Julii* 783 d
Civitas Austriæ *oppidum Foro-Julii* 767 f
Clariacum *vicus in Gallia* 294 c
Clarus mons, Claromontium *civit. Arverniæ* 315 b
Clitumnus *fluvius Italiæ* 613 a
Clivia *vulgo* Cleef *Ducat. et oppid. Belgii* 505 c
Cluainduach *in Hibernia* 307 e
Cluaimuc Noys *oppidum Hiberniæ* 311 b
Cluniacum *Monast. Burg.* 332 a
Cluvinga *pagus Westfaliæ* 542 c
Cninos *portus Thraciæ* 428 f
Cocarellus *mons Galliæ Narbon.* 622 e
Cognosch *pagus Burgund.* 686 f
Colapis *fluvius Illyrici* 372 b
Coldrivicus *villa Burgundiæ* 682 b
Collis Lupinus *Castrum Umbriæ* 358 a
Colonia Agrippina 125 a, 200 e, 448 b
Colonia *vel* Nemausus *in Gallia Narbonensis* 13 f
Colonia, *vulgo* Coulogne *oppid. Aquit.* 14 a
Colonia Cirtencis *pro* Eugubio 52 e f
Coloniacum *oppidum Burgund.* 660 c
Colstidi *prædium Westf.* 515 c, 542 d
Columbaria *villa Cenomanniæ* 709 e
Colyæum *civitas Thraciæ* 748 b
Comancia *villa Cenomanniæ* 709 e
Comariaga *villa Cenomanniæ* 709 a
Combronia *arx in Arvernia* 497 c
Combronensis *Regio in Armor.* 400 c
Cummervaldia *oppidum Scotiæ* 6 f
Commotovium *oppidum Bohemiæ* 862 b
Communiaco *villa Burgund.* 663 c
Comorra *oppidum Pannoniæ* 375 e
Comum *sive* Novocomum *urbs Insubriæ* 302 a
Condacum *villa Cenomanniæ* 707 b
Condomæ *pagus Cenomanniæ* 713 a
Conadacum *villa Cenomanniæ* 709 c
Confluentiæ *oppidum Diœc. Trevir.* 883 e
Conimbrica *civitas Lusitaniæ* 367 f
Connacia *Hibern. provincia* 715 f
Cononbusæ *silva Westfal.* 524 e
Consentia *urbs Italiæ* 351 c
Constantinopolis *Caput Imperii Orient.* 85 b, 376 c
Convenensis *Comitatus in Gallia* 698 e
Conversanum *R. Neapol.* 240 e
Corbeia *Gallica* 41 b

Corbeia

Corbeia *Saxonica* 225 e
Corduba *civitas Hispaniæ* 317 b
Corduanum *insula Aquit.* 497 e
Corisopitum *urbs Cornubiæ* 80 c
Cormonum *oppidum Foro-Julii* 771 a
Cornelium *castrum Diœc. Parmen.* 622 a
Cornubia *pars Armoricæ vel* Cornwallia 82 b
Cornubia *Angliæ provincia* 391 c 722 d
Corsica *insula Mediterranei* 642 b
Corvium, *pagus Germaniæ* 197 b
Cossa *silva Parmen. diœc.* 622 e
Costa *oppidum Burgundiæ* 689 a
Cracovia *civitas Poloniæ* 410 f, 607 d, 907 d, 52* a
Cramlenum *oppidum Cenomanniæ* 709 a
Cruzinum *oppidum Foro-julii* 761 f
Credenus *fluvius Germaniæ* 447 a
Crediantum *oppidum Germaniæ* 447 a
Cremona *urbs Italiæ* 167 c
Cresciacum *pagus Cenomanniæ* 198 c, 711 c, 712 a
Criscinianum *villa Cenomanniæ* 703 b
Croysei *pagus Burgundiæ* 691 f
Cruciburg *oppidum Germ.* 913 f
Crumelbecke *fluviolus Westfaliæ* 532 e
Crusawike *oppidum Germ.* 914 b 52* a
Cruwatum *oppidum Germ.* 912 a
Cuadian *pagus Westfaliæ* 518 f
Cubel *vicus Aragoniæ* 119 a
Cucullæ *montes Castellæ* 255 f
Cucusa *villa Burgundiæ* 663 c
Cujavia *regio Polon.* 155 f
Culite *pagus Westfal.* 542 e
Cundensium *pagus Diœc. Leod.* 198 b
Curbike *prædium Westfal.* 517 a
Curratium, Carricia, Carricium, *nunc* Veglia *urbs Italiæ* 206 f, 211 b
Cusellum *pagus Burgund.* 646 c
Cuyne *arx Burgund.* 652 f
Cypsella *civitas Thrac.* 395 c
Cyzicus *civitas Propontidis* 748 b

D

Dacia inferior 257 b
Dadanborch *prædium Westfal.* 539 e
Dadenbrocke *pagus Westfal.* 542 e
Daillanhus *prædium Westfal.* 518 b
Dal *pagus Westfal.* 542 d
Daletum *oppidum Arvern.* 423 c
Daleheim *pagus German.* 513 f
Dalheim *pagus Westfal.* 537 b
Dalmoscoirb *pagus Hibern.* 304 f
Dalpanhusum *pagus Westfal.* 516 f
Dalwic *pagus Westfal.* 542 f
Damascus *urbs Syriæ* 751 b
Dammonia *regio Britann.* 400 b
Dania *regnum Septemtrionale* 505 a
† Danielis *oppida duo Foro-julii* 772 a
Danubius *Fluvius Pannon.* 504 a, 916 f
Darbiensis *provincia Angl.* 83 b
Dasburg *pagi duo Westfal.* 542 e
Daventria *oppidum Belgii* 857 b
Decium, Desium, *oppidum Lombard.* 755 a, 762 b
Dedinghuson *pagus Westfal.* 542 d
Delchana *flumen Westfal.* 506 c
Delbhna *regio Hibern.* 366 e
Deletta *fluviolus Gall.* 850 c
Denfa *oppidum Æthiopiæ* 371 c
Desburg *pagus Westfal.* 516 f
Dessa *oppidum Saxon.* 860 a
Dethmoldia *civitas German.* 490 e, 536 f
Deuren *pagus Brabant.* 921 c
Devonia *provincia Brabanit.* 447 a 445 b
Dia *fluvius Moraviæ* 799 f
Dia *civit. Galliæ Narbon.* 657 e
Dianium *oppidum Liguriæ* 351 b
Diablentæ *pagus Cenomanniæ* 712 d
Diatannium *oppidum Germ.* 334 b
Diedeheim *pagus Germaniæ* 855 e
Diesna *pagus Westfaliæ* 519 a
Dimela *fluvius Westf.* 510, 528 b, 541 d
Dionantum *oppidum diœc. Leodiensis* 888 a
Dionysiopolis *civitas Thraciæ* 429 a
Divion *civitas Burgundiæ* 654 a
Dockinga *oppidum Frisiæ* 448 f, 485 b
Docomium *oppidum Frisiæ* 444 b, 448 f
Dodanhusun *pagus Westf.* 518 c, 521 c, 524 a, 540 c
Dola *civitas Burgundiæ* 645 f
Dolus *villa Cenomanniæ* 707 a
Doleia *vide Theologiense monasterium* 123 b
Domblingum *villa Burgund.* 669 d
Domnipetra *villa Burgund.* 682 b
† Dominici Calceatensis *oppidum in Hisp.* 257 a
Dominici *villa in Gallia* 301 b
Dorstad Dorstedi *oppidum Frisiæ* 448 a, 520 a
Dorsetia *provincia Angliæ* 446 f
Dorylæum *civitas Thraciæ* 748 b
Dousborg *oppidum Belgii* 857 d
Dranzo *fluvius Burgundiæ* 651 e
Dresda *oppidum Saxoniæ* 862 c
Driene *pagus Westfaliæ* 530 a
Drocæ *oppidum Galliæ* 356 d
Drongen *pagus Flandriæ* 72 e
Drotmannia *oppidum Westf.* 523 e
Duacum *urbs Belgii* 37 e
Dubis *vel* Dubius *fluvius Burg.* 655 f
Dublinium *vel* Dublus *civitas Hib.* 303 c
Duderstadium *oppidum Eichsfeld.* 493 d
Duergian *pagus Westf.* 516 f
Dueriun *pagus Westfaliæ* 516 f
Duinum *oppidum Foro-julii* 772 d
Duisburgum *oppidum Westf.* 505 c
Durolla *amnis Arverniæ* 75 a
Duodecimum *villa Burgundiæ* 663 c
Durtmund *oppidum Saxoniæ* 857 d
Dusberg *vel* Duysberg *opp. Sax.* 857 d

E

Eanach *mons Hiberniæ* 312 c
Ebanhusum *pagus Westf.* 521 f
Ebrida *castrum Armoricæ* 716 f
Ebbecheren *pagus Colon. diœc.* 856 b
Ebredunum *civitas Galliæ* 657 d

ECCLESIÆ

S. Abundii 302 e. S. Ægidii 46 a. S. Albini 686 c, 711 d. S. Alexandri M. 910 e. Altæ-petræ 686 c. S. Amati 175 d. S. Ambrosii in nemore 549 d. S. Angeli 51 d, 615 d. S. Annæ 598 b. SS. Apostolorum 269 e. S. Augustini 55 b. S. Balbinæ 163 d. Balmensis 643 d. S. Barbatiani 175 f. S. Barnabæ 407 f. Belli-prati 605 e. S. Benedicti 397 b. 765 a. S. Bennonis 887 c. S. Bonifacii Ep. M. 472 d. S. Cæciliæ 217 b, 497 f, 634 f. Camaleriensis 497 a. SS. Cassiani et Xysti 634 e S. Cassii 417 c. S. Cataldi 238 c. S. Claudii 634 f Combronensis 497 a. SS. Cosmæ et Damiani 202 a. S. Crucis 203 c, 497 f, 555 a. S, Cuneræ 524 d. S. Demetrii 237 a. S. Desiderii 760 d. S. Donatiani 489 b. S. Eleutherii M. 387 d. S. Erasmi 208 b. S. Eulaliæ 8 f. S Euphemiæ 972 f Faverniacensis 687 b. S. Faustini 34 d. S. Felicitatis 360 a. SS. Ferreoli et Ferrutii 669 d. S. Foillani 817 c. S. Floriani 787 b. S. Floridi 57 a. S. Francisci 51 c, 625 b. Fuldensis 482 c. S. Gabrielis

Gabrielis 625 b. SS. Gerardi et Ambrosii 754 f. S. Genovefæ 285 b, S. Georgii 207 f, 395 e, 686 c. S. Germani 702 a. SS. Gervasii et Protasii 701 a, 774 e. S. Hilarii 711 e. S. Jacobi majoris 207 d. Jesu nominis 441 b. S. Illidii 416 c S. Joannis Bapt. 180 c, 321 c, 507 a, 754 b. S. Joannis Evang. 302 f, 686 d, 786 e, 843 f. S. Josephi 4 c. S. Irenæi 666 b. S. Judoci 813. S. Juliani Ep. 711 e. S. Julii 762 d. S. Julittæ 402 f. S. Justi 432 b, 666 b. de Killehoco 603 e. de Killornain 366 e. S. Laurentii 34 a, 132 f, 371 f S. Leogontii 417 c. S. Litardi 292 a. S. Lisolfi 815 c. S. Luciæ 330 e. S. Lupi 207 f. SS. Marcelli et Petri 166 d, 175 e. S. Marci 202 a, 397 c 441 b. S. Mariæ V. 33 e, 43 b, 51 b, 78 c, 203 c, 207 e f, 212 d, 217 a, 223 b, 237 e, 269 c, 329 b, 331 b, 335 b, 349 b, 351 b, 366 c, 371 d, 373 a, 375 f, 384 c, 388 b, 466 c, 487 e, 524 a, 552 b, 625 a, 687 b, 752 e, 764 c, 780 a, 784 f, 797 f, 815 b, 832 a, 916. S. Mariæ Magd. 686 e, 920 c. S. Martini 184 a, 883 d. S. Mauritii 663 d, 669 d, 832 a, 848 d. S. Medardi 711 d. S. Melanii 663 e. S. Metrophanis 832 c. S. Michaelis 268 f, 322 f, 324 d, 530 d, 832 a, 918. S. Nicolai 985 c. S. Nicolai peregrini 252 e S. Nicomedis 6 f. S. Odorici 764 f. Orientii 8 a. S. Pantaleonis 783 d. S. Paulini Ep. Trevir. 99 b S. Pauli Ap. 329 c, 804 c. SS. Pergentini et Laurentini 265 f. SS. Petri et Pauli 497 f. S. Petri Ap. 33 e, 34 e, 41 d, 90 d, 120 e, 269 c, 441 a, 738 c 815 b. S. Petroci 392 a. S. Proculi 7 d, 78 d. S. Quiriaci 403 c. S. Sabinæ 843 f. S. Salvatoris 410 d, 497 f. Sanctorum omnium 625 b Sarisberiensis 556 b. S. Scholasticæ 367 a. S. Secundi 50 f. SS. Sergii et Bacchi 207 d. S. Silvestri 132 b. S. Sixti 78 d. S. Spiritus 624 f. S. Stephani 175 f, 201 f, 207 d, 293 a, 333 c, 391 d, 411 a, 451 f, 504 b, 689 d, 743 b. S. Symeonis Recl. 85 a, 96 a. S. Tryphonis 612 d. Theinensis 870 c, 884 a. S. Theobaldi 144 d. Thietmellensis 515 a. S. Trinitatis 72 e, 473 f, 607 a. S. Venerandi 416 f. S. Victoris 263 e, 416 c, 469 c. S. Victurii 263 e. S. Vincentii 613 f. S. Viti 504 f, 524 d. S. Walburgis 922 S. Zachariæ 235 f

Ecklingeroda *pagus Eischsfeldiæ* 493 d
Ecla *pagus Westfaliæ* 518 f
Edera *fluvius Saxoniæ* 496 f
Egra *oppidum Germ.* 883 f
Eichsfeldia *vel* Eisfeldia *prov. Germ.* 490 a
Eichstadium *civitas Franconiæ* 445 e 461 d
Ekama *pagus Westf.* 542 e
Ekwardinchusun *pagus Westf.* 519 b
Elaveris *fluvius Galliæ* 423 c
Elieressum *pagus Westf.* 518 e
Elmere *olim nunc* Zuyderzee *in Holl.* 465 c, 475 f
Elinere *pagus Westf.* 542 e
Ellerus *fluvius Liguriæ* 134 b
Ellus *fluvius Asiæ* 334 b
Elsa *fluvius Tusciæ* 438 b
Elstera *fluvius Westf.* 513 d
Eltena *oppidum Westf.* 505 c, 524 c, 539 e
Elusa *civitas Aquitaniæ vel* Elusaberris 697 a
Embrica *oppidum Cliviæ* 505 c
Embriki *pagus Westf.* 522 b
Emerita *civitas Hispaniæ* 370 e
Emiggarothun *prædium Westf.* 520 a, 522 e
Enenhus *pagus Westf.* 542 d
Engere *pagus Westf.* 538 a
Engera *oppidum Westf.* 530 d
Enghia *pagus Hannoniæ* 154 e
Eningun *pagus Westf.* 516 d
Ennus *fluvius Burgund.* 647 e
Epaon *oppidum Burgund.* 634 f
Epidaurus *civitas Dalmatiæ* 437 f
Epternacum *monast. agri Luxemburg.* 31 e
Eremus Fontis Avellanæ *in Italia* 5 c
Eremus *Helvetiæ monast.* 347 e
Eresburgum *oppidum Westf.* 541 d
Erfordia *vel* Erfurtum *civit. Germaniæ* 447 c 450 c
Ermenneswerethe *pagus Westfal.* 533 a
Erpa *fluvius Germaniæ* 815 d
Erpacum *oppidum Franconiæ* 174 c
Erpete *pagus Cliviæ* 855 d
Erpesfeld *pagus Westfal.* 510 a
Erpessun *prædium Westfal.* 519 d, 522 c
Ervete *oppidum Westfal.* 534 f, 538 a
Erythra *provincia ad mare rubrum* 609 a
Eschenvila *pagus German.* 348 b
Esikessun *pagus Westfal.* 520 f
Essike *pagus Westfal.* 521 a
Essiberg *pagus Westfal.* 517 c
Essiberge *prædium Westfal.* 522 e
Esthelerdinchusun *pagus Westfal.* 522 e
Ettidessun *pagus Westfal.* 522 e
Eugubium *urbs Italiæ* 50 f, 208 b
Eveshamium *monast. Angl.* 83 c, 84 f
Evisa *seu* Elvipa *Insula maris Tyrrheni* 437 f
Euchaita *civitas Helenoponti* 586 a
Eupilus *lacus Insubriæ* 757 d
Exonia *civitas Angliæ* 447 a
Extremadura *civitas Hisp.* 370 e
Eyflia *regio German.* 185 f

F

Fanestri *et* Fenestrillis *in Umbria* 30 c f
Fanomartium *pagus Hannoniæ* 195 b
Ferreriæ *villa Cenomanniæ* 708 f
Ferretis *castrum Germ.* 334 b
Fessa *Maurorum Regia* 553 b, 560 c, 564 f
Fesula *civitas Tusciæ* 738 a
Fidentiacum *provincia Vasconiæ* 698 e
Felisa *oppidum German.* 479 e
Figinum *oppidum Foro-Julii* 755 a
Firmum *oppidum Piceni* 397 b
Flaviana *vel* S. Flaviani *oppidum Latii* 843 f
Flavigneyum *oppidum Burg.* 694 e 696 a
Florentia *Metropolis Tusciæ* 3 d 438 a
S. Flori *urbs in Gallia* 497 f
Floriaca *villa Cenoman.* 709 d
Florimontum *oppidum Germ.* 334 b
Fontana *villa Cenoman.* 709 e
Fontanella *monast. Norman.* 4 b 174 e
Fontanidas *villa Cenoman.* 709 a
Fontis Avellani *Eremus in Italia* 5 c
Fontis Ebraldi *monast. in Gallia* 44 a
Forconium *oppidum Aprutii* 544 b
Formiæ *urbs olim Episcopalis* 206 f
Forsti *pagus Westfal.* 522 a
Forojulium *Prov. et civitas Italiæ* 764 a, 771 e
Fortuatha *regio Hiberniæ* 303 b
Fossæ *oppidum Belgii* 198 f, 819 a
Fracta *oppidum Umbriæ* 208 b
Fraite-fontaine *pagus Burg.* 691 d
Francia *Orientalis in Germ.* 917 a
Francofurtum *civitas Germ.* 829 f, 835 a
Frasa *oppidum* 909 e
Frekenlove oppidum 906 b
Fremecenum *civitas Westfal.* 564 e
Friaz *oppidum Castellæ* 118 a
Friburgum *civitas Helvetiæ* 643 d
Friede *pagus Artesiæ* 495 f
Frisia *provincia Belgii* 445 b 448 f
Frisinga *civitas Germaniæ* 460 f 887 d
Fritislaria *civitas Germ.* 461 c, 477 e, 814 a

Frotinctorp *prædium Westfal.* 539 f
Fulda *fluvius et civitas Germ.* 482 a
Fulginium *civitas Umbriæ* 4 c 150 f 360 a 411 a, 549 b
Furantius *amnis Burgundiæ* 651 e
Fursenum *pagus Flandriæ* 196 f

G

Gabri mons *Germaniæ* 435 e
Gace *vicus diœc. Parisiensis* 46 e
Gaciliacas *pagus Hannoniæ* 196 c
Gades *civitas Hisp.* 564 e
Gallardon *oppidum Germ.* 354 b
Gallia Comata *quæ* 498 a
Gama *pagus Castellæ* 25 e
Gambalum *oppidum Foro-julii* 790 a
Gambeke *pagus Westfaliæ* 510 a
Gamberem *pagus Westfaliæ* 540 c
Gandavum *civitas Flandriæ* 716 c
Ganderesheim *pagus Westfaliæ* 533 b
Gangulden *pagus Juliæ* 194 c
Garametti *pagus Westfal.* 516 d
Gardenebiki *prædium Westfaliæ* 541 f
Garinum *oppidum Foro-julii* 755 a
Garumna *fluvius Galliæ* 707 c
Gasperitia *fluviolus Germ.* 182 b
Ganda *urbs Hollandiæ* 196 e
Gaudiacus *pagus Franciæ* 354 e
Gaviacas *villa Cenoman.* 708 f
Gaza *oppidum Palæstinæ* 582 e, 608 e
Geismaria *oppidum German.* 462 c
Geist *castellum Westfal.* 857 a
Gelisa *fluvius Burgundiæ* 697 a
Gesmeri *pagus Westf.* 521 d
Gelanthorp *vel* Gelondorph *præd. Westf.* 521 d, 550 c
Gemblacum *oppidum Belgii* 819 b
† Geminiani *oppidum Italiæ* 438 a
Gemulley *pagus Burgund.* 691 e
Gennabum *pars Burgund.* 198 e
Genepe *oppidum Cliviæ* 808 e
Genepper-Huys *castrum ibid.* 810 c
† Genesii *fanum in Foro julii* 764 e, 775 c
Geneva *urbs Sabaudiæ* 295 f
Genna *fluvius Lombardiæ* 25 b
Geran *pagus Westfal.* 511 b
Geradessun *pagus Westfal.* 518 f
Germania *ejusque termini* 504 a
† Germani *oppidum in Britan.* 391 f
Gersius *rivus Aquitaniæ* 7 c
Gertrudis-Berga *civitas Brab.* 154 e
Gesike *pagus Westfal.* 514 e
Gesmaria *oppidum Germ.* 495 f
Gession *pagus Westfal.* 510 a
Givikestein *castellum Saxoniæ* 507 c 909 c
Gezlethi *oppidum Westfal.* 538 c
Giseriacum *oppidum Burgund.* 652 e
Gizorolis *villa Burgund.* 663 c
Gladabiki *prædium Westfal.* 518 b
Glendelacum *urbs Hiberniæ* 303 a
Gnesna *civitas Poloniæ* 607 d 909 d
Gochum *oppidum Cliviæ* 809 d
Goedelandia *regio Germaniæ* 479 b
Goetinga *oppidum Germ.* 490 b
Gojacum *pagus Germaniæ* 197 a
Gordonium *in diœc. Cadurc.* 607 b
Gonsbiz *oppidum Foro-julii* 785 b
Goritia *civitas Foro-julii* 767 c
Goslaria *oppidum Germ.* 508 d 522 d
Goltzbeki *pagus Westfaliæ* 524 a, 540 c
Graceloy *oppidum Westfaliæ* 577 f
Graciacum *villa Burgundiæ* 702 b
Gradiacum *villa Burgund.* 682 d
Granata *civitas Hispaniæ* 653 f
Grandefontana *villa Burgund.* 707 b
Grand Villars *pagus Burgundiæ* 659 d
Grandwallis *pagus Burgund.* 652 c
Granson *pagus Burgundiæ* 643 f
Gratianopolis *civitas Galliæ* 652 b
Gravelinga *oppidum Flandriæ* 731 f
Grayacum *oppidum Burgundiæ* 653 f
Grescum *oppidum Latii* 410 f
† Griciniani *locus prope Perusium* 25 b
Grona *oppidum Saxoniæ* 910 e, 912 e
Gruona *castrum Westfaliæ* 511 c
Gualdum *oppidum Italiæ* 51 a
Guartum *oppidum Umbriæ* 547 d
Guasconia *regio Galliæ* 764 a
Gudulmun *pagus Westfaliæ* 522 a
Gudwali collis *in Armorica* 730 d
Guernium *pagus in Armorica* 716 d
Guickenstein *castrum Saxoniæ* 906 c
Guidonium *castrum Burgundiæ* 661 a
Guilliniacum *castellum in Samnio* 329 a
Gunnesburin *pagus Westfaliæ* 532 f
Gurziacum *oppidum Burgund.* 688 b
Guyon *castrum Burgundiæ* 661 a
Gyacum *castrum Burgundiæ* 696 e
Gyvriacum *pagus Burgundiæ* 655 f

H

Habassia *extra fines Imperii Romani* 165 f
Hasten *pagus Westfaliæ* 540 c
Haga *oppidum Hollandiæ* 920 f
Hahensili *prædium Westfal.* 543 a
Haimerstorff *pagus Germaniæ* 348 d
Haithorpe *pagus Westfal.* 522 a
Halberstadium *civitas Saxoniæ* 492 d, 508 b
Haldesleve *oppidum Saxoniæ* 914 c
Haldinghuson *pagus Westfaliæ* 540 d
Haldugon *pagus Westfaliæ* 521 b, 521 e
Halierpret *pagus diœc. Laudunensis* 821 b
Halis *fluvius Asiæ* 586 b
Halla *civitas Germaniæ* 513 f, 842 c
Halogokircum *pagus Westf.* 519 b, 520 b
Ham *fluvius Westfaliæ* 539 a
Hamanaburgum, Hamburgum *civitas Saxoniæ Hanseatica* 447 b, 461 f
Hameressun *prædium Westfal.* 539 f
Hamerstein *castrum Westfaliæ* 531 a
Hammonstide *prædium Westfal.* 532 d
Harun *pagus Westfal.* 518 a
Hardincihorpa *pagus Westfal.* 522 b
Hardinchusun *prædium Westf.* 536 b
Hardincthorpe *pagus Westfal.* 542 e
Harlebeka *oppidum Flandriæ* 731 e
Harlemum *civitas Hollandiæ* 479 e
Harneburg *oppidum Saxoniæ* 910 c
Hasa *fluvius Saxoniæ* 533 f
Hasbanium *pars Brabantiæ* 175 b
Haspan *prædium Westfal.* 515 e
Hassia *regio Germaniæ* 447 b, 490 a
Hassuithehuson *prædium Westf.* 543 a
Hasungus *mons Germaniæ* 530 b, 532 d
Hassum *oppidum Germaniæ* 810 c
Haverga *pagus Westf.* 510 b, 524 b, 540 c
Haverlaun *pagus Westfaliæ* 523 f, 537 b
Hazelunnen *oppidum Westfal.* [533 f
Hebrus *fluvius Thraciæ* 395 c
Hecgstat *prædium Germaniæ* 190 b
Hechti *pagus Westfaliæ* 519 e
Heddighuson *pagus Westfal.* 542 d
Hegelmithe *fluvius Britanniæ* 392 a
Hegena *vide* Heyna

Heginhuson *pagus Westfaliæ* 542 e
Hegstadium *oppidum Germaniæ* 479 c
Heimmeberg *oppidum Westfal.* 524 c
Heingahusun *pagus Westfal.* 519 e
Heinthorpe *pagus Westfal.* 522 e
Heinhuson *prædium Westfal.* 539 f
Helagan kyran *pagus Westfal.* 542 e
Heleckieressun *pagus Westfal.* 518 f
Helenopontus *provincia Asiæ* 584 a, 585 f
Helessen *oppidum Westfal.* 524 f
Heligenstadium *oppidum Germ.* 491 b
Helmwardeshusun *Monast. Germ.* 510 a
Helsingia *Sueciæ regio* 228 b
Helve *pagus Westfal.* 549 c
Hemmamhus *prædium Westfal.* 518 b
Hemmadasson *pagus Westfal.* 542 d
Hemmedesun *pagus Westfal.* 514 e, 522 b
Hemmerfeldun *pagus Westfal.* 529 f
Hemmicanhusun *pagus Westfal.* 520 c
Hengeldere *prædium Westfal.* 514 c
Henghi *pagus Westfal.* 542 d
Henghilari *pagus Westfal.* 542 d
Hensberga *oppidum German.* 186 a
Hepin *pagus Westfal.* 542 e
Heraclea Pontica *civitas* 586 a
Herbipolis Wirtzaburg *civitas German.* 447 c 883 e
Hercinia *Silva in Germania* 887 f
Herculanum *civitas Latii* 207 c
Herenberga *oppidum Westfal.* 505 d
Heringi *pagus Westfal.* 522 b
Heristi, *prædium Westfal.* 518 b
Heristalli, *vel* Heristelli, *prædium Westfal.* 521 e, 542 e
Herivordi *pagus Westfal.* 522 b
Herolfesfelt *pagus Saxon.* 904 b
Herthoga *pagus Westfal.* 517 b
Hervordia *civitas German.* 530 d
Herzogenrach *oppidum Belgii* 815 c
Hesdinium *oppidum Artesiæ* 813 f
Hesse *pagus Westfal.* 526 f, 542 e
Hessega *pagus Westfal.* 532 f, 542 a
Hessiun *pagus Westfal* 517 c
Heusda *oppidum Westfal.* 505 c, 528 c
Hia *insula maris Hibern.* 5 f 411 c
Hi-cuanach *regio Hibern.* 311 f
Hicysneach *locus in Hibernia* 311 f
Hierosolymæ, *sive* Jerusalem 85 b
Hiese *saltus German.* 856 c
Hildelinghuson *prædium Westfal.* 543 a
Hildinesheimium *civitas Saxon.* 490 c, 506 f
Hile *pagus Saxon.* 884 f
Hilimari *pagus Westfal.* 522 e, 542 e
Hiltewardeshusen *monast. Westfal.* 541 f
Himba *Insula maris Hibern.* 411 c
Himmerveldun *pagus Westfal.* 524 c
Hippanhusun *pagus Westfal.* 522 e
S. Hippolyti villa *Burgund.* 685 f
Hiridechassun *prædium Westfal.* 518 b
Hiriswithuhuson *pagus Westfal.* 542 e
Hirsingen *pagus Westfal.* 346 f
Hirtveldun *oppidum Westfal.* 537 d
Hispellum *oppidum Umbriæ* 356 b
Hodanhusun *prædium Westfal.* 520 b 522 e
Hodingahusun *prædium Westfal.* 520 d 537 d
Hoechst *oppidum German.* 192 f
Hoensile *prædium Westfal.* 536 b, 540 c
Hokisnesleve *pagus Westfal.* 523 f
Holma *fluvius Saxoniæ* 539 d
Holsatia *Ducatus Germaniæ* 838 a
Holtheim *prædium Westfaliæ* 514 f, 542 d
Holthusum *pagus Westf.* 515 b, 519 e, 522 e, 532 e
Holtisminui *pagus Westfal.* 542 e
Homa *pagus Westfal.* 542 e
Homan *prædium Westfal.* 539 f
Homborga *oppidum Germ.* 461 f
† Honorati *insula Lerinum* 75 e
Honorias *Regio Asiæ in Ponto* 586 a
Horhusen, Horohusun *oppidum Westf.* 507 b, 514 f
Hornan *prædium Westfal.* 539 f
Hortersleva *castrum Saxoniæ* 904 b
Hosgowe *pagus Germaniæ* 904 b
Hosissim *pagus Westfal.* 522 e
Hospitale *B. Gerardi Modoetiæ* 756 b, 759 e f
Hoyum *castrum Diœc. Leodiensis* 815 e
Hukelhem *pagus Westfal.* 523 f
Hulffersberg *mons Germaniæ* 490 e
Hulse *pagus Cliviæ* 855 f
Humberti pons *Diœc. Laudun.* 821 b
Hungese *pagus Cliviæ* 855 e
Huntemudem *pagus Saxoniæ* 920 f
Hunwercushusun *pagus Westfal.* 515 b
Hursti *pagus Westfal.* 542 f
Huvinadal *prædium Westfal.* 541 f
Huxeri *pagus Westfal.* 520 a
Hydruntum *civ. et portus Calabriæ* 235 c

I

Iberus *fluvius Hispaniæ* 257 a
Ibriacum *oppidum Galliæ* 355 c
Iconium *civitas Asiæ* 22 d, 368 b
Idguino *villa Burgundiæ* 712 b
Idonia *fluvius Burgund.* 659 f
Iera *fluvius Germaniæ* 462 d
Ilfurtum *vicus German.* 334 b
Ignanum *oppidum Foro Julii* 774 e
Ikamannincthorpe *pagus Westfal.* 542 e
Ilasan *pagus Westfal.* 542 e
Iliacas *villa Burgundiæ* 709 a
Illandehusun *pagus* Westfal. 516 f
Illisa *prædium Westfal.* 539 f
Ilmstadium *vel* Elophstadium *oppidum Germ.* 829 f
Imbripolis *sive* Ratispona *civitas* 932
Imesulus *fluvius Foro-Julii* 771 d
Immedeshusun *pagus Westfal.* 519 e
Inlidiacus *pagus German.* 426 d
Ipræ *civitas Flandriæ* 627 c
† Irenes *oppidum Lusitaniæ* 587 f
Iris *fluvius Cappadociæ* 586 b
Irixlevu *pagus Westfal.* 517 b
Isala *fluvius Belgii* 505 c, 857 b
Isaurica *insula Chersonæ* 368 e
Isca *fluvius Angliæ* 455 b
Isara, Isera *fluvius Galliæ* 354 e, 689 b, 704 f, 887 c
Isna *oppidum Sueviæ* 154 e
Ister *fluvius Thraciæ* 257 b, 428 f
Istria *Provincia ad mare Adriat.* 416 a
Itella *fluvius Foro-Julii* 772 a

J

Janmia *sive* Jamna *urbs Palestinæ* 64 c
Japonia *insula* 6 a
Jatripa *vel* Atribis *civitas Ægypti* 32 f
Joppe *portus Palæstinæ* 13 e, 608 f
Julia *urbs pro* Eugubio 51 e, 53 e
Juliacus *vulgo* Gulik 193 d, 815 c
S. Juliani *oppidum Burgund.* 647 f
Juliomagum *civitas Galliæ* 293 b
Jundusdorf *pagus German.* 345 c
Jura *mons Burgund.* 334 b, 634 c
† S. Justi *pagus German.* 433 c
Juvigné *pagus Burgund.* 694 b

K

Kairacas *villa* 710 a
Kalbe *oppidum Saxoniæ* 861 e
Kambau *pons super Elaverim* 421 c
Karalasthorp *pagus Westfal.* 515 f
Karolspach *oppidum German.* 343 f
Kasle *pagus Cliviæ* 855 f
Katelnburgum *oppidum* 490 c
Keilar *pagus Cliviæ* 856 a
Kemene Thebone *in Armorica* 402 e
Kempene *pagus Cliviæ* 856 a
Kempercorentinum *vide* Corisopitum
Kettel *seu* Kessel *castrum Cliviæ* 809 c
Kibyrritharum *regio in Asia* 319 c
Kierbruch *pagus Cliv.* 856 b
Kikillahusun *pagus Westfal.* 532 f
Kiovia *Metropolis Russiæ* 131 c, 358 d
Kyrcthorpe *pagus Westfal.* 542 d
Kirkua *Metropolis Orcadum* 749 b
Kirloulum *civitas Scotiæ* 367 b
Kittiga *pagus Westfal.* 510 b
Kitzinga *oppidum German.* 468 a
Knechthusun *prædium Westfal.* 539 f
Konigshofen *oppidum German.* 468 a
Kurbike *pagus Westfal.* 542 f

L

La *pagus Westfal.* 542 e
Labacum *civitas Carnioliæ* 771 f
Lachni *pagus Westfal.* 519 d
Lacni *pagus Westfal.* 538 e, 541 f
Lactora *urbs Aquitan.* 7 c
Lacus Acronianus *Helvetiæ* 348 a
Ladon *pagus Burgund.* 689 f
Laerge *oppidum Westfal.* 528 b
Lahra *arx German.* 490 d
Laffenac *oppidum Britann.* 391 c
Lagbeke *fluvius German.* 479 e
Langal *pagus Westfal.* 517 f
Lagenia *pars Hibern.* 303 a, 308 f
Lagona *villa Burgund.* 663 c
S. Lamani *villa Burgund.* 662 d
Lambescum *oppidum Burgund.* 651 f
Lamber *fluvius Insubriæ* 756 a, 757 d
Lambre *pagus Burgund.* 694 b
Lampadusa *oppidum Siciliæ* 366 d
Lampsacus *civitas Hellesponti* 748 b
Lanchel *pagus Westfal.* 521 e, 522 e
Landeshuta *oppidum German.* 887 c
Landevenecum *Mon. in Armorica* 81 b
Landolenas *villa Burgund.* 702 b
Langaneka *pagus Westfal.* 510 a
Langen *pagus Westfal.* 511 a
Lansera *oppidum German.* 334 b, 350 d
Lanwardeshusun *pagus Westfal.* 521 f
Laodicia *urbs Syriæ* 88 a
Laone, Lovigenna, Latona *oppidum Gall.* 689 e
Lapesdal *pagus Cliviæ* 856 d
Lare *Mons Westfal.* 524 c
Larga *fluvius et arx German.* 334 b
Latiniacum *monasterium Galliæ* 153 e
Latium *Regio Italiæ* 410 f
Laudolenas *villa Burgund.* 708 f
Laudunum *urbs Galliæ* 195 f, 218 f, 789 c
Laurisham *monasterium German.* 192 f
Lausanna *civitas Helvetiæ* 643 d
Lauterbach *fluviolus Westfal.* 533 e
Lecheburgum *oppidum German.* 490 d
Legia *fluvius Flandriæ* 196 e
Ledo, *vulgo* Lons *fluv. et oppid. Burg.* 689 f, 711 d
Lellebiki *pagus Westfal.* 521 c
Lemanus Lacus *Sabaudiæ* 643 d
Lenghivelde *pagus Westfal.* 542 f
Lemnos, *seu* Stalimene *insula Ægæi* 395 c
Lemovices *urbs Aquitaniæ* 9 e
Lentatum *oppidum Insubriæ* 755 a
Leonensis S. Pauli *urbs Armoricæ* 80 c
Leria *civitas Lusitaniæ* 552 a
Lerinum *Monasterium* 75 b e
Lesa *fluvius Italiæ* 208 b
Lesina *oppidum Italiæ* 329 c
Lessina *oppidum Hannoniæ* 196 d
Lessete *prædium Westfal.* 540 c
Letavia *Britannia minor* 400 b
Levier *pagus Burgundiæ* 655 a
Levira *villa Burgundiæ* 663 c
Levardishusun *pagus Westfal.* 518 b
Leuca *villa Burgundiæ* 663 c
Leucas *promontorium Epiri* 246 e
Leuvacum *villa Cenomann.* 712 b
Libanus *Mons Syriæ* 206 c, 208 d
Liburnia *pars Dalmatiæ* 131 a
Liburnus *Portus maris Tusci* 437 f
Licha *oppidum German.* 192 f
Liemoneshus *oppidum Westfal.* 538 d
Lieverincthorpe *pagus Westfal.* 542 e
Liezgo *oppidum Westfal.* 526 b
Ligeris *fluvius Galliæ* 291 c, 618 e, 704 f
Lillo *pagus Belgii* 313 a, 921 b
Lilybæum *Promont. Siciliæ* 426 b
Lipsi *vel* Liffi *campus Hibern.* 312 f
Limga *pagus Westfal.* 510 a
Lintburg *pagus Westfal.* 542 c
Lintburgam *pagus Westfal.* 521 b
Lintz *oppidum Westfal.* 511 b
Lintzium *oppidum Austriæ* 883 d
Lippia *fluvius Westfaliæ per Monasteriensem et Paderbornensem diœceses* 530 f, 539 a, 857 d
Lippia *vel* Lipstadium *oppidum Westfaliæ* 530 f
Lipsia *civitas Saxoniæ* 523 f, 859 e
Liquentia *fluvius Italiæ* 771 e
Lisga *pagus Westfaliæ* 511 c
Listina *oppidum Hannoniæ* 195 e
Listingun *pagus Westfal.* 519 c
Litomeritzium *oppidum Bohemiæ* 863 f
Livadia *provincia Græciæ* 233 c
Lindelveshuson *prædium Westfaliæ* 542 a
Liudalfingaroth *prædium Westfaliæ* 517 a
Linduliungaroth *pagus Westfaliæ* 537 b
Lindunburin *pagus Westfaliæ* 515 c
Liventia *fluvius Italiæ* 843 f
Livinia *regio Angliæ* 262 f
Livier *pagus Burgund.* 659 e
Livonia *regnum Septemtr.* 505 b
Locinianum *apud Brittones* 81 c
Loc-Ronan arfrancq *apud Brittones* 81 c
Lodere *oppidum Armoricæ* 371 f
Lodilacum *urbs Poloniæ* 51 * a
Logiagas *villa Burgund.* 703 a
Logingaha *pagus Westfal.* 513 c
Loina *fluvius Westfal.* 513 d
Lombriascum *vicus Insubriæ* 138 c
Londinum *Angliæ* 456 c
Longavilla *pagus Burgund.* 693 a
Lonsalium *oppidum Burgund.* 643 e
Lonsetum *pagus prope Mosellam* 127 e
Lovanium *civitas Brab.* 263 b
Lotharingia *inferior* 849 a
Lovetingem *villa Burgund.* 682 c
Loya-novella *pagus Burgund.* 686 c
Lubeca 51 * e
Lublinum *urbs Poloniæ* 258 c
Luca *civitas Tusciæ* 320 b

Lucania *Regio Italiæ* 4 f, 351 b
Lucia *oppidum Delphinatus* 497 f
Luciacus *villa Cenoman.* 710 a
Lucianus *villa Cenoman.* 711 b
Luciniaco *villa Cenoman.* 707 e
Lucioli *oppidum olim Urbinatium* 74 d
Lucronium *oppidum Hispan.* 257 a
Ludina *villa Burgund.* 709 a
Ludovesdorf *villa German.* 184 f
Lugdunum *urbs Galliæ* 156 a, 648 c
Luna *oppidum Italiæ excisum* 829 f
Lunenborg *oppidum Westfal.* 530 e
Lupius *fluvius German.* 829 f
Lusatia *regio German.* 541 d
Lutgen-Ottersleben *pagus German.* 867 b
Luihithe *pagus We tfal.* 542 e
Lutteren *pagus Westfal.* 505 e
Lutzenburgum *civitas Belgii* 888 a
Lycaonia *regio Asiæ minoris* 88 a
Lycia *provincia Asiæ minoris* 423 c
Lydia *provincia Asiæ minoris* 609 e

M

Macerata *oppidum Italiæ* 367 f
Machelbach *Monasterium German.* 182 a
Maclovium *civitas Armoricæ* 715 b c
Maderna *fluvius Burgund.* 688 b
Mæander *fluvius Asiæ Minoris* 609 e
Magassuil *Regio Hiberniæ* 366 e
Megdeburgum *civitas Saxoniæ* 800 d, 901 c e
Magdunum *oppidum Galliæ* 291 c, 293 e
Magelheim *pagus German.* 855 e
Magle *pagus Flandriæ* 196 f
Majorica *una Balearium* 438 b
Malchon *civitas Saxon.* 914 c
Malianum *castrum diœc. Astensis* 139 e
Malrede *pagus Westfal.* 542 e
Malva *fluviolus Galliæ* 293 e
Malveonays *pagus Burgund.* 690 f
Manciacum *villa Cenomann.* 702 b
Mandelbeke *pagus Westal.* 523 f
Mandericium *pagus Trevirensis* 92 a
Mansanum *oppidum Foro-Julii* 773 c
Mantua *civitas Italiæ* 407 b
Marana *vallis in Piceno* 399 a
Marburgum *oppidum German.* 461 f
Marcha *pagus Westfal.* 514 e
† Marci *civitas in Italia* 397 c
Marcirias *villa Cenoman.* 712 f
S. Mardonii *pagus Burgundiæ* 694 b
Mare-Rubrum 87 d, 629 d
Marciliaco *villa Cenomann.* 712 d
Maresvelde *pagus Westfal.* 517 f
Mariniaco *villa Burgund.* 663 c
Marnay *pagus Burgund.* 696 e
Marogilo *villa Cenomann.* 707 e
Marquion *pagus Artesiæ* 395 a
Marriniacum *Rus Burgundiæ* 645 c
Marsvelde *prædium Westfal.* 542 b
Marta *fluvius Umbriæ* 34 d
Martana *oppidum Italiæ* 74 d
Marxblas *pagus Saxoniæ* 920 f
Massilia *civitas Galliæ* 269 d, 416 c
Matesius *Mons Pedemontii* 203 c
Matseld *pagus Westfal.* 510 a
Mauriacum *oppidum Galliæ* 497 e
Mauritania Tingitana *in Africa* 552 b
Mauritania Cæsareensis *ibidem* 633 a
Mauritania Sitifensis *ibidem* 633 a
Mazovia *vel* Mezavia 32 * a
Mazovia *regio Poloniæ* 410 f
Mazyes *sive* Mazyces *populi Ægypti* 631 f
Medæum *civitas Foro-Julii* 748 b
Media *provincia Hibern.* 366 e, 606 e
Mediolanum *civitas Insubriæ* 368 c 633 a
Meduana *oppidum Cenoman.* 771 c
Mediana *castrum Italiæ* 844 f
Medunus *fluvius Cenoman.* 771 b 844 f
Megenete *pagus Burgund.* 657 e
Meginchuson *pagus Westfal.* 548 e
Meitreke *pagus Cliviæ* 855 d
Meladium *Castellum Insubriæ* 223 e
Meledunum *oppidum R. Neapol.* 253 d
Melodunum *civitas Galliæ* 403 c
Menatum *pagus Arverniæ* 75 a
Menevia *civitas Umbriæ* 393 f
Menton *vicus Insubriæ* 138 a
Mentoth *urbs Hiberniæ* 262 f
Meppena *oppidum Belgii* 533 f
Mercheim *pagus Cliviæ* 855 e
Mercia *regnum in Anglia* 83 a
Meritanus *locus prope Spoletum* 73 b
Mersburgum *civitas Saxoniæ* 513 f 844 a
Mescheti *pagus Westfal.* 519 e
Mesembria *civitas Peloponnesi* 429 a
Messina *civitas Siciliæ* 435 b
Mesopolis *oppidum Siciliæ* 334 b
Metaurus *fluvius Italiæ* 758 a
Metenacum *oppidum Burgund.* 668 e
Mevania *civitas Umbriæ* 613 a
Michem *pagus Burgund.* 686 c
S. Michaelis *pagus German.* 497 f
Michlinstat *in Germania* 173 b, 174 b
Mida *regio Hiberniæ* 311 b
Milevum *civitas Numidiæ* 388 b
Milinhusun *pagus Westfal.* 517 d
Militensis *episcopatus Institutio* 21 * b a
Minerbinum *oppidum Tusciæ* 253 c
† Meniatis *oppidum Tusciæ* 437 f
Minturnæ *oppidum Latii* 207 a
Miranda *civitas Hispan* 698 e
Misna *oppidum Saxoniæ* 912 c
Misnia *provincia German.* 513 d
Modoetia *civitas Insubriæ* 754 b. 755 c
Mœnus *fluvius German.* 174 d, 468 a
Mœsia *regio Pannoniæ* 916 f
Mola *oppidum Italiæ ol.* Formiæ 206 f
Moldugavel *prædium* 542 a
Molina *pagus Castellæ* 123 d
Molisinus *Comitatus R. Neapol.* 329 a
Molismum *Cœnobium Gall.* 5 d
Moltava *fluvius Bohem.* 871 a
Momonia *Provincia Hibern.* 715 f
Monachium *civitas Bavariæ* 887 c
Monandi-vicinus *pagus German.* 821 b
Monasteriolum *oppidum Picard.* 717 a, 730 a d
Monasterium *Metropolis Westfal.* 331 b
Monasterium *oppidum Zeland.* 819 a

MONASTERIA

S. Abacuc 815 a. Abdinkhoffense 501 d, 513 f. de Aceyo 687 d. S. Æmiliani 119 d. Agaunense 686 f. S. Agnetis 863 e. Agri 394 d. S. Albani 336 e. Alcobatiæ 410 d. Altimontis 681 b. S. Andreæ 497 b. Arensburg 829 f. Aronense 23 c S. Audoeni 291 d. Augiæ-candidæ 987 b. Avienacense 404 b. S. Autberti 175 b. Balmense 662 d. Bataliense 552 b f. S. Bavonis 175 b, 180 e, 196 f. Beccense 354 b. Belliense 154 a. Belisiense 607 e. Bellæ-vallis 689 c. Belli fontis 688 f. S. Benedicti 109 e, 121 b. S. Benigni 674 c. Bergense 848 d. Bergillense 669 e Berhiliarum 690 a. S. Bertini 813 d. Berziliacense 677 e. Bezuense 677 e. Birrense 716 a. Bobiense 367 b. Bodecense 51 c. Bonæ-Spei 840 a. Bonæ-vallis 175 e. Boni

Boni-loci 894 f. Bosanhamense 5 b. Bosci funesti 34 a. S. Cæsarii 619 b. Camberiacense 6 a. Cappenbergense 829 a. Casæ-Dei 687 a. Castri-Caroli 661 f. S. Catharinæ in Sinai 88 a. Catharorum 747 e. Caughinense 312 d. Caunense 619 b. Cellæ OO. Sanctorum 887 f. Cellæ superioris 883 e. Cellonense 619 b. Centulense 4 d, 262 d. S. Christophori 342 d, 371 c. Claræ cellæ 262 f. Claræ-vallis 653 e. Cluainfertense 716 a. Cluniacense 513 a, 819 c. Clusteniense 262 f. Collismanti 544 b, 545 a. S. Columbæ V. 742 f. Columbense S. M. 354 d. Condatescense 634 c, 681 c. Confugiense 532 e. S. Coni 352 a. Capronicense 259 a. Corasiense 85 c. Corbeiæ-novæ 506 d, 526 d. Corbciæ veteris 417. Crassense 619 b. Crispiniense 175 b. SS. Crispini et Crispiniani 263 b. S. Crucis 400. de Cultura SS. Petri et Pauli 701 c f. Cusantiense 686 a. Cycloini 748 a. S. Cyriaci 449 e. Czarnowassense 899 c. Dammartinense 813 f. Dalmati 746 b. Dei-locus 746 b. de Deserto 649 b. S. Dionysii 417 c. Divini juris vel ruris 154 c. Disselburgense 455 f. Doxanense 862 c. Elnonense 740 e. Elofstatense 829 b. Epternacense 41 b. S. Erasmi 207 d e. Eveshamense 83 c. 85 c. Exoniense 455 b. Flaviniacense 687 c. Feldbacense 346 d. Ferrariense 742 c. Firstenbergense 815 d Florariense 745 e. Floreffiense 823 a, 888 a. S. Florentii 33 c, 38 a. Floriacense 291 f, 412 a. S. Foillani 217 d. Fontanellense 46, 174 c. Fontis-Ebraldi 44 a. Fossatense 767 e, 744 a. Fridlariense 477 c. S. Frigidiani 322 c. Fuldense 450 e. Fusniacense 850 c. Gemblacense 819 b. ad duos Gemellos 196 b. Gemmeticense 583 d. Gennense 583 d. S. Georgii 4 a. S. Germani 6 b c, 285 b. SS. Gervasii et Protasii 749 f, 751 f. Gigniacense 665 c. S. Gisleni 7 d. Glannofoliense 705 f, 716 a. Glastoniense 458 b. Gollense 695 e. Gotteschoviense 886 c. Guernicense 715 f. Hamburgense 447 c. Hasnoniense 175 f. 197 f. Hefeldelsense 490 d. Helmwardeshusanum 517 e, 526 c, 537 b, 542 b. Hemmerodense 263 b. Herivordense 321 * c. Heynense 5 f. Hinsbergense 896 e. Homicidæ 748 a. Horrei 447 b. Ibriacense 356 a. S. Joannis Bapt. 904 e, 906 a. S. Joannis de Urtica 256 d. S. Jovini 71 f, 72 a b. S. Ivani 886 b. Kilkevinense 262 f. Landevenense 81 b. Lannenocense 399 b. Latiniacense 153 f. Laureacense 366 a. S. Laurentii 174 a, 235 f, 351 b. Laurishamense 528 b. Leffiense 888 a. Lemense 404 a. S. Ligorii 513 e. Limpurgense 543 f. S. Lini 439 e. Lisbornense 529 f. Loci-crescentis 686 b, 705 e. Lucellense 334 b. Lucense 799 f. Luniacense 689 d. Luxoviense 676 a. Lysseriense 258 f. Machesbaghense 182 a. Magdunense 292 a. Magni-agri 748 c. S. Marcelli 685 b. Machtallense 887 b. Magniloci 315 f. S. Mariani 750 d. Maricolense 217 a. Marienfredense 809 f. Hortus S. Mariæ 154 e. S. Mariæ cum variis cognomentis 87 e, 119 d, 224 b, 285 c, 351 b, 486 f, 544 c, 660 b, 691 f, 697 c, 855 a, 859 b, 887 f. S. Martialis 89 e. S. Martini 89 f, 157 c, 285 c, 704 e, 851 b. S. Mauritii 902 d. S. Maximini 366 c. S. Medardi 674 d. Meldradiense 198 f. Menagrense 394 b. Menatense 315 b, 497 e. S. Mevennii 392. S. Michaelis 216 f, 625 c, 800 f, 858 a b. Miciacense 292 b c, 619 a. Modoetiensia 755 c. Molinense 82 c. Molismense 5 d. Montis-acuti 34 a. Montis-benedicti 696 d. Montis-Martini 750 d. Montis-olivi 619 b. Montis-Quiriaci 163 f. Montis-Virginis 451 f. S. Morandi 334 a. Morelolense 367 d. Molacense 777 f. Nazareth 44 a. S. Nazarii 190 b. S. Nicolai 772 f. S. Norberti 896 f. Novæ-cellæ 887 f. Novem-fontium 749 c. Nutfcellense 447 b. Offonis-villæ 688 a. Onniense 104 c. Oosterhoviense 887 c. Osterodense 490 c. Ovarenense 119 d. Palatiolum 447 b. 476 b. Palith 508 a. S. Pantaleonis 208 a. S. Paulini 525 d. Petersbergense 83 a. S. Petri Ap. 263 f, 285 d, 355 c, 696 c. Pinnatense 104 c. Plumbariolæ 154 c. S. Polycarpi 619 b. S. Pontii 65 b. Pontisarense 353 c. Quercolodorense 921 d. Quidlinburgense 508 b. Rebdorffense 445 e. S. Remigii 743 c. Ripadunense 83 a. Rockenburgense 887 e Rodæ 815 c. Rosacense 777 f. Roseriense 68 c. Rothense 887 e. Rubeæ-vallis 285 b, 392 d. S. Sabini 698 f. Salernitanum 243 f. S. Salvii 175 a, 195 a. S. Savini 263 f, 499 a. Sextense 777 f. Scheldicense 530 f. Schestoniense 366 b. S. Secundi 50 f. Siburgense 264 d. Sigebergense 809 f, 855 a. Sinai montis 87 d. Slagense 807 a. Stivalense 705 c. Strahoviense 858 a. Stirense 232 a. Swifaltense 154 e, 888 b. S. Silvestri 356 a. Sorethanum 887 e. Tabanense 319 e. S. Taurini 355 d. Teachmunnæ 309 d. Tergezeanum 366 a. Teplense 883 f. Thenaliense 850 c. S. Theobaldi 136 b. S. Theodorici 848 f. Theologiense 123 b. Trajani 319 c. Trioitense 263 e. Tusanum 669 c. Vallis S. Catharinæ 897 a, 923 b. Vallis-clusæ 685 e, 692 d. Vallis-Dei 339 f. Vallis-Ducis 37 d. Vallis-gloriæ 358 a. Vallis-secretæ 751 d. Vallis-serenæ 750 d. Vallis-seni 286 f. Vallis-viridis 49 d. Vangadasiæ 6 d. Varreliarum 744 b. Varlarense 81 f. S. Vedasti 196 f. Viconiense 851 a. S. Victoris 445 f. Villariense 154 d, 744 f. S. Vincentii 373 c, 680 d, 685 c, 849 d. Vivariense 831 f. Ulnense 689 c. Vredense 809 e. Urspengense 887 d. Vurstenbergense 808 b. Weingartense 887 f. Werthinense 500 f. S. Wicberti 904 b. S. Widradi 687 c. Wilbrechthusanum 490 c. Windbergense 445 e. Winpergense 886 c. Xeropii 747. Zavichostense 258 c

Monciaco *villa Cenomann.* 707 b
Monethusum *pagus Westfal.* 532 f
Monopolis *civitas Calabriæ* 240 e
Mons-acutus *in Hetruria* 265 f
Mons-acutus *oppidum Galliæ* 648 d
Mons Adjutorii *in Eichsfeldia* 490 e
Mons Beligardis *oppidum Franconiæ* 682 b
Mons Benedictus, *in Burgundia* 662 a
Mons Bradonii, *oppidum Tusciæ* 433 c
Monte Coupiolo, *in Umbria* 150 e
Mons Falconis, *oppidum Umbriæ* 72 e 688 p
Mons-faventius *oppidum* 764 b
Mons-ferratus, *regio Italiæ* 223 a
Mons Herbenus, *in Germania* 497 f
Mons S. Joachimi, *in Clivia* 814 d
† Mons-Jovialis, *oppidum Burgund.* 646 c
Mons-Juliani, *in Umbria* 34 c
Mons S. Juliani, *in Teorascia* 219 a
Mons Laureus, *Castrum Cenomann.* 738 f
Monte Locco *diœc. Albensis* 151 a d
Mons S. Martini *in Burgundia* 690 f
Mons-pessulanus, *civitas Gall. Narbon.* 513 e, 648 d
Mons S. Petri *in Germania* 450 f
Mons Politianus, *oppidum Italiæ* 438 a
Mons Regalis *civitas Insubriæ* 134 b
Mons S. Ronani, *vulgo* Loc-Ronan-cant-Nevent *apud Brittones* 81 c
Mons Sanctus, *prope Lugdunum* 666 a
Mons Sicardus, *in Italia* 367 f
Mons Subassus *in Umbria* 358 b, 359 d
Mons-vetus, *prope Eugubium* 54 e
Mons Zani *oppidum Tusciæ* 436 c
Montarone, *sive* Mons Tyrrenus 33 f
Montesunum *oppidum R. Neapolit.* 351 b

Montiniaco *villa Cenomann.* 707 f
Montisbrant *pagus Burgund.* 659 b
Moranganum *pagus Westfal.* 513 c
Morávia *Provincia Germaniæ* 626 f, 916 f
Morbies *pagus Burgundiæ* 650 e
Morenacus *villa Cenomann.* 707 a
Morewold, Moorwaude *Silva Frisiæ* 449 a, 485 b
Morga *villa Burgund.* 663 c
Morges *oppidum Burgund.* 651 e
Morillon *Castrum Burgund.* 649 e
Morra *vicus diœc. Albensis* 138 f
Mortarium *oppidum Foro-julii* 802 d
Mosa *fluvius Belgii* 82 f, 198 a, 883 d
Moscardum *Castrum Foro julii* 773 a
Moscovia *Magnus Ducatus* 262 b
Mosella *fluvius Lotharingiæ* 476 c
Moynus, *sive* Mœnus, *fluvius German.* 167 d, 174 d
Moynegorre *pagus German.* 174 d
Mugis *et* Mugilio *pro Eugubio* 54 b
Mulhusium *oppidum Eichsfeldiæ* 495
Millinium *pagus Flandr.* 197 a
Mulinheim *inferior in Germania* 173 c
Mulinheim *superior in Germania* 173 c, 182 b
Mulinhusun *oppidum Westf.* 510 b, 521 d
Muratiam *villa Burgund.* 663 c
Murbachium *oppidum Cenomann.* 339 f
Mure *pagus Burgund.* 659 e
Murocinctum *villa Cenomann.* 712 c
Mussipontum *oppidum Lotharingiæ* 888 a

N

Najara *oppidum Castellæ* Nagera *vel* Naxara 109 d, 257 a
Nagerilla *torrens Hispaniæ* 257 a
Namurcum *urbs Belgii* 82 b, 819 b, 888 a
Nanceium *civitas Lotharingiæ* 887 f
Nant *pagus Burgundiæ* 680 d
Nantonis castrum *oppidum diœc. Senon.* 745 e
Narbo *civitas Galliæ* 14 b
Narnia *urbs Italiæ* 360 a
Naxus *vel* Nesus *oppidum Siciliæ* 262 c
Natizo *fluvius Foro-julii* 772 a
Naumburgum *civitas Saxoniæ* 513 d
Naucellus *fluvius Foro-julii* 771 a
Neccarus *fluvius Germaniæ* 174 c
Nedere *vel* Nedderi *pagus Westf.* 517 b, 522 e, 526
Negenhus *pagus Westfaliæ* 542 d
Nemea *silva Cornubiæ* 80 c, 81 e
Neoburgum *et quidem duplex ad Salmam fl.* 54 * c
Neolone *villa Cenomanniæ* 711 a
Nepactum *portus Istriæ* 235 b
Nereibich *pagus Cliviæ* 855 e
Nesus *oppidum Siciliæ* 352 c
Netega, Netgo *pagus Westfal.* 532 f, 542 a
Nibius *mons Tusciæ* 433 d
Nicæa *civitas Bithyniæ* 748 b
Nicæa Saliorum *in Burgundia* 652 a
Nicia, Nissa *Provinciæ* 225 b
Nicomedia *civitas Bithyniæ* 604 e
Nidersteinbach *pagus Westfal.* 350 d
Niganbrunnum *prædium Westfal.* 518 c
Nihem *sive* Niem *oppidum Westf.* 519 f, 528 c
Nimione *villa Cenomanniæ* 711 a
Ninive *urbs Assyriorum* 369 c e
Nitha *fluvius Franconiæ* 192 f
Nitherga *pagus westf.* 519 f, 532 f, 539 d, 542 f
Nithagonne *pagus Franconiæ* 192 f
Niuvela *pagus westfal.* 540 c
Nivedunum Equestrium *in Helvetiis* 24 * c
Nivedunum *urbs Galliæ antiquæ* 23 * c d e
Nociogilos *villa Cenomanniæ* 710 c e
Nogento *villa Cenomann.* 702 f
Nogentum Eremberti *oppidum Galliæ* 355 d
Noia *civitas Campaniæ Ital.* 410 f
Norala *civitas Sueciæ* 226 e
Nordgou *fluvius Alemanniæ* 479 f
Nordlinga *oppidum Alemanniæ* 479 f
Northburgnon *pagus Westfal.* 522 f
Nova-domus *oppidum Westfal.* 523 d
Nova-lira *oppidum Diœc. Ebroicensis* 45 d
Novavilla *Westfal.* 545 d
Nova-villa *Burgund.* 647 f
Nova-villa *villa Cenoman.* 703 a
Novellis *castrum Diœc. Virdun.* 128 c
Novempopulania *pars Aquitaniæ* 7 c, 697 a
Novidunum *civitas Galliæ* 369 c
Novidunum *civitas Pannoniæ* 394 c
Noviodunum *oppidum Scythiæ* 618 e
Noviodunum *vulgo* Nevers 618 d
Noviodunum *vulgo* Neuwy 618 e
Noviodunum *et* Noviomum *vulgo* Noyon 5 a, 618 e, 850 d
Novigentum *Diœc. Parisien.* 4 a
Novisona *fluviolus Burgund.* 661 f
Novocomum, *sive* Comum 302 a, 608 a
Nozeretum *oppidum Burgund.* 696 b
Numidia *provincia Africæ* 388 b
Numidia *pro Ducatu Spoletino* 53 e, 54 b
Nursia *oppidum Italiæ* 360 a
Nutscell *oppidum German.* 447 a

O

Oberkirchen *oppidum Aleman.* 887 f
Obiergues *oppidum Burgund.* 657 e
Occitania *pars Galliæ* 196 c
Octaporca *oppidum Navarræ* 253 f
Oditegem *pagus Diœc. Bonon.* 731 f
Odnawalda *silva in German.* 173 b, 174 c
Odyssopolis *et* Odessus *civitas Thraciæ* 427 b c
Oezenis *civitas Thraciæ* 598 d
Ogecourt *pagus Burgund.* 694 b
Oisiacense *territorium in Gallia* 395 d
Olgiatum *oppidum Foro-Julii* 755 a, 762 b
Olsuerga *oppidum in Burgund.* 655 a
Oliventia *civitas Hispan.* 578 c
Olomucium *civitas Morav.* 625 f
Olona *villa Burgund.* 663 c
Olympium *castrum Calabr.* 235 f
Oma *vel* Amana *fluvius German.* 461 f
Onniense *monasterium Hispan.* 104 c
Opsikion *Thraciæ* 748 b
Or, Ora *fluvius German.* 462 d, 903 a
Orachus *in Achaia habitatio S. Nicol. peregrini* 233 a
Oranum *civitas Africæ* 564 e
Orbitellum *oppidum Italiæ* 513 e
Ordorp *pagus German.* 460 a
Oriola *oppidum R. Valentini* 155 a
Ortheren *pagus Brabant.* 319 f
Ortinburch *oppidum Foro-Julii* 770 e
Ortona *civitas Italiæ* 607 c
Orvietum *oppidum Italiæ* 438 a
Oscara *fluvius Burgund.* 653 f, 689 e
Osdaghusun *pagus Westfal.* 514 d
Osnig *regio Westfal.* 506 c
Osscle *pagus Brabant.* 920 f
Osteine *pagus Alemann.* 176 b
Ostergoa *regio Alemann.* 448 f
Oosterhovia *oppidum Brabant.* 887 c
Osterhollium *oppidum German.* 588 c
Oosterhout *pagus Brabant.* 923 c
Ostheim *pagus German.* 162 c
Ostunum, *civitas Italiæ* 240 e, 246 b
Osulfestede *pagus German.* 912 a
Othihem *pagus Westfal.* 517 e, 519 e

Otilanbamh

Othilanbam *oppidum Westfal.* 532 e
Ottoniana Silva *German.* 182 f
Overonberungun *pagus Westfal.* 521 f
Ovoranduergian *pagus Westfal.* 519 d
Ovetum *urbs Castellæ* 45
Oye *pagus regio circa Caletes* 731 f
Oynvilla *pagus in Gallia* 292 c
Oysans *pagus Burgundiæ* 659
Oysia *fluvius Picardiæ* 219 a
Ozeias *pagus Burgundiæ* 663 f

P

Pacilenovico *pagus Cenomaniæ* 712 d
Pauliacum *villa Cenomann.* 712 d
Padulla *oppidum Germaniæ* 351 b
Padus *fluvius Italiæ* 757 d
Palethi, Polithi, Politin 54* b
Pallonia *urbs Lucaniæ* 4 f
Palma *oppidum Siciliæ* 366 d
Paderborna *civitas Westfal.* 503 a
Padstow *oppidum Angliæ* 391 c
Padua, Patavium *civitas Italiæ* 738 f
Padus *fluvius Italiæ* 738 d
Paessens *fluvius Frisiæ* 448 f
Pamisus *civitas Thraciæ* 429 a
Pannonia *Inferior et Sup.* 369 e, 372 c, 375 d, 916 f
Panormus *urbs Siciliæ* 262 c
Pannonio *villa Cenomannia* 712 f
Papia *civitas Lombardiæ* 521 d
Paphlagonia *Provincia Asiæ* 585 f
Parcum *prope Lovanium* 55* a
Parma *fluvius et civitas Italiæ* 622 b
Parke *pagus Brabant.* 920 f
Parthicus portus, *seu* Parthinicus 437 f
Pascole *suburbium Utini* 773 e
Patavium *urbs Italiæ* 262 a, 460 f
Patberg *Castrum Westfal.* 539 e
Paterno *villa Burgund.* 663 c
Patriliaco *villa Cenomann.* 709 d
Pauliacus *villa Burgund.* 669 f
Pax-Julia, *nunc* Beja *civitas Lusitan.* 576 e
Pedemontium, *oppidum R. Neapolitan.* 203 c
Pellheim *pagus German.* 855 e
Penpinis *villa Cenomann.* 705 c, 712 c
Pergula *oppidum Italiæ* 51 a
Pernes *oppidum Lusitaniæ* 579 a
Perpinianum *urbs Navarræ* 288 a
Perrenhus *prædium Westfal.* 518 b
† Petri vicus *diœc. Augustodun.* 41 d
Petro-corium *urbs Gall.* 8 f
Phiternum *oppidum Samnii* 329 a
Piniciaco *villa Cenomann.* 709 a
Pinna *oppidum Aprutii* 544 b
Pins *pagus Burgund.* 688 e
Pipiscum *oppidum Burgund.* 680 d
Placentia *civitas Italiæ* 614 f
Plebs-Lezii *diœcesis Albingaunensis* 137 e
Podium S. Clari *diœc. Tutelen.* 9 e
Pola *oppidum Istriæ* 351 b
Poliniacum *oppidum Burgund.* 643 e
Polonia *Regnum* 258 b 44 * b
Pons-dubius *villa Burgund.* 685 c
Pons Felcinus *in Umbria* 34 d
Pons Laone *oppidum Burgund.* 689 f
Pont-denaux *pagus Burgund.* 696 e
Ponto-chiuggane *pagus Foro-Julii* 701 d
Pontiliacum *oppidum Burgund.* 682 d
Pontremolensis *ager Tusciæ* 632 e
Populetum *oppidum Catalauniæ* 118 d
Portianum *pagus German.* 182 b
Portus-locus *ad Rhenum* 182 f
Pose *pagus German.* 349 c
Posnania, *civitas Poloniæ* 46 * a b c
Potentia *oppidum Piceni* 246 e
Poupetum *Castrum Burgund.* 661 a
Praga *Metropolis Bohemiæ* 859 e
Pulinga *oppidum Sueviæ* 124 f
Puivesa *insula Umbriæ* 51 c
Putten *prædium Frisiæ* 540 c
Paterga *pagus Westfal.* 506 c, 510 a, 515 c, 539 e
Patriliacum *villa Cenomanniæ* 701 d
Pauca-palea *vicus diœc. Albensis* 138 b
Perestad *oppidum German.* 913 d
Petrockstow *oppidum Angliæ* 391 f
Phedona *oppidum in Armorica* 402 e
Phortzen *oppidum Spirensis diœcesis* 102 c
Picardia *Provincia Galliæ* 797 c
Picenum *Regio Italiæ* 397 a, 410 f
Pictavium *urbs Galliæ* 71 c
Pieczarg *monast. prope Kioviam* 131 c, 258 d
Pielheim *pagus Cliviæ* 855 d
Pisæ *civitas Tusciæ* 437 f
Pinzanum *oppidum Cenomann.* 773 c
Pitiveris *oppidum Picardiæ* 716 f
Plecit, *vel* Plerit *insula Aremoricæ* 729 e, 730 c f
Plesse *fluvius Westfal.* 513 f
Pleumur *pagus Armoricæ* 402 b
Plumbariola *prope Montem Cassinum* 154 b
Pola *civitas* 770 e
Pons-marmoreus *locus conflictus* 53 f
Pontereyntru *in Burgundia* 689 b
Ponticulus *pagus Franciæ* 195 f
Pontisara *oppidum Franciæ* 354 c
Pontormorum *oppidum Tusciæ* 438 b
Pontus *Provincia Asiæ* 595 f
Populonia *civitas Tusciæ* 431 c
Porcilia *oppidum Cenomann.* 770 d
Porta alba *Treveris* 101 a
Portianum *oppidum Arvern.* 749 c
Portithorengum *pagus Armoricæ* 709 a
Portulus *prope Mevaniam* 617 d
Portus-Gruarius *oppidum Foro-julii* 781 a
Portus-Naonis *oppidum Foro-julii* 771 d
Praga *Metropolis Bohem.* 884 a
Preiten-bninnen *pagus German.* 467 d
Protilium *Castrum Thraciæ* 748 b
Protine *oppidum* 910 c
Pruvinum *oppidum Galliæ* 403 c
Pullilfin *portus Armoricæ* 402 b
Pumissun *oppidum Westfal.* 515 b
Pummassan *pagus Westfal.* 542 e
Puppium *oppidum Tusciæ* 438 b
Pyrenæi-montes. 108 b

Q

Quadin *prædium Westfal.* 543 a
Quancia *fluvius Franc.* 458 c
Quatuor officia *Regio Flandr.* 833 c
Quentaricum *oppidum Armoricæ* 731 e
Querkelodora *pagus Brabant.* 921 c
Quers *pagus Burgund.* 690 f
Quingey *pagus Burgund.* 688 e
Quidilingeburgum *oppidum German.* 508 b,
Quinperlæum *oppidum Armoricæ* 400 c
Quintana Fortunii *oppidum Castell.* 254 b
† Quintini *oppidum Galliæ* 850 d
Quintum, *sive* Quintini *in Tuscia* 437 f

R

Radda *in Tuscia* 438 c
Radi *pagus Westfal.* 516 d
Radichen *pagus Westfal.* 505 b
Randicheim *oppidum Westfal.* 524 f, 540 c

Rainlefessun

Rainlefessun *pagus Westfal.* 516 d
Rangun *pagus Westfal.* 522 b
Rapella *urbs R. Neapolitan.* 246 c
Rapesvila *pagus German.* 338 c
Rasbike *pagus Westfal.* 516 f
Rasseti *prædium Westfal.* 539 f
Ratispona *civitas German.* 460 f, 829 e
Rastherpe *pagus Westfal.* 514 d
Ravensberg *Comitatus Belgii* 530 d
Ravensburgum *oppidum German.* 806 d
Recinetum *oppidum Piceni* 547 f
Redonatiogo *villa Cenomann.* 707 d
Regalia *oppidum Cenomann.* 770 e
Regona *fluvius Cenomann.* 771 f
Regniniacum *oppidum Armoricæ* 15 c
Rene *pagus Westfal* 524 d
Reinherishuen *silva Westfal.* 517 c
Reinwic *pagus Westfal.* 524 e
Rengni *pagus Armoricæ* 403 b
Rentica *oppidum Armor.* 731 f
Repton et Rependon, *vide* Ripadion, Riquia *oppidum Franciæ* 360 a
Resa *oppidum Belgii* 855 e
Resse *oppidum Westfal.* 524 f
Restillum *prope Ulissipponem* 560 b
Rettersberg *Mons German.* 490 c
Rhede *pagus Westfal.* 505 b
Rhenus *fluvius German.* 334 b, 354 b, 447 d, 797 c, 883 f
Rhingavia *oppidum regio Francon.* 192 f
Rhodanus *fluvius Gall.* 157 e, 177 f, 404 b, 660 b
Rhodelllum *castrum diœc. Albensis* 136 e
Rhodope *Provincia Thraciæ* 395 c
Rhodum *castrum Insubriæ* 135 b
Rothonacum *Flandriæ vicus* 6 f
Rhuma *fluvius German.* 490 c
Rhynwyser *castrum German.* 346 b
Rian *pagus Westfal.* 521 c
Ribuarii *populi ad Rhenum* 194 a
Ricwardessun *pagus Westf.* 515 b, 522 d e, 538 e
Reineheim *pagus Cliviæ* 855 e
Rimi *prædium Westfal.* 540 c
Richsheim *pagus German.* 349 e
Riginzolum *oppidum Foro-julii* 772 a
Rimagen *pagus Cliviæ* 856 b
Ringhelmi *pagus Westfal.* 514 e
Ripadion, Rependonet, Repton *monaster. in Anglia* 83 a
Ripariola *villa Cenomann.* 712 a
Rittega *pagus Westfal.* 532 d, 542 b
Rivus-siccus, *pagus Castellæ* 121 e
Rocca-gratiani, *prope Perusiam* 25 b
Rodium *Castellum Aprutii* 546 f
Roignons *Burgund. Castrum* 695 b
Roium *Castrum Westfal.* 544 b
Romanesque *pagus Burgund.* 659 d
Romanum *oppidum Burgund.* 651 e
Rotbrachtessun *pagus Westfal.* 522 e
Rosaccum *oppidum Foro-julii* 789 b
Rothardestorp *oppidum German.* 911 b
Rothbehtusson *pagus Westfal.* 542 e
Rothem *pagus Westfal.* 516 d
Rothesan *insula* Buta 262 f
Rothiereshusun *pagus Westfal.* 532 e
Rothomagum *civitas Normann.* 89 b
Rottenburg *oppidum Westfal.* 533 e
Rothun *pagus Westfal.* 542 c
Rotwardeshusun *pagus Westfal.* 516 d
Roya *pagus Diœc. Trevirensis* 98 d
Rubus *urbs Apuliæ* 246 e
Rucianum *pagus Tusciæ* 434 b
Rubregio *villa Burgund.* 663 c
Rudiche *castrum Westfal.* 525 d
Ruffeyum *castrum Burgund.* 671 f
Rufiniaco *villa Cenoman.* 707 e
Ruma *fluvius Westfal.* 513 f
Rura *fluvius Belgii* 186 a, 538 f
Rura *alius fluvius Marchiæ* 857 d
Rupela *fluvius Belgii* 927 a
Rupella *oppidum Galliæ* 656 a
Russia *Provincia* 258 c
Rutbercessun *prædium Westfal.* 539 f
Rutheni *urbs Galliæ* 10 d

S

Sabaria *civitas Pannoniæ* 371 a 372 c 375 d
Sabaris *fluvius Pannon* 372 f
Sabis *fluvius Belgii* 823 a
Sacilum *et* Sacile *oppidum Foro Julii* 770 d, 771 b
Saddi *prope Tifernum* 58 e
Saftincthorpe *pagus Westfal.* 542 e
Sagona *fluvius Franciæ* 689 d
Sainct *vel* Sains *pagus Artesiæ* 395 d
Saintmion *pagus Arvern.* 74 c
Sala *fluvius Saxon.* 513 d, 842 e 904 b
Sala *oppidum German.* 351 b
Salanica *prope Vicentiam* 6 d
Salas *oppidum Castellæ* 118 d
Salduendo *oppidum Castellæ* 115 d
Salinæ *urbs Burgund.* 639 a 660 f
Salminghusun *pagus westfal.* 518 a
Salpe *civitas Calabriæ* 246 d
Salva terra *duplex in Lusitania* 558 b
Salustianum *Palatium Rom.* 35 d
Saltzburg *civitas Bavariæ* 460 f
Salzcolberg *civitas German.* 907 d
Samarcianum *pagus* 709 a
Sambra, Sabis *fluvius Belgii* 681 b
Sancti *civitas Cliviæ* 797 c
Sandenebike *pagus Westfal.* 542 e
Sannanabiki *pagus Westfal.* 539 f
Santarrin *oppidum Lusitan.* 560 d
Sangaris *et* Sangarius *fluvius Asiæ* 319 b
Saravallis *oppidum Foro-Julii* 771 d
Sarburg *Castrum Westfal.* 525 d
Sardinia *Regnum et Insula* 787 d
Sardonia *castrum Burgund.* 652 e
Sarlatum *urbs Aquitan.* 84 c
Sarriniacum *pagus Burgund.* 644 b
Saronicus *sinus in Æqæo* 437 f
Sarroniacum *pagus Burgund.* 686 e
Sarta *fluvius Galliæ* 293 a, 702 a
Satianum *Castrum German.* 351 b
S. Saturnini mons *Burgund.* 647 e
Sauceyus *pagus Burgund.* 656 d
Saviniacum *monast. Galliæ* 262 d
Savona *civitas Pedemontii* 653 e
Savus *fluvius Pannoniæ* 372 b
Saxonia transmarina *pars Angliæ* 446 f
Saxonia Antiqua 838 a
Scalabis *oppidum Lusitaniæ* 560 d
Scaldis *fluvius Belgii* 196 e, 858 e, 921 e
Scalkaburg *oppidum Westfaliæ* 529 f
Scarabantia *civitas Pannoniæ* 372 c
Scarheim *pagus Westfal.* 514 b
Scarpus *fluvius Belgii* 197 e
Scetbeke *pagus Westfaliæ* 522 e
Scethis *regio et eremus Ægypti* 631 f
Schaltheim *pagus Germaniæ* 197 c
Schilse *pagus Westfaliæ* 530 f
Scinda *fluvius Brabantiæ* 921 d
Sclavonia *provincia* 838 a, 916 f
Scodingi *pagus Burgundiæ* 661 a
Scuni *prædium Westfal.* 539 f
Scyrus *insula Archipelagi* 233 c

Scythia

Scythia inferior 504 a
Sedunum *urbs Helvetiorum* 177 e, 672 e
Segobia *urbs Castellæ* 263 d 607 c
Secusia *oppidum Burgundiæ* 657 e
Segratum *oppidum Insubriæ* 755 a
Segrepus *lacus Insubriæ* 757 d
Seinheimium *oppidum Germaniæ* 334 b
Seleheim *pagus Germaniæ* 467 d
Selingenstadium *oppidum Franconiæ* 174 e
Sempronium *oppidum Hungariæ* 859 b
Sendomiria *urbs Poloniæ* 258 c, 259 b
Sepriensis *comitatus in Hungaria* 23 f
Septa *civitas Africæ* 558 e
Sequana *fluvius Galliæ* 285 c 425 c 704 f
Serra *oppidum Burgundiæ* 686 f
Serrarum vallis *oppidum Foro-julii* 771 d
Serra S. Ondæ *prope Eugubium* 53 b, 54 e, 55 a
Servilianum *oppidum Piceni* 688 c
Sessel *vel* Seysel *pagus Foro-Julii* 688 c
Setebrium *oppidum Insubriæ* 223 e
Sevesum *oppidum Foro Julii* 755 a
Sevewoldia *regio Germaniæ* 448 f
Siburgchuson *prædium Westfal.* 529 f
Sicilia *Insula et Regnum* 370 b
Sidessun *pagus Westfal.* 515 d, 522 b
Sidiginchusun *pagus Westfaliæ* 521 a
Sidrio *villa Burgundiæ* 663 c
Sigidunum Sidrugidum *aut* Singodunum 200 f
Singidunum *in Mysia* 3 c, 206 f, 210 a
Sigtunum *oppidum Insubriæ* 226 c
Sigona *fluvius Franciæ* 704 f
Siguntum *urbs Hispaniæ* 154 e
Silbiki *pagus Westfal.* 510 b
Siliheim *pagus Westfal.* 516 d
Silva nigra *nunc* Silva candida 166 c
Silviacum *pagus Cenomanniæ* 702 b
Silvicula *oppidum Tusciæ* 436 e
Simorra *pagus Hispaniæ* 698 c
Sinai *mons Arabiæ* 87 d
Sinemurum *oppidum Burgundiæ* 653 f
Sinatfeld *pagus Westfaliæ* 510 a, 533 a
Sinithi *pagus Westfal.* 506 c, 542 f
Sinope *civitas Ægypti* 598 b
Sioule *fluvius Arverniæ* 75 a
Sirmium *civitas Pannoniæ* 206 f, 210 e
Siscia *civitas Pannoniæ* 372 b
Sistra *castrum Westfaliæ* 525 b
Sitriaco *villa Foro-Julii* 707 f
Siwardeshusun *pagus Westfal.* 510 a
Siwardessun *pagus Westfal.* 522 b, 542 d
Slaga *oppidum Saxoniæ* 807 e
Slavia *sive* Polonia 507 f
Sminderessun *prædium Westfalt.* 539 f
Smithessun *pagus Westfal.* 518 c
Sneun *pagus Westfal.* 514 e
Socuellamos *oppidum Hispan.* 153 e
Solciacum *pagus* 680 c
Solduegum *vide* Sotumlongum
Solodusum *Burgundionum* 180 d
Solodurum *oppidum* 335 d
Somna *fluvius Galliæ* 219 f
Sontius *fluvius* 773 d
Soracte mons *Latii* 207 e, 844 a
Sorethfelt *parvus Westfal.* 506 c, 519 b, 533 a
Soterium *habitatio S. Lucæ Stylitæ* 233 c
Sotum longum *vel* Solduegum *vicus Castellæ in Hispania* 107 d
Southamptonia *provincia Angliæ* 446 f 458 b
Sourose *pagus Foro-Julii* 688 e
Spanesheim *pagus German.* 466 b
Spilimberga *oppidum Foro-Julii* 767 b
Spira *civitas Francon.* 836 e
Spoletum *urbs Italiæ* 51 b, 262 d, 387 b
Spriada *pagus Westfal.* 18 a
Spuizni *oppidum Saxon.* 909 d
Spurca *pagus Westfal.* 515 c
Stasfurt *oppidum Saxon.* 864 a
Stampense *territorium Galliæ* 654 f
Stapulæ *oppidum Galliæ* 458 c
Staties *villa Burgund.* 663 c
Statovera *villa Cenoman.* 707 b
Steinbach *pagus* 338 c
Steinnem *pagus Westfal.* 517 c
Stenhem *pagus Westfal.* 542 e
Steini *pagus Westfal.* 534 e
Stenlari *pagus Westfal.* 519 a
Stetinum *et* Stetitina *urbs præcipua Pomeraniæ* 51* e
Stidinam *pagus Westfal.* 542 d
Stirpiacum *villa Cenoman.* 702 b
Stirisca *monasterium Græc.* 234 d
Stockeim *pagus Westfal.* 514 e
Strasburgum *metropolis Alsat.* 182 f
Stromburg *oppidum Cliviæ* 856 a
Strowi *oppidum German.* 913 b
Stuffenberg *mons German.* 490 b
Stuffensholе *et* Stuffensloch *antrum* 490 b
Sturmethi *pagus Westfal.* 514 e
Sturia *fluvius Ligur.* 134 b
Suafharon *pagus Westfal.* 542 e
Sublacus *oppid. et monast. Lætii* 207 b 366 f
Sudesburg *pagus Westfal.* 538 d
Suecia *regnum* 505 b
Suidburgnon *pagus Westfal.* 528 e
Sumering *oppidum German.* 906 e
Suinvellun *pagus Wesfal.* 521 a
Sundera *pagus Westfal.* 543 a
Suntal *prædium Westfal.* 515 e
Suntgovia *regio German.* 332 a
Suntiligua *villa German.* 192 a
Surriacum *pagus Burgund.* 643 a
Susatum *oppidum Cliviæ* 855 d
Sussexia *regio Angliæ* 5 b
Sutdesburch *pagus Westfal.* 517 e
Sutheim *pagus Westfal.* 514 c
Synna *fluvius Hiberniæ* 311 b
Syracusæ *urbs Siciliæ* 85 b

T

Tabernæ *civitas Alsatiæ* 888 a
Tacaza *fluvius Æthiopiæ* 629 d
Tagus *fluvius Lusitaniæ* 558 b
Taledum *villa Foro-Julii* 702 c
Tamajum *oppidum Onniæ vicinum* 114 b
Tanais *fluvius Scythiæ* 368 e
Tanarus *fluvius Liguriæ* 134 b
Tanegris *fluvius Lucaniæ* 351 b
Taprobana *Insula* 609 a
Tarentasia *civitas Galliæ* 643 d
Tarentum *civitas Calabriæ* 237 d
Tartum *oppidum Foro-Julii* 689 b
Tarsus *civitas Phœniciæ* 410 b 623 a
Tarvisium *civitas Italiæ* 4 b, 844 a
Tavoletum *castrum Urbinatium* 151 e
Tauriaco *villa Foro-Julii* 707 e
Tauriana *olim urbs archiepiscopalis* 20 *f
Tauromenium *civitas Sicil.* 612 d
Taxandria *pars Brabantiæ* 197 b
Teate *civitas R. Neapolit.* 629 c
Teisterbant Testerbant *provincia Belgii* 505, 528 c
Telate *villa Cenomann.* 708 e
Tepla *oppidum German.* 883 b
Tercera *insula maris Atlantici* 789 f
Terenuthi *eremus in Ægypto* 632 a
Tergestum *civitas Foro-Julii* 772 b
Terminiacum *pagus Galliæ* 292 c

Teroana *civitas Belgii* 731 e
Tevinchuson *pagus* 542 f
Thebais *regio Ægypti* 584 c
Themoria *regio Hiberniæ* 309 b
Thedone *villa Cenomanniæ* 708 e
Theldun *pagus Westfal.* 542 d
Theodonis villa *oppidum Belgii* 505 a 740 f
Theodoropolis *civitas Thraciæ* 586 c
Theorascia silva *Campaniæ Gal.* 216 c, 849 c
Thesli *pagus Westfal.* 522 c, 538 e, 542 e
Thessalonica *urbs Macedoniæ* 41 b, 47 b, 394 c
Thiatwardessun *prædium Westfal.* 517 c
Thiers, *vel* Tiernensis *eremus al.* Thiernum, vel Thigernum *in Arvernia* 75 a
Thiatmalli *pagus Westfal.* 510 a, 518 c, 535 a
Tisburie *pagus Angliæ* 458 b
Thietmeressun *pagus Westfal.* 515 d
Thincherdinchusun *pagus westfal.* 521 c
Thinkilburg *pagus Westfal.* 521 c
Thinsburg *oppidum Westfal.* 506 c
Thobet *eremitorium S. Eneconis* 109 e
Tholosa *urbs Galliæ* 10 e, 284 a
Thracia *regio* 395 c, 429 a
Threveresga *pagus Westfal.* 506 c
Thuiniti *pagus Westfal.* 517 f
Thuriburi *villa Germaniæ* 908 a
Thyernum *oppidum Burgund.* 657 d
Tiberis *fluvius Italiæ* 208 c
Tibur, Tivoli *oppidum Latii* 371 c
Tifernum *civitas Italiæ* 56 c
Tifernus *fluvius Italiæ* 329 a
Tigra *Regio Æthiopiæ* 629 d
Tiliaventus *fluvius Foro-Julii* 769 a
Tilithi *pagus Westfal.* 521 d, 539 e
Timiago *ager* 709 c
Tingis *civitas Africæ* 558 e, 560 e
Tinna *fluvius Angliæ* 397 f
Tinia *fluvius Umbriæ* 613 a
Tisia *pagus Burgund.* 688 e
Toley *rivulus in diœcesi Trevirensi* 123 b
Tolisiacum *villa Burgund.* 681 f
Tomar *oppidum Lusitan.* 578 f
Tonon *oppidum Burgund.* 651 e
Tornacum *urbs Belgii* 199 a
Trajanopolis *urbs Thraciæ* 319 f 395 c
Trajectum ad Mosam *civitas Belgii* 448 a 815 f
Thrallis *civitas Asiæ* 609 d 883 d
Transisalania *provincia Belgii* 479 e
Tranum *urbs Calabriæ* 229 c, 237 d
Trapezus *civitas Asiæ* 583 d, 598 b
Trasimenus lacus *Italiæ* 51 c 617 f
Treifurt *civitas German.* 490 d
Treschastel *pagus Burgund.* 650 d
Treveresga *pagus Westfal.* 510 a
Trevinum *oppidum Foro-julii* 755 a
Treviri *Metropolis* 85 c
Triburia *oppidum Westfal.* 511 a
Triburi *prædium Vestfaliæ* 531 f,540 c
Tricurinum *Territorium Foro-julii* 706 f
Triganum *pagus Galliæ* 292 c
Tridentum *civitas Episcopalis et* Trivignon *pagus Burgundiæ* 654 f
Tromarey *pagus Burgundiæ* 688 c
Trundo *rivus Arverniæ* 497 c
Trutmannia *civitas Westfaliæ* 506 c
Tuayd *Mons Hiberniæ* 308 f
Tubenis *fluvius Germaniæ* 468 a
Tuilon *pagus Vestfaliæ* 540 c
Tulantium *oppidum Burgundiæ* 653 f
Tulpiacum *oppidum Juliæ* 288 f
Tuna *pagus Westfaliæ* 542 e
Turingia *provincia Germaniæ* 447 b, 457 c, 490 a
Turninum *prope Antuerpiam* 921 c
Turris *fluvius Foro-julii* 773 d
Turrita *pagus diœcesis Spoletinæ* 72 e
Tuscana, *vel* Tuscania *olim civitas Italiæ* 34 e
Tuscanella *urbs Hetruriæ* 51 b
Tutela *urbs Galliæ* 9 b c, 262 e, 293 b
Tyl *pagus Burgundiæ* 689 b
Tyras *fluvius Sarmatiæ* 257 b

U

Uberstrass *pagus Germaniæ* 345 f
Uffanhusun *oppidum Westfal.* 524 c
Uflahum *pagus Westfaliæ* 516 f
Ufflan *pagus Westfaliæ* 522 d
Ulnens *pagus Burgundiæ* 689 b
Ultrajectum *civitas Belgii* 446 d
Umbriaco *villa Cenomann.* 708 c
Umbria *provincia Italiæ* 33 a, 145 b
Umnens *pagus Burgundiæ* 644 e
Uneaticum *oppidum Tusciæ* 438 a
Unnesburg *castrum Saxon.* 904 b
Unrecasson *pagus Westfal.* 542 e
Upplan *oppidum Westfaliæ* 523 e
Uralanchuson *pagus Westfal.* 542 e
Urbinum *civitas Italiæ* 56 c, 144 c, 607 e
Ursella *villa Germaniæ* 190 f
Ursaria *oppidum Insubriæ* 223 e
Urtica *Eremus Castellæ* 254 b, 255 d
Urzich *oppidum ad Mosellam* 125
Useyes *pagus Burgundiæ* 686 a
Usie *castrum Burgundiæ* 654 d
Utinum *civitos Foro-julii* 764 f

V

Vaddarroth *pagus Germaniæ* 913 b
Valciodorum *monasterium Belgii* 216 f
Valendar *prope Confluentiam* 175 e
Valentianæ *oppidum Belgii* 195 b, 815 a
Valenti *civitas Hispaniæ* 607 c, 657 d
Valeria *Provincia Italiæ* 5 c
Vallis Arni *in Tuscia* 438 a
Vallis Diania *in Italia* 351 b
Vallis pullaria *pagus Burgund.* 643 c
Vallis Rohardi *pagus diœc. Laudun.* 821 b
Vandilo *pagus Burgundiæ* 644 c
Vangaditia *diœc. Adrien. in Italia* 6 d
Vapincum, *vulgo* Gap *civitas Gall.* 657 e
Varesberg *mons Cliviæ* 815 e
Varesium *oppidum Insubriæ* 755 a
Varlar *oppidum Westfaliæ* 829 f
Varnium *castrum Cenomann.* 773 a
Vasconia *provincia Galliæ* 698 e
Vastinium *Territorium Galliæ* 742 d
Vestum Aymonis *Mons Aprutii* 547 d
Vatilonnum *villa Cenomann.* 709 d
Vaudray *pagus Burgundiæ* 655 a
Vecta *fluvius Hollandiæ* 479 e
Vegla *oppidum Foro-julii* 772 c
Veldwig *pagus Cliviæ* 855 e
Velssen *oppidum Hollandiæ* 479 e
Veluwa *regio Belgii* 528 c
Vensonum *oppidum Foro-julii* 772 a
Vandopera *pagus Galliæ* 293 a
Vernazzum *oppidum* 437 f
Venzonissa *fluvius Foro-Jolii* 772 a
Verbanus *lacus in Insubria* 22 c
Verona *civitas Italiæ* 368 f, 390 c,631 a
Vernethi *pagus Westfaliæ* 542 f
Verta *fluvius Germaniæ* 490 e
Vervinum *oppidum Lotharing.* 672 e
Vesperdun *prædium Westfaliæ* 520 d
Vestini *populi Italiæ* 544 b

Vesulium *oppidum Burgund.* 685 c
Vesuna *oppidum Aquitaniæ* 8 e
Vianda *oppidum Belgii* 651 e
Vicinonia *pagus Cenomanniæ* 706 f
Vicus *oppidum Insubriæ* 133 e
Vidisonum *castrum Sabaudiæ* 225 c
Villa-Turris *pagus Umbriæ* 72 e
Villarium *pagus Burgundiæ* 411 b, 689 e
Vienna. *Austriæ civitas* 862 e
Vienna *urbs Galliæ* 5 a, 70 c f, 157 f
Viglebanum *civitas Insubriæ* 789 a
Vileta *pagus Burgund.* 685 e 688 c
Vilisi *prædium Westfal.* 520 d, 537 e, 542 f
Villa-Alta *oppidum Foro-julii* 773 c
Villa-gundry *pagus Burgund.* 686 f
Villa-nova *in Cenomannia* 712 b
Villiacum *villa Burgund.* 688 d
Vincella *pagus Burgund.* 662 d 686 d
Vincenna *oppidum Burgund.* 665 e
Vinisia *oppidum Burgund.* 654 e
Viscele *pagus Cliviæ* 855 f
Visica *fluvius Castellæ* 104 f
Visignol *pagus Burgund.* 693 a
Vistula *fluvius Poloniæ* 258 f
Visurgis *fluvius Saxoniæ* 225 e, 466 f, 528 b
† Viti Castrum *in Calabria* 238 b
† Viti *oppidum in Foro-julii* 771 f
Vivarium *oppidum Galliæ* 498 e f
Vivereus *villa Cenomann.* 701 a
Vocriomno *villa Cenomann.* 709 f
Vois *pagus diœc. Laudun.* 821 b
Voligio *villa Cenomanniæ* 709 a
Volkiereshusun *pagus Westfal.* 518 c
Vosia *rivulus Franciæ* 403 c
Volaterra *civitas Tusciæ* 430 b
Vorsti *pagus Westfaliæ* 542 e
Vorthusen *prædium Westfal.* 540 c
Vosagus *pars agri Laudunensis* 850 c
Vosagus *mons et silva Burgund.* 347 e
Vuasidium *pagus Hannon.* 195 b
Vurmessun *pagus Westfal.* 519 b
Vurmius *fluviolus German.* Worm 185 a
Vurstenberg *mons Cliviæ nunc* Frundenberg 855 b

W

Wageningen *pagus Westfaliæ* 505 c
Wagria *provincia Slavoniæ* 851 b
Wakereslevo *pagus Westfaliæ* 523 f
Walaborg *prædium Westfaliæ* 539 e
Walahuson *oppidum Westfaliæ* 538 c
Waldimanninckuson *prædium Westfal.* 640 c
Walheim *pagus Germaniæ* 338 b
Walheim *pagus Cliviæ* 855 a
Walieressun *pagus Westfal.* 522 c
Walionno *villa Cenomann.* 711 f
Wallbach *pagus German.* 345 c
Wallenstide *pagus Westfal.* 517 e 538 d
Wallia *provincia Angliæ* 400 b
Wallithi *pagus Westfaliæ* 542 d
Walmontheiu *pagus Westfal.* 523 f
Wanbeke *prædium Westfal.* 540 c
Wantleva *castrum Saxoniæ* 904 b
Wara *fluvius Germaniæ* 490 b
Warascum *pagus Burgund.* 663 e
Warberge, *oppidum Wesfal.* 510 f
Waburgum *oppidum Westfal.* 213 e
Wartberge, Wartburg *oppidum Westfal.* 516 d 542 e
Warpessun *pagus Westfaliæ* 517 a
Warsavia *civitas Lithuan.* 410 f
Waveri *pagus Westfaliæ* 514
Wederavia *regio German.* 829 f
Wedreke *pagus Cliviæ* 858 d
Welmithe *prædium Westfal.* 512 c
Wenda *pagus Eichsfeldiæ* 490 c
† Wendelmi *oppidum diœc. Trevir.* 123 d
Weni *prædium Westfaliæ* 519 c 532 e
Wentervelde *pagus Cliviæ* 856 b
Wentsgot *pagus Westfaliæ* 505 f
Wepplithi *pagus Westfaliæ* 516 f
Werecundia *pagus Flandr.* 197 c
Werla *castellum Westfaliæ* 537 b
Werminium *pagus Flandr.* 197 a
Werthemium *oppidum German.* 468 a
Werzeburg *oppidum German.* 843 e
Wessaga *pagus Westfal.* 530 a
Wesalia *oppidum Cliviæ* 883 e
Wesiga *pagus Arverniæ* 316 c
Wesopum *oppidum German.* 479 e
Westergoa *regio Frisiæ* 448 e
Westfalon *pagus Westfaliæ* 531 f, 534 f
Westhausen *pagus Westfaliæ* 494 c
Westnedere *pagus Westfal.* 516 f, 542 e
Westphalia *Ducatus German.* 530 d
West-Saxonia *pars Angliæ* 83 b 446 f
Wessiga *pagus Westfal.* 518 c
Wetererba *pagus German.* 190 e
Wetiga *pagus Westfaliæ* 539 f
Wettiga *pagus Westfal.* 539 f
Wettera *fluvius German.* 192 f
Wetzevelt *pagus Cliviæ* 855 e
Wic *pagus Westfaliæ* 525 b
Wicberueshusum *oppidum Westfal.* 520 a
Wigornia *civitas Angliæ* 85 c
Wildeshusium *oppidum Westfal.* 539 d
Wilgadessun *pagus Westfaliæ* 501 d
Willarium *pagus Franciæ* 46 e
Willerbike *fluvius Saxoniæ* 904 b
Wilsen *oppidum Germaniæ* 479 e
Wiltenburch *nunc* Ultrajectum 474 b
Wiltonia *provincia Angliæ* 446 f
Windilinuoderod *prædium Westfal.* 539 f
Winesbiki *prædium Westfaliæ* 539 f
Winidun *primum Westfaliæ* 539 f
Winnithi *pagus Westfaliæ* 515 b
Wippera *fluvius Saxoniæ* 904 b
Wiriesi *pagus Westfaliæ* 518 f, 521 f
Wirigisi *pagus Westfaliæ* 542 e
Wisara *fluvius Saxoniæ* 520 a, 526 d, 532 e
Wissele *pagus Cliviæ* 856 c
Wisibada *castrum Germaniæ* 191 d
Withem *pagus Westfaliæ* 521 a
Withun *prædium Westfaliæ* 550 c
Wittenberga *civitas Saxoniæ* 859 f
Wittisungan *pagus Westfaliæ* 516 e
Worcomium *oppidum Frisiæ* 505 c
Wormatia *civitas Franconiæ* 333 e
Wouda *pagus Brabantiæ* 924 c
Wratrislavia *civitas Silesiæ* 907 d
Wulfredeskisicun *pagus Westfal.* 532 f
Wulfereshusun *prædium Westfal.* 520 a
Wurme *fluvius et pagus Cliviæ* 815 c
Wurmalhun *pagus Westfaliæ* 516 d
Wyrda *oppidum Germaniæ* 479 e

X

Xanthus, *seu* Sancti *urbs Cliviæ* 53* e
Xatiba *urbs Hispaniæ* 119 b

Y

Yllandia, *pro* Islandia *et* Hibernia 405 c d
Yporea *civitas Insubriæ* 538 a

Z

Zagabria *civitas Hungariæ* 372 b
Zameswyler *pagus Germaniæ* 346 c
Zantuliet *pagus Brabantiæ* 919 f
Zelandicæ insulæ *Belgii* 833 d
Zerichium *monasterium Achaiæ* 233 f
Zeringen *oppidum Burgundiæ* 689 e
Zeudicun *territorium* 907 d
Ziciana *oppidum* 910 f
Zile *pagus* 154 e
Zinsich *oppidum diœc. Coloniensis* 189 a
Znoima *oppidum Moraviæ* 799 e
Zribens *oppidum* 925 f
Zuerezi *prædium Westfaliæ* 539 f
Zunichium *oppidum Germaniæ* 185 f
Zutphania *provincia Belgii* 505 d, 807 c, 857 b
Zwifaltensis *Abbatia in Suevia* 154 e

INDEX
ONOMASTICUS

A

Addecimari, *decimis solvendis subjicere* 542 f
Adminiculari, *juvare* 186 c
Adnegatus, *submersus* 738 e
Adolescentilis, *juvenilis* 354 a
Adventatus, *conveniens* 461 b
Æqualentia, *æqualitas* 712 e
Agonotheta, *pugil* 469 a
Agricolans, *agricola* 734 b
Albergari, *hospitari* 756 b
Algaru, *expeditio sacra Maurorum* 569 a
Alpes, *montes quicumque* 547 b
Altar, *altare* 483 c
Ambulator, *equus sessorius* 512 a
Ampullose, *ferociter* 353 a
Anaglyphum, *exaratum* 102 f
Analogium, *pulpitum* 541 e
Ancha, *coxendix* 779 b
Anticulæ, *scabella manualia* 195 c
Antistitium, *Præsulatus* 316 c
Aratrum, *terra quanta aratro uno colitur* 516 a
Arcisterium, *monasterium* 317 f
Arengum, *concilium* 766 c
Arganum, *vectis* 395
Aripennis, *jugerum* 184 f
Arryate, *horti regii Maurorum* 565 b
Artetica, *arthritis* 776 d
Arteticus, *arthrite laborans* 740 b
Assideratus, *paralyticus* 781 b
Assis, *tabula* 147 e
Avocatia, *patronatus* 756 b
Aureatus, *inauratus* 55 f

B

Bacinus, *pelvis* 355 a
Baco, *porcus* 516 b
Balconum, *mœnianum* 780 b
Balneare, *madefacere* 756 f
Bambinus, *infans* 259 b
Bancale, *tapes scamno insternendus* 541 f
Bannus, *interdictum* 856 f
Barberius, *chirurgus, tonsor* 785 a
Basilicula, *parva basilica* 711 e
Bicarius, *poculum* 520 b
Bladum, *triticum* 756 e
Bonarium, *jugerum* 957 d
Bordarum crastinum, *quid?* 693 a
Braca, *femorale* 514 f
Braida, *campus, planities* 779 b
Brasium, *avena macerata* 516 b 855 c 957 d
Brebix, *ovis* 736 e
Bravis, *scriptura* 710 c
Brunus, *fuscus* 768 f
Buccale, baucale, *scyphus* 520 f
Burgensis, *civis* 406 a

C

Caballus Padi, *an equus sessorius?* 713 f
Caligosus, *caliginosus* 170 a
Cambiones, *pugiles* 301 d
Caminata, *conclave in quo est fornax* 343 b 911 a
Caminus, *idem* 766 c
Camisia, *interula linea* 514 f
Canevarius, *promus-condus* 756 d
Canulasthium, *pera* 235 f
Cappa, *pallium* 756 f
Capella, *instrumentum capellæ seu altaris* 816 f
Capisterium, *pistrinum* 352 e
Capitolium, *locus Capitularis* 528 c
Cardetum, *locus carduis consitus* 13 a
Carena, *jejunium 30 dierum* 162 c
Carpentarius, *faber lignarius* 509 a
Carrata, carraria, carrus, *onus plaustri* 521 f 756 e
Casella, *parva casa* 712 d
Cassetella, *capsula* 55 c
Casticellum, *parvum castrum* 712 f
Cervisia plena, *quantum una vice coquitur* 519 a
Charaxatura, *litura* 714 b
Characterium, *character* 710 e
Cloccum, *campana* 464 e
Collum pedis, *convexa ejus pars* 151 a
Colonica, *prædium* 707 b
Comitanus, *rusticus* 245 b
Commentare, *commentari* 317 f
Compateratus, *compaternitas* 713 a
Compatriota, *ejusdem patriæ* 776 c
Concides, *cæsura arborum* 289 f
Concordium, *conventio* 788 a
Concubina, *uxor sine céremoniis ducta* 519 c
Condare, *simul dare* 708 b
Condomæ, *domestici* 713 f
Consiccatus, *confixus* 55 c
Confrontatio, *collatio* 361 b
Constipendialis, *particeps stipendii* 516 e
Contectalis, *uxor* 507 c 517 c
Contracta, *territorium* 224 e
Contrata, *vicus* 763 d
Coperchium, *operculum* 359 c
Copertura, *idem* 758 d
Copiare, *transcribere* 357 a
Coscia Cossa, *coxa* 325 b
Costa, *latus* 778 c
Cottis, *tunica* 516 a
Cranna, *tributum ex porcis saginatis* 855 d
Craticea, *opus craticulatum* 55 f
Creditus, *fide dignus* 758 f
Crescitivus, *celeriter crescens* 352 d
Crocia, *uncus* 325 b
Cruchigliæ, *furcillæ axillares* 784 a
Cucula, *cucullus* 746 a
Cumex, *patella* 312 e
Cupa, *vas ligneum* 188 d
Cursotenus fluminis, *secundum flumen* 466 d
Curtilus, *prædium* 855 c
Cyclicus, *pirata* 731 b

D

Dapsilitas, *liberalitas* 203 b
Dasgastaldus, *procurator* 712 e
Debriatio, *ebrietas* 736 d
Debriare, *potari* 906 a
Defertus, *delatus* 288 d
Delavatus, *ablutus* 360 d
Denariata, *pretium denarii* 842 b

De

De sero, *vesperi* 360 b
Desiccus, *siccus* 325 b
Devotare, *devovere* 459 e
Dicambitio, *permutatio* 403 a
Dissertitudo, *eloquentia* 453 d, 455 d
Divestire, *possessione exuere* 511 d
Doma, *hereditas, possessio* 510 c 734 a
Doncillus, *domicellus* 498 c
Donna, *mulier, domina* 182 d
Doplerium, duplerium, *funale, cereus grandior* 791 f
Dorsale, *ephippium* 517 d
Doxa, *gloria* 483 a
Doxale, *odæum* 488 f

E

Ecclesiuncula, *ecclesiola* 55 f
Elocare, *loco movere* 439 b
Eruditorium, *schola* 470 f
Ethica febris, *hectica* 782 e
Exceptores, *scribæ* 318 e
Excerebratus, *amens* 344 d
Exercitus, *obligatio militandi* 516 c 517 b
Exemplare, *transcribere* 246 f 360 b

F

Feriare, *festum agere* 512 e
Ficones, *calcei lignei* 311 e
Fiendus, *faciendus* 766 d
Flasculus, flascula, flasco, *lagena* 188 d 547 a
Flancus, *latus* 778 c
Flebotomatus, *sanguine minutus* 787 a
Floccus, *toga monachalis* 746 a
Fodrum, *jus pabuli pro equis exigendi* 434 b
Fodrum, *duplicatura vestimenti* 776 d
Forefacere, *malefacere* 822 a
Forestis, *silva* 517 c 535 e
Fredum, *mulctæ solutio* 541 f
Fristinga, *porcellus anniculus* 515 e
Frixorium, *genus monetæ* 782 e
Frugalitas, *annonæ penuria* 460 a
Fusum lapideum, *incrustatio gypsea* 102 e

G

Gallionus, *navis ingens* 213 a
Garrulare, *garrire* 418 e
Gilda, *fraternitas* 832 f
Grandea, *an* grancia? *pro suprema domus contabulatione* 102 e
Grangia, *horreum* 921 a
Grata, *crates* 359 d
Gravara, *massa nivium* 546 a
Guastum, *devastatio* 771 a
Gubernium, *regimen* 766 e
Guerra, *bellum* 255 a, c, 354 e 758 c
Gula, *pellis rubricata* 536 f
Gutta, *podagra* 776 d
Gypsas, *serpens, impostor* 466 d

H

Habitatura, *habitatio* 102 b
Hama, *dolium* 528 a
Heptaticum, *heptateuchus* 617 e
Heredium, *hereditas* 957 b
Horatim, *per horas* 423 b
Hostilitium, *servitii genus* 541 f
Hostis, *exercitus* 288 d

I

Imponere, *ordiri* 733 c
Inacte, *nulla re acta* 914 c
Inanitas, *deliquium spirituum* 780 d
Indictus, *mandatum* 465 b
Ingrossari, *inseri* 259 f
Insolventia, *impotentia solvendi debiti* 229 d
Intercopulare, *conjungere* 298 b
Interessens, *præsens* 774 b
Investire, *instituere* 756 b
Intrata, *proventus annuus* 757 f

J.

Joculosus, *jocosus* 827 f
Jugum, *fornix* 419 d
Jungere, *appropinquare* 758 f

L

Lancea, *lancearius* 518 e
Laudamen, *laus* 242 b
Lazarus *leprosus* 829 d
Ledo, *affluxus maris* 465 b
Liberculus, *libellus* 357 a
Libreria, *bibliotheca* 774 c
Lignamen, *lignum* 758 d
Litus, *servus glebæ, villicus* 516 a 526 f
Lobicius, *porticus* 527 b
Locarium, *pretium locationis* 710 b
Logia, *porticus* 766 c
Lotia, *intestina* 469 b
Lucturus, *doliturus* 106 a
Luminaria, *festiva accensio cereorum* 145 c
item lumen 708 e

M

Malatia, *morbus* 758 c
Maldarium, *mensuræ genus* 855 c
Maldrus, malder *etc. modii pars 4* 516 a
Malina, *refluxus maris* 465 b
Malinconia, *melancholia* 781 a
Mallus, *conventus judicialis* 516 c
Malmanni, *assessores judicii* 541 f
Malvaggius, *scelestus* 738 e
Mancipiolum, *mancipium* 703 a
Mannaria, *securis* 232 f
Mansionilis, *colonus* 856 a
Mansura, *domus* 920 f
Mansus, *prædium* 184 f, 506 c, 896 a
Manutergium, *mantile* 355 a
Maphorium, *scapulare* 590 a
Marchi-comes, *Marcgravius, Marchio* 682 e
Martherina *pellis* 516 b
Masmorra, *carcer Maurorum* 563 e
Matricula, *registrum præbendarum ecclesiæ* 701 e
Matricularii, *pauperes stipem ab ecclesia soliti accipere* 702 e
Maurus, *ater* 473 c
Mazagania, *Curia regia Maurorum* 577 b
Mercare, *emere* 617 b
Meda, *hydromel*, Medo 539 f 842 b
Metochium, *Xenodochium* 234 d
Mexoar, *Curia Maurorum* 563 e, 569 c
Ministerialis, *colonus* 516 e
Minutus, *cui vena secta* 834 c
Mitra campanilis, *apex turris* 782 f
Modulizare, *cantare* 746 a
Moniculus, *monachulus* 701 c 702 b
Montata muriæ, *mensuræ genus apud Burgundos alias* Monteja 692 f
Mortella, *mortarium* 307 f
Mundiburdium, *tutela* 506 c 518 b
Munimentatus, *munitus* 402 f
Munitas, *exactio pecuniaria* 518 c, 520 c

Μουσχός, *musicus* 63 b
Musicare, *cantare* 317 a

N

Nascentia, *apostema* 758 c
Navalitium, *navale* 421 c
Noctare, *noctem agere* 469 a
Nota, *chirographum* 787 f
Numeri, *carcer militaris C. P.* 748 c

O

ὀφίκιον, *obsequium* 748 b
Oramen, *sententia* 124 c
Ordinare, *administrare extrema* 780 b
Orphanitas, *orbitas* 709 d

P

Palafredus, *equus sessorius* 768 f
Palæstrare, *luctari* 466 d
Palastriæ *et vinitores* 710 f
Palmigeri, *a terra sancta reduces* 244 b
Panchina, *saxi species* 443 e
Parata, *susceptio hospitalis* 541 f
Pariculus, *par* 711 c, 713 f
Partitæ, *articuli* 762 e
Patriota, *ejusdem patriæ* 106 c
Pavitare, *pavere* 185 d
Pausare, *quiescere* 73 a
Pelligrinasium, *peregrinatio* 738 e
Pergamum, *suggestus* 359 c
Peritio, *interitus* 12 c
Petia, *pars* 147 d, 779 a
Phalanga, *phalanx* 718 f
Phollis, *obolus Græcus* 623 e
Picaria, pixita, *picis officina* 709 e
Pilum, *arca lapidea* 55 a
Plucida, *lamina* 55 c
Pleberium, *parœcia* 438 d
Plevianus, *plebanus* 758 e
Plumbetum, *sigillum plumbeum* 100 a
Poledrus, *pullus equinus* 516 b, 710 e, 713 f
Pollaris digitus, *pollex* 778 c
Pollescere, *invalescere* 460 a
Pompaticus, *fastuosus* 776 f
Posteriola, *posticum* 703 d
Potata, *haustus* 776 d
Potentia, *scipio* 301 b
Pradellum, *pratulum* 709 b
Præceptalis, *ex præcepto* 507 c
Precaria, *possessio precario concessa* 517 a
Prosbyterium, *distributio ecclesiastica* 216 b
Pronaus, *anterior ecclesia* 751 f
Proportare, *porrigi* 821 b
Psallentium, *Psalmodia* 289 e

Q

Quæstionarius, *carnifex* 55 d
Quintana, quinta, *villa* 256 f

R

Rasta, *spatium 2 leucarum* 173 b
Raz, *sericus pannus* 554 d
Reconciliatio, *compensatio* 521 a
Regesteriolum, *registrum* 711 d
Reicola, *recula* 707 e
Relucta, *repugnantia* 101 f
Remeatus, *reversus* 24 a
Repatriare, *redire in patriam* 513 a
Repedare, *redire* 81 c, 92 c
Repetiatus, *resartus* 147 e
Rive, *Flandr. arca reliquiaria* 489 c
Roga, *distributio clericalis* 216 b
Rogitus, *instrumentum notariale* 443 b
Rosulentus, *roseus* 725 a
Ruinare, *destruere* 756 e
Rumigerulus, *qui rumores narrat* 456 d
Rupa, *tunica* 799 a

S

Salde, *solide* 3-5 b
Scalcius, *excalceatus* 786 f
Scapinus, *solea calcei* 787 e
Scarabius, *scarabæus* 323 f
Schragæ, *fulcra* 736 d
Scelare, *funale* 433 b
Scrippus, *arca* 759 d
Scutum, *scutifer* 518 e
Sedimen, *habitationes* 758 d
Sepe, *seps* 784 e
Sepulturula *parva sepultura* 713 a
Siligo, *secale* 538 f
Simila lata, *libum grande* 544
Sobornik, *Synaxarium Russicum* 229 d
Solatiari, *solari* 94 b e
Soporare, *dormire* 343 f, 352 e
Spadæ, *equi castrati* 710 e
Spana, *spithama* 784 d
Spatiare, *dilatare* 707 c
Spola, *fusus* 777 d
Starium, *sextarius* 756 d
Statua, *jus hospitii ad unam noctem* 855 e
Sterlinus, *nummus Anglicus* 355 b
Sterpus, *stirps* 703 b
Strada, *via publica*, Strata 255 d
Strumentum, *instrumentum* 705 d
Subtile, *tunicella subdiaconalis* 541 e
Suctim, *sugendo* 547 c
Sumptura, *sumptus* 456 c
Sutilaris, *calceus* 787 e
Synkellatus, *Vicariatus* 238 f
Synodochium, *Xenodochium.* 702 e

T

Tabiare, *putrescere* 758 c
Taffeta, *subtile sericum* 325 b
Talentum, *libra* 516 b
Tapardus, *toga* 451 e
Tarecena, *officina monetaria Maurorum* 563 e
Tascha, *marsupium* 729 e
Taxonaria, *ubi taxi crescunt* 708 c
Terragium, *tributum pro terra* 821 c
Terrarius, *inquilinus* 758 f
Τριγονεία *an* Τριγεννεία. *Jus trium liberorum, an Tertia generatio?* 77
Tonnus, *dolium* 227 a
Tortitudo, *curvitas* 140 b 466 d
Torvidus, *torvus* 294 d
Treuga, *induciæ* 770 f
Tribuna, *absis altaris* 788 e
Tripetium, *scabellum* 343 f
Truffari, *jocari* 729 d
Trullus, *tholus* 232 d
Tuguriunculum, *parvum tugurium* 262 f
Tuitio, *defensio* 12 b
Tumiditas, *tumor* 150 f
Turbitudo, *turbo* 621 a
Tympanile, *campanile* 695 d

V

Vanaciare, *delirare* 759 d

Veador

Veador, *quæstor* 554 c
Veges, *dolium* 756 d
Veneralitas, *venerabilitas* 344 c
Verbosari *multum loqui* 267 b
Verenter, *reverenter* 483 a
Vestimenti-clavia, *vestiarium* 711 c
Vestitio, *investitura* 482 a
Vibrianum, *axilla* 758 c
Victima, *pecus saginatum* 516 b
Vidimatio, *recognitio scripturæ* 899 d
Villare, *prædium* 173 c
Vorwerk, *terræ sulcatæ portio* 516 b
Utilimus, *utilissimus* 403 b
Vulgaricus, *vulgaris* 457 b

W Z

Wanburtich, *spurius* 541 a
Warannones, *equi integri* 710 e
Werra, *bellum* 914 c
Zabulus, *niger* 523 b

INDEX MORALIS.

A

Abbas fieri recusat S. Francus 545 b. Fit invitus S. Gilbertus 752 d, et S. Eneco 109 f. S. Hugoni Præmonstratensi electo, sua electio divinitus innotescit 839 d. Virtutes Abbati propriæ S. Aldrici 742 c. S. Enecon1s 110 d, e, f qui in ea dignitate agriculturam exercet 112 d. Ratgarius Abbas religiosa veste uti violenter cogitur a Monachis suis 451 e; ob sævitiam in subditos deponitur 451 e Pro Abbatibus secularibus Religiosi Decani regunt Monasteria 202 f

Abortus. Pharmacum fœtus expulsivum renuit accipere Regina Lusitaniæ, in periculo vitæ propriæ 554 a

Abstinentia. Christiani primis seculis a carnibus abstinent 159 f; a cibis delicatis S. Medulphus, probante Deo 74 e; a vino S. Bonifacius 455 e Abstinentia B. Pelingotti 147 a. Propter abstinentiam Episcopatum obtinuit Ablo Episcopus Vesontionen. 669 e. Vide Sobrietas, Victus tenuitas.

Accusatio innocentis, vide innocentia.

Acta Sanctorum antiquorum cur subinde fabulosa sint 14 d

Adolescentia pia S. Pelingotti 146 a b; S. Epagati Mart. 158 b, S. Lifardi 293 e, B. Illidii 420 c, B. Meinwerci 504 c d, S. Claudii Vesontionensis 639 e f, S. Gurvalli 715 f. S. Alexandri Ep. et M. 738 e f, S. Aldrici Ep. 741 d, Andreæ de Hispello 358 a. Adolescentes ad militiam instituendos curavit Rex Issen in Hispania 498 b, bene erudiendos curat B. Meinwercus 529 b

Aeris serenitas, vide Serenitas.

Ætas 49 annorum facit ætatem proprie perfectam 19 d. Ætas magna: 50 annis Episcopus fuit Ferdinandus Rye 696 c; 107 annorum erat S. Dorotheus Episcopus Tyri, cum sub Juliano pro fide interficeretur 437 b e. nonagenarius S. Photinus fortiter Martyrium subit 160 b c; 100 annos vixerunt Turibius de Melleda et Thomas Fernandes 119 c, Vide, Vita.

Agriculturæ assimilat S Dorotheus spiritualem culturam animæ 594 f Agriculturam exercet Abbas S. Eneco. 112 d

Altaris mundities et ornatus. Vide Mundities, Ornamenta.

Ambitio, vide Parricidium.

Ab Amicis odio occulte habetur sanctus Norbertus 838 c d e f

Amor proprius radix omnium vitiorum 586 f

Amor proximi. Vide, Caritas.

Angelus confortat Martyres, 52 a, et sanat eorum vulnera 413 c. Idem præstat S. Paulæ Martyri, 268 f: educit a carcere S. Erasmum M. 209 c d, et inter tormenta solatur 209 c: Pane cœlesti pascit SS. Pergentinum et Laurentinum MM. 266 f: cibum adfert S. Anub Abb eique semper adest 632: e variis molestiis S. Coemgenum liberat, 309 a b: eumdem deducit super aquas, ad locum designatum monasterio exstruendo 310 b c;. B Peregrinum, ad seculum revertentem, in eremum reducit 364 a b.

Angelus Præmonstrat S. Bertichramno, locum monasterii ædificandi 701 b: benedicit omnes congregatos ad orationem, et absentes ex obedientia 593 b cæco ex obedientia proficiscenti ducem se præbet cum lumine 313 f; fontem aquæ ostendit S. Nicolao Peregrino 233 e: Angeli ministrant S. Gudwalo Missam celebranti 720 d e f: cum eodem canunt divinum Officium 721 d e f: promovent ædificium monasterii 825 c

Angelus apparet in specie columbæ 219 b, et in specie columnæ igneæ 232 f: sub specie volucris adest morienti S. Pelingotto 149 b

Angeli adsunt morienti S. Eneconi, 107 d, 114 c et S. Cono 352 f: canunt in obitu S. Peregrini 362 c: Sanctorum animas in cœlum ferunt 169 b, 211 b

Angeli et Martyres in cœlum assumpserunt S. Anub Abbatem 632 f. Angeli canunt ad sacras Reliquias 40 e; Martyrologio inscribunt nomen S. Concordis Ep. 405 e; transferunt corpus B. Placidi Recinetensis 549 f: videt S. Lifardus ab illis transferri in cœlos animam S. Theodomiri 294 f. S. Adelbertus cantum Angelorum audiri facit a Pontifice 302 c. Angelus revelat corpus S. Adami Confessoris 329 f. Ab Angelo Baptizatus dicitur S. Coemgenus 305 a b. Cum Angelis conservatur B. Erasmus Episc. Mart. 208 a. Angelus Gabriel apparet in figura S. Marcellini Presb. et M. 189 f. In Angelum lucis, se transfigurat dæmon 820 c. Vide Velum.

In Animalium morbis invocatur S. Erasmus 208 b. Imperium in animalia, Vide Ovis, Aper, Bestia, Serpens.

Anima ad similitudinem agri excolitur 594 d

Animæ sanctorum in cœlum deportantur ab Angelis Vide, Angelus.

Animarum zelus; Vide zelus animarum.

Anniversarium S. Henrici Imperatoris 515 b. Anniversarium funebre celebratur etiam eorum qui coluntur ut Sancti vel Beati 554 c

Annulus Pontificalis B. Meinwerci Ep. 502 f

Annus, Vide, Ætas.

Antichristi tempore instare, quo sensu asseruerint Sancti 843 e

Anthropomorphitica insania 14 f

Apparent: S. Patricius, Hymnum suum cantantibus benedicens 309 e. Hildeburgis, filio suo mandans, ne bona monasterio donata repetat 365 a b; Christus, S. Norberto præmonstrans locum monasterio condendo 355; S. Augustinus, ei Regulam tradens 802 b e; Animæ Sanctorum, ascendentes in cœlum instar Virginum 169 b: alii sub specie columbarum 180 e f; item sacrificantes et communicantes 678 c d. S. Conon urbem obsessam defendens 352 b S. Theodorus pugnans pro Christianis 586 b. SS. Clement. et Justus pro Volaterra obsessa 439 b S. Morandus puerum mutum sanat 347 e f. B. Leonardus instar sphæræ igneæ cœlos ingrediens 363 f, 364 b; in forma gigantis S. Nicolaus Peregrinus, 253 c; S. Ferdinandus Inf. Lus. velut columba cum humano capite 578 c; S. Norbertus sepeliendus; instar candidi lilii 844 d; etin veste Candida ipsa hora sui obitus 844 d e, plenus gloria 844 f; S. Bonifacius transferri Reliquias suas mandans, 468 e; SS. Michael Joannes Evang. et Deipara mortem indicantes B. Ferdinando 728 b c; et Walthardo Archiep. Magdeburg. mater sua 912 a; SS. Marcellinus et Petrus suumque monesterium Hasnonii restaurari præcipiunt, illudque voventi comiti Flandriæ sanitatem restituent 3 * c

Aqua benedicta dæmon fugatur 826 c, 847 a: Angelus ea aspergit orantes, 593 a. Vide, Exorcismus, Aqua in vinum versa S. Nicolao Peregrino 237 e; S. Pelingotto 148 a; S. Crothildi Reg. 290. Aquis miraculo supernatat S. Quirinus 375 a; imperat B. Gerardus 756 f; inambulat S. Coemginus 309 e; immergit se ad corpus domandum S. Petrocus 393 b. Vide Jejunium, Victus, Rupes.

Araneam

Araneam *sacro calici illapsam indemnis sumit S. Norbertus* 802 c. 812 d
Arbor *S. Norberti miraculosa* 836 a; *cava, habitatio S. Coemgeni* 306 d; *infructuosa, ab eodem fœcunda redditur* 303; *pro idolo adorata, succiditur a S. Bonifacio Ep. M.* 853 e; *miraculose nata, ex arida virga* 73 f; *cantare audita, orante S. Coemgeno* 309 b
Arianus, *Vide*, Hæreticus.
Aves, *designant locum condendo monasterio*, 752 a, *honorant Sanctorum Reliquias* 266 f; *canunt prope S. Coemgenum orantem*, 256 e
Aulicus *magnæ æstimationis ante conversionem S. Norbertus, Vide* Mundus 808 f
Austeritas Mira, *S. Petroci* 392 f; *S. Attali Thaumaturgi* 715 a, *S. Coemgeni* 308 d, *S. Norberti* 812, 815 d, *primorum Præmonstratensium* 805 f; *B. Pelingotti* 147 e, 148 f. *S. Dorothei Thebani* 586 f *B. Theobaldi etiam in ultimo morbo* 586 f, *quam ea juvenibus necessaria* 586 f
Avaritia *in donis Deo offerendis punita* 433 a

B

Balneo *frigido corpus macerat S. Coemgenus* 309 a
Baptismus *Chlodovei R. Franc.* 288 a, *S. Coemgeni ab Angelo collatus* 305 a; *eo suscepto mortuum filium gaudet S. Chrothildis* 287 d, *eo ne careat fœtus suus recusat Regina Lusitaniæ potionem depulsivam, ipsa libentius moritura* 554 f
Barbæ, *qualiter tonderentur ætate Caroli M.* 452 e; *detractæ sacrilegis furibus, affiguntur valvis ecclesiarum* 434 d
Bellum *civile, compescit S. Bertrandus Aquileiensis* 788 a, *suadet illud et victoriam largitur S. Coemgenus* 313 f; *sacrum suscipiunt S. Ferdinandus Infans Lus.* 558 b, *et S. Gilbertus* 751 b c; *suadent illud SS. Bernardus et Ornifius Abbates* 127 f; *diuturnum, immittitur ob cædem innocentis* 127 f. *Vide* Victoria.
Benedicit *cibus antequam comedat S. Quirinus* 374 e
Benignitas *S. Aldrici eximia* 741 f
Bestiæ *obediunt S. Gudwalo* 726 f, *erga ipsas misericordi* 727 a b; *illæsa servant corpora Martyrum. Vide*, Reliquiæ.
Blasphemus, *festum violans, subita morte extinguitur* 439 b: *item alius* Blasphemus 758 d: *alius cæcitate punitur et pœnitens sanatur* 758 e f; *Quartus item cæcitate punitur, pœnitens sanatur, et magnam deinceps pœnitentiam agit* 122 b: *Tanchelinus hæreticus per ludibrium B. M. V. in sponsam impie eligit*; *et Deum se esse* blasphemat 832 e. *Vide* Maria.
Bona, *Vide* Divitiæ.
Bona Ecclesiastica, *Vide*, Ecclesia, Religio, Monasterium.
Boves *indomiti corpus S. Eutychii ad locum sepulturæ divinitus destinatum ultro trahunt* 444 c
Breviaria, *Ecclesiasticorum unde sumpserint Originem* 10 e f
Brutum, *Vide*, Bestia.
Bufo, *Vide*, Dæmon.

C

Cæcus, *Vide* Oculus.
Cœlum. Cœlestis *gloriæ spe ad patiendum animatur B. Ferdinandus Infans Lusitaniæ* 575 c. *In* Cœlum *animam S. Theodomiri elevari videt S. Lifardus* 294 f, *Vide*, Extasis, Apparitio, Anima, Angelus.
Calceus, *Vide*, Dæmon.
Calculus *mirabiliter exemptus S. Henrico Imp. a S. Benedicto* 311 f
Calix sacer: *Vide* Aranea: Ornamenta.
Calor, *Vide* Sol ardens, Ignis.
Calumnia *S. Ronano illata divinitus punitur* 82 a b. *Falso accusatus apud Pontificem S. Adelbertus, miraculis probat innocentiam suam* 302 b
Campanæ *ultro sonant in obitu S. Franci* 546 b, *et S. Theobaldi* 135 f, *et in inventione Reliquiarum* 139 b, *et S. Leonardi Reclusi* 363 b, 364 a, *ob Reliquias etiam S. Bonifacii M. Ep.* 464 e
Campana *miraculose audita* 397 b
Candor animi, *Vide*, Mendacium.
Canes *feroces mansuefacit signo Crucis S. Coemgenus* 311 b
Canonicus *devotus et diligens S. Norbertus* 640 a b. Canonicus Regularis, *Vide*, Regularis Canonicus.
Canonizatio *quando cœpta Romæ peti* 93 a, *prima quæ demonstretur fuit S. Udalrici Ep. Augustani, secunda S. Symeonis Reclusi Trevir.* 93 d. Canonizatio *S. Nicolai Peregrini, exiguo tempore peracta* 243 a b c.
Cantu *avium et arborum inter orandum recreatur S. Coemgenus* 309 b. Cantus *miraculose auditus* 397 b. *Vide* Angelus.
Cantica *dæmon recitat per os energumenæ* 821 e
Capilli *miraculose crescunt ad sepulchrum S. Wistani* 84 c. Capillos *flavos energumeno abradi jubet S. Norbertus, ne illis dæmon inhæreat* 822 a. *Vide*, Coma.
In Capitulo *defectuum emendationem commendat S. Norbertus* 824 a
Capituli *generalis Præmonstratensis Ordinis celebrandi ritus* 29 a
Caprarum ungulæ *ad cruciandos Martyres quales essent* 37 c
Captivi, *mirabiliter liberati intercessione Sanctorum* 73 d e, 118 d e, 297 f, 300 a b c, 653 a b. Captivos *dimitti jubet S. Petrocus* 393 d. *In* Captivitate *apud Mauros pie vivit B. Ferdinandus Infans Lusitan. et Socii* 564 a b *vide* Carcer, catenæ.
Caput *suum cur sæpe dicantur gestasse manibus Sancti decollati* 395 d e. Capitibus *præcisis Martyres laudant Deum* 40 d
Carcere *per Angelum miraculose eductus S. Erasmus* 209 c d, 211 b c. E Carcere *et vinculis miraculose liberatur S. Nicolaus Peregrinus* 236 a, 237 a b. *Miraculose inde exeunt SS. Marcellinus et Petrus Exorcista MM.* 168 a b c e f. *Vide*, Captivus, Catenæ.
Cardinalis *fieri renuit Ferdinandus Infans Lusitaniæ* 557 d
Caritas *erga proximum Martyrum Lugdunensium* 162 d. *Præ* Caritate *erga famulos et socios, solus sine illis effugere captivitatem non vult B. Ferdinandus* 562 d. Caritas *mutua mercedem e cœlo accipit* 393 d. *Rusticus nolens S. Eneconem in plantanda vinea juvare, punitur* 112 d. Caritas *benefica S. Bernardi Claravallensis* 803 d. Caritas *erga infirmos. Vide* Infirmus. Caritas erga Inimicos, *Vide* Inimicus. Baptismus.
Carnibus *abstinent Christiani primis seculis* 159 e
Ob Castitatem *tota vita servatam laudatur S. Justus Episc. Alexandrinus* 610 f. *Ad* Castitatem *servandam urticis se involvit S. Coemgenus* 305 d e. *S. Norbertus Clericos ad* Castitatem *obligatos eam servare cogit* 837 f: *Mulieres ad* Castitatem *servandam in ecclesiam confugiunt, et a SS. Justo et Clemente mirabiliter proteguntur* 439 e f: *Cœlesti voce admonitus nuptias fortiter recusat S. Gualterius, ad eas cogente patre* 398 e f. *Vide*, Mulier, Nuptiæ, Virginitas, Pudicitia.
Casula *Sacerdotalis B. Meinwerci servatur miraculose a putredine* 502 c, *Vide*, Ornamentum.
Catenis *ultro solutus S. Quirinus Martyr* 374 d, *vide* Captivus. *Vide*, Carcer.
Centenarius. *Vide*, Ætas.

Cerasa *recentia hieme præbet B. Gerardus* 765 f

Cerdonis *opificium exercet sanctus Theobaldus nobilis* 134 d e

Cereus *ultro accensus* 188 f, 190 a b. *Vide*, Lampas

Cerevisia *in vinum mutatu* 188 e

Certamen singulare, *Vide*, Duellum.

Cerva *lac pro puero ministrat* 312 b c. Cervum *defendit a venatoribus S. Petrocus* 393

Chorum *perpetuum, seu continuatam diu noctuque Psalmodiam ; instituit in monasterio Agaunensi S. Sigismundus Rex Burgundionum* 662 f. *Vide*, Officium divinum. Ecclesiasticum Officium.

Christiani *nominis professione fortior ad tormenta perferenda efficitur S. Blandina*, 158 e. Christiano *nomine inter tormenta gloriantur sancti Martyres* 159 a b

Cibum *miraculose accipit S. Bonifacius* 467 c ; *ab Angelo S. Anub. Vide*, Victus, Benedictio, Abstinentia, Temperantia.

Cingulum Sacerdotale, *vide* Ornamenta.

Cilicio *induitur S. Norbertus, sub mollibus vestibus, initio conversionis* 809 d, *et deinde per omnem vitam* 824 b] *Vide*, Austeritas vitæ, Pœnitentia, Vestitus durities.

Clades, *Vide*, Victoria.

Claves, *quæ S. Petri vocantur, quales fuerint* 222 f

Clerus *Trevirensis Episcopum suum interficiendum curat* 125 f. *Vide* Ecclesiastici, Monachi, Invidia.

Clibanum *ardentem illæsus intrat S. Conus* 352 e

In Cœnobio *Eremitæ, ante vitam solitariam instituendi* 87 c

Colloquio Spirituali *S. Bonifacii et Adelæ Abbatissæ ad vitam Religiosam, convertitur S. Gregorius illius postea successor* 476 c d e. Colloquia spiritualia *avide frequentat Grallonus Rex Brittonum* 81 f, *inter pia* colloquia *divino amore inardescit S. Pelingottus* 147 f

Columba *quiescit super caput S. Fortunati* 73 b, *in specie* Columbæ *apparet B. Maria* 528 f, Columbarum *specie apparent Sancti* 180 f. *Vide*, Spiritus sanctus, Apparitio, Angelus.

Columna *ignis apparet super corpus occisi S. Wistani* 83 b, 84 c. *Instar lucidarum nubium in aere apparent* columnæ, *in translatione Reliquiarum S. Nicolai Peregrini* 245 a b. *Vide*, Angelus.

Comam *luxuriosius nutritam excidere facit S. Coemgenus* 313 c. *Vide*, Capilli.

Communicatio *indulgentiarum et meritorum. Vide*, Indulgentiæ, Merita.

Communio, *Vide*, Eucharistia.

Concio sacra, *Vide*, Prædicare.

Concubina, *subinde intelligitur, legitima uxor, minus solenniter ducta* 174 a. *Vide*, Impudicitia.

Post Confessionem *peccatorum statim impertienda absolutio* 462 f. Confessionis *frequens usus in Monteadjutorii* 491 d e f. Confessarios *pœnitentibus solicite procurat B. Bertrandus Aquileiensis Patriarcha* 774 d

Confessio Fidei. *Vide*, Constantia, Fides.

Confraternitas *S. Morandi* 338 c, *Parvulorum Trani ad honorem S. Nicolai Peregrini* 253 f, *Sutorum Astæ ad honorem S. Theobaldi* 144 e. Confraternitatibus *piis nomen suum dat, earumque Præfectus eligitur B. Ferdinandus, Infans Lusitaniæ* 555 d, 555 a Vide, Indulgentiæ.

Consanguinei *repugnant B. Godefrido Cappenbergensi, volenti Religionem ingredi, deinde consentiunt* 832 c d. Consanguineo *suo postposito, digniorem designat Episcopum, S. Henricus Imperator* 525 e *Vide*, Ecclesia.

Conscientiæ *manifestatio, ad multa utilis* 591 d e f.

Conscientiæ puritas *S. Pilingotti* 140 c. Conscientiæ teneritudo, *Vide*, Mercatura.

Constantia *Martyrum in tormentis* 161 f 623 c. *Lugdunensium et S. Blandinæ mulieris* 158 f *seqq. SS. Pamphili et sociorum* 64 a *seqq. SS. Reveriani et sociorum* 40 d, *Lucilliani et sociorum* 273 f, 276 c ; *Marciani, Nicandri et sociorum* 413 b ; *Pergentini et Laurentini MM.* 266 e, *S. Pothini nonagenarii*, 160 a b, *S. Secundi* 52 a b, *S. Quirini* 374 a b c, *S. Claudii* 414 b, *S. Erasmi qui fidem intrepide confitetur* 219 b c d, 211 a b ; *Bonifacii Ep. M. qui ingruentibus persecutoribus, armis se defendi vetat* 463 e. *Vacillantem ad tormenta nutibus confortant Christiani adstantes, et ultro se sistunt Judicibus, Christum confitentes* 31 c. Constantia *S. Isaasi M. contra Mahometanos* 318 a b ; *et Mauri conversi ad Corpus S. Ferdinandi* 577 e f. Constantia in bono proposito. *Gravissimo imminenti periculo, a bono inchoato recedere non vult S. Coemgenus* 309 c. Constantia *S. Norberti in seditione, contra se excitata et præsenti mortis periculo* 841 b c d *et seqq. Vide*, Fortitudo.

Contemptus sui et honoris, *Vide*, Humilitas, Mundus.

Contemplationi *jungit actionem S. Genesius Ep.* 314 c.

Contumelia. *Crimina nefanda Christianis afficta ab Idololatris* 158 e f *Vide*, Patientia.

Conversatio *Angelica B. Ferdinandi* 555 b d, 556 c d

Conversio *Custodis carceris, viso cœlesti lumine* 374 d. Conversionis *occasio versus Virgilii* 37 a Conversio *Chlodovei Regis et Francorum per S. Chrothildem* 287 d e f. *Pro Hæreticorum* conversione *zelosus, sed exiguo fructu, Optatus Milevitanus* 388 b c. Conversio *S. Lucilliani, a magia et idololatria*, 270 c. Conversio *fastuosi hominis ad Religiosam vitam* 743 b c, *et subita S. Gregorii Ultrajectini* 476 c d e f : *S. Norberti per fulmen et tonitru* 802 b 809 c d. *Vide*, Religio.

Cor *hominum in manu Dei* 287 e. Cor *incorruptum S. Joannis Eremitæ* 256 e

Corona *ferrea Reges Italiæ Modoetiæ coronantur* 754 b, 755 c

Corporis integritas *probat innocentiam interfecti* 906 a. Corpus *adhuc integrum S. Claudii Vesontionensis* 634 f, 660 c, 664 e f, *B. Franciscæ de Cumis* 407 e, *B. Pacifici Ceredanensis* 799 d. *B. Bertrandi Aquil. Patriarchæ* 764 e, 765 e, 777 b, *S. Coni* 353 a, *S. Alexandri Episc. M.* 739 c, *Venerabilis Popponis* integrum *inventum* 102 b. *Laurentii Archiep. Bracarensis* 367 e. *Consumptis carnibus reperitur Cor incorruptum S. Joannis Eremitæ* 256 b. *Inter calores æstivos* Corpus *S. Norberti insepultum, nullum fœtorem edit* 844 c

Corpus *escam defert B. Erasmo* 20 f d. Corvi *puniuntur ob effusum lac S. Coemgeni* 312 d

Cruciata, *Vide*. Bellum sacrum

Crudelitas *Gundobadi Regis in Fratrem Chilpericum* 287 b

Crux *in via posita ac memoriam Sanctorum* 191 e ; *et in publicis viis ad memoriam alicujus occisi, aut cujusdam miraculi* 313 a. S. Crucis *reliquiis, ad Reginam Lusitaniæ puerperam allatis, feliciter paritur S. Ferdinandus* 555 f. Cruces *in deserto per vias erigit S. Nicolaus Peregrinus* 233 b

Crucis *imaginem gestat manibus S. Petrus Exorcista ; miraculose egressus carcere* 168 b Cruce *signatus in dextro humero nascitur infans S. Gualtherius* 398 a

Crucis signo *dæmon pellitur*, 510 d 826 c ; *varii energumeni liberantur* 219 b ; *unum liberat S. Eneco Ab.* 113 a *S. Morandus, fugat dæmonem* 343 b ; *S. Symeon, sibi illudentem* 87 f, 90 c ; *incendium extinguit S. Morandus* 343 b ; *tempestatem avertit S. Hugo Abbas* 334 d ; *vas aquæ effusum rursus plenum recipit S. Petrocus* 393 d ; *ursum fugat S. Nicolaus Peregrinus* 232 b *et mutam*

tam sanat 234 f, equus furibundus domatur 238 f; Canes feroces mansuefacit S. Coemgenus 311 b; eodem se munit in agone Walthardus Archiep. Magdeb. 911 b venenum suam vim amittit 587 a

Cryptæ primorum Christianorum, ad sacra officia et sepulturam Martyrum, in persecutione prope Lugdunum. 666 c d

Cultus sanctorum. Vide, Sanctorum Cultus.

D

Dæmon pacis inimicus expellitur 683 f; ad superbiam tentans vincitur a S. Enecone Ab. 113 c; lecti tegumenta S. Morando abstrahere conatur 343 a, in muli specie terribili apparet 421 b; per os energumeni conatur infamare innocentes 821 e; sub bufonis specie aquam inficit 834 c, sub specie draconis ab idolo exit 210 d e; docet plagis variis puniri peccata 190 c; ab oratione avertere conatur S. Illidium 421 b; per os energumenæ sacra contemnit et blasphemat 821 a b; variis modis insidiatur primis S. Norberti sociis 820 c, et suis terriculamentis quosdam ad seculum redire facit; 826 c, plures insidet idem dæmon, ut S. Norbertum vexet 827 f, 830 e; in obsessis corporibus variarum ferarum terrificas voces imitatur 437 a b; fœtorem causat deserens energumenam 822; edacitatem immittit jejunanti multum 820 c d: ad compotationem euntem hominem misere vexat 493 c d; catena ignita ligatur per S. Munnam 309 d; contemptus fugit 836 b c; tranfigurat se in Angelum lucis 90 c, 308 a, 421 b; jubetur suas insidias detegere 308 f; intrat calceum S. Coemgeni, ut peregrinationem suadeat solitario 311 e f; suadere conatur S. Symeoni Diacono ut Missam celebrat, sed vincitur 87; Idiotas sapientes facit et Scripturarum intelligentes, ut decipiat et in superbiam inducat 836 c d. Dæmoni imperat S. Illidius, ut columnas duas Treviris in Arverniam transferat 422 a. Dæmonium aquatile multis noxium exorcizat S. Illidius 421 d e. Dæmones loca solitaria inhabitant 318 d e f, contra dæmones pugnat in aere S. Coemgenus, ad liberandum a damnatione animam 314 c, dæmonem sæpe vidit S. Symeon 90 a, dæmoniaco spectro apparet navis plena Saracenis in mari 237 e f, ejusmodi spectra fugat S. Illidius 423 a b, evanescunt si contemnantur 835 c d. Dæmon jejuniis, orationibus, obedientia coercetur 827 c d, Vide, Crucis signum, Peccatum, Serpens, Oratio, Aqua Benedicta, Exorcismus, Tentatio, Execratio.

Dalmatica S. Stephani venerationi exponitur 678 e

Debita remissa in honorem Sanctorum coram sacris Reliquiis 185 a

Decimæ, Vide, Ecclesiastica bona.

Dedicatio templi, Vide, Ecclesia.

Ex Defectibus quibusdam colligit S. Norbertus discipuli sui malum animum 824 e. Defectum minimum in S. Norberto reprehendit dæmon 824 e, Vide, Peccatum veniale, Capitulum.

Defunctus, Vide, Exequiæ, Purgatorium.

Desperatio. Pro sanitate sua diu orans tandem pene desperans exauditur 92 e f

Detractio non est narrare peccata Sanctorum publica quæ emendarunt 270 b. Detractiones patienter sustinet S. Aldricus 742 b, et B. Bertrandus Aquileiensis 778 a b. Detractoribus facile fidem adhibens a Deo corripitur, et pænitentiam agit S. Henricus Imperator 531 a b c d

Devotio inter divina officia B. Ferdinandi Infantis Lusit. 557 b c, Vide, Oratio.

Deum ubique præsentem et operantem confitetur S. Quirinus Martyr 374 b c. Famis tempore Deus servis suis mirabiliter prospicit 88 a, Vide, Cor hominum, Unio cum Deo, Providentia divina.

Dei misericordia. Vide, Peccatum.

in Deo Fiducia. Vide, Constantia.

Diabolus. Vide, Dæmon.

Dilectio inimicorum. Vide, Inimicus.

Diligentia. Vide, studium.

Diploma. Vide, Synodus.

Divitias suas pauperibus distribuunt SS. Gilbertus et Petronilla conjuges 751 e

Doctrinam Christianam nobilium filias docent Sanctimoniales 467 a. Vide Sapientia.

Dominicam diem opere servili violans punitur 199 a

Domus. Vide, Familia.

Dormitans tempore orationis punitur 199 a. Dormire, Vide, Somnus.

Draco fingitur a Martyre occisus 58 d e, dæmon sub specie draconis exit idolo 210 d e, Vide, Serpens.

Duello, publica etiam auctoritate commisso ad probandam innocentiam, innocens vincitur 904 e f

E

Ebrietas. Inebriant se conjurati in S. Norbertum, ut eo tegant voluntarium homicidium 842 b e. Ebrii ad sepulcrum S. Udalrici dormientes, miraculose alio transferuntur 744 d. Ebrium dæmon aggreditur et misere vexat 494 d e. Vide, Dæmon.

Ecclesiæ ædificandæ locus miraculose designatur 438 d, Ecclesiarum magnifica structura a Sidonio versu descripta 667 a b c, plures exstruxit S. Genesius et dotavit 497 c

Electio in Abbatem, vide, Abbas.

Electio Imperatoris, Vide, Imperator.

Electio Episcopi, Vide, Episcopus.

Eleemosynis faciendis deditus B. Pelingottus 147 a, S. Migetius 678 c. S. Sophia 396 d, et S. Chrothildis Reg. 290 d. S. Theobaldus largitur pauperibus quidquid habet 134 e f; Duodica Comes eleemosynis peccata redimit 516; perpetuas pro se dari jubet S. Gilbertus, iturus ad bellum sacrum 751 b. Cæcus Athanasius lumen a Deo petit, ut eleemosynam dare possit 320 a: ad eam divinitus subministratur pecunia, et ærea moneta mutatur in auream 73 b. Quatuor oves dat S. Coemgenus, nihil imminuto grege 305 b. Conflagrante civitate domus servatur illæsa ob frequentiam Eleemosynarum 529 d, ei arena in farinam convertitur 135 b. Eleemosynæ defraudatio punita 527 c. Vide, Pauper, Misericordiam, Fames.

Eloquentiam dissimulat inculto sermone S. Dorotheus Archimandrita 588 b

Energumenus creditus, patienter sustinet S. Nicolaus Peregrinus 232 c. Vide, Dæmon, Execratio.

Episcopus ob virtutem eligitur S. Gurvallus 716 a d, invitus S. Claudius Vesontionensis, sed miraculose 640 b c; mirabiliter S. Norbertus 836 e, sed coactus 853 e f: qui ante conversionem suam recusarat Archiepiscopatum Cameracensem 802 b, 853 c. S. Henricus Imp. Episcopum designat pium et magis idoneum, postposito suo consanguineo 524 d. Episcopus a Deo nec solum ab hominibus eligi debet 126 c. Episcopatum suscipere recusat S. Bonifacius 457 f d; suscipit B. Meinwercus ex intentione ditandi Ecclesiam de bonis propriis 508 c, 509 a. Adeptus eum dicitur propter abstinentiam Abbo Vesontionensis 669 e. S. Genesius Episcopus magna populi lætitia in suam ecclesiam recipitur 317 a. Othricus electus, 906 d, fraudulenter quidem, sed ita volente Deo, ab Episcopatu arcetur. Episcopum Alexandrum Lotharius Imp. mirifice honorat 739 a. Episcopi des virtutes S. Eutychii 444 b, et S. Alexandri Ep Fesulani M. 739 a. Walthardi Archiep. Magdeb. 910 b, 911 f, S. Migetii 678 c, S. Aldrici

drici 743 a, B. Bertrandi Aquileiensis 766 e, 774, S. Claudii Vesontionensis 638 d, 640 e, S. Norberti 843 a. B. Meinwerci 509 a b, qui diœcesim ignoto habitu visitat 527 e : S. Bonifacii 449 e, 472 a ; qui commendat a se ordinatis Episcopis sollicitudinem gregis 467 b. Episcopatum dimisit S. Gaudentius 131 b ; idem proponit S. Aldricus vitæ solitariæ desiderio 743 d e, 744 c, reipsa id faciunt S. Gurvallus 716 a, et S. Gudualus 718 e ; Religiosæ vitæ amore, Bartholomæus Laudunensis 853 c, et S. Claudius Vesontionensis 638 e, 640 f : ast Gewelibus, ob commissum homicidium 465 f ; ob infirmitatem S. Guido, cumque sibi restitutus resumit 224 b. Alterum ex duobus dimittere recusat S. Giselharius Merseburgen. et Magdeburg. 907 d
Ergo Ecclesiam munifici, B. Bertrandus Aquileien. 769 d, 774 b, S. Chrothildis Reg. 290 f. B. Meinwercus, etiam ante Episcopatum 507 c. Ob Ecclesias post persecutionem reseratas, festum egerunt Christiani 366 c. De Ecclesiæ consecratione iteranda responsio Pontificis 694 f. Ecclesiam occulte violatam noctu reconciliat S. Norbertus, propterea calumniam et vim passus 841 d. Ecclesiæ ingressu peccator divinitus prohibetur, pœnitens ingreditur 647 a. Ecclesiam diruere volentes puniuntur 758 d. Ecclesiam suam a grassatoribus mirabiliter defendunt sancti Justus et Clemens 438 e. Dedicatio Ecclesiæ B. M. V. solenniter celebratur apud Habessinos 33 a d. Ecclesiastica bona multa impetrat a S. Henrico Imp. B. Meinwercus 534 c : multa suæ Ecclesiæ tradit S. Guido Ep. 224 c. Ad Ecclesiarum necessitatem sublevandam Indulgentiæ concedi solitæ 767 d
Bona Ecclesiastica. Præpositura S. Morandi translata ad Patres Societ. Jesu, firmante Urbano VIII 340 a, bona monasterio ad tempus donata, eo elapso, repeti prohibet Ven. Hildebargus 355 a. Ecclesiis bona sua frustra relinquere conatur mater B. Meinwerci, ex odio in filium 524 e. Ecclesiasticis bonis consanguineos non ditavit B. Bertrandus Aquileiensis 770 d, 774 f : iis ditari refugit B. Ferdinandus 557 c. Ecclesiis bona dari indigne ferens Comes Fridericus, morte divinitus immissa punitur 829 a. Ecclesiæ jura fortiter defendit S. Norbertus 802 : ejus bona injuriose distracta congregat et restituenda curat, propterea multa passus 837 c. Idem faciunt et cleorum immunitatem tuentur S. Agobardus Archiepisc. Lugdun. 737 b, et Alexand. Ep. Fæsul. M. 738 b, 749 b ; pro iisdem magnam curam gerit S. Claudius Vesontion. 641 b, et bellum suscipit B. Bertrandus Aquileien. 765 b, mortem quoque pro iis subire optans 776 e ; et tandem occisus 778 a. Illa auferentes puniuntur 467 d e : iniquus usurpator punitur 298 d, 846 e. Alius, post castigationem pœnitens, sanatur a S. Morando 343 a, et alter similis a paralysi ope ejusdem 334 d, uti et tertius a surditate ideo immissa 734 e. Ob Decimas non persolutas puniti emendantur 301 b. Vide, Monasterium, Religio, Templum.
Ecclesiasticis Officiis sedulo et pie interest B. Bertrandus Aquileiensis 774 e, Vide, Officium Ecclesiasticum, Chorus, Missa, Ritus.
Ecclesiastici perversi S. Bonifacium Episc. Regia aula arcere nituntur ; seculares illi favent 478 a b
Ecclesiastica Ornamenta, Vide Ornamenta Ecclesiastica.
Ecstases B. Pelingotti 146 e. In Ecstasi cælum videt S. Oliva 331 e f
Educatio pia pueri S. Adalgisi 218 b
Ob Episcopatum Merseburg. suppressum punitur Otto II, a S. Laurentio Eccl. Patrono 906 b, Vide. Investitura, Fides, Princeps ecclesiasticus, Jusjurandum.
Equus ferociens mansuescit, insidente S. Nicolao Peregrino 233 f. Contentio inter Canonicos pro equo, quo Patriarcha Aquil. urbem invectus erat 768 c
Eremus, Vide, Solitudo.
Eruditio, Vide, Sapientia.
Evangelium de Sancto legitur supra infirmum, ad impetrandam sanitatem 46 f, 49 a, Evangelii librum capiti suo imponi tobtruncandus S. Bonifacius M. 472 d
Eucharistiæ sacramentum negat Tanchelinus hæreticus 831 a : magno illud honore prosequitur B. Ferdinandus Infans Lusit. 555 c, Hostia sacra, in carnem miraculose conversa 252 b : sanguinis gutta apparet supra patenam S. Norberti sacrificantis 846 e. Frequens Eucharistiæ usus in Monte-Adjutorii 491 d. Communio sacra negatur S. Nicolao Pereg. 234 d : non jejune communicans puella traditur in potestatem sagarum 492 a. Viaticum Corporis Christi accipit S. Chrothildis 291 a. Vide Indulgentiæ.
Excitans dormientes ad orationem, bene de iis meretur 595 f
Excommunicationem contemnens punitur Uladislaus Dux Poloniæ 631 a
Ob Execrationem sponsi, dæmone obsidetur sponsa 437 d vide Jurare.
Exequiæ defunctorum, cur tertia depositionis die et septima fiant 910 a
Exorcismos et alia sacramentalia permittente Deo dæmon contemnit 492 b
Extirpatio vitiorum, Vide, Vitiorum extirpatio.

F

Famis tempore per totam Ægyptum, Deus servis suis mirabiliter prospicit 88 a ; suis et pauperibus subvenit miraculose multiplicato pane S. Eneco 112 a ; S. Norbertus ejusque ais ipali plures pauperes sustentant 825 e ; bis mille pauperes quotidie alit B. Bertrandus Aquileiensis 767 f ; B. Meinwercus ditioni suæ prudenter de frumento prospicit 527 c
Famem fortiter sustinent Martyres 413 c
Familiæ suæ piam curam gerit B. Ferdinandus 555 b, 556 e : De famulorum stipendiis persolvendis admodum sollicitus 557 a
Felix non semper est, qui talis videtur hominibus, aut contra 661 e
Ob Ferocitatem punitur Uladislaus Dux Poloniæ, et uxor ejus 631 a
Fervor spiritus, Vide Oratio, Perfectio.
Festum S. Bonifacii Martyris Cuthbertus Archiepisc. Cantuar. instituit 450 a Festum diem violantes puniuntur 256 e, et pœnitentes sanantur 622 e, 734 e, 745 b, insuper blasphemans subita morte punitur 439 b ; violare volens impeditur miraculose 203 f, violantes Festum divinitus puniuntur 117 e ; et Gandenses incendio, ob violatum Festum S. Gudwali ; sed illud ad ejusdem sancti solennem invocationem sistitur 733 e f
Fidelitas S. Bertichramni in Regem suum 704 c
Fidelitas servorum, Vide, Servus.
Fides S. Norberti 802 c. Fidei præclara confessio S. Justini et sociorum Martyrum. 20 a b. Fidem S. Bonifacii examinat Pontifex, antequam Episcopum consecret 459 b. In Fide prædicanda prudentia opus est 21 e. In Fide Constantia, vide, Constantia, Ignis.
Fiducia in Deum B. Eneconis 112 a ; S. Norb. 813 d e.
Fiducia opus est ad impetrandum miraculum 300 b. Vide Constantia Fidei.
Filios ordinate amandos docet Abbas Pœmen, æterna præferendo temporalibus 632 c
Flumen transit super palliolum, ab aquis intactum, B. Gerardus 756 e f
Fœtorem ejicit dæmon e naribus obsessi 830 e, exiens energumeno 827 f. Vide, Dæmon.

Fons

Fons *miraculose elicitus* 219 a. *alius eo loco ubi occisus S. Bonifacius M.* 472 d. Fontes *miraculosi, SS. Justi et Clementis* 432 f, *S. Franci* 545 e. *S. Bonifacii* 496 b. Fons *S. Norberti* 835 f. *S. Petrocus* Fontem *e rupe elicit* 392 e; *et e terra baculo* 393 c Fontem *ostendit Angelus S. Nicol. Peregr.* 233 e.

Fortitudo *S. Vettii Epagati M. se Christianum confitentis* 158 b *vide* Constantia Martyr. *Dolorem ex morbo dissimulat iturus ad expeditionem sacram B. Ferdinandus* 558 e; *et in ipsa expeditione* 558 f.

Fraus, *Vide* Dæmonis Fraus.

Fructus, *vide* Cerasa.

Frigus *patienter sustinet S. Norbertus* 815 a: *eo se cruciat Ven. Hildeburgis* 354 f. *Vide*, Balneum.

Frumentum. *Vide*, Multiplicatio.

Fulmen, *vide* Tonitru.

Furtum *sacrilegum punitur cæcitate* 735 c. Furum *sacrilegorum barbæ ad valvas templi suspenduntur* 434 e. Fures *sacrilegi more trajicientes tempestate jactantur, usque deprehensis tempestas sedatur* 434 d

Fur *cæcitate punitur, pœnitens sanatur* 299 b c d; *alius cæcitate percussus, post pœnitentiam visu recepto, fit monachus* 122 c. *Olera surripiens, amens et immobilis redditur per S. Gudwalum, sanatur pœnitens* 726 a b *seq.* Furtum *negans miraculose convincitur* 510 d; *negans cum perjurio mirabiliter confunditur* 307 c. Furto *sibi ablata ubi servarentur divinitus novit S. Nicolaus Peregrinus* 234 a. *Ad* Fures *puniendos atrox tormentum in Britannia* 393 c. *Prohibita furtim comedens, fit muta* 234 c

G

Galea, *vide* Reliquiæ.

Gallinas *alendas curat a villicis B. Meinw.* 527 b

Gloria cœlestis; *Vide*, Cœlestis gloria.

Gloriam vanam *in discipulo suo Dositheo reprimit S. Dorotheus* 589 a. *Eamdem fugit in bonis operibus S. Olivia* 331 d e

Grammaticam *discunt SS. Laurentinus et Pergentinus* 266 a

Grando *immanis et miraculosa* 290 a

Gratias *sæpe agit Deo S. Alexander Ep. Veron.* 391 a

Gratis *spiritualia ministrat S. Norbertus* 816 d

Ad Gulam *dæmon impellit Monachum multum jejunantem* 820 e: *idem ad compotationem euntem comitatur et misere vexat* 493 c; *alium ebrium aggreditur, et varie torquet* 494 d. *Vide* Ebrius.

H

Habitu *Relig. pueros induendi pia consuetudo* 752 d

Hæresis *Tanchelini* 831 a b, *ejusque scelera et apud plebem auctoritas, et simulata pietas* 832 e. Hæreticos *a potestate seculari coercendos docet Agust.* 833 a, *varios convertit S. Norb.* 802 d *et Tanchelinismum extinguit* 802 d. *Ab Ariano marito ob fidem Catholicam multa patitur Chrothildis Regina* 289 b. *Monothelitas execratur Clerus et populus Romanus* 216 a. *Vide* Blasphemia.

Hierosolymitana peregrinatio. *Vide*, Peregrinatio.

Homicida *sacrilegus, e loco sacro exire nequiens, capitur* 122 a. *Comes Goritiæ post B. Bertrandi Patriarchæ cædem cito moritur* 768 c. *Ob commissum* homicidium *Gewelibus relinquit Episcopatum* 466 b. *Vide* Peccatum, Bellum.

Horas Canonicas *a juventute quotidie recitat B. Ferdinandus* 555 a

Hortum *diligenter excolendum curat B. Meinwercus, punita segni hortulana* 527 a

Hospitalitatem *commendat S. Norbertus* 824 b

Hostia. *Vide*, Eucharistia.

Humilitas *B. Pelingotti* 146 b, 147 d e; *S. Alexandri Ep. M.* 738 b; *Martyrum Lugdun.* 162 c; *S. Adalrici Ep.* 742 b, 744 a, *S. Norberti et sociorum* 824 a, *S. Theobaldi* 134 d *qui cerdonis opificium discit* 134 d. *Ex* Humilitate *Abbas fieri recusat S. Francus* 545 b; *Prioratum renuit suscipere Bartholomæus Recinet.* 549; *S. Norbertus Aulam etiam Pontificiam fugit* 814 e; *et factus Ep. contemni se ut pauperem et ignotum lætatur* 837 a. *Item B. Meinwercus contemni se gaudet* 527 a, *culpam suam et errorem agnoscit* 509 e. *S. Dorotheus numquam aliis se prætulit* 590 f. *Ad laudes proprias tacet S. Alonius* 390 a. *Virtutes et dona spiritualia occultat S. Pelingottus, sed Deus manifestat* 148 d e f. *Corporis afflictationes et Orationis devotionem quantum potest occultat B. Bertrand. Aquil.* 774 f, *et eleemosynas quas faciebat* 775 a f. *Eloquentiam dissimulat inculto sermone S. Dorotheus Archimand.* 587 f. *Dona Dei aliis revelans amittit S. Sophia* 396 e. *Homo quanto magis accedit Deo, tanto magis se agnoscit peccatorem* 590 d. Humilitatis *virtutem superbo impetrat S. Eneco* 111 b *In* Humilitate *et patientia imitandum statuam docet S. Anub* 632 a Humilitatis *varia officia commendat Barsanuphius S. Dorotheo* 591 b. *Vide* Vestitus humilis, Sputum, Energumenus, Eloquentia, Cerdo.

Hymnus *pro Officio S. Clari* 9 d, 100 b

Hypocrisis. *Vide* Hæreticus, Mulier, Pecunia

I

Idolorum *vanitatem ostendunt Martyres* 616 a: *SS. Pergentinus et Laurentin.* 266 d, 267 d, *et S. Chrothildis* 287 b. Idolis *innocentium sanguis offertur* 227 a b. *Herculis templum terræ motu miraculose eversum* 52 e. *Infortunia Christianis obvenientia, Religioni imputant* Idololatræ 287 d *Vide* Arbor.

Ignem *illæsus ingreditur ad probandam finem S. Anscharius* 526 b; *in sinu portat simpliciter obediens S. Coemg.* 305 e, *eidem imponit ligneam scutellam, et lac in ea calefacit* 312 d, *vide* Incendium, Clibanus.

Illecebræ *Mundi, vide* Mundus.

Imago *S. Morandi argentea, dono data a Frederico seniore Comite Feretensi* 337 d, *suam fieri jubet S. Nicolaus Peregrinus* 254 d. Imagines *sacras S. Theodora Imperatrix restituit* 748 a, *pro earum cultu multa patitur S. Hilarion Junior Abbas* 747 f: *eum non impugnarit S. Agobardus, nec alii Gallorum Episcopi, sed de ipso incommode locuti sunt* 737 b. Imago *Crucifixi ad Reliquias S. Gudwali se convertit* 732 c. *Vide*, Maria.

Immunitatem *Ecclesiasticam concedit sacello S. Alexii B. Meinwercus* 528 d. *Vide*, Ecclesia.

Imperatorem *eligendi jus ad quos spectaverit* 691 c

Imperatoriæ *virtutes Lotharii* 843 b

Impudicitia *hæreticorum infamis* 832 f: *concubinatus sacrilegus morte filii punitur* 516 e f. Impudicus *sacrista apparente S. Cerato punitur, sanatur pœnitens* 698 b *veneno per mulierem, cui nimium crediderat, Imperator Otto III interfectus* 506 e. *Vide*, Meretrix, Parochus.

Incendio *consumpta ecclesia illæsum manet tabernaculum corporis Christi et Reliquiæ Sanctorum* 549 f.

Indulgentiæ *concessæ ad juvandum necessitatem Ecclesiarum* 767 d, *conferentibus ad fabricam et ornamenta ecclesiæ S. Morandi* 336 d; *comitantibus ibidem Venerabile Sacramentum ad infirmos* 336 d, *visitantibus prædictam ecclesiam* 336 a d; *Ordini Præmonstratensi* 899 c, *et Ecclesiæ S. Mariæ Sendomiriensi* 260 a b; *item in Anniversario B. Ferdinandi, orantibus pro ejus anima et parentum ejus*

ejus 554 c. Indulgentiarum communicatio *ab Ordine Cluniac. concessa confraternitati S. Morandi* 339 a.

Indulgentia *trium annorum et trium quadragenarum, concessa a Pontifice in dedicatione ecclesiæ* 7 * c

Infans *in utero materno loquitur* 318 d. Infantia *pia S. Bonifacii, an. 5 ætatis religiosam vitam desiderantis* 453 f. *Ad* Infanticidium *mater a dæmone incitata, eo commisso, male mulctatur, et pœnitens sanatur* 644 f. *Vide* Baptismus, Abortus.

Infirmitates *diu et patienter toleratæ, a B. Placido Recinetensi* 549 f *S. Sætgero Ep.* 510 c. *et a B. Ferdinando Lusitaniæ, per omnem fere vitam* 555 a Infirmus *oret si possit; sin minus, pie aliquid de Deo cogitet* 589 c. Infirmis *magna caritate ministrat B. Gerardus* 775 f, *et S. Doroth.* 591 a. *Vide* Indulgentia.

Ingratitudo *pro recepta miraculose sanitate inflicto novo morbo punitur* 121 e

Inimicis *ignoscit S. Norbertus* 838 e f, 839 a b, 842 f; *pro suis persecutoribus orat B. Ferdinandus* 568 e, 574 a; *pro interfectoribus suis B. Bertrandus* 776 f, *suum miraculose a morbo sanat et carcere liberat S. Conradus* 129 d. *S. Nicolaus Pereg. a submersione liberat eos, qui ipsum submergere voluerant* 232 e

Injurius *S. Norberto Fredericus Comes punitur divinitus* 829 a b. *Vide* Patientia, Contumelia.

Innocens *accusatur ut proditor S. Symeon* 88 e. *Vide* Duellum, Corporis integritas, Calumnia.

Insidias *Venetorum feliciter evadit Car. IV Imp.* 772 b

Intelligentia, *Vide* Sapientia.

Inventio Reliquiarum, *vide* Reliquiæ.

Investituram *Episcopatus ab Imp. suscipere recusat S. Norbertus* 804 b, *adhuc ante conversionem* 817 d: *suscipit eam S. Conradus* 125 e, *item Oppizo Ep. resignante S. Guidone* 224 c

Invidia *Clericorum in Monachos* 513 b

Invisibilis *fit qui Zona S. Coemg. accinctus erat* 313 b

Inurbanitas, *vide* Sacrista.

Iracundiam *levem gravi pœnitentia luunt, S. Theobaldus* 134 f, *et S. Dorotheus* 589 a; *vitat eam B. Ferdin.* 556 f. *Qui* irascitur *fratri Christum affligit* 589.

Irregularitas, *vide* Homicidium.

J

Janitor *inferorum diabolus* 190 b

Jejunium *frequens et severum S. Symeonis reclusi* 87 f, 90 a, *S. Dorothei Thebani* 586 f, *S. Ronani* 81 f, *S. Attali Thaum.* 715 a, *S. Chrotildis* 290 d, *S. Lifardi* 293 e, *S. Claudii Vesont.* 640 b, *S. Eneconis* 109 b, *S. Joannis Eremitæ* 256 a, *B. Bertrandi Aquil.* 776 c, *S. Sampsonis Ep.* 392 f, *S. Petroci* 393 b, *S. Coni pueri* 352 e, *B. Ferdinandi* 556 e, *etiam in captivitate* 561 b, 573 d. *S. Nicolai Pereg.* 232 b, *vegeti nihilominus et pinguis* 239 *quotidianum præscribit S. Norbertus* 824 b, *et ipsum adhibet ad ejiciendum dæmonem* 822 b. *in carcere illud mitigare docetur S. Asclipiades M.* 162 e: *triduanum indicitur ad exquirendam divinam voluntatem* 181 c; *præmittitur solenni visitationi Reliquiarum* 176 d, *et Translationi* 870 d. Jejunare *nemo prohibetur, in monasterio Montis Sinai* 88 a. *Cum* Jejunio *orantibus revelatur locus et status futurus monasterii Præmonst.* 825 c; *inveniuntur Reliquiæ S. Adami Confess.* 330 c. Jejunanti *multam edacitatem immittit dæmon* 820 e. *Vide* Abstinentia, Victus parcitas, Religiosæ virtutes.

Jerusalem, *Patria Christianorum* 66 b

Ad Jubilæum *Romam peregrinatus S. Pelingottus* 148 e. *Vide*, Ætas magna.

Ad Judicium *Divinum B. Meinwercus contumacem et injuriosum Monachum provocat,* 526 e: *hic eadem qua ille hora subito moritur* 543 c

Jura Ecclesiastica, *vide* Ecclesia.

Ob Jurandi *consuetudinem permittitur dæmoni puella vexanda* 501 a b c; *et ob* Juramentum *execratorium leviter prolatum alia per* 40 *dies* 657 f. *Vide* Perjurium, Execratio.

Jusjurandum *quo S. Bonifacius se obligavit ordinandus Episcopus* 461 f, 462 a b

Justitia *B. Ferdinandi* 556 b, *et S. Alexandri Ep. M.* 730 e. *In mercibus laudandis et vendendis sinceritas S. Pelingotti* 146 b

Juvenis, *vide* Adolescens.

K

Kyrie eleison *sæpe et palam repetit, eoque alios hortatur S. Nicolaus Peregrinus* 232 a

L

Lampas *in honorem S. Marcellini M. ultro accensa* 203 e *et coram reliquiis S. Norberti ab Archiep. Pragensi, cum pia ad sanctum oratione* 879 a

Latrones *non timet S. Eneco, sed convertit* 112 b c, *item S. Coemgenus* 307 f: *eos quidam mirabiliter evadit* 307 f, *uti et discipuli S. Gudwali* 723 d. *Ob* Latrocinium *paralysi correptus, promissa ablatorum restitutione, sanatur* 121 f

Libri *sacri S. Bonifacii M. post necem ejus servantur illæsi* 464 b, 485 c, *pro iis S. Pamphili M. studium* 62 a

Lilium *recens repertum in manu mortuæ B. Franciscæ de Cumis* 407 e, *sub ejus specie apparet S. Norbertus* 844 e

Lingua *excisa, miraculose loquitur Petrus Comes Polonus* 630 f, *ignota prædicans S. Norbertus, intelligitur ab auditoribus* 815 b

Liquor *miraculosus ex corpore S. Catharinæ V. M.* 88 a

Loquelæ *moderatio B. Ferdinandi* 555 d, 556 f. *Verbum inconsiderate dictum, causa gravis mali* 289 d

Lumen *miraculosum descendit super S. Nicolaum Peregrinum* 237 c. *S. Quirinum in carcere* 374 d, *et S. Olivam* 331 e. Lumine *miraculoso monetur S. Bonifacius instare sibi tempus martyrii* 468 d. Lumine *cœlesti honoratur obitus et Reliquiæ S. Franci* 546 b, *S. Coni* 352 f, *S. Eneconis* 114 c, *S. Chrothildis* 291 a, *S. Gudwali* 729 b, 734 c, *S. Guardati* 552 f, *B. Ferdinandi* 578 b. *Vide* Reliquiæ. Lumen *miraculosum noctu iter agentibus concessum* 191 d. Luminosum *globum introsumere visus S. Isaacius M.* 318 d. *De* Lumine *ecclesiis prospicit S. Bertichramnus, Ep. Cenoman.* 708 f. *Vide* Radius Cereus.

Lupi *mirabiliter cicurati* 854 e f: *unus etiam canis vicem supplet ad ovium custodiam* 834 f

M

Per Magiam *puella graviter a dæmone vexatur* 657 f, *vide* Necromantia.

Magistratum *politicum ordinat Utini B. Bertrandus Patriarcha* 768 d

Maledictio. *Vide* Execratio.

Manifestatio conscientiæ, *Vide* Conscientia.

Manipulus sacer, *vide* Ornamenta sacerdotalia.

Mansuetudo *S. Dorothei Archimandritæ* 591 a, *B. Bertrandi* 776 a b. *S. Genesius* Mansuetudinem

docet

docet matrem suam, domesticis asperiorem 497 c.
Mansuetudo *orta ex superbia* 591 d
Per mare *sive navigio defertur S. Corbicani corpus ad locum destinatum* 220 e, *et S. Nicolaus Peregrinus* 235 b. *Inter* Maris *fluctus mirabiliter Deus servat S. Gudwalum* 721 b, *et hic iis intumescentibus terminum constituit* 720 b c. *Vide* Tempestas, Navigatio.
Maria Deipara, *oppidum Althirchiense ab incendio et direptione defendit, tamquam acies bene ordinata* 335 b; *apparens cæcum illuminat ut idololatriam deserat* 227 a b; *Moniales ad spiritualem vitam reformandam moneri jubet* 528 f, *Habitum Præmonstratensis Ordinis S. Norberto præostendit* 802 d, *promittit æternam gloriam B. Ferdinando* 575 a. *Ecclesiæ illius Dedicatio solenniter celebratur apud Habessinos* 33 d. *Imago ejusdem miraculosa in Liguria* 134 b. *Apparet instar Columbæ* 528 f. *Erga Virginem Lauretanam devotus B. Placidus Recinetensis* 549 f; *ejus Officium cum Missa quotidie a Canonicis suis cantanda præcipit Migetius Ep.* 678 a *in* Mariam Deiparam *hæreticorum infamis blasphemia* 832 f; *illudit ei impius Tanchelinus* 832 e
Martyrum *varia supplicia* 623 b. *Quomodo fuerint serra secti* 44 d e: *de eorum in persecutionibus numero varia disseruntur* 32 c e f; *quandonam in Galliis fieri cœperint* 13 e f. *Fidem negantes timore tormentorum, coguntur eadem sine* Martyrii *corona perferre* 160 b c. *Ad* Martyrium *et Apostolicos labores hortatur Pontifex S. Bonifacium* 471 d. *Hic ipsum optat* 471 a, *et sibi imminere lumine cœlesti docetur* 468 d; *discipulos suos ad idem hortatur* 463 f, 468 d: *interfectores ejus puniuntur* 464 a, Martyrium *virtutibus meretur S. Lucillianus* 271 e; *socios ad constantiam hortatur* 275 d, *vide* Constantia, Caput, Angelus, Oratio, Christianum nomen.
Martyrologio *ab Angelis inscribitur S. Concors Episcopus* 405 d
Matrem *videre recusant Ab. Pœmen et fratres ejus* 632 c, *publice peccantem a se repellit B. Meinwercus Episc. Paderb.* 523 d
Matrimonium *præ Religione suadet S. Norbertus Theobaldo Comiti Blesensi, et uxorem ei procurat* 829 c d. *Chlodovæum* Maritum *ad veram fidem convertit S. Chrothildis Regina* 287. *Sævitia Amalarici Regis Ariani in Chrothildim uxorem suam Catholicam* 289 b. *Mutuo consensu thoro sequestrati Eginhardus et Imma* 174 c, *uxor impedit mariti bona opera* 82 a. *Vide* Proles.
Medicus *S. Alexander M.* 160 f. Medicus *et monachus S. Agapitus* 131 f. *Sancti* Medici *gratis servientes* 132 a
Mendacium *fugit S. Claudius* 638 a: *numquam commisit S. Anub* 632 e. *S. Lidwinæ,* Mentiri *nolentis, candor animi miraculo honoratur* 390 d. *S. Alonii sententia de* Mendacio *explicatur* 390 c d
In Mercibus *laudandis et vendendis sinceritas S. Pelingotti* 146 b
Meretrix *publica, ob cæcitatem divinitus immissam pœnitens, sanatur* 643 b, *alia lasciviens punita convertitur* 305 d, *alia impeditur accedere ad sepulcrum S. Symeonis* 92 c. Meretricibus *conversis fundatum monasterium a B. Bertrando Aquileiensi* 773 e. *Vide,* Mulier.
Meritorum *communicatio, ab Ordine Cluniacensi concessa Confraternitati S. Morandi* 338 f
Miles *Martyr, S. Proculus* 49 c; *fortis et pius S. Gilbertus* 751 b. *Ad* Militiam *juvenes exercendos instituit in Hispania Rex Issen* 49 c
Ad Miraculum *impetrandum fiducia opus est* 300 b, *percutiendo sanat S. Marcellinus* 187 c d: *illis non convertuntur impii* 127 e f: *ea fingit Adelbertus Hæreticus* 466 d. Miraculorum *donum in alium transfert S. Nicolaus Peregrinus* 237 c. *Vide,* Blasphemia, Ignis.
Misericordia Dei, *Vide* Peccatum.
Misericordiam *et caritatem exhibet SS. Martyribus S. Paula Virgo Martyr* 268 e. Misericordiæ *opera exercent, S. Fortunatus Presb.* 73 a. *S. Gilbertus* 752 c *B. Andreas de Hispello* 358 a c, *S. Bonifacius Martyr* 470 f: *erga viduas præcipue et orphanos S. Sophia* 396 e, *S. Seleucus* 67 f, *S. Aldricus* 742 a, *S. Genesius* 316 c, *Theobaldus Comes Blesensis* 829 d, *S. Enneco* 115 a, *B. Ferdinandus Infans Lusit.* 555 d; *etiam in captivitate apud Mauros* 561 b. Xenodochia *varia fundavit S. Bertichramnus Ep. Cenomanensis* 701 a, Hospitalitatem *commendat S. Norbertus* 824 c, *et talia agentes Deus liberaliter remunerat* 256 f. *Vide* Eleemosyna, Infirmus, Religiosus.
Misericordia *erga Bestias, Vide* Bestia.
Missam *celebrat, instante martyrio, S. Marcellinus* 624 b; *quotidie, B. Petrus de Bono* 406 a, *S. Dorotheus* 597 f; *sæpe duas S. Norbertus et S. Aybertus* 818 a. *Celebranti S. Gudwalo ministrant Angeli* 721 e. Missam *et Officium divinum celebrare visus S. Joannes Evang. cum S. Stephano: alii Sancti communicare* 678 d, *de ornatu Sacerdotali et Pontificali agitur* 451 b c *Dæmon persuadere nititur S. Symeoni Diacono ut* Missam *celebret* 87 e *Vide,* Aranea, Ornamenta, Officium ecclesiasticum.
Missiones *quomodo instituerit S. Norbertus* 816 d
Monasterii *fundationem juvit S. Norbertus, etiam ante conversionem* 854 e f: *ex bonis suis varia fundanda curat B. Godefridus Cappenberg.* 828 e: *aliam juvant Angeli* 825, Monasterio *ad tempus donata eo elapso repeti prohibet Ven. Hildeburgis* 355 a b. Monasterii *locus divinitus designatur per aves* 752 a, *per Angelum S. Bertichramno oranti* 701 a *Meretricibus conversis fundatur unum a B. Bertrando* 773 e Monasteriis *beneficus B. Ferdinandus* 555 e. Monachos *Cluniacenses in Hispaniam, inducit Sancius Rex Aragoniæ Cantabriæ et Castellæ* 108 c *B. Meinwercus* Monachis *cibos negari vetat, quas Ecclesia ipsis indulserat* 527 d e: *erga eos reverens, benevolus et liberalis S. Henr. Imp.* 513 a b Monachi *contra silvestrem belluam expeditionem suscipiunt, fustibus armati* 9 e Monasticæ *virtutes S. Gilberti* 752 c. *et S. Bonifacii* 455 e. Monasterio *injuriosi puniuntur* 111 d. *Vide* Invidia, Religio, Necessitas temporalis, Angelus.
In Morbis *patientia S. Sophiæ. Vide* Infirmitas.
Monetam *novam cudi jussit B. Bertrand. Aquil.* 769 c
Morbi *immissi in pœnam peccatorum. Vide* peccatum.
Mortis *consideratione ad fervorem discipulos hortatur S. Dorotheus* 592 f, *ejus memoria servat a peccato* 390 d. Illam *sibi instare, persuasus a S. Henr. Imp. B. Meinw. se pie ad illam frustra præparat* 535 d, *idem rursus sic præparatus, ante altare expirat* 543 c: *idem faciunt B. Bertrandus pro Ecclesia interficiendus* 776 e, *et S. Dorotheus* 603 e. Mortuus *est, cum vellet, S. Coemgenus* 315 a. Mortem *suam prænuntiant, S. Adalricus* 743 d, *S. Davinus* 323 a, *S. Gudwalus* 728 d, *S. Symeon* 90 e, *S. Dorotheus* 603 e. Moriuntur *Justi cum completa fuerint a Deo ipsis prædestinata merita* 912 a, *brevis an diuturna hæc vita sit, nihil refert ad æternam* 912 c, *in cinere et cilicio* moritur, *cruce supra pectus posita, et humi stratus, Walthardus Archiep. Magdeb.* 911 c. Mors *pia, S. Norberti* 843 c *S. Claudii Vesontion.* 838 c; *S. Gudwali* 729; *secura, S. Eneconis* 114 d e, *et S. Pelingotti* 149 b; *læta, S. Coni* 352 f. *A* Morte *resuscitatus fit Monachus*

chus Petrus de Bono 406 a. Mortuus S. Kyeranus reviviscit, et loquitur cum S. Coemgeno 311 c. Vide Prophetia, Angelus, Revelatio, Apparitio.
Mortificationis studium S. Theobaldi 135 a, ea diu exercitus in cœlos ascendit B. Leonardus Reclusus 363 c. Occidendum corpus, ne occidat animam 506 e. Vide Austeritas vitæ, Jejunium, Abstinentia, Pœnitentia. Ulcera.
Morum reformatio. Vide, Reformatio.
Mulier pietatis specie S. Nicolao Peregrino insidiatur et calumniam struit 234 e. Mulierem curiose aspiciens increpatur S. Symeon 87 b. Vide, Venenum.
Multiplicatio frumenti et vini per B. Gerardum 756 d. Vide Panis.
Munditiem in rebus sacris commendat S. Norbert. 824 b
Mundi illecebras fugit S. Genesius 497 c, ejus vanitati deditus S. Norbertus ante conversionem 809 a, ad palam ei renuntiandum gradatim procedit 809 c Mundi contemptus in S. Norberto 853 c et sociis ejus 805 e, 824 a b : idem illius vanitatem pro concione exponit 811 a. Vide Aulicus, Humilitas.
Munificus in plebeios operarios B. Meinwercus 509 a
Munificentia erga Ecclesiam, Vide Ecclesia.
Munerum dies quinam apud Romanos dicerentur. 161 d

N

Navigatio mirabilis S. Petroci 393 a
Navim magnam ad terram propellit miraculose S. Nicolaus Peregrinus 235 c. Nautarum patronus S. Erasmus 213 b; Vide Mare.
Necessitate temporali probantur S. Norbertus et ejus discipuli 823 a b
Necromantia usus dicitur Herbertus Archiepisc Vesontionensis schismaticus, ad deprehendendos maleficos 690 c
Nobilis genere S. Attalus M. 160 e, SS. Pamphilus et Seleucus 63 d
Nomen Christianum. Vide, Christianum nomen.
Nuptias secundas dissuadet matri suæ S. Wistanus 84 a ab iis miro casu impeditur Ven. Hildeburgis 354 c. Spretis nuptiis Christo adhærere vult S. Ninnoca, et patris impetrat consensum 401 b
Nutibus Christiani confortant vacillante ad tormenta Martyres 31 c

O

Obedientia, signum præsentis gratiæ Dei 598 a, tranquillitatem parit 590 a, cum laudat Jesus in B. Andrea Hispellate et sua apparitione remuneratur 357 d, ex eadem proficiscenti cæco Angelus lumen et ducem se præbet 313 f; transnatat Monachus torrentem exundantem 590 a b, S. Coemgenus ignem in sinu portat innoxie 305 e, B. Heimeradus canendi imperitus, optime canit 509 e Orationem omittens, non amittit benedictionem 593 d, S. Symeon difficile et inutile iter aggreditur 88 e. Obedientia dæmon ligatur 827 c; infirmus sanatur per S. Norbertum 846 a; Obedientia discipulorum ejus 824 a; S. Gregorii Trajectensis erga S. Bonifacium magistrum suum 479 a. Obedientiam S. Dosithei exercet S. Dorotheus 589 c d.
Vide Religiosæ virtutes.
Ex oblationibus in ecclesia, fundata Carthusia 490 d. Avaritia in iis punita 493 a. Vide, Sanctorum cultus.
Observantia, Vide Parentes.
Obstinatio eorum qui interfecerunt S. Conradum 127 d
Occasio peccandi, Vide Peccatum.
Oculis evulsis miraculose videt Petrus Comes Polonus 630 f
Ex Odio in filium mater B. Meinwerci bona sua dat monasteriis 543
Odor suavis, relinquitur post apparitionem Sanctorum 728 c, domum replet moriente S. Chrotilde 291 b, et carcerem B. Erasmi 209 b, Odore miraculoso redolent Reliquiæ S. Davini 326 e, S. Gilberti 753 a, S. Coni 351 e, 353 a, Ven. Popponis 102 e, B. Gerardi 757 b, S. Marcelli Presb. M. 193 c, S. Nicolai Peregrini 244 f. 253 c, S. Blasii 252 b, S. Ceratii 697 f, S. Alexandri Ep. M. 739 c Ven. Willelmi Rothensis 887 f, B. Franciscæ de Cumis 407 e S. Enecouis 118 b, S. Genesii 497 d, SS. Justi et Clementis 432 f, et variorum Sanctorum 364 d 487 a. Vide, Reliquiæ.
Officium divinum canunt Angeli cum S. Gudwalo 721 d, illud in capella sua peragi magna reverentia curat B. Ferdinandus 555 b c. Officium B. Mariæ et Missam quotidie cantandam curat S. Migetius 677. f Vide, Chorus, Ecclesiasticum Officium, Missa, Horæ Canonicæ.
Oleo sacro inungitur S. Chrothildis 291 b. Oleum miraculosum ex Reliquiis SS. Reveriani et Sociorum 40 f ; vide Liquor. Oleo lampadis infirmum sanat S. Eneco 113 e
Opificio victum lucratur Presbyter S. Fortunatus 73 a vide Panni tonsor.
Opus servile, Vide, Festum.
Oratio brevis et pia Kyrie Eleison 232 a. Orationi deditus S. Pelingottus 146 b, eamdem frequenter facit extensis in crucem brachiis 147 e, et magnum fervorem ex ea concipit. Ibid. f. Item S. Bonifacius 455 e qui Orans ad Reliquias S. Petri creditur gratiam martyrii impetrasse 478 e; S. Bertrandus, qui noctem illi impendit 774 f, 775 f, S. Nicolaus Peregrinus 239 e. S. Medulphus 74 f, 75 a, S. Genesius 497 e, S. Eneco, qui virtutem humilitatis superbo impetrat 111 b, S. Davinus 322 f, S. Theobaldus 135 a, S. Claudius Vesontionensis 640 b. S. Romanus 81 f, S. Petrocus, qui sub ea non madefit a pluvia 396 e. Oratio frequens S. Chrothildis 290 a, Ven. Hildeburgis 354 f, Sophiæ Senatricis 396 c S. Henricus Imperator in ea noctu reperit S. Heribertum Colonien. 531 e. In Oratione et jejunio B. Ferdinandus Infans transigit tempus captivitatis apud Mauros 561 b, S. Coemgenus sub ea arborum et avium cantu recreatur 309 b, S. Bertichramno Oranti Præmonstrat Angelus locum monasterii ædificandi 701 a. Orans in spineto, tamquam ignito, conspicitur S. Petrus spina 21 * c d S. Norberto et sociis Orantibus cum jejunio revelatur locus et status futurus Monasterii Præmonstratensis 825 c d e, 849 d e. Oranti eidem revelantur S. Gereonis M. Reliquiæ 822 d, idem Orationem diuturnam præmittit prædicationi 818 b. Disciputi S. Gudwal Oratione miraculose evadunt latrones, et per pluviam incedentes non madefiunt 723 a. Orationes per triduum indicuntur ad exquirendam divinam voluntatem 181 c, et ante solennem visitationem Reliquiarum 176 d, nominatim S. Andreæ de Hispello 359 c. Addito jejunio inveniuntur Reliquiæ S. Adami Conf. 329. Orationis tempore dormitans punitur 91 c, præsentes benedicit Angelus, et absentes ex obedientia 593 b, eadem et pœnitentiis coercentur dæmones 827 c, iisque uruntur 309 c, S. Symeon variis terriculamentis molestos, diutius illam continuando vincit 90, a uti et S. Illidius Ep. 421 c. Orationes duorum ad mortem damnatorum, quorum unus vitam æternam, alter temporariam petebat, exaudiuntur 314 f. Vide, Desperatio, Religiosæ virtutes, Unio cum Deo, Reliquiæ, Chorus, Officium

cium divinum, Missa, Saga, Peregrinatio, Infirmus, Somnus, Contemplatio.
Ordines *Diaconatus et Sacerdotii eadem die suscipit S. Norbertus* 811 a, *de quo postea apud Pontificem pœnituit* 811 f
Ordines *militares Avisii, Christi, et S. Jacobi* 556 b
Ordinis *Præmonstratensis exiguo tempore magna propagatio* 851 e f, 852 d e f. *Vide*, Vestis, Tertiarius.
Ornamenta *Ecclesiastica comparat beatus Meinwercus* 529 b, *et a S. Henrico Imp. impetrat* 535 a b c; *Dalmaticam mittit Zacharias Papa sancto Austroberto Episcopo Viennensi* 425 f
Ornamenta *sacerdotalia S. Bonifacii Ep. Martyris* 484 f, 485 a. *Vide* Tunica, Stola, Vasa sacra, Indulgentiæ, Missa, Munditiei.
Otium *fugit B. Ferdinandus Inf. Lusit.* 556 f
Oves *a lupis liberat S. Romanus.* 82 a

P

Pallium Archiepiscopale *quid significet* 679 e f, 679 a b c *istud Adalbertus Magdeburg. petit et impetrat* 905 a; *solicite servandum curat S. Norbertus* 847 a. Palliolum *S. Nicolai Peregrini miraculis claret, ipso adhuc vivente* 237 b
Panes *multiplicati per B. Eneconem* 112 a; *conversi in lapides propter impiam pistoris execrationem* 485 c. Pane *cœlesti aluntur in carcere SS. Pergentinus et Laurentinus* 266 f. *Vide*, Jejunium.
Panni tonsor, *S. Ferrus Episcopus* 262 b
Papa, *vide* Pontifex.
Parentum *observans S. Genesius* 497 c: *eos inordinato affectu diligens quidam a virtute recedit* 233 b. *Parentem a Religione retrahentem fugit S. Gualtherius, cœlesti voce admonitus; deinde ipsimet eam suadet* 398 f. *Vide* Educatio, Religio, Mater.
Parochus *impudicus nequit Ecclesiæ suæ bene præesse* 830 f
Parricidium *propter ambitionem patratum, a Childeberto et Chlotario* 289 a b c
Parvulos *ad se allicit fructibus, et Laudes Dei docet. S. Nicolaus Peregrinus* 239 c d. *Vide*, Confraternitas.
Passionem Christi *mirabiliter imitantur S. Pelingottus* 147 b: *ob ejus amorem multa pati optat S. Norbertus* 838 e f
Pater, *vide* Parentes.
Patria. *Vide*, Jerusalem.
Patientia *inter injurias et contumelias, S. Olivæ,* 331 e: *et S. Norberti, etiam a vili homine eas ferentis* 811 a, *aliasque persecutiones* 813 b. *In his imitandam statuam docet S. Anub* 632 a. *S. Joannes eremita* patienter *rerum suarum direptionem sustinet* 255 d. Patientia *B. Heimeradi mirabiliter exercetur a B. Meinwerco, ejus sanctitatem ignorante* 509 c d, *et B. Ferdinandi Inf. Lus. per varias contumelias in captivitate Maurica* 559 d *ad eas animati cœlestis gloriæ spe* 575 c. Patientia *S. Dorothei* 589 d. Patiendi *amore impium se et stultum fingit S. Nicolaus Peregrinus* 235 d. *Post* Patientiam *diuturnam malorum, ab Angelo juvatur S. Coemgenus* 309 a. *Vide* Infirmitas, Persecutio, Passio, Detractio Morbus. Sputum, Energumenus, Frigus, Captivitas.
Patronus *Bohemiæ electus S. Norbertus auctoritate Ordinarii* 869 d. Patronus *in Peste, vide* Pestis.
Paupertas Evangelica et Religiosa, *S. Davini* 322 d, *S. Pamphili M.* 64 a, *S. Norberti* 802 b, 814 d, 816 f, *S. Caprasii* 76 b, *S. Ronani* 81 f, *S. Cypriani Ep. Carthagin. omnia pauperibus erogantis* 264 c, *erga utensilia et reculas immoderatus affectus coercendus* 589 a: *magna egestas monasterii S. Martini Laudunensis exiguo tempore abunde sublevatur* 851 e f. Paupertatem *et omnium rerum penuriam experiuntur S. Bonifacius et discipuli inter prædicandum* 477 a b. *Vide* Vestitus vilis, Regnum, Necessitas temporalis.
In Pauperes *misericordia S. Genesii* 497 b, *B. Meinwerci* 527 b c, *B. Gerardi, qui frumentum et vinum miraculose multiplicat* 756 d; *S. Coemgeni, qui erogata miraculose recipit* 305 f, *uti et S. Norbertus cum suis* 846 a, *S. Gelasii, omnia distribuentis cum iret ad martyrium* 628 c; *S. Joannis Eremitæ* 255 b, *B. Bertrandi Aquileiensis, duo millia sustentantis tempore famis* 775 a, *S. Guduali equum donantis qui postridie alium simillimum recipit* 727 d. Pauperum *curam commendat S. Norbertus* 824 b, *in illos liberalis* 835 f, 836 d. Pauperum *oppressionem reprehendit S. Nicolaus Peregrinus, ideoque affligitur* 234 c. Pauperes *etiam decet a Pontifice audiri* 849 a. Pauperi *ad suas Reliquias oranti, procurant sancti largam eleemosynam* 623 e. Paupertatem *mentitum increpat S. Lifardus* 294 e, *alius inique accepta restituere cogitur* 311 a. *Vide*, Fames.
Pax *inter inimicos coram sacris Reliquiis inita* 185 b, *ejus studiosus S. Gilbertus* 752 c; *plures reconciliant S. Eneco* 111 c, *et S. Norbertus* 818 a b c. *Hoc hortante* pacem *inire pertinaciter renuens, divinitus impeditur discedere* 818 d e, *illius inimicus dæmon, Congregatione expellitur* 683 e f, *eamdem recusans in prælio moritur Garcias Rex Hispaniæ* 115 f, *alius eadem causa punitur* 818 e, *dum eidem conciliandæ satagit S. Hugo Cluniacensis, apparet super eum Spiritus sanctus* 683 e f
In Peccatorum *punitionem permittitur dæmon pestilentiam aliasque plagas regno immittere* 190 c, *et innoxios quoque vexare* 437 a b, *S. Norbertus eadem de causa quemdam dæmoni vexandum tradit, deinde liberat* 830 e f. Peccata, *causa exurgentis hæresis* 830 f, *S. Gilbertus iisdem imputat cladem Christianorum in Terra sancta* 751 b c. Peccator *ecclesiam ingredi nequit, nec tamen convertitur* 129 e *item alius feliciori successu* 647 a b, *propter homicidium excæcatus eo remisso miraculose illuminatur* 236 f, *homicidæ S. Conradi divinitus puniuntur* 129 e f. Peccatricis *cadaver nec terra nec aqua ferre potest* 525 a, *in* peccatum *lapsus surgere debet, et confidere de Dei misericordia* 589 a. Peccatorem *conversum ad monasterium adducit S. Eneco* 111 c. Peccandi *occasionem deserere volentem impediens, post triduum subito impœnitens moritur* 655 b, Vitiorum inveteratorum extirpatio *difficilis* 593 a, 594 a b c d. *Vide* Ferocia, Furtum, Latro, Bellum, Meretrix, Eleemosyna, Impudicitia.
Peccatum veniale *grave malum adferre docet S. Dorotheus* 593 a b, *et Religiosis maxime vitandum* 87 c. *Defectum minimum reprehendit dæmon in S. Norberto* 814 d, *hic* peccatum *leve ingenti eleemosyna eluit* 835 e f. *Vide*, Defectus, Conscientia.
Pecunia *ad eleemosynam subministrata miraculose* 73 b, *eam quomodo corraserit Tanchelinus hæreticus specie pietatis* 832 e
Pedum *Episcopale B. Meinwerci* 502 f, *Vide*, Ornamenta.
Penuria, *vide*, Paupertas, Necessitas.
Percussor *S. Nicolai Peregrini punitur divinitus* 236 e
Perdices *volantes, Romam adducit S. Adelbertus* 302 a
Peregrinatio *ad loca pia Hibernis admodum usitata* 222 e, Peregrinatur *Romam S. Genesius dimisso Episcopatu* 316 e *item S. Bonifacius* 457 a, 460 b, 471 a, *Romam et Hierosolymam S. Petrocus* 393 a, *Hierosolymam Poppo Archiepisc. Trevir.* 89 f; *S. Symeon postea Reclusus* 87 a, *et S. Joannes Eremita*

Eremita 255 b : eodem, Romam, Compostellam etc. S. Davinus 322 f, Romam S. Alqisus et socii 218 d. 221 b, ad S. Jacobum S. Morandus 342 a. Peregrinatio pia SS. Caprasii et sociorum 75 c e, eam suadet dæmon solitario et contemplativo, cujus orationes oderat 309 d, 311 e f. Peregrinos Lauretanos hospitio suscipit S. Placidus Recinetensis 549 d. Vide, Jubilæum, Pes.

Perfectionis consequendæ studio ardet S. Dorotheus 527 e f, quotidie conatur proficere S. Migetius Ep. 678 c. Vide, Profectus.

Perfidia Maurorum in Christianos se dedentes 258 c f

Perjurium commissum ad Reliquias Sanctorum punitur 524 d. cum eo furtum negans mirabiliter confunditur 307 c. Perjurium aliud punitum 467 d

Persecutio in Christianos non semper Imperatoribus imputanda, sed sæpe Præfectis urbium 21 c; oritur ex plebis clamoribus 158 c, cujus initio varus incommodis afficiuntur Christiani 158 b. Crimina nefanda ab idololatris Christianis afficta 158 d e, sævitia in Christianos 373 f, persecutores puniti 68 e. Vide Crypta, Solitudo.

Persecutiones patienter sustinet S. Symeon 90 c, multas ob virtutem S. Norbertus 838 b, et a Canonicis secularibus quos reformare volebat 814 a

Pedes lavantur peregrinis hospitibus 223 f

Contra Pestem invocatur Patrocinium SS. Justi et Clementis 439 f, S. Alexii 512 c. B. Gerardi Tinctoris 761 d, 763 a b c. S. Paulinæ cultum Olomucii in Bohemia intermittentes peste corripiuntur 625 f, contra hanc invocati, S. Florentius 33 c, 34 b, 38 b. S. Eneco 123 d. Vide, Peccatum.

Piscis miraculose captus 74 f : plures ultro se capiendos offerunt ad honorem S. Bonifacii 469 a, tuentur S. Gudwalum a maris æstu 720 b c; uno alitur S. Petrocus per septennium, post hoc adhuc integro et vivo 393 a b

Plumbatis cædi quid sit 624 c

Pluviam impetrat siccitatis tempore S. Eneco 107 c, et intercessione ejus accolæ sæpius 118 c, 119 e, 119 e f; eodem fine invocatur S. Baumardus 9 c, B. Andreas de Hispello 358 d, 362 b, S. Marcellinus 203 e. Pluvia sistitur ad ingressum Processionis et Reliquiarum in urbem 870 c, a pluvia, saxo cum contegente, defenditur S. Morandus 338 a, Discipuli S. Gudwali, per pluviam incedentes orando, non madefiunt 724 b c, vide Serenitas.

Pluviale, Vide, Ornamentum ecclesiast.

Podagricorum Patronus S. Nereus Treviris 101 e

Poetæ Virgilii versus Eclogæ 4 de adventu Christi explicati 37 a

Pœnitentiæ Sacramentum, vide, Confessio. Pœnitentiam publicam facit S. Henricus, ob familiariter derisum Episcopum 535 d

Pœnitentiæ S. Pelingotti 148 b, S. Davini 322 e, S. Genesii Episcopi 316 c, S. Olivæ 331 d, S. Gilberti 751 f. Iis deditus a pueritia S. Conus 352 d; earum rigor inter Præmonstratenses 846 b; iisdem coercetur dæmon 827 d. Cingulo ferreo utitur S. Bazalota 629 b. Vide, Austeritas vitæ, Jejunium, Somnus, Vestitus, Frigus, Cilicium, Victus.

Pœna peccatorum, vide Peccatum.

Pontes in via publica construendos curat S. Joannes Eremita 255 f

Pontificis Romani Legatos reverenter suscipit B. Bertrandus Patriarcha Aquileiensis 776 b. Pontificiam auctoritatem; etiam in male vivente, reveretur Poppo Archiep. Trevirensis 93 e

Prædicationi diuturnam orationem præmittit S. Norbertus 819 a b; ea fungitur, nulla accepta mercede 816 d, magno concursu 817 f, ignoto idiomate, intelligitur ab auditoribus 815 b. In prædicando assiduus B. Bertrandus Aquileiensis 774 e

Prælium, Vide, Bellum, Victoria.

Præsagium gravidæ matris de futura prolis sanctitate 352 d

Presbyter opere manuum victum lucratur S. Fortunatus 73 a

Primatus Ecclesiæ Viennensis in Gallia 70 f

Princeps omnibus dilectus B. Bertrandus Patriarcha 776 b. Principis Ecclesiastici virtutes in B. Meinwerco 504 e

Processio solennis cum Reliquiis Sanctorum et venerabili Sacramento 176 f; cum Reliquiis S. Nicolai Peregrini 251 c, S. Davini 327 a, S. Paulinæ Virginis et M. 626 b, S. Florentii M. Duaci 39 b. Processione solenni ad multas leucas deferuntur Reliquiæ SS. Marcellini et Petri 180 c, aliæ Reliquiæ processionaliter translatæ 302 f, ad Processionis solennis initium fit serenum 497 c, 890 f. Processionem magnificam ad honorem S. Norberti Pragæ 870 c, 875 e, comitatur ipse Imperator 876 e. Alia eidem Sancto instituta Antuerpiæ 888 d, 890 f. Vide, Pluvia, Reliquiæ, Processionem cur Canonici Tutelenses ducant cum fustibus 9 e

Procuratorem S. Norbertus diutius a dæmone obsideri permittit, ut pro delictis suis satisfaciat 829 c

Proditor, Vide, Innocens.

Profectus quotidianus commendatur a S. Alexandro Veronen. 391 b, Vide, Perfectio.

Prolem multis precibus postulant et impetrant parentes S. Gualterii 398 a b. Sterilibus eam petentibus patrocinatur S. Joannes Eremita 256 c. Vide, Abortus, Educatio, Filius.

Prophetiæ spiritus B. Leonardi Reclusi 363 b, 364 a, S. Eneconis 114 a b. S. Symeonis 88 e f, S. Pelingotti 148 b c, S. Norberti 802 d; cui revelatur defectio unius sui socii 849 f, et sicarius veniens ad eum interficiendum 838 : idem Sanctus prædicit se Episcopum futurum 853 e, seditionem in se concitandam 846 f, famem futuram 846 a, locum sui Ordinis fundandi sibi revelatum designat 849 e f, 850 f. Prædicit mortem suam S. Bonifacius M. 463 b. S. Henrici Imp. S. Heribertus Colon. 531 a b. Eodem spiritu varia prænoscit S. Coemgenus 317 e, sepulturam sibi sub dio eligit S. Theobaldus 135 c f. Prophetia falsa S. Petroci 393 b. Vide, Vaticinium, Mors.

Providentiæ divinæ per malam alicujus fraudem satis fit 906 d

Prudentia S. Norberti, nihil magnum statuentis nisi explorato occulte aliorum judicio 839 d

Psalmodia, Vide, Chorus.

Psalterium puella didicit necdum duodennis 821 e

Pudicitia in verbis aliisque actionibus B. Ferdinandi 555 d

Puer S. Ponticus martyrium fortiter subit 161 f. Pueritia pia S. Aldrici Episcopi 741 d, S. Coni 352 d, B. Gerardi Modoetiensis 756 a, a Pueritia Deo offertur per parentes S. Morandus 341 e f. Religionem ingredi statuit S. Dorotheus 596 c. Pueris maxime se miraculosum ostendit S. Gilbertus 752 d. Vide, Educatio.

In Purgatorio dicit se fuisse Walthardus Archiep. Magdeburg. post mortem apparens 912 c. In eo fuisse annis 34 se dicit Ludovicus Pius Imper. filii sui Ludovici preces postulans 192 e

R

Ex Radio solis aut luminis miraculosi pileus dependet S. Alexandri Episcopi Fæsulani 739 d. Radiis solis portatur S. Nicolaus Peregrinus 232 d

Rana, Vide, Dæmon.

Reformatio non facile in monasteria introducitur 526 e f, 528 b : de ea seniores libenter audiunt, sed

sed non juniores 811 a b: *illam non admittunt Canonici a S. Norberto* 819 c. *Vide*, Persecutio.

Regnum *paternum deserunt fratres S. Ninnocæ, ad vitam Religiosam amplectendam* 400 e, *et S. Petrocus* 392 d

Regulam *suam commendat S. Augustinus Præmonstratensibus* 846 b. Regulam *servantibus prospicit Deus de commodis temporalibus* 527 d e. Regulares *Canonicos pro secularibus difficulter inducit Magdeburgi S. Norbertus* 837 f

Religio Christiana, *Vide*, Idololatria.

Ad Religionem *mirabiliter vocatur S. Hugo, Socius S. Norberti* 816 a b; *subito, B. Placidus Recinetensis* 549 c, *S. Gregorius Ultrajectinus per spirituale colloquium* 476 c. *Apta adolescentibus exhortatio ad eamdem* 108 f: *ipsam ingredi statuit adhuc puer S. Dorotheus* 596 b c: *puer S. Bonifacius a patre impeditur; is dein morbo correptus consentit filio* 454 a b, *invitis parentibus adit eam S. Francus* 545 a b, *S. Conus eos ideo fugiens in clibanum ardentem sese abdit* 352 e, *et Episcopatum dimittunt S. Gurvalius* 716 a, *S. Gudwalus* 718 c *Bartholomæus Laudunensis* 853 b, *et S. Claudius Vesontionensis* 638 e. Religiosam *vitam, cum filio cui repugnarant, assumunt parentes S. Gualterii* 399 a d, *B. Godefrido Cappenbergensi adversati consanguinei dein consentiunt* 828 e f. *S. Norbertus* Religionem *dissuadet Theobaldo Comiti Blesensi* 829 c d. Religiosæ *virtutes S. Dorothei et sociorum* 600 c, *S. Eneconis* 109 a, *S. Dorothei Archimandritæ* 587 e, 588 a, *B. Firmati* 549 d, *S. Claudii Vesontionensis* 640 e, *B. Placidi Recinetensis* 549 d *S. Acti* 111 a, *S. Bonifacii Mart.* 470 c, *S. Morandi* 342 e. *In* Religiosos *caritas Bartholomæi Ep. Laudun.* 849 c d, *et Ven. Hildeburgis* 354 d e f. *Plura Monasteria fundat S. Bertichramnus Episc. Cenomannensis* 701 a. Religiosos *qui juvant participes fiunt meritorum* 852 c. Religiosis *data monita a S. Petroco* 393 e. *Vide*, Reformatio, Regula, Infantia, Regnum, Peccatum veniale, Habitus, Solitudo.

Reliquiarum *translationi præmittitur jejunium* 870; *et oratio multa* 739 b: *eas non honorans possidetur a dæmone* 432 f; *ad eas pejerantes puniuntur* 524 d *earum translationi obsistere volentes divinitus impediuntur* 59 f. Reliquias *S. Gudwali indigne contingens punitur, et sanatur pœnitens* 735 c d. *Capsam* Reliquiarum *suarum aperiri ab aliis quam Religiosis vetat B. Placidus Recinetensis* 550 c. Reliquias *Sanctorum non reverenter attingens capillos amittit* 698 b; *contemnentes puniuntur infirmitate, resipiscentes sanantur* 433 a b: *auferre eas volens divinitus excæcatur* 668 b. *Pars ablata jussu Sanctorum alteri conjungitur* 185 c d *seqq.* Reliquiarum *fur punitur* 324 a, *eas irreverenter attingentis manus arefacta, pænitenti sanatur* 739 b *Violantes tumulum S. Alexandri Ep. puniuntur* 739 a b. *Pallio B. Gerardi puerperis imposito, felix partus impetratur* 761 b. *Pallium S. Nicolai Peregrini ipso vivente miraculis claret* 237 b. Reliquiæ, *igne probatæ an tales essent, prodigiose conservantur* 84 d: *ob parvitatem non contemnendæ* 221 c. *Pileus S. Davini ægrotantium capiti imponitur ad levamen* 325 c. *Galea S. Crescentini cephalalgiam sanat* 57 e. Reliquiæ *SS. Petri et Marcellini copiosum sanguinem stillant* 181 b c, *aliæ suavem odorem spirant* 57 e 284 d. *Imago Crucifixi se convertit ad* Reliquias *S. Gudwali* 761 a b: *a bestiis servatur illæsum corpus S. Conradi* 127 e. Reliquiis *ignotorum Sanctorum divinitus exhibetur quædam veneratio* 667 b. *Sanguis et Dalmatica S. Stephani sunt in honore* 678 e. *Luminaria ultro accensa ad sacras* Reliquias 129 f. *Inventis iis ultro pulsantur campanæ* 139 b. Reliquias *Martyrum sepeliendas honorifice Christiani curant* 2 *sec.* 162 c: *ad hoc eas petit S. Porphyrius* 66 c. Reliquiæ *inventæ et translatæ miraculo* 40 d, 329 c: *quædam transferri nequeunt nisi prævia oratione* 698 a, *aut voto ecclesiæ in Sanctorum honorem cum Monasterio struendæ* 25 e f. *Absconditæ, genuflexione animalium innotescunt* 54 e, *Miraculoso lumine indicantur* 57 d; *a tauris indomitis ad Ecclesiam devehuntur* 54 e. Reliquiæ *S. Theobaldi immobiliter consistunt in loco, quo Sanctus honorari vult* 136 b: *Clam ablatæ, Deo ita volente* 178 c. Reliquiarum *translationem impedire volentes percutiuntur cæcitate* 23 e f. Reliquias *S. Catharinæ miraculose accipit S. Symeon Peregrinus* 88 b. *S. Clementis, quomodo acceperit S. Hildius* 421 a b, 423 c d. Corpus *S. Bonifacii immotum manet, cum vellent ipsum alibi quam jusserat sepelire* 465 c, *transferendum Moguntiam monet apparens ipse Sanctus* 468 f: *quod honorifice fit* 464 d e, 468 f: *et B. Placidi Recinetensis ad ecclesiam sui Ordinis ministerio Angelorum* 549 f: *eodem fine apparet S. Conradus* 128 d, *aliique Sancti* 180 f. Reliquiis *adferendis, processionaliter occurritur ab accolis* 181 d 185 a b, *lutosa ob pluvias via mirabiliter siccata* 181 e f, *et eas ferente per imbrem non madefacto* 253 c. Reliquiarum *miraculosa sed quasi fortuita inventio* 622 b. *Corpus S. Florentii circumlatum grassantem pestilentiam sistit* 33 c, *S. Eutychii a bobus indomitis ad locum sepulturæ divinitus destinatum trahitur* 444 b c. Reliquiæ *S. Gilberti inveniuntur, præmissis jejuniis et Orationibus et Missæ sacrificiis* 753 d *Monasterio illatas multiplex benedictio divina sequitur* 753 e f. Reliquiæ *S. Chrothildis circumlatæ in publicis necessitatibus* 287 a, *S. Mauritii ab Ottone I Imp. Magdeburgum translatæ* 848 c *S. Norberti, magno multorum studio requisitæ, obtentæ, inventæ et translatæ* 857 *et seqq. solenni processione semel iterumque ac sæpius circumferuntur* 870 d e *earum contactu Brandea sanctificata* 896 e f, *ad* Reliquias *Sanctorum orans pauper largam ab his impetrat eleemosynam* 623 e. *Accurata descriptio quo statu nunc sit Corpus S. Davini* 325 d *et seqq.* *Vide*, Processio, Aves, Integritas corporum, Odor, Tunica, Stola, Oleum, Campana, Oratio, Angelus, Pluvia, Pax, Crypta, Mare, Columna, Crux.

Revelatur *mors B. Meinwerci B. Godehardo Hildesheimensi Episcopo* 543 d. Revelationes *S. Abbatis Anub et aliorum Sanctorum* 632 e f, *Vide*, Prophetia.

Erga Regem *afflictum fidelitas S. Bertuchi* 704 c d

Rhetorica *in locat S. Cyprianus Ep. Carthagin* 254 c.

Rituum ecclesiasticorum *periti, B. Ferdinandus et mater ejus Regina Lusitaniæ* 557 a 558 b: *Idem illos in capella sua solicite observandos curat* 557 a b

Rosarium *vel Corona Dominica a Michaele Camildulensi instituta* 364 d

Rupes *aquam emittit usibus Sanctorum* 720 a

S

Sacerdotum *impiam vitam emendare conatur S. Bonifacius* 457 e, 461 a b. Sacerdotis *solitarii virtutes in Dorotheo* 597 e. *Vide*, Presbyter, Missa.

Sacramentalia, *Vide*, Exorcismus.

Sacrilegi *puniti* 758 e, *ecclesiam exurens paralysi percutitur* 4 a b. Sacrilegum furtum, *Vide*, Furtum. Sacrista *impudicus apparente S. Ceratio punitur infirmitate, pœnitens sanatur* 688 b. Sacrista *pius Giraldus* 698 c, Sacristæ *inurbanitas et contumacia castigata* 526 e

Sævitia

Sævitia, *Vide*, Abbas.

Saga *infantem incantare conata*, *interficitur oratione S. Coemgeni* 312 d

Sanctorum cultus *probatur in translatione SS. Marcellini et Petri* 173 a. Sanctum *qui non honorat furtum ei facit* 532, *S. Nicolai Peregrini cultu floresceit civitas Tranensis* 248 e, *lupus ovem S. Gudwalo oblatam refert, et pro ea aliam rapit* 734 f, *Vide*, Missa.

Sanctorum Acta, *Vide*, Acta Sanctorum.

Sanctimoniales *accersit ex Anglia in Germaniam S. Bonifacius, ad instruendum nobilium filias in doctrina Christiana* 467 a

Sanguis *S. Stephani honoratur* 678 e. Sanguinem *salix percussa emittit* 438 d, *copiosum stillant Sanctorum Marcellini et Petri Reliquiæ* 181 b c

Sapientia *multiplex S. Pamphili M.* 62 c

Saxum *capiti S. Morandi tegumentum præbet a pluvia* 338 a

Scapulari *suo infirmum sanat S. Eneco* 113 e. Scapulare *etiam Canonicis secularibus usitatum* 848 a b c

Schisma *Petri-Leonis ei sublatum* 843 b

Scripturæ sacræ *interpretationem audiens convertitur ad vitam Religiosam S. Gregorius Ultrajectinus* 476 c d, *earum intelligentissimus S. Valens Diaconus* 64 b, 65 e; *studiosus B. Ferdinandus* 555 a. *Difficiliores in ea quæstiones scrutari vetat S. Dorotheus discipulum Dositheum* 589 d e

Senex, *Vide* Ætas.

Sepulcrum *sub dio sibi eligit S. Theobaldus instinctu divino* 135 b, *illud sibi immobilitate corporis designat S. Alexander Ep. M.* 739 b e: *de eo inter se pacis nutu S. Walbertus Ab. et Megetius Ep.* 680 b e. *Locus primæ* Sepulturæ *B. Meinwerci occultari non potest* 502 f, *eam sibi præparat S. Symeon Reclusus Treviris* 90 d

Serenitas *aeris impetratur invocatione S. Clari* 9 c, 10 e. *B. Andreæ de Hispello* 358 d, 362 a, *intercessione S. Enecconis* 121 e, *et S. Marcellini* 20? e *datur inchoata processione solenni* 890 f

Serpens *immanis, dæmonum habitaculum, oratione interfectus per S. Lifardum* 293 f, *S. Eneco, alteri imperat, ut seipsum comburat* 113 e, *tripedalem evomit mulier, et sanatur per S. Petrocum* 393 d

Serra *an et quomodo secti fuerint Martyres* 44 e f

Servus *sanctus, Porphyrius Martyr* 63 d, 66 c

Servos *segnes puniendos, laboriosos bene nutriendos ostendit B. Meinwercus* 527 a, *eorum fidelitatem in dominos explorat. Ibid. probatur illa etiam erga defunctum B. Ferdinandum* 576 a. *Vide*, Famulus.

Servile opus, *Vide*, Dominica, Festum.

Signum Crucis. *Vide*, Crucis signum.

Silentium *S. Medulphi adhuc pueri* 74 e, *servant illud in itinere S. Norbertus et socii* 825 e

Simoniam *odit B. Bertrandus* 774 a

Sitim *fortiter sustinent Martyres* 413 c

Sobrietate *valetudinem diu servat B. Bertrandus et delicatioribus cibis ac vino abstinet, vulgaribus parce contentus* 776 c d

Sub Sole *ardenti perdurant Martyres* 413 c. *Vide*, Radius.

Solitudinem *petit tempore persecutionis B. Erasmus* 208 d, *præ contemplationis desiderio S. Joannes Eremita* 255 e, *ut in virtutibus proficiat S. Lucillianus* 270 e: *in eam frequenter secedit S. Eutychius* 444 c, *remotiorem petit magister S. Symeonis et ipse Symeon* 87 d e 88 e, *ac S. Francus, viam monstrante urso* 545 b c d. Solitariam *vitam ducit S. Eneco* 108 e f 109 b c, *et S. Coemgenus* 308 d. Solitudinem, *non loci, sed animi quæsivit et invenit S. Dorotheus Archimandrita* 587 e f. *Vide*, Tentatio Episcopus.

Somnum *non capit S. Anub* 632 e, *parce dormit S. Attalus* 715 a, *duriter et multum vigilans B. Ferdinandus Inf. Lusit.* 556 d, *pernoctat in oratione S. Nicolaus Peregrinus* 239 d. *Ad* somnum *capiendum numquam decubuit S. Dorotheus Thebanus* 586 d. *Vide*, Austeritas, Pœnitentia, Excitator.

Spectrum, *Vide*, Dæmon.

Speluncam *inhabitat S. Gudwalus cum discipulis* 719 d e

Spiritus Prophetiæ, *Vide*, Prophetia.

Spiritus fervor, *Vide*, Oratio, Perfectio.

Spiritus sanctus *in specie columbæ apparet super caput S. Hugonis Cluniacensis dum inter dissidentes pacem componit* 683 f. *Erga* Spiritum sanctum *devotus B. Petrus de Bono in Festo Pentecostes obiit* 406 b

Sputa *conjici in faciem suam fert patienter S. Norbertus* 811 f

Stamp *et* Stan, *quare vocetur S. Photinus* 82 f

a Statua *idoli discendam proponit humilitatem et patientiam S. Anub* 632 a

Sterilis, *Vide* Proles

Stola *S. Vincentii Mart* 711 a, *Vide*, Ornamenta.

Stratagema *Ducis Sidonis* 525 e

Studendi *et legendi mirabilis ardor S. Dorothei Archimandritæ* 588 a b. Studiis *sacris diligenter sese impendit puer S. Bonifacius* 454 c

Sudor *miraculosus e corpore S. Symeonis defuncti* 90 f

Superbia *paulatim crescit in summam malitiam* 590 d, *eo trahentem dæmonem vincit S. Eneco* 113 b c

Surdorum *curator S. Auditus* 27 f

Suspicionis *temerariæ malitia* 592 b c

Sutorum confraternitas, *Vide* Confraternitas.

Synodicis *litteris Episcopi, non tantum præsentes, sed et futuri suo tempore subscribebant* 228 d e

T

Temperantiam *paulatim docet Dositheum discipulum suum S. Dorotheus Archimandrita* 589 a *Vide*. Sobrietas.

Tempestas *divinitus immissa integrum exercitum dissipat* 290 a, *in* tempestate *a navigantibus invocatur S. Nicolaus* 255 c. *Vide*, Mare, Peccatum, Tonitru.

Templum *ingredi nequit peccator* 129 e. Templum *exurentis sacrilegium immissa paralysi punitur* 23 e f. Templum idolorum, *Vide*, Idolorum, Templi munditics, *Vide*, Munditics, Sacrilegium, Ecclesia.

Tentationes *gravi cruciatu vincit S. Oliva* 331 e; *eis succumbit, solitudinem deserit, sed ab Angelo reducitur S. Peregrinus* 364 a b, *Vide*, Dæmon, Superbia.

Tertiarii *Ordinis S. Norberti eorumque habitus* 923 e f

Terræ motus *miraculosus* 52 c d

Testamentum *in favorem pauperum et ecclesiarum a defuncto testatore ratificandum curat S. Illidius* 420 d e f

Thesauri *inventi pars defertur ad Imperatorem* 73 c

Timor Dei, *custos virtutum, et via ad caritatem* 271 e, *servans a peccato* 390 a

Tonitru *et fulmine perterritus S. Norbertus, ad meliora convertitur* 809 c

Tormentum, *Vide* Constantia, Martyrium, Caprarum ungulæ, Serra.

Tortores *Martyrum puniuntur* 266 e

Translatio Reliquiarum, *vide*, Reliquiæ.

Trinitati *sanctæ templum et monasterium extruere monetur in ecstasi S. Dorotheus* 599 d, *eamdem blasphemat dæmon* 820 d

Tunica *S. Vincentii Martyris* 711 b. *Vide*, Ornamenta.
Turpiloquium, *Vide*, Pudicitia.

U

Ulcera *leprosorum extergit, osculatur, et sanat S. Gilbertus* 752 b
Unio *S. Caprasii* cum Deo *per orationem* 76 e
Ursus *melle pascitur, et viam monstrat S. Franco in solitudinem* 545 b c
Uxor. *Vide*, Matrimonium.

V

Vacca *S. Coemgenum infantem lactat* 305 b c, *et alia ejus attactu lacte abundat* 306 e
Vana gloria. *Vide*, Gloria vana.
Vanitas. *Vide*, Capilli.
Vasa sacra, *inter spolia belli ablata, ecclesiis distribuit Childebertus Rex* 201 c
Vaticinium *de futura sanctitate S. Norberti, cum gestaretur in utero* 808 e ; *et de eodem futuro Archiepiscopo Magdeburgensi* 830 c
Velum, *ab Angelis S. Servatio allatum* 846 d
Venatio. *Monachi fustibus armati concurrunt ad interficiendam noxiam belluam* 9 e
Veniale peccatum. *Vide*, Peccatum.
Verbum Dei. *Vide*, Prædicare, Colloquium spirituale.
Vestes *pretiosas exuit S. Norbertus* 810 b ; Vestitus *ejus et sociorum vilis* 824 a b. Vestem *Ordinis sui divina revelatione idem accepit S. Norbertus* 847 f, *ejusque rationem dat* 823 e. Vestitus *vilis B. Pelingotti* 167 e ; *vilis et incommodus S. Nicolai Peregrini* 239 d, *et S. Lifardi* 293 e ; *Modestus et decens B. Bertrandi Patriarchæ* 776 c d. *B. Ferdinandi Infantis Lusitaniæ* 555 d, 556 e, *et S. Chrothildis Reginæ Fr.* 290 e. *Vide*, Pœnitentia, Habitus, Cilicium.
Viaticum. *Vide*, Eucharistia.
Victoria *parta invocatione nominis Christi a Chlodovæo Rege* 287 e ; *a Cremonensibus de Mediolanensibus ope SS. Marcellini et Petri* 167 d, *de Infidelibus ope S. Theodori* 586 e. Victoriam *de hostibus, apparens in aere, promittit S. Hilarius* 284 b ; *orationibus impetrat B. Bertrandus* 775 b. *Clades divinitus immissa exercitui Childeberti et Theodoberti Regum* 290 a. *Vide*, Bellum.
Victus *tenuitas S. Norberti* 816 f, *et S. Sophiæ* 396 d. *Vide*, Abstinentia, Jejunium, Pœnitentia.
Viduæ *sanctæ virtutes in S. Sophia* 396 d, *et S. Chrotilde Regina* 289 f. *Vide*, Nuptiæ, Misericordia.
Vigiliæ. *Vide*, Somnus, Oratio.
Vinitorum *Patronus S. Morandus* 338 a
Vino *modico utitur S. Symeon Reclusus propter infirmitatem* 90 a, *stratagemate vasorum vini, castrum intercipitur* 525 e. *Vide*, Abstinentia, Aqua, Cerevisia.
Virginitas *semper servata a B. Ferdinando Infante Lusitaniæ* 555 b d f, *et Theobaldo* 134 d : *pro ea occiditur S. Saturnina* 395 a b. Virginibus *dotandis multum impendit B. Bertrandus* 775 b. *Vide*, Nuptiæ.
Visitatio diœcesis. *Vide*, Episcopus.
Vitæ Sanctorum. *Vide*, Acta Sanctorum.
Vitam *longiorem optat B. Ferdinandus tribus piis de causis* 495 c. Vita, *brevis an diuturna sit, nihil refert ad æternam salutem* 912 c. *Vide*, Ætas.
Vita solitaria. *Vide*, Solitudo, Cœnobium.
Vitium. *Vide*, Peccatum.
Vitis *miraculosa ex sepulcro S. Davini* 323 d
Vocatio ad Religionem. *Vide*, Religio.
Votum *pro phrenetica faciens, sed diffidens, nihilominus impetrat sanitatem* 759 c : *post* votum *emissum de templo et monasterio construendo, transferuntur Sanctorum Reliquiæ, ante immobiles* 24 a b. Votum *non solvens, apparente S. Claudio, cui obstringebatur, punitur* 651 c d e : *alius ideo reincidit in infirmitatem* 138 e f, 493 a ; *et exarescunt arbores ex voto debitæ et non redditæ* 138 e

X. Z

Xenodochium. *Vide*, Misericordia.
Zelus *Apostolicus S. Norberti* 802 c d. *Omnibus omnia factus S. Bonifacius* 455 e ; *ad labores Apostolicos a Gregorio Papa incitatur* 471 d e. *Vide*, Missio.
Zona. *Vide*, Invisibilis.

FINIS.

MONTE ALBANO EXCUDEBAT VICTOR BERTUOT, DD. EPISCOPI TYPOGRAPHUS. MDCCCLXVII.

